
IRANVS
S AGRAM
RIPTVRAM

BIBLIA SACRA
CVM
GLOSSA ORDINARIA,
PRIMVM QVIDEM
A STRABO FVLDENSI MONACHO
BENEDICTINO COLLECTA;
Nunc verò nouis Patrum cùm Græcorum tum Latinorum explicationibus locupletata,

ET

Postilla Nicolai Lirani Franciscani, necnon Additionibus Pavli Bvrgensis Episcopi, & Matthiæ Thoringi replicis,

Opera et stvdio Theologorvm Dvacensivm.

TOMVS QVARTVS.

Omnia ex iterata recensione ita illustrauit & auxit R.P. Doctor Leander de S. Martino Benedictinus, vt meritò hæc editio dici possit

THEOLOGORVM ET CONCIONATORVM THESAVRVS.



ANTVERPIÆ,

Apud IOANNEM MEVRSIVM.

ANNO M. DC. XXXIV.

Cum Gratia & Priuilegio.

LIBRORVM QVI QVARTO TOMO CONTINENTVR, AVCTORVMQVE QVI IN SINGVLOS CITANTVR, SERIES.

ISAIÆ In quem scripserunt,

Ambrosius,
Augustinus,
Athanasius,
Aquila.
Basilius,
Bernardus.
Chrysostomus,
Clemens Alexandrinus,
Cyprianus,
Cyrillus Alexandrinus.
Damascenus.
Epiphanius,
Eusebius.
Gregorius Magnus,
Greg. Nazianzenus.
Haymo,
Hieronymus,
Hilarius.
Irenæus,
Isichius,
Iustinus Martyr.
Lactantius Firmianus,
Leo Papa.
Origenes.
Prosper,
Procopius.
Rabanus,
Rupertus.
Septuaginta interpr.
Seuerus Antiochenus,
Symmachus.
Tertullianus,
Theodoretus,
Theodotion,
Theophylactus.

IN IEREMIAM.

Ambrosius,
Aquila,
Athanasius,
Augustinus.
Chrysostomus,
Clemens Alexandrinus.
Eusebius.
Gilbertus,
Gregorius.
Hieronymus.
Origenes.
Paschasius.
Rabanus,
Rupertus.
Septuaginta interpr.
Symmachus.
Tertullianus,
Theodoretus,
Theodotion,
Theophylactus.

IN BARVCH.

Theodoretus.

IN EZECHIELEM.

Ambrosius,
Anicetus,
Augustinus.
Beda Venerabilis.
Clemens Romanus,
Cyrillus Alexandrinus,
Chrysostomus,
Conc. 4. Carthaginense,
Conc. 4. Toletanum,
Cyprianus.
Dionys. Areopagita.
Eusebius Emissenus.
Gregorius Magnus.
Hieronymus.
Isidorus.
Origenes.
Rabanus,
Rupertus,
Rufinus.
Tertullianus,
Theodoretus.

IN DANIELEM.

Ambrosius,
Aphricanus,
Aquila,
Augustinus.
Basilius,
Beda Venerabilis.
Bernardus.
Chrysostomus,
Clemens Romanus,
Clemens Alexandrinus,
Cyprianus,
Cathena Græca.
Ephrem Syrus,
Eusebius Emissenus.
Gregorius.
Hieronymus,
Hippolitus.
Iosephus,
Irenæus.
Lactantius Firmianus.
Origenes.
Prosper.
Septuaginta interpret.
Symmachus.
Tertullianus,
Theodoretus,
Theodotion.

IN DVODECIM Prophetas minores.

Ambrosius,
Anastasius,
Athanasius,
Augustinus.
Beda,
Bernardus.
Cathena Græca,
Chaldæus Paraphrast.
Clemens Romanus,
Clemens Alexandrinus,
Cyprianus,
Cyrillus.
Damascenus,
Dionys. Areopagita,
Dorotheus martyr.
Epiphanius,
Eusebius.
Gregorius.
Haymo,
Hebræi,
Hieronymus.
Iocacius,
Irenæus,
Isidorus,
Iulianus Pomerius,
Iustinus Martyr.
Martialis.
Nouatianus.
Origenes.
Paschasius.
Petrus Venerabilis,
Remigius Antissiodorensis,
Rufinus,
Rupertus.
Septuaginta interpr.
Seuerus,
Strabus.
Tertullianus,
Theodoretus,
Theophylactus.

IN LIBROS Machabæorum.

Ambrosius,
Arnobius,
Athanasius.
Augustinus,
Basilius,
Beda,
Bernardus.
Canones Apostolorum,
Chrysostomus,
Clemens Romanus,
Concilium Carthaginense tertium.
Cyprianus,
Cyrillus Alexandrinus,
Cyrillus Hierosolymitan.
Damascenus,
Dionysius Areopagita.
Ephrem Syrus,
Epiphanius,
Eusebius Cæsariensis.
Gregorius Nazianzenus.
Hegesipus,
Hieronymus.
Iacobus frater Domini,
Innocentius Papa,
Iosephus.
Lactantius Firmianus.
Marcus Euangelista.
Optatus Mileuitan.
Origenes.
Petrus Comestor.
Rabanus,
Rupertus.
Seuerus Sulpitius.
Tertullianus,
Theophylactus.

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES in Prologum D. Hieronymi in Isaiam.

PRologus hic, est inter Hieronymianas epistolas numero centesima decimaseptima, ad Paulam & Eustochium conscripta: potestque in tres partes diuidi; In prima reddit rationem, quare per versus separatos, non autem continuata minimeque interrupta serie contextus, prophetarum vaticinia curauerit describi. In secunda docet excellentiam, difficultatem, & argumentum vaticinij huius, ibi, *Ac primum de Isaia*. In tertia demum parte, familiari & consueta sibi clausula præmunit hanc operam suam contra obtrectatorum calumnias, ibi, *Quem quanto plus amatis*.

Prophetæ prosa, non carmine scripserunt.

1 *Nemo, cùm prophetas versibus.* Versus dicitur certus numerus paucarum dictionum, aut syllabarum, lineam ita complens, vt in fine lineæ vnius ad initium alterius stylum siue calamum vertere oporteat. Quare apud bonos auctores, versum pro linea cuiuscumque scriptionis aut libri accipi inuenimus; imò & pro sulco vno per aratrum in longitudinem producto, quousque ad alium sulcum producendum vertatur aratrum, aut etiam quantum vno die aratro verti possit aut soleat. Quin & pro serie, ordineque arborum certo numero, proportioneque inuicem seruata consitarum. Vsitatius autem pro paucis lineis ordinatè inter se correspondentibus accipitur versus, quia nimirum certo aliquo numero linearum descripto, reditur ad alium similem numerum describendum: relicto quodam inter ipsos versus spatio distinguente; quod eadem originatione Græci stropham dicunt, στρέφειν enim vertere significat, & στροφή versum. Hoc quia in carminibus poëtarum semper obseruatur, maxime in Elegiacis ac Lyricis: propterea communius ipsa poëtarum carmina *Versus* vocamus: Metrum autem præter ordinatam illam dictionum & linearum descriptionem siue seriem, superaddit symmetriam seu commensurationem ipsarum dictionum & syllabarum, siue quoad quantitatem, hoc est longitudinem & breuitatem, & numerum syllabarum, in certos pedes coniectarum, quod propriè metrum dicimus, vel quantum ad tinnulam quandam consonantiam syllabarum in finibus, aut hemistichiis seu mediis versuum, quam rythmum nunc propriè appellamus: Dicit ergo sanctus doctor, Prophetarum oracula sacrorum, non metris aut rythmis scripta esse, quamuis per versus describantur, non continuata serie linearum æqualium, sed ita vt descripta vna periodo vel ambitu dictionum, incipiatur de nouo alia sequens periodus. Hanc igitur consuetudinem scripturā per versus, siue periodos separatas describendi, quandoquidem Hieronymi tempore obtinuerit, par est credere ab Esdræ saltem ætate viguisse; atq; adeo ipsum Hieronymum eam versuum distinctionem obseruasse, quam in textu ipso Hebræo inuenerat, à qua distinctione, (vt certè nunc habetur in Hebræis codicibus, nam forte alia fuerat Hieronymi tempore) nonnumquam variat ordo versuum, quam nunc vsurpamus, quemque (si credere fas est) Roberto Stephano typographo nonnulli nouatores attribuunt.

Quid sit versus.

Quid metrum & rythmus.

2 *Metro ligari.* Nam carmina poëtarum ita certis & stabilibus constant pedum numeris, vt non liceat pro arbitrio illam symmetriam siue mensuram pedum & quantitatem mutare, sed alligetur, & quasi obstringatur poeta, ad eandem mensurā seruandam: at vbi metricè non scribitur, quia tunc soluitur oratio ab illa vniformi dictionum syllabarumque mēsura, oratio *soluta* vocari solet.

Libri scripturæ poëtici.

3 *Aliquid simile hab. de Psal.* Psalmi, Prouerbia, Cantica, & libri Iob, sunt libri poetici, certis quibusdam metris & rythmicis descripti; vt patet rectè consideranti, quamuis metra rythmosque à Mahoretis siue punctatoribus Rabbinicis confusa esse & disiecta non male existimet Hieronymus. Sanè librum Iob ab initio capitis tertij vsque ad medium capitis vltimi metrice descriptum esse, clarè apparet, per versus distrophos, & tristrophos, quorum cola seu hemistichia, eundem habent numerum syllabarum, & pedum, compensata dumtaxat longarum syllabarum quantitate, per breues æquiualētes. Vt tertius versus illius capitis distrophus est, & dimeter.

יאבד יום אולד בו — *Iobbădd iòm vvâledh bbò*
והלילה אמר הורה גבר — *vvâlâilăh ámăr hórăh gabbĕr.*

Pereat dies in qua natus sum: & nox qua dixit, conceptus est masculus.

In canticis etiam canticorum rythmi inueniuntur vnà cum metris: vt illud capitis tertij, num. 9.

אפריון עשה לו — *Aphirion ghnasa lò*
המלך שלמה — *Hammélech Salomò.*

Conuiuium fecit sibi Rex Salomon.

Sed metra ista, & rythmi, (prout antea in alio prologo diximus) similiora sunt metris Pindaricis quam Horatianis; & rythmos melius aduerteret Britannus aliquis poëta vel Hybernus, quam nostræ linguæ, hoc est Latinæ homines, aut Italicæ, Gallicæ, vel Hispanicæ, quæ Latinæ linguæ propagines sunt.

PROLOGVS S. HIERONYMI IN ISAIAM PROPHETAM.

NEMO cùm prophetas versibus viderit esse descriptos, [2] metro eos æstimet apud Hebræos ligari: & aliquid simile habere de [3] Psalmis vel operibus Salomonis. Sed [4] quod in Demosthene & Tullio solet fieri, vt per cola scribantur & commata, qui vtique [5] prosa & non versibus conscripserunt: Nos quoque, [6] vtilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam, nouo scribendi genere distinximus. Ac primùm de [7] Isaia sciendum, quòd in sermone suo disertus sit: quippe vt vir nobilis, & vrbanæ elegantiæ, nec habens quidquam in eloquio rusticitatis admixtum. Vnde

Oratores olim non continua serie, sed per separatas periodos describebantur.

4 *Sed quod in Demosthene.* Quāuis oratores non omnino vtantur sermone ligato, seu ad leges perfecti carminis composito: tamen etiam ipsi orationes suas in certas periodos, & periodos ipsas in minora membra, quæ cola, & commata, seu incisa vocantur diuidebant, eaque omnia certo quodam numero syllabarum & dictionum correspondebant. Quare antiquitus eorum orationes in separatas periodos partitæ describebantur, vt compositionis artificium melius cerneretur. Qua distinctione periodorum separatarum, etiam epistolas Ciceronis imprimi curauit Ioachimus Camerarius. Eaque distinctionis claritate olim orationes Ciceronis atque Demosthenis delineabātur. Κῶλον Græcis, est membrum; κόμμα vero incisio: cola ergo in oratione sunt membra maiora, sensum perfectum, sed adhuc pendentem facientia: commata, minores quasi articuli, imperfectum sensum habentia; perfecta enim periodus, colis seu membris longioribus constat, plerumque tribus, aut quatuor; imperfecta periodus, incisis, seu commatibus.

Prosa vel prorsa oratio, ac versa.

5 *Qui vtique prosa, & non versibus*, hoc est, oratione numeris legibusque poëtici carminis soluta; quasi prorsa oratio; aut prorsa. *Prorsus* enim, cum est nomen, idem significat, quod rectus, aut in rectum progrediens, vt apud Plautum, rursum prorsum cursitare, pro eo quod est retrorsum, & antrorsum; qua originatione, vtuntur multi recentiores, orationem prorsam & solutam numeris, opponentes orationi versæ, & numeris ligatæ.

Vtilitas magna distinctæ scriptionis.

6 *Vtilitati legentium prouidentes*, consulentes; multum enim proculdubio facit ad intelligentiam scripturæ, distincta periodorum descriptio: maximè si talis nunc extaret, qualem ab Hieronymo accepimus; cui longe propinquior est antiqua distributio capitum, quam ex veteribus manuscriptis exhibemus in vltimi tomi appendice; quamuis nec illam putemus esse Hieronymianam, sed potius ex codicibus Græcis desumptam. Vocat autem hic Hieronymus, nouam interpretationem suam hanc de Hebræo in Latinum idioma translationem; quam etiam Gregorius Magnus nouam vocauit, & primus (vt videtur) in publicum vsum Ecclesiæ admisit: nouum autem scribendi genus, distinctionem illam in periodos separatas, siue versus à se inuicem distinctos; quod genus descriptionis, licet antea in oratoribus edendis vsurparetur, in descriptione tamen Scripturæ sacræ apud Latinos non vsurpabatur ante ipsum Hieronymum, qui primus scripturam ita Latinis in codicibus suæ versionis distinctam descripsit.

7 *Ac primum de Isaia.* Secunda pars prologi, in qua prophetiæ huius dignitatem, difficultatem, & argumētum præcipuum exponit. Dignitatem, & excellentiam huius prophetiæ, à duobus capitibus desumit, ab ipsius stylo, seu sermone, quem ait esse disertissimum; & ab ipso genere prophetiæ, quod esse dicit prorsus Euangelicum. Primum ibi, *In sermone suo disertus*; Secundum ibi, *Deinde hoc etiam adiiciendum*. Eloquentiam autem, & elegantiam sermonis ascribit nobili-

[8] accidit, vt præ ceteris florẽ sermonis eius translatio non potuerit obseruare.[9] Deinde etiã hoc adiiciendum, quòd nõ tam propheta dicendus sit quàm Euangelista. Ita enim vniuersa Christi ecclesiæq; mysteria ad liquidum prosequutus est, vt non eum putes de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde[10] coniicio noluisse tunc temporis septuaginta interpretes fidei suæ sacramenta perspicuè Ethnicis prodere, [11] ne sanctum canibus & Margaritas porcis darent, [12] quæ cùm hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abscondita. [13] Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere, [14] nec facilè quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antè quæ legerit; Nos [15] quoque patere morsibus plurimorum qui, stimulante inuidia, quod consequi non valent, despiciunt. Sciens[16] ergo & prudens in flammam mitto manum; & [17] nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor, vt quomodo Græci post septuaginta translatores Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem legunt, [18] vel ob studium doctrinæ suæ, vel vt septuaginta magis ex collatione eorum intelligant: sic & isti saltem vnum post priores habere dignentur interpretem. [19] Legant prius, & posteà despiciant, ne videantur non ex iudicio, sed ex odij præsumptione ignorata damnare.

Eloquentia Isaiæ.

nobilitati ipsius prophetæ, quod homines clari, & regio conuictui in aulis Principum assueti, aut in magnarũ vrbium frequentia inter præcipuos ciues constituti, plerumque morum elegantia & sermonis politi promptitudine prastent iis, qui ruri & in agris vitam degẽtes, nulla sanguinis nobilitate pollẽt. Vnde rectè vrbanam eloquentiam opposuit rusticitati, quod ruri sermo neglectior sit, in vrbibus comptior & copiosior. Isaiam autem traditio communis Hebulon, & sanctorum Patrum Regio genere ortum tradit, nempe fuisse filium Amos, qui frater erat Amasiæ Regis Iuda, qui Amasias pater fuit Azariæ, iam Oziæ, regis, sub quo cœpit prophetare Isaias. Quin & socerum, seu prosocerum, siue patrem soceri Manassis regis fuisse Isaiam, eadem habet Iudæorum traditio, vt docet Hieron. in com. lib. 5. c. 20.

Non satis exprimi potest alia lingua.

8 *Vnde accidit.* i. translatio Græca vel Latina non potuit ita florida esse, ac est ipse prophetæ sermo Hebræus: quoniam hoc habent linguæ orientales, vt ipsarum eloquentia valde dissimilis sit occidentalium, Græcæ & Latinæ, cæterarumq; splendori; ob idiotismos, & trãslationes seu tropos qui apud illos elegantiam habent efficaciamque miram, apud nos autem totidem verbis expressi, vel non intelliguntur, vel non pariunt similes conceptiones in animo legentis.

Isaias propheta Euãgelicus.

9 *Deinde etiam hoc adiiciendum.* Altera causa vnde colligitur excellentia huius vaticinij: quod nimirum ita aperte prædicat mysteria Christi domini & Ecclesiæ suæ, ac si non propheticam visionem sed euangelicam historiam texeret. Quæ ratio est, vt Ambrosius roganti Augustino, à quo libro studium sanctæ scripturæ inchoaret, Isaiam illi commendarit. Certe in testamento nouo sæpius vnus Isaias citatur, quàm omnes alij prophetæ. Et ipsum eius nomen ideo videtur ei inditum יְשַׁעְיָהוּ Ieschaia hu, quod significat, ipse salus Dei, vel saluator Deus, aut quasi ישועה Ieshuagh iah, Iesus Deus; itaque vel ipso nomine suo prophetat Christum D[illegible] & saluatorem generis humani.

An 70. de industria occultauerint quædã Christi mysteria.

10 *Vnde coniico.* Lemma quoddam, seu corrollarium hoc attexuit D. Hieronymus de septuaginta interpretibus: quasi eorum translatio Græca nõ ita clarè expresserit prædictiones de Christo, quàm in ipso textu Hebræo habebantur. Censet ergo septuaginta seniores de industria quædam in hoc propheta, non quidem aliter ac in eo legerant, sed minus dilucide vertisse, ne ethnicis deridenda potius, quàm credẽda proponeret fidei suæ (quam de Christo venturo habebant) mysteria, eo quod gentes nondum ad ea recipienda paratos haberent animos, vt clarior eorum mysteriorum reuelatio populis à Christo conuertendis reseruaretur.

Non omnes idonei sunt auditores fidei.

11 *Ne sanctum canibus.* Id est, ne mysteria pretiosissima gratiæ per Christum, indignis & imparatis propalarent. Alludit ad verba Christi domini, Matth. 7. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. Qua allegoria docuit discipulos non esse prædicandum euangelium illis, qui ob voluptuariam vitam, aut inuidiosum ingenium, indigni essent audire quæ pertinent ad regnum Dei. Quod & obseruarunt Apostoli in Actis, quum Iudæis Euangelio malitiose detrahentibus, dicebant Actor. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.

Hieronymi translatio propinquior Hebrææ, quam editio 70.

12 *Quæ cum hanc editionem legeritis.* Probat, quod dixerat: nempe ex sua hac editione seu translatione Isaiæ prophetæ manifestum cuiuis fore, quod multa mysteria Christi absconderint septuaginta, & occultauerint obscura sua versione. Sed quamuis in nonnullis clarius quædam exposuerit S. Hieronymus: non potest tamen negari quin in valde multis etiam prophetas potius quàm interpretes se ostenderint septuaginta senes, & mysteria fidei nostræ clarissimè illustrauerint. Quod vtilissimis commentariis ostendit Leo Castrius: & nos ex eo in fine huius prophetæ ostendemus.

Scripturarũ ingens difficultas.

13 *Nec ignoro quanti laboris.* Accedit ad difficultatem prophetiæ huius indicandam: quam dicit magno labore opus habere vt intelligatur, præsertim in scripturis propheticis. At hodie omnes ferè Nouatores eo peruenerunt audaciæ, vt facillimum cuiuis fideli esse iudicent, oracula prophetarum intelligere; & cum ipsam linguam seu sermonem quo vel scripta sunt, aut interpretationem qua in alia idiomata transfusa sunt, plerique eorum non capiant: audent tamen de profundissimis eorum sensibus ex suo dumtaxat sensu iudicare; videlicet, quiuis eorum capit, quod Hieronymus Hebrææ, Chaldææ, Græcæ, Latinæque linguæ scientissimus, post immensos fere labores in sanctarum scripturarum studio exantlatos, vix ex parte capiebat.

Tum ex linguæ peregrinitate, tum ex sensuum profunditate.

14 *Nec facile quempiam*, hoc est, nemo poterit plenè iudicare, an recta & originali suo conformis sit interpretatio prophetarum, nisi prius sensum ipsum prophetiæ nouerit; vt sic duplex sit in sacris prophetis difficultas, vna orta ex ipsius linguæ Hebrææ idiotismis, qui sunt ab aliarum linguarum proprietate remotissimi, atque adeo vix possunt translatione quacumque exhauriri: altera ex profunditate ipsorum sensuum propheticorum, quos illi suis idiotismis obscurè velarunt; quos tamen debet aliquousque saltem penetrare, quisquis voluerit de translatione propheticorum oraculorum ex vna in aliam linguam rectum iudicium ferre.

Inuidi, quæ ignorant, vituperant.

15 *Nos quoque patere morsibus.* Familiare est inuidorum genio, ea quæ ipsorum vel captum superant, vel eruditionem transcendunt, fastu quodam despicere, tanquam vilia, & suo studio indigna; ne si præclara esse concedant, eo ipso se inferiores esse ingenio & eruditione, fateri cogantur.

16 *Sciens ergo & prudens.* i. Non ignorans fore vt ab aliis vituperetur, aut contemnatur hic labor meus: tamen eum aggredior, vnde mihi contemptum illum aut vituperium nasciturum video. *In ignem manum mittere* prouerbialiter dixit, pro eo quod est sua sponte id facere, quod negotium postea & inimicitias ipsi progignet.

17 *Et nihilominus.* Quasi diceret: quamuis fastidiosi lectores, dicturi sint me frustra laborem hunc sumpsisse, post vulgatam editionem scripturarum editionem passim susceptam: tamen non iniquum ab ipsis postulo, vt dignentur meam hanc translationem legere, ex Hebræo factam, qui Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis translationes, post 70. Seniorum editionem factas, legere non dedignantur, quum illi hæretici Iudaizantes fuerint, ego Christianus Catholicus; illi plures, Græcè post Græcam meliorem exposuerint, ego vnus non de Græco, sed ex Hebræo fideliter expresserim.

Vtilitas editionis Hieronymianæ.

18 *Vel ob studium.* Duo motiua, quibus induci possint ad lecturam siue interpretationes: vnum, vt discant sensum scripturæ originalis, ex interpretatione clariore, quomodo legebant ipsas varias Græcè factas editiones; aliud, vt sicut illas legebant, quatenus per eas melius intelligerent editionem 70. senum; sic etiam suam quoque legerent, quia futurum esset, vt ex ea etiam clarius paterent, quæ septuaginta transtulissent.

Malè iudicat, qui prius condemnat, quam legat & intelligat.

19 *Legant prius, & postea despiciant.* Permissiua loquutio. Non enim voluit sanctus doctor vt translationem suam tanta cura elaboratam despicerent; Sed eleganti ironia cum fiducia docet, non posse despici, nisi ab eis, qui illam non dignantur legere: eos autem qui condemnant quæ ignorant, ideoque ignorant, quia non dignantur legere; non ex iudicij accurati perspicua ratione condemnare, sed quia erga ipsum auctorem maleuole sint affecti: quorum propterea iudi-

[20] Prophetauit autem Iſaias in Ieruſalem & in Iudæa necdum decem tribubus in captiuitatem ductis, ac de vtroque regno, nunc commixtim, nunc ſeparatim texit oraculum. Et cùm interdum ad præſentem reſpiciat hiſtoriam, & poſt Babyloniæ captiuitatem reditum populi ſignificet in Iudæam; tamen omnis eius cura de vocatione Gentium, & de aduentu Chriſti eſt. [21] Quem quanto plus amatis, ô Paula & Euſtochium, tanto magis ab eo petite, vt pro obtrectatione præſenti (qua me indeſinenter æmuli laniant,) ipſe mihi [22] mercedem reſtituat in futuro, qui ſcit ob hoc in [23] peregrinæ linguæ eruditione ſudaſſe, ne [24] Iudæi de falſitate ſcripturarum eccleſiis eius diutius inſultarent.

iudicium ſiue condemnatio, nec ab auctore, nec à lectore beneuolo & prudenti debet vllo in pretio haberi. *Ex odij præſumptione.* i. præſumuntur merito ex odio, non ex iudicio damnare immerentem.

Argumentum Iſaiæ, Chriſtus Dominus.

20 *Prophetauit autem.* Accedit iam ad tempus quo prophetauit Iſaias, & ad argumentum prophetiæ eius ſummatim indicandum. Prophetaſſe igitur dicit, ante priorem captiuitatem, ac proinde incolumi adhuc regno decem tribuum; quare vtroque regno; tam Iudææ, quàm Iſraelis ſeu decem tribuum, hoc eſt, quorum regnorum capita erant Ieruſalem, & Samaria, nunc ſimul vtrumque coniungens; nunc ſeorſim de vtrouis ſeparatim ſumpto vaticinia pronuntiaſſe: Sed ita tamen, vt illa obiter tantum, ac per occaſionem; directe autem, & ex præcipua intentione de Chriſti regno, vocatione gentium, & Iudæorum abiectione prædictionem inſtituat. Adeo vt in ipſo (quemadmodum doctus quidam interpres eleganter dixit) Virginem parientem, Chriſtum conceptum, natum, quæſitum & adoratum à Magis, fugientem in Ægyptum, docentem, concionantem, miracula patrantem, patientem, morientem, reſurgentem, venientem ad iudicium, iudicantem ac triumphantem, non tam in ſcriptura deſcriptum legamus, quàm in viua imagine expreſſum intueamur, vt tam paſſio Chriſti ſecundum Iſaiam, quam ſecundum Matthæum aut Marcum indigitari poſſit.

Cornelius à Lap.

Merces & meritum.

21 *Quem quantum amatis.* Familiaris eſt prologorum Hieronymi clauſula, vt vltima huius particula, qua ſe precibus ſanctarum mulierum contra obtrectatorum æmulationem cupit muniri.

22 *Mercedem reſtituat in futuro.* Mercedem & meritum bonorum operũ, expectat ſanctus doctor, quæ negant & derident multi ex recentis æui ſectariis.

23 *In peregrinæ linguæ eruditione ſudaſſe.* Hebrææ videlicet, in qua addiſcenda plus & operæ & impenſæ conſumpſit Hieronymus, quam omnes noſtri temporis Nouatores.

Nõ eſt opus noua editione, poſt Hieronymianam.

24 *Ne Iudæi de falſitate.* Dicamus & nos, ne hæretici & ſectarij noſtræ ætatis de infidelitate editionis Latinæ in Eccleſiis per tot ſæcula vulgatæ, inſolẽter conquerantur. Certe apparet ex hac clauſula, quanta cura conatus fuerit doctiſſimus linguæ Hebrææ interpres Hieronymus, Latinam editionem Hebræo fonti conformare: vt comprimatur iſtorum neotericorum ſemirabbinorum præſumptio, qui ſuis editionibus confidunt ſe aliquid Hieronymiana exactius poſſe fidelibus obtrudere.

R. P. F.

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES

in vitam Isaiæ, ex Epiphanij lib. de vitis prophetar. c.7.

INitium dumtaxat, hoc est duas priores periodos huius vitæ, habebat antiqua Glossæ editio: nos totam vitam consequenter apponere voluimus.

VITA ISAIÆ

EX EPIPHANIO.

ISAIAS in Ierusalem nobili genere ortus est, ibiq; prophetauit: sub Manasse Rege sectus in duas partes occubuit. Sepultusque est sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluere. Fontem quippe Deus Siloam causa prophetæ effecit, quoniam priusquam moreretur, pusillum precatus est, vti vndas illic effingere dignaretur. Et confestim demisit illi cœlitus aquam viuentem, vnde sortitus est locus ille appellationem Siloam, quod si quis interpretetur, sonat demissum. Sub Ezechia quoq; rege antequam stagnum piscinasque fabricasset, precibus Isaiæ effectum, vt exigua lympha scaturiret, quod populus in obsidione hostium teneretur, & ne ipsa periret vndis destituta ciuitas. In cuius rei perennem memoriam, populus accurate prophetam isthic solo cum gloria & honore reddidit, vt per eiusdem intercessiones in consummationem vsque sæculi, aquæ eiusmodi fructus impetretur, cui scilicet vsum referebant acceptum. Extat autem monumentum Isaiæ, finitimum sepulturæ principum, post sepulchra sacerdotum versus Notum partémque Meridionalem. Salomon enim Ierosolymam construens regum excitauit Mauseola, prout illa Dauid descripserat.

An Isaias serra dissectus fuerit.

In ea duo sunt difficilia. Primum est, de genere mortis, quo Isaias est defunctus. Sunt enim qui existimant, non fuisse occisum à Manasse rege: Sed communis tamen traditio Iudæorum & Patrū est, fuisse à Manasse occisum, propterea quod liberius ipsum & facinorosos principes eius increpasset. Serra dissectum esse consentiunt fere omnes; non metaphorico loquendi modo, vt serra dissecari, sit idem quod crudeliter necari, sicut dicuntur apud Ieremiam aliqui à Babylonio rege in sartagine frixi, quod exponunt plerũque de senibus Susannæ accusatoribus, qui tamen lapidibus obruti fuerunt: Sed propriè loquendo, quia reuera in duas partes lignea serra dissectus est. Ita habet Martyrologium Romanum pridie nonas Iulij, cuius grauissima debet esse apud omnes fideles auctoritas; Neque deest illius supplicij in sacris scripturis apertum vestigium, apud Paulum in Ep. ad Hebr. cap. 11. vbi de sanctorum scribens passionibus, ait de illis, *Lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt*. Quod ibi dixit *Secti sunt*, cõmuniter ad Isaiam omnes referunt; maxime, quia Apostolus eo loco verbũ πρίζω vsurpauit, quod proprie sectionem illam significat, quæ serra fieri solet. Origenes in cap. 10. ad Rom. in illud Apostoli, *Isaias autem audet*, sic scribit: *Quod dicit Apostolus de Isaia, qui audet & dicit, hoc indicat, quod mortem contemnens, & persequutiones quæ inferebantur, quamuis sciret sibi imminere periculum, audet tamen & prædicat verbũ Dei. Sicut & ipse Paulus dicebat, Scio quia vincula & carceres manent me Hierosolymis, sed non facio animam meam chariorem meipso. Sic ergo Isaias sciebat quidem secandum se esse, & interficiendum; audet tamen & dicit, Inuentus sum à nõ quærentibus me.* Vbi prophetat abiectionem Iudæorum & vocationem gentium. Tertullianus agnoscit eamdem traditionẽ in Scorpiaco. c.8. *Dauid*, inquit, *exagitatur, Elias fugatur, Ieremias lapidatur, Isaias secatur, Zacharias inter ædem & altare trucidatur perennes cruoris sui maculas silicibus assignans.* Et in carmine contra Marcion. l.3. docet serram ligneam fuisse: *Quem populus sectum ligno, sine labe repertum, Immeritum demẽs crudeli morte peremit.* De Isaia autem hæc canit. Similiter auctor operis imperfecti apud Chrysostomum homil. 46. in Matthæũ, in illud, *Ierusalem quæ occidis prophetas*, inquit: *Misi ad te Isaiam, & serrasti eum; misi ad te Ieremiam, & lapidasti eum; misi Ezechielem, & tractum super lapides excerebrasti eum.* Ambrosius in Lucæ ca. 20. *Quis ille* (inquit) *in capite vulneratus? Nimirum Isaias, cuius facilius compagem corporis serra diuisit, quam fidem inclinauit, constantiamq; detriuit, aut vigorem mentis execuit.* Eamdem traditionem admittit Augustin. 18. Ciuit. ca. 24. & S. Hieronymus noster certissimum vocat libr. 15. commentariorum in Isaiam in fine. Quare temerè huius traditionis auctoritatem eleuat Abulensis 4. Reg. 21. q. 17. quum tam grauibus testibus nitatur.

Alterum de miraculo aquæ Siloæ, refertur etiam à Dorotheo, & videtur esse communis Iudæorum traditio: nec absurdum est credere prophetam ante mortem sitientem, à persequutore negatam aquam, à Deo impetrasse; quatenus in hoc quoque typus Christi esset, cui in cruce sitienti aqua negata fuit, & acetum concessum. Sed hæc traditio, non tot auctorum testimonio vallatur, quot habet pro se præcedens de eius morte sententia.

PROTHEMATA GLOSSÆ ORDINARIÆ.

RVPERTVS lib. 1. in Isaiam. Vt materiam huius prophetiæ quasi breui tabella depingamus, Christi aduentum septem recapitulat periochis, circa quem versatur omnis spiritus prophetici intentio. Prima est quum contra interfectores eius zelo doloris inuehitur dicens, *Vagenti peccatrici*; Secunda ab eo quod ait, *Cantabo dilecto meo*; Tertia ab eo quod ait, *In anno quo mortuus est rex Osias*; Quarta ab eo quod ait, *Primo tempore alleuiata, &c.* Quinta ab eo quod ait, *Egredietur virga, &c.* Sextam facit recapitulationem dicendo, *Consurge, Consurge*, Septima sic incipit, *Surge & illuminare Hierusalem.*

†† HIERON. in prologo commentariorum in Isaiam. Non sicut ait Montanus, prophetæ in extasi nescientes loquuti sunt: nec quid dicerent ignorauerunt, qui alios docuerunt. Sapiens enim intelligit quæ profert de ore suo. De Moyse enim dicitur quod *eruditus omni scientia loquebatur ad Dominum, &c.* Actor. 7. c. & de Daniele ad principem Tyri dicitur Ezechielis 28. a. Numquid sapientior es Daniele? Dauid quoque de se ait Psal. 50. b. *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Quomodo autem sapientes erant, si tanquam bruta animalia quid dicerent nesciebant? Intelligebant ergo quæ dicebant: verba ergo eorum sapientia plena erant; Nec aër voce percussus ad eorum aures veniebat: sed in animo eorum Deus ipse loquebatur; vnde Zachariæ 2. a. *Angelus qui loquebatur in me*; & illud Psalmi 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Post historiæ ergo veritatem spiritualiter intelligenda sunt omnia; Iudæa, & Ierusalem, Babylon & Philistiim, Moab & Damascus, &c. & in his omnibus sapiens architectus iaciat fundamentum, id est Christum.

Error Montani, prophetas scilicet in extasi loquutos fuisse, quæ nescirent ipsi.

IDEM IBID. Isaias vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nihil in eloquio rusticitatis habens, non tam propheta dicendus est quàm Euangelista; Ita enim liquidè Christi & ecclesiæ mysteria prosequitur, vt de præteritis putetur historiam texere. Prophetauit autem in Hierusalem & Iuda, nõdum decem tribubus captiuatis: & de vtroque regno nunc mixtim, nunc separatim texuit oracula. Et cùm interdum ad præsentem respicit historiam, & post Babylonicam captiuitatem reditũ populi significet in Iudæam, in aduocatione tamen gentium, & Christi aduentum omnem intendit curam.

De Isaia & prophetia ipsius.

IDEM IBID. Sic Isaiam exponam, vt nõ solum prophetam, sed Euangelistam & Apostolum doceam: de se enim & de cæteris euangelistis ait: *Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem*, &c. Ad ipsum verò tanquam ad Apostolum loquitur Deus dicens: *Quem mittam, & quis ibit ex vobis?* & ille, *ecce ego, mitte me.*

Isaias propheta Euangelicus.

IDEM IBID. Nemo putet me Isaiam breuiter posse exponere, cùm vniuersa Domini sacramenta contineat, prædicans de virgine natum Emmanuel, & signa eius ac mirabilia, mortuum quoque ac sepultum, resurgentem ab inferis, & Saluatorem omnium annuntiat. Quid loquar de Physica, Ethica, & Theologia? quicquid sanctarum est scripturarum, quicquid potest humana lingua proferre, & mortalium sensus percipere, continetur in libro Isaiæ Prophetæ; Vnde ipse ait, *Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem nesciens literas* (id est gentilis) *legere non potest*; neque sciens literas (id est Iudæus, qui scientiam literarum iactat) *quoniam ei signatus est*, qui non recipit eum quem signauit pater, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, &c.

Eximia laus prophetiæ eius.

IDEM IBID. Magni laboris est totum Isaiam disserere, in quo maiorum nostrorum magna ingenia desudarunt, id est, Græcorum: apud Latinos autem grande est silentium, Martyr tamen Victorinus imperitus sermone non scientia, scripsit in eum iuxta quatuor editiones, vsque ad visiones quadrupedum in deserto. Origenes autem triginta volumina exarauit, & viginti quinque homilias, & quædam excerpta. Eusebius Pamphili historiam explanando quindecim edidit volumina. Didymus ab hoc loco, *Consolemini populè meus*, vsque ad finem voluminis, decem & octo tomos. Apollinaris more suo compendiosè grandis viæ spatia prætervolat. Aduertendum ergo quantæ difficultatis sit Isaias, vt nostrorum fastidiosæ aures ad intelligendas scripturas nauseantes, ignoscant mihi prolixius loquenti.

Qui commentati sint in Isaiam.

Quod poscat hæc prophetia prolixum commentarium.

IDEM IBID. Puto septuaginta interpretes tam aperta fidei sacramenta perspicuè Ethnicis noluisse prodere, ne sanctum canibus, & porcis margaritas darent: & ideo in Isaiæ interpretatione multa occultasse.

IDEM IBIDEM. Sicubi prætermissis 70. de Hebraico disputaui: ideo feci, quia aut eadem, aut similia sunt pleraque cum cæteris; & duplici editione proposita nolui libros explanationis extendere.

Quomodo 70. Isaiam interpretati sint.

POSTILA NICOLAI DE LIRA SVPER ISAIAM INCIPIT.

Et primò eiusdem Præfatio.

IERVSALEM Euangelistam dabo, *Isa. 41. g. Secundum quod dicit beatus Hieronymus in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris, Isaias non videtur prophetiam, sed magis Euangelium texere: propter quod dicit Hieronymus in prologo super librum Isaiæ, quod non tam propheta dicendus est quàm Euangelista. Et ideo conueniẽter dicitur verbum propositum de ipso*, Ierusalem, &c. *In quo tanguntur quatuor causæ huius libri Isaiæ, quem præ manibus habemus. s. efficiens, materialis, formalis, & finalis. Efficiens autem causa duplex est, vna principalis, s. Spiritus sanctus, quo inspirante loquuti sunt prophetæ, secundum quod dicitur* 1. Petr. 2. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines: *Et hæc causa tangitur cùm dicitur*, Dabo; *quia cognitionem propheticam dedit Isaiæ, de quo potest accipi quod dicitur infr. 42. b.* Dedi te in fœdus populi; *Isaias enim inter alios prophetas clarius descripsit mysterium Christi, per quod genus humanum est ipsi Deo fœderatum.*

Isaias Euangelista potius quam propheta.

Auctor prophetiæ huius.

Alia verò causa efficiens instrumentalis est. s. Isaias, qui Spiritu sancto dictante hunc librum conscripsit, quæ notatur cùm dicitur, Euangelistam; *Et cùm hoc notatur etiam causa materialis & formalis. Ad cuius intellectum sciendum, quod Euangelista dicitur ab eo quod est bonum, & angelus quod est nuntius: Dicitur autem bonus nuntius triplici ratione; Vna ratio accipitur ex parte mittentis, s. quia à bono domino mittitur, & secundum hoc sub nomine Euangelistæ, tangitur causa efficiens instrumentalis huius libri, sc. Isaias à Spiritu sancto destinatus ad nuntiandum verbo & scripto illa, quæ continentur in hoc libro; De quo potest accipi quod dicitur infr. 61.* Spiritus Domini super me, eò quod vnxerit me, ad euangelizandum pauperibus misit me: *Hæc est litera secundum translationem LXX. Et eadem est sententia in translatione nostra, quæ sic habet*, Spiritus Domini super me, eò quod vnxerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me; *Secundo modo dicitur aliquis bonus nuntius, seu Euangelista ratione boni quod per ipsum nuntiatur, & secundum hoc sub nomine Euangelistæ, materia huius libri designatur: in quo mysterium ipsius Christi, quod non solum est bonum, sed etiam optimum, describitur; quia sicut dictum est, magis videtur Euangelium, quàm prophetiam texere: vnde potest dicere illud Luc. 2. b.* Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; *Tertio modo dicitur quis Euangelista seu bonus nuntius ratione modi nuntiandi: & hoc est quando non solum nuntiat bonum, sed etiam bono modo, videlicet lucidè & ornatè; Et sic sub nomine Euangelistæ tangitur forma huius libri.*

Etymologia nominis Euangelistæ.

Quot modis dicatur aliquis bonus nuntius?

Sciendum tamen, quod duplex est forma libri. s. forma tractandi, & forma tractatus; Forma tractandi est modus agendi seu loquendi, qui in hoc libro est valde lucidus & ornatus. De claritate autem eius dicit Hieron. in prologo super librum istum de Isaia. Ita enim vniuersa Christi Ecclesiæq; mysteria ad liquidum prosequutus est, vt nõ putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiã texere. *De ornatu verò ipsius dicit in eodẽ prologo de Isaia.* Sciendum, quod in sermone suo disertus sit, quippe vt vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admixtum, vnde accidit vt præ cæteris florem sermonis eius translatio non potuerit conseruare. *Sic igitur forma tractandi huius libri (quæ est idem quod modus loquendi) designatur sub nomine Euangelistæ: eo quod talis modus est optimus: vtpote lucidus & ornatus; propter quod dicitur infr. 40. b.* Exalta vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem: *Ille enim exaltat vocem suam, qui ornatè & lucidè annuntiat suam intentionem. Forma verò tractatus est diuisio libri; De qua dicetur literam prosequendo.*

Duplex forma libri.

Quod lucida sit Isaiæ prophetia.

Causa verò finalis huius libri tangitur sub nomine Ierusalem. Ierusalem enim in scriptura aliquando accipitur pro ecclesia militante, Apoc. 21. a. Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descendentem de cælo, &c. *Aliquando verò pro ecclesia triumphante Gal. 4. d.* Illa quæ sursum est Ierusalem, libera est. *Finis autem huius libri duplex est, vnus propinquus. s. instructio seu ædificatio ecclesiæ militantis sub nomine Ierusalem designata: propter quod dicitur infr. 40. a.* Surge illuminare Ierusalem quia venit lumen tuum, *id est, prophetia Isaiæ illuminans totum statum ecclesiæ: Alius autem est finis vltimus, & remotus, videlicet consequutio supernæ beatitudinis in ecclesia triumphante, quæ per Ierusalem intelligitur, propter quod dicitur infr. 33. d.* Oculi tui videbunt Ierusalem ciuitatem opulentam tabernaculum quod nequaquam vltra transferri poterit; *Per prophetiam enim Isaiæ videmus nunc per speculum, & in ænigmate: sed postea in futuro lucidè videbimus & apertè: Quod nobis concedat, &c.*

Causa finalis eiusdem prophetiæ.

CAP.

CAPVT I.

A a Visio Isaiæ, &c. Tria sunt genera visionis: Primum corporale, quo videmus cælum & terram, & huiusmodi, Secundum spirituale, quo videmus sicut in somnis imagines hominum & huiusmodi, Tertium intellectuale, quod est in ratione, per quod creatorem cognoscimus, & Spiritusancto reuelante intelligimus quodlibet. Videre quoque sæpe pro intelligere ponitur. Vnde sæpe interrogamus, dicentes: Vides, id est, intelligis? Prophetæ quoque hinc videntes dicuntur, id est, intelligentes. Hanc visionem vidit Isaias, Spiritusancto, scilicet intimante, quæ superuentura erant intellexit. Vnde in principio non ponit visiones sicut Daniel, neque dicit quid viderit: sed statim dicit: Audite cæli, & auribus percipe terra.

Tria sunt genera visionis. — *Videre pro intelligere.*

B

† Basilius in 1. cap. Isaiæ. Inter sensus nostros, visus euidentissimam obtinet cognitionem & intelligentiã. Quæ enim formidabilia sunt, nequaquam potest quis auditu nosse perinde, ac visu. Adde quod alia vis nulla ita apprehendit quid expetere debeas, vt visio. Hinc factum est, vt eorum, quæ veritate nitũtur, speculatio, visio appellata sit ob euidentem certitudinem. Ideo vocatur Propheta videns.

Visus quid speciale habeat præ ceteris sensibus?

† Procop. in 1. c. Isa. Quod autem visionis vocabulum initio posuit, libri argumentum indicauit. Neque enim quam audiendo excepit, sed quam menti impressam habet, sententiam denuntiat.

C

Hieronymus in com. Non solum Isaias, sed etiam alij qui habent in titu. *visio quam vidit ille vel ille*, non inferunt quid viderint (verbi gratia.) *Vidi Dominum sedentem*, sed statim narrant, quæ dicta sunt sicut hic; *Audite cæli, &c.* Et, *hæc dicit Dominus Deus ad Idumæam.* Prophetæ enim iure videntes dicuntur, quorum oculi semper ad Dominum, secundum illud, *Ad te leuaui oculos meos, qui habi. in cælis.* Et alibi, *Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt, &c.* De his oculis dicitur, *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Et, *populus videbat voces*, id est, intelligebat. Non ergo ignorabant, secundum Montanum, qui sic videbant.

3. Reg. 22. c. — Deut. 32. a. Abdiæ a. — Psal. 122. a. Ioan. 4. c. Matth. 6. c. Exod. 20. c.

Hieronymus in com. Isaias interpretatur Saluator Domini, Iudas, confessio, Ierusalem, visio pacis, Ozias, fortitudo Domini, Ioathan, perfectio Domini, Achas, tenens, vel robustus, Ezechias, imperium Domini, Qui enim præside Domino saluatur, & est filius Amos, id est, fortis atque robusti, cernit spiritualiter visionem confessionis, dum antiqua peccata plangit, & pacis, dum post pœnitentiam transit ad lucem, & in æterna pace quiescit, & cuncta illius tempora sub fortitudine Domini transeunt & perfectione & robore. Et cum omnia fecerit, dicit: *Seruus inutilis sum: quod debui facere, feci.*

D *Luc. 17. c.*

b *Filij Amos.* Hier. in com. Amos pater Isaiæ non duodecim Prophetarum tertius est: Diuersis enim apud Hebreos scribũtur literis. Iste enim primam & extremam literam habet *Aleph*, & *Sade*: ille autem, *Ain*, & *Samech*. Et iste (vt aiunt) interpretatur fortitudo, vel robustus: Ille, populus grauis, vel durus. Sed iste, sci. pater Amos, propheta fuit (si Hebræis consentimus) qui patres auos atauosque prophetarum (quorum nomina in principio prophetiæ eorum ponuntur) Prophetas fuisse contendunt.

De Amos patre Isaiæ.

† Basilius vbi supr. Patris nomen attexuit, vt ostenderet donum prophetalis gratiæ patri prærogatum, ad se etiam, velut per manus, peruenisse.

E

c *Super Iudam & Ierusalem.* Hier. in comm. Isaias principaliter de duabus tribubus, scilicet Iuda & Beniamin loquitur, exceptis decem, quæ Israel & Ephraim vocantur, quas sub Ozia Rege Iuda, Phul Rex Assyriorum vastare iam cœperat. Denique quinquagesimosecundo imperij eius anno regnante in Samaria Phacea filio Romeliæ, Theglaphalasar Rex Assyriorum cepit cum multis aliis Galilæam, & omnem terram Nephthali, & transtulit eos in Assyrios. Ex quo ostenditur vicina euersione Samariæ, ad correctionem duarum tribuum hæc prædicta esse.

† Evsebivs lib. 2. demonstr. cap. 36. Magnus hic & admirandus Propheta, totius prophetiæ argumentum ob oculos posuit, cum dicit, contra Iudæam & Ierusalem.

F

Visio Isaiæ, &c. Hier. initio com. Pro Iuda in quo signantur duæ tribus LXX. & Theodotio posuerunt Iudæam, quæ significat 12. tribuum totam terram. Et quod ex Hebræo vertimus super Iudam & Ierusalem, illi posuerunt contra Iudæam & Ierusalem, Symmachus, manifestius, de Iuda & Ierusalem, qui nec prospera, nec aduersa in titulo vult demonstrari: sed quid de Iuda, & Ierusalem Propheta prædixerit.

Varia lectio illius Super Iudam & Ierusal.

Hier. Ibid. Scio quosdam Iudam & Ierusalem de super cælestibus interpretari, & Isaiam præferre personam Domini, qui captiuitatem illorum in terra nostra prænuntiet: & reditum ad mõtem sanctum in nouissimis diebus. Quæ nos contraria fidei iudicantes, vniuersa despicimus, & sequentes historiæ veritatẽ, quidquid de Ierusalem cælesti somniant, ad Christi referimus Ecclesiam, & ad eos qui vel propter peccatum ab ea egrediuntur, vel per pœnitentiam reuertuntur, de qua, *Surge illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum.*

De qua Ierusalem sit hic sermo.

Incipit liber Isaiæ Prophetæ.

CAPVT I.

Visio Isaiæ filij Amos, quam uidit, super Iudam, & Ierusalem, in diebus

a Verecunde de se quasi de alio. Spiritualis. Hæc est.
a Saluator Domini.
b Fortis vel robusti.
a Spiritualiter. b Alij contra. Quasi pondus tribulationis.
c Confessionem.
a Visionem pacis. Beniamin in cuius tribu Ierusalem. Populum.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. I.

Visio Isaiæ. *Hic accedendum est ad formam tractatus, quæ est diuisio libri. Qui diuiditur in duas partes, quia primò præmittitur quædam breuis præfatio; Secũdo subditur narratio, ibi,* Audite cæli. *Circa libri huius expositionem intendo quantum potero prosequi sensum literalẽ, vitando multiplicationem particularium & concordantiarum, quia per talia magis impeditur intellectus hominis quàm iuuetur. In locis vero, quorum intellectus à Iudæis deprauatur, intendo diutius immorari, sicut & feci exponendo librum Psalmorum. Igitur in præfatione huius libri quatuor manifestantur, Primum est ordo huius libri inter alios libros Canonicos, cùm dicitur,*

Propositũ auctoris in expositione huius prophetæ.

1 Visio, *Id est, prophetia, per quod patet, quod liber iste in ordine librorum prophetalium computatur. Sciendum tamen, quod visio propriè dicta est cognitio prophetica, quæ fit in vigilia, prout dictum fuit diffusius in principio libri Psalmorum, vbi dictum fuit de diuersis gradibus prophetiæ. Secundum est, scriptor ministerialis huius libri, qui manifestatur hic ex duobus, scilicet ex nomine, cùm dicitur,*

Visio.

2 Isaiæ, *Qui inter alios Prophetas fuit notabilis & famosus, Secundò ex generatione, cùm dicitur,*

3 Filij Amos. *Et vt dicit hic Rab. Sal. iste Amos, & Amasias Rex Iuda fuerunt fratres, & sic Isaias fuit de genere Regio. Vnde & dicit Hie. in prologo quod fuit vir nobilis, & vrbanæ eloquentiæ, vt supra allegatum est. Et per hoc patet, quod ille Amos est alius ab illo qui inter 12. Prophetas ponitur tertius: quia ille fuit pastor & rusticanus, vt habetur in principio suæ prophetiæ. Hoc etiam patet per literas Hebraicas quibus scribuntur, quia* אמוץ *Amos pater Isaiæ habet primam literam* Aleph, *& vltimam* Sade, *& ideo robustus interpretatur; Alius autem* עמוס *Amos habet primam literam* Ain, *& vltimam* Samech, *propter quod auulsus interpretatur. Tertium quod in hac præfatione manifestatur, est populus, cui Isaias prophetauit; cùm dicitur,*

Isaias de genere regio. — Amos pater Isaiæ.

4 Super Iudam & Ierusalem, *Ita quod per Ierusalem quæ erat ciuitas*

MORALITER.

† 1 *Visio Isaiæ filij Amos, &c.* In hoc cap. peccata populi Iudaici arguuntur, per quem populus Christianus generaliter significatur. Specialiter tamen clericalis status, prout se extendit ad prælatos.

a ¶ Fortitudinis domini. b ¶ Perfectionis domini. c ¶ Tenentis vel robusti. d ¶ Imperij domini.

a **Oziæ, Ioathan, Achaz & Ezechiæ regum Iuda.** 1

¶ Mysticè. a ¶ Attentos facit. b ¶ Cælestes. c ¶ Historicè. d ¶ Terreni.
¶ Metonomicos: continens pro contento, cæli. id est cælestes. terra, habitatores terræ.

b ²**Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam** 2 3 4

☞ a *In diebus Oziæ.* HIER. in com. Ozias ipse est qui & Azarias. Vno A tamen eodemque tempore Isaiam, Hosee, Iohel, & Amos, prophetasse, ex regibus qui in titulo ponuntur promptum est cognoscere. *Sed principium verbi domini fuit in Hosee.* Quod in titulo sub Ozia, Ioathan, Achaz, & Ezechia prophetasse dicitur, non sicut in aliis prophetis, quid specialiter sub vnoquoque dictum sit nescimus: quia vsque ad finem voluminis plenè distinguitur. Sciendum quoq; Ezechiam, in Ierusalem 12. anno Romuli (qui nominis sui in Italia condidit B ciuitatem) regnare cœpisse, vt nostræ historiæ appareant antiquiores quam Gentiles.

Romulus quo tempore.

† BASIL. vbi sup. Temporum obseruatio non mediocre affert lectori commodum: Per eam enim dignoscitur ante quantum temporis, post quantum temporis prædicta euenerint; Et quia cum abundasset morbus, superabundauit Dei prouidentia. Nonnulli tamen non ascripserunt suis prophetiis tempora: Alij autem barbarorum regna obsignarunt, tanquam compertiora, quod eo tempore rerum potirentur, vt Aggeus, Zacharias, Abdias, Naum, Abacuc, Ionas & Malachias.

Temporum cognitio vtilis.

b *Audite cæli, &c.* HIERON. in commen. Suprà quis propheta, cuius filius, quid contra Iudam & Ierusalem, & quo tempore viderit, in titulo demonstratum est: Nunc cælum & terram ad audiendum prouocat. Inuocauit enim dominus per Moysen cælum & terram, C cum populo Israel daret legem suam: *Attende cælum & loquar, audiat terra verba oris mei.* Post præuaricationem populi eosdem vocat in testimonium, vt omnia elementa cognoscant, iustè Deum in vltionem mandatorum suorum ad iracundiam concitatum. Voluit autem pluraliter cælos dici, & singulariter intelligi, sicut singulas ciuitates Thebas vel Athenas dicimus vel vocamus. *Audite cæli, &c.* שמים *Samaim* Hebræum, cælos pluraliter significat, sicut omnia quæ in syllaba, *im*, finiuntur masculina sunt & pluralia, vt Cherubim, & Seraphim; quæ in *Oth*, feminina pluralia, vt Sabaoth. *Audite cæli, &c.* Quæ excelsa sunt, maiorem habent intelligentiam; quæ humiliora, terrenam: vnde, *Qui habet aures audiendi audiat.* Qui ergo cælestis est, audiat allegoriam: qui terrenus est, historiam. Quidam cælum & terram quasi animantia ad audiendum prouocari putant, iuxta illud, *Qui respicit terram, & facit eam tremere.* Cum hoc potestatis Dei sit, nec terrenæ intelligentiæ.

Deut. 32. a. De voce Samaim quæ Hebræis cælū significat. Luc. 8. a. Psal. 103.

D † CHRYSOST. homil. 3. de pœnitentia. Cum præmiseris ô Isaia, *Visio quam vidit, &c.* & expectaremus visionem dimittens rationales homines, cum irrationalibus disputas? Ita, inquit, quoniam irrationalibus irrationabiliores facti sunt; deinde Moses volens illos inducere in terram promissionis, prædixit eos expellendos ex illa, si non seruassent legem latam à Deo, & testatus est cælum & terram.

Prophetiarum Mosеos & Isaiæ cognatio.

E † PROCOPIVS in com. in Isaiam. Perterret auditores, tanquam ea quæ sensu carent, Dei voces audiant, quas qui ratione prædíti sunt repulerunt: forsan non auditores fide dignos, sed eorum quorum erat populum accusaturus, postulans, quæ in cælo & in terra sunt, virtutes statim appellat, gentes obscurè significando, quæ in illorum locum vocatæ, eorum peruicaciam condemnabunt. Vel certè, cum eorum, qui tunc audierant, nullus superstes esset futurus, diuinas virtutes sempiternasque mundi partes in testimonium vocat. Vel certè, quoniam, paucis exceptis, omnes rebus terrenis addicti erant sic vtrosque appellauit. Præterea, quoniam creaturæ seruierunt potius quam creatori, militiam cæli & manufacta idola adorantes, eorum circa hæc impietatem mira prudentia per inuocationem subinnuit. Ideò prophetam quemdam sic alloquitur, *Surge & contende iudicio aduersus montes*, montes appellans impietatem, quæ in montibus patratur. Adhæc, memoriæ aculeum ipsi prębuit: Cælum enim & terra perpetuò, si spectentur, beneficiorum acceptorum obliuionem excutiunt. F

Cur Isaias cælum & terram testes inuocet? Micheæ 6.

† CLEMENS ALEXANDR. l. 4. stromat. *Audi cælum & ausculta terra.* Auditum appellat intelligentiam, & cælum, animam eius, qui est præditus cognitione, qui cæli & rerum diuinarum suscepit contemplationem.

† RVPERT. l. 1. com. in Isaiam c. 3. Audite cæli. Quasi dicat, Magni oratoris & concionatoris conquestio ista est, cuius oratio verbum Deus est, cuius concio tota in cælis angelorum, & in terra hominum ecclesia est. Idcirco audite cæli, & auribus percipe terra, vt cum audieritis, quid dominus locutus, quid dominus cōquestus sit, sitis ad vindictā ô vos cæli, desuper ferrei, sis tu ô terra subter ænea.

☞ Dominus

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *uitas metropolis intelligitur rex & sacerdos summus, aliqui sacerdotes notabiles, & ceteri ibidem habitantes, Per Iudam verò, reliquus populus de regno Iuda: quod dicitur regnum duarum tribuum. Quartum autem est huius prophetiæ tempus, cum dicitur,*

1 In diebus Oziæ, &c. *Tempore enim huius regis cœpit prophetizare: licet autem tempore Manasse filij Ezechiæ prophetauerit, tamen de tempore eius non facit mentionem: Tum quia ille pessimus fuit in cultu idolorum, & in occisione & persecutione innocentum, vt habetur 4. Regum 21. Tum quia ab eo occisus fuit, eò quòd peccata ipsius & populi arguebat; & ad colorandum suam malitiam fecit eum adduci coram se vt habetur in quodam libro Hebraico, qui vocatur* Iethamoth, *& dixit ei: Dominus dixit Moysi*, Non videbit me homo & viuet. *Exo. 3. d. & tu dixisti*, Vidi dominum sedentem super solium excelsum, *vt habetur infr. 6. Item Moyses dixit Deut. 4. a.* Non est alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes sibi: sicut Dominus Deus noster adest omnibus obsecrationibus nostris: & tu dixisti, Inuocate eum dum propè est, *infr. 55. b. per hoc insinuans, quòd parum sit nobis propinquus; & sic condemnauit eum ad mortem: & tunc propheta inuocauit dominum, qui aperuit cedrum in loco illo existentem, & intra se occultauit prophetam: sed Manasses hoc miraculo non fuit retractus à malitia sua, sed vna cum arbore fecit eum secari serra.*

Cur Isaias non dicatur hic prophetasse tēpore Manasses. Causa & genus mortis Isaiæ.

2 Audite cæli. *Hic consequenter ponitur narratio. Circa quod sciendum, quod intentio huius prophetiæ est, narrare Christi mysterium, vt dictum est suprà. Quod quidem mysterium fuit ad deiectionem superborum, & exaltationem humilium, sicut dicitur in cantico beatæ virginis Luc. 1. e.* Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. *Propter quod sanctus Symeon Luc. 2. e. dixit*, Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. *Et ideo Isaias denuntiando & scribendo Christi mysterium, simul denuntiat & scribit deiectionem peccatorum superbientium & se extollentium, & eiectionem humilium & iustorum. Et secundum hoc processus libri huius in duas partes diuiditur, quia primo cum Christi mysterio describitur peccatorum deiectio; secundo iustorum erectio, secunda incipit 40. c.* Consolamini, &c. *Prima in duas, quia primò cum pertinentibus ad Christi mysterium, describitur punitio peccatorum quantum ad diuersos populos specialiter; secundò, quantum ad omnes generaliter 23. cap. Prima in duas, quia primò ponitur punitio quantum ad Iudæos; secundo quantum ad populos extraneos, c. 10. ibi,* Væ Assur virga, &c. *Prima adhuc in duas, quia primò cum mysterio Christi describitur punitio regni Iudæ, siue duarum tribuum; Secundò, eius liberatio à persequutione duorum regum, vt post vinum mortificatiuũ apponatur oleum lenitiuum. Secunda pars incipit 7. cap.* Et factum est. *Prima in duas, quia primò ponitur prophetia denuntiatio; secundo eiusdem confirmatio 6. cap. Prima adhuc in duas, quia primò describitur regni Iudæ punitio; secundo, per aduentum Christi ecclesiæ, promotio ca. sequenti. Sciendum tamen quòd hæc diuisio non est ita præcisa, quin membra diuisionis coincidant frequenter, ita quod in vna parte dicitur, ponitur etiam in alia, licet aliis verbis & alio modo: & idem est dicendum de aliis subdiuisionibus, quæ fient pro magna parte. Præsens autem capitulum in duas partes diuiditur, quia primò ostenditur populus puniendus pro peccatis in Deum, secundo pro peccatis in proximum, ibi,* Quomodo facta est meretrix ciuitas, &c. *Prima in tres, quia primo ostenditur populi culpa, secundo, subditur pœna ibi,* Terra vestra deserta; *tertio consulitur medela, ibi,* Audite verbum domini principes Sodomorum. *Circa primum declaratur primo peccati grauitas, secundo incorrigibilitas, ibi,* Super quo percutiam vos vltra. *Circa primum dicit propheta,* Audite cæli, *id est angeli qui sunt cælestes.*

Intentio Isaiæ. Diuisio libri. Non esse istam diuisionem religiose accuratam. Primi cap. diuisio.

3 Et auribus percipe terra, *id est, homines habitantes in ea: vtramque enim naturam, scilicet angelicam, & humanam, voluit habere in testem.*

4 Quoniam dominus loquutus est, *Cuius verbum attentè est audiendum. Quid autem dixit, subditur,*

☞ Filios

MORALITER.

† clericos, & religiosos, quorum mala hic secundum sensum mysticum cum arguuntur: & primò contra eorum peccata cælum & terra pro testimonio inuocantur, cum dicitur *Audite cæli, &c.* Et subditur in Dei persona,

Peccata cleri.

† Filios

a *Dominus loquutus est.* HIER. in com. Non vobis, sed mihi, vt quod A in spiritu audiui referam vobis qui ipsum audire non meremini.

† BASILIVS in com. *Quia dominus locutus est.* Neglectim transmittere, nec velle audire sermones domini, res est prorsus plena formidinis & expauescenda.

b *Filios enutriui.* HIER. in com. q. d. Ego eos adoptaui in filios, & appellaui primogenitos, & ipsi nec sicut bruta animalia beneficiis sunt victi, vt intelligerent nutricium suũ. Nec comparat eos cani sagacissimo animali, qui pro paruo cibo tecta B dominorum defendit, sed stolido sensui bouis & asini, quorum alter terram vertit, alter homines subuehit. Vnde & iumenta appellantur, quia homines iuuant. *Filios enutriui.* Ab hoc loco narrat quid dominus loquutus est ad filios Israel, quos seruos communi lege cõdidit, sed in filios conuertit, dicens: *Filius meus primogenitus Israel.* Apostolis quoque dicitur, quia si fecerint voluntatem domini, nõ dicantur serui, sed amici. Primogenitus autem dicitur Israel, ne superbiat: quia sunt & secundi filij ex Gentibus, & tamen secundum mysteria scripturarum non accipiunt hereditatem primogeniti, sed secundi. Non Cain munera, sed Abel domino placuerunt. Nec Ismael, sed Isaac cepit hereditatem. Nec Esau primogenitus, sed Iacob benedictionem arripuit. Ruben quoque postposito, benedictio seminis transfertur ad Iudam. Iudæi ergo iuxta vocationis ordinem fuerunt primi, & C caput vocati. Nos secundi, & cauda dicti, versi sumus in caput, & filij Dei appellamur; vnde: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

Iudæi brutis ingratiores.

Exod. 4. f. Ioan. 15. b.

Israel Dei primogenitus. Gen. 4. a. Ibid. 27. d. Ibid. 40. a. Ibid. 49. a. Deut. 21. b. Ioan. 1. a.

a ¶ Non vobis, qui indigni estis, sed mihi. ¶ Scilicet hoc. b ¶ Iudæos: quos filios dignanter vocat. c ¶ Non genui, secundum quosdam: qui enim natus est ex Deo, non peccat. ¶ Beneficiis, quasi paruulos. d ¶ Miraculis.

a dominus loquutus est. [1] Filios enutriui & exalta- [2]

a ¶ Præcepta mea abiiciendo, & prophetas contemnendo. ¶ Qui tanta eis feci. ¶ Credendo. b ¶ Qui de Iudæis crediderunt.

b c ui, ipsi autem spreuerunt me. [3] Cognouit bos [4]

a ¶ Christum.

d possessorem suum, [5] & asinus præsepe domini

a ¶ Quem exaltaui.

e f sui, [6] Israel autem me non cognouit, & populus [7]

a ¶ Scilicet. b ¶ Cum dolore pronuntiandum. c Ergo Æterna damnatio; minatur æternum interitum, quia nolunt credere aduentum filij Dei mundum redempturi. d ¶ Non filiis.

g meus non intellexit. [8] Væ Genti peccatrici, [9] po-

a ¶ Vos ex patre diabolo estis. Et, Genimina vipe. quis vobis ostendit fugere à ventura ira? ¶ Immobili.

h i pulo graui iniquitate, [10] semini nequam [11] filiis sce-

a ¶ Iudæis, qui prius filij Dei beneficio; & filij iniquitatis suo vitio. ¶ Quia. ¶ Adorantes idola, filium Dei non recipientes.

k leratis. [12] Dereliquerunt dominũ, [13] blasphemaue-

† BASILIVS in com. Generationis duæ sunt nobis species. Vna, qua operibus conformamur Deo. Altera, introitus ad hanc vitam, vt est illud, *Hic liber est generationis cæli & terræ.* Vtramque obiicit & exprobrat, quod ex nihilo conditi, ad imaginem insuper Dei facti sint. Hoc enim est genitos esse & exaltatos.

Duæ generationis species.

† THEOPHYLACTVS in cap. 8. Epist. ad Rom. Cur Iudæi non vocabant patrem Deum, cum scriptura dicat, *Ipse est pater tuus*; &, *Deum qui te genuit, dereliquisti.* Etsi hæc dicta sint de illis, nemo tamen inuentus est, qui in orationibus Deum vocaret patrem, vt nos vocamus post baptisma.

† RVPERTVS vbi supra. Quid dominus conquestus est? *Filios enutriui*, &c. *Enutriui*, inquam, in Abraham, Isaac, & Iacob, benedicendo & multiplicando, *Exaltaui* in Moyse, Iosue & Dauid, educendo illos mirabiliter de terra Ægypti, diuidendo illis terram, decorando illos regalibus victoriis, regia ciuitate Dauid & templo. Parum est autem quod *spreuerunt me*, quod dixerunt præter Cæsarem, non habere se regem, quod prælecto Barraba, D crucifixerunt me. Hoc attoniti audite cæli, & stupefacta terra, reuerendo indignamini.

c *Cognouit bos, &c.* HIER. in com. Vnde: *Non arabis in vitulo simul & asino*, sicut Ebion, qui confudit Euangelium, & vetus testamentum, *Beatus qui seminat super omnem aquam, vbi bos calcat & asinus*, id est, in eloquiis diuinis scilicet sanctarum scripturarum, veteris, scilicet & noui testamenti; & calcat aquam occidentis literæ, vt fructum metat spiritus viuificantis. Bos, ad Israel refertur, qui legis portauit iugum quasi animal mundum. Asinus, significat Gentilem populum peccatorum onere grauatum, E cui dicitur: *Venite ad me, qui laboratis, & onerati estis.*

Ioan. 2. a. Deut. 22. b. Isa. 42. Ebion hæreticus. Matt. 11. d.

† ORIG. hom. 13. in Luc. Venerunt pastores, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & puerũ Iesum, iacentem in præsepio: illud erat, de quo propheta vaticinatus est, *Cognouit bos, &c.*

† RVPERTVS vbi supr. Dicat aliquis filiorum eiusmodi, Quid mirum si spreuimus; Non cognouimus. Venisti nimium occultus. Ad hæc, *Cognouit bos, &c.*

d *Asinus.* Gentilis vel conuersus lasciuus, antè immundus, peccatis oneratus, qui incarnationem Christi credidit, qui natus statim reclinatus est in præsepio, vt carnis suæ fœno reficeret vniuersos.

e *Israel.* HIER. in com. Scribæ & Pharisæi clauem scientiæ & legis habentes. Vnde Israel, Deum videntes, appellati sunt.

f *Non cognouit me.* Cuius scilicet diem vidit Abraham & lætatus est: cuius aduentum chorus prophetarũ expectando vaticinatus est. F

Ioan. 8. g.

g *Væ Genti, &c.* HIER. in comm. In hoc titulo personam, causam, tempusque commemorat. Secundò, attentos facit. Tertiò, narrat quid locutus dominus. Quartò, quasi in excessibus Gentem increpat peccatricem. *Væ Genti, &c.* Æternum minatur interitum: quia respuunt filium qui salutem attulit.

† BASILIVS in comm. Acerrima est hæc obiurgatio, quod tota gens nuncupetur peccatrix, quasi ne vnus quidem in tota gente bonus sit. Populus insuper plenus peccatis, quasi nullum non genus iniquitatis ab illo exerceatur.

Acerrima obiurgatio.

h *Iniquitate.* HIER. in com. vnde. *Iniquitas sedet super talentum plumbi.* vnde alibi. *Quasi onus graue grauatæ sunt super me.*

Zacha. 5. a. Psal. 37. a. Ibidem.

i *Nequam.* Alij, pessimorum, vt non seminis sit vitium, sed malitiæ eorum qui voluntate propria Deum dereliquerunt. Non enim boni & mali diuersa putanda est natura.

k *Blasphemauerunt.* Dicentes. *Dæmonium habes*, Et *Samaritanus es tu.* Et. *Non habemus regem nisi Cæsarem*, Et: *Nonne hic est filius fabri*

Ioan. 5. f. Ibidem.

℟ Aba-

NICOLAVS DE LIRA.

℟ 1 Filios enutriui. *Scilicet populum Israel pascendo manna in deserto, & terram lacte & melle fluentem ei conferendo.*

Grauissimũ peccatum Israel.

2 Et exaltaui, *Regnum Amorrhæorum & Chananæorum eis tribuendo, vt patet in libris Numerorum & Iosue.*

3 Ipsi autem spreuerunt me, &c. *Idolis seruiendo, ad qua declinauerunt post mortem Iosue, vt patet in libris Iudicum Reg. & 1. Par. Quorum cæcitatem arguit consequenter comparando eos ad bruta animalia rudissima, dicens,*

4 Cognouit bos possessorem suum. *Quia seruiendo ei in aratro recognoscit pabuli sibi exhibiti beneficium.*

5 Et asinus præsepe domini sui. *In quantum seruit domino in deportandis oneribus pro pabulo, quod recipit in præsepio suo.*

6 Israel autem me non cognouit. *Mihi seruiendo pro tot & tantis beneficiis à me sibi impensis.*

7 Et pop. meus. *Id est, populus Israel qui à Deo recepit legem specialem.*

8 Non intellexit. *Mea beneficia & præcepta intra se legendo & recolendo: ideo subditur:*

9 Væ Genti peccatrici. *i. peccato assuetæ, sicut dicitur aliquis artifex ex arte iam acquisita per operis exercitium.*

10 Populo graui iniquitate. *Quia peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit.*

11 Semini nequam, filiis sceleratis. *Quia per talia homines efficiuntur semen diaboli & eius filij, sicut per contraria bona opera efficiuntur filij Dei; Et illa peccata magis explicat in speciali, dicens.*

Filij Dei & filij diaboli.

12 Dereliquerunt dominum. *Eius cultum debitum negligentes.*

13 Blasphemauerunt, &c. *Eius bonitati detrahentes. Et dicitur hic sanctus Israel ipse Deus, qui est sanctus sanctorum. Et dicebatur* sanctus Israel *speciali modò: eò quod illum populum elegerat ad suum cultum.*

Sanctus Israel.

℟ 1 Aba-

MORALITER.

† 1 *Filios enutriui.* Scilicet clericos generaliter sumptos. Ipsi namque præ ceteris catholicis pane sacræ scripturæ, & Eucharistiæ sacramento sunt nutriti.

2 *Et exaltaui.* A tempore Constantini Imperatoris, qui multum honorauit statum clericalem, & dotauit temporalibus bonis.

3 *Ipsi autem spreuerunt me.* Mandata mea transgrediendo manifestè.

4 *Cognouit bos possessorem suum, & asinus.* Per bouem & asinum intelliguntur simplices Christiani. Per Israel (qui videns Deum interpretatur) clerici, & specialiter Theologi. Frequenter autẽ contingit, quòd Christiani simplices deuotè recognoscunt beneficia Dei; & clerici, & præbendati, & eleuati à Deo, sunt ingrati: Propter quod Augustinus, cùm legisset vitam Pauli simplicis dixit: *Surgunt indocti & rapiunt cælum, nos autem cum literis nostris mergimur in infernum.*

Homines simplices magis pij quam aliqui literati.

9 *Væ genti peccatrici.* Scilicet inuerecundæ, propter quod inuerecunda meretrix, peccatrix vocatur: & sic est de apostatis religionis, & de aliis exponentibus se inuerecundè peccatis.

10 *Populo graui iniquitate.* Cuiusmodi sunt mali prælati, & mali religiosi, quia quantò status altior, tantò casus grauior.

11 *Semini nequam.* Id est, peccantibus ex certa malitia, quod magis contingit hominibus literatis: & sic non peccant ex ignorantia.

† *Filiis sceleratis.* Id est, sceleribus assuetis, quod frequenter contingit malis clericis, eò quòd non timent iudicium mortis.

12 *Dereliquerunt dominum.* Per peccatum omissionis.

13 *Blasphemauerunt sanctum Israel*, &c. Id est, Deum sanctificantem populum Christianum, per peccata commissionis.

a rūt sanctū Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiā vos vltrà, addentes praeuaricationem? Omnē caput lāguidum, & omne cor moerens. A planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata,

a ¶ Sanctorum; Christum. s. qui Deum videntes sanctificat. b ¶ Nemo mittens manum suam ad aratrum. b ¶ Alias, In quo. a ¶ Multiplicantes. b ¶ Praeuaricationi. a ¶ Metaphora. b ¶ Principes doctores. c ¶ Consuetudine peccandi. ¶ Impietate. a ¶ Sapientes: quia per affectum in corde & sapientia, hi quia intelligunt, & sua & aliorum peccata plangunt. b ¶ A minimis vsque ad summos. a ¶ Populo, vel capite, vel corpore. b ¶ Mentis: quia medicum occiderunt. c ¶ Malitiae. d ¶ Inuidiae. a ¶ Superbia Iudaeorum. b ¶ LXX. non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas. c ¶ Fasciis orationum.

a *Abalienati sunt.* HIER. in com. Qui dicebantur pars & filij Dei. A Dicitur de eis. *Filij alieni mentiti sunt mihi.* Vnde. *Nemo mittens manum suam ad aratrum, &c.* vnde Apostolus. *Ad priora se extendens, posteriorum oblitus.* (Ioan. 19. c. Matt. 11. g. Psal. 17. g. Luc. 9. g. Philip. 3. c.)

† PROCOP. in com. Isaiae. Istae calamitates non possunt nisi ad ea tantum referri tempora, quae salutarem Christi necem secuta sunt, quibus gentem tradi contigit. Neque enim in aliquo Iudaei grauius peccare potuerunt, quam cum dixerunt. *Tolle, tolle, crucifige eum, &c.*

b *Super quo percutiam vos, &c.* HIER. in com. Quasi dicat, Frustra percussi vos, disciplinam nō B recepistis: quare & zelus meus recedet à te. Tale est illud. *Non est firmamentum in plaga eorum.* Saepe percutit Deus, vt corrigat. His autem qui incorrigibiles sunt, dicit, *Super quo percutiam?* Quasi dicat: Non inuenio medicinam quā adhibeam vobis: omnia membra vulneribus plena sunt, adhibui saepius curationem, modo nullam partem corporis reperio, quae non sit iam percussa, & plagis plena. Vel, nullas inuenio plagas quibus confringam duritiam vestram: Eò enim crescit duritia, quò maiora adhibeo flagella. Quòd autem iam non sit locus medicinae aptus ostendit sic. *Omne caput lang. &c.* (Psal. 72. a. De eis quos non reducunt flagella Dei.)

C † BASILIVS in commen. Haec vox hominis est non habentis in promptu quid statuat, ac desperantis correctionem, quemadmodum in Ezechiele, *Zelus meus recedit à te, non tibi irascar amplius.* Porrò afflictionum quaedam contingere creduntur fortuitò, nonnullae propter peccata, quaedam ad morum correctionem, aliae pro exterrendis & è terra delendis his, quorum spes correctionis deplorata est. (Flagella cur immittat Deus?)

† RVPERTVS vbi supr. cap. 4. Ac si dicat, non peccastis per infirmitatem, non errastis per ignorantiam. Si ita esset, scirem vnde vos percutere deberem, nunc autem vnde vos percutiam vltra, addentes praeuaricationem, addentes, inquam, peccato, defensionem peccati?

c *Omne caput languidum.* HIER. in com. Sicut laetitia animi aliquādo dolores corporis mitigat, & si accedat languor mētis duplicatur infirmitas, & sicut si caput dolet, omnia membra sunt debilia. Ita si D principes & doctores iustitiam seruassent, populus vtcumque medicinam habuisset. Sed quia omnes infirmati sunt, ablata est medicina animarum, vnde. *A planta pedis, &c.* (Toti reip. perniciosa sunt principum peccata.)

† PROCOPIVS in hunc locum. Quidam (*omne caput languidum*) vnumquemque sigillatim hominem intelligunt, quomodo illud. *Sumite initium ab omni congregatione Israel, per capita ipsorum,* tanquam nullus, qui minas istas effugere possit, reperiatur.

d *Vulnus, & liuor, &c.* in com. Quasi dicat: Aut vulneribus hiant corpora, aut verberibus liuent, aut plagis tument, quod propriè extremae captiuitati E conuenit, cui nullum remedium est, in qua impletur illud, *Omnes declinauerunt simul, inutiles facti sunt.* Vulnus baculo, liuor virgis, plaga gladio, plerumque baculo. Sciendum haec praedicta esse de domini aduentu, & vltima captiuitate Romanorum, scilicet quando iam nullam curationem receperunt, quia verum & pium medicum ad se missum occiderunt. (Vulnus immedicabile. Psal. 13. a.)

† PROCOPIVS in com. huius loci. Vulnus est continuitatis in corpore solutio, cum parte quadam modica connexio scinditur: quo possunt ecclesiae significari dissidia, Liuor autem plagae vestigium subcruentum, cum teli quidem impetu contunditur corpus, sed coit parte aliqua, vnde subdola & fallacia corda innuuntur. Plaga denique tumens, seu phlegmone, tumor ingens, cum in debiliorem partem decumbit humor, & affectam calore praeter naturam accendit, vnde elatio animi notatur. (F Vulnus, liuor, plaga tumens.)

† RVPERTVS vbi supr. Malum est vulnus, peius liuor, pessimum plaga tumens. Malum est peccato saltem ad horam vulnerari, peius malo huius liuescere, pessimum cum tumore superbiae, culpam defendere. Talis vestra insania est. *Non est circumligata,* &c. Volui circumligare, & ad poenitentiam astringere, & noluistis euangelij ligamenta suscipere, Effudi de latere meo sanguinem, medicamentum salutis aeternae, & noluistis accedere, Dedi oleum, id est, spiritus sancti gratiam credentibus, ita vt loquerentur omnibus linguis idiotae, & noluistis audire. (Quomodo grandescit vulnera carnalia & spiritualia.)

Nec

NICOLAVS DE LIRA.

1 Abalienati sunt retrorsum, *A Deo recedentes, & honorem sibi debitum diis alienis tribuentes.*

2 Super quo percutiam. *Hic consequenter tangitur peccatorum incorrigibilitas, cùm dicitur,* Super quo percutiam vos vltra, *quasi dicat, frustra, quia non sequeretur correctio vestra: ideo subditur,* (Peccatorū incorrigibilitas.)

3 Addentes praeuaricationem, *quasi dicat ex percussionibus meis non estis emendati, sed magis & magis peiorati, sicut Pharao rex Aegypti: Quod ostenditur consequenter in diuersis populi statibus, cum dicitur,*

4 Omne caput, &c. *Et per caput intelligitur rex & principes, qui sunt capita populorum; & dicit,*

5 Languidum, *Quia languor est infirmitas incurabilis, & per hoc ostenditur eorum vita mala incorrigibilis.* (Languor.)

6 Et omne cor moerens, *Per cor intelliguntur doctores & sacerdotes; quia sicut ex corde procedit sensus & motus ad alias partes corporis: sic per doctores & sacerdotes debent alij accipere sensum bonae cognitionis, & motum sanctae operationis, accipiendo ab eis doctrinam & exemplum virtutis. Sed econtrario dicitur hîc,* Omne cor moerens, *Non moerore contritionis de peccatis: sed moerore, qui est defectus doctrinae & virtutis.* (Doctores & sacerdotes sunt quasi cor populi. Moeror duplex.)

7 A planta pedis, &c. *Per hoc intelligitur reliquum populus procedendo à minoribus vsque ad maiores.*

8 Non est in eo sanitas, *Scilicet gratiae & virtutis. Et per hoc intelligitur quòd ibi sit contrarium, scilicet infirmitas culpae ad mortem gehennae deducentis. Et hanc infirmitatem specificat, dicens,*

9 Vulnus, &c. *Id est, peccatum patens.*

10 Et liuor, *Id est, inuidia latens.*

11 Et plaga tumens, *Id est, peccatum superbia inflans.*

12 Non est circumligata. *Ligatura legis diuinae à peccato retrahentis.*

Nec

MORALITER.

† 1 *Abalienati sunt retrorsum.* Apostatae religionis.

2 *Super quo, &c.* Hic consequenter describitur incorrigibilitas praedictorum cùm dicitur: *Super quo percutiam vos, vltra addentes praeuaricati.* Quasi dicat. Hoc esset frustra, quia non sequitur ex hoc emendatio poenitentiae, sed magis peioratio culpae. Percussa est enim ecclesia in schismate Graeciae, & in amissione terrae sanctae, & non est sequuta humiliatio poenitentiae, sed augmentatio pompae. (Cleri incorrigibilitas.)

4 *Omne caput languidum.* Id est, praelati languentes ambitione: quia nihil eis sufficit.

6 *Et omne cor moerens.* Per quod significantur doctores Theologi, à quibus, sicut ex corde, debet sensus bonae cognitionis per eorum doctrinam procedere, sed docent modo vana & curiosa pro maiori parte. (Magistrorū vanitas.)

7 *A planta pedis vsque ad verticem.* Id est, à minoribus vsque ad maiores.

8 *Non est in eo.* Id est, in corpore ecclesiae.

† *Sanitas,* Dispositionis debitae. Per hoc autem quòd dicitur: *omne caput & omne cor,* non includuntur boni, vt dicetur infra: sed est hyperbole ad designandum multitudinem malè se habentium, vnde subditur:

9 *Vulnus.* Scilicet discordiae, eo, quòd diuidit mentes sicut vulnus corporis carnes.

10 *Et liuor.* Inuidiae.

11 *Et plaga tumens,* superbiae. Haec enim peccata regnant in clericis praedicto modo sumptis. (Quae peccata regnēt in clero?)

12 *Non est circumligata.* Dei timore à peccato retrahente.

† Nec

a *Nec cura medica.* HIER. lib. 1. com. vnde: *Curauimus Babylonem & non est curata,* vrbem scilicet confusionis, & vitiorum. Legimus quoque descendentem à Ierusalem in Iericho à latronibus vulneratum, à Samaritano curatum, & post austeritatem vini infusam olei mollitiem. Et notandum, quod ex quo dicit: *In quo percutiam vos,* &c. hucusque, *non est curata medicamine, neque fota oleo,* translationem seruauit: & irremediabilem Iudæorum captiuitatem expressit.

b *Terra vestra deserta, &c.* IBID. Hæc sub Babyloniis partim completa sunt, incensis ciuitatibus, Ierusalem subuersa, regionem Iudæorum Samaritanis incolentibus. Leonibus etiam terram vastantibus; sed omninò sub Romanis, Omnipotens Deus Ierusalē, & templum, & populum deseruit; cuius ipse custos fuit, cum afferret fructus boni operis, vnde; *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, &c.*

† IVSTINVS Apolog. 2. pro Chri. *Terram vestram alieni deuorant.* Lege cautum erat, ne quis Iudæorum pedes inferret in vrbes Iudææ post crucem Domini, post vastatas vrbes Iudææ; & si quis introisset, plectebatur capite.

† TERTVLLIANVS lib. aduersus Iudæos. Populus Israel secundum sua merita, in sanctam ciuitatem ingredi prohibebatur, secundum verba Prophetarum, *Vestram regionem in conspectu vestro alieni comedent.*

† EVSEBIVS lib. 6. cap. 16. dem. Euang. Legibus Imperatorum, post vastitatem inuectam ab Adriano, Iudæa Iudæis inaccessa.

† HIER. vbi supr. Allegoricè. Qui de sanitate pristina corruerunt, & contrariis potestatibus traditi sunt, omnia bona eorum in desertum veniunt, & prioris iustitiæ Deus non recordabitur, & igne diaboli omnia succendentur, & fiunt pabulum bestiarum, de quibus dicitur, *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.*

c *Derelinquetur.* IBID. Vnde: *Surgite eamus hinc.* Et alibi: *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Et alibi: *Reliqui domum meam, &c.*

† PROCOPIVS in comment. Est vero derelictionis absolutæ signum, desertum vineæ tentorium. Quamdiu enim fructus habet vinea, à custode habitatur tentorium; iisque collectis desertum relinquitur. Sic gens vniuersa cùm fructus edebat, diuinum constabat templum, indeque veluti de specula, illius nomine excubias agebat Deus, qui ait: *Ego ero ei murus ignitus in circuitu*; Itaque angelicis virtutibus tanquam vallo cingebatur. Narrat Iosephus ante captam vrbem, auditas esse à sacerdotibus angelorum voces, quæ ab ea discedendum monerent.

d *Filia Sion, &c.* HIER. Affectu piissimi patris, Et: *Omnes enim natura filij Dei sumus*: sed nostro vitio alieni efficimur. Vnde Babylon sæpe *filia* nuncupatur.

a ¶ Bonorum operum. b ¶ Pœnitentiæ, vt lachrymis compunctionis eorum duritia molliretur.

nec curata medicamine, neque fota oleo. 1 2

a ¶ Ideo. b ¶ Erit.

⁷Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ 3 4

¶ Babyloniorum, vel Romanorum. a ¶ Samaritani vel Romani.

sunt igni. Regionem vestrā coram vobis alieni 5 6

¶ Reuera.

deuorāt, & desolabitur sicut in vastitate hostili. 7

a ¶ Ab hominibus, vel à Deo. b ¶ Ierusalem vel templum.

⁸Et derelinquetur filia Siō vt vmbraculū in vi- 8 9

a ¶ Vinea vindemiata, de qua, Vineam de Ægypto transtulisti. b ¶ Quod, ablato fructu, custodes vacuum relinquerunt. ¶ Collectis frugibus.

nea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut 10 11

a ¶ Christus, de quo: Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. ¶ Ergo.

ciuitas quæ vastatur: ⁹ Nisi dominus exercituū 12

† HIERON. vbi supr. Per Sion (quæ est speculatio & pomorum paradisus dicitur, & vinea) anima accipitur, quæ in contemplatione debet consistere, & fructus acceptabiles afferre: cui si mens. i. νοῦς præsit, habet Deum custodem mentis. Si autem vitia & peccata, tanquam bestiolæ virtutum germina depasta fuerint, illico Deum custodem amittit. *Vinea Domini Sabaoth domus Israel est.* Postquam ergo vastauit eam aper de sylua, & vindemiauerunt transeuntes viam, derelicta est à Domino.

e *Nisi Dominus.* HIER. vbi sup. Hoc ex persona prophetæ, & fidelium ex eadem plebe. *Nisi Dominus.* Hic ostenditur quæ contra Iudam & Ierusalem dicta sunt, ad captiuitatem Romanorum esse referenda, quando in apostolis reliquiæ Iudæorum saluæ factæ sunt, & in vna die crediderunt tria millia, & in toto orbe Euangelium seminatum est. *Dominus Sabaoth:* quod LXX. pro locorum qualitate, vel *Dominum virtutum,* vel *Dominum omnipotentem* transferunt. Christus enim, qui dicit, *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra,* sicut Deus Dei, & Dominus Domini, sic omnipotens, filius omnipotentis est.

† PROCOPIVS in com. Fortassis vero illud est, quod se Abrahamo & semini eius daturum pollicitus est. Tanquam enim de vno dixit, Christo videlicet, qui ne Sodomis & Gomorrhæ similia paterentur, prohibuit. Semen autem etiam Apostolorum chorus intelligendus est, non quidem tanquam impiorum sed prophetarum potius, qui vniuersæ gentis salute deploratā, à Deo consolationem adepti, ab eo semine, quod de se in lucem proditurum erat, illuminati sunt.

† RVPERTVS vbi supr. Non dicatis, ita hæc grandis nimis, multitudo malorum nostris meritis maior, nam, *nisi Dominus reliquisset nobis semen,* nisi prædestinasset, vt reliquiæ ex nobis saluæ fierent, non gladiis Romanorum interficeremur, non captiui in omnes gentes duceremur; sed sicut super Sodomam & Gomorrham pluit sulphur; ita iustissimè super nos in vindictam sui sanguinis pluisset ignis & sulphur.

Audite

Iere. 51. a. Luc. 10. Captiuitas Romana Iudæorum Babylonica exitiosior. Psal. 126. a. Vrbe sua & patria Iudæis interdictum. Psal. 73. b. Iudæorum exterminiū irreparabile. Zachar. 2. lib. 7. de bello Iud. c. 11. Ioan. 14. d. Luc. 15. g. Iere. 12. b. Anima cuiuslibet fidelis. Isa. 5. b. Psal. 79. b. Rom. 9. f. Act. 2. g. Reliquiæ Iudæorum in apostolis & primis fidelibus salnatæ. Matt. 28. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nec curata medica. *id est verbo & exemplo sacerdotum & doctorum.*

2 Neque fota oleo, *id est operibus misericordiæ, quæ impetrant remissionem culpæ. Dan. 4. e.* Peccata tua eleemosynis redime.

3 Terra vestra. *Hic consequenter subditur debita pœna. Circa quod sciendum quod sicut dicit Ra. Sa. Isaias dixit ista duabus tribubus tempore Ezechiæ, decem tribubus iam ante captiuatis, & de terra sua translatis in Assyrios, vt habetur 4. Regum 18. Et ideo propheta primò reducit ad memoriam illam destructionem; secundò comminatur regno Iudæ similem ibi,* Et derelinquetur. *Circa primum dicitur,* Terra vestra, *id est terra decem tribuum, quæ dicitur hic pertinere ad regnum Iudæ, quia sibi debebatur de iure, eo quod fuit de regno Dauid & Salomonis, sed tempore Roboam rebellauit, vt habetur 3. Regum 12.*

4 Deserta, *id est derelicta ab habitatoribus suis in Assyrios translatis, vt dictum est.*

5 Ciuitates vestræ succensæ igni, *Ab Assyriis terram Israel destruentibus. Et dicuntur hic ciuitates illius terræ pertinere ad regnum Iuda ratione dicta. Et eodem modo intelligitur quod subditur.*

6 Regionem vest. coram vo. alie. deuor. &c. *scilicet Samaritani, qui erant Gentiles, illuc adducti per regem Assyriorum, vt habetur 4. Reg. 17.*

7 Et desolabitur sicut in vasti. hostili. *id est hostes remanebunt in ea, & ita factum est, quia filij Israel in Assyrios translati numquam postea redierunt ad terram illam; vnde litera Hebraica sic haber,* Et desolabitur sicut in versione extraneorum, *quia illa terra fuit simpliciter versa ad extraneos, qui non erant de gente Israel.*

8 Et derelinque. *Hic propheta consimilem pœnam; quantum ad aliquid, comminatur regno duarum tribuum, dicens,* Et derelinquetur filia Sion, *id est Ierusalem, metropolis in regno Iuda derelinquetur à suis habitatoribus transferendis in Babylonem per Nabuchodonosor regem, & per consequens aliæ ciuitates eiusdem regni.*

9 Vt vmbraculum in vinea, *derelinquitur à custode, ipsius vindemia collecta: quia non habitat ibi vltra.*

10 Et sicut tugurium in cucumer. *Cucumeribus collectis derelinquitur à custode. Est autem cucumerarium locus vbi crescunt cucumeres.*

11 Sicut ciuitas quæ vastatur, *Ciuibus inde captiuatis. Sed quia ista captiuitas reducta fuit in terram Iudæ per Cyrum regem, qui dedit populo Iudæ licentiam redeundi in terram suam. Ideo subditur,*

12 Nisi Dominus exercituum, *id est angelorum.*

Reli-

Quando dicta & de quibus sit prophetia vers. 7. huius cap. Ius regum Iudæ in regnum 10. tribuum. Iudas de captiuitate reuersus; Israel tamē numquam.

MORALITER.

1 *Nec curata medicamine,* Id est amore Dei ad bonum attrahente.

2 *Neque fota oleo,* Misericordiæ veniam impetrante.

3 *Terra vestra deserta,* id est animarum curā neglecta.

5 *Ciuitates vestræ suc. igni,* scilicet luxuriæ, auaritiæ, & superbiæ propter defectum custodiæ.

6 *Regionem vestram coram vo. alieni deuorant,* Id est dæmones à Deo alienati subditos vestros sibi incorporant.

8 *Et derelinquetur filia Sion,* id est ecclesia.

9 *Vt vmbra. in vinea, &c.* quæ derelinquuntur à custodibus fructibus collectis; sic rectores ecclesiarum collectis pecuniis parum aut nihil curant de animabus.

12 *Nisi Dominus exercit. reliq. nob. semen.* Id est aliquos bonos in quolibet ecclesiæ statu, quorum meritis alij supportantur.

Neglectis curæ animarum.

† Quasi

reliquisset nobis semen quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus.[10] Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei vestri populus Gomorræ.[11] Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus. Plenus sum, holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum

a Reliquiæ Israel saluæ fient. b Apostolos & sequaces eorum, vnde alij. c Mortui in peccatis similiter. d Multi à laude Dei. Sodoma enim muta interpretatur, Gomorrha aspera. a Aspeti enormitate peccatorum. b Ne autem pereatis. a Mente. b Q. Qui vos iactatis filios Abrahæ. c Cui similes Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. a Auribus saltem exterioribus. b Vos ex patre diabolo estis. a Ad quid? b Q. si legem non seruatis, quare offertis? a Non mearum quem offenditis. b Qui timendus est.

a *Audite verbum.* HIER. l. 1. com. Saluatis reliquiis per apostolos, ad Scribas & Pharisæos & populum clamantem, *Crucifige, crucifige,* sermo conuertitur, *Audite verbum.* Hoc ad Iudæos illius temporis, specialiter pertinet ad Scribas & Pharisæos & ad populum clamantem, *Crucifige, crucifige eum.* Sicut enim Sodomitæ publicè peccabant, cogitantes consilium pessimum contra virum iustum Loth, & sine verecundia dixerunt, *Educ viros qui ingressi sunt ad te, vt abutamur eis*: Sic isti contra Christum inuerecunde dixerunt, *Venite cogitemus contra iustum cogitationes*; Et, *reus est mortis*, & huiusmodi. Vnde in sequentibus, *Iniquitatem suam sicut Sodoma prædicauit, non abscondit. Audite verbum domini.* Tradunt Hebræi Isaiam, quia hoc dixerat, occisum, vel quia dixerat, *Vidi dominum, &c.* Cum dixerit Dominus ad Moysen: *Non videbit me homo & viuet*, & *non poteris videre faciem meam.* Nec considerant quidem faciem vel pedes Domini vel suos. In Hebræo enim ambiguè dicitur Seraphim texuerunt: & media tantum eius Isaias se vidisse scripsit. Angeli tamen, etiam minorum in ecclesia, semper vident faciem Dei: homo autem videre nō potest, *Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, &c.* Quando vero de hominibus in angelos proficimus, gloriam Dei reuelata facie speculamur, licet secundum proprietatem naturæ nulla creatura possit videre faciem Dei: & nunc mēte cernitur, quando inuisibilis creditur.

(Luc. 23. c. — Gen. 19. b. — Iere. 18. c. Isa. 3. b. — Propter quid occisum Isaiam tradant Hebræi? — Infr. 6. a. Exod. 33. d. — 1. Cor. 13. d. De visione Dei faciali.)

† PROCOPIUS in com. Separato, quod nobis relictum est, semine, aptè reliquis principibus huiusmodi, nomen attribuit, Sodomorum; quoniam vt erat vrbs illa præcipua, ita quoque nequitia præter cæteros abundabat, ipsiusque principes, scelere & maleficio longe populum superabant. Conuenienter autem & populum addidit, quod quemadmodum illi incorrupte iura dicentem Lothum reiecerunt, his verbis lacessentes, *ingressus es vt aduena numquid vt iudices?* Sic & iustum illi iudicem recusarunt, cum dicerent, *Tolle, tolle,* crucifige. Præterea in externos illi fuere iniurij: hi verò in eum qui in propria venerat; Illi item in Angelos: isti in Deum ipsum. Ipsa etiam Hierosolyma, propter impietatem Sodoma exuperunt: Nam sicut in ipsis ne decem quidem probos reperit Deus, sic & in Hierosolymis mira erat integrorum virorum paucitas. Porrò principes tanquam acutiores *audiendi* verbo prouocat, quod ad mentem refertur magis: populos autem crassiores, *attendendi*, aut vt alij reddiderunt, *auribus percipiendi*, quod tenuem sonum auribus capere & haurire significat. Possunt præterea non malè ista in insolentes ecclesiæ præfectos, & in exlegem populum torqueri.

(Comparantur Hierosolymitani cum Sodomitis.)

b *Plenus sum.* HIER. vbi supr. q.d. Putatatis me indigere his, vel delectari? Ego autem plenus sum, id est nullo indigeo. *Mea enim est terra & plenitudo eius.* Vel, plenus sum, id est tædio affectus, quia non bene offertis.

c *Holocausta arietum, &c.* vsque, *Iudicate pupillo, &c.* IBID. Sacrificia Iudæorum respuit, obedientiam Euangelij commendat; *Holocausta arietum, &c.* Vltimam templi destructionem indicat, quæ in perpetuum perseuerat. Post Babylonicam enim captiuitatem à Zorobabel templum ædificatum est: Et in eo diu sacrificatum est.

(Psal. 23. a. Psal. 9. g.)

† PROCOPIUS vbi supr. Meritò in principes & subditos, qui aduersus Christum talia ausi sunt, sermonem instituit. Itaque non amplius addit, remittam peccata vestra; Remisit enim his qui in Babyloniam abrepti fuerant, cùm anni septuaginta præteriissent; at his, qui Christum crucifixerunt, remissurum negat, quamquam vltimis temporibus saluandæ sint reliquiæ. Causam affert, cùm manus eorum plenas esse sanguine, Christi cædem innuens, adiungit.

HIER.

NICOLAUS DE LIRA.

1 Reliquisset nobis semen, i. *aliquos de regno Iuda redeuntes sub Zorobabel duce, & Iesu sacerdote, qui readificauerunt templum, & postea ciuitatem tempore Neemiæ.*

2 Quasi Sodoma fuisse. i. *destructi irreparabiliter, sicut* Sodoma & Gomorra, *& alia tres ciuitates fuerunt subuersæ, absq; reparatione, Gen. 19.*

3 Audite verbum Domini principes Sodomorum. *Hic consequenter ponitur medela contra prædicta mala. Et primo falsum remedium excluditur, secundo verum consulitur, ibi,* Lauamini. *Circa primum sciendū, quod habitatores regni Iudæ, qui pro maiore parte erant ita mali, vt prædictum est, tamen credebant malitiam suam expiari sacrificiis, & aliis huiusmodi, qua fiebant in templo, quod erat in Ierusalem: Et hoc est falsum, sicut dicitur Prouerb. 1. b.* Victimæ impiorum abominabiles domino. *Et hoc est quod hic dicit propheta satis diffusè. Et primo excludit sacrificia; secundo festa solennia, ibi,* Neomeniam; *tertio orationum suffragia, ibi,* Et cum extenderitis. *Circa primum excitat maiores populi ad intelligendum, dicens,* Audite verbum Domini principes Sodomorum. *i. similes illis, quia publicè & inuerecunde faciebant mala supradicta, sicut Sodomitæ, vt habetur Genes. 19. Et ideo dicitur infr. 2. b.* Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. *Consequenter excitat minores dicens.*

(Iudæi falsò credentes malitiam suam expiari per sacrificia & huiusmodi.)

4 Percipite auribus, &c. *Et vtitur hoc modo loquendi, quia sicut populus erat subiectus principibus: ita ciuitas Gomorra erat subiecta Sodoma, qua erat metropolis in quinque ciuitatibus subuersis. Vlterius proponit intentum, dicens:*

(Ciuitas Gomorrhæ subiecta Sodomæ.)

5 Quo mihi multitudinem, &c. *id est in quo placent mihi, q. d. nullo modo: ideo subditur,*

6 Plenus sum, *id est, talibus non indigeo, sed magis abhorreo, sicut homo plenus cibo abominatur ipsum. Ideo subditur,*

7 Holocausta arietum. *De istis enim speciebus animalium fiebant sacrificia maiora. Et per reprobationem istorum, intelligitur etiam reprobatio minorum qua fiebat de turturibus & columbis. Dicebantur autem holocausta, quæ totaliter incendebantur ad honorem diuinum: De sacrificiis autem pro peccato vna pars cedebat in vsum sacerdotum; Et similiter de sacrificiis pacificorum, vna pars erat in vsum sacerdotum, & alia in vsum offerentium; sed in omnibus sacrificiis esus adipis & sanguinis erat totaliter prohibitus, quia adeps cremabatur in altari holocaustorum, & sanguis effundebatur ad crepidinem illius altaris, vt habetur in Leuitico.*

(In sacrificiis quid cui cederet?)

Cum

MORALITER.

† 2 *Quasi Sodoma*, id est totaliter destructi.

3 *Audite.* Descripta cleri malitia, hic subditur medela; primò tamen excluditur falsa, quæ consistit in diuinis obsequiis peruersè factis, cùm dicitur, *Audite verbum Domini principes.* Eze. 16. f. dicitur, *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, saturitas panis & otium, & manum pauperi non porrigebant.* Hæc autem vitia in clero regnant, scilicet gastrimargia per excessiua & delicata conuiuia, quod per saturitatem panis intelligitur, eo quòd in sacra scriptura nomine panis intelligitur omnis cibus; & acedia, per otium significata, & crudelitas erga pauperes, quorum sunt ecclesiæ bona, præter conuenientem victum & vestitum ecclesiæ ministrorum.

(Vitia regnātia in clero.)

5 *Quo mihi multitudinem victima.* id est sacrificia vestra, inquantum sunt ex vobis, mihi non accepta.

7 *Holocausta arietum, &c.* Per omnia legis sacrificia figuratum fuit Eucharistiæ sacramentum, sicut vnum perfectum per multa imperfecta: quod licet sit optimum, tamen non proficit, sed nocet offerentibus & sumentibus indignè.

(Eucharistia nocet offerentibus & sumentibus indignè.)

† Neome-

☞ HIER. l. 1. com. *Holocausta arietum.* Potest & de illis accipi, qui A cùm Dei præcepta despiciant, volunt illum multitudine sacrificiorum placare, & peccandi licentiam emere. Vel qui rapinam & auaritiam altari offerunt, & pauperibus tribuunt.

a *Nolui* IBID. Præterito vtens, ostendit se numquam Iudæorum sacrificia amasse, sed propter significatum ad tempus sustinuisse: & vero sacrificio impleto, pro nihilo reputasse.

† BASILIVS in comm. Illud, *nolo*, dici conuenit in eos qui ad B insumendas impensas profusiores quidem sunt, non tamen ipsos ipsique gestorum pœnitet. Quamobrem scriptura non reprobat victimas, sed eas reiicit quæ Iudaico ritu offeruntur.

Quorum nō sint Deō gratæ oblationes? · *Amos 5. f.*

† RVPERTVS. Olim nolui, sed tamen tuli.

b *Cum veniretis.* HIER. vbi sup. Hæc sacrificia non quæsiuit Deus, quasi indigeret: sed ne dæmonibus immolarent; & vt per carnalia & typica, ad spirituale, & verum sacrificium C facilius peruenirent.

Iere. 6. c.

c *Quis quæsiuit?* IBID. Audiant hoc Ebionitæ, qui post Christi passionem putant legem esse seruandam; Audiant hoc eorum socij, qui Israelitico tantùm generi custodiendam decernunt.

Hæresis Ebionitarū.

d *Neomeniam, &c.* IBID. Festum nouæ lunæ, quod celebrabant in principio mensium: *Neos*, nouum, *mene*, luna; vnde, *Buccinate Domino in Neomenia tuba.*

Psal. 80. a.

¶ Vnquam.
a rum nolui. [12] Cùm veniretis ante conspectum 1

¶ Quia lex spiritualis est.
b c meum, quis quæsiuit de manibus vestris hæc, 2

¶ Sic. ¶ Ergo.
vt ambularetis in atriis meis? [13] * Ne offeratis 3

a ¶ Inutile. b ¶ Quia. ¶ Vestrum. a ¶ Quia non pura intentione.
vltrà sacrificium frustra. Incensum abominatio 4 5

d est mihi. * Neomeniam & sabbatum & festi- 6 7

a ¶ Encenia, iubileum. b ¶ Non sustinebo amplius, quia iniqui sunt cœtus vestri.
e uitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus ve- 8 9

a ¶ Neomenias. b ¶ Non meas. c ¶ Non meas.
stri. [14] Calendas vestras & solennitates vestras 10 11

a ¶ Quia malè vtimini. ¶ Supradicta.
f odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta. 12 13

a ¶ Laborare me fecistis. b ¶ Expectans vestram conuersionem. c ¶ Quod faciebant quasi imitantes Moysen, qui orabat contra Amalech eleuatis manibus.
g * Laboraui sustinens. [15] Et cū extēderitis manus 14

a ¶ Respectum misericordiæ. b ¶ Iniquis. c ¶ Etiam, vel ideo.
vestras, auertā oculos meos à vobis: et cū multi- 15

¶ Quare? quia. ¶ Opera.
h plicaueritis orationem, nō exaudiam. * Manus 16

a ¶ Peccato; vnde, Libera me de sang. Deus Deus sal. meæ. i. de peccatis. b ¶ Lachrymis pœnitentiæ. ¶ Facite dignos fructus pœnitentiæ.
i enim vestræ plenæ sanguine sunt. [16] * Lauamini, 17 18

† ORIGEN. in cap. 8. Num. Quoniam in loco sancto, in die festi- D uitatis, occiderunt Dominum meum Iesum Christum; dicit Isaias, *Neomenias & sabbata & dies festos vestros odiuit anima mea.*

† IDEM hom. 10. in Gen. Iudæorum est, dies certos & raros obseruare, & ideo dicit Deus, *Neomenias, &c.* Christiani omni die carnes agni comedent, & verbo Dei pascentur.

e *Iniqui sunt cœtus vestri, &c.* HIER. vbi supr. Quia spiritales hostias non offerunt, vnde, *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.*

Psal. 50. d. · *Iere. 6. c.*

f *Odiuit anima mea.* Ἀνθρωποπαθῶς. Non quòd animam habeat, sed nostro loquitur more; quasi, omninò E odiui.

g *Laboraui, &c.* Symmachus. *Defeci miserans*: quasi dicat, Non potui vltra misereri, quia post seruos filium occidistis: sicut illud Hosee, *Perditio tua Israel, tantùm in me est auxilium tuum*: quod est, Pereas Israel, qui non tuo merito, sed meo tantùm saluaris auxilio. F

Hosee 13. c.

h *Manus enim ve. ple. s. sanguine, &c.* IBID. Prophetarum, & tandem domini eorum: vnde, *Implete mensuram patrum vestrorum*; Illi interfecerunt prophetas, vos iugulate filium patris familias. Vtendum est hoc testimonio contra eos, qui cùm quotidianis operibus sanguineas manus habeant, in oratione dies noctesque inuigilant.

Matt. 23. d. · *Infr. 59. a.* · *De pœn. d. 3. c. lauamini.* · *Post lachrymas vita innocentiæ custodienda esse.*

i *Lauamini, &c.* Quasi dicat, Hoc odiui: placet veritas Euangelij.

† ORI- · ☞ Laua-

NICOLAVS DE LIRA.

r Cum veniretis ante conspectum meum, &c. *id est ad talia offerendum sacerdotibus in introitu atrij sacerdotum; quod dicebatur esse in conspectu Domini, eò quòd erat ante templum, vbi dabantur diuina responsa.*

Quid sit vers. 12. *Ante cōsp. Dom.*

2 Quis quæsiuit hæc de manibus vestris? *q. d. ego non quæsiui.*

3 Vt ambularetis in atriis meis. *Hoc dicitur, quia præter atrium sacerdotum, in quo offerebantur sacrificia, erant duo alia, Vnum in quo orabant mundi; & aliud, in quo orabant immundi.*

Atria templi.

4 Ne offeratis vltrà sacrificium frustrà, *quasi dicat, talis oblatio vobis non valet, sed magis nocet: eò quòd polluti peccatis ad loca sancta accedītis.*

5 Incensum abominatio est mihi, *id est oblatio thymiamatis in altari incensi intra templum: quæ oblatio erat sacrificiorum oblatorum sub diuo consummatio, secundum quod dicitur Hebr. 9.* In priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes.

Oblatio thymiamatis in altari incensi.

6 Neomeniam & sabb. & fest. alias non feram, &c. *Hic excludit solennitates, dicens:* Neomeniam, *id est festum quod fiebat in nouilunio apud Iudæos propter beneficium diuinæ gubernationis, eo quod in nouilunio frequenter apparet mutatio temporis. Et dicitur à* neos, *quod est nouum, &* mene *defectus, eò quòd tunc renouatur lumen lunæ, quod defecerat.*

Neomenia.

7 Et sabbatum, &c. *Quod est festum apud Iudæos in memoriam beneficij creationis, vt habetur Genesis 2.*

8 Et festiuitates alias, &c. *scilicet Pascha, Pentecostes, tubarum, expiationis & tabernaculorum, de quibus dictum fuit plenius Leui. 23.*

9 Non feram, &c. *Loquitur scriptura de Deo ad modum hominis aggrauati onere. Et per hæc omnia & similia ostenditur quod talia non erant Deo placita, sed magis displicentia.*

10 Iniqui sunt cœtus vestri, &c. *In octaua enim die festi tabernaculorum fiebat festum cœtus siue collectæ.*

Festum cœtus seu collectæ.

11 Calendas vestras, &c. *id est principia mensium per quod signatur idem quod supra signatum est per Neomeniam.*

12 Et solennitates vestras, *omnes generaliter.*

13 Odiuit anima mea. *Et patet ex dicta sententia.*

14 Et cum extenderitis manus vestras, &c. *Hic excludit orationum suffragia, dicens:* Et cùm extenderitis manus vestras, &c. *ad me deprecandum.*

15 Auertam oculos meos à vobis, *Sicut homo auertit faciem suam ab eo quem non vult exaudire. Ideo subditur,* Et cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam. *Et subdit omnium prædictorum rationem.*

16 Manus enim vestræ, *id est opera vestra, quæ per manus designantur, eo quod manus est organum organorum, 3. de anima.*

17 Plenæ sanguine sunt. *Id est peccatis enormibus. Erant enim homicidæ & idololatræ, & pauperum oppressores. Prædicta enim sacrificia, & huiusmodi, non habebant efficaciam ex opere operato, sicut sacrificium nouæ legis, sed tantum ex fide & deuotione offerentium: Fides autem erat in eis amota per idololatriam, & deuotio per malitiam obstinatam.*

Vnde habebant sacrificia legalia efficaciam?

18 Lauamini. *Hic consequenter vera medela consulitur, scilicet per veram pœnitentiam, & boni operationem. Et hoc est quod dicitur,* Lauamini, *à peccatorum maculis lachrymis contritionis.*

9 Non · ☞ 1 Mundi

MORALITER.

† 6 *Neomeniam*, per istas solennitates veteris legis, significata fuerunt noui testamenti festa; quorum tamen obseruatio per vacationem à terrenis operibus non valet, nisi fiat cessatio à peccatis, quæ tamen frequenter magis fiunt tunc, quàm in diebus aliis.

Abusus festorum.

14 *Et cùm extenderitis*, in oratione.

15 *Auertam oculos meos*, quia non est speciosa laus in ore peccatoris.

18 *Lauamini.* Exclusa falsa medela, hìc consequenter ponitur vera, cùm dicitur, *Lauamini*, per veram pœnitentiam.

14 Et · † Mundi

☞ *Lauamini*, sanguine Christi, aqua baptismi. *Mundi estote*, manentes in A innocentia vitæ. Baptismus enim solum potest in remissionem peccati, vnde, *Nisi quis renatus, &c.* Et alibi, *Ite, docete omnes gent. bapt. e. in no. pa. &c.*

Ioan. 3. a. Matth. 28. d

HIER. l. 1. com. Ordo præcipuus. Non sufficit, *lauamini*, nisi adiungatur, *mundi estote*: vt post lauacrum aquæ, cordis habeant puritatem. *Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Habita autem cordis puritate, de mentibus suis debent *malum auferre*, nõ solùm in conspectu hominum, sed etiam in conspectu Dei, quem nihil potest celari.

Matth. 5. a.

* 87. dist. ca. defensionis. *Implorantibus patrocinia Episcopos debere adesse.* Ioan. 5. c. * infr. 46. c.

† PROCOPIVS in com. Quare, cum ea admissione quæ medelam non ferant, etiamsi orationes suas multiplicarent, eos se non exauditurum dixit; eosdem iam tanquam sanare possit, alloquitur: Nimirum quod B in lege deficiebat aduentu suo suppleuit Christus: non corporis, non vestium imperata lotione, sed animorum per baptismum purgatione, & ad virtutum superstructionem adhortatione.

a ¶ Ne recidatis. ¶ Innocentia vitæ. b ¶ Hoc modo lauamini. c ¶ Opus. d ¶ Iniquarum. ¶ Si cogitatis, saltem ne perficiatis.

mundi estote, auferte malum cogitationum [1][2]

a ¶ Non mearum. b ¶ Quia abominatio est mihi. c ¶ Vos baptizati.

a vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere [3][4]

a ¶ Declina à malo. ¶ Fac bonum. b ¶ Hoc modo. c ¶ A sapientibus quorum est iudicare; vnde Salomon sapientiam postulauit ad iudicandum populum.

b c peruersè, [17] discite bene facere. * Quærite iu- [5][6]

a ¶ Violenter. b ¶ Id est iudicio subuenite, si eius causa bona est: quia dicitur, Ne parcas pauperi in iudicio. c ¶ Id est pauperi.

d dicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, [7][8]

a ¶ A violentia. b ¶ In iudicio. c ¶ Cum hæc bona feceritis. d ¶ Contra me in iudicium. e ¶ Quasi ingratum. Si non remunerabo.

e defendite viduam: [18] et venite, * & arguite [9][10]

a ¶ Qui non mentitur. b ¶ Q. si hæc feceritis.

me dicit Dominus. Si fuerint peccata ve- [11]

a ¶ Vnde: Asperges me domine hyssopo. Et alibi, Vestimenta eius alba sicut nix.

f stra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur:

g & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut

c *Quærite iudicium, &c.* IBID. Victimis Iudæorum Euangelica suc- D cedunt mandata. Pupillis & viduis prouidetur, vt securi de coniugibus & liberis martyres ad bella procedant.

d *Iudicate pupillo.* † TERTVLLIANVS lib. 1. ad vxorem. Duo ista nomina pupillus & vidua, quo magis habentur despectui hominibus, eò magis diuinæ misericordiæ sunt curæ.

e *Defendite viduam, & venite, &c.* † AMBROSIVS lib. 1. de viduis. In nullo Iudæi grauius dominum læsisse produntur, quàm quod viduæ gratiam, minorúque iura violarunt; Hæc sola causa delicti inuidiam mitigatura memoratur, si honoretur vidua in honoribus æqui iustitia iudicij deferatur, *Iudicate pupillo, iustificate viduam, venite disputemus.*

Grauissimũ peccatum est viduas opprimere.

† GREGORIVS lib. 9. moral. cap. 20. Quid est quod Dominus, cùm agere sanctè præceperit, addat, *venite & arguite me?* nisi quod apertè insinuat, quàm iam bonis actibus fiduciam præstet; ac si planè dicat, Recta agite, & animaduersionis meæ motibus, non iam per deprecationis meritum, sed per fiduciam auctoritatis obuiate.

E

Bona conscientia quantam fiduciam præstet?

† LACTANTIVS lib. 4. cap. 18. Et dixit Esdras ad populum. *Hoc pascha saluator noster est & refugium nostrum, cogitate, & ascendet in cor vestrum, quoniam habemus eum humiliare in ligno, & post hæc sperabimus in eum, ne deseratur hic locus in æternum tempus. Dicit Dominus Deus virtutum, C si non credideritis ei, neque exaudieritis nuntiationem eius, eritis derisio in gentibus.* Vnde apparet, Iudæos nullam aliam spem habere nisi se abluerint à sanguine, & sperauerint in eum ipsum quem negauerunt.

a *Quiescite agere peruersè.* HIER. vbi supr. illud euangelij sonat: *Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare.* Recedens ergo à vitiis discat bonum, quærat iudicium, oppresso subueniat, pupillum viduamq; defendat. Si autem hæc fecerit, peccata quæ prius in modum coccini sanguinea fuerant, dimittentur; & opera sanguinis in vestes Domini mutabuntur, quæ de agni vellere confecta sunt: quem sequuntur in Apocalypsi qui splendent candore virginitatis.

Per quæ delcantur peccata?

Apoc. 14. a. Addisci virtus debet. Eccle. 1. d. Isa. 6. b. secundum LXX.

b *Discite benefacere* IBID. Non confisi naturæ; virtus est discenda & imitanda, vnde Iesus filius Sirach, *Desiderasti sapientiam, serua mandata, & Dominus tribuet tibi eam.* Et Isaias, *Omnis qui non didicerit iustitiam super terram, veritatem non faciet.* Discenda est ergo iustitia, & magistrorum terenda sunt limina.

† AVGVST. in Psal. 103. Quid est disputatio hominis ad Deum, nisi confessio peccatorum? confitere quod es, & disputasti cum illo; disputa ergo cum Deo, hoc est, te illi indica scienti, vt ille se tibi indicet nescienti.

† PROCOPIVS in com. Postulat pro sua clementia coram nobis argui, vt quanta ille contulerit, quanta quoque ipsi reposuerimus beneficia, demonstret. Multis verò in scriptura locis, Deum habemus pari veluti conditione in iudicium cum hominibus descendentem: Ait enim propheta ipse, *Dominus veniet in iudicium cum sacerdotibus, &c.* Sed sunt ista scripturis vsitatæ personarum fictiones, vt defensionis eius, quæ ab operibus est, nobis curam iniiciant: Neque enim quidquam tum audiemus vel dicemus, Erit autem tunc iudicium, *inter se inuicem cogitationum accusantium, &c.*

F Isai. 3. Quomodo intelligẽdus est Deus cũ hominibus in iudicio disceptare. Rom. 2.

f *Vt coccinum, &c.* HIER. vbi supr. Idem est coccus & coccinum, & vermiculus, grande, scilicet peccatum, & homicidium & adulterium, &c. Quod autem per niuem, hoc per lanam significatur, purgatio, scilicet & ablutio peccatorum.

g *Quasi nix.* IBID. Quia frigidi erunt contra incentiua vitiorum: *Et velut lana*, quia vestiti contra frigus perfidiæ.

c Quærite ☞ Lana

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Mundi estote, *id est à recidiuo cauete.*

2 Auferte malum cogitationum, &c. *quia non sufficit munditia exterior, sine interiori.*

3 Ab oculis meis, *Homo enim videt ea quæ patent, sed Deus intuetur cor.* 1. *Reg.* 16. *b.*

4 Quiescite agere peruersè, *à malo declinando.*

5 Discite benefacere, *in bonis operibus vos exercendo. Ista enim sunt duæ partes iustitiæ, scilicet declinare à malo, & facere bonum.*

6 Quærite iudicium, &c. *id est executionem debitæ iustitiæ.*

7 Subuenite oppresso, *eum releuando.*

8 Iudicate pupillo, *id est, pro pupillo, in causa sua iusta.*

9 Defendite viduam, *contra eam calumniantem. Istas autem personas exprimit, quia frequenter iniustè patiuntur calumniam, eo quòd non possunt se defendere: & ideo indigent iudicum & potentum sustentatione.*

Qui fiant calumniis magis expositi?

10 Et venite, *id est, si ita feceritis, tunc poteritis conqueri, nisi à Deo releuemini: propter quod subditur de releuatione à peccatis, cùm dicitur,*

11 Si fuerint peccata vestra vt coccinum, &c. *Isti duo colores hic positi, sunt valde tenaces & mansiui: & ideo per hoc intelligitur, quòd peccata quantumcumque sint grauia ex genere, & habituata ex consuetudine, diuina gratia purgabuntur. Secundo subditur de releuatione à corporalibus miseriis, cùm dicitur,*

Omne peccatum est remissibile.

8 Iudicate ☞ Si

MORALITER.

† 1 *Mundi estote*, id est à recidiuo cauete.

2 *Auferte malum*, Nam exterior munditia sine interiori non est Deo accepta.

4 *Quiescite*; quia declinare à malo & facere bonum, sunt duæ partes iustitiæ.

Duæ partes iustitiæ.

6 *Quærite iudicium*, Iustitiam exequendo.

7 *Subuenite oppresso*, scilicet in peccatis ipsum dirigendo vel in iniuriis ipsum adiuuando.

Quomodo medendum sit prædictis cleri peccatis.

8 *Iudicate pupillo*, ipsum in iure suo fouendo.

9 *Defendite viduam*, ab iniuriante ipsam.

10 *Et venite & arguite me*, si vobis non benefaciam.

11 *Si fuerint*, per ruborem coccini & vermiculi, significatur sanguinis effusio. Est igitur sensus, si peccata vestra sic horrida fuerint, sicut effusio sanguinis innocentis, tamen expiabuntur.

7 Sub- † Si

a *Lana alba,&c.* HIER.l.1.com. De qua fiat vestis Christi, vnde: A *Quotquot baptizati estis, Christum induistis.* Et alibi: *Viuit Dominus, quia his, sicut vestimento indueris.*

(Gal.3.d. Infra 49.)

† PROCOPIVS in com. Aiunt quidam sacrosanctum lauacrum satis esse, vt quasi nix dealbemur: quomodo nulla adeo peruicax macula existit, vt Deo mundante elui non queat, Paulo teste in hæc verba, *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia*; alij in eo purgandi vim admittunt, sed tamen operibus ad tantum splendorem (qualia sunt pupillo iudicare, &c.) opus esse contendunt. Est porrò purpurâ rubrius coccinum, vnde istud B ad niuem, illam autem ad lanam retulit. Ideo autem rubro colori peccata assimilat, quod animas nostras lepræ instar se habeant; eiusque alia quidem pertinax, veluti in coloribus, numquam deponatur, alia autem in summa cute hærens facilè eluatur: quomodo promptè vel difficulter ab animo, pro eorum ratione, solet peccata remoueri.

(Efficacia Baptismi.) (Peccata animam maculantia.)

a ¶ Per liberum arbitrium. ¶ Quasi, in vestra voluntate est. b ¶ Obedieritis.

a lana alba erunt. [19] Si volueritis & audieritis me, 1

b a ¶ Viuentium, vel præsentis, vel saltem Iudæi præsentibus inuitati obediant.

c bona terræ comedetis. [20] Quòd si nolueritis, & 2

¶ Vindictam. ¶ Sic.

d me ad iracundiam prouocaueritis, gladius de- 3 4

a ¶ Q. de veritate non dubitetis. b ¶ Verbum patris, vel propheta per quem Deus loquitur sua secreta, cuius sententia permanentibus peccatis non mutatur.

uorabit vos, quia os Domini loquutum est. 5

a ¶ Admiratiuè. b ¶ Non tam opere quam mente recedendo à Deo. ¶ Olim.

e f [21] Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis 6 7

¶ Veri. a ¶ Tanquam in domo sua.

g plena iudicij? Iustitia habitauit in eâ, nunc au- 8 9 †

a ¶ Quia prophetas & Dominum prophetarum occiderunt.
b ¶ Verè vbi iustitia, ibi homicidæ; quia argentum,&c.
¶ Eloquia diuinæ scripturæ in sordes prauæ doctrinæ Scribarum & Pharisæorum.

h tem homicidæ. [22] Argentum tuum versum est 10 11

sensum. Sion mons est in quo Ierusalem condita est: Sed postquam D à Dauid capta est ciuitas, appellata est ciuitas Dauid, in qua sancti viri fuerunt, dum habuit tabernaculum Domini; Et postea templum, quando Nathan & alij prophetauerunt; & super choros, Asaph, & Idithum, Ethan, Eman, & filij Chore constituti sunt: vt paulatim à sacrificiis victimarum, ad laudem Dei transiret religio.

(Sion ciuitas Dauid.)

MORALITER IBID. Anima fidelis & plena iudicij, dum Deo obedit, Deus in ea habitat, qui est iustificans iustitia: Si autem à Deo recedit non loco sed merito, habitatur à malignis spiritibus, qui sunt homicidæ animarum.

(Animæ hospes est aut Deus aut dæmon.)

† BASIL. in com. De ecclesia E aliquando dicitur, (absit vt de nostra) *Quomodo facta meretrix, &c.* idque ob repudiatum fidei verbum, cui ab exordio iuxta patrũ traditionem sponsalitio iure copulata est, qui eam exhibuerunt *vni viro virginem castam*. Multa admittit & versicoloria semina verbi ecclesia ab illis inducta, qui puritatem sacramentorum contaminant, & dogmata impietatis disseminant, ad extremam animarum perniciem; homicidæ non modo corporum, sed animarum.

(De eis qui noua dogmata seminant.)

C b *Si volueritis & audieritis,&c.* HIER. vbi sup. Liberum arbitrium reseruatur, vt non ex præiudicio Dei, sed ex singulorum meritis præmia, vel pœnas sequi probetur.

c *Terra.* IBID. Cùm cætera elementa sint in motu, terra immobilis stat: Ideo per eam significatur soliditas æternæ beatitudinis.

d *Gladius.* IBID. Babyloniorum vel Romanorum, vel Dei: pestilentia. s. mortalitas, fames, pœna æterna; quidquid enim affligit gladius solet dici.

e *Quomodo facta est.* IBID. Hæc ad tempora prophetæ: sed specialiter ad incarnationem Christi referuntur, quando penitus recesserunt à Deo, Barrabam eligendo, filium Dei occidendo: vnde admirans ait? *Quomodo facta,&c.*

(Matt.27.d.)

f *Ciuitas fidelis.* IBID. LXX. addiderunt *Sion*, propter manifestiorẽ sen-

Iustitia. HIER. vbi sup. Iustitia, in Hebræo צדק *sedek*, quod magis iustum significat; vt intelligamus Dominum commoratum in F ea, de quo, *Iustus autem quid fecit?* quod in Ezechiele per Oolibam significatur, quod interpretatur *tabernaculum*, vel *tabernaculum meum in ea*.

(Psal.10.a. Ezech.23.a.)

h *Argentum,&c.* IDEM IBID. Clari scilicet & lucidi ad vitia sunt reuersi: *Argentum tuum,&c.* vnde, *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum, &c.*

† BASIL. vbi sup. Hoc est, sermo fidei vestræ, quasi moneta adulterina, reprobus est, nec retinet exactam figuram regiæ imaginis.

In

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si volueritis & audieritis me, *Præceptis meis obediendo.*

2 Bona terræ comedetis: *Per hoc etiam intelliguntur alia bona spiritualia, quæ in talibus promissis sunt principaliter intellecta: quia præmium non debet esse minus bonum quàm meritum, sed maius; bona autem temporalia sunt minora bona quàm opera virtutum.*

(Præmium virtutis.)

3 Quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis. *Præcepta mea transgrediendo.*

4 Gladius, *Aduersariorum vestrorum.*

5 Deuorabit vos. *Mortem temporalem inferendo, & ad mortem gehennæ deducendo, quæ sub morte temporali intelligitur. Gentes autem rudes, quales erant in veteri testamento, potißimè non attendunt, nisi bona & mala sensibilia: & ideo in diuinis promißionibus & comminationibus propheta mala & bona sensibilia exprimebant, sub illis, intelligendo spiritualia & æterna.*

(Cur prophetæ in diuinis cõminationibus & promissionibus frequentius bona & mala sensibilia exprimerent?)

6 Quomodo facta est. *Hic consequenter ostenditur populus iustè puniendus pro peccatis in proximum. Et primo describitur culpa; secundo pœna, ibi,* Propter hoc ait Dominus.

Circa primum, primo describitur hominum vulgarium culpa, cùm dicitur: Quomodo facta est meretrix; *id est, plena meretricio per peccatum adulterij, secundum quod dicitur Ierem.5.c.* Equi amatores in feminas, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat: *Et hoc est valde graue peccatum contra proximum, quia fit sibi iniuria in re sibi charißima, scilicet in vxore, quæ est vna caro cum ipso, Gen.2.d. Et in prole quæ substituitur falsa.*

(Adulterij grauissimũ est peccatũ.)

7 Ciuitas fidelis. *i. prius conseruans fidelitatem matrimonij.*

8 Plena iudicij, *Tempore Dauid & Salomonis; ideo subditur:*

9 Iustitia habitauit in ea, Nunc autẽ homicidæ, *vt expositũ est supra.*

Consequenter describitur culpa doctorum & sacerdotum, cùm dicitur:

10 Argentum tuum, *id est, lingua doctorum & sacerdotum, secundum illud Prouerb.10.c.* Argentum electum lingua iusti.

11 Versum est in scoriam,&c. *Id est, à veritate in falsitatem per malam legis expositionem.*

Vinum

MORALITER.

† 1 *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis*, scilicet terræ viuentium per fruitionem beatam.

3 *Quod si nolueritis*, Sequitur.

4 *Gladius deuorabit vos*, scilicet sententiæ meæ. *Ite maledicti in ignem æter.* &c. Matt.25.d.

6 *Quomodo facta est meretrix.* Hîc post peccata clericorum arguuntur peccata laicorum, cùm dicitur: *Quomodo facta est meretrix*, id est inuerecundè peccans.

7 *Ciuitas fidelis*, id est communitas populi credentis, De cuius fidelitate pristina dicitur Actor. 4. f. *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.*

9 *Iustitia habitauit in ea*, scilicet legalis, quæ continet omnem virtutem.

(Peccata laicorum.)

† *Nunc autem homicidæ*, quia Christiani quærunt se mutuò iugulare.

10 *Argentum tuum*, id est veritatis eloquium, Prou.10.c. *Argentum electum lingua iusti.*

11 *Versum est in scoriam*, id est falsitatem.

7 Ciuitas † Vinum

a *In scoriā.* HIER. l. 1. com. Scoria, Hebraicè siggim סיגים: quod est rubigo metallorū: vel pūrgamēta & sordes, quæ igne excoquuntur.
b *Vinum tuum, &c.* IBID. Alij. *Caupones tui miscent vinum aqua.* Symmachus. *Vinum tuum mixtum est aqua.*

MORALITER IBID. *Vinum tuum mixtum est aqua:* qui præcepta sanctæ scripturæ, quibus corrigere debet auditores, ad illorum voluntatem emollit, sensu suo admixto vinum corrumpit.

MORALITER IBID. *Vinum tuum, &c.* Hæretici quoque Euangelium corrumpunt, pessimi caupones, de vino aquam facientes, cùm aquam in vinum verterit dominus, quod miratur Architriclinus: Et Regina Saba, in conuiuio Salomonis collaudans pincernas & ministros vini.

c *Socij furum* IBID. Accipientes à Scribis & Pharisæis munera, quæ pauperibus auferebant. In passione quoque Domini, infideles fuerunt, nolentes credere in Christum; & socij furum, Scribarum scilicet & Pharisæorum, & Iudæ proditoris.

HIER. IBID. *Socij furum, &c.* Nos quoque debemus cauere, ne ab illis accipiamus munera, qui de lachrymis pauperum congregant diuitias; ne simus socij furum, & ne dicatur de nobis, *Si videbas furem currebas cum eo, & cum, &c.*

† BASILIVS in com. Fures censendi sunt, quibus ductandi exercitus demandata est prouincia, aut certè hi qui assumpto principatu ciuitatum & gentium, clanculum quidem suppilant, quæ autem ad rempub. attinent, extorquent vi. Et qui præsidet ecclesiæ, munera accipit ad suam oblectationem & vsum, obtento interim prætextu honoris istius se contingentis, ratione præsidentiæ aut quod inire rationem debeat concreditæ sibi dispensationis in vsus pauperum ecclesiæ, is planè furti est particeps.

d *Sequuntur retributiones.* HIER. vbi supr. Quia amicos nō putant, nisi qui donant; quorum non os, sed manus considerant: Et tātum, quorum marsupia exhauriunt, sanctos iudicant. Illis donant, à quibus sperant; illis fauent, illos extollunt, vel laudant eorum causam.

HIER. IBID. Symmachus. *Vicissitudines* vel *vltiones*, vt ille quoque in culpa sit, qui malum pro malo exigit, dentem pro dente, oculum pro oculo, non audiens illud, *Si reddidi retribuentibus mihi mala;* Vel illud, *Percutienti se dabit maxillam, &c.* Euangelico enim viro dicitur, *Qui te percusserit in dexteram, præbe ei & aliam maxillam*, id est patienter tolera.

(Margin: 88. dist. c. eiciens in fine. *Animam fidelem. nummo signato esse similem.* Psal. 11. b. — Hæretici Euangelij corruptores. — Ioan. 2. b. — 2. Par. 9. a. — Psal. 49. c. — Contra rapaces præsides. — Psal. 7. d. — Thren. 3. d. Matt. 5. f. — Sap. 6. b. — Contra malos prælatos.)

a ¶ Austeritatis legis cum mollicie Pharisaicæ traditionis vel hæreticæ peruersionis. b ¶ Scribæ & Pharisæi. ¶ Sacerdotes qui debebant iudicare populum.

a in scoriam: b vinum tuum mixtum est aqua. [23] * Principes tui 1 2

a ¶ In Christum non credentes, inobedientes. b ¶ Scribarum & Pharisæorum. c ¶ Quia. d ¶ Non enim dicit accipiunt munera, sed diligunt: peccatum enim est in voluntate, non in re.

c infideles socij furum. Omnes diligunt munera, sequuntur 4 5

a ¶ A quo nihil sperant. b ¶ Acquisitiuè. c ¶ Quæ miseranda. d ¶ Dedignantur audire.

d retributiones. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non 6 7

a ¶ Qui potens & timendus.

ingreditur ad eos. [24] Propter hoc ait Dominus Deus exerci- 8 9

a ¶ Spiritualiter Scribis & Pharisæis: quibus dicitur; Væ vobis Scribæ & Pharisæi. Et alibi: Generatio praua signum quærit. b ¶ Id est.

e f tuū fortis Israel: Heu ego cōsolabor super hostibus meis, et 10 †

a ¶ Extendam ad puniendum. ¶ Scilicet. b ¶ Vindictam, quam patiendo diu quasi plicatam tenui.

g vindicabor de inimicis meis. [25] Et conuertā manum meam 11 12 13

a ¶ Puniendum. b ¶ Purgando igne tribulationis. c ¶ Sordes vitiorum. d ¶ Tunc.

h ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, et auferam 14 15 16

e *Fortis Israel.* IBID. LXX. *Væ fortes Israel*, q. d. *potentes potenter tormenta patientur. Cui plus datur, plus exigitur ab eo.* Quod contra principes Ecclesiæ dicere possumus, qui dignitatem destruunt operibus, vel moribus.

† BASILIVS in comm. Væ potentibus, nec obedientibus; infirmioribus enim parabilis est venia. Væ, quia cū præualeant subleuare inopiam pauperum, opibus abutuntur. Vt etiam ei, qui altero solertior, abutitur naturæ beneficio ad indaginem diuinorum. Væ item his, qui obtentam ecclesiæ dignitatem non adornarint conuersatione.

f *Heu ego.* HIER. vbi supr. Affectu pij patris eos (licet inimicos) plangit, & percutit, quia pereunt & pœnitere nolunt.

† BASILIVS vbi supr. Vtique Deo sunt inimici, qui iniqua perpetrant. Inimica est summo bono malignitas, iusto illi iniustitia, sancto immunditia, veritati mendacium. Ob hæc non conquiescet furor meus, quamdiu fuerint inimici.

g *Consolabor, &c.* HIER. vbi supr. Vltione consolatur, quippe super hostibus suis: dum qui in prosperitate beneficia Dei cognoscere dedignantur, suppliciis & afflictionibus corriguntur.

h *Et excoquam.* IBIDEM. Quia supra nominauerat argentum, seruat metaphoram, *Excoquam, &c.* Igne tribulationis sordes & vitia purgando, vt separato stanno, purum remaneat argentum, quod absque igne fieri non potest; vnde, *Quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum.* Et alibi, *Frumentum congregabit in horrea, paleas autem comburet igni inextinguibili.* In quo significat eos tormenta passuros.

† BASILIVS in commen. Vide quàm felicem exitum sortiatur iustum iudicium, ac supplicia ad rectitudinem iudicij inuecta. Non conquiescet furor meus, Iudicium faciam. Inducam manum, Igne exa-

(Margin: Inimici Dei qui sint? — Mal. c. 3. — Mat. 3. c. — Salutaria Dei flagella.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vinum tuum, *id est correctio populorum per doctores & sacerdotes, secundum quod dicitur Luc. x. in parabola sauciati infundens oleum & vinum, vbi per vinum intelligitur correctio, eo quod est mortificatiuum.*
2 Mixtum est aqua. *id est relaxatum à correctione debita, quia doctores culpabiles non habent frontem corrigendi peccatores. Consequenter describitur culpa principum, cum dicitur.*
3 Principes tui, *in regimine populi.*
4 Socij furum. *Sustentantes eos, eo quod communicant furtis eorum.*
5 Omnes diligunt munera, &c. *Per auaritiam,*
6 Sequuntur retributiones, &c. *Peruertentes iustitiam, ideo subditur.*
7 Pupillo non iudicant, &c. *Dando pro eo sententiam iniustam.*
8 Causa viduæ non ingreditur ad eos, *Quia non vident inde lucrum temporale consurgere.*
9 Propter hoc ait Dominus Deus exercituum. *Hic consequenter describitur pœna debita, cum dicitur;* Propter hoc ait Dominus Deus exercituum, *id est, Angelorum.*
10 Fortis Is. *i. potens ad puniendum malos de Is.*
11 Heu. *Pro malo populi mei.*
12 Ego conso. super hostibus meis. *Et subditur modus consolationis.*
13 Et vindicabor de inimicis meis. *Et accipitur hic, pro, id est, Passiones enim irascibilis terminantur in passionibus concupiscibilis: Iratus enim delectatur, cum punit iniuriam sibi illatam, & sic ira terminatur in delectatione.*
14 Et conuertam manum meam, *id est potestatem meam punientem.*
15 Ad te, *Debite puniendum: ideo subditur.*
16 Et excoquam ad purum scoriam tuam', &c. *Loquitur de Deo ad modum aurifabri qui per virtutem ignis consumit quicquid est impuritatis in auro vel argento, & sic purgatur: Sic in proposito, per ignem tribulationis immissæ à Deo Iudæis per regem Babylonis, fuit purgatus populus Iudæorum, qua purgatione facta, reductus est à captiuitate Babylonica, ideo subditur,* Et

(Margin: Nimia indulgentia in correctione. — Fornax tribulationis seu purgationis.)

MORALITER.

† 1 *Vinum tuum,* Debitæ correctionis.
2 *Mixtum est aqua,* Indebitæ remissionis.
3 *Principes tui,* Data sibi potestate abutentes,
4 *Socij furum*, sustinentes vsurarios & alios malos propter temporale lucrum.
5 *Omnes diligunt munera,* Iustitiæ peruersiua.
6 *Sequuntur retributiones,* Peruersè iudicantes.
7 *Pupillo non iudicant,* sc. pro eo in iure suo.
8 *Et causa viduæ.* Quia non vident ibi lucrum temporale.
9 *Propter hoc ait Dominus Deus exercituum,* descripta malitia hic ponitur debita pœna, cum subditur.
† *Heu ego consolabor,* Faciendo vindictam de eis. Loquitur enim Deus de ipso ad modum hominis, qui delectatur se vindicans de suis inimicis.
14 *Et conuertam manum meam ad te.* Puniendum secundum ordinem iustitiæ meæ.
16 *Et excoquam.* Hoc maximè fiet tempore Antichristi, cuius persecutio fiet ad purgationem populi Christiani.

(Margin: Principum & iudicum sæcularium vitia. — Pœna virorumque, cleri scilicet & populi.)

† Et

examinabo, vt purum denique exhibeam. Sic peccatoribus indignatur Deus, vt eos beneficentia sua afficiat. Neque enim ad extremam inanitionem eos plectit, sed castigat ad morum correctionem. Infert autem ignem hunc, vt ad nihilum perducat quod malum per ignita diaboli iacula, insertum est animæ, non habenti fidei clypeum.

erat rex in Israel, sed vnusquisque quod placebat, hoc faciebat. Aut certè ex quo opus non erat regum serie post aduentum veri regis, qui pollicitus est, se iudices exhibiturum prioribus nihilo dispares, idque propter discipulos, de quibus, *sedebitis, &c. iudicantes super duodecim tribus.* (Iudic. 24. Matth. 19.)

a *Stannum tuum.* HIER. lib. 1. comm. Falsam doctrinam Scribarum & Pharisæorum, quæ est similis veræ, sicut stannum argento. Et dabo puram & perfectam legis & Euangelij scientiam. (Falsæ doctrinæ stanno comparantur.)

† SEPTVAGINTA. *Et auferam omnes iniquos à te.* BASILIVS in comm. Ingens beneficium confertur animæ, quæ per occasionem peruersè præsidentium desciuit à Deo, quando ab ea auferuntur iniqui præsides. Ob hoc & signa quędam circum Ecclesiam statuuntur, quæ deprehensos in interdictis peccatis, abarcent ingressu, & segregant à reliquo corpore Ecclesiæ. Sed hæc iniqui irrident, non intelligentes, quia istæ declinationes separationis ea subindicant, quæ in tremendo Dei iudicio fient. Porrò quantum noxæ resiliat, ex eo quod non tolluntur de medio iniqui, docuit Apostolus, Corinthios increpans, quod luctum non emisissent, vt tolleretur de medio eorum qui eiusmodi malitiam esset operatus. (Arcebantur olim manifestè iniqui ab Ecclesia. 1. Corinth. 5.)

a omne stannum tuum, [26]& restituam iudices tuos, vt fuerunt b prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. Posthæc vocabe-c ris ciuitas iusti, vrbs fidelis: [27]Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitiam. [28]Et conteret sceleratos & peccatores simul: et qui dereliquerũt Dñm, consumetur. [29] Confundetur enim ab idolis quib⁹ sacrificauerũt; Et erubescetis super d hortis quos elegeratis, [30] cùm fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absq; aqua: [31]et erit fortitudo vestra

a ¶ Moyses, & Aaron, & Gedeon, Iosue, & alij. a ¶ Qui consilia Dei & secreta tibi aperiant. ¶ Illis restitutis. a ¶ Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. b ¶ Christi. c ¶ In Christum credens. d ¶ Non omnis, sed in discretione credentium & non credentium, reliquiæ Israel saluæ fient. e ¶ Sanguine filij. a ¶ Ad fidem Christi Apostoli & alij prædicatores. ¶ Ab infidelitate. b ¶ Quæ abducta est per iniustitiam. ¶ Sed. c ¶ Dominus. ¶ Per Romanos, vel in inferno. d ¶ Prælatos. a ¶ Subiectos. ¶ Qui in Christi morte consenserunt, & credere noluerunt. b ¶ Contritis peccatoribus, qui Dominum dereliquerunt. ¶ Merito. ¶ Permanentes in malitia sua. ¶ Hic & in futuro. ¶ Saluatis bonis. c ¶ Intus & exterius. ¶ Erubescendo. a ¶ More prophetico cito mutat personam. a ¶ Lucis voluptuosis. b ¶ Luxuriæ vestræ. c ¶ Cùm defecerit vobis aqua sapientiæ. cùm aridi & steriles eritis. d ¶ Infructuosi. a ¶ Qui debuistis esse hortus conclusus, fons signatus. b ¶ Sapientiæ. ¶ Infructuosi. c ¶ Tunc. d ¶ In persecutione & captiuitate. e ¶ Superbia. ¶ In qua confidebatis.

c *Ciuitas iusti, vrbs fidelis: Sion in iudicio redimetur.* Ecclesia in qua reuocantur ad iustè viuendum. Est enim ciuitas congregatio hominum ad iustè viuendum.

† PROCOP. in com. *Vrbs fidelis Sion.* Non amplius meretrix, sed recẽti nomine, iustitiæ ciuitas; nõ homicidij, sed iustitiæ plena; non ciuitas tantùm, sed ciuitatum magistra vocabitur; eritque reliquis dux, & auctor salutis, quippe quæ de se cœtus eorum, qui solitario vitæ genere delectantur, tamquam colonias emittet.

d *Velut quercus defluen.* Ex HIERON. in comm. Sicut à quercu ariditate concussa, defluunt folia; & sicut hortus non valet proferre fructus herbarum, nisi irrigetur aqua: Ita vos nisi habueritis folia verborum Dei, quæ non marcescunt, & aquam spiritualis intelligentiæ, non potestis bona operari, sed omnes labores vestri ariditate deficient. Vsque hodie Iudæi legentes scripturas sanctas, terebinthus sunt, vel, quercus secundùm Symmachum, vel ficus secundùm Euangelium: In qua Dominus poma quæsiuit, & non inuenit, & æterna ariditate damnauit. Ipsaque folia & pompam verborum iam amiserunt; hortus quoque irriguus, scilicet, scientia scripturarum, vel paradisus diuersarum arborum, quia sine gratia spirituali est, nec olera quidem affert, quæ infirmus manducet. (Scripturas qui intelligant, & qui non. Matth. 21. b.)

b *Et restituam iudices, &c.* HIERON. vbi suprà. Non solùm post captiuitatem, vt Zorobabel, Esdram, & alios, qui vsque ad Hircanum præfuerunt populo; sed & post aduentum Domini, Apostolos & alios Ecclesiæ Doctores.

† BASILIVS in comm. Cur omissis regibus meminit iudicum? An quia Reipubl. administratio per iudices fuerit liberior, quod populus tunc solum Deum agnoscebat regem? Tandem regum institutio illorum temeritate successit: Quare non reges, sed iudices pollicitus est, cupiens eorum libertati consulere. *Nam non erat* (De Iudicatu & Regno.)

† BASILIVS in com. Qui gloriam per fucum aucupantur ab hominibus, post occultorum manifestationem, cùm fuerint omnia nuda, præbebunt de se tale spectaculum, quale quercus aut terebinthus spoliata foliis. (Vanæ gloriæ mancipia.)

Vt

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et restituam iudic. tuos. *scilicet Zorobabel, & Iesum filium Iosedech, Machabæos, & similes.*

2 Et consiliarios tuos, *scilicet Esdram & Neemiam: Aggæum & Zachariam prophetas.*

3 Post hæc vo. ci. iusti, *Dei.*

4 Vrbs fidelis, *In diuino cultu.*

5 Sion in iudicio redimetur, *Per Sion, vbi erat templum, ad quod populus tenebatur ter in anno conuenire, intelligitur ipse populus, qui redemptus fuit de Babylone per viam iustitiæ, inquantum pro culpa sustinuit pœnam debitam. Et quod per Sion intelligatur populus, ostenditur per hoc quod subditur,* (Israel redemptus de captiuitate Babyl. per viam iustitiæ.)

6 Et reducent eam, *Mons enim Sion, qui est immobilis, non fuit translatus, nec reductus, sed populus.*

7 Et conteret sceleratos, *quia illi qui erant in peccatis suis obstinati, fuerunt mortui partim in captione Ierusalem & terra in circumitu, & partim in captiuitate Babylonis.*

8 Confundentur enim ab ido. *Videntes per experientiam, quod non poterant eos iuuare contra Babylonios.*

9 Et erubescetis super hortis quos elegeratis. *Ad colendum ibi idola in locis amœnis & delitiosis, vbi etiam suam luxuriam exercebant in veneratione idolorum, & Priapi maximè, vnde & dicebatur Deus hortorum.* (Horti sacri idololatrarum.)

10 Cùm fueri. velut quercus deflu. *id est, morti propinqui: sicut folia defluunt à quercu, cùm incipit mortificari.*

11 Velut hortus absque aqua. *In quo mortificantur seminata & plantata.*

12 Et erit fortitudo vestra, *id est, applicata debitæ pœna.*

Et

MORALITER.

† 1 *Et re.* Quia tempus pœnitentiæ dabitur electis ab Antichristo deceptis; ideo subditur,

3 *Post hæc vocaberis ciuitas iusti.*

5 *Sion in iudicio redi.* Ecclesia militans per pœnam debitam expiabitur.

6 *Et reducent eam*, scilicet Enoch & Elias per suam prædicationem: & hoc quantum ad electos.

7 *Et conteret sceleratos*, id est, dæmones & peccatores obstinatos, dicens illud Matth. xxv. d. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.*

8 *Confundentur enim ab ido.* Nam idolum auari est pecunia, & luxuriosi ribalda.

9 *Et erubescetis.* Ad exercendum lasciuiam & gulam.

10 *Cùm fue. ve. quercus.* id est, propinqui gehennæ igni, sicut quercus deficcatus combustioni.

11 *Et velut hortus absque aqua*, scilicet gratiæ.

12 *Et erit fortitu.* Id est, non potens resistere.

7 Et † Et

A a *Vt fauilla.* † BASIL. in com. Vel hinc liquet sua cuique opera causam suppeditatura esse molestiarum, quæ in supplicio illo erunt, dum nos ipsos reddimus futuræ conflagrationi idoneos. HIER.

Pro sua quisque punitur culpa.

a ¶ Symmachus, purgamentum stupæ. ¶ Cito consumetur. b ¶ Fortitudinis, vel idololatriæ. ¶ Omnia munimina (alias molimina.) c ¶ Scilicet. d ¶ Nullius momenti.

a vt fauillā stupæ, & b opus vestrum quasi c scintillā d, & succendētur a vtrūmque b simul, & non erit qui extinguat.

a ¶ Ab hostibus vel à Domino. b ¶ Fortitudo, opus, vel idolum: vel Ierusalem in qua idolum. ¶ Quod Dominus incendit.

D HIER. in comm. lib. I. Allegoricè, vel Moral. Hæc omnia de contrariis dogmatibus possunt 1 accipi, quia & magistri 2 & discipuli pariter sunt perituri, & opus eorum, 3 cibus ignis.

Falsa docentes.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et opus, &c. *quia opus demeritorum generat tribulationis incendium.*
2 Et suc. vtrum. s. *in igne gehennæ, quantum ad obstinatos in malis.*
3 Et non erit qui extinguat, *quia ille ignis est perpetuus. Potest etiam hoc referri ad ignem quo Nabusardam incendit domum Domini, & domum regis, & domos Ierusalem per circumitum. iiij. Regum vltim. Et si ille ignis non fuit extinctus ab homine, sed solum per consumptionem combustibilis materiæ.*

Ierusalem & templū incensa.

MORALITER.

1 *Et opus vestrum.* scilicet malum.
2 *Et scintilla, &.* Igne gehennæ.
3 *Et non erit qui extin.* eo quòd est durationis æternæ.

ADDITIO I.

In cap. j. Isaiæ vbi dicitur in Postilla. Tertium quod in hac præfatione manifestatur est populus cui Isaias prophetauit.

Quare in initio primi cap. Isaias non faciat mentionē regū Israel.

Quæritur hic quare non fecit mentionē in hac præfatione de regibus Israel, vt de Ieroboam filio Ioas, qui fuit contemporaneus Hoseæ regi Iudæ, sicut Hoseas fecit in sua præfatione? Similiter quare Isaias non facit hic mentionem de Samaria, nec de Israel sicut Hoseas fecit, licet multa Isaias de his prophetauerit, prout patet infr. vij. cap. & xvij. & in aliis locis? Ad quod solet dici, quod Isaias prophetauit principaliter contra duas tribus, & ideo earum reges & suam metropolim, scilicet Ierusalem tantū in titulo habet: Sed Hoseas contra vtrosque prophetauit. Sed vlterius circa hoc posset dici quod cum Isaias (prout dicit Hieron. in prologo) de aduentu Christi & vocatione Gentium, & aliis mysteriis nouæ legis, quasi historiam Euangelicam videtur texere: ideo de Iuda à quo Christus descendit secundum carnem; & de Iudæa, in qua natus est, passus B *& sepultus, &c. de quibus principaliter intendit, tantummodo facit mentionem, aliis dimissis quasi incidentaliter ab eo introductis.*

ADDITIO II.

In eodem cap. j. vbi dicitur in Postilla. Circa primum dicit propheta: Audite cæli. id est angeli.

In 1. cap. nō exclamare Isaiam cōtra peccata Hebræorū per quæ fi- biinduxerunt captiuitatem Babyl.

Quod in hoc capitulo continetur circa deiectionem populi Iudaici, & causam ipsius & eius medelam; Postillator exponit de captiuitate Babylonica, & eius causa similiter & remedio, vt patet in Postil. Quæ quidem expositio videtur à plano sensu litteræ deuiare, nam causa præcipua prædictæ captiuitatis fuit peccatum idololatriæ, vt patet iiij. Reg. & ij. Para. tamen in præsenti c. non exprimitur hoc peccatum, vt causa, sed defectus diuinæ cognitionis, & alia huiusmodi; Licet enim in fine capituli dicatur, Confundētur enim ab idolis quibus sacrificauerunt, *hoc non ponitur vt causa, prout ibidem declarabitur. Item quia Iudæi in captiuitate Babylonica fuerunt purgati à peccatis prædictis, secundum Postillatorem, antequam reducerentur ad terram promissionis, quod est contra illud quod dicitur,* Super quo percutiam vos vltrà addentes præuaricationem: *quod exponitur etiam secundum eum de incorrigibilitate eorum, vt patet in Postilla. Item quia manifestum est, quòd Iudæi redeuntes de captiuitate Babylonica pro maiori parte non fuerunt purgati, seu mundati à peccatis: sed erant implicati abominationibus Chananæorum & Amorrhæorum, vt habetur expressè Esdræ ix. quod non consonat huic quod in hoc loco dicitur,* Et ecce excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum. *Quod exponitur in Postilla sic, quòd sicut per virtutem ignis consumitur quidquid est impuritatis in auro & argento, sic per ignem tribulationis immissæ à Deo Iudæis per reges Babylonis,* C *fuit purgatus populus Iudæorum, quæ purgatione facta reductus est à captiuitate Babylonica. Hæc in Postilla. Ex quibus, & aliis quæ patebunt prosequendo veram expositionem, videtur præsens capitulum exponendum de Iudæis circa finem templi secundi in Iudæa & Ierusalem residentibus, qui Christum negantes* dereliquerunt Dominum, & blasphemauerunt sanctis Israel, & alienati sunt retrorsum, *prout littera sonat, & historia euangelica testantur, & etiam experientia certificat.*

Sed contra peccata dominantia in ipsis paulo ante Christi aduentum.

Ad cuius expositionis vlteriorem declarationem considerandum est, quod Isaias tamquam propheta Euangelicus prosequitur in principio suæ prophetiæ (vbi intendit agere de eiectione populi Iudaici, & vocatione Gentium) eumdem ordinem quem Christus in Euangelio prænosticauit: scilicet quod abiectio Iudæorum ex eorum demeritis præcedere debebat vocationem Gentium, vnde Matth. xxj. d. Christus loquens cum doctoribus & principibus sacerdotum, eis proposuit parabolam de patre familias, qui plantauit vineam, & sepe circumdedit, &c. Ex qua parabola & eius expositione concludit, ideo dico vobis, quòd auferetur à vobis regnum Dei. & dabitur Genti facienti fructus eius; *Vnde & Isaias sequens modum Euangelicum de simili parabola vineæ Iudæis improperauit, infrà v. c. vt ibidem patebit. Et ideo in hoc loco, in quo denuntiat vocationem Gentium (vt patet in principio sequentis cap.) præmisit expressam reprobationem Iudæorum, circa quod decemnouem facit.*

Ordo prophetiæ Isaiæ ad normā Euangelij.

1. *Primò enim testimonia inuocat cælestium & terrestrium, dicens:* Audite cæli & auribus percipe terra: *Cuius ratio secundū glossam talis est; Nam sicut populo Israeli per Moysen dictum fuit,* Audite cæli quæ loquar, & audiat terra verba oris mei: *sic post præuaricationem populi eosdem vocat Isaias in testimonium, vt omnia cognoscant Deum in vltionem mandatorum suorum ad iracundiam concitatum; vnde aduertenti vtrumque capitulum, scilicet illud Deut. xxxij. & primum Isaiæ, satis patet, quòd ea quæ in illo c. prænosticantur per modum propheticæ monitionis, præsenti cap. denuntiantur tamquam procedentia ad executionem.*

2. *Consequenter ostendit secundò breuiter suæ attestationis materiam dicens,* Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. *In quibus verbis epilogat compendiosè multa, quæ fuerunt in carmine Mosaico supradicto, tamquam præambula ad deiectionem populi illius. Dictum est enim ibi:* Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te? &c. *In quo ostenditur ipsos fuisse filios Dei per creationem, similiter & per adoptionem, cùm dicit,* Pars autem Domini populus eius; *Similiter ibi facit mentionem de educatione, nutritione, & exaltatione eorum, cùm dixit:* Circumduxit eum & custodiuit, &c. Constitues eos super excelsam terram, &c. *Ad quæ verba alludit Isai. dicens:* Filios enutriui & exaltaui, ipsi verò spreuerunt me.

Comparatio prophetiarū Isaiæ hoc cap. & Moysis Deut. 32.

3. *Consequenter tertiò, quia secundum Apostolum Rom. xj. c.* Cæcitas ex parte contigit in Israel, vt plenitudo Gentium intraret, *ideo ostendit quod prædictum peccatum pertinet ad cæcitatem, & de hoc dicit:* Cognouit bos possessorem suum, &c. *q. d. etiamsi non haberent lumen naturalis rationis, sed solum sensualem cognitionem sicut bruta, adhuc debuissent cognoscere ex instinctu naturali benefactorem suum & nutritorem, cum bos & asinus rationem non habentes hoc cognoscunt: & sic manifestè concluditur prædictum peccatum pertinere ad cæcitatem, non solum mentis, sed etiam sensus.* E

Cæcitas Iudæorum plusquam brutalis.

4. *Consequenter quartò ostendit ex quibus causis deuenerunt ad tantam cæcitatem. Et de hoc dicit,* Væ Genti peccatrici. *Vbi tria assignat, vt causas seu occasiones incurrendi prædictum cæcitatis peccatum. s. de non cognoscendo Christum: Prima est, quia gens illa pro maiori parte tantam consuetudinem habebat peccandi, quod iam inerat eis habitus vitiosus, ad peccatum inclinans per modum naturæ. Et de hoc dicit,* Væ Genti peccatrici; *vnde non dicit,* Væ Genti peccanti, *sed* peccatrici, *vt significet actum conuersum in habitum. Secunda, quia vt dicit Greg.* Peccata grauia suo pōdere in alia trahunt. *Et de hoc dicit,* Populo graui iniquitate. *q. d. peccata huius populi tam grauia fuerunt, quod ex magno pondere ad tam magnam cæcitatem eos deduxerunt. Tertia, quia licet populus ille à sanctis patriarchis descenderit, tamen tota fere multitudo populi descendebat secundum carnem ab illis, qui frequenter & enormiter in Deum peccauerunt, vt illi qui fecerunt vitulum in Oreb. Exod. xxxij. Similiter in sepulchro concupiscentiæ & apud aquas contradictionis, & in pluribus aliis, vt patet in libris Mosaicæ legis & Iudicum & Regum. Et de hoc dicit:* Semini nequam, filiis sceleratis. *q. d. non immeritò ad tantam cæcitatem deuenit ille populus, quia quasi à natura secundum suam generationem inest eis peccare in Deum.* F

Tres causæ ex quibus deuenerūt ad tantam cæcitatem.

5. *Consequenter quintò declarat illud quod prius dixerat,* Spreuerunt me. *Et de hoc primò dicit,* Dereliquerunt Dominum, *quia dixerunt Ioan. xix. c.* Non habemus regem, nisi Cæsarem; *Secundò,* blasphemauerunt sanctum Israel, *quia dixerunt Ioan. viij. f.* Samaritanus es, & dæmonium habes. *Tertiò, quia cum ipsi à veris prophetis eruditi, semper expectabant Messiam de genere Dauid, cum tamen eis adesset præsentialiter, dicentes,* Matth. xxj. g. Nonne hic est filius fabri? *de quo dicit,* Alienati sunt retrorsum: *quia spreto verò Christo adhæserunt cuidam pseudo-Messiæ, qui dicebatur Bencozba, vt patet in Thalmud. Vel aliter in quodam libro qui dicitur Cabrid; Ex qua adhæsione fuerunt ex eis multa millia interfecti, vt ibidem habetur: & sic alienati sunt retrorsum.*

Iudæi non recipientes verū Christum adhæserunt falso.

6. *Consequenter sextò ostēdit ipsos incorrigibiles per flagella, seu tribulationes sibi à Deo inflictas, seu infligēdas; de quo dicit,* Super quo percutiā vos, &c. *Ad quod sciendū, quòd in temporibus quæ ante Christi aduentū sese passionem præcesserunt, cùm ille populus frequenter peccasset, Deus puniebat eum variis & diuersis modis, ad finem, vt ad pœnitentiam reuerterentur, vnde Deut. viij. c.* Sicut pater corrigit filium suum, sic Dominus Deus tuus corrigit te; *Pater enim flagellat filium, vt corrigatur: sed in hoc peccato quod in Christo commiserunt, quod est summum peccatum, iam Deus non punit illos tamquam filios, vt corrigantur, sed tamquam hostes, vt pœnam pro prædicto peccato secundum ordinem suæ iustitiæ patiantur. Iuxta illud Matt. xxj. d.* Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis: *ideo dicit,* Super quo percutiam vos. *q. d. quæ de causa habeo vos percutere, quia iam non est causa correctionis, cum ex percussionibus magis deteriores estis effecti. Quia omne caput languidum, & exponatur prout in Postilla, vsque ibi,* Terra vestra deserta. *In quo consequenter septimo destructionem Ierusalem & templi & totius regionis Iudææ per Romanos propriè prænosticat, ideo dicitur,* Et desolabitur, sicut in vastitate hostili, *scilicet irreparabiliter, iuxta illud Danielis ix. g.* Et finis eius vastitas.

Secundum quid differant punitiones Iudæorum ante & post Christi tempora.

7. Et

A *Et subdit:* Et derelinquetur filia Sion. *f. Ierusalem, vel templum, quæ non solum ab hominibus, sed à Deo fuit derelicta. Iuxta illud Matth. 23. d.* Relinquetur vobis domus vestra deserta.

8 *Aliquæ reliquiæ paruæ ex Israel saluatæ.*

Consequenter octauo, vt ostenderet, quod licet maior pars & principalior apud Iudæos prædicta scelera & pœnas incurrissent, nihilominus aliquæ reliquiæ paruæ, vt semina ad salutem, remanserunt. ideo subditur: Nisi dominus reliquisset nobis semen, &c. *Vbi glossa,* Hîc ostenditur quæ contra Iudam & Ierusalem dicta sunt, ad captiuitatem Romanorum esse referenda, quando in Apostolis reliquiæ saluæ factæ sunt, & in vna die crediderunt tria millia, & in toto orbe Euangelium seminatum est. *hæc in glossa.*

9 *Consequenter nono, vt ostendat, quod prædictæ reliquiæ seminales non erant de maioribus seu principalibus, nec in tanta quantitate, vt dicerentur populus: Ideo subditur,* Audite verbum domini principes Sodomorum, percipite legem Dei vestri populus Gomorrtæ. *q. d. Licet dominus reliquerit semen ex vobis, adhuc tamen principes Sodomorum sunt, & populus communiter populus Gomorræ. Vnde glossa:* In hoc, saluatis reliquiis per Apostolos, ad Scribas & Pharisæos & populum clamantem: Crucifige: sermo conuertitur, dicens: Audite verbum domini principes Sodomorum, &c. Sicut enim Sodomitæ publicè peccabant & sine verecundia dixerunt ad Loth: Adduc viros qui ingressi sunt ad te, vt abutamur eis, *Gen. 19. b.* Sic isti inuerecundè contra Christum dixerunt; principes: Reus est mortis; Et populus, Crucifige eum; vnde de ipsis dicitur infrà: Iniquitatem suam quasi Sodomam prædicauerunt, vt in tertio capitulo. *Hæc in gl.*

10 B *Cessatio legalium.*

Consequenter ostendit decimo, quod non solum prædicti principes & populus erant à Deo eiecti: sed etiam ceremonialia & obseruantiæ legales erant euacuandæ post passionem Christi; Quod declarat in duobus, Primo, in victimis & holocaustis & aliis sacrificiis, & hoc cùm dicit: Quo mihi multitudinem sacrificiorum & victimarum vestrarum, &c. *Secundo, in obseruantiis festiuitatum veteris legis, ibi:* Neomeniam & sabbatum, &c.

Circa primum sciendum, quòd licet in dictis quorumdam prophetarum inueniantur aliqua dicta, quæ videntur sonare, quod sacrificia veteris legis non erant Deo accepta, vt in Psalm. Non in sacrificiis tuis arguam te, &c. *& Iere. 7. e. dicitur,* Holocaustomata vestra addite super sacrificia, & comedite carnes; *non tamen expresse leguntur huiusmodi sacrificia prohiberi, sic vt non offerrentur, prout in hoc loco: vbi non solum Isa. dixit:* Quo mihi multitudinem sacrificiorum & victimarum vestrarum? *In quo ostenditur, quod Deus eis non indigeret; sed etiam superaddit expressam prohibitionem, ne vltra talia offerrent, vnde dicit,* Ne offeratis vltrà sacrificium frustra. *In quo ostenditur manifestè, quod post tempus istud, de quo propheta hîc loquitur, non erat licitum offerre sacrificia legalia, & huiusmodi: & sic oportet quod hoc intelligatur de vltima destructione templi per Romanos, quando obseruatio legalium erat mortifera, secundum doctores; non autem de destructione Chaldaica, quando legalia non erant euacuata; vnde glossa in hoc loco vltimam templi destructionem indicat;* Post Babylonicam enim captiuitatem à Zorobabel templum ædificatum est, & in eo diu sacrificatum est Deo. *hæc in glossa. Circa secundum dicitur:* Neomeniam & sabbatum & festiuitates vestras non feram, &c. *vsque ibi:* Laboraui sustinens: *in quo ostendit obseruantiarum euacuationem circa festiuitates, quas non solum dicit fore inutiles, sed & nociuas: vnde de eis dicit,* Odiuit anima mea, &c. *Et sic patet, quod ista intelliguntur post passionem Christi, & diuulgationem Euangelij, quando huiusmodi obseruantiæ sunt mortiferæ.*

C

11 *Oratio non fuit vnum ex ceremonialibus quod cessare debuit.*

Consequenter vndecimò dicitur: Cùm extenderitis manus vestras, &c. *Vbi notandum, quod non prohibuit eis orare, sicut fecit in sacrificiis, dicens:* Non offeratis vltrà; *Nam orare Deum non pertinet ad ceremonialia veteris Testamenti, seu ad eius obseruantias; Nec fuit determinatus certus modus seu forma orandi in veteri lege, vt sic esset ceremoniale seu figuratiuum, sed orare pertinet ad præceptum Charitatis seu religionis, & ideo non fuit euacuatum per nouam legem, sicut sacrificia & festiuitates; vnde non prohibet eorum orationes, sed solum comminatur, quòd non essent impetratiuæ, vnde dicit;* Cùm multiplicaueritis orationem non exaudiam. *Cuius rationem subdit, dicens,* Manus vestræ plenæ sanguine sunt. *Vbi glossa:* sanguine prophetarum & tandem domini. Vnde: Implete mensuram patrum vestrorum. *hæc in glossa: & Matth. 23. d.* Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est ab Abel iusto, &c.

12 *Consequenter duodecimò ponit remedium ad prædicta dicens:* Lauamini, & mundi estote: *Quod intelligitur secundum glossam de lotione baptismi, per quem rite susceptum omnia peccata mundantur; Et quia post baptismum oportet facere dignos fructus pœnitentiæ, in quo primò requiritur recedere à malo, ideo dicit:* Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, &c. *Vbi notandum secundum glossam, quòd malum non solum debet auferri à conspectu hominum, sed etiam à conspectu Dei, quem nihil potest celari. In quo agitur de directo contra hypocrisim Pharisæorum & Scribarum,*

Baptismum consequi debet bona vita.

quorum malitia tempore passionis Christi maximè vigebat: de quibus ipse dicit D *Matth. 23. a.* Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. *Cætera exponantur prout in Postilla vsque ibi,* Quia os domini loquutum est.

13 *Consequenter tredecimò dicit:* Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis? *In quo sermonem suum dirigit ad ciuitatem Ierusalem, sicut direxerat sermonem ad Iudam, cum dixit,* Audite verbum domini principes Sodomorum & populus Gomorræ; *& sic videtur tenere ordinem sui tituli, vbi dicitur:* Visio Isaiæ quam vidit super Iudam & Ierusalem. *Et procedit admiratiuè, dicens:* Quomodo facta est meretrix! *Vbi glossa,* non tam corpore quam mente recedendo à Deo, *qui quidem recessus licet possit intelligi per idololatriam, vel alia peccata, quæ separant hominem à Deo, quæ contigerunt etiam tempore Isaiæ: tamen secundum glossam specialius ad tempus incarnationis Christi refertur, quando penitus recesserunt ab ipso Christo vero Deo, & Barrabam, vt liberaretur, eligendo, filium Dei interfecerunt, quod maxima admiratione dignum est: & ideo dicit,* Quomodo! *Et quia istud scelus præcipuè processit à falsa suggestione Sacerdotum seu Scribarum vel doctorum, ideo subdit,* Argentum tuum versum est in scoriam, *per falsas legis interpretationes, & traditiones iniquas: vnde eis dicebat Christus Matth. 15. a.* Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. *Cætera exponantur prout in Postilla vsque ibi:* Et conuertam manum meam & excoquam ad purum scoriam tuam, *quod non intelligitur impletum fuisse in captiuitate Babylonica, quia ibi populus non fuit purgatus, vt patet ex supradictis: sed debet intelligi de purgatione facta post passionem Christi per ignem spiritussancti, de quo propriè potest dici,* Excoquam ad purum scoriam tuam: *quia tunc discipuli fuerunt omnino purificati à sorde peccati, quod per scoriam intelligitur, vel per stannum argento mixtum.* E

Quando penitus recesserint Iudæi à Deo.

14 *Consequenter decimoquartò dicit:* Et restituam iudices tuos, vt fuerunt prius, *f. vt Moyses & Aaron & Iosue: vt in glossa:* Et consiliarios tuos, sicut antiquitus, *Et intelliguntur secundum glossam, qui consilia Dei & secreta populo aperiunt, quod propriè pertinet ad Apostolos; non autem ad Zorobabel, nec Esdram, & huiusmodi, qui nulla secreta consilia leguntur aperuisse populo, sed solum legem Mosaicam plenè legisse.*

15 *Ecclesia.*

Sequitur decimoquintò. Post hoc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis; *quia post prædicta, Ecclesia, quæ intelligitur per Ierusalem, vocatur ciuitas iusti. f. Christi, & vrbs fidelis. f. in eius fide fundata,*

16 *Consequenter decimosextò dicit.* Sion in iudicio redimetur, & reducet eam in iustitia: *quæ quidem redemptio non potest intelligi de Babylonica, quia non fuit per iustitiam facta, sed per Dei misericordiam: Vnde Zech. 1. d. de reædificatione templi secundi dicitur:* Hæc dicit Dominus, Reuertar ad Ierusalem in misericordiis, domus mea reædificabitur in c. *Cuius ratio est: nam Esdræ 9. de populo iam reducto in Ierusalem legitur:* Non est separatus populus Israel & sacerdotes & Leuitæ à populis terrarum, & de abominationibus eorum, *Chananæi videlicet & Ethæi &c. Et ibidem infrà Esdras confitendo peccata populi tempore sacrificij vespertini Dei dicebat:* A diebus patrum nostrorum, & nos ipsi, peccauimus grauiter vsque ad diem hanc. *Malachias etiam, qui fuit de redeuntibus à captiuitate Babylonica in primo tempore templi secundi, de multis grauibus increpabat populum, dicens in primo capitulo sacerdotibus:* O sacerdotes qui despicitis nomen domini! *& in secundo capitulo:* Vos autem recessistis de via, scandalizastis plurimos in lege. *Et ibidem arguebat populum de peccato infidelitatis, seu blasphemiæ, dicens eis in capitulo tertio:* in eo quod dicitis, Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu domini, & talis placet ei. F *Quæ quidem verba manifestè derogant diuinæ bonitati & iustitiæ, quia sunt blasphemiæ. Ex quibus, & aliis similibus satis patet, quod populus ille non fuit redemptus à captiuitate Babylonica per viam iustitiæ, sed in miserationibus Dei, vt dictum est. Redemptio autem de qua hîc agitur, propriè intelligenda est ad literam de redemptione ecclesiæ per mortem Christi: Quæ quidem redemptio fuit in iudicio diuino. f. discretionis, quo iudicio iusto, licet nobis occulto, quos elegit vocauit, &c. secundum Apostolum ad Rom. 8. f. Et de hac propriè intelligitur:* Sion in iudicio redimetur. *Et quid hæc redemptio Sion. f. ecclesiæ, per mortem Christi, fuit facta per iustitiam, non per potentiam, vt magister in tertio per autoritatem Aug. declarat: ideo subdit,* Et reducet eam in iustitia, *quod non potest competere reductis à captiuitate Babylonica, vt dictum est. Vnde & aliqui expositores Hebræorum moderni, vt tam Rabbi Dauid quam Hug. omnia ista applicant ad tempus Messiæ, non ad redemptionem Babylonicæ captiuitatis.*

Populum Israel non fuisse redemptum de captiuitate per viam iustitiæ sed in miserationibus Dei.

17 *Consequenter decimoseptimò dicit:* Et conteret scelestos. i. *sceleratos,* & peccatores simul, & qui derelinquunt dominum consumentur: *quæ verba referantur ad ea, quæ prius dixerat circa principium c. vbi dixit:* Væ Genti peccatrici, &c. Filiis sceleratis, &c. dereliquerunt dominum, &c. *Et est sensus; sicut iudicio discretionis diuinæ Sion redimetur, vt dictum est, quod intelligitur de electis: sic*

A eodem iudicio conterentur scelerati, & consumentur, qui dereliquerunt dominum; quod impletur in perfidis Iudæis, & alijs Christum malitiosè negantibus, qui quotidie consumuntur, vt infrà dicetur.

18 Consequenter decimooctauo dicitur: Confundentur enim ab idolis, quib. sacrifi. &c. quod prima facie videtur contra prædictam expositionem: Nam, vt dictum est, in templo secundo pro maiori & principali parte non fuerunt idololatræ. Ad quod dicendum quod hoc intelligitur secundum falsam assertionem Iudæorum, qui cum interrogantur de causa huius diuturnæ captiuitatis, in qua sunt, respondent quod causa est idololatria quam commiserunt patres eorum in templo primo, & etiam peccatum vituli quod fecerunt in Oreb: quod est manifestè falsum. Non enim punit Deus filios pro patribus vltra quartam generationem, vt patet Exo. 20. præsertim cum filij non sunt imitatores paternorum scelerum, vt est in proposito. Iudæi enim in hac captiuitate existentes non sunt idololatræ, sed propriè imitantur scelus patrum approbantes occisionem Christi: & hoc est quod dicitur hic: Confundentur enim ab idolis quibus sacrificauerunt. quasi diceret: hi qui dereliquerunt dominum consumentur, eo quòd non confundentur. s. pœnitentes de hoc quod Christum dereliquerunt, sed potius confunduntur ab idolis quibus sacrificauerunt, hoc malitiosè fingentes ratione prædicta. Et eodem modo intelligendum est quod subditur: Et erubescetis super hortis quos elegeratis.

[Margin: Quam prætendant, & quæ vera sit modernæ captiuitatis Iudæorum causa?]

19 Consequenter decimonono dicitur, Cum fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua: vbi declarat illud quod dixerat parum supra, Qui dereliquerunt dominum consumentur. Quæ quidem consumptio fit tribus modis, quorũ duo sunt in hac vita: Consumuntur enim perfidi Iudæi in sua malicia perseuerantes, velut quercus defluentibus foliis, quia status eorum quasi vetustate consumitur, Iuxta illud Hebr. 8. d. Quod veterascit prope interitum est; Consumuntur etiam B alio modo, velut hortus absque aqua. s. sapientiæ seu gratiæ; Tertio modo consumitur status prædictorum finaliter in igne gehennæ inextinguibili. de quo dicit: Et erit fortitudo vestra vt fauilla, &c. Et exponatur secundum primam expositionem, quæ ponitur in postilla.

[Margin: Quot & quibus modis consumuntur perfidi Iudæi?]

REPLICA. Circa Isaiam prophetam & primum eius cap. Cum Postillator exponit de Iudæis tempore primi templi peccantibus & punitis pro peccatis suis, & reductis ad captiuitatem Babylonicam, qualiter etiam S. Thom. hoc capitulum exponit: Burg. immemor prologi sui, valde redarguit Postillatorem, quia sæpe dicta sancti Thom. declinat, quæ tamen vt ipse dicit sunt igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata; ipse hic eum & Postillatorem redarguit, tanquam eos qui à plano sensu literæ deuiarunt pro eo, quia, vt dicit, culpa deiectionis hic descripta fuit idololatria, quod in hoc capitulo non assignatur. Hoc & quædam alia mouent ipsum ad exponendum præsens capitulum de Iudæis circa finem templi secundi in Iudæa & Ierusalem residentibus, qui Christum negantes dereliquerunt dominum: blasphemauerunt sanctum Israel, &c. prout litera sonat, & euangelicæ historiæ testantur, & experientia certificat. Sed huic expositioni obuiant multa, quæ primo ponentur, dehinc respondebitur ipsius motiuis.

[Margin: Argumenta contra expositionem Burgensis in ca. I. Isaiæ.]

Quantùm ad primum, primo obuiat, quia dicitur in litera de tempore huius deiectionis, quod eo tempore oblationes, festiuitates, sabbata, & cetera enumerata, fuerint Deo molesta, eiecta, & reprobata: Tempore autem secundi templi Deo fuerint accepta tanquam grata, vt patet à capitulo 10. Neemiæ. C & infrà. & Esdræ tertio libro à capitulo octauo vsque ad finem libri: Et de redeuntibus à captiuitate Babylonica exponitur ibidem ad literam id, quod in hoc capitulo continetur, videlicet: Nisi reliquisset nobis dominus semen, &c. quia dicitur c. 8. quòd orauit Esdras dicens: Et nunc quanta misericordia facta est super nos abs te domine Deus, vt relinqueres radicem nostram; & cetera quæ in illo capitulo continentur. Similiter in isto capitulo continetur, Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad plenum scoriam tuam; Esdras ad literam exponere videtur de redeuntibus à Babylonica captiuitate, vt patet cap. vlt. 3. Esdræ, vbi cum Esdras nihil irreprehensibile in populo reperisset, nisi quod haberent vxores alienigenas, ad eius persuasionem dimiserunt eas cum prole; Quibus factis & sacrificiis consummatis dixit Esdras: Ite manducate nunc: sanctus enim hic dies est domino. Nolite contristari, dominus enim clarificauit vos. Ex quibus patet quod deiectio de qua dicit hoc c. fuit dicta de captiuitate Babylonica, & clarificatio de reditu ab ipsa captiuitate. Nã reuera deiectio & sacrificiorũ & festiuitatum detestatio, prout hic enumerantur, non possunt intelligi de tempore secundi templi, & circa eius finem, prout Burg. quia statim ante Christi natiuitatem ceremonialia legis erant accepta Deo, vt patet Luc. I. de Zacharia patre Ioannis baptistæ, cuius oratio tempore incensi fuit exaudita, quando meruit etiam angelum videre: immo & dominus noster Iesus Christus tempore templi secundi non venit soluere legem, sed implere; & ipse iussit discipulos ad diem festum ascendere, & ipse ascendit, opera legis fecit, pascha manducauit, prout in historia euangelica clarè continetur: & apostoli post mortem Christi multa legalia seruauerunt, vt patet in epistolis Pauli, & actibus apostolorum; Nam etsi in morte Christi legalia fuerunt D mortua: ante publicationem tamen euangelij non erant mortifera, prout haberi potest ex ep. ad Gal. & alibi. Legalia enim toto tempore templi, & vsque ad mortem Christi valuerunt, assistente opere operante. s. fide & deuotione, quo tempore idololatria publica non permittebatur. Detestatio igitur legalium, de qua in hoc c. dicitur, tempore secundi templi non habuit locum, sed tempore primi templi, quando reges & populi fuerunt idololatriæ dediti, tunc deficientes fide.

[Margin: I — 1. Esd. 8. f. — Ibid. 9. g. — Quando legalia viguerint, & quãdo cessauerint?]

2 Secundum quod obuiat expositioni Burg. trahitur ex hoc c. in quo dicitur: Quomodo facta es meretrix ciuitas fidelis! Meretricium autem & adulterium in scriptura pro idololatria ponitur, quæ tempore secundi templi locum non habuit: immo præsides illius temporis eam ex corde persequebantur. Quod autem Burg. meretricium illud exponit de Iudæis negantibus Christum & petentibus Barrabam, non videtur rationabile; quia meretrix & adultera dimisso vero sponso adhæret alieno: Iudæi autem Christo abiecto ex malitia petierunt Barrabam, non vt ei ex amore adhærerent, vt adulteræ consueuerunt. Et hoc innuitur cum dicitur: Ciuitas fidelis. Non enim fidelitatem, quam ad Deum habere debuerunt, ad Barrabam conuerterunt, cùm eum non fidelitate sed malitia saluarunt à morte. Tempore autem primi templi ille passus locum habet, quia tempore Dauid fuit ciuitas fidelis per cultum vnius Dei veri: sed temporibus multorum aliorum regum facta est meretrix & infidelis, defluens ad idola, ideo assignatur pro Babylonicæ deiectionis culpa & causa.

[Margin: Quid reputari debet adulterium spirituale?]

3 Tertium quod obuiat expositioni Burgen. dicitur in hoc c. Et restituam iudices tuos sicut prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus; quia apostoli, de quibus Burg. exponit, non erant tales iudices & populi consiliarij, sed potius à populo reputati aduersarij; qui etiam non fuerunt sicut prius & antiquitus, quia populus antiquitus consensit in iudices, & stetit eorum senten- E tiæ & dictamini: Apostolis autẽ & verbis & factis manifestè contradixerunt. Item iudices antiquitus & consiliarij cum populo remanserant, & pro populo quantumcunque peruerso intercesserant; sicut Moyses qui dixit domino, Aut dimitte noxam populo, aut dele me, &c. Apostoli autem monitu spiritussancti ab eis recesserunt, dicentes: Quia indignos vos fecistis regno Dei, ecce conuertimur ad Gentes. Act. 13. Non enim est bonorum iudicum, & consiliariorum bona conditio, eos, quibus consulendum est, relinquere: sed vsque ad mortem consulendo non deficere; ita fecit & docuit apostolorum magister dominus Iesus. Exponitur igitur hic passus de Ierusalem terrestri & iudicibus Zorobabel, Neemia & cæteris. Nam exponere de ecclesia prout Burgen. & Gloss. ord. est potius literam mysticare, quam ad literam sensum exponere, &c.

[Margin: De quibus iudicibus & consiliariis sermo fit cum dicitur: Et restit. iud. tuos, &c. — Exod. 32. c.]

Quo ad secundum videndum de motiuis Burg. Non enim concludit primum eius motiuum, cum dicit causam huius deiectionis fore, quia non cognouerunt dominum, igitur non idololatria; Illa enim consequentia non valet, quia potius ex antecedente infertur oppositum, quam propositum. Cum enim Deus à viatore cognoscitur per fidem, & in litera assignatur defectus cognitionis, igitur & fidei: Defectus autem fidei reducitur ad idololatriam; quia nemo latria colit nisi eum quem Deum fore fide cognoscit: nihil enim amatum, nisi cognitum. Quia igitur verum Deum fide non cognouerunt: sequitur quod nec verum Deum coluerunt, & per consequens idola; quod est propositum. Veritas huius consequentis patet ex litera huius capit. vbi dicitur: Confundentur ab idolis quibus sacrificauerunt, &c. Sed Burg. huius dicti extortam ponit expositionem, dicens, quod Iudæi confunduntur ab idolis, non quibus ipsi, sed patres eorum sacrificauerunt tempo- F re primi templi. Ista autem expositio lædit fidem nostram, quia fauet Iudaismo moderno, qui falsam excusationem huius extremæ eiectionis sumunt ab idolis patrum suorum, Vt etiam Burgen. dicit: Quando enim quæritur à Iudæis causa tam extremæ & protensæ captiuitatis eorum, respondent, vt Burgen. quòd est culpa patrum colentium idola: sic autem se falsè excusando non erubescunt, sed gloriantur, quòd non sit ex demeritis eorum ista captiuitas: & per hoc persuadent simplicibus, quod per patientiam sustinent hanc captiuitatem pro peccatis, non suis, sed aliorum: & sic per falsam excusationem sibi formant vanam spem hic, seruit. Non igitur confunduntur & erubescunt ab idolis sic expositis, sed potius vt dictum est, sperant & gloriantur.

[Margin: Contra motiua Burg. — 1 — Quam causam suæ abiectissimæ modernæ sortis prætendant Iudæi.]

2 Nec valet Burg. secundum motiuum, quia dicitur in litera, Excoquam ad purum scoriam tuam, ex quo arguit, quia Iudæi in captiuitate Babylonica non fuerunt emendati, sed manserunt incorrigibiles, propter hoc quod dicitur in eodem cap. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem: Dicta igitur depuratio scoriæ non habet locum in Babylonica captiuitate. Respondeo quod Burg. hic, sicut multoties, facit literæ transpositionem. Nam illud, super quo percutiam vos, pertinet ad Iudæorum captiuandorum incorrigibilitatem: Hoc autem quod dicitur in fine capituli, Excoquam ad purum scoriam tuam, secundum Gloss. nihil pertinet ad purificationem reductorum de captiuitate, de qua purificatione allegatum est suprà vltimum capitulum Esdræ tertio; Nunc autem nititur Burg. improbare emendationem reductorum à captiuitate per incorrigibilitatem nondum captiuo-

captiuorum, Videat Burgensis grandipensor quantum valeat. Ex mutatione enim temporum, causarum & circunstantiarum sæpe in scripturis taliter inconsonantia reperiuntur; sicut Matth. 26. d. statim correpto Petro & discipulis, quia dormierunt, postea sequitur: Dormite iam & requiescite. *Et statim sequitur:* Surgite eamus. *Nec valet replica Burg. quòd populus reductus non fuit purgatus, sed potius implicatus abominationibus Chananæorum; quia dictum est supra, quod ad persuasionem Esdræ dimiserunt vxores cum prole: & sic clarificati fuerunt, prout dicitur in loco per Burg. allegato, s. 2. Esdræ vl. c. Cum autem Burg. dicit, illam purificationem ad apostolos pertinere: non videtur verum ad literam, quia litera dicit de purificatione ciuitatis Ierusalem, ideo subditur post purificationem,* Ciuitas iusti, vrbs fidelis, *cuius ciuitatis ad literam apostoli, nec erant ciues, nec pars principalis, nec fortaßis integralis, nec quantitatiua. Si dixeris, quòd ciuitas accipitur pro ecclesia, cuius ciues & principes erant apostoli, non nego secundum sensum allegoricum; sed non ad literam.*

3 *Nec valet tertium motiuum Burg. sumptum ex hoc capitulo, cum dicitur,* Sion in iudicio redimetur, & reducet eam in iustitia, *Arguendo, sic: Captiuitas Babylonica non est reducta per iustitiam, sed potius per misericordiam. Respondeo, quòd hoc argumentum fundatur super falsa imaginatione. Sonat enim quasi misericordia & iustitia in omnibus operibus diuinis non concurrant, quod est contra magistrum in 4. dist. 46. Vnde & si vna videatur redundare in vno effectu, alia in alio, manent tamen semper inseparabilia, secundum sanctos doctores; Misericordia exhibetur sine meritis, iustitia autè pro meritis aut demeritis. Nunc igitur genus humanum non meruit redemptionem per Christum factam. ideo dicit Apostolus ad Titum. 3. b.* Secundum misericordiam suam saluos nos fecit, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos: *Male igitur nititur probare Burgen. quòd sit facta per Christi iustitiam nobis occultam, quia contradicit Apostolo in multis locis dicenti, quod solum secundum misericordiam. Id igitur quod hic dicitur secundum expositionem Postillatoris, populum de Babylonica captiuitate iudicio & iustitia redemptum, est verum, inquantum pro sua culpa sustinuit pœnam debitam, concurrente tamen misericordia in punitione citra condignum. Et cum Burgen. in hac materia vltimo adducit, quod videlicet populus reductus à captiuitate Babylonica non fuit immunis à peccato: idem potest argui de populo per Christum redempto in ecclesia, qui non fuit sine peccatis, sicut patet de primo redempto latrone: & hodie in sagena ecclesiæ capiuntur pisces, boni cum malis admixti, qui omnes sunt per Christum sufficienter redempti.*

Misericordia & iustitia Dei.

☞ In

CAP. II.

a ¶ Venturum in carne visibile. ¶ Scilicet. b ¶ Intellexit.
c ¶ Probat à natura dignum, quod viderit, cui oporteat credi.

1 **V**Erbum quod vidit Isaias filius Amos super Iudam & Ierusalem.

a ¶ Id est de Iuda & Ierusalem.

CAP. II.

☞ A a **V**Erbum quod, *&c.* BASIL. in c. hoc 2. Absoluta descriptione a prioris visionis, verbum hoc factum est ad Isaiam. Quanam ratione illic quidem visio, hic autem verbum? quia * vis hæc efficax à Deo confertur sanctis per infusionem gratiæ Spiritus sancti. Vna enim est cognitio rerum quæ ignorabantur, inserta sanctorum cordibus per B reuelationem, & affulgentiam diuinæ illustrationis: Sed pro rerum differentia, circa quas versatur scientia seu cognitio eius, quod reuelatur, aut *visio* dicitur, aut *verbum*: illic quidem (in visione primi capitis) præsentia declaratur, seu sunt malitia populi, abalienatio à Deo, ingratitudo erga benefactorem: hîc vero quod euenturum est prænuntiatur, ob id *verbum* siue *sermo* dicitur, *quia erit in* C *nouißimis diebus*. Atqui neque illic oculis proponitur spectãda visio, neque hic auribus hauritur cognitio: Sed illustris affulgentia à Spiritu sancto profluens se inserit cordi, aut præsentia exhibente, aut prænuntiante quod futurum est. Rursum quod hîc ait de Iudæa & Ierusalem: quum sit alioqui de gentibus aliis oracula redditurus, nõ enim Iudæorum tantũ est Deus, sed & Gentium; quandoquidem vnus est Deus qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem: Sed primo loco & ordine priore commeminit huius particulæ. D

*sc. donum prophetiæ.

Visio & verbũ quomodo distinguatur?

✠ HIERONYMVS. In prima visione post comminationem prospera promittuntur: *Restituam iudices tuos, vt fuerunt prius, &c.* In ista, post prospera, aduersa nuntiantur: *Ecce dominator dominus exercituum auferet à Ierusalem & Iuda validum & fortem, &c.* Ergo iuxta Hebraicum, & in illa, & in ista, non contra Iudam & Ierusalem intelligendum est; vel pro Iuda & Ierusalem, vt voluere lxx. sed, secundum Symmachum, de Iuda & Ierusalem, in qua possunt læta & tristia contineri. Et notandum, quia ibi *visionem* vidit, hîc *verbum*, quod erat in principio apud Deum; Et in illa Iudæis comminans, venit ad salutem gentium: In ista autem à gentium salute incipiens, punito Israele, ex vtroque pariete credentes in ecclesia congregat. Quando hæc fiant, ostendit, cum verbum fiet caro quod vidit, id est, intellexit Isaias: Cætera enim verba audiuntur, non videntur, de hoc enim dictum est: *Super terram visus est, & cum hominibus conuersatus est.* & de hoc subdit: *Et erit in nouissimis diebus, &c.* E F

Perstringitur lxx.

Verbũ caro factum.

☞ a In

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT II.

I **V**Erbum quod vidit Isaias. *Postquam propheta descripsit regni Iudæ deiectionem, hic consequenter describit regni Christi. s. ecclesiæ erectionem. Et diuiditur in duas partes: quia primo hæc erectio describitur, & secundo propheta ad describendum prædictam deiectionem reuertitur. ibi:* Proiecisti enim. *Prima pars à Christianis & Iudæis de tempore Christi exponitur, contrario tamen modo: quia Christiani dicunt hanc scripturam fuisse impletam in aduentu Iesu Nazareni, quem confitentur esse Christum in lege & prophetis promissum; Iudæi verò dicunt ipsam implendam fore tempore Messiæ, quem expectant: quia Iesum Nazarenum negant esse Christum. Et arguunt ex litera huius partis. Primò: quia dicitur hîc:* Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini, &c. *& sic in nouißimis diebus litera huius partis est implenda; Dies autem Iesu Nazareni non fuerunt nouißimi, quia post mortem eius fluxerunt multi anni, scilicet 1293. ergo non fuit Christus: sed alius expectatur qui erit in nouißimis. Item subditur:* Mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super colles; *& sic in aduentu Christi mons Sion eleuabitur in altum, quod non est adhuc factum, ergo, &c. Item sequitur:* Et fluent ad eum omnes gentes, *scilicet per credulitatem in Christum; Hoc autem non est factum de Iesu Nazareno, quia Saraceni, Tartari, & plures Gentiles alij, & etiam Iudæi pro maiori parte non crediderunt in Iesum Nazarenum, ergo, &c. Item sequitur,* Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: Non leuabit Gens contra gentem gladium, &c. *Ex quo videtur, quod in aduentu Meßiæ debeat tanta pax esse in mundo, quod cesset vsus armorum, & materia eorum in instrumenta pro agricultura conuertatur. Ista non solum poßunt solui, sed etiam in aduersarios retorqueri, saltem pro magna parte. Ad primum dicendum, quod nouißimum vno modo accipitur simpliciter & absolute; & sic tempus nouissimũ seu dies nouißimi, dicitur tempus futurum prope iudicium. Alio modo accipitur respectiuè, & sic tempus gratiæ seu aduentus Christi dicitur nouißimum, quia legi euangelicæ alia non succedet, propter quod argumentum non valet; quia istud tempus nouißimum habet longũ tractum: Sicut vltima ætas hominis aliquando tantum durat quantũ omnes aliæ præcedentes. Item Gen. 49. a. dicitur:* Congregamini filij Iacob, vt annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis, &c. *Et omnia illa iam diu sunt adimpleta, etiam secundum opinionem Iudæorum, sicut ibidem fuit expositum. Propter quod ex illo verbo:* In nouissimis diebus, *non habent argumentum. Item ibidem subditur:* Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, *id est Christus; Vnde in translatione Chaldaica, quæ tantæ auctoritatis est apud Hebræos, quod nullus vnquam fuit ausus ei contradicere, habetur, Messias, id est Christus, vbi nos habemus,* qui mittendus est. *Cum igitur sceptrum & dominatio sint totaliter ablata à Iudæis, & iam diu est, sequitur quod aduentus Christi transit in præteritum. Et cum fuerit ablatum tempore Herodis, ad quem deuolutum fuit regnum Iudæorum, cum esset alienigena, & tempore ipsius natus fuit Iesus Nazarenus: sequitur quod fuit & est verè Christus, quia illo tempore nullus alius apparuit, qui ex doctrina & operibus dici posset Christus; & sic argumentum reducitur ad propositum nostrum. Ad secundum dicendum, quod ratione illius dicti aliqui doctores Hebræi dixerunt,* quòd

Erectio ecclesiæ. Diuisio. Argumenta Iudæorum probantia non venisse Christum. 1 2 3 4

Soluuntur prædicta argumenta. Nouissimi dies. Auctoritas Paraphrasis Chaldaicæ. Argumentũ probans venisse Christum.

MORALITER.

† 1 *Verbum quod vidit Isaias, &c.* Principium huius capitu. literaliter exponitur de dilatatione militantis ecclesiæ: Anagogicè verò potest exponi de dilatatione triumphantis, Christo cum electis, qui à principio mundi detenti fuerant in limbo, illuc ascendente: & sic dicitur:

Dilatatio triumphantis Ecclesiæ.

a ¶ Vbi venit plenitudo temporis; misit Deus filium suum. b ¶ In vltima ætate. c ¶ Prædestinatus à Deo, agnus occisus ab origine mundi.

a [2] Et erit in nouissimis diebus præparatus [1]

a ¶ Quem quasi lapidem vidit Daniel abscissum de monte sine manibus, & creuisse in montem magnum. b ¶ Ecclesiæ.

b mons domus domini in vertice montium: [2] †

a ¶ Desiderio fidei. b ¶ Cito, abunde.

c & eleuabitur super colles. Et fluent ad [3] d

a ¶ Incarnatum. b ¶ Plures de gentibus. c ¶ Postula à me, & dabo tibi gen. d ¶ Passibus fidei. ¶ Iudæi.

eum omnes gentes: [3] & ibunt populi [4]

a ¶ Non omnes, quia pauciores de Iudæis. b ¶ Non contenti propria salute hortabuntur se inuicem, vnde, Venite ascen. &c.

multi, & dicent: Venite, ascendamus [5]

¶ Christum. ¶ Dei. a ¶ Ecclesiam. b ¶ Iunioris populi. i. Christiani per Iacob significati.

e ad montem domini, & ad domum Dei

a *In nouissimis*. HIERON. De quibus Iacob dixit filiis suis: *Congregamini, vt annuntiem vobis, quod futurum sit in nouissimis diebus*. Et paulò post: *Nō deficiet princeps de Iuda, donec veniat cui promissum est*. Inde Ioannes: *Nouissima hora est*, in qua, *scilicet lapis abscissus de monte sine manibus creuit in montem magnum*. A (Gen. 49. a. Ioan. 2. c. Dan. 2. g.)

b *Mons*. IBID. *Montes*, angeli, prophetæ, patriarchæ, apostoli, martyres, & alij qui miraculis effulserunt. *Colles*, minores, à maioribus lumen accipientes. vnde: *Saliens in montibus, transiliens colles*. Et alibi: *Montes in circumitu eius, &c*. (Mic. 4. a. Can. 2. b. Psal. 124. a.) B

BASIL. Propinquante mundi huius consummatione, inclarescet manifestus mons ille domini, & domus Dei in verticibus montium: non de templo & synagoga potest hoc intelligi, quæ cùm hæc diceret Isaias erant conspicua, & non sunt futura conspicua in diebus nouissimis: sed quia admirabilis quædam & aperta omnibus Dei dispensatio apparebit erga hominum salutem in nouissimis diebus, ad profligationem peccati: arcanum hoc mysterium & à sæculorum conditione absconditum, in consummata plenitudine temporum palam omnibus est exhibitum. Dei autem in terram descensus assimilatur monti, quod mons sit terra in sublime subleuata: Caro item domini terra est iuxta communem naturam, & mons per vnionem qua ad Deum vsque profecta est. Domus insuper Dei in sublimi vertice montium collocata, ecclesia est, iuxta Pauli sententiam dicentis: Videte quomodo oportet vos conuersari in domo Dei, quæ est ecclesia Dei viuentis, cuius fundamenta in montibus sanctis; Est enim ædificata in apostolis & prophetis, qui eius fundamenta iecerunt, quorum vnus erat Petrus, supra quam petram pollicitus fuerat se ædificaturum ecclesiam suam. Anima autem Petri merito nominata est petra sublimis, quòd in fide radices solidè defixerit, & aduersus plagas per tentationes illatas stabiliter se gesserit. Quicúque capaces sunt diuinæ cognitionis, propter celsitudinem intelligentiæ & actionum, si ob vitæ integritatem vertices sunt montium, in quibus exædificatur domus Dei. (Verbi incarnati mysterium. C. D. Petra supra quam ædificata est ecclesia.)

c *Et eleuabitur*. HIER. Super omnes sanctos, quia de plenitudine eius omnes accipiunt (de quibus: *Montes in circumitu eius*) qui à monte Christo montes dicuntur. E

d *Et fluent*. BASIL. Venient enim salutari prædicatione vocati quoniam prædicabitur euangelium hoc in vniuerso mundo. Ceterum quo pacto venturas gentes omnes, deinde multas ambulaturas significat? Nimirum, vt ad fidem, quod præcedit, quod sequitur autem ad vitæ genus referatur. Fidem enim nulli non profitemur, cum tamen secundum præcepta non omnes ambulemus. (Vocatio gentium ad fidem. F)

e *Domum*. HIER. Quod ideo dicitur, vt vetus testamentum suscipiamus, non secundum Manichæum aliam quam domum Dei Iacob quæramus.

Vias suas, quas alij triuerunt. Dominus quoque ascendens in montem docebat discipulos suos. Prius ergo discendæ viæ, post ambulandum in semitis. (Matt. 6. a.)

a *De Sion*

NICOLAVS DE LIRA.

quòd in aduentu Messiæ mons Sinai, & mons Thabor, & mons Carmeli qui sunt prope montem Sion, sunt adducendi diuina virtute, & super illos mons Sion debet poni; vt sic impleatur quod dicitur: Erit mons domus domini in vertice montium, &c. *Sed hoc dictum reprobat Ra. Sa. super locum istum, dicens: Quod talis eleuatio non est intelligenda secundum loci mutationem, sed per signorum operationem, quia maiora signa fienda sunt tunc in monte Sion, quam in aliis tribus sint facta. Et in hoc dicit veritatem; sed in eo deficit, quòd dicit futurum, quod per Iesum Nazarenum fuit factum; quod sic patet: Maius signum factum in monte Sinai, fuit datio legis per angelum loquentem in persona domini Act. 7. maius signum sine comparatione fuit, quòd Christus verus homo, verus Deus, in templo docuit legem euangelicam: in quo legitur pluries docuisse. Quod quidem templum erat in monte Sion, vt frequenter dictum est, vbi etiam cæcos & claudos curauit, & multa alia miracula fecit; Vbi etiam ianuis clausis ad discipulos intrauit, suam resurrectionem manifestando; Et ibi super apostolos, aliosq; discipulos, spiritum sanctum in die pentecostes misit: Quod fuit maximum miraculum, scilicet quòd homines simplices & illiterati omnes scripturas intelligerent, & linguis omnium gentium loquerentur. Et per hoc patet, quòd maiora fecit Iesus Nazarenus in monte Sion, quam vnquam fuerunt facta in tribus montibus prædictis. Ex quibus concluditur Christum venisse in persona Iesu Nazareni. Ad tertium dicendum, quòd hoc signum* omnes, *non distribuit pro singulis generum sed pro generibus singulorum, quia de omnibus Gentibus aliqui conuersi sunt ad fidem Christi, etiam à tempore apostolorum, sicut diffusius declaratum fuit Psalm. 18. a. super illud verbum*: In omnem terram exiuit sonus eorum; *Sicut hæc propositio vera est: Omne animal fuit in arca Noe, quia aliqua indiuidua de singulis generibus animalium fuerunt ibi. Ad fidem verò Christi non solum aliqui de gentibus singulis, sed multi sunt conuersi: Et quia secundum expositores catholicos & Hebræos prædicta distributio sic est intelligenda, ex hoc concluditur Iesum Nazarenum esse vere Christū. Ad quartum dicendum, quòd per hoc quod dicitur*, Non exercebuntur vltrà ad prælium, *non habetur quòd post aduentum Christi nullum debeat esse prælium, sed quòd debet esse magna pax tempore sui aduentus, & ita fuit: quia Christus fuit natus tempore Cæsaris Augusti, subiectis omnibus gentibus Romano imperio, & pacatis intantum, quod sub eo numeratus fuit totus orbis, vt habetur Luc. 2. Et durauit ista pax per magnum spatium temporis. Nec plus habetur per illam dictionē* vltrà: *loco cuius ponitur in Hebræo* עוד od, *& similiter* 4. *Reg.* 6. *e. habemus*: Et vltrà non venerunt latrones Syriæ in terram Israel, *quia cessauerunt venire per aliquod tempus; tamen postea pluries venerunt, vt patet ex. c. Reg. Similiter Gen. 35. b. dicitur ad Iacob*: Non vocaberis vltrà Iacob, sed Israel, *& tamen postea vocatus est Iacob multoties. Per hoc concluditur Iesum Nazarenum esse verum Christum, quia natus tempore maximæ pacis, & temporibus à prophetis prænuntiatis. Ex prædictis patet sententia huius partis. Tamen adhuc ad maiorem intellectum discurrenda est breuiter applicando ad propositum, scilicet de ecclesiæ promotione, & præmittitur breuis præfatio, cùm dicitur*: Ver. quod vidit Isaias filius Amos super Iudam & Ierusalem, *q.d. verbum, quod subditur, est notabile, quia de maxima re, & ideo maximè attendendum. Et quid sit illud ostenditur, cum dicitur:*

(Solutio 2. argumenti Iudæorum. Quis sensus verus illius, *Erit mons dom Dom. in vert. mont.* Solutio 3. argumenti Iudæorum. Solutio 4. Iesum Nazarenum esse verum Christum.)

1 Et erit, *i. tempore gratiæ, quod dicitur nouissimum, vt prædictum est. Et hoc modo dicitur* 1. *Ioan.* 2. *c.* Nouissima hora est.

2 Præparatus mons, *id est ecclesia, quæ dicitur hîc domus domini, Tum quia fundata fuit per prædicationem Christi, & eius miracula in monte Sion, vbi erat templum domini, vt prædictum est; Tum quia ecclesia, quæ est domus domini, dignitate excellit omnem aliam congregationem à principio mundi, ad Dei cultum ordinatam.* (Ecclesia.)

3 Et eleuabitur, *id est super terræ principes, quia tempore Constantini cœperunt se supponere iugo Christi.*

4 Et fluent, *id est aliqui de omnibus gentibus vt prædictū est. Vel potest dici, quod hæc est locutio hyperbolica, ad designandum multitudinem Gentilium, quæ fidem Christi suscepit, Iudæis pro maiori parte excæcatis, in infidelitate remanentibus, secundum illud ad Rom.* 11. *c.* Cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, *sicut dicitur omnes de ciuitate currunt ad tale spectaculum, ad signandum multitudinem currentium, licet aliquando maior pars remaneat.* (Multitudo Gentilium quæ fidem Christi suscepit.)

5 Et dicent: Venite, ascendamus ad montem domini, &c. *Quia illi qui recipiebant fidem Christi, hortabantur alios ad similiter agendum.*

Et

MORALITER.

† 1 *Et erit in nouissimis præparatus mons*, id est Christus, de quo dicitur Dan. 2. e. *Lapis qui percusserat statuam, factus est mons magnus.*

2 *Domus domini*, id est triumphantis ecclesiæ.

† *In vertice montium, &c.* id est angelorum. Psalm. 124. a. *Montes in circumitu eius*, id est angeli, vt exponit Augustinus; Homo namque Christus est super omnes angelos exaltatus. Et quia triumphans ecclesia non solùm est dilatata per sanctos ascendentes cum Christo; sed etiam per illos qui post eius ascensionem susceperunt eius fidem, subditur:

4 *Et fluent ad eum omnes gentes, &c.* Credendo, nam aliqui ex omnibus gentibus in Christum crediderunt à tempore apostolorum, & credentes alios excitauerunt ad credendum. In quorum persona subditur:

† *Venite ascendamus ad montem, &c. & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius*, per apostolos & successores eorum.

† *Quia*

☞ a *De Sion.* HIERON. Non de Sina petra, sed de monte Sion in quo A Ierusalem, in qua templum & religio Dei. Dominus quoque in templo docuit, quod non oportuit propheta mori extra Ierusalē. (Luc.13.g.)

b *Lex & verbum.* IBID. Sicut suprà, verbum & legem simul posuit, vt principes audirent verbum, legem populus aure perciperet. Qui enim fecerit legem, perueniet ad verbum Dei; exibit lex de verbo quasi de fonte, vt alios irriget.

✠ IVSTINVS Apolog. 2. pro Christianis. Verbum Domini ait propheta exiisse de Ierusalem, quod sic factum esse vi- B demus. A Ierusalem enim viri duodecim numero profecti, idiotæ, dicendi imperiti & rudes, sed nixi ope diuina, conuerterunt totū orbem: missi enim sunt à Christo, vt docerēt omnes gētes sermonē Dei. (Mundus per Apostolos conuersus.)

c *Iudicabit inter gentes, & arg.*

✠ TERTVLLIANVS Lib. 3. contra Marcionem. *Iudicabit inter gentes*, de errore earum intellige; *& concident machæras* C *suas in aratra*, animorum nocentium, & linguarum infestarum, & omnis malitiæ ingenia conuertent in studia modestiæ & pacis.

✠ PROCOPIVS. *Iudicabit inter gentes*, secernens sibi dignos & eligens vocatos, *redarguet populum multum*, scilicet non credentem, tanquam sua ipsorum culpa pereuntem.

d *Et conflabunt gladios suos.* HIERON. Omne studium bellandi vertetur in pacem, quod incarnato Domino aperte factum est. Tanta enim ante eum in orbe discordia fuit vsque ad vigesimum annum Octauiani Cæsaris, sub quo natus est, vt non esset de prouincia in prouinciam transitus. Eo autem nato, qui est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, in cuius natiuitate angeli cecinerunt, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*; omnia bella cessauerunt, & agriculturæ exercitatæ sunt. Spiritualiter gladij mutantur in vomeres, & lanceæ in falces, cùm seditiones discor- D diarum & iræ pelluntur, & duritia cordis vomere, id est verbo Dei frangitur, & spinæ vitiorum eradicantur, vt semen sermonis crescat, & tandem labores manuum nostrarum manducemus in tempore messionis, scilicet mortis. (Pax vniuersalis totius mundi quando fuit.) (Ephe.2.c. Luc.2.b.)

a ¶ Cum fuerimus in domo Iacob. c ¶ Post. b ¶ Faciliora mandata quibus gradiamur ad eum.

Iacob, et docebit nos vias suas, et ambulabi- 1

a ¶ Arctioribus. b ¶ Venite ascendamus. c ¶ Vetus, spiritualiter intellecta.

a b mus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & 2

a ¶ Euangelium, scilicet. ¶ In qua religio. b ¶ Primitiua ecclesia quæ est speculatio & visio pacis. c ¶ Super peccatis: pro diuersitate enim meritorum, diuersitas pœnarum erit. d ¶ Gentiles credituros. Qui non credit iam iudicatus est.

c verbū Domini de Ierusalem.[4] Et iudicabit gen- 3

a ¶ Corrigendo, quia Dei filium non receperunt. b ¶ Iudæos. ¶ Ideo.

d tes, & arguet populos multos. Et conflabūt gla- 4

dios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. 5

a ¶ Sicut prius: etsi enim prælia postea, nunquam tam grauia.

e Non leuabit gens cōtra gētem gladiū, nec exer- 6

¶ Mecum.

f cebūtur vltrà ad præliū.[5] Domus Iacob venite, 7

¶ De virtute in virtutem. †

g h & ambulemus in lumine Dei nostri.[6] Proiecisti 8

e *Non leuabit gens contra*, &c.

✠ IVSTINVS Apolog. 2. pro Christianis. Olim ante Christi tempora, multis bellis se conficiebant gentes: temporibus Christi, non solum non bellabant cum inimicis, verùm libenter moriebantur, & subibant omne cruciamentorum E genus, ne viderentur mentiri, aut decipere, in his, quæ de Christo pollicerentur, cùm de Christianis haberetur quæstio, aut cum tormentis veritas fidei quæreretur. (Quanta mititas temporum sit Christianorum.)

f *Domus Iacob*, &c. HIERON. Post vocationem gentium & ostensionem montis Dei, inuitat populum suum, qui est de Iacob, vt exiens de tenebris infidelitatis suscipiat lumen Christi.

✠ IVSTINVS in dialogo cum Tryphone. Necesse est duas hîc intelligi domus Iacob, alteram secundum carnem, alteram secundum F spiritum. Nec enim par erat, eandem & vnam domum Iacob ad promissa admitti, & ad Dei hæreditatem: & rursus repudiatam dici: *dereliquit enim populum suum domum Iacob.* (Duæ domus Iacob.)

g *In lumine.* HIERON. *Dum lucem habetis, credite in lucem. Accedite ad eum, & illuminamini*, &c. Quasi d. *qui malè agit, odit lucem: sed venite mecum, ambulemus in luce Domini, qui dicit: Ego sum lux mundi*, &c. (Ioan.12.f. Psal.33.a. Ioan.3.a. Ibid.8.b.)

h *Proiecisti enim.* IBID. Postquam exhortatus est, vidit in spiritu duritiam eorum, & subitò oculos mentis ad Dominum conuertens ait: *Proiecisti enim*, &c. Quasi dicat, & ideo hortandi, quia *Proiecisti*, &c.

☞ Quia

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, *Quia adulti venientes ad fidem Christi, antequam baptizarentur, catechizabantur, & instruebantur de his quæ pertinent ad fidem.*

2 Quia de Sion exibit lex, &c. *Hoc non est referendum ad credentes, quasi sit verbum ipsorum: sed est verbum Isaiæ, reddentis causam & modum de dicta multitudine gentium ad fidem Christi conuertenda: quia de Ierusalem & Iudæa exierunt apostoli, aliiq; discipuli ad prædicandum gentibus fidem Christi; propter quod dicitur Act. 13. g.* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes; sic enim præcepit nobis Dominus. (Prædicatio Euangelij in gentes translata.)

3 Et iudicabit gentes, *iudicio discretionis, quo per prædicationem apostolorum aliquos de gentibus vocauit ad fidem, aliis in infidelitate dimissis. Quod quidem iudicium iustum est, licet nobis occultum.*

4 Et arguet populos multos, *de infirmitate, & aliis malis suis, sicut patet in actibus Apostolorum, & legendis sanctorum.*

5 Et conflabūt gladios suos in vomeres, &c. *Hoc dicitur ad designandum diuturnitatem pacis, quæ fuit vbiq; tempore natiuitatis Christi, vt prædictum est; & durauit in Iudæa, de qua terra Isaias principaliter loquebatur à 20. annis & plus ante natiuitatem Christi vsque post mortem eius per 40. annos, vel circiter sub dominio Romanorum, vt potest colligi ex dictis Iosephi, & aliorum historiographorum; sed Iudæi finaliter rebellantes Romanis, destructi sunt & captiuati per Titum anno 42. à passione Christi. Verisimile autem est quod in pace tam longa cessantibus bellis, multa arma & instrumenta bellica fuerunt conuersa in instrumenta agriculturæ apta, sicut sensibiliter videtur in terris, vbi post bella sequitur pax diuturna.* (Christi aduentus pacē diuturnam terris intulit.)

6 Non leuabit gens, &c. *Hyperbole est, ad designandum pacis diuturnitatem; prout communiter dicitur de aliquo negotio, quod protrahitur vltra modum consuetum, istud negotium nunquam terminabitur; licet aliquando terminetur infra annum, vel infra mensem, seu etiam in minori spatio, secundum conditionem negotij. Et hic modus loquendi hyperbolicus, frequens est in prophetis.* (Hyperbole.)

6 Domus Iacob venite. *Hic post conuersionem Gentilium ponitur conuersio Iudæorum, qui circa finem mundi recipient fidem Christi generaliter: & à tempore Christi vsque nunc recipiunt eam aliqui particulariter. Et quia ad hoc inducti sunt per doctores conuersos ad fidem de Gentilitate; vel in se, sicut patet de Augustino, & Ambrosio, & aliis multis; vel in parentibus suis, sicut est de illis doctoribus, qui nati sunt de parentibus Christianis, tamen parentes eorum propinqui vel longinqui, fuerunt de Gentilibus conuersi ad fidem Christi; & in persona talium dicitur hic Iudæis:* Domus Iacob ve. & amb. in lu. D. n. *id est in lumine fidei Christianæ.* (Iudæi per Doctores ad fidem Christi perducti.)

8 Proiecisti enim populum tuum. *Aliqui doctores nostri hanc literam & sequentem vsque ad sextum caput exponunt consequenter ad præcedentem, referendo eam ad tempus Christi, dicentes quòd in istis capitibus describitur pœna Iudæorum propter mortem Christi. Sed hoc non videtur mihi, quia hic præmittitur culpa pœnæ quæ describitur in sequentibus. Culpa autem ista est principaliter multiplicatio idololatriæ. vnde subditur:* Et repleta est terra. *A tempore autem Christi & antè per longum tempus vsque ad destructionem ciuitatis Ierusalem per Romanos, quæ fuit inducta propter mortem Christi vt patet Lu. 19. non fuit idololatria apud Iudæos, imò etiam mirabiliter horruerunt, intantum quod cùm Herodes sub quo natus fuit Christus, supra portam templi posuisset aquilam auream, quod* ☞ *est si-* (Iudæi imagines idolorum valde detestantur, vbi & quando.)

6 Non

MORALITER.

† 2 *Quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem*, i. Ecclesia.

3 *Et iudicabit gentes*, scilicet iudicio discretionis, quo credentes à non credentibus discernuntur.

4 *Et arguet populos multos*, de peccatis commissis, per prædicatores veritatis.

5 *Et conflabunt gladios suos in vome.* &c. propriè dicitur de doctoribus ad fidem conuersis de Gentilibus & Iudæis, qui gladiis scripturarum fidem impugnabant ante conuersionem suam, & conuersi vsi sunt scripturis ad agri Ecclesiastici culturam. (Doctores ab infidelitate ad Christum conuersi.)

6 *Non leuabit gens contra gen. gladium*, &c. Hoc intelligitur de Iudæis & gentibus in vna Ecclesia charitate coniunctis, qui prius aduersabantur sibiipsis.

7 *Domus Iacob*, id est, supplantatores vitiorum.

† *Ambulemus in lumine Dei nostri*, hîc per fidem, & postea per apertam visionem.

8 *Proiecisti.* Hîc reuertitur propheta ad scribendum punitiones & peccata Iudæorum, per quæ significantur punitiones & culpæ malorum Christianorum, cum dicitur: *Proiecisti enim populum tuum*, de terra sancta, & de Aphrica in multis locis.

a *Quia repleti sunt, vt olim*, &c. HIER. Romanis scilicet eiicientibus Iudæos, in Iudæa habitauerunt alienigenæ, vndecunque adducti à Tito & Vespasiano, vel ceteris principibus. Vel, priusquam à Babyloniis vastarentur, hæc commiserunt sub impiis regibus.

PROCOPIVS ex Basil. in hunc locum. Quanta mala pariat diuinatio (habet enim causā cur à Deo relinquantur) eorum exemplo intuere, qui fidē professi, eiusmodi rebus agitantur. Videtur autem Philistinorum inuentū esse diuinatio, vt Caldæorum astrologia, Ægyptiorum incantatio & veneficium, Cretensium auguratio.

Diuinatio superstitiosa.

B BASILIVS. Ne quæso te dedas huiusmodi diabolicis artibus. Diabolus enim mox vt animam sic ductilem acceperit ad perditionem, nil illi indulget, nec remittit impetum. Tāta proinde est inimici aduersus hominem proteruia, vt in felis aut mustelæ figura se ostentet, nonnunquam vt canis se discerpens, sub hominis etiam forma diluculo conspicitur, vt is fuerit ex maximè beneuolis.

Dehortatio à magicis artibus. Sic apparet maleficis.

a ❡ Quondam. b ❡ Cui deberent esse similes. c ❡ Et merito proiecisti quia.

a enim populum tuum domum Iacob, quia

a ❡ Iniquitate & dolis. b ❡ In Ægypto, vel in terra promissionis, temporibus iudicum. c ❡ Qui à garritu auium futura prædicunt, vel præsagiunt.

1 repleti sunt vt olim, & augures habue-

a ❡ LXX. Alienigenæ, vnde: alienigenæ mihi subditi sunt. ❡ Vel Palestini, alia litera: qui huic superstitioni maxime seruiunt.

b ❡ A Deo recedendo: vel Gentilibus, quos emebant ad abutendum. c ❡ Libidinose.

2 b c runt vt Philisthiim, & pueris alienis adhæse-

a ❡ q. d. cum abundent diuitiis, cupidi sunt & auari. b ❡ Tamen.

3 d 4 e runt. 7 Repleta est terra argento & auro, et

a ❡ Semper auarus eget. b ❡ Cupiditatis thesaurorū. Auarus non implebitur diuitiis.

5 † non est finis thesaurorum eius. 8 Et repleta

a ❡ Victorum vel Iudæorum. b ❡ Quia non est dignum numero quod contra Deum est. c ❡ Hi in curribus, & hi in equis, nos, &c.

6 f est terra eius equis, & innumerabiles qua-

a ❡ Nimiam abundantiam sequitur idololatria. b ❡ Terreni.

† † 7 drigæ eius. Et repleta est terra eius idolis:

C b *Vt Philisthiim*. HIER. Philisthiim qui hodie Palesthini, quia p literam sermo Heb. non habet, sed pro ea φ Græco vtitur.

c *Pueris*, &c. IBID. Victorum significat libidinem in Iudæam gentem. Græci enim & Latini diu hoc vitio laborauerunt: sed sub Constantino imperatore & coruscante euangelio, cum ceteris deleta est turpitudo hæc.

PROCOPIVS. Septuaginta. *Et filij alienigenæ nati sunt in ipsa*. Cum enim sceleratos mores semel amplexa est ciuitas, ad posteros tanquam in legem, parentum flagitia transeunt: sicque qui erant ab ipso nascendi principio à Deo alieni, alienigenæ nuncupantur, & ob id forsan quod aucta fornicatione, de mulieribus alienigenis nati essent.

D d ALLEGORICE. *Pueris alienis*, vel satellitibus dæmonum. Habent enim pueros sicut & Christus, qui dicit: *Pueri mei quos dedit mihi Dominus*. Isa. 8. d.

e *Repleta est terra*. HIERON. Et Romanorum & Iudæorum auaritia suggillatur. Græcæ enim & Latinæ testantur historiæ nihil vtraque gente auarius esse: Inter idola auaritia condemnatur, vnde Paulus: *Auaritia quæ est idolorum seruitus*.

Romani & Iudæi auidissimi.

E PROCOPIVS. Diuitiarum studium quàm graue malum sit, ex eo ostendit, quod in tantorum scelerū numero & hoc etiam crimē haberi voluit. Est enim quæ iniuste partis opibus caret ad pietatem dux & magistra paupertas: diuitiæ verò contumeliæ & iniuriarum adhortatrices.

De diuitiis & paupertate.

F f *Equis, & innumerabiles*. HIERON. Et hoc contra Dominum, qui multiplicari currus prohibuit & equos: Hæc enim animalia data sunt ad adiuuandum, non ad superbiendum, vnde & iumenta dicuntur.

Quis vsus & quis abusus iumentorū.

ALLEGORICE. *Fallax equus ad salutem*. Et alibi: *Equum & ascensorem deiecit in mare*.

Opus manuum suarum, &c. ANAGOGICE. HIER. Omne dogma contrarium veritati, adorat opera manuum suarum, & incuruatur homo colligatus à diabolo, nec erigitur nisi à Domino. Sicut mulier Euangelica, quam alligauit satanas.

a In-

NICOLAVS DE LIRA.

est signum Romani dominij, eo quòd regnum Iudæa receperat à Romanis, non ad hoc quòd illa aquila adoraretur, sed solùm ad portæ decorem, & imperatoris honorem; & tamen Iudæi zelo legis accensi, dicentes non esse licitum aliquam imaginem quacunque de causa esse in templo, vel circa templum, illam ad terram deiecerunt, scientes tamen quod ex hoc imminebat eis mortis periculum, sicut & contigit: quia plures ratione huius facti fuerunt ab Herode occisi. Item tempore Tyberij, sub quo passus est Christus, Pilatus Iudæa præfectus imaginem Cæsaris portari fecit in Ierusalem: Quod cum cognitum fuisset à Iudæis, in magna multitudine venerunt ad Pilatum, rogantes vt illam auferret, asserentes non esse eis licitum aliquam imaginem esse intra ciuitatem. Et Pilatus videns multos esse paratos magis mori quam permittere imagines in ciuitate, fecit illos in Cæsaream deportari ad præcauendum dissensionem populi. Et simile factum legitur tempore Caij, qui successit Tyberio, eò quòd Petronius Iudææ præfectus volebat imaginem Cæsaris ad Ierusalem portare, vt refert Iosephus, libro de Iudaico bello. Et ideo saluo meliori iudicio, mihi videtur quòd hæc litera & sequens vsque ad 7. cap. referenda est ad tempus præcedens captiuitatem Babylonicam, quæ fuit inducta super Iudæos maximè propter idololatriam, quæ tunc in eis multum viguit, vt patet ex 4. Reg. & 2. Paralip. Igitur secundum hanc sententiam litera ista, in qua Isaias reuertitur ad describendam punitionem regni Iudææ, quam describere suprà inceperat, vt suprà dictum est, Primò in duas partes diuiditur, quia primò exprimitur culpa: Secundò subditur pœna debita, ibi: Non ergo dimittas. *Circa primum dicit propheta:* Proiecisti enim populum tuum, domum Iacob. *id est, proiicies: Loquitur enim de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ, quæ fuit impleta quando Nabuchodonosor Iudæos de Ierusalem & de Iudæa eiecit, & captiuos in Babylonem duxit. Consequenter ostenditur ratio dictæ captiuitatis, cùm dicitur,*

Iudæi indignationem imperatorū propter repulsionem imaginum incurrerūt.

Diuisio.

1 Quia repleti sunt, &c. *In Hebræo habetur: Repleti sunt ab Oriente, id est, magica arte, quæ reperta fuit in parte Orientali respectu Iudææ. vnde & Balaam ariolus & magus habitabat in partibus Orientis, vt habetur Numer. 4. Et eadem sententia est in translatione communi, cum dicitur,* Quia repleti sunt vt olim: *quia à tempore iudicum Iudæi cœperunt magicis vti.*

Orientales magiæ studiosi.

2 Et augures. *Id est diuinos diuinatione superstitiosa: cùm augurium propriè est diuinari per garritum & volatum auium.*

3 Habuerunt vt Philisthiim, *qui talibus intendebant. Sciendum tamen quòd aliqua diuinatio per garritum & motum auium est licita, videlicet inquantum se extendit cognitio naturalis: Aues enim & bruta animalia citius sentiunt immutationem aëris, eò quòd non habent intellectum distrahentem vim sensitiuam; Et secundum talem immutationem incipiunt garrire, vel moueri de loco ad locum aliter quàm ante, ad quod sequitur pluuia, vel siccitas, vel ventus, vel huiusmodi secundum diuersitatem naturæ auium, vel brutorum. Et ex tali experientia cognoscunt homines, quod talis garritus seu volatus est signū effectus naturalis sequentis. Et hoc modo etiam nautæ pronosticant de futura tempestate per motum delphinorum in superficie maris. Sed si diuinatio talis extendatur ad actus humanos, qui dependent ex libero arbitrio, superstitiosa est talis diuinatio, qua vtebantur Iudæi, sicut & Philisthæi.*

Diuinationes per auguria an licitæ.

4 Et pueris alienis adhæserunt, *exercentes in eis vitium Sodomiticum, vt dicunt communiter expositores nostri. Rab. Sa. verò exponit aliter dicens, quod Iudæi acceperunt vxores alienigenas idolorum cultrices, sicut dicitur de Salomone 3. Reg. 1. a. Et filij qui nascebantur, ex eis sequebantur idololatriam matrum, & sic Iudæi faciebant filios alienos à cultu Dei.*

Duæ explicationes illius: *Et pueris alienis adhæs.*

5 Repleta est terra argento & auro, & non, &c. *In hoc tangitur peccatum auaritiæ, ad quod Iudæi semper fuerunt proni.*

6 Et repleta est terra eius equis, &c. *In hoc tangitur peccatum diffidentiæ, quia in defensione per talia contra aduersarios magis confidebant, quàm de diuino auxilio.*

7 Et repleta est terra eius idolis. *Hic tangitur peccatum eorum multiplicis idololatriæ & quantùm ad idolorum fabricationem, & quantùm ad venerationem: ideo subditur,* Opus manuum suarum adorauerunt. *Et subditur:*

1 Et

MORALITER.

† 1 *Quia repleti sunt vt olim*, id est sicut olim eiecti fuerunt Iudæi de terra sancta propter eorum peccata: sic & Christiani tempore Cosdroe, & postea tempore Saladini.

Christiani populi enormitates.

2 *Et augures habuerunt*, &c. vtendo diuinationibus superstitiosis.

4 *Et pueris alienis adhæserunt*, in vitio contra naturam. Hæc enim vitia dicuntur fuisse in illa terra, antequam à Saracenis caperetur.

5 *Repleta est terra*, scilicet Ecclesiæ,

† *Auro*

† *Auro & argento, & non est finis thesaurorum*, quia satiari non potest cupiditas multorum.

6 *Et repleta est*, adhuc,

† *Terra eius equis*, multis & magnis ad pompam.

† *Et innumerabiles quadrigæ eius*. Id est summariis propter supellectilis abundantiam.

7 *Et repleta est terra eius idolis*. Id est pastoribus fictis, secundum illud Zachari 11. d. *O pastor & idolum derelinquens gregem*.

† *Opus*

a *Incuruauit se.* Vbi quondam templum & religio Dei, ibi statua Adriani & idolum Iouis. vnde: *Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, &c.*

Matth. 24. b

BASILIVS. Exaggeratio est malitiæ, quod vir qui longè erat princeps dono intelligentiæ, & idem præualebat in digerendis operibus suis, propriæ dignitatis oblitus, se eò deiecerit, vt adoraret idola. Is, inquam, qui imago est & gloria Dei, Christum habens supra se caput infra idolum se substrauit. His adde, quia vir. Hoc omnem vincit calamitatem.

Quæ sit proiectissima humilitas?

b *Non ergo.* Non maledicit Isaias, sed benedicit: quia imprecatur eis quod iustum est, & omne iustum bonum est. Sed de Romanis melius intelligitur, ne propheta contra populum suum imprecari videatur. Ab eo loco quo dictum est: *Repleti sunt vt olim* vsque ad hunc locum: quidam tam ad Iudæos referunt vt diximus, quam ad Romanos, Chaldæosque, qui Iudæis captiuatis, terram eorum incoluerunt, & repleti sunt idolis, &c.

HIERONYMVS. Septuaginta verterunt, Non dimittam eis, Si Deus loquitur, ita intelligendum est, quia tanta fecerunt, *non parcam eis*; Si propheta; sic sentiendum, ne ergo dimittas eis, quia tanta scelera perpetrarunt.

a ¶ Et. ¶ Statuas & huiusmodi. ¶ Admirabilis dementia. Quid melius? quod factum est, an qui fecit.

opus manuum suarum adorauerunt, quod fe-

a ¶ A dignitate sua. vnde: Homo cum in honore esset non intellexit. b ¶ Terrenus infirmus fide, quare homo ab humo dicitur.

cerunt digiti eorum. [9] Et incuruauit se homo, & (1)

a ¶ Qui virtuosus esse videbatur, quia vir à virtute. b ¶ Quia tanta commiserunt. c ¶ Alias dimittam, secundum LXX. ex persona Dei.

humiliatus est vir. † Non ergo dimittas eis. [10] In- (2)

a ¶ Quia non vis conuerti. b ¶ Tunc dicent montibus: Cadite super nos. & collibus cooperite nos. c ¶ In speluncis quod & factum est, sicut historici narrant.

gredere in petram, & abscōdere in fossa humo (3 †)

a ¶ Babyloniorum vel Romanorũ, per quos Deus probauit se timendũ & glorificandũ.

à facie timoris domini, & à gloria maiestatis e- (4 5)

a ¶ Et tunc. ¶ Superbia. b ¶ Potentis. c ¶ Vastantibus Romanis, vel Babyloniis.

ius. [11] Oculi sublimis hominis humiliati sunt, & (6 7 8)

a ¶ Nobilitas generis. b ¶ Quia nemo iram eius effugiet. ¶ Malis humiliatis.

incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur au- (9)

a ¶ Quando per Romanos vel Chaldæos se vindicabit. b ¶ Ideo hæc venient. c ¶ Qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. vnde, Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur.

tem solus dominus in die illa. [12] Quia dies do- (10)

a ¶ Sacerdotes, scribas & pharisæos; vel dies iudicij super diabolum & membra eius, Qui se exaltat, humiliabitur.

mini exercituum super omnē superbum † & ex- (11)

¶ Veniet. a ¶ Cum ex ore infantium & lactentium laus perficitur, vt inimicus destruatur.

celsum: & super omnem arrogantem, & hu- (12)

a ¶ Nobilitate superbos. (13)

miliabitur: [13] & super omnes cedros Libani (14)

1. Cor. 10. a. Psal. 103. c.

c *Ingredere in petram.* Allegor. Confuge ad Christum. De quo alibi: *Petra autem erat Christus.* Et Psal. *Petra refugium herinaciis.*

d *Abscondere in fossa humo.* Allego. In protectione carnis eius in cruce fossæ. vnde: *Foderunt manus me. & pe. &c.*

Psal. 5. b.

BASILIVS. Nemo scripturæ calumniator, putet eam hoc loco consulere ineundam fugam à facie timoris domini, vt se abscondāt in petrarum concauitatibus. *Quo ibo à spiritu tuo? &c.* Melius fortè innuit liberationem malorum, quæ supra enumerata sunt, vt ingrediantur in tegumentum petræ, hoc est, se substernant solido fundamento fidei, qua in Christum credimus. Illis ait ingredere, & abscōdere in terra, hoc est, vos ipsos sepelite. Cur id? Vt consepulti per baptismũ, & cōmortui, in nouitate vitæ ambuletis, mortui peccato.

Non à Christo sed ad Christum confugiendum est.

e *A facie timoris domini.* Ab ira iudicij.

f *Et à gloria maiestatis eius.* Quia *veniet cùm potestate magna & maiestate.*

Luc. 21. c. Matth. 6. a.

MORALITER. Abscondere in fossa hu. *Intra in cubiculum, & clauso ostio ora patrem, &c.* Vel in fossa humo absconditur, qui intra speluncam carnis mala occultat quæ cogitat, ne per operationem carnis prodeant foras.

g *Oculi sublimis, &c.* HIER. Nec diuitiæ, nec potentia, nec nobilitas generis quemquã saluabit, omnibus superueniet vna captiuitas. Possunt & de iudicij die hæc accipi, cum omnis creatura in conspectu Dei humiliabitur, & nihil se esse sentiet comparatione eius.

Potentia Dei in die iudicij.

h *Exaltabitur autem solus dominus in die illa.*

BASILIVS lib. 4, c. 67. Ad diem omnium vltimam, quam neque nox intercidet, non extrudet tempus, aut definiet: Die igitur illa exaltabitur Dominus solus, quia celsitudo & fastus superborum concidet.

IRENÆVS. Significatur his verbis, quoniam post passionem & assumptionē, omnes qui contra Christum fuerunt, sub pedibus eius subiicientur à Deo, & ipse Christus super omnes exaltabitur.

i *Domini exercituum.* Vbicumque de victoria vel vindicta domini loquitur, dominum exercituum eum commemorat, ne dubitemus de eius victoria, cuius tanta est potentia.

Psal. 8. a. Ibid. 36. g. 1. Cor. 2. d. Isa. 41. e. secundum LXX. Deuter. 3. a.

k *Cedros Libani* ex HIERON. *Vox Domini confringentis cedros.* Et, *Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat.* Sunt tamen cedri boni odoris, qui cum Apostolo dicere possunt: *Christi bonus odor sumus.* Vnde *cedri Libani quas planta. &c.* Et alibi: *Ponam in terram absque aqua cedrum & buxum.* Libanus mons est Phœnicis regionis, cedros habens excelsas super omnes arbores. Basan, regio Arabiæ, cui Rex Og imperauit, Quercus habet glandiferas, qui cibus est porcorum, non hominum. Per *cedros Libani*, de nobilitate superbi: Libanus enim candidatio. Per *quercus Basan* (quæ ignominia interpretatur) qui in cœno libidinis volutantur, accipiuntur, quorum fructus dæmonum cibus est, non hominum.

Libanus, Basan.

f Et — PROCO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et incuruauit se homo, *Idolis inclinando. Omnia enim ista peccata multiplicata fuerunt inter Iudæos ante captiuitatem Babylonicam, vt patet 4. Reg. & maximè tempore Manasse, 4. Regum, 21.*

2 Non ergo dimittas eis. *Præmissa culpa, hic consequenter describitur pœna, & primò in generali, secundò magis in speciali, cap. sequenti. Prima in duas: quia primò describit pœnam: secundò ostendit medelam, ibi:* Quiescite. *Circa primum dicit propheta:* Non ergo dimittas eis: *quasi diceret: Ex quo faciunt ista turpia, vt præmissum est, non est dimittendum tantum dedecus culpæ sine decore iustitiæ. Consequenter conuertit sermonem suũ ad populũ, dicens:*

3 Ingredere in petram, & abscondere in fossa, &c. *Quia multi de populo timore regis Nabuchodonosor & exercitus eius absconderunt se in cauernis petrarum, & in fossis terræ.*

4 A facie timoris domini, *id est, ipsius Nabuchodonosor à Deo missi ad puniendum prædicta peccata, qui fuit in hoc flagellum domini.*

5 Et à gloria maiestatis eius, *id est à maiestate eius gloriosa, quia fecit Nabuchodonosor venire cum valde magna & excellenti potestate cui nullus de regno Iudæ potuit resistere, ideo subditur:*

6 Oculi sublimis hominis, *id est, Sedeciæ regis, qui eleuatus in superbiam rebellauerat Chaldæis.*

7 Humiliati sunt, *Quia fuit captus & exoculatus, vt habetur 4. Reg. 25.*

8 Et incuruabitur altitudo virorum, *Quia viri bellatores fuerunt occisi & captiuati.*

9 Exaltabitur autem solus dominus in die illa, *id est tunc apparebit eius potentia in puniendo peccatores. Ideo subditur:*

10 Quia dies domini exercituum, *id est tempus vindictæ eius.*

11 Super omnem superbum, *id est corde elatum.*

12 Et excelsum, *scilicet ex ambitione.*

13 Et super omnem arrogantem, *id est superbè loquentem cōtra Deum.*

14 Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan, *id est, machinamenta ex talibus lignis non potuerunt eos defendere.*

1 Et

MORALITER.

†† *Opus manuum suarum adorauerunt.* Scilicet illi qui eos elegerunt.

1 *Et incuruauit se homo*, à rectitudine rationis.

† *Et humiliatus est vir*, id est deiectus à statu virtutis.

2 *Non ergo dimittas eis*, sine debita punitione.

3 *Ingredere.* Descripta culpa, hic subditur medela, cùm dicitur: *Ingredere in petram.* Id est Christum, per pœnitentiam recurrendo ad ipsum.

† *Abscondere in fossa humo*, id est in carne Christi confossa clauis & lancea.

4 *A facie timoris domini, & à gloria maiestatis eius*, scilicet in iudicio finali, in quo Christus apparebit in maiestate.

5 *Oculi sublimis hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum*, id est superbi tunc humiliabuntur.

6 *Quia dies domini exercituum super omnem superbum*, scilicet corde.

7 *Et excelsum*, id est abutentem potestate.

8 *Et super omnem arrogantem*, locutione.

9 *Et super omnes cedros*, id est principes superbos.

† Et

PROCOPIVS ex BASILIO. Eos per Libanos cedri intelligit, qui fastu occæcati intumescunt. Nam & ipsæ proceræ valde sunt, nec vsibus idoneos fructus gerunt, vixque vel senescunt vel putrescunt. Erat verò omni idololatriæ genere refertissimus Libanus. Hinc & quæ in eo vagabantur, malas potestates, cedri significant.

Homines fastu excæcati.

a *Montes excelsos*, ex HIER. Pro varietate virtutum, alij bonorum montes, alij colles appellatur. Pro diuersitate vitiorum, alij impiorum montes, alij colles, quibus dicitur: *Ego inducam super vos gladium, &c.*

Ezech. 6. b.

b *Et super omnem turrim.* HIER. Ad literam. Venientibus Romanis, & turres & muri funditus euersi sunt. Allego. Quia qui vita & virtutibus eminebant, vel præeminere debebant, in illa die subuertantur. Turris, vel admunitionem vrbis est, vel ad speculum fit. Hanc computatis sumptibus debemus ædificare omnes. Sed si superbierit, cadet super eum à quo ædificata fuit: sicut illa in Siloa vel Ierusalem in qua 18. homines interfecit. Muri ecclesiæ sapientes viri & omni ratione firmati, ne dogma peruersum præualeat veritati: vnde dominus ad Ierusalem loquitur: *Super manus meas depinxi muros tuos.*

Quid per turres & quid per muros designetur?

Isa. 49. d.

secundum LXX.

PROCOPIVS ex BASI. Murus est ars disserendi, eos qui dogmata diripere, & dissoluere conantur, propulsans. Inde & vrbis Ierosolymitanæ muri in Domini manibus descripti esse dicuntur: Hierocontinæ autem sola Iosue voce deiecti, prostratique. Superius ergo excelsa quæ essent sola reprehensa sunt, hæc autem quæ robur aliquod celsitudini coniunctum nacta sunt, id est, qui persuadendi facultate potentes attolluntur, excelsi muri nomine à propheta figurate designati, in die domini perdendi veniunt.

infrà 11. d.

c *Naues.* HIER. Habuit Iosaphat naues quas mittebat in Tharsis, sed contritæ sunt in Asiongaber. Habuit & Salomon naues quæ ibant in Tharsis, & reuertebantur cum argento & auro, & ebore & simiis. Sed quia vterque peccauit, alius voluptate Gentilium feminarum, alius regis Samariæ societate: vterque ad ethnicos refertur & hæreticos, in quibus fulgor tantum eloquentiæ, & sensus diabolica arte constructus, & sermo mortuus, quod significatur in ebore, & similitudo humanæ rationis, quam veneramur in simiis, vnde: *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis.* Sunt & naues bonæ, de quibus dicitur: *Qui descendunt mare in naui, &c.*

Classes regũ Iuda. *3. Reg. 11. a.* *Prophana eloquentia.* *Psal. 47. b.* *Psal. 106. c.*

BASILIVS. Per naues corpora designantur, per quæ iactantur homines, in salsuginosa huius vitæ fluctuatione, vt enim naues onere nimio grauatæ facilè subeunt naufragium, ita corpora multa alimonia obesa, per voluptatum illecebras, in voraginem perditionis demerguntur.

[Textus, cum glossa interlineari:]

(a Scilicet nobilitate. b Superbia. c Luxuriosos, qui fructificant porcis, id est dæmonibus.)
sublimes & erectas, & super omnes quercus
(Superiores.)
a Basan.[14] Et super omnes montes excelsos, & su-
(Superbos.)
b per omnes colles eleuatos,[15] & super omnẽ tur-
rim excelsam, & super omnem murum muni-
(a Eos qui manibus lucra sectantur.)
c tum,[16] & super omnes naues Tharsis, & super
(a Templum quod valde pulchrum, virgines & iuuenes. b Humana ratione constructum erigens se contra rationem Dei. c Alij venundati, alij occisi, alij fame mortui.)
d e omnẽ quod visu pulchrũ est.[17] Et incuruabitur
(a Potentia, nobilitas.)
omnis sublimitas hominum, & humiliabitur
(a Id est altus apparebit, vel in iudicio.)
altitudo virorum, & eleuabitur dominus solus
(a Cùm dederit inimicos suos in captiuitatem. b Idola. Hoc ad vtrumque.)
f in die illa.[18] Et idola penitus cõterentur.[19] Et in-
(a Id est latibula cordium in quibus condita sunt. b Vt abscondantur præcipitiis terræ hiantis.)
troibunt in speluncas petrarũ, & in voragines
(a Immissæ à domino. b Quando apparebit gloriosus qui contemnebatur.)
terræ à facie formidinis domini, et à gloria ma-
(a Qui videbatur dormire. b Per Romanos, vel Chaldæos, vel in iudicio. c Terrenos.)
iestatis eius: cum surrexerit percutere terram.
(Promissionis. Captiuitatis. a Falsa dogmata. b Eloquentiæ.)
g †[20] In die illa proiiciet homo idola argenti
(a In quibus confidebant. b Sapientiæ.)
sui & simulacra auri sui, quæ fecerat sibi,

[Margine: † 1 † † 2 3 4 5 6 7 8 9 10 †]

d *Tharsis.* ex HIER. Cuiuslibet maris. Hebræi enim quodcumque mare Tharsis appellant, & quascumque congregationes aquarum maria. Iuxta illud: *Congregationes aquarum appellauit maria.* Sicut narrat Iosephus, aduenientibus Romanis, qui in portibus erant comprehensi sunt, & naues eorum succensæ. Hebr. putant lingua sua mare propriè Tharsis appellari. Si aliter (solet enim appellari ***) dicitur, Syrum est.

Gen. 1. b. Tharsis.

e *Incuruabit omnes.* HIER. Alleg. Humanus sermo rationabilis videtur, si non sit diuinæ scientiæ comparatus. Cum autem mendacium veritati, quasi stipula igni appropinquauerit, voratur & deperit, & dogmata falsitatis quę idola vocantur, ab eo quoque quo conficta erant penitus conterentur.

Veritas mendacio præualet.

f *Et idola penitus.* Hoc in captiuitate Chaldæorum, quando Iudæorum idola comminuta sunt, & in Babylonem asportata metalla. In vltima enim captiuitate non leguntur Iudæi idola coluisse: Ideo commistim de vtraque, & de die iudicij, cum dicat, hoc specialiter ad priorem sensum referendum est.

BEDA. Ædificauit Salomon aram in Ierusalem Astaroth idolo Sydoniorum, &c. vbi (ni fallor) ostenditur, quia Salomon nunquam perfectè pœnituit, quia idola quæ ædificauerat, non deleuit.

3. Reg. 11. b. *Salomon an pœnituerit.*

BASILIVS. Quandoquidem scriptura multis locis edisserit de Christi in carnem aduentu, & de eo quod ad iudicium venturus est: nonnunquam de vtroque enuntiat. Quæ autem nunc occurrunt, dicuntur de primo aduentu: studium enim illud, quod manufactis idolis adhibebatur in nihilum abiit. Non iam significes & statuarij, non etiam quæcunque olim erant venerationi, pari studio perfruuntur, sed in spelæa & cauernas deiecta sunt.

g *In die illa.* Allegoricè, Argentum, eloquentia; aurum, sapientia; quæ à Deo dantur hominibus vt seruiant Deo, & de Deo loquatur: Illi vero abutũtur in idolorum simulatione, vnde: *Dedi eis argentum & aurum: ipsi vero inde operati sunt Baal.* Cum ergo quis perterritus primum in spelunca pectoris sui idola condiderit, & in voraginibus terræ absconderit, non audens proferre quod malè finxit: secundus profectus est vt proiiciat, & in se esse non patiatur.

Osee. 2. b. *Abusus sapientiæ & eloquentiæ.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos. *Id est fortalitia in rupibus, & locis quasi inaccessibilibus, destruentur per regem Babylonis, quantumcumque sint fortia in muris. Ideo subditur:* Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum, &c.

2 Et super omnes na. *quia Sedeciæ & populo suo defecerunt omnino victualia, Ier. 52. quæ solebant apportari in copia per naues Tharsis.*

3 Et super omne quod vi. &c. *quia Chaldæi abstulerunt de regno Iuda quicquid erat pretiosum & pulchrum.*

4 Et incurua. om. sub. ho. *id est deiicietur per captiuitatem & mortem.*

5 Et eleuabitur do. *exponatur vt suprà.*

6 Et ido. pe. con. *quia Chaldæi confregerunt ipsa portantes secum aurum & argentum & alia metalla. Iere. 5. d.*

7 Et introibunt in spe. pe. *ibi fugientes & se abscondentes à Chaldæis, vt prædictum est: nam & ipse Sedecias rex fugit per viam subterraneam, vt dictum fuit 4. Reg. 25.*

8 A facie formidinis domini, *sic est in Hebræo, & exponatur vt supra.*

9 Cum surrexerit percutere terram, *scilicet Iudææ per Nabuchodonosor, tanquam per suum flagellum.*

10 In die illa proiiciet homo id. ar. sui, *quia plures de populo fugientes portabant secum talia: Sed quia propter pondus impediebantur à velocitate fugæ, proiecerunt ea ne caperentur à Chaldæis, sicut proiiciuntur merces in mari, ne homines submergantur.*

MORALITER.

† *Et super omnes quercus Basan,* id est super luxuriosos, eò quòd Basan interpretatur pinguedo.

1 *Et super omnes montes excelsos & super omnes colles,* id est super prælatos maiores & minores superbos.

† *Et super omnem turrim excelsam,* id est doctorem superbum.

† *Et super omnem murum,* id est congregationem superborum.

2 *Et super omnes naues Tharsis,* id est superbientes de fortitudine classis.

3 *Et incuruabitur omnis sublimitas,* id est superbia quocumque modo facta.

6 *Et ido. pe. conte.* id est pastores ficti & religiosi falsi.

7 *Et intro. in spe. &c.* Id est intrarent, si possent.

9 *In die illa proiiciet,* id est proiicienda cognoscet.

† *Idola ar. sui, &c.* Id est fictiones sanctitatis & sapientiæ, quas faciunt Hypocritæ, vt honorentur ab hominibus, parum aut nihil de cognitione veritatis habentibus: propter quod per talpas & vespertiliones significantur, & ideo cum dicitur,

Hypocritæ.

a vt adoraret talpas & vespertiliones.[21] Et ingredietur * fissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. r 2

a ¶ Hic versus in LXX. non habetur. b ¶ Christo.

b [22] Quiescite[a] ergo ab homine[b], cuius spiritus in 3 4

a ¶ Quiescite, quia Deus. b ¶ Secundum diuinitatem. c ¶ Creditur ab Apostolis & aliis sanctis.

c naribus eius est: quia excelsus[b] reputatus est ipse. 5 6

☞ a *Vt ador.* tal. Ex HIERON.
A Non in re, sed sicut talpæ, simulacra gentium oculos habent & non vident; Et sicut vespertiliones quæ lucem fugiunt, cæcæ enim sunt: Sic omnia dogmata veritati contraria; quibus proiectis ingrediuntur, qui proiecerant, in fissuras petrarum, & in cauernas saxorum, vt non in puluere & vili luto, sed in firma ratione versentur, & inueniant sibi diuersa virtutum foramina, quibus ad veritatem C peruenitur.

scissuras. Falsa dogmata talpis & vespertilionibus comparata.

b *Quiescite er.* Quia hæc euenient nisi quiescatis. Quiescite ergo ne sæuiatis in Christum, qui purus homo videtur: quia spirat naribus, & viuit sicut alij homines.

c *Excelsus. Excelsus super omnes gentes Dominus. Et ipse fundauit eam altissimus.* Hebræum tamen *excelsum* significat, non *excelsus*. Ipse est enim ipsa altitudo, non tantummodo altus.

Psal. 112. a. Ibid. 89. a.

✠ HIERONYMVS IBID. Tacita mecum mente pertractans, non possum inuenire ratio- D nem, quare LXX. tam perspicuam de Christo prophetiam in Græcum noluerint vertere. Ceteri enim (*Theodo. Aquila,* &c.) qui verterant quidem, sed sermonem ambiguum ad impietatis traxere sensum, non mirum cur male interpretati sint, E nec voluerint de Christo gloriosum quid dicere, in quem non credebant, videlicet, vt Iudæi & Semi-Iudæi, id est, Hebionitæ. Quod autem Christus excelsus sit, vel altissimus, qui alio sermone apud Hebræos appella- F tur עליון *elion,* in 80. Psalm. legimus. *Nunquid Sion dicit homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus?* Et in Euangelio: *& tu puer propheta altissimi vocaberis.* Ac ne longum funem traham, in isto loco במה *bama* apud Hebr. non excelsus dicitur, sed excelsum, id est ipsa altitudo atque diuinitas: quasi de aliquo dicamus, non est diuinus sed diuinitas, non est riuus sed fons, non est homo sed humanitas.

Prophetia insignis de Christo indigne excepta ab interpretibus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt adoraret talpas & vespertiliones. *In talibus enim imaginibus per artem necromantiæ factis, dæmones aliquando dabant responsa.*

2 Et ingredie. fis. pe. *Exponatur vt supra quia est replicatio eiusdem sententia ad maiorem terrorem.*

3 Quiescite ergo ab homine. *Hic consequenter ostendit medelam contra prædicta mala pœnæ, sc. cessationem à prouocatione iræ diuinæ, maximè per peccatum idololatriæ, & hoc est quod dicitur:* Quiescite ergo ab homine, *Id est à Deo, eius offensam cauendo. Scriptura enim veteris testamenti sacra frequenter loquitur de Deo more humano. Et similiter vocat eum aliquando hominem, vel virum, & maximè, quia erat humanandus: vnde dicitur Exod. 15. a.* Dominus quasi vir pugnator, *In Hebræo habetur,* Dominus vir pugnator, *sine quasi. Et sicut ibi vocatur vir pugnator, ita hîc homo iratus, quasi ad vindictam paratus, ideo subditur:*

De Deo quomodo loquatur vetus Testam.

4 Cuius spiritus, *id est anhelitus.*

5 In na. &c. *Homo enim iratus emittit anhelitum fumosum per nares.*

6 Quia excelsus reputatus est ipse, *ab Angelis sanctis, qui eum summè reuerentur: & multo fortius debet timeri & reuereri ab hominibus cauendo ab offensa ipsius. secundum Hebræos litera est ista:* Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius est, quia in quo appretiatus est ipse? *& secundum ipsos non intelligitur de Deo, sed de homine mortali, & ideo non est ponenda spes in eo, sed in Deo, & hoc est quod dicitur:* Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus est, *id est qui viuit per respirationem aëris, & sic est fragilis & mortalis sicut alia animalia respirantia:* quia in quo appretiatus est ipse? *quasi diceret, in nihilo respectu Dei. Et ex hoc subintelligitur, quod adhuc idola, quæ sunt ab eo facta, sunt minus appretianda, vt exponit Ra. Sa. & rationabiliter quantum ad hoc: quia effectus non excedit suam causam efficientem, sed magis deficit ab ea.*

Duæ diuersæ expositiones vltimi versus.

MORALITER.

† 1 *Vt ado.* exponendum est, i. adorare faceret, s. seipsum à prædictis.

3 *Quiescite.* Hîc ponitur medela contra mala prædicta cum dicitur: *Quiescite erg. ab ho.* &c. i. Christo, eius offensam cauendo.

4 *Cuius spiritus,* &c. id est acriter puniens peccata. Talis enim puniens fumum de naribus emittit.

6 *Quia excelsus,* &c. s. à Deo patre, qui constituit eum iudicem omnium. Ioan. 5. d. *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio,* qui iudicabit in forma humana gloriosa.

CAP. III.

a ¶ Quia noluistis quiescere ab homine tali, sed fudistis sanguinem iustum. ¶ Ideo moneo. b ¶ Cui nemo resistit.

a [1] Ecce enim dominator[b] dominus exercituum aufe- 1 2 3

a ¶ Duabus tribubus. ¶ A sacerdotibus. b ¶ A principibus.

ret à Ierusalem[a] & à Iuda[b], validum & fortem: omne robur 4 5 † 6

a ¶ Omnia eis languida, omnia infirma: quia Christum occiderunt, in quo solo confortatio.

a ¶ Per panem quicquid comeditur, hoc Iudæis sic abstulit Dominus vt & filios deuorarent. ¶ Qui de cælo descendit, qui confirmat cor hominis. b ¶ Per aquam quicquid bibitur. ¶ Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum.

panis[a], & omne robur aquæ[b], [2] & for- 7

CAP. III.

a Ecce enim. Hucusque de iudicio dici putant, quod sequitur de captiuitate vetura: quam alij ad Babylonios, alij ad Romanos referunt. Sed melius est cuncta referri ad passionem Christi, postquam omnes gratiæ donationes à Iudæis ablatæ sunt.

Prophetia huius ca. ad quæ tempora referẽda?

✠ HIERONYMVS. Ordo est, b quoniam noluistis cessare *ab homine, cuius spiritus est in naribus, qui excelsus reputatus est,* sed è contrario fudistis eius sanguinem, & cogitastis in eum consilium pessimum: Ideo fructum adinuentionum vestrarum comedetis; Nihil apud Iudæos post passionem Domini forte & validum, sed omnia infirma & languida.

b *Omne robur. pa.* IDEM. Allego. Diuina scriptura, quando attritione expositionis indiget, cibus est, quãdo facile & sine labore sumitur, potus. Hanc abstulit Deus Iudæis, & dedit gẽtibus. vnde: *Auferetur à vobis regnum Dei,* &c. Et alibi: *Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei.* Habent Iudæi panẽ, habent & aquas: sed sine fortitudine vel robore. Legunt scripturas, & non intelligunt; tenent membranas, sed Christum ibi scriptum fugiunt; & lacte aluntur quasi paruuli, non solido cibo; quia fortitudinem perdiderunt, infirmi sunt, & olera comedunt. Athletarum solidus cibus est, qui vitam sustentat, cor confirmat.

Panis verbi Dei quem Iudæi non habent. Matth. 21. d. Amos 8. d.

☞ 1 Virum

NICOLAVS DE LIRA. CAP. III.

Ecce enim do. *Hîc consequenter describitur pœna comminata magis in speciali. Et primo propheta ostendit propositum, secundo ad hoc inducit exemplum parabolicum c. v. tertio confirmat dictum suum, c. vj. Prima in duas, quia primo pœna describitur, secundo ab ea pars populi excipitur, sequenti cap. ibi: In die illa erit germen Domini. Prima adhuc in duas: quia primo describitur pœna sexus virilis, secundò in muliebri, ibi,* Et dixit Dominus Deus pro eo. *Prima adhuc in duas: quia primò describitur pœna, secundo subditur causa, ibi:* Ruit enim Ierusalem. *Circa primum præmittitur pœna transmigrantium, & secundo subditur pœna remanentium, ibi:* Et dabo pueros, &c. *Circa primum dicitur.* 1 Ecce enim dominator, *quantum ad actum gubernandi.* 2 Domi. *quantum ad potestatem.* 3 Exercituum, *id est angelorum, qui sunt executores diuinæ voluntatis.* 4 Auferet, *per Chaldæos in hoc sibi ministros.* 5 A Ierusalem & à Iuda validum, *quantum ad agilitatem membrorum.* 6 Et fortem, *quantum ad robur.* 7 Omne robur panis, & omne robur aquæ, &c. *Quia in Ierusalem obsessa à Chaldæis defecit omnino cibus & potus vnde deberet robur bellatorum sustentari.*

Diuisio.

1 Et

MORALITER.

† 1 *Ecce domi.* Hîc propheta describit magis in speciali pœnam malorum Iudæorum, per quam significatur punitio malorum Christianorum, cum dicitur,

2 *Do. ex. au.* id est auferri permittet.

5 *A Ierusalem,* i. ab Ecclesia metropoli, & circumstante Diœcesi.

† *Validum,* ad sustinendum pro iustitia laborem.

7 *Omne robur panis.* Id est spiritualis nutrimenti, eo quod in scriptura per panem & aquam, omnis cibus & potus signatur.

† 1 Et

a *Virum bellatorem.* HIER. IBID. Non est apud Iudæos qui pro lege A bellet, qui secundum eam iudicet: omnes enim vani & stulti sunt.

Nu.14.c. 1.Reg.6.a. b *Et ariolum.* Quia aliquando vera ariolantur vt Balaam, & diuini quinque vrbium Palæstinorum, quorum consilio arca domini remissa est, q.d. Et veri prophetæ & falsi auferentur à Iudæis.

Pro.2.c.d. Eccl.25.a. c *Senem.* IBID. Quem LXX. presbyterum transtulerũt; Gloria senis canicies, id est sapientia, de qua: *Canicies hominum prudentia est.* Solus Abraham presbyter, id est senex appellatus est, qui paucioribus annis quã multi qui ab Adam vsque ad Sem vixit: Roboam perdidit regnum quia presbyteros audire noluit.

Senes & presbyteri. 3.Reg.12.b.

B d *Principem super quinquaginta, &c.* IBID. Allego. Princeps pœnitentiæ, & eorum qui saluantur per pœnitentiam Christus est. vnde dicitur: *Quod si quinquaginta viri iusti inueniantur in ciuitate,* saluanda sit. Iubileũ quoque quinquagenarius significat, cuius Christus est princeps, sicut sabbathi & aliarum solemnitatum, vnde, *Dominus est filius hominis etiam sabbathi.* Pœnitentialis psalmus quinquagesimus ponitur: *Miserere mei Deus.* Per quinquagenarium à parte totum intellige. Per hos omnes principes intellige ablatos; & ideo non est mirum, si apud eos omnis dignitas perit, quibus non conceditur bellandi potestas.

Genes. 18.d. Mysterium numeri quinquagenarij. Matt.12.a. Psal.50.

C e *Prudentem.* Doctorem vel auditorem. Primus enim beatus est, qui sapiens est, Secundus qui sapientem audit; qui autem vtroque caret, inutilis est sibi & aliis. Prudentem LXX. auditorem: qui in ecclesia necessarius. Vnde sacerdotes olim constituti sunt, qui discernerent quo spiritu prophetæ loquerentur.

Ibidem. Matt.13.g.

2.Para.4.c. 1.Cor.15.b. 3.Reg.12.b. f *De architectis.* IBID. Ipse Christus fabri filius dicitur: & in Paralipomenon, vallem artificum legimus. Ibi quippe erant artifices quos non inflabat scientia, sed humilem Christum sequebantur. vnde: *Ego sum minimus apostolorum.*

De spoliis Iudæorum ditantur Christiani. ✠ AMBROS. Abstulit Iudæis, nobis dedit: inuenimus Iudæorum spolia multa, pentateuchum Mosis, Regnorum libros, prophetas, psalmos, prouerbia: inuenimus *admirabilem consiliarium* Christum, Paulum prudentem architectum, sapientem auditorem populum Christianum, qui nouit ea quæ leguntur audire; Iudæus habet libros, sensum librorum non habet; habet prophetas, non habet, quem illi prophetarunt, Iesum Dominum.

g Et

a ¶ Vt nemo possit resistere hostibus visibilibus, siue inuisibilibus, qui vsque hodie sæuiunt.
b ¶ Quia Romanos iudices post captiuitatem habuerunt.
c ¶ Iam non est propheta: & nos non cog. amplius.

a tem & virum bellatorem, & iudicem & pro- †
b ¶ Moribus. 1
c d phetam, & ariolum, & senem: Principem super 2 3
a ¶ Quinquagesimum caput accipiunt Leuitæ ianitores.
b ¶ Qui sola vultus reuerentia solet honorari. c ¶ Vt inconsulte omnia præcipitent.
quinquagintã & honorabilẽ vultũ, & consilia- 4 5
a ¶ Principem artificum qualis fuit Beseleel. b ¶ Quibus perditis omnis ædificandi gratia ad ecclesiam translata est, vnde: Sicut sapiens architectus fundamentum posui. c ¶ Qui scilicet exercitatus in lege & euangelio. † †
e rium, & sapientem de architectis, & prudentem 6 7
f a ¶ His ablatis quos dederam. b ¶ Moribus non ætate.
c ¶ Væ ciuitati, cuius princeps iuuenis est & princeps mane comedit.
g eloquij mystici. Et dabo pueros principes eo- 8
a ¶ Lasciui, fluxi, imbelles. b ¶ Tunc. c ¶ Vbi non est gubernator, corruit populus.
h rũ, & effœminati dominabuntur eis. Et * corruet 9
¶ Contra. a ¶ Contra. 10
ruet populus, vir ad virum vnusquisq; ad pro- 11
a ¶ Quem debet diligere sicut semetipsum. b ¶ Sine ratione. c ¶ Ætate vel moribus. 12
i ximum suum: tumultuabitur puer contra se- 13
a ¶ Genere vel vita. b ¶ Alij alios non communiter eligunt. †
k nem, & ignobilis cõtra nobilem. Apprehendet 14

g *Et dabo pueros.* HIERON. Cum cetera in persona * sua dixisset, D subitò inducit dominum loquentem pro maiori auctoritate, *Dabo, &c.* Talis fuit Roboam qui secutus est consilia iuuenum, cum quadraginta duorum annorum regnum cepisset: Salomon autem 12. annorum, nec tamen iuuenis dictus est, quia sapiens. Daniel quoque ante iudicium puer, postquã iudicauit, senex presbyter dictus est, quia sapiens. Inde prohibet Apostolus episcopum eligi neophytum, ne superbiat sicut diabolus. vnde: *Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem.*

* popu. Daniel 13. Qui prudẽtes iidem veri senes. 1.Tim.3.b. Luc.10.c.

h *Effœ.* IBID. LXX. illusores. Quales, scilicet, illuserunt concubinæ Leuitæ in Gabaad, effœminati, deliciosi, facti in fœminas. Alleg. Magistri quoque E populorum illusores sunt, qui deuorant populum Dei *sicut escam panis,* & peruersè scripturas interpretantur. Sic & in ecclesia propter peccata populi auferuntur boni principes, religiosi, doctores, consiliarij, & prudentes: Consurgit puer contra senem, nullusque ordo honoratur, sanctus ecclesiæ status confunditur.

Iudic.19. Illusores. * Irruet.

i *Puer contra senem.* ✠ BASILIVS. Metuo, ne mala hæc ad nos vsque perueniant, vel etiam adsint nunc temporis: quo pueri quidem, ætate adolescentes, moribus autem iuniores, presbyteros offendant ecclesiæ, minimè agnoscentes eorum facta, nec obseruantes decorum ordinem ecclesiæ: cumque ipsi flagitiosè vixerint, etiam bellum inferant his qui probè vixerint.

Contra eos qui ætati non deferunt, & ordinem peruertunt. F

k *Apprehendet.* HIER. Ad literam, Dum Iudæi Romanorum obsidione clauderentur, in tres partes diuisi erant. Alij templum arcemque tenebant, alij superiorem partem ciuitatis, alij inferiorem: & quos volebant, sibi præficiebant, etiam vernaculos patrum suorum dicentes: *Vestimen. est. prin. no. &c. rui. autem hæc sub ma. tua.* Hoc est victum habes & vestimentum, princeps esto noster dummodo fame eruas nos, & ruina nostra tuo sustentetur auxilio.

Ciuiles Iudæorum discordiæ.

✠ BASILIVS. Verus Princeps non per hæc externa insignia dignoscitur, cuiusmodi sunt purpura, torques: sed quia virtutem obtinet principe dignam. Præsenti quidem loco argumentum, quod possit gerere principatum, sumitur, non ex eo quòd animam expoliuerit, sed ab ambitu & cultu vestimentorum. Oremus & nos, vt qui præsunt ecclesiis, aut qui duces sunt populi, non quidem

Quod sit vere boni principis indicium.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et iudicem, *id est iudices, ad quos referebantur casus varij in Iurasalem de aliis ciuitatibus.*

2 Et prophetam, *id est prophetas falsos qui decipiebant Sedeciam regem & populum, asserentes quod non traderentur in manu regis Babylonis, vt habetur Ierem. 27.*

3 Et ariolum, *i. ariolos, qui immolando dæmonibus in aris diuinabant.*

4 Et se. *quia Chaldæi non deferebant ætati aut dignitati, ideo subditur:*

5 Principem super quinqua. & hono. vul. & consi. *in agilibus dubiis,*

6 Et sapientem de archi. *id est, principales in mecanicis.*

7 Et pruden. elo. my. *id est doctores magnos, qui intelligebant legem & prophetas; non tantum secundum sensus literales, sed etiam mysticos. Quod autem de omnibus statibus prædictis multi fuerunt ducti in Babylonem cum Ioacim Rege Iuda, patet 4. Reg. 24. Et dicitur illa captiuitas propriè transmigratio, quia Ioacim reddidit se regi Babylonis.*

De omni statu ducti sunt in Babylonem captiui.

8 Et dabo pueros principes eorum. *Hic consequenter ponitur pœna remanentium: Et primo à transmigratione Ioacim vsque ad destructionem ciuitatis sub Sedecia, secundo post destructionẽ, ibi:* Apprehendet. *Circa primum sciendum, quod tunc populus remanens fuit pessimè gubernatus: propter quod in populo surrexerunt contentiones, & diuisiones, & alia miseria, ita quod illi, qui ducti fuerant in Babylone, iudicabantur melioris conditionis, quàm illi qui remanserant. & hoc est quod dicitur:* Et dabo pueros principes eorum, *quia post Ioacim prædictum regnauit filius eius 18. annorum, & post illum Sedecias 21. annorum, & sic fuerunt iuuenes ætate, & iuniores moribus, & per consequens fuerunt pessimi.*

Reges post Ioacim inepti & nullius pretij.

9 Et effœ. do. eis. *quia fuerunt ignorantes, & mutabiles sicut mulieres: Vterque enim rebellauit regi Babylonis in malum suum, & totius populi.*

10 Et cor. po. *in peccata & miserias propter defectum regiminis, secundum quod dicitur Prou. 1. b.* Vbi non est gubernator, populus corruet.

11 Vir ad virum, *id est contra virum, ideo subditur:*

12 Tumul. puer con. se. &c. *subtracta omni reuerentia & honore.*

13 Et ignobilis contra nobilem, *subtracto timore ex defectu regentium.*

14 Apprehendet enim vir fratrem suum. *Hic describitur miseria*

MORALITER.

† *Et virum bellatorem,* contra vitia.

1 *Et iudicem,* scilicet iustum.

2 *Et prophetam,* id est prædicatorem deuotum pro salute animarum, & non propter quæstum.

3 *Et ariolum,* i. diuinatorem superstitiosum, in quo confidunt mali Christiani: propter quod in pœnam eorum dicitur hîc auferri.

4 *Et senem,* moribus & ætate: nam in ecclesia præficiuntur iuuenes, quantum ad vtrumque.

Pueri in Ecclesia principantes.

5 *Principem super quin.* id est dominantem quinque sensibus cũ obseruatione decalogi: quinquies enim decem faciunt quinquaginta.

† *Et honorabilem vultu.* id est verum religiosum.

† *Et consiliarium,* id est confessorem discretum.

6 *Et sapientem de architectis.* Architectus ille est, qui disponit opus & alij exequuntur, ideo per ipsum significatur doctor scribendo, cuius scripturam alij exequuntur legendo, vel prædicando.

7 *Et prudentem eloquij mystici,* id est exponere scientem scripturam literaliter & mysticè. Dictæ namque personæ pro magna parte defecerunt pro peccatis ecclesiæ.

8 *Et dabo.* Hic ponitur mutatio, quæ non est dexteræ excelsi, cum dicitur: *Et dabo pueros,* scilicet, moribus, ætate, & scientia.

9 *Et effœminati,* deliciis & lasciuia.

Alazia.

10 *Et corruet populus vir ad, &c.* Prouerbiorum 11. b. *Vbi non est gubernator, populus corruet.*

12 *Tumultuabitur puer contra senem,* quod frequenter fit in religione.

13 *Et ignobilis,* moribus.

† *Contra nobilem,* id est, bene morigeratum.

14 *Apprehendet enim vir fratrem suum, &c.* Sequitur: *Et dicet, vestimentum*

dem testificationem reportent ab externo cultu aut habitu sed ab A ipsa veritate.

a *Respondebit.* HIER. Hoc in Hebræo non est, sed de LXX. hoc additur. Secundum Hebræum enim ita iungitur: *In die illa dicet:*

b *Non sum me.* IBID. Non statim multitudinis iudicio acquiescamus, sed electi ad principatum, mensuram nostrã nouerimus, quia Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Multi esurientes & nudi, cum nec spirituales cibos, nec Christi tunicam habeant, aliis vestimenta promittunt & alimoniam, & vlcerosi, se esse medicos iactãt, non timentes quod dicitur: *Ne quæras iudex fieri, ne fortè non possis offerre iniquitates.*

Iacob. 4. d. Non ambiẽdos esse honores & magistratus.

Eccles. 7. a.

c *Ruit enim Ierusalem.* IBID. Ex persona prophetæ. Quasi dicat: Ideo non inuenient qui velit eis subuenire, quia dominum blasphemauerunt, dicentes: *Dæmonium habes,* & huiusmodi.

Ioan. 8. f.

d *Quia lingua.* Quamuis Romani quantum ad se pro tributo quod negabatur, in obsidionem venerunt, tamen præcipuè mors domini causa fuit.

Causa excidij gentis Iudæorum.

e *Agnitio.* Agnoscent, propter C peccata sua hoc contigisse, vel ante oculos mentis semper peccata sua habebunt.

✠ *Septuaginta.* HIER. IBID. Cõfusio siue pudor vultus eorũ restitit eis, vel stetit contra eos.

✠ BASILIVS. Hoc est nulla illis relinquitur fiducia oculos sustollendi ad Deum, quòd peccatum eorum non qualecũque, sed tale, vt meritò comparetur Sodomitis; quod quidem non clam, aut suppudescentes commiserunt, imò ea palam omnibus prodiderunt. Dixerunt enim ad Loth: *Vbi sunt viri qui ingressi sunt ad te?*

✠ GRE-

¶ Etiam. ¶ Vernaculum.

vir fratrem suum, domesticum patris sui, & di-

¶ Ideo.

cet: Vestimentum tibi est, princeps esto no-

a ¶ Penuria. b ¶ Defensione. c ¶ Electus in principem.

a ster: ruinã autem hæc sub mãnu tua. [7] Respon-

a ¶ Non sufficio mederi miseriis vestris.
¶ Solus Christus sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

b debit in die illa, dicens: Nõn sum medicus, &

a ¶ Qui sufficiat mihi & vobis.

in domo mea non est pãnis, neque vestimen-

¶ Ergo.

tum. Nolite constituere me principem populi.

c ¶ Sine auxilio. a ¶ Beniamin. ¶ Ipsa ciuitas. b ¶ Iudæa prouincia. c ¶ Ideo.

c d [8] Ruit enim Ierusalem, & Iudas concidit, quia

a ¶ Crucifige crucifige eum. Sanguis eius super nos & super fi. no.
b ¶ Possum destruere templum hoc manufactum.

lingua eorum & adinuentiones eorum contra

¶ Mansuetum. a ¶ Ad iram. b ¶ Respectum misericordiæ.

dominum vt prouocarent oculos maiestatis e-

a ¶ Quia Christum in carne videntes credere noluerunt.
b ¶ Quando positi in miseria, agnoscent se propter necem filij Dei hæc sustinere.

e ius. [9] Agnitiõ vultus eorum respondebit eis, &

a ¶ Polluti Sodomitico vitio, vel officio. b ¶ Clamantes, Crucifige eum. ¶ Inuerecunde.

f peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt

a ¶ Secunda post naufragium tabula est, impietatem abscondere. b ¶ Ergo.
c ¶ Non solum corpori. d ¶ Quasi, Merito suo punientur.

g nec absconderunt. Væ animæ eorum quoniam

a ¶ Pro peccatis. b ¶ Sua. c ¶ Lectores, Laudate iudicium domini & iustitiam.
d ¶ Christo cui iudicium est datum. e ¶ Iuste iudicauit.

reddita sunt eis mala. [10] Dicite iusto quoniã bene,

a ¶ Mercedem. b ¶ Quæ seminauerit homo, hæc & metet.

h ne, quoniam fructum adinuentionum suarum

a ¶ Quia impio væ malum quia in quo væ semper durat: b ¶ Tendenti.
c ¶ Quia principem suum Romanæ potestati tradidit: & ipse subiacebit ei. ¶ Impius.

comẽdet. [11] Væ impio in malum: Retributio

✠ GREGORIVS NAZIAN. in laudem Athanasij. Vt Sodomitæ D quorum scelera vulgatissima sunt toto orbe, pœna tamen multò nobilitatior, igne & sulphure consumpti sunt: ita Iudæi, quorum facinus illud immane crucis domini, toto orbe nobilitatum est, & pœna incendij vulgatissima, ferro, fame & incendio sunt consumpti, & Sodomitis similes effecti.

Iudæi in peccato & pœna Sodomitis pares.

1 f *Et peccatum.* MORALITER. Peccatum suum quasi Sodoma prædicat nec abscondit, qui peccati sui exemplo tanquam fœtore alios corrumpit.

2 3 g *Væ animæ eorum.* HIERON. 4 LXX. *Væ animæ eorum, quoniam* 5 *cogitauerunt consilium pessimum* 6 *contra semetipsos, dicentes: Alligemus iustum, quoniam inutilis est nobis.*

Ex his collige, LXX. visos fuisse testimonio ex l. Sapientia. Ita etiã legit S. Basilius. Sap. 1. c.

✠ IDEM. Perspicuè hoc dicitur de Christi passione quod E 7 scilicet inierint consilium pessi- 8 mum, non tam contra iustum, 9 quàm contra semetipsos, & animam suam, & nunc fructus operum suorum comedent. 10 Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet, & vnusquisque onus suum portabit.

11 h *Fructum adinuentionum, &c.*

12 ✠ BASILIVS. Illorum operum fœtus sunt, captiuitas, dispersio, templi euersio, delapsus à priore gloria, confusio F 13 vultus eorum, non sinens tol- 14 lere ad Deum aciem mentis, ob 15 impium facinus in vnigenitum Dei commissum. Alligarunt 16 enim verbum, astrinxerunt veritatem, innexuerunt lumen, iustitiam, saluatorem, medicum; 17 denique generis humani assertorem: quæ cuncta faciunt ad multiformem illam contra semetipsos consultationem, & molitiones.

Consilia & scelera Iudæorum in Christum.

☞ Populum

NICOLAVS DE LIRA.

remanentium post ciuitatis destructionem, quia illi qui euaserant, per diuersas societates, fugiebant ad loca deserta, & erant positi in tanto timore & miseria, quod nullus volebat recipere curam regiminis alicuius turmæ seu societatis, & hoc est quod dicitur: Apprehendet enim vir fra. suum, *vt sit sub cura & protectione eius, ideo subditur.*

Miseria remanentium post ciuitatis destructionem.

1 Et dicet: vestimentum, &c. prin. esto. no. *quia sumus omnibus denudati, in ciuitate enim cæcorum monoculus est rex.*

2 Ruina autem hæc, *Scilicet populi nostri.*

3 Sub manu. *id est, sub cura tua sit.*

4 Respondebit. *Hoc renuendo, dicens:*

5 Non sum me. *i. non habeo potestatem, nec scientiam vos saluandi.*

6 Et in do. mea non est pa. *id est, in tanta paupertate sum sicut & vos, ideo nolo vobis præesse.*

7 Ruit enim Ie. *Hic consequenter ponitur causa pœnæ prædictæ. Licet enim sit superius posita causa, tamen hîc replicatur & adducitur alia. Causa autem ista fuit multiplicatio peccatorum, inter quæ primò ponuntur peccata contra Deum, secundo contra proximum: ibi:* Populum meum. *Circa primum dicitur:* Ruit enim Ierusalem, *quantùm ad ciuitatem & populum.*

Diuisio.

8 Et Iudas concidit, *id est, regnum Iudæ, cuius metropolis erat Ierusalem,* *& subditur causa cùm dicitur:*

9 Quia lingua eorum, &c. *Per hoc quod dicitur:* Lingua. *ostenditur quòd erant blasphemi; Per hoc autem quod subditur:*

10 Et adinuentiones, *ostenditur, quòd non peccabant ex passione, vel ignorantia, sed studiosè, & ex certa scientia siue malitia, quod erat grauissimum.*

11 Agnitio vultus eorum. *Id est, ita erunt excæcati in malis, quòd malitia relucebit in vultibus suis, sicut luxuria meretricis relucet in facie eius. Et non solummodo in eorum vultibus, sed etiam in verbis & gestibus, ideo subditur.*

Vitium relucere in vultu.

12 Et peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, *inuerecundè & publicè peccando.*

13 Væ animæ eorum. *Propter culpam, & etiam pœnam sequentem, ideo subditur.*

14 Quoniam reddita. *Scilicet mala pœnæ pro malis culpæ. Veruntamen, quia, qui fuerunt iusti inuenerunt tunc Babylonios propitios, vt patet de Ieremia, Ierem. 40. ideo subditur.*

15 Dicite iusto quoniam bene, *Scilicet sibi erit.*

16 Quoniam fructum adinuentionum, &c. *id est, retributionem bonorum suorum percipiet. Et contrarium dicitur de impio cùm dicitur:*

17 Væ impio in malum. *Et patet sententia.*

Populum

MORALITER.

† *stimentum est tibi: princeps noster esto.* Sic eliguntur modò præsidentes in ecclesiis communiter. s. ratione propinquitatis, sanguine vel natione. Quod notatur cum dicitur: *Apprehendet vir fratrem suum, &c.* Vel ratione lucri temporalis: quod notatur cùm dicitur: *Vestimentum tibi est.*

Abusus in electione prælatorũ.

4 *Respondebitq́.* Id est, debet respondere,

5 *Non sum medicus,* i. habens scientiam animas medicandi.

6 *Et in domo mea non est panis.* Scilicet sacræ scripturæ, quo possem subditos pascere.

† *Neque vestimentum.* Scilicet virtutum.

† *Nolite constituere me.* vobis pastorem; Sed omnes quantuncunque defectuosi respondent sicut Rhamnus, Iudicum 9. b. *Si verè me regem constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite.*

7 *Ruit enim Ierusalem.* Hic consequenter ponitur causa dictæ punitionis, quæ fuit peccatum contra dominum, ideo subditur:

† *Lingua eorum, &c. contra dominum,* Blasphemando.

10 *Et adinuentiones eorum,* Ad nouitatem malorum studendo.

11 *Agnitio vultus eo.* i. eorum malitia aperta in modo & verbo.

† *Respondebit eis.* Pœnam debitam sustinendo. ideo subditur:

13 *Væ animæ eorum.* Quod est comminatio æternæ pœnæ.

15 *Dicite iusto, quo. be. &c.* Supple erit sibi in retributione.

† *Fructum adinuentionum.* Quæ sunt in bono.

† *Comedet.* In beata fruitione.

17 *Væ impio in malum.* Scilicet in pœna gehennæ.

† Populum

a *Populum meum.* ✠ HIERONYMVS. Loquitur sermo propheticus contra Scribas & Pharisæos, qui turpis lucri gratia, vt acciperent decimas & primitias filium Dei negauerunt.

A ✠ Et non eos vocat magistros, sed exactores, qui quæstum putant esse pietatem; accusansque luxuriam eorum & turpem conuersationem, non solum exactores appellat, vt ab inuitis videantur pecuniam exigere: sed mulieres, quia propter libidinem omnia faciant, & sint dediti voluptatibus.

IDEM. Caueamus ergò ne simus exactores in populo; ne iuxta impium Porphirium matronæ & mulieres sint noster senatus, quę dominentur in ecclesiis: & de sacerdotali gradu fauor iudicet feminarum.

Porphirij stultitia.

B b *Et viam gressuum, &c.* HIERO. Ille est ergo doctor ecclesiasticus, qui lachrymas, non risum mouet, qui corripit peccatores; qui nullum beatum, nullum dicit esse felicem, nec præuenit sententiā iudicis sui, dicente scriptura sancta, *Ne beatum dicas quemquam hominem ante mortem.* Sed & in alio loco legimus: *Qui bene dicit amico suo, mane grandi voce, à maledicente nihil differt.* Vnde spernentes hominum iudicia, nec laudibus eorum extollamur, nec obtrectationibus cōtristemur. Sed ingrediamur rectam viam, & tritas à sanctis prophetis semitas; audiamusque Ieremiam prophetā dicentem, *State in viis & videte interrogate quæ sit via bona, & ambulate in ea.* Sed si errauimus, audiamus dominum in Ezechiele dicentem: *Dabo eis viam alteram.* De qua: *Ego sum via, veritas & vita.*

Quis vere sit doctor Ecclesiasticus? *Iudicia hominum spernenda.* *Iere.6.d.* *Ezech.11.d.* *Ioan.14.a.*

C ✠ PROCOPIVS. Vias confundebant, qui vmbris acquiescere docebant. Neque verò parum nocet, qui adulatoriè beatos dicit, cum adempto scelerum sensu, quæ ad pœnitentiam ducit, viam claudat. Parit enim afflictio humilitatem: timorem autem & superbiam felicitatis prædicatio.

Ex adulatoribus quantum sit periculum?

c *Stat ad iudicandum.* HIER. Iam quasi iratus. Non sedet paratus vnicuique reddere secundum opera sua. Vel, Non sedet adhuc vt in præsenti iudicet, sed stat, considerans & discernens omnium opera, quasi adhuc pœnitentiæ locus est, & spatium reseruat. Populus qui propter imperitiam, & simplicitatem deceptus est, adhuc vocatur, vt saluetur. Non sedet dominus quasi iudicans, sed stat ad iudicandum, volens populum stare, cuius via dissipata est. Contra principes & presbyteros venit, vt iudicet, dans eis locum defensionis. vnde: *Vt iustificeris in sermonibus tuis.*

Dei longanimitas. *Psal.50.a.*

✠ TER-

---

a enim manuum eius fiet ei: [12] populum meum [1] exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. [2] [3] Popule meus qui beatum te dicunt, [4] b ipsi te decipiunt: & viam gressuum tuorum dissipant. [13] Stat ad iudicandū dominus, & [5] stat ad iudicandos populos. [14] Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui & principibus eius. Vos enim depasti estis vineam meam, [6] f & rapinam pauperis in domo vestra. [15] Quare [7] atteritis populum meum, & facies pauperum [8] commolitis, dicit dominus exercituum? [16] Et [9] g dixit dominus Deus: Pro eo quod eleuatæ sunt [10] filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento, [11] & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, [12] [13]

Interlinear: a Operationum. b A domino. c Verba domini. — a Non doctores. Scribæ & Pharisæi exigentes primitias & decimas, qui docere debuerant. b Eorum, vel ipsi effœminati. — a Quasi: Sed ne credas eis, quia Popu. me. b Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Sacerdotes adulantes eis: à quibus accipiunt. — a Blandis verbis. b Ne laudes hominem in vita sua. c Rectitudinem operum. — a Male laudando. — Tandem. Æternum. — a Prophetis & patriarchis. vnde, Quando sederit cum senatoribus terræ. — a Apostolis. De quibus, Constitues eos prin. s. o. t. b O Pharisæi & Scribæ. c Violenter exigendo decimas, & huiusmodi. — a Domum Israel. b Sensu vel spiritu, qui soluere non poterat nec se defendere. Innocentis. c Est. d Quasi, ideo damnabit vos in iudicio. Namque ô principes. — a Vel affligitis, alia litera. b Orphanorum, viduarum. — a Fame attenuatis. vnde, Demoliuntur enim facies suas, &c. b Quem timere debetis. — a In superbiam. — a Minores ciuitates, vici, oppida, quæ in libro Iesu filii nominantur. b De vitio in vitium c In quo notatur superbia. — a Signis lasciuiæ. b Ludendo.

D ✠ TERTVLLIANVS l. 4. contra Marcionem. Significat iudicium quo constitutus est dominus in iudicio, atque exinde omne scriptum prophetarum passionis suæ impleuit.

Tertull. sumit (ad iudicandum) passiuè.

✠ IVSTINVS Dialo. cum Tryphon. Stat ad iudicandos populos, id est, propediem seniores & Scribas & Pharisæos ad iudicium vocabit, immisso Romanorum exercitu.

d *Vos enim depasti.* HIERON. Reor hoc fuisse inter senes & principes veteris populi, quod inter presbyteros & episcopos nostri temporis.

e *Vineam meam.* HIER. Vineam de Ægypto transtulisti. *Vinea domini Sabaoth domus Israel est.*

Psal.79.a. Infr.à 5.b.

f *Quare atteritis populum meum.* IBID. Nostri quoque principes cùm pauperes delinquentes publice arguāt & confundant: diuitibus peiora peccantibus nec nutum faciunt. In quorum domibus rapina pauperū, dum ecclesiæ opes sibi thesaurizant, & in deliciis abutuntur. Quæ ad sustentationem pauperum dantur, & sibi reseruant, vel propinquis distribuunt, & aliorum inopiam, suas vel suorum diuitias esse faciunt.

E *Contra eos qui potentioribus pauperes opprimentibus ignoscunt.*

g *Pro eo quod eleua.* IBID. Hoc ad vxores Scribarum, & Pharisæorum præcipuè: & ad alias quoq; potest referri, ob quarū delicias & luxum, viri earum pauperes expoliabant. Ne se ergo immunes existimarent à peccato, dicit dominus: *Pro eo, &c.*

F ✠ BASILIVS. Quamuis sermo præcedens acriora quædam insinuet, continet tamen quiddam perutile onerosæ multitudini. Vitam enim mulierum procacium ad moderationem reuocant, quæ ipso habitu, aspectu, incessu, stolaque ad talos demissa suam ostentant procliuitatem ad libidinem explendam.

Descriptio mulierum tum honestarum tū impudicarum.

✠ *Collo extento.* IDEM. Nam quæ pudica est mulier, præ pudore incedit oculis in terram demissis. *Nutibus oculorum.* Probatio redditur mulieris fornicariæ ad opera ipsa anhelantis fascino ac noxio aspectu. Ipso enim contuitu obscœnam denuntiat impuritatem. Iactu enim oculorum sagittam planè exitialem emittit, vt basiliscus qui aspectu solo suos corrumpit spectatores. An non etiam filiæ ecclesiæ ob eadem in ius vocatæ sunt?

✠ TERTVLLIANVS. Caput maritis subiicite, & satis ornatæ eritis; Manus lanis occupate, pedes domi figite, & plusquam in auro placebunt. Vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiæ, taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem.

MORA-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Populum meum. *Hic consequenter ponuntur peccata contra proximum cum dicitur:* Populum meum exactores sui, *id est, superiores, qui erant tyranni, non principes.*

2 Spoliauerunt, *Bonis suis.*

3 Et mulieres dominatæ sunt eis: *Quia pertrahebant viros suos ad idololatriam.*

4 Popule meus, &c. *Isti erant falsi prophetæ promittentes eis prospera, ex quorum promissione populus rebellauit regi Babylonis, & sic cum ciuitate periit. Et quia hoc factum fuit iudicio diuino, ideo subditur:*

Pseudoprophetæ populum seducentes.

5 Stat ad iudicandum, *i. ad punitionem malorum paratus. Et quia ista mala erant principaliter in superioribus, vt dictum est, sequitur:* Dominus ad iudicium, *s. vt iudicet eos de suis tyrannidibus, ideo subditur verbum ipsius Dei ad eos dicentis:*

6 Vos enim, &c. *i. populum Israel, qui dicitur vinea domini infrà cap. 5. b. cuius bona deuorabant principes, & populus remanebat pauper & nudus, ideo subditur:* Et rapina pauperis in domo vestra.

7 Quare atteritis, &c. *Angariis, & iniuriis.*

8 Et facies paupe. commolitis, *i. macie attenuatis, quia intantum rapiebant bona populi, quòd non remanebat ei sufficientia victus.*

Spoliatio pauperum.

9 Et dixit do. *Hic consequenter describitur pœna in sexu muliebri. Et primò quantum ad subtractionem ornamentum, secundo quantum ad mortem virorum, ibi:* Pulcherrimi quoque viri. *Circa primum præmittitur insolentia mulierum, cum dicitur:*

10 Pro eo quod eleua. *Elatione mentis.*

11 Et ambul. exten. col. *Quod est indicium interioris elationis.*

12 Et nutibus oculorum ibant, *Impudicè respiciendo.*

13 Et plaudebant, *Dissolutè ludendo.*

Et am-

MORALITER.

† 1 *Populum meum,* s. principes & prælati tyrannidem exercentes.

3 *Et mu.* Principes & prælati per mollitiem carnis effœminati.

4 *Popule meus qui b. te dic.* Adulando.

† *Ipsi te deci.* in malis nutriendo, & à bonis peruertendo.

5 *Stat ad iudicandum,* s. ad puniendum prædictos malos.

† *Ad iudi. ve.* i. cum Apostolis, & eorum imitatoribus.

6 *Vos enim,* id est populum Christianum vos tyrannizantes.

9 *Et dixit dominus.* Hic consequenter ponitur malitia & punitio mulierum, cùm dicitur:

10 *Pro eo quod,* id est, malè Christianè superbiendo.

11 *Et amb.* Superbiam cordis exterius ostendendo.

12 *Et nutibus oculorum ibant.* Impudicè inspiciendo.

13 *Et plaudebant,* Dissolutè ludendo.

† *Pedibus*

MORALITER HIER. *Pro eo quod eleuatæ ſunt.* Corripiuntur animæ, quæ in ſuperbiam eriguntur, & nō virilem duritiam, ſed diſſolutionem fœmineam ſectantur: & perdunt ornamēta virtutum, quæ torquibus, monilibus, armillis & huiuſmodi deſcribuntur. Contra quoque feminas hæc dicuntur, quæ ambulant extento collo, nutu, ſigniſque loquuntur.

Contra animas & feminas laſciuientes.

a *Decaluabit.* IBID. Quod occultū eſt patebit, & fœda caluicies apparebit. Nihil enim opertū eſt, quod non reueletur.

Matth. 10.

b *In die illa* IBID. ſcilicet Babylonicæ captiuitatis: Vel veriùs quando capti ſunt à Romanis, & omnia ornamenta perdiderunt. Siue metaphoricè, mulierum, id eſt vrbium ornamenta deſtructa ſunt, quæ in plateis, porticibus, foro, & gymnaſiis, & in mœnibus publicis. MORALITER quoque ad animam hæc referimus.

c *Calceamentorum.* IBID. Quæ in ſolitudine non ſunt attrita, ſed ita, vt extraxerunt de Ægypto, per quadraginta annos in deſerto habuerunt. His calceantur qui agni carnes ſunt comeſturi. *Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis.* Hæc durare non poſſunt, ſi extento collo ambulatur: Si pedibus veſtimenta trahuntur, vt pro munditia matronali, terræ ſpurcitia vertatur.

Deut. 29. a. Exod. 12. a. Epheſ. 6. c.

d *Annulos.* IBID. Quibus ſignamur ad militiam Chriſti, quem pater ſignauit. vnde: *Tu ſignaculum ſimilitudinis.* Filius quoque prodigus cum ſtola annulum recepit, & calceamenta.

Ezech. 8. c. Luc. 15. c.

a ¶ Vt etiam inceſſu videntes allicerent.

debant, & ambulabant pedibus ſuis, & com-

a ¶ Ornatæ, rapina pauperum. b ¶ Vt pro ornatu ſit ignominia.

poſito gradu incedebāt: [17] Decaluabit dominus

a ¶ Quo peccata deteguntur.

verticem filiarum Sion, & dominus crinēm

a ¶ Romanis irruentibus.

earum nudabit. [18] In die illa auferet dominus

a ¶ Lunulæ eccleſiæ ornamenta, quæ à ſole iuſtitiæ illuminantur.

ornamentum calceamentorum, & lunulas, [19] &

a ¶ Ornamentum colli vſque ad pectus dependens, in quo intelligentia mentis.
b ¶ Quælibet ornamenta. c ¶ Brachiorum, ſcilicet bona opera. Has accepit Rebecca in ſponſalibus. d ¶ Capitis in quo eſt omnis ſenſus.

torques, & monilia, & armillas, & mitras, [20] &

a ¶ Crinium, quæ ſcrinones dicuntur. ¶ In quibus diſcretio.
b ¶ Talorum, ſimiles armillis. vnde: Pes non offendit. Et, Eruerunt pedes meos à lapſu.
c ¶ Colli, quæ & auri & argenti texuntur virgulis, ſcilicet ſenſu & ſermone.

diſcriminalia, & periſcelides, & murenulas, &

a ¶ In quibus muſcum portabant & alia odoramenta; vt ſimus bonus odor Chriſti.
b ¶ Ab auribus. ¶ Ne audiamus iudicium ſanguinis, ſed qui habet aures audiendi audiat.

olfactoriola, & inaures, [21] & annulos, & gēmas

a ¶ De quibus: Ibunt de virtute in virtutem.
b ¶ Quibus humeri, & in quibus opus; & pectora, in quibus ſenſus proteguntur.

in fronte pendentes, [22] & mutatoria, & palliola,

a ¶ Quibus præceptorum omnium regula ſtringitur.
b ¶ Videmus enim quaſi per ſpeculum, &c. c ¶ Subtilia velamina.

& linteamina, & acus, [23] & ſpecula, & ſindones,

a ¶ Quibus operiuntur humeri. ¶ Quibus tegimur contra ardorem vitiorum.
b ¶ Virtutum. ¶ Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices, &c.

& vittas, & theriſtra. [24] Et erit pro ſuaui odore

a ¶ vitiorum & peccatorum. b ¶ Aurea. ¶ Veritatis.
¶ State accincti lumbos veſtros in virtute. c ¶ Peccatorum quo quiſque conſtringitur.
¶ Mendacij. d ¶ Torto & reflexo. ¶ Pro virtute vitium.

fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpanti

a ¶ Capitis deturpatio. b ¶ Quæ eum locum tenet in feminis quem rationale in epiſcopis. ¶ Pro caſtitate amiſſa.

crine caluitium, & pro faſcia pectorali cilicium.

a ¶ Pœnitenti luctus. b ¶ Iuuenes. ¶ Iuſtitia iuſti non liberabit eum. ¶ Romanorum.

[25] Pulcherrimi quoque viri tui gladio ca-

¶ Bellatores.

dent, & fortes tui in prælio. [26] Et mœrebunt atq;

a ¶ Quod oculis cernimus. ¶ Vrbs funditus euerſa eſt, vel plebs omnino deiecta.

lugēbūt portæ eius, & deſolata in terra ſedebit.

c *Gemmas in fronte.* IBID. Quibus ora noſtra decorantur & caput. De quo: *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam bar. Aaron, &c.*

Pſal. 132. a.

f *Linteamina.* HIERONYMVS. vt latis in domino perfruamur deliciis. Vnde: *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

Pſal. 35. b.

g *Vittas.* IBID. Quæ animum huc illucque fluentem conſtringunt.

h *Theriſtra.* IBID. veſtis muliebris tenuiſſima, & viſui peruia, æſtati idonea, & inde nominatur: * theria enim æſtas dicitur.

* Theros.

i *Faſcia pectorali cilicium.* IBID. Qua caſtigantur vbera, ne exuberent. *Deſpondi enim vos, &c.* Et alibi: *In Aegypto mammæ tuæ confractæ ſunt.*

2. Cor. 11. a. Ezech. 23. a.

k *Et mœrebant atque.* IBID. Quicunque locum ſuum diabolo dederit, & cor ſuum omni cuſtodia non ſeruauerit: lugebunt portæ eius, & abſente ſponſo ſemper in luctu erit, & corruens in puluere ſedebit.

l *Lugebunt portæ eius, & deſolata in terra ſedebit.* Metonomicos, iudices, reges, principes qui ſolebant ſedere in porta, vnde: *Aduerſum me loquebantur, qui ſedebant in porta.*

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ambulabant, *curioſè & laſciuè incedendo, per quæ prouocabantur homines ad luxuriam, ideo ſubditur pœna debita, cum dicitur:*

2 Decaluabit dominus, *auferendo naturale ornamentum: quia crines à natura dati ſunt mulieri in ornatum.*

3 Crinem earum, *declarando falſitatem capillorum extraneorum ad compoſitionem capitis additorum.*

4 In die illa, *ſcilicet diuinæ punitionis.*

5 Auferet dominus or. cal. *quia mulieres ſotularibus curioſis vtebantur.*

6 Et lunulas, *id eſt inciſiones ad modum lunæ factas in ſotularibus, vt dicunt aliqui. Alij verò dicunt, quòd lunulæ erant quædam paruæ bullæ aureæ dependentes circa collum.*

Lunulæ.

7 Et torques, *id eſt ornamenta in ſuperiori parte veſtimentorum facta circa collum, & deſcendentia vſque ad pectus, ſicut & diuiſio veſtium erat in ſuperiori parte pectoris.*

Mundus muliebris.

8 Et monilia, *ad coniungendum illam diuiſionem.*

9 Et armillas, *quæ ſunt ornamenta brachiorum circa ſcapulas, ideo dicuntur ab armo.* 10 Et mitras, *id eſt cucuſas.*

11 Et diſcriminalia, *id eſt pectines.* 12 Et periſcelides, *quæ ſunt ornamenta * brachiorum, vel propriè manuum.*

* imo crurium, vel tibiarum.

13 Et murenulas, *quæ fiebant in finibus veſtimentorum contextæ ex diuerſis coloribus: ideo vocabantur murenulæ.*

14 Et olfactoriola, *id eſt vaſa parua argentea vel aurea, vbi reponebantur redolentia ad magis homines prouocandum.*

15 Et inaures, *id eſt ornamenta aurium.*

16 Et annulos, *id eſt ornamenta digitorum.*

17 Et gemmas in fronte pendentes, *habebant enim ſerta in quibus erant gemmæ poſitæ pendentes in fronte.* 18 Et mutatoria, *id eſt diuerſa veſtium paria.* 19 Et palliola, *id eſt exteriora veſtimenta.*

20 Et linteamina, *id eſt, interiora iuxta carnem.*

21 Et acus & ſpecula, *inſtrumenta ſunt cum quibus mulieres aptabant ornamenta corporibus ſuis.*

22 Et ſindones, *id eſt ſubtilia velamina, quibus operiuntur humeri in terra illa.* 23 Et vittas, *id eſt pepla.*

24 Et theriſtra. *Eſt autem theriſtrum veſtis linea, qua vtuntur mulieres in æſtate: & dicitur à * tero teris, quia teruntur, vt ibi fiant rugæ multæ, & tenues ad curioſitatem.* 25 Et erit, *mulieribus prædictis.*

Theriſtra. * Sed vox eſt Græca, vide gloſſā D. Hieron.

26 Pro ſuaui od. fœt. *ex infirmitate & miſeria. Et quia multæ fuerunt incarceratæ in locis fœtidis.* 27. Et pro zona funic. *quo ligabātur, vt captiuæ.*

28. Et pro criſpanti cri. cal. *quia trahebantur per capillos, ex infirmitatibus & miſeriis fluebant capilli de capitibus ſuis.*

29 Et pro faſcia. *Eſt autem faſcia pectoralis vitta tenuis, & delicata, cum qua ſtringuntur mammillæ, ne ex ſua groſſitie turpitudinem ingerant. Omnia enim iſta inflicta ſunt mulieribus tempore captiuitatis Babylonicæ.*

Faſcia pectoralis.

30 Pulcherrimi. *Hic conſequenter deſcribitur earum pœna ex morte virorum. Et primò circa hoc oſtenditur propoſitum, ſecundò infertur quoddam corrolarium, ibi:* Et apprehendent. *Circa primum dicitur:* Pulcherrimi quoque viri tui, *id eſt iuuenes, cum quibus mulieres impudicæ deliciabantur.*

31 Gladio cadent, *ſ. per Chaldæos.*

32 Et fortes tui in prælio, *non potentes ſe defendere.*

33 Et mœrebunt, atque lug. por. e. ſ. *Ieruſalem & aliarum ciuitatum. Quæ dicuntur lugere metaphoricè propter populi deſtructionem, ſicut pratum ridere dicitur, quando floret.*

34 Et deſolata. *Quia muri per Chaldæos fuerant ad terram deiecti.*

MORALITER.

† *Pedibus, &c.* ad luxuriā homines prouocando. Sequitur pœna.

2 *Decaluabit*, i. manifeſtabit earum vilitatem latentem, ſcilicet earum adulterium & fornicationem: & ſic quicquid boni videbatur in eis, amouebitur per earum infamiam, ideo ſubditur:

4 *In die illa.* Per iſta ornamenta ſignificantur omnes conditiones quæ videbantur in eis bonæ, & auferūtur per malum infamiæ: ideo ſequitur: 25. *Et erit pro ſuaui odore*, ſcilicet famæ præcedentis.

Fœtor. ſcilicet infamiæ. 27 *Et pro zona.* Nam omnia quæ videbantur in eis bona, propter infamiam ſequentem, ficta fuiſſe iudicantur & falſa. *Pulcherrimi viri tui glad. ca.* ſcilicet linguæ: nam propter adulterium vxorum ſuarum vituperantur.

ADDITIO.

In cap. 3. vbi dicitur in poſtil. Et prophetam, id eſt prophetas falſos. *Hoc quod dicitur hic:* Et prophetam, *ſecundum gloſſ. intelligitur de vero propheta, prout planè litera ſonat, quia exponitur ſecundum illud quod dicitur in Pſalm.* Iam non eſt propheta, & nos non cognoſcet amplius: *vnde ſecundum hoc, hæc prophetia quæ incipit ab illo loco:* Ecce enim dominator do. *non pertinet ad ſtatum B[a]bylonicæ captiuitatis, in qua multi fuerunt prophetæ, vt Iere. Ezechiel, Daniel, & huiuſ-*

Quod ſermo ſit de vero propheta verſa

& huiusmodi: vnde aspicienti bene singula, quæ de hac materia continentur in in hoc cap. magis videntur pertinere ad statum huius captiuitatis, in qua nullum robur habent, seu valetudinem, nec prophetam, nec ariolum, & sic de singulis hic contentis. Quæ in gloss. propriè applicantur huic statui eorum hodierno, & specialiter cum redditur causa huiusmodi pœnarum, cum dicitur: Ruit Ierusalem, & concidit Iudas, quia lingua eorum, & adinuentiones eorum contra Deum, *propriè videtur competere Iudæis modernis, qui quotidie in suis expositionibus & scripturis conantur adinuenire aliqua falsa contra Christum. Similiter quod sequitur:* Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, *non nisi eis propriè competit, qui publicè approbant, quantum in eis est, occisionem Christi, non abscondentes aliquid de malitia ibidem perpetrata. Vnde expleta miseria eorum, tam in sexu virili, quam in femineo statim prophetat de felicitate eorum, qui saluati sunt de Israel, abiectis non credentibus, & hoc cum dicit in cap. sequen. scilicet 4.* In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria, &c. *exponatur prout in postilla.*

Quæ continentur c. 3. magis videri pertinere ad statum modernæ captiuitatis.

REPLICA. *In cap. 3. postil. & Burg. differunt in applicatione: quia postil. applicat ad captiuitatem Babylonicam, similiter & S. Thom. Burg. autem applicat ad captiuitatem Iudæorum hodiernam. Sed cum postillator exponit primam partem huius cap. Quod Deus auferet à Ierusalem* fortem validum & prophetam, *scilicet falsum, in quo confidere solebant: & fuerunt decepti. Burdi. secundum gloss. intelligi debere de vero propheta. Et ex hoc arguit, quòd hoc cap. in captiuitate Babylonica locum non habuit, in qua quamplures sancti prophetæ fuerunt, scilicet Iere. Baruch, Ezechiel, Daniel, &c. Soluat hoc argumentum Tomista, qui exponit de captiuitate Babylonica, & cum hoc de propheta de instinctu diuino. Postil. autem exponit de propheta falso: ideo argumentum est contra eum, nisi quantum est de gloss. per Burg. allegata, quam & Bur. & postil. non reputant autenticam.*

CAP. IV.

a A ET *apprehendent septem.* HIER. Cum Nabuchodonosor Sedeciam regem, & principes Iudæorum, & tribum Iudæ, & Beniamin captiuauit (aliæ enim 10. iam abductæ erant vltra montes Mœdorum & Persarum, nec postea reuersæ sunt) potuit fieri, vt multò plures mulieres remanserint, & septem vnum apprehenderint, dicentes: Panem & vestimentum habemus, ne B sine semine moriamur, & hoc maledictum legis incurramus, scilicet: *Maledicta sterilis, quæ non dimiserit semen super terram:* aufer opprobriũ sterilitatis à nobis. Inuocetur nomen tuum super nos, vt vir dicaris noster. Septenarius & denarius numerus propter sabbathum & decalogum Iudæis familiaris est. Tamen iuxta ambiguitatem Hebræi sermonis quo verbum שבע seba nunc septem, nunc plures, nunc iuramentum interpretatur, hoc loco plures possumus intelligere.

Sexus virilis absumptus in Hebræis per bella & captiuitates.

CYRILLVS. Cum finisset dominus minas aduersum Iudæos, qui Christum in crucem sustulissent, & aduersus feminas Iudæas, quæ vt lasciuirent luxu, gemmis ac margaritis niterent, non induere Christum, & suis viris causa fuere, vt plebem à Christo auerterent: Subiungit propheta tantam vastitatem per Romanos futuram, vt virorum mira paucitas sit.

C *Septem mulieres.* HIER. Septem dona spiritussancti. *Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini.* Quæ mulieres dicuntur, quia nemo generatur Deo, nisi per spiritum: Et pluraliter, quia plura sunt dona, cum spiritus vnus.

Dona Spiritus Sancti.

ALLEGOR. IBID. Septem dona spiritussancti septem mulieres sunt. vnde: *Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ, &c.* vir autem Christus dicitur. vnde Zacharias: *Ecce vir oriens est nomen eius.* In die illa, id est, dominicæ incarnationis apprehendent septem dona spiritussancti virum vnum scilicet Christum, quia nullum alium inuenerunt, in quo requiescerent. vnde: *Super quem videris spiritum descendentem & manentem, &c.* Hi sunt septem oculi de quibus Zacharias: *Super lapidem vnum sunt septem oculi;* & in vno aureo *candelabro lucernæ septem, suffusoria septem.* Nec tunc primum spiritus eum repleuit, quando super eum baptizatum in columba apparuit, sed in tempore conceptionis.

Zach. 6. c. Ioan. 1. c. Zach. 3. d.

MORALITER. Apprehẽdent, vt firmiter teneãt, & non dimittant.

CAP. IV.

ET apprehendent septem [a ¶ Christum solum qui sine peccato.] mulieres virũm vnum in [a ¶ Cum incuruabitur altitudo virorum.] diẽ illa dicentes: Panem [a ¶ Non indigemus tuo vel veste. ¶ Noster cibus est panis qui de cælo descendit: sermo Dei mulierum panis & pater.] b nostrũm comedemus, & [a ¶ Sermone Dei quo ornantur singulæ harum mulierum.] c vestimẽntis nostris operiemur: tantummo- [a ¶ Vt omnes dicamur nomine tuo, id est omnes vocemur Iesus, vt omnia in omnibus nomen tuum fiat. b ¶ Vt imperfectio legis in euangelio compleatur. ¶ Iesus.] d do inuocetũr nomẽn tuum super nos, [a ¶ Captiuitatis.] e au- fer opprobrium nostrum.[1] f In dĩe illa erit

1 Omnes viros transeunt, vsq; ad D Christum nullũ apprehendunt. *Non est enim homo qui non peccet.* In hominibus aliis hospitium habet spiritus tribulationis, nõ mansionẽ quietis: Fuit enim in prophetis, & in aliis iustis: sed quia homines, & ideo peccatores: in eis fuit, sed non mansit; vnde de solo Christo, *Super quem videris spiritum descendentem & manentem: hic est qui baptizat.*

Eccles. 7. d. Ioan. 1. c.

2 AVGVST. qu. 47. ex vet. test. Septem mulieres, septem ecclesiæ sunt quibus scribit Ioan. in Apocalypsi: per quas omnes designantur. Hæ apprehende- E runt Christum per fidem post ascensionem, per apostolorum prædicationem.

Apoc. 1. c.

3 4 5

b *Panem nostrum.* Panis noster Christus est, virga de radice Iesse, & flos; mulierum panis pater est, sicut & Christi, qui ait: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei. Panem nostrum comedemus.* Corpus Christi.

Ioan. 4. c.

c *Vestimentis nostris operiemur,* ornamentis virtutum.

d *Inuocetur nomen tuum,* A Christo dicamur Christiani.

e *Aufer opprobrium,* quod patimur à Iudæis tanquam sine Deo, sine lege, vnde: *Iam nõ estis hospites, & aduenæ, &c. Panem nostrum comedemus, &c.* Quod est, spiritum sanctum, cum patre & filio æqualiter adorare, possidere omnia, & nihilo indigere. *Inuocetur nomen tuum super nos,* hoc est à te dicantur Christiani, qui nostra habitatione cupiunt perfrui: *Aufer opprobrium nostrum,* ne amplius fœtore vitiorum expulsi à cordibus hominum, sæpe cogamur mutare hospitium. F

Ephes. 2. d.

Aufer. Quia consurgent contra sapientiam falsæ doctrinæ, & contra ceteras mulieres, id est, virtutes: Vnicuique suum insurgit contrarium, cum nomen earum falsæ virtutes subripiunt.

f *In die il. er. ger.* HIER. Cum filiæ Sion propter superbiam omnem ornatum perdiderint, & mœruerint luxerintq; portæ eius, & ipsa desolata conciderit, omnesque bellatores eius perierint in prælio, in tantum vt multæ mulieres vnum habere virum vix possint: tunc orietur germen nominis Christiani, & terra dabit fructum suum, & exultatio erit his, qui de Israël saluati fuerint. Et nota quod non omnis Israel saluabitur, sed reliquiæ populi Sion & residuus in Hierusalem, omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem, quibus & Dominus loquebatur, *Gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis;* significat autem apostolos, & eos qui per apostolos crediderunt.

Qui ex Iudæis percepturi erant salutem in Christo?

a Et

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. IV.

1 ET apprehendent. *Hic ex dictis concluditur corollarium. Circa quod sciendum, quòd in Hebræo nõ incipit hic caput. Sed litera ista,* Et apprehendent, &c. *immediatè coniungitur cum præcedenti, absque alio spatio vacuo intermedio, quod est signum alterius sententiæ seu capitis apud Hebræos, ideo est conclusio sequens ex prædictis. Ex hoc enim, quod dictum est, quòd viri interficerentur in prælio, sequitur quòd multæ remanerent mulieres sine viris: quia mulieres non sic interficiuntur in præliis. Et hoc est quod dicitur:* Et apprehendent septem, &c. *quærentes eum habere sponsum. Et quia ad sponsum pertinet prouidere vxoribus, & filiis de necessariis, quod est difficile pro tot vxoribus: & sic vnus vir renueret coniungi tot vxoribus, ideo hoc remouetur, cum subditur:*

Discriminatio capitis huius & præcedẽtis.

2 Panem nostrum, i. *prouidebimus nobis & filiis de victu & vestitu.*
3 Tantummodo inuocetur, *scilicet quòd simus vxores tuæ.*
4 Aufer opprobrium, *scilicet sterilitatis & nihil plus petimus à te.*
5 In die illa. *Hic incipit caput in Hebræo: quia ibi præmittitur spatium*

MORALITER.

1 *Et apprehendent.* Aliquando contingit, quòd meretrices ad Christum deuotissimè reuertuntur, sicut patet de Maria Magdalena & de Maria Aegyptiaca & aliis pluribus, & de talibus potest exponi quod dicitur: Et apprehendent septem mulieres virum, secundum quod dicit beatus Greg. homil. 25. *quia septem diebus omne tempus comprehenditur, rectè septenario numero vniuersitas figuratur.* Gregor. Per septem mulieres, vniuersitas meretricum ad Christum reuertentium designatur: ideo dicitur, quod apprehendent virum vnum, id est Christum. (De quo dicitur 2. Cor. 11. a. *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Licet enim virginitas, quantum ad id quod est corporis recuperari non possit: tamen quantum ad id quod est ex parte mentis, potest reparari) dicentes:

Meretrices ad Christũ conuersæ vel reuersæ.

Virginitas an sit reparabilis?

2 *Panem nostrum comedemus,* id est nolumus amplius otiosè viuere, sed de laboribus nostris.
3 *Tantummodò inuocetur nomen tuum super nos.* Id est nobis.

a Et

a *Et erit.* EVSEBIVS. vbi supr. Illi sunt, quos appello residuum, qui ex vastitate Iudææ, inuecta à Romanis, relicti fuerint in populum Dei, Apostoli, discipuli omnes, & fideles: reliqui autem fame, aut incendio, aut peste, aut ferro absumpti sunt, aut pulsi bonis omnibus per totum orbē sunt dispersi; soli Apostoli & fideles seruati ex illa clade, per omnes terras illustres, & incliti sunt facti, in ædificatis ecclesiis.

b *Qui scriptus est in vita.* BASIL. Necessarium est scire vtrumne sint quidā qui scribantur, non tamen ad vitā sed iuxta sententiam Ieremiæ dicentis, *recedentes à te*, seu desertores, *in terra scribētur*. Iuxta sensum hunc igitur duæ intelligi debent descriptiones, vna eorum qui ad vitam, altera eorum qui scribuntur ad perditionem. Contingit tamen per mutationē scripturæ fieri, quum à virtute dilapsi ad malitiam exciderimus: nam illud, *Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur*, de his dicitur, qui dignos sese exhibuerunt prius, vt in libro Dei conscriberentur.

c *Si abluerit.* HIER. Tūc saluabūtur reliquiæ de Israel, quādo in baptismate Saluatoris eis fuerint peccata dimissa, & ille sanguis ablutus, quem super se errans populus deprecatus est, cum dixit, *Sanguis eius super nos & super filios nostros.* Vnde supra legimus, *cum extenderitis manus, non exaudiam vos, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* postea eos ad pœnitentiam prouocans, infert: *Lauamini, mundi estote.*

d *In spiritu iudicij, &c.* HIERO. Nota quod sordes filiarum Sion lauerit spiritu iudicij, sanguinem autem Ierusalem spiritu combustionis: quod enim leue est, lauatur; quod grauius, exuritur. dicit ergo: *In spiritu iudicij.* s. tribulationis & passionis, quib: purgātur electi. vnde: *Vasa figuli probat fornax.* Vnde Ioannes: *Ego baptizo vos in aqua, ipse in spiritusancto & igne.* Homo enim aquam tantū tribuit, Deus spiritum sanctum, qui sordes abluit & peccata sanguinis; *Spiritu ardoris*, qui datur in baptismo. Extunc enim apparet, quibus pœna sit prædestinata, quibus corona.

e *Et creabit.* HIER. In Christo enim noua creatura est, de qua alibi legimus, *vetera transierūt, ecce facta sunt omnia noua*, pro quo lxx. transtulerūt, & veniet, *& erit omnis locus montis Sion, & omnia quæ in circuitu eius sunt proteget nubes per diem, & lumen ignis flāmantis in nocte.* Quis autem veniet nisi ille de quo scriptum est, *veniet ex Sion qui liberet.* Cum ille venerit, reddetur populo pristina fœlicitas, quā aliquando habuere in eremo, præcedēte eos domino per diē in columna nubis, & per noctē in columna ignis: vt nec in prosperis nec in aduersis aliquando turbentur.

f *Nubem*, id est obumbrationem spiritus, in prosperis ne eleuentur, sicut filiis Israel nubes in die erat, ignis in nocte.

Marginalia: De descriptione in libro vitæ. Baptismus. Christi aduentus.

[Interlinear glosses: a Aperiatur terra & germinet salu. Filius. Reliquiæ Israel sal. fi. b In hoc quod Deus. Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. a Filius Mariæ. De fructu vent. tui pon. su. se. t. b In eo quod homo, &c., Super omnes angelos & homines. c Abeo. d Qui crediderunt in eum, aliis tristitia, vt scribis & Pharisæis.]

germēn domini in māgnificentiā & gloria, & ^1 ^2 frūctus terræ sublīmis, & exūltatio his qui ^3 ^4

[a Abeo. b Hoc scilicet. c Non omnes, sed reliquiæ.]

a sāluati fuerint de Israel. ^5 Et erit: omnis qui

[a Non credentibus abiectus. b Ecclesia, quæ Deum contemplatur, & facis visione perfruitur.]

relictūs fuerit in Siōn, & residuus in Ierusa-

[a A Christo Christianus. b Scilicet apostoli & alij fideles de quibus. Nisi dominus exercituum reli. no. se. qua. So. fu. c Prædestinatus.]

b lem, sanctūs vocabitur, omnis qui scriptus est ^6

[a In libro vitæ. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cæ. b Quod erit. Cælesti. c Quia affirmatiuum. Q. Vere abluet in baptismo.]

c in vitā in Ierusalēm. ^7 Si abluerit Dominus

[a Vitiorum. b Animarum. c Ecclesiæ. d Prophetarum quem fuderunt ipsi & patres eorum: Et illum de quo dixerunt: Sanguis eius super nos & super filios nostros.]

sordēm filiārum Siōn, & sanguinem Ierusa- ^8

[a Per pœnitentiam. Vnde: Lauamini, mundi esto. b Leuiora.]

d lem lauērit de medio eius, in spiritu iudicij &

[a Grauiora. Feruentis charitatis, qua sanguinem fudit. b Vetera transierunt: in Christo est noua creatura.]

e spiritu ardōris. ^9 Et creābit dominus super omnē ^10

[a A fidelibus filiis Israel. b Nubes aderat in die, ignis in nocte.]

f locū mōntis Sion, & † vbi inuocatus est, nubē ^11 ^12 ^13

Et fumum

NICOLAVS DE LIRA.

Spacium vacuum. Superius enim descripta est punitio malorum, & hic consequenter ponitur consolatio bonorum fienda per Christum: Quia sicut dictum est supra, modus Isaiæ est cum aliis, quæ tractat, simul describere mysterium Christi, quod intendit principaliter. Et Hebræi residuū huius capitis referunt ad tempus Messiæ. Vnde quod dicitur hic: In die illa erit germen domini, &c. *In translatione Chaldaica, qui apud Hebræos dicitur Thargum, & est autentica apud Hebræos, dicitur:* In tempore illo erit Messias domini, &c. *& ideo expositores Latini hoc exponentes de prosperitate redeuntium de captiuitate Babylonica, magis Iudaizant, quantum ad hoc, quàm Hebræi. Igitur secundum hanc sententiam hæc litera in duas partes diuiditur, quia primò ponitur dicta consolatio bonorum, quantùm ad eorum exaltationem: secundò quantum ad diuinam protectionem, ibi:* Et creauit. *Circa primum dicitur:* In die illa erit germen, &c. *id est tempore gratiæ, quæ dicitur dies propter claritatem notitiæ, ad Rom. 13. d.* Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

Marginalia: Hebræorū expositio super hoc c.

1 Germen Domini. *Id est Christus, qui dicitur germen domini, quia non fuit conceptus virili semine, sed virtute spiritussancti.*

2 In magnificentia & gloria, *in miraculorum operatione, in sua resurrectione, & ascensione.*

3 Et fructus terræ sublimis, *Id est virginis, de qua dicitur infra, 45. b.* Aperiatur terra, & germinet saluatorem.

4 Et exultatio his, qui saluati fuerint de Israel, *Id est apostolis, & aliis fidelibus, qui post Christi resurrectionem viso domino gauisi fuerunt, Io. 20. e. Et in die Pentecostes recepto spiritusancto, Act. 2. a.*

Marginalia: Gloria Christi & membrorū eius.

5 Omnis qui relictus fuerit in Sion, &c. *Id est in ecclesia, vt dictum est supr. 2. cap. Sed hoc est intelligendum de illis, qui in ecclesia sunt numero, & merito, & ideo sequitur,*

6 Omnis qui scriptus est in vita. *Id est in libro vitæ, propter quod Rab. Sal. sic glossat, omnis scriptus, scilicet seculi venturi.*

7 Si abluerit dominus, *Hic accipitur, si, pro quia.*

8 Sordem filiarum Sion, *id est ecclesiam,* spiritu iudicij: *quia Christus per viam iustitiæ pro nobis satisfecit.*

9 Et spiritu ardoris. *Quia hoc fecit ex maximo feruore charitatis.*

10 Et creauit. *Hic consequenter ponitur consolatio bonorum, quantum ad diuinam protectionem. Circa quod sciendum, quòd in exitu de Aegypto dominus protexit filios Israel per columnam ignis & nubis, Exod. 13.* Tollensque angelus domini, qui præcedebat castra filiorum Israel, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis. *Sequitur:* Et erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita quòd ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent. *Fuit etiam postea columna nubis in protectionem contra æstum solis de die, & columna ignis contra tenebras de nocte: & hoc fuit in figura gratiæ spiritussancti dandæ Christi discipulis in signo visibili, Act. 2. quæ protegit ardorem contra concupiscentiam, & illuminat contra tenebras ignorantiæ: quæ tanto melior est ista columna ignis, & nubis, quantò veritas est melior vmbra; Et ad literam: signum illud gratiæ apostolis datæ habuit speciem* ignis lucentis, nōn comburentis. *Potest etiam probabiliter dici, quod apparuit ibi nebula lucida in signum diuinæ præsentiæ specialis per gratiam, sicut in dedicatione templi Salomonis 2. Reg. 8. & in erectione tabernaculi, Exod. 40. de quo potest exponi quod dicitur Act. 2.* Et impleuit totam domum vbi erant sedentes, *secundum hoc igitur dicitur:* Et creabit Dominus, *id est creauit, loquendo de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*

Marginalia: De columna ignis & nubis in exitu de Aegypto. Quæ figura fuit gratiæ Spiritus S. dandæ discipulis Christi.

11 Super omnem locum montis Sion, *id est, ecclesia militantis, quæ Sion dicitur, vt ostensum est suprà cap. 2. & quia ad literam in monte Sion fuit missus spiritussanctus in signo visibili super apostolos in die Pentecostes, vt dicit Hieron. in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris.*

12 Et vbi inuocatus est, *&, pro id est, vbi inuocatus est fidelibus, quia est locus orationis.*

13 Nubem per diem & fumum, *id est gratiam spiritussancti modo prædicto protegentem.*

8 Sordem Super

MORALITER.

† sufficit tibi per pœnitentiam reconciliari. Et quoniam plurimæ tales Christo reconciliatæ, fecerunt fructum bonorum operum multiplicem ex dono gratiæ diuinæ, ideo subditur, *Germen domini in magnificentia & gloria, &c. & exultatio his qui saluati fuerint*, Id est sanctis qui gaudent cum angelis de bonis operibus pœnitentium, Luc. 15. b. *Gaudium erit angelis Dei, super vno peccatore pœnitentiam agente.* Et quia tales pœnitentes cum ciuibus cælestibus ascribuntur, Sequitur: *Sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem.* Et quoniam nihil coinquinatum in Ierusalem supernam admittitur, Sequitur: *Si abluerit dominus sordem filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem*, Scilicet inferioris. Et subditur modus ablutionis cùm dicitur: *In spiritu iudicij*, id est perfectæ contritionis & satisfactionis.

9 *Et spiritu ardoris*, id est feruentis amoris, Luc. 7. g. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm.*

10 *Et creauit*, post pœnitentiū conuersionem, hic ponit propheta bonorum consolationem, dicens: *Et creauit dominus, supr. o. l. m. Sion:* id est ecclesiæ militantis. *Vbi inuocatus est*, nomen eius per officium solemne. *Nubem per diem*, id est eucharistiæ sacramentū, quod dicitur nubes

a *Et fumum, &c.* HIERO. vnde: *Domus impleta est fumo.* Et alibi: *Qui tangit montes, & fumigant.*

Exod.13.d. Isa.6.d. Psal.103.b.

b *Super omnem enim.* IBID. Plurimi Iudæorum: & hæc & vniuersa quibus ista sunt sociata, de Babylonica captiuitate, & de reditu in Ierusalem sub Zorobabel, & Esdra, & Nehemia intelligunt. *Super omnē enim, &c.* Hunc locum Iudæi ad antichristum referunt, quem turbinem, & tempestatem significari coniiciunt, seque virtute diuina ab eo defendi confidunt. Nos autem ad primum Christi aduentum.

Quomodo Iudæi & quomodo fideles. Duos vltimos versus huius cap. exponant.

a Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. b Compunctionis, vnde lachrymæ. c Ad illuminationem, ne viam perdant. d Deus noster ignis consumens est.

a per diē, & fumum, & splendorē ignis flamantis in nocte. Supra omnē enim gloriā protectio. Et tabernaculū in vmbraculū diei ab æstu, & in securitatē & abscōsionē à turbine & à pluuia.

a Aduersitate, ne frangantur. Ecclesiæ. Christi. Ecclesia. Sub protectione Dei. Erit. a Persecutionis. a Deus meus adiutor, &c. b Protegar in velamento alarum tuarum. c Impetu persecutorum. d Minori persecutione.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Super omnem enim glor. *columnæ ignis & nubis data filijs Israel.*
2 Protectio, *s. spiritussancti, quia excedit eam vt veritas vmbram.*
3 Et tabernaculum, *scilicet spiritussancti.*
4 In vmbraculum, *contra concupiscentiæ æstum.*
5 Et in securitatem & absconsionem, *superbiæ.*
6 Et à pluuia, *carnalis lasciuiæ. Vel à turbine persecutionis quam non timebant spiritusancto roborati.* Et à pluuia, *prosperitatis temporalis, ne per eam mollificetur homo ad vitia. Ra. Sal. dicit hic, quòd per turbinem, & ignem & huiuscemodi intelliguntur gehennæ pœnæ, inducens ad hoc istud Psalm. 10. b.* Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur & spiritus procellarum, &c. *& quantum ad hoc conuenit mecum: quia gratia spiritussancti protegit ab illa pœna, & maximè gratia consummata, quæ est ipsa gloria.*

Expositio Ra. Sal. super vers. 5. & 6.

MORALITER.

B ... tur nubes refrigerans concupiscentiæ æstum, & ignis flammans propter charitatis incendium: ideo dicitur amoris sacramentum. Dicitur etiam fumus, scilicet incensorum, quia celebratur cum orationibus sanctorum. Apoc. 8. a. *Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum.*

Eucharistia amoris sacramentū.

1 *Super omnem gloriam.* id est super locum ad Dei gloriam consecratum, cuiusmodi est ecclesia materialis. E
2 *Protectio,* id est Christus in sacramento qui protegit à dæmone.
3 *Et tabernaculum,* Scilicet cupiditatis.
5 *Et in securitatem, &c.* tribulationis per virtutem patientiæ.
6 *Et à pluuia,* s. carnalis concupiscentiæ, per virtutem continentiæ.

CAPVT V.

a CAntabo dilecto, &c. HIERO. Canticum aliquando in lætitia, aliquando in tristitia, vt hoc, scilicet quòd ille composuit qui videns ciuitatem fleuit, dicens: *Quia si cognouisses, & tu, &c.*

Canticorū duo genera. Luc. 19. g.

✠ THEODORETVS. Cantant etiam homines Threnos & versus lugubres & elegias, quibus deploratur calamitas eorum quos diligunt. C

Patruelis mei. ✠ RVPERTVS. Patruelis prophetæ est ordo leuiticus & sacerdotalis. Ipse etiam propheta de tribu fuit Iuda, patruelis eius quodammodo fuit Leui.

*Iere. 1. d.

✠ HIERON. Cantabo omnipotenti Deo patri canticum Christi quia est patruelis meus.

b *In cornu.* ✠ BASILIVS. Eximia laus paucis comprehensa verbis. Cornu reliqua parte corporis est eminentius, ac solidius, simul ornamentum affert capiti, simul verò armatura est ad repellēdas iniurias. Quin etiā sua siccitate est torridum, quia omni humore caret: eoque cornigera animalia non ad cornu matris impetu feriuntur, sed nullo licet docente matris mammam requirunt, locum humidum & pingue. Declarat hic sermo quod Iudæorum regio esset ex se ad vtraque sufficiens, quæ eos protegeret ab hoste, simul & capax esset eorum, qui eam incolere vellent: huic coniunxit vtramque particulam in cornu & in loco fertili. F

Cornu vsus & præstantia. Iudæorum qualis regio. *.i. loco valde pingui.

Vineam electā. HIER. Alia editio, vineam Sorec, quod est genus vitis optimæ, vberrimæ perpetuis fructib. Cunctā quæ de vinea dicuntur, ad statum animæ referūtur, quæ à Deo plantata non attulit vuas sed labruscas: & tradita est bestiis conculcanda, nec imbrem doctrinæ suscepit, quia dona præterita contempsit. Quid

De animabus quæ fructum bonorum operum nō ferunt.

CAP. V.

a Populo Iudæorum vel Deo patri. a Carmen lugubre. b Filij patrui. Christi ex eadem gente qua ego generati, quod canticum ipse composuit vineæ suæ. a Vinea domini sabaoth domus Israel est. a Hic est filius meus dilectus. b In potentia in robore. c Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ con.

1 CAntabo dilecto meo 2 Canticum 3 patruelis mei vineæ suæ. 4 Vinea facta est dilecto meo in 5 cornu filio 6 olei, 7 Et sepiuit eam, 8 & lapides elegit ex ea, 9 & plantauit vineam electam. 10 Et ædifi-

a Custodia angelorum. b Idola lapidea, & omnia diuinum cultum impedientia. c Abiecit. a Lege instruendo. b Ex omnibus gentibus. Non ex quolibet germine vel genere.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. V.

CAntabo. *Postquam propheta descripsit punitionem regni per verbum narratiuum, hic consequenter hoc idem facit per exemplum parabolicum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur parabola, secundò arguitur multiplex populi culpa ibi:* Væ qui coniungi. *Prima in duas, quia primò sub parabola vineæ describitur ingratitudo populi, & secundò rectitudo diuini iudicij, ibi:* Et nunc ostendam. *Circa primum, sciendum, quòd parabola ista est de vinea cum magno sumptu, & diligentia exculta, quæ tamen fructum non fecit, & sic à domino vinea contempta fuit, & derelicta: & per vineam intelligitur populus Israel, vt habetur infrà, eo. ca.* Vinea autem domini exercituum domus Israel est, *quam vineam Deus excoluit suis beneficiis, & tamen ad idololatriam declinauit, & sic eam contempsit subtrahendo suum auxilium, & per consequens tradidit in manibus aduersariorum. Dicit igitur:*

Diuisio. Vinea domini.

1 Cantabo, *id est altè pronunciabo.*
2 Dilecto meo, *id est pro dilecto meo, in persona eius loquens, sicut apparebit infrà: & iste dilectus intelligitur Deus, qui sic vocatur in libro Canticorum quasi per totum.*
3 Canticum patruelis, &c. *id est quod cantauit de vinea sua. In scriptura aliquando accipiuntur parabolæ seu similitudines, ex rebus gestis, & ideo dicunt aliqui & satis probabiliter, quidam patruelis Isaiæ, id est, filius patrui sui habuerat vineam cum magno sumptu & labore excultam & acquisitam, & tamen fuit sterilis: propter quod de ipsa sicut de re insolita fecit dictamen quod vocatur hic canticum: & quia Isaias similiter locutus est hic de populo Israel sub nomine vineæ. Ideo subditur:*

Parabolæ sumi aliquando ex veris rebus gestis.

4 Vinea facta, &c. *id est Deo, qui dicitur dilectus ratione dicta.*
5 In cornu, *id est loco excelso & eminenti, quia Ierusalem metropolis in Iudæa, erat in alto loco respectu terræ adiacentis, saltem quantum ad illam partem, in qua templum, & domus regia in monte Sion.*
6 Filio olei, *id est in loco pleno oliuis, ex quorum fructu exprimatur oleum. Vnde & iuxta Ierusalem est mons Oliueti sic nominatus à fertilitate olei: & tali modo loquendi dicitur aliquis filius mortis, quia plenus est scelere, pro quo dignus est morte.*

Filius olei.

7 Et sepiuit eam, *mandatis legis, & sua, & angelica protectione.*
8 Et lapides, *Chananæos, cultores lapidum, de terra illa eiiciendo, vt habetur libro Iosue.*
9 Et plantauit vineam, *id est populum Israel, quem ad cultum suum præ cæteris populis elegit, & in terra promissionis plantauit.*
10 Et ædificauit turrim in medio, *id est templum ad modum turris factum*

MORALITER.

1 *Cantabo.* hîc arguitur ecclesiæ malitia sub vineæ parabola, cum dicitur: *Canta: di.* i. pro Christo, qui dilectus in cāticis nominatur.
3 *Canticum,* scilicet lugubre de ecclesiæ sterilitate.
† *Patruelis mei,* id est Christi, qui est naturalis filius Dei patris.
† *Vineæ suæ,* id est de vinea sua, quæ est ecclesia. Et subditur cantici forma cum dicitur:
4 *Vinea facta est dilecto meo,* id est Christo.
5 *In cornu.* i. in charitate & pietate potenti, sicut dicitur Act. 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.
7 *Et sepiuit eam.* Custodia angelica, vnde ecclesia primitiua, ante subuersionem Iudææ per Romanos, angelico monitu transiit in regnum Agrippæ, & ibi fuit saluata.
8 *Et lapides elegit ex ea,* id est malos amouit, scilicet Ananiam & Saphyram, vt habetur Act. 5. & alios similes.
10. *Et ædificauit tur. &c.* id est Euangelium & doctrinam Apostolorum, quæ sunt turris contra insultus hæreticorum.

Beneficia quæ cōtulit Christus Ecclesiæ.

† 1 Et tor.

☞ ✠ Quid sepes hæc innuit aliud, quàm præcepta quæ dedit populo priusquam eos induceret in terram promissionis? A Deo postea prærogatæ sunt vires quibus præualerent aduersus hostes & gentes quæ eam prius incolebant regionem, & ad internecionem perducerent, id quod vallum ad suffulciendam vineam dixit, vt fructus ederent in sublime erectos & spectabiles, à lapsu subleuantes eos, ne ab omni parte paterent prædæ hostium. Secundum hoc sequitur plantatio electorum. quippe qui prodierunt ex semine Abraham Isaac & Iacob electorum Dei. Turris autem in medio vineæ ædificata, profectò templum est in medio Iudææ collocatum: Torcular verò ipsa est Synagoga Iudæorum, quandoquidem prælum siue trabes exprimẽdo vino accommodæ ecclesiam Dei propriè insinuant ex omni gentium natione adornatam; eius gratia Regius Psaltes cantica concinuit epilenia, id est, pro torcularibus, dum videlicet exprimerentur vuæ. Quia etiam torcular preparatio est per legis obseruationem, & præmeditatio excolens animum ad pietatem.

Gens Hebræorum vineæ infrugiferæ comparata.

a *Labrus.* HIERON. Hebraicè beussim באשים.

✠ IDEM. Aquila interpretatus est σαπρίας id est, fructus pessimos, Symmachus ἀτελῆ hoc est, imperfectos: LXX. & Theodotio ἀκάνθας id est, spinas, quibus Iudæi dominum coronauerunt. Illo enim expectante vt vindemiæ tempore deferant vuas ad torcularia (pro quibus octauus & octogesimus, & octogesimus tertius psalmus habent titulos) isti se curis & vitiis sæculi demergentes, quæ in euangelio spinæ interpretantur, blasphemiarum stimulos obtulerunt.

a ¶ Templum. ¶ In qua fruges reconderem, & insidiantes bestias prospicerem. b ¶ Altare vbi fundebatur sanguis hostiarum. c ¶ Vt in eodem loco vuæ premerentur.

cauit turrim in medio eius, & torcular extruxit [1]

a ¶ Fructus bonorum operum. b ¶ Labruscæ dictæ, quia in labris viarum nascuntur. ¶ Amaritudinem vitiorum.

a **in ea. Et expectauit vt faceret vuas, & fecit la-** [2]

a ¶ Quia feci quod debui.

b **bruscas.** [3] **Nunc ergo habitatores Ierusalẽ & viri** [4]

a ¶ Audita ratione mea, cui non contradicit vinea. b ¶ Creationis beneficio.

Iuda iudicate inter me & vineam meam. † [4] **Quid** [5]

¶ Vltra supradicta. a ¶ Hoc videor fecisse forte vltra debitum.

est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non

a ¶ Bene colendo.

c **feci ei? An quod expectaui vt faceret vuas, & fe-**

a ¶ Tanquam inculta. b ¶ Quia pro bonis mala reddit, hoc iudicium subiicit.

d **cit labruscas?** [5] **Et nunc ostendam vobis, quid** [6]

a ¶ Non alius. Cui nemo resistit. b ¶ Transeamus ab his sedibus. c ¶ Auxilium angelorum.

e **ego faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius,** [7]

a ¶ Gentibus. b ¶ Idem est, sed repetitio, confirmatio est.

& erit in direptionem: diruam maceriam eius, [8] [9]

a ¶ Relinquetur domus vestra deserta.

& erit in conculcationem, [6] **& ponam eam de-** [10] [11]

a ¶ Falce verbi Dei, & cum peccauerit, non corripietur. b ¶ Admonitione timoris non humiliabitur.

sertam. Non putabitur, & non fodietur, & a- [12] [13]

a ¶ Opprimetur multitudine peccatorum.

scendent super eam vepres & spinæ, & nubi- [14] [15]

a ¶ Prædicatoribus qui pluunt verbis, coruscant miraculis, fulgent virtutibus. b ¶ Doctrinæ guttas.

f **bus mandabo ne pluant super eam imbrem.**

b *Nunc ergo habi. &c.* IBID. Similiter Nathan Dauid interrogat, vt de se tanquam de alio sententiam proferat. vnde: *Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis.* Agricolæ apostoli sunt.

2. Reg. 12. a. Matth. 21. d

c *An quod expectaui, &c.* IBID. Hoc secundum quosdam suprà apud se dixit, hîc verò quod cogitauerat, alios interrogat.

d *Et nunc osten. vo. q. d.* Quia non vultis respondere: ego respondebo pro vobis.

e *Auferam, &c.* IBID. Vt scilicet qui Deum non senserunt per beneficia, sentiant per supplicia: & ideo minatur pœnam, vt conuertantur ad pœnitentiam.

✠ IDEM. Hæc sub metaphora vineæ, de Ierusalem ac Iudææ dicuntur solitudine: quod non potest (nisi ex parte tantum) intelligi de Babylonica captiuitate propter id quod sequitur, & *mandabo nubibus ne plu. &c.* tum enim Ieremias, Ezechiel, Daniel, Aggæus, & Zacharias prophetabant, & mirabilia signa in captiuitate ipsa & post ipsam fecerunt.

✠ CHRYS. Ho. 12. in Matth. Cum tanta ederentur à Christo miracula, cũ vox patris de cælo delapsa, filium suum testaretur cur Iudæi non crediderunt; Ne quæras quomodo non crediderunt, sed an non omnia facta sint, quæ illis fidem facere debuerint. Vnde propheta, *Quid debui facere & non feci.*

Iudæis nihil eorũ defuit quæ fidem in Christo suadere possent.

f *Et nubibus.* HIERON. Quæ sub Elia (quia omnes idololatræ erant) tribus annis, & sex mensibus non pluerunt ne pro vuis afferrent spinas: sed pro ariditate rogarent eum, qui dat imbres virtutum. vnde: *Ponam vobis cælum ferreum & terram æneam.* Et alibi: *Erit cælum super caput tuum æreum, & terra subter te ferrea.* Hoc post ascensionem domini, quando nec prophetas habuerunt, & apostolos repulerunt: de quibus dicitur: *Qui sunt isti, qui vt nubes volant.*

4. Reg. 18. a. Leui. 26. c. Deut. 28. b. Infr. 60. b.

✠ THEODORET. Nubes appellat prophetas & Apostolos, quia sicut nubes baiulant pluuias & effundunt eas super terras, sic prophetæ & Apostoli accipiunt verba à spiritu sancto & effundunt ea super rationalem creaturam.

Apostoli & prophetæ nubibus comparati.

✠ TERTVLLIANVS. Mandatum est nubibus ne pluerent imbrem, id est, cælestibus beneficiis ne prouenirent domui Israel: fecerat enim spinas, ex quibus Christum coronauerat; & ita subtractis prioribus charismatis, lex & prophetæ vsque ad Ioannem fuerunt, & piscina Betsaida vsque ad aduentum Christi, curando inualetudines; ab Israel desiit à beneficiis.

☞ Do.

NICOLAVS DE LIRA.

factum sicut dictum fuit iij. Regum 6. quod fuit ædificatum per Salomonem in Ierusalem in medio Iudææ existente, tanquam metropoli.

1 Et torcular extr. in ea. *id est, altare holocaustorum, quod dicitur hic torcular, eo quod ibi effundebatur sanguis victimarum, sicut in torculari sanguis vuarum.*

Altare holocaustorũ.

2 Et expecta. vt fa. vuas. *id est, opera bona Deum colendo.*

3 Et fecit labruscas, *id est, opera inutilia, & nociua ad idololatriam declinando.*

4 Nunc ergo hab. Ierusalem, &c. *Hoc dicit inducendo populum ad considerationem prædictorum beneficiorum.*

5 Quid est quod de. vl. fa. vi. meæ. *Q. d. nihil defuit ex parte mea, quin deberet facere optima opera, & fecit pessima.*

6 Et nunc ostendam. *Hic consequenter describitur rectitudo diuini iudicij quia propter ingratitudinem debet contemni, & in manu aduersariorum dimitti, ideo subditur.*

7 Auferam sepem eius. *Id est, verum legis intellectum; non quia Deus inducat aliquem ad errorem seu falsum æstimandum sed quia sacerdos & legisperiti declinauerunt ad vitia, propter quod Deus iustè retraxit ab eis lumen suæ gratiæ: & sic ex sua defectibilitate ceciderunt in errorum cæcitatem.*

Nos ob demerita labimur, Deus in errorem non inducit.

8 Et erit in di. *Quia dæmones ex hoc habuerunt super eos potestatem diripiendo spiritualia bona, & dispositiones ad ipsa scilicet bona.*

9 Diruam ma. eius. *Scilicet meam protectionem, & angelicam custodiam subtrahendo.*

10 Et erit in con. *id est, in depressionem ab aduersariis, & maximè à Babyloniis qui terram destruxerunt, & populum partim occiderunt & partim captiuauerunt.*

11 Et ponam eam deser. *à protectione mea.*

12 Non putabitur. *Quia ad verba prophetarum noluerunt se corrigere auferendo mala vitæ suæ.*

13 Et non fo. *Quia fossorio diuini timoris non fuerunt retracti ab iniquitatibus suis.*

14 Et ascendent su. *id est, calamitates pungentes, & miseriæ, & quia ad litteram populo ducto in captiuitatem vepres, & spinæ creuerunt in terra pro defectu culturæ.*

15 Et nubi ma. &c. *Quia in terra illa secuta est siccitas magna.*

Vinea

MORALITER.

† 1 *Et tor. extruxit in ea.* id est constantiam martyrum, propter quam expressus est sanguis eorum.

2 *Et expecta vt fa. vuas.* i. opera bona per imitationem prædictorũ.

3 *Et fecit la.* Nam multi qui sunt de ecclesia numero, sed non merito, carent fructibus bonorum operum.

4 *Nunc er. ha. Ierusalem*, id est, vos angeli & sancti qui habitatis in Ierusalem superiori.

† *Iudicate inter me. & vi. meam.* Angeli namque & sancti iudicant cum Deo de agendis in mundo, sicut dicitur Daniel. 4. c. *In sententia vigilum decretum est sermo sanctorum.*

5 *Quid est quod vl. &c.* q. d. nihil omisi de pertinentibus ad eius fructificationem, sed ipsa defecit per ipsam. Osee 13. *Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum.* Et subditur punitio cum dicitur:

7 *Auferam sepem eius*, id est angelorum custodiam, qui aliquando ab hac custodia se retrahunt diuino iudicio propter hominum malitiam. Vnde in persona eorum dicitur, Ierem. 51. a. *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam.*

8 *Et erit in di.* Per dæmones & malos homines.

9 *Diruam maceriam eius.* i. dirui permittam virtutum clausuram.

10 *Et erit in con.* scilicet dæmonum & infidelium.

12 *Non putabitur*, falce correctionis.

13 *Et non fodietur.* fossorio diuini timoris.

14 *Et ascendent super eam vepres & spinæ*, s. multiplicium peccatorum.

15 *Et nubibus man. ne pluant super eam imbrem.* subtrahendo fructi-

a *Do. Israel, &c.* HIER. Ex quo diuisum est regnum, decem tribus Israel dictæ sunt: duæ autem Iuda, in quibus reges de Iuda regnauerunt, earum viri germen delectabile Deo, quia apud eos erant sacerdotes Leuitæ viri religiosi, quando hæc Isaias loquebatur, vel, quia Christus ex eis natus est.

b *Ecce cla.* IBID. Quo vociferatus est contra dominum, & clamauit dicens: *tolle, tolle, crucifige*: Vel; clamorem pro iustitia fecerunt, quia Christum interfecerunt, cuius sanguis clamat ad dominum: *Vox sanguis fratris tui Abel cla. ad me de ter.* (Gen. 4.)

c *Va qui coniun.* Hoc specialiter ad Iudæos qui auarissimi: Generaliter ad omnes auaros, qui aliorum necessitatem, suam faciunt voluptatem, & cotra hæreticos hæc dicuntur, qui domos domibus, id est dogmata dogmatibus coniungunt; similes viro stulto, qui ædificat domum suam super arenam. Coniungunt autem noua veteribus, donec deficiat terra, sensus, scilicet, & sermo humanus. (Dogmata hæreticorum. Matt. 7. d.)

BASILIVS. Animaduertes autem num qui de veritate tradiderunt sua dogmata, sanis quibusdam ac veris fuerint præoccupati: an iuxta communem intelligentiam, & in his quę disseminata sunt ab opifice pulchram habeant domum: quum isti, qui à linea veritatis exorbitant, aliena soleant superinducere à doctrina Dei, idque fit per imposturam disciplinæ foris petitæ, ac si domui magnificæ aliam coaptent deteriorem.

d *In auribus.* HIER. Quasi diceret propheta, Hæc verba interioribus auribus audiui, quæ sunt domini exercituum.

e *Nisi domus, &c.* Pompa scilicet & structura hæreticorum verborum, & dialectica argumenta: Agricultura quoque & ædificatio hæreticorum eradicabitur; Et de denario & tricenario numero (in quo prophetauit Ezechiel, & dominus baptizatus est) redigentur ad ephi, qui ad comparationem multiplicis numeri vnione constringitur, quia de *vinea Sodomorum, vinum eorum, & vua eorum vua fellis.* (Ezech. 4. b. Luc. 3. c. Deut. 32. e.)

BASILIVS. Plerumque Dei iustitia futurum illud anticipat iudicium, & ædes prius numerosa hominum turba cultas, succedente licet luculento annonæ prouentu, eò tamen adducit, vt destituat habitatoribus: quod ædificatæ sint sumptibus per iniustitiam comparatis. (De ædificiis quę per iniustitias surgunt.)

f *Decem enim iugera.* HIER. Sterilitas terræ, quæ captiuitatem secutura est, ostenditur.

g *Va qui consurgitis.* IBID. q. d. Captiuitas imminet, vos tamen luxuriæ vacatis. vnde: *Va vobis.* Nostris quoque prælatis hęc dicuntur, qui de mane bibunt vsque ad vesperam, qui deliciis occupati, ex creaturis nō intelligunt creatorem, nec considerāt opera eius: *Va qui surg. ma. ad ebrietat.* &c. Omnis perturbatio animi, ebrietas est, quæ conficitur de vino furoris draconū, & veneno aspidum. Hoc multi bibunt, de mane vsq; ad vesperam i. ab adolescentia, vsque ad senectutem: Alij hora tertia, sexta, nona, vel vndecima suscitantur ab hoc vino. Et dicitur eis illud: *Expergiscimini qui ebrij estis à vino.* Super hoc vinum pluitur sulphur & ignis à domino: quicumque ergo ex eo biberit comburetur. vnde: *Vinum & siceram non bibetis, quando ingredimini in tabernaculum*: Requirunt citharam & psalterium, cuius repertor Tubal de stirpe Cain generatus: Hæc musica instrumenta rex Babylonis habuit, quibus populi prostrati in terram, adorabant statuam auream. Infelicissimi autem sunt qui ad senectutem gula & ebrietate, & diuersis voluptatibus occupati, non intelligunt in se opera domini. (Contra socordes & delicatos prælatos. Animi perturbatio. Ioel. 1. b. Leui. 10. Gen. 3. d. Abusus musicæ. Dan. 3. a.)

[Interlinear glosses: a Metaphoram exponit. Hoc faciam vineæ meæ, Vinea enim. b Decem tribus, vel totus populus. a Duæ tribus. b Quia separatis aliis tribubus postea pullulauit. c Comparatione Israel qui vitulos colebat, vnde prius captiuatus. d Dei. Vuas. a Labruscæ. b Susciperet. c Christum suspiciendo. d Tolle, crucifige eum. a Et deficiente terra, non impletur auaritia. a An propter vos solos tanta terra creata est. Aliis exclusis. Spatiose. a Adhuc sonantia. Aposiopesis. Q. d. Non requiescet ira mea. Nisi, &c. a Post captiuitatem. b In quibus delectamini. a Qui sacratus numerus est. b Centum viginti pedum in longum. Iugera vbi X. iuga boum operabantur. a Non plus. In quo baptizatur dominus. b Corus scilicet, qui Hebraice gomer. Qui solebant multiplicari, decrescent. a Nimia sterilitate. b Alias ephi. qui est mensura aridorum. Studiose. Hebraice, sicheram. a Ad omnia vitia. b In augmentum luxuriæ.]

[7] Vinea enim domini exercituum domus Israel est, & viri Iuda germen delectabile eius. Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: et iustitiam, & ecce clamor. [8] Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci. Numquid habitabitis vos soli in medio terræ? [9] In auribus meis sunt hec, dicit dominus exercituum. Nisi domus multæ desertæ fuerint grandes & pulchræ, & absque habitatore. [10] Decem enim iugera vinearum faciunt lagúculā vnām, & triginta modij sementis facient modios tres. [11] Væ qui consurgitis mane ad ebrietatē sectandā, & potandum vsq; ad vesperam, vt vino æstuetis. [12] Cithara & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vinea enim domi. &c. *in hoc ostenditur, quod parabola prædicta intelligitur de populo Israel: & sic est exposita.*

2 Et viri Iuda ger. del. *hoc potissimè dicitur pro Christo, quia erat de tribu illa secundum carnem nasciturus.*

3 Expectaui vt faceret iudicium, *iustam sententiam proferendo, quod pertinet ad iudices, quorum est iudicare.*

4 Et ecce iniquitas, *id est, iustitiæ inæqualitas: quia peruertebant iudicia in fauorem partis, & propter munera.*

5 Et iusti. *id est, opera iustitiæ in populo communi, viuendo iustè adinuicem.*

6 Et ecce clamor, *de iniuriis vnius contra alterum.*

7 Væ qui coniungitis. *Hic consequenter arguitur populi multiplex culpa. Et primò propheta arguit culpam & comminatur pœnam coniunctim, secundo prosequitur pœnam separatim, ibi:* Ideo iratus est. *Prima in tres: quia primo arguit populum de cupiditate, secundo de carnalitate, ibi:* Væ qui consurgitis: *tertio de superbia vanitate, ibi.* Væ qui trahitis, *& in qualibet parte comminatur pœnam. Circa primum dicit:* Væ qui coniungitis, &c. *Iudæi enim semper fuerunt ad auaritiam proni, & ideo in illo populo multi, per potentiam auferebant possessiones aliorum, & aliqui per fraudulentias.* (Diuisio. Iudæi auari.)

8 Nunquid habitabitis, &c. *q. d. videmini hoc quærere, & tamen terra fuit data à Deo filiis Israel communiter, pro habitatione pauperum sicuti & diuitum. Et subditur comminatio pœna, cùm dicitur.*

9 In auribus meis sunt, &c. *Quia exaudiuit iniustè oppressos ad vindicandum. Ideo subauditur clamor iniustè oppressorum.*

10 Nisi domus multæ desertæ, &c. *id est, sicut fuerant malè acquisitæ: hoc impletum est quando populus ductus fuit captiuus.*

11 Decem enim iugera vinearum facient, &c. *id est sicut vinea, & agri fuerunt malè acquisiti, ita efficientur steriles in pœnam. Est autem iugerum spatium terræ, quod par boum in die arare consueuit.* (Iugerum.)

12 Væ qui consurgitis mane. *Hic consequenter arguit populum de carnalitate, dicens.* Væ qui consurgitis mane, &c. *Sic enim solent facere illi qui fuerunt ebrij præcedenti vespere, eo quod in mane sunt sitibundi.*

13 Ad ebrietatem sectandam. *Sicut præcedenti, Ideo subditur.* (Ebrietas.)

14 Et potandum vsque ad vesperam. *Et quia ex tali potatione calefit caro, & inducitur ad luxuriam, & ad alia mala, scilicet ad rixas, & ad homicidia, & consimilia, Ideo subditur.*

15 Vt vino æstuetis, *Et potest teneri hic li vt, vno modo causaliter, quantum ad illos qui sic vacabant potationi, vt ad mala sequentia essent magis apti & proni: Alio modo consecutiuè, quia talia mala nata sunt sequi ex ebrietate etiamsi inebrians se inebriare non intendat.*

16 Cithara & lyra. *Ad excitandum luxuriam per dissolutionem.*

17 Et vinum, *scilicet forte & electum.*

MORALITER.

† feram doctrinam, quod iam pro magna parte factum est, quia multi doctores catholici & prædicatores Deo permittente, & diabolo procurante, magis student curiositati quam vtilitati. (Contra magistros curiosos.)

7 *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis.* Hic arguuntur aliqua mala in speciali. Et primò cupiditas possessionum & domorum, cum dicitur: *Væ qui coniungitis, &c.* quod frequenter contingit in Christianis principibus prælatis & religiosis. Et subditur debita pœna, cùm dicitur. (Contra cupidos & auaros.)

10 *Nisi domus multæ fuerint desertæ grandes & pulchræ, &c.* Hoc enim videmus frequenter accidere, quòd ædificia magna inique constructa propter ruinam sunt derelicta, & possessiones magnæ desertæ.

12 *Væ qui consurgitis.* Hic arguitur vitium carnalitatis & ineptæ lætitiæ, & patet sententia. Et subditur pœna cùm dicitur.

† I Propterea

a Et opus Domini. HIER. Arguit agricolas vineæ, qui imminente sterilitate, & vicino incendio quo vepres & spinæ sunt comburendæ, luxuriæ se & voluptatibus tradiderunt, non solum in vescendo & bibendo sed in aurium quoque oblectatione diuersis musicæ artis generibus: qui cum ista faciunt, opus domini non considerant, nec respiciunt quæ ventura sunt.

b Propterea, &c. HIERON. Hæc iuxta literam accidisse populo Iudæorum sub Vespasiano & Tito Romanis principibus, tam Græca quam Latina narrat historia. Quod quidem & spiritualiter hodie quoque patiuntur, sustinentes non famem panis neque sitim aquæ, sed famem audiendi sermonis Dei: quia nec respexerunt opus domini, neque habuerunt eius scientias qui semper loquutus est per prophetas; vnde in Psalmis dicitur de eis: *Conuertentur ad vesperam & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitates.* Quod autem omnis sermo doctrinæ, panis appelletur & aqua, illud docet euangelicum: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur ex ore Dei.* Et, *Quicumque biberit de aqua quam dedero ei, non sitiet in æternum.*

De deficientia prædicationis verbi Dei.

MORALITER. IBID. Quicquid de populo Iudæorum diximus ad eos qui deliciis sæculi occupantur, referamus. Qui non respicientes opera Dei, in peccatū ducuntur captiui, nec habent scientiam Dei, & pereuntes fame & siti operum & virtutum, detrahuntur in gehennam in perpetuum cruciandi, pro potentia, & superbia miserabiliter humiliati.

De eis qui in deliciis sæculi voluntantur.

PROCOPIVS. Quod infernum animam dilatasse ait, id vt eorum qui perierunt, cruciatus exprimeret, addit. Neque enim hunc animal quod in mortuos dilatetur existimandum est. Deinde cum os ei attribuit, locum quemdam in ipsis terræ visceribus caliginosum, peccati auctores descendentes excipientem significat.

Os inferni.

c Et pascentur agni. HIER. Iuxta historiam idem est quod supra, regionem vestram alieni deuorant coram vobis.

11. q. 3. c. væ quæ dicitis.

d Aduenæ. IBID. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. De toto enim orbe congregata gentium multitudo habitat in Iudæa, & eiectis prioribus populis, ideo ex parte cæcitas facta est domui Israel vt subintraret plenitudo gentium: Pulchreque iuxta LXX. direpti sunt atque vastati, & ducti in captiuitatem quasi tauri, de quibus dominus dixerat, *Tauri pingues obsederunt me*, vt loca taurorum occuparent agni.

Aeternū væ maledictionis inuenturū eum, qui bonos malos, & malos bonos dixerit. Æternum à patria exilium.

e Væ qui trahitis. Hæc ad principes Iudæorum, qui vaticinia prophetarum negligentes, peccatis peccata annectebant. *Væ qui trahitis.* Dicuntur hæc ad principes Iudæorum, qui sæpe ad pœnitentiam vocati, vsque hodie perseuerant in blasphemiis, & ter per singulos dies in omnibus synagogis sub nomine Nazaræorum anathematizant vocabulum Christianorum.

Matt. 21. d. Iudæi qualiter & quoties Christianorum vocabulū anathematizant.

[Textus]

a conuiuiis vestris, & opus domini non respicitis, nec [1] (a vos ipsos, quare creati sitis: vel, quod dominus facturus est vobis, præuidere negligitis.)

b opera manuum eius cōsideratis.[13] Propterea captiuus [2] (Ergo.) (a A Romanis, vel diabolo. b Quia noluit habere. c Futurorum, vel præsentium.)

ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, [3][4] (a Gehennæ. Reali, vel verbi Dei. Non in solo pane viuit homo.)

& nobiles eius interierunt famē, & multitudo eius siti [5] † (a Realiter, vel doctrinæ. Super aquā refectionis edu. me. b Supra dicta. c Vt multitudinē recipiat. d Affectum deuorandi, non quod habeat animam, sed secundum humanam consuetudinem dicitur.)

exaruit.[14] Propterea dilatauit infernus animām suā, & [6] (a Insatiabiliter.)

aperuit os suū absque vllo termino, & descēdent fortes (Populi. a Superbi. Nobiles. Infernum. b Tunc. c A superbia.)

eius, & sublimes eius, gloriosiq; eius ad eū.[15] Et incuruabitur [7] (a Minores, quia intelligent se mortales, qui modo efferuntur tanquam nunquam morituri. b Maiores. c Elatorum.)

uabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium (a Cum supradicta impleta fuerint. b Qui despiciebatur. Qui iniustus videbatur. c Nolite ante tempus iudicare. Iustus es domine, rectum iudicium. Iusto.)

deprimētur.[16] Et exaltabitur dominus exercituū in iu- [8] (a In se. b Sanctus apparebit. Sanctificetur nomen tuum. c Facta. d Tunc. Illis remotis. Doctrina patris.)

c dicio, & Deus sāctus sanctificabitur in iustitia.[17] Et pa- [9] (a Electi, mansueti. b Capacitatem. c Scripturas à Iudæis desertas. d Spiritualis intelligentiæ. Non hædi.)

scētur agni iuxta ordinē suū, & deserta in vbertatē ver- † [10] (a Gentes.)

d e sa aduenæ comedent.[18] Væ qui trahitis iniquitatem [11]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et opus domini non respicitis. *Nihil agendo ad eius honorem siue obsequium, cum tamen ab eo habeatis abundantiam temporalium.*

2 Nec opera manuum eius consideratis, *scilicet qualiter puniuit acriter vitium carnalitatis, propter ipsum mundum diluuio submergendo, Gen. 7. & quinque ciuitates igne, & sulphure succendendo, Gen. 19. Consequenter subditur pœna cùm dicitur.*

Pœna vitij carnalitatis.

3 Propterea captiuus ductus est populus meus, *id est, ducetur: Isaias enim loquebatur de futuro, per modum præteriti, propter certitudinem euentus.*

4 Quia non habuit scientiam. *Applicando ingenium suum ad diuinum obsequium, & ad iudicia sua considerandum in punitione carnalitatum, vt dictum est.*

5 Et nobiles eius interierunt fame, &c. *Quia in obsidione ciuitatis sub Sedecia defecerunt omnino victualia, vt habetur 4. Reg. 25.*

6 Propterea dilatauit infernus animam suam, &c. *Id est capacitatem suam: & est locutio metaphorica, quia infernus non habet animam propriè loquendo. Accipitur autem infernus in scriptura dupliciter; Vno modo pro fossa, vbi ponuntur mortuorum cadauera: Alio modo pro loco, vbi descendunt anima damnatorum ad purgandum; & generaliter illorum, qui non admittuntur statim ad gloriam. Et quia tunc nullus ad eam admittebatur quantumcumque iustus, ideo tunc omnes mortui, quantùm ad animas, ad infernum descenderunt, & corpora eorum partim fuerunt sepulta, & partim in fossatis projecta & putrefacta; & sic infernus vtroque modo hic accipitur. Cætera patent vsque ibi,*

Infernus accipitur in scriptura dupliciter.

7 Et incuruabi. homo, & humiliabitur, &c. *id est deiicietur totaliter à sua superbia.*

8 Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio, *id est per hoc, quòd iudicium prædictum faciet de peccatoribus, manifestabitur celsitudo ipsius.*

9 Et pascentur agni, *id est, comedentur agni filiorum Israel ab hostibus, vt ponunt doctores nostri.*

10 Et deserta in vbertatem versa aduenæ comedent, *hostes scilicet, quia non solùm comederunt Babylonij animalia Iudæorum, sed etiam terræ nascentia. Rabbi Salomon ad contrarium sensum exponit istam literā sic: Et pascentur agni, id est iusti, quia filij Israel ducti in Babylonem habebant victum sufficientem secundum ordinem suum, id est secundum sui status decentiam. Hoc de Daniele patet & sociis eius, Dan. 1. & de Ioacim rege 4. Reg. vlt. Et idem est dicendum de aliis iustis, saltem pro maiori parte. Et deserta in pinguedinem versa, id est, domos peccatorum pinguibus plenas. Aduenæ comedent, id est, iusti de Israel inter Gentiles, vt aduenæ habitantes. Sed melius videtur intelligi de filiis Israel reuersis de captiuitate Babylonica, vt sit sensus, Deserta in pinguedinem versa, id est, fructus terræ Israel, quæ fuit deserta tempore captiuitatis, quia mansit inculta, & ideo quando incepit coli à reuertentibus de captiuitate, protulit fructus vberiores & meliores.* Aduenæ comedent, *id est filij Israel de captiuitate reuersi, qui fuerant aduenæ in Babylone.*

Tres expositiones vers. 17.

11 Væ qui trahitis iniquitatem. *Hic consequenter propheta arguit*

MORALITER.

† 3 *Propterea captiuus ductus est populus meus.* Dicitur enim quòd ante captionem Achon, talia vitia vigebant ibi, & in aliis locis pluribus captis à Sarracenis.

4 *Quia non habuit scientiam,* scilicet practicam bene operandi.

5 *Et nobiles eius interierunt fame,* in carceribus reclusi.

† *Et multitudo eius siti exaruit,* propter labores magnos & duros à Sarracenis sibi impositos.

6 *Propterea dilatauit infernus animam suam,* hoc dicitur ad significandum damnatorum multitudinem, Matth. 7. b. *Lata est porta & spatiosa via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.* Et quia sicut mali puniuntur, ita iusti præmiantur, Ideo subditur,

Multitudo damnatorum.

9 *Et pascentur agni,* id est innocentes, in pascua cælesti.

† *Iuxta ordinem suum,* id est secundum qualitatem meritorum.

10 *Et deserta in vbertatem versa aduenæ comedent,* id est scripturam veteris testamenti à Iudæis, quantum ad intellectum sanum desertam, Gentiles comedent per spiritualem intelligentiam. Consequenter arguitur superbia malorum Christianorum, cùm dicitur:

11 *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Superbia namque trahit post se multa peccata: propter quod dicitur *initium omnis peccati,* vt dicitur Ecclesia. 10. b.

Superbia initiū omnis peccati.

a *In funiculis vanitatis.* HIERON. In quibus erant quibus dixit dominus: Exite. Vacca quoque rufa (*cuius cinis expiatio populi eſt* Num. 19.) nec iugum traxit, nec funiculis fuit alligata. Achitofel quoque & Iudas, quorum alter Dauid, alter Chriſtum prodidit, longo fune trahentes peccata, ſuſpendio periere: tanquam malum conſcientiæ poſſent præſenti morte finire, putantes poſt mortem nihil eſſe. *Funes peccatorum circumplexi ſunt me.* Et, *Funibus peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur.* Merito iniquitas in funiculis vanitatis trahitur, quia peccata peccatis facile connectuntur, & inania ſunt, vt fila aranearum; Sed ſi exire voluerimus, tanquam ſolidiſſimis vinculis tenemur.

BASILIVS. Exemplum huius ſententiæ. Sit aliquis propenſus ad lubricitatem explendam. Obſerua per quot ſibi aſciſcit peccatum luxuriæ, primum corpus ſuum componit; Crines hoc modo ei circuntondentur, taliter verò veſte amicitur. Per hæc oſtentat ambitioſam & ſuperfluam curam ac ſtudium ſuæ vænuſtatis. Deinde ſuppeditat pecunias, vt redimat fruitionem pulchritudinis ſcorti. Verba adornat, compotationes, & conuiuia. His omnibus ſibi accerſit flagitium proſtitutæ pudicitiæ. Hic eſt qui attrahit peccatum in funiculo longo.

AVGVS. in Pſ. 108. In modum funis qui ex pluribus minimis creſcit in multum, peccata ſemper tanquam longo fune tenduntur.

b *Feſtinet, &c.* PROCOPIVS. Diuinam iram prouocabant his verbis, prophetarum minas, & ſaluatoris ipſius eaſdem inculcãtis, magna perfidiæ contumacia in ſuam perniciem inuocantes. Inde quidam propheta imprecatur his verbis, *Væ deſiderantibus diē domini.*

c *Væ qui dicitis.* HIERON. Hoc ſpecialiter cõtra Iudæos, qui Barrabam elegerunt, Chriſtum condemnauerunt. Generaliter ad omnes qui iniuſtum iuſtificant, iuſtum condemnant. *Malum, tenebras, amarum,* in ſimili ſignificatione & figura ponuntur. In Barraba diabolum intelligimus, de quo: *Libera nos à malo.*

a in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri, peccatum.[19] Qui dicitis: Feſtinet, & citò veniat opus eius, vt videamus, & appropiet & veniat conſilium ſancti Iſrael, & ſciemus illud.[20] * Væ qui dicitis malum bonum & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.[21] Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.[22] Væ qui potentes eſtis

(Interlinear: a Vinculum peccati. — Corrigiam ſecundum LXX. — b Peccatis onerati. — a Væ vobis. — b Non putatis iram Dei venturam, ſed prophetias fruſtra minari. — a Captiuitas, quam prædicitis vos prophetæ. — b Si verum ſit. — a Quod vos ſoli contemplamini. — b Qui modo non credimus. — a Conſilium. b Mortificant animas, quæ moriuntur, & viuificant, quæ non viuunt. — c Iniuſtum. — Barrabam. — Diabolum. — d Iuſtum. — Chriſtum. Ego ſum paſtor bonus. — a Diabolum, qui eſt nox & tenebræ, transfigurat ſe in angelum lucis. vnde: Quæ ſocietas lucis ad tenebras? — a Chriſtum: Ego ſum lux mundi. — b Falſitatem. — a Veritatem. — a Superbi cordis. — b Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. — a Vnde ſupra: Væ qui conſurgitis mane ad ſectandam ebrietatem. — b Potentior iudicatur magis ebrioſus.)

ALLEGORICE. IBID. *Væ qui dicitis,* &c. Omnia dogmata veritati contraria, amara ſunt; veritas dulcis. Cauendum eſt ergo ne pro veritate ſequamur mendacium, pro luce tenebras. *Multæ viæ videntur rectæ & nouiſſima earum in inferno. Eſt iuſtus qui perit in iuſtitia ſua.* Cui dicitur: *Ne ſis nimis iuſtus.* vnde, *Non declinabimus ad dexteram neque ad ſiniſtram.* Difficile enim vitamus hoc maledictum, cum malis adulemur propter potentiam, & bonos deſpiciamus propter inopiam. vnde Aquila ſignificantius. *Væ qui dicitis malo, bonus es: & bono, malus es.* Scribæ quoque & Phariſæi verba ſaluatoris non recipientes, ſed traditiones hominum & fabulas aniles, fecerunt bonum malum, & malum bonum.

d *Væ qui ſapientes eſtis.* IBIDEM. Deſpecta Dei ſapientia, de veſtra apud vos extollimini. Sapientia eſt diuinarum humanarumque cognitio rerum. Prudentia tantum eſt humanarum ſecundum Stoicos. Hæc contra Scribas & Phariſæos, qui habent clauem ſcientiæ, nec intrant ad Chriſtum nec permittunt intrare.

BASILIVS. Sapiens apud ſemetipſum eſt, quicumque proprio ſenſu vtitur, & non ſecundum fidem verba Dei loquitur. *Væ qui ſapientes.*

RVPERTVS. Sexies hoc capitulo væ ſpiritusſanctus per prophetam clamat. *Væ qui coniungitis domum. Væ qui conſurgitis mane.*

Væ.

NICOLAVS DE LIRA.

guit populum de peccato ſuperbiæ, quæ trahit hominem ad alia peccata, ſecundum quod dicitur Eccl. 10. b. Initium omnis peccati ſuperbia. *Et hoc eſt quod dicitur:* Væ qui trahitis iniquitatem, *vobis aggregando eam.*

1 In funiculis vanitatis, *id eſt ſuperbiæ, quæ eſt occaſio omnium aliorum peccatorum, vt dictum eſt.*

2 Et quaſi vinculum plauſtri peccatum, *id eſt procedendo vlterius ad peccata grauiora. Vinculum enim plauſtri eſt groſſius quam funiculus, & ſic per hanc ſimilitudinem deſignatur, quòd ſuperbia primò eſt occaſio peccatorum minorum, & poſtea maiorum, & ſic erat in populo regni Iudææ, intantum quod inciderat in errorem circa diuinam prouidentiam, tenendo quod Deus non haberet prouidentiam, de iſtis inferioribus, nec, per conſequens, inferret propter ea, quæ fiunt hîc, aliquam pœnam, ideo ſubditur.*

3 Qui dicitis, *diuinam iuſtitiam deridendo.*

4 Feſtinet & cito veniat, &c. *propheta enim comminabatur eis pœnam à Deo inferendam pro malis ſuis. Et ipſi deridendo reſpondebant.* Feſtinet & cito veniat opus eius, *id eſt, pœna quã comminamini nobis, quaſi dicant, nõ timemus eam. Vnde de ipſis dicitur Ezec. 19. d.* Dixerunt: dereliquit dominus terram, & non videt nos. *Et ex hoc errore ceciderunt vlterius in aliud malum, dicentes quod cultus diuinus non erat alicuius valoris hominibus. Hoc enim ſequebatur ex eo, quòd ponebant Deum non habere prouidentiam de humanis actibus, & econtrario cultum idolorum dicebant eſſe bonum, quia in illis dabantur aliquando reſponſa hominibus de agibilibus, & tanquam eſſet ibi aliquid numinis habens prouidentiam de actibus humanis, & hoc eſt quod dicitur.*

5 Væ qui dicitis malum, *id eſt cultum idolorum.*

6 Bonum, *id eſt cultum idolorum.*

7 Et bonum. *ſ. diuinum cultum, qui eſt bonus ſecundum veritatem.*

8 Malum, *id eſt, eſſe nullius vtilitatis.*

9 Ponentes tenebras, *erroris.*

10 Lucem, *ſcilicet veritatis.*

11 Et lucem, *ſcilicet fidei.*

12 Tenebras, *eſſe ignorantiæ.*

13 Ponentes amarum, *id eſt idololatriam, quæ ducit ad gehennæ amaritudinem.*

14 In dulce, *tanquam per eam homo conſequatur optatum finem.*

15 Et dulce, *id eſt, ipſam latriam quæ coniungit ſummo bono.*

16 In amarum, *quod ſit ibi labor inutilis, & expenſa, & ex hoc ſequebatur, quod iſti ſic errantes ſuam ſcientiam præferebant notitiæ prophetarum contrarium aſſerentium, ideo ſubditur.*

17 Væ qui ſapientes eſtis, *id eſt cognoſcentes diuina, non ſecundum veritatem, ſed tantum ſecundum opinionem veſtram: ideo ſubditur.*

18 In oculis veſtris, *ſcilicet, & ſicut ſe æſtimabant ſcientes circa diuina, ita & circa humana, falſo tamen, ideo ſubditur.*

19 Et coram vobiſmetipſis prudentes, *Prudentia enim eſt propriè circa agibilia humana. Ex prædictis autem erroribus ſequebatur, quod abſque vllo timore implicarent ſe peccatis carnalibus, ideo ſubditur.*

20 Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, *De hoc enim iactabant ſe, quòd vnus poterat tantum bibere, quantum plures alij, & ſic poterant eos inebriare.*

1 Qui

MORALITER.

3 *Qui dicitis,* deridendo pœnas ſcriptas, & prædicatas pro peccatis reddendas.

4 *Feſtinet & cito veniat opus eius, vt videamus, & appropiet:* Peccatores enim obſtinati non timent talia.

5 *Væ qui dicitis bonum malum, &c.* Hoc enim faciunt aduocati mali, falſas cauſas ſcienter ſuſtinendo, & legitimas impugnando.

17 *Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.* Iſti ſunt vani doctores relinquentes vtilia, & curioſa docentes.

20 *Væ qui potentes eſtis,* iſti ſunt ebrioſi.

5 Væ — Qui

Væ qui trahitis. Væ qui dicitis malum, &c. Væ qui sapientes, &c. A Væ qui potentes, &c. Duo væ præterea sunt subaudienda, in his duabus iræ sententiis, Qui dicitis, festinet, & Qui iustificatis impium, &c. Planè hæc omnia de cantico sunt, quod dilecto suo cantare proposuit: quæ & malis decantat agricolis, id est, interfectoribus eiusdē dilecti Scribis & Pharisæis. Testificatur ipse dilectus, qui cantata sibi ab ipso propheta totidem væ, id est, octo, recantat, cum dicit post parabolam de vinea: Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui clauditis regnum cælorum, &c. Væ vobis hypocritæ qui comeditis domos viduarum, &c. Væ vobis qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum, &c. Væ vobis duces cæcorum qui dicitis, Quicunque iurauerit per templum, &c. Væ vobis hypocritæ, qui decimatis mentham, &c. Væ vobis hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis, &c. Væ vobis hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, &c. Væ vobis hypocritæ, qui ædificatis sepulchra mortuorum.

Conuenire Isaiam cū Christo Domino in numero væ quæ vtrique genti peccatrici dixerunt. — Matt. 23.

a Ad bibendum vinum, &c. ALLEG. HIERON. Vinum quodlibet vitium; Ipsi enim ebrij inebriant populos, vt bacchantes contra dominum clament. Sacerdotes ingressuri tabernaculum non debent vinum bibere & siceram, nec Nazarei, quibus nec vua passa, nec acetum ex vino datur. Vnde: Noli vinum dare regibus ne scilicet obliuiscatur sapientiam, ne qui plus possunt ceteris, vitiis, & iræ præcipuè subiecti, noceant. Miscet autem siceram, qui cum ebrietate plenus sit, vmbras quasdam & imagines virtutum mentitur.

Leui. 10. b. Num. 6. a. Prou. 31. a. Contra ebrietatem. — * Infr. 9. c. & 10. a.

b Ebrietatem. IBID. Vinum continet omne vitium. Ebrietas (quæ Hebraicè sicera) significat omnia quæ statum mentis euertunt. Ex abundantia panis & vini peccatum Sodomorum creuit.

c Qui iustificatis impium pro muneribus. IBID. Suprà dictum est, quia pro vuis attulerunt spinas, & fœnum, & ligna, & stipulas, & vepres arsuros: quia non tantùm ista fecerunt, sed & legem abiecerunt, & eloquium Dei blasphemauerunt. De quibus: De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem.

(a Draconis. b In hoc fortitudinem vestram iactantes.) a ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscenb dam ebrietatem. [23] Qui iustificatis impium pro c (a Iustitiam habere dicitis. a Non causam pensantes, sed munera. b Quod iustè ei iudicaretur. c Propter prædictas iniquitates.) muneribus, & iustitiā iusti aufertis ab eo. [24] Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & d calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fa- (a Ignis æterni. b Opus malum. c Non sic impij non sic, sed tanquam pulius quem proiicit, &c.) uilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. (a Et merito, abiecer. e. b Nouam s. euangelij.) Abiecerunt enim legem domini exercituum, (a Ideo. b Iidem. Quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.) et eloquium sancti Israel blasphemauerunt. (a Propter peccata principum. b Vindicta. Domine non in furore tuo arguas me. Et Ieremias: Corripe me domine in iudicio, & non in furore. c Ante in patribus. Iacob funiculus hæreditatis eius.) e [25] Ideo iratus est furor domini in populo suo, & f (a Percussurus. b Filium. vnde, Brachium domini cui reuelatum est. Et alibi, Manus domini tetigit me. c Populum.) extendit manum suam super eum, & percussit g (a Populum. Inde. Hyperbolycè, præ magnitudine malorum.) eum. Et conturbati sunt montes, & facta sunt (a Prostrata à Romanis.) morticina eorum quasi stercus in medio pla- (Sed. Quia illi non sunt conuersi.) tearum. * In his omnibus non est auer- (a Potentia percutiendi. b Tanquam adhuc percussura.) sus furor eius, sed adhuc manus extenta.

IRENÆVS lib. 4. c. 5. Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui cœpistis à tempore legis contemnere Deum, diligere munera, absoluere nocētes, innocentes opprimere: vnde nunc in maximo omnium crimine, vestra non trepidauit audacia, cum Christum dominum morte sæuissima multastis, nocentem Barrabam liberastis.

Summa Scribarum & Pharisæorum malitia.

d Radix eorum. HIER. Praua cogitatio, ex qua procedit opus tanquam germen. Vnde Apostolus: Ne qua radix amaritudinis sursum germinans, &c.

Hebr. 12. d.

e Ideo iratus. HIER. Notandū, quod non exprobrat idololatriam, & cetera peccata, sed quod abiecerunt legem euangelij, & blasphemauerunt sanctum sermonem domini: Qui iratus fuerat contra principes & potentes, qui erant sapientes sibi & munera sequentes; quos deuorauit lingua ignis, vt potentes potenter tormenta patiantur.

Blasphemia non idololatria Iudæis imperatur.

f Iratus est. IDEM. Non quòd humanis subiaceat passionibus: sed qui delinquimus, nisi dominum irascentem audierimus, non timemus. Vnde: Patientia Dei ad pœnitentiam te adducit: tu autem secundum duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ.

Sap. 6. a. — Rom. 2. a.

g Et percussit, &c. IBID. Futura quasi præterita dicit prophetali certitudine. vnde: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea po. &c.

Psal. 68. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui iustificatis impium, dando sententiam iniquam pro eo contra iustum pauperem. Consequenter propter prædicta subditur debita pœna, cùm dicitur,

2 Sicut deuorat stipulam lingua ignis. In Hebræo & in libris correctis habetur: Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis. Quando enim ignis modicum tangit stipulam, quasi lambendo statim exuritur: Et sic dicit propheta, quod pœna prædictorum peccantiū citò veniet à Deo, ideo subditur.

3 Sic radix eorum quasi fauilla erit, Id est totaliter exterminabitur sicut arbor cuius radix est totaliter incinerata.

4 Et germen eorum. Id est, proles eorum.

5 Vt puluis ascendet, quia sicut puluis eleuatus in aere per ventum ad alium locum dispergitur, sic filij eorum extra terram suam fuerunt ducti in captiuitatem. Cuius causa adhuc repetitur in generali, cùm dicitur:

6 Abiecerunt enim legem domini, eam absque timore transgrediendo.

7 Et eloquium sancti Israel. Id est, ipsius Dei: quod per prophetas eis mandabat.

8 Blasphemauerunt, verba eorum deridendo, secundum quod habetur 2. Paralip. 45.

9 Ideo iratus est, Hic consequenter propheta comminatur pœnam populi separatim. Et primò pœnam quæ præcessit captiuitatem Babylonis: Secundò pœnam huius captiuitatis, ibi: In his omnibus. Circa primum dicitur: Ideo iratus est furor domini, propter peccata prædicta. In populum suum: id est contra regnum Iuda, vbi erat templum domini.

Diuisio.

10 Et extendit manum suam super eum, multipliciter affligendo populum & principes per reges Assyriorum & Babylonis ante captiuitatem Babylonicam, vt patet 4. Regum & 2. Paralip.

11 Et percussit eum, scilicet populum.

12 Et conturbati sunt montes, id est, principes: nam & Manasses rex Iuda tunc fuit captus, & catenatus ductus extra terram suam per regem Assyriorum, vt habetur 2. Paralip. 33. Et similiter Ioathan filius Oziæ per regem Aegypti 4. Reg. 23.

Regum Iudæ calamitates & infœlices exitus.

13 Et facta sunt morticina eorum, quasi stercus in medio platearum, quia Iechonias rex Iuda fuit occisus, & cadauer eius extra muros Ierusalem proiectum, sicut dixerat Ieremi. de eo. 22. ca. e. Sepultura asini sepelietur, & ita fuit de pluribus aliis.

14 In his omnibus, Hic consequenter describitur pœna Babylonicæ captiuitatis, cùm dicitur: In his omnibus, id est, ex pœnis prædictis à Deo illatis.

15 Non est auersus furor eius, quia ex pœnis illis populus non fuit emendatus: sed magis obstinatus in malo, vt patet ex 4. Reg. & 2. Par. ideo subditur:

16 Sed adhuc manus eius extenta, ad puniendum populi obstinationem per exercitum regis Babylonis, ideo subditur:

1 Et

MORALITER.

† 1 Qui iustificatis impium, &c. Isti sunt iudices iniqui.

† Propter hoc, Hic ponitur pœna pro prædictis, cùm dicitur: Propter hoc sicut deuorat stipulam, &c. quia prædicti malefactores sunt digni pœna infernali, & etiam imitatores eorum, ideo subditur:

4 Et germen eorum, &c. Et subditur causa cùm dicitur:

6 Abiecerunt enim legem domini, scilicet euangelicam, quæ tradita est immediatè à domino Iesu Christo: propter quod multi Christiani ab infidelibus grauiter sunt afflicti in terra sancta & aliis locis pluribus, prout frequenter superius expressum est. Sed quoniam adhuc restat maior tribulatio Antichristi tempore futuro sequitur:

Christiani puniti propter sua peccata.

14 In his omnibus non est auersus furor eius sed adhuc, &c.

a ¶ Quia eloquium domini blasphemauerunt. b ¶ Vocationis, quo congregabit Romanos contra Iudæos. c ¶ Romanorum. d ¶ Hoc est signum. e ¶ Inspirabit.

[26]Et eleuabit signum in nationibus procul, et sibilabit
a ¶ Romanum exercitum congregandum. b ¶ Percepto signo. c ¶ Non sua, sed Dei tractus potentia.
ad eum de finibus terræ: & ecce festinus veniet velo-
a ¶ Hyperbolice. b ¶ Tanto itinere aliquis. c ¶ Vt videtur pro desiderio efficiendi. d ¶ Exercitu. e ¶ Ardore præliandi.
citer.[27]Non est deficiens neq; laborans in eo: nō dormitā-
a ¶ Nocte, vt semper parati sint.
bit, neque dormiet, neque soluetur cingulum renum
a ¶ Vetustate, Plus solito durabunt omnia.
b ¶ Qualitas armorum describitur.
eius, neq; rumpetur corrigia calceamēti eius.[28]Sagittę
a ¶ Non remissi.
eius acutę, & omnes arcus eius extēti. Vngulę equorū
a ¶ Infatigabiles. b ¶ Curruum.
eius vt silex, & rotę eius quasi impetus tēpestatis.[29]Ru-
a ¶ Metaphora; Non tam ad pugnandum quam ad prædandum, & deuorandum sicut leo venict.
gitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonū. Et frendet
a ¶ Iudæos, & sua. b ¶ Cupide.
& tenebit prædam & amplexabitur, & non erit qui
a ¶ Strepitus victorum.
eruat: [30] & sonabit super eum in die illa, sicut sonitus
a ¶ Tunc. ¶ Compatiendo adiungit se populo suo propheta. ¶ Qui modo superbi.
b ¶ Desperatio.
maris. Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribula-
a ¶ Spei quam in domino habuimus. b ¶ Tribulationis.
tionis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

(Marginal numbers 1–16.)

☞ a *Et sibilabit ad eum de finibus terræ, &c.* HIER. Hebræi hunc locum de Babyloniis intelligunt: Nos autem consequentia attendentes Romanos intelligimus, qui in finibus terræ commorantur. Vnde talia, eò quòd ibi Hesperus occidat, olim dicta est Hesperia. Si enim de Babyloniis sermo esset, prophetali consuetudine dixisset: Vocabo eum qui est ab aquilone, eò quòd iuxta Iudææ situm Assyrij atque Chaldæi in Septentrionali plaga sunt: Vel apertius Babylonios Assyriosque demonstrasset.

Expeditio quæ hic describitur, est illa quam instruxerūt Romani ad excidium Ierosolymæ

✠ IDEM Ibidem. Nunc igitur dicendo, *leuabit signū in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ:* gentes longè positas significat, & quæ in terræ finibus commorantur, haud dubium quin Romanos, & omnes Italiæ, Galliarūque & Hispaniæ populos qui sub Vespasiano & Hadriano, Romano imperio subiacebant. Describit ergo sermo diuinus velocitatem venientis exercitus qui non sua, sed domini venerit voluntate; imò attractus sit, & sibilo illius prouocatus: quod non defecerit, nec tanto itinere laborauerit, & cupiditate prædandi somnum oculis non admiserit, calceamenta quoque illius non sint attrita: sagittariorum multitudinem, equitum turmas, curruum quadrigarumque feruorem: quod instar leonis non tam ad pugnandum quàm ad prædandum & vorandum venerit: & vlulatus vincentis exercitus marinis fluctibus comparatur. Ex quo notandum, vbicumque sonitus maris in scripturis appellatur, quid significat. Cum igitur venerit Romanus exercitus & tenuerit prædam, & non fuerit qui eruat: propheta compatientis affectu, se iungit populo, & ait.

Et Del imperio suscepta est prædicta expeditio.

b *Aspiciemus.* Non ausi respicere cælum, cuius habitatorem Deū offendimus, & lux nostra quam semper habebamus in Deo, tribulationum caligine obscurata est.

✠ BASILIVS. Iuxta sententiam hanc videri possit sermonis contextus prædicere Romanorum exercitum, qui post venit aduersus Ierusalem extrema illa obsidione. In eo enim procinctu bellico formæ militares & delectus legionum complebantur ex gentibus, tum è longinquo acciti, tum è vicino nempe ex his quæ circa Syriam & Arabiam. Aliæ insuper nationes quæcūque adiacent Iudææ à Romanis ad militiam conscribebantur. Porro signum illud ex composito in commune depromptum eleuatum est in nationibus, hoc est signum crucis Christi, qui per eam declaratus est & designatus. Et quidem gentes ad fidem accitæ sunt, Ierusalem vero subuersione est adæquata solo. Sanè illi ità cito & velociter veniebant, tanta cum propensione & alacritate ad id bellum proficiscebantur; vt eis in obliuionem veniret ratio parandi commeatus; ne opperirentur quidem erogationem auctoramenti, seu tesseram militarem: non item laxamentum vllum aut refocillationem desiderabant, & nec se exuebant militari habitu.

Expeditio Romanorū contra Ierusalem sub Tito qualis fuerit.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Eleuabit, *id est faciet eleuari.*
2 Signum, *id est, vexillum, ad congregationem bellatorum.*
3 In nationibus procul, *quia ex longinquis partibus venit ille exercitus contra Ierusalem.*
4 Et sibilabit ad eum de finibus terræ, *id est, faciet eum venire.*
5 Et ecce velociter, &c. *quia ille exercitus, quamuis fuerit valde magnus, tamen fuit in breui tempore congregatus: & citò venit ad Ierusalem, quia non fuit impedimentum in via. Quod declarat consequenter, dicens:*
6 Non est deficiens neque laborans in eo. *Et tanta enim voluntate veniebant contra Ierusalem, quòd quasi non sentiebant laborem, & sic tollitur impedimentum lassitudinis.*

Exercitus properans ad excindendam Ierusalem.

7 Non dormitabit, *id est, cum magna solicitudine festinationis veniet, & sic tollitur impedimentum pigritiæ.*
8 Neque soluetur cingulum renum eius, *& sic tollitur impedimentum, quod aliquando prouenit in exercitu ex dissipatione armorum ad sustinendum: Similiter & impedimentum armorum ad inuadendum, cum subditur:* Sagittæ eius acutæ: *Similiter tollitur impedimentum, quod aliquando prouenit ex defectu equorum, cum dicitur:* Vngulæ equorum eius, vt silex. *q. d. in via non lædentur, quamuis cum festinatione veniant.*
9 Et rotæ eius, *id est currus eius, in quibus pugnabant antiquitus.*
10 Quasi impetus tempestatis, *id est terribiles, ad modum tempestatis, cui non potest resisti humana virtute.*
11 Rugitus eius, *q. d. non flectetur misericordia: vnde & rex Babylonis filios Sedeciæ regis occidi fecit in eius oculis, & postea oculos eius eruit, & nobiles de regno Iuda captos occidit 4. Reg. vlt. Sedeciam autem exoculatum duxit ligatum in Babylonem, & populum terræ captiuum, vnde subditur:*

Chaldæorū crudelitas.

12 Et frendet, *per iracundiam.*
13 Et tenebit prædam, *quia nec à Deo, nec ab homine fuerunt de manibus eius saluati.*
14 Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris, *quia in tanta destructione fuit magnus clamor & terribilis, tam ex parte Babyloniorum se ad cædem populi exhortantium, quàm ex parte morientium, & aliorum in captiuitatem ductorum, ideo subditur:*
15 Aspiciemus in terram, & ecce, *præ confusione non potentes oculos sursum leuare, & associat se propheta cum eis, eò quòd erat pars illius populi, quamuis mortuus fuerit diu ante istam captiuitatem, scilicet tempore Manasse regis vt dictum est supr. cap. 1.*
16 Et lux obtenebrata est in caligine eius, *quia tribulatio illius captiuitatis fuit tanta, quod tota gloria quæ fuerat in populo Israel, videbatur simpliciter extincta.*

☞ CAP.

MORALITER.

† 1 *Eleuabit signum in nationibus procul, &c.* id est eleuari permittet, scilicet ad congregandum exercitum Antichristi de diuersis partibus mundi.
5 *Et ecce festinus ven. velociter,* nam in breui tempore vltra humanam æstimationem aggregabitur sibi multitudo magna & ab bellum expedita, ideo subditur:
6 *Non est deficiens neque laborans, &c.*

† In auro

CAPVT VI.

A IN anno, &c. HIER. in comment. & ep. ad Damas. to. 3. de hac vis. Ozias ipse est Azarias, qui cum temerè sacrificium offerret, lepra percussus est: Eo regnante prædicta visa sunt; quo mortuo Isaias vidit dominum sedentem super solium excelsum. Morali. Dum enim Rex leprosus, id est diabolus, regnat in nobis, nec dominum in sua maiestate videre, nec mysteria Trinitatis possumus agnoscere: sic filij Ierusalem mortuo Pharaone ad dominum potuerunt clamare; Ezechiel mortuo Phacea pessimo principe, cadens in faciem excelsa voce clamat ad dominum.

4.Reg.15.a. Nil boni agimus dũ in nobis regnat diabolus. Exod.1.b. Ezec.44.a.

b *Rex Ozias.* Rex, scilicet leprosus, qui sacerdotium, vsurpauit.

2.Par.16.c.

c *Vidi Dominum.* Christum, scilicet, vnde Ioã. *Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius.* Et Paulus in Actibus Apostolorum: *Bene locutus est Spiritusſanctus per Isaiam: Aure audietis & non intelligetis, & videntes, videbitis, & nõ perspi. &c.* Visus est filius in habitu regnantis; Locutus est Spiritusſanctus propter consortium maiestatis, vnitatemque substantiæ. *Deum nemo vidit vnquã,* scilicet oculis carnis. Potest autem quis cum videre oculis cordis, sicut vidit Isaias, vnde: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Vel certè non in natura sua, sed in subiecta creatura visus est à Prophetis.

Ioan.12.f. Act.18.f. Quomodo videri possit Deus? Ioan.1.b. Matth.5.d.

EVSEBIVS lib. 7. de demonstr. ca. 1. Hoc caput simillimum est initio Euangelij Ioannis: *In principio erat verbum.* Nam sicut postquam demõstrauit Deum rerum omnium effectorem & auctorem, *Et verbum caro factum est:* ita Isaias, vbi describit Deum sedentem super solium excelsum, dicit cap. septimo illa verba: *Verbum caro factum est.* Quid enim aliud sonat: *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel?* Quid aliud sonat: *Emmanuel,* quàm, *verbum caro factum est?*

d *Super solium excelsum, &c.* HIER. in exposit. huius visi ad Damas. Qui videt Dominum regnantem in cœlestibus virtutibus, videt eum super solium excelsum & eleuatum, quæ sunt throni & domi. &c.

MORALITER IBID. Daniel vidit Dominum sedentem, sed non super solium excelsum; Et alibi dicitur: *Sedebo, & iudicabo populum in valle Iosaphat.* Qui peccator est, videt Dominum sedentem in valle Iosaphat, id est, iudicij: Iustus vt Isaias super solium excelsum. Dum consideras quomodo humana dispensat, & pro nostra salute descendit ad terras, vides humilem & proximum terræ thronum eius.

Dan.7.e. Ioel.3.c. Quid denotetur per huiusmodi descriptionẽ Dei sedentis super soliũ, &c.

CHRYSOS. Exhibet se nũc conspicuum in solio sedens & cum Seraphin, quia illi sermo erat ad homines; ideoque morem imitatur humanum: Sententiam prolaturus erat de Hierosolymis & de vniuerso terrarum orbe, ideo duplex ponit decretum Dei: vnum quidem quo pœnam irrogat ciuitati & genti vniuersæ: altero autem pollicetur non mediocre beneficium, cuius aduentu orbis erigatur in spem amplissimam & honorem immortalem. More itaque iudicum de quauis sententia pronuntiaturorum in eleuato tribunali considentium, astantibus vniuersis, dicitur etiam dominus astantibus Seraphinis spiritibus in sublimi solio considere; & ita ex eminenti loco hanc proferre sententiam.

e *Domus à maiestate eius.* IBID. Superna Ecclesia plenè cognoscit maiestatẽ eius, id est, quantus ipse est: quod non facit ea quæ deorsum.

f *Seraphin.* Seraphim interpretatur incendium. De quo: *Ignem veni mittere in terram, &c.* Et: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis,*

Luc.12.f. Ibid.24.c. Psal.11.b.

CAP. VI.

¶ Extat liber Hiero. de hac visione.

1 IN anno quo mortuus

a ¶ Regnum peccati. b ¶ Sub quo præcedentia sunt visa. c ¶ Regnante filio Ionathan, qui fecit rectum in conspectu Domini.

est Rex Ozias, uidi Dominum sedentem super

a ¶ Filium. b ¶ Quasi regnantem. c ¶ In habitu regnantis.

a ¶ Angelos, in quibus sedet, & per quos sua iudicia decernit. b ¶ Non modo in hominibus regnantem.

solium excelsum & eleuatum, & plena erat

a ¶ Ecclesia. ¶ Quæ sursum non quæ deorsum, quam sapiens mulier ædificat, insipiens dissipat. ¶ b Regnante. ¶ Maiestas superiora, angeli inferiora replent. c Agmina angelorum, vel maiestas superiora Deo. d ¶ Inferiora Deo.

domus à maiestate eius: & ea, quæ sub

a ¶ Ministerio suo. ¶ Diuersis donis. b ¶ Id est, Ecclesiam quæ deorsum. ¶ Moraliter, fac te templum vt impleaeris. c ¶ Duo, scilicet, vel duo sunt testamenta, quod melius est; Ardentes, vel incendentes amore Dei. ¶ Vnde: Et ministros suos ignem vrentem.

ipso erant, replebant templum. Seraphim

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT VI.

IN anno. *Hic consequenter Isaias confirmat dictum suum. Nam posset aliquis dicere, quòd verbum eius non esset autenticum, eò quòd prædicta non dixisset Spiritusſancto: propter quod in hoc capite ostendit se locutum fuisse spiritu diuino. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur diuina apparitio: Secundò Isaiæ legatio, ibi:* Et dixi. *Ad intelligentiam primæ partis sciendum, quòd Isaias visione imaginaria vidit Dominum in specie cuiusdam magni viri sedentis, cuius sedile erat in cælo, & scabellum pedum eius in templo, secundum, quod dicitur infr. 66. a.* Cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. *& duos angelos stantes in vtroque latere eius & intellexit significationem visionis, aliter non esset visio prophetica, sicut Pharao qui vidit spicas. Genes. 41. & Baltasar, qui vidit manum scribentem in pariete, Danielis 5. b. visione imaginaria, ille dormiens, iste vigilans: neuter tamen fuit Propheta; sed Ioseph & Daniel qui visiones intellexerunt; vnde dicitur Danielis 10. a.* Intelligentia opus est in visione: *sicut diffusius dictum fuit in principio libri Psalmorum, vbi dictum fuit de modis & gradibus prophetiæ tamquam præambulum ad omnes libros Prophetarum. Igitur circa istam visionem Isaiæ, quæ fuit intellectualis & imaginaria. Primò ponitur apparitio diuina: Secundò angelica, ibi:* Seraphim. *Circa primum primò notatur tempus: cùm dicitur.*

Diuisio. Visio Isaiæ imaginaria & intellectualis.

1 In anno quo mortuus est, &c. *Secundum quod dicit Rab. Sa. iste non fuit annus mortis Oziæ Regis, accipiẽdo mortem pro separatione animæ à corpore: sed annus quo fuit à Deo percussus lepra, eò quòd voluit sibi officium sacerdotale vsurpare, vt habetur 2. Para. 26. c. quia ex tunc mundo reputatus fuit mortuus: quia ex tunc habitauit in domo sequestrata, Ionathan filius eius regebat palatium, & iudicabat populum terræ vt habetur 4. Reg. 15. & 2. Par. 26. Huic autem dicto Rab. Sa. consonat litera sequens in hoc cap. vt videbitur. Consequenter ponitur ipsa apparitio Dei, cùm dicitur:*

Mors ciuilis Oziæ regis.

2 Vidi Dominum. *Secundum Dionysium in 3. cap. cælestis Hierarchiæ, angelus fuit, tamen Dominus nominatur, eò quòd ad repræsentandum personam Domini apparebat, & in eius persona loquebatur: sicut & angelus loquens Moysi in monte Sinai, Dominus nominatur, vt patet in Exodo in pluribus locis. Quòd autem fuerit angelus, habetur Act. 7. e. vbi dicitur de Moyse:* Hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur in monte Sinai, & cum patribus nostris, *quia præcepta decalogi dedit audiente populo, vt habetur Exod. 20.*

Angelus repræsentans personam Domini.

3 Sedentem. *Sedere autem propriè est iudicantis: illa autem apparitio fiebat ad proferendum sententiam contra Oziam Regem thurificare volentem de præsenti, quia tunc lepra fuit percussus, vt dictum est; & contra populum de regno Iudæ de futuro, vt videbitur infrà: & ideo illa apparitio fuit in effigie hominis sedentis. Per illam etiam apparitionem in effigie hominis sedentis significabatur Deus humanandus in persona filij. Et hoc est quod dicitur Ioan. 12. vbi allegatur scriptura, quæ ponitur infrà in hoc capite:* Excæca cor populi huius, &c. *Et subdit Euangelista:* Hoc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.

Cur dicatur hic Dominus sedere.

4 Super solium excelsum. *Hoc est suprà expositum.*

5 Et plena erat domus. *Id est, templum à Salomone ædificatum, ibi enim fiebat illa visio.*

6 A maiestate eius. *Quia ab illa effigie videbatur fulgor mirabilis procedere. Sciendum quod istud:* Et plena erat domus à maiestate, *non est in Hebr. nec in libris correctis.*

7 Et ea, quæ sub ipso erant, &c. *In Hebr. habetur:* Et oræ eius replebant templum. *Et accipitur hic ora, pro finibus vestimentorum seu vestimenti sui. Illa enim effigies apparebat quasi induta ad honestatem: & finis vestimenti descendebat vsque ad templi pauimentum, sicut communiter fit de oris vestimentorum hominum sedentium.*

8 Seraphim. *Hic consequenter describitur apparitio angelica cùm dicitur:* Seraphim stabant. *sic enim apparebant tanquam parati ad*

MORALITER.

1 *In anno, &c.* Per Oziam Regem & leprosum, signatur diabolus, de quo dicitur Iob 41. d. quòd *ipse est Rex super omnes filios superbiæ.* Ipse etiam est leprosus, inquãtum peccatum eius est incurabile. Ipse verò fuit mortuus in Christi passione, inquantum eius potestas fuit notabiliter diminuta, sicut de homine multùm deiecto dicitur, quod ipse est mortuus. Et in illo anno homo Christus fuit ad dexteram patris in cælestibus assumptus, & sic visus à credentibus per fidem, & à beatis, per apertam visionem. ideo subditur:

Diabolus.

2 *Vidi Dominum sedẽtem super soliũ, &c. & ple. e. domus.* Scilicet cœlestis,

6 *A maiestate eius.* Nam ciues cælestes reficiuntur interius in aspectu suæ deitatis, exterius in aspectu suæ humanitatis.

7 *Et ea quæ sub ipso erant, &c.* Id est, Spiritusſanctus ab ipso procedens in signo visibili repleuit collegium Apostolorum, Act. 2. a. *Et repleti sunt omnes Spiritusſancto, &c.*

De Christo & missione Spir. sancti.

8 *Seraphim stabant super illud, &c.* Scilicet templum. Nam angelorum

nobis, cùm aperiret, &c. Et, *eloquia Domini argentum igne examinatum.*

A IBID. in expos. ad Damas. Est ergo salutare incendium in sacris Scripturis, quibus peccata purgantur. Vel, initium oris, quod significat linguam Hebræam, qua vetus Testamentum scriptum est. Incendium ergo & initiū oris duo sunt testamenta, quæ circa Deum Deū stant, & per ea cognoscitur.

Lingua Hebraica.

ALLEGORICE. IBID. Duo seraphim, duo sunt testamenta inuicem se aspicientia, per omnia scilicet conuenientia, quibus media tantum cognoscimus.

Quidam dicunt seraphim B virtutes in cælo Deo assistentes, & laudantes, quæ in ministeria mittuntur, maximè ad eos qui purgatione indigent, & propter peccata aliqua ex parte suppliciis.

a ¶ Angeli super Ecclesiam tanquam custodes. b ¶ Templum.
a stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ al- 1
a ¶ Quia quæ ante mundum fuerunt nescimus. b ¶ Dei, non suam.
b teri. Duabus velabant faciem eius, & dua- 2 3
a ¶ Post hæc quæ futura sunt quis pronuntiabit. b ¶ Media aperiendo.
¶ Quia per duo testamenta semper ad superna prouehimur.
c bus velabant pedes eius, & duabus vola- 4 5 6
a ¶ Inuicem se ad laudem Dei cohortantes.
b ¶ Vetus Testamentum continetur in nouo, & econuerso.
d bant. Et clamabant alter ad alterum, & dice- 7
a ¶ Pater. b ¶ Filius. c ¶ Spiritussanctus.
d ¶ Non Domini, vnus in substantia. ¶ Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ. 8
e f bant: * Sanctus sanctus sanctus, Dominus 9

* Apoc. 4. c.

d *Velabant pedes.* HIER. IBID. Quid post hunc mundum futurum D sit, ignoramus: media tamen, quæ sex diebus, vel ætatibus facta sunt, vel fiunt, cognoscimus tantum. *Duabus velabant*, quia de præsenti tantummodo notitiam habemus.

HIERON. IBID. Hebræus meus longè alia via ingressus est. Ait enim nullum prophetarum extra Isaiam vidisse seraphim circa Deum stantia, & nec ipsa quidem seraphim alibi lectitari. De hinc consummationis & captiuitatis Ierusalem, quæ sub Nabuchodonosor facta E est, signum esse præmissum. Ab Ozia quippe, sub quo prophetare orsus est, vsque ad Sedeciam, qui extremus regnauit: & qui cæcus in Babyloniam ductus est, fuisse Reges vndecim, & duodecimum Godoliam, quem constituerat Rex Babylonis super terram, quem interfecit Ismahel filius Nathanael inter medias epulas, reliquiarum patriæ parricida. Et has esse 2. alas ex quibus quatuor faciem velent, sicut in quibusdam exemplaribus inuenitur, quatuor pedes contegant. Ex his quippe duodecim Regibus quatuor iustos tantùm fuisse constat: Oziam, Ioathan, & Ezechiam, & Iosiam, qui sublimes per singulas captiuitates glorificare audent Dominum: *Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus sabaoth.* Reliquos verò propter peccata faciem velare, & alios quia in captiuitatem ducti sunt, pedum velare vestigia. Superliminare ve- F rò sublatum, & domum impletam fumo (sicut suprà diximus) euersionem Ierusalem, & incendium templi exposuit. Forcipem, qua altaris carbo comprehensus est, & labia purgata, propriam Isaiæ asserit passionem: quia sub Manasse interfectus est, & tunc verè purgatus labiis dixi ad Dominum: *Ecce ego, mitte me.*

Quomodo hanc visionem exposuerit Hebræus quidam S. Hieronymo notus.

HIERON. in comment. huius capitis. Cherubim, multitudo scientiæ, super quos Dominus in modum aurigæ sedere ostenditur, vnde: *Qui sedes super cherubim ma. co. ess. be. & ma.* Seraphim autem præter hunc locum in scripturis Canonicis me legisse non memini. Errant ergo qui in precibus solent scribere: Qui sedes super cherubim & seraphim.

Seraphim.



a *Stabant.* IDEM in expos. ad Damas. Id est, stant assistentia Deo; volant demon- C strantia Deum; nudant quasi mediatatem; non manifestant quæ velata sunt; non velant, quæ nota sunt.

b *Sex alæ vni.* HIERON. Ibid. Victorinus duodecim Apostolos intelligit. Nos autem duodecim lapides altaris quos ferrum non tetigit. Et duodecim gemmas in diademate sacerdotis.

Leuit. 17. a. Exod. 39. b.

IDEM Ibid. Alas habere dicuntur angeli: quia in superioribus commorantur: vel propter velocem in omnibus discursum, sicut & venti alati dicuntur.

c *Duabus velabant faciem eius.* IBID. Ante hæc quæ fuerūt nescio, ex his quæ sunt, Deum intelligo, vnde Isaias: *Priora annuntiate mihi, & nouissima quæ erunt, & dicam quod dij estis.* Seraphim, id est, prædicta testamenta duabus alis suis (doctrina, scilicet sua, quæ habet alas: quia leuat ad cælum, & duas: quia duo sunt testamenta. Vel duas alas, quia docet dilectionem Dei & proximi) velabant faciem Dei, id est, nihil docent quod ante mundum fuerit. Angeli quoque & prædicatores nihil inde docent; similiter,

Infr. 41. f. Duo Testamenta.

e *Et clamabant.* HIERON. in comment. Non leuiter dicunt, sed salutarem omnibus confessionem clamore pronuntiant: Sanctus sanctus sanctus, quia & ipsa scilicet seraphim sancta: Sanctius enim his nihil est: Mirantur autem, quod filius tantùm se humiliauerit, & crucem subierit, & terrenis innotuerit.

f *Sanctus, &c.* IDEM in exp. ad Da. Mysteriū Trinitatis. In vtroq; testamento

NICOLAVS DE LIRA.

ministrandum Deo & exequendum eius imperium. Sciendum tamen quod non erant de superiori ordine, qui dicitur ordo seraphim: sed erant de angelis qui mittuntur in ministerium ad exteriora: nominantur tamen seraphim ab effectu, propter purgationem labiorum Isaiæ per incendium, sicut dictum est de alio angelo, quod nominabatur Dominus, eò quòd loquebatur in persona eius.

Seraphim.

1 Super illud, *Scilicet super templum, vt dicunt expositores nostri: tamen in Hebr. habetur, desuper ei, id est, Domino: quia stabant super templum parati ei obsequi, ideo sic apparebant, quòd vnus erat ad dexteram Dei, alius ad sinistram.*

2 Sex alæ vni. *Per alam contemplatio designatur, vt dicit Gregor. super Ezech. Igitur per duas alas superius erectas intelligitur contemplatio diuinorū, quæ sunt supra naturam angelicam. Per duas protensas inferius ad cooperiendum corpus, & pedes ipsorum seraphim, cognitio eorum quæ sunt inferiora angelis, designatur, per duas medias ad volandum extensas cognitio angelica naturæ; ideo subditur:*

Contēplatio & cognitio Angelica.

3 Duabus velabant. *In Hebræo habetur:* Faciem suam, *scilicet ipsorum seraphim secundum Hebræos; non quod essent extensæ ante faciem eorum: sed super capita, quasi transuersaliter, & sic velabant caput superius, & per consequens faciem, quæ est pars capitis.*

4 Et duabus velabant. *In Hebræo habetur:* Pedes suos, *id est, ipsorum seraphim: quia transuersaliter versus inferiora protendebantur: & sic corpora seraphim & pedes velabant. Et hoc ad quandam decentiam & honestatem. Apparebat enim in figura humana quæ honestior apparet operta quàm nuda.*

5 Duabus, *Scilicet alis mediis.*

6 Volabant. *Ad designandum, quod angeli semper sunt parati ad diuina ascendere, & ad inferiora descendere, secundum Domini voluntatem: ideo volatus in medio loco disponitur, quasi ad vtrumque paratus. Et ad melius capiendum posui hic figuram secundum intentionem Hebræorum.*

Cur volātes Angeli describantur?

7 Et clamabant alte. &c. *Id est, simul concorditer, vel quia vnus primò dicebat, & postea idem alius repetebat, sicut duo chori in Ecclesia aliquando idem dicunt alternatim:*

8 Sanctus sanctus sanctus. *Secundum Hebræos dicitur ter sanctus ad maiorem diuinæ sanctitatis expressionem, sicut Iere. 22. g. dicitur:* Terra terra terra, audi verbum Domini, *ad excitandum maiorem attensionem. Secundum verò Doctores Catholicos hîc dicitur ter sanctus, ad designandum in Deo personarum trinitatem, & subditur:*

Cur Sanctus ter repetatur, Dom. Deus exer. semel dicatur?

9 Dominus Deus exercituum. *Ad designandum essentiæ vnitatem.*

4 Et — Plena

MORALITER.

† gelorum custodia stabat super Apostolorum collegia. Vel per templum intelligitur Ecclesia: Per seraphim Prælati, qui super curam Ecclesiæ debent stare, & non exterius euagare.

Angeli.

2 *Sex alæ vni, &c.* Per quas designantur eorum motus ad bonum; Nam per duas alas super caput erectas significatur motus contemplationis in Deum. Per duas protensas versus pedes, motus compassionis ad proximum. Et per duas medias, motus debitæ considerationis circa seipsum.

7 *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant.* Nam excitare mutuò se debent ad laudandum Deum trinum & vnum, ideo dicitur ter Sanctus, & semel Dominus.

† Et

☞ mento trinitas prædicatur, dominus Christus, scilicet qui hîc quatuor literarum est: quod propriè de Deo ponitur, Iod, He, Iod, He; i. duo *ia*. quæ duplicata ineffabile nomen Dei faciunt.

✠ EPIPHANIVS in Ancoratu. Seraphim, cum ter clamant Sanctus, trinitatem declarant, non enim per duas voces, neque per quatuor Deum glorificant, neque per vnam solam, sed per tres; & singulis vocibus numero singulari vtuntur, non enim dicitur, sancti, sancti, sancti, vt multas personas singulari numero designent, patrem & filium & spiritum sanctum. Et in clausula orationis, dominus Deus Sabaoth, vt trinitas personarum, & deitatis vnitas declaretur.

Mysterium Sanctissimæ Trinitatis.

✠ DAMASCENVS l. 3. c. 19. Testatur totus diuino numine flatus patrum chorus, quod sancta illa Seraphim per triplicem sanctitatem, tres superessentialis diuinitatis personas nobis subindicent: per vnam autem dominationem, vnam diuinæ trinitatis substantiam imperiumque declarent. Quin etiam narrat Ecclesiastica historia, cum plebs Constantinopolitana, ob minas quasdam diuinitus intentatas, supplex Deo preces adhiberet, puerum quendam è plebe in sublime raptum fuisse, atque angelis quibusdam magistris ter sanctum hunc hymnum didicisse, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis.*

*24. q. 3. c. qui negligunt.

Qui non corde sed ore maledicunt, labiorum immunditiam contrahunt.

Miraculum circa hymnum trisagium.

a ❡ Olim notus in Iudæa Deus: In tempore gratiæ, plena est omnis terra. vnde: Domine dom. noster quam admir. est nomen tuum in vniuer. terra. b ❡ Non tantum Iudæa.

a **Deus exercituum: plenâ est ômnis terra glo-**

a ❡ Christi. b ❡ Scisso velo. ❡ Vicina templi per Romanos euersio signatur. vnde: Relinquetur vo. dom. vestra deser. c ❡ Vt sint altiora. vnde; Tollite port. princip. vestras. d ❡ Duorum testamentorum.

b **ria eiûs. [4]Et cômmota sunt superliminâria câr-**

a ❡ Christi, & spiritussancti. ❡ Multitudinis. ❡ Transeamus ex his sedibus. b ❡ Templum. ❡ Ænigmatica. ❡ Iacob.

dinum à voce clamântis, & dômus impleta

a ❡ Ignorantiæ & infidelitatis, vel per fumum incendium templi prædicitur. ❡ Emissione ignis, fumus enim vapor ignis est. ❡ Mortuo Ozia. b ❡ Quia Oziam, & alios libere non reprehendi, ideo cum angelis Deū laudare non merui, & timeo ne dicatur mihi quare tu enarras iustitias meas. c ❡ A laude Dei. vide quantum se humiliat. agnoscit peccata, ideo mundatur.

est fumô. [5]Et dixi: * Væ mihi. qûia tâcui: quia

a ❡ Indignus laudare, Deum videre. ❡ Non est speciosa laus in ore peccatoris. b ❡ Sicut apostoli pollutis pedibus, quos dominus lauit.

c **vir pollûtus lâbiis ego sum, & in me-**

a ❡ Quibus idola laudauit. ❡ Non plus, quàm se, vel minus accusat populum. ❡ Populus impœnitens, immunditiam labiorum suorum nesciens, non meretur purgationem.

d **dio populi polluta lâbia habentis ego ha-**

a ❡ Tamen. b ❡ Cum pondere pronunciandum.

e **bito: êt regem dominum exercituum vi-**

a ❡ Tamen. b ❡ Id est ministerium compleuit. ❡ Sponte, quia huic mancipatus officio. c ❡ Purgandum. d ❡ Christus à patre missus.

di ocûlis meis. [6]Et vôlauit ad mê vnûs

✠ CYRILLVS. Ante crucem domini percelebre illud templum fuit: ceterum post crucem, postquam Iudæi Euangelij lucem recipere noluerunt, dereliquit dominus domum suam, & transiuit ad gentes; & omnis terra repleta est gloria domini, omnis Iudæa vastata est, & templum incensum, quod significant verba illa: *Superliminare templi concidit, fumoq; impletum est.*

Cultus Dei cū templo Iudæorum transmigrauit ad gentes.

✠ PROCOPIVS. Talibus & asyli fiducia, templo videlicet spoliato, ademptam iri, & domum conflagraturam, cum gentibus innotuisset Christus, significabatur. Quo tempore, non vna amplius, sed pluribus & præstantioribus per orbem vniuersum constructis domibus, diuinitatis ipsius gloria apparuit.

c *Pollutus.* HIER. in comment. huius cap. hoc dicit pro societate populi, cum quo cogebatur loqui. Noxium est cum peccatoribus viuere. *Qui tangit picem, coinquinabitur ab ea.*

Ecclesi. 13. a.

✠ GREGORIVS NAZIANZENVS in Apologetico. Isaias antequam videret gloriam domini, Iudæos reprehenderat, se non reprehenderat; vt vero vidit, cœpit dicere, ô miser ego, Væ mihi quia tacui.

✠ PROCOPIVS. Comparata hominum natura cum ea quam viderat: miserum se exclamat, non animi, non corporis vniuersi, sed labiorum impuritatem confessus, nisi quis ex parte totum intelligat. Conscientiæ spiculo se iam compungi, ait propheta, qui hymnum duo dicentibus potestatibus, eadem ipse cum illis personare non valeat, qui ingratam Deo in ore peccatorum laudem esse non ignoraret. Sed præter eas rationes, modestiæ causa propheta sese populo admiscet. Fortasse verò humanæ naturæ morbum confitetur, iuxta Dauidicum illud: *Omnis homo mendax.*

Vilescit homo cum considerat Deum vel Angelos.

Psal. 115.

a *Plena est omnis terra.* HIER. in comment. huius capitis. Et implebitur, cum hoc impletum fuerit, *Fiat voluntas tua, &c.* Adhuc voluntas patris in cælo est, quæ in terra nondum impleta est: vt credatur, scilicet in terra, quòd nondum in omni terra habuit. Primò in omni terra gloria domini prædicatur, & postea templum fumo repletur: quia prius euangelium toto orbe prædicatum est, & tunc templum à Romanis incensum est, post 42. annos à passione domini.

Matth. 6. b.

b *Superliminaria.* IDEM in exposit. ad Damas. In veteri testamento locutus est dominus ad ostium tabernaculi, quia nondum eos introduxerat in sancta sanctorum, id est in cælum: sed Christo ad terras descendente superliminare quasi obstaculum quoddam sublatum est, & totus mundus impletus est fumo, id est gloria Dei. *Deus noster ignis consumens est.* Sed quia totam substantiam eius capere non possumus, leuior quædam & quasi rarior natura in mundo dispergitur, quasi fumus, quem capientes dicimus: *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.*

Deut. 4. b.

1. Cor. 13. c.

✠ ORIGENES Ho. 10. in Leuiticum. Apparet verbo tenus peccasse prophetam, alioqui dixisset, quia immundum corpus habeo, vel immundos oculos, si peccasset in concupiscentia; vel immundas manus, si in rapiendo.

d *Ego habito.* Nota cum peccatoribus non esse morandum.

e *Et regem dominum exercituum vidi oculis meis. Et volauit ad me vnus.* Sic Abraham postquam vidit dominum, & vocem eius audiuit, se cinerem & puluerem esse confitetur: quia quantacumque sit hominum dignitas, vilescit in comparatione eius.

Gen. 18. d.

✠ CY- ☞ De

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Plena est omnis terra, &c. *quia in omnibus creaturis relucet virtus & bonitas ipsius.*

2 Et commota sunt, &c. *quia hæc visio facta est die percussionis Oziæ, vt dictum est suprà, & tunc fuit terræmotus terribilis, secundum quod habetur Zach. 14. a.* Et fugietis sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Iuda: *qui terræmotus factus fuit ad ostendendum indignationem domini contra præsumptionem Oziæ. Ex illo autem terræmotu, moti fuerunt parietes templi, & per consequens superliminaria & cardines ostiorum.*

Terræmotus in die percussionis Oziæ.

3 A voce clamantis, *quia talia fiunt in inferioribus per angelos.*

4 Et domus, *ad designandum incendium futurum domus domini per Chaldæos, vt habetur 4. Reg. vlti.*

5 Et dixi. *Hic consequenter describitur Isaiæ legatio. Et primò describitur dispositio debita. secundò legatio sibi iniuncta, ibi:* Et audiui. *Dispositio autem ista facta est primò per Isaiæ contritionem de eo quòd peccauerat per omissionem, ideo dicit:*

6 Væ mihi quia tacui, *à reprehensione vel repressione Oziæ regis de sua præsumptione; erat enim Isaias de genere regio, vt dictum est supr. 1. cap. & propter hoc magis poterat ad regem accedere, & defectus suos sibi ostendere, quàm alius de populo: ideo peccauit hoc omittendo, ideo subditur:*

Peccatum Isaiæ quod non correxerit Oziā.

7 Quia vir pollutus, &c. *Sicut enim polluuntur labia loquendo, quòd non decet: ita etiam tacendo, quod dici debet.*

8 Et in medio populi, &c. *non solùm per omissionem; sed etiam per commissionem, quia multi de populo isto erant blasphemi, vt dictum est suprà.*

9 Et regem dominum exercituum, *id est angelorum.*

10 Vidi oculis meis, *q. d. ex quo sum peccator, ista visio non est mihi ad profectum, sed ad interitum. Et sic etiam dixerat Manne ad vxorem suam, Iudi. 13. d.* Morte moriemur, quia vidimus dominum. *Secundò est Isaiæ dispositio per angelum purgantem eius peccata, hoc tamen fuit solùm instrumentaliter, quia solius Dei est purgare peccata principaliter. Dicit igitur:*

11 Et volauit, &c. *Per istum volatum intelligitur velocitas angelica ad exequendum domini mandatum seu beneplacitum.*

6 Væ ✠ 1 Et

MORALITER.

† 2 *Et commota sunt superliminaria, &c.* Per superliminaria significantur intellectus & voluntas superiores animæ potentiæ; Per cardines, electio boni & detestatio mali; Per vocem clamantis, vox prædicatoris, per quam intellectus & voluntas auditorum moneri debent ad eligendum bonum, & detestandum malum.

4 *Et domus impleta est fumo*, quia domus conscientiæ debet impleri fumo pœnitentiæ.

5 *Et dixi, Væ mihi.* Per Isaiam, qui tacuit, donec purgatum se cognouit, significatur prædicator, qui conscius sibi de peccato mortali debet à prædicatione cessare, donec purgatus sit vera confessione, vel saltem contritione, aliter verbum Dei tractaret indignè, Psalm. 46. c. *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, &c.*

Quales ad prædicandū debeant accedere?

a *De seraphim*. HIERON. in commen. Seraphim per, m, in masculino genere, per, n, in neutro genere plurali dicimus. Seraphim tamen singulariter dici potest, sicut cherubim & cherub.

b *Et in manu eius*. Id est operatione eius, id est Christi. Calculus, id est, charitas, quem forcipe, id est doctrina duorum testamentorum, de altari tulerat, & Isaiæ in exemplum posuerat.

c *Calculus*. HIER. IBID. LXX. carbunculus, lapis ignitus, qui propter flammeum colorem igneus dicitur.

d *Forcipe*. HIERON. in expo. ad Dam. Hæc est scala Iacob gladius bis acutus. Hæc sunt duo minuta, quæ mittit paupercula in Dei dona. Hic est stater duorum denariorum, qui in ore piscis repertus pro domino, & Petro redditur. Nouum testamentum habens vtraq; mandata, scilicet sua & veteris testamenti, Dei sermone duplici acie præceptorum comprehendens.

Nouum Testamentum.

*8.q.1.c.in scriptur. *Locus regiminis quibus sit deferendus.* Act.8.f. Apo.2.1.c.

e *De altari*. IDEM in comment. Quod Ioannes vidit in Apocalypsi, quod est plenum calculis ignitis, quibus possunt peccata purgari, vnde: *Carbones succensi sunt ab eo*. Et alibi: *Ignem veni mittere in ter.*

Psal.7.b. Luc.12.f.

f *Ecce tetigi labia tua*. vnde: *Quid detur tibi, aut quid adiiciatur tibi ad linguam dolosam? Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatoriis.* Hic est sermo Dei, de quo dicitur: Habes carbones ignis: sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium.

Psal.119.a.

g *Et auferetur iniquitas*. HIERON. in comment. Ieremias qui puer erat ideo penè immunis à peccato solius manus attactu purgatur. Ad Isaiam verò qui dicit, vir pollutus labiis ego sum: angelus cum calculo mittitur.

Ier.1.b.

C h *Quem mittam*. Non cogit, sed voluntatem quærit: voluntas enim sola præmium meretur. Isaias autem nunquam purgatus, offert se spontaneus.

✠ PROCOPIVS. Hæc vox probantis est, & alacritatem illius prouocantis, bonique instituti tanquam mercedem pollicentis.

ORIGE. Nota filius à patre missus, solus hic dimittit peccata, quę dimittit tota trinitas. Qui enim in vno credit in omnibus credit: ne putes filium quasi minorem à patre missum. Simile dictum: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Ego & pater vnum sumus.* Vnum, propter naturam sumus.

Genes.1.c. Ioan.10.f.

i *Mitte me*. HIERON. in comment. Putat se bonum nunciaturum, & ideo dicit: *Mitte me.* & ideo se vltrò offert. Sed quia audiuit: *Dic populo huic: Auribus audietis, & non intelligetis, &c.* cùm postea dicatur sibi: Clama: nō statim clamat, sed interrogat, quid clamabo? Ieremias quoque

a ¶ Similitudinem hominis vidit ne timeret. b ¶ Igitur sermo Dei.

a b de seraphim, & in manu eius calculus, quem [1]
a ¶ Duobus testamentis quæ spiritussancti vnione sociantur.
c ¶ Quos à vitiis circuncidit, ne amplius immundus sermo exiret.
b ¶ Quod apparuit in visione. ¶ Igne altaris purgantur labia. c ¶ Calculo.

d forcipe tulerat de altari, [2] & tetigit os meum, [3]
e a ¶ Quasi: timeatis.
f b ¶ Igne tribulationis, scilicet vel charitatis ardore. c ¶ Sic.

g & dixit: Ecce tetigi hoc labia tua, & aufe-
a ¶ In alios. b ¶ In nos.

retur iniquitas tua, & peccatum tuum mun-
a ¶ Non populi indigni, scilicet qui non consentitur sicut tu. b ¶ Spiritussancti.

dabitur. [8] Et audiui vocem domini dicen- [4]
a ¶ Substantiæ vnitas. b ¶ Ad prædicandum populo meo.
c ¶ Acquisitiuè. ¶ Personarum pluralitas.

h tis: * Quem mittam & quis ibit nobis? & [5]
i ¶ Adsum. ¶ Quia purgatus. a ¶ Ergo. [6]

dixi: Ecce ego sum, mitte me. [9] Et dixit: Vade, [7]
a ¶ Christum prædicantem. ¶ Permissiuè, non imperatiuè. [8]

k & dices populo huic: * Audite audientes, & [9]
a ¶ Quasi: quia non vultis non intelligitis. b ¶ Deum in homine.
c ¶ Hominem. ¶ Christum corporaliter.

nolite intelligere: & videte visionem, & no- [10]
a ¶ Deum. b ¶ Quasi: vis mundum saluari, quod volo & ego.
¶ Quod iustum est precatur, non imprecatur. c ¶ Tam nequam.

l lite cognoscere. [10] Excæca cor populi huius, [11]

quoque cui dictum est: *Accipe calicem, & propinabis omnes gentes, &c.* libenter accipit. Cum verò audit, primò propinabis Ierusalem, respondit: *Decepisti me Domine, &c.* Nos autem dicimus non temeritatis esse, sed obedientiæ, quod se obtulerit.

D Iere.25.d.

✠ PROCOPIVS. Cum duo distinctè, *quem mittam, &, quis ibit*, essent postulata: vnica ambobus responsione satisfecit, cum *ecce ego domine mitte me*, non autem amplius iturum se, adiecit. Est enim in nostra situm potestate, Apostolatum admittere: Vires autem ad obeundum sufficere, Dei vnius qui istam gratiam largitur. Humanæ itaque imbecillitatis cōscius, nihil ad id respondens, soli Deo reliquit, & quod sibi non arrogauit, domino largiente accepit.

Contra eos qui primis prompti sunt ad maiora munera suscipienda.

k *Audite audientes*. HIERON. in comment. Lucas secundum LXX. in actibus apostolorum. *Aure audietis, & non intelligetis*, & similia. In quo facilis interpretatio, quæ dicit quid populo facturus sit. Quam interpretationem Paulus quoque in epistola ad* Hebræos posuit. Vnde ei contradicitur, quia Hebræis testimoniis non vtatur. Nec Iudæi ante scripturam falsauerāt. Dominus enim & Apostoli hoc non tacuissent, nec apostoli vel euangelistæ ita protulerunt, vt Iudæi falsaturi erant. Tradunt autem Lucam medicum fuisse, & magis Græcas literas quàm Hebræas nouisse: vnde in vtroque volumine secularem redolet eloquentiam, & magis Græcis quàm Hebraicis vtitur testimoniis.

E *Matt.13.b. *Rom.11.b. Colos.4.c. Stylus Sancti Lucæ Euāgelistæ. F

✠ ORIGENES. Prophetizat hoc loco de his, quæ in aduentu Christi erant futura, audituros Iudæos Christum corporaliter, non audituros spiritaliter. Siquidem cum audirent dominum meum Iesum Christum, vocem tantum audierunt non sensum. Et hæc de aduentu domini esse dicta ipse saluator ostendit, cum ait, *Bene prophetauit de vobis Isaias, Aure audietis.*

✠ PROCOPIVS. Christus siquidem, quia lux erat, ita animis omnium illucebat, vt cæcis visum etiam restitueret. At qui oculos claudere voluerunt, videntes ipsi non viderunt, id est, cum videre possent, noluerunt. Efficitur autem istud, vel, cum eius quod cernitur, contemptu, oculos auertimus; vel, cum ea, quæ videmus, non videre simulamus.

Excæcatio spiritualis quomodo fiat?

l *Excæca, &c.* HIER. in comment. Cui simile: *Suscitaui te, vt ostendam in te virtutē meam. Et dedi eis oculos, vt non videant: & aures, vt non audiant. Excæca cor populi, &c.* Præuidens Propheta cæcitatem superuenturam in Israel, vt plenitudo gentium intraret ad fidem, dicit: ☞ Domine

Exod.9. Ierem.5.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in manu eius calculus, *id est carbo ignitus. Calculus enim plura significat: Vno enim modo significat lapidem paruulum; Alio modo significat numerationem, quia antiquitus solebant homines cum lapillis numerare; Significat etiam carbonem ardentem, & etiam quædam alia, vnde versus:* Calculus est ratio, numerus, sententia, carbo, Calculus, est pondus, minimus lapis, ensis acutus. *Per calculum autem istum significabatur prophetiæ donum tunc Isaiæ datum.*

Calculus plura significat.

2 Quem forcipe tulerat de altari, *scilicet holocaustorum, vbi erat ignis continuus vt habetur Leuit.9. Sciendum tamen, quòd non accipitur hic altare seu carbo, materialiter, quia ista fiebant visione imaginaria, sicut dictum est, qua videbatur angelus accipere carbonem de altari holocaustorum.*

Purgatio labiorum Isaiæ per calculum transibat tantum in imaginatione.

3 Et tetigit os meum, *ad designandum purgationem peccati sui per taciturnitatem prædictam, ideo subditur:* Et auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum, &c.

4 Et audiui vocem. *Hic consequenter describitur legatio iniuncta Isaiæ à domino. Primò quantum ad illud quod pertinet ad afflictionem malorum: secundò ad consolationem bonorum, ibi:* Et multiplicabitur. *Primum describitur cum dicitur:* Et audiui vocem domini, *apparentis in effigie prædicta.*

5 Dicentis: Quem mittam, &c. *Hoc non quæsiuit ex ignorantia, sed ad conuenientius iniungendum negotium Isaiæ se offerenti ad obediendum, sicut Gen.3.b. dicit Dominus Adam: Vbi es? vt ex eius responsione conuenientius argueret eum de transgressione.*

6 Et dixi: ecce ego, &c. *paratus ad obediendum.*

7 Mitte me, *nec se offerendo peccauit, quia ante dispositum se vidit per purgationem prædictam.*

8 Et dixit; Vade, *ad arguendum peccata regum Iuda. Ex hoc dicunt Hebr. & rationabiliter, vt videtur, quod istud quod dicitur in hoc c. præcessit tempore ea quæ scripta sunt supra à principio huius libri, in quibus Isaias arguit multipliciter peccata eius populi, ad ea quæ arguenda missus fuit à Deo, sicut alij propheta. Et in hoc c. ponitur prima eius missio, vt videtur. Nec obstat quòd vltimò scribitur, quia frequenter in sacra scriptura scribuntur posterius prius facta, & econuerso, vt frequenter dictum est suprà in aliis libris canonicis.*

Istud quod dicitur hoc ca. præcessit tempore ea quæ scripta sunt supra à principio huius libri.

9 Et dices populo aud. audie. &c. *auribus corporis.*

10 Et nolite intelligere, *id est, noletis. Non enim incitauit eos Propheta ad non intelligendum, & non obediendum, sed prædixit hoc futurum, prænuntiando, scilicet populi obstinationem in malo: ideo subditur:*

11 Excæca cor populi, *id est denuntia ad excæcandum per errorem in intellectu.*

Et aures

MORALITER.

11 *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua.* id est excæ- † candum

☞ *Domine excæca cor populi huius.* HIER. in commen. Quasi dicat: Si totum mundum saluare desideras, excæca cor populi huius. Si enim populus hic excæcatus fuerit, gentes illuminabuntur. Nec est Dei crudelitas, sed misericordia, infidelibus excæcatis, humiles illuminare. vnde: *Quoties volui congregare filios tuos, &c.* Et, *Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnium misereatur.* Et paulò post: *O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei.*

Rom. 11. d. Luc. 13. g. Rom. 11. d. Ibid.

a *Et conuertatur.* Quamuis graue peccatum sit, si conuertatur quis, potest saluari: Sed hi pro magnitudine sceleris, pœnitentia sunt indigni. vnde: *Volui congregare filios tuos, & noluisti.*

Si quis pænituerit ignosci sibi sciat peccata quamuis grauia. Luc. 13. g.

b *Et adhuc.* Et pro. i. adhuc ex ea gente decimatio, quasi adhuc decima pars illius gentis remanebit.

✠ THEODORET. Describit propheta mala quæ patientur Iudæi, vt voluntaris rebelles pœnas luant, qua dominum audire noluere, & ipsos ait sibi futuros causam tantorum malorum, vt incendio, gladio, fame, peste absumantur.

c *Et erit.* Sub Adriano Iudæa iterum vastata est. 50. verò anno post captiuitatem Romanorum. Prohibiti enim sunt publicis legibus Iudæam intrare.

Adrianus 50. anno post Vespasianum, afflixit Iudæos.

✠ EVSEBIVS lib. de demonstr. c. 38. Post cladem inuectam Iudææ à Vespasiano, residuam fore decimam partem Iudæorum in vrbibus Iudææ, & postea rursum futuram sub Adriano in pabulum ignis vt quercus & terebinthus, quando cadunt de loco suo auulso.

✠ PROCOPIVS. Non iam amplius eos vineam domini Sabaoth, non vt Dei paradisum, non vt oliuam pulchram, non vt palmam, aut cicuratarum arborum aliquam; sed veluti glandem, non eam quidem sibi constantem amplius, sed deciduam, relictaque theca, humi iacentem; vel tanquam terebinthum amaros fructus edentem, præcidit. Nec his absimilem fore Iudæorum gentem, imo deteriorem, cum & suas isti regiones occupent, & solito naturæ ordine fructus edant, illis contra, sua etiam nihil illis tale producente exciderint.

Iudæorum reprobatio.

a ¶ Cordis b ¶ Peccato. c ¶ Interiores. d ¶ Ostio peccatorum. e ¶ Quasi posset si vellet.

& aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne 1 fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat,

¶ Expositio est. a ¶ Intelligendo.

a & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem

a ¶ Conuersum. b ¶ Condolendo oculo meo. c ¶ Excæcabitur.

eum." Et dixi: Vsquequo domine? & dixit: Do- 2

a ¶ A Romanis solæ fiant. Et hoc est, absque habita. &c. ¶ Sint.

3 nec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine, & terra relinquetur deser-

¶ A terra sua. ¶ Iudæos. ¶ In terra aliena nascendo in seruitutem.

ta," & longè faciet dominus homines, & mul- 4

¶ Alias deserta. a ¶ A Deo. b Vel erat. c ¶ Vbi captiua tenebitur.

tiplicabitur quę derelicta fuerat in medio ter-

a ¶ Tamen. b ¶ Vix in ea decima pars remanebit, vel in toto orbe, vel in Iudæa. c ¶ ...rum sub Adriano. ¶ Reliquiæ Israel saluæ fient.

b ræ." Et adhuc in ea decimatio: & conuertetur, 5

a ¶ Sine foliis & fructu. 6

c & erit in ostensioně, sicut terebinthus, & sicut 7

a ¶ Aridi. b ¶ Apostoli & alij fideles, vnde, Nisi dominus Sabaoth reli. no. s. &c.

quercus quæ expandit ramos suos. Semen 8

a ¶ Per fidem, ne cadat per infidelitatem.

sanctum erit id quod steterit in ea.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et aures eius. *Id est, aggrauandas denuntia in affectu per obstinationem. Circa quod sciendum, quod talis excæcatio & obduratio non est à Deo directè, sed ex liberi arbitrij defectibilitate. Homo enim auertens se à Deo, meretur vt iustè Deus retrahat gratiam suam ab eo, cuius effectus est illuminare intellectum, & mollificare affectum: & ideo ipsa subtracta homo excæcatur & obduratur ex sua malitia. Hoc ad litteram fuit impletum, quando ad prædicationem Christi Iudæi pro magna parte fuerunt obdurati, secundum quod dicitur expresse, Ioan. 12.* Propterea non poterant credere, quia dixit Isaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, &c. *Et sequitur:* Hoc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius (*Scilicet Christi*) & locutus est de Deo. *Cognouit enim tunc trinitatem personarum, & filium incarnandum, vt prædictum est, & sic tunc vidit gloriam Christi, id est, eius diuinitatem.*

Vnde sit excæcatio & obduratio.

Obduratio Iudæorũ ad Christi prædicationem.

2 Et dixi: Vsquequo domine, *Scilicet, durabit hæc excæcatio & obduratio.*

3 Et dixit: Donec desolentur, &c. *Quod impletum fuit tempore Titi, qui destruxit ciuitatem & templum & terram Iudæorum, & duxit populum captiuum, & dispersit per orbem, vt non habitaret amplius in Iudæa: ideo subditur,* Et longè faciet dominus homines.

4 Et multiplicabitur, &c. *Hic consequenter Propheta denuntiat in consolationem credentium, quod frequenter fit in hoc Propheta & aliis, scilicet, denuntiatio consolationis bonorum iuxta denuntiationem desolationis malorum, vt opposita iuxta se posita magis elucescant: & hoc est quod dicitur,* Et multiplicabitur, &c. *Quia ante aduentum exercitus Romanorum contra Iudæam, Christiani, qui erant ibi per admonitionem angeli, transierunt in regnum Agrippæ, qui erat confœderatus Romanis, & sic fuerunt derelicti (aliis partim captiuatis & partim trucidatis) qui postea multiplicati sunt per orbem vniuersum, vt patet ad sensum.*

Ereptio fidelium ex Iudæis ab excidio vrbis sub Tito.

5 Et adhuc decimatio in ea, *Quia decimæ dantur à fidelibus ecclesiæ.*

6 Et conuertetur. *Ab abiectione, & paucitate, & persecutione, quam passa est ecclesia. Primo à principibus Iudæorum, vt patet Actor. 8. & in pluribus locis aliis eiusdem libri: & postea ab imperatoribus Romanis, & eorum præfectis, vt in sanctorum legendis & in chronicis habetur.*

7 Et erit in ostensionem sicut terebinthus. *Quod impletum videmus maximè à tempore Constantini, in quo incœpit ecclesia notabiliter, & mirabiliter exaltari & dilatari.*

8 Semen sanctum erit id quod ste. *Quia fideles non multiplicantur per generationem carnalem: sed per gratiam sanctificantem in baptismo; verumtamen quia excæcationis & obdurationis Iudæorum tempore prædicationis Christi & Apostolorum eius, figura fuit obduratio prædecessorum suorum tempore prædicationis Ieremiæ & aliorum prophetarum, qui fuerunt inuenti tempore destructionis factæ per Nabuchodonosor regem Babylonis: ideo litera ista potest exponi pro illo tempore, licet principalis intentio prophetæ feratur ad obstinationem Iudæorum tempore prædicationis Christi & Apostolorum. Et secundum istam sententiam, dicitur:* Et dixi: Vsquequo domine, *supple durabit ista excæcatio & obduratio?* Et dixit: Donec desolatæ sint ciuitates absque habi. *Quod adimpletum fuit tempore Sedeciæ, quando rex Babylonis destruxit ciuitates regni Iudæ, & populum duxit captiuum in Babylonem, ideo subditur:* Et longè faciet dominus homines, & multiplicabitur. *Hic consequenter propheta denuntiat consolationem bonorum, & istud fit frequenter in hoc libro & in aliis libris prophetalibus iuxta consolationem malorum, denuntiando consolationem bonorum, vt opposita iuxta se posita magis elucescant & hoc est quod dicitur.* Et mul. *id est, terra Iuda, quæ derelicta fuerat à suis habitatoribus in captiuitatem ductis, multiplicabitur adhuc in hominibus, animalibus, & aliis bonis, quod impletum fuit post captiuitatis reditum sub Zorobabel, & Nehemia, & Machabæis.* In medio terræ, *hoc dicitur, quia Iudæa est in quarto climate habitabili;* Et adhuc in ea decimatio, *id est, adhuc dabuntur ibi decimæ bonorum Sacerdotibus & Leuitis Deo ministrantibus, sicut habetur Nehemiæ 10.* Et conuertetur *à captiuitate in posteritatem.* Et erit in ostensionem sicut terebinthus, *&c. quia prosperitas eorum post tantam captiuitatem fuit magis admirabilis: & hoc tempore Machabæorum, quando recuperauerunt ciuitatem & templum contra Antiochum regem tunc valde potentem.* Semen sanctum erit, id quod ste. in ea. *Quia post reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur Iudæorum populus ad idololatriam declinasse, nisi aliqui pauci ex violentia regis Antiochi, vt habetur 1. Machab. 2. & tunc etiam aliqui, licet pauci comparatiuè respectu totius populi, acceperunt aliquas conditiones Gentilium, faciendo sibi præputia, palestram, & Ephebiam, vt habetur 1. Machab. 1. Non tamen dicitur ibi, quod declinauerunt ad idololatriam.*

Comparatio obdurationis Iudæorum ad prædicationem Ieremiæ & aliorũ prophetarum, cum obdurationc ad prædicationẽ Christi & Apostolorum.

Clima in quo est Iudæa.

A captiuitate Babyl. non idololatrarũ Hebræi.

MORALITER.

† candum denuntia; si perseueret in malitia, propter quam Deus retrahit gratiam suam, & sic excæcatur mens peccatoris & obstinatur, quod debet prædicator denuntiare populo vt caueat à malo. Et consequenter subditur remedium, cum dicitur:

Excæcatio.

3 *Donec desolentur ciuitates absque.* Id est, homines peccatores per amaritudinem pœnitentiæ. Et quia sequitur ad hoc bonorum operum fructificatio, subditur:

4 *Et multiplicabitur quæ derelicta fuerat,* A Deo propter peccatum.

7 *Et erit in ostensionem sicut terebinthus.* Nam bona fructificatio peccatoris per pœnitentiam conuersi proponitur aliis in exemplum pœnitendi, vt patet de Magdalena.

S. Maria Magdalena.

ADDI-

ADDITIO I.

In c. 6. vbi dicitur in postilla: Posset enim aliquis dicere, quod verbum eius non esset autenticum.

Isaias in principio suæ prophetiæ dixit; Audite cæli & auribus percipe terra: quoniam dominus locutus est: *& ideo nullus posset dicere ei, quod verba illa dixisset spiritu suo, & non spiritu Dei: nisi taliter contradiceret suæ prophetiæ; quam qui negaret, similiter posset negare præsentem visionem, & ideo non oportet dicere, quod hæc visio ponitur ad confirmationem prædictorum, sed est visio per se reuelata prophetæ.*

Visio huius cap. non est ad confirmationem prædictorum.

ADDITIO II.

In eo. c. 6. vbi dicitur in postill. Sicut Iere. 22. dicitur: Terra terra terra.

Quod legitur in Ieremia: Terra, terra, terra, audi verbum domini. *Non oportet vt intelligatur ad excitandam maiorem attentionem sicut Iudæi dicunt: sed ad denotandam terræ, cui loquebatur, expressam distinctionem. Erat enim terra cui loquebatur tripertita, cuius vna pars dicebatur terra Iudææ, alia Galilææ, alia verò trans Iordanem, vt patet in libro qui dicitur Canhedrin. Vnde ad denotandam talem diuisionem ter nominat terram, & ideo in hoc loco cum seraphim ter sanctus clamabant, ad literam planè intelligendum est ad designandam trinam distinctionem in diuinis personis, prout fides catholica tradit. Vnde & quodlibet istorum trium nominum in concreto significat sanctitatem, vt denotetur pluralitas suppositorum, quæ concretiuè intelliguntur. Verbum autem substantiuum ibi subintellectum, in singulari numero ponitur, vt essentiæ vnitas intelligatur. Et notandum quod quidam expositores Hebræorum attendentes, quod in vnitate diuina quæ summa est, periculum esset iterare nomina quæ omnino similia essent, ex quo necesse erat vt intelligeretur aliqua pluralitas, ideo aliter interpretati sunt hæc dicta, scilicet, vt sanctus qui in primo loco dicitur, & etiam sanctus qui in secundo loco dicitur, intelligantur in vocatiuo casu, sic quod vterque seraphin clamabat ad alterum, dicens*: O sancte sanctus dominus Deus exercituum, &c. *& hoc audent dicere, eo quod in lingua Hebraica in his nominibus non est differentia casualis. Sed hoc non valet aspicienti proprietatem harum dictionum, prout hic ponuntur. vnde translatio Chaldaica ista tria nomina de Deo intelligit: & ideo hæ duæ expositiones quas postillator ponit, non debent intelligi quasi indifferenter consonent literæ: sed prima expositio non est verè literalis, sed quasi à veritate litteræ fugitiua. Secunda autem catholica & propriè literalis. Vnde magister in 1. distin. 2. Inter alia testimonia trinitatis quæ in veteri testamento inueniuntur, hanc auctoritatem tanquam à literali sensu sumptam allegat.*

Cur Ier. 22. repetatur ter Terra.

Vers. 3. vbi dicitur ter Sāctus vna vera est literalis expositio ex qua efficaciter probatur mysteriū Sanctiss. Trinitatis.

ADDITIO III.

In eod. cap. vbi dicitur in postil. Et dixit, Vade ad arg. peccata re. &c.

Licet Isaias in præcedentibus argueret multipliciter populum de peccatis eorum, nunquam tamen eorū obstinationem prænuntiauit, quæ obstinatio in hac visione fuit primò sibi reuelata, cū dicitur: Audite, & nolite intellig. &c. excæca cor populi huius. *Vnde non est necesse dicendum, quod hæc visio præcedat alias prophetias prædictas, sicut Hebræi minus rationabiliter dicunt nam in præcedentibus arguebat peccata & scelera populi de mandato Dei, vt dictum est. In hac autem visione sibi iniunctum est, vt excæcationem & indurationem eorum futuram, tempore aduentus Christi eis prænuntiaret.*

Non præcessit visio huius cap. alias visiones prædictas.

ADDITIO IV.

In eo. cap. vbi dicitur in postill. Et adhuc decimatio in ea, &c.

Vbi nos habemus: Et adhuc decimatio in ea. *in Hebræo habetur quædam dictio, quæ licet deriuetur à decem, tamen non significat decimationem, sed significat denam. i. numerum denarium in genere feminino: & est sensus secundum Hebræos, quod à tempore huius visionis adhuc remanebant decem reges in Iuda vsque ad transmigrationem Babylonis inclusiuè. qui quidem reges apud eos sunt Ioathan, Achaz, Ezechias, Manasses, Amon, Iosias, Ioachim, Iechonias, Sedecias. Potest etiam aliter intelligi iste numerus denarius, vt referatur ad illud quod legitur Genes. 8. vbi Deus concessit Abraam, quod si inuenirentur in Sodomis decem iusti, parceret toti ciuitati pro eis; vnde in hoc loco dominus dicebat Isaiæ, quod licet populus esset ita malus sicut populus Sodomorum, prout suprà dixerat 1. c.* Audite verbum domini principes Sodomorum, *tamen adhuc remanebat in ea, scilicet Iudæa & in Ierusalem, dena, videlicet iustorum, quæ volebat eos sustinere & tolerare donec conuerterentur.*

Alia lectio & expositio illius Et adhuc decima in ea.

CAP. VII.

a ET *factum est in diebus Achaz, &c.* Hieron. in comment. Quæ scripta sunt vsque ad hunc locum sub Ozia & Ioathan filio eius, visa sunt: quæ sequuntur sub Achaz rege impiissimo, qui à Deo derelictus ab inimicis expugnatur.

b *Achaz.* Ibid. Qui clausit ianuas templi, & Baalim adorauit, filium suum idolo consecrauit, altare æneum abstulit, & altare idolorum in tēplo posuit. Iure ergo à domino derelictus est, *Et surrexerunt aduersus eum inimici.*

Impietas Achaz. 2. Par. 28.

c *Ascendit.* Ibid. secūdò. Primò enim Assirij de tribu Iuda multos interfecerant, & captiuos in Damascum duxerant: & hac fiducia reuertūtur tēpore Achaz sed non præualent auxiliante Deo, nō meritis Achaz, sed sola misericordia Dei. *Ascendit Rasin*

CAP. VII.

ET factum est in diebus [1] Achaz filij Ioathan, filij [2] Oziæ regis Iuda, ascendit [3] a Rasin rex Syriæ, & b Phacee filius Romeliæ rex Israel in Ierusalem ad præliandum contra eam, & non

a Id est, rex Arani. b Qui ante cxx. millia bellatorum percusserat de Iudæa, & ducenta millia mulierum, puerorum & puellarum, cum infinita præda in Samariam duxerat.

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT VII.

ET factum est. *Postquam Isaias denuntiauit regni Iudæ punitionem, hic denuntiat eius liberationem à persecutione duorum regum: vt tanquam bonus Samaritanus post vinum mortificatiuum infundat oleum lenitiuum. Sciendum tamen quod principalis intentio prophetæ est denuntiare Christi aduentum, qui interponitur: vnde dicit Ra. Sa. super 9. cap. Zacha. Quod vniuersi prophetæ non sunt locuti, nisi super annos redemptionis, & ad dies Messiæ, quod est intelligendum de principali intento. Et ideo pars ista in tres diuiditur, quia primo in signum dictæ liberationis denuntiatur Christi incarnatio; secūdo eius resurrectio, se. ca. tertio eius ascensio, c. 9. Sciendum tamen quod hæc diuisio non est præcisa, quia in secunda & tertia parte fit mentio de contentis in prima, quantum ad aliquid, quia prophetæ frequenter explicant idem, alio tamen modo: quia modo exhortatiuo loquuntur. Præsens autem cap. in tres partes diuiditur; quia primo ponitur regni Iudæ imminens periculum, secundo promittitur liberationis beneficium, ibi,* Et dixit Dominus; *tertio datur huius liberationis signum, ibi:* Et adiecit. *Circa primum præmittitur tempus, cum dicitur:*

Luc. 10. f. Principale intentum prophetarum. Diuisio.

1 Et factum est in di. Achaz. *Quia quarto anno regni sui factum est illud quod sequitur.*

2 Filij Ioathan, filij Oziæ. *Secundum quod dicit Ra. Sa. hic exprimuntur pater & auus ipsius Achaz, ad ostendēdum quod beneficium diuinū factum ipsi Achaz, prout in hoc ca. describitur, non fuit factum propter bonitatem ipsius Achaz, cum esset idololatra pessimus, vt habetur 4. Reg. 16. & per consequens indignus diuino beneficio: sed factum est propter meritum patris sui Ioathan, qui fuit bonus & iustus, vt habetur 4. Reg. 15. Et Oziæ aui sui, qui dictus est etiam Azarias, qui fuit etiam bonus & iustus vt habetur 4. Reg. 5. Verumtamē postea anno 22. regni sui superbiuit, & officium sacerdotale sibi vsurpare voluit: propter quod à Deo lepra percussus fuit, quam patienter portauit habitans in domo sequestrata, & sic peccatū eius purgatū fuit, per pœnitentiam & pœnā illatam.*

Pater & auus Achaz viri boni & pij.

3 Ascendit Rasin rex Syriæ & Phacee fi. Ro. &c. *Isti duo reges non*

MORALITER.

1 *Et factum est.* Per Ierusalem significatur anima fidelis secundum sensum moralem, in qua ciuitate debet Christus regnare: contra eam venit Rasin, qui interpretatur iniquus, id est non æquus, & signat superbiam, Nam superbus vult alios excedere, & sic refugit æqualitatem: & Phacee, qui interpretatur oris apertio, & signat auaritiam: vnde auarus dicitur quasi æris auidus, & sic os apertum habere dicitur, quia nunquam pecuniis satiatur. Et hæc duo vitia dicuntur hic titiones, fumigantes, & caudas habentes: titiones, quia concupiscentiam inflammant: fumigantes, quia mentis oculos tanquam fumus excæcant: & caudas habentes, quia post se alia vitia trahunt. De superbia namque dicitur, Eccl. 10. *Initium omnis peccati superbia.* De auaritia, 1. ad Tim. b. *Radix omnium malorum est cupi.* Per Isaiam verò, dictam ciuitatem assecurantem, prædicator significatur veritatis, dans pro signo liberationis conceptionem & natiuitatem spiritualem Christi in hominibus bonæ voluntatis. Per Achaz verò recusantem signum, significatur peccator obstinatus in malo. De bello verò vitiorum contra Ierusalem moralem dicit Bern. super Missus est: Venit auaritia, & vendicat in me sibi sedem, iactantia cupit dominari, superbia vult mihi esse rex, luxuria dicit, ego regnabo, ambitio, inuidia, & iracundia certant in me ipso, cuius potissimum esse videar: ego quātum valeo resisto, renitor quantum iuuor, dominum meum Iesum reclamo, & ideo non habeo regem nisi Iesum.

De superbia & auaritia.

De bello spirituali.

☞ *Rasin rex.* HIER. in comment. Hic est rex Aran qui interpretatur excelsus, sapientia scilicet sæculari tumidus. Et Phace filius Romeliæ (rex.s. decem tribuum secundum prophetam Osee) rex hæreticorū. Hi.s. vt expugnent ecclesiam consentiunt. Quod audiens domus Dauid.i. simplex populus Christi pertimescit, quia non arboribus frugiferis, sed infructuoso comparatur saltui. Hæretici enim & Gentiles argumētorum gladiis pugnant cōtra domum Dauid, cum dissentiant sibi; vnde, Facti sunt amici Herodes & Pilatus in passione Christi.

Hæretici & gentiles quomodo communi consilio Ecclesiam impugnēt. Luc. 23. b.

B a *Egrede.* TROPO. IBID. Considerandum est, quod impio regi Isaias iubetur occurrere, erigēs vel exurgens de loco suo, non in principio aquæductus, sed in extremis finibus piscinæ superioris, quæ erat in agro Fullonis, vbi sordes & maculæ purgabantur. Quamuis enim Achaz regnaret super Iudam, quia impius erat, in extremis finibus piscinæ morabatur. Deus ergo nō tam eius miseretur, quam populi sui. C Caudas titionum fumigātium vocat sapientiam sæcularem & hæreticum sermonem quorum finis exustio est. Qui frustra inierunt consilium, vt ascenderent contra Iudam, & ponerent super eum filium Tabeel, id est bonum Deum. Vterque enim doctrinam suam putat optimam: sed Deo iuuante non stabit consilium eorum. Quamdiu autem stabit mundus & quæ sunt eius, in finibus suis dominantur. Cum autem finis mundi aduenerit, hoc est 65. anni, & tam mundi res, quæ 6. diebus factæ sunt: quam omnia quæ ad 5. sensus pertinent, finem acceperunt, vniuersa soluentur. Quod Gentiles & hæretici non credunt: & ideo non intelligunt (iuxta Septuaginta) quæ dicuntur, qui dicunt, D *Aure audietis.*

Ecclesia & fides eius durabit ad finem mūdi.

✠ PROCOPIVS. Non defuerunt qui typum baptismatis piscinam habere docuerunt.

b *Derelictus est.* A fratre suo Rabsace, qui ad Assyrios transierat, vt tradunt Hebræi.

c. *Iasub filius tuus.* HIERON. vbi supr. Qui interpretatur reliquus comes & conuertēs, quia populus Iuda de manibus duorum regum liberandus erat.

d *In via.* IBID. Ibi Rabsaces, E postea ex præcepto Sennacherib Dei populū blasphemauit.

e *Duabus caudis.* IBID. Duæ caudæ titionum, Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ: quia in illis finitum est regnum Syriæ & Samariæ. Nam Theglathpharnasar interfecit Rasin, & Osee interfecit Phacee, & pro eo regnauit nouem annis, & obsessus à Salmanasar tribus annis, captus est: & ductus cum decē tribubus in mōtes Mœdorum & Persarum.

Regnorum Syriæ & Israel destructio.

✠ PROCOPIVS. F Fumigantes titiones reges vocauit, tanquam qui luce ipsa, iam vrendi facultate extincta, priuentur. Per hoc autē non titiones, nec plausibiles gentium nugas vereri amplius, nec male sentientium hominum blasphemias metuere monemur. Priuati enim titiones non communi modo plantarum vita destituti, sed ligni etiam robore, ipso denique, qui solet in igne relucere, splendore, hoc solum habent vitium, vt à quibus præhensi fuerint, eosdem queant denigrare tantum, & intuentium oculis lachrymas prouocare.

Nihil nobis obesse posse aliorum blasphemias.

a ¶ Quia dominus auxiliatus est, vt filium suum de virgine nasciturum hac occasione nuntiaret.

potuerunt debellare eam. ² Et nuntiauerunt

a ¶ Regiæ.s. b ¶ Id est in pace, & amicitia vnita est cum x. tribubus, quarum rex erat Phacee filius Romeliæ.

domui Dauid, dicentes. Requieuit Syria super Ephraim, & commotum est cor eius, &

a ¶ Id est, x. tribubus quæ adhæserunt Roboam, qui fuit de tribu Ephraim. b ¶ Propter hunc nuntium. c ¶ Regis.

¶ Domus Dauid. a ¶ Folia arborum. ¶ Infructuosa.

cor populi eius, sicut mouentur ligna syluarum à facie venti. ³ Et dixit dominus ad Isaiam: a Egredere in occursum Achaz tu & qui dereli- b ctus est Iasub filius tuus ad extremum aquæ- c

a ¶ Scilicet. ¶ Id est, quæ extra ciuitatem erat, rari enim fontes erant in montanis.

d ductus piscinæ superioris in via agri Fullonis,

¶ Id est, pauorem cordis ne prodas.

⁴ & dices ad eum: Vide vt sileas. Noli timere,

a ¶ Mala quæ iam passus es. b ¶ Iam finiendis.

e & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorū in ira furoris Rasin regis Syriæ, & filij Romeliæ, ⁵ eò quòd consilium inierit contra te Syria in malum, & Ephraim, & filius Romeliæ, dicentes: ⁶ Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & euellamus eum ad nos, & ponamus regem in me-

¶ Scilicet ne timeas.

a ¶ Subditi. b ¶ Prælatus. c ¶ Quia Iudæa montosa.

a ¶ Quiescentem, dormientem. b ¶ Trahamus in potestatem nostram. ¶ Vel auellamus.

☞ Tabeel

NICOLAVS DE LIRA.

℞ *non venerant tunc simul contra regem Achaz, sed quilibet per se & successiuè, & licet non expugnauerint Ierusalem ciuitatem regiam, tamen de regno Achaz duxerunt magnam prædam, quia non poterat eis resistere in campo, secundum quod dicitur Paral.* 28. *a.* Tradiditque eum dominus Deus in manu regis Syriæ, qui percussit eum, magnamque prædam cepit de eius imperio. *Et subditur ibidem.* Manibus quoque regis Israel traditus est, & percussus est plaga grandi.

Quid effecerint cōtra Achaz expeditiones regū Syriæ & Israel.

1 Et nuntiauerunt, &c. *id est, Achaz, qui descenderat de domo Dauid & populo eius.*

2 Dicentes, *Quia exercitus duorum regum non possunt sic congregari, quin currat rumor, & potissimè ad illos contra quos intendunt bellare. Et quis fuerit ille rumor, subditur.*

3 Requieuit Syria. *id est, rex Syriæ.*

4 Super Ephraim, *id est, super regnum Israel, siue decem tribuum, quia Ieroboam primus rex fuit de tribu Ephraim, vt habetur 3. Reg. 11. & alij post eum communiter. Per hoc autem quod subditur,* Requieuit Syria, &c. *intelligitur confœderatio duorum regum ad veniendum simul contra regnum Iuda: ex hoc enim quod quilibet eorum per se victoriam habuerat contra Achaz, cogitauerunt quod ambo simul possent destruere regnum & transferre ad alium, vt habetur infrà.*

Bellum coniunctis viribus à prædictis regibus susceptum cōtra Achaz.

5 Et commotum est cor eius, *Scilicet regis Achaz.*

6 Et cor populi eius. *Præ nimio timore.*

7 Sicut mouentur ligna, *Eo enim quòd fuerant debellati à quolibet rege per se, vt dictum est, in campo, fuerunt valde territi, credentes quod non possent resistere ambobus simul, etiam in ciuitatibus munitis & fortalitiis.*

8 Et dixit dominus. *Hîc consequenter promittitur liberationis beneficium, cum dicitur:* Et dixit dominus ad Isaiam, *pro consolatione regis & populi, licet non meruisset, vt prædictum est.*

9 Egredere in occursum, &c. *Dicunt aliqui expositores nostri, quod Rabsaces erat filius Isaiæ, qui non fuit honoratus à rege Iuda secundum decentiam sui status, cùm esset de genere regio, sicut & pater suus, vt suprà dictum est: propter quod indignatus transtulit se ad regem Assyriorum, qui posuit eum inter principes sui exercitus, secundum quod habetur 4. Regum 18. & ideo subditur hic: Tu & qui derelictus est, Iasub, à fratre suo ad alienigenas transeunte. Et dicunt ibi expositores hoc dictum Rabsacis haberi ab Hebræis, sed vbi habeatur nescio. vnde & Rab. Salomon aliter exponit secundum interpretationem huius nominis Iasub, qui interpretatur reuersus, & sic dixit dominus, tu & qui derelictus est Iasub filius tuus, quasi dicat dominus, pauci de populo Iuda qui reuertentur ad me per pœnitentiam, ad dictum tuum, erunt tibi sicut filius tuus Iasub. In scriptura enim sacra ille qui per doctrinam suam aliquos conuertit ad Deum, dicitur pater eorum, & ipsi eius filij, secundum hunc modum dicit Apostolus 1. Corinth. 4. d.* In Christo enim Iesu per euangelium ego vos genui.

Fabella Iudæorum de Rabsaces filio Isaiæ.

Expositio Ra. Sa. super illud, Et qui derelict. est, &c.

Filij spirituales.

10 Ad extremum, &c. *Erant enim ibi duæ piscinæ, vbi colligebantur aquæ, & vna erat superior altera, ita quòd de ipsa fluebat aqua in aliam, sicut fit frequenter in stagnis.*

11 In via, &c. *Id est, per quam itur ad agrum illum, vbi Fullones pannos ab eis lotos in piscina extendebant ad desiccandum.*

12 Et dices ad eum. *Ex parte mea.*

13 Vide vt sileas, *id est, sis in bona pace & quiete, ideo subditur.* Noli timere, &c. *Sequitur,*

14 A duabus caudis, *id est, exercitibus reges sequentibus.*

15 Titionum fumigantium, &c. *Titiones fumigant, quando extinguitur flamma, & quia gloria regis Syriæ, & regis Israel erat extinguenda, sicut denuntiat propheta in hoc cap. ideo æquiparat eos titionibus fumigantibus.*

Titio fumigans.

16 In ira furoris Rasin regis Syriæ, *id est, regni eius.*

17 Et filij Romel. *id est, regis & regni Israel, supple in ira istorum contra te. Noli timere, eò quòd consilium inierit contra te Syria in malum, Et Ephraim, id est, regnum Israel.*

18 Et filius Romeliæ, *id est, rex eius.*

19 Dicentes: Ascendamus ad Iudam. *Similiter & cōcorditer, & dicit.*

20 Ascendamus. *Eò quod regnum Iuda est in eminentiori loco quàm regna Syriæ & Israel.*

21 Et suscitemus eum. *A sua quiete, ipsum impugnando.*

22 Et euellamus, &c. *i. auferamus & ditioni nostræ subiiciamus.*

23 Et ponamus regem in me. c. fil. Tab. *id est, Romeliæ, qui vocatur hîc Tabeel, vt dicit hîc Ra. Sa.*

℞ Hæc

a *Tabeel*. HIER. vbi supr. Tabeel bonus Deus, quasi dicat: Ibi ponamus idolum Dei nostri: Vel ad literam, filium hominis, sic vocat.

b *Adhuc sex. a. &c.* IBID. q. d. Interim contenti erunt finibus suis, & Damasco tanquam metropoli Syriæ imperabit Rasin, & caput ciuitatum Ephraim Samaria erit, & in ea interim regnabit filius Romeliæ.

c *Sexagintaquinque anni*. IBID. A vicesimosexto anno regni Oziæ, quando lepra percussus est, ex tunc Ioathan filius eius regnauit xxvij. annis, patre adhuc viuente. Post mortem eius annis xvj. post quem Achaz aliis xvj. postea regnante Ezechia sex annis. Ephraim. i. x. tribus in captiuitatem ductæ, cessarunt esse populus.

d *Si non credideritis*. ✠ EVSEBIVS l. 7. demonstr. ca. 2. Valde necessario propheta virginis partui & natiuitati Emanuelis Dei, inter homines prætulit, *Nisi credideritis non intelligetis*.

✠ IDEM. Vnde sunt qui ex circumcisione, cum Christum non credant, hæc non intelligunt, quem hic propheta vaticinetur.

e *Pete tibi signum*. HIERON. vbi supr. Vt qui prophetæ non credidit, domini auctoritate terreatur. q. d. difficile videtur tibi, quòd regna potentissima breui finiantur, & tu libereris & populus tuus, sed pete tibi signum.

Pete tibi signum. IBID. Moyses accepit signum de terra, vnde: *Misit signa & prodigia in medio tui Aegypt.* Ranas, locustas, cynifes, & cynomiam: de cælo grandinem, ignem, & tenebras trium dierum; Ezechias quoque accepit signum de cælo, quando sol x. lineis regressus est; Et Iosue in Gabaon & Hailon stantibus sole & luna; Plerique putant Saulem signum accepisse de terra & de profundo inferni, quando per incantationem visus est Samuelem suscitasse. Ionas de abysso & mortis faucibus liberatus, signũ inferni & accepit & dedit. Quia prioribus prophetæ non credidit verbis, iubetur signum petere, cuius auctoritate cogatur credere. q. d. Vis vt scindatur terra, & pateant inferi, qui in corde terræ esse dicuntur, an aperiantur cæli? quod vtrumque mortem domini & ascensionem respicit. vnde: *Qui enim descendit, ipse est & qui ascendit*. vnde: *Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cælum? hoc est, Christum deducere; aut quis descendit in abyssum, hoc est Christum de mortuis reducere*.

(Psal. 134. b. Ibid. 104. a. Isa. 38. b. Iosue 10. c. 1. Reg. 28. b. Ionæ. 2. a. Ephe. 4. b. Baruch. 3. c.)

dio eius filiũ Tabeel.[7] Hæc dicit dominus Deus: Non erit istud,[8] & non stabit: sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin. Et adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus:[9] & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non credideritis, non permanebitis.[10] Et adiecit dominus loqui ad Achaz, dicens:[11] Pete tibi signum à domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum suprà.[12] Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo dominum.[13] Et dixit: Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo?[14] Propter hoc dabit dominus ipse vo-

(Interlinear: ¶ Quod minatur. ¶ Erunt. a ¶ Domino per prophetam hæc prædicenti, Achaz & populus non futura credidit. vnde addit. Si non credide. ¶ O viri Iuda. a ¶ In terra vestra, sed & vos captiuabimini. a ¶ Liberationis vel victoriæ. b ¶ Qui auxilium pollicetur. a ¶ Non ab idolis quæ adoras. ¶ In optione tua ponitur. b ¶ Ab inferis. c ¶ De cælo, vel vt Elias de cælo Moyses veniat ab inferis. ¶ Cum debuit obedire. a ¶ Alias exaltabo. Hebræum enim vtrumque significat. Isaias. a ¶ Quia Achaz non vult audire. a ¶ Vnde Christus nasciturus. b ¶ q. d. Non solum prophetarum dicta contemnitis, sed etiam iubenti domino contradicitis. a ¶ Prophetis quorum verba contemnitis. b ¶ Inuidentes eius signis & gloriæ. ¶ Onerosi. vnde: Laboraui sustinens. ¶ Scilicet ne sitis molesti.)

f *Non petam*. IBID. Non humiliter sed superbè. Multi enim leguntur à domino signa petiuisse & accepisse: sed Achaz ita respondit, tanquam auctoritatem habens: *Non tentabis dominum Deum tuum*. Vel, timuit quòd in signo Deus glorificaretur, & idola vilificarentur.

(Verior sententia de verbis Achaz. Matth. 4. b.)

✠ AVGVSTINVS. Achaz apud Isaiam timet signum petere, ne Deum tentare videatur, cum hoc eum dominus admoneat per prophetam, credo existimans, quòd ab ipso propheta exploraretur vtrum præcepti memor esset, quo tentare Deum prohibetur.

✠ EPYPHANIVS in Anchorato. Quod Achaz per humilitatem respondit, *Non petam*, hanc regis humilitatem duobus signis remunerat dominus, qui prius vnum tantum erat pollicitus. Largitur enim dominus duo, ab excelso, verbum suum quod misit: à profundo, carnem quam propria voluntate verbum assumpsit.

g *Audite ergo domus Dauid*. ✠ PROCOPIVS l. 1. quæst. super Gen. ca. 63. Achaz veluti colloquio indignum dedignatus, qui suam alioqui contumaciam pietatis fuco prætexerat, ad domum Dauid ex quo secundum carnem Christus oriturus, ad ipsam primum peruenturus erat, sermonem conuertit.

☞ Ecce

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hæc dicit dominus Deus. *Cuius verbum non potest esse falsum.*

2 Non erit istud. *Scilicet, quod transferatur ad eos regnum tuum.*

3 Non stabit, *id est, consilium eorum non habebit effectum.*

4 Sed caput Syriæ Damascus, *Et non Ierusalem.*

5 Et caput Damasci Rasin. *q. d. non erit caput seu dominus Ierusalem. vnde subditur.*

6 Et adhuc sexaginta & quinque anni, & desi. Eph. *id est, regnum decem tribuum.*

7 Esse populus, & caput Ephraim Samaria, *id est, Samaria desinet esse metropolis in regno Ephraim.*

8 Et caput Samariæ filius Romeliæ, *id est, filius Romeliæ desinet esse caput in regno Ephraim, quia in fine 65. annorum Osee rex Israel satis citò fuit captus, & in captiuitatem ductus cum populo suo per Salmanasar regem Assyriorum, vt habetur 4. Reg. 18. Sciendum tamen, quòd isti 65. anni non sunt numerandi ab illo anno, quo Isaias loquebatur ista: quia à principio regni Achaz cui loquebatur, fluxerunt tantum 22. anni. Achaz enim regnauit 16. annis tantum, vt habetur 4. Reg. 16. cui successit Ezechias, in cuius anno 8. captus fuit Osee, vt habetur 4. Reg. 18. & ideo dicit Rabbi Salomon quod numerandi sunt à tempore quo Amos cœpit prophetare, qui prophetizauit contra regnum Syriæ, & contra regnum Israel, & cœpit prophetare per duos annos ante terræmotum, quando Ozias voluit thurificare, vt dictum est supra, & sic prophetizauit duobus annis antequam Ozias percuteretur lepra. Vixit autem leprosus 25. annis, cui successit Ioathan filius eius in regno 16. annis & post ipsum Achaz 16. Ezechias 6. annis ante captionem Samariæ, qui simul iuncti faciunt 65. an. Alij verò dicunt, quod isti anni sunt numerandi à tempore quo Ozias fuit lepra percussus, eò quòd ex tunc reges Israel & Syriæ acceperunt frontem infestandi regnum Iuda eò quòd rex erat percussus lepra, sed dicunt eum vixisse leprosum 27. annis, & sic in idem redit quantum ad numerum annorum, & ante filius Romeliæ fuerat occisus ab Osee, & sic desierat esse caput Samariæ.*

(Quomodo colligendũ sit tempus istud 65. annorũ de quibus dicitur vers. 8. huius cap.)

9 Si non credideritis, *Scilicet in veritate, hoc dicit Isaias, quia sciebat Achaz idololatram pessimum, verbis suis non crediturum, Quod patet ex hoc, quia de diuino auxilio diffisus, refugit ad auxilium regis Assyriorum, vt habetur 4. Reg. 16.*

10 Et adiecit dom. *Hic dicta liberationis ponitur signum & diuiditur in duas partes, quia primò ponitur signum liberationis ab hostibus tempore Achaz, secundò tempore filij sui Ezechiæ ibi. Adducet dominus. Prima in duas, quia primò promittitur signum. secundo datur, ibi: Ecce virgo. Circa primum dicitur.* Et adiecit dominus loqui ad Achaz. *per Isaiam.*

11 Dicens: Pete tibi signum. *Liberationis tuæ & populi tui, vt prædixi.*

12 A domino Deo tuo. *Et non ab idolis, quæ tu colis.*

13 In profundum inferni. *Secundum Ra. Sa. hic accipitur infernus pro fossa siue sepulchro, id est, Pete tibi signum per resuscitationem alicuius mortui.*

(Infernus pro sepulchro.)

14 Siue in excelsum supra. *Sicut factum fuit tempore Iosue per stationem solis,* Iosue 10. c.

15 Et dixit Achaz: Non petam, *Et secundum quod dicit Ra. Sa. cùm esset idololatra pessimus, signum renuit, nolens quòd aliquid ad Dei gloriam monstraretur, ideo subditur.*

(Cur noluit Achaz petere vel habere signũ)

16 Et non tentabo dominum. *Fuit excusatio ficta ad cooperiendum malum suum: propter quod Isaias intulit, dicens.*

17 Nunquid parum vobis. e. mol. esse ho. &c. *id est, prophetis, quos sæpe molestabant deridendo, affligendo, & aliquando occidendo, vt patet 4. Reg. & 2. Paral. in pluribus locis.*

18 Quia molesti estis & Deo meo? *Signum ab eo oblatum renuendo, ne nomen eius glorificetur.*

19 Propter hoc, *id est, ad declarationem nominis sui principaliter.*

20 Dabit dominus ipse vobis, *Scilicet liberationis vestræ consequenter quamuis sitis ingrati, quia Deus multa bona facit ingratis & inuitis: Vnde dicitur Matth. 5.* Pater vester cælestis solem suum oriri facit super bonos & malos.

9 Si ... ☞ Ecce

a Salutis & liberationis. b Hoc scilicet.

bis signum. ecce virgo concipiet & pa- 1 riet filium : & vocabitur nomen eius 2

a De quo: Osculetur me osculo oris sui. Et dominus virtutum ipse est rex gloriæ.
b Iuda. In periculis. Alias. vocabit. s. virgo. secundum Hebræum enim vtrumque significat. vocabitur autem. quod in Matthæo est, in Hebræo non habetur, sed Matthæus sensum non verba sequitur.

a *Ecce virgo concipiet.* HIERON. Hebraicè *alma.* Latinè quoque alma dicitur sancta. Omnium pene linguarum verbis vtuntur Hebræi. Vnde in canticis de Græco φορίον id est ferculum fecit rex Salomon. Sic enim in Hebræo legimus: Alioquin quæ nouitas est miraculi, si iuuencula conceperit, vt mentiuntur Hebræi? Alma tamen virginem nubilem & adolescentulam significat. Non amplius loquetur vobis per ænigmata: *Ecce virgo concipiet.* hoc erit nouum & mirabile. Iudæi mentiuntur adolescentulam concipere, sed alma quod in Hebræo scriptum est, lingua Punica virginem sonat. Alma apud Hebræos adolescentula dicitur, vel abscondita id est, apocrypha, quæ nunquam virorum patet aspectibus. *Ecce virgo con.* Hebræi de Ezechia hoc dici putant, quia eo regnante Samaria capta sit. Sed Achaz filius Ioathan regnauit annis 16. cui successit Ezechias filius, & regnauit annis 29. qui erat 25. annorum cum regnare cœpisset. Quomodo ergo primo anno Achaz dicta est ad eum prophetia de Ezechia nasciturо, qui iam erat nouem annorum? nisi fortè sextum regni Ezechiæ annum quo capta est Samaria, infantiam eius appellari dicant, Non ætatis sed imperij; Quod violenter esse exortum etiam stultis patet.

Quomodo Iudæi huius loci auctoritatem eleuare nitantur?

TERTVLLIANVS. Signum à Deo, nisi nouitas aliqua monstrosa, tam dignum non fuisset. Denique Iudæi hic reuincuntur quod nihil signi videri possit res quotidiana, iuuenculæ scilicet prægnatus & partus.

a *Emmanuel*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce virgo. *Hic consequenter ponitur signum, & quia scriptura ista multipliciter peruertitur à Iudæis, intendo hic aliquantulum immorari, & sic procedam: Quia primo ponam obiectiones quibus nituntur ostendere, quod non possit intelligi de Christo ad literam. Secundo ponam falsas opiniones eorum, & eas excludam. Tertio ponam expositionem catholicam & veram. Quarto, obiectiones Iudæorum soluam.*

Obiectiones Iudæorum quod hic locus videl. *Ecce virgo concip. &c.* non possit intelligi de Christo.

Circa primum arguunt ex hoc quod dicitur hic: Dabit dominus ipse, vobis signum, *scilicet liberationis Achaz & populi sui à duobus regibus regnum destruere volentibus, vt dictum est; Iesus autem Nazarenus natus fuit post tempus Achaz per quingentos annos & amplius, vt posset de facili ostendi per tempora regnorum: sed dimitto propter prolixitatem vitandam, & quia hoc conceditur ab omnibus Christianis, ergo conceptio seu natiuitas Iesu Nazareni nullo modo fuit signum dictæ liberationis. Item ex hoc quod dicitur:* Ecce virgo concipiet & pariet filium, &c. *arguunt, quia in Hebræo habetur:* Ecce alma concipiet, & pariet, &c. *quod nomen significat virginem, sed adolescentulam: quod nomen indifferenter dicitur de virgine & corrupta. Quod Christiani negant de Maria, quam dicunt virginem concepisse. Item ex hoc quod sequitur:* Et vocabitur nomẽ eius Emmanuel. *& in Hebræo habetur:* Et vocabit ipsa scilicet alma, nomen eius Emmanuel: *Iesus autem Nazarenus non fuit vocatus à matre sua, nec etiam ab aliis Emmanuel, sed Iesus vt patet ex euangeliis eorum: ergo hæc littera non potest intelligi de ipso. Item arguunt ex hoc quod subditur in hoc capite:* Antequam sciat puer vocare patrem & matrem, &c. *Ex quo patet, quod in puero de quo fit hic sermo, fuit ignorantia quod Christiani negant de Iesu Nazareno, dicentes eum habuisse plenitudinem scientiæ ab instanti conceptionis inquantum homo: & inquantum Deus ab æterno.*

1
2
3
4

Quomodo exponant prædictum locũ Iudæi?

Circa secundum sciendum quod propter ista quæ dicta sunt, aliqui Hebræi exponunt scripturam istam de Ezechia filio regis Achaz, qui post dictum prophetæ natus fuit, vt dicunt in signum liberationis regni Iuda à prædictis regibus. Et ad hoc inducunt quod habetur infra sequenti ca. Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ ô Emmanuel. *Ezechias autem fuit dominus terræ post Achaz patrem suum. Sed hoc dictum reprobat Rab. Salo. per hoc, quia Ezechias erat 25. annorum quando cœpit regnare post Achaz patrem suum immediatè, vt habetur 4. Regum 18. Achaz verò regnauit 16. annis tantum vt habetur 4. Regum 16. ergo in principio regni Achaz antequam diceretur ista prophetia, Ezechias iam erat natus & erat 9. annorum, & sic non potest hæc scriptura intelligi de Ezechia. Et adhuc ad dictum Ra. Sa. potest addi, quia secundum ipsum & secũdum doctores catholicos prophetia ista fuit dicta quarto anno regni Achaz, & sic Ezechias tunc non solum habuit nouem annos, sed etiam tredecim, ergo non potest intelligi de eo. Propter quod Ra. Sa. dicit; quod hæc prophetia intelligenda est de filio Isaiæ. Dicit enim quod Isaias acceperat in vxorem quandam iuuenculam, & quod iam conceperat de eo. vnde dicit, quod talis est litera:* Ecce adolescentula concepit & pariet filium, *& denuntiatio huius partus fuit signum ab eo prædictum, quia de puero existente in matris vtero nescitur, an sit masculus vel fœmina: & ideo quando certitudinaliter prædicitur, signum est credibile, quod illud quod promittitur ad tale signum sit futurum, vt sit sensus verbi Isaiæ:* Ecce adolescentula concepit & pariet filium: *Et quando in natiuitate eius videbis verbum meum verificatum, scias te à duobus regibus te inuadere disponentibus cito liberandum. Et ita fuit vt iste Sab. Salo. prosequitur: quia cito post ad petitionem Achaz rex Assyriorum venit in Damascum contra Rasin regem Syriæ, & eũ interfecit, & populum eius transtulit in Cyrenen, vt habetur quarti regum, decimo sexto: & eodem anno, vt dicit, Osee filius Ela coniurauit contra Phacee filium Romeliæ regem Israel, & eum interfecit, vt habetur quarti Regum decimo sexto. Ad suum autem propositum confirmandum adducit illud quod scribitur cap. sequenti.* Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. *Ex quo patet quod ista adolescentula de cuius conceptu & partu fit hic sermo, fuit vxor Isaiæ, ad quam accessit maritali affectu. Et puer conceptus & natus de ea fuit filius eius.*

Reiiciunt prædictam expositionem Ra. Sa. & Catholici.

Quomodo illum locũ exponat Ra. Sa. de filio quodã Isaiæ.

Reiicitur expositio Ra. Sal.

Sed ista expositio nõ potest stare, quia capite sequenti dicitur de puero nato. Et erit extensio alarum eius, *id est, exercitus regis Assyriorum,* implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanuel: *& loquitur ibi de terra regni Iudæ, cuius nunquam fuit dominus Isaias nec filius eius; & sic Emmanuel de cuius conceptione & natiuitate fit hic sermo, non fuit filius Isaiæ. Item quod dicit denuntiationem natiuitatis pueri in sexu masculino esse signum à domino promissum videtur falsum, quia de mandato domini dixit Isaias:* Pete tibi signum à domino Deo tuo in profundum inferni, &c. *per resurrectionem mortui, vel per aliquam mutationem notabilem & supernaturalem incursu cælesti, vt dictum est supra. Et idem dicit Rab. Salomon. & sic illud signum debuit esse aliquid valde magnum, & excedens totam creaturæ facultatem, cuiusmodi non est talis denuntiatio. quoniam aliquando medici experti per aliqua signa & experientias præcognoscunt sexum pueri nascituri. Et si dicatur, quòd non cognoscunt per certitudinem: tamen negari non potest, quin dæmones præcognoscant certitudinaliter, cùm ad hoc se extendat eorum notitia naturalis, quæ remansit integra in eis: & per consequens tale signum potest certitudinaliter prædici à diabolo, Item 3. Reg. xvij. dicitur, quod Osee filius Ela regnare cœpit anno xij. Achaz, & secundum hoc Phacee filius Romeliæ vixit vsque ad xij. annum Achaz. Et sic falsum videtur, quod dicit Ra. Sa. ipsum interfectum ab Osee eodem anno, quo natus fuit Emmanuel, qui secũdum eum natus fuit anno Achaz iiij. vel v. ad tardius. Item cap. viij. dicitur:* Antequam sciat puer vocare patrem & matrem, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum: *Sed non legitur Samaria spoliata à rege Assyriorum, ante nonum annum regni Osee, in quo fuit capta à Salmanasar rege Assyriorum vt habetur iiij. Reg. xviij. licet Osee ante fuerit tributarius regis Assyriorum, & sic à natiuitate pueri, de quo est hic sermo, quod fuit filius Isaiæ secundum dictum Rabbi Salom. vsque ad captionem Samariæ fluxerunt anni 17. scilicet 8. de regno Achaz, & 9. de Osee, vt patet per prædicta, quia puer fuit natus 4. anno Achaz vel 5. ad plus: & Osee cœpit regnare 12. anno Achaz, vt dictum est: ante verò 17. annos puer scit vocare patrem & matrem. Si autem dicatur quod Osee cœpit regnare quarto anno Achaz, vt dicunt aliqui, adhuc sequitur quod puer in spoliatione Samariæ habuit nouem annos ante quos puer scit vocare patrem & matrem ad tardius. Item quod assumit ad confirmationem sui propositi, cum dicitur:* Et accessi ad prophetissam, &c. *magis est ad oppositum, vt ostendetur capite sequenti.*

Masculum vel femellã generandã an possit præcognosci.

Male reponere Ra. Sal. annum natiuitatis Emmanuelis sui.

Circa tertium accipiendum est quod dicitur Matthæi 1. d. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam dicentem: Ecce virgo habebit in vtero & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. *Ex hoc patet, quod ista scriptura Isaiæ loquitur de domino Iesu Christo, cum Matthæus apostolus & euangelista spiritusancto plenus magis quàm fuerunt prophetæ veteris testament. dicat eam fuisse impletam in natiuitate Christi. Et secundum hoc sic exponitur à doctoribus catholicis.* Ecce virgo concipiet & pariet filium, *id est beata virgo Maria à prophetis denuntiata, quæ concepit & peperit manens virgo.*

De Christo exponendus est prædictus locus: *Ecce virgo, &c.*

2 Et vocabitur nomen eius Emmanuel, *quia vocatus est Christus, quod est nomen significans duplicem naturam in vno supposito, diuinam, scilicet & humanam, & hoc idem significat Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus.*

Emmanuel.

1 Buty-

a *Emmanuel*. HIER. vbi supr. Quidam Isaiam duos filios habuisse A dicunt, Iasub & Emmanuel: Emmanuel de vxore prophetissa generatum in typum saluatoris; Et Iasub qui interpretatur relictus vel conuertens, in typum Iudaici populi qui relictus est, & postea reuersurus. Emmanuel (id est, nobiscum Deus) gentium vocationem significat, propter quam verbum caro factum est.

De Emmanuele filio Isaiæ opinio aliquorum.

✠ TERTVLLIAN. l. de Trinitate. Quomodo, inquit Isaias, vocabis nomẽ eius Emmanuel, B id est, nobiscum Deus: sic Christus ipse dicit: *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Est ergo nobiscum Deus, & quoniam nobiscum est Christus, est nobiscum is, cui nomen est, nobiscum Deus.

✠ LACTANTIVS l. 4. ca. 12. Emmanuel nunquam est vocitatus, sed Iesus. qui Latinè dicitur salutaris siue saluator, quia cunctis gentibus salutifer venit. C Sed propheta declarauit hoc nomine quod Deus ad homines in carne venturus esset.

Verus Emmanuel Iesus Christus.

b *Reprobare malum*. HIER. vbi supr. Quasi dicat, in pãnis infantiæ positus habebit boni malique discretionem. His verbis percipimus, saluatoris infantiam, diuinam in eo non minuisse sapientiam, quamuis dicatur: *Puer autem proficiebat ætate & sapientia*, vt veritas humani corporis probaretur: Infantia enim non præiudicat diuinæ D sapientiæ.

De scientia Christi infantis.

a ¶ Nobiscum Deus, quod in destructione duorum regum patebit.
b ¶ A parte totum id est omnem cibum homini idoneum, in quo verus homo monstratur. c ¶ Et etiam Deus erit, vt sci.

a Emmãnuel.[15] Bũtyrum & mel comedet, vt sciat 1
a ¶ Herodem, scribas & Pharisæos. ¶ Nunquam vitiorum patet affectibus. 2
b ¶ Pastores, Magos.
c ¶ Bene, dico: audite domus Dauid signum vestræ liberationis.

b reprobare mãlum, & eligere bõnum:[16] Qũia 3
a ¶ Antequam fiat Deus homo.

c ãntequam sciat puer reprobare malum & eli-
a ¶ Anno sexto regni Ezechiæ ab Assyriis capta est Samaria.

gere bonum, dẽrelinquetur terra quam tu de-
a ¶ Quasi. Hi non sunt tibi metuendi. sed Assyrius.
b ¶ Veniente Assyrio illis superatis, in Emmanuelis liberaberis præsentia.
¶ Vnde, derelinquetur terra ab his regibus.

testaris, ã facie duõrum regum suorum.[17] Addũ- 4
cet dominus super te, & super populum tuum 5
a ¶ Tribulationis & captiuitatis. b ¶ Tam mali.

& super domum patris tui diẽs, quĩ non venerũt 6
a ¶ Nabuchodonosor cum quo venerunt Medi & Persæ & Ægyptij & Chaldæi. 7

à diebus separationis Ephraim à Iuda cum rege 8

✠ IRENÆVS lib. 3. cap. 16. Diligenter significat spiritus sanctus, hunc natum è virgine Deum eum esse, cum dixit, *Vocabitur Emmanuel*, id est, Deus inter homines, & declarat hominem esse; appellat enim infantem cum dicit, *Butyrum & mel comedet*, & cum dicit, *Priusquam cognoscat bonum aut malum.* Hæc enim omnia sunt infantis.

c *Derelinquetur, &c.* HIERON. E vbi supr. q. d. Terra Syriæ & Samariæ ab inuocatione nominis eius vastabitur, & domus Iuda à duobus regibus liberabitur.

✠ EVSEBIVS lib. 7. de demon. 2. c. 2. En deletum est regnum Samariæ, & regnum Damasci; hoc signum datum erat aduentus Christi: hoc signum completum vides, ô Iudæe, aduenit ergo Christus. Vides hæc F omnia completa, puerum è virgine natum qui melle & butyro pastus, qui infantiæ tempus excessit, vt reliqui infantes, in quo dolus non sit inuentus, vides duo regna deleta. Si vides hæc duo regna stare, expecta adhuc dum veniat Messias: sin vides hæc iam olim diruta, venit ergo Messias.

Redargutio Iudaicæ perfidiæ.

Musi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Buty. & mel. co. *hoc dicitur ad denotandum veram eius humanitatem quæ talibus nutritur maximè in pueritia.*

2 Vt sci. re. ma. *ly, vt, non tenetur ibi causaliter, sed consecutiuè; quia ab infantia sua habuit plenitudinem scientia ad reprobandum malum, & eligendum bonum, loquendo de scientia humana. Et quia istam habuit ab instanti conceptionis & non antè ideo subditur.*

Plenitudo scientiæ in Christo.

3 Quia an. pu. sci. re. ma. &c. dere. ter. &c. *id est, odio habes tanquam tibi nociuam scilicet terram Israel & terram Syriæ.*

4 A fa. du. reg. su. *quia rex Assyriorum regem Syriæ interfecit, & populum eius transtulit in Cyrenen, vt dictum est supra, & postea Osee regem Israel cepit, & populum eius transtulit in Assyrios, vt habetur 4. Regum 18.*

Circa quartum dicendum. Ad primum quod in sacra scriptura ponitur duplex signum alicuius euentus. Vnum pronosticum, quod est indicatiuum effectus futuri, sicut Iudic. 6. datum fuit signum Gedeoni in vellere indicatiuum suæ victoriæ futuræ: & tale signum frequentius datur in scriptura. Aliud est signum rememoratiuum effectus præteriti, sicut Exod. 3. c. dixit dominus Moysi: Hoc habebitis signum quod miserim te, cum eduxeris populum meum de Ægypto; immolabis Deo super montem istum, *id est, immolabis Deo, de ista missione, quæ tibi imponitur ad liberationem populi, reddendo gratias Deo. Et sic patet quod istud fuit signum rememoratiuum missionis præteritæ. Nec obstat magna distantia temporis, quia signum rememoratiuum ita respicit præteritum in magna distantia, sicut in parua, sicut & signum pronosticum respectu futuri. Sciendum etiam quod liberatio regni Iudæ à persecutoribus fuit signum figuratiuum saluationis mundi fiendæ per Christum: & quia Achaz erat incredulus verbo prophetæ, vt dictum est supra, conuenientius fuit vt sibi daretur signum rememoratiuum futurum in longinquum, vt ipse in propria persona non videret sicut in mente non credebat: illi tamen qui descenderunt de eo viderunt, vt Maria & Ioseph. ideo signanter propheta non direxit verbum ad Achaz dicens,* Audi Achaz: *sed ad domum Dauid di.* Audite ergo domus Dauid. *de qua domo fuerunt Ioseph & Maria; non tamen ad eos refertur quod ibi dicitur,* Numquid parum vobis, &c. *Sed illud quod subditur:* Dabit dominus vobis signum.

Soluuntur obiectiones Iudæorum.

Duplex signum futuri euentus.

Solut. primæ.

Ad secundum dicendum, quod almuth in Hebræo significat absconsionem: & inde dicitur alma, abscondita, quod significat iuuenculam aspectibus hominum absconditam, ita quod de eius pudicitia & integritate non dubitatur, maximè quando præponitur litera He, tunc sic sonat haalma. *Nec inueniuntur in tota sacra scriptura aliquæ sic scriptæ nisi tantum tres. Rebecca, Gen. xxiiij. b. vbi dicitur de ea.* Puella decora nimis, virgo pulcherrima & incognita viro. *Et sequitur ibidem.* Puella quæ egredietur ad hauriẽdam aquam. *in Hebræo habetur:* Haalma quæ egredietur, &c. *Et Maria soror Moysi, Exod. ij. b. vbi dicitur de ea:* Et iuit puella & vocauit matrem pueri. *In Hebræo habetur:* Iuit Haalma, &c. *& ista quæ scribitur in hoc capite; ideo cum duæ primæ fuerint virgines purissimæ, quando nominatæ fuerunt nomine* haalma, *idem tenendum est de ista.*

Solut. secundæ.

Haalma.

Ad tertium dicendum, quod duplex est nomen alicuius, scilicet impositionis & naturæ: sicut Socrates est nomen impositionis, homo, vel hoc nomen homo *nomen naturæ. Iesus fuit nomen impositum ipsi Christo, vt patet Luc. 2. Emmanuel autem est nomen naturæ seu proprietatis. Significat enim nobiscum Deus, vt dictum est supra, & hoc est proprium nomen ipsius Christi, in quo diuina natura & humana sunt coniuncta in eodem supposito. Et hoc modo vocatus est pluribus aliis nominibus proprietates eius significantibus, sicut vocatus est lapis, Daniel 2. & Dauid Osee 3. & nomine Domini tetragrammaton. Ier. 23. b.* Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. *vbi habemus, dominus, in Hebræo habetur nomen domini tetragrammaton, & pluribus aliis nominibus consimiliter nominatur in scriptura.*

Nominum impositio quomodo fiat.

Solut. tertiæ.

Ad quartum iam solutum est ex his quæ dicta sunt; quia licet in Christo non fuerit aliqua ignorantia, tamen factus est homo in tempore, & sic habuit scientiam infusam in tempore, & antequam illam haberet, liberatio populi per Isaiam denuntiata fuit impleta.

Solut. quartæ.

5 Adducet Dominus. *Sciendum quod pars ista ad finem capitis multipliciter exponitur à diuersis: Sed vnam tantum expositionem intendo prosequi, quæ rationabilior mihi videtur, & eam prosequitur Rabbi Salo. videlicet quod in hac parte describitur signum liberationis à Deo factæ tempore Ezechiæ filij Achaz, quia rex Assyriorum cum magno exercitu venit contra eum, cui Ezechias resistere non potuit via humana, & ideo conuertit se ad diuinum auxilium implorandum: & ideo misit dominus angelum suum, qui vna nocte percussit in exercitu regis Assyriorum centum octogintaquinque millia bellatorum. Quod videns rex mane territus & confusus fugit ad terram suam cum paucis, & ibi interfectus fuit à filiis suis. 4. Reg. 19. Igitur secundum hoc residuum huius capitis in duas partes diuiditur, quia primo tangitur hoc factum in generali, secundo, explicando partes eius in speciali, ibi:* Et erit. *Circa primum dicitur ipsi Achaz.*

Clades regis Assyriorum qui ascendit contra Ezechiam.

Adducet dominus super te. *quia Theglathphalasar rex Assyriorum vastauit terram eius nullo resistente, & eum afflixit, vt habetur, Paralip. 28.*

6 Et super do. p. tui, *id est super Ezechiam filium tuum & eius populum. Ezechias enim fuit iustus & bonus: & ideo magis designatur hic per auum suum Ioathan, qui fuit iustus, quàm per Achaz patrem suum qui fuit pessimus, cum dicitur:* Super do. patris tui. *scilicet Ioathan de qua domo exiet Ezechias filius tuus.*

7 Dies qui non vene. à diebus separationis. *Ista separatio fuit facta tempore Roboan, vt habetur 3. Reg. 12. à tempore illo vsque ad tempus Ezechiæ non venerunt dies ita terribiles & consolabiles diuersis respectibus, sicut venerunt tempore Ezechiæ, quando Sennacherib venit vltimo ad destruendum eius regnum. ideo subditur.*

Tempora sub Ezechia rege.

8 Cum rege Assyriorum. *quoniam in aduentu eius ad Ierusalem fuerunt illi dies ratione eius & formidinis exercitus, & pro Rab-*

sacis

a *Musca*. HIERON. id est Ægyptiis, populo imbelli, & idololatria A sordenti. Legimus ab Ægyptiis Iosiam occisum, & populum Israel subiugatum, nec multo post tempore Nabuchodonosor cum innumerabili exercitu cepit Ierusalem, templum succendit, & habitatores Assyrios in Iudæa posuit.

Psal.35.d. Ibid.36.a.

Septem ostia Nili.

b *Fluminum Aegy.* †† IDEM. intelligit septem διώρυχας seu ostia Nili, per quæ in mare devoluitur.

c *Api quæ est in terra Assur.*

Cur apibus comparentur Assyrij?

†† IDEM. Ita vocat Assyrios, B vel quia eorum illo tempore potentissimum erat regnum, & ad bella promptissimum: vel quia omnis prope Assyriorum & Persidis regio vsum habebat sagittarum.

Ier.25.g.

d *Nouacula*. HIERON. Rex Assyriorum (qui in Ieremia, columba Dei vocatur) in eo tanquam in nouacula acutissima & in his qui trans flumen, scilicet Assyriis, sunt, radet dominus, in Iu- C dæa caput & pilos pe. scilicet omnem fortitudinem regum & principum & subiectorum.

Assyriorum. [18] Et erit in die illa: sibilabit dominus muscæ quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api quæ est in terra Assur, [19] & venient & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuersis foraminibus. [20] In die illa radet dominus in nouacula acuta in his qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum caput & pilos pedum & barbam vniuersam. [21] Et erit in die

a ¶ Inspirabit. a ¶ Nili.
a ¶ Assyriis vel Chaldæis nimium ferocibus & iaculis potentibus.
b ¶ Metaphoram prosequitur. In huiusmodi enim locis muscæ apesque congregantur.
¶ In terra tua.
a ¶ Quia data est ei Ægyptus pro labore quo seruiuit domino apud Tyrum.
b ¶ Aliàs conducta alia litera. c ¶ Euphratem.
a ¶ Vt nihil forte, nihil pulchrum remaneat, sed effœminatis hominibus imo ignominiosis mulieribus comparentur.
a ¶ Decorem & virtutem. b ¶ Id est cum omnia translata fuerint in Chaldæam.
¶ Tempore gratiæ.

bant, ablatum iri; Hunc sensum innuit erasio pilorum capitis eius D regni, ingentem nempe, & diffusum ac confusaneum populum dominus abolebit; quos hic sermo sub vmbratili tectorio vocat *pilos pedum*. Deinde & ea quæ illis erant pretiosissima, quæue insignia eximiæ fortitudinis, *absque barba* fore dixit, perque nouaculam inebriatam exterminandâ. Quia etiam historiæ attenti forsan deprehendent hæc, quæ per Assyrios dicuntur esse gerenda, à Romano exercitu completa esse, se- E cundum natiuitatem nostri Emmanuelis.

c *Et erit in die.* †† HIER. Post subuersionem vrbis Nabuzardan princeps militiæ, quẽ LXX. Ἀρχιμάγειρον vocant, pauperes reliquit, qui vineas & agros colerent. Vnde Godolias de regis genere, qui eis præpositus erat, dicit: *Seruite regi Babyloniæ & bene erit vobis*, quo tempore tanta solitudo in Iudæa fuit, vt nec greges ouium haberent, nec ar- F menta boum.

Iudææ solitudo.

† EVSEBIVS l.2. de demonst. ca.39. Dies illa aduentus Saluatoris nostri est. In illa enim die,

†† BASILIVS. refert prophetiam contra ipsum Regem Assyriorum. Post Christi natiuitatem, potestate omni aduersaria profligata, muscis nimirum & api dispulsis spiritu oris domini, tunc in vnum cogentur filij Israel, & requiescent in abditis hospitiis, in vallibus, & agris, in fissuris petrarum, & eiusmodi speluncis. Iam quod attinet ad illud, *radet dominus in nouacula inebriata regis Assyriorum caput & pilos pedum, & barbam eius auferet*, videtur sententia hæc innuere exercitum quemdam mercede conductum per *nouaculam inebriatam*, ac indicare regnum Assyriorum fore imbecillum, & quæ illius claritatem & gloriam concernebant,

Regnum Assyriorũ.

qui relictus fuerit de totius gentis interitu, hoc est, quicumque ex his in Christum crediderit, nutriturum iuuencam boum & duas oues prædicit, & ex iis butyrum & mel comesturum. Hæc si mysticè contemplaberis, intelliges in Apostolis suum finem accepisse. Quorum singuli in suis ecclesiis binas oues, hoc est binos ordines instar ouium ad gregem Christi conuenientes, alterum quidem in primis elementis versantem, alterum qui iam per lauacrum sit illustratus; ac præterea iuuencam vnam, id est, ecclesiasticum principatum; diuinis & rationalibus cibis nutrientes, secundum ex illis lac & mel perceperunt. HIER.

Tres ordines seu status in Ecclesia.

NICOLAVS DE LIRA.

facis blasphemationibus fuerunt terribiles & tristabiles. Sed ratione miraculosæ liberationis fuerunt consolabiles.

Diuisio.

1 Et erit. *Hic describitur factum per partes in speciali. Et primò quantum ad aduentum exercitus; secundo quantum ad percussionem ipsius, ibi:* In die illa radet, *tertio quantum ad prouisionem victus Ezechiæ & populi eius, ibi:* Et erit. *Circa primum dicitur.*

2 In die illa, *id est in tempore illo, quia congregatio tanti exercitus non potuit fieri vno die.*

3 Sibilabit domi. *id est inspirabit voluntatem veniendi contra Ezechiam.*

4 Muscæ quæ est in extremo. *Per muscam intelligitur hic populus Aegypti, qui cum magna turba venit cum Sennacherib contra Ezechiam, vt dicunt aliqui. Sed hoc videtur falsum, quia Rabsaces tunc volens terrere Ezechiã & populum eius dixit* 8. *Reg.*14.*e.* In quo confidis, vt audeas rebellare? an speras in baculo arundineo atque confracto Aegypto? *Hoc autem non dixisset, si populus Aegypti esset in exercitu cũ Sennacherib cõtra Ezechiam, & ideo alij exponunt de rege Aegypti, qui alio tempore venit contra Iudæam, scilicet tempore Iochaz filij Iosiæ, quem vinxit, & imposuit terræ centum talenta argenti, & talentum auri* 4. *Reg.*23. *Sed videtur mihi quod melius potest exponi de populo Lybiæ, qui erat subiectus regi Assyriorum, & ideo venit ad eius exercitum. vnde non dicitur hic*, Sibilabit dominus muscæ *quæ est in Aegypto, sed*, quæ est in extremo fluminum Aegypti. *Et vocatur ille populus* musca, *ad designandum quod venit cum magna turba sicut musca. Dicitur autem hic* fluminum Aegypti, *quia in Aegypto rarò pluit, sed terra irrigatur per irrigationem Nili, qui ad hoc ab incolis per multos diuiditur riuos, vt habetur Deut.*11.

An militauerint in exercitu Sennacherib Ægypij contra Ezechiam?

5 Et api quæ est in terra Assur. *Vocatur ille populus Assyriorum apis, non à dulcedine mellis, sed ab aculeo: quia ille populus pupugit alias nationes in circumitu, eas persequendo, vt habetur* 4. *Reg.*8.

6 Et venient & requiescent omnes in torrentibus, &c. *Per hoc designatur quod essent occupaturi & deuastaturi omnia loca regni Iudææ, sicut factum fuit tempore Ezechiæ, excepta Ierusalem, quem Sennacherib non cepit, Deo exercitum eius percutiente.*

7 In die illa. *Hic consequenter describitur ista percussio, quia dominus misit angelum, & percussit in castris Assyriorum* 185. *millia, ita quod corpora redacta fuerunt in cineres, intactis vestibus & armis; quo viso rex Sennacherib fugit, & diuino iudicio in terra sua gladio filiorum suorum interfectus fuit* 4. *Regum* 19. *& hoc est quod dicitur hic*: In die illa. *id est in tempore quo Sennacherib veniet contra Ierusalem, vt destruat eam.*

Percussio Sennacherib & exercitus eius.

8 Radet dominus in nouacula conducta, *id est, acuta, quia illud quod acuitur, super cotem, deducitur. Per nouaculam acutam, quæ velociter scindit multitudinem pilorum intelligitur diuina potentia, per quam velociter cecidit rex Sennacherib, & exercitus eius.*

9 In his qui trans flumen, &c. *scilicet Euphraten, vltra quod erat terra Assyriorum respectu Ierusalem.*

10 In rege Assyriorum. *hoc dicitur ad excipiendum alios populos, qui habitant vltra Euphraten, qui non venerunt cum Sennacherib ad destruendum Iudæam.*

11 Caput, *id est regem, qui à filiis suis interfectus fuit, vt dictum est.*

12 Et pilos pedum, *id est pedites de suo exercitu.*

13 Et barbam vniuersam, *id est equites, qui erant circa regem adhærentes ei, sicut barba capiti.*

14 Et erit in die illa. *Hic consequenter describitur prouisio victus circa Ezechiam & populum eius: quia licet exercitus Sennacherib terram Iudææ in circumitu Ierusalem destruxerit, & bona partim vastauerit, & partim rapuerit, tamen dominus de victu Ezechiæ & populo suo prouidit, vt dictum fuit* 4. *Reg.*19. *exponendo illud:* Hoc erit signum, comede hoc anno quod reperis, &c. *& quantum ad hoc dicitur hic.* Et er. in die il. *i. tempore, post deuastationem per Sennacherib.*

Quomodo Deus Ezechiæ & populo eius victum prouiderit?

6 Et | 1 Nutriet

MORALITER.

†† *In die illa sibilabit dominus muscæ, &c.* Per muscas & apes pungentes, significantur contentiosi & detractores, qui dicuntur hic requiescere.

Contentiosi & detractores.

† *In torrentibus vallium*, quoniam sunt impetuosi, propter quod signant domus potentum.

† *Et in cauernis*, id est in domibus claustralium.

† *Et in omnibus frutetis*, quæ sunt parua nemora, propter quod significat habitationes vulgarium. In omnibus enim istis locis vigent vitia contentionis, & detractionis. Et subditur dictorum vitiorum punitio, cùm dicitur.

7 *In die illa radet dominus*, id est grauiter puniet prædicta vitia in maioribus, qui per caput significantur; & in mediocribus qui per barbam; & in minoribus qui per pilos pedum intelliguntur.

14 *In die illa*. Hic describitur modus viuendi bonorum, cum dicitur: *In die illa nutriet homo*. id est rationabiliter viuens.

Modus viuendi bonorum.

HIER. Tropolo. Nutriet homo vix vnam vaccam & duas oues scilicet, munda animalia habent Iudæi; vt lacte nutriantur infantiæ, non solido cibo, vt comedāt verborum mella de labiis meretricis, id est doctoribus prauis, nec habeant vinum quod lætificat cor hominis. Sed opera eorum vertantur in spinas, & vulnerentur ab eis, qui sagittant in obscuro rect. cor. si voluerint altius sapere, quam deberent, vt laborantes in scripturis mysticum aliquid possint inuenire: Non fruges afferant, sed vepribus compleantur, & spinis, quæ oriuntur in manibus ebrij; nec terra eorum vel doctrina à rationabili animāte, sed à bobus, *quorum curam non habet Deus*, & à brutis animalibus conculcetur.

Psal. 10. a.

(a Rarus habitator. b Vnam tantum, quia pauper. Carnem, Robustam vnitatem. c Vnde pascatur & vestiatur. Duos simplices affectus, ad dominum scilicet, & proximum.)

illa: nutriet homo vaccam boum, & duas oues, [22] & præ vbertate lactis comedet butyrum. Butyrum enim & mel manducabit omnis homo, qui relictus fuerit in medio terræ. [23] Et erit in die illa: omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argēteis: & in spinas, & in vepres erunt. [24] Cū sagittis & arcu ingredientur illuc. Vepres enim & spinę erūt in vniuersa terra. [25] Et omnes montes qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum & veprium, & erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris.

(a Quia multa pascua, & pauca animalia. b Doctrinæ euangelicæ. c Agreste. a Præ inopia panis. a Deficiente vino, desertis vineis, singulæ vites singulis ementur argenteis. a Ementur. b Vineæ. c Timore latronum. a In agros visendos. a Erunt tales. a Cætera terra. b Tantum, non in habitationem hominis.)

a *Comedet butyrum.* Delectabitur in passione Christi vel sua. Butyrum enim ex multis confectionibus efficitur.

b *Et omnes montes qui in sarculo sar.* HIER. relictis campestribus metu hostium ad montana confugient, aspera montium manu propria excolentes, vitam miseram sustentabunt. Cetera erunt in pascua.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nutriet homo. *id est vaccam vnicam sibi remanentem de magno armento boum, ceteris raptis & consumptis ab exercitibus Sennacherib.*

2 Et duas oues. *sibi remanentes de magno grege ouium, ceteris consumptis ab Assyriis.*

Duæ pugnantes expositiones vers. 20.

3 Et præ vbertate. *Quia dominus dabit benedictionem suam: & sic habebunt tantum de lacte quod sufficiet ei ad sustentationem domus suæ, in tantum, quod non solùm comedat lac, sed etiam pinguedinem lactis, quæ colligitur in butyro. Aliqui autem exponunt hoc ad oppositum dicentes, quod per hoc exprimitur defectus victus illo tempore, propter vastationem terræ: sic exponentes,* Comedet butyrum *propter panis defectum: Sed litera præcedens videtur repugnare, vbi dicitur.* Et præ vbertate, *& similiter subsequens, cùm dicitur.*

4 Butyrum enim & mel co. *vel manducabit. Vbicumque enim ista duo iunguntur in scriptura, significant abundantiam bonorum terræ: vnde & terra promissionis ad sui commendationem frequenter dicitur in veteri testamento fluens lacte & melle.*

5 Omnis homo, qui relictus fuerit in medio terræ, *id est homines iusti viuentes vita humana, & non bestiali, isti fuerunt relicti in medio terræ Iudææ euadentes gladium Sennacherib: sed mali qui erant in peccatis obstinati, fuerunt per eum exterminati, & istis iustis remanentibus fuit sufficienter prouisum de victu.*

6 Et erit in die, &c. mille vites, *valentes mille argenteos.*

7 Et in spinas, &c. *propter defectum colentium, quia, sicut dictum est, multi perierant per exercitum Assyriorum. Rab. Sa. aliter exponit, dicens, quòd tempore Ezechiæ, post mirabilem liberationem ab exercitu Sennacherib, vt prædictum est, Ezechias induxit populum ad legis studium, & vt magis possent in hoc proficere, abstraxerunt se à vino, ita quod parum aut nihil bibebant, & sic remanserunt vineæ incultæ.*

Cur vineæ non excolerentur temporibus Ezechiæ.

8 Cum sagittis & arcu ingredientes illuc, *propter feras & serpentes ibi latentes inter fruteta ibidem crescentia. ideo subditur:* Vepres enim & spinæ.

9 Et omnes montes qui sarculo sarrientur. *id est spinis & vepribus purgabuntur: ad hoc quod possit ibi bladum seminari.*

10 Non veniet illuc terror spinarum & veprium, *quia Deo faciente seruabitur terra in puritate sua, vt sic faciat fructum bonum & multum: ideo subditur.*

11 Et erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris. *Id est, ita erit fertilis in fructu, quod non solum sufficiet ad sustentationem hominum, sed etiam animalium domesticorum.*

MORALITER.

† *Vaccam boum*, id est corpus suum non ad luxuriandum, sed ad seruiendum domino secundum statum suum.

2 *Et duas oues*, scilicet intellectum pabulo sacræ scripturæ, & voluntatum cælestium degustatione, quantum pertinet ad statum præsentis vitæ.

3 *Et præ vbertate lactis*, id est diuinæ consolationis.

4 *Comedet butyrum*, id est sentiet excellentem suauitatem cælestium.

ADDITIO I.

In cap. 7. vbi dicitur in postilla: & dixit Achaz, Non petam.

In hac responsione Achaz rectè intellecta, non recusauit petere signum, timens ne aliquid ad Dei gloriam monstraretur, vt Ra. Sa. dicit. Potuisset enim Isaias virtute diuina ostendere aliquod signum etiam Achaz nolente. Sed hæc responsio aliter exponi potest & planius. Pro quo sciendum, quod aliqui quærunt à Deo signa non tentando quasi dubitantes de diuina potentia, sed vt firmius verbis diuinis adhæreāt, vt patet de Gedeone, Iud. 6. c. & de Ezechia, infr. 8. & de multis iustis. Alij verò signa quærunt, quasi volentes experientiam sumere de diuina potentia de qua dubitant: & hoc est propriè tentare Deum, sicut legitur de Israelitis. Numer. 14. d. Tentauerunt me decies. *Alij verò in tanta infidelitate sunt excæcati, quòd nolunt tentare Deum: sed quasi certificati de impotentia seu improuidentia Dei, credūt quòd de hoc non requiritur tentatio, sicut nullus sensatus tentat, an ignis calefaciat, cùm sit certus de hoc. Et isto modo Achaz pessimus, tanquā non solùm dubius de fide, sed tanquam certus de opposito dicit,* non petam, & non tentabo dominum, *quasi diceret. Nec primo modo, quod est petere signum; nec secundo modo, quod est tentare, ego volo signa. In quo manifestè ostendebat nullam habere fidem nec confidentiam de Deo. Vnde notandum, quòd cùm Isaias dixerat sibi:* Pete tibi signa à domino Deo tuo, *correspondenter debuisset dicere:* Non petam, & non tentabo dominum Deum meum, *sed in sua responsione pessima rescindit Deum meum, vt manifestè ostenderet, quòd Dominus, de quo Isaias loquebatur, non erat Deus suus, scilicet Achaz. Ex quo Isaias consequenter intulit:* Nunquid parum vobis est, &c. *Infidelitas enim quam Achaz ostendebat in prædicta responsione, maximè offensa Dei erat.*

Quot modis peti possit vel reiici signū à Deo?

Quo istorū modorum noluit Achaz signū?

ADDITIO II.

In eodem c. 7. vbi dicitur in post. Et si dicatur quod non cogn. &c.

De futuris contingentibus.

Posito quod dæmones præcognoscunt certitudinaliter de aliqua muliere prægnante, an sit paritura masculum vel feminam, ex eorum notitia naturali, quæ integra in eis remansit, vt postillator dicit: adhuc potest negari, quod de muliere, quæ nondum concepit, dæmones ex sua notitia naturali præcognoscant an conceptura sit & paritura; cum dæmonum cognitio naturalis non se extendit ad futura merè contingentia, & ideo cum in proposito Isaias loquebatur de virgine, quæ nondum conceperat, sed conceptura erat. Non enim dixit: Ecce virgo concipit, seu concepit, sed concipiet. *Non obstante ratione postillatoris, adhuc videtur cauillatio Iudæorum in suo vigore: ad quam euacuandam videtur aliter dicendum. Pro quo attendendum est, quod ex contingentibus, quæ æqualiter ad vtrumlibet consueuerunt se habere, non potest sumi rationabiliter certificatio alicuius propositi dubij: etiam si ab aliquo, antequam cōtingat, prænosticetur, verbi gratia: Si aliquis dicat alicui de aliqua re dubitādi, Crede mihi hanc rem tibi dubiam: in cuius signum do tibi quod semel proiicias taxillos, & in illa eiectione vnica, tua puncta erunt paria; manifestum est quod posito quod paria eiiciantur, dubitans si sit discretus, non certificabitur de dubio suo: quia ad talem prænosticationem non requiritur aliqua supernaturalis cognitio, sed potest rationabiliter æstimari quod fuit casualiter facta. Vnde in proposito, quod mulieres communiter pariunt masculos, vel feminas, casualiter posset quis veram partem prædicere, sine hoc quod sibi credatur in aliis dicendis. Vnde ridiculum videtur, quod in materia tam ardua & dubia, tale signum offertur ad certificationem.*

ADDITIO III.

A *In eodem cap. vbi dicitur in postilla. Vt sciat reprobare malum.*

Notandum, quod in hoc quod dicitur hic: Vt sciat reprobare ma. &c. *videtur propheta alludere ad hoc quod dicitur Genes. 3. a.* Eritis sicut dij, scientes bonum & ma. *Primus enim Adam scientiam boni & mali illicite appetiuit scilicet vt esset sicut Deus. vnde ibidem dicitur:* Eritis sicut dij, scientes bonum & malum, *& sic lapsus est in peccatum superbiæ, volens se adæquare Deo: sed secundus Adam, s. Emmanuel, de quo hic agitur, non habuit scientiam boni & mali, nisi vt sciret reprobare malum, & eligere bonum; quasi dicat, licet iste virginis filius, de quo loquor, butyrum & mel comedet tanquam verus homo: in hoc tamen differt à primo homine, quia ille bonum & malum scire appetiuit, vt æquaretur Deo; iste vero, vt sciret reprobare malum & eligere bonum, quod intelligitur de malo culpæ, quod est simpliciter & vere malum. Malum verò pœnæ est malum secundum quid tantum. Et notandum quòd si scire intelligatur hic de scientia experimentali, sic in prædictis verbis inuenitur impeccabilitas Christi, etiam secundum humanam naturam. Isto enim modo non sciuit Christus malum, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. infr. 53. c. Sed tantum sciuit reprobare malum, culpæ, s. Item notãdum, quòd vbi nos habemus:* Vt sciat re. ma. &c. *Hebr. litera habet:* quia scit vel eo quod scit. *secundum quod inuenitur, quòd scientia eligendi bonum, & reprobandi malum fuit in ipso Emmanuel antequam butyrum & mel comederet, scilicet ante natiuitatem suam, sicut causa præcedit effectum: Et sic virtute huius literæ habetur, quod ante natiuitatem suam habuit scientiam reprobandi malum, & eligendi bonum: quod non competit alteri puro homini.*

Comparatio primi Adam cum secundo.

Scientia Christi.

B

ADDITIO IV.

In eodem cap. vbi dicitur in postilla: Circa quartum dicendum, Ad primum *quod in sacra scriptura ponitur duplex signum.*

Signum indicatiuum effectus.

Signum indicatiuum alicuius effectus dupliciter datur in scriptura. Vno modo cum signum datur in præsenti, vt aliquid credatur: & hoc vel fiendum in futuro, vt de signo dato Gedeoni & similibus; Vel iam factum in præterito, sicut apertio terræ deglutiens Dathan & Abiron, fuit signum vt populus crederet, quòd Deus miserat Moysem ad probandum & gubernandum populum, Num. 16. Alio modo cum signum datur in futuro, quod in futuro cum venerit credatur. vnde Ioan. 13. d. Et nunc dixi vobis antequam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. *Et isto secundo modo intelligitur hoc quod dicitur hic:* Ecce dabit dominus ipse signum. *Non enim istud signum dabatur in præsenti, nec præsentibus, sed futuris de domo Dauid, quibus hoc signum innotuit, scilicet beatæ Virgini, & Ioseph; & sic non requiritur, vt hoc signum dicatur memoratiuum, sed verè prænosticum. Sed contra hoc dicent Iudæi: quòd hoc signum impertinenter, seu inutiliter ponitur in hoc loco, cum solum in futuro in magna distantia temporis erat dandum, nec est rememoratiuum præteritorum secundum hanc positionem. Ad quod dicendum, quod hoc interponitur hic ad exprobrationem maiorem incredulitatis ipsius Achaz, qui omnipotentiam diuinam & eius prouidentiam in tantum contempsit, vt signum petere à Deo, & etiam tentare dedignaretur: vt suprà in prima additione istius c. vnde: Quia opposita iuxta se posita clarius elucescunt. propheta introduxit hoc signum, quasi dicat.* O domus Dauid, *quæ nunc tam incredula es, quod dedignaris petere signum* C *à Deo, &c. adhuc erit tempus in quo dabitur domui Dauid signum altissimum & profundum, s.* Ecce virgo conci. &c. *quod signum simpliciter ab angelo propositum tam mirissimum, & supernaturale illa virgo de radice Iesse electissima per fidem purissimam maximè meritoriè acceptabit. vnde de illa dicitur, Luc. 1.* Beata quæ credidisti, &c. *& sic in domo Dauid incredulitas seu infidelitas ipsius Achaz iuxta fidelitatem syncerissimam virginis gloriosæ posita, clarius illucescit. Item prædicta prænosticatio Isaiæ, & si non esset vtilis ipsi Achaz & etiam suis contemporaneis, fuit tamen maximæ vtilitatis futuris, præsertim his, qui fuerunt contẽporanei Christi, & posteris, quibus ab ipso Christo dicitur:* Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere, &c. *Ioan. 5. f. Huiusmodi enim scrutantes cum inueniunt concordantiam huius dicti prophetici:* Ecce virgo concipiet: *cum dicto euangelij:* Ecce concipies in vtero, &c. *ad veram fidem attrahuntur, vel in ipsa fortius confirmantur; & ideo notanter dixit Matt. in hoc loco:* Vt impleretur quod dictum est per prophetam. *quasi dicat, Attendite concordantiam prophetici vaticinij cum euangelico testimonio.*

Quale signũ fuerit, quod Isaias hoc cap. prædixit.

Præcludit Iudæis euasionem.

Quibus profuit signum hic ab Isaia prædictum.

Matth. 1. d.

ADDITIO V.

In eodem cap. vbi dicitur in postilla: Ad secundum dicendum: Alma *significat absconsionem.*

Circa hoc quod dicitur in Heb. haalma. *Attendendum est quod alma significat virginem absconditam. vt dicitur in postil. Sed hoc quod additur ha, est quoddam syncathegorema, connotans quod virgo illa, de qua agitur, aliqua ratione est notior ceteris, propter aliquam præeminentiam; Vel quia de ea iam facta est mentio: prout super Psalterium in additionibus supr. Psalm. 8. largius est expositum. Ex quo aliqua difficultas in proposito videtur emergere circa significationem propriam huius dictionis* haalma. *Dicunt enim aduersarij, quod tempore Isaiæ non erat nota beata virgo, cum nondum esset in rerum natura, nec de ea iam esset facta aliqua mentio in scripturis sacris, vnde non de illa propriè potest intelligi ly* haalma, *sed de alia tempore Isaiæ, apud eos, quibus loquebatur, nota, seu ceteris notior. Ad quod respondendum secundum Ray, Martinum in pugione, in tertia parte dist. 3. ca. 8. quod iam longè ante Isaiam, Salomon, de cuius stirpe nascitura erat, expressam, de ipsa fecit mentionem, s. Prou. 30. cap. vbi dicitur:* Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, Viam aquilæ in cæ. &c. & viam viri in Alma, *id est in virgine absconditæ seu secreta: vbi prædictus auctor prædictas quatuor vias applicat, quatuor viis Christi, s. ascensioni viam aquilæ. Viam quoque Christi de cruce ad sepulchrum, quod erat excisum in petra, de quo tertio die resurrexit,* viæ colubri supra petram *applicat; Viam etiam Christi per tempestates & fluctuationes huius mundi, transeuntes,* viæ nauis in medio maris *applicat. Viam verò Christi in vtero virginis incarnati,* viæ viri in alma *applicat: Quam viam ipse Salomon dicit se penitus ignorare, s. quomodo absque humano semine virgo posset concipere perfectum Deum & hominem. vnde Isaias non dixit:* Ecce alma concipiet, *sed* haalma, *tanquam de nota, de qua iam Salomon longe ante fecerat mentionem, loqueretur. Sed ex hac expositione, licet vera & rationabili, Iudæi sumunt occasionem subsannandi seu blasphemandi puritatem & sanctitatem virginis gloriosæ, Dicunt enim: sic legatur series textus prout iacet in litera, Prouer. 30. & ibi inuenitur: quod cum dixisset sapiens: Viam viri in alma, statim sequitur;* Sic est via mulieris adulteræ, quæ comedit & tergit os suum, *& ait:* Non feci iniquitatem. *Ecce inquiunt, ostenditur manifestè, quod* alma *in hoc loco non potest esse nisi corrupta, eo quod mulieri adulteræ comparatur. Ad quam obiectionem prædictus auctor respondet: quod verba Salomonis in dicto libro parabolicè intelligi debent, sicut ipse liber parabolæ Salomonis intitulatur: vnde frequẽter vnum prætenditur & aliud intenditur, vt pertinet ad parabolicam locutionem: vnde via mulieris adulteræ, intelligi debet hic non fœmina adulterans, sed plebs Iudaica, de qua infra Isa. lvij. a.* Accedite huc filij auguriatricis, semen adulteri & fornicariæ. *Ex quo & aliis similibus patet, quod mulier adultera in sacra scriptura sæpe accipitur pro synagoga Iudaica: Quod ex multis rationibus prædictus auctor ibidem confirmat. Vnde quemadmodum via aquilæ in cælo, & via serpentis in petra, & via nauis in aquis, & via viri in* alma, *mirabiles seu difficiles fuerunt Salomoni, atque distantes ab intellectu eius: sic fuit apud eum mirabilis & valde distans à ratione via illius adulteræ nequissimæ, s. synagogæ? Non enim Salomonis ratio debuit aut potuit capere malitiæ immensitatem, impietatis profunditatem, & perfidiæ pertinacitate, qua hæc adultera verum Messiam Christum dominum innocentem condemnaret, & Barrabam seditiosum & homicidam peteret; Qua etiam fatuitate seu insania, vel qua inuidia diabolica stimulata potuit Messiam repellere, cæcos illuminantem, claudos curantem, mortuos resuscitantem, & innumera miracula facientem: Barrabam verò, qui nihil tale vnquam fecit, pro Messia suscipere. Bene igitur Salomon celsitudinem sanctitatis supradictorum quatuor & profunditatem & immensitatem, fatuitatis huius adulteræ, consideranti, vehementer admiratus subiunxit:* Sic est via mulieris adulteræ. *sic scilicet admiranda, ad intelligendum difficilis, & vltra modum stupenda, quæ panem tot mendaciorum comedit, & comedere tam auidè non desinit: & tamen quasi tergens os suum, ac si nihil insaniæ vel iniquitatis fuerit operata, erubescere nescit. vnde Ierem. 3. b. ei dicitur:* Frons mulieris meretricis facta est tibi. renuisti erubescere. *quæ & alia ad hæc pertinentia largius ponuntur à prædicto auctore lib. 2. vbi suprà.*

Nihil præfidij est Iudæis litigantibus de voce haalma.

D

Quatuor viæ Christi.

E

Potest etiã addi: quod non erat ignota Salomoni via qua fœminæ corrumpuntur, ideoq; nõ loquutus est de corrupta, sed absc͠odita: nec de meretrice quacumque, sed de mystica sc. synagoga.

De fere incredibili perfidia & malitia Iudæorum.

F

ADDITIO VI.

In eodem capite vbi dicitur in postilla: Et erit in die illa omnis locus vbi fuerunt mille vites.

Ad intelligentiam huius quod dicitur: Et erit in die illa omnis locus vbi fue. mi. vi. mi. ar. *&c. Attendendum, quòd in vastatione facta per exercitum Sennacherib fuerint vineæ decisæ intantum, quod non poterant ex eis incolæ habere fructum vsque ad longum tempus: & ideo dimittebantur incultæ; & sic crescebant in eis spinæ & vepres & feræ syluarum, quæ in eis degebant. Et hoc est quod dicit:* Omnis locus vbi fuerunt mille vites, mille argenteis, *id est dato quòd vites fuerint ita bonæ, quòd alias valerent mille argenteos, tamen ex defectu culturæ in spinas & in vepres erunt: qua ratione cum sagittis & arcubus ingredientur illuc, scilicet timore ferarum. Et quia hoc non tantum erat in vineis, sed etiam in omnibus locis planis terræ, ideo dicit:* Vepres enim & spinæ erunt in vniuersa terra, *scilicet plana. Sed quia multi tempore belli relictis campestribus metu hostium ad montana confugerunt, & aspera montium propria manu excolebant, ideo in his locis montosis in primis refugium habuerunt seminandis bladis & pro pascuis animalium: eò quòd illa loca alta erant culta etiam tempore belli, sic quod non erant spinæ ibi & vepres: & hoc est quod dicit:* Et omnes montes qui in sarculo sarientur, non veniet illuc terror spinarum & veprium *ratione iam dicta,* & erit in pascua bouis, &c.

Iudæa per Sennacherib vastata.

REPLICA. *In capit. 7. cum postill. illum passum:* Non petam, & non tentabo dominum, &c. *exponit sicut communiter exponitur, Burgensis tanquam Ismahel contra omnes exponit, quòd Achaz ideo petere noluit, quia pro certo tenuit Deum Israel nihil posse. Sed illa expositio non videtur verisimilis: nam auus & pater Achaz, Ozias & Ioathan fuerant*

rant boni cultores Dei, vt habetur 4. Reg. 15. Et Achaz, viginti annorum erat antequam pater eius moreretur, & fortassis viuebat adhuc Ozias auus Achaz qui fuit à domino lepra percussus, quod etiam Achaz latere non potuit. Et quarto anno regni Achaz hæc recusatio signi oblati facta est, vt patet. non est igitur verisimile, quòd infra tam breue tempus de notitia Dei, & eius potentia per patrem à procul dubio instructus (quia dicitur bonus 3. Reg. 15.) potuerit transire ad illam certitudinem impotentiæ Dei, quam Burg. describit in Achaz fuisse. Stat enim, idololatriæ deditos, de Dei bonitate, potentia & auxilio diffidere imò & desperare, sine tali certitudine. Non enim potest in intellectu quantumcumque deprauato talis poni certitudo sine ratione manifesta, vel auctoritate, quæ in proposito assignari non possunt: certum enim est quòd Achaz idololatrando habuit affectum deprauatum, sed non intellectum: quia nulla ratio eum ad idololatriam mouit, sed sola malitia, quæ est prauitas voluntatis, contra dictamen rectæ rationis: ideo dicitur de ipso 4. Reg. 16. quòd ambulauit in viis regum Israel, qui quamuis essent idololatræ, hoc non processit ex rationis prauitate, sed affectionis: quia fecerunt vitulos colendos, ne populus iret Ierusalem ad cultum veri Dei, & rediret sic per assuefactionem ad regnum domus regis Dauid, prout habetur 3. Reg. 12. imo & Ioram filius Achab, cum esset cultor idolorum, sciuit tamen dominum, & eius potentiam, quem tamen non coluit: vnde dixit: Heu heu heu, Congregauit nos dominus tres reges, vt traderet in manu Moab, prout dicitur 4. Reg. 3. b. Modicum igitur valet quod Burgen. hic exponit, Sed nihil probat.

Achaz & illi similes reges impios magnifice sensisse de Deo quem tamē colere nollent.

CAP. VIII.

A a ET dixit dominus ad me: Sume tibi.

Synopsis cap. huius.

HIER. Primum propheta prædicit Achaz B futura; post, ipse dominus præcipit vt signum petat; inde ad domum Dauid verba conuertuntur, & virgo paritura filium promittitur, & filius nasciturus. Quo filio inuocato, subuertatur Samaria, & Syria à rege Assyriorum, qui postea capiat Iudæam & in solitudinem vertat. vnde rursum partus virginalis describitur.

†† CYRILLVS l. 1. in Es. cap. 8. Post copiosam prædictionem C eorum quæ Iudææ regioni erant progressu temporis obuentura, commodè subtexit de Emmanuele, quòd nascetur ex virgine, quodque noui testamēti (abrogato primo, tanquā neminem conscientia tenus perficiente) sequester sit futurus: & hoc est, *Sume tibi librum nouum*, quia non contumacibus, sed fide sermonem eius amplectentibus quæ in nouo libro sunt, dabuntur, id est, Christi mysterium reuelabitur. Nouum itaque & magnum volumen secundi fœderis sumitur quod non legis historiæ exilitatem habet, sed in eminentia & sublimitate cognitionis dogmatum versabitur, & in præstantioribus sacrificiis sancietur.

Nouum Testamentum.

CAP. VIII.

¶ Sub alia figura partus virginalis describitur. ¶ O Isaia. a ¶ Grandia sonantem.

ET dixit dominus ad me: Sume tibi librū grandē, a

D

† PROCOPIVS. Quoniam omnium aures ea ferre non poterant, E prophetæ librum ipsum, siue codicē, siue membranam, siue volumē vt reliqui transtulerūt, sumere præcipit. Quem nouum & magnum dicit, vt recentis magniq; testamenti tanquam priore antiquato, figuram adumbret. *Tibi*, addit, vt credentes ab infidelibus distinguere ret. Dicitur verò hic liber magnus, quod legalis historiæ humilitate minimè complectitur. Rursus *stylo hominis* dixit, quòd humana dia- F lecto vulgoque intelligibili euangelij verba conscribatur. Fortasse, tamen de vnigeniti diuinitate, vt de eiusdem incarnatione scribere humani styli opus non fuerit. Nouit enim illum nullus, nisi pater & cui Deus reuelare voluerit. a Scribe

Euangelij materia & stylus.

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT VIII.

1 ET dixit dominus, &c. *Antequam descendam ad diuisionem huius capitis, & eius expositionem per partes, primo videndum est, quid sit tenendum de puero de quo fit sermo in hoc cap. cum dicitur*: Et accessi ad prophetissam & concepit filium, &c. *& dixerunt aliqui, quod iste fuit filius Isaiæ de sua vxore, quæ vocatur hic prophetissa: & hoc dictum videtur sequi Thomas de Aquino in quadam postilla, quæ sibi attribuitur, tanquam ex eius dictis reportata, vbi soluuntur argumenta quæ solent fieri ad contrarium. Ad quod primò arguitur per illud quod dicitur hic*, Adhibui mihi testes, & accessi ad prophetissam, &c. *Isaias autem, cùm esset honestus & sanctus, nullo modo induxisset testes sui concubitus cum vxore. Item per hoc quod dicitur*: Adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, &c. *Iste enim Vrias fuit idololatra: quia fecit altare ad similitudinem altaris quod erat in Damasco ad cultum idoli: & super istud offerebat holocausta & victimas, vt habetur 4. Regum 16. c. & sic non potest ad literam dici testis fidelis. Item quia subditur*: Et Zachariam filium Barachiæ *qui fuit in duodecim prophetis vndecimus, & nondum erat natus: quia prophetauit tempore Darij regis Persarum cuius tempore consummatum fuit templum vt habetur* 1. *Esdræ 6. A quartò autem anno regni Achaz, in quo dicta fuit ista prophetia, vel citò post, vsque ad illud tempus fluxerunt anni 267. & sic nullo modo tempore Isaiæ potuit induci testis; & assumptum declaratur sic: quia Achaz regnauit 16. an. 4. Reg. 16. & sic à tempore huius prophetiæ de regno eius remanebant 12. anni. Cui successit Ezechias regnans 29. an. 4. Reg. 18. post quem Manasses regnauit 55. an. 4. Reg. 21. Post quem Amon duob. 4. Reg. 21. post quem Iosias, 31. 4. Reg. 22. a. Post quem Ioacim, 11. 4. Reg. 23. Post quem Sedechias, 10. 4. Reg. 24. Postea secutum est tempus captiuitatis Babylon. 76. annorum secundum communem computationem vsque ad annum primum Cyri, à quo etiam vsque ad consummationem templi post reditum captiuitatis Babylonicæ fluxerunt anni 46. Ioan. 2. d.* Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, &c. *qui anni simul iuncti faciunt numerum prædictum. Ex quo arguitur, quòd non potuit Isaias ipsum adducere in testimonium. Secundum autem computationem Hebræorum, quam frequenter secutus sum, fluxerunt pauciores anni, sed per hoc non infringitur argumentum: quia secundum breuiorem computationem à tempore quo Isaias dixit*, Et adhibui mihi testes, &c. *vsque ad Zachariam filiū Barachiæ fluxerunt 200. & plus. Nec potest dicere, quòd Zacharias filius Ioiadæ, qui Matth. 23. dicitur filius Barachiæ, fuerit ille testis: quia ante mortuus erat per 100. annos & amplius: Quod patet sic, quia post Ioas, qui interfecit hunc Zachariā regnauit Amasias filius eius 29. an. 4. Reg. 14. Et post eum Ozias, 52. an. 4. Reg. 16. Post eū Ioath. 16. an. 3. Reg. 16. Post eū Achaz 4. annis, antequam Isaias diceret prophetiam istam, vt dictū est supra, qui anni simul iuncti faciunt ann. 101. Item arguitur per hoc quod subditur*, antequam sciat puer vocare patrē & matrem, auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ, &c. *quæ spoliatio facta fuit 6. anno Ezechiæ, vt dictum est cap. præced. Et sic puer natus tunc, habuit 19. annos ad minus 12. de regno Achaz, vt prædictum est, & 6. de regno Ezechiæ. Puer autem scit vocare patrem & matrem antequam habeat tot annos, & sic non esset verū quod dicitur*: Antequam sciat puer vocare patrem & matrem, *&c. Igitur propter ista tenent doctores catholici communiter, quòd illud, quod dicitur in hoc ca. de puero prædicto non sit intelligendum ad literam de filio Isaiæ. Sed hoc soluit Thomas sic.*

Illud quod hoc cap. dicitur de puero, non posse intelligi de filio Isaiæ.

Quomodo conentur aduersarij soluere argumenta Postill.

1 *Ad primum dicit, quòd inductio testium non fuit ad videndum concubitum Isaiæ, sed scripturam eius: quia dictum fuit sibi à domino*: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo, *&c.*

2 *Ad secundum dicit, quòd Vrias sacerdos fuit testis fidelis, non ratione vitæ, sed officij dignitate: & quia à rege Achaz fidelis reputabatur, quia similiter erat idololatra.*

3 *Ad tertium dicit, quòd iste Zacharias neuter fuit illorum, qui allegati sunt, sed alius illius temporis, qui sic nominabatur. Cuius ratio potuit esse duplex vt dicit. Vna quia fuit de genere Zachariæ prophetæ, quem interfecit Ioas rex Iuda, vt habetur 2. Para. 24. qui dicitur filius Barachiæ, Matt. 23. & sic iste, qui fuit tempore Achaz fuit nominatus eodem nomine: quia consuetudo fuit apud Hebræos nominibus eorum, qui fuerant autentici in illo genere, pueros nominare. Alia, quia iste Zacharias fuit similis in sanctitate & auctoritate illi quem interfecit Ioas: & sic appellatus est nomine illius quamuis habuerit aliud nomen proprium, sicut in euangelio Ioannes Baptista vocatur Elias propter similitudinem officij, quia Ioannes præuenit Christi primum aduentum, sicut Elias præueniet secundum.*

Quis Zacharias cuius hic fit mentio vers. 3.

4 *Ad quartum dicit, quòd ista spoliatio Samariæ de qua hic agitur, non fuit illa, quæ facta fuit 9. an. Oseæ & 6. Ezechiæ, sed ista quæ facta fuit per Theglathphalnasar, quæ præcessit illam, quia fuit facta in diebus Phaceæ, secundum quod dicitur 4. regum 15. f.* In diebus Phaceæ regis Israel.

MORALITER.

† 1 *Et dixit ad me: Sume tibi librum grandem.* Hoc dicitur doctori theologiæ, & auditori, qui debent accipere Bibliam, quæ grandis est liber multitudine verborum: & grandior profunditate sententiarum.

Biblia Sacra.

† Et

a Scribe in eo stylo hominis.

Cyril. vbi supr. Quando animi oculis Trinitatis sacrosanctæ & consubstantialis mysterium peruestigamus, & aliis arcanum ortum vnigeniti filij Dei eloqui instituimus, tunc sanè tunc non est nobis vsus styli humani, qui domi nostræ notus est; quæ enim oratio sufficit, id quod supra mentem & orationem est expedire? talibus enarrandis ille solum calamus suffecerit de quo Deus & Pater Dauidica voce loquitur, *lingua mea calamus Scribæ velociter scribentis.* At quando de humanitate eius verba facimus, tunc humano stylo vsus est, quod & fecit sapiens Ioannes dicens: *Verbum caro factum est.* Proinde hominis penna de humanitate vnigeniti, homines spiritu afflati conscripserunt.

De Christo qui quid conscribat?

a Ne publicè prædices arcanum noui natiuitatis.
b More hominum, quòd scilicet intelligi possit.
c Verba patris ad filium.
d Captiuam reduc captiuitatem.
Homines.

a & scribe in eo stylo hominis velociter spolia

b *Velociter spolia.* Hier. Hoc nomen pueri q.d. Ne patiaris vltrà diabolum regnare; Et non angelos, non prophetas mitte: sed ipse descende.

Procopius. Scribit vt citò spoliorum direptionem faciat. Instare enim tempus, quo regem vtrumque ab Assyrio, Emmanuelis opera, quem in pugna Iudæos inuocare iussit, ista pati deceat. Ipso deinde aduentu velox quidam & coruscatione celerior per orbem vniuersum sæculi huius & tenebrarum principem spolians, euangelicæ doctrinæ splendor illuxit.

Vriam,

NICOLAVS DE LIRA.

Israel Venit Teglathphalnasar rex Assur, & cepit Ahion, &c. *& hoc fuit antequam puer natus sciret vocare patrem & matrem.*

Hoc dictum videtur nimis fauere errori Hebræorum, qui dicunt quod in istis tribus capitibus. s. 7. 8. & 9. non fit mentio de Christo. Ad excludendum verò hanc falsitatem, & ad declarandum veritatem, primò ponenda est hic translatio Chaldaica, quæ apud Hebræos dicitur Thargum, & est tantæ auctoritatis apud eos, quod nullus fuit ausus contradicere. Est etiam in passibus obscuris, qualis est iste, declaratiua veritatis Hebraicæ. Sciendum igitur, quòd vbi nos habemus hic: Et adhibui mihi testes fideles Vriam sacerdotem & Zachariam filium Barachiæ & accessi ad prophetissam, &c. *Illa translatio sic habet:* Et contestatus sum ex parte mea testificationes malas quas dixi venturas in prophetia Vriæ sacerdotis. Ecce futurum est quoque sic omnem consolationem quam dixi venturam in prophetia Zachariæ filij Barachiæ ego adducturus sum: & accessi ad prophetissam & concepit, &c. *Ex ista translatione patet, quòd non est verbum Isaiæ cum in prophetiis istorum duorum testium nihil dixerit vel fecerit, nec impletione earum, sed ipse Deus, qui illustrando mentes, prophetas constituit, & prædicta ab eis impleri fecit; & per consequens illud, quod loco illius habemus:* Et adhibui mihi testes fideles, Vriam, &c. *Non est verbum Isaiæ, testes ad scripturam suam, seu concubitum inducentis: sed magis ipsius Dei introducentis dictos prophetas ad prænuntiandum istud, quod præordinauit futurum; & per consequens illud quod subditur in eadem serie,* Et accessi ad prophetissam, *non est verbum Isaiæ ad suam vxorem carnaliter accedentis, sed ipsius Dei; qui sicut prophetas illustrando testes suos constituit, ita sua gratia virginē fœcundauit, vt patet Luc. 1. Secundo, ex thargum prædicto patet quod Vrias, qui hic testis inducitur, non est ille Vrias sacerdos qui fuit tempore Achaz. quia ipse fuit pessimus idololatra: Iste autem hic dicitur domini propheta; & hoc concedit Ra. Sa. super locum istum, dicens, quod iste Vrias, qui hic testis inducitur, fuit Vrias filius Semei, qui prophetauit in nomine domini tempore Ioacim filij Iosiæ, vt habetur Ier. 26. Dicit etiam quod Zacharias, qui inducitur hic testis secundus, fuit ille qui in duodecim prophetis est vndecimus, de quorum testimoniis postea dicetur. Sed ex dictis sequitur, quod ista inductio testium non est corporalis, nec in præsenti facta, sed spiritalis, & de futuro in longinquum: quia quarto anno regni Achaz, in quo Isaias dixit illa, quæ ponuntur in hoc c. & præc. vt suprà dictum est, vsque ad principium regni Ioacim sub quo Vrias prophetauit, vt prædictum est, fluxerunt anni 120. vt potest videri per tempora regum suprà positorum in hoc cap. & multò plures fluxerunt vsque ad tempus secundi testis. s. Zachariæ filij Barachiæ, scilicet anni 267. secundum omnem computationem, & secundum breuiorem 200. anni & plus vt suprà declaratum est, & per consequens, cum testes debeant respondere rei testificatæ, accessus ad prophetissam, non fuit corporalis, nec de præsenti, sed spiritualis, & de futuro in longinquum, secundum quod habetur Luc. 1. d.* Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. *Quod autem beata virgo Maria prophetissa fuerit, patet Luc. 1. vbi prophetauit de sua veneratione futura, di.* Beatam me dicent omnes generationes: *quia de omnibus gentibus sunt aliqui Christiani dicentes eam beatam, & non solum à Christianis dicitur beata, sed etiam à Sarracenis, est enim in Alchorano Mahumeti: Dixerunt angeli. O Maria vtique Deus elegit te vt purificaret te, & elegit te clarā super mulieres sæculorum. Item ibidem. Dixerunt angeli, O Maria Deus annuntiet tibi verbum ex ipso, nomen eius Iesu filius Mariæ & erit honorabilis in hoc sæculo & in futuro. Item ibidem. Dixit ipsa:* Deus meus quomodo erit mihi filius & non tetigit me homo? *Dixit: sicut Deus creat quod vult, cum decreuit vtique acquiratur. dicit enim, Esto & erit. Et hoc modo dixit Gabriel Mariæ Lu. 1. d.* Non erit impossibile apud Deum omne verbum. *Item in eodem cantico prophetauit Maria de futura reprobatione Iudæorum, & vocatione gentium dicens.* Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles, *& sic patet eam fuisse prophetissam. Nunc videnda sunt testimonia testiū suprà inductorum. Et quia prophetiam Vriæ non habemus scriptam explicitè, sicut nec de multis aliis prophetis, vt patet ex decursu libri Regum, ideo recurrendum est ad illud, quod de eo dicitur Ier. 26. f.* Fuit quoque vir prophetans in nomine domini Vrias filius Semei, & prophetauit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terram hanc iuxta vniuersa verba Ieremiæ. *Ex quo habetur quod prophetauit destructionem ciuitatis Ierusalem, & Iudææ per Chaldæos futuram sicut & Iere. Et hoc est quod dicitur in translatione Chaldaica supra posita,* & contestatus sum ex parte mea testificationes malas, quas dixi venturas in prophetia Vriæ sacerdotis. *Prophetiam autem Zachariæ filij Barachiæ habemus in lib. duodecim prophetarum. in quo Zach. 9. cap. di.* Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, &c. *quod intelligitur de Christo, etiam secundum Hebræos, vt plenius ostendetur, quando ad locum illum deuenerimus domino concedente: & hoc est quod dicitur in translatione Chaldaica supra allegata.* Ecce futurum est quoque omnem consolationem quam dixi venturam, in prophetia Zachariæ filij Barachiæ ego adducturus sum: *quæ consolatio implenda dicitur in aduentu Messiæ ab ipso Zacharia, vt dictum est: ideo statim subditur de aduentu eius in mundum.* Et accessi ad prophetissam, *id est beatam virginem,* & concepit & peperit filium: *Et ex dictis patet quod impletio prophetiæ Vriæ de destructione ciuitatis fuit certum signum de impletione prophetiæ Zachariæ futura pro Christi aduentu.*

Quomodo translatio Chaldaica vers. 2. & 3. huius cap. reddiderit vel exposuerit

Verba Dei non Isaiæ sunt ista; *Et adhibui, &c.*

Qui sint in hac prophetia Vrias & Zacharias.

Beata virgo fuit prophetissa, hac prophetia significata.

Quænam sint testimonia Vriæ & Zachariæ

His igitur prædictis patet, quòd solutiones Thomæ ad rationes supra inductas ad probandum, quod litera huius ca. non posset nisi de filio Isaiæ intelligi non valent: quia falsum assumunt. Discurrendum tamen est per singulas ad maiorem declarationem veritatis. Cum enim dicitur in prima, quod testes fuerunt inducti ad videndum scripturam, patet falsum, quia nondum erant nati, nec fuerunt vsque ad tempus post, valde longum. Item si fuissent præsentes, adhuc non valeret, quia post quàm dixerat: Adhibui mihi testes, Vriam &c. *non dixit, & scripsi, sed* accessi ad prophetissam, &c. *Similiter cum dicitur in secunda, quòd Vrias fuit testis fidelis ratione officij & reputationis regis: quia ille Vrias non ponitur hic testis, vt patet per prædicta, & sic falsum assumit. Nec fidelitas quam allegat, est secundum veritatem, sed secundùm falsam hominum æstimationem, quæ à prophetis sanctis non reputatur. Quod similiter in tertia dicitur tempore Achaz, fuisse quemdam prophetam nomine Zachariam filium Barachiæ videtur fictitium: quia de scripturis non habet auctoritatem: & ideo eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Et dato quod talis tunc fuisset, tamen non fuit ille qui hic testis inducitur, vt patet per prædicta. Similiter quod in quarta dicitur Theglathphalnasar spoliasse Samariam, ad quod probandum allegatur 15. ca. 4. Reg. ex eodem loco apparet falsitas huius dicti: quia ibidem dicitur, quod cepit aliquas ciuitates in extremitatibus regni Israel existentes, sed ad Samariam, quæ erat metropolis, non accessit nec per consequens spoliauit.*

Solutio argumentorū aduersariorum. 1 2 3 4

His prælibatis ad expositionem huius ca. accedamus, in quo (vt supra dictum est) denuntiatur Christi resurrectio futura ad spoliationem inferni principaliter, & per consequens ad significandum, tanquam per signum rememoratiuum, spoliationem duorū regum, s. Israel & Syriæ. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur denuntiatio signi, secundo occultatio mysterij, ibi: Liga testimonium, *prima adhuc in duas, quia primo ponitur signi denuntiatio; Secundo ad propositum applicatio, ibi:* Et dixit. *Circa primum dicit Isaias:* Et dixit dominus, &c. *In Hebræo habetur, rotulum grandem, qui dicitur grandis, quia ibi scribendum erat mysterium Christi resurgentis, quod est maximum.*

Diuisio.

1 Et scri. in eo. *id est, clare & planè, ita quòd quilibet homo etiam parum literatus posit legere & intelligere, vnde & in trāslatione Chaldaica habetur:* Scribe in eo exposite. *Sciendum tamen, quòd hoc non intelligitur quantum ad mysterium resurrectionis Christi, quia quantum ad hoc ponitur hic:* Breuiter & celate: *sed quantum ad captiuationem & spoliationem regum Israel & Syriæ: quæ clarè & lucidè ponuntur, infra eodem cap. Sicut enim dictum est ca. præcedenti hoc dicens fuit, vt regi Achaz incredulo daretur signum, cuius non intelligeret principale intentum, & tamen cum hoc ex Dei liberalitate perciperet de propinquo liberationis suæ effectum: quia secreta fidei incredulis sunt celanda, vnde dicit saluator Matth. 7. a.* Nolite sanctum dare canibus.

Qualem prophetiā proponi decebat Achaz.

2 Velociter spolia. de. *Istud conuenit Christo resurgenti, qui tunc celeriter spoliauit infernum: & in hoc fuit signum rememoratiuum spoliationis duorum regum, & è conuerso. Hæc spoliatio fuit signum pronosticum spoliationis fiendæ per Christum.*

1 Et

MORALITER.

1 *Et scribe in eo stylo hominis,* exponendo lucide & clare.

a ¶ Diabolo. b ¶ Idem est. c ¶ Ego Isaias. Huius rei.

dêtrahe, citò prædare. [2] Et âdhibui mihi testes 1

a ¶ Lux domini. b ¶ Propter doctrinam legis. ¶ Qui vero fuit sacerdos, legem docens & custodiens. ¶ Labia sacerdotis custodiunt scientiam. c ¶ Memoriam domini. ¶ Quem prophetam fuisse constat. d ¶ Benedictio domini.

a fideles Vrîam sacerdotẽ & Zâchariam filiũ Bâ-

a ¶ Dignum accedendi me feci.
b ¶ Quæ prophetauit, dicens: Magnificat anima mea dominum.
c ¶ Id est concipere fecit. vnde Spiritussanctus superueniet in te, & virtus, &c.

b rachiæ. [3] Et accêssi ad prôphetissam, & côncepit 2

c a ¶ Quod concepit de spiritusancto. b ¶ O Isaia.

& pêperit filium. Et dixit dominus ad me: Vô- 3

a ¶ Pueri. ¶ Qui conceptus est de spiritu sancto. b ¶ Ascendens in altum capt. du. ca.

d ca nomen eiûs, accelera, spôlia, detrahe, festina 4 † 5

a ¶ Infernum. b ¶ Nedum natus populum suum sola inuocatione saluabit.
¶ Fiat homo. c ¶ Secundum humanitatem. d ¶ Deum.
¶ Vel Ioseph putatiue.

e prędâri, [4] quia antêquã sciat pûer vocare patrêm 6

a ¶ Mariam. b ¶ A Theglathphalnasar.

suum & mâtrem suam, aûferetur fortitudo Da- 7

a ¶ Per regem Assyriorum Salmanasar. b ¶ Assyrius dirigens vel elatus.

masci, & spôlia Samariæ, coram rege Assyriorũ. 8

[5] Et adiecit dominus loqui ad me adhuc dicens: 9

¶ Translatiuè.
a ¶ Decem tribus. ¶ Quæ per horas ebulliunt.

f [6] Pro eo quod abiecit populus iste aquâs Siloe, 10 11

☞ a *Vriam, &c.* Hieron. Vrias, lux domini. Zacharias, memoria domini. Barachias benedictio domini: his testibus natiuitas domini comprobatur. Vnde duobus testibus euntibus in Emaus incipiens à Moyse & prophetis, quæ de se dicta erant, disseruit. *Luc. 24. b.*

✠ Procopius. Erant tunc temporis historia teste, Vrias quidem sacerdos, propheta autem Zacharias. Vixit enim Ezechiæ ætate, vt in Paralipomenis habetur. Hos autem non sine arcano sensu testes appellat. Lex enim Vriæ no nine, quam pontifex ipse docebat, significatur sicut per Zachariam, prophetæ. *De interpretatione nominum Vriæ & Zachariæ.*

b *Ad prophetissam.* Hieron. Ad spiritum sanctum, à quo omnis prophetia, qui Græcè neutri generis pneuma, Hebraicè fœminini Ruach, Latinè masculini generis est, & ideo diuersis positionib. sortitur, nullius est enim. *Maria Dei genitrix prophetissa.*

B Vel ad Mariam quam prophetissam fuisse nemo dubitat.

✠ Tertullian. lib. de trin. Isaias futuro non quasi futura prædicit, sed quasi iam facta: Nam cùm nondum accessisset ad Mariam, *Accessi*, inquit, *ad prophetissam.*

✠ Epyphan. hæresi contra Collyridianos. Hæc Isaias futura prædicit, quæ complenda erant de filio Dei, inquiens, *Ecce virgo in vtero habebit.* Et quoniam virgo erat quæ peperit, & Deus inter homines, qui natus est, ne dubitaret propheta de modo huius natiuitatis, eam videt in visione, & narrat de spiritu sancto futuram. *Ingressus* inquit, *ad prophetissam.* Quibus verbis prænuntiat ingressum Gabrielis ad Mariam.

✠ Procopius. Itaque Christi matrem, tanquam spiritussancti participem, nominat, iuxta illud, *Spiritussanctus descendet in te, &c.*

C c *Et concepit, &c.* Hier. Tropologicè in anima virgine, nec polluta sorde, de spiritusancto sermo Dei conceptus, dæmones spoliat, & sibi facit seruire vniuersa. Et cum ex parte videat & prophetet, antequam sit perfectus, & merito Deum patrem, & matrem suam vocat Ierusalem cælestem, quasi infantia vincit Damasci fortitudinem, id est, sapientiam sæcularem, & aufert spolia Samariæ, quibus hæretici ecclesiam spoliant, dicentes: *Non est nobis pars in Dauid, &c.* Præsente rege Assyriorum diabolo, qui non potest eis auxiliari; tales filios & virgo Maria, & sanctæ mulieres generant. Sara, id est princeps, & Rebecca, id est patientia, vxores patriarcharum. *De anima pura & mundi victrice.* *1. Reg. 12. d.*

d *Spolia detrahe.* ✠ Ireneus l. 3. c. 18. In ipso suo ortu spoliabit homines, auferet ignorantiam ipsorum, sui cognitionem præbebit, quod verba illa significant, *Velociter spolia detrahe.*

✠ Eusebius l. 7. cap. 3. Spolia his verbis appellat omnes eos, qui abducti ab errore dæmonum adhæsere Christo.

e *Puer.* Hieron. Præcipitur itaque Isaias vt ipsum puerum, qui prius, vocabatur Emmanuel, nunc appellet, *accelera, spolia detrahe, cito prædare.* Ascendens enim in altum captiuam duxit captiuitatem, & antequam humanum corpus assumeret, & iuxta infantiam vocaret Deum patrem, & Mariam matrem, auferetur Damasci fortitudo, & spolia Samariæ per regem Assyriorum, vt necdum natus populum suum domum Dauid sola inuocatione saluaret.

D *Puer.* Avgvst. l. 8. de Genes. ad literam c. 14. de quo dicitur, priusquam sciat puer bonum aut malum, contemnet malitiam. Hæc duo aliter & aliter sciuntur: per prudentiam boni, & aliter per experientiam mali. Per prudentiam boni malum scitur, & non sentitur: Tenet enim bonum, ne sentiatur malum. Per experientiam mali scitur bonum: Qui enim amiserit sentit, cui amisso bono malè fuerit. Puer ergo antequam sciret per experientiam bonum quo careret, aut malum quod amisso bono sentiret, contẽpsit malum, vt eligeret bonum: idẽ noluit amittere quod habebat, nec sentire amittendo quod amittere non debebat.

E ✠ Idem Sermone 44. in festo Epiphaniæ. *Priusquam sciat vocare patrẽ & matrem.* i. antequã per humanam carnem verba proferret humana, accepit virtutem Damasci; illam scilicet, vnde Damascus præsumebat; præsumebat auro, aurum accepit à Magis; & spolia Samariæ, iidem ipsi magi erant. Samaria pro idololatria posita est, vna vrbs idolis seruiens, pro omnibus. Debellaturus igitur Christus gladio spiritali vniuersum orbem, hæc prima spolia abstulit in hac terra, nondum loquens per linguam, locutus est per stellam. *Spolia quæ de gentibus tulit Christus.*

✠ Eusebius vbi supr. Puer Christus tradidit virtutem Damasci Romanis, & deleuit duo regna.

✠ Epiphanius in Ancorano. Cur Christus qui sapientia patris est, qui homines loqui docuit, nesciuit vocare patrem aut matrem? Si natus locutus esset, phantasma videretur, & ficta eius natiuitas non vera; & ideò ordinem naturæ in his exteris sequi voluit vt verum se esse hominem probaret. *Christus verus homo.*

F f *Pro eo. q. ab. p. aquas Siloe.* Hieron. In quibus cæcus se lauit & vidit. Quia aliter, non sanatur cæcitas Iudæorum, nisi doctrina Christi, quæ sine strepitu & clamore leniter fluit. Anagogi. Hæreticus qui iungit sibi auxilium sapientiæ sæcularis, & Ierusalem, id est ecclesiam vult oppugnare, relinquit aquas Siloe, qui interpretatur missus, & qui salit in vitam æternam, & traditur principi Assyriorum, id est diabolo ducendus in profundum peccatorum. Hic enim ausus est dicere illud: *Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me.* Iudam quoque, id est domum confessionis conatur intrare, & per negligentes vsque ad collum venit, credentes in Christo cupiens suffocare, sed non potest, quia Iudas habet secum præsentem Emmanuel. ✠ Historicè autem: Quia populus decem tribuum magis voluit Rasin Regi Damasci, & filio Romeliæ regi Samariæ subditus esse quam stirpi Dauid, quæ meo cœpit regnare iudicio: faciam eum nequaquam his regibus quos assumpsit, sed regi seruire Assyriorum; Cuius potentia occupantis terram Samariæ, inundationi fluminis comparatur. Et fit apostrophe ad Emmanuel, hoc est ad præsentem Deum, quòd in tantum se erexerit Assyrius, vt etiam terram ipsius Iudam conatus sit possidere. ✠ Procopius. Aquæ Siloe quæ cum ☞ silen- *Ioan. 9. a.* *Hæretici.* *Matth. 4. b.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et adhibui mihi testes fideles. *Verbum est ipsius Dei vt prædictum est, & de fidelitate & testimoniis ipsorum testium dictum est.*

2 Et accessi ad prophetissam, *id est virginem Mariam, vt prædictum est.*

3 Et dixit dominus, &c. *Hic consequenter ponitur signi adaptatio, & secundo subditur ratio dicti, ibi:* Et adiecit. *Circa primum dicitur.*

4 Voca nomen eius, *scilicet pueri nati. Loquitur tamen hic scriptura de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ, vt frequenter suprà dictum est.*

5 Accelera, spolia detrahe. *Quia hæc proprietas competit Christo, vt dictum est.*

6 Quia antequam sciat puer vocare, &c. *s. scientia creata, vt dictum est cap. præcedenti, vnde idem est ac si diceret: Antequam fiat homo.*

7 Aufe-

7 Auferetur fort. Dama. *quæ est ciuitas metropolis in regno Syriæ.*

8 Et spolia Samariæ coram rege Assyriorum, *qui citò post interfecit Rasin regem Syriæ, & postea cepit Osee regem Israel & Samariam, vt dictum est capite præcedenti.*

9 Et adiecit dominus loqui ad me adhuc dicens. *Hic consequenter ponitur ratio dicti, videlicet, quare regnum Israel fuit ita vastatum. Et primò ponitur destructionis ratio; secundo regni Iudæ afflictio, quasi per quandam redundantiam: quia erat immediatè coniunctum regno Israel, ibi:* Et tibi; *Tertiò, vtilis monitio, ibi:* Hæc enim. *Ratio verò vastationis regni Israel fuit, quia recesserat à regno Iudæ, & à Dei cultu colendo vitulos aureos, & confidendo in regibus idololatris, scilicet Syriæ, & hoc est quod dicitur,* *Ratio vastationis regni Israel.*

10 Pro eo quod abiecit populus iste, *id est populus Israel.*

11 Aquas Siloe, &c. *regimen regni Iudæ, & Dei cultum qui erat* magis

MORALITER.

† 5 *Accele. spo. detra.* Studium enim sacræ scripturæ ad hoc ordinari debet, vt diabolus spolietur animabus, quas decepit. Sed quia multi recusant hunc modum docendi recurrendo ad doctores curiosos, & inutiles, Sequitur, *Studium Sacræ Scripturæ.*

10 *Pro eo quòd ab. po. iste a. Siloe. quæ vadunt cum, &c.* id est modum docendi moralem, & sine ostentatione.

† Et

silentio fluunt, Christum innuunt, qui fons est aquæ salientis in vitam; qui nondum in lucem editus, nec gentibus adhuc prædicatus, cum populo tamen latenter versari, eorumque animas irrigare & pascere solitus esset. Extitit præterea quietus eius, & sine strepitu aduentus.

Aduentus Christi qualis.

✠ EVSEBIVS. Minatur Deus interitum his qui non receperunt *Siloam*, id est, missum Emmanuelem illum prophetissa Maria prognatum; aquas illas potabiles & fœcundissimas Euangeliorum; & minatur interitum illis qui præoptarunt regem gentium idololatrarum Cæsarem, potius quam Christum.

a *Aquas flumin.* HIER. Exercitum Sennacherib, cuius potentia occupans terram Samariæ inundationi fluminis comparatur.

b *Congrega popul.* HIERON. Quasi, contra Emmanuel nihil potestis. Hoc etiam omnis terra procul cognoscat *Congre. popul.* Hoc testimonio contra persequutores vtimur. Quamuis enim fortes esse, & nos in lapsis superare videantur: vincuntur tamen in his, qui pro Christo sanguinem fuderunt, & post bella pax ecclesiis redditur, & omnia consilia contra Emmanuel dissipantur. Contradicentes quoque veritati vtiliter audiunt, quia tandem ratione superantur:

1. Para. 32. a

Christus in suis martyribus hostibus præualuit.

a ❡ Reges de Iuda qui quiete & legitime regnabant. b ❡ Regem Syriæ. a ❡ Phacee regem Israel. a ❡ Exercitum Sennacherib. b ❡ Assyrij. a ❡ Impetuosi & diuturni. b ❡ Scilicet. ❡ q. d. Non seruient regibus quos elegerunt, sed seruient Assyrio. a ❡ Principes qui hostibus resistere debuerant. a ❡ Samariæ. ❡ Alias omnes terras. a ❡ Quia non tunc capiet eum. ❡ Vicinam significat captiuitatem. a ❡ Suffocationem. b ❡ Vsque adeo se extendit. c ❡ Principum. a ❡ Iudææ. a ❡ Sarcasmus, hostilis irrisio. ❡ Irrisoriè. b ❡ Syriæ & Samariæ. c ❡ Tamen. d ❡ Cognoscite. ❡ Non modo Syria & Samaria. a ❡ Non solum vicinæ. a ❡ Quamuis multi, quamuis fortes, quamuis accincti, tamen vincemini. b ❡ Vnde supra. Ascendamus ad Iudam, &c. a ❡ Ab Emmanuel. b ❡ Ponamus scilicet regem filium Tabeel. a ❡ Interpretatio Emmanuel. b ❡ Contra quem nihil potestis. ❡ Prædicta. a ❡ Opera & virtute. a ❡ Isaiam. b ❡ Ad hoc scilicet erudiuit me. ❡ Beatus vir qui non abiit in con. &c. c ❡ Praua. d ❡ Nequam. e ❡ Dominus dico, dicens, mihi & aliis prophetis. a ❡ Alias, Non. b ❡ Est timenda. c ❡ Sed hoc magis considerate, Omnia enim. a ❡ Iuda. b ❡ Contra me. a ❡ Populi.

quæ vadunt cũ silentio, & assumpsit magis Rasin & filium Romeliæ: [7] propter hoc ecce adducet dominus super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius. Et ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius: [8] & ibit per Iudam inundans, & transiens vsque ad collum veniet. Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanuel. Congregamini populi, et vincemini: & audite vniuersæ procul terræ. Confortamini & vincemini: accingite vos & vincemini. [10] Inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiscum Deus. [11] Hæc enim ait dominus ad me. Sicut in manu forti erudiuit me, ne irem in via populi huius dicens. [12] Ne dicatis, coniuratio. omnia enim quæ loquitur populus iste, coniuratio est. Et timorem eius ne timeatis, neque paueatis.

perantur: & ne velint in mendacio vincere, quia peruersitas non potest rectum superare.

✠ BASILIVS. Vocem hanc crediderim prosiliisse & esse relatam ex prægestienti ac profusiore gaudio eorum, qui Christi quidem aduentum agnouissent, intellexissent verò quam sit gentibus formidabilis & expauenda virtus sanctæ crucis. Ideò ait, Scitote gentes, & vincimini, vt succumbentes gloriosæ & vobis vtili victoriæ, abducamini in captiuitatem ad obedientiam Christi.

c *Ne dicatis.* HIER. quasi dicat. Non timeatis duorum regum aduersus Iudam coniurationem. Coniuratio est consensus multorum in malum.

Coniuratio.

d *Ne timeatis neque paueatis.* IBID. Tu & qui tecum sunt populi, quia videntur timedi: quia principium sapientiæ timor domini.

Psal. 110. b. Ibid. 117. b.

✠ BASILIVS. Locus hic bifariam intelligitur. Aut enim gentibus loquitur dicens: *Ne timorem eius timueritis*, quo nunc vobis timetis imperitè, ne vos dedatis præstantiori vitæ; Aut certè sermone in populum deflexo, inuehitur & coarguit, quod illi quidem de vobis talia suspicati sunt: Vos vero concinnatas à gentibus aduersum vos insidias ne metuatis.

In

NICOLAVS DE LIRA.

magis in quiete & mansuetudine, maximè tempore regum bonorum: vt Dauid, Salomonis, & similium.

1 Et assumpsit magis Rasin. *regem Syriæ.*
2 Et filium Romeliæ, *de protectione eorum magis confidendo quam de Deo.*
3 Propter hoc ecce adducet dominus, *i. aduersarios cum fortitudine & impetu venientes: propter hoc subditur exponendo.*
† Regem Assyriorum, *id est potentiam exercituum eius.*
4 Et ascendet super omnes riuos eius, *i. destruet totum regnum Israel, sicut inundantia aquarum destruit omnia quæ inuenit.*
5 Et ibit. *Hic consequenter ponitur regni Iudæ afflictio per redundantiam, cum dicitur:* Et ibit per Iudam inundans, *quia exercitus Assyriorum, qui destruxit Samariam, in regno Iudæ, multa vastauit quasi per quandam redundantiam.*
6 Et transiens vsque, *i. intantum affliget regnum Iuda, quod vix poterit sustinere: quod factum fuit tempore Ezechiæ, vt dictum est ca. præcedenti.*
7 Et erit, *i. exercituum eius, quia ad literam cohortes pugnatorum vocantur alæ.*
8 Implens latitudinem terræ tuæ, i. *Iudææ, quam Assyrij vastauerunt.*
9 O Emmanuel, *i. Christe, vt dictum est cap. præce. cuius dicitur illa terra specialiter, quia ibi fuit natus, conuersatus, & passus. Sed quia Sennacherib rex Assyriorum cum suo exercitu fuit diuinitus debellatus, vt dictũ est, ideo subditur.*
10 Congregamini populi, *quia Sennacherib populos multos adduxit secum qui fuerunt deuicti per angelum.*
11 Et audite vniuersæ. *Istud enim factum tanquam valde mirabile fuit diuulgatum valdè longè.*
12 Confortamini, *Confidentes in virtute vestra, i. confortabimini, quia propheta non induxit eos ad præsumptionem de sua virtute, sed eam prædixit futuram.*
13 At vincemini, *virtute diuina.*
14 Accingite vos, *ad vincendum secundum æstimationem vestram.*
15 Et vincemini, *secundum veritatem.*
16 Inite consilium, *de captione Ierusalem.*
17 Et dissipabitur, *s. consilium vestrum à Deo, cuius causa subditur.*
18 Quia nobiscum Deus, *in adiutorium nostrum vos debellans per angelum suum.*
19 Hæc enim. *Hic consequenter ponitur vtilis monitio, videlicet, quod populus Iuda non timeat ab humana persecutione, sed solùm Deum, & hoc est quod dicitur:* Hæc enim ait dominus ad me, &c. *id est ostendit mihi fortitudinem suam, qua potest protegere omnem hominem in se confidentem.*
20 Ne irem in via, &c. *i. timendo aduentum duorum regum, sic populus regni Iuda timuit valde, sicut dictum est ca. præce. de Achaz, & populo eius.* Et commotum est cor eius, & cor populi eius, sicut mouentur ligna à facie venti.
21 Dicens, *s. Dominus.*
22 Ne dicatis, coniuratio, *id est non timeatis à coniuratione regum Israel & Syriæ contra vos.*
23 Omnia enim quæ lo. po. iste. *id est populus Iuda.*
24 Coniuratio est, *i. multum loquitur de coniuratione duorum regum contra se, sicut homines multum timentes de periculo aliquo super se venturo, quasi continuè loquuntur de ipso. Et quia iste timor erat malus, ideo subditur.*
25 Et timorem eius, *id est illius coniurationis.*
26 Ne ti. *sed quid sit timendum ostenditur cum subditur.*

Domi-

MORALITER.

† 1 *Et assumpsit magis Rasin*, qui interpretatur varians eos, id est doctores per varias & dubias doctrinas discipulos variantes.

Contra doctrinas curiosas & vanas.

2 *Et filium Romeliæ*, qui interpretatur magister frangens laborantes, scilicet verborum extraneorũ multitudine pro sua ostẽtatione.
3 *Adducet dominus*: i. adduci permittet.

† *Aquas fluminis fortes*, i. doctrinas erroneas à diabolo excitatas, qui per regem Assyriorum designantur, ideo subditur.

† *Regem Assyriorum.* Sed quoniam veritas præualet, ideo sicut veritas fidei præualuit tempore Arrij & aliorum hæreticorum, ita præualebit in futuro per Dei gratiam, ideo subditur.

Veritas errori præualebit.

10 *Congregamini, &c.* i. vos doctores peruersi per Dei gratiam eritis confusi. Sed quia Deus ex hoc debet laudari, sequitur.

13 Dominum exercituum ipsum sanctificate, & ipse pauor vester & ipse terror vester: 14 et erit vobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis & petram scandali duabus domibus Israel, & in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem. 15 Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. 16 Liga testimonium, signa legem in discipulis meis: 17 expectabo dominum qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eum. 18 Ecce ego & pueri mei, quos mihi dedit dominus in signum & in portentu Israel à domino exercituum qui habitat in monte

¶ Sed timete dominum ex. a ¶ Et. b ¶ In vobis. a ¶ Dominus. ¶ Sit. b ¶ Corpore. ¶ Beatus vir qui timet dominum. c ¶ Mente. d ¶ Ita. a ¶ Fidelibus. ¶ Sed erit. a ¶ Infidelibus de duabus & decem tribubus. a ¶ Qui Christum non receperunt. a ¶ Præcipue. b ¶ In lapidem. ¶ Per infidelitatem. c ¶ Non omnes, quia reliquiæ saluæ fient. a ¶ Ruina æterna. b ¶ Gladio & fame. c ¶ Peccatorum funibus. d ¶ A Romanis. a ¶ Ergo. ¶ Deus ad prophetam. ¶ Ne videant. ¶ Quia Christum nolunt suscipere. ¶ Ea quæ tibi testor. b ¶ Visionem. c ¶ Id est absconde. Quod enim signatur absconditur. d ¶ Figuris. d ¶ Veterem. a ¶ Vel in doctrinis meis, alia litera. b ¶ Propheta, q. d. quia præcipis signari & abscondi Iudæis, ergo expe. D. c ¶ Iesum Emmanuel quem promittit venturum, qui erit nobis in sanctificationem. a ¶ Cognitionem. b ¶ Iudæis non credentibus. a ¶ Hoc repetit vt addat de prophetis præstolantibus. b ¶ Præstolabor dominum. c ¶ Præstolabuntur. a ¶ Socios. ¶ Ad quid. ¶ Prophetæ in signum futuri præcesserunt. ¶ Id est vt signa & portenta faciant. ¶ Quasi hoc fiat. ¶ Ecclesia.

a *In lapidem.* Hier. Quem reprobauerunt ædificantes, hic factus, &c. Ex hoc loco sumit Apostolus testimonium, quod *Christus factus sit Iudæis scandalum, Gentibus autem stultitiam.* ✠ Et rursum, *Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus legis offenderunt in lapidem offensionis sicut scriptum est, ponam in Sion lapidem offensionis & petram scandali, omnis qui credit in eo non confundetur.* Ergo qui non receperunt Emmanuelem, sed factus est eis in lapidem offensionis, conterentur, captiuique ducentur. Quodque ait (iuxta LXX.) *domus Iacob in laqueo & in conualle erit sedentibus in Ierusalem,* hoc significat, quod non habitet in montibus nec in excelsis scripturarum versentur locis, sed semper humilia intelligant, peccata peccatis sociantes & vincti laqueis delictorum.

Christus Iudæis scandalum.

b *Duabus domibus.* Ibid. Vel in duabus familiis, Samai scilicet & Helles, ex quibus scribæ & Pharisæi. Hi duo non multò prius quam dominus, nati sunt in Iudæa: Horum scholam suscepit Achibam, quem magistrũ Aquilæ proselyti autumant. deinde * Achir cui successit Iohanna filius Zachæi, & post eũ Eliezer, & per ordinem Telphor & Ioseph Galilæus, & vsque ad captiuitatem Ierusalem Iosue; Samai, dissipator; Helles prophanus, quia per traditiones suas legis præcepta dissipauerunt & maculauerunt.

*Hebr. 2. c. Duo sectæ Scribarum & Pharisæorum. *Machir.

c *Signa legem.* Ibid. q. d. Aperi eam domine discipulis meis, id est, apostolis & apostolicis viris, Vel, lex & prophetæ vsque ad Ioannem ligati sunt, vt non intelligant. Pro discipulis enim iuxta Hebraici sermonis ambiguitatem possumus etiam doctrinas intelligere.

Matt. 11. b.

d *Pueri mei.* Ibid. vnde: *Qui non ex voluntate carnis, sed ex Deo nati.* Et: *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Alij prophetæ, & eorum discipuli. Legunt hoc quidam de duobus filiis Isaiæ, quos genuit de prophetissa: sed falsò. Paulus in epistola ad Hebræos (licet eam inter canonicas scripturas non recipiat Latina consuetudo) hoc testimonium ex persona saluatoris ponit: *Ecce ego & pueri mei*: id est, apostoli, qui in portentum sæcularis sapientiæ, & superbiæ Iudæorum fuerunt. *Stulta enim & infirma elegit Deus, vt fortia & sapientia confunderet.*

Ioan. 1. b. Gal. 4. c. Paulus vsus testimonio ex hoc cap. & vers. 18. Hebr. 2. c. 1. Cor. 1.

✠ Basilius. Conuictis incredulis, loquitur Deus in propria persona. Equidem, inquit, illi recesserunt in manu forti à via populi eius, simulantes se operiri velle dominum, qui auertit faciem suam à domo Iacob. Ego autem cõplexos fidem erga me, & recens regeneratos eos asciscam mihi, quos visceribus misericordiæ excalefaciens offeram patri.

e *In signum & portentum.* ✠ Idem. Signa & portenta fuere miracula quæcumque palam ab Apostolis edita, ad manifestandum omnibus diuinam vnigeniti maiestatem.

Pro

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dominum exercituum, *id est angelorum.*
2 Ipsum sanctificate, *ei seruiendo.*
3 Ipse pauor vester, &c. *Offensam illius solicitè cauendo.*
4 Et erit vobis, &c. *vos confirmando in bono si ei credetis.*
5 In lapidem autem, &c. duab. dom. *&c. Quas iusto iudicio fecit ruere. Et istæ duæ domus fuerant domus Phacee filij Romeliæ, quam fecit ruere per Osee filium Ela. 4. Reg. 15. & domus Osee, filij Ela, quam cum toto regno Israel fecit ruere per Salmanasar regem Assyriorum. 4. Regum 18. Et quia in regno Iuda erant aliqui mali & increduli qui ruerunt gladio Sennacherib ex diuino iudicio. ideo subditur.*
6 Et in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem, *Quia tamen boni remanserunt salui tempore Ezechiæ, ideo subditur.*
7 Et offendent ex eis plurimi, *non dicit omnes, quia sicut dictum est boni sunt saluati.*
8 Liga testimonium. *hic ponitur occultatio mysterij Christi in principio huius cap. positi. Et primo præcipitur ista occultatio; secundo prohibetur superstitiosa inquisitio, ibi:* Et cum dixerint. *Circa primum dicitur Isaiæ à domino:* Liga testimonium, *id est inuolue prophetiam obscuritatibus propter incredulos, quibus talia sunt celanda, vt dictum est supra.*

Diuisio.

9 Signa legem, &c. *id est designa legem euangelicam dandam discipulis meis, id est apostolis, aliisque Christi discipulis, qui prædicando legem euangelicam obscuritates prophetiarum aperuerunt & declarauerunt, ostendentes eas in Christo impletas, vt patet in Actibus apostolorum,* sicut fuerat à Deo præordinatum, *& hoc modo fuit dictum, Da. 12. c.* Vade Daniel, quia clausi sunt signatique sermones vsque ad præfinitum tempus.

Lex Euangelica reclusit obscuritates prophetarum.

10 Expectabo dominum, &c. *Verbum est Isaiæ respondentis,* expectabo dominum, *scilicet, Iesum Christum in carne venturum.*
11 Qui abscondit, &c. à domo Iacob, *id est à populo Iudaico descendente à Iacob: quia in aduentu eius populus ille pro maiori parte fuit cæcatus per infidelitatem, secundum quod dicitur Ro. 11. c.* Cæcitas ex parte contigit in Israel, &c.
12 Et præsto. eum *id est patienter expectabo eius aduentum, licet differatur in tempus longum.*
13 Ecce ego, &c. *Aliqui exponunt hoc de duobus filiis Isaiæ, scilicet de Iasub, & de eo qui vocatus est,* accelera, spolia detrahe, *in principio huius cap. quem dicunt fuisse filium Isaiæ: Sed istud ostensum est esse falsum. Item isti magis iudaizant in hoc quam Ra. Sa. Hebræus qui dicit hoc esse intelligendum de discipulis prophetarum, qui dicuntur eorum pueri seu filij quia sunt ab eis in lege diuina instructi. Et per talem modum dicit Apostolus 1. Corin. 4. d.* In Christo Iesu per euangelium ego vos genui; *& secundum hoc dicit Isaias:* Ecce ego & pueri mei, *id est discipuli, quorum aliqui habuerunt spiritum prophetandi, ideo subditur.*

Qui sint qui hic vers. 18. dicuntur Pueri.

14 Quos dedit mihi dominus, *à quo est prophetiæ spiritus.*
15 In signum & portentum. *Fuerunt enim prophetæ contempti & vilipensi, & multi eorum occisi: de quorum numero fuit Isaias in signum Christi passuri, cuius erant nuntij.*
16 A domino exercituum, *id est angelorum.*
17 Qui habitat, &c. *ibi enim tunc erat propitiatorium, quod sedes Dei dicebatur vt dictum fuit Exod. 25. & inde diuina responsa dabantur.*

Et

MORALITER.

1 *Dominum exercituum,* id est angelorum.
2 *Ipsum sanctificate, &c.* id est laudate & timete.
4 *Et erit vobis, &c.* id est vos confirmans in sanctitate.
5 *In lapidem, &c. duabus do. Israel habi. Ierusalem.* Per duas domos possunt intelligi clerici & laici; per inhabitantes Ierusalem, religiosi. De statibus enim istis plures cadent erroribus decepti, maximè tempore Antichristi, non tamen omnes. ideo subditur.

Tempora Antichristi.

7 *Et offendent ex eis plurimi. Liga. testi.* Quoniam contra mala futura maximè tempore Antichristi per prædicatores muniendi sunt simplices Christiani: ideo dicitur cuilibet prædicatori: *Liga testim.* scilicet apostolorum, qui per orbẽ facti sunt testes Christi, Act. 1. a. *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.*
9 *Signa legem,* euangelicam.
† *In discipulis meis,* id est in veris Christianis. Et subditur eorum responsio.
10 *Expectabo dominum,* ad iudicium venturum.
11 *Qui abscondit faciem suam à Iacob.* id est populo Iudaico. Et subditur in persona prædicatoris.
13 *Ecce ego, & pueri mei,* id est fideles à me edocti.
15 *In signum, &c.* scilicet Christi ad iudicium venturi. Et quoniam circa tempus Antichristi surgent multi prophetæ falsi, vt habetur Matth. 24. Ideo sequitur.

Circa quæ erunt multi pseudoprophetæ.

† Et

a ¶ Propheta, o discipuli, o Prophetæ, vel Christus ad discipulos. ¶ Syri vel decem tribus. ¶ Consilium. ¶ Non ab Isaia.

Sion. [19] Et cùm dixerint ad vos: Quærite à pythonibus, & à
¶ Insanientes. ¶ Respondete.
diuinis, qui strident incantationibus suis. Numquid non
a ¶ Vno & vero, cum vos à multis & falsis requiratis.
b ¶ Quasi, cum vos de viuis, quæritis notitiam à simulachris similibus mortuis.
a populus à Deo suo requiret visionẽ pro viuis & mortuis?
a ¶ In qua inuenietis veritatem. ¶ Recurrite. b ¶ Scripturæ quæ non fallit.
c ¶ Gentes audiunt diuinos, tu autem non ita. ¶ Increduli.
[20] ad legem magis, & ad testimoniũ. Quod si non dixerint
¶ Faciemus scilicet. a ¶ Christus. ¶ Non. ¶ Lux.
b iuxta verbum hoc, nõ erit eis matutina lux, [21] & transibit
a ¶ Congregationem vel terram. b ¶ In damnationem. c ¶ Pacem verbi Dei.
d ¶ Fame corporali vel spirituali. ¶ Si verò non fuerint saturati, murmu.
per eam & corruet, & esuriet: & cum esurierit irasce-
a ¶ Blasphemabit. b ¶ Principem populi tui non maledices.
c ¶ Si vndecumque veniat auxilium.
c tur, & maledicet Regi suo & Deo suo: Et suspiciet sursum.
a ¶ In tribulatione. b ¶ Vndique malum.
[22] & ad terram intuebatur: & ecce tribulatio, & tenebræ &
a ¶ Formido. b ¶ Cæcitas indurati cordis.
dissolutio & angustia, & caligo persequens: & non pote-
a ¶ Erui. ¶ Donec conuertatur.
rit auolare de angustia sua.

A a *Pro viuis & mortuis, &c.* ✠ ORIGENES. Mortui, sunt dæmones priuati vera vita. Nolite ergo mortuos sciscitare de viuis negotiis: Legem enim suscepistis. O vos quibus persuadere non potuit, vt quærerentur ista de vẽtriloquis, & de terra clamantibus vanis sermonibus sermonem & legẽ, suscipientes eam in adiu- B torium legis vestræ, attendite. In lege vestra scribitur: *Non sequaris idola*, iuxta legem facientes, non attendatis ventriloquis, neque his qui de terra clamant.

Contra eos qui ventriloquos cõsulunt.

C b *Non eris eis.* HIER. Hoc est si populus iste noluerit veritatem à Domino quærere, non habebit Christum, scilicet, lumen veritatis, quam negligit.

c *Regi suo.* Diabolo, & paternis traditionibus, id est, antiquis erroribus.

✠ CYRILLVS iuxta 70. *maledicetis principi patriisque institutis.* Quando (inquit) principe vitæ interfecto, grauem & intolerabilem famem sustinebitis, ser- D monem Dei, panem qui de cælo descẽdit, qui dat mundo vitã non habentes, tunc verò *esurietis*. infortunium quod accidit sentientes, *principi & patriis institutis maledicetis.* Iudæorũ nimirum præfecti, scribæ & Pharisæi, multitudinem sibi subditam contra seruatorem Christum concitare E non destiterunt, excusationem suæ contra illum insaniæ, religionem legesque Moysis obtendentes. Quando itaque (inquit) vos ab illis seducti esurieritis, tunc maledicetis omnium vestrûm principi & patriis F ritibus maledicetis. Aderitque vobis dura fames, quantumuis sursum & deorsum & vndequaque circumspiciatis.

Calamitas Iudæorum eo quod suis scribis & Pharisæis auscultauerint magis quã Christo.

✠ PROCOPIVS. Quisquis enim Dei lege despecta, dæmonum fraude elusus, scandalizatur, verbi ille fame, ecstasi præterea & exacerbatione eo vsque laborabit, vt Regem suum vel (vt habent 70. interpretes) Principem, legesque patrias conuitiis insectari non dubitabit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cum dixerint. *Hic consequenter superstitiosa inquisitio prohibetur, cum dicitur.* Et cum dixerint ad vos, *Scilicet homines idololatræ & superstitiosi.*

2 Quærite a pytho. *Responsum de occultis & futuris. Dicuntur autem pythones, qui diuinant quodam modo speciali, scilicet per apparentem suscitationem alicuius mortui sicut dictum fuit diffusius 1. Reg. 28. b. Dicuntur autem diuini generaliter diuinatores superstitiosi.*

Pythones.

3 Qui strident, &c. *Quia vtuntur quibusdam nominibus, & verbis ignotis, & subditur responsio populi fidelis.*

4 Numquid, &c. *Q. d. Sic respondebitis talibus malis persuasoribus.* Nunquid non, &c. *q. d. Sic: quia infideles requirunt hoc à Deo suo falso, & sic debent fideles quærere à Deo suo vero, ideo subditur.*

5 Ad legem magis. *Id est, ad legem diuinitus datam, & ad testimonium prophetarum à Deo inspiratorum magis est recurrendum quàm ad pythones & diuinos.*

6 Quod si non dixerint. *Id est, fecerint.*

7 Iuxta verbum hoc, *Scilicet ad pythones, & diuinos contra verbum hoc:*

8 Non erit eis matutina lux. *Id est, vera Dei cognitio, & diuina consolatio, sicut accidit tempore Regis Sedeciæ. ideo subditur:*

9 Et cum esu. irasce. *Quia tunc propter obsidionem longam Nabuchodonosor, præualuit fames in ciuitate 4. Reg. 25. a.*

10 Et maledicet Regi suo, &c. *Quia multi valde de populo Iuda ducti impatientia maledicebant Sedeciæ, sub quo venerat eis ista miseria, & etiam Deo, dimittendo legem eius, & ad ritum Gentilium transeundo.*

Obsidio & captio Ierosolymæ sub Sedecia.

11 Et suscipiet sur. *Quasi quærens à Deo auxilium necessitate compulsus, & hoc dicitur pro populo qui cum Sedecia remansit in ciuitate & in lege.*

12 Et ad ter. *Præ confusione & desperatione, ideo subditur.*

13 Et ecce tribulatio. *Quantum ad afflictionem corporum.*

14 Et tenebræ. *Quantum ad deiectionem mentium,*

15 Et dissolutio, *Virium ex timore.*

16 Et angustia, *Scilicet mentis, eò quod non apparebat via euasionis.*

17 Et caligo persequens, *Quia Sedecias & viri bellatores de nocte fugerunt & Chaldæi eos insecuti sunt.*

18 Et non poterit auolare, &c. *Quia Sedeciam comprehenderunt 4. Reg. 25.*

MORALITER.

† 1 *Et cum dixerint ad vos, &c.* Nolite credere, sed verbis Domini & Apostolorum, ideo subditur.

5 *Ad legem magis, &c.* Supple est recurrendum.

6 *Quod si non dixerint.* Id est, fecerint.

7 *Iuxta verbum hoc,* Scilicet recurrendo ad verba Christi, & Apostolorum.

8 *Non erit in eis matutina lux.* scilicet gratiæ per quam in nobis oritur sol iustitiæ.

9 *Et cum esuriet, &c.* Scilicet credens falsis Prophetis propter defectum veræ doctrinæ.

10 *Et maledicet Regi suo,* Christum blasphemando.

11 *Et suscipiet sursum.* Id est, ex nulla parte habebit auxilium, sed ineuitabile tormentum.

ADDITIO I.

In cap. 8. vbi dicitur in postilla. Hoc dictum videtur fauere nimis errori Hebræorum.

Ea quæ continentur in postil. sancti Thomæ vel quæ ei attribuuntur, non videntur fauere errori Hebræorum in aliquo. Nam in hoc loco, postquam posuit expositionem Hebræorum, intelligentium quod iste puer qui vocatur, Accelera, spolia detrahe, &c. *intelligitur fuisse filius Isaiæ. Consequenter ponit contra eos obiectiones quæ in hac postilla. continentur, postea ponit expositionem glossæ communis, scilicet quod hoc intelligatur de Christo, qua posita subiungit hæc verba.* Hæc autem expositio non est tantæ auctoritatis sicut superior, quæ fuit supr. cap. 7. de alio signo: quia magis extorta est, & ex scripturis non habet auctoritatem. Vnde quidam dicunt non esse inconueniens si hoc intelligatur ad literam de filio Isaiæ: ita tamen quod puer ille sit figura Christi. *Hæc ille. Ex quibus verbis patet manifestè, quod ipse non improbat illam expositionem, quæ dicit ista intelligi de Christo ad literam, sed dicit quod non est tantæ auctoritatis sicut superior: Cuius rationem reddit manifestã. Nam prima habet auctoritatẽ ex Euangelio, Matthæi primo d.* hoc totum factum est, vt impleretur quod dictũ est per Prophetam: Ecce virgo concipiet. *Sed expositio huius non habet tantam auctoritatem, cum in sacra scriptura non contineatur, quod hoc quod dicitur hic:* Accessi ad prophetissam, *intelligatur de beata Virgine, & sic manifestum est, quod non est tantæ auctoritatis sicut præcedens. Item principale fundamentum, quod ponit postillator ad firmandum hanc expositionem, est illud quod continetur in translatione Chaldaica: ex qua concludit & bene, quod hoc quod dicitur hic:* Accessi ad prophetissam: *non est verbum Isaiæ, sed ipsius Dei. Et quia hoc fundamentum, licet sit verum: non tamen est tantæ auctoritatis, sicut si in litera contineretur: Ideo verba sancti Thom. prædicta vel eidem attributa, sunt manifestè rationabilia, nec in hoc fauetur errori Hebr. Nam illa quæ continentur in 7. & in 9. ca. necesse est, vt intelligantur de Christo ad literam, sed ea quæ continentur in hoc ca. 8. non habentur ex necessitate literæ, vt intelligantur de Christo ad literam: sed auctoritate Chaldaicæ translationis, vt dictum est.*

Retunditur calumnia impacta auctori qui putatur esse S. Thomas.

ADDITIO II.

In eodem cap. vbi dicitur in postil. Similiter quod in 4. Reg. dicitur Theglathphalnasar spoliasse Samariam, vt in 4. Reg. dicitur.

Theglathphalnasar dici posse spoliasse Samariam.

LICET THEGLATHPHALNASAR, non expoliasset Samariam, quia tamen aliquas ciuitates regni Israel, [illegible]

A cuius Samaria est Metropolis, cœpit: satis verè posset dici, quod expoliauit Samariam, licet non totam, nec totum regnum expoliasset; sicut qui expoliat aliquem de aliquibus bonis suis, dicitur ipsum expoliasse, quamuis non ex toto.

ADDITIO III.

In eodem capite vbi dicitur in post. In quo vt suprà dictum est, denunciatur Christi resurrectio futura.

Quale sit signũ prænuntiatum hoc cap. ab Isaia?

Ea quæ continentur in hoc cap. non videntur pertinere ad signum indicatiuum, nec rememoratiuum. non enim in hoc cap. dicitur: Dabit vobis signum, sicut in præcedenti, vt patet discurrenti literam; & ideo licet expoliatio duorum Regum fuit figura expoliationis inferni per Christum fiendæ, sicut historiæ veteris Testamenti fuerunt figuræ eorum quæ contigerunt in nouo: non tamen ex hoc dicuntur fuisse data tanquam signa indicatiua seu rememoratiua.

ADDITIO IV.

In eod. cap. vbi dicitur in posti. Et erit vobis in sanctificationem.

Hoc quod dicitur hic: Et erit vobis in sanctifi. & in la. &c. Propriè videtur referendum ad tempus aduentus Christi in carnem, in quo tempore fuit Christus, in sanctificationem credentibus, & in lapidem offensionis & petram scandali duabus domibus Israel, scilicet regali & sacerdotali, quas propter suam incredulitatem isto iudicio fecit ruere. Et vtraque earum consueuit dici domus in scriptura, vnde in præcedenti cap. Audite nunc domus Dauid, quod intelligitur de domo regali, & in Psalm. Domus Aaron benedicite Domino: intelligitur de domo sacerdotali. Dicere autem quod istæ duæ domus intelligantur de domo Phacee filij Romeliæ, & de Osea filio Ela, qui fuerunt reges Israel, non videtur conuenienter dictum. Nam sicut in regno Iuda, licet fuerint multi Reges successiuè, non tamen propter hoc dicuntur multæ domus,

Vers. 14. per duas domus Israel intelligitur domus regalis, & domus sacerdotalis.

B sed domus Dauid tantum: Sic dicendum est de regibus Israel: Sequitur: Et in laqueum, & in ruinam habitantibus Ierusalem: quia in ciuitate Ierusalem, vbi Christus passus fuit, multi ruerunt per infidelitatem, non tamen omnes, & ideo sequitur: Et offendent ex eis plurimi, id est, non omnes. Secundum istam expositionem propriè sequitur immediatè: Liga testi. &c. quod intelligitur de occultatione mysterij Christi, de quo statim in præcedentibus agitur, & exponatur sicut in postill.

ADDITIO V.

In eod. cap. 8. vbi dicitur in postil. Non erit eis matutina lux.

Secundum glossam quod dicit hic: Matutina lux, intelligitur ipse Christus, & hoc est propriè dictum. Nam Christus est lux vera, quæ illuminat omnem hominem, Ioan. 1. a. Et dicitur matutina, quia ante omnem lucem creata. Vnde hic Propheta reuertitur ad declarationem eorum, quæ supra dixerat: Erit in sanctificatione, scilicet credentibus. Et in lapidem offensionis, scilicet non credentibus. Et primo agit de secundo vsque ad finem; Secundo vero de primo à principio sequenti capite vsque ibi: Zelus domini faciet hoc. Vnde circa primum cum dixisset: Non erit ei, scilicet populo non credenti; Matutina lux, id est, Christus; ne fortè qui æstimaret quod hoc contingeret illi populo incredulo, eo quòd non habuissent præsentiam prædictæ lucis, ideo dicit: Transibit per eam. vnde Luc. 4. e. Iesus transiens per medium illorum ibat. Et hoc quod dicitur, per eam, intelligitur Iudæam, vel Ierusalem, de qua dicit: Et corruet & esuriet, quod potest intelligi ad literam de tempore obsidionis Ierusalem per Romanos, & sequitur: Et cum esuriet, irascetur &

Matutina lux est ipse Christus.

C maledicet Regi suo & Deo suo, quod propriè intelligitur de Christo, cui maledicebant sicut & hodie, & sequitur: Aspiciet sursum, id est, pro auxilio D diuino seu cælesti, Et ad terram intuebitur. Pro subsidio terreno: Et quia neutrum inueniebant, ideo sequitur, Et ecce tribulatio & tenebræ, scilicet ignorantiæ & infidelitatis, Et dissolutio, scilicet virium seu virtutum, Et angustia præcipitationis seu perplexitatis, Et caligo persequens, scilicet cæcitas indurati cordis, Et non poterit auolare de angustia: quocumque remedio; & sic Propheta declarat illud quod dixerat de Christo. Quia in lapidem offensionis & in petram scandali habitantibus Ierusalem, vt suprà. Et sequitur in sequenti cap. Primo tempore alleuiata est, &c. In quo declarat primum quod dixerat, scilicet: Et erit in sanctificatione, scilicet credentibus, de quibus per oppositum dicit, Vidit lucem magnam. & lux orta est eis: & incipit à tempore prædicationis Christi & ab initio miraculorum eius, de quo dicit: Primo tempore alleuiata est, &c. & exponatur sicut in postil. &c.

REPLICA. In cap. 8. cùm postillator amore veritatis fidei Christianæ permotus diceret sanctum Thomam nimis fauere errori Iudæorum, exponendo principium huius capitis de filio Isaiæ quemadmodum Iudæi faciunt: quod tamen verè exponi debet de Christo spoliante infernum, &c. Burgensis assumit certamen pro sancto Thoma asserens quod in nullo fauet Iudæorum falsæ expositioni. Quod quam verum sit, patet ex hoc primo: quia friuolis & falsis assertionibus nititur soluere argumenta Catholicorum, quæ fieri consueuerunt contra illum Iudæorum errorem. Secundo, quia non roborauit argumenta Catholicorum, nec aliquid facit pro vera Christianorum expositione, sed literam præsentem diuidit, exponit, concordat quantum potest pro perfidia Iudæorum. Tertio, E quia dicit Catholicam expositionem extortam. Demum quia dicit eam non esse tantæ auctoritatis, sicut illam supra capite septimo vbi ille passus: Ecce virgo concipiet, exponitur de Christo auctoritate Euangelistæ. Sed quæro: Ista auctoritas quam præfert, an sit apud Iudæos autentica magis, an apud Christianos? Sed certum est quod apud Iudæos, quia translatio Chaldaica cui innititur expositio huius literæ, est apud Iudæos maximæ auctoritatis. Exemplum autem cui innititur septimi capitis expositio, nullius auctoritatis est apud Hebræos: igitur maioris auctoritatis est apud Iudæos expositio huius loci quam 7. capitis. Ad faciendum enim fidem infidelibus, per Euangelium, quod non recipiunt, nihil concludimus, nisi cum hoc innitamur eorum fundamentis, quæ negare non consueuerunt. Nec valet quod Burgensis ponit contra replicam postillatoris de spolio facto per Theglathphalnasar: quia per hoc spolium non est ablata fortitudo Damasci & Samariæ, prout innititur in litera, sed fuit particularis inuasio facta tempore Oziæ & Ioathan. Quid autem hoc pertinet ad filium Isaiæ de quo Iudæi falsè exponunt, & sanctus Thomas approbat: Sed quia postillator hîc oppugnat expositionem sancti Thomæ, Burgensis oppidò offensus nescit in hoc capite pacificè loqui: quia nescit tolerare Theologicum modum loquendi postillatoris quo dicit destructionem duorum regnorum fore signum prænosticum destructionis spoliationis inferni. Spoliationem autem inferni fore signum rememoratiuum spoliationis, de quibus hîc dicitur ad literam, quod ægre ferens Burgensis facit argumentum suum consuetum à modernis hæreticis receptum. Hoc non ponitur in textu, igitur non est, &c. quia, vt inquit, de signo nulla fit mentio. Quamuis autem in litera etiam non fit mentio de figura, dicit tamen Burg. quod vna spoliatio est figura alterius. Nunc autem figura est significatiua figurati. Significatiuum autem, & signum quantum distant, dicat Burg. grandipensor. F

Quod postill. modeste reprehenderat, Burgensis studio veritatis defenderat, hic confundit, Burgensē conuitiis excipiens, Postillat. in nullo fere vtilis.

CAP. IX.

a Dominicæ incarnationis. ¶ Onere peccati releuata.

a ¹PRimo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthali, b

a Primo tempore. HIER. Hæ duæ tribus ab Assyriis in captiuitatem ductæ sunt, & sic terra pondere peccatorum releuata: postea reliquæ quæ habitabant trans Iordanem & in Samaria. Regio ergo populi prius in captiuitatem ducti, & quæ erant in tenebris angustiæ, vidit prius lucem prædicantis Christi.

SEPTVAGIN. Hoc primum bibe, velociter fac, Regio Zabulon & terra Nephthalim. EVSEBIVS. Tu prima bibe poculum Euangelij, & crede cito ô terra Zabulõ. Sunt verò hi qui in his verbis significantur, & qui ex gentibus in Christum Dei crediderunt, & saluatoris nostri discipuli atque Apostoli, quos de terra Zabulon & Nephthalim, præcones sui Euangelij elegit.

Plures ex Apostolis erãt Nephthalitæ & Zabulonitæ.

b Ter. Zabul. HIER. In qua Christus primũ prædicauit, & miracula fecit:

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT IX.

1 PRimo tempore alleuiata est terra Nabulon, &c. Antequam descendam ad diuisionem huius cap. sciendum quod Iudæi, & aliqui expositores Catholici in hoc eos nimis sequentes, exponunt principium huius capit. ad literam de captiuitate duplici filiorum Israel. Prima autem fuit facta per Theglathphalnasar Regem Assyriorum, qui captiuauit duas tribus vltra Iordanem, & transiens Iordanem captiuauit

---

MORALITER.

† 1 PRimo tempore. Hoc literaliter exposui de credentibus ad prædicationem Christi, quorum aliqui in fide steterunt, & aliqui ab ea recesserunt. Moraliter autem potest exponi de religionẽ intrantibus, quorum aliqui ibidem proficiunt, & aliqui deficiunt, vnde dicit August. Sicut non inueni meliores illis qui in monasteriis profecerunt, ita non inueni deteriores his qui in eis defecerunt. Hæc igitur litera mistim exponitur de istis, & de illis. Et quantum ad proficientes in principio tantum, dicitur: Primo tempore. Id est, in principio professionis.

De intrantibus religionem.

De proficientibus in religione.

† Alleuiata est terra Za. Qui interpretatur habitaculum pulchritudinis. Ideo per terram Zabulon significantur illi, qui per pulchritudinem conscientiæ, Deo præparant habitaculum pulchrum cordis.

* Et terra Neph. Qui interpretatur dilatatio, propter quod per † terram

fecit: Ibi enim aquas in vinum conuertit, Apostolos elegit, vnde. *Principes Zabulon, Principes Nephthali.*

Psal. 67. f.

a *Via maris.* IBID. Mare in hoc loco lacus Genezareth, qui Iordane influente efficitur. In cuius littore est Capharnaum, Tyberias, Bethzaida & Corozain, in quibus Dominus maximè commoratus est, & sic *populus qui ambulabat in ten. vidit lu. magnam.*

b *Galilææ Gentium.* IBID. Galilææ duæ sunt. Vna Gentium, vicina Tyriis in tribu Nephthali: Altera circa Tyberiadem, & stagnum Genezareth in tribu Zabulon.

Duæ Galilææ.

c *In regione vmbræ mortis.* HIERON. In vmbra mortis sunt, qui in peccatis adhuc viuunt: *In regione vmbræ mortis.* Qui iam mortuis operibus ad inferna descenderunt.

a ¶ Id est, generali captiuitate. b ¶ Plurimis in errore manentibus grauiter afflicta. ¶ Fœcunda facta est frugibus fidei. c ¶ Genezareth.

a & nouissimò aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ Gentium. [2] Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. [3] Multiplicasti Gentem, non magnificasti lætitiam. Lætabuntur coram te,

a ¶ Quæ est, scilicet. b ¶ Quia multæ gentes habitabant ibi. c ¶ Israel, vel quarumlibet Gentium. a ¶ Ignorantiæ. b ¶ Christum, qui dicit: Ego sum lux mundi. ¶ Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. ¶ Peccati. a ¶ Christus. a ¶ Notitia tua. b ¶ Vox Apostolorum ad Christum, ad lucem ortam. c ¶ Gentiles. ¶ Apostoli. ¶ O Christe.

d *Non magnificasti lætitiam.* IBID. Nobis de salute Iudæorum; Quamuis enim gaudeant de Gentium conuersione, dolent tamen de Iudæorum repulsione: vnde Apostolus: *Optabam esse anathema pro vobis.*

Rom. 6. a.

e *Lætabuntur coram te, &c.* IBID. Propheta ad Christum de discipulis.

✠ PROCOPIVS. Ad verbum, quòd septem ea in regione, & quinque panibus consecraris, tantam hominum turbam saturauit: Ad sensum autem, quia Apostoli ipsi, non aliter quam messores, Gentium messem operati sunt.

✠ IDEM. Spolia, id est, hominum animas, quibus vi apud se prædonum more, potestates abutebantur.

✠ IDEM. Lætantur illi quidem qui Christi ad hæc vsque tempora

d Non

NICOLAVS DE LIRA.

captiuauit multos de terra Zabulon & Nephthali, vt habetur 4. Reg. 15. & de hoc exponunt, quod dicitur in principio huius cap. Primo tempore, *id est, prima captiuitate*: Alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthali, *scilicet à pondere peccatorum, habitatoribus suis in captiuitatem ductis. Postea vero Salmanasar Rex Assyriorum cepit Osee Regem Israel, & residuum populi quod remanserat transtulit in Assyrios, vt habetur 4. Reg. 18. & de hoc exponunt quod subditur*, Et nouissimò aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ Gentium: *quia aggrauata fuit tota terra per Domini flagella in captiuitatem ducta. Dicitur autem illa terra via maris, quia est ibi via publica ad portandum merces à Iordane ad mare Mediterraneum, & econuerso. Sed ista expositio videtur inconueniens. Primo quia implicat contraria, saltem in modo loquendi, quia primam captiuitatem nominat alleuiationem, & secundam aggrauationem, cùm tamen fuerint eiusdem rationis. Item quia si loqueretur de secunda captiuitate, cùm dicitur*: Et nouissimò aggrauata est, &c. *Non fieret ibi mentio de Galilæa, quæ in prima captiuitate fuit captiuata, saltem in magna parte; sed magis de Samaria, quæ erat ciuitas Metropolis regni, & principaliter fuit obsessa, & capta per Salmanasar. Tertio quia Matthæus 4. cap. dicit hanc prophetiam fuisse completam ad literam in Christo, dicens sic de Christo.* Et relicta ciuitate sua Nazareth venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Nephthali, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam: Terra Zabulô & terra Nephthali, via maris trans Iordanem Galilææ Gentium. Populus Gentium qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, &c. *Item cum omnes expositores Catholici dicant, quòd necesse est de Christo intelligi illud, quod dicitur supr. 7. cap.* Ecce virgo concipiet, & pariet, &c. *eo quod dicitur Matth. 1. d.* Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem: Ecce virgo habebit in vtero, & pariet filium, &c. *Eadem necessitate compellitur quilibet Doctorum Catholicus exponere de Christo quod dicitur hic*: Primo tempore alleuiata est, &c. *cùm Matthæus dicat hoc impletum esse in Christo. Igitur sequendo sententiam Beati Matthæi præsens ca. in quo ponitur mysterium Christi, quantum ad eius exaltationem in signum liberationis regni Iudæ, in duas partes diuiditur: quia primo ponitur Christi exaltatio: Secundo dicta liberatio, ibi*: Verbum misit Dominus. *Circa primum sciendum, quod Christus fuit exaltatus primo quantum ad declarationem suæ deitatis in prædicatione sua & miraculis: Secundo quantum ad exaltationem humanitatis ad dexteram patris. Primo igitur ponitur primum, & secundo secundum, ibi*: Paruulus. *Circa primum sciendum, quod ad prædicationem Christi aliqui Iudæi crediderunt, & in fide permanserunt: aliqui autem obstinati in sua malitia remanserunt; & aliqui à principio credentes, postea ad vomitum reuersi sunt: & de istis mistim loquitur hic Propheta. Circa primum dicitur*: Primo tempore alleuiata est terra, &c. *quia ibi Christus circa principium suæ prædicationis publicè frequenter docuit, & miracula fecit, vt dicit Matth. & suprà allegatum est, & sic fuit terra illa alleuiata à iugo diaboli per potestatem Christi. Verumtamen quia plures eorum reuersi fuerunt ad vomitum: ideo subditur.*

Aliquorum expositio super initiũ huius cap. Iudaismo fauens.

Non posse prædictam expositionem sustineri.

Matth. 4. c.

Diuisio.

Exaltatio Christi.

Quomodo Iudæi Christi prædicationem exceperint.

1 Et nouissimò. *Id est, circa finem prædicationis Christi.*

2 Aggrauata est via maris. *Quare autem illa terra dicatur via maris, suprà expositum est. De ista autem aggrauatione habetur Matth. 11. c. vbi dicitur*: Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, *in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, & ideo subditur*: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quoniam si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis: olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. *Istæ autem ciuitates erant supra mare Galilææ in finibus Zabulô & Nephthali. Et postea subditur de Capharnaum, vbi Christus habitauit circa prædicationis suæ principium, vt suprà dictum est*: Et tu Capharnaum numquid exaltaberis vsque ad cælum, & vsque in infernum descendes? *quia per prædicationem Christi primò fuit disposita ad consecutionem beatitudinis credendo, & postea depressa per demeritum damnationis ad vomitum redeundo, sicut dictum fuit plenius super Matth.*

Matth. 11. c.

3 Galilææ Gentium. *Salomon enim dedit Hiram Regi Tyri 20. oppida in Galilæa 3. Regum 9. b. Et ideo illa pars vocata est Galilæa Gentium. quia Hiram erat Gentilis.*

Galilæa gentium.

4 Populus q. amb. in teneb. &c. *Ignorantiæ & erroris.*

5 Vidit lucem magnam. *Id est, Christum, qui est lux mundi per prædicationem & miracula propria virtute facientem.*

6 Habitantibus in reg. vmb. mor. &c. *Error enim & ignorantia sunt quasi mortis vmbra.*

Error & ignorantia sunt vmbra mortis.

7 Lux orta est eis. *Scilicet, veritas Euangelica. Vel potest hæc litera referri ad patres detentos in limbo inferni, quibus lux orta fuit, quando Christus ad eos descendit post passionem suam.*

8 Multiplicasti, &c. *Hoc refertur ad illos qui Christo prædicante primò crediderunt, & postea ad vomitum reuersi sunt, vt prædictum est, & ideo ex eis non fuit materia lætitiæ. Et consequenter subditur de credentibus, & in fide permanentibus.*

9 Lætabuntur coram te, &c. *Messores enim in plenitudine messis, & vi-*

MORALITER.

† terram Nephthali, significantur illi, qui dilatantur in operibus bonis. Per hoc igitur quod dicitur: *Primo tempore alleuiata est terra.* Significatur quòd isti in professione alleuiantur à pondere terrenorum per votum voluntariæ paupertatis.

1 *Et nouissimò aggrauata est via maris*, Per mare tumultuosum, significatur præsens sæculum. Ideo via maris est vita sæcularis, ad quam nouissimò reuertuntur, deficientes in religione per apostasiam, vel in habitu religionis ducentes vitam sæcularem, quod notatur cùm subditur.

Deficientes in religione.

2 *Trans Iordanem Galilææ Gentium*, Galilæa namque volubilis interpretatur; Nam ex volubilitate mentis procedit, quòd tales à bono proposito sic mutantur.

4 *Populus qui ambulabat in tenebris.* Scilicet peccatorum ante religionis ingressum.

5 *Vidit lucem magnam*: Ingrediendo & profitendo per inspirationem diuinam.

6 *Habitantibus in regione vmbræ mortis, &c.* Repetitio est eiusdem ad maiorem expressionem.

Bonum status religiosi.

8 *Multiplicasti Gentem*, Scilicet religiosam: Sed quoniam aliqui deficiunt, vt dictum est, ideo subditur de malis.

† *Non magnificasti lætitiam, &c.* Et de bonis subditur.

9 *Lætabuntur coram te*, Spirituali deuotione.

† Sicut

☞ pora extiterunt, quia iugum quod spoliis imminebat, virgamque A ipsam, quæ ceruicibus suis, sublata vident.

a *Qui lætant. in messe.* ✠ CYRILLVS l.1.cap.9. Bifariam intelligemus hæc verba. Nam etiam diuinos discipulos esse dicemus qui lætati sunt in messe & diuiserunt spolia, dum gentes colligunt veluti frumentum in horreum dominicum, & antiquum errorem amputantes gaudio afficiuntur, B similiter atque hi qui metunt in agris: & dum tanquam è tyrannica violentia eripiunt à Satana seductos, & per fidem ad pietatem traducunt, gaudent quasi qui spolia diuidunt: Singulis enim in lucrum cedunt hi qui seruati sunt, vt è bello, spolia victoribus. Sin de his qui crediderunt istæc dicat, intelligemus eos cum erroris tempore nullum fructum iustitiæ haberent, hoc credentes in Christum impleuisse.

Messis Apostolica.

a ¶ Gentis quam ad fidem colligunt, vnde, Messis quidem multa, operarij vero pauci. ¶ Messores.

a sicut qui lætantur in messe: sicut exultant vi- †

a ¶ Apostoli, qui carnem & diabolum vicerunt. b ¶ Alios Pastores, alios Doctores, & huiusmodi. c ¶ Genus humanum à diabolo ablatum.

ctores capta præda, quando diuidunt spolia. †

¶ Dominationem. a ¶ Diaboli. b ¶ Potestatem.

b [4] Iugum enim oneris eius, & virgã humeri eius, 1

¶ Imperium. a ¶ O Emmanuel. b ¶ Quam facile. scilicet & sine sanguine à Gedeone victi sunt Madianitæ, in quo Christi victoria significatur.

c & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die 2 3

d Madian. [5] Quia omnis violenta prædatio cum †

e tumultu, & vestimentũ mistũ sanguine erit in 4 5

¶ Gehennæ. a ¶ Erit. ¶ Æterni. b ¶ Qui pugnabit pro nobis. ¶ Secundum carnem.

f cõbustionem et cibus ignis. [6] Paruulus. n. natus 6 7 8

Iudic. 8.

C b *Iugum enim.* HIERON. IBID. Habet Christus iugum, sed suaue: & diabolus, sed importabile onere. Et Christus principatum super humerum, in quo crucem portauit, & diabolus in humero virgam, qua superbit.

Matth. 11. d Iugũ Christi & iugum diaboli.

c *Exactoris.* IBID. Ipsius, scilicet exigentis. Quotidie enim numum peccati quem primo homini commisit, à posteris cum vsura exigit. ✠ CYRILLVS lib.1.cap. 9. Quemadmodum enim cum à Madianitis intolerabili seruitute afflicti Israelitæ Gedeonis opera dominum inuocantis liberati sunt, qui Madianitas deuicit, ac à virga ipsorum Israelem liberauit: ita (inquit) exactorum virga depulsa gentes conseruauit. Exactores autem appellat dæmonia, quibus scopus propositus est; vt peccata consueta quasi tributa ab hominibus exigant, ab eo qui scortari solet, scortationem, ab eo qui furari, furtum: à singulis demum hominibus ea quæ illis familiaria sunt vitia D reposcant.

Tributum quod à suis exigit diabolus.

d *Quia omnis vio. præ.* HIER. Acsi dicat: Genus humanum quod diabolus deprædatus est, auferet ei Dominus violenter, id est potenter, & ipsum cum tumultu detrudet in infernum. Vnde tam de ipso quàm de membris eius dicitur. *Perit memoria eorum cum sonitu.*

victoria Christi de diabolo.

Psal. 9.

c *Vestim. mistũ.* HIER. Diabolus qui plenus omniũ sanguine qui homicida ab initio. Vel homines, quibus diabolus tanquã veste circumdatur, quorum manus plenæ sunt sanguine.

Ioan. 5. f. E

f *Paruulus enim.* ✠ AMBR. l.3. de fide c.4. Distingue singulorũ momenta. *Puer natus est nobis, filius datus est nobis*: & si ex patre natus, non est nobis natus, sed datus: quia non filius propter nos, sed nos propter filium. Neque enim nobis natus est, qui F ante nos natus est, & totius est conditor creaturæ. *Puer natus est nobis*, non Iudæis, nobis; non Manichæis; nobis, non Martionitis. Nobis, hoc est, credentibus, non incredulis. Et ille quidem misericordia sua omnibus natus est: Sed perfidia hæreticorum, fecit, vt non omnibus nasceretur, qui omnibus natus est. Nam & lumen diei oriri iubetur super bonos & malos, sed oriri non videntibus non videtur.

2. q. 7. cap. nos si. *Ne subditi superiores suos iudicent.*

✠ IDEM. Ex illo puero qui antequam sciret vocare patrem, aut matrem cepit spolia Damasci, sancti vocati sunt pueri: Ipse enim Christus est puer, qui natus est nobis, qui nos docuit pueritiam esse virtutem, iuxta hoc prophetissa illa sacrata *Maria virgo, accepit Israel puerum suum.*

☞ a Prin-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *& victores in spoliis diuidendis valde lætantur. Et ita fuit de discipulis Christi, quando in die Pentecostes receperunt plenitudinem Spiritussancti, alta voce, & varijs linguis* loquentes magnalia Dei, *Act. 2. b. Et huius lætitiæ subditur ratio, cùm dicitur.*

1 Iugum enim oneris eius, *Id est veteris legis, de quo onere dicitur Act.* 15. c. quod hoc est onus, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus.

De oneribus legis, & aliis Scribarum & Pharisæorum.

2 Et virgam hu. eius. *Id est, Scribarum & Pharisæorum, qui supra onus legis addebant ordinationes populo graues, secundum quod dicitur Matth. 23. a.* Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt ea super humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. *Ab istis autem oneribus fuit liberatus fidelis populus per libertatem Spiritussancti, quæ est in lege noua.*

3 Et sceptrum, &c. *Secundum quod dicit Iosephus lib. de Iudaico bello, post ascensionem Christi Iudæa fuit multis dissensionibus intraneis dissipata, & erãt ibi aliqui tyranni, qui populum vexabant multipliciter, & rebus spoliabant, & maximè populum credentem in Christum, vt patet in Actibus Apostolorum, à quibus fidelis populus fuit liberatus per exercitum Romanum venientem contra Iudæam: quia tunc admonitus fuit per angelum, vt transiret in regnum Agrippæ, qui erat confœderatus Romanis, vt habetur in Ecclesiastica historia: & exactores prædicti fuerunt destructi, & ciuitates eorum succensæ igni.*

Dissipatio Ierusalem, & ciuium eius iniquorum.

4 Sicut in die Madian. *Ista fuit victoria Gedeonis, de qua habetur Iudic. 7. quæ fuit sibi prænuntiata per angelum: sicut & fidelis populus liberatus fuit per denuntiationem angeli in regno Agrippæ, vt dictum est, & exactores eorum occisi per exercitum Romanorum, & ciuitates eorum succensæ, & bona eorum, ideo subditur.*

5 Quia omnis viol. præd. &c. i. *acquisita cum clamore & rapina.*

6 Et vestimentum, &c. *Id est, vestimentum occidentis & occisi, quia non solum vestimenta occisorum inquinantur sanguine, sed etiam cum hoc vestimenta occidentium.*

7 Erit in combustionem. *Quia Romani incendentes Ierusalem & alia loca, vbi erant prædicti exactores & tyranni, simul combusserunt vestimenta illorum tyrannorum, & ea quæ rapuerant ab aliis, quorum multos interfecerant, vt habetur libro de Iudaico bello. Ex hoc autem quod dicitur hic:* Et erit in combustionem. *Illi qui exponunt hunc passum de exercitu Sennacherib ab angelo percusso, vt supra dictum est 7. cap. videntur contradicere textui: Dicunt enim quod angelus percussit exercitum plaga ignea, sic tamen quòd corpora bellatorum erant incinerata, arma tamen & spolia remanserunt intacta, ita quod populus Ezechiæ exiens ad colligendum spolia, valde faciliter accipiebat ea remanentibus cineribus. Illud autem quod comburitur, & est cibus ignis, non sic remanet intactum, sed conuertitur in ignem, sicut cibus in cibatum.*

Plaga qua percussit Angelus exercitum Sennacherib.

8 Paruulus. *Hic consequenter ponitur exaltatio Christi secundum humanitatem in sua ascensione. Sciendum tamen, quòd Ra. Sa. & Iudæi moderni sequentes ipsum, exponunt hunc passum de Ezechia Rege Iuda, literam corrumpendo. Dicit enim quod hæc est litera Hebraica:* Infans natus est nobis: filius datus est nobis, & erit principatus super humerum eius, & vocabit nomen eius admirabilis consiliarius, Deus fortis, pater sempiternus, Principem pacis. *Et talis corruptio potest de facili fieri in Heb. quia hæc dictio* ויקרא *vaiqre, quæ significat, & vocabitur, &* ויקרא *vaiqra, quæ significat* & vocabit; *eisdem literis penitus scribuntur in Hebr. sed variè sonant propter aliam & aliam punctuationem. Item similiter quod dicit* Principem pacis *in accusatiuo pro nominatiuo faciliter fit in Hebr. quia nomina sunt apud eos indeclinabilia, sicut apud Latinos cornu & gelu. Igitur sic exponit auctoritatem prædictam: Infans natus est nobis, & filius datus est. Quasi diceret Propheta, licet Achaz sit idololatra pessimus: tamen filius eius Ezechias qui erit Rex noster post eum, erit bonus & iustus. Et vocabit nomen eius admirabilis, &c. id est, Deus noster qui est admirabilis consiliarius, Deus fortis, pater sempiternus, vocabit, s. Ezechiam Principem pacis: quia faciet pacem in diebus suis, ita quòd nomina deitatem exprimentia non referuntur ad puerum natum; Sed quod iste corrumpat literam ponendo* vocabit *pro* vocabitur, *patet ex translatione LXX. interpretum, qui fuerunt Hebræi & valde literati, quorum translatio talis est:* Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur nomen eius magni consilij angelus, *ita quòd pro istis dictionibus,* admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, Princeps pacis, *posuerunt hoc solum, magni consilij angelus. Cuius causa fuit secundum quod Diuus Hieronymus dicit in* ☞ epistola

Detegitur dolus mali & nequitia Ra. Sa. vi peruertendo literam & sensum versus 6.

MORALITER.

† † *Sicut qui lætantur in messe.* Ex bonorum fructuum collectione.

† *Sicut exultant victores.* De mundo, carne, & diabolo triumphantes, ideo subditur.

1 *Iugum enim oneris eius.* Scilicet carnis aggrauantis.

2 *Et virgam humeri eius.* Id est, mundi, qui humeris seruorum suorum imponit graue iugum.

3 *Et sceptrum exactoris eius,* Id est, dæmonis, de quo dicitur Iob 41. d. *quòd est Rex super omnes filios superbiæ.*

† *Superasti, sicut in die Madian.* Id est, ex diuina virtute, sicut Madian fuit superatus à Gedeone. Iudicum cap. 7. f. ideo subditur.

8 *Paruulus enim natus est nobis, &c.* Id est, Christus, cuius virtute diabolus est superatus.

3 *Et* † 4 *Et*

a Principatus super hu. HIERON. A Dum duceretur ad patibulum, portauit crucem, in qua meruit principatum.

† IVSTIN. Apol. 2. pro Christianis. Significatur his verbis vis sanctissimæ crucis cui dominus subiecit humeros.

† THEOPHYLACTVS in cap. B 23. Luc. Quoniam crux Iesu fuit gloria, meritò dicitur principatus ipsius, siue principatus dignitas, & ipsius principatus insigne crux ipsa est, vt senatorum insigne prætexta fuit; & consulum, & Imperatorum duodecim fasces: Regum insigne, diadema & sceptrum.

Salutiferæ crucis signum.

† TERTVLLIAN. lib. aduersus Iudæos. Quis omninò Regum, insigne potestatis suæ humero præfert? & non aut capite C diadema, aut manu sceptrum? sed solum nouus Rex nouorū æuorum Christus Iesus, nouæ gloriæ potestatem humero extulit, crucem scilicet, vt secundum prophetiam regnaret à ligno.

Magni consilij Angelus.

HIER. Septuaginta, *Magni consilij angelus*. Quod in Hebræo non habetur, sed nominum maiestate perterriti, non ausi sunt de puero dicere, quod apertè Deus appellandus sit. Ideò pro his sex nominibus hoc posuerunt, *magni consilij angelus*.

† TER-

a Saluandis. b Dei. c A Deo sola gratia. Quamuis sit Deus.

est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est

a Crux per quam exaltauit illum Deus, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. b Præter præmissa nomina, his sex nominibus appellabitur.

a principatus super humerum eius, * & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius,

a Quia Deus & homo quod inauditum. b LXX. magni consilij angelus.

a Creator omnium. b Cui resistere nemo potest.

c Quia sine fine beneuolus. d Qui fecit vtraque vnum. Qui reconciliauit nos Deo & angelis.

b Deus fortis, pater futuri sæculi, Princeps pa-

a Infidelibus. Per prædicationem Apostolorum & successorum.

b Postula à me, & dabo tibi Gentes. c Sanctorum, licet aliquando tribulentur. Eius.

cis. 7 Multiplicabitur eius imperium, & pacis

a Quod in captiuitate Babylonica fuerat dissipatum. b Iudæos, vel potius in humilibus, sicut fuit Dauid.

non erit finis. Super solium Dauid, & super

a Ecclesiam, quæ significatur per regnum Dauid.

regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & cor-

a Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. b Incarnationis tempore.

roboret in iudicio & iustitia à modo & vsque

a In sæcula sæculorum. b Charitas, non hominum merita.

c Quem ad æmulationem prouocauerunt in his qui non erant dij.

c in sempiternum. Zelus Domini exercituum 14

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

† TERTVLLIAN. lib. de carne D Christi. Dictus est magni consilij angelus, id est, nuntius: magnum enim cogitatum patris super hominis restitutione annuntiaturus sæculo venit.

de sacra vnctio. c. vnico. De vnctione regum & Pontificu.

† AVGVSTINVS l. 18. de ciuit. c. 35. Nec mirandum, quia angelus Dei dictus est Christus. Sicut enim seruus propter for- E mam serui, in qua venit ad homines, dictus est: sic angelus propter Euangelium quod nuntiauit hominibus; Nam Euangelium bona nuntiatio est, & angelus nuntius.

Quomodo versum ſ. huius cap. transtulerint Græci interpretes.

b *Deus fortis*. † PROCOPIVS. Symmachus, Theodotion, & Aquila vno consensu quod habent 70. *Deus, fortis* reddiderūt, tanquam de puero qui nascere- F tur, Dei nomen vsurpare vererentur. Penitius autem interpretes 70. vt Dei maiestatem decuit, ad ea quæ de eo dicerentur, mentis aciem intendentes, quod est apud Hebræos *el*, meritò *Deum* reddiderunt: quia *Princeps pacis* dictus est, & *Princeps futuri sæculi*, & pacem habere nullo fine terminatam.

c *Zelus domini*. HIER. Cœpit ab Emmanuel prophetia, vbi dicitur: *Pete tibi signum à Deo*. Hîc finitur.

PRO-

NICOLAVS DE LIRA.

Sunt pro litera & expositione Catholicorum 70. & Targum.

epistola ad Desiderium, quæ præponitur in Bibliis principio Genesis: quia transtulerant libros veteris Testamenti Ptolomæo Regi, qui erat Philosophus, & vnius Dei cultor. Et ideo vbi in Hebræo fit mentio de deitate Christi, sicut fuit in hoc loco, tacuerunt, vel aliter transtulerunt, ne Ptolomæus crederet eos ponere duplicem deitatem, & vt secretum fidei non aperirent Gentili. patet tamen ex eorum translatione quod in Hebræo habetur, & vocabitur, *& non vocabit, & quòd illud quod sequitur:* Admirabilis, consiliarius, Deus fortis, &c. *Refertur ad puerum natum, & quod in fine auctoritatis non habetur, Principem pacis, in accusatiuo, sed Princeps pacis in nominatiuo: quia loco omnium istarum distinctionum ponitur in translatione LXX.* magni consilij angelus, *in nominatiuo. Item hoc idem patet per translationem Chaldaicam, quæ autentica est apud Hebreos, vt dictum est suprà præcedenti capite, quæ talis est:* Infans natus est nobis, & filius datus est nobis, & recipiet super se legem ad seruandum eam, & vocabitur nomen eius ab ante mirabilis consilio, Deus fortis, permanens in sæcula sæculorum, Messias, in cuius diebus multiplicabitur pax super nos. *Ex hoc patet manifestè, quod passus iste loquitur ad literam de Christo, qui expectabatur in lege & Prophetis ad salutem mundi venturus. Quòd autem in hac translatione ponitur:* Et recipiet super se legem ad seruandum eam, *loco cuius in Hebræo habetur:* Et erit principatus super humerum eius, *conuenit ipsi Christo, qui factus est sub lege, vt dictum est ad Galat. 4. Et qui dicit de seipso, Matt. 5. b.* Non veni soluere legem, sed adimplere. *Quia etiam in ea dicitur:* Et vocabitur nomen eius ab ante mirabilis, &c. *Conuenit Christo, qui vocatus fuit ab angelo Iesus antequam in vterò conciperetur, vt dicitur Luc. 2. in quo nomine, quod salus interpretatur, omnes conditiones hîc tactæ implicitè continentur. Igitur remota falsa expositione accedamus ad veram, quæ est de Domino Iesu Christo, cuius hic introducitur principatus, verumtamen præmittitur eius natiuitas, cùm dicitur:* Paruulus enim natus, &c. *Qui ferè fuit paruulus in humanitate; Et loquitur hic Propheta de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ. Et subditur eius magnitudo in deitate.*

Natiuitas Christi.

1 Et filius. *Scilicet naturalis ipsius Dei patris, & per consequens sibi æqualis.*

2 Datus est nobis, *Secundum quod dicitur Ioan. 3. b.* Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, &c.

3 Et

3 Et factus est principatus super humerum eius, *Crucem sibi baiulando, vt dicitur Ioan. 19. Per quem potestates aereas debellauit, & regnum suum potenter intrauit, Luc. vlt. d.* Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.

4 Et vocabitur nomen eius admirabilis, *Miracula faciendo.*

5 Consiliarius, *Consilia Euangelica præceptis decalogi superaddendo.*

6 Deus fortis, *Infernum spoliando.*

7 Pater futuri sæculi, *Electos ad ciuitatem cælestem admittendo;*

8 Princeps pacis, *Scilicet internæ, quantum ad conscientiam, & supernæ, quantum ad cælestem gloriam, propter quod in eius natiuitate angeli cantauerunt:* Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, *Luc. 2. b.*

Christus Princeps pacis.

9 Multiplicabitur eius imperium. *Vnde dixit Matt. vlt. d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

10 Et pacis non erit finis. *Scilicet pacis cælestis ab eo datæ quæ est æterna. Et ex hoc patet, quòd hæc litera non potest intelligi de Ezechia Rege Iuda, quia pax parum durauit sub eo, scilicet per 15. annos vel circiter, quia Manasses filius eius fuit pessimus in principio regni sui: propter quod turbata fuit pax regni, & ipse fuit in captiuitatem ductus, vt habetur 2. Paralip. 33. Sciendum autem, quod vbi dicitur hic:* Multiplicabitur eius imperium, &c. *In Hebræo habetur:* למרבה Lemarbeh, *quod significat, ad multiplicandum. Et ponitur ibi litera* ם *Mem clausa in medio dictionis contra naturam suam: quia semper ponitur in fine dictionis, & nunquam in medio, nec in principio: Et hoc ad denotandum, quòd Christus de quo Scriptura hic loquitur, natus fuit contra cursum naturæ de virgine clausa.*

Mem clausum in medio dictionis.

11 Super solium Dauid, & super regnum eius. *Videlicet cæleste, figuratum super solium Dauid. Vel,* Super solium Dauid, *Id est, super Ecclesiam militantem per regnum Dauid figuratam.*

12 Vt confirmet illud & corroboret. *Ex hoc patet, quòd non est hic sermo de regno Dauid, nec de regno Ezechiæ ad literam: quia illud regnum non fuit confirmatum.*

13 In iudicio & iustitia amodo, & vsque in sempiternum, *Sed Ecclesia sic est à Christo confirmata, non solùm triumphans, sed etiam militans, propter quod dicit Christus, Matth. vlt. d.* Ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad finem sæculi.

Confirmatio Ecclesiæ vsque in sempiternum.

14 Zelus Domini exercituum, &c. *Zelus est amor singularis.*

Ex

MORALITER.

† 4 *Et vocabitur nomen eius admirabilis*, Facit enim mirabilia in bonis religiosis, eos de terrenis cælestes faciendo.

5 *Consiliarius*, Eos ad consiliorum obseruantiam inducendo,

6 *Deus fortis*, Patientiam in aduersis præbendo,

7 *Pater fu. sæculi.* Filiis charissimis bona futuri sæculi reseruando.

8 Prin-

8 *Princeps pacis*. Scilicet triplicis, quia dat pacem conscientiæ internam, & cum proximo pacem fraternam, & finaliter pacem gloriæ supernam.

Pax triplex.

9 *Multiplicab. eius imp.* Scilicet in multiplicatione Sanctorum.

14 *Zelus Domini exerci. faciet.* Id est, eius charitas ad genus humanum.

† 1 Verbum

† PROCOPIVS. Sic de puero prophetiam concludit. *Zelus Domini*, Zelus, inquam, bonus eique congruens maximè, qui à diabolo in potestatem redactos eripere & saluare satagat. Aliter ipsum ad æmulationem prouocauerunt Israelitæ. *Ipsi me prouocauerunt in eo qui non est Deus*, ait Moses, *Et ego prouocabo eos, in eo qui non est populus.*

Zelus bonus.

a *Ver. mi. do.* HIER. Verbum Hebraicum דבר Dabar per tres consonantes scribitur: Daleth, Beth, Res. Si legatur Dabar, verbum significat, si Deber, mortẽ & pestilentiam. Vnde quidam ambiguitate decepti, mortem dicunt esse missam. *Verbum* præceptum ad literam, vt de Iuda Reges fierent, qui omni Israel imperarent. *Cecidit* autẽ in Israel id est, in 10. tribubus, quæ neglecto Dei mandato Domũ Dauid abiecerunt, & Ieroboam de tribu Ephraim elegerunt, Vnde & Ephraim cognominatæ sunt. Spiritualiter autem *verbum* Euangelij *misit Dominus in Iacob*, id est, in Apostolos & alios; *& cecidit in Israel*, Præuaricatum est, scilicet ab incredulis. Vel *verbum*, id est, filium *misit in Iacob*, scilicet populum Iudæorum *& cecidit in Israel*, quia Gentes eum receperunt. *Verbum misit Domi. in Iacob.* Id est, in Ecclesiam, scilicet quæ priorem populum supplantauit: *Et cecidit in Israel*, id est, in hæreticos, qui Deum videre se iactant. Scient itaque *Principes eorum, & omnes qui habitabant in Samaria*, id est, qui legem se custodire dicunt, & in vbertate virtutum esse, & fructus afferre iustitiæ (Ephraim namque interpretatur vbertas) qui scilicet despiciunt Ecclesiam & simplicitatem eius putant imperitiam.

Plures expositiones illius, *verbum misit Dom. &c.*

3. Reg. 12. c.

b *Populus Ephraim.* † RVPERTVS lib. 2. in Isaiam cap. 4. Populus Ephraim rectè intelliguntur omnes, super quos lapis iste cecidit, quos verbum istud terribili casu contriuit, tam Iudæi quàm hæretici. Quare? Quia Ephraim cum hæc prophetia scriberetur, scissus erat à domo Dauid, & aureos vitulos colebat relicto templo Domini. Igitur sciet omnis populus Ephraim, quia malum est eis cecidisse in ipsis verbũ istud quod Dominus misit, propter superbiã ipsorum, quã dicunt: *Lateres ceciderunt*, Per contemptum lateres, & sycomoros vocant Iudæi, qui in Christum credunt omnesque hæretici Catholicos, qui suæ sectæ non sunt.

Ephraimitarum schisma seu rebellio.

c *Lateres ceciderunt.* HIERON. Dicebant superius: *Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, &c.* Nunc despectiuè de Iuda & Beniamin: *Lateres ceci.* Reges Iudæ, infirmi, scilicet, imbecilles in manu hostium. Sed cum subiugati fuerint nobis, quadris lapidibus ædificabimus, ex fortibus & bellicosis Principibus populum muniemus.

Quomodo contẽptui habeant fideles, tam hæretici quã Iudæi.

d *Cedros.* IBID. Id est, inuincibiles ex nobis Principes præficiemus eis.

e *Et eleuabit.* † RVPERTVS vbi supr. Re vera Rasin, id est, sapientiam sæcularem cuius vtebatur auxilio, eleuauit super eum, in quemcumque cecidit hoc verbum.

f *Et inimicos eius in tumul. &c.* † IDEM. Nam dum in sapientia sæculari confidunt aduersarij verbi, per eandem sapientiam destruuntur. Etenim aduersus Christum concorditer dimicant, sed inter se implacabilem trahunt discordiam. Vnde postea dicitur: *Vnusquisque partem brachij sui vorabit.* Quod tripliciter intelligitur; primum de bellis Samariæ ciuilibus, dum alij pro aliis Regibus dimicant, & suis interfectis regibus, in Iudæ expugnatione concordant; Secundò in Ierosolymitano excidio, vbi inuenitur triplex intus discordia dum inter se dimicant, & in rebellionem pertinaciter currendo, Romanorum iram concorditer prouocant, vt irato Deo nullam hominum mereantur clementiam; Tertiò de rixis hæreticorum in se inuicem, & tamen dum seipsos contraria sentiendo dilaniant, concordi tamen malignitatis spiritu, aduersus Catholicam debacchantur Ecclesiam.

De ciuilibus bellis Samaritanorum, Iudæorum, & hæreticorum.

g *Syriam ab Oriente.* HIER. Vox Prophetæ. Hoc est quod suprà dixit, *sciet omnis Ephraim*, quod scilicet adducet Dominus Syriam ab oriente, quæ ante amica; & Philisthiim ab occidente: Quod factum est quando Sennacherib cepit Syros & Philisthæos, & cum illis irruit in decem tribus.

---

a ¶ Mittet filium saluare mundum. b ¶ Propheta reuertitur ad euersionem Ephraim & Rasin. c ¶ Iudam vel in omnes tribus. ¶ Frustratum.

a faciet hoc.[8] Verbum misit Dominus in Iacob, 1

a ¶ Alias decem tribus. ¶ Ideo quod Rasin & Syri, scilicet, qui erant ei amici, quandoque contra eos pugnabant, vt in sequentibus ostendetur.

b & cecidit in Israel.[9] Et sciet omnis populus 2

a ¶ Decem tribuum, quæ ex multitudine superbiæ erant contra Iudæam. 3

Ephraim, & habitantes Samariam in superbia 4

a ¶ Quia plures quam Beniamin & Iuda, vel quia coniuncti Rasin & Assyriis. 5

b ¶ Infirmi, fragiles, qui & sycomori. 6

c & magnitudine cordis, dicentes:[10] Lateres ce- 7

a ¶ Fortibus. b ¶ Ecclesias nostras.

ciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus: 8

a ¶ Ficus fatuas, infructuosos. s. & fatuos. b ¶ Hostes, Philisthiim, Rasin & Syri. c ¶ Quas conteret Dominus, vnde: Vidi impium superexaltatum.

d sycomoros succiderunt sed cedros immuta- 9 10

a ¶ Propheta contra Assyrios & Rasin. ¶ Exaltabit. b ¶ Sennacherib. c ¶ Sæcularis sapientiæ in quo confidebat Ephraim. ¶ Assyrios.

e bimus.[11] Et eleuabit Dominus hostes Rasin su- 11

a ¶ Belli.

f per eum, & inimicos eius in tumultum ver- 12

a ¶ Quæ scilicet debellauit Iudam.

g tet.[12] Syriam ab Oriente, & Philisthiim ab 13 14

a ¶ More ferarum.

Occidente, & deuorabunt Israel toto ore. 15

NICOLAVS DE LIRA.

Ex amore autem singulari ipsius Dei ad genus humanum impletum est, Christi mysterium, propter quod dicitur ad Hebr. Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ.

1 Verbum misit Do. *Descripta Christi exaltatione, hic consequenter ponitur liberatio regni Iuda à Regibus Israel & Syria ipsum persequentibus, & destruere volentibus, vt suprà dictum est cap. 7. Et remouet hic Propheta tria, in quibus confidebant illi Reges, scilicet primo eorum adinuicem confœderationem; Secũdò personarum reputationem, ibi:* Et disperdet; *Tertiò populi multiplicationem, ibi:* Succensa est. *Circa primum dicitur:* Verbum misit Dominus, &c. *Per hoc verbum intelligitur prophetia Isaiæ contra regnum Israel, & quia Iacob vocatus fuit Israel, ideo subditur.*

Diuisio.

2 Et cecidit in Israel. *Tanquam pondus destruens illud regnum.*

3 Et sciet, *Per experientiam sua deiectionis.*

4 Omnis po. Ephraim, *Id est, regni Israel, qui sic nominatur, eò quòd primus Rex Ieroboam fuit de tribu Ephraim.*

5 Et habitan. Sama. *Quæ erat metropolis in illo regno, quam cepit Salmanasar, & populum captiuauit 4. Reg. 18.*

6 In superbia, &c. *Antequam per Salmanasar caperentur.*

7 Lateres cecide. *Per lateres hic intelliguntur Reges Israel, sub quibus regnum fuerat attritum, videlicet tempore Ioachaz, & antè, secundũ quod dicitur 4. Reg. 13.* Attriuerat eos Rex Syriæ, *& hoc prædixerat Eliseus 4. Reg. 8. dicens Asaheli:* Scio quæ facturus sis filiis Israel mala: ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides.

Regnũ 10. tribuum attritum.

8 Sed quadris lapidibus. *Id est, Reges fortiores habebimus, sicut murus de lapidibus quadris fortior est quam lateritius. Quod dicebant de Phacee & filio eius, quem intendebant facere Regem in regno Iuda vt dictum est supr. 7. cap. Et idem significat quod subditur:*

9 Sycomoros succi. *Id est, Reges parui valoris transierunt.*

10 Sed cedros immu. *Id est, altiores & potentiores statuemus. Intendebant enim sibi subiugare regnum Iuda, vt dictum est suprà. Et quia talia præsumebant ex confidentia Rasin Regis Syriæ, qui erat eis confœderatus, ideo hanc confidentiam remouet Propheta dicens:*

Vana illius restituendi spes.

11 Et eleuabit Domi. hos. Rasin. *Scilicet Assyrios qui interfecerunt eum, vt habetur 4. Regum 16.*

12 Et ini. eius, &c. *Hoc est in prælium contra eum, quod committitur cum clamore & tumultu. Et quia capta Syria Rex Assyriorum adduxit inde bellatores contra regnum Israel, ideo subditur.*

13 Syriam ab ori. *Suppl. faciet Dominus ven[...] Et dicit ab Oriente, quia Syria est in parte Orientali respectu regni Israel.*

14 Et Philist. ab Occidente. *Quia terra Philisthinorum existens super mare Mediterraneum, est in parte Occidentali respectu dicti regni.*

15 Et deuora. *Id est, destruent ipsum toto affectu & conatu.*

MORALITER.

† 1 *Verbum misit Dominus.* Residuum huius capitis exponitur ad literam de deiectione regni Israel, per quam Ecclesiæ deiectio à statu virtutis mysticè designatur, cùm dicitur: *Verbum misit Dominus in Iacob*, Id est, contra Iacob, qui supplantans interpretatur; ideo per Iacob Principes & prælati superbi, qui conculcant sibi subditos significantur.

Contra malos principes, prælatos, & doctores.

2 *Et ceci.* Id est, contra Doctores vanos, qui doctrinam vtilem antiquorum contemnunt, & nouitates inutiles ad sui iactantiam anteponunt, ideo subditur.

6 *In superbia, &c. Lateres ceci. &c.* Id est, doctores, qui nos præcesserunt respectu nostri rudes fuerunt. Sicut lateres respectu lapidum quadrorum, & sycomori respectu cedrorum parum valent.

Nouatores.

11 *Et eleuabit, &c.* Qui interpretatur varietas: & signat quærentes opiniones varias & nouas, ad sui ostentationem,

13 *Vertet Syriam.* Syrij, interpretantur sublimes, & Philisthiim cadentes. Et vtraque interpretatio congruit dæmonibus qui per superbiam sublimes sunt: tamen de cælo empyreo ceciderunt.

15 *Et deuorabit.* Quia dæmones superbi incorporant sibi superbos Ecclesiæ.

a ¶ Tamen. ¶ Vnde Dominus: Sine causa percussi filios vestros, disciplinam non recepistis. ¶ Dei.

* In omnibus his non est auersus furor eius, ¶ Dei. sed adhuc manus eius extenta,[13] & populus a ¶ Quia. b ¶ Dominum. ¶ Qui percutit & ipse medetur. non est reuersus ad percutientem se, & do- ¶ Ideo. a minum exercituum non inquisierunt.[14] Et dis- a ¶ Principes. b ¶ Populum. perdet Dominus ab Israel caput, & caudam a ¶ Quod iustum est. b ¶ Alias refrenantem. ¶ Verba legis. c ¶ Simul. b incuruantem, & deprauantem in die vna. a ¶ Princeps. c [15] Longæuus & honorabilis, ipse est caput: & Propheta docens mendacium, ipse est cauda. a ¶ Si cæcus cæcum duxerit am. in fo. cadunt. b ¶ Infœlicem. ¶ Infidelem. ¶ Popule meus, qui beatum te dicunt seducunt te.

[16] Et erunt qui beatificant populum istum se- ¶ Simul. ¶ Quia scilicet non reuertuntur ad Dominum. ducentes, & qui beatificantur, præcipitati. a ¶ Talis populi.

[17] Propter hoc super adolescentulis eius non a ¶ Alias delectabitur. lætabitur Dominus, & pupillorum eius, & viduarum non miserebitur. Quia omnis hy- a ¶ Aliud simulans, aliud agens, & præferens castitatem & lasciuiens, ostentans paupertatem & marsupium replens. pocrita est & nequam, & vniuersum os lo- ¶ Ergo. cutum est stultitiam. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius ex- a ¶ Non cessat ferire. tenta,[18] & populus non est reuersus ad percutie- a ¶ Omnia mala eorum consumentur super ipsos. tem se. Succensa est enim quasi ignis impietas: a ¶ Alias veprem. ¶ Non agrum cultum. vepres & spinam vorabit, & succendetur in a ¶ Non in fructuosis arboribus. ¶ Vbi habitabunt bestiæ. b ¶ Igne supposito. c ¶ Altitudine. ¶ Omne enim quod in sublime consurgit, superbum potest dici. ¶ Quia. densitate saltus, & conuoluetur in superbia fumi. ¶ Timore.

[19] In ira domini exercituum coturbata est terra, a ¶ Obsessus à Romanis. b ¶ Materialis vel infernalis. ¶ Quia. d & erit populus quasi esca ignis. Vir fratri suo

a *Et disperdet Dominus, &c.* A HIERON. Tropologicè. Auferet Dominus caput & caudã, Maiorem scilicet & minorem. *Caudam* dicendo, hæreticos, nõ homines, sed iumenta demonstrat, quæ hoc membro regunt stercora, & arcent altera parua animalia. *Incuruantem & deprauantem*, quia verba legis, vel præcepta subuertunt, & rectam deprauant viã. *Longæuum quoque* qui caput est, & pseudoprophetã, id est, *caudam* disperdet, magistros pariter & discipulos, & qui propter munera laudant, & qui laudati non agunt pœnitentiam. Ideo in iuuenibus non lætatur Dominus, quia: *Væ ciuitati, cuius Rex iuuenis est*; & qui Deum patrem, vel sponsum verum perdiderunt misericordiam non impetrabunt. Omnis verò hæreticus hypocrita est, & quicquid loquitur, stultitia est. Iam extendit Dominus manum suam ad puniendum, & spinas impietatis eorum flamma vorax consumet, & verba absq; virtutibus (quæ infructuoso saltui comparantur) fumo superbiæ inuoluentur. Ad eorum pœnas contremiscet terra, & decepti populi æternis tradentur ignibus, vel ardoribus: quia turpis lucri gratia, nec suis parcunt, sed certatim deceptos prædantur, relinquentes bona, sequentes mala; & numquam satiantur erroribus, seipsos deuorant, & contra ecclesiam pariter dimicant. Propter luxuriam autem, & voluptatem, & deceptorum prædam, inter se discordant, & de vna hæresi duas faciunt.

Sup. 5. f. Infr. 10. a. Hæretici vix homines sunt. *Pœna eorũ.* *Nec cum aliis nec secum conueniunt.*

b *In die vna.* † PROCOPIVS. Quod vna die dicit, certum quoddam, & statum Romani belli tempus significat. Quidam tamen ex quo ad eos, quod missum est, verbum peruenit, omnem peruersum ordinem ipsorum confusum iri significari volunt. Deinde *capitis & caudæ* nomine, animal ratione carens innuit, cui populum similem fecit; aut certè ratione præditum, & quod ea destituitur, aut denique Principem & subditorum quemlibet.

c *Longæuus.* † IDEM. Hoc ad sacerdotes retulit, quos ita compellasse Apostolos legimus: *Principes populi & seniores, si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi, &c.* Est autem caput populi sacerdos, cum tanquam in vno corpore consideratur: *cauda* autem qui iniqua docet Propheta, nullum in populo gradum, vel ordinem sortitus, nisi quem sua auctoritate vaticinandi spiritum ementitus, falsò sibi arroget, qualis Ieremiæ Michęæq; temporibus Ananias, & alij extiterunt.

d *Vir fratri suo.* † PROCOPIVS. Fame enim tanquam rabie huc illuc acti dentibus in quoslibet irruent, Imò ne à suis quidem ipsi carnibus abstinebunt, sed in se inuicem, qui fratres sunt, in singulos singuli, & in alterum gemini consurgent; non aliter quam olim sese mutuo Ephraim & Manasses, & ambo simul Iudam adorti sunt. Sunt autem vel Saluatoris ore significata, cum se non, vt pacem in terram, sed vt gladium mit-

Quid signet caput & cauda? *Sacerdotes mali & pseudoprophetæ.* *Desperatissimi status descriptio.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 In omnibus his, *scilicet, percussionibus regni Israel.*
2 Non est auersus furor eius, *scilicet domini.*
3 Sed adhuc. *Ad amplius puniendum, scilicet per Salmanasar Regem qui postea captiuauit regnum Israel. 4. Regum 18.*
4 Et populus, *Scilicet Israel.*
5 Non est reuersus, *Per pœnitentiam & emendationem.*
6 Ad percu. se. *Scilicet ad Dominum, cuius voluntate & permissione fiebat punitio illa.*
7 Et disperdet. *Hic consequenter Propheta excludit secundum, de quo confidebant, scilicet personarum reputationem; quia confidebant de principibus, & militibus prouectis ætate & fortibus armis, quod excluditur cùm dicitur:* Et disper. do. *Secundò etiam confidebant in Prophetis falsis, qui propter quæstum sequebantur Principes & milites, falsò eis prospera promittendo, quod excluditur, cùm dicitur.*
8 Et cau. *Dicuntur autem Prophetæ falsi, cauda: quia propter lucrum principibus adhærebant, sicut vulgariter adhærentes alicui Principi, dicuntur eius cauda; & in ista cauda per mendacia sua incuruabat eos à rectitudine iustitiæ, & refrænabat eos à Dei reuerentia & timore.*
9 Et erunt qui. *Scilicet Prophetæ falsi promittentes eis prospera.*
10 Et qui beati. *Quia vtrique fuerunt captiuati.*
11 Propter hoc. *Quia ante ætatem adultam fuerunt partim occisi, & partim captiuati.*
12 Et pupillorum. *Et multò minus aliorum, quia istis propter debilitatem & impotentiam esset magis parcendum.*
13 Quia omnis, *Scilicet de populo Israel.*
14 Hypocrita. *Per iustitiæ simulationem; quia secundum quod dicit Ieronymus,* Simulata sanctitas duplex est iniquitas. *Et dicit Propheta:* Omnis, &c. *Quia licet in populo illo essent aliqui boni, vt Tobias & similes ei, tamen erant ita pauci, quod non computabantur, quia illud quod modicum est non reputatur, vt habetur 2. Physi.*
15 In omnibus his. *Exponatur vt suprà.*
16 Succensa est. *Hic excludit consequenter tertium, de quo confidebant, scilicet populi multitudinem, dicens:* Suc. est enim, *id est, impietas populi Israel prouocauit iram Dei contra se quasi ignem ardentem.*
17 Vepres. *Id est, populum omnem.*
18 Et suc. in den. sal. *q. d. densitas multitudinis eis non valebit.*
19 Et con. *Id est, maiores de populo in fumo superbiæ laborantes simul punientur cum populo. Et quia non solum imminebat eis malum ab aduersariis intrinsecis, sed etiam ex dissensionibus intrinsecis, quæ sunt magis periculosæ: Ideo subditur.*
20 In ira Domini exer. con. est ter. *In se ipsa.*
21 Et erit populus. *Id est materia diuinæ vltionis.*
22 Vir fratri suo. *Propter intrinsecam dissensionem.*

Cauda principes incuruans quæ sit? *Modicum pro nihilo reputatur.*

MORALITER.

† 4 *Et popu.* Id est, ad Deum per pœnitentiam, qui permisit talem percussionem.
7 *Et disp. do.* Id est, à populo Christiano.
† *Caput & cau.* Id est, malos Principes & prælatos, & obsequentes eis; & quoniam ista cauda deprauat eos Principes adulationibus suis, & incuruat eos à rectitudine rationis, ideo subditur: *Incuruantem & depra.* & vtrique erunt præcipitati inferni.
11 *Propter hoc super ado.* Nam subditi mala superiorum imitantur. Greg. in pasto. *Cum pastor per abrupta graditur, consequens est, vt ad præcipitium grex sequatur;* ideo sequitur.
13 *Quia omnis hy.* Et subditur obstinatio, cùm dicitur.
15 *In omnib. his.* Sequitur: *Non est re.* propter quod sequitur pœna,
16 *Succensa est, &c.* Id est, igni gehennæ deputata.

☞ mitteret, venisse, pronuntiauit. Innuit autem acerbo eos alioqui inter se odio laborantes, instruendis proximo insidiis coituros tamen & ipsum Iudam, id est, verum Dei cultum professum ob-

* Supr. 5. f. Infr. 10. a.

a ¶ Institiam. b ¶ Iniustitiam. c ¶ Delectabitur malitia, & non satu. ¶ Quia semper cupit mala.

non parcet, [20] & declinabit ad dexterā & esuriet, & comedet ad sinistrā, & nō saturabitur. Vnusquisq; carnē brachij

a ¶ In proximos sæuiet scilicet. ¶ Qui de vno vtero nati, & eodem parente. b ¶ Simul. ¶ Quamuis inter se discordes: tamen concordes contra Iudam.

sui vorabit, Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, &

a ¶ Pugnabunt. b ¶ Vitia consumens.

ipsi contra Iudam. [21]* In omnibus his non est auersus furor

a ¶ Ad percutiendum, sicut illi ad peccandum.

eius, sed adhuc manus eius extentā.

D obsessuros. Vitium enim 1 alioqui male secum consentiens, 2 in virtute coitamen oppugnanda: verbi gratia, audacia & timiditas inter se contrariæ sunt, mediam tamen fortitudinem obsidere videbis.

De conspiratione malorum in oppugnando bono.

NICOLAVS DE LIRA.

Fames aliquando magis nocet quam gladius.

1 Et de. *In hoc comminatur eis Propheta malum famis, quod aliquando magis nocet quam gladius, vt dicit Vegetius libro de re militari.*

2 Vnus. *Id est, illum de quo prius confidebat, sicut de brachio: & hoc propter dissensionem intrinsecam, ideo subditur.*

3 Manass. Eph. *Istæ enim duæ tribus descenderunt de duobus filiis Ioseph. Cetera patent ex dictis.*

ADDITIO.

Quid sentiant de vers. 6. huius cap. Ra. Moyses Ægyptius & Ra. Abenhazra.

In cap. 9. vbi dicitur in postil. Item hoc idem patet per translationem Chaldaicam.

Ra. Mo. Aegyptius in quadam sua epist. in qua tractat de Messia, dicit quod sex nomina quæ hic ponuntur, s. admirabilis, consiliarius, &c. sunt nomina pueri nati. Idem tenet Ra. Abenhazra in sua expositione, licet postea extortè referant, significata horum nominum ad Ezechiam.

REPLICA. *Circa principium noni capituli vel secundum aliquas biblias circa finem octaui, circa illum passum:* Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, *Burgensis fortasse pœnitentia ductus, vel in defensione Iudaismorum attediatus, commendat præter (imo contra) suum morem expositionem Postil. & ad eum dirigit, non obstante quod Postil. in ea parte S. Thomam satis reprehendit.*

Conuitiū.

CAP. X.

Prou. 13. b.

B a Væ qui con. HIER. Hæc plerique adhuc contra decem tribus dici arbitrātur, quæ habitabant in Samaria, quod ad priora scelera etiam ista sociarint. Nobis autem videtur contra iudices tribus Iudæ & Ierusalem, scribas videlicet & δευτερωτὰς sermo propheticus conclamare, qui aduersum legem Dei iniquas scripserint leges, & traditionibus suis subuerterint iudicij veritatem, quod propterea fecerūt vt opprimerent pauperes, & prædas agerent de viduis & pupillis: qui interrogantur, quid facturi sint, C cum captiuitatis vel iudicij dies aduenerit.

Traditiones Pharisaicæ.

Qui sint deceptioni opportuni.

ANAGOG. Omnis hæreticus iniquitatem scribit, & decipit pauperes, non diuites, vnde: *Redemptio animæ viri propria diuitiæ. Pauper autem non sustinet comminationem:* humilis verò citò scandalizatur: & vidua, quæ virum perdidit Deum: & pupillus qui patrem amisit creatorem, vnde: *Deum qui te genuit dereli. & oblitus es Domini creatoris tui.* Quid ergo facient in die iudicij, cum tantos deceperint, & calamitatis de longe venientis? Ad iustum dicitur: *Propè est verbum Dei in ore tuo.* Et alibi: *Regnum Dei intra vos est.* Econtra calamitas hæreticorum de longè venit, multo tempore præparata. Ad quem confugient cū fictum habeant Deum? Cui tradēt gloriam suam

Deut. 32. c. * 13. q. 5. c. finali. *Aliquando punit Deus peccata per nescientes.* Rom. 10. b. Luc. 17. e.

CAP. X.

¶ Propheta contra Scribas & Pharisæos, qui traditiones suas præponunt legi Dei. ¶ Comminatio contra duas tribus.

a [1] VÆ qui condunt leges ini-

a ¶ Traditiones. Vnde: Donum quodcumque ex me tibi proderit, cūm Dominus dixit: Honora patr. & ma.

quas: & scribentes iniustitiam scripserunt, [2] vt opprimerent in iudicio pauperes:

a ¶ Iniusto. a ¶ Peruertendo.

& vim facerent causæ humilium populi mei, vt

a ¶ Quæ non habent defensorem.

essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. [3] Quid facietis in die visitationis, & ca-

a ¶ Condolendo. ¶ Et quia tales estis vos Scribæ & Pharisæi. b ¶ Vltionis. a ¶ A Sennacherib, vel à Romanis, vel iudicij æterni longe ante prædicti. b ¶ Qui Deum offenditis.

b lamitatis de longe venientis? * Ad cuius con-

a ¶ q. d. Nihil proficient vobis diuitiæ.

fugietis auxilium, et vbi derelinquetis gloriam

a ¶ Et ad eius confugiatis auxilium. b ¶ Captiuitatis hostium.

vestram, [4]* ne incuruemini sub vinculo, & cum

¶ Pro. ¶ Sicut suprà dictum est contra Samariam.

interfectis cadatis? * Super omnibus his non

a ¶ Etiam in hostili terra puniet eos.

est auersus furor eius, sed adhuc manus

a ¶ Perditio imminet. b ¶ Id est, Assyrio. c ¶ Quia in ea corrigo.

c eius extenta. [5] * Væ Assur: Virgā furoris

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

suam cum simulata sint omnia? Non poterunt euadere vinculum quo plurimos ligauerunt, cum singulis quoque interfectis cadent, & in aliorum nece pereunt. Et cum multa patiantur diesque visitationis aduenerit, non erit finis interitus eorum, sed semper sibi impendentem manum Dei pertimescunt.

E Pœna hæreticorum & eorum sequacium.

† BASILIVS. Sunt nonnulli, qui indignum censent maiorum insistere vestigiis, & quæ ab iisdē tradita sunt dogmata consectari. Isti sunt qui affectāt auctores videri excitandarum hæreseon: Aduersus hos detorquetur & peruenit illud væ. Tales ad se rapiunt eos, qui laborant inopia fidei, animasque viduatas veraci sponso peruertunt. Quin etiam F si quem viderint destitutū Dei præsidio ob peccatum, hunc etiam deputant quasi prædam sibi destinatam pollicentes omnem impunitatem, vitamque voluptate diffluentem, si modo suis dogmatibus assentiantur.

Contra nouatores & deceptores plebis simplicioris.

* 9. q. 3. c. aliorum. *Primam sedem nullius iudicio subiacere debere.* * Super 5. f. & 9. d.

b *De longè venientis.* † BASILIVS. Nam quæ primas obtinēt partes bonitatis, nobisque salutem conciliant, prope nos sunt & in intimis: *Regnum Dei intra vos est.* Quæ autem saluti sunt contraria, è longinquo veniunt, & à nobis externa sunt.

c *Væ Assur.* HIER. Hucusque contra decem & duas tribus, sequens prophetia contra Assyrios scribitur. Dicit Dominus ad Sennache- ☞ rib

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT X.

Prædicit væ principibus & populo Israel.

VÆ qui con. *Hic consequenter Propheta concludit ex prædictis conclusionem, scilicet populi Israel exterminationem, propter quod ista litera in aliquibus Bibliis antiquis est de ca. 9. In qua Propheta primò rememoratur Principum Israel malitiam, dicens.*

1 Væ qui con. leg. iniq. *Eas instituendo.*

2 Et scri. *Eas in posterum confirmando: & hoc ad depressionem subiectorum, quod est proprium tyrannorum, ideo subditur.*

3 Vt op. *Et patet litera vsque ibi.*

4 Quid fa. *Vbi denuntiat pœnam debitam.*

5 In die vi. *Qua Dominus visitabit peccata vestra, ea per Assyrios puniendo, ideo subditur.*

6 Et cala. de lon. *Quia exercitus Assyriorum venit de longè contra regnum Israel.*

7 Ad cuius confu. *Ad euadendum Assyriorum gladium.*

8 Et vbi derelin. *Per modum custodiæ & depositi, seu saluationis.*

9 Nec incur. sub vinculo. *Ducti in captiuitatem vinculis alligati.*

10 Et cum inter. cada. *Quia populus Israel ab Assyriis partim captiuatus fuit, & partim occisus. Et dicit Propheta:* Ad cuius, &c. *Q. q. nullus poterit vos liberare ab istis malis, quia Deus sic decreuit.*

11 Super omni. his. *Scilicet Dei contra vos.*

12 Sed adhuc ma. *Ad vlteriorem punitionem: quia decem tribus in captiuitatem ductæ, ibi fuerunt in magna afflictione, nec inde postea redierunt ad terram suam, vt dicunt Iudæi.*

13 Vę Assur. *Ibi secundū aliquos incipit c. 10. In quo propheta incipit describere punitionem extraneorum. Et primò Assyriorum, qui captiuauerunt regnū Israel, Secundò Babyloniorum, qui captiuauerunt regnum Iuda. 13. ca. Tertiò, aliorum de afflictione Iudæorum gaudentium 14. capit. ibi:* In anno quo. *Prima in duas, quia primò Propheta describit Assyriorum exterminium.* ☞ *secundo*

Diuisio.

MORALITER.

† 1 *Væ Assur.* Vbi secundum literalem sensum incipit Propheta † descri-

☞rib & populum eius. In quo A sæcularis scientia significatur. Comminatur dominus Sennacherib, licet enim permiserit ei debellare decem tribus, non tamen voluit vt penitus contereret, sed flagellaret & conculcaret, vt lutum platearum. Ille autem immodicè elatus, assignauit hoc suis viribus & non Deo: & non solum captiuauit, sed partim deleuit.

*corum. Sennacherib elatio & sæuitia.

B † THEODORETVS. Quærendum, cur ministri diuinæ iustitiæ puniantur. Quia vtitur dominus malis hominibus vt quibusdam carnificibus, ad irrogandas pœnas, armatque eos aduersum impios: hi verò non vt seruiant Deo ea faciunt, neque putant se illa ope Dei fecisse, sed viribus suis, & ideò luunt pœnas.

Mali fiunt aliquando carnifices Dei.

a *Ipse autem*. HIER. Sic philo-C sophi, sic hæretici, & sic persecutores Christiani nominis: cum Deus aliquos eis verberandos permittit, in omnes sæuiunt, nec verberare, sed occidere cupiunt: & paucis superatis in omnes audaciam sumunt.

Hæretici & similes nesciunt cum modo sæuire.

b *Numquid non principes mei simul*. IBID. Ordo: Reges sunt mei principes, id est mihi seruientes: Multos enim reges secum adduxit, quos subiugauerat.

† PROCOPIVS. Calana ciuitas est, in qua turris extructæ facinus confusio linguarum secuta est.

c Da-

a ¶ Per quem flagello.

mei, & baculus ipse est. In manu * eius indi- †
a ¶ Complebitur. b ¶ Quæ inter me & idola claudicauit: quæ se facturam mea præcepta mentita est.
gnatio mea, [6] ad gentem fallacem mittam eum, [1] & contra populum furoris mei mandabo illi, [2]
a ¶ Decem tribuum. b ¶ Non interficiat sic populum meum.
vt auferat spolia, & diripiat prædam: & ponat illum in conculcationem quasi lutum pla- [3]
a ¶ Assur. ¶ Quasi: Modum iræ meæ excessit, & etiam in gentes plurimas furorem extendit.
a tearum. [7] Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor [4] eius non ita æstimabit: sed ad conterendum [5] erit cor eius, & ad internecionem gentium
¶ Sennacherib.
b non paucarum. [8] Dicet enim: [9] Numquid non [6] principes mei simul reges sunt? Numquid non [7] [8]
a ¶ Seruit mihi. ¶ Ciuitates gentium quas subegerat.
vt Carchamis sic Calano: & vt Arphad, sic
¶ Cepi. a ¶ Seruit mihi.
c Emath? Numquid non vt Damascus, sic Sama-
¶ Admiratiuè legendum est. a ¶ Potentia.
d ria? [10] Quomodo inuenit manus mea regna ido- [9]
¶ Scilicet sicut regna idoli. a ¶ Subiugabo.
li, sic et simulacra eorum de Ierusalem & de [10]
a ¶ Id est sicut cepi Samariam cum idolis suis, sic Ierusalem capiam, quæ eosdem veneratur Deos.
Samaria. [11] Numquid non sicut feci Samariæ & [11]
a ¶ Hoc non permisit dominus propter Ezechiam.
idolis eius? sic faciam Ierusalē & simulacris eius? [12]
a ¶ Hoc dicit Isaias. b ¶ Per Sennacherib. c ¶ Quæ dispensauit.
e [12] Et erit cū impleuerit dominus cuncta opera [13]
a ¶ Hæc dicit dominus. ¶ Vindicabo. [14]
f sua in monte Sion & in Ierusalem. Visitabo su- [15]
a ¶ LXX. sensum vel mentem magnam. ¶ Opera. b ¶ Superbi. c ¶ Qui intantum superbit.
per fructū magnifici cordis regis Assur, & super [16] [17]
a ¶ Superbus est in oculis suis. [18]
gloriam altitudinis oculorū eius. [13] Dixit enim: [19]

c *Damascus*. IBID. Damascus D est metropolis in Syria: hanc condidit Eliezer seruus Abrahæ, in hac regnauit Rasin.

Damascus.

d *Quomodo inuenit manus*. IBID. Vox Sennacherib admirantis potentiam suam. Plenè dicta compleuit. Omnes enim ciuitates decem tribuum, & Iuda & Beniamin præter Ierusalem deprædatus est: & ipsius partem inferiorem, quam tradidit ei Sobna scriba.

e *Cum impleuerit dominus*. IBID. E Subuersiones, scilicet vrbis, etiam obsidionem quando venit Rabsaces, & fecit ea quæ in sequentibus commemorantur.

f *Visitabo super fructum*. IBID. Tropologicè. Cùm Samaria & Ierusalem irā domini sustinuerint, & se in idolorum fabricatione errasse senserint: tunc F destruetur sensus magnus Assyriorum, qui in tantam contra dominum inflatur superbiam, vt sapientiæ suæ æstimet cuncta cessura. Et quamuis sint excelsa dogmata, & dialectica arte munita, concurienda tamen & penitus destruenda, vt (tanquam pulli) non valeant in sublime consurgere, & necdum animata insensibilia esse atque torpentia, quod in ouis significatur: nec mutire quidem, nec mouere linguam contra sui sermonis fortitudinem audeant.

Mundanæ sapientiæ destructio.

☞ a In

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *secundò reuertitur ad describendum Christi mysterium, quod erat suum principale intentum, cap. sequen. Prima in duas: quia primò describit Assyriorum punitionem; secundò, populi Iuda confortationem, ibi:* Propter hoc dicit dominus. *Prima adhuc in duas: quia primò describitur Assyriorum culpa; & secundò pœna, ibi:* Propter hoc mittet. *Circa primum sciendum, quòd culpa Assyriorum fuit in hoc, quòd potestate sibi à Deo concessa ad puniendum populum Israel & etiam aliorum peccata, abusi fuerunt dupliciter: Vno modo attribuendo victorias illas virtuti suæ, & non diuinæ; Secundò, quia illa potestate vtebantur cum nimia crudelitate. Primò ergo describitur causa dictæ potestatis à Deo, in cuius persona dicitur:* Væ Assur. *quia instrumentum fuit Dei ad puniendum illos, qui per peccata sua enormia preuocauerant iram Dei.*

Diuisio. Assyrij abusi potestate sibi à Deo concessa ad puniendum peccata Israel & aliorum.

1 Ad gentem fallacem, *id est ad populum Israel, vbi erant falsi prophetæ decipientes principes, & principes defraudabant inferiores per iniquas leges, vt prædictum est.*

2 Mittam eum, *vt puniat eum spoliando bonis & annihilando. Ideo subditur,*

3 Et ponat illum in concul. q. lut. *quod sine resistentia conculcatur. Consequenter tangitur abusus huius potestatis, cum dicitur.*

4 Ipse autem non sic arbitrabitur, *quòd sua victoria sit virtute mea.*

5 Sed ad conterendum erit cor eius, *Abutendo sibi concessa potestate ex nimia crudelitate: Et secundo hoc attribuendo potestati suæ. Ideo subditur,*

6 Dicet enim, *corde & ore iactando.*

7 Numquid non principes, *id est æquales regibus, vel maiores. vnde dixit Rabsaces Ezechiæ regi, 4. Reg. 18. e.* Quomodo potestis resistere ante vnum satrapam de seruis domini mei minimis?

8 Numquid non vt Carchamis, *Nomina sunt ciuitatum regalium quas ceperat rex Assyriorum.*

9 Quomodo inuenit manus mea. *Ea mihi subiiciendo.*

10 Sic & simulacra eorum de Ierusalem. *Nam in Ierusalem tempore Ezechiæ non erant simulacra secundum veritatem, quia Ezechias ea abstulerat: sed tantum secundum reputationem regis Assur: quia idem reputabat cultum qua fiebat in templo domini, & cultum idolorum in aliis terris.*

Idololatria per Ezechiā abolita.

11 Numquid non sicut feci Samariæ, *Quia iam eam destruxerat, & inde simulacra aurea abstulerat.*

12 Sic faciam Ierusalem: *quam proponebat destruere, & templum domini: sed quia frustratus fuit ab intento, vt habetur 4. Reg. 19. Ideo subdit propheta.*

13 Et erit, *scilicet aliter quam cogitet.*

14 Cum impleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion. *Affligendo eam propter aliqua peccata.*

15 Visitabo super fructum, *id est opera mala.*

16 Magnifici cordis, *id est superbi.*

17 Regis Assur, *Puniendo eum de malitia sua. Et mutat hîc propheta modum loquendi de persona propria ad dominum, quòd frequenter fit in prophetis, qui à Deo inspirati loquebantur. Et ideo locutio prophetarum est locutio diuina, sicut operatio instrumenti, est etiam operatio artificis.*

Locutio prophetarum est locutio diuina.

18 Et super gloriam altitudinis. *Hoc dicitur, quia superbia citius & magis apparet in oculis, quàm in aliis partibus corporis.*

19 Dixit enim, *Ex superbia cordis.*

☞ 1 In

MORALITER.

† describere culpam, & pœnam regis Assur, per quem Antichristus mysticè signatur, nam Assur, tollens robustum, interpretatur: Antichristus verò robur auferet principum aliorum, ideo subditur.

Antichristus.

† *Baculus, &c.* Ad percutiendum alios potentes.

4 *Ipse autem non sic arbitrabitur*, scilicet quod fit ex permissione diuina, sed sibi imputabit ex sua superbia.

8 *Numquid non vt Carchamis sic Calano, & vt Arphad sic, &c.* Per hoc signantur reges & regna, quos sibi subiiciet Antichristus.

Victoriæ eius.

13 *Et erit cum compleuerit dominus cuncta opera sua, &c.* scilicet punitionem malorum per Antichristum, sicut per flagellum suum.

15 *Visitabo super fructum magni. cordis regis Assur, &c.* Id est puniam superbiam Antichristi victorias attribuentis suæ potestati. Ideo subditur,

a *In fortitudine.* † HILARIVS in Psal. 128. Hæc superbientis diaboli vox est, qui Deo ac domino nostro Iesu Christo, ostensa terrenorum imperiorum gloria, dicere ausus est, *Omnia hæc tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Non esse autem hunc solitarium, sed plures ei adesse spiritalium nequitiarum ministros, per eum docemur, qui ait, *Discedite à me maledicti, &c. quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius.*

Matt. 25.

† RVPERT. l. 2. comment. in Pf. c. 5. Assur diabolus est, cuius tyrannidis similitudo præcessit in Assur. Primo enim tanquam virga furoris domini & baculus indignationis eius ad gentē fallacem missus est, ad gentem decem tribuum Israel, vitulos aureos fallaciter adorantem, & contra illum populum mandauit ei dominus vt auferret spolia. Fecit & prosperatus est. Ipse autem non sic arbitrabatur, sed applaudebat sibimet, tanquā si glorietur securis contra eū, qui secat. Tandem venit angelus domini & percussit in castris Assyriorū 185000. Sic dominus diabolum ad gentem fallacem misit: Ille verò non sic arbitratur, & cor eius non ita assignat. Nec enim ità seruit vt Deo cōferri velit, non ita veritatis rebelles æterna morte captiuat, vt iustitiam Dei facere intēdat. Et nūc interim facit & prosperatur, omnem gentem fallacem captiuando, quia permittitur. Futurum autem est, vt meritas excipiat pœnas, quia Iudam quoque & Ierusalem aggredi ausus est, quia catholicæ confessionis ecclesiam subuertere conatus est. *Egredietur angelus domini & castra eius percutiet.*

Assur est figura diaboli.

* 21. dist. c. inferior 24. q. 5. c. remittuntur peccata.

Inferiorū facta superiorum sententiis obnoxia esse.

b *Ganniret.* Gannire est vulpium, † vel vt alij, auium.

c *Numquid gloriabitur securis contra.* † HIER. Quasi dicat, Sicut hæc inanimata tantum sunt instrumenta nihil facientia per se, sed per eum qui mouet ea, sic nec Sennacherib per se, sed per Dei virtutē operatus est: vnde & gloriatio eius stulta & vltione digna. *Numquid gloriabitur.* Diabolus, securis, serra, & virga dicitur: quia per illum infructuosæ arbores succinduntur, diuiduntur, & serrantur incredulorum duritia: & percutiuntur virga qui non recipiunt disciplinam. Hæretici quoque sensum quem à Deo accipiunt, peruertunt, & loquuntur contra Deum à quo conditi sunt: & linguæ ministerium quo dominus laudandus est in blasphemiam conuertunt.

De diabolo & hæreticis.

d *Et subtus gloria.* Dicit Ieronymus secundum Hebræos, corpora interfectorum Assyriorum cælesti igne exusta, & in puluerem redacta, vestimenta illæsa; & venientes Iudæi vestium summitate arrepta puluerem excutiebant.

Qualis fuerit plaga, qua percussit Angelus exercitum Sennacherib.

IDEM. Quidam volunt hunc regem significare contrariam fortitudinem, & eum esse Assyriorum principem, sicut legitur: *Princeps Persarum & Medorum & Græcorum.* Et eum volunt propter superbiam sensus magnum vocari, & iudicio gehennæ tradi, *quæ præparata diabolo & angelis eius.* Lumen autem Israel & sanctum, id est ipsum dominum, succendere vepres, & spinas, & omnem Assyrij potentiam, & innumerabiles populos ad nihilum deducendos: tunc cum timore perterritum, quasi colubrum tortuosum & fugitiuum, imminentes pœnas velle vitare. Qui autem de saltu & de confusione eius lignisque perituris potuerunt euadere, eos dignos esse qui numerentur, & scribantur à puero, cuius principatus super humerum eius.

†† IDEM. Historicè. Quomodo Carmelus (qui est mons in Galilæa nemoribus consitus) supposito igne velociter crematur: Sic ab anima vsque ad carnem omnis Assyrij gloria consumetur, & spoliatus exercitus fugiet, & de tam innumerabili multitudine ad tantam veniet paucitatem vt puer paruulus possit eos numerare & describere, tradunt enim Hebræi decem tantum de eius exercitu remansisse.

Quam pauci prædictam plagā euaserint?

e *Et erit lumen.* Dicunt Hebræi, quod Michael archangelus fuerit, cui commissa est custodia illius gentis, sicut Daniel dicit.

Angelus synagogæ custos.

f *Et gloria saltus.* Carmelus mons magnus, secundus arboribus. Quasi; exercitus innumerus (sicut ligna syluarum) & corpore & anima peribit.

Carmelus.

(¶ Non Dei.) a In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes. [14] Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum, & sicut colliguntur oua quę derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam, & b aperiret os & ganniret. [15] * c Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? Aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus qui vtique lignum est. [16] Propter hoc mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem: & d subtus gloria eius succensa ardebit quasi combustio ignis: e [17] & erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flāma: & succedetur & deuorabitur f spina eius, et vepres in die vna, [18] & gloria saltus

Interlinear: a ¶ Multa regna deuicit, eorum terminos abstulit: & sub potestate sua omnia conclusit. ¶ Solio. a ¶ Impotentes se tueri. ¶ Imbellem. b ¶ Potentia. a ¶ Metaphoram prosequitur. b ¶ Nidi. a ¶ A matre. b ¶ Deficientibus regibus. ¶ Habitatores. a ¶ Manum contra me. a ¶ Quasi: Nec flere audent nec gemere. ¶ Mutiret. ¶ Sed. a ¶ Sic Sennacherib contra dominum. a ¶ Quasi: Quod esse non potest. a ¶ Quia in se gloriatur: Propter hoc. a ¶ Principibus bellatoribus. b ¶ Per angelum clxxxv. millia interfecit. a ¶ Sub vestibus. b ¶ Multitudo enim populi, gloria regis est. c ¶ Sicut ignis comburens. a ¶ Angelus qui succendit eos, qui Iudæis custodiendis deputatur. a ¶ Idem est. ¶ Adiutor eorum. b ¶ Israel. a ¶ Diuitiæ. b ¶ Eius. ¶ Iniquitates & peccata. c ¶ Multitudo exercitus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In fortitudine manus meæ, *Et non diuina.*
2 Feci, *scilicet victorias prædictas.*
3 Et in sapientia mea intellexi, *qualiter talia essent agenda.*
4 Et abstuli terminos, *Adiungendo regno meo.*
5 Et detraxi quasi potens, *Id est propria potentia captiuaui.*
6 In sublimi residentes, *Id est in solio regali.*
7 Et inuenit, &c. *Id est, ita faciliter eos debellaui, sicut pulli existentes in nido capiuntur.*
8 Et sicut colliguntur oua, &c. *scilicet à matre fouente, quæ colliguntur absque difficultate.*
9 Sic vniuersam terram, &c. *Id est habitatores & diuitias vniuersæ terræ.*
10 Et non fuit qui moueret pennam, *Id est, manum contra me: (Prosequitur metaphoram suam de auiculis inuentis in nido.)*
11 Et aperiret os, *Ad contradicendum.*
12 Et ganniret, *Id est conqueri audiret. Consequenter arguitur eius superbia, cum dicitur.*
13 Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea, &c. *Attribuendo sibi sectionem, & non artifici mouenti eam: quasi diceret, sic est in proposito, rex enim Assur attribuebat sibi victorias diuina virtute factas, cum tamen ipse non esset nisi solum instrumentum Dei, vt supra dictum est.*

Rex Assur attribuit sibi victorias diuina virtute factas.

14 Propter hoc. *Præmissa Assyriorum culpa, hic consequenter denuntiatur pœna, cum dicitur:* Propter hoc, *id est, propter superbiam prædictam, & gloriationem falsam.*
15 Mittet dominator do. exercit. *id est angelum (& per consequens nullus potest ei resistere, cum etiam angeli sibi seruiant.)*
16 In pinguibus eius, *i. in principibus suis & bellatoribus robustis.*
17 Tenuitatem, *id est defectum roboris per angelum suum, qui vna nocte interfecit in castris Assyriorum 185. millia bellatorum, vt habetur 4. Reg. 19. g.*
18 Et subtus gloria eius, *id est, sub armis & vestibus.*
19 Succensa ardebit, *quia eorum corpora sic combusta fuerunt, quòd in cineres fuerunt redacta, intactis armis & vestibus, secundum aliquos, vt dictum est supr. c. 7. a.*
20 Et erit lumen Israel, *id est angelus custodia illius populi deputatus, qui dicitur fuisse Michael, Dan. 12. a.*
21 In igne, *id est, in percussione Assyriorum per ignem modo dicto.*
22 Et sanctus eius, *id est idem angelus.*
23 In flamma, *id est, per flammam eos interficiet.*
24 Et succendetur & deuorabi. spina, &c. *id est maiores sui exercitus.*
25 Et vepres, *id est minores.*
26 In die vna, *id est simul. Illa enim percussio fuit de nocte: quia tamen est pars diei naturalis, dicitur hic:* In die vna.
27 Et gloria saltus, *id est principes sui exercitus.*

Percussio Exercitus Assyriorū.

14 Pro- 1 Et

MORALITER.

† 13 *Numquid gloriabitur securis, &c.* Quasi diceret: Non.
14 *Propter hoc,* scilicet propter hanc superbiam.
15 *Mittet dominator dominus,* super eam pœnam debitam.
18 *Et subtus gloria eius succensa ardebit.* Nam in monte Olиueti cum exercitu suo fulminabitur, paucis exceptis; de quibus subditur.

Percussio Antichristi.

15 Mittet † Præ-

a *Ad carnem.* HIERON. Hæretici quoque cùm ecclesiastica doctrina illuxerit, & eorum decipula patuerit, ad tantam venient solitudinem, vt de saltu & infructuosis arboribus, & innumerabili multitudine, vix pauci resideant, qui eorum sequantur errorem.

Quomodo hæretici paulatim deficiant.

b *Reliquiæ ligni saltus, &c.* † EVSEBIVS l. 2. de demonstr. cap. 40. His verbis paucitatem Iudæorum, qui interitum sint euasuri, vna cum vrbis Ierusalem incendio ostendit. Hi verò, inquit, qui residui fuerunt, numerus erunt, hoc est, non plures quam vt numero comprehendi possint, vtpote qui & pauci & facile numerabiles futuri sunt. Non plures igitur extiterunt, Iudæorum multitudini comparati, qui in Christum crediderunt.

c *Puer scribet eos.* † IDEM. Ille scilicet puer, de quo dictum est, *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & antequam sciat puer vocare patrem aut matrem,* qui paucos illos scripsit ad vitam.

Quis hic dicatur puer vers. 9

† BASILIVS. Per puerum significantur præsides ecclesiæ, quibus reuelantur arcana, & quæ peccatores prorsus latent, quorum nemo testis esse potest, præter eum qui occulta cordium vniuscuiusque scrutatur. Hic, inquam, scribet tales, per peccatum alioqui obliteratos, ac denuò illos priori libro inscribet, quod incendium fugerint, seseque expurgarint austeritate pœnitentiæ. Vel pusio ille est, quem Magi adorauerunt, qui ascribit libro vitæ eos, qui per pœnitentiam propius pertingunt ad cognitionem Dei.

Rom. 9. f.

a eius, & Carmeli eius ab anima vsque ad carnem consumetur. Et erit terrore profugus
[1, 2, 3, 4]

a ¶ Percusso enim exercitu, fugit in terram suam, & in Niniue adorans Deum suum, à filiis suis occisus est.
a ¶ Exercitus innumerabilis, vt ligna syluarum.
b ¶ Decem tantum cum eo fugerunt: vt tradunt Hebræi.

b 19 & reliquiæ ligni saltus eius, præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos. 20 Et erit in die
[5, 6, 7]

a ¶ Poterit scribere. b ¶ Qui ante innumerabiles. c ¶ Fugato Assyrio. ¶ Tempore.
a ¶ Pauci remanentes. ¶ Id est de decem tribubus.

d illa, non adiiciet residuum Israel, & hi qui fugerint de domo Iacob, inniti super eo qui
[8, 9, 10]

a ¶ Elapsi in Ierusalem ad Ezechiam. ¶ Confidere. ¶ Assyrio.
a ¶ Ex amico factus inimicus, qui enim prius pro eis Damascum cepit, & Rasin interfecit.

percutit eos, sed innitetur super dominum sanctum Israel. 21 In veritate reliquiæ conuertentur:
[11, 12]

a ¶ Qui sanat. ¶ Sanctificat. b ¶ Vero corde.
a ¶ Conuertentur. b ¶ Qui potest liberare.

e reliquiæ, inquam, Iacob ad dominum fortem.

a ¶ Propheta, de aduentu Christi. b ¶ Pauli. ¶ Apostoli.

*22 Si enim fuerit populus tuus Israel, quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam.
[13, 14, 15]

¶ Ad Christum. ¶ Euangelij.
a ¶ In duobus mandatis legis. b ¶ Inundare faciet, quia, In omnem terram exiuit sonus eorum: Et in fines orbis terræ verba eorum.

† EVSEBIVS. *Quasi arena.* Nam cum duo promiserit Deus Abrahæ, de his qui ab illo orituri erant; vnum, quod futuri essent sicut stellæ cæli: alterum, quod tanquam arena maris. Dei quidem amici, quales fuerunt illi veteres, & Prophetæ & Apostoli, luminibus cælestibus ipso splendore comparantur: Reliqui verò terreni scilicet atque in humum spectantes, arenæ similes habentur.

Iosephus l. 10. c. 1. Iusti astris, impii arenæ comparantur.

†† HIERON. Quia dixerat reliquias esse saluandas, transit ad posteriora tempora, & plenam saluationem futuram dicit esse sub Christo. Quod & Apostolus Paulus intelligens scribit ad Romanos 9. *Esaias autem clamat pro Israel, si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ salua fient. Verbum enim consumens & breuians in æquitate, quia verbum breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut dixit Esaias: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen sicut Sodoma facti essemus, & Gomorra similes fuissemus.* Vbi ergo tãti viri præcedit auctoritas, cesset alia omnis interpretatio. Et reuera si legamus Iosephum, & quanta hominum in Hierusalem & in Iudæa fuerit multitudo, quando passus est dominus: intelligimus vix paucos in apostolis & apostolicis viris ex Iudæis esse saluatos. Abbreuiatus autem atque perfectus sermo Euangelicus est; qui pro cunctis laciniosæ legis ceremoniis, dedit præceptum grauissimum dilectionis ac fidei, vt quod nobis fieri noluerimus, ne fecerimus alteri; vnde & dominus in Euangelio: *In his (inquit) duobus mandatis pendet omnis lex & prophetæ.*

Paucitas Iudæorum credentium respectu nõ credentium ex eadem gente.

4. Reg. 16. b.

d *Et erit in die illa.* Ex HIERON. Cum Phacee & Rasin vellent venire, & duas tribus captiuare; misit Achaz ad regem Ægypti, dicens: *Seruus tuus sum, veni & aufer iugum Phacee & Rasin de collo meo.* Ille autem non liberauit eos, sed dominus propter Dauid seruum suum; quo mortuo, Ezechias filius eius regnauit pro eo, & omnia simulacra quæ impius Achaz vbicumque posuerat, confregit, & populum quem ille ad ritus gentium peruerterat, ad Deum reuocauit. Quod audiens Sennacherib, iratus est valde. Cumque iam Syros & Philisthæos haberet, & decem tribus captiuasset, cum innumerabili multitudine Ierusalem aggressus est. Alias enim ciuitates Iudæ iam antè vastauerat. Inde dicitur duabus tribubus, vt non confidant in Assyriis & Ægyptiis, qui sæpe eos percutiebant, sed in Deo spem ponant.

Cur Sennacherib ascenderit contra Ezechiam.

e *Reliquiæ conuertentur.* Secundum Iosephum innumerabili Iudæorum multitudine occisa, intelligimus paucos in apostolis & apostolicis viris esse saluatos.

† EVSEBIVS. ...

f *Consummatio abbreuiata.* Perfectio eorum quæ de Christo erant tam longo tempore ante prædicta tribus annis & dimidio completa.

† EVSEBIVS. Euangelicam prædicationem perspicuè significat, in qua omni Mosaico ambitu sublato, qui imaginibus, & signis, & corporalibus adorationibus constabat, breuitate præditum euangelij verbum in omnes homines emissum, prophetiæ veritatem comprobauit.

Euangeliũ.

† PROCOPIVS. Qui perficit & opere legem tuetur, diffusam eius latitudinem breuibus præceptis & capitibus complectens, eum esse reliquias illas, quæ saluandæ sunt, credimus: *Omnia, ait, quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.*

g *Iustitiam,* quia iniustè occisus, mortem & diabolum iustè vicit, & mundum redemit morte.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et Carmeli eius, *id est acies bellatorum.*

2 Ab anima vsque ad carnem consumetur, *quia animæ eorum descenderunt ad ignem gehennæ, & carnes fuerunt incineratæ. Quia tamen vestes remanserunt intactæ, dicitur hic:*

3 Vsque ad carnem, *scilicet inclusiuè, quia combustio illa non processit vsque ad vestes & arma.*

Fuga Sennacherib ignominiosissima.

4 Et erit terrore profugus, *quia Sennacherib videns in mane plagam illam, territus fugit ad terram suam cum paucis. Ideo subditur:*

5 Et reliquiæ, *id est residui de suo exercitu, qui non fuerunt percussi.*

6 Præ paucitate numerabuntur, *cito & de facili; Ideo subditur:*

7 Et puer scribet eos, *id est scribere poterit: quia potest facere vnum modicum simplicem tractum, cuius figura est litera Iod apud Hebræos, quæ in numeris significat decem apud eos, & tot euaserunt cum Sennacherib.*

8 Et erit in die illa, *id est, tempore illo, Sennacherib fugato.*

9 Non adiiciet, *Id est, illi, qui euaserant manum Salmanasar, quando cepit Samariam, & regem Israel, & non audebant intrare regnum Iuda propter inimicitias, quæ fuerant inter regnum Israel & Iuda. Sed post recessum Sennacherib Ezechias assecurauit eos per epistolas: & sic venerunt in Ierusalem in Deo confidentes, propter percussionem prædictam.*

Reliquiæ Israel seu potius populus de aliis vrbibus Iuda commigrat Ierosolymam.

Vel aliter & melius, vt credo, exponitur hoc de regno Iuda, quantum ad ciuitates alias à Ierusalem, vnde habitatores fugerant timore Sennacherib: & plures eorum non fuerant ausi venire in Ierusalem, vel non poterant, & sic alibi latebant: sed fugato Sennacherib redierunt ad loca sua, de Domino confidentes, audito miraculo.

10 Inniti super eo, &c. *id est, super regem Assyriorum, in quo tempore Achaz, & populus Iuda fuit confisus, & ad petitionem Achaz regem Syriæ interfecit, & regnum Israel in parte spoliauit, vt habetur 4. Reg. 16. sed postea de amico factus inimicus inuasit regnum Iuda tempore Sennacherib.*

11 Sed innitetur super dominum, &c. *Quia visa mirabili percussione Sennacherib, ex tunc firmiter confisi fuerunt de Deo qui sacrificat Israel, ideo subditur:*

12 In veritate reliquiæ conuertentur, &c. *quia Iudæi, qui remanserant, ad Deum veraciter conuersi sunt.*

13 Si enim fuerit populus, &c. *id est in magna multitudine.*

14 Reliquiæ conuertentur ex eo. *Quia pauci remanebunt, scilicet ad Deum verè conuersi: quia post captiuitatem regni Israel per Salmanasar regem Assyriorum, & post vastationem regni Iudæ per Sennacherib, remanserunt pauci Iudæi respectu multitudinis eorum, quæ fuerat temporibus præteritis.*

15 Consummatio abbreuiata est, *quia exterminatio exercitus Sennacherib, quæ facta est in breui tempore, scilicet in vna nocte, fecit* inundare, *id est abundare iustitiam in Iudæis, quia viso miraculo laudauerunt Deum fideliter, & ex corde: aliqui verò libri habent immundabit, & falsò, ex vitio scriptorum propter similitudinem literarum. Et quia illa exterminatio facta fuit virtute diuina, vt prædictum est, Ideo subditur:*

Laus quam dederunt Deo Hebræi fugato Sennacherib.

MORALITER.

† 6 *Præ paucitate numerabuntur.* i. de facili: & quia remanentes detecta falsitate Antichristi firmiter adhærebunt, ideo sequitur:

8 *Et erit, &c. inniti super eo, &c.* scilicet inniti falsitati, sed diuinæ veritati. Residuum autem huius capitis, est quædam replicatio sententiæ prædictæ, ideo pertranseo.

a *Consummationem enim.* Hier. Ad literam. Fecit, quia tantam multitudinem præter decem, occidit breui spatio vnius noctis.

A

* Infr.38.f.

b *Noli timere.* Ibid. Anagog. Præcipitur populo ecclesiæ, ne timeat aduersarios, qui ad pugnandum semper parati sunt, & multa disputatione animas subuertunt. Ideo enim contra populum Dei † pauci illam potestatem accipiunt, & non tam gladio quam virga percutiunt: quia in via Ægypti ambulauerunt, & non sunt confisi in domino. Cũ autẽ reuersi fuerint, & viam Ægypti dereliquerint, flagellum Dei in iudicio suscitabitur contra aduersarios. Madian namque ex iudicio interpretatur, vt spiritu oris eius, & oleo misericordiæ iugum hostium computrescat.

Ne populus Ecclesiæ timeat aduersarios. † pusillam.

B Iudic.7.

c *Super te in via Aegypti.* Ibid. Captiuatis decem tribubus reuersus est per ciuitates Iudæ & Beniamin, quæ erant in via Ægypti, quas subuertit. Vel captis ciuitatibus Iudæ & Beniamin, etiam parte Ierusalem inferiore, reuersus est in Ægyptum. Cumq; iterum rediret ad Ierusalẽ captiuãdam, ciuitates quæ remanserant, & in via ab Ægypto venientibus in Ierusalem, erant, cepit & subuertit.

C Vtrum pergens in Ægyptum an rediens de Ægypto Iudæam Sennacherib vastauerit?

d *Paulum modicũq;.* Ibid. Hoc longo tempore post cõpletum est: sed omnia sæcula æternitati (in qua omnia præsentia sunt) comparata momentanea sunt.

e *In petra Oreb, & virgam.* †† Hieron. Pro quo septuaginta interpretati sunt locum tribulationis: Symmachus verò ipsa verba Hebræa posuit Sur Horeb. sensus est: Adhuc paulum, & reuersus Sennacherib de Ægypto cum infinita exercitus multitudine, atque ·obsidere te cupiens, statim mea indignatione ferietur, & flagellum illud super eum suscitabo, quod quondam aduersus Madianitas sub Gedeone, quando Oreb & Zebee principes Madianitarum, occisi sunt super durissimam petram, id est silicem (quæ Hebraicè appellatur Tsur) ita vt ex petra & rege in ea occiso locus appellatus fuerit Petra Oreb. Errant qui putant intelligi de Madianitis in libro Numerorũ cæsis in deserto Sur vsque ad montem Oreb, quæ aliis apud Hebræos literis scribuntur.

D

Cuius cladis Madianitarũ hic mentio fiat vers.16.

E

f *Virgam suam super ma.* Hier. Quasi: Antequam veniat super te, aggredietur Tharachã regẽ Æthiopiæ, & transibit mare rubrum, & leuabit virgam super Ægyptũ, & sic cũ multo exercitu reuertetur contra Ierusalem.

g *Computrescet iugum à facie.* † Gregor. hom.26.in Euang. Sub iugo quippe tenebamur dæmoniacæ dominationis, sed vncti sumus oleo spiritussancti. Et quia nos gratia libertatis vnxit, dominationis dæmoniacæ iugum putruit: Paulo attestante, qui ait, *Vbi spiritus domini, ibi libertas.*

F Liberatio generis humani à seruitute diaboli.

2.Cor.3.

h *Transierunt cursim, Gabaa sedes, &c.* Præteritum pro futuro more prophetico.

a ¶ Vt supra, vel quæ prædicta erant de sua passione & resurrectione, humani generis liberatione, tribus diebus consummauit.

a ✻ [23] Cõsummationẽ enim & abbreuiationem 1

a ¶ Ierusalem dicitur vmbilicus mundi, id est in medio omnis terræ.

dominus Deus exercituum faciet in mẽdio

a ¶ Vt. s. non timeat Ezechias.

omnis terræ. [24] Proptẽr hoc hæc dicit dominus 2

b Deus exercituum: Noli timere populus meus 3 4

a ¶ Id est ab Assyriis. b ¶ Deprædando, non penitus delendo. Ierusalem enim liberabo propter Dauid seruum meum.

habitator Sion ab Assũr: In virga enim pẽr- 5 6

¶ Non percutiet.

c cutiet te, & baculum suum leuabit super te in 7 8

d via Ægypti. [25] Adhuc enim paululum modi- 9

cumque & consummabitur indignatio mea, 10

a ¶ Ægyptiorum, Assyriorum, & Sennacherib. ¶ Vox prophetæ. 11

& furor meus super scelus eorũm. [26] Et susci- 12

¶ Sennacherib. ¶ Vltionem.

tabit super eum dominus exercituum flagellũ

a ¶ Sicut Madianitæ a Gedeone sine sanguine Iudæorum victi sunt.

b ¶ Vbi occisus est.

e iuxtã plagam Madian in petra Orẽb, & vir- 13

a ¶ Potentiam. b ¶ Rubrum.

f gãm suam super mãre, & leuabit eam in via 14

a ¶ Quia sperasti in Ægyptiis. b ¶ Cum ab Ægypto redierit.

c ¶ Hoc scilicet quod au. d ¶ Sennacherib, occiso exercitu eius ab angelo.

Ægyptĩ. [27] Et ẽrit in diẽ illa, auferetur onũs 15 16

a ¶ Auferetur sic quia, computre.

eius de humero tuo, & iugum eius de cõllo tuo,

a ¶ Deficiet dominatio à præsentia misericordiæ Dei.

b ¶ Viam Sennacherib ab Ægypto vsque in Nobe describit propheta.

g & compũtrescet iugum à facie olei. [28] Vẽniet 17 18

a ¶ Festinanter. ¶ Cursim. ¶ Nolens ibi manere.

¶ Alias Maioth. b ¶ Ciuitatem.

in Aioth, trãnsibit in Magron, apud Mãchmas 19

a ¶ Fiduciam habens capiendæ vrbis. ¶ Quasi redditurus cito. ¶ Sarcinas.

b ¶ Sennacherib cum suis sarcinis depositis. ¶ Prædictas ciuitates: vel Machmas, & peruenerunt in Gabaa, & dixerunt, Gabaa se.no.

h commẽndabit vasa sua. [29] Trãnsierunt cursim, 20

a ¶ Vbi paululum refecit exercitum. ¶ Hinc enim diuertit. ¶ Alias Gabee. 21

b ¶ Pausefacta. c ¶ Quia vicina. d ¶ Sedes regia. 22

Gabãa sedes nostra. Obstũpuit Rãma: Gabãa 23

☞ Con-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Consummationem enim & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio, *id est in Iudæa, quæ est in quarto climate terræ habitabilis, quæ diuiditur in septem climata: & ibi fuit percussus exercitus Sennacherib ex diuina iustitia. Sicut enim pater pius castigato filio proiicit virgam in ignem: sic pater misericordiarum Deus, Sennacherib cum suo exercitu, qui erat virga domini ad castigandum populum suum, vt prædictum est, facta debita castigatione, proiecit in ignem materialem, & in ignem gehennæ, vt prædictum est. Sennacherib tamen in persona propria non fuit combustus corporaliter, sed fugiens ad terram suam, ibi interfectus fuit à filiis suis miserabiliter 4. Reg. 19.*

Sennacherib & Assyrij flagellũ Dei fuerũt.

2 Propter hoc. *Posita Assyriorum punitione, hic consequenter ponitur Ezechiæ & populi sui consolatio: secundo ponitur reditus Sennacherib in Iudæam, & sui exercitus percussio, ibi:* Veniet. *Circa primum dicitur:* Propter hoc, *scilicet propter punitionem Assyriorum à Deo prædictam.*

3 Hæc dicit dominus, *Cuius verbum est infallibiliter verum.*

4 Noli timere populus meus, *quia ibi vigebat diuinus cultus, ideo specialiter dicitur Dei populus.*

5 Ab Assur, *id est à rege Assyriorum & eius virtute.*

6 In virga enim percutiet te, *Ex mea ordinatione ad tuam castigationem, & non ad deletionem.*

7 Et baculum suum leuabit super te, *id est super Ierusalem.*

8 In via Ægypti; *Sennacherib enim cum esset in Iudæa, eam deuastans, audiuit nuntium de Taracha rege Aethiopum, quod egressus erat de terra sua ad pugnandum contra eum, vt habetur 4. Regum 19. & tunc recessit de Iudæa, vt iret obuiam ei, & sic via sua erat versus Aegyptum: & tunc misit nuntios & literas, quibus comminabatur Ezechiæ, & populo eius de destructione eorum in suo reditu: & hoc est quod dicitur,* Et baculum suum leuabit super te in via Ægypti; *id est, existens in via versus Aegyptum, comminabitur tibi: verumtamen quia illa comminatio non habuit effectum (quia in illo reditu exercitus Sennacherib fuit percussus per angelum, vt habetur infra) ideo dicitur,* Leuabit baculum suum: *Et non dicitur, percutiet, quia illa comminatio non habuit effectum. Ideo subditur:*

Minæ Sennacherib ducentis exercitum contra Æthiopas.

9 Adhuc enim paululum, *Quia post paucos annos rediit Sennacherib, scilicet post duos, vt dictum fuit 4. Reg. 19. & tunc fuit percussus eius exercitus. Ideo subditur:*

10 Et consummabitur indignatio mea, *id est vindicta.*

11 Et furor meus, &c. *scilicet, Sennacherib & sui exercitus.*

12 Et suscitabit super eum dominus exer. flag. *id est angelum percutientem ipsum.*

13 Iuxta plagam Madian in petra Oreb, & virgam suam super. *Quia percussio exercitus Sennacherib fuit miraculosa, sicut & percussio Madianitarum, de qua habetur Iudic. 7. f. Et percussio Aegyptiorum in mari rubro, de qua habetur Exod. 14. Ideo subditur:*

14 Et leuabit eam in via Ægypti. *Hoc est, sicut leuauit potentiam suam ad percutiendum Aegyptios persequentes Hebræos in via maris rubri exeuntes de Aegypto, vt habetur Exod. 14.*

15 In die illa, *scilicet percussionis exercitus Sennacherib.*

16 Auferetur onus eius, *Id est, grauamina quæ tibi inferebat.*

17 Et computrescet iugum à facie olei, *id est, diuinæ misericordiæ, quia dominus condescendens Ezechiæ interfecit exercitum Sennacherib per angelum, & ipsum Sennacherib per filios suos, vt dictum est supra.*

18 Veniet in Aioth. *Hic describitur reditus Sennacherib in Iudæam, vbi tunc fuit eius exercitus percussus, cùm dicitur,* Veniet in Aioth. *Nomina sunt ciuitatum per quas veniebat contra Ierusalem.*

Reditus Sennacherib in Iudæam.

19 Apud Machmas commendabit vasa sua, *Ibi enim in quodam fortalitio reposuit partem supellectilis suæ, vt expeditius veniret ad destruendum Ierusalem. Ideo subditur:*

20 Transierunt cursim, *quia festinanter ibant versus Ierusalem.*

21 Gabaa sedes nostra, *Id est, illuc poterimus venire ad figendum tentoria: hoc dicebat Sennacherib ad incitandum exercitum de festinatione contra Ierusalem.*

22 Obstupuit Rama, *Id est habitatores eius, audientes aduentum Sennacherib, quia Rama est ciuitas prope Gabaa.*

23 Gabaa Saulis fugit, *Id est habitatores eius non audentes ex-* ☞ *pectare*

Gaba Saulis.

a *Confortamini, adhuc dies est.*
A HIERON. Postquam Sennacherib tetendit in Nobe tentoria, volens mane expugnare Ierusalem, non cessauit vsque in mediam noctem minari desolationem Ierusalem, dicens: En, ista sola ciuitas liberari de manu mea poterit?

2. Par. 32. c. Minæ Sennacherib.

B b *Ecce dominator Dominus exercituum, &c.* IBID. Dixit pueri nomen de virgine nasciturí, scilicet Emmanuel; & postea in vtero prophetissæ concepti, scilicet, *accelera, spolia detrahe. fe. præ.* & quod esset lapis offensionis duabus domibus Israel: Sed nũc antequam dicat, quòd de Iesse & Dauid sit nasciturus, per translationem fractæ lagunculæ describit eius passionem, quòd volente Deo idcirco caro illius morti tradita sit, vt Iudæorum sublimitas destruatur, & excelsi quondam in terram corruant, & libanus cum suis cedris succidatur.

C Christi passio.

a ¶ Quia duæ sunt huius nominis. b ¶ Hoc audito. ¶ Ergo. ¶ Nimio vlulatu hinnies, ¶ Equorum more.

Saulis fugit. [30] Hinni voce tua filia Gallim, attende Laisa, paupercula Anathoth, [31] Migrauit Medemena, habitatores Gabim, confortamini, [32] adhuc dies est vt in Nobe stetur. Agitabit manum suam super montem filiæ Sion, collem Ierusalem. [33] Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, [34] & subuertentur condensa saltus eius ferro, & libanus cum excelsis cadet.

(Interlinear glosses: ¶ Ciuitates Israel per quas transiuit. a ¶ Id est, declinare diligenter impetum currentis. b ¶ Quia. ¶ Iam. ¶ Fugit. ¶ Ciuitates Iudæ Medemena & Gabbim. a ¶ Quasi. Qui habitatis in collibus: quod significat Gabim. b ¶ Sennacherib ad exercitum dicit. ¶ Arma capite. a ¶ Quasi: Sufficit hora diei vt in Nobe figat tentoria. b ¶ Ciuitas in Iudæa, de qua fuit Gesbi vnus de triginta principibus Dauid. a ¶ Minas potentiæ. b ¶ Sion mons est, in cuius colle Ierusalem est. a ¶ Prophetia de passione Domini. ¶ Sed. b ¶ Pater. a ¶ Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. ¶ In passione. b ¶ Corpus Christi terrenum. a ¶ Quia terræ motus factus est magnus, monumenta aperta sunt. b ¶ Iudæi. c ¶ In vindictam passionis Christi. ¶ A terra sua. d ¶ Superbi. ¶ Deiicientur. a ¶ Sic vocat Ierusalem, propter multitudinem populi, translatiuè. a ¶ Romanorum. b ¶ Ierusalem, vel templum. c ¶ Sacerdotibus. vnde: Aperi libane portas tuas, & deuoret ignis cedros tuas.)

D sarum principes despecto conditoris cultu idola amplexi, & animi ferocitate valde tumidi. Aiunt enim nonnulli, quia de Saluatoris aduentu sermonem instituat, eorum qui legis vmbra superbè olim gloriabantur, euersionem denũtiare. Per Libanum autem, quòd cum excelsis cadet, templum ipsum cum elatis tumidisque sacerdotibus intelligit. Libanum etiam Ierusalem nuncupare solet scriptura: vt Zacharias, *Aperi Libane portas tuas & depascatur ignis cedros tuas.*

Quid per Libanũ hic designetur vers. vlt. E

Zach. 11.

F † RVPERTVS vbi supr. De confractione lagunculæ diuersa diuersorum sententia est. Alij volunt per hanc Christi passionem significari, quod volente Deo caro eius morti tradita sit, vt Iudæorum sublimitas destruatur, & excelsi corruant in terram, & Libanus cum suis cedris succidatur. Alij volunt hunc locum dici etiam de Assyrio.

† PROCOP. Ad gentes iam sermonem conuertit. Erant enim ip-

NICOLAVS DE LIRA.

pectare aduentum Sennacherib. Et dicitur Gabaa Saulis, quia Saul eam inhabitauit, vt habetur 1. Regum 22. Et tempore eius fuit ibi sedes regia.

1 Hinni voce tua, *id est geme præ anxietate, & aduentu Sennacherib.*

Filia Gallim.

2 Filia Gallim. *Gallim est mons, in quo est ciuitas, quæ dicitur filia montis illius, eò quòd est ibi fortalitium, vnde ciuitas illa defenditur, sicut filia per matrem.*

3 Attende Laisa, *scilicet aduentum Sennacherib, vt tibi caueas.*

4 Paupercula, *ciuitas est vnde fuit Ieremias propheta, quæ dicitur paupercula, quia fuit ab exercitu Sennacherib spoliata.*

5 Migrauit Medemena, *id est habitatores eius fugerunt præ timore Sennacherib.*

6 Habitatores Gabim, *similiter fugerunt. Quod autem sequitur, dicitur in persona Sennacherib festinantis versus Ierusalem, dicentis exercitui suo.*

Nobe.

7 Confortamini. *Talis enim mutatio in modo loquendi fit frequenter in prophetis. est enim Nobe locus prope Ierusalem, ad quam euertendam festinabat, ideo subditur.*

8 Agitabit manum suam, *id est sui exercitus virtutem.*

9 Super montem filiæ Sion, *quia ciuitatem & templum intendebat destruere, quod erat in monte Sion: sed quia fuit defraudatus ab intento ex percussione sui exercitus per angelum, etiam antequam obsideret Ierusalem, vt dictum fuit 4. Reg. 19. Ideo subditur.*

10 Ecce dominator Dominus exerc. confr. lag. *id est exercitus Sennacherib virtutem. Laguncula enim fit de terra, ideo significat humana corpora, quæ à Domino facta sunt de terra, corpora verò bellatorum Sennacherib fuerunt in cineres redacta.*

Corpora humana lagunculis similia.

11 In terrore, *quia Sennacherib manè consurgens & contritionem sui exercitus videns, territus fugit.*

12 Et excelsi statura, *id est principes sui exercitus.*

13 Succidentur, *i. interficientur ab angelo, sicut arbor quæ succiditur.*

14 Et sublimes humiliabuntur, *id est superbi, quia Sennacherib cum paucis fugit, à superbia sua deiectus.*

15 Et subuertentur, *id est multitudo sui exercitus destruetur virtute angeli, Quæ hic dicitur ferrum metaphoricè, quia ferrum domat omnia, vt habetur Dan. 2. f. Et nulla virtus humana potest resistere virtuti angelicæ.*

Virtus Angelica.

16 Et libanus, *id est Sennacherib cum principibus suis: fugiens enim ad terram suam interfectus fuit ibidem.*

ADDITIO.

In capite 10. vbi dicitur in postilla. Quod autem sequitur de persona Sennacherib.

Hoc quod dicitur: Confortamini, adhuc dies est, &c. *Similiter potest intelligi in persona Isaiæ fuisse dictum, sicut & præcedentia & sequentia vsque ad finem capitis. Ad quod sciendum, quòd postquam propheta denuntiauit reditum Sennacherib in Iudæam, nominans ciuitates, per quas veniebat contra Ierusalem, dicens:* Veniet in Aioth. *& ostendens quomodo ciuitates obstupebant, & aliqui fugiebant præ timore suorum, vt cum dicit:* Obstupuit Rama, Gabaa Saulis fugit, migrauit Medemena *similiter &* habitatores Gabim, *scilicet fugerunt, prout in postil. Consequenter reuertitur propheta ad confortandum eos, similiter ad consolandum à prædicto timore & fuga, dicens:* Confortamini: adhuc dies est, vt in Nobe stetur. *Et est sensus:* *Nolite timere tumultum huius inimici Sennacherib, quia adhuc* est dies, *scilicet in propinquo, vt in* Nobe, *quæ est quædam villa parua, quæ erat sacerdotum,* Stetur, *scilicet securè & sine fuga, sublato timore; & quomodo hoc fiat, declarat subdens:* Agitabit manum suam, *scilicet Dominus Deus,* super montem filiæ Sion, & collem Ierusalem, *scilicet ad protegendum eam. Et qualiter hæc protectio fiat, ostendit dicens:* Ecce dominator Dominus exercituum, confringet lagunculam, *scilicet exercitum Sennacherib. Et exponantur cetera sicut in postilla.*

Alia expositio illius, *Confortamini, adhuc dies est, &c.*

CAP. XI.

ET egredietur virga. Hieronymus. Vsque ad principium visionis Babylonis, prophetia est de Christo, quã per partes explanamus, ne lectoris memoriam confundamus.

a *Egredietur.* IBID. Virgam & florem Iudæi ipsum Christum interpretantur, quia in virga, regnantis potentia: in flore, pulchritudo. Nos per virgam,

CAPVT XI.

¶ Sed prius. ¶ Quia. ¶ Prophetia de natiuitate. a ¶ Tumidis. ¶ Maria. b ¶ De stirpe Dauid. a ¶ Christus virtutum flos, corona angelorum, sertum electorum ¶ Mansuetis. b ¶ Iesse.

ET egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XI.

Diuisio.

ET egredietur. *Hic propheta reuertitur ad describendum Christi mysterium, quod erat suum principale intentum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur huius mysterij descriptio; secundò subditur gratiarum actio pro tanto beneficio, ca. se. Prima in tres: quia primò describitur ipsius Christi natiuitas; secundò eius sanctitas, ibi:* Et requiescet, *tertiò sublimitas, ibi:* In die illa. *Circa primum sciendum quòd istud caput exponitur ad literam de Christo à doctoribus Hebræis & catholicis: vnde in translatione Chaldaica sic habetur:* Exibit rex de filiis Isai, & Messias de filiis filiorum eius, &c. *Iudæi tamen hoc expectant futurum: Christiani verò hoc dicunt esse impletum in Iesu Nazareno. Et secundùm hoc dicitur hic,*

De Christo hoc ca. exponitur tũ à Catholicis, cum à Iudæis.

1 Et egredietur virga, *id est virgo Maria, quæ dicitur virga gracilis paupertate & humilitate, flexibilis pietate.*

2 Et flos de radice eius ascendet, *id est Christus, qui dicitur flos ratione puritatis.*

MORALITER.

1 *Egredietur virga.* Caput istud literaliter exponitur de Christo: Moraliter autem potest exponi de bono ipsius vicario, scilicet de bono Papa in tota Ecclesia, & Episcopo bono in Diœcesi vna, & primò quantum ad eius creationem, cum dicitur: *Egredietur virga.* Id est pastor bonus cuius est ferre virgam pastoralem.

Bonus Papa vel Episcopus.

† *De radice Iesse.* id est incendij, nam ex inspiratione Spiritus sancti debet institui.

2 *Et flos de radice eius ascendet.* id est puritas & decor sanctitatis apparebit in operibus suis.

a ¶ A conceptione perpetuò. ¶ Christum. b ¶ In quo est libertas, quia spiritus Dominus est.

a Et requiescet super eum spiritus Domini, spi- 1
a ¶ Ipse enim Dei virtus & Dei sapientia est. ¶ Vnde: Omnia in sapientia fecisti.
b ritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij 2
a ¶ Vnde: Non accepistis spiritum in timore, sed spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba pater. 3
& fortitudinis, spiritus scientiæ & pieta-
a ¶ In effectu initialis. b ¶ Casti permanentis.
c tis, [3] & replebit eum spiritus timoris Domini.
d Non secundum visionem oculorum iudi- 4
a ¶ Dicentibus: Magister scimus, quia verax es, &c. Respondit: Quid me tentatis hypocritæ. b ¶ Exteriorum. 5
cabit, neque secundum auditum aurium 6

☞ Mariam intelligimus, cui nullus frutex adhæsit. vnde: Virgo concipiet & pa. fil. & florem Christum, qui dicit: *Ego sum flos campi & lilium conuallium*. In euangelio Nazareorum (quod Hebraicè scriptum est) ita habetur: Factum est autem cum ascendisset Dominus de aqua; descendit fons omnis spiritus, & requieuit super eum, dixitque illi: Fili in omnibus prophetis expectaui te vt venires, & requiescerem in te: tu es enim requies mea, & tu es filius meus primogenitus, qui regnas in sempiternum.

Cant. 2. a. — *Euangeliũ Nazareorũ.*

† ORIGENES hom. 9. in Numeros. Dicitur Christus exire virga, & flos ascendere, quia singulis diuersus efficitur: ei qui segnior est & negligentior fit Christus virga, & non in virga ascendet sed exit. Exeundum namque est ei qui segnior est, de eo statu in quo est, & transeundum ad alium, in quem virga compellit. Ei vero iusto, qui sicut palma floret, dicitur Christus ascendere vt flos, vsquequo afferat fructus spiritus, qui sunt charitas, gaudium, pax.

De iustis & segnibus.

† TERTVLLIAN. l. de carne Christi. Ipse Christus est flos de virga, nata de radice Iesse: radix autem Iesse, genus Dauid, virga ex radice, Maria ex Dauid: flos ex virga, filius ex Maria; ipse erit & fructus ventris: flos enim fructus, quia per florem, & ex flore omnis fructus.

† AMBROSIVS l. 3. off. cap. 14. Virga est verbum directum, regale, plenum potestatis, insigne imperij: virga serpens facta est, quoniam qui erat filius Dei, homo factus est ex virgine, qui quasi serpens exaltatus in cruce, medicinam vulneribus infudit.

† AVGVSTIN. Serm. 8. de tempore. Virga crucis mysterium præferebat. Sicut enim per virgam Ægyptus decem plagis percutitur: ita per crucem totus mundus humiliatur & vincitur. Et sicut Pharao & populus Ægyptius affligitur per virgam, vt populum Dei dimittat: ita diabolus & angeli eius fatigantur per crucis mysterium, vt à Dei cultu reuocare non possint populum Christianum.

Crux Christi.

† RVPERTVS l. 2. comment. in Isa. c. 6. Vide quàm pulchra oppositio. Supra ostendebatur ille spiritualis Assur, virga furoris Domini, & in manu eius baculus indignationis eius: Ecce autem virga gratiæ (Maria) virga requiei Domini, & in illa flos in quo habitet.

Pulchra oppositio.

a *Et requiescet*. HIERON. quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. vnde: *Super quem videris spiritum descendentem*.

b *Spiritus*. IBID. Sicut sermo Domini, lux, vita, & resurrectio vocatur: sic spiritus sapientiæ, & intellectus, consilij, & for. scientiæ & pie.

pie. & timoris Domini. Non quòd diuersus sit iuxta differentias nominum: sed vnus & idem est fons cunctarum virtutum. Sine Christo ergo nec sapiens quis est, nec intelligens, nec consiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec timore Domini plenus. Hi sunt septem oculi in lapide vno secundum Zachariam.

Vnius spiritus plura charismata. — *Zach. 3. d.*

† GREGOR. NAZIANZENVS orat. in Pentecost. Operationes Spiritus sancti (arbitror) Isaias appellat spiritus, quos septem dicit; & infra requieuisse ait super Dominum septem spiritus idem propheta Isaias.

† PROCOPIVS. Hæc non sibi sed nobis, qui summa bonorum penuria laboramus, assumpsit.

† RVPERTVS vbi supr. Spiritus intellectus in eo requieuit, sciuit enim quibus aperiret mysteria Dei, quibúsve loqueretur in parabolis; nec dæmones admittebat confitentes ipsum esse Deum, nec indignis loquebatur mysteria Dei; imò prohibebat sanctum dari canibus. Spiritus quoque consilij requieuit, vnde, *Hæc abscondebat sapientibus, & reuelabat paruulis*. Spiritus quoque fortitudinis, cuius sibi conscius, nemo, inquit, *potest rapere de manu patris mei*. Spiritus scientiæ, quia de omni scriptura tempori vel rei congruas proferebat sententias, ita vt mirantes dicerent aduersarij, *Quomodo hic literas scit?* Spiritus pietatis, quia semper intentus fuit, vt vitam daret mortuis, mitemque patientiam habens, reddidit bona pro malis. Spiritus timoris Domini, ita vt pro deliciis haberet, cum voluntate patris saturari opprobriis, dicens semper verbis & factis, *Pater non mea sed tua voluntas fiat*.

Spiritus Dei requiescẽs super Christum.

c *Et replebit eum spiritus*. HIER. Spiritualiter propter paruulos qui timore indigent, quem foras mittit perfecta charitas. Qui enim timet, pœnam habet, & non est perfectus in charitate. vnde: *Timorem Domini docebo vos*.

d *Non secundum*. IBID. Non accipiet personam, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, acceptus est illi. vnde ait: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi*.

† IRENÆVS. Secundum id quod verbum Dei homo erat ex radice Iesse, & filius Abrahæ, requieuit spiritus Dei super eum, spiritus sapientiæ & intellectus: Secundum quod Deus erat, non secundum gloriam iudicabat, neque secundum loquelam arguebat, *non enim opus erat illi, vt quis testimonium ei diceret de homine, cum sciret ipse quid esset in homine*.

Christus Deus & homo. — *Ioan. 2.*

☞ † RV-

NICOLAVS DE LIRA.

puritatis: quoniam nullum peccatum actuale seu originale habuit in eo locum; Et quia protulit fructum nostræ salutis. Hebræi autem exponunt vtrumque de Christo, qui dicitur hic virga, propter regiam dignitatem, & flos, propter vitæ puritatem. Et dicitur ascendisse de radice Iesse, quia pater Dauid vocatus fuit Isai, & Iesse: Christus autem descendit de Dauid secundum eos.

Christus de Dauid descendit.

1 Et requiescet super eum. *Hic consequenter describitur ipsius Christi sanctitas: Et primò in seipso; secundò in corpore eius mystico, ibi:* Et erit iustitia. *Circa primum dicitur:* Et requiescet; *quia in baptismo eius apparuit Spiritus sanctus in specie columbæ super eum, Matt. 3. ad designandum plenitudinem omnis gratiæ in eo, ideo subditur:*

Diuisio.

2 Spiritus sapientiæ, *Id est dator sapientiæ, vel spiritus, qui est sapientia; & sic intelligitur de aliis, cum dicitur:*

3 Et intellectus. *Et enumerantur hic septem dona Spiritus sancti, quorum sufficientia sic accipitur. Dona enim Spiritus sancti perficiunt animam, ad hoc quòd sit bene mobilis secundum instinctum ipsius Dei, tanquam à quodã motiuo principio superiori: secundũ illud. Rom. 8. c.* Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt; *& ideo dona sunt in ratione & voluntate. Ratio verò speculatiua est, & practica, & in vtraque consideratur apprehensio veritatis, quæ pertinet ad inuentionem, & iudicium de veritate. Ad apprehensionem igitur veritatis perficitur speculatiua ratio per donum intellectus: practica verò per donum consilij; Ad rectè verò iudicandum speculatiua ratio perficitur per donum sapientiæ, practica verò per donum scientiæ. Voluntas autem in his quæ sunt ad alterum perficitur per donum pietatis. In his autem quæ sunt ad seipsum perficitur per donum fortitudinis contra terrorem periculorum; Contra concupiscentiam vero inordinatam delectabilium perficitur per donum timoris: secundum illud Prou. 16. a.* In timore Domini declinatur à malo, *& sic patet quòd dona se extendunt ad omnia ad quæ se extendunt virtutes intellectuales & morales. Ista autẽ dona perfectissimè fuerunt in anima Christi, quæ fuit perfectissima in omnibus donis & charismatibus Spiritus sancti.*

Septẽ dona Spiritus sancti.

4 Non secundum visionem oculorum, *scilicet corporalium.*

5 Iudicabit. *Quod exponit Ra. Sal. dicens, quòd Mesias iudicabit per scientiam Dei in eo existentem, per quam cognoscet quis sit innocens, & quis reus, & in hoc benedicit; Sed secundum catholicos ista scientia Dei existens in Christo duplex est. Vna increata, quæ conuenit ei inquantum Deus; de qua dicitur 1. Reg. 16. b.* Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor; *Alia creata, quæ competit ei inquantum homo, diuinitus tamen ei data; & ista scientia se extendit ad omnia quæ cognoscit Deus scientia visionis, scilicet ad omnia quæ sunt, fuerunt vel erunt, secundum quamcumque differentiam temporis, quantumcumque sint occulta. Et sic de vtraque scientia verificatur in Christo, quòd per scientiam Dei in eo latentem cognoscit cordium occulta. Et ad idem refertur quod subditur.*

Scientia duplex in Christo.

6 Neque secundum auditum aurium, *id est non indigebit edoceri de veritate ab aliquo, quia per seipsum cognoscet: & hoc impletum fuisse dicitur in Christo, Ioan. 2. d.* Opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine: *ipse enim sciebat quid esset in homine.*

1 Sed

MORALITER.

† 1 *Et requiescet super eum spiritus Domini, &c.* Id est Spiritus sancti septiformis gratia.

4 *Non secundum visionem oculorum iudicabit, &c.* id est sine personarum acceptione.

† 3 Et

☞ † RVPERTVS vbi supr. c. 7. Omnia, quæ de hac virga & flore eius dicuntur, repugnantia sunt, dictis Assur arrogantis. Dicebat ille, *Numquid non principes mei simul reges sunt?* De isto autem spiritusſanctus dicit, *Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet.* Hoc verissimè dictum est. Non enim secundum personam primates quoslibet elegit, quos faceret senatores cæli, quibus daret claues regni sui; Non *secundum auditum aurium arguit*, vt loquentes assumeret, quos faceret causidicos veritatis: sed idiotas, & homines sine literis; *Et iudicauit in iustitia pauperes*, Apostolos scilicet, quos iudicauit iustitia fidei, per quam Abraham iustificatus est, & Petrus ob fidei confessionem.

Quos elegit Christus?

Rom. 4. Matth. 16.

a *Arguet.* HIERON. Pharisæos, & reprehendentes apostolos, quando in sabbatho ambulantes per sata, spicas vellentes manibus confricabant, & manducabant.

a arguet: [1] sed iudicabit in iustitia pauperes [1]
a ❡ Spiritu, quorum est regnum cælorum. ❡ Apostolis.
& arguet in æquitate pro mansuetis ter- [2]
a ❡ Corrigendo. ❡ Doctrina euangelij. b ❡ Terrena opera. ❡ Terrenos. c ❡ LXX. verbo. d ❡ Id est potentia sui præcepti. ❡ Solo verbo suo, id est præcepto.
b ræ. Et percutiet terram virga oris sui, * et [3] [4]
❡ Sancto. a ❡ Increpasti gentes & periit impius. ❡ Antichristum secundum apostolum.
c spiritu labiorum suorum interficiet im- [5]
a ❡ Percusso impio. ❡ Iusti omnes, vnde: His omnibus velut vestimento vestieris.
pium. [5] Et erit iustitia cingulum lumbo- [6]
d rum eius, & fides cinctorium renum eius. [7]
a ❡ Saulus cum Anania, & huiusmodi. b ❡ Superbus. [8] ❡ Qui non mutabant varietatem. [9]
e [6] Habitabit lupus cum agno, & pardus [10]

b *Virga oris sui.* HIER. Potest per virgam sententia iudicij intelligi. In principio enim prædicationis dixit: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.* Et subiunxit: *Omnis arbor quæ non facit fructum bo. era. & in ignem mittetur.*

c *Interficiet impium.* Si enim Michael interficiet (vt quidam dicunt) ipse Deus tamen in Michaele hoc faciet.

d *Fides.* ex HIERON. Fideles bene operando adhærebunt ei qui factus est sapientia, iustitia & sanctificatio, qui ait: *Ego lux & vita. vnde: Veritas de terra orta est.* Et alibi: *State ergo accincti lumbos vestros in veritate.*

Ioan. 8. b. Psal. 84. b. Eph. 6. c. Gen. 49. Ioan. 21. c.

e *Lupus cum agno.* ex EODEM. Paulus cum Petro. vnde: *Beniamin lupus rapax.* Et: *Pasce oues meas. Habitabit lupus cum agno.* Non agnus & hœdus habitabant cum lupo & pardo, sed lupus & pardus, agni & hœdi imitantur innocentiam, scilicet, Christum.

†† Leo quoque prius ferocissimus, & ouis ac vitulus pariter morabuntur; Quod quotidie cernimus in ecclesia diuites & pauperes potentes & humiles reges atque priuatos pariter commorari & à pueris paruulis (quos apostolos intelligimus, & apostolicos viros; imperitos sermone, sed non scientia) in ecclesia regi. Qui quum inter se disciplina domini fuerint fœderati, ita vt eorum quoque familiæ coniungantur: tunc complebitur & illud, *simul requiescent catuli eorum.*

De deuota subiectione.

HIERON. *Habitabit lupus.* Iudæi nostri Iudaizantes contendunt, quod in aduentu Christi, quem expectant, in fine mundi, omnes bestiæ mansuescent. Quos interrogamus: si omnia ad literam accipimus, quomodo rebus incorporeis (iustitia scilicet, & veritate) renes domini circumcingentur? & quid dignum sit maiestate domini, vt lupus & agnus pascantur, & similia. Si autem responderint, hæc pro beatitudine futura, vt homines securi fruantur bonis: audiant nihil bonum nisi virtutem esse, & nihil malum nisi vitium. Vnde: *Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum, declina à malo, & fac bonum.* Diuitiæ autem & sanitas corporum, & omnium abundantia his contraria, etiam apud philosophos, nec bona dicuntur, nec mala; Vnde Stoici, qui in plerisque nostro concordant dogmati, nihil dicunt bonum, nisi solam honestatem & virtutem; nihil malum nisi turpitudinem.

An omnes bestiæ in aduentu Messiæ mansuetæ fieri debuerint.

Psal. 33. c. * 1. The. 2. b

Bonum & malũ quomodo & quid dicantur.

† EVSEBIVS l. 7. de demonst. cap. 9. Quæ de feris mansuefaciendis, in eius aduentu per prophetam dicuntur, per figuram referri poterunt ad mores immites, & ad victus hominum feros, qui per Christi doctrinam feritatem priorem abiecerint. Horum figuratus sensus aperietur, si quis radicem Iesse, & virgam, & florẽ ad sensum conuertens interpretetur; exponeturque quo pacto intelligatur iustitia latera cinxisse, & veritate lumbos induisse. Sicut enim hæc non aliter possumus, quam per figuratam locutionem, interpretari: ita accipere oportet, quæ variis in locis sub animalium nominibus proferuntur.

Figurarum & transumptionum vsus fere continuus in hoc cap.

† ORIGENES l. 4. periarchon. c. 2. Existimarunt Iudæi lupum in aduentu Christi pasci cum agnis, pardum requiescere cum hœdis, vitulum pasci cum leone. Horum igitur nihil gestum esse secundum historiam peruidentes, in quibus præcipuè signa aduentus Christi obseruanda credebant, suscipere præsentiam domini nostri Christi nolebant.

HIERON. Vitulus & ouis humiles & innocentes, carnem suam Deo mortificando consecrantes. Hæc enim animalia sacrificiis sunt deputata. Hanc diuersorum morum coniunctionem in linteo quod Petro de cælo quatuor initiis demissum est, per quæ quatuor mundi plagas intelligamus: erant ibi quadrupedia, & serpentes, & bestiæ, & volucres cæli; figurari, non dubitamus; vt quod arca in diluuio, hoc præstet ecclesia in mundo.

Act. 11. a. Consensus morum & animorum in fidelibus.

Hie- ☞ Leo

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Sed iudicabit, *scilicet euangelicos, iudicans eos diuitijs cælestibus dignos, Matt. 5. a.* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

2 Et arguet. *Quod fuit impletum, quando Pharisæos arguit pro apostolis, quos falsò notabant de transgressione sabbathi, Matth. 12. a.*

3 Et percutiet terram, *id est, homines terrenos.*

4 Virga oris sui, *id est, doctrina sua arguendo eorum peccata.*

5 Et spiritu labiorum suorum *interfi. imp. &c. id est Antichristum, secundum quod dicitur 2. Thes. 2. b.* Tũc reuelabitur iniquus, quẽ dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduẽtus sui.

Antichristus interficiendus à Christo.

6 Et erit iustitia. *Hic consequenter describitur sanctitas in Christi corpore mystico, cùm dicitur:* Et erit iustitia cingulum lumb. eius.

7 Et fides, *Id est, iusti & fideles adhærebunt sibi sicut cingulum & lumbare adhærent homini. Vnde translatio Chaldaica hic habet:* Et erunt iusti circumcirca ei, & agentes fideliter appropinquantes ei, *& hoc patet impletum in apostolis, aliisque discipulis & fidelibus, sibi per fidem & charitatem adhærentibus.*

8 Habitabit lupus. *Ex hoc & sequentibus dicunt Hebræi, quod in aduentu Messiæ siue Christi, animalia quantũcumque ferocia sic domesticabuntur, quod non nocebunt ad inuicem, nec etiam hominibus. Et ex hoc arguunt, quod Iesus Nazarenus non fuit Christus in lege & prophetis promissus: quia ista domesticatio non est adimpleta temporibus eius. Sed Ra. Mo. istud dictum improbat, quãtum ad domesticationem animalium dicens:* Non ascendat super cor, quod in diebus Messiæ deficiet aliquid de via huius sæculi, vel innouetur aliquid de operibus sex dierum: sed ibit mundus iuxta solitam viam & per consequens animalia remanebunt in conditionibus suis naturalibus. *Et sic ex dicto Ra. Moy. patet defectus argumenti. Similiter patet ex textu. quia à principio huius capitis loquitur metaphoricè, cum dicitur:* Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, &c. *vbi dicunt Hebræi,* Et botrus de radice eius ascendet. *& secundum eos Messias ibi nominatur* virga *&* botrus *metaphoricè. Similiter quod dicitur:* Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius, *secundum Hebræos iusti & fideles Messiæ adhærentes dicuntur metaphoricè eius* cingulum *&* cinctorium, *vt allegatum est suprà per translationem Chaldaicam: & eadem ratione quod immediatè sequitur,* Habitabit lupus cum agno, *est metaphorica locutio: per quam intelligitur pacifica conuersatio & cohabitatio fidelium in primitiua ecclesia: secundum quod dicitur Act. 4. f.* Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna, nec quisquam, eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia; *& sic quantumcumque fuissent ante discordes in actibus & moribus, vel modo viuendi, recepta fide Christi & gratia spiritusſancti fiebant concordes in actibus, moribus, & modo viuendi. & hoc est quod dicitur,* Habitabit lupus. *Id est ille qui prius fuit raptor seuerus.*

Iudæorum argumentum contra Christum, quod non fuerit Messias.

Refellitur figmentum Rabbinorũ de accurationẽ omniũ ferarũ tempore Messiæ.

Concordia & summa pax patrum primitiuæ Ecclesiæ.

9 Cum agno, *id est, cum innocente & mansueto. Potest etiam hoc exponi specialiter de Paulo, qui fuit de tribu Beniamin, Philip. 3. a. Beniamin verò vocatur lupus. Genes. 49. d.* Beniamin lupus rapax, &c. *& Paulus post conuersionem suam habitauit quietè cum Anania simplice & innocente. Quod enim homines nominentur nominibus animalium patet, Gen. 49. vbi Iudas vocatur leo, Dan. coluber, & Beniamin lupus. Hoc etiam patet ex communi modo loquendi hominum: quod raptor vocatur lupus, iracundus canis, & mitis agnus, & sic de aliis secundum diuersas conditiones.*

Paulus aliquando lupus dici potuit.

10 Pardus, *id est habens maculas diuersas ex diuersis erroribus.*

☞ 1 cum

MORALITER.

† 3 *Et percutiet terram,* id est cupidos terrenorum.

4 *Virga oris sui,* id est sententia ex ore suo procedente.

6 *Et erit iustitia cingulum lumborum eius,* id est iusti & fideles adhærebunt sibi, sicut cingulum vel lumbare adhæret corpori.

8 *Habitabit lupus.* id est feritatem magnorum suis monitis & doctrinis reducet ad mansuetudinem, ita quòd habitabunt pacificè cum simplicibus personis.

A a *Leo quasi bos, &c.* HIERON. Principes enim huius sæculi, & simplices alij historiæ superficie sunt contenti: triticum enim & medullam, id est, interiorem sensum non intelligunt.

b *Infans.* IBID. Christus, vel apostoli, malitia paruuli, sensu perfecti: qui dæmones eiiciebant de corporibus obsessis.

Hæreticorū latibula. † PROCOPIVS. Per aspidum foramina & cubilia, hæreticorum latibula effugiaque intellige, in quæ qui in Christo pueri existunt, tuto manus inijcere possunt. *Infr. 65.d.

Regulus. c *Reguli.* Regulus rex omnium serpentium, qui flatu & visu non solùm cetera, sed & aues volantes necat, & diabolum B significat. Sancti ergo ablactati, qui scilicet iam solido cibo possunt vti, gaudent mittere manum prædicationis in cauernis aspidis & reguli, vt diabolum eiiciant, de obsessis corporibus scilicet.

d *Manum.* id est diuinam potentiam in cõprehensum exinde aspidem vel regulum; id est diabolum tradet captiuum.

C e *Quia repleta.* More suo in fine prophetalia verba panduntur, ne ad literam accipiantur.

† PROCOPIVS. Per montem sanctum, ecclesiam intelligit. Quod autem addidit, *repleta est vniuersa terra scientia domini, sicut aqua multa cooperit mare,* *Ro.15.c. ecclesiam, quæ toto orbe continetur, pia doctrina, Deique cognitione, quicquid habet scelerata vita salsuginis, multa veluti fluminis inundatione deleturam, significat. D

f *Qui stat in signum.* vnde: *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.* Luc.2.e. LXX. Qui consurget vt sit princeps gentium, in ipsum gentes sperabunt, & erit requies eius honor, id est mors eius gloriosa. Postquam de natiuitate eius de ceteris sacramentis dictum est, venit ad mortem quæ requies dicitur, quia in Christo vita perpetua; idem significat sepulchrum. †† Nos autem vt manifestum legenti sensum faceremus, pro dormitione & requie, altero verbo, sed eodem sensu, *sepulchrum* vertimus. Mors Christi. E

† PROCOPIVS. Quæ de feris anteà tropicè dixerat apertè iam ad gentes referri significat: inde fit, vt quotquot in Christum gentes & populi crediderunt omnes mortis eius salutare signum gestare videamus. Gentes fide Christi & crucem amplexæ. F

† EVSEBIVS. Solus enim Christus, vbi à morte surrexit, non Iudaico populo, sed vniuersis gentibus imperauit, adeo quidem vt ne vlla interpretatione indigere videatur oraculum.

[Interlinear glosses: a Humili peccatore in ecclesia. Qui immolatus in pascha, non qui à sinistris. b Nobilis atque ferox. Prius ferocissimus. c Innocens pauper.]

cum hœdo accubabit. *Vitulus & leo & ouis

[a In ecclesia. b Petrus piscator & Andreas & alij. c Ducet. In viam pacis.]

simul morabuntur, & puer paruulus minabit

[a Innocens. b Horrendus. c Verbo Dei.]

eos.[7] Vitulus & vrsus pascentur simul, requies-

[a Familiæ disciplinæ domini coniunctæ, ipsis inter se coniunctis. b Rex c Rusticus.]

a cent catuli eorum, & leo quasi bos comedet

[a Intellectum simplicem. Non carnes. b Alias ablactabitur. c Amotus à carnalibus desideriis.]

b paleas.[8] Et delectabitur infans ab vbere, super

[a Malorum corda. b Diaboli. Occulte sæuientis.]

c foramina aspidis: & in cauernam reguli qui

[a Aperte ferientis diaboli. b Prædicationis.]

d ablactatus fuerit, manum suam mittet.[9] Nõ no-

[a Serpentes. Diaboli. b Aliquem fidelem.]

cebunt, & non occident, in vniuerso mõte san-

[Ecclesia. a Per apostolos. b In omnem terram exiuit. c Euangelij.]

e cto meo: quia repleta est terra scientia domini,

[a Terram, scilicet fluctibus. Alias res.]

sicut aquæ maris operientis.[10] In die illa radix

[a Scilicet prædicta fient. b Erit. De Iudæis credentibus. c Vt omnia trahat ad se. d Crucis.]

f Iesse qui stat in * signum populorum, ipsum

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cum hœdo, *id est, cum simplici fideli.*
2 Accubabit, *id est, commorabitur pacificè post suam conuersionem ad fidem Christi: & intelligitur de sequentibus, cum dicitur:*
3 Vitulus, *id est, homo prius petulans & dissolutus.*
4 Et leo, *id est, prius superbus.*
5 Et ouis, *id est, innocens.* Obedientes Christo per fidem.
6 Et puer paruulus, *id est, Christus, qui supr. 9. cap. vocatur paruulus, ducet eos ad voluntatem suam, quod adimpletum est in illis, qui obediunt ei per fidem.*
7 Vitulus, *id est petulans, vt dictum est.*
8 Et vrsus, *id est qui prius fuit gulosus, & post fidem sobrius.*
9 Pascentur, *vniformiter viuendo, quia, sicut dictum est, in primitiua ecclesia omnia erant illis communia.*
10 Simul requiescent catuli eorum, *id est, filij & familia ipsorum.*
11 Et leo quasi bos, &c. *id est superbus & delicatus, cum rusticano fideli, victu simplici erit contentus. Quod impletum fuit in primitiua ecclesia, vt dictum est, & quotidie impletur in religionibus, vbi nobiles & ignobiles, literati & illiterati victu simplici vniformiter sunt contenti.*
12 Et delectabitur infans ab v. &c. *id est de nouo renatus per baptismũ.*
13 Super foramina aspidis, *id est super personas à dæmonibus obsessas, inde dæmones eiiciendo, secundum quod dicitur Mar. vlt. d.* Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, &c. Electio dæmonis de corporibus obsessis.
14 Et in cauernam reguli; *Repetitio est eiusdem sententiæ per alia verba, quia dæmon, qui prius vocabatur aspis, hic iam vocatur regulus, qui est serpens venenosus.*
15 Non nocebunt & non occident, in vniu. mont. *id est in ecclesia quæ dicitur mons sanctus, vt dictum est supr. 2. c. In primitiua enim ecclesia credentibus dabatur potestas super dæmonia, sicut dictum est. Et quia ista procedebant ex receptione fidei ad prædicationem apostolorum per orbem, ideo subditur.*
16 Quia repleta est terra scien. do. &c. *id est euangelio Christi.*
17 Sicut aquæ maris operientis. *Quia tempore apostolorum fuit publicata fides catholica per orbem vniuersum, sicut declaratum fuit Ps. 18. super illud:* In omnem terram exiuit sonus eorum, &c.
18 In die illa radix Iesse. *Hic consequenter describitur sublimitas Christi, ad quam peruenit inquantum homo per suam benedictam passionem, secundum quod dicitur Phil. 2. a.* Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, &c. *Et describitur primò eius exaltatio, secundò exaltationis diuulgatio, ibi:* Et erit. *Circa primum dicitur:* In die illa radix Iesse, *id est, Christus egrediens de radice Iesse, vt dictum est in principio huius cap. Et ad hoc denotandum, vbi translator secundum proprietatem grammaticæ debuit dicere, quæ, in feminino genere: dixit qui, in masculino: quia Christus naturam humanam accepit in sexu perfecto ideo subditur.* Diuisio. Sublimitas quæ Christo accessit per passionem.
19 Qui stat in signum populorum, *id est, in signum salutis gentium; & hoc fuit in sua passione impletum, quando fuit eleuatus in cruce, propter quod dixit saluator, Ioan. 3. b.* Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo in ligno, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. *De exaltatione autem serpentis à Moyse dicitur, Num. 21. b.* Fac serpentem æneum, & pone eum, pro signo, & qui percussus aspexerit eum, viuet. *Qui serpens æneus fuit figura Christi passuri, quoniam sicut per aspectum illius serpentis saluabantur homines à morsibus serpentum: sic qui fide intuentur mortem Christi sanantur à morsibus peccatorum, sicut dictum fuit plenius Num. 21. & Ioan. 3.* Serpens æneus erectus à Moyse fuit figura Christi.
20 Ipsum gentes deprecabuntur; *Quia post Christi resurrectionem & ascensionem Gentiles conuersi ad fidem per prædicationem apostolorum deprecati sunt ipsum deuotè.*

Et

MORALITER.

† 6 *Et puer paruulus minabit eos,* id est ipsemet bonus pastor, qui puer est per innocentiam, & paruulus, per humilitatem.

11 *Et quasi bos,* id est, potentissimus cibis simplicibus erit contentus: hoc potissimè fuit in ecclesia primitiua, in qua omnia erant communia. Hoc etiam in religione, in qua nobiles genere contenti sunt cibis illorum, qui sunt de humili plebe. Victus permixtus.

12 *Et delectabitur infans,* id est, prælatus bonus, vel doctor, vel confessor, qui dicitur infans per innocentiam, magis delectabitur extrahendo impios à malitiis suis, quam sugendo lac diuinæ contemplationis: cuius dulcedo aliquando est interrumpenda propter necessitatem fratris.

15 *Non nocebunt, &c.* scilicet impii ad bonum conuersi.

18 *In die illa radix Iesse,* i. bonus prælatus vel doctor vel confessor.

19 *Qui stat in signum, &c.* ad congregandum eos charitate, & animandum eos verbo & exemplo, ad pugnandum contra vitia, sicut vexillum erectum congregat & animat bellatores.

20 *Ipsum gentes, &c.* vt pro ipsis dominum deprecetur.

† Et

a *Erit sepulchrum eius gloriosum.* † HIERON. Epistol. ad Paulam & Eustochium. Venerabantur quondam Iudæi sancta sanctorũ, quia ibi erant Cherubim & propitiatorium, & arca testamenti, manna, virga Aaron, & altare aureum. Nonne tibi venerabilius videtur sepulchrum domini? quod quotiescumque ingredimur, toties iacere in syndone cernimus Saluatorem. Cuius sepulchri gloria, multò antequam excideretur à Ioseph, scimus Isaiæ vaticinio prophetatum, dicentis: *Et erit requies eius honor*: quòd scilicet sepulturæ domini locus esset ab omnibus honorandus.

Veneratio sepulchri Dominici.

b *Residuum.* IDEM. in com. Apostolus: *Reliquiæ saluæ fient.* Tradunt enim historiæ, quòd Apostoli toto orbe diffusi prædicauerunt euangelium: & quidem Persas Indosque penetrauerũt, vt Æthiopia manũ daret Deo.

Rom. 9. f. Euangelium longe lateque prædicatum.

c *Signum.* Crucis, in qua est victoria, vt sciant omnes in quo diabolus sit victus.

C † EVSEBIVS. Apostoli ex diuersis tribubus oriundi, vna vocatione, vna gratia, atque vno spiritu digni effecti, omnem zelum abiecere, quo inter se dissidebant duodecim tribus, vna eademque sententia, non solum continentem terram, sed insulas peragrarunt, & omnes hominum animas deprædati sunt, eas ducentes captiuas, vt imperio Christi subiicerentur.

Apostolorũ concordia.

d *A quatuor plagis.* HIER. Hoc in Pentecosten videtur impletum. Vnde: *Erant in Ierusalem Iudæi viri religiosi ex omnibus nationibus.* Ex his crediderunt vna die tria millia, alia die quinque. Quatuor plagas mundi, Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem significat, vt totius mundi vocatio demonstretur.

Act. 2. a. Vocatio omnium gentium ad fidem.

† PROCOPIVS. Quemadmodum ex quo Babylonica seruitute Iudas & Ephraim liberati sunt, non seorsim amplius, aut diuisa imperij sede, habitasse, sed Ierosolymis omnes sub vno Zorobabele, qui de stirpe Dauidica prodierat, sub ipso item Iesu Iosedechi filio vixisse leguntur: Sic ex quo venerandæ crucis erectum signum est, omnes restituta prius, quæ mente concepta, non cernitur oculis, libertate, in fidei communionẽ coiuisse, & in vnam Christi ecclesiam, nemo non videt.

E Vna Christi Ecclesia.

e *Et auferetur, &c.* HIER. Quãdo Isaias hoc prædicebat, inter duas & decem tribus discordia inexorabilis erat, credentes autem pacificati sunt in fide Christi & vnitate charitatis.

F f *Et volabunt.* † HIER. Apostoli, de quibus: *Qui sunt isti, qui vt nubes volant.* Sæpe enim nauigio insulas adierunt, inter quas & Philisthinorum, quibus verbũ vitæ annuntiauerunt, & fidei subiugauerunt. Quod Pauli exemplo coniicimus, qui nauigabat ad multas insulas, & vt ipse scribit, ad Hispanos.

Infr. 60. b. Paulus insulanis & Hispanis prædicauit. Act. 8. g. Rom. 15. a.

g *Præceptum ma. &c.* Quod præcipiunt operantur; & verbo docent, & exemplo.

a ❡ Post resurrectionem & ascensionem. b ❡ Tunc. c ❡ In quo iacuit. ❡ Mors sepulti.

a gentes deprecabuntur: & erit sepulchrum [1] eius gloriosum. [2] Et erit in die illa adiiciet do- [3] minus secundò manum suam ad possidendum [4] [5] b residuum populi sui, quod relinquetur ab As- [6] [7] syriis & Ægypto, & à Phetros, & ab Æthiopia, & ab Elam, & à Sennaar, & ab Emath, & c ab insulis maris. [8] Et leuabit signum in natio- d nes, & congregabit profugos Israel. Et disper- [9] e sos Iuda colliget à quatuor plagis terræ, [10] & au- [11] feretur zelus Ephraim, & hostes Iuda peribunt: Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iu- f das non pugnabit contra Ephraim. [12] Et volabũt in humeros Philisthiim per mare, simul præ- [13] g dabuntur filios Orientis Idumea & Moab [14] præceptum manus eorum: & filij Ammon obe-

a ❡ Honorabitur ab omnibus. b ❡ Cum steterit Iesus in signum populorum.
a ❡ Qui primum per se, secundo per Apostolos, vel in prædicatione Eliæ & Enoch, quando reliquiæ Israel saluæ fient.
b ❡ Primo enim Apostolos cum paucis possedit, postea multa millia Iudæorum.
a ❡ Qui supersunt tantis cladibus. b ❡ Israel. c ❡ Non occisum.
a ❡ Nomina terrarum & ciuitatum.
a ❡ Ne tantum videatur Orientales significare. b ❡ Occidentalis.
c ❡ Per Apostolos. d ❡ Gentes.
a ❡ Primo. vnde: Vobis oportet primum prædicare verbum Dei.
b ❡ Dispersos de decem tribubus. c ❡ De Iuda & Beniamin.
❡ Olim.
a ❡ Celeriter desiderio prædicandi.
a ❡ Diabolo auferent. b ❡ Orientales. ❡ Per istas gentes, homines intelligimus.
c ❡ Qui ante inimici. d ❡ Latitudo, scilicet, gens Arabiæ quæ ante dedita idololatriæ.
❡ Implebunt.

☞ Lin-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erit sepulchrum eius gloriosum. *Tum, quia, licet mors Christi fuerit contemptibilis, sepultura tamen eius fuit honorabilis, quia in sepulchro nouo lapideo, & cum linteaminibus, & aromatibus pretiosis, vt habetur Ioan. 19. g. Tum, quia fideles per orbem existentes, etiam magni & nobiles, vadunt ad eius sepulchrum venerandum.*

Sepultura & Sepulchrũ Christi gloriosum.

2 Et erit in die illa. *Hic consequenter describitur exaltationis diuulgatio, quæ facta est per prædicationem Apostolorum, aliorumq́ Christi discipulorum per orbem, cùm dicitur:*

3 Adiiciet dominus, &c. *Quia primo prædicauerat per seipsum: & secundò prædicauit per Apostolos suos aliosq́ discipulos.*

4 Manum suam, *id est, virtutem suam, prædicationem istam confirmando miraculis, secundum quod dicitur Mar. vlt. d.* Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Prædicatio Apostolica.

5 Ad possidendum, *Per fidem & charitatem.*

6 Residuum populi sui, *i. electos, qui sunt pauci respectu aliorum.*

7 Relinquetur ab Assyriis & ab Ægypto, &c. *Nomina sunt diuersarum terrarum & locorum, ex quibus per prædicationem Apostolorum aliqui sunt vocati ad fidem Christi, & per ista intelliguntur alia loca qua non exprimuntur, ad quæ peruenit prædicatio eorum. Hebræi verò exponunt hoc de sua congregatione in Iudæa tempore Messiæ, quem expectant. Sed huic expositioni, quæ falsò innititur fundamento, cum aduentus Christi transierit in præteritum, repugnat etiam textus. Primò per hoc quod dicitur hic:* Adiiciet dominus secundò, &c. *Quia primò Iudæi fuerunt adducti in Iudæam de Aegypto, & secundo de Babylone: Si autem reducerentur iterum ab hac dispersione in qua sunt, diceretur,* Adiiciet tertiò. *Secundo quia ista dispersio, in qua sunt, facta fuit per Romanos, qui tamen non numerantur hic inter populos, cùm dicitur:* Ab Assyriis & Ægypto, *principaliter enim tunc nominarentur Romani.*

Commentum Iudæorum de suo futuro reditu ad iudæã temporibus Messiæ.

8 Et leuabit signum, &c. *Id est, virtutem crucis faciet prædicari per Apostolos aliosque discipulos, quam prædicationem etiam signis confirmabit. Quod iam est impletum, vt dictum est.*

9 Et congregabit profugos, &c. *Id est, illos, qui fuerant prius fidem professi, & postea facti profugi à cultu Dei, & dispersi per varios errores, colligent in vnitatem fidei catholicæ.*

10 A quatuor plagis terræ, *Id est, ex omni parte terræ.*

11 Et auferetur zelus Ephraim. *Per hoc intelligitur mutua concordia & amicitia Christianorum, maximè in primitiua ecclesia, vt dictum est supra.*

12 Et volabunt in humeros Philisthiim per mare. *Post resurrectionem enim Christi & ascensionem, Philippus prædicauit in ciuitatibus Philisthinorum, vt habetur Act. 8. g. vbi dicitur:* Philippus autem inuẽtus est in Azoto, quæ est ciuitas Philisthinorum, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, &c. *Terra autem Philisthinorum est supra mare Mediterraneum, & sunt ibi portus & naues, in quibus aliqui de Apostolis & discipulis Christi fuerunt deportati ad prædicandum in aliis terris, vt patet de Paulo & Barnaba, & pluribus aliis. Et hoc est quod dicitur hic:* Et volabunt in humeros Philisthiim per mare, *id est expeditè nauigabunt in eorum nauibus. Quæ dicuntur hic humeri metaphoricè, eò quòd super humeros portantur onera sicut & super naues. Præsens enim caput vbique loquitur metaphoricè.*

Philippus Apostolus Philisthinorum.

13 Simul prædabuntur, *Quia aliqui eorum nauigauerunt versus Orientem, & prædicantes ibi fidem, rapuerunt inde prædam, conuertentes aliquos ad fidem qui prius erant in possessione diaboli.*

Prædicatio Euangelij.

14 Idumæa & Moab, &c. *Quia in istis terris ad prædicationem Apostolorum aliqui crediderunt ad obedientiam fidei venientes.*

Et

MORALITER.

† 1 *Et erit sepulchrum eius gloriosum.* Id est, mors eius erit coram Deo pretiosa. Psalm. 115. b. *Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.* Potest autem hoc specialiter exponi de episcopis & doctoribus canonizatis, ad quorum sepulchra deuotè vadunt fideles orandi causa.

Episcopi & doctores Canonizati.

2 *Et erit in die illa.* Hic ponitur reuocatio electorum ab Antichristo deceptorum per prædicationem Enoch & Eliæ & suorum discipulorum, cùm dicitur:

Et erit in die illa, adiiciet dominus secundò manum suam. Prima namque vocatio fuit per prædicationem Christi & Apostolorum eius & discipulorum eius, ideo dicitur hîc secundò.

7 *Quod relinquetur ab Assyriis & ab Aegypto, &c.* Id est, ab omnibus partibus, in quibus erunt aliqui Antichristo consentanei.

11 *Et auferetur zelus Ephraim, &c.* Quia tunc omnes credentes ad eorum prædicationem erunt vnanimes.

12 *Et volabunt in humeros Philist.* Per humeros, qui supponuntur oneribus, naues significantur, in quibus onera magna portantur.

Naues onerariæ.

dientes erunt.[15] Et desolabit dominus * linguã maris Ægypti: & leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui, & percutiet eum in septem riuis, ita vt transeant per eũ calceati.[16] Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis sicut fuit Israel in die illa, qua ascendit de terra Ægypti.

a Hoc mare magnum & spatiosum, &c. a Regnum Ægypti. b Romanos adducendo. Apostoli. a Non fugienti. Prædicatoribus. a Despicietur à superbis. b Sine impedimento. c Percussa lingua, arefacto flumine. a Per mare rubrum.

a *Linguam maris.* HIERON. Quæ idola laudabat. Mare, id est populus Ægypti, (qui super omnes idola colit,) vt Deum laudet & timeat, & idola condemnet & abiiciat.

b *Et leuabit.* IBID. Vt Idumæa, & Moab, & filij Ammon tradent manus Apostolis, sic & Ægyptij.

c *Et percutiet.* IBID. Id est, minuet pro vno septem principes ponendo. Vnum regem habebat Libya, & alium Pentapolis, alium Thebaidis, alium Alexandria, alium Ægyptus. *Et percutiet, &c.* Cùm hæc Isaias prædiceret, nondum Nilus diuisus erat, quem postea Alexander in septem riuos diuisit. Regnante autem Octauiano Augusto, & Christo nato, cùm primum facta est descriptio, regnum Ægypti in morte Cleopatræ destructum est, & diuisum est in septem principes. Nilus quoque qui antequam ab Alexandro diuideretur, inmeabilis erat, cum Romani riuos ampliassent, penè exiccatus per imas valles serpebat, vt siccis pedibus transirent.

Ægyptij valde superstitiosi. *Alexandrũ Nilum in 7. ostia diuisisse.* *Septem præfecturæ Ægypti.* *Luc. 2. a.*

d *Vt transeant per eum, &c.* Sub metaphora, Nilus diuisus, & in partes cæsus dicitur, vt Apostoli calceati, id est, securè & sine impedimento prædicantes liberè possent discurrere ad vltimas partes Ægypti, Romanorum virtute pacati. Ante natiuitatem domini non licebat de gente in gentem transire, quod post passionem eius licuit, domino euangelio viam præparante.

† THEODORETVS. Regno Ægyptiorum diuiso à Romanis in prouincias septem, extenuata eorum potentia est, & peruia facta verbi prædicatoribus.

e *Sicut fuit Israel.* † PROCOPIVS. Quando enim mare rubrum transierunt, alacres carmen à propheta editum, huic non multum dissimile, quod ita incipit (*Cantemus domino,*) in lætitiæ signum cantauerunt. Cum enim de gentium conuersione ecclesias facerent, tanquam eis de mari tempestuoso sublatis, Ecce aiunt, *Deus meus Saluator meus.*

Ægyptus sub Romanis. ** Oram Hebræi linguas appellant promontoria, quod linguarũ instar in mare procurrunt.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et desolabit dominus ling. ma. Æg. *id est, Nilum, qui ingreditur mare Mediterraneum transiens per Aegyptum. ideo subditur quasi expositiuè.*

2 Et leuabit manum suam super flu. *Et accipitur, hic, &, pro id est, ita quod illud, quod prius dictum est, desolatio linguæ maris, dicitur hic percussio fluminis.*

3 In fortitudine spiritus sui. *Quia dedit virtutem hoc faciendi quod subditur.*

4 Et percutiet eum in septem riuis. *Alexander enim magnus per magnum tempus post Isaiam, & per aliquod tempus ante Christi aduentum, vt facilius cum exercitu suo accederet ad Alexandriam, & ad aliquas alias ciuitates Aegypti, fecit diuidi Nilum in septem portiones intra mare Mediterraneum separatim cadentes.*

5 Ita vt transeant per eum calceati. *Id est, vt per ipsum posint homines transire faciliter. Et istud fuit prænosticum quod prædicatores euangelij transirent faciliter per orbem remotis impedimentis, virtute diuina. Quod patet ex hoc, quod adhuc viuente beato Petro fides catholica diuulgata est versus Occidentem vsque ad mare Oceanum. Quod patet ex hoc quod missi à beato Petro ad prædicandum, fundauerunt ecclesiam Senonis, quæ tunc erat Metropolis Franciæ in honore beati Petri viui. Cum igitur Apostoli aliique discipuli exiuerunt de Ierusalem ad prædicandum per orbem, quæ est in quarto climate, & sic in medio terræ habitabilis: sicut tunc viuente Petro diuulgata est fides catholica versus Occidentem vsque ad Oceanum, qui est terminus terræ habitabilis: ita tenendum est eam fuisse similiter diuulgatam ad alias partes orbis. Et propter velocitatem huius diuulgationis subditur.*

6 Et erit via resid. pop. &c. *i. electis meis ad fidem vocandis.*

7 Qui relinquetur ab Assyriis, *Id est, à dæmonibus eam prius possidentibus.*

8 Sicut fuit Israel. *Id est, sicut diuina virtute remota fuerunt impedimenta exitus Israel de Aegypto: sic diuina virtute remouebuntur impedimenta ab electis exeundo de ignorantia & errorum tenebris; quod impletum est in prædicatione Apostolorum, aliorumq́, Christi discipulorum, vt visum est. Aliter exponitur ab illo loco:* Et desolabitur, &c. *Ita quòd per linguam maris Aegypti intelligitur ipsa Aegyptus, quæ est prope mare, & sic lingit ipsum; Per flumen potestas regia, quæ fuit fortis & magna: propter quod Cæsar Aug. sub quo natus fuit Christus diuisit eam in septem principatus, & sic fuit multum diminuta ne possent rebellare. Et talis subiugatio huius regni, & aliorum imperio Romano, fuit quædam dispositio ad hoc, quod prædicatio euangelij fieret libere per orbem. Vnde dicit Leo Papa in sermone de Apostolis Petro & Paulo:* Dispositioni diuini operis maximè congruebat, vt multa regna vno confederarentur imperio, vt citò peruios haberet Apostolos prædicatio generalis, quos vnius tenebat regimen ciuitatis. *ideo subditur,* Et erit via, &c. *& exponatur vt suprà. Et hoc maximè fuit impletum tempore Constantini, qui voluit per orbem ecclesias licitè fabricari, & fidem Christi prædicari.*

Quis discriminauerit Nilum in 7. ostia? *Quam velociter & late disseminatum.* *fit euangelium viuentibus adhuc Apostolis.* *Romanum imperium institutum vt seruiret suscipiendo commode euangelio.*

MORALITER.

† Est ergo sensus, quòd discipuli Enoch & Eliæ in nauibus Philisthiim ibunt ad partes longinquas, vt reducant deceptos ab Antichristo & discipulis eius.

1 *Et desolabit dominus linguam maris Aegypti,* Per mare Ægypti, quæ interpretatur tenebra, significatur Antichristus & discipuli eius, qui erunt amari & tenebrosi erroribus: lingua verò ipsorum desolabitur, quando falsitas ipsorum detegetur.

2 *Et leuabit manum suam super flum.* Id est, super Antichristi persecutionem.

4 *Et percutiet eum.* Id est, totaliter auferet eam. Nam vniuersitas Septenario numero designatur, eò quòd reuolutione septem dierum comprehenditur omne tempus.

6 *Et erit via resid. pop.* Id est, electis ab Antichristo deceptis erit libera redeundi ad Christum per pœnitentiam veram.

Enoch & Elias & eorum discipuli prædicantes contra Antichristum

ADDITIO I.

In cap. 11. vbi dicitur in postill. Et egredietur, &c.

Licet materia huius ca. quæ est de mysterio Christi secundum omnes expositores, multum distat tempore & ratione à materia immediatè præcedenti, in qua agitur de interitu Sennacherib. & suorum, continuatur tamen in litera per interpositionem huius coniunctionis copulatiuæ, &c, cum dicitur: Et egredietur. *Non enim dixit solum,* Egredietur virga: *sed cum additione, &, dicens:* Et egredietur. *vnde huius copulatiuæ superadditæ aliqualis ratio est quærenda, quæ videtur talis esse. Nam in præcedenti capit. propheta prænosticabat populo liberationem à Sennacherib. & exercitu suo, per quam habituri erant pacem temporalem & tranquillitatem, quæ licet esset valdè grata & miraculosa, non tamen erat tam excellens nec fructuosa, sicut liberatio fienda, per Christum, in qua pax perpetua & spiritualis danda erat: & ideo prrpheta postquam descripsit primam liberationem, adiungit secundam, q.d. Hæc liberatio à Sennacherib. licet magna, ad modicum tamen reputatur respectu alterius liberationis per Christum fienda, de qua dicitur:* Et egredietur, &c. *eo modo quo Christus dixit discipulis & apostolis Luc. 10. c.* Ecce dedi vobis potestatem, &c. sed in hoc nolite gaudere, &c. *ideo gratiarum actionem in sequenti cap. subdit pro hoc vltimo beneficio.*

Quomodo cõtinuetur hoc ca. cum præcedẽti?

ADDI-

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in postil. Et enumerantur hic 7. dona spiritus sancti.

Sufficientia donorum sancti spiritus quã pos. hic ponit, est vera & propria. Et ponitur sub eisdem verbis in prima secunda, q. 68. ar. 4. secundum quam huiusmodi dona se extendunt ad omnia, ad quæ se extendunt virtutes intellectuales & morales, prout dicitur in pos. Sed statim animum pulsat quædam inquisitiua quæstio. s. talis: Cur non ponuntur aliqua dona pertinentia ad Theologicas virtutes, cum virtutes Theologicæ maximè ordinant nos ad Deum? Ad quod dicendum secundum Thom. ibidem, quod virtutes Theologicæ præsupponuntur ad dona sicut radices quædam donorum. Non enim mouetur animus à spiritu sancto, nisi ei secundum aliquem modum vniatur: sicut instrumentum non mouetur ab artifice, nisi per contactum vel aliquam aliam vnionem. Prima autem vnio ad Deum est per fidem, spem & charitatem. vnde omnia dona pertinent ad has tres virtutes tanquam ab eis deriuata.

Consequenter circa hoc quod dicit pos. quod ista dona perfectissimè fuerunt in anima Chri. &c. Videtur quærendum, quod licet hoc sit verissimum, quomodo tamen hoc posset ostendi per literam, cum de quolibet viatore in gratia existente verificatur, quod requiescit super eum spiritus domini, sapientiæ & intelle. &c. *Ad quod videtur dicen-*

Cur non ponantur aliqua dona pertinẽtia ad Theologicas virtutes.

dicendum, quod plenitudo horum donorum in Christo ex hoc consideratur, quod ab ipso gratia spiritus sancti deriuatur in membris suis, scilicet in corpore suo mystico: vnde cum Ioa. dixisset de eo: Plenum gratiæ & ve. subiunxit: Et de plenitudine eius omnes accepimus. Ioan. 1. Quam quidem plenitudinem propheta ostendit infra cum dixit, Erit iustitia cingulum lumborum eius, &c. Quod exponitur de iustis & fidelibus adhærentibus Christo, sicut cingulum & lumbare adhærent homini. Ex qua metaphora satis patet, quod omnes iusti seu fideles habent virtutem fidei & iustitiæ, & alia huiusmodi, ex adhærentia ad ipsum. Ex quo patet intentum, scilicet quod ista habet Christus plenariè, vt ab ipso in aliis deriuentur.

Plenitudo gratiæ in Christo.

Consequenter videtur quærendum, quare sex dona, hîc primò enumerata ponuntur vnitim. Non enim dicit spiritus sapientiæ & spiritus intellectus, sed spiritus sapientiæ, & intellectus. Similiter non dicit spiritus consilij, & spiritus fortitudinis, sed spiritus consilij & fortitudinis; & sic de aliis duobus. Ad quod dicendũ, quod in combinatione innuitur connexio donorũ ad inuicem, eo modo quo virtutes cardinales vno modo probantur connexæ, ex hoc quod vna earum quodammodo per aliam perficitur. vnde Greg. in 1. Moral. de huiusmodi donis spiritus sancti loquens dicit: Minor est sapientia si intellectu careat, & valde inutilis est intellectus, si sapientia non subsistit. Vile est consilium, cui opus fortitudinis deest, & valde fortitudo destruitur, nisi per consilium fulciatur; nulla est scientia si vtilitatem pietatis non habeat, & valde inutilis est pietas, si scientia discretionis caret; timor quoque ipse si non has virtutes habuerit, ad nullum opus bonæ actionis surgit. hæc ille.

Connexio donorum ad inuicẽ.

ADDITIO III.

In eod. cap. vbi dicitur in postil. Et auferetur zelus Ephraim.

Exemplificat propheta mutuam concordiam seu amicitiam Christianorum adinuicem per hoc quòd dicit: Auferetur zelus Ephraim. quia secundum gl. quando Isaias hoc prædicebat, inter duas & decem tribus discordia inexorabilis erat, credentes autem pacifici sunt in Christi fide & vnitate charitatis, prout patuit in primitiua ecclesia, quando multitudinis credentium, erat cor vnum & anima vna, Act. 4. f.

Multitudinis credentiũ cor vnũ & anima vna.

CAP. XII.

A a Confitebor tibi. HIER. Sicut transito mari rubro, dixerunt: Cantemus domino, &c. Sic regno mundi destructo dicit ecclesia: Confitebor tibi.

Exod. 15. a.

† THEODORETVS. Hoc canticum habet significationem beneficij accepti à domino, quo redempti sumus. Nam qui salutem sunt assecuti per Christum, B auctorem huius salutis agnoscentes, quas possunt, gratias agunt.

b Saluator meus. † PROCOPIVS. Non est prætermittendum, si ad Hebræa verba respicias, hîc de communi omnium salutis auctore Iesu, mẽtionem fieri, cum vbi saluatoris vocem vsurpamus, Iesum Hebraica habeant. Prophetiam enim, C quæ de radice Iesse habetur, Iesu saluatoris appellatione destitui, cum de eo esset instituta, nequaquam decebat.

*Exo. 15. a.

c Quia fortitudo mea & laus.

*1. Par. 19. a

† PROCOPIVS. Quæ in Ægypto accidisse legimus à saluatoris in terra nobiscum peregrinatione differre nihil videntur. Tum enim sub sensum cadentis, hoc autem loco Pharaonis mente comprehensi seruitutis iugum excussum est. Tum in sanguinem rursus aqua mutari visa est, quæ iam sacri baptismatis ope salutaris est effecta; Tum qui Israelem persequebantur, in rubri maris vndis extincti sunt: cum qui D huius vitæ fluctibus agitabantur, Sanctorum discipulorum præceptis adiuti, incolumes enatarint; Non defuit tum copia grandinis calamitosa: cum nunc in eorum mentes fœcundans illabatur imber; Profundæ tunc tenebræ: sed iam in Christo lucis fulgor amplissimus; Luxerunt sua Ægyptij primogenita, sed per eum iam, qui primus ex mortuis excitatus est, salui incolumesque remanserunt.

Exitus Israelitarũ de Ægypto quid præsignarit?

CAP. XII.

1 Et dices in die illa: [a Laudabo.] 2 Confitebor tibi domine, [a Iuste. Qui metui.] 3 quoniam iratus es mihi: [a Sed. In misericordiam.] 4 conuersus est furor tuus, [a Scilicet redimendo. b Iam verbum caro factum est.] & 5 consolatus es me. 6 Ecce [a Iesus qui saluum faci. po. à pec. eorum. b Non timebo quid faciat mihi homo.] Deus saluator meus: 7 fiducialiter agam, & [a Quia non confidam in idolis, nec timebo non timenda, scilicet diabolum.] non timebo. 8 * Quia fortitudo mea 9 & laus mea [Non idola. Incarnatus. O fideles.] dominus, 10 & factus es mihi in salutẽ. 11 Haurietis [a Doctrinæ. b Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Euangelio. Non de flumine Ægypti quod percussum est. c Ipse enim saluum faciet populum suum à pec. eo.] aquas in gaudio de fontibus saluatoris, † & di- [a Vos reliquiæ Israel, conuersis gentibus. b Relictis idolis, eum laudando, vos accusando. c Vt Iesus saluet vos.] 12 cetis in die illa: 13 *Cõfitemini domino, 14 & inuocate [a Solius cui cantandum est. b Prædicate. c Infidelibus.] nomẽ eius. 15 Notas facite in populis 16 adinuentiones eius.

d De fontibus saluatoris. HIER. E vnde: Benedicite domino de fontibus Israel. De fontibus saluatoris. Ne videretur alter esse, quam quẽ supra nominaui, Emmanuel, Spolia detrahe, ab eo quem Gabriel virgini prænuntians Iesum vocauit sic, Et vocabis nomen eius Iesum: Ideo saluatorẽ quoque appellat, vt prophetia cum euangelio conueniat.

Supr. 8. a. Luc. 1. d. Iesus Saluator.

† F PROCOPIVS. Fontes salutis sunt, vel Apostoli, vel libri, qui spiritu dictante tanquam imbre, cælitus immissi sunt.

Fontes salutis.

†† Et dicetis in illa die. HIER. Hæc ab Apostolis & reliquiis Israel præcipiuntur his qui de gentibus crediderunt, vt soli domino confiteantur, & idolis derelictis inuocent nomen eius, & cuncta opera eius prædicent infidelibus, vt in omni orbe illius misericordia agnoscatur.

HIE-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XII.

Et dices. Descripto Christi mysterio, hic consequenter describitur gratiarum actio pro tanto beneficio, cùm dicitur.

1 Et dices in die illa, id est, tempore gratiæ Christi reuelatæ, quod tempus vocatur dies, Rom. 3. Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

Tempus gratiæ dies dicitur.

2 Confitebor tibi do. Confessione laudis & gratiarum actionis.

3 Quoniam iratus es mihi. Propter peccata mea, me puniendo in captiuitate Babylonica, & in persecutione Antiochi illustris, & pluribus temporibus aliis.

4 Conuersus est furor tuus. In mansuetudinem.

5 Et consolatus es me. Per tuam benedictam incarnationem. ideo subditur.

6 Ecce Deus saluator meus. Visibiliter apparens in carne assumpta.

7 Fiducialiter agam, & non timebo. Amplius retardari à vita beata, quæ per Christum fuit aperta. Sic enim confitebatur primitiua ecclesia sub Apostolis in Ierusalem congregata, quæ pro maiori parte erat de gente Iudæorum, vt patet in Actibus Apostolorum.

Confessio laudis & gratiarum actionis in primitiua Ecclesia.

8 Quia fortitudo mea, &c. i. dans mihi fortitudinem in aduersis.

9 Et laus mea dominus. Quia virtute diuina in primitiua ecclesia fideles non solùm patienter sustinebant tormenta, sed gaudenter, & cum laudibus diuinis.

10 Et factus est mihi in salutem. Quia immediate transibant ad vitam cælestem, quod non fiebat sanctis veteris testamenti.

11 Haurietis aquas, Id est, vos catholici haurietis dona spiritus sancti de sacramentis nouæ legis, in quibus confertur gratia, quod non fiebat in sacramentis veteris legis.

Sacramẽta nouæ legis.

12 Et dicetis, Exhortando vos mutuò ad laudem diuinam.

13 Confitemini domino. Eius beneficia recognoscendo.

14 Et inuocate nomen eius, Ipsum deuotè laudando.

15 Notas facite in populis, Id est, in omnibus gentibus per prædicationem euangelicæ veritatis.

16 Adinuentiones eius. Id est, modos mirabiles humanæ salutis, quos adinuenit diuina sapientia in filij Dei incarnatione, prædicatione, passione, resurrectione, & ascensione.

Me-

MORALITER.

† 2 Confitebor tibi. Hîc consequenter ponitur gratiarum actio ecclesiæ à persecutione Antichristi liberatæ, cum dicitur: Confitebor tibi quo. iratus es, flagellando per Antichristum pro culpis meis.

Psal. 117. b.

5 Et consolatus es me, In beneficio liberationis, & gratiæ tuæ donis. ideo sequitur:

11 Haurietis aquas, Scilicet gratiæ & gloriæ.

† De fontibus saluatoris, Id est, de plenitudine suæ pietatis.

12 Et dicetis. Inducendo vos mutuò ad cõfessionem diuinæ laudis.

15 Notas facite, &c. i. varios modos saluandi electos.

† Annun-

HIERON. in prolo. lib. 5. Liberis allegoriæ spatiis in Isaia euagatur Origenes & interpretatis nominibus ingenium suum facit Ecclesiæ Sacramentũ. Eusebius Pamphili historicam expositionem promittens, oblitus propositi, in Origenis morem excidit.

Quid reprehendat Ieronymus in commentariis Origenis & Eusebii Pamphili super Isaiam.

†† a *Exulta & lauda habitatio Sion.* HIERON. O habitatio Sion exulta & lauda Deum tuum, quod qui antea contra videbatur

a Mandatum nouum do vobis vt dili. inuicem. b Excelsus Dominus & humilia respicit.

tiones eius: mementote, quoniam excelsum est nomen eius.[5] Cantate Domino, quoniam magnificè fecit, annuntiate hoc in vniuersa terra.[6] Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.

a Solius cui cantandum est. b Mortem morte vicit, carnem in cælo vexit, & huiusmodi.
a O Apostoli. b Magnalia eius. c In omnem terram exiuit sonus eorum. d Vbi misericordia eius. e Ergo tibi. Aliis. f Deum tuum. a Dei tui. b Id est, primitiua, vel Ecclesia de gentibus, Ecclesia Catholica.
a Olim tamen notus in Iudæa. b Qui sanctificat Israel.

Deus, & modicis Iudææ terræ claudebatur angustiis, nunc repleuerit omnẽ terram scientia sua, & de morte consurgens regnet in gentibus, & ipsum nationes deprecentur & adorent: ita duntaxat vt adiiciat secundò manum suam ad possidendum quod reliquum est populi sui, & congregandos profugos Israel. Quia seminarium Euangelij per Apostolos qui ex Iudæis erant, processit à fontibus Israel.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mementote, quoniam. *Vnde Philip. 2. b.* Dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

2 Cantate Domino quoniam. magn. fecit. *Ponendo naturam humanam in Christo ad Patris dexteram.*

3 Annuntiate hoc, *Quod impletum est per prædicationem Apostolorum aliorumq; Christi discipulorum per orbem vniuersum.*

4 Exulta, *In corde.*

5 Et lauda, *In ore.*

6 Habitatio Sion, *id est, Ecclesia, quæ vocatur Sion, Heb. 12. f.* Accessit ad Sion montem & ciuitatem Dei viuẽtis, cælestem Ierusalem, &c.

7 Quia magnus in medio tui sanctus Israel, *id est, Christus sanctificans fidelem populum, nomine Israel appellatum, vt frequenter supra dictum est. Potest etiam hæc litera referri ad montem Sion, in quo erat templum, vbi legitur Christus frequenter prædicasse & miracula fecisse: Ibi etiam Apostolis suam resurrectionem manifestauit, & super eos spiritum sanctum in signo visibili misit, vt dicit Hier. in epistola ad Paulinum, de omnibus sacræ scripturæ libris.*

Sion per quæ inclaruerit temporibus Christi & Apostolorum.

MORALITER.

† 3 *Annuntiate hoc in vniuersa terra.* Id est, non solùm in terra morientium, sed etiam in terra viuentium, in qua sancti Deo de suis beneficiis regratiantur. ideo subditur:

4 *Exulta & lauda habitatio Sion.* Id est, habitatores cæli.

7 *Quia magnus,* &c. Id est, sanctificans Israel.

ADDITIO.

In cap. 12. vbi dicitur in postil. Haurietis aquas de fontibus saluatoris.

Hoc quod dicitur: Haurietis aquas cum gaudio de fontibus saluatoris, *posset exponi magis propriè ad literam de aqua baptismi, qui est ianua sacramentorum, in qua gratia saluatoris confertur, & dona Spiritus sancti dantur.*

Baptismus potest dici fontes Saluatoris.

REPLICA. *In cap. 12. vbi postil. exponit illum passum*: Haurietis aquas de fontibus saluatoris. *de gratia Spiritus sancti & donis quæ in euangelio dicuntur aqua viua, quæ hauriuntur de fontibus, id est Sacramentis, quæ fontes saluatoris hic dicuntur: Burgen. dicit quod magis propria est expositio de aqua baptismi, quæ est ianua sacramentorum. Sed expositio Bur. quam dicit magis propriam, possumus dicere magis extortam ratione illius termini aquas. Nam non refert an aqua baptismi hauriatur ex fontibus vel fluminibus. Et quia vult suam expositionem fore magis propriam, cùm dicit baptismum fore ianuam sacramentorum, idcirco sensus esset: Haurietis ianuam ex fontibus. Quanta sit huiusmodi expositionis proprietas patet etiam parum intelligenti. Et cum omnes communiter Catholici, exponant ly fontibus saluatoris pro sacramentis, impropriissima esset Burgen. expositio. Haurietis aquam, id est baptismum ex fontibus saluatoris, id est sacramentis. Qua ratione enim baptismus hauriri deberet ex aliis sacramentis eadem ratione & fortiori alia sacramenta hauriri deberent ex baptismo, quia omnia illa sacramenta ritè suscepta baptismum præsupponunt: cum baptismus est vnus de fontibus sacramentalibus. Impropriissima igitur videtur expositio Burgen. qua significatur, haurietis fontem ex fontibus. Sic igitur Burgensis sæpe mouetur de lana caprina.*

Improprietatem reprehẽdit in expositione Burgensis.

CAP. XIII.

a ONus Babylonis. Ex HIER. Babylõ metropolis Chaldæorum, cuius muri 16. millia passuum, per quadrum ab angulo in angulum, qui est simul 64. millia, scilicet 40. duabus leucis & duabus vnius leucæ partibus tendebantur. Ibi turris trium millium passuum in altitudine, id est duabus leucis à lato in angustum coartata. Et quia ibi confusum est labium, Hebraicè Babel, Græcè dicitur Babylon. Ibi Nabuchodonosor rex potẽtissimus; qui inter ceteras terras etiã Iudæam captiuauit, in cuius consolationem per Isaiam illius desolationis Spiritus sanctus lõgè ante prædicit, sic: *Onus Babylonis*, id est mundi: qui linguas, opera, mentesque confundit: Cuius rex, velut Nabuchodonosor, qui dicit: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adora. me.*

Babylonis muri & turris.

Matt. 4. b.

† PROCOPIVS. Babylon, hæc, si ad historiam spectes, locus ipse est, in quo linguas eorum, qui turrim ædificabant, confusas esse accepimus. Quod si arcanum postulas intellectum, mentem optimè Babylonẽ dixeris, quę suis cõfusa malis Deo semper aduersatur, quæque confictis dogmatibus alienis, dum illis delectatur, eleuatur.

De eo qui Deo aduersatur.

CAP. XIII.

Hoc est miseria. Corde.

ONus Babylonis;[1] quod vidit Isaias filius Amos.[2] Super montem caliginosum leuate signum, & exaltate vocem:

a Babylonem superbam. Tenebras tribulationis vel fumos incendij: multi enim succensi incendio eius.
a O prædicatores. Medi & Persæ. b Crucis victoriæ.

b *Montem cal.* Mysteria Ecclesiæ: *Posuit tenebras latibulum suum.*

Psal. 17. b.

† PROCOPIVS. Est ad Medos & Persas sermo prophetæ directus, vt tanquam Babylone iam potiti, victoriæ symbolum in altum attollant, & trophæum vrbi infelici videndum aperte proponant, de qua in hæc verba apud eundem legimus, *Quomodo captus est & contritus malleus vniuersæ terræ?*

Infr. c. 50.

c *Leuate.* O angeli, & ò prophetæ, prædicate eius desolationem.

† GREGOR. l. 33. mor. c. 1. In scriptura sacra cum numero singulari mons ponitur, aliquando incarnatus Dominus, aliquando Ecclesia, ali-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIII.

ONus Babylonis. *Postquam propheta denuntiauit punitionem Assyriorum, qui captiuauerunt decem tribus, hic consequenter denuntiat punitionem Babyloniorum, qui captiuauerunt regnum duarum tribuum. Et primò denuntiat Babyloniorum destructionem: secundò Iudæorum consolationem, ca. 14. Prima in tres partes, quia primò describitur vastantis exercitus conuocatio; Secundò, Babyloniorum afflictio, ibi:* Vlulate; *Tertiò, sequens desolatio, ibi:* Et erit. *Circa primum dicitur:*

Diuisio.

Prædicitur Babylonis destructio.

1 Onus Babylonis, *Miseria eam opprimens.*

2 Quod vidit Isaias, *id est præuidit in spiritu futurum.*

3 Super montem, *i. contra Babylonem tumore superbiæ eleuatam.*

4 Caliginosam, *id est, erroribus obtenebratam.*

5 Leuate signum, *id est, vexillum præcedens exercitum.*

6 Et exaltate vocem, *Exhortando ad prælium.*

1 Le-

MORALITER.

1 *Onus Babylonis.* Hic ad literam describitur destructio Babylonis. Per Babylonem, quæ confusio interpretatur, ciuitas diaboli, quæ est malorum hominum congregatio, significatur. Hæc autem ciuitas dupliciter debellatur. Vno modo per conuersionem malorum ad bonum: quod fit per prædicationem, & orationem bonorum. Alio modo per punitionem obstinatorum. Quantum ad primum modum dicitur:

Modus debellandi ciuitates diaboli.

3 *Super montem calig.* Id est, super populum superbum peccatis obtenebratum.

5 *Leuate signum,* Scilicet, crucis vos prædicatores in principio vestræ prædicationis vos signando.

6 *Et exaltate vocem*, Exhortationis. Isa. 58. *Quasi tuba exalta vocem tuam: & annuntia populo meo scelera eorum.*

† 1 Leuate

a ¶ Prædicando de altis. ¶ Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. ¶ Opera bona faciendo.
b ¶ Hostes Babylonis contra ipsam adiuuando. c ¶ Babylonæ. ¶ Scripturæ sacramenta.
d ¶ Persarum & Mœdorum. ¶ Cyrus & Darius. e ¶ Vt venirent. ¶ Inspirando.

leuate manum, & ingrediantur portas duces. [3] Ego mandaui

a ¶ Mœdis & Persis obedientibus mihi. ¶ In comparatione Babylonis. b ¶ Ministris. c ¶ Sicut Paulum.
d ¶ In hoc mihi seruientes. e ¶ Vindicta. ¶ Ostensa, vt timerent postea.

sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea exul-

a ¶ Vnde: Sancti estote: quoniam ego sanctus sum. b ¶ Non in fortitudine sua.
c ¶ Impetum & multitudinem hostium describit. ¶ Audita. ¶ Consona. vnde ad ipsum dicamus omnes.
d ¶ Mœdorum & Persarum. ¶ Babylonis. ¶ Sanctis.

tantes in gloria mea. [4] Vox multitudinis in montibus quasi

a ¶ Multorum. b ¶ Audita. c ¶ Magistrorum. ¶ Darij, Cyri, & aliorum cum eis.
d ¶ Discipulorum.

populorum frequentium, vox sonitus regum gentium

a ¶ Omnis potestas à Deo. b ¶ Mœdis & Persis.

congregatarum. Dominus exercituum præcepit militiæ

a ¶ A finibus terræ ad te cla. b ¶ A summo cælo egressio eius. ¶ q. d. A finibus terræ. c ¶ Veniet.

belli, [5] venientibus de terra procul. A summitate cæli domi-

a ¶ Bellatores. ¶ Cyrus & Darius. b ¶ Terrena sapientes. c ¶ Ergo ô Babylonij. ¶ Pœnitendo.

nus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram. [6] Vlula-

a ¶ Vltionis. ¶ Iudicij, vel mortis cuiusque. b ¶ Metaphoram bellatoris seruat.
c ¶ Vastabitur scilicet Babylon.

te, quia prope est dies domini, quasi vastitas à domino ve-

a ¶ Confortate manus dissolutas. b ¶ Chaldæorum. c ¶ Pauore inimicorum.

niet. [7] Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor

¶ Deficiet. a ¶ Conscientia peccati. b ¶ Tunc. ¶ Conscientiæ. ¶ Ventris.
c ¶ Aliorum membrorum.

hominis contabescet, [8] & conteretur. Torsiones & dolores

a ¶ Eos scilicet. b ¶ Incomparabiliter. c ¶ Et. ¶ Videns eum in eisdem tormentis.

tenebunt, quasi parturientes dolebunt. * Vnusquisque ad

☞ aliquando testamentum Dei, aliquando apostata angelus, aliquando quilibet hæreticus designatur. Hoc loco verò sub Babylonis regia specie, de antiquo hoste prædicatoribus dicitur: *Super montem caliginosum leuate signũ.* Prædicatores quippe sancti super caliginosum montem signum eleuant, quando contra satanæ superbiam, qui sæpe sub nebula simulationis, absconditur, virtutem crucis exaltant.

Prædicatoris officiũ.

a *Vox multitudinis.*

†† HIERON. Mœdorum atq; Persarum describit impetum, quòd multis secum auxiliis congregatis, domino eorum exercitum præcedente ad vastitatem veniant Babylonis, vt disperdant *omnem terram*: non quod totum orbem vastauerint, sed omnem terram Babylonis & Chaldæorum. Idioma est enim sanctæ scripturæ, vt *omnem terram* illius significet prouinciæ, de qua sermo est: quod quidem non intelligentes, ad omnium terrarum subuer-

Omnis Terra quomodo accõmodate sæpe in sacris libris est intelligenda.

subuersionem trahunt.

b *Militiæ belli.* Prædicatoribus instructis armatura Apostoli, vt omnes interficiant erigentes se contra scientiam Dei.

c *Vlulate, quia prope est.*

† BASILIVS. Ex quo die dictus est dies domini appropinquare, multum intercessit temporis, eius propinquitatem contestantibus prophetis omnibus, vt nemo à spe excideret, quasi ob diuturnam extractionem temporis possit deprehendi imparatus. Et si communis ille dies consummationis totius mundi serius foret venturus, suus alioqui singulos quosque nostrûm manet exitus, qui quidem vniuscuiusque est consummatio, proinde è vicino adest.

Appropinquatio diei Domini.

d *Dissoluentur, &c.* Quia nullum opus Dei iustitia dignum reperietur. vnde: *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Et: *Si iniquitates obseruaueris domine, domine, &c.*

Psal. 142. a. Ibid. 129. a.

☞ a Com-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Leuate manum, *In signum confidentiæ & victoriæ obtinendæ. ideo subditur:*

2 Et ingrediantur portas, *Scilicet, Babylonis, tanquam victores.*

3 Duces, *Scilicet Persarum & Mœdorum: quia Cyrus rex Persarum, & Darius rex Mœdorum cum suis exercitibus Babylonem ceperunt, vt habetur Dan. 5.*

4 Ego mandaui sanctif. meis, &c. *Hebræi dicunt*, citatis meis. *Dictio enim Hebraica quæ ponitur hic, æquiuoca est ad citationem & sanctificationem. Hebræi tamen videntur hic melius dicere, quia exponentes translationem nostram dicunt*: Mandaui sanctifi. meis. *id est, ministris meis. Inspirauit enim dominus voluntatem & audaciam Persis & Mœdis pugnandi contra Babylonem.*

Persæ & Mœdi excitati à Deo contra Babylonios.

5 Et vocaui fortes meos, *Dando eis fortitudinem.*

6 In ira mea, *i. ad exequendam punitionem à me dispositam.*

7 Exultantes, *id est, in victoria gloriosa à me concedenda; vel quia Cyrus rex Persarum illam victoriam attribuit gloriæ diuinæ, vt habetur 2. Paral. vlt. & 1. Esdr. 1.* Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi dominus, &c.

Cyrus Deo vero acceptã refert victoriã de Babyloniis.

8 Vox multitudinis, *id est, maximi exercitus contra Babylonem venientis.*

9 Vox sonitus regum, *id est, Cyri regis Persarum, & Darij regis Mœdorum. Et quia fortè isti aliquos alios reges adduxerunt secum.*

10 Dominus exercituum præcepit. *Quia militibus & bellatoribus inspirauit voluntatem & audaciam veniendi contra Babylonem.*

11 De terra procul, *Non abhorrentes laborem itineris. Et quia non solùm homines fuerunt executores diuinæ iustitiæ contra Babylonem, sed etiam angeli, ideo subditur:*

12 A summitate cæli dom. & va. furo. &c. *id est angeli, qui sunt quædam instrumenta ad exequendum diuina iudicia.*

13 Vt disperdat omnem terram, *scilicet, Babylonis. Et est locutio hyperbolica, ad denotandum magnitudinem ciuitatis Babylonicæ, & populi multitudinem, sicut aliquando dicitur: Parisius est totus mundus.*

Babylon vrbs maxima.

14 Vlulate. *Hic consequenter describitur Babyloniorum afflictio. Et primò quantùm ad eorum anxietatem; secundo quantùm ad eorum pœnæ acerbitatem, ibi*: Ecce dies domini; *tertiò quantùm ad aduersariorum ferocitatem, ibi*: Ecce ego. *Circa primum dicitur*: Vlulate, *scilicet, ô vos Babylonij. Vlulatus, qui est clamor confusus, indicium est magni timoris prohibentis formare vocem distinctam.*

Vlulatus.

15 Quia prope est dies domini, *Id est, punitionis eius super vos.*

16 Propter hoc omnes manus dissoluentur, &c. *A sua virtute præ cordis timore, quia timor retrahit spiritus & calorem à membris exterioribus & sic remanent frigida & trementia, & per consequens inualida.*

17 Et omne cor hominis contabescet, *Id est, conteretur præ tristitia.*

18 Torsiones & dolores, &c. *id est, Babylonij affligentur præ angustia: sicut illi qui patiuntur talia.*

19 Vnusquisque ad proximum, &c. *Non potens eum iuuare, nec ab eo iuuari.*

Facies

MORALITER.

†1 *Leuate manum*, Bonæ operationis. Nam in prædicatione plus mouent facta quam verba.

2 *Et ingrediantur portas duces*, i. Prædicatores (qui sunt duces verbi diuini: sicut dicitur Act. 14: de Paulo, quod erat dux verbi) ingrediantur aures audientium, ad mouendum corda per efficaciam prædicandi.

Prædicatoris officiũ.

4 *Ego mandaui sanctif. meis*, Id est, prædicatoribus deuotis inspiraui spiritum prædicandi.

5 *Vocaui fortes meos*, id est, prædicatores, qui ad sustinendum aduersa debent esse fortes.

6 *In ira mea*, Contra vitia.

7 *Exultantes in gloria mea, &c.* Quia veri prædicatores non quærunt gloriam propriam. Et quoniam in principio prædicationis debet fieri oratio communis, subditur:

8 *Vox multitudinis*, Scilicet orantis.

† *In montibus*, Nam oratio est ascensus mentis in Deum.

† *Frequentium populorum*, Nam minores & maiores in prædicatione debent orare.

10 *Dominus exercituum præcepit, &c.* Hic ponitur secundus modus debellandi ciuitatem diaboli, scilicet per punitionem obstinatorum, quod erit maximè in iudicio finali: in quo executores erunt angeli, & ideo sequitur, *Dominus exercituum præcepit militiæ belli, &c.* id est, angelis sanctis, vt retrudant damnatos in inferni pœnis. Et quia nullus poterit resistere, ideo subditur:

Punitio obstinatorum.

† *Omnes manus dissoluentur*, Quia nec alium iuuare, nec ab eo iuuari poterit. ideo subditur:

19 *Vnusquisque ad proximum suum stupe. &c. Quoniam stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen suum*, Id est, angeli sancti non agent amplius vt reducant peccatores ad gratiæ statum.

† Obte-

a *Combustæ.* Quasi carbones nimio dolore: vel in re. Multi enim fuere combusti. *Combustæ ig.* Igne quem sibi succenderunt: quia dicere non possunt: *Signatum est super nos lumen vultus tui domine.* Et: *Nos autem reuelata facie gloriam domini contemplantes.*

Psal. 4. b. 1. Cor. 3. d.

b *Ecce dies domini.* † BASILIVS. Superius dixit, *Prope est dies domini*, hic autem, *dies domini venit*, ad ponendam terram in solitudinem. Hinc obserua vtramque hanc incisionem prophetiæ, non de eodem die debere enarrari. Prior enim illa de consummatione cuique nostrûm propria intelligenda venit, quæ è vicino adest: hæc autem de die vniuersali. Forsan dies illa peculariter dicitur dies, propter continuam vnionem sui status & perpetuæ tranquillitatis. Nulla enim intercipietur nocte, non vespera vlla certo circumscribet eam limite, quòd eo die, quæ eatenus delituerant, occulta tenebrarum in apertam lucem proferentur.

Iudicium particulare & vniuersale.

c *Obtenebratus est sol.* Possunt hæc ad diem iudicij referri, quando omnia luminaria obtenebrari videbuntur comparata splendori Christi.

d *Et visitabo super orbis ma.* Vindicabo vt corrigam, vehementer autem super impœnitentes, *Iratus* (inquit) *non visitabo super filias vestras cùm fornicatæ fuerint, &c.* De his autem qui in Christo sunt credituri, dicitur: *Visitabo in virga iniquitates eorum: Misericordia autem mea non auferetur ab eis.*

Visitatio Dei per flagella. Osee 4. d. Psal. 88. c.

a ¶ Pro nimia miseria.

proximum suum stupebit, facies combustæ [1]

a ¶ Quia. b ¶ Captiuitatis, vel iudicij generalis, c ¶ Patientibus.

vultus eorum. [9] Ecce dies domini veniet crude- [2] [3]

a ¶ Æstimatione malorum. b ¶ In inferno quis confitebitur tibi? Non est tempus pœnitendi, sed pœnæ.

lis, & indignationis plenus, & iræ furorisque, [4]

a ¶ Quæ peccatorum pondere grauabatur. ¶ Babylonis. b ¶ Vt deletis sceleribus sola iustitia regnet in terra.

ad ponendam terram in solitudinē, & peccato- [5] [6]

a ¶ Contritione expellendos. b ¶ Alias ea. c ¶ Principes. ¶ Babylonis.

res eius cōterendos de terra: [10] quoniam stellæ [7]

a ¶ Afflictis videntur omnia tenebrosa. b ¶ Super Babylonem.

cæli & splendor earum non expandent lumen [8]

a ¶ Aduenientibus Mædis & Persis. b ¶ Etiam. c ¶ Balthasar rex in corde suo. d ¶ Regina.

suum. Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna [9] [10]

non splendebit in lumine suo. [11] Et visitabo su- [11]

a ¶ Babylonis: pro nimia multitudine populi. b ¶ Visitabo.

per orbis mala, & contra impios iniquitatem [12] [13]

eorum. Et requiescere faciam superbiam infi- [14]

delium, & arrogantiam fortium humiliabo. [15]

a ¶ Tunc. ¶ Rarior. b ¶ Post destructionem. c ¶ In terra perseuerans: Cum venerit filius ho. pu. ne. fi. in ter. d ¶ Aurum rubrum.

[12] Pretiosior erit vir auro, & homo mundo [16] [17]

a ¶ Hyperbolice. b ¶ Videbitur captiuus moueri.

obrizo. [13] Super hoc cælū turbabo: & mouebi- [18]

a ¶ Non solum homines.

tur terra de loco suo propter indignationem domini exercituum, & propter diem iræ furo-

a ¶ Babylon. b ¶ Cælo & terra commotis. c ¶ Leonem.

ris eius. [14] Et erit quasi damula fugiens, [19]

a ¶ Lupum. b ¶ Errabunda. i. discipuli. c ¶ Nisi dominus, de quo: A domino Egressus hominis dirigetur. ¶ Ad defensionem vel salutem.

& quasi ouis, & non erit qui congreget. [20] [21]

a ¶ Liberatus à falsis magistris.

Vnusquisque ad populum suum conuerte- [22]

a ¶ Vnusquisque auxiliator, vel qui à Babyloniis captiui tenebantur. b ¶ De qua orti sunt. ¶ Qui venerat ad auxilium.

tur, & singuli ad terram suam fugient. [15] Omnis [23]

e *Et requiescere.* quasi dicat: Hoc faciam: vt qui superbit, humilietur. vnde: *Deus enim superbis resistit: humilibus autem dat gratiam: ante ruinam exaltabitur cor.*

Pœna superborum. Iacob. 4. b. Prou. 16. c.

† BASILIVS. Sicut exorto sole, tenebræ euanescunt, ita contumax superbia iniquorum pessumit, iustitia Dei de ea vltionem exigente.

f *Pretiosior erit vir auro, &c.* HIERON. Omnia rara pretiosa, id est, vir Babylonis rarius inuenietur auro. Similiter dicitur sermo domini pretiosus, id est, rarò inueniebantur. In die quoque iudicij visitabit dominus mala orbis, & quiescere faciet arrogantiam dæmonum, & pauci inuenientur electi propter persecutionem Antichristi.

Omne rarū pretiosum.

g *Cælum turbabo, &c.* Non quod animata sint, sed propter indignationem domini, qui respicit terram, & facit eam tremere. Forsitan imminente captiuitate, cælum tonando, & terra concutiendo mota est. Potest & de die iudicij legi.

Psal. 103.

h *Damula fugiens.* Damula, diabolus est vel praua doctrina, cuius magistri in damula, significantur, quæ Græce dicitur διοgκάς.

Praua doctrina & eā docentes.

Ecce

NICOLAVS DE LIRA.

1 Facies combustæ, &c. *Quia Persæ & Mædi incenderunt Babylonem: & multi fuerunt ibi combusti.*

2 Ecce dies. *Hic consequenter describitur afflictio Babyloniorum ex pœnæ acerbitate cum dicitur:* Ecce dies domini, *i. punitionis eius.*

3 Veniet crudelis, *Ipsis Babyloniis præ acerbitate punitionis, ad quod designandum subditur:*

4 Indignationis plenus, &c. *Ad hoc enim ponuntur tot verba quasi idem significantia, vt designent maiorem exaggerationem pœnæ.*

5 Ad ponendam terram, *Scilicet Babylonis.*

6 In solitudinem, *Occisis incolis.*

7 Quoniam stellæ cæli, *id est, principes magni.*

8 Et splendor earum, *Id est, sapientia eorum.*

9 Non expandent lumen suum. *Quia fugiet ab eis mens & consilium contra imminens periculum.*

10 Obtenebratus est sol. *id est, Balthasar rex, qui occisus fuit, Da. 5. Et tamen adhuc erat prope principium regni sui.*

11 Et luna non splendebit, *Id est regina non procedet vlterius in apparatu regio.*

12 Et visitabo, *Hoc dicitur in persona domini.*

13 Super orbis mala, *id est Babylonis. Et propter hoc aliqui dicunt hic, vrbis, & malè: quia in Hebræo est orbis. Et dicitur de Babylone hyperbolicè, sicut dicitur: Parisius totus mundus, quia Babylon erat valde magna. Vnde dicit Philosophus in libro Politicorum, quod erat magis regio clausa muris quam ciuitas, eo quod excedebat notabiliter magnitudinem ciuitatis. Dicit enim Hier. quòd muri erant in quadro ædificati, & quodlibet latus habebat 16. milliaria, quæ faciunt octo leucas.*

Babylonis magnitudo. Nahu. 2. c.

14 Et requiescere faciam. *Quia Babylonij erant idololatræ, vt patet in Daniel.*

15 Et arrogantiam. *Iactabant enim se de fortitudine.*

16 Pretiosior erit vir auro. *Id est rarior, eo modo loquendi quo dicitur: Omne rarum pretiosum, quia valde pauci de Babyloniis remanserunt viui.*

17 Et homo mundo obrizo. *Id est, auro puro & rutilante. Et dicitur obrizum, ab ob, & radio radias.*

Obrizum.

18 Super hoc cælum, *Locutio est hyperbolica, ad designandum magnitudinem iræ Dei contra Babylonem.*

19 Et erit quasi damula fu. *Scilicet exercitus qui venerat aliunde ad auxilium Balthasar.*

20 Et quasi ouis, *Fugiens lupum.*

21 Et non erit qui congre. *Ad reducendum eos in Babylonis auxilium, ideo subditur:*

22 Vnusquisque ad populum suum conuertetur, &c. *Quia timore perterriti fugerunt ad loca sua vnde venerant.*

Fuga exercitus comparati ad subsidium Babyloniorum.

23 Omnis qui inuentus, *Remanens cum Babyloniis.*

Occi-

MORALITER.

† 10 *Obtenebratus est sol.* id est, Christus, non in se sed peccatoribus: qui non videbunt eum amplius.

Extremum iudicium.

11 *Et luna non splendebit.* id est, virgo Maria peccatoribus non condescendet: quia suo Filio conformis erit.

16 *Pretiosior erit, &c.* Quia pauci erunt virtuosi & saluati respectu multitudinis damnatorum, Matth. 7. b. *Lata est via, & spatiosa porta quæ ducit ad mortem, & multi intrant per eam, &c.*

18 *Super hoc cælum tur. &c.* Matth. 24. a. *Erunt terræmotus per loca, & virtutes cælorum mouebuntur.*

19 *Et erit quasi damula fu.* scilicet, si posset.

22 *Vnusquisque ad po. &c.* Quia similes in culpa, similiter punientur.

23 *Omnis qui inuentus fuerit,* s. in peccato mortali.

† Occidetur

A a *Ecce ego suscitabo, &c.* Legimus in Genes. 10. a. Quod & Madai filius Noe auctor Mœdorum fuit: qui interpretatur mensura, siue à potente vel forti. Igitur contra Babylonios qui mente confusi sunt, suscitantur à potente, & forti Deo fortitudines ad puniendum, quæ reddant vnicuique secundum opera sua. *In qua enim mensura mensi sunt, remetietur eis.*

Origo gentis Mœdorum. Mar. 4. c.

† PROCOPIVS. Quod ait Mœdos gētem diuitiis abundantem pecunias aspernari, ideo facit, vt ab illis spem omnē amputet redimendi expugnationem & seruitutem.

B b *Et erit Babylon. illa ciuitas, &c.* EX HIER. Nō postea rędificata est, sed dicitur in medio eius esse lacus serpētibus plenus, & arbusta in quibus odibiles bestiæ & aues, & venatio regia, & inhabitabilis est propter portenta. Duæ ciuitates apud Mœdos dicuntur factæ ex ea, Cthesiphontes & Seleucia scilicet. Notandū, quod per sermonem domini vrbe confusionis euersa, vt Sodomæ & Gomorrhæ comparetur: non habitabitur à sanctis ibi, sed bestiæ requiescēt. Quicquid enim hæretici loquūtur in synagogis satanæ, non est doctrina domini, sed vlulatus dæmonū & pilosorum, quos imitatur Esau. Syrenes quiescent in delubris voluptatis, quæ dulci & mortifero carmine animas trahunt in profundum, à lupis & canibus deuorandas.

Babylonis destructæ solitudo.

Ex eius cineribus natæ Ctesiphon & Seleucia.

C

Conuenticula hæreticorum.

c *Bestiæ, &c.* Per has omnes bestias lucis refugas, dæmonum vel angelorum fortitudines intelligimus, quibus ad puniendum traduntur.

† THEODORETVS. Incorporea dæmonum natura est. Solent autem decipere homines, & se illis sistere variis figuris. Posuit ergo nomina dæmonibus, qualia vulgus agnoscit, onocentauros, veteres nominabant empusas, nunc appellāt onoscelidas: Syrenas dęmones nominat, qui omni voluptatum genere animos hominum demulcent.

D Iob. 39. b.

Cacodæmonum nomina.

E

d *Struthiones,* De quibus in Iob satis tractatum est, quæ de terra altius non eleuantur, cùm pennas habere videantur.

Struthiones.

e *Pilosi.* Syluestres homines hispidi, qui & incubones vel Satyri, vel genera dæmonum.

Pilosi dæmones siue cum sub hirci figura appareant.

f *Vlulæ in ædibus.* Magnitudinis coruinæ, sed maculis resperſæ, quæ rostro in palude sito horrendum stridunt.

Vlulæ.

F

g *Syrenes.* Sunt serpentes cristati & alati velut alij pisces marini in specie mulieбri, vel portenta diaboli, quæ dulci cantilena decipiunt homines huius sæculi naufragium non clausis auribus transeuntes.

Syrenes.

a ❡ In hæresi. b ❡ Ab hostibus. c ❡ Scilicet. ❡ Malus vt viuat bonus. ❡ Verte impium, & non erit. d ❡ Resistere voluerit.

1 qui inuentus fuerit, occidetur, & omnis qui superuenerit,

a ❡ Spirituali. b ❡ Qui non venerunt ad perfectam charitatem. ❡ Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram. c ❡ Vt perfecti sint. d ❡ Magistrorum.

2 3 cadet in gladio. [16] Infantes eorum allidentur in oculis eorum, 4 5

a ❡ Opes, vtensilia. ❡ Ecclesiæ. b ❡ Praua sapientia & doctrina peruersa conce. dolo. & pe. ini. c ❡ Hostili libidine. d ❡ Enim.

6 a diripientur domus eorum, & vxores violabuntur. [17] Ecce ego 7

a ❡ Inspirando. b ❡ Babylonios. ❡ Terrena amantes. c ❡ Dæmones, vel prædicatores qui sæculari scientia non delectantur. d ❡ Nitorem eloquij, in quo sibi applaudebant. e ❡ Desiderio occidendi.

8 suscitabo super eos Mœdos, qui argentum non quærant, 9

a ❡ Acumen ingenij: sed tamen pœnis delectantur. b ❡ Sacræ scripturæ. c ❡ Vt fiant magistri. d ❡ Nec innocentibus parcent.

nec aurum velint: [18] sed sagittis paruulos interficient, & la- 10

a ❡ In errore. b ❡ Non ad voluptatem sed ad salutem.

ctantibus vteris non miserebuntur, & super filios non par-

a ❡ Suscitatis Mœdis. b ❡ Mundus. c ❡ Olim.

b cat oculus eorum. [19] Et erit Babylon illa ciuitas gloriosa, in 11

a ❡ Quasi dæmoniorum. ❡ Transibit mundus & concupiscentia eius: Vidi cælum nouum & ter. no.

12 regnis inclyta, in superbia Chaldæorum subuersa: sicut 13 14

15 subuertit dominus Sodomam & Gomorrham. [20] Non habi- 16

❡ Vnquam. ❡ Vsque in finem.

17 tabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad gene-

a ❡ Quis videt eam desertam. b ❡ Christus. vnde Psalmus: Facite iter illi, &c. cælum cæli ad ori. ❡ Occidentalis qui ad finem tendunt: obliuiscens præterita, tendit in priora.

rationem & generationem. Nec ponet ibi tentoria Arabs, 18

a ❡ Fessi. ❡ Angeli qui præsunt humano generi. b ❡ In mundo scilicet. c ❡ Ne tradas bestiis animas confitentium.

c nec pastores requiescent ibi: [21] sed requiescent ibi bestiæ, & 19

a ❡ Vbi lætabantur. b ❡ Babyloniorum. c ❡ Fel draconum vinum eorum.

replebuntur domus eorum draconibus. Et habitabunt ibi 20

a ❡ Aues solitudinem amantes. à parte totum. b ❡ LXX. dæmones. ❡ Alias stabunt. c ❡ Adinuicem.

d struthiones, & pilosi saltabunt ibi: [22] & respondebunt ibi 21

e a ❡ Vox lamentabilis. b ❡ Quæ auditores ducunt ad mortem. c ❡ In quibus luxuriabantur. ❡ Vbi Deum maxime offenderunt.

22 23 f vlulæ in ædibus eius, & syrenes in delubris voluptatis. 24 g

NICOLAVS DE LIRA.

1 Occidetur, *A Mœdis & Persis.*
2 Et omnis qui superuenerit, *Vt Babylonios adiuuet.*
3 Cadet in gladio, *Aduersariorum.*
4 Infantes eorum, *Scilicet Babyloniorum.*
5 Allidentur, *Contra parietes.*
6 In oculis eorum, *Quod videre est grauissimum.*
7 Diripient. domus eorum, *Id est, opes & vtensilia domorum.*
8 Ecce ego. *Hic describitur afflictio Babyloniorum ex persequentium ferocitate, cùm dicitur,* Ecce ego susci. super eos, *id est Babylonios.*
9 Mœdos, qui arg. no. q. *Ita quod præ desiderio occidendi, retardabuntur prædari, ideo subditur.*
10 Sed sagittis paruulos. *Et tamen talibus personis ad se defendendum inualidis solet parci in bellis: & per hoc arguitur maior crudelitas contra viros defendere se potentes.*
11 Et erit. *Hic post occisionem Babyloniorum describitur ciuitatis destructio totalis absque spe reædificationis, cum dicitur:* Et erit Ba. &c. *Quia de ea gloriabuntur Babylonij propter murorum fortitudinem & populi multitudinem.*
12 In regnis inclyta. *Id est, nominata propter nobilitatem suam in omnibus regnis.*
13 In superbia Chaldæorum. *Quia de ipsa se iactabant.*
14 Subuersa, *id est, destructa, & deiecta à statu suo.*
15 Sicut subuer. &c. *id est, irreparabiliter. ideo subditur:*
16 Non habitabitur, *Ab hominibus.*
17 Et non fundabitur. *Ad sui reædificationem.*
18 Nec ponet ibi, &c. *Arabes tunc temporis habitabant in tabernaculis, frequenter mutantes loca pro pastu animalium, per hoc ergo quod dicit,* Nec ponet, &c. *designatur destructio Babylonis totaliter, quia sicut erit inepta habitationi hominum, ita & pascuis domesticorum animalium, ideo subditur:*

Totalis euersio Babylonis.

19 Sed requiescent ibi be. *Scilicet feroces & venenosa, & etiam monstruosa, ideo subditur:*
20 Et replebuntur, &c. & hab. ibi struthiones. *Aues sunt magnæ solitudinem amantes.*
21 Et pilosi saltabunt. *id est, vulpes & lupi, vt dicunt aliqui. Alij verò dicunt quod pilosi hic accipiuntur pro quibusdam animalibus monstruosis, quæ in parte habent effigiem hominis, & in parte bestiæ. Alij verò dicunt, quod pilosi hic accipiuntur pro hominibus syluestribus, quibus multitudo & magnitudo pilorum est pro indumentis. Alij verò dicunt, quod pilosi hic accipiuntur pro dæmonibus incubis. Sed istud non est verisimile, cum locus ille sit inhabitabilis natura humana vt prædictum est, dæmones autem non habitant inter bestias, quæ peccare non possunt, sed inter homines eos ad peccatum pertrahere nitentes.*

Pilosi qui hic dicantur.

22 Et respon. ibi vlulæ. *Aues sunt magnitudinis coruinæ, sed maculis resperſæ, quæ fixo in paludè rostro strident horrenda. ideo dicuntur vlulæ, ab vlulatu dictæ.*

Vlulæ.

23 Et syrenes. *Dicit Hier. quod sunt serpentes alati & cristati. Alij verò dicunt, quod pisces marini, in forma muliebri in parte superiori apparentes. Sed quicquid sit de talibus piscibus, tamen non accipiuntur hic syrenes pro eis, quia si sint tales pisces, habitant in mari, & non in ciuitatibus destructis.*

Syrenes.

24 In delubris voluptatis, *In templis idolorum, in quibus Gentiles exercebant voluptatem carnis, vt in templo Priapi & Veneris.*

18 Nec

MORALITER.

† Augetur pœna damnatorum propterea quod habeat socios in pœnis.

1 *Occidetur.* Morte gehennæ.
4 *Infantes eorum, &c.* id est, imitatores paternorum scelerum cum eis cruciabuntur: quod erit ad aggrauationem pœnæ ipsorum: propter quod diues epulo petebat, vt fratres sui non venirent cum eo ad locum tormentorum, Luc. 16. g.

8 Ecce

8 *Ecce ego susci.* id est, dæmones qui non curant de bonis temporalibus, sed tantum de animabus.
11 *Et erit Babyl.* Cuius gloria est quasi momentanea in hoc mundo, erit subuersa in inferno.
16 *Non habitabitur vsque in finem,* Id est, à pœnis non liberabitur, sed erit cum dæmonibus. ideo sequitur:

ADDI-

ADDITIO.

In cap. 13. vbi dicitur in postil. Et pilosi saltabunt ibi, *id est, vulpes & lupi.*

In Hebr. ponitur quædam dictio quæ sonat שְׂעִירִים *seirim, quod est plurale huius nominis* שָׂעִיר *Seir, & habet multiplicem significationem. Vno modo significat pilosam. vnde Gen. 27. de Esau qui erat vir pilosus, in Hebr. dicitur Seir, Alio modo significat idem quod hircus caprarum. vnde Leuit. 16. b. vbi dicitur:* Et à multitudine filiorum Israel accipiet duos hircos. *vbi in Hebræo habetur Seirim, Alio modo significat dæmonem. Leuit. 17. b. vbi dicitur:* Non immolabunt vltra victimas dæmonibus, *in Heb. dicitur Seirim. In hoc verò loco dicitur:* Seirim saltabunt ibi, *quia secundum translationem LXX. interpretum intelliguntur tertio modo, s. dæmones idem secundum translationem Chaldaicam, idem etiam secundum omnes expositores Hebræorum. Nec obstat quod obiicit postillator dicens, quod cum ille locus sit inhabitabilis natura humana, dæmones non habitarent ibi, &c. Nam licet ciuitas Babyloniæ fuerit pœnitus destructa, prout habetur in hoc cap. terra tamen Sennaar vbi sita erat Babylon, non legitur hic destruenda, imò fuit habitata à multis hominibus specialiter à Iudæis, qui remanserunt ibi post captiuitatem Babylonicam, & etiam qui ibi redierunt post passionem Christi, & ibidem fabricauerunt illud opus catholicæ fidei inimicum. s. Thalmud Babylonicũ, prout plenius domino concedente declarabitur, Zach. 5. vbi de hoc ad literam agitur. Et quia illud opus fuit maximè diabolicum, ideo congruè dicit propheta, quod in illa regione Babylonis dæmones saltabunt. s. procurantes fieri illud pernitiosum opus.*

De vocibus Seir, & Seirim.

Thalmud vbi sit confectum?

REPLICA. In c. 3. pilosus exponit Burg. saltantes in terra Sennaar pro dæmonibus habitantibus ibi: vbi, vt dicit, fabricatum est opus diabolicum Thalmud Babylonicum, transeat illud contra Iudæos.

CAP. XIV.

a *Prope est vt veniat tempus.*

A ALLEGO. Tempus incarnationis: Sic enim misertus dominus Iacob, i. noui populi. de Israel elegit Apostolos & alios quos requiescere fecit super humum suam, id est, ecclesiam.

Tempus Incarnationis.

b *Iacob.* Nota proprietatem verborum. Iacob qui adhuc in lucta est, miseretur: Israel qui post victoriam nomen accepit, elegit.

B c *Adiungetur aduena, &c.*

†† HIERON. Multos de diuersis gentibus cum populo Iudæorum Ierosolymam venisse coniicimus, credentes Deo Israel, & errorum idola relinquentes. Quod autem reducti sint ad literas regis, & acceperint munera & impensas templi, nulla dubitatio est. In hoc solum arctari videntur intelligentia, quomodo possederit C Israel in terra domini victores quondam suos, & subiecerint exactores, seruosque eos habuerint, & ancillas.

† TERTVLLIAN. l. 3. aduersus Martionem. Isaias ipsos quoq; proselytos ait per Christum accessuros ad Deum & nationes, quod sumus nos.

d *Seruos & ancillas.* Legi obedientes de vtroque sexu: vel in tantum exaltati sunt, vt post captiuitatem, de gentibus seruos & ancillas haberent, secundum Hebræos. D

e *Et erunt capientes eos, &c.*

† HIERONYMVS. Locum istum Iudæi interpretãtur carnaliter, quod postquam reuersi sunt de Babylone, factum esse dicere non potuerunt. Neque enim Babylonij seruierunt eis, qui eos prius ceperant: neque victis Babyloniis domus eorum possederunt, neque habuerunt eos in seruos & ancillas.

Numquam Babylonij Hebræis seruierunt.

E f *Quomodo, &c.* Admirando quomodo vastator terrarũ & tributis cuncta opprimens sit contritus, & ad nihilum redactus. Et posũt hæc in persona electorũ in die iudicij de diabolo legi, vel de Nabuchodonosor, vt fabulantur Hebræi: *Quomodo.* A domo Dei iudiciũ incipit, vnde: *A sanctis meis incipite.* Pro diuersitate enim peccati disponitur ordo iudicij, vt qui minus deliquerunt, ante purgentur: nouissima autem inimica destruetur mors. F

Ezech. 9. a. 1. Cor. 15. d.

† ATHAN. l. de cruce & passione. Postquam tu domine ab illo extorsisti chirographum quod erat contra nos, idque affixisti cruci, omnes sathanæ insultant, dicentes. Quomodo cohibitus est exactor, coercitus ille qui instabat?

Sancti Satanæ insultantes.

C A P. XIV.

a ¶ Deo cui omnia præsentia sunt.
b ¶ Quasi hoc cito.
a ¶ Captiuitatis, vel ruina hæreticorum.
a ¶ Deserta Babylonia.
¶ Primo anno Cyri, qui Iudæos captiuos soluit de captiuitate Babylonis.
a ¶ Eorum qui supplantant vitia.
a ¶ Apostolos videntes Deum mente.
¶ Eos qui redierant cum Zorobabel & aliis ducibus.
a ¶ Ecclesiam. ¶ Terram viuentium. b ¶ Gentilis. c ¶ Qui redierunt. ¶ Electos.
a ¶ Fide. b ¶ Affectu, non captiuitate. c ¶ Reuertentes.
a ¶ Gentiles. b ¶ Aduenas. c ¶ Ecclesiam Ierusalem.
d ¶ Prodest malis seruire bonis, vnde Esau dicitur, Fratri tuo seruies.
a ¶ Vinculis fidei, vel in tempore Asllueri, vel Holofernis.
a ¶ Sophismatibus. b ¶ Pœnitentiæ seruituti. c ¶ Qui omnia lucri causa faciunt.
¶ O Israel & Iacob. ¶ Ecclesia.
a ¶ Quo contra hæreticos, vel quoslibet alios compugnasti.
b ¶ A violentia qua tractus es in captiuitatem. c ¶ Falsi dogmatis. ¶ Chaldæorum.
a ¶ Hoc erit. b ¶ Non simpliciter historiam. ¶ Sermonem hæreticorum.
a ¶ Erroris vel confusionis.

[1] Prope est ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. [2] Miserebitur enim dominus Iacob, [3] & eliget adhuc de Israel, [4] & requiescere eos faciet super humum suam. [5] Adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. [2] Et tenebunt eos populi, [7] & adducent eos in locum suum. [8] Et possidebit eos domus Israel super terram domini [9] in seruos & ancillas: [6] & erunt capientes eos qui se ceperãt, [10] & subiicient exactores suos. [3] [11] Et erit † in die illa cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, [12] [13] & à concussione tua, & à seruitute [14] dura qua ante seruisti, [4] [15] sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: [16] Quomodo

Ex-

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XIV.

1 PRope est. *Hic consequenter propheta denuntiat Iudæorum consolationem. Circa quod primò nuntiatur eorum liberatio de captiuitate Babylonica; secundò contra hostes insultatio, ibi:* Et erit, *tertio insultationis confirmatio ibi:* Non vocabitur, *Circa primũ dicit.*

1 Prope est vt ven. tempus, *liberationis Iudæorum de Babylone, quæ facta est in principio regni Cyri, vt patet Esdr. 1. Sed quia hoc fuit Cyro inspiratum à Deo, vt ibidem dicitur:* Suscitauit dominus spiritum Cyri regis Persa. *ideo subditur:*

2 Miserebitur, *i. populi regni Iudæ descendentis à Iacob.*

3 Et eliget adhuc. *Paucos de regno Israel cum Zorobabel reducendo. Capta enim Samaria, & translato inde populo per Salmanasar, aliqui euadentes manum eius intrauerunt regnum Iuda ibidem habitantes vsque ad captiuitatem Babylonis: & sic cum illis de regno Iudæ fuerunt captiuati, & cum redeuntibus de captiuitate redierunt.*

Reliquiæ de Israel quæ aggregatæ sunt ad domum Dauid.

4 Et requie. eos. *Tempore Zorobabel, Esdræ, Nehemiæ & Machabæorum.*

5 Adiungetur. *Quia aliqui de Gentilibus conuertebantur ad Iudaismum per vnius Dei cultum & isti dicebantur aduenæ.*

6 Et erunt ca. *i. dabunt eis in via securitatem.* 7 Et addu. *Quia Cyrus dedit eis conductum.* 8 Et possidebit eos. *In Iudæa quæ erat diuino cultui deputata.* 9 In seruos. *Hoc dicitur quantum ad pauperes Gentiles: qui iuncti sunt eis ad seruiendum.*

10 Et erunt ca. *Hoc fuit impletum tempore Machabæorum, qui regnum Iudææ recuperauerunt à Græcis, multis eorum occisis & captis, & aliquibus eorum in seruitutem redactis, vt patet 1. Machab. & 2.*

Remissio captiuitatis Hebræorũ.

11 Et erit. *Hic consequenter ponitur insultatio contra hostes, & primò insultatio viuorum & secundò mortuorum, ibi:* Infernus. *Circa primum dicitur,* Et erit in die il. *i. tempore reductionis captiuitatis Babylonicæ.*

12 Cum requiem dederit. *s. itineris quando ductus fuisti in Babylonem.*

13 Et à con. *Quia captiui ducuntur impellendo & concutiendo.*

14 Et à ser. *s. in Babylone.* 15. Sumes par. istam. *Quæ sequitur contra regem Babylonis. Et dicit regem indefinitè, quia aliqua de his quæ sequuntur verificantur de vno rege, & aliqua de altero.*

16 Quomodo ces. *Quia rex Babylonis per violentiam bona aliorum rapiebat.*

Quie-

MORALITER.

† 1 *Prope.* Sicut dies iudicij erit tristabilis reprobis, sic erit consolabilis electis, propter quod saluator loquens de signis præcedentibus, dicit Apostolis, Luc. 21. e. *His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra,* i. exhilarate corda, vt exponit beatus Gregor. & hoc describitur in hoc ca. Moraliter intellecto. ideo subditur:

Dies iudicij, vt erit tristabilis reprobis, ita erit consolabilis electis.

2 *Miserebitur.* i. cuiuslibet, qui studet supplantare vitia: quia Iacob supplantator interpretatur. 4. *Et requie.* i. in terra viuentium, quæ debetur supplantatoribus vitiorum.

5 *Adiungetur.* Nam ex gentibus & Iudæis facta est vna ecclesia militans, & etiam triumphans. 7 *Et adducent.* Multi namque Iudæi conuersi sunt ad fidem per doctores ecclesiæ ex gentibus oriundos.

11 *Et erit.* Hic ponitur insultatio contra diabolum & eius exercitum: & primo ab electis cum dicitur:

† *In die illa,* Scilicet in beatitudine superna.

15 *Sumes par. istam.* id est, contra principem dæmonum.

16 *Quomodo.* Per pœnas corporales quæ hic exprimuntur, quæ

† non

a Exactor. HIERON. Al. 6. Qui exigit vsque ad nouissimum quadrantem à debitoribus suis, qui dicunt illud: *Dimitte nobis debita.* Huic traduntur debitores, huic tradidit Paulus Corinthum fornicantem.

Matth.5.d. Ibid.6.b. 1.Cor.5.b.

b Baculum. IBID. Vocat Nabuchodonosor vel diabolū, quia sicut per illum flagellātur à Deo impij, sic per hunc in pœnis inferni vel quotidie in peccato suggerendo, insidiando.

c Abietes quoque. IBID. Principes diuersarum gentium ab illo afflicti; Vel filij, quorum patres interfecit.

d Ex quo dorm. IBID. Quia victo forti & direptis vasis, eius satellites corruerunt: vnde, *Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.* Nota mortis mors dormitio dicitur.

Matt.25.d.

a ❡ Pœnarum, diabolus, vel tributorum, vel Nabuchodonosor. b ❡ Pecuniæ vel peccati. c ❡ Sic scilicet.

a cessauit exactor, quieuit tributum? [5] Contriuit dominus

a ❡ Diabolum vel Nabuchodonosor. b ❡ Qui nolunt sustinere iugum leue.

b baculum impiorum, virgam dominantium, [6] cædentē populos

a ❡ Sua, vel domini. b ❡ Morte æterna. c ❡ Hier. Quia vult occidere, non emendare.

pulos in indignatione plaga insanabili, subiicientem

a ❡ Hoc contrito. ❡ A labore.

in furore gentes, persequentem crudeliter. [7] Conquieuit

a ❡ A fletu. b ❡ Quæ seditione plena erat. c ❡ In damnatione eius. d ❡ Lætabitur iustus cum viderit vin. &c. e ❡ In domini virtute sublimes.

c & siluit omnis terra, gauisa est & exultabit: [8] abietes quo-

a ❡ O diabole, vel Nabuchodonosor. b ❡ Dicentes. c ❡ Somno mortis.

d que lætatæ sunt super tē, & cedri Libani. Ex quo dormisti,

a ❡ Occidat. b ❡ Pœnalis locus, vel diabolus, qui præpositus est inferis.

e non ascendit qui succidat nos. [9] Infernus subter te con-

a ❡ In amaritudinem versus. ❡ Conturbari potuit. b ❡ Nabuchodonosor.

f turbatus est, in occursum aduentus tui, suscitabit tibi gi-

a ❡ Animæ eorum quos interfecerat.

b ❡ In aduentu principis, vt eius pœnam mirentur, cuius honorabant potentiam. ❡ Consolati in pœnis eius.

g gantes. Omnes principes terræ surrexerunt de soliis suis:

❡ Etiam. ❡ Surrexerunt.

omnes principes nationū. [10] Vniuersi respondebūt, & dicēt

a ❡ O Nabuchodonosor. ❡ Morte æterna. ❡ Vel vi.

b ❡ Hier. Vt quos in terra fecerat dignitas, apud inferos societ pœna. c ❡ Quos occidisti.

h tibi: Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es.

❡ Quia. a ❡ Quia subiectis gentibus lætabaris. ❡ Morte. b ❡ Mortuum peccatis.

[11] Detracta est ad inferos superbia tua: cōcidit cadauer tuū.

Sub terra enim est infernus, in quo visus est diues ille à Lazaro. vnde dominus vinctos suos eruit, vinctum diabolum dimisit.

Infernus vbi sit. Luc.16.f. Zach.9.c.

†† IBID. Possumus infernum occurrentem dicere, & eum angelum, qui inferis pœnis præpositus est, qui suscitauit omnes gigantes, pro quo alij Raphaim, alij Titanas transtulerunt: Gigantes autem vocantur iuxta ethnicorum consuetudinem, qui eos terrigenas existimant, quos terra genuit. Nos autem Gigantes (iuxta Græci sermonis etymologiam) eos appellare possumus, qui terrenis operibus seruierunt.

Gigantes.

g Omnes principes. IBID. Etsi hæc facta non sunt, tamen fieri potuerunt. Solatium est malorum inimicos habere socios pœnarum.

e Qui succidat. IBID. vnde Psal. *Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei.* Has aliquando peccantes tradit dominus supplicio conterendas: Vnde dicitur, *Conteret dominus cedros Libani.*

Psal.79.b. Psal.28.a.

f Infernus. IBID. Habitatores vel principes eius inferni subter te. Sub

h Vulneratus es. IBID. Qui immortalis & Deus videbaris. Nos pro imbecillitate sensuum putabamus non posse resistere potentiæ Dei, & te solum in altitudine tua permanere.

a Subter

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quieuit tributum? *quod imposuerat super alias gentes & regna: & hoc fuit potissimè tempore Nabuchodonosor, qui fuit potentissimus inter reges Babylonis.*

2 Contriuit dominus baculum, *id est virtutem.*

3 Impiorum, *id est Babyloniorum. Et hoc fuit impletum in Balthasar, quem dominus per Cyrum & Darium expugnauit & occidit, Daniel 5.*

4 Virgam dominantium, *id est sceptrum Babyloniorum, qui dominabantur multis gentibus.*

5 Cædentem populos, *id est superbè.*

6 Plaga insanabili, *quia non poterant eis resistere.*

7 Subiicientem in furore gentes, *quia victoriis sibi à Deo concessis abutebantur in crudelitate nimia.*

8 Conquieuit & siluit omnis terra, *id est, habitatores omnis terræ habitauerunt in pace, regno Babylonis deiecto.*

9 Gauisa est, *in corde,* Et exultauit, *in signo exteriori: Exultatio enim dicitur quasi extra saltatio.*

10 Abietes quoque, *id est, principes magni terræ.*

11 Lætatæ sunt super te, *id est ex tua deiectione, dicentes,*

12 Ex quo dormisti, *somno mortis.*

13 Non ascendit qui succidat nos, *id est, impugnet: prosequitur enim parabolam de arboribus magnis principes significantibus, vt dictum est.*

14 Infernus. *Hic consequenter ponitur insultatio mortuorum: Et primò contra animam; secundo quantum ad corporis sepulturam, ibi,* Omnes reges, *aliàs principes. Prima in duas, quia primo ponitur insultatio contra regem Babylonis; secundo occasione huius fit transitus ad casum dæmonis, ibi,* Quomodo corruisti, *aliàs cecidisti. Circa primum sciendum, quod Hebr. & aliqui expositores catholici, exponunt locum istum de anima Nabuchodonosor descendente ad pœnas damnatorum. Sed saluo meliori iudicio, istud non videtur mihi conuenienter dictum: quia Daniel 3. Nabuchodonosor reuersus de amentia videtur ex tunc vixisse in confessione laudis diuinæ: vnde ibidem dicitur,* Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi, &c. *& postea subditur in fine capitis.* Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo & glorifico & magnifico regem cæli: quia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare; *& sic videtur vitam suam in bono terminasse, quia vlterius non fit mentio de recidiuo ad malum; vnde & in decretis 23. q. 4. cap. Nabuchodonosor, dicitur, quod fecit pœnitentiam fructuosam. Et ideo dicendum est, quod hoc refertur ad Balthasar nepotem suum, qui in contemptum Dei fecit apportari vasa consecrata diuino cultui, & bibit in eis, & principes eius, vxores & concubinæ: propter quod interfectus fuit eadem nocte, Daniel quinto. & secundum hoc dicitur:* Infernus, *id est diabolus qui præest inferno.*

Diuisio. Nabuchodonosor pœnituit. Balthasar damnatur.

15 Subter te. *quia infernus dicitur esse in terra profundo.*

16 Conturbatus est, in occursum aduentus tui, *id est, commotus & intentus, eo modo loquendi quo communiter dicitur, quando aliquis magnus & pessimus homo moritur, quod dæmones sunt multum occupati circa receptionem & deductionem animæ eius; prophetæ enim aliquando vtebantur modis istis communibus loquendi.*

17 Suscitabit tibi gigantes, *id est animas gigantum in inferno existentes, qui fuerunt mali homines, Genesis sexto ad insultandum tibi.*

18 Omnes principes terræ, *scilicet defuncti.*

19 Surrexerunt de soliis suis, *id est, de locis in inferno sibi deputatis: & eodem modo exponitur quod subditur,* Omnes principes nationum.

20 Et dicent tibi, *insultando.*

21 Et tu vulneratus, *id est, deiectus in infernum ab honore tuo mundano.*

22 Concidit cadauer tuum, *per mortem corporis.*

1 Subter

MORALITER.

† non habent locum in dæmonibus, signantur pœnæ spirituales, maiores, quæ sunt in dæmonibus corpora non habentibus, affliguntur tamen ab igne corporali. Et quoniam sancti in punitione malorum ex diuina iustitia lætantur (sicut dicitur Psalm. 57.b. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam*) & hæc lætitia designatur cum dicitur, *Sumes*; Consequenter ponitur insultatio damnatorum contra principem inferni, & eius exercitum, de augmentatione pœnæ dæmonum, eo quod induxerunt damnatos ad peccatum, sicut angelorum gloria crescit de saluatis per ministerium eorum: & hæc insultatio damnatorum designatur cum dicitur, *Infernus sub. &c.*

Pœnæ dæmonum. Insultatio damnatorum cōtra principem inferni & exercitum eius.

a *Subter.* HIERON. l.6. Putredo tinea & operimentum vermium, pœnæ æternæ sunt quas propria genuit conscientia. Vel, suppliciorum materia, quæ ex propriis peccatis nascitur. Sicut enim quamdiu humor est in cadauere, vermes nascuntur ex putredine: sic ex ipsa materia peccatorum gignũtur supplicia. Requies diaboli, lectulus tentationis, qui dicebat Christo: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.*

Pœna peccati.

Matth. 4. g.

† EVSEBIVS libr. 10. de demonst. cap. vltim. Credibile est Christum cruci affixum vidisse infernas belluas formidabiles, de quibus Isaias ad eum, qui de cælo ceciderat, Luciferum, sermonem intendens, ita loquebatur, *Infernus subter te conturbatus est in occursum tui, suscitati sunt tibi omnes gygantes.* Hæc itaque omnia conspiciẽs suum extrinsecus cruci affixum corpus in orbem cingentia, seque aduersus ipsum comparantia, multitudinem eorum collectam describit, sic dicens: *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.* Etenim dum animam humanam, & cæteris similem putabant, aperuerant os suum: vt quemadmodum alias hominum animas consueuerant, ita hanc deuorarent.

Quomodo Christus crucifixus spem dæmonum eluserit?

Psal. 21.

a ❡ Omnis pœna diabolis requies, per contrarium, erit.
b ❡ Qui super regum pectora recumbebas. c ❡ Cum prius, pallia auro gemmisque distincta.
❡ Per tineam & vermes, inferni tormenta designat.

a Subter te sternetur tinea, & operimẽtum tuum erunt vermes. [12] Quomodo cecidisti de cælo

a ❡ De solio potentiæ.
a ❡ Nabuchodonosor aliis regibus gloriosior, vt Lucifer stellis splendidior.
b ❡ Factus hesperus modo occidens.

b Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram qui vulnerabas gentes, [13] qui dicebas in

a ❡ Ante casum vel post.
a ❡ Cum subiecerim mihi terram, quid restat nisi vt in cælum conscendam?
b ❡ Non infra. ❡ Quæ non ceciderunt.
❡ Id est, Iudæos, qui & astra cæli, Dei cognitione fulgentes.

c corde tuo: In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. [14] Ascen-

a ❡ Ecclesia. Non potest abscondi ciuitas supra montem posita.
❡ Sion, vbi templum, in quo est testamentum, quod est in latere aquilonis.
a ❡ In firmamento erat, in cælum vbi est domini solium cupiebat ascendere.
b ❡ Diabolorum.

e dam super altitudinem nubium, similis ero altissimo: [15] Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum laci. [16] Qui te vide-

a ❡ Vt, sicut ille, prophetas & apostolos habeam. b ❡ Nabuchodonosor vel diabole.
❡ Qui se exaltat humiliabitur. ❡ A tanta altitudine.
a ❡ In pœnis.

ex luce? Quod autem apostata sit iste, id est, refuga, etiam Dominus in Iob ita dicit, *Educes draconem in hamo apostatam*, id est, refugam. Certum est autem quia draco ipse diabolus intelligitur. Si ergo contrariæ virtutes refugæ nominantur, immaculatæ fuisse aliquando dicuntur. Immaculatum autem esse, præter patrem & filium & spiritum sanctum nulli substantialiter inest, sed sanctitas in omni creatura accidens est; quod autem accidit decidere potest.

Sanctitas in Deo est substantialiter.

c *In cælum conscendam.* HIER. vbi supr. In firmamento erat, in cælum vbi est domini solium cupiebat ascendere. Hæc omnia ad hæreticos, sunt referenda, qui cum deorsum sint, cum principe suo, iactant se excelsos esse.

Luciferiana superbia hæreticorũ.

d *In lateribus aquilonis.* vnde: Ab aquilone exardescunt mala, & succenditur olla Ieremiæ. De quo: *Dicam aquiloni da*: Id est, redde captiuos.

Ierem. 1. c. Isaiæ 43. a. Ibidem.

e *Nubium.* IBID. id est prophetarum, de quibus: *Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Et veritas tua vsque ad nubes.* Iudas nubes fuit cum aliis apostolis, sed vitio suo diabolum ascensorem suscepit.

Psal. 35. b.

f *Verumtamen ad infernum detraheris.* IBID. Qui per virtutes potuisti ascendere, per vitia cades. Sancti habent pennas columbæ & aquilæ, vt volent & requiescant: Impij quasi plumbum merguntur *in aquis vehementibus, & descendunt in profundum quasi lapis.* Iniquitas sedet super talentum plumbi.

Zachar. 5.

g *Detraheris.* HIER. l.6. Inuitus; Christus descendit voluntarius.

h *Profundum.* IBID. Ad infimas & pessimas pœnas. Quanto enim gradus altior, tanto casus grauior.

i *Laci.* IBID. Id est inferni, vnde: *Cum descendentibus in lacum factus sum, &c.* & posuerunt me in lacu nouissimo. Sicut lacus aquas, sic infernus animas suscipit: & ad quem Banaias descendit tempore niuis, & leonem interfecit. Hæretici relinquunt fontem aquæ viuæ, & fodiunt sibi lacus contritos, qui aquam non valent continere: Vnde, sicut refrigerat lacus aquas, sic malitia habentes se, qui nec calidi nec frigidi sunt, id est nec credunt, nec omnino

Contra tepidos.

b *Qui mane ori.* HIER. vbi sup. Hi sunt falsi apostoli, operarij mendaces, qui transfigurãtur in apostolos Christi, qui loliũ superseminant dormientibus prælatis, & nolentibus, vel non valentibus resistere.

Pseudoapostoli seu hæretici.

Matth. 13. d.

ALLE. *Lucifer qui mane orie.* Diabolus in exordio mundi creatus, vel inter angelos gloriosus, sed corruit secundum illud, *Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem*, qui prius cogitabat: *In cælum conscendam, super astra cæ. ad solium Dei* scilicet. Post lapsum quoque arrogat idem sibi. vnde & gloriatur ascendere super angelos in cælum, vel super nubes, corda scilicet electorum; & sedere in monte testamenti in ecclesia, & in lateribus aquilonis, in frigidis.

Luc. 10. c.

Angelus apostata.

† ORIGEN. l.1. periarch. ca.5. Manifestè ostenditur de cælo cecidisse is, qui prius erat, lucifer, & qui mane oriebatur. Si enim, vt quidam putant, aliqua natura tenebrarũ erat, quomodo ante fuisse lucifer dicitur? vel quomodo poterat oriri manè, qui nil in se habebat ex

Luciferum fuisse creatũ in gratia.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Subter te sternetur tinea, *quia cadauer hominis mortui vermificat circum circa. Aliqui tamen referunt hoc ad vermem conscientiæ, qui continuè remanet in damnatis. Si autem aliquis vellet exponere prædicta ad literam de anima Nabuchodonosor, dicendum esset, quòd ista prophetia Isaiæ non fuit prædestinationis, quæ semper impletur, sed comminationis, quæ aliquando non impletur, sicut Ionæ 3. b. dicitur,* Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur; *quæ tamen non fuit subuersa. Talis enim prophetia non denuntiatur prout est in diuina præsentia, quæ est immutabilis: sed secundum merita vel demerita hominum, quæ mutabilia sunt. Secundum enim demerita Niniuitarum Niniue erat subuertenda: sed quia egerunt pœnitentiam ad prædicationem Ionæ, non fuit impleta comminatio subuersionis dicta. Sic in proposito, Nabuchodonosor enim antequam propter peccata sua percuteretur amentia meruerat pœnam gehennæ, & quòd sibi fieret talis insultatio à damnatis: Verumtamen quia post amentiam recognouit Dei potentiam, & egit pœnitentiam fructuosam, vt dictum est supra, ideo pœna per Isaiam comminata non fuit impleta; Et licet sic posset dici, videtur tamen mihi, quòd prima expositio melior est, & magis consonat textui.*

De prophetiis prædestinationis & comminationis.

2 Quomodo cecidisti de cæ. *Hic consequenter occasione regis Babylonis agitur de casu dæmonis, secundum regulam exponendi sacram scripturam, quæ dicitur de diabolo & eius corpore, quam inter alias ponit Aug. 3. de doctrina Christiana, & Isid. de summo bono. 20. cap. Et illas ego posui in principio Gen. pro expositione totius sacræ scripturæ. Ista autem regula, quæ hic vtendum est, intelligitur per hoc quod diabolus est caput omnium iniquorum, secundum quod dicit Greg. hom. 10. Et ideo propter connexionem capitis ad membra, & econuerso, scriptura sacra aliquando sub vno contextu de vno transit ad aliud, & econuerso; & hoc modo Isaias hic loquens de rege Babylonis, qui erat diaboli membrum simpliciter, quantum ad ipsum Balthasar; & ad tempus quantum ad ipsum Nabuchodonosor: transit ad loquendum de dæmone dicens,* Quomodo cecidisti, de cælo, *scilicet empyreo.*

Regulæ exponendi Sacram Scripturã.

3 Lucifer. *Id est, pulchrior inter angelos, sicut Lucifer, quæ est stella matutina, pulchrior est inter stellas: ideo alio nomine vocatur Venus, à venustate.*

Lucifer cur sic dictus.

4 Qui mane oriebaris, *Quia inter creationem eius, quæ dicitur hic ortus, & lapsum, fuit tempus modicum.*

5 Corruisti in terram. *Quia proiectus fuit in hoc aere caliginoso.*

6 Qui vulnerabas gen. *Id est, angelos alios, quibus ipse fuit occasio cadendi. Angeli enim boni & mali frequenter apparuerunt in specie humana, & ideo nomine gentium, & hominum nominantur, sicut Act. 1. b. de duobus sanctis angelis dicitur,* Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, &c. *& de diabolo dicit saluator, Matt. 13. d.* Inimicus homo superseminauit zizaniam in medio tritici.

Angeli homines appellantur.

7 Qui dicebas in cor. tuo, *superbiendo.*

8 In cælum asc. *Id est super alios angelos. Sic enim voluit præesse aliis angelis indebitè, scilicet, vt sibi exhiberent honorem soli Deo debitum, & nulli subesse. non simpliciter, cum sciret se non posse esse absque Dei manutenentia, sed quantum ad regulam agendorum.*

9 Sedebo in monte te. *id est, in cælo empyreo, vnde procedunt omnia, quæ in terris fiunt, tanquam de aula summi imperatoris.*

10 In lateri. aqui. *Quia licet secundum Philosophum altitudo mundi sit in polo antarctico, tamen secundum apparentiam hominum est in polo opposito, scilicet arctico: quia iste polus est nobis semper manifestus, & super nostrum hemisphærium eleuatus, & circa ipsum videntur moueri stellæ: Polus autem antarcticus est semper nobis occultus. Vel aliter,* Sedebo in mon. te. *id est, super ecclesiam, quæ dicitur mons supr. ca. 2. & sic dicitur mons noui test. Super personas enim ecclesiasticas appetit diabolus maximè dominari,* In laterib. aqui. *id est, in cordibus frigidis ex defectu charitatis.*

Polus arcticus & antarcticus.

11 Ascendam su. al. nu. *id est angelorum, Qui dicuntur nubes metaphoricè propter velocitatem motus, sicut & supra dicuntur astra propter claritatem naturalis intellectus.*

12 Similis ero al. *Appetiit enim similitudinem diuinam, vt prædictum est.*

13 Ver. ad. in. *quia sicut culpa eius fuit grauior, ita pœna maior.*

14 Qui te viderint, *id est, angeli sancti, qui viderunt eum cadentem,*

☞ omnino non credunt, sed per teporem & simulationem fidei à domino reiiciuntur.

Matth.13.d. a *Est vir.* HIER. l.6. Non Deus; vnde, *Inimicus homo superseminauit zizaniam.*

b *Vrbes.* HIER. Ecclesias, vt faceret synagogas diaboli, & hæretica prauitate pollueret munditiam fidei.

c *Vinctis eius non.* IBID. Quos soluunt apostoli, imitatores magistri, qui ait, *Quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælis.* Soluunt autem sermone Dei, & testimonio scripturarum, & exhortatione virtutum. *Vinct. eius.* Immensa eius crudelitas designatur, qui non modò captiuos catenis onerabat, sed in tenebris recludebat, vt nec Euilmerodach filio suo aperiret. (Matt.18.c.)

d *Omnes reges.* HIERONYMVS IBID. Reges gentium, quibus Deus gentes crediderat gubernandas, qui concussi sunt à Nabuchodonosor, nec tamen subuersi: quorum non regnat peccatum, quia cor eorum in manu Dei erat, minimè corruerūt, quomodo enim Deus deorum Christus; sic Dominus dominantium, & rex regum. Hi requieuerūt in gloria sua; vnusquisque in domo sua, quia apud patrem diuersæ māsiones sunt, & pro varietate virtutum varietates mansionum; sed Nabuchodonosor, nec in morte quiescit à cruciatibus. (Apoc.19.c. Ioan.14.a.)

e *Tu au.* Videtur fabulæ consentire, qua dicunt Iudæi Nabuchodonosor in statū pristinū regressum Euilmerodach filium suum (qui eo interuallo septē annorum regnauit) in carcerem misisse, & eum ibi cum rege Ioachin in vita patris fuisse. Quo mortuo cum non auderet regnū suscipere, dicens, pater meus, quando vult, moritur & resurgit, consilio Ioacim. ccc. aues de diuersis partibus mundi exquisiuit, & corpus effossum in minutias discerpsit, & vnicuique partem alligauit. Dixit enim Ioachin, cum aues simul conuenerint hæ, reuiuiscet pater tuus. (De Nabuchodonosor in frusta conciso à filio.)

a ☙ Cordis intuitu. ☙ Humilitate.

rint, ad te inclinābuntur, teque prospi-

☙ Dicentes. a ☙ Dicens, Ero similis altissimo.

b ☙ Terrenos: quibus dicitur, Terra es, & in terram ibis.

a cient. Numquid iste est vir qui cōturbauit ter- (1, 2)

a ☙ Non subuertit, vnde, Mei autem pene moti sunt pedes, &c.

b ☙ Reges, quorum cor in manu Dei. c ☙ Virtutibus fugatis.

ram, qui concussit regna, [17] qui posuit orbē de- (3)

a ☙ Vitiis. b ☙ Quibus Christus dixit, Exite, & his, qui in tenebris sunt, reuelamini. vnde, Dirupisti vincula mea. Et alibi, Dominus soluit compeditos. ☙ Peccati.

b sertum, & vrbes eius destruxit, uinctis eius non (4, 5)

c d aperuit carcerem? [18] Omnes reges gentium vni- (6, 7)

a ☙ Quieuerunt. b ☙ Cælesti. c ☙ Quia.

uersi dormierunt in gloria, vnusquisque in (8)

a ☙ In domo patris mei man. mul. sunt. ☙ Dormiuit. ☙ Sepulchro. b ☙ Sepultura Nabuchodonosor. c ☙ q.d. Sepultis regibus, quos occidisti, tu insepultus abiicieris, vel, si omnes animæ aliquam requiem quandoque accipiant, tu numquam.

e domo sua, [19] tu autem proiectus es de sepulchro (9)

a ☙ Quæ in radice nascens, arbori affert sterilitatem, digna incendio.

b ☙ Sanguine occisorum. c ☙ Sanie eorum, qui scilicet, sunt inter.

tuo quasi stirps inutilis, pollutus & obuo- (10, 11)

a ☙ Tuo scilicet.

lutus cum his qui interfecti sunt gladio, & des- (12)

a ☙ Inferni. b ☙ Sed tu existens quasi cadauer.

f cenderunt ad fundamenta laci. Quasi cadauer (13)

a ☙ Quod omnes fugiunt. b ☙ Quia tu magister, illi discipuli: Cui plus creditur, plus exigetur ab eo. c ☙ Id est, non eris cum eis, quos occidisti, socius in sepultura.

g putridum [20] non habebis consortium, neque

☙ Hoc de diabolo, & Nabuchodonosor. b ☙ Non alienam tamen.

h cum eis in sepultura. Tu enim terram tuam di- (14)

a ☙ Etiam tuam, id est, terrenos homines. b ☙ Modo propheta in tertia persona loquitur de Nabuchodonosor. ☙ De diabolo potest etiam dici, Non vocabitur in æternum.

i k sperdidisti, tu populum tuum occidisti: non (15)

a ☙ Quia potentia istius omnino periit. b ☙ Dæmonum.

l vocabitur in æternum semen pessimorum.

f *Quasi cadauer.* HIER. vbi supr. Multitudine peccatorum *putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ.* virtus suauis odoris est: vnde, *Sicut vnguentū in capite, &c. odor tuus suauis, & facies tua speciosa.* (Psal.37.b. Ps.132.b.)

g *Consortium.* IBID. Scilicet sepulturæ. Altera est enim pœna auctoris, altera eius qui ab auctoritate compulsus: Hic est gladius quo vulnerati sunt plurimi, & interfecti: vnde, *Gladium suum vi. ar. su. teten.*

h *Tu enim terram.* IBID. quasi: In superbia tua regnum Chaldæorum destructum est, quod adhuc mansisset, si superbia tua non fuisset.

i *Populum.* IBID. Quem tibi Deus cōmiserat corrigendū & regendum: vnde audet dicere illud, *Hæc omnia mihi tradita sunt.* (Psal.7.c. Matt.11.d.)

k *Occidisti.* IBID. Non Deo reseruans viuos, sed pœnæ tuæ præparans socios.

l *Non vocabitur.* IBID. Ideo nō vocabitur, in æternū, quia ipse ☞ semen

NICOLAVS DE LIRA.

tem, & vident eius damnationem.

1 Ad te inclinabuntur, *per considerationem diuinæ iustitiæ, dicentes:*

2 Numquid iste est vir q. conturb. ter. *i. cælum empyreum, quod dicitur terra viuentium.*

3 Qui concussit regna, *id est ordines angelorum: quia de omnibus ordinibus aliqui ciciderunt cum eo. Angeli verò in scriptura dicuntur reges, quia per eos regitur tota corporalis creatura: & per consequens ordines angelorum dicuntur regna. Vel potest istud intelligi de terra habitationi hominum deputata, cuius pacem diabolus nititur perturbare, & frequenter perturbat.* (Diabolus pacis perturbator.)

4 Qui posuit orbem desertum, *quia ante mortem Christi omnes decedentes trahebat ad infernum.*

5 Et vrbes eius destruxit, *id est, loca diuini cultus, quæ frequenter destruxit à Deo permissus.*

6 Vinctis eius non aperuit carcerem, *id est, eos detinuit. Quòd autem inde aliqui sunt amoti in resurrectione Christi, fuit contra eius voluntatem. Aliqui verò expositores exponunt de rege Babylonis ad literam dicentes sic,* Quomodo cecidisti Lucifer, *id est, rex Babylonis gloriosior regibus aliis, sicut Lucifer aliis stellis;* Qui mane oriebaris, *quia licet regnum Babyloniæ fuit valde gloriosum, tamen in hac gloria durauit tempus modicum, quia primus rex gloriosus legitur fuisse Nabuchodonosor, cui successit Euilmerodach filius eius, & isti successit Balthasar eius filius, vt declaratum fuit diffusius, Dan. 2. & in isto defecit regnū Babyloniæ, & translatum fuit ad Medos, & Persas, Dan.5.* Corruisti in terram, *deiectus à regni dignitate,* Qui vulnerabas gentes, *ex nimia crudelitate,* Qui dicebas in corde tuo: In cælum ascendam, &c. *Opinio enim erat Gentilium, quòd post dignitatem regni in vita præsenti transferebantur ad cælum, secundum quod dicitur 2. Mach.11.e.* Patre nostro inter deos translato. Sedebo in monte testamenti, *i. super Ierusalem extendam regnum meum, sicut & factum est, quando cepit Sedeciam;* In lateribus aquilonis; *quia Ierusalem dicitur esse in latere aquilonari montis Sion.* Ascendam super altitudinem nubium, *id est, prophetarum:* Similis ero altissimo, *id est, monarcha in mundo, sicut ipse est in cælo.* Verumtamen ad infernum detraheris, *inuitus,* In profundum laci, *qui plus se exaltat per superbiam magis deiicitur per pœnam: quod impletum fuit in Balthasar, vt supra dictum est,* Qui te viderint, ad te inclinabantur: *quasi dicat, ita profundè deiicieris, quòd qui voluerit videre, oportebit se inclinare.* Numquid iste est qui conturbauit terram, *id est, habitatores terræ,* Qui concussit regna, *subiiciendo ea violenter suo imperio: Rex enim Babylonis multa regna imperio suo subiecit armorum violentia.* Qui posuit orbem desertum, *pro magna parte, interfectis incolis.* Et vrbes eius destruxit, *sicut patet de Ierusalem, & de multis aliis, quas destruxit rex Babylonis.* Vinctis eius, *id est, ab eo,* Non aperuit carcerem, *dimittendo eos, etiam post longam macerationem; & secundum istam expositionem litera ista dicitur de dæmone figuraliter tantum: Prima tamen expositio magis consonat dictis sanctorum.* (Ad tempus modicum durauit regnum Babiloniæ in gloria. Quod prius exposuerat de Lucifero hic exponit de rege Babylonis.)

7 Omnes reges. *Hic consequenter ponitur insultatio contra regem Babylonis quantum ad sepulturam. Et intelligatur pars ista de Nabuchodonosor, de quo dicunt Hebræi, quòd ipso mortuo Euilmerodach filius eius, quem incarcerauerat propter mala, quæ tempore amentiæ patris fecerat, timens ne resurgeret à morte, sicut redierat de amentia, de consilio Ioachin fecit eum de sepulchro extra trahi, & particulatim etiam diuidi, & vulturibus dari, vt sic ipsis auolantibus, partes non possent iterum congregari: secundum hoc dicitur,* Omnes reges gentium vniuersi dormier. *somno mortis.* (Euilmerodach quomodo patris sui Nabuchodonosor sepulturam violauerit.)

8 In gloria, *id est, honorificè sepulti.*

9 Tu autem proiectus, &c. *Modo prædicto.*

10 Quasi stirps inutilis, *Quæ ad nihilum est vtilis.*

11 Pollutus, *s. sanie: quia cadauera sic extracta sanie sunt polluta.*

12 Cum his qui, &c. *quorum cadauera remanent insepulta, & sic à bestiis & auibus deuorantur.*

13 Et descenderunt ad fundamenta laci, *quia carnibus deuoratis ossa remanentia per inundantiam pluuiarum trahuntur ad lacus, & paludes, descendunt ad fundum. Cætera patent ex dictis.*

14 Tu enim. *Posita insultatione contra regem Babylonis, hic consequenter ponitur insultationis confirmatio, per hoc quòd denuntiatur terminatio regni: & primò confirmatur verbo; secundò exemplo, ibi,* Iurauit dominus. *Circa primum dicitur,* Tu enim terram dis. *id est eius perditionem meruisti. Et similiter exponitur quod subditur:* Tu populum tuum, &c. (Diuisio.)

15 Non vocabitur, &c. semen pessimorum, *scilicet regnum Babylonicum, saltem quantum ad progeniem Nabuchodonosor: ideo subditur.*

semen pessimorum est. Non quod semen malum sit per se, Deus enim fecit omnia bona: Sed ab his, qui voluntate pessimi sunt, ortum est semen malum, quod voluntate, non natura fit; vnde, *Semen Chanaan, & non Iuda.* De bonis dicitur: *Per euangelium ego vos genui.* Omnes concordant historiæ, quòd occiso Balthasar, nullus postea de progenie Nabuchodonosor, regnauit: Deleta est omnis progenies, pro superbia & impietate patris.

Semen pessimorum. Gen.1.d. Dan.13. 1.Cor.4.d.

† BASILIVS. Malorum operum abolitio hic accipitur, per filiorum iugulationem, vt non mediocrè vtilitatem eius, qui genuit, patris. Hoc igitur loco tropologia in se complectitur amorem erga homines latentem multos, dum iubet semini nequam, quatenus fieri potest, vt se alleuet, excusso graui onere vitiorum suorum. Qui enim se informarint ad similitudinem maligni patris, suntque effecti filij nequitiæ, par est, vt omnem eam animæ suæ propaginem trucident, nempe peccata.

Vitia radicitus euellenda.

a *Iniqui.* HIERON.lib.6.in Isa. LXX. Pro iniquitate patris tui. Quod quidam non intelligentes, draconē, qui regnat in mari, quem Leuiathan appellant, Hebræi, volunt esse patrē diaboli, secundum illud: *Quia mendax est & pater eius,* quod malè intelligendo deprauant.

Ioan.8.f.

b *Et ponam.* IBID. Nihil est in ea, nisi venatio regia: & coctilibus muris post annos plurimos refectis inclusa.

c *In poss. hericij.* IBID. Mundus quoque ab hericio & paludibus possidetur modo: id est, ab immundis spiritibus; sed in fine mundi scopabit, id est, purgabit eum dominus igne purgatorio.

Ignis conflagrationis mundi.

d *Iurauit dominus.* IBID. Hucusque

---

[21] Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum. Non consurgent, nec hereditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum, [22] & consurgam super eos dicit dominus exercituum, & perdam Babylonis nomen & reliquias, & germen & progeniem, dicit dominus. [23] Et ponam eam in possessionem hericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit dominus exercituum. [24] Iurauit dominus exercituum dicens: Si non vt putaui, ita erit: & quomodo mente tractaui, [25] sic eueniet, ut conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur. [26] Hoc consilium quod cogitaui super omnē terram, & hæc est manus extēta super vniuersas gētes. [27] Dominus enim exercituū decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta: & quis auertet eam? [28] In anno quo mortuus est rex Achaz

(Interlinear glosses:) a Et ideo. b Cogitationes, opera mala ex impiis patribus nata. c Nabuchodonosor. Pro. — a q.d. occidentur ne consurgant vltra. In regnum. — a Patris. Sanctorum. — a Domini. Nisi dominus custodierit ciuitatem. Pro quia. b Non est perfecta hominis victoria. In Cyro & Dario. c Filios scilicet Nabuchodonosor. — a Vt non nominetur domina regnorum. — a Filios scilicet. b Ne vltra pullulent in vrbibus domini. a Non contentus his. — a Hic etiam cætera monstra intellige. b Quibus circundantur diuites. c Similitudo, vt omnes quasi sordes auferantur. — a Vt pereant Babylonia semina. Vt nihil remaneat nisi hericius. — a In mobilite statuit. q.d. his peractis iuramentum domini complebitur. — a q.d. Non aliter poteſt fieri. Aposiopesis: q.d. Non credideritis mihi: si hoc non fecero. b Vel statui. — a Scilicet &c. b Contrariam fortitudinem. — a Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes. — a Sanctis. Iudæis. b Afflictionis, graue. — a Assyriorum & Sennacherib vel diaboli. b Ne seruiant amplius. — a Si non vt putaui. &c. b Ad protegendam omnem terram. — a Id est, Sennacherib: vel manus, scilicet mea, est extenta ad protegendum, omnem gentem. — a Quasi dicat Propheta, & hoc mutari non potest. b Quasi dicat: Nullus. — a Decretum eius. b Ad percutiendum. Nemo. — a Impius. Contentio vel possessio.

---

usque de Babylone & regibus eius & populis, nunc de Sennacherib, & quæ tunc imminebant super Assyrios, qui Samariam Iudæamque vastauerunt præter Ierusalem & in superbiam contra Deum elati. Vnde vna nocte 185. millia de eis ab angelo sunt percussa. Et hoc in terra Iuda & in montibus eius sicut dominus prædixerat.

4.Reg.19.g.

e *In montibus.* IBID. Nota proprietatem, in terra conteritur, in montibus ab ipso domino conculcatur. Cùm enim omnes inimici positi fuerint sub pedibus Christi, *vt nouissima destruatur mors,* tunc auferetur à sanctis iugum Assyrij. Hostis temerarius non solùm terram Dei, & humiliora occupare festinat: sed & eos qui virtutibus profecerunt, de quibus dicitur, *Fundamenta eius in montibus sanctis.*

1.Cor.15.d. Psal.86.a.

f *Hoc consilium.* IBID. id est, Auferatur iugum eius, est meū consilium. *Hoc consilium quod cogi. super om. te.* Gentes Assyriorum scilicet, vel omnium qui subiecti sunt Sennacherib, vel diabolo. In fine visionis aperitur, quod latebat, dominum, scilicet, cogitasse consilium super omnem terram, & eleuata manus eius super omnes gentes non Babyloniam tantum: vnde ostenditur, quæ dicta sunt, generaliter ad orbem terrarum pertinere.

Consilium Dei super omnem terram.

g *In anno quo mortuus.* A principio libri hucusque sub Ozia, Ioatham, Achaz, vaticinatus est Isaias, vsque ad finem sub Ezechia prædicta, & partim completa.

h *Achaz.* Quo viuente, regnante, in peccatoribus: nec pondus contra alienigenas, nec sermo Dei (iuxta Septuaginta) fieri poterat ad prophetam.

Quanta fuerit malitia Achaz.

Ne

NICOLAVS DE LIRA.

1 Præparate filios, &c. *Quia Balthasar fuit interfectus, & tota cognatio eius, & translatum fuit regnum, vt prædictum est, & sic patet litera vsque ibi,*

2 Et ponam eam, *id est, Babylonem.*

3 In possessionem hericij, *Quia facta est inhabitabilis hominibus: Est autem hericius animal spinosum.*

Hericius

4 Et scopabo eam, *Auferendo peccatores de ea, sicut de domo auferuntur sordes cum scopa.*

5 Iurauit dominus. *Hic prophetiæ veritas de destructione Babylonica confirmatur, exemplo, scilicet, regis Assyriorum, quem, Deus destruxit ante destructionem regni Babylonis: & vtramque destructionem prædixit Isaias in pluribus locis. Et hæc destructio regis Assyriorum ponitur ab eo prima in signum certum destructionis Babylonicæ futuræ. Quasi diceret: Cum videritis dictū meum impletum de rege Assyriorum, sciatis ipsum certitudinaliter implendum de regno Babyloniorum; & secundum hoc dicitur,* Iurauit dominus, *id est, firmiter statuit.*

Destructio regis Assyriorum.

6 Si non vt putaui, ita erit: & quomodo mente tract. *i. in præsentia mea disposui.*

7 Sic eueniet; *Et quid sit illud subditur:*

8 Vt conteram Assyrium in terra mea, *id est, in Iudæa, vbi vigebat diuinus cultus, & ideo dicitur terra Dei specialiter:*

9 Et in montibus meis, *Quia Iudæa est terra montosa.*

10 Conculcem eum, *Quia angelus domini, de exercitu Assyriorum existente in Iudæa percussit 185. millia bellatorum, vt patet 4. Regum 19.*

11 Et auferetur ab eis iugum eius, *scilicet, ab Ezechia & populo ipsius.*

12 Hoc consilium quod cogi. super omnem terram, *scilicet ab Assyriis depressam & grauatam, quod ab eo auferetur iugum Assyriorum, & per hoc quod dicitur hic,* Hoc consilium, quod cogitaui, *patet quòd est hic prophetia prædestinationis, & per consequens infallibiliter implenda, vt patet ex prædictis.*

13 Et hæc est manus, *Id est, virtus domini.*

14 Extenta super vniuersas gentes, *Ad liberandum eas de oppressione Assyriorum. Cætera patent.*

15 In anno quo mortuus est rex Achaz. *Postquam propheta denuntiauit punitionem Assyriorum, qui captiuauerunt regnum Israel, & Babyloniorum, qui captiuauerunt regnum Iuda: hic consequenter denuntiat punitionem aliarum gentium de afflictione vtriusque regni gaudentium, & affligentes adiuuantium. Et primò denuntiat punitionem Philisthinorum; & secundò aliorum, capite sequenti, & vltrà, prout patebit prosequendo. Circa primum sciendum, quod tempore Achaz fortitudo regni Iudæ fuit multum debilitata propter eius malitiam: quia Phacee filius Romeliæ occidit de regno Iuda 120. millia; & præterea Philistiim intrauerunt regnum Iuda, & acceperunt plures ciuitates, & habitauerunt in eis. 2. Paral. 28. & de hoc lata-*

Diuisio. Regnum Iudæ debilitatum multū sub Achaz.

a *Ne læteris.* Rege mortuo inimici lætantur, quasi aliquid lucri facturi nouis rebus: Hinc Philisthæi, quos Achaz afflixit, de morte eius lætantur, & Iudæis insultant, quia maturo rege perdito, subiaceant eius filio, quo regnante, se putant fines eorum posse inuadere

A

b *Virga percussoris.* HIER. l. 6. in Isa. Abiecto iugo Dei, primum in cogitationibus nostris radicatur semẽ colubri, post de semine pessimo nascitur regulus, qui est rex serpentum, qui flatu & visu homines occidere dicitur. Hæc sunt peccata varia de prauo thesauro cogitationum ad opus pessimum prorumpentia. Hæc cùm regnauerint in his, qui à Deo sunt alieni, egredientur serpentes pennati, vt non sufficiat cogitasse, vel fecisse, quæ mala sunt; sed patrocinia malorum quærant, & hæreses confingant. Possunt hæretici per pennatos serpentes intelligi, qui se eleuant contra scientiam Dei & venenato ore absorbent volucres, id est ad excelsa volare cupientes. *Quem diligit dominus corripit, &c.* Quasi filios erudit nos Deus, qui visitat in virga iniquitatis. Hæc est virga & iugum quod vult imponere ceruicibus omnium, vt deposito iugo Assyrij portent iugum Christi: quod si quis abiecerit, vel cõtriuerit, statim de radice colubri tortuosi egredietur regulus, & aspides secundum LXX. & de eis serpentes volantes, vel qui absorbeant volucres.

B

Hæretici seductores.

Prou. 3. b.

Psal. 88. c.

Matt. 11. a.

C

Bonum est huiusmodi carere.

c *Interire faciam.* † BASILIVS. Qui sermonibus nutriuntur improbatæ doctrinæ, fami & inediæ traduntur, ad animarum suarum vtilitatem. Siquidem periuria magistri instruentis ad malitiam, ansam vtique præbet animabus vt reualescant, & salutem consequantur.

D

a ¶ Id est hæc visio. ¶ LXX. verbum. b ¶ De morte Achaz.
c ¶ Cadens potione.

a factum est onus istud. [29] Ne læteris Philisthæa 1

¶ Ex hoc. a ¶ Virga tua, & baculus tu. ¶ Achaz 2

b omnis tu, quoniam cõminuta est virgă percus- 3

a ¶ Achaz, qui Philisthæos momordit, sed non absorbuit. 4

soris tui. De radice enim colubri egredietur 5 6

a ¶ Ezechias. ¶ Sicut Basiliscus solo flatu vel visu. Plus enim omnibus Philisthæos percussit. b ¶ LXX. volantes serpentes.

regulus, & semen eius absorbens volucrem. 7

a ¶ Cum te absorbuerit. ¶ Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. b ¶ Iudæi de quibus: Filius meus primogenitus Israel. c ¶ Spiritu qui non abiiciunt iugum. 8

[30] Et pascentur primogeniti pauperum, & pau- 9

a ¶ Spiritu qui ponunt in Deo spem suam, non in diuitiis. b ¶ Absque pauore. 10
¶ Pastore pro eis solicito. c ¶ In pace, cum Lazaro in sinu Abrahæ.

c peres fiducialiter requiescent, & interire 11

a ¶ Verbi Dei. b ¶ Fortitudinem tuam.

faciam in fame radicem tuam, & reli- †

a ¶ Qui relinquentur ab Ezechia. ¶ Abiicientes iugum.
b ¶ Ne quid de malo semine germinetur. ¶ Per Assyrios & Chaldæos.
c ¶ Ergo. d ¶ Qui habitatis in portis ciuitatis Philistinorum.

d quias tuas interficiam. [31] Vlula porta, cla- 12

a ¶ Vel ciues. b ¶ Quia. ¶ Ab Assyriis. c ¶ Nihil in ea diuinæ sapientiæ.

ma ciuitas, prostrata est Philisthæa omnis.

a ¶ Multus exercitus Sennacherib, vel fama.
b ¶ Nemo enim sine peccato, nec infans vnius diei.

e Ab aquilone enim fumus veniet, & non est qui f

a ¶ Fumi. b ¶ Cum Philisthæa corruerit, & fumus eius vniuersa penetrauerit.

effugiat agmen eius. [32] Et quid respondebitur 13

d *Vlula.* HIERON. vbi supr. Quasi Philisthæi plorate miseriam vestram, quæ venit per Sennacherib.

Vlula porta, clama ciuitas. IBID. Philisthæi potione cadentes, inebriati scilicet calice Babylonis, & vino, in quo est luxuria. Hi tum propter ebrietatem regnum Dei perdiderunt. Præcipitur ergo eis, vt *Vlulet porta eorum*, porta hæreticorum, os blasphemum; ciuitas, anima malis cogitationibus repleta.

Ephes. 5. d.

e *Ab aquilone enim fumus.* IBID. Exardescentibus sagittis diaboli qui noxius oculis, & contrarius lumini. Ab aquilone olla Ieremiæ succenditur: vnde in Prouerbiis, *Aquilo ventus durus*, nomine autem alio *dexter* vocatur.

E

Aquilo.

Ierem. 1. c. Prou. 25. d.

†† Qui per se durus est, & sinister, & ceruice durissima non vult iugum Dei recipere, vocatur dexter ab his, qui ponunt dulce amarum, & amarum dulce.

f *Non est qui effugiat agmen eius.* Nullus præter Ierusalem. Et si quæsierunt angeli, qui præsunt Assyriis, cur sola saluetur? Respondebitur: *quia dominus fundauit Sion, &c.* Et sicut Ieremias catenas ligneas posuit super colla eorum, qui ad se missi fuerant; Dicit Isaias ad dominum, Quid respondebitur nuntiis diuersarum gentium, si quæsierint super aduentum Sennacherib? Cui dominus, quòd ipsi capiendi, & sola Ierusalem sit liberanda.

F

Cur sit liberata vel liberanda Ierusalem?

Ier. c. 27. a.

a Num-

NICOLAVS DE LIRA.

lætabantur, Sed mortuo Achaz, Ezechias filius eius, qui fuit bonus & iustus, fortificauit regnum, & præualuit aduersus Philisthæos: secundum quod dicitur 4. Regum 18. b. Ipse percussit Philisthæos vsque ad Gazam & omnes terminos eorum à turre custodum vsque ad ciuitatem munitam. *Et hoc denuntiat hic propheta futurum ad populi Iudæ consolationem, & Philistinorum desolationem. Et primo notat tempus, di.* In anno. *Id est anno primo Ezechiæ, qui mortuo Achaz regnauit immediatè.*

& subleuatum sub Ezechia.

1 Factum est onus istud, *Id est, facta est reuelatio Isaiæ de Philisthinorum punitione, ideo subditur:*

2 Ne læteris Philisthæa omnis tu, *Id est, nulla ciuitas tua lætetur, quia omnis non, & nullus, æquipollent: vnde quod dicitur hic omnis ciuitas non lætetur, secundum ordinem constructionis idem est ac si diceretur, nulla ciuitas Philisthinorum lætetur, scilicet de hoc, quod subditur:*

Omnis nõ & nullus æquipollent.

3 Quoniam comminuta est virga, *Id est, potentia.*

4 Percussoris tui, *id est, Iudæ, quod ante tempus Achaz consueuit te percutere, & subiicere, sicut patet tempore Dauid 2. Regum 5. & tempore Oziæ, vt habetur 2. Para. 26. vbi dicitur de Ozia:* Egressus est, & pugnauit contra Philisthiim, & destruxit murum Geth, & murum Ianniæ, murumque Azoti, *tamen propter malitiam Achaz tempore eius diminuta fuit potentia regni: sed iterum fortificata tempore Ezechiæ, ideo subditur:*

Reges Iuda qui Philistæis præualuerunt.

5 De radice enim colubri, *id est, de ipso Dauid, & aliorum regum potentum.*

6 Egredietur, *non nascendo, quia iam erat in primo anno regni sui; sed ad bellandum contra vos ô Philisthæi.*

7 Regul. *id est, Ezechias, qui plus nocebit vobis, quam præcedentes, sicut regulus, qui idem est quod Basiliscus, quasi rex serpentum (à βασιλευς Græcè, quod est rex Latine) plus nocet, quàm alij serpentes, quia interficit flatu, & visu. Nec mirandum est, quod Dauid sanctus, & Ezechias deuotus, nominantur colubri, & reguli nominibus, quia hoc est propter nocumenta quæ fecerunt infidelibus, sicut & Samson (qui in catalogo sanctorum ponitur. Hebr. 1.) nominatur coluber, & cerastes, Gen. 49. secundum omnes expositores.*

Basiliscus.

Reges pij cur dicãtur colubri & Basilisci.

8 Et semen ei. absorb. voluc. *id est, deprimens Philistinorum superbiam, nimis eleuatam ex victoria tempore Achaz habita.*

9 Et pascentur primogeniti, *id est, Iudæi tempore Achaz depauperati, releuabuntur tempore Ezechiæ.*

10 Et pauperes, *Interfecto exercitu Sennacherib per angelum, & Philisthæis per Ezechiam depressis, ideo subditur:*

11 Et interire faciam in fa. radicem, *id est, virtutem Philisthinorum in obsidione, propter defectum victualium.*

12 Vlula porta. *id est, custodes portarum, & habitatores ciuitatum, propter miseriam in vobis futuram. Ab aquilone enim fumus veniet, id est, exercitus Ezechiæ tendens ad terram Philisthinorum, quia Geth, & aliæ ciuitates Philisthinorum supra positæ, quas destruxit Ezechias, declinant versus australem partem respectu Ierusalem, vnde mouit se exercitus Ezechiæ: vt dicit Rab. Sal. alij verò exponunt de exercitu Assyriorum, & Babyloniorum, qui venerunt à parte aquilonari ad destruendum terram Iudæorum; sed prima expositio magis consonat præcedentibus, & subsequentibus, vnde subditur:*

Philistæi deuicti ab Ezechia.

13 Et quid respondebitur nuntiis gentis, *id est, nuntiis Ezechiæ, &*

prin-

MORALITER.

† 2 *Ne læteris Philistæa.* Philisthæa interpretatur cadens potione, ideo signat quamlibet personam in potu excedentem, ideo subditur, *Ne læteris,* nam lætitia proueniens ex tali excessu, & etiam talis excessus, prouenit ex defectu debitæ correctionis; ideo subditur:

3 *Quoniam com. est vir. percussoris,* id est tui correptoris, qui te minus debitè correxit. Et quoniam ex potu excessiuo oriuntur frequenter alia peccata grauiora, Sequitur:

5 *De radice colubri,* id est, vini, eò quòd de ipso scribitur Prou. 23. d. *Ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber.*

6 *Egrediet. re.* peccatum grauius, vt adulterium, vel homicidium.

8 *Et semen eius absorbens volucrem,* id est, intellectum, qui natus est sursum in Deum eleuari, sed absorbetur per excessiuam potationem vini.

9 *Et pascentur primogeniti pauperum,* ab excessu potus abstinentium: & dicuntur hic primogeniti, vires animi, quæ reficiuntur, & saluant in sobrietate, Eccl. 31. d. *Sanitas animæ & corporis sobrius potus.*

11 *Et in fame radicem tuam,* id est, Humidum radicale in quo consistit vita, & hoc consumpto per ebrietatem, substantia tua consumitur, Ecclesi. 9. a. *Operarius ebriosus non locupletabitur.*

† *Et reliquias tuas,* id est prolem tuam, quia consumpta patris substantia, filij non habent vnde sustententur in vita.

a *Nuntiis gentis.* Angelis qui præsunt ciuitatibus & gētibus: singulis mirantibus, cur sola Sion amaritudinem fumi vitauerit vel euaserit.

b *Fundauit Sion.* Super fundamentum prudentiæ, iustitiæ, fortitudinis, temperantiæ, quæ sunt Christus, vnde: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est: Qui autem fatuus est, ædificat super arenam.*

a ¶ Hoc scilicet respondetur. nuntiis gentis? Quia dominus fundauit Sion, b a ¶ Et ideo saluantur. ¶ Spiritu. & in ipso sperabunt pauperes populi eius.

NICOLAVS DE LIRA.

principum eius, qui discurrentes per Iudæam prædicabant, dicentes, Reuertimini ad dominum Deum Abraham, Isaac, & Israel, *&* reuertentur ad reliquias, quæ effugerunt manus regis Assyriorum, &c. 2. *Paral.* 10. *Et subditur responsio:*

1 Quia dominus fundauit Sion, *Eligens locum illum ad suum cultum.*

2 Et in ipso sperabunt. *Quia non solùm illi de regno Iudæ sed etiam multi de regno Israel venerunt ad Ezechiam in Ierusalem, confidentes de diuina protectione, vt ibidem subditur; sic exponit Ra. Sa. Aliqui verò expositores nostri exponunt de nuntiis Sennacherib, quos misit in Ierusalem ad terrendum Ezechiam & populum eius, vt habetur 2. Paral. 2. Et responsum fuit eis, quòd non traderent se regi Assyriorum: sed magis confiderent de diuina protectione contra eum, Ezechia ad hoc adhortante populum, vt habetur ibidem.*

ADDITIO I.

In cap. 14. *vbi dicitur in postilla,* Qui mane oriebaris, quia inter creationem eius:

An aliqua mora inter creationem & lapsum angeli. Philosophus.

Duplex est opinio circa hoc: an aliqua mora fuit inter creationem & lapsum angeli. Probabilior tamen est, & magis sanctorum dictis consona, quòd statim post primum instans suæ creationis diabolus peccauit: vnde de eo Ioan. 8. *dicitur quod* in veritate non stetit. *Nec obstat, quod inter quælibet duo instantia temporum est dare tempus medium, prout probatur in sexto Physicorum; Nam hoc habet veritatem de tempore continuo, in angelis tamen, qui non sunt subiecti cælesti motui (qui per tempus continuum mensuratur) tempus accipitur pro ipsa successione operationum intellectus, seu affectus; & ideo inter operationes tales, licet non sint simul, non requiritur dare tempus medium. vt in prima parte, quæst.* 63. *art.* 6. *in responsione ad vltimum argumentum.*

ADDITIO II.

In eodem cap. vbi dicitur in postilla: Sic enim voluit præesse aliis angelis.

Quæ fuit superbia luciferi.

Licet angelus malus sciret se non posse esse absque Dei manutenentia, nihil tamen prohibet, vt ipse vellet nulli subesse simpliciter. Voluntas enim quandoque est impossibilium, præsertim voluntas damnata, sicut in diabolo.

ADDITIO III.

In eodem cap. vbi dicitur in postilla. Aliqui verò expositores exponunt de rege Babylonis.

Nabuchodonosor humili loco natus.

Hoc quod dicitur: Quomodo cecidisti lucifer, *magis propriè videtur exponendum de angelo lapso, quam de Nabuch. Cuius ratio est: Nam Nabuch. prout dicunt historiæ, fuit primò homo infimæ conditionis, & ideo non mirum si post suam magnam exaltationem cecidisset, cum res faciliter conuertuntur in naturam suam, præsertim cum bona fortunæ sint valde mutabilia, secundum Philosophum: vnde non videtur dignum tantæ admirationis, quod cecidisset, vt de eo diceretur,* Quomodo cecidisti lucifer! *sed potius esset admirandum, quomodo ascendisset ad tantam sublimitatem; sed de angelo primo peccante valde propriè conuenit admirari, qui fuit in tanta puritate naturæ, quòd cæteras creaturas excedebat, præsertim cum secundum quosdam in gratia fuit creatus. Et de eo legitur Ezech.* 28. *c.* Tu signaculum Dei fuisti, &c. *De tali igitur merito admiratur propheta dicens,* Quomodo cecidisti lucifer? *Non enim est modicæ admirationis, vt creatura tam pura in naturalibus, & etiam in gratia creata, quæ nullum habebat impedimentum, nec contrarium, sic cecidisset ab altissimo loco in profundissimum. Sed de Nabuchodonosor rationabiliter contingit per oppositum admirari. Vnde de eo propriè intelligitur illud, quod infra dicitur:* Numquid iste est vir, qui conturbauit terram, qui concussit regna, &c. *q. d. non modicæ admirationis est, quod natura tam contemptibilis attingeret ad faciendum tam magna & insolita: quæ quidem admiratio est opposita admirationi prædictæ.*

Admiratio illa, Quomodo cecid. &c. in lucifero locū habet non in Nabuchodonosor.

REPLICA. In cap. 14. *Burg. circa casum & ortum luciferi voluit aliquid dicere cum suo auctore, quomodo statim post primum instans suæ creationis peccauit, quasi motus spirituum mensuretur tempore in æuo: non enim ponitur communiter prius & posterius instans nisi naturæ, perfectionis, vel originis, non successionis, quia eadem est mensura operationis rei, quæ est naturæ. Cum igitur natura angeli secundum esse sit indiuisibilis, erit etiam indiuisibilis secundum operari: quò ad mensuram successiuam quæ indiuisibilis est, & ex diuisibilibus esse non potest. Ponentes igitur morulas, aut duas, aut tres, aut quatuor, inter creationem, & lapsum angeli, oportet habere respectum ad ordinem naturæ, quæ est ordo permanentium, quia secundum illum ordinem prius est esse, quàm bene esse: nam non conuertitur subsistendi consequentia, & ita non est apud intelligentem terminos capibile, angelum fuisse bonum, vel malum, nisi præintelligatur fuisse. Si igitur accipitur illa bonitas & malitia tanquam moralis, tunc est solum bonus vel malus vsus liberi arbitrij, & sic habemus duas morulas ante appositionem vel negationem gratiæ, qua apposita vel negata oportet ponere tertiam, quia non potest intelligi aliquem esse bonum bonitate gratuita, nisi præintelligatur bonus bonitate naturali: Et sic de malitia. In hac autem tertia morula omnes tam boni quàm mali fuerunt in via, quia in statu merendi & demerendi, quia meritum beatitudinis non est sine gratia: oportet igitur assignare quartam morulam, in qua fuerunt in termino meriti, vel demeriti, quia non est intelligibile, stante lege ordinata, quòd quis sit in termino præmij, nisi prius fuerit in via meriti, nisi quis cum Hug. & magistro velit dicere, in angelis præmium præcessisse meritum; sed in hoc magistri illi non tenentur, de quo vide circa quartam dis.* 2. *libri sententiarum. Illas autem omnes morulas possibile est esse in eodem instanti temporis, etiam si plures ponerentur secundum ordinem naturæ, perfectionis, vel originis. Sed de angelorum motibus & operationibus per tempora & loca dicendum, quod non mensurarentur successionibus, sed solum coexistentiis, & præsentiis, sicut fluxus aquarum circa planum & motus sphærici in plano. vide Scotum circa dist.* 4. *&* 5. *lib.* 2. *Et cum postilla vult luciferum sic superbisse, quod nulli voluit subesse, hoc intelligendum est non simpliciter, quia sciuit se sine Dei manutenentia esse non posse. Burgens. autem dicit, quòd voluit simpliciter, ex hoc medio, quia voluntas est impossibilium. Ad hoc medium respondet postillator, quòd potest esse verum in ordine agendi, sed non essendi: Sciens enim modum essendi secundum ordinem essentialis dependentiæ, qui immutabilis est, ille scit fore ens prohibitum, vt in illo ordine noluit subesse. Non est igitur ad illud voluntas, sed in ordine agendorum sunt multa impossibilia, non simpliciter sed sibi: & ad ea bene fertur præsumptio voluntatis, qualis fuit in proposito, &c. In locis mediis vsque ad caput* 26. *multa dicit Burg. Quæ quamuis sint aliæ applicationes, non tamen contra postillatorem, quia eadem litera variis expositionibus sine absurditate applicari variè potest.*

Multa de motibus, merito, & demerito Angeli apostatæ.

Quid senserint Hugo & Mag. senten. de præmio & merito Angeli.

CAP. XV.

a *Onus Moab.* Hæc est visio Isaiæ habita de onere, id est, de destructione Moab. Moab filius Loth, cuius progenies & prouincia Moab vocata est: In ipsa est Ar, quæ nunc Ariopolis metropolis.

Ar seu Ariopolis.

CAP. XV.

a ¶ Bene quia Moab de incestu filiæ nocte conceptus est: vel mox magnitudinem mœroris significat.

a Onus Moab. 1 Quia nocte vastata est 2

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XV.

1 Onus Moab. *Hic post denuntiationem punitionis Philisthinorum, propheta denuntiat punitionem Moabitarum, qui descenderunt à Loth, cui Abraham pater Iudæorum fecit multa bona, educendo eum de Aran, & inde ducendo eum in Aegyptum, & reducendo, Gen.* 12. *& liberando eum de manu Amraphel, qui duxerat eum captiuum, Gen.* 14. *& per preces suas liberando eum de subuersione Sodomorum, Gen.* 8. *& ideo Moabitæ debebant filios Israel diligere: sed ipsi econtrario tanquam reddentes malum pro bono gaudebant de eorum afflictionibus, & fauebant eorum afflictoribus, & ideo propheta hic denuntiat eorum vastationem. Et circa hoc primò vastationem eorum denuntiare incipit; Secundò causam cuiusdam dicti sui reddit in principio sequentis ca. Tertio ad propositum redit, ibi,* Audiuimus. *Circa primum incipit denuntiare eorum vastationem duplicem: primò per Assyrios; secundò, per Babylonios, ibi,* Ad torrentem. *Circa primum dicit,* Onus Moab, *id est, eius vastatio mihi reuelata, supple, est, quæ sequitur.*

Abraham multa bona fecit Loth.

Diuisio.

2 Quia nocte vastata est Ar, *nomen est ciuitatis regiæ in regno illo.*

MORALITER.

1 *Onus Moab, &c.* Per Moab, qui ex patre interpretatur, peruersitas Iudæorum signatur, quibus dicitur Ioan. 8. f. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria, &c.* 2 *Quia nocte vastata est Ar.* Per Ar quæ † erat

Iudæorum peruersitas.

Onus Moab. HIER. l. 6. Est circumcisio carnalis, & spiritualis: vnde, Nos sumus circumcisio, qui spiritu domino seruimus. Ad differentiam spiritualis Israel dicitur, Videte Israel secundum carnem. Sic Moab spiritualiter accipitur, (qui interpretatur de patre, vel aqua paterna) de incestu, & ebrietate generatus, quasi absente, & nesciente patre. Moab, auctor sensus, qui videtur de Deo patre nasci: Sed quia aduersarius est populo Dei, de incestu in spelunca, & nocte generatur. Moerore ergo noctis sempiterno periit, sicut Ægyptij vigilia matutina, nocturno scilicet tempore; Loth quoque Sodoma pereunte venit in Segor, & ortus est sol, vnde, Non sumus filij noctis, neque tenebrarum. Et alibi: Nox præcessit, dies autem appropinquabit & ebrietatibus, &c.

a Ar. id est aduersarius: sapientia sæcularis quæ aduersaria Deo. Cuius murus dialectica arte constructus nocte vastatur & conticescit. Historialiter. Quia Moabitæ gauisi sunt de captiuitate Israelitarum, sicut & Philisthiim, quod passuri sunt, prædicitur eis. Et sciendum, quòd primò ab Assyriis, post à Chaldæis vastati sunt.

b Quia nocte vastatus est murus.

† BASILIVS. Quod noctu irrogatur supplicium, atrocius esse solet & amarulentius: Qui enim interdiu quauis afflictatur calamitate, lucem ipsam habet qua se soletur.

†† BASILIVS. Quidam eorum, qui hæc tractarunt diligenter, tradiderunt, bellum in illos capessentibus Babyloniis, motu facto adeo concussam esse Moabitarum metropolim, vt totus eius murus noctu, & in tenebris sua sponte tremefactus fuerit: quo facto, ante impressionem hostium propemodum eorum omnis spes salutis perietat. Ideo dicit noctu periisse Moab.

c Ascendit domus. Ad excelsa, in quibus superbierat: vt non immolet, sed vt plangat, vbi peccauerat.

d Dibon. HIER. Fluxus eorum: Mendacium transit & fluit, & numquam in eodem statu permanet: Sermo autem domini est compactus, & stabilis. Vnde manna, videtur quasi glacies: non fluit sed consistit.

e Super Nabo. HIERONYM. IBID. Quia & omnis prophetiæ huius vnus est sensus, non eam per partes laceraui: Nabo sessio vel prophetia; Medaba, de saltu; Esebon, cogitationes; Eleale, ascensio; Iasa, factum siue mandatum; Segor, parua; Luith, genæ; Oronaim, foramen mœroris; Nemrim, pardi, vel præuaricatores; Agallim, vituli, vel arenarum cumuli; Elim, arietes vel fortes; Dibon, sufficiens mœror; Quia ergo peruersum dogma, quod sine Dei inspiratione humano sensui in tenebris erroris nascitur, nocte vastatum est; & argumenta eius, id est, muri, ecclesiastico sermone destructa sunt, & conticuerunt, & ad pœnitentiã versa sunt, super Nabo, id est prophetiã, & sessionẽ, id est magistros eorum, & Medaba, vbi est saltus infertilis, & habitatio bestiarum, erit vlulatus & planctus, & de capitibus eorum ornamenta eloquentiæ tollentur, vt nudi maneant & deformes. Et si quid virilitatis in barba habere videbatur, rasum à viro ecclesiastico, effeminatum & debile comprobetur. In triuiis quoque eorum, & diuerticulis errorum, dum fingit vnusquisque quod vult, accingetur sacco pœnitentiæ: & super tecta, i. dogmata, in quibus se sublimes esse credebant, & in plateis, quia latam ingrediuntur viam, quæ ducit ad mortem, erit vlulatus. Neque ascendent in superbiam, sed descendent in fletum, tunc intelligent cogitationes suas vanas (quod Esebon significat) & vanum ascensum superbiæ, quod Eleale sonat: & vox eorũ audietur vsque ad mala opera quæ fecerunt, & mandarũ, quod putabant Dei propria confessione damnantes. Propterea vectes, id est, qui firmi fuerunt in Moab, & errorem suum intellexerunt, vlulabunt, & spem profectus habere incipient, cùm anima eorum vlulauerit sibi: Vnde propheta compatientis affectu: Cor meum ad Moab clamabit.

f Omnis vlulatus. Alia litera: Omnis vlulat, Moab scilicet, & sic descender in fletum. Quasi: Ascendit ad excelsa, vt ante idola ploret. Sed cùm ibi nullum auxilium reperiret, descendit ad fletum in terram, vel in domum suam.

g Clamabit Esebon. A principio regni, quod est in Esebon, vsque Iasa ciuitatem, vbi finitur, vbique clamor, vbique luctus.

h Expediti Moab vlula. Ab vxoribus, fortes bellatores. Inde dicitur Abraham vernaculos domus suæ elegisse expeditos, id est, sine vxoribus.

i Cor meum ad Moab. Vt scilicet prouocem eos ad pœnitentiam. Vectes eorum, id est firmamenta quæ in hæresibus habere videbantur ad Segor, id est ad paruulam peruenient: vt nõ robusti, sed fragiles videantur. Segor autem, id est parua pœnitentia si perseuerauerit, perducet eos ad perfectam salutem, quod in vitula trium

Marginalia: Phil. 3. a. — Moab ex incestu natus. — Exod. 14. f. — Gen. 19. c. — Quomodo Babylonij ceperint, &c. — Interpretatio nominũ Hebraicorũ quæ sunt in hoc cap. — Destructio errorum & falsorum dogmatũ. — * Iere. 48. f. Ezech. 7. c. — Gen. 14. c. — Expediti qui dicantur? — Reuocatio hæreticorum.

(Text) a Ar: Moab conticuit: quia nocte vastatus est murus, Moab conticuit. [1] Ascendit domus & Dibon ad excelsa in planctum, super Nabo & super Medaba Moab vlulabit. * In cunctis capitibus eius caluicium, & omnis barba radetur. [3] In triuiis eius accincti sunt sacco: super tecta eius & in plateis eius omnis vlulatus descendit in flatum. [4] Clamabit Esebon & Eleale, vsque Iasa audita est vox eorum. Super hoc expediti Moab vlulabunt, anima eius vlulabit sibi. [5] Cor meum ad Moab clamabit: vectes eius vsque

(Interlinear glosses) Prouincia Arabiæ. Non ausa rebellare. — Dialectica arte constructus. In perpetuum. — Ad plorandum, vbi prius ad immolandum. Regia. — Ciuitas nobilis. Aduersæ sapientiæ. Idolum. Ad plangendum mala. — Quod interpretatur sessio, vel prophetia. Ciuitate nobili. — De saltu. Tota prouincia. — Antiqui in afflictione & luctu capita barbasque radebant: vnde Iob. Tonso capite corruit in terram. — In publico. Pœnitentiæ. — Omnimodus. — Cogitationes. — Ciuitates prouinciæ Moab. — Ascensio. Factum vel mandatum. — Moabitarum. Malum. — Etiam, non solum senes. — Compassio, quia Dei creatura, quia est miserandus & hostis. — Id est fortitudo, vel termini eius deserti erunt vsque ad Segor, quæ est in fine.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Moab conticuit, tanquam confusus, & non potens rebellare. Et accipitur hic Moab, pro populo Moabitarum.

2 Quia nocte vastat. est murus, id est, fractus ab Assyriis. eo quod custodes muri non poterant ita defendere de nocte, sicut de die.

3 Ascendit domus, id est, regis familia.

4 Et Dibon, id est habitatores Dibon.

5 Ad excelsa, vbi erant eorum idola.

6 In planctum, q. d. non ad sacrificandum pro victoria, sed ad flendum pro deiectione sua.

7 Super Nabo, & super Medaba, nomina sunt ciuitatum ab aduersariis eius captarum.

8 Moab vlulabit, præ dolore emittens, scilicet, sonum confusum.

9 In cunctis capitibus eius caluicium, &c. quia in signum tristitiæ deponebantur capilli & barba, sicut dicitur de Iob: Tonso capite corruit in terram, vel quia antiquitus capita, & barbæ captiuorum radebantur: vnde dicitur Deut. 32. f. De cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.

10 In triuiis eius accincti sunt sac. in signum tristitiæ, vel captiuitatis, sicut dictum est de capillis. Quia enim homines in signum tristitiæ induerent se sacco, patet Esth. 4. a. vbi dicitur, Quæ cùm audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, & in plurib. aliis locis similiter sacco vestiebantur captiui bonis vestib. spoliati.

11 Super tec. eius, &c. In hoc tangitur magnitudo doloris, ex magnitudine clamoris.

12 Vsque Iasa, quæ est ciuitas in extremitate regni Moab.

13 Super hoc expediti, &c. Et dicuntur hic expediti, iuuenes fortes, carentes vxoribus, & liberis: & ex clamore istorum intelligitur maior clamor aliorum.

14 Cor meum, &c. Verbum est prophetæ compatientis eius miseriæ, cuius causa dicetur ca. seq.

15 Vectes eius, &c. fortes illius populi, qui deberent esse clausura & defensio aliis, fugerunt vsque ad Segor Vitulam, propter luxuriæ petulentiam. Et dicitur vitulam in fœmino, quia sexu masculino vtebantur habitatores eius pro fœminio, infecti vitio Sodomitico.

Con-

Marginalia: In signum tristitiæ olim deponebantur capilli & barba. — Et sumebatur ciliciũ. — Segoritæ homines voluptuosi.

MORALITER.

† erat metropolis in terra Moab, signatur Ierusalem metropolis Iudææ. Per hoc ergo quod dicitur hic, nocte vastata est Ar, significatur, quòd propter noctem erroris Iudæorum contra Christum, destructa fuit Ierusalem per exercitum Romanorum, & aliæ ciuitates Iudææ per ciuitates Moab hic nominatas signatæ: per clamores autem & vlulatus Moabitarum, signantur fletus & clamores Iudæorum in destructione ipsorum.

9 In cunctis capitibus calui. &c. per hoc signatur distractio captiuorum, nam Iudæi per Romanos partim fuerunt interfecti, & partim in seruitutem venditi, & per orbem dispersi. Per hoc autem quod sequitur infra,

Marginalia: Destructio Ierusalem & aliarum Iudææ vrbium. — Distractio Iudæorum captiuorũ per Romanos.

trium annorum significatur; vnde Abrahæ præcipitur, vt offerat vitulum, & arietem, & hircum trium annorum, perfectum scilicet sacrificium, vt heres domini esse mereatur. Cum autem egerint pœnitentiam per Luith, id est genarum lachrymas ad altiora conscendunt, & quasi mœroris foramine & introitu, clamorem contritionis leuabunt ad dominum dicentes, *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, &c.* Et hoc fiet, quia doctrina hæreticorum, (qui pardis & præuaricatoribus comparātur) deserta erit. Omnis quoque herba, & germen, & quicquid in sermone eorum viride videbatur, exaruit: & secundum magnitudinem peccatorum à Deo visitati sunt, vt quem per beneficia non senserant, per flagella cognoscant. Ducūtur denique per vallem vel torrentem salicum, vt nullus in eis fructus hæreticorum remaneat. Hanc enim seminis harum arborum dicunt esse naturam, vt qui illud in poculo hauserit, careat liberis. Vnde sancti, *In salicibus in medio eius*, id est Babylonis, *suspendimus organa nostra.* Omnes terminos Moabitarū clamor circumiuit, ad pœnitentiam vocantium, vt offerre possint per vlulatum suum vitulos labiorum, & peruenire ad fontem dominicorum arietum, vel fortium (quia Elim vtrumque significat) Aquæ verò Dibon (quod interpretatur sufficiens mœror, vel dolor) quæ multos sua aspersione polluerant, arguentur deceptis populis non saluti fuisse, sed sanguini. Vnde propheticus sermo promittit, vt super fluentes lachrymas (quod interpretatur Dibon) non vnum mœrorem, sed plura mœroris additamenta congeminent, vt cum plenam egerint pœnitentiam, & fugerint de Moab, leonem principem habere mereantur, quem Septuaginta dixerunt Ariel, quod interpretatur leo Dei.

Gen. 15. b. — Psal. 50. d. — Quomodo oporteat hæreses deficere. — Psal. 136. — De hæreticis qui pœnitent.

a ¶ Id est, paruulam perueniens, vt non robusti, sed fragiles videantur. ¶ Trium annorum.

a ad Segōr vitulam conternantem. [1] Per ascen- [2]

a ¶ Genæ. ¶ Cliuus. n. obuius captiuis, per quē trahebantur & per ciuitatem suā Oronaim. b ¶ Foramen mœroris.

sum enim Lūith flens ascendit, & in via Oro- [3]

a ¶ Luctum.

naim clamōrem contritionis leuabunt. [4] Aquæ

a ¶ Pardi vel præuaricatores.

b enim Nēmrim desertæ erunt, quia aruit her- [5] [6]

a ¶ Arborum, vinearum.

ba, defecit germen, virōr omnis interiit. [7] Se-

a ¶ Secundum quantitatem morbi curatio medici. ¶ Peccati. ¶ Vltio.

c cundum magnitudinem operis, & visitatio [7] [8]

a ¶ Flumina Babylonis, vnde: in salicibus in medio e. suspen. orga. nostra.

d eorum. Ad tōrrentem salicum ducent eos, [9] [10]

quoniam circumiuit clamor terminum Moab. [11]

a ¶ Oppidum. ¶ Vituli vel arenarum cumuli. ¶ Moab.

e Vsque ad Gāllim vlulatus eius, & vsque ad

a ¶ Arietes vel fortes.

f puteum Elīm clamor eius: [9] quia aquæ Di- [12]

a ¶ Sufficiens mœror. ¶ Moab.

bōn repletæ sunt sanguine. Ponam enim su- [13] [14]

a ¶ Fluentes lachrymæ. b ¶ Doloris. ¶ Hæc scilicet.

per Dibōn additamenta his qui fugerint de

a ¶ Hostem sæuientem, vel bestias quæ deuorant Chaldæos. b ¶ Quæ remanserunt immittam in Chaldæos.

Moab lēonem & reliquiis terræ. [15]

a *Ad Segor.* HIERONYMVS. Segor est ex. v. vrbibus Sodomorum, quæ propter Loth liberata est; Vitulam, propter luxuriam; conternantem, nō consternantem, vt quidam legunt, sed falsò. Tradūt Hebræi, quod bis concussa, tertio terræ motu corruerit; Vel, conternantem dicit, robustam, sunt enim animalia robusta tertio anno sicut homo 30. & potest intelligi, quod robusta mansisset, si post liberationem non peccasset.

Gen. 19. c. — Quomodo conciderit vrbs Segor.

b *Nemrim.* Nemrim oppidum est super mare: & habet fontes multos, & aquas, sed salsas, & amaras, & ideo steriles. Et notandum quia non ideo aruit herba in Moab, quod aquæ salsæ & amaræ essent in omni Moab: sed aquæ salsæ & amaræ erunt in omni Moab, sicut aqua Nemrim, & ideo arescet herba.

Nemrim.

c *Et visitatio eorum.* Visitatio in malo, *Visitabo in virga iniquitates eorum*; Visitatio in bono, *Visitauit nos oriens ex alto.*

Psal. 88. c. Luc. 1. g. Duplex visitatio.

d *Ad torrentem sali.* Hactenus de captiuitate Moabitarum per Assyrios, modo de illa quæ per Chaldæos.

e *Vlula. eius.* Quasi, ideo vlulabit Moab, quia vbi luxus prius, & delectatio propter irrigua, & fontium amœna, ibi modo riui sanguinis.

f *Aquæ Dibon*, Dibon silentium, Dibon flens, & tamen vna est ciuitas.

NICOLAVS DE LIRA.

Selisiath.

1 Conternantem, *Quia terræmotu corruit in subuersione Sodomæ. Hebræi dicunt, Vitulam* שלישיה *Selisiath. Et dicit Rab. Sa. quod est ciuitas fortis in terra Moab, propter quod dicitur Selisiah, ad quam Moabitæ fugerunt propter eius fortitudinem: & hoc videtur verius, quia alia Segor erat subuersa.*

2 Per ascensum enim Luith, *Nomen est montis, ad quem fugit pars populi Moab.* 3. In via Oronaim, *Nomen est loci, per quem incedebant fugientes, & clamantes.*

4 Aquæ enim Nemrim, *Nomen est territorij abundantis in fontibus, & per consequens bene habitabilis.*

5 Desertæ erunt, *Ab habitantibus, inde fugientibus, quasi diceret: multo fortius alia loca remanebunt deserta, Et subditur causa.*

6 Quia aruit herba, defecit germen, *id est, iuuenes fortes & robusti de Moab perierunt.*

7 Secundum mag. operis, *id est, malitia eorum per culpam.*

8 Et visitatio eorum, *scilicet per pœnam, ex vindicta diuina, quæ correspondet malitiæ.*

9 Ad torren. *Hic consequenter denuntiatur vastatio Moabitarum per Babylonios, cum dicitur,* Ad torren. sa. *id est ad terram Babylonis quæ abundat fluminibus, & salicibus, secundum quod dicitur Ps. 136. a.* Super flumina Babylonis, &c. *Sequitur:* In salicibus, in medio eius, &c.

Terra Babylonis fluminibus & salicibus abundans.

10 Ducent eos, *scilicet, Babylonij.*

11 Quoniam circumiuit clamor. *Quasi diceret, in tota terra Moab erit clamor partim morientium, & partim fugientium, ideo subditur:*

12 Quia aquæ Dibon, *Nomen est fluminis in terra Moab.*

13 Repletæ sunt sanguine, *Interfectorum.*

14 Ponam enim super Dibon addita. *scilicet sanguinis, quia post effusionem sanguinis per Assyrios, addita est effusio per Babylonios, ideo subditur.*

15 Leonem, *id est, Nabuchodonosor, qui vocatur leo. Iere. 4. b.* Ascendit leo de cubili suo, *& hoc propter crudelitatem eius & audaciam, & quia forsitan portabat leonem in armis suis depictum, sicut rex Romanorum aquilam.*

Nabuchodonosor cur leo dicatur.

MORALITER.

12 *Aquæ Dibon repletæ sunt sanguine.* Signatur multiplex effusio sanguinis ipsorum.

CAP. XVI.

a E Mitte agnum. HIER. Idcirco prophetæ vix intelligūtur, quia & personas & numeros & tempora subito commutāt: & de qualibet transeunt ad aliam. Dum enim modò loqueretur Isaias de captiuitate Moab

Quare prophetæ difficulter intelliguntur.

CAP. XVI.

a ¶ Christum. a ¶ Data est mihi omnis potestas in cæ. & in ter.

E Mitte agnum domine dominātorem terræ, [1] [2] [3]

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XVI.

Diuisio.

1 E Mitte. *Hic consequenter redditur ratio cuiusdam dicti in capite præcedenti. Dixerat enim Isaias,* Cor meum ad Moab clamabit, *scilicet per compassionem, & ideo hic reddit huius compassionis causam, scilicet, propter Christum, quem propheta videbat nasciturum de populo Moab, per Ruth Moabitidem, quam acceperat Booz in vxorem, ex qua genuit Obed, & Obed Iesse, siue Isai, qui fuit pater Dauid, Ruth vltimo: de quo descendit Christus. Igitur circa hunc Isaias primò denuntiat Christi natiuitatem, & secundò eius regiam dignitatem, ibi,* Et præparabitur, *Prima in duas, quia propheta primo facit quod dictum est, secundo quoddam correlarium infert, ibi,* Et erit. *Circa primum sciendum, quod antiqui patres multum desiderabant Christi aduentum, ideo propheta denuntiat Christum per modum deprecantis, dicens:*

Christus natus de populo Moab per Ruth. — Diuisio.

2 Emitte agnum domine, *id est, ô tu domine pater, emitte Christum, qui dicitur agnus. Ioan. 1. d.* Ecce agnus Dei, &c.

3 Dominatorem terræ, *Propter quod dicitur Matth. vlt. d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

Christus ab antiquis patribus multum desideratus.

MORALITER.

1 *Emitte agnum domine.* Istud caput literaliter exposui de Christo, & Moabitis, mistim tamen. Exponendo tamen mysticè, primò ponam totum quod pertinet ad Christum, per quem signatur hic bonus prælatus, eò quod est Christi vicarius, siue sit sæcularis, siue religiosus. Igitur cum dicitur: *Emitte agnum*, vox est ecclesiæ viduatæ Deum deprecantis pro bono pastore, qui sit dulcis & mansuetus, sicut & Christus dicit Matth. 11. d. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.*

De bono prælato.

2 *Do. ter.* i. carnis suæ, per rigorem disciplinæ. Talis erat Paulus, ideo dice-

☞ Moab & miseriis, insperatò conuertit oculum mentis ad natiuitatem Christi, & cœpit Moab alloqui q.d. Ne desperes, age pœnitentiam, quia licet captiuandus, de tua tamen progenie nascetur agnus, qui tollet peccata mundi, qui dominetur in toto orbe.

a *Petra deserti.* HIERON. Ruth. f. quia iuxta præceptum domini Moabitæ vsque ad decimam generationem non ingrediūtur ecclesiam Dei. Ruth Moabitis, Booz nupsit, ex quo Obed genuit, ex quo Iesse pater Dauid, de cuius semine virgo Maria processit, quæ concepit & peperit Christum. Sicut enim Christus pro vtroque populo venit, sic de vtroq; nasci voluit.

Ruth Moabitis.

Deut.23. Ruth.4.c.

b *Ad montem filiæ Sion.* Ierusalem, vel potius ad ecclesiam, quæ est in contemplatione, tanquam speculationis filia. In Ierusalem quoque maximè prædicauit, miracula fecit, passus est, mortuus est, & resurrexit, & genus humanum redemit.

c *Sic erunt.* Sic in captiuitatem transibunt per Arnon: qui est terminus Moabitarum & Amorrhæorum.

d HIER. IBID. *Arnon.* (quę interpretatur illuminatio) eorū, qui derelictis erroribus, transcendunt ad scientiam veritatis.

e *Ini consilium.* IBID. Nihil agas sine consilio, nec circumferaris omni vento doctrinæ, sequere magni consilij angelum.

Eccles.32.d. Ephes.4.c. Isa.9.b.

f *Coge consilium.* IBID. De vagis scilicet & errantibus ecclesiam faciendo.

g *Pone quasi noctem.* IBID. Tabernaculum scilicet, in quo quiescere te putabas, quod erat noctis & tenebrarum, pone in Meridie, id est, in clarissimo lumine, in quo abscondere debes de errore fugientes, & prius vagos vltra non prodere. *Pone in Meridie*, dum erit persecutio Iudæorum: Pone ò tu Moab vmbram, id est, defensionem, quasi noctem, id est securam absconsionem Iudæis. Notandum quia ante vastata est Ierusalem ab Assyriis, & post à Chaldæis quam Moab: Ideoque præcipitur ei, vt fugientem populum Dei apud se recipiat & abscondat.

Ierusalem & Iudæa prius vastatæ quam Moab.

h Pro-

(a Ruth Gentilis. Gentes enim lapides pro Deo colebant, & ideo à Deo desertæ erant. ¶ Redit ad captiuitatem Moab. b ¶ Hæc scilicet.)

a de petra deserti ad montem filiæ Sion:[1] Et erit

(a ¶ Qui fugerit de Moab. ¶ Accipitrem. b ¶ Sicut. c ¶ Citissimè. ¶ Ne à Moabitis serpentibus deuorentur.)

sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes,

(a ¶ Ciuitates. vel viri, & mulieres. ¶ Animæ Moabitæ.)

sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon.

(a ¶ O Moab. b ¶ Præuide quomodo possis euadere.)

Ini consilium, coge consilium, pone quasi

(a ¶ Securam absconsionem. b ¶ In aperta persecutione.)

noctem vmbram tuam in meridie. Absconde

(a ¶ Iudæos. b ¶ De loco ad locum. c ¶ Hostibus. d ¶ Quia vastata Ierusalem.)

fugientes, & vagos ne prodas. † Habitabunt

(a ¶ Quia confinis es eis. b ¶ Cum diabolus ceperit persequi.)

apud te profugi mei. Moab esto latibulum

(a ¶ Assyrij & Chaldæi. ¶ Diaboli. b ¶ Quia. ¶ Consumptus, occisus. ¶ Sennacherib. ¶ Qui ad aduentum agni, qui ortus de petra deserti venit ad montem Sion.)

eorum à facie vastatoris. Finitus est enim

(a ¶ Potentia diaboli comparatur pulueri. b ¶ Quia miseros fecit.)

puluis, consumatus est miser, defecit qui cocul-

(a ¶ Vastando. b ¶ Terrenos. ¶ De primo aduentu. c ¶ Illo consumpto. d ¶ Patris. ¶ Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei. e ¶ Regnum sempiternum. ¶ Filij.)

cabat terrā.† Et præparabitur in misericordia soliū,

h *Profugi mei.* IBID. Qui me fugerunt, qui de ecclesia egressi sunt, qui sensum suum sunt secuti, non doctrinam Spiritus sancti.

† HIERONYMVS. IBID. Vastata enim Ierusalem & omni Iudæa quæ confinis est Moabitis, ad te meus populus transmigrabit: esto igitur latibulum eorum, nec timeas impetum vastatoris, quia sicut puluis cito transibit. Quidam hunc locum malè de Antichristo interpretatur, vt putent sanctos eo tempore propter viciniam vrbis Ierosolymæ ad Arabas transituros, & nunc eis præcipi ne prodāt fugiētes ad se.

MYSTICE. IBID. Consideremus à principio huius oneris, quomodo Moabitæ per gradus & ordinem pœnitentiæ fiant Israelitæ, & fugiant quasi auis, & volent quasi pulli de nido, vt transcendant per Arnon, & habitent in monte filiæ Sion, & diaboli vel Antichristi potestate contrita, Christus in his regnet, & solium suum ponat, qui saluati sunt misericordia atque iustitia; *Non enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.*

Quomodo Moabitæ per ordinē & gradus pœnitentiæ fiant Israelitæ.

Ioan.5.d.

i *Finitus est enim pul.* Subito transit ad interfectionem Sennacherib, qui puluis & miser, quia gloria eius tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ, & miserabiliter ab hac luce migrauit, occisus à filiis suis in templo Dei sui.

Psal.1.h.

k *Et præparab.* Iudæi exponunt hoc de Ezechia, qui post mortem Sennacherib in pace regnauit. Sed melius ad Christum referuntur, & quædam ad primum quædam ad secundum referuntur aduentum.

4.Reg.19.g.

†† HIERON. IBID. Post aduentum agni, qui de petra deserti ortus est dominator vniuersæ terræ, & venit ad montem filiæ Sion: finita est omnis potentia diaboli, quæ puluerí comparatur; Et cōsumptus est miser, qui multos fecit miseros, & defecit qui conculcabat omnem terram, eos videlicet, qui terreni erant. Illo autem consumpto, & redacto ad nihilum, & penitus deficiente, præparabitur solium & regnum sempiternum.

☞ a Se-

NICOLAVS DE LIRA.

1 De petra deserti, *Locus est in terra Moab, de qua fuit Ruth. Vnde dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris, Ruth Moabitis Isaiæ explet vaticinium dicentis*, Emitte agnum domine, &c,

2 Ad montem filiæ Sion, *Id est ad Ierusalem, in qua erat templum in monte Sion, vbi beata virgo obtulit filium suum, Luc. 2.*

3 Et erit sicut auis. *Hic propheta ex dictis infert correlarium, videlicet, quod sicut ipse compatiebatur populo Moabitarum propter Christum: ita econuerso populus Moab debebat compati populo Iudæorum, ex quo descendit Christus de Booz, sicut & ex Moab per Ruth, vt dictum est. Addit etiam propheta aliam rationem compatiendi, scilicet propter angustiam, quam Moabitæ erant passuri. Afflicti enim solent aliis afflictis compati. Et hanc rationem præmittit dicens:* Et erit si. auis fu. *scilicet timore, ne capiatur.*

Debuisse Israel & Moab sibi inuicem compati.

4 Sic erunt filiæ Moab. *scilicet, fugientes ne capiantur ab Assyriis & Babyloniis.*

5 In transcensu Arnon, *fluuius est in finibus Moabitarum.*

6 Ini con. *cum sapientibus Moab.*

7 Coge con. *id est, congrega in loco secreto ad videndum, quomodo possis effugere manus vastatoris. Et consequenter dat modum, dicens:*

8 Po. qua. no. *id est, fac latibula, in quibus possis filios Israel fugientes abscondere, in meridie, ita quod ibi lateant, ac si esset tempus noctis, & ideo subditur:*

9 Absconde fugientes, *eis compatiendo.*

10 Et vagos ne pro. *scilicet persecutoribus tradendo. Et quod de filiis Israel intelligat, subdit:*

11 Habitabunt apud te profu. mei. *id est fugientes de populo meo timore Sennacherib: quia licet non ceperit Ierusalem, tamen vastauit alias ciuitates Iudææ, vt habetur 4. Reg. 1. & de illis multi fugerunt ad terram Moab. Et vlterius denuntiat propheta casum Sennacherib de propinquo futurum, vt Moabitæ non retrahantur à receptione populi Israel timore Sennacherib, dicens:*

Vastatio Iudææ per Sennacherib.

12 Finitus est enim puluis. *id est, in propinquo est exercitus Sennacherib terminandus, qui dicitur hic puluis, eo quod corpora bellatorum fuerunt redacta in cinerem, vt dictum est supra.*

13 Consummatus est miser. *id est Sennacherib est in proximo occidendus à filiis suis in terra sua.*

14 Defecit qui conculcabat terram, *scilicet Sennacherib, qui subiiciebat sibi habitatores terræ.*

15 Et præparabitur. *Hic describitur ipsius Christi regia potestas, cum dicitur,* Et præparabitur in miseri. so. *quia post resurrectionem Christus ascendit in cælum, & sedet ad dexteram patris, vt habetur Mar. vlt. d. cuius regnum est in dulcore misericordiæ, vsque ad iudicium extremum, in quo erit tempus iustitiæ; ideo sequitur.*

Christi regia potestas.

☞ 1 Iudi-

MORALITER.

† dicebat 1. Cor. 9. d. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.*

1 *De petra deserti*, id est, de solitudine contemplationis.

2 *Ad montem*, id est, ad regimen ecclesiæ: ad hoc enim tales sunt præficiendi, qui hauserunt in exercitio studij sacræ scripturæ quod possint in populum sibi creditum effundere per doctrinam, Et quia secundum Greg. *in bonis rectoribus debet esse iuste consulens misericordia, & piè sæuiens disciplina*; ideo subditur:

15 *Et præparabitur.* Et quoniam aliqui sunt nimis tardi iustitiam exequendo, ideo sequitur.

† Et

a ¶ Vt post misericordiam iudicet. & quærat iustitiam, & reddat vnicuique secundum opera sua. b ¶ In ecclesia. ¶ Quod corruerat & suscitatum est.

a & sedebit super illud in veritate in taberna-

a ¶ In secundo aduentu. b ¶ Dicens malis, Ite in ignem æternum, Bonis, Venite benedicti patris mei perci.re.

culo Dauid iudicans & quærens iudicium, &

a ¶ Vnicuique secundum opera sua. b ¶ Hoc iterum de Moab.
¶ Vox sanctorum, qui de Moab saluati sunt, & superbiam eius experti.

b velociter reddens quod iustum est. * [6] Audiui-

a ¶ Hæreticorum, simplicitatem ecclesiæ irridentium.

mus superbiam Moab, superbus est valde.

a ¶ Præcipitata audacia, plus audet quàm possit.

c Superbia eius & arrogantia eius & indigna-

a ¶ Vltra suam fortitudinem superbit. b ¶ Quia contra Deum superbit.

tio eius, plusquàm fortitudo eius. [7] Idcirco vlu-

a ¶ Ad se inuicem. b ¶ Moab.

d labit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit.

a ¶ Qui confidunt & gloriantur in munitione murorum.

e His qui lætantur super muros cocti lateris

a ¶ O prælati ecclesiæ, vel de Moab saluati. b ¶ Mortem, captiuitatem.
¶ Hæreticorum iaculis factas. c ¶ Vici & villæ.

f loquimini plagas suas: [8] quoniam subur-

a ¶ Ciuitas nobilis, sicut & Sabama. b ¶ Dei auxilio, vel combusta igne diuino. c ¶ Præcipuè.

bana Esebon deserta sunt. Et vineam

a ¶ Multitudinem populi. b ¶ Principes Assyriorum, vel Chaldæorum.
¶ Apostoli vel Apostolici viri.
¶ Vel sic distingue, Et vinea Sabama domini gentium.
c ¶ Habitatores.i. Sabama ceciderunt.

g Sabama domini gentium exciderunt:

A a *Sedebit super illud.* Quiescens & iudicans, super corda bonorum.

b *Audiuimus superbiam Moab.* More scripturæ, quia læta nuntiauerat, ne negligentes faceret comminatione terret.

Iere. 48. c.

† BASIL. Aduersus mundi principem hæc dicta sunt, qui primus apostasiã designauit, & superbia clatus suum cõtempsit creatorem. Hic qui instigat antistites hæreseon, vt in excelso iniqua loquantur, qui quidem si quando eo se demiserint, vt assentiantur propositæ quęstioni, ille docet quidem non excuti oportere ac liberari rationem sermonis, imo verò eum qui præualet coarguere absurditatem dogmatum ipsius, debere potius incessi contumeliis.

Hæretici magistrum habent diabolum.

c *Et indignatio.* HIER. Contra Deum in cælum posuit os suum prophetis detrahens: Illud euangelicum apponens; *Omnes qui venerunt ad te ante me fures fuerunt, & latrones*, Moysen & Dauid homicidas vocat, Iosue sanguinarium.

Ioan. 10. b.

d *Vlulabit.* Alter ad alterum, omnes scilicet hæreticorum & philosophorũ diuersitates contra se in tormentis mugient.

e *Super muros.* IBID. Non ædificatos quadro lapide, sicut tẽplum Dei, in quo sic lapides politi sunt, vt nec malleus auditus sit nec securis.

3. Reg. 6. a.

f *Suburbana Esebon.* IBID. Omnes cogitationes eorum (quod significat Esebon) non pertinẽt ad ciuitatem Dei: de qua, *Fluminis impetus lætificat ciu. Dei*; Sed suburbana sunt, vt ad vrbem domini pertinere credantur.

Psal. 45. a.

g *Sabama.* IBID. Attollẽs altitudinem. Qui in altum se erigit, & superbiæ turrem vsq; ad cælum extruere cupit, præcipuè comburitur, *Sabama.* Non solum extollens altitudinem, sed etiam conuersatio aliqua: quia videtur in regione Moabitica ad domini seruitutem aliqua ex parte velle cõuerti, Domini ergo gẽtium apostoli & apostolici viri vineæ Sabama exciderunt flagella.

☞ *Erra-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iudicans & quærens iudicium, *scilicet extremum.*

2 Velociter reddens, quod iustum est, *quia breui tempore dabitur sententia pro iustis*: Venite benedicti, &c. *& contra iniustos*: Ite maledicti, &c. *Matth. 2. d. vnde versus*: Mortis vel vitæ breue verbum est, ite venite. Dicetur reprobis ite, venite, probis, *Totum autem istud de capite præsenti exponit Ra. Sal. de Moab ad literam continuando capite præcedenti. Ad cuius intellectũ sciendum, quod Mesa rex Moab soluebat pro tributo regi Israel centũ millia agnorũ, vt habetur 4. Reg. 3. tamen postea mortuo Achaz negauit: & quia ex tunc populus Moab erexit se in superbiam, de qua dicitur in parte sequenti*, audiuimus superbiam Moab, superbus est valde: *ideo Isaias volens eius superbiam repellere, improperat ei tributũ istud dicens*, Emitte agnũ domine dominator terræ. *Nomina enim Hebræa sunt indeclinabilia, ideo de facili dici potest* dominator, *pro*, dominatorem, *sicut hæc nomina cornu & gelu indifferenter accipiuntur in casu accusatiuo & nominatiuo apud Latinos. Et est sensus secundum Ra. Salo.* Emitte agnum, *quasi diceret propheta, quid superbis popule Moab contra regnum Iuda contemnendo? quia ille, qui fuit dominator, & dominus in terra vestra, scilicet rex vester aliquando misit pro tributo regi Israel, Agnum, id est, agnos, accipiendo singulare pro plurali, sicut Exod. 8. f.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum*; De petra deserti, *id est, de tali loco. terræ Moab, vnde mittebantur agni prædicti.* Ad montem filiæ Sion, *id est, ad Samariam quæ ædificata fuit in monte empto à Somer. 3. Reg. 16. & erat metropolis in regno Israel. Et dicitur mons filiæ Sion, quia omnes ciuitates totius Iudææ fuerunt sub Ierusalem, in qua est mons Sion vsque ad diuisionem regni tempore Roboam.* Et erit *propter superbiam Moab*, Sicut auis fugiens, *&c. quia vastatio hæc fuit eis inflicta, pro superbia sua cum aliis malis. Consequenter ostendit propheta modum euadendi hanc pœnam, scilicet per compassionem ad filios Israel dicens:* Ini consilium, *&c. exponatur vt supra vsque ibi*, Finitus est enim puluis, consummatus est miser, defecit qui conculcabat terram *vbi Ra. Salo. dicit, quod hæc est litera Hebraica*: Defecit suctio, consummata est mammilla, defecerunt mobilia de terra. *Quam literam sic exponit.* Defecit suctio, *id est, animalia quæ ante abundabant in terra Moab, non sugent amplius lac matrum suarum*; consummata est mammilla, *id est, defecit lac de mammillis animalium, vnde Moabitæ in lacte & butyro solebant abundare*; Defecerunt mobilia de terra, *id est animalia quæ gradiuntur super terram, quia hostes deduxerunt ea per prædam, hanc enim pœnam comminatur eis Isaias: & tunc conuertit se ad nuntiandum fortificationem regni Iudæ tempore Ezechiæ dicẽs:* Et præparabitur in misericordia solium, *quia ex Dei misericordia exercitus Sennacherib ab angelo percussus fuit, & ipse fugiens ad terram suam ibi interiit: & tunc Ezechias in pace & gloria regnauit, vt habetur 2. Paral. 22.* Et sedebit super illud in veritate, *vnde dixit:* Fiat pax & veritas in diebus meis. *4. Regum 20. dicit.* In tabernaculo Dauid, *id est in ciuitate quam ædificauit Dauid*, iudicans & quærens iudicium, *&c. quia ipse fuit iustus, & in aliis iustitiam seruauit.*

Sententia Christi iudicis in die iudicij.

Quomodo Ra. Sa. hoc cap. exposuerit?

Terra Moabitarum compassa.

Fortificatio regni Iudæ sub Ezechia.

3 Audiuimus. *Quia secundum expositores Hebraicos & Latinos Moabitæ non fecerunt secundum monitionem Isaiæ de conseruando fugitiuos de populo Israel, ideo non euaserunt pœnam comminatam: & ad hoc designandum reuertitur hic propheta ad scribendum eorum pœnam & culpam. Et primo prædicit exterminium; secundo excludit eorum remedium, ibi,* Et erit. *Circa primum dicit*: Audiuimus superbiam Moab, *per famam volantem.*

Superbia Moabitarũ.

4 Superbia eius. *In factis.*

5 Et arrogantia eius, *In verbis.*

6 Et indignatio eius, *In exterioribus signis.*

7 Plusquam fortitudo eius, *Est enim modus superbi plus æstimare de se, quàm sit in veritate.*

8 Idcirco, *id est, propter istam superbiam.*

9 Vlulabit Moab ad Moab, *Quærentes ab inuicem auxilium, & non inuenient.*

10 His qui lætantur super muros, *Tales enim muri fiebant antiquitus, scilicet de lateribus coctis, & in fortitudine talium murorum gloriabantur Moabitæ.*

11 Loquimini, *O vos prophetæ.*

12 Plagas suas, *id est miserias eis superuenturas.*

13 Quoniam suburbana Esebon, *Nomen est ciuitatis famosæ in terra illa.*

Esebon.

14 Deserta sunt. *A suis habitatoribus inde fugientibus.*

15 Et vineam Sabama, *Ciuitas erat in Moab abundans in vineis.*

16 Domini gentium exciderunt, *id est, Assyrij primo, & postea Babylonij. Et dicuntur vtrique domini gentium, quia temporibus suis multas gentes subiecerunt suis dominiis.*

Domini gentium.

☞ Fla-

MORALITER.

† *Et velociter reddens quod iustum est.*

3 *Audiuimus superbiam Moab.* Hic ponitur expositio mystica, quantum ad Moabitas, per quos signantur Iudæi, vt dictum est capite præcedenti. Sic ergo dicitur: *Audiuimus superbiam Moab.* id est, Iudæorum, primo Christum eis missum despiciendo & crucifigendo, & secundo Romanis rebellando, vt dicit Iosephus libro de Iudaico bello.

Superbia Iudæorum.

9 *Vlulabit, &c.* Per quod designatur contentio Pharisæorum & Saducæorum de resurrectione mortuorum, vt habetur Act. 23.

10 *His qui lætantur*, Ex confidentia namque fortalitiorum rebellauerunt Romanis.

11 *Quoniam suburbana Esebon*, Per ista loca signantur Iudææ ciuitates desertæ per Romanos.

† *Super*

a *Errauerunt.* Lustrantes vniuersam terram Moab.
b *In deserto.* Vt tandem quos interficerent, non haberent.
c *Propagines.* Metaphoram vineæ prosequitur.
d *Transierunt mare.* HIER. Vt mirabilia domini viderent in profundo tentationum liberati ex eis.
e *Vine.* IBID. Vinea Moab, ex vicinia loci talis est, qualis doma, vnde, *De vinea Sodomorum vinea eorum.* (Deut. 32. c.)
f *Sabama.* IBID. Qui se extollit contra sententiam Dei.
g *De Car.* Carmelus mons est inter Phœnicem, & Palæsthinã imminens Ptolomaidi, in quo Elias orauit. Et ponitur sæpe pro qualibet fertilitate, Vnde & hic: *Auferetur lætitia & exul. de Carmelo*, id est, fertilitas in qua lætabantur Moabitæ. (Carmelus. 3. Reg. 18. g.)
h *Exultabit.* Quia spiritualis circumcisionis notitiam se habere iactant hæretici.
i *Vocem.* Ne draconis venena inde exprimantur, & bibentes interficiantur.
k *Venter meus.* IBID. Prophetæ, qui, tanquam cithara, musica arte compositus, & de Dei timore concipiens, multos liberos generat, vt omnis chorda sonum suum reddat. (Ier. 48. c.)
l *Et viscera.* IBID. Sicut cithara sonum compositum non emittit, si vna chorda rupta fuerit, sic spiritualis venter prophetæ, si vna chorda virtutum defuerit, dulce melos non resonabit, nec ad lateritium murum cunctis clamabit visceribus. Philosophorum quoq; sententia est, hærere sibi inuicem virtutes. Et Iacobus, cui vna deest, desunt omnes. (Hærent sibi inuicem virtutes. Iacob. 2. d.)
m *Sancta sua.* IBID. Ad sanctam scilicet ecclesiæ, quæ conabitur sua facere, non præualebit: non enim statim perfectè virtutem capimus.
n *Non vale.* IBID. In eis, scilicet non inuenient auxilium, in quibus sperabat: & sic apparuit, quia incassum colebat.
o *Hoc ver.* IBID. In prooemio, scilicet, vbi dicitur: *Onus Moab. Extunc*, ex quo scilicet loqui cœpit, vt omne quod dixit vnum verbum, id est, vna sententia sit. *Hoc verbum*, prooemio, reddit epilogum. Quod enim ibi cœperat, hic est completum.
p *In tribus annis.* IBID. q.d. Sicut pauci racemi remanet post vindemiatores, ita ex multitudine Moab pauci effugient hostes. *In tribus annis.* Prophetia contra Philisthæos & Moabitas mortuo Achaz, cœpit dirigi. Et potest intelligi, quia extunc tertio anno Moabitæ fuerunt vastati, ac si diceret: Sicut mercenarius expectat finem anni, vt recipiat mercedem operis, sic Moab post tres annos delebitur ab Assyriis. Potest de Babylone intelligi, quia post captam Ierusalem tertio anno, à Chaldæis vastanda sit, vel quod in tribus annis nulla requies sit danda eis. Sicut misericordia Dei in pondere est & mensura, sic in Iudæis cruciatus & supplicium: vt cum tres anni transierint, quibus relinquetur paruus & modicus, inglorius esse desistat. Moab igitur, qui externus erat, nec de populo Dei, sed relicto errore conuersus, tribus annis tantum paruus & modicus & inglorius relinquitur: de quibus, *Cogitaui dies antiquos, annos æternos in mente habui.* (Ad quod tempus & materiam referendi sint tres anni hic positi vers. 4. — Psal. 76. b.)

Merce-

[Interlinear glosses:] a Ne ex aliis hæresibus aliæ nascerentur in infinitum: exciderunt flagella eius, &c. b Etiam. c Ciuitas. Quod est fortitudo eorum, id est ad fortissima quæque hæreticorum dogmata, in quibus confidunt. d Domini gentium. — a Pessimæ radices. b Excisis scilicet flagellis. A Deo. Fugitiuos intellige. — a Sed. Domini gentium. Ducti in Babyloniam. b Tentationibus sæculi. Veni in altitudinem maris & tempestas demersit me. c Malo. d Isaias. Vt mecum plorent. — Fortitudinem scilicet hæreticorum quæ se extollit contra scientiam Dei. — a Deflens scilicet Iazer. b Abundanter super captiuitatem tuam flebo. — a Cogitationes eorum, quibus ad excelsa conscenderunt. Ascensio. — a Quæ nascitur in vallibus Raphalm. — a Dominorum gentium. Assyriorum: Chaldæorum diripientium bona Moabitarum. b Hæreticorum, vt audiant, Beati qui lugent. — a De scientia falsi nominis. Moab. — a Æterno silentio tacebunt. Quoniam. — Moab. a Celeuma, quod consueuerant vindemiantes cantare. — a Infortunio. Destructo Moab, & falsa lætitia in luctum mutata. Sensus. b Conuersus. — a Pœnitentem. b Plangendo. Luctum. c Cordis interiora, vnde: Benedic anima mea domino & omnia quæ. — a Fragilem. b Ciuitatis, quæ de lateribus. c Vanum esse. Ipsi. — a Frustra. b In montibus & tectis. Dogmatibus quæ putabat excelsa. — a Tunc. b Idola, quæ sancta putabat. c Pro liberatione. — a Contra. b Ex quo creatus est. Ait enim dominus: Moabitæ & Ammonitæ non intrabunt in ecclesiam meam. Vel ex quo præsciuit ea. — a Hoc de Babylone. b Non pluribus.

[Text:] a flagella eius vsque ad Iazer peruenerunt: errauerunt in deserto propagines eius, relictæ sunt, transierunt mare. [9] Super hoc plorabo in fletu Iazer, & vineam Sabama: Inebriabo te lachryma mea Esebon & Eleale, quoniam super vindemiam tuam & super messem tuam vox calcantium irruit. [10] Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit, neque iubilabit. Vinum in torculari non calcabit, qui calcare consueuerat: vocem calcantium abstuli. * [11] Super hoc venter meus ad Moab, quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris. [12] Et erit: cùm apparuerit quod laborauit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua vt obsecret, & non valebit. [13] Hoc verbum quod locutus est dominus ad Moab extunc: [14] & nunc locutus est dominus: dicens: In tribus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Flagella eius. *id est palmites, qui vulgariter vocantur flagella, & sic est in Hebræo: tamen accipiuntur hic palmites metaphoricè, pro populo illius ciuitatis, quæ abundabat in vineis, vt dictum est.*
2 Vsque ad Iazer perue. *Fugiendo aduersarios.*
3 Errauerunt in deserto. *Homines enim præ timore fugientes, de facili errant propter mentis perturbationem.*
4 Propagines eius, *id est, viri fortes.*
5 Relictæ sunt. *Scilicet à Deo tanquam inutiles.*
6 Transierunt mare. *Id est, Euphratem, ducti in captiuitatem ad terram alienam. Et vocatur hic fluuius Euphrates mare, propter eius magnitudinem, secundum morem Hebraici sermonis, quo congregatio aquarum mare vocatur, secundum illud Gen. 1. a.* Congregationesque aquarum appellauit maria. (Euphrates vnde hic mare dicatur?)
7 Super hoc plorabo. *Hoc dicit propheta compatiens populo Moab, ratione supradicta.*
8 In fletu, *i. veraciter, & non fictè compatiens.*
9 Iazer. *Est nomen ciuitatis in Moab.*
10 Et vineam Sabama, *i. super Sabama ciuitatem, vineis abundantem, quia illæ ciuitates fuerunt destructæ. Et eodem modo exponitur quod subditur.* (Sabama vrbs vineis abundans.)
11 Inebriabo te. *Esebon & Eleale sunt nomina ciuitatum in Moab. Et causam suæ compassionis subdit.*
12 Quoniam super vinde. *Vnde debebat viuere.*
13 Vox calcantium irruit. *s. hostium sibi rapientium.*
14 Et auferetur læti. *Locus est in Moab fertilis in vino & blado.*
15 Et in vineis non exultabit. *Quando enim vindemia est abundans & messis & colligitur pacificè, homines exultant & cantant: & ideo quando ab aduersariis partim occiduntur, & partim fugantur, & messis & vindemia ab aduersariis capitur, tunc habetur materia tristitiæ & ploratus.*
16 Super hoc venter meus, *mens mea, eo modo loquendi, quo dicitur de aliquo parum literato: Parum habet in ventre.*
17 Ad Moab, quasi cythara so. *emittendo vocem lugubrem gemitus, sicut in fletu mortuorum aliquando cantabatur carmen lugubre in cythara.*
18 Et viscera mea, *mouebuntur per compassionem.*
19 Ad murum cocti late. *id est, ad Moabitas qui habitabant in ciuitatibus clausis talibus muris, vt suprà dictum est.*
20 Et erit. *Hic consequenter propheta excludit remedium, dicens:* Et er. cum apparu. quod labo. Moab. *scilicet in vanum ad defendendum.*
21 Super excelsis, *id est, ad idola in montibus posita, quæ reputauit sancta: ideo dicitur hic,* Sancta sua, *non simpliciter & absolutè, sed cum determinatione eius, quod est sua.*
22 Vt obsecret. *pro sua liberatione.*
23 Et non valebit. *quia idola nullam habent virtutem adiuuandi.*
24 Hoc ver. quod, *id est, de punitione Moab absque retractatione.*
25 Extunc, *id est, ab æterno, quia extunc omnia futura disposuit. Ra. Sa. exponit: Extunc. id est, ex tempore quo Moabitæ conduxerunt Balaam ad maledicendum populo Israel. Num. 22. disposuit Deus hanc pœnam super Moabitas futuram: non tamen intelligit per hoc, quod aliqua nouitas sit in Deo, sed quia illud factum fuit dispositiuum seu meritorium respectu pœnæ, quæ hic describitur.* (Quæ sit vis vocis Extunc vers. 13.)
26 Et nunc lo. est do. *scilicet per me prophetam suum dicens:*
27 In trib. annis. *Aliqui numerant istos tres annos à morte Achaz.*

Sed

MORALITER.

† 16 *Super hoc venter meus ad Mo. quasi cyth.* Gemendo per compassionem, sicut in cythara cantatur lugubre carmen; licet enim destructioni Iudæorum parum aut nihil esset compatiendum, tamẽ compatiendum erat sanctitati locorum, in quibus Christus fuerat conceptus, natus, oblatus, & sepultus: propter quod Christus præuidens hanc destructionem fleuit per compassionem, Luc. 19. g. *videns Iesus ciuitatem sanctam, fleuit super illam, &c.* (Cur lugenda sit Iudææ vastatio.)

a *Mercenarij.* HIER. l. 6. Falsa doctrina omnia lucri causa facit. *Mercenarius enim videt lupum venientem, & fu.* Et ideo dictum est: Aduenam & mercenarium de sanctis non comedere, nec seruos sanctorum esse participes: quia non pro dilectione domini, sed pro mercede cuncta faciunt, vt lanis vestiantur & lac mulgeant. Similiter, qui facit eleemosynam, vt laudetur ab hominibus, recepit mercedem suam, quia mercenarius est. Qui castum se simulat, habens aliud in corde, supplicia peccatoris recipit. Ideo in comparatione duorum malorum, leuius peccatum est apertè peccare, quàm sanctitatem simulare.

Exod. 12. g. — Mercenarius. — Simulator peccatore publico peior.

a ¶ Profectus est Moab: vt qui habuit multos comites erroris, relinquatur cum paucis.

a annis quasi anni mercenarij [1] auferetur gloria [2] Moab super omni populo muto, & relinque- [3] ¶ Humilitate. tur in eo sicut racemus paruus & modicus, nequaquam multus.

NICOLAVS DE LIRA.

Sed hoc non videtur verum: quoniam vastatio Moabitarum fuit post destructionem regni Israel, vt patet ex supradictis: Samaria verò metropolis in regno Israel fuit capta, & populus captiuatus 6. anno Ezechiæ 4. Reg. 18. & per consequens 6. anno post mortem Achaz: & ideo alij numerant à captiuitate regni Israel, alij à captiuitate regni Iuda. Ra. Sa. autem exponit aliter, dicens, quod Salmanasar tribus annis pugnauit contra Samariam, & tandem eam cepit 4. Reg. 18. & in suo exercitu erant Moabitæ stipendiarij, & sic exponit quod dicitur hic, In tribus annis, id est, pro tribus annis quibus Moabitæ cum Salmanasar impugnauerunt filios Israel.

Quomodo colligendus sit numerus trium annorum hic positus vers. vlt.

B 1 Quasi anni mercenarij, *id est anni qui fuerunt Moabitis quasi mercenarij, eò quod pro stipendiis erant ibi.*

2 Auferetur gloria Moab. *per vastationem terræ suæ, q. d. illud factum eorum in tribus annis dictis fuit causa punitionis suæ à Deo, & sic per hoc quod dicitur hic,* in tribus annis, *non præfigitur tempus suæ punitionis, sed assignatur eius causa partialis, quia conductio Balaam prædicta, & ista impugnatio populi Israel concurrerunt ad hoc, & etiam Moabitarum superbia, vt dictum est.*

Moabitæ militantes pro Assyriis contra Samariam.

3 Et relinquetur. *quia pauci de Moabitis effugerunt manus vastatorum; vel quia aliqui pauci vel pauperes à vastatoribus fuerunt dimissi pro cultura terræ, sicut Nabuzardan destructa Ierusalem duxit populum reputationis in Babylonem, & de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas, vt habetur Iere. vltimo.*

ADDITIO.

In cap. 16. vbi dicitur in postil. Extunc, id est, ab æterno: quia extunc omnia futura disposuit.

Reiicit expositionem Ra. Sa. super ly Extunc.

Expositio Ra. Sal. videtur irrationabilis. Tum quia Deus vsque ad tertiam & quartam generationem punit peccata patrum in filios, vt patet Exod. 20. & ideo iam transiuerant multò plures generationes à tempore conductionis Balaan, vt manifestum est, Tum quia alia peccata hic expressa sufficiunt ad promerendam talem punitionem, scilicet oppugnatio filiorum Israel fugientium, & etiam superbia ipsius Moab, quæ maximum peccatum est, vnde quod dicitur, Extunc *melius exponitur secundum postil. scilicet ab æterno, scilicet secundum diuinam præscientiam.* E

CAP. XVII.

a ONus Damasci. *Ecce Damascus.* HIERON. Damascus metropolis Syriæ, quam condidit Eliezer seruus Abrahã, cuius rex Rasin semper præbebat auxilium decem tribubus contra Iudam. Ideo spiritus sanctus minatur ei captiuitatem per Isaiam. Per eam autem, totam intelligimus prouinciam. Damascus, fugens sanguinem, vel bibens, vel sanguinis osculum, quia ibi occidit Cain Abel; vel sanguis cilicij. Hi enim qui multum sanguinem fundebant, pœnitentiam agere debuerant: quod significatur per cilicium. Sed quia non egerunt pœnitentiam captiuati sunt.

Damascus. — C — Gen. 4. b.

† PROCOPIVS. Quod Damascum non futuram esse ciuitatem ait, ad tempora Romana referri potest, cum ab ipso saluatoris aduentu singuli reges vbique sublati sint.

b *Aroer gregibus.* Mirica, quæ est arbor infructuosa, nascens in desertis, & saxosis locis. q. d. Omnes Syri infructuosi erunt & desolati. Alij dicunt ex hac arbore maleficis artibus odia concitari. F

c *Et regnum.* Vt peccatum non regnet in ea, quæ prius sanguinem diligebat.

d *Reliquiæ Syriæ.* Ironicè pro ignominia, q. d. Sicut filij Israel in captiuitatem ducti sunt, quia spem suam non in Deo, sed in hominibus posuerunt: Sic Syri, qui promittebant auxilium eis, vt separarent illos à cultu Dei, quod & fecerunt, ambo ergo captiuati ignominiosè.

Syri & Israel in peccato & pœna pares.

CAP. XVII.

a ¶ Ethnicorum, qui ante fidem Christi amici erant sanguinis & crudelitatis, & opera digna planctu & sacco agebant.

a ONus Damasci. Ecce [1]

a ¶ Gentes. s. quæ conuersæ non erunt in pristina conuersatione. De vocatione enim gentium hic agitur.

Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina.

a ¶ Potens nobilis.

a ¶ Grex fidelis de multis collectus. b ¶ Viuorum. c ¶ Iudæorum excæcatorum. d ¶ Ista euersa. e ¶ Ab hominibus.

[2] Derelictæ ciuitates A-

a ¶ Regio Syriæ, in qua plures ciuitates. ¶ Mirica. b ¶ Infructuosæ. ¶ Scilicet ecclesiastici. c ¶ In pascua. d ¶ Mente pacata. e ¶ Tanta solitudo erit vt nec latro timendus sit.

b roer gregibus erunt, [3] & requiescent ibi, [4] & non

a ¶ Quia dominus inter eos, præsente pastore non timebunt lupos. b ¶ Damasci. ¶ Dei.

erit qui exterreat. [5] Et cessabit adiutorium ab

a ¶ Scribis & Pharisæis, qui contrarij populo Dei. b ¶ Cessabit. c ¶ Eorum qui de gentibus crediderunt.

c Ephraim, [6] & regnum à Damasco: [7] d & reliquiæ

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XVII.

1 ONus Damasci. *Hic ponitur punitio Syrorum, populum Israel ad peccatum inducentium, quia Phacee rex Israel fuit confœderatus regi Syriæ, vt dictum est supr. c. 7. & sicut communicauit ei in amicitia, ita & in idololatria. Similiter Achaz rex Iuda fecit sibi fieri altare holocaustorum in Ierusalem ad similitudinem altaris quod erat in Damasco, vt habetur 4. Reg. 16. Diuiditur autem præsens ca. in tres partes: quia primò describitur punitio Syrorum, filios Israel ad peccatum trahentium: secundo, filiorum Israel in ipsis confidentium, ibi,* Et erit; *& tertiò Assyriorum vtrosque vastantium, ibi,* Væ multitudini. *Circa primum dicitur:* Onus Damasci, *id est, punitio Syriæ à Deo præuisa, quia Damascus erat metropolis in Syria.* Ecce Damascus desinet esse ciuitas, *scilicet notabilis, vt exponunt aliqui, eo quod Theglathphalnasar, qui interfecit Rasin Regem Syriæ, non legitur eam destruxisse. Sed illud quod subditur, videtur repugnare,* & erit sicut aceruus lapidum in ruina, *& ideo dicendum quod Damascus fuit destructa per Theglathphalnasar, vel alium sibi succedentem, & postea reædificata, sicut de Ierusalem legitur, quod fuit bis destructa, & bis reædificata.*

Syri populum Israel & Iuda ad peccatum inducunt. — Diuisio. — Damascus an fuerit funditus deleta?

2 Derelictæ ciuitates Aroer. *Nomen est regionis in regno Syriæ, in qua sunt plures ciuitates: Aroer autem prout est nomen vnius ciuitatis, est in Iudæa.*

3 Gregibus erunt. *Scilicet, gregibus aduersariorum.*

4 Et requiescent ibi. Et non erit qui exterreat. *s. de Syris: quia populus Syriæ fuit translatus Cyrenem, vt habetur Amos 1. Et quia Syri erant confœderati regno Israel, vt dictum est supr. 7. c. ideo subditur:*

Regnum 10 tribuum dicitur Ephraim.

5 Et cessabit adiutorium ab Ephraim, *id est, à regno Israel nominato ab Ephraim, eò quod Ieroboam primus rex fuit de illa tribu.*

6 Et regnum à Damasco, *Eò quod nomen regium fuit ablatum per Theglathphalnasar.*

7 Et reliquiæ Syriæ sicut gloria. *Id est, isti & illi captiuabuntur* ☞ paucis

MORALITER.

1 *Onus Damasci.* In hoc cap. literaliter intellecto describitur punitio Syriæ, per Damascum eius metropolin intellectæ, propter hoc quòd Israel ad peccatum idololatriæ pertraxit, & punitio Israel quòd in hoc sibi consensit, & punitio Assyriorum qui captiuauerunt, vtrosque tamen iniqua voluntate. Moraliter per Damascum, quæ sanguinem bibens interpretatur, signatur quilibet, qui labore & sanguine simplicium nutritur & potatur, sicut est malus dominus per tyrannidem, & quilibet deceptor per fraudem, & vsurarius per cupiditatem; Per Israel assentiens Damasco signantur ministrantes prædictis in opere malo; Per Assur, qui captiuauit vtrosque, signatur princeps superior malus, qui spoliat multos sua cupiditate & potestate.

De eis qui de male partis viuũt.

a *Et erit in die illa.* HIER. l. 6. Cum Syria vastata fuerit ab Assyriis, A & Damascus desierit esse ciuitas. Tres similitudines, sententia pœnè vna. Sicut enim rarissimæ spicæ manus fugiunt metentium, & pauci racemi (qui à remanendo dicti) manus vindemiatorum, & paucæ oliuæ remanent post excussionem oleæ; sic pauci remanebunt in Damasco & in tota Syria, primùm venientibus Assyriis, & post Chaldæis. Sub captiuitate enim Assyria, pauci qui terram excolerent remanserunt. Alij in Cyrenem translati, quæ est regio vltra Ægyptum.

Racemi. *Cyrene.*

† PROCOPIVS. Vocat *gloriam Israel*, regnum ipsum, B ipsum sacerdotium, ipsam sanctificationem, ipsum lege imperatum cultum, ipsam prophetandi gratiam, ipsam libertatem populi, quibus vt statim Dei priuatus est populus, ita regnum ipsa amisit Damascus, ideoque (*in die illa*) quo Saluatoris aduentum designaret, adiunxit.

Gloria Israel quæ?

b *Emarcescet.* HIERON. Non habebunt prophetas nec signa, nec virtutes, nec regnum nec sacerdotium: sed omne corpus gentis marcescet.

c *In messe.* IBID. De gentibus dicitur: *Messis quidem mul. op. autem pau.* Illi verò pauperes, messis reliquias quæ per apostolos saluatæ sunt, & rarissimas spicas legunt. Nec in montibus, C sed in valle Raphaim, id est, in humilitate, literæ veritate. Raphaim enim gigantes sonat.

Matth. 9. d.

† PROCOPIVS. Spicæ nomine discipulorum cœtum, de quibus superius illud vsurpauit, *Nisi Dominus reliquisset nobis semen*, intellexit; post Apostolorum autem vocationem, congruè valde & ipsam gentium, quæ deorum multitudinem amplexatæ fuerant, conuersionem proponit.

Isa. 1. d. *Gentium conuersio ad fidem.*

d *Sicut excussio.* HIER. Percusso populo Iudæorum, oliua quę sub Moyse sexcenta millia armatorum habuerat, & sub Dauid numerante Ioab innumerum populum, vix paucos fructus saluatori obtulit.

Num. 1. d. & 26. g. 2. Reg. 14. b

e *Duarum aut trium.* IBID. Pauli & Barnabæ. Et trium Petri, & Iacobi & Ioannis, qui in monte transfiguratum dominum conspexerunt, & Archisynagogi filiam suscitari viderunt. D

Act. 9. c. & 13. a. Matt. 17. a. Mar. 5. d. Act. 1. d.

f *Siue quatuor.* HIERON. Hi sunt reliqui nouem, in quibus Iudæ proditoris Matthias locum obtinuit. Hi pro diuersitate gratiarum nobis ignoti, in quatuor aut in quinque separati sunt, vt euangeliorum numerum & legis in se volumina demonstrarent, tanquam prædicatores vtriusque testamenti.

(a ¶ Scilicet sicut prius fuere filij Israel regno Iudæis ablato & gentibus tradito.)

Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit

(a ¶ Per prophetas, s. promisit. b ¶ Tunc. c ¶ Syria & Damascus in quibus gloriabatur.)

a dominus exercituum. [4] Et erit in die illa attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius

(a ¶ Gloriosi enim in toto orbe erant. ¶ Fortitudo fiduciæ eius. b ¶ Id est, Iudæorum. c ¶ Alias pingues eius carnes marcescent. ¶ Hoc scilicet.)

b emarcescet. [5] Et erit sic congregans in messe c quod restiterit, & brachium eius spicas leget. Et erit sicut quærens spicas in valle Raphaim:

(a ¶ Qui saluati fuerint. b ¶ Et erit.)

d [6] & relinquetur in eo quasi racemus, et sicut e excussio oleæ duarum aut trium oliuarum in f summitate rami, siue quatuor aut quinque,

(a ¶ Qui mentiri nescit.)

in cacuminibus eius fructus eius, dicit domi-

(a ¶ Qui saluator est Iudæorum. b ¶ Deleta Damasco & Syria. c ¶ Humiliabitur. d ¶ Gentilis conuersus.)

g nus Deus Israel. [7] In die illa inclinabitur homo

(a ¶ Deum & idola abiecerunt. ¶ Templum.)

ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum

(¶ Idolorum.)

Israel respicient, [8] & non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius, & quæ operati sunt

(a ¶ Qui relictus fuerit. b ¶ In quibus sacrificare consueuerant.)

digiti eius: non respiciet lucos & delubra. [9] In

(a ¶ Robustæ. ¶ Israel. b ¶ Ab hominibus timore Romanorum.)

h die illa erunt ciuitates fortitudinis eius dereli-

(a ¶ Ab Amorrhæis.)

i ctæ sicut aratra: & segetes quæ derelictæ sunt

(a ¶ Impetu. b ¶ Plebs. c ¶ Et merito.)

à facie filiorum Israel. Et eris deserta [10] quia

(a ¶ Vnde Israel me non cognouit, &c. ¶ q. d. Hæc est causa omnium malorum. b ¶ Qui te eduxit ab Ægypto. ¶ Quem tibi lex & prophetæ prænuntiabant. c ¶ Contra ferocissimas gentes.)

oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris

(a ¶ Quia oblita es. Ironia q. d. An propterea. b ¶ Prædicans vnum Deum.)

tui non es recordata. Propterea plantabis plan- [11]

(a ¶ Sed hoc non, potius. b ¶ Quod hostis colligat.)

k tationem fidelem, germen alienum se- [12]

(a ¶ In synagoga satanæ. b ¶ Ideo. c ¶ q. d. quia oblita es dominum salu. tuum. ¶ Pro vite optima nascetur labrusca.)

l minabis. [13] In die plantationis tuæ labrusca, [14]

g *In die illa inclinabitur.* IBID. q. d. Dominus esuriens vix paucas oleas reperit in populo Iudæorum, & subintrauit plenitudo gentium. Reliquiæ decem tribuum, quæ postquã maxima pars in Assyrios est captiuata, propter idola quæ colebant, E vnum in Dan, alterum in Bethel, Ezechiæ regis literis commonitæ, ad dominum conuersæ sunt, & ad templum Dei in Ierusalem venerunt, sicut legitur in Paralipomenon, & idola abiecerunt.

Reliquiæ Israel appositæ ad Iudam. *2. Para. 30. a*

h *In die illa erunt.* Irruentibus Assyriis, & vastantibus non solùm Damascum, sed & terram x. tribuum.

† PROCOPIVS. Sicut enim prius ab Amorrhæis derelictæ sunt vrbes, vt in eas inducereris, sic & te expulso easdem occupabunt alij, cum vtriusque expulsionis causa sit impietas.

i *Aratra.* HIER. Amorrhæorum. Hoc contra x. tribus. q. d. F Sicut olim venientibus filiis Israel, relictis aratris fugerunt Amorrhæi, sic modo x. tribus venientibus Assyriis.

k *Plantationem fidelem.* IBID. Plantatio fidelis est, quando quis plantat & colit, & fructum colligit. Plantatio infidelis & germen alienum, quando alienus colligit. *Omnis plantatio quam non plantauit pater meus, eradicabitur.*

Plantatio fidelis & infidelis. Matt. 15. b.

l *Germen alienum.* IBID. Non recipiens patrem, quia non recipis filium: qui enim credit in patrem, credit in filium. Germen alienum, blasphemiæ contra Christum.

† Pro-

NICOLAVS DE LIRA.

paucis euadentibus fugiendo, & sic factum est: quia sicut Teglathphalnasar captiuauit populum Syriæ, sic Salmanasar regnum Israel, vt habetur 4. Regum.

Diuisio. 1 Et erit. *Hic consequenter describitur punitio regni Israel, eò quod confidebat de adiutorio Syrorum, plus quàm de Deo, & ad eorum idololatriam trahebatur. Et diuiditur in tres partes, quia primò propheta denuntiat punitionis effectum; secundo, eius fructum, ibi,* In die illa inclinabitur; *tertiò, redit ad denuntiandum destructionem regni Israel, ibi,* In die illa ciuitates. *Circa primum dicitur:* Et erit in die illa, &c. *id est, regni Israel, & hoc per destructionem Syrorum, de quorum confidentia gloriabatur.*

2 Et pinguedo carnis eius emarcescet, *id est, diuitiæ eius deficient. Vnde de aliquo diuite homine dicitur communiter, quod est pinguis. & hoc fuit quando Salmanasar cepit Samariam & populum captiuauit, & sic diuitias regni sibi rapuit.*

3 Et erit sicut congregans, *id est, pauci de populo Israel euadent sicut spicæ remanentes post terga metentium paucæ sunt.*

4 In valle Raphaim. *Locus est in Iudæa, vbi Philisthæi venerunt ad pugnandum contra Dauid. 2. Regum 5.*

Pauci de Israel euaserunt manus Salmanasar

5 Et relinquetur in eo, *qui remanent post vindemiatores.*

6 Et sicut excussio oleæ, *est autem olea fructus oliuæ. Per ista intelligitur, quod pauci numero euaderent manus Salmanasar, sicut post vindemiatores remanent pauci racemi & paucæ oleæ post excussionem oliuarum.*

7 In die illa incli. *Hic ostenditur huius punitionis fructus, quia illi qui euaserunt fugiendo, postea venerunt in regnum Iuda sub Ezechia rege, & seruierunt domino idolis dimissis. & hoc est quod dicitur:* In die illa inclinab. homo. *scilicet ad dominum. & patet litera ex prædictis.*

8 In die illa erunt ci. *Hic redit propheta ad denuntiandum destructionem regni Israel, dicens,* In die illa erunt, *scilicet Samaria & aliæ ciuitates munitæ.*

9 Derelictæ, *ab habitatoribus suis in captiuitatem ductis.*

10 Sicut aratra & segetes, *Quia sicut filij Israel non potuerunt defendere ea, quæ erant in campis, ita nec seipsos in ciuitatibus muratis. Et huius destructionis causa subditur,* Et eris deserta, quia oblita es Dei saluatoris tui, &c.

11 Propterea plantabis plantationem, *Secundum expositores nostros propheta irrisoriè hoc dicit, eo quod subditur.*

12 Et germen alien. *scilicet à fide & moribus.*

13 Seminabis, *Et ad hoc concordat quod subditur,*

14 In die plant. tuæ labrusca, *i. vitis siluestris & inutilis. Et per ista designatur populi Israel malitia. Ra. Sa. aliter exponit dicẽs quod propheta hic loquitur de præterito per modum futuri cum dicitur:* Propterea plantabis plantationem fidelem, *quia populus Israel fuit plantatus in sanctis patriarchis, sed postea declinauit ad idololatriam, ideo subditur:* Et ger. alie. se. In die plan. t. *i. receptionis legis diuinæ in monte Sinai, quia dominus plantauit Israel tanquam vitem specialem per legis dationem, ita quod plantatio hic accipitur aliter quàm primò.* Labrusca. *quia tunc fecit sibi vitulum conflatilem.*

Duæ expositiones vers. 10.

Et

† PROCOPIVS. Iudæorum apparet infidelitas, quod plantationem infidelem, vnde ipsos errasse certum est, plantauerunt. Quod si mutata sententia, ait ad exorientem mundo euangelicæ lucis, solisque iustitiæ matutinam horam intuens, semen aliud nempe verbi Dei, adieceris, florebit in te ad messem, & alios tanquam transmissa in filios hereditate docebis. conuertit, quæ Damasci, ceterisque locis perfidiam seruans, Christi ecclesiam esset oppugnatura: quam sicut mare fluctibus agitatum, cum idololatria liberatam ad euangelij prædicationem admitti contigerit, conturbatam iri, multarumque gentium numerum, velut aquarum sonitum edituram esse significat. Vt enim maris terga cum ventis agitantur, sursum eleuantur, & sonitu aures audientium obtundunt: Sic quæ in incredulitate remansit multitudo, si ab inuisibilibus gentibus vexetur, eorũ aduersus ecclesiam rebellionẽ & impetum sonitu demonstrabit, quorum quidem furorem per mare fluctuans, minas autem aduersus fideles per resonantem aquam significauit.

(Iudæi infidelitatis coarguti.) (Prædicta persecutio fluctibus maris comparatur.)

a *Mane semen tuum.* HIER. l. 6. Cum s. visum fuerit germen & aliquam vmbram habere pietatis, dum homines ab idololatria retrahis. Cum ad fructum colligendum veneris, dolebis cernens populum gentium tibi prælatum: vnde, *Tristitia est mihi magna, & cõtinuus dolor cordi meo.* (Rom. 9. a.) Volebant enim omnes sancti cũ ramis oleastri radicem saluari.

b *Væ multitudini.* IBID. Sennacherib & exercitui eius, quem congregauerat contra populum Dei, minatur sermo propheticus. Cum tãta enim multitudine venit, vt sonitus eius comparetur sonitui maris. *Væ mul.* Dixit gentiũ vocationem, Iudæorum abiectionem, & in paucis electionem. Sed quia de gentibus multi vocati, pauci electi, nec omnium est fides, incredulis gentibus væ prædixit, vt qui persecuti sunt populum Dei, qui comparantur frementi mari, cuncta opprimere & occupare cupienti. (De gẽtilibus Christum persequentibus.)

† PROCOPIVS. Explicata gentium conuersione, Iudæorumque in Christum peruicacia, ad eam se iam multitudinẽ

[Text:]

a ¶ Id est, primum semen tuum pulchrum erit, & deficiet cum maturauerit: vel ante tempus florebit, & ideo non valebit. b ¶ Ab hostibus, vel sicut dictum est.

a & mane semen tuum florebit. Ablata est mes- 1 2
a ¶ Cum deberet in horreum recondi. b ¶ Gratiarum spiritualium. ¶ Ideo. c ¶ Qui seminauit.
b sis in die hereditatis, & dolebis grauiter. [12] Væ 3 4
a ¶ Persequenti. ¶ Quia multi vo. pau. ele. b ¶ Venientium cum Sennacherib.
multitudini populorum multorum, vt multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum, 5 6
a ¶ Aquæ multæ, populi multi. b ¶ Contra sanctos. ¶ Voce consona impietatis.
sicut sonus aquarum multarum. [13] Sonabunt
a ¶ Venientes cum Sennacherib.
populi sicut sonitus aquarum inundantium,
a ¶ Dominus occidendo exercitum.
b ¶ Auctorem seditionis diabolum. ¶ Sennacherib, dominum tanti exercitus.
c ¶ A populo Dei. ¶ In Niniuem. d ¶ Vt religetur in abysso.
¶ Ab Ierusalem, vel de mundo. ¶ Tanto fortius, quanto excelsior.
c & increpabit eum, & fugiet procul. Et rapietur sicut puluis montium a facie venti, & sicut 7 8
a ¶ Separatus à populo Dei. ¶ Qui de terra consurgit.
b ¶ In extrema parte noctis. c ¶ Consummationis.
turbo coram tempestate. [14] In tempore vesperi, 9
a ¶ Multitudinis angelo percutiente. ¶ Ex conscientia peccati.
b ¶ Similiter turbatio. ¶ In die resurrectionis. c ¶ Exercitus.
¶ LXX. Non erit. Quomodo ergo pœnitebit, & archangelicum fastigium obtinebit?
& ecce turbatio: in matutino, & non subsistet. 10
a ¶ Vox Christiani populi. ¶ Hæc, quæ supradicta.
d Hæc est pars eorum qui vastauerunt nos, & 11
a ¶ Æternus interitus. ¶ Æternam damnationem recipient in futuro.
sors diripientium nos.

c *Rapietur.* Raptus est à Ierusalem, quando cum paucis fugit in Niniuem. De mundo raptus est, quando à filiis suis citò occisus est, vt patet.

d *Hæc est pars eorum qui vastauerunt.* Propheta, ex persona Israel. q. d. Sic solet Deus beare inimicos nostros.

† PROCOPIVS. Ne ergo metuamus, quoties cumque vel perturbationibus in nobis tanquam fluctibus excitatis, vel exterius rationibus admotis animum nostrum malæ obsidebunt potestates, sed Ezechiam secuti, Deum inuocemus, qui timorem domini amplexos, & ab eiusdem angelo sopiri & liberari non dubitamus.

(Quid in persecutione & angustia faciendum sit.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et mane semen t. flo. *id est ante tempus debitum: & sic fructu carebit. Hoc modo populus Israel glorians de confidentia Syrorum inconuenienter effloruit, & ideo pœna secuta fuit, vt prædictum est, ideo subditur:*

2 Ablata est m. *scilicet, Israel ab Assyriis.*

3 In die he. *Hebræi dicunt:* In die infirmitatis, *quia virtus populi Israel tunc fuit infirmata, & annihilata; ideo subditur,* Et dolebit grauiter. *Secundum autem translationem nostram sic exponitur,* In die hereditatis, *id est, tempore quo debebat colligi messis & recondi in horreis, & sicut hereditas possideri.*

4 Et dolebis gra. *scilicet Israel ex malis sibi illatis. Causa autem diuersitatis huius literæ est: quia dictio Hebraica quæ ponitur hic, sc.* נחלה Nahelah *æquiuoca est ad infirmitatem, & hereditatem.*

5 Væ multitudini. *Hic describitur punitio Assyriorum regna Israel & Syria vastantium cum dicitur,* Væ multitudini populorum multorum, *qui venerunt cum Sennacherib contra Ierusalem. Et ponitur hic væ, pro onere, quia idem importat in proposito.*

6 Vt multitudo maris sonantis. *In processu enim exercitus fit magnus tumultus ex collisione armorum & motu curruum & sonitu buccinarum, & maximè quando exercitus est valde magnus, qualis erat exercitus Sennacherib.*

7 Et increpabit eum, *per angelum tuum percutiendo eius exercitum 4. Reg. 18.*

8 Et fugiet procul. *quia Sennacherib visa plaga cum paucis fugit ad terram suam valde velociter, ideo subditur.* Et rapietur sicut puluis montiũ.

9 In tempore vesperi, & ecce turb. *quia percussio dicta facta fuit de nocte quæ incipit à vespere.*

10 In matu. & non sub. *quia Sennacherib in mane videns plagam sui exercitus, fugit vt dictum est. Et concludit propheta:*

11 Hæc est, *i. pœna dicta est illud quod iustè redditur inimicis nostris.*

CAP. XVIII.

VÆ terra. HIER. Quia de ceteris persecutoribus ecclesiæ dixerat, addit de hæreticis qui cymbalum dicuntur, charitatem domini non habentes: vnde, *Si charitatem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* (1. Cor. 13. a.) Nec tamen cymbalum, raucum concrepans, sed propter leuitatem sermonis discurrentis, cymbalum alarum; quæ est trans flumen Æthi. omnes enim sua impietate vincunt. dicit Epicurus non esse prouidentiam, & voluptatem summum bonum, sed illi peiores qui prouidentiam recipiunt & auctorem accusant, quasi * errando. (Hæreticorũ garrulitas.) (Hæretici Epicuræis peiores.) (* creando.)

a ¶ Ægypto. s. quæ in vmbra alarum suarum promittit auxilium duabus, sicut Damascus decem tribubus.
a VÆ terræ cymbalo alarum quæ est 1 2
a ¶ Id est, riuos Nili, qui per Æthiopiam fluit. b ¶ Hæreticus.
¶ Ægyptius populus. c ¶ Mundo.
trans flumen Æthiopiæ, [2] qui mittit in mari le- 3 4

a *Væ terræ cym. ala.* IBID. Conuertitur iterum ad Ægyptum, & vocat eum inutilia fecerit.

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XVIII.

VÆ terræ cymba. *Ra. Sa. exponit hoc caput de destructione exercitus Gog & Magog, per regem Messiam, quem Iudæi expectant futurum. Sed hæc expositio innitur falso fundamento, cum aduentus Christi transierit in præteritum: & ideo expositores nostri dicunt, quod Isaias incipit hic scribere punitionem Aegyptiorum, qui tempore Sedeciæ fecerunt populum de regno Iuda confidere in suum auxilium, & sic rebellauit contra regem Babyloniorum, propter quod captiuatus fuit populus, & destructa ciuitas, & templum. Sic igitur præsens caput in duas partes diuiditur: Quia primo describitur Aegyptiorum præuaricatio; secundò pœna comminatio ibi,* Omnes habitatores. *Circa primum dicitur:* (Quomodo Ra. Sa. hoc cap. exponat.) (Diuisio.)

1 Væ terræ, *scilicet Aegypti.*

2 Cymbalo alarum. *Dicitur autem Aegyptus alarum cymbalum, quia rex Aegypti denuntiando regno Iudæ magna promissa, faciebat ipsum in vanum confidere sub alarum suarum vmbra.* (Ægyptij præsidium Iudæ cõtra Babylonios vane promittunt.)

3 Quæ est trans flumen Æthiop. *Istud flumen est Nilus diuidens Aegyptum ab Aethiopia, & per ipsam transiuit Alexander magnus de Aethiopia in Aegyptum.*

4 Qui mittit in mari legatos, *id est nuntios per mare ad regem Iudææ ipsum assecurando.* In

MORALITER.

1 *Væ terræ.* In hoc cap. & duobus sequentibus describitur ad literam præuaricatio Ægyptiorum, & punitio eorum, in hoc quod fuerunt tribus vicibus debellati, semel per regem Babylonis: (Ægyptij ter debellati.)

eum cymbalum alarum. Nilus enim (qui & Geon) fluuius immensus per Æthiopiam veniens, & per Ægyptum fluens, hic antequam diuideretur magno sonitu per montana descendens, sonitum similem sonitui alarum multarum grandium auium dabat. Ideoque multitudo illius populi alarum comparatur sonitui. Velox quippe & concitus auium volatus sono cymbali comparatur. Vel simpliciter, Nilus citissimus sonitum alarum in modum cymbali habet. Vel cymbalum alarum, quia sicut auis citò transuolat, sic citò Nilus fruges generat. Vel per cymbalum alarum, auxilium & protectionem, quam duabus tribubus illi promittebant, accipiamus secundum illud, *Sub vmbra alarum tuarum prot. me.* Ideo minatur Ægyptiis, quia sicut Syri decem tribubus, ita Ægyptij promittēdo auxilium Iudæis, timorem domini abstulerunt eis.

Nilus Ægypti fluuius qualis. *Psal. 16. b.*

a ¶ Nuntios ad duas tribus. ¶ Discipulos. b ¶ Qui mittit dicens.

a gatos, & in vasis papyri super aquas. Itē angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius: ad gentē expectantem, & conculcatā, cuius diripuerunt flumina terrā eius. Ad montē nominis domini exercituū montē Sion. Omnes habitatores orbisqui moramini in terra

(Glosses: b ¶ O nuntij mei. b ¶ Israel. c ¶ A Deo & partim à terra sua. d ¶ Ab Assyriis. a ¶ Quondam, dum Deum habebat protectorem. a ¶ Eius potentiæ comparandus. b ¶ Auxilium nostrum. ¶ Vel Dei. c ¶ A diuersis gentibus. ¶ Reges & principes. ¶ Exponit. a ¶ Etiam. Vbi inuocatum est nomen domini. ¶ Scilicet. a ¶ In persona Dei. ¶ q.d. Attendite omnes gentes.)

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

† Oecumenius in prologo epistolæ ad Ro. Inuenimus in veterum commentariis quod sacerdotes scribæ & seniores qui Hierosolyma habitabant, exaratas literas ad omnes nationes transmitterent ad Iudæos, vbicumque terrarum dispersi essent, Christi doctrinam calumniantes, atque adeò vt alienam; epistolis admonebant, ne illam susciperent, quod Isaias significat his verbis, *Va terra nauium alæ quæ mittit per mare pacta vel concordias & epistolas papyraceas super aquas.* His enim verbis significat quod vltra Æthiopum regiones & nouissimos terræ fines sonus malitiæ eorum qui Iudæam inhabitabant, per quædam velut alata nauigia processerit: & illorum legati literas papyraceas deferentes, super aquas nauigantes, mareque transeuntes vbique terrarum discurrebant, sermonem de Christo calumniantes.

Quomodo Iudæi Ierosolymitæ conati sint apud fratres suos aliarum terrarum traducere & calumniari Euangelium.

† Gregorius l. 13. moral. cap. 7. Terra illa, cui væ dicitur, est homo damnatus, qui alarum cymbalum vocatur, quia hi qui per superbiam in altitudinem cogitationis euolant, eumdem peruersum hominem prædicando sonant.

a *In vasis papyri.* id est in nauibus de papyro factis, quæ tantæ sunt magnitudinis secundum historiam Alexandri, vt naues fiant ex eis. Vel chartis de papyro factis, quas per legatos mittebant. Vel, indiculorum capsulis de papyro factis. *In vasis papyri.* Qui hæreticorum portant volumina, rectè vasa papyri, id est chartacea super aquas portare dicuntur, quæ citò delentur, libri enim vicino humore obscurantur & delentur, ita doctrina eorum, quæ in principio fortis videtur, pertransit & labitur.

Libri hæreticorum.

† Gregorius vbi supr. Per papyrum sæcularis scientia designatur. Vasa papyri sunt corda doctorum sæcularium. In vasis papyri legatos mittere, est prædicationem suam in sapientum carnalium sensibus ponere, & defluentes ad culpam populos vocare.

b *Ite angeli.* † Procopius. Ite tanquam hoc primum ad Saluatoris discipulos referatur, quos vt à Iudæorum distingueret Apostolis, hoc nomine appellauit. Neque ab istis illa dissentiunt, quibus eos Christus ad perditas primum Israelis oues, tum ad gentes iubet proficisci. Quod vt fieret facilius & expeditius, nihil quod iter impediret, assumere, non aurum, non argentum, non ferrum, non peram, non tunicas duas, non baculum, non calceos possidere permisit.

Christi Apostoli & Discipuli.

Allegoricè. Ironicè discipulis hæreticorum hæc dicuntur, qui operarij subdoli transfigurati in apostolos lucis. Ite ad *gentem auulsam*, à Deo scilicet, *laceratam* morsibus hæreticorum; populum horrendum, nihil horribilius blasphemia, quæ ponit in cælum os suum. *Post quem non est alter.* Omne enim peccatum comparatum blasphemiæ, leuius est.

Blasphemiæ peccatum.

c *Gentem expectantem, & conculcatam.* Omnes enim hæretici sibi promittunt ingentia: sed à dæmonibus conculcantur, cuius terram diripuerunt flumina: non de cælo, sed de terra. Quæ enim terra est, ad quam turbidus sermo hæreticorum non perueniat. Itaque omnes qui morantur in orbe terrarum, ad signum hæreticorum, quod quasi in montibus eleuatum est, oculos erigunt & clangorem tubæ, id est doctrinam eorum audiunt.

Hæreticorū grandia promissa.

d *Flumina, &c.* † Procopius. Vt populum fidelem bono animo esse faciat, fluuiorum nomine, eorum multitudinem intelligens. Sicut enim infideles antea agitato mari similes fecit, sic & fideles iam dulcibus aquis, sedatisque fluminibus comparauit. De his alibi legimus, *Eleuauerunt flumina vocem suam.* Et, *Flumina plaudent manu.* Ideo nimirum, quod cum prius minimè habitarentur, à Deo alienos esse, & regionem pietate carere contingebat, quam iam ipsaque adeò flumina vestra habitari faciet euangelij promulgatio. Ita deinde crucis manifestum signum futurum est, vt in monte eleuari: ita rursus buccinæ sonus ingens futurus, vt ab omnibus, qui attendere velint, exaudiri facilè vestra faciat prædicatio.

Quid effecerit Christi fides apud gentes.

e *Ad montem.* Exponit Isaias ad quam terram nuntios mittant. Vel, Ægyptij, q.d. quærentibus nuntiis quo mittantur, exponit ad montem nominis domini exer. ironicè.

a Ego

NICOLAVS DE LIRA.

1 In vasis papyri, *id est in nauibus de papyro factis. Est enim species iunci ita magni, quod inde poterant fieri nauiculæ, vt dicunt aliqui. Vel vt dicunt alij:* In vasis papyri, *id est literis in papyro scriptis quas portabant dicti nuntij; videtur tamen mihi quod papyrus non accipitur hic pro iunco realiter, sed tantum similitudinarie, scilicet pro ligno complanato, sicut iuncus habet superficiem planam & absque nodis: vnde & Gen. 6. c. vbi dicitur:* Fac tibi arcam de lignis leuigatis, *id est dolatis & complanatis, vt dictum fuit ibidem. In Hebræo habetur,* De lignis Gofer. *Et ista eadem dictio ponitur hic; vbi enim nos habemus,* In vasis papyri, *in Hebræo habetur,* in vasis Gofer, *& secundum Hebræos significat iuncum, non tamen realiter, sed similitudinariè accipitur hic & ibi modo dicto. Arca enim Noe quæ fuit tantæ quantitatis non potuit fieri de iuncis.*

Vasa papyri.

2 Ite angeli veloces, *id est, nuntij.*

3 Ad gentem conuulsam, *id est, ad gentem regni Iuda, vt patebit ex fine huius partis. Hæc enim gens fuit multipliciter conuulsa & dilacerata, & frequenter, scilicet à regibus Israel, Aegypti, Syriæ, Assyriorum, & Babyloniorum, vt patet 4. Regum.*

Regnum Iuda cur gēs conuulsa dicatur?

4 Ad populum terribilem, *non à potestate, sed à miseria sibi superueniente: quia populus cadens in infortuniis & miseriis, ex sui consideratione incutit terrorem aliis, ne similiter eis contingat.*

5 Post quem non est, &c. *scilicet miserabilior.*

6 Gentem expectantem, *scilicet auxilium ab Aegyptiis contra regem Babylonis: sed quia illa expectatio fuit frustra, ideo subditur:*

7 Et conculcatam, *ab exercitu Babylonis.*

8 Cuius diripuerunt flumina, *id est impetus aduersariorum.*

9 Terram eius, *Et quæ sit illa terra, subditur:*

10 Ad montem nominis domini, &c. *quia in Ierusalem erat templum nomini Dei dedicatum.*

11 Omnes habitatores. *Hic consequenter ponitur Aegyptiorum punitio. Circa quam sciendum, quod punitio Aegyptiorum postea in hoc capit. & duobus sequentibus communiter exponitur à doctoribus nostris de punitione Aegyptiorum, quæ facta est per Assyrios; sed saluo meliori iudicio videtur mihi, quod melius exponatur de triplici punitione Aegypti; quarum prima secundum ordinem historiæ facta fuit per Assyrios, secunda per Babylonios, tertia per Romanos. Et primo hic ponitur secunda, secundo tertia capit. secun. & tertiò prima cap. 20. Scriptura enim sacra non semper procedit secundum ordinem historiæ, & maximè in prophetiis, sed frequenter prius facta posterius scribuntur, vt patet quasi in omnibus libris sacræ scripturæ.*

Aegyptiorū punitio.

Rationa-

MORALITER.

† lonis: & hoc describitur in hoc c. cuius causa fuit, quia per literas & nuntios Iudæis auxilium promiserunt, sed non impenderunt: & sic Iudæi sub eorum falsa confidentia fuerunt per Babylonios deuastati. Mysticè verò per Ægyptios, qui tenebrosi interpretantur hæretici diuersis erroribus obtenebrati signantur. Per Iudæos autē ab Ægyptiis deceptos, simplices Christiani ab hæreticis decepti designantur. Et quia hæretici per magnas & falsas promissiones decipiunt simplices, ideo terra Aegypti, per quam hæresis designatur, cymbalum alarum vocatur, eo quod hæretici habent magna verba, sed veritate & pietate vacua 1. Corint. 13. a. *Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens.* Per consolationem autem Iudæorum in fine capitis positam, cum dicitur:

De hæreticis & deceptis per eos. *Verbositas hæreticorū.*

† In-

cùm eleuatũ fuerit signũm in mõntibus videbitis: et clãngorem tubæ audietis, quia hæc dicit dominus ad me: Ego quiescam, & considerãbo in loco meo: sicut meridiãna lux clara est, & sicut nubẽs roris in die messis. Ante messem enim tõtus efflõruit, & immãtura perfectio germinauit, et præcidẽntur ramusculi eius falcibus, & quæ derelicta fuerint abscindẽntur, & excutientur, & relinquẽntur simul auibus montium, & bẽstiis terræ: & æstãte perpetua erunt super eũm volucres, & omnes bestiæ terræ super eum hyemabũnt. In tempore illo deferetur munus, domino exercituum, à põpulo diuulso & dilaceràto, à populo terribili, post quem nõn fuit alius: à gente expẽctante ẽt concũlcata, cuius diripuẽrunt flũmina terram eius: ad locum nominis domini exercituum montem Sion.

a Victoriæ Assyriorum. b Alias nationibus. Ægyptiorum. c Quæ cogitauerunt super Ægyptios. Alias quod cogitauerunt super Ægyptum. d Quia. e Incipientibus pugnare Assyriis. a Finem rei. Quæ in ecclesia fiunt. b Cælo. Ecclesia. c Ita vniuersa perlustrat, vnde. Nec est qui se abscondat à calore eius. a Sic dominus habitatores ecclesiæ refrigerat, quo præsente cuncta florescunt. b Consummationem: Maturitatem: Habitatores. a Ægyptius. b Ante tempus consummationis. c Ante tempus, & ideo inutilis. d Vnde: Quotquot perfecti sumus, hoc sentiamus. e Ideo. a Quasi inutiles. Ne totam massam modicum fermentum corrumpat. c Assyriorum. d Ab Assyriis. a A corpore ecclesiæ. A Chaldæis. b De terra sua. c Deuorandi interfecti. a Quæ iuxta viam comedunt sementem. b Quibus traditur anima non consitens. c In prosperis. a Populum occisum. b Alias illum. a In aduersitate. a Israel. b Ab ecclesia per hæreticos. Ad tempus & à terra sua & à Deo. Ab hostibus. c Morsibus hæreticorum. d Blasphemia. Hostibus. a Tam terribilis. b Dei auxilium. Promissa falsa. c Tamen. a A dæmonibus. Ab hominibus. b In partes varias. c Reges & principes diuersarum gentium. Scilicet. Ecclesiam.

a *Ego quiescam, &c.* A †† HIER. lib. 6. Quiescit & contemplatur Deus in loco suo, siue iuxta Aquilam in firmamento, id est, in ecclesia, de qua Paulus apostolus loquitur, *columna & firmamentum veritatis*; Contemplatur autem ea quæ fiunt in ecclesia: & sicuti meridiana lux clara est, ita vniuersa perlustrat, sicut in Psal. 18. de sole iustitiæ secundum anagogen dicitur, *Non est qui abscondat à calore eius.* (Deus omnia videns.)

b *Nubes roris.* IBID. Grata messoribus fatigatis, quibus refrigerium præstat, & stipulam arentem facit humectãdo secabilem: sic sermo meus contra Ægyptum, gratus omnibus erit in me credentibus, & Assyriis à me eis data victoria.

c *Ante messem enim.* † PROCOPIVS. Atque hæc quidem erunt, inquit, ante messem, vt in Dei ecclesiis spicarum more florentes significaret, sicut antea, *cum lætabuntur coram se, tanquam qui lætantur in messe*, dixit: quas etiam regiones albescere, & operariis multis indigere, ipse docuit Saluator. Atque hæc quidem de Dei ciuitate ante consummationem futura sunt.

d *Ramusculi.* HIERON. Inutiles. vnde: *Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est: omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum.* (Ioan. 15. a.)

e *Et omnes bestiæ terræ.* Hyperbolicos. Neque enim omnes bestiæ terræ super eum hyemabunt. Sed significat, & occisionem immensam, & bestiarum multitudinem maximam superuenturam, quibus æstate & hyeme cadauera sufficiant in escam.

f *In tempore.* Reuertitur propheta ad populum Israel, & promittit ei bona, dicens: *In tempore.* quasi dicat, Vastata Aegypto, non sperabit vltra Iuda in vmbra eius: sed fidei & bonorum operum domino offeret munus. Quod impletum est lxx. anno post captiuitatem sub Zorobabel & aliis ducibus.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

Rationabiliter etiam primo ponit propheta punitionem per Babylonios factam, continuando se ad partem præcedentem, in qua posuerat præuaricationem Aegyptiorum, præbendo confidentiam falsam Iudæis rebellandi contra Babylonios: & ideo immediatè subiunxit punitionem Aegyptiorum per ipsos. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur Aegyptiorum punitio; secundò Iudæorum consolatio, ibi, In tempore illo. *Circa primum dicit propheta,* Omnes habitatores orbis, *i. Aegypti, & est locutio hyperbolica, ad denotandum magnitudinem illius regni, & multitudinem populi, sicut dicitur,* Parisius *est totus mundus.* (Diuisio.)

1 Cum eleuatum fuerit signum, *i. vexillum regis Babylonis.*
2 In montibus, *i. in fortalitiis in alto situatis.*
3 Videbitis, *ad desolationem vestram.*
4 Et clangorem tubæ audietis, *ad concitandum bella contra totam terram Aegypti residuam.* (Clades Ægyptiorum facta per Babylonios.)
5 Ego quiescam, *à tota protectione Aegyptiorum.*
6 Et considerabo in loco meo, *i. in meipso.*
7 Sicut meridiana lux clara est, *Quia omnia nuda & aperta sunt oculis Domini.*
8 Et sicut nubes. *Quæ refrigerat messores à labore & calore, ita refrigerabo Babylonios à labore belli, vt de facili possint vos deuincere & detruncare.*
9 Ante messem enim, *i. ante perfectionem.*
10 Totus effloruit, *s. populus Aegypti.*
11 Et immatura perfectio germinauit, *i. ante tempus debitum: & sic citò corrumpetur, ideo subditur:*
12 Et præcidentur ramusculi eius falcibus, *i. populus Aegypti etiam vsque ad minimos interficietur.*
13 Et relinquentur simul auibus, *scilicet, cadauera Aegyptiorum ab eis deuoranda.*
14 Et æstate perpetua, *id est, vna æstate integra.*
15 Erunt super eum volucres, *quia inde satis habebunt ad comedendum pro illo tempore.*
16 Et omnes bestiæ terræ, *id est, satis ad comedendum per totam hyemem habebunt. Per æstatem enim hic positam & hyemem, intelligitur tempus vnius anni, vt dicit Rab. Sa.*
17 In tempore illo. *Hic consequenter describitur consolatio Iudæorum facta per Cyrum regem Persarum, qui dedit licentiam Iudæis redeundi in Iudæam: & vasa templi remisit cum eis, vt habetur* 1. *Esdr.* 1. *& hoc est quod dicitur,* In tempore illo, *quia postquam Nabuchodonosor debellauerat Aegyptum, tempore Balthasar nepotis sui regnum Babyloniæ fuit ad Mædos & Persas translatum.* (Consolatio Iudæorum facta per Cyrum.)
18 Deferetur munus, *i. vasa à Cyro remissa, vt dictum est: & etiam quia Iudæi remanentes in Babylone miserunt ad locum diuini cultus per Iudæos illuc redeuntes munera plurima, vt habetur* 1. *Esdr.* 1.
19 A populo, *scilicet regni Iuda.*
20 Diuulso & dilacerato, *modo supra exposito.*

CAP.

MORALITER.

† 17 *In tempore illo deferetur munus domino exercituum,* signatur euersio Iudæorum à sua perfidia ad fidem Christi, & maximè circa finem mundi.

MORALITER autem per Aegyptios, qui induxerunt Iudæos ad rebellandum Babyloniis, signantur illi, qui suis persuasionibus simplices inducunt ad rebellandum superioribus suis, & tunc nullum ferunt eis auxilium, sic rebellantes remanent confusi. (De eis qui alios ad rebellionem inducunt.)

† MO-

ADDITIO.

In cap. 18. vbi dicitur in po. Circa primum dicitur: Væ terræ scilicet, Aegypti. (Aliam assignat materiam huius cap.)

Hoc cap. 18. quod incipit: Væ terræ cymbalo alarum, *videtur propriè exponendum de filiis Israel, qui fuerunt transmigrati per Salmanasar regem Assyriorum, vt habetur 4. Reg. 17. vbi dicitur.* Et transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hailam, & in Habor iuxta fluuium Gozam in ciuitatibus Mœdorum: *qui tempore Alexandri magni reclusi fuerunt miraculose ad orationem ipsius Alexandri, vt narrat Iosephus: ita quod locus ille in quo sunt est immeabilis: egredientur tamen circa finem mundi magnam hominum stragem* (De 10. tribubus transmigratis per Salmanasar multa ex traditio.)

gem facturi, prout habetur in historia Scholastica. Vnde de istis videtur agere A Propheta in hoc capite, cùm dixit, Væ terræ cymbolo alarum. De Gente enim seu terra, quæ est in valde remotis, seu in locis communiter intransibilibus, non habetur notitia, nisi quasi in sono cymbali, qui de longinquo sentitur: & quando quis de illa parte longinqua venit, quasi etiam volare dicitur; vnde Deut. 8. c. dicitur, Adducet Dominus super te Gentem de longinquo, in similitudinem aquilæ volantis; & hoc est quod dicit, Væ terræ cymbalo alarum, Id est, væ terra ita remota, & exclusa à conuersatione hominum communi, quod quasi cymbalo sonus eius euenit per volatum alarum; & sequitur, Qui est trans flumina Æthiopiæ, alludendo ad illud quod dicitur ca. supr. dicto 4. Reg. 17. quod fuerunt transmigrati trans flumina Gozam, quæ hic videntur vocari flumina Aethiopiæ. Vnde Propheta hic non nominat proprio nomine terram, nec ciuitates, in quibus erant, sicut nec fuerunt nominatæ in propria historia suæ transmigrationis suprà dicta. Et sequitur, Qui mittit in mari legatos, & in vasis papyreis super aquas. Pro quo sciendum, quod illi de decem tribubus sic exterminati, & reclusi, verisimiliter creditur, quod desiderant scire ea, quæ geruntur circa illos, qui in his partibus remanserunt in Iudæa: Tum quia multi de illis decem tribubus remanserunt in Iudæa, & in aliis dispersi partibus, fugientes à Rege Assyriorum; vt patet de B Tobia qui erat de tribu Nephthali, & sic de aliis; Tum quia illi, licet pro maiori parte fuerunt idololatræ, tamen exspectabant Saluatorem, seu Messiam, sicut & alij de genere Iacob, & ideo aliquando mittebant nuntios versus Ierusalem, vt aliquid scirent ex prædictis: sed quia hoc non poterant facere per terram, propter reclusionem, nitebantur hoc facere, per aliquas aquas subterraneas, seu occultas, Et in vasis papyreis, id est, in fiscellis scirpeis. Dictio enim Hebraica, quæ hic ponitur, non consonat in aliquo dictioni, quæ ponitur Gen. 6. cum dicitur, Fac tibi arcam de lignis leuigatis, ibi enim dicitur de lignis Goffer, hic autem de lignis Gome, & est dictio eadem omnino ei, quæ ponitur, Exod. 2. vbi dicitur, Fecit fiscellam scirpeam, & liniuit eam: Vnde dictio Gome quæ hic, & ibi in Exod. ponitur, significat iuncum. Sunt enim aliqui iunci marini ita duri, quòd possent ex eis fieri aliqua vasa ad nauigandum per flumina. Et quia huiusmodi iunci, licet duri, non tamen habent duritiam lignorum, & ex quibus nauigia fiunt: & ideo dicunt Hebræi, quod tutius nauigatur, in eis per aliquas ripas fluminum, eò quòd non ita citò franguntur, sed quandoque cedunt tangenti; ideo talibus nauigiis mittebant legatos suos, vt securius per loca subterranea, seu occulta transire possent. Hoc autem quod dicitur in mari, intelligendum est de congregatione aquarum, prout sæpè consueuit dici in Scriptura. Quid autem deberent facere isti nuntij subdit, cum dicit, Ite ad Gentem conuulsam & dilaceratam, Id est, ad Gentem Iudæorum, prout in postill. declaratur; & sequitur. Ad populum terribilem, Gens enim Iudæorum, licet propria potestate non esset terribilior aliis, potestate tamen diuina frequenter mirabilia pro eis operante terribilis erat, vt patet Iosue 2. a. de Raab dicente exploratoribus, quod omnes habitatores terræ Chanaan timebant eos propter transitum Iordanis, & huiusmodi. Et dicit, Post quem non est alius, scilicet terribilior in signis & prodigiis. Et sequitur, C Gentem expectantem, scilicet Saluatorem & Redemptorem; Et conculcatam cuius diripuerunt flumina terrã eius, q. d. quantumcumque conculcata est ab impetu aduersariorum semper est expectans suam liberationem à Deo. Et vt ostendat in qua terra esset illa gens cõuulsa, & dilacerata & expectans, subdit, Ad montem nominis Domini exercituum montem Sion. In illo enim loco vbi est inuocatum nomen Domini, habitabat illa gens ad quam mittebant illi, qui trans flumina Aethiopiæ recludebantur; & sequitur, Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, &c. Quæ quidem verba secundum omnes expositores intelliguntur esse dicta per Prophetam in persona Domini. Ad quorum declarationem attendendum, quod in his, quæ dicta sunt, exprimitur ratio huius legationis: Dicit enim, Ite angeli veloces ad Gentem conuulsam, Non autem dicit quid illi angeli seu nuntij debebant nuntiare illi Genti cui mittebantur, vel quid ab eis debebant scire, sed hoc aliqualiter inuenitur in hoc quod dixit suprà, Ad Gentem expectantem, q. d. sciatis ab eis, si illud quod expectant à Deo, habeant in re, vt & nosipsi participemus eorum redemptionem. Ad quod respondetur in persona Dei, Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis: Cuius sensus est, quod redemptio, veri Messiæ, scilicet Christi, quam omnes fideles expectabant, ostendenda erat publicè omnibus habitatoribus orbis in duobus principaliter, Primo in leuatione signi crucis, vnde, Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, Ioan. 12. e. Secūdò in prædicatione vniuersali D Apostolorum, & Discipulorum Christi per orbem diuulgata, de quo dicit, Et clangorem tubæ audietis, q. d. nuntiis missis prædictis, non oportet vos mittere ad inquirendum de tempore expectationis redemptionis vestræ, quia hoc publicabitur omnibus commorantibus in terra prædictis duobus modis. Potest etiam referri hoc, quod dicitur, Cum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis, ad exaltationem crucis per victoriam Constantini Imperatoris, quæ per totum orbem salutiferè fuit diuulgata, & sic in hoc, quod dicitur, Omnes habitatores orbis, &c. ostenditur quod Saluator non erat sic expectandus, vt circumiret per orbem ad saluandos eos, qui saluandi erant (prout quidam Hebræorum erroneè putabant,) sed per eleuationem signi, & auditum clangoris tubæ supradictis salus erat per orbem, & vsque ad reclusos prædictos extendenda. Ad quod amplius declarandum subdit: Quia hæc dicit Dominus ad me: quiescã & considerabo in loco meo. Et est sensus, quia postquam passio Christi fuit celebrata, non oportebat vt Christus per mundum discurreret, sed vt iam quiesceret à laboribus, de quo dicit, Quiescam & considerabo, id est, prouideret suæ Ecclesiæ, ipso sursum in loco suo ad dextram patris existente, de quo dicit, Et considerabo in loco meo; Et quia hæc consideratio, seu prouisio fit mediante lumine fidei, & feruore charitatis ab ipso Deo infusis, ideo subdit, Sicut lux clara est, & meridiana: vt per hoc quod dicitur, Lux clara, intelligatur lumen fidei, & per hoc quod dicit, meridiana, E feruor charitatis, sicut feruor diei viget præcipuè sole existente in meridie. Et quia ex istis virtutibus, quæ à Deo quiescente & considerante in loco suo in Ecclesia infunduntur, deriuantur dona Spiritussancti qui sui roris aspersione Ecclesiam fœcundat, ideo subdit: Et sicut nubes roris in die messis. Et sequitur, Ante messem enim totus effloruit, in quo Propheta insinuat istis trans flumina Aethiopiæ existentibus, quo tempore, & modo ad Christum accessuri erant, & hoc erat suum principale intentum, quod quidem tempus erit circa finem mundi, vt dictum est. Finis enim mundi dicitur messis, Matth. 13. d. Sinite vtraque crescere vsque ad messem: Et est sensus, Ante messem, id est, ante finale iudicium, ille populus florebit, id est, tendet ad fructificandum in bonis operibus, & cultu Dei, sicut flos tendit in fructum; Et dicit, effloruit, præteritum pro futuro. Et, ne, cùm dicitur, totus, intelligatur pro toto illo populo nemine deficiente, ideo subditur, Et immatura perfectio germinabit: quia non omnes venient ad maturitatis perfectionem. Præcidentur ramusculi eius falcibus, &c. Quia illi ramusculi, qui sunt quasi inutiles, præscindentur, & quæ derelicta sunt abscindentur, scilicet à corpore Ecclesiæ, & excutientur, scilicet, de terra sua in qua sunt reclusi. Et sequitur: Derelinquentur simul auibus montium, vsque ibi, Super eum hyemabunt. In quo prædicit strages & morticina, quæ debent fieri in sua excussione prout dictum fuit in principio huius expositionis. Et quia tam de exeuntibus, quàm de obuiantibus erant multi mortui, ideo dicit, Derelinquentur simul, scilicet ab vtraque parte pugnantium. Sequitur, In tempore illo deferetur munus, &c. In quo Propheta, postquam prædixit modum suæ egressionis siue excussionis, subdit tempus suæ conuersionis ad Christum dicens, In tempore illo, scilicet ante messem (vt expositum fuit) deferetur munus F Domino exercituum, scilicet per latriæ cultum, A populo diuulso & dilacerato, &c. Scilicet à reliquiis populi Iudæorum: & etiam ab illis qui excutiendi sunt à terra trans flumina Aethiopiæ supradicta. De vtrisque enim possunt propriè poni illa quæ hic traduntur. Nam tã illi de decem tribubus, qui vltra flumina prædicta existunt, vt est dictum, quàm illi de duabus tribubus, propriè possunt dici Gens conuulsa, & dilacerata, expectans & huiusmodi, vt patet intuenti. Et sequitur, Ad locum nominis Domini in Sion, scilicet ad Ecclesiam. Concordat autem huic sententiæ seu expositioni quod legitur Sophoniæ cap. 3. b. Vbi sic vltra flumina Æthiopiæ inde supplices mei filij dispersorum meorum deferent munus mihi. Ad quod sciendum, quod ibi loquitur de statu finali, quomodo omnes Gentes reducendæ sunt ad verum cultum diuinum, vnde immediatè ante dicitur: Tunc reddam populis labium electũ, vt vocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno. Et ibidem vocat illos, qui sunt extra flumina Aethiopiæ, scilicet illos de decem tribubus prædictis, supplices Dei inquantum ei humiliabuntur per pœnitentiam de præteritis. Dicit etiam eos filios dispersorum meorum, eò quòd descendunt ab illis qui dispersi fuerunt per Assyrios ex sententia diuina, de quibus concludit, quòd tunc deferent Deo munera pariformia, sicut hic dicitur: In illo tempore deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso, &c.

Longinquitas & intransibilitas terræ ad quã transmigratæ sunt 10. tribus.

Quomodo conentur 10. tribus explorare quæ apud reliquos suos fratres fiãt.

Vasa papyri.

Vnde Israel gens terribilis, &c. dicatur?

Quæ per nuntios mandẽt 10. tribus ad suos fratres.

Quomodo fides Christi debebat diuulgari.

Lux fidei & feruor charitatis.

Finis mũdi messis dicitur.

Quid faciẽt 10. tribus emissę è terra in qua modo sunt conclusæ.

De aggregatione Iudæorum & omnium gentium ad fidẽ Christi circa mundi finem.

CAPUT XIX.

A **O**Nus Aegypti, &c. HIER. l. 7. c. Sciendum, multa, quæ hîc dicuntur ad Ægyptum historialiter pertinere: Sed & hîc & in aliis locis scripturarum multa ponuntur, quæ non possunt iuxta historiam stare, vt rerum necessitate cogamur altiorem intelligentiam quærere.

b *Ecce Dominus ascendet, &c.* HIER. Aegyptus, tenebræ vel mœror, significat hunc mundũ ante aduentum Domini infidelitate tenebrosum: quem Christus ingressus in leui nube, id est, corpore nulla grauato corruptione; Et tunc idola sunt commota, id est, confracta, & ab hominibus ad Christum venientibus abiecta. Quæ hic de Aegypto dicũtur, tã ad eius destructionem, quæ per Assyrios, quam ad Christi aduentum referuntur. Nubem enim leuem, dicit exercitum Assyriorum velocem. Dicit ergo, non per angelum percutiet Dominus Ægyptum, sed ipse ascendet super exercitum Assyriorum velocissimum: & sic ingredietur Ægyptum, &c. Ascendet autem inspirando, & in bello vires ministrando, vt percutiat Ægyptum, quæ seduxerat populum suum promittendo auxilium. Simulachra Aegypti mota sunt, id est confracta ab Assyriis. Vel forsitan Domino cooperante dæmones, qui erant in idolis, non poterant dare responsum Ægyptiis superuenientibus Assyriis. Dominus quoque super nubem leuem ascendit, corpus humanum assumpsit non grauatum corruptione virilis commistionis, & cum Maria & Ioseph in Aegyptum fugit, & tunc forsitan simulachra Aegypti corruerunt, & dæmones in eis obmutuerunt, & corda sapientium Aegypti pauore tabuerunt.

B *Assyrij excitati à Deo contra Ægyptios.*

C *Fuga Christi in Ægyptum.*

† EVSEBIVS l. 8. de demonstr. c. 10. Hæc prophetia exitum sortita est, quando angelus in somnis Ioseph, dixit: *Surgens, accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.* (Matth. 2.)

†† PROCOPIVS. *Nubis* nomine corpus ipsum, in quo nobiscum versatus est Christus ideo significauit, quod terrenis motibus liberatus corporeisque perturbationibus superior semper fuerit. Sunt tamen qui per, *leuem nubem*, Sacrosanctam virginem, à qua in Ægyptum vlnis est delatus, intelligi arbitrentur. *Nubis* etiam nomen, pluuiæ rorisque spiritualis & salutaris etiam baptismi significationem habet: indeque est quod *in nube & mari*, Israelitas Paulo teste baptizatos esse legimus. Dominum igitur oportuit, qui ad purgandos Ægyptios obseruato diuinitatis decoro proficiscebatur, in nube leui, qua sola idololatriæ sordibus ablueerentur, apparere.

D *Nubes leuis quid significet.*

CAP. XIX.

a ¶ In Heb. Massa. ¶ Alij assumptio. LXX. visio. b ¶ Mundi.

a **O**Nus Ægypti. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & mouebuntur simulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabescet in medio eius. [2] Et concurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum, [3] & dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus eius, & consilium eius præcipitabo, & interrogabunt simulachra sua, & diuinos suos, & py-

a ¶ Exercitum Assyriorum, vel carnem pondere peccati immunem. ¶ Corpus sanctæ virginis. a ¶ Ad literam, vel mundum. ¶ Sic. a ¶ Scilicet sapientes. a ¶ Deficiet. a ¶ Ciues contra ciues, cum alij se tradere cupiebant alij contradicebant. a ¶ Non credentes contra credentes. a ¶ Quo rebellare conantur. b ¶ Obstinati in malo. ¶ Quærent quare hæc fient. a ¶ Hæc Assyriis superuenientibus, & in Domini aduentu simili modo gerebantur.

c *Simulachra Aegypti.* Idololatria fractam se sentiens, vt etiam magi à dæmonibus docti, vel iuxta prophetiam Balaam intelligentes natum filium Dei, qui magicam destrueret artem, in Bethleem venerunt & puerum adorauerunt. (Num. 24. E; Matth. 2.)

† ORIGENES homil. 3. in diuersos. Dominus sedet in nube pusilla, quia *non est inuentus dolus in ore eius*: vt destruantur manufacta eorum, & pereant idola ipsorum, & pereat idololatria, & fugiant ex Ægypto dæmones, vt pro multitudine abominationum multitudo exuberet Ecclesiarum, vt pro multis vitiis multa sit sanctitas.

Ægyptios ex summe superstitiosis summe pios fecit Christi Euangelium. F

d *Et cor Aegypti.* † PROCOPIVS. Quod superatum iri cor Aegyptiorum dixit, non diuinæ prædicationi reluctaturos, sed pulchra vtilique ratione in victoriam sese præbituros significauit. Alij cordis nomine, latentes in simulacris dæmones ideo significari putant quod, ex quo tempore Ecclesias Aegyptios habere contigit, * eorumdem fraudes excidisse paulatim videamus. (* dæmonum.)

e *Et concurrere faciam.* HIERONYMVS. Vnde in Euangelio: *Non veni pacem mittere in terram sed gladium: veni enim separare hominem à patre suo, &c.* (Matt. 10. d.)

† EVSEBIVS vbi supr. Confirmat propheticam prædictionem etiam ipse Saluator noster in Euangeliis, dicens: *Tradet frater fratrem in mortem, &c.* (Matth. 10. c.)

f *Et dirumpetur, &c.* HIER. Diuidetur in cõtraria voluntas Aegypti, vt

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XIX.

Diuisio. 1 **O**Nus Aegypti. *Hic consequenter denuntiatur punitio Aegyptiorum per Romanos, & primo ponitur dicta punitio; Secundo Iudæorum consolatio, ibi,* In die illa erunt. *Circa primum sciendum, quod Antonius collega Augusti Cæsaris (sub quo natus fuit Christus) amore Cleopatræ Reginæ Aegypti captus, repudiauit vxorem suam Augusti sororem, & Cleopatram accepit; & Augusto bellum indixit, à quo tamen fuit debellatus, & capta Aegyptus. Et quia tempore Augusti Christus fuit natus, & in Aegyptum portatus, ideo ab hoc incepit Propheta, dicens.* (*Marcus Antonius triumuir.*)

2 Ecce Dominus ascendet sup. nub. leuem, &c. *Assumendo sibi carnem humanam. Quæ dicitur* nubes, *quia formata fuit Spiritus sancti virtute, sicut nubes sursum generantur in aëre virtute solis;* Et leuis, *quia non fuit aggrauata pondere peccati originalis.* (*Caro assumpta à filio Dei.*)

3 Et ingredietur Aegyptum, *Fugiens persecutionem Herodis. Matth. 2.*

4 Et mouebuntur simulachra, &c. *Quia eo egrediente Aegyptum, simulachra corruerunt, vt dicitur in Scholastica historia, in signum destructionis idololatriæ per prædicationem Euangelij destruendæ.*

5 Et cor Aegypti tabescet. *Hoc refertur ad Antonium Regem & Cleopatram Reginam, quia sicut cor mouet alia membra, sic populum Aegypti mouebant Rex & Regina. Et bene dicitur,* Tabescet in medio eius, *quia exercitu Aegypti debellato, Antonius fugiens seipsum interfecit, ne caperetur ab Augusto, & similiter Cleopatra excitauit serpentem venenosum ad se mordendum, & sic morsu serpentis interiit.* (*Quomodo perierint M. Antonius & Cleopatra.*)

6 Et concurrere, &c. *Quia aliqui eorum timentes Augusti potestatem iunxerunt se ei, & sic pugnabant contra alios Aegyptios, qui erant cum Antonio.*

7 Et dirumpetur spiritus Aegypti, *id est, fortitudo eius.*

8 Et consilium eius, *Quia Antonius intendebat Augustum deiicere ab imperio, & accidit è contrario.*

9 Et interrogabunt simulachra sua, *Quia Antonius & Cleopatra in talibus confidebant.*

MORALITER.

† 1 *Onus Aegypti.* Principium huius capitis literaliter exposui de translatione Saluatoris in Aegyptum propter persecutionem Herodis, vt habetur Matth. 2. Mystice per hanc translationem signata fuit translatio verbi Dei (eò quòd Christus est Dei verbum) ad Gentiles, Iudæis persequentibus Apostolos prædicantes: propter quod Paulus & Barnabas constanter eis dixerunt Act. 13. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes: sic enim præcepit nobis Deus.* (*Mysticè.* *Euangelium Christi translatum à Iudæis ad gentes.*)

4 *Et mouebuntur, &c.* Quæ corruerunt ingrediente Domino Aegyptum, vt dicitur in Scholastica historia: per hoc autem signata fuit idololatriæ deiectio per prædicationem Apostolorum.

5 *Et cor Aegypti, &c.* Hîc describitur percussio Aegypti per Romanos. Et sicut in parte præcedenti per Aegyptum signata fuit Gentilitas, ad quam verbum Dei transiit per prædicationem Apostolorum: ita hic per Aegypti percussionem à Romanis, fuit persecutio credentium ex Gentilitate à Romanis Imperatoribus & eorum ministris. In qua persecutione multi fuerunt mortui corporaliter, & aliqui spiritualiter apostatantes à fide Christi suscepta. Et quoniam Imperatores dicti eorum ministri Gentiles erant, ideo subditur. (*Persecutio quam Romani Imperatores excitarunt in fideles.*)

6 *Et concurrere faciam Aegyptios, &c.* Scilicet permissiuè.

9 *Et interrogabunt simula. sua.* Scilicet manentes in infidelitate.

☞ vt non magna sentiant sicut ante, sed spirituali gladio separati, consilium suum cognoscant præcipitatum esse.

† EVSEBIVS vbi supr. Licet planè Aegyptios & omnes simulacrorum cultores, eumque qui in ipsis vim suam exercet superstitionis spiritũ, intueri perturbatos, & multum consultantes & comminiscentes cõtra Christi doctrinam, vt eam extinguant, dispergi & dissipari ab eo qui ait in prophetia: *Et conturbabitur spiritus Aegyptiorum in eis, & consilium eorum dissipabo.* Cumque innumerabilia sint, quæ interrogent in oracculis, nihil tamen amplius ex illis habent.

Euangeliũ diabolo os obstruxit.

a *Et tradam Aegypt.* † PROCOPIVS. Ab aduentu Saluatoris, Cæsare Augusto imperante, Aegyptiaci regni cœpit abrogatio: Primus enim iste deuictam Aegyptum Romano adiecit imperio.

Ægyptus in prouinciam redacta.

b *Dominorum crudelium.* Multis dominis Aegyptus tradita est. Primum Assyriis, post Nabuchodonosor, tertiò Alexandro, ad vltimum Romanis, Antonio & Cleopatra ab Augusto superatis. Chaldæi crudeliores, Romani potentiores.

Ægyptus à multis occupata.

c *Et arescet.* Fieri solet, vt cum ira Dei captiuitas venit., vt indignationem eius pestilentia subsequatur, & contra peccatores elementa desæuiant. Veniente ergo captiuitate per Chaldæos vel Romanos, forsitan, & Nilus, & fontes siccati sunt. Hyperbolicos quoque propter nimiam tribulationem flumina possunt dici defecisse, & fontes aruisse & riuuli.

Siccatio Nili.

† CYRILLVS. Putabant Aegyptij se posse effugere seruitutis iugum, quod septem Nili alueis maximis & nauigabilibus tota Aegyptus cincta erat, vt neque Augustum timeret, neque Vespasianum: fefellit eos spes, omnes enim fluuij aruerunt, & paludes sunt exiccatæ, vt Nili aluei facilè pedibus traiicerentur.

Magnum habent Ægyptij in Nilo præsidium.

Metaphoricè autem in flumine siccato, regnum desolatum intelligimus; in riuis duces, in calamo & in iunco Ægypti abundantiam: horum enim fertilissima est Ægyptus.

Quorum sit Ægyptus fertilissima?

d *Stulti.* Adueniente captiuitate Babylonica vel Romana, omnia magorum defecerunt consilia.

e *Principes Thaneos.* HIERON. Humilis mandati: Omnes enim hæretici contrariam altitudini humilitatem docent, & ad inferos detrahunt, & humilis mandati & deiecti sunt principes.

Hæreticorũ superbia.

f *Filius sapientium.* IBID. Hæc dicebat vnusquisque Pharaoni, *filius sapientium* ego, vt commendaret consilium suum. Quasi, viriliter debes pugnare contra Assyrios vel Romanos, quia *filius sapientium ego, filius regum antiquorum.* Aegyptij namque heroas & deos magnos auctores suæ gentis fuisse iactant Isim & Osirim & Tiphonem.

Quos heroas suæ gentis auctores prædicent Ægyptij?

g *Regum antiquorum.* IBID. Quasi dicat: Habeo scientiam scripturarum cum sapientia sæculari.

☞ Ebrius

a ¶ Qui & ventriloqui. b ¶ Tamen. c ¶ Q. Nihil proderit cum hæc fecerint. d ¶ Mundum.

a thônes suos, & ariolos: [4] et trâdam Ægyptũm in manu (1)

a ¶ Chaldæorum scilicet. b ¶ Dæmonum, vt discant non blasphemare. c ¶ Diabolus, de quo dicitur: Cum fortis ar. cu. atrium suum, &c.

b dôminorum crũdelium, & rêx fortis dominabitur eorum (2)

a ¶ Cuius dicere est facere. b ¶ Dominante rege forti. c ¶ Doctrina sæcularis. d ¶ Mariotide lacu.

c ait dôminus Deus exercituum. [5] Et arêscet âqua de mâri, & (3)

a ¶ Nilus. ¶ Diabolus à quo omnia mendacia. b ¶ Cætera. ¶ Nilus septemfluus.

flũuius desolabitur atque siccabitur, [6] & deficient flũmina.

a ¶ Tandem. b ¶ Qui de turbidis aquis Nili implebantur. c ¶ Sermo vacuus.

Et attenuabuntur, & siccâbuntur riui aggerum. Câlamus (4)

a ¶ De quo charta fit. ¶ LXX. Papyrus, qui videbatur habere medullam, & non est vacuus, sed fragilis & cito marcescit. ¶ Siccabitur. ¶ Riuus & fons. ¶ Arefacto capite.

& iũncus marcescet, [7] nudabitur alueus riui à fonte suo. Et

a ¶ Irrigata aquis Ægypti.

omnis sementis irrîgua siccabitur: arescet, & non erit. [8] Et

a ¶ Flebunt. ¶ Siccitatem fluuium. ¶ Ægypti, qui contrarij sunt piscatoribus euangelij. b ¶ Ad decipiendum vt decipiant occultè.

mœrêbunt piscatores, & lugebunt omnes mittẽtes hâmum (5)

a ¶ Aquas turbidas. b ¶ Publice loquentes in synagogis satanæ, & adducentes deceptorum greges. c ¶ Ægyptiarum.

in flũmen, & êxpandẽtes rete super faciem aquârum emarcescẽt. [9] Confundentur qui opêrabantur linum, pectẽntes & (6)

a ¶ Vt faciant vestes sacerdotum. b ¶ Illud.

a ¶ Ad faciendas sagenas. b ¶ Argumenta. ¶ Vestimenta, vel qui texebant ex iunco diuersi generis vascula. c ¶ Ægypti. d ¶ Arentia. e ¶ Mœrebunt, ¶ Omnes. s. insidiæ piscatorum Ægypti destruentur.

têxentes subtiliâ. [10] Et erunt irrigua eiũs flâccentia, ômnes (7) (8)

a ¶ Viuaria. b ¶ Animas. c ¶ Erunt. s. eo tempore.

d qui faciebant lâcunas ad capiendos piscẽs. [11] Stũlti principes (9)

a ¶ Metropolis Ægypti, in qua Moyses multa signa fecit. b ¶ Opinione. c ¶ Regis Ægypti, qui dissipator & diuisus. d ¶ Inutile.

e Thâneos, sapiẽntes consiliarij Phâraonis dederunt cõnsi- (10)

a ¶ Quia perdidit dominus sapientiam sapientium. b ¶ O hæretici sicut soletis. c ¶ Qui ab initio doctrinam apostolicam mihi tradiderunt. (11)

f lium insipiẽns. Quomodo dicẽtis Pharaoni, filius sapiẽn- (12)

a ¶ Sum. b ¶ Eorum. s. qui reges sunt, philosophorum. c ¶ O Ægypte, ô hæretici, ô Pharao. d ¶ Qui contemnebant ecclesiæ simplicitatem.

g tium ego, filîus regũm antiquorum: [12] Vbi nũnc sunt sapiẽntes tui: (13)

a ¶ Si possunt. b ¶ Facturus in consummatione.

Annũntient & indicent tibi, quid cõgitauerit do-

a ¶ Cui non potes resistere. b ¶ Mundum. c ¶ q. d. Ideo non possunt, quia. ¶ Vt supra.

mînus exercituum super Ægyptũm. [13] Stũlti facti sunt prin- (14)

a ¶ Qui putabantur sapientes. b ¶ Defecerunt. c ¶ Eloquentiæ, quæ sonat os, vel ex ore. ¶ Ciuitas magicis artibus olim dedita.

cipes Thâneos, emarcuẽrunt principes Mẽmpheos,

a ¶ Mundum, vel regnum. s. mundanæ sapientiæ. b ¶ Regnum more Hebraico.

deceperunt Ægyptûm angũlum populorum eius. [14] Dô- (15)

a ¶ Bibendum: vnde, Tradidit illos in reprobum sensum. b ¶ Ægypti. c ¶ Erroris. d ¶ Sapientes. (16)

minus miscûit in medio êius spiritum vẽrtiginis, & errâre (17)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et tradam Aegyptum, *Quia multi Aegyptij in illo bello fuerunt occisi, Et quia capta Aegypto à Romanis, fuerunt ibi positi præfecti Romanorum, qui super eos ponebant graue iugum.*

2 Et rex fortis dominabitur eorum, *Scilicet Augustus, qui imperator fuit potentissimus.*

3 Et arescet aqua de mari, &c. *Per hoc intelligitur desolatio terræ Aegypti, quæ ex vna parte est supra mare, & ex alia super Nilum.*

Sub quam graue iugũ miserint Romani Ægyptum?

4 Calamus & iuncus marcescet, *Per hoc designatur, quod gaudium & lætitia deficient de Aegypto, quia viror iunci & calami lætitiam significant, vnde pratum virens communiter dicitur ridere.*

5 Et mœrebunt piscatores, *Multi enim illius artis erant in Aegypto, eo quod abundat aquis: habet enim mare ex vna parte, & Nilum ex altera.*

6 Confundentur qui operantur linum. *Id est, qui faciebant opera subtilia de lino.*

7 Et erunt irrigua eius flaccentia. *Id est, arentia.*

8 Omnes qui faciebant lacunas: *Id est, viuaria, per ista, quæ dicta sunt, intelligitur, quod omnes artifices Aegypti per Romanos spoliarentur & vastarentur. Et consequenter idem ostendit de principibus & maioribus, cùm dicitur.*

9 Stulti principes Thaneos, *Dicti à Thanis, ciuitate Aegypti valde nobili.*

10 Sapientes consiliarij Pharaonis, *Antonium vocat Pharaonem, quia omnes reges Aegypti ab antiquo, & tempore Isaiæ, vocabantur Pharaones.*

11 Dederunt consilium insipiens, *Scilicet, Antonio, de mouendo prælium contra Augustum.*

12 Quomodo dicetis. *Allegabant enim, quod in Aegypto viguerat sapientia ab antiquo, vt habetur 1. Metaph. & quod illud regnum erat valde antiquum, & antiquius, quàm regnum Romanorum, quod incepit tempore Achaz regis Iudæ, vt habetur in historia Scholastica: & sic dicebant, quod nomen monarchiæ ibi poneretur. Et quia accidit contrarium, ideo subditur:*

Ægyptij quibus suadelis impulerint Antonium cũ Augusto bellare?

13 Vbi nunc sunt sapientes. *Quasi dicat, Apparet eorum insipientia.*

14 Annuntient. *q. d. Non poterunt, & patet litera vsque ibi.*

15 Deceperunt Ægyptum, *Scilicet, consiliarij prædicti: & subditur modus deceptionis.*

16 Angulum populorum eius. *Angulus, qui duabus lineis concurrentibus efficitur, hîc dicitur coniunctio Antonij & Cleopatræ, & sic est sensus, quod decipiendo Cleopatram & Antonium, deceperunt per consequens totam Aegyptum.*

17 Dominus miscuit in medio eius spir. vertiginis. *Id est, controuersia & erroris: hoc enim fecit dominus permissiuè propter mala Aegyptiorum punienda.*

a *Ebrius & vomens*. HIER. l. 7. in Iſa. Furore draconum, vt tandem poſt vomitum intelligant ebrietatem ſuam. Quamdiu enim ebrij fuerint, nec principium habebunt, nec finem.

b *Refrenantem*. HAYMO. Pro eo quod Hieronymus debuit transferre *incuruantem & laſciuientem*, id eſt, ſenem & puerum, ambiguitate deceptus tranſtulit incuruantem & refrenantem. Quod eſt venientibus Aſſyriis, vel Chaldæis, non erit Ægypto opus, id eſt, conſilium, quod aut caput habeat, aut finem, aut ſenſibus conueniat, aut paruulis, quorum alij ſenio deficiunt, alij præ laſciuia quid faciant, neſciunt.

Notata Hieronymi tranſlatio.

*Deſipiunt.

c *Mulieres*. IBID. Quas amat Ægyptus, quas ſolas vult Pharao viuere necatis viris. Diabolus virtutes interficit, vitia conſeruat.

d *Terra Iuda Aegypto*. IBID. Scientia ſcripturarum, lex, & Prophetæ; Euangelia erunt Ægypto in feſtiuitatem, cum ſe cognouerit, Vel in timorem, cùm ſe mendacia habuiſſe intellexerit.

e *In pauorem*. IBID. Alij in feſtiuitatem, ſed ſecundum Hierony. melius eſt in pauorem vel formidinem, quaſi dicat, cùm Aegyptij, quaſi mulieres timore hoſtium diſſoluti fuerint, tunc terra Iuda erit Aegypto in pauorem. Recordabitur enim, quia tanta mala paſſa ſit, quia Iudæos à cultu Dei auertit, promittendo auxilium eis, vnde & ſequitur: *Omnis qui illius fuerit record.*

f *Quinque ciuitates*. Ex EOD. Ibid. Quidam quinque libros Moyſi intelligunt, qui in Alexandria prius tranſlati ſunt. Sed hæc melius ad Domini aduentum referuntur. In die illa, ſcilicet per Domini paſſionem erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chananæa. Aegyptus quæ eſt mœror vel tenebræ, mundus eſt, Chanaan commutata. Quinque ciuitates, quinque ſenſus corporis, quarum vna ſolis eſt, ſcilicet oculi quibus lumen aſpicimus. Qui vero vitiis ſeruiunt, ſenſus corporis à prauis voluptatibus non cuſtodiunt, lingua Aegyptia loquitur: quia in tenebris peccatorum morantur. Qui verò operam tribuunt virtutibus, lingua Chananitidi commutata, ſcilicet loquuntur: quia de vitiis ad virtutes commutantur.

Quid deſignent linguæ Chanaan, Ægyptiaca, & Hebræa?

fecerunt Ægyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomens. [15] Et non erit Ægypto opus quod faciat, caput & caudam incuruantem & refrenantem. [16] In die illa erit Ægyptus quaſi mulieres, & ſtupebunt & timebunt à facie commotionis manus Domini exercituum, quam mouebit ipſe ſuper eam: [17] & erit terra Iuda Ægypto in pauorem. Omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie conſilij Domini exercituum, quod ipſe cogitauit ſuper eam. [18] In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chananæa, & iurantes per Dominum exercituum,

(Interlinear: a Vnde, Væ qui ebrij ſunt abſque vino. — a Conſilium. b Principium. c Finem. — a Senem. b Laſciuientem. c Quando miſcebit Dominus ſpiritum erroris. Captiuitatis per Aſſyrios, vel Chaldæos, vel Romanos. — a Infirma, imbellis. Timida, euomito furore. b Admirando. — a Præſentia. b Suppliciorum, mouebit enim Dominus manum, vt percutiat Ægyptum. c Vindictæ commotæ à Domino per Sennacherib, vel Nabuchodonoſor, vt percutiat Ægyptum. — Vel vi. Dominus. Ægyptum. — a Alias feſtiuitatem. Ægyptius. — a Terræ Iudææ. b Princi[pium] ſapientiæ timor Domini, tota die vel quotidie hæreticus à recordatione Eccleſiaſtici viri pauet. — a Vt Ægyptum per Aſſyrios, Chaldæos, Romanoſque deleret. — Ægyptum. — a Dei omnipotentis recordantes, non dæmonum.)

g *Lingua Chananæa*. IBID. Quæritur, cur non lingua Hebræa, ſed Chananitide loquantur quinq; ciuitates Aegypti? Quia ſcilicet Hebræus tranſitorem ſonat, qui de loco tranſit ad locum: Quamdiu ergo in Aegypto huius mundi ſumus, lingua Hebræa loqui non poſſumus, ſed lingua Chananitide, quæ inter Hebræam linguā, & Aegyptiam media eſt, & Hebrææ magna ex parte confinis, Chanaan interpretatur commotio, vel quaſi reſpondens. Quando de Aegypto recedimus, cōmouemur, & quaſi reſpondemus Domini voluntati. Sed quia adhuc in ſæculo ſumus, lingua Hebræa loqui non poſſumus. Videntes mulierem ad concupiſcendam, loquuntur lingua Aegyptiaca; & audientes iudicium ſanguinis, Et qui primis delectantur vnguentis, & quorum Deus venter eſt, guſtus eorum Aegyptiaca lingua loquitur, & qui tactu immundo delectantur.

Philip. 3. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non erit Aegypto. *Id eſt, populus Aegypti non habebit ſe intromittere de Rege præficiendo, qui per caput deſignatur, nec de familia eum ſequente, quæ dicitur cauda, nec de iudicibus & præfectis populum gubernantibus, eum refrenando ab iniuriis inferendis, & pœnis incuruando pro illatis: quia capta Aegypto per Auguſtum, gubernatio Aegypti deuoluta eſt ad Imperium Romanum, quod ponebat ibi præfectos, & iudices.*

Qualem in Ægypto rempub. ſtatuerit Auguſtus?

2 In die illa er. Aeg. q. mulier. *Id eſt Aegyptij erunt ſubiecti Romanis, ſicut mulieres viris.*

3 Et timebunt à facie commo. *Id eſt, poteſtatis eius quam tribuit Auguſto contra Aegyptum, quia omnis poteſtas à Deo eſt.*

4 Et erit terra Iuda Aegy. in pauorem. *Imputando vaſtationem ſuam eueniſſe propter mala quæ fecerat Antonius in terra Iuda, qui Antigonum deſcendentem à Machabæis interfecit, & Herodem alienigenam Regem Iudææ instituit, vt habetur in Scholaſtica hiſtoria.*

Antonius in Iudæos minus æquus.

5 Omnis qui illius fuerit recordatus. *De malis quæ fecit Antonius in Iudæa, & de illis quæ propter hoc venerunt in Aegypto.*

6 Pauebit à facie conſilij Domini. *Timens eius iudicia.*

7 In die illa. *Hic conſequenter deſcribitur Aegyptiorum releuatio per ſuſceptionem fidei & cultus diuini, quæ præualent omnibus temporalibus bonis. Et diuiditur in duas partes, quia primò deſcribitur iſta receptio fidei ab Aegyptiis, Secundò ab Aſſyriis, ibi,* In die illa. *Circa primum ſciendum, quod aliqui Hebræi, & ſimiliter aliqui Catholici, in hoc eos ſequentes, exponunt partem iſtam de Onia ſacerdote, qui de Iudæa cum pluribus aliis intrauit Aegyptum, dicens ſe velle implere prophetiam Iſaiæ, quæ ponitur hic. Et cum Rex Aegypti honorificè eum recepiſſet, & ciuitatem ad habitandum conceſſiſſet, erexit ibi altare Domini, hoſtias & oblationes offerens ſuper illud: Sed hoc non videtur verum. Primò quia hic dicitur:* Erunt quinque ciuitates, &c. *Oniæ verò non legitur, niſi vna tantùm ciuitas aſſignata, Secundò quia illud factum Oniæ non fuit laudabile, ſed magis vituperabile, ſecundum quod dicitur Daniel 11. c.* Filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant viſionem & corruent, *Quod exponitur de hoc facto Oniæ. Non enim licebat Iudæis erigere altare & ſacrificare niſi in Ieruſalem, & maximè poſt templi Salomonis ædificationem. Factum autem, quod hic dicitur, commendabile eſt, & Deo acceptum, vt patebit literam proſequendo. Rab. Sa. aliam expoſitionem ponit dicens, quod Sennacherib vltimò veniens contra Ieruſalem adduxit ſecum aliquos Principes de Aegypto, quos ceperat in bello contra Tharacam Regem Aethiopiæ, quem iuuabant, de quo bello habetur 4. Reg. 19. Et illos Principes adduxit ſecum compeditos, vt oſtenderet eos Ezechiæ, & populo eius ad terrendum eos: Sed quando exercitus Sennacherib fuit percuſſus ab angelo, ipſi fuerunt ſaluati, & per Ezechiam à vinculis liberati, & ſic reuertentes in terram ſuam fecerunt altaria ad colendum Deum Iſrael, qui eos liberauerat de manu Sennacherib, & ſic exponit literam iſtam.*

Diuiſio.

Quomodo exponant Hebræi hoc cap. à verſ. 18.

De Onia qui altare in Ægypto inſtituit.

Quomodo ab eodem verſ. exponat Ra. Sa. & quam hiſtoriam ex traditione ſubſternat ſuæ expoſitioni.

8 Erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chananæa. *Sed contra hoc eſt quod ſubditur,* loquentes linguam Chananæam, &c. *Id eſt, Hebraicam: quia terra Chanaan tunc & à longo tempore ante ab Hebræis habitabatur. Si autem dictum Ra. Sa. eſſet verum, Propheta diceret:* Loquentes linguam Aegyptiacam, &c. *Si autem dicatur, quòd duxerunt ſecum Hebræos ad faciendum diuinum officiū in Aegypto, non valet: quia non erat eis licitum ibi erigere altare, vt dictum eſt, & ſic factum eorum eſſet vituperabile. Nulla etiam ſcriptura canonica, nec hiſtoria famoſa de hoc aliquid dicit, & ideo illud dictum videtur eſſe fictitium. Propter quod pars iſta exponitur de receptione fidei Chriſtianæ ab Aegyptiis, quam Beatus Simon Apoſtolus prædicauit in Aegypto, quæ ei ſorte aduenit, vt habetur in legenda ſua. Et ſimiliter Marcus Euangeliſta, ſecundum quod dicit Hieronymus libro illuſtrium virorum, & tunc ipſi ordinauerunt ibi Eccleſias, & erexerunt altaria in nomine Domini Ieſu Chriſti. Et ſecundum hoc dicitur hic,* In die illa, *Id eſt, tempore Chriſti, qui natus fuit ſub Auguſto,* Erunt quinque ciuitates, &c. lo. ling. Chan. *Id eſt, Hebraica. In Aegypto enim erant multi Iudæi, qui fuerant*

Reiicitur prædicta expoſitio Ra. Sa.

SS. Simon Apoſtolus & Marcus Euangeliſta Ægyptiis prædicarūt.

MORALITER.

7 *In die illa*. Hic deſcribitur releuatio Aegypti per ſuſceptionem fidei Chriſtianæ per prædicationem Simonis Apoſtoli, & Beati Marci Euangeliſtæ, ſicut plenius dixi in expoſitione literali. Et quoniam hæc expoſitio eſt etiam ſpiritualis, ideo pertranſeo de alia hîc ponenda.

a ¶ Iustitiæ, quo oculi illuminati ciuitatem videant. b ¶ Post passionem Domini.

a Ciuitas solis vocabitur vna. [19] In die illa erit al- 1 2

a ¶ Per hoc omnia altaria habemus, quæ in mundo sunt; vel per altare, fidem, super quam sacrificamus Deo bona nostra, quæ agimus. ¶ Mundi.

târe Domini in medio terræ Ægypti, &

a ¶ Scriptus literis Hebraicis, Græcis, & Latinis, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. b ¶ Fidei, vel mundi. c ¶ Altare vel titulus.

b titulus Domini iuxta terminum eius: [20] & erit 3

a ¶ Passionis, resurrectionis, & crucis. b ¶ Omnium gentium, quæ hic Ægyptus appellantur.

in signum & in testimonium Domino exer-

a ¶ Apostoli vel alij. ¶ In cordibus suis Abba Pater.

c cituum in terra Ægypti. Clamabunt enim 4

a ¶ Patrem. b ¶ Persecutionis.

ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis 5

a ¶ Auxilium Iesu, quoties enim auxiliatur, quasi à patre mittitur. 6
b ¶ Vt liberati cognoscant Dominum, & cognoscantur ab ipso.

saluatorem, & propugnatorem qui liberet 7

a ¶ Mundo. ¶ Qui liberati fuerunt.

eos. [21] Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, 8

a ¶ Persecutores, scilicet superati virtute Dei, & ideo conuersi.

& cognoscent Ægyptij Dominum in die illa,

a ¶ Corpore, & sanguine Christi. ¶ Spiritualibus: sacrificium Deo spiritus contr. b ¶ Bonis operibus.

& colent eum in hostiis, & in muneribus: &

a ¶ Sicut in baptismo. ¶ Vouete, & red. do. Deo vo. b ¶ Rei vota.

d vota vouebunt Domino & soluent. [22] Et per- 9

a ¶ Quem diligit Dominus, corripit. ¶ Percuti patietur.
¶ Tradet passionibus Martyres, qui paulo ante de mundo. b ¶ Martyrij.

cutiet Dominus Ægyptum plaga, & sa- 10

a ¶ In resurrectione. ¶ Passos coronando, æterna sanitate fouendo.
b ¶ Si aliqui forte recesserunt à Deo. ¶ Pœnitendo. ¶ Sanati.

nabit eam, & reuertentur ad Dominum: & 11

a ¶ Interim semper misericordia indigemus, & nullus finis clementiæ.
¶ Veniam tribuendo. b ¶ A peccato. c ¶ In aduentu Domini.

e placabitur eis, & sanabit eos. [23] In die illa 12

a ¶ Primis credentibus. b ¶ Conuertendos in prædicatione Ægyptiorum, vt veniant cum eis in Ægyptum, tandem in Iudæam.

erit via de Ægypto in Assyrios, & intra-

a ¶ Conuersus. b ¶ Quæ prius conuersa.

bit Assyrius in Ægyptum, & Ægyptus

a ¶ Prædicando vt eos lucrifaciant.

f in Assyrios: & seruient Ægyptij Assur. 13

---

a *In die illa.* Hier. l. 7. in Isai. Hoc non intelligens Onias sacerdos, A cum venisset in Ægyptum cum multitudine Iudæorum, secundum Iosephum, ædificauit templum Domino, & altare in ciuitate Heliopoli, tanquam implens, vaticinium Isaiæ; contra hoc præceptum faciens, *Non ædificabitis mihi altare per omnes vrbes vestras, sed in loco quem elegero.* Sciendum autem quia non solum Heliopolis, sed quatuor huic vicinæ, quæ iuxta *Rinocoluram sunt sitæ, lingua Chanaan, id est, Syra loquuntur. Putant quidam Nabuchodonosor Syros & Arabes in eas ciuitates transtulisse, & eos vsque hodie linguam propriam tenuisse.

(Ioseph l. 12. & 13. — Altare ab Onia erectum in Heliopoli. — * Rinocorulam.)

† Avgvstinvs lib. de vnit. Eccl. c. 14. *Annuntia mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubas in meridie.* Ista est Ecclesia, quæ loquitur, & quærit vbi sit in Ecclesia in meridie. Per meridiem, Aphricã intelligere non debemus: Aphrica enim in parte quidem meridiana mundi est, sed ad Aphricum non ad austrum, vbi verè meridies est; Ibi enim Sol facit medium diem, sub qua cæli plaga potius Ægyptus inuenitur, vbi multi serui Dei per eremum in sancta societate viuunt. Nam de Ægypto Isaias prophetat: *Illo die erit altare in regione Aegyptiorum, &c.* Quare ergo non communicant C Ecclesiæ, quæ prædicta est, Ægyptiorum? aut si præfiguratione prophetica, Ægyptus mundum significat, quare non communicant Ecclesiæ orbis terrarum?

(Cant. 1. — Reprehensio eorum qui cum Catholica non communicant Ecclesia.)

b *Et titulus.* Titulus Domini Euangelica doctrina & Apostolica, quæ est vsque ad terminos terræ, vnde: *In omnem terram exiuit sonus eorum.* Vel titulus iuxta terminum fidei, operatio bona, quæ quantum & fides extendi debet, vel imitatio passionis Christi.

(Psal. 18. a.)

c *Clama. enim.* Cum euangelica doctrina creuerit, & persecutio ingruerit, tunc qui crediderint, clamabunt ad Deum patrem. D

d *Et percutiet.* † Theodoretvs. Regni ablationem appellat Propheta, *plagam*; voluit enim Dominus Ægyptum esse sub Romanorum imperio, cum reliquis nationibus, vt Apostolorum prædicationi peruia esset; *sanationem*, nominat Dei cognitionem, deleuit enim regnum Ægypti Dominus, & traduxit Ægyptum de impietate ad pietatẽ.

e *In die illa.* Ante aduentum Domini singulæ nationes suos habebant Reges; nec licebat de vna regione transire ad aliã: quia exploratores timebant: Romani autem omnes in vnã redegerunt sub quibus omnia E vnita sunt, & maximè postquam crediderunt. Ad Euphratem verò vsque ad Tigrim regio Assyriorum fuit; & quos antiqui Assyrios vocant, nos Syros, partem ponentes pro toto. Post Domini ergo passionem via patuit de Ægypto in Assyrios, & Ægyptij in Assyriam liberè transeunt, & maximè negotiatores, qui de regno in regnum discurrunt.

(Romanum imperium.)

f *Et seruient Aegyptij.* Non quòd postea illi fuissent subiugati, sed quia legiones Romanorum instructæ Syro milite, custodiebant Ægyptum. Vel, F quia vtraque gens sibi inuicem exhibuit seruitium, reciprocando commercium. Sicut in libro Machabæorum legitur, quòd Iudæorum regnum sibi Assyrij & Ægyptij alternis vendicabant vicibus. In Domini verò aduentu neque illis neque his, sed Romanis seruiebat, eiusdem cum ipsis conditionis.

(An seruierint Ægyptij Assyriis?)

† Procopivs. Quod Assyriis seruire Ægyptios inquit, vel charitatis seruitutem intellexit; vel, quod nonnullis placet, id ideo dixit, vt missum Romano nomine Syrorum in Ægyptum exercitum, Syroque Duce aliquo in seruitutem redactos Ægyptios significet.

a In

NICOLAVS DE LIRA.

fuerant illuc dispersi tempore Machabæorum & ante, qui credentes ad prædicationem Simonis Apostoli, & Marci Euangelistæ fuerunt ab eis ordinati, & dispositi ad regimen & doctrinam Aegyptiorum in Christum credentium, & ad celebrandum diuinum officium in lingua Hebraica. Potest etiam dici, quòd Aegyptij ad fidem conuersi Deum laudabant Hebraica lingua: quia in primitiua Ecclesia baptizatis per impositionem manuum Apostolorum dabatur Spiritus sanctus in signo visibili, & loquebantur variis linguis, vt habetur Act. 8. & 19. Fit autem hic mentio magis in speciali de lingua Hebraica, quàm de aliis: quia illa est lingua prima, & fuit omnibus communis, vsque ad ædificationem turris Babel, vt habetur Genes. 11. Et exprimuntur hic quinque ciuitates, tanquam principales, in quibus Euangelium prædicatum est in Aegypto, licet in pluribus aliis locis eiusdem regni prædicatum fuerit tempore Apostolorum.

(Et verũ Dei cultum instituerunt. — Præstantia linguæ Hebraicæ.)

1 Ciuitas solis vocabitur vna. *Dicunt aliqui, quòd hæc est Alexandria, quæ dicitur* ciuitas solis, *id est, Christi, qui est Sol iustitiæ, eò quòd fides Christi ibi viguit tempore Marci Euangelistæ, sub quo fideles viuebant in Alexandria, habentes omnia communia, eo modo quo leguntur vixisse sub Petro in Ierusalem, Act. 4. propter quod Philo disertissimus Iudæorum, librum composuit ad commendationem vitæ ipsorum, vt dicit Ieronym. in libro illustrium virorum. Alij verò dicunt, quod ciuitas solis, hic dicitur Heliopolis, quæ est ciuitas in Aegypto. Et dicitur ab* Helios, *qui est sol, &* Polis *quod est ciuitas. Et de hac hic fit specialis mentio, eo quod sacerdotes ibi manserunt ab antiquo, vt habetur Genes. 41.*

(Ecclesia Alexandrina.)

2 In die illa erit, &c. *Dedicatum in honore Christi, ideo subditur:*

3 Et titulus Domini iuxta terminum, &c. *Illud potest referri ad Christum, ita quod iste titulus sit Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, qui in termino vitæ Christi passibilis fuit positus super crucem. Signum autem crucis ponitur in altaribus, & locis Christi nomine dedicatis. Potest etiam referri ad terram Aegypti, vt sit sensus, quod fides Christi fuerit prædicata per totam Aegyptum, vsque ad terminos eius.*

(Signum crucis in altaribus.)

4 Clamabunt enim ad Dominum, *Scilicet Aegyptij.*

5 A facie tribulantis, *Scilicet, dæmonis.*

6 Et mittet eis saluatorem, &c. *Videlicet Iesum Christum ab eis receptum per veram fidem, ab Apostolis ab eo missis prædicatam.*

7 Qui liberet eos, *De tenebris erroris, & potestate dæmonis; ideo subditur:*

8 Et cog. Do. ab Æg. &c. & col. e. in hostiis, *Hostia noui Testamenti est Eucharistia: Quæ dicitur hic* hostiæ *in plurali, quia succedit omnibus hostiis & sacrificiis veteris Testamenti. Potest etiam hoc referri non solùm ad Eucharistiam, sed etiam ad orationes, & suffragia Ecclesiæ, quæ dicuntur hostiæ, Ps. 9. d.* Sacrificium laudis honorabit me, *&c.*

(Eucharistia, orationes & suffragia Ecclesiæ.)

9 Et percutiet Dominus Ægyp. plaga, &c. *Id est, temporali pœna, vt dictum est, ad eius castigationem:*

10 Et sanabit eam, *Per veram fidem.*

11 Et reuertentur ad Dominum, *Veraciter & perfectè, ideo subditur,* Et placabitur eis, & sanabit eos.

12 In die illa erit via de Ægypto in Assyrios, &c. *Quia prædicatores Euangelij de vna terra discurrebant ad aliam, & econuerso, vt patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis.*

13 Et seruient Aegyptij Assyriis, *Scilicet ex mutua charitate*

3 Et — quia

a *In die illa erit.* HIER. lib. 7. in Isa. Non vicissim ab Assyriis Aegyptiisque medius vexabitur, sed erit tertius cum ipsis seruiens, scilicet Romanis.

† CYRILLVS. Dictus est Israel primogenitus in filiis, postquam autem in filium Dei est debacchatus, post nationes collocatur, sortitus post Gentes secundum locum. Postquam enim intrauerit plenitudo Gentium, Israel saluus fiet. Aduerte hoc loco Israelem tertium nominari post Assyrios & Aegyptios, affecit enim cruce Dominum, & positus est in dorso iuxta illud: *Quoniam pones eos dorsum.*

Iudæi ex quo Christũ abiecerunt ignobiles.

a ¶ HIERO. Vt omnem massam suæ benedictionis fermento misceat.

a [24]In die illa erit Israel tertius Ægyptio & Assyrio, 1

a ¶ Benedicetur in toto mundo, in Apostolis, & aliis fidelibus, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. ¶ Erit. b ¶ Populo. c ¶ A quo ante maledicebatur.

benedictio in medio terræ, [25]cui benedixit Dominus exercituum, dicens: Benedictus populus 2

a ¶ Societate Israelis. b ¶ Sit. ¶ Vt scilicet populus Dei sit Ægyptius, & opus manuum eius Assyrius, Israel autem hæreditas.

b minus exercituum, dicens: Benedictus populus

a ¶ Quia in ipso clementiam suam demonstrauit.

meus Ægypti, & opus manuum mearum Assyrius: hæreditas autem mea Israel.

a ¶ Quia ibi natus, nutritus, passus est, & cætera nostræ redéptionis mysteria cõsummauit. b ¶ Qui mente conspicit Deum, solus potest dicere: Pars mea Deus.

b *Benedictus.* Hæ regiones præ omnibus aliis monarchis abundauerant, & ideo benedici meruerunt.

NICOLAVS DE LIRA.

quia in primitiua Ecclesia fideles vndecumque essent, quando conueniebant adinuicem, viuebant in maxima concordia, vt patet Act. 4. Et ad hoc refertur quod subditur:

1 In die illa erit Israel tertius Aegyptio & Assyrio, *Quia Apostoli fuerunt de Israel: Et per prædicationem Euangelij coniunxerunt diuersos populos adinuicem mutua charitate, ideo subditur:*

2 Benedictio in medio terræ cui benedixit. *Quia benedictio Dei datur existentibus in charitate. Et his dictis patet sententia literæ sequentis.*

ADDITIO.

B *In cap. 19. vbi dicitur in postil.* Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis.

Vertigo. *Vertigo, prout in hoc loco competit, significat conuolutionem, seu congyrationem, quæ quandoque fit in cerebro à morbo, sicut in terra fit à vento, prout medici tradunt. Vnde qui talem morbum patitur, non potest rectè iudicare de agendis, sed errat sicut ebrius, prout dicitur in litera.* E

CAP. XX.

I*N anno.* † PROCOPIVS. Aegyptiorum per Assyrios expugnationem prædicit, qui de eorum pace supra disputauit. Iis ergo quæ longo postea tempore euentura essent, per ea quæ iamiam instabãt, fidem afferre dicemus. Quæ enim de prospero rerũ successu edicta sunt, ad ea Saluatoris tẽpora, quibus in Aegypto tanquam leui nube, peregrinaturus esset, referenda fuerunt. De quo autem nunc agitur, idipsum Prophetæ ætate factum est. Prædicuntur verò ista de Iudæis, qui instantem ab Assyriis expugnationem, Aegyptiorum auxilio arcere se posse confidebant, cum Azotum iam illi, vrbem Palestinæ maximã & munitissimam cepissent, vt vicinorum malis deterriti, desperato omni humanæ opis momento ad Dominum conuersi, ingruẽtia damna valeant effugere. Ita verò de istis ait quidam Propheta: *Et erat Ephraim columba amens & vecors.*

Iudæi ab Ægyptiis subsidia frustra expectant.

C A P. XX.

a [1]IN anno quo ingressus 1

a ¶ Turris, superfluus, vel elongans. b ¶ Ignem generationis.

est Thartan in Azotum,

a ¶ Princeps hortorum Sennacherib.

b cùm misisset eum Sargon Rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum & cepisset eam, [2]in tempore il- 2

a ¶ Opere verbis concordante.

lo locutus est dominus in manu Isaiæ filij

a ¶ Cilicium. Hic enim habitus Prophetæ plangentis peccata populi.

c Amos, dicens: Vade & solue saccum de lumbis 3

a ¶ Quibus securus contra serpentes, & scorpiones huius eremi. b ¶ Solue calceamenta de pedibus tuis: Locus enim in quo stas, terra sancta est.

tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis.

In anno. HIER. l. 7. in Isa. Assyria nomina sunt hæc: *Thartan*, turris, vel superfluus, vel elongans; *Sargon*, Princeps horti, Rex Assyrius, scilicet, sensus magnus, habet plurimos duces, quorum vnus est Thartan, elatus in superbiam, in scelere longè procedens, qui mittitur ad expugnandam Azotum, quæ Hebraicè dicitur אשדוד Ashdod id est, ignis generationis. Dux namque Regis Assyrij expugnat eos qui seruiunt generationi & libidini.

a *In anno.* EX EOD. Azotus, vrbs Palesthinorum potentissima de quinque, quam Sargon (qui & Sennacherib, sex enim nominibus dictus est secundum Ieronymum) misso Thartã Duce exercitus expugnauit, & tenuit. Quando autem capta est, locutus est Dominus in manu Isaiæ verbis conueniente opere, opera enim his attestabantur, quæ per eum loquebatur Dominus.

Azotus ab Assyriis capta.

b *Cum misisset.* IBID. Pulchrè Rex Assyriorum Sargon, id est, Princeps hortorum dicitur, cui similis est Achab: Qui vineam Naboth in hortum vertere cupiebat; quod ille tropologicè intelligens, maluit mori, quàm facere, ne paterna hæreditas & possessio antiqua in Regis impij mutaretur delicias.

3. Reg. 21. a. — Alienæ raptores hæreditatis.

c *Vade & solue.* IBID. Præcipitur Prophetæ, vt sacco calceamentisque depositis incedat nudus & discalceatus, in signũ Aegyptiis & Aethiopibus, qui Dei populum persecuti sunt: Aegyptus enim, *persequens*, vel *tribulans*, Aethiopes, *humiles* & *deiecti*; *Qui enim se exaltat, humiliabitur.* Hi ducendi sunt in captiuitatem tribus annis tormẽta passuri: De quibus, *Annos æternos in mente habui.* Nec putemus parua esse supplicia, sed magnis elongata erunt temporibus. In ipsa autem captiuitate Aegypti, *iuuenes*, scilicet malitia roborati, *senes* qui ad perfectæ ætatis vitia peruenerunt, ibunt nudi, vt omnia eorum scelera pateant. Nihil enim occultum quod non reueletur.

Luc. 14. g. Psal. 70. b. F Matth. 10. a.

† PROCOPIVS. Propheta qui vno tantum pallio antea, eoque trito & crasso, vtebatur, propter summum sapientiæ studium, & dolorem quo de Israelis impietate angebatur: eo etiam nunc exuere se, nudusque & sine calceis, quo futuræ Aegyptiorum calamitatis specimen edat, Ierosolymam redire iubetur. Ad metus enim incussionem, inusitatus hic habitus, nudo sermone, his præcipuè futurus efficacior, qui Prophetarum monita ita parui penderent, vt aliũ errorem sibi annuntiare, iuberent, quo absurdam illi inusitatamq; vestitus formam intuiti, ad eius postulandam causam, inuitarentur.

Cur iussus sit Isaias nudus incedere?

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XX.

I*Nanno. Hic consequenter ponitur punitio Aegyptiorum facta per Assyrios. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur punitio Aegyptiorum. Secundò, ex hoc sequens stupefactio Iudæorum, ibi,* Et timebunt. *Circa primum præmittitur tempus reuelationis factæ de ista punitione, cùm dicitur.*

Diuisio.

1 In anno quo ing. e. T. in Azo. *Quæ est ciuitas Philisthinorum, quam cepit iste Thartan Princeps militiæ Regis Assyriorum.*

2 In tempore illo locu. est dom. &c. *De punitione Aegyptiorum.*

3 Vade. *Propheta enim aliquando denuntiabant prophetiam suam non solùm verbis, sed etiam aliquando sensibilibus signis: sicut Ieremias posuit catenas in collo suo, ad designandum, quod sic ducerentur concatenati illi, contra quos prophetabat, Ierem. 27. Et sic Isaias iuit nudus & discalceatus*

Prophetia per signa sensibilia.

MORALITER.

1 *In anno quo ingres. &c.* Per Regem Assyriorum, diabolus signatur, eò quòd est *Rex super omnes filios superbiæ*, vt dicitur Iob 41. d. Per Thartan, qui interpretatur superfluus, signatur cupiditas, quæ non est contenta necessariis nec sufficientibus, sed semper quærit superflua; Per Azotum, quæ interpretatur incendium, charitas intelligitur. Per hoc igitur, quòd Rex Assyriorum misit Thartan ad percutiendum Azotum, signatur quòd diabolus excitat cupiditatem in hominibus, ad destruendum in eis mutuam charitatem: quia cupiditas est venenum charitatis. Greg. homil. 29. *Antiquus hostis dum mentem nostram ad rerum temporalium dilectionem trahit infirmiorem contra nos proximum excitat, qui ea ipsa quæ diligimus, auferre moliatur. Nec curat antiquus hostis hæc faciens, vt terrena tollat, sed vt charitatem in nobis feriat, &c.*

Quomodo conetur diabolus extinguere charitatem?

3 *Vade & solue saccum de lumbis tuis.* Per hoc quòd Isaias Propheta iuit nudus, tunc, & discalceatus, signatur quòd prædicator veritatis crescentibus vitiis per defectum charitatis, (sicut dicitur Matth. 24. a. *Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum*) debet plus solito magis austerè viuere, vt contra vitia efficacius prædicet verbo & opere. Per hoc etiam, quòd per illam nuditatem Isaiæ, signata fuit captiuitas Aegyptiorum, & Aethiopum, qui tenebrosi interpretantur, signatur quòd peccatores tenebris peccatorum excæcati, ducentur per diabolum in captiuitatem inferni, nisi pœniteant ante mortem.

Quid faciendum sit prædicatoribus crescentibus malis?

† Nudam

a *Et fecit sic.* Mira obedientia, solo cilicio induebatur vir nobilissimus, vt Hebræi tradunt. Cuius filiam Rex Manasses accepit in coniugium, non erubuit nudus incedere, nihil honestius iudicans, quam Domino obedire.

Mira obedientia Isaiæ.

b *Discalceatus.* HIERON. Notandum quòd antequam capiatur Azotus, Propheta sit sacco vestitus, *calceatis pedibus: vt plangat eos qui ardentibus sagittis diaboli vulnerati sunt, & libidini seruiunt, & calcare possit super serpentes & scorpiones, qui sunt in eremo huius sæculi, vbi omnium bonorum est sitis. Postquam autem Azotus capta fuit, in signum captiuitatis Ægypti & Æthiopiæ, discalceatus & nudus vadit: Sacco enim vestitus, & pelle opertis pedibus non potest in terra sancta, ad quam festinat, vel stare, vel ambulare.

** calceatus. Plangendos esse libidini seruientes.*

c *Ad ignominiam.* Quia pascha Domini comedere non poterant, quod comedit lumbis accinctus, baculum tenens manu, calceatis pedibus, ne per huius sæculi solitudinem transiens à serpentibus mordeatur.

Exod. 12.

d *Hæccine erat.* Admiranda Dei prouidentia, omnia regna contra se inuicem superbientia destruxit. Israel contra Dei voluntatem, in Damasco Syrisque sperauit, & ideo vtrique captiuari ab Assyriis. Iudas verò in Æthiopibus & Ægyptiis, & ipsi quoque victi ab Assyriis & Chaldæis, Assyrij quia de se præsumpserunt, à Chaldæis perierunt, Chaldæi & Babylonij erecti cõtra Dominum à Medis & Persis subiugati sunt, & hi ab Alexandro Magno. Qui cùm se tanquam Deum extulisset, veneno enectus est, & regnum eius in partes scissum, & post à Romanis subiugatum, Romanum imperium quod quasi ferreis dentibus, & vnguibus carnes sanctorum lacerauit, ex magna parte iam periit: In fine ex toto peribit, cùm regnum Christi illuxerit.

Mira Dei prouidentia plantantis & eradicantis regna.

¶ Prophetæ non solum verbis, sed & factis futura prædicebant, sicut in hoc loco. a ¶ Tribus diebus.

a Et fecit sic: vadens nudus & discalceatus.[2] Et dixit b Dominus: Sicut ambulauit seruus meus Isaias nu-

a ¶ Non quod tribus annis, nudus ierit, sed dies per annos possunt intelligi. Vide ad Ezechielem Dominus dicit: Diem pro anno dedi tibi.

dus & discalceatus, trium annorum signum & 1

a ¶ Æthiopes erant sociati Ægyptiis. b ¶ Humilem & deiectam, quia propter superbiam humiliata est.

portentum erit super Ægyptum & super Æthio-

a ¶ Tribus annis sicut seruus meus nudus ambulauit tribus diebus.

piam:[4] Sic minabit Rex Assyriorum captiuitatem

a ¶ Minabit. b ¶ Malitia robustum.

Ægypti, et transmigrationem Æthiopiæ, iuue-

a ¶ Inueteratum dierum malorum. b ¶ Captiuitatem dico. ¶ Nihil opertũ quod nõ reueletur.

nem & senem, nudam & discalceatã, discoopertis †

a ¶ Per quas egreditur stercus. b ¶ Demonstrandam. c ¶ Iudæi.

c natibus ad ignominiam Ægypti.[2] Et timebunt, & 2

¶ Pudore. a ¶ Cum viderint confusam. b ¶ In qua sperabant.

confundentur ab Æthiopia spe sua: & ab Ægy- 3

a ¶ In cuius auxilio gloriabantur. b ¶ Ideo. c ¶ Non aduena & peregrinus, sed mansionarius. 4
d ¶ Ierusalem quæ persecutionibus & fluctibus incessanter tundebatur.
¶ Insula quasi in salo. ¶ Sæculi.

pto gloria sua.[6] Et dicet habitator insulæ huius in 5

a ¶ Tam fragilis. b ¶ Ad quales, & fragiles, & infirmos, qui se non poterant liberare.

d die illa: Hæccine erat spes nostra? ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie Regis

a ¶ q. d. Nullo modo. ¶ Cum hi capti sint.

Assyriorũ? Et quomodo effugere poterimus nos?

NICOLAVS DE LIRA.

tus ad designandum, quod Aegyptij & Aethiopes nudi & discalceati ducerentur in captiuitatem per Regem Assyriorum. Et patet litera hoc excepto.

1 Trium annorum, &c. *Quod exponitur sic, quòd hoc fecit Isaias per tres annos antequam accideret istud factum, quorum numerus incipit ab illo tempore, quo Thartan intrauit Azotum. Rex enim Assyriorum vi existens in Iudæa, & eam deuastans, audiuit de Rege Aethiopum, quod egressus erat ad impugnandum ipsum, & cum eo erat Rex Aegypti, & tunc recessit de Iudæa, & illos Reges debellauit, & populum duxit captiuum in fine trium annorum, postquam Isaias prædixerat hoc. Ra. Sa. dicit, quod ly* trium annorum, *non solùm refertur ad tempus reuelationis factæ Isaiæ vsque ad eius impletionem, vt dictum est, sed etiam refertur ad factum Isaiæ, scilicet quod tribus annis iuit sic nudus & discalceatus. Sed hoc non est verisimile, quod Dominus tamdiu faceret eum incedere taliter, maximè cum esset de stirpe regia. Et ideo alij expositores dicunt, quod iuit sic tantum tribus diebus in signum trium annorum dictorum, sicut dicitur Eze. 4. b.* Diem pro anno dedi tibi.

Quomodo colligendi sint tres anni positi vers. 2. huius cap.

Quamdiu incederit nudus Isaias.

2 Et timebunt. *Hic consequenter ponitur stupefactio Iudæorum qui confidebant in adiutorio Regum Aegypti & Aethiopiæ contra Regem Assyriorum: Et ideo quando sciuerunt eos captiuos à Rege Assyriorum, fuerunt territi & stupefacti; & hoc est quod dicitur,* Et timebunt & confundentur, *scilicet Iudæi.*

3 Ab Aethiopia spe sua. *Id est, de cuius auxilio sperabant.*

4 Et ab Ægypto gloria sua, *Id est, de cuius auxilio gloriabantur.*

5 Et dicet habi. &c. *Id est, populus regni Iudæ, quod dicitur insula, eo quod est inter duo maria, scilicet mare mortuum ab Oriente, & Mediterraneum ab Occidente: Dicunt tamen aliqui, quod dicitur insula, eò quòd concutiebatur hinc & inde tribulationibus, sicut insula fluctibus: sed prima expositio est magis literalis. Cetera patent ex dictis.*

Cur Iudæa insula vocetur.

MORALITER.

†† *Nudam & discalceatam discoopertis natibus ad ignominiam:* Per quæ signatur omnis boni subtractio, & extrema confusio in damnatis.

CAP. XXI.

Onus deserti maris. Babylonis, pro multitudine populi dicta mare, vnde: *Desertum faciet Dominus mare eius.*

Ier. 51.

† PROCOPIVS. Conferunt isthæc nonnihil ad Ægypti visionem, quantumuis secundum quosdam peculiaris Babyloni visio habeatur, vt Babyloniis Iudæos, minimè confidere doceat, qui & ipsi capientur. Sic enim apud Prophetam quemdam legimus: *Aegyptum inuocabat, & ad Assyrios profecti sunt.* Tanquam causis allatis, quibus ab Assyriis vrbem & templum contigit expugnari, adhortarentur. Sin autem eos qui sunt accuratiores, sequamur, post designatam Ægypti & Æthiopiæ per Assyrios expugnationem, qualia expugnatores ipsos maneant, declarat. Iusta enim sententia Deus Ægyptios Assyriis, Assyrios Medis, Medos Persis, Persas denique propter fastum & superbiam aliis euertendos concessit.

Osee 7.

CAP. XXI.

a ¶ A Deo & hominibus. ¶ In quo non habitat Deus.
b ¶ Mundi, vnde: Qui descendunt in nauibus.
c ¶ Vox Babylonis. d ¶ Tentationem.

Onus deserti maris. Sicut turbines 1 2

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XXI.

Onus deserti maris. *Præsens caput in tres partes diuiditur: quia Propheta primo loquitur contra Babylonios, Secundo contra Idumæos, ibi,* Onus Du. *Tertio cõtra Agarenos, ibi,* Onus in Arabia. *Circa primum sciendum, quod spiritus propheticus non semper adest prophetis: & quando tangit mentem prophetæ de aliquo negotio futuro, non semper reuelat omnes conditiones, sicut plenius dictum fuit in principio libri Psalmorũ, cùm ageretur de vario tactu Spiritus sancti circa mentes Prophetarum. Et inde est quod de eodem negotio pluribus vicibus tangit aliquando mentes Prophetarum, reuelando vna vice, quod non erat in alia reuelatum: & sic Prophetæ frequenter idem repetunt, addendo ad ea quæ prius dixerant, vel magis explicando quam prius fecerant, & sic est in proposito. Superius enim Isaias destructionem Babylonis denuntiauerat 13. cap. & 14. & hic eadem destructionem repetit, explicando aliqua, quæ non fuerant prius taliter explicata. Et diuiditur in duas partes, secundum duo, quæ hic explicantur. Secundam ponitur ibi,* Babylon dilecta. *Prima in duas, quia primò ponitur dicta explicatio, Secundo Propheta compassio, ibi,* Propterea. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

Spiritus prophetiæ non semper adest Prophetis, nec omnia simul eis reuelat.

1 Onus deserti maris, &c. *i. Babylonis, vt patebit ex seq. & secundum aliquos dicitur hic mare propter populi in ea existentis multitudinem.* Et mare desertum, *eo quod Propheta denuntiabat eam deserendam à suis habitatoribus. Sed mihi videtur melius hic dici desertum maris vel mare desertum, ad explicandum modum captionis Babylonicæ, qui non fuerat superius explicatus. Persæ enim & Medi obsidentes Babylonem, & non potentes eam capere propter murorum altitudinem & spissitudinem, longè à ciuitate diuiserunt fluuium Euphratem, qui per arcus transibat per mediam ciuitatem in multos riuos ita quod intrauerunt ciuitatem per arcus illos. Et sic dicitur Babylon desertum maris propter attenuationem Euphratis, qui est magnus fluuius: propter quod dicitur hic mare more Hebraici sermonis, quo congregatio magna aquæ mare vocatur, secundum illud Gen. 1.* Congregationesque aquarum appellauit maria.

Qua arte ceperint Persæ & Medi Babylonem.

2 Sicut turbines. *Africus enim est ventus lateralis inter meridiem &*

MORALITER.

1 *Onus deserti.* Per desertum maris signatur mundus, prout sonat in malum 1. Ioan. 5. d. *Totus mundus in maligno positus est.* Et dici- † tur

a *De deserto venit.* HIER. l. 7. in Isai. In quo Dominus tentatus, in quo Israelitæ percussi à serpentibus.
b *Qui incredulus.* Generalis sententia, quasi culpa singulorum est quod in tempestate opprimuntur.
c *Ascende Aelam.* IBID. LXX. Ælamitæ, & legati Persarum. Ælamitæ, despicientes. *Ascende.* q. d. O Persæ & Mœdi nolite timere, equos ascendite, Babylonem obsidete. *Ascende.* Dei fortitudine confisus, audacter, contra aduersarios loquitur.
d *Omnem gemitum.* IBIDEM. Quo te & alias gentes gemere faciebat. Vel, vt nullus iam gemat pressus potentia Babylonis. Vel tantis malis sit afflicta, vt contra te gemere non audeat.
e *Pone mensam.* IBID. q. d. O Persæ & Mœdi sumite cibum, præparantes vos ad bellum, contemplamini in specula quæ exarata sunt in pariete, prospicite, quia Deus regnum huius numerauit. Surgite postquam comederitis & biberitis, arma arripite, Babylonem debellate. Comedite & bibite credentes sanguinem & corpus Domini, vt principes Ecclesiæ sitis, *vt clypeum fidei & armaturam* Pauli arripiatis, in quo ignea tela diaboli restringatis.

Matth. 4. a. Num. 21. b. Ephes. 6. c.

† PROCOPIVS. Sunt qui verba hæc (pone mensam) ad Ælamitas Medorum Persarumque legatos, (qui Babylonem inuasuri sunt, & hic ad bellum, certamq; futuræ victoriæ spem, non secus atque ad epularum luxuriem inuitantur) referenda esse existiment.
f *Contemplare, &c.* Quid post mensam ingruat ei, Vel, contemplare ô Balthasar quid scripserit in pariete: *Mane, Tethel, Phares.* Dan. 5. g.

a ab Africo veniunt, de deserto venit, de terra horribili. Visio dura nuntiata est mihi. Qui incredulus est infideliter agit, & qui depopulator est vastat. Ascende Ælam, obside Mede, omnem gemitum eius cessare feci. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore: angustia possedit me, sicut angustia parturientis. Corrui cum audirem, conturbatus sum cum viderem. Emarcuit cor meum. tenebræ stupefecerunt me. Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum. Pone mensam, cõtemplare

Interlinear: a Vnde venti vehementissimi. b Sic de deserto Mœdorum, & Persarum mihi vastitas irruit. a Quantis tentationibus mundus plenus sit. Captiuitatis. b A Deo. c Domino vel Deo. Darius vel Cyrus. Isaiæ. a Contra Dominum suum Balthasar, occidendo illum, quamuis Deo permittente. Quod incredulo congruit. Me. a Vox Domini ad Persas & Mœdos. b Despicientes, qui scilicet tentare solent & contemnere. Prouincia Persarum & ciuitas. c Babylonem. d Ciuitas in Mœdia. e Matris vel duræ diuisionis. a Vox Prophetæ, quia Babylon sic conteretur. b Quia lumbi mei agentes pœnitentiam non voluptate vt prius, sed dolore pleni sunt. a Tantæ miseriæ. b Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius. a In tristitiam vel in terram. b Miseriam Babylonis. Visionem duram. a In spiritu. b Angustiæ, vel oculi caligauerunt præ lacrymis. a Mentem meam, vt turbatus nescirem, pene quid cernerem. b Mundus qui in maligno positus. c Quondam. Vnicuique sua species facta est, vt homo homini. d Dei, vel Prophetæ. a Isaiæ. b Quia subuersa. Quomodo tam cito potuit à superbis euerti. c Dominus ad Prophetam. d Domini, cuius cibo saturatus quæ ventura sunt mundo contemplatur acutius. e O Balthasar. O Babylon. Ventura vt annunties, dicens: Comeden. & biben.

Spe-

NICOLAVS DE LIRA.

& *Occidentem. Et dicunt hic aliqui expositores, quod Persæ & Mœdi ex illa parte venerunt contra Babylonem, sed hoc non videtur verum, quia regiones Mœdiæ & Persidis magis declinant ad oppositam partem, & ideo per hoc quod dicitur hic,*

A qua parte & quantis viribus Persæ & Mœdi Babyloni superuenerint.

1 Ab Africo. *Non designatur, terminus, seu plaga vnde venit exercitus contra Babylonem: sed magis designatur modus veniendi, quia Africus est ventus tempestuosus generans turbines, fulgura & tonitrua, quæ sunt valde terribilia. Et ex hoc Persæ & Mœdi venerunt contra Babylonem, quam destruxerunt, & populum occiderunt, vt prædictum est supr. cap. 13.*
2 De deserto venit. *Quia inter Babylonem, & locum vnde venit exercitus, erat quoddam desertum, per quod transit.*
3 De terra horribili, *i. de Mœdia & Perside, quæ erant horrendæ Babylonijs.*
4 Visio dura, *Contra Babylonios.*
5 Nuntiata est mihi. *Et quæ sit illa, subditur.*
6 Qui incredulus, &c. *In Heb. habetur:* Contemnens contemneris, vel decipiens decipieris, deuastans deuastaberis. *Quod exponit Ra. Sa. de regno Babylonis & regno Persarum: quia post regnum Babyloniæ, quod contempsit seu decepit, & deuastauit multas prouincias; surrexit regnum Persarum sub Cyro, qui sibi subiecit regnum Babyloniæ, & deuastauit, secundũ quod dicitur infr. 33. a.* Væ qui spernis, nónne & ipse sperneris? Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? &c. *Et ad eundem sensum reducitur translatio nostra.* Qui incredulus est, infideliter agit. *Hoc dicitur de Balthasar Rege Babylonis, qui fuit idololatra pessimus, vt habetur Dan. 5. & sic fuit incredulus, vel quia dictum Iere. 29. de regni sui terminatione credidit esse falsum, propter quod fecit illud conuiuium magnum, Dan. 5. Egit etiam infideliter, quia vasa diuino cultui dedicata applicauit vsibus communibus in illo conuiuio.*

Balthasar Rex Babylonis nequissimus.

7 Et qui depopulator est vastat. *Quod intelligitur de Cyro, qui Babylonem & multas alias prouincias depopulauit & vastauit.*
8 Ascende Ælam. *Regio est Persidis, cuius bellatores cum Cyro ascenderunt contra Babylonem.*
9 Obside Mede, *In Hebræo & in libris correctis habetur* Mede, *quoniam Persæ & Mœdi obsederunt Babylonem.*
10 Omnem gemitum eius cessare feci, *Id est, faciam de propinquo, eò quòd Babylonij à vobis capti, non audeant coram vobis conqueri præ nimio timore & depressione.*
11 Propterea. *Hic consequenter ponitur Prophetæ compassio: quia licet odiret Babyloniorum malitiam, diligebat tamen naturam, & ideo compatiebatur miseriæ eius, quam videbat futuram. Et propter hoc dicit Propheta:* Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, &c. *Et patet litera vsque ibi.*
12 Tenebræ stupefecerunt me, *Id est, miseriæ venturæ, super Babylonem stupefecerunt me præ admiratione.*
13 Babylon. *Hic ponitur secundum, explicans captionis Babylonicæ modum. Et primo ex demerito Balthasar Regis, Secundo, quantum ad modum exercitus contra eam venientis, ibi,* Hæc enim dixit. *Circa primum dicitur:*
14 Pone mensam, *In hoc alloquitur Balthasar, qui fecit grande conuiuium, Dan. 5. Dicunt enim aliqui, quod Cyrus & Darius fuerunt in hoc conuiuio inuitati à Balthasar, eo quod dolosè simulauerunt se velle pacificare cum eo, & sic recedere cum amicitia fœdere, propter quod Balthasar fecit eis conuiuium: Sed hoc non videtur verum, quia Dan. 5. dicitur:* Balthasar Rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille. *Si autem fecisset illud conuiuium Cyro & Dario Regibus, principaliter fuissent expressa eorum nomina, Propter quod dicunt Hebræi, quod fecit illud conuiuium suis principibus æstimans dictum Ieremiæ fuisse falsum de terminatione regni sui, quia terminum positum Iere. 29. credidit esse transactum, propter quod in Dei contemptum fecit apportari vasa Dei in illo conuiuio. Et quia ex hoc meruit à Deo condemnari, vt ibidem dicitur, ideo sequitur.*

Quibus Balthasar instruxerit conuiuium de quo fit mẽtio Dan. 5.

15 Contemplare, *Scilicet, manum scribentem sententiam Dei contra te, contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ, cuius scriptura & expositio diffusè ponuntur, Dan. 5.*

1 Come-

MORALITER.

† tur desertum; eò quòd est moribus incultus, peccatorum spinis & vepribus repletus. Et desertum maris, eò quòd est turbinibus causarum turbatus, contra ipsum dicit prædicator veritatis, quòd turbines veniunt contra ipsum, id est, horribiles pœnæ, nisi pœniteat verè, ideo subditur.

Mundus.

6 *Qui incredulus est.* Verbis prædicatoris.
† *Infideliter agit,* In peccatis perseuerando. Et quia talis perseuerantia contemptum parit (sicut dicitur, Prou. 18. a. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit*) ideo sequitur.
8 *Ascende Aelam.* Qui interpretatur despiciens, propter quod significat contemptum.

Contemptus.

9 *Obside Mede.* Quæ interpretatur fames antiqua, Et significat ambitionem, qua parentes primi voluerunt esse sicut dij, Gene. 3. Item Medeba aliter interpretatur, aquæ eminentes, ideo signat profundum peccatorum.

Ambitio.

10 *Omnem gemitum eius cessare feci,* Per defectum pœnitentiæ. Et quoniam prædicator de talibus angustiatur, ideo sequitur.
11 *Propterea repleti sunt lumbi mei dolore.*
13 *Babylon dilecta.* Idem signatur nomine Babylonis, quod prius signatum est per desertum maris, scilicet mundus peccatis plenus, de quo dicitur: *Babylon dilecta mea,* non propter culpam, sed propter naturam.

Mundus peccatis plenus.

† *Posita est mihi in miraculum,* Id est, admirationis materiam, scilicet quomodo liberum arbitrium, quod est ordinatum ad bonum, sic obstinatè conuertitur ad malum.
14 *Pone mensam.* Id est, sacram scripturam, tu prædicator, qui designaris per Isaiam.
15 *Contemplare in specula,* Diligenter videndo ipsam.

† Come-

a *Speculatorem.* Speculantes dicuntur prophetæ: vnde ad Ezechielem, *Speculatorem dedi te domui Israel.* [Ezech.3.d.]

b. *Ascensorem.* Ex HIER. Cyrus princeps imperabat Mœdis & Persis post mortem Darij auunculi sui: Hunc ergo ascensorem vidit propheta cum Mœdis & Persis venientem contra Babylonē cum Dario auunculo suo. Asinus, regnum Persarum est, quod ante Cyrum ignobile fuit & nullius dignitatis: Camelus, regnum Mœdorū, quod semper potentissimum. Quidam ascensorem asini secundum euangelium & Zachariam prophetam Christum dicunt [Matth.21.a. Zacha.9.b.] Ascensorem cameli, contrariam fortitudinem propter fœditatem tortuosi animalis. Alij verò duos ascensores, literæ scilicet & spiritus ad duo referunt testamenta.

c *Leo.* Idem leo pro virtute animi, qui speculator prærogatiua contemplationis.

d *Super speculam domini.* Id est per diem in contemplatione positus diebus ac noctibus paratus audire & loqui quæ præceperit.

e *Stans totis noctibus.* Vt me custodiam ab omni peccato vt sim dignus audire verbum domini.

f *Ecce iste venit vir.* Quod sequitur, se vidisse significat, venire, scilicet saluatorem super bigam sedentem, & duobus animalibus, id est, asino & camelo vnum currum iungentem.

g *Cecidit cecidit.* Cyro & Dario Babylonē vastantibus, etiam idola sunt confracta templo Beli subuerso, & igne concremato. [Beli templū subuersum]

h *Tritura mea.* quasi dicat: O popule qui recondendus es in horrea mea, quem triui variis angustiis, vt excuterem paleas & triticum purum conferrem in horrea, quæ audiui à domino ex Deo Israel, &c. [Iere.51.a. Apoc.14.c.]

a ¶ Vos Dari & Cyre cum rege comedentes & bibentes surgite & interficite dominum vestrum.
in specula: comedentes & bibentes, surgite principes,
¶ Vel accipite.
arripite clypeum. 6 Hæc enim dixit mihi dominus: Vade,
a ¶ In corde tuo, id est diligenter intuere quæ mundo ventura sunt. b ¶ Temetipsum. ¶ Christum in quo ventura speculamur. ¶ Spiritu prophetiæ.
& pone speculatorem, & quodcumque viderit annuntiet.
a ¶ Speculator: ego scilicet. b ¶ Bigam, quæ duobus equis trahi solet. c ¶ Videlicet qui est pro equis ascensor, asino & camelo abutebatur.
7 Et vidit currum duorum equitum ascensorē asini, & ascen-
a ¶ Speculator.
sorem cameli, & contemplatus est diligenter multo intui-
a ¶ Christus, qui & speculator. ¶ Vel ego. b ¶ Exponit quis sit speculator.
tu. 8 Et clamauit leo. Super speculam domini ego sum
a ¶ Isaias. ¶ In lumine scilicet domini constitutus: vnde ventura prospiciam. b ¶ Officium mihi iniunctum, vt scilicet in tenebris sæculi prospiciam ventura.
stans iugiter per diē, & super custodiam meam ego sum, stans
¶ Firmus. a ¶ Non solum in prosperitate. b ¶ Leo qui supra clamauerat.
totis noctibus. 9 Ecce iste venit vir ascensor bigæ equitū, &
a ¶ Mihi verba eius audire cupienti. b ¶ Iam in præsentia Dei. ¶ In aduentu meo primo, & penitus in secundo. c ¶ Totius orbis confusio. d ¶ Falsa dogmata, acuto acumine dialecticæ scripta, & rhetoricis fucis colorata.
respōdit, & dixit: *Cecidit cecidit Babylō, & omnia sculpti-
a ¶ Qui de terra est, de terra loquitur. b ¶ Vox prophetæ vel Christi: quasi quæ debui feci tibi, & ne dicas non fuisse dictum. c ¶ O Ierusalem multis tribulationibus triturata. d ¶ Id est templi constructi in area Ornæ Iebusæi qui & Areuna.
lia deorū eius contrita sunt in terra. 10 Tritura mea & filia areæ
a ¶ q.d. Non sunt mea verba crede, domini enim sunt qui nescit fallere. ¶ Vel filij.
meæ, quæ audiui à domino exercituū Deo Israel, annūtiaui

d Super — Onus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Comedentes & bibentes surgite principes, *q.d. propheta, non est vobis tempus festiuandi, sed magis vos defendendi: quia eadem nocte Persæ & Mœdi intrauerunt ciuitatem modo supradicto, & interfectus fuit Balthasar cum populo suo, Dan.5.*

2 Hæc enim dixit mihi. *Hic consequenter propheta explicat modum veniendi Persarum & Mœdorum contra Babylonem di.* Hæc enim dixit mihi dominus, *cuius verbum non potest esse falsum.*

3 Vade & pone speculatorem. *Dicunt Hebræi, quòd iste fuit Abacuc propheta, eò quod subditur infra:* Super speculam domini ego sum stans, &c. *Cuius sententia ponitur, Abacuc.2. ex persona ipsius dicta: sed melius intelligitur de ipsomet Isaia, vt habetur ex fine huius partis. Sic igitur exponitur:* Vade & pone speculatorem, *scilicet teipsum, ad videndum & nuntiandum populo tuo, quæ ventura sunt super Babylonem.* [Speculator de quo hic vers.6. fueritne Abacuc an ipse Isaias?]

4 Et vidit. *Loquitur de seipso quasi de altero: Et hic modus loquendi frequens est in prophetis & etiam in euangeliis.*

5 Currum duorum equitum, *Id est Cyri regis Persarum, & Darij regis Mœdorum, qui erant iuncti quasi duæ rota in vno curru ad currendum contra Babylonem.* [Cyrus & Darius.]

6 Ascensorem asini. *Vidit enim visione imaginaria duos equites, quorum vnus equitabat asinum, & alter camelum: & intellexit, quòd equitans asinum significabat Cyrum præsidentem regno Persarum, quod vsque ad tempus Cyri fuerat humile & subiectum, & quòd ascensor cameli (qui est animal nobile, & magnificum) significabat Darium præsidentem regno Mœdorum, quod à longo tempore fuerat nobile & magnum.*

7 Et contemplatus est diligenter. *Ad percipiendum reuelationem diuinam, sicut bonus discipulus ad intelligendum magistri sui doctrinam: vnde dicit infr. l. b.* Mane erigit mihi aurem, vt audiam eum quasi magistrum.

8 Et clamauit leo. *Quia sicut rugitus leonis est terribilis, sic prophetia sua erat terribilis Babyloniis.*

9 Super speculam domini ego sum stans, &c. *Paratus ad videndum illud quod mihi ostenditur.*

10 Et super, &c. *Vt per defectum seu peccatum meum diuinis reuelationibus non ponam impedimentum. Et subditur visio sibi ostensa.*

11 Ecce iste venit, *scilicet contra Babylonem.*

12 Vir ascensor bigæ, &c. *id est, Cyrus in proximo accepturus super duo regna dominium. Vel aliter:* Vir ascensor. *id est viri ascensores, accipiendo singulare pro plurali, sicut Exod. 8. f.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum, & isti viri sunt Cyrus & Darius, ita quòd per bigam equitum idem intelligitur quod supra per currum duorum equitum.*

13 Et respondit & dixit, *scilicet Isaias propheta, qui nominatus est hic speculator, vt dictum est.*

14 Cecidit cecidit Babylon. *& duplicatur* cecidit, *ad maiorem affirmationem, vt communiter exponitur. Rab. Sa. dicit quòd duplicatur ad significandum duplicem Babyloniæ casum, vnum à Cyro & Dario, à quibus capta fuit & incensa; alium à domino, à quo postea subuersa est totaliter, quòd est inhabitabilis facta, vt dictum est supr. 13.* [illegible]it Babylon subuersa, sicut subuertit dominus Sodomam & Gomorrham. [Duo Babylonis excidia.]

15 Et omnia. *Quia Persæ & Mœdi ea confringentes, aurum & argentum asportauerunt. Consequenter Isaias conuertit se ad loquendum de regno Iudæ, dicens.*

16 Tritura mea. *In Hebræo habetur,* filius, *idem tamen significatur vtroque vocabulo. Propheta enim populum regni Iudæ vocat trituram suam, & filium seu filiam areæ suæ, per quod intelligitur granum purum à palea excussum. Intentio enim eius erat excutere à populo illo omnem malitiam; & castigare eos per aliorum flagellationem ab eo denuntiatam. Ideo subditur.* [Cur vocet Isaias populum Iudæ trituram suam?]

17 Quæ audiui à domino, *Qui fallere non potest, nec falli.*

18 Annuntiaui vobis, *in veritate, pro vestra correctione. Et per hoc patet, quòd tota pars ista à loco illo,* Vade & pone speculatorem, &c. *intelligitur de Isaia, & non de alio propheta.*

9 Su- — Onus

MORALITER.

† 1 *Comedentes & bibentes, &c.* id est vos prædicatores sacra scriptura refecti, & principes in exercitu Christiano constituti. Psalm. 43.d. *Constitues eos prin.*

† *Arri. cly.* i. orationis deuotæ ad resistendum potestati diabolicæ.

2 *Hæc enim* per sacram scripturam, vel specialem inspirationem.

3 *Vade & pone speculatorem,* i. intellectum tuum ad intelligendum.

4 *Et vidit,* per duas currus rotas, duo testamenta designantur, per duos equites Christus & Moyses intelliguntur.

6 *Ascens. asini* Christū, qui pullū asinæ dicitur equitasse. Matth.21.

7 *Et ascensorem cameli.* scilicet Moysen populi Iudaici ducem. Camelus enim est animal gibbosum: ideo signat populum Iudaicum superbum contra Deum. [Populus Iudæorum Camelo comparatus.]

9 *Super speculam domin. &c.* ad sciendum eius voluntatem.

11 *Ecce iste venit, &c.* id est viri, accipiendo singulare pro plurali, sicut dicitur, Exod.8.f. *Venit musca grauissima,* id est, multitudo muscarum. Et isti viri sunt Christus & Moyses. [Christus & Moyses.]

† *Et dixit,* id est, dixerunt contra peccatores obstinatos, contra quos Christus & Moyses locuti sunt.

14 *Cecidit cecidit Babylon.* Primus enim casus est in culpam mortalem, & secundus in gehennam.

15 *Et omnia sculptilia, &c.* Sculptile namque luxuriosi est ribalda, & auari pecunia: & sic de aliis in quibus finem ponunt peccatores, quæ conteruntur cum in morte penitus auferuntur. [Quod sit sculptile vniuscuiusque peccatoris.]

16 *Tritura mea,* id est, gens à me percussa, sed non emendata.

17 *Quæ audiui, &c.* scilicet pœnam æternam obstinatis.

18 *Annuntiaui.* hoc enim annuntiare debet prædicator veritatis.

9 Su- G 5 † Onus

a *Onus Duma*. LXX. Idumææ, quæ est prouincia Sarracenorum. A Duma, regio Idumææ: habitatores eius de progenie Esau, qui Edom & Seir. Idumæi autem ab Assyriis & Chaldæis expugnati sunt sicut & duæ tribus. Qui videntes post lxx. annos duas tribus à seruitio liberari, & se in captiuitate teneri, cùm de eadem stirpe fuerint, implorabant auxilium domini: & hoc est, Onus Duma ad me clamat.

b *Ad me clamat.* Ex HIERON. Deus, scilicet custos meus die ac nocte me ad pœnitentiam vocat, vt relinquens Seir (qui interpretatur hispidus & pilosus) reuertar apud eũ habitaturus. Duma similitudo vel silentium. Idumæa terrena. Possumus ergo dicere, quod ad similitudinẽ populi Israel vocetur gentium multitudo: & vbi prius fuerat silentium legis Dei, ibi fit clamor confessionis. Potest & ecclesia narrare quod dominus de Seir, id est de terrenis locis ad se clamet, & ad salutẽ prouocet, & dicat ad eum: O custos, qui de nocte consurgens versaris in tenebris, qui es in carne absque peccato carnis, qua causa voluisti humanum corpus assumere? *Dixit custos*, Samaritanus scilicet, qui vulneratum portauit propriis humeris ad stabulum: *Venit mane & nox*, gentibus scilicet sol iustitiæ, Iudæis tenebræ; Vnde, *Vt non videntes videant, & videntes cæci*. Loquitur deinde gentibus: *Si me quæritis*, studiosius *quærite*.

Vocatio gentium.

Lucæ 10. f. Ioan. 9. g.

† THEODORETVS. Seir mons Idumæorum erat, ab Esau nomen traxit, qui pilosus erat, Seir enim Hebræa vox Latinè pilosum significat. Et quoniam timentes hostes ad muros excubias faciebant, nocte & die, & clamabant, & sic territuros se hostes putabant. Hos propheta obiurgans, ait, Custodite propugnacula, & custodite quid nocte fiat, rectè enim istud facitis, quod pro patriæ muris consistitis: si tamen salutem quæritis, ad me venite, ne fidatis vestris viribus, si ad me confugitis, vos defendam.

Deus optimum est præsidium.

c *Custos quid de nocte.* † GREGORIVS. De nocte custos venit, quia humani generis protector & manifestus in carne apparuit, & tamen hunc pressa perfidiæ suæ tenebris Iudæa minime cognouit. Vbi bene voce custodis additur, *Venit mane & nox*, quia per eius præsentiam & noua lux mundo inclaruit, & tamen in corde infidelium vetusta cæcitas remansit.

De Iudæorũ perfidia.

† PROCOPIVS. Hos qui Idumæorum metu terrentur, vt ad se accedant properè, suaque ibi propugnacula tueantur, tanto custode nocte

---

¶ Adhuc captiuus, qui est rex Seir.

vobis. [11] Onus Duma, ad me clamat ex Seir. Custos quid de nocte: custos quid de nocte? [12] dixit custos: venit manè & nox. Si quæritis, quærite: conuertimini, et venite. [13] Onus in Arabia. In saltu ad vesperam dormietis in semitis Dodanim. [14] Occurrentes sitienti ferte aquam qui habitatis terram austri: cum panibus occurrite fugienti. [15] A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie grauis

(Interlinear: a ¶ Liberas populum tuum, quasi illis dormientibus pro ipsis vigilas, quare & nos de eodem genere similiter non liberas? b ¶ Deus omnipotens. a ¶ Deus omnipotens. b ¶ Tempus liberationis populo meo. c ¶ Tribulatio Idumæis. d ¶ Me. e ¶ Toto corde. a ¶ Relinquentes idola. ¶ Pœnitendo. b ¶ Etiam sic. c ¶ Ad me. ¶ De captiuitate. a ¶ Ad vesperum demora. fle. & ad matu. læ. a ¶ O Ismaelitæ. ¶ Non expectetis donec veniat. b ¶ Populo meo fugienti ad vos. c ¶ Quia in saltu fuit. d ¶ Doctrinæ. ¶ Baptismi. ¶ Non solum panem. a ¶ Qui habetis lumen scientiæ scripturarum, & charitatis. b ¶ Meridianam. c ¶ Deus ab austro veniet. a ¶ Verbi Dei. ¶ Non tantum cum aqua. ¶ Populo lasso. a ¶ Hæreticorum: doctrinæ gentium: blasphemiæ Iudæorum. b ¶ Ad auxilium vestrum. c ¶ Babyloniorum. ¶ Quia multos videre interfectos cecidisse in prælio. a ¶ Super ceruices. a ¶ Elamitarum qui sagittarij optimi, & venerunt cum Chaldæis.)

---

nocte & die vsi, hortatur. Iam ergò, ait, non ab aliquo alio quam à me, qui eget, auxilium quærat. Meecum habitet, eam salutis suæ curam habet. Illis enim suam operam auxiliumque pollicetur, si apud eum velint permanere.

d *Venit mane, &c.* Quasi populo meo dabo lumen lætitiæ reuertenti à captiuitate: vos autem in nocte captiuitatis derelinquam, quia exultastis super contritionem populi mei: quia enim Idumæi de captiuitate Israel sunt læti, ideo & ipsi sunt captiuati.

De alienis malis non lætandum.

e *Si quæritis*, Si quæritis meum auxilium in necessitate: *quærite*, similiter in prosperitate. *Conuertimini* ad me corde, *Venite*, operatione, & sic audiam vos.

f *Onus in Arabia.* Arabes sunt Saraceni ab Ismaele, & Cedar filio eius, qui melius ab Agar matre sua, Agareni: sed maluerunt vocari Saraceni quasi Saræ liberæ, non Agar ancillæ, sint filij. Hi cum debuissent panem & aquam dare Iudæis fugientibus à facie Chaldæorum, panem præbentes aquam subtraxerunt, vt siti magis inardescerent & perirent. Quapropter & ipsi in captiuitatem ducti. Inde alloquitur Deus Iudæos fugientes sic.

Nec subtrahenda charitatis officia.

g *In saltu ad vesperam.* O Iudæi qui obsidionem Babyloniam fugietis in saltu, id est in siluis Saracenorum dormietis, fugientes Chaldæos in semitis Dodanim, quod interpretatur in propinquos vel cognatos, id est, in via quæ ducit ad propinquos vestros Saracenos.

h *Vespera.* HIERON. Quæ est principium noctis. Qui peccare incipit, in vespera est, qui ad summum venit, in media nocte. Media nocte primogenita Ægypti occiduntur. Petrus negat, lucentiam vicina pœnitet.

i *In semitis.* HIER. Quia vespera principium malorum. LXX. *In via Dedan*, quod interpretatur iudicia. Quot enim peccatorum genera, tot iudicia. Qui peccatorum ingrediuntur viam non in agris consitis dormiunt, sed in saltu infructuoso: vbi vepres, spinæ, bestiæ. Is saltus plures deuorauit de exercitu Absalonis, quàm gladius, quando contra patrem rebellauit.

Exod. 12. d. Matth. 26. g.

k *Occurrentes sitienti ferte.* IBID. Hoc contra eos potest dici, qui otio & desidiæ se tradiderunt & propria salute contenti sunt, nec pœnitentibus & conuersis manum porrigunt.

l *Sitienti ferte aquam.* Fatigatis fratribus ardore solis & sitis ferte aquam, ne in solitudine pereant.

Contra eos qui pœnitentibus manum nõ porrigunt.

m *Qui habitatis terram.* † GREGORIVS. In terra Austri habitant, qui

NICOLAVS DE LIRA.

1 Onus Duma. *Hic propheta scribit contra Idumæos, qui post captiuitatem regni Iuda fuerunt captiuati à Nabuchodonosor; & postea liberatis Iudæis per Cyrum, ipsi non fuerunt liberati: propter quod conquerebantur, cùm descendissent de Isaac per Esau, sicut filij Israel per Iacob, sed hoc non valebat, quia non fuerant ita pœnitentes & conuersi ad Deum, sicut Iudæi: & hoc est quod dicitur*, Onus Duma, *id est, Edom. Nomina enim Hebraica aliquando variantur à parte principij & à parte finis, sicut & Latina, vnde sicut idem nomen est Colinus & Nicolaus, sic Edom & Duma.*

Idumæi abducti in captiuitatem à qua non redierunt.

2 Ad me clamat, &c. *i. populus Idumæorum in captiuitate detentus, (Edom enim & Seir nomina sunt eiusdem terræ.)* Ad me clamat *pro sua liberatione. Ra. Sa. dicit quod iste clamor intelligitur oratio Angeli præsidentis populo Idumæorum. Angeli enim sancti Deum deprecantur pro populis, quorum custodia sunt præfecti, vt habetur, Dan. 10.* 3 Custos. *Id est domine, qui es custos omnium secundum illud, Psal. 126.* Nisi dominus custodierit ciui.

Angeli regnis præsidentes.

4 Quid de nocte, *i. quantum remanet de nocte huius captiuitatis.*

5 Dixit custos, *id est dominus loquens per Isaiam.*

6 Venit mane, &c. *i. mane consolationis, & nox tribulationis inducuntur à Deo secundum merita & demerita hominum, q. d. si vultis exire de captiuitatis nocte,* 7 Conuertimini, &c. *ad me veraciter & ex corde. Ideo subditur,* Si quæri. quæri. 8 Onus in Arab. *Hic propheta scribit contra Agarenos, qui magis propriè sic nominantur, quam Saraceni, eo quod descenderunt ab Abraham per Ismaelem ancilla Agar filium: sed ipsi vsurpauerunt sibi nomen à Sara, quæ fuit libera. Tempore enim quo Nabuchodonosor vastauit Iudæam, multi de Iudæis fugerunt versus Arabiam, vbi habitabant Agareni, credentes se ibi habere aliquod refugium, eo quod descenderant ab Abraham, sicut & ipsi, sed econtrario fuerunt eis duri, propter quod propheta denuntiat eorum punitionem, dicens:* Onus in Ara. *Circa quod sciendum, quod duplex est Arabia, s. superior & inferior: Inferior autem propinqua est Iudææ ad quam fugerunt Iudæi: & illa fuit captiuata à Nabuchodonosor propter duritiam prædictam, & non alia; & ad hoc denotandum dicitur hic* Onus in Arab. *i. in vna parte Arabiæ, & non in tota: & non dicit onus Arabiæ, sicut onus Babylonis & aliarum. Consequenter describit fugam Iudæorum, dicens.*

De nominibus Agarenorum & Saracenorũ.

Arabia duplex.

9 In saltu ad, &c. *propter defectum hospitij, quia non recipient vos Agareni.*

10 In semitis Dodanim. *Nomen est loci ad quem est via per saltum illum.*

11 Occurrentes sitienti, &c. *i. ô vos Agareni, qui habitatis in plaga australi respectu Iudææ occurrite misericorditer Iudæis fugientibus, qui sunt cognati vestri.*

12 A facie enim gladiorum fugerunt, &c. *q. d. ista fuga non procedit*

MORALITER.

1 *Onus Duma.* Sicut dictum fuit in expositione literali, Edom & Duma idem signant. Edom interpretatur terrenus: & ideo signat inordinatam cupiditatem terrenorum, & ideo cùm dicitur, *Onus Duma, ad me clamat*, idem est ac si diceretur: grauitas peccati cupidorum expetit punitionem per iustitiam diuinam, sicut dicitur Gen. 4. b. *Ecce vox sanguinis fratris tui Abel cl. ad me de terra.*

Grauitas peccati cupidorum expetit punitionem.

4 *Dixit custos*, id est dominus, de quo dicitur Psalm. 126. a. *Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit* eam.

6 *Venit mane, &c.* id est prosperitatem cupiditatis terrenæ sequitur nox gehennæ, sicut patet Luc. 16. de diuite epulone. Quia tamen hæc pœna potest euadi per veritatem pœnitentiæ, subditur,

7 *Si quæritis quærite, &c.* id est si quæritis veraciter euadere pœnam gehennæ, conuertimini per veritatem pœnitentiæ, & venite per opera misericordiæ.

8 *Onus in Arabia* hic loquitur propheta contra Saracenos, quos denuntiat per gladium exterminandos: per quod significatur illud, quod dixerunt aliqui doctores nostri de lege Mahumeti, quod sicut per gladium incepit & per gladium tenetur ita per gladium terminabitur.

Mahometismum per gladium exterminandum.

qui in ecclesia positi, superni spiritus charitate perflantur: Fugit autem qui huius mundi mala euadere concupiscit. Qui ergo in terra Austri habitat, fugienti cum panibus occurrat, id est, is qui iam sancto spiritu intra ecclesiam plenus est, eum qui mala sua euadere nititur, eruditionis alloquio consoletur. Fugienti scilicet cum panibus occurrere, est metuenti æterna supplicia, doctrinæ sacræ escas offerre: &, modo tumorem terrore comprimere, modo pauorem exhortatione refouere.

a *Adhuc in vno, &c.* q.d. Quia non habuistis in eos misericordiam prope sustinebitis captiuitatis miseriam. Post annum à Iudaica captiuitate & Ierusalem subuersione, hi quoque vastati sunt.

† Procopius. Aperit quæ fugientibus Israelitis præstare docuerat. Vos enim ait ô Thæmanitæ, in itinere Dædam fugientibus obuiam prodire, & ea quibus egebunt offerre oportuit. Quod humanitatis officium cum à vobis neglectum sit, non dubium est, quin anno consequente, quando diuinæ prædictionis manet indubitata fides, damna grauissima patiemini. Possunt & hæc de his intelligi sæuiente in ecclesia persecutione, dum Christiani esse se simulant, rectè sentientes cum hæreticis oppugnant, quorum flagitium non diu posteà diuinæ iustitiæ vindicta vltura est.

Exhortatio spiritualis. Nequissima simulatio.

a Occurrite fugienti, quoniam. q.d. Ne despiciatis miseros: cito enim veniet dies vestra, &c.

prælij.[16] Quoniam hæc dicit dominus ad me: a Captiuitatis eorum sustinebit vos dominus. Adhuc in vno anno quasi in anno mercenarij, Post annum. & auferetur omnis gloria Cedar: [17] & a Saraceni relicti ab Assyriis: sagittarij sunt sicut Ismael pater eorum, quia in solitudine morantur. reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur: a Babyloniis. Omnium. Dominus enim Deus a Propriè qui scilicet est merces videntium Deum. Israel locutus est.

b *Quasi in anno mercenarij.* Hieron. quod est: Quomodo mercenarius annum suum putat velocem, & breuem omnem laborem, dum inhiat ad mercedem, sic & vobis minimum restat spatium, quia prope est excidiū. Sicut scilicet annus mercenarij citò præterit, qui tantum expectat mercedem laboris vel semper laborat, vt laboris mercedem recipiat: sic gloria Cedar (qui interpretatur tenebræ, vnde, *Habitaui cum habitantibus Cedar*) Omnis quoque sagittariorum, id est, diuersorum dogmatum numerus, qui in saltu Arabiæ vulnerabat, redigetur in nihilum, cum fugientes fuerint de saltu liberati, & aquas baptismi acceperint, panemque cælestem comederint.

Psal. 18. b.

NICOLAVS DE LIRA.

cedit ex pusillanimitate, sed ex necessitate, propter quod debetis eis magis compati. Et quia hoc non fecistis, ideo subditur pœna vestra cum dicitur:

Prædicitur Arabū vastatio.

1 Quoniam hæc dicit dominus, *Cuius dictum non potest esse falsum.*

2 Adhuc in vno anno, *id est, post captiuitatem Iudæorum per vnum annum tantum stabitis in gloria, & potestate vestra.*

3 Quasi in anno mercenarij: *id est, sicut mercenarius considerat finem anni, in quo locatus est ad seruiendum, & recipiendum præmium: sic ego considero reddere vobis pœnam pro vestra duritia & nequitia statim illo anno transacto. Ideo subditur:*

4 Et auferetur omnis glo. Cedar, &c. *id est terra Agarenorum sic nominata à Cedar filio Ismaelis, per vnum annum enim post captiuitatem regni Iudæ captiuauit eos Nabuchodonosor.*

Quod fugientes Iudæos hospitio non exceperint.

5 Et reliquiæ num. sagittariorum, &c. *Erant enim Agareni exercitati in arte sagittandi, sicut & Ismael eorum pater, vt dicitur Gen. 21. d.* Factusque est iuuenis sagittarius.

6 Dominus enim Deus, *Cuius verbum est stabile & firmum; & in hoc ostendit propheta quod hæc est prophetia prædestinationis, quæ infallibiliter adimpletur.*

CAP. XXII.

Onus vallis visionis. [1] ¶ Vox prophetæ ex persona spiritus sancti. [2] ¶ Non tantum aliis. Quidnam quoque tibi est, [3] a ¶ Opinione tua, vnde potius humiliaris. b ¶ Inter alios. quia ascendisti & tu om- [4] a ¶ Pluraliter, quia multa hæreticorum varietas. ¶ Ad excelsa. b ¶ Prius lætitiæ, post tristitiæ. nis in tecta [5] clamoris a ¶ Multitudine deceptorum. ¶ Populosa. b ¶ Tempore Dauid & Salomonis. ¶ Superbia. Inflati enim tument, & sanctiora se inuenisse gloriantur. plena: vrbs frequens, ciuitas exultans. [6]

CAP. XXII.

a Onus vallis. Ierusalem quondam domina gentium, ciuitas regis magni, nunc despectiuè dicitur vallis: non enim vallis est, quia in monte est; sed quia humilis est facta, & vilis, subdita idolis, sicut & castellum despectiuè dicta est, *Ite in castellum quod contra vos est*; Et bene vallis visionis, Ibi enim prophetæ fuerunt, qui visiones videre meruerunt. Nec pertinent hæc ad obsidionem, quæ facta est à Sennacherib tempore Ezechiæ, sed magis ad eam quæ tempore Sedechiæ à Nabuchodonosor facta est. Onus hæreticorum, qui de sublimi sensu scripturarum ad infima corruerunt.

Ierusalem despecta. Luc. 19. c.

† Procopius. Vallem ideo Ierosolyma nominat, quod ad Sionis radices sita sit.

a *Vallis visi.* LXX. Sion, id est speculæ, scilicet ecclesiæ. vnde: *Constitutus sum rex ab eo super Sion mon. &c. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion. Et: Diligit dominus por. Sion super omnia tabernacula Iacob.*

Psal. 2. Ibid. 65. a.

† Procopius. Non simpliciter dixit, *Sion*, sed *vallem Sion*, vt pro illo vitæ genere & excelso, quo vtebantur anteà, excidisse, & in profundis iam vitiorum vallibus iacere doceat. Est enim Sion mons peraltus, vbi constructum fuerat domini templum. Significat etiam Sion verbum Dei à cuius fide qui deflexerunt, in ipsa valle, quæ Sioni adiacet, prostrati sunt. Virtuti enim cuilibet malitia semper adiacet, in istamque delabatur necesse est, qui illā excidit: quales existunt, qui à fide in incredulitatem deturbati, inter gentes exteras Iudæi numerantur, qui tamen in tam infelici rerum successu ita intumescunt, vt à propheta audiant, *Quid fatam tibi, quia ascendisti omnis in tecta, vana.* & aduersus Christum. *Tolle tolle, crucifige*, clamare, iisque vocibus totam vrbem replere, non desiistis?

De eis qui à perfectione vel vera fide exciderūt.

b *Quidnam quoque tibi*, q.d. cum philosophia & sapientia sæcularis de sublimibus disputans, simplicitatem ecclesiæ contemnat, cur tu quoque sectaris excelsa?

c *Plena.* doctrina hæreticorum plena est multiloquio & clamore,

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXII.

Onus vallis. *Hic inter punitiones aliarum gentium resumit propheta punitionem regni Iuda, addendo aliqua quæ non fuerunt superius dicta. Et diuiditur in duas partes, quia primo propheta loquitur contra regnum; secundo contra sacerdotium, ibi,* Hæc dicit dominus, *Prima in duas, quia primò describitur regni Iudæ punitio; secundo subditur punitionis ratio, ibi,* Et reuelata est. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur denuntiatio pœnæ; secundo subditur compassio prophetæ, ibi,* Propterea dixi. *Circa primū dicitur.*

Diuisio. Situs Ierosolymæ.

1 Onus vallis visi. *Licet enim Ierusalem quantum ad vnam partem sit in monte, tamen vna pars eius est in valle. Et quia propheta hic denuntiat futuram eius deiectionem per Nabuchodonosor regem, ideo potius nominat eam nomine vallis quam montis.*

2 Visionis, *quia multi prophetæ visiones habuerunt de eius destructione.*

3 Quidnam quoque tibi est, *id est qua de causa.*

4 Quia ascendisti, &c. *id est ad sacrificandum idolis super tecta domorum, vt dicunt communiter expositores nostri: & in hoc tangitur culpa ciuitatis propter quam destructa fuit, s. idololatria. Rab. Sal. exponit, quòd appropinquante exercitu Nabuchodonosor ad Ierusalem, homines ascendebant super tecta domorum, quæ sunt plana in terra illa ad considerandum inde magnitudinem exercitus: & ad proiiciendum inde contra aduersarios lapides, & spicula, cum machinis ad hoc ibi dispositis.*

Cur hic dicantur Iudæi ascensuri in tecta domorum.

5 Clamoris plena, *quia in præparatione fit clamor populi.*

6 Vrbs frequens, &c. *id est, quæ fuisti exultans ex frequentia populi in te habitantis.*

MORALITER.

1 *Onus vallis visi.* Hic ad literam loquitur propheta contra Iudaicum populū: Mysticè verò cōtra malū populū Christianū, qui per Iudaicum signatur 1. Cor. 10. c. *Omnia in figura contingebant illis.* Qui

Malus populus Christianus.

a *Interfecti tui.* HIER. l. 7. Valis. Scilicet Sion, voluntate propria, ad hæreticos, scilicet, transierunt. Comparatione eorum qui post prælium victi sunt; infelicius vulnerantur, qui sponte se tradunt: Quomodo in martyrio, qui post pœnas negat, leuius punitur, quàm qui sine necessitate Christum abnegat.

† PROCOPIVS in cap. 9. Quando peccatum ad mortem est, quo anima interit, dicitur interfici, non interfici ferro.

b *Cuncti principes, &c.* Sicut in Ieremia legitur, Sedechias nocte per muri foramen cum principibus exiuit & aufugit, sed in campis Ierichontinis capti, ad Nabuchodonosor (qui tunc erat in Reblata: ibi enim manens exercitum suum ad capiendam vrbem præmiserat) adducti sunt. Hic Sedechiæ filios ante ipsum occidi fecit, ipsi oculos eruit, & excæcatum secum in Babylonem duxit. Principes autem & alij qui cum eis capti sunt, aut occisi, aut dure ligati, & in Babylonem ducti sunt.

Iere. 39. b. Sedechiæ captiuitas.

† PROCOPIVS. His verbis significat non futuros reges amplius apud Iudæos, nec duces, nec prophetas, nec sacerdotes.

c *Fugerunt.* In fuga concordes, quorum princeps est draco fugiens, coluber tortuosus.

d *Amarè flebo.* † CHRYSOSTOMVS. Mos est prophetarum & iustorum omnium, non solum pro his tantum dolere, qui sibi proximi sunt, sed pro reliquis omnibus. Sic Isaias, Non valebitis consolari me in contritione filiæ generis mei.

Dolent boni de malis alienis.

a ¶ Maxima, sine certamine & contentione ab hæreticis supplantatur pars. b ¶ Sed fame & siti. c ¶ Quia omnes fugerunt.

a Interfecti tui non interfecti gladio, nec mor- 1 2

¶ Enim. a ¶ Hæreticorum. ¶ A nobis exierunt, sed ex nobis non fuerunt.

b tui tui, mortui in bello. [3] Cuncti principes tui 3

a ¶ Ad synagogam sathanæ ab ecclesia. b ¶ Capti à Chaldæis. ¶ Vinculis diaboli. vnde: Anima nostra sicut passer erepta est de la. c ¶ Quia obturauerunt aures suas vt non audirent bonum.

c fugerunt simul, dureque ligati sunt. Omnes 4

a ¶ Quos decipiunt hæretici, se inuenisse gloriantur. b ¶ Laqueis peccati. c ¶ Cum principibus.

qui inuenti sunt vincti sunt pariter, procul

a ¶ A Domino. b ¶ Quia fugiunt. c ¶ Ego Isaias. d ¶ Consolantes. ¶ O comprophetæ. c ¶ Vnde: Quis infirmatur, & ego non infirmor?

d fugerunt. [4] Propterea dixi, recedite à me, amarè 5

a ¶ Vastitatem populi mei. ¶ Sic Samuel plangebat Saul, & Ierusalem Christus. b ¶ Inclinari ad me ægrotantem nimio dolore.

flebo. Nolite incumbere, vt consolemini me

a ¶ Non filij: qui virilitatis perdidit dignitatem. b ¶ Scilicet imminet quæ singulorum opera demonstret.

super vastitate filiæ populi mei. [5] Dies enim 7

a ¶ Non Ierusalem, quæ visio pacis, sed antiqui nominis Hiebus quod interpretatur conculcatio.

e interfectionis & conculcationis, & fletuum

a ¶ Oritur. b ¶ Non in monte visionis. c ¶ Ierusalem.

domino Deo exercituum in valle visionis, 6

a ¶ Faciens scrutari vt omnino destruatur. b ¶ Hæreticorum contra ecclesiam constructum. c ¶ Extitit.

Scrutans murum & magnificus super 8 9

a ¶ Doctores qui se in Christo monte consistere gloriantur. vnde; Venite ascendamus ad montem, &c. ¶ Templum quod euerti fecit. ¶ Vel tres. b ¶ Contra populum meum.

f montem, [6] & Elam sumpsit pharetram, & 10

a ¶ Templi auro vestiti.

g currum hominis equitis, & parietem nudauit 11 12

a ¶ Fortitudo Chaldæorum. b ¶ Olim delectabiles. ¶ Humilia dogmata. d ¶ O Ierusalem. e ¶ Chaldæorum, quos non potuit, capere ciuitas.

clypeus: [7] Et erunt electæ valles tuæ plenæ qua- 13 14

a ¶ Quæ cum Pharaone submerguntur. b ¶ Qui intrare potuerunt. c ¶ Ne quis effugiat & saluetur.

drigarum, & equites ponent sedes suas in 15

a ¶ Ne conclusos in te patiantur exire. b ¶ Tunc. ¶ Ingredientibus Chaldæis. c ¶ A Deo per ecclesiasticos viros. d ¶ Secretum eorum, qui in fidei confessione sunt.

h porta: [8] et reuelabitur operimentum Iudæ. Et 16 17

a ¶ O vallis Sion. ¶ In lumine veritatis. b ¶ Euersum. ¶ Armaturam, fidei apostoli.

i videbis in die illa armamentarium domus 18

† PROCOPIVS. Iudæorum grauem casum intuitus propheta, luctu ad calamitatis modum temperato, gentis instare non repudium tantum, sed vrbis etiam expugnationem, trepidationem, ciuium errationem, & derelictionem, significat.

e *Et fletuum.* HIER. LXX. Erroris. Non quòd fletus & error à domino sit, sed occasione scripturarum, quas dedit eis legendas, nascitur erroris occasio, & possunt dicere: *Quare nos errare fecisti à via tua? Vnde: Dedit dominus spiritum* * *erroris, &c.*

Isai. 63. d. ibid. 9. c. * soporis.

f *Elam.* Ciuitas in Perside prouincia, in qua optimi sagittarij: *Elam sumpsit pharetram.* Elam, ascensus eorum, id est superbia hæreticorum, sumpsit pharetram, *vt sagittet in obscur. rec. corde.*

Elam.

† PROCOPIVS. Per calamitates, inuisibiles potestates, quibus à Deo Iudæi traditi sunt, designat, qui nominis proprietate ideo contemptores sonant, quod pereuntium salutem aspernati, cuiquam non pareant.

g *Parietem.* Ecclesiæ firmamenta, clypeo suo, id est impugnatione nudauit.

h *Operimentum.* Templum quod gentibus & pollutis ante opertum & clausum erat.

Psal. 10.

i *Armamentarium.* Iuxta templum erat domus, quam ædificauit Dauid, ad reponenda arma, in cuius circumitu arbores multæ. Vnde dicitur domus saltus. Ipsa quoque non lapidea, sed lignea fuit: ex humore enim cementi & lapidum (vt aiunt) eruginat ferrum.

Armamentarium à Dauide extructum.

† Pro- | Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Interfecti tui, *de populo tuo.*

2 Non interfecti gladio, *tuo, quæ est mors breuis, sed fame, quæ est mors diuturnior: secundum quod dicitur* 4. *Reg. vlt. a.* Præualuit fames in ciuitate.

3 Cuncti principes tui fugerunt, *scilicet, Sedechias & viri bellatores, vt habetur ibidem.*

4 Dureque ligati sunt, *quia exercitus regis Babylonis comprehendit Sedechiam, & eos qui erant cum eo.*

5 Propterea dixi, *Hic consequenter ponitur compassio Isaiæ propter malum quod videbat futurum genti suæ, cum dicitur,* Propterea dixi recedite à me, *q. d. nolo consolationem humanam; & patet litera vsque ibi.*

6 Domino Deo exerci. *i. à domino Deo exercituum ordinata est.*

7 Dies interfectionis, *populi mei.*

8 Scrutans mu. *s. dominus faciens scrutari per Chaldæos, & destrui.*

9 Et magnificus super montem, *scilicet, Sion, vbi erat templum, & domus regia, cum magnis sumptibus & laboribus ædificata: quæ omnia in momento destructa fuerint à Chaldæis, magis virtute diuina quàm humana, propter idololatriæ peccata. Rab. Sal. dicit quod ab illo loco:* Propterea dixi, &c. *verba sunt ipsius Dei compatientis populo suo in afflictione posito. Vnde & in libro qui apud Hebræos dicitur berakaoth, id est benedictionum, dicitur, quod quando Deus recordatur de destructione templi, & captiuatione Iudæorum, flet, & lachryma eius cadunt in mare, sed hoc dictum falsum est & puerile.*

Cuius sint verba ab illo loco: *Propterea dixi, &c.*

Falsum & puerile Iudæorum fabulamentum.

10 Et Elam sumpsit pharetram, *id est, Elamitæ qui sunt optimi, sagittarij, sumpserunt pharetras ad veniendum cum Nabuchodonosor contra Ierusalem.*

11 Et currum. *i. currus ad portandum arma & alia necessaria exercitus.*

12 Et parietem nudauit clypeus, *id est clypei pendentes ad parietes inde fuerunt assumpti à bellatoribus Nabuchodonosor, vt venirent ad bellandum contra Ierusalem.*

13 Et erunt electæ valles tuæ, *id est in quibus crescebat triticum & vinum in abundantia.*

14 Plenæ quadrigarum, *omnia terra nascentia conterentium.*

15 Et equites ponent sedes suas, *Id est, custodias suas.*

16 In porta, *Id est, in portis Ierusalem, ita quod nullus posset ingredi ad auxiliandum, nec exire ad alios significandum, alias fugiendum.*

17 Reuelabitur. *Hic ponitur destructionis Ierusalem ratio duplex: Secunda ponitur ibi,* Et vocabit. *Prima ratio fuit, quia non confidebant de Deo, sed magis de propria virtute & industria ad resistendum Nabuchodonosor: & hoc est quod dicitur,* Et reuelabitur, &c. *scilicet templum, quod propter sanctitatem sui sic erat opertum, quod soli sacerdotes intrabant, sed tunc fecerunt inde fortalitium.*

Cur excisa sit Ierusalem.

18 Et videbis in die illa armam. &c. *Id est, locum vbi reponebantur arma à tempore Salomonis, vt illis te munias contra Chaldæos.*

Et

MORALITER.

† populus Christianus dicitur vallis visionis, eo quòd in multis declinauit ab eminentia, virtutis, licet informi fide maneant salutoris. Et primo prophetat contra regnum, & secundo contra sacerdotium, ibi, *Hæc dicit dominus.* Circa primum ad literam describitur destructio regni Iudæ per Nabuchodonosor tempore Sedechiæ 4. Reg. vlt. per quod significata fuit destructio regni Ierosolimytani per Saladinum tempore Guidonis regis anno domini 1177. quia tamen valde compatiendum est & dolendum, sequitur:

Destructio regni Ierosolomytani per Saladinum.

5 Pro-

5 *Propterea dixi, &c.* Et sicut destructionis factæ sub Sedechia fuit duplex causa, scilicet falsa confidentia de auxilio Ægypti, & derisio prophetarum, prout describitur hic ad literam; sic destructionis factæ sub rege Guidone fuit duplex causa, s. falsa confidentia, qua magis confidebant Christiani de virtute propria, quàm diuina, vt dicit episcopus Athonensis in libro de gestis transmarinis: & derisio prædicatorum ad pœnitentiam eos inducentium, ipsi vero per contrarium vitam voluptuosam ducebant. Ideo subditur:

Causa prædictæ destructionis.

† Et

a ¶ In quo consistit turba gentium, vnde: Inuenimus eam in campis siluæ.
b ¶ Tunc. c ¶ Scismata, scilicet, ecclesiæ, quam multiplicasti vt deceptos congregares. d ¶ Ierusalem.

saltus, [9] et scissuras ciuitatis Dauid videbitis:

a ¶ Scissuræ. b ¶ Vos, s. qui vidistis scissuras ciuitatis Dauid. ¶ Intra ciuitatem per occultos meatus. ¶ In lacum vnum.

quia multiplicatæ sunt. Et congregastis aquas

a ¶ Doctrinæ. ¶ Non superioris. ¶ Quæ de terra habet aquas. ¶ Quæ auferri poterat. ¶ Ecclesiæ. b ¶ Vt numero & mensura dispensaretur.

piscinæ inferioris, [10] & domos Ierusalem numerastis & destruxistis domos ad muniendum

a ¶ Contra hostem.
a ¶ Concilium malignantium. b ¶ Piscinæ inferioris. c ¶ Fluere. d ¶ Noui & veteris testamenti. ¶ Duos quibus ciuitas cingebatur: alij infra primum murum, alij habitabant infra secundum.
e ¶ Vt neutrum haberetis dum vetus reprobat, quia nouum probatur testimoniis veteris.

murum. [11] Et lacum fecistis inter duos muros,

a ¶ Restauratis. b ¶ Quæ diu non habuerat aquas. c ¶ Sed neglexistis.

et aquam piscinæ veteris: et non suspexistis

a ¶ Dolorem legis. ¶ In quo magis sperandum. b ¶ Aquam. ¶ Ante vltionem.

ad eum qui fecerat eam, & operatorem eius

a ¶ Præ. ¶ Omnino neglexistis.
b ¶ Dominus exercituum dicitur, quoties aliquid magnum potenter facturus laudatur.

de longe non vidistis. [12] Et vocabit dominus

a ¶ Oculorum.

Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad

a ¶ Manuum. ¶ Antiqui pœnitentes & caput tondebant & barbam radebant, & sacco induti in cinere sedebant.

planctum, & ad caluitium, & ad cingulum

a ¶ Econtra. ¶ Quasi contra dominum monentem pœnitentiam & tristitiam: habuere gaudium & lætitiam.

sacci: [13] & ecce gaudium & lætitia: occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes,

a ¶ Dum in hoc sæculo sumus, delitiis affluamus: Crastinum enim. i. futurum tempus sine sensu est vel erit.
¶ Quasi omnia morte finiantur, contra Deum blasphemiam loquuntur.

& bibere vinum. * Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. [14] Et reuelata est in auribus meis vox domini exercituum. Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit dominus Deus exercituum. [15] Hæc dicit

¶ Hæc blasphemia. a ¶ Hæc vox domini est.
a ¶ Aposiopesis: Q. d. Non dimittetur.
¶ Mihi. ¶ Mihi.

A a *Et congregastis.* Terra promissionis quamuis vberrima, magnam penuriam aquæ sustinebat, & maximè Ierusalem: Ideo faciebant cisternas ad colligendas aquas, Fluuius enim Iordanis inter Galilæam & Iudæam fluit, Siloa autem ad radicem montis Sion oritur. In Ierusalem duæ piscinæ erant: Inferior quæ ab hostibus capi poterat, superior quæ non poterat.

Ierusalem patitur penuriam aquarum.

† PROCOPIVS. Piscina illa nihil aliud quam scripturæ diuinitus inspiratæ sermo, quem auersati, alienam aquam B quæsierunt, *docentes disciplinas, mandata hominum, & auertentes verbum domini propter traditionem suam.* De quibus Ieremias, *Me reliquerunt fontem aquæ viuentis, &c.*

Matth. 15. *Ierem. 2.*

b *Et destruxistis, &c.* † IDEM. Iudæi ciuitatis domos in muri sui constructionem euerterunt. Nam vsurpatas scripturæ sanctæ voces excogitatis à se fabulis muniuerunt, nihil omninò de Deo solliciti, à quo per sanctos homines scriptu- C ra vetus, ipsa nimirum de spiritussancti fontibus piscina profluit.

Traditiones & fabulæ Iudaicæ.

c *Et lacum.* HIER. Non puteum, qui aquam vitalem habet & æternam: sed lacus contritos qui continere non valent aquam.

d *Inter duos muros.* IBID. scilicet & nouum & vetus testamentum, fecerunt sibi nouas aquas, quas interiores putat: & maiora continere mysteria quàm vetus testamentum.

e *Et vocabit dominus Deus exercituum.* IBID. Quotidie prouocat dominus hæreticos ad pœnitentiam & *ad fletum*, *Beati enim flentes, quoniam ipsi ridebunt.* Et *ad planctum*, D ne dicatur eis, *Lamentauimus vobis & non planxistis.* Et *ad caluitium*, vt opera mortis radant, & de corpore suo quicquid non viuit auferant. Et *ad cingulum sacci*, ne pro cingulo veste cingantur. Cùm Nabuchodonosor (sicut Ieremias ostendit) cœpisset obsidere ciuitatem misit dominus Ieremiam ad Sedechiam, & ad Iudæos vt pœniterent & misereretur eorum: sed vilipendentes & desperantes dicebant, *Comedamus* E *& bibamus, cras enim moriemur.*

Matth. 5. a. *Matth. 11. a.* *Iudæi non pœnitent ad monitionem Dei per Ieremiã.* *Ierem. 34. a.*

† PROCOPIVS. Deus illos ad resipiscendum hortabatur: contra illi omninò, tanquam propriæ salutis & iudicij illius (quod post hanc vitam futurum est) abiecta ratione, fecerunt: ideoque contigit, vt ista Paulus vsurparit, *Si mortui non resurgunt, edamus & bibamus, cras enim moriemur.* F

† CLEMENS ALEXAND. l. 2. pædag. ca. 1. Hi non cras morituri erunt, sed hæc dicentes mortui erant Deo sepelientes mortuos suos, hoc est, seipsos in mortem defodientes.

f *Moriamini.* HIER. Vitiis, aut cum eis ad inferos descendatis. Hoc non solum de hæreticis, sed de omni eo potest intelligi, qui negligens peccata sua desperatione peior fit, & voluptatibus irretitus peccato blasphemiam iungit, vt omnem sensum viuentium putet finiri morte, secundum illud Epicuri. Post mortem nihil est, & mors ipsa nihil est. Quæ hic dicuntur non pertinent ad captiuitatem factam tempore Ezechiæ.

1. Cor. 15. d *De pœn. dis. 1. c. si enim versi. Petrus quoque.* *Vbi depinguntur docentes quæ carni placent.* *Epicuri sententia.*

HIER.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et scissuras ciuitatis Dauid videbitis, *Ad reparandum & ponendum ibi defensores contra Chaldæos propter loci debilitatem.*

2 Et congregastis aquas piscinæ inferioris, *Ad prouidendum hominibus & iumentis de potu tempore obsidionis.*

3 Et domos Ierusalem numerastis, *Ad sciendum quot essent ibi personæ, & qualiter possent eis victualia sufficere.*

4 Et destruxistis domos ad muniendum murum, *Id est, muros Ierusalem ad fortificandum eos de lapidibus & lignis inde assumptis: & etiam ne hostes possent ibi habere latibula. Loquitur tantum hic de domibus quæ erant in suburbiis, quæ solent destrui ante aduentum aduersariorum, ne sint ciuitati obsessæ in nocumentum.*

Ierosolymitæ sua suburbia destruunt.

5 Et lacum fecistis: *Id est, fossam in qua aqua curreret.*

6 Inter duos muros, *Ad murorum maiorem fortitudinem, Ciuitas enim clausa erat triplici muro.*

7 Et aquam piscinæ veteris, *Scilicet, in statum pristinum restituistis. In obsidione enim plus indiget ciuitas aqua, eò quod plures conueniunt ibi ad defensionem ciuitatis: & ideo quædam piscina quæ alio tempore non erat necessaria, propter quod fuerat derelicta, imminente obsidione fuit reparata.*

8 Et non suspexistis ad eum qui fecerat eam, *Scilicet, Ierusalem.*

9 Et operatorem eius de longe, *Quia ab æterno præordinauit ibi ponere templum suo nomini dedicatum.*

Quis sit vsus vel abusus præsidij & armorum humanorum.

10 Non vidistis. *Ad eius auxilium recurrendo. Hoc ponitur ad ostendendum, quod alias talis præparatio pugnæ esset licita & bona, sicut Ezechias diligenter se præparauit ad resistendum Sennacherib, vt habetur 4. Reg. & 2. Paral. quia principaliter de Deo confidit, & illud quod erat humanæ prouidentiæ non omisit: sed isti diuinum auxilium totaliter neglexerant, in sua virtute ac prouidentia confidentes.*

11 Et vocabit dominus. *Hic ponitur secunda causa destructionis Ierusalem, scilicet, contemptus verbi diuini per prophetas eis dicti: & hoc est quod dicitur,* Et vocabit dominus: *scilicet per prophetas.*

Secunda causa destructionis Ierusalem, cõtemptus prædicantium pœnitentiam.

12 In die illa, *scilicet, ante destructionem Ierusalem.*

13 Ad fletum & ad planctum, &c. *Id est ad debitam contritionem & satisfactionem de peccatis, vt euitaretur pœna diuinæ vltionis.*

14 Et ecce gaudium & lætitia, *Per contrarium, in contemptum verbi prophetarum eos ad pœnitentiam reuocantium.*

15 Comedamus & bibamus: cras enim moriemur. *Hoc enim inter epulas derisoriè dicebant, eo quod prophetæ comminabantur eis captiuitatem & mortem nisi pœniterent: Et quia talis contemptus malum eorum aggrauabat supra modum, Ideo subditur:*

16 Et reuelata est in auribus me. vox domini, &c. *prouocati per talem contemptum.*

17 Si dimittetur, &c. *id est non dimittetur, accipiendo si pro non.*

18 Donec moriamini. *Non solum corporis morte, sed etiam gehennæ: Et accipitur hic donec, absque temporis determinatione, sicut Ps. 109. a.* Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

19 Hæc dicit. *Hic consequenter loquitur propheta contra sacerdotium: & primo contra Sobnam in speciali, secundo contra alios magis in generali, ibi,* In die illa: *Prima in duas, quia primò ponitur ipsius Sobnæ deiectio; secundò Eliachim substitutio, ibi,* Et erit. *Circa primum sciendum, quod iste Sobna & ei adhærentes suadebant Ezechiæ, quod redderet se & ciuitatẽ Sennacherib, vt dicunt Hebræi: Isaias autem persuadebat contrarium, Et quia Sobnæ non fuit factum consilium, ideo partim motus indignatione, partim timore, ne Sennacherib ex magnitudine potentiæ temporalis ciuitatem caperet armis, finaliter cum suis occultè exiuit & se reddidit Assyriis, & inde ductus in eorum terram ibi mortuus fuit: & hoc est quod prædicitur hic Isaiæ à domino.*

Diuisio. *Quis Sobnæ exitus fuerit.*

Vade

MORALITER.

† 14 *Et ecce gaudium, &c. Hæc dicit dominus, &c.* Hic prophetat contra sacerdotium, & per Sobnam præpositum templi significatur malus prælatus in ecclesia Dei. Cui dicitur:

† *Quid*

a Hier.l. 7. *Sobnam.* Conuertere nunc, vel conuersio, interpretatur: Cui dicitur: vt conuertatur de lege ad Euangelium & relictis figuris transeat ad verũ sacrificium. Sobnas, superbus, lupus rapax, hic timore perturbatus inferiorem partem vrbis tradidit exercitui Sennacherib. vnde ei dominus hæc mala minatur.

b *Quid tu hic?* Ibid. Ac si diceret: Cur tibi vis ædificare domum, occidentem literam & tabernaculum tuum, quod non habet fundamentum, in petræ, figere firmitate: quod non tam tabernaculum & domus, quam sepulchrum & memoria appellandum.

c *Coronans coro. te.* Ibid. Qui scilicet quondam habebas coronam pontificis, & sanctificationem in lamina auri (in qua scriptum erat nomen Dei) tribulatione & angustia coronaberis.

d *Tribulatione.* Pro lamina aurea in qua scriptum erat nomen domini, quam in fronte portabat sacerdos semel in anno.

Exod. 28. f.

e *Quasi pilam.* Sicut sphera in loco decliui & spacioso stare non potest, sic populus tuus in orbis terminos dispergetur.

f *Seruum meũ El.* Ibid. Per Sobnam superbum, Scribæ & Pharisæi: Per Eliachim iustum & humilem (qui interpretatur Deus resurgẽs) Christum intelligimus, qui die tertia resurrexit, & sacerdotio Iudæorum reprobato, sacerdos factus est in æternum secundum ordinem Melchisedech. Hic est pater habitantibus in Ierusalem, id est in ecclesia: *Eliachim,* Deus resurgens vel Dei resurrectio: *Filium Helchiæ,* id est patris domini.

Christi resurrectio & sacerdotiũ.

Psal. 109.

g *Clauem.* Per clauem quam super humerum portat, sceptrum regni, & signum victoriæ, id est, crucem possumus intelligere: quam Christus ipse in suo proprio portauit humero. vnde: *Factus est principatus super humerum eius.*

Crux Christi.

Ioan. 19. c. supr. 9. b.

h *Dom. Da.* Domum David

¶ O Isaias.

dominus Deus exercituum: Vade, & ingredere ad eum
a ¶ Sermo. scilicet Iudaicæ legis, & ratio quæ versata est in lectione veteris testamenti. b ¶ Domini. c ¶ Scilicet.

qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dices ei: [16] Quid tu hic, aut quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter in petra tabernaculum tibi. [17] Ecce dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus: & quasi amictum sic subleuabit te. [18] Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam & spaciosam, ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, et ignominia domus domini tui. [19] Et expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponã te. [20] Et erit in die illa, vocabo seruũ meum Eliachim filium Helchiæ, [21] & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manus eius, & erit quasi pater habitantibus Ierusalem & domui Iuda. [22] Et dabo clauem domus Dauid

a ¶ Facis in domo mea. b ¶ q. d. ita sedes hic, quasi aliquis hic diu stare possit. a ¶ In ciuitate. b ¶ Non timens captiuitatem. c ¶ Vt etiam sepultus superbias. a ¶ Sepulchrum. b ¶ Sed. ¶ Q. Noli laborare de excisione sepulchri: quia transferet dominus sacerdotium tuum. a ¶ Captiuum. b Facile sine labore. c ¶ Qui nutrit gallinæ filios. a ¶ Leuiter super humerum leuatum. a ¶ Quæ facile ima petit. b ¶ A monte gloriæ in vallem ignorantiæ & ignominiæ. a ¶ Cum litera tua. b ¶ Potentia. ¶ Quo ante inclytus ferebaris. c ¶ Reddita tibi. d ¶ Splendor scilicet domus domini vertetur in ignominiam. a ¶ Ceremoniis scripturarum. Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. a ¶ Depositionis tuæ. ¶ Te eiecto de ministerio. b ¶ De quo: Magnum est tibi vocari seruum meum. a ¶ Vnum, scilicet de 24. sacerdotibus, qui post Sobnam pontifex factus, quia iustus. b ¶ Vt episcopatum tuum accipiat al. a ¶ Vt quod habebas in litera, ille possideat in spiritu. a ¶ Tu lupus rapax. b ¶ Visione pacis, i. ecclesia. a ¶ Vbi est vera fidei confessio, de qua: Fides tua te saluum fecit. b ¶ Scientiam scripturarum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vade & ingredere ad Sobnam præpositum templi. *id est summum sacerdotem, vt dicunt aliqui Hebræi. Alij vero dicunt, quod erat thesaurarius, & custos vasorum templi domini. Primi tamen videntur melius dicere, quia infra dicitur quod Eliachim filius Helchiæ fuit substitutus loco eius, qui Eliachim fuit sacerdos summus tempore Ezechiæ. vt dicit hic Ra. Sa. & scriptura hoc satis innuit in hoc cap. & 4. Reg. 19.*

Quod Sobna summus sacerdos fuerit.

2 Quid tu hic. *scilicet agis, in templo Dei, indignè ministrando.*

3 Aut quasi quis hic? *quasi diceret, facto te ostendis, ac si esses de genere regis Dauid, ideo subditur.*

4 Quia excidisti tibi, &c. *Aedificauerat enim sibi sepulchrum notabile in ciuitate Dauid inter sepulchra regia, vt post mortem esset in memoria celebri, sicut & Ioiada summus sacerdos fuerat ibidem sepultus propter bonitatem ipsius, vt habetur secundo Paral. 24. sed non erat simile de isto; propter quod priuatus fuit intento, ideo subditur.*

Sepulchrũ quod sibi Sobna exciderat.

5 Ecce Dominus asportari te faciet, *ab Assyriis.*

6 Sicut asportatur gallus gallinaceus, &c. *i. per castrationem in pusillanimitatem gallinæ reductus. Et in hoc designat propheta, quòd partim erat ex timore se Assyriis redditurus.*

7 Et quasi amictum sic subleuabit te, *id est, faciliter & sine resistentia.*

8 Coronans coronabit te tribulatione, *id est vndique suscitabit tibi tribulationes, sicut corona caput circumdat.*

9 Quasi pilam mittet te, *quæ à ludentibus proiicitur de manu ad manum: Sic iste Sobna primò redditus manibus maiorum, fuit positus ad manus minorum, qui ducerent eum ad terram Assyriorum.*

10 Ibi morieris, *& non hic, vbi statuisti tibi sepulchrum.*

11 Ibi erit currus gloriæ tuæ, *conuersus in ignominiam.*

12 Et ignominia domus domini tui. *quia eius ignominia redundabat in templum domini, cui fuerat præpositus.*

13 Et expellam te de statione tua. *id est, de dignitate sacerdotali, in qua credis stabiliri.*

Substitutio Eliachim sublato Sobna.

14 Et erit. *Hic consequenter describitur ipsius Eliachim substitutio, cùm dicitur.*

15 Vocabo seruum meum Eliachim, *i. mihi fideliter seruientem.*

16 Et induam illum tunica tua. *id est tunica sacerdotali hiacynthina.*

17 Et cingulo tuo. *De preciositate materiæ, & speciositate formæ istorum ornamentorum summi sacerdotis dictum fuit diffusè Exod. 28.*

18 Et erit quasi pater habitantibus Ierusalem, *id est, habens curam de eis pastoralem.*

19 Et dabo clauem domus Dauid, *id est templi, quod dicitur hic domus Dauid, eo quod præcepit ipsum fieri per Salomonem filium suum, & præparauit expensas pro magna parte, & tradidit Salomoni descriptionem templi & ædificiorum circa ipsum, vt habetur 1. Paral. 28.*

MORALITER.

2 *Quid tu hic?* q. d. non deberes in hac dignitate stare.

3 *Aut quasi quis hic?* quasi dicat, non es vere prælatus, sed phantasticus. Zach. vndecimo. d. *O pastor & idolum derelinquens gregem.*

4 *Quia excidisti tibi hic sepulchrum,* quasi dicat, in inferni pœna erit sepultura tua. Sicut Luc. 16. f. dicitur de diuite Epulone: *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.*

Contra malos prælatos.

5 *Ecce dominus asportari te faciet.* de præsenti sæculo per mortem.

6 *Sicut asportatur gallus, &c.* qui non facit opera galli, sed gallinæ: Sic malus prælatus non facit opera prælati, scilicet, verbo & exemplo docendo, sed magis opus muliebre, viuendo delitiose.

8 *Coronans coronabit te tribulatione,* i. vndique tribulabit, sicut corona circumdat caput.

† *Mittet te in terram latam,* i. in gehennæ pœnam. Matth. 8. b. *Lata est via & spatiosa porta quæ ducit ad perditionem.*

10 *Ibi morieris,* morte secunda.

11 *In die illa, &c.* Contingit autem aliquando ex Dei beneficio, quod optimus prælatus succedit pessimo: & sic dicitur;

14 *Et erit in die illa vocabo seruum meum,* id est, bonum prælatum.

18 *Et erit quasi pater habitantibus Ierusalem,* id est, religiosis.

† *Et domui Iuda.* sæcularibus actiuis.

19 *Et dabo clauem,* scilicet scientiæ & potentiæ.

Descriptio boni prælati.

Dauid vocat domum domini, in qua erat aurea clauis.

a *Et aperiet.* vnde: *Qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.* Quod in passione reserauit claudi non poterit: quod in cæremoniis clausit, nemo aperiet.

Apoc.3 b.

b *Et suspendam super.* Vnde in Euangelio: *Omnis populus pendebat ex eo.* Hodie quoque ad verbum sapientiæ eius pendent.

Luc.19.g.

c *Auferetur paxillus.* Quæ hic dicuntur, non pertinent ad captiuitatem Sobnæ, sed Sedechiæ, quæ vltima. Et notandum cum supra per paxillum Eliachim intelligeret, modo ipsum sacerdotiū post mortem eius destructum. Adueniente enim captiuitate tempore Sedechiæ, sacerdotio carebant. *Auferetur paxillus. Cum plenitudo gentium intrauerit*, & Antichristus venerit, in prædicatione Eliæ, Iudæi conuertentur ad fidem.

Rom.11.d.

a ¶ Sanctam scripturam. ¶ Vnde: Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

a super humerum eius: & aperiet & non erit qui claudat, & claudet & non erit qui aperiat. [23] Et figam illum paxillum in loco fideli: et erit in solium gloriæ domus patris sui, [24] & b suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius: vasorum diuersa genera: omne vas paruulum à vasis craterarum vsque ad omne vas musicorum. [25] In die illa, dicit dominus exercituum, c auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli, & frangetur & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia dominus locutus est.

a ¶ Metaphorice, firmamentum. a ¶ In ecclesia, vbi conuentus fidelium. b ¶ Ideo. c ¶ Caput, scilicet ecclesiæ. ¶ Vt pro ipso tota eius familia honoretur. d ¶ Ecclesiæ. ¶ Angelorum & sanctorum. a ¶ Attendere faciam ad doctrinam eius electos. b ¶ Quasi paxillum, sicut in postibus insignia suspenduntur. a ¶ Etiam suspendam. ¶ Cordium. b ¶ Apostolos & omnes credentes. ¶ Suspendam. ¶ Benedicite Deo de fontibus Israel: in his miscuit vinum suum sapientia. d ¶ Apostolis & aliis qui vinum doctrinæ ministrant ecclesiæ. a ¶ Cantorum, qui dulci modulatione corda auditorum delectant, & ad Dei amorem inuitant. a ¶ Transferetur ad Iudæos. a ¶ Ecclesiæ gentium. b ¶ Refrigescet charitas multorum. c ¶ Infidelitate. ¶ Multi enim timore deficient. d ¶ Fide. ¶ Id est per.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Super humerum eius, *quasi habens onus curæ templi & totius populi.*
2 Et aperiet, &c. *Hoc dicitur ad ostendendum superioritatem eius, ad disponendum de ingressu templi, & ministerij ibidem exercendi. Ex quo satis ostenditur, quod fuit in summo sacerdotio constitutus.*
3 Et figam illum, &c. *Id est principalem in templo domini.*
4 Et suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius, *Id est, omnes alij sacerdotes & Leuitæ innituntur eius potestati, sicut appensa in paxillo innituntur ei.*
5 Vasorum diuersa genera, &c. *per hoc innuens, quòd omnia essent sub ordinatione & potestate sua.*
6 Vsque ad omne vas musicorum, *Vasa musicorum dicuntur hic instrumenta, in quibus cantores cantabant diuinas laudes: modo loquendi Hebraico, quo instrumentum cuiuslibet artificis dicitur vas eius, vnde & 1. Reg. 20.g. vbi dicitur:* Dedit ergo Ionathas arma sua puero. *In Hebræo habetur,* vasa sua.

Vasa musicorum.

7 In die illa. *hic loquitur propheta etiam contra alios sacerdotes in generali, secundum quod dicunt expositores nostri communiter dicentes, quod hic prophetizat de abiectione sacerdotum tempore Sedechiæ, quando templum fuit combustum, & sacerdotes in captiuitatem ducti, cum dicitur.*
8 Auferetur paxillus, *i. Iosedech, qui tunc fuit summus sacerdos.*
9 Et peribit, &c. *id est alij sacerdotes & ministri innitentes ei sicut principali. Ra. Sal. verò hoc exponit de eiectione sacerdotij minus generaliter, referēs hanc scripturam ad ipsum Sobnam, de quo suprà fecerat mentionem in speciali, & hoc iterum vt ostendat deiectionem aliorum sibi adhærentium cum eo, & secundum hoc cum dicitur:* Auferetur paxillus *intelligitur ipse Sobna qui fuit sacerdos summus.* Qui fixus fuerat, &c. *id est constitutus in summo sacerdotio templi, & propter hoc ablatus à domino, quia ministrabat infideliter & indignè.* Et peribit, &c. *id est adhærentes sibi, & videbitur ista expositio melior quàm prima, quia literæ præcedenti magis consona.*

Versus vlt. de vno Sobna an de omni multitudine sacerdotum exponendus sit.

MORALITER.

3 *Et figam eum paxillum*, ad debiles supportandum.
7 *In die illa, dicit, &c.* id est prælatus malus.
† *Qui fixus, &c.* quantum ad officium, tamen indignè propter abusum.
9 *Et peribit quod pependerat in eo*, i. omnis adhærens sibi in malo.

CAP. XXIII.

Onus Tyri. Tyrus nobilissima ciuitas Chananæorum. Cùm hæc Isaias prædicebat insula magni maris erat, post autem longo tempore Nabuchodonosor voluit eam continentem terræ facere, sed multo frustratus labore non potuit. Qui autem in ciuitate erant, cum non possent resistere, qui naues potuerunt habere, fugerunt in Aegyptum, & in Moab, & in vicinas regiones. vnde Nabuchodonosor furore succensus, naues succendit, ciuitatem subuertit, captiuos abstraxit, sicut patet in sequenti. Et in Chaldæam reuerso datum est ei à domino pro Tyro regnum Aegypti. Reædificata Tyrò, post 70. annos, cùm Alexander pergeret ad captiuandam Aegyptum, dimisit ibi partem exercitus, & terræ eam æquare voluit & non potuit. Aegypto verò subiugata, Aethiopes & multas alias gentes secum adduxit, & lapidibus & arboribus continentem terræ fecit, ciues cepit, ciuitatem subuertit. Nunc autem Isaias de illa captiuitate agit quam Nabuchodonosor fecit. Hoc verò ideo accidit, quia cùm Ierusalem caperetur, & populus eius in captiuitatem duceretur, à Chaldæis tempore Sedechiæ, Tyrus quæ debuit compati, cœpit insultare. Hanc miseriam prædicit Isaias: *Onus Tyri, &c.*

Tyrus.

Tyrus primo à Nabuchodonosor & iterum ab Alexandro capta.

CAP. XXIII.

¶ Quæ Hebraice sors, Latine angustia, & significat animam vitiis occupatam. a ¶ Animæ mundanis curis deditæ, & diuitiis intentæ.

Onus Tyri. a Vlulate naues b maris, quia vastata est domus vnde venire consueuerant:

a ¶ Tyrus. ¶ Mundus. b ¶ Aurum & negotiatio.

† Procopius. Prophetæ de gentibus futura prænuntiant, quo Deum meminerint non suum tantum existere, sed eiusdem obiri prouidentia omnia, semperque pœnas impietatis à reliquis gentibus reposcere, sicut nunc à Tyriis, qui in Dei populum, non tanquam suo scelere laborantem, sed Dei impotentia, à quo salutem expectarent, contumeliosè insultabant.

a *Vlulate.* In Græco apertius: Vlulate naues Carthaginis, vos, scilicet, qui Tyrum venire consueuistis causa negotiationis. Carthago Colonia fuit Tyriis, ab eis constructa & culta.

Carthago Colonia Tyriorum.

b *Naues maris.* Hebraice Tharsis. i. exploratio gaudij vel contemplatio, quia gaudij contemplatio & lætitiæ vertetur in lachrymas.

a Tacete

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XXIII.

Onus Tyri. *Ad intelligentiam huius capituli, sciendum quod Tyrus fuit ciuitas sita in mari mediterraneo vndique mari circumclusa: tamen ex vna parte non multum distabat à litore: & ideo erat aptissima ad receptionem nauium propter quod afferebantur ibi multa mercimonia: vnde processu temporis fuit multum ditata, & in superbiam eleuata. propter quod diuino iudicio bis fuit euersa. Primò per Nabuchodonosor, qui vt eam facilius posset capere, voluit eam contiguare terræ implendo spatium intermedium lapidibus & lignis & terra: sed hoc non potuit: verumtamen nauigio eam cepit & subuertit: postea readificata iterum, per Alexandrum magnum fuit euersa, qui per multitudinem populi cum eo existentis contiguauit eam terræ: & sic eam cepit sine nauigio. De prima verò euersione agitur in hoc capitulo, & specialiter ratione captiuitatis Iudaicæ, quia regnum Tyri & regnum Iuda fuerunt ad inuicem confœderata tempore Salom. 3. Reg. 5. & ideo captiuatis Iudæis debuerunt compati ratione antiquæ confœderationis: sed econtrario magis gauisi fuerunt, eos deridentes: propter quod propheta hic denuntiat Tyri deiectionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò denuntiatur huiusmodi deiectio, secundò eiusdem restitutio, ibi,* Et erit. *Prima in duas, quia primò denuntiatur destructio Tyri, secundo à quibus debeat destrui, ibi,* Ecce terra Chaldæorum. *Prima adhuc in duas, secundum duo quæ simul propheta describit cum Tyri destructione: Primum est tristitia amantium, secundum fuga inhabitantium, ibi,* Transite Maria. *Circa primum dicitur.*

Tyri situs.

Tyrus bis excisa.

Tyrij cum Iudæis fœderati.

Diuisio.

1 Onus Tyri, *id est, eius depressio, quæ subditur.*
2 Vlulate, *præ tristitia.*
3 Naues maris, *id est, ò vos nautæ, quia ponitur hic continens pro contento, sicut frequenter in scriptura accipitur domus vel ciuitas, pro habitantibus in domo vel ciuitate. Et subditur causa huius tristitiæ, cum dicitur.*
4 Quia vasta. &c. *id est Tyrus, in cuius domibus solebatis recipi.*
5 Vnde venire consueuerat, *supple vobis consolatio.* Nauigantes

Continens pro contento.

MORALITER.

1 *Onus Tyri.* In hoc capitulo secundum sensum literalem describitur Tyri destructio per Chaldæos, & eius reparatio per † dominum:

a *Tacete.* † PROCOPIVS. Anteà enim ferocientes, cum verbis vterentur arrogantibus, nunc abiectos & depressos silere iubet oratio.

b *Negotiatio.* HIER. l. 7. Negotiatores, scilicet Insulæ sunt de Sidone, quæ interpretatur venatrix, in qua venatores pessimi. Vnde: *Anima nostra sicut passer erepta, &c.* Qui habitant in Insula, negotiatoribus huius sæculi similes sunt, qui omni vento doctrinæ cedunt, & de aliis vitiis ad alia transeunt.

c *Semen Nili messis fluminis fruges, &c.* Sic construitur: Semen Nili fluminis erat messis & fruges eius, scilicet Tyri. Terra Chananæorum in qua Tyrus est, infertilis est: Ægyptum quam irrigat Nilus fertilis frugibus, quas Tyrus ab Ægyptiis commutabat.

d *Mare.* Sæculi scilicet in quo parua animalia cum magnis, draco (quem dominus formauit ad illudendum ei) videns eos à venatoribus Christi capi, qui à dæmonibus fuerunt capti, dicit contrariæ fortitudini venatorum, (quam significat Sidon) erubesce Sidon.

† THEODORETVS. Confitetur Tyrus malis oppressa, se non peperisse illam multitudinem ciuium & opum, nec se sua potentia comparasse imperium, sed diuino beneficio. Deus ergo, inquit, largiebatur dona hæc omnia, non ego pariebam.

† PROCOPIVS. Sunt qui putant hæc verba Tyri esse Sidonem alloquentis, tanquam ira quoque ipsam inuasura sit. Ad eam igitur insulares, quos maris nomine intellexit, Tyro iam capta accedunt, & fastum eius monent concidisse: cum Tyrus maris robur alioqui, suam ipsa vastitatem intuita, non meliore conditione esse se, quam quæ omnino nec pepererint, nec iuuenes aut virgines eduxerint, fateatur. Nonnulli tamen personæ fictionem, & tanquam maris ipsos lugentis quod virginibus & iuuenibus destituta sit, vocem esse volunt.

e *Non parturiui.* q. d. Nihil profuit parturisse, peperisse & enutrisse iuuenes: quia Tyrus sine defensione capta est.

f *Cum auditum fuerit in Ægypto, &c.* Tum de omnibus vitiis. Tum de hæresibus hoc sentitur, quia vna capta alia pertimescit, & in alterius confusione altera se capiendam sentit.

g *Transite, vlulate, qui habitatis.* Sicut supra dictum est, cum non possent Nabuchodonosor resistere, festinauerunt qui potuerunt naues conscendere: alij remanserunt in ciuitate.

h *Numquid non hæc vestra est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate, &c.* q. d. Hæc ideo præcipio, quia vrbs vestra Tyrus deposito errore veteri, transibit ad veritatem.

Marginalia: Psal. 123. b. — Fruges ex Ægypto Tyrû aducta. — Ex quorum persona dicantur quæ hic ponuntur vers. 4. & sequent. — Psal. 105. a.

a de terra Cethim reuelatum est eis. [1] Tacete qui habitatis in insulâ, negotiatio Sidonis. Transfretantes marê repleuerunt te [3] in aquis multis, semen Nili, messis fluminis fruges eius: & facta est negotiatio gentium. [4] Erubesce Sidon, ait mare, fortitudo maris dicens: Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines. [5] Cum auditum fuerit in Ægypto dolebunt, cùm audierint de Tyro. [6] Transite maria, vlulate, qui habitatis in insulâ. [7] Numquid non hæc vestra est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? Ducent eam longe pedes sui ad peregrinandum. [8] Quis cogitauit hoc super

Interlinear: a Græcia. Græci mercatores nuntiauerunt destructionem Tyri. b Carthaginensibus. O Tyrij. — Pœnitentiam agite. a In mundo tentationibus concesso. b Tyrus colonia Sidonis. Sidonij vero causa negotiandi veniebant Tyrum. c Sidonij, Carthaginenses, Græci, maxime Ægyptij. — a Si congelascens non poterit, scilicet mare nauigari omnia congelascent. b Diuitiis. Existentem. — a Quæ non habet de cælo pluuiam, sed de terra. ideoque cum sementibus est peritura. Tyri. — a Quia ditior omnibus. b Quæ debuisti defendere Tyrum quasi coloniam tuam. — a Marini negotiatores. Sæculi. b Habitantium in mari. c Vox doloris. d Partus meus apostolico partu deletus est. Comparatione, scilicet eius, qui dicit, Filioli mei, quos iterum parturio. — a Sed ille, qui dicit, Lac dedi vobis potum, non escam. — a Sed ille qui dicit: Despondi enim vos vni vi. vir. castam exhi. Christo. b Quia ante occisæ vel raptæ. Fatuas. c Propheta. Hoc, quod passa est Tyrus. — a Quæ Hebraicè misraim, id est tribulans & coarctans. Quæ vicina, & amicitia commercij coniuncta. b Quia idem se passuros intelligent. — a Subuersa. b Ad verum, scilicet, gaudium. c Hebraicè Tharsim, quod est contemplatio vel exploratio gaudij. Qui habetis naues. d Qui remanetis captiuandi. — a Tyro. Quæ omni parte tentationum fluctibus exponitur, recedite ergo ab ea. b Ciuitas. — a Cuius gloria in confusione. b Deponite ve. ho. cum actibus suis. — a Quia cæteris antiquior & ditior. Veteri errore. Vetustate peccati. b Quæ gloriatur in superbia. c In Chaldæam. Hoc de illis qui in ciuitate capti. — a Vt recedat ab angustia, & Christi Euangelio colla submittat. Vt sit aduena & incola saluatoris. b Vox spiritus sancti. Nullus nisi dominus, subaudi. c Malum. d Principes Tyri.

NICOLAVS DE LIRA.

tes enim per mare multum consolantur, quando veniunt ad portum bonum & quietum. Et est hic modus loquendi truncatus: quem oportet perficere per aliquam suppletionem, & tali modo loquendi vtitur hic propheta, quia modus loquendi dolentium est in truncatione verborum, dolore impediente perfectam expressionem.

1 De terra Gethim reuelatum est eis. *In illa enim terra Tyri habebant amicos, vt videbitur infra, & illi præscientes apparatum Nabuchodonosor ad veniendum contra Tyrum, prænuntiauerunt eis vt se munirent: tamen quia hoc non valuit eis, ideo subditur:*

2 Tacete qui habitatis in insula: *Id est in Tyro mari circumclusa. quasi dicerent, non loquimini de defensione, quia non valebit vobis.*

3 Negotiatio Sydonis. *Multi enim mercatores de ciuitate Sidonis frequentabant Tyrum, propter quod dicitur hic* negotiatio eius.

4 Transfretantes mare repleuerunt te, *Diuitiis in suis nauibus apportatis.*

5 In aquis multis, *id est, venientes per multas partes maris.*

6 Semen Nili, messis fluminis fruges eius: & facta, &c. *In Aegypto raro fit pluuia, sed fluuius Nili diuiditur per riuos ad hoc, vt fructificent semina in terra proiecta, vt habetur Deut. 11. & ideo fruges Aegypti dicuntur fruges fluminis Nili: & quia ibi crescunt in magna abundantia, ferebantur inde ad Tyrum per nauigium.*

7 Erubesce Sidon, ait mare, fortitudo maris dicens, *id est Tyrus quæ vocatur hic mare, eo quòd erat mari circumclusa.* Erubesce Sidon, *quia deiectio ciuitatis metropolis, cuiusmodi erat Tyrus respectu Sidonis, cedit in confusione aliarum ciuitatum. Et modus destructionis subditur, cùm dicitur in persona Tyri:*

8 Non parturiui, *quia in eius obsidione & destructione multæ mulieres passæ fuerunt aborsum, & multi de pueris natis & de iuuenibus & virginibus mortui fuerunt ante ætatem adultam & debitum incrementum.*

9 Cum auditum fuerit in Ægypto, *quòd destructa fuerit Tyrus.*

10 Dolebunt, *eo quòd habebant cum Tyriis amicitiam, propter abundantiam frugum quam ibi adducebant ad vendendum.*

11 Transite, *Hic cum destructione Tyri denuntiatur fuga inhabitantium cùm dicitur,* Transite Maria, *fugiendo per nauigium ad diuersa loca.*

12 Vlulate, *præ confusione & tristitia.*

13 Qui habitatis in insula. *id est in Tyro, quæ dicitur insula ratione prædicta.*

14 Numquid non hæc vestra est, *supple ciuitas. Et est modus loquendi truncatus eadem ratione qua superius.*

15 Quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? *quia multa tempora cucurrerant à sua fundatione, & nullus potuerat eam debellare.*

16 Ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum, *id est habitatores eius.*

17 Quis cogitauit hoc super Tyrum? *quasi dicat, nullus homo cogitasset, quòd sic posset destrui. Cuius ratio subditur:*

Marginalia: Modus loquendi truncatus. — Vnde Ægypto sit tanta frumenti copia. — Tyrij nouas sedes petût.

MORALITER.

† dominum: & sanctificatio diuitiarum eius domino post septuaginta annos.

MORALITER autem per Tyrum, quæ interpretatur angustia, peccator signatur, qui peccatorum aculeis cruciatur, Isai. 48. d. *Non est pax impiis dicit dominus.* Per Chaldæos, eius destructores, signantur dæmones ipsum spoliãtes gratuitis, & in naturalibus vulnerantes, sicut signatur Lucæ 10. e. per parabolam illius qui incidit in latrones. Per reparationẽ verò Tyri post annos septuaginta signatur peccatoris restitutio ad statum gratiæ pœnitentia perfecta. Septuaginta namque resultant ex ductu denarij, qui signat perfectionem, eo quòd est limes numerorum. Per septenarium qui signat vniuersitatem, eo quòd omne tempus reuoluitur septem diebus: & sic septuaginta perfectam pœnitentiam signat de peccatis omnibus. Per hoc autem quod subditur,

Marginalia: De quolibet peccatore. — Restitutio per pœnitentiam.

a *Principes, institores eius inclyti terræ, &c.* HIER. l. 7. Inter alios negotiatores, vel etiam in regnis.

b *Ad ignominiam deduceret, &c.* IBID. Non dominus ignominiæ auctor est, sed quod ignominiosum est ostendit, secundum illud: *Contaminatione contaminabit eum*, non quod sacerdos contaminationis auctor sit: sed quòd ostendit contaminatum eum quem mundum putabant multi.

Leuit. 13. — Deus non ignominiæ auctor sed reuelator.

† PROCOPIVS. Graue & periculosum, sanctis ipsis, cum flagellantur, insultare, vel quæ ipsos semper tueri consueuit, manum defatigari & imbecilliorem fieri putare, non autem potius à Deo persæpe aduersa immittente tentari credere. Sunt enim iniquis ista respondenda, *Nolite iniquè agere; & delinquentibus, Nolite exaltare in altum cornu vestrum*, cum ea de causa Tyri splendor in ignominiam dedecusque conuersus sit.

Bonorum flagellis non insultandū. — Psal. 74.

c *Flumen.* Babyloniorum. *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion.*

Psal. 136. a.

d *Cingulum vltra tibi.* Fortitudo resistendi, Cingulo enim lumbos restringimus: In lumbis fortitudinem habere dicimur.

e *Conturbabit regna.* Scilicet Ægyptiorum & Moabitarum, & aliarum in circumitu. Tyro enim capta & subuersa, alia regna conturbata sunt timore. Regnum quoque Aegypti pro subuersa Tyro datum est Nabuchodonosor: vnde in Ezechiele, *Fili hominis, Nabuchodonosor seruo meo, non est reddita merces pro seruitute qua seruit mihi contra Tyrum, da ergo ei Aegyptum pro Tyro.*

Ægypti regnum pro subuersa Tyro datū Nabuchodonosor. — Ezec. 9. d.

f *Chanaan.* ALLEGO. Omnis anima in sæculi fluctibus posita, vento doctrinæ agitata, Chanaan appellatur, quæ fluctuatio vel commotio interpretatur: vnde, *Semen Chanaan & non Iuda.*

Dan. 13. f.

g *Filia Sidonis.* HIERON. In terra Chanaan sunt Tyrus & Sidon. vnde, Mulier Chananæa exiuit de finibus Tyri & Sidonis occurrens saluatori.

Matth. 15. b.

h *Transfreta.* Sæpe videmus quosdam à proposito suo transire ad aliud, à militia ad negotiationem: à causis ad arma mutant industriam, vt mutent infelicitatem. Sed Deo dispensante, omnia eueniunt contraria: vt per miserias coacti non in se, sed in domino creatore confidant.

i *Talis populus non fuit.* Vsque ad mortē Nabuchodonosor fortissimi super omnes Chaldæi & Assyrij, postea populus Græcorum & Romanorum fortior fuit.

k *Suffoderunt.* Quando Nabuchodonosor Tyrum inuasit nauigio, non solum murum, sed & domos subuertit; & quæ erat negotiatio ciuitatum, facta est per septuaginta annos siccatio sagenarum.

Quam funditus deleta sit Tyrus à Nabuchodonosor.

l *Naues maris, &c.* Hebraicè Tharsis, quod consummatio vel lætitia interpretatur. Sex diebus mundus factus est, qui postea consummabitur. Omnia autem bona sæculi incerto nauium cursui comparantur, quia cito peritura: & cuncta nauigantium fortitudo soluetur, vnde, *Ciuitates magnas firmas ascendit sapiens, & destruxit munitiones earum.* Quidquid enim hæreticorum & sapientiæ sæcularis arte componitur, vir ecclesiasticus destruit & subiicit sibi.

Prou. 21. d. De quolibet qui potens est in verbo Dei.

Septua-

(a Tanquam reginam aliarum ciuitatū, vel quia in medio quasi corona aliarū cingebatur. b Hier. Horum principum tota cura in negotiationibus opes quærere.)

1 Tyrum quondam coronatam, cuius negotia- (In omni terra. Non cæli, qui terrena tantum cupiunt.)
2 a tores principes, institores eius inclyti terræ? (a Consilium. c.)
3 ³Dominus exercituum cogitauit hoc, vt de- (a Ab altitudine gloriæ. b Eius, qua contra Deum superbiendo gloriatur.)
4 b traheret superbiam omnis gloriæ, & ad igno- (a Pro gloria. Confusos.)
5 miniam deduceret vniuersos inclytos terræ. (a Chananæorum, festinando ad cælum. b Quod clarissime nauibus transitur. c Mundi.)
6 c ¹⁰Transi terram tuam quasi flumen filia maris, (a Iustitiæ. Nisi transieris. b Quia. O Tyre. Vindictam.)
7 d non est cingulum vltra tibi. ¹¹Manum suam su- (a Siccandum. b Dominus. c Diaboli, vel mundi.)
8 e per mare extendit, & conturbabit regna. Do- (a Inspirauit Nabuchodonosor. b In terra.)
9 f minus mandauit aduersus Chanaam, vt con- (a Ipse Nabuchodo. b Chanaan. Dominus.)
10 tereret fortes eius, ¹²& dixit: Non adiicies vl- (a In diuitiis. b A diabolo. Ab hominibus accusata quasi superba.)
11 tra vt glorieris calumniam sustinens virgo (a Turpitudini & voluptati tradita. Colonia Sidoniorum. b Græciam. Congelascens. De illis qui nauigio fugerunt.)
12 g h filia Sidonis. In Cethim consurgens transfre- (a Quia capieris à Nabuchodonosor. b Quæ interpretatur quasi vbera. Q. Si transieris ad Chaldæos: nec ibi requiesces in vbertate eorum.)
13 ta: ibi quoque nō erit requies tibi. ¹³Ecce terrā (a Homo fortissimus & potentissimus. Ideo cadet: Nisi dominus ædificauerit domum.)
14 i Chaldæorum, talis populus non fuit, Assur (a Dæmones. Chaldæi.)
15 fundauit eam. In captiuitatem traduxerunt (a Secundum opinionem. b Tyri. c Insidiose. d Non solum murum. Conscientias.)
16 k robustos eius, suffoderūt domos eius, posue- (Tyrum. a Quia non erat fundata su. fir. pe. b Nautæ. Hebraicè tharsis, quod consummatio vel lætitia sonat.)
17 l runt eam in ruinā. ¹⁴Vlulate naues maris, quia

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quondam coronatam, *Id est super alias ciuitates reginam propter diuitias eius & fortitudinem.*

2 Cuius negotiatores principes, *Id est, æquales magnis principibus terræ, vel maiores.*

3 Dominus exercituum cogita. hoc. *Inspirando Nabuchodonosor audaciam inuadendi eam. Et subdit causam.*

4 Vt detraheret super. omnis gloriæ; *Id est, Tyri quæ dicitur hic omnis gloria, hyperbolicè, ad designandam magnitudinem superbiæ eius, sicut de aliqua ciuitate, in qua multum viget superbia, dicitur vulgariter, quod in ea est superbia totius mundi. Et eodem modo intelligitur quod subditur de nobilibus Tyri.*

Superbia Tyriorum.

5 Et ad ignominiam deduceret; *Consequenter denuntiat velocitatem fugæ habitantium in Tyro dicens:*

6 Transi terram tuam quasi flumen, *Id est, ad modum fluminis continue & velociter currentis.*

7 Filia ma. *O tu Tyre, quæ dicitur filia maris, eo quod erat mari circumclusa, vt dictum est supra.*

Tyrus filia maris.

8 Non est cingulum vltra tibi, *Id est, fortitudo resistendi, quæ designatur per cingulum militare.*

9 Manum suam, *Id est, potestatem suam.*

10 Super mare extendit. *Scilicet, Tyrus, quæ per nauigium suum habebat in mari magnam potestatem.*

11 Conturbabit re. *Per potentiam suam iniuste deprimendo. Et quia hæc fuit vna causa suæ subuersionis, subditur:*

12 Dominus man. *Id est, aduersus Tyrum, quæ sita est in terra Chanaam: filij enim Israel non potuerunt expellere totaliter Chananeos; vnde dicitur Matth. 15. b.* Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis: & ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, &c.

13 Vt conter. for. *Per Nabuchodonosor.*

14 Et dixit, *scilicet dominus.*

15 Non adiicies vltrà vt glorieris, &c. *Id est, in tantam superbiam eleuata.*

16 Calumniam sustinens, *A Nabuchodonosor.*

17 Virgo filia Sidonis, *Dicitur autem filia Sidonis, quia Sidonij existentes prope illam insulam, ædificauerunt eam de præcepto regis Assyriorum, cui tota terra illa fuit subiecta longo tempore. Et ideo vnus rex Assyriorum considerans quòd illa insula erat aptissima pro portu nauium, fecit eam ædificari per populum prope existentem.*

Sidon ædificauit Tyrum.

18 In Cethim, &c. *fugiendo. Ibi enim habebant Tyri amicos, & ideo ibi fugerunt aliqui pro receptaculo habendo: quia tamen hoc non valuit eis, Ideo subditur:*

19 Ibi quoque non erit req. *Quia Nabuchodonosor misit ad terram illam, vt redderentur sibi fugitiui de Tyro, terra illa non fuit ausa eos retinere.*

20 Ecce terra. *Hic consequenter propheta denuntiat à quibus Tyrus foret destruenda, scilicet à Chaldæis, & hoc est quod dicitur:* Ecce terra Chaldæorum *Parata ad inuadendum Tyrum.*

21 Talis populus non fuit. *Id est, tam fortis & crudelis.*

22 Assur fundauit eam, *Aliqui expositores per ly eam intelligunt Chaldæorum terram: sed hoc non est verum, quia Genes. decimo b. dicitur,* De terra illa egressus est Assur. *s. de Chaldæa, & iste Assur fuit filius Sem, & ab eo denominatus est populus Assyriorum, vt dictum fuit diffusius, Genesis decimo. Sed per ly eam potius accipiendum est Tyrum: Et quia procedente tempore quidam rex Assyriorum fecit ædificari eam, ideo dicitur hic de ea,* Assur fundauit eam. *Sed quia destructa fuit postea per Chaldæos ideo subditur:*

23 In captiuitatem traduxerunt robustos eius, *Et patet litera.*

24 Vlulate naues maris, *id est nautæ, vt expositum est in principio huius capituli.*

25 Quia deuastata est fortitudo vestra, *Id est, Tyrus in qua erat portus solennissimus.*

☞ a *Septuaginta annis.* HIER. l. 7. Tyrus quondam angustiata dimittitur, vt expleto solitudinis tempore carmen meretricum in laudes Dei vertat, citharam assumat, omnes chordas concinentes habeat, vt postquam bene cecinerit, apud Deum in memoria sit, quæ propter fornicationem obliuioni tradita fuit, in pristinum restituatur & mercedes cógreget domino. Quis ergo non habeat spem salutis, si bene cecinerit, si chordas, id est, virtutes bene composuerit? vnde: *O filia Tyri, in muneribus vultum tuum deprecabuntur, &c. & concupiscet rex decorem, &c.*

De Tyro Christi fidem suscipiente.

Psal. 44. c.

† THEODORETVS. Immensa domini misericordia; ipsi Tyrij per immensa sæculorum spatia peccauerant, dominus circumscribit tempus vltionis, Vita vnius regis, aut potius vita vnius hominis annis septuaginta; & frænat Iudæorum superbiam: Nam quod tempus præfiniuit Babylonicæ captiuitati, & vastitati Hierosolymorum, idem præfinit vastitati Tyri. Idem enim & Iudæorum & gentium Deus, & ipsius est terra & plenitudo eius.

Quamdiu Tyri excisæ durauerit solitudo.

† PROCOPIVS. O Tyre, tamdiu castigaberis, quamdiu vrbs ipsa Deo constituta: In quam quia insurrexisti, æquales cum ea pœnas quoque luitura es. Iugum enim seruitutis 70. annos passa est, quod tempus humanæ vitæ à Dauide præscribitur. Idem & regni longissimi tempus est. Quod si in quibusdam definitur à Deo, non tamen adimpletur numerus. Neque ob id commouearis, cum Deus suę prædictionis non subiaceat terminis. Bonus enim cum sit, & tempora definit, & clades minitatur, non tanquam illaturus reuera, sed vt timore, ad vitæ pœnitentiam adigat. Quod ex decreto annorum septuaginta aduersus Ephraim numero, apud Isaiam perspicuum fuerit, qui ad triginta posteà reuocatus est. Deinde & Daniel, cum captiui populi malitiam augeri intueretur, dominum, ne ad definitum in eos annorum numerum, aliquid adiiceret deprecatus est. Deus enim pro vitæ pœnitentia vel peruicacitate, decretis temporibus, vel adiicit, vel adimit. Vt accidit Noe temporibus, cum hominum vitam centum viginti annorum esse statuisset, pro sua in eos beneuolentia breuiorem esse voluit, vt calamitates ingruentes auerteret, præsentesque temporis progressu maiores fieri prohiberet. A Niniuitis autem cum pœnitentiam egissent, non alia ratione decretas certo dierum spatio minas remouit, quam solet medicus à significata antè vel sectione vel vstione abstinere, cum facta est corporis in melius mutatio.

Psal. 89.

Deus pro vitæ pœnitentia vel peruicacitate temporibus adimit quid vel adiicit.

Daniel. 9.

Gen. 7.

Ionæ 3.

deuastata est fortitudo vestra.[15] Et erit in die illa: in obliuione eris ô Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius. Post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis.[16] Sume citharam, circumi ciuitatem meretrix obliuioni tradita. Bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit.[17] Et erit post septuaginta annos visitabit dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas: & rursum erit cum fornicabitur cum vniuersis regnis terræ super faciem terræ.[18] Et erunt negotiationes eius, & mercedes eius sanctificatæ domino. Non condentur neque reponentur, quia his qui habitauerunt coram do-

Interlinear: ¶ Tyrus. a ¶ In obliuione sunt post mortem eius: & si tantum vixerit in regno, quod numquam legimus. ¶ Cito obliuiscuntur. ¶ Reædificatæ. a ¶ Versum in laudes Dei. a ¶ Quæ prius à vero sponso recesserat. b ¶ Isaias dat ei consilium vt pœniteat, & iudicium euadat. c ¶ Vt bene tendantur chordæ. d ¶ Cantando miserias tuas. ¶ Imitando bonos. a ¶ Prius. ¶ Ecclesia. ¶ De labiis huius meretricis stillat mel, in Prouerbiis. b ¶ Ab amatore. ¶ A Deo. c ¶ In laudes Dei: corde, voce, opere. ¶ Domini. ¶ Apud Deum. a ¶ Perfectæ pœnitentiæ. b ¶ Benefaciendo. c ¶ Verus medicus. a ¶ Sicut templum desolatum. b ¶ Pœnitentem. c ¶ Quas habuerat antè. d ¶ Non alienas quas prius habuit. a ¶ Tempus. b ¶ Negotiabitur. ¶ Quia multi ad infidelitatem redeunt. ¶ Non cæli. a ¶ Simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bo. marga. &c. ¶ Perseuerantium. a ¶ In misericordia pauperum. ¶ Auare. a ¶ In thesauris qui fiunt in terra. a ¶ Iudæorum sacerdotibus, vel prædicatoribus, Veris pauperibus.

HIER. Septenarius & septuagesimus, qui vel singulis diebus, vel septem decadibus perficitur, perfectam significat pœnitentiam, vt tempore pœnitentiæ explero iure Tyrus ad antiquum statum restituatur.

b *Canticum meretricis.* Quæ ab amatoribus derelicta solet carmina in consolationem componere, & præterita commemorare, sic & Tyrus reuersa.

c *Sume citharam.* Quæ de hoc onere sequuntur ad reuersionem Tyri spectant.

d *Bene cane, frequenta, &c.* Admonet eam canticum miseriarum suarum semper cantare, ne iterum eadem patiatur. Dicunt enim hanc esse musicæ naturam, si lætum inuenerit, lætiorem facit, si tristem, tristiorem reddit.

Musicæ effectus quis sit.

e *Et erunt negotiationes eius, & mercedes eius.* Sicut dicit Ieronymus in Ieremia, reuersis filiis Israel de captiuitate sub Zorobabel & Neemia: Tyrij quoque non longo tempore post reuersi cum eis amicitia coniuncti sunt, nec iam diuitias retinebant, sed in Ierusalem domino offerebant: quarum pars in templum ornandum, pars cedebat in vsum sacerdotum: & sic erant sacrificatæ domino mercedes eius. Ad prædicationem etiam Pauli Tyrij & Sidonij conuersi sunt, & ecclesias ædificando & prædicatoribus necessaria ministrando, mercedes domino sacrificauerunt.

Quomodo merces & negotiationes suas Deo Tyrij consecrarint.

Act. 21.

† PROCOPIVS. Non fuerit ea pœnitentia indignum, quæ musica præstantiore excitatur, Christianam vitæ rationem intelligere. Itaque & Aquilas & ipsa Hebraica lectio, nulla articulorum verbique *omnis* facta mentione: *Et erit emporium eius, & merces sancta domino,* dixerunt. Neque enim totum eius emporium neque merces tota, sed pars primitiarum nomine consecrabitur,

☞ quod

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erit in die illa. *Hic consequenter agitur de Tyri readificatione: & primò in temporalibus, secundo in spiritualibus, ibi,* Et erunt. *Circa primum tangitur primò vastationis Tyri duratio, cum dicitur:*

Diuisio.

2 In obliuione eris ô Tyre, &c. *Quia non venient ibi homines ad habitandum.*

3 Sicut dies regis vnius, *Scilicet, ipsius Dauid, vt dixit Rab. Sa. qui vixit septuaginta annis, vt habetur secundo Regum 5.*

4 Post septuaginta annos, *Scilicet vastationis Tyri.*

5 Erit Tyro quasi canticum meretricis. *Meretrix enim derelicta à suo amasio, solet conari ad cantandum melodiose, ad reuocandum amasium ad se. Et in hac metaphora intelligitur desiderium illorum, qui remanserant de fugitiuis Tyri, ad readificationem ipsius, vt sic mercatores de diuersis regnis iterum venirent ad Tyrum. ideo subditur,*

Meretricū laqueus.

6 Et erit post septuaginta annos, visitabit dominus Tyrum, *Faciens eam readificari.*

7 Et reducet eam ad mercedes suas, *Illic apportatas de diuersis regnis.*

8 Et rursum fornicabitur, &c. *Quod potest intelligi de fornicatione corporali, quia mercatores elongati à suis vxoribus, sic solent fornicari; & de fornicatione spirituali, quia illa ciuitas idololatriæ fuit dedita vsque ad tempora Christi.*

Fornicatio duplex.

9 Et erunt negotiationes eius, *Hic incipit versus in Hebræo in quo describitur readificatio Tyri in spiritualibus, cum dicitur:* Et erunt negotiationes eius & merces eius sanctificatæ domino, &c. *Quod dicunt aliqui impletum fuisse tempore Neemiæ post reditum captiuitatis Babylonicæ; dicentes, quod tunc in Tyro fuerunt homines deuoti, & offerentes munera domino in Ierusalem, ad eius obsequium & sustentationem ministrorum: Sed quia hoc non apparet ex his, quæ scripta sunt in Esdra, & Neemia, nec ex historia Iosephi, seu alia historia autentica; ideo videtur mihi saluo meliori iudicio, quod impletio huius prophetiæ reduci debeat ad tempus Christi, in quo multi de Tyro deuote venerunt ad audiendum prædicationem Christi, vt habetur Matthæi tertio, & Lucæ sexto; & reliqui de Tyro postea crediderunt ad prædicationem discipulorum Christi, se & sua ad obsequium Dei deuote offerentes. Huic etiam expositioni concordat Rab. Sa. quantum ad aliquid, dicens quod hæc prophetia implenda est in aduentu regis Messiæ, qui diuitias Dei cultoribus applicabit. Sed in hoc discordat, quod dicit implendum de futuro, quod in rege Christo de præterito est adimpletum.*

Quomodo Christiani fidem amplexa sit Tyrus.

CAP.

MORALITER.

8 *Et rursum fornicabitur cum vniuersis.* Significatur, Quod habituatus in peccatis post pœnitentiam veram aliquando recidiuat, propter habitum inclinatem, qui non statim tollitur per pœnitentiam. sed quoniam talis recidiuatio per opera misericordiæ sanatur, ideo subditur:

Recidiuatio in peccatū.

9 *Et erunt nego. &c.* propter quod dicitur Dan. 4. c. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum.*

MO-

☞ quod vel nunc in Dei ecclesiis, A quæ ibi habentur; quotidie licet intueri. Adducuntur autem his, qui coram domino habitant,

a ¶ In vsum. b Sancta. c ¶ Frange esurienti panem tuum. a ¶ Cum videris nudum operi eum. ¶ In omni vita sua.

mino erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

tant, id est, altari præfectis, cum D domini decreto statutum sit, *vt qui Euangelium docent, de Euangelio viuant.*

CAP. XXIV.

a ECce dominus nudabit, &c. HIERON. lib. 8. in Isaiam. Post specialem gentium singularum correptionem, Iudææ, Babylonis, Philistiim, Moab, Damasci, Israel, Ægypti, deserti maris, Arabiæ, Idumææ, vallis visionis, & Tyri: quid totus orbis in consummatione passurus sit, describit. Nec de singulis gentibus, sed de cunctis pariter agit. Prius quæ sunt impiorum tormenta, quomodo transeat cælum & terra, & deducantur peccatores in infernum: post, quomodo sancti rapiantur *obuiam domino in aera.* De speciali ergo descriptione transit ad generalem, quæ est quarta regula Tyconij, de specie enim & genere agitur, nec persona mutatur. *Ecce dominus, nudabit.* A specie ad genus transit: descripto enim speciali onere Babyloniorum, Assyriorum, Ægyptiorum, & multorum aliorum ad generale onus C iudicij extremi transit.

A speciali iudicio singularum gentium transit ad descriptionem iudicij generalis.

† AMBR. l. de elem. & de ieiu. c. 21. Quasi manu sanctus propheta demonstret, quasi oculis aduenientem videat iudicij diem, ita dicit: *Ecce dominus, &c.*

† PROCOPIVS. Quod se reuelaturum faciem terræ dicit, demonstrat se pœnas exacturũ, & impietatem, quæ olim sub cuiusque persona latebat prodituruum se & redarguturum.

b *Erit.* HIER. vbi supr. Omnes similiter vel pro bonis remunerabuntur vel pro malis damnabuntur. Nulla diuersitas erit inter nobilem & ignobilem, sacerdotem & laicum, seruum & dominum, &c. Omnes enim ex æquo stabunt ante tribunal Christi, nec erit acceptio personarum apud Deum.

In vltimo iudicio meritorũ non dignitatis secularis erit ratio.

C A P. XXIV.

a ¶ Vt omnia pateant. ¶ His habitatoribus.

a ¹ECce dominus nudabit 1

a ¶ Commutabit per ignem in melius, vnde: Vidi cælum nouum, & terram nouam.

terram & dissipabit eam, 2

a ¶ LXX. reuelabit: vt procedant mortui de sepulchris. ¶ Igne comburendo, vt tanquam aurum, clariorem & pulchriorem restituat.

& affliget faciem eius, 3

a ¶ In diuersa loca bonorum vel malorum. ¶ Separabit oues ab hœdis.

b & disperget habitatores eius. ² Et erit sicut po- 4

a ¶ Sine acceptione personæ.

c pulus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic domi- 5 nus eius: & sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fœnerator,

a ¶ q. d. meum. i. tuum.

sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. ³ Dissipatione dissipabitur

¶ Igne incendij. a ¶ Habitatorum suorum. ¶ A domino. b ¶ q. d. Hoc sine dubio fiet: Dominus enim locu.

d terra, & direptione prædabitur: Dominus e-

a ¶ Per prophetas. b ¶ Lugebit. ¶ Extrema gaudia luctus oc. c ¶ Defluet in igne.

nim locutus est verbum hoc. ⁴ Luxit & deflu- 6

a ¶ Terreni. b ¶ Quæ fortis videbatur.

xit terra, & infirmata est: defluxit orbis, & in- 7

a ¶ Id est, infirmabitur in die iudicij. 8 b ¶ Potentes superbi. Deus superbis resi. hu. autem dat gratiam. c ¶ Terreni.

firmata est altitudo populi terræ: ⁵ & terra in- 9

a ¶ Ab aliis alij. ¶ Propter eos qui sanguinem sanguini miscuerunt, & sanguinem interfectorum ad dominum clamare fecerunt.

terfecta est ab habitatoribus suis, quia trans- 10

a ¶ Scriptas, vel naturales. b ¶ Quia totus mundus prius accepit naturalem legem, sed postea lex per Moysen data est, quia prima dissipata est. 11 ¶ Legem. c ¶ Consuetudinis.

gressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipaue- 12

a ¶ Pactum amicitiæ, quod deberet esse sempiternum. b ¶ Ite maledicti in ignem æternum.

e runt fœdus sempiternũ. ⁶ Propter hoc maledi- 13

Deum. Vnde Iob: *Paruus & magnus ibi sunt, & seruus non timet dominum suum.*

Rom. 14. Col. 3. d. Iob 3. c.

† PROCOPIVS. Dei furore illorum nobis ostenditur meritum, qui patiuntur: quo omnes siue excelsi, siue humiles fuerint, similes habentur. Eximiorum enim & magnatum rationem non solet hostis habere, sed vsitatum ordinem confundere.

† THEODORETVS. Post re- E surrectionem Christi, huius præsentis vitæ mutatur facies, & cessat dignitatum varietas, non enim est seruus & liber in Christo Iesu. *Et erit sicut populus, sic sacerdos,* quia qui sacerdos erit, amouebitur sacerdotio, & qui ex media plebe erit, sacerdos fiet; *sicut seruus, sic dominus eius,* quia seruus fiet dominus in aduentu Christi, & dominus fiet seruus.

Quod alij referũt ad secundum Christi aduentum. Theodoretus refert adprimũ.

c *Sic sacerdos.* Bonus populus cum bono sacerdote percipiet coronam vitæ, mali simul sustinebunt tormenta gehennæ sine acceptione personæ. F

d *Terra.* HIERON. supr. Terrena opera ad nihilum redigentur, vt abolita imagine terreni hominis permaneat imago cælestis. Caro enim & sanguis regnum Dei non possidebunt, quia mortale hoc induet immortalitatem.

e *Maledictio vorabit terram.* Sicut in principio benedixit Deus omni creaturæ, sic in fine maledicit his qui terreni sunt; nec peregrini, sed habitatores terræ: & qui in ea peccant, obliti conditionis suæ, contra se mutuo debacchantes. Et pauci remanebunt, qui habeant imaginem cælestis.

1. Cor. 15. f. Homines terrenis affectibus seruientes.

☞ a Luxit

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXIV.

ECce dominus. *Aliqui expositores dicunt, quòd hoc capitulum exponendum est ad literam de destructione Idumæorum, quam supra tetigit propheta breuiter cap. 21. Sed hic resumitur, vt diffusius pertractetur. Sed hoc dictum non habet apparentiam, quia nec ex litera huius capituli, nec ex circumstantia habetur aliquid per quod intelligi debeat de Idumæa; Propter quod beatus Hironymus dicit quòd propheta hic loquitur ad literam de euersione generali totius mundi in iudicio finali, ita quòd in præcedentibus propheta locutus fuerat de subuersione diuersarum gentium in speciali, scilicet Iudæorum, Babyloniorum, Aegyptiorum & huiusmodi, vt patet ex præcedentibus: Hic autem loquitur generaliter de subuersione mundi circa finale iudicium. Et quia illud iudicium erit ad ignominiam iniquorum, & gloriam iustorum, ideo sic proceditur: Quia primo ponuntur pertinentia ad istud iudicium; Secundò propheta insurgit ad Dei præconium capit. sequent. Prima in duas, quia primo ponuntur quædam iudicium antecedentia; & secundo, consequentia, ibi,* Et erit. *Prima in duas, quia primo describitur tribulationis circa finem mundi acerbitas; secundò eius ineuitabilitas, ibi,* Formido. *Circa primum sciendum, quod tribulatio mundi præcedens iudicium, licet futura sit horribilis iniustis, tamen erit iustis materia consolationis, propter quod saluator 21. de hoc loquens, dixit Apostolis,* His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, *i. exhilarate corda, vt exponit Greg. Ho. 1. Et ideo hic primo ponitur malorum tribulatio; Secundo iustorum consolatio, ibi,* Quia hæc erunt. *Prima in duas, quia primo ponitur malorum afflictio; secundo lætitiæ subtractio, ibi,* Luxit vindemia. *Circa primum dicitur,*

Materia huius capit. est subuersio mundi circa finale iudicium.

Diuisio.

Tribulatio in fine mũdi.

1 Ecce dominus nudabit terram, *Quia per ignem conflagrationis, præcedentem iudicium, à statu suo immutabitur.*

2 Nudabit terram, *Herbis & arboribus.*

3 Et affliget faciem eius. *Quia igne prædicto superficies eius cremabitur. Et accipitur hic afflictio metaphoricè, sicut & per oppositum dicitur terra, vel pratum ridere, quando virescit.*

4 Et disperget habitatores eius, *Quia tunc omnes morientur, vt resurgant in iudicio.*

5 Et erit sicut populus, sic sacerd. *Id est, quantum ad hoc non erit acceptio conditionis, status, aut sexus.*

6 Luxit & defluxit terra. *Id est, habitantes in terra.*

7 Defluxit orbis, *A statu suo.*

8 Et infirmata, *Quia defecit in hominibus dominium & principatus.*

9 Et terra interfecta est, *id est, habitatores terræ.*

10 Ab habitatoribus suis, *Id est, propter peccata inhabitantium; ideò subditur,*

11 Quia transgressi sunt leges, *Diuinas,* Mutauerunt ius *bona consuetudinis, quæ est ius humanum.*

12 Dissipauerunt fœdus sempiternum, *Facientes contra ius naturæ, quod in mentibus humanis indelebiliter est scriptum.*

13 Propter hoc maledictio, *Scilicet, Dei.*

☞ Vora-

MORALITER.

† 1. *Ecce dominus, &c.* In præcedentibus Isaias denuntiauit diuersarum gentium & regnorum subuersionem, & hoc est secundum sensum

a *Luxit vindemia, infirmata est vitis.* Hier. l. 8. In consummatione mundi præteritarum deliciarum recordatio erit materia cruciatuum: vnde, Purpuratus diues qui receperat bona in vita sua, eleuans oculos de inferno, cernit Lazarum in requie; vnde, *Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis.*

(Præteritarū deliciarum recordatio erit dānatis materia cruciatuū. Luc. 16. f. — Luc. 6. d.)

b *Ingemuerunt omnes qui lætabantur, &c.* Ibid. Hoc testimonium ingerimus eis qui in conuiuiis non solum gula & ebrietate, sed auribus luxuriantur, vt per omnes sensus animæ fortitudo mollescat.

(Contra luxuriosa conuiuia.)

c *Attrita est ciuitas vanitatis.* Ibid. Mundus in quo omnia vana, vanitas vanitatum & omnia vanitas.

d *Clamor erit super vino.* Ibid. Per vinum, errorem. ebrij enim errant. Per plateas (quæ Græcè à latitudine dicuntur) spatiosam & latam viam, quæ ducit ad mortem, accipimus. Super his ergo qui errauerunt in lata & spatiosa via huius sæculi, in die iudicij clamor doloris erit.

(Ecclesiastes 1. a. — Matth. 7. b.)

e *In medio terræ.* Ierusalem quæ est (vt aiūt) vmbilicus terræ. Et autumant multi quia dominus iudicaturus, super monte Sion, ex quo ascendit, in aëre sedebit, in nube veniet: vnde, *Quemadmodum vidistis eum eun. in cæ. sic veni.* Et alibi, *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus.*

(Vbi transigetur finale iudicium. Matth. 13. c. Act. 1. b.)

f *Quomodo si paucæ oliuæ, &c.* Paucis relictis, cùm persecutio vorauerit terram, tanta erit sanctorum paucitas, tāta pressura, vt tententur etiam electi, si fieri possit: & paucitas eorum baccis oliuarum rarissimis cōparetur, quibus excussis vix paucæ remanent in cacumine arboris: collectis quoque racemis vix pauci remanent in vitibus vacuis.

† Procopius. Eos qui pietatem colunt, non patitur dominus in istas minas incurrere: Non enim cum impiis iustos perditurus est dominus; Quod Ezechielis voce didicimus: *Fili hominis, inquit, terra in qua iudicium iudico, sanguinis est.* Quod si in medio eorum fuerint Noe & Daniel & Iob, illi quidem pro sua æquitate seruabuntur, sed terra erit in interitum. Per Noam, fide probatos; per Danielem, prudentes & perspicaces; per Iobum, qui manent infracto aduersus omnia animo, intellexit.

(Non cum impiis iustos perditurus est dominus.)

g *Atque laudabunt: cum glorificatus fuerit dominus.* Hier. Laudabunt, qui poterunt remanere, & pressuram Antichristi fugere, vel ardorem imminentis gehennæ.

h *Hinnient.* Equorum similitudine, lætitiæ gestientes magnitudine.

i *A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iusti.* In Hebræo, *alis terræ.* Alæ autem vel fines terræ, prophetæ sunt & Apostoli, qui de terrenis ad cælestia volant, & quibusdam præceptorum finibus viuendi modum terminant. Dicunt ergo sancti: *Sicut* à Prophetis & Apostolis *audiuimus, sic* modo impletum *videmus.*

†† Hieron. Miror quo sensu pro psalmis & laudibus, quod in Hebraico legitur זמירת zemiroth, septuaginta τέρατα id est, portenta interpretati sunt: nisi forte signum est atque portentum, vt excluso populo Iudæorum, incredula prius gentium turba saluetur.

(Notata vers. 70.)

(Terrenos.) ctio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius: ideoq; insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. ⁷ Luxit vindemia, infirmata est vitis: ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. ⁸ Cessauit gaudium tympanorum: quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. ⁹ Cùm gaudio non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. ¹⁰ Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. ¹¹ Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ. ¹² Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas, ¹³ quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum. Quomodo si paucæ oliuæ quæ remanserunt excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia, ¹⁴ & leuabunt vocem suam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit dominus, de mari hinnient. ¹⁵ Propter hæc in doctrinis glorificate dominum, in insulis maris nomen domini Dei Israel. ¹⁶ A finibus

Interlinear glosses: Stupebunt in die nouissimo. Amatores. — Aliis damnatis. Multi vocati pauci electi. — Amator vini & ebrietatis, Ebriosi regnum Dei non possidebunt. — De vinea Sodomorum vinea eorum. Lugebit. — Risus dolore miscebitur. — Quia. Alias cantico. Sicut ante. — In die iudicij amara pro dulcibus bibent. — Omnis ebrietas, quæ statum mentis euertit, homines vigilare non patitur. — Quælibet spiritualis, vel Babylon. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. — Quæ modo marmore & ebore decoratur. — Erroris. Non in angusta via, quæ ducit ad vitam. In cælos. Transit in dolorem. — Quondam celeberrima. — Miseria. Habitatorum. Per quas affluebant agmina populorum. — Prædicta. Impleta. Constat de totius orbis interitu hoc nuntiari. — Fit. In die iudicij. Si pauci electi post separationem malorum. — Pauci. In sublime. — Dominum. Beati qui habitant in domo tua domine in se. se. lau. te. — In sanctis. Veniens in gloria patris cum angelis. Christus. — De mundo liberati. Lætabuntur ineffabili lætitia. — Quia audistis præmium vestrum & supplicium reproborum. — Vestris. O Apostoli doctores ecclesiæ. Qui in scripturis sacris eruditi estis. — Qui gloriatur, in domino glorietur. Non vos. Ecclesiis. Non in vna. — Sæculi. Prædicate. Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. — Vox electorum in die iudicij. — LXX. Ab alis terræ vox eorum: de quibus supra, Leuabunt vocem suam, &c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vorabit terram, *id est, homines terrenos.*

2 Et peccabunt, &c. *Quia appropinquante iudicio* abundabit iniquitas, & refrigescet charitas, *Matth. 24. a.*

3 Luxit vindemia. *Hic consequenter describitur subtractio gaudij: & primo ex defectu vini, quod solet esse materia gaudij, secundum illud Psal. 103. b.* Vinum lætificat cor hominis, *ideo dicitur,* Luxit vinde. *Secundo ex subtractione ludi recreatiui cùm dicitur,* (Diuisio.)

4 Cessauit gau. tym. *Et patet litera. Tertio, ex destructione habitaculi, cùm dicitur,*

5 Attrita est ciui. *Id est, qualibet ciuitas mundi, quæ dicitur vanitas, Ecclesiasti 1. a.* Vanitas Vanitatum dicit Ecclesiastes, &c.

6 Clausa est omnis domus, &c. *quia deficient homines.*

7 Clamor erit super vino, *Id est, ex defectu vini: per quod intelligitur defectus cuiuslibet potus.*

8 Deserta est omnis lætitia, *In præsenti vita.*

9 Translatum est. *Ad locum beatorum, vbi solum remanebit gaudium.* (Præteritum pro futuro.)

10 Relicta est in vrbe so. *Id est, in vrbibus, accipiendo singulare pro plurali, sicut Exo. 8. f.* Venit musca grauissima, *i. multitudo muscarum; Sciendum etiam, quòd propheta loquitur de futuris per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Et quia talis modus loquendi frequenter est in prophetis;*

11 Quia hæc erunt, *Hic consequenter describitur iustorum consolatio, qui nunc sunt depressi, sed in iudicio erunt exaltati. Et diuiditur in duas partes, in partem principalem & incidentalem: secunda ibi* Væ mihi. *Circa primum sciendum, quod electi ad gloriam erunt valde pauci respectu damnatorum, secundum quod dicit saluator, Matth. 7. b.* Lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam: Quam angusta porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam: *Et hoc quod dicitur hic:* Quia hæc erunt in medio ter. *Iudicium enim vltimum dicit futurum prope Ierusalem, quæ est in medio terræ habitabilis, quia est in quarto climate.*

12 Quomodo si pau. oli. *Fructus enim remanentes in oliua post excussionem; & racemi remanentes in vinea post vindemiationem, sunt valde pauci respectu collectorum: sic electi in iudicio erunt valde pauci respectu aliorum. Et de istis paucis subditur,* (Electi in iudicio erunt valde pauci respectu aliorum.)

13 Et leuabunt vocem suam. *Ex magno affectu.*

14 Atque laudabunt, *Cum toto conatu.*

15 Cum glorificatus fuerit do. *i. cum dominus Iesus Christus in iudicio apparuerit in forma humanitatis gloriosa.*

16 Hinnient. *i. signa lætitiæ ostendent, sicut equus hinniens ex lætitia.*

17 De mari. *i. quia tunc transferentur de hoc mundo, qui est ad modum maris tempestuosi, ad portum gloriæ, in anima & corpore. Et quia hoc est valde desiderabile, ideo admonet propheta fideles, vt se & alios ad hoc disponant per prædicationem & susceptionem fidei catholicæ, dicens:*

18 Propter hoc. *i. vt cum electis in iudicio exultetis.*

19 In doctrinis glorifica dominum. *Quod fecerunt Apostoli aliiqui discipuli Christi.*

20 In insulis maris, *Quia prædicauerunt non solum habitantibus in arida, sed etiam in insulis maris, vt patet de Paulo in Actibus Apostolorum, & in pluribus locis: Et quia publicatio Euangelij processit ad omnes partes orbis, ideo subditur:*

21 A finibus terræ laudes. *Scilicet diuinas.*

MORALITER.

† sensum literalem. In hoc autem c. denuntiat ad literam, (vt videtur) generalem mundi subuersionem, per tribulationem Antichristi, & per ignem conflagrationis aduentum iudicis præcedentem: qui erit ad gloriam electorum, & ignominiam iniquorum: & sic literaliter exposui; propter quod sensus literalis est etiam moralis, & ideo de moralitate non mihi videtur hic aliquid addendum, nisi quòd ista prædicta sunt à propheta, vt quilibet ex istorum consideratione se præparet per opera iustitiæ, vt venientem videat iudicem, consolabiliter & securè.

(Consummatio sæculi. — Vt præparemus nos ad iudicium.)

a *Secretum meum mihi.* HIER. A l.8. Nec potest plenè enarrare præmia bonorum, nec pœnas malorum, quæ præuidet per spiritum: & inde dolet, dicens, *Væ mihi.*

b *Formido & fouea.* Possunt hæc tam ad tempora martyrum quam ad tempora Antichristi referri. Imminente enim persecutione multi formidine tormenti, Christum voce, & non corde negabant, & post pœnitere nolebant, & sic in foueam cadebant; post, instante diabolo, in laqueum æternæ damnationis; sic etiam fiet in tempore B Antichristi.

*Ier. 48.g.

† SEVERVS ANTIOCHENVS. Habitator terræ est, qui à cogitationibus & meditatione rerum cælestium auocatur, terrenis cogitationibus implicatus, & excogitat rationes aduersum veritatem. Hic enim propriè habitat in terra, veluti clauis quibusdam affixus solo, & humanis cogitationibus grauatus, ad cælum animum tollere non potest, hos perdet Deus.

De eo qui terrenis studet nimis anxie.

c *Apertæ sunt, &c.* Vt videat Deus iniquitates Antichristi & iudicet. Dum enim non punit C peccata, se videre ea dissimulat.

d *Fundamenta terræ,* Principes sæculi, terrena opera.

e *Confractione confringetur.* Non quòd terra redigatur in puluerem, vel nihilum, sed quia omnia terrena transibunt. Et quomodo ebrius nescit quid agat: sic omnes qui versantur in terra malorum magnitudine ebrij erunt & stupebunt ad omnia.

f *Tabernaculum vnius noctis.* HIERON. lib. 8. Quod à viatore transfertur, vt nullum remaneat vestigium, sic transibit figura huius mundi, & erit terra deserta vt non sit habitatio amplius hominum in ea. D

1. Cor. 7. f.

a ¶ Prædicari. b ¶ Quia omnia prædicta impleta. c ¶ Christi iustificantis omnes. d ¶ Hæc dicentibus aliis.

terræ laudes audiuimus, gloriam iusti. Et di- 1

a ¶ Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. b ¶ Soli non possunt effari. ¶ Q. Quantæ pœnæ ante oculos meos versantur. ¶ Est.

a xi, Secretum meum mihi, secretum meum 2

a ¶ Hæc est causa luctus. ¶ Ideo. b ¶ Legem scriptam vel naturalem.

mihi. Væ mihi. Præuaricantes præuaricati sunt 3

a ¶ Exaggeratio est. 4

& præuaricatione transgressorum præuaricati

a ¶ Et ideo. ¶ q.d. non differtur pœna, nec prædicatur futura.

b sunt. *[17] Formido & fouea & laqueus super 5

a ¶ Amator. b ¶ Hoc est, qui se putauerit fugisse ex alio, incidet in aliud.

te, qui habitator es terræ. [18] Et erit qui fugerit à

¶ Vel voce.

facie formidinis, cadet in foueam: & qui se ex- 6

a ¶ Volet explicare. b ¶ Et ideo non euadet. ¶ Vt despiciat dominus omnia peccata quæ prius ignorare videbatur, quia non puniebat.

plicuerit de fouea, tenebitur laqueo, quia 7 8

a ¶ Fenestræ Antichristi. b ¶ Ideo. c ¶ Qui respicit terram, & facit eam tremere.

c cataractæ de excelsis apertæ sunt: et concutien- 9

a ¶ Terræmotus magni erunt per loca.

d tur fundaměta terræ. [19] Confractione confrin-

e getur terra, cōtritione conteretur terra. Com-

a ¶ In re, vel habitatores: Omnia enim momento transibunt.

motione commouebitur terra, [20] agitatione a-

gitabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi 10

a ¶ Vt non resurgat, id est, non sit habitatio hominum in ea. b ¶ Pondere, quæ in Zacharia sedet super talentum plumbi.

f tabernaculum vnius noctis. Et grauabit eā ini- 11

a ¶ Id est, non erit terrena conuersatio, vel pristinæ vitæ status.

quitas sua, & corruet & non adiiciet vt resur- 12

a ¶ Quasi ægrotantes. ¶ Vindicando. ¶ Visitabo in virga iniquitates eorum, &c. b ¶ Prophetas Antichristi, & dæmones qui in aera discurrent. ¶ Iudicij.

g gat. [21] Et erit in die illa, visitabit dominus super 13

h a ¶ Aereas potestates, vel quoslibet terrena amantes. 14

i militiā cæli in excelso, & super reges terræ qui 15

a ¶ Prouincias. b ¶ HIERON. Quia non seruauerunt suum gradum ¶ Animæ illorum.

k sunt super terram. [22] Et congregabuntur in con- 16

a ¶ Colligati. ¶ Similes in pœna, quia similes in culpa. b ¶ Inferni: Lacum aperuit & effodit eum, &c. ¶ Ite in ignem æternum.

l gregatione vnius fascis in lacum. Et clauden- 17

a ¶ Vsque ad iudicium. b ¶ Euoluti sæculi. c ¶ Euocabuntur ab inferis vt receptis corporibus statim ad pœnas retrudantur.

m tur ibi in carcere, & post multos dies visita- 18

g *Et erit, &c.* IBID. q.d. Fenestræ cæli apertæ sunt vt prospiciente domino terrena peccata, omnis figura terrenorum operū prætereat & corruat, neque in pristina statura resurgat. Visitabit ergo dominus in die illa super militiam cæli, vt non solum terrena, sed cælestia iudicet.

h *Super militiam.* HIER. IBID. *Inebriatus est in cælo gladius meus. Astra non sunt munda in conspectu eius. Et in angelis suis reperit prauitatem.*

Isa. 34. a. Iob 15. b. Ibid. 4. d.

i *Reges terræ.* IDEM IBID. *Rectores tenebrarum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Vnde in Daniele: *Exiit in occursum mihi princeps regni Persarum, & princeps regni Mædorum.* E

Ephes. 6. b. Dan. 10. e.

k *Et congregab.* HIERON. IBID. Origenes dicit, quòd post hanc sententiam, *Ite maledicti in ignem æternum,* post multos dies. i. post mille annos visitandi & liberandi sunt. Sed hoc ecclesia non recipit. Dictum est enim, *Ibunt impij in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Quod F autem æternum est omni fine caret, & sicut gaudium æternum ita & supplicium.

Matth. 25. d.

Origenis sententia damnata asserentis damnatos post mille annos liberandos.

Matth. 13. d.

l *Vnus fascis in lacum.* IBID. vnde: *Alligate ea per fasciculos ad comburendum.*

m *Et post multos.* IBID. Notandū quòd non addit à domino vel ab angelis, sed absolute visitabūtur. Ex qua ambiguitate verbi, & remedium potest intelligi, & correctio, scilicet quòd postquàm iusti præmia receperint, illi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Audiuimus glo. s. *Christi, cuius gloria vbique terrarum est prædicata. Et quia mysterium Christi erat occultum & secretum tempore veteris testamenti; propter quod LXX. interpretes, pro eo quod habetur, supr. 9. cap. de Christo,* Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis; *transtulerunt,* Et vocabitur nomen eius magni consilij angelus. *Ideo dicit hic propheta.*

Mysterium Christi occultum tēpore veteris Testam.

2 Et dixi: Secretum meum. *Et duplicatur ad maiorem affirmationem. Vel, quia duplex continebatur secretum, ibi, Vnum, personæ, in qua duplex coniungitur natura, s. diuina & humana, quod est valde arduum: Aliud temporis, quia determinatum tempus sui aduentus erat valde occultum.*

3 Væ mihi. *Hæc est pars incidentalis in qua propheta deplorat casum populi sui, quia in aduentu Christi pauci Iudæi crediderunt, & multi remanserunt excæcati: & per consequens sorte & gaudio electorum priuati, quod præuidens propheta, dicit,* Væ mihi, *ex casu populi mei.*

4 Præuaricantes præuaricati sunt, *Hîc quater ponitur præuaricatio: Quia primò præuaricati sunt Iudæi, Christi humanitatem blasphemantes:* Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus, *Matth. 11. c. Secundò, eius diuinitatem, miracula virtute diuinitatis facta, dæmonibus attribuentes, Luc. 11. b.* In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. *Tertiò, mortem eius procurantes; Quarto, ipsum in suis discipulis persequentes, vt patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis.*

Quatuor principales Iudæorum præuaricationes in Christum.

5 Formido & fouea, &c. *Postquam suprà circa malos descripta est pœna acerbitas, hic consequenter describitur eius immutabilitas vel ineuitabilitas, cum dicitur:* Formido & fouea & laqueus super te, qui habitator es terræ. *Generaliter etiam dicitur hic,* Formido, *Ex persecutione Antichristi, quam aliqui nimis formidantes cadent in foueam transgressionis, ei obedientes: Ideo subditur,* Qui fugerit, &c.

6 Et qui se explicuerit, &c. *Post mortem Antichristi, de transgressione pœnitendo; quia secundum sanctos & doctores nostros post mortem eius dabitur aliquod tempus pœnitentiæ deceptis ab eo.*

Tempus pœnitentiæ dandum deceptis ab Antichristo.

7 Tenebitur laque. *id est igne conflagrationis, quantum ad omnes generaliter: vel sententia damnationis, quantum ad reprobos partialiter.*

8 Quia cataractæ de ex. &c. *id est, talis punitio veniet à Deo, cui resisti non potest.*

9 Et concutientur fun. ter. *quia per terræmotum montes adæquabuntur terræ plana: ideo sequitur,* Confractione confringetur terra, &c. *Et patet littera vsque ibi.*

10 Et auferetur quasi &c. *Quod non habet stabilitatem: q. d. firmitas terræ non poterit resistere voluntati diuinæ.*

11 Et grauabit eam iniquitas sua, *A suo statu pristino.*

12 Et non adiiciet vt resurgat. *Ad hoc quod sit apta habitationi hominum & animalium: quia cessabit motus cæli & generatio & corruptio in elementis: tamen terra innouabitur, & meliorabitur, sicut & cetera elementa.*

13 Et erit. *Hic ponuntur consequentia ad diuinum iudicium, scilicet retrusio dæmonum & damnatorum in infernum: & deductio electorum ad cælum empyreum. Primum ponitur cùm dicitur,*

Consequētia ad extremum iudicium.

14 In die illa visit. do. sup. milit. cæli, *i. super dæmones in quibus remanserunt naturalia integra in quibus conuenerunt cum angelis sanctis, & sic sunt de militia cæli: vel qui habitant in hoc aëre caliginoso, vnde dicuntur aereæ potestates; & hoc modo possunt dici militia cæli, sicut dicuntur aues cæli, eo quò volitant per cælum aereum.*

Militia cæli.

15 Et super re. *i. super tyrannos: & per consequens super omnes alios malos.*

16 Et congregabuntur, &c. *i. in infernum, vbi simul detrudentur dæmones & damnati: secundum quod dicitur Matt. 25. d.* Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, &c.

17 Et claudentur ibi, *Quia inde non poterunt egredi.*

18 Et post multos. *Visitatio Dei aliquando accipitur in bonum si-* cut

☞ illi in perpetuis pœnis visitentur. Et tamen sciendum, quòd iudicium Dei humana non potest scire fragilitas, nec de pœnarum magnitudine, vel mensura ferre sententiam: quod domini arbitrio derelictum est.

Pœnarum infernaliū magnitudinem humana fragilitas scire non potest.

a *Et erubescet.* Vnde creatura ingemiscit & parturit, cernens homines, scilicet qui suo fruebantur lumine, nihil dignum

Rom.8.d.

a ¶ Non lucem amittendo: sed in comparatione veræ lucis, quæ Christus est, tanquam nihil lucendo.

a buntur. [1] Et erubescet Luna & confundetur [1]

a ¶ Peracto iudicio, ablatis impiis, ne videant gloriam Dei.

Sol, cùm regnauerit dominus exercituum [2]

¶ Cælesti.

in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspe- [3] [4]

a ¶ Cani hominis sapientia est. ¶ Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum. ¶ Ea gloria quam videbunt soli filij Dei.

b ctu senum suorum, fuerit glorificatus.

Dei bonitate fecisse, *qui solem suum oriri facit, &c.* Quomodo si dispensator veniente domino cernat familiam variis subiici cruciatibus: Vnde, *Sol obscurabitur, & luna non dabit lucem suam.* D

Matth.5.g. Matth.24.c.

b *Senum.* Qui imitantur vetustum dierum, quales presbyteros iubetur Moyses eligere, qualis fuit Abraham mortuus in senectute bona.

Exod.18.c. Gen.25.a.

.NICOLAVS DE LIRA.

☞ *cut Luc. 1. f.* Visitauit & fecit redemptionem plebis suæ: *Et hoc modo dicitur hic eam accepisse Origenes, dicens, quòd post magnum circulum annorum saluabuntur damnati, & dæmones; quod est contra dictum saluatoris allegatum, Matth. 25. d.* Ite maledicti in ignem æternum, &c. *Alio modo accipitur visitatio Dei in malum pœnæ, sicut infr. 27. g.* Visitabit dominus in gladio suo duro, &c. *Et hoc modo accipitur hic secundum doctores Catholicos. Et est sensus:* Post multos dies visitabuntur; *Id est, post quodcúque tempus datum in pœna detinebuntur. Sciendum tamen, quòd sic in Hebræo habetur,* de diebus multis, *vel* à diebus multis visitabuntur, *id est, pro peccatis diebus multis perpetratis punientur, s. pro peccatis perpetratis à principio mundi.*

Error Origenis dicentis post multa sæcula saluandos dæmones & damnatos.

Consequenter ponitur secundum de gloria bonorum, cùm dicitur,

1 Et erubescet luna. *Non quia tunc lumen eorum minuetur, sed magis augmentabitur, vt habetur infr. 30. f.* Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter: *Sed dicuntur hic erubescere metaphoricè, quia lumen eorum quasi nullum erit respectu luminis patriæ, secundum quod dicitur Apo. 21. g.* Ciuitas non eget sole neque luna, vt luceat in ea, sed claritas Dei illuminabit illam, & lucerna eius est agnus.

Quomodo luna dicatur erubescere.

2 Cùm regnauerit dominus exercituum, *Id est, angelorum.*

3 In monte, *Scilicet cælesti, de qua dicitur Gal. 4. d.* Illa quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra.

4 Et in conspectu senum suorum, *Scilicet, Patriarcharum, Prophetarum, & aliorum sanctorum,* fuerit glorificatus.

ADDITIO.

B *In cap. 24. vbi dicitur in postill. ideo subditur:* A finibus terræ laudes, Scilicet diuinas, *&c.*

Hoc quod dicitur: A finibus terræ laudes audiuimus, &c. *Sequendo expositionem postillæ, quæ est vera, potest referri ad hoc quod dixerat paulo ante, quia hæc* erunt in medio terræ.

Pro quo sciendum, quod hic Propheta dolet de hoc, quòd pauci de gente sua. s. Israel adhæserunt doctrinæ Christi: cùm tamen in medio eorum Christus conuersatus; & illi qui longe erant. s. in insulis & extremis terræ in magna copia ipsi Christo adhæserunt. Vnde cùm dixisset suprà : quia hæc erunt in medio terræ. *s. Ierusalem, quæ vt dicitur in glo. est vmbilicus terræ, à qua pauci exclusi sunt. s. Apostoli, de quibus dicit hic,* leuabunt vocem suam, &c. *Per quorum doctrinam glorificatus est Deus etiam in insulis maris. s. in remotis. Nunc autem subdit:* A finibus terræ laudes audiuimus gloriam iusti, *q. d. admirando, in medio terræ, vbi salus fuit celebrata, (Iuxta illud Psal.* Operatus es salutem in medio terræ,) *non fuerunt nisi pauci inuenti, sicut racemi finita vindemia: & tamen à finibus terræ, i. ab extremis,* laudes audiuimus gloriam iusti. *s. Christi. Et quia hoc contigerat eo quòd propter peccata illius populi secretum Christi à sæculis non cognouerant, ideo subdit,* Secretum meum mihi; *Et est sensus,* secretum *scilicet mysterium Christi,* meū, *s. quod prophetizo,* mihi. *i. non eis profuit, sed mihi:* iuxta illud quod habetur *supr. 6. cap.* Excæca cor populi huius; *Et duplicat ista verba. s.* secretum meum mihi, *quia non solum verbis, sed etiam rerum figuris huiusmodi secretum prophetauerat: Et sequitur:* Væ mihi, *ex compassione gentis suæ, vt dictum est. Cætera exponantur, prout in postilla.*

Ierusalem vmbilicus terræ.

E Psal.73.c.

Pauci de Iudæis Christo adhæserunt multi de gentibus.

CAP. XXV.

a Domine Deus, *&c.* † Procopivs. Absoluta disputatione de vniuerso piorū & impiorū iudicio, cuius finem Christi regnum secutum est, in his Deum laudare & glorificare Prophetes aggreditur. C

b *Cogitationes anti.* † Idem. Huius consilij antiquitatem Christus meminit, cùm dixit, *Possidete regnum quod vobis paratum est, à constitutione mundi.* Et Paulus, *Sicut elegit nos in ipso mundi constitutione, vt sancti & immaculati in conspectu eius essemus in charitate.* Quod si eos sequaris, qui ad Christi aduetum ista retulerunt, consilij antiquitatem expressit Simeon, dicens: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum.* Et Zacharias, *Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui: Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt prophetarum eius.*

Cogitationes antiquæ. Matth.25. Ephes.1. Luc.2. Luc.1.

c *Amen.*

CAP. XXV.

a ¶ Hæc Isaias de die Iudicij, vel de passione domini gratias agens patri. ¶ Ergo.

a Dominē Deus meus es [1]

a ¶ Prædicando magnitudinem tuam. b ¶ Gratias agā. [2]

tu, exaltābo te, & confitebor nomini tuo, quo- [3] [4] [5]

a ¶ Retribuendo vnicuique secundum opera sua. [6]

niam fecisti mirābilia, &

a ¶ Quos prædestinauit, hos & magnificabit. b ¶ Ab æterno.
c ¶ Veritate impletas, quando dicetur: Venite benedicti, &c. d ¶ Hoc est, est.
e ¶ Causa quare confiteatur, & quæ sint mirabilia, & cogitationes antiquæ.

b c cogitationes antiquas fidēles āmen. [1] Quia [7] [8]

a ¶ Ierusalem. b ¶ Ruinæ. c ¶ Id est.

posuisti ciuitātem in tumulum, vrbēm fortem [9]

a ¶ Humiliasti.
b ¶ Iudæorum. ¶ Filij alieni mentiti sunt mihi. Et alibi, Vos ex patre diabolo estis.

d e in ruinam, dōmum aliēnorum vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur. [10]

c *Amen.* Hieron. Hebræum, quo sæpe dominus vtitur in Euangelio: *Amen amen. i. verè verè dico vobis.*

F † Procopivs. Horum bonorum euetum, quia quàm celerrimè intueri cupit, *fiat domine*, deprecatur. Precatur autem eorum nomine, qui beatitudine potiti sunt, de reliquis qui in mortali vita ante præterierunt, *Posuisti ciuitates in tumulum*, adiiciens: vt eum etiā ideo laudaret, quod impias atheorum hominum ciuitates euertit, mala eorum opera fortasse, ipsasq; aduersarias potestates, vrbium appellatione significans, quas murum & vrbem sæpe vocauit, propter robur.

d *Ciuitas.* Euersa à Nabuchodonosor, restituta est à Neemia, & à Iesu summo sacerdote. Euersa à Romanis, restituta est ab Ælio Adriano: sed non in eodem loco, nec in statum pristinum.

Quoties euersa & quoties restituta sit Ierusalem?

e *Et in sempiternum.* Hier. Vt mille annorum regnum & aureæ Ierusalem & gemmatæ fabula quiescat. ☞ Et

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XXV.

Diuisio.

Domine Deus. *Hic consequenter insurgit propheta ad Dei præconium ex visione prædicta: & primò ponitur Prophetæ præconium; secundo cælestium ciuium, ibi,* Super hoc laudabit. *Circa primum dicit propheta:*

1 Domine, *Ratione generalis gubernationis.*

2 Deus, *Ratione creationis.*

3 Meus, *Ratione specialis illuminationis.*

4 Es tu, *& non alius.*

5 Exaltabo, &c. *Collaudando te assiduè.*

6 Quoniam fecisti mira. *In damnatione malorum & glorificatione iustorum.*

7 Cogitationes antiquas, *Quia ista disposuisti ab æterno.*

8 Fideles. *Quia vniuersæ viæ domini misericordia & veritas.*

9 Quia posuisti ciuit. in tumul. &c. *Quod exponunt aliqui doctores nostri de destructione Ierusalem facta per Titum & Vespasianum. Sed huic dicto obuiat quod sequitur.*

10 Vt non sit ciuitas, &c. *Ierusalem autem reædificata est post illam destructionem; sed ad hoc respondent quòd est alia penitus ciuitas &*

MORALITER.

1 *Domine Deus meus, &c.* In principio huius capituli secundum sensum literalem ponitur gratiarum actio Prophetæ de sibi facta diuinitus reuelatione, sicut Dan. 2. ponitur gratiarum actio de visione Nabuchodonosor reuelata Danieli. Et in hoc Moraliter docemur, quòd de omni cognitione veri, maxime circa diuina debemus Deo regratiari.

De omni cognitione veri debemus Deo regratiari.

† Super

a Et faciet dominus. † PROCOPIVS. Ne de se ista vsurpari putarent Iudæi, gratiam, quæ in cæteras gentes diffusa est, his verbis adiicit, *Et faciet, &c.* & bibent veræ vitis vinũ illud, quod se non prius bibiturum affirmauit Christus, donec nouum cum apostolis in cælo sumeret. (Matth. 26.d) Qui ad incarnationem Christi ista referunt, per montem, ecclesiam designatã dicunt, (Ecclesia.) quæ & specula & pacis visio propter dogmatum altitudinem, animarumque quietem vocatur. Per vinum autem & vnguentum mysticam vnctionem, & salutarem sanguinem.

† EVSEB. l. 1. de demon. c. 10. Huiusmodi erãt Isaiæ mirabilia, quæ bonæ cuiusdam fragrantiæ, vnguentiq; vnctionem, non Israel sed omnibus gentibus promittebant: ex quo non immeritò propter vnguẽti vnctionem, Christianorum appellationem consecuta sunt. Sed vini quoque lętitiam gentibus vaticinatur, (Prædicitur Eucharist.) in eo mysterium noui testamẽti, quod à Christo conditum est subobscurè significans, quod sane apud omnes gẽtes in pręsenti tempore perspicuè celebratur. (* Apoc. 7.d. & 21.a.)

a Destructa Ierusalem. Hac vindicta. b Gentium. c In passionibus pro nomine Christi. d Ecclesia. e Gentilium.

[3] Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum

a Principium sapientiæ timor domini, &c. Videns vltionem in Iudæos. Illis blasphemantibus. b Christo. Hier. Vt in Zacharia. Hebraicè Hebion. i. est pauper super pullum asinæ sedet, s. Christus. c Id est, Christo, qui dixit: Vulpes foueas habent, &c. Beatus qui intelligit super egenum & paupe.

timebit te. [4] Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tri-

a Passionis. Patibuli. b Iudaici impetus. c Protectio. Quando dixit: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. d Mortis, vt non deficeret & die tertia resurgeret.

bulatione sua, spes à turbine, vmbraculum ab æstu. Spiritus enim

a Iudæorum. b Insaniens. c Non subuertens. d Iesum in passione immobilem. e Deficiunt patientes.

robustorum quasi turbo impellens parietem. [5] Sicut æstus in siti, tu-

a Alias, tus. b Iudæorum. a Moriuntur vites.

multum alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torrente

a Opinione sua. b Sagittæ paruulorum factæ sunt pl. eorum. c Redit ad diem iudicij. In die iudicij. d Post passionem domini.

propaginem fortium marcescere facies. [6] Et faciet dominus exerci-

a Non Iudæis tantum. b Electis ex omni populo. c Sion. In ecclesia cælesti, vel vt aiunt super montem Sion sedens, vt prædictum est, iudicabit. d Omnimodam beatitudinem, vnde, Satiabor cum ap. glo. tua. Et alibi: Torrente voluptatis tuæ po. eos.

tuum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conui-

a Holocausta medullata & vi. vindemiæ defecatæ. Purissimæ sine fece.

uium vindemiæ pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ. [7] Et

a Antichristum secundum quosdam. b Mortis, vel peccati vel diaboli, hoc enim vinculum primum omnibus colligatum erat à primo parente. c Absorpta est mors in victoria tua.

præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes po-

a Ab initio. Dominus iuste iudicans, vel diabolus. b Graue iugum super filios Adæ. c In die iudicij.

pulos, & telam quam orditus est super vniuersas nationes, [8] præcipita-

a Dissolutionem animæ & corporis omnino tam bonorum quam malorum. Vt amplius non sit dissolutio animæ & corporis. b Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Et illud, Absterget Deus omnem lachr.

bit mortem in sempiternum.* Et auferet dominus Deus lachrymam

Sanctorum. Seruitutem diaboli. Sanctorum.

ab omni facie & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra,

Et

NICOLAVS DE LIRA.

& in alio situ. Quod arguitur ex hoc, quod Christus passus fuit extra Ierusalem, vt habetur Ioan. 19. *& Heb.* 13. *Loca autem, vbi passus fuit, & sepultus, sunt clausa intra Ierusalem, quæ nunc est. Sed hoc non videtur valere, quia historiographi dicunt Ierusalem, quæ nunc est, esse in eodem situ cum præcedenti: hoc excepto, quod à parte Aquilonari murus fuit dilatatus ad includendum loca prædicta; & ideo nomine huius ciuitatis intelliguntur omnes ciuitates mundi, accipiendo singulare pro plurali, quæ omnes destruentur in fine mundi, sicut dictum est cap. præcedenti. Propheta enim in hoc ca. gratias agit de visione sibi facta, prout continetur præcedenti cap. & ad talem destructionem non sequetur alia reædificatio.* (Ierusalem an in eodẽ loco nũc sit in quo olim steterat.)

(Diuisio.) 1 Super. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio cælestium ciuium: & primò de sua promotione; secundo, de dæmonum depressione cap. 27. Prima in duas, quia primò gratiarum actio de beneficiis collatis in terra, secundo de collatis in cælesti patria ca. se. Circa primum ponitur gratiarum actio de quadruplici beneficio: scilicet de duplici euasione mali, & de duplici consecutione boni. Et secundum hoc pars ista in quatuor diuiditur, & patebunt partes prosequendo. Primum malum est persecutio tyrannorum huius mundi, à qua sunt penitus liberati: & hoc est quod dicitur hic,* Super hoc laud. te. pop. for. *i. cælestis qui non potest amplius à suo statu deiici.*

2 Ciuitas gen. ro. *id est, ciuium cælestium. Et est replicatio eiusdem sententiæ ad maiorem affirmationem.*

3 Timebit te. *s. timore filialis reuerentiæ, qui timor remanebit in patria, secundum illud Psal. 18. c.* Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi. *Et huius laudis & reuerentiæ subditur ratio cùm dicitur:*

4 Quia factus es fortitu. paup. *Præstans ei patientiam contra tyrannos pauperes spoliantes.*

5 Fortitudo egeno, *Quia conculcabatur à diuitibus in præsenti vita.*

6 Spes à turbine, *superborum rabie.*

7 Vmbraculum ab æstu, *Cupiditatis iniquorum: vnde subditur, quasi expositione præcedentium.*

8 Spiritus enim robustorum, &c. *Id est, tyrannorum potentium.*

9 Quasi tur. &c. *Quia impellunt iustos & innocentes per tyrannidem.*

10 Sicut æstus in siti. *Sicut enim homo sitiens ab æstu aggrauatur, sic pauperes per tyrannidem iniquorum; quæ tamen à Deo destruetur; ideo subditur:*

11 Et quasi calore, &c. propa. fortium. *i. tyrannorum.*

12 Marcescere facies, *i. deficere faciet. Nubes enim multum calefacta sub sole immittit calorem inferius super terræ nascentia, ex quo aliquando subito marcescunt & desiccantur: sic virtus diuina aliquando repente destruit potentiam iniquorum.* (Deus repẽte destruit potentiam iniquorum.)

13 Et faciet. *Hæc est secunda pars, in qua ponitur consecutio primi boni, quod respicit refectionem animæ in sacramento Eucharistiæ: quod instituit dominus in cœna imminente sua passione; & quantum ad hoc dicit propheta,* Et faci. dom. exer. *Id est, Christus rex angelorum.* (Secunda pars.)

14 Omnibus populis. *i. Electis suis, qui assumuntur ex omnibus populis.*

15 In monte. *i. in monte Sion, vbi dicitur dominus fecisse cœnám discipulis suis.*

16 Conuiuium pinguiũ. *id est conuiuium excellentissimum, habens in se omne spirituale delectamentum, quod designatur per delectabilia corporalia hic expressa. Tunc enim dedit discipulis suis corpus suum in cibum, & sanguinem in potum, & hoc sacramentum est animæ maxime refectiuum; & per apostolos suos & discipulos fecit, & facit hoc conuiuium ministrari omnibus Christianis per orbẽ diffusis. Aliqui autem exponunt istud conuiuium de conuiuio à Iudæis facto pro gaudio de interfectione Holofernis: sed hoc non videtur benè dictum. Tum quia illa historia non est de canone, nec apud Hebræos habetur; Tum quia ista expositio non se habet consequenter ad præcedentia; & ideo melius exponitur primo modo sequendo Alexandram.* (Sacrum cõuiuium corporis & sanguinis Domini.) (Reiicitur aliquorum expositio de conuiuio de quo hic vers. 8.)

17 Et præcipitabit. *Hæc est tertia pars in qua ponitur euasio secundi mali, scilicet persecutionis Antichristi, quæ grauior erit omnibus præcedentibus, cum dicitur:* Et præcipitabit in mõte isto, &c. *Id est, in monte Sion in quo fuit templum, vbi statuet Antichristus sedem suam secundum quod dicitur 2. ad Thess. 2. b. de Antichristo, quòd* extolletur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, *& Christus eum ibi interficiet: vnde ibidem subdit apostolus, quòd* dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui. *Secundum alios verò hoc erit in monte Oliueti; in illo loco, vbi dominus ascendit in cælum, & istud communius tenetur.* (Tertia pars.) (Vbi interficiendus sit Antichristus?)

18 Faciem vinculi, &c. *Id est, faciem Antichristi, qui erit quasi quoddam vinculum constringens omnes populos sub sua potestate.*

19 Et telam quam orditus est, *id est, processum suum & intentionem.*

20 Præcipitabit. *Hæc est quarta pars, in qua ponitur consecutio secundi boni, scilicet incorruptio corporis: Et diuiditur in duas partes; quia primo propheta describit consecutionem huius boni secundi; Secundò redit ad describendum deiectionem Antichristi, ibi,* Et triturabitur: *Circa primum dicit:* Præcipitabit, &c. *Quia in iudicio omnes resurgent ad vitam immortalem; ista tamen immortalitas corporis erit in augmentum pœnæ damnatorum, sicut erit in augmentum gloriæ beatorum.* (Diuisio.)

21 Et auferet dominus Deus lachrymam, *quod partim habet veritatem in reprobis, sicut & in electis. Tunc enim cessabit omnis generatio & corruptio: & ideo non erit resolutio lachrymarum à cerebro, nec defluxus earum per oculos; tamen in eis erit turbatio cerebri, & dolor capitis, & tristitia mentis, & consimilia, quæ possunt esse absque corruptione, secundum istum intellectum dicitur Matth. 13. g.* Ibi erit fletus & stridor dentium. *Sed in electis non erunt lachrymæ corporales, seu mentales, nec dolor aliquis in corpore seu mente: sed plena delectatio vtrorumque. Ideo subditur,* (Vtrum lachrymas in futura vita emissuri sint vel beati vel damnati?)

22 Et opprobrium populi sui, *i. electorum, quoniam frequenter opprobria sustinent in præsenti vita.*

23 Auferet de vniuersa terra. *Conferendo eis honorem cælestem.*

Et

MORALITER.

1 *Super.* Istud literaliter exposui de sanctis laudantibus Deum de euasione duplicis mali. s. persecutionis tyrannorũ præteritæ, & persecutionis Antichristi futuræ: Et de duplicis boni collatione. s. sacramenti Eucharistiæ de præterito, & immortalitatis gloriæ de futuro. Et sic sensus literalis, est etiam spiritualis, nec occurrit mihi aliud addendum, nisi quod per hoc docemur Deo gratias agere de cuiuslibet mali euasione, & cuiuslibet boni consecutione. (Item de cuiuslibet mali euasione & boni cõsecutione.)

a Et dicent in die illa, &c.
A † THEODORETVS. Saluati per Christum cum videant sperata bona post hanc vitam, hoc cantico Saluatori gratias agunt: Hic inquiunt, laborum fructus, lætitia sempiterna, beatitas, & voluptas nullo clausa fine:
B † IRENÆVS l.4.c.22. Sicut adueniente perfecto, non alterum patrē videbimus, sed hunc quē nunc videre cōcupiscimus: *Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*: ita neque alium Christum, & Dei filiū, sed hunc qui ex Maria natus est, vt ait Isaias, *Ecce dominus Deus noster.*
C b Et triturabitur Moab, &c. HIER. l. 8. Licet generaliter de consummatione mundi loqueretur, ne tamē præsentia omnino negligere videretur, nominat Moab inimicum Israel: qui fecit eū fornicari cum Madianitis, & consecrari Beelphegor, qui interpretatur Priapus. Cōtra quem Ieremias loquens, ait: *Egredietur Chamos in captiuitatem, sacerdotes eius & principes illius simul.* Iere. 48. b. Et iterum: *Confundetur Moab in Chamos.* Ex vno idolo & dæmone qui ei præsidebat, indicat omnes contrarias fortitudines humiliandas, & in infernum deducendas, & ad instar pulueris conterendas. Moab filius Loth, à quo Moabitæ, qui semper filiis Israel infesti fuerunt: & Balach rex eorum consilio Balaam filios Israel allexit in peccatum. Per Moab igitur rectè intelligimus diabolum, filiis Dei semper aduersarium.
D Ibidem c. Idololatria destruenda & dæmon illius auctor.
c *Palea in plaustro.* IBID. Ferratis plaustris teruntur paleæ, vt eas facilius animalia & pascant & ruminent.
E
F d *Et munimenta.* † PROCOPIVS. Discas porrò ab vno, qualia dæmones ipsi etiam, qui reliquas gentes in fraudem deduxerunt, passuri sunt. Id enim colligendum relinqui propheta nobis voluit. At illis deletis regnabit in suis Christus, in cælesti illa Ierusalem, quam Iudææ nomine appellabit sequenti capite, vrbis amplitudinem innuens.

(a Ero mors tua ô mors. b Absorpta morte liberati. c Tremenda.)
quia dominus locutus est. [1] Et dicent in die illa:
(a Quem incredibili hominem tantum putauerunt. b Est. c Patiendo, vnde: Expecta dominum & viriliter age, & con. &c. Verbis eius credidimus.)
[2] Ecce Deus noster iste, [3] expectauimus eum & [4]
(a Promissa complendo. Est. b Ergo.)
saluabit nos. [5] Iste dominus, [6] sustinuimus eum, & [7]
(a Corpore. De faucibus mortis erepti. b Mente. c Saluatione.)
exultabimus & [8] lætabimur [9] in salutari eius:
(a Potentia diuinitatis, quæ ante in membris suis laborabat. b Sion. Ecclesia.)
[10] quia requiescet manus domini [11] in mōte isto.
(a De diabolo & principibus eius. Comminuitur amissa potentia. b De patre. Diabolus. c Christo.)
[12] Et triturabitur [13] Moab sub eo, sicut teruntur
(a Ritu palestinæ. b Sicut solent qui labuntur.)
paleæ in plaustro. [14] Et extendet [15] manus suas
(Domino. Totum corpus.)
sub eo, sicut extendit natans ad natandum: [16]
(Dominus. Diaboli. Operum potentiæ.)
& humiliabit [17] gloriam eius [18] cum allisione manuum eius.
(a Satellites. b Imitatorum, quibus quasi muro cingitur.)
[19] Et munimenta sublimium murorum tuorum
(a O principes dæmonum. In baratrum.)
[20] concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram vsque ad puluerem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dicent in die illa, *s. iudicij, quando videbunt Christum in forma gloriosa, & dicentem eis*: Venite benedicti patris mei, &c. Matth. 25.
2 Ecce Deus noster, *Visibilis in demonstrata humanitate.*
3 Expectauimus eum, *Per verum spem.*
4 Et saluabit nos, *Sicut promisit.*
5 Iste Dominus, *Scilicet omnium.*
6 Sustinuimus eum, *i. patienter sustinuimus aduersa propter ipsum.*
7 Exultabimus, *Gaudio exterius, quia exultatio dicitur quasi extra saltatio.*
8 Et lætabimur, *Interius.*
9 In salutari eius, *i. in salute æterna nobis ab eo concessa.*
10 Quia requiescet manus domini, *Id est, potestas eius.*
11 In monte isto. *Id est, in monte Sion, quia imminet valli Iosaphat, vbi tenebitur finale iudicium, vt habetur Iohelis 3. Et tunc requiescet ibi Christi potestas, qua damnati detrudentur in infernum, & electi in anima & corpore transferentur ad cœlum.* (Vbi tenebitur finale iudicium.)
12 Et triturabitur. *Hic redit propheta ad describendum deiectionem Antichristi, quam supra tetigerat in breui. Dicit igitur:* Et tri. Moab, *Id est, antichristus; Nec mirandum si sic nominatur, quia propheta (& maximè Isaias) frequenter metaphoricè loquuntur. Antichristus verò erit totaliter à dæmone obsessus, & opera eius fient virtute dæmonis: & ideo nominatur* Moab, *qui interpretatur, ex patre, quia erit filius perditionis, vt dicit Apostolus, 2. ad Thess. 2. & sic erit ex diabolo, sicut ex patre, eo modo loquendi, quo saluator dixit Iudæis, Ioan. 8. f.* Vos ex patre diabolo estis. (Antichristus ex diabolo.)
13 Sicut teruntur paleæ. *Quia virtus eius totaliter annihilabitur.*
14 Et extendet, *Scilicet, Antichristus,*
15 Manus suas. *Per hoc enim intelligitur, quod valide à Christo percutietur, sicut aliquando inter homines alicui dicitur: Ego percutiam te ita valide, quod extenderis ad modum natantis ranæ. Propheta enim frequenter vtuntur communi modo loquendi.*
16 Et humiliabit, *Scilicet, Christus,* (Deiiciendus per Christum.)
17 Gloriam eius, *Scilicet, Antichristi, qui se ostendet tanquam sit Deus, præ nimia superbia, vt dicitur 2. ad Thessal. 2. b.*
18 Cum allisione manuum, *Id est, ministrorum eius:*
19 Et munimenta sublimi. muro. tuorum. *O Antichriste,*
20 Concident, &c. *Quia omnia, per quæ credebat stabiliri in potestate sua, deficient. Cætera patent.*

ADDITIO.

In ca. 25. vbi dicitur in postil. Quia posuisti ciuitatem in tumulum.

(Illud: *Posuisti ciuit. in tumul.* posse de destructione Ierusalē per Romanos intelligi.)
Hoc quod dicitur, Quia posuisti ciuitatem in tumulum, *propriè potest intelligi de destructione Ierusalem per Romanos, prout doctores nostri exponunt; Nec obstat quod obiicit postillator, dicens quod Ierusalem postea fuit readificata ab Adriano; quia hoc non fuit in statum pristinum, scilicet, vt ibi fieret cultus Dei, prout in veteri testamento, ad quem cultum templum in illa ciuitate constructum fuit & ordinatum, vt habetur 3. Reg. 8. Vnde secundum philosophum vnumquodque est secundum illud, quod est principale in eo. Et secundum hanc expositionem hoc quod sequitur,* Super hoc laudabit te populus fortis & ciuitas gentium robustarum timebit te, *propriè intelligitur de ecclesia militante: quæ est fortis, propter tolerantiam martyriorum pro nomine Christi; quæ quidem fortitudo non ita fuit inuenta in populo veteris testamenti; Quæ quidem expositio videtur magis consona literæ. Cætera autem exponentur prout in postilla correspondent prædictis.* (Ecclesiam militantem rectè dici *ciuitatem gentium robust.*)

CAP. XXVI.

a IN die illa, &c. HIER. Hoc ad præsentem ecclesiam potest referri, & ad diem iudicij. Nunc ecclesia cāticum nouum cantat a Christi natiuitatem, passionē, resurrectionem, ascensionem. Vetus namque est antiquū hominem ad inferna descendere: nouum, ad cælum ascendere.

C A P. XXVI.

(a Hier. Cum Moab fuerit humiliatus. b Nouum. c Hier. Quia non potest cantari canticum domini in terra aliena.)
[1] IN die illa [2] cantabitur canticum istud [3] in terra

a Vrbs

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXVI.

IN die illa. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio de beneficiis collatis in cælo: Et primo ostenditur propositum; secundo concluditur duplex correlarium, ibi,* Morientes. *Prima in duas, quia primo ponitur apertio ianuæ electis: secundo, eiusdem clausio reprobis, ibi,* Cum feceris iudicia. *Prima in duas, quia primo ponitur apertio beatitudinis; secundo, ratio huius apertionis, ibi,* Semita iusti. *Circa primum dicitur,* (Diuisio.)
1 In die illa, *scilicet peracto iudicio,*
2 Cantabitur canticum istud, *ab electis,*
3 In terra Iuda. *quæ interpretatur confessio, id est, in terra viuentium, vbi est iugis confessio diuinæ laudis, secundum illud Ps. 83. a.* Beati qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te, *Et ideo in terra Iuda secundum sensum literalem hic metaphoricè accipitur; & sequitur forma cantici, cum dicitur.*

Vrbs

MORALITER.

1 *In die illa.* In hoc capitulo iuxta literalem sensum describitur gratiarum actio sanctorum, & eorum exultatio de Dei beneficiis in cælo receptis, quæ sunt admissio eorum ad gloriam, & exclusio reproborum ab ea: quia sicut sancti lætantur de propria gloria, sic etiam lætantur de diuina iustitia in reproborum pœna. Psal. 57. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam*: & sic sensui literali non videtur addendum, nisi quod per ipsum debemus excitari ad imitandum vitam sanctorum, vt cum ipsis possimus ad gloriam admitti, & multorum vitam deuitare, ne socij simus suæ pœnæ. (Vt sanctorum vitam imitemur.)

a *Vrbs for.* Vox iustorum, & nunc, & in futuro.

† PROCOPIVS. Est autem canticum eiusmodi, Ecce ciuitas munita, Salutare nostrum. Neque enim munita inferior ista in terris, vi capta sæpius, & expugnata: sed superior illa, & munita, & Salutare, (quod Iesus vocabulo apud Hebræos significatur,) dici queat. Est enim ipse beatorum saluator, ciuitas, murus, & circummurale. Cuius portarũ appellationem, mansionum ibidẽ existentium aditus nos decet intelligere, quod non Iudæis, non Israeli, vel quibuslibet aliis simpliciter, sed iis tantum, qui iustitiam, veritatem & pacem colunt, aperiri iubet.

De patria cælesti & quibus illa pateat?

b *Aperite portas.* HIER. l. 8. Hoc canticũ repẽte mutat personas.

Psal. 117. c.

c *Portas.* IBID. iustitiæ, Vnde: *Aperite mi portas iustitiæ.* Portæ vitæ & iustitiæ, fides, charitas, humilitas & cæteræ virtutes: Et portæ mortis, iniquitas, infidelitas, & cætera vitia. Qui liberatur de portis mortis, potest ingredi portas vitæ: qui has non fuerit ingressus, non inueniet vnam portam, de qua, *Hæc porta domini, iusti intrabunt in eam.* Per plures margaritas, ad vnam margaritam venitur: & per multas portas ad eum qui dicit, *Nemo venit ad patrem, nisi per me.*

Portæ cæli & Portæ inferi.

Psal. 117. c.

Ioan. 14. a.

d *Pacem.* HIER. IBID. Repetitio confirmatio est. Hanc habet ille de quo dicitur, *Homo homo filiorum Israel.* Et alibi: *Vir vir cuius vxor cubile maculauerit*, vt duplex homo & duplex vir pacem consequatur duplicem.

Ezech. 14. a. Nu. 5. b.

e *Conculcabit eam pes, &cæt.* Quia *Omnis qui se exaltat humiliabitur.* Etiã ad contrarias fortitudines hæc referre possumus.

Luc. 1.

f *Egenorum.* HIER. Apostolorum, quos expulerunt Iudæi de finibus suis, qui domini imitantes paupertatem priuilegium virtutis eius consecuti sunt.

†† *Semita iusti recta.* HIERON. Adhuc de Christo loquitur propheta: cuius *iusti semita recta est*, siue vt robur (vt verbum nouum fingam) rectitudines, quas Græci vocant ἀθύτητας, & nos æquitates Latinius possumus appellare, dicunturq; Hebraicè מישרים meścharim. In vna igitur Christi semita omnes iustitiæ reperiuntur, & propterea eam suo calcauit & triuit pede, vt quicumque per eam voluerit ambulare, cursu ambulet inoffenso.

Semita iusti id est Christi.

g *Anima mea desiderauit, &c.* IBID. Nõ caro. vnde, *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Caro concupiscit aduersus spiritum.*

Psal. 41. a. Gal. 5. c.

† GREGORIVS lib. 23. moral. c. 21. Anima mea, &c. quasi dicat, In hac obscuritate vitæ præsentis videre te appeto, sed adhuc infirmitatis nubilo circumscribor. Nox quippe est vita præsens, in qua quãdiu sumus, per hoc quod interna conspicimus, sub incerta imaginatione caligamus.

a Mi-

---

a ¶ Confessionis. ¶ Protectio. ¶ Hoc est canticum. ¶ Sanctorum Christi. b ¶ O. c ¶ Christus. ¶ Est.

1 Iuda. Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator

a ¶ A Christo. b ¶ Operatio. ¶ Fides. ¶ Non sufficit fides, nisi bonis operibus consummetur. ¶ De viuis lapidibus. c ¶ Prophetæ. d ¶ Deus ad angelos.

2 ponetur in ea murus & antemurale. 3 Aperite

a ¶ Opera virtutum. b ¶ Electi. Non Iudæus quia reus. c ¶ Omnes viæ tuæ veritas. ¶ Euangelium.

4 portas, & ingredietur gens iusta, custodiens ve-

a ¶ Responsio populi. ¶ Cultus idolorum. b ¶ Nobis. c ¶ Ideo. d ¶ Quietem animæ & corporis. e ¶ Pacem relin. vo. pa. me. do vob.

5 6 ritatem. 3 Vetus error abiit, seruabis pacem, pa-

a ¶ Ecce meritum. ¶ In te domine speraui, non confundar in æternum. b ¶ Propheta.

7 8 cem quia in te sperauimus. 4 Sperastis in domi-

a ¶ Qui scilicet, retributor est æternus. b ¶ Semper. c ¶ Et merito. d ¶ Sperantes. ¶ Cuius auxilium in perpetuum. ¶ Qui perseuerauerit vsque in fi. sal. erit. ¶ Sperate.

9 10 no in sæculis æternis, in domino Deo forti in

a ¶ Iudæos, humiliabit aduersarios vestræ prædicationis. b ¶ Superbos. ¶ Qui se exaltat hum.

11 12 perpetuum. 5 Quia incuruabit habitãtes in ex-

a ¶ Romam secundum Iudæos: Ierusalem secundum nos, quæ occidit prophetas. b ¶ Sub Babyloniis prius. c ¶ Per Vespasianum & Titum post.

13 celso, ciuitatem sublimem humiliabit. Humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vs-

a ¶ Causa quare conculcetur. b ¶ Christi quem iniuste damnauerunt.

14 que ad puluerem. 6 Conculcauit eam pes, pes

a ¶ Ego sum pauper & dolens: sa. t. Deus, &c. b ¶ Qui excusserant puluerem super eam. c ¶ Propheta. ¶ Doctrina. ¶ Rectæ viæ domini, & iusti ambulant in eis. d ¶ Christi.

15 16 17 pauperis, gressus egenorum. 7 Semita iusti recta

¶ Idem.

18 est, rectus callis iusti ad ambulandum. 8 Et in se-

a ¶ Vox sanctorum in die iudicij. ¶ In Euangelio in quo omnia iudicia tam veteris, quam no. testa. b ¶ Patienter expectauimus.

19 20 21 mita iudiciorum tuorum domine sustinuimus te, nomen tuum & memoriale tuum in desi-

a ¶ Nostræ. b ¶ Propheta. ¶ Ergo.

22 derio animæ. 9 Anima mea desiderauit te in

¶ Lauabo per singulas noctes lectum meum. ¶ Tribulatione. Per diem sol non vret te, neque luna, &c. id est nec prosperis nec aduersis moueberis. ¶ Vel nocte vel die, id est omni opere.

23 nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vrbs forti. no. *id est ciuitas cælestis, cuius excellentia non potest verbis humanis exprimi, propter quod non nominatur hic: Quod enim in aliquibus libris ponitur hic* Sion, *additum fuit ab aliquo expositore secundum imaginationem, quia non est in Hebræo, nec in libris correctis.*

2 Saluator ponetur in ea, &c. *id est erit nobis pro omnimoda protectione.*

3 Aperite portas, & ingre. *de plano & liberè.*

4 Gens, *pro qua dabitur diuina sentẽtia,* Venite benedicti, &c. *loquendo de ingressu electorum generaliter in corpore & anima: tamen à tempore passionis Christi aperta fuit ianua, & ingreßi sunt electi quantum ad animas, & aliqui etiam quantum ad corpora, ex gratia speciali, vt pie creditur de beata virgine; & de beato Ioanne eius ministro, ab aliquibus.*

Porta seu ingressus cæli.

5 Custodiens veritatem, *vita & doctrina.*

6 Vetus error abiit. *quamdiu homines sunt in præsenti vita possunt errare, sed in beatis Deum clarè videntibus est impoßibile; Et quia non solum ibi est clara visio, sed etiam perfecta fruitio totaliter quietans appetitũ, ideo subditur:*

7 Seruabis pacem. *& est vox sanctorum ad Christum:* Et pacem *duplicatur propter quietem duplicis appetitus intellectiui, & sensitiui, per gloriam corporis, & animæ.*

8 Quia in te sperauimus, &c. *tanquam in redemptorem nostrum & glorificatorem.*

9 Sperastis in domino, *Vox est prophetæ alloquentis sanctos.*

10 In sæculis æternis, *id est, ad consequendum ab eo vitam æternam.*

11 In domino Deo, &c. *per cuius similitudinem reprobi tenebuntur in pœnam perpetuam; ideo subditur:*

12 Quia incuruab. habit. in exc. *id est, superbos dæmones, & etiam tyrannos, & potißimè Antichristum superbißimum, & sibi adhærentes.*

13 Ciuitatem sublimem, &c. *id est, ciuitates (accipiendo singulare pro plurali vt frequenter dictum est) in quibus abundat superbia & alia vitia.*

14 Conculcabit eam pes, *id est, pedes; & quorum sunt isti pedes subditur,*

15 Pes pau. *Sic est in Hebræo & in libris correctis. Et iste pauper est Christus, etiam secundum quod exponit hic Ra. Sa. adducens ad hoc pro concordia illud Zach. 9. b.* Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator ipse pauper, &c. *Sed reducit ad hoc primum Christi aduentum, in quo dicit orbem ei subiugandum. Sed in hoc falsum dicit, quia primus eius aduentus transiit in præteritum, & fuit in humilitate: secundus autem erit in potestate, de quo loquitur hic scriptura, cum dicitur,* Conculcabit, *s. Christi, qui in primo suo aduentu duxit vitam pauperem.*

Christum debuisse venire pauperem fatetur Ra. Sal.

16 Gressus egenorum, *i. Apostolorum, qui propter Christum omnia temporalia reliquerunt: propter quod ei in iudicio assessores erunt, secundum quod ipse dicit Matt. 19.* Ecce nos reliquimus omnia, &c. *Sequitur,* Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel: *Et sic superbi huius mundi, erunt pedibus eorum subiecti.*

17 Semita iusti. *Hic consequenter ponitur ratio apertionis ianuæ cælestis, quæ duplex: Prima & principalis, est meritum Christi, per quod aperta est generaliter, quantum est ex parte Dei, qui vult omnes homines saluos fieri; Secunda, est meritum electorum, quo aperitur electis se disponentibus ad ingressum, & non reprobis. Primum tangitur, cũ dicitur,* Semita iusti, *i. via Christi, quam tenuit & docuit; Et dicitur* semita, *propter altitudinem consiliorum; Dicitur autem Christus* iustus *absolutè quia per excellentiam, scilicet formaliter, & effectiuè, quia alios iustificat.*

Duplex ratio apertionis ianuæ cælestis.

18 Recta est, *distortionem nullam habens à rectitudine virtutis: omnes enim aliæ leges ab Euangelica permittunt aliqua mala, sicut manifestè patet de legibus humanis, quæ permittunt meretrices in ciuitatibus, & plura alia quæ non possunt corrigi lege humana, vt dicit Aug. Similiter de lege Mosaica, quæ permittit vsuras cum extraneis, & libellum repudij ex parua causa: sicut diffusius declaraui in principio Matth. Lex autem Euangelica nullam perfectionem virtutis omittit, nec aliquid illicitum permittit. Secundum autem tangitur cum dicitur in persona electorum.*

Perfectio legis Euangelicæ præ aliis legibus.

19 Et in semita iudi. &c. *id est, in via euangelica, te sequendo.*

20 Sustinuimus te. *i. propter te sustinuimus tribulationes & opprobria.*

21 Nomen tuum, *scilicet Iesus.*

21 Et memoriale tuum, *vnde dicit Ber. Iesus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde, ideo subditur in persona cuiuslibet iusti,*

22 Anima mea desi. te in nocte, *s. præsentis vitæ in qua videmus per speculum & in ænigmate. Desiderium enim propriè loquendo est rei non habitæ, sicut delectatio rei præsentis; & ideo electi in vita præsenti, propriè loquendo Deum desiderant, cui desiderio succedit fruitio.*

Desiderium & fruitio Dei.

23 De mane vigilabo ad te, *id est, à mane iuuentutis incipiam te quærere.* Cum feceris. *Descripta apertione ianuæ cælestis electis, hic consequenter describitur eiusdem clausio iniustis: Clauditur autem aliquibus iniustis simpliciter, aliquibus ad tempus: primo ergo ponitur primum, secundo secundum, ibi,* Domine dabis. *Circa primum sciendum, quod clauditur simpliciter, & ad*

Clausio portarum cæli.

a *Misereamur.* HIER. Dominus ad prophetam, An misereamur A impio, ita vt discat, scilicet clementiam meam, dum ipse saluatur? quasi, hoc melius est.

Psal. 129. a.

b *Et non discet iust. &c.* q. d. quomodo poterit nosse tuam iustitiam, expertus tuam clementiam?

c *Et non vide.* Dominus ad prophetam, quasi melius est, vt videat, & erubescat de malis suis: *Et non videbit.* q. d. ad pœnam sufficit quod non videbit me regnantem in cælo cum sanctis meis. LXX. *Auferetur impius, vt non videat claritatem Dei.*

† PROCOPIVS. Potest & istud in diabolum vecordesque Iudæos vsurpari. Cum enim his Deus minitetur, qui iustitiam non didicerunt, ea prophetæ, quæ ab incredulitate Iudæorum profecta est, in recordationem subit ignoratio. Dei siquidem filius, patris manus, qua cuncta effecta sunt, appellatus, B ideoque incarnatus, vt terræ incolas per fidem iustificaret, mirabilia operabatur: Sed præterquam quod non credebant, Samaritanum, Dæmoniacum, temulentum, fabrique filium, contumeliosè vocabant. Inde est, quod conuersa ad patrem oratione, eumdem sic alloquitur, *Domine excelsum brachium tuum, & nesciebant*: quia tanquam vulgarem aliquem hominem despiciebant, quem ab operibus cognoscere debuerant.

Iudæi Christum Dei filium non recipientes.

† AVGVSTIN. lib. contra sermonem Arianorum cap. 1. Formam namque Christi filij hominis, tunc ab eo iudicandi videbunt, C iuxta illud: *videbunt in quem confixerunt*, Dei formam in eodem ipso Christo, qua æqualis est patri, non videbunt, iuxta illud, *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.*

Damnati formā filij hominis nō Dei videbunt in iudicio.

d *Confundantur zelantes.* LXX. Zelus apprehendet populum ineruditum.

† PROCOPIVS. Erubescent rursum, cum in patris gloria venientem intuebuntur. Nunc autem, & tunc etiam gentes æmulabuntur, cum igni perpetuo tradentur: *Ipsi enim*, scribitur, *ad æmulationem me prouocauerunt in eo, quod non erat Deus, sed eos ipse in non gente prouocabo.*

Deut. 32.

a ¶ Prosperitate. b ¶ Deus Deus meus ad te de nocte vi. &c. ¶ Promerendum. d ¶ Propheta ad dominum. ¶ Non ante. c ¶ Vltiones. ¶ In die iudicij.

mane vigilabo ad te, cum feceris iudicia tua [1]

a ¶ Sola vexatio dat intellectum auditui. ¶ Iudæi. b ¶ Qui modo te putant iustum.

in terra, iustitiam discent omnes habitatores [2]

a ¶ Cuilibet, vel qui cultum Dei non habet. b ¶ Hier. Propheta. ¶ q. d. Nisi flagellaueris, non aget pœnitentiam. ¶ Ex persona humana impatientiæ.

a orbis.[10] Misereamur impio, & non discet iusti- [3] [4]

b a ¶ Cum dolore pronuntiandum. ¶ Apostolis & aliis, in quibus impij iniquè egerunt, & ideo sentient tuam iustitiam.

tiam facere. In terra sanctorum iniqua gessit, [5] [6]

a ¶ Filium cui pater dedit iudicium. b ¶ Propheta respondet. c ¶ In iudicio.

c & non videbit gloriam domini.[11] Domine exal- [7] [8]

a ¶ Potentia. b ¶ Gloriam Dei patris, nec ad pœnitendum hoc lumine fruantur. c ¶ Dominus ad prophetam: imo videant me exaltatum, & gloriam electorum meorum. ¶ Inuidentes mihi & meis.

tetur manus tua, & non videant: videant & [9] [10]

a ¶ Pœnitentiæ qui eos cruciet, qui talem dominum perdiderunt. ¶ Inuidiæ vel gehennæ.

d confundantur zelantes populi, & ignis hostes [11] [12] [13]

a ¶ Et sanctorum meorum. ¶ Ergo. ¶ Propheta congaudens. b ¶ Tunc. c ¶ Quæ exuperat omnem sensum, quæ post cuncta tribuenda est.

e tuos deuoret.[12] Domine dabis pacem nobis: o- [14] [15]

¶ Vel in no.

mnia enim opera nostra operatus es nobis: [16]

a ¶ Quia. ¶ Tu es. b ¶ Ex persona Iudæorum, qui post passionem domini ad fidem conuersi sunt. ¶ Idola vel dæmones eis assistentes.

f [13] Domine Deus noster, domini possederunt [17]

a ¶ Qui solus & verus Deus. b ¶ A Christo Christiani dicti.

g nos absque te: tantum in te recordemur no- [18]

a ¶ Propheta. ¶ In peccato. b ¶ In gloria nisi pœniteant. c ¶ De fortitudine superbientes.

h minis tui.[14] Morientes non viuant, gigantes [19] [20]

e *Domine dabis.* HIERON. l. 8. Notandum, quod postquam opera D nostra reddiderit nobis, pacem etiam daturus sit, & quod ideo postulent pacem, quia operatus sit in eis; Dicunt, se, scilicet tormenta, sustinuisse, vt post, misericordiam consequantur.

† PROCOPIVS. Postulat propheta à Deo, vt eis ipse secum pacem largiatur; Potest & istud ad se retulisse propheta videri, quasi inter multa Dei erga se beneficia, istud maximum profiteatur, si genti suæ pacem impetret; pacem rursus, & cum fortè appellauit, de quo legimus, *Ipse est pax nostra.*

Pacis bonū. Ephes. 2.

† CYRILL. l. 10. in Ioan. c. 7. Quoniam nihil per legem perfectum est, (Nam eius iustitia non potuit humanum genus ad pietatem reducere) idcirco, cum dixit Isaias, *Domine pacem da nobis*, spiritum sanctum nobis dari deprecatur, per quem E à seruitute peccati patri reconciliemur.

f *Domini possederunt.* HIERON. supr. Dæmones, quos in idolis coluimus. LXX. *Domine extra te nescimus alium*, Non absolutè *alium*, sed *extra te*: Pater enim in filio, & filius in patre.

† AVGVSTIN. in Ps. 78. LXX. *posside nos*; Vox est ecclesiæ, *Domine posside nos.* Hanc hereditatem non moriens pater filio reliquit, sed ipse filius sua morte mirabiliter acquisiuit, cum resurrectione possedit.

g *Tantum in te recorde.* HIER. F sup. Non aliud petimus, nisi vt post errores digni simus, qui nominis tui recordemur.

h *Morientes non viuant.* † PROCOPIVS. Aiunt nonnulli mortuos hîc intelligi, qui vt Lazarus, essent in vitam reuocati: quos quia nullus suscitare medicus potuisset, id Israelem aduertere, & Christum confiteri debuisse.

† GREGORIVS. Quos *mortuos*, nisi peccatores, nominat? Et quos *gigantes*, nisi eos qui de peccato superbiunt, appellat? Illi autem non viuunt, quia peccando vitam iustitiæ amiserunt: Isti etiam resurgere post mortem nequeunt, quia post culpam suam inflati ad pœnitentiæ remedia non recurrunt.

Qui mortui, qui gygantes hic intelligendi sunt.

a Per-

NICOLAVS DE LIRA.

semper malis in sua malitia perseuerantibus, & sic morientibus: & isti sunt propriè qui non corriguntur diuinis flagellis, nec etiam beneficiis, & hoc est quod dicitur primo de flagellis.

1 Cum feceris iudicia tua in terra, *Flagellando peccatores.*

Flagella Dei.

2 Iustitiam discent, *id est, iustitiam tuam discent per experientiam flagelli. non tamen per emendationem peccati; sicut Pharao expertus fuit diuina flagella, non tamen ad sui correctionem sed magis ad obdurationem. Secunda de beneficiis, cum dicitur in persona Dei,*

3 Misereamur, *& loquitur in plurali, propter trinitatem personarum; Vel est sermo Dei ad angelos, qui sunt executores suorum beneficiorum.*

4 Impio, *obstinato.*

5 Et non discet iustitiam, *Reuertendo ad ipsam pro beneficiis diuinis, sicut patet de Pharaone, à quo Deus frequenter ex sua misericordia retraxit pœnas inflictas; & tamen ex hoc non fuit reuersus ad statum iustitiæ.*

6 In terra sanctorum iniqua gessit, *Non retractus ex loci sanctitate, quia talis peccat ex contemptu; & ideo subditur:*

7 Et non videbit gloriam domini, *Quia numquam admittetur ad gloriam paradisi.*

8 Domine exaltetur manus tua, *Id est, potestas tua iustitiæ.*

9 Et non videant, *Id est, vt non illuminentur à te propter suum demeritum.*

10 Videant, *Scilicet meritum sanctorum.*

11 Et confundantur, *Sicut de Cain dicitur Gen. 4. a.* Iratus est Cain vehementer, & concidit vultus eius, *quia Deus respexerat ad Abel & ad munera eius, vt ibi præmittitur.*

12 Zelantes populi, *Id est, illi qui inuident fraternæ gratiæ.*

13 Et ignis, *scilicet infernalis.*

14 Hostes tuos deuoret, *Non per eorum consumptionem, sed per continuam afflictionem.*

15 Domine dabis pacem nobis. *Hic consequenter ostenditur, quibus malis ianua cælestis ad tempus clauditur, scilicet quamdiu manent in peccatis: sed cum pœnitent, à Deo visitati. eis aperitur. & hoc est quod in eorum persona dicitur,* Domine dabis pacem nobis, *nos reconciliando; Et quia hoc prouenit ex diuina gratia, subditur:*

Quibus ad tempus claudatur ianua cælestis.

16 Omnia enim opera nostra, *Scilicet, meritoria*, Operatus es nobis: *Quia non sunt meritoria, nisi ex acceptatione diuina, & gratia (per quam sunt acceptabilia) à solo Deo in nobis efficitur:*

17 Domine Deus noster, possederunt nos domini, &c. *Id est, spiritus maligni, qui sunt alieni à te, possederunt nos vt seruos, quia* qui facit peccatum, seruus est peccati, *Ioannis octauo.*

18 Tantum in te recordemur nominis tui, *Ita quod de cætero non seruiemus nisi tibi* tibi.

19 Morientes non viuant gigan. *Hic ex prædictis concluditur duplex correlarium: Secundum ponitur ibi,* Domine in angustia; *Superius locutus fuerat propheta de resurrectione generali omnium, quæ non erit similis in reprobis & in electis, vt patet ex supradictis. Ideo concludit, quod reprobi non resurgent ad gloriam, sed ignominiam & pœnam: & hoc est quod dicit propheta,* Morientes non viuant, *vita gloriæ; hoc dicit optando, ex conformitate suæ voluntatis ad diuinam iustitiam, secundum illud Psal. 57. b.* Lætabitur iustus, cum viderit vindictam, *& loquitur hic de morientibus in peccato mortali.*

De reprobis non resurgentibus ad gloriam.

20 Gigantes, *qui fuerunt incompositi moribus, & tyranni.*

12 Ze- Non

☞ a *Perdidiſti omnem.* HIER. l. 8. A LXX. maſculinum eorum, eiſdem enim tribus literis ז zaim, & כ caph, & ר res Hebræum ſcribitur: ſed quando memoriale dicimus legitur zecher: quando maſculinum zachar. Hac ambiguitate Saulem arbitrantur eſſe deceptum, quando de Amalech interfecit omne maſculinum, Deo enim præcipiente, vt deleretur omnis memoria Amalech, nō tam errore quam cupiditate prædæ pro memoria maſculinum interpretatus eſt contra illud, *Nolite errare, Deus non irridetur.*

זכר

Gal. 6. b. Ibid.

b *Numquid.* Non pœnitentiã egit, & hoc eſt: *Numquid, &c.* q. d. Securitas negligentiam, negligentia contemptum parit.

c *Sicut quæ conc.* † ORIGEN. hom. co. in Exod. Sicut femina grauida viro fit, quę cùm parturit, clamat ad dominum, quod acerrimi oboriuntur dolores: ſic anima cæleſti ſemine grauida, cùm conceptum Dei verbum in opere producit, ſæuos dolores ſuffert, & ad Deum clamat. Conceperat illa fœlix anima de dilecto; id eſt, de Chriſto, *Tolle crucem tuam & ambula*, Et, *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum*; Et, *nolite timere eum qui corpus occidit.*

De conceptu boni vel mali operis.

d *Concepimus.* † AVGVSTIN. Serm. 2. de tempore. Omnis homo

a ¶ Ad gloriam in iudicio, niſi humilientur.
b ¶ Quia mortui in peccato, & fortes in malo, vel hæreſi. c ¶ Vindicabis in iudicio.

non reſurgant. Propterea viſitaſti & contriui- [1]
¶ Alias es. a ¶ De terra viuentium. [2]
a ſti eos, & perdidiſti omnem memoriam eorum. [3]
a ¶ Et merito, quia ſæpe indulſiſti do. genti. &c. b ¶ Humano generi. ¶ Quia.
¶ Peccatrici. ¶ Ab eis.
b [15] Indulſiſti domine gēti, indulſiſti gēti. Nūquid [4]
¶ Non. a ¶ Elongari permiſiſti, vt permaneant in errore. b ¶ Omnes nationes. [5]
glorificatus es? Elongaſti omnes terminos ter- [6]
a ¶ q. d. Percute eos domine, quia, niſi in anguſtia, non requirent te. [7]
ræ. [16] Domine in anguſtia requiſierunt te, in tri- [8]
a ¶ Id eſt, quia aliter non poſſunt doceri tribulati, ſi præſumentes palam clamare, murmurent ad te. [9]
c bulatione murmuris doctrina tua eis. [17] Sicut [10]
a ¶ q. d. Sicut mulier appropinquans ad partum dolore exclamat, ſic nos in anguſtia requirimus te.
quæ concepit cùm appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti [11]
¶ Formidinis. ¶ In perſona martyrum.
d ſumus à facie tua domine, [18] concepimus, & [12]
¶ In agone. [13]
a ¶ Sanctum, vt in tormentis ardentes ſpiritu perſeuerarent.
e quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum
a ¶ Non carnis filios. ¶ Et tamen.
b ¶ Cùm bene feceritis, dicite, quia ſerui inutiles ſumus.
f ſalutis. Iuſtitiam non fecimus in terra, ideo non [14]
a ¶ Sed præualuerunt nobis. b ¶ Terrena amantes. c ¶ Sed. ¶ Sanctis parturientibus, & habitatoribus terræ corruentibus. ¶ Reſurgent martyres tui. [15]
g ceciderunt habitatores terræ. [19] Viuent mortui [16]
a ¶ Non abſolute. b ¶ Socij, nam & ipſe ſerra lignea ſectus eſt. [17]
c ¶ A morte. ¶ O martyres. ¶ A ſomno mortis. [18]
tui, interfecti mei reſurgent. Expergiſcimini [19]
¶ Dominum. ¶ Puluis iam facti. [20]
& laudate qui habitatis in puluere, quia [21]
a ¶ Miſericordia tua irrigans fidem & perducens ad operationem, ſicut ros ſemen. [22]
b ¶ Raphaim. ¶ Corpora ſuperborum cum animabus. [23]
h ros lucis ros tuus, & terram gigantum [24]

mo concipit animo, neque vllus poteſt eſſe ſine conceptu, ſed alij concipiunt, de diabolo iuxta illud, *concepit dolorem & peperit iniquitatem*: Alij concipiunt de Chriſto, vt *à timore tuo in vtero concepimus, &c.*

e *Et peperimus*, Alij diſtinguunt ſic, *Et peperimus ſpiritum, ſalutem non fecimus in terra.*

f *Spiritum ſalutis.* Vt tota mente credamus, & per quem beneficia non ſenſimus, per tormenta diſcamus.

g *Viuent.* † PROCOPIVS. Quia ſpiritum ſalutis in terra pariturum dixit, mortem autem his qui in terra degunt ſuperiorem apparet, tanquam exiſtat aliquis, qui vbi ſit euangelici præconij vtilitas, vbi ſalutis, ſpiritus quærat, defenſione adducta reſurrecturos mortuos ſignificat.

h *Ros lucis.* † PROCOPIVS. Reſurrectionis cauſa illis erit ros ille tuus, id eſt à te effuſum verbum illud vnigenitum, quod viuificat, guttas ſuas in proprios mortuos inſtillans, eadem opera & eorum quæ humanitus admiſerunt, medelam adferet, & eorum, qui in terra diſperſi ſunt, reſurrectionem corporum largitur: non aliter quam ros ille oculis ſubiectus ſolet, quem paulatim cælo demiſſum commiſſa terræ ſemina nutrire videmus. ☞ Au-

Chriſtus reſurrectionis cauſa.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non reſurgant, *ſcilicet ad gloriam, ſed magis ad pœnam. Ideo ſubditur,*

2 Propterea viſitaſti & contriuiſti eos, *per pœnam duram.*

3 Et perdidiſti omnem memoriam eorum, *ſecundum illud Prouerb.* 10. b. Nomen impiorum putreſcet, *quia ſi remanet aliqua eorum memoria, non eſt eis ad honorem, ſed ad confuſionem.*

4 Indulſiſti genti, &c. *Punitionem eorum differendo, vt haberent locum pœnitendi. Sed quia tales dilationis beneficio abuſi ſunt, ſubditur.*

5 Numquid glorificatus es? *ſcilicet, ab eis per pœnitentiam, q. d. non. Ideo ſubditur.*

6 Elongaſti, *ſcilicet, à te.*

7 Omnes terminos terræ, *id eſt obſtinatos in peccatis, in quacumque parte orbis.*

Diuiſio.

8 Domine in anguſtia. *Hic ponitur ſecundum correlarium, ſcilicet, quòd electi reſurgent ad gloriam. Et diuiditur in tres partes, quia propheta primò deſcribit circa reſurrectionem iuſtorum deſiderium; Secundo, reſurrectionis actum, ibi,* Viuent mortui; *Tertio, terminum, ibi,* Vade populus meus. *Deſiderium autem reſurrectionis ad vitam beatam conſurgit principaliter ex duobus: Primum eſt, afflictio, quam iuſti ſuſtinent de communi curſu in præſenti vita, ſecundùm quod dicitur 2. Tim. 3. d.* Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto perſecutionem patientur, *propter quod dicit Greg.* Mala quæ nos hic comprimunt, ad Deum ire compellunt; *& hoc eſt quod dicitur hic.* Domine in anguſtia, *poſiti electi tui in vita præſenti,* Requiſierunt te, *deſiderantes vitam futuram ex toto corde.*

9 In tribulatione murmuris, *id eſt in tribulatione, quæ de communi curſu eſt occaſio murmuris in tribulatis.*

Quid in bonis accedat deſiderium patriæ.

10 Doctrina tua eis, *ſcilicet, valet, in dando eis patientiam, quia tamen non aufert totaliter triſtitiam ſenſibilem, licet diminuat, Ideo ſubditur,* Sicut quæ concepit, &c.

11 Sic facti ſumus. *Et aſſociat ſe propheta iuſtis poſitis in tribulationibus & merito, quia poſt multas tribulationes fuit ſerratus, vt dictum fuit ſupra capitulo primo.*

12 A facie. *Hic ponitur ſecundum, ex quo conſurgit deſiderium futuræ vitæ, ſcilicet, claritas faciei diuinæ, cuius aſpectus eſt deſiderabilis intantum, quod* in eam deſiderant angeli proſpicere. 1. *Petr.* 1. *& hoc eſt quod dicitur,* A facie tua domine. *Id eſt, ex pulchritudine faciei tua.*

13 Concepimus & quaſi, &c. *Hic eſt punctus in Hebræo, & in libris correctis: Et per* ſpiritum *hic intelligitur feruens deſiderium, & bene dicitur,* Parturiuimus & peperimus: *In partu enim eſt afflictio, & tamen cum peperit mulier, ſequitur delectatio, ſecundum illud Ioan. 6.* Mulier, cùm parit, triſtitiam habet: cùm autem peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium; *ſic deſiderium viſionis diuinæ in præſenti habet aliquid afflictionis, ratione dilationis, quia* ſpes quæ differtur affligit animam, *Prouer. 14. b. & habet aliquid delectationis propter ſpem conſequendi optatum; ſed cùm venerit viſio diuina, tunc erit delectatio ſumma, abſque vlla triſtitia.*

Quomodo nos afficiat in hac vita deſiderium patriæ.

14 Salutes non fecimus, &c. *Sic eſt in Hebræo & libris correctis. Et eſt ſenſus, per ea quæ fecimus non obtinemus, nec obtinere poſſumus* in terra, Salutes, *id eſt, animæ & corporis beatitudines: quia primò requiritur mors generalis omnium, ad quam ſequetur reſurrectio mortuorum quæ in electis erit ad gloriam animæ & corporis; propter quod ſubditur,*

15 Ideo non ceciderunt, *per mortem corporalem.*

16 Habitatores terræ, *generaliter: & tenetur hic ly* ideo *conſecutiuè & non cauſaliter.*

17 Viuent mortui. *Poſtquam deſcripſit propheta deſiderium reſurrectionis, hic conſequenter deſcribit eiuſdem reſurrectionis actum, dicens,* Viuent mortui, *vita gloriæ, quantum ad electos, de quorum reſurrectione fit hic ſermo, ideo ſubditur,*

18 Interfecti mei, *propter Deum & iuſtitiam,*

19 Reſurgent. *Et dicit, mei, ſe eis connumerando, quaſi de ſua morte prophetando: quia fuit ſerratus, ſicut dictum eſt in principio huius libri, de præcepto Manaſſe regis idololatræ peſſimi, eo quod ipſum, & alios idololatras arguebat. Conſequenter conuertit ſermonem ad electos reſuſcitandos, dicens:*

Iſaias ſerratus.

20 Expergiſcimini, *A ſomno mortis.*

21 Et laudate, *Deum de veſtra glorificatione futura.*

22 Qui habitatis in puluere, *quantum ad corpora in cinerem redacta. Conſequenter alloquitur Deum, ex cuius virtute fiet reſurrectio mortuorum dicens:*

23 Quia ros lucis ros tuus, *id eſt, ſicut ros cæleſtis eſt ſuauis terræ naſcentibus, qui facit ea de terra reſurgere: ſic benignitas tua erit ſuauis electis dormientibus, ques faciet ad gloriam reſurgere. Et econtrario hæc reſurrectio erit terribilis damnatis: ideo ſubditur,*

24 Et terram gigantum, *id eſt peccatorum, qui per potentiam fideles oppreſſerunt.*

13 Con- ☩ Detrahes

☞ † AVGVSTIN. Sermon. 2. de cōsolatione mortuorum. Sicut rore madefacta semina germinant & exurgunt: sic rore sancti spiritus ossa fidelium, visitata cum suo corpore, in æternam gloriam germinabunt.

a *Vade populus meus.* † PROCOPIVS. Cubiculorum nomine intelligit mansiones illas, quæ apud patrem multæ, singulis pro meritorum ratione tributæ, sunt: Sunt tamen qui dicant, Dei personam eos demulcentem introduci, qui saluatorem spiritum cunctis annuntiantes, grauibus malis mortique futuri erant obnoxij, omnesque vnius nomine verbis istis compellare, per cubicula, sepulchra significando.

Quid per cubicula designetur?

†† HIER.

a ¶ In barratrum. b ¶ Dominus ad martyres. ¶ O martyres.

a detrahes in ruinam. [20] Vade populus meus

a ¶ Cùm oraueris intra in cubiculum tuum, &c. b ¶ Pone domine custodiam ori meo. c ¶ Sepulchra.

intrà in cubicula tua, claude ostia tua super

a ¶ Fruere bono conscientiæ. b ¶ Vsque ad iudicium. c ¶ Ad comparationem æternitatis. ¶ Id est quasi breue tempus est. d ¶ Reddam ipsis secundum opera sua.

te, abscondere modicum ad momentum donec pertranseat indignatio. * [21] Ecce enim

a ¶ Quam thesaurizant sibi impœnitentes. a ¶ In die iudicij videbitur egredi, malis scilicet. b ¶ Misericordia & pietas locus eius. c ¶ Vindicando.

dominus egreditur de loco suo, vt visitet

a ¶ Terrenorum amatoris. b ¶ Habitatorem.

iniquitatem habitatoris terræ contra eum

¶ Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

b & reuelabit terra sanguinem suum, & non

Martyres.

operiet vltra interfectos suos.

†† HIER. Ad sanctos loquitur: quia vobis resurrectio repromissa est, donec in peccatores & impios Dei ira deseuiat: ingredimini in sepulchra vestra, & abscondite vos, breue enim tempus est, donec Dei pertranseat indignatio.

† GREGORIVS lib. 4. moral. cap. 26. Cubicula ingredimur, cum secreta mentis nostræ intramus: Ostia autem claudimus, cùm illicita desideria coercemus.

Mich. 1. g.

b *Reuelabit terra.* HIERON. Terreni tunc non poterunt celare, quos occiderunt, quia tunc omnia aperta. Vel terra quæ suscepit sanguinem martyrum & operuit, tunc reuelabitur quando resurgent.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Detrahes in ruinam, *id est gehennam. Et accipitur hic terra, pro peccatoribus in ea habitantibus, eo modo loquendi, quo dicitur, Terra destructa, quando eius habitatores destruuntur.*

2 Vade populę meus. *Hic consequenter describitur resurrectionis tempus. Posset enim aliquis credere ex prædictis, quòd esset propinquum tempus resurrectionis, quod non est verum: sed erit in fine temporis, ideo dicitur,* Vade populus meus, *prius recedendo de vita præsenti.*

Vbi recipiātur animæ è corporibus egressæ.

3 Intra cubicula tua, *Id est sepulchra, quantum ad corpus; & purgatorium, quantum ad animas electorum, qui tamen habent aliquid purgandum in futuro; Vel limbum patrum, quantum ad purgatas, & ante apertionem ianuæ per mortem Christi; vel cælum empyreum, quantum ad purgatas post apertionem ianuæ.*

4 Abscondere, *Quia defuncti ab hominibus huius vitæ sunt absconditi.*

5 Modicum ad momentum, *Quia tempus vsque ad iudicium respectu æternitatis est modicum, &c. Hoc modo dicitur animabus electorum desiderantibus vltimum iudicium, Apocal. 6. c.* Et dictum est illis, vt requiescerent tempus adhuc modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum.

6 Donec pertranseat indignatio. *Id est, electorum perturbatio, per tribulationes tyrannorum, & maximè Antichristi tempore; In quibus libris additur, mea, sed non est in Hebræo nec in libris correctis.*

7 Ecce enim Dominus, *Iesus Christus.*

Christus iudex.

8 Egredietur de cælo suo, *Id est, de cælo empyreo, ad iudicium veniendo, Quantum enim ad humanitatem egredietur, & veniet per localem motum: Quantum verò ad deitatem, quæ est vbique, egredietur per nouum effectum.*

9 Vt visitet iniquitatem habitatoris terræ, *Id est iniquitates peccatorum terrena amantium.*

10 Et reuelabit terra sanguinem suum, *Id est mortem & depressiones fidelium, quia tunc manifestabuntur omnia latentia.*

11 Et non operiet vltra interfectos suos. *Quia de cetero non committentur talia.*

☞ CAP.

ADDITIO I.

In cap. 26. vbi dicitur in postilla. Nomen tuum, scilicet Iesus, & memoriale tuum:

Quomodo Deus nomen suum proprium, scilicet Tetragrammaton reseruauit Moysi. Exod. 3. d. legitur sic, Hoc est nomen meum in æternum, & memoriale meum in generatione & generationem: *Vbi in additione ibidem fuit notatum quod hoc dicitur,* Hoc est nomen meum, *refertur ad nomen domini Tetragrammaton, quod propriè significat essentiam diuinam, prout ibidem fuit expositum. Et quod sequitur,* Hoc est nomen memoriale meum. *refertur ad nomen Iesus, quod est conforme maximè nomini Tetragrammaton, prout ibidem fuit declaratum. Et de hoc propriè intelligitur illud ad Phil. secundo. b.* Et donauit illi nomen quod est super omne nomē: *vnde in persona expectantium, seu desiderantium Christi aduentū Isaias dicebat in hoc loco:* Domine sustinuimus te, nomen tuum & memoriale tuum desiderium animæ, *q. d. desideramus notitiam non solum nominis tui, scilicet, Tetragrammaton nobis in veteri testamento propositi, sed etiam notitiam memorialis tui, quòd scilicet est nomen Iesus, vt dictum est, de quo plenius habetur in prædicta additione.*

De nomine Dei Tetragrammatō & nomine Iesu.

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in postil. Indulsisti domine genti.

Vbi in translatione nostra dicitur: Indulsisti domine genti, &c. *In Hebræo habetur sic:* Addidisti domine genti, addidisti, glorificatus es, elongasti omnia extrema terræ: *& secundum istam literam propheta loquitur de additione gentium ad populum Israeliticum. Et est sensus,* Addidisti domine genti, *scilicet Israeliticæ, gentes aliarum nationum. Et quia ex hac additione Deus fuit magis glorificatus inquantum non solum laudatus est in Iudæa, sed etiam à solis ortu vsque ad occasum: ideo subditur,* Addidisti, glorificatus es; *Et ne ex hoc intelligeretur quod omnes indifferenter fuerunt additi per veræ fidei susceptionem: Ideo subdit,* Elongasti omnia extrema terræ, *scilicet infideles & reprobos.*

Additio gētium ad populū Israeliticum in fide Christi.

ADDITIO III.

In eo. cap. vbi dicitur in postil. Vade. Hic consequenter describitur resurrectionis tempus.

Si propheta in hoc quod dicit: Vade populę meus, intra in cubicula tua, &c. *intendisset excludere, ne aliquis diceret propinquum esse tempus resurrectionis, vt postil. dicit, sic valde impropriè diceret:* Abscondere modicum ad momentum. *Istæ enim dictiones significant breuitatem temporis, non autem prolixitatem seu dilationem. Hoc autem quod dicitur:* Claude ostia tua super te, *non videtur pertinere ad intrantem in sepulchro, vel in limbo, vel in empyreo. Vnde melius videtur dicendum, quod quia propheta immediate ante locutus fuerat de resurrectione electorum, dicens,* Viuent mortui, &c. *quod in magnum gaudium vertitur electorum, ideo de persecutione Antichristi, quæ modicum ante tempus resurrectionis futura est, quæ inter alias est maxima vt habetur Dan. 12. eos monet q. d. eis, de hoc quod vobis prophetizo debetis exultare cum tremore, vt sitis parati ad persecutiones futuras patienter tolerandas, quæ sunt propinquæ prædictæ resurrectioni. Et qualiter debeant se præparare ostendit, dicens,* Vade populę meus, intra in cubicula tua, *scilicet ad orandum Deum eo modo quo dicitur Matth. 6. a.* Intra in cubiculum tuum, & ora patrem tuum: *Oratio enim est maximum remedium in tribulationibus. Iuxta illud Psal. 119.* Ad dominum cùm tribularer clamaui. *Item monet eos, vt à Deo petant, ne ex vehementia tribulationis per aliqua verba prorumpant in Dei offensam, seu in veræ fidei derogationem, Et de hoc dicit,* Claude ostia tua super te, *Quæ quidem clausura à Deo impetratur per orationem: iuxta illud Psal. 140. a.* Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ in labiis meis. *Item monet eos, vt abscondant se à sæuissimis contradictionibus aduersantium, quod non nisi virtute diuina fieri posset, iuxta illud Psal. 10. f.* Abscondisti eos in abscondito faciei tuæ à contradictionibus hominum, &c. *Et quia tempus huiusmodi periculosissimæ persecutionis Deus abbreuiabit propter electos, vt Mar. 13. ideo propriè subdit:* Modicum ad momentum.

Quomodo debeant fideles se munire periculosissimis temporibus Antichristi.

Oratio maximum remedium in tribulationibus.

REPLICA. *In cap. autem 26. cum post. dicit circa illum passum,* Abscondere modicum ad momentum, *de tempore iudicij exponendo, quod à tempore prophetiæ est modicum respectu æternæ durationis: Burgensis dicit impropriissimè sic dici: quia illæ dictiones significant breuitatem temporis: Sed illa obiectio est contra rotundum textum in multis locis sacræ scripturæ. Dicitur enim supra cap. 2. de tempore Christi,* Erit in nouissimis diebus, *post quos tamen multa centena annorum fluxerunt. & Ioan. in canonica:* Filioli nouissima hora est, *quæ tamen propriissimè ab omnibus exponuntur de multis centenis annorum, qui restant, & sic de aliis locis scripturæ.*

1. Ioan. 2. 6.

CAP. XXVII.

¶ Animaduerte.

1 IN die illa visitabit do- a ¶ Verbo, id est, filio, per quem iudicabit pater b ¶ Impiis. minus in gladio suo, 2 du- a ¶ Vt omnes comprehendat. b ¶ Vt nemo resistat. ro & 3 grandi & 4 forti, su- a ¶ Leuiathan additamentum eorum, per antiphrasim: cum enim se addere promittat, minuit. b ¶ Serpit ne audiatur. per 5 leuiathan serpentem a ¶ Malleum vniuersæ terræ. ¶ Alias claudentem: eo quòd carcere suo multos clauserit. b ¶ Qui in veritate non stetit. c ¶ Qui dirigi non potest virga directionis. c ¶ In decipiendo. vectem & super leuiathan serpentem 6 tortuo- a ¶ Qui absorbuit Ionam. b ¶ Mundo falso & amaro. sum: 7 & occidet cœtum qui in mari est.[2] 8 In die ¶ Populus Iudæorum. b ¶ Inebriata. c ¶ Canticum doloris. d ¶ Domino. a ¶ Vinea facta est dilecto. ¶ Olim in prophetis & aliis sanctis. illa 9 vinea meri cantabit ei.[3] 10 Ego domi- ¶ Quia. a ¶ Vel modo ab omnibus aduersis, vel obseruo dans locum pœnitentiæ. b ¶ In iudicio. c ¶ Quia conuerti non vult. ¶ Calicem iræ. nus, qui seruo eam: 11 repente propinabo ei,

CAP. XXVIII.

a IN die illa, &c. HIERONYMVS. Tradunt Hebræi diabolum (id est criminatorem, quod Græcum nomen est) Hebraicè dici sathan, id est, aduersarium: vnde, *Stabat sathan à dextris eius, vt aduersaretur ei.* Dicitur & belial, id est apostata, id est præuaricator & absq; iugo. vnde: *Quæ communicatio Christi ad belial?* Dicitur quoque & aliis nominibus, vnde, *Super aspidem & basiliscum, &c.* Et alibi: *Qui capturus est magnum cetum;* Item: *Numquid capies leuiathan hamo?* Et alibi: *Draco iste quem formasti ad illudendum,* factus est enim, vt angeli illudant ei, vnde, Apostoli accipiunt potestatem calcandi super serpentes & scorpiones; quia ergo ab eo loco, scilicet, *Dominus dissipabit terram & nudabit eam,* vsque ad præsens capitulum, contra totum orbem in consummationem mundi iudicium prædictum est, & *nouissimus inimicus destruetur mors*: contra diabolum extrema sententia est, vt inducatur gladius super eum.

Plura nomina diaboli. Zecha.3.a. 2.Cor.6.c. Psal.90.c. Iob 40.c. Ibid.d. Psal.103.c. Apocal.12. Luc.10.c. Isa.4.a. 1.Cor.15.d.

† PROCOPIVS. Moyses in Genesi fraudem serpentis recitasse contentus, quid eum supplicij maneret prætermisit, quod nunc propheta facit: Virga Dei recta, at serpens totus vbique sinuosus & prauus, humi deinde in ventrem & pectus repens, omnium calces obseruans, post impiorum hominum interitum duro illi & magno validoque gladio tradetur: cuius nomine verbum *Dei viuens, & efficax, & quolibet gladio acutius* significatur. Quo quidem gladio eum interficere in priori aduentu Saluator noluit; sed adoriri tantum, eiusque vires infringere & conculcare: Sed interficiet tandem penitus in mundi consummatione.

Diabolus vt sit in primo Christi aduentu debellatus, & in secundo penitus conterendus.

b *Super leuiathan.* GREG. in moral. *Draco vt fertur, in terra serpit, natat in aquis, volat in aere: Inde Diabolus & serpens, & cetus, & leuiathan.*

c *Vectem.* HIER. LXX. Fugitiuum. Tunc enim fugiet qui fugere nesciebat, nesciens illud: *Quo ibo à spiritu tuo, &c.* Vnde quidam pulchrè lusit in gigantomachia, *Quo fugis Encelade? quascumque accesseris oras, Sub Ioue semper eris*: Leuiathan additamentum eorum interpretatur, quorum nisi hominum? Rectè autem additamentum eorum dicitur, quia postquam primam culpam mala suggestione intulit, hanc quotidie augere grauibus persuasionibus non desinit. Leuiathan quippe iste, in eo quod se homini tradere spopondit, tortuosis ad eum sinibus irrepsit. Et dum falsò impossibilia promittit, vera & possibilia sustulit. Quærendum nobis, cur, qui serpentem dixerat & tortuosum illi subiungebat, interposuit vectē? Nisi fortè, quod in serpentis tortitudine fluxa mollities, in vecte autem est duritiæ rigiditas. Vt ergo hunc & durum signaret & mollem: & vectem nominat & serpentem. Durus quippe est per malitiam, mollis per blandimentum; Vectis dicitur, quia vsque ad necem percutit: Serpens autem, quia insidias molliter infundit.

Psal.138.b. Quomodo blandiatur, insidietur, & euertat homines diabolus?

d *Serpentē tortuosum: & occidet.* † BASIL. in libr. de paradiso c.13. Serpens dicitur tortuosus, quod peccati dux sit, & varios habeat flexus, ad varia vitiorum genera, ad hæc & ad illa pugnantia, & sibi contraria, nec vnquam recta via ingrediatur, sed flexa ad hæc & illa mala, vt serpens tortuosus, incedit capite in hanc vel illam partem, lateribus in partes obliquas in contrarias partes cauda: ita qui serpentem sequitur, intortam viam sequitur, per omnia vitiorum genera, quædam etiam contraria. Qui Deum sequitur, rectas facit semitas.

Per quales vias incedāt qui diabolū sequantur?

e *Cœtum.* Heb. Tanniu, Vnde Heb. fabulabantur leuiathan habitare sub terra & in æthere: Tanniu verò in mari.

f *Vinea meri cantabit.* Cui Ieremias propinat calicem meracissimum. Merum Græcè, purum Latine.

Iere.5.d.

† PROCOPIVS. Post prænuntiata mysteria euangelica aduentus Christi, Desidero, inquit dominus, cantare contra vineam meam pulchram, id est, contra synagogam, quam supra dixit: vineam Domini Dei Sabaoth.

a An

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXVII.

IN die illa. *Postquam descripta est gratiarum actio de promotione electorum. hic consequenter ponitur gratiarum actio de deiectione dæmonum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur huiusmodi deiectio, secundo soluitur duplex quæstio, ibi,* Ego dominus. *Circa primum dicitur:*

Diuisio.

1 In die illa. *scilicet, iudicij generalis.*
2 In gladio suo duro, &c. *quantum ad pœnæ asperitatem.*
3 Et grandi. *quantum ad eius latitudinem.*
4 Et forti. *quantum ad immutabilitatem.*
5 Super leuiathan. &c. *per Leuiathan qui hic bis ponitur, & per cœtum, idem intelligitur, scilicet diabolus, vt dictum fuit diffusius Iob 40.[1] & dicit hic Leuiathan vectem propter eius fortitudinem, secundum quod de eo dicitur Iob 41.d.* Non est potestas super terram quæ ei comparetur.

Leuiathan vectis.

6 Tortuosum, *propter eius calliditatem ad decipiendum.*
7 Et occidet cœtum, &c. *id est diabolum, qui habitat in hoc aere caliginoso tanquam in mari tempestuoso: non tamē intelligitur eius occisio per mortem naturæ, cum hoc modo sit immortalis; sed per mortem gehennæ, quia tunc ibi retrudetur, nec poterit inde exire, & homines tentare, seu ad peccatum inducere, quod erit sibi graue: & in hoc crescet pœna eius (quia etiam portat modo ignem suum secum) crescet etiam pœna sua accidentalis ex damnatione hominum, quos inducit ad peccatum: sicut & gloria sanctorum angelorum ex gloria electorum quos inducit ad bonum.*

Quomodo occidendus sit dæmon.

8 In die illa, *deiectionis dæmonis.*
9 Vinea meri. *in Hebræo habetur,* vinea vinosa. *Ex quo patet, quod* meri *hic non est nomen proprium, sed commune, & significat hic vinum purum, & optimum.* Vinea igitur meri, *hic accipitur societas superiorum ciuium, in quibus nihil erit impurum: & ipsi Deum laudabunt de deiectione dæmonum.*

Vinea meri.

10 Ego do. *Hic consequenter soluitur duplex quæstio oriens ex prædictis: secunda soluitur ibi,* Quis dabit me. *Prima quæstio oritur ex hoc, quod dicitur,* vinea meri *societas electorum, quia ex quo fuerunt à Deo ita electi & dilecti ab æterno, videretur alicui extraneum, quomodo Deus permittit eos tribulari in hoc mundo, secundùm quod dicitur 2.Timo.3.c.* Omnes qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. *Et respondet do. ad hoc, quòd talis permissio non est ex odio, sed magis ex dilectione, ne ex prosperis in superbiam eleuentur, & per exercitium patientiæ in bono custodiantur, secundum dictum saluatoris Luc. 21. a.* In patientia vestra possidebitis animas vestras, *& hoc est quod dicitur hic:* Ego do. qui seruo eam. *s. vineam meam, quæ est vniuersalis ecclesia, eo quod à primo Abel iusto vsque ad vltimum electum, qui in fine mundi nasciturus est,* quot electos protulit, tot palmites misit *vt dicit Gregor. hom. 7.*

Cur Deus bonos tribulari permittat?

11 Rep. pro. ei. *s. potum tribulationis rationibus prædictis: ideo subditur,*

Ne

MORALITER.

† 1 *In die illa visitabit dominus, &c.* Hic ad literam describitur deiectio dæmonum, quæ fiet in iudicio finali, & quoniam secundum Greg. homil. 10. *omnium iniquorum caput est diabolus,* & huius capitis membra sunt omnes iniqui, ideo capitulum istud moraliter potest exponi de eiectione iniquorum, qui simul cum dæmonibus tunc deiicientur in pœnam gehennæ, & sic dicitur: *in die illa.* s. iudicij finalis. 2 *Visita. do. in gla. suo du.* Iste gladius est illa terribilis sentētia, quæ ponitur Matth.25.d. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, &c.* 5 *Super Leuiathan,* Qui interpretatur additamentum eorum, ideo signat peccatorem addentem peccato peccatum. † *Serpentem vectem.* Id est, in peccatis firmatum, per malum habitum acquisitum, sicut vectis firmat ostium.

Deiectio iniquorum in pœnas gehennæ.

† *Super Leuiathan serpentem tor.* Sicut enim peccator dicitur leuiathan, eo quod addit peccatum peccato, sic dicitur serpens ex peccati veneno: Et etiam tortuosus, quia declinat à diuinæ legis & rationis recto iudicio. 7 *Et occidet cœtum qui est in mari.* id est, tyrannum qui deuorat simplices: sicut cetus maris pisces.

Peccator est serpens tortuosus.

8 *In die illa.* sicut in die finalis iudicij reprobi confundentur, sic iusti exaltabuntur: Ideo dicit, *In die illa, &c.* id est Ecclesia Christi à peccato purissimi. † *Cantabit ei,* gratias agendo sibi.
9 *Ego do. qui seruo eam,* à nequitia hæreticorum, dando sibi veram sapientiam: & à violentia tyrannorum, dando sibi patientiam.
11 *Repente propinabo ei,* potum aduersitatis temporalis.

† Ne

a *An potius.* A Vox patris deliberatiuè, more nostro, qui magna facturi, deliberamus: q. d. Mittam filium ad incarnandum? *An potius te. fortitudinem meam.* B Vt scilicet potius id agat fortitudo mea, vt iram differam, & saluem eos per Euangelij clementiam, qui non sunt saluati auctoritate legis.

b *Israel.* id est populus Iudæorum conuersus, C videns doctrina filiorum suorum orbem floruisse.

c *Et implebunt.* † PROCOPIVS. Simile est quod dixit Dauid, *In* (Psal. 18.) *omnem terram exiuit sonus eorum.* D Sunt enim sudorũ Apostolicorum fructus credentes ipsi, quos gaudiũ & coronam vocauit apostolus. (Fructus sudoris Apostolici sunt fideles.)

d LXX. *Numquid sicut ipse percussit, & ipse sic* E *percutiet?* † PROCOPIVS. Sensus est. Num malũ malo gentibus pensarũt, qui pacem eis annunciantes, grauissima queque ab eisdem passi sunt?

e *Idcirco.* F q. d. *Ideo dimittetur iniquitas domui Iacob:* & cætera propter merita scilicet apostolorũ, qui per mundum idolorũ altaria, comminuerũt.

a ¶ Aliqua aduersitate. b ¶ Ne vastet eam aper de sylua & aliæ bestiæ.
c ¶ Quasi, Toties irritatus non indignabor quandoque. ¶ Vt sciam ferire, & reddere secundum opera sua. ¶ Sed numquid indig.

1 ne forte visitetur contra eam, nocte & die seruo eam, [4]indignatio non

a ¶ Quasi: Iniquitas vestra. b ¶ Mitem & misericordem modo. c ¶ Per antiphrasim.
d ¶ Durum & crudelem, vt vincam naturam meam. e ¶ Conculcabo eam.

est mihi? Quis dabit me spinam & vepre m? in prælio gradiar super

a ¶ Quam ante seruaui. b ¶ Destruam. c ¶ Filium. ¶ Christus Dei virtus & Dei sapientia.

eam, succendam eam pariter. [5] An potius tenebo fortitudinem meã?

¶ Non quia. a ¶ Carne assumpta mundum reconciliabit mihi. b ¶ Propheta de Apostolis. c ¶ Apostoli.
¶ Ad prædicandum. d ¶ Desiderij. ¶ De Sion exibit lex, &c.

Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi. [6] Qui egredientur impetu

a ¶ Tunc. ¶ Fide. b ¶ Operatione. ¶ Apostoli.

à Iacob, florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem or-

a ¶ Prædicationis. ¶ In omnem terram exiuit sonus eorum, &c.
b ¶ Sicut immisericorditer crucifixerunt eum, & martyres eius occiderunt. c ¶ Populum Iudæorum.

bis semine. [7] Numquid iuxta plagam percutientis se percus-

¶ Minimè. a ¶ Martyres. b ¶ Tam crudeliter.
c ¶ Non diu enim sustinuit eos, sed quia non egerunt pœnitentiam, tandem in men. contra men. ¶ Pœnæ.

sit eum? Aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est. [8] In men-

a ¶ Culpæ. b ¶ Cum apostoli ad gentes transierint. c ¶ Per Romanos, vel in die iudicij. d ¶ Ierusalem.
e ¶ Dominus. ¶ Quid retribuat eis.

sura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabit eam. Medita-

a ¶ Opinione malorum. b ¶ Suæ passionis, vel suorum. ¶ Persecutionis quando ardentior est indignatio.

tus est in spiritu suo duro per diem æstus. [9] Idcirco super hoc di-

a ¶ Iudæis, de quibus apostoli. b ¶ Non alius. ¶ Id est vt virtutes præbeat, & vitia resecet. c ¶ In aliis, vel in aliis.

mittetur iniquitas domui Iacob, & iste omnis fructus, vt aufera-

a ¶ Chorus apostolorum. b ¶ Idolorum.

tur peccatum eius. Cùm posuerit omnes lapides altaris, sicut

a ¶ In quibus sacrificabant dæmonibus.

lapides cineris allisos, non stabunt luci & delubra. 28

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ne fortè visitetur, *id est, ne ex prosperis insolescat, & sic pro insolentiis visitetur contra eam in die iudicij.*

2 Nocte & die, *id est, tempore aduersitatis & prosperitatis sub paterna disciplina.*

3 Indignatio non est mihi. *id est, hoc non facio ex ira, seu indignatione, sed ex paterna correctione.*

4 Quis dabit. *Hic soluitur secunda quæstio, quia videretur alicui, quod pro merito iustorum de populo Israel, & maximè apostolorum parcendum fuisset aliis eiusdem populi, de captiuitate, quæ facta est per Romanos: & sic in hac quæstione proceditur, quia primo ponitur ad vtramque partem ratio; secundo ponitur quæstionis solutio ibi,* Numquid iuxta est. *Primo arguitur, quod non debuit parci, sed magis pro multitudine malorum iusti cum eis debuerunt affligi, sicut frequenter factum fuit in veteri testamento: & hoc est quod dicitur in persona domini,* Quis dab. me spinam *ad succendendum ciuitatem.* (Quæstio, an debuit parcere toti genti Iudæorum propter Apostolos & paucos fideles. Diuisio.)

5 In prælio, *scilicet Romanorum, qui captam ciuitatem incenderunt.*

6 Gradiar, *eam calcando per Romanos.*

7 Succendam, *scilicet fideles in Christum tunc credentes cum infidelibus in sua cæcitate obstinatis, q. d. hoc videretur decens iustitia mea, sicut succensa fuit Ierusalem per Chaldæos: & multi iusti fuerunt ibi mortui & captiuati occasione iniustorum.*

8 An potius. *Hic ponitur argumentum ad oppositum, scilicet quod debeat parci malis, cum dicitur,* An potius timetur, *id est,* retinebo.

9 Fortitudinem meam, *cessando à punitione sub spe correctionis; ideo subditur,*

10 Faciet pacem mihi, *Et pro Apostolorum, aliorumque Christi discipulorum meritis, propter quod subditur,*

11 Qui egredientur, *scilicet, ad prædicandum fidem catholicam per orbem.*

12 Impetu, *id est, cum feruenti desiderio.*

13 A Iacob, *id est, à populo Israel, cuiusmodi fuerunt apostoli, & alij 70. discipuli: qui pro maiori parte fuerunt Iudæi.*

14 Florebit. *In apostolis scilicet, floribus sancta vita & doctrina.*

15 Et implebunt faci. orb. semine, *scilicet, herba Euangelicæ doctrinæ: secundum quod dicitur in parabola seminantis, Luc. 8. a.* Semen est verbum Dei.

16 Numquid. *Hic ponitur solutio in qua sic proceditur, quia primo soluitur quantum ad malos; secundo quantum ad bonos, ibi,* Et erit. *Circa primum primo ostenditur, quod pro prædictis non est malis parcendum; secundo soluitur argumentum, ibi,* Idcirco; *tertio ponitur malorum exterminium, ibi,* Ciuitas. *Circa primum dicitur,* Numquid iuxta plagam percutientis se. *id est populi Iudaici dum Christum crudeliter affligerent.*

17 Percussit eum? *q. d. non ante ciuitatis destructionem.*

18 Aut sicut occidit, *id est apostolos Christi qua discipulos à Iudæis occisos, quos occiderunt Iudæi & persecuti sunt grauiter, vt patet Act. 7. de Stephano, & 12. de Iacobo, & 8. de persecutione generali Christianorum, & in pluribus locis de persecutione Pauli, & aliorum apostolorum.* (Quod præmium boni & pœnam mali meruerunt.)

19 In mensura contra mensuram, *quasi diceret, non conuenit diuinæ iustitiæ, quod tanta facinora transeant absque debita pœna: ideo subditur,*

20 Meditatus est in spiritu, *id est, disposuit diffinitiuè ista punire.*

21 Idcirco. *Hic soluitur argumentum ad oppositum de merito apostolorum, cùm dicitur,* Idcirco super hoc, *id est propter meritum apostolorum*

22 Dimitte. iniqui. *prædicta,*

23 Domui Iacob. *id est, Iudæis in sua malitia obstinatis.*

24 Et iste omnis fructus, *id est, totus fructus meriti apostolorum quod dimittatur aliis Iudæis dictum peccatum. Et vlterius specificat meritum istud dicens,*

25 Cum posue. *scilicet prædicatio apostolorum,*

26 Omnes lapides altaris, *id est altarium idolorum,*

27 Sicut lapides cineris allisos, *Per prædicationem enim apostolorum fuit cultus idolorum multum destructus per orbem, etiam ipsis viuentibus: & quasi totaliter ablatus per successores eorum, ideo subditur.*

28 Non stabunt luci & delubra. *Vbi exercebatur idololatria. Nec potest illud intelligi de idololatria Iudæorum, quæ à reditu captiuitatis Babylonicæ non legitur in populo Iudaico fuisse.* (Destructio idololatriæ gentilium per prædicationem Apostolorum.)

MORALITER.

† 1 *Ne fortè visitetur,* in condemnatione iudicij finalis.

2 *Nocte & die seruo eam:* *Nocte* aduersitatis, ne per impatientiam frangatur, & *die* prosperitatis, ne per superbiam eleuetur.

4 *Quis dabit me spinam.* Hic vsque ad finem capituli secundum sensum literalem tractatur vna quæstio, scilicet vtrum Deus parcere debuit Iudæis à persequutione Romanorum propter bonos eiusdem populi scilicet apostolos & alios credentes ex Iudaismo? & respondetur quod non, quia fuerunt Christi persecutores, & apostolorum aliorumque credentium in Christum. Iudæi tamen credentes in Christum, tunc fuerunt saluati ab illa persecutione: nam monitu angeli transierunt in regnum Agrippæ, qui confœderatus erat Romanis: & sic fuerunt ibi saluati, vt dicitur in Ecclesiastica histo. Moralitas autem huius est, quod firmiter est adhærendum Deo: nam adhærentes sibi semper saluat spiritualiter, & aliquando etiam corporaliter, sicut patet in proposito exemplo. (Vtrum Deus parcere debuit Iudæis à persecutione Romanorum propter bonos eiusdem populi.)

☞ a *Conterentur.* HIER. l. 8. Sicut A Delbora ad bellum iuit, & populum ad ignominiam Iudæorum iudicauit; & imminente Chaldæorum captiuitate viris tacentibus Olda prophetauit: Sic imminente captiuitate Romanorum, veniebant fortè mulieres & docebant eos.

Iudic. 4. b. 4. Reg. 22. c.

A mulieribus Iudæi opus habét doceri.

b *Mulieres*, diuersæ Synagogæ. Vel apertè mulieres, quæ nudatis pectoribus sanguinantes feriunt lacertos.

B † TERTVLLIAN. l. 4. aduersus Martionem. Reuertentes quoque à sepulchro mulieres, & ab illa Angelorum visione prospiciebat Isaias: *Mulieres*, inquit, *venientes* à visione, venite ad renuntiandam, scilicet domini resurrectionem.

† ORIGEN. in illa verba Matt. 27. Erant ibi mulieres à longè venientes. De istis mulieribus (Maria Magdalenæ, & Maria Iocobi) prophetasse referunt Isaiam, *Mulieres venientes ad spectaculum, venite*; vocat enim mulieres, vt relinquant populum insensatum, & accedant ad C nouum testamentum, aspiciant passionem Christi.

Mulieres quæ Christũ resurgẽtem primæ viderunt.

† PROCOPIVS. Quoniam populus Apostolorum prædicationi non credebat, quam auidè gentes recipiebant: mulieres ob id diuinus compellat Spiritus. Apostolos enim tanquam noctu corpus sustulissent, falsò accusabant: Ideoque minimè suspectos testes ad eorum refutandam vesaniam testes ciet. At mulieres primæ resurrectionis fidem arripiunt, quia mulier prima serpentis deceptioni patuit.

a ❡ Ierusalem. b ❡ Olim. ❡ Custodia angelorum. c ❡ Per Romanos, quia filium Dei occidit. d ❡ Quondam. ❡ In qua habitabat speciosus forma præ filiis hominum.

[10] Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum.

a ❡ Adeo. ❡ Surgite eamus hinc. b ❡ Ab hominibus.

a ❡ In vinea illa. b ❡ Romanus exercitus. vnde, Vastauit eam aper de sylua. ❡ Titus, de quo. Singularis ferus deuastauit eam.

Ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet summitates eius.

❡ Magnates. a ❡ Quibus consumptis cito moritur vinea. b ❡ Metaphora. ❡ Morte plebis eius.

[11] In siccitate messis illius conterentur mulieres venientes & docentes eam.

❡ Dolore. a ❡ Vndique. ❡ Itinere, fame, & squalore confectæ. a ❡ Ideo docebunt mulieres. ❡ Non vult esse. b ❡ Intelligens creatorem.

Non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius qui fecit eum, & qui formauit eum, non parcet ei.

[12] Et erit in die illa, percutiet dominus ab alueo fluminis vsque ad torrentem Ægypti, & vos congregabimini vnus & vnus filij Israel.

a ❡ Captiuitatis. b ❡ Terram Iudæorum. c ❡ Vt in Iudæa, quæ quondam fuit terra promissionis, nullus reperiatur sermo doctrinæ vel scientiæ scripturarum. vnde suadet vt non attendamus Iudaicis fabulis, & mendaciis hominum. ❡ Ab Euphrate. a ❡ Nilum. b ❡ Ad fidem. a ❡ Pauci scilicet. ❡ Veri Israelitæ.

[13] Et erit in die illa, clangetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti erant de terra Ægypti, & adorabunt dominum in monte sancto in Ierusalem.

a ❡ Post ascensionem, vel subuersionem Ierusalem. b ❡ Ab apostolis. c ❡ Prædicatione Euangelica. c ❡ Gentes. ❡ Ad fidem. a ❡ Per Idololatriam. d ❡ Ab ortu solis vsque ad occasum. ❡ Per hos enim omnes gentes significat. a ❡ A Deo. ❡ Ecclesia.

c *Docentes eam.* HIER. Magna D infelicitas populi, & reprehensio, à mulieribus, lamentationis carmina discere.

d *Ab alueo.* LXX. ab Euphrate vsque Rinocorulam. Est enim riuus non magnus, qui diuidit terram promissionis & Ægyptum, super quem ciuitas Rinocorula sita est, quasi ab eo quò incipit vsquequò terminatur. *Ab alueo flu.* Euphrate, scilicet, vnde, *à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.* Alij Iordanem putant; E & nota quod in terminis Iudeæ, fluuius appellatur; in Ægypti finibus torrens, quia habet turbidas aquas, & non perpetuas.

Termini terræ promissionis.

†† HIERON. In hoc loco Iudæi cassa sibi vota promittunt quod in consummatione mundi, quando * ἠλειμμένος suus venerit, de Assyriis & de Ægypto dispersus populus congregetur, & veniat in Ierusalem, & ædificato templo adoret Deum. Quod F secundum literam omninò stare non potest. Neque enim de Assyriis & de Ægypto tantum, sed de toto orbe terrarum qui in Christum credituri sunt vocabuntur. Nec dicit omnes filios Israel, sed omnes qui perierant, per quod significatur gentium multitudo idololatriæ & magicis ac philosophicis artibus obligata, quæ veniet ad Christum, & adorabit eum in ecclesia. Tuba autem magna sermo est euangelicus, vnde, exalta sicut tuba vocem tuam.

Iudæorum deliramẽta.

* Messias seu vnctus.

Vocatio gentium ad Christi fidé.

c Do- ☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☙ *nisi tempus modicum, & per violentiam & in paucis scilicet tempore Antiochi illustris, qui cogebat Iudæos idolis immolare, vt patet. 1. & 2. Machab.* Nec *quod dicitur;* Cum posuerit omnes la. al. si. lapi. cineris, *potest cõuenienter exponi de destructione templi per Romanos, vt volunt aliqui dicere, quia statim subditur,* Non stabunt luci & de. *per quod intelligitur idololatria, quæ nullo modo tunc erat apud Iudæos: & ideo intelligitur de destructione idololatriæ Gentilium per prædicationem apostolorum vt dictum est.*

1 Ciuitas. *Hic ponitur Iudæorum exterminium quantum ad obstinatos, cum dicitur,* Ciuit. enim munita, *scilicet Ierusalem.*

2 Desola. e. *per Romanos qui eam destruxerunt.*

3 Speciosa relin. i. *Ierusalem quæ ante erat ciuitas speciosa relinquetur à suis habitatoribus: quia à principio obsidionis vsque ad finem, multi fuerunt mortui gladio & fame & peste, scilicet decies centum millia, vt dicit Egesippus libr. 5.*

Quot in Ierosolyma a Tyto obsessa fame & ferro perierint?

4 Et dimit. qua. de. *quia alij fuerunt in captiuitatem ducti, & ciuitas fuit destructa, ita quod non erat habitationi hominum apta.*

5 Ibi pascetur vi. *scilicet populus Romanus, qui dicitur hic vitulus propter carnis petulantiam. Ibi enim fuit pastus. i. diuitiis ciuitatis repletus.*

6 Et ibi accu. i. *poterit secure dormire: quia eorum aduersarij erant mortui vel captiuati, vt dictum est.*

7 Et consumet summitates eius, *id est templum & ædificia in circumcircum, quæ erant in monte Sion, qui est superior pars ciuitatis.*

8 In siccitate messis illius, *id est ex defectu victus in Ierusalem.*

9 Conterentur mulic. ve. *scilicet in Ierusalem ad diem festum. vnde refert Egesippus l. 6. quod quædam mulier de vltra Iordanem venerat in Ierusalem & cum aliis fuit ibi obsessa, & angustia famis constricta coxit proprium filium & comedit. Et ad idem credibile est de pluribus aliis, licet non fuerint deprehensæ, quia talia enormia fiunt clanculo.*

De femina quæ ibidem obsessa propriũ filium comedit.

10 Et docen. eam. *Sicut est in Heb. & libris correctis: Et accipiuntur hic docentes, ipsi sacerdotes, qui ex officio habebant docere populum; & isti fuerunt tunc contriti, quia cum à Tito postularent misericordiam, iussit eos occidi, dicens eos degeneris esse animi, quia templo & numini cuperent superuiuere. Et causa subditur:*

Quid Tytus responderit sacerdotibus Iudæorum misericordiã implorãtibus.

11 Non est e. po. sa. *Id est, habens Dei sapientiam, quæ sapida est: sed tantum terrenam sapientiam, quæ est* animalis & diabolica, *Iac. 3. d.*

12 Propterea non mi. *& patet litera.*

13 Et erit. *Hic soluitur quæstio quantum ad bonos qui de Iudæis crediderunt Christo, qui destructa Iudæa fuerunt saluati in vita, ideo dicitur:* Et erit, *scilicet, quod sequitur.*

14 In die illa percutiet. *Et dicitur hic Alueus fluminis locus vbi oritur Iordanis. Torrens autem Aegypti dicitur Rinocorula, qui est paruus fluuius in extremitate Iudææ in parte australi versus Aegyptum. Ortus Iordanis est in termino Iudææ in parte aquilonari in radicibus montis Libani, vt dicit Hier. & sic designatur hic terra Iudæa percussa à Romanis.*

Fons Iordanis. Rinocorula fluuiolus.

15 Et vos congregabimini vnus & vnus. *id est pauci respectu multitudinis percussæ & captiuatæ.*

16 Filij Israel, *id est vos in Christum credentes, fidem Patriarchæ Iacob (qui alio nomine dicitur Israel) imitantes. Scribitur enim in Ecclesiastica hist. quod ante obsidionem Ierusalem per Romanos, fideles qui erant in Ierusalem & Iudæa fuerant admoniti per angelum, vt transirent in regnum Agrippæ, qui erat confœderatus Romanis: & sic fuerunt illi saluati.*

17 Et erit in die illa clangetur in tuba ma. *Per hanc tubam intelligitur edictum Aelij Adriani imperatoris Romani, qui Ierusalem destructam per Titum readificauit, & suo nomine Aeliam appellauit: Sed postea magis tenuit nomen antiquum, & ipse edicto publico prohibuit ne aliquis Iudæus ibidem habitaret, sed fuit permissa ipsis Christianis ad habitandum, vt dicit Hugo Floriacensis l. 4. Et tunc in Ierusalem confluebant vndecumque Iudæi ad Christum conuersi. eo quod diligebant locum illum, ideo subditur:*

Ierusalem ab Adriano exstructa quomodo sit appellata & quos incolas habuerit?

18 Et venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti. *quia in istas terras per captiuitates præcedentes multi Iudæi fuerant ducti & habitabant ibidem, qui per prædicationem apostolorum & aliorum discipulorum fuerunt conuersi ad fidem, & sic veniebant in Ierusalem ratione dicta. Et per istas duas terras intelliguntur etiam aliæ, in quibus Iudæi captiuati habitabant. Potest etiã hæc litera intelligi de ecclesia nomine Ierusalem significatæ secundum quod dicitur Apoc. 21. a.* Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descendentem de cælo, &c. *ad quam peruenerunt per fidem multi de omnibus terris, qui prius erant perditi, per errores & idololatriam Deum adorantes fideliter & deuote: & hoc adoratione latria.*

☙ CAP.

CAP. XXVIII.

A a VAe coronæ super. HIER. Huc vsque ad consummationem mundi, dictum est, ab hoc loco: *Ecce dominus dissipabit terram & nudabit eam. Væ coronæ.* Dicamus prius historiam; deinde Tropologiam; tandem vaticinium prophetale *Væ*. Superius de die iudicij, de subuersione Ierusalem, de conuersione gentium. nunc agit contra decem tribus, quæ Ephraim dicuntur; Vel à Ieroboā qui de tribu Ephraim primus super eam regnauit, vel à Iosue qui Moysi successit. Hæc

B corona superbiæ, quia de multitudine superbierant, quæ est quasi corona regis, *Multitudo enim populi gloria regis*; Flos decidit quia à gloria sua cito decident. vnde spiritussanctus: *Væ coronæ superbiæ.* Secundum prophetiam. *Væ coronæ.* Scribæ & Pharisæi qui iuxta LXX. dicuntur mercenarij Ephraim propter Iudam, qui de tribu

C Ephraim, & vico eiusdem tribus Scarioth, dominum vendidit, qui vere flos apostolicæ doctrinæ decidit super mōtem pinguissimum. vnde: Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, in vertice scilicet vallis Gethsemani secundum Hebræum, vbi dominum tradidit, quæ dicitur vallis pinguium, propter vbertatem; & Scribas & Pharisæos, qui ibi dominum comprehenderunt. vnde, *Tauri pingues obsederunt me.* Ebrius autem fuit Iudas, non vino, sed auaritia, & diaboli cibo, qui post buccellam intrauit in ipsum; & penitus deuoratus est, quia oratio eius in peccatum conuersa est, nec pœnitentiæ fructum salutis habuit.

(Marginalia: Pro. 14. d. — De Iuda Ischariota qui de tribu Ephraim fuit. — Deut. 32. b. Matth. 26. d — Psal. 21. c.)

† PROCOPIVS. Væ coronæ superbiæ, quam superbi & insolentes Iudæi imposuere Domino. Mercenarij Ephraim Iudæi qui mercede conduxistis Iudam.

† EVSEBIVS. lib. de demonstr. ca. 17. *Ephraim.* Sapienter omnem populum Iudaicum Ephraim nominauit, non autem Israel; ne veneratione digniores calumnientur appellationes. Inuenies autem in aliis quoque prophetiis, totam gentem Ephraim cum multa calumnia & accusatione nominari. Cum igitur post reditum de Babylone, nō amplius iridem vt prius, in tribus diuisus esset populus, per Ephraim intellige eos qui Ierusalem inhabitant.

(Marginalia: Tota gens Hebræorum dicta Ephraim.)

E b *Vallis pinguissimæ.* Gethsemani fertilitate frugum, per eam erat eis ascensus in ciuitatem, & ibi figebant aliqui, ludi causa, tentoria dum in ciuitate morabantur.

(Marginalia: Gethsemani)

c *Ecce validus.* † CYRILLVS. Significat propheta Iudæos daturos pœnas impietatis in Christum; & vtitur similitudine grandinis, & aquæ omnia vastantis, quæ tanto impetu omnia obruit, vt natantium manibus locum non relinquat nec liceat natando effugere periculum.

F d *In die illa.* HIER. Secundum prophetiam, cum dominus Scribas & Pharisæos, & Iudam proditorem subuerterit, erit corona gloriæ his qui de Iudæis crediderint, id est apostolis, & spiritus iudicij, inspirans ecclesiæ prælatis; & fortitudo bellatoribus, ad se, qui est porta, reuertentibus, Scribæ enim & Pharisæi vino & sicera inebriati sunt.

Tropo. In die illa. Hæreticis, à diabolo deuoratis, dominus erit coro-

CAP. XXVIII.

a ¶ Magistris erroris. b ¶ Posuerunt in cælum os suū. c ¶ Vitiis. ¶ Vino fornicationis, idololatriæ.

a VÆ coronæ superbiæ ebriis [1]
a ¶ Hæreticorum.
b ¶ Quia de gloria domini exciderunt de flore & spe cælesti.
Ephraim, & flori decidenti, [2] [3]
gloriæ exultationis eius, qui † [4]
a ¶ Ebrij. b ¶ Tempore Dauid vocati à rege, vel exigente solemnitate, non enim ibi habitabant, neque ad eam sortem pertinebant. ¶ Id est culmine superbiæ.
c ¶ Ierusalem, quæ erat super Gethsemani.
d ¶ Quia non tenue Manna & humilitatem ecclesiæ sequuntur, sed in monte pinguissimo tanquam ebrij versantur.
b erant in vertice vallis pinguissimæ errantes à
a ¶ Idololatriæ. b ¶ Irruet super eos.
c vino. [2] Ecce validus & fortis dominus sicut [5]
a ¶ Exercitum Sennacherib significat. b ¶ Violentiam notat.
impetus grandinis, turbo confringens, sicut [6]
a ¶ Irruens multitudo. b ¶ Quæ omnia obuia trahunt.
impetus aquarum multarum inundantium,
a ¶ Decem tribus leuiter captiuaturus. b ¶ Diaboli. ¶ Assyriorum.
& emissarum super terram spatiosam. [3] Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebrioru͂ Ephraim, [4] & erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pingui-
a ¶ Malum præmaturum, vel aliquid huiusmodi. ¶ Quasi, Dulcissimus cibus diaboli erunt.
um, quasi temporaneum ante maturitatem autumni. Quod cùm aspexerit, videns statim vt [7] [8] [9]
a ¶ Cupide, sic deuorabuntur decem tribus.
b ¶ Deletis scilicet tribubus ab Assyriis.
d manu tenuerit, deuorabit illud. [5] In die illa erit [10]

†Pro-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XXVIII.

VÆ coronæ superbiæ. *Superius locutus est propheta contra duarum tribuum persecutores, hic propheta contra prophetarum contemptores. Et diuiditur in duas partes, quia primo propheta prophetat contra contemptores præsentium, secundo futurorum, 30. cap. Prima in duas: quia primo prophetat contra contemptores de decem tribubus; secundo contra eos de duabus, ibi,* In die illa. *Circa primum dicitur.*

(Marginalia: Diuisio.)

1 Væ coronæ superbiæ. *Id est regno decem tribuum, quod intantum superbierat, quod prophetas domini omnino contempserat, & prophetis idolorum adhæserat.*

2 Ebriis Ephraim. *quia illud regnum non solùm infectum erat per peccatum superbiæ, sed etiam gulæ & luxuriæ: & denominatur ab Ephraim illud regnum, quia primus rex, scilicet Ieroboam fuit de tribu Ephraim.*

(Marginalia: Quæ vitia in regno 10. tribuum regnauerint?)

3 Et flori decidenti. *Per hoc designans, quod destructio illius regni erat propinqua quæ facta fuit per Salmanasar regem Assyriorum 9. anno Oseæ regis Israel 4. Reg. 18.*

4 Qui erant in ver. *Ista vallis secundum Rab. Sa. est vallis Zenereth fertilissima existens in regno decem tribuum.*

(Marginalia: Vallis pinguissima.)

5 Ecce validus. *Cui nullus potest resistere.*

6 Sicut impetus. *Per hoc intelligitur exercitus Salmanasar, instinctu diuino venturus cum magna fortitudine ad destruendum regnum Israel, ita quod Israelita non possent resistere, sicut factum fuit: ideo subditur:* Pedibus conculcabitur, *& patet ex dictis litera vsque ibi.*

7 Quasi temporaneum, *id est primitiuum.*

8 Ante matur. autum. *id est ante maturitatem de cursu communi.*

9 Quod cum aspe. *Et est sententia, quod sicut aliquis videns fructum aliquem maturum ante alios, vt pomum, vel ficum, vel huiusmodi, ex desiderio nouitatis, statim accipit & comedit: sic Salmanasar & eius exercitus cum magna auiditate destruendi regnum Israel venturi erant de propinquo; & sic contigit: quia populum partim occiderunt, & partim captiuum duxerunt in Assyrios & terram populauerunt alienis gentibus 4. Reg. 18.*

(Marginalia: Quam studiose Assyrij conuolarint ad exitium 10. tribuum?)

10 In die illa. *Hic consequenter prophetat contra contemptores, qui erant de duabus tribubus, & primo contra maiores populi specialiter; secundo contra totum populum communiter cap. sequenti. Prima in duas, quia primo vt appareat contemptus grauior, præmittit Dei beneficium eis exhibitum; secundo propheta prædicit eorum interitum, ibi,* Verum hi. *Circa primum sciendum, quod captiuatis decem tribubus per Salmanasar, Sennacherib voluit destruere regnum Iuda: sed angelus domini percussit eius exercitum, ita quod oportuit eum fugere ad terram suam, vbi à filiis suis fuit interfectus 4. Reg. 19. Et tunc Ezechias rex Iuda cum populo suo & spoliis mortuorum fuerunt valde ditati, & sic habuerunt duplicem materiam gaudij, scilicet de morte aduersariorum suorum, & de spoliis eorum, & hoc est quod dicitur,* In die illa erit do. exercit. *&c. id est angelorum.*

(Marginalia: Diuisio. — Plaga Assyriorum aggredi cogitantium Iudam.)

Corona

MORALITER.

1 *Væ coronæ superbiæ.* Postquam Isaias prophetauit contra diuersas gentes, hic ad literam prophetat contra prophetarum contemptores. Et primò contra illos de regno Israel, per quos signantur in ecclesia sacerdotes, & clerici peruersi, qui prædicatores veritatis pauperes contemnunt, impediunt, & affligunt, sicut Amasias sacerdos Samariæ frequenter afflixit Amos prophetam domini, & Ozias filius eius ipsum vecte per tempora transfixit, vt dicit Ierony. in prologo super Amos prophetam. Talibus ergo clericis mysticè dicitur hic, *Væ coronæ superbiæ*: quæ fuit primo signum humilitatis, sed nunc abutuntur ea mali clerici pro signo superbiæ & malignitatis.

(Marginalia: Contra clericos peruersos qui prædicatores veritatis contemnunt, impediunt & affligunt.)

2 *Ebriis Ephraim*, id est, excedentibus in cibis & potibus.

3 *Flori decidenti*, Nam tales exciderunt ab honestate clericali.

† *Gloriæ ex. eius*, id est dæmonis, qui gaudent in rebus pessimis, inter quas est deiectio clericalis sanctitatis.

4 *Qui erant in ver.* Hoc dicitur propter plenitudinem diuitiarum Ecclesiæ, quibus mali abutuntur ad carnalitatem & superbiam deducendam; propter quod subditur pœna, cùm dicitur:

(Marginalia: Clerici abutentes bonis Ecclesiæ.)

5 *Ecce validus & fortis dominus.* Ad puniendum tantum malum.

10 *In die illa.* Sicut enim mali clerici contemptores bonorum sunt acriter puniendi, ita boni ab eis contempti sunt magnifice præmiandi, ideo subditur: *In die illa.* i. reddens præmium gloriosum.

2 *Ebriis* † *Residuo*

☞ corona gloriæ his qui in ecclesia commorantur, & ad multitudinē A errantium comparati pauci sunt. Est autem spiritus iudicij, sordes lauans filiarum Sion, & fortitudo reuertentibus de bello, quo diabolum vicerunt, ad portam, quæ est Christus, cui omnia tribuunt. *Verum hi quoque præ vino ne. &c.* Vinum est quod de vinea fit: Sicera, omne quod inebriare potest, quam propriè Aquila ebrietatem transtulit. *Sacerdos & propheta nescierunt, præ ebrietate, &c.* Tales fuerunt Prisca & Maximilla & Montanus, qui nesciebant quid dicerent. Inebriantur vino, qui scripturas malè intelligunt & B peruertunt: Siceră, qui sæculari scientia abutuntur.

Vinum, Sicera. Prisca, Maximilla & Montanus.

a *Fortitudo reuertentibus.* Hier. l. 9. Non leguntur bella Ezechiæ, sed dominus pro eo bellum gessit interfectis 185. millibus Assyriorū, quorum Iudæi spolia collegerūt: & ad portas Ierusalem cum gaudio reuersi sunt. (4. Re. 19. g. 2. Pa. 32. c.)

b *Omnes enim.* Ibid. Dum scripturarum non digerunt cibos, nec corpori faciunt vitales, sed immaturos & fœtentes egerunt, vt in eis dominus nullum inueniat locum.

C c *Ablactatos à lacte, auulsos.* Ibid. Alios non, quia portare non possunt. Hi enim sunt qui iam solido cibo vti possunt: Aliis dicit Apostolus, *Lac dedi vobis potum non escam.* (1. Cor. 3. a.)

† Ambro. in Ps. 118. *Ablactatos à lacte,* hoc est, eos qui prima infantiæ alimenta transissent, cibo iā habiles fortiori. Exemplo sit, quod ablactatus Isaac patriarcha, tātus eua serit, vt adhuc inter rudimenta primæuæ ætatis positus; nequaquam gladium percussuri patris D horruerit. Plures filios habuit Abraham, sed in hoc solo legitur fecisse epulum magnum, & bene magnum, quia typus erat eius quem semper epulantur corda iustorum.

† Chrysost. homil. in beatos Iob & Abraham. Ait dominus esse docendos eos, qui subeunt omne discrimen, etiamsi expetat eos Sathan, vt excribret eos. Quamdiu enim imperfecti sumus, nobis parcitur: & quamdiu lactamur, paternè fouemur: vbi autem perfectiores facti fuerimus, perfectorum certamina subimus. Et non dixit, *ablati* ab vbere, sed *auulsi*; coguntur E enim fideles vt recedant à lactendo, vt eant per omne discrimen.

De perfectioribus & imperfectioribus Christianis.

d *Quia manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi modicum ibi.* (1. Cor. 3. a.)

Hieron. vbi supr. quasi dicat, vos non potestis doceri, quia irridentes prophetas (per quos prædicit dominus vobis mala superuentura, vt pœnitentiam agatis & liberemini) opponitis, *manda, remanda*; quasi dicat, O propheta præcipe quod vis, minare quæ vis: hæc tamen non eueniunt quæ minaris.

Populus Dei prophetas irridens.

e *In loquela enim*, quasi dicat. F Malo vestro hæc dicitis, quia non prænuntiabit vobis dominus amodò mala, sed statim inferet. Et hoc est: *In loquela enim labij, & lingua altera loquentur ad populum istum, &c.*

† Chrysostomus. Quomodo Apostoli attraxere tot nationes, qui non nisi vnam linguarum habebant, nempe Iudaicam,

---

(a Quasi ex auro & gemmis. a Ex floribus. b Duabus tribubus, quæ non sunt captiuatæ ab Assyriis tempore Ezechiæ.)

1 dominus exercituum corona gloriæ, 2 & sertum exultationis 3 residuo populi sui, 6 & 4 spiritus iudicij 5 sedenti super thronum, & 6 fortitudo reuertentibus de bello ad portam.

(a Ipse Deus inspirando quomodo iudicet. b Ezechiæ. c Regni. a Interfectione Assyriorum. b Ierusalem.)

7 Verum hi quoque 8 præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. 9 Sacerdos & propheta 10 nescierūt præ ebrietate, 11 absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, 12 nescierunt videntem, 13 ignorauerunt iudicium. 8 Omnes enim 14 mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, 15 ita vt non esset vltra locus. 9 16 Quem docebit scientiam, & 17 quē intelligere faciet auditum? 18 Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus, 10 quia 19 manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, 20 modicum ibi, modicum ibi. 11 21 In loquela enim labij,

(a Duæ tribus. Sicut aliæ tribus. Quia Iuda & Beniamin legem præuaricati sunt, & ipsi in captiuitatem ducti sunt. b Fornicationis. c Creatorem, qui sæpe liberauit eos. a A via Dei. b Iniquus. c Falsus. A via Dei. a Deum qui omnia videt. b Iustum. a Super quas comedebant ante idola. b Omni immunditia. a In eis. b Domino. c Dignum doctrina Domini. d Dominus. a Quod audierit à Domino. Qui habet aures audiendi audiat, aut quod auribus hauserit, corde intelligat. Verbum caro factum est. a Sicut Isaac, propter cuius auulsionem Abraham lætus fecit grande conuiuium. O propheta. Responsio prophetæ: vel ipsi derisoriè repræsentant verba prophetæ. a Maneas in expectatione.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Corona gloriæ, *quantum ad maiores.*

2 Et sertum exultationis, *quantum ad minores: quia corona fit de auro, & argento & gemmis, sertum verò de floribus.* (Corona. Sertum.)

3 Residuo pop. *i. duabus tribubus quæ remanserant, aliis captiuatis.*

4 Et spiritus iudicij, *i. inspirantis voluntatem iudicium faciendi.*

5 Sedenti super iudicium, *Sic est in Hebræo, & in libris correctis, id est, Ezechiæ regi qui fuit iustus.*

6 Et fortitudo reuertentibus, *id est populo Ezechiæ, qui exiit ad colligendum spolia Assyriorum (vt prædictum est) Et rediit ad portam ciuitatis Ierusalem plenus diuitiis aduersariorum: & ideo dicitur hic,* Reuertentibus de bello, *& non bellantibus: quia illam victoriam non fecit dominus per homines, sed per angelum.*

7 Verum hi quoque. *Hic præmisso beneficio, denuntiatur interitus ratione ingratitudinis. Et primo ponitur interitus duarum tribuum factus per Chaldæos, secundo per Romanos, ibi,* Propter hoc audite. *Prima in duas quia primo propheta describit eorum culpam; secundo debitam pœnam, ibi,* Et erit. *Circa primum dicitur,* Verum hi. *id est illi de duabus tribubus.*

8 Præ vino nescierunt. *Quia exposuerunt se epulis & potibus & aliis malis, & cito Dei beneficium obliti fuerunt, ideo subditur:*

9 Sacerdos & propheta. *Qui deberent alios de Dei beneficiis instruere, & ad Dei laudem inuitare.*

10 Nescierunt præ, &c. *Et loquitur hic Isaias de prophetis falsis.*

11 Absorpti sunt. *Inculcatio est verborum idem significantium ad ostendendum magnitudinem excessus eorum in talibus.*

12 Nescierunt videntem, *id est, verum prophetam: secundum quod dicitur 1. Reg. 9. b.* Qui enim hodie dicitur propheta, olim appellabatur videns. *Sacerdotes enim mali & prophetæ falsi, veros prophetas domini contemnebant: ideo subditur:*

13 Ignorauerunt iudicium, *Quia nolebant dirigi per verba sanctorum prophetarum.*

14 Omnes enim mensæ repletæ sunt vom. *ex nimio epulationis & potationis excessu.*

15 Ita vt non esset vltra locus, *scilicet mundus à talibus sordibus; Et quia talis excessus causat cæcitatem intellectus (sicut è contrario abstinentia clarificat, secundum quod dicitur, Dan. 1. de ipso & sociis eius, qui fuerunt valde abstinentes, vt ibidem dicitur,* Pueris autem his dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & in omni sapientia, &c.) *ideo subditur:* (Gula hebetē temperantia facit sapientem.)

16 Quem docebit scientiam, &c. *id est per sacrarum scripturarum studium.*

17 Et quem intelligere fa. auditum, *id est verba doctorum vel etiam angelorum reuelantium: & respondet,*

18 Ablactatos à lacte, *id est, segregatos à delectationibus carnalibus, quæ sunt circa cibos & venerea. Et quia detenti dilectionibus carnalibus sunt ad hoc inepti, ideo subditur:*

19 Manda, remanda, &c. *Sic enim loquebantur sacerdotes mali & prophetæ falsi deridendo verba prophetarum sanctorum, quæ non intelligebant. Circa quod sciendum, quod prophetæ nitebantur retrahere à malis, aliquando comminando eis mala si in malis perseuerarent: & tūc vtebantur verbo mandati sicut supr. 5. b.* Mandabo nubibus ne, &c. 13. *a.* Mandabo militiæ belli. *Aliquando verò promittendo bona, si à malis desisterent, & tunc vtebantur verbo expectationis sicut Abacuc. 2. a.* Si moram fecerit expecta eum, &c. *& ideo sacerdotes mali & prophetæ falsi eos deridendo dicebant:* Manda re. *& subditur:* (Qualia prædicerent boni prophetæ, & quomodò ab eis prædicta mali irriderent.)

20 Modicum ibi, *q. d. de comminationibus eorum seu promissionibus modicum aut nihil vidimus impletum.*

21 In loquela enim. *In Hebræo habetur:* In balbutiendo: *Balbutiens enim satis mouet labia, sed tamen loquitur malè intelligibiliter.*

MORALITER.

† 3 *Residuo populi sui:* id est pauperibus religiosis fideliter laborantibus in ecclesia Dei, verum tamen quia aliqui eorum, irretiti sunt vitiis prædictis, ideo subditur:

7 *Verum hi.* Propter quod mouetur quæstio, cum subditur:

16 *Quem docebit,* scilicet salutis: non solum speculatiuè, sed etiam practicè. Et respondetur cum subditur:

18 *Ablactatos à lacte, &c. ab vberibus,* id est separatos à deliciis carnalibus, cuiusmodi sunt boni religiosi & studiosi.

A cam, acceperant à Spiritu sancto gratis multiiugarum dona linguarum; B & hoc quoque prophetæ dicunt, duo hæc declarantes, scilicet, quod linguarum varietatem acceperint Apostoli; & cum attraxerit omnes gentes, non attraxerit Iudæos. C *In variis linguis & in labiis aliis loquar populo huic, & non sic me exaudient*

Donum linguarum quod Apostoli à Spiritu Sancto acceperunt.

*Rom.9.g.

& lingua altera loquetur ad populum istum,[12] cui dixit: Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium, & noluerunt audire.[13] Et erit eis verbum domini, manda remanda, manda, remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, vt vadant et cadant retrorsum, & conterantur & illaqueentur & capiantur.[14] Propter hoc audite verbum domini viri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Ierusalē. [15] Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellū inundans cum transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendaciū spē nostrā, & mēdacio protecti sumus.[16] Idcirco hæc dicit dominus Deus: * Ecce ego mittam in fundamentis

a Incredulum. b Populo. c Dominus. d Vos benefacientes. a Laborare me fecistis in iniquitatibus vestris. Et alibi: Laboraui fusti. Me. b In bonis operibus vestris. Anima iusti sedes sapientiæ est. a Quod irrident. b Scilicet. a In interitum. b Euntes. c Boni cadunt in faciem, mali retrorsum. a A Babyloniis vel Romanis. b Quia illusistis. a Pontifices Scribæ & Pharisæi. b Principes. a Obliti enim beneficiorum meorum. Opere non sermone. b Semel salutem desperauimus. Immolantes dæmonibus sicut aliæ gentes. c Diabolo. d Vt descensuri ad inferos leuius puniamur. a Pacis actum. b Ergo. Captiuitatis. c Ante mortuos. a Id est, frustra spem in Deo habuimus & in lege eius. b Diabolum. c Diabolo qui est pater mendacij. Quia mortui imminentem captiuitatem declinauimus. a Quia desperastis. b Misericors & miserator. c Vobis nolentibus. d Quasi sapiens architectus fundamentum posui.

D 2 *audient dicit dominus.* 5 a *Percussimus* 6 *fœdus.* † GREGORIVS. lib. 6. E in 2. Reg. cap. 2. Cum morte fœdus percutere, est mala audacter perpetrare, & ea semper agenda promittere. Mala quippe F indesinenter faciunt sed diligendo quod faciunt, quasi à mortis amicitia se numquam recedere pollicentur.

Fœdus cum morte percutere quid sit.

☞ Lapi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et lingua altera, *id est extranea.*

2 Loquetur ad populum istum, *& est sensus, quod sicut loquela balbutientis & loquentis alicui in lingua sibi extranea non est sibi intelligibilis: sic verbum domini per prophetas loquentis non intelligebatur, saltem quantum ad effectum, à contemptoribus prædictis. Et ponitur exemplum cum subditur,*

Non intelligunt verbū Dei qui illud cōtemnunt.

3 Cui dixit, *scilicet dominus,*

4 Hæc requies mea, *impletio mea voluntatis:*

5 Reficite lassum, *id est, afflictis impendite opera misericordiæ.*

6 Et hoc est refrigerium meum, *secundum illud Matt. 2. d.* Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

7 Et noluerunt audire, *mihi obediendo, & sic factum est eis verbum domini quasi non intelligibile.*

8 Et erit eis. *Hic consequēter ponitur pœna debita ex Dei iustitia per Chaldæos inflicta. Circa quod sciendum, quod Sedechias rebellauit regi Babylonis ex confidentia adiutorij per regem Aegypti: & ideo veniente rege Babylonis contra eum, misit pluries ad regem Aegypti, ad habendum auxilium, & ille pluries promisit, & terra sua exiuit ad hoc agendum, sed non perfecit, quia rediit in Aegyptum, vt habetur Ierem. 7. & sic Sedechias fuit defraudatus à suis petitionibus & promissis regis Aegypti: & hoc sibi improperatur hic sicut ipse & sui improperabant prophetis domini, quod verba eorum non haberent effectum vt prædictum est, & hoc est quod dicitur:* Et erit eis verbum domini, *eos deridendo.*

Sedechias ab Ægyptiis frustra subsidium expectat.

9 Manda remanda, *regem Aegypti pro succursu habendo.*

10 Expecta reexpecta, *eius aduentum sicut dixit promittendo;*

11 Modicum ibi, modicum ibi. *i. nullum remedium habebis ab eo, ideo subditur:*

12 Vt vadant, *in rebellione sua procedendo,*

13 Et cadant retrorsum, *tanquam victi,*

14 Et conterantur, *fame & gladio quantum ad mortuos:*

15 Et illaqueentur & capiantur, *quantum ad ceteros in captiuitatem Babylonicam in vinculis deductos.*

16 Propter hoc. *Hic consequenter contra illusores veritatis prædicitur afflictio per Romanos. Circa quod sciendum, quod illa afflictio fuit quadam figuratio iudicij finalis; propter quod apostoli simul quæsierunt de tempore vtriusque, Matth. 24. a.* Dic nobis quando hæc erunt? *scilicet destructio ciuitatis, & templi: & quod signum aduētus tui & consummationis sæculi? Et Christus ad vtrūque simul respondit Matt. 24. & Mar. 13. & Luc. 21. Et ideo primo ponit hic afflictionem primam; secundò secūdam, ibi,* Et nunc. *Circa primum sciendum, quod prima afflictio facta est propter malitiam Iudæorum contra Christum, vt habetur manifestè Luc. 19. & ideo hic primo ponitur contra Christum Iudæorum malignitas; Secundo ipsius Christi firma stabilitas, ibi,* Idcirco; *tertio pœna Iudæorum acerbitas, ibi,* Et ponam. *Circa primum dicitur,* Propter hoc, *propter destructionem ciuitatis per Chaldæos, quæ contingit propter illusores prophetarum, vt dictum est.*

Afflictio Iudæorum per Romanos figuratio quædam iudicij finalis.

Diuisio.

17 Audite verbum domini viri illusores, *s. veritatis, quales fuerunt sacerdotes & legisdoctores tempore Christi; propter quod dixit eis, Matt. 15. a.* Irritum fecistis mandatum domini propter traditionem vestram; *Doctrinam enim Christi verissimam illudebant.*

18 Qui dominamini super. *tunc enim Sacerdotes & Scribæ regebant populum.*

19 Dixistis enim, *s. facto ostendistis:*

20 Percussimus fœdus. *Ille enim qui habet fœdus vel pactum cum alio non timet ab eo. Est igitur sensus, Vos ostenditis per facta, quod non timueritis mortem naturæ nec gehennæ: quia ita obstinatè persecuti sunt Christum innocentem vsque ad mortem, ac si nullam pœnam timerent inde sequuturam in præsenti vel in futuro: ideo subditur.*

Fœdus cum morte percussum.

21 Flagellum inundans, *super alios: Et intelligitur hic flagellum inundans exercitus Romanorum, qui afflixit totum mundum.*

22 Non veniet super nos, *destruendo nos & captiuando.*

23 Quia posuimus mendacium. *Ad hoc enim procurauerunt mortem Christi, vt euaderent flagellum exercitus Romani vt habetur Ioan. 11.* Si dimittimus eum, sic omnes credent in eum, & venient Romani & tollent nostrum locum & gentem. *Hanc autem mortem procurauerunt per mendacia accusantes eum coram Pilato, eo quod prohibebat tributa dari Cæsari: & quod volebat se facere regem vt habetur Luc. 23. Sciebant autem ista esse falsa, quia responderat eis contrarium Matt. 22. c.* Reddite quæ sunt Cæsaris, &c. *& quod fugerat populum qui volebat eum regem constituere, Ioan. 6. b. hoc enim fuerat ita publicum, quod non poterat eos latere. & sic per talia mendacia procurando mortem Christi, credebant euadere insultus Romanorum; per hoc tamen accidit eis contrarium, vt prædictum est.*

Iudæi per mendacia procurando mortem Christi credebant euadere Romanorum insultus.

24 Idcirco. *Hic ponitur consequenter ipsius Christi stabilitas, quia per afflictionem & mortem à Iudæis sibi procuratam peruenit ad stabilitatem immortalitatis corporis, & hoc est quod dicitur hic:* Idcirco. *i. propter nequitiam Iudæorum prædictam.*

25 Hæc dicit dominus Deus, *Cuius verbum non potest cessari.*

26 Ecce ego. *Verbum illud est patris de filio, vel totius Trinitatis de homine Christo. Secundum enim omnes expositores Hebraicos & Latinos scriptura hæc loquitur de Christo.*

27 Mittam in fundamentis Sion. *i. ecclesiæ militantis, quæ fundata fuit*

MORALITER.

† 8 *Et erit eis verbum domini, manda.* ad literam scribitur pœna veritatis illusoribus inflicta per Chaldæos, quæ fuit breuis respectiuè: quia durauit tantum septuaginta annis secundum numerum maiorem, & quinquaginta duobus tantum secundum minorem, propter quod Mora. signat pœnam quæ illusoribus veritatis aliquando infligitur à Deo in præsenti.

Pœna quam debent Deo illusores veritatis.

16 *Propter hoc audite.* Hic ad literam describitur pœna veritatis illusoribus inflicta per Romanos, scilicet Iudæis obstinatis, quæ fuit & est longa, quia iam durauit 1262. annis (scilicet anno domini 1307.) nec adhuc apparet aliquod signum liberationis ipsorum: propter quod moraliter signat pœnam æternam, veritatis illusoribus infligendam.

Quo anno scripserit hæc Lira nus?

24 *Idcirco, &c.* Posita pœna illusorum veritatis, hic consequenter † descri-

16 Pro-

a ¶ Ecclesiæ. b ¶ Christum. c ¶ Gentes & Iudæos copulantem. d ¶ A Deo. e ¶ Quo redimitur mundus.

Sion lapidem angularem, lapidem probatum pretiosum, in fundamento fundatum. * Qui crediderit non festinet, [17] & ponam in pondere iudicium & iustitiam in mensura. Et subuertet grando spem mendacij & protectionem. Aquæ inundabunt [18] & delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Flagellum inundans, cùm transierit, eritis ei in conculcationem. [19] Quandocumque pertransierit, tollet vos. Quoniam mane diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. [20] Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non potest. [21] Sicut enim in mõte diuisionum stabit dominus, sicut in valle quæ

a ¶ Ecclesiæ. b ¶ Scilicet. c ¶ In illum. ¶ LXX. non confundetur. ¶ Si moram fecerit expecta eum. ¶ Quærere retributionem. d ¶ Per filium meum. a ¶ Meo, quia pater non iudicat quemquam. ¶ Iusto examine. b ¶ Vt reddat vnicuique secundum opera sua. c ¶ Multitudo tormentorum. a ¶ Ipsum diabolum, vel ipsos qui in eo spem habuerunt. b ¶ Diabolum quem putabant protectionem suam. c ¶ Tribulationum. a ¶ Amicitiæ. b ¶ Quod percussistis cum diabolo. a ¶ De quo dixistis: Non veniet super nos. ¶ Mortis vel captiuitatis Sennacherib vel Nabuchodonosor. b ¶ Vel venerit. c ¶ Conculcabit vos cum transierit. a ¶ Quia. b ¶ Destruet. a ¶ Diluculum quasi dubia lux. b ¶ Continue. ¶ Tam in prosperis quam in aduersis sentietis domini iram. a ¶ Faciet vos intelligere vera esse quæ dixerunt prophetæ. b ¶ Vestro. c ¶ Non capiet me & adulterum. ¶ Dominus ad Ierusalem quasi ad vxorem. d ¶ Metaphora pudici mariti & adulteræ vxoris. a ¶ Nemo potest duobus dominis seruire. Non potestis Deo seruire & Mammonæ. ¶ Quasi, abiice idola, vt meis fruaris complexibus. a ¶ Quia lapidem recipere noluerunt. b ¶ An stabit sicut stetit in monte? ¶ Quasi: Non pugnabit pro vobis sicut fecit contra Philisthæos & Gabaonitas. c ¶ Iratus est, Iosue pugnante & dicente: Stet sol & luna, & spatio vnius diei stetit sol, & de alienigenis perierunt multi.

a Lapidem. Lapidem quem ædificantes reprobauerunt, hic factus est in caput anguli.

Ro. 10. b.

† CYRILLUS. Dicitur Christus lapis angularis, qui fecit vtraque vnũ, qui in se populum gentium, & populum Israel coniunxit, & ex vtroque vnum populum fecit; & idem fundamentum est dictum, quod *fundamentum aliud nullus potest ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Iesus.*

Christus lapis angularis in fundamento fundatus. *1. Cor. 3.*

b *Sola vexatio intellectum dabit auditui.*

† GREGOR. l. 8. mor. c. 13. Hoc de reprobis dixit propheta, quia videlicet æterna non intelligunt, nisi cum pro temporalibus iam sine emendatione puniuntur, tunc iniquus æstuat & infructuosæ pœnitentiæ se ignibus inflammat, duci ad suppliciũ timet, præsentem vitam ex desiderio retinet.

Infructuosa pœnitentia.

LXX. *Discite audire angustiati.* q. d. pleni malis intelligetis completas prophetias, & discetis credere prophetis.

c *Sicut enim.* Philisthæos congregatos superueniens Dauid auxilio domini diuisit viuos à mortuis, & peruersa loca dispersit. vnde locus ille Baalphrasim ☞ nomen

Psal. 117. c. *2. Reg. 5. c.*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *fuit in Sion per prædicationem Christi: quia pluries in templo existente in monte Sion prædicauit; Et quia in monte Sion suam resurrectionem discipulis manifestauit; & ibidem super apostolos spiritumsanctum in signo visibili misit.*

1 Lapidem, *id est Christum, qui dicitur lapis Dan. 2. e.* Lapis qui percusserat statuam, factus est mons magnus.

Vers. 16. & sequent. de Christo intelligi debere fatentur ipsi Iudæi.

2 Lapidem probatum, *multis persecutionibus in sua passione; & approbatum à Deo Patre: & quod hoc intelligatur de Christo ad literam, etiam secundum Iudæos, patet per translationem Chaldaicam quæ sic habet,* Ecce ego statuens in Sion regem Messiam, regem potentem angularem, *quia ex Iudæis & Gentibus tanquam ex duobus parietibus simul iunctis fecit vnam ecclesiam, secundum quod dicitur Ioan. 10. c.* Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.

3 Pretiosum. *Humanitas enim Christi coniunctione ad deitatem habet quodammodo infinitum valorem.*

Apostoli Ecclesiæ fundamẽta.

4 In fundamento fundatum. *Hoc dicitur, quia apostoli aliquando dicuntur ecclesiæ fundamenta, Apoc. 21. d.* Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: *tamen hoc eis solum conuenit inquantum innituntur ipsi Christo.*

5 Qui crediderit. *Hoc potest referri ad dictum Isaiæ, & sic est sensus:* Qui crediderit, *mihi denuntianti aduentum Christi primum.*

Duæ expositiones illius: qui crediderit non festinet.

6 Non festinet, *Sic intelligendo verbum meum, quod Christus statim sit venturus, quia adhuc est longum tempus. A tempore Isaiæ vsque ad tempus Christi fluxerunt anni quingenti, vel circiter. Alio modo potest referri ad ipsum Christum: & sic est sensus,* qui crediderit *scilicet doctrinæ Christi, quia pluries locutus fuit de aduentu suo ad iudicium, vt patet ex prædictis:* Non festinet, *imo expectet patienter tempus à Deo determinatum; vnde & apostolis quærentibus de tempore huius aduentus, Act. 1. a. respondit:* Non est vestrum nosse tempora vel momenta, &c.

7 Et ponam. *Hic consequenter describitur pœna Iudæorum acerbitas, pro morte Christi nequiter procurata, cùm dicitur:* Et ponam, *id est puniam eos secundum demerita.*

8 Et subuertet grando, *id est, exercitus Romanorum cum magno strepitu veniens, ad modum grandinis descendentis.*

9 Spem mendacij, *quia sperabant euadere insultum exercitus Romani, mendaciter procurando mortem Christi, vt prædictum est.*

10 Et protectionem, *ex hoc mendacio speratam.*

11 Aquæ, *tribulationum.*

12 Inundabunt, *id est simpliciter auferent, sicut aquæ inundantes rapiunt quæ inueniunt: ideo subditur,*

13 Et delebitur, *quia vos inuadet ineuitabiliter: à principio enim obsidionis per Romanos fuerunt decies centum millia mortuorum, vt dictum est supra.*

14 Et pactum vestrum, *quia obstinati in sua infidelitate detracti fuerunt secundum animas ad pœnam gehennæ.*

15 Flagellum inundans, *id est exercitus Romanorum valde potens.*

16 Cum transierit, *ad terram vestram;*

17 Eritis ei in conculcationem, *quantum ad mortuos.*

18 Quandocumque pertransierit, tollet vos, *quantum ad captiuos.*

19 Quoniam mane, *id est quocumque tempore vel hora venerit, continget vobis sine dilatione ista miseria.*

20 Et tantummodo. *Prædixit enim Christus hanc destructionem pluries vt patet in Euangeliis: sed noluerũt credere, donec senserunt per experientiam.*

21 Coangustatum est e. stratum, *id est, cor humanum non potest capere simul Deum & diabolum, sed suscepta diabolo per peccatum, exit Deus: & econuerso suscepto Deo per charitatem, exit diabolus.*

Anima non potest duos hospites recipere Christum & diabolum.

22 Et pallium breue, *scilicet amoris.*

23 Vtrumque operire non po. *quia diabolus non potest operiri pallio charitatis, nec Deus pallio amoris malè inflammantis; & quia Iudæi à se eiecerant Deum humanatum, & per consequens receperant diabolum dominum ex quo merito debebat sequi dicta punitio.*

24 Sicut enim, *hic tanguntur breuiter duæ historiæ. Prima habetur 2. Reg. 5. vbi dicitur, quod virtute diuina Philisthæi venientes contra Dauid fuerunt debellati, & fugerunt, relinquentes idola sua: & tunc dixit Dauid,* Diuisit dominus inimicos meos sicut diuiduntur aquæ; *& Propter hoc vocatus est locus ille Baalpharasim, id est campus diuisionum, secundum Hebræos. Secunda historia habetur Iosu. 10. c. vbi dixit Iosue:* Sol ne mouearis contra Gabaon, *& sic stetit sol immobilis donec fuerunt eius aduersarij totaliter debellati. Est ergo sensus, quòd sicut tunc dominus ostendit iram suam tempore Dauid contra Philisthæos, & tempore Iosue contra Chananæos: sic ostendit iram suam contra illusores veritatis prædictos; ideo subditur,*

Duæ historiæ hoc cap. inductæ.

25 Vt faciat opus suum, *id est vindictam de peccatoribus, Quia tamen punire non est sibi proprium, sed magis misereri & parcere, secundum quod dicit ecclesia,* Deus cui proprium est misereri semper & parcere: *punire autem conuenit ei per accidens, scilicet propter hominum malitiam; ideo subditur,*

Quomodo Deo conueniant punire & misereri?

☞ Alie-

MORALITER.

† describitur stabilitas veritatis catholicæ, supra petram firmam, scilicet Christum, fundatæ, propter quod sensus literalis est etiam spiritualis, nec occurrit alius conuenientior hic ponendus.

nomen accepit.

a ¶ Hoc eſt, iraſcetur nunc vt tunc, contra impios, vt faciat opus ſuũ? Non: quia non eſt opus Dei perdere, quos creauit. b ¶ Non, quia alienum.

eſt in Gabaon iraſcetur, vt faciat opus ſuum? Alienum eſt opus eius, vt operetur opus ſuum? Peregrinum eſt opus eius ab eo.[22] Et nunc nolite illudere, ne forte conſtringantur vincula veſtra. Conſummationem enim & abbreuiationem audiui à domino Deo exercituum ſuper vniuerſam terram.[23] Auribus percipite & audite vocem meam, attendite & audite eloquium meum.[24] Numquid tota die arabit arans, vt ferat? proſcindet, & ſarriet humum ſuam.[25] Nonne cum adæquauerit faciem eius, ſeret gith, & ciminum ſparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum & milium & viciam in finibus ſuis?[26] Et erudiet illum Deus ſuus, in iudicio docebit illum.[27] Non enim in ſerris triturabitur gith, nec rota plauſtri ſuper ciminum circumibit: ſed in virga excutietur gith, & ciminum in baculo,[28] panis autem comminuetur. Verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plauſtri, nec vngulis ſuis comminuet eum.[29] Et hoc à domino Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret conſilium, & magnificaret iuſtitiam

¶ Idem repetit aliis verbis. ¶ Non, quia. a ¶ Vos qui dicitis: Manda remanda. b ¶ Prophetis. c ¶ Super vos, vt non euadatis. ¶ Funibus peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur. a ¶ Peccatorum, vel captiuitatis, quæ iam non differtur. b ¶ Quaſi: Cito veniet veſtra captiuitas, vt audiui à domino, vel dies iudicij. a ¶ Iudæorum vel omnium. b ¶ Ideo. c ¶ Viri illuſores. ¶ Scribæ & Phariſæi. a ¶ Diligenter. b ¶ Semper. a ¶ Arator. b ¶ Non. c ¶ Sed. ¶ Cum trahe. d ¶ Cum ſarculo & raſtro. a ¶ Communicauerit, æquauerit. b ¶ Superficiem. ¶ Gith, genus leguminis ſimile cimino in quantitate, ſed nigri coloris, & in pane dulcorando ſpargitur. a ¶ Conuenienti loco. Non eadem tellus parit omnia. a ¶ Viciam in circumitu enim meſſium ſolet ſeminari. ¶ Agricolam. a ¶ Diſcretione, vt diſcrete & tempeſtiue vnumquodque fiat, alias faciat. a ¶ Cum trituræ tempus fuerit. a ¶ Serris & plauſtro. a ¶ Quia ſaluabuntur, ſi pœnituerint, ſaltem in die iudicij. ¶ Aliud eſt enim eſſe impium, aliud peccatorem eſſe. b ¶ Panem. a ¶ Serræ ſummitatibus. b ¶ Rota plauſtri. ¶ Alias hæc diſſipatio. ¶ Hæc diſpenſatio. a ¶ Secundum quam plus exigit ab eis, qui plus acceperunt.

A a *Alienum eſt opus.* HIER. lib. 9. Opus proprium Dei eſt miſereri, parcere, condonare. Non ſuum ſed alienum eſt, iraſci, punire.

GREGOR. hom. 6. in Ezechielem. In mũdum veniet, vt faciat opus ſuum, ſcilicet vt redimat genus humanum: Sed ab ipſo eſt alienum opus eius; Non conuenit enim deitati conſpui, flagellari, crucifigi.

B b *Et nunc nolite.*

† THEODORETVS. Monet ipſos ne lætentur & exultent, neque fidant propriis viribus, ne hæc vaticinia eos opprimant, & ne implicentur his malis, quæ dicta ſunt. Ait enim propheta, hæc omnia quæ dixit, audiuiſſe à Deo, cuius ſermo verus eſt.

C † CYRILLVS. Non oportet Chriſto illudere & inſultare, ne permittat vos Deus permanere in vinculis legis veteris, & non illuſtrari luce euangelica. *Vincula legis Moſaicæ.*

† PROCOPIVS. Eſt enim lex ipſa vinculum, quæ iuſtum quidem efficiat neminem, ſed ad pœnas veluti conſtrictos ſeruet. Quin & Dauid ipſe, cũ ad gratiam per fidem alacriter properare ſuaderet, *Dirumpamus vincula eorum*, inquit. *Pſal. 2.*

c *Conſummationem, &c.* † PROCOPIVS. Id eſt, compendioſam pendioſam fidei gratiam, quæ exiguis verborum periodis comprehenſa, non vt à Moſe lex illa tantum Iudæis, ſed cunctis terræ habitatoribus data eſt.

D d *Numquid tota.* HIER. vbi ſupr. Pius & miſericors Deus genus humanum, vt fructum boni operis afferat, arat vt agricola vomere prædicationis, proſcindit verbere tribulationis, nunc peſte, nunc captiuitate corrigit; & hoc eſt, *Numquid tota die, &c.* *Flagella Dei ſalutaria.*

E e *Gith & ciminum.* IBID. Gith & ciminum, quæ in virga excutiuntur, Gentes, quæ cognitionem Dei non habent, intelliguntur, quæ minus puniuntur. Triticum & hordeum, vnde panis fit, Iudæi præeminentes cognitione Dei: Vel, mali prælati Eccleſiæ, & principes huius ſæculi, qui puniuntur grauioribus tormentis. *Vel gith, &c.* Simplices & idiotæ, qui fidem acceptam malè viuentes corrupere: Frumentum, eccleſiæ Sacerdotes, clauem ſcientiæ habentes. *Quid deſignet gith, ciminum, triticũ, &c.*

F † *Et hoc à domino Deo exiuit.*

† PROCOPIVS. Portentum & admiratione dignum vocat, quod Iſraeli tantis peccatorum ſordibus inquinato, miſericordiæ locus pateat.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Alienum eſt, *q. d. opus puniendi non ineſt ei ex ſua conditione, ſed ex malorum tranſgreſſione.*

Punitio quæ erit in finali iudicio. 2 Et nunc. *Hic conſequenter agitur de punitione, quæ erit in finali iudicio, cùm dicitur:* Et nunc, *id eſt, poſt deſtructionem ciuitatis per Romanos:*

3 Nolite illudere, *virtutem Euangelicæ prædicationis,*

4 Ne forte conſtringantur, *pœna irremediabili in iudicio finali; ideo ſubditur:*

5 Conſummationem enim, *ſcilicet mundi, &* abbreuiationem, *id eſt infra breue tempus, reſpectu æternitatis;*

6 Audiui à Domino, *qui eſt regula veritatis,*

7 Super vniuerſam terram, *malos generaliter puniendo pœna irremediabili, & bonos præmiando gloria interminabili.*

8 Auribus percipite, *id eſt, attendite diligenter iſta. Et ponit exemplum ad hoc ſenſibile: & primò quantum ad præmiationem bonorum, dicens,*

9 Numquid tota die, *id eſt, ſingulis diebus continuè,*

10 Arabit arans, *vt ferat ſemen ſuum in agro:*

11 Proſcindet, *cum aratro vel ligone,*

12 Et ſarriet, *id eſt, purgabit à ſentibus & herbis nociuis, q. d. non: ideo ſubditur,*

13 Nonne cùm adæquauerit faciem eius, *id eſt, ſuperficiem terræ perfectè diſpoſuerit ad recipiendum ſemina?*

Gith. 14 Seret gith, *ſecundum gloſſam, genus eſt leguminis cimino ſimile.*

15 Et ponet triticum, *id eſt ponet ſemina ordinatè ſecundum variam diſpoſitionem terræ, cuius vna pars eſt apta vni ſemini, altera alteri. Per hoc intelligitur, quòd Chriſtus, qui eſt agricola agri ſui, qui eſt eccleſia, peracto finali iudicio ponet electos ſuos in diſtinctis manſionibus gloriæ, ſecundum varia eorum merita: propter quod dicit Ioan. 14. a.* In domo patris mei manſiones multæ ſunt.

16 Non enim in ſerris. *Hic ponitur exemplum de punitione malorum, quia terræ naſcentia collecta non ſimiliter triturantur ſeu excutiuntur vniformiter, ſed aliqua cum leuiori inſtrumento, vtpote cum virga, vt ciminum & ſimilia; Alia autem triturantur cum inſtrumentis ferreis, & ponderoſis. Similiter in finali iudicio, vbi erit vniuerſalis peccatorum collectio, non omnes vniformiter punientur, ſed aliqui grauius, & alij minus grauiter, ſecundum eorum demerita. Et ſecundum hoc intelligitur iſta parabola. Nec mirandum, quod per eadem ſemina intelligantur iuſti præmiandi, & peccatores puniendi: quia hoc eſt propter identitatem naturæ in ipſis, ſed eſt varietas in meritis & demeritis.* *Damnatorum varia pœna.*

17 Panis autem, *id eſt triticum vnde fit panis, quod comminuitur inter molas.*

18 Verum non in perpetuum. *Hoc refertur ad pœnas temporales, quibus Deus ſecundum ordinem ſapientiæ ſuæ aliquando punit peccatores ad correctionem eorum, vel ad terrorem aliorum: & talis punitio ceſſabit in iudicio, & ſuccedet pœna æterna, quam Deus committet executioni dæmonum, quibus erunt ſubiecti in pœna, qui ante fuerant eis ſubiecti in culpa.*

19 Et hoc a domino Deo exer. exiuit. *tanquam verbum irretractabile.*

20 Vt mirabile faceret, *quia nullus ſcit in qua parte ſit futurus, ſcilicet, præmij, vel pœnæ finalis.*

21 Et magnificaret iuſtitiam, *quia finale iudicium omnibus apparebit iuſtum.*

ADDITIO I.

† *In cap. 28. vbi dicitur in poſtil.* Qui crediderit non feſtin. *Vbi dicitur in tranſlatione noſtra:* Non feſtinet, *in Hebræo habetur quoddam verbum, quod ſignificat indifferenter, non feſtinet, vel non*

A non festinabit. Et in secundo significato est sensus: Quòd qui crediderit doctrinæ Christi, de quo hic loquitur, non festinabit ad credendum, eò quod doctrina Christi maximè est supra sensum hominis: Vnde & discipuli Christi, qui eius doctrinam continuè audierunt, & eius miracula viderunt, non tamen festinauerunt credere; vnde eis dicitur, etiam post resurrectionem, O tardi corde ad credendum.

Tertia expositio illius: qui crediderit non fest.

ADDITIO II.

In eo.cap. vbi dicitur in postil. Sicut enim in monte diuisionum.

Ad vlteriorem declarationem huius, quod dicitur hic, Sicut enim in monte diuisionum, &c. vsque ad finem, considerandum, quod hæ dua historiæ, quæ hic tanguntur, scilicet de monte diuisionis, & de valle Gabaon, videntur propriè referendæ ad duos aduentus Christi, in quorum vtroque iudicium mundi consideratur. Nam in primo fuit iudicium discretionis, seu separationis, secundum quod separati fuerunt credentes ab infidelibus: De quo iudicio Ioan. 12. e. Nunc iudicium est mundi, & ad hoc iudicium refertur quod dicitur hic, Sicut in monte diuisionum stabit dominus, id est, iudicio discretionis seu separationis. In secundo verò aduentu erit vniuersale iudicium in valle Iosaphat, in quo iudicio finaliter reprobi punientur: Ad quod iudicium refertur illud, quod hic dicitur, Sicut in valle quæ est in Gabaon irascitur, quia in eodem iudicio sol iustitiæ stans ad iudicandum contra damnatos irascetur, scilicet signa iræ ostendendo. Et quia in primo aduentu opus redemptionis humani generis Christus expleuit per passionem quam sustinuit, quæ non conuenit eius deitati, ideo subditur, Vt faciat opus suum, alienum est opus eius, vbi glossa, & est Grego. In mundum veniet, vt faciat opus suum, scilicet redimat genus humanum, sed ab ipso alienum est opus eius. Non B enim conuenit deitati conspui, flagellari, crucifigi. Hæc in glo.

Duo Christi aduentus & duo eius iudicia.

Et notandum, quòd iste modus exponendi huius, quod dicitur, Alienum est opus eius, &c. videtur verior, quam dicere quod punire, non est proprium Deo, sed magis parcere & misereri, prout in postilla: Tum quia licet verum est, quod Deo proprium est misereri, inquantum ad ipsum propriè pertinet releuare defectus aliorum: non tamen videtur concedendum, quòd opus puniendi peccatores est alienum à Deo, cum hoc opus pertineat ad veritatem iustitiæ, quæ Deo maximè competit, vt sacra scriptura in quam plurimis locis testatur; Tum quia opus puniendi transgressores est bonum simpliciter, licet secundum quid, scilicet respectu puniti, habeat rationem mali, scilicet pœnæ. Constat autem, quod omne opus bonum Deo maximè competit: & sic patet quod punire delinquentes, secundum ordinem diuinæ iustitiæ, non est dicendum esse alienum opus Deo, licet misereri sit Deo maximè proprium.

Punitio iustorum non est dicenda opus alienũ Deo.

In secundo verò aduentu quia iudicium vniuersale competit Christo etiam secundum quòd homo (vnde Ioan. 5. c. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est) Quæ quidem potestas etiam se extendit ad angelos (vnde apostolus 1. Cor. 6. a. Nescitis quoniã angelos iudicabimus, scilicet auctoritate Christi) ideo sequitur, Vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius. Nam sicut alienum est, id est, non conueniens deitati flagellari & crucifigi: ita peregrinum est humanitati, omnes homines & angelos iudicare, nisi ex vnione ad verbum, & aliis gratiis in Christo singularibus C hæc ei competerent. Et quia ista sic sunt alta supra sensum hominum, vt in infidelibus lumine fidei carentibus quandoque ludibria videantur, ideo subditur: Et nunc nolite illudere, ne fortè constringantur vincula vestra, Consummationem enim & abbreuiationem audiui à domino; q.d. propter tales illusiones ordinata est à Deo consummatio abbreuiata, Quod intelligitur de captiuitate Babylonica, vel Romana. Et quia ad credenda illa, quæ dixerat de Christo esse aliena & peregrina, videntur requiri dispositiones humanæ, & diuina auxilia, ideo subditur, Auribus percipite, &c. Numquid tota die arabit arans, &c. Quod quidem exemplum non videtur referendum ad finalem præmiationem bonorum: Tum quia in futura remuneratione valde impropriè electi dicerentur poni vt semina; Semina enim, dicuntur esse in hac vita, in scriptura, vt cum dicitur in Psalm. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua: Fructus verò seminum, propriè dicuntur esse in vita alia, in qua manipuli rerum seminatarum portantur, vnde dicit: Venientes venient cum exultatione por. ma. su. Tum quia hic dicit propheta. Et ponet triticum per ordinem & hordeum, &c. statim subiungit. Et erudiet illum Deus suus, in iudicio docebit illum. Constat autem, quòd in finali statu beatorum cessat eruditio & doctrina, quia tunc omnes electi erunt perfectè in domino docti, vt infr. 54. cap. Et ideo hoc exemplum videtur potius esse referendum ad illa, quæ facit Deus misericorditer circa genus humanum, vt credant quæ ad salutem pertinent, & bonum fructum afferant: more boni agricolæ, qui multa & diuersa opera in agrum suum facit, vt bene fructificet; vnde in hoc loco glo. sic dicit. Pius & misericors dominus, genus humanum vt fructum boni operis afferat, arat vt agricola vomere D prædicationis, proscindit verbere tribulationis: nunc peste, nunc captiuitate corrigit, & hoc est quod dicit, Numquid tota die. Hæc in glo. Vbi notandum, quòd in hoc quod dicitur, Numquid tota die, secundum hanc expositionem, quæ valdè propria est, propheta monet auditores (quos ante ad attentionem excitauerat supra dicens, Auribus percipite, &c.) vt æstiment, quòd sicut agricola non tota die arat, sic Deus non semper faciet dispositiones istas, sed tantum vsque ad tempus futurum: ex qua consideratione auditores discreti ad pœnitentiam reuocantur.

Res mira & peregrina quod homo Angelos iudicaturus sit?

Quomodo Deus excolat in hac vita pios vt virtutes & gloriæ fructus ferant.

Prouocatio ad pœnitentiam.

Quod autem sequitur in litera: Non enim in serris triturabitur Gith, &c. referendum videtur ad diuersum modum mortis electorum. Posset enim aliquis quærere, ex quo omnes iusti cum de hac vita transeunt sunt in statu gratiæ, per quam vitam merentur, quare aliqui eorum moriuntur in maximis tormentis, & alij leuiter hac vitam transeunt? ad quod respondendum per exemplum de collectione fructuum diuersorum, quorum aliqui cum duritia & asperitate colliguntur, sicut bladum de quo fit panis: Alij verò leuiter per leuem excussionem virgæ vel baculi, & hoc est quod dicitur. Non enim in serris triturabitur Gith, nec rota plaustri super ciminum circumibit, supple sicut super bladum, sed in virgâ excutietur Gith, & ciminum in baculo, scilicet leuiter, panis autem comminuetur, scilicet serris & plaustris, prout in glo. Sed quia posset quis dicere, quòd licet res, quæ deducit in exemplum sit vera, tamen ad propositum non videtur pertinere eo quòd videtur iustitiæ Dei esse inconsonum, quòd in his, qui in statu gratiæ exeunt de hac vita, tanta inueniatur diuersitas in ipso modo mortis. Ad quod dupliciter respondet, Primò dicens, Verumtamen non in perpetuum triturans triturabit, quasi dicat, momentanea sunt ista tormenta respectu perpetuæ præmiationis, in qua omnia reducentur ad veram iustitiam. Secundo respondet sic. Et hoc à domino Deo exercituum exibit, vt mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam, quasi dicat, secundum consilium diuinum mirabile, ista exeunt, vt magnificet iustitiam. Glossa interlinearis, secundum quam plus exigit ab eis qui plura acceperunt. E

Quare aliqui pij per tormenta maxima, alij leuiter moriantur?

REPLICA. In cap. 28. circa illum passum: Alienum opus est. Postillator dicit, quod per hoc intelligitur opus iustitiæ Dei, quod est alienum, inquantum alienum distinguitur contra proprium: idcirco sicut Deo proprium est misereri, ita punire dicitur hic Deo alienum, quia etiam punit citra condignum. Burgen. instat rationibus quæ ex dicto postillatoris sunt solutæ. Nam cum dicit iustitiam & veritatem, secundum quam punitur iniquus, bonum simpliciter, &c. Non negat postillator: sed loquitur solum secundum comparationem proprij vt distinguitur contra alienum, qui sunt modi dicendi. Dicitur ergo quod secundum esse, iustitia & veritas & misericordia sunt vnum in Deo & æque propria secundum esse, sed non secundum dici: argumentum igitur quod facit Burg. contra postil. & sanctum Thom. optime reducitur contra expositionem Burg. quam dicit veriorem quamuis incontinuam. Exponit enim Burg. illum passum de opere redemptionis dicens, Id opus Deo esse alienum: nam non conuenit deitati conspui, flagellari, crucifigi. Tunc arguitur sic. Ita vere & catholicè dicimus, Deum conspuctum, flagellatum, & crucifixum, sicut de virgine natum, & neutrum est alienum, nisi vt distinguitur contra proprium idioma: Communicatione enim idiomatum ita verum est Deum conspui, sicut à puero (secundum Damasce.) stellas creari. Et mirandum quod tam solubili ratione F Burg. contra suum magistrum sanctum Thom. laborat, quem tamen præ cunctis colere consueuit. Burg. etiam notat postillatorem exponentem seminationem pro retributione finali: Burg. enim vult, quòd semen serendo, vt faciat fructum, pertinet ad præsentem vitam, non futuram, & maximè quia de significato per semen sequitur. Erudiet illum Deus, & docebit illum, nam eruditio & doctrina, prout ipse vult, cessabunt in futura vita, quando omnes erunt perfecti. Sed & illud videtur impropriè appropriari præsenti statui: nam si modi seminandi & plantandi propter fructum, qui venit à fruitione habent aliquam appropriationem ad statum viæ, in quo est fructus & fruitio imperfecta, multo maiorem habent appropriationem ad statum gloriæ in quo est fructus & fruitio perfectissima; Et si Christus seminat iustos in terra morientium, propriissimè eos plantat & seminat in terra viuentium. Et saluo iudicio meliori minus eruditè videtur dictum, in vita beata eruditionem & doctrinam cessare, quia sic dicens destruit actus hierarchicos, qui actus non distrabunt à perfectione, vt dicit beatus Dionysius de cælesti hierarchia: nec dicit imperfectionem in vita beata accipere doctrinam, sicut nec esse. Ideo sicut Christus accepit à patre esse, ita & doctrinam: & in hoc sensu dicit Ioan. 7. b. Mea doctrina non est mea, secundum expositionem beati Hilarij. Ab hoc loco vsque ad cap. 43. multa dixit Burg. quæ non sunt contraria postillato. nisi secundum aliam applicationem, quæ vt dictum est suprà, non variat catholicam veritatem.

Defendit postillam reprehẽdens quæ adducit Burg. in contrariũ.

Non dicit imperfectionem in vita beata accipere doctrinam.

A

CAP. XXIX.

Luc. 19. g. 2. Reg. 5. b. 1. Par. 11. b.

a *Væ Ariel.* HIER. lib. 9. Ad a Ierusalem compatientis af- b fectu: *quia si cognouisses & tu*; A- riel. Leo Dei, Leo enim Dei Ie- c rusalem potentissima & fortissima fuit.

† PROCOPIVS. Aiunt nonnulli vrbem id nominis ob id sortitam esse, quod ipsa Dei auxilio, non aliter quàm leo sibi reluctantes, dissiparet. Ipsam autem quæ alienigenarum erat, & Iebus vocabatur, tum demũ Dauid expugnauit, cùm cæcos & claudos reluctantes, internecione deleuit. Ad hunc modum Christus eius incolas cæcos & claudos esse ostendit, cum eos rectè incedere diuinumque lumen admittere nolle Scribas & Pharisæos testatus est. Hinc illa Dauidis, *filij alieni inueterati sunt & claudicauerunt à semitis suis.*

Vnde Ierusalem sortita sit nomẽ Ariel.

B

2. Reg. 5.

Psal. 17.

b *Expugnauit.* HIER. vbi supr. Cum potentissima esset, repugnantibus cæcis & claudis, quando Ioab primus domatum excelsa conscendit.

C

c *Additus est annus.* IBID. Cum captiuati essent à Nabuchodonosor, neque templum habebant neque sacrificium, & hoc per multos annos: & hoc est annus ad annum additus.

d *Quasi spheram in circumitu tuo.* Templi similitudinem retinentis antiquam, non magnificentiam.

CAP. XXIX.

¶ Quasi: omnis gloria tua auferetur à Chaldæis & Romanis. a ¶ Templum & altare.

VÆ Ariel, Ariel ciuitas [1] quam expugnauit Da- [2] a ¶ Præteritum pro futuro. uid. Additus est annus [3] ad annum, solemnitates [4] a ¶ Finitæ sunt, id est perierunt. ¶ Exercitu Chaldæorum. euolutæ sunt. & circum- [5] ¶ Quia diruta. uallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & [6] a ¶ Sub Iesu Sacerdote magno. b ¶ Vmbram tamen antiquæ retinens dignitatis. c ¶ Hæc ad Romanam obsidionem. ¶ Quasi circumdabunt te inimici tuo vallo, & coangustabunt te vndique. erit mihi quasi Ariel. [7] [8] ³Et circumdabo quasi d spheram in circumitu tuo, & iaciam contra [9] te aggerem, & munimenta ponam in obsidio- [10] a ¶ Terrenis, quæ ante de cælestibus per prophetas & patriarchas. [11] e nem tuam. ⁴Humiliaberis, de terra loqueris, & [12] a ¶ Significat de illo populo magos futuros vt Simon Magus. [13] de humo audietur eloquium tuum. Et erit [14] f quasi pythonis de terra vox tua, & de humo g eloquium tuum mussitabit. ⁵Et erit sicut pul- [15] a ¶ Innumerabilis. b ¶ Romanorum. uis tenuis multitudo ventilantium te, & sicut [16] a ¶ Quæ semper in motu pertransit: & ideo non potest numerari. fauilla pertransiens multitudo eorum qui con- a ¶ Calamitas. b ¶ Quia subito obsessi sunt ante expectatum. tra te præualuerũt. ⁶Eritque repente, confestim a ¶ In visione. b ¶ Quod auditum est ante aduentum Romanorum, & terra mota est. h à domino exercituum visitabitur in tonitruo, [17] a ¶ Etiam elementa vindicabunt auctorem. & commotione terræ, & voce magna turbinis a ¶ Fulguris. ¶ Templum significat comburendum. b ¶ Homines. c ¶ Quia sibi & suis diis hoc assignauerunt, nec Deum, cuius nutu & virtute hoc egerant, glorificauerunt. & tempestatis & flammæ ignis deuorãtis. ⁷Et erit [18] [19]

D

cus prophetæ, quod ipsum rerum euentus aperuit.

† CYRILLVS. His verbis prædicitur obsidio Ierusalem quæ facta est post crucem domini.

e *Humiliaberis.* † CYRILLVS. Cum arrogantes fuissent Pharisæi, & iactassent superbas voces contra dominum. *Hunc nescimus qui sit, dæmonium habet, Aue rex Iudæorum*, & similes voces, qui de fenestris & de tectis superbo eloquio tonabant, deprimentur, & de terra, inquit, loquentur.

E

f *Pythonis, &c.* HIER. sup. Pythonissa quæ erat in Endor per necromantiam Samuelem, immo Dæmonem suscitauit: & huiusmodi futura prædixit in populo illo. Mania, insania: vnde Manichæos, Manthos, diuinatio.

1. Reg. 28. a.

g *Et erit sicut puluis.* † AVGVSTIN. lib. de gra. & lib. arb. c. 20. Loquẽs de illo qui conuitiabatur Dauid. Ecce quomodo probatur, Deum vti cordibus malorum ad commodum bonorũ. Sic Iuda tradente Christum est vsus; sic Iudæis crucifigentibus Christum; sic diabolo pessimo vtitur ad sanctorum vtilitatem, qui tamen merito omnes suas pendunt pœnas: Sic vsus est dominus exercitu nationum & Romanorum armis ad vastitatem Iudææ, alioqui paratis ad cædem.

F

Deus bene vtitur malis.

h *In tonitruo.* Visi sunt Romani irruere cum tonitruo, & terram moueri eorum aduentu, & cum flamma ignis quia & ciuitatem succenderunt & templum.

† THEODORETVS. Quod hic prædictum est, factum narrat Lucas dicens: *Nunc absconditum est à te*, quòd tunc non plane hic locus

Ob-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XXIX.

VÆ Ariel. *Hic consequenter loquitur propheta contra illusores veritatis generaliter. Et diuiditur in duas partes: quia primò declarat suum propositum; & secundo remouet dubium, ibi:* Propter hoc. *Prima adhuc in duas, quia primo comminatur populo captiuitatem per Chaldæos; secundo per Romanos, ibi:* Obstupescite. *Prima adhuc in duas, quia primò populo comminatur; secundo, ipsum aliqualiter consolatur more Samaritani, post vinum modicatiuum infundens oleum lenitiuum: secunda, ibi:* Et erit. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

Ariel.

1 Væ Ariel. *Et quid per Ariel intelligatur ostenditur, cum subditur.*

2 Ariel, ciuitas quam expugnauit Dauid, *sc. Ierusalem, quam expugnauit in principio regni sui, inde eiiciens Iebusæos 2. Reg. 5.*

3 Additus est annus ad annum, *q. d. appropinquat finis durationis Ierusalem, quia Chaldæi destruxerunt eam tempore Sedechiæ regis.*

4 Solemnitates, &c. *quia destructo templo per Chaldæos cessauerunt, vnde in Hebræ. habetur,* Præcisæ sunt: *& loquitur propheta de futuro, per modum præteriti; propter quod subditur.*

5 Et circumuallabo Ariel, *id est Ierusalem, quæ à Chaldæis fuit obsessa in circumitu 4. Reg. vlt.*

6 Et erit tristis, &c. *ex fame & gladio superueniente:*

7 Et erit mihi, *scilicet Ierusalem.*

8 Quasi Ariel. *hoc dicitur ad exprimendum quare Ierusalem hic vocatur Ariel in loco isto: Ariel enim secundum Heb. signat altare holocaustorum, & hoc etiam habetur Ezech. 43. per hoc autem quod dicitur de Ierusalem hic,* Erit mihi quasi Ariel: *intelligitur quòd sicut altare holocaustorum erat opertum & circumdatum carnibus animalium immolatorum quia vna pars ponebatur super altare cremanda, aliæ autẽ partes dimittebantur circa altare distribuendæ Sacerdotibus, & Leuitis ministrantibus, & aliquæ etiam offerentibus, scilicet de hostiis pacificis: sic in destructione Ierusalem per Chaldæos ciuitas fuit plena cadaueribus mortuorum intus, & circa, & sic exponit Ra. Sa.*

Comparatur Ierusalẽ altari holocaustorum.

9 Et circumdabo, &c. *Reuertitur propheta ad describendum obsidionis modum: quia sic fuit obsessa à Chaldæis, quòd nullus poterat egredi ad fugiendum, nec aliquis exterior intrare ad ciuitatis auxilium.*

10 Et iaciam contra te aggerem, *sc. terram, lapides, & ligna, ad implendum fossata.*

11 Et munimenta ponam, &c. *id est, machinas ad destruendum muros.*

12 Humiliaberis. *Deiecta à regno.*

13 De terra loqueris. *Quia vulnerati ad terram cadentes gemitus emittebant.*

14 Et erit quasi, &c. *Vox enim exquisita per artem Pythonicam, est vox mortuorum, vel potius Dæmonum, ad similitudinem mortuorum apparentium & loquentium vt dictum fuit 1. Reg. 28. & per hoc dat intelligere populi mortalitatem, ita quòd non audiretur vltrà vox eius, nisi per modum Pythonicum.*

Vox ficta per artem Pythonica.

15 Et erit sicut. *Hic consequenter propheta populum regni Iudæ aliqualiter consolatur, denuntiando Babyloniorum destructionem, qui quamuis secundum ordinem diuina iustitia Ierusalem destruxerint, magis virtute diuina quam humana: tamen hoc iniqua voluntate fecerunt, & factum illud propria virtuti attribuerunt; propter quod postea per Persas & Medos etiam deleti fuerunt, & hoc est quod dicitur,* Et erit sicut puluis; *qui à vento rapitur & dispergitur.*

Chaldæi deletores Ierusalem deleti.

16 Multitudo, *id est Chaldæorum in captiuitatem te deducentium. & patet litera vsque ibi:*

17 Visitabitur. *Per hoc intelligitur multitudo, fortitudo, & crudelitas exercitus Persarum & Medorum venturi in breui contra Babylonem.*

18 Et flammæ, &c. *Quia capta Babylone incenderunt eam.*

19 Et erit sicut somnium, &cæt. *Quia sicut somnians aliquando somniat se comedere & bibere & in delitiis esse, & in hoc delecta-*

MORALITER.

† 1 *Væ Ariel.* In hoc cap. literaliter intellecto prædicitur duplex destructio Ierusalem, propter veritatis illusionem: Prima facta fuit per Chaldæos, quo tempore fuerunt illusores veritatis, sicut patet illusione verborum Ieremiæ & aliorum sanctorum prophetarum, sicut scribitur 3. Reg. Secunda destructio fuit per Romanos propter illusionem veritatis à Christo, eiusque discipulis prædicatæ. Per primam, cuius captiuitas fuit breuior, vt dictum est ca. præcedenti

Ierusalem bis destructa, & causa.

vtriusque destructionis.

☞ a *Obstupescite & admiramini.* HIERON. Post subuersionem Ierusalem & templi, id est, Ariel contra Scribas & Pharisæos prophetia dirigitur.

† ORIGEN. in ca. 13. Matth. *Dissoluimini & ecstasim patimini*, id est, populus dissoluatur animo & mente præ multitudine peccatorum, & *ecstasim patimini*, id est, extra se sit impos mentis, insaniat contra Saluatorem; *inebriamini*, id est, sit ebrius contra Christum.

b *Claudet oculos.*

† IDEM. lib. 8. de demonstr. cap. 2. Id est, claudet dominus oculos Iudæorum, & claudet prophetarum & principum oculos qui pollicebantur videre se occulta & abdita scripturarum.

c *Signatus est enim.* Hæc impleta sunt, quando & dignitatem & sacerdotium amiserunt, & ciuitas destructa est & templum à principibus Romanorum.

Excæcatio & excidium Iudæorum.

a ¶ Quasi nihil & inane cito peribunt. b ¶ Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.

sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra Ariel: & omnes qui militauerunt & obsederunt & præualuerunt aduersus eam. Et sicut somniat esuriens & comedit, cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius. Et sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est, sic erit multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra montem Sion. [9] Ob-

a ¶ Anima eius vacua est. ¶ Scribæ & Pharisæi. b ¶ Miseriam vestram.

a stupescite & admiramini, fluctuate & vacillate, inebria-

a ¶ Sed à dolore. b ¶ Stupore mouemini malorum, vel pœnitentes, vt euadatis.

mini, & non à vino, mouemini, & non ebrietate. [10] * Quo-

a ¶ Alienationem mentis. b ¶ Quia videntes saluatorem clausistis oculos ne videretis.

b niam miscuit vobis dominus spiritum soporis. Claudet

a ¶ Cordis. b ¶ Sed. ¶ Qui debent præuidere. ¶ Per quos scientiam Dei videbatis. ¶ Lex & prophetæ vsque ad Ioannem. c ¶ Qui debent defendere.

oculos vestros, prophetas & principes vestros, qui vident

a ¶ Abscondet & auferet. b ¶ Non omnibus. c ¶ Prophetarum. d ¶ Obscura.

visiones operiet. [11] Et erit vobis visio omnium sicut verba

a ¶ Totius sanctæ scripturæ, quæ vnus liber, quia vno spiritu scripta. b ¶ Scribis, qui se iactabant intelligere.

libri signati, quem cùm dederint scienti litteras, dicent: Le-

a ¶ Obscurus.

c ge istum. Et respondebit: Non possum, signatus est enim.

a ¶ Vetus testamentum. b ¶ Laico vel Gentili.

[12] Et dabitur liber nescienti literas, diceturque ei, lege, & re-

a ¶ Multo leuius est imperitiam legis confiteri, quam iactare prudentiam, nec posse, quod dicitur, scire. b ¶ Quia idola non colit. ¶ Appropinquamus Deo mente, non corpore. vnde solus Moyses appropinquauit ad Deum.

d spondebit. Nescio literas. [13] Et dixit dominus: Eo quòd appro-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

ret visionem aut prophetiam venit Christus, sed vt aperiret potius. Omnes enim de ipso prophetiæ, inanes & imperfectæ manserunt; donec ille seipsum ostendens, omnibus quæ de ipso prædicta sunt, finem imposuit.

† ORIGENES Homil. 13. in Num. Sed & Isaias, quod ænigmata sint quæ scripsit, declarat, inquiens, *Erunt verba libri huius verba libri signati*, eo quod figuris perplexus est, & ænigmatibus inuolutus.

d *Eo quòd appropinquat populus iste.* HIER. vbi supr. Dominus in Euangelio Matthæi vtitur hoc testimonio: *Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me: frustra autem colunt me docentes doctrinas & præcepta hominum.* In quo notandum Euangelistas & apostolos non verbum de verbo expressisse, nec LXX. interpretes secutos esse, quorum iam editio legebatur: sed quasi Hebræos, & lege instructos, sine damno sensuum, verbis propriis vsos.

17. dist. c. virio. *Contra illos qui scripturas sacras male intelligunt: vel seculari sapientia abutuntur.*

Matth. 15. Quomodo Christus & Apostoli vsi sint testimoniis sacræ scripturæ.

† EVSEBIVS. Quæ tandem sigilla, nisi prophetarum obscuritates? quas cum planè bene notas haberet Isaias, dixit, *Et erunt verba hæc tanquam verba libri signati.* Non ergo vt clauderet

☞ *Labiis*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *lectatur; sed hæc delectatio modicum durat quia vigilans sentit se esurientem & sitientem: sic gloria regni Babylonis modico tempore durauit, respectu aliorum regnorum, quia incepit esse gloriosum sub Nabuchodonosor, & sub nepote eius Balthasar defecit illud regnum; & secundum istam sententiam patet littera sequens.*

Breuis duratio regni Babylonici in gloria.

1 Obstupescite & admiramini. *Hic consequenter propheta comminatur destructionem per Romanos, quæ facta fuit 42. anno post passionem Christi: & illo tempore aliqui de Iudæis, licet pauci cõparatiuè, receperunt fidem Christi, & alij remanserunt in sua infidelitate excæcati, Primo igitur propheta denuntiat dictam destructionem; secundo malorum excæcationem, ibi,* Claudet oculos vestros; *Tertio bonorum illuminationem, ibi,* Nonne adhuc. *Circa primum dicit propheta,* Obstupescite, & admiramini, &c. *Præ magnitudine mali super vos venturi.*

Diuisio.

2 Fluctuate, &c. *Quia sicut dicit Iosephus: Imminente obsidione Ierusalem à Romanis, Iudæa dissensionibus interius erat lacerata, & aliqui sequebantur vnum tyrannum, & alij alium: appropinquantibus etiam Romanis aliqui consulebant, quod ciuitas redderetur eis, aliis autem contrarium, & sic totus populus erat in quadam fluctuatione & vacillatione.*

Ciuiles Iudæorum discordiæ cũ Romani bello illos vrgerent.

3 Inebriamini, *per defectum sensus & consilij,*

4 Et non à vino, *sed à stupore vos conturbante:*

5 Mouemini, *de vno proposito ad aliud,*

6 Et non in ebrietate, *sed, scilicet, ex perplexitate.*

7 Quoniam miscuit vobis do. spir. soporis, &c. *id est mortis, quæ sopor nominatur: & iste potus fuit eis propinatus à Romanis, qui populum in maxima multitudine occiderunt, & residuum captiuauerunt, vt dictum est supra cap. 27. e.*

8 Claudet. *Hic consequenter ponitur malorum excæcatio, Et primo quantum ad maiores; secundò quantum ad vulgares, ibi,* Væ qui profundi estis! *Prima in duas, quia primo ponitur malorum excæcatio: secundo excæcationis ratio, ibi,* Et dixit dominus. *Circa primum dicitur,* Claudet oculos vestros, *id est excæcabit sacerdotes & Scribas, qui debent vos dirigere, sicut oculi cætera corporis membra. Sciendum tamen, quod Deus non est causa excæcationis directè: sed indirectè, inquantum iuste à malis subtrahit gratiam suam mentis illuminatiuam.*

Excæcatio Iudæorum.

Non est causa excæcationis directè.

9 Prophetas, *imminente enim euersione Ierusalem, apparuerunt plura signa huius euersionis, vt dicit Iosephus: quæ tamen aliqui tanquam prophetæ falsi interpretabantur in contrarium, scilicet in bonum ciuitatis futurum.*

Signa quæ præcesserũt euersionem Ierusalem.

10 Et principes vestros, *Quia decepti à talibus prophetis rebellauerunt Romanis.*

11 Et erit vobis visio, &c. *scilicet prophetarum antiquorum, qui prophetauerunt de aduentu Christi, & de destructione ciuitatis & templi propter eius mortem:*

12 Sicut verba libri signati. *Qui non potest legi, quamdiu est sigillatus: ideo subditur,*

13 Quem cum dederint. *Sic enim respondent Iudæi moderni. Multi enim doctores eorum, qui præcesserunt, determinauerunt tempus Messiæ vnus post alium, & omnes defecerunt: quia tempora ab eis præfixa transierunt, secundum quad dixit Ra. Sal. super Danielem: Et causam huius defectus dicunt doctores (moderni scilicet) quod sermones prophetarum sunt clausi.*

De tempore Messiæ errant moderni & errarunt priores Iudæi.

14 Et dabitur liber, *scilicet apertus prædicatione Christi & apostolorum,*

15 Nescienti litteras: *Quia quando simplicibus Iudæorum fit mentio de aduentu Christi præterito & de similibus, dicunt se non esse peritos in lege: Sed magistri eorum scirent de talibus respondere, quorum erroribus firmissime adhærerent.*

16 Et dixit dominus. *Hic ponitur causa dictæ excæcationis, scilicet hypocrisis siue simulata sanctitas, quæ secundum Hieronym. est duplex iniquitas: & maximè etiam vigebat in Sacerdotibus, Scribis & Pharisæis tempore Christi, vt patet ex decursu Euangelij: & hoc est quod dicitur,*

Hypocrisis sacerdotum scribarũ & Pharisæorum.

17 Eo quod appropinqua. popu. &c. *falsè simulando iustitiam.*

☞ Et

M O R A L I T E R.

† cedenti, signatur pœna temporalis, quæ aliquando infligitur illusoribus veritatis: nam & tunc fuerunt temporaliter afflicti. Per secundam vero, quæ est diuturnior, signatur gehennæ pœna, quæ est illusoribus veritatis permanentibus in sua malitia reseruata.

a *Labiis suis.* HIER. l. 9. LXX. Labiis suis me honorat, cor autem eius longe est à me: frustra autem colunt me, docentes præcepta hominum atq; doctrinas.

*Matt. 15. a. Marc. 5. b. 8. dis. c. fin. *Dei veritatem non hominum consuetudinem sequi oportet.*

† IREN. lib. 4. c. 26. Verba legis enuntiabant Iudæi, erant autem sine charitate, & propter hoc iniusti in Deum & in proximos, docebant doctrinas hominum, id est, presbyterorum quas finxerant; vt frustrarentur legem Dei, ne ei essent subiecti: hoc est enim quod à Paulo dicitur, *ignorantes iustitiam Dei, & suam volentes statuere, iustitiæ Dei non erant subiecti.*

Traditiones Pharisaicæ. *Abdi. 1. c. 1. Cor. 1. c.

B

b *Peribit enim.* HIER. vbi supra. Ab loco hoc Apostolus testimonium ponit: *Perdam sapientiam sapientium, & intellectum prudentium reprobabo:* aliis verbis eundem sensum. Verè grãde miraculum fecit Deus in populo vt eodem tempore ciuitas arderet, & templum corrueret, & omnis magistrorum scientia deperiret.

1. Cor. 1. c. Ciuitas, templum & scientia Iudæorum simul conciderunt omnia. *Eccl. 23. c.

† ORIG. in cap. 15. Matth. Perdidit dominus sapientiam Iudæorum, non est enim sapientia apud ipsos, quemadmodum neque prophetia: Sapientiam enim ipsorum obscurauit Deus, vnde non splendet vt olim.

*Infr. 23. d.

C

c *A domino abscondatis.* HIER. vbi supr. Quasi nõ videat Deus. Hoc errore Adam & Eua absconderunt se: Cain quoque dixit: à facie tua abscondar.

Genes. 3. d. Ibid. 4. c. Deus dolũ omnem nouit & punit.

† CYRILLVS. Profundi estis corde, vt à domino abscondatis consilium, quando scilicet proditorem Iudam conduxistis, vt dominum dolo teneretis dicentes, *ligemus iustum, quia inutilis est nobis.*

Supr. 2.

d *Peruersa est, &c.* HIER. vbi sup. vt creator ignoret creaturam: vnde Apostolus: *O homo tu quis es? qui respondeas Deo, numquid dicit figmentum factori suo, quare me fecisti?*

Rom. 9. d.

† AMBROS. in c. 9. epist. ad Rom. Ostendit contra auctorem opus eius conqueri non posse. In potestate enim auctoris est, qualẽ velit condere creaturam. Vasa enim omnia vnius sunt substantiæ, sed differunt honore, voluntate auctoris: sic cum omnes ex vna & eadem massa simus in substantia, & cuncti peccatores, aliis miseretur, aliis non miseretur, non sine iustitia. In figulo enim sola voluntas est, in Deo voluntas cum iustitia.

D

a ¶ Tantum non corde.

a pinquat* populus iste ore suo, & labiis suis

a ¶ Quia non credidit in filium: & qui non credit in filium, nec credit in eum qui misit illum.

glorificat me: cor autem eius longè est à me:

a ¶ Traditionibus Scribarum & Pharisæorum qui iustitiam suam volentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.

b ¶ Non Dei.

& timuerunt me mandato hominum & doctrinis,[14] ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & 1 2

a ¶ Scribis & Pharisæis qui sapientiam Dei non receperunt.

b stupendo. *Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. 3

a ¶ Qui in litera continetur.

a ¶ Ne eum reperiant qui in lege continetur. b ¶ Deficere scrutantes scrutinio.

¶ Celantes iniquitatem vestram.

¶ Sapientes sæculi, hæreticorum magistri, Iudæorum & Pharisæorum.

condetur.[15] Væ qui profundi estis corde, vt à 4

a ¶ Secretum. b ¶ Quia.

c domino abscondatis consilium, quorum sunt 5

a ¶ Absconditio. b ¶ Mala. c ¶ Tanquam Deus non videat etiam.

in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos,

a ¶ Qui tam astute colamus consilia.

d & quis nouit nos?[16] *Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, non fecisti me: & 6

¶ Opus.

figmentum dicat fictori suo, non intelligis.

a ¶ Prædicatione Apostolorum.

e *[17] Nonne adhuc in modico & in breui con- 7

a ¶ Gentes candidæ & mundæ. b ¶ Hebraice, Chermel.

¶ Scientiam veræ circumcisionis.

c ¶ Iudæi exterius circumcisi in gentes syluestres infructuosas.

f uertetur Libanus in Carmel, & Carmel in sal- 8

a ¶ Intelligent.

b ¶ Gentes qui non audierunt legem Dei.

g tum reputabitur? [18] Et audient in illa die surdi 9

a ¶ Vetus & nouum testamentum Scribis & Pharisæis signatum.

b ¶ Ignorantiæ. c ¶ Peccatorum.

verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæ- 10 11

a ¶ Gentium. b ¶ Mysteria fidei. c ¶ Sibi.

¶ Confluentibus Gentibus ad fidem. d ¶ Apostoli, vel ipsi Gentiles.

corum videbunt.[19] Et addent mites in domino 12 13

a ¶ Beati pauperes spiritu.

b ¶ In Deo, qui sanctificat Israel.

lætitiam, & pauperes homines in sancto Israel 14 15

e *In modico & in breui.* HIER. l. 9. Modicum & breue ex quo hoc prædictum est vsque ad ascensionem domini: Omnia enim tempora æternitati comparata, breuia sunt & momentanea.

E

f *Libanus in Carmel.* IBID. Libanus mons in Phœnicia, Carmel in confinio Palestinæ & Phœnicis est. Est & alius vbi Elias habitabat in terra promissionis eiusdem nominis. Libanus candidatio; Carmel, scientia circumcisionis, in quo fuit Nabal, homo stultus, maritus Abigail: quo mortuo nupsit Dauid. Illo enim viuente, virum Dauid accipere non poterat, ne vocaretur adultera, si esset cum adultero viro.

Libanus. Carmel. 1. Reg. 25. a.

† THEODORETVS. Vos ô Iudæi repellam cito, & assumam nationes. Nationes enim appellat libanum, qui non Iudæorum, sed Gentium mõs est: Carmel verò mons est Iudææ. Allegoria autem docet commutationem Iudæorum cum gentibus, ✠ relinquantur Iudæi, assumantur gentes. Dabitur libano, id est, gentibus, Carmeli gratia, id est, Iudææ gratia, quod Carmelus mons est Iudææ; Et Carmelus, hoc est, Iudæi erunt in saltum, erunt inculti cultura cælesti.

F

Gentes Iudæis gratiã Euangelij præripiunt.

g *Et audient.* † PROCOPIVS. Id est, qui prius in caligine & tenebris versabantur, liberè lucem intuebuntur, qui autem prius Dei arcana & mysteria spectabant, in eisdem cæci euadent.

☞ Con-

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Et timuerunt me mandato hominum & doctrinis, *propter quod Christus improperat eis Matt. 15. a.* Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.

2 Ideo ecce ego addam, *ad cæcitatem eorum: propter quod subditur:*

3 Peribit enim sapientia à sapientibus, *Id est, illis qui sunt in statu sapientum: sicut erant Sacerdotes Scribæ & Pharisæi.*

4 Væ qui profundi estis. *Hic consequenter ponitur excæcatio vulgarium. Tempore enim Christi in Iudæis erat vna secta Saducæorum, qui negabant spiritum & angelum: & per consequens resurrectionem futuram, Act. 23. & per consequens negabant punitionem omnem post vitam istam: & per hoc processit error in vulgaribus hominibus quod Deus non intromitteret se de humanis actibus puniendis, neque agnosceret; & hoc est quod dicitur,* Væ qui profundi estis corde, *intantum secundum æstimationem vestram, quod diuina scientia non attingit ad ipsum.*

Errores Saducæorum.

5 Quorum sunt in tenebris opera, *intantum, quod sunt Deo occulta secundum errorem vestrum, & absurditatem; Hanc arguit propheta, dicens:*

6 Peruersa est hæc vestra cogitatio, &c. *propter quod Ierem. 18.* sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel.

7 Nonne adhuc in modico & breui. *Hic consequenter ponitur simplicium illuminatio; Sicut enim in aduentu Christi Sacerdotes & Scribæ qui erant literati, fuerunt suis demeritis excæcati; sic apostoli aliiq; discipuli Christi, qui prius erant simplices illiterati, fuerunt diuinitus illuminati; propter quod dicit saluator Matth. 11. d.* Confiteor tibi domine pater cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: *& hoc est quod dicitur hic,* Nonne adhuc in modico & in breui, *quia illuminatio apostolorum fuit statim post Christi resurrectionem, tunc enim* aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, *Luc. vltimo.*

Illuminatio diuina quã percipiunt simplices.

8 Conuerte Libanus, &c. *In Hebræo habetur:* In nemus reputabitur; *per Carmel intelligitur hic mons Carmeli, vbi Elias interfecit prophetas Baal. qui locus est aridus & sterilis: Libanus autem est nemus, vbi arbores sunt pulchræ & aromaticæ. Per hanc igitur parabolam intelligitur, quod Sacerdotes & Scribæ, qui erant magnæ reputationis & auctoritatis, annihilarentur per excæcationem: & tandem per occisionem in destructione ciuitatis per Romanos: & apostoli aliique discipuli Christi, quia nullius erant reputationis eleuarentur per illuminationes diuinas, & operationes miraculosas, vt patet in actibus apostolorum in pluribus locis. Et quia per eorum prædicationem conuersi sunt Gentiles ad fidem, ideo subditur:*

Quid per Carmelum & quid per Libanum designetur.

9 Et audient in die illa surdi, *id est, Gentiles, qui prius erant idololatriæ dediti.*

10 Verba libri, *scilicet veteris ac noui testamenti,*

11 Et de tenebris, &c. *errorum scilicet & ignorantiæ.*

12 Oculi cæcorum, *id est, Gentilium.*

13 Videbunt, & addent mites, *id est apostoli, quibus dixit Christus, Matth. 11. d.* Discite à me, quia mitis sum, &c.

14 In domino lætitiam, *de conuersione Gentium ad fidem.*

15 Et pauperes homines, *id est, paupertatem Euangelicam sequentes; quia in primitiua Ecclesia omnia erant fidelibus communia, quasi renuntiando proprietati, Act. 4.*

Paupertas Euangelica primitiuæ Ecclesiæ.

✠ 1 Quo-

a ¶ In morte Christi. b ¶ Princeps mundi.

a exultabunt, [20] quoniam defecit qui præualebat, consummatus est illusor, & succisi sunt omnes qui vigilabant super

a ¶ Consumptus est. b ¶ Deceptor humani generis. c ¶ Ministri diaboli. ¶ Aliàs festinabant. a ¶ Admonebant. b ¶ Iudæos. ¶ Suggerendam. c ¶ Blasphemiæ, in Beelzebub principe dæ. & huiusmodi.

iniquitatem, [21] qui peccare faciebant homines in verbo & arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustrà à iusto. [22] Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui redemit Abraham: Non modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius erubescet, [23] sed cum viderit filios suos opera manuum mearum, in medio sui sanctificantes nomen meum, & sanctificabunt semen Iacob & Deum Israel * prædicabunt, [24] et scient errantes spiritu intellectum, & mussitatores discent legem.

a ¶ Christum, vel quemlibet iustum peccatores corrigentem. b ¶ Voto non facto, Sed ipsi declinauerunt frustra à iusto. a ¶ Hoc tempore, scilicet Isaiæ. b ¶ Mente super iniquitate sua. a ¶ Pœnitendo. b ¶ Quasi: Tunc pœnitebit. a ¶ Apostolos. b ¶ Scilicet. ¶ Ipse fecit nos & non ipsi nos. a ¶ Vnde, Repleti sunt omnes spiritusancto loquentes magnalia Dei, vnde, Confusi Iudæi dixerunt, quid faciemus viri fratres? Quibus Petrus, Scio fratres, quia per ignorantiam fec. b ¶ Prophetæ. c ¶ Apostoli. c ¶ Christum de Iacob. a ¶ Patrem & filium & spiritumsanctum. b ¶ Tunc. c ¶ Iudæi idola colentes. a ¶ Mysticum. b ¶ Qui semper contra dominum murmurauerunt. ¶ Spiritualiter.

a *Consummatus est illusor.* † IDEM. Iudæi, scilicet, qui Christum contumeliosè adorti, ista iactare ausi sunt, *Num hic est fabri filius? quomodo igitur dicit, de cælo descendi, &c.* (Marc. 6. Ioan. 6.)

b *Et declinauerunt frustra à iusto.* Dæmones conati sunt declinare iustum à iustitia, sed frustra (Melius est enim legere, iustum quàm à iusto.) Vel, Scribæ & Pharisæi declinauerunt frustrà à iusto, dicentes: *Non habemus regem nisi Cæsarem.* (Ioan. 19. c.)

c *Redemit Abraham.* De igne Chaldæorum. Legitur enim Chaldæos Aram & Abraham in ignem proiecisse, eo quod nollent eum colere. Aram autem ibi expirauit, Abraham illæsus exiuit: vnde, *Ego dominus qui eduxi te de vr Chaldæorum.* Ignis enim lingua eorum vr dicitur. (Gen. 11. d. — Aram & Abraham à Chaldæis in ignem conjecti ob veri Dei confessionem. — Gen. 15. b.)

d *Confundetur Iacob.* † PROCOPIVS. Hoc est, prædicta gentium vocatione, vestrique reiectione, quo tẽpore ista prænuntiantur non erubescitis, ait, tanquam minimè futura credatis: sed fidem vobis faciet suo tempore rerum euentus; Tum demum enim erubescent filij vestri, cum Deum Iacob, alienigenis laudari viderint. (Gentium vocatio cõfundit Iudæos.)

† CYRILLVS. Nõ cum primum, Iudæi impiè egerint in Christum, sua peccata cognoscent: sed temporis progressu, cum ex Iudæis nati videbunt opera mea, conuersum orbem, idola contrita, demptum errorem gentium.

e *Mussitatores discent.* † PROCOPIVS. Hi scilicet, qui Christo obstrepebãt quod nondum annos quinquaginta adeptus, Abraham se vidisse diceret, quod sabbatum solueret, quod patrem suum Deum appellans, æqualem se Deo faceret.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quoniam defecit qui præualebat, *Cœtus Sacerdotum, Scribarum, & Pharisæorum, qui in destructione ciuitatis fuit occisus.*

2 Consummatus est illusor: *Illuserunt enim multipliciter doctrinam Christi.*

3 Et succi. sunt omnes qui vig. super. *quia tota eorum intentio versa erat ad auaritiam & rapinam.*

4 Qui peccare faciebant homines, &c. *quia quærebant de ore Christi discipulorumque eius aliquid calumniabile rapere, vt patet in Euangelio & in actibus apostolorum in pluribus locis.*

5 Et arguentem, *scilicet, Christum arguentem eorum vitia in palam.*

6 Et declinauerunt frustra à iusto, *id est à Christo, qui dicitur iustus Antonomasticè, eo quod alios iustificat, quem negauerunt coram Pilato.*

7 Propter hoc. *Hic remouetur quoddam dubium circa prædicta de excæcatione sapientum, & illuminatione simplicium, ne fortè crederet aliquis, quòd hoc deberet accidere prope tempus Isaiæ: ideo remouet hoc, cum dicit.*

8 Non modo confundetur Iacob, *id est, populus Iudaicus, qui maiori parte aduentu Christi fuit excæcatus, & per Romanos per orbem in captiuitate dispersus, vbi multas confusiones sustinet; & ideo determinatio huius temporis subditur, cùm dicitur:* (Quando debebat excidium Iudæorum per Romanos fieri?)

9 Sed cum viderit filios, *id est, apostolos, qui fuerunt de gente ista.*

10 Opera manuum mearum. *Quia per infusionem spiritussancti de idiotis & timentibus fecit eos sapientissimos & constantes.*

11 In medio sui sanctif. nom. meum. *Et hoc fiebat potissimè in die Pentecostes. Act. 2.*

12 Et sanctificabunt, *id est sanctum prædicabunt.*

13 Semen Iacob. i. *Christum, quem Iacob patriarcha prædixit venturum ad sanctificandum mundum, Gen. 49. b.* Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.

14 Et Deum Israel prædicabunt, *Gentibus per orbem dispersis.*

15 Et scient errantes spiritu, *i. Gentiles, prius multis erroribus implicati, intellectum legis & Euangelij.*

16 Et mussitatores, *i. qui prius erant ociosi, & vanis occupati.*

17 Discent legem, *Mosaicam & Euangelicam; & hoc patet impletum iam per orbem quasi vniuersum.*

MORALITER.

† 7 *Propter hoc hac dicit dominus.* Hîc ad literam prædixit Isaias tempus excæcationis Iudæorum futurum tempore illuminationis apostolorum, qui fuerunt de eodem populo: per quod Moraliter signatur, quod prædicator veritatis catholicæ, qui per Isaiam figuratur, annuntiando virtutes & præmia bonorum, debet simul denuntiare vitia pœnasque malorum. Nam opposita iuxta se posita magis elucescunt: & sic mali habent maiorem occasionem conuertendi se ab bonum, & boni ad magis proficiendum. (Quid prædicare debeat concionator?)

ADDITIO.

In cap. 29. vbi dicitur in postill. Propter hoc, hic remouetur quoddam dubium, &c.

Hoc quod dicitur: Propter hoc hæc dicit dominus ad domum Iacob, *propheta videtur remouere quamdam opinionem erroneam. Posset enim quis dicere, quod cum Pharisæi & Scribæ, (de quibus statim supra agit, qui tantum errauerunt declinando à Christo & eum negando, & huiusmodi) descenderunt de Iacob secundum carnem, quod hoc redundaret in confusionem Iacob patris eorum, sicut dicit Prouerb. 17. Sed hæc propheta improbat dicens:* Propter hoc. *i. propter peccata & scelera prædictorum Pharisæorum & Scribarum,* non modo *id est, non hac ratione confundetur Iacob, id est, Patriarcha pater eorum.* Nec modo vultus eius erubescet, *& est eadem sententia sub diuersis verbis. Cuius rationem subdit, dicens:* Sed cum viderit filios suos, &c. *sic est in Hebræo; & est sensus, Non habet Iacob rationem, qua confundatur ex hoc, nec erubescat: quia cum viderit filios suos, scilicet, apostolos ab eo descendentes, tam secundum carnem, quam secundum fidem sanctificantes nomen meum, quia repleti spiritusancto loquebãtur magnalia Dei, Act. 2. b.* Et sanctificabunt sanctum Iacob & Deum Israel prædicabunt, *id est, prædicabunt quod Christus sanctus sanctorum de Iacob descendit, & ipse fuit promissus; quod in magnam gloriam ipsius Iacob vertitur, non autem in confusionem, præsertim cum per huiusmodi prædicationem idololatræ venerunt in cognitionem veritatis de quo dicit,* Et scient errantes spiritu intellectum. *Similiter & mussitatores scilicet, plurimi ex Iudæis contra Deum murmurantes,* Discent legem, *scilicet spiritualem per apostolos prædicatam.* (Excæcatio sapientum ex Iudæis non tam est confusio Iacob, quam illuminatio Apostolorũ, & fidelium est illi gloria.)

CAP. XXX.

A Væ filij desertores dicit dominus. HIER. lib. 9. Post prophetiam contra Ariel & cætera, vsque ad hunc locum, vaticinatur quæ post 150. annos (quæ fuerunt inter Isaiam & Ieremiam) probantur esse completa. De his dicit, qui spreto consilio Dei & Ieremiæ, post mortem Godoliæ, quem reliquis præfecerat Nabuchodonosor, fugerunt in Ægyptum: & hoc est, *væ filij des.*

De eis qui nolentes acquiescere consilio Ieremiæ fugerunt in Ægyptum occiso Godolia.

B † PROCOPIVS. Luget eorum vicem, qui Ieremiæ non crediderint, & qui antea filiorum ordini ascribebantur, præuaricatores nunc appellat: qui à Deo ita ad impietatem defecerint, vt suos ipsi liberos mactare, nedum præfectis repugnare non dubitarint.

C *Væ filij desertores.* Tropol. *Væ filij desertores.* HIER. supr. Omnes sci. qui Dei religione contempta ineunt consilium non per dominum, & addunt peccata peccatis, vt superati blanditiis peccatorum recipiant etiam prauitatem dogmatum, & descendant in tenebras Ægypti, quærentes Pharaonis auxilium, qui regnat in Ægypto, cuius fortitudo ducit in opprobrium sempiternum. Sicut enim in *Thaphnis*, id est, in mandato humili & deiecto, principes eius qui frustra laborabant super populo. Sanctos magistros adiuuat discipulorum salus, perditio seductorum perdit iniquos.

Contra eos qui ad hæreses declinant.

CAP. XXX.

a ¶ Dei consilij & Ieremiæ.

a Væ filij desertores dicit dominus, vt faceretis cõsilium, 1 2

a ¶ Sed contra. b ¶ Prauum demonstrat consilium.

& non ex me, & ordiremini 3 4

a ¶ Qui monebat manere, non fugere. ¶ Metaphora.

telam, & non per spiritum 5

a ¶ Contentionis & superbiæ. b ¶ Vetus.

meum, vt adderetis peccatum super peccatum. 6

a ¶ Quasi: Ambulabitis, Ab Isaia enim vsque ad Ieremiam, cuius tempore hoc factum est 161. anni sunt.

b Qui ambulatis, vt descendatis in Ægyptum, 7

a ¶ Ieremiam prophetam, prophetæ enim os domini sunt. vnde: Os domini locutum est.

b ¶ Quia quod interrogantes audierant neglexerunt.

c & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis

a ¶ In fortitudine tua domine habemus fiduciam.

b ¶ Pharao nomen dignitatis regiæ, sicut Augustus Cæsar.

¶ Protectione.

habentes fiduciam in vmbra Ægypti, & 8

a ¶ Qui & Mephres, sicut alius Necao proprie.

erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam.

a ¶ Ironia. ¶ Emphaticos, cum irrisione legendum est.

¶ Aliàs, Ierant. b ¶ Alias Thamnis.

d Erant enim in Taphnis principes tui, & nuntij tui vsque ad Anes peruenerunt. Omnes confusi sunt super populo qui eis pro- 9 10 11 12

D b *Qui ambulatis.* Vt dicit HIER. Ieremias cum eis iuit, & super portam ciuitatis Thaphnis lapides comportauit, & dixit: Hæc dicit dominus: *Ecce ego adducam Nabuchodonosor seruum meum, & ponet sedem suam super hos lapides & comprehendet vos pariter cum omnibus Ægyptiis, in quibus confusi estis & peribitis fame, captiuitate dura & gladio, eo quòd noluistis audire vocem meam, vt habitaretis in terra vestra.*

Iere. 43. c. Quid fuis iam in Ægypto positis prædixerit Ieremias?

E c *Os meum, &c.* † PROCOPIVS. Videtur contra historiæ fidem *os meum non interrogastis*, habere Isaias, cum illos per Ieremiam Deum constet consuluisse. Verum non interrogauit, qui aliter quam decuit, aut vt ei penitus non credat, consuluit.

F d *Erant enim in Thaphnis*, quasi dicat, An ideo recessistis à me. vt fugeretis vsque in Thaphnis & Anes. Thaphnis ciuitas in qua magi cõtra Moysen signa fecerunt: Anes in finib. Ægypti sita est, forsitã timore turbati non ausi sunt in Thaphnis manere: & fugerunt vsque ad Anes

Thaphnes. Anes.

LXX.

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XXX.

Væ filij desertores dicit dominus. *Hic consequenter Isaias loquitur contra irrisores prophetarum futurorum, & potissime Ieremiæ, qui prophetauit tempore captiuitatis Babylonicæ. Isaias vero ante prophetauit per plures annos, Interfectus enim fuit circa principium regni Manassæ, vt dictum fuit supr. 1. cap. A principio verò regni Manassæ, vsque ad destructionem ciuitatis Ierusalem per Chaldæos fluxerunt anni 110. quia Manasses regnauit 55. annis, Amon 2. Iosias 31. Ioakim 11. Sedechias 11. Sciendum, quod regnum Israel, & regnum Iuda fuerunt destructa, ex confidentia adiutorij regis Aegypti. Expositores igitur nostri communiter exponunt hoc capitulum ad literam de Iudæis, qui euaserunt manus regis Babylonis, sed interfecto Godolia, quem rex Babylonis præfecerat terræ Iuda, transierunt in Aegyptum timore Chaldæorum contra mandatum domini factum eis ex ore Ieremiæ, vt habetur Ier. 43. Sed hoc dictum non videtur verum, quia de ipsis descendentibus in Aegyptum dicitur infrà ca. isto,* Nuntij tui vsque ad Anes peruenerunt, *quæ est ciuitas Aegypti: illi autem qui interfecto Godolia transierunt in Aegyptum, non iuerunt illuc sicut nuntij ad redeundum, sed sicut fugitiui ad illic manendum, propter quod Ra. Sa. exponit hoc ca. de Osee rege Israel, qui misit nuntios ad regem Aegypti pro auxilio habendo contra regem Assyriorum, vt sic liberaretur à tributo, quod sibi reddebat singulis annis, vt habetur 4. Regum 17. Et licet litera posset ad hoc applicari, videtur tamen mihi quod melius debeat intelligi de Sedechia rege Iuda, qui ex confidentia regis Aegypti rebellauit Nabuchodonosor regi contra consilium Ieremiæ, vt habetur Ieremiæ xxxvij. Et pro isto auxilio habendo misit frequenter Sedechias solemnes nuntios ad regem Aegypti: sed defraudatus fuit ab intento, quia rex Aegypti non adimpleuit permissum deferendo ei auxilium; Igitur secundum hanc sententiam procedit sic propheta, quia primò comminatur pœnam regno Iuda propter confidentiam in Aegyptiis; secundo, idem facit regno Israel cap. se. Et prima in duas, quia primo comminatur illis de regno Iuda afflictionem; secundo denuntiat eis consolationem, oleum infundens post vinum, secunda ibi,* Propterea expectat dominus. *Prima in duas, quia primo arguit culpam; secundo subdit debitam pœnam, ibi,* Propterea hæc dicit. *Prima adhuc in duas, quia primo arguit confidentiam eorum super Aegyptum; secundo Dei contemptum, ibi,* Nunc ergo ingressus. *Circa primum dicit,*

Tempora quibus floruerunt Isaias & Ieremias.

Tres opiniones de quo sit prophetia huius cap.

Sedechias subsidium ab Aegyptiis exspectat.

1 Væ filij desertores, (dicit dominus) *consilij Ieremiæ & aliorum prophetarum domini.*

2 Vt faceretis consilium, *de requirendo Pharaonis auxilium.*

3 Et non ex me, *Quia propheta domini hoc non consulebant, sed magis disconsulebant.*

4 Et ordiremini telam, *id est faceretis processum ad rebellandum Chaldæis,*

5 Et non per spiritum meum, *sed per spiritum mendacem in ore prophetarum falsorum Iere. 28.*

6 Vt adde. pecc. super pecc. *Quia primo diffisi fuerunt de diuino auxilio, secundo nimis confisi de humano: ideo subditur,*

7 Qui ambulatis, *Et patet litera ex dictis vsque ibi,*

8 Et erit vobis fortitudo Pharaonis. *Quia ex confidentia eius falsa rebellauerunt Chaldæis, qui venientes destruxerunt ciuitatem & templum, & partim occiderunt, & partim captiuauerunt confusibiliter populum.*

9 Erant enim in Tanis. *Aliqui libri habent, Ierant, quod fuit sic dictum ab aliquibus correctoribus, eo quod subditur,* Vsque ad Anes peruenerunt; *& malè: quia in Hebræo & in libris correctis habetur,* Erant enim in * Taphnis, *quæ est ciuitas nobilis Aegypti.*

*Legatio Sedechiæ ad regem Ægypti. * Thanis.*

10 Principes tui & nuntij tui, &c. *missi tanquam solemnes nuntij.*

11 Vsque ad Anes peruenerunt, *primo enim inuenerunt regem Aegypti in Taphnis, sed antequam responderet eis, transtulit sed ad Anes, quæ etiam est ciuitas Aegypti: sic secuti sunt eum ad habendum eius responsum,*

12 Omnes confusi sunt super populo, *scilicet dicti nuntij: quia non habuerunt inde aliquod remedium, sed confusionem, & cum hoc magnum damnum; ideo subditur,*

Onus

MORALITER.

† 1 *Væ filij desertores dicit dominus.* In hoc cap. secundum litteralem sensum arguuntur filij Iuda de hoc quod confidentes de Ægyptiis, rebellauerunt Nebuchodonosor regi, cui seruire iurauerant per dominum Deum (vt habetur 2. Paralipom. in fine.) Nec ista rebellio profuit eis, sed multum nocuit. Moraliter autem per istos, qui dicuntur hic filij desertores, signantur claustrales, qui ex confidentia sæculariũ claustrum deserunt: quod in eis confusibile est & noxium. Primo spiritualiter, quia sunt fractores voti, & excommunicati; ruunt etiam de peccato in peccatum, tanquam derelicti à Deo, & potestati dæmonum subiugati; Secundo nocet eis corporaliter, quia sæculares, in quibus confidebant, frequenter attædiantur de ipsis, & expellunt eos à se: aliqui propter expensas, & † aliqui

De religiosis fugitiuis & clausuræ violatoribus.

LXX. *Quia sunt in Tanis principes Angeli.* † IVSTIN. in dialogo cum Tryphone. vt intelligas angelos malos tenuisse Ægyptũ, citabo tibi Isaiam testem, qui angelos malos habitasse in Tanai, regione Ægypti ait.

† PROCOPIVS. Cum ante de Ægypto propheta disputaret, principes Taneos defecisse commemorauit. Nec immeritò, cum de Saluatoris aduentu verba faceret. At hic de Ieremiæ temporibus loquens, non defecisse dicit, sed quosdam esse principes angelos malos, eos ipsos intelligens, quos principes Taneos nominauit, dæmones scilicet, qui cuncta in Tani infestarent, in qua tum regia Pharaonis habebatur.

Tanais vrbs eacodæmonum sedes.

a *Onus iumentorum.* HIERON. Post decem onera diuersarum gentium, vndecimum onus reliquarum duarum tribuum ponit, quæ remanserunt ducto Sedechia & aliis principibus in Babylonem.

Iumentorum. LXX. *quadrupedum in deserto.* Omnes qui creatore deserto sæculi erroribus se dederunt, quadrupedes in deserto sæculi sunt, à quo frustra quærunt auxilium, qui Deum dereliquerunt.

† PRIMASIVS. Quadrupedum nomine innuit animalia illa quæ apud Ægyptios pro diis habebantur,

Quam male successerit Iudæis peregrinatio in Ægyptũ contra Dei mãdatum. Iere.41.d.

b *In terra.* HIER. IBID. Eremus per quam pontifex Iohanna filius Chareæ & alij duces traduxerunt reliquias in Ægyptum contra præceptum domini; vel, ipsa Ægyptus in qua multas tribulationes & angustias sustinuerunt.

Idola Ægyptiorum.

† PROCOPIVS. In tribulatione enim & angustia, locum sibi & aspidem & leones & si quæ sunt illis mala similia, repererunt: quorum imagines ea, quæ ab illis in Deos assumuntur, animalia extiterunt. Iisdemque vrbes etiam de leonum, de canum, de crocodylorum,

(a Quia.) desse non poterat. Non fuerunt in auxilium, & in aliquam vtilitatem. Sed in confusionem,
(a Dux tribus. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. b Quia in Australi parte habitabant.)
& in opprobrium. ⁶Onus iumentorum Austri.
(a Metaphoricos. Ierusalem vel populus. Iohanna & alij principes.)
In terra tribulationis & angustiæ, leæna & leo,
(a Venenatis venenati. b Generatio viperarum. c Cito transiens sicut patres eorum. d Secum in Ægyptum.)
ex eis vipera & regulus volans, portantes super
(a Equorum, asinorum. b Aurum & argentum, &c.)
humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos, ad populum qui eis prodesse non poterit. ⁷ Ægy-
(a Adueniente Nabuchodonosor. b Quia in Ægyptiis vanum auxilium.)
ptus enim frustrà & vanè auxiliabitur. Ideo
(a In Ægypto, non constantia belli.)
clamaui super hoc, superbia tantum est,
(a Ergo. In terra tua. b Ægyptum.)
quiesce. ⁸ Nunc ergo ingressus scribe ei super
(a Vt in perpetuum maneat.)
buxum, & in libro diligenter exara illud, &
(a Scriptum illud. b Cum venerit Nabuchodonosor, cum res completa fuerit. c Prophetalis veritatis.)
erit in die nouissimo in testimonium vsque
(a Dicens: Non manebimus hic, sed in Ægyptum fugiemus.)
in æternum. ⁹ Populus enim ad iracundiam
(a Me. Qui semper rebellis & incredulus. b Dixerunt enim Ieremiæ: Ora pro nobis dominum vt dicat nobis quid agere debeamus, & audire noluerunt.)
prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes
(a Si promittunt se bene facturos, cito deficiunt. b Futura. Ieremiæ, & Baruch, & Oldæ. Spiritu prophetico, propria industria. Nolite annuntiare nobis verbum domini, non enim audiemus.)
audire legem Dei. ¹⁰ Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspice-
(a Vt maneamus hic. b Vt eamus in Ægyptum.)
re nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis
(a Sinite nos errare.)
placentia, videte nobis errores, ¹¹ auferte à
(a Quam docetis. b Auferte à me veritatem hanc. c Tandem.)
me viam, declinate à me semitam, cesset à

lorum, deque cæterorũ eiusmodi nominibus vocatas extruxerunt, in quas diuitias suas Iudæi comportabant.

c *Nunc ergo.* HIER. sup. Dominus ad Ieremiam vel ad Isaiam secũdum Hebræos. Vnus enim spiritus est in prophetis, & apud Deum omnia tempora sunt coniuncta. Dominus ad Ieremiam: O Ieremia ingressus cum eis in Ægyptum, scribe diligenter quæ mandaui eis, vt non fugerent scilicet in Ægyptum, sed manerent in terra sua, vt sit scriptura hæc in testimonium, quia bene feci eis, bene docui, & ipsi spreuerunt.

Cur & quæ scribere prophetam iusserit Deus?

† PROCOPIVS. Tanquam enim certis temporibus, hæc euentura esse non dubitet, scribi imperat, vt ex conuenienti eorum exitu, non falsò prædicta esse appareat. Vel certè quia non adeò viua vox eos qui reprehenduntur, ac quæ literis consignatur vrget oratio, ista conscribi imperauit; fortasse verò & id fecisse videatur, vt eorum de quibus loquitur scriptura, sterilitatem & inopiam buxo notaret.

d *Et filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei.* HIER. sup. Tropologicè. Omnis hæreticus filius mendax appellatur: *Ex nobis enim exierunt, sed non fuerunt ex nobis*, qui interioribus auribus nolũt audire legẽ Dei, sed prælatis dicunt, Nolite nobis videre quæ recta sunt, nec minari gehennæ flãmas, sed promittite nobis regna cælorum. Ad populum quoque ecclesiæ negligentem, austeritatem magistrorum fugientem, & adulationem quærentem hæc referuntur.

Ioan. 8. De hæreticis, & eis, qui sibi volunt placentia prædicari.

† PROCOPIVS. Mendaces appellat, qui Moysi legem roganti omnia quæ iussisset dominus Deus rata habere se & obseruaturos esse professi, lege tamen idola prohibente, Deo relicto ad idola confugerunt.

Pro

NICOLAVS DE LIRA.

1 Onus iumentorum austri. *id est, iumentorum portantium onera versus Aegyptum (quæ est in parte australi respectu regni Iuda) munera multa & magna pro habendo eius auxilio; & vnde portarentur subditur,*

2 In terra tribulationis. *i. in regno Iuda cui imminebat magna tribulatio & angustia à Nabuchodonosor rege.*

3 Leæna & leo, *id est, rex Sedechias & regina.*

4 Ex eis vipera & regulus, &c. *id est, filij ex eis nati veneno malitiæ pleni.*

5 Portantes super humeros, &c. *Filij enim regis aliquando mittebantur ad quærendum tale auxilium; vel potest exponi de quibuscumque nuntiis à rege & regina missis, & propter hoc dicuntur esse ex eis.*

6 Super gibbum camelorum. *Habet enim camelus gibbum super dorsum, super quem ponitur sella & onus, Cætera patent ex dictis vsque ibi:*

7 Superbia tantum est. *Ex magna enim superbia procedebat, quòd ipse Sedechias & populus eius nolebant seruire regi Babylonis, secundum consilium Ieremiæ à domino sibi reuelatum.*

8 Quiesce. *à quærendo tale auxilium ab Aegyptiis contra regem Babylonis, & seruias ei in pace.*

9 Nunc ergo ingressus. *Hic consequenter arguitur populus de contemptu Dei & prophetarum suorum. Primò tamen introducitur Deus loquens ipsi Isaiæ, dicens,* Nunc ingressus. *s. tu Isaia, locum vbi scribis tibi à domino reuelata.*

10 Scribe ei, *id est populo Iuda.*

11 Super buxum. *In Hebræo habetur,* Super tabulam, *sed Hier. transtulit buxum, eo quod tabulæ ad scribendum fiunt communiter de buxo.*

12 Et in libro, &c. *s. per notarium tuum. Habebant enim prophetæ aliquando notarios, sicut Baruch fuit notarius Ieremiæ vt habetur Ierem. 36. & magis probabile est de Isaia qui fuit nobilis & de stirpe regia, quòd habuit notarium scribentem in volumine illud quod propheta prius scripserat in tabula pro exemplari.*

Notarius Isaiæ.

13 Et erit in die nouissimo, &c. *& vocatur ibi nouissima dies, in qua ciuitas fuit destructa per Chaldæos: tunc enim impleta fuit comminatio pœnæ hic posita.*

14 Vsque in æternum, *i. vsque ad finem mundi: quia semper erit prophetia Isaiæ in testimonium malitiæ illorum contra quos loquebatur: ideo subditur.*

15 Populus enim ad iracundiam prouocans est, *scilicet ipsum Deum per malitiam & contemptum.*

16 Qui dicunt videntibus. *i. viris prophetis: quia verba eorum verissima, reputabant inania & falsa. Et patet litera vsque ibi.*

17 Cesset à facie nostra sanctus, *id est, Deus sanctificans Israel, ex tali enim contemptu verbis & factis ostendebant, quod Deus deberet eos dimittere propter malitiam suam.*

Pro-

MORALITER.

† aliqui propter conscientiam, timentes excommunicationem, & aliqui propter vtrumque; & sic defraudati ad latrocinia se ponunt, vel celebrant excommunicati, vel alia mala perpetrant, & aliqui egestate compulsi reuertuntur, & grauiter ac confusibiliter puniuntur.

a ¶ Præsentia. b ¶ Monita eius. c ¶ Quia reprobastis illum.
facie nostra sanctus Israel. [11] Propterea hæc dicit sanctus Israel. Pro eo quòd reprobastis verbum, & sperastis in calumniam & tumultum, & innixi estis super eo. Propterea erit vobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadens & requisita in muro excelso. Quoniam subito dum non speratur veniet contritio eius, [4] & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida, & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parū aquæ de fouea, [15] quia hæc dicit dominus Deus sanctus Israel. Si reuertamini & quiescatis, salui eritis. In silentio & in spe erit fortitudo vestra. Et noluistis, [16] & dixistis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus. Ideo fugietis. Et super veloces ascendemus. Ideo velociores erunt qui persequentur vos. [17] Mille homines à facie terroris vnius & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem. [18] Propterea

Interlinear glosses: a ¶ Nolentibus se ingerit, vt quem neglexistis commonentem, sentiatis punientem, vt habitaretis in terra vestra. ¶ Alias ex. ¶ Hoc. b ¶ Habentes fiduciam in Ægyptiorum calumnia atque mendacio. a ¶ Deceptionem. b ¶ Superbiam Ægypti. ¶ Spe. ¶ Tumultu. a ¶ Transgressio præcepti. b ¶ Muri. c ¶ Vt ipsi cadatis subito. a ¶ Muri. b ¶ Alia similitudo. a ¶ Sic nec de vobis aliquid vtile remanebit persequente Nabuchodonosor. a ¶ Qui per me & Ieremiam vobis loquitur. b ¶ Quasi: Pœnitentiam agite antequam veniat captiuitas. a ¶ In terra vestra. b ¶ Quietis. c ¶ Fixa in me & non in Ægypto. a ¶ Obedire mihi. b ¶ Manebimus hic. c ¶ Ægyptiorum. a ¶ Concito gradu pergemus ad eos. a ¶ Chaldæi quos effugere non poteritis. ¶ Ægyptij in quibus confiditis. ¶ Chaldæi. a ¶ Pauci in signum tantæ captiuitatis. b ¶ Fixus in signum naufragij. a ¶ Potentiæ Dei demonstrandæ & cuius sermo compleatur meus an illorum.

a *Pro eo quod reprobastis verbum.* Hier. lib. 9. Hæretici, quoque & omne dogma contrarium veritati, confidūt in calumnia & mendacio: propterea impietatis eorum ciuitas destruetur, quam scilicet ædificauit Cain, cui veniet repentina perditio, cùm capta fuerit ab ecclesiasticis viris, & ideo destructa & comminuta, vt nihil remaneat in ea quod possit ignem emortuum reaccendere, & saltem cœnosam & paruulam aquam sitientibus præbere.

Exstirpatio hæresum.

b *Sicut interruptio cadens.* Ibid. Quasi quomodo interruptio muri altissimi qui longam traxit ruinam difficile instaurari, & pristinum decorem recipere potest: sic veniet vobis repentina contritio.

c *Quia hæc dicit dominus Deus sanctus Israel.* Ibid. Anagoge. Omnes ad pœnitentiam, præcipue & maxime hæreticos hortatur: quia si reuersi à vitiis ingemuerint, & pœnitentiam egerint, salui erunt. Illi contrario confidentes in falsis magistris, & in incertis sæculi, equos Ægyptios desiderant, & eorum velocitate lætantur, quos multiplicare dominus prohibuit. Ideo ecclesiastici viri persequentur eos, & vnius bellatoris vocem, vel quinque, quod ad mentem & ad quinque sensus referre debemus mille homines, & incomposita turba fugientium sustinere non poterunt.

Deut. 17. d. Quomodo hæretici frustra sæpe ad pœnitentiam prouocantur.

† Procopius. Si enim resipiscentes, ait, Hierosolymis quieti, nec amplius de Ægyptiaca profectione solliciti manseritis, in pace non tantum & requie saluabimini, sed in spe vobis erit fortitudo vestra.

Plo-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propterea hæc. &c. *Descripta populi malitia, Hic consequenter denuntiatur debita pœna, cum dicitur:*
2 Pro eo quod reprobastis verbum. *id est, verbum domini per prophetas dictum.*
3 Et sperastis in calumniam. *Quærendo occasionem recedendi à seruitute regis Babylonis: cui tamen Sedechias rex & principes iurauerunt seruire, vt habetur 2. Paral. vlt.*
4 Et tumultum, *scilicet exercitus regis Aegyptiorum, quem sperabant venire ad eorum auxilium, in magno fragore armorum & pompa.*
5 Et innixi estis super eo. *Magis quàm super diuino auxilio.*
6 Propterea erit iniquitas hæc. *De transgressione iuramenti & de contemptu Dei.*
7 Sicut interruptio cadens. *Quæ quanto cadit à loco altiori, tanto magis opprimit illa super quæ cadit: & per hoc intelligitur quod iniquitas esset causa destructionis ciuitatis & populi. Et patet litera vsque ibi.*
8 Et non inuenietur de fragmentis eius testa. *id est non remanebunt aliqui residui de populo in terra Iuda, qui possint eam operari: quia illi quos dimisit Nabuzardan ad colendum terram, mortuo Godolia fugerunt in Aegyptum timore Chaldæorum.*
9 Quia hæc dicit Dominus Deus sanctus Israel. *Qui non potest mentiri.*
10 Si reuertamini. *Per pœnitentiam ad Dei misericordiam.*
11 Et quiescatis. *à rebellione contra regem Babylonis.*
12 Salui eritis. *Ita enim prædicauit Ieremias regibus & populo regni Iuda, vt patet in multis locis suæ prophetiæ.*
13 In silentio. *i. humiliter & pacifice seruiendo regi Babylonis secundum domini voluntatem.*
14 Et in spe. *diuini auxilij, non humani.*
15 Erit fortitudo vestra. *Conseruans ciuitatem & populum à destructione: sed quia Sedechias noluit credere Ieremiæ, & populus eius, ideo subditur,* Et noluistis.
16 Et dixistis nequaquam. *Scilicet, faciemus Ieremiæ consilium.*
17 Sed ad equos fugiemus. *i. ab equitibus Aegypti refugium & auxilium quæremus.*
18 Ideo fugietis. *Quia deficiente auxilio Aegypti, & rupta ciuitate, Sedechias rex & viri bellatores fugerunt nocte, quarto Regum vltimo.*
19 Et super veloces ascendemus. *i. si rex Babylonis aduersus nos præualuerit, per velocitatem equorum nostrorum euademus manum eius: Quod excludit, dicens:*
20 Ideo velociores erunt qui persequentur vos. *Quia Chaldæi insequentes Sedechiam fugientem, ipsum comprehenderunt. quarto Regum, vlt.*
21 Donec relinquamini quasi malus nauis. *In signum naufragij præteriti.*
22 Et quasi signum super collem. *Vbi aliquando in sublimitate arboris magnæ ascendit speculator ad videndum si hostes veniant, & ex qua parte, & sic dat signum fugiendi illis, pro quibus speculatur, & ad quam partem debeant fugere, ne cadant in manibus hostium, & ipse etiam velociter descendens fugit cum aliis: Sic fuerunt illi, qui remanserunt de populo Iudæ, quorum aliqui fuerunt ducti in Babylonem in signum victoriæ Chaldæorum & destructionis Iudææ, sicut malus est signum naufragij præteriti: & alij fugerunt in Aegyptum, timentes contra se aduentum Chaldæorum.*

Signum fugiendi.

22 Propterea expect. dominus, &c. *Hic consequenter propheta post vinum mortificatiuum, infundit oleum lenitiuum, denuntians populi consolationem. Circa quod sciendum quod hanc partem exponunt doctores nostri communiter ad literam de redemptione populi Iudæ de captiuitate Babylonica facta per Cyrum, destructo regno Chaldæorum, vt habetur Esdræ primo. Sed huic expositioni non videtur litera bene consonare in pluribus locis, vtpote quod dicitur infrà:* Plorans nequaquam plorabis, *id est, post reditum de captiuitate Babylonica materiam tristitiæ non habebis, vt isti exponunt; contrarium videtur* Neemi. primo, *vbi dicitur, quod populus reuersus de Babylone erat in afflictione magna & opprobrio. Item quod subditur postea:* Et dabit ibi dominus panem arctum & aquam breuem, *id est, in redeundo de Babylone sustinebis penuriam victus. Secundum istos hoc non bene consonat prædictis ab eis: scilicet quod non haberent materiam tristitiæ. Item et quod postea subditur.* Et dabitur pluuia semini tuo, &c. *quod exponunt de magna abundantia in terra fructibus & animalibus: cuius contrarium videtur post reditum, Neemiæ quinto capite. vbi dicitur, quòd multi de populo disponebant vendere filios & filias suas in seruos & ancillas pro victu habendo. Item quod dicitur:* & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum, *scilicet Esdram, vt dicunt, quod non videtur verum, quia Esdras non semper stetit cum eis, sed pauco tempore, quia post alios longo tempore venit de Babylone, & non multum superuixit. Item quod infrà dicitur:* Et erit lux lunæ sicut lux solis, &c. *exponunt dicentes quòd hoc intelligitur de maiori lætitia quam habuerunt post captiuitatem, quam ante: tantus tamen excessus læti-*

Proponit multa quæ non patiuntur hoc cap. à vers. 18. exponi de redemptione Iudæ de captiuitate Babylonica.

19 Et

tiæ

A a *Plorans nequaquam plorabis.* HIER. lib. 9. Iudæi referunt hoc ad tempus illud quando sub Zorobabel & Iesu magno Sacerdote post 70. annos redierunt de captiuitate Ierusalem, & bona fleuerunt quæ prius habuerant. Nos autem omnes promissiones, quæ excedunt mediocritatem illius temporis, ad Christi referimus aduentum: In quo captiuus quondam populus, passione domini liberatus, habitat in Sion & in Ierusalem, in specula scilicet & visione pacis, id est ecclesia.

Gaudium fidelium transacta Christi passione.

b *Et dabit tibi do. &c.*

B † PROCOPIVS. Per *panem artum* seu afflictionis, intelligit principium reuersionis, quo tempore à vicinis affligebantur. Deinceps enim illis omnem vbertatem & copiam denũtiat, imprimisque errore carentem securitatem, quamuis non defuturi sint qui auertere, & in vias quaslibet inducere conentur.

C c *Et erunt oculi tui, &c.* † GREGORIVS ho. 34. in Euang. Auersi à Deo sumus, & tamen non auertitur: vnde per Isaiam dicitur, *Et erunt oculi tui, &c.* Quasi in faciem suam homo monitus est, quando ad iustitiã conditus, præcepta rectitudinis accepit: Sed cum hæc eadem præcepta contempsit, quasi conditori suo dorsum mentis in faciem dedit.

Quomodo nos à Deo fugiamus vocante nos ad pœnitentiam.

¶ Quasi: Hæc venient nisi pœnitentiam egeritis: Propterea ex. do. a ¶ Pœnitentiam vestram. b ¶ In misericordia, Superexaltat misericordia iudicium. ¶ Vel in cruce, vt omnibus parcat.

expectat dominus, vt misereatur vestri, & ideo exaltabitur 1 2

a ¶ Filius. Pater enim non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.

parcens vobis, quia Deus iudicij dominus. Beati omnes 3

a ¶ Expecta dominum, & viriliter age, &c. ¶ Recta spe. b ¶ Ecclesiæ quæ est modo in speculatione. c ¶ Cælesti, vbi est vera visio pacis.

qui expectant eum. [19] Populus enim Sion habitabit in Ieru- 4 5

a ¶ Ante. ¶ Conuersus. b ¶ In Ierusalem. ¶ Absterget dominus omnem lachrymam ab oculis eorum. ¶ Fletus tuus vertetur in gaudium. c ¶ Quotidie. d ¶ In die iudicij omnino.

a salem. Plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur 6

a ¶ Plenam miseratione. b ¶ Orationis. c ¶ Ierusalem. d ¶ Si digna audiri. e ¶ Ecce Adsum. ¶ Magis re quàm voce.

tui. Ad vocem clamoris tui statim vt audierit, responde- 7 8

a ¶ Iudæi dicunt, quod egressuri de captiuitate inopiam cibi & potus passi sunt. b ¶ Doctrinam Euangelij quæ duobus mandatis coarctat omnia mandata veteris testamenti.

b bit tibi. [20] Et dabit * tibi dominus panem artum, & a- 9

*vobis

a ¶ Scriptura, vbi obscura, panis: vbi est aperta, aqua. b ¶ Recedere. c ¶ Magister vester vnus est Christus.

quam breuem, & non faciet auolare à te vltra doctorem 10

a ¶ Cordis. b ¶ Modo in spe tandem in re.

c tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, [21] & 11 12

¶ Interiores. ¶ Exaudient. ¶ Christi. a ¶ Christus ad credentes loquitur. ¶ Ego sum via, veritas, & vita.

d aures tuæ audient verbum monentis post tergum. Hæc 13 14

a ¶ Me imitamini. vnde: Vende omnia quæ habes & sequere me. Et alibi: Qui mihi ministrat, me sequatur. ¶ De virtute in virtutem. b ¶ Noli esse nimium iustus. c ¶ In malum declines.

e via, ambulate in ea, neque ad dextram, neque ad sini- 15

a ¶ Conuersus ad fidem reputabis omnia idola contaminata sculptilia & conflatilia.

f stram. [22] Et contaminabis laminas sculptilium argenti 16

dedit. Sed ecce adhuc post tergum sequitur, & monet: quia iam & à D nobis contemptus est, & tamen nos vocare non cessat. Quasi dorsum ei in faciem dedimus, cuius verba despicimus: Sed stans post tergum nos auersos reuocat.

d *Post tergum.* Prima conditione quasi in facie Adam audiuit à domino: *Crescite & multiplicamini & replete terram.* Post peccatum, quasi post tergũ positus, *maledicta terra in opere tuo.* Huius casu nos omnes retrocedimus, & modo audiuimus à domino: E *Conuertimini ad me, & ego con. ad vos.* Et alibi. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c.* vt his monitis anteriora petamus: & hoc est, *Aures tuæ audient verbum mo. post tergum.*

Genes. 1. d. Gene. 3. c. Zach. 1. a. Iohel. 2. c.

e *Neque ad dexteram.* In vtraq; parte quidquid supra modũ est, in vitio est. *Neque ad dexteram, &c.* declinandũ est sed via publica gradiendum. i. regia, quæ non fallit. F

Num. 20. c

f *Et contaminabis laminas.* HIER. sup. Idola. s. quæ ad similitudinem veritatis artifex lingua composuerit, in splendore eloquentię, (quod significat argentum) & in ratione sapientiæ (quod significat aurum) comminues & disperges, & immunda iudicabis.

☞ a Et

NICOLAVS DE LIRA.

tia non videtur bene prædictis concordare, & maxime quia numquam redierunt ad tantam prosperitatem sicut fuerant ante de multo: maximè tempore Dauid & Salomonis, & aliorum regum plurimorum. Et ideo saluo meliori iudicio, videtur, quòd Iudæi melius quantum ad aliquid exponant partẽ istam, sc. de redemptione eorum fienda per Christum: sed in hoc errant, quod expectant futurum, quod iam transiit in præteritum. Igitur accipiendo ab eis quod est verum & falsum respuentes, exponamus literam de redemptione facta per Christum. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur redemptio facta per Christum in suo aduentu primo; secundo fienda in secundo, ibi. Et erit. *Prima hic prædicitur ab Isaia cùm dicitur*, Propterea, *Id est propter mala vestra multiplicata.*

De redemptione per Christum exponendũ est caput ab illo vers.

Diuisio.

1 Expectat dominus, vt misereatur vestri, *Id est, differt redemptionem vestram perfectam per Christum fiendam: verumtamen quia non aufert eam, subditur:*

2 Et ideo exaltabitur parcens vobis, *quia tempus sui aduentus erit tempus magnæ misericordiæ: verumtamen non erit sine iustitia, quæ semper Dei misericordiam concomitatur; ideo subditur,* Quia Deus iudicij dominus.

3 Beati omnes qui expectant eum, *firmiter credendo eius aduentum.*

4 Populus enim Sion. *i. fidelis & catholicus.*

5 Habitabit in Ierusalem, *id est ecclesia, secundum quod dicitur ad Hebr. 12. f.* Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem. *Et quia ad literam in monte Sion incepit fides catholica per prædicationem Christi in propria persona, & per missionem Spiritussancti super apostolos, vt dictum fuit supr. 2. c.*

6 Plorans nequaquam plorabis, *pro dilectione Christi venturi, pro qua suspirabant ingemiscentes patres veteris testamenti.*

7 Miserans miserebitur tui, *intantum quòd exponet se morti.*

8 Ad vocem clamoris, *In primitiua ecclesia & per longum tempus postea, sancti viri habebant frequentissimè ad vota diuina responsa.*

9 Et dabit tibi dominus panem artum. *i. ex Dei gratia eris contentus parco victu, sicut patet in decursu ecclesiæ in viris perfectis & religiosis.*

10 Et non faciet auolare à te doctor. &c. *i. Christum, qui dicit de seipso Matt. 13. a.* Vnus est magister vester Christus. *Et de sua permanentia dicitur Matt. vlt. d.* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. *Secundum enim diuinitatem vbique est per essentialem præsentiam & potentiam: & in ecclesia sua per specialem gratiam, & secundum humanitatem in eucharistiæ sacramento, in quo corpus est ex vi sacramenti, & anima & diuinitas ex concomitantia inseparabili post resurrectionem. In translatione Chaldaica sic habetur:* Et non recedet vltra diuinitas eius. *Ex quo patet, quòd non potest conuenienter intelligi de Esdra doctore: sed de Christo conuenit optime.*

Quot modis, adest Christus præsens suæ Ecclesiæ.

11 Et erunt oculi tui vident. præceptor. &c. *i. Christum, qui apparuit visibilibus etiam oculis corporalibus in forma humanitatis, & in sacramento sub specie panis.*

12 Et aures tuæ audient verbum, *scilicet Euangelicum.*

13 Monentis post terg. *i. ad sequendum vestigia Christi prædicantis in persona propria primò, & postea in apostolis aliisque discipulis.*

14 Hæc via, *scilicet catholica.*

15 Ambulate in ea. *quia ecclesia numquam declinabit generaliter à fide catholica.*

Ecclesia nunquam declinabit generaliter à fide Catholica.

16 Et contaminabis laminas. *Quia Gentiles ad prædicationem apostolorum confregerunt idola sua materiam & ornamenta idolorum pauperibus erogantes.*

Egre-

MORALITER.

† 1 *Expectat dominus.* Hic ad literam post filiorum Iuda increpationem, propheta denuntiat eorum consolationem per Christum futuram, more boni Samaritani post vinum mordicatiuum infundentis oleum lenitiuum. Moraliter autem potest exponi consequenter ad prædictam de apostatis expositionem: nam aliqui eorũ ex diuino respectu vere pœnitentes reuertuntur, & impositam sibi pœnam non solùm patienter sustinent, sed etiam maiorem accipiunt ex seipsis, & sic magis proficiunt in bono virtutis, quam aliqui qui numquam per apostasiam ceciderunt. vnde Greg. exponens illud Luc. 15. b. *Gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta iustis.* Dux in prælio militem illum plus diligit, qui post fugam reuersus, hostem fortiter premit: quã illum qui numquam terga præbuit, nec vnquam aliquid fortiter fecit. Sic & agricola illam terram plus amat, quæ post spinas, vberes fructus facit, quam illam quæ numquam spinas habuit, nec vnquam frugem vberem producit. De talibus subditur: *Erunt oculi tui, &c.*

De prædictis apostatis ad bonã frugem redeuntibus.

† Ecce

a ❡ Ornamentum.

tui, & vestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ.

a ❡ O Isaia vel Ieremia. b ❡ Populo credenti de Gentibus. c ❡ Gratia spiritussancti. d ❡ Prædicationi.

a Egredere, & dices ei.[23] Et dabitur pluuia semini 1

a ❡ In quacumque Gente. b ❡ Ego sum panis viuus.

tuo vbicumque seminaueris in terra, & panis 2 3

a ❡ In cordibus sanctorum. ❡ Gratia & pinguedine spiritussancti.

b frugum terræ erit vberrimus & pinguis. Pascetur 4

a ❡ Pane verbi Dei. b ❡ Ecclesia. c ❡ Cum idola confregeris. d ❡ Mitis corde, qui sequitur agnum quocumque ierit, & semper ad dexteram est.

tur in possessione tua in die illa agnus spa-

a ❡ Apostoli duces gregis. b ❡ Filij scilicet Iudæorum qui per asinam, vel Gentilium, qui per asinæ pullum significantur. ❡ Subiecti. c ❡ Vt fructificent.

tiose, [24] & tauri tui & pulli asinorum, qui ope- 5 6

a ❡ Ecclesiam, vel vnusquisque corpus suum. b ❡ Historiam cum spirituali sensu. c ❡ Migma est hordeum cum palea.

c rantur terram commixtum migma comedent, 7 8

a ❡ Scripturæ. b ❡ A spiritusancto examinatum. c ❡ De die iudicij.

d sicut in area ventilatum est. [25] Et erunt super 9

a ❡ Sanctos virtutibus eminentes, vel plus vel minus vel expositores diuinorum eloquiorum.

omnem montem excelsum, & super omnem 10

a ❡ Doctrina Euangelij.

collem eleuatum riui currentium aquarum in 11

❡ Iudicij.

e die interfectionis multorum, cum ceciderint 12

a ❡ Dæmones, munimentum malorum, & principes huius sæculi. b ❡ Post iudicium, & cælum erit nouum & terra noua. Quia enim propter hominem facta in eius lapsu peiorata sunt, sol & luna suo lumine minorata.

f turres. [26] Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux so- 13

❡ Finitum pro infinito. a ❡ Scilicet quando creatus est mundus.

g lis erit septempliciter, sicut lux septem dierũ, in

a ❡ Scilicet. b ❡ Sanando. c ❡ Mortalitatem peccati & omnes miserias. d ❡ Absolute, vt omnes Deo seruientes significet. ❡ Sanctorum. ❡ Fugiet dolor & gemitus.

die qua alligauerit dominus vulnus populi sui,

a ❡ Bonis promittit præmia, contemptoribus minatur supplicia.

h & percussuram plagæ eius sanauerit. [27] Ecce nomẽ 14

a *Et dabitur plu.* HIER. lib. 9. In Regum volumine scriptum est, quia interfectis ab Elia pseudoprophetis data sit pluuia terræ Israel; & quod panis Elisæi, & postea saluatoris, vberrimus fuerit atque pinguissimus, & tantam plenitudinẽ habeat, vt multa hominum millia saturata sint. In præsenti quoque loco non datur pluuia semini spirituali, & panis terræ vberrimus atque pinguissimus, nisi idola deargentata & deaurata fuerint comminuta & reputata in sterquilinium: nisi enim vitia abiecerint, virtutes non subeunt.

[Margin: 3. Reg. 18. g. 4. Reg. 4. g. Ioan. 6. b. Nisi vitia abiiciantur virtutes nõ subeunt.]

b *Pascentur.* IBID. Quidam hæc hyperbolicos Cyri temporibus qui captiuitatem populi relaxauit, in Iudæa completa, contendunt.

c *Commixtum migma.* Isaac hordeum seuit, quia apud Allophylos erat: & centenariam hordei frugem recepit. Et Hosee, choro & dimidio hordei adulteram conduxit. Saluator quoque quinque millia virorũ, (quinque sensus corporis & legem Moysi sequentiũ) hordeaceis panibus saturauit, qui in alio loco, frangens septem panes & in frusta comminuens, quatuor millia triticeis panibus repleuit, qui Euangelicum numerum sequebantur. Huiusmodi populi, partem comedunt palearum in quibusdam sequentes literam: & per paleas & hordeum paulatim proficiunt, & transeunt ad frumentum.

[Margin: Gen. 26. c. Hosee 3. a. Ioan. 15. d. Matth. 15. d.]

d *Et erunt.* IBID. In die iudicij super montes & colles erunt riui currentium aquarum, quia bona opera sanctorum clarebunt, quæ obseruantes mandata impleuerunt, & doctrina Euangelij appropinquante die iudicij, prædicatione Eliæ & Enoch penè per omnes gentes abundabit. *Et erunt super.* Iudæi, multos interfectos, & ruentes turres, ad Romanum referunt imperium, vnde, *Vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat*: quod eo tempore tanta beatitudo fuerit populo Israel, vt non solùm valles & campestria, sed montes & colles aquis fluentibus irrigentur. Nos montes & colles intelligimus, qui virtutibus eleuãtur, & qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quos dominus prouocat ad bibendum. Qui enim biberit de aquis eius, non sitiet in æternum. vnde: *Benedicite domino de fontibus Israel.*

[Margin: Quomodo Iudæi & quomodo fideles exponant vers. 25. huius cap. 2. Tess. 2. b. Matt. 5. a. Ioan. 4. b. Psal. 67. f. Matt. 10. b.]

e *Interfectionis multorum.* HIER. supra. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Turres, potestates dæmonum, vel superbi, de quibus Psalm. *Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani.* Has turres ædificare cupiebant qui mouerunt pedes suos ab oriente, quorum linguæ in Babylone confusæ, & super quos cecidit turris in Siloe.

[Margin: Psal. 36. g. Prostratio superborũ.]

f *Et erit lux.* IBID. Cùm præmium laboris percipient, quia creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Non mirum si luna solis fulgorem recipiat, *Quia iusti fulgebunt sicut sol.*

[Margin: Matt. 13. f.]

g *In die qua.* † AVGVST. quæst. 105. ex vtroque testamento. Hic dies potest intelligi, quo promisit dominus sanare contritionem populi sui. Hunc opinor esse diem, de quo Zacharias, *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, &c.* Et Simeon. *Hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum.* Hæc ruina est Pharisæorum & principũ, quos significauit Isaias per *turres.* Si quis autem salutem hanc in secundo aduentu continere intelligat; in vtroque tamen aduentu, maximè in secundo, sol conuertetur in tenebras; quomodo ergo augebit solem & lunam die quo visitabit Dominus populum suum, quando vtroque in tempore quo cœpta est liberatio populi & adimpleta est solem & lunam non minui sed contenebrari legamus, nisi plane solem & lunam sanctis comparatos intelligamus, iuxta illud; *Tunc iusti fulgebunt sicut sol, &c.*

[Margin: Luc. 1. Quę sit hic dies de qua loquitur propheta vers. 26. Matth. 13. Ibid. 18. 5.]

h *Ecce nomen domini.* Filius in nomine patris, vnum enim nomen est patris & filij & spiritussancti: vnde: *Baptizantes eos in*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Egredere, & dices ei, *id est idololatriæ, quæ cessauit quasi in vniuerso orbe.*

2 Et dabitur pluuia semini tuo vbicumque seminaueris in terra. *Semen parabolice dicitur hic verbum Euangelicum, secundum quod dicit saluator in parabola seminantis Lucæ octauo b.* Semen est verbum Dei. *Et recipientibus ipsum per fidem, data est pluuia gratiæ Dei. Et per talem modum dicitur Deuter.* 32. *a.* Concrescat vt pluuia doctrina mea.

[Margin: Semen verbi Euangelici.]

3 Et panis frugum terræ erit vberrimus & pinguis. *Iste est panis Eucharistiæ, qui dicitur panis frugum terræ, quia materia huius sacramenti est panis triticeus de terra productus, & continet iste panis pinguedinem gratiæ diuinæ.*

[Margin: Eucharistia.]

4 Pascentur in possessione tua in die illa agnus, *i. Christus, de quo dicitur Ioan.* 1. *d.* Ecce agnus Dei qui tollit pecca. mun. &c. *Pascitur* spaciose *in dilatione castitatis Ecclesiæ, secundum quod dicitur Can.* 2. *d.* Qui pascitur in liliis, donec aspiret dies & inclinentur vmbræ.

5 Et tauri tui *.i. Apostoli,*

6 Et pulli asinorum, *alij inferiores prædicatores:*

7 Qui operantur terram; *laborando in agro dominico verbo & exẽplo.*

8 Commixtum migma, &c. *Glossa super istum locum dicit, quod migma est hordeum mixtum cum palea: & eam sequuntur expositores nostri. Sed huic dicto videtur contrariari quod subditur,*

[Margin: Migma.]

9 Sicut in area ventilatum est, *Id est purgatum à palea. Quid autem intellexerit Hier. per migma, nescio. Sed in Heb. habetur sic: Mixtum fortè comedent .i. commixtionem diuersorum granorum absque aliqua corruptione in sua bonitate manentium: Per quod metaphorice intelligitur congregatio fidelium ex Iudæis & Gentilibus & variis nationibus, qui incorporati sunt ecclesiæ per prædicationem apostolorum aliorumque prædicatorum.*

10 Et erunt super omnem montem. *Per montes excelsos intelliguntur apostoli, per colles, qui sunt montes minores, prædicatores alij.*

11 Riui currentium aqua. *i. abundantia doctrinæ, eo modo loquendi quo dicitur supr.* 11. Repleta est terra scientia domini, sicut aquæ maris operientis.

12 In die interfectionis, *Id est, tempore destructionis Ierusalem, in qua erant multæ turres, quæ cum muris destructæ fuerunt per Romanos; & illo tempore multum viguit prædicatio Euangelij per apostolos aliosque discipulos Christi.*

13 Et erit. *Hic denuntiatur liberatio fidelium in secundo aduentu Christi, tunc enim liberabuntur à pœnalitatibus vitæ præsentis. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur huiusmodi liberatio, secundò dæmonis abiectio, ibi,* Ecce nomen. *Circa primum, sciendum, quòd secundum sanctos doctores & catholicos, in finali iudicio mundus innouabitur & meliorabitur ad augmentum gloriæ electorum, qui in elementis & corporibus cælestibus melioratis videbunt clarius relucentiam diuinæ virtutis & bonitatis, secundum illud Sap.* 13. *a.* A magnitudine speciei creaturæ poterit cognoscibiliter creator horum videri. *Decor autem corporum cælestiũ maximè consistit in luce, & ideo tunc augebitur, & hoc est quod dicitur:* Et erit lux lunæ sicut lux solis, &c. In die q. al. do. vul. po. sui. *quia fideles resurgent in corporibus gloriosis ab omni corruptione & pœnalitate liberatis.*

[Margin: Diuisio. Mundus innouabitur.]

14 Ecce nomen. *Hic consequenter agitur de deiectione dæmonis. Sciendum tamen, quod Hebr. & expositores nostri exponunt partem*

MORALITER.

14 *Ecce nomen domini.* Hic ad literam describitur deiectio dæmonis in iudicio finali. Et sic expositio ista non solùm est literalis, sed etiam spiritualis, propter quod aliam addere non oportet.

a ¶ Ad damnandum malos,& remunerandum bonos. b ¶ Post multa tempora. c ¶ In vindicta more nostro. d ¶ Reprobis.

Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum.
a ¶ Verba. b ¶ Filij. c ¶ Dicendo: Esuriui,& non dedistis mihi manducare,&c. d ¶ Ite maledicti in ignem æternum.

Labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi
a ¶ Diabolum & membra eius.

ignis deuorans.[28] Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad me-
a ¶ Diabolum qui subiectos trahit in ruinam. ¶ Dominationem.

dium colli, ad perdendas Gentes in nihilum, & frænum erroris quod erat in maxillis populorum.[29] Canticum erit vobis sicut * vox sanctificatæ solennitatis, & lætitia cordis sicut qui pergit cum tibia,
a ¶ Iudæi in templum, sancti in cælum. ¶ Redit ad pœnam malorum.
b ¶ Venit hora, vt omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei,& procedent,&c. c ¶ In iudicio.

vt intret in montem Domini ad fortem Israel. [30] Et auditam faciet
a ¶ Pater. b ¶ Vltionem malorum. c ¶ Filij, qui & verbum. d ¶ Ite maledicti in ignem æternum. e ¶ Filij.

Dominus gloriam vocis suæ, & terrorem brachij sui ostendet in
a ¶ Ite maledicti in ignem æternum. b ¶ Ignis succensus est in fu.meo. & ar.vsque ad inf.&c.

comminationem furoris, & flammam ignis deuorantis. Allidet
a ¶ In circumitu eius tempestas valida. b ¶ Lapidatione tribulationis. ¶ Sententia terribili.

in turbine, & in lapide grandinis.[31] A voce enim Domini patebit
a ¶ Diabolus & membra. b ¶ Vltionis. c ¶ Hoc contra Origenem. d ¶ Percussio vltionis æternæ. e ¶ Non transitorius.

Assur virga percussus, [32] & erit transitus virgæ fundatus quam re-
a ¶ Vt non transeat. ¶ Diabolum. b ¶ Lætitia sanctorum. ¶ Lætabitur iustus cum viderit vindictam.

quiescere faciet Dominus super eum, in citharis, & tympanis, & in
a ¶ Reprobos. ¶ Dæmones. b ¶ Ite maledicti in ignem æternum qui præparatus est diabolo. c ¶ Ab initio.

bellis præcipuis expugnauit eos. [33] Præparata est enim ab heri

Marginal: * nox. — Spiritus iræ Dei in iudicio impios suffocans. — Gaudium quod electi percipiunt vel de gentium conuersione vel de sua glorificatione. — Exo. 15. a. — Exod. 22. d. Leui. 27. d. Num. 18. d.

A ☞ *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: non in nominibus, sed in nomine quod est Deus.

a *Spiritus eius velut torrens inundans.* HIER. l. 10. B Sicut torrens inundans cum peruenerit vsque ad collum, animantem suffocat: sic spiritus iræ Dei, in iudicio impios suffocabit. Finem omnium venisse significans, sicut torrens suffocat eum C ad cuius collum peruenit; sic Dei iudicium neminem transibit impunitum.

b *Quod erat in maxillis.* IBID. Vt pro voluntate diaboli circumferrentur, hæc perdet Dominus in die iudicij, vel in prædi- D prædicatione Apostolorum, cum Gentes ad fidem venerint, & idola relinquent.

c *Canticum erit vobis.* IBID. Post pœnam malorum agit de gloria sanctorum. E Sicut filij Israel transito mari rubro, cum vidissent Pharaonem & Ægyptios submersos, cum lætitia dixerunt; *Cantemus domino, gloriose enim, &c.* F Sic in die iudicij transito mundo & damnato diabolo & membris suis, sancti cum lætitia exultabunt in Dei laudibus; eodem modo in conuersione Gentium.

d *Sicut qui pergit.* IBID. Præceptum est filiis Israel, vt decimam ☞ bono-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *tem istam ad literam de deiectione Sennacherib Regis Assyriorum venientis contra Ierusalem, quando exercitus eius percussus fuit ab angelo, sic quod corpora bellatorum fuerunt incinerata intactis vestibus & armis, sicut dictum fuit supra septimo cap. & ad hoc satis posset applicari litera. Sed contra hoc videtur, quod dicitur hic in principio:* Ecce nomen Domini venit de longinquo. *Ex quo videtur Isaias loqui de tẽpore* longinquo, *quod est tẽpus iudicij finalis, & non de* propinquo *seu præsenti, cuiusmodi fuit dicta percussio Sennacherib, quia fuit tempore Isaiæ vt habetur 4. Regum 19. Item quod dicitur in fine huius ca.* Præparata est enim ab heri Tophet, *&c. id est pœna gehennalis, secundum quod dicitur ab omnibus expositoribus Hebræis & Latinis. ideo videtur Isaias hic loqui de tempore finalis iudicij, in quo dæmones cum damnatis retrudentur in inferno. Et hanc sententiam sequitur hic magister Alexander de Ales qui fuit maximus Theologus temporibus suis. Igitur secundum hanc sententiam hæc pars in tres diuiditur partes: quia primo describitur aduentus iudicis terribilis impiis; secundo delectabilis iustis, ibi:* Canticum erit; *& tertiò vt abiectiuus dæmonis, ibi,* Et auditam. *Circa primum dicit Isaias:* Ecce nomen domini, *quia in iudicio apparebit dominus, quia iudicatus fuit coram Pilato, vt seruus & abiectus.*

Marginal: De quo sit prophetia huius cap. a. vers. 27. — Alexander de Ales. — Aduentus Christi secundus terribilis impiis. — Delectabilis bonis.

1 Venit de longinquo, *quia à tempore Isaiæ erat magna distantia vsque ad tempus iudicij.*

2 Ardens furor eius, *quia ignis conflagrationis præcedet aduẽtum iudicis.*

3 Et grauis ad portandũ, *quia terribilia signa apparebũt prope iudiciũ.*

4 Labia eius repleta sunt indignatione, *contra reprobos, contra quos proferet illam sententiam:* Ite maledicti, *&c. Matth. 25. d.*

5 Et lingua eius quasi ignis deuorans, *quia per sententiam ab eo prolatam deducentur ad ignem gehennæ interminabilem.*

6 Spiritus eius, *i. eiusdem indignatio contra reprobos.*

7 Velut torrens inundans vsque, *quia non poterunt punitionem eius euadere.*

8 Ad perdendas gentes, *s. quantum ad reprobos.*

9 Et frænum erroris, *quia cognoscent se errasse: illa tamen cognitio non erit eis vtilis, sed magis afflictiua per remorsum conscientiæ, de quo dicitur infr. vlt. g.* Vermis eorum non morietur.

10 Canticum. *Hic describitur dictus aduentus delectabilis electis, qui tunc lætabuntur non solum de sua glorificatione, sed etiam de reproborum punitione, applaudendo diuinæ iustitiæ: & hoc est quod dicitur:* Sicut erit vobis. *scilicet electis,*

11 Sicut vox, *sic est in Hebræo,*

12 Sanctificatæ solennitatis, *s. solennitatis Paschalis, in qua filij Israel laudauerunt dominum pro suo exitu de Aegypto, in quo figuratus fuit exitus electorum de omni pœnalitate, quando ad cælum transferentur gloriosi in anima & corpore.*

13 Et lætitia cordis. *Ly* sicut *importat hic æqualitatem, quia lætitia electorum tunc excedet omnem lætitiam, quæ potest exprimi à nobis: sed propheta vtitur talibus exemplis hominibus cognitis, quia, (secundum quod dicit Greg.)* Balbutiendo prout possumus, excelsa Dei facta resonamus.

14 Et auditam. *Hic consequenter ostenditur dictus aduentus, vt dæmonis abiectiuus: quia tunc auferetur eius potestas inducendi homines ad peccatum. Et quia tunc cum reprobis retrudetur, in infernum, ex quorum pœna augebitur pœna dæmonum, sicut gloria angelorum augmentabitur ex gloria electorum, quos induxerunt ad meritum, ideo dicitur:* Et auditam faciet dominus gloriam vocis suæ, *dicens electis:* Venite benedicti, *&c.*

15 Et terrorem brachij sui ostendet, *in dæmonum deiectione.*

16 In comminationem furoris, *cùm dicet* Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, *Matth. 25. b.*

17 Et flamma ignis, *s. gehennæ.*

18 Allidet in turbine & in lapide grandinis, *per ista quæ sunt hominibus terribilia intelligitur terror iudicis.*

19 A voce enim domini, *id est sententia iudicij,*

20 Patebit Assur. *i. diabolus, qui hic ad literam intelligitur sub nomine regis Assur, qui multum afflixit populum domini, sicut supr. 14. ca. sub nomine regis Babylonis significatur diabolus ad literam, vt dictum fuit ibidem.*

21 Virga percussus, *id est virga diuinæ sententiæ.*

22 Et erit transitus virgæ fundatus, *Id est firmus & stabilis, quia illa sententia erit irretractabilis; ideo sequitur,*

23 Quam requiescere faciet dominus super eum, *quia pœna illius sententiæ tenebit eum depressum in perpetuum.*

24 In tympanis & cytharis, in bellis præcipuis expugnauit eos. *Per ista intelligitur electorum lætitia de potestate dæmonum eiecta, secundum quod dicitur Apoc. 12. c.* Audiui vocem magnam de cælo dicentem: Nunc facta est salus & virtus & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum.

25 Præparata est enim ab heri Tophet. *Id est gehennæ pœna, secundum expositores Hebræos & Latinos. Tophet enim vno modo significat laxationem vel ampliationem: & ideo sic nominatur gehenna, quia omnis homo, qui non restringit fomitem suum, sed magis laxat ei habenas, cadit in gehennam, vt dicit glossa Hebraica. Dicitur autem* præparata ab heri, *id est, à secunda die creationis mundi vt dicunt aliqui, quia ab illa die non fuit nudiustertius, sed tantum heri. Sed hoc non est verisimile, quia secunda die facta fuit distinctio cæli siderei ab aquis inferioribus, & superioribus, vbi non est gehenna, sed circa centrum terræ, vt dicunt, sancti doctores. Item ratio eorum magis concludit contrarium, quia si secunda dies fuit prima habens heri, sequitur quod non ipsa fuit primum heri, sed magis dies præcedens: & ideo melius dicitur, quod heri hic accipitur pro* ☞ prin-

Marginal: Dæmonis abiectio & reclusio in inferno. — Lætitia electorũ de illa abiectione & reclusione. — Tophet. — Quando facta fuerit gehenna.

☞ bonorum suorum domino offerrent, datorem bonorum glorificantes: sic sancti in iudicio offerent manipulos suos exultantes a & Deum laudantes, & D gentes conuersæ similiter.

a ¶ Vallis gehennæ. b ¶ Omnipotenti. c ¶ Impijs.
Tophet, à rege præparata: profunda & dilatata, nutrimenta eius ignis & ligna multa, flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam.
a ¶ Impij. b ¶ Ira. ¶ Metaphora, flatu enim & voluntate Domini succenditur. a ¶ Quod flamma excitat vel excutit. ¶ Gehennam.

a *Sulphuris.* In inferno fœtor intolerabilis & inextinguibilis ignis.

Fœtor qualis in inferno.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *principio temporis, in quo Deus cælum creauit & terram, ita quod sicut tunc fecit cælum empyreum pro electis, ita & infernum pro reprobis.*

Heri pro principio temporis.

1 A rege præparata, *Id est, à Deo, qui regit vniuersa: quia sicut fecit habitationem electis in cælo empyreo, sic etiam reprobis in inferno. In Hebræo habetur, regi præparata: id est dæmoni, & angelis eius, qui dicitur* rex super omnes filios superbiæ, *Iob. 41.*

2 Profunda, *quia dicitur esse circa centrum terræ,*
3 Et dilatata, *quia multi vadunt ad perditionem, secundum dictum saluatoris, Matt. 7.*
4 Nutrimenta eius ignis & ligna multa, *per hoc designatur acerbitas pœnæ:*
5 Flatus domini, *id est effectus suæ iustitiæ,*
6 Sicut torrens, *per hoc etiam ostenditur horror illius pœnæ, & quod impediri non possit, eo quod procedit secundum ordinem diuinæ iustitiæ.*

ADDITIO I.

B *In cap. 30. vbi dicitur in postil.* Plorans nequaquam plorabit.

Licet patres veteris testamenti desiderassent aduentum Christi, non tamen leguntur pro dilatione huius aduentus plorasse: vnde hoc quod dicitur, Plorans nequaquam plorabit, *videtur intelligendum de sanctis ecclesiæ Christi, qui persecutiones aduersariorum pro amore Christi, gaudenter tolerabant, sicut de apostolis legitur Act. 5. g.* Ibant Apostoli gaudentes, &c. *Et de sanctis martyribus frequenter legitur, quòd tormenta sibi illata lætanter sustinebant. Et de istis dicit,* Plorans nequaquam plorabit. *Patres verò antiqui testamenti tribulationibus aduenientibus anxiabantur & quandoque plorabant, vt patet de Iacob Gen. 37. & de Ezechia infr. 38. Ratio autem huius differentiæ videtur esse passio Christi, quam sancti ecclesiæ considerant, vt iam experti: Antiqui vero considerauerunt vt futurum nondum factum. Constat autem, quod ea quæ sunt in actu magis mouent quam ea quæ sunt in potentia.*

Patres noui Testamenti magis æquanimiter persecutiones sustinebant quam Patres veteris Testam.

ADDITIO II.

E *In eodem ca. vbi dicitur in postil.* Et frænum erroris, quia cognoscent se errasse.

Hoc quod dicitur: Et frænum erroris, quod erat in maxillis populorum canticum erit vobis, &c. *continuatur sub vna sententia. Ad quod sciendum, quod diabolus ante eius eiectionem seu reclusionem, sic dominabatur suis possessis, quod trahebat eos ad libitum suum, sicut ascensor trahit equum cum freno: vnde in glo. vbi dicitur,* Et frenum erroris, *dicit,* dominationem diaboli, qui subditos trahit ad ruinam. *Quod quidem frenũ erroris* in canticum erit vobis, *scilicet eo modo quo dicitur:* Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare. *Cætera exponantur prout in postilla.*

Mancipia diaboli.

CAP. XXXI.

Materia huius cap.

a *Væ qui descendunt in Ægyptum.*

C HIER. lib. 10. Egit de gloria bonorum & de pœna reproborum, nunc reuertitur ad reliquias, quæ remanserunt in terra Iuda ducto Sedechia & aliis in Babylonem. Sed prius monuit, ne irent in Ægyptum: modo quia ierunt minatur malum.

b *Non sunt confisi super sanctum Israel.* IBID. Non exquisierunt corde, sed verbis: Dixerunt enim ad Ieremiam: *Ora pro nobis dominum quid agere debeamus,* & noluerunt obedire. Cui simile: *Deum non inuocauerunt.* Quod de malis Sacerdotibus dictum est.

Ierem. 42. d. Psal. 13. b.

CAP. XXXI.

¶ Timore Chaldæorum præcepta Domini contemnentes. ¶ Sperantes in idololatris, qui cultum Dei habere se iactant.

Væ qui descendunt in Ægyptum, ad auxilium in equis sperantes, & habentes fiducia super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus, quia prævalidi nimis, & non sunt confisi super sanctum Israel, & dominum non requisierunt. Ipse autem sapiens adduxit malum, & verba sua non abstulit. Et consurget cōtra domum pessimorum, & contra auxiliũ

a ¶ Quærendum. b ¶ Non in domino: Fallax equus ad salutem. ¶ Ægyptiorum. Equum & ascensorem proiecit in mare. a ¶ Qui manentibus in terra sua, per Ieremiam promittebat auxilium. a ¶ Omnipotens. b ¶ Nabuchodonosor, vel absolute malum, id est rem, non personam. c ¶ Quæ loquutus est per Ieremiam & Isaiam. a ¶ Faciendo irrita. b ¶ Tribum Iuda. c ¶ Incredulorum.

c *Ipse autem sapiens.* vnde Ierem. *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit car. &c.* Et alibi. *Vana salus hominis.* Possumus hoc intelligere super eos qui in persecutionis tempore non confidunt in domino, sed in sæculi auxilio, nescientes Abraham in Ægypto periclitatum; & in luto & in latere seruisse ibi Dei populum, quæ spiritualiter dicitur fornax ferrea. Vnde in Apoc. locus vbi crucifixus est dominus, specialiter vocatur *Sodoma & Ægyptus.*

Iere. 17. a. F Psal. 59. c. Contra eos qui in homine plus, quàm in Deo confidunt. Gen. 12. b. Apoc. 11. b.

☞ Quia

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXXI.

Væ qui descendunt. *Postquam locutus est Isaias contra regnum Iuda, eo quod ex diffidentia diuini auxilij recurrerunt ad humanum tempore regis Sedechiæ: hic ex simili causa loquitur contra regnum Israel tempore Osee, qui vt euaderet reddere tributum, quod regi Assyriorum dare consueuerat, misit nuntios ad Sua cheb regem Aegypti, & sic ex eius cõfidentia rebellauit. propter quod Salmanasar rex Assyriorum venit contra eum, & regnum eius destruxit, vt habetur 4. Regum 17. Secundum hoc igitur, istud capitulum diuiditur in duas partes, quia primò ponitur destructio regni Israel ex dicta causa; Secundo saluatio regni Iuda pro tunc ratione opposita, ibi,* Quia hæc dicit. *Circa primum sciendum, quod sicut regnum Israel fuit destructum ex mala confidentia super Aegyptum, sic rex Aegypti cum suo exercitu fuit deuictus à Nabuchodonosor rege Babylonis quarto anno Ioachim filij Iosiæ, vt habetur Iere. 46. & hoc, quia falsam fiduciam dederat regi Israel, & vtrumque istorum denuntiat Isaias hic, & patet litera ex dictis paucis exceptis.*

Israel destructus quod in Ægyptiis sperauerat, Ægyptij destructi quod Israel fefellerant.

Diuisio.

1 Væ qui descendunt in Ægyptum, *scilicet de populo Israel.*
2 Habentes fiduciam super quadrigis quia multæ sunt, *ad portandum arma & omnia exercitui necessaria:*
3 Et super equitibus quia prævalidi, *tunc enim Aegyptij erant in armis famosi.*
4 Et non sunt confisi super sanctum Israel, *id est, super Deum qui sanctificat Israel.*
5 Ipse autem sapiens, *i. ipse Deus cuius sapientiæ non est numerus.*
6 Adduxit malum, *s. pœnæ super regnum Israel:*
7 Et verba sua. *quæ per prophetas dixit de destructione regni Israel.*
8 Non abstulit, *s. ab effectu, sed ea impleuit.*
9 Et consurget contra domum pessi. &c. *i. regnum Israel, qui vitulos aureos adorabant.*
10 Et contra auxilium. *Id est contra regem Aegypti, regi Israel auxilium promittentem.*

☞ Ægy-

MORALITER.

1 *Væ qui descendunt in Aegyptum, &c.* Hic ad literam arguitur populus Israel, eo quod ex confidentia regi Ægypti rebellauit regi Assyriorum: propter quod fuit à rege Salmanasar captiuatus. Moraliter, per hoc signantur illi, qui procedunt ad bellum, magis confidentes de apparatu magno in equitibus & cæteris bellicis dispositionibus, quam Deo, propter quod frequenter superati leguntur, & per experientiam videntur. Per hoc etiam signantur illi qui in bello contra vitia nimis confidũt de virtute propria, propter quod aliquando dimittuntur cadere in vitia enormia, vt sic cognoscant propriam fragilitatem, & humilientur, & in bonum melius reformentur, propter quod subditur, *Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel.*

Nota contra bellantes de suis viribus præsumentes.

a *Quia hæc dicit.* HIERO. lib. 10. Hoc de illis, qui cum Sedechia in captiuitatē ducti, post 70. annos domino miserante reuersi sunt cęsis in Ægypto Israelitis & Ægyptiis, in quorum auxilio cōfidebant.

b *Quomodo si rugiat leo.* † PROCOPIVS. Leonem ferunt postquam rugitu primum greges & pastores terruerit, eosdem aggredi: Ad hunc modum & dominus ipse, postquam minas proposuit, non pœnitentes vlciscitur; quod vel in superbientibus Assyriis videas: atque etiam cum ab accolarum iniuria, quam post reuersionem patiebatur, Israelem tueri placuit. Non desunt qui similitudinem leonis ad Israelitas referant, qui ne ferarum quidem me[illegible] erga Deum ducem suum retinuerunt. Vnde & in eos se leonum more gesturum significat. Aliàs si pœnitere & resipiscere contigerit, eosdem se auis instar, quæ pullos tuetur, esse protecturum.

c *Sic proteget dominus.* Ita fecit dominus contra Samaritanos, qui impedire conati sunt ædificationem templi. Et in tempore Machabæorū in paucis multos fudit.

† PROCOPIVS. Quidam hæc incidisse putant in ea tempora, quibus Ierosolymorum ecclesiam Christus ipse protexit: Tum demum enim ad ipsam verbum rediit, cum sublato idolorum cultu, & Assur ipse intelligibilis, non viri gladio, sed verbo diuino percussus, cum suis potestatibus in abyssum detrusus est.

d *Conuertimini.* In prophetia nec temporis nec historiæ ordinem seruat: locutus est de illis, qui sub Iesu Sacerdote magno reuersi sunt de captiuitate, modo reuertitur ad tempora Ezechiæ. Admonet autem propheta tribum Iuda & Beniamin, vt antequam Sennacherib reuertēs de Ægypto cum Assyriis veniret in Ierusalem, sicut in profundo malorum recesserant, sic toto affectu mentis redirent.

† PROCOPIVS. SYMMACHVS. *Pœnitemini filij Israel, sicut de transgrediendo profunde cogitastis.* Significat autē eos quæ mala sunt, altè cogitare, quæ Dei autem superficie tenus inquirere & meditari.

e *Ignis est in Sion.* Sion ecclesia in qua ignis & caminus qui deuoret peccatores scilicet ligna, fœnum, stipulā que consumat.

† PROCOPIVS. Loquitur de Deo, qui Babylonium sustulit. Atque hoc igne illos comburit, qui eius vrbem & ecclesiam ausi sunt contemnere, de qua dictum legimus, *Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.* Et, *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Est enim ignis in ipsa quidem, & clibanus, vt vniuscuiusque animæ ligna, fœnum & stipulam cōburere valeat.

Esdræ 4. a. — Deus leoni cōparatur. — Quomodo Deus inimicos populi sui deterruit ne ei nocere possint. — 1. Mac. 3. b. — Contra eos qui attentiores sunt ad mala quā ad diuina. — Iohelis 2. b. Isa. 5. f. — Ignis Dei in Sion. — Psal. 86. — Psal. 44.

a Aegyptiorum. — b Aegyptius. c Fragilis. d Inuincibilis.

operantium iniquitatem. [3] Aegyptus homo & non Deus, & [1]

a In quibus confi. sunt. b Cito deficiens. — c Laxabit habenas. [2]

equi eorum caro & non spiritus. Et dominus inclinabit ma- [3]

a Aegyptius. b Iudæus. [4]

num suam, & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur

A Nabuchodonosor.

a auxiliū, simulque omnes consumentur. [4] Quia hæc dicit do- [5]

De tribu Iuda. [6]

b minus ad me: Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, cùm occurrerit ei multitudo pasto-

Confisus viribus.

rum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eo-

Miserando.

rum non pauebit, sic descendet dominus exercituum vt

a Tamquam defensor. b Non contra.

prælietur super montem Sion, & super collem eius. [5] Sicut

a Sicut gallina congregat pullos. Sicut aquila prouocat pullos suos ad volandum. Super pullos. Vt princeps strenuus & prouidus.

c aues volantes, sic proteget dominus exercituum Ierusalem,

a Pœnitentes pugnante domino pro vobis.

d protegens & liberans, transiens & saluans. [6] Conuertimini [7]

a Qui in profundo consilio & peccato recessistis à domino.
b Conuertimini: Si enim conuersi fueritis. In die illa, &c.

sicut in profundum recesseratis filij Israel. [7] In die enim [8]

a Monente Ezechia cum liberasset eum dominus de manu Assyriorum. Vel secundum quosdam post reditum à Babylonica captiuitate vsque aduentum domini numquam filij Israel idola coluerunt.
b Pro quibus capta est ciuitas vestra.

illa abiiciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fe-

Sub patre Ezechiæ. — a Assyrius cuius metu fugitis.

cerunt vobis manus vestræ in peccatum. [8] Et cadet Assur [9]

a Sed Dei, qui nocte vna, clxxxv. millia ex eis percussit.

in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & [10]

a Sennacherib cum paucis. — b Vectigales Nabuchodonosor, & postea Mœdis & Persis. [11]

fugiet non à facie gladij, & iuuenes eius vectigales erunt: [12]

a Exercitus. b Angeli. c Deficiet, [13]

[9] & fortitudo eius à terrore transibit, & pauebunt fugien- [14]

a Et decem (vt aiunt) qui reuersi sunt cum eo. b Supra dicta scilicet promisit. [15]
c Vt aduersarios consumat, sicut flamma stipulam, vel ligna.
Dilectionis in præsenti ecclesia quæ speculatur in futura.

e tes principes eius. Dixit dominus cuius ignis est in Sion, & [16]

a Plenitudo ardoris & charitatis in cælesti patria, vbi pacis veræ visio plena est.

caminus eius in Ierusalem. [17]

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ægyptus homo. *Et sic est sub Deo ad puniendum illum pro libito suæ voluntatis:*

2 Et non Deus, *Vt posset saluare regem Israel contra ordinem Dei.*

3 Et equi eorum caro, &c. *Id est, spirituales substantiæ: huiusmodi sunt angeli, qui sunt exercitus Dei.*

4 Et dominus inclinabit manum suam, *Ad accipiendum de vtroque rege vindictam, ideo subditur:* Et corruerunt, &c.

5 Simulque omnes consumentur, *Ly simul, non importat identitatem temporis, quia duo reges prædicti tunc, scilicet eodem tempore, non fuerunt debellati, vt patet ex prædictis: sed designat similitudinem pœnæ vtriusque regis.*

6 Quia hæc dicit. *Hic consequenter ponitur saluatio regni Iudæ pro tunc, ex causa opposita, scilicet ex vera confidentia in domino. Ezechias enim, qui tempore Hoseæ regnauit, (vt habetur 4. Reg. 18.) totam confidentiam suam posuit in domino: & ad hoc induxit etiam populum suum, propter quod dominus modo mirabili liberauit eum de manibus Sennacherib regis Assyriorum, 4. Reg. 19. Et hæc saluatio describitur hic diffusè, & primò prophetice; secundo historicè, cap. 36. Prima in duas, quia ponitur modus dictæ saluationis in generali; secundo magis in speciali. cap. seq. Prima in duas, quia primo ponitur regni Iudæ saluatio; secundo Sennacherib deiectio, ibi,* Et cadet. *Circa primum ponitur exemplum de leone, qui non dimittit prædam timore pastorum sibi occurrentium: sic dominus constanter & sine impedimento protexit & saluauit Ierusalem contra Sennacherib & eius exercitum. Et sicut aues volantes non habent timere arcum sagittatoris, sic nec habitantes in Ierusalem impetum Sennacherib regis: & sic patet littera vsque ibi,*

7 Conuertimini, sicut in profundum recesseratis, filij Israel. *Hoc dicitur, quia populus Israel dum transferebatur in Assyrios per Salmanasar regem: aliqui de illo regno euaserunt, latitantes vbi poterant; sed postea venerunt ad Ezechiam regem, & reiecta idololatria, conuersi fuerant ad verum Dei cultum, ideo subditur,*

8 In die illa abiiciet vir idola argenti sui, &c. *Id est, despiciet præ amore cultus diuini.*

9 Et cadet. *Hic consequenter ponitur Sennacherib deiectio, quæ facta fuit per hoc, quòd angelus domini percussit in exercitu eius 185. millia. Quod videns Sennacherib cum paucis fugit territus: & hoc est quod dicitur,* Et cadet Assur, *id est, exercitus Assyriorum,*

10 In gladio non viri, *Sed angeli:*

11 Et fugiet, *Scilicet rex Sennacherib,*

12 Non à facie gladij, *Scilicet aduersariorum suorum, sed ex terrore prædicto.*

13 Et iuuenes eius, *id est, tributarij, qui antea tributum ab aliis accipiebant:*

14 Et fortitudo eius, &c. *Quia amplius non terrebit populos in circumitu, sed magis econuerso: ideo subditur vt dictum est,*

15 Et pauebunt fugientes. *Scilicet cum rege Sennacherib, vt dictum est.*

16 Dixit dominus, cuius ignis est in Sion, *Quia in altari holocaustorum, quod erat in monte Sion, erat ignis perpetuus, qui nutriebatur à Sacerdotibus. Leuit. 6.*

17 Et caminus eius in Ierus. *Hoc dicitur pro altari incensi, ad quod ingrediebantur omni die sacerdotes, vt ibi comburerent thymiama ad consummandum sacrificia, vt habetur ad Hebr. 9.*

Diuisio. — Ezechias in Deo spem reponens ereptus è summo discrimine. — Diuisio. — Sennacherib deiectus. — Altaria Holocaustorū & incensi.

CAP. XXXII.

Ecce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt. [2] Et erit vir sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate. Sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra deserta. [3] Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium diligenter auscultabunt, [4] & cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum velociter loquetur & planè. [5] Non vocabitur vltrà is qui insipiens est princeps, neque fraudulentus appellabitur maior. [6] Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem, & loquatur ad dominum fraudulenter, & vacuam faciet animam esurientis, & potum sitienti au-

a Non accipiet personam. b Christus. c Apostoli. a Iusto. b Populus fidelis. a Dæmonum. a Huius mundi. b Irrigatio doctrinæ. a Ecclesiæ. a Vnde: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. b Apostolorum credentium. c Corda. a Quæ prius surdæ erant. b Domino prædicante. c Ante. Idiotarum vel Gentilium. Stulta & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. a Domini. b Quæ Christum sonare non poterat. c Prius. Quantum ad verba fidei. d Expedite. Suggerente spiritu. a Aperte. b Philosophus. Sapientia huius mundi stul. est apud De. c Sapientiæ. a Scribæ & Pharisæi, qui fraudulenter legem Dei interpretantur. b In lege. c Qui ibi trepidauit vbi non erat timor. a Dæmonium habet, & huiusmodi. b Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. c Scimus quia verax es, &c. a Pane verbi Dei. b Auertendo à prædicatione Christi. c Populi. Doctrinæ.

☞ CAP. XXXII.

A a *Ecce in iustitia regnabit.* HIERO. lib. 10. Finita prophetia de his qui in Ægyptum descenderat, incipit de aduētu Christi & Apostolorum eius. † PROCOPIVS. LXX. isthæc cum præcedentibus iungunt. Cum enim præmisissent, beatum existere, qui in Sione semen haberet, & domesticos in Ierusalem; ordine iam, *Ecce enim rex iustus regnabit*, adiunxerunt. Alij ea de quibus agimus, alterius principij esse voluerunt. Tamquam igitur ea quę Ieremiæ temporibus essent euētura, absoluisset, alium iam de Christi diuina in terris apparitione, sermonem exorditur: solum enim iustum inter mortales regem fuisse, Apostolos autem Ecclesię ipsi cum iudicio præfuisse, notum est.

De aduentu Christi & Apostolorū eius. — Christus solus rex iustus.

b *Erit vir sicut.* HIERO. q.d. Sic erit tutus in tribulationibus, sicut qui ventum & turbinem fugiens tuto se abscondit loco; & qui fontes purissimos inuenit in deserto; & qui in vehementi æstu solis sub prominenti saxo requieuerit. c *Et celat se à tempestate.* † PROCOPIVS. Ex his eos etiam, qui aduersum se coierant, cum nondum pati statuisset, *nihil profuturas tentationes* vocabat. Itaque cum saxis peteretur, id ipsum nihili faciens, medium pertransibat illæsus. Hinc illa Dauidis, *Nihil proficiet inimicus in eo, &c.* d *Sicut riui aquarum in siti, &c.* † IDEM. Multos in scriptura vocari fluuios reperias, quales fuerunt sancti, qui discentium sitim leuare conantes, his Dauidis verbis indicantur: *Eleuauerunt flumina vocem suam.* Claræ siquidem fuerunt, & ad audiendum faciles Apostolorum voces.

Psal. 88. — Fluuij quos designent.

☞ Prin-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXXII.

Ecce in iustitia regnabit. *Hic prosequitur prædictum magis in speciali. Et diuiditur in duas partes, quia primo describitur iustitia Ezechiæ, propter quam facta fuit tunc dicta saluatio; Secundo, malitia Sennacherib, propter quam facta est eius deiectio. cap. se. Prima diuiditur in duas partes, quia primo describitur iustitia Ezechiæ, qua meruit dictam saluationem; Secundò, malitia Manaßis, quæ demeruit regni Iudæ destructionem, ibi*, Stultus. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 Ecce in iustitia regnabit rex, *Scilicet, Ezechias qui fuit iustus,*

2 Et principes in iudicio præerunt, *Ab eo informati & inducti.*

3 Et erit vir sicut qui absconditur, *Secundum hanc litteram ly* vir *refertur ad quemlibet de populo Iuda, qui fuit protectus ab impetu & tempestate Sennacherib meritis Ezechiæ. In Hebræo autem habetur:* Et erit vir sicut absconsio à vento, &c. *Et sicut ly* vir *refertur ad Ezechiam, qui dicitur* vir *à virtute,* Et absconsio, *id est protectio,* à vento, *id est, tempestate, ad ipsius Sennacherib populum, siue exercitum, vt dictum est.*

De Ezechia optimo principe & felicissimis sub eo temporibus.

4 Sicut riui aquarum in siti, *Sunt valde amabiles & vtiles, sic Ezechias populo suo.*

5 Et vmbra petræ prominentis in t. d. *Ex siccitatibus & caloribus maximis; Nam talis vmbra est valde delectabilis hominibus ibi quiescentibus, sic Ezechias populo suo.*

6 Non cali. ocu. vi. *Quia Isaias illo tempore multas habuit reuelationes & claras, & alij prophetæ qui tunc temporis erant.*

7 Et aures audientium diligenter auscultabunt, *Quia Ezechias & eius populus verba Isaiæ deuotè receperunt.*

8 Et cor stultorum, *Id est, illorum, qui fuerant stulti tempore præcedenti, scilicet tempore Achaz patris Ezechiæ, qui fuit idololatra peßimus.*

9 Intelliget scientiam, *tempore Ezechiæ, qui fuit deuotus & studiosus.*

10 Et lingua balborum, *Id est, illorum qui tempore Achaz non audebant Deum laudare manifestè, & idololatriam detestari:*

11 Velociter loquetur & planè, *promptè Deum confitendo, & idololatriam manifestè detestando.*

12 Non vocabitur vltrà is, qui insipiens est, *scilicet Achaz qui à vera sapientia decidit per idololatriam.*

13 Neque fraudulentus app. *Id est, Achaz, qui fraudulenter respondit Isa. supra 7.b.* Non petam, & non tentabo dominum: *in hoc fraudulenter simulans Dei reuerentiam, cùm tamen ob hoc recusaret signum à Deo dari, ne ex hoc glorificaretur nomen domini, vt dictum fuit ibidem.*

Achas quæ ea impietas.

14 Stultus, *Hic consequenter ponitur malitia Manaßis filij Ezechiæ: propter cuius malitiam destructa fuit ciuitas per Chaldæos 4. Reg. 25. Et primò describitur eius transgreßio; secundo ciuitatis destructio, ibi*, Mulieres. *Circa primum sciendum, quòd sicut Isaias describendo iustitiam Ezechiæ, simul tetigit malitiam Achaz patris sui; sic describendo malitiam Manaßis, tangit iustitiam Iosiæ nepotis sui, vt opposita iuxta se posita magis elucescant. Dicit igitur*, Stultus, *scilicet Manasses: qui ad idololatriam declinauit super omnes, quia idololatria non solùm est stultitia, sed magis insania.*

Manasses idololatra pessimus.

15 Fatua loquetur, *Quia per verba sua seduxit principes, & habitatores Ierusalem, vt declinarent cum eo ad idololatriam. 2. Par. 24.*

16 Et cor eius faciet iniquitatem, *Quia ex magna libidine talia faciebat.*

17 Vt perficiat simulationem, *Ostendendo se quærere bonum commune, vt per cultum omnium idolorum impetraretur à multis diis auxilium, sicut de ciuitate Romana dicit Leo Papa, quod* magnam arbitrabatur se sumpsisse religionem, cùm nullius Gentis respueret falsitatem.

Cur omnes Deos & simul Deum verum colere voluit.

18 Et loquatur ad dominum fraudulenter, *Quia cùm hoc, quòd adorabat idola, adorabat etiam Deum, vt sic haberet gratiam aliquorum principum, qui à cultu Dei non totaliter recesserant.*

19 Et vacuam faciet animam esurientis, *Quia ad cultum multorum deorum dicebat requiri magnas expensas: Et sub isto prætextu leuabat à populo magnas pecunias, vnde pauperes grauabantur.*

☞ Fraudu-

MORALITER.

† 1 *Ecce in iustitia regnabit rex.* Hic ad litteram agitur de virtute regis Ezechiæ, per quem bonus rex signatur, de quo dicitur, *Ecce in iustitia regna. rex.* Quæ sicut dicit Philosophus 5. Ethicorum, est præclarissima virtutum, propter quod decet statum regis præclarum.

Iustitia præclarissima virtus & quæ maxime reges deceat.

2 *Et principes,* nam membra regni debent capiti conformari.

3 *Et erit vir,* id est, quilibet de populo subdito,

† *Sicut qui absconditur,* Quia quando rex & principes sunt boni, subditi sunt in magna securitate positi.

6 Non

6 *Non ca. ocu. vi.* i. talis regis cōsiliarij nō sunt per auaritiā excęcati.

7 *Et aures audientium diligenter auscultabunt.* Id est, populus subiectus erit ad obediendum paratus.

10 *Et lingua balborum velociter loquetur & planè.* Id est, simplices de populo poterunt iustitiam suam in iudicio proponere sine aduocatorum consilio, qui magis suis fraudulentiis impediunt quam expediunt notitiam veritatis.

Qualis sit resp. sub bono principe.

12 *Non vocabitur vltrà is qui insipiens est.* Tales enim in statu suo non sunt nisi æquiuoce, sicut princeps lapideus aut depictus, imo peius: quia nulli nocet talium malitia, ideo subditur,

† Fraudu-

☞ a *Princeps vero ea quæ digna.* † PROCOPIVS. Duces enim A nobis Apostolos rex iustus largitus est, qui in psalmis ita loquitur: *Tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus.* Nulla autem hic omnino vel Israelis, vel Iacobi, vel Iudææ mentio facta reperitur, quod de Christo & ecclesiæ præfectis Sermo instituitur, in qua germen illud beatorum hominũ fructus adeò vberes edidit, vt orbem vniuersum sua benedictione repleuerit.

Psal. 54. — De ecclesia, eius capite & prælatis.

b *Mulieres.* HIERO. B Matronas alloquitur captiuandas à Romanis vt pœniteant. Vel, per Mulieres synagogas notat, vel vrbes Iudææ. *Mulieres opulentæ surgite:* Post vocationem Gẽtium, quibus Christus in iustitia imperauit, ad mulieres opulentas sermo dirigitur.

C † TERTVLLIAN. lib. 4. cõtra Marcionem. Quod diuites Christo mulieres adhærebant, quæ & de facultatibus suis ministrabant ei, inter quas & vxor regij procuratoris; de prophetia est: Has enim vocabat per Isaiam, *Mulieres diuites exurgite, & audite vocem meam,* vt discipulas primò, dehinc vt operarias, & ministras ostenderet, *Filia in spe, audite sermones meos.*

Mulieres opulentæ quæ de suis facultatibus ministrabãt Christo.

¶ Doctoris. a ¶ Corda, vel auditores. Qualis magister, talis discipulus. b ¶ Argumenta concinnauit, quibus probaret, non esse Christum: vnde ad Nicodemum, Scrutare scripturas, & vide quia propheta à Galilæa non surgit.

feret. [7] Fraudulenti vasa pessima sunt. Ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermone mendacij, cùm loqueretur pauper iudicium. [8] Princeps verò ea quæ digna sunt principe cogitabit, & ipse super duces stabit. [9] Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam, filiæ cõfidẽtes percipite auribus eloquium meum. [10] Post dies & annum, & vos conturbabimini confidentes. Consummata est enim vindemia, collectio vltrà non veniet. [11] Obstupescite opulentæ, conturbamini confidentes. Exuite vos, & confundemini, accingite lumbos vestros [12] super vbera, plangite super regione desiderabili, super vinea fertili. [13] Super humum populi mei spinæ & vepres ascendent, quantò magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis.

¶ Simplices. a ¶ Christus pauper pro nobis. b ¶ Iesus qui & pauper. c ¶ Ego à Deo processi & veni. Ego & pater vnum sumus, & huiusmodi. ¶ Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. a ¶ Apostolos. b ¶ Quasi sollicitus pro nobis omnibus. a ¶ Olim. b ¶ A vitiis. c ¶ Post ruinam. d ¶ Correctionem. ¶ In diuitiis. a ¶ Duos annos & dimidium & annum, hoc est post tres annos & dimidium. a ¶ Adimpleta. a ¶ Captiuitas. b ¶ Et hæc est vltima & perpetua. c ¶ Super miseria vestra. a ¶ Quondam, & ideo miserabiliores. b ¶ Pectora nudate. ¶ Hoc enim habet alia editio. ¶ Pœnitentes. a ¶ Super peccato vestro. ¶ Cilicio. b ¶ Filios. a ¶ A qua exules. b ¶ Fluente lac & mel. c ¶ Domo Israel. a ¶ Iudæ & Beniamin. a ¶ Ciuitates aliarum tribuum. b ¶ Olim.

D c *Post dies & annum.* Vnde, *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Et alibi: *Annum placabilem domino.*

2. Cor. 6. a. Isa. 61. a.

Post dies. Id est, prædicationem Christi. Qui enim impœnitentes fuerunt, & si non illico captiuati, tamen illico conturbati, quia noluerant recipere prædicationem domini.

d *Super vbera plangite.* *Filiæ Ierusalem: nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.*

Luc. 23. d.

E e *Super humum populi mei.* GREGORIVS. ALLEG. Hamum quippe sui populi dominus electorũ, omnium mentes vocat: super quas spinas & vepres ascendere perhibet, quia nec ipsas quoque esse sine punctionibus vitiorũ videt. Domus gaudij ciuitatis exultantis est F mens prauorum: quæ dum ventura supplicia conspicere negligit, in carnis voluptate se deserens inaniter hilarescit. Ait ergo: Si & illorum mentem vitia deprimunt, qui se pro cœlestis patriæ desiderio affligunt: quibus culpis substrati sunt, qui sine formidine se in carnis voluptate derelinquunt?

Quantis vitiis obstringantur carnalium corda, cum & ipsi spirituales suis non careãt defectibus.

☞ Onagrorum

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Fraudulenti vasa pessima sunt. *Id est, ministri Manasses regis sunt pessimi. Apud Hebræos enim instrumenta cuiuslibet artis dicuntur vasa: & quia Manasses rex per ministros suos suam malitiam exercebat, tamquam per instrumenta, ideo dicuntur hic vasa pessima.*

Manassis satellitiũ nequissimum.

2 Ipse enim. *Scilicet Manasses,*

3 Cogi. con. *Id est, machinationes suas malas verbis iustitiæ apparentis colorabit.*

4 Ad perdendos mites, *Id est innoxios, secundum quod dicitur 4. Regum 21. cap.* Sanguinem multum innoxium effudit Manasses in sermone mendacij: *id est, per mendacia, sermonibus iustis & apparentibus colorata, sicut dictum fuit suprà. 1. ca. quod Isaiam condemnauit ad mortem quasi zelo legis: Et idem credendum est, quod fecit de multis aliis.*

Calumniæ quibus multos oppressit & interfecit.

5 Cum loqueret. pauper iu. *Id est diceret veritatem. Eo enim quod Isaias & alij prophetæ eius malitiam veraciter arguebant quærebat occasiones interficiendi eos. Consequenter transit propheta ad describendum iustitiam Iosiæ, qui per duos annos post mortem Manasses regnauit dicens:*

6 Princeps verò, *Id est Iosias,*

7 Ea quæ digna sunt principe cogitabit: *quia à iuuentute sua cœpit esse multum sollicitus de cultu Dei, & communi bono regni sui.*

8 Et ipse super duces stabit, *Quia nobiles Iuda ad cultum Dei induxit, & toto tempore regni sui in hoc eos stabiliuit.*

9 Mulieres opulentæ. *Hic consequenter subditur ciuitatis & regni Iudæ destructio; & secundo restitutio, ibi,* Et erit. *Circa primum dicitur,* Mulieres opulentæ. *Habitatores enim Ierusalem tempore Sedechiæ vocat mulieres, eo quòd non habuerunt virtutem se defendendi velut effœminati.*

Diuisio.

10 Filiæ confidentes. *in fortitudine murorum, & in auxilio Aegyptiorum, vt patet ex supradictis cap. 30.*

11 Percipite auribus eloquium meum, *Quasi dicat: Cordibus vestris deberet esse impressum. Et quid sit illud, subditur,*

12 Post dies & annum. *Per hoc intelligitur aliquod tempus certum & determinatum, vt videt Rabi Salomon. Sed est sensus; sicut dies addentur ad dies præcedentes, & annus ad annum, sic multiplicabuntur vestræ iniquitates, quousque veniat destructio per Chaldæos.*

12 Et vos contur. confi. *Id est, vos qui modo confiditis vt securi, eritis vltra modum conturbati.*

13 Consummata est enim vindemia. *Quia ducetur populus in captiuitatem, & sic non erit qui vltra colat terram, nec per consequens qui fructus colligat.*

Describit solitudinem & planctũ Iudæ per Chaldæos vastatæ.

14 Obstupescite, *Præ nimio terrore vobis imminente.*

15 Exuite vos, *Vestibus gloriosis,*

16 Et confundemini, *Induentes vos vilibus & asperis, ideo subditur.*

17 Accingite lumbos vestros, *Scilicet ciliciis*

18 Super vbera, *Id est, signum planctus & doloris ostendite. Hebræi dicunt hic:* Super agros plangite, *quia dimittentur inculti & deserti. & consonat hoc litteræ sequenti, cum dicitur:*

19 Super regio. de. *Id est, Iudæa, quæ frequenter in scriptura dicitur fluens melle & lacte pro sua fertilitate.*

20 Super humum po. mei. *Id est, super terram habitantium in locis campestribus, vbi solent esse homines innocentes & sine malitia:*

21 Spinæ & vepres ascend. *Propter cultorum absentiam, qui ducentur in captiuitatem.*

22 Quanto magis super omnes do. gau. *Id est, hominum vacantium gaudiis & deliciis, quales de communi cursu sunt homines habitantes in ciuitatibus magnis. In Hebræo sic habetur:* super humum populi mei spinæ & vepres ascendent, & etiam super omnes domos, &c. *Et sic est sensus contrario modo: Quasi diceret: Non est mirum, si super terram Iudæ inducam talem destructionem, quia etiam hoc faciam in Ierusalem meo cultui electam, & in domibus templi vbi solent Leuitæ canere in domino exultantes.*

☞ Domus

MORALITER.

† 1 *Fraudulenti vasa.* Quia simplices decipiunt; ideo subditur,

4 *Ad perdendos mites in sermone mendacij,* Et quoniam vxores talium de rapinis gaudent, ad eas viros suos excitant. ideo subditur,

9 *Mulieres opulentæ,* de rapina,

† *Audite vocem meam,* Et quæ sit illa subditur:

12 *Post dies & annum,* Id est, tempore à Deo determinato, acriter puniemini. Et subditur ad hoc argumentum cum dicitur,

20 *Super humum populi mei spinæ & vepres.* Id est super populum Deo seruientem tribulationes aliquando veniunt, & multò magis punientur tyranni & eorum familiæ, qui de bonis alienis lautè viuunt & dolosè.

a Onagrorum. HIER. lib. 10. Quorumlibet syluestrium animalium & auium, quæ ibi longo tempore habitauerũt. ALLEGOR. Pagani bestialiter insanientes, diuersa portẽta ibi coluerunt.

b Donec effundatur. Spiritus sanctus prædicante Elia & Enoch descẽdat super nos, sicut in Pentecoste super Apostolos. Adiungit autem se propheta compatiẽdo illis.

c Desertum. Solitudo, scilicet, Gentium vertetur in diuitias Israel, & Israel reputabitur in Gentes.

d Et cultus iustitiæ. Vt in silentio oremus, non in plateis, non clamantes, non in multiloquio: vnde, Tu autem cum oraueris intra in cubile, &c.

† GREGORIVS 2. part. pastoral. admonit. 15. Cultus iustitiæ silentiũ; videlicet, indicans, quia mens à iustitia desolatur, quando ab immoderata locutione non parcitur: Hinc Iacobus, Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum.

(Margin: *3. q. 4. c. in loco. — In cognitione causarum contentiosos locum non habere. — Matt. 6. a — Silentij cõmendatio. — Iacob. 1.)

a Domus mea domus orationis vocabitur. Relinquetur domus vestra deserta. Templum. A Deo: Surgite, eamus hinc. b Domorum. c Ab habitatoribus.

[14] Domus enim dimissa est, multitudo vrbis relicta est, [1]

a Ex densitate veprium & spinarum. b Palpabiles. c Abdita & secreta loca templi, & mysteria. d Scilicet.

tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas vsque in [2] [3]

a Manebit captiuitas. Erunt.

æternum. Gaudium onagrorum pascua gregum [15] donec ef- [4]

a Vnde: Mittam vobis spiritum veritatis. Vt supra. b Repulsis Apostolis à Iudæis, & transeuntibus ad Gentes.

fundatur super nos spiritus de excelso. * Et erit desertum [5] [6] [7]

Per fidem.

in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur. [16] Et habita- [8]

a Gentibus. b Filius, cui datum est omne iudicium.

bit in solitudine iudicium, & iustitia in Charmel sedebit. [9] [10]

a Quæ exuperat omnem sensum. Reconciliatione cum Deo: Christus enim reconciliauit nos Deo. Iustificantis. b Erit.

* [17] Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium et [11] [12] [13]

a In spe. Securi in æterna pace requiescunt. b In plateis iudicando. c Gentes.

securitas vsque in sempiternum. [18] Et sedebit populus meus [14] [15]

Honestate. a Est sanctis data pax mentis & requies, etiam in hac vita. b Mysteriis veteris & noui testamenti.

in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in re- [16] [17] [18]

a Torrente voluptatis tuæ potabis eos. b Miseriæ & nunc quotidie, à Romanis in die iudicij. c Populo Iudæorum syluestri mente viuentium. Omnino.

quie opulenta. [19] Grando autem in descensione saltus, & hu- [19] [20] [21]

Destruetur. Ierusalem. O Apostoli. Verbum Dei.

militate humiliabitur ciuitas. [20] Beati qui seminatis super [22] [23]

a Corda Gentium emollita. Scriptura. b Vinculis præceptorum. c Iudæi qui iugum legis diu sustinuerunt. De vtroque populo congregatur ecclesia. d Gentilis qui sine lege & ratione.

omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini. [24] [25] [26]

e In tabernaculis. HIER. lib. 10. Iam in mansionibus cæli confidenter habitat: vnde, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Vel, in ecclesiis, quæ in domino fiducialiter sperant.

f Grando. q. d. Cum populus Christianus in pulchritudine pacis se derit, tunc ira dei in saltum sæuiet.

† PROCOP. Quidam per grandinẽ Dei iram intelligunt, per quam credentibus in eum tãtum conseruatis, Romanorum prædæ patuerunt.

g Beati qui seminatis. HIER. in expositione Ecclesiastis. Ille magister dignus beatitudine habetur, qui super irriguum pectus seminat audientium, tam de Iudæis, quàm de Gẽtibus populo cõgregato.

† PROCOPIVS. Per bouem enim, quia purus est, & in sacrificium offertur, Israel significatur; vt per asinum gentes. Ideoque ex legis præscripto, quod primum asini peperissent, in oues commutari solere reperimus.

(Margin: Ioan. 14. a. — * Sup. 29. f. — Quem bos & quem asinus designet.)

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Domus enim dimissa est, *Scilicet domus regia à Sedechia fugiente relicta. Et loquitur de futuro, per modum præteriti, propter certitudinẽ prophetiæ.*

2 Tenebræ & palpatio factæ sunt, *A volentibus introire.*

3 Super speluncas, *Hoc est cellaria, & foueas ex ruina ædificiorum.*

4 Vsque in æternum, *In Hebræo habetur,* vsque in sæculum: *Id est, vsque ad tempus à Deo præordinatum de eius readificatione.*

5 Gaudium onagrorum. *Hic consequenter agitur de populi reparatione vsque ad finem huius capituli. Et exponunt aliqui doctores nostri totum istud de tempore readificationis templi & ciuitatis per Zorobabel, Neemiam, & alios sanctos patres eiusdem temporis. Sed contra hæc videtur, quia in reditu captiuitatis populus numquam fuit in tanta prosperitate temporali & spirituali, qualis describitur in hac parte, vt videbitur: propter quod Ra. Sa. exponit partem istam de tempore magnæ felicitatis & prosperitatis, quam expectant Iudæi habere in aduentu Messiæ: & ideo de dictis eius quod falsum est, relinquendo, (scilicet quod Christus in mundum sit venturus) videtur mihi locus iste exponendus de statu prospero, quem fecit nobis Christus Oriens ex alto. Propheta tamen continuando dicenda dictis, recolit afflictiones populi à tempore suo futuras, vsque ad aduentum Christi, dicens:* Gaudium onagrorum pascua gregum. *Greges hic dicuntur Iudæi, qui quamuis quantum ad multos essent idololatriæ, & peccatis aliis multiplicati, tamen multi de illis erant boni & cultores Dei. Onagri autem dicuntur hic reges infideles, qui eos seruituti subiecerunt & afflixerunt, scilicet primo Babylonij, postea Persæ & Medi, tertio Græci, & quarto Romani: ita quod à tempore captiuitatis Babylonicæ vsque ad tempus Christi fuerunt subiecti aliquibus istorum successiuè, & si fuit aliquod interuallum fuit tamen ita modicum respectiuè, quòd quasi non est computandum. Et isti onagri gaudebant rapere bona Iudæorum vnde deberent viuere.*

6 Donec effundatur super nos spiritus de excelso, *Quod fuit impletum quando post Resurrectionem & glorificationem Christi spiritus sanctus effusus est super Apostolos, aliosque discipulos in signo visibili, Act. 2. qui est spiritus perfectæ libertatis secundum illud 2. Cor. 2. d.* Vbi spiritus Domini, ibi libertas.

7 Et erit desertum. i. *Gentilitas, quæ fuit inculta & deserta, non habens legem diuinam & prophetas;*

8 In Charmel, *Id est, abundans in bonis spiritualibus, sicut Iudæa quantum ad bonos: vnde accipitur hic Charmel pro Charmelo, qui est in regno Iudæ: & erat locus fertilis.*

9 Et Charmel in saltum reputabitur, *Id est, Iudæa meliorabitur quantum ad suscipientes Christi fidem, quia apostoli & alij 70. discipuli, qui fere omnes fuerant Iudæi, fuerunt magnæ arbores in ecclesia Dei, quæ dicitur eius saltus; per eos enim publicata est fides per orbem; Ideo subditur,*

10 Et habitabit in solitudine, *Id est, in Gentilitate quæ prius erat inculta, vt dictum est;*

11 Iudicium, *Id est, executio iustitiæ, quæ est per fidem:*

12 Et iustitia, *Scilicet, Euangelica,*

13 In Charmel se. *Id est, in credentibus ex Iudæa: ex quibus, & Gentibus, facta est vna Ecclesia.*

14 Et erit opus iustitiæ pax, *Quam Christo nato angeli clamauerunt, Luca 2. b.* Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus, &c.

15 Et cultus iustitiæ silen. *In prosperis cauendo à verbis iactatoriis, & in aduersis à murmuratoriis.*

16 Et securitas vsque in sem. *Quia in primitiua Ecclesia ita erant firmati virtute spiritus sancti, quòd tormenta non timebant, sed magis in eis gaudebant. Act. 5. Et quia ex hac vita transibant ad securitatem & gaudium cæleste amoto impedimento per Christum, ideo subditur.*

17 Et sedebit populus meus, *Quia pax cælestis ex nulla parte impedietur seu obscurabitur.*

18 Et in tabernaculis, *Id est, in mansionibus diuersis, secundum varietatem meritorum, de quibus dicitur Ioan. 12.* In domo patris mei mansiones multæ sunt.

19 Fiduciæ, *quia omnes sunt ibi certi de sua beatitudinis æternitate.*

20 Et in requie opulenta, *Quia ibi totaliter quietabitur appetitus, secundum illud Psal. 16. d.* Satiabor cùm apparuerit gloria tua. *Et quia post glorificationem Christi destructa fuit Ierusalem in vindictam mortis Christi, ideo subditur,*

21 Grando autem, *Id est, multitudo exercitus Romani,*

22 In descensione, *Id est, in deiectione templi & domus regiæ: quæ dicuntur saltus, eò quod ligna illius ædificationis apportata fuerunt de saltu Libani.*

23 Et humilitate humiliabitur ciuitas, *Scilicet Ierusalem quæ fuit destructa & proiecta ad terram. Et quia illo tempore fides catholica fuit valde publicata per orbem: ideo subditur,*

24 Beati qui seminatis. *Scilicet verbum Euangelicum, Luca 8. b.* Semen est verbum Dei.

25 Super omnes aquas, *Id est, super omnes populos, Gentiles, & Iudæos, Apoc. 17. b.* Aquæ multæ populi multi. *Patet autem quòd propheta loquitur hic metaphoricè, quia semen materiale non seminatur super aquas materiales.*

26 Immittentes pedem bouis & asini, *Id est, indifferenter & sine acceptatione, docentes fortes & debiles litteratos & simplices.*

(Margin: Prophetia de statu prospero quem fecit nobis Christus oriens ex alto. — Iudæi seruiunt principibus gentium. — De Apostolis & aliis Christi discipulis & gratia eorũ. — De magna opulentia gratiæ & gloriæ quã dat Deus sanctis.)

MORALITER.

† 4 *Gaudium onagrorum.* Residuum huius capituli ad litteram exponitur de saluatione facta per aduentum Christi: propter quod non indiget alia expositione spirituali.

MORA-

CAP. XXXIII.

A a *Væ qui prædaris.* HIERON. lib. 10. Contra Sennacherib: possunt hæc etiam referri ad quemlibet raptorem, & ad ipsum diabolum.

† CYRILLVS. Consolatur credentes, dicens, Væ illis qui vos faciunt miseros, vos autem nemo miseros reddet: pati enim propter Christum, parit sanctis gloriam, persequentibus exitium.

Pati propter Christũ gloriosum.

b *Domine miserere nostri.* HIER. B In persona populi obsessi à Sennacherib; vel potius, Apostolorum & omnium fidelium.

† PROCOPIVS. Apostolorum voce preces fundit, quod sublatis impiis, à quibus oppugnabantur, salutem à Deo consecuturi sint. Quidam locũ hunc sic explicant. Cùm neque minis, neque promissionibus persuaderetur populus: tamquam vnicum superesset plagarũ remedium, eius commiseratione C commotus, preces ad Deum fundit propheta; significans completas esse ab his iniquitates pœnasque mereri: Sed tua, inquit, miseratione his opus est, qui afflicti in te spes suas collocauit. Da igitur eis salutem qui propter metum tuum obstupuerunt. Hæc dicit, non tamquam Deum rerum ignarũ docere videatur, sed vt exemplum populo, quæ ad salutem faciunt postulandi, proponat.

c *Mane.* Qui de exercitu Sennacherib remanserunt, socios D mortuos viderunt, & in fugam versi sunt.

† PROCOPIVS. Adiicit, in tempore tribulationis salutem fieri, iuxta illud, *Cum infirmor, tunc potens sum.* Et illud *Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea, in infirmitate perficitur.* (2. Cor. 12.)

d *Angeli.* Michaelis, scilicet, qui princeps Iudæorũ, vel Gabrielis fortitudo & dux præliorum.

e *Bruchus.* Ex locusta bruchus nascitur, & quousque alas habeat sic vocatur. Cùm autem alæ crescere cœperint, atelabus dicitur cum planè volare E cœperit, & est locusta, & dicitur: Nocet enim bruchus plus quam atelabus vel locusta, qui alis caret, nec moueri potest: & sic vbi insederit nihil reliqui, id est, residui facit. Ideo fiunt fossæ & obruuntur locustæ, ne à vento rapiantur in mare, & ad terram reiectæ, ex ouis quæ viuæ conceperant, mortuæ etiam bruchos gignant.

Bruchus, locusta, atelabus.

† PROCOPIVS. Quasi Deus eos, qui dispersi sunt in gentes, alloqui videatur, Nunc autem congregabuntur spolia vestra, F ait, quasi iamiam captum iri significet. Quod vt facilius persuadeatur, non aliter quàm à ludentibus locustæ capiuntur, sic eorum animas tamquam ludicrum aliquod in satanæ potestatem venturas esse asserit.

f *Tuis.* O Ezechia: Vel, suis secun-

CAP. XXXIII.

[1] Væ qui prædaris, nonne (a Alios.) & ipse prædaberis? (a A domino occisis 185. millibus.) Et qui spernis nonne & ipse sperneris? (a Quia non Deo, sed tibi attribuis.) Cum consummaueris deprædationem, deprædaberis, cum fatigatus desieris contemnere, (a Tædio multarum victoriarum ab Ægypto rediens.) contemneris. [2] Domine miserere nostri, (a Libera nos de manu Assyriorum. b Protectorem, non idola.) te enim expectauimus, esto brachium nostrum (a Defensio nostra. b Alias: Eorum, secundum Hieronymum, scilicet expugnatio inimicorum. In prosperitate.) in mane: & salus nostra in tempore tribulationis. (a Obsidionis. b Magni consilij. c Vel vestra facta.) [3] A voce angeli fugerunt populi, (a Scilicet Assyrij, vel quilibet persecutores. b In sanctis quos liberat. In vltione malorum magnus & altus apparet dominus.) & ab exaltatione tua dispersæ sunt Gentes. (a Quilibet persecutores. b O Assyrij. A Iudæis. Victis Gentibus.) [4] Et congregabuntur spolia vestra, sicut colligitur bruchus, velut cùm fossæ plenæ fuerint de eo. (a In hoc miraculo.) [5] Magnificatus est dominus, (a Montis Sion, vel cælorum, vel in cordibus electorum. b Per Ezechiam, qui populum Dei iuste iudicauit, & ab idololatria reuocauit.) quoniam habitauit in excelso, impleuit Sion iudicio & iustitia, (a Ecclesiam. b Fidelis populus. c In tempore accepto exaudiui te.) [6] & erit fides in temporibus tuis. (Alias, suis. a Iudæorum. Sunt. b Diuinarum rerum, vt idololatriam abominantes ad dominum conuersi sunt.) Diuitiæ salutis sapientia & scientia, (a Humanarum rerum ne Assyriis se traderent.) timor domini ipse est thesaurus

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XXXIII.

VÆ qui prædaris. *Hic consequenter describitur in particulari saluatio prædicta regni Iuda quantum ad malitiam Sennacherib: quia in exercitu eius fuerunt Idumæi, qui semper fuerunt Iudæis infesti, sicut Esau, à quo descenderunt, fuit infestus Iacob, à quo descenderunt Iudæi; ideo propheta primò inuehitur contra Assyrios; secundo contra Idumæos cap. sequenti. Circa primum sciendum, quod præsens cap. ab expositoribus nostris secundum litteram refertur totum ad tempus Ezechiæ, in quo deiectus fuit Sennacherib, & populus Iuda liberatus. Ra. Sa. verò exponit ad litteram totum istud cap. reducendo ad tempus Messiæ, in quo expectant Iudæi de omnibus Gentibus triumphare, & eis simpliciter dominari. Videtur autem mihi quòd expositores nostri melius dicant. Et secundum hoc præsens capitulum diuiditur in duas partes, quia primò ponitur Sennacherib deiectio; secundò status Ierusalem melioratio, ibi:* Respice Sion. *Prima in duas, quia primò describitur deiectio Sennacherib regis; Secundo Sobnæ sibi adhærentis, vt dictum fuit supra 22. cap. secunda ibi,* Audite. *Circa primum sciendum, quòd ad deiectionem Sennacherib secuta est exaltatio populi Iuda, & ideo propheta mixtim loquitur de vtroque. Primo tamen inuehitur contra Sennacherib, dicens:*

Quomodo alij & quomodo Ra. Sa. præsens caput exposuerint.

Diuisio.

1 Væ qui prædaris. *Scilicet populum domini.*
2 Nonne & ipse præ. *Quasi diceret, sic: quia exercitu eius percusso ab angelo. 4. Reg. 19. populus Ezechiæ exiuit ad colligendum spolia.*
3 Et qui spernis. *Scilicet ipsum Deum, contra quem blasphemias dixit & scripsit, vt habetur 4. Reg. 19.*
4 Nonne & ipse spe. *Scilicet à domino & populo tuo; quia percusso suo exercitu fugit confusus ad terram suam, vbi fuit interfectus à filiis suis. Consequenter propheta conuertit sermonem ad Deum pro liberatione populi, dicens.* Domine misc. no. *& patet littera vsque ibi.*
5 A voce angeli. *Percutientis exercitum Sennacherib.*
6 Fugerunt po. *Quia Sennacherib, cum illis qui remanserunt, fugit.*
7 Et ab exaltatione tua. *Id est ab ostensione tuæ virtutis in angelo percutiente.*
8 Dispersæ sunt Gentes. *Scilicet Sennacherib cum exercitu suo: quia aliqui mortui remanserunt, & alij fugerunt. In Heb. habetur:* A voce multitudinis fugerunt populi: *& secundum hoc istud refertur ad exercitum Sennacherib: Quem populi audientes superuenire, non audebant expectare quia plurimos deuicerat & expugnauerat.* Ab exaltatione tua. *Id est à potestatis tuæ ostensione ò tu Sennacherib. Dispersæ sunt Gentes per diuersas vias fugientes.*
9 Et congregabuntur spolia, &c. *Id est, faciliter & in magna copia: quia exercitus Sennacherib fuit sic percussus quod corpora erant incinerata, sub vestibus & armis illæsis: & ideo faciliter & copiosè colligi poterant.*
10 Magnificatus est dominus. *In percussione Sennacherib mirabili.*
11 Quoniam habitabit in excelso. *Id est in cælo empyreo, vbi specialiter relucet excellentia sua gloriæ: licet secundum potentiam, præsentiam, & essentiam sit vbique.*
12 Impleuit Sion iudicio & iusti. *In diebus Ezechiæ qui fuit iustus, & principes suos ad iustitiam induxit, vt habetur in principio præcedentis cap.*
13 Et erit fides. *Id est, fidelitas.*
14 In temporibus tuis. *Scilicet Ezechiæ: hoc enim petiuit, vt habetur infrà 39. d.* Fiat tantum pax & veritas in diebus meis.
15 Diuitiæ salutis sapientia, *Id est, in cognitione rerum diuinarum.*
16 Et scientia. *In cognitione humanarum.*
17 Timor domini ipse est thesaurus eius. *Scilicet Ezechiæ, qui præposuit ista omnibus bonis temporalibus. Consequenter reuertitur propheta*

MORALITER.

† 1 *Væ qui prædaris.* Hoc ad litteram exponitur de rege Sennacherib, qui superbè Deum blasphemauit, & populum Israel afflixit multipliciter & spoliauit. Mysticè verò potest exponi de Antichristo, de quo dicitur 2. Thessal. 2. b. *Quia aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat tamquam sit Deus.* Ipse etiam populum Dei multum affliget & spoliabit, tamen finaliter destruetur sicut dicitur ibidem. Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Et hoc faciet Christus ad preces fidelium ab Antichristo afflictorum, in quorum persona subditur:

Antichristus per Christum destruendus.

† *Domine miserere nostri, &c.* Et quoniam secundum communem opinionem per angelum de mandato Christi fulminabitur, & magna pars sui exercitus & alij fugient territi: propter quod eorum spolia remanebunt fidelibus post mortem Antichristi remanentibus: ideo subditur.

Quali plaga percutiendus sit Antichristus & eius exercitus.

5 *A voce angeli fugerunt populi:* Scilicet Antichristo coniuncti.

† *Ecce*

secundum alios, scilicet, liberati populi.

A

a *Eius.* HIER. lib. 10. Scilicet salutis: Sine timore enim neque sapientia, neque scientia quidquam prodest: vnde, *Habebis multa bona si timueris Deum.* Et, *Initium sapientiæ timor domini.* (Tob. 4.d. Psal. 110.b.)

b *Pactum.* Quod pepigit dominus cũ Abraham, scilicet, *Multiplicabo semen tuum sicut stel. &c.* Et alibi: *Habitabis in loco isto amodo & vsque in sempiternum.* (Gen. 22.c. Zach. 11.a.)

B

c *Libanus,* Templum: vnde: *Aperi Libane portas tuas, & deuoret ignis cedros tuas.* Et in Ezech. *Aquila magnarum alarũ venit ad Libanum, & tulit medullam cedri.* (Ezec. 17.a. Deut. 3.a.)

C

d *Basan.* Regio Og, quam dedit Moyses trans Iordanem duabus tribubus & dimidiæ: hæc quoque vberrima. Carmelus mons terræ promissionis fertilissimus. Per hæc ergo debemus intelligere Iudæos omnem fertilitatem amisisse. (Basan. Carmelus. Iudæos omnem fertilitatem amisisse.)

e *Nunc consurgam.* † PROCOPIVS. Hortatur vt secundum illum, & gloriosum aduentum cogitent, quo diuinitatẽ tum demũ eis intueri expeririq́; licebit, cũ glorificabitur. Nõnulli hæc ad pœnas referri volũt, quibus expugnata & direpta ciuitate, eorũ in se contumeliã vltus est, quo tempore gloriam eius, quẽ cruci affixerunt, prophetarũ quolibet longe superiorem esse patuit.

D

E

a ¶ Reuertitur ad vltimam captiuitatem. b ¶ Apostoli.
¶ Beati oculi qui vident quæ vos vi. Et in Euangelio: Ecce ego mitto ad vos prophetas, sapientes & Scribas.
c ¶ Imminente captiuitate inter gentes. d ¶ Nuntij, expulsi à Iudæis. e ¶ Recõciliationis inter Deũ & homines.

a eius. [7] Ecce videntes clamabunt foris, angeli pacis amarè [1]

a ¶ De perditione suæ gentis. b ¶ Post captiuitatem Romanorum. [2]
c ¶ Vnde. Viæ Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem. d ¶ Qui solebat venire ad solemnitatem. [3]

flebunt, [8] dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam: [4]

a ¶ Secundum opinionem hominum. b ¶ Domini. c ¶ Dominus. d ¶ Iudæorum, e ¶ Eos. [5]

b irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non repu- [6]

a ¶ Sed iumenta, quia bestiali more viuentes non reputauerunt eum Deum, nec timuerunt. [7]
b ¶ Terreni. c ¶ Templum. [8]

c tauit homines. [9] Luxit & elanguit terra, cõfusus est Libanus [9]

a ¶ Ne ibi exaudiantur preces à domino sicut ante. [10]
b ¶ Prouincia inter Ioppen & Lydam, ibi campi fertiles & latissimi.

& obsurduit. Et factus est Saron sicut desertum, & concussa [11]

a ¶ Regio Og. b ¶ Contra Iudæos, vel à morte, vel à patientia. ¶ Quia apostolos recipere noluerunt.

d est Basan & Carmelus. [10] Nunc consurgam dicit dominus, [12]

e a ¶ In cruce. b ¶ In Gentibus, spretus à Iudæis: vel ascendens ad cælos.
c ¶ O Iudæi. d ¶ Inuidiæ contra apostolos.

nunc exaltabor, nunc subleuabor. [11] Concipietis ardorem, & [13]

a ¶ Verba blasphemiæ, inania vt stipula, quibus tantum nutriatur inuidia.
¶ Sed. ¶ Malus.

parietis stipulam, spiritus vester vt ignis vorabit vos, [12] & [14]

¶ Post captiuitatem. a ¶ Pauci relicti in memoriam. b ¶ Peccata Iudæorum. [15]

erunt populi quasi de incendio cinis: spinæ congregatæ [16]

¶ Gehennæ. ¶ O gentes. a ¶ Hinc vel à Deo. b ¶ Inimicis meis Iudæis. [17]

igni comburentur. [13] Audite qui longè estis quæ fecerim, & [18]

a ¶ In hac vltione, & timete. ¶ Moabitæ. ¶ Deleti. [19]

cognoscite vicini fortitudinem meam. [14] Contriti sunt [20]

a ¶ Qui Deum occiderunt. b ¶ Romanorum. c ¶ Scribas & Pharisæos. [21]
¶ Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocri. [22]

f in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. Quis [23]

a ¶ Deo. b ¶ Peccata vel peccatores, & nunc & in futuro.

poterit habitare de vobis cum igne deuorante? [24]

f *Quis poterit.* Dei magnalia narrat & Deum ignem vocat: secundũ illud, *Deus noster ignis cõ.* Et ipse Dominus: *Ignẽ veni mittere in terram: & quid vo. ni. vt ardeat.* (Deut. 4.d. Luc. 11.f.)

† LXX. *Quis annuntiabit vobis quia ignis ardet? quis annuntiabit vobis ignem æternum?*

F

† PROCOPIVS. Locũ æternũ eum intelligit, qui satanæ & angelis eius præparatus est. De his alibi propheta: *Vermis eorũ non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Quis igitur annuntiauit vobis æternum locum? Prophetæ scilicet & Apostoli, qui de iudicio publicè docuerunt, vt à futuris pœnis deinceps caueremus. (Infernus.)

Et

NICOLAVS DE LIRA.

propheta ad narrandum afflictionem populi per Sennacherib, dicens:

1 Ecce videntes clamabunt foris. *Littera est intricata, quia ly* foris *reducitur ad* videntes. *Speculatores enim existentes in alto, videbant foris longè exercitum Sennacherib: & sic denuntiabant Ezechiæ regi & populo suo vt præseruarent se.*

2 Angeli pacis. *Id est, nuntij Ezechiæ, quos misit ad loquendum cum Rabsace de pace, vt habetur infrà 36.*

3 Amare flebunt. *Quia propter blasphemias contra Deum dictas à Rabsace, scissis vestibus flentes ad Ezechiam redierunt.*

4 Dissipatæ sunt viæ. *Ab exercitu Sennacherib.*

5 Cessauit transiens. *Scilicet de populo Iuda: quia nullus audebat timore Assyriorum per terram ire.*

6 Irritum factum est pactum. *Primò enim Sennacherib fecit pactum cum Ezechia, sed fregit illud, vt dictum fuit 4. Reg. 18.*

7 Proiecit ciuitates. *Quæ erant in regno Iuda circa Ierusalem.*

8 Non reputauit ho. *Scilicet quòd possent sibi in aliquo resistere.*

9 Luxit & elanguit terra. *Scilicet Iuda.*

10 Confusus est Libanus & obsurduit. *In Hebræo habetur:* Et præcisus fuit. *quia ibi exercitus Sennacherib præcidit multa ligna ad faciendum machinamenta, & ex tali decisione fuit Libanus deturpatus.*

11 Et factus est Saron sicut desertum, & cõcussa est Basan & Carmelus. *Ista enim loca erant fertilia: sed per exercitum Sennacherib fuerunt deuastata. Sciendum etiam, quòd Carmelus non accipitur hic pro monte Carmeli, in quo Elias occidit prophetas Baal, & erat in regno Israel: sed accipitur pro Carmelo vbi manebat Nabal, qui erat mons fertilis, & erat in regno Iuda; Et consequenter ponitur vindicta de maleficiis Sennacherib.* (Duo loci dicti Carmeli.)

12 Nunc consurgam dicit dominus. *Ad percutiendum Sennacherib, & exercitum eius, quia nunc est tempus.*

13 Concipietis ardorem. *Ex maleficiis enim vestris sequitur demeritum.*

14 Et parietis stipulam. *Id est, vt efficiamini sicut stipula applicata igni.*

15 Spiritus vester. *Id est, voluntas vestra mala.*

16 Vt ignis vora. vos. *Id est, meretur, vt igne consummamini: & ita factum fuit; quia exercitus Sennacherib sic percussus fuit ab angelo, quod corpora eorum redacta fuerunt in cineres, ac si fuissent igne materiali combusta; ideo subditur.* (Corpora percussorũ de exercitu Sennacherib redacta in cineres.)

17 Et erunt populi. *Exercitus Sennacherib.*

18 Quasi de incen. ci. *Id est, vt cinis remanens de incendio.*

19 Spinæ congregatæ. *Id est, bellatores Sennacherib, qui pungebant populum domini.*

20 Igni comburentur. *Non solum ex percussione angeli, vt dictum est, sed etiam igne inferni.*

21 Audite. *Hic consequenter describitur deiectio Sobnæ pontificis, qui consulebat ciuitatem reddi Assyriis: Et quia hoc non fuit factum, partim indignatione, partim timore, cum sibi adhærentibus ad Assyrios transiuit occultè, & ei successit in pontificatu Heliachin, vt dictum fuit supra 22. & hoc est quod dicitur hic:* Audite qui longe estis. *Et in hoc notat magnitudinem rei nuntiandæ.* (Sobnę Pontificis perfidia & pœna.)

22 Contriti sunt in Sion peccatores. *Id est, Sobna & ei adhærentes.*

23 Possedit tremor hypocritas. *Quia erant in statu ministrandi domino, & sic apparebant boni & deuoti exterius: sed ipsi nihil habebant interius dignum Sacerdotio. Et consequenter conqueritur de ista dignitate Sacerdotali, cum dicitur.*

24 Quis poterit habitare de vobis, &c. *Id est, dignè ministrare in altari holocaustorum, vbi erat ignis perpetuus: Leuitic. 6. Et eadem sententia replicatur cum subditur.*

MORALITER.

† 1 *Ecce videntes clamabunt foris.* Hic reuertitur propheta ad denuntiandum mala quæ faciet Antichristus ante mortem suam, dicens: *Ecce videntes clamabunt foris,* Id est, homines litterati clamabunt contra Antichristum in oratione secretè, qui tunc non audebunt loqui contra eum publicè. (Quæ mala facturus sit Antichristus ante mortem suam?)

2 *Angeli pacis amarè.* Quia religiosi occultantes se gement.

4 *Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam.* Quia fideles non audebunt per terram transire.

6 *Irritum factum est pactum, proiecit.* Nam ecclesiam quantum poterit, destruet, quæ signatur hic per Libanum, Saron & Carmelum. Et quia de mandato domini fulminabitur, vt dictum est, sequitur.

12 *Nunc consurgam dicit dominus, &c.* Patet littera quæ de facili potest ad propositum applicari.

21 *Contriti sunt in Sion peccatores.* Hic describitur ad litteram abiectio Sobnæ pontificis qui Sennacherib adhæsit; per quem mysticè signatur quilibet prælatus malus, qui timore mortis Antichristo adhæserit. Sed quia tunc electi firmiter stantes merebuntur gloriam cæli: sequitur. (De malis prælatis qui antichristo adhærebũt.)

23 *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante.* Id est, firmiter stare in Antichristi tribulatione.

† Quis

Isaiæ Cap. XXXIII.

a ¶ Spiritus sancti, qui peccata consumit, fideles incendit.

Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sem- †

a ¶ Hic scilicet. b ¶ Semper diligendo. ¶ De virtute in virtutem. c ¶ Pluribus. d ¶ Semper non semel.

piternis? [15] Qui ambulat in iustitiis, & loquitur

a ¶ Quæ est mater calumniæ: quia ex alterius damno alterius pecuniæ coaceruantur. b ¶ Innocentia.

veritatem; qui proiicit auaritiam ex calum-

a ¶ Oris, manus, officij. ¶ Munera excæcant oculos sapientium.

a nia, & * excutit manus suas ab omni munere.

a ¶ Peccato consentiat.

b Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem,

a ¶ Capitis & cordis. ¶ Auerte oculos meos, ne vi.va. ¶ Felix conscientia quæ nec audit, nec aspicit malum. b ¶ Talis.

c & claudit oculos suos, ne videat malum. [16] Iste

a ¶ In cælis cum domino. b ¶ Exempla. c ¶ Sanctorum qui sunt fundati supra firmam petram.

d in excelsis habitabit, munimenta saxorum

a ¶ Prouectio (alias profectio) ad Deum. b ¶ Verbi. c ¶ A Deo. d ¶ Doctrinæ.

e sublimitas eius. panis ei datus est, aquæ eius

a ¶ Absque hæresi. b ¶ Omnipotentem. ¶ Deum ipsum. c ¶ In deitate. d ¶ Oculi eius. ¶ Peracto iudicio.

fideles sunt. [17] Regem in decore suo videbunt,

a ¶ Nunc in spe, in futuro in re. vnde: Credo videre bona domini in terra viuentium. b ¶ Ideo. ¶ Si vis habitare cum Deo.

f & oculi eius cernent terrã de longe. [18] Cor tuũ

a ¶ Principium sapientiæ timor domini. ¶ Sanctitas in timore custoditur. b ¶ Philosophus. ¶ Quasi non habitat cum Deo.

g meditabitur timorem. * Vbi est litteratus? vbi

a ¶ Scriba & Pharisæus, legem superflua expositione onerans. b ¶ Senio. ¶ Insipientium.

est legis verba ponderans? vbi est doctor par-

a ¶ Gregem philosophorum. b ¶ In ecclesia sanctorum.

uulorum? [19] Populum imprudẽtem non vide-

¶ Id est. a ¶ Logicæ. b ¶ Non sapientiæ. c ¶ Sicut Platonis, Aristotelis, Tullij facundiam & subtilitatem pauci intelligunt.

bis populum alti sermonis, ita vt non possis in-

a ¶ Populo.

telligere, disertitudinem linguæ eius, in quo

☞ a *Et excutit manus suas ab omni.* A † GREGORIVS lib. 9. Moraliũ ca. 26. Quia non solũ fraus in acceptione pecuniæ est, munus procul dubio vnũ non est. Tres verò sunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude festinatur. Munus namque à corde est, captata gratia à cogitatione; Munus ab ore, est gloria per fauorem; Munus ex manu, est præmium per dationem. Sed iustus quisque *ab omni munere manus excutit*: quia in eo quod rectè agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec à manu donationem recipere quærit.

Muneris tres species.

* 1. q. 1. cap. sunt nonnulli 11. q. 3. cap. qui recte. De si mo. c. & si quæstione. *De multiplici genere simoniacorum.*

B b *Qui obturat, &c.* † IDEM lib. 23. Moral. cap. 25. Quid est *obturare aures suas ne audiant sanguinem*, nisi peccatis suadentibus, quæ de carne & sanguine nascuntur, non præbere consensum? Et quid est ne *malum videant, oculos claudere*, nisi omne quod rectitudini aduersum est, non approbare? *Iste in excelsis habitabit*, quia quamuis eum adhuc caro in inferioribus retinet, mentem iam in sublimibus fixit; *Munimenta saxorum* C *sublimitas eius*, quia qui obiecta desideria terrenæ conuersationis calcat, ad supernam patriam per præcedentium patrum exempla se subleuat.

* 1. Co. 1. c. De eis qui peccatis nõ consentiunt.

c *Sanguinem.* LXX. *iudicium sanguinis.* Omnis iniquitas & oppressio, & iniustitia, iudicium sanguinis est, & sine gladio, voluntate interficit.

d *Munimenta saxorum.* † CYRIL. Petra dominus noster Iesus Christus est, in quo, tamquam spelunca quædam vel ouium stabulum ecclesia est, habens tutum domicilium, iuxta illud: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædif. &c.* D

Matth. 16.

e *Panis ei datus.* † IVSTINVS contra Tryphonem. Prophetia hæc de pane est quem dedit nobis Christus, & de sacrificio suo, quod facere iussit in suam commemorationem.

Sacrificium Eucharistiæ.

† PROCOPIVS. Ecclesiæ incolis, panis vitæ Christus ipse à patre, & aqua fidelis diuini baptismatis, vnde sumentibus omnis manat securitas, semper suppeditantur.

† IDEM. Regem videbunt dominum, qui etiam terram mansuetorum nondum adepti, ipsam E mentis oculis in hac vita mortali Deum piè reueriti, procul intuebuntur. Sunt qui *de longe* ad impios referant, dum terram quidem promissionis visuros, sed ea non potituros putant.

† GREGORIVS vbi suprà. Regem in decore videbunt, quia redemptor noster in iuditio à reprobis homo videbitur forma seruili, sed ab electis in decore suo in ipso fulgore diuinitatis.

f *Terram.* Viuentium. *Beati mites, quoniam ipsi pos. ter.* vel in cælo positi, terrena despiciunt.

Matth. 5. a.

g *Vbi est litteratus.* † PROCO. F Reprobis, quia malis doctoribus crediderunt, ita exprobrat: vbi sunt qui litteram legis tantum nouerint? Vbinam illi, inquit, iudicij die parebunt, qui assentando pessimè discipulis consuluerunt?

† CHRYSOSTOMVS hom. 4. in 1. Corinth. Gentiles & Iudæos simul reprehendit. Quis enim philosophus, quis Iudæorum doctrina eruditus, salutem dedit, & docuit veritatem nisi Christus?

Contra gentiles philosophos & Rabbinos Iudæorum.

☞ Taber-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cum ardoribus sempiternis? *Subditur responsio,*

2 Qui ambulat in iustitia, *Quantum ad perfectionem vitæ:*

3 Et loquitur veritatem, *Quantum ad sanitatem doctrinæ.*

4 Qui proiicit aua. &c. *Ita quod nullam habet notam auaritiæ, rapiendo aliena per violentiam, nec etiam accipiendo dona contra iustitiam.*

5 Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem. *i. sermonem de sanguine effundendo per mortem innocentis, vel eius mutilationem.*

6 Et claudit oculos suos ne videant malum, *Id est, mulierem alienam ad concupiscendum.*

7 Iste in excelsis habi. *Id est, talis dignus est fungi summo Sacerdotio in monte Sion vbi erat templum: & talis fuit iste Eliachim, qui in hoc officio successit Sobnæ.*

Summi Sacerdotis officium & gloria.

8 Munimenta saxorum sublimitas eius. *Salomon enim ædificauit templum in monte Moria de lapidibus magnis & pretiosis, 4. Reg. 5. Et ædificia ad templum pertinentia: & ibi erat habitatio summi Sacerdotis.*

9 Panis datus ei est, &c. *Nomine panis & aquæ intelligitur omnis cibus & potus in scriptura. Vnde 5. Reg. 6. a.* Pone eis panem & aquam. *Et subditur:* apposita est eis magna ciborum præparatio. *Summo autem Sacerdoti debebantur primitiæ fructuum & animalium.*

10 Regem in decore videbunt, *Scilicet Ezechiam gloriosè regnantem post Sennacherib deiectionem, vt habetur 2. Para. 32. & in hac gloria videbunt ipsum Eliachim pontifex, & alij ministri templi.*

11 Oculi eius, *Scilicet, Eliachim.*

12 Cernent terram de longè, *Quia de monte Sion, vbi erat eius habitatio, poterat videri Iudæa pro magna parte.*

13 Cor tuum, *O Eliachim (mutat enim propheta modum loquendi de tertia persona ad secundam: quod fit frequenter in prophetis.)*

14 Meditabitur timorem, *Scilicet, domini, ex casu prædecessoris sui: & ideo subditur,*

15 Vbi est litteratus, &c. *Id est, vbi est modo Sobna prædecessor tuus in officio pontificis: propter quod debuit esse litteratus ad ponderandum,*

16 Legis verba, *Ad docendum ignorantes, qui dicuntur hic paruuli, q. d. periit in terra aliena, vt habetur supra 22. ideo subditur,*

17 Populum imprudentem, *Id est, Sobnam & sibi adhærentes,*

18 Non videbis, *Amplius in templo domini,*

19 Populum alti sermonis, *Id est, profundi, sicut dicitur Ioan. 3. b.* Puteus altus est. *Et dicitur hic* profundus sermo, *qui propter extraneitatem non est intelligibilis. Et populum talis sermonis vocat hic propheta Sennacherib & Assyrios, quos intendebat Sobna introducere intra ciuitatem & templum: sed defecit à proposito.*

Populus alti sermonis.

20 In quo nulla est. *Scilicet in Sennacherib & populo eius, quia vera sapientia non potest esse in infidelibus.*

Respice

MORALITER.

† † *Quis habitabit ex vobis, &c.* In tentationibus dæmonum semper ardentium, quia portant ignem suum secum, & in Antichristi tribulatione astabunt sibi in persecutione; & respondet,

2 *Qui ambulat in iustitiis,* Iste, supple in antichristi tribulatione poterit stare: ideo subditur,

7 *Iste in excelsis habita. muni. saxorũ subli. eius.* Id est, firmitas thronorum: nam sancti secundum qualitatem meriti assumuntur ad ordines angelorum.

9 *Panis ei datus est. i.* Christus, qui est panis viuus.

Beatitudo viæ quam habent boni.

† *Aquæ eius fideles sunt.* Id est, dona spiritus sancti. Vnde dicit saluator, Ioa. 7. f. *Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluẽt aqua viuæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.*

10 *Regem in decore videbunt*, visione clara & beatifica:

11 *Oculi eius terram cer. de longe:* Scilicet terram viuentium, quia viuentes in corpore mortali cælestia meditantur. Et per oppositum subditur ad litteram de Sobnæ eiectione, per quem malus prælatus signatur, propter quod de eo mysticè dicitur,

15 *Vbi est litteratus.* Id est, vbi est malus prælatus, qui scripturã scire debuit, & verba legis ponderare, & paruulos docere; cui quæstioni potest respõderi, *Abscõditus est in inferno inferiori,* quia quãto status altior, tanto casus grauior: ideo de ipso & existẽtibus cũ eo subditur,

17 *Populum imprudentem, &c.* Id est, prælatum damnatum cum familiis suis non videbis amplius in magnificentiis suis.

Descriptio mali prælati.

19 *Populum alti sermonis*, Id est, superbum in verbis, quales sunt mali prælati, & adhærentes sibi.

20 *In quo nulla est sapientia.* Scilicet de sursum descendens: Sed illa quæ est *terrena animalis & diabolica.* Et quoniam opposita

a Tabernaculum quod. HIER. lib. 10. Tabernaculũ quod habuerũt Iudæi per eremũ, de loco ad locum translatũ est. primũ in Silo; deinde in Nobe; de Nobe in Ierusalẽ; de Ierusalẽ ad Moysi sepulchrũ, vt dicit liber Machabæorum. Ecclesia autẽ immobilis fundata est supra firmam petram.

Ios. 18. a. Tabernaculum Dei apud Iudæos incerti fuit laris. 2 Mac. 2. b. Psalm. 9. b.

B † PROCOPIVS. Veteris igitur Ierusalem, quę toties oppugnata sit, tabernacula ceciderunt. At noua ciuitas, quia super petram stat, ipsis persecutionum temporibus im-C mobilis manet. Neq; enim portę inferi aduersus eã præualebũt.

b *Locus fluuiorum riui.* † † Locus erit vobis ipsa, quæ semper est, ciuitas; in qua latos fluuios & riuos, Euãgelistas & apostolos ecclesiarumque præfectos, suo quemque tempore

a Quantum ad Deum, sed tantum verba. b Perdam sapientiam sapientium, &c. c Quicumque iustus. d Præsentem ecclesiam in qua verè est solemnitas.

nulla est sapiẽtia. [20] Respice Sion ciuitatem solemnitatis no- 1

a Cordis. b Namque. c Cælestem. d Quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho. &c.

stræ. Oculi tui videbunt Ierusalem ciuitatem opulentam, † 2

a Ecclesiam præsentem significatam in tabernaculo Moysi. b Sicut tabernaculum Iudæorum translatum est. A fide, à charitate.

a tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, nec 3

a Metaphora. Doctores quibus fixa tenetur. b Præcepta quibus extensa dilatatur. 4

auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi 5

Non in contenticulis hæreticorum.

eius non rumpentur, [21] quia solummodo ibi magnificus 6

a Videtur. Ibi. b Prophetarum, Apostolorum c Expositores.

b dominus Deus noster. Locus fluuiorum riui latissimi & pa- 7

a Planè exponentes. b Locum. c Diaboli dominatio. d Nauis tres ordines remorum habens, id est, diabolus, qui tres partes mundi, Asiam, Africam, Europam, suo subiugauerat imperio.

tentes, non transibit per eum nauis remigum, neque trie- 8

a In superbia. b Sicut olim. c Vox congratulantis ecclesiæ.

c ris magna transgredietur eum. [22] Dominus enim iudex no- 9

a Legis naturalis, Euangelicæ, Mosaicæ. b Reges eos in virga ferrea.

ster, dominus legifer noster, dominus rex noster. Ipse sal- 10 11

a A diabolo Nihil timendum est. b Dilatata fortitudo populi ad pugnandum contra Romanos.

d uabit nos. [23] Laxati sunt funiculi tui, sed non præualebunt. 12 13

a Templum altissimum in quo olim vela pretiosa. b Vt non appareant signa ruinæ eius, quia non relinquetur lapis super lapidem. A Romanis.

e Sic erit malus tuus, vt dilatare signum non queas. Tunc di- 14 15 16

pore ipsum ouile di-D uinis ab vno laticibus irrigasse significat, qui prophetæ in hæc verba loquitur: *Ecce ego declino in eos sicut fluuius pacis, & sicut torrens qui inundat gloriam gentium.*

c *Dominus enim.* HIER. E *Iudicabit orbem terra in iustitia.*

d *Laxati sunt funiculi tui, &c.* Redit ad terrenam Ierusalẽ, & loquitur de ea sub specie nauis: Superiora dicta sunt de vrbe solemnitatis nostræ, quam dominus flu-F uiis suis circumdat.

e *Sic erit malus tuus.* † PROCOPIVS. Sermone in Iudæos trãslato, in nauis metaphora immoratur. Vt enim ventis vehemẽtius sæuientibus, cum vela cõtrahi nequeũt, eorumdem impetu malus inclinatus, naufragium efficit: sic & tibi quoque accidet.

a Claudi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Respice. *Hic consequenter describitur ciuitatis melioratio, quia per deiectionem Sennacherib fuit mutata de timore in securitatem, de tristitia in lætitiam, & de penuria in abundantiam. Primò igitur hæc melioratio describitur; Secundo propheta contra Sennacherib iterum inuehitur*, ibi, Laxati sunt. *Circa primum tangitur primo melioratio quantum ad diuinum cultum, cum dicitur,* Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ. *Vocabatur enim illa pars ciuitatis Ierusalem, vbi erat mons Sion, ciuitas Dauid: in illa erat Templum, vbi celebrabantur solemnitates per annum, scilicet Paschæ, Pentecostes, & Tabernaculorum, in quibus populus de tota terra debebat conuenire; quod non poterat propter exercitum Sennacherib existentem in Iudæa: sed ipso deiecto venerunt vndique gaudenter. Secundo ponitur melioratio, quantum ad abundantiam, cum dicitur,*

Conuentus Hebræorum ad templum ter in anno.

2 Oculi tui videbunt, *Quia de spoliis exercitus Sennacherib omnes de ciuitate fuerunt repleti & ditati. Tertio, quantum ad securitatem, cum dicitur,*

3 Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. *Vocat hic templum Salomonis tabernaculum, quod dicitur immobile, ad differentiam tabernaculi Moysi, quod transferebatur de loco ad locum, vt patet in libro Numeri. Et ad idem pertinet quod subditur,*

4 Nec auferentur claui eius in sempiternum. *In tabernaculo enim Moysi parietes erant de tabulis simul coniunctis per incastraturas & clauos qui amouebantur de locis suis, quando tabernaculum deponebatur & portabatur ad alium locum. In templo autem Salomonis parietes erant interius de lignis laminis aureis opertis, & erant ibi claui positi, vt inseparabiliter manerent ibi.*

Consistentia cultus diuini in templo quæ vaga erat sub tabernaculo Mosaico.

5 Et omnes funiculi eius non rumpentur, &c. *Id est stabilitas templi per impetum Sennacherib non dissoluetur. Et causa subditur,*

6 Quia solummodo ibi magnificus dominus Deus, &c. *Quia magnificè deiecit Sennacherib cum exercitu sine opere humano.*

7 Locus fluuiorum riui latissimi & patentes. *Hoc refertur ad illud quod fecit Ezechias propter exercitum Sennacherib, quia aquam de ciuitate Ierusalem egredientem extra, ipse retinuit ad implendum fossata & piscinas magnas sicut stagnum: & residuum aquæ quod non poterat ibi capi, fecit ibi decurrere per alium locum, vt sic exercitus Assyriorum nullum inde haberet solatium; ideo subditur,*

Quomodo Ezechias aquas vrbi induxerit & hosti clauserit.

8 Non transibit per eum nauis remigum, *Quia sic disposuit Ezechias aquas illas, quod erant ad munimentum ciuitatis, & in nullum auxilium aduersariis, quia non deseruiebant eis ad potum nec ad nauigium, vt sic cum nauigio possent obsidere, vel intrare ciuitatem. Et quia omnia ista attribuenda erant bonitati diuinæ principaliter; ideo subditur,*

9 Dominus enim iudex noster, *Id est, iudicabit pro nobis contra Sennacherib.*

10 Dominus legifer noster, *Quia ab eo recipimus legem, in monte Sinai, vt habetur Exod. 20. & Deut. 5.*

11 Dominus rex noster, *Reges enim Iuda non erant nisi eius vicarij.*

12 Ipse saluabit nos. *In aliquibus libris interponitur veniet, sed non est in Hebræo nec in libris correctis.*

13 Laxati sunt. *Hic propheta iterum inuehitur contra Sennacherib, cuius exercitus percussus fuit ab angelo antequam obsederat Ierusalem, vt dictum fuit 4. Reg. 8. e. Disponebat tamen de propinquo obsidere eam figendo tentoria ibidem, ideo dicitur*: Laxati sunt funiculi tui, *id est, dispositi vt cum eis figantur tentoria circa Ierusalem.*

14 Sed non præualebunt, *Quia non obsedit eam.*

15 Sic erit malus. *Malus hic dicitur lignum longum quod in medio tentorij erigitur sicut malus in medio nauis: Et quia desuper ponitur signum vel vexillum illius cuius est tentorium, sicut in summitate mali nauis ponitur signum aliquod. Ligna autem tentoriorum Sennacherib circa Ierusalem non fuerunt erecta, nec signa supra posita; ideo dicitur*: Vt dilatare sig. &c.

Modus tentoria figendi.

16 Tunc diuidentur spolia. *Scilicet Assyriorum: quia habitatores Ierusalem percusso exercitu Sennacherib exierunt ad prædam.*

1 Prædarum

MORALITER.

† iuxta se posita magis elucescunt, ideo propheta cõsequenter inducit ad contemplationem gloriæ cælestis, dicens:

1 *Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ, &c.* Nam ibi est laus iugis.

† *Ciuitatem opulentam.* i. in omnibus bonis plenam.

3 *Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit.* Per quod significatur securitas sempiterna. Et subditur causa cum dicitur,

Non præualiturũ electis Antichristum.

10 *Dominus legifer noster, &c. Laxati sunt fu. tui.* Hoc ad litteram dicitur de Sennacherib, per quem, sicut dictum est, Antichristus signatur, cuius funiculi ad capiendum omnes fideles extendentur.

14 *Sed non præualebunt.* Nam electi saluabuntur, propter quos breuiabitur eius persecutio, vt dicitur Matthæi 23. ideo subditur.

15 *Sic erit malus tuus, vt dilatare signum non queas.* Aliquando namque sic impeditur virtus nautæ, quod non potest velum leuare: & tunc impeditur eius nauigatio, sic Antichristi virtus auferetur, & cessabit eius persecutio.

16 *Tunc diuidentur spolia prædarum, &c.* Ab Antichristo raptarum, quæ diuidentur fidelibus post Antichristi mortem.

¶ Diuitiarum tuarum.
a ¶ Romani in se, fortes in domino vires subministrante.

a uidentur spolia prædarum multarum, claudi [1]
a ¶ Vicino. ¶ Nemo Romanorum de infirmitate conqueretur. ¶ Romanus.
diripient rapinam, [24] nec dicet vicinus, elan- [2] [3]
a ¶ Colenda. ¶ Comparatione Iudæorum. ¶ Quia secutus est Dei voluntatem.
gui. Populus qui habitabit in ea, auferetur ab [4]
a ¶ Peccatum illius stragis.
eo iniquitas. [5]

a *Claudi diripient.* † THEODORETVS. Romani claudi appellantur & debiles ad tantum opus, quibus tamen Dominus tantum robur dabit contra Iudæos, vt claudi & debiles, quod eo iam tempore Romanorum vis elanguerat, vt supra dictum est, velociores fuerint aquilis, neque quisquam illorum ad illud opus elanguesceret.

Romanis Deus animos addidit contra Iudæos.

† PROCOPIVS. Gentes, quæ prius propter idololatriam claudicabant, prædam facient, ea quæ Dei sunt, lucratæ, quibus Satana deuicto, peccatorum remissionem sunt consecutæ, quam non est consequutus Israel.

Vocatio gentium reprobatis Iudæis.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Prædarum multarum. *Tum quia magna fuit multitudo percussorum. scilicet 185. millia. Tum quia apportauerant ibi spolia, quæ in aliis locis Iudææ rapuerant. Tum quia rex Sennacherib, & fugientes cum eo nihil secum asportauerunt, vt velocius fugerent. Et quia ad tale lucrum cucurrerunt homines etiam debiles, ideo subditur.*

Preda de exercitu Sennacherib percussi.

2 Claudi etiam, &c. *id est, illud quod Assyrij aliunde rapuerant.*

3 Nec dicet, &c. *id est, ex longa infirmitate precedente non detinebitur, quin cum aliis vadat ad prædam prout poterit.*

4 Populus qui habitabit in ea. *id est, in Ierusalem.*

5 Auferetur ab eo iniquit. *scilicet idololatriæ, quæ ibi viguerat ante tempus Ezechiæ, propter quam ciuitas meruerat subuerti: sed propter bonitatem Ezechiæ, qui abstulit idololatriam, & reduxit populum ad Dei cultum, dicta pœna non fuit inflicta.*

CAP.

ADDITIO.

In cap. 33. vbi dicitur in postilla: Audite. Hic consequenter describitur.

Ab hoc loco, in quo dicitur, Audite qui longè estis, *incipit capit. secundum Hebræos, & continuatur vsque ibi*, Auferetur ab eo iniquitas. *Quod quidem capit. propriè videtur exponendum de eiectione Pharisæorum respuentium doctrinam Christi, & de prosperitate adhærentium Christo, & de quibusdam ad hoc pertinentibus. Dicit enim*, Audite qui longè estis, *scilicet post longa tempora*, Quæ fecerim *Gloss.* inimicis meis Iudæis, Et cognoscite vicini. *s. contemporanei*, Fortitudinē meam *in hac vltione*; Conterriti sunt in Sion peccatores. *In Hebræo habetur*, Timuerunt in Sion peccatores, *quia (vt in Ioan. 11. dicitur)* Timuerunt ne perderent gentem, & regnum, *si Christo adhæsissent*; Possedit tremor hypocritas, *scilicet Pharisæos & Scribas, quos frequenter Christus hypocritas nominat, prout in multis locis Euangelij habetur, qui principaliter prædictum timorem habuerunt. Et quia in hoc* trepidauerunt timore, vbi non erat timor, *quia potius debuissent timere offensam Dei, & pœnas perpetuas, quas propter hoc incurrebant: ideo quasi in persona eorum propheta subdit dicens*, Quis poterit habitare ex vobis cum ardoribus sempiternis, *quasi diceret propheta: Magis essent timendi ardores gehennæ sempiternæ, quàm bona temporalia perdere per Romanos; præsertim cum ille qui non fictè sicut Pharisæi sed rectè* in iustitia ambulat & loquitur veritatem, *scilicet absque hypocrisis fictione, securus sit ab aduersitatibus periculum quoad spiritualia inducentibus, de quo dicit*, Iste in excelsis habitabit munimenta saxorum, *scilicet exempla sanctorum*, Sublimitas eius, *id est, protextio eius apud Deum. Si autem quæratur, in quo reficitur talis antequam habitet in excelsis, subdit dicens*, Panis ei datus est, *scilicet panis viuus, qui de cælo descendit*: Aquæ eius fideles sunt, *scilicet doctrinæ spirituales, iuxta illud Ioan. 7. f.* Aquæ viuæ fluent de ventre. *Quæ autem sit ista præmiatio huius iusti, de quo loquitur, cum dicitur*, habitabit in excelsis, *subdit dicens*, Regem in decore suo videbunt oculi tui, *scilicet regem Christum in deitate, in qua visione clara tota merces consistit secundum August. vel peracto iudicio oculi eius videbunt regem Christum indutum decore humanitatis assumptæ. Et quia maximè longè est à statu huius vitæ, ideo subdit*, Oculi eius cernent terram de longè, *scilicet terram viuentium: Et sequitur*, Cor tuum meditabitur timorem, *scilicet admirationis. Quæ quidem admiratio consurgit ex hoc quod illi qui videbantur prudentes, & speculatiui in præsenti statu, non videntur attingere ad cernendam illam terram de longè, & de hoc dicit*: Vbi est literatus? *id est, philosophus secundum gloss.* Vbi est verba legis ponderans? *scilicet, Pharisæus, & Scriba, qui verba legis potius quam mentem legis ponderabant: vnde Math. 12. a. & Luc. 13. curare hominem in Sabbatho dicebant illicitum esse.* Vbi est Doctor paruulorum? *scilicet legisperitus, qui dicitur doctor paruulorum, eo quod dicitur ad Gal. 3. d.* Lex pædagogus noster fuit in Christo; Populum imprudentem, *scilicet incompositum in moribus.* Non videbis, *scilicet in illa terra longinqua*, populum alti sermonis, *ita quod non possis intelligere disertitudinem linguæ eius, quod secundum glo. intelligitur de rethoricis, vt Tullius, cuius facundiam & subtilitatem sermonis secundum glo. pauci intelligunt*; In quo nulla est sapientia, *scilicet quantum ad diuina*; *Quæ omnia ponuntur ad designandum, quod doctrina Christi non in* persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis sit, *sed in doctrina & veritate, vt in 1. ad Cor. 2.*

Eiectio Pharisæorum respuentium doctrinam Christi.

Vanus timor eorumdem.

De bonis qui sancto timore Dei tenentur.

Facundia & subtilitates humanæ.

Consequenter dicit: Respice Sion, *In quo propheta loquitur peccatoribus & Pharisæis, qui timuerunt Gentem perdere & regnum propter adhæsionem Christi; ostendens eis hunc timorem esse vanum, cum ecclesia Christo adhærens habet opulentiam & firmitatem non obstantibus aduersariis. Et de hoc dicit*, Respice Sion, *scilicet O Pharisæe hypocrita*, Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ, *s. ecclesiam militantem*: Oculi tui videbunt Ierusalem, *scilicet huiusmodi ecclesiam*, Habitationem opulentam, *scilicet in qua nihil deficit de necessariis ad salutem*; Tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, &c. *Ecclesia enim militans, licet Tabernaculum dicitur, respectu triumphantis, non tamen transfertur de loco ad locum sicut Tabernaculum Iudæorum factum in deserto: quia immobilis est, tamquam fundata super firmam petram. Quod intelligitur de Ecclesia spirituali præsenti, quæ in fide Christi fundata est. Et ideo rationem huius immobilitatis subdit, dicens*, Quia solummodo ibi magnificus dominus Deus noster, *supple est proprium fundamentum. Et quia in hac Ecclesia viget sana doctrina, plana & patens, sine aliquo artificio seu industria humana, ideo subdit*, Locus fluuiorum riui latissimi & patentes, nō transibit per eum nauis remigum, nec trieris magna transgredietur eum, *quia non per artificia magna neç parua huiusmodi doctrina acquirenda est.* Dominus enim noster iudex, dominus legifer noster, &c. *q. d. Totum regimen huius Tabernaculi seu Ecclesiæ est in Deo, à quo speramus salutem: & ideo hoc Tabernaculum est intransferibile, quia non per industriam humanam, sed per prouidentiam diuinam regitur.*

Ecclesiæ firmitas opulentia & doctrina

Consequenter dicit, Laxati sunt funiculi tui, sed non præualebunt, &c. *q. d. O Pharisæe, contrarium prædictorum ibi contingit, quia cum magis respiceres ad humana subsidia, quàm ad diuina, funiculi tabernaculi tui sic laxati sunt, quod iam non possunt vlterius præualere*: Sic erit malus tuus, *Quod intelligitur de templo in quo vela pretiosa pendebant, quod destructum fuit irreparabiliter per Romanos & spoliatum, de quo dicit*, Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: *Quæ quidem spoliatio deuenit ad tantam facilitatem, quod etiam infirmi vel debiles ea diriperent, & de hoc dicit*, Claudi diripient rapinam. *Et quia in hac vastatione Ierusalem, & templi per Romanos, discipuli Christi non fuerunt læsi, quia inspiratione diuina recesserunt ad terram Agrippæ, ideo dicitur*: Non dicet vicinus, elangui; *discipulos enim Christi vocat vicinos illius Ierusalem materialis, non autem ciues, quia non erant cum eis vniti. Qui quidem discipuli non solum fuerunt non læsi in illa persecutione Ierusalem, sed indulgentiam peccatorum ibidem consequuti sunt: ideo subdit*, Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas, *scilicet ex merito passionis Christi ibidem celebratæ. Et attendendum quod prædicta expositio non solum est propria & vera, sed magis litteralis quam illa quæ continetur in postil. Nam hoc quod dicitur in principio huius prophetiæ*: Possidebit timor hypocritas, *proprius verificatur de Pharisæis qui hoc nomine sæpe à Christo vocantur, & qui perniciosè timuerunt ne tollerentur ab eis regna per Romanos, quam de Sobna de quo non legitur quod timuisset, nec quod fuisset hypocrita. Similiter magis propriè dicitur* Tabernaculum, quod nequaquam tranferri poterit, *de Ecclesia, quàm de templo Salomonis: quod non post multa tempora fuit penitus destructum. & sic de aliis, vt patet intuenti.*

Excidium Iudæorum per Romanos quod fideles ex eis euaserunt.

Præfert hanc suam expositionem illi postillæ.

CAPVT XXXIV.

☞ CAP. XXXIV.

A a Accedite Gentes. † Procopius. Supra etiam cum Hierosolymorum obsidionem vaticinaretur, iudicium adiunxit, quod in omnes gentes futurum est, vt facit hoc loco. Censent nonnulli Iudaicæ synagogæ naufra-B gio, gentiumque vocatione præmissis, (multos enim claudos prædas facturos dixit.) istis necessariam qui olim claudicarunt, de Dei in omnes iudicio cathechesin instituere, & tamquam longè à se propter idololatriã remotas gentes vt accedant, inclamare. Non C desunt qui ideo ad Assyrios, quod Hierusalem fuisse viribus, non concedente Deo, expugnasse putarent, referri existiment, & ab his ad vniuersum iudicij sermonem traduci. Ita enim & Saluator eaiunt, in Euangelio postquam monuisset quæ Hierosolymis euentura essent, subiungere de vniuerso.

De huius cap. materia & quomodo connectatur cũ prioribus.

a ¶ De die iudicij generaliter. a ¶ Gentiles. b ¶ Retributionem iustam Iudæis redditam. c ¶ Iudæi.

a Accedite Gentes, & audite, & populi 1 attendite, audiat terra & plenitudo

a ¶ Habitantes in ea. a ¶ Idem: sed repetitio, confirmatio est.

eius, orbis & omne germen eius, ² quia 2 indignatio domini super omnes Gen-

a ¶ Vindicta. b ¶ Generaliter in iudicio. a ¶ Specialiter.

tes, & furor super vniuersam militiam 3

a ¶ Dæmonum. b ¶ Dicens: Ite maledicti in ignem æter. c ¶ Iusto iudicio. d ¶ Dæmones. e ¶ Quos diabolus, vel mali homines exemplo interfecerunt.

eorum. Interfecit eos, & dedit eos in occisionẽ. ³ Interfecti 4 5

a ¶ In infernum. b ¶ Peccatoribus c ¶ Peccatorum.

eorum proiicientur, & de cadaueribus eorum ascendet †

a ¶ Deficient. b ¶ Tyranni. ¶ Vel angeli, qui singulis Gentibus præsidebant. c ¶ Quos occiderunt.

fœtor. Tabescent montes à sanguine eorum⁴ & tabescet o- 6

a ¶ Dæmonum aeriorum. b ¶ Virtutes cælorum mouebuntur & cadent stellæ de cælo. c ¶ Aerij.

b mnis militia cælorum, & cõplicabuntur sicut liber cæli & 7 8

c a ¶ Dæmonum. ¶ Sub autumno.

omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea 9

a ¶ Impletus malitia peccantium. ¶ Sanguine interfectorum. b ¶ Aere in quo dæmones habitant. c ¶ Vltio.

& de ficu: ⁵ quoniã inebriatus est in cælo gladius meus. Ec- 10 11

a ¶ Post pœnam dæmonum. b ¶ Terrenam militiam. ¶ Idumæus terrenus. c ¶ Interficiendum.

ce super Idumæam descendet, & super populum interfe- † †

ctionis meæ ad iudicium. ⁶ Gladius domini repletus est san- † †

a ¶ Peccatis. b ¶ Iniquitate superborum. c ¶ Simplicium. ¶ Subiectorum. d ¶ Principum sib dinotorum.

guine, incrassatus est adipe de sanguine agnorũ & hircorũ, 12 13

a ¶ Potentiorum ducum. b ¶ Tormenta.

de sanguine medullatorum arietum. Victima enim domini 14 15

& stellæ obscurari D videbuntur, clarescente vera luce, quæ est Christus. Spiritus quoque mali amissa potestate in inferno recludentur.

c *Et complicabuntur* E *sicut liber*. Non scilicet interior, sed postquã omnia peccata aperta fuerint & derelicta, complicabuntur libri, qui aperti fuerant, vt vltra in eis non scribantur delicta: vnde, *Iudicium sedit & aperti sunt libri. Complicabuntur sicut liber cæli.* Aer iste F igne inuoluetur, & plicari videbitur sicut liber. Postquam enim omnia peccata aperta fuerint & relicta complicabuntur libri qui fuerant aperti: nihil enim postea scribetur in eis. *Hic Daniel: Iudicium sedit & libri aperti sunt.* † Epiphanivs in Ancorato. Quoad cælum & terram durent, erunt corpora in terra, quãdo verò venerit is qui cælum plicat, & librum & terram concutit, resurgent mortui. ☞ In

Complicatio librorũ vel complicatio cæli ad modum libri.

Dan. 7. cap.

Vbi supra.

b *Omnis militia cælorum.* Hieronymvs lib. 10. Sol & luna &

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXXIV.

Diuisio.

1 Accedite Gentes. *Hic Propheta comminatur Idumæis, qui fuerunt contrarij Iudæis, cum tamen debuissent eos iuuare, eo quod à duobus gemellis fratribus descenderent, s. Esau & Iacob. Primo tamen propheta comminatur omnibus existentibus in circumitu regni Babylonis generaliter; Secundo Idumæis specialiter, ibi,* Ecce super Idumæam. *Circa primum dicit,* Accedite Gentes, &c. *& per hoc insinuat, quod vult dicere magna, ideo subdit.*

2 Quia indignatio dom. super omnes gentes, &c. *quas scilicet rex Babylonis virtute armorum sibi subiecit, quæ fuerunt multa valdè, secundum quod diffusius exprimitur, Ierem. 25.*

3 Et furor. *qui non potuerunt sibi resistere virtute armorum: & bene ponitur hic* indignatio domini, *quia Nabuchodonosor non fecit illas victorias virtute propria, sed in quantum erat flagellum Dei ad puniendum peccata illius temporis.*

Nabuchodonosor flagellum Dei.

4 Interfecit eos, *id est, interficiet, loquendo de futuro per modum præteriti.*

5 Interfecti eorum proiicientur. *bestiis & auibus, insepulti.*

6 Et tabescent montes, &c. *per hoc designatur multitudo interficiendorum.*

7 Et tabescet omnis militia cælorum, *quod exponit Rab. Salo. de angelis præfectis ad custodiam dictarum Gentium, quos dicit simul puniri & contristari cum Gentibus quibus præsunt: quod est erroneum; Illi enim sunt angeli beati, & ideo non potest eis aliquid contingere, quod sit contrarium voluntati ipsorum; & ideo in nullo tristantur, nec grauantur de punitione temporali, seu æterna Gentium, quas custodiunt, quia talia procedunt secundum ordinem diuinæ iustitiæ, cui per omnia & simpliciter assentiunt: & ideo aliqui expositores hoc exponunt de dæmonibus: Sed non videtur rationabiliter dictum, quia de talibus occasionibus non tristantur, sed magis delectantur; Ideo per militiam cæli, sol, & luna, & alia astra notabilia intelliguntur, quæ frequenter in sacra scriptura militia cæli dicuntur. Huiusmodi vero astra multi Gentiles antiquitus colebant sicut deos: & ideo metaphoricè dicuntur tabescere in destructione Gentium ea adorantium, eo quod apparet manifestè, quod non poterant eas saluare.*

Angeli boni de punitione sibi commissorum non dolent.

Militia li.

8 Et complicabuntur quasi liber cæli. *In libro enim plicato quæcumque scripta sunt non possunt legi: & eodem modo dicitur hic quod Gentiles ex constellationibus futura prænosticantes non poterant ibi videre infortunia superuentura per Nabuchodonosor.*

Astrologia.

9 Et omnis militia eorum defluet, *id est, influentia stellarum eis non proficiet.*

10 Quoniam inebriatus est in cælo gladius meus, *id est, gladius vindictæ meæ ex ordinatione cælesti, seu diuina, extentus est ad afflictionem Gentium, & effusionem multi sanguinis eorum.*

11 Ecce super Idumæã descen. *Hic cõsequenter propheta inuehitur contra Idumæos specialiter. Et diuiditur in tres partes, quia primo comminatur eis hominum occisionem; Secundo terræ destructionem, ibi,* Et conuertentur; *& tertio ponit vtriusque dicti confirmationem, ibi,* Requirite diligẽter. *Circa primum dicit in persona domini,* Ecce super Idumæam, *& patet littera vsque ibi:*

12 De sanguine agn. *id est, minorum,* 13 Et hir. *i. mediocrum.*

14 De sanguine medullat. arie. *i. maiorum, in potentia & diuitiis.*

15 Victim. enim do. *i. interfectio peccatorum ex sententia domini.*

☞ In

MORALITER.

† 1 *Accedite Gentes.* Hic ad litteram describitur persecutio generalis aliarum gentium per regem Babylonis, quæ confusio interpretatur; ideo per ipsum diabolus designatur, qui est rex inferni, vbi nullus est ordo sed summa confusio. Ipse verò persequitur generaliter genus humanum cum potentia, nequitia, & astutia, propter quod solliciti debemus esse de bona resistentia, ideo dicitur, *Accedite Gentes, s.* ad resistendum impugnationi dæmonum.

Diabolus impugnans fideles.

2 *Quia indignatio, &c.* Dicitur autem dominus Gentibus indignari, in quantum permittit homines à dæmonibus grauiter tentari.

3 *Et furor, &c.* Id est super magis perfectos, quos Deus aliquando permittit tentari grauius: & patet in negatione Petri.

5 *Interfecti, &c.* peccato mortali. † *Proiicien.* in foueam inferni.

6 *Tabescent montes, &c.* quia religiosi (qui per montes signantur) dolent de damnatione hominum.

8 *Et complicabuntur, &c.* id est viri perfecti, quorum conuersatio in cælis est. Qui dicuntur hic complicari ex timore propriæ fragilitatis, & diuinæ seueritatis.

11 *Ecce super Idumæam.* Hic ponitur persecutio specialis Idumææ, quæ sanguinea interpretatur; & sic dicitur, *Ecce super Idumæam descendet.* scilicet ira Dei in quantum permittit eam peccatis enormibus maculari. † *Et super populum, &c.* i. super clerum qui dicitur populus interfectionis. † *Ad iudicium.* quia iusto Dei iudicio sic permittitur spiritualiter iugulari, & sic iustius puniuntur; vnde subditur, † *Gladius domini, &c.* Per *sanguinem* signantur peccata iracundiæ, inuidiæ, & huiusmodi. Per *adipem* † verò

Clerici mali.

[Bo]sra. HIERO. lib. 10. In ciuitate mundi contra Deum munita. A [Mundus] enim † munita vel ex Deo, Mundus enim voluntate domini [munitur]. Vnde: *Ipse super maria fun. eum*: Et, *Ego confirmaui columnas eius.* Bosram & Edom, Hebræorum magistri Romam volunt intelligi, & omnia de ipsa dici, quæ sequenti continentur capitulo.

b *Quia dies vltionis domini annus retributionis.* Post generalem mundi vltionem, ad Ierusalem reuertitur, cui primum loquebatur, & destructionem eius plano sermone describit, quæ facta est à Romanis.

B c *Et conuertentur torrentes eius in picem*, Hyperbolice, sæuitiam Romanorum; & prouinciæ & ciuitatis & templi significat incendium.

d *Et Hericius.* GREG. in pastor. 3. part. admon. 11. Per Hericiū impuræ mētis seseque callidè defendentis duplicitas designatur. Hericius cū apprehéditur, caput & pedes conspiciuntur, sed apprehensus in sphæram colligitur. Caput cernitur & pedes, cū quo initio peccator adculpā venerit, vel quibus vestigiis culpa perpetrata sit, cognoscitur. Sed adductis excusationibus, & initia iniquitatis & vestigia absconduntur, cum is qui corrigit, cuncta quæ prius nouerat amittēs, tergiuersatione prauæ defensionis inuolutum intra conscientiam peccatorem † cōperit. Ma-

Muratu. — De duplicitate nequā quæ excusat vel defendit peccata. — * operit.

a ¶ Quis est iste qui venit de Edom tin. ve. de Bosra. b ¶ Mundo, sanguineo vel terreno. Edom namque sanguineus vel terrenus. c ¶ In infernum.

a in Bosrâ, & interfectio magna in terra Edom.[7] Et descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus. Inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium.[8] Quia dies vltionis domini annus retributionis iudicij Sion.[9] Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardentem,[10] nocte & die non extinguetur in sempiternum. Ascendet fumus eius à generatione in generationem, desolabitur in sæcula sæculorum, nōn erit trānsiens per eam,[11] & possidebunt illām Onocrotalus, & Hericius & ibis, & coruus habitabunt in eā. Et extendetur super eam mensurā, vt redigatur ad nihilum, & perpēndiculum in desolationē.[12] Nobiles eius nō erūt tibi, regēm potius inuocabūt, & ōnes principes eius erunt in nihilū.[13] Et orietur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & Paliurus in munitionibus eius, & erit cubile draconū,

(interlinear glosses:) a ¶ Monarchiam mundi obtinentes sicut Nero. b ¶ Principes alij. — a ¶ Infernus. b ¶ Malitia. c ¶ Idem. d ¶ Superbia. — a ¶ Veniet. b ¶ Sanguinis Christi. — c ¶ Tempus prædicationis Christi contempti à Iudæis, quod in iudicio retribuet eis, & in tempore captiuitatis. — ¶ Assiduè. — a ¶ Signum & memoria illius incendij. ¶ A Iudæis. — a ¶ Decreuerunt Romani vt nemo Iudæorum reuerteretur ad terram natiuitatis suæ. b ¶ Iudæus libere sicut ante. — a ¶ Iudæam. b ¶ Solitarius. — a ¶ Vbi templum prius & sedes regia. b ¶ Pœnę secundum mensuram culpæ. — a ¶ Diuinæ iustitiæ, quæ non potest immutari. ¶ Cementarij regula. — a ¶ Christum. ¶ Cæli. b ¶ Scribæ, Pharisæi, & Sacerdotes. — a ¶ Quodnam ornatissimis. b ¶ Pro diuitiis. — a ¶ In templo, in domo regia. b ¶ Ibi. c ¶ Signa extremæ solitudinis.

D Malitiosæ enim mentis duplicitas sese intra se colligens, absconditur in tenebris defensionis.

e *Ibis.* Auis aquatica serpentibus inimica: Has aues dicit Iosephus à Moyse delatas in bellum contra Æthiopes; quia serpentes abundant in terra illa, per quam aditurus erat.

Ibis — Iosephus l. 2. ca. 7.

f *Nobiles eius.* Apostoli enim iam transierant ad Gentes: Alij fideles admonitione spiritus sancti, imminente captiuitate trāsierunt Iordanem in regnum Agrippæ qui pacem habebat cum Romanis. E

g *Spina & vrtica & Paliurus in munitionibus eius.* Moraliter. GREGOR. lib. 33. moral. cap. 5. Quid per spinas, nisi punitiones virorum? Quid per vrticas, nisi peccatorum prurigines? In domibus Babylonis spinæ & vrticæ pullulant: quia in confusione mentis reprobæ, & desideria cogitationū surgunt quæ exasperant; & peccata operum, quę pungunt. F Paliurus tanta spinarum circumdatione densescit, vt pro asperitate vix tangi possit: Intus vrtica & spina nascitur, sed vtrumque exterius per paliurum munitur, quia minores iniqui mala quælibet faciunt, si ea nequissimi maiores tuentur.

Quid per vrticas, spinas, &c. designetur?

h *Et erit.* GREG. lib. 8. moral. c. 15. Mora. Contra peruersam mentem

NICOLAVS DE LIRA.

1 In Bosra. *De hac enim ciuitate fuit Ioab rex Edom, Genes. 36.*
2 Et descendent vnicornes, *id est, superbi & ceruicosi.*
3 Et tauri cum potentibus, *id est, indomiti.*
4 Inebriabitur terra eorum sanguine. *In hoc notatur magnitudo effusionis sanguinis humani: cuius causa subditur, cum dicitur.*
5 Quia dies vltionis domini. *Sic enim fuerunt puniti Idumæi: eo quod fuerunt molesti & aduersarij Iudæis, quorum ciuitas Metropolis fuit Ierusalem, in qua erat mons Sion.*
6 Et conuertentur. *Hic consequenter Propheta comminatur eis terræ destructionem, cum dicitur:* Et conuertentur torrentes eius in picem, *id est, in corruptionem & amaritudinem ex multitudine sanguinis ibidem decurrentis, & cadauerum ibidem proiectorum.*
7 Et humus eius in sulphur, *hoc est, in fœtorem ex cadaueribus exhalantem.*
8 Et erit terra eius in picem ardentem nocte & die, *quia habitacula illius terræ fuerunt combusta ab aduersariis ita faciliter, ac si essent linita pice.*
9 Non extingue. *opere humano: Ignis enim ille non fuit extinctus ab incolis, qui erant pro maiori parte interfecti, & residui fugitiui vel capti; nec ab aduersariis qui ignem accenderant, sed solum cessauit per defectum materiæ combustibilis. Vel potest dici, quod in aliqua parte illius terræ in signum diuinæ vindictæ apparuit ignis exiens de venis sulphureis terræ, qui adhuc perseuerat: sicut est in Sicilia in monte Aethna, ideo subditur:* Ascendet fumus eius.

Idumææ vastatio.

10 Non erit transiens per eam, *quia euacuabitur ab incolis.*
11 Et possidebit eam Onocrotalus, *auis est immunda: Et dicitur ab onos quod est asinus, eo quod habeat faciem aliquo modo similem asino, vt habetur in libro qui dicitur catholicon. Hebræi tamen dicunt hic Noctua, quæ est auis volans de nocte.*
12 Et Hericius, *animal est paruum spinosum.*
13 Et ibis, *id est Ciconia: Hebræi dicunt monedula; per ista designatur vastatio terræ, quia ista habitant in locis desertis.*
14 Et extendetur super eam mensura, *id est, destructio erit & vastatio secundum mensuram peccatorum: ideo subditur.*
15 Nobiles eius non erunt ibi, *quia erunt interfecti vel capti; ideo subditur.*
16 Regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum, *id est, regem Babylonis, cui erunt subiecti, inuocabunt, vt eorum misereatur, quia tamen non inuenient apud eum misericordiam, subditur:* Et erunt, &c.
17 Et orientur in domibus eius, *ruinosis & derelictis.*
18 Spinæ, & vrticæ, & Paliurus in munitionibus eius. *Carduus est spinosus, cum quo parantur panni.*
19 Et erit cubile draconum. *Per omnia ista intelligitur quod terra ad solitudinem redigetur.*

Onocrotalus. — Hericius. — Carduus.

MORALITER.

† vero peccata carnalis concupiscentiæ, quæ vigent in clericis & in obstinatis, qui punientur pœna Gehennæ.
2 *Et descendent vnicornes cum eis.* Per vnicornes & tauros signantur dæmones cum eis puniendi.
4 *Inebriabitur terra eorum sanguine.* Per terram intelliguntur laici terrenis actibus implicati, qui peccatis inficiuntur clericorum dicentes: Quare non faceremus, quia clerici & religiosi talia faciunt, qui sunt doctores nostri?
6 *Et conuertentur torrentes eius in picem*, id est doctrinæ ecclesiæ in contemptum & vilitatem. Gregor. Hom. 37. *Cuius vita despicitur: restat vt eius prædicatio contemnatur.*
7 *Et humus, &c.* id est corpus, quod de humore post eius resurrectionem ardebit igne gehennæ fœtido & æterno.

De laicis qui malorum clericorum vitia non bonorum virtutes imitati volunt.

10 *Non erit transiens*, quia nullus euadere poterit de gehenna.
11 *Et possidebunt eam Onocrotalus*, per hæc animalia signantur diuersa dæmonia.
14 *Et extendetur super eam mens. &c.* sc. diuinæ iustitiæ.
† *In desolationem.* s. finalem & consummatam: sicut per oppositum gloria sanctorum erit gratia consummata; ideo subditur.
15 *Nobiles eius*, id est virtuosi de ecclesia.
† *Non erunt ibi*, sed in gloria cælesti.
16 *Regem potius inuocabunt*, id est, Deum continuè laudabunt.
† *Et omnes prin. &c.* id est, omnes in Ecclesia superbè dominantes.
† *In nihilum*, id est, totaliter deiecti.
17 *Et orientur in domibus eius spi.* per quæ designantur diuersæ pœnæ quæ sunt in gehenna.
19 *Et erit cubile draco.* i. dæmonum diuersorum. Et quoniam hæc scri-

Pœna gehēnæ.

☞ tem sub Iudææ specie dicitur.

A *Erit cubile draco.* Quid per dracones nisi malitia? Quid verò Struthionis nomine, nisi hypocrisis designatur? Struthio nanque speciem volandi habet: quia & hypocrisis cunctis intuentibus imaginem de se sanctitatis insinuat, sed vitam sanctitatis ignorat. In peruersa ergo mente draco cubat, & Struthio pascitur: quia & latens malitia callidè tegitur, & intuentium oculis simulatio bonitatis antefertur. Quid verò onocentauri nomine nisi & lubrica vita signatur & elati? Græco, quippe eloquio ὄνος dicitur asinus, & appellatione asini, luxuria designatur. Onocentauri ergo subiecti sunt luxuriæ & vitiis. Inde ceruicem erigunt, vnde humiliari debuerunt. Vnde bene subiungitur: *Et pilosus clamabit alter ad alterū.* Qui alij pilosi nomine figurantur, nisi hi, quos Græci πανας Latini verò incubos vocant? Quorum nimirum forma ab humana effigie incipitur, sed bestiali extremitate terminatur. Pilosi ergo nomine cuiuslibet asperitas designatur: quæ & si quando ab obtentu rationis incipitur, semper tamen ad irrationabiles motus tendit. Quasi homo

De malitia & hypocrisi. — *Onocentaurus quos designet?* — *Incubi.*

a ❡ Inuicem. b ❡ Monstra dæmonum.

& pascua struthionum, [14] & occurrent dæmo-[1]

a ❡ Ex asino, per quem stulti & libidinosi: & tauro, per quem notantur superbi: his dæmones occurrent, suggerendo, adiuuando.
b ❡ Secundum aliquos simia: secundum alios, syluestres, homines, vel incubones.

nia onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad [2]

a ❡ Cetera habet feminea pedes equinos.

alterum. Ibi cubauit Lamia, & inuenit sibi re- [3]

a ❡ Spinosus.

quiem. [15] Ibi habuit foueam Hericius, & enutriuit catulos, & circumfodit & fouit in vmbra

a ❡ Auis rapax. b ❡ Clamauit.

eius. Illuc congregati sunt milui alter ad alte-

a ❡ O venturi. b ❡ Hoc scilicet quem à domino didicit.

rum. [16] Requirite diligenter in libro domini, & [4] [5]

a ❡ Monstris. b ❡ Par parem, quia dominus adduxit vtrumque.

legite, vnum ex eis non defuit, alter alterum [6] [7]

a ❡ Audiam quid loquatur dominus Deus.

non quæsiuit, quia quod ex ore meo proce- [8] [9]

a ❡ Christus.

dit ille mandauit, & spiritus eius ipse congre- [10] [11]

a ❡ Monstra. b ❡ Quis ibi maneret. ❡ Quasi: Eius decreto omnia complebuntur, & ordinem suum non relinquent. c ❡ Potentia.

gauit ea, [17] & ipse misit eis sortem, & manus e- [12] [13] [14]

a ❡ Possessionis.

ius diuisit eam illis in mensuram, vsque in æ- [15]

a ❡ Non monstra, sed eorum significata.

ternum possidebunt eam, in generatione &

a ❡ Omnes bestiales monstruosi.

generationem habitabunt in ea.

D mo in bestiam desinit cū culpam per imaginē rationis inchoans, vsque ad irrationabilē effectū trahit. Pilosus alter ad alterū clamat, cū ad perpetrandam malitiam prouocat. a *Ibi cubauit Lamia.* † GREG. lib. 33. moral. ca. 24. Per lamiā hypocritæ designātur. Lamia enim humanā dicitur habere faciem, corpus autem bestiale: hic & omnes hypocritæ, in prima facie quod ostendūnt, quasi ex ratione sāctitatis est, sed bestiale est corpus quod sequitur, quia valde iniqua sunt quæ sub boni specie moliuntur.

E

b *Illuc.* HIERONYMVS. Tropol. Expulso populo Iudæorū, sub bestiarum & portentorum nominibus idololatras, & superstitiosos in Ierusalē habitatores significat: & hos onocrotalos, Hericios ibim & coruum, dracones, & struthiones onocentaurosq; & dæmonia, lamiamque appellat, quam quidā Hebræorum furiam suspicātur. Et reuera si cōsideremus de diuersis gentibus adductas Ierusalem colonias, & secundum ritum prouinciarum suarum singulas prouincias familiasque propriorum dæmonum coluisse portenta: Hæc omnia habitasse firmabimus in Ierusalem.

F

Hypocritæ. — *Hierosolymis qualia monstra cōsederint.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et occurrent dæmonia, onocentaurus. *Secundum expositores nostros dicuntur hic dæmonia, dæmones incubi, vel homines siluestres: Onocentauri autem animalia monstruosa in parte superiori similitudinem hominis habentia, in inferiori asini; ideo dicitur ab onos quod est asinus: Hebræi sic dicunt.* Et occurrent Martinæ cattis siluestribus: *Et dicuntur Martinæ apud eos animalia similitudinem habentia cum simiis, sunt tamē caudata.*

2 Et pilosus clamabit alter ad alterum, *id est, vlulabit: Et dicuntur hic pilosi secundum Hebræos animalia ferociora & pilosa, sicut lupi & huiusmodi.*

3 Ibi cubauit lamia & inuenit sibi requiem, *est animal monstruosum habens in superiori parte similitudinem mulieris, & in inferiori pedes equinos. Cetera patent ex dictis.*

4 Requirite diligenter in libro domini. *Hic consequenter ponitur prædictorum confirmatio, cùm dicitur.* Requirite diligenter in libro domini, *id est, in hoc libro Isaiæ, qui scripsit ipsum spiritu sancto dictante, prout dictum fuit in principio huius libri.*

5 Et legite, *scilicet, futuris temporibus, & inuenietis quòd*

6 Vnum ex eis. *quæ prædixi ventura supra Edom.*

7 Non defuit. *quin sit adimpletum.*

8 Alter alterum non quæsiuit, *hoc est, dictum hoc non contigit ex casu, nec ex humana industria, sed ex ordinatione diuina; ideo subditur.*

9 Quia quod ex ore meo procedit, *prophetando.*

10 Ille, *scilicet Deus.*

11 Mandauit. *mihi inspirando.*

12 Et spiritus eius ipse congregauit ea, *scilicet, animalia monstruosa prædicta.*

13 Et ipse misit eis sortem, *scilicet ad locum habitandum.*

14 Et manus eius diuisit eam illis in mensuram, *id est, singulis secundum sua natura conuenientiam.*

15 Vsque in æternum possidebunt eam. *In Hebræo habetur,* Vsque in sæculum, *quod propriè significat tempus 50. annorum. Aliquando tamen accipitur in scriptura pro maiori parte, aliquando pro minori: vnde non accipitur hic pro duratione perpetua, quia Idumæa post destructionem dictam per Nabuchodonosor fuit postea habitata ab hominibus & prædicta animalia inde eiecta.*

Onocentauri. — *Martinæ.* — *Pilosi.* — *Lamia.* — *Quid sit in æternum & in sæculum.*

MORALITER.

† scripta sunt in nouo ac veteri testamento; subditur.

4 *Requirite diligenter*, vt per bonam considerationem istorum possitis pœnam euadere tormentorum.

ADDITIO.

In cap. 34. Accedite Gentes.

Istud cap. (in quo propheta inuitat omnes Gentes ad audiendum, & indignationem domini super omnes Gentes comminatur, & cōsequenter restringit se ad Idumæam tantum, de cuius vastatione plura & principalia quæ in hoc cap. continentur, denuntiantur) secundum postil. in postilla sua principaliter exponitur de Idumæis ab Esau descendentibus, eo quòd fuerunt contrarij Iudæis, cum tamen debuissent eos iuuare, eo quòd à duobus gemellis fratribus descenderant, prout in postilla largius continetur, quod non videtur rationabiliter dictum. Tum quia per præambulum huius prophetiæ datur intelligi quod indignatio Dei, de quâ hic agitur, sit maxima respectu prædictarum quæ in prophetis præcedentibus fuerunt tradita: Dicit enim. Accedite gentes, &c. Audiat terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & omne germen eius. *Quæ verba, quæ tam maximam attentionem denuntiant, & totum orbem terrarum ad audiendum excitant, non leguntur in aliis prophetiis Isaiæ, in quibus de destructione Babyloniorum, Assyriorum, & Aegyptiorum, & aliorum agit. Ex quo videtur, quod in hoc cap. de acerbiori & duriori indignatione Dei tractet. Tum quia fraternitas gemella, Esau & Iacob, quam allegat ad hoc, quod debuissent Idumæi adiuuare Iudæos, numquam fuit causatiua amicitiæ, sed potius causauit inter eos magnam inimicitiam tam in suis primordiis, vt patet, Genesis 25. cap. vbi de ipsis gemellis in vtero exeuntibus dicitur,* Collidebantur in vtero eius paruuli: *quam in processu in suis posteris, vnde Exod. 17. Primus aduersarius, qui exiuit obuiam populo Israel ad pugnandum cum eis, cum exirent de Aegypto, fuit Amalech filius Eliphaz, primogeniti Esau: vnde 2. Re. 8. b. dicitur de Dauid:* Posuit in Idumæa custodes, statuitque præsidium, & facta est vniuersa Idu-

Non probat expositionē huius cap. quam prosequitur postil. — *Esau & Iacob & gentium ex vtroque natarum inimicitiæ.*

A Idumæa seruiens Dauid. *Ex quo patet, quod istæ duæ Gentes, Israel, scilicet & Idumæa non habebant se ad inuicem vt fratres, sed potius vt aduersarij, prout fuit prophetatum de eis, Gen. vbi supra*, Duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit. *Non ergo ex tali fraternitate videntur sequi, quod Idumæi tam acerbißimè debuissent puniri, eo quod non adiuuissent Israelem.*

Vnde aliqui expositores nostri hoc cap. videntur exponere principaliter de finali iudicio, in quo omnes reprobi punientur ex omnibus nationibus. Et licet huic expositioni plurima quæ in hoc cap. continentur concordent, tamen non consonat ei hoc quod dicitur inf. Regem potius inuocabunt, *cum in iudicio nec post iudicium non sit aliud regnum, nisi regnum Christi, quem non possunt inuocare damnati, in quibus malignitas odij semper permanet, vt in 4. sententiarum dist.* 47.

Ecclesiæ Romanæ destructionem esse futuram per Messiam est Iudæorum opinio.

Ra. Sa. vero & communiter omnes Hebræorum expositores, hoc c. exponunt de Romano imperio seu regno. Vnde glo. nostra: per Bosra & Edom, Hebræorum magistri Romam volunt intelligi, & omnia de ipsa dici quæ continentur in sequenti c. *Hæc gl. Circa quam attendendum, quod per Romam intelligunt ecclesiam Romanam, cuius caput in terris est Roma, quam dicunt esse destruendam per Meßiam ab eis expectatum. Quod quidem regnum ecclesiæ dicunt esse præfiguratum per quartam bestiam, Dan. 4. ca. quæ destruenda est per vnum regnum incorruptibile à Deo suscitandum, prout ibidem habetur. In qua expositione duo falsa præsupponunt. Primum, scilicet, quod regnum Christi, seu ecclesiæ, sit figuratum per quartam bestiam in visione Danielis contentam. Quod est manifestè falsum, prout plenè fuit expositum in additionibus super Dan. ca. supradicto. Secundum præsupponunt, quòd populus Christianus est Idumæus, & sic tenent in omnibus suis libris, tam Thalmudicis, quàm aliis: vnde in hoc cap. Ra. Canbi sic dicit, quod regnum Romanum, &* B *omnes qui tenent legem Nazareni pro maiori parte sunt Idumæi, licet eis fuerunt aliquæ nationes admixtæ. Similiter dicit, quòd Cæsar & omnes reges qui fuerunt ante eum in Roma sunt Idumæi. Ad quod probandum nihil allegat, sed solum suam fabulosam narrationem præsupponit tamquam veram: cuius falsitas tamen est manifestißima. Christiani enim si dicantur descendere secundum fidem, tunc principaliter descendunt à Christo, cuius fidem & denominationem tenent, qui de Dauid, & per consequens de Iacob descendit, non autem de Esau. Si autem loquentur de descensu secundum carnem, tunc de omnibus nationibus sunt indifferenter, vnde Petrus Apostolus, Act. 10. e.* In veritate comperi, quòd non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente, &c. *Paulus etiam ad Ro. 10. inquit:* Non est distinctio Iudæi, & Græci. *Dicere ergo, quod per Idumæam intelligatur Christianitas seu ecclesia Romana, non solum non habet fundamentum, sed etiam manifestè est falsum.*

Duo falsa in prædicta opinione.

Per Idumæos intelligunt Iudæi Christianos.

Psal. 36. c.

Et notandum quod in hoc loco sicut in aliquibus aliis verificatur de eis illud Psalmistæ, Gladius eorum intret in corda ipsorum. *Nam si bene considerentur scripturæ, Idumæa in hoc loco, & in aliis similibus, significat ad litteram Synagogam Iudæorum, quæ per peccatum negationis & occisionis Christi facta est ecclesiæ Dei inimica: sicut Idumæa ab Esau descendens, aduersatrix fuit ipsi Ierusalem.*

Ad cuius declarationem ostendendum est quomodo Idumæa, quandoque sub Metaphora litteraliter significet prædictam Synagogam Iudæorum. Secundò, qualiter littera huius c. applicetur Idumææ in hoc sensu sumptæ. Circa primum sciendum, quod secundum Isidorum. 7. Ety. Esau qui primogenita sua propter escam fratri suo minori vendidit, ac postmodum paterna benedictione sibi promissa priuatus est, signat eumdem populum Israeliticum, qui à Deo vt Exo. narrat liber, primogenitus filius nuncupatus est: Qui etiam propter præsentis sæculi lucra non solum primatus sui honorem amisit, verùm etiam & regni cælestis præmium præparatum adipisci non meruit, domino exprobrante cum dicitur: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti voluntatem eius. *Hæc ille. Ex quo per locum ab oppositis (per quem, sicut propositum de proposito, sic & oppositum de opposito verificatur) quod sicut primogenitura & benedictio Esau primogeniti secundum carnem transiuit in Iacob minorem, sic primogenitura & benedictio Synagogæ Sathanæ primogeniti secundum carnem, transiuit in ecclesiam ætate minorem: & sicut in Israeliticam dignitatem Gentium transiuit plenitudo, in tantum quòd Gentes, veram fidem ipsius Iacob recipientes populus Israelis dicantur (vnde infra 44. a. de Gentili ad fidem accedenti legitur,* Et in nomine Israelis assimilabitur:) *Sic eadem ratione descendentes à Iacob secundum carnem, & ab eius fide recedentes, sicut in Synagoga Iudæorum Christum negantium & crucifigentium, in abiectionem transeunt Idumeticam, vnde & nomen Idumææ sibi vendicauerunt, quæ ab exordio fuit Israeli inimica, & ideo Apoc. 2. c. de ipsis dicitur:* Qui dicunt se Iudæos & non sunt, sed sunt Synagoga Sathanæ.

C Idumæi nunc temporis qui propriè nuncupentur.

Figura Synagogæ & ecclesiæ.

Et notandum, quod exordium huius distinctionis. s. Synagogæ & ecclesiæ, propriè figuratur in exordio horum duorum fratrum, scilicet Esau & Iacob, Ge. 25. Si diligenter attendatur: omnia enim horum fratrum gesta principaliter fuerunt figuratiua, vt ibidem in additione dictum fuit. Sicut enim ibidem collidebantur in vtero paruuli, sic hic in vtero materno, s. in gremio sacræ scripturæ, quæ est mater vtriusque, cum ex ipsa scriptura sacra materiam vitæ spiritualis sumit. In quo quidem vtero tam Synagoga quàm ecclesia continuè colliduntur, repugnantes sibi inuicem in eius intellectu. Sicut etiam primò egressus est Esau, secundò verò Iacob: sic & hic Synagoga patrum, scilicet antiqui testamenti primo egressa est, Consequenter verò ecclesia Christi, scilicet noui testamenti. Sicut etiam ibi Iacob egrediens, plantam fratris tenebat manu: sic ecclesia in primo suo exordio, quod incepit à paßione Christi, quodammodo ritum Synagogæ tenebat in obseruantiis legalibus, Nam à tempore paßionis Christi vsque ad diuulgationem Euangelij secundum Aug. licet legalia mortua erant, non tamen mortifera. Vnde & Paulus circumcidit Timoth. Sicut autem ibi post egressum totaliter sunt diuisi, vnde dicit, Duo populi ex ventre tuo diuidentur: *Sic & hic ecclesia & Synagoga omnino sunt diuisæ in fide & moribus. Sicut etiam ibidem dicitur,* populus populum superabit, & maior minori seruiet: *sic Synagoga, quæ est maior natu, ecclesiæ, quæ minor est natu, seruit. Ex quibus patet intentum: scilicet quod sicut vniuersalis ecclesia Gentium in vnitate fidei Christi adunata, verè & propriè dicitur Israel, & domus Iacob (de qua angelus ad virginem,* Regnabit in domo Iacob in æternum. *Lu. 1. c.) sic & Synagoga Sathanæ, scilicet Iudæorum, quæ domui Iacob, scilicet veræ ecclesiæ est inimica, Idumæa dici debet.*

D

Esau Synagogam Iacob Ecclesiam præsignauit.

Item ad hanc veritatem confirmandam facit quoddam valde notabile, quod habetur ex codicibus eorum valde autenticis. Tradunt enim & firmiter credunt, quod doctrina Thalmudica nefanda eorum, fuit data Moysi à Deo in monte Synai ore tenus. Quæ quidem doctrina falsa & Pharisaica redacta fuit in scriptis per quemdam qui dicitur apud eos Ra. Iudanasci, qui totam illam doctrinam accepit à quodam qui dicebatur Ra. Mayr, à cuius auctoritate dependet illa doctrina: sed constat per eos quod Ra. Mayr, ille, qui fuit principalis auctor, erat Idumæus natione, & recepit fidem & ritum Iudæorum per tempus post paßionem Christi: vnde & proselytus Idumæus apud eos dicitur, quæ omnia habentur in diuersis locis in Thalmud, & epilogantur per ordinem in summa Rabbi Moysi Aegyptij, quæ apud eos est solemnißima, in prologo suo, vbi agit de auctoritate Thalmudicæ doctrinæ.

E Qui sint auctores doctrinæ Thalmudicæ.

Ex quo patet quod sicut ecclesia Christi dicitur ecclesia apostolica, eo quod doctrinam Euangelicæ legis recepit à Christo mediantibus apostolis: sic Synagoga Iudæorum, qui doctrinam Thalmudicam habent pro lege, dicenda est Idumaica, eo quod recepit doctrinam illam mediante illo Rabbi Mayr Idumæo, & sic habetur primum intentum.

Circa secundum dicitur in littera, Accedite gentes & audite, populi attendite: audiat terra & plenitudo eius; *in quo inuitat propheta omnes gentes ad audiendum sententiam latam contra Idumæam, s. Synagogam. Nam sicut paßio Christi per Synagogam malitiosè procurata, fuit diuulgata per orbem per prædicationem apostolorum: sic condecens est, vt pœna Idumææ, scilicet Synagogæ, omnibus gentibus insinuaretur ad laudem diuinæ iustitiæ; & sequitur,* Quia indignatio Domini super omnes Gentes. *Ad quod sciendum, quod sicut cum Israele de Aegypto exeunte, multum vulgus promiscuum exiuit, vt habetur Exo. 12. sic cum ipsis ascendentibus de Babylonia multi se miscuerunt, vt patet Esdræ 5. idcirco tempore paßionis Christi dicuntur fuisse in Ierusalem de cunctis nationibus, vt habetur Act. 2. Et quia de ipsis multi adhæserunt Synagogæ, vnde in lapidatione Stephani Act. 6.* Surrexerũt quidam de Synagoga quæ appellabatur libertinorum, *Ideo dicit,* Indignatio Domini est super omnes gentes, *vt intelligatur distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum. Fuit etiam Synagoga postmodum per orbem terrarum ignominiosè dispersa, prout fuit pronosticatum per Moysen, Deut. 38. & sic vindicta de ipsis inflicta publicatur per omnes Gentes. Qualis autem fuerit hæc vindicta, declarat dicens.* Interfecit eos, &c. *Quod primum impletum fuit per Romanos, qui capta ciuitate Ierusalem innumerabiles occiderunt. Consequenter post modicum tempus in ciuitate quæ dicitur Bieber, vbi falsum Meßiam super se posuerunt, & postea à Romanis obsessi & capti, multa millia ex eis cum suo Meßia fuerunt occisi, prout in historia Iosephi, & in aliis Thalmudicis historiis narratur. Et quia talium cadauera propter eorum multitudinem insepulta remanebant: ideo subdit,* interfecti eorum proiicientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor: *Quæ quidem interfectio, seu occisio non cessat, sed quodammodo continuè durat, cum per interualla temporum quandoque in Gallia, quandoque in Anglia, aliquãdo in Hispania, & sic de aliis nationibus multa millia occiduntur à regibus seu à populis. Nam vt hæc vindicta esset in memoria hominum, & non traderetur obliuioni, disposuit Deus, quod in processu temporum, & in diuersis nationibus seu regionibus exerceretur, & non simul de terra delerentur, prout propheta orauit in Psal. dicens,* Ne occidas eos, *scilicet simul,* ne forrè obliuiscantur populi mei, *prout fuit ibi expositum in additione.*

Exterminiũ Iudæorum propter Christi cædem factum famosissimum.

F

Variæ Iudæorum cædes factæ in variis terris fidelium.

Sequitur in littera, & tabescet omnis militia cælorum, *scilicet dæmonum aereorum secundum glossam: quia deficientibus membris eorum, quodammodo videntur tabescere vel annihilari, de quo dicit:* Et † complebuntur

† complicabuntur

A tur sicut liber cæli, *quia sicut in libro complicato nihil apparet legendum: sic non apparebunt huiusmodi aereæ potestates, ac si essent vetustate ad cõsumptionem tendentes, de quo dicit,* Et omnis militia eorum defluet, &c. *& sequitur:* Quoniam inebriatus est in cælo gladius meus, *quia, scilicet per cælestem sententiam inebriatus est sanguine interfectorum gladius diuinæ vindictæ modo prædicto. Et sequitur:* Et descendet, scilicet, *gladius meus de cælo* super Idumæam. *sci. synagogam prædictam.* Et super populum interfectionis meæ, *scilicet qui me interfecerunt,* ad iudicium, *scilicet, diuinum manifestandum.*

Et quia hæc vltio se habebat extendere ad omnes, tam maiores quàm minores, ideo sequitur: Gladius Domini repletus est sanguine, &c. *vsque ibi:* Victima enim Domini in Bosra. *Ad quod sciendum, quòd Bosra est ciuitas regia in terra Idumææ, vt habetur, Gene. 36. Et sicut hic, Idumæa accipitur pro synagoga, rationibus iam dictis; sic Bosra pro eodem accipitur, sub alia tamen ratione. Bosra enim interpretatur vindemiata, Nam Batsar, in Hebræo significat vindemiam: Synagoga enim ante aduentum Christi dicebatur vinea Domini, supra 5. cap.* Vinea Domini domus Israel est. *Quæ quidem vinea licet ante habuisset palmites cum racemis seu fructum, tamen post passionem Christi nihil in ea remansit boni fructus: sicut in vinea post vindemiam nihil fructus remanet, qua consideratione propriè dicitur Bosra, scilicet vindemiata. Cetera patent ex dictis vsque ibi.* Quia dies vltionis Domini, *scilicet sanguinis Christi, prout in gloss.* Annus, *id est, tempus* retributionum iudicii Sion, *quia non solum Idumæa, scilicet synagoga, persecuta est Christum caput, sed etiam membra sua Ecclesiæ, quæ per Sion designantur. Vnde: Matthæi. 23. Cùm reprobasset synagogam Iudæorum ex persecutione prophetarum & huiusmodi, dicens,* Ecce ego mitto ad vos prophetas, &c.

Synagoga quæ persecuta est Christum & eius membra.

B Et ex illis occidetis in synagogis vestris. *subdit:* Vt veniat super generationem istam omnis sanguis innoxius, qui effusus est à sanguine Abel iusti, &c. *Ex quo patet, quod vindicta omnis sanguinis effusi iustorum Ecclesiæ ab Abel incipientis; descendere debet super Synagogam, quæ per Idumæam hic intelligitur, & sequitur:* Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, &c. Et ascendet fumus eius in generatione & generationem. *Per torrentes enim intelliguntur doctrinæ quæ à sacra scriptura fluunt per veros doctores, sicut supra ca. 33. de simili dicitur.* Locus fluuiorum riui latissimi, *& in sequenti ca. dicitur.* Et torrentes in solitudine. *Vnde torrentes Synagogæ, quæ in antiquis fluebant à sanctis prophetis & doctoribus in aquas saluberrimas, postea conuersi sunt per doctrinam Pharisaicam & Thalmudicam in picem & sulphurem, quæ generant fœtorem. Ad cuius intellectum notanda sunt aliqua de multis & innumerabilibus quæ in eorum doctrinis absurda & nefanda leguntur.*

Doctrinæ Pharisaicæ & Thalmudicæ.

Ad quod sciendum, quod Synagoga Iudæorum post passionem Christi in tantum fuit excæcata, quod in sua Thalmudica (quam falsè Dei legem vocant) multa tradiderunt maximè absurda de Deo: vnde in libro qui dicitur Baracoch, Rabbini eorum plane dicunt, quod Deus in qualibet vigilia noctis dolens de destructione templi sui, & captiuitate Iudæorum rugit vt leo, & dicit de seipso: Væ mihi qui destruxi domum meam, & combussi templum meum, & captiuaui filios meos inter gentes sæculi. *Et hanc sententiam multis & variis modis replicant. In principio etiam libri Abodozera, quærunt quid facit Deus in duodecim horis diei; Ad quod respondent, quod in tribus horis primis sedens studet in lege, & in tribus secundis iudicat vniuersum mundum, in tribus tertiis pascit totum mundum, in tribus quartis ludit cum Leuiathan, iuxta illud Iob:* Leuiathan istum quem formasti ad illudendum ei. *dicunt tamen, quòd à die qua templum est destructum, non fuit ludus nec risus coram Deo, sed fletus & planctus, iuxta illud Isaiæ:* Vocabit dominus exercituum in die illo ad fletum & ad planctũ, &c.

Fabulosa & irridenda opinio Iudæorum de pœnitentia Dei propter templi destructioné.

Iob. 40. d.

Quomodo fabulentur Iudæi Deũ negotiari de die & de nocte.

Consequenter ibidem quærunt: Quid facit in duodecim horis nocturnis. *Et respondent alia similia in fatuitate: vnde quilibet habens vsum*

C *rationis admirari debet de tanta cæcitate, quomodo illi qui gloriantur se habere legem Dei, attribuant vero Deo (qui nec in diis habet similem) passionem fletus & planctus & huiusmodi: quas pessimi idololatræ suis diis non attribuunt. Et quod deterius est, quod Rabbini eorum determinant in libro dicitur Hulin, quod Deus peccauit faciendo lunam maiorem sole in quantitate: pro cuius peccato, scilicet Dei expiando, dicunt quod offerebatur 3. kalendas: hircus caprarum de quo habetur. Numeri 28.* O mira & brutalis insania, *quæ Deo audet attribuere quod etiam beatis minimè competit, prout est væ, quod miseriam significat: quæ aliena est à quolibet beato. Similiter & peccare & expiatione pro peccato indigere, & huiusmodi, quæ horrenda sunt & stupenda. Sed sunt nonnulli modernorum, qui ad has insanias colorandas, dicunt quod prædicta & multa similia quæ in Thalmud, de Deo dicuntur, sunt Metaphoricè intelligenda, eo modo quo sacra scriptura Deo attribuit pœnitere, vt Gene. 6. & irasci, vt Numeri 22. & in aliis quam plurimis locis, quæ & similia intelligenda sunt similitudinariè, scilicet quod se habet in effectibus suis de quibus in illis locis agitur, ad modum tales passiones habentis. Quæ quidem cauillatio*

Et peccasse in faciendo lunam sole minorem.

Quomodo conentur frustra colorare

D *non valet. Tum quia licet in sacra scriptura prout propheta quandoque more humano loquuntur, talia quandoque tradentur, in dictis tamen expositorum sacræ scripturæ talia non sunt admittenda, cum ad expositores pertineat, vt sacram litteram exponant, non autem quòd talia tradant in actis suis quæ sunt errorum inductiua sicut prædicta. Tum quia pœnitere vel irasci aut moueri, & huiusmodi, quæ in sacra scriptura Deo attribuuntur, important aliquid quod in hominibus esset laudabile. Pœnitere enim in homine qui peccatum commisit laudabile est; Irasci etiam secundum moderationem rationis, vt iustitia exerceatur, est laudabile; Moueri etiam ad bona prosequenda, & mala fugienda laudabile est: & talia Deo attribuuntur, vt bonum quod important, homines conentur imitari. Sed miserum esse, vel peccare, nihil boni importat, ad quod imitandum homines prouocari debeant: & sic talia Deo attribuere stultissimum est.*

prædictas fabulas & absurditates.

Sunt etiam in prædicta Thalmudica doctrina nefanda quædam fœtida, quæ aures cuiuscumque modesti offendunt: quorum multa epilogat magister Raymundus in pugione 3. parte dis. 3. c. 20. Et quia talia non sunt digna repetitione seu relatione, ideo illa omitto. Sed solùm ex his infero quod talis doctrina manifestè est absurda & fœtida: de qua propriè dicitur hic: Et ascendet fumus eius. *s. horridus & fœtidus modo prædicto.*

Alia absurda & fœtida quibus scatet Thalmud.

Sunt etiam in iuribus eorum Thalmudicis multa iniquissima & naturalis dictaminis rationi omnino inconsona, vt plenius declarabitur Deo duce super Zach. ca. 5. vbi propriè agitur de hac materia, ideo ad præsens omitto.

Et sequitur: Et desolabitur in sæcula sæculorum. *scilicet Ierusalem illa materialis à Iudæis secundum glo.* Non erit transiens per eam. *quia Romani decreuerunt, vt nemo ex Iudæis reuerteretur in terram suam, prout in glo.* Et possidebit illam Onocrotalus & Hericius. *Per aues & ani-*

E *malia quæ in hoc ca. ponuntur, intelliguntur vitiosi homines, sicut communiter exponitur Deut. 14. vbi horum & similium esus prohibebatur. Sicut per coruum intelliguntur illi qui sunt voluptatibus denigrati, vel qui sunt expertes bonæ affectionis, quia coruus semel emissus ab arca non est reuersus; Et in miluo qui maximè vtitur insidiis, designantur fraudulenti. Ista enim vitia similia frequenter in Synagoga Iudæorum inueniuntur, quæ postquam à Christo recessit, numquam ad eam reuersa est saltem vniuersaliter; & quæ fraudulentiis frequenter vtitur, & sic de aliis animalibus hic expressis, intelligenda sunt vitia quæ in ipsis remanserunt postquam Christum non receperunt. Et non solum vitia, quæ vt per sua animalia hic expressa designantur, sed etiam alia quæ hic non exponuntur intelligantur inesse eis, ideo subdit:* Requirite diligenter in li. Domini. *scilicet Mosaicæ legis:* Et legite: vnum ex eis non defuit. *scilicet ex auibus & animalibus immundis contentis in lege, quia omnia secundum eorum significata modo prædicto ibi manent. Quæ omnia dicuntur in eis durare in sæcula sæculorum, scilicet durante eorum perfidia, sicut Prou. 31. dicitur de bibente vinum, quod doloris eius nõ recordatur amplius, scilicet ebrietate durante. Et secundum hoc exponi potest residuum huius cap. conformiter ad prædicta, exceptis duobus passibus qui specialiter sunt exponendi.*

Vitia quę in Synagoga dominãtur.

Iudæorum vana iactatio se adhuc sceptrum & ducatum habere gloriantium.

Primus enim dicit: Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt, & erunt omnes principes eius in nihilum. *Ad quod sciendum, quod Iudæi scientes se confusos in negatione Christi per prophetiam patriarchæ Iacob dicentis,* Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius donec veniat qui mittendus est, *scilicet Christus, prout in eorum Thargum, scilicet in translatione Chaldaica exponitur; eo quòd iam à magnis temporibus ablatum est ab eis sceptrum & ducatus, & tamen Messiam non habent: ideo fingunt, quod illi qui regunt eos in hac captiuitate, per Thalmudicam doctrinam, dicuntur habere sceptrum & ducatum, prout tradunt in libro qui dicitur Canhedrin, quod tamen euacuat propheta dicens,*

Gen. 49. b.

F Nobiles eius non erunt ibi, *quasi dicat, Ad ducem seu sceptrum habentem, nobilitas pertinet, quam tamen ipsi non habent, sed* regem potius inuocabunt. *Manifestè enim confessi sunt coram Pilato, Non habemus regem nisi Cæsarem, & etiam ex tunc vbicumque sint, sunt sub potestate regia alicuius dominantis, seu regentis. Et sic patet, quod falsum est dicere se habere sceptrum & ducatum, præsertim cum etiam Scribæ & Pharisæi, sub cuius doctrina sunt, iam à longo tempore defuerint. Et de hoc subdit,* Et erunt omnes principes eius in nihilũ, *Gloss.* Scribæ & Sacerdotes & Pharisæi.

Secundus passus est cum dicit: Et pilosus clamabit alter ad alterum. *Circa quod sciendum, quod pilosus in hoc loco intelligendus est dæmon. Eadem enim dictio ponitur hic & Leuitic. 17. vbi dicitur.* Non immolabunt vltra victimas dæmonibus: *& est sensus, nam fabricatores Thalmudicæ fasultatis, vel potius falsitatis, habebãt duos dæmones maximè sibi familiares, quorum vnus vocabatur Benthamaleon, & alius Iosepheda, & cum istis maximè conuersabantur prout in multis locis ipsius Thalmud habetur: & etiam narratur ab eis quod semel fuerat à Cæsare prohibitum ne illam Thalmudicam do-*

Dæmones qui iuuerũt Rabbinos conficere & edere Thalmud.

doctrinam diulgaret, & tamen ad consilium, & procurationem prædictorum dæmonum huiusmodi prohibitio fuit reuocata, & sic Thalmudica doctrina recuperata fuit dæmonum procuratione. Quæ quidem historia narratur per extensum in libro textuali ipsius Thalmud, qui dicitur Mebila, qui est autenticus apud eos, secundum quòd propriè dicitur quod Idumæa, scilicet synagoga Sathanæ, & pilosus clamat alter ad alterum. s. vnus dæmon ad alium consocium ad opus suum explendum seu recuperandum. Posset etiam hoc intelligi de duobus diabolicis hominibus, qui inter ceteros persecutores Christi, & ecclesiæ perniciosiores censentur. Primus seu principalior in primitiua synagoga Sathanæ fuit Schariothes, de quo Christus. Qui tradid. me ti. &c. vnde à Christo diabolus nominatur, Ioan. 6. g. Nõnc 12. elegi & vnus ex vo. &c. Alter vero pilosus potest intelligi Antichristus, qui principaliter erit in persecutione vltima Ecclesiæ, & virtute dæmonum miracula faciet, saltem apparentia, de quo apostolus. 2. ad Tess. 2. b. quod secundum operationem Sathanæ, &c. & sic pilosi clamabant alter ad alterum, licet valde remoti in tempore; quia affectiones eorum diabolicæ ad inuicem correspondent, nitentes. s. Christum, & Ecclesiã subuertere, alter. s. in capite, alter verò in omnibus membris vniuersaliter sibi contemporaneis. Si autem obiiciatur contra expositionem prædictam, quæ videtur esse mystica, non litteralis, eo quod Idumæa propriè significat illam terrã Seir, quam Esau possedit; similiter Bosra ciuitas principalis in ea existens, vnde quod per ista intelligitur synagoga, videtur pertinere ad sensum mysticum seu spiritualem: & sic de multis in hoc cap. contentis secundum prædictam expositionem. Dicendum igitur, quod in dictis prophetarum multa traduntur parabolicè seu metaphoricè, sicut supra. 5. Vinea domini accipitur pro domo Israel, & 25. per Moab intelligitur Antichristus ad litteram, vt ibidem habetur in post. vnde & in hoc loco, quia littera huius ca. non bene adaptatur nec propriè Idumææ nec Romæ, nec aliis de quibus dictum est, sed Synagogæ Sathanæ modo prædicto: Idcirco de illa exponitur ad litteram, quia in locutione parabolica, (vt dictum fuit supra in quæstione supra prologum Ge.) sensus litteralis est non ille, qui significatur primo per vocem, sed ille qui per res intenditur significari, præsertim cum in hoc loco multa inueniuntur huic veritati consona: vnde & in aliis locis frequenter accipitur Idumæa pro Synagoga prædicta, vt infra 53. a. Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? & in aliis locis, vt ibidem Deo dante videbitur, & eadem est ratio de aliis in hoc cap. parabolicè contentis.

De Iuda proditore & Antichristo. Ioan. 19. b. Præoccupat responderе obiectioni quæ contra suã expositionẽ fieri poteset.

REPLICA. Sed in cap. 34. recedit à postil. qui exponit hoc ad litteram. Burg. ipse autem per allegoriam satis extensam ponit propositiones Thalmudicas, & alia mira, de quibus non iudico.

CAP. XXXV.

A Lætabitur. Exposita captiuitate Iudæorum agit de conuersione gentium.

† IVST. Apo. 2. pro Christ. Deserta appellat nationes, quod Dei veri cognitionis essent expertes, & destitutæ cælestibus bonis, quibus læta nuntiat, quod omnia bona quæ apud Iudæos erant ad illos essent transferenda per Apostolos, qui dixerunt, *Ecce conuertimur ad gentes.* B

C † EVSEBIVS. Hoc loco palam salutaris Dei canitur aduentus, qui multa bona sit allaturus, surdis auditum, cæcis visum, &c. Desertũ verò oraculum significat eam quæ de gentibus collecta est, ecclesiam, quæ cum antea sine Deo esset, per eos de quibus nunc agitur, euangelium accipit.

† THEODORETVS lib. 6. de demonst. c. 21. Desertum sitiens dicitur, quod non fuit irriguum prophetarum vaticiniis & pluuia cælesti. Desertum, quod Dei agriculturam non acceperit, huic læta nuntiat, & gaudere iubet & lætari. D

† EVSEBIVS vbi supra. His verbis significat prophetia, non ipsam Ierusalẽ neque Iudæam, sed ipsarum gentium terram, cui diuina cognitio exhibenda sit. Carmelus enim & Saron externarum gentium loca erant. Et hæc quidem ad verbum. Ad sensum autem dicendum est, quod hi qui prius animis excæcati erant, adeò vt ligna & lapides, nec non dæmones loco summi Dei colerent, his omnibus malis per Saluatoris doctrinam liberentur, & multo præstantiorem quàm ea est quæ ad corpus pertinet, salutem opemque recipiunt. E F Vocatio gentium.

CAP. XXXV.

¶ Gentilitas. ¶ A Deo. b ¶ Sine Christo qui dicit: Ego sum via, veritas, & vita. ¶ Sine doctoribus veritatis. c ¶ Idem.

LÆtabitur a deserta 1 & inuia 2 b, & exulta- 3 c

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXXV.

LÆtabitur. Andreas & aliqui expositores catholici in hoc ipsum sequentes exponunt istud cap. ad litteram nimis Iudaicè, scilicet de prosperitate Iudæorum post reditum de Babylone: sed hoc non videtur rationabiliter dictum, quia ab illo tempore vsque ad Christum fuerunt in seruitute quamuis in terra sua, sicut dictum fuit supra. 22. Fuerunt etiam in multis afflictionibus & angustiis, vt patet in libris Esdræ & Neemiæ, & Dan. & ideo prosperitas & iucunditas quæ in hoc cap. describuntur, ad tempus illud nullo modo referri videntur. Si autem dicatur quòd immo, quia hic est hyperbolica locutio, sicut dicitur de alba muliere, quòd est albior niue, quamuis multum deficiat à niuis albedine; hic non videtur conuenienter dictum in proposito, quia magnificum & pium decet plus conferre quam promittere, vel saltem non minus, & minus punire quam comminari: Deus autem magnificentissimus & piissimus est; ideo eius promissiones de bonis non videntur rationabiliter exponi per restrictionem impletionis, nisi aliquando appareat manifestè, quod sic debeant exponi, vt propter demeritum manifestè superueniens, propter quod bonum promissum iustè rescinditur vel totaliter aufertur; comminationes tamen de malis rationabiliter aliquando per excessum, siue restrictionem exponuntur secundum qualitatem & mensuram peccatorum ipsorum delinquentium: propter quod Ra. Sa. hoc cap. exponit de felici statu quem expectant Iudæi in aduentu Messiæ. Igitur dimittendo quod falsum est in dictis eius (s. quod Christus sit adhuc venturus in mundum), & accipiendo quod verum est, (quod hoc c. sit ad tempus Christi referendum), potest sic continuari c. præcedenti, in quo propheta denuntiauit destructionem Idumææ ad cõsolationem Iudæorum. Hic consequenter denuntiat eis consolationem perfectam Christi tempore credentibus affuturam. Et diuiditur in tres partes: quia primò consolatur eos de futura multiplicatione; secundo de credentium roboratione, ibi, Confortate manus; tertio de dæmonum deiectione, ibi, In cubilibus. Ad euidentiam primi sciendum, quod in Senhedrin Ierosolymitano (qui apud Hebræos est liber autenticus) dicitur: quod quinque res notabiles defuerunt in secundo templo per Zorobabel ædificato, quæ fuerant in templo Salomonis. Primum est ignis continuus in altari holocaustorum, qui tunc per pluuiam vel ventum non extinguebatur, quamuis etiam sub dio. Secũdum est, arca testamenti, vnde dicitur, Iere. 3. c. In illis diebus non dicent vltra, arca testamenti domini, nec ascendet super cor, nec recordabuntur illius, &c. Tertium est vnctio regum & pontificum, quia pontifices, qui fuerunt post captiuitatem Babylonicam, non fuerunt instituti per vnctionem sacram, sed instituebantur frequenter per reges, quibus Iudæi erant tributarij, qui frequenter vẽdebant summum Sacerdotium. Similiter toto illo tempore Iudæi reges non habuerunt, nisi aliquos paucos parum ante tempus Christi: & illi non fuerunt per vnctionem instituti. Quartum est spiritus sanctus, seu diuinitas, quæ pro tanto dicebatur in templo Salomonis habitare: quia ibi à summo sacerdote audiebantur diuina responsa non autem in secundo templo. Quintum est אורים תמים Vrim & Thummim pro quo ponitur in Latino doctrina & veritas; Exod. 28. & secundum Iosephum erat quidam fulgor subito prosiliens de lapidibus rationalis & superhumeralis: quando Deus acceptabat preces summi Sacerdotis, de quo dicit Iosephus 3. lib. antiquitatis Iudaicæ, quod defecit per ducentos annos antequam inciperet scribere librum illum, quem incepit scribere anno quadragesimo secundo à passione Christi vel circiter, quia librum illum obtulit Vespasiano imperatori: qui cœpit imperare anno dominicæ incarnationis 71. & sic secundum ipsum cessauit per magnum tempus ante Christum; & adhuc per maius tempus ante cessauit secundum librum præallegatum, & secundum hoc dicitur,

Contra Andræam & aliquos alios exponentes hoc cap. de prosperitate Iudæorum post reditũ de Babylone. Consolatio quæ innuit apud fideles tempore Christi. Diuisio. Primum templum in quinque præstabat secundo.

1 Lætabitur deserta. *Id est, Iudæa, quæ fuit deserta à Deo quantum ad quinque prædicta.*

2 Et inuia, *Tempore enim primi templi prophetæ discurrebant per Iudæam, populum à malis retrahendo, & ad bonum exhortando: Tempore verò secundi templi non leguntur habuisse nisi Aggeum, Zachariam & Malachiam, qui prophetauerunt tempore reædificationis templi secundi: sed postea populus Iudaicus caruit prophetis talibus per 300. annos & amplius, vsque ad tempus Ioannis Baptistæ, qui cœpit pœnitentiam prædicare, & aduentum Christi nuntiare:* Læta. deser. *id est, Iudæa quæ fuerat prædicto modo deserta; Et in aduentu Christi habebit materiam gaudij quantum ad defunctos quos Christus de limbo patrum transtulit ad gloriam; & quantum ad viuos credentes in eum, quod potissimè fuit impletum quando recepto spiritusancto in die Pentecostes confidenter, & magna voce laudabant dominum. Act. 2.*

Tempore templi secundi per 300. annos & amplius caruit Israel prophetis.

3 Et exultabit solitudo. *Id est, gentilitas, quæ ad modum solitudinis caruerat cultu legis & prophetarum, cum gaudio suscepit fidem Christi ad prædicationem apostolorum.*

MORALITER.

† 1 *Lætabitur deserta.* Istud capitulum litteraliter exposui de ecclesia tempore Christi ex Iudæis & Gentibus collecta: & sic sensus litteralis est etiam spiritualis. Potest tamen cum hoc exponi moraliter de quolibet peccatore ad Deum cum magna pœnitentia reuertente: & sic aliquando plus in merito proficit, quam ille qui

De quolibet strenue pœnitentiam agente.

a *Saron.* Populi Iudæorum: vnde, *Erit Saron sicut desertum.* Esa.32.d.

b *Videbunt gloriam.*

† TERTVL. lib. 4. contra Marcionem. Quam gloriã? Turbam miraculorum vt paralytici tollant grabatum, & ambulent, cæci videant.

c *Confortate manus*

† ATHANAS. lib. de incarnat. verb. Hæc prophetia Deũ aduenire denuntiat, signaque & aduentus eius tẽpus significat.

† ORIG. in ca. 7. Iudic. Erigite demissas manus; venisti ad aquã baptismi, istud est certaminis & pugnæ spiritalis principiũ aduersus Zabulũ; si remissior fueris, si flecti facilè potueris, quomodo aduersus astutias Zabuli stabis?

† AMBR. in Ps. 47. Dum ad perfectionẽ desiderãt Dei famuli peruenire, cõmacerant corpus suum castigãdo seuerius. Hoc faciunt in spiritu sancto & valido. Est enim spiritus consilij, vt nimia abstinentia dissoluant corpus suum, D quo omnes eius euacuent voluptates, vt dicatur eis, *conualescite manus remissæ, & genua dissoluta.* Cũ enim solutus quis fuerit ab ista cõpage terrena, tũc fortius ad vitã consurgit æternã. (* infra 60. cap.)

Carnis mortificatio.

a ¶ Cum odore opinionis bonę Christi bonus odor sumus Deo. b ¶ Sicut lilium inter spi. sic ami. mea inter fi. c ¶ Fidem, spem, operationem.

bit solitudo, & florebit quasi lilium.[1] Germinans germina-[2]

a ¶ Spe. ¶ Adepta salutis cognitione. b ¶ Deum. c ¶ Templi legis. d ¶ Gratis.

bit, & exultabit lætabunda & laudans.[3] [4] * Gloria Libani data[5]

a ¶ Fertilitas terræ promissionis. ¶ Erit desertum in Carmelo. ¶ Veræ circumcisionis. ¶ Apostoli & alij spirituales. ¶ Vnam substantiam patris & filij & spiritussancti. ¶ Quomodo pater in filio, & filius in patre, spiritussanctus in vtroque.

est ei, decor Carmeli & Saron. Ipsi videbunt gloriam do-[6]

a ¶ O apostoli, & alij sancti. b ¶ Gentilium. ¶ Vnde. Extende manum tuam.

mini & decorem Dei nostri.[7] Confortate manus dissolu-

a ¶ Arentes à bono opere. b ¶ Gressu claudicantes inter idola diuersis erroribus. c ¶ In fide & veritate. d ¶ O doctores. ¶ Hoc scilicet. e ¶ In fide. f ¶ Spe.

tas, & genua debilia roborate.[8] [9] Dicite, pusillanimes, confor-[10] [11]

a ¶ Insidias diaboli, aduersa mundi: quia timor vnius Dei alios expellit. b ¶ Causa securitatis. ¶ Quia. c ¶ Christus, cui pater dedit iudicium. d ¶ In iudicio.

tamini & nolite timere.[12] [13] Ecce Deus noster vltionem addu-[14]

a ¶ Malorum. b ¶ Causa securitatis. c ¶ Bonos. d ¶ Ad litteram. ¶ In primo aduentu: vt lumen veritatis aspiciant.

cet retributionis, Deus ipse veniet, & saluabit nos.[15] Tunc ape-

a ¶ Exteriores & interiores. b ¶ Sine lumine veritatis. c ¶ Vtræque. ¶ Ad verba Dei. e ¶ De vitiis ad virtutes, de mundo ad cælum.

rietur oculi cæcorum, & aures surdorũ patebunt.[16] Tũc saliet si-

a ¶ Sine gressu fidei & operis. b ¶ In laude Dei. c ¶ Quorum Sathanas ora concluserat. d ¶ Emanantes.

cut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorũ, quia scissæ sũt[17]

a ¶ Gentium. b ¶ Baptismi. c ¶ Abundantes doctrinæ veteris & noui testamenti. ¶ Gratiæ spiritualis. d ¶ Sine rore gratiæ.

in deserto aquæ,[18] & torrentes in solitudine,[19] & quæ erat arida in[20]

a ¶ In plenitudine scientiæ. ¶ Idem. ¶ In cordibus.

stagnũ, & sitiẽs in fontes aquarũ:[21] In cubilibus in quibus prius

a ¶ Dæmones. b ¶ Quibus scribatur fides domini, & fessa prius membra quiescent.

dracones habitabant,[22] orietur viror calami & iunci,[23] & erit ibi[24]

d *Dicite pusillanimes.* E

† EVSEBIVS lib. 9. de demonstr. 1. ca. 13. Vos qui prius pusillo eratis animo, nullus vos capiat timor eorũ, qui euangelicæ prædicationi resistunt; verum cõtra hos quoque robur accipite, & ne timete.

e *Viror calam.* Impletio scripturę, quæ per calamum; & intentionis adiutoriũ, quæ per iuncum. F Calamus enim & iuncus iuxta aquas oriuntur & virent. (Quid designent calamus & iuncus.)

f *Et erit ibi semita & via.* † ATHANAS. lib. de trinitate & vnitate. Considerent filij Israel viam, quam dereliquerunt, Deum esse, qui dicit, *Ego sum via.* Deus porro trinus & vnus est, & ideo ter repetita via est.

Non

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et flore. quasi lilium. *decore sanctitatis & odore bonæ famæ.*

2 Germinans germina. *per talem replicationem & reduplicationem intelligitur multitudo Gentilium recipiens Christi fidem.*

3 Et exultabit lætabunda, *corde,*

4 Et laudans, *ore,*

5 Gloria libani, &c. *per ista tria loca, quæ aliis in Iudæa fuerunt magis amœna & fertilia, intelligitur quod quidquid erat pulchritudinis & amœnitatis in sanctitate & honestate in Synagoga translatum est ad ecclesiam ex Iudæis & gentibus congregatam.* (Quicquid sanctitatis & honestatis erat in Synagoga translatum est ad Ecclesiam.)

6 Ipsi videbunt gloriam domini, *id est, ipsius Christi, quem viderunt apostoli aliíq; discipuli oculis corporeis, quantum ad humanitatem, & oculis mentis quantum ad deitatem.* Ioan. 1. b. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, &c. *Viderunt etiam gloriam eius in miraculorum operatione, & resurrectione eius, & ascensione. Gentiles etiam postea ad fidem conuersi viderunt gloriam eius in miraculis per apostolos in nomine Christi,*

7 Confortate manus dissolutas. *Hic consequenter denuntiatur materia gaudij ex roboratione credentium, cum dicitur:* Confortate. *Et est verbum prophetæ ad apostolos,* Confortate manus dissolutas, *id est, Gentilium, qui ante erant tardi & pigri ad opus bonum.* (Roboratio seu confortatio credentium.)

8 Et genua debilia, *Gentilium,*

9 Roborate, *verbo & exemplo, ad quæcumque aspera pro Christo sustinendum.*

10 Dicite, *id est, communiter prædicate,*

11 Pusillanimes, *tempore præcedenti,*

12 Confortamini, *in virtute Christi:*

13 Et nolite timere, *scilicet tormenta tyrannorum. Cuius causa subditur,*

14 Ecce Deus noster vltionem adducet retributionis; *super vestros persecutores.*

15 Ipse veniet & saluabit nos, *per passiones modicas ad gloriam deducendo; & sic factum fuit in primitiua ecclesia, & per longum tempus postea; quia multi Gentiles ad Christum conuersi ita erant in domino confortati, quod non timebant tormenta, sed magis appetebant, vt patet in legendis multorum sanctorum.*

16 Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebũt. *Ista enim miracula fuerunt facta per Christum, & postea per apostolos & alios credentes in nomine Christi, vt patet in Euangeliis & actibus Apostolorum. Et fuerũt facta spiritualiter in illuminatione infidelium fidem recipiendo. Et aures eorum fuerunt apertæ mandatis Christi obediendo. Et claudi sanati per viam morum incedendo, & muti loquelam receperunt, fidem liberè confitendo. Cuius causa subditur:* (Miracula duplicia.)

17 Quia scissæ sunt in deserto. *Iudææ & Gentilitatis, vt patet ex supradictis.*

18 Aquæ, *scilicet, sacramenti baptismi,*

19 Et torrentes in solitudine, *id est, variæ gratiæ spiritus sancti, de quibus dicitur.* 1. Cor. 12. a. *Alij datur sermo sapientiæ, &c.*

20 Et quæ erat arida in sta. & si. in fon. aqua. *Per hoc notatur plenitudo gratiæ datæ tempore ecclesiæ primitiuæ.* (Plenitudo gratiæ datæ tempore Ecclesiæ primitiuæ.)

21 In cubili. *Hic consequenter denuntiatur materia gaudij ex dæmonum deiectione, cum dicitur:* In cubili. *i. in phanis & templis idolorum.*

22 In quib. prius habitabant dracones, *i. dæmones in idolis responsa dantes, & aliquando in talibus locis apparuerunt dæmones in specie draconũ.*

23 Orietur viror calami & iunci, *quia idolis inde abiectis talia loca frequenter per apostolos aliosq; discipulos diuino cultui applicabantur.*

24 Et erit ibi semita, *quantum ad obseruationem consiliorum.*

Et

MORALITER.

† innocentiam seruauit, vt dictum est supra, 30. c. propter quod dicitur Ro. v. d. *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.* Et de tali conuenienter potest dici, *Lætabitur deserta & inuia, &c.* quia persona prius à Deo deserta lætabitur in domino & germinat in bono, propter quod subditur de talium præmio.

6 *Ipsi videbunt gloriam domini.* facie ad faciem: Et quoniam tales non sibi tantum proficiunt per vitæ meritum, sed etiam aliis per exemplum. Ideo subditur.

7 *Confortate manus dissolutas,* ad bene operãdum. Et subditur præmium, cum dicitur,

† *Deus ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperient. oculi.* Qui prius erant clausi ad videndum ea quæ sunt salutis.

† *Et aures, surdorum patebunt.* scilicet, ad audiendum Dei verbum cum effectu impletionis.

† *Tunc saliet sicut ceruus claudus,* ad ambulationem velociter in via morum.

† *Et aperta erit lingua mutorum,* ad Deum magnificè laudandum.

17 *Quia scissæ sunt in deserto aquæ,* id est, dona gratiæ diuinæ.

21 *In cubilibus in quibus prius dracones habitabant,* id est, mentibus humanis in quibus habitabant dæmones per culpam.

23 *Viror calami & iunci.* Per pulchritudinem mentis & exterioris honestatis, vt sit locus aptus diuinæ habitationi.

† Non

a Non transibit. † CYRILLVS. Hæc via euangelica his, qui nondum emundati sunt sacro baptismate, inaccessa est.

a In solitudine Gentium. b Christus: Ego sum via, veritas, & vita. c Illa.

semita, & via, & via sancta vocabitur. Non † 1

a Sancta. b A Gentibus.

a Ecclesiam. b Beati immaculati in via. Diabolus homicida ab initio. c Fides Christi.

transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis 2

a Ad Deum. b Gentes, ante idola pro creatore colentes. Stulta mundi elegit Deus, vt confundat, &c.

directa via, ita vt stulti nō errent per eam. Nō 3

a Princeps dæmonum, qui circumit quærens quem deuoret. b Satellites diaboli. c Vestigium colubri non inuenietur in petra.

erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eā, 4 5

a De virtute in virtutem. b A vinculis peccati & erroris. Per fidem expulsus.

6 nec inuenietur ibi. Et ambulabunt qui liberati

a Sanguine agni. b Per pœnitentiam.

7 fuerint & redempti à domino, conuertentur,

8 a Sic. b Ecclesiam. c Dei. d Si æterni boni.

9 et venient in Sion cum laude & lætitia sempiterna super caput eorum. Gaudium & lætitiam

a Mentem. b Curium consum. fidem fer. &c.

a Æternaliter. Cum venerit in cælestem gloriam vel Ierusalem. b Ab eis. Succedente gaudio nunc in spe, in futuro in re.

obtinebit, & fugiet dolor & gemitus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et via, *quantum ad obseruationem mandatorum.*

2 Et hæc erit vob. directa via, *perueniendi ad beatitudinem.*

3 Ita vt stulti. *i. simplices & illiterati etiam,*

4 Non errent per eam. *Frequenter enim contigit, quòd simplices directius incedunt per hanc viam: vnde cum Augustinus legisset vitam Pauli monachi simplicis, dixit, Simplices & illiterati rapiunt cælum, & nos cum literis nostris trahimur ad infernum.* Et non transibit per eam pollutus. *Ex hoc patet, quòd propheta non loquitur hic de via materiali, per quam indifferenter transit pollutus & mundus: Et sic metaphoricè loquitur propheta in præcedentibus & sequentibus, cum dicit,*

Augúst. de Paulo simplici.

5 Non erit ibi leo, &c. *Per hoc intelliguntur dæmones, qui in primitiua ecclesia fugabantur per credentes, Mar. vlt. d.* Signa eos qui crediderint hæc sequentur, In nomine meo dæmonia eiicient, &c.

Eiectio dæmonum.

6 Et ambulabunt, *Per viam iustitiæ, qui li. fue. à dæmonis seruitute.*

7 Et redempti, &c. *Iesu Christo suo sanguine pretioso,*

8 Conuertentur, &c. & veni. in Sion. &c. *i. ad ecclesiam militantem primo, postea ad triumphantem, secundum quod dicitur Hebr. 12. f.* Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cælestem, &c.

9 Et lætitia sempiterna super caput eorum. *Ex hoc & pluribus aliis in hoc capitulo positis videtur, quòd hoc capitulum referri non possit ad tempus Iudæorum de captiuitate Babylonica redeuntium.*

MORALITER.

† *Non transibit per eam pollutus,* i. diabolus.

2 *Et hæc erit vobis directa via,* i. exemplum directiuum ad bonum. Nam in moralibus magis mouent operum exempla quàm verba: Ideo subditur,

In moralibus magis mouent operum exempla quam verba.

3 *Ita vt stulti, &c.* Simplices enim, qui non possunt capere verba prædicatorum, bene capiunt opera bona ipsorum.

4 *Non erit ibi leo;* id est, dæmon, ad nocendū, licet, sit ad exercitium.

6 *Et ambulabunt,* scilicet de virtute in virtutem.

9 *Et venient, &c.* Finaliter ad videndum Deum deorum in Sion: cuius visio habet annexam lætitiam sempiternam.

ADDITIO.

In cap. 35. vbi dicitur in postil. Igitur dimittendo quod falsum est in eius dictis.

Præsens capitulū bene & propriè videtur exponi à postil. sed circa eius continuationem ad præterita attendendum est, quod in c. 33. præcedenti, ab illo loco in quo dicitur, Audite qui longe estis, &c. *vt dictum est, incipit capitulum, secundum Hebræos; vsque ad finem illius c. propheta tractauit de deiectione & reprobatione Pharisæorum, doctrinam Christi respuentium, & de prosperitate adhærentium Christo, & de quibusdam ad hoc pertinentibus, vt ibidem fuit ostensum.*

In ca. verò præcedenti, f. 34. specialius agit de destructione synagogæ Iudæorum quæ per Idumæam ibi designatur, & de pluribus ad hoc pertinentibus, vt ibidem fuit largè ostensum.

In præsenti verò ca. tractat de consolatione & statu credentium in Christo, vt sic opposita iuxta se posita clarius elucescant. Et exponatur totum præsens capitulum sicut in postilla.

Connexio huius capitis cum præcedenti.

CAP. XXXVI.

a Et factum est. HIER. lib. 11. Libri Regū & Paral. consentiunt sexto anno regni Ezechiæ venisse Salmanasar regem Assyriorum & ex parte maxima 10. tribus trāstulisse vltra montes Medorum & Persarū, cum quibus & Tobias captiuatus: sicut habetur in libro eius: Post Salmanasar, Phul, qui & ipse populum ex parte captiuauit, post Theglatphalasar & Sargon successerunt vsque ad Sennacherib, qui quarto decimo anno regni Ezechiæ ascendit. Sed quomodo tot reges tantillo spatio? Sed tradunt Hebræi, quod tot nominibus dictus sit vnus Sennacherib, nec est dissimile veri. Sacra narrat historia primum Phul Assyriorum regem sub Manahem rege Israel vastasse decem tribus; Secūdum Theglatphalasar, sub Phacee filio Romeliæ venisse in Samariam; Tertium Salmanasar sub Hosee rege Israel totam cepisse Samariam; Quartum fuisse Sargon qui expugnauit Azotū; Quintum Asaraddon qui transtulit Israel, Samaritanos cultores misit in Iudæam; Sextum Sennacherib, qui sub Ezechia rege Iuda capta Lachis & multis aliis Ierusalem obsedit.

4. Reg. 18. c. 2. Paral. 33. Tob. 1. a. Vnusne an plures reges fuerint qui toties captiuauerint Israel. 4. Reg. 15. d. Ibid. f. 4. Reg. 17. a. Isa. 20. a. 4. Reg. 17. 4. Reg. 18. c.

b Rabsacen. † PROC. Hunc aliquē ex captiuis decem tribubus extitisse ideo colligimus, quod Iudæorum dialecto vteretur.

Rabsaces quis fuerit.

CAP. XXXVI.

Decem tribubus captiuatis & ciuitatibus Iudæ vastatis ad Ierusalem peruenitur.

1 ET factum est in quartodecimo anno regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorū super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit 2 eas. Et misit rex Assyriorum 3

a Quam tunc expugnabat.

b Rabsacen de Lachis in Ierusalem ad regem Eze- 4

Multitudine.

chiā in manu graui, & stetit in aquęductu pisci- 5

a Erat enim & inferior. Vbi Fullo manebat.

næ superioris in via agri Fullonis. Et egressus est 6 7

a Sobna

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XXXVI.

ET factum est. *Superius Isaias descripsit liberationem Ezechiæ & populi eius per modum prophetiæ. Hic consequenter eam describit per modum historiæ. Circa quod sciendum, quod Ezechias misit magnas pecunias regi Assyriorum tali pacto quod à terra eius recederet, & ipsum in pace dimitteret, vt dictum fuit quarto Reg. 18. sed accepta pecunia pactum fregit, nitens Ierusalem destruere, & populum in Assyrios transferre: & ad terrendum Ezechiam & populum suum verbis comminatoriis misit Rabsacen cum magno exercitu ante Ierusalem. Circa hoc igitur sic proceditur, quia primò ponitur dicta comminatio; secundo Ezechiæ liberatio ca. se. Prima diuiditur in tres, quia primo ponitur dicta comminatio; secundo comminati postulatio, ibi,* Et dixit Eliachim; *Tertio petitionis refutatio, ibi,* Et dixit ad eos. *Prima in duas, quia primò præmittuntur quædam preambula; secundo, comminatio dicta, ibi,* Et dixit ad eos Rabsaces. *Circa primum præmittitur tempus, cùm dicitur,*

Sennacherib perfidia. Diuisio.

1 Et factum est, &c. *Secundo, locus, ibi,*

2 Super omnes, &c. *excepta Ierusalem, & paucis fortalitiis.*

3 Et misit rex Assyriorum, Rabs. de Lachis. *vbi remansit cum parte exercitus ad expugnandum locum istum.*

4 In manu graui, *i. in tanta potestate, quod Ezechias se non poterat in campo sustinere: ideo tenebat se inter muros Ierusalem.*

5 Et stetit, &c. *Illum enim aquaductum qui exibat extra ciuitatem diuerterat Ezechias, vt dictum est supr. 33. tamen locus retinebat nomen aquæ ductus.*

6 In via agri fullonis, *sic nominati, eo quod fullones extendebant ibi vestes ad desiccandum.*

7 Et egressus est ad eum, *ad tractandum de pace de consensu vtriusque partis.*

1 Qui

MORALITER.

1 *Et factum est.* Huius historiæ, quæ ponitur in hoc ca. & duobus aliis immediatè sequentibus, sensus mysticus positus est 4. Reg. 18. c. 8. & 20. propter quod hic pertranseo.

a ¶ Summus Pontifex, qui Sobnæ superbo successit. ¶ LXX. Grammaticus.
ad eum Eliachim filius Helchiæ, qui erat super domum, & Sobna [1]
a ¶ Cancellarius regis. b ¶ Hunc alij filium Isaiæ autumant: alij Samariten fuisse, & ideo loqui Hebraicè. [2]
Scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariis.[4] Et dixit ad eos Rab- [3]
¶ Timorem incutit. ¶ Verba regis. [4]
saces: dicite Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus rex Assyriorum:
Quæ est ista fiducia, qua confidis,[5] aut quo consilio vel fortitu- [5]
a ¶ Cum prius tributa reddideris, vnde modo feueritatis meæ merito motus incurris.
dine rebellare disponis? Super quem habes fiduciam, quia re-
a ¶ Negando tributa. b ¶ Falsum. c ¶ Ex copia aquarum Nili, multæ arundines sunt ibi, per quas subsannando designatur fortitudo Ægypti.
cessisti à me:[6] Ecce confidis super baculum arundineum confra-
ctum istum super Ægyptum, cui si innisus fuerit homo, intra-
¶ Est. a ¶ Non potens sustinere.
bit in manum eius, & perforabit eam, sic Pharao rex Ægypti
a ¶ O Ezechia.
omnibus qui confidunt in eo.[7] Quod si responderis mihi, in do- [6]
¶ Hoc verum. a ¶ Dominus. ¶ Hoc falsum.
mino Deo nostro confidimus, nonne ipse est cuius abstulit Eze- [7]
a ¶ Quæ Achaz pater eius construxit, & Ezechias destruxit abiectis idolis: sed quod fecit causa religionis, iste in sacrilegium peruertit.
chias excelsa & altaria, & dixit Iudæ & Ierusalem: coram altari
¶ Solo.
isto adorabitis?[8] Et nunc trade te domino meo regi Assyriorum, [8]
a ¶ In persona regis. b ¶ Paucitatem significat obsessorum.
& dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascē- [9]
a ¶ Quasi: Me famulum Sennacherib minimum non poteris sustinere, quomodo sustinebis ipsum. [10]
sores eorum.[9] Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnius lo- [11]
ci ex seruis domini mei minoribus? Quod si confidis in Ægy- [12]
a ¶ Quasi: frustra. b ¶ Respicit ad hoc, si responderis mihi in domino Deo confidimus. c ¶ Satis astutè.
pto, in quadriga & in equitibus, &[10] nunc numquid sine domi-
¶ Non. ¶ Quia.
no ascendi ad terram istam, vt disperderem eam? Dominus [13]
dixit ad me: Ascende super terram istam, & disperde eam.[11] Et [14]
a ¶ Quasi: quid necesse est populum falsis commouere terroribus, & vanam iactare virtutem.
dixit Eliachim & Sobna & Ioahe ad Rabsacen. Loquere ad ser- [15]
a ¶ Chaldæa. b ¶ Eam quæ vtrique communis est. c ¶ Hebraicè loquebatur, vt astanti populo terror incuteretur.
uos tuos Syra lingua, intelligimus enim, ne loquaris ad nos
Iudaicè in auribus populi, qui est super murum.[12] Et dixit ad eos [16]
a ¶ Arroganter. b ¶ Elatus in superbiam, ex nuntiorum humilitate, omnes quasi vnum alloquitur.
Rabsaces: Numquid ad dominum tuum & ad te misit me domi- [17] [18]
nus meus, vt loquerer omnia verba ista, & non potius ad viros [19]
a ¶ Obsessi. b ¶ Fame. c ¶ Siti compulsi. d ¶ Quæ fluit ad pedes. [20]
qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam [21]

a *Sobna.* HIER. li. II. Sobna scriba, alius, non superbus, qui vt tradūt Hebræi comminatione Rabsacis perterritus inferiorem partem ciuitatis tradidit, arce remanente & templo.

Duo Sobna vocati.

b *Hæc dicit rex.* IBID. Sicut forsan à patre audierat, hæc dicit dominus: & vt verba eius habeant maius pōdus. Notat arrogātiam. Hæc dicit rex magnus, quasi contraria fortitudo.

† PROCOPIVS. Superba valde & insolens, Prophetæque maximè contraria, vox illa Rabsace, cum, pro hæc dicit dominus, rex magnus vsurpauit.

Superbia Rabsacis.

† IDEM. Prouocat Ezechiam ad pugnæ discrimen. Sed ei sic respondere queat Ezechias, *Hi in curribus, & hi in equis.*

Psal. 19.

c *Ecce confidis.* HIERON. supra. Mentitur planè. Nusquam enim legitur Ezechiam in Ægypto spem posuisse.

d *Nec poteris ex.* Non ex imbecillitate, sed præceptorum domini obseruatione, qui per Moysen de rege Israel præcepit, dicens: *Non multiplicabis tibi equos, & currus, nec vxores plurimas.*

e *Iudaicè in auribus populi.* † EPYPHANIVS in Nycena Synodo actio. 6. Qui spiritalem impugnant Ierusalem, videlicet catholicam ecclesiam, configurantur quodāmodo his, qui terrestrem Ierusalem oppugnant: student enim patrum vti sermone quemadmodum Rabsaces aliquando Hebraica lingua cōtra Israelem vsus est; siquidem contra patres & catholicam ecclesiam, Hæretici patrum doctrinam & ecclesiasticam vocem vsurpant. Sed à fructibus eorum, inquit dominus, cognoscetis eos.

Hæretici quomodo Ecclesiam catholicam impugnent.

f *Vt come. ster. &c.* †† HIERON. Auget comminatione terrorem: ostendens fame eos & penuria sitique esse capiendos; simulque illecebram iungit formidini, vt quos terrore non vicerat, repromissionibus deciperet.

† CHRYSOSTOMVS homil. 38. in Matth. Quemadmodum sordes & limus aures corporis obstruunt, sic mere-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui erat super domum. *s. domini, quia erat summus Sacerdos, vt dictum est supr. 23.*

2 Et Sobna Scriba, *i. scriptor annalium & iste est alius ab illo, de quo habetur supr. 22. qui ante Eliachim fuit summus Sacerdos.*

A commentariis.

3 Et Ioahe filius Asaph à commentariis. *i. Cancellarius regis. Et est à commentariis vnum nomen indeclinabile & communis generis. In Heb. tamen habetur,* recordator. *Et vt dicit Ra. Sa. habebat officium reducendi ad memoriam casus tractandos coram rege, & secundum debitum ordinem, prout casus debebant prius vel posterius expediri:*

4 Et dixit ad eos. *Positis quibusdam præambulis, hic consequenter describitur comminatio Rabsacis ex parte regis Assyriorum loquentis.*

5 Quæ est ista fiducia qua confidis, *s. te posse resistere? quasi dicat nulla est: quia si confidis de auxilio humano per regem Aegypti, illud nullum est, ideo subditur,* Ecce confidis super baculum arun. *& patet littera vsque ibi,*

6 Quod si responderis mihi, *vbi excludit ab Ezechia auxilium diuinum, dicens,*

7 Nonne ipse est cuius. *Quasi dicat non debes à Deo sperare auxilium, cuius dimisisti cultum: iste tamen Rabsaces dicebat falsum, quia post ædificationem templi per Salomonem, non fuit Iudæis licitum alibi offerre sacrificia, nisi in casu, ex dispensatione diuina, sicut Elias obtulit in monte Carmeli 3. Reg. 18.*

8 Et nunc trade te. *i. obliga te per cautionem sufficientem.*

9 Et dabo. *Vnde Heb. habetur,* Sis vadiatus, *s. pro duobus millibus equorum quos tradam tibi.*

10 Nec poteris, *Quasi dicat in toto populo tuo non inuenies tot homines, qui sciant & possint equitare.*

11 Et quomodo sustinebis faciem iudicis, &c. *Quasi dicat nullo modo, quia quilibet eorum habet satis plures equites in acie sua.*

12 Quod si confidis, *i. in adiutorio Dei & regis Aegypti simul, excluditur hoc dicens,*

13 Dominus dixit ad me, &c. *hoc falso dicebat ad terrendum Ezechiā.*

14 Et dixit Eliachim, *hic consequenter ponitur Ezechiæ petitio per nuntios suos facta, cum dicitur.*

15 Loquere ad ser. tuos Syra ling. *quæ non erat intelligibilis populo communi. Et erat petitio rationabilis, quia talis tractatus debet esse secretus, quousque sit perfectus & firmatus.*

16 Et dixit ad eos Rabsaces. *Hic consequenter ponitur dictæ petitionis refutatio, cum subditur,*

17 Numquid ad dominum tuum, *s. Ezechiam,*

18 Et ad te, *eius nuntium.*

19 Misit me dominus meus, *q. d. non, sed magis ad populum.*

20 Vt comedant stercora sua, *i. nisi reddant se voluntariè, ita diu erunt obsessi, quod non habebunt aliquid ad comedendum & bibendum:*

21 Et bibant vrinam pedum suorum, *id est, fluentem ad pedes suos*

pedum suorum vobiscum? [13] Et stetit Rabsaces, & clamauit voce magna Iudaice, & dixit: Audite verba regis magni, regis Assyriorum. [14] Hæc dicit rex: Non vos seducat Ezechias, quia non poterit eruere vos, [15] & non vobis tribuat fiduciam Ezechias super domino, dicens: Eruens liberabit nos dominus, non dabitur ciuitas ista in manu regis Assyriorum. [16] Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum: Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnusquisque vineam suam, & vnusquisque ficum suam, & bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ, [17] donec veniam & tollam vos ad terram, quæ est vt terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum: [18] Nec conturbet vos Ezechias, dicens: Dominus liberabit nos. Numquid liberauerunt dij Gentium vnusquisque terram suam de manu regis Assyriorum? [19] Vbi est Deus Emath & Arphat? Vbi est Deus Sepharuaim? Numquid liberauerunt Samariam de manu mea? [20] Quis est ex omnibus diis terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, vt eruat dominus Ierusalem de manu mea? [21] Et siluerunt, & non responderunt ei verbum. Mandauerat enim eis rex, dicens: Ne respondeatis verbum. [22] Et ingressus est Heliachim filius Helchiæ qui erat super domum, & Sobna Scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabsacis.

a Vt populus intelligeret & timeret. a Vt fortitudo contraria ei de qua dicitur: Hæc dicit dominus Deus Israel. b Confortando. Hier. Accusatio Rabsacis testimonium est Ezechiæ quod in domino confisus populum confortauerit. c Quamuis promittat. a Suo. a Conijciebat, vel audierat ab aliquo Ezechiam sic persuadere populo. a Minis miscet blanditias, vt quos non vincit terrore, vincat promissione. b Quæ in benedictionem vestram proficiat. a Ab Ægypto. Illuc enim ire decreuerat capta Lobna. b Quisque desiderat terram in qua natus est. a Terram Mœdorum promittit, quæ est cultu & situ terræ Iudæorum similis: æqualis enim inueniri non potest. Qui multi, quanto minus vnus. a Antiochiæ & aliarum ciuitatum. a Multi dij etiam quos ante captiuitatem decem tribus coluerunt, & ideo perierunt. b Cum eos coluerit. a Similiter. b Vnus, cum multi non poterunt decem tribus liberare. a Ne stulto respondeas iuxta stultitiam suam, ne videaris ei similis. Non succendas carbones. a Ne alternando plura populum seduceret, vel maiores blasphemias inferret. vnde. Non succendas carbo. ign. b Hier. Perspicua relinquentes, latentia disseramus. a More suæ Gentis audita blasphemia.

meretricij cantus & huius sæculi fabulæ aures mentis, non D. Paulum aut Ioannem audiamus, cum publicè leguntur in ecclesiis, sed confabulemur; & quasi stercus auribus nostris immittunt negotia humana; & quod barbarus ille minabatur dicens, B comederetis stercus vestrum, id nunc multi non verbo, sed re in vobis faciunt, imò etiam multo fœdius. Nam fornicarij cantus, multò magis quam stercora sunt abominabiles.

Quid sit quod fastidire nos facit verbum Dei.

a *Facite mecum benedictionem, &c.* C Laudate me, benedicite me. Vel sicut habet alia editio: Facite quod vobis vtile est, vt me recipiatis, & pax maneat vobiscum.

b *Numquid liberauerunt dij Gentium, vnusquisque, &c.*

Quo argumento Rabsaces populum à Dei & regis obedientia abducere laborauerit.

† PROCOPIVS. Malè autem se ciuitatem adoriri colligit, in hunc modum. Si magnus est, & Iudæam tuetur, aut eo nolente eam sumus adorti, & nulla est eius potentia: aut eodem volente accessimus, & eadem quoque sicut aliis potiemur. Itaque & Israelem fratrem vestrum bello superatum captiuum habemus, ne alios iam, qui sui non essent, Deũ tradidisse asseueratis. Sed D Israelem iam à Deo propter idololatriam alienum fuisse, ignorabat. Ita deinde ratiocinatur. Si alios sui non seruarunt dij, neque dominus Iudæos, quẽ ceteris præstare non video.

c *Et siluerunt & non responderunt ei verbum. Mandauerat enim, &c.* E

† PROCOPIVS. At nihil ad blasphemias istas responderi passus est pius rex, ne ad maiores prouocaret, iuxta illud, *Ne succendas carbones peccatoris.* Inutile siquidem fuerit, cum illis, quibus est animæ salus deplorata, verbis decertare, quos silentio præstat retundere, sermonisque veritatem in nobis tamdiu premere, donec idoneo tempore à Deo in eos excitemur. F

Supersedendum inutili, quæ verbis fit, contentioni.

Eccl. 8.

†† HIER. Verè iustus Ezechias, agens cuncta fideliter, vniuersaque consilio. Ideo autem iusserat blasphemanti Assyrio nõ responderi, ne eum ad maiores blasphemias prouocaret: vnde scriptum est, *ne succendas carbones peccatoris*; & in psalmo legimus, *Quum consisteret aduersum me peccator, obmutui & humiliatus sum & tacui de bonis.*

Cur noluerit Ezechias respondere Rabsaci.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

suos. Hominibus enim in timore & angustia magna positis solet fluere vrina versus pedes, & per hoc innuit famem & anxietatem eis futuram in obsidione, nisi reddiderint se.

1 Et clamauit, &c. *Ex hoc dicunt doctores quòd iste erat apostata à Iudaismo.*

2 Non vos seducat Ezechias, *Promittendo vobis auxilium à domino futurum.*

3 Facite mecum benedictionem, *ad reddendum vos mihi voluntariè.*

4 Et comedite, &c. *id est habitate pacificè & quiete in terra ista.*

5 Donec veniam & tollam vos, *quasi dicat, hic est modus regum Assyriorum, scilicet trãsferre Gentem sibi subiectam de terra sua natiua ad aliam, vt de eius obedientia sit magis securus: iam enim ante fecerat hoc rex Assyriorum de Hoseeregе Israel & eius populo, vt habetur 4. Regum 18.*

Cur Reges Assyriorum populos deuictos de terra natiua ad aliam transferrent.

6 Ad terram quæ est vt terra vestra, *id est similis in fertilitate & amœnitate: propter quod talis translatio non debet vobis esse grauis.* Nec conturbet vos Ezechias, *retrahendo vos ab isto, quod vobis offero.*

7 Dicens, dominus liberabit nos, *Quasi dicat non poterit, quod nititur probare cum dicitur,*

8 Numquid liberauerunt dij gentium. *Quasi dicat cum essent multi dij, non potuerunt defendere cultores suos contra regem Assyriorum, ergo Deus vester, qui vnicus est, vt dicitis, non poterit vos defendere; sed istud argumentum nullum est, quia illi non erant dij veri, sed falsi & nullius virtutis: Deus autem verus vnicus est & potentiæ infinitæ.*

Vnus Deus verus & potens.

9 Et siluerunt de manda. regis Ezechiæ. *Timebant enim ne si responderent, quod Rabsaces multiplicaret verba blasphemiæ contra Deum.*

10 Et ingressus est Eliachim filius, *vt referret Ezechiæ Rabsacis verba.*

11 Scissis vestibus. *Hic erat modus Iudæorum, quòd scindebat vestimenta sua in signum doloris, quando contra Deum blasphemiam audiebant. Vnde summus sacerdos imponens Christo, quod blasphemasset, scidit vestimenta sua, vt habetur Matt. 14. g.*

Scindere vestes quale signũ apud Hebræos.

CAP.

ADDITIO.

In cap. 36. vbi dicitur in postil. Et nunc trade te domino meo, &c. *Dictio Hebraica, quæ hic ponitur, vbi nos habemus,* Nunc trade te, *propriè significat mixtionem. Et est sensus: Et nunc admisce te domino meo, id est sis de societate eius, & ipse dabit tibi plus de equis quam tu poteris habere de ascensoribus: & patet litera.*

CAPVT XXXVII.

a ET factum est cùm audiisset rex Ezechias, scidit vestimenta sua. HIERON. lib. 11. Scindunt vestes, quia audierant Rabsacen blasphemantem. Scidit rex credens ex peccatis suis & populi hoc prouenisse.

b *Isaiam filium Amos.* IBID. In libro Regum legitur, qui misit ad Isaiam prophetam. Sed hic, quia de se Isaias texit historiam, non prophetam, sed filium prophetæ se nominat.

c *Dies tribulationis & correptionis, &c.* † PROCOPIVS. Quasi dicat. Euasimus parturienti, neque tamen dolores ferre valenti similes, qui dicere nequeamus, *A timore tuo domine concepimus, & doluimus, & peperimus spiritum salutis.* Itaque Deum tuũ ait, Deum nostrum nominare ausi non sumus.

Idem habet Hieronymus.

Isaiæ 26.

Humilitas Ezechiæ regis.

d *Si quomodo audiat Deus tuus.* † EVCHER. Non enim audemus dominum, omnium nostrum dominum dicere, quo irascente tanta patimur, sed tuum dicimus dominum, & hanc habemus vltionis fiduciam, quod viuens Deus blasphematur à cultore idolorum. Cumque venissent serui regis ad Isaiam, præuenit eos Isaias, & iam absentem regem audierat, & dicit quid respondere debeant domino suo.

† CHRYSOST. homil. 35. Genesi. Prophetis mos est dicere Deus meus, quamuis totius orbis est dominus, sed peculiare hoc est amori vt ex communibus propria faciat.

e *Pro reliquiis.* Iam enim decem tribus adductæ, ciuitates Iudæ & Beniamin vastatæ: pars etiam inferior ciuitatis in manus hostium tradita ab impio & superbo pontifice Sobna. *Leua oculos, &c.*

† PROCOPIVS. Quasi dicat, ô propheta, Te, qui nostrũ omnẽ populum in hostium iam potestatẽ venisse non ignoras, pro nobis qui reliqui sumus, orare deprecamur.

f *Et dixit.* HIER. Orationem eorum præueniens, in spiritu cuncta præsciens.

g *Ecce ego dabo ei spiritum, &c.* Quasi dicat. Nõ dicam vniuersa quæ Assyrio faciam, ne meam videar iactare potentiam. Sed hoc vnum: *Ecce ego da.*

h *Et inuenit.* IBID. Pugnasse Sennacherib regem Assyriorum contra Ægyptios, & obsedisse Pelusium, iamque extructis aggeribus vrbi capiendæ, venisse Taracham regem Æthiopiæ in auxilium; & vna nocte in Ierusalem 185. millia de Assyrio exercitu corruisse, narrat Herodotus & Berosus Chaldaicæ scriptores historiæ.

Prophanos historicos huic de Sennacherib historiæ assentiri.

* vice.

a Orauit

CAP. XXXVII.

ET factum est cùm audisset rex Ezechias [b: Peccato suo irascens, quo putabat affligi ciuitatem.] [a: Blasphemiam Rabsacis.] scidit vestimenta sua [a: Posita regali veste & purpura.], & obuolutus est sacco, & intrauit in domum domini [a: Ad auxilium orationis fugit.]. [1] Et misit Eliachim qui erat super domum, & Sobnam Scribam, & seniores de sacerdotibus opertos saccis [a: Non stolis. Habitu miserabili.], ad Isaiam filium Amos prophetam, [3] & dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezechias. Dies tribulationis [a: Conquestio. b: Nostræ.] & correptionis [c: Diuinæ.] & blasphemiæ [d: Hostium.] dies hæc [a: Per similitudinem parturientis dolores significant suos.]: Quia venerunt filij vsque ad partum [a: Quasi: Non possumus dicere. A timore tuo concepimus domine, & peperimus spiritum salutis. b: Consilia nostra.], & virtus non est pariendi [a: Explendi.]. [4] Si quomodo audiat [a: Quasi, Fortassis audiet.] dominus Deus tuus [b: Non audemus dicere nostrum, quem iratum sentimus.] verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus ad blasphemandum Deum viuentem [a: Quia vindicare potest. Ad.]: & exprobrãdum sermonibus quos audiuit dominus Deus tuus. Leua ergo orationem pro reliquiis [a: Nostram latentem.] quæ repertæ sunt [a: Omnes duces regis, serui consiliarij, amici. Vnde ab Absalone dicitur Chusi, Quare non iuisti cum amico tuo. b: Nota humilitatem non se prophetam dicit.]. [5] Et venerunt serui regis Ezechiæ ad Isaiam. [6] Et dixit ad eos Isaias: Hæc dicetis domino vestro [a: Non meo. Meus & eius.]. Hæc dicit dominus: Ne timeas [a: Comminationem.] à facie verborum quæ audisti, quibus blasphemauerũt pueri [b: Famuli.] regis Assyriorum mẽ [a: Non te. b: De Tharacha, vt patebit in sequenti.]. [7] Ecce ego dabo ei spiritũ & audiet nũtium [a: Chaldæorum.], & reuertetur in terram suam [b: Duo dicit, quod desiderabat audire, ipsum scilicet à periculo liberandum, & hostem in terra sua moriturum.], & corruere eum faciam gladio in terra sua [a: Domino permittente venit, ipso præcipiente recessit.]. [8] Reuersus est autẽ Rabsaces, & inuenit regẽ Assyriorũ aduersus Lobnã [a: Præliantem. b: Iam superata Lachis vbi eum dimiserat. Vbi putabat eum esse. Iam capta vel deserta. c: Sennacherib.]. Audierat enim, quia profectus esset de Lachis, [9] & audiuit

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXXVII.

ET factum est. *Hic consequenter describitur ipsius Ezechiæ liberatio: & primo ponitur eius liberatio ab hoste; secundo ab infirmitate ca. seq. Prima in duas, quia primo circa hoc ponitur prophetica denuntiatio; secundo angelica executio. ibi,* Egressus est. *Prima in duas, secundum duplicem denuntiationem, secunda ibi,* Reuersus est. *Prima in duas, quia primo ponitur Ezechiæ humilis petitio; secundo, Isaiæ consolabilis responsio, ibi,* Et dixit. *Circa primum dicitur:*

Diuisio.

1 Et factum est, &c. *Eadem causa qua & nuntij sui, vt dictum est.*

2 Et obuolutus est sacco. *i. veste cilicina humiliando se coram domino, Ideo subditur,*

An vers. 2. legi debeat Prophetæ an Prophetam?

3 Et intrauit, &c. *Ad ipsum deprecandum humiliter & deuotè.*

4 Et misit, &c. *quia magis confidebat de meritis Isaiæ quam de suis.*

5 Filium Amos prophetæ. *Ita habent aliqui libri, quod factum est ab aliquibus correctionibus, eo quod iste Amos fuit propheta, sicut dictum fuit in principio huius: sed melius dicitur hic* prophetam, *vt referatur ad Isaiam, sicut & 4. Reg. 19. in principio, vbi tractatur ista historia.*

6 Dies tribulationis, &c. *s. mei & totius populi.*

7 Et blasphemiæ, *contra Deum.*

8 Dies hæc. *s. in qua Rabsaces dixerat prædicta, quæ erant ad afflictionem regis Ezechiæ, & populi, & vituperium Dei.*

9 Quia venerunt, &c. *in tanta afflictione sumus positi, vt mulier existens in afflictione partus, cui deficiunt vires pariendi.*

10 Si quomodo, &c. *Sic legenda est ista littera ibi incipiendo:* Leua ergo ad do. orat. pro re. quæ rep. sunt. *i. pro Iudæis qui remanserunt in regno Iudæ, qui sunt valde pauci comparatiuè ad tempora præterita: quia iam x. tribus erant captiuatæ.* Si quomodo audiat dominus Deus tuus. *i. quem tu colis sollicitè.*

11 Verba Rabsacis, *vt sic moueatur contra Assyrios pro verbis blasphematoriis: & liberet nos ab eis.*

12 Et dixit ad eos Isaias. *Hic consequenter ponitur Isaiæ consolabilis responsio, cum subditur,*

13 Ne timeas, &c. *i. propter verba Rabsacis.*

14 Quibus, &c. *quia verba illa exprimebant Deum Israel esse impotentem, eo quod non posset saluare Ezechiam de manu regis Assyriorum: & sic sequebatur quod esset impotentior homine mortali.*

15 Ecce ego dabo ei spiritum, &c. *i. perturbationem mentis.*

16 Et audiet nuntium, *de Taracha rege Aethiopum inuadente regnum suum, vt habetur parte sequente:*

17 Et reuertetur in terram suam, *ad eam defendendam.*

18 Et corruere, &c. *Hoc non fuit in ista reuersione, qua rediit pro defensione terræ suæ: sed in alia, quia, debellato rege Aethiopum, postea venit in Iudæam ad destruendam Ierusalem, Et percusso suo exercitu ab angelo fugiens, rediit in terram suam, & tunc filij eius interfecerunt eum gladio. vt habetur in fine huius capituli.*

Bis duxisse exercitum Sennacherib contra Æthiopes.

19 Reuersus est, &c. *Hic ponitur secunda denuntiatio prophetica de liberatione Ezechiæ & populi sui. Et primò circa hoc ponitur comminatio Ezechiæ per regem Assyriorum; Secundò eius deuota oratio coram rege cælorum, ibi,* Et tulit Ezechias: *Tertio consolatio eius per prophetam conscium secretorum diuinorum, ibi,* Et misit Isaias. *Circa primum notatur locus cum dicit,* Reuer. est au. Rab. *peracto suo nuntio.*

20 Et inuenit, &c. *vbi erat fortalicium.*

21 Audierat enim, &c. *ipsa expugnata.*

22 Et audiuit, *scilicet Sennacherib.*

De

A de Tharacha rege Æthiopiæ, dicentes: [a ¶ Nuntios. ¶ Hoc scilicet.] Egressus est, vt pugnet contra te. Quod cùm audisset, [a ¶ Vt quos non ceperat viribus, sermone terreret.] misit nuntios ad Ezechiam, dicens: [10] Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ loquentes: Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis dicens: Non dabitur Ierusalem in manu regis Assyriorum. [11] Ecce tu audisti omnia quæ fecerunt [a ¶ Patres mei.] omnes reges Assyriorum omnibus terris quas [a ¶ Solus. ¶ Ab vno.] subuerterũt: & tu poteris liberari? [12] Numquid [a ¶ Cultores suos. b ¶ Multi.] eruerunt eos dij Gentium quos subuerterunt [a ¶ Reges Assyriorum. ¶ Scilicet. b ¶ Subuerterunt.]

B patres mei, Gozan & Aron & Reseph & filios [a ¶ Orientalis regionis.] Eden, qui erat in Thalasar? [13] Vbi est rex Emath, & rex Arphat, & rex vrbis Sepharuain, [¶ Gentes vel secundum alios ciuitates.] Ana & Aua? [14] Et tulit Ezechias [a ¶ Epistolas.] libros de manu nuntiorum, & legit eos, [a ¶ Contra Sennacherib blasphemias, solita arma arripuit.] & ascendit in domum domini, & expandit eos coram domino, [15] & [a ¶ Confortatus, Isaia dicente: Ne timeas.] orauit ad dominum, dicens: [16] Domine exercituum [a ¶ Hominum & angelorum.] Deus Israel, qui sedes super cherubim, tu es Deus solus omnium regnorũ terræ: tu fecisti cælum & terrã. [17] Inclinã domine [a ¶ Ergo.] aurem tuã, [a ¶ Exaudiendo. b ¶ Miserando.] & audi. Aperi oculos tuos, & vide: [a ¶ Vindicando.] & audi omnia verba Sennacherib quæ misit ad blasphemandũ Deum [a ¶ Non idola, non imagines mortuorum.] viuentem. [18] Verè enim domine desertas fecerunt reges [¶ Idem coniiciunt de nobis.] Assyriorum terras & regiones earum, [¶ Idola.] [19] & dederunt deos earum igni. [¶ Et merito.] Non enim erant dij, [a ¶ Idola & imagines mortuorum. ¶ Scilicet.] sed opera manuum hominum, lignum & lapis [¶ Ideo.] & comminuerũt eos. [20] Et nunc domine Deus noster salua nos de manu eius, E [¶ Sic. ¶ Nomini tuo da gloriam.] & cognoscant omnia regna terræ, quia tu es Deus solus. [a ¶ Non iuit, quia tam audacter orauerat, nec ad se vt prius miserat.] [21] Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiã, [¶ Per nuntios.] dicẽs: Hæc dicit dominus Deus Israel. Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum, [¶ Sententia.] [22] hoc est verbum quod loquutus est dominus super eum. [a ¶ O Sennacherib.] Despexit te, subsannauit te [¶ Quando nuntij Ezechiæ non responderunt nuntiis tuis.] virgo filia Sion: [a ¶ Non corrupta cultu idolorum. b ¶ Fugientem 185. millibus interfectis.] post te caput mouit virgo filia Ierusalem. [a ¶ Ezechias ad Sennacherib. ¶ Non mihi sed Deo.] [23] Cui exprobrasti, & [¶ Per seruos tuos.] quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem tuam, [¶ Proprium superbiæ est supercilia erigere.] & leuasti altitudinem oculorum tuorum? [a ¶ Non ad me.] Ad sanctũm Israel. [24] In manu [a ¶ Non tua propria, vt maior esset arrogantia.] seruorum tuorum exprobrasti domino, [¶ Non mihi.] & dixisti: In multitudine quadrigarum mearum

a *Orauit.* HIER. lib. 11. Iam a securior de liberatione. Ante enim ascendit, sed non legitur orasse: quia pro peccatis suis metuebat hæc fore.

Persas Græcorum fana spoliasse. b *Vere enim domine.* IBID. multis probatur historiis venisse reges Persarum in Græciam, & subuertisse & spoliasse templa.

c *Et misit.* IBID. Historia libri Regum & Paralipomenõ admiscetur prophetiæ, quia est prophetia de liberatione vrbis, de interitu Assyrij, de reuersione solis, & de annis Ezechiæ additis.

d *Filia Ierusalem.* Quæ prius non responderat, iam certa de vltione, secura de pœna.

e *In multitudine quadrigarum.* † THEODORETVS. Gloriatur se deiecisse cedros & cupressos, id est, reges & satrapas deturbasse solio regio, libanum attondisse,

NICOLAVS DE LIRA.

1 De Tharaca rege, &c. *s. nuntios, qui ad hoc venerant ad eum dicentes quod sequitur:*

Quid Sennacherib è Iudæa recedens mandauerit Ezechiæ.

2 Egressus est, &c. *Quod cùm audisset misit nuntios ad Ezechiam, ne glorietur, aut assecuretur in aliquo propter recessum Sennacherib de Iudæa, asserens pro certo, quod rediret contra eum & populum suum in tanta fortitudine, quod non posset ei resistere, non solùm virtute humana, sed etiam diuina: ideo subditur,*

3 Non te decipiat, &c. *Et sic blasphemauit Deum tamquam falsiloquum & impotentem, & ad hoc inducit rationem, cum subditur;*

4 Ecce tu audisti, *alias nosti: & est eadem ratio quæ posita est capitulo præcedenti à Rabsace dicta.*

5 Et tulit Ezechias, &c. *Hic consequenter ponitur ipsius Ezechiæ deuota deprecatio cùm dicitur,* Et tulit Ezechias, *i. accepit.*

6 Libros, *i. litteras regis Assyriorum, qui ei comminabatur litteris & verbis ad maiorem assertionem.*

7 Et ascendit, &c. *ad deuotius deprecandum ex sanctitate loci.*

8 Expandit eos, &c. *s. Ezechias, quia continebant blasphemias contra ipsum vt sic indignaretur contra regem Assyriorum.*

9 Domine exercituum. *i. angelorum.*

10 Deus Israel, &c. *Propitiatorium enim, quod sedes Dei dicebatur, super alas Cherubim ponebatur, vt dictum fuit Exo. 25. & per hoc designabatur quod præerat omni angelicæ creaturæ.*

11 Inclina domine. *i. effectum tuæ iustitiæ ostende contra Sennacherib te blasphemantem: Cetera patent vsque ibi.*

12 Cognoscant, &c. *Conterendo Sennacherib, qui deos aliarum Gentium destruxit.*

13 Et misit. *Hic consequenter ponitur Exechiæ consolatio per Isaiam, ruinam Sennacherib de propinquo futuram denuntiando. Et primò dicta ruina prædicitur; secundo ad hoc signum mirabile inducitur, ibi,* Tibi autem. *Circa primum dirigitur primò verbum ad Ezechiam, cum dicitur:*

14 Hæc dicit dominus, *Cuius verbum non potest esse falsum:*

15 Pro quibus rogasti me, &c. *Sunt exaudita.*

16 Despexit te, *In corde suo virtutem tuam pro nihilo reputando:*

Subsannatio.

17 Et subsannauit te, *sensibili signo. Subsannatio enim propriè dicitur contemptus, qui fit per rugationem nasi.*

18 Virgo filia Sion. *i. habitatio templi in monte Sion, mihi dilecta sicut filia: Et dicitur virgo propter integritatem fidei, quæ semper remansit ibi in aliquibus, & maximè etiam tunc vigebat tempore Ezechiæ.*

19 Post te caput mouit, *Comminando à longe.*

20 Filia Ierusalem, *Quæ dicitur virgo & filia ratione iam dicta, quia Ierusalem fuit ciuitas electa ad Dei cultum, vt habetur 2. Para. 6. Consequenter Isaias dirigit sermonem ad Sennacherib, dicens,*

21 Cui exprobrasti, &c. *Comminando & blasphemando ex nimia superbia: Et respondet propheta,*

Blasphemiæ Sennacherib.

22 Ad sanctum Israel. *i. ad Deum sanctificantem Israel. Vel sic: Ad illum quem Israel adorat vt sanctum sanctorum: & sic superbisti contra Deum, & non contra hominem tantum.*

23 In manu seruorum tuorum, *vt patet de Rabsace præcedenti capitulo & de aliis nuntiis à Sennacherib missis, vt habetur in isto capitulo. Et iste fuit maior contemptus, quàm si Sennacherib hoc fecisset in propria persona, sicut dare alapam alicui per personam vilem quàm si aliquis notabilis hoc faceret manu propria.*

24 Et dixisti. *Præsumptuosè attribuendo tibi victorias quas diuina virtute habuisti. Ideo subditur:* In multitudine quadrigarum mearum.

ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani, & succidam excelsa cedrorum eius & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis eius, saltum Carmeli eius. [25] Ego fodi & bibi aquam, & exiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum. [26] Numquid non audisti quæ olim fecerim ei? Ex diebus antiquis ego plasmaui illud, & nunc adduxi, & factum est in eradicationem collium compugnantium, & ciuitatum munitarum. [27] Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confusi sunt, facti sunt sicut fœnum agri & gramen pascuæ, & herba tectorum quæ exaruit antequam maturesceret. [28] Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum ego cognoui, & insaniam tuam contra me. [29] Cum fureres aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas. Ponam ergo circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis, & reducam te in viam per quam venisti. [30] Tibi autem hoc erit signum. Comede hoc anno quæ sponte nascuntur, & in anno secundo pomis vescere. In anno autem tertio semi-

¶ Ierusalem. ¶ Id est templum. a ¶ Potentes reges, Iudæis parentes. a ¶ Populum. ¶ Domum domini. ¶ Metaphoricos. Quasi in transitu reges & regiones subegi cum habitatoribus suis. a ¶ Dominus ad Isaiam. b ¶ In spiritu. c ¶ Ab æterno. ¶ Populos. a ¶ Prædestinauerim. b ¶ Ab initio. c ¶ Malum, quod per Sennacherib infertur: Non in hoc quod malum, sed quod iustum & omne iustum bonum. a ¶ Idem super eum. b ¶ Hoc malum. c ¶ Meritis exigentibus. d ¶ Principum. a ¶ Intra se. a ¶ Retracta ab auxilio earum. b ¶ Mea. c ¶ Sub aduentu eius. d ¶ Tremore. a ¶ Cito consumpti, peccatis impedientibus. b ¶ Non oliuæ non vineæ, nec fructuosis arboribus comparantur. c ¶ Termia (alias, Temna) quæ messem impedit. a ¶ In manu Sennacherib. b ¶ Ante mortis tempus. c ¶ Babylonis. a ¶ O Sennacherib. b ¶ Inde. c ¶ In terram Iudæorum. a ¶ Prophetas cognoscere feci & annuntiare. b ¶ Qua dixisti: Quis Deus poterit liberare vos de manu mea. a ¶ Quando dixisti: In cælum ascendam, supra sidera cæli ponam sedem meam. b ¶ Potentia diuinitatis te refrænando. a ¶ Quibus blasphemasti me. b ¶ A Ierusalem in terram tuam. a ¶ Propheta ad Ezechiam per nuntios. a ¶ Salutis & eorum quæ futura prænuntio. b ¶ Quæ feuerant scilicet antequam veniret Assyrius. ¶ Fugato Assyrio.

dixisse, id est, nationes A vastasse, quod libanus nationum infidelium mons sit celeberrimus. Carmelum, id est, Israelem, quod Carmelus Galilææ mons sit.

a *Et exiccaui.* Tantus fuit exercitus, vt fluenta exiccarent, & ideo puteos, aquæ inopia facerent.

† Procopius. Sequitur alia de ponte & fluminibus exiccatis iactatio, qualia B ab Asiæ regibus facta narrantur. Legimus enim & fluuios ponte iunxisse, & Xerxē Hellespontum, & exhaustos bibentium multitudine amnes, fluere desiisse. Sed non tua sunt, inquit, ista. Ego enim laborum illis patiendique terminū defixi. At tu quæ mihi iamdudum certa constat, de impiarum gentium interitu, sententiam meam non vides.

Asiatici monarchæ quam numerosis & potentibus exercitibus pollerent.

C Qui verò de Samaria & Iudæa dici arbitrantur, Decebat te, aiunt, Prophetas meos euoluere, & quæ de illis prædicta sunt, quæque teipso nunc vsus, tamquam instrumento, re ipsa compleo & præsto, intelligere. Eos enim clementia mea veluti manu, diu tutatus, postquam ad saluatorem suum redire nolle animaduerti, ad te remisi, neque prius in tuam potestatem venerunt.

b *Superbia.* Hier. l. 11. Non vltra sustinebo, vt scias te nō viribus hæc potuisse, sed arbitrio D meo. Merebātur enim impiæ Gentes & infructuosæ arbores vt per te, quasi securim succiderentur.

c *Ponam, &c.* Greg. lib. 33. mor. c. 13. Quasi diceret, cogitādo insidias suspiras, sed explere quæ appetis non valendo, omnipotentiæ meæ circulū in naribus portas, vt cū bonorum mortem ardentius anhelas, ab eorum vita vacuus redeas. E

Deus circūscribit potentiam tyrannorum ne quantū velint nocere possint.

† Theodoretus. Vt brutum tractat dominus eum, qui anima rationali præditus, rationem corrumpit: *In camo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.*

d *Tibi autem.* Hier. vbi supr. Omnia hæc per nuntios propheta ad Ezechiā loquitur, quid Sennacherib dixerit, F quid ei dominus responderit: Nunc ad ipsum verba conuertit, ne dubitet ventura quę prædixit. In hoc enim maximè prophetis credebatur: quia non solum longè post futura, sed in proximo complenda testabantur.

Quid maximè prophetiæ veritati attestetur.

e *Comede hoc anno.* † Procopius. Q. d. Si quo tibi signo ad eorum fidem, quæ dicta sunt, opus est; scito te anno isto rebus quæ sponte nascuntur, victurum, qui terram colere propter hostes non possis: Istorum autem reliquiis anno secundo nutrieris.

f *Et in anno.* s. imminente messe irruerunt Assyrij, & vastauerunt messes

Nicolavs de Lira.

1 Ego ascendi altitudines montium, *i. Iudææ, quæ est terra montuosa.*

2 Iuga Libani. *i. montem Sion, vbi erat templum, quod dicitur hic Libanus, eò quòd erat ædificatum de lignis Libani, vt habetur 3. Reg. 5. Et loquitur de futuro per modum præteriti. quia præ superbia credebat certitudinaliter hoc futurum esse, ac si iam fecisset; verumtamen quia realiter non erat factum, ideo subditur per modum futuri:*

3 Et succidam, &c. *Templum enim erat ædificatum, partim de lignis cedrinis, & partim de abiegnis.*

4 Saltum Carmeli eius, *ad deprædandum animalia, quæ ibi depascebantur in magna copia.*

5 Ego fodi, &c. *s. puteos & cisternas de nouo. Et causa subditur.*

6 Et exiccaui. *q. d. Tanta est multitudo exercitus mei in hominibus & animalibus, quod aquæ præexistentes ibi non sufficerent.*

7 Numquid non audisti, *tu Sennacherib,*

8 Quæ olim fecerim, *Creando mundum de nihilo; Vel aliter & melius, vt videtur: Quæ olim fecerim, transferendo regna de Gente in Gentem pro voluntate mea: quasi diceret sic, vt ex annalibus & chronicis in conspectu tuo lectis, sicut & de Assuero legitur Esther sexto in aliquibus libris additur, ei, sed non est in Hebræo, nec 4. Reg. 19. vbi ponitur ista historia: si tamen addatur, non est referendum ad regem Assyriorum, vt aliqui expositores dicunt, sed ad genus humanum, cuius Deus transtulit potestates & regna, vt dictum est.*

Deus regna de gente in gentem transfert.

9 Ex diebus antiquis, *i. ab æterno,*

10 Ego plasmaui illud, *i. disposui fiendum, quidquid fit successione temporum.*

11 Et nunc adduxi. *s. victorias quas per patres tuos & te feci propter peccata hominum punienda, secundum quod dicitur supra decimo b. Væ Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est.*

12 Et factum est in eradic. collium, &c. *i. principum ad inuicem discordantium: quia aliqui volebant se reddere, alij verò contradicebant.*

13 Habitatores earum breuiata manu, &c. *potestate eorum diminuta.*

14 Facti sunt sicut fœnum agri, & gramen, *in quo non est potentia resistendi.*

15 Et herba tectorum, *Quę defecit antequam veniret ad perfectionem.*

16 Habitationem tuam, *i. regno tuo,*

17 Et egressum tuum, *ad veniendum contra populum meum,*

18 Et introitum tuum, *intra Iudæam,*

19 Ego cognoui, *i. ante disposui:*

20 Et insaniam tuam contra me, *Vt permitterem hoc te facere: quia Deus non est auctor mali culpæ, nisi tantum permissiuè.*

Deus non est auctor mali.

21 Cum fureres, &c. *meam maiestatem blasphemando.*

22 Superbia tua, *quia facta prædicta attribuisti tuæ virtuti:*

23 Ascendit, &c. *Quasi dicat tempus est te reprimendi, & puniendi: ideo subditur,*

24 Ponam ergo circul. in narib. &c. *sicut fit bubalis, vt iugo supponantur:*

25 Et frænum, &c. *sicut equis indomitis:*

26 Et reducam te, *malis gradibus tuis.*

27 In viam per quam venisti, *vt habetur infra, eodem cap.*

28 Tibi autem, &c. *Hic ad prædictorum confirmationem datur mirabile signum cùm subditur,*

29 Comede hoc an. quæ sponte nasc. *i. sine cultura hominis: & illa fuerunt quæ germinauerunt ex granis contritis ab exercitu Sennacherib, qui vastauit & diripuit bona terræ, quando iuit ad pugnandum contra regem Aethiopiæ vt dictum est: quia, sicut dicunt Hebræi, ex illis granis tot bona creuerunt, quòd totus populus Ezechiæ potuit vno anno ex illis viuere.*

Quomodo Deus miraculosè populo Ezechiæ de victu prouiderit.

30 Et in anno, &c. *dicit Ra. Sa, quod exercitus Sennacherib præciderat arbores fructuosas, & ipsi Ezechiæ promittitur, quòd miraculosè facerent ramos ita magnos, quòd de fructibus ibi nascentibus populus anno secundo poterit sustentari.*

31 In anno autem, &c. *Quasi dicat, O tu Ezechia, cùm videris ista duo*

A messes, & vineta, & olivueta: & ob nimiam obsidionem, quod ex granis repertum est, habuerunt in victum primo anno & secundo: quia enim in anno obsidionis serere non potuerunt, quæ repererunt ex pomis & frugibus sumpserunt.

a *Et mittet, &c.* GREGOR. lib. 8. moral. ca. 35. Radicum nomine latentes cogitationes accipimus, quæ in occulto prodeunt, sed in ostensione operum per apertum surgunt: sicut de verbi semine per prophetam dicitur, *Et hoc quod saluatum fuerit, &c. mittet radices deorsum, & faciet fructum sursum.* Radicem quippe deorsum mittere, est cogitationem bonam in abditis fructificare: Fructum verò sursum facere, est per efficaciam operis recta, quæ cogitauit, ostendere.

De cogitationibus bonis latentibus, vel in bona opera prorumpentibus.

B † EVSEBIVS lib. 2. demonstr. cap. 48. Manifestissimè hæc Apostolorum domini & discipulorum electionem significant. Hi enim relicti ex populo Iudæorum radicem deorsum agunt; hoc est, doctrinam toto orbe disseminant, vt toto orbe euangelium radices agat fortissimas, & faciat semen sursum, ad cælestia promissa, & ad mansiones cælestes vberem fructum præmittant.

Semen Apostolicũ.

C

b *Propterea.* HIERON. sup. li. 11. Reuertitur ad propositum, & post futurorum spem metum excutit præsentem. Nec enim tanta erit lætitia de his quæ promittebat futura: quanta de imminentibus cura.

c *Propter me.* IBID. Significat, quia non ex merito suo, sed Dei clementia conseruantur, imo & patris eorum Dauid memoria. In quo admonentur suæ negligentiæ, & fidei illius, atq; iustitiæ, quã tantum diligit Deus, vt posteros sanctorum merito eorum tueatur.

† CHRYSOSTOMVS Sermone de pœnitentia & confessione to. 5. Magnum indicium diuinæ misericordiæ, quod cum non inuenit homi[...] viuos, & fiducia præditos, qui possint intercedendo veniam

[Scripture text:]

(¶ Quæ vastatæ sunt.) nate, & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum. (a ¶ Reliquiæ Iudæorum, quæ se euasuras non credunt: sed tantam recipient abundantiam, vt quasi arborum fertilissima pomis repleantur.) [31] Et mittet id quod saluatum fuerit de domo Iuda, (¶ Idem est.) (a ¶ A simili arboris fructuosæ.) & quod reliquum est, & mittet radices deorsum, & faciet fructũ sursum. (a ¶ Quia & decem tribus, & ciuitates Iudæ vastatæ.) [32] Quia de Ierusalem exibunt reliquiæ, (a ¶ Saluati.) (b ¶ Dilectio & misericordia non eorum merita.) (c ¶ Qui contra aduersarios zelatus est populum tuum.) & saluatio de monte Sion. Zelus domini exercituum faciet istud. [33] Propterea hæc dicit dominus de rege Assyriorum. (¶ Quamuis obsideat.) Non introibit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi sagittam, (a ¶ Vnde quemquam occidat.) & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem. [34] In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit dominus. [35] Et protegam ciuitatem istam, vt saluem eam propter me, (a ¶ Non merito vestro. ¶ Nota ibi aliquos esse fide & opere hæredes Dauid.) (b ¶ Pro bonis patribus etiam malis filiis miseretur Deus.) & propter Dauid seruum meum. [36] Egressus est autem angelus domini, (a ¶ Dei potentia sine vulnere occidit; & in cinerem redegit.) & percussit in castris Assyriorum, centum octogintaquinque millia. (a ¶ Sennacherib, & pauci cum eo, decem tantum, vt tradunt Hebræi & Israelitæ.) Et surrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum. (a ¶ Mortui erant.) (¶ A Iudæa.) [37] Egressus est & abiit, & reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & habitauit in Niniue. (a ¶ Contemptor veri Dei quasi [...]r.) [38] Et factum est cùm adoraret in templo Nesrach Deum suum, Adramelech & Sarasar filij eius

D niam obtinere, confugit ad defunctos, & per illos inquit se remissurum peccata; quemadmodum Ezechiæ dicit, *protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum.* Olim enim mortuus erat Dauid.

† IDEM hom. 2. in Ps. 50. Venit ad Ezechiam Isaias, & dicit (ne putaret ille, quia iustitia sua exauditus est, & certè iam defecerat Dauid, & habebat multos annos requiescens) Quid ergo dicit ei: *Protegam hanc ciuitatem propter me & propter Dauid seruum meum.* Dauid mortuus est, & merita eius vigent. O rem admirabilem! O ineffabilis clementia Dei! homo mortuus viuo patrocinatur. O iustorum & post consummationem inexpugnabilis pugna virorum.

Sanctorum merita & intercessio quantum prosint.

E

† IDEM hom. 3. in capit. 1. ad Philippen. Habet res ista (*scilicet orationes & eleemosynæ pro defunctis*) non nihil consolationis. Audi quippe quid Deus dicit: *Protegam ciuitatem istam, &c.* Si memoria dumtaxat iusti tantum valuit quando & opera pro eo fiunt, quid non poterunt?

F † PROCOPIVS. Hinc omnes intelligant, quãtum pietas ipsa valeat, quę posteris, etiam indignis, salutem pariat.

d *Et reuersus.* Ex HIER. in hunc locum. Ideo reseruatus, vt sciat potentiam Dei & blasphemantia comprimat ora: & prędicet maiestatem illius quem ante despexerat.

e *Filij eius.* Inuidentes (secundum traditionem Iudæorum) Asaraddon fratri suo, ex altera matre, quem ob amorem matris sibi decreuerat in regnum succedere. Et quia ille iam cœperat regnare, fugerunt occiso patre. In hoc nequior populo suo ostensus, quia non in terra sua ab ipso percussus: sed ad gloriam Dei (sicut Pharao inter multas plagas) reseruatus à filiis in templo Dei sui occidendus.

Cædes Sennacherib.

Ara-

NICOLAVS DE LIRA.

duo signa, scias ruinam Sennacherib futuram in principio anni tertij, quando reuertetur ad obsidendum Ierusalem: ita quòd ipso deiecto poteris tutè seminare & metere & viuere quietè; ideo sequitur, Et mittet, Subditur,

1 Radices deorsum, *i. stabilietur in terra:*

2 Et faciet fructum sursum, *id est, opera sancta.*

3 Quia de Ierusalem exibunt reli. *id est duæ tribus, quæ remanserant aliis decem captiuatis, & istæ duæ tribus timore Sennacherib intrauerunt Ierusalem, fugiendo de circumstantibus locis timore Sennacherib: sed exercitu eius percusso exierunt inde securè ad loca sua redeuntes.*

4 Et saluatio, &c. *quia orationes Ezechiæ ibidem in templo stantis, & sacrificia Sacerdotum cum precibus Isaiæ, meruerunt illam saluationem populi de manu Sennacherib.*

Liberanda prædicitur Ierusalem.

5 Zelus domini, *vindicans blasphemias Sennacherib.*

6 Propterea hæc dicit dominus, *cuius verbum non potest esse falsum:*

7 Non introibit ciuitatem, *vt credit,*

8 Et non iaciet, &c. *quia non permittetur tantum appropinquare, vt hoc possit facere:*

9 Et non occupabit eam clypeus, *id est, bellatores clypeati ad inuadendam ciuitatem parati, vnde quarto regum decimonono g. dicitur:* Et non occupabit eam munitio, *quia sicut dicit Ra. Sa. adhuc exercitus Sennacherib non erat ante Ierusalem, quia fuit percussus in Nobe, quæ non multum distat à Ierusalem: & huic consonat quod dictum est supra decimo. g.* Adhuc dies est, vt in Nobe stetur; *Et dicitur ibi,* Nob *locus ille, quem Rab. Sal. vocat Nobe.*

Vbi consistebat exercitus Sennacherib cum percuteretur.

10 Et non mittet in circuitu eius aggerem, *ad implendum fossata.*

11 In via qua venit, *quia compulsus fuit fugiendo redire in terram suam, vt habetur parte seq.*

12 Propter me, *id est, propter meam iustitiam demonstrandam, in Sennacherib destructione, & gloriam meam in templi protectione.*

13 Egressus est autem angelus domini, &c. *Præmissa denuntiatione prophetica de ruina Sennacherib: Hic consequenter ponitur executio angelica, vbi primò ponitur percussio exercitus, cùm dicitur,* Egressus est autem; *Secundò percussio regis, cum dicitur,*

Diuisio.

14 Et egressus est & abiit, & reuersus, &c. *de Iudæa confusibiliter fugiens.*

15 Et factum est, &c. *Dicunt aliqui, quòd hoc fuit quia ordinauerat Asaraddon regnaturum post se, istis duobus scilicet Adramelech & Sarasar filiis postpositis: & sic interfecerunt eum desiderio regnandi. Sed huic videtur obuiare quod subditur:*

Cur filij sui Sennacherib interfecerint.

a ¶ Hier. Non angelus, à quo percussis aliis, parricidio filiorum reseruatus est.

percusserunt eum gladio, fugeruntque in terram Ararath: & regnauit Asaraddon filius eius pro eo.

a ¶ Qui misit Samariæ cultores ne inculta remaneret.

a *Ararath.* Hier. lib. 11. Regio Armeniæ campestris, per quam fluit Araxes, incredibilis vbertatis, ad radicem Tauri montis, qui illuc vsque tenditur. Arca verò Noe non ad montes generaliter Armeniæ delata est, quæ appellata est Ararath, sed ad montes Tauri altissimos, qui imminent campis Ararath.

Ararath. — Vbi Arca Noe requieuerit?

NICOLAVS DE LIRA.

1 Fugeruntque in terram Ararath. *i. Armenia, & sic videtur quòd non interfecerint eum cupiditate regnandi: propter quod Ra. Sa. aliam causam assignat dicens, quòd principes regni sui erant turbati contra eum, eo quod filij eorum & amici fuerant mortui propter eius superbiam & blasphemiam contra Deum Israel, vt dictum est: propter quod tractabant de morte ipsius: Quod cùm ad aures eius peruenisset, intrauit templum Dei sui, orans & promittens quod si periculum hoc euaderet, in eius honorem duos filios prædictos sacrificaret: quod intelligentes filij eum interfecerunt, ne ab eo occiderentur, & huic consonat quod dicitur:* Cùm adoraret.

Votum Sennacherib de filiis suis immolandis.

CAP. XXXVIII.

¶ Id est, quibus mortuis est Sennacherib.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem. Et introiuit ad eum Isaias Filius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit dominus: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. [2] Et conuertit

a ¶ Quis in regno succedat, &c.

CAP. XXXVIII.

a IN *diebus illis ægrotauit.* Ex Hier. lib. 11. Quia de victoria dignas Deo grates non retulit sed in superbia euanuit, sicut Reg. & Paralip. liber aperit vnde: *Quem Deus diligit, corripit,* ne eleuetur in superbiam post incredibiles triumphos.

b *Morieris tu.* Ibid. Cui similie, *Niniue subuertetur*: & multa sub comminatione prædicta, nec impleta; non Deo mutante sententiam, sed prouocante nos ad sui notitiam. Dominus enim patiens est super malitia.

Prou. 3. b. — Prophetia comminationis.

Avgvstinvs. In Psal. 50. *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Super hoc incerto Niniuitæ pœnituerunt, dixerunt enim, *Quis scit si conuer. & ig. Deus?* Stetit ergo Niniue, an euersa est? Aliter videtur hominibus, aliter Deo. Ego autem impletum esse quod propheta prædixit video. Respice quæ fuit Niniue, & vide quia euersa est in malo, ædificata est in bono. Sic dictum est Ieremiæ: *Ecce dabo tibi eradicare, & rursus ædificare, & plantare.* Inde est etiam illa vox: *Ego percutiam & ego sanabo.*

Psal. 50. b. — Ionæ 3. d. — Iere. 1. b. — Deut. 32. f.

† Idem lib. 2. de mirabilib. sacræ scripturæ cap. 28. Ezechias ne de victoria aduersus Sennacherib esset elatus, & forsitan etiam gratiarum actione exiguus, in grauissimi languoris morbum incidit. Ad quem in ipso languore visitandum, Isaias propheta veniens, dixit, *Dispone domui tuæ,* &c. Quo tristi nuntio permotus, ad parietem faciem suam conuertit, lachrymabilemque pro vita precem fudit. Non quod de suo, vtpote perfectus, merito in conspectu conditoris sui incertus fuit, sed quia in Christi venturi generatione sui generis prosapiam in throno Dauid lucernam non dereliquit.

Cur paulo diutius viuere desiderauerit Ezechias?

Gregorivs. Cum prophetia rerum euentus immobili veritate pronuntiet, falsum videtur quod Isaias ait ad regem ægrotantem, *Dispone domui tuæ, quia morieris & non viues:* cùm regi pœnitenti & oráti quindecim annos addiderit dominus ad vitá. Similiter de Iona dicitur, quòd prædicauit Niniuitis, *Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur:* & tamen postea ante 40. dies Niniuitæ misericordiam Dei consecuti sunt. Sed dicendum est quòd prophetæ in libro ipso præscientiæ Dei, vbi omnia scripta sunt, legentes, non omnia percipiebant, sed quædam, & eodem modo quo Deus permittebat. Legerat enim Isaias in illo libro, quòd rex Ezechias secundum opera, quæ fecerat, longiorem non merebatur vitam: & secundum rei physicam viuere non poterat: Sed non legerat, quòd per lachrymas & orationes esset impetraturus. Legerat similiter Ionas in eodem libro, quòd Niniuitarum nequitia secundum hoc, quod agebant, quadragesima die complenda erat, & ita ciuitas eorum destruenda: Sed illud non legerat, quòd per suam commonitionem essent acturi pœnitentiam, & ita misericordiam consecuturi. Vterque igitur quod legerat prædicauit, & quãtum ad eos pertinebat, incommutabilis erat veritas, quia neminem intendebant fallere. Dicit enim Augustinus. Quicũque sic credit vt loquitur, & si non vera loquitur, tamen fideliter loquitur.

Ionæ 3. b. — Prophetæ quali cognitione prophetias enuntient. — De prædictionibus quas Isaias Ezechiæ & Ionas Niniuitis denuntiarunt.

Deus etiam secundum quod Gregorius dicit, sententiam mutat, sed non consilium. Sententiã debemus intelligere sensum verborũ, consilium verò ab æterna dispositione est. Sententiam verò seruis suis Deus reuelauerat, non tamen consilium: sed vt eorum comminationibus pœnitentiam incuteret populis suis, & sic eorum misereretur. Videtur tamen, quòd ea verba quæ dixerunt, in libro vitæ non legissent: Cùm enim Isaias simpliciter diceret, *morieris & non viues;* & Ionas, *Niniue subuertetur,* & ista non essent futura, non videntur illa esse in libro Dei quæ non erant futura. Sed sciendum est, quòd Deus duobus modis aliquas res considerat, secundum merita, & secundum rei naturam, (quæ dicuntur causæ inferiores esse) & secundum suum consilium. Vnde Ezechiam moriturum Deus præuiderat secundum meritum, vel secundum physicam, licet non futurum & non moriturum secundum consilium suum. Vtrumque igitur scriptum erat in libro vitæ, sed alterum suo prophetæ permisit legendum, alterum verò non permissum est. Verum dixit, nec est deceptus: quia sic legit; nec est mentitus, quia sic credidit: & secundum illas inferiores causas locutus est, quamuis simpliciter & sine additamento. Si quis videret cæcum, & diceret, iste amplius non videbit; etiam si diuino consilio lumen reciperet, ille non mentiretur, quia rei physicam est secutus. Eodem modo & Ionas subuersionem Niniuitarum vidit in mente diuina, quæ tamen

Liber Dei quæ contineat. — Veras fuisse prædictiones Isaiæ & Ionæ.

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XXXVIII.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem. *Post liberationem Ezechiæ ab hoste, hic consequenter ponitur eius liberatio ab infirmitate. Circa quod primo ponitur eius mirabilis sanatio; secundo reprimitur ex hoc insurgens elatio, cap. seq. Prima in tres, quia primo denuntiatur sanatio; secundo interponitur Ezechiæ oratio, ibi,* Scriptura; *tertiò sanationis executio, ibi,* Et iussit. *Prima in duas, quia primò sanatio denuntiatur; secundo, ad hoc signum mirabile datur, ibi,* Hoc autem. *Circa primum præmittitur infirmitas; secundo nuntiatur sanitas, ibi,* Et factum est. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem, *id est, taliter, quod non poterat curari per naturam. Dicunt autem aliqui, quod hoc contigit ei, eo quod non reddiderat gratias domino sufficienter de percussione exercitus Sennacherib. Sed hoc improbat Rab. Sa. per hoc quod Isaias dixit sibi postea.* Et de manu regis Assyriorum eruam te & ciuitatem istam. *Ex quo videtur, quod illa percussio exercitus fuit post infirmitatem Ezechiæ, & non ante; propter quod dicit hoc ei accidisse, eo quod noluerat vxorem accipere, quod tamen facere tenebatur, vt linea Dauid in regno per ipsum continuaretur: propter quod conualescens accepit vxorem, de qua genuit Manassen. Et huic dicto concordare videtur quod habetur 4. Regum 21. vbi dicitur, quod Manasses erat duodecim annorum cùm regnare cœpisset immediatè post mortem Ezechiæ, qui vixit quindecim annis post sanationem istam, ideo dicit Rab. Sa. quod illud quod sequitur,*

Ezechias cur à Deo percussus sit? — Cædes & fuga Assyriorum post sanatum Ezechiam. — Cælibatus regis Ezechiæ.

2 Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues, *id est, fac testamentum tuum dixit Isaias Ezechiæ tertia die ante percussionem exercitus Sennacherib, & tertia die sequenti, qua fuit illa percussio facta, Ezechias sanatus ascendit in domum domini, vt habetur quarto Regum. 20.*

3 Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad domi-

☞ tamen futura non erat quia illud quod vidit, secundum merita eorum vidit. Quòd verò conuersi sunt, consilio Dei fuit, quod ipse non vidit.

a *Ad parietem.* HIER. lib. II. templi, scilicet iuxta quod Salomon extruxit palatium.

b *Obsecro domine.* IBID. Iturus ad dominum narrat opera sua. Fœlix conscientia, quæ in tempore malorum potest recordari bonorum. (3.Reg.3.b.)

Obsecro domine. IBID. audiens se moriturum, non annos plurimos petit, sed Dei iudicio dimittit quid præstare velit: Nouerat Salomonem Deo placuisse, quia non petierat ampliores annos vitæ. (Quam bonus & pius fuerit Ezechias?)

c *Et quod bonum.* IBID. Idola patris sui destruxit, ostia domus B domini, quæ ille clauserat, aperuit, serpentem æneum quem in Gabaon Iudæi adorabant comminuit, & in ventum sparsit. (2.Par.28.d. 4.Reg.18.)

d *Et fleuit.* IBID. Fleuit quia moriebatur sine filiis, & promissionem patribus suis factam timebat perituram pro peccatis suis: de qua ad Dauid, *Cum dormieris cum patribus tuis suscitabo semen tuum, quod egredietur de lumbis tuis, & ponam illud super thronum Israel in sempiternum, & erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem.* Alij asserunt etiam sanctos morte terreri pro C incertitudine iudicij. Notandum autem, quod dies mortis non necessitate singulis præscita fit, sed voluntate Dei, & ignotis mortalibus causis, vel viuat aliquis, vel moriatur; præsertim cùm nunc statuta mortis necessitas differatur, & post mortem plurimos resuscitatos legamus. (1.Par.17.b.) (Cur mortē deprecatus sit Ezechias.)

e *Et factum est verbum Domini.* IBID. Præpostero ordine hic refertur historia, quæ in Regum volumine consequentius legitur.

f *Ecce ego adiiciam super dies.* IBID. Secundum quod visum est. In præscientia enim, in qua & hi anni erant, nihil additum est. Præsciebat enim Deus, eum quidem vsque ad mortem infirmitate animi affligendum, sed oratione & pœnitentia conualiturum. Dicunt quidam quod malè viuendo, non mereatur quis ad vitæ suæ terminum peruenire, vel bene agendo, ante tempus mereatur D rapi ad præmia vitæ, vnde, *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos*; Et illud, *Raptus est ne malitia mutaret cor illius.* Historia libri Regum & Paralipo. prophetiæ mixta est, quia & prophetia historiæ copulata, de liberatione vrbis, de interitu Assyrij, de reuersione solis, & de annis Ezechiæ additis. (Vitæ breuitas vel longæuitas est ex adiaphoris.) (Psal.54.d. Sap.4.d.)

a ☞ Quia ad templum ire non poterat. ☞ Domus vel templi, ne gemitus audiatur vel lachrymæ videantur.

a Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad b dominum, [3] & dixit: Obsecro domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram

a ☞ Religionis. b ☞ Non claudicans post idola. Quis enim gloriatur mundum se habere cor?

c te in veritate, & in corde perfecto, & quod bod num est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Eze-

☞ Priusquam exiret mediam partem atrij.

e chias fletu magno. [4] Et factum est verbum domini ad Isaiam dicens: [5] Vade & dic Ezechiæ:

a ☞ Cuius promissionem desideras, opera sectaris. Fecit enim rectum sicut Dauid pater eius.

Hæc dicit dominus Deus Dauid patris tui:

a ☞ Quia ambulasti in veritate & in corde perfecto. b ☞ Quia fleuisti fletu magno.

Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas f tuas. Ecce ego adiiciam super dies tuos quin-

☞ Quos non postulasti. ☞ Insuper regni securitas promittitur.

decim annos, [6] & de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam, & protegam

☞ Iudæi semper quærunt signum.

g eam. [7] Hoc autem tibi erit signum à domino, quia fecit dominus verbum hoc quod loquutus est: [8] Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in

a ☞ A decima enim hora in primam, & pene duplicatus est dies.

horologio Achaz in sole retrorsum decem lineis: & reuersus est sol decem lineis per

a ☞ LXX. oratio: sed hoc melius, quia præterita narrat de beneficio agens gratias.

gradus quos descenderat. [9] Scriptura Ezechiæ regis Iuda, cùm ægrotasset & conualuis-

† PROCOPIVS. Ex his demonstratur vitam non fati necessitate claudi, sed à Deo (quibus nouit ipse rationibus,) aut in lucem educendo, aut tempora metiendo, aut pro voluntate denique ætatis extremum producendo, definiri: cum solus vitæ nostræ tempora dimensus, iamiam morituros, sicut Ezechiam, non excitare tantum & recreare, sed extinctos etiam in vitam reuocare valeat. (Deus est dominus vitæ & mortis non fatum.)

g *Hoc autem tibi erit signum à* E *domino, quia fecit dominus verbum hoc quod loquutus.* HIER. lib. II. præsentis scilicet temporis & futuri, vt quomodo sol reuertitur ad exordium sui: ita Ezechiæ vita ad euolutos redeat annos. Nobis quoque in Hebdoade & Ogdoade viuentibus post resurrectionem Christi vitæ spatia protelentur.

† AVGVST. lib. 2. de mirabilib. sacræ scripturæ cap. 28. Cùm Isaias duas prophetias sibi contrarias eadem hora protulisset, necesse erat vt alteram, quæ facienda esset, signi ostensione firmaret. Vnde vt rex, quod dicebatur, indubitanter crederet, solis in ortum ab occasu per decem horas, cursum recidiuo Deus tramite, retorquet, F quatenus inde veluti mane iterum festinare inciperet, qui diei totius, exceptis duabus horis, spatium consummasset. Per quas duas horas, vt multi æstimant, celeri cursu de occasu in ortum reuertitur, vt dies integra rursum sine interueniente nocte in ortu innouaretur, vt scilicet dies duos etiam in hac vice in vna luce concluderet. Quomodo & sub Iesu filio Nun in illo prædicto bello moram fecisset indubitanter, & hac vice luna reuerti minimè dubitatur, quatenus nequicquam vt prædiximus in cyclorum cursibus, conturbaretur. Vnde in hac reuersione conuenit solem nō mutasse, ☞ sed (De miraculoso signo conualescētiæ quod Isaias Deum facturum Ezechiæ prædixit.)

NICOLAVS DE LIRA.

☞ dominum, *vt oraret secretius & deuotius, & non impediretur ab assistentibus.*

1 Obsecro domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde, &c. *Hoc non dixit ad iactantiam, sed magis ad gratiarum actionem, recognoscens quod hoc processit ex bonitate diuina, vt sic gratus de precedentibus, vlteriorem gratiam impetraret.*

2 Et factum est verbum domini ad Isaiam dicens. *Hic consequenter denuntiatur eius sanitas; & patet litera vsque ibi.*

3 Ecce ego adiiciam super dies tuos, *quos iam perfecisti.*

4 Quindecim annos, & de manu regis Assyriorum eruam te, &c. *Ista fuit prophetia prædestinationis, quæ est, quando fit reuelatio propheta alicuius futuri, prout est in dispositione diuina & eius præscientia: & hac infallibiliter impletur, quia diuina præscientia est immutabilis; prophetia autem supra posita, qua dixit,* Morieris tu, & non viues, *fuit prophetia comminationis, quæ est quando reuelatur aliquid futurum, non prout est in mente diuina, sed prout est in causis inferioribus; & sic erat de infirmitate Ezechiæ, quæ erat incurabilis per naturam, non tamen per hoc excludebatur quin diuina virtute curaretur, & ideo talis prophetia non semper impletur.* (Prophetia prædestinationis.) (Prophetia comminationis.)

5 Hoc autem tibi erit signum à domino, quia faciet dominus verbum hoc, &c. *Hic consequenter datur signum mirabile ad confirmationem dictæ prophetiæ quæ erat prædestinationis cùm dicitur in persona domini.*

6 Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz, &c. *Ex hoc patet, quod illud horologium erat ad solem, ad cognoscendum horas diei per vmbram: & dicunt aliqui, quod dua linea faciebant vnam horam: & secundum hoc illa dies artificialis fuit augmentata decem horis tantum, scilicet quinque horis in ingressu solis versus orientem, & quinque horis redeundo ad locum vbi inceperat retrocessio. Alij verò dicunt & conueniens videtur, quod qualibet linea faciebat vnam horam: & sic illa dies artificialis fuit augmentata viginti horis, decem retrocedendo ad orientem, & decem redeundo ad locum pristinum, & sic illa dies artificialis fuit triginta duarum horarum: quia antequam sol retrocederet, habuerat decem horas, & postea per retrocessum & regressionem viginti; & tandem duas habuit sole tendente ad occasum. Et hæc videtur opinio Dionysij in epistola ad Polycarpum, vbi loquens de ista retrocessione solis, dicit sic:* Sol cùm decima hora esset Deo præcipiente repedauit ad orientem aliis decem horis designatis, deinde rursus decem horis aliis ad occidentem currente sole: sed & residuis diei duabus horis, &c. (Quot horis aucta sit dies qua factum est miraculum hic ab Isaia prædictum.)

7 Scriptura Ezechiæ regis Iuda cùm ægrotasset, &c. *Hic interponitur oratio Ezechiæ, pro gratiarum actione de sua sanatione: & primò*

ˢet de infirmitate sua. ¹⁰ Ego dixi: In dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. ¹¹ Quæsiui residuum annorum meorum. Dixi: Non videbo Deum in terra viuentium, non aspiciam hominem vltrà, & habitatorem quietis. ¹² Generatio mea ablata est, & conuoluta est à me, quasi tabernacula pastorum. Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me: de mane vsque ad vesperam finies me, ¹³ sperabam vsque ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. ¹⁴ De mane vsque ad vesperam finies me, sicut pullus hirundinis

a ¶ Desperando. ¶ In angustiis.
a ¶ Quia non complebo numerum annorum meorum sicut patres mei. b ¶ Id est vitia quæ portæ inferi.
a ¶ A domino. b ¶ Ob superbiam mihi ablatum. c ¶ Apud me.
a ¶ Damnatus apud inferos. b ¶ Beatitudine. c ¶ Sanctorum.
a ¶ Timet, ne aspiciat cum sanctis Dei, & habitet in requie, & Deum videat.
b ¶ Christum nobis promissum, verum hominem & verum Deum.
c ¶ Ipsum Christum vel quemlibet iustum.
a ¶ Æternæ. ¶ Vel: Quietis generatio ablata est, vt sic incipiat versus.
b ¶ Filiorum. c ¶ Mihi.
a ¶ Plicata sit generatio mea, ne extendatur in posteros.
a ¶ Ante tempus. b ¶ Tela imperfecta.
a ¶ In iuuentute. b ¶ Dicebam.
¶ More infirmi, qui finiri vel mutari sperat infirmitatem suam mutatione temporis.
a ¶ O domine. b ¶ Et de nocte, spera vsque ad ma.
¶ Sicut Iob qui in die expectat noctem & econuerso, vt anxius.
a ¶ Sed. b ¶ Omnipotens. c ¶ Omnia comminuens. d ¶ Non solum carnes.
e ¶ Suspensiue dicit: Quasi aut mane aut vespere dabis mihi finem.
a ¶ Hoc dicebam.
b ¶ Ad matrem clamat, vt escam percipiat.

A sed suo conditori in omnibus naturaliter præcepto obedire. Conuenienter autem tale signum regi in mortis expectatione posito, aptissimum euenit, quod dominus per solem fieri taliter, congrua dispensatione disposuit; quoniam sicut sol in procinctu occasus sui positus, in diei initium reducitur: sic rex in mortis expectatione constitutus, quasi ad incipientis vitæ B gaudia reuocatur. Tantum quoque temporis, id est, quindecim annos, dominus addidit, quatenus nasciturus tunc filius consumpto illo tempore regnum defuncti patris valeret gubernare.

De conuenientia prædicti signi.

a *Ego dixi.* HIER. lib. II. Cùm Deus Ezechiæ sine labore victoriam dedisset, nec ille ei condignas gratias reddidisset, infirmitate coactus laudes persoluit, C quas in prosperitate neglexit, & postquam conualuit, quæ in angustia cogitauerat, edicit: *Ego dixi in dimidio.* Sancti implent dies suos sanctos: Abraham mortuus est plenus dierum senectute bona, peccatores in dimidio dierum moriuntur.

Cur Deus morbo percusserit Ezechiam.

Nulli boni moriuntur immature.

b *In dimidio dierum meorum.* vnde: *Viri impij & dolosi non dimidiabunt* D *dies suos*, quia non implent opera virtutum, nec pœnitendo emendant delicta.

c *Ad portas inferi. Quæsiui.* vbi constituta est domus omni viuenti ante aduentum Christi.

d *Quietis.* Quidam codices habent, quieuit generatio mea, quod & Hieronym. aliquando transtulit, deceptus ambiguitate verbi, & postea correxit.

E e *Quasi tabernacula pastorum, &c.* † ISICHIVS lib. 6. in Leuit. Præsenti sæculo quasi tabernaculo vtimur. Sic enim * Isaias appellauit, dicens, *Quieuit generatio mea, ablata & conuoluta est à me quasi tabernaculum pastorum.* Non ergo transitum vel decursum eius ignoremus, diuitias congregantes, vel domos F ædificantes, sed quemadmodum Paulus ait, intendamus quia tempus breue est, vt ementes sicut non ementes simus.

** Ezechiæ.*

Quomodo huius vitæ peregrinatio transigenda sit?

f *Sicut pullus hirundinis, &c.* † THEODORETVS. Leuatus morbo & restitutus vitæ, ait imitaturum se auiculas, & semper Dei laudes cantaturum.

☞ *Respon-*

¶ *Vtrum autem ista dies sub Ezechia fuerit maior quàm illa quæ prolongata fuerit tempore Iosue dictum fuit Iosue cap. 10.*



¶ *Figura secundum secundam opinionem, in qua qualibet linea facit vnam horam.*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *primò præmittitur titulus cùm dicitur,* Scriptura, *&c. secundò tractatus, cùm dicitur,* Ego dixi. *Et diuiditur in duas partes, quia primò Ezechias recolit anxietatem animi in qua fuerat; secundò bonum quod Deus sibi per Isaiam promiserat, ibi,* Tu autem eruisti. *Circa primum dicit,*

Diuisio.

1 In dimidio dierum meorum. *Tunc enim Ezechias erat in trigesimonono anno vitæ suæ. Quod sic patet, quia 4. Reg. 18. a. dicitur quod Ezechias erat vigintiquinque annorum, quando regnare cœpit, & vigintinouem annis regnauit, qui simul iuncti faciunt quinquaginta quatuor annos; à quibus si subtrahantur quindecim, quibus regnauit post infirmitatem istam, remanent tringintanouem: & sic erat in trigesimo anno, quando infirmatus fuit, quod est quasi medium vitæ hominis secursum cursum naturæ.*

Quot annos habuit Ezechias cum in morbum incidit?

2 Vadam ad portas inferi. *In Hebræo habetur* שאול *seol, quod aliquando accipitur pro fossa vel sepulchro, & sic accipitur quantum ad corpus Ezechiæ: Aliquando autem accipitur pro inferno, & sic accipitur quantum ad animam eius; Accipiendo tamen infernum pro limbo patrum, & ideo non dicitur hic ad infernum, sed ad portas inferi, quia limbus ille à sanctis dicitur esse in parte superiori inferni.*

Infernus.

Limbus patrum.

3 Quæsiui residuum annorum meorum, *&c. i. mecum considerabam, quot annis possem viuere per naturam.*

4 Dixi, *Audito verbo Isaiæ,* morieris tu, *&c.*

5 Non videbo dominum, *id est templum domini.*

6 In terra viuentium, *inter omnes viuentes:* non aspiciam hominem vltra, &c. *in præsenti vita.*

7 Et habitatorem quietis, *id est, populum regni mei habitantem in pace, mortuo Sennacherib; hoc dicebat Ezechias, quia iam Isaias sibi dixerat hoc ante ruinam Sennacherib, & liberationem ciuitatis & populi, vt patet cap. præcedenti: & ideo graue erat Ezechiæ illud bonum tempus non videre.*

Quæ gravia sibi senserit Ezechias moriturus?

8 Generatio mea ablata est, *id est, non habeo filium mihi succedentem in regno; & hoc consonat dicto Ra. Sal. supra posito, quòd non habebat adhuc filium.*

9 Et conuoluta est à me, *ne extendatur vltra per generationes futuras, sicut pallium plicatum non extenditur.*

10 Quasi tabernacula pastorum, *Quod quando mutant, locum deponunt & plicant ad alibi portandum.*

11 Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me: de mane vsque ad vesperam finies me, sperabam vsque ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. De mane vsque ad vesperam, &c. *id est, in medio processus sui, sicut tela aliquando scinditur à texente, dum est adhuc in fieri.*

12 Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, *clamans pro pastu recipiendo à matre.*

☞ Me-

4 Dixi,

a *Respondebit mihi.* A HIER. Quod erraui emendabo, tu esto fideiussor & protector: *Non est enim volentis neque currentis, sed Dei miserentis.*

Rom.9.d.

b *Cum ipse.* IBID. Hæc mihi iustè, q.d. nihil restat nisi patienter sustinere & ipsum* fortem exorare qui fecit quod voluit.

* factorem

c *Recogitabo.* IBIDEM. Quod præteritum est B non adiuuat sustinentem. vnde stulta est Epicuri sententia, Qui asserit recordatione præteritorum bonorũ mala præsentia mitigari.

Fatuum Epicuri dictum.

d *In amaritudine animæ.* IBID. q.d. Et hi etiam in amaritudine, quia præsens tribulatio nihil boni præteriti sentit, & semper humana felicitas aliquibus aspergitur aduersis.

† BERN. Serm.34. in cantic. Olim prædictũ est, & nunc tempus impletionis aduenit, *Ecce* C *in pace mea amaritudo amarissima.* Amara prius in nece martyrum, amarior in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum.

Mali mores fideliũ plus nocent & magis sunt dolendi quã tyrannorũ sæuitia vel hæreticorũ astutia.

e *Quia non infernus confitebitur.* Sine fine, damnati, neque in inferno pœnitentiam agunt, neque laudes Deo referunt.

Deut.32.a.

f *Viuens viuens, &c.* Non infernus vel mors.

g *Pater filiis.* vnde: interroga patrem tuum & annun. &c.

a ¶ Ad Deum. a ¶ In domino. b ¶ Gemitu compunctus.

dinis, sic clamabo: meditabor vt columba. Attenuati sunt 1 2

a ¶ Ad dominum: vnde auxilium. b ¶ Violentiam infirmitatis vltra vires corporis. c ¶ Plus quàm possunt merita.

oculi mei suspicientes in excelsum. Domine vim patior, 3 4

a ¶ Vel sponde, idem est. b ¶ Factori meo. c ¶ In se reuertitur. d ¶ Figulus luto.

responde pro me: [15] quid dicam aut quid respondebit 5 6

¶ Vel fecerim. ¶ Alij reputabo. a ¶ Etiam infideles.

mihi cum ipse fecerit? Recogitabo tibi omnes annos 7 8

a ¶ De statu humanæ vitæ philosophatur iam securus.

meos in amaritudine animæ meæ. [16] Domine si sic viuitur, 9

a ¶ Fragilis & caduca vita & miseriis plena, vt scilicet facile cadat. b ¶ Seueritate tua, & culpa mea. c ¶ Sic. d ¶ Misericordia.

& in talibus vita spiritus mei: Corripies me et viuificabis 10 11

¶ Salutem & vitam dando. a ¶ Percusso enim Assyrio pax erat in populo.

me: [17] ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem 12 13

a ¶ Corrigendo. ¶ Per flagella. b ¶ Modo in inferno præsentis vitæ vel futuræ. c ¶ Ne memineris.

eruisti animam meam, vt non periret, proiecisti post ter- 14 15

a ¶ Vel sensum tuum. b ¶ Ne ego aspicerem ea, sed tuam misericordiam. c ¶ Reprobi semel damnati.

gum tuum omnia peccata mea. [18] Quia non infernus confi- 16 17

a ¶ In inferno autem quis confitebitur tibi? ¶ Laudando. b ¶ Diabolus.

tebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui 18

a ¶ Qui omnino damnati. b ¶ Inferni. c ¶ Filij liberationem qui dicit: Ego sum via, veritas & vita. d ¶ Nunc protectione tua.

descendunt in lacum veritatem tuam. [19] Viuens viuens ipse 19 20

a ¶ In futura requie. ¶ Laudando. b ¶ Liberatus ab hostibus gratias ago. c ¶ Bonus, vt Dauid.

confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notam fa- 21 22

a ¶ Illis quos post genuit, quia tunc non habebat filios. b ¶ Cultum veræ religionis. c ¶ Ergo. d ¶ Ab Assyrio à morte animæ.

ciet veritatem tuam. [20] Domine saluum me fac, & psalmos 23 24

a ¶ Ego & populus meus, laudant vsque hodie Iudæi: & si non prosit illis. b ¶ Templo.

nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo 25 26

¶ Corde. a ¶ Famulis regis. b ¶ Vt Dei mirabilior esset potentia: Morbo enim regio secundum Symmachum laborabat, cui nocent omnia dulcia vel tacta, vt aiunt, vel gustata.

domini. [21] Et iussit Isaias, vt tollerent massam de ficis, & ca- 27 28

a ¶ A Domino inflictum: non corpus totum.

taplasmarent super vulnus eius, & sanaretur. [22] Et dixit Eze- 29

a ¶ Hysteron Proteron. Ante enim hæc dicta sunt quam de sanitate & oratione præcesserunt.

chias: Quod erit signum, quia ascendam in domum domini?

h *Super vulnus eius* D Aiunt Hebræi: Schin שחין vlcus sonare, non vulnus: quod Aquila & Symmachus morbum regium interpretati sunt: Alij non vlcus sed apostema suspicati sunt, cui iuxta artem medicorum siccioribus ficis & contusis subueniatur, quibus sanies in superficiem cutis prouocatur: nec spernendam esse medicinam, cum Deus E fecerit eam.

Quo morbo tenebatur Ezechias?

Eccl.38.a.

† BASILIVS in regulis fusius disputatis interrog. vlti. Omnem incolumitatis suæ spem habere in manibus medicorum, planè iumẽtorum simile sit: Omnes autem penitus quæ ab illis proficiscuntur, vtilitates fugere, hominum est valde in sua sententia peruicacium. Ezechias massam ficorum illam neutiquam præcipuam sanitatis suæ causam fuisse arbitratus est; neque salutem corpo- F ris sui, quam recuperauerat, illi acceptam tulit, sed ad Dei gloriam, etiam quod ficos creasset, gratiarum actionem adducit.

Medici nec penitus abiiciendi, nec vt primi salutis auctores adorandi.

† PROCOPIVS. Cum miraculum edere statuisset Deus, ficum illi, quæ vulnerum dolorem augere maximè solet, in remedium tradidit, quo pede vtens, in templum postea ascendere valeat, profitetur.

h Super — CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Meditabor, *in gemitibus multis,*

2 Vt columba, *quæ habet gemitum pro cantu.*

3 Attenuati sunt oculi mei, &c. *quia ex diutina attentione oculorum ad aliquid debilitatur virtus visiua.*

4 Domine vim patior, *ratione infirmitatis ad mortem me ducentis.*

5 Responde pro me, *Sic est in Hebræo, & in libris correctis; quasi dicat, non possum mortem euadere, nisi negotium meum accipias super te.*

6 Quid dicam, *creatori meo,*

7 Aut quid respondebit, *sicut figulus luto, quasi dicat, non habeo de factis suis contendere;*

8 Cum ipse fecerit, *me creando. Vel aliter,* Cum ipse fecerit, *hanc infirmitatem, suo iusto iudicio mihi inferendo pro delictis meis: & ideo non habeo nisi illa referre humiliter coram ipso: ideo subditur,* Recogitabo, &c.

9 Domine si sic, &c. *vt scilicet constitutus sim in tali angustia,*

10 Corripies me, *id est corripias, ita quod hæc infirmitas non sit mihi ad mortem, sed ad correctionem.*

11 Et viuificabis me, *id est, viuifices, Hebræi enim non habent optatiuum, sed loco eius vtuntur futuro indicatiui.*

12 Ecce in pace, *id est tempore pacis mihi annuntiatæ per Isaiam super deiectione Sennacherib de propinquo futura,*

13 Amaritudo mea amarissima, *id est, amaritudo mortis mihi imminentis, nisi tu iuues me, valde augmentabitur, eo quod per mortem priuabor ab assecutione & beneficio dictæ pacis.*

14 Tu autem. *Hic consequenter Ezechias recolit beneficium à Deo sibi præstitum de prolongatione suæ vitæ; dicens,* Tu autem eruisti animam meam, *id est, vitam meam.*

15 Vt non periret, *per mortem.*

16 Proiecisti post tergum, &c. *quasi noles ea videre amplius ad puniendum: & sic viuificasti me, non solum corporaliter sed etiam spiritualiter.*

17 Quia non infernus confitebitur tibi, *Post mortem enim non habet locum confessio peccatorum.*

18 Non expectabunt q. desc. in lacum, &c. *i. infernum damnatorum.*

19 Veritatem tuam, *id est, effectum tuæ veritatis, qua promisisti salutem humano generi per Christum, quia non eduxit illos qui ibi detinebantur.*

In præsenti tantum vita locus est pœnitentiæ & merito.

20 Viuens viuens ipse, &c. *ad confessionem enim peccati requiritur vita præsens, quia non habet locum post mortem, vt dictum est: Ad confessionem laudis requiritur vita gratiæ, quia* non est speciosa laus in ore peccatoris, *Eccl.15.b. ideo duplicatur ly* viuens.

21 Sicut & ego hodie, *confitebor vtroque modo. Fecit enim hanc orationem post conualescentiam de infirmitate, vt prædictum est.*

22 Pater, *scilicet quicumque de populo Israel,*

23 Filiis, *scilicet suis,*

24 Notam faciet veritatem tuam, &c. *qua sanasti me, sicut dixisti per Isaiam; & hoc narrabunt patres filiis suis ad gloriam tuam. Et quia Ezechias semper indigebat diuino auxilio, etiam post sanationem, ideo concludit in fine,*

25 Domine saluum me fac, *quia ex te pendet salus corporis mei & animæ,*

26 Cunctis diebus, *id est, in aliqua parte dierum singulorum.*

27 In domo domini, *vbi est locus deputatus orationi; & sic oratio ceteris paribus est magis exaudibilis ibi, quàm alibi.*

28 Et iussit, *Hic ponitur executio sanationis Ezechiæ, quæ tamen ordine temporis præcessit orationem prædictam, vt patet ex præcedentibus & etiam ex sequentibus. Dicit igitur,* Et iussit Isaias vt tollerent massam de ficis, &c. *Dicunt aliqui, & satis apparenter, quod emplastrum de ficis de natura sua erat aggrauatiuum illius infirmitatis, & ideo iussit propheta apponi, vt sanatio mirabilior appareret.*

Miraculosa sanatio Ezechiæ.

29 Et dixit, &c. *Istud refertur ad illud, quod ponitur supra.* Hoc autem tibi erit signum, *vbi propheta respondet ad quæstionem Ezechiæ*

17 Quia — hic

NICOLAVS DE LIRA.

hic motam. Scriptura enim sacra non semper obseruat ordinem temporis, sed frequenter prius dicta vel facta posterius scribuntur, & econuerso.

ADDITIO.

In c.38. vbi dicitur in post. Hîc consequenter datur signum mirabile. *Licet communis expositio doctorum sanctorum circa hoc signum factum Ezechiæ, sit conformis huic, quod exponitur in postilla: multa tamen occurrunt in hoc maxima admiratione digna, prout in additione super 4. Reg. 20. ca. vbi de eodem signo similiter tractatur, fuit largè ostensum; vnde ad prædictas admirationes tollendas, & ad veritatem literæ prout planè sonat prosequendam, salua semper sanctorum auctoritate, & absque aliqua temeraria assertione, hoc signum aliter videtur exponendum, prout ibidem planè fuit declaratum. Vide ibi.*

Remissiue hic loquitur.

ADDITIO II.

In eodem cap. vbi dicitur in postilla: Et dixit Ezechias, Licet frequenter in sacra scriptura non seruetur ordo temporis, *vt dicitur in postilla, tamen quod quæstio iam determinata & satisfacta statim sine medio iteretur, non recolo me vidisse: vnde de hoc quod dicitur hic,* Dixit Ezechias, *aliter videtur posse exponi. Ad quod sciendum, quod vbi nos habemus hoc interrogatiuum, scilicet:* Quod erit signum? *in Hebræo habetur hæc dictio* מה *mah, Quæ vno modo significat hoc idem quod in translatione nostra, scilicet interrogationem de signo habendo; Alio modo hæc dictio* mah *accipitur comparatiuè seu admiratiuè sicut ibi,* Quàm dilecta tabernacula tua; *vbi loco,* quàm *ponitur hæc dictio* mah: *& est sensus, Sunt valde dilecta, vel mirabiliter dilecta. Et similis dictio, scilicet* mah *& sub eodem sensu ponitur ibi,* Quàm dulcia faucibus meis, *& ibi,* Quàm bonum & quàm iucundum, *& in multis aliis. Vnde in hoc loco hæc dictio* mah *non videtur transferenda sub primo sensu, scilicet interrogatiuo, sed sub secundo sic, scilicet,* Dixit Ezechias, Quod signum quod ascendam in domum domini, *id est, quàm mirabile seu notabile signum est quod datur mihi ad hoc, quod adscendam in domum domini. Et sic verba Ezechiæ in hoc loco posita non signant quæstionem seu petitionem signi, cum iam illud habuerat; sed potius significant acceptationem signi iam dati, seu admirationem de tanto signo: & sic hæ narrationes in proprio loco ponuntur.*

De significato vocis Hebraicæ mah.

CAP. XXXIX.

A a IN tēpore illo. HIER. lib. 11. Superius dictum est quia Asaraddon Sennacherib successit, qui imperabat Assyriis, & Babyloniis: hic autem quia Merodach, qui misit nuntios ad Ezechiam illo adhuc viuente, rex erat Babyloniorum. B Sed duo regna erant, & ille præerat Assyriis, hic Babyloniis: Ferunt autem historiæ, quod Merodach pater Nabuchodonosor fuit, qui regna illa subiugata vniuit. Venerunt autem nūtij, quia portentum in sole viderant, & astronomi erant, & arte sua cognoscere non poterant: C venerunt ergo in Ierusalem vt hoc à prophetis & sapientibus discerent. Tradunt Hebræi ideo ægrotasse Ezechiam, quia post inauditam victoriam domino laudes non cecinerit, sicut Moyses subuerso Pharaone, & Delbora interfecto Sisara, & Anna nato Samuele. vnde fragilitatis suæ commonitus est per infirmitatem. Rursumque post corporis sanitatem & signi magnitudinem, offertur alia occasio superbiæ: D quam vt prudens Dei cultor debuit vitare, nec diuitias, quas Deo tribuente possidebat, alienigenis monstrare. Nos quoque secundum Tropologiam non debemus Margaritas ante porcos ponere, nec sanctum canibus dare. E *Qui enim fidelis est spiritu abscondit negotia.* Qui verò hoc fecerit, virtus illius eneruatur, & perit posteritas, & amisso virili robore in muliebrem redigitur molliciem.

Merodach & Asaraddon quibus & quando imperarint?

Nuntij regis Babylonis ad Ezechiam.

Exod. 15. a. Iudic. 5. a. 1. Reg. 2. a.

Nebona nostra occultemus.

Matth. 7. b. Prou. 11. b.

b *Et in omni potestate sua.* HIERONYMVS IBID. In thesauris domus domini, in quo præcipuè offendit. Hoc enim non erat potestatis eius. Iam tamen de valuis illis templi auri laminas tulerat. F

Nota quod thesauri templi non fuerunt potestatis regis.

c *In thesauris eius.* Tacet de thesauris domini, metuens reprehēdi, quod scilicet ostendit eis quodcumq; haberet in potestate, templi, scilicet supellectilem, vnde infert Isaias: *Audi verbum domini, &c.*

CAP. XXXIX.

a ¶ Assyrio interfecto, Ezechia sanato. ¶ Alia litera Maradach. a ¶ Epistolas.

a [1] IN tempore illo misit Merōdach Baladā filius Baladan, rex Babylonis librōs & munera ad Ezechiam. Audierat enim

a ¶ Oblatione munerum & sanitatis congratulatione.

quod ægrotasset, & cōualuisset. [2] Lętatus est autem super eis Ezechias, & osten-

a ¶ Secundum Epiphanium præclaram domum in qua sepeliebantur corpora regum. b ¶ Thesauros & vndique aromata multa.

dit eis cēllam aromatum, & argenti, & aūri & odoramen-

¶ Cellaria.

torum & vnguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & vniuersa quæ inuenta sunt in thesauris eius.

a ¶ Res quælibet, Hebræa vel Hebraica consuetudine.

Non fuit vērbum quod non ostenderet eis Ezechias in

a ¶ In thesauris suis.

b dōmo sua, & in omni potestate sua. [3] Introiuit autem Isaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei: Quid dixerūt viri

a ¶ Duo quærit. b ¶ Multo labore. ¶ Vnum respondet alterum tacet. ¶ Cum pondere superbiæ.

isti, & vnde vēnerunt ad te? Et dixit Ezechias: De terra lōn-

a ¶ Non dixit ad laudandum Deum pro signo. b ¶ Quæ potentissima.

ginqua venerūt ad mē de Bābylone. [4] Et dixit: Quid viderūt

a ¶ Pretiosa.

in domo tua? Et dixit Ezechias: Omniā quæ in domo mea

a ¶ Mirabilis.

sunt, viderunt. Non fuit rēs, quam non ostenderim eis in

a ¶ Tu qui secreta alienigenis reuelasti.

c thesauris meis. [5] Et dixit Isaias ad Ezechiam: Audi verbum

a ¶ Prædicit pœnam sceleris.

domini exercituū: [6] Eccē dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui vsq; ad diem hanc in Babylonē. Non relinquetur quicquā,

¶ Erunt

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XXXIX.

1 IN tempore illo. *Postquam descripta est Ezechiæ mirabilis sanatio, hic consequenter describitur ex hoc consurgens elatio, Et diuiditur in duas partes: quia primo huiusmodi elatio describitur, & secundo reprimitur, ibi,* Introiuit autem. *Circa primum sciendum, quod Babylonij circa cursum siderum erant intenti: Vnde & astronomia ibidem primo fuit inuenta, scilicet in Chaldæa, cuius Metropolis est Babylon; & ideo quando perceperunt retrocessionem solis prædictam contra cursum naturæ, fuerunt solliciti quærere qualiter hoc acciderat: & cum audissent hoc accidisse in sanatione Ezechiæ, de consilio sapientum rex Babylonis misit libros, id est, literas ad Ezechiam ad sciendum de retrocessione solis mirabili, secundum quod dicitur 2. Paralip. 32. g. vbi dicitur, quòd nuntij regis Babylonis missi fuerunt ad Ezechiam, vt interrogarent ipsum de portento quod acciderat super terram: & misit munera in signum reuerentiæ.*

Diuisio.

Chaldæi Astronomiæ studiosi.

Nuntij regis Babylonis ad Ezechiā.

2 Lætatus est, &c. *Lætitia inepta, procedente ex elatione, ex hoc quod talis rex & tantus & de tam longinquis partibus misisset sibi nuntios solemnes & munera, vnde subditur,*

Lætitia inepta Ezechiæ.

3 Et ostendit eis, &c. *Dicit Ra. Sa. quod non solum ostendit eis diuitias regni sui ad suam iactantiam, sed etiam ea quæ secretissimè & reuerentissimè seruabantur in templo, scilicet sacram vnctionem regum & pontificum, tabulas testimonij & legem, quæ non erant Gentibus ostendenda, & hoc notatur cum subditur,* Non fuit verbum, &c. *Et subditur,* In omni potestate sua.

Quæ ostendit Ezechias Babyloniis.

4 Introiuit. *Hic consequenter reprimitur dicta elatio per reprehensionem prophetæ, cum dicitur:* Quid dixerunt viri isti. *Non quæsiuit ex ignorantia, quia totum erat sibi à Deo reuelatum: sed vt ex responsione Ezechiæ conuenientius argueret eum.*

5 De terra, &c. *q.d. hoc mihi fuit ad magnam gloriam, & ideo ostendi eis totius regni magnificentiam.*

6 Ecce dies venient, & auferentur, &c. *Istud fuit completum, quando* Nabu-

MORALITER.

1 *In tempore illo misit Merodach Baladan filius, &c.* Per illum regem Babylonis, qui misit nuntios & litteras ad Ezechiam: ex qua missione Ezechias, licet esset bonus & sanctus, tamen fuit † in

a *Et erunt eunuchi*: HIER. li. 11. A Tradunt Hebræi hoc impletũ esse in Daniel & eius sociis, qui capto Ioakim filio Iosiæ, cum suo populo sunt capti & in Babylonem ducti & eunuchizati vel euirati; non tamen putandũ quòd eunuchi fuerint corpore, B sed mente, sicut *qui se castrauerunt propter regnum cælorum*.

Eunuchi de nepotibus Ezechiæ in palatio regis Babylonii.

Matt. 19. b. 4. Reg. 20. c.

b *Fiat tantum pax*. IBID. Debuit peccatum suum cũ Dauid C confiteri, & iram Dei remouere à posteris, aut compati cum

a ¶ Cuius sententia est firma. dicit dominus.[7] Et de filiis tuis, qui exibunt de ¹ a ¶ De semine tuo. te, quos genueris tollent. Et erunt eunuchi in a ¶ Iustus. palatio regis Babylonis.[8] Et dixit Ezechias ad ² a ¶ Iustum. ¶ Est. b Isaiam: Bonum verbum domini quod locutus a ¶ Ab Assyriis. b ¶ Religionis. est. Et dixit: Fiat tantùm pax & veritas in diebus ³ meis.

Moyse, qui dicit: *Dimitte eis hanc* D *noxam, aut dele me de libro quem scripsisti*. Quod quia non fecit, propterea non respondet ei, sed conuersus ad populum dicit: *Consolamini*, &c. E

Exod. 32. a. Qualis sit illa responsio Ezechiæ: Bonum verbum, &c.

† AMBROSIVS lib. 1. cap. 7. de Iacob & vita beata. Non vtique iustus Ezechias ærumnam captiuitatis in filios incidisse gaudebat, sed voluntati domini obuiare non poterat, & ideò F mandata eius æquanimiter accipiebat vt seruulus.

NICOLAVS DE LIRA.

Nabuchodonosor rex Babylonis tempore Sedechiæ in Babylonem transtulit de Ierusalem quidquid erat ibi pretiosum, vt habetur. 4. Reg. vlt.

1 Et de filiis tuis qui exibunt de te, *hoc fuit impletum in Daniele & sociis eius, qui fuerunt de semine regis Iudæ, & ducti in Babylonem tempore Ioakim, & ibi nutriti & eruditi, vt possent stare in palatio regis, vt habetur Dan. 1.*

2 Et dixit Ezechias. *Pœnituit enim de sua elatione, & sic acceptauit domini sententiam super se & super regnum suum: propter quod pœna ista fuit dilata vsque ad tempus Ioakim regis & Sedechiæ. quod postquam sibi dictum fuit per Isaiam, respondit:*

3 Fiat tantum pax. *recognoscendo in hoc beneficium diuinum de prædicta pœnæ dilatione.*

MORALITER.

† in vanam gloriam eleuatus, signatur diabolus, qui mittit adulatores ad hominem virtuosum, ex quorum adulatione in gloriam erigitur. Per hoc autem quod Ezechias ostendit eis thesauros suos & quæcumque habuit pretiosa, signatur quod virtuosus adulationibus deceptus merita sua manifestat ad sui gloriam: & sic amittit ea per diuinam sententiam, Matth. 6. a. *Amen dico vobis receperunt mercedem suam*. Et Greg. homil. 37. *Deprædari desiderant qui thesaurum in via publicè portant*.

Quomodo diabolus adulatores submittat, qui bonos euertant.

CAP. XL.

Consolamini. Quasi dicat. Quia rex vester non compatitur vobis, consolamini Christo. Potest ad Gentes referri, de quibus dominus per Zachariam: *Ego congregabo populum orientis, & erunt mihi in populum, & ego ero illis in Deum*.

Zach. 8. b.

† PROCOPIVS. Qui sunt isti a consolatores? Ipsi nimirum qui b consolatorem spiritum habentes ista à Saluatore audierunt: *Ego rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit vobis*. Qui ergo paracletum acceperunt, Dei populum non Israelis, non Iacobi, non Iudæorum denique, sed alium consolari iubentur, de quo Zacharias, *Gaude filia Sion, quia ego venio & habitabo in medio tui, dicit dominus. Et confugient gentes multæ ad dominum in die illa.*

Apostoli qui gentiũ consolatores erant. Ioan. 14. Zachar. 7.

CAP. XL.

Consolamini consolamini ¹ ¶ Fidelis. popule meus, dicit Deus vea ¶ Eliachim & Iudæorum fideles. vel, apostoli, & Gentium doctores. ¶ Aliis. b ¶ Blande consolando. ster:[2] Loquimini ad cor Ieru- ² a ¶ A tristitia & idololatria. ¶ Iudæos & Gentiles. ³ salem & aduocate eam, quoniam, com- ⁴ a ¶ Afflictio, & quies reddita. b ¶ A domino in baptismo, vel in martyrio. c pleta est malitia eius, dimissa est iniqui- ⁵ d a ¶ Quia. ⁶ b ¶ Qui scit voluntatem domini sui, & non facit, vapulabit multis. tas illius. Suscepit de manu domini du- ⁷ e plicia pro omnibus peccatis suis.[3] Vox cla- ⁸

Ecclesia à persecutorib. corpore cruciata, animo angustiata.

c *Malitia eius*. Malitia afflictio sicut illud: *Si est malum in ciuitate quod non faciat dominus*.

Amos 3. b. Marc. 2. a.

d *Dimissa est*. Causa consolationis, remissio peccatorum, causa remissionis quia susceperit duplicia. Notandum, quòd non soluuntur peccata nostra nisi de manu domini susceperimus ea. Nec idem est solui peccata & dimitti, cui enim dimittuntur solutione non indiget: vnde, *Dimittuntur tibi peccata tua*. Cui autem soluuntur, propterea soluuntur, quia purgata sunt & soluta per pœnas.

Quomodo differăt solui peccata & dimitti.

† CYRILLVS. Quemadmodum charissimum filium pater castigans, pro magno peccato, pœna leuissima, præ amore videtur sibi duplo grauiores pœnas intulisse, quàm pro sceleris grauitate filius commeruerat: Sic dominus.

Quomodo Deus peccata puniat.

† CHRYSOST. concione 3. de Lazaro. Puniri non esse malum disces ex propheta, qui docet pœnam Deo nos conciliare, iramque domini dissoluere his verbis, *Consolamini, consolamini populum meum sacerdotes*.

Puniri non est malum.

† CHRYSOSTOMVS hom. 5. ad populum. Ille beatus qui hic pœnas luit, vt peccatis omnibus depositis, probatus migret & mundus ac insons hoc propheta dicit quod susceperit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis.

a *Loqui ad cor*. HIER. Ad cor loquitur qui mœstum consolatur, sicut de Sichen dicitur: *Locutus est Sichen ad cor eius, & consolatus est eam*.

Gen. 34. a.

b *Ierusalem*. Ierusalem à Chaldæis & Romanis corpore & anima, Ec-

e *Vox clamantis*. HIER. Huius vocis memores Iudæi miserunt ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es?

Ioan. 1. c.

Av-

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XL.

Consolamini. *In præcedentibus huius libri, Isaias cum mysterio Christi denuntiauit peccatorum punitionem, hic consequenter describendo idem mysterium, denuntiat iustorum consolationem. Et diuiditur in duas partes: quia primo inducit eos ad expectandum promissa diuina; Secundò magis in speciali prosequitur illa 45. cap. Prima adhuc diuiditur in tres secundum tria ex quibus inducit rationem ad dicta promissa expectandum: Quia primo inducit hoc ex diuina potestate; Secundò ex eius charitate, cap. se. Tertio ex eius veritate 44. ca. Prima in duas: quia primò denuntiat consolatoris personam; secundo declarat eius potentiam, ibi:* Quis mensus est. *Prima adhuc in tres, quia primo alloquitur populum verbis consolatoriis; secundo denuntiat personam præcursoris, ibi,* Vox clamantis; *tertio personam Christi consolatoris, ibi,* Super montem. *Circa primum dicit:*

Diuisio.

1 Consolamini consola. *replicat hoc verbum: quia promittit eis duplicem consolationem, scilicet in bonis temporalibus & spiritualibus.*

2 Loquimini, *vos prophetæ,*

3 Ad cor Ierusalem, *id est, ad consolationem fidelium.*

4 Quoniam completa est, *id est, terminata,*

5 Malitia eius, *quia peccatum Adæ per Christum fuit amotum.*

6 Dimissa. *quia Christus contra peccata personalia attulit remedium, quod loquitur hic propheta de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*

7 Suscepit de manu do. duplicia. *Id est duplicem consolationem per Christum, scilicet in collatione gratiæ, & apertione gloriæ, sicut pro peccatis accepit duplicem pœnam, scilicet corporis & animæ.*

8 Vox clamantis. *Hic consequenter introducitur persona præcursoris, scilicet Ioannis Baptistæ, de quo intelligitur ad litteram hæc scriptura, vt patet Ioan. 1. & Matth. 3. propter quod aliqui doctores catholici malè videntur dicere exponendo hunc passum ad litteram de reditu capti-*

Prophetia de S. Ioanne Baptista præcursore Domini.

MORALITER.

1 *Consolamini*. Capitulum illud litteraliter exposui de consolatione populi facta per Christum in aduentu suo primo, quæ duplex est, scilicet ex collatione gratiæ & gloriæ per apertionem ianuæ cælestis, sicut dicitur Ioan. 1. b. *Lex per Moysen data est gratia & veritas per Iesum Christum*: ideo dicitur hic bis, *Consolamini*, Semel pro consolatione gratiæ, & semel pro collatione gloriæ in apertione ianuæ cælestis. Et sic patet, quod hæc expositio non solum est litteralis, sed etiam spiritualis: propter quod de alia spirituali pertranseo, maximè quia alij expositores communiter exponunt hoc ca. ad litteram de consolatione facta populo Iudæorum per Cyrum regem Persarum quando dedit eis licentiam redeundi in Iudæam: Et expositionem quam hic posui dicunt esse mysticam tantum, sed contrarium ego ostendi per textum Euangelij.

De consolatione populi facta per Christũ in aduentu suo primo.

† MO-

† AVGVSTINVS sermone de S. Ioan. Bapt. Desertum & solitudo gentilium populus est; vacua enim timore Dei pectora, & spiritusancto carentia, deserto comparantur: desertus enim est hic mundus, ab omni cultura fidei & timoris Dei, peccatorum spinis obsitus: squallebat tamquam ager incultus, nullam bonorum operum fœcunditatem afferebat.

Corda timore Dei vacua deserto comparantur.

a *Omnis vallis exaltabitur. Qui se exaltat, hu. & qui se hu. &c.* Hoc vsque hodie in deserto Gentilium Ecclesiarum clamant magistri.

Luc. 13. c.

† THEODORETVS. Hæc verba cursum euangelicæ prædicationis significant, cum montes humiliandos propheta dicat, & valles implendas, vt recta & plana sit via prædicationi euangelicæ.

Cursus Euangelicæ prædicationis.

b *Et videbit omnis caro.* De primo aduentu subito ad secundum raptus dicit, *Et videbit omnis caro.*

supr. 6. c.

c *Os domini.* Prophetæ qui prædicauerunt futurum Christum scilicet salutare Dei nostri.

d *Quid clamabo.* HIER. lib. 11. Non sine causa quærit: cum enim se sponte obtulit, dicens, *Ecce ego mitte me*: populo suo dura nuntiauit, & nunc idem metuit.

e *Omnis caro.* IBID. Qui portat imaginem terreni, & vitiis seruit fœnum & flos præteriens. Qui custodit imaginem cælestis caro est, sed quæ cernit salutare Dei, quæ quotidie renouatur secundum imaginem creatoris: & tandem incorruptibilis & immortalis gloriam

1. Cor. 15. f.

a ¶ Apostoli. ¶ Ioannis. ¶ Christi. b ¶ Iudææ vel gentium. c ¶ Bona opera quibus dominus ad vos ingrediatur.

mantis in deserto. [1] Parate viam [2] domini, [3] rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

a ¶ Cogitationes. b ¶ Christi. a ¶ Iudæus vel Gentilis humilis simplex. ¶ Fide, opere. b ¶ Elatus.

[4] Omnis vallis exaltabitur, [5] & omnis mons & [6] collis humiliabitur, & erunt [7] praua in [8] directa,

a ¶ Superbus. b ¶ Corda tortuosa. c ¶ Ad fidem & operationem. a ¶ Ferocia. b ¶ Mollia & mansueta. c ¶ In prædicatione: in baptismo quando aperti sunt cæli, & spiritus super eum mansit. d ¶ Filius de quo pater: Exurge gloria mea.

& [9] aspera in [10] vias planas. [11] Et reuelabitur gloria

a ¶ In iudicio, vel in primo aduentu. b ¶ Homo non spiritus prius, quia spiritum non habebat.

domini, & [12] videbit omnis caro pariter quod

a ¶ Prophetæ. ¶ Christi. b ¶ Mihi. c ¶ O Isaia. d ¶ Ad Iudæos vel ad omnes

[13] os domini locutum est. [14] Vox dicentis: [15] Clama, et

a ¶ Homo. b ¶ Fragilis.

dixi: Quid clamabo? [16] Omnis caro fœnum,

a ¶ Iuuentus, potentia & cetera omnia vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

& [17] omnis gloria eius quasi flos agri. [18] Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spi-

¶ Sententia, vitam præsentem excussit.

ritus domini sufflauit in eo. [19] Verè fœnum est populus. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, [20] verbum autem domini stabit

a ¶ Iuuentus, quæ seruit vitiis, præcipue libidini. b ¶ Regnabit. a ¶ Alias: Verbum Dei manet in æternum. b ¶ Christum, vt nihil annunties, nisi quod ab ipso habes.

in æternum. [21] Super montem [22] excelsum

gloriam mutat non naturam. Fœnum nascendo habet virorem, crescendo decorem, deinde florem, tandem ardore solis siccatum redigitur in puluerem. Sic homo per ætatum successiones amittit decorem, & cadit in mortem.

Hominum vita flori comparatur.

† AVGVSTINVS lib. 6. contra aduersarium legis & proph. c. 2. Totus splendor generis humani, honores, diuitiæ, potestates, triumphi, minæ, tumores, flos fœni est, multi anni tibi videntur florentis domus aut familiæ: in comparatione æternitatis, quasi flos est agri; per exiguo tempore transeunt flores. Cognouit ergo pater figmentum nostrum, quia fœnum sumus & ad tempus florere possumus; & misit nobis verbum suum, & fecit illud fratrem fœno nostro, *verbum caro factum est*; noli mirari, quia fœnum tuum, id est, caro tua facta est particeps æternitatis illius, factus est ille prius particeps fœni tui.

f *Verbum autem domini.* Verbum Christus cum corpore suo, quod est Ecclesia.

g *Super montem excelsum.* GREG. lib. 2. mor. c. 3. Qui cælesti prædicatione vtitur, ima iam terrenorum operum deserens in rerum culmine stare videtur: tantoque facilius subditos ad meliora pertrahit, quanto per vitæ meritum de supernis clamat. Illa namque vox auditorum cor libentius penetrat, quam dicentis vita commendat: quia quod loquendo imperat ostendendo adiuuat vt fiat. Vnde in lege præcipitur armum dextrum & separatum dari Sacerdotibus.

Quæ prædicatio sit magis efficax

Exod. 29. d.

† Am-

NICOLAVS DE LIRA.

captiuitatis Babylonicæ, in hoc magis Iudaizantes quantum ad aliquid, quam Hebræi: qui hunc passum & totum cap. exponunt ad litteram, referendo ad tempus Messiæ, dicentes quod tunc superficies terræ habitabilis complanabitur diuinitus per eleuationem vallium & depressionem montium, vt sic amotis omnibus impedimentis Iudæi per orbem dispersi possint faciliter in Iudæa congregari: & sic exponunt quod hic dicitur, Omnis vallis imple. &c. *Sed deficiunt dupliciter: primò quia aduentum Christi dicunt futurum qui iam transiit in præteritum; Secundo quia litteralem sensum hic accipiunt secundum significata vocum, cum dicitur,* Omnis vallis imple. &c. *quod non est verum in locutione parabolica, sicut Iud. 9. b. cum dicitur,* Ierunt ligna ad arborem Rha. &c. *Sensus litteralis ibi non est de arboribus materialibus per voces significatis, quia sic scriptura esset falsa; sed de Abimelech & viris Sichem, qui ibi per arbores metaphoricè significantur. Quod autem sit hic metaphorica locutio patet non solum per dicta doctorum catholicorum, sed etiam per dicta Ra. Mo. dicentis:* Non ascendat super cor, quod in diebus Messiæ deficiat aliquid de via huius sæculi, vel innouetur aliquid de operibus sex dierum, sed ibit mundus iuxta solitam viam, *& per consequens non est intelligendum quod in aduentu Messiæ fiat talis complanatio montium & vallium, nisi intelligatur de aduentu Christi ad iudicium, quia tunc innouabitur mundi status. Sed Iudæi hoc modo non intelligunt, sed de aduentu eius in mundum, vt satis patet ex prædictis. Igitur sequendo sententiam Euangelistarum passus iste exponendus est ad litteram de Ioanne Baptista & eius prædicatione cum dicitur:* Vox clamantis, *id est Ioannis prædicantis,*

De Iudæis & catholicis aliquibus errantibus in expositione huius cap.

Complanatio terræ quam in die Messiæ futuram crasse intelligunt Iudæi.

Matth. 3. b. Marc. 1. a. Luc. 3. f. Ioan. 1. c.

1 In deserto, *Id est, in Iudæa, quæ dicitur desertum ratione dicta superius in prin. 35. cap. Et quia ad literam Ioannes incepit prædicare in deserto Iudææ, vt habetur Matth. 3. a. vbi dicitur:* In diebus illis venit Ioan. Bapt. prædicans, &c.

2 Parate, *Prædicatio enim eius, & suus baptismus erant quædam dispositiones populi ad suscipiendum de propinquo fidem Christi venturi, vt patet ex decursu Euangelij, Et dicit,*

3 Viam domini, *quantum ad mandata decalogi,*

4 Semitas, *quantum ad consilia Euangelica;*

5 Omnis vallis, *id est, humilis,*

6 Et omnis mons, &c. *id est superbus, quia sicut dictum fuit in prin. huius libri, per aduentum Christi superbi deiecti sunt & humiles exaltati.*

7 Et erunt praua. *i. homines deprauati ex consuetudine peccandi,*

8 In directa, *id est ad rectitudinem iustitiæ reducti:*

9 Et aspera, *id est, crudeles & duri,*

10 In vjas planas, *id est ad mansuetudinem deducti: sicut patet de Paulo, qui factus fuit agnus de lupo. Potest etiam hoc aliter exponi de operibus pœnitentiæ, quæ videntur dura & aspera, sed per gratiam Christi facta sunt credentibus leuia: vnde dicit August.* Omnia sæua & immania, leuia & propè nulla fecit amor.

Amor dura & aspera leuia facit.

11 Et reuelabitur gloria domini, *id est, Dei filius, qui dicitur gloria patris, eo quod gloria secundum Tullium est clara notitia cum laude: vnde gloria dicitur quasi quædam claria: c. mutata in g. Illa autem quæ ad notitiam pertinent in diuinis, filio appropriantur, & ideo sicut dicitur sapientia patris, ita eius gloria.*

Christus gloria patris.

12 Et videbit omnis caro, *id est poterit videre,*

13 Quod os domini, &c. *Cuius verbum deficere non potest ab impletione.*

14 Vox dicentis, *scilicet, domini loquentis ad Isaiam, vel ad Ioannem Baptistam.*

15 Clama, *id est publicè denuntia.*

16 Omnis caro fœnum. *id est, nullam firmitatem seu stabilitatem ex se habens: & accipitur hic caro pro omni homine carnaliter viuente, secundum quod dicitur 1. Corint. 15. f.* Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.

17 Et omnis gloria: *Quoniam repentè deficit ex modico calore febrili, ex voluntate Dei, ideo subditur:*

18 Quia spiritus domini sufflauit in eo.

19 Vere fœnum est populus, *per hoc ostenditur manifestè, quod propheta loquitur hic metaphoricè vt prædixi.*

20 Verbum domini. *Quod potest intelligi de verbo increato, secundum quod dicitur Ioan. 1. a.* In principio erat verbum, &c. *& de verbo creato per prophetas dicto quod infallibiliter impletur in prophetia prædestinationis, vt dictum est supra frequenter.*

Verbum Dei creatum & increatum.

21 Super montem: *Hic consequenter introducitur persona consolatoris, scilicet domini nostri Iesu Christi, & est verbum domini ad Isaiam, vel potius ad Ioannem Baptist. cum dicitur,*

22 Super montem excelsum. *sci. ad præeminentiam sanctitatis vitæ. tu scilicet Ioannes, de quo dicit Saluator Matth. 11.* Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.

Qui

A † Ambrosius lib.8.in Luc.ca.17. Ascende in montem, vt excelsorum vertice possis eminere meritorum, Deus enim montium & non Deus vallium est: Ascende eò vbi Christus sedet ad dexteram Dei, cuius fundamenta in montibus sanctis, & montes in circuitu eius. Mons tuus Paulus, mons tuus Petrus est, supra illorum fidem, mentis tuæ locato vestigium.

Montes quos designent?

a *Sion.* Hier.li.11. Per Sion & Ierusalem, apostolos & alios doctores intelligit, quos admonet, vt quæ à domino acceperunt prædicent, & culmina virtutum ascendentes, verbo & exemplo doceant.

b *Ecce dominus, &c.*

B † Procopius. Eius aduentum indicat, quo mercedem vnicuique secundum opera persoluturus est. Sunt qui ad priorem aduentum ista referāt, in quo non vt ex prophetis aliquem, qui miracula edentes putabantur, ipsum venturum demonstrent, cum sua vnius potestate morbos & dæmones corporibus Christus abegerit.

c *Gregem suum, &c.* Nunc contemplatione, in futuro ipsa visione: nunc docendo, postea saluando vel satiando.

C

d *Fœtas.* Doctores filios quotidie Deo parturientes: vnde apostolus, *Filioli mei, quos iterum parturio.*

Gal.4.cap.

e *Quis mensus est.* Hieronymus. Ne de vocatione Gentium dubitetur, magnitudo vocantis describitur.

f *Pugillo.* Pugillus contractis digitis pugnus, palmus à pollice vsque ad minimum digitum extenta manus: vt per palmum, & pugillum cælos extentos & globum terræ nouerimus.

g *Spiritum Domini. Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me ad annuntiandum mansuetis misit me: Et requiescet super eum spiritus Domini.*

D Isa.61.a. supr.11.a.

h *Ecce gentes.* † Origen. hom. in 2. cantica. Omnes gentes apud dominum, sunt vt stilla situlæ. Ipse dominus pro omnium salute factus est stilla situlæ: Quid enim non factus est, vt nos liberaret? Nos inanes, ille se exinaniuit: nos stilla situlæ, ille stilla factus est, vt per eum à vestimentis nostris odor stillæ procederet, iuxta illud, *Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis.*

Christus nostri gratia quid fecerit & tulerit?

E † Clemens Alexand. lib.6. stromato. Qui Christo non crediderint, vt sputum reputabuntur, & vt stilla cadi superuacui ad salutem, & reiecti vt sputum ex corpore ecclesiæ.

i *Quasi puluis exiguus.* Hier. lib. 11. Hebræi hoc verbo tenuissimū puluerem significari putant qui magis sentitur quàm videtur. Hunc ergo forsitan cum Epicuro suo Democritus atomos vocat. Multa autem sunt nomina, quæ ita leguntur in Græco & in Hebræo propter interpretandi difficultatem, & tam Græcæ quàm Latinæ linguæ paupertatem.

* Sap.7.c. Rom.11.d.

Atomi Democratici.

F k *Libanus non sufficiet.* Libanus mons maximus & pascuis vberrimus & arboribus: Sed etsi omnia ligna succidantur ad succendendum, & omnia animalia immolentur ad holocaustum, ad implendam vel placandam tamen maiestatis potentiam non sufficiunt.

---

a ascende tu qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam qui euangelizas Ierusalem, exalta, noli timere. b Dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus vester. [10] Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. [11] Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. [12] Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera? [13] Quis * adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? [14] Cum quo iniit consilium? & quis instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientia, & viam prudentiæ ostendit illi? [15] Ecce Gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Ecce insulæ quasi puluis exiguus [16] & libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum. [17] Omnes

Interlinear glosses: a Bona nuntias. b Nota quod Sion, quæ est mons, iubetur montem ascendere, id est, Christum. O. c Vt multi audiant. a Prædicationem. b O. c Persecutorum sæuitiam, diaboli astutiam. a Ecclesiis vel synagogis. b Vnde: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierant domus Israel. c Apostoli secundo aduentu. d Vobis promissus ô Iudæi, vel Gentes, suscipite illum. a Quem spreuistis, quasi vilem & debilem. b Fortitudo. c Qui formam serui accepit. a Retributio omnium. b Potestas iudicij. Propheta de primo aduentu. a Sed prius. Qui venturus est in maiestate. Ego sum pastor bonus. b Fortitudine. c Ex omnibus Gentibus. a Pasce agnos meos: Mites non superbos. b Protectione. c Ad cælum. a Facile. Mensuras enim & pondera omnium nouit. a Super nihilum. b Potestate Trinitatis. c Libratos suo pondere fecit. Nullus. a In creando. Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris, &c. a Quid ageret. b Qualiter operari debuisset. a Regulam operandi. Nullus. a Quia. b Idola colentes vel omnes. c Gentes. In comparatione. d Quæ cadens pro nihilo ducitur. a Quod velut ex nihilo in vtramque partem inclinatur. a In comparatione eius. b Hoc addit vt Gentes ab idololatria reuocet auferendo victimas: quia nec ligna, nec animalia sufficiunt. c Hostiarum ignem.

Marginal numbers: 1–20.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui euangelizas Sion. *id est populo Iudaico: & dicitur Euangelizas, quia prædicatio Ioannis ad Euangelium pertinet.*

Prædicatio Ioannis ad Euangelium pertinet.

2 Exalta, noli timere, *Ioannes enim timore Herodis aut Pharisæorum & sacerdotum non destitit à constanti veritatis denuntiatione.*

3 Ecce Deus vester. *id est Deus humanatus: Sic enim denuntiauit Ioannes Ioan.1.d.* Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi, *Nomine agni exprimens humanitatem: & per ablationem peccati eius diuinitatem.*

4 Ecce dominus Deus. *In aduentu enim suo Christus egit miracula stupenda quæ fieri non poterant, nisi virtute infinita.*

5 Et brachium eius dominabitur. *Per brachia enim eius in cruce extensa peruenit ad gloriam suæ resurrectionis, & sic ad dominum plenæ potestatis: propter quod tunc dixit Matth. vlt.d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

6 Ecce merces eius cum eo, *Quia virtute diuinitatis de se poterat dare gratiam in præsenti & gloriam in futuro.*

7 Et opus illius coram illo, *id est, in voluntate & potestate.*

8 Sicut pastor. *vnde dicit de seipso Ioan.10.* Ego sum pastor bonus.

9 In brachio suo. *Per hoc designatur Christi pietas ad fideles suos, propter quod ibidem dicit:* Et animam meam po. pro oui. meis.

10 Quis mensus est pugillo. *Hic consequenter ponitur potestas consolantis, ad ostendendum, quod de eius promissione nullus debeat dubitare, cum sit potens adimplere: & diuiditur in duas, quia primo declaratur eius potestas contra idololatras, ei creaturam adæquantes; Secundo contra pusillanimes Iudæos de ipso minus debito confidentes, ibi,* Laudate. *Prima in duas, quia primò dicta potestas ostenditur, secundo ex hoc idololatria arguitur, ibi,* Cui ergo. *Circa primum dicitur,* Quis mensus est pugillo, *id est, valde faciliter:* aquas: *quamuis sint multæ & magnæ.*

Diuisio.

11 Et cælos palmo ponder. *id est sine difficultate aliqua, sicut illud quod continetur in palma.*

12 Quis appendit tribus digitis, *id est valde faciliter. Quando enim aliquis vult leuare aliquod ponderosum, apponit duas manus: sed quando est valde leue, apponit tantum duos vel tres digitos. Per hoc autem ostenditur Christi potestas, qui virtute diuinitatis omnia ista fecit. Vtitur autem hic scriptura verbis ponderis & stateræ, quia Deus omnia disposuit in numero, pondere, & mensura. Sap.11.d. propter dictam potentiam subiungit.*

Potentia Christi.

13 Quis adiuuit spiritum domini, *quasi minus potentem: quasi dicat nullus.*

14 Aut quis consiliarius eius fuit, *quasi haberet sapientiam diminutam. Et patet littera vsque ibi:*

15 Ecce gentes, *omnes generaliter.*

16 Quasi stilla situlæ, *id est, cadens de situla, quæ nullius momēti reputatur.*

17 Et quasi momentum stateræ, *id est, lingula stateræ, quæ valde de facili ad vtramque partem mouetur, de se nullam habens stabilitatem.*

18 Ecce insulæ quasi puluis exiguus, *In conspectu eius.*

19 Et Libanus non sufficiet ad succendendum, *id est si aliquis vellet facere sibi sacrificium debitum, omnia ligna non sufficerent ad ipsum cremandum, nec per consequens omnia animalia sufficerent ad offerendum sibi debitum holocaustum.*

20 Omnes Gentes, &c. *Quia ex se non habent aliquid esse.*

a *Cui ergo similem fecistis.* HIER. lib. 11. Tropologicè. Increpantur principes hæreticorum qui diuersa idola de corde suo fingunt, vel eloquij venustate id est argento, vel sensus splendore qui significatur in auro, vel ligno imputribili quæ viliora sunt dogmata, quæ dialectica firmantur arte ne corruant.

Hæreticorũ idola.

† CLEMENS ALEXAND. li. 5. stromaton. Antisthenes Socraticus vocem illam propheticam circumlocutione exprimens quæ dicit, *cui me assimilauistis, dicit dominus*; ait, eum nulli esse similem; quoniam nemo potest eum discere ex similitudine & imagine.

Quid de Deo dixerit Antisthenes.

† DAMASCENVS lib. 4. de fide ca. 17. Extremæ demētiæ & impietatis fuerit, diuinum numen fingere. Hinc est quod in veteri testamento minimè tritus imaginũ vsus erat. Postea quam autem Deus homo factus est, miracula edidit, passus, crucifixus est, resurrexit & assumptus est, literarum quidem monumentis ad alendam memoriam nostram, & doctrinam eorum qui tum aderant, ista mandata sunt vt ea quæ non vidimus audientes ac credentes beatitudinē eam quam dominus prædicauit, assequamur. Verum quia non omnibus hoc contigit, vt literas norint, idcirco patribus visum est, vt refricandæ memoriæ causa, hæc tanquam præclara quædam trophæa in imaginibus pingerentur.

Imaginum vsus laudabilis.

b *Numquid.* Stultitiam Gentium redarguit, vt ab idololatria recedant.

c *Forte lig.* HIER. Hebraicè מסכן mesucham, quod genus ligni est imputribile, de quo maximè idola fiunt: hoc autem dicit vt idolis reprobatis suscipiatur doctrina Euangelij & reueletur gloria domini, vt videat omnis caro salutare Dei.

d *Ab initio.* Legis Moysi vel à principio mundi in ipsis creaturis quæ omnes suum suo modo prædicant artificem.

Gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. [18] Cui ergo similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? [19] Numquid sculptile conflabit faber, aut aurifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius? [20] Forte lignum & imputribile elegit artifex sapiens: quærit quomodo statuat simulachrum, quod non moueatur. [21] Numquid non scietis? Nũquid non audistis? Numquid non annuntiatum est vobis ab initio? Numquid non intellexistis fundamenta terræ? [22] Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ. Qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos quasi tabernaculum ad inhabitandum. [23] Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, iudices terræ velut inanes fecit. [24] Et quidem neque plantato, neque sato, neque radicato in terra trunco eorum, repentè flauit in eos, & aruerunt: & turbo quasi stipulam auferet eos. [25] * Et cui assimilastis me & adæquastis me dicit Sanctus? [26] Leuate in ex-

Interlinear glosses: a Quæ sub cælo sunt. b In comparatione eius. a Simulachro. b Vnum qui omnia fecit. a Qui spiritus est, in omnibus est, & vbique. b Dominus ad omnes gentes. Simile Deo, qui vbique. a Non. b Durabile: vnde factum simulachrum duret in longum. a In hac arte. Ad Gentes. Naturali ratione idola nihil esse, & me Deum æternum esse. a Saltem secundum legem scriptam quæ hoc prohibet. a A domino fundata. b Omnia regit & ambit. a Terræ. b Quid ergo superbiunt? a Etiam. b Tenues subtiles. c Sub eis quasi sub tabernaculo habitant homines, supra angeli & sancti. Etiam. a Philosophos. b Omnes mortui obliuioni dati. c Principes. d Quia transeunt cito. a Firmato scilicet. a In præsenti vita. b statu. c Spiritus Dei. a Mortui. Transiui & ecce non erat. b Repentina sententia. c Ab hac vita. d Cum tanta sit potentia. e Deorum vestrorum. O Iudæi vel Gentiles idola colentes. a Singulariter.

e *Super gyrum.* Hinc nonnulli terram quasi punctum & globum esse contendunt.

f *Quasi locusta.* In eius comparatione, vel considerata terræ magnitudine.

De figura cæli & terræ.

g *Tabernaculum.* Hinc quoque in similitudinem spheræ cælum esse contendunt, & eius Hemisspherium terris imminere.

h *Qui dat secretorum.* *Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi*, & hoc est: *Qui dat secretorum scrutatores, quasi non sint.*

1. Cor. 1. c.

† THEODORETVS. Sic Sennacherib, sic Nabuchodonosor sustulit Deus; significatque propheta non dimensam esse potentiam Dei, operibus, multo maiora potuit, voluntate sola fecit, quæ fecit omnia. Nam (inquit propheta) omnia quæcumque voluit, Deus fecit, non quæ potuit omnia, sed quæ voluit; potuit enim multo plura facere, fecit autem quæ rectè se habere iudicauit.

De Dei potentia & voluntate.

Infr. 46. b.

i *Cui assimilastis me, & adæquastis me, dicit Sanctus*, q. d. Quare similitudini Deum comparatis, nec ex creaturarum magnitudine Deum creatorem intelligitis; si non creditis verbis, credite oculis vestris, & elementorum omnium seruitute omnipotentiam Domini cogitate.

In

NICOLAVS DE LIRA.

Omnia ista inducuntur ad ostendendum, quod in nullo indiget alterius auxilio seu consilio.

Reprehensio idololatriæ.

1 Cui ergo similem fecistis Deum? *Hic consequenter ex dictis idololatria reprehenditur, in qua cultus soli Deo deditus creaturæ impenditur, & sic ei secundum reputationem idololatræ adæquantur: propter quod dicitur,* Cui ergo similem fecistis Deum? *Hoc dicitur contra idololatras credentes aliquid diuinitatis esse in imaginibus factis.*

Plura genera idololatrarum.

2 Aut quam imaginem. *Et hoc dicitur contra idololatras, qui imaginibus non attribuebant aliquid numinis: sed quibusdam diis inuisibilibus in imaginibus repræsentatis: ponebant tamen pluralitatem Deorum.*

3 Numquid sculptile conflabit faber. *Omnia ista inducuntur hic ad ostendendum, quod idola nullam stabilitatem habent à se, sed magis ab artifice. Et cum omnes Gentes quasi nihil reputatæ sint respectu Dei, vt prædictum est, ex hoc concluditur quod idola adhuc minus sunt reputanda, ideo subditur:*

4 Numquid non scietis. *Illud quod dictum est de idolis, quod sensibiliter potestis experiri.*

5 Numquid non audiuistis. *q. d. sic, quia in libris Gentilium & chronicis semper fuit facta mentio de ortu idololatria per opus hominum, vt magis videbitur capite sequenti.*

6 Numquid non intellexistis, *q. d. intelligere debuistis, quod à solo Deo habeat stabilitatem: cum nihil sit sub ea sustentans eam.*

7 Qui sedet super gyrum terræ. *Tamquam princeps terrenus.*

8 Et habitatores. *id est homines ei subditi.*

9 Sunt quasi locustæ, *respectu Dei.*

10 Qui extendit velut nihilum cælos. *Cum sint natura vel materia subtilis, quæ dicitur quasi nihil, eo quod non est palpabilis: eo modo loquendi quo aer nihil vocatur propter suam subtilitatem. Vnde dicitur communiter nihil in puteo esse, cum tamen sit plenus aere. In Hebræo habetur,* Qui extendit velut telam cælos, *Et sic plana est litera & sequentibus consona, cũ subditur.*

11 Et expandit eos. *Loquitur hic de cælo secundum apparentiam visus, quia extrema cæli in circumitu orizontis nostri videntur super terram figi, & medium quod est super capita nostra in altum erigi, & sic habet apparentiam tabernaculi extenti.*

Cælum tabernaculo comparatũ.

12 Qui dat secretorum scrutatores. *i. sapientes in speculabilibus.*

13 Iudices terræ, *id est prudentes in agibilibus,*

14 Velut inanes fecit, *id est, nullius reputationis in Dei comparatione: quod ostendit per simile, cum subditur;*

15 Et quidem, *id est, certè.*

16 Neque plantato, neque sato. *id est sicut plantula non radicata adhuc nec firmata terra à modico vento eradicatur: sic etiam omnes prædicti quantumcumque magni ad nutum Dei eradicantur, & tolluntur de vita præsenti: & ideo in fine concluditur,*

17 Et cui assimilastis me, & adæquastis dicit Sanctus? *Quasi diceret, talis assimilatio est valde erronea.*

18 Leuate in excelsum oculos vestros. *Hic consequenter ostenditur Dei potestas contra Iudæos de Deo minus debito confidentes; & primo ad considerationem diuinæ maiestatis inducuntur, cum dicitur,* Leuate in excelsum oculos vestros, *id est ad opera cælestia.*

9 Sunt

Et

a ¶ Cælum. b ¶ Intelligite saltem per creaturas. c ¶ Quæ in cælo. d ¶ Ille, scilicet, qui edu.
cellum oculos vestros, & videte quis creauit hæc: qui educit 1
a ¶ Qui numerat multitudinem stellarum. ¶ Angelos & stellas. b ¶ Cælorum. c ¶ Stellas.
a in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat. 2 3
b ¶ Quasi qui omnipotens.
Præ multitudine fortitudinis & roboris virtutisque eius, 4
a ¶ Ex omnibus his. b ¶ Alienum à numero & à cogni. eius.
c ¶ Ergo. ¶ Cum tanta sit Dei magnitudo, cum eius nutu regantur omnia. c ¶ Vel dices. d ¶ Duæ tribus.
c neque vnum reliquum fuit.[27] Quare dicis Iacob, & loqueris 5 6
a ¶ Decem tribus iam in captiuitatem ductæ. b ¶ Non videt eam. c ¶ Meo. d ¶ Quia præiudicauit me.
Israel, abscondita est via mea à domino, & à Deo meo iu- 7 8
d ¶ Vel transibit. a ¶ Per te. b ¶ In scripturis.
dicium meum transiuit?[28] Numquid nescis, aut non audisti? 9 10
¶ Hoc scilicet. ¶ Vnus est. a ¶ De nihilo.
e Deus sempiternus dominus, qui creauit terminos terræ, nō 11 12
a ¶ Quia caro non est. b ¶ Quia spiritus omnipotens est. c ¶ Quia omnia nouit.
f deficiet, neque laborabit, neque est inuestigatio sapientiæ 13 14
a ¶ In fide hæsitanti. b ¶ Fidei & operis. c ¶ In mundo fortes.
eius.[29] Qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt, fortitudi- 15
a ¶ Sed. ¶ Ex toto damnati. b ¶ A pueritia. ¶ Qui pueriliter viuunt. c ¶ In infirmitate. 16
g nem & robur multiplicat.[30] Deficient pueri & laborabunt, 17
a ¶ Qui fortes & sani. ¶ Vitiis feruentes. b ¶ Animæ & corporis. c ¶ In hac vita. d ¶ Non in se. 18
& iuuenes in infirmitate cadent.[31] Qui autem sperat in do- 19
a ¶ Quibus volent ad Deum. 20
h mino, mutabunt fortitudinem: assument pennas sicut a- 21
i a ¶ Innouati. b ¶ Ad Deum. c ¶ Omnia facilia amanti. d ¶ Proficient. ¶ Quia in æternum viuent.
quilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non defi-
cient.

a *In numero.* HIER. A lib. 11. Illi numerata sunt, quæ Abraham numerare non potuit: & seruiunt delegato officio, vt sol cursum cæli vno expleat anno, & cetera suo modo. *Genes. 15. b.*

b *Militiam eorum, &c.* IBID. Angelos scilicet. vnde: *Millia millium ministrabant ei.* Inde & B dominus Sabaoth dicitur, id est militiæ vel exercituum vel virtutum. *Dan. 7. c.* *Militia cæli.*

c *Quare dicis, &c.* HIER. lib. 12. Cum hæc propheta diceret decē C tribus iam captiuatæ erant, duæ restabant captiuandæ. In captiuitate autem omnes desperantes, dicebant terrena: Deus nō considerat, nec curat quid quisque faciat. Ideo sine rege, sine iudice sumus, & immerito affligimur. *Virgilius An curare putas superum mortalia quemquam.*

d *Via mea.* IBID. Bona opera, non pertinent ad Deum terrena, non considerat quid quisque agat. Inde iniustè opprimitur, quasi iumenta & pisces, sine rectore.

e *Creauit.* IBID. Omnia nouit, omnia continet, omnia maiestate sua dispensat.

f *Sapientia eius.* HIER. D lib. 12. Ex hoc loco aliud apostoli sumptum videtur: *Incomprehensibilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* q.d. Solus Deus æternus, impassibilis, cetera omnia deficient. *Rom. 11. d.* *Solus Deus immutabilis.*

g *Deficient pueri.* IBID. qui scilicet gaudet corporis sanitate, & pue- E ritiam & adolescentiam putant esse perpetuam.

h *Mutabunt.* IBID. vt sint fortes in Deo, fient debiles mundo, & post mortem carnis fient immortales.

i *Sicut aquilæ.* Sicut aquila secundum Physicos alliso ad silicem rostro, vetustate nimia aduncato innouatur: F sic qui vetustatem peccati per petram quæ est Christus mortificant, mortui mundo innouantur Deo, vnde: *Renouabitur vt aquila iuuentus tua.* *Aquilæ renouatio.* *Psal. 102. b.*

† PROCOPIUS. Sic ergo in hac vita singulorum quoddam iudicium est, vt in futura vniuersorum; etiam ita esse minimè arbitreris ô Israel: indeque ista tibi reliquisque gentibus congrua denuntio. *Innouamini ad me insulæ, &c.*

f Sa- CAP.

NICOLAUS DE LIRA.

1 Et videte quis creauit hæc. *id est, ex hoc considerate magnitudinem creatoris, secundū quod dicitur Sapien. tredecimo. b.* A magnitudine enim speciei & creaturæ poterat cognoscibiliter creator eorum videri.

2 Qui educit in numero militiam eorum, *id est, multitudinem stellarum ordinatè in suo cursu procedentium.*

3 Et omnes ex nomine vocat, *Quia omnia cognoscit perfectè vsque ad minima.*

4 Præ multitudine forti. *Ista tria in Deo sunt vnum, tamen in nobis differunt. Fortitudo enim respicit magnitudinem & correspondentiam membrorum; robur fortitudinem ossium, & neruorum; virtus magnitudinem effectuum.* *Fortitudo robur & virtus Dei vnum sunt.*

5 Neque vnum reliquum fuit, *id est, nulla res quantumcumque modica latet potentiam & scientiam diuinam: ideo concluditur,*

6 Quare dicis Iacob, *id est, popule Iudaice descendens à Iacob,*

7 Abscondita est via mea, *id est, opera mea,*

7 A domino, *id est, non reddet pro eis mercedem.*

8 Et à Deo meo iudicium, *id est, non faciet vindictam de iniuriis mihi illatis. Ex hoc videtur, quod in populo illo erant aliqui qui deciderant in illum errorem, quod Dei prouidentia ad actus humanos non se extenderet; Vel dicendum, quod propheta vtitur communi modo loquendi, quo homines in afflictione longa positi dicuntur à Deo derelicti, & traditi obliuioni.* *Error quod prouidentia Dei ad actus humanos non se extēdat.*

9 Ne-

9 Numquid nescis, aut non audisti, *Et quid sit illud subditur,*

10 Deus sempiternus, *id est sua deitate,*

11 Dominus qui creauit terminos terræ: *& sic dicitur dominus, ex tempore quo habuit creaturam subiectam. q.d. ista debuisti scire, quia Moyses tibi annuntiauit in principio Genesis.*

12 Non deficiet, *in opere gubernationis.*

13 Neque laborabit, *quia lassitudinem operando non incurrit;*

14 Neque est inuestigatio sapientiæ eius, *scilicet ad perfectum, quia excedit inuestigationem humanam in infinitum, Ro. 11. d.* O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, &c.

15 Qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt, *producendo eos de non esse ad esse.*

16 Deficient pueri, *scilicet, moribus & sensu:*

17 Et iuuenes, *id est, insolentes.*

18 In infirmitate cadent, *primò in culpam, & postea in pœnam.*

19 Qui autem sperant in do. *& non in seipsis præsumptuose,*

20 Mutabunt fortitudinem, *quia qui erant prius debiles, ad grauia sustinendum gratia diuina efficientur fortes.*

21 Assument pennas sicut aquilæ, *id est, qui prius erant tardi & pigri ad bona opera, efficientur veloces ad ipsa: Et hoc videtur impletum in veteri & nouo testamento per successiones generationum in illis qui veraciter conuersi sunt ad Deum.*

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 40. vbi dicitur in postil. Super montem, hic consequenter introducitur persona consolatoris.

Licet expositio postillatoris de hoc quod dicitur: Super montem excelsum, &c. *sit satis consona littera & veritati secundum translationem nostram, secundum tamen Hebr. veritatem non totaliter consonat littera. Pro quo sciendum quod Grammatica Hebraici sermonis à multis deuiat à Grammatica Latina, & specialiter in hoc, quod secundum Grammaticam Hebraicam in verbis habetur differentia inter sexum masculinum & femininum, sicut nos habemus in nominibus, & hoc secundum quamlibet differentiam trium personarum. Verbi gratia, aliter dicitur à femina: ego comedo quam à masculo, & sic in secunda & tertia persona. Similiter in hoc pronomine tu tui, &c. est differentia inter sexum masculinum & femininum: Loquens enim cum masculo aliter pronominat tu quam si cum femina loqueretur: & hoc est valde manifestum cuicumque habenti aliqualem notitiam in illa lingua: vnde in hoc loco vbi dicitur,* Super montem excelsum ascende, *ly ascende est feminini generis, non masculini. Similiter ly tu, & ly* Euangelizas, *& ly* exalta, *& sic de ceteris verbis & pronominibus hic contentis, quæ omnino pertinent ad femininum genus vsque ibi:* Ecce Deus vester, *& ideo, vt magis propriè hæc verba secundum veram litteram Hebraicam intelligantur, referenda sunt ad beatam virginem, & ad sanctam Elizabeth, secundum ea quæ traduntur de eis, Luca 1. vt sit sensus quod Isa. in persona domini dicit beatæ Virgini:* Super montem excelsum ascende tu quæ euangelizas Sion, *scilicet beata virgo: quod impletum est quando concepto filio Dei in vtero virginali* Maria exurgens perrexit in montana, *vbi manifestè patet quod ascendit in montem excelsum, nam Iudæa vbi Zacharias manebat, erat altior Galilæa, à qua recessit Maria. Christus enim de Galilæa in Ierusalem pergens dicebat,* Ecce ascendimus Ierosolymam; *& quia de Galilæa in Ierusalem beata virgo non per planam viam, sed per montana iuit, ideo propriè ei dicitur,* Super montem excelsum ascende. *Differentia inter Grammaticam Hebræam & Latinam.* *De SS. Maria & Elizabeth.* *Quomodo hæc illam visitauerit & salutauerit.*

Et quia in sua salutatione ad Elizabeth non solum mater, sed etiam infans in vtero eius Christum instinctu spiritus sancti cognouit: quia vt dicitur Luc. 1. d. Factum est cum audiuit salutationem Mariæ Elizabeth exultauit infans in vtero eius cum gaudio. *In quo designatur gaudium de præsentia domini, ideo de beata virgine in ipsa sancta salutatione pro-*

prie intelligitur, Quæ euangelizas Sion: *scilicet, quæ nuntias bona sanctis animabus, scilicet Elizabeth & Ioanni.*

Consequenter propheta in persona domini alloquitur ipsam Elizabeth di. Exalta vocem tuam, quæ Euangelizas Ierusalem: *quod impletum est quando Elizabeth exclamauit voce magna euãgelizando ipsi Ierusalem, videlicet, beatæ virgini dicendo:* Beata quæ credi. quoniam perfi. in te quæ dicta sunt tibi à domino. *Luc. vbi supra.* (Luc. 1. c.)

Consequenter propheta in persona domini alloquitur virginem di. Exalta, noli timere. *In quo innuit canticum eius altiori voce formandum, quam cum primo solum salutando euangelizauit q. d. Non tantum loquere voce submissa, prout sufficit ad cognatæ tuæ salutationem, sed etiam exalta vocem, scilicet prout requiritur ad modum cantici: per quod canticum ciuitatibus Iudæ, id est ecclesiis præsentibus & futuris annunties præsentiam filij Dei in te incarnati: & hoc est quod dicit,* Dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus vester, *quod continuè impletur in ecclesiis, cum per canticum prædictum solemniter memoratur, seu annuntiatur aduentus domini in eadem virgine; Interposuit tamen ibi propheta,* Noli timere, *quia virginalis pudicitia pauida est & timida; vnde angelus ei dixit,* Ne timeas Maria; *Et etiam vt innueret, quod tanta erat humilitas virginis, quod non præsumebat canticum publicè cantandum formare, nisi spiritus sancti instinctus eam * tangeret seu moueret: de quibusdam autem in cantico virginis contentis, quædam innuendo propheta hic ponit, vt cum dicit,* Ecce dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. *Quæ quidem verba videntur correspondere huic quod dicitur in cantico.* Fecit potentiam in brachio suo: *Vtrobique enim datur intelligi quod incarnatio filij Dei pertinet ad infinitatem diuinæ potentiæ. Et sequitur,* Ecce merces eius cum eo: *In propheticis enim locutionibus promittebatur incarnatio filij Dei, quasi merces à Deo danda in futurum, sicut Genes. 22. d. Abrahæ dictum fuit,* Benedicentur in semine tuo omnes gentes, *sed in prædicto cantico hæc merces, vt iam data annuntiatur, vnde dicit:* Suscepit Israel puerum suum, *cui respondent verba prophetæ, di.* Ecce merces eius cum eo. *Et quia (vt dicit Greg. in benedictione cerei:)* Nihil nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset: *ideo subdit,* Et opus illius coram illo, *scilicet opus redemptionis, quod maximè pertinet ad diuinam misericordiam, quæ inter diuina opera præeminet, vnde Psalm. 144. b.* Miserationes eius super omnia opera eius; *& ideo in cantico, cum dixisset,* Suscepit Israel puerum suum, *subdit,* Recordatus misericordiæ suæ. *Sequitur,* Sicut pastor gregem suum pascet: *In quo innuit propheta, quod Christus se haberet, vt pastor ad gregem* suum, *non vt ad gregem* alienum, *sicut* mercenarius, cui non est cura de ouibus, *Ioan. 10. b. quod correspondet huic, quod dicitur in cantico,* Sic locutus est, &c. *Ad patres enim semper se habuit Deus vt pastor cum proprio grege: vnde Psal. 94. b.* Nos autem populus eius, &c. *Cetera exponantur, vt in postil. Quæ quidem expositio non solum videtur consona litteræ, sed in se rationabilis. Isaias enim qui Euangelicus propheta dicitur, vt in prologo & in proœmio; sicut de voce Baptistæ in deserto clamantis historiam propheticè texuit, vt statim supra: sic non immeritò de voce virginis salutantis & cantantis propheticam historiam prædicere debuit; præmittit tamen historiam de voce Baptistæ, quamuis ordine temporis posterior fuit, eo quòd illa fuit omnibus notior: A notioribus enim incipit processus disciplinæ, prout in primo Physic.*

Margin: Præstantia Cantici Magnificat. — * cogeret — De conuenientia prædicti Cantici & prophetiæ huius cap. — Conuenientia huic c. prædictam expositionē.

ADDITIO II.

In e. c. vbi dicitur in post. Præ multitudine fortitudinis & roboris.

Vbi nos habemus: Præ multitudine fortitudinis, *Hebraica litera sic habet:* Præ multitudine & fortitudine roboris & virtutis nec vnus defuit. *Cuius sensus potest esse talis, quod militia cælestis, quæ in tanta multitudine est, considerari debet, quod quælibet stella habet fortitudinem, scilicet potentiam & virtutem actiuam ad influendum in istis inferioribus, vnde Genes. ix. de sole & luna & stellis dicit:* Posuit ea in firma. cæ. &c. *& in Psal.* Solem in potestatem diei, &c. *& sic diuinam potentiam & scientiam commendat propheta, non solum ex numerosa multitudine cælestis militiæ, sed etiam ex fortitudine & robore & virtute influxiua eis à Deo collata, à quibus nulla stella quantumcumque modica deficit, quin habeat aliqualem potentiam: ex quibus excitatur magis humana mens ad considerandum magnitudinem potentiæ creatoris.* (Virtus influxiua astrorum.)

CAP XLI.

1 Taceant ad me insulæ, & Gentes 2 mutent fortitudinem. 3 Accedant 4 & tunc loquantur: simul ad iudicium propinquemus. 5 Quis suscitauit ab oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se? 6

Interlinear: a Audi Israel & tace. b Ad audiendum per apostolos. — a Qui erant fortes in mundo, sunt fortes in Deo. Fortitudo mundi, voluntatem implere, Deum mortificare. — a Fide ad me. b Aliis prædicent. — c Vt discernant inter Deum & idola, & vtrum Deus omnia iustè disponat. — a Nisi ego. b In Iudæam (quæ est in orientali plaga) Christum incarnari, mori, suscitari voluit. c Vel iustitiam. — a Inspirando, & de sepulchro: di. Exurge gloria mea, exurge. Et securus respondet. Exurgam diluculo. b Obediens vsque ad mortem.

a Taceant insulæ. HIER. lib. 12. Quia in salo gentes scilicet, quæ salsis & amaris fluctibus sæculi tunduntur.

† THEODORETVS. Insulas ecclesias vocat, quod vt insulæ tumidos fluctus maris excipiunt & frangunt; sic ecclesiæ persequentium tempestates & procellas perferunt; & super petram id est, Christũ sunt collocatæ. (Ecclesia persecutionibus superior.)

† PROCOPIVS. Tacere insulas iubet, vt sermoni & salutari prædicationi se attentas præbeant; insularum nomine, cõflatas è gentibus ecclesias intelligens, in quas huius vitæ nequitia, tamquam maris * salsilago vndis & fluctibus vndique insurgit. Nonnulli insularum appellatione, ciuitates & pagos aliquando qui vastis incultisque terris ambiantur (quales in Idumæorum & Moabitarum solitudine esse dicunt) intelligi volunt, quos velut in exemplum ceterarũ nationum assumit, vt gentium assumptionem ex parte indicet, quas errore veteri relicto, ad vitæ nouitatem transire significat. (Quid veniat intelligendum insularum nomine. — * falsugo.)

b Accedant. † THEODORETVS. His verbis præcepit Apostolis & ecclesiæ principibus consentire omnes summo consensu in doctrina Euangelica, & euangelium omnibus gentibus prænuntiare.

c Quis susci. ab or. HIER. lib. 12. Quidã Hebræorum hoc ad Cyrum regem Persarum referunt, quod suscitatus sit aduersus Babylonios ob oriente, quod ei fecerit dominus parere plurimas gentes, subiiciens gladio & arcui eius. Sic quoque cetera ad ipsum referunt, quod scilicet, Babyloniis idola non profuerunt humano studio facta. Alij Hebræorum hoc ad Abrahã referunt, qui vocatus sit iustus ab oriẽte, id est, de Chaldæis, qui solus iustus inuẽtus sit, & secutus est Deum. Egrediens de terra sua, & tradidit eis reges qui concessit: (Quis sit iustus qui ab oriente suscitatus dicitur. — Gen. 14.)

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XLI.

TAceant ad me, *Postquam propheta induxit populum Israel ad certam expectationem promissorum ex diuina veritate: hic consequenter idem facit ex eius charitate, quæ amicos non defraudat à promissi consecutione. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostenditur Dei dilectio ad dictum populum ex beneficiis, quæ ei in patribus concessit. Secundo, ex proprio filio quem ei promisit cap. seq. Prima in tres secundum tria beneficia. Secundum ponitur ibi:* Et tu Israel. *Tertium ibi:* Prope facite. *Circa primum sciendum, quod primò beneficium fuit collatum in Abraham, quem Deus separauit ab infidelibus, educendo eum primò de Vr Chaldæorum, Gen. 11. ca. Et secundò de Aram Gen. 12. & per consequens populum ab eo descendentem per Isaac & Iacob ab infidelibus separauit: propter quod & legem ei in monte Sinai specialiter concessit: propter quod dicitur Psal. 147. b.* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. *Et diuiditur in duas, quia primo ponitur huiusmodi separatio, secundo contra idololatras inuectio, ibi:* Videront. *Circa primum primo ad huius considerationem inducit di.* (Diuisio. — Separatio Abraham & seminis eius ab infidelibus. — Diuisio.)

1 Taceant ad me, *id est, habitatores insularum.* 2 Et Gentes. *Terram aridam habitantes.* 3 Fortitudinem mutent, *Vt qui erant fortes ad mala sint fortes ad bona.* 4 Accedant & tunc, &c. *Si habent aliquid iustum pro se. secundo beneficium recolit di.* 5 Quis susci. &c. *id est Abraham, vt exponunt communiter catholici & Hebræi, quem dominus vocauit primo a Chaldæa, vt dictum est, & postea ab Aram, & vtraque regio vergit ad orientem respectu Iudææ, quam dominus ei repromisit, Genes. 13.* (Vocatio Abraham de Vr & Aram.)

6 Vocauit eum, *Per viam fidei & obedientiæ, vnde & ex fide secundum mandatum Dei voluit filium immolare, Gen. 22. & ad Hebr. 11. & ideo dominus ei astitit ipsum protegendo: propter quod subditur.* Da-

MORALITER.

† 1 *Taceant ad me,* Hic primo ponitur quædam excitatio audientium ad intellectum dicendorum, quæ sunt duo secundum sensum litteralem huius cap. Primum est vocatio Abrahæ à domino, quæ habetur Genes. 12. per quam mysticè signatur institutio debita boni prælati, de qua dicitur: (Institutio debita boni prælati.)

5 *Quis suscitauit.* Dicitur enim bonus prælatus suscitari ab oriente propter splendorem sapientiæ, & iustus propter rectitudinem vitæ, quæ debent attendi in institutione prælati, quia ponitur in statu perfectionis exercendæ. Quod quidem exercitium præsupponit perfectionis habitum acquisitum, ideo, subditur: (Apo. 1. d. — Prælati sunt in statu perfectionis exercendæ.)

6 *Voc. eum.* scilicet, Christus, vt sequeretur se. Iesus enim non venit ad acquirendum in se perfectionem, quam habuit ab instanti conceptionis, sed ad perfectionem aliis communicandam.

† Da-

☞ contra Sodomam & Gomorram venerant, & fecit eos ante gladium & arcum eius, quasi puluerem & stipulā, persecutus est illos, reuersus est in pace, nec longi itineris cursum sensit; & hoc nec suis viribus, sed domini misericordia fecit, qui ab initio cognouit hæc.

† ORIGENES. Putabamus Christum ab Apostolo tātum dictum iustitiā, sanctificationem & redemptionem & sapientiam; & fortasse ille à prophetis accipit, nouit ille etiam animatam esse iustitiam & viuentem, id est, vnigenitū Dei filium, qui est viuens iustitia & sanctificatio, id enim est illud Isaiæ, *Quis surgere fecit ab oriente iustitiam, & vocauit ad pedes suos?* Vocauit autem Christum pater ad nostram salutem, vt ad nos iter faceret, & descenderet ad nos de cælo.

Christus nō primum ab Apostolo vocatus iustitia, sanctificatio, &c.

a *Dabit in conspectu eius, &c.* † THEODORE. Reges amouebit solio, qui edebant omne cruciamentorū genus in Christianos; & persequentes ecclesiam, ecclesia demum vicit, & persecutores suos superauit.

† PROCOPIVS. Quamquam reges terræ deletos audis & more pulueris & paleæ disiectos: intellige tamen præcipuè aereas potestates, & principes tenebrarum, qui reges terræ erant.

b *Semita in pedibus.* Laborem vel lassitudinem eius vitæ non sentiet, *Exultauit vt gigas ad currendam viam.*

Psal. 18.

† THEO-

a ¶ Postula à me & dabo tibi Gentes hereditatem tuam & possessionem tuam. b ¶ Conuersos. c ¶ Vinculis fidei.

a Dabit in cōspectu eius gētes, & reges obtinebit. [1]

a ¶ Pater. b ¶ Contrarias potestates. c ¶ Verbi.

Dabit quasi puluerem gladio eius sicut stipulam [2]

a ¶ Prædicationi. b ¶ Filij. c ¶ Filius. d ¶ Aduersarios. e ¶ De mundo ad patrem.

vento raptā arcui eius. [3] Persequetur eos, trans- [3]

a ¶ Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.

b ibit in pacē: [4] semita in pedibus eius non ap- [5]

a ¶ Prædicta. b ¶ Per. c ¶ Adsc.

parebit. [4] Quis hæc operatus est & fecit, vocans [6]

a ¶ Omnes. b ¶ Mundi. c ¶ Feci, quia primus, &c.

[7] generationes ab exordio. * Ego dominus, pri- [8]

a ¶ Sine principio. b ¶ Sine fine. c ¶ Gentes, vel ecclesiæ. [9]

c mus, & nouissimus ego sum. [5] Viderunt insulæ [10]

a ¶ Initium sapientiæ timor domini. b ¶ In omnem terram exiuit sonus eorum. c ¶ Audita prædicatione apostolorum.

& timuerunt, extrema terræ obstupuerunt: ap-

a ¶ Fide ad eum. b ¶ Fideliunt.

d propinquauerunt & accesserunt. [6] Vnusquisque

a ¶ In fide. b ¶ Verbo & facto. c ¶ Infirmo.

proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet,

a ¶ In domino Deo viuo & vero, quia idola dij non sunt, sed opera hominum & hoc est: Confortauit. b ¶ Deum tuum studiosè faciendo.

confortare. [7] Confortauit faber ærarius [11]

a ¶ Formam simulacri. b ¶ Cum idola colebantur. [12]

percutiens eum malleo, qui cudebat tunc [13]

a ¶ Glutinam hoc.

temporis, dicens glutino bonum est & con- [14] [15]

a ¶ Deum. b ¶ Quolibet impulsu.

fortauit eum clauis, vt non moueretur. † †

† THEODORETVS, Tamquam summa pax esset, & non insurgeret aduersus Apostolos orbis, peragrauere totum orbem Apostoli.

† CYRILLVS. Sic percurrere orbem tamquam si per planam viam esset iter, quod nostro creatori nemo possit resistere.

c *Viderunt insulæ.* HIER. lib. 12. Gentes in circuitu: & illius virtute perterritæ sunt, & extrema terræ, id est Sem filius Noe, qui in extremo terrarū ipse cū patre & fratribus diluuiū euasit, vsque ad tempus illud reseruatus, quē Melchisedech intelligi volunt, & venisse obuiam Abrahæ de prælio reuertenti, & eum benedixisse & Dei benedictionibus roborasse. Ipsū quoque fabrum esse ærarium, qui Abraham conflauerit, & malleo suæ artis ad meliora produxerit, & dixerit: Bonum est vt timori Dei glutineris, & ei iungaris, & cōfortauit eum clauis præceptorū, vt in timore domini permaneret.

* infr. 44. a.

Sem idē qui Melchisedech.

† CYRILLVS. Postquam viderunt gētes Christū oculis mentis, & gloriā ipsius, timuerunt ab extremis terræ, vsque ad extrema, per vniuersum orbem, & aggregatæ sunt & appropinquauerunt Christo per fidem & purgationem peccatorum.

d *Vnusquisque, &c.* † CYRILLVS, Christi mysteriis initiatus dicet aliis, qui coluerint idola, faber fabrefecit hoc idolum, &

☞ vos

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dabit in conspectu. *Et loquitur hic propheta de præterito per modum futuri, sicut frequenter fit in prophetis: & hoc fuit impletum, quando Abraham cum ccc. vernaculis suis quatuor reges fortes debellauit, Gen. 14. a.*

Victoria Abraham de quatuor regibus qui diripuerant Sodomam.

2 Dabit quasi puluerem. *quia eos facillimè debellauit diuina virtute sibi assistente.*

3 Persequetur eos. *Quia persecutus fuit fugientes vsque Soba & Phœnicem Gene. 14.*

4 Transibit in pace. *Quia nullus de suis in bello illo cecidit.*

5 Semita in pedibus eius. *Quia valde faciliter ad bellum iuit & rediit; sicut de homine faciliter transeunte & leuiter, dicitur, quod nō figit vestigium in terra, vel non tangit terram.*

6 Quis hæc operatus est. *q. d. Deus, & non homo: ideo subditur,*

7 Vocans generationes, *scilicet ad fidem & amicitiam suam.*

8 Ab exordio, *scilicet temporis quod patet in Abel iusto, Seth, Noe, Abraham, & sic de aliis.*

9 Ego dominus, *Et ideo possum vocare ad meam amicitiam quos volo sine iniuria cuiuscumque, cum nulli tenear; sed omnes id, quod sunt, tenent à me; ideo subditur,* Primus & nouissimus ego sum.

10 Viderunt. *Hic consequenter per oppositum ponitur inuectio contra factores & cultores idolorum. Circa quod sciendum, quod sicut dicit Eusebius in chronica sua anno 7. Abrahæ, Ninus rex Assyriorum condidit Niniuem, & ipse incepit idololatriam, quia fecit imaginem Belo patri suo defuncto, cui exhibebat tantam reuerentiam, quod parcebat reis fugientibus ad ipsam, vt dicitur in Schola. historia: propter quod dicti confugientes inceperunt adorare illam imaginem, & ad imitationem huius facti alij fecerunt imagines charis suis defunctis. Et sicut imago facta à Nino vocabatur Belus & fuit primum idolum: sic hoc nomen deriuatum est ad alia idola, vtpote Bel, Baal, Baalim, Beelphegor, & Beelzebub, & huiusmodi, secundum diuersitates gentium & linguarum: & quia hoc fuit multiplicatum tempore Abrahæ, vt dictum est, ideo iuxta ipsius fidelitatem arguitur hic idololatria istorū; & hoc est quod dicitur,* Viderunt insulæ, & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt: appropinquauerunt; *id est habitatores insularum, & aliarum terrarum viderunt reuerentiam idolis à potentibus exhibitam: & sic in timore positi confugerunt ad ipsa veneranda, vt sic eis parceretur; ideo subditur,* Appropinquauerunt & accesserunt, *scilicet, ad idola* Vnusquisque proximo suo, &c. *qui quando aliquis habebat amicum in periculo positum, consulebat sibi refugere ad idolum. Et quia exemplo Nini alij potentes fecerunt idola, per manus tamen artificum, ideo subditur,*

Quomodo cœperit idololatria.

Bel idolum.

11 Confortauit fab. *Ad cuius intellectum sciendum, quod in fabricatione idoli de metallo per malleationem tres operarij sunt necessarij, Primus est ille, qui materiam in igne calefactam cum martello ducit ad formam partiū idoli; Secundus est qui partes sic formatas cum martello cum lima polit; Tertius est qui partes sic præparatas ad inuicem consolidat & coniungit: & hoc notatur cum dicitur,* Confortauit fab. *Et construitur sic littera,* Faber ærarius, *id est metallicus.* Percutiens malleo, *id est martello scilicet, materiam ducendo ad idoli formam,* Confortauit, *id est efficaciter * monuit,*

Tres operarij ad fabricationem idoli.

* muniuit

12 Eu. mal. qui cu. *id est cum lima poliebat. Cudere enim in vna significatione idem est quod polire, vt dicitur in libro Catholicon.*

13 Tunc temporis, *id est, tempore Abrahæ, quo fabricatio idolorum cœpit multiplicari, vt dictum est.*

14 Dicens. *iste qui poliebat erat dicens, supple consolatori,*

15 Glutino bonum est. *id est bonum est partes idoli conformatas* ☞ &

MORALITER.

† 1 *Dabit in conspectu*, Quia debet cognoscere statum sibi subiectorum, paruorum & magnorum.

2 *Dabit quasi* Per gladium, qui propè percutit, signatur doctrina per verbum; per arcum verò, qui à longe ferit, doctrina per scriptum: Vtroque namque modo sancti prælati, vt Aug. Greg. & alij, hæreses & vitia destruxerunt, quibus alij prælati debent, quantum bono modo possibile est, conformari.

Arma prælatorum.

4 *Transibit.* Nam de prælato dicitur, 2. Tim. 2. d. *Seruum Dei nō oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, salua tamen iustitia:* aliter non esset mansuetudo vera, sed pusillanimitas detestanda.

5 *Semita in pedibus.* Per semitam, quæ est parua via, declinans à via communi, signatur declinatio aliqua à communi doctrina ecclesiæ, quæ quantumcumque parua in prælato non debet esse. Et quia promotio prælati talis est à Deo, subditur,

6 *Quis hæc.* & sequitur:

9 *Ego dominus. Vnusquisque proximo suo,* &c. hoc ad litteram exponitur de fabricantibus idolum, per quod signatur malus prælatus, de quo dicitur, Zach. 11. d. *O pastor, & idolum relinquens gregem.* Ideo per istos fabricantes idolum signantur illi, qui laborant ad promouendum prælatum indignum. Et subditur modus,

De malo prælato & de eis qui talem promouent.

15 *Dicens glutino bonum est,* Tales enim faciunt colligationes, vt obtineant multitudine, quod non possunt ratione.

† *Confortauit eum clauis,* scilicet aureis & argenteis, per dona superioribus facta,

† *Vt non moueretur,* Id est, propter insufficientiam iustè repelle- † retur

vos decepit qui hanc tam bellam figuram lapide & ligno expressit, quid vos iuuat lapides colere & ligna.

a *Et tu Israel serue meus.* HIER. lib. 12. Dominus ad apostolos affectuosè. Iudæi autem hoc ad se referunt. Nota, quòd prophetia ordinem historiæ non seruat. Post vocationem enim Gentium, prædicitur vocatio apostolorum, *Et tu Israel.* Carnali Israel dictum est:

B *Quare dicis Iacob & loqueris: Abscondita est via mea à domino, &c.* Nunc ad spiritualem loquitur, qui domini suscepit aduentum. Hunc primò *seruum*, deinde *electum*, tandem *semen Abraham* vocat. Prius enim spiritum seruitutis in timore accepimus, postea electi in amicitiam Dei iungimur.

† THEODORETVS. Interim propheta accusat Israel, interim commendat & laude prosequitur; neque pugnantia dicit inter se, nam ex Israel fuere fideles, qui credidere Christo, & ex Israel fuere qui Christum crucifixere.

b *Et à longinquis.* Iam vsque ad extrema Iudæi dispersi, & inde ad fidem multi vocati. vnde: *Vobis oportebat primum loqui verbum, &c.*

c *Ecce confundentur.*

† THEODORETVS. Hæc propriè conueniunt sanctis Apostolis, & martyrum victricibus palmis: nam qui illis aduersabantur, in ignominia sunt sempiterna.

d *Vermis Iacob.* HIER. lib. 12. Vermes dicuntur apostoli, tanquam eius imitatores, qui dicit: *Ego sum vermis, & non homo.* Et sicut vermis penetrat terram, sic prædicatio eorum corda audientium.

† THEODORETVS. His verbis significat numerum credentium, si cum ceteris, qui non crediderunt, conferantur, fuisse perexiguum: quod significauit Paulus cum dixit, reliquias fuisse saluas, reliquos occæcatos.

e *Qui mortui estis ex Israel.* sicut ille qui dicit: *Quotidie morior propter vestram gloriam fratres*; Et alibi, *Viuo autem iam non ego: viuit vero in me Christus.*

f *Ego posui te quasi plaustrum.* Vir ecclesiasticus habet prædicationis rostra serrantia in plaustro nouo quod

(Margin: * infr. 43. a; Nota.; Sup. 40. g; Israel carnalis & Israel spiritualis.; Act. 13. g.; Cur Apostoli vermes dicantur.; Psal. 21. b.; 1. Cor. 15. d. Galat. 2. d.)

8 Et tu Israel serue meus Iacob quem elegi, semen Abraham amici mei, in quo apprehendi te ab extremis terræ & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi: Seruus meus es tu: elegi te, & non abieci te. 10 * Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus. Confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. 11 Ecce confundentur & erubescent omnes qui pugnant aduersum te. Erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi. 12 Quæres eos, & non inuenies, viros rebelles tuos, & erunt quasi non sint, & veluti consumptio hominis bellantis aduersum te: 13 quia ego dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi: Ne timeas, ego adiuui te. 14 Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel. Ego auxiliatus sum tui dicit dominus, & redemptor tuus sanctus Israel. 15 Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum habens rostra serrantia. Triturabis montes & comminues, & colles quasi puluerem pones. 16 Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo disperget eos, & tu exultabis in domino, & in sancto Israel lætaberis. 17 Egeni & pauperes

(Interlinear glosses: a Verè. b Prius spiritu timoris. c Luctator contra dæmones. d Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. e Carne & fide. — a Spiritu Charitatis. b In cuius fide. c Et similes. d Vbi dispersus eras. — Finibus. a Spiritualiter, qui & aliis prædicaturus. — a A facie persecutorum. b Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem. — a A me. b Via veritatis & vita. c Ne vincaris. d Vt vincas. — a Potentia filij mei. b Ideo. — a Intus. Aduersarij tui populus Iudæorum. b Exterius. c Iudæi & Gentes. — a Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. — a Quasi, non debes timere. b Protector. — a Operationem. b Ne timueris. c Vel iuuabo. — a Quamuis vilis. Ego sum vermis & non homo, oppro. ho. & abiectio. b Mundo. c Non aliis. — a Sanguine filij. b Qui est. — a Vt conteras contrarias potestates. — Reges. — a Duces, comites. b Separans triticum à palea. — a Superbia eorum. b Fide bonorum: & potentia miraculorum: dispersione malorum. — a Gentes magistrum veritatis non habentes.)

NICOLAVS DE LIRA.

& politas ad inuicem coniungere glutino, id est, forti iunctura. Ita quod accipitur hic glutinum pro illo metallo, quo consolidantur partes ad inuicem. Et vocatur Gallicè soudure: vnde in Hebræo sic habetur: Dicens consolidatori, bonum hoc, *scilicet quod fortiter consolides partes idoli, & sic præparatas, sic enim mutuò se exhortabantur artifices propter maius lucrum habendum, & propter gratiam dominorum.*

(Margin: Glutinum metallicum quod dicitur *soudure*.)

1 Et tu Israel. *Hic recolitur secundum beneficium exhibitum populo tempore Moysi, scilicet eductio de seruitute Aegypti. Et diuiditur in tres partes: quia primò describitur hic exitus; secundo aduersariorum casus, ibi,* Ecce confundentur: *Tertiò Hebræorum profectus, ibi,* Egeni. *Circa primum dicitur in persona Dei:* Et tu Israel serue meus, *q.d. ex quo eduxi te de seruitute Aegypti, factus es specialiter seruus mihi.*

2 Iacob quem elegi, *Esau reprobato, secundum quod dicitur Malach. 1. a.* Iacob dilexi, Esau autem odio habui. *Et accipitur hic Iacob pro populo descendente ab eo.*

3 Semen Abraham amici mei, *quia amore mei paratus fuit filium vnigenitum immolare.*

4 In quo apprehendi te, *id est, mihi appropriaui eius meritu.*

5 Ab extremis terræ & à longinquis eius vocaui te, *quia Abraham fuit vocatus de Chaldæa, vt dictum est supra.*

6 Seruus meus, *exponatur vt supra.*

7 Ne timeas, *minas Pharaonis.*

8 Quia ego tecum sum, *te protegens & defendens,*

9 Ne declines, *à verbis Moysi serui mei.*

10 Quia ego Deus tuus.

11 Confortaui te, *scilicet per eum, ideo subditur,*

12 Et suscepit te dextera iusti mei, *id est, Moysi ad extrahendum te de seruitute Aegypti.*

13 Ecce confundentur, *Hic consequenter ponitur aduersariorum casus cum dicitur,* Ecce confundentur, *quia Pharao cum suo exercitu persequens Hebræos, submersus fuit in mari rubro, Exod. 14.*

14 Quæres eos. *quia sicut dictum fuit Exod. 14. mare proiecit Aegyptios mortuos ad littus ad quod transierant filij Israel, vt sic essent certi de morte eorum, & vt haberent spolia: ideo dicitur,* Quæres eos, *inuestigando pretiosa, quæ erant super defunctorum corpora.*

15 Et non inuenies. *Non dicit; Non inuenies eos, absolutè, sed, non inuenies viros rebelles tuos, id est, te persequentes, quia iam erant mortui: & sic non poterant amplius eos persequi, & sic patet littera vsque ibi.*

16 Noli timere vermis Iacob, *qui fuisti inter Aegyptios reputatus vilis sicut vermis.*

17 Qui mortui estis ex Israel. *id est reputati vt mortui in seruitute Aegypti, quia seruitus est mors ciuilis. Et quia non solum Aegyptij aduersarij erant Heb. sed etiam Chananæi, qui postea ab Hebræis fuerunt debellati, vt patet lib. Iosue ideo subditur,*

18 Ego posui te quasi plaustrum: *Sicut enim tale plaustrum ductũ super segetes, conterit eas, sic populus Israel contriuit Chananæos: ideo subditur.*

19 Triturabis montes, *id est, maiores: Iosue enim debellauit 31. reges, Iosue 2.*

20 Et colles, *id est minores principes.*

21 Et tu exultabis, *Expulsis Chananæis de terra promissionis.*

22 Egeni & pauperes, quærunt aquas, & non sunt. *Hic describitur*

(Margin: Liberatio Hebræorũ ab Aegyptiaca seruitute deletis Aegyptiis, & expulsis Chananæis.)

MORALITER.

† retur vel promotus deponeretur: Sed quia bonus prælatus talibus cautelis & fraudulentiis non fulcitur, indiget diuina consolatione contra insurgentes iniustè, ideo sibi dicitur à domino.

1 *Et tu Israel*, per veritatis notitiam,

† *Serue meus*, per debitam obedientiam,

2 *Iacob*, per vitiorum supplantationem,

† *Quem elegi*, promouendo ad prælationem.

3 *Semen Abraham amici mei*, imitando suam perfectionem. Et subditur,

7 *Ne timeas, quia ego tecum sum*, te protegens contra insurgentes tibi iniustè.

22 *Egeni*. Hic secundum sensum litteralem describitur exitus Israel de Aegypto, & progressus eius per desertum: per quæ signatur exitus hominis de peccato, & progressus eius per desertum pœnitentiæ, vt sic perueniat ad gloriam per terram promissionis signatam; & sic dicitur, *Egeni*, id est peccatores in spiritualibus egentes.

(Margin: Bono Prælato adest Deus auxiliator.; De exitu de peccato & de pœnitentia.)

† Que-

☞ quod non operatur in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus cõ-A terit incredulorum corda durissima, separans triticum à palea, montes collesque comminuens, id est hæreticorum, qui comminuti, in puluerem rediguntur, & nihil esse dicuntur, vt malè congregati bene diuidantur.

De viro Catholico dissipante hæreses.

a *Ponam desertum.* † PROCOP. His verbis innuitur spiritus sanctus, qui vitales aquas in ecclesiam ex veteris & recẽtis scripturæ fontibus effundit, vbi desertam antea viri sancti fluuiorum instar irrigant. Videas enim ecclesiam aquis olim, & Deo omnique bono destitutam; abunde nunc irriguã, vegetas animas & sublimes è terra attollere.

Irrigatio Ecclesiæ per sanam doctrinam.

b *Dabo in solitudinem cedrum.* HIER. lib. 12. Arboruũ varietas, B diuersitatẽ spiritualis gratiæ significat, ne saltẽ vna chorda de cithara domini, & aliqua virtus gratiarũ ecclesiæ deesse videatur: quarũ sublimitatem ad cælestia festinãtem illuminat lignum oliuæ, fomes lucis, requies laborantis vel lassati.

c *Spinam & myrtum & lignum oliuæ.* IBID. LXX. *Sethim*, quæ est arbor albæ spinæ similis, miræ & lenitatis & pulchritudinis & imputribilis, de qua arca facta est. Ex hac etiã terra dicta est Sethim. Spina primo homini in pœnam fuit data, vnde: *Cum operatus fueris terrã, non da. fru. su. sed spi. & tri. ger. ti.* Gentibus pro gloria prædicatores spinæ sunt, qui subditorum vitia non palpant, sed pungunt. Myrtus, Aromatica C species imputribilis fessa mẽbra consolidat & reparat: & ideo consolatores sanctæ ecclesiæ significat, vnde Apostolus, *Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi.*

Sethim. Exod. 25. a. Gen. 3. c. Myrtus. 2. Cor. 1. a.

† GREG. ho. 20. in Euang. Per spinam signati sunt doctrinæ spiritualis viri, qui dũ de peccatis & virtutibus disserunt, modo æterna supplicia minãtur, modò cælestis regni gaudia promittũt, corda audiẽtiũ pungunt. Myrtus verò tẽperatiuæ virtutis est, ita vt dissoluta mem-membra constringat. Per myrtum ergo signati sunt, qui afflictionibus proximorum compati sciunt, eorumque tribulationem per compassionem temperant. Per oliuã misericordes accipimus; Per abietem, quæ valde crescendo ad aëris alta sustollitur, quid nisi hi designati sunt qui intra ecclesiam adhuc in terrenis corporibus positi cælestia contẽplantur? Per vlmum sæculariũ mentes expressæ sunt. Buxus quæ in altũ non proficit, & sine fructu viriditatem habet, eos designat, qui intra sanctam ecclesiam adhuc ex ætatis infirmitate bona opera ferre non valent, sed tamen parentum fidelium credulitatem sequẽtes, fidem perpetuæ viriditatis tenent.

De bonis prædicatoribus qui minas promissionibus miscent.

Varij fidelium status variis arboribus comparantur.

quærunt aquas & non sunt, lingua eorum siti † aruit. Ego dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos. [18] Aperiam in supremis collibus flumina, & in medio camporum fontes. Ponam desertum in stagna aquarum, et terram inuiam in riuos aquarum. [19] Dabo in solitudinem cedrum & spinam & myrtum & lignum oliuæ. Ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul, [20] vt videant & sciant, & recogitent & intelligant pariter, quia manus domini fecit hæc & sanctus Israel creauit illud. [21] Prope facite iudicium vestrum, dicit dominus: afferte si quid forte habetis dicit rex Iacob. [22] Accedant & annuntient vobis quæcumque ventura sunt. * Priora quæ fuerunt nuntiate, & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt indicate nobis. [23] Annuntiate quæ futura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. Bene quoque aut malè si potestis facite & lo-

(Interlinear glosses:) a A Philosophis. b Doctrinę. c In philosophis. d Ideo. — a Sine lege & prophetis. b Alius non potest. Et. — Omnino. — a Gentibus superbis. b Prædicatores à Christo flumine. De quib. flumen Dei repletum est aquis. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. c Humilium. — a Benedicite Deo domino de fontibus Israel. b Gentes. c Abundantiam cęlestis sapientiæ. d Qui sitit veniat, & bibat. — a Idem. b Doctoribus. c Qui biberit ex hac aqua non sitiet in æternum. d Irrigatâ terra oriuntur arbores. — a Gentium. b Sanctos in æternum victuros, in quibus opinionis bonæ odor. c Prædicatorum reprehensionem. Misericordes. — a Gentium. — a Altissimos, quorum conuersatio in cælis est. b Diuites sæculi, qui si non sunt in se fructuosi, ferunt tamen prædicatores, sicut vlmus vitem. c Humiles fide virentes. d Minores exempla maiorum. — a Memoriter. b Id est, intelligentes imitentur. — a Mirabilis Deus in sanctis suis. — a Ipse fecit nos, & non ipsi nos. b Mirabile. c Quasi, eamus in viis, vt respondeamus, quare non intellexistis, quod manus domini fecit hoc. O Gentes, quæ credere despicitis aliis credentibus, sic scriptum est: Israel esse credentem & non credentem. — a Quare non vultis credere. Consilia rationis quare veritatem non suscipiatis. — a Iudicent idola si debeant coli: an ille. b Idola in quibus confiditis. Os habent & non loquentur. — a Filij aduentum: Fidem Gentium: Introitum suum. b Quomodo mundus, factus ex nihilo. — a Idola. b Si potestis. Vt colamus vos. c Vos deos esse. — a Finem cuiusque. — Sic. — Alio signo demonstrat idola Deos non esse.

d *Vt videant.* † PROCOP. Intelligent Dei opus esse, qui viderint Iudæos, olim diuinis donis exuberantes exaruisse: E contra verò gentes, quæ more pecudum viuebãt, & cælestiũ bonorum inanes omnibus ornamentis cælestium virtutum excellere. Nam hanc duorum populorum tantã mutationẽ quis facere potuisset nisi Deus?

e *Annuntiate.* HIER. lib. 12. significat, quia idola nec audiẽdi nec respondendi habent facultatem nũtiate futura vt rerum euẽtibus vestram monstretis potentiam. Notandum post aduentũ Christi cõticuisse idola, futurorum scientiam promittẽtia. De Christo quoque & de apostolis, & de sua abolitione nihil potuerunt prædicere, multò minus ergo aliena bona vel mala nuntiare potuerunt. Si quid autẽ prædixerunt sẽper mendaciũ veritati adiunxerũt, & sic sententiam temperauerunt, vt quidquid eueniret oraculo conueniret, vt hoc. Aio te Æacida Romanos vincere posse. Patet quod idola post aduentum Christi vocem amiserunt.

Idolorum vanę vaticinationes cessarunt post Christi aduentum. Aequiuoca responsa idolorum. 26. q. 5. c. 1.

f *Si potestis.* IBID. Neque dæmones possũt, nisi Dei permissione, quod assidet idolis; qui nec porcos, nec sancti Iob iumẽta potuerũt disperdere sine Dei permissione. Paulus quoque tradidit Sathanæ quosdã. ☞ Suf-

1. Cor. 5. b.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ bitur profectus filiorum Israel per desertum, vbi filij Israel primò passi sunt aquæ defectum: sed dominus suppleuit non solum semel, sed pluries, vt patet Exod. 15. & 17. & num. 20. & hoc est quod dicitur: Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt. Et patet littera vsque ibi,

Quomodo tuitus sit Deus Hebræos à siti & æstu in deserto.

1 Dabo in solitudinem. *In deserto enim illo vigebat ardor solis: sed dominus prouidit de vmbraculo per columnam nubis: Exod. 13. d. Et secundum hoc dicitur:* Dabo in so. ce. *id est, vmbraculum ita bonum vel melius quam facerent arbores istæ. Vmbraculum. n. nubis erat excellentius, quia datum diuina virtute, non natura: ideo subditur,* Et intelligant pariter, quia manus Domini fecit hæc.

2 Pro-

2 Prope facite iu. ve. do. *Hic recolitur tertium beneficium populo exhibitum tempore Zorobabel, scilicet, liberatio de captiuitate Babylonica. Et diuiditur in duas partes, quia primò contra idola, quæ vigebant in Babylone, ponitur inuectio; Secundò subditur populi liberatio ibi,* Suscitaui. *Circa primum dicitur,* Prope facite iudicium vestrum, *id est, declarate iustitiam vestram, si habetis ô Babylonij.*

3 Afferte si quid habetis, *scilicet, iustitiæ & veritatis,*

4 Accedant & nuntient vobis. *s. idola vestra, de quibus confiditis.*

5 Quæcumque ventura sunt, *quod est proprium diuinitatis: ideo subditur,* 6 Et sciemus, *Quia dij estis vos ô idola.* 7 Bene quoque aut malè. *q. d. non potestis, quia sensu & intellectu caretis, ideo concluditur:*

Idolorum vanitas.

☞ Ecce

MORALITER.

† † *Quærunt aquas*, scilicet gratiæ,

† *Et non sunt*, Donec fuerunt debitè contriti: sed nunc habebunt; ideo subditur,

† *Aperiam in supremis.* Per quod signatur effectus angelorum ad hoc, quòd pœnitentes proficiant in gratia.

† *Et in medio camporum*, id est, doctrinas prædicatorum ad promouendum bonum pœnitentium.

† *Ponam desertum*, id est, cor pœnitentis, quod prius erat à me derelictum.

† *In stagna aquarum*, per abundantiam charismatum, secundum illud Rom. 5. d. *Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia.*

1 Da-

1 *Dabo in solitudinem cedrum, &c.* per istas arbores signantur diuersæ virtutes, quæ cum gratia infunduntur.

† *Et sanctus Israel creauit illud.* i. Deus sanctificans populum suum.

2 *Prope facite iudicium vestrum.* Hic ad litteram describitur destructio Babyloniorum per Cyrum, qui fuit figura Christi: ideo myſticè signatur hic confutatio Scribarum & Pharisæorum per Christum, vt patet in Euangelio. Sic ergo dicitur eis deridendo, *Prope facite iudicium vestrum.* Nitebantur enim ostendere iustitias coram hominibus, ad quærendam vanam gloriam.

Confutatio Scribarum & Pharisæorum per Christum.

† *Annuntient vobis, quæ ventura sun.* q. d. non potuerunt prænuntiare aduentum Romanorum ad destructionem ipsorum.

7 *Bene quoque aut malè.* q. d. eis non poteritis resistere.

† Ecce

a *Suscitaui.* HIER. A lib. 12. Adhuc contra idola loquitur & contra cultores eorum, post Christi aduentũ, quibusdam in errore manentibus suscitatur populus nationum. B Hebræi suscitari ab aquilone, & venire ab ortu solis Assyriũ & Persã interpretantur, qui Ierusalem venerunt & principes illius conculcauerũt, nullumque idolorũ, quæ colebant, hoc C sciuit esse venturum, nisi solus Deus, qui vltus est eos pro peccatis suis, *Suscitauit ab aquilone, & veniet ab ortu solis.* Gentes quæ frigidæ torpentes, sine calore dilectionis, vt credant in eum qui venit ab ortu solis: vnde supra, *Quis suscitauit ab oriente iustum?*

b *Quis annuntiauit ab exordio.* q.d. Nullus in Gentibus fuit qui annuntiauerit aduentũ D filij. Si est autem qui annuntiauerit, dicemus, quia iustus est; In aduentu filij, dæmones qui in idolis ventura nuntiabant, obmutuerant.

c *Audiens sermones vestros.* quia bruta Gentilium corda errorem suum intellexerunt, & vaticinia falsa reliquerunt. E

d *Primus ad Siõ dicet.* Ecclesiam significãt, ecce astiterunt filij, s. tui, quos per fidem meam donaui tibi, scilicet apostoli, quorum prædicatione nati sunt tibi filij.

e *Ecce omnes iniusti.* F Quidquid de idolis vel de gentibus diximus, ad hæresiarchas Hæretici. & prauitatis dogmata referamus, quia Christo pacem ecclesiæ nuntiante, & veritatem monstrante, ipsi errores sequuntur, & vento & turbini comparantur.

Vers. 25. & seq. quomodo interpretentur Hebræi & Catholici.

(a ¶ Agenda vel futura prædicite sicut ego. b ¶ Quis debet coli. c ¶ Idolum nihil est.) quamur, & videamus simul.[24] Ecce vos estis ex nihilo, & (¶ Quia dij putamini quod nihil est. a ¶ Abominabilis.) opus vestrum ex eo quod non est. Abominatio est qui (a ¶ Fecit & coluit. b ¶ Quasi, Ego autem. c ¶ A quo exardescunt mala. d ¶ Christus. e ¶ Quia Iudæa in oriente. f ¶ Christi. ¶ Vt relictis idolis vnum Deum colant. vnde: Ego in nomine patris mei veni. ¶ Vel vit.) a elegit vos.[25] Suscitaui ab aquilone, & veniet ab ortu solis. Vocabit nomen meum, (a ¶ Sæculi. b ¶ Tamquam vas figuli confringes eos.) & adducet magistratus quasi lutum, & (a ¶ Figulus. b ¶ Vt faciat aliud vas in honorem, aliud in contumeliam.) b velut plastes conculcans humum.[26] Quis annuntiauit ab ex- (a ¶ Ista quę adhuc futura. Quasi, præterita dico me fecisse. b ¶ Quia. c ¶ Ex diis vestris.) ordio, vt sciamus, & à principio, vt dicamus, iustus es? Non (a ¶ Præterita. b ¶ Futura. ¶ Quia muti. c ¶ Quia surdi.) c est annuntians neque prædicens, neque audiens sermones (a ¶ Primogenitus meus. b ¶ Prædicatores. c ¶ Vobis ad auxilium. d ¶ Ecclesiæ.) d vestros.[27] Primus ad Sion dicet: ecce adsum, & Ierusalem (a ¶ Bona annuntiantes. b ¶ Ego omnipotens. c ¶ Idolis.) euangelistas dabo.[28] Et vidi & non erat ex istis quisquam qui (a ¶ Prædicendi vel respondendi. b ¶ A cultoribus.) iniret consilium, & interrogatus responderet verbum. (¶ Idolorum cultores. ¶ Cultus, vel ipsum idolum. ¶ Inutile.) e [29] Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum: ventus & inane simulacra eorum.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce vos, *scilicet, Babylonij.*
2 Et opus vestrum, *idola vestra quæ fecistis.*
3 Ex eo quod non est, *id est, nullum habens fundamentum, seu firmamentum: conuertit sermonem ad idola dicens,*
4 Abominatio est, *id est, supra modum abominabilis Deo: ideo dicitur abominatio in abstracto; sicut excellens in liberalitate dicitur liberalitas.*
5 Qui elegit vos, *id est, quicumque reputauit vos, tamquam Deos suos.*
6 Suscitaui. *Hic consequenter ponitur liberatio populi de Babylone, quæ facta fuit per Cyrum, & hoc est quod dicitur,* Suscitaui, *scilicet Cyrum, ei voluntatem inspirando contra Babylonem.*
7 Ab aquilone. *regio enim Persidis est quasi in medio aquilonis & orientis: medium autem ab vtroque termino nominatur, & ideo aduentus Cyri contra Babylonem dicitur hic esse ab aquilone, & ab oriente. Vel quia Darius rex Medorum venit cum Cyro contra Babylonem & regnum vnius magis declinat ad orientem, alterius autem ad aquilonem.*

Persia qua parte terminet Chaldæam?

8 Vocabit nomen meum, *id est, confitebitur: confessus enim fuit Cyrus se obtinuisse monarchiam virtute Dei cæli, vt patet 1. Esdræ 1. a.* Hæc dicit Cyrus rex Persarum. Omnia regna terræ dedit mihi dominus Deus cæli, &c.
9 Adducet magistratus, *id est, potentes Babylonis.*
10 Quasi lutum, *conculcans eos & deiiciens.*
11 Quis annuntiauit ab exordio, *id est, antequam fieret. q.d. hoc non fecerunt idola Babylonia, quia non prædixerunt casum illius terræ: ideo subditur,*
12 Non est annuntians; *consequenter ostenditur quis annuntiauit,*
13 Primus, *id est, ipse Deus, qui est primus & nouissimus, vt dictum est supra eodem cap.*
14 Ad Sion dicet, *id est, ad populum Iuda denominatum à loco principaliori, in quo vigebat cultus Dei.*
15 Ecce adsum. *ad vestram liberationem per Cyrum seruum meum.*
16 Et Ierusalem Euangelistam dabo, *id est, prophetam hoc bonum prænuntiantem: Et ponitur hic Euangelistam in singulari, pro plurali, sicut Exod. 8. f.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum, quia Deus per plures prophetas hanc liberationem prænuntiauit.*

Idola sui Babylonios non adiuuerunt, sicut Deus adiuuit populum suum captiuatũ.

17 Et vidi, *scilicet reuelationem à domino mihi factam: Et est verbum Isaiæ cui plures reuelationes fuerunt factæ de ista liberatione, vt patuit ex præcedentibus, & magis apparebit ex sequentibus.*
18 Et non erat ex istis, *id est, ex Babylonia idolis,*
19 Quisquam qui iniret consilium, *pro liberatione cultorum suorum.*
20 Et interrogatus. *à suis cultoribus,* responderet verbum, *ideo concluditur,*
21 Ecce omnes iniusti, *scilicet, Babylonij:*
22 Et vana opera eorum, *id est, idola ab eis facta: ideo subditur,* Ventus & inane simulacra eorum.

CAP.

MORALITER.

† 1 *Ecce vos estis ex nihilo,* Fingebant enim bonitatem, quæ fictio nihil est.
4 *Abominatio est qui elegit vos,* id est, ille qui elegit imitari fictionem vestram, abominabilis est apud Deum.
6 *Suscitaui ab aquilone.* s. Christum hominem, qui fuit conceptus in Nazareth, & nutritus est in aquilonari parte terræ promissionis.
7 *Et veniet ab ortu solis,* quia fuit baptizatus in Iordane, qui est terminus orientalis terræ sanctæ: & inde venit ad prædicandum in aliis partibus Iudææ; ideo subditur,
8 *Vocauit nomen meum,* ipsum prædicando.
9 *Adducet magistratus quasi lutum,* Scribas & Legisperitos confutando, vt patet in pluribus locis Euangelij.
11 *Quis annuntiauit,* scilicet aduentum Christi q.d. Vos Sacerdotes & Legisperiti non annuntiastis: ideo subditur,
12 *Non est annuntians, &c. Primus ad Sion dicet ecce adsum.* Christus enim declarauit aduentum suum per scripturas sacras & opera miraculorum.
16 *Et Ierusalem Euangelistam dabo,* scilicet Christum, qui pluries in Ierusalem prædicauit.
17 *Et vidi & non erat ex istis,* id est, Legisperitis superbis,
19 *Quisquam qui iniret consilium,* de salute animæ suæ; sed de humilibus peritis venerunt aliqui ad Christum, sicut Nicodemus & Nathanael & plures alij.
† *Ventus & inane,* id est, Legisperiti superbi, erant simulachra, quia falso fingebant sanctitatem.

† MO-

ADDITIO I.

In ca. 41. vbi dicitur in post. Bene quoque aut malè si potestis facite. *Vbi nos habemus* bene quoque aut malè si potestis facite. *In Heb. habetur,* Bene quoque aut malè potestis facere: *cuius sensus est quod propheta idola alloquebatur. Sic nuntietis nobis quæcumque ventura sunt, & sciemus quia dij estis vos, & sciemus etiam quod bene aut malè potestis facere. Et ratio est, quia sicut per annuntiationem futurorum si hoc fecissent idola, sciretur quod essent dij, cum scire futura sit proprium diuinitatis: eadem ratione sciretur quod possent bene vel malè facere sicut dij, vnde cum dicitur,* Et sciemus quod dij estis, *ista copulatiua, &, coniungit similes orationes, sciemus quod dij estis vos, & sciemus quod bene & malè potestis facere; sed propheta concludit, quod quodlibet prædictorum est falsum. d.* Ecce vos estis ex nihilo, *scilicet, ô idola.* Et opus vestrum ex eo quod non est, *quia, scilicet nec indicatis futura, nec potestis bene facere: & ideo concludit,* Abominatio est qui elegit vos: *exponatur prout in postil.*

Alia expositio illius: Bene quoque aut malè, &c.

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in postil. Primus, id est, ipse Deus.
Vbi in translatione nostra dicitur, Ecce adsum, *quod est verbum primæ personæ singularis numeri: In Hebr. habetur,* Ecce adsunt, *quod est*

Alia expositio illius: *Ecce adsunt*, &c.

est tertiæ personæ pluralis numeri; & est sensus secundum glo. quod primus, scilicet, Deus, ad Sion, *scilicet ecclesiam dicet* : Ecce adsunt, *scilicet filij tui, quos per fidem meam dedi tibi, scilicet apostoli, quorum prædicatione nati sunt tibi filij; & sic quod sequitur* : Et Ierusalem Euangelistam dabo, *intelligitur propriè de Euangelistis Christi, qui à Deo fuerunt dati Ierusalem, scilicet ecclesiæ ad annunciãda bona spiritualia à Christo sibi data. Et sequitur* : Et vidi & non erat, &c. *quia nullus fuit ex idololatris, nec ex incredulis, qui iniret consilium ad redemptionem animarum, nec responderet verbum. Cum omnes essent iniusti & vana opera eorum; & sequitur;* Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus : *quod exponitur de Christo ad litteram prout in postil. Et sic continuatur cap. sequens cum præsenti.*

CAP. XLII.

A a *Ecce seruus.* HIERONYMVS lib. 12. Notandum quia apostoli Iacob Israel & semen Abrahæ appellantur, quibus postea, quasi seruis & hominibus dicitur : *Noli timere vermis Iacob*, &c. Christus autem non semen Iacob vel Israel, sed seruus dicitur. Vnde, *Ecce seruus meus*, &c. *Humiliauit enim se. for. ser. acci.*

B † . HILARIVS in Matth. Hic dicitur Christus dilectus, & à Deo & paternæ beneplacitus voluntati, & plenus spiritu sancto secundum humanitatem, nempe quod habebat spiritum sanctum qui in eo habitabat corporaliter.

† PROCOPIVS. Iacob ipsum appellauit, tamquam qui de sanguine Iacob secundum carnem natus esset. Addidit,

C *suscipiam eum*, simul enim cum eo pater operabatur, tamquam propria virtute & potentia res magnas patraret. Est verò *electus* tamquam qui formæ pulchritudine mortales omnes superaret, & *acceptus* tamquam qui diligeretur.

CAP. XLII.

a ¶ Filius secundum humanitatem.

[1] Ecce seruus meus sus-

a ¶ In die ascensionis. b ¶ Ex millibus ad redemptionem Israel.

cipiam eum : * electus [2]

a ¶ Hic est filius meus dilectus. ¶ Qui Dei virtus & sapientia. b ¶ In quo omnes virtutes.

meus, complacuit sibi [3] in illo anima mea. Dedi spiritum meum su- [4]

a ¶ Quod ante nesciebant. b ¶ Quæ crediderunt, Iudæis excæcatis. c ¶ Per Apostolos. ¶ Per singulos.

per eum, iudicium Gentibus proferet. [2] Non [5] [6]

a ¶ Sicut ouis ad occisionem. ¶ Mitis & mansuetus. b ¶ In iudicio. c ¶ Vnde: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Fuit tamen in confinio Tyri & Sidonis, & Cæsareæ Philippi : sed eas non intrauit.

clamabit, neque accipiet personam, nec audie- [7] [8]

a ¶ Iudæa.

c tur vox eius foris. [3] Calamum quassatum non [9]

a ¶ Quia misericors peccatoribus. b ¶ Propinquos extinctioni.

d conteret, linum fumigans non extin- [10]

a ¶ Secundum opera cuiusque. b ¶ Filius. c ¶ Vltimum. [11]

e guet. In veritate educet iudicium : [4] non [12]

f a ¶ Semper enim hilaris, semper & iucundus fuit. [13]

erit tristis neque turbulentus, donec ponat [14]

pater est & spiritus sanctus. D

c *Calamũ*, Scribas & Pharisæos extra nitidos, intus vacuos; qui idola non colebant vnde nitebant; sed fidem non habebant, vnde vacui. Hos non contriuit, sed ad pœnitentiam vocauit. Calamum ergo secũdum istos, & regnum Iudæorum dicit quassatum : quia iam alienigena regnabat.

Matth. 3. d. * Matth. 12. b. 2. q. 7. cap. nos si in fi. *Qui à quibus iudicari possint?*

E † CHRYS. Cùm ipse dominus tam potens esset, vt tamquam arundinem & eam quidem cõtritam, posset conterere omnes Iudæos; & sicut linum fumigãs iam, & pene consumptum igni posset cõsumere (nam illorum iram accensam & furorẽ linum fumigãs appellauit, quòd apud dominum omnis illorum furor tam debilis erat, quam est linum fumigans) non extinguet tamen illos, præ immensa hu- F militate & mansuetudine.

Christus quam erga Iudæos mitis?

† EVSEB. lib. 9. de demonst. c. 15. *Calamum quassatum colligauit, & non fregit.* id est, infirmos & debiles corroborauit morbo, affectos non perdidit, sed valẽtes effecit, morbo pulso, perturbationibus animi inquinatos, & fumigãtes prauis cupiditatibus & affectibus animi non pessum dedit, neque pœna affecit merita, sed extinctis prauis cupiditatibus sanauit.

Christus sanat ægros non extinguit.

Phi. 2. a. Luc. 1. d.

b *Dedi spiritum.* In conceptione : vnde, *Spiritus sanctus superueniet in te, &c.* Et in baptismo claruit, cum spiritus in specie columbæ super ipsum requieuit.

In Christo plenitudo gra[tiæ].

† THEODORETVS. Licet spiritus sanctus sit datus patribus sanctis, plenitudo tamen tota spiritus sancti data est Christo, quia in eo habitauit corporaliter : Est enim Deus & homo; & in filio pa-

d *Linum fumigans.* Sacerdotium iam penè extinctum : de lino autem fit sacerdotale vestimentum.

e *Educet iu.* Iudicabit, scilicet, non metuens Scribas & Pharisæos.

f *Non erit.* HIER. lib. 12. Hoc Matt. non posuit, siue inter iudicium &

Matth. 12.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XLII.

Ecce seruus. *In præcedenti cap. ostensa est dilectio Dei ad populum Iudaicum ex beneficiis, quæ ei in patribus concessit : hic consequenter idem ostenditur ex filio, quem ei ex dilectione misit, secundum quod dicitur Ioan. 3. b.* Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, &c. *Et diuiditur in duas partes : primo agitur de filij missione; secundo. de fidei multiplicatione, ca. se. Prima adhuc in duas, quia primò describitur huius beneficij magnitudo; secundò malorum ingratitudo, ibi,* Hæc verba. *Prima in tres, quia primò prædicitur filij Dei aduentus; secundò malorum casus, ibi,* Dominus sicut fortis; *tertiò iustorum prosper status; ibi,* Et educam. *Prima adhuc in tres, quia primò describitur filij mittendi conditio; secundò prædicitur eiusdem missio, ibi,* Hæc dicit Dominus; *tertiò inducitur gratiarum actio, ibi.,* Cantate domino. *Circa primum sciendum, quod littera ista secundum Latinos & Hebræos est de Christo ad litteram intelligenda, & hoc patet Matth. 12. b. vbi ista littera allegatur impleta in Christo : & hoc etiam patet per translationem Chaldaicam, quæ vocatur Thargum apud Hebræos, & est tantæ auctoritatis apud eos quod nullus fuit ausus ei contradicere; propter quod aliqui doctores catholici exponentes passum istum & totum capitulum de Cyro rege, qui Iudæos liberauit à captiuitate Babylonica, malè dicunt, & quantum ad hoc magis iudaizant quam Hebræi, exponentes ipsum de tempore Christi : tamen hoc expectant in futurum & malè, quia transiit in præteritum. Igitur sequendo dictum Beati Matth. Apostoli & Euangelistæ exponatur de Christo, vt verbum patris, cum dicitur,* Ecce seruus meus, *quia licet ab æterno fuit in forma Dei, in tempore tamen accepit formam serui, vt habetur Phil. 2. a. 1.* Suscipiam eũ. *Quia humanitas Christi assumpta est in vnitatem suppositi diuini. Per hoc enim quod dicitur,* Suscipiam eum, *Non est intelligẽdum, quod pater naturam humanã assumpserit, quia solus filius est humanatus; sed hanc assumptionem tota trinitas fecit.*

Diuisio.

Hoc caput de Christo exponendum.

Reprehenduntur qui aliam expositionem attulerunt.

2 Electus meus, *ad redimendum humanum genus.*

3 Complacuit sibi in illo, *Per hoc intelligitur patris ad filiũ dilectio perfecta.* 4 Dedi spiritum, *id est, plenitudinem gratiæ spiritus sancti in anima Christi, Ioan. 1. b.* Vidimus eum quasi vnigenitum à patre, plenum gratiæ & veritatis. 5 Iudicium. *Iudicium enim extremum denuntiauit hominibus futurum, vt patet Matth. 25. Item in forma humanitatis, in qua iudicatus fuit coram Pilato, feret sententiam in vltimo iudicio : hoc excepto, quod tunc apparebit in forma gloriosa Actu. 1. b.* Hic Iesus qui assumptus est à vobis sic veniet. *s. ad iudicium,* sicut vidistis eum ascendentem, *id est, in forma humanitatis gloriosa in qua ascendit in cælum.*

Qualis veniet iudicaturus Christus?

6 Non clamabit, *Clamore contentionis, licet clamauerit clamore prædicationis, Ioan. 7. f.* In nouissimo festiuitatis die stabat Iesus & clamabat, &c. *Et clamore orationis, ad Hebr. 5.* Cum clamore valido, & lachrymis offerẽs, &c. 7 Neque acci. per. *secundum quod dicitur Matth. 12. b.* Non respicis personam hominum. 8 Nec aud. v. *s. vox prædicationis extra Iudæam : quia in persona propria non prædicauit, præterquam Iudæis : nisi raro, vtpote Samaritanis, Ioan. 4. qui tamen erant in parte Iudæi, qui recipiebant quinque libros Moysi; & propter hoc dicit Matth. 15. ca.* Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. 9 Cala. *id est, populum Gentilẽ vacuum à fide ad modum calami, & conquassatum variis erroribus idololatriæ. Hunc calamum non contriuit, sed magis resartiuit vocando ad fidem per apostolorum prædicationem.* 10 Et li. fu. *i. populũ Iudaicum modica aut nullius potestatis contra exercitũ Romanorum.* 11 Non ex. *Quia ignis per Romanos accẽsus in Ierusalẽ non fuit extinctus, nisi per consumptionem combustibilis materiæ.* 12 In ve. *Quod intelligitur de iudicio discretionis, quo aliquos vocauit, & vocat ad fidem suo iusto iudicio, aliis dimissis; & de iudicio extremæ examinationis, in quo procedet secundum lineam æquitatis.* 13 Non erit tri. *In animo.* 14 Neque tur. *In exteriori signo.*

Quibus Christus prædicauerit?

MORALITER.

1 *Ecce seruus meus.* Illud capitulum & duo sequentia exponunt ad litteram communiter doctores nostri de liberatione populi Iudaici, de captiuitate Babylonica per Cyrum, & de multiplicatione eiusdem populi post eiusdem populi reditum in Iudæam, & de eius prosperitate temporali. Mysticè verò exponunt dicta capitula de Christo & prosperitate spirituali populi Christiani. Ego verò sequendo dictum beati Matth. apostoli dicentis. 12. c. hanc litteram: *Ecce ser. me.* impletã de Christo fuisse, exposui dicta capitula litteraliter de liberatione fidelis populi facta per Christum, & de multiplicatione eiusdem populi per prædicationẽ apostolorum, & de eius spirituali prosperitate : propter quod de alia expositione spirituali pertrãsco, maximè quia expositio mea ab aliis mystica nominatur.

Mysticè.

Cur huius cap. nullam ponat expositionem spiritualem.

& iudicium media scriptoris errore sublata sunt. Est autem sensus, A æqualitatem vultus omni tempore conseruabit: Quod de Socrate falso gloriantur Philosophi, quòd scilicet, plus solito non tristis fuerit nec lætus.

Socratis facies semper æqualis. *Ioan. 9. g.*

a *Int. iudi.* vnde: *In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, &c.*

† CHRYSOSTOMVS in Matth. Semper mæstissimus erit dominus? Nequaquam. Sed cum omnia optatum finem fuerint consecuta, tunc illos puniet donec eiiciat iudiciũ, irroget pœnas.

B b *Legem eius insulæ.*

† PROCOPIVS. Insularum appellatione ecclesias ipsas, quæ à fide alienis tamquam mari vndique obsidētur, intelligimus: legem autem, nouum testamentum.

**Infra 49. b.* *Act. 13. g.*

c *Iustitia.* Iustum fuit vt transiret per apostolos ad Gentes contemptus à Iudæis.

**Infra 48. b.*

d *Oculos cæcorum.*

† EVSEB. vbi supra. Eorum vtique, qui quondam mēte excæcati erant; neque eorũ modo, sed etiam qui C ipsum corpus perdidissent; qui vinculis & catenis peccatorũ in tenebris & ignoratione veræ pietatis prius versabantur, per eumdem à peccatis soluti, lumen cognitionis libertatemque à Deo accipere meruerunt.

**Psal. 149. a*

e *Vinctum.* Funibus peccatorum: in Euangelio quem Sathanas vinxerat, dominus soluit.

f *Alteri.* Filius & spiritus sanctus in deitate à patre alter non est, & ideo eamdem & gloriam & laudem habet.

† IVSTIN. dial. cum Tryph. Facta est mentio patris & filij & spiritus sancti. Aut fateatur Iudæus in scriptura esse pugnātia: aut dicédum est *gloriam alteri vel alij non dabo*, quam filio & spiritui sancto, quarum duarum personarum mentio facta est.

g *Vobis faciam.* Vt sciatis quia ego dominus, non est alius præter D me: & qui priora cernitis impleta, credatis quæ polliceor futura.

h *Nouum.* In nouitate spiritus, non in vetustate litteræ; nec solùm in veteri testamento, sed etiam in nouo.

Roman.

† PROCOPIVS. Canticum nouum canere mortales omnes præcipit, cum principatus eius summaque eius potestas per orbē vniuersum glorificetur. His enim totus refertus est, qui de Christi nomine Christiani appellantur.

Quam dilatatum sit nomen Christiani.

i *Qui descenditis in mare.* HIER. lib. 12. Prius piscatores piscium, post hominum: E vnde ad litteram multa maria transierunt, vnde, *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.*

Matth. 4. Marc. 16. d.

† PROCOPIVS. Hi sunt Apostoli, qui nauigandi peritia mare superarũt. Qui mare deinde nobis circumfusum oberrantes, Christum quidem F alias in insulis, alias etiam vltra Italiam & Hispaniam promulgarunt. Nauigarunt verò huius vitæ pelagus, dum, ecclesias gentiũ, quæ vitæ huius insultibus, tamquam vndis & vētis quatiebantur, in insulis docuerunt. De quo sunt illa Dauidis, *Hoc mare magnum & spatiosum, &c.*

Psal. 104.

k *Cedar.* Filius Ismaelis: Saraceni ab eo, qui melius Agareni: sed nomine liberæ velauerunt ignominiam ancillæ. Ismael enim filius ancillæ Agar fuit, ab hac Saraceni. Duodecim enim duces genuit. Nomine quoque eius ipsa dicitur prouincia.

Agareni cur se Saracenos vocent? Gene. 25. b.

---

a ¶ Terrenis. b ¶ Nouissimum. c ¶ Euangelium. d ¶ Gentes vndique tribulationibus percussæ. e ¶ Superiora.

a b in terrã iudicium, & legem eius insulæ expectabunt.[5] Hæc di-

a ¶ Ne dubites de auctore. b ¶ Creator scilicet omnium. c ¶ In habitaculum angelorum. d ¶ Vt ex creaturis creator intelligatur.

cit dominus Deus, creans cælos, & extendens eos: firmans

a ¶ Super inane. b ¶ Quotidie. c ¶ Animam secundum illud: Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.

terrã, & quæ germinant ex ea, dans flatum populo qui

¶ Sanctum. a ¶ Virtute rationis. b ¶ Terrenitatem. c ¶ Omnium.

est super eam, & spiritum calcantibus eam.[6] Ego dominus

a ¶ O fili. ¶ Iudæa in Gentes. b ¶ Vnde: Pater iuste, mundus te non cognouit. c ¶ Pater in me manens, ipse facit opera. d ¶ A morte.

vocaui te in iustitiã, & apprehendi manum tuam, & serua-

a ¶ Qui omnia conserues. b ¶ Implendum, sicut pepigeram populo meo Israel. c ¶ Quæ erant in tenebris.

ui te. * Et dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium,[7] vt

a ¶ Cordis. b ¶ Infidelium. c ¶ Dæmonum.

d aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vin-

a ¶ Funibus peccatorum. b ¶ Peccati. c ¶ Ignorantiæ. d ¶ Non alius. ¶ Glorificaui, & iterum glorificabo.

e ctũm, de domo carceris sedentes in tenebris.[8] Ego dominus,

a ¶ Dominus. b ¶ Præter te, cui daturus sum.

f hoc est nomen meum. * Gloriam meam alteri non dabo,

¶ Idolis. a ¶ A prophetis prædicta.

& laudem meam sculptilibus:[9] quæ prima fuerunt ecce

a ¶ In filio impleta. b ¶ Euangelium, repulsionem Iudæorum, subuersionem Ierusalem, conuersionem Gentiũ. c ¶ Fiant actu.

venerũt: noua quoque ego annuntio, antequam oriantur

a ¶ Noua hæc. b ¶ O Apostoli Euangelium prędicate.

g audita vobis faciam.[10] * Cantate domino canticũ nouũ, laus

h a ¶ In miraculis laus eius: A solis ortu & ab occa. lauda. no. domini. In omnem terram exi. so. eorũ, &c. A summo cælo egressi. eius. b ¶ Sæculi tempestates. c ¶ Laudet.

i eius ab extremis terræ. Qui descenditis in mare & plenitu-

a ¶ Diuersæ ecclesiæ vel Gentes. b ¶ Laudet & lętetur, leuet vocem in laudem: quia liberauit, & lętetur de salute sua.

do eius, insulæ & habitatores earũ.[11] Leuet desertũ & ciuitas

a ¶ Ecclesiis. b ¶ Qui non solebat. c ¶ Tenebræ, id est, Gentes Deum ignorantes. d ¶ Dominum. e ¶ Gentes. f ¶ Christi. ¶ Ciuitas in Palestina, sed hic duritiam Gentium significat.

k eius, in domibus habitabit Cedar. Laudate habitatores Petræ

(1–23)

NICOLAVS DE LIRA.

gno. hoc tamen non est intelligendum de tristitia naturali, quæ est passio existens in parte sensitiua: illam enim assumpsit ad ostendendum in se veritatem humanæ naturæ, Matth. 26. d. Tristis est anima mea vsque ad mortem; *sed de tristitia obnubilante rationem, quæ in eo, non habuit locum ibi habemus,* Non erit tri. *In Heb. habetur* non obscurabitur donec ponat in terra iudicium: *Quod potest intelligi de duplici iudicio prædicto.*

Qualis tristitia habuit locum in Christo.

1 Et legem eius. *Quod patet impletum in Scilia, Anglia, Cypro, & aliis insulis quæ legem Euangelicam receperunt: Etiam aliqua à tempore apostolorum, vt patet in Actibus apostolorum in pluribus locis, quomodo Paulus prædicauit in insulis.*

Insulæ recipientes Euangeliũ.

2 Hæc di. *Hic consequenter describitur ipsa missio, cum dicitur:* Hæc di. *q. d. sicut creauit omnia de nihilo sua virtute infinita, ita eadem potestate mittit filium in mundum: ideo subditur,*

3 Ego do. *quia Christus mundum redimit per viam iustitiæ, satisfaciens pro peccato plenissimè.*

4 Et ap. ma. tu. *Humanitas enim Christi est instrumentum diuinitati coniunctũ: & ideo non mouetur ad aliquid, nisi secundũ motum diuinitatis.*

5 Et ser. te. *Recipiendo animam tuam in morte, secundum quod saluator petiit Luc. 13.* Pater in ma. tu. &c.

6 Et dedi te in fœdus. *quia per mortem eius sumus Deo reconciliati.*

7 In lu. gentium. *Recipientium fidem ad apostolorum prædicationem.*

8 Vt aperires ocu. cæcorum, *id est, gētium; qui prius erant erroribus excæcati, quia ad litteram Christus multos cæcos illuminauit corporaliter.*

9 Et educe. de conclus. vinctum, *patres de limbo, qui tenebantur sicut in carcere reclusi.*

10 Sedentes in tenebris, &c. *quia carebant claritate diuinæ visionis.*

11 Ego dominus, hoc nomen, *scilicet simpliciter & absolutè. Alij autem dicuntur domini diminutiuè & participatiuè.*

12 Gloriam meam, *id est, honorem mihi soli debitum.*

13 Alteri non dabo, &c. *Concedendo quod hoc possit licitè fieri.*

14 Quæ prima fuerunt, *scilicet nuntiata per Moysen,*

15 Ecce venerunt: *sicut patet de ingressu terræ promissionis, & pluribus aliis per Moysen nuntiatis, quæ impleta sunt à tempore Isaiæ & supra.*

16 Noua quoque ego annuntio, *s. de missione filij in carnem.*

17 Antequam oriantur, *id est, incipiant fieri.*

18 Audita vobis faciam, *Per Isaiam & alios prophetas.*

19 Cantate. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio pro tanti beneficij promissione, cùm dicitur:* Cantate domino canticum nouum *pro nouitate tanti mysterij, vnde & nato Christo nouum canticum cantauerunt angeli Luc. 2.*

20 Laus eius, &c. *quia in omnibus terræ partibus sunt aliqui fideles Christiani laudantes. Et quia Christus laudandus est, non solum in arida, sed etiam in mari, & eius insulis: ideo subditur,* Qui descenditis in mare, &c.

Vocatio gentium ad fidem.

21 Leuet desert. *id est, Gentilitas exurgat ad fidei Christianæ statum.*

22 In domibus habitabit Cedar. *Cedar fuit filius Ismaelis. Genes. 25. b. & ideo per ipsum designatur populus Ismaelitarum, qui antiquitus habitabat in tabernaculis, vagando de loco ad locum; & per hoc metaphoricè populi Gentiles in diuersis erroribus vagantes, qui modo per fidem habitant in domibus Christi, id est, ecclesiis per fidem charitate formatam.*

23 Laudate habitatores petræ. *Dicit Rab. Sa. quod per hoc intelliguntur mortui sepulchra lapidea inhabitantes, quos dicit suscitandos in aduentu Messiæ. Sed hoc iam est adimpletum, quia Christus La-*

a ¶ Apostoli & alij. b ¶ In auditoribus.

a de vertice montium clamabunt. [11] Ponent domino gloriam,

a ¶ Gentibus. ¶ Describit saluatoris aduentum & comparat eum viro fortissimo contra aduersarios pugnaturo. b ¶ Qui videbatur debilis.

& laudem eius in insulis nuntiabunt. [13] Dominus sicut fortis

a ¶ De captiuitate Iudæorum. ¶ A misericordia, opinione, non re. b ¶ Contra inimicos suos. c ¶ Vltionis. d ¶ Dicens: Vos ex patre diabo. estis.

egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum. Vocifera-

a ¶ Iudæos. b ¶ Per Romanos. c ¶ O Iudæi.

b bitur, & clamabit super inimicos suos confortabitur. [14] Ta-

a ¶ Expectans pœnitentiam vestram. b ¶ Tamen dolorem. ¶ Aperiam quæ cogitaueram.

c cui semper, silui, patiens fui: sicut parturiens loquar.

a ¶ Consilia vestra. b ¶ Vos omnino delebo. c ¶ Maiores. ¶ Superborum varietates.

d Dissipabo & absorbebo simul: [15] desertos faciam montes &

a ¶ Mediocres. b ¶ Populum. c ¶ Romanos. ¶ Tunc. d ¶ Flumen sapientiæ.

colles, & omne gramen eorum exiccabo. Et ponam flumi-

a ¶ Gentium. b ¶ Doctrinæ Iudæorum, prophetas legentes non intelligant. c ¶ Gentes.

na in insulas, & stagna arefaciam. [16] Et educam cæcos in

a ¶ Christum qui est via, veritas, & vita. b ¶ Modo. ¶ Proficere.

e viam quam nesciunt, in semitis quas ignorauerunt ambu-

a ¶ Non est volentis neque curr. sed Dei miserent. b ¶ Ignorantiam. c ¶ Gentibus. b ¶ Vt in vete. testa. lumen Christi accipiant.

lare eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lucem, &

a ¶ Corda eorum. b ¶ Prædicta, c ¶ Vt territi pœniteant. ¶ Non futura promitto, sed promissa iam reddo. d ¶ Incorrectos.

praua in recta. Hæc verba feci eis, & non dereliqui eos:

a ¶ Sed ipsi. ¶ His auditis. b ¶ Etiam apostolos expellendo. c ¶ De gentibus quæ prædicantibus apostolis credere noluerunt. d ¶ Gentes. ¶ Confundantur omnes qui adorant sculptilia.

f [17] conuersi sunt retrorsum. Confundantur in confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili, vos dij nostri.

¶ Sed. a ¶ Auribus cordis. b ¶ Mente. c ¶ Lumen verum, d ¶ Expositio.

g [18] Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. [19] Quis cæ-

a ¶ Israel qui domino prius seruiuit. ¶ Non gentes, vt mentiuntur Iudæi. ¶ Prophetas.

cus nisi seruus meus, & surdus, nisi ad quem nuntios

¶ Modo. ¶ Sub peccato.

meos misi? Quis cæcus nisi qui venundatus est, & quis

a ¶ Prius. b ¶ O Israel. c ¶ Intelligis. d ¶ Legem & prophetas.

cæcus nisi seruus domini. [20] Qui vides multa, nonne

a ¶ Quæ ibi præcipiuntur. b ¶ De quo supra: Audietis auditu, & non intelli. c ¶ Corporis. d ¶ Obedies.

custodies? Qui apertas habes aures, nonne audies?

☞ a *De vertice montium.* A Hier. lib. 12. *Super montem excelsum ascen. tu. q. e. Sion. De vertice montis.* De altitudine virtutis & contemplationis, vt etiã exemplo doceant quę prædicãt. (Sup. 40. b.)

b *Vociferabitur.* Ibid. vnde: *Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus.* Et ego in gente stulta irritabo eos. (Deut. 32. c.)

c *Sicut parturiens.* Ibid. Partum consilij mei B profundam in lucem sicut mulier infantem, sic proferam dissimulatum dolorem.

† Tertullianus lib. de pudicitia. Licet Deus sit patiens, tamẽ per Isaiam comminatur patientiæ finem. *Tacui, numquid & semper tacebo & sustinebo? Quieui, velut parturiens, exurgam & arescere faciam.*

C † Procopius. Patienter egi; satis superque peccantes ferens. Ipso deinde passionis tempore, calumniis impetitus, tacui.

† Augustinus tracta. 53. in Ioan. Amas Deum, quia dulcis est, time quia rectus est. Tamquam mansuetus dixit, *Tacui*: sed tamquam iustus, *numquid semper tacebo?* Quod enim modo sustinet peccantes, iudicaturus est contemnentes. (Deus amãdus & timendus.)

d *Dissipabo.* † Procopius. Montium nomine populi principes; sicut per fœnum, eorumdem peccata intelligit, Paulo suffragante: *Si quis ædificauerit super fundamentum istud, ligna, fœnum, calamum, &c.* Populum tamquam fœnum exaruisse dixit. Deinde fluuiorum appellatione legis doctrinam designat. (1 Cor. 3.) D

e *In semitis.* Hier. In cognitione prophetarum, qui sunt semitæ E ad Christum, cum eius natiuitatem, resurrectionem, & ascensionem prædicunt.

f *Confundantur.* Ibid. *Cum plenitudo gentium intrauerit,* tunc etiam Israel conuersus, erroris sui pœnitebit, qui idolis ante seruiuit. (Rom. 11. c.)

† Procopius. Re vera enim cum ab idolorum cultu, ad pie- F tatem gentes transiissent, Iudæi confusi sunt: sed iam desierunt confundi, qui cæcos olim, iam nunc visum adeptos intueantur.

g *Et cæci.* Ille præcipuè cæcus dicitur: qui ante vidit: ille improprie, qui numquam. Ita Iudæus propriè: Gentilis impropriè. (Quis propriè cæcus dicendus sit?)

☞ Laqueus

NICOLAVS DE LIRA.

zarum suscitauit de monumento, *& eo resurgente multa corpora sanctorum resurrexunt de monumentis, Matth. 27. f. Potest etiam aliter exponi de terra Moab, quæ petra nominatur suprà. 16. a.* Emitte agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti, &c. *Et de terra illa, aliqui crediderunt ad prædicationem discipulorum Christi in domino exultantes.* (Habitatores petræ.)

1 Ponent domino gloriam, &c. *Scilicet discipuli Christi gloriam eius prædicantes.*

2 Dominus sicut fortis egredietur. *Hic consequenter prædicitur malorum casus, cùm dicitur:* Dominus sicut fortis egredietur, *in exercitu Romanorum propter incredulitatem Iudæorum.*

3 Sicut vir præl. sus. zel. *Scilicet in Romanis ad destruendum ciuitatem & populum.*

4 Vociferabitur. *Et quid dicet subditur:* (Pœna Iudæorum ob non receptũ Christum.)

5 Tacui, *Coram Pilato à Sacerdotibus accusatus falso,*

6 Semper silui, *De iniuriis mihi illatis,*

7 Patiens fui, *Expectans eorum pœnitentiam:*

8 Sicut parturiens loquar. *q. d. non possum nec debeo vltrà continere me à punitione eorum; ideo subditur,*

9 Dissipabo & absorbebo, &c. desertos faciam montes, *Id est, maiores.*

10 Et colles, *Id est, mediocres.*

11 Et omne gramen eorum exiccabo, *Id est, maiores de populo destruam.*

12 Et ponam flumina in insulas & stagna arefaciam. *subtrahendo ab* † *eis omnes delectationes & diuitias.*

13 Et educam cæcos. *Hic consequenter describitur saluatio credentium, cùm dicitur,* Et educam cæcos, *Id est, Gentiles erroribus cæcatos.*

14 In viam quam nesciunt, *Per obseruantiam mandatorum:*

15 In semitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam, *Per obseruantiam consiliorum.*

16 Ponam tenebras coram eis in lucem, *Per diuinorum cognitionem:*

17 Et praua, *Ex consuetudine peccandi,*

18 In recta, *Per operum rectificationem.*

19 Hæc verba feci eis. *Suprà posita est diuini beneficij magnitudo in filij missione: hic consequenter ponitur malorum ingratitudo ex sua obstinatione, cùm dicitur,* Hæc verba feci eis, *filium scilicet eis mittendo.*

20 Et non dereliqui eos, *Sed ipsi me: ideo subditur,*

21 Conuersi sunt re. *Per infidelitatem; Et quia aliqui de Gentilibus fuerunt contra fidem Christi obstinati, propter idola Christum persequentes, ideo subditur,*

22 Confundan. confusio. qui con. in scul. *Et aliqui de Iudæis. ideo subditur,*

23 Surdi audite, *Scilicet verba prophetarum ad vos missorum, qui annuntiarunt Christi aduentum.*

24 Et cæci. intuemini ad viden. *Scilicet impletionem prophetiarum de Iesu Nazareno. Et quia Iudæi pro maiori parte remanserunt in sua cæcitate, ideo subditur,*

25 Quis cæcus nisi ser. &c. *Id est, populus Iudaicus diuinæ seruituti specialiter obligatus à tempore susceptæ legis. Et subditur,*

26 Nisi qui venund. est. *Scilicet populus Iudaicus in destructione Ierusalem per Titum in vindictam mortis Christi. Dicit enim Hugo Floriacensis, quòd Romani multa cæde Iudæorum fessi, quærebant quibus captiua mancipia venderent. Sed quia plurimi venales & pauci inueniebantur emptores, non defuere qui triginta mancipia vno numismate mercarentur: sicut econuerso Christum emerant triginta numismatibus.* (Iudæi venditi vilissimo pretio.)

27 Quis cæcus nisi seruus domi. *Id est, populus Iudaicus, qui fuit specialiter ad seruitutem Dei obligatus, ab illo tempore quo Deus percussit primogenita Aegypti.*

28 Qui vides multa, *In lege & prophetis scripta,*

29 Nonne custodies. *q. d. melius deberes custodire quam alij, sed tu magis deuiasti.*

30 Qui apertas habet aures, *Id est, qui frequenter aperuisti aures ad audiendum legem & prophetas:*

31 Nonne audies. *q. d. audisti aure corporis, sed non mentis.*

A [21] Et dominus voluit, vt sanctificaret eum, & magnificaret legem & extolleret. [22] Ipse autē populus direptus, & vastatus. Laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerū absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat in direptionem, nec est qui dicat, redde. [23] Quis est in vobis qui audiat hoc: attendat & auscultet futura? [24] Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? Nonne dominus? ipse est cui peccauimus: Et noluerunt in viis eius ambulare, non audierunt legem eius. [25] Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum: & combussit eum in circumitu, & non cognouit: & succendit eum, & non intellexit. D

a *Laqueus iuuenum.* Reuertitur ad prædicationem domini, increpans Scribas, & Pharisæos: Hi enim erant laquei simplicibus ne ad dominum conuerterentur.

b *Quis est.* Hortatur eos propheta, vt saltē aliqui audiant, & causam suæ captiuitatis intelligant & caueant.

c *Super eum.* Vt quod prius tacuerat, iam nō taceret nec verbis, sed tormentis corriperet.

d *Et non cognouit.* Sicut historiæ tradunt, nec Gentes hoc fieri in vltionem filij intellexerūt, nec Iudęi malitia sua excæcati.

Interlinear: Tamen. Gratis. Populum. Obseruando. Iaceatem. De vitiis ad virtutes. Inobediens. A spiritibus immundis. Ab hostibus Chaldæis, Romanis. Impedimentum ne credant in Christum. Insipientium. In cor. & cor. locuti sunt. In abscondito cordis: Scimus, quia verax es. Hostium. Nec propheta, nec dux qui intercedat ad dominum pro eis, sicut Moyses & alij. Prædam inimicorum. Domino. Eis libertatem. Saltem pauci audiant. Quod prænuntio. Romanorum. Pater. Non alius. Occidendo filium. Quia. Mandatis. Et. A filio. Euangelium. Ideo. Per Romanos. Populum. Famem, gladium, captiuitatem. Hoc esse in vltionem mortis Christi. Igne materiali & tribulationis. Se punitum, quia non recepit Dei filium.

B E

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dominus voluit vt sanctificaret eum, *Scilicet, populum Iudaicum, mittens ei filium suum;*

2 Et magnificaret legem. *In Christo implens eam, secundum quod ipse dixit Matth. 5. b.* Non veni soluere legem, sed adimplere:

3 Ipse autem populus direptus & vastatus, *Per Romanos propter incredulitatem suam.*

4 Laqueus iuuenum omnes. *Id est, à iuuenibus ducti sunt, ligati scilicet à bellatoribus.*

5 Et in domibus carcerum, *Pro magna parte positi.*

6 Facti sunt in rapinam, nec est qui eruat. *Adhuc enim sunt in hac captiuitate, qua iam durauit per annos 1252. Scilicet anno domini 1327. quo liber iste fuit scriptus.*

De tempore quo scriptus est hic liber.

7 Quis est in vobis qui audiat hoc, *Auribus mentis; quasi dicat pauci.*

8 Quis dedit in direp. Iacob. *Et respondet:* Nonne dominus. *Iesus Christus.*

9 Ipse est cui peccauimus, *Eum negando coram Pilato, & mortem eius procurando. Et loquitur de futuro per modum præteriti in persona Iudæorum, qui post destructionem ciuitatis non crediderunt in Christum.*

10 Et noluerunt in viis eius ambu. *Scilicet increduli, sequendo Christum per opera bona vitæ.*

11 Non audierunt legem eius, *Scilicet Euangelicam, sed magis respuerunt.*

12 Et effudit super eum indigna. *Per exercitum Romanorum.*

13 Et combussit, &c. *Quia Romani non solum combusserunt Ierusalem, sed & alias ciuitates in circumitu.*

14 Et non cogno. *Scilicet quod hoc esset in vindictam mortis Christi & sic etiam in infidelitate permansit.*

C F

CAP. XLIII.

ET [1] nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel. Noli timere quia redemi te, & vocaui te nomine tuo, meus es tu. [2] Cum transieris per aquas

Interlinear: Prius. Luctatorem. Post. Contemplatorem. Sanguine filij. Quasi familiarem, vt ineuitanter prædices, nihil formides. O Israel. Seruus. Per hæc innumera apostolorum, & aliorum prædicatorum tormenta significat.

Cap. XLIII.

a *ET nunc hæc.* Ex Hier. Superius locutus est de captiuitate Iudæorum qui credere noluerunt, nūc primitiuam alloquitur ecclesiam, quæ est de Iudæis, vt creatorem animæ suæ & corporis intelligant.

b *Creans te Iacob.* Iacob supplantator, Israel vir videns Deū. Hi sunt apostoli & apostolici viri, qui & vitia supplantauerunt, & Deum videre meruerunt.

Apostoli & viri Apostolici.

c *Noli timere quia redemi te.* † PROCOPIVS. Ego sum qui feci te, animo ad meum exemplar & ad imaginem expresso, corpore autē de terra creato & assumpto. Ego, inquā, qui & sanguinem meū tua causa effundēs redemi te, peculiumque existere mihi volui. His ergo per me dignus habitus, perge quo iuberis itinere proficisci, euangelium deprædicans. Quod si insurgunt nonnulli, confide, *Ecce enim ego vobiscum sum, dies omnes ad consummationem vsque sæculi.*

Matth. 28.

d *Per aq. &c.* HIE. lib. 12. Secundū Hebręos: Per aquas Ægyptij, pro magnitu-

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XLIII.

1 ET nunc. *Postquam actum est capi. præcedenti de missione filij Dei, Hic consequenter agitur de multiplicatione fidelium. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur Gentium illuminatio; Secundo Iudæorum excæcatio, ibi,* Hæc dicit. *Prima in duas, quia primò ponitur multiplicatio fidelium; Secundo huius multiplicationis effectiuum principium, ibi,* Quis in vobis. *Circa primum sciendum, quod fides multiplicata est per opera miraculosa virtutem totius naturæ transcendentia, quibus visis infideles conuertebantur ad Christum, vt patet in Actibus apostolorum in pluribus locis, & in sanctorum legendis. Et ideo primo ponitur hic talis operatio, Secundo fidelium multiplicatio, ibi,* Dedi propitiationem. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

Per quæ dilatata sit fides.

2 Hæc dicit dominus. *Sicut enim fides patrum sanctorum à Iudæis transiit in Christianos: sic & nomina secundum quod dicitur capitulo sequenti.* Ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua domino, & in nomine Israel assimilabitur, *vt plenius ibi dicetur. Et ideo nominibus Iacob & Israel intelligitur hic populus Christianus, cùm dicitur,*

Nominibus Iacob & Israel intelligitur populus Christianus.

3 Creans te Iacob, *Id est, deducens ad esse gratiæ per fidei susceptionem.*

4 Et formans te Israel, *In moribus per apostolorum prædicationem.*

5 Noli timere, *Inter pressuras primitiuæ ecclesiæ,*

6 Quia redemi te, *Sanguine meo:*

7 Et vocaui te nomi. tuo. *Id est, nomine Christiano.*

8 Cum transieris per aquas. *Id est, per tribulationes temporales.*

Tecum

magnitudine Nili; Per flumina A Chaldæi: quia apud eos sunt flumina multa; Per ignem (quia crudeles & igniti) Macedones designātur; Per flammam (quæ omnia consumit) Romani. Hæc quoque regna prædicando transierunt apostoli, & dominus vbique cum eis.

† GREGORIVS. Illos flumina operiunt, quos actiones huius sæculi mentis perturbatione cōfundunt. Nam qui sancti spiritus gratiam tenet in mēte, transit aquas, & tamen fluminibus non operitur: quia etiā inter medias populorū turmas, sic peragit gressus sui itineris, vt non submittat actionibus sæculi caput mentis. (Curæ sæculi.) B

a *Dedi propitiationem.* Vtinde acquiras tibi misericordiam & coronam, prædicando, scilicet, Ægyptiis, & Æthiopibus (qui pene vltimi) & Sabæis: est autem Saba ciuitas in finibus Æthiopiæ sita, *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fi. &c.* (*Supr. 41. c.* Saba vrbs. Psal. 18. a)

Ex quo audierunt à domino: *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Illi autem profecti pra.* (Mar. vlt. d.) C

† PROCOPIVS. Me igitur imitatus, qui sanguinem meum redemptionis tuæ propitiationem esse volui; fias & tu impiorum propitiatio, qui per te vocati, ad extremas orbis partes propagantur, quorū tibi exemplū Ægyptij ipsi Æthiopesque & qui Syenem incolunt vel Saba, esse queant. Tantum enim à me glorificatus es, vt ceteros omnes per te vocari voluerim. Est verò Saba, gens illa Æthiopiæ, ex qua reginam ad Salomonem profectam legimus. (Saba regio.)

a Tutor. tēcum ero, & flumina non operient te. ¹ Cùm (a Anima, quamuis corpore.) ambulaueris in igne, non combūreris, & flamma non ardebit in te: ³ quia ego dominus Deus (a Noli timere.) (a Quia tecum sum vsque ad consummationem sæculi.) (b Qui prædicatorem te facio.) a tuus sanctus Israel saluator tuus. Dedi pro- (O Israel.) (Conuertendo.) pitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, & (a Pro tua vtilitate.) (b Pro illis conuersis.) Saba pro tē. ⁴ Ex quo honorabilis factus es in (a Non hominum.) (Ideo.) (b Prior vnde. Ipse prior dilexit nos.) oculis mēis & gloriosus, ego dilēxi te. Et dabo (a Vnde habes mercedem.) (b Conuersos in prædicatione tua.) (c Salute.) homines pro tē, & pŏpulos pro animā tua. (a Ergo.) (b Aduersus mundi.) b ⁵ Nōli timēre, quia ego tecum sum, Ab Oriente (a Ad ecclesiam.) (b Filios tuos in fide.) (Similes tibi.) adducam semen tuum, & ab Occidente con- (a Diabolo, redde quod captiuasti.) c gregabo te. ⁶ Dicam Aquilōni, Da, & Austro, (a Israel.) (b Prædestinatos.) (c Ab extremis terræ.) (Qui eratis longe, prope facti estis sanguine Christi.) Noli prohibere. Affer filios meos de longin- (a Animas, vel mulieres sanctas.) (b Adducam.) quo, & filiās meas ab extrēmis terræ. ⁷ Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam (a Corpore.) (b Anima.) (c Fidelem.) d meam creāui eum, formāui ēum, & feci eum. (a O fili.) (b Ab infidelitate mentis.) (c Corporis.) e ⁸ Edūc foras populum cæcūm, & oculōs habentem: (a Mente.) (b In corpore.) (c Post vocationem Iudæorum.) f surdū, & aures ei sunt. ⁹ Omnēs Gentes cōgregatæ sunt simūl, & collectæ sunt tribūs. (a In oulle ouium ouius & vnus pastor.) (b Prius.) (c Iudæi prædestinati.)

b *Ab Oriente. Multi venient ab Oriente & Occidente, & recum cum Abraham, Isaac, & Iacob, ab omnibus, scilicet, mundi partibus.* (Matth. 8. b.) D

† PROCOPIVS. Confide, nam & ipse filios tuos, quos Deo opitulāte, per orbem vniuersum propagasti, in meam cælestem ciuitatem sublimis per aerem angelicis virtutibus, tamquam pennis, subnixos, congregabo.

c *Dicam Aquiloni.* GREGOR. Aquiloni dicitur da, cum offerre Deo suæ fidei munera Gentilitas imperatur: Austro autem iubetur ne prohibeat, quia Hebræis in lege cōfidentibus præcipitur, ne vitam Gentium cōtemnendo repellant, &c. (Moraliter.) E

d *Creaui eum.* † PROCOP. Ait se populum creauisse, quomodo legitur in Psalmis: *Et populus qui creatur, laudabit dominum.* Quod idem planè est, ac si recreari, & ita ad imaginē Dei reuocari dixisset, vt veteri homine deposito, nouus euadat. Est enim in Christo noua quædam creatio, Iuxta illud, *Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini.* (Psal. 101. Noua creatura. Rom. 12.) F

e *Educ foras.* Vox patris ad filium de Iudæis mente cæcis. Et nota prius esse factā vocationem Iudæorum, deinde Gentium. vnde & Paulus: *Vobis oportebat primò loqui verbum Dei.* (Ex Hier. Act. 13. g.)

f *Omnes gentes.* Propheta ad Gentes, increpans de idololatria & admirans, quod nullus in Gentibus hoc præscire potuit: sed tantum populus Dei, qui legem Dei accepit, prophetas habuit, vnde, *Notus in Iud. ... Deus.* (Psal. 75. a.)

b Ab Pro-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tecum ero, & flu. non ope. te. *Id est, ad litteram multi Christiani super aquas ambularunt ad confirmationem fidei.*

2 Cum ambulaueris in igne non combureris: & flamma, &c. *Dicit hic Rabbi Salomon, quod tempore futuro, quod vocat tempus Messiæ: accendetur ignis diuinitus comburens alios populos, & non lædens Iudæos. Sed quod expectat futurum, iam transiit in præteritum, quia multi Christiani ab infidelibus in ignem proiecti fuerunt diuinitus liberati, & frequenter carnifices combusti.* (Christi martyres quos ignis non læsit.)

3 Dedi propitia. tuam. *Hic consequenter ponitur fidelium multiplicatio cùm dicitur,* Dedi propitiationem tuam Ægyptum. *Glossa dicit hic, & similiter magister Alexander de Ales, quod hoc intelligitur ad litteram de conuersione Aegypti & Aethiopiæ ad fidem Christi, & sic est sensus:* Dedi propi. tuam Aegyptum, *id est, dedi Aegyptum similem tibi in propitiatione, incorporando eam Christo per fidem, qui est propitiatio pro peccatis totius mundi. 1. Ioan. 4. & in hoc alloquitur Deus ecclesiam primitiuam, quæ primò fuit in Iudæa collecta, & inde ad alias nationes dilatata, sicut dictum fuit supra cap. 2. Nominatur autem hic specialiter Aegyptus & Aethiopia, quia ibi satis citò fides fuit multiplicata: in Aegypto sub Marco in Alexandria, & per beatum Matth. in Aethiopia, rege cum vxore & filio baptizato & populo suo; ideo subditur,* (Aethiopia & Aegyptus ex primis regionibus quæ in Christum crediderunt.)

4 Aethiopiam & Saba. *Nomen est ciuitatis in Aethiopia, vt dicit hic glossa.*

5 Pro te. *Scilicet dilatanda dedi. Et per istas duas terras intelliguntur aliæ ad quas dilatata est fides ecclesiæ.*

6 Ex quo honorabilis factus es. *Tu popule meus: hoc potissimè impletum fuit in Christi incarnatione, accipiendo, scilicet, naturam humanam de Iudæis in vnitate personæ, quem honorem non fecit angelis, ad Heb. 2. a.* Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ.

7 Dilexi te, *Dando animam meam pro te,*

8 Et dabo homines, *Scilicet ad mortem multo fortius,*

9 Pro te, *Conseruanda & dilatanda, sicut patet de Iuliano imperatore, qui cum magna parte exercitus Romani, periit in bello contra Persas, eo quod firmiter statuerat in suo reditu destruere ciuitatem Cæsaream cum populo Christiano ibidem existente sub sancto Basilio episcopo; & multi etiam imperatores Romani, vt Nero, Domitianus, & plures alij perierunt, eo quod mouerant persecutiones contra ecclesiam. Ideo subditur,* (Quam male perierint nominis Christiani hostes.)

10 Noli timere, *Pressuras, quæ in primitiua ecclesia fuerunt magnæ.*

11 Quia ego tecum sum, *Te protegendo & multiplicando: vnde & illis pressuris multum creuit ecclesia in Gentibus, constantiam martyrum & miracula Dei quæ circa eos fiebant admirantibus, & sic ad fidem Christi conuertebantur; Ideo subditur,*

12 Ab Oriente adducam semen tuum. *Ista adductio, seu congregatio fidelium non est intelligenda per localem motum, sed quia sunt aggregati Christo capiti per vnitatem fidei & charitatis; Ideo dicitur Matth. 8. b.* Multi venient ab Oriente & Occidente, &c.

13 Affer filios. *Hic accipitur longinquitas non secundum distantiam loci, sed peccati quod facit homines à Deo elongari.*

14 Et omnem qui inuocat nomen meum. *Ex quo patet quòd non loquitur de populo Iudaico tantum, sed de omni adueniente ad fidem.*

15 Creaui eum, *In esse gratiæ, quæ est per creationem.*

16 Formaui eum, *Moribus,*

17 Et feci eum, *Deducendo ad perfectionis statum. Ideo subditur,*

18 Educ foras, *Id est, extra errorem,*

19 Populum cæcum, *Prius,*

20 Et oculos habentem, *Nunc per fidei susceptionem:*

21 Surdum, *Scilicet, prius per inobedientiam,*

22 Et aures ei sunt, *Nunc per obedientiam, & intelligentiam. Et intelligitur hoc de Iudæis ad fidem Christi conuersis, qui præcedenti capitulo vocati sunt cæci & surdi. Et quia ecclesia non solum ex Iudæis est collecta, sed etiam de omnibus Gentibus: ideo subditur:* (Vocatio gentium ad fidem.)

23 Omnes Gentes congregatæ sunt, *Scilicet, in vnitate fidei Christianæ. Et cum dicitur hic:* Omnes Gentes. *Est distributio pro generibus singulorum: quia in ea congregati sunt aliqui de omnibus Gentibus.*

Quis

† PROCOPIVS. Quod dixit congregatæ sunt, more prophetico extulit, vt congregatum iri demonstret. De futuris enim tamquam de præteritis, vsitatè scriptura loquitur, cuius generis illud est, *Dorsum meum præbui in flagella*, Et illud, *Partiti sunt vestimenta mea*. (Psal. 37. Psal. 21.)

a *Quis in vobis.* † PROCOPIVS. Hęc locutus est Deus, tamquam qui de eorum euentu, quæ prædicit nil ambigat; cum dæmones ipsi, falsò pro diis habiti, ignorata futurorum prædictione, vos in fraudem inducăt. His enim Ethnicos erudit, dum eos in sermonem inducens, futura se prænosse prophetarum suorum testimonio demonstrat. Quis autem dæmonibus testis erit, tale aliquid eos ex sese de Christi aduentu, deque suo ipsorum interitu prædixisse? (Præcognitio futurorum cõtingentiũ Dei propria. * Hoseæ 13.b.)

b *Vt sciatis & credatis, &c.* † PROCOPIVS. Fides enim cognitione, fide autem intelligentia comparatur. *Nisi enim credideritis*, inquit, *non intelligetis*.

c *Non est forma.* Quidam codices habent, plasmatus: sed non conuenit bene, sic tamen potest exponi: Ante me non est formatum idolum, quia feci hominem iustum à quo iniustè formatum est idolum.

d *Ego annuntiaui & sal.* Per prophetas natiuitatem filij, vocationem Gentium, expulsionem dæmonum.

e *Non est qui de manu.* † PROCOPIVS. Hinc est illud quod de suis ouibus dicebat Saluator: *Et ego dedi eis vitam sempiternam, neque peribunt in sæculum, neque eas abripiet quisquam de manu mea.* (Ioan. 10.)

f *Hæc dicit dominus salua. &c.* Hæc, scilicet, quæ sequuntur: Pater ad apostolos. Propter vos qui scilicet testes mei estis, qui scilicet Euangelium prædicatis. Quibus dixit: Noli timere. (Apostoli.)

g Chal-

a Deorum vestrorum. b O gentes. c Quod dico. d Præterita.

a Quis in vobis annuntiet istud, & quæ prima [1] sunt audire vos faciet? Dent testes eorum & [2, 3]

a Sicut Deus noster. b Ipsi dij testimoniis se probent. a Veri dij probentur. b Ita. c Quod dubitent. d Veros deos esse. e O prophetæ, ô Apostoli. Quasi: Ipsi non habent, sed: Vere vos test. me. &c.

iustificentur, et audiant & dicant, Vere [10] vos te- [4, 5]

a Pater. b Christus.

stes mei, dicit dominus, & seruus meus quem [6, 7]

a Ex omnibus in salutem omnium. In quo complacui. b Hæc omnia scilicet fient. c Qui prius bruti & insensibiles.

b elegi, vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis, [8, 9, 10]

a Solus. b Deus. c Ego omnia creaui, quia Ante me, &c. d Qui sum principium, &c. e Alicuius rei.

c quia ego ipse sum. Ante me non est formator [11]

a Quia finis sum. Quia. Non alius. b Repetitio, confirmatio est.

Deus, & post me non erit.* [11] Ego sum, ego sum [12]

a Quia vnum in substantia pater, & filius, & spiritus sanctus, vel sine me non est filius, qui est mundi salus.

dominus, & non est absque me saluator. [12] Ego [13, 14]

a In filio genus humanum. b Præteritum vel futurum annuntiaui.

d annuntiaui, & saluaui, auditum feci, & non [15]

a Prophetis & apostolis prædicantibus. b Scilicet Deus, sed ego tantum. c Prophetæ & apostoli, quia ego prædixi non alius.

fuit in vobis alienus. Vos testes mei dicit do- [16]

minus, & ego Deus: [13] & ab initio ego ipse, &

a Potestate. Qui ab initio prædico futura. b Salutem gentium.

e non est qui de manu mea eruat. Operabor, &

a Opus. b O Apostoli. c Per filium. Alias redemptor.

f quis auertet illud? [14] Hæc dicit dominus saluator [17]

a Filium. b Mundum confusum peccato.

vester sanctus Israel. Propter vos emisi in Ba- [18, 19]

a Abstuli. A cordibus hominum. b Impedimenta principum dæmonum. c Dæmones per fluctus huius sæculi miseras animas circumducentes & inde gloriantes.

bylonem, & detraxi vectes vniuersos, & Chal- [20, 21]

a Non alius. b Hoc decreui.

g dæos in nauibus suis gloriantes. [15] Ego dominus

a Sanctificans vos. b Contemplatiuos. c Regens vos.

h sanctus vester, creans Israel rex vester. [16] Hęc di- [22]

a Iordanis vel Arnon, vt exitus de Aegypto, introitus in terram promissionis haberetur ex miraculo.

i cit dominus, qui dedit in mari viã, & in aquis [23]

a De Aegypto. b Currus.

torrentibus semitam. [17] Qui eduxit quadrigam [24]

a Equites. b Id est. c Scilicet magnum. d Omnes. e Somno mortis.

& equum, agmen robustumque, simul obdor- [25]

a Ad bonum suum. b Impetu aquarum. c In momento succisum, vel igne corruptum.

mierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi

g *Chaldæos in nauibus.* Secundum historiam Chaldæi abundant fluminibus, & strenui sunt nautibus & inde gloriantur. (Supra c. 1.)

†† HIER. In his videlicet qui instar nauium inter idola fluctuabant. De Chaldæis nullus ambigit, quin dæmones sonent. (Chaldæi nautæ qui.)

† PROCOPIVS. Vos cum corripere statuissem, Babyloniis tradidi. posteà cum in libertatè assererem, eos etiam à quibus passi estis, vltus sum. Chaldæis ipsis qui iuxta habitant, partim in fugam versis, partim verò victis, & nauibus in captiuitatem abductis.

h *Ego dominus sanctus vester.* Olim filiis Israel, modo vobis apostoli, in mũdo expulsis dæmonibus & omnibus victis principibus.

i *Qui dedit in mari viam, &c.* † PROCOPIVS. q. d. Olim siquidem & ego te ex Ægypto eduxi per mare, in quod Pharaonis exercitum ita demersi, vt in profundo sepultus, inde postea non resurrexerit, quo factum est, vt flammæ, non absimiles extincto lino cõparentur, quod vt facilè incendium concipit, ita nullo negotio, nuda tantum solaque manu restringitur. At eduxi, inquit, non è mari solum, sed per aquæ semitam etiam, id est, per Iordanis fluuium. Quomodo autẽ eduxit currus? Certum est Pharaonem sua tantum voluntate Israelem persecutum esse, cum à Deo in hunc modum audiuerit, *In hoc excitaui te, vt ostendam in te potentiam meam.* Sic & eos qui rerum humanarum curas fugiunt, vel ipso insequente diabolo liberabit Deus; sic item huius vitæ iter, tamquam maris æstuosi, ne fluctibus eius absorbeantur, desiccatis quæ occurrunt, tentationibus, peruiam faciet, vt in terra deserta panem de cælo edere, aquamque de petra libare, id est, Christi participes fieri valeant. (De interitu Pharaonis in mari Rubro & qui ille designarit. Exod. 9.)

a Facie

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quis in vobis. *Hic consequenter describitur dicta congregationis effectiuum principium, scilicet ipse Deus, qui talia potest prædicere, & sic efficere: Non autem idola quæ à Gentibus colebantur, & hoc est quod dicitur hic:* Quis in vobis, *Id est, in diis Gentium,*

2 Annuntiet istud, *Quasi dicat nullus: quia futura contingentia certitudinaliter prædicere, est proprium Dei per se, vel prophetas suos; Ideo subditur.*

3 Dent, *Scilicet dij Gentium,*

4 Testes eorum, *Id est, prophetas eorum.*

5 Et iusti. *Id est, examinentur, vtrum sint veri vel falsi.*

6 Et audiant, *A diis suis futura contingentia,*

7 Et dicant, *Aliis ex nomine deorum suorum. q. d. non poterunt, sed ego potero; Ideo subditur,*

8 Ve. vos te. *Et est verbum Dei ad prophetas suos, & maximè ad apostolos, qui fuerunt testes eius, secundum quod dicitur Act. 1. 4.* Eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.

9 Et seruus meus quem elc. *Id est, quemcumque elegero ad seruiendum mihi, supple, erit testis meus.*

10 Vt sciatis & credatis mihi, *Cùm videritis impleta quæ ante denuntiaui.*

11 Ante me non est formator Deus, & post me non erit. *Quia ipse est solus æternus à parte principij, & etiam à parte finis propriè loquendo de æternitate.*

12 Ego sum, *Non habens esse aliunde sed ex me.*

13 Ego sum dominus, *Quia omnia alia habent à me esse.*

14 Ego annuntiaui. *Scilicet salutem generis humani per prophetas,*

15 Et saluaui, *Per Christum sicut promiseram.*

16 Et non fuit in vobis, *Scilicet Deus qui talia nuntiaret. Cetera patent ex dictis.*

17 Hæc dicit dominus. *Hic consequenter ponitur Iudæorum excæcatio ex ingratitudine procedens. Et ideo diuiditur in duas partes, quia primò ponitur beneficiorum Dei magnitudo; Secundo Iudæorum ingratitudo, ibi,* Non me. *Prima in duas, quia primo ponuntur beneficia veteris testamenti; Et secundò noui, ibi,* Ne memineris. *Inter beneficia exhibita Iudæis tempore veteris testamenti, ista fuerunt magis famosa & nota, scilicet liberatio de captiuitate Babylonica. Primò igitur hic recolitur secundum, cùm dicitur,* (Diuisio. Inter beneficia Iudæis exhibita tẽpore veteris Test. quæ fuerint magis famosa.)

18 Propter vos, *Scilicet liberandos.*

19 Emisi in Babylonẽ, *Scilicet Cyrum & Darium cum exercitibus suis.*

20 Et detraxi vectes, *Id est, clausuras in quibus confidebant.*

21 Et Chaldæos in nauibus suis gloriantes, *Quia debellauerunt plura regna non solum bellis campalibus, sed etiam naualibus. Consequenter recolitur primum beneficium, cum dicitur:*

22 Hæc dicit dominus qui de. in mari. *Diuidendo mare rubrum vt præberet filiis Israel transitum per siccum.*

23 Et in aquis tor. *Desiccando Iordanem fluuium in transitu arcæ, vt habetur Iosue 3.*

24 Qui eduxit quadrigam & equum, *Id est, currus & equites Aegyptiorum ad insequendum filios Israel intra mare rubrum.*

25 Simul obdormierunt, *Somno mortis, quia fuerunt submersi in aquis. Exod. 14.*

14 Ego

Ne

a *Facio noua.* Multa quæ reficiunt animas, non corpora: olim de petra vnum tantum produxi fontem ad corpora reficienda.

*1.Cor.5.d.

b *Dracones & struthiones.* Maligni, venenosi, qui in solitudine Gentium morabantur, idololatriæ sanguine morumque feritate bestiales.

Hypocritæ Struthionibus comparantur.

Struthio speciem alarum habet, volatu caret. Sic hypocrita speciem sanctitatis habet, rem autem non habet.

c *Non me inuoca.* Ex HIER. lib. 12. Ad Iudęos loquitur qui ante aduentum domini idola coluerunt. Vel ad eos qui post aduentum credere noluerunt.

† PROCOPIVS. q.d. Cum enim mihi feræ ipsæ & struthiones etiam benedicerent, tacuisti solus, meque omnino non esse inuocãdum censuisti.

d *Nec laborasti.* Non feci te laborare post aduentum filij, vt pretiosa quæque offerres, quia *Sacrificium Deo spiritus con. &c.* Vel non laborasti in me tãtum qui idolis offerebas.

Psal.50.d.

e *In thure.* Per thus & calamum, qui est sarculus arboris aromaticæ, omnia aromata accipe.

f *Verumtamen seruire.* † GREGORIVS lib.16. moral.cap.36. Hæretici verba iustorum ad sensum proprium rapere conãtur, & scripturæ sacræ conditorem quasi vi opprimũt, quia eius sensum in verbis sacri eloquij inflectere conantur, qui dicit, *Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.*

Hæretici abutuntur scripturarũ & SS. patrũ testimoniis.

g *Ego sum.* HIER. supra q.d. Fecisti me laborare sub onere peccati tui. Ideo iam non seruũ meum, non puerum voco, sed simpliciter appello Iacob & Israel, vt ostendam & arguam peccatores.

a ¶ O apostoli. b ¶ Supradictorum, quia maiora faciam, & vos ipsi.

linum, & extincti sunt. [18] Ne memineritis prio-

a ¶ Parua maiorum comparatione. b ¶ Miremini. ¶ Quia.

rũ, & antiqua ne intueamini. [19] * Ecce ego facio

a ¶ Magis miranda.

noua, & nunc orientur: vtique cognoscetis ea.

a ¶ Gentium. ¶ Totius mundi non tantum in mari rubro. b ¶ Christum. c ¶ Doctrinæ.

Ponam in deserto viam, & in inuio flumina.

¶ Tunc. a ¶ Quod non ante. b ¶ Bestialis.

[20] Et glorificabit me bestia agri, dracones &

¶ Hypocritæ. a ¶ Eorum. b ¶ Veteris ac noui testamenti. c ¶ Idem.

struthiones quia dedi in deserto aquas, et flu-

a ¶ Ariditate rationis. b ¶ Aquæ viuæ. ¶ Fideli scilicet.

mina in inuio, vt darem potum populo meo,

a ¶ Scilicet. b ¶ Gentilem. c ¶ In fide. d ¶ Natiuitatis passionis re. as.

electo meo. [21] Populũ istum formaui mihi, lau-

a ¶ Aliis. b ¶ Sed idola. c ¶ Corde.

dem meam narrabit. [22] Non me inuocasti Ia-

¶ Pœnitendo.

a ¶ Laudantibus bestiis. b ¶ Impleto significato. Vnde: Sacrificium, & ob. &c.

cob, nec laborasti in me Israel. [23] Non obtulisti

a ¶ Tantum, sed idolis: ego non quæro partem, sed totum.

b ¶ Vnde supra: Vt quid mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit dominus.

mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis

a ¶ Nec requisiui à te pretiosum aliquid in quo parando laborares.

non glorificasti me. Non te seruire feci in ob-

a ¶ Tali. ¶ Spiritus contri. &c. b ¶ Tibi. c ¶ Sic oblato.

latione, nec laborem tibi præbui in thure. [24] Non

a ¶ Post aduentum Christi, vel non tantum mihi, sed idolis.

¶ Incensum abominatio est mihi.

emisti mihi argento calamum, & adipe victi-

a ¶ Non mearum. b ¶ Non placuerunt mihi. c ¶ Sed idola.

d ¶ Diu expectaui te ad pœnitentiam vt coactus dicerem: laboraui sustinens.

marum tuarum non inebriasti me. Verumta-

¶ Idem.

men seruire me fecisti in peccatis tuis: præ-

a ¶ Sustinendi. b ¶ Quia induratus es in nequitia tua.

buisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. [25] E-

a ¶ Iudæos hortatur ad pœnitentiam, & promittit veniam. ¶ Plus sum.

b ¶ Misericors. c ¶ Si conuersus fueris.

¶ In aspersione sanguinis no. test. delens antiquum chirographum.

go sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas pro-

a ¶ Non propter te, quia misericors sum. b ¶ In baptismo dimissorum.

c ¶ Post dignos fructus pœnitentiæ.

pter me & peccatorum tuorũ non recordabor.

a ¶ Ego & tu quis rectè egerit videamus.

[26] Reduc me in memoriã, & iudicemur simul,

a ¶ Quasi: quia nihil habes quod dicas contra me. ¶ Quid poteris scilicet.

b ¶ In iudicio. c ¶ Ego loquar, vt te scias quæ pateris, sustinere iustè, & mea sola clementia misereri. d ¶ Adam, vel Abraham.

narra si quid habes, vt iustificeris. [27] Pater tuus

h *Reduc me.* Bona quæ feci tibi. *Quid vltra debui facere tibi, & non feci?* Vel, si quid iusti habes ego libenter recipiam.

Isai.5.b.

† GREGORIVS in Psal. 50. *Ego sum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero. Tu autem memor esto.* Audi qua conditione iniquitatum tuarum se esse immemorem dicat, videlicet, si memor fueris. Caue ergo ne vmquam quod deliquisti à memoria excidat, aut aliqua obliuione peccata tua obliteres.

Quomodo peccata sint memoria recolenda vt de eis doleamus.

† AMBROSIVS in Psal. 36. Graue est hoc iudicium, cum dominus postulat de se contra hominem iudicari. Quid enim respondeas ei, qui tibi vniuersa contulit, qui te creauit, te suo sanguine redemit? & tu tradis te vt seruias eius inimico? Ille tibi peccata dimisit, & tu grauiora committis; vocauit te in iudicium, veniens quid respõsurus es ei? qui nisi iterum atque iterum tibi donet, periisti.

† AMBROSIVS lib.1. de pœniten. cap.7. Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet? In Baptismo vtique remissio peccatorum est. Quid interest vtrum per pœnitentiam an per lauacrum hoc in sacerdote sibi datum vendicent? Vnum in vtroque mysterium est.

Contra hæreticos qui ex hoc loco Isa. docent sacerdoribus nõ esse confitenda peccata.

i *Narra si quid.* LXX. de suo addiderunt. *Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris.* Narra tu prior. Si prior dixero, oppones forsitan vel sapientia mea, vel fortitudine verborum.

k *Pater tuus.* †† HIER. Vt scias me misereri tui non ob meritum tuum, sed propter meam clementiam, à patribus tuis repetam & maioribus, vt intelligas te à peccatoribus esse generatum.

Pater tu. Abraham. s. qui dño terram promissionis pollicente respon-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ne memineritis. *Hic recoluntur beneficia noui testamenti, cum dicitur,* Ne memi. prior. *Id est prædictorum beneficiorum. q.d. licet fuerint magna, tamen in comparatione, ad beneficium incarnationis sunt modica aut nulla: Ideo subditur,*

Beneficia veteris Test. in comparatione ad beneficium Incarnationis modica sunt & fere nulla.

2 Ecce ego fa. noua. *Secundum quod dicitur Iere. 31. d.* Creauit dominus nouum super terram, mulier circumdabit virum. *Id est, Christum in vtero suo ab instanti incarnationis virum perfectum virtutibus & scientiis.*

3 Ponam in deser. viam. *Scilicet perfectionis & iustitiæ. Et vocatur hic desertum Iudæa & Gentilitas, sicut dictum est supra 35.*

4 Et in inuio flu. *Id est, spiritus sancti dona. Vnde dicit saluator Ioan. 7. f.* Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. *Quod exponens Euangelista subdit,* hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.

5 Et glori. me bestia. agri, *Id est, illi qui ante conuersionem bestialiter & crudeliter viuebant.*

6 Vt da. potum po. meo, *Christiano.*

7 Electo meo, *Ad vitam beatam. Hoc additur, quia non omnes Christiani saluabuntur, sed tantum electi.*

Apoc.21.b.

8 Non me inuo. *Hic ponitur Iudæorum obstinatorum ingratitudo, cum dicitur,* Non me inuoca. Iacob. *gratias agendo de tantis beneficiis:*

9 Nec laborasti, *Id est, nec laborem magnum substinuisti; in Hebræo habetur,* Quia laborasti. *Exponitur tamen ad eumdem sensum ab Hebræis sic:* Quia laborasti. *Id est, cito attadiatus & fatigatus fuisti seruiendo mihi.*

10 Non obtulisti mihi arietem, *Hoc refertur ad beneficium liberationis de Aegypto, secundum quod dicitur Iere. 7. e.* Non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocaustomatum & victimarum, *&c.*

Redarguit ingratitudinem Hebræorum.

11 Non emisti mihi, &c. *Scilicet in exitu de Aegypto. Est autem calamus vna de quatuor speciebus aromaticis, quæ ponebantur in Thymiamate.*

Calamus.

12 Verumtamen seruire me fecisti in peccatis tuis, *Id est, pro peccatis tuis expiandis. Hoc perfectissimè fuit impletum in Deo & homine Christo, qui formam serui accepit, vt pro peccatis nostris satisfaceret.*

13 Præbuisti mihi laborem, *Id est, fuisti mihi occasio, vt laborem passionis sustinerem.*

14 Ego sum, *Et non alius.*

15 Qui deleo iniquitates tuas propter me, *Id est ex misericordia mea & charitate, & non propter tua merita. Ideo subditur,*

16 Reduc me in memoriam, *Scilicet alicuius meriti, propter quod deberem talia pati, quasi dicat, non potest. Ideo subditur.*

17 Narra si quid habes, vt iustifice. &c. *Si autem dicatur, quod patres hoc meruerunt, consequenter hoc excluditur cum dicitur,*

18 Pater tuus primus peccauit. *Dicit Rab. Sal. quod iste pater fuit*

Abraham

respondit: *In quo sciam, quia possidebo eam?* Vel ipse Abraham qui peccasse dicitur in promissione filij dubitando; Vel, populus in deserto contra Deum murmurando. q. d. cognoscet de peccatoribus generatum.

a *Interpretes.* q. d. inter partes, scilicet pacem ferentes.

a ¶ Moyses & Aaron, ad aquas contradictionis, qui medij sunt inter me & te.

primus peccauit: & interpretes tui præuaricati

a ¶ Contaminari permisi, ne intrarent terram promissionis.

b ¶ Moysen & Aaron.

sunt in me.[28] Et contaminaui principes sanctos,

a ¶ Ne quis intraret in terram promissionis, præter Iosue & Caleph.

¶ Quorum corpora prostrata sunt in deserto.

dedi ad internecionem Iacob & Israel in blasphemiam.

† PROCOPIVS. Est hic triplex ordinis oratio, patrum, interpretum, & principum: quorũ alij quidẽ imperandi, alij scripturas interpretandi munere fungerentur, alij etiam ætate tantũ ceteros anteirent; quorum scelere periisse Israel in opprobriumque vel blasphemiã incidisse dicit. Vna deinde tria hæc accipias significatione, si quos erudire subditos & instituere deceret, quia ipsi deliquerũt, venia indignos existimes.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

Abraham qui peccauit quando dixit, Gene. 15. b. Domine Deus, vnde scire possum, quod possessurus sum eam? *dubitans de diuino promisso. Sed quia ibi tenui contrarium, sicut & alij doctores catholici, & maximè quia ibidem præmittitur:* Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. *Ideo melius dicitur quod iste pater primus intelligitur Adam, de quo certum est quod peccauit transgrediendo Dei mandatum, Gene. 3. Et quia peccatum eius transit ad posteros, non sic autem peccata aliorum parentum: ideo fit hic specialis mentio de eius peccato.*

Vbi dicat Ra. Sa. Abraham peccasse?

Primus pater quis hic dicatur?

1 Et inter. *Id est, Moyses & Aaron, qui verba domini referebant ad populum, & econuerso verba populi, ad Deum.*

2 Præuaricati sunt in me, *Aaron in fabricatione vituli. Exod. 32. & vterque simul ad aquas contradictionis, Num. 20.*

3 Et conta. *Id est, contaminatos ostendi.*

4 Principes sanctos. *Scilicet Dauid in adulterio Bethsabeæ & homicidio Vriæ, & Ezechiam in elatione, quando nuntij regis Babylonis, fuerunt ad eum missi 4. Reg. 20.*

Quam non fuerit innocens Israel in suis etiã optimis?

5 Dedi ad interne. Iacob. *Per reges Assyriorum & Babylonis, vt patet ex supradictis. & hoc propter peccata populi & principum.*

6 Israel in blasphemiam. *Ex hoc enim quod Deus Israel, non liberauerat suum populum, Gentiles dicebant eum impotentem. Aliqui etiam de populo Israelis impatientia fracti prorumpebant in blasphemiam Dei.*

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 43. vbi dicitur in post. Verè vos testes mei dicit dominus. *Sicut apostoli fuerunt veri testes Christi, prout allegatur in postilla per illud quod dicitur Actu. 1. a.* Eritis mihi testes in Ierusalem: *Sic & potius, Christus testis Dei dicitur, vnde de Christo ad litteram dicitur,* Ecce testem Gentium dedi eum. *Et in Euangelio:* Ego ad hoc veni in mundum, &c. *vnde quod dicitur hic:* Et seruus meus quem elegi, *Scilicet, erit testis meus, intelligendum est propriè ad litteram de Christo.*

Christus testis.

ADDITIO II.

In eodem capitulo vbi dicitur in postilla, Consequenter hic excluditur, cum dicitur: *Pater tuus.*

Quod autem dicitur hic: Pater tuus primus peccauit, *Rectè exponitur de Adam, sicut in postilla, prout verba planè sonant. Adam enim fuit primus pater simpliciter & peccauit, Gene. 3. Sed quod sequitur:* Et interpretes tui præuaricati sunt in me, *Non bene exponitur de Moyse & Aaron. Tum quia Moyses & Aaron propheta domini dicuntur non interpretes, gratia enim prophetandi distinguitur à gratia interpretandi, vt patet per apostolum 1. Cor. 12. Tum quia licet Moyses & Aaron peccassent, numquam tamen præuaricati dicuntur fuisse in Deum, præuaricari enim addit super rationem peccandi, sic quod præuaricari importat transgressionem legis præ aliis, vt habetur in Catholicon. Quod non potest dici de Moyse, cuius peccatum ad aquas contradictionis non fuit ita graue, vt ostensum est in additione Nu. 20. Et ideo videtur aliter hic dicendum. Pro quo attendendum est, quod propheta hic facit mentionem de duobus peccatis, quæ ad posteros transierunt, & de pœnis illis peccatis correspondentibus. Primum est peccatum Adæ, quod transit ad posteros per originem: secundum est peccatum Pharisæorum, legem diuinam peruersè interpretantium, quibus Christus Matth. 15. a.* Irritum fecistis mandatum Dei, &c. *Quod quidem peccatum transiit ad posteros, non per originem, sed doctrinæ successionem. Falsa enim interpretatio legis per Pharisæos primo inuenta transit in posteros, scilicet, in Iudæos hodiernos eam suscipientes: vnde isti Pharisæi propriè dicuntur interpretes, non enim suam doctrinam tradunt vt prophetæ, sed vt legis expositores, seu interpretes: Qui quidem propriè dicuntur præuaricati in Deum, quia præ aliis transgressionem legis committunt per falsam interpretationem. De quorum falsa & peruersa doctrina dictum fuit supra in additione cap. 34. Et vlterius dicetur Deo duce infra Zacha. 5.*

Moysen & Aaron non rectè dici interpretes Hebræorũ, nec præuaricatores.

Vtrumque de Pharisæis rectè dici.

De pœna autem primo peccato correspondente, scilicet, Adæ, dicit propheta, Et contaminaui principes, &c. *vbi in Hebræo habetur,* Et prophanaui principes sanctorum. *Et est sensus, quod propter peccatum Adæ principes sancti, scilicet Patriarchæ & alij iusti, qui debuissent gaudere diuino consortio, fuerunt à Deo prophanati, carentes diuina visione quasi prophani.*

Pœna originalis peccati.

De pœna autem correspondente secundo peccato dicit: Et dedit ad internecionem Iacob, *Scilicet per Romanos, qui exequentes vindictam sanguinis Christi (qui per malitiam Pharisæorum fuit effusus recipientium ipsum sanguinem super se & filios suos) ipsum Iacob id est populũ Israeliticum, ad internecionem dederunt,* & principes Israel in blasphemiam: *quia sunt à Deo condemnati tamquam blasphemi Dei.*

Pœna Iudæorum ob reiectum Christum.

Consequenter autem vt ostendat propheta quod Iacob, qui datus est ad internecionem & Israel in blasphemiam, distinguitur à vero Iacob qui est populus fidelis, & vero Israel qui est à Deo electus: Ideo subdit in principio huius cap. sequentis. Et nunc audi Iacob serue meus & Israel quem elegi. *q. d. tu Iacob serue meus, scilicet populus fidelis, quia infidelis Israel non vult, vt in glossa. Et Israel quem elegi scilicet prædestinando. q. d. non loquor Iacob prædicto in præcedentibus, qui tantum secundum carnem Iacob dicitur, qui datus est ad internecionem, nec Israeli qui in blasphemiam, sed Iacob seruo meo & Israel quem elegi. Et huic sententiæ concordat glo. & sequitur.* Hæc dicit dominus. *In quo prædicit quomodo Iacob seruus, & Israel electus à Deo, erant saluandi, scilicet per aquam baptismi, & infusionem spiritus sancti dicens:* Effundam enim aquas super sitientem, &c. Effundam spiritum meum super semen tuum. *Exponatur totum sicut in postilla.*

Quis verè & in spiritu sit Iacob & Israel.

REPLICA. *In cap. 43. cum dicitur:* Verè testes mei eritis, & seruus meus quem elegi. *Bur. dicit illud vltimum ad litteram propriè intelligi de Christo contra expositionem postillatoris. Sed hoc videtur periculosum, sicut periculosum est dicere Christum propriè creaturam, quemadmodum Arius, qui propter hoc crepuit, & eius diffusa sunt viscera: ita dicere Christum simpliciter & propriè seruum, cum sit filius & heres per Deum, ad Gala. 6. a. Nam ad Phi. 2. dicitur accepisse formam serui: ex hoc non debet dici seruus, sicut missus in similitudinem & formam carnis peccati nullo modo dicendus est peccator. Et si aliquando dicitur seruus, vt infra 49. hoc debet accipi specificatiuè. Scilicet inquantum homo vel secundum similitudinem. sed propter hoc non debet concedi simpliciter seruus, sicut nec creatura nisi cum reduplicatione specificatiuè tenta.*

Quomodo dici debeat Christus seruus?

In eodem cap. Burg. notat postil. &c. quia dicit Moysen & Aaron interpretes. Primò, quia fuerunt verè propheta domini; Sed ex hoc non benè infert, igitur non sunt interpretes. Nam dominum Iesum prophetam omnium prophetarum Euangelista non dedignatur dicere interpretem, quia interpretabatur scripturas, Luca vltimo. Secundo obiicit Burg. quia hic dicuntur præuaricati, quod de Moyse & Aaron dici non potest. Respondeo, quod Aaron præuaricator fuit in fabricatione vituli, & vterque ad aquas contradictionis: quorum peccata sic fuerunt grauia, vt eorum occasione terram promissionis ingredi non permittebantur à Deo, vt patet Num. 20. Nec Burg. his motiuis inualidis solum impugnat postillatorem, sed etiam sanctum Thom. cum postil. in hoc concordem.

Moysen & Aaronem dici posse interpretes & præuaricatores.

CAP. XLIV.

A a ET *nunc audi Iacob.* Ex HIERO. lib. 12. Primos fideles de Iudæis aliis obduratis cum quodam priuilegio nominis, & dignitate honoris alloquitur Apostolorũ scilicet Chorum. *Audi Iacob serue meus.* Prima seruitus. Secunda electio.

b *Ab vtero auxiliator tuus.* IBID. In quo fratris plantam arripuisti: vel in principio ecclesiæ manus persecutorum euasisti.

Gene. 25. c.

B c *Et rectissime quem elegi.* IBID. Israel secundum Hebraicam veritatem, rectus vel rectissimus. Quòd ante, vir videns Deum dicitur: non à proprietate, sed à sono vocis habetur.

d *Effundam spiritum meum.* Scilicet in baptismo per impositionem manuum.

† PROCOPIVS. Vocat Dei benedictiones, multiplicem spiritus largitionem & gratiã. Alij enim datus est sermo sapientiæ, &c.

e *Quasi salices iuxta præterfluentes aquas.* C Salix arbor infructuosa, sed citò crescit, maximè si iuxta aquas sit: & aiunt physici, quia si quis eam sumpserit vel cibo vel potu sterilem eum facit. Bene ergo Gentes significat, quæ ante steriles iuxta fluenta Euangelij citò crescẽtes fructificauerunt cõtra naturã. Vel, vtriusque populi vocationem hic possumus accipere per herbas. D Scilicet multitudinem Gentium ad fidem venientem. Per salices verò primitiuam de Iudæis Ecclesiam, quæ citò credidit prædicantibus apostolis.

Salix sterilem facit.

CAP. XLIV.

a ¶ Mandata mea.
b ¶ Fidelis, quia infidelis Israel non vult.

a ET nunc audi Iacob serue 1
¶ In prædestinatione.
meus, & Israel quem elegi. [2] Hæc dicit dominus fa-
a ¶ In corpore. b ¶ In anima.
c ¶ Antequam esses.
b ciens & formans te, ab
vtero auxiliator tuus. No-
a ¶ Crudelitatem eorum. ¶ O Israel.
c li timere serue meus Iacob, & rectissime 2
a ¶ Veteris testamenti & noui. 3
quem elegi. [3] effundam enim aquas super sitien- 4
¶ Idem. a ¶ Gentilitatem. 5
¶ Sine humore dilectionis sapientiæ & gratiæ. 6
d tem, & fluenta super aridam. Effundam spiri- 7
a ¶ Filios spirituales. 8
b ¶ Gratiam quæ cor auditoris illuminat, per quam sermo prædicationis fructificat.
tum meum super semen tuum, & benedictio- 9
a ¶ Sic. b ¶ Bono opere. ¶ In baptismo renati.
nem meam super stirpem tuam: [4] et germinabũt 10
a ¶ Sanctos fide virentes.
b ¶ Tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.
e inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes
a ¶ Fidelis. b ¶ Operibus iustitiæ confisus.
c ¶ Non seruus idolorum, quia ab illo factus & ab ipso redemptus.
d ¶ Alius fidelis ad pœnitentiam vt vitia supplantet.
f aquas. [5] Iste dicet, domini ego sum: & ille voca- 11
a ¶ Idem. b ¶ Ostendet etiam opere. 12
c ¶ LXX. Manu sua, vt de tyrocinio se Christi militem glorietur.
bit in nomine Iacob. Et hic scribet manu sua 13
a ¶ Secundum Hebræum domini scilicet ego sum. b ¶ Si non carne erit secundum nomen Israel scilicet vir videns Deum: nunc spe & fide, tandem ipsa re.
g domino: & in nomine Israel assimilabitur. 14
[6] Hæc dicit dominus rex Israel & redemptor 15
a ¶ Qui crediturus est. ¶ Qui filij aduentum suscipiet. b ¶ Omnipotens.
c ¶ Virtutum. d ¶ Ante me nullus. Ego sum Alpha & Omega, principium & finis.
h eius dominus exercituum. * Ego primus & ego 16
a ¶ Post me nullus. b ¶ Quia puer quem elegi in me Deus est. c ¶ Naturaliter. d ¶ In idolis.
i nouissimus: & absque me non est Deus. [7] Quis 17

† PROCOPIVS. Per salicem, vitalem facultatem indicat, qua genus hoc plantæ recreatur semper & viret, fontibus enim perpetuò & fluuiorum ripis adnascitur.

Vbi crescãt salices.

† HILARIVS in Psal. 136. Salicũ natura est hæc, vt licet arefactæ sint, si modo aquis alluãtur, E reuirescant, reuiuiscant; deinde scissæ in humido fixæ radicibus, sese ipsæ demergãt: vnde mortui peccatores illis comparãtur, qui aqua baptismatis, & aqua spiritus sancti sacramento pœnitentiæ reuiuiscunt mortui.

Qui eis cõparentur.

f *Iste dicet.* Credentium varietatem describit.

g *Et in nomine Israel assimilabitur.* Vt recipiant legem & prophetas & spiritussancti gratias quæ Israeli promissæ sunt.

h *Ego primus & ego nouissimus.* Post vocationem Gentiũ quæ F abiectis idolis crediderunt, agit contra eos qui conuerti noluerunt.

i *Absque me non est Deus.* Non dicit se solum esse, sed præter virtutem & sapientiam suam nullum externum Deum esse, deorum multorum opinionem & simulacra condemnans.

* Suprà 41. d. & infrà 48. b.

Nolite

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XLIV.

1 ET nunc audi Iacob, *Superius Isaias induxit populum ad expectationem diuinorum promissorum ex diuina potestate & eius charitate: hic facit illud idem ex diuina veritate, cuius est implere promissa; & diuiditur in tres partes, quia primo declaratur diuina veritas ex impletione promissi; Secundo ex defectione idoli, ibi,* Hæc dicit dominus rex; *Tertiò, ex liberatione populi, ibi,* Hæc dicit dominus redemptor. *Circa primam partem sciendum, quod aliqui doctores catholici eam exponunt de liberatione populi à captiuitate Babylonica quam promiserat Deus ante per prophetas, & de prosperitate eius temporali & spirituali post illum reditum. Sed quia populus non legitur tunc tantam prosperitatem habuisse, sicut dictum fuit suprà 35. ideo Ra. Sa. exponit eam magis catholicè, quantum ad hoc, de impletione promissionis facta ipsi Iacob, Gen. 29. cap.* Erit semen tuum quasi puluis terræ, dilataberis ad Orientem & Occidentem, &c. *Quam promissionem Ra. Sa. dicit implendam tempore Messiæ per conuersionem aliorum ad eius fidem, & in hoc verum dicit: Sed quod expectat futurum iam transiit in præteritum, vt ostendetur; igitur sic exponatur,*

Diuisio.

Quomodo Ra. Sa. & alij hoc cap. exposuerint & quorum expositio sit recipienda?

Et nunc, *Primo excitat attentionem, per hoc insinuans, quod denuntiaturus sit aliquid magnum.*

2 Nolite timere, &c. *Alloquitur populum nomine Iacob à quo descendit. Et rectissimè Iacob dictus est altero nomine, Israel, qui interpretatur directus cum Deo, vt plenius ostendi Gene. 32. ideo loco Israelis dicit hic,*

3 Rectissime quem elegi, *Esau reprobato,*

4 Effundam enim aquas, *Diuina gloria,*

5 Super sitientem, *Scilicet, Iudæam:*

6 Et fluenta, *Sana doctrina.*

7 Super aridam, *Id est, Gentilitatem; vtraque enim supra nominata est deserta & solitudo 25. & eadem ratione dicitur hic, Sitiens & arida. Et quod per aquas intelligatur diuina gratia, ostenditur cum subditur.*

8 Effundam spiritum. *Id est, super hominem Christum, qui secundum carnem descendit de semine Iacob, & ab instanti incarnationis fuit repletus spiritusancto.*

9 Et

9 Et benedictionem meam, &c. *Id est, super apostolos & alios Christi discipulos, qui fuerunt Iudæi in principio, super quos est effusa diuina benedictio in effusione spiritus sancti super ipsos in signo visibili.*

10 Et germinabunt inter her. *Quod glossat sic Ra. Sa. id est, in medio Esau, per quem intelligit Romanum imperium.*

11 Iste dicet, domini ego sum, *Isti erunt iusti perfecte:*

12 Et ille vocabit in nomine Iacob, *Isti sunt paruuli filij impiorum id est Iudæi descendentes à malis patribus, & sic paruuli sunt in notitia legis, tamquam malè edocti à parentibus. Vel quia communiter Romanos designat sub nomine impiorum paruulos intelligit filios Romanorum tempore Messiæ crediturorum.*

13 Et hic scribet, &c. *Isti sunt viri pœnitentiæ seu reuersionis.*

14 Et in nomine Israel assimilabitur. *In Hebræo habetur pronominabitur. Isti sunt conuersi de Gentibus. Hæc est glo. Ra. Sa. & patet quod littera ista etiam accipiendo secundum expositionem suam est impleta, licet hoc non intendat: quia in ciuitate Romana quæ est metropolis Romani imperij, tantum creuit fides catholica quod Romana sedes facta est caput populi Christiani. Viri autem perfecti veraciter dicuntur apostoli, qui fuerunt in gratia confirmati. Et de quolibet istorum dicitur:* Iste dicet, domini ego sum, *Scilicet apostolus ad Euangelium eius prædicandum. Similiter multi filij Iudæorum & etiam Romanorum fidem Christi receperunt per baptismum. Item à principio Ecclesiæ multi delicati facti sunt viri pœnitentiæ accipientes religiosum statum; conuersi etiam ex Gentibus apparent per totum mundum. Patet etiam, quod nomina Israel & Iacob communicantur Gentilibus conuersis ad fidem.*

Romana sedes caput populi Christiani.

15 Hæc dicit do. *Hic consequenter ostenditur veritas ex defectu idolorum. Et primò ostendit idolorum defectum; secundo reuocat Iudæos ad verum Dei cultum, ibi,* Memento horum, *Prima adhuc in duas, quia primo ostenditur idolorum defectus; secundo fabricandi modus, ibi:* Quis formauit. *Circa primum vt opposita iuxta se posita magis elucescant, primò ponitur diuinæ excellentiæ singularitas, cum dicitur,*

Diuisio.

16 Ego primus. *Vt per hoc magis appareat idolorum defectibilitas, cùm dicitur,*

17 Quis similes mei. *q. d. nullus, sed sunt dij falsi: quod probatur per hoc quod subditur,*

Voces

A similis mei? Vocet & annuntiet, & ordinem exponat mihi, ex quo cōstitui populum antiquum: ventura & quæ futura sunt, annuntiet eis. [8] Nolite timere, neque conturbemini. Ex tunc audire te feci, & annuntiaui: vos estis testes mei. Nūquid est Deus absque me, & formator quē ego non nouerim?

B [9] Plastę idoli omnes nihil sunt, & amatissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorū, qui non vident, neque intelligunt, vt cōfundantur. [10] Quis formauit Deū, & sculptile cōflauit ad nihil vtile? [11] Ecce omnes participes eius cōfundētur. Fabri enim sunt ex hominibus. Conuenient omnes, stabunt, & pauebunt, & confundentur simul. [12] Faber ferrarius lima operatus est: in prunis & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suę. Esuriet & deficiet, nō bibet aquam, et lassescet. * [13] Artifex lignarius extēdit normam, formauit illud in runcina. Fecit illud in angularibus & in circino tornauit illud, & fecit imaginem viri quasi speciosum hominē habitantē in domo. [14] Succidit cedros, tulit ilicem & quercum, quæ steterat inter ligna saltus. Plantauit pinum quam pluuia nutriuit, [15] et facta est hominibus in focum. Sūpsit ex eis, & calefactus est, & succendit, & coxit panes: de reliquo autē operatus est Deum & adorauit, & fecit sculptile, & curuatus est ante illud. [16] Medium eius cōbussit igni, & de medio eius carnes coxit & comedit: coxit pulmentum, & saturatus est: & calefactus est, & dixit: Vah calefactus sum: vidi focum. [17] Reliquum autem eius Deum fecit, & sculptile sibi. Curuatur ante illud, & adorat illud: & obsecrat, dicens: Libera me, quia Deus meus es tu. [18] Nescierunt, neque intellexerunt: obliti enim sunt ne videant oculi eorum, & ne intelligāt corde suo. [19] Non recogitāt in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt vt dicant: Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes, & coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam. Ante

Interlinear glosses: a ¶ Ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt. b ¶ Ego creaui omnia ex nihilo ipse exponat ordinem eorum. a ¶ Ab Adam, vel, ex quo elegi populum Israeliticum in peculiarem mihi. ¶ Si Deus verus est sicut ego annuntiaui. a ¶ O fideles. b ¶ Minas idololatrarum. a ¶ Timendo. b ¶ Quia idolum nihil est. a ¶ O Apostoli. b ¶ Quia Deus sum omnium. a ¶ Alterius mundi. a ¶ Factores, non solum idola. b ¶ Similes illis fiant qui faciunt ea. ¶ Quia idolum nihil est. c ¶ Pretiosissima in idolis. a ¶ In die iudicii, vel quolibet tempore vindictæ. b ¶ Sculptoribus. c ¶ Factores. d ¶ Idolorum. a ¶ Vel quia. b ¶ Oculos habent & non videbunt. c ¶ Factores. a ¶ In diis suis. b ¶ Quasi insanus qui sic putat fieri Deum. a ¶ Qui facit & qui colit. a ¶ Assumpti ad eos fabricandos. ¶ Ad iudicium. a ¶ Tamquam iudicandi. b ¶ Conscientia peccati. a ¶ Super errore. ¶ Quia. ¶ Idolum. a ¶ Tamen. ¶ Non dabit ei manducare talis Deus. a ¶ Dante Deo suo. a ¶ Ideo. b ¶ Operando. a ¶ Vt rectum opus faceret. a ¶ Quadrangulum vel rotundum. a ¶ Torno. b ¶ Vt repente in Deum consurgeret. a ¶ Aliud. b ¶ In quadrato vel rotundo. c ¶ Vt quanto pulchrior, tanto putetur Deus augustior. a ¶ Clausum æterno carcere: qui longo tēpore creuerat in saltibus, vel cedrus, vel pinus. b ¶ Faber ad idola facienda. ¶ Diu. ¶ Vt faceret Deum. a ¶ Vt cresceret. b ¶ Pars. c ¶ Vt calefaceret artificem Dei. a ¶ Ex prædictis arboribus. ¶ Inde. ¶ Opus suum. a ¶ Quod fecit. ¶ Ligni. ¶ Alias non habet coxit. ¶ Inde. ¶ Ex ligno eodem. a ¶ Me fecisse eos. b ¶ Quamuis rationales. a ¶ Idola esse opera manuum hominum. b ¶ Apud se. a ¶ Ligni. ¶ Quasi, Hoc facere insania est.

Marginal glosses: a *Nolite timere.* O Israel simulacra, quæ in monte Sinai nihil esse didicistis.

b *Esuriet & deficiet.* HIER. lib. 12. Fame C & siti artificis, & artis vilitas demonstratur. Quidquid de idolis dictum est, ad hæreticorū referri potest principes qui simulacra dogmatum suorū artifici corde componunt, & venerātur ea quæ se simulasse sciūt. Nec sufficit eis error proprius, nisi simplices eorū adoratione decipiāt, qui quęstum pietatem putāt, & deuorāt domos viduarū abutētes vulgi imperitia: ita dialectica arte quasi terebra & lima & rūcina formant Deū suum, & malleis cudūt, & inaurāt rhetorici sermonis venustate: quorū Deus vēter est, gloria in confusione eorū. D

Idola hæreticorum. *Sap. 13. c.

NICOLAVS DE LIRA.

Importentia idolorum.

1 Vocet & annuntiet, *Id est ordinatè referat illa, quæ feci à principio mundi ante hominis conditionem, quæ non potuerunt sciri per hominem nisi ex diuina reuelatione, sicut factum est Moysi qui in principio Ge. ordinate narrat creationem mundi.*

2 Ventura, &c. *Id est, contingentia futura quæ soli Deo sunt nota: q. d. hæc non potuerunt facere idola sed ego possum. Ideo subditur,*

3 Et tunc audire. *Id est, ante per longum tempus scilicet illud quod erat sic futurum.*

4 Vos. *Scilicet prophetæ.* estis te. mei. *quod talia ante aduentum vobis nuntiaui.*

5 Numquid est Deus. *q. d. non.*

6 Plastæ idoli. *Id est, formatores idolorum. Et declinatur hic plastes, huius plastæ.*

7 Omnes nihil sunt, *Id est, nullius virtutis ad faciendum aliquid numinis.*

8 Et amantissima eorum, *Id est, idola sua;*

9 Ipsi sunt testes eorum, *Ex hoc enim quod fecerunt ea de materia insensibili & inanimata, possunt veraciter testificari quod in eis non est virtus visiua nec intellectiua: & sic debent in seipsis confundi de cultu eorum.*

Idola viliora fiunt ipsis artificibus, qui illa conflant.

10 Quis formauit Deum. *Hic consequenter ponitur circa idola formationis modus vt per hoc quilibet aduertat quod nihil est ibi diuinitatis: quia illud quod fit per artificium hominis non potest esse nobilius ipso, sed est vilius & defectibilius; idolum est huiusmodi, ergo, &c. Virtutem huius rationi deducit hic diffusè. Et primo in formatione idolorum metallicorum, cum dicitur:* Quis forma. Deum, *q. d. nullus, nisi secundum reputationem suam qua idolum reputat Deum verum.*

11 Fabri enim, *Scilicet idolorum* sunt ex hominibus. *id est de numero hominum, & sic non possunt facere aliquid maius homine.*

12 Conuenient omnes, *Homines ad iudicium extremum,*

13 Et pauebunt, *A facie iudicis:*

14 Et confundentur simul. *Per eius sententiam.*

15 Faber ferrarius, *Totum hoc inducitur ad ostendendū quomodo idolum de metallo formatur labore hominis, & per consequens est aliquid minus ipso.*

16 Esuriet & deficiet, *Scilicet faber ferrarius, & per hoc ostenditur diligentia artificum ad faciendum idola: Tum propter lucrum; tum propter gratiam dominorum.*

17 Artifex lignarius. *Hic inducitur virtus prædictæ rationis, quantum ad idola lignea labore artificum facta, sententia patet aliquibus paucis exceptis quæ discurrentur.*

18 Extendit normā, *In Hebræo habetur,* lineam: *quia primū in factione idoli lignei est extendere lineā super lignum secundū quantitatē idoli formādi.*

Runcina.

19 Formauit illud, &c. *Est autem runcina instrumentum ad cauandum ligna.*

20 Fecit illud in angularibus, *In Idolis enim fiunt multæ figuræ angulares. Cetera patent vsque ibi,*

21 Succidit cedros, &c. *Ista inducuntur ad ostendendum quod Idola aliquando fiunt de vili materia, & applicabili foco pro necessariis hominis: & ideo non est applicabilis ad hoc quod fiat ibi aliquid numinis, & sic patet fatuitas colentium, propter quod in fine concluditur,*

a *In dextera mea.* † PROCOPIVS. Dexteræ nomine vnigenitum filium vsitatè appellauit: qui siue Deus, siue dominus, siue lux, siue virtus, siue rex, siue mundi opifex, siue vita nominetur verè & propriè istis omnibus significatur; quæ dæmonibus & idolis falsò tribuuntur. Naturâ enim ex Deo Deus est.

Apellationes vnigeniti filij Dei.

b *Memento horum.* † IDEM. Optimè verò in obliuiosum Israelem, *memento* verbum vsurpauit. Formatus enim in filium non debuit idola muta amplecti, vt dignitatis obliuisceretur: *Qui enim nouit voluntatem domini, nec facit eam, vapulabit multis.* Eorum deinceps quæ admiseris (quantumlibet eadẽ obliuioni me traditurũ pollicear,) etiã te volo meminisse.

Lucæ 12.

c *Formaui te, &c.* † IDEM. Dicitur verò in filium per legem formatus. Vt enim Adamus ipse de terra, omnisque deinceps in vtero formatus est infans: sic & qui in Christo degunt, per Spiritus S. participationem in eiusdem speciem efformãtur, iuxta illud, *Filioli, quos iterum parturio, donec informetur Christus in vobis.*

Proles spiritualis.

d *Iubilate extrema terræ.* HIER. lib. 12. Angeli qui habitatoribus terræ præsunt. Vel apostoli vel prophetæ super quos & alij esse constant: vnde Ephes. 2. dicitur, *Superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum.*

† PROCOP. Voce exili & præpedita fuit Moses, quod legem in Iudæa tantum exaudiri necesse esset, ipsi autem præcones Christi, buccinatores, magnaque & alta voce præditi, vt eum vbique annuntiarent.

Comparatio Mosis præconis legis veteris, cum Apostolis noui Testamenti præconibus.

e *Hæc dicit dominus redemptor, &c.* HIER. supra. Suprà locutus est de idolorum subuersione, & Israel pœnitentis redemptione: nunc autem de potentiæ suæ magnitudine, ne quis dubitet de salutatione, quam promittit.

f *Qui dico.* IBID. De restauratione quæ facta est à Zorobabel & aliis ducibus Cyro permittente loquitur, cùm tamen adhuc implenda esset captiuitas.

g *Flumina tua.* Sub Dario, scilicet & Cyro nepote eius. Nocte enim qua ab eis Balthasar occisus est, Euphrates fluuius, qui per mediam ciuitatem fluebat, ab eorum exercitu in riuos diuisus est, vt per eius alueum ciuitatem ingrederentur.

Qua arte ceperint Babylonem Cyrus & Darius.

† PROCOPIVS. Nonnulli per abyssum seu profundum, populi frequentiam, qui Babylonia continebatur, innui putauerunt: per fluuios autem, gentes in eamdem confluentes, quas vndique in auxilium accersiuerat. Atque hæc quidem illi. Ceterùm quod ad vos Babyloniosque attinet, omne ego illud, inquit, viri vsus ministerio præstitero, cuius nomen longè ante vobis esse ignotum non patior, Cyrum appellans, quem consiliorum meorum ministrum præficiam, sapientiaque ornabo, vt quæ aduersus Babylonem agi, quomodo populus liberari, & Hierosolymorum ciuitas ipsumque templum instaurari debeant, intelligat.

Cyrus Dei minister.

h *Et templo, fundaberis.* IOSEPHVS lib. 11. antiquit. cap. 1. Posteaquàm Cyrus Isaiæ prophetiam sibi à captiuis demonstratam legisset, hæc ipsa agnouit, eaque qui suo nomine ante ducentos & decem annos esse appellatum videret magna alacritate imperata præstitit, hoc est, templi fundamenta iecit.

Quid mouit Cyrus, vt templo restituendo studeret.

---

¹⁹ truncum ligni procidam: ²⁰ Pars eius cinis est. Cor insipiens adorauit illud, & non liberabit animam suam, neque dicet: fortè mendacium est in dextera mea. ²¹ Memento horum Iacob & Israel, quoniam seruus meus es tu, Formaui te, seruus meus es tu Israel: non obliuiscaris mei. ²² Deleui, vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Reuertere ad me, quoniã redemi te. ²³ Laudate cæli, quoniam fecit dominus: iubilate extrema terræ. Resonate montes laudationem saltus & omne lignum eius, quoniam redemit dominus Iacob, & Israel gloriabitur. ²⁴ Hæc dicit dominus, redemptor tuus & formator tuus ex vtero. Ego sum dominus faciens omnia, extendens cælos solus: stabiliens terram, & nullus mecum, ²⁵ irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorẽ vertens. Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens. ²⁶ Suscitans verbum serui sui, & consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico Ierusalem, habitaberis, & ciuitatibus Iuda, ædificabimini, & deserta eius suscitabo. ²⁷ Qui dico profundo, desolare, & flumina tua arefaciam. ²⁸ Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem ædificaberis, & templo, fundaberis.

Interlinear glosses: Absit. — Vnde Flaccus irridens simulachra Gentium: Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. — Homo rationalis. — Absit, quia. — Deus ergo non est. — Non sapiens. — Quod tamen deberet. — Forsitan. — Quia idolum nihil est quod facio. — In opere meo. — Tu autem. — Idolum nihil est quod facis. Et ideo abiice, memor creatoris tui, ne facias iniuriam tibi, vt adores opera manuum tuarum. — Non idolorum. — Ideo. — Non idolorum. — Ergo. — Creatoris tui. — Facile. — Quæ solis calore dissoluitur, vel vento raptante tenuatur. — In proximum. — In teipsum. — Pœnitendo, quod si feceris, cælum & terra & omnia elementa in salute tua lætabuntur. — Sanguine filij. — Ideo. — Angeli. — Misericordiam cum Iacob. — Angeli, vel potestates, quibus portantur fundamenta terræ. — Superiores sancti. — LXX. colles. — Populi fideles, id est mediocres. — Electi iustitia præditi. — Morte vnigeniti. — Apud Deum & homines. — Antequam esses. — Quasi: Benè hoc possum facere quia extendi cælos. — Filium non excludit, nec spiritum sanctum, quia vnum: sed idolum. — Deorum. — Præter filium, qui in me. — Præcipuè in aduentu filij. — Prædicta à diuinis vel facta, huiusmodi enim ante aduentum multa mirabilia fecerunt. — Ostendens, quia humanis cogitationibus Dei sapientia non comprehenditur. — Scilicet. — Per mundum. — Euangelij prædicandi. — Christi. — Voluntatis Dei. — Apostolorum & Prædicatorum. — Opere. — Etiam. — Quasi hoc ego feci. — A fidelibus, tam Iudæis, quàm Gentibus. — Ecclesiis in confessione fidei fundatis. — Mundo. — Habitatoribus vel amatoribus suis. — Peccanti, id est Babyloni. — Tigrim & Euphraten. — Sapientiam mundi, potentiam regum. — In meis. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. — Dimittendo populum meum. — A Iesu sacerdote magno, & aliis redeuntibus à captiuitate. — Sub Cyro tantum templi fundamenta facta sunt vel iacta.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cor insipiens adorauit, &c. *Adoratione latriæ.*

2 Neque dicet, *scilicet Idolum, quod de se est mendacium, quia est fictio eius, quod non est.*

3 Memento horum, &c. *Hic ex prædictis inuitat populum suum ad veri Dei cultum, dicens:* Memento, &c. *i. huiusmodi errorum, ad euitandum idololatriam.*

4 Quoniam seruus, &c. *eò quòd eduxi te de Aegypti seruitute.*

5 Formaui te, *Dando tibi legem in monte Sinai.*

6 Deleui vt nubem iniquitates tuas, *Quando veraciter pœnituisti; Ideo subditur,* Reuertere ad me, quoniam, &c.

7 Laudate cæli, *id est, angeli sancti, qui estis ciues cælestes.*

8 Iubilate extrema terræ, &c. *i. vulgares homines, qui sunt extremi in populo.*

9 Resonate montes, *id est maiores.*

10 Saltus & omne lignum eius, *id est mediocres.*

11 Quoniam redemit, &c. *Redemptione perfecta per filium suum. Et loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*

12 Hæc dicit dominus. *Hic consequenter ostenditur diuina veritas ex liberatione populi de captiuitate Babylonica, quã prædixit per prophetas, & sic adimpleuit: & primò ostenditur Dei potentia ad hoc agendum, cùm dicitur,*

13 Ego sum dominus, &c. *Quasi diceret multo plus possum, quàm populum liberare de captiuitate Babylonica.*

14 Irrita faciens signa diuinorum, &c. *Quia carent effectu.*

15 Et ariolos, &c. *Adducens contrarium illius quod prædicunt.*

16 Conuertens sapientes retrorsum, *id est, astrologos qui de futuris contingentibus asserunt per constellationes, & deficiunt.*

17 Suscitans, *id est, implens in effectu.*

18 Verbum serui tui, *scilicet, Moysi, cuius verba adimpleuit educendo populum de Aegypto: & ad terram promissionis introducendo.*

19 Et consilium, &c. *i. illud quod secretè reuelauerat prophetis suis.*

20 Qui dico, *Longè antequam veniat.*

21 Ierusalem habitaberis, *Per Neemiam.*

22 Et ciuitatibus Iuda, &c. *Per populum de Babylone redeuntem ad ciuitates suas & loca.*

23 Qui dico profundo, &c. *id est fluuio per Babylonem transeunti, quem exercitus Cyri longè à ciuitate diuisit in plures partes: & sic intrauit per eius alueum ciuitatem, vt dictum est suprà 21. cap.*

Flumen quod per Babylonem pertransit.

24 Qui dico Cyro, *nomen eius prædicendo longè ante eius conceptionem.*

25 Pastor meus es, *Curam gerens de ouibus meis, scilicet Iudæis.*

26 Et omnem voluntatem, &c. *puniendo Babylonios pro peccatis suis, & populum meum liberando, Esdræ 1.*

ADDITIO.

In cap. 44. vbi dicitur in postil. Quis formauit, *Hic consequenter.*

Cum Gentiles non solum idola manufacta colebant, sed etiam solem & lunam & stellas, Deut. 4. non videtur ratio prophetæ quæ ex fornicatione idolorum per artificium hominis sumitur, sufficere, cum prædicta cælestia non sunt per manus hominum fabricata, Ad quod dicendum, quod colentes talia semper faciebant aliqua humano artificio quibus credebant influentias cælestes ad se attrahere, & ideo ratio prophetæ contra eos militat.

CAP. XLV.

A a Hæc dicit dominus. HIER. lib. 12. Allegoricè. Possumus hæc de ecclesiastico viro dicere cui Deus dat sermonem & sapientiam, vt contrarias sectas sua dispositione subuertat, sicut Stephano, cuius non poterant inimici resistere sapientiæ: & vt reges, id est patriarchas singularum hæresum suæ subiiciat potestati, & aperiat atque confringat quod dialectica arte videbatur conclusum, & in medium proferat arcana hæreticorum, superans & conuincens; vel Christi secreta agnoscat, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Talem virum Deus nomine vocat, quia defensor est pueri sui Iacob, & electi sui Israel. Hunc suscipit & assimilat sermoni suo, quod quis cauere debet, ne suum putet esse quod loquitur, ne audire mereatur, *Accinxi te & non cognouisti me.* Cum enim omnes docuerit non esse alium Deum nisi vnum Deum Iacob & Israel, confundetur Marcion duos deos intelligens, vnum bonum, alterum iniustum, alterum visibilium alterum inuisibilium conditorem: Quorum prior lucem faciat, secundus tenebras. Ille pacem, hic malum: cum vtrumque pro diuersitate meritorum vnus Deus idemque condiderit.

(*Act. 6. c.* — *Descriptio doctoris cuiuslibet catholici.* — *Col. 2. a.* — *Contra Marcioné, duos deos constituentem.*)

b *Christo.* IBID. Apud Romanos diadema, apud Iudæos vnctio, & reges facit & Sacerdotes, aqua & Christi dicuntur. Cyrus Christus, non vnctione, sed dignitate.

† ATHANAS. li. de vnitate Trin. In libro Psalmorum inueniemus, dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam, donec ponam, &c. & apud Isaiam, Hæc dicit dominus Christo meo cui tenui dexteram, vt obaudiant eum omnes gentes.

(*pro Cyro, legunt domino, Tertull. Cypr. Athan. Euseb. Lact. Augustin. traque si sputat hic Hieron.*)

c *Et dorsa regum.* HIER. IBID. Quæ ciuitas illi non patuit? Quis regum terga non vertit? qui muri ante inexpugnabiles, non sunt eius obsidione subuersi? Hæc autem completa plenius inuenies in historia Xenophontis.

† AVGVSTIN. in oratione de quinque hæresibus. Nónne reges terræ vides, qui ante persequebantur Christianos, nunc Christianos esse? Nónne vides eos qui humiliabant ecclesiam, humiles intrare ecclesiã? Nónne ipsos defensores vides, quos ante habuit persecutores?

d *Et aperiam.* † IDEM. IBID. Audis qui ... qui miserat, & comitatur, & præcedit, mittit & non discedit, insuper & præcedit. Parum est quia non discedit, insuper & præcedit. Iam tu discerne, qui sit maior, qui potior; ego nullam discretionem inuenio, sed æqualitatem conspicio. Filius dicit de patre, *misit me:* Pater filio dicit, *Ego ante te ibo:* æqualitas hoc exhibet, non disparilitas.

e *Thesauros absconditos.* Cunctarum vrbium, vt abiectis idolis, beneficiis inuitatus, vnum Deum sentires, qui ante prædixit nomen tuum antequam esses.

† PROCOPIVS. Nonnulli per thesauros, eos innui arbitrantur, qui vel maximè potentes, Cyro cum exercitu aduentante, in speluncis sese abdiderunt, in quibus & ipsi cum regem latere non potuissent, facibus accensis reperti sunt.

CAP. XLV.

¹ Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius ² apprehendi dexteram, ³ vt subiiciam ante faciem eius Gentes, & dorsa regum vertam. ⁴ Et aperiam ante eum ianuas, & portæ non claudentur. ⁵ Ego ante te ibo, & ⁶ gloriosos terræ humiliabo. ⁷ Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. ⁸ Et dabo tibi thesauros absconditos, & ⁹ arcana secretorum, ¹⁰ vt scias quia ego dominus qui voco nomen tuum, Deus Israel ¹¹ propter seruum

(Interlinear: a Id est regi. — a Dux, auxiliator, vt nullus resistere queat. — a Chaldæos, Babylonios, Medos, & alios multos. — a Ante eum in fugam. b Alias coram eo. — o Cyre. — a Babylonios, Chaldæos. — a Tibi. b Omnis potestas à domino Deo est. — a Antequam sis: prædicendo quæ futura sunt tibi. — a Non propter te.)

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XLV.

Hæc dicit dominus, *Postquam Isaias induxit populum ad expectandum diuina promissa tanquam certitudinaliter adimplenda, hic consequenter prosequitur magis in speciali illa beneficia. Et primò quantum ad liberationem à malis; Secundo quantũ ad conseruationem in bonis, ca. 56. Prima in duas, quia primò promittit eis liberationis beneficium; Secundo excludit huius liberationis impedimentum cap. 50. Prima adhuc in tres, quia primò præsignat liberatorem; Secundo detinentium destructionem cap. 23. Et tertio prædixit Iudæorum liberationem c. 48. Prima in tres, quia primò prænuntiat liberationem; Secundo refellit contradictorem ibi,* Væ qui contradixit. *Et tertiò denuntiat liberationem ibi,* Hæc dicit. *Prima in duas, quia primo describitur liberatoris potestas; Secundò eius natiuitas, ibi,* Rorate cæli. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur liberatoris virtus; Secundò consequens fructus, ibi,* Vt sciant. *Circa primum sciendum quod Ra. Sal. exponens hanc literam,*

(*Diuisio.*)

1 Hæc dicit dominus Christo meo, *sic enim est in Hebræo, dicit hic Ra. Sal. magistri nostri sic dixerunt, id est sic exposuerunt (& vocat magistros suos doctores Hebræorum antiquos quorum plures fuerunt ante Christi aduentum) Deus sanctus & benedictus dicit Messiæ suo, id est Messiæ in lege & prophetis promisso: Apponens ego te ipsi Cyro, id est designans te per Cyrum; Ex quo patet, quod secundum intentionem antiquorum Hebræorum per Cyrum hic introductum liberatorem populi de Babylone, principaliter intelligitur Christus mundi Saluator, & per saluationem populi de Babylone partialem, intelligitur principaliter saluatio mundi generalis. Sciendum tamen, quòd figura non correspondet in omnibus figurato, quia tunc non esset figura vel similitudo, sed identitas: & ideo Cyrus non fuit Christi figura in omnibus quæ de eo dicuntur, vtpote in illis quæ sunt imperfectionis, vt cum dicitur,* Non cognouisti me, *quod dicitur de Cyro tantum; Et econtrario illa quæ sunt perfectionis simpliciter, intelligenda sunt de Christo solum. Et sic in hoc cap. aliqua dicuntur ad literam de Cyro tantum, & aliqua de Christo, seu tempore Christi tantum, aliqua de vtroque, scilicet in quibus Cyrus fuit Christi figura, & verificantur de vtroque, principaliter tamen de Christo, siue de redẽptione facta per Christũ.*

(*Quomodo exposuerint hoc ca. Ra. Sa. & doctores Hebræi illo priores.* — *In quibus præfiguraucrit Cyrus Christum.*)

2 Cuius, *scilicet Cyri,*

3 Apprehendi dexteram, *Dans ei fortitudinem ad Babyloniorum, & aliarum Gentium subiectionem.*

4 Et aperiam ante eum ianuas, *id est faciam aperiri: quia dominus tantum immittebat timorem aliquibus, quòd recipiebant Cyrum in dominum sine contradictione.*

5 Ego ante te ibo, *Formidinem tuam populis incutiendo:*

6 Et gloriosos terræ humiliabo, *eos tibi subiiciendo.*

7 Portas æreas conteram, *scilicet, ciuitatum ibi resistentium:*

8 Et dabo tibi thesa. abscon. &c. *A regibus Babylonis & aliis.*

9 Et arcana secretorum, *id est pretiosissima magis secreto seruata.*

10 Vt scias quia ego dominus, *transferens regna & potestates de gente in gentem secundum voluntatem meam: hoc enim recognouit Cyrus, vt habetur primi Esdræ, primo.* Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi dominus cæli, &c.

(*Cyrus Deũ verum agnoscit.*)

11 Propter seruum meum Iacob, *id est propter populum descendentem à Iacob per te liberandum.*

MORALITER.

1 *Hæc dicit dominus Christo meo.* Capitulum istud litteraliter exposui partim de Cyro, & partim de Christo. Moraliter autem potest exponi de quolibet doctore notabili catholico, specialiter autem de Paulo apostolo, vel Augustino, qui per Cyrum significatur, eo quod Cyrus heres interpretatur: Talis autem sanctus heres est æternæ vitæ, & sic dicitur de eo: *Hæc dicit dominus Christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram.* Dans ei contra fidei aduersarios potentiam & virtutem.

(*De quolibet Doctore notabili Catholico.*)

† *Vt subiiciam ante faciem eius Gentes,* Eas iugo Christi per fidem & mores subiiciendo.

† *Et dorsa regum vertam,* Id est dæmonum, eos ab obsessis corpore vel mente repellendo, qui dicuntur reges & principes. Eph. 6. b. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ.*

4 *Et aperiam ante eum ianuas,* id est, intellectus litterales & mysticos sacræ scripturæ.

5 *Ego ante te ibo,* in doctrina dirigendo,

6 *Et gloriosos terræ humiliabo,* superbos hæreticos confutando:

7 *Portas æreas, &c.* obstinatos ad pœnitentiam reducendo,

8 *Et dabo tibi thesauros absconditos, &c.* scilicet gratiæ & gloriæ, 1. Cor. 2. b. *Oculus non vidit, & auris non audiuit, &c.*

11 *Propter seruum meum Iacob, &c.* id est propter salutem populi

☞ a *Et vocaui te.* HIER. lib. 12. Sicut vocaui Abraham, Isaac, & Iacob, A & multos ante prædixi, vt Isaac & Iosiam, ne ille esse videaris in cuius typum præcessisti, & non cognouisti me. *Et vocaui te in nomine.* Assimilaui te filio meo in nomine, scilicet, Cyrus enim heres, quia auunculi hereditatem suscepit: Christus quoque heres est, secundùm illud, *Postula à me & dabo tibi Gentes, &c.* Cyrus quoque Christus dignitate imperij. Filius autem Christus oleo lætitiæ vnctus præ participibus suis.

Cyrus præfigurabat Christum. Psalm. 7. a.

b *Extra me.* IBID. Quia filius & Spiritus sanctus in patre; præter sermonem quippe & rationem virtutemque meam & sapientiam quæ in me est, non est alius Deus.

1. Esdr. 1. a.

B c *Vt sciant.* IBID. Esdras dicit Cyrum scripsisse omnibus Gentibus non esse Deum, nisi Deum Israel. Vel ex captiuorum liberatione Dei clementia & potentia omnibus magis nota. Iosephus autem in lib. antiquitatum ideo populum fuisse dimissum ait, quia Cyrus legit in libro Isaiæ quæ de eo dominus per prophetam dixerat ante.

Iosephus. Prophetia hæc Isaiæ ab ipso Cyro visa.

C d *Formans lucem, &c.* GREGORIVS libro 3. moralium cap. in. Non mala, quæ nulla sua natura subsistunt, creantur à Domino, sed creare se mala dominus indicat, cùm res benè creatas nobis malè agentibus in flagellum format: vt ea ipsa & per dolorem quo fuerint delinquentibus mala, sint & per naturam qua existunt bona; vnde & venenum quidem mors est homini, & vita serpenti. *Formans lucem, &c.* quia cùm per flagella exterius doloris tenebræ creantur, intus per eruditionem lux mentis accenditur. *Faciens pacem,* quia tunc nobis pax cum Deo redditur, cùm hæc, quæ benè sunt condita, sed non concupita, in ea quæ nobis mala sunt flagella vertuntur.

Malum an aliquid sit: & an à Deo creatum.

D † CHRYSOSTOMVS Homil. 23. in Matthæum. Mala non intelligit propheta auaritiam aut rapinas, aut aliquid eius notæ: sed plagas, quæ diuinitus inferuntur; Hæc sunt quæ dominus creat mala, pestilentiæ, fames, &c.

Malum pœnæ.

(Textus)

a ¶ Vt liberes eum à captiuitate, agnoscens quæ pro eo tibi bona fecerim, & facienda prædixerim. ¶ Quod est Cyrus. ¶ Tamen.

a meum Iacob, & Israel electum meum. Et vocaui te in nomine tuo: assimilaui te, & non 1 2

a ¶ Vnum Deum: sed idola adorasti quæ nihil profuerunt tibi.

cognouisti me. ³ Ego dominus, & non est am- 3

a ¶ Alius. b ¶ Fortitudine multarum Gentium. ¶ Virtute vt regna subiiceres.

b plius. Extra me nō est Deus. Accinxi te, & nō 4

a ¶ Qui hæc dedi tibi. b ¶ Hæc fecit. c ¶ Totius orbis.

c cognouisti me. ⁶ Vt sciant hi qui ab ortu solis & 5 6

a ¶ In filio pater, filius in patre. vnde, Ego & pater vnum sumus.

qui ab occidente, quoniā absque me non est 7

¶ Discretiuè.

d Deus. Ego dominus & nō est alter: ⁷ formans 8

a ¶ Diem, vel liberationem. ¶ Res scilicet inter se contrarias, sicut enim luci contrariæ sunt tenebræ, ita paci bellum. b ¶ In hoc probatur.

e lucem, & creans tenebras, faciens pacem & 9 10

a ¶ Quia, Ego domi. fa. omnia hæc.

f creans malum. Ego dominus faciens omnia 11

a ¶ Veniat Gabriel, mittat nobis rorem, scilicet, annuntiet salutem. b ¶ Nuntiando.

g h hæc. ⁸ Rorate cæli desuper & nubes pluant 12

a ¶ Christum, vel iustitiam. b ¶ Veritas de terra orta est, &c. ¶ Maria ad credendum. c ¶ Iesum, vnde, Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

iustum, aperiatur terra & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul. Ego dominus 13

a ¶ Omnis. b ¶ Mundo. c ¶ Cum eo. d ¶ Pater. a ¶ Secundùm humanitatem. b ¶ Deo creatori.

i creaui eum. ⁹ Væ qui contradicit factori suo: 14 15

k

e *Tenebras.* Noctem vel captiuitatem. Quasi pœnitentes misertus à captiuitate reduco, Iratus peccantes captiuo.

f *Malum.* HIER. lib. 12. Bellum, scilicet afflictionem secundùm quod dicitur: sufficit diei malitia sua. Confundantur ergo qui E Deum malorum conditorem arbitrantur. Hic enim malum non contrarium bono, sed pro afflictione ponitur & bello.

g *Rorate cæli.* HIER. lib. 13. De aduentu Christi, per Cyrum significati, quia à captiuitate diaboli liberabit genus humanum, conuenienter adiungit. Vel possunt hæc hærere superioribus, vt Cyro captiuitatem laxante metonymicos cælum & terra lætentur.

h *Et nubes.* IBID. Prophetæ corda nostra salutari pluuia irrigantes, & Christi natiuitatem & resurrectionem, & ascensionem annuntiantes: vnde, *Mandabo nubibus meis ne plu. super eam imbrem;* Et alibi, *Veritas tua vsque ad nubes.* F

i *Creaui eum qui.* IBID. scilicet vermis fuit, & germinatus de terra legitur secundùm humanitatem.

k *Væ qui contradicit.* IBID. q. d. Credite quæ prædico Christum, scilicet venturum, quia, *Væ qui contradicit factori suo;* vel Cyrum cui per liberationem populi mei omnia regna substernam.

Suprà 5. b. Psal. 35. b.

☞ Pro-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vocaui te, &c. *i. nomen tuum reuelaui longe ante tempus tuum.*

2 Assimilaui te, *Notabilibus personis, quorum nomina prædixi ante tempora eorum, vt Ismaeli. Gen. 16. & Iosia 3. Reg. 13.*

3 Non cognouisti me, *Quia adhuc non eras.*

4 Accinxi te. *Fortitudine, qua debellandum Gentes & regna.*

5 Et non cognouisti me. *Etiam postquam dedi tibi fortitudinem; quamuis enim Cyrus recognouerit omnia regna à Deo sibi data, vt prædictum est, tamen non cognouit eum tanquam solum adorandum, quia colebat idola.*

Qualem de Deo cognitionem habuit Cyrus.

6 Vt sciant. *Hic consequenter ponitur potestatis Cyri sequens fructus, scilicet in liberatione populi Iuda de Babylone, & in confessione potestatis diuinæ, quia sicut habetur 1. Esdræ 1. a. Cyrus verbis & litteris significauit per totum suum imperium monarchiam à Deo sibi datam, & ab eo sibi mandatum fuisse de templi reædificatione, & ad hoc faciendum populum Iuda ad terram suam remittere: & hoc est quod dicitur:* Vt sciant hi qui ab ortu solis & qui ab occidente, *Id est, per totum imperiū Cyri per literas eius missas modo prædicto.*

Cyrus ad quid à Deo suscitatus.

7 Quoniam absque me non est Deus, *Qui possit tot & tanta facere.*

8 Formans lucem, *Iudæis, ipsos de carceribus educendo;*

9 Creans tenebras *Babylonis, ipsos per Cyrum destruendo;*

10 Faciens pacem, *Iudæis reuertentibus in Ierusalem:*

11 Et creans malum, *scilicet pœna ad punitionem peccatorum.*

12 Rorate cæli: *Hic consequenter describitur liberatoris natiuitas; sicut dictum est, principalis intentio prophetæ est hic designare Christum per Cyrum, & sic designatur hic Christi natiuitas per natiuitatem Cyri: Primo ergo exponatur figura. Ad cuius intellectum sciendum, quod Astyages rex Mædorum & Persarum vidit in somnijs de genitalibus suæ filiæ vitem oriri, quæ totam Asiam occupabat: & dictum fuit sibi à coniectoribus de ea filium nasciturum qui totam terram illam occuparet: quod impletum fuit in Cyro filiæ Astyagis filio, & ideo natiuitas Cyri hic describitur sub metaphora vitis, seu plantæ orientis de terra, ad quam requiritur influentia cælestis, & dispositio terræ per descensum super eam, & pluuiæ, & roris; & hoc est quod dicitur,* Rorate cæli desuper, *rorem & influentiam emittendo;* Et nubes pluant iustum, *id est, disponant materiam ad ortum iusti, id est Cyri, qui vocatur hic iustus inquantum fuit executor diuinæ iustitiæ erga Babylonios,* Aperiatur terra, *id est, Astyagis filia,* & germinet saluatorem. *i. Cyrum ad saluandum populum Iuda à Babylonica captiuitate.* Et iustitia oriatur simul. *i. virtus exequendi iustitiam meam.* Ego dominus creaui eum *dando ei imperium; sicut Papa, vel Imperator dicitur creari, quando promouetur ad talem dignitatem. Consequenter exponatur littera de re figurata, i. de Christi natiuitate.* Rorate cæli, *Terra ista germinans saluatorem, est beata virgo concipiens Saluatorem mundi, non ex virili semine, sed virtute spiritussancti, tamquam rore cælesti. Et quia principalis intentio prophetæ hoc est significare, ideo sub isto sensu hanc auctoritatem allegaui in aliquibus locis.*

Astyagis regis Mædorum somnium.

Conceptio & natiuitas Christi.

13 Et iustitia oriatur, *id est gratia iustificans. Ioan. 1. c.* Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

14 Ego dominus, *Quantum ad humanitatem, quæ est creatura Dei.*

15 Væ qui contradicit, *Hic propheta increpat contradictorem, seu impeditorem. Astyages enim audiens expositionem somnij prædicti, timens ne regno priuaretur, filiam suam dedit vxorem cuidam plebeio militi, vt si filius de ea nasceretur non haberet inimicos potentes; qui iuuarent ipsum ad obtinendum regnum: cum hoc etiam fecit diligenter obseruari tempus impregnationis filiæ suæ, & partus; & puerum natum fecit sibi apportari, quem cuidam principi occidendum tradidit: ille autem compassus, tradidit eum cuidam famulo, vt secreto eum ad nemora portaret, & eum ibi dimitteret. Quod cum factum fuisset, canicula pastorum iuxta nemora habitantium, quæ catulos nutriebat, diuina prouidentia horis competentibus accedebat ad puerum, & eum lactabat: quam sequens pastor mirans ad quid nemora intraret, inuenit puerum quem vxori suæ tradidit nutriendum,*

Cyri educatio per canem.

vocans

MORALITER.

† puli Christiani, qui dicitur Iacob quantum ad actiuos, & Israel quantum ad contemplatiuos.

2 *Assimilaui te,* mihi, per gratiam.

3 *Et non cognouisti me,* Ante vocationem tuam.

6 *Vt sciant hi qui ab ortu solis, & qui, &c.* Scilicet per doctrinam tuam verbo & scripto.

7 *Quoniam absque, &c.* Hoc enim docuerunt Paulus & August.

8 *Formans lucem,* prosperitatis.

11 *Et creans tenebras,* Aduersitatis: Et quoniam talis doctor datur Ecclesiæ ex beneficio gratiæ: Sequitur,

12 *Rorate cæli desuper, &c. Væ qui contradicit factori suo.* Nam contradicendo tali doctori, contradicit Deo, qui dedit illum & qui pater est Ecclesiæ filios generando, & mater eos nutriendo.

† PROCOPIVS. Illis succensset, qui post tantas promissiones ad eum non festinant, qui tamquam omnium Deus, cùm populum aliquamdiu afflixit, admittit rursum; temploque & vrbe in melius præparatis, quæ contrita fuerant, non aliter quàm figulus instaurat. Sumus enim luti instar, qui de terra fingimur, si ad omnium opificem figulum respicimus. (Rom. 9. d.)

a *Mulieri quid parturis?* Vir mulieris potés, mulier viri potens.

B † PROCOPIVS. Non desinunt enim Deo sic conuitiari nonnulli, Ecquidnam vita ista opus fuit? Ecquid est hæc administratio? Ecqua illorum vtilitas?

b *Plastes eius.* IBID. Filij, secundùm humanitatem in vtero virginali. vnde: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, &c.* (Lucæ 1. b.)

C c *Et omni militiæ.* Hac occasione putant quidam astra esse rationalia: aiunt enim, quia insensatis non mādaret aliquid, quæ mandata non intelligerent. (Error dicentium astra esse animata anima rationali.)

d *Ego suscitaui.* HIER. q. d. Qui supradicta feci: quid mirum si & filium mittam in mundum vt redimat genus humanum, & à mortuis suscitem eum?

† PROCOPIVS. Commodius de Christo quàm de Cyro hoc interpretatur, cùm de se ita loquatur, *Ego constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius.* Cuius sine controuersia rectæ vitæ sunt, quique ve- (Psalm. 2.)

[a Ipsa est. b Fictilibus. Samos ciuitas est, vbi figulorum ars reperta est. c Homo.]
testa de Samiis terræ.* 1 Numquid dicet lutum 2 [a Deo.] figulo suo, quid facis, & opus tuum absque [a Hieron. Omnipotenti. b Filium æqualem patri.] manibus est? 10 Væ qui dicit patri: Quid gene- 3 [a Mariæ. vnde, Natum de muliere, factum sub lege. b Cùm ex viro non conceperit.]
a ras & mulieri quid parturis? 11 Hæc dicit do- 4 [a Plasmator. b Mysteria.]
b minus sanctus Israel plastes eius. Ventura in- † [a Ironicè. O Iudæi. b Adoptiuos, qui per filium crediturì quomodo debeamus eos regere.] terrogate me super filios meos: & super opus [a Ironicè. Præcipite, quasi ignoranti quomodo creata disponam.] manuum mearum mandate mihi. 12 Ego feci 5 [a Tamquam dominum. b Hominibus habitandam.] terram, & hominem super eam creaui ego.
c Manus meæ tetenderūt cælos: & omni mili- 6 [a Stellis & Angelis. b Quæ faciant. c A mortuis. Mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit, propter iustificationem nostram.]
d tiæ eorum mandaui. 13 Ego suscitaui eum ad 7 [Opera. a Christi, non Cyri.]
e iustitiam: & omnes vias eius dirigā. Ipse ædi- 8 [a Supra firmam petram, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. b Quæ in monte posita non potest abscondi. Ex Gentibus & Iudæis ecclesiam. c Exules à paradiso, & captiuos pro primi hominis peccato.]
f ficabit ciuitatem meā & captiuitatem meam 9 [a Liberam in patriam. b A nobis ei dato. c Sed gratis misericordia pura.] dimittet, non in pretio neque in muneribus 10 [Gratia salui facti sumus, Gratis accepistis, gratis date.] † dicit dñs Deus exercituum. 14 Hæc dicit dñs [a Cultus idolorum, cui Ægyptus præcipuè subdita. b Terrena. c Ad Deum conuersæ.]
g Deus: Labor Ægypti & negotiatio Æthiopiæ [Cessabunt adueniente Christo. a Sabaim, quæ & Saba. vnde, Omnes de Saba venient, aurum & thus desc. Per Ægyptios & Æthiopios & viros Sabaim de toto mundo collecti intelliguntur. b Potentes. c O fili. d Per fidem.] & Sabaim viri sublimes ad te transibunt & [a Imitantes. b Proficientes. c Præceptis Dei.] tui erunt. Post te ambulabunt: vincti manicis

D ram ciuitatem extruxit, dicens, *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* quæ viuis lapidibus constans expugnari non potest. (Matth. 16. Ecclesia Christi.)

e *Vias eius dirigam.* Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. (1. Petr. 2. d.)

f *Ipse ædificabit.* HIER. lib. 13. De quo dictū est, *Non cognouisti me.* Nec ipse ædificauit ciuitatem vel templum, sed permisit ædificari: Nec in eius tempore hoc consummatum est, sed Assueri. (Isa. 45. a.)

E g *Labor Aegypti.* Cultus idolorum. Multum enim laborabat in exequendis idolorum sacrificiis. Sed apostolis prædicantibus conuersi sunt, & præ omnibus regnis abundāt ibi religiones monachorum, *vt vbi abundauit delictum superabundet & gratia.* (Ægyptus monachis abundans. Rom. 5. d.)

† HILARIVS lib. 4. de Trinit. Quis tandem existimandus est labor Ægypti, & mercator Æthiopum & Sabaim? Recordemur orientis magos adorantes dominum, & munerantes; & laborem veniendi vsque in Bethlehem Iudææ, tanti itineris metiamur; labor Ægypti, labor sæculi est, Ægyptus enim pro mundo ponitur, & pro sæculo. Ita cùm magi Ægyptij Sabei, idololatræ, abdicato errore dominum adorant, pro omni mundo ponuntur, qui idololatria relicta dominum adorat, & labores & negotiationes suas domino dicat. (Labor Ægypti. F. Vocatio Gentium ad Christi fidē.)

Tantum

NICOLAVS DE LIRA.

vocans eum Spartacum: quia Spartes lingua Persica canem signat, sed postea ab eodem principe, cui traditus fuerat occidendus, vocatus fuit Cores, quod signat heredem in illa lingua; quasi dicat, quantumcunque reluctetur Astyages, iste erit heres. Et hoc modo scribitur in Hebræo: sed quando transfertur ad Latinum, vocatur Cyrus. sicut hoc nomen Saul translatum ad Latinum pronuntiatur & scribitur Saulus. & iste Cyrus postea obtinuit monarchiam: Et illa quæ dicta sunt hic de Astyage & Cyro habentur in scholastica historia. Igitur, cum dicitur, Væ qui contradicit factori suo, *In hoc increpatur Astyages, qui volebat diuinam prouidentiam impedire.* (Cyrus aliis nominibus vocabatur Spartacus & Cores.)

1 Testa de Samiis terræ, &c. *id est, opus terrenum seu testeum: quod dicitur de Samiis, eo quod in Samo insula primo fuit repertum.* (Vasa testacia de Samo.)

2 Numquid dicet lutum. *i. sicut lutum non potest aliquid contra figulum, sic nec tu potes impedire voluntatem meam & propositum.*

3 Væ qui dicit. *In hoc increpatur Astyages, qui generationem & educationem Cyri nitebatur impedire vt dictum est,*

4 Hæc dicit dominus. *Hic consequenter ponitur liberationis vtilitas. Et primò quantum ad Iudæos; secundò quantum ad Gentiles conuersos, ibi,* Congregamini. *Prima in duas, quia primò ponitur Iudæorum liberatio; secundo huius liberationis confessio secunda ibi,* Verè tu es Deus. *Circa primum primo declaratur potestas diuina ad suscitandum Cyrum liberatorem Iudæorum, cum dicit,*

5 Ego feci terram, & hominem super eam creaui, *& patet littera.*

6 Et omni militiæ eorum mandaui. *Id est, cursum syderum disposui & ordinaui.*

7 Ego suscitaui eum, *scilicet, Cyrum eadem potestate.* Ad iustitiam, *scilicet, faciendam de Babyloniis.*

8 Ipse ædificabit ciuitatem meam, *id est, licentiabit readificare. Et loquitur de readificatione Ierusalem. Circa quod sciendum, quod hæc readificatio potest dupliciter intelligi: Vno modo quantum ad domos inhabitantium, & sic Cyrus dedit licentiam readificandi Ierusalem, quia mandauit readificare templum ad Dei cultum & sic concessit quod Sacerdotes & ministri & alij indifferenter habitarent ibi; Alio modo accipitur readificatio quantum ad muros ciuitatis & portas, & hoc modo fuit readificata per Neemiam de licentia & voluntate regis Artaxerxis.* (Qualem licentiam restituendi vrbem Ierosolymam dederit Cyrus Hebræis.)

9 Et captiuitatem meam, *id est, Iudæorum in me credentium,*

10 Dimittet, *gratis. Et quia ex hoc facto potestas Cyri fuit ampliata ideo subditur,*

11 Labor Ægypti. *i. pretiosa pro quibus Aegyptij laborauerunt,*

12 Et negotiatio Æthiopiæ, *id est, pretiosa diuitiæ Aethiopum, quæ de longe per mercatores ibi apportata sunt. Et quia non solùm diuitiæ istæ sed etiam domini earum facti fuerunt subiecti Cyro in præmium liberationis Iudæorum de Babylone; ideo subditur,* (Merces quā Deus Cyro dedit ob remissam captiuitatem.)

13 Viri sublimes, *id est, reges & principes dictarum terrarum,*

14 Ad te transibunt, *Id est, sub domino tuo:*

15 Post te ambulabunt, *te sequentes vt dominum,*

16 Vincti manicis, *id est, compedibus manualibus.*

Per-

MORALITER.

† *Ventura interrogate*, per orationem deuotam, & non diuinos per obseruationem superstitiosam.

5 *Ego feci*, & sic possum respondere de omnibus veritatem.

7 *Ego suscitaui eum*, scilicet doctorem bonum, *ad iustitiam*, operandam & docendam.

8 *Ipse ædificabit ciuitatem*, scilicet, ecclesiæ militantis,

9 *Et captiuitatem meam*, populum meum eruendo à peccatis.

† *Non in pretio*, quia scriptum est Matt. 10. a. *Gratis accepistis, gratis date.*

11 *Labor Aegypti*, Per hoc significantur laborantes diuersis vitiis, Sap. 5. b. *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, &c.*

Per Ægyptum enim, quæ tenebræ interpretatur, vitium luxuriæ designatur, Iob. 24. c. *Oculus adulteri obseruat caliginem*; Per Æthiopiam, detractio, quæ denigrat fratris famam. Per Sabaim, id est clamantes, aduocatorum malitia designatur, qui per clamores veritatem subuertere nituntur.

13 *Viri sublimes*, per superbiam,

14 *Ad te transibunt & tui erunt*, per veram humiliationem.

15 *Post te ambulabunt*, tuam sequendo doctrinam.

16 *Vincti manicis pergent*, id est operibus charitatis, quæ est vinculum perfectionis, Colos. 3.

† Te

a *Tantum in te est Deus.*

A † TERTVLLIANVS aduersus Praxeam. Dicendo *Deus in te & tu es Deus*, duos proponit Christum, & Spiritum sanctum.

† AMBROSIVS lib. I. de fide c. I. *In te est Deus*, quoniam in filio pater: scriptum est enim, *Pater qui in me manet & ipse loquitur.* Et, *ego in patre & pater in me est.*

B b *Non in abscondito, &c.* HIER. lib. 13. Olim in monte Sinai vni tantum populo dixit, *Non erunt tibi dij alieni.* Euangelium autem per apostolos omnibus Gentibus prædicauit, vnde, *In omnem terram exiuit sonus eorum.*

Lex vetus dicta singulariter populo Hebræorum, Euangelium autem toti mundo.

Exod. 20. a. Psalm. 18. a.

C † PROCOPIVS. Diuinum Euangelium omnibus explicauit. Mosis enim oracula sermone quidem & characteribus Hebræis, locis inuiis & aqua destitutis clanculum edita reperias: Christi autem Euangelium omnium gentium linguis & literis celebratum.

c *Non dixi.* HIER. Primum quidem ad Iudæos veni: & vt vmbram legis relinquentes, veritatem sequerentur admonui, vnde, *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt do. Is.*

Matth. 15. c. Christus Iudæis prædicans.

D † PROCOPIVS. *Non dixi semini Iacob frustra, quærite me:* Euangelium siquidem vobis ipse ante omnes promulgaui; ac ne pietatem frustra colere videremini, mercedem etiam vitam æternam pollicitus sum.

E d *Annuntians recta.* Vt creatura creatorem adoret, vt relictis figuris sequatur veritatem Euangelij.

e *Nescierunt.* Noluerunt scire quidam remanentes in errore, simulacrorum, scilicet onere grauati, & sperantes in quibus non est salus.

F f *Consiliamini.* Vt omnes per mundum euntes idem annuntietis. Hinc enim simul symbolum composuerunt de trinitate & vnitate, de communione ecclesiæ, de generali resurrectione.

Symbolum Apostolorum.

a Pro-

---

a ¶ De virtute in virtutem. b ¶ Abiectis idolis. c ¶ Non aliud à te. d ¶ Dicentes.

a pergent: & te adorabunt teq; deprecabuntur. Tantùm in 1

a ¶ Filius: Ego in patre & pater in me est. b ¶ Ego & pater vnum sumus. c ¶ Verus

te est Deus et non est absque te Deus. [15] Verè tu es Deus ab- 2 3

a ¶ In carne. b ¶ Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. ¶ Ideo. c ¶ De confessione.

sconditus: Deus Israel saluator. [16] Confusi sunt & erubuerunt 4

¶ Traditi in manus Romanorum.

a ¶ Scribæ & Pharisæi, qui finxerunt dominum furtim ab apostolis sublatum: vt sic facerent errare populum.

omnes simul, abierunt in confusionem fabricatores erro- 5 †

¶ Sed. ¶ Verè. ¶ Per fidem.

rum. [17] Israel saluatus est in domino salute æterna. Non 6

a ¶ O apostoli & filij fideles. ¶ Qui erubuerit me coram hominibus, erubescam, &c.

b ¶ Patientes pro nomine meo, quia hic etiam securi de præmio.

confundemini, & non erubescetis vsque in sæculum sæculi. 7 8

a ¶ Omnium creator, omnium æqualiter Deus est: Omnium ergo saluator esse debet, vt non respuat Ægyptum vel Æthiopiam, vel quaslibet barbaras Gentes.

¶ Hæc dicit dominus: Hoc contra idolorum cultores.

[18] Quia hæc dicit dominus creans cælos, ipse Deus formans 9

a ¶ Hominum habitaculum, qui filium adorarent, & intelligerent creatorem, & idola contemnerent.

¶ Plasmator.

terram & faciens eam, ipse plastes eius. Non in vanum †

a ¶ Hominibus creatorem agnoscentibus.

creauit eam, sed vt habitetur formauit eam. Ego dominus,

¶ Vno tantum.

b & non est alius. [19] Non in abscondito locutus sum in loco 10

a ¶ Quia regnum cælorum promisi.

c terræ tenebroso. Non dixi semini Iacob frustrà, quærite me. 11

a ¶ Deus apostolis, Iudæis abiectis: Euntes in mundum vni. prædic. Euang. omni creatu.

b ¶ In vnum ouile.

d Ego dominus loquens iustitiam, annútians recta. [20] Congre- 12

¶ O Gentes, quia Iudæi nolunt. a ¶ Non loco sed merito.

¶ Paulatim & per partes Gentes significat credituras. b ¶ Fide ad me. c ¶ Sanguine meo.

gamini, & venite: & accedite simul, qui saluati estis ex Gen- 13

¶ Simulacrum.

e tibus. Nescierunt qui leuant signú sculpturæ suæ, & rogant 14

a ¶ Se vel alios. 15

b ¶ Vos tamen ô apostoli, annuntiate opportune & importune.

f Deum non saluantē. [21] Annuntiate, & venite & consiliamini 16

NICOLAVS DE LIRA.

1 Pergent, *Quia aliqui eorum sic ducebantur compediti, ad declarationem victoriæ Cyri.*

2 Et te adorabunt, *Suppliciter postulando à te misericordiam.*

3 Verè tu es. *Hic propheta conuertit sermonem ad Deum per modum gratiarum actionis, confitendo, eius diuinitatem & potestatem pro liberatione populi sui; dicens,*

4 Tantum in te, &c. *i. nullus est Deus, nisi tu, qui potes facere talia. Et quia diuinitas Dei non patet hominum oculis, ideo subditur,* Verè tu es Deus, &c. *ex hoc consequenter inuehitur contra idololatras, dicens,*

5 Confusi sunt, &c. fabrica errorum. *i. idolorum. Et vocantur hic fabricatores non solùm artifices facientes idola, sed etiam illi qui faciunt fieri, vt adorent ea. Et isti dicuntur hic confusi, quia hæc idola sua non potuerunt saluari de manu Cyri.*

Idolorum fabricatores.

6 Israel saluatus, &c. *i. per virtutem domini omnipotentis.*

7 Salute æterna. *Ex hoc videtur, quòd istud sit referendum ad salutem factam per Christum, quia illa quæ facta fuit tempore Cyri, non fuit talis: quia postea populus Israel fuit multum afflictus tempore Antiochi illustris; & post captiuatus per Romanos. Et si dicatur quod hic in Hebræo habetur:* Salute עולמים *holamim, id est salute seculorum, quæ non importat æternitatem, se tempus longum: hoc remouetur, per illud quod subditur,*

De salute temporali & æterna.

8 Non confundemini; *In Hebræo habetur:* Vsque in sæcula, & vltra. *Et talis locutio vbique in sacra Scriptura importat æternitatem à parte finis, secundùm doctores Hebræorum. Et quod Deus sit potens ad dandam talem salutem, ostenditur cùm subditur,*

9 Quia hæc dicit dominus creans cælos, *de nihilo, virtute sua infinita: & patet littera vsque ibi,*

10 Non in abscondito locutus sum, *dando filiis Israel legem, sed in monte Sinai in aperto.*

11 Non dixi semini Iac. frust. q. me. *adimplendo præcepta mea pro modico præmio, sed pro magno valdè, scilicet æterna salute. Sicut. n. suprà frequenter dictum est, Vbicumque lex vetus pro virtutum operibus (de quibus sunt mandata legis) promittit pro præmio bona temporalia, sub illis intelliguntur æterna bona principaliter promissa: quia diuinum præmium principale, non est minoris bonitatis quàm meritum, sed maioris. Bona autem temporalia sunt minora bona, quàm opera virtutum: propter quod non sunt eorum principale præmium.*

Virtutum opera temporalia remunerare non sufficiunt.

12 Congregamini. *Hic consequenter agitur de salute Gentium. Et exponunt partē istam aliqui doctores nostri de Gentilibus conuersis ad Iudaismum, quando viderunt liberationem eorum per Cyrum: & sic cum eis venerunt in Ierusalem. Sed hoc non videtur benè dictum, quia illi fuerunt pauci, vt patet in lib. 1. Esdræ. Conuersio autem istorum de quibus est hic sermo, se extendit ad omnem nationem & linguam, vt patebit prosequendo litteram. Et ideo intelligenda est de conuersione Gentilium ad fidem Christi per prædicationem apostolorum: & secundum hoc dicitur,* Congregamini & venite, *i. venite per fidem:* Congregamini *per charitatem.*

Contra aliquos Catholicos expositores huius cap. à vers. 20.

13 Qui saluati estis ex Gentibus, *Et quia non omnes crediderunt ad prædicationem apostolorum, sed multi in idololatria remanserunt, ideo subditur,*

14 Nescierunt, *intelligere veritatem fidei,*

15 Qui leuant. *In Hebræo habetur:* Qui leuant lignum sculpturæ suæ. *Et credo quòd aliquis scriptorum posuit s, pro l, tamen est eadem sententia, quia per lignum vel signum intelligitur idolum sculptum quòd à suis cultoribus leuatur in altum, vt reuerentius adoretur.*

16 Annuntiate & venite, *adinuicem conferendo.*

1 Quis

MORALITER.

2 *Te adorabunt teq; deprecabuntur*, adoratione duliæ tantùm.

4 *Tantùm in te Deus est*, supple per verum cultum latriæ, de quo dicitur vera cōfessione: *Tu es Deus absconditus*, sub assumpta humanitate.

5 *Confusi sunt, &c.* Hic ex prædictis ponitur inuectio contra rebelles Christo, & consolatio credentium in ipsum, cùm dicitur, *Confusi sunt & erubuerunt omnes simul abierunt, &c.* subditur:

† *Fabricatores errorum*, Isti sunt Iudæi, dimittentes mandata Dei propter traditiones Scribarum & Pharisæorum, Matth. 15

6 *Israel saluatus*. i. populus Christianus, in Christo domino.

† *Non in vanum creauit eam*, scilicet viuentium terram: sed vt habitetur à sanctis post hanc vitam.

10 *Non in abscondito locutus sum*, Ioan. 18. d. *Ego palam locutus sum mūdo.*

11 *Non dixi semini Iacob frustra, quærite me.* Hoc dicit propter apostolos & alios credentes de Iudaismo, quorum fides non est frustrata.

12 *Congregamini & venite*, Hoc dicit propter credentes ex Gentibus, ex quibus cum Iudæis facta est vna ecclesia.

14 *Nescierunt qui leuant signum*, Id est, idololatræ nesciunt Christum.

a Prædixi illud. A Gentes esse saluandas, sed idolum nihil esse: quando locutus sum Abrahę, vel quando legem dedi.

B b Egredietur. in mundum visibiliter in carne.

† AVGVST. Orat. de quinque hæresibus. Quid est, non reuertetur? Ne Sabellianus dicat, Ipse est pater qui filius, Egressum verbũ non reuertetur, quia pater, pater est; & filius, filius est. (Rom. 14. b.; Sabellianorum hæresis.)

a In vnum. b Nisi ego, qui Abrahæ dixi: In semine tuo benedicentur omnes Gentes, & alia similia. Et qui dixi: Non erunt tibi dij alieni, &c. Ore prophetarum.

a simul. Quis auditum fecit hoc ab initio? Extunc prędixi illud. Numquid non egõ dominus, & non est vltrà Deus absque me? Deus iustus & saluãs non est præter me. [22] Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quia egõ Deus, & non est alius. [23] In memetipso iuraui: egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur. [24] quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. [25] Ergo in domino dicent: Meæ sunt iustitiæ & imperium. Ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. [26] In domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel.

Ergo. Quia. a In patre enim filius, & in filio pater. a Non vnius Gentis, sed totius mundi, cui dicitur: Conuertimini ad, &c. b Ergo. Ab idolis. c A morte gehennæ. a Postula à me, & dabo tibi Gen. hered. tuam. b Non idola. c Quia non est maior. a Immobiliter statui, vt firmissimum solatium haberetis. b De salute Gentium. a Non idolis sicut ante. b Corporis & mentis. Genera hominum. c Firmiter mihi obediens tamquam iurauerit: debet enim sermo Christianorum esse, est, est: non, non. a Christiani. Non Iudæorum. b Legis, non figuræ. c In iudicio per vniuersum orbem. d Christum. a Gentes vndique fide & opere. Tunc. In iudicio. b Quem fructum habuistis tunc in his, in quibus nunc erubescitis? b Pœnitentes super errore suo qui Euangelio repugnabant. d Obstinati. a Per baptismum. Per pœnitentiam. b Videant opera vestra bona & glor. pat. vest. qui in cæl. est. Et alibi: Laudabuntur omnes recti corde. d Apostoli. s. & eorum filij quorum prædicatio in toto orbe vberes fructus attulit.

c Iustitia verbum. filius, donec obedientiam impleuerit; vel sermo prædicationis non completus fuerit. Iustitiæ verbum, filius qui sapiẽtia patris, vel sententia iustificandarum Gentium vel rerum. (D Iustitiæ verbum.) E

d Curuabit omne genu. In nomine domini Iesu omne genu flectitur cal. ter. & infer. Mos ecclesiasticus est Christianos Christo genua flectere, quod Iudæi superbiã mentis demonstrantes omnino non faciunt. (Phil. 2. b.; F Genuflexio.)

e In domino dicẽt. Omnes Gentes etiam Barbaræ, non in Synagogis, sed in Ecclesiis confitentes.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quis auditum, id est, euentum futuri contingentis longè antequam veniret.

2 Extunc prædixi, i. inuenietis per dicta prophetarum, quòd ego solus talia prædixi, qui sum solus Deus saluans: & ideo consequenter inducuntur omnes generaliter ad cultum vnius veri Dei, cùm dicitur,

3 Conuertimini, id est, habitantes in omnibus finibus terræ.

4 In memetipso. Hoc dicitur ad ostendendum certitudinem illius quod denuntiatur. Vnde adhuc subditur,

5 Non reuertetur, incassum, sed implebitur: Et quid sit illud subditur.

6 Quia mihi curuabitur, per adorationem latriæ, cuius signum exterius est genuum flexio, vt dictum fuit plenius Esther. 3. a. Et iurabit omnis lingua, Ista nunc sunt adimpleta, quia per orbem cessauit idololatria, & ab omnibus colitur vnus Deus, licet vario modo à Christianis, Iudæis, Saracenis & aliis. Alio modo potest intelligi de solis Christianis, quia de omnibus Gentibus & linguis aliqui credunt in Christum, ipsum venerantes tamquam verum Deum: & adhuc plures credent circa finem mundi. Ex dictis concluditur,

7 Ergo in domino dicent, id est, poterunt dicere,

8 Meæ sunt iustitiæ, quia principes mundi pro magna parte submiserunt colla iugo Christi, & obediunt eius vicario summo Pontifici. Et adhuc plures venient ad fidem in posterum, vt dictum est, ideo subditur, (Principes mundi summo Pontifici obedientes.)

9 Ad eum venient, de suis pristinis erroribus.

10 Omnes qui repugnant ei, per infidelitatem seu malam vitam.

11 In domino iustificabitur, Semen Israel dicitur hîc omnis fidelis, qui imitatur fidem ipsius Israelis, qui de aduentu Christi prophetauit Genes. 49. prout dictum est capitulo precedenti.

CAP.

MORALITER.

† stum. Licet enim idololatria pro maiori parte cessauerit per prædicationem Euangelij, tamen adhuc dicuntur esse aliqui habitantes in parte aquilonari, qui nominantur Linicarij, & adorant pro Deo diei primum viuens quod occurrerit eis in mane: quorum dij non possunt annuntiare futura, sicut annuntiat Deus verus. Ideo subditur in persona eius, Conuertimini ad me, & salui eritis. (Idololatræ in parte aquilonari qui nominantur Linicarij.)

ADDITIO I.

In cap. 45. vbi dicitur in postilla: Assimilaui te.

Vbi translatio nostra habet, Assimilaui te, in Hebr. habetur, Cognominaui te: & est sensus, quia non solum Deus nomen Cyri reuelauit longè ante tempus suum, sed etiam cognomen, vocans eum pastorem, vt suprà 43. d. qui dico Cyro, Pastor meus, &c.

ADDITIO II.

In eo cap. vbi dicitur in postil. Et hoc est quod dicitur, Rorate cæ.

Hoc quod dicitur: Rorate cæli, valdè extortè exponitur de natiuitate Cyri, in qua nihil noui euenit præter illud quod in ceteris hominum natiuitatibus contingit. Illud enim quod narratur de canicula eum nutriente seu lactante, quod videtur in eo singulariter contigisse, non pertinet ad eius natiuitatem, sed ad eius educationẽ, & ideo quod hîc dicitur, Rorate cæli desuper, &c. de nullo planè potest intelligi ad litteram, nisi de Christi conceptione, quem rorante Spiritu sancto beata virgo germinauit. Nec etiam quod sequitur: Et iustitia oriatur simul, potest dici de ortu Cyri, in quo nulla est iustitia orta. Vnde hæc auctoritas nullo modo est applicabilis nisi ad ortum Christi: & ideo ab vniuersali ecclesia in diuinis officiis solum ad istud trahitur propositũ, quod propriè continuatur ad immediatè sequentia. Ad quod sciendum, quòd contra mysterium Christi duplex impugnatio surrexit: Prima, scilicet per corporalem persecutionem, incepit ab Herode volente Christum occidere, ne perderet regnum Iudææ; Secunda est persecutio spiritualis, quæ incepit à Pharisæis doctrinam Christi impugnantibus, scilicet negando eius diuinitatem, similiter & matris virginitatem. Vnde propheta in hoc loco alludens istis duabus impugnationibus, Circa primam dicit, Væ qui contradicit factori suo, quod propriè exponitur de Herode, qui audiens natiuitatem Christi miraculosè magis ostensam, & ore suo confitens se adoraturum Christum temerariè nixus est contradicere diuinæ ordinationi per occisionem puerorum: & hæc fuit prima persecutio Christi corporalis. De persecutione autem spirituali di. Væ qui dicit patri, quid generas? & mulieri quid parturis? quod denotat impugnationem Iudæorum seu hæreticorum contra duplicem natiuitatem Christi, scilicet æternam & temporalem. In hoc enim quod di. Væ qui dicit patri quid generas? intelligitur ille, qui patri omnipotenti dicit. Quid generas. scilicet æqualem tibi filium? & est error negantium generationem æternam in diuinis. In hoc autem quod sequitur, Et mulieri quid parturis? intelligitur ille qui negat natiuitatem Christi temporalem fuisse sine semine virili. Talis enim dicit mulieri, scilicet, Mariæ, quid parturis? scilicet si hominem non cognouisti. q. d. hoc nullo modo posset esse. Et patet, quòd expositio horum versuum prædicta magis propria est litteralis, quàm alia quæ de Astyage & somno eius loquitur. (Contra Postill. qui aliqua huius cap. de Cyro exponit quę ei non competunt.; Impugnatio contra mysterium Christi, quæ & quotuplex.; Prima persecutio Christi.; Secunda Christi persecutio.)

REPLICA. In cap. 45. Burg. singulariter mouetur contra Postil. ipsum capitulum exponentem multum distinctè, dicens quod in eo quædam dicuntur tantum de Cyro, in quibus non gerit figuram Christi, sicut cùm dicitur, Non cognouisti me, quod sine absurditate Christo non potest applicari. Quædam autem dicuntur de Christo tantùm, quædam de vtroque principaliter, tamen de Christo tamquam per Cyrum figurato. & sic exponit illum passum, Rorate cæli desuper, &c. Quia nihil absurditatis est in vtraque expositione. Burgen. autem dicit, sed nihil probat, quod de Cyro exponi non possit. Quod autem inquit, ecclesia vtitur illo passu in diuino officio, Si illa ratio valeret, Psalmus Domine probasti, in officio diuino assumi non deberet, qui de Dauid ab omnibus exponitur tamquam figura, & sic de quàm pluribus aliis locis Psalmorum & sacræ Scripturæ. (De Cyro exponi posse, quæ Burgensis dicit nulli nisi Christo conuenire.)

CAP. XLVI.

a ¶ Hier. Staturnus primum idolum Babyloniorum, inde ad alias Gentes translatum, in tanta veneratione habitum est, vt etiam filios suos ei immolarent. b ¶ Prophetia vel diuinatio.

1 Confractus est Bel, contritus est Nabo:

a ¶ Deorum. b ¶ Adoranda, non hominibus. Homo enim cùm in honore esset, non intellexit, &c. Et alibi: Similes illis fiant qui faciunt ea.

2 facta sunt simulacra eorum bestiis & iu-

¶ Alias opera. a ¶ Pondus metalli. c ¶ Onerosa, simulacra sunt scilicet tantum.

3 mentis. 4 Onera vestra graui pondere vs-

a ¶ Portantium sacerdotum. b ¶ Defecerunt, scilicet in aduentu Christi. c ¶ Omnino. d ¶ Ideo.

5 que ad lassitudinem. 2 contabuerunt et contrita sunt simul. 6

¶ Se. a ¶ Colentium, vel idolorum. ¶ Dæmonum.

Non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in ca- †

a Pro pretio metalli primò captiuantur. b ¶ Iuda & Beniamin. ¶ Propinquitate carnis & sanguinis.

7 ptiuitatem ibit. 3 Audite me domus Iacob, & omne resi- 8

a ¶ Feces reliquiarum. b ¶ Decem tribuum, quæ iam abductæ in Assyrios. c ¶ Etiam peccantes. d ¶ Misericordia.

9 duum domus Israel. Qui portamini à meo vtero, qui gesta- 10

¶ Non quod ineffabilis maiestas membra habeat, sed per membra nostra, affectus eius discimus.
a ¶ Egredientes de Ægypto. b ¶ Clementia quasi à matrice. c ¶ Vestram.
d ¶ Creator omnium suæ parcit creaturæ. ¶ Scilicet qui dixi Moysi: Ego sum qui sum.

mini à mea vulua. 4 Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad 11

a ¶ Vestros, finem scilicet mundi. b ¶ Vos. ¶ Protegam vos.
¶ Donec plenitudo Gentium intrauerit, & tunc vos quoque intretis.
c ¶ Vos. d ¶ Expectabo.

canos ego portabo. Ego feci, & ego feram: ego portabo,

a ¶ Si conuersi fueritis. b ¶ Quia hæc omnia feci vobis.

& saluabo.* 5 Cui assimilastis me, & adæquastis, & compa- 12

a ¶ Ad idola facienda. b ¶ Quamuis earum, quamuis absconditum.

rastis me, & fecistis similem. 6 Qui confertis aurum de sac- 13

a ¶ Vt sciatis quantum quisque obtulerit. b ¶ Pretio.

culo, & argentum in statera ponderatis, conducentes auri- 14

a ¶ Cuius est facere, non fieri. b ¶ Facto Deo. c ¶ Omnes. d ¶ Deum talem.
e ¶ Quia per se moueri non potest.

ficem vt faciat Deum, et procidunt & adorant. 7 Portat illum 15

a ¶ Sacerdotes. b ¶ Positus.

in humeris gestantes, & ponentes in loco suo. & stabit, ac de

---

CAP. XLVI.

A *Confractus est Bel.* Hier. lib. 13. Post vocationem Gentium subiicitur destructio idolorum.

b *Nabo.* Nabo est aurum, Nabo est idolum. Sed hic magis interpretatio nominis operatur. Dicitur enim, prophetia vel diuinatio. Et nota cùm dixit: *Confractus est Bel.* & adiecit: *Contritus est Nabo*, de specie ad genus transiuit, significans quod post ascensionem domini per prædicationem apostolorũ, idola destructa sunt: & prophetia dæmonum, & diuinatio magorum ad nihilum deuenerunt.

Idololatria & omnis cultus superstitiosus per Apostolos exterminatus.

B

c *Contritus est Dagon.* † Procopius. Alludit Isaias ad historiam, quæ capta arca, & ad idolum introducta, cecidisse ipsum & contritum fuisse doceat.

Hoc iuxta LXX. Inter.

*Suprà 40. f

† Idem. Placeat nonnullis Deum quæ sua sunt, manere semper, indicare: quæ autem idolorum, falsa omnia existere & in nihilum abire. Est enim idem

C perpetuò Deus, eiusque numquam vel sententia vel natura immutatur.

d *Bestiis & iumentis.* Hier. Bestias enim & iumenta adorabant, & regio eorum plerisque oppidis ex bestiis & iumentis, quæ adorabãt, nomina imposuit, vt scilicet Leonata à Leone, & alia huiusmodi.

D

Iuuenalis Vel Qualia demens Ægyptus simulacra colit.

e *Et anima eorum.* Ibid. Non quòd simulacra habeant animam, sed metaphoricè, & anima & membra earũ rerum dicuntur, quæ & sensu & membris carent; vnde, *Mors & vita in manibus linguæ.* Vel est sensus quòd error idololatriæ grauissimum onus Gentibus fuerit, quæ cultores suos depressit ad terram, & saluare animas non potuit, quas diabolo & dæmonibus subiugauit.

Prouer. 13. d

E

f *Domus Iacob.* Ibid. Nõ dicit Iacob serui mei electi mei cũ adiectione honoris, sed simpliciter: & alloquitur tãquam carnales & recedentes à mandatis suis.

g *Qui portamini.* Ibid. Qui gestamini tãquam fœtus conceptus per desertum vsque ad terram promissionis. Diu enim patienter eos expectauit: & in terra promissionis, & post passionẽ per 42. annos.

h *Cui assim.* In eos præcipuè inuehitur, qui tẽpore Achaz & Ezech. idola coluerunt in angulis platearũ, in hortis, in lucis super domos.

☞ Memen- F

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XLVI.

Confractus est. *Post liberatoris præsignationem, hic consequenter propheta denuntiat hostium, scilicet Babyloniorum, destructionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò denuntiatur destructio idololatriæ & populi; secundò cessatio regni, cap. seq. Prima in tres, quia primò dicta destructio denuntiatur; secundò populus ad cultum latriæ reuocatur, ibi,* Audite me; *tertiò liberatio ei promittitur, ibi,* Recordamini. *Circa primum præmittitur idolorum destructio, cùm dicitur,*

Diuisio.

Bel.

1 Confractus est Bel, *alias conflatus: quod erat principale idolum Babyloniorum, & loquitur de futuro per modum præteriti.*

Nabo.

2 Contritus est Nabo. *Aliud idolum minus principale; Dicunt tamen aliqui, quod Nabo non est nomen proprium sed appellatiuum: & signat prophetiam, siue diuinationem: & sic est sensus, Confracto idolo nomine Bel, contrita est prophetia seu diuinatio, quam sacerdotes Beli fingebant. Vel quia dæmones in idolis aliquando dabant responsa.*

3 Facta sunt simulacra eorum bestiis & iumentis, *id est similia eis, quia carentia intellectu. Consequenter denuntiatur destructio idololatrãtium. Circa quod sciendum, quòd sacerdotes idolorum quærentes fugere de Babylone, quando capta fuit per Cyrum, secum portabant idola: & sic propter pondus à veloci cursu fuerunt impediti: & sic cum idolis capti & destructi: & hoc est quod dicitur.*

Quomodo perierint sacerdotes Babylonis.

4 Onera vestra, *idola.*

5 Graui pondere vsque ad, &c. *Vos à cursu impedientia,*

6 Contabuerunt & contrita sunt simul, *id est, vnà vobiscum.*

7 Anima eorum, *scilicet, sacerdotum & idololatrarum.*

8 In captiuitatem ibit, *quia aliqui eorum fuerunt capti viui, & in captiuitatem ducti.*

9 Audite me domus Iacob. *Hic consequenter reuocat populum Iudæ ad verum cultum, quia multi fuerunt idololatræ ante captiuitatem Babylonicam, vt patet 4. Reg. in pluribus locis. Et ex hoc probabile videtur, quòd multi eorum, qui fuerunt ducti in Babylonem, sequebantur Babyloniorum idololatriam. Et ad reuocandum eum, primò ostenditur affectus Dei ad ipsum, cùm dicitur in persona Dei:* Audite me domus Iacob; *sequitur,*

Multi de Iuda idololatrantes.

10 Qui portamini, &c. *id est, qui afficior ad vos, sicut mater ad filios.*

11 Vsque ad senectam, *id est, istam affectionem ego continuabo. Consequenter reuocat populum ab idololatria, dicens:*

12 Cui assimilastis me, *fabricando vobis idola, ideo subditur,*

13 Qui confertis. *q.d. quamuis diligitis aurum sicut auari, tamen ita fuistis ad idololatriam proni, quod ibi posuistis aurum vestrum.*

14 Conducentes aurificem. *Et consequenter ostendit idolorum impotentiam, dicens:*

15 Portant illum in humeris. *propter quod in fine concluditur:*

Redite

MORALITER.

1 *Confractus est Bel*, qui deuorator interpretatur: ideo per ipsum gulosus & ebriosus signatur, & sic in corpore & anima frangitur; quia sicut dicitur Ecclesi. 31. d. *Sanitas est animæ & corpori sobrius potus.* Et per appositum excessus in cibis & potibus est infirmitas corporis & animæ.

Gula.

2 *Contritus est Nabo*, qui interpretatur superueniens: propter quod signat superbum, qui supergredi vult omnem alium; & sic conteritur in mente: quia non potest ad hoc attingere.

Superbia.

3 *Facta sunt simulacra eorum.* Simulacra Gastrimargi sunt imaginationes de cibis & potibus; & simulacra superbi, sunt imaginationes de excellentiis indebitis & honoribus; quæ confringuntur, nam à Deo grauiter puniuntur.

4 *Onera vestra graui pondere, &c.* hoc de peccatoribus, in quorum persona dicitur, Sap. 5. b. *Lassati sumus in via iniquitatis, &c.*

† *Non potuerunt saluare portantem*, scilicet in vita præsenti, quia magis accelerant mortem.

9 *Audite me domus Iacob*, id est supplantatores vitiorum & contemplatores diuinorum, qui per Iacob & Israel signantur.

12 *Cui assimilastis me.* Hic increpantur homines mali, qui non solùm æquant hominem mortalem Deo, sed etiam præponunt, magis timentes offensam mali principis, vel prælati, quàm offensam Dei: propter quod eis dicitur in persona Dei: *Cui assimilastis.* q.d. in hoc fecistis pessimè.

Contra eos qui plus homines honorãt quàm Deum.

13 *Qui confertis*, Isti sunt mediatores simoniæ, vt per munera habeant sibi fauorabilem prælatum, qui non sit nisi idolum, sicut dicitur Zachar. 11. d. *O pastor & idolum relinquens gregem.*

14 *Portant illum*, excusando suos defectus ne deponantur.

a *Mementote illud*, Quia vos genui, & vsque ad senectam portaui: A deserite idola quæ fecistis, & ad vnius Dei cultum reuertimini.
b *Ad cor*. Intellectum, qui quasi bestiæ vixistis, simulachra venerantes, vt furiosi in ligna & lapides impingentes.
† AVGVSTINVS in Psal. 76. *Redite præuaricatores ad cor*, quo itis, quo curritis? redite à viis vestris, & redite ad me, quia ego sum via & veritas; quo curritis; non solùm à Deo, sed à vobis fugitis; redite ad cor, scrutamini spiritum vestrum, recolite annos æternos, inuenite misericordiam Dei circa vos, attendite opera misericordiæ eius.
† PROCOPIVS. B Prædicta Babylonis vltione Israelitas recreat Deus, qui non odio, sed salutis amore prouocatus, ad Israelitarum pœnas accessit, non aliter quàm ad amputandum vel vrendum medici.
c *Annuntians*. Per prophetas, vt cùm prædicta impleuero per diuinationem, id est prophetam prædicentem futura, probem diuinitatem meam.
d *Nouissimum*. *Nos sumus in quos fines sæculorum deuenerunt*. Et alibi: *At vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum*. Et *Ioan*. *Filioli*, inquit, *nouissima hora est*.
e *Consilium*. redimendi mundum per filium, quasi, consilium meum statutũ nunc dico, vt cùm videritis effectũ, sciatis nullũ esse Deum nisi qui futura cognouit & fieri præcepit.
† f *Vocans ab oriente auem*. HIERON. lib. 13. secundùm Hebræos Cyrum regem Persarũ, vel Darium regem Medorũ, qui citissimè ab oriente aduolauerunt, & contra Babylonios voluntatẽ domini impleuerunt. Nos verius referimus hæc ad Christum, qui quasi citò volatu sua fide per apostolos tantũ mundũ impleuit: vnde Balaam, *Orietur stella ex Iacob*. Et alibi: *Oriens nomen eius*. Et quẽ magi ab oriente venientes adorauerunt.
g *Duro corde*. Qui semper resistitis veritati: primò prophetis, tandem & filio.
h *Dabo in Sion*. HIER. LXX. *salutare, & Israeli gloriam meam*, filium, sc. qui dicit: *Non quæro gloriam meam. Et pater in me manens ipse fa. opera*. In Sion, quia in Iudæa natus, passus. Vel, per Sion significat ecclesiã in speculatione positã.

Exhortatio vt ad Deum redeamus. — In bonum nostrum Deus nos punit. — 1. Cor. 10. c. Gal. 4. a. — 1. Ioan. 2. c. — Quis hic auis nomine veniat intelligendus. — Num. 24. c. Zachar. 6. c. Matth. 2. a. — Act. 7. f. — Ioan. 8. f. Ioan. 14. a.

loco suo non mouebitur. Sed & cùm clamauerint ad eum, [a] non audiet, de tribulatione non saluabit eos. [8] Mementote [b] istud, & confundamini: redite præuaricatores ad cor. [9] Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, & non est [c] vltrà Deus, nec est similis mei, [10] annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ nondum facta sunt, dicẽs: [d] Consilium meum stabit, & omnis volũtas mea fiet. [11] Vocans ab [e] [f] oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. Et locutus sum & adducam illud, creaui, & faciam il- [g] lud. [12] Audite me duro corde, qui lõgè estis à iustitia. [13] Prope feci iustitiam meam & non elongabitur, & salus mea non [h] morabitur. Dabo in Sion salutẽ & in Israel gloriam meam.

(Glossa interlinearis: Per se. Pedes habent, & non ambulabunt. Cultores. Aures habent & non audient. O idololatræ. Prædictum. In fide Christi pœnitentes. Ne subitus idololatriæ vos turbo subuertat. Naturalis legis & scriptæ. Quæ bona fecerim vobis, ex quo eduxi vos de terra Ægypti. Ab initio mundi. Non alius. Verus, quia illa dedi. Et si dij manufacti. Quia scilicet. Mundi, vel Abraham cui dictum est, in semine tuo benedicentur omnes Gentes. Filij aduentum: Electionem apostolorum: Vocationem Gentium. Impletum. Id est. Hominis salutio. In filio. Iudæa enim (in qua natus est) ab oriente est. Christum. Vnde Iob: Semitam ignorauit auis. Id est. Mundo qui longè à cælo. Filium, in quo mihi complacui: Vocaui ad cælum in ascensione. Per prophetas de aduentu filij, de redemptione mundi. In filio. Consilium. Secundùm humanitatem. Secundùm voluntatem meam. Domus Iacob, & residuum domus Israel. Christo, qui omnes iustificat. Faciam. Mittam filium scilicet in mundum. A te. Filius, quia saluum faciet populum suum à peccatis eorum. In Iudæa, in qua natus est. Filium. vnde, Viderunt oculi mei sa. tuum. Idem.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Redite præuaricatores, *id est, idolorum fabricatores, & cultores*.
2 Ad cor, *cogitando, quòd in idolis nihil numinis sit seu virtutis*.
C 3 Recordamini prioris, *Hic denuntiatur liberatio populi: primò tamen ostenditur Dei potentia ad hoc agendum, cùm dicitur*, Recordamini prioris sæculi, *id est, creationis mundi, qui à me creatus est, ideo subditur*,
4 Quoniam ego sum Deus solus, *creator: & ideo possum populum meum liberare, & liberationem prædicere, ideo subditur*,
5 Annuntians ab exordio nouissimum, *id est, antequam fieret annuntiaui principium rei, & terminum, sicut patet Genes. 15. vbi simul denuntiat Abrahæ descensum Iacob & filiorum eius in Aegyptum, & afflictionem eorum ibidem, & liberationem. Et eodem modo Isaia reuelauit futuram captiuitatem populi per Nabuchodonosor, & liberationem per Cyrum. Et quòd istud sit certum, ostenditur consequenter, cùm dicitur*,
6 Consilium meum stabit, *de liberatione populi per Cyrum*.
7 Vocans ab oriente auem, *i. Cyrum, ad modũ auis velociter venturũ*.
8 Virum voluntatis, *id est executorem meæ voluntatis*,
9 Creaui, *id est creandum disposui*.
10 Et faciam illud, *voluntas mea non potest impediri: Et ad huius considerationem excitat Iudæorum attentionem dicens*, F
11 Audite me duro corde, *id est, qui habetis durum cor. Propter quod dicit dominus Exod. 32. c.* Cerno, quod populus iste duræ ceruicis sit.
12 Prope feci, *id est, fiendam disposui*.
13 Iustitiam, *in Babyloniorum destructione, & vestra liberatione*.
14 Dabo in Sion salutem, *reædificando ibi templum ad nominis mei cultum, per quem cultores consequuntur salutem*.
15 Et in Israel, *sic est in Hebr. & in libris correctis, id est in populo imitante fidem eius*.
16 Gloriam meam, *Quod fuit impletum imperfectè in liberatione facta per Cyrum, & perfectè in liberatione facta per Christum, de qua est principalis intentio huius capituli, vt dictum est*.

Deus præsciens & prædicens futura.

MORALITER.

† *Sed & cùm clamauerint*, pro aliqua tribulatione ecclesiæ.
† *Non audiet*, id est remedium adhibere non poterit, neque sciet.
† *Mementote*, verè pœnitendo de promotione talis prælati.
3 *Recordamini prioris sæculi*, id est, temporis ecclesiæ primitiuæ, in qua non promouebantur nisi digni ratione vitæ & scientiæ qui personam Dei verè repræsentabant: ideo sequitur,
4 *Quoniam ego sum Deus*, annuntians per bonos prælatos voluntatem meam.
7 *Vocans ab oriente auem*, id est, bonum contemplatiuum, vt ab oriente contemplationis descendat ad ecclesiæ regimen propter populi necessitatem: & sic solebat fieri, vt patet de beato Gregorio, S. Martino, & multis aliis. Et quia tales, ecclesiæ sunt vtiles, ideo subditur: *Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam*.

De viris contemplatiuis ad regimen Ecclesiæ translatis.

CAP. XLVII.

a DEscende, *sede, &c.* vel HIER. lib. 13. Quia omnes creaturæ Dei sumus; Nec iuxta hæreticos, natura Babylonis damnabilis; vel ob luxuriam & ornatum potentissimę vrbis, quæ iam senex & vicina occasui virgunculam se & puellam iactat. Pro-

[a] DEscẽdẽ, [b] sedẽ [c] in puluere [d] virgo filia Babylon, sede in

(Glossa interlinearis: Inuehitur in Babylonem & Chaldæos. O Babylon de solio regni. Vt captiua. Sterilis à bono opere. Plebs Babylonis.)

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XLVII.

1 DEscende. *Hic consequenter describitur deiectio Babyloniorum quantùm ad cessationem regni. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur huiusmodi cessatio; secundò subditur huius pœnæ ratio ibi*, Iratus; *& tertiò excluditur eius euasio, ibi*, Sta cum incantа. *Circa primum dicit*, Descende, *de dignitate regni*,
2 Sede in puluere, *tanquam vilis & abiecta*.
3 Virgo filia Babylon, *id est, ciuitas Babylonis; & dicitur virgo, quia aliàs non fuerat violata siue capta ab aduersariis*.

Diuisio.

Non

MORALITER.

1 *Descende sede in puluere filia Babylon*, quæ confusio interpretatur: ideo per filiam Babylonis persona peccatrix, quæ est digna confusione, significatur sicut 2. Regum 12. b. dicitur: *Vir mortis est vir ille*, id est, dignus morte, igitur tali peccatrici personæ dicitur: *Descende*, de sublimitate superbiæ,
2 *Sede in puluere*, per iugem meditationem mortis tuæ, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

De quolibet peccatore. — Genes. 3. d.

† 3 Non

† PROCOPIVS. Regno personam tribuens, filiam Babylonis A & virginem, magnitudine virium, tamquamque ipso ætatis flore, tumidam & elatam appellauit, quam è sublimi descendere imperat. Nonnulli filias Babylonis, aut etiam mulieres volunt intelligi quas à Mœdis captas, in seruitutem ire significat: quorum descensu, gloriæ & luxuriæ, libertatisque, & diuitiarum in contraria mutatio demonstratur.

MORALITER. Gregorius. *Descen. &c.* Hoc loco humana mens, virgo non incorrupta (vt arbitror) dicitur, B sed infœcunda. Et quia Babylon confusio interpretatur, rectè infœcunda mens filia Babylonis vocatur, quę in eo quod nequaquam bona opera germinat (dum nullo ordine rectæ vitæ componitur) quasi matre confusione generatur. Sin autem virgo non infœcunda dicitur, sed corrupta, postquam statum salutis perdidit, ad confusionis suæ cumulũ appellatur, quod fuit; *descende*. In alto quippe humanus animus stat, quando supernis retributionibus inhiat: Sed ab hoc statu descędit, cùm turpiter *victus sese defluentibus mundi desideriis subiicit, cui mox benè additur: *Sede in pul.* Descendens enim in puluere residet, quia cælestia deserens terrenis cogitationibus aspersus in infimis vilescit. *Sede in terra.* quia de cælesti conuersatione noluisti te erigere: sub temeipso in terrenis prostratus humiliare. Vnde necessariò subdi- C tur: *Non est solium filiæ Chaldæorum.* Chaldæi, feroces interpretantur: valdè autem feroces sunt, qui voluptates proprias sequentes, nec suis motibus parcere sciunt. Sed filia ferocium solium non habet, quia mens quæ ad amorem mundi ex prauis desideriis nascitur, atque eisdem obscuratur, in eo quod se terrenis desideriis subiicit, sedem amittit; & quasi à iudicis sui sessione repellitur, qui per exteriores concupiscentias vagatur: & sæpè iusto iudicio in sua ipse voluntate relinquitur: & sub ea, quę anxiè appetit, laboriosã mundi ministeria relaxatur: *Quia vltra non vo. mol. & te.* Constat nimirum, quia teneræ filiæ suæ parentes parcunt, nec duris atque seruilibus operibus hanc affligunt. Omnipotens ergo Deus quasi teneram filiam vocat, quando dilectam cuiusque animam à laboriosis huius mundi seruitiis reuocat, ne dum ab exterioribus afficitur, ab internis desideriis obduretur. Sed Chaldæorum filia mollis

De mentibus fœcundis & infœcundis.

*victus.

Contra eos qui se mundi concupiscentiis tradunt.

a ¶ Vt ancilla, quia non est so. b ¶ Dignitas regni. c ¶ Quia à Chaldæis condita.

a terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltra non vo- 1 2

a ¶ Delicata, deliciis affluens. b ¶ Quæ paulo ante regina. c ¶ O captiua, hoc est enim opus captiuorum.

b caberis mollis & tenera. [2] Tolle molam, & mole farinam. 3 4

a ¶ Dominis tuis & Persis victoribus. b ¶ Vt mulier videaris.

Denudá turpitudinem tuam, discooperi humerum, reue- 5 6

a ¶ Libidini victorum. b ¶ Vel vt transeas flumina eundo in captiuitatem. c ¶ Tygrim, Eufraten, Chobar. ¶ Hostibus.

lá crura, transi flumina. [3] Reuelabitur ignominia tua, & 7

a ¶ Miseria captiuitatis. b ¶ Ex te. ¶ Vindicabo enim populum meum, quem oppressisti, si enim præcepi vt affligeres, non tamen vt opprimeres omnino.

c videbitur opprobrium tuum. Vltionem capiam, & non re- 8

a ¶ A seruitute captiuitatis. ¶ Vox populi post lxx. annos de captiuitate redeuntis. b ¶ Hominum & angelorum.

sistet mihi homo. [4] Redemptor noster dominus exerci- 9 10

a ¶ Quia. ¶ Est. b ¶ Qui dicit, Sancti estote, quoniam ego sanctus. c ¶ Præ confusione, ne videaris.

d tuum, nomen illius sanctus Israel. [5] Sede tace & intra in 11 12

a ¶ Præ confusione lucem ferre non sustinens. b ¶ Quia constructa à Chaldæis. ¶ Sicut ante.

tenebrás filia Chaldæorum, quia non vocaberis vltrà 13 14

a ¶ Ægyptiorum, Assyriorum & aliorum. ¶ Quia. ¶ Iudæos.

e dominá regnorum. [6] Iratus sum super populum meum: 15 16

lis tenera non vocatur, quia mens prauis desideriis dedita, huius D sæculi labori relinquitur vt foris mundo velut ancilla seruiat, quia intus Deum nequaquam vt filia amat; vnde & molam tollere & farinam molere perhibetur: Mola in gyro ducitur, & farina profertur; Vnaquæque autem huius mundi actio mola est, quæ dum multas curas congerit, humanas mentes quasi in gyrum vertit, atque ex se farinas proiicit, quia seducto corde semper minutissimas cogitationes gignit. Nonumquam verò qui quietus alicuius momenti creditur, positus in qualibet actione denudatur. E *Denu. tupi.* Inani quippe administratione operis turpitudo denudatur, dum vilis abiectaq; mens in actionis ostentatione cognoscitur, quæ quieta prius magna putabatur. Humerum mens discooperit, quando opus suum, quod ignoratur, ostendit. Crux reuelat, quando quibusnam desideriorum passibus lucris mundi inhiat, manifestat. Flumina etiam transit: quando actiones huius sæculi, quæ quotidie ad terminum defluunt, indesinenter appetit, dumque alias relinquit, alias sequitur, quasi de flumine ad flumen transit.

Mundana mens molæ comparatur.

Actiones foras prorumpentes indicant latentia cordis.

a *Non vocaberis mollis.* Metaphoricè. Solent reginæ molles esse & delicatæ, nec seipsas ferentes præ teneritudine; sub hac specie alloquitur Babylon.

b *Farinam*, vel coitum præbe Mœdis & Persis, qui in hoc feruen- F tissimi sunt. Secundùm hoc dicunt Hebræi, quod Philisthæi Samsonem erutis oculis molere coëgerunt, id est, cum mulieribus suis coire, vt ex eo susciperent homines magnæ & inuincibilis staturæ.

c *Et non resistet*, sicut, Moyses Deo volenti delere filios Israel. Significat autem angelum Babyloni præpositum: qui cum aliis ait, *Curauimus Babylonem, & non est sanata.*

Exod. 32.

Ierem. 51. a.

d *Sede.* Sermo ad Babylonem refertur, & quasi quondam reginam, modo ancillam alloquitur. Sede humilis & vilis: Tace vt tristis considerans miseriam tuam.

e *Iratus sum.* Causam reddit quare Chaldæos ita afflixerit, ne sine causa fecisse videretur, qui nihil sine causa operatur, & vt cognoscant Chaldæi, quia non in viribus suis superauerunt populum Dei.

Causa cur Deus ita afflixerit Babylonios.

a Subito.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non est solium. *i. regni thronus.* 2 Filiæ Chad. *i. Babylonis, quæ erat Metropolis in Chaldæa.* 3 Quia vltra non vocaberis mollis. *i. Regina seu domina, quæ solent esse delicatæ, sed magis seruituti subiecta, ideo subditur:* 4 Tolle molam, *quod est officium ancillæ.*

5 Denuda. *In Hebræo habetur,* denuda ligaturam tuam. *i. ornamentum capitis, quod descendit vsque ad humeros, ideo subditur,*

6 Discooperi. *Per ista designatur applicatio ad opus seruile. Cùm enim ancillæ ad talia se applicant, tales coopertura amouent. Et eadem sententia importatur per litteram communem cùm dicitur:* Denuda, &c. *quia ornamenti oblatio est quædam turpitudinis denudatio.*

7 Reuela. &c. *q. d. in captiuitatem duceris peditando, & sic oportebit te eleuare vestes, & discooperire partes inferiores ad trãseundũ aquas & flumina.*

Prædicitur Babylonis excidium.

8 Vltionem capiam, *de malis tuis.*

9 Redemp. no. *Prius locutus est propheta in persona domini, nunc loquitur in propria persona dicens,* Red. no. *de Aegypto & Babylone.*

10 Dominus, &c. *id est angelorum.* 11 Nomen, *Et sic est in Hebræo, ita quod nomen domini hic dicitur dominus exercituum, id est angelorum.*

12 Sanctus Israel, *id est sanctificans Israel.* 13 Sede tace. *tamquam confusa. Et redit hic propheta ad loquendum in persona domini.*

14 Et intra in tenebras, *Quia multi de Babyloniis in captiuitatem ducti fuerunt & incarcerati in locis tenebrosis.* 15 Iratus sum. *Hic consequenter ponitur dictæ punitionis ratio, quæ triplex est. Prima accipitur ex crudelitate, quam Babylonij exercuerunt in populum regni Iuda: & hoc est quod dicitur in persona domini,* Iratus sum, *de præterito.*

6 Super populum meum, *propter eius peccatum.*

Quare Chaldæi puniti.

MORALITER.

† 1 *Non est solium*, tibi, scilicet, in cælis.

3 *Quia vltrà.* i. non debes vacare carnalibus deliciis, sed austeritatibus pœnitentiæ pro peccatis commissis: ideo subitur,

4 *Tolle molam*, id est, conterere carne;

5 *Denuda turpi.* peccati spiritualis per veram confessionem,

6 *Discooperi.* abiiciendo à te peccati sarcinam.

7 *Reuela crura.* confitendo peccata carnalia.

† *Transi flumina.* carnis illecebras dimittendo.

† *Reuelabitur*, in foro conscientiæ Sacerdoti, ne manifestetur in iudicio finali.

8 *Vltionem capiam*, per pœnitentiæ pœnam.

† *Et non resistet.* Nam vtens ratione non renuit pœnam pœnitentiæ, sed magis acceptat satisfaciens diuinæ iustitiæ.

13 *Sede tace*, per veram humiliationem.

14 *Et intra*, per peccatorum lamentationem.

† *Non vocaberis*, id est, non quæras vltra per superbiam eleuari, sed magis humiliari. Aliter potest dici sic. In hoc enim cap. ad litteram prænuntiatur destructio Babyloniorum propter tria. Primum est, quia victoria de Iudæis habita, vsi fuerunt nimis crudeliter & durè, partim occidendo, & partim captiuando; Secundum, quia vsi sunt ea nimis superbè: attribuentes eam totaliter virtuti propriæ; Tertium, quia ad habendum ipsam vsi fuerunt diuinationibus superstitiosis. Per hoc autem moraliter docentur bellatores, vt victoriis habitis vtantur temperatè, scilicet cum moderamine misericordiæ; & quod vtantur humiliter, scilicet attribuendo victoriam virtuti diuinæ; tertio cauendò ne in talibus vtantur aliqua superstitiosa obseruatione, ne, sicut Babylonij, tradantur confusibiliter manibus inimicorum suorum: & sic primò temporaliter, & post æternaliter confundantur.

Nota pro militibus.

A

a ¶ A te contaminari permisi. b ¶ Sed. c ¶ Scilicet vt flagellares, non vt occideres.

Contaminaui hereditatem meam, et dedi eos [1]

a ¶ Nullius miserta es.

in manu tua. Non posuisti eis misericordias. [2]

a ¶ Etiam qui miserandus & hosti. b ¶ Crudelitas.

Super senem aggrauasti iugū tuum valde, [7] & [3]

a ¶ Superbia. b ¶ Semper regnabo.

dixisti: In sempiternum ero domina. Non po- [4] [5]

a ¶ Quæ modo pateris. b ¶ In prosperis euitamus aduersa. [6]

suisti hæc super cor tuum, neque recordata es

¶ Recogitans futura. a ¶ Venturi mali. ¶ Ideo. b ¶ Prædicenda. c ¶ Deliciis affluens.

nouissimi tui. [8] Et nunc audi hæc delicata &

a ¶ Nihil metuens.

habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo:

a ¶ Domina mundi. b ¶ Qui regnet.

ego sum, & non est præter me amplius. Non

a ¶ Sine rege. b ¶ Quia semper erit qui regnet ex me. ¶ Ergo.

sedebo vidua, & ignorabo sterilitatē. [9] Venient

a tibi hæc duo subitò in

a ¶ Populorum, quasi filiorum.

die vna, sterilitas & [7]

a ¶ Regis.

viduitas. Vniuersa ve- [8] [9]

a ¶ A me & prophetis prædicta.

nerunt super te, pro-

a *Subitò*. Ex improuiso irruente Cyro & Dario. Non enim metuebat vt à Mœdis & Persis (qui illius comparatione nullius erant fortitudinis, & ipsi subiecti) posset superari.

a ¶ Non solum propter crudelitatem & superbiam tuam. b ¶ Quia scilicet in magis & in maleficiis tuis & eorum consiliis confidis.

B pter multitudinem maleficorum tuorum, &

a ¶ Quia mentientes, te semper regnaturam, duram & superbam faciebant.

propter duritiam incantatorum tuorum ve- [10]

a ¶ Regnandi. b ¶ In consilio maleficorum tuorum.

hementem. [10] Et fiduciam habuisti in malitia [11]

a ¶ Qui corrigat ea quæ facio. b ¶ Arioli, magi, aruspices.

*Iez. 49. c. tua, & dixisti: Non est qui videat me. *Sapien- [12]

a ¶ Diuinatio, astrorum aspectio. ¶ Quod peius. [13]

tia tua & scientia tua hæc decepit me. Et di-

a ¶ Domina mundi.

xisti in corde tuo: Ego sum, & præter me non [14]

¶ Regnatura.

est altera. [11] Veniet su- [15]

a ¶ Retributio mali quod fecisti.

b per te malū, & nescies

b *Nescies ortum*. Ex insperato veniet calamitas, nec à Magis nec diuinis prædicta,

a ¶ Initium. b ¶ Mali. c ¶ Irruent mali.

ortū eius: & irruet super te calamitas, quā

a ¶ A te expellere.

non poteris expiare. Veniet super te miseria

a ¶ Modo. b ¶ Ironia. c ¶ Contra Cyrum & Darium. c ¶ In quibus confidis.

[16] repente quam nescis. [12] Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficorū tuorum,

a ¶ Multo studio. b ¶ Principio regni, eorum consilio cuncta disponens.

[17] in quibus laborasti ab adolescentia tua, si for- [18]

a ¶ Per eos.

[19] te quid prosint tibi, aut si possis fieri fortior.

a ¶ Sed. b ¶ Quibus prius multas Gentes superasti. ¶ Ironicè.

[13] Defecisti in multitudine consiliorū tuorum.

¶ Astrologi.

[20] Stent & saluent te augures cęli, qui cōtemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent

a ¶ Quæ dominus cogitauit super te. b ¶ Illis tacentibus propheta ventura annuntiat.

[21] venturā tibi. [14] Ecce facti sunt quasi stipula:

a ¶ Impotentes resistere.

a ¶ Ciuitatis, vel tribulationis. b ¶ Vobiscum.

[22] ignis combussit illos.

a ¶ Etiam. b ¶ Vitam.

Non liberabunt animam suam de manu

a ¶ Diuina sapientia, qua possint prouidere & euadere, & frigus erroris expellere.

[23] flammæ: nō sunt prunæ quibus calefiant,

a ¶ Vt possint excutere tenebras, sed vnde consumantur. b ¶ Sic deest lumen veræ sapientiæ tibi. c ¶ Inutilis.

[24] nec focus, vt sedeant ad eum. [15] Sic facta sunt

a ¶ Magi. ¶ Incantatores tui, mendacia tibi vendentes.

[25] tibi in quibuscumque laboraueras. Negotia-

a ¶ A principio regni.

[26] tores tui ab adolescentiā tua, vnusquisque in

a ¶ Te seducentes. b ¶ Diuersa secta. c ¶ Ex eis. b ¶ A miseria.

[27] viā sua errauerunt: nōn est qui saluet te.

D cta, despectum enim & subiectum populum non timebant.

c *Augures cæli*. Astrologi, qui per stellas arbitrantur omnia regi. Quasi dicat, Quasi non prouiderunt omnia tibi? Hi vulgo appellantur matematici, qui cursu astrorum res mundanas putant regi. vnde: *Ab oriente venerunt Magi dicentes: Vidimus stellam eius in oriente*. Vel, à vaticinio Balaam prouocati; qui ait: *Orietur stella ex Iacob*. (Astrologi. — Matth. 2. a. — Num. 24. c.)

E d *Facti sunt quasi stipula*, *&c.* LXX. Habens carbones ignis. sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium. Quasi, Gazareni & Magi per errorem ducunt te ad superbiam. Incendium autem Babylonis, per supplicia vocat ad pœnitentiam.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

C 1 Contaminaui, &c. *id est contaminari permisi Ierusalem, & templum à Babyloniis ingredientibus & succendentibus vtrumque 4. Regum vlt.*

2 Non posuisti eis. *crudeliter vtens victoria à me tibi data.*

3 Super senem aggra. *cui propter ætatem omnes debent compati.*

4 Et dixi. *Hic ponitur secunda ratio, quæ accipitur ex Babyloniorum superbia, cùm dicitur,* Et dixisti, *præ nimia elatione.* (Secunda ratio.)

5 In sempiternum ero domina. *aliorum regnorum.*

6 Non posuisti, &c. *scilicet quòd in momento deiicere te possum à dignitate & confidentia tua, & patet littera vsque ibi:* Venient tibi hæc duo subitò: *& quæ sint illa subditur,*

7 Sterilitas, *id est, carentia prolis per interfectionem habitantium in te:*

8 Et viduitas, *id est, carentia dominij.*

9 Vniuersa. *Hic ponitur tertia ratio, quæ accipitur ex maleficorum multiplicatione cùm dicitur,* Vniuersa venerunt, &c. propter multit. malefi. *Et dicuntur malefici, qui vtuntur inuocationibus dæmonum.* (Tertia ratio.)

10 Et propter duritiam incantatorum, *qui deludunt sensus humanos.*

11 Et fiduciam habuisti in malitia, &c. *in ipsa perseuerando absque timore. Cuius ratio subditur:* (Malefici.)

12 Et dixisti, &c. *Ille enim error erat tunc in Babylone scilicet quòd diuina prouidentia ad actus humanos se non extendat: & sic tollitur timor domini:*

13 Sapientia tua, &c. *Et bene dicitur, tua, quia non erat vera scientia nec sapientia, sed deceptio.*

14 Præter me, &c. *similis in potestate & dignitate.*

15 Veniet super te malum, &c. *& ideo non poteris tibi prouidere. In Hebræo habetur:* Et nescies requirere ipsum, *hoc est, non prouidebis, & sic remedium quærere non poteris. Cetera patent ex dictis.*

16 Sta cum incantatoribus tuis, &c. *Hic consequenter excluditur dicta pœnæ euasio: Et hanc excludendo ponit tria, per quæ regnum Babylonis confidebat manere in sua potentia. Primum erat multitudo incantatorum & maleficorum, per quorum artes & opera credebant se posse scire occulta & futura, & sic cauere pericula: hoc autem excluditur cùm dicitur,* Sta cum incantatoribus tuis & cum multitudine malefico. *quasi dicat, per eos non stabis.* (Chaldæi a tribus confidebant.)

17 In quibus laborasti ab adolescentia. *hoc est à principio, ex quo Babylon fuit fundata: vnde & Necromantia cœpta fuit in Chaldæa.* (Necromantia cœpit in Chaldæa.)

18 Si fortè quid prosint tibi. *eorum scientia, quasi diceret, non proderit.*

19 Aut si possis fieri fortior, *te muniendo contra futura pericula tibi per eos prænuntiata: quasi diceret, non, quia te præmunire non poterunt: ideo subditur,* Defecisti in, &c.

20 Stent, &c. *Hic excluditur secundum, de quo confidebant, scil. scientia astrologorum & diuinorum, ad præcognitionem futurorum hoc excludit dicens:* Stent & saluent, &c. *id est diuinantes de futuris per motum cæli, quasi dicat, nihil poterunt indicare tibi: ideo subditur:* (Secundum.)

21 Ecce facti sunt quasi stipula, *i. materia ad incendium parata.*

22 Ignis combussit eos, *quia perierunt in incendio Babylonicæ ciuitatis.*

23 Non sunt prunæ, *i. ille ignis non erit ad recreationem, sicut ille qui fit in camino in hyeme, sed ad exterminationem.*

24 Sic facta sunt tibi, *id est data combustioni.*

25 Negotiatores tui. *Hic excluditur tertium de quo confidebant Babylonij, s. multitudo & potentia mercatorum, quibus abundabat illud regnum, qui discurrebāt ad diuersas partes per mare & per terram, & inde diuitias multas apportabant ad muniendū regnum Babylonicū. Explorabant etiam cōditiones aliarū Gentium, quod multum faciebat ad stabiliendū regnū suum: hoc igitur excluditur cū dicitur:* Negotia, &c. *i. quos habere cōsueuisti à fūdatione tua.* (Tertium.)

26 Vnusquisque, *id est, in itineribus suis & operibus, & ideo ex supradictis concluditur.*

27 Non est qui saluet te, *scilicet in omnibus illis per quos confidebas saluari & stabiliri, vt patet per exclusionem eorum ex prædictis.*

CAP.

CAP. XLVIII.

A Audite hæc. Hier. lib. 13. Consuetudo est vt quando agitur de carnali Israel, simpliciter & sine nominis adiectione Iacob vel Israel dicatur, sicut in hoc loco, vbi eos alloquitur, qui nomine tenus Iacob vel Israel appellantur.

Quomodò sciemus de carnali Israel esse sermonẽ cum Israel simpliciter ponitur.

b *Et de aquis Iuda.* Ibid. Iudæ facit mentionem, quia decem tribubus captiuatis, Iuda & Beniamin & Leuitæ in terra promiss. manebant, & Regem de Iuda habebant.

c *Et Dei Israel. Populus hic labiis me honorat, cor autem longè est à me.* (Matth. 15. a.)

† Procopius. Quemadmodum falsò Israelitæ vocabantur, qui nominibus his erant indigni: sic cùm iurarent, Deique Israel recordarentur, labiis ipsum honorabant, qui corde ab eodem semoti erant.

d *De ciuitate enim sancta.* Hieron. ibid. Ac si dicat: Habitatores Ierusalem vos esse iactatis, & domini Sabaoth habere priuilegium, cum cassa vobis, Iacob, Israel, & sanctæ vrbis, Dei omnipotentis assumatis vocabula.

Vana Israel carnalis gloriatio.

e *Priora extunc.* Ibid. Prædixi Babylonios superandos, & repente faciam quod minatus sum: vt cùm venerint quæ prædicta sunt, scias nec fortuitò nec deorum tuorum nutu accidisse.

CAP. XLVIII.

¶ Quid dicam. ¶ Ac si dicat, quæ Babyloni prædixi, necesse est impleri: vos autem audite attentius quæ sum dicturus.

A 1 Vdite hæc domus Iacob, a. ¶ Solo. ¶ Non Iacob, non Israel, qui non habetis opus nominis. ¶ Iuda & Beniamin & Leui. qui vocamini nomine Israel, a ¶ Semine, carne scilicet non fide. 2 & de aquis Iuda existis, qui a ¶ Non in honorem domini, sed in confirmationem vestri mendacij: quia idola adoratis, quorum abominatione præceptum est, vt iuretur per nomen domini. 3 iuratis in nomine domini, & Dei Israel recordamini, 4 non in veritate neque in iustitia. ¶ Ironice. a ¶ Sicut iactant. b ¶ A Ierusalem Ierosolymitæ. 5 De ciuitate enim sancta vocati sunt, 6 & super a ¶ Protectorem. ¶ Fundati. 7 Deum Israel constabiliti sunt, dominus a ¶ Cuius nos scilicet testes sumus. b ¶ Est. c ¶ Antiqua. exercituum nomen eius. 8 Priora extunc a ¶ Ex quo cœpi loqui contra Babylonem, Onus Babylo. &c. ¶ Prophetis. annuntiaui, 9 & ex ore meo exierunt, & au- a ¶ Chaldæorum subuersio, vestra reuersio. dita feci ea: 10 repentè operatus sum & venerunt. a ¶ Quasi pro vtilitate tua loquor. b ¶ Incredulus. 11 Sciui enim quia durus es tu, & neruus a ¶ Irreuocabilis superbia. b ¶ Inuerecunda. ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. 12 Prædixi a ¶ Futura tibi & Babyloni. b ¶ Ex quo cœpi loqui contra Babylonem, per prophetas ne for. d. ido. mea. &c. tibi extunc, antequam venirent indi- a ¶ Vt Cyrus & Darius de Babyloniis me vindicarent. caui tibi, 13 ne fortè diceres: idola mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia a ¶ Per prophetas complenda. b ¶ Impleta. mandauerunt ista. 14 Quæ audisti vide om- a ¶ Filiis vestris quæ ventura erant super Babylonem, sed cælestis veritatem. 15 nia. 16 Vos autem non annuntiastis. Audi- a ¶ De miseriis Babyloniis. ¶ Non quod de Ægypt. eduxerim, & huiusmodi. b ¶ A me. 17 ta feci tibi noua extunc, 18 & conseruata sunt quæ

D *Priora miracula.* Ibid. scilicet quæ feci in medio eorum ex quo ab Ægypto exierunt, & imminente captiuitate à Nabuchodonosor: Nunc autem antequam captiuentur prædicit eorum liberationem, & Chaldæorum vastationem; vnde repente scilicet quæ ventura prædico, operatus sum.

† Procopius. Ostendit Deum de se antè non ad ostentationem, sed vtilitatem futura prædicere, partim quidem vt rerum euentum idolis non ascribant, partim verò vt de futuris edocti resipiscerent.

Cur Deus futura prænuntiet.

f *Neruus ferreus.* Hinc Stephanus: *dura ceruice & incircumcisi cor.* (Act. 7. f.)

g *Frons tua ærea.* vnde Ezechiel: *Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, &c.* Et Ieremias: *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti eru.* (Ezech. 3. b. Ierem. 3. b.)

F h *Et conseruata sunt.* Quasi dicat, Plurima annuntiaturus eram, sed quia non recordaris quæ dico, quæ dicturus eram reseruo.

† Procopius. Sed quærunt nonnulli quomodò se noua fecisse asserat, cum docente Ecclesiaste, *nihil nouum sub cælo sit.* Christi igitur mysterium, longe ea, quæ cernitur, creatura, maius, quod à Paulo etiam absconditum nominatur, intellexit.

Quomodo dicat Deus se noua fecisse.

Propter

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XLVIII.

Audite hæc. *Postquam Isaias propheta denuntiauit Babyloniorum destructionem, hic consequenter denuntiat populi Iudæ liberationem, qui captiuus à Babyloniis tenebatur: Et diuiditur in duas partes; quia primò excitat audientium intellectum, secundò prosequitur propositum, ibi,* Priora. *Circa primum recolit duo, de quibus gloriabantur, & quæ debebant eos mouere ad bonum. Primum est nobilitatis ortus, quæ debet mouere ad bonum: vnde dicit Boëtius 3. de consol, quod in nobilitate generis istud est optimum; quia per hoc est imposita ipsis nobilibus quædam necessitas, ne à maiorum suorum probitate degenerent; & quantum ad hoc dicit,*

Diuisio. Boëtius. Nobilitas.

1 Audite hæc domus Iacob. *i. qui descendistis à tanto patriarcha, & ab eo vocati estis filij Israel.*

2 Et de aquis Iuda, &c. *i. de tribu nobiliori filiorum Israel: quia erat regia. Secunda est, sanctitatis cultus, quia soli Iudæi dicebantur præ aliis cultores Dei, & quantum ad hoc dicit.*

3 Qui iu. *quasi ad eius reuerentiam homines enim per maiorem sui iurant, Hebr. 6. c. Sed quia reuerentia debita non est in illicito iuramento, sed magis irreuerentia, ideo ad remouendum eorum falsam gloriam subdit:*

4 Non in ue. *Et sic eos notat de iuramento falso, quod caret veritate, & de iuramento iniquo, quod caret iustitia.*

Iuramentũ falsum & iniquum.

5 De ciuitate, &c. *i. Ierusalem ad cultum Dei electa.*

6 Vocati sunt, *i. denominati ciues, de quo similiter gloriabantur.*

7 Et super Deum Isra. constabil. *quia legem eius seruare promiserunt, & hoc etiam debebat eos mouere ad bonum.*

8 Priora. *Hic exequitur propositum. s. de populi liberatione. Circa quam primò ponitur liberantis conditio, secundò subditur ipsa liberatio, ibi,* Congregamini. *Conditio autem liberantis est, quod sit sciens & potens ad hoc: & ideo primò ostenditur ipsius Dei scientia, & secundò ipsius potentia, ibi,* Audi me. *Prima in duas, quia primò Dei scientia ostenditur, secundò quædam obiectio soluitur, ibi,* Pro no. meum. *Circa primum sciendum, quod Dei scientia ostenditur dupliciter, vno modo ex certa reuelatione contingentium futurorum; alio modo ex occultatione eorum; secundum ponitur, ibi,* Audita feci. *Circa primum dicitur in persona domini,* Priora extunc, *id est, antequam fierent,*

Diuisio. Dei scientia ostenditur dupliciter.

9 Annuntiaui, *sicut patet, Gen. 15. d. vbi denuntiauit Abrahæ peregrinationem seminis sui futuram in Aegyptum: & inde redituram quarta generatione; & sicut denuntiauit, ita postea in effectum produxit, ideo subditur,*

10 Repente, &c. *Et causa huius reuelationis & consimilium subditur.*

11 Sciui enim q. durus es tu. &c. *s. ad credendum veritatem & pronus ad idololatriæ falsitatem: ideo,*

12 Prædixi. *s. longè factum.*

13 Ne forte diceres, *si euenissent absque mea denuntiatione,*

14 Quæ audisti, *per me reuelata.*

15 Vide omnia, *sicut prædixi adimpleta & sic potes scire, quod ego feci & non idola.*

16 Vos autem non annuntiastis, *sed ego qui reuelaui Abrahæ & aliis prophetis.*

17 Audita feci, *Hic ostenditur propositum ex aliquorum occultatione. Sicut enim Deus aliqua reuelauit Iudæis antequam fierent, ne idolis eorum ascriberentur, vt dictum est: ita aliqua non reuelauit eis, ne præcognitio idolis adscriberetur: & hoc est quod dicitur:* Audi ti. fec. &c. *i. antequam fierent, vt dictum est parte præcedenti: & sic continuat se ad præcedentia.*

18 Et conseruata sunt. *i. nota apud me tantum.*

Quæ

MORALITER.

† 1 *Audite hæc.* In hoc, secundùm sensum litteralem describitur duplex liberatio. Prima est liberatio Iudæorum à captiuitate Babylonica, quæ fuit facta per Cyrum; Secunda est liberatio fidelium omnium à seruitute dæmonis, quæ facta est per Christum. Prima verò fuit figura secundæ: & ista secunda quæ est liberatio à dæmonis seruitute figura est tertiæ liberationis. s. à corruptione præsentis miseriæ: quæ erit in futura resurrectione: Sicut enim ea quæ fuerunt in vet. testam. figurauerunt ea quæ sunt in nouo secundum quod dicitur 1. Cor. 10. c. *omnia in figura contingebant illis:* sic ea quæ sunt in ecclesia militante, suo modo figurant & repræsentant ea quæ sunt in ecclesia triumphante. Vnde dicit Hugo de sancto Victore: Supernæ matris gaudia repræsentat ecclesia. In ecclesia verò triumphante nulla est figura, sed omnia sunt ibi clara absque ænigmate: ideo de ciuitate cælesti dicitur Apoc. 21. *Et templum non vidi in ea; dominus enim omnipotens templum est eius.* Igitur prima liberatio mysticè exponitur de secunda: & ideo sicut Cyrus primam liberationem fecit, & per nuntios & litteras in suo imperio publicauit, vt habetur primo Esdræ primo. sic Christus qui secundam liberationem fecit, eam in orbe per apostolos suos & discipulos alios publicauit: sicut dicitur Marc. vltim. d. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, &c.*

Tres liberationes quarum prima secundæ, & secunda tertiæ est figura. In Ecclesia triumphante nulla est figura. Auctores primæ & secundæ liberationis.

† Secun-

a *Propter nomen meum.* Scilicet ne violaretur. *longe faciam;* feci. s. furorem meum ne disperderem te, quia adorasti vitulum: *& laude mea.* (vt me scilicet laudares:) *Infrenabo te.* lege mea.

† ORIGENES lib. 5. contra Celsum. Ignem Deus mundo illaturus est, non vt coquus aliquis, sed vt beneficus erga eos, qui dolore afficiendi sunt & igne indigent; vnde sacræ litteræ truciora quædam edicunt, vt eos perterrefaciant, qui aliter nequeunt à peccatis auerti; quod docet Isaias, *Propter nomē meum ostendam tibi furorem meum, & gloriosa mea inducam super te, ne te perdam.*

b *In camino paupertatis.* HIER. lib. 13. Purgando per paupertatem, diuitias tuas dando hostibus; vel in Ægypto, vbi ostenditur diuitiis & paupertate plerosque tentari.

† PROCOPIUS. Fornacem paupertatis, seruitutis locum appellat,

nescis. [7] Nunc creata sunt, & non extunc & ante diem: & non audisti ea, ne fortè dicas: ecce ego cognoui ea. [8] Neque audisti, neque cognouisti, neque extunc aperta est auris tua. Scio enim, quia præuaricans præuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te. [9] Propter nomen meum longe faciam furorem meum: & laude mea infrenabo te, ne intereas. [10] Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis: [11] propter me, propter me faciam, vt non blasphemer, * & gloriam meam alteri non dabo. [12] Audi me Iacob, & Israel quem ego voco. * Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. [13] Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cælos. Ego vocabo eos, & stabunt simul. [14] Congregamini omnes vos, & audite, quis de eis

Interlinear glosses: a A me. b Apud me antequam fiant. c Cognouisti. d Quo creata sint. e Quo implecantur. — a A diis tuis. a A diis meis. — a Ex quo apud me fuerunt. b Audiens ea. c Cordis vel corporis. — a Legem Moysi. b In aduentu filij legem Euangelij. — a Ex quo legem accepisti, quia illico idolum adorasti. b Quando de Ægypto liberatus, quasi meo vtero conceptus es. Alias ventre. c Ne vilescat. Non tuum meritum. d A te. Differendo. — a Feci scilicet ne disperderem. Reducendo à captiuitate. b Vt me laudes. c Freno legis, vt quasi iumentum me sequaris. — a Fornace tribulationis. b Quia non es purgatus. — a Misericordiam meam. b Non pro meritis vestris liberabo vos. — a In gentibus, quasi impotens liberare. b Laudem. c Idolo. d Ne videatur oppressisse populum Dei. — a Carnalis. b Nomine non re. c Ad pœnitentiam, & salutem. Viuus. Initium. — a Finis. Mortuus. Quia viuo & fui mortuus. b Filius. vnde: Omnia in sapientia fe. — a Filius. b Cælos. c Coram me. — a Vt meæ pateant visioni. b Cæli vel omnes creaturæ, vel filij Israel. c Quæ dicturus sum. d Cælis vel creaturis.

lat, in quo eos qui ad Deum adacti sunt, etiam mendicare necesse fit.

c *Audi me Iacob.* HIER. lib. 13. Eisdem adhuc loquitur quibus dixerat: *Audite me domus Iacob*, qui vocamini nomine, non re Israel. *Multi enim vocati, pauci verò electi.* Ideo non electos, quia nondum Saluatorem receperant, sed vocatos appellat.

d *Ego ipse.* † PROCOPIUS. Eos ad suæ diuinitatis meditationem inuitat, cùm se principium non habere significat; legitur verò de vnigenito, *Ego primus & vltimus:* quod nō obscurè significauit, cùm vixisse se & mortuum fuisse, adiecit. Est enim idem vitæ initium & finis, quia seipsum exinaniuit, vt serui formam acciperet.

e *Congregamini omnes vos.* Quid ergo gloriatur terra & cinis & ignorans fragilitatem suam?

a Annun-

Margin: Salutares Dei punitiones. *Suprà 41. Matth. 20. b. Apoc. 1. *Suprà 41. b. & 44. a. Apoc. 1. d. Eccl. 10. b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quæ nescis, *id est, in effectu posita.*
2 Non extunc, *id est, longè antequam essent, horam, in qua facta sunt illa, cognouisti. Cuius ratio subditur,*
3 Ne fortè dicas ecce cognoui. *per me, vel per idola, antequam fierent, ideo subditur:*
4 Neque audisti, *ab idolis tuis.*
5 Neque cognouisti, *per te ipsum.*
6 Neque extunc, &c. *& subditur causa.*
7 Scio enim, &c. *id est, scio pronitatem tuam ad idololatriam.*
8 Et transgressorem ex vtero, &c. *aliàs de ventre, id est, de deserto in quo portabam te, quasi mater puerum in ventre: ibi enim fabricauit populus Israel vitulum conflatilem, & adorauit hostias immolando, Exod. 32. & ideo aliqua sunt illi populo celata vel velata vsque ad horam euentus, ne ex pronitate eius ad idololatriam attribueret idolis istam præcognitionem.*
9 Propter nomen meum. *Hic remouetur quædam obiectio; quia posset aliquis dicere ex quo Deus præsciuit malitiam & pronitatem huius populi, non debuit eis tot bona fecisse: hoc remouet dicens, quod illa non fecit propter populum, sed propter nomen suum: & hoc est quod dicitur,* Propter nomen meum longè faciam, *id est, feci (Et loquitur de præterito per modum futuri, sicut frequenter fit in prophetis) Quia tunc penitus non te deleui, vt seruarem promissum meum ad Abraham, Isaac & Iacob de conseruando semen eorum: propter quod dicente domino Moysi, Exod. 32. c.* Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos; *Moyses orauit dominum dicens:* Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum quibus iurasti, &c.
10 Et laude mea infrænabo, &c. *id est, in frena subigam, occupando te in ceremoniis.*
11 Ne intereas, &c. offerendo, *scilicet Idolis; ista fuit vna de causis multiplicationis ceremonialium.*
12 Ecce excoxi te, *per tribulationes multiplices in deserto, & postea in terra promissionis per reges Assyriorum & Babylonia.*
13 Sed non quasi argentum, *quasi dicat, semper in te remansit aliquid impurum.*
14 Elegi te in camino paup. *id est, in Aegypto, vbi in paupertate & afflictione coquebas lateres in camino.*
15 Propter me, &c. *id est, propter honorem meum seruandum: Et duplicatur,* propter me, *ad maiorem assertionem.*
16 Faciam, *scilicet liberationem tuam & saluationem.*
17 Vt non blasphemer, *à dicentibus, quod non tenerem ad patres prædictos fidelitatem.*
18 Et gloriam meam, *id est, cultum mihi debitum,*
19 Alteri non dabo, *id est, dari licitè non concedam.*
20 Audi me. *Hic consequenter ostenditur potentia Dei liberantis, & hoc ex creatione rerum de nihilo, ad quam requiritur potentia infinita, quia inter nihil & aliquid non est proportio aliqua: & hoc est quod subditur,*
21 Ego ipse, *& non alius, supple, est creator.*
22 Ego primus & ego nouissimus. *à quo dependet omne esse creatum.*
23 Manus quoque mea fundauit. *hoc dicitur, quia terra est pars infima mundi, sicut fundamentum in domo.*
24 Et dextera mea mensa est cælos. *In Hebræo habetur,* Palmizauit cælos, *id est, palmo mensurauit: per quod intelligitur facilitas mensurationis, sicut est in eo quod mensuratur palmo hominis.*
25 Ego vocabo eos, *id est, corpora cælestia, imponendo eis propria nomina, Psal. 146. a.* Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocat.
26 Et stabunt simul. *i. parati sunt ad obsequium meum: & sic ostenditur Dei potestas non solùm ex rerum creatione, sed etiam ex earum gubernatione.*
27 Congregamini omnes vos. *Postquam Isaias denuntiauit Dei liberantis conditionem, hic consequenter denuntiat ipsam liberationem: & secundò liberationis modum & ordinem, ibi,* Egredimini. *Circa primum sciendum, quod liberatio populi de Babylone facta per Cyrum, figura fuit liberationis à potestate dæmonis facta per Christum: & ideo primò ponitur liberatio prima; & secundò secunda, ibi,* Accedite ad me; *Modus est enim istius prophetæ, (vt frequenter dictum est suprà) denuntiando statum illius populi simul denuntiare mysterium Christi. Circa primum dicitur,* Congregamini omnes vos, *id est, vos Iudæi.*
28 Et audite, *vocem domini loquentis per os prophetæ.*
29 Quis de eis, *id est de Chaldæis, de quibus suprà fecerat mentionem.*

Annun-

Margin: Iudæorum populo ingrato Deus quare tot beneficia contulit. Causa multiplicationis ceremonialium sub veteri Testam. Ad creationem requiritur potentia infinita. Diuisio. Liberatio de captiuitate Babylonica figura fuit liberationis factæ à Christo.

MORALITER.

† Secunda verò liberatio mysticè exponenda est de tertia. Christus enim per passionem suam aperuit gloriæ ianuam, & tunc liberati fuerunt patres in limbo detenti, & cùm Christo resurgente surrexerunt aliqui: sicut dicitur Matth. 27. f. *Multa corpora sanctorum surrexerunt, &c.* Et hæc resurrectio particularis, figura fuit resurrectionis generalis, quæ erit in fine mundi: & tunc *creatura, quæ ingemiscit & parturit, liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei,* vt dicitur ad Rom. 7. & hæc sufficiant pro mysticatione huius capituli.

Margin: Resurrectio.

a ¶ Cyrum & Darium, quia dimisit populum suum.

a annuntiauit hæc? Dominus dilexit eum: faciet volunta-

¶ Quia interficiet eos.

b c tem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis.

a ¶ De Cyro per prophetas meos vel de filio.
b ¶ Proprio nomine, per Isaiam, antequam nasceretur. c ¶ Scilicet filium in carnem mihi.

d [15] Ego ego locutus sum & vocaui eum, adduxi eum, & di-

¶ Ab oriente contra Babylonios.
a ¶ Non Cyri, qui idololatra, sed Christi qui peccatum non fecit, nec inuentus est, &c.
b ¶ Filius ad Gentes: Venite ad me omnes qui laboratis & oner. estis, & ego resi. vos.

recta est via eius. [16] Accedite ad me, & audite hæc. Non à

a ¶ Multi enim audierunt quæ Moysi in monte Sina locutus sum.

principio in abscondito locutus sum. Ex tempore ante-

a ¶ Quæ facta sunt. ¶ In patre. b ¶ Pater. c ¶ Incarnari constituit. d ¶ Filium.

e quam fierent, ibi eram: & nunc dominus Deus misit me,

a ¶ Conceptus est de Spiritu sancto. b ¶ Apostolos alloquitur. c ¶ Sanguine.

& spiritus eius. [17] Hæc dicit dominus Deus redemptor tuus

¶ Euangelium.

f sanctus Israel: Ego dominus Deus tuus docens te vtilia,

¶ Prædicationis. ¶ Optantis affectu. a ¶ Mente. ¶ O Israel vel apostoli.

gubernans te in via qua ambulas. [18] Vtinam attendisses man-

a ¶ Quia inde. b ¶ Abundans. c ¶ In cælo.

data mea. Facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua

a ¶ Hyperbole, Huc illucque redundans. b ¶ Innumerabilis. c ¶ Spirituale apostolicum.

g sicut gurgites maris. [19] Et fuisset quasi arena semen tuum,

a *Annuntiauit hæc.* A Quòd Cyrus Babylonem destrueret, vel quòd filius meus de virgine nasciturus esset.

b *Dominus dile. eum.* Hæc propriè ad Christum pertinent. Possunt tamen ad B Cyrum referri, & ad Darium vsque ad locum illum; *Directa est via eius.*

c *Suam.* quia [illegible] eam. Vel, filius in mundo redimendo eum, qui & Chaldæos, (scilicet dæ- C mones) eiecit. vnde, *princeps huius mundi eiicietur foras.*

d *Vocaui eum.* Cyrum, vel filium, per Gabrielem dicẽs: *Et vocabis nomẽ eius Iesum.* D

e *Misit me.* HIER. lib. 13. Totam Trinitatem breuiter, plenè & apertè distinguit. † PROCOPIVS. Ego cum patre tunc aderam, cùm de rebus istis consilium agitaret. Iam verò & me pater ipse & sancti- E tatis eiusdem spiritus, ad ea quæ ab ipso decreta sunt exequẽda, mittendum censuit.

f *Ego dominus.* Qui Israel futura promitto. Reddit causam F quare eos prius afflixerit.

g *Et fuisset quasi arena semen.* † PROCOPIVS. Per semen eos

NICOLAVS DE LIRA.

1 Annuntiauit hæc. *s. mala eis futura per Cyrum. q. d. nullus etiam de vobis hæc annuntiare potuit.*

Quomodo dominus dilexit Cyrum.

2 Dominus dilexit eum. *s. Cyrum. Circa quod sciendum, quòd diligere est velle alicui bonum. Deus autem promouit Cyrum ad dignitatem regni de statu infimo & vili: vt dictum fuit, suprà 45. & sic delexit eum quantum ad bonum regni & Monarchiæ, non tamen quantum ad bonum gratiæ & gloriæ; quia licet Deum cæli confessus fuerit, vt habetur 1. Esdræ 1. tamen cum hoc idola coluit. vt dictum fuit supra 15. c.*

3 Faciet voluntatem, &c. *s. Dei in Babylone, Chaldæos propter peccata sua puniendo secundum ordinem diuinæ iustitiæ, & Iudæos inde liberando.*

4 Ego ego locutus sum. *in persona Dei hoc dicitur, qui mentiri non potest.*

5 Et vocaui eum, *ad dignitatem regni:*

6 Adduxi eum. *contra Babylonem,*

7 Et directa est via, *per victoriam sequentem.*

Diuisio.

8 Accedite, *Hic consequenter denuntiatur liberatio à potestate dæmonis figurata per liberationem à captiuitate Babylonis. Hæc autem liberatio facta est per missionem filij Dei in mundum: ideo primò describitur hæc missio; secundo facta per eum liberatio, ibi,* Hæc dicit. *Circa primum est aliquantulum immorandum, quia ibi exprimitur sanctæ trinitatis mysterium. Sciendum igitur quod illud quod hic dicitur:* Non à principio, &c. *secundum doctores catholicos & Hebræos intelligitur de datione legis in monte Sinai, quæ non fuit data occultè, sed manifestè, intantum quod totus populus audiebat vocem domini loquentis quantum ad decem præcepta decalogi: vt habetur Exo. 22. & sic quod dicitur hic,* Non à principio, &c. *non est verbum Isaiæ qui legem non dedit, sed ipsius Dei: & in hoc conueniunt catholici & Hebræi. Quod autem subditur.* Exten. an. fie. ibi eram. *i. antequã lex daretur. Et in Hebræo habetur,* A principio sui esse ego ibi. *i. à principio dationis legis. Quod exponunt aliqui Hebræi de persona Isaiæ dicentes, quod omnes prophetæ fuerunt in monte Sinai, & ibi acceperunt à Deo prophetias suas, sicut Moyses legem: futuris tamen temporibus secundum ordinationem Dei ab eis pronuntiandas; & secundũ hoc subdit Isaias,* Et nunc dominus Deus misit me & spiritus eius. *s. ad denuntiandum prophetiam, quam tunc acceperant s. ipso tempore dationis legis. Sed istud dictum est falsum; quia post dationem legis Isaias fuit natus, s. per 600. annos & amplius: multi etiam prophetæ adhuc posterius. s. Ieremias, Ezechiel, Daniel, Aggæus, Zacharias, & plures alij. Si autem dicatur quòd animæ prophetarum extunc vel ante fuerunt creatæ, & sic fuerunt ibi prophetæ secundum animas: Hoc non solum est contra doctores catholicos & Philosophos (qui dicunt animam hominis non præcedere corpus duratione) sed etiam contra aliquos doctores Hebræos: vnde super illud Zachar. 12. a.* Ego formans spiritum hominis in medio eius, *vbi translatio nostra habet,* Fingens spiritum eius in eo; *dicit quædam glo. Hebraica, quod creator creat animam cum perfectione figuræ corporis humani; & ita dicunt philosophi, quia anima est actus primus corporis physici orga. & c. 2. de anima. Hoc etiam apparet Gene. 1. vbi dicitur quod formato corpore Adæ.* Deus inspirauit in faciem spiraculum vitæ. *Ergo quod dicitur hic,* Ex tempore antequam fierent ibi eram, *vel* à principio sui esse, Ego ibi: *non potest intelligi de Isaia. Hoc etiam patet in quodam libro apud Hebræos authentico, vbi ista littera inducitur, dicta in persona Dei, sicut & præcedens immediate. s.* Non à principio in abscondito locutus sum; *& eodem modo quod subditur in eodem contextu, & sub eodem versu,* Et nunc misit me dominus, &c. *in persona Dei dicitur: Si enim ad personam Isaiæ referretur, esset ibi principium noui versus, vt esset distinctio inter personas loquentes: nunc autem in Hebræo vnicus est versus qui ibi incipit,* Accedite ad me, *&c. & terminatur, ibi,* Et nunc dominus Deus misit me, & spiritus eius, *inclusiue. Ex dictis patet mysterium sanctæ trinitatis, quia hic expreßè dicitur Deus missus à Deo & spiritus eius, inter missum & mittentẽ est personalis distinctio: & sic apparet distinctio personalis ipsius filij missi à patre & spiritusancto, à quibus missus est in carnem pro mundi salute; Resumatur ergo littera à principio cum dicitur,* Accedite, *hoc verbum est filij Dei, vt patet ex prædictis, qui excitat attentionem audientium ad significandum quod vult dicere aliquid magnum, scilicet sanctæ trinitatis & incarnationis filij mysterium.*

Error Iudæorum, quod Prophetæ omnes prophetias suas tũc acceperunt cum Moyses legem accepit.

Datio legis in monte Sinai.

Anima non prius creata quàm corpus.

Mysterium sanctæ Trinitatis.

9 Non à principio, *s. dationis legis,*

Cur datio legis filio appropriatur?

10 In abscondito locutus, &c. *quia in manifesto eam dedi. Circa quod sciendum, quod licet lex illa fuerit data à tota trinitate, cuius opera sunt indiuisa: tamẽ ista datio appropriatur filio; Sicut enim illa quæ pertinent ad potentiam appropriantur patri, & quæ ad bonitatem spiritui sancto: ita quæ pertinent ad sapientiam appropriantur filio: cuiusmodi est datio legis, & propheticæ cognitionis, & similium.*

11 Ex tempore antequam fierent ibi eram: *cum patre & spiritusancto secundum diuinitatem.*

12 Et nunc. *i. tempore gratiæ,*

13 Dominus, *i. Deus pater,*

14 Misit me, *ad humanitatis assumptionem,*

15 Et spiritus eius, *qui est tertia in trinitate persona.*

16 Hæc dicit. *Hic consequenter describitur liberatio facta per filium incarnatum, & hoc per suam sanctam doctrinam & opera, cum dicitur,* Hæc dicit dom. de. red. *i. Dei filius incarnatus, qui redemptor est mundi, & vnus Deus & dominus cum Patre & Spiritu sancto.*

17 Sanctus Israel, *i. sanctificans Israel,*

18 Ego dominus, *ratione deitatis,*

Consilia Euangelica.

19 Docens te vtilia, *i. Euangelica consilia, quæ licet non sint necessaria ad salutem, disponunt tamen ad perfectionem: Christus enim quantum ad moralia præcepta non addidit nisi consilia.*

20 Gubernans, *in præsenti vita, quæ est via ad patriam; & quia licet doctrinam Christi plures Iudæi acceperint, tamen multo plures recusauerunt, vt patet in Euangeliis & actibus apostolorum; ideo subditur,*

21 Vtinam attendisses, *quantum enim ad credenda Christus plura docuit tamquam de neceßitate salutis, vt de articulo sanctæ Trinitatis, & Incarnationis, de Baptismo, & consimilibus.*

Quæ bona perdiderunt Iudæi Christum persequentes.

22 Facta fuisset sicut flu. pax tua. *Videlicet quantum ad pacem temporalem, quia Romani non venissent ad destruendum locum & Gentem, quæ destructio fuit in vindictam mortis Christi, & quantum ad pacem internam conscientiæ, & pacem supernæ gloriæ finaliter consequendam, sicut angeli clamauerunt in natiuitate Christi credentibus affuturam. Luc. 2. b.* Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, &c.

23 Et iustitia, *id est valdè abundans, quia iustitia quæ est per fidem Christi, illa est iustitia abundans.*

24 Et fuisset quasi arena semen tuum. *Id est, filij tui, & filiæ fuissent multo*

☞ eos intellige, qui non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt. Iudæos enim corporaliter propagari etiamsi prophetiæ non paruerint pro pari contigit. Neque enim magnum quid consequentur, si qua ratione videmus in vermibus effici, corpore multiplicentur.

Idem Hieron. lib. 13.

Exigua vel nulla est carnalis prolis multitudo si absit virtus.

a *Non sitierunt.* HIER. lib. 13. De Ægypto venientibus ad litteram. De captiuitate autem Babylonis redeuntibus hoc in re impletum fuisse non legimus, sed hyperbolicè accipiendum

¶ Idem: Filioli mei, quos iterum parturio, donec for. &c. a ¶ Arenæ. b ¶ Semen. c ¶ Semper essent veri Israelitæ, vel Christianum nomen: A Christo enim omnes filij apostolorum Christiani dicuntur.

& stirps vteri tui vt lapilli eius. Non interiisset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea. [20] Egredimini de Babylone: fugite à Chaldæis. In voce exultationis annuntiate: auditum facite hoc, & efferte illud vsque ad extrema terræ. Dicite: Redemit dominus seruum suum Iacob. [21] Non sitierunt in deserto, cùm educeret eos: aquam de petra produxit eis: & scidit petram, & fluxerunt aquæ. [22] Non est pax impiis dicit dominus.

a ¶ Israel. b ¶ O Iudæi de Babylone permittente Cyro, vel fideles de mundo. a ¶ Si non corpore, vel mente. b ¶ O Iudæi liberationem: vel, O vos apostoli animarum redemptionem. a ¶ Prædicando. a ¶ O Iudæi, vel apostoli. b ¶ Pretio sanguinis. ¶ De Babylone vel de mundo. c ¶ Ad litteram. ¶ Vel supplantatores vitiorum. d ¶ Egressi de Babylone sub Zorobabel & aliis ducibus: Egressi de Ægypto non solùm sitierunt, sed murmurauerunt. a ¶ Sæculi. b ¶ De Babylone vel de mundo. a ¶ De Aegypto venientibus ad litteram. b ¶ Permisit scindi. c ¶ Latus Christi. d ¶ Ablutionis. e ¶ Christus, qui est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. a ¶ Increduli qui in errore remanserunt, qui de petra bibere non meruerunt.

dum est, sicut cetera multa; apostolis autem gratia Spiritus sancti de Christo profluxit. *Non sitierunt*, fideles de mundo mente exeuntes, satiati aqua sapientiæ.

b *Scidit petram.* Petra erat Christus. Scinditur in partes sermo diuinus, vt quem totum suscipere non possumus, per partes sumamus.

c *Et [illegible]erunt aquæ. Vnus milit[illegible] lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis nostræ redemptionis, & aqua baptismi*, baptismum, & martyrium dedicans nobis.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

Numerus interfectorum Iudæorum in obsidione vrbis per Titum.

☞ *multo plures quam sunt: quia in destructione Ierusalem propter Christi mortem multi Iudæi fuerunt interfecti, videlicet decies centum millia à principio obsidionis vsque ad finem: & in captiuitatem ducti nonaginta septem millia, vt dicit Egesippus illorum temporum vicinus li. 5.*

1 Et stirps vteri tui, *i. filij & filiæ.*

2 Vt lapilli eius. *i. maris. Repetitio est eiusdem sententiæ. Vocantur etiam hic semen & filij & filiæ omnes qui credidissent doctrinæ Iudæorum, si fidem Christi recepissent.*

3 Non interiisset. *i. non fuisset destructio iam dicta.*

4 Egredimini. *Postquam Isaias denuntiauit duplicem liberationem, s. per Cyrum & per Christum, hic consequenter describit vtriusque ordinem, siue modum: & primo primæ; secundo secundæ, cap. se. Circa primum dicit*, Egredimini de Babylone, *Quasi dicat, prope est destructio eius per Cyrum & exercitus ipsius.*

5 Fugite à Chaldæis, *quia non solum ciuitas metropolis fuit capta à Cyro, sed etiam tota regio.*

6 In voce exultationis annuntiate. *s. hanc destructionem applaudendo diuinæ iustitiæ: & etiam liberationi Iudæorum, quæ post destructionem facta est per Cyrum.*

7 Dicite, Redemit. *s. in liberatione de captiuitate Babylonica, reducite etiam ad maiorem tamquam grati liberationem de seruitute Aegypti.*

8 Non sitierunt in deserto, *cum exirent de Aegypto: per hoc non excluditur sitis generaliter, quia filij Israel exeundo de Aegypto passi sunt pluries sitim in deserto, vt patet Exod. 15. & 17. & Num. 20. sed excluditur sitis ducens ad periculum mortis. Et quia dominus subuenit eis, ideo subditur.*

9 Aquam de petra, &c. *vt patet Exo. 17. & Nu. 20.*

Aqua de petra data Iudæis cùm exiissent de Ægypto.

10 Non est pax impiis. *quia quantumcumque dominus præstaret eis hæc beneficia & plura alia, fuerunt tamen multi mali in populo Israel contra dominum murmurantes, qui mortui fuerunt vagabundi in deserto. vt habetur Num. 14. Non enim potest istud de productione aquæ de petra exponi conuenienter de reditu captiuitatis Babylonicæ, quia non legitur tunc dominum talia fecisse. Et non est verisimile, quod Esdras & alij, qui illum reditum descripserunt, hæc tacuissent, & ideo melius exponitur modo dicto de reditu de Aegypto.*

☞ CAP.

ADDITIO I.

In capitu. 48. *vbi dicitur in Postil.* Propter nomen meum longe faciam:

Quod in propheticis scripturis frequenter fit sermo de futuro per modum præteriti, ratio est propter certitudinem prophetiæ prout communiter dicitur; sed quod de præterito per modum futuri fiat sermo: hæc ratio non sufficit, sed assignanda est alia.

ADDITIO II.

In eodem capitulo vbi dicitur in Postilla, Et laude mea infrenabo te.

Quid sit Laude mea infrenabo te.

Per diuinam laudem homo ascendit in Deum per affectum, intantum quod per hoc retrahitur ab his, quæ sunt contra Deum: & hoc est quod hic dicit propheta, Laude mea infrenabo te, *ne intereas secundum sanctum Thom. in 2. 2. quæst. 91. quæ videtur magis propria expositio quam illa quæ in Postil. continetur de laude.*

ADDITIO III.

In eo. ca. vbi dicitur in postil. Et dextera mea mensa est cælos.

Per hoc quod dicitur: Dextera mea palmizauit cælos, *secundum Hebraicam litteram, non solum intelligitur facilitas mensurationis, sed etiam mensurationis debita congruentia, seu coaptatio ad rem quæ ædificari intenditur; sicut ille qui palma aliquid mensurat, sic vt non excedat nec deficiat ab intento, secundum illud, Sap. 11. d.* Omnia fecit dominus numero, pondere & mensura.

Cur vtatur sacra Scriptura vno tempore pro alio.

REPLICA. *In cap. 48. Postil. exponit illum passum:* Propter nomen meum furorem meum longè faciam, *Id est, feci, ponendo futurum pro præterito. Burg. dicit vsitatum in propheticis ponere præteritum pro futuro, propter certitudinem prophetiæ: Sed ponere futurum pro præterito habet aliam rationem, quam tamen non assignat; Potest autem præter alias rationes dici, quòd prophetæ vtuntur & sacra scriptura de Deo loquentes verbo omnium temporum indifferenter: quia æternitas soli Deo conueniens coexistit omnibus differentiis temporum, sicut dictum est suprà Exo. 30.*

In eodem capitulo vbi dicitur. Et laude mea infrenabo te ne intereas: *hoc frenum dicit Posti. ceremoniales obligationes quib. populus tenebatur, ne ad idola deflueret. Burgen. autem hoc factum paruipendens, dicit illam laudem fore ascensum mentis in Deum per affectum tam feruidum, vt per hunc tamquam per frenum retrahatur ab his quæ sunt contra Deum. Sed manifestum est ex littera, quòd illi Iudæi, de quibus hic dicitur, huiusmodi affectum non habuerunt ad Deum: quia coluerunt Deum timore seruili.* Dum enim tribularentur ad dominum clamauerunt, *vt dicitur de hoc populo in multis locis sacra scriptura. Tempore autem prosperitatis defluxerunt ad idola. ideo dicitur de eodem,* Populus hic labiis me honorat, &c. *Vnde alia est laus Dei quæ procedit à libera voluntate, quàm quæ à seruili obligatione: Prima non habet rationem freni, sed libertatis, quia fit amore iustitiæ; Secunda habet rationem freni, quia fit timore pœnæ. Prima non retrahit à malo, sed tendit in bonum, quod fit liberè sine freno: Secunda autem retrahit à malo, sed non afficitur ad bonum. Et quod de prima hoc non dicatur, sed de secunda probat sanctus Thom. exponens hunc locum & dicens:* Infrenabo, *id est, obligabo te ad ceremoniales laudes meas, ne sacrificia idolis offerens intereas. Et adducit ad id concordantiam Psal.* In chamo & freno maxillas eorum constringe. *Puto hic & alibi Burgensis oculos odio vel liuore cæcatos vt videre non potuit, quòd vilipendendo Postil. sanctum Thom. vilipendit: cuius tamen dicta dicit in prologo sui operis igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine mutipliciter purgata; & tamen hic Burgen. pro sui erroris confirmatione allegat sanctum Thomam secunda secundæ quæstione 91. vt eum sic relinquat in contradictione.*

Matth. 15. a

Psal. 31. c

ANNOTATIO.

Iste commentarius non est Sancti Thomæ, nec assertiue ab Ipso Postill. illi tribuitur vt videri possit ex postill. in cap. 8. huius libri. Sed solemne est. Replicatori simulare & dissimulare, congerere corradere & confingere quicquid faciat ad odium Sancti Doctoris & eius sequacium. Vnde qui sine aliquo Puto *diceret Thoring odio & liuore cæcatos oculos haberet multa per totum hoc opus Replicarum haberet quo suam assertionem tueretur. Et hæc sit vna generalis responsio ad omnes Thoringianas calumnias & conuitia: quæ nescio cur aliqui voluerunt hic reponi nisi vt iste luat æternas pœnas sui operis quod aliàs fortè bene periisset.*

CAP. XLIX.

a A Vdite insulæ. HIER. lib. 13. Post reliquiarum Israel vocationem, & infidelium obiectionem (de quibus, *Non est pax impiis dicit dominus*) sub insularum nomine alloquitur in persona filij Ecclesias de Gentibus.

Sa. 48. d.

b *Attendite populi.* † PROCOPIVS. Intuere, vti de præsentibus loquatur dominus, deque alio domino, per ea quæ sequuntur, suam ipse natiuitatem & seruitutem, ceteraque eiusmodi explicans disputet, cùm ait, *Dominus de ventre vocauit me, de vtero matris meæ recordatus est nominis mei.* Habuit enim ante incarnationis tempus, nomina naturæ suę congrua, Deus, vita, lumen, sapientia, virtus, & similia; sed Christus, & Iesus & *nobiscum Deus, ad ea quæ *œconomiam secuta sunt tempora, referuntur vnde sunt & illa, *Et paries filium & vocabis nomen Iesum*, cuius vt interpretatione doceret, *ipse enim populum suum à peccatis eorum liberabit*, adiunxit. At nobiscum Deus, ex naturæ & œconomiæ ratione inditum est, vt Iesus à facultate & viribus.

* Emmanuel. * Incarnationem ita vocant Græci sicut Theologiam mysterium diuinitatis.

Matt. 10. d. c *Gladium acutum, Non veni pacem mittere sed gladium*, malos. s. à bonis separans.

† PROCOPIVS. Tamquam gladium acutum esse ait, qui dignos ab indignis separet: nam & ipsa euangelij promulgatio, gladius aduersus diaboli tyrannidem extitit; dedit nobis & ipsum spiritus gladium, id est, verbum Dei, cuius ope dæmonum fraudes propellimus. Conueniet & sanctis ipsis oratio: indeque est quod spiritu oris sui Ananiam & Saphiram Petrum interfecisse legimus: quod Ezechiam item Rabsacæ exercitum precibus fudisse, quod Paulum denique verbo oris sui Elymam occæcasse.

Gladius verbi Dei vel orationis.

CAP. XLIX.

a ¶ Ecclesiæ fluctibus sæculi vndique concussæ.

a b A Vdite insulæ, & attendite 1
a ¶ Ab extremis terræ.
populi de longe. Domi- 2
a ¶ Vocabis nomen eius Iesum.
nus ab vtero vocauit me:
a ¶ Antequam nascerer.
de ventre matris meæ recor- †
a ¶ Per Gabrielem dicens: Vocabis nomen eius Iesum.
b ¶ Vt spiritu oris sui interficiat impium.
¶ Verba oris mei. vnde, Gladius spiritus, quod est verbum Dei.
datus est nominis mei, a & posuit b os meum 3
a ¶ Protectione. b ¶ Potentiæ diuinitatis.
c quasi gladium acutum: in vmbra manus suæ 4
a ¶ Ab omni malo, vt vilitas carnis tegeretur potentia diuinitatis.
vnde: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus, &c.
b ¶ Super alias, prophetæ enim & apostoli sagittæ sunt: Sagittæ potentis acutæ.
d protexit me, & posuit me sicut sagittam ele- 5
a ¶ In carne. b ¶ Vnde supra: Tu es Deus absconditus. c ¶ Diuinitatem.
ctam: in pharetra sua abscondit me, & dixit mi- 6 7
a ¶ Obediens vsque ad mortem. b ¶ De genere Israel secundùm carnem. 8
c ¶ Pater in me manens, ipse facit opera. 9
e hi: Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. 10 11

d *Sicut sagittam.* † PROCOPIVS. Est verò à patre etiam sagitta electa positus, vt eos feriat qui spiculis eius digni sunt, quo more se dilectione percussam anima dixit; idem nimirum in carne (quam vt dignis tantum cerneretur, assumpsit) tamquam in pharetra reconditus.

Sagitta amoris diuini. E Cant. 2.

† ORIGENES Hom. 2. in Cant. Quàm bonum est hoc iaculo vulnerari! Hac sagitta vulnerati fuerunt illi, qui inter se inuicem conferebant, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?*

Luc. 24.

† HILARIVS in Psal. 119. Intelligimus hanc sagittã vtilem esse ad configenda nostra vitia. In pœna cõscientiæ malos configit hęc sagitta, in dilectis vitia & peccata vulnerat & sanat. Estque deuastans carbo, & purgans, deuastat malos, & purgat bonos. F

e *Gloriabor.* Quod non in aliis seruis: *Pater glorificaui nomen tuum.* Et alibi: *Exurge gloria mea, &c.*

Ioan. 17. a. Psal. 56. b.

† PROCOPIVS. Corpore quidem, quod à seruis duxerat, seruus dicatur Christus; genere autem, quod ab Israele, Israel: Sed tamquàm Dei virtus rebus ipsis quæ operatur, eum cuius virtus est, gloria afferat, in forma serui factus.

Et

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XLIX.

A Vdite insulæ. *Hic consequenter describitur modus. s. secundæ liberationis factæ per Christum. Sciendum tamen, quod aliqui doctores catholici totum istud capitulum exponunt de liberatione facta per Cyrum. Sed istud non videtur verum, quia populus de Babylone rediens non fuit in tanta prosperitate, quanta describitur hic: imò fuit in multa angustia, & paupertate, sicut dictum est suprà 35. c. & in pluribus aliis locis. Præterea sic exponẽtes magis Iudaizant quantum ad hoc, quàm doctores Hebræorum antiqui, qui aliqua dicta in hoc cap. referunt ad tempus Christi. s. illud*: Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ, *& per consequens alia quæ annectuntur huic sententiæ, consequenter vel antecedenter, Quod autem ita sit, patet in glos. magna super Genes. 41. c. vbi mouetur talis quæstio de Messia*: Poterit ne dici, quòd redemptor cùm venerit, sit leuans facies. i. acceptor personarum secundùm modum loquendi Hebraicum? & respondetur ibi: Absit: sed omnes confitentes ei corde & ore & operibus saluabit, sicut scriptum est Ierem. 23. b. *In diebus illis saluabitur Iuda & Israel, &c.* ac si dicat: Confitentes ei: & sic dicitur Isa. 9. b. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ: *Hæc gl. Secundùm omnes doctores catholicos intelligitur ad litteram de Christo, vt plenius videbimus, quando erimus ibi, domino concedente: & per consequẽs alia quæ ad idem inducuntur de c. isto*: Dedi te in lucem Gentium, &c. *secundùm auctorem vel auctores illius intelligitur ad litteram de Christo. Item Act. 13. g. hæc auctoritas*: Dedi te in lucem, &c. *à Paulo & Barnaba inducitur tamquàm dicta ad litteram de conuersione Gentilium ad fidem Christi. Item, Ra. Sa. dicit, quòd habetur versus finem huius cap.* Numquid tolletur à forti præda, &c. *intelligitur de Esau, per quem intelligit Romanum imperium, quia cum aliis Iudæis expectat per Messiam futurum liberari de seruitute in qua sunt: & sic secundùm eum referendum est ad tempus Christi, quod verum est. Sed expectant futurum, quod per Iesum Nazarenũ impletum est: propter quod dicit Mat. 17.* Ergo liberi sunt filij: *& loquitur de tributo Romano imperatori reddendo. Igitur exponendo capitulum secundùm hunc sensum in duas partes diuiditur. Quia primò ponitur modus saluationis; Secundò tollitur metus desperationis, ibi*, Et dixit Sion. *Prima in duas, quia primò ponitur Saluatoris conditio; secundò subditur salutis operatio, ibi*, Et ego dixi. *Circa primum dicitur.*

Quantum ad aliquid antiquiores Hebræorũ interpretes rectius exposuisse hoc cap. quàm aliquos Catholicorũ.

Ad tempora Christi referendam prophetiam huius cap.

1 Audite insulæ. *Hic excitatur attentio, vt per hoc designetur nuntiandæ rei magnitudo.*

2 Dominus ab vtero, &c. *Hoc dicitur in persona Christi hominis, de quo adhuc existente in vtero matris dixit dominus per angelum suum ad Ioseph.* Vocabis nomen eius Iesum, Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum Matt. 1.

3 Et posuit os meum. *In quo notatur efficacia verbi Christi ad præscindendum vitia.*

4 In vmbra manus suæ, *i. potestatis suæ.*

5 Protexit me, *non enim fuit captus à Iudæis, nisi quando voluit, & se obtulit, Ioan. 18. a.* Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire.

6 Et posuit me sicut sagittam electam. *In Hebræo habetur: Claram. i. limatam: per hoc intelligitur puritas & claritas doctrinæ Christi.*

7 In pharetra sua, *i. in sua prouidentia.*

8 Abscondit me, *vsque ad tempus reuelationis meæ.*

9 Et dixit mihi, Seruus. *ratione humanitatis in qua accepit formam serui, Phil. 2. a.* Semetipsum exinaniuit for. ser. ac. &c.

10 Israel. *sic nominatur Christus, qui de populo Israel natus: & ratione interpretationum, quarum vna est, Videns Deum; quia anima Christi vidit diuinam essentiam ab instanti suæ creationis. Alia interpretatio est, Directus cum Deo: quod optimè cõuenit Christo homini, quia eius humanitas est instrumentũ diuinitatis coniunctũ ei, & sic in omnibus mouetur secundũ deitatis instinctũ.*

Christus nominatur Israel.

11 Quia in te gloriabor. *Per miracula, diuina potestatis & excellentiæ demonstratiua.*

Et

MORALITER.

† 1 *Audite insulæ, &c.* Capitulum illud litteraliter exponitur de modo liberationis factæ per Christum. Moraliter autem potest exponi de modo liberationis ecclesiæ per bonum prælatum: Qui primò cognoscit promotionem suam à domino factam dicens:

Modus liberationis Ecclesiæ per bonum prælatum.

2 *Dominus ab vtero, &c.* i. de studio sacræ scripturæ vocauit me ad regimen ecclesiæ suæ: & hæc est debita vocatio, non de curiis principum & tumultibus sæcularium negotiorum.

† *De ventre, &c.* Repetitio est eiusdem sententiæ per alia verba.

3 *Et posuit os meum quasi gladium.* Per sanam doctrinam hæreses & vitia rescindentem.

4 *In vmbra manus suæ protexit me.* A dæmonum peruersitate.

6 *Et posuit me sicut sagittam, &c.* à longo ferientem: ideo signat doctrinam sanam datam in scripto, quæ non solùm docet præsentes, sed etiam futuros.

7 *In pharetra sua, &c.* Per specialem mei custodiam.

8 *Et dixit mihi, &c.* Diuina celebrando.

11 *Quia in te gloriabor*, id est, per te gloriam meam ostendam aliis exemplo vitæ, & verbo doctrinæ. Et quoniam dicitur Luc. 17. cap. *Cùm omnia quæ præcepta sunt feceritis, dicite: Serui inutiles sumus.* Ideo subditur verbum boni prælati,

† Ego

a *Et ego dixi.* HIER. lib. 15. Quaſi dicat, quomodo te glorificaui, à qui magnam partem Iudæorum ad te reuocare non potui? Hic autem liberum hominis monſtratur arbitrium: Dei enim eſt vocare, noſtrum credere: ipſo tamen adiuuante, vt iuſti voluntatis præmium conſequantur.

Liberum arbitrium.

† PROCOPIVS. Putant nonnulli illud *fruſtra laboraui*, ex prophetæ perſona dici, ſed propriè magis ad ſaluatorem referatur, qui auditis ſuperioribus, iſta reponat: Enim verò pater quomodo in me glorificaberis, cum multis pro ſalute hominum laboribus ſublatis, nihil profecerim, multis adhuc in infidelitate permanentibus, & ipſis Iudæis?

Ex cuius perſona dicatur illud, *fruſtra laboraui*.

b *Ergo iudicium, &c.* HIER. Iudicabit pater, vtrùm omnia fecerim eis quæ debui: *Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi.* Et alibi, *Ego te glorificaui ſuper terram.*

Ioan. 17. a. Ibidem.

c *Opus meum.* IBID. Alij: Labor & dolor meus: quia fleuit ciuitatem. Et ait in Pſalm. *Quæ vtilitas in ſanguine meo?* Iuxta Hebraicum, pendens in cruce longè à ſalute mea verba lamentationum meorum.

Pſal. 29. b.

d *Glorificatus.* IBID. Quaſi dicat, Ego Iudæos perdidi, ſed glorificatus ſum in Gentibus: vnde, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.*

Matt. 28. d.

¶ Patri. a ¶ Quantum ad incredulos. b ¶ Patiendo. c ¶ Quia non profuit eis.

a [4] Et ego dixi: In vacuum laboraui ſine cauſa, & vanè fortitu- 1

¶ Moriendo. 2

b dinem meam conſumpſi. Ergo iudicium meum cum do- 3

a ¶ Quod feci eis. ¶ Coram. ¶ Reſpondet filio ſcilicet conquerenti in vacuum laboraui. ¶ Pater. 4

c mino, & opus meum cum Deo meo. [5] Et nunc hæc dicit do-

a ¶ Quia ex vtero formatur, ſeruus appellatur: vnde; De ventre matris meæ Deus meus es tu.
b ¶ Per fidem. c ¶ Errantem, deſerto creatore, idola colentem: vnde, Non veni niſi ad oues quæ perierant domus Iſrael.

minus, formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducam Iacob 5

¶ Tamen. ¶ In vnitate fidei. 6

d ad eum, & Iſrael non congregabitur. Et glorificatus ſum 7

a ¶ Secundum hominem. b ¶ In reſurrectione. 8

in oculis domini, & Deus meus factus eſt fortitudo mea.

a ¶ Conſolando, ſuper abiectione populi mei. b ¶ LXX. Magnum eſt tibi, vt voceris puer meus.
c ¶ Tibi. d ¶ A morte animæ.

[6] Et dixit: Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tri- 9

a ¶ Tantum. b ¶ Quæ vitio ſuo corruerunt. c ¶ Deſpectiuè. ¶ Ad fidem. d ¶ Et ideo. ¶ Pro illis. 10
e ¶ O Iſaia. ¶ Etiam. f ¶ Vt gentes illuminatas ad fidem adducas. 11

bus Iacob, & feces Iſrael conuertendas? * Dedi te in lucem 12

¶ Meorum. 13

Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. [7] Hæc 14

¶ Pater. ¶ Fidelium ¶ Sanctificans a ¶ Chriſtum. 15

dicit dominus redemptor Iſrael ſanctus eius, ad contem- 16

a ¶ Vidimus eum deſpectum, &c. 17
b ¶ Chriſtum, qui ante Pilatum & Caipham tamquam ſeruus iudicatus eſt. 18

e ptibilem animam, ad abominatam Gentem, ad ſeruum 19

a ¶ Ad litteram, vel quorum cor in manu Dei. b ¶ In honorem tuum. 20
¶ Glorificationem tuam implendo, & ſalutem Gentium. c ¶ Eccleſiæ. 21

f dominorum. Reges videbunt & conſurgent principes, & 22

Parum eſt. LXX. magnum eſt. † PROCOPIVS. Magnum re vera opus extitit, cùm ad ſeruitutem formatus eſſet filius, ad humanæ naturæ ſalutem, quam condidit, ſerui formã aſſumere. Atque inde eſt quod glorificatur, tanquam rapinam minimè arbitratus eſſe ſe æqualem Deo.

e *Abominatam.* Chriſtum & Nazaræos eius, quos quotidie Iudæi in Sinagogis maledicunt: quia propter eos regnum, locum, & Gentem amiſerunt.

Iudæi quotidie Chriſtũ & Chriſtianos maledicunt.

f *Reges.* Propheta ad filium. *Reges vi.* te venientem ad iudicium. *Reges*, ſcilicet apoſtoli & alij qui cum domino iudicabunt.

ſupra 41. b.

† PROCOP. Adorabunt omnes tum demum præcipuè, cùm venerit in patris dextera cum angelis ſuis:

a In

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ego dixi. *Hic conſequenter ponitur ſalutis operatio, & primò reſpectu Iudæorum; ſecundò reſpectu Gentilium, ibi,* Et glorificatus ſum. *Circa primum ſciendum, quod labores Chriſti ieiunando, vigilando, docendo, prædicando, & omnia alia, erant ad noſtram ſalutem ordinata, ſecundum quod dicitur Pſalm. 73. c.* Operatus eſt ſalutem in medio terræ: *& quamuis principaliter miſſus fuerit ad prædicandum Iudæis in perſona propria, propter quod dicit Mat. 15. cap.* Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael; *tamen pauci Iudæi comparatiuè ad alios crediderunt: & quantum ad illos dicit,*

Labores Chriſti ad noſtram ſalutem ordinati.

2 In vacuum laboraui, *Propter incredulitatem Iudæorum. Et ad idem facit quod ſequitur,*

3 Sine cauſa & vanè, *licet enim mortuus fuerit in ætate virili, tamen ex laboribus videbatur iam antiquus, & in parte conſumptus: propter quod dixerunt ei Iudæi. Ioan. 8. g.* Quinquaginta annos nondum, &c.

4 Ergo iudicium me. cum domino. *quia ipſe videt, quod nihil omiſi de contingentibus ad ſalutem Iudæorum.*

5 Formans me ex vtero. *quia ab inſtanti incarnationis fuit diuinitus corpus Chriſti formatum & animatum, & ſic ex tunc perfectus fuit Chriſtus omnibus ſcientiis, & chariſmatibus*

6 Vt reducam Iacob ad eum. *id eſt populum Iſrael deſcendentem à Iacob, ad quem docendum fuit miſſus, vt dictum eſt.*

7 Et Iſrael non congregabitur, *in ouili domini per ſuſceptionem fidei, quia pro maiori parte in infidelitate ſua permanſit. Sicut enim Iacob & Iſrael ſunt duo nomina vnius perſonæ Gene. 32. ita ſunt hic nomina vnius populi ab illo deſcendentis. Poteſt etiam hæc littera exponi, vt quod dicitur hic,* Vt reducam Iacob ad eum, *intelligatur de illis qui crediderunt ex populo Iudæorum, ſicut fuerunt apoſtoli aliique diſcipuli multi, vt habetur in Actibus apoſtolorum. Et quod ſubditur,* Iſrael non congregabitur, *intelligitur de illis qui remanſerunt increduli.*

Iacob & Iſrael.

8 Glorificatus ſum. *Hic conſequenter deſcribitur operatio ſalutis quantum ad Gentiles, qui fidem Chriſti receperunt: & diuiditur in duas partes; quia primo deſcribitur huius ſalutis operatio, & ſecundo ſubditur gratiarum actio, ibi,* Laudate cæli. *Circa primum dicitur in perſona Chriſti,* Et glorificatus ſum, *inter credentes nomen meum, quod factum eſt virtute Dei patris: ideo ſubditur,*

Diuiſio.

9 Et dixit: parum eſt vt ſis mihi ſeruus. *in humanitate aſſumpta ad ſuſcitandas tribus Iacob de morte infidelitatis ad vitam fidei, ſecundum quam dicitur Abac. 2. a.* Iuſtus autem ex fide viuit,

10 Et feces Iſrael, *Id eſt vitia,*

11 Conuertendas, *in virtutes.*

12 Dedi te in lucem Gentium, *Per ſuſceptionem luminis fidei,*

13 Vt ſis ſalus mea, *Id eſt, à me miſſa & data,*

14 Vſque ad extremum terræ. *Et hoc modo dicit Chriſtus apoſtolis, Act. 1. a.* Eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

15 Hæc dicit dominus, *ſ. Deus pater.*

16 Redemptor Iſrael, *quia dedit filium pro eius redemptione,*

17 Sanctus eius, *i. ſanctificator,*

18 Ad contemptibilem animam. *i. Chriſtum denominando à parte totum: qui in humanitate aſſumpta contemptibilis apparuit infrà 53. b.* Quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus, &c.

19 Ad abominatam Gentem, *i. primitiuam eccleſiam, quam ſupra modum abominati ſunt principes Iudæorum, vt patet in actibus apoſtolorum in pluribus locis, ſimiliter poſtea multi Romani imperatores, vt Nero, Domitianus, Diocletianus, Maximianus, & multi alij eam toliter exterminare quærentes.*

20 Ad ſeruum dominorum. *i. populum catholicum: quia tunc Chriſtiani frequenter condemnabantur ad metalla fodienda, & alia opera ſeruilia facienda.*

Perſecutores Chriſt.

21 Reges videbunt. *miracula in virtute nominis Chriſti fienda per apoſtolos, & eorum ſucceſſores:*

22 Et conſurgent principes, *ad ſtatum fidei Chriſtianæ, quod maximè patuit tempore Conſtantini.*

Et

MORALITER.

† 1 *Ego dixi:* In vacuum laboraui, &c.

4 *Ergo iudicium me. cum Domino.* i. gratiam eius tantum expecto, ideo ſubditur,

5 *Formans me,* ex infuſione ſuæ gratiæ.

6 *Vt reducam Iacob, &c.* ſ. ſimplicem baptizatum.

7 *Et Iſrael.* i. litteratus ſuperbus cum ſanctis non ſociabitur; Vnde beatus Aug. cùm legiſſet vitam Pauli ſimplicis fertur dixiſſe: Simplices & illiterati rapiunt cælum, nos autem cum litteris noſtris trudimur ad infernum.

Auguſtinus de Paulo ſimplice.

8 *Et glorificatus ſum, &c.* ſ. in ſpe. Sed quia bonus prælatus non ſolum in ſua diœceſi proficit, ſed etiam in aliis, ſicut patet de beatis Auguſtino & Ambroſio & ſimilibus, qui per libros ab eis conditos proficiunt toti eccleſiæ Dei; ideo dicitur à domino ſibi,

9 *Parum eſt, &c.* Sequitur.

11 *Dedi te in lucem Gentium, &c.*

15 *Hæc dicit dom.* quoniam ſub bono prælato proficiunt magni & parui, ideo ſubditur, *Hæc dicit dom. &c. ad contemptibilem animam, &c.* in quo notantur parui,

21 *Reges videbunt & conſurgent principes*, in quo notantur magni.

8 Et † Et

a In tempore placito. Passionis, resurrectionis, in quo placuit Deo redimere genus humanum.

† PROCOPIVS. Fuerat enim ante mundi constructionẽ præcognitũ Christi mysterium, sed his emicuit temporibus, quibus præpotenti placuit. Itaque incarnationis tẽpus diei nomine significat, vt Paulus: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*

Incarnationis tempus diei nomine significatur.

b *Super vias pascentur, &c.* † EVSEBIVS lib. 2. de demonstr. ca. 21. Veteri lege cautum erat, ne quis extra Ierosolymitanum templum sacrificia Deo offerret, aut vesceretur ante dominum: Ecce quomodo iam in lege noua, in omnibus viis pascuntur, & in omnibus viis pascua fidelium sunt.

* infr. 51. c.

Dilatatio Ecclesiæ, angustiæ Synagogæ.

a ¶ Te. c ¶ Cum venerit in gloria patris cum angelis. b ¶ Patrem.

& adorabunt propter dominum, quia fidelis est: & sanctum Israel [1] [2]

a ¶ In salutem mundi. b ¶ Pater ad filium. c ¶ Gratiæ de quo: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc di. sa. d. ¶ Dicentem: Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus cla. te, &c.

a qui elegit te. [8] Hæc dicit dominus: In tempore placito exaudiui te, & [3] [4]

a ¶ Humanæ. b ¶ In cruce. c ¶ Dicentis: Quare me dere. d ¶ Morte superata. ¶ A morte superata. c ¶ Amicitiæ & charitatis.

in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te, & dedi te in fœdus po- [5] [6] [7]

¶ Fidelis. a ¶ Ad vitam animæ. b ¶ Iudæorum, qui credere noluerunt. c ¶ Terrenos qui in idololatriæ iacebant erroribus. d ¶ Gentes: Postula à me, & dabo tibi Gen. here. tu.

puli, vt suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas, [9] vt di- [8] [10]

a ¶ Per varios errores. ¶ Funiculis peccatorum: Funibus enim peccatorum suorum quisque constringitur. b ¶ Infidelitatis & ignorantiæ, qui lucem videre non poterant. c ¶ Illuminamini.

ceres his qui vincti sunt, exite: & his qui in tenebris, reuelami- [11] [12] [13]

a ¶ Et sic. b ¶ Conuersi lumen Christi aspicientes. ¶ Doctrinas apostolorum, & prophetarum. c ¶ Dominus pascit, & nihil mihi deerit, &c. d ¶ Apertis scripturis. ¶ Erit. e ¶ Pasti abte. f ¶ Panem verbi.

b ni. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. [10] Non [14] [15]

a ¶ Aquam sapientiæ. b ¶ Aduersa sæculi non nocebunt. Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. c ¶ Christus qui in misericordia sua redemit.

esurient neque sitient, non percutiet eos æstus & sol: quia misera- [16] [17] [18]

a ¶ Benedicite domino de fontibus Israel. Et alibi: Haurietis aquas de fontibus saluatoris. b ¶ Veteris & noui testamenti.

c tor eorum reget eos, & ad fontes aquarum portabit eos. [11] Et ponam [19] [20] [21]

a ¶ Impedimenta mundi, vel apostolos, qui via aliis. ¶ Eis. b ¶ Planam. c ¶ Gradientes super semitas meas. d ¶ Quibus paratur via.

omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. [12] Ecce isti [22] [23] [24]

a ¶ Ab Oriente. b ¶ Ad fidem ad vnitatem ecclesiæ. c ¶ Alij fideles. d ¶ Quasi ab omnibus mundi partibus. ¶ Occidente.

de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Au- [25]

a ¶ Ergo. ¶ Dominum de salute humani generis. b ¶ O Angeli. c ¶ Habitatores terræ. d ¶ Ex immensa cordis lætitia. e ¶ Præeminentes virtute.

strali, * [13] Laudate cæli, & exulta terra: iubilate montes laudẽ, quia cõ- [26] [27] [28]

¶ Per filium. ¶ Pater. a ¶ Fidelem, qui scilicet ex Iudæis crediderunt. ¶ Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. ¶ Gentium quæ sine lege & sine Deo. ¶ Qui deserti dæmonibus subiacebant.

d solatus est dñs populũ suũ, & pauperũ suorum miserebitur. [14] Et dixit [29] [30]

c Et ponam omnes mon. † PROCOPIVS. Dicas & montes peculiariter magis animas eas, quæ rerum præclare gestarum virtutisque gloria, dum in terris versantur, in altum eriguntur. Humiles autem eos quos de quatuor mũdi cardinibus spiritus sancti participes effectos, diabolica seruitute Christus liberauit.

De animatus præclaris & nobilibus.

d *Dixit Sion.* HIER. lib. 13. Ierusalem & Sion quatuor modis dicitur: Terrena, s. de qua, *Ierusalẽ quæ occidis prophetas.* Congregatio iustorum in terra positorum, vnde: *Diligit dominus portas Sion.* Multitudo cælestium virtutum & sanctorum iam cum domino regnantium, vnde, *Quæ sursum est libera est, quæ est mater nostra.* Et illa quam

Ierusalem & Sion quatuor modis dicuntur.

Matth. 23. d.

Psal. 85. a.

Gal. 4. d.

c Et ☞ Iudæi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ado. propter do. *Scilicet patrem.*
2 Quia fide. est. *Mittendo redemptorem mundo, sicut patribus promiserat.*
3 Et san. Israel. *Id est, sanctificatorem eius.*
4 Qui elegit te, *Scilicet, Christum hominem ad opus redemptionis humanæ.*
5 Hæc dicit do. *Id est, Deus pater,*
6 In tempore placito, *Id est gratiæ,*
7 Exaudi. te. *Omnis enim oratio Christi ad patrem fuit exaudita quæ processit secundum deliberatiuam voluntatem.*
8 Et in die salutis, *Id est, in die passionis, qua operatus est salutem, in medio terræ.*
9 Auxiliatus sum tui, *Dando constantiam patiendi.*
10 Et serua. te. *Recipiendo animam tuam in morte, & præseruando corpus à corruptione.*
11 Et de. te, &c. *Vt per te Deo fœderaretur.*
12 Vt su. ter. *i. habitantes in terra à morte culpæ ad vitam gratiæ.*
13 Et possideres he. dissipatas, *Id est, nationes Gentium diuersis erroribus laceratas.*
14 Vt diceres his qui vin. sunt, *Consuetudine peccandi,*
15 Exite, *Per veritatem pœnitentiæ:*
16 Et his qui in tenebris sunt, *Scilicet ignorantiæ,*
17 Reuelamini, *In veritatis cognitione.*
18 Super vias pascentur, *Id est, in obseruatione mandatorum & consiliorum:*

19 Et

19 Et in omnibus planis. *Id est, in sanctorum exemplis, quæ sunt ita plana, quod possunt ab omnibus videri.*
20 Pascua eorum. *Quia magis ædificant exempla, quam verba.*
21 Non esurient neque sitient. *Ex hoc enim patet, quod non intelligitur de reditu captiuitatis Babylonicæ, quia numquam sic est impletum: sed de redemptione facta per Christum, quæ quidem habet effectum in consecutione vitæ beatæ, vbi nullum sentitur malum, & habetur omne bonum. Ideo subditur*
22 Et ad fontes aquarum potabit eos, *Per quod designatur quies appetitus in bono adepto.*
23 Et ponam omnes montes, &c. *Per hoc intelligitur remotio impedimentorum publicationis Euangelij per discursum apostolorum aliorumque discipulorum, vt fuit dictum supr. 40. cap. Ideo subditur,*
24 Ecce isti de longe. *Scilicet ad fidem per prædicationem:*
25 Et ecce illi ab Aquilone, &c. *Id est, de omni parte terræ habitabilis aridæ, & insularum maris.*
26 Laudate cæli. *Hic consequenter ponitur huius beneficij gratiarum actio, cum dicitur,* Laudate cæli. *Id est, angeli, qui sunt ciues cæli, & Christo nato gratias agentes cantauerunt,* Gloria in altissimis Deo, &c. *Luc. 2. b.*
27 Et exulta terra. *Id est, habitantes in terra, quantum ad minores & mediocres,*
28 Iubilate montes laudem, *Quantum ad maiores:*
29 Quia consola. est dominus, *Per modum prædictum,*
30 Et dixit Sion. *Hic consequenter tollitur metus desperationis: Et primo redemptionis fiendæ per Cyrum; secundo respectu redemptionis fiendæ per Christum, quia ista duo simul tanguntur à propheta, vt dictum est supra; secunda ibi,* Leua in circuitu. *Circa primum dicitur,* Et di. Sion. *Id est, illi qui fuerunt habitatores Sion.*

Vita beata.

☞ De-

MORALITER.

† 1 *Et adorabunt propter dominum Deum, &c.* Proficientes in bono ex tua doctrina. Et quoniam boni prælati Deum deprecantur pro tali profectu populi sui subditur,
5 *Hæc dicit dominus: In tempore placito exaudiui te, &c. suscitares terram.* Id est, homines terrenos à morte culpæ.
13 *Et possideres hereditates, &c.* Id est, animas peccatis laceratas.
14 *Vt diceres his qui vincti sunt,* Consuetudine peccandi, quæ est quædam catena ligans peccatorem in culpa.
16 *Et his qui in tenebris sunt,* Scilicet, ignorantiæ.
18 *Super vias.* s. mandatorum Dei, & consiliorum.
† *Pascuntur,* Doctrina tua.

Consuetudo peccandi.

19 *Et in omnibus planis.* Id est, sanctorum exemplis, quæ de plano etiam à simplicibus capiuntur.
20 *Pascua eorum,* Id est, refectio mentis.
21 *Non esurient, &c.* s. illi qui perducti fuerint ad cæli gaudia.
23 *Et ponam omnes montes in viam.* Id est, impedimenta prædicationis auferam, nam & prælati, qui ratione status montes possunt dici, dant proficere valentibus auctoritatem prædicandi in omnibus partibus suæ diœcesis; Ideo subditur,
24 *Ecce isti de longe venient,* Et quoniam ex tali profectu laudandus est Deus: Sequitur,
26 *Laudate cæli,* Id est, Angeli,
28 *Et exulta terra,* Id est; habitatores terræ: nam vtrique debent de conuersione peccatorum gaudere.

Exempla Sanctorum.

Quos prælati licentiare debeant ad prædicandum.

Iudæi, & nostri Iudaizantes, fingunt descendere de cælo ornatam secundum Apocalypsim Ioan. Sciendũ autem quia congregatio sanctorum in captiuitate Babylonis, hoc dicit, *Dereliquit me do.*

Apoc. 21.

a *Ecce in manibus, &c.* HIER. Ex hoc discimus, Ierusalẽ in regione Palæstinæ non esse quærendam: quæ totius prouinciæ deterrima & saxosis montibus exasperata penuriam fontium patitur.

Palæstina qualis sit regio.

b *Structores.* IBID. Apostoli & alij. Culpa Iudæorum, id est, Scribarũ & Pharisæorũ destructa es, prædicatione quorumdã Iudæorum, i. apostolorum tam de Iudæis, quam de Gentibus congregata es.

Qui Iudæos dissiparunt & qui congregarunt?

a ¶ Congregatio sanctorum. b ¶ Captiuam. c ¶ Iam diu. d ¶ Sed.

Siõn: dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei. Numquid

¶ Hier. Responsio domini naturali similitudine vtentis.

obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vte-

a ¶ Non. b ¶ Tamen. ¶ Quasi: Plus aliquid dicam. c ¶ Duritia mentis vincens iura naturæ. d ¶ Creator. e ¶ Creaturæ. ¶ Semper sanctorum animas in medio corde retinebo.

ri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. [16] Ecce in

a ¶ LXX. Super manus meas depinxi muros tuos. b ¶ Vt semper videam & memorem te, ne te arbitreris penitus derelictam. c ¶ Patriarchæ & prophetæ qui orationibus suis te muniunt.

manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis semper. [17] Ve-

a ¶ Scribæ & Pharisæi traditionibus suis. b ¶ Prauis exemplis suis doctores praui; vt sequaris traditiones hominum non legem Dei. c ¶ Capti à Romanis. d ¶ Leuate oculos vestros & videte regiones, quia iam albæ sunt ad messem.

nerunt structores tui, destruentes te & dissipantes à te exibunt. [18] Leua

a ¶ O apostoli & primitiua ecclesia.

in circumitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, vene-

a ¶ Iurando securos facit, hoc est iuramentum veteris testamẽti. b ¶ Hier. Fidelibus tam Iudæis quàm Gentibus: Felix qui tantus est, vt ornamentum ecclesiæ dicatur.

runt tibi. Viuo ego, dicit dominus: quia omnibus his velut orna-

a ¶ Ornaberis. b ¶ Ecclesia quæ est Christi corpus: vnde eis tamquam de vna persona loquitur, iuxta primam regulam Ticonij. c ¶ Infidelium.

mento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa. [19] Quia deserta

a ¶ Sine Deo. b ¶ Veniente Euangelio. c ¶ Quia subintrabunt fideles.

tua, & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ, nunc angusta erunt præ

a ¶ Romanis. b ¶ A Deo separabant à falsa doctrina & operatione mala. c ¶ Pharisæi & Scribæ. ¶ Persecutores.

habitatoribus: & longè fugabuntur qui absorbebant te. [20] Adhuc

a ¶ O primitiua ecclesia. b ¶ Quia diu sterilis fuisti. c ¶ In Iudæa, in synagogis.

dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ. Angustus est mihi locus:

a ¶ In toto mundo in ecclesiis. b ¶ Latius, ne comprimar blasphemiis Iudæorum. c ¶ Admirando, non valens magnitudinem lætitiæ tuæ ore proferre.

fac spatium mihi, vt habitem. [21] Et dices in corde tuo: Quis genuit

a ¶ Filios. b ¶ Eram. c ¶ In generatione fidelium. ¶ Deo. d ¶ In Babylonem.

mihi istos? Ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua: & istos

¶ Filios. a ¶ A Deo viro meo. b ¶ Filij. ¶ Miratur quomodo tam cito tales & tot genuerit.

quis enutriuit? Ego destituta & sola, & isti vbi hic erant? Hæc dicit

a ¶ Pater. b ¶ Quasi: Non mireris vnde filios habeas, &c. ecce, &c. c ¶ Reuelo, qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt.

dominus Deus. Ecce leuabo ad Gentes manum meam: & ad popu-

† prius persequebantur ecclesiã, post adiuuere eam vehementer. Sed quia multi eorum in suis iniquitatibus mortui erãt, adiunxit, *& qui desolauerunt te, discendet à te.*

c *Omnes isti congregati.* IBID. Iudæi ex omni natione, quæ sub cælo est, in die Pentecostes: dispersi enim fuerant tẽpore Machabæorum ab Antiocho Epiphane. Ex his crediderunt vno die tria millia; altero quinque millia. Gentes quoque ex omnibus partibus mundi quotidie congregãtur ad fidem ecclesiæ.

Congregatio Iudæorũ & gentium ad Christi fidem.

Act. 2. 4.

d *Ornamento.* IBID. Variis spiritus sancti gratiis, quibus ornatur spõsæ ambitio, de qua dicitur: *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.*

Psal. 44.

e *Ego sterilis.* IBID. Quia post Aggæum, & Zachariam, & Malachiã, qui

† AVGVSTINVS lib. 1. de vnitate ecclesiæ cap. 7. Breui ædificaberis (ô ecclesia) ab his à quibus euersa es, id est, à regibus terræ qui prius

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dereli. me. do. *Hoc dicebant Iudæi in Babylonem ducti, post destructionem ciuitatis & templi; quod remouetur cum subditur,*

2 Numquid obliuisci potest. *Et patet littera.*

3 Ecce in manibus meis descripsi te, *Id est, ita te habeo in memoria, sicut illud quod tenetur manu.*

4 Muri tui, *Scilicet ciuitatis & templi,*

5 Coram oculis, *Quia prauideo eorum reparationem.*

6 Venerunt structores tui, *Id est, citò venient: scilicet Zorobabel & Iesus filius Iosedech, ad readificationem templi, & Neemias ad readificationem ciuitatis.*

7 Destruentes te, *Id est, conantes te destruere.*

8 A te exibunt. *Quod patet impletum de Samaritanis, quos noluerunt reuersi de captiuitate associari sibi in templi readificatione, vt habetur 1. Esdr. 4. & similiter, de ædificatione ciuitatis, dixerunt eis Neemia 2. d.* Vobis non est pars & iustitia & memoria in Ierusalem.

9 Leua. *Hic remouetur metus desperationis respectu redemptionis fiendæ per Christum, In primitiua enim ecclesia erant credentes pauci, & de humili plebe, & persecutionibus principum oppressi, vt patet in Act. Apo. propter quod æstimari posset de facili, quòd totum citò deberet annihilari: & ideo denuntiat ecclesia primitiuæ multiplicationem magnam fidelium; & primò denuntiatur hæc multiplicatio; secundo remouetur quædam obiectio, ibi,* Numquid tolletur. *Circa primum dicitur,* Leua in circumitu oculos tuos, *i. ad omnes partes orbis.*

A quam tenui principio cœpit Ecclesia.

10 Et vide, *multitudinem populi ad te per fidem venientis.*

11 Omnes isti congregati sunt, *In fide formata charitate.*

12 Omnibus his velut ornamento vestieris, *Multitudo enim fidelium est ecclesiæ ornamentum.*

13 Quia deserta tua, &c. *Sic vocat terram Iudææ, quia post passionem Christi à Romanis fuit destructa.*

14 Nunc angusta erunt, *Id est, omnes fideles non possent ibi capi propter quod apostoli aliique discipuli pro maiori parte egressi sunt inde ad alias partes mundi pro dilatatione fidei.*

15 Et longè fugabuntur qui absorbe. *Id est, nitebantur absorbere: quia principes Iudæorum, qui conabantur ecclesiam nascentem absorbere, vt patet Act. 4. 5. & 8. & in pluribus aliis locis, per Romanos partim fuerunt trucidati, & partim captiuati.*

Fidelium incredibilis fere multiplicatio.

16 Adhuc dicent in auribus tuis fil. sterilitatis. *Id est, paucitatis fidelium.*

17 Angustus est mihi locus. *Quia, sicut dictum est, exierunt apostoli per diuersum orbem pro multiplicatione fidelium.*

18 Et dices in corde tuo, *Præ admiratione tantæ multiplicationis.*

19 Transmigrata & captiua, *Quia tempore persecutionis, quæ facta est sub Stephano, omnes fideles, qui erant in Ierusalem, dispersi sunt ad alias regiones, præter apostolos, Act. 8. illi etiam qui poterant capi, trahebantur ad carceres vt captiui, Act. 9. & modus hic multiplicationis ostenditur cum subditur.*

20 Hæc dicit dominus. Ecce leuabo ad Gentes, *Non fiet virtute humana, sed diuina.*

21 Manum meam, *in operibus miraculosis, quibus visis Gentiles conuertebantur.*

22 Et ad po. exal. sig. meum. *Id est, signum crucis.*

MORALITER.

† *Et dixit Sion.* Aliquando fuit ecclesia in tanta tribulatione, quod videbatur aliquibus Deus eam deseruisse, & adhuc magis videbitur Antichristi tempore, propter quod in eius persona dicitur, *Et dixit, Dereliquit me do.* propter quod Deus eam consolatur, dicens,

Grauissimæ Ecclesiæ tribulationes.

2 *Numquid obliuisci potest mulier infantem suum?* Quasi diceret, non; sic nec ecclesiam meam derelinquam.

4 *Muri tui coram oculis meis.* Id est, disposui te claudere clausura virtutum.

6 *Venerunt structores tui,* Id est, doctores sacri.

7 *Destruentes te,* id est, hæretici.

8 *A te exibunt,* A sacris doctoribus confutati. Promittit etiam ei multiplicationem fidelium & bonorum spiritualium, cùm dicitur,

9 *Leua in circuitu oculos tuos & vide: omnes isti, &c.* Et hoc modo litteraliter exposui vsque ad finem huius capituli: Nec occurrit mihi alia spiritualis expositio conuenientior hîc ponenda, nec eadem ratione in residuo libri huius quod simili modo litteraliter exposui, scilicet de Christo & ecclesiæ processu.

qui & Esdras, non hab[illegible] A prophetas, qui eos in lege [illegible] trirent, vsque ad Ioannem Baptistam.

a *Reginæ*. IBID. Idem, sed magis affectuosè. Vnde: *Astitit regina, &c.* Quæ s. quotidie Christi paruulos nutrit, & ad perfectam ætatem ducit.

† PROCOPIVS. Summum fore fidelibus honorē demonstrat, quod eorum nutritios reges, & reginas nutrices fore significat: imò & ipsa gentium imperia, demensis in pauperes, nutritiorum more, distributis, ecclesiæ subseruitura. Alias autem & ipsa vehemens sollicitudo, nutritiis gloriam conciliat, qui genuflexo in ecclesia terræ frontem allidunt, puluerem ipsum, vt ita dicam, propter fidem delingere gestiētes.

B Quantum voluit Deus principes sæculi deferre Ecclesiæ.

b *Adorabunt.* Venerabuntur secundum illud: *Adorabunt scabellum pedum eius*, in quo pede maiestas indicatur. Psal. 98. b.

C c *Puluerem pedum tuorū.* HIER. lib. 13. Omnem. s. terrenitatem verbo & exemplo mundabunt, secundum quod dictum est, *Quodcumque solueris super terram, erit solutum, &c.* vnde: *Excutite puluerem pedum vestrorum.* Matt. 16. c. Matt. 10. b.

† PROSPER lib. de promiss. promiss. 33. Prosternent se ad pedes tuos, ô ecclesia, & pedum tuorum puluerem lingēt, id est, basiabunt pedes principum ecclesiæ humiles, cum petent baptisma.

d *Quia hæc dicit dominus.* HIERONYMVS supr. Respondet quæstioni, quia hæc s. in aduentu suo compleantur.

a ¶ Filium. ¶ In vexillo crucis. b ¶ Crucem.
¶ Quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. c ¶ Tunc.
¶ O primitiua ecclesia. d ¶ Apostoli ad fidem: vel angeli post mortem ad requiem.

los exaltabo signum meum. Et afferent fi- 1
a ¶ Filioli mei quos it. p. b ¶ Verbo & opere. c ¶ Feminas, vel animas.
¶ Vnde: Lac vobis potum dedit, non escam.
lios suos in vlnis, & filias tuas super humeros
a ¶ Apostoli. b ¶ Quorum cor in manu Dei: vnde Abrahæ dicitur, Rex ad Deum tuum nobis es. c ¶ In lacte verbi.
a portabunt. [23] Et erunt reges nutritij tui, & regi- 2
a ¶ Supplices. ¶ Alias dimisso.
b næ nutrices tuæ. Vultu in terra demisso ado- 3
a ¶ O primitiua ecclesia, in capite tuo, qui est Christus.
c rabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.
a ¶ Per hæc omnia. b ¶ Non alius. c ¶ Trinitas. d ¶ Super me scilicet.
Et scies quia ego dominus, super quo non con- 4
¶ In iudicio. ¶ Fideles. a ¶ Per quemlibet sanctorum. 5
fundentur qui expectant eum. [24] Numquid tol- 6
a ¶ Diabolo. Cum fortis armatus custo. atrium suum, in pa. sunt omnia quæ possi.
b ¶ Humanum genus. c ¶ Idem. d ¶ Mundus in maligno positus est.
letur à forti præda, aut quod captum fuerit à
a ¶ Qui audet dicere: Hæc omnia dabo tibi si pro. a. me.
d robusto, saluum esse poterit? [25] Quia hæc dicit
a ¶ Humanum genus, captiuam duxit captiuitatem. b ¶ Diabolo.
c ¶ Per filium.
dominus: Equidem & captiuitas à forti tolle- 7
a ¶ Diabolo. b ¶ Per sanguinem filij.
tur, & quod ablatum fuerit à robusto saluabi-
a ¶ Dæmones, vel Gentes, vel Iudæos. b ¶ Iniuste.
b ¶ Et in præsenti & in die iudicij.
tur. Eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo, 8
a ¶ In fide. b ¶ A morte æterna. c ¶ In præsenti, & in futuro. 9
d ¶ Contrarias potestates. 10
e & filios tuos ego saluabo. [26] Et cibabo hostes 11
a ¶ Et pœna carnalitatis, scilicet suis peccatis. ¶ Non aliena morte, sed propria.
b ¶ Pœna sanguinis quem fuderunt.
tuos carnibus suis, & quasi musto sanguine suo
a ¶ Sic. ¶ Tunc. b ¶ Quæ videbit salutare Dei.
inebriabuntur. Et sciet omnis caro quia ego 12
a ¶ In sanguine filij. b ¶ Qui luctatus sum cum Iacob, vel fortitudinis Iacob auxiliator fui: vt in passione superatus, benediceret crucifigentibus, Pater ignosce illis, &c. 13
f dn̄s saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. 14 15

e *Carnibus suis.* Non aliena D morte, sed propria, vt qui carnales sunt, (quia domini spiritum perdiderunt) suis carnibus saturentur, vnde, *Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas.* Non enim spiritus qui incorporalis est, sed caro comeditur, ferocium bestiarum patens morsibus. Psal. 26. a.

f *Fortis Iacob.* Qui dedi fortitudinem Iacob luctandi cum angelo oratione, (vt aiunt) non manibus. Volebat enim angelus, qui eum custodiebat in peregrinatione, ad Deum recedere. Euicit autem oratione, vt eum benediceret, & audiuit: *Si cum Deo fortis es* (in oratione, scilicet) *quanto magis contra homines præualebis?* quasi & oratione contra Esau quem metuis, præualebis. Gen. 32. f. Lucta Iacob cum angelo fuit per orationem. E

† ORIG. hom. 7. in Numer. Tibi præstatur vt deuictis gygantibus, intres in regnū, quod illi perdiderunt, vt impleatur quod scriptum est, Quis accipiet à gygante spolia? Vnde dominus dicebat in Euangelio, *Nemo potest introire in domum fortis, &c.* Qui licet propter superbiam suam à domo cælesti sit deiectus, tu tamen nisi viceris illum, non intrabis in domum fortis. Neque vinci solum, verum & alligari oportet: nisi enim alligetur, haud tutum esse poterit iter nostrū. Nunc ergo quantum ad comparationem humanę & dæmoniacæ naturæ, nos locustæ sumus, & illi gygantes, si vero sequamur Iesum, tamquam nihil erunt in conspectu nostro. F Qui vicerit diabolum eius locum in cælo habebit.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et afferent filios suos. *Quia se & prolem suam offerebant apostolis aliisque discipulis, vt fierent filij ecclesiæ per susceptionem sacramenti baptismatis.*

2 Et erunt reges nutritij tui. *Hoc patet impletum in multis regibus & reginis, qui fidem catholicam suscipientes pascebant pauperes fideles.*

3 Vultu in terra demisso, &c. *Id est, habebunt te in maxima reuerentia quod patet impletum tempore Constantini, & aliorum regum Christianorum.*

4 Et scies, quia ego do. *Per experientiam tanti boni,*

5 Super quo non. *Quia finaliter consequuntur expectata.*

6 Numquid tol. *Hic remouet obiectionem, quæ posset fieri: Et primo ponit eam dicens,* Numquid tolletur à forti præda. *Tanta enim erat potestas principum Iudæorum in primitiua ecclesia, quòd primo conati sunt ecclesiam absorbere; & multo maior imperatorum Romanorum, qui postea idem attentauerunt, vt supra dictum est, quod non videbatur possibile ecclesiam erui de manibus eorum; Et per fortem hic intelligitur potestas Iudæorum, per robustum potestas Romanorum. Consequenter remouet hanc obiectionem, dicens,*

Mirum est Ecclesiam à Iudæis & Romanis exterminatam non fuisse.

7 Equidem, &c. à for. tol. *quia in vtraque persecutione non solum ecclesia fuit saluata, sed etiam mirabiliter multiplicata.*

8 Eos vero, *Id est, Iudæos & Romanos,*

9 Qui iudicauerunt te, *Iniuste,*

10 Ego iudicabo: *Inferendo pœnam debitam pro peccato, ideo subditur,*

11 Et cibabo hostes tuos carnibus suis, *Id est, istos satiabo de carnibus illorum, quia Romani multum sanguinem Iudæorum effuderunt; Iudæi etiam inter se multa bella intrinseca tunc temporis habuerunt, vt dicit Iosephus, multi etiam imperatores Romani persequentes ecclesiam per senatum ad mortem condemnati sunt, vt patet de Nerone, qui primam mouit persecutionem, & de Domitiano, qui mouit secundam.*

Malus exitus Iudæorum & Romanorum Cæsarū qui Ecclesiam persecuti sunt.

12 Et sciet omnis caro, *Id est, scire poterit omnis homo,*

13 Quia ego dominus saluans te: *Tantas enim persecutiones sustinuit ecclesia, quod quilibet rationabiliter scire potest, quod stetit sola virtute diuina.*

14 Redemptor tuus, *Proprio sanguine.*

15 Fortis Iacob, *id est, fortis supplantator diaboli, & sic Iacob est nominatiui casus, vel fortis ad defendendum populum meum catholicum & sic Iacob est genitiui casus vel datiui, nomina enim Iacob & Israel translata sunt ad populum catholicum, vt ostensum est supra.*

CAP.

ADDITIO.

In cap. 49. vbi dicitur in postill. Reges videbunt miracula in virtute Christi.

Iste versus, Reges videbunt, *punctuatur sic in Hebræo:* Reges videbunt & consurgent, *ibi punctus. Et est sensus quod reges videntes miracula Christi seu discipulorum eius, Consurgent, scilicet ad venerandam doctrinam Christi, eo modo quo dicitur Leuit. 19. g.* Coram cano capite consurge. *Sequitur,* Et principes adorabunt dominum Deum tuum, *Et est sensus: Principes videbunt miracula supra dicta, Et adorabunt Deum, scilicet qui prius adorabant idola, & est quasi repetitio eiusdem.*

CAPVT L.

A a Hæc dicit dominus: Quis est. HIERON. lib. 13. Post vocationem Gentium, post captionem fortis, cuius præda diuisa est Apostolis, loquitur ad populum Iudæorum super Sion quæ superius ait: *Dereliquit me dominus, &c.*

Sap. 49. d.

Repudium Synagogæ. † ISICHIVS lib. 6. in Leuiticū. Synagoga repudiata est à Deo suo tamquam à viro suo, qui ei per electionem vir factus fuerat; sed quia postea culpabilem reperit, propterea eam repudiauit. Osee 2. *Iudicate matrem vestram, iudicate, quia ipsa non vxor mea, & ego non vir eius.*

Rom. 7. c. b *Vendidi.* Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. *Qui facit peccatum seruus peccati est.* Ioan. 8. d. Vnde: *Non regnet peccatum in corpore vestro.* Rom. 6. b.

B † AMBROS. lib. de Tob. c. 8. Venditur, qui obligatus fœneratori fuerit, & venditur non vno pretio sed quotidiano; & qui tali domino animam vendit, non venditære, sed culpa & peccato. Vendi in iniquitatibus.

† ORIGEN. ho. 16. in Exod. Diaboli serui fiunt peccatores; & vide qua pecunia eos emat: homicidio, adulterio, furto: hæc enim diaboli est pecunia: fecisti adulterium, diaboli pecuniam suscepisti, in eo enim C est diaboli imago & superscriptio: redempti verò sumus Christi sanguine. Infr. 59. a. Pecunia diaboli.

c *Quia veni & c.* HIER. sup. Hoc est vt sciatis me matrē vestram non repudiasse, sed eam voluntate propria recessisse: Post multa beneficia carnem assumpsi, nec iam per prophetas, sed præsens ipse locutus sum.

d *Non erat vir.* IBID. Herodi propter malitiā dictum est, *Dicite vulpi illi:* Et Pharisæis, *Genimina viperarum;* Et de libidinosis, *Equi insanientes in feminas;* De voluptuosis, *Nolite mittere margaritas ante porcos;* De impudentibus, *Nolite sanctum dare canibus;* De omnibus in commune, *Visio quadrupedum in deserto.* Luc. 13. g. D Matth. 13. d. Ierem. 5. c. Matth. 7. a. Ibidem. Isa. 30. b. secundum LXX.

e *Vocaui* q.d. Rationales: *Inclinate aurem vestram in verba oris mei. Qui sitit, veniat & bibat,* & huiusmodi. Psal. 77. a. Ioan. 8. f.

CAP. L.

a ¶ Quasi: Nullus.
¶ Quasi: Dicitis ô Iudæi me abiecisse matrem vestram, sed ipsa prior abiecit me.

1 Hæc dicit dominus: Quis 2 est hic liber repudij matris vestræ quo dimisi
a ¶ Ac si dicat: Libellum repudij ostendere non potestis: sed dicetis forsitan, quod creditori meo, non aliud habens, vos reddiderim.
b ¶ Tamquam non habens quid aliud reddam.
eam? 3 Aut quis est creditor
a ¶ Quasi: Ego non vendidi vos, sed vos ipsi.
b meus, cui vendidi vos? 4 * Ecce enim in iniquita-
a ¶ Pro libidine, auaritia & huiusmodi.
¶ Diabolo, qui animas accepit propter peccata vestra. b ¶ Non culpa mea.
tibus vestris 5 venditi estis, & in sceleribus
a ¶ Vltra tenere non potui: volentem abire permisi. b ¶ Fornicantem. c ¶ In carne.
c 6 vestris dimisi matrem vestram: 7 quia veni &
a ¶ Quia omnes quasi bestiæ. ¶ Homo cum in honore esset non intellexit.
b ¶ Ad pœnitentiam. c ¶ Vocantem.
d 8 non erat vir, vocaui, & non erat qui audiret.
e 9 * Numquid abbreuiata, & paruula facta est
a ¶ Potentia. b ¶ A diabolo, sicut liberaui ab Ægypto. ¶ A Babyloniis.
10 manus mea, vt non possim redimere: aut non
a ¶ Populum meum sicut olim.
11 est in me virtus ad liberandum? Ecce in in-
a ¶ Iussione mea. b ¶ Aquis. c ¶ Si voluero, sicut feci mare rubrum.
d ¶ Mundum, vt eius amaritudo siccetur.
12 crepatione mea desertum faciam mare: po-
a ¶ Alia sicut Arnon & Iordanem. ¶ Prauas doctrinas, de quibus draco dicebat: Mea sunt flumina, & ego feci ea. b ¶ In stercore suo.
13 nam flumina in siccum. Computrescent pi-
a ¶ Curiosi. ¶ Sicut in flumine Ægypti. b ¶ Spiritus sancti gratia.
c ¶ Separati à bonis piscibus. d ¶ Aquæ viuæ.
¶ Sicut in Ægypto arescentibus fluuiis.
f sces sine aqua, & morientur in siti. 14 Induam
a ¶ Aereos. b ¶ Tribus diebus in Ægypto tenebras palpabiles fecit, vt cælum sacco opertum videretur.
g 15 cælos tenebris, & saccum ponam operimen-

e *Numquid.* HIER. Inuehitur contra eos qui putabant dominum non potuisse liberare populum suum à captiuitate: ponens rationem, & exempla planissima q.d. Qui olim hæc feci, etiam nunc populum meum liberare non potui? Vel, Qui cælum, terras, & maria facio seruire mihi, crucem euadere non potui? secundum illud: *An putas quia non possum rogare patrem meum, vt exhibeat mihi plus quàm duodecim legiones angelorum?* Matth. 26. e E

† AVGVSTIN. Serm. 47. de temp. Vis agnoscere cur te iugo seruitutis addictum redimere noluerit? audi quid dicat: postquam exprobrarat Iudæis causam voluntariæ venditionis, quod se scilicet fœneratori dæmoni nouo fœnore subinde obligarent: adiicit causam esse, quòd à peccatis non desisterēt: sæuiebant enim in martyres, postquam affecerant cruce regem gloriæ, corrumpebāt scripturas, & moliebantur omnes dolos aduersus dominum. Nisi nos destitamus Deus non incipiet liberare. F

f *Induam cælos tenebris.* Aiunt philosophi non amplius decem stadiis à terra nubes in sublime leuari, & solis splendorem abscondi: sic excluso cæli lumine, aer inferior obscuratur. *Induam.* Sanctos. s. vt se cognoscant peccatores, vnde, *Iustus in principio accusator est sui.* Quam longe à terra suspendantur nubes. Prou. 18. b.

g *Et saccum po.* Vt agant pœnitentiam in timore & cilicio.

Domi-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT L.

Hæc dicit dominus. *Superius denuntiata est populi Dei liberatio, Hic consequenter ponitur impedimenti remotio. Et diuiditur in tres partes, secundum triplex impedimentum; secunda incipit se. cap. tertia 52. circa primum sciendum, quòd impedimentum excluditur ex parte Dei, quòd è conuerso concluditur ex parte populi increduli. Diuiditur ergo in tres partes, quia primò excluditur impedimentum, secundò declaratur propositum, ibi:* Ecce in increpatione, *tertiò concluditur incredulorum interitus, ibi:* Quis ex vobis. *Impedimentum autem posset esse ex parte Saluatoris tripliciter, vtpote si esset nolens, vel nesciens, aut impotens ad saluandum; & ideo primo excluditur ab eo defectus voluntatis, cùm dicitur,* Diuisio.

1 Hæc dicit dominus, *Saluator noster Iesus Christus alloquens Iudæos incredulos;*

2 Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? *q.d. non potestis ostendere, quòd ego dimiserim Synagogam matrem vestram propter odium, sicut in lege veteri vir dimittebat vxorem ratione odij, nec etiam propter lucrum meum: Ideo subditur,* Cur Deus synagogam reliquerit?

3 Aut quis est creditor meus cui vendidi vos? *A me alienando: & ideo consequenter verum impedimentum concluditur contra incredulos, cùm dicitur:*

4 Ecce enim in iniquitatibus, *Id est, pro iniquitatibus vestris,*

5 Venditi estis, *In seruos & ancillas à Romanis.*

6 Et in sceleribus ve. dimisi ma. vestram. *id est, Synagogam. Sciendum, quòd scelus propriè accipiendo est peccatum contra Deum; Iniquitas autem contra proximum, eò quòd sit contra æquitatem iustitiæ; Iudæi autem primò peccauerunt in Christum, vt contra proximum, dicentes,* Ecce homo vorax, potator vini, &c. *Et iterum quando proditoriè emerunt ipsum vt morti traderent secundum humanitatem; quia diuinitas mori non poterat; & propter hoc venditi fuerunt per Romanos in seruos & ancillas, in tantum, quòd non defuerunt aliqui venditores qui triginta pro vno numismate darent, vt dicit Hugo Flor. sicut econuerso, Christum triginta denariis emerant. Peccauerunt etiam in Christum tamquam in Deum, opera miraculosa diuinitatis ostensiua dæmonibus attribuentes, Luc. 11. b.* In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. *Secundo remouetur impedimentum ignorantiæ, cum dicitur,* Scelus, Iniquitas. Iudæi, vt emerant Christum, ita ipsi vilissimo pretio venditi.

7 Quia veni, *In humanitate perfecta scientiis & virtutibus,*

8 Et non erat vir, *Quia pauci virtutes operum Christi imitabantur.*

9 Vocaui, *per prædicationem claram & efficacem,*

10 Et non erat qui audiret, *Cum effectu, quia comparatiuè multò plures non crediderunt ei. Tertiò remouetur impedimentum impotentiæ, cùm dicitur,*

11 Numquid abbreuiata, *q.d. non, & patet littera.*

12 Ecce in incre. *Hic consequenter declaratur propositum, & primo ponitur huiusmodi declaratio; secūdo soluitur quædam obiectio, ibi,* Iuxta est. *Declaratio vero ponitur primò quantum ad exclusionem impotentiæ, cùm dicitur,* Ecce in increpatione mea, *Id est, in verbo meo,*

13 Desertum faciam mare, ponam flumina in siccum. *Id est, siccum potero facere cùm voluero, sicut feci in exitu de Aegypto.*

14 Induam cælos tenebris, *Sic enim fecit tempore suæ passionis.*

15 Et saccum ponam operimentum eorum, *Id est, nigredinem. Secundo declaratur propositum quantum ad exclusionem ignorantiæ, cùm dicitur,*

Do-

☞ a *Dominus dedit, &c.* A HIER. lib. 14. Quamuis possint hæc referri ad Isaiam, propriè tamen referuntur ad Christū, q.d. Qui olim talia operatus sum, & modo similia operari possum, non est potentia imminuta.

b *Corpus meum, &c.* † AVGVST. serm. 114. de temp. Perpēde inter hæc, qui pro nobis talē pecuniam dedit, hoc est, qui flagella pertulit, alapas, qui fel bibit, qui sanguinem pro nobis effudit & vitā; qualem à nobis sit vsuram exacturus: in passione enim domini ista prophetia completa est, *Corpus meum dedi percutientibus.*

Quæ pro nobis passus sit Christus & quæ à nobis exiget.

c *Quasi vestimentum.* HIER. Vestimētum vetustate & tinea consumitur. Iudæi quoque quadraginta duobus annis post passionem ad pœnitentiā vocati sunt: tandem negligentes cōtriti sunt aduenientibus Romanis, & malæ conscientiæ tinea deuorati.

d *Quis ex vobis.* IBID. Qui timet non est perfectus in charitate: sed hic timor pro bonitate ponitur, vnde, *Beatus vir qui omnia metuit.* i. qui timoratus est in religione Dei. De hoc timore scriptum est, *Timor domini superat omnia*; Et, *Initium sapientiæ timor domini.*

Eccl. 18. d. Timor Dei. Prou. 8. b. Eccle. 25. b.

a ¶ Pater. ¶ Homini. b ¶ Scilicet. c ¶ Scientiam & sapientiam.

tum eorum. [4] Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt

a ¶ Humanum genus. b ¶ In peccatum: in mortem. ¶ Aliàs: lassus. c ¶ Prædicationis.

sciam sustentare eum qui lapsus est verbo. Erigit mane,

a ¶ Sicut magister. b ¶ A natiuitate. ¶ Vel ab initio prædicationis. c ¶ Mentis. d ¶ Ego autem à me ipso non loquor.

manè erigit mihi aurem, vt audiam, quasi magistrum. [5] Dominus

a ¶ Intelligendi. b ¶ Voluntati eius.

Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contra-

a ¶ Recedens ab ipso. b ¶ Vltro. c ¶ Iudæis vel militibus Romanis.

dico: retrorsum non abij. [6] Corpus meum dedi percutienti-

a ¶ Quia dabant ei alapas. ¶ Hæc omnia in passione impleta sunt.

bus, & genas meas vellentibus. * Faciem meam non auerti

¶ Quia. ¶ Pater.

ab increpantibus & conspuentibus in me. [7] Dominus Deus

¶ In passione. a ¶ Spe resurrectionis.

auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Ideo posui fa-

a ¶ Irridentibus & percutientibus.

ciem meam, vt petram durissimam, & scio, quoniam non

a ¶ Paratus auxiliari. b ¶ Dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. c ¶ Quasi nō sim iustus.

confundar. [8] Iuxtà est qui iustificat me. Quis contradicit mi-

a ¶ In iudicio. b ¶ Dicens, me merito crucifixum. c ¶ Vt iudicemur simul comparatione, non auctoritate, secundum illud, Iustificatá est Sodoma soror tua ex te.

hi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? accedat ad me.

¶ Nullus quia.

[9] Ecce dominus Deus auxiliator meus. Quis est qui cōdem-

a ¶ Aduersarij. b ¶ Quia nullus potest iustificari præsente domino. c ¶ A Romanis. ¶ In inferno.

net me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, &

a ¶ Conscientia peccatorum, vel zelus Gentium. b ¶ Etenim. c ¶ Iudæis infidelibus. d ¶ Principium sapientiæ timor domini sed perfecta. c. f. m. t. ¶ Vt filius patrem. e ¶ Corde.

tinea comedet eos. [10] Quis ex vobis timens dominū, audiens

a ¶ Pœnitentiam agite, &c. b ¶ Secundum carnem. ¶ Filij. c ¶ Christus abiectus, vnde, Nec reputauimus eum, & non est lu. in eius gloria, scilicet in populo suo, sicut ait, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua.

vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris, & non est

a ¶ Ita veniet ei lumen gaudij & lætitiæ. Christus vel Gentilis populus. ¶ A modo. b ¶ Non in idolis. c ¶ Vt humana fragilitas diuina maiestate sustentetur.

lumen ei? Speret in nomine domini, & innitatur super Deū

a ¶ O Iudæi. b ¶ Contra vos. c ¶ Inuidiæ, vel tribulationis. ¶ Pœno, lignis, stipula, spinis, tribulis. vnde in Prouerbiis, In multis lignis viget ignis.

suum. [11] Ecce omnes vos accendentes ignem accincti flam-

¶ Ironice. a ¶ In pœnis Dei potentiam discite ad salutem. ¶ Infernalis. b ¶ In tribulatione captiuitatis quam meruistis.

mis. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas

mini. Et alibi: *Non est inopia timentibus eum.* Et, *Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi.* Hic custodit animas sanctorum integras & pudicas & puras, vnde: *Timete dominum & date gloriam ei.*

Ibid. 1. b. Psal. 33. b. Ibid. 18. b. Apoc. 14. b.

e *Quis ambulauit in tenebris.* IBID. Gentilis populus in tenebris infidelitatis, & non est lumen ei Christus, qui dicit: *Ego sum lux mundi.* q.d. Vos me flagellastis & conspuistis: ego tamen ad pœnitentiam voco, *Nolo enim mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat.*

Matt. 26. g. Ioan. 8. b. Ezec. 18. g.

f *Ecce omnes.* IBID. q.d. Nihil prodest exhortatio, nec est spes salutis post scelera: *Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt.*

Psal. 13. a.

g *Accendentes ignem.* IBID. Ciuitatis ignē quo à Romanis succensa est accenderunt, quando contra Christum zeli & inuidiæ igne exarserunt. Hinc discimus pro qualitate peccati vnumquemque sibi ignem accendere. Et quomodo in eodem loco vel lectulo, alij sani sunt, alij febriunt ex diuersitate humorum diuersa supplicia sentientes: Sic peccatoribus diuersa peccati materia plus vel minus succenditur.

Pro qualitate peccati vnusquisq; sibi ignem inferni plus vel minus accendit.

☞ a In

NICOLAVS DE LIRA.

℟. 1 Dominus dedit mihi linguam erudit. *Id est, loquentem ex interiori cognitione, quia humanitas* Christi *fuit plena omnibus scientiis & virtutibus.*

2 Vt sciam sustentare. *Sic est in Heb. & in libris correctis, id est, monere eum ad tollerantiam patientiæ verbo prædicationis meæ; & quia in* Christo *est duplex scientia, vna diuina & æterna, alia temporalis & humana, & vtraque est à patre in filio secundum duplicem naturam; ideo subditur,*

Duplex scientia in Christo.

3 Erigit mane. *Ita quòd primum mane accipitur pro æternitate in qua filius habet scientiam diuinam à patre; & secundum pro instanti incarnationis, in quo habuit scientiam infusam. Tertiò declaratur propositum quantum ad exclusionem inimicitiæ ex parte voluntatis, per hoc quod Saluator Iesus Christus ex maxima charitate sustinuit passiones multas pro omnibus: cum dicitur,*

4 Dominus Deus, *Scilicet pater.*

5 Aperuit mihi aurem, *Insinuando mihi futuram pro populo passionem meam.*

6 Ego autem non contradico, *Immo dixit,* Fiat voluntas tua, *Matt.* 26. *d. loquens de passione sua.*

7 Retrorsum non abij, *Immò quærentibus ipsum ad mortem, iuit obuiam, Ioan.* 18.

8 Corpus meum dedi. *Et patet in Euangeliis.*

9 Et genas meas vel. *Licet non sit scriptum in Euangeliis, quod euellerent eius barbam, tamen paratus fuit hoc sustinere, sicut alia maiora; & forsitan sustinuit quia non omnia sunt scripta.*

10 Faciem meam non auerti, *Hoc patet ex Euangeliis.*

11 Dominus Deus, *Scilicet pater.*

12 Auxiliator meus, *Præbens mihi voluntatem & constantiam patiendi:*

13 Et ideo non sum confusus, *Quia per passionem suam transiit ad gloriam suæ resurrectionis; corpus etiam eius mortuum fuit honorificè sepultum.*

14 Ideo posui faciem meam vt petram durissimam, *Id est, me exposui ad sustinendum quæcumque aspera.*

15 Iuxta est qui iustificat me, *Hic soluitur quædam obiectio. Iudæi enim dixerunt Christo Ioannis octauo. b.* Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. *Et Saluator respōdit:* Testimonium perhibet de me qui mecum est pater. *Et ista responsio præuisa in spiritu sancto ponitur hic cum dicitur,* Iuxta est qui iustificat me, *Scilicet pater, qui dicitur esse iuxta filium, faciendo opera diuina per ipsum; propter quod ibidem dixit saluator Ioan.* 10. *e.* Opera quæ ego facio in nomine patris mei, illa testimonium perhibent de me.

Conuenientia eius quod hic dicitur: *Iuxta est qui iustificat me* cum illo quod Ioā. *Testimonium perhibet de me, &c.*

16 Quis contradicit mihi, *Secundum veritatem. q. d. nullus vestrum. Christus enim frequenter legitur imposuisse Iudæis silentium, propter veritatis euidentiam.*

17 Ecce do. Deus auxiliator. *In mea passione modo prædicto.*

18 Quis est qui cōdemnet me? *Scilicet iuste. q. d. nullus. Fuit enim iniuste condemnatus ad mortem, primò per Sacerdotes, postea per Pilatum: sed ex hoc deportauerunt exterminium, in tantum quòd Pilatus per Tiberium imperatorem fuit missus in exilium, & ibi ignominiosè mortuus; & Sacerdotes per Titum fuerunt interfecti in destructione templi. Dixit enim, iustum esse sacerdotes cum templo perire: ideo subditur,*

Malus exitus Pilati & sacerdotum Iudæorum.

19 Ecce omnes quasi vest. &c. *Quantum ad mortuos in exilio.*

20 Tinea comedet eos, *Quantum ad interfectos gladio, sicut tinea consumit vestimentum quadam violentia.*

21 Quis ex vobis timens dominum. *Hic consequenter concludit incredulorum interitum: Et primo arguit eorum culpam, dicens,* Quis ex vo. ti. do. au. vo. ser. sui. *Id est, Christi, ratione formæ serui assumptæ.*

22 Quis ambulauit in tenebris, *Scilicet ignorantiæ.*

23 Et non est lumen ei, *Si credidit verbis Christi, q. d. nullus; ideo subditur,*

24 Speret in nomine domini, *Scilicet, quilibet fidelis. Secundo subiungit pœnam, cùm dicitur:*

25 Ecce omnes vos accendentes ignem, *Id est, ex incredulitate vestra meremini quod succendamini cum ciuitate & regione vestra,*

a *In doloribus dormietis.* Quia nec beneficiis, nec tormentis,

a ¶ Peccando. b ¶ Potentia. c ¶ Christi. d ¶ Malum, afflictio.

succendistis. De manu mea factum est hoc vobis. In doloribus dormietis.

a ¶ Vastationis & captiuitatis, vel inferni.

tis, Dei filium suscipere voluerunt: vnde, *Ite maledicti in ignem aeternum.* Matth. 25. d.

NICOLAVS DE LIRA.

& sic fuit factum per exercitum Romanorum. Et quia factum est hoc secundum ordinem diuinae iustitiae, subditur.

1 De manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis. *Id est, moriemini. Numquam enim populus Iudaicus tot & tantos dolores sustinuit, sicut in obsidione & destructione Ierusalem per Titum, vt patet per Iosephum libro de Iudaico bello, & alios Historiographos illis temporibus vicinos.*

Bellum Romanum Iudaeis funestissimum.

CAP. LI.

a Audite me qui sequimini quod iustum. HIERON. Attendite ad pe. Christum; De qua, *Petra autem erat Christus*; *Vnde exci. est.* à Christo Christiani dicti.

1. Cor. 10. a

† HIERON. libr. 14.

B Hoc considerate quod cum Abraham esset centum annorum & sterilem haberet vxorem, multiplicauerim filios eius quasi stellas caeli: Si ergo de vno homine tanta populorum nata sunt millia, quid mihi grande est vt instaurem ruinas Sion, & deserta eius mutem in paradisum voluptatis?

De nullo ita esse cōclamatum vt Deus illū non possit reparare.

b *Et ad cauernam laci.* IBID. Propter fossionem lateris Christi; De qua praecisi estis, quando exiuit sanguis redemptionis & aqua baptismatis. Vel, sepulchrum domini, de quo resurgēs innumerabiles filios genuit. Vel, ecclesia, quae diu sterilis, de qua quotidie excidimur, id est, nascimur per lauacrum baptismi.

Cauerna laci quid hic designet?

CAP. LI.

a ¶ Quasi, quia alij nolunt, vos saltem Apostoli: Audi. ¶ Corde aliis dormientibus in dolore. ¶ Per fidem. ¶ Imitamini. a ¶ Christum.

Audite me qui sequimini quod * iustum 1 est, & quaeritis dominum. Attendite 2 ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua praecisi estis.[2] Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quae peperit vos. Quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum.[3] Consolabitur ergo dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius. Et ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum domini. Gaudium & laetitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.[4] Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite: Quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet.[5] Prope est iustus meus, egressus est

a ¶ Apostolos & apostolicos viros significat. b ¶ Non terrena.
a ¶ Abraham fide firmum. b ¶ Nati.
a ¶ Saram. b ¶ Lege generandi.
a ¶ Christum patrem multarum Gentium. b ¶ Ecclesiam quae prius sterilis.
a ¶ Solum, Exi de terra tua & de cog. tua. b ¶ In operibus suis.
a ¶ In substantia & filiis. b ¶ Quasi: Qui olim Abraham multiplicaui & consolatus sum: ecclesiam quoque & multiplicare & consolari possum. c ¶ Ecclesiam.
a ¶ In Apostolis. b ¶ Supplebit ruinas Iudaeorum multitudine Gentium. c ¶ Quasi: Quae prius erat à Deo deserta, ipso inhabitante erit deliciosa, virtutis afferens flores & poma perfectionis.
a ¶ Pro beneficiis Dei.
a ¶ Dei. b ¶ Ergo diligenter. c ¶ Apostoli. ¶ Gentes, vel reliquiae Israel, vnde, Laetamini Gentes cum ple. eius, &c. d ¶ Fideles.
a ¶ Euangelij. b ¶ Decretum, scilicet, vt Iudaeis credere nolentibus, Gentes ad fidem vocentur.
a ¶ Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. b ¶ Supradictus filius: Haec autem pater de filio dicit. ¶ Cito nascetur filius de Virgine, vt impleantur quae promitto. c ¶ Genitus à patre sine tempore.

† PROCOPIVS. Erat petra (docente Paulo) Christus ipse, cui mortem obeunti manus & pedes clauis esse transfossos scriptura testatur. Significatur item per foueam, latus ipsum hastae mucrone vulneratum. Per haec enim parta salus est, ipsaque etiam ecclesiae constituta plenitudo, non aliter quam ex Abrahamo & Sara infinita illa multitudo.

E Vnde fluxerint salus mundi & Sacramenta Ecclesiae.

c *Gaudium & laeti.* HIER. li. 14. Nota in Sion quae cōparatur paradiso Dei, tantum debet esse gaudium & laetitia & confessio & vox laudis, vt quod in caelo facturi sunt cum angelis, in terra iugiter meditentur.

d *Attendite ad me.*

† AVGVSTINVS lib. de vnitate ecclesiae. Quis tam surdus, quis tam demens, quis tam mente caecus, vt istis euidentibus testimoniis obloquatur, nisi qui nescit quid loquatur?

F

e *Iustus meus.* Omnes iustificans, vel iustitia eleganter: non vt vna Gens, sed totus orbis saluetur.

† PRO Caeli

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT LI.

Audite me qui sequimini. *Hic remouetur secundum impedimentum ex dilatione promissi. Ex hoc enim; quod liberatio per Christum fienda tantum differebatur, aestimabant aliqui Iudaei, quod illa liberatio nulla foret: ideo hoc remouetur in hoc capitulo. Et primò confertur spes assequendi promissum; Secundò, aufertur timor circa malum poenae huic liberationi annexum, ibi,*

Diuisio.

1 Audite me qui. *Primum facit dupliciter, scilicet exemplo & verbo. Secundum ibi,* Attendite ad me. *Circa primum sciendum, quod Abrahae facta fuit promissio de obtentu terrae Chanaan, Gen. 15. & tamen ista promissio non fuit impleta tunc, sed post quadringentos annos, vt habetur ibidem: tamen finaliter fuit impleta propter fidem Abrahae & Sarae, quae eiusdem fidei fuit. Et hoc concluditur, quòd dilatio aduentus Christi non debuit Iudaeis diffidentiam inducere. Primò igitur circa hoc ponitur exemplum, cùm dicitur,*

Dilatio aduentus Christi.

2 Attendi. ad pe. *Id est, ad Abraham & Saram, vt exponitur postea, cum dicitur,*

3 Atten. ad Abraham patrem. *Et vocatur Abraham petra, propter fidei firmitatem.*

4 Quia vnum, *Id est, solum sine prole,*

5 Et bene. ei. *Conferendo ei bona temporalia & spiritualia,*

6 Et multiplicaui eum, *In multitudinem populorum per Isaac, Ismaelem & alios filios eius. Consequenter concluditur intentum, scilicet de consolatione populi per Christum, cum dicitur,*

7 Consolabitur ergo do. Sion. *i d est, ecclesiam, quae vocatur Sion, eò quòd ibi incepit, Vt dictum est, supr. 2. ca. & in pluribus aliis locis.*

8 Et consolabitur omnes ruinas eius. *Ex diuersis erroribus ortas in populo Iudaeorum ex mala doctrina doctorum, quos amouit Christus per suam doctrinam; propter quod dicit Saluator de eis Matth. 15. b.* Caeci sunt, & duces caecorum.

9 Et ponet desertum eius quasi delicias. *Quia Iudaea bonis spiritualibus erat deserta: sed per Christum fuit adimpleta, potissimè per infusionem spiritus sancti super credentes in signo visibili Act. 2. & in pluribus aliis locis.*

10 Gaudium & laetitia. *Quia spiritu sancto repleti loquebantur magnalia Dei, laetanter, manifestè, & constanter.*

11 Attendite. *Hic consequenter remouetur dictum impedimentum verbo, & primò remouetur impedimentum; secundò confirmatur dictum, ibi,* Leuate. *Remouetur autem impedimentum in hoc quod asseritur aduentus Christi de propinquo, & primò excitatur attentio cùm dicitur,* Attendite, *quia nuntiantur hic magna & ardua, scilicet lex Euangelica; cùm subditur,*

12 Quia lex à me exiet, *Et quod de lege Christi intelligatur, ostenditur cum dicitur.*

13 Et iudicium meum, *Scilicet secundum legem meam.*

14 In lucem populo. *Quod non potest intelligi de lege Mosaica, quae fuit data vni populo tantum; sed lex Christi diffusa est per orbem vniuersum. Ra. Sa. etiam dicit hic, quòd istud erit, quando dictum Sophoniae implebitur 3. cap. vbi dicit dominus,* Tunc reddam populis meis labium electum, vt inuocent omnes nomen domini, & seruient ei humero vno: *quod secundum omnes expositores catholicos & Hebr. refertur ad tempus Christi, ex hoc patet, quod aliqui expositores catholici in vno magis Iudaizant hic quantum ad hoc, quam Hebraei exponentes, quòd dicitur hic,* Quia lex à me exiet, &c. *dicendo quòd intelligitur de edicto Cyri per totum imperium suum publicato, quod Iudaei redirent libere in terram suam. Consequenter exprimitur legislator, cùm subditur,*

De lege Euangelica non de edicto Cyri intelligi debere illud: Quia lex à me exiet. &c.

15 Propè est iustus meus, *Id est, Christus qui dicitur iustus absolutè & antonomasticè, eo quod non solum est iustus formaliter, vt alij: sed etiam effectiuè, alios iustificando.*

Et

a Cæli sicut fumus. HIER. lib. 14. De sanctis scriptum est: *Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur*: Quanto magis ergo de cælo, sole, & stellis credendum est? quando luna solis lumen accipiet, & sol septuplo fulgore rutilabit, vnde, *Omnis creatura ingemiscit & parturit expectans liberationem filiorum Dei*, vt scilicet mutentur in melius nõ solum animæ, quæ immortales erunt sed & corpora, quorum substantia clarificabitur. Quidam tamen perire & inueterascere pro abolitione & morte accipiunt.

†† Iuxta id quod in catholica epistola legimus 2. Pet. 3. *Cæli qui nũc sunt & terra eodem verbo reseruata sunt igni*. quæ quidem & philosophorum mundi est opinio.

b *Et habitatores eius.*

† CHRYSOST. in c. 7. Ep. ad Rom. Hæc Isaias, dixit, non quod omnimodam perditionem significet; non enim eũdem cum cælo ac terra patientur interitum, qui terram inhabitant homines: sed temporalem, per quã ad incorruptionem commutabuntur.

c *Nolite timere opprobri.*

(Marginal notes: 1. Cor. 15. g. — Rom. 8. d. — Beatitudo corporis & animæ. — Mundum igne peritu-rum. — Consummatio sæculi. — Matth. 5.)

[Interlinear: a Qui saluum faciet po. su. à pec. eo. b Virtus. c Apostoli iudicantes 12. tri. Israel. c In nouissimo die.]

saluator meus: & brachia mea populos iudicabunt. Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. [6] Leuate in cælum oculos vestros, & videte sub terra deorsum, quia cæli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit, et iustitia mea non deficiet. [7] Audite me qui scitis iustum: populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemiam eorum ne metuatis. [8] Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum. [9] Consurge consurge, Induere fortitudinem brachium domini; Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? [10] Numquid non tu siccasti mare, aquam abyssi

[Interlinear glosses: a Gentes, vel ecclesiæ: vel sanctorum animæ. b Ipse erit expectatio Gentium. c Filium per quem omnia feci. d Patienter expectabunt. e O Gentes vel ecclesiæ. — a Mentis. — a Aerei. b Secundum figuram, non secundum essentiam. c Cælum & terra transibunt. — a Qui viui inuenientur. b Ex hoc habemus quod cetera non in nihilum redigentur, sed in melius mutabuntur. c Secundum figuram & vetustatem. — Filius, de quo, Viderunt ocu. mei sa. tu. Et alibi: Salutare tuum expectabo domine. — a Ideo. b Idem. — a Quia lex à me egredietur, &c. b Intelligite. b Christum vel iudicium, quo discrete omnia faciatis. c Fidelis. d Euangelium. Lex Dei in corde ipsius, &c. e Non in ore tantum. — O Apostoli. a Nolite timere eos, qui corpus occidunt. Contra persecutores, quos futuros fore præsciebat, exhortatur eos. — a Quasi: cito transibunt, & opprobrium eorum, Sicut vestimentum vetustate & tinea corruptum. — a Conscientiæ qui non moritur. — a Iniquæ mentis. b Christus. — a Prioris populi & posterioris, qui aduentum illius receperunt, de quo supra: Prope iustus meus. b In æternum. c De solio paternæ gloriæ. d Redimendo genus humanum. — a Diuinitatis contra principem mundi. b O fili. Genus humanum redimendo. — a Ab Ægyptiis liberando b Et sequ. Sicut patribus nostris ostendisti potentiam tuam. — a O fili. b Cum patre. c Diabolum. — a Pharaonem, vel diabolum. b O fili. Quasi: Qui hæc fecisti hoc quoque facturus es. c Rubrum. Huius sæculi. d Doctrinam philosophicam. e Sæcularis profunditatis.]

† CHRYSOSTOM. in ca. 6. 2. ad Corint. Multi propter hæc opprobria animas perdiderunt; & beato Iob amicorum opprobria vermibus & vlceribus molestiora erant: & plerique Iudæorum propter gloriam populi noluerunt credere, ne à synagogis eiicerentur, ideo Ioannis 5. dicitur, *Quomodo potestis credere gloriam inuicem accipientes?* & multos nouimus, qui omnia grauia contempserunt, & à gloria victi sunt.

d *Consurge.* Vox prophetæ & fidelis populi aduentum Christi deprecantis, in quo promissum erat auxilium.

† PROCOPIVS. Iudæos ad pœnitentiam proposita vtilitate inuitat, & quod excitari postulat, spontaneum fuisse lapsum demonstrat. Si enim ab alio impediretur, ad hunc ipse, non ad illos, de exurgendo sermonem dirigeret. Quis enim lapsus, etiamsi membrum fregerit, non totis viribus excitari se contendat?

† RVPERTVS. Quasi diceret, Quid tamdiu te contines in sinu patris, ô brachium Domini, ô dextera domini. Cur te quiescente tamdiu superabit fortis armatus, princeps mundi huius? Consurge & induere fortitudinem: induere pulchram & fortem dilectionem, pulchram, & fortem obedientiæ charitatem.

(Marginal notes: Multi qui mortem sustinuissent opprobria non sustinuerunt. — Iudæi ad pœnitentiam inuitati.)

† TERTVLLIAN. li. 4. aduersus Marcionem. *Beati eritis cum vos odio habebunt homines & exprobrabunt. Et eiicient nomen vestrum velut malum, propter filium hominis*, Quod idem est cum hoc, *Ne metueritis ignominiam ab hominibus, & nullificatione eorum ne minuamini*, quibus verbis ad tolerantiam hortatur martyres & fideles.

Quis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et brachia mea populos, *id est apostoli qui dicuntur brachia corporis ecclesiæ, sicut & Christus caput, quibus dicitur Matthei decimonono. d.* Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes iudicantes duodecim tribus, &c.

2 Me insulæ, *id est, Gentiles vt dicunt Hebræi.*

3 Expectabunt, *sicut dicitur Gen. 49. b.* Et ipse erit expectatio Gentium.

4 Et brachium meum, *id est Christum, qui brachium domini dicitur infr. 53. cap. vt videtur.*

5 Sustinebunt, *legem eius recipiendo.*

6 Leuate in cælum. *Hic consequenter ponitur confirmatio dicti per stabilitatem ipsius Christi, cum dicitur,* Leuate in cælum, *i. considerate instabilitatem superiorum & inferiorum corporum.*

7 Quia cæli sicut fumus liquescent. *Aduentum enim Christi ad iudicium præcedet ignis conflagrationis, purgans cælum aereum, & terram. Vel, si intelligatur de cælo sydereo, per hanc liquefactionem intelligitur cessatio à motu, qui cessabit in finali iudicio.*

8 Habitatores eius, sicut hæc, interibunt, *quia in igne conflagrationis morientur omnes qui tunc viui reperientur.*

9 Salus autem mea in sempiternum, *id est, Christus, qui dicitur salus à Deo data.*

10 Et iustitia mea, *id est, Christus similiter, qui propter excellentiam iustitiæ non solum dicitur iustus in concreto, sed etiam iustitia in abstracto.*

11 Audite me. *Hic consequenter tollitur timor mali annexi. Receptioni enim fidei Christi annexa erat perpessio mali pœnæ, propter quod Saluator dicebat apostolis, & per consequens fidelibus aliis, Ioannis decimosexto. a.* Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. *Et hoc patuit in persecutionibus ecclesiæ præteritis, & in persecutione Antichristi magis apparebit. Primò ergo tollitur timor persequentium generaliter; secundo Antichristi specialiter, ibi,* Quis tu vt timeas, &c. *Primus autem timor tollitur per hoc, quod illæ persecutiones ostenduntur paruæ, & breues, &c. & consolatio futura est perpetua, ideo dicitur,* Audite me qui scitis iustum, *id est, Christum per fidem cognoscitis.*

12 Lex mea, *scilicet Euangelica, vt declaratum est supra,*

13 In corde eorum, *radicata & firmata.*

14 Nolite timere opp. *propter Christum, sed magis gaudete; quod fuit impletum Act. 5. g.* Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati; *& idem apparuit & apparet in multis sanctis.*

15 Sicut enim vesti. *id est citò morientur persecutores, & rodent eos vermes.*

16 Salus autem mea, *id est Christus.*

17 In sem. e. *saluans fideles suos salute æterna: & ideo aduentum eius desiderans Isaias propheta orando exclamat dicens,*

18 Consurge consurge, *& dupliciter, propter duplicem Christi aduentum, primum & secundum.*

19 Induere fortitudinem brachium domini. Consurge. *Ad saluandum populum tuum: & ad hoc adducit exemplum præteritorum temporum dicens,*

20 Numquid non tu percussisti superbum. *i. Pharaonem, qui superbiuit contra dominum, dicens,* Nescio dominum, & Israel non dimittam, Exo. 5. a. *Dicitur etiam draco propter malitiam qua filios Israel opprimebat iniustè, Exo. 1. propter quod dicitur de Pharaone Ezech. 29. a.* Draco magne qui cubas in medio fluminum.

21 Numquid non tu sic. mare. *vt habetur Exod. 14.*

(Marginal notes: Apostoli brachia corporis Ecclesiæ. — Quando vel quomodo liquefient cæli. — Receptioni fidei annexa erat persecutio. — Diuisio. — De eis qui lætantur persecutione propter Christum sustinent.)

Et

a Quis tu ut timeas ab homine mort. &c. Increpat fideles, ut non timeant minas vel tormenta principum: quia omnis caro fœnum. Eos etiam increpat qui in passione fugerunt & perterriti negauerunt, ut erubescat & pœnitentiam agant.

*Sap.35.b. Insidelium nec minæ nec tormenta timenda. Sap.40.b. Matth.26.f.

† RUPERTUS. Nemini dubium quin hæc dicat paracletus, id est, consolator spiritussanctus, in aurem eius cui datur. Omnes enim quotquot fortes in Christo sumus, ex illo consolatore fortitudinem accepimus. Ipsi Petro spiritussanctus hæc locutus est, Quis tu ut timeas ab homine mortali & à filio hominis? Imo quis tu ut timeres à muliercula, ab ancilla ostiaria? Certum quippe est quia Petrus à tali persona timuit, & oblitus est creatoris sui. Ubi autem consolator datus est, ita corroboratus es ut iam non timeres Romani imperij potentiam.

Qualem fortitudiné subministret suis Spiritus sanctus.

vehementis? Qui posuisti profundum maris viam, ut transirent liberati.* [11] Et nunc qui redempti sunt à domino reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorũ. Gaudium & lætitiam tenebunt: fugiet dolor & gemitus. [12] Ego, ego ipse consolabor vos. Quis tu ut timeas ab homine mortali, & à filio hominis: qui quasi fœnum ita arescet, [13] & oblitus es domini creatoris tui? Qui tetendit cælos & fundauit terram, & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum. Ubi est nunc furor tribulantis? [14] Citò veniet gradiens ad aperiendum, & nõ interficiet usque ad internecionem, nec deficiet panis eius. [15] Ego autem sum dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius: dominus exercituum nomen meum. [16] Posui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te, ut plantes cælos, & fundes terram, & dicas ad Sion: populus meus es tu. [17] Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem: quæ bibisti de manu

a De quo: Veni in profundum maris, & tempestas demersit. b Huius sæculi. a Ab Ægyptiis. b Sanguine filij. c Ad viam iustitiæ. a Præsentem ecclesiam, & in beatitudinem æternam. b Beati qui habitant in domo tua domine. c Quæ non deficiet. d Montes. a In cælo. b Filius. Quasi, Inuocastis me, & Ego consolabor vos, &c. c Quia alius non potest. d Non per prophetas, sed per memetipsum. e Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. f Ipse Deus misericordiarum & consolationis. a Quasi, Dixi, Nolite timere opprobria hominum & blasphemias, quomodo ergo times quæ tam cito arescunt ad instar fœni? a Hominem timens. b Alias factoris. a Incredibili virtute suspendit. b Stabili mole. c Passionis. Non ad horam quod veniale. a In corpore. b In anima. c Quasi, non est æstimandum quod cito transit. a Filius. b Secundum humanitatem. c Cor superborum, vel infernum. a Peccatores sed vocabit ad pœnitentiã. b Ego sum panis viuus. c Corpus & sanguis eius, doctrina Euangelij. e Pater ad filiũ. a Secundum carnem. b Permitto turbari. c Mundum. d Contra electos & contra ipsum filium, unde, Et mouebatur aqua. Et mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. a O fili. a Quidquid filius loquitur, verba patris sunt. Sapientiam & scientiam. b Protectione diuinitatis. A peccato, ne vilesceret humanitas unita verbo. a In fide. b Nouos apostolos scilicet & alios. c Nouam. d Ecclesiam. e Sion ergo non est alia nisi populus Dei. a A vitiis. b A somno peccati ad pœnitentiam. c Potestate.

b Eleuare, eleuare. HIER. lib. 14. Eos hortatur ad pœnitentiam, qui in passione negauerunt; vel in infidelitate perstiterunt, clamantes, Crucifige, crucifige, &c.

Ioan.19.a.

MORALITER IBID. possumus hæc iuxta anagogem super anima intelligere peccatrice, quæ nolens bibere calicem furoris domini, dicit, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua, &c. Si autem biberit, bonũ est ei sua sentire supplicia, & dominum audire dicentem, Cum ira furoris mei transierit, rursum curabo; & alibi, Numquid qui cadit, non resurget, dicit dominus.

De anima quæ deprecatur Dei flagella quæ sibi sentit irata fu. tura cessent. Psal.6.a. Ierem.33.a. Ierem.8.b.

† RU-

NICOLAUS DE LIRA.

1 Et nunc, *id est tempore gratiæ,*
2 Qui redempti sunt à domino, *Iesu Christo,*
3 Reuertentur, *ad unitatem fidei ecclesiasticæ:*
4 Et venient in Sion, *id est ad sanctam ecclesiam, quæ vocatur Sion ut prædictum est. Potest etiam per Sion intelligi ecclesia triumphans, quæ vocatur Sion in pluribus locis scripturæ, unde ad Heb. 12. e.* accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem, & multorum millium angelorum frequentiam: *ad quam perueniunt fideles Christi post hanc vitam, Et huic sensui concordat littera sequens,*

Sion designare potest tam militantem quam triumphantem Ecclesiam.

5 Et lætitia sempiterna super capita eorum, Gaudium & lætitiam tenebunt fu. do. *quod non potest haberi in præsenti vita; ideo subditur,*
6 Ego, ego ipse, *& non alius,*
7 Consolabor vos, *consolatione æterna, quæ à solo Deo potest dari.*
8 Quis tu. *Hic consequenter amouetur timor Antichristi: & hoc duplici ratione, Secunda ponitur ibi,* Ego autem. *Prima autem ratio accipitur ex breuitate temporis, quia licet persecutio Antichristi futura, sit valde grauis, tamen erit breui tempore propter quod minus timenda, unde dicitur Matth. 24. b.* Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, &c. *dicit ergo,* Quis tu ut timeas, *& alloquitur quemlibet futurum fidelem tempore Antichristi, qui cum sit regeneratus in Christo, non debet timere persecutionem Antichristi timore deiiciente à bono.*

Persecutio Antichristi breuis sed sæuissima.

9 Ab homine mortali, *Antichristus enim erit homo purus, & citò morietur post assecutionem dominij; ideo subditur,*
10 Qui quasi fœnum ita arescet, *Fœnum enim existens in virore, si superueniat æstus immoderatus facit ipsum arescere: sic Antichristus existens in sua potestate interficietur à Deo repente.*
11 Oblitus es domini creatoris tui, Qui tetendit cælos, *hoc dicitur pro illis qui cadent à fide vel constantia morum, timore Antichristi: ideo subditur,*
12 Et formidasti iugiter tota die. *i. nimis diu & irrationabiliter.*
13 A facie furoris eius qui te tribulabat, *Tunc enim erit* tribulatio magna, qualis non fuit à principio mundi, Matth. 24.
14 Et parauerat ad perdendum. Ubi est nunc furor. *Disponet enim Antichristus totaliter exterminare populum Christianum.*
15 Citò veniet, *id est velociter attinget gradum suæ potestatis.*
16 Gradiens ad aperiendum, *suum pessimum intentum contra Christum. In Heb. habetur* ad laxandum *quod exponit Ra. Sa. de laxatione seu defectu virtutis, licet ad alium intellectum. Per hoc igitur secundum intellectum nostrum designatur, quod sicut potestas Antichristi cito ascendet, ita cito deficiet; ideo subditur,*
17 Et non interficiet usque ad internecionem. *s. Christianos, morte repentina præuentus. In Hebræo habetur:* Et non morietur interfectione, *id est humano gladio.*
18 Non deficiet, *id est, non morietur fame, sicut nec gladio, sed domini nostri Iesu Christi verbo, secundum quod dicitur 2. Tes. 2. b.* Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, &c.
19 Ego autem sum. *Hic exponitur secunda ratio ad tollendum timorem Antichristi: & accipitur ex consolatione fidelium illam persecutionem sequente, propter quod est minus timenda. Et quia opposita iuxta se posita magis elucescunt ideo primo ponitur magnitudo tribulationis præcedentis: Secundo subditur magnitudo consolationis sequentis, ibi,* Idcirco audi. *Circa primum Deus pater alloquitur filium qui deiiciet Antichristum, & consolabitur populum suum, cum subditur,* Ego autem sum dominus Deus tuus, *ratione humanitatis tuæ à me creatæ,*

Diuisio.

20 Qui conturbo mare & intumescunt fluctus eius, *id est facio tribulationes in mundo venire secundum ordinem sapientiæ meæ & iustitiæ.*
21 Posui verba mea in ore tuo. *Ad nuntiandum Euangelium, propter quod dicit Christus Ioan. 7. b.* Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit.
22 Et in umbra manus meæ protexi te, *à Iudæis volentibus te occidere: quod tamen non permisi fieri ante completionem doctrinæ tuæ: ideo subditur,*
23 Ut plantes cælos, *id est, homines contemplatiuos.*
24 Et fundes terram, *id est actiuos, utramque enim vitam prædicauit Christus, scilicet contemplatiuam & actiuam.*
25 Et dicas ad Sion, *id est ecclesiam,*
26 Populus meus es tu, *per susceptionem baptismi. Et hoc patet, quod ista verba non sunt ipsius Dei ad Isaiam, ut aliqui exponunt, quia populus Sion non fuit sub dominio Isaiæ; Et quid dicat Christus ecclesiæ in Antichristi persecutione, subditur,*
27 Eleuare, *à persecutione temporali ad pacem quantum ad omnes, quia illa erit ultima persecutio ecclesiæ:*
28 Eleuare, *de culpa ad gratiam, quantum ad pœnitentes, qui timore Antichristi ciciderant.*
29 Consurge, *ad accipiendum præmium à Christo veniente ad iudicium.*
30 Ierusalem, *id est ecclesia rationibus dictis supra.*
31 Quæ bibisti de manu do. *id est, ex eius permissione & ordinatione.*

Calicem

adfuturum Ecclesiæ Deum consolatorem.

a Vastationem per Romanos. Mortis.

...mini calicem iræ eius. Vsque ad fundum calicis soporis

a Quasi: Hanc captiuitatem sustinebis vsque ad finem sæculi.
b Sicut Moyses, sicut Daniel, & alij prophetæ qui sæpe Iudæos sustentauerunt: modo autem neque prophetam, neque Sacerdotem, neque consolatorem habuerunt.

bibisti, & potasti vsque ad feces. [18] Non est qui sustentet eam

Tamquam dux & doctor bene operandi.

ex omnibus filiis quos genuit: & non est qui apprehendat

a Nam & apostoli transierunt ad Gentes.

manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. [19] Duo sunt quæ

a O Ierusalem. b Sicut Ieremias, Daniel & ipse Iesus, qui videns ciuitatem fleuit super illam.
c Duobus quatuor reddidit, sed vastitatem sequitur contritio, famem gladius.

occurrerunt tibi: quis contristabitur super te? Vastitas &

a Id est mors. b Quasi, Aut nullus aut rarus.

contritio, & fames, & gladius. Quis consolabitur te? [20] Filij tui

a A terra sua. b Mortui insepulti.

proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum: sicut

a Animal immundum, nec sacrificio aptum. Oryx. LXX. Beta semicocta.
b Irretiti funibus peccati.

oryx illaqueatus: pleni indignatione domini, increpatione Dei tui. [21] Idcirco audi hæc paupercula, & ebria non à vino. [22] Hæc dicit dominator tuus dominus, & Deus tuus qui

a Quia non habes consolatorem. b Non habens spirituales diuitias. c Inebriauit me absinthio.
a Scilicet contra Ægyptios & alios multos.
a Tollam scilicet si pœnitueris. b Captiuitatem mortis.

pugnauit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ. Non adiicies, vt

a Si pœnitentiam egeris.

bibas illum vltrà. [23] Et ponam illum in manu eorum qui te

a Reddam eis retributionem suam. b Persecutorum dæmonum.

humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ: Incuruare vt transeamus, & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

a Suggerendo. b A naturali dignitate. Nisi teipsum subdideris, dæmones non nocebunt tibi.
a Super te. b Eis calcandum. c Quæ omnibus patet dæmonibus.

extremas se receperant, vt essent ad fugam capessendam non ad mala deuitanda paratiores, metu ipso, tamquam beta semicocta fracti & remissi.

c *Sicut oryx.* † PROCOPIVS. Orygi, id est, qui Ierosolymitanos comparat, quod sint diaboli retibus implicati & ob id furori traditi.

d *Ecce.* HIER. IBID. Prædixit captiuitatem futuram, nunc hortatur ad pœnitentiam, vt euadant.

e *Ponam.* IBID. secundum litteram humiliauerunt eos Chaldæi, & ipsi humiliati à Mœdis & Persis, & humiliauerunt eos Romani, & ipsi in multis humiliati, humiliauerunt eos dæmones suadendo vt crucifigerent Christum, & ipsi in hoc humiliati sunt, quia sic potestatem suam amiserunt, & in iudicio omnino humiliabuntur.

Iudæi per multos humiliati, qui & ipsi etiam humiliatores ipsorum ab aliis sunt humiliati.

MORALITER autem anima dum peccat, diabolo subditur captiua, dum pœnitentiam agit eleuatur & consurgit, diabolus humiliatus ruit.

b † PROCOPIVS. Bello enim ingruente in regiones ex-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Calicem iræ eius, *in persecutione Antichristi.*

2 Vsque ad fundum, *per hoc designatur magnitudo tribulationis futuræ Antichristi tempore. Sciendum tamen, quod ly* vsque ad *hic accipitur exclusiue quia fundus calicis est Antichristo & eius satellitibus reseruatus, vt videbitur postea.* (Vsque particula exclusiue.)

3 Non est qui. *quia nullus de principibus Christianis audebit se opponere, vel resistere poterit Antichristo. Et ad idem facit quod subditur,*

4 Et non est qui apprehendat manum eius, *ad educendum eam de tribulatione: licet enim Enoch & Elias tunc se opponent Antichristo, tamen interficientur ab eo.*

5 Duo sunt, *scilicet, mala pœna.*

6 Quæ occurrerunt tibi. *quæ postea subduntur, sed interponitur.*

7 Quis contristabitur. *q.d. nulli aut pauci, & istud refertur ad illud quod prædictum est:* Non est qui sustentet eam, *Quæ autem sint duo mala pœnæ prædicta, subditur,*

8 Vastitas & contritio, *& exponendo subditur,*

9 Et fames, *& pro, id est, fames, pro qua posita est* vastitas:

10 Et gladius, *pro quo posita est* contritio, *ita quod licet ponantur ibi quatuor secundum nomen, sunt tamen duo tantum secundum rem.*

11 Quis consolabitur te. *q.d. nulli aut pauci. Cuius causa subditur;*

12 Filij tui. *qui te possent consolari,*

13 Proiecti sunt. *i. mortui: ideo subditur,*

14 Dormierunt, *somno mortis,*

15 In capite omni. *carentes sepultura.*

16 Sicut oryx. *animal est immundum, vt habetur Deut. 14. a. & declinatur oryx, orygis.* (Oryx.)

17 Pleni indignatione, *hoc dicit secundum æstimationem hominum, quia tribulatio Antichristi principaliter ordinabitur ad purgationem & meritum electorum quamuis tunc æstiment homines mundani Deum contra eos esse offensum.*

18 Idcirco. *Hic consequenter ponitur sequens consolatio, cum dicitur:* Idcirco audi hæc paupercula. *Id est, ecclesia tunc depauperanda per Antichristum, eius diuitias accepturum.*

19 Et ebria, *Id est plena,*

20 Non à vino, *sed à tribulationis tormento: hoc dicitur prosequendo parabolam de potatione calicis prædictam.*

21 Hæc dicit dominator tuus, *ad te consolandum,*

22 Qui pugnauit pro populo suo, *In crucis ligno, in humanitate assumpta:*

23 Ecce tuli de manu tua calicem. *i. pœnam tribulationis;*

24 Fundum calicis indignationis meæ, *de manu tua abstuli;*

25 Non adiicies vt bibas illum vltrà, *quia tribulatio ecclesiæ tempore Antichristi erit vltima.*

26 Et ponam illum, *scilicet fundum calicis reseruatum,*

27 In manu eorum qui te humiliauerunt, *s. Antichristi & satellitum eius,*

28 Et dixerunt animæ tuæ, *id est tibi,*

29 Incuruare, vt transeamus, *super te sicut super terram. Intentio enim Antichristi erit totaliter conculcare ecclesiam;*

30 Et posuisti vt terram corpus tuum, *quia corpora fidelium occisorum tunc remanebunt super terram insepulta, vt dictum est, ita quod homines & bestiæ poterunt super ea transire.*

CAP. LII.

a *Consurge consurge.* Eos hortatur propheta, qui post ascensionem prædicantibus apostolis crediderunt.

a Ad virtutes.
a Quia debilitate cecidisti.

Consurge, consurge, 1

† PROCOPIVS. Ideo autem induere fortitudine tua dixit, quod maximas quasdam facultates anima habeat. Primum quidem, vt se lapsum exci-

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT LII.

1 Consurge, *Aliqui expositores catholici exponunt istud capitulum de liberatione populi Iudaici de Babylone facta per Cyrum, de qua frequenter supra dictum est. Sed saluo meliori iudicio non videtur hoc conueniens dictum, quia Paulus apostolus in lege & prophetis humanitus edoctus & spiritu sancto plenus, illud quod habetur in hoc capitulo:* Quam pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, *&c. allegat hoc dici de prædicatione Euangelij, Rom. 10. & ideo non videtur conuenienter exponi de nuntiis Cyri missis per imperium suum ad publicandum edictum de licentia data Iudæis redeundi in Ierusalem, vt isti exponunt. Item Ra. Sa. super istud cap. dicit, quod istæ consolationes vltimæ, scilicet positæ ab isto loco vsque ad finem libri, non dicuntur nisi super captiuitatem Edom: per quem intelligit Romanum imperium, quod posuit Iudæos in ista captiuitate, in qua sunt, à qua liberari expectant per regem Messiam; & sic secundum eum hoc cap. intelligitur de tempore Christi; & in hoc verum dicit, licet erret* expe-

Castigatur opinio Ra. Sa: qua parte est vitiosa.

☞ excitet. Nam vbi ipsa est pœnarum acerbitas, ibi est & frequens A consolatio. Deinde vt vires suas instauret ac resumat. Habet verò permagnam etiam gloriam quod ad conditoris exemplar effecta eo etiam qui gloria est, potitur.

† Leo Epist. 22. Nisi Christum quis agnoscat, & induat, nuptiali non potest interesse conuiuio; Caro enim Christi velamen est verbi, quo omnis qui Christũ a confitetur, integrè induitur.

† Chrysost. in ca. 13. ep. ad hom. Dominum gloriæ regem b vestimenti loco tradit Paulus dicens, *Induamini dominum nostrũ Iesum.* Hoc vestimento indutus, B vniuersam virtutem habet, & c cum dicit induamini, vndique nos illo iubet circumdari.

Quid sit Christum induere?

Hier. lib. 14. Allegorice. Eadem & de ecclesia possumus dicere (quæ visio pacis & specula) si in hæresim corruerit, iubetur exire & pristinæ fidei ornamenta suscipere. Et si fuerit d suscitata sanctitatis eius & continentiæ præmia promittũtur, vt per eam non transeat incircumcisus & immundus, quod e ad immunditiæ opera referri potest. Incircumcisi enim & C immundi sunt qui corporis voluptati & libidini seruiunt.

Exhortatio vt ad de hæresi resipiscendum.

a ❡ Sion, arx & ciuitas Dauid. Ierusalem, reliqua pars ciuitatis. b ❡ Virtutibus.

Induere fortitudine tua Sion. Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas sancti quia non adiiciet vltrà vt pertranseat per te incircumcisus et immundus. Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia Sion, quia hæc dicit dominus: Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Quia hæc dicit dominus Deus: In Ægyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi

a ❡ Et si ceris. b ❡ Dei vel templi. a ❡ Si pœnitueris, si mandata mea custodieris. a ❡ Spiritualiter. ❡ Quæ societas lucis ad tenebras? quæ conuentio Christi ad Belial? b ❡ Id est. c ❡ Declina à malo. d ❡ Peccati. a ❡ Fac bonum. b ❡ Quieta mente. c ❡ Captiua. d ❡ Peccata. a ❡ Cui iam imminet captiuitas. ❡ Effeminatione animi vsque hodie populus Iudæorum Nabuchodonosor iugum portat, & peccatorum funibus constringitur. a ❡ Vestra sponte. b ❡ Diabolo. c ❡ Nullo merito vestro, sed gratuito Dei beneficio. a ❡ Sanguine filij. a ❡ In mundum, qui mœror & tenebræ. b ❡ In patribus. c ❡ Genus humanum. a ❡ In Adam. b ❡ Peregrinus, quia patria nostra paradisus. c ❡ In terra Gessen.

† Procop. Nam & eam olim vicinæ gentes frequenti exercitu D tamquam humi iacentem, conculcãtes pertransierunt. Sed iã velut erectam rebusque terrenis oppletam, puluerem ipsum, id est, carnis consilium excutere adhortatur, quo non nisi abiecto ad Christum licet accedere.

c *Excutere.* Anima polluta sordibus candorem pristinum amittit, sed excutit puluerem cum apostolis, quia imaginem terreni acceperat, vt portet imaginem cælestis. De puluere hoc dicitur: *Numquid cõfitebitur tibi puluis, &c.* Soluuntur quoque vincula colli, vt non audiat, *neruus ferreus collum tuum sed collum tuum sicut monilia,* vt graui onere liberata, E & recipiens pristina ornaméta, cesset esse captiua & redempta ab eo qui venit prędicare captiuis remissionem, non corruptibilibus argêto & auro, sed sanguine agni immaculati.

Matth. 10. b. 1. Cor. 15. f. Psal. 29. c. Descriptio redemptionis ecclesiæ vel animæ fidelis.

d *Gratis.* Nec commodum habuistis, nec incommodũ effugistis, cum filium Dei tradidistis.

† Rupertus. Dictio breuis, sed digna ore domini. *Gratis venundati estis.* Verè gratis; emptor enim diabolus, totum venundationis pretium defraudauit. *Comedite,* inquit, *eritis sicut* F *dij.* mendacium secutus est, Non enim de hominibus Deos fecit. Ergo non solum gratis, sed damnose venundati estis, quia cum potuisseris non mori, iam secundum animam mortui: simul etiam secundum carnem mortales facti estis. *Et sine argento redimemini.* Verè sine argento, sed non sine pretio. *Non corruptibilibus, auro & argento: sed sanguine Christi redempti estis,* dicit Petrus.

Quo pretio emerit nos diabolus, & bis in seruos & redemerit nos Christus.

1. Petr. 1.

† Avgvstin. in quæst. super Iud. li. 7. c. 17. Quare venditi gratis & sine pretio, non potius donati dicantur? Nam forte scripturarum locutio est, vt venditus, etiam, qui donatur, dici possit: qui sensus, est optimus. In eo quod dictũ est, *gratis venundati estis, & vendidisti populum tuum sine pretio,* quia illi quibus tradidisti populũ impij fuerunt.

Qui in S. Scriptura dicantur venditi vel donati.

e *In Aegyptum.* Hier. Arguit Iudæos, & ventura prædicit scilicet quod ☞ descen-

Genes. 46. a.

a *Induere vestimentis.* Moraliter, Anima quoque si per pœnitentiam pristinum robur receperit vocabitur habitaculum sancti & sic fit Templum Dei, nec pertransibit per eam incircumcisus & immundus, de quibus dicitur: *Si mei non fuerint dominati, tunc im. e.* Omnia autem quæ promittuntur Sion & Ierusalem, non vt Iudæi somniant ad lapides & cineres illius dicuntur, vt instaurentur in pristinum statum: sed ad populum Ierusalem, quæ occidit prophetas, corruens in passione Christi, in resurrectione illius est resuscitatus: quando multa millia de Iudæis crediderunt, & reliquiæ saluæ factæ sunt.

Qualem Sion & Ierusalem instaurationẽ Iudæi expectare debuissent. Psal. 18. d. Luc. 13. g.

b *Quia non adiiciet.* Hæc ad cælestem Ierusalem quam nullus immundus ingreditur.

Rom. 9. f.

† Pro-

NICOLAVS DE LIRA.

expectando futurum quod iam est præteritum. Igitur sequendo sententiam & dictum Ra. Sa. in hoc c. quantum ad id quod continet veritatis, potest dici consequenter, quod in hoc ca. remouetur tertium impedimentum liberationis factæ per Christum, quantum ad incredulos, quod prouenit ex contemptu humilitatis Christi. Principes enim sacerdotum, & Scribæ de aduentu Christi nimis carnaliter sapientes, expectabant eum temporaliter regnaturum: & dominium à Romanis ablaturum. & ideo cum viderunt eum humilem, abiectum & pauperem, & contemptum terrenorum docentem, contempserunt eum. & sic fuerunt cæcati, & fructu suæ redemptionis priuati: & hoc iustè, quia aduentus eius fuerat prænuntiatus in paupertate, Zach. 9. b. Ecce rex tuus venit tibi iustus & Saluator, & ipse pauper, &c. *quod secundum omnes doct. Heb. de aduentu Christi intelligitur. Hoc igitur impedimentum remouetur hic, ostendendo quod humiliatio Christi fuit dispositio ad gloriam, secundum quod dicitur Phil. 2. a.* Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortẽ, mortem autẽ crucis propter quod Deus exaltauit illum, &c. *& non solum post mortem fuit glorificatus, sed etiam ante, operibus miraculosis, ad declarationẽ suæ diuinitatis, propter quod Christo petente Ioan. 12. d.* Clarifica me pater, &c. *responsum fuit,* Clarificaui & iterum clarificabo. *i.* clarificaui *te in miraculis, &* iterum clarificabo *per gloriam resurrectionis; & sic est in corpore mystico Christi, quod est ecclesia, quia post depressiones eius per Iudæos & tyrannos eleuata est in magna gloria etiam temporaliter: & ipsis depressionibus fuit multum eleuata spiritualiter in receptione spiritus sancti, & in miraculis quæ fiebant per apostolos, & alios sanctos in nomine Christi, vt patet in Actib. apostolorum in pluribus locis & in sanctorum legendis. Secundum hoc igitur præsens capitulum in duas partes diuiditur, quia primò ostenditur propositum in mystico Christi corpore, secundo in ipso cap. ibi,* Ecce intelliget. *Prima in duas, quia primo describitur ecclesia depressa sublimatio, Secundo eius dilatatio.* Quam pulchri, *Prima in duas, quia primo ostenditur propositum; secundo adducitur exemplum, ibi.* Quia hæc dicit. *Circa primum propheta alloquitur ecclesiam primitiuam dicens,* Consurge, consurge, *ad opera virtutum & duplicatur ly consurge. ad maiorem excitationem.*

Materia huius cap.

Qualem expectabãt & adhuc expectent Iudæi Messiam.

Ipsum Christum & eius Ecclesiam crescere & clarescere debuisse per persecutiones.

Diuisio.

1 Induere, &c. *ad tolerandum constanter aduersa quia cito post ascensionem Christi ad cælos, facta est persecutio magna in ecclesia. Act. 8. & postea Romæ per Neronem & alios plures persecutores ecclesiæ: sed quia post persecutionem ecclesiæ secuta est pax & honor, ideo subditur,*

2 Induere vestimentis gloriæ tuæ, *& hoc fuit impletum Constantini imperatoru tempore, qui pacem ecclesiæ per totum Romanum imperium dedit, & mirabiliter eam honorauit.*

3 Quia non adiiciet vltrà, *sic te calcando & vilificando.*

4 Incircumcisus, *id est persecutor Gentilis,*

5 Et immundus, *id est persecutor Iudæus. Si autem contra hoc obiiciatur, quod post mortem Constantini Licinius persecutus est ecclesiam & postea Iulianus apostata: dicendum, quod illæ persecutiones non fuerunt tantæ quod deiicerent ecclesiam ab honore, nec diu durauerunt. Licinius enim in bello fuit deuictus, apud Thessalonicam capite truncatus; Iulianus etiam apostata à sancto Mercurio lancea fuit transfixus. Potest etiam dici quod illa dictio, vltra, cum dicitur,* Non adiiciet vltra, &c. *non importat semper perpetuitatem à parte post sed durationem temporis determinatam, & aliquando non multum longam, sicut dictum fuit plenius super ca. secundo. Toto autem tempore Constantini post eius baptismum vniuersalis ecclesia fuit in pace & honore.*

An à tempore Constantini notabiles aliquas persecutiones sustinuerit Ecclesia ab infidelibus.

6 Excutere de puluere. *i. de præsenti abiectione, vel de puluere ad litteram: quia multi Christiani fuerant condemnati ad fodiendum & deportandum arenam vnde puluerizabantur: qui omnes fuerunt absoluti de mandato Constantini.*

7 Sede Ierusalem. *in sede honoris, quod tunc fuit impletum quando Roma quæ erat caput mundi, facta est sedes summi pontificis per Constantinum, sede imperiali translata apud Constantinopolim.*

Roma Petro datur migrante imperio Constantinopolim.

8 Solue vincula colli tui. *quia omnes Christiani in diuersis partibus orbis incarcerati, per Constantinum fuerunt liberati.*

9 Gratis venundati estis, *i. sine causa deputati operibus seruilibus.*

10 Et sine argento redimemi. *quia Constantinus non accepit inde pecuniam, sed magis è conuerso pecunias suas distribuit per orbem ad ædificationem ecclesiarum & sustentationem ministrorum.*

11 Quia hæc dicit dominus Deus. *Hic adducitur exemplum ad propositum, & ponitur hic duplex exemplum. Primum est de descensu populi Israel in Aegyptum, cùm dicitur:*

12 In Ægyptum descendit populus meus in principio, *De quo descensu habetur Genesis quadragesimo sexto.*

13 Vt colonus esset ibi. *i. habitator ad euadendum famis periculum: sed postea fuit ibi multum depressus, & afflictus; sed dominus liberauit eum. Ista tamen liberatio hic non exprimitur quia erat nota & famosa: & ideo satis datur intelligi per hoc quod descensus in Aegyptum tangitur, & idem dicendum de secundo exemplo, cum subditur,*

☞ Et

descenderunt sponte ad Ægyptios tempore famis, post ab Assyriis A sine causa oppressi sunt. *In Ægyptum de.* q. d. Ægyptij voluerunt populum meum seruitute opprimere, & videbantur aliquid inde rationis habere: quia subuenerunt eis in famis necessitate. Sed ego liberaui eum, & eduxi eum per desertum in terram promissionis. Sed quid causæ est Assyrio vt etiam in terra sua opprimat illum, & calumnietur ei?

Ægyptij plus prætendere poterant iuris cur subigerent seruitute Hebræos quã Assyrij.

a *Quid mihi est hic.* HIER. li. 14. Nihil hîc, ait, apud eos reperio. Iuxta illud, *Ideo veni, & non erat homo. Vocaui, & non erat qui audiret.* Quod si ad eam, quæ sub Romanis fuit, captiuitatem referas, ad gentium regiones, in B quibus dispersi vagantur, loci particula refertur, nimirum, vt eos ideo in tali rerum statu versari, ista quæ pati indicet, quod redemptorem suum cruci affixerint.

b *Et iugiter.* † IVSTIN. in dialogo contra Tryphonem. Post dominum actum in crucem, vt intellexerunt eum reuixisse, & conscendisse cælum, vt à prophetis præsignificatum; non solum nõ doluere ob admissum tam immane nefas, sed elegere viros, quos ex Ierosolymis in omnes terrarum partes mitterent, qui aduersum Christum & Christianos fœdissimos spargerent rumores, & suos, qui toto orbe terrarum erant dispersi, concitarent aduersus dominum, & docerent Christo conuitiari.

*Rom. 2. d.

*Nau. 1. d. Rom. 10. c. Quomodo Iudæi Ierosolymitæ apud alias gentes traducere conati sint nomẽ Christianum.

C c *Quia ego ipse qui loquebar.* † EVSEBIVS lib. 6. ca. 24. de demonstr. euang. Docet propheta, quod non alius Christus est, sed idem ipse Dominus qui loquebatur in prophetis; Inquit enim, *Ecce ego qui loquebar, adsum.*

d *Quam pul.* HIERON. De eo qui supra dixerat: *Ego ipse qui loquebar ecce adsum*, testatur propheta quod ipse supra montes Euangelium prædicauit.

e *Annuntiantis.* IBID. Christi, per semetipsum, per apostolos, qui-

a ¶ Diabolus. ¶ Assyrij cum Nabuchodonosor.
b ¶ Adam enim ei nihil nocuerat: quare eum ad peccandum compelleret.
c ¶ In terra promissionis.

1 & Assur absque vlla causa calumniatus est eũ.

a ¶ Quasi: Quid moror amplius in Iudæa, vbi tam pauci fideles? transibo ad Gentes, vnde fideles, transeamus ab his sedibus.

2 a ⁵ Et nunc quid mihi est hic, dicit dominus quo 3

a ¶ De terra sua, vel à Deo malè viuendo: vnde, Populus meus ablatus est gratis. 4
b ¶ Reges, principes, sacerdotes, per quorum peccata populus sæpe tam corpore quàm anima captiuatur.

niam ablatus est populus meus gratis? domi- 5

a ¶ Populi.

natores eius iniquè agunt, dicit dominus. Et

a ¶ Ter quotidie maledicunt dominum & Nazaræos eius.
b ¶ In synagogis, vel in Gentibus, vnde, Per vos nomen domini blasphematur in Gentibus.

b iugiter tota die * nomen meum blasphema- 6

a ¶ Quia blasphemor à Iudæis. b ¶ Fideles à Christo Christiani vocari.

tur. ⁶ Propter hoc sciet populus meus nomen 7 8

a ¶ Incarnationis. b ¶ Olim per prophetas.

c meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, 9 10

a ¶ Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum. ¶ Per meipsum. 11
b ¶ Propheta de filio. c ¶ Sanctos. ¶ Iudææ, vel apostolos, virtutibus eminentes.
d ¶ Apostoli quorum pedes dominus lauit. 12

d ecce adsum. * ⁷ Quã pulchri super montes pe- 13

a ¶ Nobis. b ¶ Cum Deo & angelis. 14
¶ Pacem his qui longe, & his qui prope: Hic est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.

e des annuntiantis & prædicantis pacem, an- 15

a ¶ Euangelium, gratiam spiritussancti. b ¶ Nobis. c ¶ Quam dedit.
¶ Redemptionem & beatitudinem.

nuntiantis bonum, prædicantis salutem, di- 16

a ¶ O. b ¶ Victo diabolo. c ¶ Non peccatum. d ¶ Audietur in toto orbe.
e ¶ Super muros tuos constituti sunt custodes.

f centis: Sion regnabit Deus tuus. ⁸ Vox specula- 17

a ¶ Ipsi. ¶ Alte loquentes. b ¶ Prædicationis: In omnem terram exiuit sonus eorum.
c ¶ Corda, quæ discordat, non laudat. d ¶ Dominum.

torum tuorum leuauerunt vocem, simul lau- 18

a ¶ Cordis. b ¶ Facie ad faciem. ¶ Oculi mei semper ad dominum. 19

dabunt: quia oculo ad oculum videbunt, 20

a ¶ Ad fidem. b ¶ In conuertendo dominus captiuitatem, &c. c ¶ Ecclesiam.
d ¶ Quia instaurata.

g cum conuerterit dominus Sion. * ⁹ Gaudete 21

a ¶ Reliquiæ Iudæorum apostoli & alij. 22
b ¶ Per spiritum sanctum subintrante multitudine Gentium.

& laudate simul deserta Ierusalem, quia con-

¶ Fidelem. a ¶ Sanguine filij.

solatus est dominus populum suum, redemit

quibus ait: *Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis.* Super quos dominus sedens prædicabat: Ipsi etiam pedes Christi, prædicationem eius portando. D

Ioan. 14. d.

† PROCOPIVS. Miratur in quascumque terras Euangelij præcones abierint, ibidem auditos esse, horumque pedes pulchros appellauit, vt, quos saluator abluisset, mundos esse significaret; non aliter quã per montes, ipsam prædicationis sublimitatem. Pacem verò cum Deo nõ vicinis tantum sed remotis etiã gentibus euangelizabant qui Christũ docebãt: euangelizabant itẽ bona reuera, cum beatitudines denuntiabant.

Apostolorũ in gentibus prædicatio.

† RVPERTVS. Speciosi pedes, B misericordia & veritas. Duobus istis pedibus iste qui nunc dicit, *Ecce adsum*, in hunc mundum venit, videlicet, quemadmodum dicit, *vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* Nam vt qui non vident, videant, misericordiæ est, & vt qui vident, cæci fiant, veritatis est. Pes iste Iudæos contriuit, pes ille gentes subleuauit.

† ORIGEN. in præfat. in Ioan. Euangelizabant Apostoli bona, scilicet Iesum. Nec miretur quisquam si nomine bonorum, numero multitudinis, exposuerimus annuntiari Iesum ab euangelizantibus: facilè enim intelliges, quomodo multa bona sit Iesus; vita bonum est, Iesus est vita; F resurrectio bonum est, Iesus est resurrectio, lux mundi bonum est, Iesus est lux vera, veritas, ostium, sapientia, potentia, thesaurus denique omnium bonorum Iesus est.

Quod Iesus non vnum sed multa seu omnia bona sit.

f *Vox spe.* HIER. lib. 14. apostolorum & aliorum qui in specula sunt semper vt omnia præuideant, & subiectos promoueat.

*Sa. 49. d.

g *Gaudete.* Primitiuam ecclesiam consolatur, de multitudine Gẽtium, quæ excæcatis Iudæis in locum eorum subintrauerunt. Ducto autẽ populo à Romanis in captiuitatẽ, & succesis vrbib. habi-

Excisis Iudæis Ecclesia creuit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et Assur, *id est rex Assyriorum,*
2 Absque vlla causa calumniatus est eum: *tamen dominus mirabiliter liberauit ipsum tempore Ezechiæ, vt habetur 4. Reg. Consequenter applicantur exempla ad propositum, cùm dicitur,*
3 Et nunc quid mihi est hic: *id est in persecutione ecclesiæ, quasi di. decet me eam liberare. Et subditur causa:*
4 Quoniam ablatus est populus meus gratis? *quia in primitiua ecclesia multi fuerunt ablati per occisionem de præsenti vita, & multi de locis suis per incarcerationes & exilia.*
5 Dominatores eius inique agunt, *Quia Iudæi, sub quorum dominio primò fuit ecclesia in Ierusalem & Iudæa, inique tractauerunt populum Christianum; & postea imperatores Romani, & eorum præfecti.*
6 Et iugiter tota die nomen meum blasphematur, *scilicet nomen Christi, qui ab infidelibus magus & deceptor fuisse dicebatur.*
7 Propter hoc, *id est propter iniurias dictas,*
8 Sciet populus meus, *scilicet Christianus,*
9 Nomen meum, *id est efficaciam nominis mei per experientiam suæ salutis: sicut vocor Iesus, id est, salus vel Saluator.*
10 In die illa, *scilicet, notabili & famosa, quando Constantinus recepit baptisma.*
11 Quia ego ipse qui loquebar, *in humanitate assumpta discipulis meis.*
12 Ecce adsum, *per saluationis effectum: & etiam in persona propria, quia Constantinus de baptismo consurgens confessus est se vidisse Iesum Christum.*

Constantinus Baptizatus.

13 Quam pulchri. *Hic consequenter describitur ecclesiæ dilatatio per prædicationem apostolorum aliorumque discipulorum, cum dicitur,* Quam pulchri, *id est, valde pulchri.*
14 Super montes, *id est, terrenos principes fidem Christi recipientes ad prædicationem prædictorum.*
15 Annuntiantis bonum, *id est, legem Euangelicam quæ est lex pacis & amoris. Posset etiam hæc littera exponi de nuntiis Constantini missis per orbem ad denuntiandum ecclesiæ pacem. Sed prima expositio magis consonat dicto apostoli, vt supra dictum est: & etiam litteræ sequenti, in qua subditur,*

Ecclesiæ pacem reddit.

16 Dicentis: Sion, regnabit Deus tuus. *Apostoli enim & alij prædicatores ecclesiæ prædicauerunt, & prædicant regnum Christi, propter quod dicitur Matth. 24. b.* Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, &c. *vnde in fine legendarum sanctorum communiter ponitur: Regnante domino nostro Iesu Christo, &c.*
17 Vox specu. *id est prælatorum, secundum quod dicitur Ezech. 3. d.* Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, &c.
18 Leuauerunt vocem, *constanter prædicando:*
19 Simul laudabunt, *concorditer gratias agendo,*
20 Quia oculo ad oculum, *id est sensibiliter.*
21 Cum conuerterit dominus Sion, *videntes multitudinem Gentilium conuersam ad Christum: & hoc fuit impletum tempore Constantini. Anno enim quo baptizatus fuit, tanta multitudo credidit, vt ad duodecim millia & amplius baptizandi adscriberentur, vt habetur in gestis sancti Syluestri, absque mulieribus & paruulis, ideo subditur,*

De multitudine gentilium quæ Constantinus exemplo baptizata est.

22 Gaudete & laudate simul deserta Ieru. *i. loca seruituti Christi dedicata: quæ ante tempora Constantini ita fuerunt deserta, quod nullus Christianus nisi furtim audebat accedere; sed Constantinus per totum orbem iussit ea aperiri, & à fidelibus frequentari, & alia de nouo ædificari.*

1 Parauit

☞ habitator aut nullus remāsit, aut A rarus. Ecclesia autem, quæ quōdam in eis fuit, multitudine Gētium, & reparata est & multiplicata est: vnde eis qui crediderunt dicitur, *Gaudete, &c.*

a *Brachium. In brachio meo Gentes sperabunt.* Et alibi: *Brachium tuum cum potentia.*

Psal. 97. Psal. 88. c. 2. Cor. 6. d. 45. dist. c. recedite. 23. d. 4. c. ecce. & c. recedite. 1. Esdr. 1. cap.

b *Recedite.* HIERONYMVS. Hoc Iudæi ad se referunt quando permittente Cyro regressi sunt in Ierusalem, & vasa domini quæ Nabuchodonosor asportauerat, reportauerunt. Quibus B (vt aiunt) munditia indicitur, vt ab illis sancta vasa referantur. Et quia non in tumultu, vel fuga exibunt, prædicitur. Sed melius ad apostolos, & ad primitiuam ecclesiam hoc referimus. Antè enim quam Romani superuenirent & apostoli in Gentes sunt diuisi, & alij fideles in regnum Agrippæ transierunt, à spiritusancto admoniti.

Immundum tangere est peccatis consentire.

Illud: Recedite rec. &c. quomodo Iudæi & quomodo Catholici exponant?

Matth. 18. d.

C c *Exite.* in toto orbe euangelium prædicantes, *Ite docete omnes Gentes.*

d *Pollutum nolite.* † CHRYSOSTOM. in c. 6. 2. Corin. Non dixit dominus, ne facite immunda; sed maiorem diligentiam requirens dixit, ne tetigeritis, ne appropinquaueritis, Nam adulterium, fornicatio, immunditia carnis est; immundæ verò cogitationes, & videre intemperatis oculis, dolosè agere, vindictam velle, animæ inquinatio est. igitur & corpore & animo vult nos esse mundos.

Vt animo & corpore simus mundi.

Ro. 15. c. 1. Cor. 3. d.

e *Vasa domini.* HIERONYMVS. Templum domini sanctum est, quod estis vos. vasa scilicet au-

a ¶ Generalem ecclesiam. b ¶ Incarnari fecit filium, vel prædicari vbique.

a Ierusalem. [10] Parauit dominus brachium san-

a ¶ Cordium.

ctum suum in oculis omniū Gentium, & vi-

a ¶ Corde vel etiam corpore in iudicio. b ¶ Mundi cardines. c ¶ Filium.

debūt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

a ¶ O apostoli, ne peccatis eorum inuoluamini, vel quilibet sancti. b ¶ Ierusalem. c ¶ Iudæos morte & sanguine Christi.

b * [11] Recedite, recedite, exite inde, pollutū no-

c ¶ Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. a ¶ Ierusalem. b ¶ O apostoli.

d lite tangere, Exite de medio eius: * mūdami-

¶ A vitiis, à consortio blasphemantium, in necem quorum paratur exercitus Romanus. a ¶ Vosipsos, in quibus dominus vel arma iustitiæ.

¶ Sicut prius de Ægypto, sed in pace regis.

¶ Quamuis enim cæsi tamen victores extiterunt. ¶ A Iudæis.

e ni qui fertis vasa domini. [12] Quoniam non in

a ¶ Timore. b ¶ Vt victi, sed victores quotidie multi Iudæorum millia fidei subiicientes. c ¶ Ad Gentes.

tumultu exibitis, nec in fuga properabitis.

a ¶ Euntes ad Gentes. b ¶ Dux & moderator.

Præcedet enim vos dominus, & congregabit

a ¶ Ex Iudæis & Gentibus, vt fiat vnum ouile & vnus pastor. b ¶ Voluntatem meam. c ¶ Filius obediens vsque ad mortem. ¶ Dei verbum & sapientia.

f vos Deus Israel: [13] Ecce intelliget seruus meus,

a ¶ Ideo. b ¶ Ad cælos, vel per apostolorum prædicationem. c ¶ Super omnes cælos. ¶ Ad dexteram patris.

et exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit

a ¶ Admirantes miracula ante passionem.

g valde. [14] Sicut obstupuerūt super te multi: sic

a ¶ In passione. ¶ Quia consputus, flagellatus, crucifixus. Reuera enim speciosus præ filiis hominum. ¶ Vnde maiora miracula. b ¶ Species sine honore.

inglorius erit inter viros aspectus eius, & for-

a ¶ Lauabit sanguine proprio, non sicut in lege sanguine agni. ¶ In baptismo.

ma eius inter filios hominum. [15] Iste asperget

a ¶ Prædestinatas. b ¶ Super sapientiam eius prædicantibus apostolis.

Gentes multas, super ipsum continebunt re-

a ¶ Philosophi, quorum sapientia crucis prædicatione subuersa est. b ¶ Gentibus.

¶ Horum comparatione Iudæorum duritia reprehenditur, de quibus: Auditu audietis, & non intelligetis. ¶ c Per prophetas.

ges os suum. * Quia quibus nō est narratum

a ¶ Corde credent.

b ¶ Ab ipso in carne prædicante, de quibus: Beati qui non viderunt & crediderūt, &c.

de eo, videbūnt: & quæ non audierunt

a ¶ Fide.

contemplati sunt.

1 aurea & argentea: vnde Paulus, D vas electionis dicitur; Vel vasa domini, armatura Dei, lorica iustitiæ, clypeus fidei, galea salutis, & gladius spiritus, quod est verbum Dei.

Act. 9. c. Ephes. 6. c.

f *Ecce intelliget.* ne dubitetur quis dixerit, *qui loquebar ecce adsum:* Et quod sit brachium domini, pater perspicuè docet.

g *Sicut obstu.* Non seruatur ordo historiæ. Superius enim loquebatur propheta in persona patris de ascensione filij, & subito ad passionem rediit.

1. q. 1. c. ne. cesse. Manum immundam tacta inquinare non mundare.

E † RVPERTVS. Mira locutionis forma, mira apostropharum velocitas. De tertia ad secundam, de secunda protinus ad tertiam dictio refugit personam. Cum dixisset, *ecce intelliget seruus meus, &c.* ad ipsum apostrophem fecit, subiungendo, *sicut obstupuerunt super te multi.* Et reuera bene & amicabiliter ad illum de quo loquebatur, se conuertit; sed subiiciendo, *sic erit inglorius aspectus eius,* noluit dicere tuus, sed dixit, *eius,* Reuerantiam Domino pietas exhibuit, quia veraciter non ipsi F aspectus suus, sed hominibus male videntibus aspectus eius inglorius fuit.

Quibus aspectus Dñi sit inglorius.

† PROCOPIVS. Est enim fides intelligentiæ radix quia nisi credideritis inquit non intelligetis. Quod certè etiam prophetis causam admirationis attulit. Itaque ait, *Domine quis credidit auditui nostro?* Vtrumque enim mirabantur: Et Iudæorum infidelitatem, & gentium conuersionem.

Vtrumque est mirabile & Iudæorū infidelitas & gentium conuersio.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

Christus brachium seu virtus Dei.

1 Parauit dominus brachium sanctum suum, *id est filium, qui dicitur virtus patris 1. ad Cor. 1. d.* Prædicamus Christum Dei virtutem, &c. *& sic dicitur brachium domini, eo modo loquendi quo potestas sæcularis dicitur brachium sæculare.*

2 In oculis, *quia prædicatores à tempore Constantini liberius potuerunt vbique discurrere, & multi valde exemplo imperatoris incitati fuerunt ad fidem Christi conuersi, Gentilitate relicta: ideo subditur,*

3 Recedite, recedite, *De cultu idololatriæ,*

4 Pollutum nolite tangere, *id est, nolite extendere manus vestras ad opera peccatorum. Et quia ministri ecclesiæ debent esse mundiores aliis, ideo sequitur,*

5 Mundamini qui fertis. *qui estis deputati ad cultum Dei, sicut Leuitæ in veteri testamento, qui portabant vasa cultus tabernaculi.*

6 Quoniam non in tumultu exibitis, *i. per violentiam armorum, quod dicitur propter multos confessores & ministros Dei incarceratos, quos Constantinus liberè absoluit;*

7 Nec in fuga, *carcerem frangendo, & inde fugiendo:*

8 Præcedet enim vos dominus, *per Constantinum liberando.*

9 Et congregabit vos, *cum fidelibus aliis ad laudandum Deum in ecclesiis.*

Ab illo loco: Ecce intelliget. &c. de Christo exponendū est hoc cap.

10 Ecce intelliget. *Hic ostenditur propositum in capite nostro Iesu Christo, qui fuit humiliatus, & exaltatus, vt supra dictum est. Et vtrumque mixtum ponitur hic cum dicitur:* Ecce intelliget seru. *quia habet scientiam diuinam ab æterno, & humanam ex tempore. Et quod intelligatur de Christo ad litteram, patet per translationē Chaldaicam, quæ dicitur Thargum apud Hebræos & tantæ auctoritatis est apud eos, quod nullus ausus fuit ei contradicere, quæ talis est hic:* Ecce prosperabitur seruus meus Messias, *propter quod antiqui Hebræi ab illo loco vsque ad finem 53. c. exposuerunt ad litteram de persona Christi.*

11 Exaltabitur, *ad vnitatem suppositi diuini; Vel aliter,* Exaltabitur, *in sua resurrectione,*

12 Et eleuabitur, *in sua ascensione.*

13 Et sublimis erit valde, *sedens ad dexteram Dei patris: Marc. vlt. d.* Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei.

14 Sicut obstupuerunt, *videntes miracula ante passionem facta, Matth. 8. d.* Porro homines mirati sunt dicentes, Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? *& similiter doctrinam Christi audiendo miraculis confirmatam, Matth. 7. d.* Admirabantur turbæ super doctrina eius: erat enim docens eos sicut potestatem habens.

15 Sic inglorius erit, *id est, vituperatus erit,*

16 Inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. *quando fuit consputus & colaphis cæsus.*

17 Iste asperget gentes multas. *id est, mundabit suo sanguine & baptismate.*

18 Super ipsum continebunt, &c. *quod videmus impletum in regibus ad fidem conuersis, qui non solum continent ora propria à blasphemiis: sed faciunt etiam suos subditos contineri, blasphemos puniendo.*

19 Quia quibus non est narra. de eo, videb. *credendo: & isti sunt Gentiles ad quos propheta missi non fuerunt, neque audierunt Christum personaliter prædicantem sicut Iudæi: propter quod dicit Saluator Matt. 15. c.* Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, *scilicet ad prædicandum in persona propria.*

☞ CAP.

ADDITIO.

In cap. 52. vbi dicitur in postil. Consurge.

In hoc cap. 52. videtur propheta quædam præambula præsupponere ad passionem Christi pertinentia, de qua dicturus est apertè & plenè in seq. cap. scilicet 53. vnde primò hortatur populum fidelem ad virtutes di. Consurge, consurge: induere fortitudine tua Sion. *Duplicatur autem hoc verbum,* consurge, *ad maiorem confirmationem: Vel per primum* consurge, *intelligitur resurrectio à peccatis, Per secundum vero*

Cur in primo vers. huius cap. duplicetur ly Consurge.

A verò processus ad virtutes: & sequitur: Induere fortitudine tua Sion, scilicet fortitudine gratiæ, per quam resistitur aduersitatibus mundanis, & diabolicis tentationibus, iuxta illud Luc. 6. e. Estote fortes in bel. &c. Et quia per talem fortitudinem deuenitur ad statum gloriæ, prout ibidem sequitur, Et accipietis regnum æternum; ideo subditur, Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas sancta, scilicet cælestis, de qua propriè verificatur quod subditur, Quia non adiiciet vltrà, &c. quam exhortationem & excitationem iterum ad maiorem confirmationem sub aliis verbis repetit, di. Excutere de puluere, scilicet peccatorum, iuxta illud Psal. 29. c. Numquid confite. tibi pul. Consurge, scilicet ad faciendum bonum, Ierusalem sede, scilicet mente quieta, Solue vincula colli tui, &c. scilicet per contritionem veram, per quam vincula peccatorum soluuntur. Qualiter autem seu qua virtute possent huiusmodi vincula captiuitatis peccatorum solui, subdit, di. Hæc dicit dominus gratis venundati estis, &c. In hoc enim quod dicit, gratis venundati estis, intelligitur venundatio, quæ est per peccatum, vnde suprà 50. c. dixerat: Ecce in iniquitatibus vestris venundati estis, Nam qui facit peccatum seruus est peccati, Ioan. 8. d. In hoc autem quod sequitur, Et sine argento redimemini, ostenditur quod passio Christi, de qua intendit in proximo loqui, operata est salutem nostram per modum redemptionis, non corporalis, secundum quam quandoque aliqui pecuniali pretio redimuntur; sed per redemptionem spiritualem, scilicet per sanguinem pretiosum Christi: vnde 1. Petri 1. c. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine agni immaculati & incontaminati Christi. Quæ quidem verba apostoli manifestè correspondent prædictis verbis propheticis scilicet cum dicitur, Sine argento redimemini. Et ad declarationem prædictorum subdit, Quia hæc dicit

Quomodo passio Christi operata sit salutem nostram.

B dominus Deus, in Ægyptum descendit populus meus. Vbi propheta ostendit differentiam inter captiuitatem Babylonicam, & Aegyptiacam, à quibus fuerunt per Deum liberati; & captiuitatem peccati, seu diaboli, à qua Christus redemit humanum genus per suam passionem. Nam in prædictis duabus captiuitatibus, licet essent inter se differentes, quia Aegyptiacam incurrerunt sponte descendentes in Aegyptum, vt coloni essent ibi, vt patet Gen. 46. & sic Aegyptij habuerunt aliqualem rationem detinendi eos, quia subuenerunt eis in famis necessitate, vt in glos. In captiuitate autem Babylonica, (quæ significatur hic per Assur, eo quòd Assyrij cum Nabuch. venerunt,) non fuit talis causa, vt in terra sua calumniarentur & opprimerent eos, vt in gl. In vtraque autem captiuitate prædicta, quæ solum corporalis erat, in manu violenta, per coactionem opprimentium, sufficienter fuerunt redempti per potentiam diuinam aduersarios violenter populum Dei detinentes opprimentem, vt patet in sacris scripturis de hoc loquentibus; Sed in hac captiuitate, à qua Christus per suam passionem redemit, hoc non congruebat scilicet quòd Deus per suam solam potentiam diabolum spoliaret, eò quod humanum genus per peccatum (quod secundum Augu. non est nisi voluntarium) captiuatum fuit: qua ratione erat iustè sub seruitute diaboli derelictus à Deo, vt tractatur à doctoribus in 3. di. 19. & hoc est quod sequitur, Et nunc quid mihi est? Hæc dicit dominus, quia ablatus est populus meus gratis. q. d. & nunc scilicet in hac captiuitate hoc non sufficit, scilicet per solam potentiam redimere, Quoniam ablatus est populus meus gratis, scilicet sponte tradendo se

Comparantur inter se tres captiuitates Ægyptiaca, Babylonica, & illa, quæ peccati dicitur.

C peccato, seu diabolo, qua ratione conueniens est, vt per iustitiam redimatur. Si autem contra hoc dicatur, quòd Christus per suam passionem non solum ab actuali, sed à peccato originali principaliter redemit: Quod quidem originale peccatum non est voluntarium in ipsis descendentibus per propagationem; Dicendum, quòd licet peccatum originale non est voluntarium in ipsis propagatis, fuit tamen voluntarium in primis parentibus, à quibus trahunt originem. Et ideo simpliciter dicit, Ablatus est populus meus gratis, scilicet sponte se tradidit diabolo seu peccato: & ideo non per solam potentiam redimendus est, sicut in aliis captiuitatibus supradictis; & sequitur, Dominatores eius iniquè agunt, deducendo eos ad peccandum: nihilominus quia gratis scilicet sponte (vt dictum est) se tradiderunt, Et iugiter tota die nomen meum blasphematur, scilicet eò quòd in eis remanet culpa peccati secundum quam Deus offenditur, & ideo dicitur blasphemari, (iuxta illud ad Rom. 2. d. Per vos nomen domini blasphematur in Gentibus.) Ex supradictis igitur concluditur, quod captiuitas, de qua agit, non per solam potentiam opprimentem aduersarios redimenda erat, sicut aliæ captiuitates; sed per aliquod remedium sufficiens ad tollendam culpam seu maculam peccatorum: & ideo subdit, Propter hoc sciet pop. meus nomen me. in die illa, scilicet propter necessitatem seu congruentiam prædictam sciet populus meus, scilicet populus nouiter per me redemptus, nomen meum, scilicet nomen Iesus, quod significat redemptorem, seu saluatorem à tali captiuitate diaboli, seu peccati, iuxta interpretationem huius nominis per angelum factam ipsi Ioseph, Mat. 1. Ipse enim saluum faciet po. su. à p. e. & sequitur, In illa die, scilicet tempore gratiæ, quando hoc nomen fuit manifestum. Tempus enim gratiæ dies dicitur, iuxta illud ad Ro. 14. d. Nox præcessit, dies autem appropinquabit; Et quia hæc redemptio à Deo vero facta transcendit omnes alias redemptiones, quæ

Peccatum originale an sit voluntarium.

Quomodo conueniens erat tertiam captiuitaté redimi.

factæ fuerunt mediantibus angelis, seu hominibus modo prædicto: ideo subdit, D Quia ego ipse qui loquebar, scilicet per prophetas, ecce adsum, scilicet per carnem assumptam; q. d. Redemptiones præteritæ particulares, & corporales, per angelos, seu prophetas in persona mea loquentes factæ sunt, sed hæc redemptio, quæ spiritualis atque vniuersalis est, oportet vt per me fiat. Vnde ego ipse qui loquebar ecce adsum. Item circa hoc quod dicitur, Sciet populus meus nomen meum. Notandum, quod sicut in redemptione Aegyptiaca fuit Moysi, & deinde senioribus Israel, & deinde populo reuelatum nomen domini Tetragrammaton: secundum cuius veram significationem ad Deum pertinet signa & prodigia facere, facultatem naturæ excedentia, quæ requirebantur ad illam redemptionem, prout fuit dictum Exo. 3. in additione ar. 7. sic in hac redemptione vniuersali reuelatum fuit nomen Iesus, primo virgini gloriosæ, deinde Ioseph, & aliis discipulis, & fidelibus; per quod nomen intelligitur salus, vel saluator à peccatis, vt dictum est. Sequitur, Quam pulchri super montes, vbi postquam propheta ostenderat, quod prædicta redemptio spiritualis erat ab ipso vero Deo fienda: de publicatione huius redemptionis, dicit, Quam pulchri super montes. Ad quod sciendum, quod facta redemptione per passionem Christi, licet pluries suis apostolis in sua resurrectione apparuit, tamen de apparitione eius facta in monte Galilææ specialem mentionem fecit, prædicens mulieribus, Annuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, quæ quidem apparitio fuit in quodam monte Galilææ, vnde Mat. vl. b. Vndecim discipuli abierunt in Galilæam in montem, vbi constituerat illis Iesus. de quo propriè potest intelligi istud verbum, Quam pulchri super montes, id est super montem, sumendo plurale pro singulari, sicut in aliis multis locis. Et sequitur, Pedes annuntiantis & prædicantis pacem, scilicet

Minister tertiæ redemptionis multo dignior ministris priorū.

Nomē Domini Tetragrammatō, & nomen Iesu.

E pedes Christi, qui in illo monte annuntiauit eis, & iniunxit prædicationem Euangelij pacis, di. Euntes docete omnes gentes, scilicet Euangelium pacis. Mat. 28. d. Annuntiantis bonum, prædicantis salutem: quia tunc dictum fuit eis, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Mar. vl. d. In quo verbo manifestè prædicauit salutem omni credenti, dicentis, Sion regnabit Deus tuus; quia tunc Christus dixit Sion, scilicet apostolis, in quibus præcipuè ecclesia residebat, Data est mihi omnis potestas, &c. Mat. vl. d. Si autem quæratur quare pedes Christi singulariter nominauit propheta, dicendum, quod in hoc designatur adoratio apostolorum fuisse ibi facta vsque ad pedes: eo modo quo de mulieribus ibidem dicitur, Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Et sequitur, Vox speculatorum tuorum, quod communiter exponitur de apostolis, & prælatis eis succedentibus. Sed saluo meliori iudicio magis propriè videtur exponendum de patribus in limbo existentibus, qui speculatores vocantur in ve. te. Ezec. 3. d. & 3. b. Fili hominis speculatorem te dedi. Isti enim patres dicuntur leuare vocem & laudare præ gaudio suæ liberationis simul, quia coniunctim liberati fuerunt, & beatitudinem sibi promissam, & diu spectatam attigerunt: de quo dicit, Quia oculo ad oculum videbunt, scilicet facie ad faciem, Cum conuerterit Sion; Et sequitur, Gaudete & laudate simul deserta Ierusalem, quod satis propriè applicatur primitiuæ ecclesiæ, prout in gl. Parauit dominus brachium sanctum, &c. exponatur sicut in postilla, referendo tamen ad tempus prædicationis apostolorum. Recedite, recedite, exite inde, exponatur de primitiua ecclesia sicut in gl. quia antequam Romani superuenirent, apostoli & alij fideles à Iudæa, quæ contaminata remanserat ex oc-

Apparitio Christi post resurrectionem in mōte Galilææ & delegatio Apostolorū ad prædicādum Euangelium.

Patres in limbo.

F cisione Christi, in regnum Agrippæ transierunt, & ad alias Gentes, spiritu sancto admonente, vt in historia Ecclesiastica habetur. Sequitur: Mundamini. scilicet à vitiis qui fertis vasa domini; Per vasa domini secundum gl. intelliguntur sancti, vnde Paulus vas electionis dicitur, vel, vasa domini sunt armatura Dei. lorica iustitiæ, clipeus fidei, galea salutis, & huiusmodi. Et ne quis æstimaret ex hoc quod dixerat, Recedite, recedite, exite inde, quod in hac redemptione requirebatur recessus corporalis per modum fugæ, sicut in redemptione Aegyptiaca, Exod. 12. ideo subdit, Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis, scilicet sicut tunc; Præcedet enim vos dominus, scilicet ipse Dei filius in persona propria, Et congregabit vos dominus Deus Israel, in fide & charitate, quis autem sit iste Deus Israel statim subdit di. Ecce intelliget seruus meus, quem hic vocat seruum, eò quòd fuit obediens vsque ad mortem: de qua morte statim in sequenti cap. tractat, & sequitur, Exaltabitur, scilicet ad cælos secundum glo. quia per obedientiam vsque ad mortem Deus exaltauit illum, vt habetur Phi. 2. d. Et eleuabitur super omnes cælos, & sublimis erit valde, quia ad dexteram patris sedens, hæc in gl. Antiqui autem Hebræorum istas eleuationes exponunt de Messia sic: Exaltabitur, plusquam Abraham, & eleuabitur plusquā Moyses. Et sublimis erit valde, plusquā angeli superiores; Ex quo patet, quod Messias, de quo etiam secundum ipsos loquitur propheta, esset sublimior angelis superioribus: Et cùm secundum eos inter naturam diuinam & angelicam non sit medium, consequenter concedere habent, quòd ipse sit Deus, & cum propheta hic vocat eum seruum, quod non competit diuinæ naturæ, sequitur quod in ipso sint duæ naturæ, diuina scilicet & humana, quod tamē ipsi negāt licet cōcedant præmissa. In his enim & similibus non verētur veritati per eos implicitè concessæ contradicere.

Vasa Domini.

Ephe. 6. c.

Euincitur contra Iudęos Christum esse Deum & hominem.

Rei dicendæ designat altitudinem.

Christus natus & plagis deformatus.

CAP. LIII.

A a QVis credidit. HIERO. lib. 14. Propheta in persona prophetarũ conqueritur, quòd pauci ei Iudæis credunt quod de aduentu filij ab illis audiunt. † ORIG. in cap. 10. ad Rom. Hęc interrogatio in sacris litteris paucos aut raros significat, qui crediderint.

Ioan. 2. f.

† CHRYSOSTOMVS. Induxerant obiectionem Iudæi, quòd si Christus missus est à Deo, & Christus Deus est, oportebat vt omnes illi obedirent; quomodo Christo nõ crediderunt? B Respondet Paulus, hoc ipso quod non obediant, poterat tibi ô Iudæe eorũ quæ dicuntur, fidem facere; Nam & hoc futurum propheta prædixerat, & multò plus quam hoc. Vos enim obiicitis quod non omnes crediderunt, Isaias plus dicit, domine quis credidit auditui nostro?

Missum fuisse Christum confirmat, non eleuat, illud, quod talis non sit habitus à Iudæis.

b *Et brachium do.* HIER. Pater C filiũ suum mundo nuntiauit venturum; & ante scandalum crucis, præmisit gloriam resurgentis. *Eleuabitur & exaltabitur*, &c. Respondet ergo prophetarum chorus se officium implesse, & brachium domini annuntiasse.

Suprà 52. d.

c *Virgultum.* IBID. Symmachus, ramus; hominem significans, qui processit de vtero virginis.

d *Sitienti.* IBID. Aquila, *inuia*, vbi virginitatis priuilegium demonstratur: quia sine semine de terra prius inuia creatus est.

† PROCOPIVS. Radicem illam significat, de qua illud, *Egredietur virga de radice Iesse.*

e Non

C A P. LIII.

¶ Quasi: Quam pauci ex Iudæis. a ¶ His, quæ audiuit à nobis.

* 1 QVis credidit auditui 1 nostro: & brachium do- 2 mini cui reuelatum est. 3

a ¶ Filius per quem pater omnia fecit. a ¶ Vt crederet, quamuis à nobis audiret. a ¶ Egredietur virga de radice Iesse. ¶ Resurgendo, ascendendo, & mundum fide complendo.

2 Et ascendet sicut virgul- 4 tum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. 5

a ¶ Per omnia placens. b ¶ De vtero virginis, mundo à virili concubitu. c ¶ Sicca. a ¶ Opinione malorum. b ¶ Nos prophetæ oculis cordis.

6 Non est species ei, neque decor. Et vidimus 7 eum, & non erat aspectus: & desiderauimus 8 9

a ¶ Ei in passione. b ¶ Multo ante videre. a ¶ A Iudæis, pendentem in cruce, & pro nobis maledictum. b ¶ Vilissimum opinione. c ¶ Omnium.

eum 3 despectum & nouissimum virorum, 10 virum dolorum, & scientem infirmitatem. 11

a ¶ Verus homo, vere doluit. b ¶ Pati. ¶ Pro nobis assumptam diuinitate superauit. a ¶ Diuinitas abscondita in corpore. ¶ Vnde supra: Tu es Deus absconditus, & nesciebamus. ¶ Iudæis.

12 Et quasi absconditus vultus eius, & despe- 13 ctus: vnde nec reputauimus eum. *4 Vere lan- 14 guores nostros ipse tulit, & dolores nostros 15 ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi 16

a ¶ Multi ex nobis, post tamen crediturì. b ¶ Dei filium. c ¶ Sed. ¶ Non putatiue, sed vere crucifixus, vere doluit: vnde, Tristis est anima mea vsque ad mortem. a ¶ Peccata. b ¶ Non suos. c ¶ Non alius. d ¶ A nobis e ¶ Non suos. a ¶ In corpore suo super lignum. b ¶ Qui ignorantes peccauimus, sed pœnitentes credimus: in illorum enim persona Isaias loquitur.

e *Non est species.* † PROCOPIVS. Postquam de saluatoris D natiuitate disseruit, eius iam in terra conuersationem explicat.

† AVGVSTINVS hom. 35. Quæ species illius erat, quæ non videbatur, quæve gloria? Illa namque non videbatur de qua Ioannes, *In principio erat verbum & Deus erat verbum, &* de qua Paulus, *Quæ cum in forma Dei esset, &c.* Hæc species, & hæc gloria non videbatur; quia dicebant, *Nonne hic est faber, & fabri filius? nonne benedicimus nos, quia dæmonium habes?* E

Ioan. 1.

Quæ species Christi videri non potuit?

f *Vidimus eum.* † ORIGENES in cap. 17. Matth. Hæc dicent, quæ videbunt gloriam eius, de præteritis temporibus suis, quando non videbatur verbum habere speciẽ gloriosam.

† IDEM in cap. 24. Species inhonesta verbi est, quando prædicamus eum natum, crucifixum; gloria & aspectus verbi in viris perfectis, Si F amatores facti sunt pulchritudinis eius.

† RVPERTVS. Hæc & cetera sic legenda sunt, vt humana ęstimatio subaudiatur. Nam de veritate rei, certissimus continuò subiungit propheticus, spiritus, *verè languores nostros ipse tulit, & nos reputauimus eum quasi leprosum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, &c.* Illa quæ ante hæc dixerat, sola oculi stultorum viderunt. Attamen præ magnitudine doloris, & iustæ compassionis, sese propheta cum istis annumerauit, *vidimus*, inquiens, *eum, &c.*

Matt. 8. b. 1. Petri. 2. b. De c. mis. c. cũ Marthæ. Veri mortuum pro nobis fuisse Christum.

a Liuore

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. LIII.

QVis credidit. *Ra. Sa. & Andreas exponunt hoc cap. ad litteram de populo Iudæorum, dicentes, quod propheta de illo loquitur, quasi de homine vno, eo modo loquendi quo dicitur* Exo. 4. f. Filius meus primogenitus Israel, *sed eorum peruersitas patet per doctores Hebræorum antiquos, vt dictum est præcedenti cap. Item super illud Gen. 29. e.* Et introduxit eam Isaac, &c. *dicit Rab. Moy.* Hic est rex Messias, qui dedit cor suum ad petendum miserationes pro Israel, & ad ieiunandum & humiliandum se pro eis, sicut scriptum est *Isa. 53. a.* Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, &c. *Ex quo patet, quod secundum istum doctorem hoc capitulum loquitur de Christo ad litteram; Hoc etiam patet per scripturas noui testamenti, quæ sunt maioris auctoritatis; quamuis à Iudæis non recipiantur. Quod enim dicitur in princip. cap.* Domine quis credidit, &c. *Io. 12. dicitur impletum in Christo: & similiter ad Ro. 10. c. Item quod dicitur infrà,* Verè languores nostros ipse tulit. &c. *Matth. 8. dicitur impletum esse in Christo. Similiter quod postea subditur,* Sicut ouis ad occisionem ducetur, &c. *vsque ibi:* Qui abscisus est de terra viuentium, *Act. 8. dicitur dictum ad litteram de Christo. Similiter quòd postea subditur:* Et cum sceleratis reputatus est. *Mar. 15. dicitur impletum in Christo. Igitur sequendo hanc sententiam, dicendum, quod hic ponuntur remedia contra impedimenta prædicta: sicut fuit suprà diuisum cap. 50. Et diuiditur in tres partes, secundum tria remedia. Secundum ponitur cap. seq. tertium vl. c. Primum autem impedimentum percipiendi fructum redemptionis Christi fuit Iudæorum peccatum: contra quod ponitur hic remedium passionis Christi, quæ sufficit ad delendum omne peccatum quantum est ex se. Et diuiditur præsens capitulum in duas partes, quia primò Isaias rei dicendæ designat altitudinem; secundò prosequitur dicendorum ordinem ibi:* Et ascendet. *Circa primum dicit,*

Contra Andream & Ra. Sal. qui exponunt hoc cap. contra quã est expositũ ab antiquis Hebræis & in Euangelio.

Impedimẽta redẽptionis Iudęorũ & eorum remedia.

Diuisio.

1 Quis credidit auditui nostro? *Id est passionis Christi mysterio, quod ego & alij prophetæ audiuimus à spiritusancto. Præuidit enim Isaias propheta, Iudæos pro maiori parte non credituros, secundum quod dicitur, Ioan. 12. f.* Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Isaiæ impleretur, quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro, &c. *sequitur.* Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, &c. *Et subditur:* Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.

Isaias præuidit Iudęos in Christũ non credituros. Isa. 6. c.

2 Et brachium domini, *Id est filius vt dictum est cap. præcedenti.*

3 Cui reuelatum est? *quasi diceret paucis & valdè incompletè,*

4 Et ascendet. *Hic consequenter prosequitur dicendorum ordinem, & primò quantum ad modum nascentis, cum dicitur,* Et ascendet sicut virgultum coram eo, *id est coram Deo patre,*

5 Et sicut radix, *Sursum fructificans.*

6 De terra. *Id est de virgine non humectata, vel fœcũdata humano semine.*

7 Non est. *Hic consequenter prosequitur ordinem suum quantum ad tolerantiam patientis. Et primò describitur eius passio ignominiosa; Secundo, nobis fructuosa, ibi,* Ipse autem, *Tertiò ibi finaliter gloriosa, ibi.* De angustia. *Ista tamen diuisio non est sic præcisa, quin partes in aliquo coincidunt: & sic est communiter per totum librum istum sicut à principio fuit dictum. Circa primum dicit:* Non est species ei neque decor, *quamuis enim secundum veritatem Christus in humanitate assumpta fuerit* speciosus forma præ filiis hominum, *Psal. 44. a. tamen ista speciositas fuit deturpata alapis in facie eius inflaturam & liuorem causantibus, & sputis eam fœdantibus.*

Diuisio.

Christus plagis deformatus.

8 Et vidimus eum. *Quia præ horrore auertebant homines faciem.*

9 Et desiderauimus eum. *Loquitur propheta in persona sui & aliorum sanctorum aduentum Christi desiderantium, secundum quod dicitur Matth. 13. b.* Multi prophetæ & iusti desiderauerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, &c.

10 Et nouissimum virorum. *Id est valde abiectum.*

11 Virum dolorum. *Id est multi & magni doloris expertum; passiuè, sicut vir sanguinum dicitur, qui est effusor multi sanguinis actiuè.*

12 Et scientem infirmitatem. *Scilicet carnis per experientiam, absque tamen peccato.*

13 Et quasi absconditus, *Præ verecundia.*

14 Vnde nec reputauimus eum. *Non tantùm scilicet Saluatorem, sed nec etiam alicuius valoris hominem. Et loquitur hic propheta in persona Iudæorum tempore Christi existentium, & connumerat se eis inquantum erat de populo Iudaico, sicut Daniel connumerat se peccatoribus enormibus, qui fuerant in regno Iuda. 9. c. quamuis particeps non fuisset.*

Viri sancti cur se plebi peccatrici aliquando connumerent?

15 Verè languores nostros ipse tulit, *Id est, infirmitates carnis, vt famem, sitim, & similia, quæ verè fuerunt in eo sicut & humanitas vera.*

16 Et nos reputauimus eum, &c. *Id est, vilem & abominabilem ad modum leprosi.*

2 Et

1 Et

a *Liuore.* HIERO. lib. 14. Per-A spicuum est, quia sicut corpus laceratum & flagellatum: ita anima verè doluit pro nobis, ne ex parte veritas, ex parte mendaciū in Christo credatur.

Anima Christi verè pro nobis doluit.

† AMBROSIVS in Psal. 40. Dominus Iesus, etsi vulneratus est propter peccata nostra, in illa infirmitate non permansit, sed se versauit in melius, ad vniuersorum salutem passione infirmitas est soluta, mors resurrectione, & eius liuore sanati sumus. Habent hoc luctatores, vt se subiiciant his quibuscum congrediuntur, atque luctantur, vt opprimi posse videatur, B & subitò quadam arte se versant vt effundant superiorem, & ita victores euadant. Spirituali palæstra dominus onera nostra suscipiens, in illa se passionis suæ congressione subiecit, & in infirmitatis specie, vt eum aduersarius hominum parem ceteris iudicaret, quem facilè posset opprimere, diuinitatis arma deposuit, humanitatis tegmen assumpsit, securus victoriæ tentator in costa eum telo militis voluit vulnerare, reputans hunc sicut Adam per costam posse prosterni: sed vulneratus latere dominus Iesus, vitam duxit è vulnere.

Christus vitam duxit ex vulnere.

**24. q. 1. c. non turbatur. Suis meritis firmus, nonnunquam turbatur alienu.*

b *Omnes nos, &c.* † AVGVSTINVS lib. 1. contra Pelagiū c. 27. C Totius ecclesiæ vox est. *Errauí sicut ouis perdita,* omnium membrorum Christi vox est, *omnes sicut oues errauimus.*

† HIER. Hoc Isaiæ loco exposito per Philippum, spado ille Cādacis reginæ credidit Act. 8.

Hic locus Isaiæ Eunucho Candacis expositus à Philippo.

c *Non aperuit, &c.* Pilato vel Herodi. Pauca enim respondit, ne differretur salus humani generis.

† PROCOPIVS. Tacuit cum falsa in eum testimonia producerentur. Sciebat enim cum apud hostes ageretur, nihil esse profuturam defensionem: sed his ferociores animos effecturam cum se Dei filium Saluatoremque omnium & redemptorem se diceret.

---

a ¶ Peccatorum. a ¶ Pro peccatis suis. b ¶ Abiectum propter nos, quia cum latronibus crucifixus.

leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. 1

a ¶ Nos putauimus eum le. sed ipse, &c. b ¶ Foderunt manus meas & pedes meos. c ¶ Vt suo vulnere nostra vulnera curarentur.

² Ipse autem vulneratus est propter iniquita- 2

a ¶ Non sua. b ¶ Flagellis, alapis, factus pro nobis maledictum.

tes nostras, attritus est propter scelera nostra.

a ¶ Flagellum quo Deo & angelis reconciliati sumus. b ¶ Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. c ¶ Virgarum.

a Disciplina pacis nostræ super eum, & liuo-

a ¶ A peccato. b ¶ Misericordia indigemus. c ¶ Non est distinctio Iudæi & Græci: Erraui, sicut ouis quæ periit, quæ videlicet humeris pii pastoris est reportata.

b re eius sanati sumus. ⁶ Omnes nos quasi oues 3

a ¶ Tradentes eum morti. b ¶ Proprium errorem, de crucifixo sentientes diuersa. c ¶ A Christo, qui est vera via clamantes: Crucifige, &c.

errauimus, vnusquisque in viam suam decli-

a ¶ Pœnam omnium iniquitatum, vel peccatorum nostrorum, quam sustinere nequiuimus, sustinuit homo Deus.

nauit, & dominus posuit in eo iniquitatem 4

a ¶ Hodie pro nobis in ara crucis.

omnium nostrum. ⁷ Oblatus est, quia ipse 5 6

a ¶ Nemo coegit vnde: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. b ¶ Innocens mansuetus. c ¶ Pascha nostrum immo. est Christus.

c voluit: & non aperuit os suum. * Sicut ouis ad 7

a ¶ Qui tollit peccata mundi.

d occisionem ducetur, & quasi agnus coram

a ¶ Non repugnans: sed cum cæderetur à militibus, obmutuit.

tondente se obmutescet, & non aperiet os

a ¶ Ideo. ¶ Passionis. b ¶ Iniusto. c ¶ In resurrectione, quando data est illi omnis potestas in cælo & in terra.

e suum. ⁸ De angustia & de iudicio sublatus est. 8

f a ¶ Diuinam vel humanam, quam nemo ratione humana comprehendit vel disserit. b ¶ Rarus aut nullus.

g * Generationem eius quis enarrabit? Quia 9 10 11

a ¶ A Iudæis, & si Deo inspirante sciuerit. b ¶ Conuersatione hominum. vnde, Eradamus eum de terra viuentium. ¶ Vt viueret in cælo.

abscissus est de terra viuentium: propter 12 13

a ¶ Delendum. b ¶ Peculiaris. c ¶ Permissione vnde: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. d ¶ Romanis.

h scelus populi mei percussi eum. * ⁹ Et dabit im- 14

a ¶ Iudæos. b ¶ Quia vsque ad mortem persecuti sunt eum, & munierunt sepulchrum sig. la. cum cus. c ¶ Quia morti tradiderunt eum.

i pios pro sepultura, & diuites pro morte sua, 15

a ¶ Quod de nullo alio potest dici. Nemo enim mundus à sordibus. b ¶ Facto iustus fuit.

eo quod iniquitatem non fecerit, * neque do- 16

a ¶ Verbo verus fuit. b ¶ Ideo quia. c ¶ Pater. d ¶ Sola gratia.

lus fuerit in ore eius, ¹⁰ et dominus voluit 17

---

d *Et quasi agnus.* HIER. In cu- D ius figura populus Israel agnū in Aegypto comedit. Hic est agnus, *qui tollit peccata mundi, qui occisus est ab origine mundi,* qui carne & sanguine suo nos pascit, & vellere protectionis nos vestit.

Exo. 12. a. Ioan. 1. d. Apo. 13. b.

Christus Agnus.

e *De iudicio.* IBID. Iudex omniū, iudicij non reperit veritatē, sed sine culpa damnatus est. Vnde admiratur propheta, quod omniū Deus passioni se tradiderit.

f *Generationē.* † ATHANASIVS lib. 1. de incarnatione verbi. Hic qui natus est è virgine, inenarrabilē habet secundū carnem generationē. Non enim habet patrē secūdum carnē, cum ipse sit cōceptus ex virgine & spiri- E tu sancto. Omniū patriarcharū retexere seriem generationis possumus, Christi non possumus: non enim habet patrem, Stella signat eius natiuitatem, quæ de cælo descendit.

*Vnde & quæ Christi generatio enarrari non possit. * Act. 8. f. Lucæ. 8. a.*

g *Quia abscissus.* † PROCOPIVS. Si generationis modus quæratur, ideò enarrari non potest, quod tollitur à terra vita eius, id est, quod eorum qui in terra degunt, ipsa eius sit in carne vita lōge excelsior, qui solus peccatum non admisit: quāquam & aliàs, supra omne quod natū est, ipsa vnigeniti sit essentia.

h *Dabit impios.* HIER. Id est Gētes, quæ sine pietate, Deo pa- F tri, quia mortuus & sepultus eos acquisiuit, & diuites, Iudæos scilicet diuitiis legis & prophetarum gloriantes.

*Depr. d. 3. c. talis. Ibi ostenditur paratissimum esse Deum vt suscipiat panitentes. * 1. Pet. 2. d.*

† PROCOPIVS. Eos intelligit, qui quæ dicta sunt admiserunt. Nam & Romanis ipsi traditi sunt; præterea diuites olim, id est, prærogatiuis superiores ceteris, se pro morte eius traditurum significat, eos intelligens, qui legali & sacerdotali regiaque etiam dignitate illustres habebantur. Isti siquidem, præter admissam cædem, pecuniis non pepercerunt, vt eius resurrectionem occultarent.

Diuites ex Iudæis quāto Christi odio tenebantur?

i *Diuites.* Scribas & Pharisæos doctrinæ legis diuitiis gloriantes.

d *Et* · a *Semen*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et percussum à Deo. *Propter peccata sua propria. Imposuerunt enim sibi Iudæi, quod haberet dæmonium, & quod subuertebat populum, & multa alia crimina, vt patet ex decursu Euangeliorum.*

2 Ipse autem. *Hic consequenter ostenditur passio Christi nobis fructuosa, quia non passus fuit pro peccatis propriis, sed pro nostris expiandis, & hoc est quod dicit,* Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. *& patet littera. Ra. Sa. dicit, quod istud dicitur in persona Gentilium: Et vocat Gentiles, omnes, præter Iudæos, dicens quod in aduentu Messiæ Gentiles videntes Iudæos per eum mirabiliter exaltari, dicent quod afflictiones quas modo sustinent Iudæi in hac captiuitate, fuerunt propter peccata Gentilium: & in hoc sibi ipsi contradicit, quia alibi in multis locis dicit, quod hæc captiuitas est propter peccatum vituli conflatilis expiandum, Exo. 32.*

Ra. Sa. sibi contradicens de causa modernæ afflictionis Iudæorum.

3 Omnes nos, &c. *Quia nullus quantumcumque iustus potest euitare omnino peccatum saltem veniale.*

4 Et dominus posuit, &c. *Id est pœnam pro iniquitatibus omnium expiandis: Et quia Christus hanc pœnam ex maxima charitate sustinuit ideo subditur;*

5 Oblatus est, *Scilicet ad passionem,*

6 Quia ipse voluit. *Propter obedientiam Dei patris, & liberationem humani generis.*

7 Et non aperuit os, &c. *Verbis recalcitrando, & iniurias pro iniuriis reddendo; sed magis coram falsè accusantibus tacendo, sicut patet ex Euangeliis, Cetera patent.*

8 De angustia, &c. *Hic consequenter ostenditur eius passio finaliter gloriosa, quia per eam transiit ad resurrectionis gloriam, Luc. vlt.* Oportuit pati Christū, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam. *& hoc est quod dicitur:* De angu. *scilicet mortis.*

9 Et de iudicio, *quo omnes decedentes ex diuina sententia detinebantur in limbo.*

10 Sublatus est, *Per potentiam suæ resurrectionis.*

11 Generationem, &c. *Quod secundum Hiero. super Mat. intelligitur de generatione diuinitatis, quæ inenarrabilis & incomprehensibilis est, non tantum ab hominibus, sed etiam ab angelis.*

Generatio Christi.

Ambr. Impossibile est scire generationis secretum, mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed etiam angelorum: *videtur tamen mihi saluo meliori iudicio, quod melius exponatur de spirituali generatione per multiplicationem fidelium, ideo subditur:*

12 Quia abscissus, &c. *Per mortem corporalem, ad quem secuta est multiplicatio fidelium: secundum quod dicitur Ioan. 12. d.* Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. *Ad generationem verò æternam filij non videtur habere aliquam conuenientiam quod sequitur,* Quia abscissus est.

13 Propter scelus, &c. *Expiandum.*

14 Percussi eum, *Id est percuti permisi.*

15 Et dabit, &c. *Id est Iudæos impios & auaros dabit in manibus Romanorum in pœnam mortis suæ, quod tempore Titi fuit adimpletum.*

16 Eo quod iniquitatem. *Et sic mors eius fuit punitione digna.*

17 Et dominus. *Scilicet pater, voluit conterere eum in infirmitate scilicet carnis quia quod diuinitas patiatur est impossibile. Per hoc autem quod dicitur* hic:

a *Semen longæuum.* Verbum Euangelij scilicet quod non veterascet, A sicut vetus testamentum: vnde, *Exiit qui se. se. s.*

Luc. 8. a. † PROCOPIVS. Sensus est. Quantumuis talia admiseritis, si quis tamen pro suo peccato hostiam offerre voluerit, id est, eorum, quæ peccauit, pœnitentiam agere, illud effugiet, quod me sceleratos pro sepultura, & diuites pro morte ipsius daturũ, interminatus B sum, semenque illud longæuum intuebitur, quo vitam æternam significet.

b *Et voluntas, &c.* HIERO. lib. 14. Vt quidquid pater voluit illius virtutibus impleatur vnde: *Seruaui eos in nomine tuo, & quos dedisti mihi custodiui.* Ioan. 7. b. C

† PROCOPIVS. Hoc vni tantum saluatori cõgruit. Perpetuò enim patris volũtas in manu eius prosperè successit.

c *Saturabitur.* Fide Gentium: vnde esuriens & sitiens supra puteum D Iacob emptis cibis vti noluit, quia iam Samaritanæ & eorum qui de ciuitate ad eum exibant, fide satiatus erat.

d *Fortium diuidet spolia.* Vnde: *Cùm diuideret cælestis, vel altissimus Gentes.* Et alibi: *Rex virtutum dilecti di.* Et de Paulo: *Mane com. pra & ve. di. spo.* Ioan. 4. a. Deut. 32. a. Psal. 67. Gen. 49. d.

e *Et cum sceleratis.* Vt sceleratos à peccato redimeret, omnia, omnibus E factus: *Peccata enim nostra portauit in corpore suo.* Cuius imitator Paulus ait: *Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrificarem.* 1. Pet. 2. d. 1. Cor. 9. d.

f *Et pro transgressoribus rogauit. Pater ignosce illis.* Ad hanc vo- F cem secundum Euãgeli[illegible] Nazareorum [illegible]ta millia Iudæorum astantium circa crucem crediderunt. Vis orationis illius Christi patientis, Pater ignosce illis. * Mar. 15. c. Luc. 23. d.

a ¶ Percutiam pastorem, &c. ¶ Conteri. b ¶ Carnis. ¶ Filius. c ¶ Vitam.

conterere eum in infirmitate. Si posuerit animam suam pro 1

a ¶ Nostro. b ¶ Fideles in perpetuum regnantes. c ¶ Redemptio humani generis. d ¶ Patris.

a peccato, videbit semen longæuum, & * voluntas domi- 2

b a ¶ Opere. b ¶ Implebitur. c ¶ Iudæis prædicando, miracula faciendo, patiend[o], requiem in eis non inuenit: vnde, Vulpes foueas habent, &c. Et alibi: Laboraui sustinens. ¶ Frustra, quia noluerunt conuerti. 3

ni in manu eius dirigetur. [11] Pro eo, quod laborauit anima eius, 4

a ¶ Ecclesias in toto orbe de Gentibus. b ¶ Doctrina. c ¶ Non iustificatus, sed iustificans. 5

c videbit & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iu- 6

a ¶ Qui peccatum non fecit. b ¶ Filius formam serui accipiens. c ¶ Non omnes: Quia multi vocati, pauci electi. 7
d ¶ Pœnam iniquitatum. e ¶ Quia illi non poterant. f ¶ In corpore suo super lignum. 8

stus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. 9

a ¶ Quia factus obediens patri vsque ad mortem. b ¶ Pro Iudæis negligentibus Gentes fideles. Postula à me, & dabo tibi Gentes, &c. c ¶ Dæmonum. 10
d ¶ Apostolis, vt alius Iudæis, alius Gentibus præsit. 11

d [12] Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet 12

a ¶ Genus humanum à diabolo ereptum. b ¶ Fiet hoc. c ¶ Filius. ¶ Sponte. d ¶ Vitam. 13

spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, * & cum 14

a ¶ Vnde, reputatus sum cum descendentibus in lacum, &c. ¶ Latronibus. 15
b ¶ A Iudæis. c ¶ Prædestinatorum. d ¶ Sanguine lauit. 16

e sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit: & pro 17

a ¶ Iudæis persecutoribus. b ¶ Alias orauit. 18

f transgressoribus rogauit. 19 20

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

hic: Eo quod iniquitatem, *patet falsa expositio Ra. Sa. exponentis hoc cap. de populo Iudaico, vt supra dictum est: quia ab antiquo vsque ad præsens populus ille multas iniquitates fecit contra Deum & proximum, vt patet ex decursu scripturarum.* Neque dolus fuerit in ore eius, *quod similiter patet falsum de populo Iudæorum, cum inter omnes homines sint & fuerunt multum mendaces & dolosi, non solum erga alios, sed etiam inter seipsos.* Modernos Iudæos non esse innocẽtes imo esse notabiliter peccatores.

1 Si posuerit, &c. *Accipitur hic si pro quia, Christus animam suam posuit pro peccato mundi.*

2 Videbit semen long. &c. *Id est multiplicationem fidelium qui sunt semen Christi, & hæc multiplicatio secuta est ad mortem eius, vt prædictum est.*

3 Et voluntas domini. *De salute mundi.*

4 In manu eius dirigetur. *Id est per ipsum complebitur.*

5 Pro eo quod laborauit. *Ieiunando, vigilando, prædicando, mortem sustinendo.*

6 Videbit, *Resurrectionem suam.*

7 Et saturabitur. *Tunc enim, & non antè, habuit gloriam in corpore, & sic fuit satiatus ex omni parte.*

8 In scientia. *Diuina & humana.*

9 Iustificabit ipse. *Quia nullus iustificabitur nisi per ipsum. Sed quia multi reddunt se indignos, ideo dicitur hic.*

10 Multos, *Et non omnes.*

11 Et iniquitates. *Id est pœnam pro iniquitatibus.*

12 Ipse portabit. *Ex hoc obedientia ad patrem, & charitate ad hominem.*

13 Ideo dispertiam ei. *Id est reddam ei plures de Gentilibus, quàm ceciderunt de Iudæis.*

14 Et fortium. *Id est dæmonum, de quorum fortitudine dicitur Iob. 41. d.* Non est potestas super terram quæ comparetur ei, &c.

15 Diuidet spolia, *Extrahendo patres de limbo: quod fecit Christus in sua resurrectione.*

16 Pro eo quod tradidit. *Ex maxima charitate.*

17 In mor. *Valde acerbam, & cum hoc confusibilem, ideo subditur.*

18 Et cum sceleratis. *Quia inter latrones fuit crucifixus, vt per hoc particeps maleficij eorum à vulgaribus reputaretur: Ad hoc enim impetrauerunt Iudæi à Pilato, vt duo latrones cum eo crucifigerentur, sed ex Dei ordinatione etiam hoc factum est, vt hæc scriptura impleretur, vt dicitur Marci 15. a.* Quid Deus & quid Iudæi intenderent locantes Christum inter latrones?

19 Et ipse pec. multor. tu. *Quantum ad efficaciam, omnium tamen quantum ad sufficientiam.*

20 Et pro transgressoribus rogauit. *Luca 23. e.* Pater ignosce illis, &c. *Et ex hoc patet expositio Ra. Sa. falsa, quia populus Iudaicus non orat pro Gentilibus, immo quotidie orat pro destructione Romani imperij, & maximè pro destructione discipulorum Christi, secundum quod dicit Hieronymus, & per eius discipulos intelligunt Christianos.* Quomodo quotidie Iudæi male precentur Christianis.

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 53. vbi dicitur in Postil. Et dabit impios pro sepultura.

Hoc quod dicitur hic: Et dabit impios pro sepultura, *non propriè videtur exponi de Iudæis, qui traditi fuerunt Romanis in pœnam mortis Christi prout in Postil. quia si sic, debuisset dicere,* Dabit impios pro morte sua. *non pro sepultura, quia licet in morte Christi maxime peccauerunt, in sepultura tamen non. Meritoriè enim & honorificè Christus fuit sepultus. vnde Isa. 11. c.* Erit sepulchrum eius gloriosum. *Vnde aliter videretur dicendum. Pro quo attendendũ est, quod sicut aliqui errauerunt circa diuinitatem Christi, credentes eum purum esse hominem, sicut Fotinus & Nestorius, & alij hæretici, Similiter alij errauerunt circa humanitatem, sicut Manichæus, qui euacuabat mysterium incarnationis, humanam naturam à Christo auferendo: sic fuerunt aliqui qui negauerunt Christi mortem & sepulturam sicut Saraceni, vnde Mahumetus in suo Alchorano nephando dicit expressè, quòd Iesus non fuit suspensus nec mortuus, sed quod sic assimilabatur videntibus scilicet per apparitionem phantasticam non veram, quorum errorem propheta excludit, dicens,* Et dabit impios pro sepultura sua. *Et est sensus, quod impij scilicet milites custodientes sepulchrum domini, fuerunt testes suæ sepulturæ, & sic dedit impios scilicet milites testes pro sepultura sua. Et sequitur:* Et diuitem pro morte sua, *scilicet Ioseph ab Arimathæa, qui nobilis decurio erat. Iste enim fuit testis mortis domini, quia ipse corpus eius petiit, Mat. & sic dedit testem diuitem pro morte sua: vnde notanter posuit impios in plurali & diuitem in singulari, quia custodes sepulchri plures erant, & diues ille vnus tantum.*

Reiicit expositionem Postill. super illud, *Et dabit impios pro sepultura.*

Mahometi error nefãdus Christum videlicet nec mortuum fuisse nec sepultum.

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in postil. Si posuerit animam suam pro peccato. *Vbi nos habemus:* Si posuerit animam suam pro peccato. *In Heb. habetur:* Si posuerit peccatum animam suam. *Ad quod sciendum, quod hic videtur loqui propheta contra Iudæos, & alios peruersè credentes seu opinantes, quod Christus pro peccato suo proprio fuisset passus: quorum falsam credulitatem, seu opinionem euacuat propheta per hoc, quod ex morte Christi secuta est propagatio fidelium longæua, & humana vita per ipsum Christum Deum directa, Quod patet ex hoc quod seruantes legem Christi, & præcipuè eius consilia, non solum vt homines secundum rationem viuunt, sed etiam quasi angeli in cælis conuersantes: vnde apostolus ad Phi. 3. d.* Conuersatio nostra in cælis est. *Ait enim Hiero.* In carne præter carnem viuere non terrena vita est, sed cælestis. *secundum quam sententiam littera sic exponitur,* Si posuerit pro peccato animam suam, *id est si tu infidelis posueris peccatum animam suam id est si asserueris peccatricem fuisse animam Christi,* Videbit semen longæuum: *quod intelligitur admiratiuè, seu interrogatiuè dictum. q. d. quomodo videbit semen longæuum, scilicet multiplicationem fidelium, quæ secuta est ad mortem Christi, quia quidem fideles semen Christi sunt per adoptionem, quæ quidem ratio prophetæ consonat rationi Gamalielis honorabilis legis doctoris, qui Act. 5. g. Pharisæis dicebat:* Discedite ab hominibus istis, *scilicet à discipulis Christi,* & sinite illos, quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur: Si verò ex Deo est, nõ poteritis dissoluere. *Si autẽ contra hoc dicatur, quod aliqua secta praua quandoque durant magno tẽpore, permissione diuina, vt patet de Saracenis, Ad [illegible] euacuandũ inducit propheta aliam rationem. di.* Et volũtas dñi in manu eius dirigetur. *Constat autem quod voluntas domini est sanctificatio nostra. 1. ad Thes. 4. a. Sed constat, quod sanctificatio humana numquam in le. ve. nec in aliqua lege seu secta fuit sic frequenter directa in Deum, sicut in sequentibus doctrinam & vitam Christi reperitur: quorum quamplurimi intantum sanct.*

Alius error pessimus, quod Christus pro suo proprio peccato sit mortuus.

Insignis sanctimonia propria est Ecclesiæ Catholicæ.

sanctimoniam sequuntur, quod terrena omnino despiciunt, & vsque ad sanguinis effusionem pro veritate pugnant: & sic voluntas domini in manu Christi directa est; vnde quod dicitur, Voluntas in manu eius dirigetur, *legatur admiratiuè, seu inquisitiuè, conformiter ad verba immediatè præcedentia sic: Si posueris tu (scilicet infidelis) peccatum animam suam (scilicet peccatricem animam Christi)* numquid videbit semen longæuum, & numquid voluntas domini in manu eius dirigetur?

REPLICA. *In cap. 53. cum dicitur:* Et dabit impios pro sepultura. *Post. & S. Th. concorditer exponunt de Iudæis, qui dati sunt in manu Romanorum ob vindictam mortis Christi. Burgen. se opponens dicit illam expositionem non propriam, quia, vt inquit, secundum hoc debuit dicere, dabit impios pro morte, non pro sepultura: quia licet in morte Christi valde peccauerunt, non tamen in sepultura. Meritorie enim inquit & honorifice fuit sepultus: ideo dicitur supra,* Erit sepulcrum eius gloriosum. *Sed ista videntur frustra dicta, quia sepultura est consequens mortem: ideo si Iudæi malè egerunt, mortem inferendo, peius egerunt mortuo non parcendo: quinimo fecerunt custodire sepulcrum ne (prout prædixit) resurgeret, quamuis non crederent resurrectionem futuram. Sed & custodes corruperunt pecunia, ne resurrectionem factam publicarent; infideliter igitur & falsò dicit Burg. quod Iudæi in sepultura non peccauerunt.*

Iudæos circa Christi sepulturam peccasse.

Nec valet quod allegat sepulturam fuisse honorificam & meritoriam: quia hoc pertinet ad credentes, non ad perfidos Iudæos, quibus hodie sepulcrum Christi non est gloriosum. Et falsum est quòd dicit testes sepulturæ custodes fuisse: quia non fuerunt positi in testimonium: quia ratione notorietatis non egebat testimonio, sed erant positi ex cautela contra discipulos, ne furarentur corpus Iesu, vt habetur in historia Euangelica. Et sic extortis expositionibus Burg. fantasiatur contra S. Thomam & Postill.

Conuitium.

CAP. LIV.

a ☞ Creatorem tuum. b ☞ Ecclesia. c ☞ Quia modo paries.

1 * LAudà sterilis quæ non paris: decanta laudem & hinni quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius, quæ habebat virum, dicit Dominus. 2 Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Ne parcas. Longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. 3 Ad dexteram

Interlinear glosses: a ☞ Nimio gaudio sicut equus ad victoriam. a ☞ Opinione. b ☞ Ecclesiæ, vel Gentilitatis. ☞ Quia & ipsa apostolos, & per eos genuit multos. a ☞ Synagogæ, de qua, Vacua facta est quæ pariebat septem, propter mysterium scilicet Sabbati, cui prior populus alligatus erat. b ☞ Videbatur habere. c ☞ Deum. a ☞ Cuius dicere, facere est. b ☞ O sterilis. c ☞ Per totum mundum, non in Iudæa tantum. d ☞ Id est ecclesiæ per tabernaculum Moysi figuratæ. e ☞ Rubricatas scilicet martyres, & hiacinthinas, contemplatiuos. ☞ Prædicatores scilicet ecclesiam protegentes. a ☞ Præcepta diuina. a ☞ Rationem & intellectum quibus præcepta consistunt. c ☞ Ad omnia loca mundi.

& læuam penetrabis: & semen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. ... quasi sponso innubit æterno.

CAP. LIV.

☞ LAuda sterilis. HIERO. lib. 15. Hactenus de natiuitate, passione, resurrectione; nunc de Gentium & Iudæorum vocatione. Sterilis Gentilitas: quæ tunc filios non pariebat Deo, quia nec legem nec prophetas habebat; nũc autem plures generat quam synagoga, quæ se Deum verũ habere putat. Vel, ecclesia, quæ in Iudæis deserta erat, quia adueniente domino filios ei non pariebat; vt hoc referamus ad ecclesiam, tam de Iudæis quàm de Gentilibus congregatam.

*Luc. 23. c. * Sap. 1. c. Luc. 23. d.*

Ecclesiæ fœcunditas, Synagogæ sterilitas.

Gal. 4. d. a *Lauda sterilis.* Apostolus iuxta. 70. *Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ, &c.* Nos autem fratres secundum Isaac, repromissionis filij sumus.

† AMBROSIVS lib. 1. de virginibus. Sancta ecclesia immaculata coitu, fœcunda partu, virgo est castitate, mater est prole, nutriet vos virgo, non corporis lacte, sed lacte Apostolorũ, Virgo est sacramentis & virtutibus; mater est populis: cuius fœcũditatem scriptura testatur, *quia plures filij desertæ.* Nostra virum non habet, habet sponsum; sacræ doctrinæ verbis, sine vllo fluxu pudoris,

Ecclesia virgo dicitur & mater.

b *Ad dexteram enim.* ad omnia loca mundi. Vel, nec elata prosperis, nec fracta aduersis. Vel, ad bona futuræ & præsentis. Vnde, ☞ lon-

---

NICOLAVS DE LIRA. CAP. LIV.

1 LAuda sterilis. *Aliqui doctores catholici exponunt hoc cap. de reditu captiuitatis Babylonicæ, ita quod eadem gens, scilicet Iudæa dicitur hic habens virum, & fœcunda; sterilis & deserta: secundum diuersa tempora. Habens virum & fœcunda, à tempore legis datæ, quo fuit tunc desponsata Deo per legis susceptionem: derelicta & sterilis, tempore Babylonicæ captiuitatis. Sed hoc non videtur bene dictum, quia sterili & desertæ promittitur hic maior multiplicatio prolis, exaltationis & honoris, quàm habenti virum: populus autem reuersus de captiuitate Babylonica numquam fuit posteà in tanta prosperitate, quantum ad multitudinem populi, diuitias, honores & huiusmodi, sicut fuerat ante captiuitatem, & maximè tempore Dauid & Salomonis: sed fuit in seruitute (licet in terra sua) & afflictionibus multis, vt dictum est supra 35. Item infra eo. cap. dicitur,* Ecce sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris: *in quo denotatur readificatio ciuitatis & templi multò excellentior quàm ante. Readificatio verò templi & ciuitatis post captiuitatem Babylonicam nulla fuit respectu illius quæ præcessit. Et ideo Ra. Sa. exponit istud cap. de tempore Christi, ita quod secundum eum Iudæa dicitur habens virum & fœcunda pro tempore ante captiuitatem factam per Titum: Sterilis & derelicta à viro, pro tempore captiuitatis in qua est modo, sed in aduentu Messiæ erit in maiori prosperitate quasi incomparabiliter, quàm fuerit vmquam. Sed istud dictum fundatur super erroneum fundamentum scilicet quod Christus sit adhuc venturus: propter quod Paulus apostolus ad Gal. 4. exponit principium huius cap. de vocatione Gentilium ad fidem Christi, quam sententiam intendo prosequi. Igitur ad intellectum dicendorum sciendum, quòd sicut vna est fides antiquorum & modernorum, licet sit modo magis explicata: ita est vna ecclesia à principio mundi vsque ad finem. vnde dicit Greg. hom. 7.* Quis rectius patrisfamilias similitudinem tenet, quam conditor noster, qui eos quos condidit quasi subiectos possidet in domo? qui habet vineam vniuersalem scilicet ecclesiam. quę à primo Abel iusto vsque ad vltimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit: *Et sic vna & eadem ecclesia dicitur sterilis & fœcunda, virum habens & derelicta, secundum diuersas Gentes, & tempora; quod pro tempore veteris testamenti dicitur fœcunda, & virum habens quantum ad Iudæos ratione legis acceptæ & diuini cultus, quæ duo viguerunt apud eos: Sterilis & derelicta quantum ad Gentiles, quorum pauci habuerunt fidem mediatoris, vt sanctus Iob & aliqui alij, nec data fuit eis lex diuina. E conuerso autem pro tempore noui testamenti, in quo pauci de Iudæis comparatiuè, & multi de Gentilibus crediderunt. Secundum hoc igitur dicendum, quod in præsenti capitulo ponitur remedium oppositum impedimento liberationis fiendæ per Christum tacto supra cap. 51. quia ex dilatione promissionis dictæ saluationis ab aliquibus poterat æstimari, licet falsò, quod promissio posset frustrari. In hoc autem cap. ostenditur dicta promissio non solùm adimpleri quantum ad Iudæos omnes, qui credere noluerunt, sed etiam quantum ad Gentiles: quod videntes adimpleri Iudæi, qui crediderunt in primitiua ecclesia, admirantes & glorificantes Deum dixerunt:* Ergo & in nationes gratia spiritussancti effusa est, *Act. 11. g. Secundum hoc igitur præsens capitulum in tres partes diuiditur: quia primo describitur saluationis fiendæ per Christum dilatatio, secundo fidelium exaltatio, ibi,* Noli time. *tertio hostium prostratio, ibi,* Ecce ego creaui. *Circa primum dicitur,* Lauda sterilis, *id est ecclesia quæ fuisti sterilis in Gentilibus tempore veteris testamenti, & dicit,* Lauda, *scilicet interius, corde.*

Contra eos qui hoc cap. exponunt de Synagoga Iudaica.

Contra Ra. Sa. fundantem suam expositionẽ super perditam Iudaicam.

Paulus quomodo hoc cap. exposuerit?

Vna fides & vna Ecclesia à principio mundi vsque ad finẽ.

Materia præsentis cap.

Diuisio.

2 Decanta laudem, *exterius ore.*

3 Et hinni, *in corpore, quia fortis motus deuotionis redundat exterius in motibus corporis, Psal. 83. a.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum vi. *Et subditur ratio tantæ exultationis, cum dicitur:*

4 Quoniam multi filij desertæ, *Id est Gentilitatis quæ fuit deserta tempore ve. testa.*

5 Magis quàm eius q. hab. vir. *Id est Gentis Iudaicæ, quia in nouo testamento plures sunt fideles de Gentilibus, quam de Iudæis fuerunt tempore veteris testamenti. Et quia ad multiplicationem fidelium sequitur augmentatio diuini cultus, subdit.*

6 Dilata locum tentorij. *Per locum tentorij intelligitur locus sacrificij, eo quod sacrificia in veteri lege fiebant in tabernaculo, accipiendo tabernaculũ pro atrio sacerdotum, quod erat ante tabernaculum Moysi factum de cortinis, pellibus, tabulis, & similibus ad erectionem tabernaculi necessariis. Locus autem sacrificij fuit arctus tempore veteris testamenti: quia non erat licitum offerre sacrificium nisi in Ierusalem, nec in tota ciuitate, sed in monte Sion, vbi erat templum. Sed tempore noui testamenti dilatatus est locus per orbem vniuersum, vbi à Christianis offertur Eucharistia, quæ est noui testamenti sacrificium, secundùm quod fuit prædictum Malac. 1. c.* Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnũ est nomen meũ in Gentibus, dicit dominus: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio mũda, &c. *propter hoc dicitur hic,* Dilata locũ, *ad designandũ ampliationẽ cultus diuini.*

Cultus diuini & locorum ad sacrificium Eucharistiæ paratorum dilatatio.

7 Ad dexteram, *Id est dilataberis ad omnem partem orbis.*

☞ longitudo dierum in dext. eius, & in sinistra eius di. & gloria.

Prou.3.d. GREGORIVS lib. 25. mor. cap. 11. Intrante multitudine Gentium, ecclesia ad dexteram extenditur, dum quosdam iustificandos suscipit, Ad læuam verò dilatatur, dum ad se quosdam etiam in iniquitatibus permansuros admittit: vnde, *Multi vocati pauci verò electi*. (Ecclesia suscipit bonos & malos. Matt.20.b.)

a *Semen tuum*. † EVSEBIVS lib. 3. de demonst. cap. 2. Hic manifestissimè describitur ecclesia ex gentibus toto orbe fusa, ab ortu solis vsque ad occasum, maximè verbis illis, semen tuum hereditabit gentes.

† AVGVSTINVS lib. de vnitate ecclesiæ cap. 7. Quàm multa & quam clara sunt hæc (de ecclesia) & tamen resistitur & contradicitur non cuilibet homini, sed spiritui Dei, & euidentissimæ veritati.

b *Noli timere*. HIERO. Cum turris Babel ædificaretur, Gentilitas, quam Deus sibi desponsauerat in Noe & filiis eius, quasi in adolescentia sua fornicans, à domino derelicta est vsque ad tempus incarnationis, Iudaica plebs electa: & ideo illa vidua, ista maritata; vnde, *Pars autem domini populus eius, Iacob funi. h. eius*. vnde per Zachariā: *Assumpsi mihi duas virgas, Vnam vocaui decoram*, Gentes scilicet in Noe & in filiis eius, *alteram funiculum*, scilicet Iudęos, quos elegit dominus sibi in confusione linguarum, in familia Heber; vnde ibi habetur, *Et succidi à cultu meo*, scilicet virgam quæ decus dicitur, *& adhibui illam mihi*, qui funiculus. (Gentes quādo à Deo recesserunt & quando Synagoga vocata sit. Deut.32.b. Zach.11.b. Ibidem.)

† AVGVSTINVS lib. 1. de consensu euangelist. cap. 32. Ne timeas ô ecclesia hominum minas, & furias, quando in sanguine martyrum tamquam honore purpureo vestieris. Ne timeas præualituras persecutiones aduersum

a enim & læuam penetrabis, & semen tuum [1] Gentes hereditabit, & ciuitates desertas in-[2]b habitabit. [3] [4] Noli timere, quia non confunderis, neque erubesces. Non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisce-[5]c ris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius. [5] Quia dominabitur tui qui fecit te, dominus exercituum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis d terræ vocabitur. [6] Quia vt mulierem derelictam & mœrentem spiritu vocauit te dominus, & vxorem ab adolescentia abiectam. Dixit Deus tuus. [7] Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. [8] In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: Di-e cit redemptor tuus dominus. [9] * Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui, ne inducerem aquas diluuij vltrà super terram, sic iuraui [9] vt non irascar tibi, & non increpem te. [10] Montes enim commouebuntur, & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te & fœdus pacis meæ non mouebitur, dixit [11]

(Interlinear: a Verbum Euangelij. — Apostoli, de quibus: Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen. — a Ecclesias, vel Gentes, vel animas. — a A Deo prius. — a Ecclesia de Gentibus. — b Erubescentiam. — c Sicut ante. — a In ædificatione turris. — a Viro tuo sociata per fidem. — a Non idola. — Sanguine. — Sanctificans. — Non Iudææ tantum. — a Mulier derelicta Gentilitas: quia cum idolis fornicata. — b A Deo. — a Per pœnitentiam. — b Scilicet corde vero. — c Ad se. — a Auersam. — b Ab ædificatione turris, quando adhuc nouella & iuuencula. — Quia. — a Omnia tempora æternitati comparata quasi punctum sunt. — b Vsque ad incarnationem. — a Sine vllis meritis. — Misericordia domini plena est terra. — a De cunctis terris. — b Paruo tempore. — a Propter idololatriam. — b Cognitionem. — Redimendo. — a Quando venit diluuium. — a Iuramentum. — b Et non sum transgressus. — a Immobiliter. — a O ecclesia cuius misertus sum. — Sicut olim. — b Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. — a Quod pepigi tecum sicut cum Noe.)

uersum te, ne erubescas quod detestabilis sit futura, quando magnū erit crimen, fieri vel esse Christianum: confusionē enim in perpetuum obliuisceris.

c *Opprobrij viduitatis, &c.* † AMBROSIVS lib. de viduis. Ideò fortasse vidua dicitur ecclesia, quæ amisit quidem virum secundum corporis passionem, sed in die iudicij filium hominis, quem amisisse visa est, est receptura; vnde sequitur, *Tempus breue dereliqui te*, vt gloriosius scilicet fidem relicta seruares. (Ecclesia cur vidua dicatur.)

d *Quia vt mulie.* HIERO. lib. 15. Qui sequuntur tropologiam & in locis difficillimis ex cursu liberæ disputationis nascentes fugiūt quæstiones, hæc ad animam peccatricem referūt, quæ abiecta à Deo fit, non ex odio, sed ex dispensatione, vt pressa pondere malorum, ad virum reuertatur pristinum, & perdita substantia non desperet de patris clementia, qui filio reuertenti annulum, stolam osculumque porrigit. (Anima peccatrix quomodo ad pœnitentiā prouocetur.)

e *Sicut in diebus Noe, &c.* Vt credat sanctorum congregatio misericordiam domini sempiternam, & ad punctum esse desertos, vt amici Dei fœdere æterno fiant: maiorum ponit exempla.

† AVGVSTINVS de vnitate ecclesi. cap. 5. Nulli nostrum dubium est: per arcam Noe, salua rerum gestarum fide, vt deletis peccatoribus domus iusti à diluuio liberaretur, ecclesiam fuisse figuratā, quod fortè humani ingenij cōiectura videretur, nisi hoc Petrus in epistola sua diceret. (Gen.9.c. Arca Noe Ecclesiam præsignabat.)

† IVSTINVS dialogo cū Tryphone. Docet nos Isaias diluuiū Noe typum esse redemptionis generis humani. Nam Noe iustus Christi typus est, octonarius ☞ nume-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et semen. *Quia apostoli & alij fideles acquisierunt ecclesiæ alias Gentes per suam prædicationem.*

2 Et ciuitates desertas. *Scilicet à Deo propter idololatriæ cultum.*

3 Inhabitabit. *Fidem ibi seminando.*

4 Noli ti. *Quia multiplicatio hominum non est ad lætitiam, nisi sit ordinata ad bonum, secundum quod dicitur suprà 9. a.* Multiplicasti Gentem non magnificasti lætitiam. *Ideo post multiplicationem fidelium, hic consequenter describitur exaltatio eorum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur remotio cuiuscumque confusionis; Secundo assecutio honoris, ibi,* Paupercula. *Circa primum dicitur,* Noli ti. quia non. *Cuius ratio subditur, cum dicitur.* (Quando multiplicatio hominū sit ad lætitiam. Diuisio.)

5 Quia confu. *Ad intellectum huius litteræ sciendum, quod à principio non fuit distinctio Iudææ & Gentilitatis, sed incepit in Abraham, qui circumcisionem accepit in signum distinctionis. Vnde circumcisio sic diffinitur: Circumcisio est signum distinguens Israel à Gentilibus, & ideo confusio adolescentiæ Gentilitatis est idololatria, ad quam statim declinauit, cultu Dei remanente in Abraham & suis successoribus per Isaac. Opprobrium verò viduitatis in Gentilitate accipitur à tempore legis datæ, quo propter idololatriam quasi à Deo dimissa est & repudiata, ipsa Iudæa ab ipso per legem desponsata. Confusio vero adolescentiæ ipsius Iudææ est idololatria, ad quam declinauit post dationem legis in deserto, & postea in terra promissionis: vnde dicitur Ier. 2. a.* Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto. *Opprobrium autem viduitatis eius est à tempore legis nouæ, quam renuit recipere: & sic derelicta est à Deo, & repudiata pro maiori parte. Nunc autem ita est, quod istæ confusiones & opprobria Gentilitatis & Iudææ, non sunt recordanda in ecclesia ex Iudæis & Gentilibus constituta tempore gratiæ, eò quod sunt æquales Iudæi & Gentiles ad participandum gratiam Christi in via, & gloriam in patria. Et hoc est quod dicit apostolus ad Rom. 10. c.* Non enim est distinctio Iudæi & Græci: nam idem dominus omnium di. in om. qui inuocāt illū: *& ad Gal. 5. a. & 6. d.* In Christo enim Iesu neque circ. valet aliquid neq; præp. sed noua crea. *scilicet per baptismum regenerata: qui baptismus est culpæ & pœnæ deletiuus, & per consequens confusionis & opprobrij, propter quod Iudæi credentes non possunt aliquid improperare Gentilibus credentibus de præteritis, nec econuerso: ideo dicitur,* Quia cōfu. &c. *& patet littera ex prædictis vsque ibi.* (Iudæorum & Gentiliū distinctio, quando & per quem initium habuit. Pacem colere non inimicam... Properare debere fideles ex gentibus & Iudæis.)

6 Quia vt mulierem. *Vbi alloquitur ecclesiam prout se extendit ad Iudæos & Gentiles & fideles, qui in præsenti vita communiter affliguntur, vt patet ex decursu veteris ac noui testamenti: ideo assimilatur mulieri derelictæ & mœrenti, Sed quia ista tristitia conuertitur in gaudium in vita beata, quæ à tempore passionis Christi est aperta, ideo subditur.*

7 Ad punctum. *Quia quæcumque tribulatio vitæ præsentis quasi momentanea est respectu consolationis cælestis: ideo subditur,* Et in misericordia sempiterna misertus sum tui. *Notandum quod in hac parte vbi translatio nostra habet,* Quia dominabitur tui, qui fecit te, dominus exercitū nomen eius; *In Hebræo habetur sic,* Quia domi. tui factores tui dominus exerci. no. eius. *vbi manifeste apparet pluralitas personarum in Deo, cum dicitur in plurali.* Dominatores tui factores tui, *& vnitas essentiæ, cum subditur.* Dominus exer. nom. eius: *ita quod nomina pluralis numeri coniunguntur nominibus numeri singularis.* (Sanctissima Trinitas.)

8 Sicut in. *Hic consequenter ponitur confirmatio dicti, & hoc iuramento diuino, cum dicitur,* Sicut in, &c. *Pactum enim firmum statuit Deus cum Noe de diluuio vltra non inducendo super terram: & eodem modo dicitur de tribulatione vlterius non inducenda super ecclesiam, cum dicitur.*

9 Sic iuraui. *Increpatio diuina, est tribulatio à Deo immissa: & sic patet quod scriptura loquitur hic de statu ecclesiæ triumphantis, vbi confusio & tribulatio nullum locum habent, vnde & hic subditur.*

10 Montes enim cōmouebuntur. *ante aduentum Christi ad iudicium.*

11 Fœdus pacis, &c. *quod si intelligatur de fœdere gratiæ, non mouebitur*

☞ numerus animarum quæ seruatæ sunt in arca Noe, octaui diei, A quo Christus à mortuis resurrexit, figura est. Noe principium instaurationis generis humani: Christus alterius generis fuit principium, eorum qui regenerantur in filios Dei. Et quomodo Noe cum suis ligno quod in aquis fluctuabat, seruatus est, sic ecclesia per aquam baptismi & crucis lignum credens Christo seruatur.

Noe Christi figura.

a *Fundabo te in saphyris.* HIERON. lib. 15. LXX. *Prabebo vel praparabo tibi carbunculum,* &c. Carbunculus sermo ignitus, qui fugatis tenebris errorum illuminat corda credentium. Hic est quo Isaiæ labia purgantur, & iuxta Genes. in terra Euilath nascitur. Saphyrus cæli habet similitudinem, significans qui cum Socrate dicunt, Scando aerem solemque despicio, & cum Paulo, *Nostra conuersatio in cælis est.* Iaspis autem munit propugnacula, qui possunt omnem altitudinem eleuantem se contra scientiam Dei destruere, & mendacium veritati subiicere. Iaspidum multa genera sunt, alius est Smaragdo similis, qui reperitur in fontibus Termodoontis, & vocatur grammatias, quo omnia phantasmata fugari putant, Alius viridior mari, & tinctus quasi floribus, qui in Phrygia reperitur in Ida in profundissimis specubus, Alius iuxta Hyberos Hircanosque & mare Caspium, & præcipuè lacum C Neusim; Alius niui & spumæ similis est marinæ, clementer mixto colore sub rutilans. Hæc diximus, vt omnes spirituales gratias D in ecclesiæ propugnaculis cognoscamus, quibus vani timores fugantur, quas qui habet dicit, *Fratruelis meus dilectus, candidus, & rubicundus.*

Sermo ignitus. Isai. 6. b. Gen. 2. c. De his quorum conuersatio est in cælis. B Socrates. Phil. 3. d. Multa iaspidum genera. Cant. 5. c.

b *Vniuersos fil. tuos doctos.* † AVGVST. lib. 1. de gratia c. 13. Illud est certissimum indiciū, quòd à Deo didiceris, si id quod didiceris feceris. Isto modo sunt omnes secundum propositū vocati, sicut scriptum est in prophetis, *docibiles Dei.* Qui autem nouit quidem quid fieri debeat & non facit, nondum à Deo didicit secundū gratiam, sed secūdum legem, non secundum spiritū, sed secūdum litteram.

Quod sit indicium quòd à Deo didiceri mus.

c *Recede procul.* HIER. lib. 15. Consolatus est ecclesiam de gētibus, promittēs ei spirituales gratias: nunc docet quid agat, ne aduersarios timeat. E

d *Ecce accola.* IBI. Hoc ad se inuertunt Iudæi, tamquam sint futuri proselyti ex gentibus tempore Christi sui.

e *Ecce ego.* IBID. Non quod sim causa perditionis eorum, sed aduersarius pugnans, victis perditionis victoribus causa est præmij. † CHRYS. Epist ad Theod. lapsum. Si in hoc Deus nos creasset vt perderet, iure dubitasses de propria salute. Ceterum quia non ob aliud quā propter bonitatem suam quo bonis fruamur sempiternis, atque in hoc omnia facit vt salui simus, quis dubitationi relinquitur locus?

Cur & ad quid Deus nos creauerit.

f *Hæc est hereditas.* Ne iustus tribulatus deficiat, addit præmia. F

(a ☞ Quod non merito tuo, sed mea clementia. b ☞ O ecclesia. ☞ Prius. c ☞ Dæmonum, variorum errorum.)

miserator tuus dominus. [11] Paupercula tempestate conuulsa

(a ☞ Sine patriarchis, prophetis, apostolis. ☞ Quæ substantiam in medicis perdiderat. ☞ Sine diuitiis legis, & doctrina. b ☞ Spiritus sancti. c ☞ In terris cęlestem Ierusalem ædificans, quæ sponsa & vxor agni. ☞ Prædicatorum, continentium, coniugatorum.)

absque vlla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem

(a ☞ Prædicatores. b ☞ Saphyrus aerei coloris significat illos qui cęlestem vitam ducunt in terris. c ☞ Iaspis colore viridis præfert nitorem fidei.)

a lapides tuos, & fundabo te in saphyris: [12] & ponam iaspi-

(a ☞ Defensionem. b ☞ Prædicatores qui alios introducunt. c ☞ Vita & doctrina patrum.)

dem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos,

(a ☞ In omnem terram exiuit sonus eorum. b ☞ Prædicatores qui vita & doctrina subiectis, & terminum & modum viuendi præscribunt. c ☞ Bonis. d ☞ Reliquos.)

b & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. [13] Vniuer-

(a ☞ Discipulos. ☞ Spirituales. b ☞ Faciam. ☞ Erunt omnes docibiles Dei. c ☞ Dabo. d ☞ Reconciliando Deo & angelis & hominibus.)

sos filios tuos doctos à domino, et multitudinem pacis filiis

(☞ Omni virtute. a ☞ Ne calumnieris.)

c tuis, [14] & in iustitia fundaberis. Recede procul à calumnia,

(a ☞ Si hoc feceris. b ☞ Diabolum aut membra eius, sed Deum. c ☞ Pauor.)

quia non timebis, & à pauore, quia non appropinquabit

(a ☞ O primitiua ecclesia. b ☞ Gentilis ante seruiens idolis. c ☞ Ad me. d ☞ Proselytus. ☞ Quia alienus à fide tua.)

d tibi. [15] Ecce accola veniet, qui non erat mecum: aduena

(a ☞ Vnitate fidei. b ☞ Quia. c ☞ Secundum substantiam. d ☞ Diabolum. ☞ Iniquitatis, & omnium malorum. e ☞ Suggestione.)

e quōdā tuus adiūgetur tibi. [16] Ecce ego creaui fabrum suffla n-

(a ☞ Igneas prunas, id est, incentiua vitiorum. b ☞ Inde. c ☞ Quodlibet malum. d ☞ Vt faciat voluntatem suam.)

tem in igne prunas, et proferentem vas in opus suum, &

(a ☞ Bonum, in se malum. b ☞ Eorum qui increduli sunt futuri. c ☞ Malos. d ☞ Diabolus vel hæretici persecutores omnes mali.)

ego creaui interfectorem disperdendum. [17] Omne vas

(a ☞ Diabolo. b ☞ Præualebit.)

quod fictum est contra te non dirigetur: & omnem lin-

(a ☞ Hæreticorum. ☞ Philosophorum. b ☞ Nunc vel in futuro. c ☞ Damnabis vel separabis disputatione conuictos.)

f guam resistentem tibi, in iudicio iudicabis. Hæc est he-

(a ☞ Vita æterna. b ☞ Sanctorum. c ☞ Vt pro labore æternaliter quiescant.)

reditas seruorum domini, & iustitia eorum apud me, dicit dominus.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ bitur ab ecclesia militante generaliter, fœdus autem gloriæ est omnino immutabile.

1 Paupercula. *Hic consequenter ponitur honoris assecutio, vbi primo recolitur præcedens tribulatio, cum dicitur,* Paupercula tempestate, *scilicet primo fuit, &c.*

2 Conuulsa, &c. *quia ecclesia, vt plurimum fuit, & est afflicta, & erit in præsenti vita, loquendo de ipsa quantum ad illos, qui numero & merito sunt in ecclesia: & hoc præmittitur hic, vt opposita consolatio siue honoratio clarius elucescat, cum subditur.*

3 Ecce ego sternam, &c. *Quod vno modo potest intelligi de ecclesia militante: & sic lapides isti sunt viri sancti in diuersis gradibus & officiis ecclesiæ constituti, ex quibus ædificabatur ecclesia. Alio modo de ecclesia triumphante: & sic lapides isti sunt beati in diuersis mansionibus & gradibus gloriæ collocati; De quo ædificio habetur Apocal. 21. vnde ibi concluditur,* Et ciuitas non eget sole, neque luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit illam.

Lapides quibus construitur ecclesia militans & triumphās.

4 Vniuersos filios, &c. *Quia in beatitudine cælesti omnes vident in diuina essentia illud, quod pertinet ad eorum beatitudinem: & sic sunt edocti à domino immediatè, & hoc est quod dicitur Iere. 31. f.* Et non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, ait dominus.

Scientia beatorū.

5 Recede, *id est, recedes.*

6 Procul à calumnia, *Quia non habebit locum in patria.*

7 Ecce accola veniet, *id est Gentilis.*

8 Qui non erat mecum, *ante conuersionem ad fidem.*

9 Aduena quondam tuus, *id est qui non fuit natione Iudæus.*

10 Adiungetur tibi, *id est adæquabitur tibi in donis gratiæ & gloriæ, vt supra dictum est.*

11 Ecce ego. *Hic consequenter describitur hostium deiectio, scilicet dæmonis & Antichristi, qui erit instrumentum diaboli ad persequendum ecclesiam: & hoc est quod dicitur,* Ecce ego creaui fabrum, *id est diabolum, qui quantum ad naturam, quæ bona est, à Deo creatus est, sed per suam malitiam deprauatus: de quo dicitur Iob 41.* Halitus eius prunas ardere facit, *id est tentationes in cordibus peccatorum, & persecutiones contra ecclesiam fidelium.*

12 Et proferentem vas in opus suum, *id est, Antichristum, quem possidebit & ad persecutionem fidelium applicabit.*

Antichristū quis fouebit & quis destruet?

13 Et ego creaui interfectorem ad disperdendum, *id est, Michaelem archangelum, cuius ministerio de præcepto domini Antichristus, & magna pars adhærentium sibi interficientur, vt dicunt doctores sancti: ideo subditur.*

14 Omne vas quod factum est contra te, *diaboli instigatione.*

15 Non dirigetur, *id est, intentio frustrabitur.*

16 Et omnem linguam resistentē tibi, *id est, aduersantē catholicæ fidei.*

17 Iudicio iudicabis, *quia sancti in extremo iudicio cum domino impios iudicabunt.*

18 Hæc est hereditas. *Quia peracto iudicio cælestem hereditatem in corpore & anima possidebunt.*

6 Pro- ☞ CAP.

ADDITIO.

In cap. 54. vbi dicitur in postil. Quia dominabitur tui qui fecit, te, dominus exercituum nomen eius.

Vbi translatio nostra habet, Quia dominabitur tui qui fecit te, *In Hebr. habetur,* Quia dominatio tui, &c. *& sic in hoc loco apparet pluralitas personarum in Deo. Nec inde debet sumi argumentum contra Hebræos, quia forte cederet eis in derisum: sunt tamen multa alia loca in quibus hoc mysterium clarius comprobatur.*

Non eisdē argumentis vtendum contra Iudæos, quibus vteremur inter fideles.

CAP. LV.

A a Omnes sitientes venite. HIER. lib. 15. Quia vas fictum contra ecclesiam dixerat conterendum, & omnem linguam armatam contra scientiam Dei superandam, prouocat credentes ad fluuium Dei, qui repletus est aquis.

b *Ad aquas*. IBID. Spiritus sancti baptismatis: vnde, *Apud te est fons vitæ. & in lu. tuo videbimus lu.* Et alibi: *Si quis sitit ve. ad me, & bi.* Has aquas spargunt nubes, ad aquas venit veritas Dei.

Psal. 35. c. Ioan. 7. f.

† GREG. NAZIANZ. in sanctum lauacrum. Sine labore, siue vllo negotio, tanto bono tibi licet potiri; cuius dementiæ est, tantum bonum differre? Qui sititis venite, O benignitatem & liberalitatem mirabilem! ô commercij singularem facilitatem! Ipsa voluntas accipienda est tibi pro magno pretio. Sitit dominus sitiri, potum cælestem propinat his qui tantum volunt bibere, beneficium accepit, qui tantum petit.

B Quam paratus sit Deus potare nos potu salutari?

c *Et qui non habetis argentum. Gratia salui facti estis.* Et alibi: *Gratis accepistis, gratis date.*

Ephes. 2. a. Matth. 10. a.

C d *Comedite*. Audiendo, loquendo, legendo, meditando, operando, corde retinendo. Diuina siquidem scriptura, & potus est, aperta: & cibus, occulta. Ipsa etiam & aqua est & panis qui de cælo descendit.

e *Vinum & lac.* † PROCOPIVS. Significatur aquæ nomine Euangelij promulgatio: vt vini & lactis, mystica regeneratio. Qui enim aqua & spiritusancto regenerantur, verbi rationali lacte tamquam recenter nati infantes, nutriuntur, vinumque bibunt, de quo dicitur, *Hic est sanguis meus qui pro vobis effunditur.* Et verò quibus olim dabatur baptismus, iisdem lac etiam cum corpore & sanguine tribuebatur, quod de more in quibusdam ecclesiis adhuc seruatur.

Idem hic habet Hier.

Ceremonia quæ apud aliquas ecclesias olim fuit in vsu circa baptizatos.

CAP. LV.

a ¶ Tam Iudæi quam Gentiles. b ¶ Potum doctrinæ & vete. & nouæ legis.

a [1] Omnes sitientes venite
 a ¶ Viuas.
b ad aquas: & qui non ha-
 a ¶ Diuini eloquij. b ¶ Fide.
c betis argentum, prope-
 a ¶ Nolite timere paupertatem diuini eloquij. ¶ Bene viuendo, credendo. b ¶ Mente.
d rate, emite & comedi-
 ¶ Fide. a ¶ Humana sapientia emitur auro & argento. b ¶ Argentum vestrum reprobum est.
te. Venite emite absque argeto & absque vlla
 a ¶ Terrena. b ¶ In principio erat verbum, &c. huiusmodi. c ¶ Simplicium doctrinam, vnde: Verbum caro factum est. d ¶ O Scribæ & Pharisæi, hæretici & Philosophi.
e commutatione vinum & lac. [2] Quare appen- [3][4]
f a ¶ Nitorem eloquentiæ. b ¶ Spiritualibus, qui sequimini litteram quæ occidit, non spiritualem intellectum qui reficiat. Hic est Christus qui dicit: Ego sum panis viuus. c ¶ Studium scilicet in foliis verborum, quę aurem præteruolant, non animam satiant.
ditis argentum non in panibus, & laborem
 a ¶ Auribus cordis. b ¶ Actu.
vestrum non in saturitate? Audite audientes
 a ¶ Consuetudine. b ¶ Christum vel Euangelij verbum.
me, & comedite bonum, & delectabitur in [5]
 a ¶ Charitatis & aliarum virtutum. b ¶ Et si corpus maceretur. c ¶ Quasi humiles. d ¶ Audiendi.
crassitudine anima vestra: [3] Inclinate aurem [6]
 a ¶ Fide & opere. b ¶ Obedite. c ¶ In Deo qui est vita animæ.
vestram, & venite ad me: audite & viuet anima [7][8]
 a ¶ Sanguine filij confirmando Euangelium, cui non succedet alia lex.
g vestra, & feriam vobiscum pactum sempiter- [9]
 a ¶ Non breue, sicut populis Iudæorum. b ¶ Confirmando. ¶ Promissiones sola misericordia factas. ¶ Misericordias domini in æternu cătabo. c ¶ Christi. d ¶ Veracis.
h num, misericordias Dauid fideles. [4] Ecce te- [10][11]
 a ¶ Ego in hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati. ¶ Omnium quæ promisi. b ¶ Fidelium. c ¶ Ego pater. d ¶ Nemo venit ad patrem, nisi per me. e ¶ Legislatorem.
stem populis dedi eum, ducem ac præceptorem [12]
 a ¶ Non solum Iudæis. b ¶ Pater ad filium. ¶ O fili. c ¶ Propter idololatriam. d ¶ Ad fidem per apostolorum prædicationem.
Gentibus. [5] Ecce Gentem, quam nesciebas, voca- [13][14][15]
i bis: & Gentes quæ te non cognouerunt, ad te [16]

D f *Quare appenditis argentum.* Pensatis sacra eloquia, sed non refectionem. Qui solam speciem litteræ custoditis, de spirituali intelligentia pinguedinem internæ refectionis amittitis.

Ioan. 6. c.

Contra eos qui litteræ non spiritui intendunt.

† PROCOP. Fide enim non argento emitur. Quamobrem, ait, non in ea studia tempus impenditis, quibus est nutriendi facultas; sed in externis disciplinis frustra laborantes, ea vobis argento emitis, quæ sub ipsa dictionis venustate, nihil quod verum sit, & mentem nutriat, complectuntur.

E g *Et feriam vobiscum.* Feriri pactum dicitur, eo quòd in pacto confirmando hostia feriatur.

Ferire pactum.

† TERTVLLIANVS. lib. 4. cōtra Marcionem. Vetus testamentum temporale significatur, dum mutabile ostenditur, & dum æternitatem de secundo pollicetur. Nam qui dixerat per Ieremiam, *Perficiam domui Iacob testamentum nouum*; per Isaiam dixit. *Audite me & viuetis, disponam vobis testamentum æternum*, adiiciens, *Sancta & fidelia Dauid*, vt id testamentum in Christo decursurum significaretur, qui ex genere Dauid secundum Mariam in virga de radice Iesse processurus, figuratè prædicebatur.

Differentia inter vetus & nouum testam.

F h *Ecce testem.* Prouocauit Iudæos ad credendum, sed quia sciebat illis non credentibus Gentiles esse credituros, dicit se filium misisse qui præcepta ipsius populis nuntiaret.

i *Ad te current.* † THEODORETVS. Ad quem hæc possunt referre Iudæi? quem inuocauere gentes & nationes? ad quem ac-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. LV.

Omnes sitientes venite. *Hic incipit capi. in Hebræo in quo ponitur remedium oppositum tertio impedimento supra posito 52. capit. ex contemptu Christi procedente, & ideo hic ponitur eius eminentia. Et diuiditur in tres partes, quia primò describitur eius magnifica liberalitas, secundò ipsius summa dignitas, ibi,* Ecce testem. *Tertiò excitatur nostra sedulitas, ibi,* Quærite dominum. *Circa primum dicitur,* Omnes sitientes venite ad aquas, *scilicet gratiæ in præsenti, & gloriæ in ciuitate cælesti, per ipsum Christum donandas, secundum quod ipse Ioan. 4. b.* Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Diuisio.

Aquæ gratiæ & gloriæ.

2 Qui non habetis. *q. d. ista non cadunt sub pretio temporali, sed dantur ex mera liberalitate diuina.*

3 Vinum & lac. *per ista, quæ in nutribilibus sunt præcipua, intelliguntur bona gratiæ, & gloriæ spiritualia animæ nutritiua: quia proprium est hominibus ad cognitionem spiritualium per sensibilia deuenire.*

4 Quare appenditis, &c. *id est, ponitis studium & laborem vestrum circa bona temporalia, transitoria, & deceptoria, quæ non reficiunt, sed magis famem & sitim faciunt quia cupiditatem augent. Vnde dicit poeta,* Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. *Et idem dicit Ambr. super Lucam de hydropico: Et idem est de ambitione honorum, & huiusmodi.*

Iuuenalis. Opes opum cupiditatē augent non extinguunt.

5 Et delectabitur in crassitudine, &c. *id est gratiæ pinguedine.*

6 Anima vestra, *corpus quod non sentit talia.*

7 Inclinate aurem, &c. *ad euangelicam veritatem.*

8 Et viuet, &c. *vita gratiæ & postea gloria: & vnde ista proueniant, subditur.*

9 Et feriam vobiscum pactum semp. *id est, legem Euangelicā, cui alia non succedet.*

10 Misericordias Dauid, &c. *Sic est in Hebræo & libris correctis, id est, misericordias Christi fideliter adimplendas. Quod per Dauid intelligatur Christus, patet Hosee 3. b.* Reuertentur filij Israel & quærent dominum Deum suum, & Dauid regem suum: *vbi translatio Chaldaica habet,* Et obedient Messiæ filio Dauid regi suo, *& Ierem. 30. b.* Seruient domino Deo suo, & Dauid regi suo quem suscitabo eis *Gloss. Hebraica.* Obedient Messiæ filio Dauid. *Certum est tamen, quod Dauid diu ante erat defunctus, quam isti propheta essent: & ideo non intelligitur hoc de ipso, sed de Christo ab eo descensuro, secundum quod dicitur Rom. 1. a.* Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: *& eodem modo hic per Dauid intelligitur Christus. Hoc etiam patet per Paulum apostolum, qui Act. 13. c. allegat hanc scripturam de Christo dictam, di.* Dabo vobis sancta Dauid fidelia, *vbi enim translatio nostra habet hic,* Misericordias Dauid fideles. *Translatio LXX. quam allegat Paulus, habet,* Sancta Dauid fidelia, *vt dicitur glossa Act. 13. c. Ex quo etiam vlterius patet, quod sententia totius capituli ad litteram reducenda est ad tempus Christi. hoc etiam sentit Ra. Sal. vt patet ex supra dictis.*

Per Dauid intelligitur Christus.

11 Ecce testem. *Hic consequenter describitur ipsius Christi sublimitas: & primo in doctrina, cum dicitur,* Ecce testem, &c. *id est, in veritatis diuinæ testimonium: propter quod dixit Ioan. 18. g.* Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. *Secundò in potestatis eminentia, cum subditur.*

Christus veritati attestatur. Diuisio.

12 Ducem ac præceptorem, *secundum quod dicitur Mar. vl. d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

13 Ecce Gentem. *Hic mutatur modus loquendi de tertia persona ad secundam, quod frequenter fit in prophetis: & dirigit sermonem ad Christum, dicens,* Ecce Gentem, *id est populum Gentilem.*

14 Quam nesciebas, *per approbationem, propter eius idololatriam, eo modo loquendi quo dicitur fatuis virginibus.* Nescio vos. *Matth. 25. a.*

15 Et Gentes quæ te non cognouerunt, *per fidem.*

16 Ad te current, *per celerem conuersionem ad prædicationem apostolorum.*

☞ accurrere populi? Illi quidē non possunt hæc ostendere. Nos videmus esse cōpletum, & illum quem nationes adorabant, toto orbe adoratum.

Iesum patet esse Christū ex eo quod omnes gentes ad eum concurrerint.

a *Dominum Deum tuū.* HIER. lib. 15. Quando pater dicitur pater Christi secundū diuinitatem dicitur pater gloriæ: secundum humanitatē pater domini nostri Iesu Christi.

b *Quærite dominum.* IBID. Hæc pertinent ad Iudæos vel ad gentes specialiter, & ad vnumquemque generaliter. Propheta ad Iudæos. *Quærite dominum.* q. d. Gentes suscipiunt misericordias Dauid, & vos dedignamini, sed agite pœnitentiam, & conuertimini dum tēpus habetis. Vnde: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*

Exhortatio ad Iudæos vt ad Christum accedant.

2. Cor. 6. a.

† CYRIL. lib. 4. in Ioā. c. 25. Numquā in sordido vasculo immittūtur pretiosa vnguēta; idcirco Isaias mundari primò iubet eos, qui Christo per fidem volunt adhærere.

c *Dum prope.* HIER. Ne vestris vitiis recedat, qui appropinquat appropinquātibus sibi, & filio reuertenti lætus occurrit.

d *Non enim.* IBID. Ne puteris difficile esse quod spondeo: considerate quod inter mea, & vestra consilia multa sit differentia: & quanta naturæ, tanta voluntatis diuersitas.

† THEODORETVS. Multum ab inuicem distamus, toto cælo

a ❡ Domine refugium factus es nobis. ❡ Fide. ❡ Patrem. b ❡ Secundum humanitatem.

a currēnt propter dominum Deum tuum & sanctum Is- 1

a ❡ In morte. ❡ Hic est filius meus dile. ❡ In resurrectione & ascensione.
❡ Gloria quam habes antequam mundus fieret. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, &c.
b ❡ Secundum humanitatem. c ❡ Fide, opere, simplicitate. d ❡ Dum viuitis.
❡ Dum pœnitentiæ locus est. ❡ Modo potest inueniri merito fidei: in futuro videbitur non inuenietur.

b rael, quia glorificauit tē. [6] Quærite dominum dum inueniri 2 3

a ❡ In veritate. b ❡ Dum tempus habetis.
c ❡ Non est satis quærere dominum, nisi derelinquat impius viam suam. ❡ Declina à malo. d ❡ Gentilis.

c potest: inuocate eum, dum propè est. *[7] Derelinquat impius 4 5 6

a ❡ Prauam. b ❡ Iudæus. c ❡ Antiquas, pessimas, de quibus: Vt quid cogi. mala in cordibus vestris. d ❡ Fac bonum.

viām suam, & vir iniquus cogitationes suas: & reuertatur 7 8 9

a ❡ Qui non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat.

ad dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum 10 11

a ❡ Multum misericors. b ❡ Clementissimus pater.
❡ Consilium domini manet in æternum, cogitationes eius in gene. & gene.
c ❡ Quasi: Et misereri volo, & possum: non enim cog. me. d ❡ Immutabiles.

d quoniam multus est ad ignoscēndum. [8] Non enim cogita- 12

❡ Dominus reprobat cogitationes populorum. a ❡ Sicut. b ❡ Vanæ. c ❡ Rectæ. d ❡ Sicut. e ❡ Prauę.

tiones meæ cogitationes vestræ, neque uiæ meæ uiæ vestræ 13

a ❡ Angelorum. b ❡ Hominum.

dicit dominus. [9] Quia sicut exaltantur cęli à terra, sic exal- 14

a ❡ Rectæ. b ❡ Immobiles & inuestigabiles. c ❡ Prauis. ❡ Inscrutabilia eius iudicia.

tatæ sunt uiæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cō-

a ❡ Quoniam vanæ sunt. Cogitauerunt consilia quæ non po. sta.
❡ De nubibus. c ❡ Euangelica doctrina.

e gitationibus vestris. [10] Et quomodo dēscendit imber & nix 15

❡ Apostolis. a ❡ Humore. b ❡ Terrenorum corda.

de cælo, & illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terrām & 16

a ❡ Aqua viua. b ❡ Sic. c ❡ Fructus iustitiæ. d ❡ Qui seminat in lachry. in exul. &c.
e ❡ Filios spirituales.

infundit eām, et germināre eam facit, & dāt semēn se-

a ❡ Prædicanti. b ❡ Verbi. ❡ Doctrinæ. c ❡ Exercenti. d ❡ Promissio de salute Iudæorum & Gentium.

f rēnti, & panem comedenti: [11] sic erit verbum meum quod 17

❡ Filius. In principio erat verbum. a ❡ Prophetarum, apostolorum, humana similitudine.

g egredietur de ōre meo: Non reuertetur ad me vacuum, sed 18 19

a ❡ Vnde: Quæ placita sunt ei facio. b ❡ De redemptione humani generis.
c ❡ Etiam secundum hominem prædicando, ad fidem conuertendo.

faciēt quæcumque volui: & prosperabitur in his ad quæ misi 20

a ❡ Gentes ab idololatria, Iudæi à legis vmbra. b ❡ Christo qui est pax nostra.
❡ Gratia vobis & pax ab eo, &c. c ❡ Ad patriam celestem.

illud. [12] Quia in lætitia egredièmini, & in pāce dedūcemi- 21 22

a ❡ Angeli. b ❡ Patriarchæ, prophetæ, apostoli.
c ❡ Læti de salute vestra. d ❡ Deo.

h ni. Montēs & collēs cāntabunt coram vobis lāudem, & 23 24

a ❡ Vel siluarum. Primitiuæ ecclesiæ, id est fideles qui erant tamquam lig. quod plant. est. ſ. d. a.
b ❡ Opere. c ❡ Spinosis & vitiosis.
❡ Pro vitiis virtutes.

i omnia ligna rēgionis plaudent mānu. [13] Prō saliuncula 25 26 27

cælo inquam, vos enim odistis me, & ego amo vos: vos fugitis, ego voco: vos bellatis aduersū me, ego nihil aliud quam beneficiis vos prosequor.

e *Et quomodo.* HIER. Alia similitudine ostendit, quia multus est ad ignoscendum.

* De pedi. stinct. 1. §. his auctoritatibus. *Magis necessaria esse internā satisfactionē quam externam.*

f *Panē comedenti.* IBID. Vnde Salomon, *Mitte panem tuum super aquas, quia in multitudine dierum inuenies eum*, hoc est panem doctrinæ tuæ & gratiam spiritualem cunctis infunde, quia in nouissimo præmia recipies.

Eccle. 11. a.

g *Non reuertetur.* Sed postquam meam impleuerit voluntatem in terris, redibit & sedebit à dextris meis: secundum illud, *Sede à dextris meis, &c.*

Psal. 109. a.

h *Montes*, scilicet animæ sanctorum, quæ pro varietate virtutum mōtes appellantur & colles.

i *Pro saliuncula*, Saliuncula, aculeis & punctionibus plena. Abies, alta, procera, fabricandis domibus apta, pice fœcunda.

Saliuncula. Abies.

† PROCOP. Ac si forte dixisset pro malitia iustitiā, pro lasciuia, temperantiam, pro audacia, fortitudinē, pro stultitia, prudentiam. Inuenias verò & istud in his, quisunt ex Israelis stirpē. Stœba enim quondam & conyza cum essent Matthæus & Paulus, ille quidem publicanus, hic autem persecutor, Christum tamen vbique bene olere curarunt.

Quantam mutationē effecerit Christi fides in his qui eam susceperunt.

☞ GREG.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propter dominum, *id est, patrem, qui est Deus ipsius Christi hominis.*

2 Et sanctum Israel, *id est, Deum sanctificantem Israel.*

Quando & in quibus glorificauit Deus pater filium.

3 Quia glorificauit te. *quantum ad gloriam corporis in resurrectione, quam tunc habuit Christus, & non ante, & quantum ad sessionem ad dexteram patris in humanitate, quam habuit in ascensione, & quantum ad operationem miraculorum per apostolos factorum in nominis Christi inuocatione: quæ videntes populi Gentiles ad Christum conuertebantur, vt habetur in actibus apostolorum in pluribus locis.*

Diuisio.

4 Quærite. *Hic consequenter excitatur humana sedulitas ad quærendum Deum tempore gratiæ ex consideratione suæ liberationis & maiestatis. Et primo sic propositum, secundo declaratur dictum, ibi,* Non enim. *Circa primum dicitur:*

5 Quærite dominum, *id est, antequam veniat seueritas iudicij.*

6 Inuocate eum, *per deuotam orationem.*

7 Dum propè est. *ad exaudiendum paratus, Et quia peccatoris oratio non est exaudibilis, ideo subditur,*

8 Derelinquat impius viam suam, *id est, opera sua mala,*

Error Iosephi dicentis cogitationes malas intra manentes non esse peccata.

9 Et vir iniquus. *Ex hoc patet falsitas Iosephi dicentis quod cogitationes intra manentes non sunt peccata.*

10 Et reuertatur ad dominum, *per veram pœnitentiam.*

11 Et miserebitur eius. *dando ei gratiam.*

12 Quoniam multus, *id est, pronior quam ad condemnandum.*

13 Non enim cogitationes meæ, *Hic consequenter declarat dictum suum. Et primò de diuina pietate: dicens,* Non enim cogitationes meæ. *Cogitationes enim humanæ sunt ad iniurias vindicandum, cogitationes autem diuinæ sunt magis ad miserandum.*

14 Quia sicut exaltantur cæli à terra, *quia cælum sursum est, & terra deorsum; sic cogitationes diuinæ, & opera, sunt semper eleuata ad superiora: secundum quod dicitur prouerb. 16. a.* Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. *Cogitationes autem humanæ & opera tendunt ad deorsum. Genes. 8. d.* Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. *Secundo quantum ad verbi sui stabilitatem, cum dicitur.*

Quo respiciunt cogitationes diuinæ & quo humanę.

15 Et quomodo descendit imber, *absque effectu: ideo sequitur,*

16 Sed inebriat terram & infundit eam, *& patet vsque ibi,*

17 Sic erit verbum meum. *per prophetas dictum. Vel aliter:* Verbum meum, *id est, filius, de quo dicitur Ioan. 1. a.* In principio erat verbū, &c.

18 Quod egredietur. *quia semper nascitur à patre: Ista enim natiuitas mensuratur æternitate, quæ complectitur omne tempus.*

19 Non reuertetur. *Filius enim procedens à patre & veniens in mūdum, non rediit vacuus in cælum, sed patres detentos in limbo adduxit secum: ideo subditur.*

20 Sed faciet. *id est, quæcumque per ipsum fieri disposui. Similiter si hoc referatur ad verbum domini per prophetas dictum, non frustratur effectu à Deo intento.*

21 Quia in lætitia egrediemini, *vos patres in limbo detenti.*

22 Et in pace deducemini, *ad gloriam cæli.*

23 Montes & colles. *Id est, angeli superiores & inferiores, eo modo loquendi quo dicitur Psal. 124. a.* Montes in circuitu eius, *id est, angeli, vt dicit glossa Augustini.*

24 Cantabunt coram vobis laudem, *Quia Christo ascendente cum electis fuit gaudium & lætitia angelis sanctis.*

25 Et omnia ligna, *id est, omnis creatura etiam insensibilis.*

26 Plaudent manu. *congaudentes suo creatori.*

27 Pro saliuncula ascendet abies. *quod exponit Rab. Sa. sic, id est,* Po-

GREGORIVS. lib. 18. moral. cap. 11. *Pro saliuncula ascendit abies*, dum in sanctorum corde pro abiectione terrenæ cogitationis altitudo supernæ contemplationis exoritur. Vrtica verò omninò igneæ naturæ dicitur: Myrtus verò temperatiuæ fertur esse virtutis. *Pro vrtica ergo crescit Myrtus*, cum iustorum mentes à prurigine & ardore vitiorum ad cognitionis temperiem tranquillitatemque perueniunt: dum iam terrena non appetunt, dum flammas carnis desideriis cælestibus extinguunt.

De mentibus in quibus deuotio non carnalitas viget.

a ¶ Scilicet, Virtutes. ¶ Virtutibus exaltati. b ¶ Igneis aculeis pleni. ¶ Libidinosis, cupidis. c ¶ Odore virtutum pleni animarum medici. Myrtus enim est odor aromaticus, vrtica ignea, aculeis plena.

ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus.

a ¶ Tunc. ¶ Commutatus de malo in bonum. b ¶ Quia à Christo nominabuntur Christiani, hoc signo insigniti.

a Et erit dominus nominatus in signum æter-

a ¶ Nomen Christi. b ¶ Vt crucis eius charactere omnes muniantur vel innuantur. ¶ Fidelibus.

num, quòd non auferetur.

D a *Et erit dominus.* Alij. Et erit dominus in nomen & in signum sempiternum quod non deficiet.

† PROCOPIVS. Vbique enim Christianos à Christo nuncupatos videas, & signum salutis hoc insculpere nomine quod non est vmquam defecturum. Non desunt tamen qui sine appellatione, crucem eam per quam salutem sumus adepti, putent significari.

Signum crucis.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *potestas auferetur ab impiis, & dabitur iustis, Et istud fuit impletum in resurrectione Christi per quam patres in lymbo detenti fuerunt de potestate dæmonum liberati, & plenius implebitur in iudicio finali, quando dæmones retrudentur in infernum, & omnes electi in corpore & anima transferentur ad cælum: ideo subditur.*

1 Et erit dominus nominatus, *ab omnibus electis.*

2 In signum æternum, *id est, in signum salutis æternæ.*

3 Quod non auferetur, *quia perpetuitas in ratione vera beatitudinis includitur.*

CAP. LVI.

B a HAEc dicit dominus: Custodite iudicium. HIER. lib. 15. Terminato Gentium vaticinio, quæ in aduentu Christi de saliuncula & vrtica in abietem myrtumque mutatur: loquitur ad auditores illius tẽporis, vt se parent ad aduentũ Saluatoris, qui est misericordia & iustitia.

† PROCOP. Ad Iudæos iam transit oratio, qui prophetæ temporibus viuentes, generis nobilitate superbiebant, prolisque fœcunditatem pietatis esse præmium existimabant. Vnde qui alienigenæ eunuchique erant, animis decidebant: hi quidem tamquam ignobiles, C illi autem vt infœcundi, liberisque carentes. Quo fit, vt in moribus ipsis & virtutibus, esse beatitatem demonstret Deus. Neque enim quicquam profecerit, qui prædicta habeat, si iustitia caruerit.

Liberis carere vel affluere neque pietatis neque impietatis indicium est.

Deut. 1. c.

b *Custodite iudicium.* HIER. Non accipientes personam in iudicio. Domini enim iudicium est, qui iudicat iudicantes bona: vnde, *Beati qui custodiunt & faciunt iustitiam in omni tempore.*

Psal. 105. a.

c *Custodiens Sabbatum.* HIER. IBID. Ne sit, scilicet de sex diebus quibus factus est mundus. De quibus apostoli non erant, quibus dicitur: *Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret, &c. Ego elegi vos de mundo idcirco odit vos mundus.*

Ioan. 15. c.

CAP. LVI.

a b HAEc dicit dominus: Custodite iudicium, & facite iustitiam: quia iuxtà est salus mea, vt veniat: & iustitia mea, vt reueletur. Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet istud. Custodiens Sabbatum, ne polluat illud: custodiens manus suas, ne faciat omne malum. Et non dicat filius aduenæ, qui adhæret domino dicens: Separatione diuidet me dominus à populo suo. Et non dicat eunuchus: ecce ego lignum arida.

a ¶ Iustum. a ¶ Omnes virtutes, à parte totum, omnes enim sibi hærent, vt qui vna caruerit omnibus careat. a ¶ Citò veniet. b ¶ Filius meus saluans, iustificans, mundum. c ¶ Visibilis mundo appareat. a ¶ Hominibus. b ¶ Quia beati qui custodiunt iu. & fa. iustitiam omni tempore. c ¶ Fortis. a ¶ Iudicium & iustitiam. b ¶ Interioris hominis, vnde, in Leuitico sæpe homo homo, interior dicitur. c ¶ Strenue. a ¶ Feriando à vitiis: insistendo bonis operibus. b ¶ Male operando. ¶ Scilicet. a ¶ Quodlibet peccatum. b ¶ Proselytus. ¶ Gentilis. ¶ Per circumcisionem. ¶ Hoc, scilicet. a ¶ Cum veniet non dignans me æquali gloria. ¶ Israelitarum.

† THEODORETVS. Cum beatitudinem pro præmio posuerit supradictorum, tunc quia sub lege erant, iubet custodire sabbatũ, & sanctificare, & docet sanctificationem sabbati esse, puras manus seruare sceleris, abstinere manum ab omni iniustitia, quod sabbatum consecratum à Deo est ad Dei cultum, ad virtutis actus, ad celebrationem cælestium mysteriorum.

Quomodo bene & piè Sabbatum custodiatur.

d *Et non dicat.* HIERON. Hoc contra Iudæos, qui sibi tantum F aduentum Christi vendicabãt, & alios desperare cogebant. *Sed non est distinctio Iudæi & Græci.*

Rom. 10. c.

† THEODORETVS. Reprimit Iudæorum fastum dominus, qui se iactabant, quod ab Abraham traherent originem, & hoc nomine reliquos contemnebant. Ostendit ergo se rationem habiturum sanctitatis & religionis, non generis & sanguinis.

Vana Iudæorum gloriatio de generis nobilitate.

e *Eunuchus.* HIER. Propter regnũ cælorum, qui mortificant mẽbra sua super terram, quales erant apostoli: Quibus pro difficultate ☞ rei

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. LVI.

HAEc dicit dominus. *Superius propheta consolatus est fideles, denuntiando eis liberationem à malis: Hic iterum eos consolatur denuntiando eis conseruationem in bonis. Et diuiditur in tres partes. Quia primò ponitur huius salutis præparatio; Secundò huius salutis collatio ca. 59. Tertiò salutis collatæ discretio 63. c. Prima in duas, quia primò ponitur dicta præparatio seu dispositio, Secundò tollitur erroris occasio, ibi:* Et non dicat. *Circa primum sciendum, quod debita dispositio ad recipiendum salutem per Christum donandam, est, quod homines iustè se habeant erga proximum, & deuotè erga Deum. Primum tangitur, cùm dicitur,*

Diuisio.

Dispositio ad recipiendam salutẽ per Christũ donandã.

1 Custodite iudicium. *quod dicitur iudicibus & maioribus, vt non declinent à rectitudine iudicij timore vel amore.*

2 Et facite iustitiam. *hoc dicitur quantum ad omnes, quia quilibet tenetur viuere iustè cum proximo.*

3 Quia iuxta est salus mea, *id est, Christus, per quẽ à patre data est mundo salus.*

4 Vt veniat, *carnem assumendo.*

5 Et iustitia mea, *id est Christus, qui per viam iustitiæ satisfecit Deo patri. Dicitur autem Christus iustitia & salus, quia perfectio Christi vno nomine non potest explicari: & ideo nominatur pluribus nominibus hic & alibi, Consequenter ponitur secundum de diuino cultu, cùm dicitur:*

Christus cur dicitur iustitia & salus.

6 Beatus vir qui facit, &c. *scilicet quod postea subditur:*

7 Custodiens Sabbatum, &c. *Per sabbatum, quod erat ordinatum specialiter diuino cultui, intelligitur omne illud quod pertinet ad diuinum cultum in noua lege.*

8 Custodiens manus suas. *à malis operibus, in quibus maximè est transgressio Sabbati, & cultus diuini, magis quam in operibus corporalibus vtilitati hominum deseruientibus.*

Quæ sit maxima transgressio Sabbati.

9 Et non dicat filius aduenæ. *Hic cõsequẽter remouetur error oriens circa prædictã dispositionem. Et diuiditur in tres partes, secundum tres errores: Secũda pars incipit seq. c. Tertia 58. c. Prima in duas, quia primò ponitur erroris remotio, secundò doctorum punitio, ibi,* Omnes bestiæ, *Prima adhuc in duas, quia primò error tollitur, secundò contraria veritas, ibi,* Quia hæc dicit. *iste autem error primus procedit ex defectu naturali, s. generis & prolis. Ex hoc enim quod Gentiles conuersi ad Iudaismum non admittebantur ad cœtum Iudæorum æqualiter, quia recipiebantur ad legis obseruantiam: non tamen admittebantur statim ad ea quæ erant honoris, sed aliqui in tertia generatione, & aliqui in decima, & aliqui numquam, vt dictum fuit plenius, Deut. 23. & ex hoc credebant quod in præmio beatitudinis esset tanta distantia, & hoc remouetur cum dicitur,* Et non dicat filius aduenæ, *id est, Gentilis natione.*

Diuisio.

Duo errores qui obnuerant Iudæis.

10 Qui adhæret domino, *per veram fidem.*

11 Separatione diuidet me dominus, *in retributione iustorum.*

12 A populo suo, *scilicet Iudaico. Similiter, quia defectus prolis in lege erat vituperabilis, aliqui simplices prole carentes, quamuis essent de populo Israel, æstimabant se deficere à præmio iustorum, eo quod non multiplicauerant populum: & hoc remouetur cum dicitur:*

13 Et non dicat eunuchus, *id est, impotens ad generandum:*

14 Ecce ego lignum aridum. *& non faciens prolis fructum: & subintelligitur diminutio mercedis vel ablatio.*

☞ Quia

☞ rei admiratibus & di- A centibus: *Quis potest saluus fieri?* respondit Saluator: *Qui potest capere capiat.* Vnde apostolus de huiusmodi eunuchis, id est virginibus dixit: *Præceptum domini non ha. consili. autem do.* Eunuchi à natiuitate, eunuchi propter regnum cælorum; omnes consolatur, quia in lege dicebatur: *Maledictus qui non reliquerit semen super ter.* B Quod de semine spiritualis operis dicitur, non prolis.

Matth.19.b.

Eunuchi quotuplices. 1.Cor.7.c.

Deut.7.ca. secundum aliam litteram.

a *Quia hæc dicit dominus.* HIER. lib.15. Duo proposuit, proselytos scilicet & eunuchos. Prius eunuchis dat præcepta viuendi, & præmia promittit: post ad proselytos venit quibus similia promittit. Hic ergo loquitur eunuchis qui C desperantes dixerunt, *Ecce ego lignum aridum:* ne se putent subiacere maledictioni legis.

*Iere.7.b. Matth.21.b. Marc.11.c. Luc.19.g.

b *Et filios aduenæ.* IBID. post eunuchos ad aduenas transit & præmia promittit.

c *In seruos.* IBID. Qualis Paulus qui de se ait: Paulus seruus Christi Iesu, & Moyses famulus Dei.

Rom.1.a.

d *Holocausta eorum.* IBID. *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.* Et, *Exhibeatis corpora vestra ho. Deo vi.* Holocaustum totum offertur Deo, & incenditur. Victimæ pars sacerdotibus datur. Holocaustum Deo tribuit,

Colos.3.a. Rom.10.a. Holocaustũ victima.

a ¶ Quia sine prole. ¶ Vere. b ¶ Continentibus. ¶ Vnde: Beata sterilis, immaculata, quæ non cognouit virum in delicto. c ¶ A vitiis cessando.

a dum. Quia hæc dicit dominus eunuchis. * Qui custo- 1

a ¶ De præceptis meis. b ¶ Non præcepi, vnde, Qui potest capere capiat. ¶ Continentiam. Non quæ pro imbecillitate permisi. c ¶ Omni fide.

dierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenue- 2 3

a ¶ Bonum. ¶ Quod pepegerunt mecum in baptismo. b ¶ In domo patris mei man. multæ sunt. c ¶ In numero prædicatorum. ¶ Vt muniant subiectos verbo & exemplo.

rint fœdus meum [1] dabo eis in domo mea & in muris meis 4 5

a ¶ Quod nulla obliuione delebitur. b ¶ Excellentius scilicet quam si filios & filias generassent. ¶ Christianum quod non deficiet.

locum, & nomen melius à filiis, & filiabus. Nomen sem- 6 7

¶ Vel is. a ¶ Gentilis.

b piternum dabo eis quod non peribit. [6] Et filios aduenæ qui 8 9

a ¶ Fide. b ¶ Dabo. c ¶ Seruiendo honorando. d ¶ Quasi filij. e ¶ Quod est Christus. f ¶ Christi.

adhærent domino vt colant eum, & diligant nomen eius,

¶ Filij. a ¶ Eunuchum aduenam. ¶ Vt supra.

c vt sint ei in seruos: omnem custodientem Sabbatum, ne

a ¶ Semper instet orationi. vnde: Sine intermissione orate.

polluat illud, & tenentem fœdus meum: [7] adducam eos in 10

a ¶ Christum ipsum: qui mons domini: vel ecclesiam præsentem vel dogma veritatis. b ¶ In ecclesia vel in æterna beatitudine.

montem sanctum meum & lætificabo eos in domo oratio- 11

a ¶ Spiritualia. b ¶ Eunuchorum, qui se totos consecrant domino. c ¶ Victima à vincendo. d ¶ Aduenarum, qui ad tempus vacant orationi.

d nis meæ. Holocausta eorum, victimæ eorum placebunt 12

a ¶ Christo. b ¶ Non figurale templum. c ¶ Ecclesia extra quam nec sacrificij nec orationis locus est. d ¶ Non taurorum non hircorum.

e mihi super altari meo: * Quia domus mea domus oratio-

a ¶ Non tantum Iudæis. b ¶ Hoc promittens.

nis vocabitur cunctis populis, [8] ait dominus Deus qui con- 13

a ¶ In vnum ouile. vnde: Vt filios Dei, qui erant dispersi congrega. in vnum. b ¶ Israel duodecim tribus per mundum, vel per diuersos errores. ¶ Quibus scribit Petrus quasi electis aduenis dispersionis c ¶ Dispersis congregatis. d ¶ Ego pater. e ¶ Christum. f ¶ In prædestinatione. 14

gregat dispersos Israel. Adhuc congregabo ad eum congre- 15

a ¶ Gentes sine ratione. b ¶ Mundi. c ¶ De longinquo. d ¶ Iudæum non credentem in Christum. ¶ Cælestem panem. carnem agni.

f gatos eius. [9] Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vni- 16

a ¶ Ne tradas bestiis anim. con. ti. b ¶ Incultæ Gentilitatis. c ¶ Scribæ & Pharisæi, Sacerdotes, reges, principes, sic & hodie in ecclesia. ¶ Quia. d ¶ Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. e ¶ Deum veram lucem. 17

g uersæ bestiæ saltus. [10] Speculatores eius cæci omnes, nescie- 18

a ¶ Sine voce prædicationis contra inimicos. b ¶ Quia astricti vitiis. c ¶ Prædicare. 19

runt vniuersi, canes muti, non valentes latrare, viden- 20 21

buit, qui mundum re- D linquit, vt semper vacet orationi. Victimam, qui Deo seruit & quæ mundi sunt disponit iustè.

* Sap.c.3.

e *Super altari meo.* IBID. Fidem super quam omnia offeruntur, sine qua impossibile est Deo placere. Vnde: *Iustus autem in fide sua viuet.*

Fidem

f *Omnes bestiæ.* Vox prophetæ, qui aduocat Romanos ad excidium Ierusalem, quibus penè totus orbis E seruiebat. Vel per bestias, dæmones: quibus ad deuorandum Iudæi traditi sunt.

Abacuc.2.a. Qui hic bestiarum nomine designentur.

† PROCOPIVS. In ferarum enim naturam trãsierunt, qui sub diaboli tyrannide vitam vixerũt ab omni humanitate alienam, quos tamen ad intelligibilem mensam nunc inuitat, panis vitæ scilicet come- F stionem, vt læti illud, *Parasti in conspectu meo mensam,* vsurpare queant.

Psal.22.

g *Cæci.* Non habentes Christum verum lumen, vel fidem & alias virtutes.

† PROCOPIVS. Dicuntur hoc loco Iudaicæ gentis principes, *custodes cæci, & canes muti non valentes latrare.* Sed qui se primi excæcarunt, veramque lucem non admiserunt, cùm apertè clamantem audierint, *Ego sum lux mundi.*

☞ *Canes.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia hæc. *Hic consequenter contraria veritas asseritur, videlicet quod eunuchus, & Gentilis veniens ad fidem tantum bonum consequetur gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, ceteris tamen paribus, quantum recipiet Iudæus natione & dotatus multa prole, & hoc patet impletum in noua lege, Act.10.g. vbi spiritus sanctus in signo visibili descendit super Cornelium & alios Gentiles cum eo existentes: sicut ceciderat super apostolos & alios fideles de Iudæis existentes: propter quod dicit Paulus apostolus Rom.10.c.* Non est distinctio Iudæi & Græci: nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum; *& hoc est quod dicitur,* Quia hæc dicit dominus. Qui custodier. *id est, debitè Deum coluerint.*

Non prolẽ nec genus sed virtutẽ Deo placere.

2 Et elegerint quæ ego, *scilicet iustè viuere cum proximo.*

3 Et tenuerint fœdus me. *id est, legem Euangelicam per quam Deo fœderamur.*

4 Dabo eis in domo, *id est, ecclesia militante, vt dictum est supra 2. cap.*

5 Et in muris meis, *id est, in ecclesia triumphante, quæ per muros intelligitur, eo quod violentia non potest ibi inferri.*

6 Locum. *recipiendo gratiam in præsenti & gloriam in futuro.*

7 Et nomen melius, *Istud propè refertur ad illos qui se castrauerunt propter regnum cælorum, per castitatis obseruantiam, quæ melior est & magis meritoria quam fœcunditas prolis, secundum quod dicit Saluator Matth.19. b.* Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum, qui potest capere capiat. *id est, tãtum bonum propter sui altitudinem non præcipitur sed consulitur.*

Eunuchi Euangelici.

8 Nomen sempiternum dabo eis, *quod non potest intelligi de vita præsenti, vbi non continuatur nomen talium per successionem generationum: sed intelligitur de vita beata. Consequenter ostenditur propositum in Gentilibus cum dicitur,*

9 Et filios aduenæ, *& patet sententia ex dictis vsque ibi.*

10 Adducam eos in mortem. *Id est, in gloriam cælestem, vbi nihil admittitur nisi sanctum. Apo.21.g.* Non intrabit illam aliquid coinquinatum: *Et præmittitur hic status ecclesiæ triumphantis, eo quod est primus in intentione, Et subditur status ecclesiæ militantis, cum dicitur,*

11 Et lætificabo eos, *orationes eorum acceptando; ideo subditur,*

12 Holocausta eorum, *& dicuntur hic holocausta & victima quæcumque bona ad gloriam Dei facta. Potest etiam hoc accipi specialiter de eucharistia, quæ est sacrificium fidelium, & dicitur holocausta & victima in plurali, quia continet in se virtutem omnium sacrificiorum veteris legis modo supereminenti.*

Eucharistia sacrificium.

13 Cunctis populis, *sine aliqua acceptatione: propter quod dixit Petrus Act.10.c.* In veritate comperi, quod non est personarum acceptor Deus, &c.

14 Qui congregat dispersos Israel, *id est omnes electos in vnitate charitatis & fidei.*

15 Adhuc congregabo ad eum omnes, &c. *quia post congregationem fidelium in vita præsenti modo prædicto: fiet iterum congregatio ipsorum in cælo, & illa congregatio amplius non dispergetur.*

16 Omnes bestiæ. *quia error præmissus procedebat ex ignorantia credentium. Hic consequenter ponitur punitio doctorum, qui debebant eos de contraria veritate docere; & ita fuit in destructione Ierusalem per Titum, qui Sacerdotibus noluit parcere, dicens, iustum esse sacerdotes cum templo perire. Et hoc est quod dicitur,* Omnes bestiæ agri, *id est, multitudo exercitus Romani.*

Sacerdotes Iudæorum plebi erant auctores errorum.

17 Venite ad deuorandum, *id est, destruendum sacerdotes & templum: & causa subditur,*

18 Speculatores eius, *id est, sacerdotes & doctores, ad quos spectat pericula præuidere, & populo nuntiare.*

19 Cæci omnes, *id est, cognitione saluatoris carentes quem reprobauerunt quod de ipsis dicitur: Matth.15.c.* Cæci sunt & duces cæcorum.

20 Canes muti, *quia non latrabant contra populi vitia, eo quod erant similibus & maioribus peccatis irretiti.*

21 Videntes vana. *quia tunc magis studebant in curiosis, vtpotè cursu syderum, & similibus, quam in lege & prophetis: propter quod saluator dixit eis Matth.16.a.* Faciem cæli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis, *Et vocat ibi temporum signa quæ de aduentu Christi per prophetas erant dicta.*

Doctores Iudæorum curiositatibus astrologiæ dediti.

Dor-

a ¶ Sapientes in mundo. b ¶ In peccatis. c ¶ Quibus decipiebantur à dæmonibus. Quasi: non possunt loqui veritatem sed mendacium.

tes, vana, dormientes & amantes somnia, [1] & canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam suam declinauerunt, * vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum. * [12] venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

a ¶ Peccatorum: vnde; Canis reuersus ad vomitum. Et alibi: Qui deuorant plebem meam sicut escam. b ¶ Qui & canes.

a ¶ Legis & prophetarum: vnde, Eratis nescientes scripturas. b ¶ Prauam. c ¶ Non Dei. d ¶ Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.

a ¶ Quia à via domini declinauerunt. b ¶ Quæ sua sunt, non quę Iesu Christi quærentes. c ¶ A principibus. ¶ A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.

a ¶ Populum. b ¶ Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. c ¶ Vel sicera: In Hebr. enim sicera est omne quod inebriare potest.

a ¶ Vnde supra: Nescierunt saturitatem.

a Canes. HIER. Sicut canes gregē, sic prælati debent custodire plebē. *Canes impudentissimi.* Quod est: Sicut canes sine discretione etiā bonos sępe persequuntur: sic & Iudæi impudenter clamauerunt, *Crucifige, crucifige eū,* nec domini saturati sunt opprobriis.

† EVSEB. lib. 10. c. 8. de demō. Isaias ipsos canes mutos appellat, oportebat enim ipsos, si nō pastores bonos se præbere, saltē bonos imitari canes, & seruare gregē rationalē domini, & prudēter latrare, agnoscētes domini & pecoris magistrū, ei cauda blandientes, insidiātibus & exteris allatrare, ipsi rabidorū canum more, non solum allatrarūt aduersus dominū & domesticos eius, sed in ipsos irruerūt & discerpserūt. b *Venite sumamus.* Sic peruertebāt qui corrigere debuerant. Et quia omnes peccauerunt: traditi sunt in manus Romanorū. MORALITER. Venite vitemus exempla malorum, nec inebriemur vino in quo est luxuria, nec voluptatibus obruamur, nec cōtra aduersarios muti simus.

Iu. 23. c. * Iere. 6. c. * Sap. 2. b. Iudæi canibus non gregem custodientibus. Sed dilacerantibus gregem & gregis dominum cōparantur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dormientes & amantes somnia, *in hoc notat eos de carnalitate, & etiam de gulositate, cum subditur:* Canes impudentissimi nescierunt saturitatem.

B 2 Ipsi pastores. *id est, sacerdotes & doctores, qui pascere debent populum verbo & exemplo.*

3 Ignorauerunt intelligentiam, *veram scripturarū: propter quod Saluator improperat eis. Mar. 7. quod irritabant mandata Dei propter traditiones suas: & de falso intellectu in scriptura arguit eos in pluribus locis Euāgelij.*

4 Omnes in viam, &c. *Et quæ sit illa subditur cum dicitur:*

5 Vnusquisque ad auaritiam suam. *Sacerdotes enim & Scribæ multum ad auaritiam declinauerunt, & sub specie religionis oblationibus & consimilibus populum multipliciter spoliabant, propter quod statuerant in templo homines, qui vendebant boues & boues & numularios, vt dictum fuit plenius Ioan. 2. & Matt. 21. vnde & in libro Heb. quod dicitur Ionia, & est authenticus apud Iudæos, dicitur quod in secunda domo erant auaritiæ intenti. Et vocatur secunda domus templum in reditu captiuitatis Babylonicæ ædificatum, vbi Christus fuit oblatus: & vbi legitur pluries docuisse.*

6 Venite sumamus vinum. *Istud erat verbum eorum semetipsos ad carnalitates inuitantium.*

7 Et erit sicut, &c. *quia semper inueniebant nouos modos extrahendi pecuniam à populo ad continuandum ista, & ampliandum.*

Sacerdotes & Scribæ auarissimi. E

CAP LVII.

a ¶ Quia. ¶ Christus moritur. b ¶ Opinione infidelium vel immensitate tormentorum. c ¶ Reproborum Iudæorum. d ¶ Eum pro nobis non posse cruciari.

[1] IVstus perit, & nemo est qui recogitet in corde suo, & uiri misericordiæ colliguntur: quia non est qui intelligat. A facie enim malitiæ collectus est iustus. [2] Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua. [3] Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteræ, & fornicariæ. [4] Super quem lusi-

a ¶ Apostoli misericordia Dei ad nos missi.

a ¶ De mundo ad Deum per tormenta transeunt.

a ¶ Eos iniustè pati, & ideo iustè coronari.

b ¶ Præsentia peccati: vel quia peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus.

c ¶ Vt mala scilicet sæculi non videat. d ¶ Ad dexteram patris.

¶ Christus. a ¶ Ad Gentes per apostolos quibus dictum est: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. b ¶ Christi. c ¶ Æterna beatitudine.

a ¶ Recto tramite rediens ad patrem. b ¶ Sublato iusto. c ¶ Auscultate verba mea. d ¶ Iudaicæ Gentis quæ idola coluit, & auguria obseruauit.

a ¶ Quæ derelicto Deo adhæret diabolo. b ¶ Quæ mœchata est cum ligno & lapide. c ¶ Nisi super me.

CAP LVII.

a IVstus perit. HIER. lib. 15. Hæc referunt Iudæi ad Isaiam, qui serra lignea sectus est à Manasse impiissimo rege, & alios prophetas, quos ipse occidit, appellant viros misericordiæ. Sed verius hoc de illo dicitur, qui est summè iustus, de quo, *Nihil tibi & iusto illi,* Et pilatus: *Quid faciam de Iesu qui dicitur iustus.*

† TERTVLLIANVS. Quis est hic iustus nisi Christus? Venite inquiunt, *auferamus iustum quia inutilis est nobis.*

b *Et nemo est.* Propter speculatores cæcos & canes mutos.

c *Qui recogitet.* quia cæci & muti ignorantes sapientiam, non cogitant ea quæ Dei sunt.

d *Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in.* HIER. Propheta precatur vt Christus veniat, resurgens à mortuis requiescat in cubi. in gloria, scilicet paternæ maiestatis, vel in ecclesia, in qua in directione ambulauit: *quia peccatū non fecit, nec inuētus est dolus in ore eius.*

LXX. *Erit in pace sepultura eius, ablata est de medio.*

† TERTVLLIANVS lib. 3. contra Marcio. Mortem & sepulturam & resurrectionem Christi mei, vna Isaiæ voce volo ostēdere, dicēntis, *sepultura eius sublata est de medio,* neque sepultus enim esset, nisi mortuus, neque sepultura eius sublata de medio, nisi per resurrectionem.

e *Vos autem.* † THEODORETVS. His verbis apertè significantur blasphemiæ editæ à Iudæis in Christum, cum impostorem appellabant & dæmonium habentem, & Samaritanum, & cum ei impientissimè illudebant.

☞ Num-

De Christo exponi debere prophetiam huius cap. Matth. 27. b. Ibidem. c. Christus iustus. Sap. 2. 1. Pet. 2. d. F

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. LVII.

IVstus perit. *Hic remouetur error secundus, qui proueniebat ex defectu pœnali. Ex hoc enim quod aliqui considerabant iustos de communi cursu temporaliter affligi præ ceteris, & maximè Christum & apostolos & fideles alios in primitiua ecclesia, cogitabant quod esset pro peccatis eorum, & refugiebant vitam & doctrinam ipsorum, ad opposita vitia se conuertentes in nouo & veteri testamento, & secundum hoc præsens capitulum diuiditur in duas: quia primò error excluditur; secundò malitia eorum arguitur ibi,* Vos autem. *Circa primum dicitur:*

1 Iustus perit, *id est, Christus, qui morte confusibili ex hoc mundo transiit.*

2 Et nemo est qui recogitet, *quod hoc non est propter suum delictum, sed propter nostrum expiandum.*

3 Et viri misericordiæ, *id est, apostoli aliique fideles ex compassione animarum se laboribus & tormentis exponentes.*

4 Colliguntur, *de vita præsenti, sicut fructus maturi ad reponendum in horreo cælesti.*

5 Non est qui intelligat, *quod hoc sit ad bonum ipsorū, sed magis ad malum vt æstimant; quod excluditur cum subditur:*

6 A facie enim malitiæ, *hominum præsentis vitæ.*

7 Collectus est iustus, *in horreo cælesti.*

8 Veniat pax, *cælestis super eum.*

9 Requiescat in cubili, *id est, in gradu gloriæ sibi præparato.*

10 Qui ambulauit, *in præsenti vita.*

11 In directione, *scilicet non declinando à recta via.*

12 Vos. *Hic consequenter arguitur errantium malitia, secundo commendatur redeuntium pœnitentia, ibi,* Qui autem, *tertio amborum differentia, ibi,* Non enim, &c. *Prima in duas: quia primo arguitur malitia populi Iudaici captiuitatem Babylonicam præcedens: secundo subsequens, ibi,* In multitudine. *Malitia autem præcedens potissimè fuit idololatria, propter quam secuta est captiuitas, vt patet ex 4. Re. & 2. Paral. & hoc est quod dicitur,* Vos autem accedite huc filij auguratricis, *id est, Gētis Iudaicæ, quæ fuit multum intenta auguriis tempore Manasse & aliorum regum malorum.*

13 Semen adulteræ, &c. *sic est in Hebr. & in libris correctis. Vocatur autem hic adulter ipsum idolum, & fornicaria ipsa Iudæa, quæ per idololatriam cum idolo fornicata fuit: & sic posteri eorum dicuntur filij fornicariæ & adulteri & non solum illi qui fuerunt ante captiuitatem Babylonis, sed etiam illi qui fuerunt post, etiā tēpore Christi, quia sicut merita patrū vt Abrahā, Isaac, & Iacob recordātur ad laudē bonorum, ita mala idololatrarū improp. malis,*

14 Super quem lusistis? *id est, illusistis Christum sputis & colaphis illudendo.*

Error circa Dei prouidentiam in puniendo. Diuisio. Gens Iudaica auguratrix. Quid ex genere reportent de bonis vel de malis nati.

7 Col- ☞ Su-

a ¶ In passione. ¶ Conspuendo faciem, vellendo barbam. b ¶ Inclamantes: Crucifige, crucifige.
c ¶ Vnde: Posuerunt os suum in cælum. d ¶ Samaritanus tu es, & dæmo. ha.
e ¶ Quasi: Vos ita fecistis, qui estis filij scele-

a stis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? Numquid

a ¶ Vos ex patre diabolo estis. b ¶ Filij diaboli, qui est pater mendacij. Vnde: Mendax est & pater eius.

non vos filij scelesti, semen mendax? [5] Qui consolamini in

¶ Alienis. a ¶ Immolauerunt filios suos & filias suas dæ. ¶ Diis. b ¶ Innocentes.

diis, subter omne lignum frondosum, immolantes paruu-

a ¶ Quasi: Derelinquens domum Dei iuxta torrentes immolasti.

los in torrentibus subter eminentes petras. [6] In partibus

¶ O Ierusalem. a ¶ Cultus idolorum. ¶ Diis. b ¶ Sacrificasti.

b torrentis pars tua: hæc est sors tua. Et ipsis effudisti libamen,

a ¶ Peccatis tuis. b ¶ Vindicando.

obtulisti sacrificium. Numquid super his non indignabor?

a ¶ Quasi: Merito indignabor: quia. b ¶ Hoc in tempore Isaiæ, sub rege Achaz maximè.
c ¶ Vt idola coleres, & luxuriam expleres.

c [7] Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile

d tuum, & illuc ascendisti vt immolares hostias. [8] Et post

¶ Tutelæ simulacrum in tuitionem domorum. a ¶ Idolum in memoria habendum. b ¶ Etiam.

e ostium & retro postem posuisti memoriale tuum. Quia

¶ Te. a ¶ Diabolum.

iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum. Dila-

a ¶ Vt susciperes. b ¶ Vt ad me non redires. c ¶ Adulterium.

tasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus. Dilexisti stra-

a ¶ Adulterorum. b ¶ Opere. c ¶ Sine verecundia, vt turpitudinem non absconderes.
d ¶ Diabolico. Diabolus enim rex super omnes filios superbiæ.
¶ Idolum Moabitarum, Moloch vel Molon interpretatur rex, cui ornabat se Ierusalem.

tum eorum manu aperta: [9] & ornasti te regio vnguento, &

a ¶ Quasi, varia ornamenta quæsisti, vt visu, & odore, adulteros prouocares.
¶ Insuper. b ¶ Ideo.

f multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, et

a ¶ De culmine castitatis in baratrum libidinis. b ¶ Actionis prauæ.
c ¶ Declinando ad dexteram vel ad sinistram.

g humiliata es vsque ad inferos. [10] In multitudine viæ tuæ la-

a ¶ Pœnitendo. ¶ Ab opere malo. b ¶ Abundantiam diuitiarum. ¶ Aliàs Viam.

borasti: nec dixisti: Quiescam. Vitam manus tuæ inueni-

a ¶ Corde, & si ore. ¶ Me. b ¶ Pro diuitiis custodiendis.
¶ Quia in diuitiis confidens me rogare noluisti. Et ideo multos timuisti.
c ¶ Hostes vel Deos, à quibus te eas habere putabas.

sti: propterea non rogasti. [11] Pro quo sollicita timuisti

☞ a *Numquid non.* HIER. lib. 16. Tropologicè possunt hæc de hæreticis legi qui sunt *filij scelesti*, mēdaces, semen diaboli qui est pater mendacij, qui cōsolantur se in sectæ suę simulacris: subter lignū frondosum. s. voluptates suas. Sicut Adā post peccatum abscondit se subter lignum, ne Dei pateret aspectui. Hi filios quos deceperunt, immolant in vallibus, id est in baratro impietatis, subter imminentes petras quæ semper minātur ruinam: Quæ pro diuersitate mēdacij & varietate peruersorum dogmatū plures dicūtur petræ. Nos autem vnam petram habemus, quæ semper populū Dei sequitur, de qua populus Israel bibebat, cū familiaritate domini fruebatur.

Matt. 26. g. Ioan. 8. f. Genes. 3. b. Hæretici.

b *Libamen.* Vinum, oleum, & huiusmodi liquores: Sacrificium panis, victima & huiusmodi.

c *Super montem excelsum.* Hæretici quoque, qui eleuantur in superbiam, qui ecclesiæ humilitate contempta, sibi excelsa promittunt, dogmatum suorum montes ascendunt, vbi cubile suum dæmonibus prostituunt. Et quia conuersi sunt retrorsum, vxorem Loth imitantes, mutantur in statuam salis, habentes imaginem ecclesiasticæ conditurae, & saporem non habentes, qui proiiciuntur foras, vt conculcentur ab hominibus.

Genes. 19. f. Matth. 5. b.

d *Et post osti.* IBID. q.d. Non solum in montibus idola adorasti, sed etiam post ostium posuisti, vt ingrediens videres, & semper adorares.

e *Quia iuxta me di.* IBID. Metaphora adulteræ sicut supra meretricis, quasi dormiente viro clam suscipiat adulterum, & discooperiat pallium, dilatet stratū, & faciat pactum quasi dotis instrumētum. In quo significat, quod etiam in templo simulacrum Baal posuerunt, sicut & meretricē arguerat, quod in introitu domorum & in locis tenebrosis post ostia prostituta sit, omnibus exposita intrantibus.

f *Misisti legatos.* IBID. Vt afferrent longinqua idola: quasi non sufficiant vicina. Et in hoc Babylonios & Ægyptios Deos significat.

g *In multitudine viæ tuæ laborasti.* Qui ambulat via regia non laborat. Vna est via veritatis quæ dicit, *Ego sum via, veritas, & vita*: Multæ sunt viæ mundanorū: vnde, *Non sicut viæ meæ sunt viæ vestræ.*

Viæ veritatis viæ mūdi. Ioan. 14. a. Supra 55. c. Isa. 40.

† PROCOPIVS. Quid enim virium habet mortalis Babylonius si cum Deo conferatur? Scribitur enim, de Deo, *Qui contines orbem terræ, & habitantes in ea tamquam locustæ*, Et, *nonne gentes omnes tamquam gutta de cado, & tamquam saliua, & quasi momentum stateræ reputantur?*

d Et ☞ Qui

NICOLAVS DE LIRA.

1 Super quem dilatastis os? *ipsum diffamando & vituperando.*

2 Et eiecistis linguam, *ipsum blasphemando; quæ patent in multis locis in Euangelio. q.d. hoc non fecistis super hominem tantùm, sed etiam super Deum saluatorem vestrum.*

3 Numquid non vos filij scelesti, *id est, sceleribus pleni?*

4 Semen mendax, *quasi dicat, sic.*

5 Qui consolamini in diis subter. *Ibi enim colebant idola, & in locis vmbrosis iuxta hoc luxuriam exercebant in venerationem aliquorum idolorum. scilicet Veneris & Priapi.*

Dei quibus luxuriæ fœdissimæ litabatur.

6 Immolantes paruulos in torrentibus. *ita quòd sanguinem in parte decurrere faciebant intra aquam, ad habendum ibi diuinationem.*

7 Subter eminentes. *De rupibus enim solent torrentes descendere.*

8 In partibus torrentis pars tua, *hoc dicitur, quia ad immolandum pueros eligebant talia loca.*

9 Et ipsis, *id est, idolis.*

10 Et effudisti libamen, *de parte sanguinis puerorum. Libamen enim est oblatio de liquidis.*

11 Obtulisti sacrificium, *de carnibus eorum.*

12 Numquid super his non indi. *q.d. sic. Tum propter effusionē sanguinis innocentis; Tum quia hoc fiebat ad impendendum obsequium idolis.*

13 Super montem excelsum, *ad fornicandum per idololatriam.*

Iudæorum impiissimę idololatriæ.

14 Et post ostium, *vt sic ingrediendo domum, videres idolum, vt sic non elaberetur de tua memoria.*

15 Quia iuxta me discooperuisti, *loquitur de Iudæa, sicut de adultera effrenata, quæ in eodem lecto recipit adulterum cum marito: & hoc fuit impletum potissimè tempore regis Manasse, qui posuit idolum in templo domini: 2. Para. 32.*

16 Et pepigisti cum eis fœdus, *scilicet idololatriæ.*

17 Dilexi. stra. eorum manu aperta, *scilicet, ad faciendum expensas magnas in idololatria.*

18 Et ornasti te regio. *sic est in Heb. & in libris correctis.*

19 Vnguento, *quo meretrices pingunt facies suas, vt magis placeant adulteris: & hoc fuit impletum maximè tempore Ioram filij Achaz regis Israel per Iezabel matrem eius, quæ ad introitum Iehu in Iezrael depinxit oculos suos stibio, &c. vt placeret ei sicut habetur 4. Reg. 9.*

Pingere faciem stibio.

20 Misisti legatos tuos procul, *scilicet ad Theglatphalasar regem Assyriorum tempore Achaz, vt patet 4. Regum 16. & ad regem Aegypti tempore Sedechiæ, confidendo de hominibus, & de domino diffidendo; propter quod secuta est captiuitas Babylonica, vt habetur 4. Reg. vlt. ideo subditur.*

Iudæi sibi ipsis accersunt perniciem.

21 Et humiliata es vsque ad inferos. *In Hebræo habetur: Vsque* שאול *seol. quod aliquando accipitur pro fossa, aliquando pro inferno, & vtroque modo accipitur hic, quia in captiuitate Babylonica multi fuerunt mortui in peccatis suis quorum cadauera in fossis fuerunt proiecta, & animæ ad infernum descenderunt.*

22 In multitudine. *Hic consequenter ponuntur peccata Iudæorum post captiuitatem Babylonicam, inter quæ primum fuit auaritia, vt dictum est supra. & ex hoc processerunt alia, quia secundum quod dicitur 1. Tim. 6. b.* Radix omnium malorum est cupiditas: *& hoc est quod dicitur,* In multitudine, *quia rectores populi vt sacerdotes & huiusmodi, per diuersas vias quærebant extorquere pecunias à populo.*

Auaritia Iudæorum à reditu è Babylone.

23 Nec dixisti quiescam, *quia auaritia semper iuuenescit.*

24 Vitam manus tuæ inuenisti, *id est, omnia necessaria ad vitam venerunt tibi ad manum.*

25 Propterea non rogasti, *me deprecando deuotè, quia homines pleni diuitiis obliuiscuntur Dei Deuter. 32. b.* Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, & dilatatus, *scilicet diuitiis. & sequitur,* Dereliquit Deum factorem suum, &c.

26 Pro quo sollicita timuisti. *Hic incipit versus in Hebræo, & legatur interrogatiuè, vt sit sensus:* Pro quo sollicita timuisti? *quasi diceret, non pro me, nec pro cultu nominis mei, ideo sequitur,*

a ¶ Dicens. Omnia quę locutus est dominus faciemus. b ¶ Dicentis, honora dominum & confortaberis. c ¶ In lætitia tua.

quia mentita es, & mei non es recordata: neque cogitasti

a ¶ Hoc scilicet. a ¶ Dissimulando. Quasi: & si non timore, saltem pro patientia mea redires. ¶ Ad horam, non semper: Tacui: numquid semper tacebo? b ¶ Peccata tua.

in corde tuo, quia ego tacens, & quasi non videns, & mei

a ¶ Sed. ¶ Qui diu tacui. b ¶ Omnibus. ¶ Tandem tradens te Chaldæis, Romanis, vel iudicio. c ¶ Ironice. d ¶ Idola. ¶ Quę contra me egisti tempore passionis.

oblita es. [12] Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non

a ¶ In iudicio. b ¶ Ad me tempore captiuitatis, vel in die iudicij. c ¶ A periculo. d ¶ Dij ex diuersis Gentibus acquisiti.

proderunt tibi. [13] Cum clamaueris, liberent te congregati

a ¶ Deos. b ¶ In tempore captiuitatis. c ¶ Impetus hostium. d ¶ Idem est.

tui. Et omnes eos auferet ventus, tollet aura. Qui autem fi-

a ¶ Viuentium. b ¶ Ierusalem cælestem, vel scripturas sanctas.

duciam habet mei, hereditabit terram, & possidebit mon-

¶ Christum. a ¶ Cyro & principibus eius. b ¶ Populo meo repatriandi licentiam date. c ¶ Doctores.

tem sanctum meum, [14] & dicam: Viam facite, præbete iter,

a ¶ Ne impediatis semitam eorum. b ¶ Omnia nociua, vel quæcumque difficilia videntur, vestra interpretatione dissoluite.

declinate de semita, auferte offendicula de via populi

a ¶ Super omnes Gentes dominus, non loco sed merito eorum in quibus habitat, vnde, Exaltabo te domine, quoniam suscę.me.

mei. [15] Quia hæc dicit dominus excelsus & sublimis habitans

a ¶ Sine fine, sine principio. b ¶ Sanctificetur nomen tuum. c ¶ Cælo vel cęlestibus.

æternitatem, & sanctum nomen eius in excelso, & in san-

a ¶ Filio, vel quolibet per fidem & dilectionem. b ¶ Habitat. c ¶ Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. d ¶ Remissione peccatorum, & incremento virtutum.

cto habitans, et cum contrito & humili spiritu, vt viuificet

a ¶ Vt consolando de tristitia sæculi ad lætitiam, de morte ad vitam transeant.

spiritum humilium, & viuificet cor contritorum. [16] Non e-

a ¶ Ego pater excelsus & sublimis. b ¶ Ac si dicat, iram & vltionem non semper effundam super eos.

nim in sempiternum litigabo, neque vsque ad finem

a ¶ Sanctus. b ¶ Anima scilicet, vnde, Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.

irascar, quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego

a ¶ Quia scilicet iniquitatem concupiuit, non vna contentus. b ¶ Iudaici populi.

faciam, * [17] propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, &

a ¶ Ad breue, vt sanarem. ¶ Per Assyrios, per Chaldæos, tandem per Romanos. b ¶ O Iudæe. c ¶ Contra te propter idololatriam, & pro nece filij mei.

percussi eum. Abscondi à te faciem meam, & indignatus

a *Qui autem fiduciam habet mei.* Hier. lib. 16. Qui idola non coluerunt, vel in captiuitatem ducti pœnituerunt sub Zorobabel & aliis ducibus reuersi, Deum suum in loco suo adorauerunt secundum Hebr.

Qui autem fiduciam. Allegoricè Ibid. Qui in eum verè confidunt, terram viuentium hereditabunt secundum illud: *Credo videre bona domini in terra viuentium.* (Psal. 26. d.)

b *Possidebit montem sanctum meum.* Ibid. scilicet legē veteris & noui testamenti vtrumque enim in monte datum, & ad præmiorū * altitudinem inuitat; vel Christum, de quo, *Venite ascendamus ad montem domini.* (* multitudinem) (Mich. 4. a.)

c *Et dicam.* Ibid. ego Christus scilicet apostolis. *Viam feci*, bene prædicando, præbete iter in exemplum eis bene operando: auferte offendicula per baptismum peccata abluendo, idolorum cultum prædicatione amouendo. (* De pœn. di. 3. c. talis. Pœnitentes Deus benignè suscipit.)

d *Quia hæc dicit.* Ibid. Increpatione contra Ierusalem finita, venit ad eos qui confidunt in domino, quorum reuersioni iter iusserat præparari. Vnde & à laudibus Dei incipit, & quæ redeunti populo promiserit, consequenter ostendit.

† Procopius. Eos in hunc modum alloquitur. Non sum de peccatis omnibus, quæ admisistis, pœnas sumpturus, sed vbi vos leuiter castigaro, populi peccatis condolere respuens, hos quidem tamquam reuera impios, qui non resipuerint, vltioni tradam sempiternæ; vobis autem iram remittam.

e *Non enim in sempiternum liti.* Hier. lib. 16. Non in sempiternū seruabo iram meam, neque causabor cum creatura mea, sed percutiam in præsenti, vt sanem in futuro.

f *Quia spi.* Ibid. Pax, gaudium, vita omniū, quo sensum dat & intellectum. q. d. Quia & spiritum viuificantem tribuo & animam creo, indignum est vt æternaliter pereant. Referentur autem hæc generaliter ad omnes fideles, qui corripiuntur in præsenti à domino: specialiter ad Iudæos.

†† Procopius. Vobis iram ipse remittam. Est enim mihi, vt opificem decet, spiritus ille curæ, quem vobis ipse elargitus sum, quemque cū hominē crearem in animam viuentem inspiraui. Itaque & vos cum ipse castigo, tamquam pater id facio, quem enim diligit Deus castigat. (Deus vt pater castigat.)

g *Abscondi à te, &c.* scilicet auxilium meum, vt amplius desideres dicens, *Ostende faciem tuam, & salui erimus.* (Psal. 79. b.)

☞ Abiit

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia mentita es. *scribitur enim Exod. vigesimo quarto. a.* Venit ergo Moyses, & narrauit plebi vniuersa verba domini atque iudicia. Responditque totus populus vna voce: Omnia verba domini quæ locutus est faciemus; *& sic promisit pro se & pro sua posteritate legem domini seruare, quod non fecit.* (Iudæi fidem Deo datam fregerunt.)

2 Neque cogitasti in corde tuo, quia ego tacens, *id est, dissimulans punire peccata vsque ad tempus: tamen postea punio grauius; ideo subditur,*

3 Ego annuntiabo, *Id est, manifestabo,*

4 Iustitiam tuam, *id est, iniustitiam tuam; quia ironicè loquitur, sicut fatuo ironicè dicitur, Tu es multum sapiens.*

5 Et opera tua, *id est, diuitiæ tibi congregatæ,*

6 Non proderunt tibi; *ideo subditur,*

7 Cum clama. *in angustia obsidionis per Romanos:*

8 Liberent te congregati tui, *scilicet, nummi aurei & argētei, quos indebitè congregasti. q. d. non poterunt; ideo subditur,*

9 Et omnes eos auferet ventus, *id est, Romanorum impetus.*

10 Qui autem. *Hic consequenter describitur reuertentium pœnitentia: quia ad prædicationem Christi & apostolorum plures de Iudæis crediderunt, & pœnam per Romanos inflictam euaserunt: quia ante aduentum Romanorum in Iudæam admoniti fuerunt fideles per angelum, vt transirent in regnum Agrippæ, qui erat confœderatus Romanis, vt habetur in Ecclesiastica historia; ideo dicitur,* Qui autem fiduciam habet mei, *id est, in me, & non in pecuniis suis, cuiusmodi tunc erant fideles, nihil proprium possidentes, vt habetur Act. 4.*

11 Hereditabit ter. *scilicet Ierusalem, in qua est mons Sion. Aelius enim Adrianus Imperator Ierusalem destructam per Titum reædificauit, prohibens Iudæos habitare in ea: & concedens eius habitationem Christianis; ideo subditur.* (Adrianus Ierusalem reædificauit.)

12 Et dicam, *id est, dici faciam per Aelium Adrianum.*

13 Viam facite, *scilicet, quod populus meus Christianus absque vllo impedimento possit ibi redire. Potest etiam aliter exponi, vt per hoc quod dicitur hic,* Hereditabit terram, *intelligatur terra viuentium, quam verè pœnitentes possidebunt: vnde quod subditur postea.*

14 Declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei. *in Heb. habetur:* expedite viam. *Quod sic glossat Ra. Sa. Amouete de viis vestris figmentum malum, per quod intelligit inclinationem fomitis ad peccatum; & sic patet, quod secundum ipsum passus iste non intelligitur ad litteram de expeditione vitæ materialis in reditu Babylonicæ captiuitatis, vt aliqui expositores nostri volunt dicere, sed de expeditione viæ in reditu ad Deum per pœnitentiam. Et huic dicto concordat quod subditur,* Quia hæc dicit excelsus & sublimis habitans æternitatem. *Sequitur,* (Quomodo exposuerit Ra. Sa. vers. 14. huius ca.)

15 In sancto habitans & cum contrito & humili spiritu.

16 Non enim. *Hic consequenter ponitur obstinatorum & pœnitentiū differentia in punitione & remedio. Circa quod sciendum, quod adueniente punitione cessat comminatio & ira punientis, prout quilibet experitur, & hoc modo loquitur dominus dicens:* Non enim sempi. liti. *peccatoribus comminando:*

17 Neque vsque ad finem, *id est semper,*

18 Irascar, *cuius ratio subditur:*

19 Quia spiritus à facie mea egredietur, *Loquitur de seipso ad modum hominis punientis, de cuius naribus egredietur fumus & flatus. q. d. punitione facta cessabit ira mea.*

20 Propter iniquitatem auaritiæ eius, *supple & aliorum malorum ad hanc auaritiam sequentium.*

21 Iratus sum, & percussi eum, *per exercitum Romanorum. Auaritia enim Pharisæorum & Sacerdotum fuit eis occasio deridendi Christum secundum quod dicitur Luca 16. d.* Audiebant autem hæc omnia Pharisæi, qui erant auari, & deridebant eum: *& ex consequenti odium contra ipsum conceperunt, ex quo vlterius eius mortem procurauerunt; propter quod postea à Romanis puniti fuerunt.* (Quid fuerit quod Iudæos ne in Christum crederent impediuit.)

22 Abscondi à te faciem meam, *scilicet, me, gratiam meam ab eis iustè subtrahendo.*

☞ Et

Iubet Deus Iudæis instanter prædicari.

a Abiit. HIER. lib. 16. A Quod quidam intelligens ait: *Tota die contristatus ingrediebar.* Psal. 37. b.

b *Vias eius vidi, &c.* ALLEG. IBID. Videt actiones bonas credentis populi, & reddit consolationē spiritus sancti, (qui paracletus, id est, consolator dicitur) quam Adam per inobedientiam perdidit, pœnitentibus & peccata lugentibus reddit.

c *Creaui.* IBID. q. d. Liberatione à captiuitate, quam per Ieremiam post 70. annos promisi, opere compleui. Ierem. 25. c. B

Creaui fructū lab. pacē. HIER.

a ¶ Vt non in facie hominum, sed in corde pœniteret.
b ¶ Amens, sicut Cain, cui dictum est: Vagus & profugus eris sup. ter. c ¶ Actione praua. d ¶ Conuersionis. ¶ Opera bona e ¶ Iudaici populi.

a sum. Et abiit vagus in via cordis sui. [18] Vias eius vidi, & sana-

b a ¶ Quem vulneraueram. b ¶ Ad patriam. ¶ Ad pœnitentiam.
¶ A captiuitate, dum in captiuitate fleret peccata sua. c ¶ Quem eieceram. d ¶ Hereditatem propriam. e ¶ Veras, multæ enim falsæ.

ui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi & lu-

a ¶ Populo vel principibus. ¶ Subiectis. b ¶ Malo peccatoris pœnitentiam, quàm mortem.
c ¶ Hæc est promissio eius: Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis scilicet.

c gentibus eius. [19] Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei

a ¶ A Terra sua. b ¶ Non vni tantum Genti, sed toti mundo. c ¶ A peccato. d ¶ Pœnitentem.

qui longè est, & qui propè dixit dominus, & sanaui eum.

a ¶ In circumitu impij ambulant. ¶ Iudæi inclamantes, reus est mortis. b ¶ Semper turbati, irati.
¶ Quia dixerunt: Sanguis eius super nos, &c.

d [20] Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non po-

a ¶ Persecutionis. ¶ In Christianos. b ¶ Maris.
c ¶ Erunt scilicet conculcati vt lutum, aduenientibus Romanis. ¶ Dæmonibus. d ¶ Peccati.

test: & redundant fluctus eius in conculcationem & lu-

a ¶ Christus. In circumitu impij ambulant.

tum. * [21] Non est pax impiis, dicit dominus Deus.

HIER. lib. 16. ALLEG. D Quod de filio per prophetas prædixi, adimpleui, faciens per ipsum pacē Iudæis, qui per legem propè, & gētibus, quæ à Deo longè, quia sine lege: & sanaui eū à peccato, scilicet, vtrūque populum.

d *Impij autem.* IBID. Supra de illis qui in captiuitate pœnitentiā egerunt, & ideo liberati sunt, & de illis qui post ascensionē crediderūt. Hic de illis specialiter loquitur, qui in infidelitate sua remanserunt, vnde, *Vobis oportebat primum loqui verbū Dei, &c.* * Sup. 48. d. Act. 13. g. E

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et abiit vagus, *per diuersa vitia,*

2 In via cordis sui, *pronitatem fomitis sequendo.*

3 Vias eius vidi. *quia omnia nuda & aperta sunt oculis Dei.*

4 Et sanaui eum, *id est, dedi pro omnibus sanationis sufficiens remedium.*

5 Et reduxi eum, *per pœnitentiam: quod intelligitur non de omnibus, sed de verè pœnitentibus solum.*

6 Et reddidi consolationes ipsi, *id est, donum spiritus sancti in signo visibili apostolis aliisq; credentibus, Act. secundo.*

7 Et lugentibus eius, *quia eadem die ad prædicationem Petri multi corde compuncti receperunt fidem Christi, secundum quod dicitur Actuum secundo g.* Et appositæ sunt in illa die animæ circiter tria millia: *& propter hoc subditur,*

8 Creaui fructum labiorum, *Id est, prædicationis Christi, & apostolorum.*

9 Pacem, *scilicet gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro: quibus subditur,*

10 Pacem ei qui longè est, *id est, populo Gentili ad Christum conuerso. qui legem & prophetas non habuerat:*

11 Et qui prope est, *id est, populo Iudaico legem & prophetas habenti. Hanc autem scripturam inducit apostolus, Ephe. 2. d. in Christo impletam di.* Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis. *Ex quo patet, quod passus iste non intelligitur ad litteram de nuntiis Cyri per regnum suum missis ad denuntiandum licentiam datam Iudæis redeundi pacificè in Iudæam, vt aliqui expositores nostri volunt dicere.*

12 Impij autem, *id est, Iudæi in sua malitia obstinati,*

13 Quasi mare feruens, *quia persequebantur ad mortem credentes in Christo, vt patet in Actibus apostolorum in pluribus locis.*

14 Et redundant fluctus in conculcationem & lutum. *Sicut enim fluctus maris venientes ad littora generant ibi lutum, quod postea à transeuntibus conculcatur: sic persecutiones à Iudæis illatæ Christianis meruerunt quod conculcarentur, tamquam viles, à Romanis.* Cur Deus Iudæos Romanis conterendos tradidit.

15 Non est pax impiis, *quia Iudæi, qui remanserunt obstinati, sunt per orbem vagi in opprobrio & seruitute graui.*

ADDITIO.

C *In cap. 57. vbi dicitur in postil.* Qui autem habet fiduciam mei.

Cùm hoc quod dicitur hic. Qui autem habet fiduciam mei, *exponatur de fidelibus Christi nihil proprium possidentibus: Hoc quod sequitur,* Hereditabit terram & possidebit montem sanctum meum, *nullo modo intelligendum est de Ierusalem illa materiali; quàuis enim Adrianus Imperator illam Ierusalem concessisset Christianis ad habitandum, numquam tamen est dicendum quod hac propheta prænosticauit in præmium fidei & spei fidelibus Christi: vnde talis expositio tamquam Iudaica est respuenda, & secunda, quam ponit postillator est propriè catholica & vera.* F Reiicitur expositio Postill. super illud, *Hereditabit terram, &c.*

CAP. LVIII.

a Clama. HIER. lib. 16. Dominus ad prophetas, vel ad apostolos: finito scilicet priori c. in quo pax iustis, & nulla requies nuntiatur impiis. * 43. dist. ca. sit rector. *De discretione prædicationis & silentij.*

† AVGVST. serm. 67. de tempore. Si cui fortè displiceo, consideret periculum meū, & audiat Deum comminantem, *Si non annuntiaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram.* Et iterum, *clama ne cesses, &c.* Satius est fratres hic sustinere paruam amaritudinem, & postea ad æternam beatitudinem peruenire: quàm hic habere falsum gaudium, & illic sine fine supplicium. Quam instare debeat suis prælatus vt piè viuat.

CAP LVIII.

a ¶ Tu tamen. ¶ Apertè abiecto timore prænuntia captiuitatem iam imminentem, & multorum necem aduenientibus Romanis.
b ¶ A prædicatione. c ¶ Vt ab omnibus possis audiri.

a b c * Clama ne cesses quasi tuba exalta vo- 1 2

a ¶ Quasi: Adhuc potes resipiscere.

cem tuam: & annuntia populo meo 3

a ¶ Execrabilia, idololatriam, homicidium, & huiusmodi. ¶ Maiora.

scelera eorum, & domui Iacob 4 5

a ¶ Minora. b ¶ Quotidie.
c ¶ Ore, & si non corde, ad sinagogam conueniendo, legem Dei legendo.

peccata eorum. [2] Me etenim de die in diem quærunt 6 7

b *Quasi tuba.* HIER. lib. 16. Vbi apostolis dicitur, *In montem excelsum ascēde tu, qui euan. Si.* nec buccina nec tuba assumitur, sed montem iubetur ascēdere & propria voce personare: Hic autem, quia & peccatores sunt, & deorsum, quibus est nuntiandum, non iubetur propheta in montem ascendere, sed tantum vocem suam sicut tuba exaltare, & futura nuntiare bella; vt quomodo mortui ad vocem tubæ sunt viuificandi, vnde, *Canet enim tuba & mortui re.* sic Israel peccato mortuus audiat scelera sua. Isa. 40. b. Quid & quomodo peccatoribus prædicandum. 1. Cor. 15. g.

c *Populo meo,* Ac si dicat, videant qualem patrem perdiderunt, qui etiam peccatores populum suum vocat.

NICOLAVS DE LIRA. CAP. LVIII.

Clama ne cesses, *Hic remouetur tertius error procedens ex defectu morali. Aliqui enim confidentes de apparenti iustitia, seu simulata, per hoc præsumebant saluari: & istud multum vigebat tempore Christi, vt patet ex decursu Euangelij, vbi multum arguitur hypocrisis Pharisæorum, Sacerdotum, & Legisperitorum. Et secundum hoc istud capitulum in duas partes diuiditur: quia primò falsum remediū excluditur; secundo verū concluditur, ibi,* Nonne hoc est. *Prima adhuc in duas, quia primo falsitas ponitur; & secūdo excluditur, ibi,* Ecce in die. *Circa primum, Deus pater alloquitur hominē Christū,* Iudæi præsumentes de ficta iustitia. Diuisio.

1 Clama ne cesses, *prædicationem debitè continuando:*

2 Quasi tuba exalta vocem tuam, *manifestè docendo: hoc enim modo prædicauit Christus, vt patet in Euangelio.*

3 Et annuntia populo meo, *scilicet Israel,*

4 Scelera eorum, *peccata contra Deum commissa;*

5 Et domui Iacob, *quia alio nomine dictus est Israel,*

6 Peccata eorum, *commissa in proximum: huic populo prædicauit Christus in propria persona, propter quod dicit, Matth. 15. c.* Non sum missus nisi ad oues, quæ perierant, domus Israel.

7 Me etenim de die in diem quærunt, *legendo scripturas, de quo & mul-*

a *Quasi*. Hoc est, quare ego non exaudiam eos sicut illos qui in ecclesia iustitiam faciunt, iustè & piè viuentes, Christum verum Deum & verum hominem confitentes.

A

b *Rogant*. HIER. lib. 16. Alia temeritas Iudæorum, quasi cōfidentes in conscientia bona iudicium iustum postulant, secundum illud, *Iudica me domine, quoniam ego in inno. m. ingressus sum.*

Psal. 25.

c *Quare ieiunauimus*. Obliti sunt veteris historiæ, quòd dominus non respexit ad munera Cain, eò quod non rectè diuidebat cum fratre suo, cui charitatem Dei inuidebat.

Genes. 4. a.

† PROCOP. Cum enim hostes ingruerent, Deum ieiunio demereri se putabant, si à cibis, non à vitiis abstinerent; idque, animæ humiliationē nuncupabant. At quòd, *nō aspexisti*, addit non Dei ignorationem, sed infelicem eorum, quæ sponte admiserunt exitum demonstrat.

B

Non est Deo gratum ieiunium eorum qui vitiis interim nolunt valedicere.

†† Quamquam & illi rem sanè haud paruam præstitissent, si verè ista sectati fuissent: nam & apud Dauidem legimus Psalm. 34. *Humiliaui in ieiunio animam, & oratio mea in sinum meum conuertetur.* Ait porro Deus ipse Ioel. 2. *Conuertimini ad me in ieiunio, & fletu & planctu*, id est, abstinentia, peccatorumque pœnitentia: quod cum isti non facerent sed à cibis tantum abstinerent: omnia se consequi tamen arbitrabantur tamquam rem Deo gratam se facere arbitrantes, si de eduliis non magnoperè curarent.

C

d *Ecce in die*. Ieiunium Deo acceptum est, non solum à cibis, sed ab omnibus rebus illicitis abstinere.

De con. dis. 5. c. ieiuniū. *Maius esse ieiunium abstinere à vitiis quam à cibis.*

e *Voluntas vestra*. GREG. ho. 16. in Euang. Volūtas ad iustitiam, pugnus pertinet ad iram. Incassum per pœnitentiam corpus atteritur si inordinatis moribus mens vitiis dissipatur.

f *Repetitis*. Qui repetit non habentem, Deo facit violentiam.

g *Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem*. Ne videatur reprobare ieiuniū, docet quomodo sit ieiunādū.

D

h *Numquid tale est ieiunium*.

i *Colligationes*. HIER. lib. 16. Peccata intelligimus, quæ in die ieiunij proximis dimittere iubemur, vt nobis dimittat Deus, & securi dicamus, *Dimitte no. de.* &c. LXX. apertius. Omnem scripturam iniquam conscinde, falsa. s. chirographa, quibus sæpe pauperes deprimebant impiè. Si enim impium est debitum ab eis exigere, qui non possunt reddere: multo magis ab his, qui non debent. Tropologi. Qui ieiunat ab omnibus malis, & vult ieiunium suum respici, non solum declinet à malo, sed & faciat bonum; vt soluat omne vinculum iniquitatis, quo simplices hæreticorum ligati sunt fraudibus: vnde, *Declinantes autem in obligationes, adducet dominus cum omni. ini.* Huiusmodi enim, qui confracti sunt, dimittere debet vir ecclesiasticus, atque dissoluere omnem scripturam hæreticorum. Vnde propheta, *Va qui scribunt iniquitatem, &c.* Frangat quoque esurientibus panem doctrinæ. Dominus enim fractos panes apostolis tradidit, quos eis in 7. sportis & 12. cophinis, comminutos atque confractos in Euangelio, non integros, sicut erant in lege, dereliquit, vt haberent quod pauperibus erogarent. Quos non habentes calorem fidei, & extra ecclesiam algentes frigore infidelitatis inopes atque peregrinos, inducat in domum ecclesiæ, & operiat incorruptionis pallio, vt tunica Christi vestiti, non maneant in sepulchris: quod de eo legimus, qui possessus à dæmonum legione, in monumētis mortuorum habitabat nudus. Cumque hoc fecerit, carnem suam ne despexerit, id est, spiritualiter domesticos fidei, quod dixerūt LXX. domesticos seminis sui ne despexeris.

Matth. 6. b. Contra eos qui per ficta chirographa reposcunt quæ numquam debuerint.

E

Psal. 124. a. Vt doctores dissipatis hæreticorū nugellis doceant & foueant simplices.

Matth. 15. d. Ioan. 6. b.

Matth. 15. d. Ioan. 6. b.

F

Luc. 8. d. Dan. 9. f. 15. q. 6. c. auctoritate. Vbi agitur de irritando iuramento illicito.

PRO-

(*Interlinear:* a Actiones, voluntates. b Non verè. Quia idola non coluit.)

a & scire vias meas volunt. Quasi gens quæ iu- [1]

(a Christum, qui omnes iustificat. Idem est iudicium: quia pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium de. fi. — Legem, vel veram fidem, de qua iustus viuit.)

stitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non [2]

(a Voce, vnde, Populus hic labiis me hono. &c.)

b dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ, & [3]

(a Quasi: ideo non exaudiam. b Cui non loco propinquatur, sed merito. c Iniustitiæ arguunt Deum, quasi non respiciat opera bona. Dicentes. d Ventris esuriem putant virtutem: vnde, Ieiuno bis in Sabbato.)

c appropinquare Deo volunt. Quare ieiunaui- [4] [5]

(a Quasi gratum. b Afflictimus ieiunando. c Vitam animalem.)

mus, & non aspexisti: humiliauimus animas [6]

(a Non placuit tibi. b Responsio. Quasi: Ideo non exaudio, quia sine misericordia, & pro laude, & pro vana gloria ieiunatis. c Non mei.)

d nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri [7] [8]

(a Ieiunia non contemno, sed quæ obsunt ieiuniis. b Carnalis non Dei. In cibis lautioribus. c Id. o forsitan sæpe ieiunabant, vt repetendis debitis vacarent.)

e inuenitur voluntas vestra, & omnes debi- [9]

(a Cum lite. b Quia. Homo interior vescitur carnibus draconis, qui datur in escam populis Æthiopum. c Contra debitores.)

f tores vestros repetitis. Ecce ad lites & conten- [10]

(a Exigentes etiam quæ non commodastis. b Exterius. c Resistentes. d Quod peius est.)

tiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. [11]

(a Quasi, si vultis vt exaudiam vos. b Sine misericordia. Pro laude hominum vt audiatur dum oratis in synagogis & in angulis platearum, vt videamini ab hominibus.)

g Nolite ieiunare, sicut vsque ad hanc diem, vt [12]

(a Intra in cubiculum, clauso ostio ora patrem tuum.)

h audiatur in excelso clamor vester. Numquid [13] [14]

(Quale agitis. a Totam. b Non emēdare. Abstinendo à cibis, nō ab illicitis.)

tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominē animam suam? Numquid contor- [15] [16]

(a Inclinando ad pedes: vel in circuitu, sicut monachi. b Exterius tantum. Hæc bona sunt, & accepta Deo, si fiant corde puro. c Induere.)

quere quasi circulum caput suum, & saccum & [17]

(Alias vi.)

cinerem sternere? Numquid istud vocabis ie- [18] [19]

(Acceptabile Deo. a Non: Sed hoc est magis.)

iunium, & diem acceptabilem domino? Nō- [20]

(a Ostenso quale ieiunium reprobet, quale approbet ostenditur.)

nè hoc est magis ieiunium quod elegi? * Dis- [21]

(a Falsas chartas, de quibus dicebant obligatos pauperes. b Non prohibet sua repetere. c Id est sine lite. d Chartarum. Falsa scilicet chirographa, quibus innocentes opprimebant fœneratores.)

i solue colligationes impietatis, solue fascicu- [22]

NICOLAVS DE LIRA.

multum gloriabantur: tamen hoc magis faciebant ad habendum dominium supra populum, qui tunc gubernabatur per Sacerdotes & Legisperitos, quam propter notitiam veritatis.

Iudæi cur studerent scripturis.

1 Et scire vias meas volunt, *id est, prætendunt quod velint.*

2 Quasi gens quæ iustitiam fecerit, *cum tamen contrarium egerit. Secundo gloriabantur de oratione, & quantum ad hoc dicitur,*

3 Rogant me iudicia iustitiæ, *id est, quod iudicem pro eis contra aduersarios, scilicet, Romanos, qui eos tenebant subiectos.*

4 Et appropinquare Deo volunt, *scilicet, in iudicio, ad allegandum suam iustitiam: ideo subditur in persona eorum,*

5 Quare ieiunauimus & non aspexisti? *per exauditionem.*

6 Humiliauimus animas nostras, *id est, nosmetipsos in cilicio & cinere.*

7 Et nescisti? *per approbationem. Quod autem tempore Christi talia ieiunia facerent, patet Matthæi nono. b. vbi discipuli Ioannis dixerunt Christo:* Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, tui autem discipuli non ieiunant?

8 Ecce in die ieiunij. *Hic excluditur remedium falsum, per responsionem domini, cùm dicitur,* Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: *accipitur hic voluntas pro appetitu sensitiuo, quem sequebantur contra dictamen rationis & diuinæ legis; ideo subditur,*

Voluntas pro appetitu sensitiuo.

9 Et omnes debitores vestros repetitis, *cum auctoritate etiam impotentes ad soluendam, & tempore prohibito, scilicet, anno septimo, qui est remissionis, Deut. 15.*

10 Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, *id est, in die ieiunij vestri talia exercetis,*

11 Et percutitis pugno impiè, *iniuriando proximo non solùm verbis, sed etiam factis; ideo subditur.*

12 Nolite ieiunare, *per talem modum,*

13 Vt audiatur in excelso clamor vester, *contentiones & brigas suscitando.*

14 Numquid tale est ieiunium quod elegi? *id est probaui.*

15 Per diem affligere hominem animam suam, *id est, seipsum per abstinentiam, absque pietate q. d. non, quia exercitatio corporalis ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia. prima ad Tim. quarto.*

Iustitiæ & ieiunia hypocritica.

16 Numquid contorquere quasi circulum, *In Hebræo habetur quasi hamum.*

17 Caput suum, *quod faciebant ad ostentationem ieiunij, in hoc designantes dolorem capitis ex ieiunio.*

18 Et saccum & cinerem sternere, *id est, pro lecto sibi parare.*

19 Numquid istud vocabis ieiunium? *scilicet, Deo acceptum, quasi dicat non, ex quo est pietate & virtute vacuum.*

20 Nonne hoc est. *Hic consequenter verum remedium concluditur: & primò quantum ad pietatis exercitium; secundo quantum ad diuinum cultum, ibi,* Si aduerteris. *Quantum ad primum dicitur,* Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? *id est, approbaui, scilicet, in quo fit abstinentia à vitiis, & exercitium in operibus pietatis; ideo subditur.*

21 Dissolue colligationes impietatis, *id est, cauillationes, quibus Sacerdotes & Pharisæi inuoluebant simplices, ad pecunias eorum extrahendum.*

22 Solue fasciculos deprimentes, *id est, pœnas graues, quas imponebant super populum, secundum quod dicitur, Matth. 23. a.* Alligant enim onera grauia & importabilia super humeros hominum.

11 Et

Di-

† PROCOPIVS. Erit verò demum iniquitatis vinculum soluere, si diuitiarum cupiditatibus te liberes; si, qui sunt infirmiores, accusationum inuolucris non implices. Dissolue ergo, quas iniquè prauoque animo confectas habes, cautiones, illis remissionem indulge, qui per eas, aut per iniquitatis colligationem conteruntur. Dilacera libellos, qui iniusta nomina complectuntur.

Quid non deceat scribere vel oporteat delere ex codicellis seu commentariis.

a *Frange esurienti panē*. HIER. lib. 16. Panē esurienti frāgimus cum Christi fidem (qui panis viuus est) & scripturam sacram (quæ spiritualis est nobis victus) aliis manifestamus. Si non potes totum dare, vel vt multis prosit, *dispersit, dedit pauperibus*. Quod manducaturus eras, si non ieiunares, de pauperibus, vt ieiuniū tuum non sit lucrum marsupij, sed animæ saturitas.

Psal. 111. b.

† GREG. ho. 16. in Euang. Qui ergo à paradisi gaudiis per cibū cecidimus, ad hæc, in quantum possumus, per abstinentiam resurgamus; sed nemo sibi abstinentiam sat esse putet, cum per prophetam dicatur, *frange esurienti panem tuum*. Illud ergo ieiunium Deus approbat, quod ad eius oculos manus eleemosynarum alleuat; quod cum proximi dilectione agitur: quod pietate cōditur: hoc ergo, quod tibi subtrahis, alteri largire, vt vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur.

Vt demus pauperibus quod nobis ieiunando subtrahimus.

b *Et carnem tuam*. HIER. Proximum in necessitate qualibet recognosce similem tibi, considerans te mortalem, & passibilem: Vnde, *Visitans speciem tuam non peccabis*.

Iob. 5. d.

c *Lumen tuum*. Sicut matutina lux soluit tenebras; ita lumen veritatis fugat errores.

† CHRYS. ho. 4. in epist. ad Philipen. Bonitatis misericordia nihil est melius, causa lucis est, & ad futurum quoque lucis causa est. *Orietur*, inquit Isaias, *matutino tempore lux tua*, si misericordiam in proximum feceris, quēadmodum oleum lucem istam conseruat, ita eleemosyna magnam nobis & admirabilem in futuro lucem largietur.

Misericordiæ & eleemosynæ cōmendatio.

d *Iustitia*. Christus qui omnes iustificat, anteibit ad gloriam: vnde, *Vado vobis parare loc.*

Hier. Ioan. 14. a.

e *Et gloria domini colliget te*, id est, suscipiet ad se, qui dixit: *Vbi ego sum, illic & minister meus erit.*

Ioan. 12. d.

f *Tunc inuocabis*. † CYPR. lib. de orat. Dominica. Adesse se promittit & audire & protegere eos qui iniustitiæ nodos de pectore soluunt, & eleemosynas circa domesticos Dei secundum eius præcepta faciunt. Nā dum audiunt quæ Deus præcipit fieri, ipsi quoque à Deo merentur audiri.

¶ Qui pro fame se vendiderunt, quod sæpe faciebant. ¶ Fame vel longa seruitute: aliquando enim vltra terminum detinebant eos.

los deprimentes. Dimitte eos qui confracti [1]

a ¶ A seruitute. b ¶ Seruitutis vel peccati. c ¶ Quasi dicat aliquis, Debitores non habeo, quid faciam, vt suscipiant ieiunium meum? Frange esurienti panem.

sunt liberos, & omne onus dirumpe. [7] Frange

a ¶ Non alienum. b ¶ Ne de paupertate causeris. c ¶ Egenos & vagos in domum inducimus, cum discordantes in fraternam pacem & charitatis vnitatem renouamus. ¶ A quibus non expectas præmium. d ¶ Hospitales inuicem.

esurienti panem tuum, et egenos vagosque in-

a ¶ Præbe tectum, accipe cælum, si non potes præbere panem. b ¶ Conductam si non habes tuam. c ¶ Fide, virtutibus & operibus.

duc in domum tuam. Cum videris nudum,

a ¶ Verbo, exemplo. b ¶ Peccatorem tibi similem. c ¶ Considerans teipsum, ne & tu tenteris.

operi eum * & carnem tuam ne despexeris.

a ¶ Cum hæc feceris. b ¶ Timentibus nomen meum orietur sol iust. ¶ Sicut sol in mane. c ¶ Christus.

[8] Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & [2]

a ¶ Remissio omnium peccatorum. b ¶ Ad præsentiā iudicis, ad beatitudinem, vnde, Ecce homo & opera eius.

sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem [3] [4]

a ¶ Bona opera. b ¶ Filius, de quo exurge gloria mea. c ¶ Vt glorificeris apud Deum & hominem. ¶ Misericordiæ in protectione.

tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. [5]

a ¶ Corde, ore & opere. b ¶ Cuius voluntatem fecisti. c ¶ Beneficiis respondendo.

[9] Tunc inuocabis, & dominus exaudiet te, cla- [6] [7]

a ¶ Ad remunerandum, qui affui in bonis operibus, auxilium.

mabis, & dicet: ecce adsum quia misericors [8] [9]

¶ Deposueris.

sum dominus Deus tuus. Si abstuleris de me- [10]

dio tui catenam, & desieris digitum exten- [11]

¶ Detrahere. a ¶ Sed obest. b ¶ Larga pietate.

dere, & loqui quod non prodest. [10] Cum effu- [12] [13]

a ¶ Panem spiritualem vel corporalem. b ¶ Voluntatem compatientem. c ¶ Quacumque angustia.

deris esurienti animam tuam, & animam af- [14]

a ¶ Quocumque beneficio, non sustentando, sed etiam si potes satiando. b ¶ Peccatorum fugandis. c ¶ Christus.

flictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, [15]

a ¶ Fuistis aliquādo tenebræ, nunc autē lux in domino. ¶ Peccata. b ¶ Claritas iustitiæ. ¶ Tunc. ¶ Cum tenebræ tuæ erunt sicut meridies. c ¶ Æternam.

& tenebræ tuæ erunt sicut meridies. [11] Et requiem dabit tibi dominus Deus tuus semper, [16] [17]

a ¶ Virtutibus vel visione Deitatis. ¶ Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorū.

& implebit splendoribus animam tuam: & [18]

a ¶ Virtutes ne deficiant, vel corpus in die iudicij suscitabit. b ¶ Ab igne æterno. c ¶ Fidelis vel ecclesia.

ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irri- [19] [20]

g *Catenā*. HIER. Peccatorum. Vnde: *Funes peccatorum circūplexi sunt me*. Et, *Funibus peccatorum suorum constringitur quisque*.

Psal. 118. k. Prou. 5. d.

h *Digitum extendere*. Proximos notare, detrahere. Id est non solum non cogites, & non facias hæc, sed ne detrahas.

i *Et ossa tua*. † PROCOPIVS. Animę nutritionem pollicetur vsque ad saginationem ossium, quorum nomine virtutes eius ideo significantur, quod hæ spiritualibus donis impinguentur: *Neque enim solo pane viuit homo, sed omni verbo, quod procedit de ore Dei*, cuius formam manna nobis repræsentauit. Hunc igitur cibum, quo exciderunt Israelitæ, sibi per fidem gentes assumpserunt. Est verò de ossibus ab iis mutuata dicendi ratio, qui molliter corpus solent enutrire.

** 12. q. 2. c. non æstimemus. Vbi datur ratio cur mortui iuxta ecclesiā sepeliantur.* *Matth. 4.* *De virtutibus.*

k *Hortus irriguus*. Ex HIER. voluptatis paradisus, quem plantauerat dominus Deus à principio, scilicet ecclesiam. Fons in medio Christus est, cuius non deficiunt aquæ doctrinæ spiritualis, quæ ecclesiam irrigant. Et hoc est, *Et erit quasi hortus irriguus*, ô fidelis vel ecclesia.

† PROCOPIVS. Hortus diuina spiritus sancti consitione, floribus semper & fructibus abundans. Dicitur verò & hortus ipsa ecclesia, cuius hæc verba sunt, *Descendit patruelis in hortos ipsius, vt comedat fructum*: Dicitur & fons quem nulla vmquā aqua defecit.

Ecclesia hortus dicitur & fons.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dimitte eos qui confracti sunt, *ex dura seruitute, Cetera patent vsque ibi,*

2 Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, *oriente tibi sole iustitiæ per gratiam.*

3 Et sanitas tua citius orietur, *ab infirmitate culpæ.*

4 Et anteibit faciem tuam iustitia tua, *per angelum custodientem coram Deo præsentata.*

5 Et gloria domini colliget te, *in morte.*

6 Tunc inuocabis. *Hic concluditur remedium verum quantum ad orationem: cum dicitur*, Tunc inuocabis & dominus exaudiet. *scilicet, quando exercueris opera pietatis.*

7 Clamabis, *in feruore orationis,*

8 Et dicet, ecce adsum: *per exauditionis effectum. Quod autem subditur,*

9 Quia misericors sum Dominus Deus tuus, *non est in Hebr. nec in libris correctis, sed per modum glossæ interlinearis primò fuit positum, postea, per imperitiam scriptorum textui insertum.*

Assumentū textus.

10 Si abstuleris de medio tui catenam, *incarceratos relaxando. Vel, catenam vocat cauillationem ad inuoluendum simplices.*

11 Et desieris extendere digitum, *alios de peccatis notando, sicut faciebat Pharisæus, Luc. 8. d.* Velut etiam hic publicanus,

12 Et loqui quod non prodest, *alios vituperando, & te commendando, sicut ille Pharisæus dicebat.* Non sum sicut ceteri hominum, raptores, adulteri; ieiuno bis in Sabbato, &c.

13 Cum effuderis esurienti animam tuam, *per pietatis affectum; Et ideo subditur,*

14 Et animam afflictam repleueris, *eius defectum subleuando:*

15 Orietur in tenebris lux tua, *Id est, mutaberis de tenebris culpæ ad lucem gratiæ.*

16 Et requiem, *scilicet mentis,*

17 Dabit tibi dominus semper, *Ex quo patet, quod non loquitur de requie temporali, quæ frequenter interrumpitur, & maximè iustis; qui de communi cursu plus ceteris temporaliter affliguntur, secundæ ad Timothæum tertio cap.* Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. *Quod autem in aliquibus libris interponitur*, Deus tuus, *non est de textu.*

Quæ sit quies qua remunerat Deus bonos?

18 Et implebit splendoribus animam tuam, *id est, splendoribus diuinæ notitiæ & virtutis.*

19 Et ossa tua libera. *Ab infirmitate corporis.*

20 Et eris quasi hortus irriguus, *id est in bonis operibus fæcundus.*

a *Sicut fons.* Assimilaberis Christo capiti tuo.

b *Aedifica.* HIER. lib. 16. Iudaei referunt hoc ad restaurationem quae facta est sub Zorobabel, & Iesu Sacerdote magno; vel ad illā, quā delirant futuram in vltimo. Melius ad ecclesiam hæc referri possunt.

†† PROCOP. Deserta perpetua possis appellate, quæ longo iam tēpore per peccatum vasta, & solitaria euaserunt. Intelligas, porro *fundamenta* secundum Pauli mentē, vbi superædificati super fundamentū apostolorum & prophetarum scribit.

Fundamentum Christus, fundamenta Apostoli.

c *Fundamenta.* HIER. Apostolos, prophetas & similes: Vnde, *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Fundamentum autem singulari numero Christus est: Vnde, *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.*

Psal. 86. a. 1. Cor. 3. c.

d *Aedificator sepium.* † PROCOP. Maceriam seu sepem rursus ædificare dicitur, qui ecclesiæ dogmata dialecticis demonstrationibus, tāquam excitato muro obsepit, ne eadem, veluti hortum desertum, quicumque voluerint, peruagentur. Nam & istud ipsum, quæ perpetuo deses est anima, patitur, cum eadē hosti cuilibet, (siue dæmonē siue animæ cupiditatē appelles) tādiu peruia est, donec metu Dei tāquam vallo muniatur.

Non habet ecclesia magnum præsidium in dialecticis.

e *Iniquitatum.* aliàs *in quietem*, scilicet semitas erroris in quietem vel veram pacem.

f *Terra*, Viuentium, quæ sursum non deorsum, vnde Loth dicitur: *In mōte saluum te fac.*

g *Heredi.* Cælesti, quam dedi Iacob cuius filius es per fidem & operationem, vitia atque peccata supplantando. Cuius enim quis imitator fuerit, eius filius dicitur.

Cuiusquis imitator fuerit eius filius dicitur.

a ¶ Virtutum floribus & operum fructibus conspicuus. ¶ Christus. c ¶ Spiritualium virtutū nobis testa. d ¶ Cælum & terra transibunt; verba autem mea non transibunt. ¶ Præter cetera.

a guus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. [11] Et

¶ In ecclesia per fidem. a ¶ O ecclesia. b ¶ Conuenticula Iudæorum. ¶ Propter infidelitatem. c ¶ Multorū.

b ædificabuntur in te deserta sæculorum, fundamenta gene- 1 2

a ¶ Vtriusque populi. b ¶ O Ecclesia. c ¶ O Christiane.

c d rationis & generationis suscitabis. Et vocaberis * ædifica- 3

a ¶ Prædicator. ¶ Confitendo Christum verum Deum & verum hominem.
b ¶ Doctrinarum quibus munitur ecclesia. c ¶ Errorum, non est quies, neque pax, qui est Christus.
d ¶ Ne transgrediaris. Ne malefacias in die Sabbati.

e tor sepium, auertens semitas iniquitatum. [13] Si auerteris à 4

a ¶ Quiete animæ quæ omni tempore celebranda. b ¶ Mei autem penè moti sunt pedes. c ¶ Carnis. 5

Sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die 6

a ¶ Celebrans domino Sabbata delicata. ¶ Deo acceptum. ¶ Purum. ¶ Non tuum.

sancto meo, et vocaberis Sabbatum delicatum, & sanctum 7

a ¶ In operibus tuis. b ¶ Dominum. ¶ Vel diem Sabbati. 8

domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis 9

a ¶ Actiones prauas. b ¶ Vt nec scilicet opere pecces, nec voluntate. 10

vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris ser- 11

a ¶ Odiosum vel otiosum. b ¶ Cum supradicta feceris. c ¶ Delectare in domino & dabit tibi pe. &c.
d ¶ Non mundanis. e ¶ In æterna beatitudine.

monem: [14] tunc delectaberis super domino, & sustollam te 12

a ¶ Æternæ soliditatis, hoc enim solum elementum immobile & solidum. b ¶ Scilicet patria vera. 13
¶ Quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.

f super altitudines terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris 14

a ¶ Quasi: Vera sunt hæc omnia. Os enim do. b ¶ Per prophetam ¶ Sermonem scilicet.

g tui. Os enim domini locutum est. 15

d *Aedi-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ædificabuntur in te deserta sæculorum. *id est, Gentiles adiungentur tibi in vna ecclesia, qui fuerunt deserti in pristinis sæculis, in quantum caruerunt lege & prophetis.*

2 Fundamenta genera. &c. *id est, per generationum successionem adduces aliquos ad fidem: quod impletum est in apostolis & in aliis credentibus de Iudæis, per quorum prædicationem & doctrinam in scripturis eorum relictā, conuertuntur Gentiles ad fidem.*

3 Et vocaberis ædificator, &c. *Aedificare sepes materiales, est officium pauperum & rusticorum, & ideo non est tale quid quod debeat promitti pro operibus virtutum. Et ideo per sepes hic intelliguntur impedimenta peccatorum per sanam doctrinam & ordinationes sacras. Et hoc impletum est in apostolis & eorum successoribus, qui per sanam doctrinam & sacra ecclesiæ instituta, opposuerunt peccatis obstacula. Et ideo subditur,*

De eis quæ impediunt ne peccemus.

4 Auertens semitas in quietem. *Sic est in Hebræo, & in libris correctis, ad cessationem enim peccatorum sequitur quies mentis, propter quod dicitur in fine capituli præcedentis,* Non est pax impiis, dicit dominus Deus.

C 5 Si auerteris. *Hic ponitur verum remedium, quātum ad Dei cultum. Circa quod sciendum, quod per obseruationem Sabbati hic intelliguntur omnia, quæ pertinent ad debitum Dei cultum, sicut & in præcepto decalogi, Exod. 20.* Memento vt diem Sabbati sanctifices. *Ad cuius obseruationem requiritur cessatio ab operibus peccatorum, quæ sunt maximè seruilia, Ioan. 8. d.* Qui facit peccatum seruus est peccati. *Ideo dicitur:* Si auerteris à Sabbato pedem tuum, *vt non procedas ad malè agendum. Ideo subditur.*

Sabbati obseruatio.

6 Facere voluntatem tuam, *sequendo appetitum tuum irrationabilem. Secundo ad obseruationem Sabbati requiritur occupatio & meditatio circa diuina. Ideo subditur,*

7 Et vocaberis Sabbatum, *id est, intendendo ad diuina.*

8 Et glorificaueris, *id est, honoraueris debitè obseruando.*

9 Dum non facis vias tuas, *sequendo tuas concupiscentias.*

10 Et non inuenitur voluntas tua, *id est, effectus sensibilis appetitus.*

11 Vt loquaris sermonem, *scilicet, malum cōtra Deum vel proximum, sed magis sis intentus ad Deum laudandum.*

12 Tunc delectaberis super domino, *sentiens intra te consolationes diuinas.*

13 Et sustollam, &c. *per contemptum terrestrium & appetitum cælestium.*

14 Et cibabo te heredi. Iacob, &c. *scilicet in beatitudine cælesti. Bona enim terrena cum sint multo minora bona operibus virtutum, non possunt esse principale præmium promissum patriarchis pro operibus virtutis, sicut declaratum fuit diffusius, Gen. 15.* F

Bonis terrenis præstantiora sunt bona opera.

15 Os enim domini locutum est, *quasi dicat hoc stabile est & firmum.*

ADDITIO.

In cap. 58. vbi dicitur in postil. Nolite ieiunare.

Vbi translatio nostra habet, Nolite ieiunare: *Hebraica littera habet quædam verba quæ vno modo signant,* Et non ieiunetis; *Ex alio modo signant,* & non ieiunatis. *Et si primo modo intelligantur, exponuntur sicut in postilla, Si autem secundo, sensus est:* Et non ieiunatis, vt audiatur in excelso clamor vester, *id est, non intenditis in ieiunando, vt audiamini à Deo: quia si sic, cessaretis à contentionibus & iniuriis quæ Deo non placent. Et hæc expositio videtur magis propria specialiter propter ly &c, quæ præponitur huic verbo ieiunatis seu ieiunetis.*

CAP. LIX.

a Ecce non est. † PROCOPIVS. Absoluta disputatione de agentium & non agentium præmiis & pœnis, nunc contumaces & improbos arguit. Deinde quia bello vrgente ieiunasse se, neque Deum tamen ad id aduertisse dicebant, eos propheta reprehendit, seruarique ab ipso potuisse demonstrat, sed peccatis eorum, quo minus opem ferat, prohiberi.

* Sup. 50. a.

Cur non ad Iudæorum ieiunia respiceret Deus?

¶ Propheta ad Iudæos. a ¶ Breuiata potentia ex quo liberauit vos ab Aegypto.
b ¶ Vos si credideritis.

a E [1] *Cce nō est abbreuiata manus domini, vt saluare ne- 1

a ¶ Si pure inuocaueris, sicut Moysen & alios olim audiuit. 2

queat: neque aggrauata est auris eius, vt nō exaudiat: 3

Sed

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. LIX.

Ecce non est abbreuiata. *Postquam posita est præparatio ad salutem, hic consequenter ponitur salus: & diuiditur in duas partes, quia primo ponitur ipsa salus; Secundo magnitudo ipsius. cap. sequenti. Prima in duas; quia primo ponitur salutis necessitas; Secundo eius æquitas, ibi,* Et vidit dominus, *Circa primum sciendum, quod necessitas ista est propter miseriam culpæ & pœnæ quam incurrerunt Iudæi ex contemptu Christi, & de ista eadem miseria exponit Ra. Sa. præsens cap. & quantum ad hoc conuenit mecum, sed disconuenit in quantum dicit Iudeos ab ea liberari per Christum venturum, cuius aduentus transiit in præteritum. Igitur primo ponitur huius miseriæ descriptio; Secundo eiusdem confessio, ibi,* Propter hoc. *Prima in duas, quia primo describitur miseria culpæ, secundo pœna, ibi,* Cogitationes. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

Culpa & pœna Iudæorum ex contemptu Christi.

1 Ecce non est abbreuiata, *id est, minorata.*

2 Manus domini, *id est, potestas eius.*

3 Neque aggrauata est auris, *q. d. ista miseria, in qua estis, non prouenit ex Dei impotentia, vel ignorantia ad saluandum, sed ex parte vestra; ideo subditur,*

† 1 Sed

☞ a *Sed iniquitates vestræ.* Ostendit quare non exauditi, & in captiuitatem ducti.

b *Manus enim.* HIER. lib. 16. Iniquitates per partes exponit nec idololatriã obiicit, quæ tempore Isaiæ colebatur, sed sanguinis effusionem. Vnde supra: *Iustus perit, & non est qui recogitet.* Manus enim vestræ Ieremiam lapidauerunt, Isaiam secuerunt, Ezechielem in Babylone occiderunt, & tandem in filium Dei inclamantes, *Sanguis eius super nos & super filios nostros.*

Sup. 57. a. — Alia peccata grauissima præter idololatriã dominabãtur inter Iudæos. — * Sup. 1. d.

† PROCOPIVS. Vbi peccata in vniuersum accusauit, eadem sigillatim recenset, homicidia & obtrectationes nominatim, nõ iam idolorum cultum insectans.

c *Conceperunt.* HIER. Qui expectant Antichristum. Quem enim multo labore perquirunt in iniquitate suscipient.

* Iob. 1. d.

† PROCOPIVS. Concipiunt laborem & pariunt iniquitatẽ, qui dicere non possunt: *In timore tuo domine in vtero accepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis.* Est porro scripturæ vsitatum laboris nomine ideo inuidiam significare, quod qui eã laborant, tabescant. Conceperunt ergo in Christum inuidiam, & eædem in eundem pepererunt.

Isa. 26. — Inuidia sæpe in scriptura laboris nomine significatur. — * Pro. 1. b.

d *Oua.* HIER. Ex ouo fœtus, ex corde consiliũ, ex quo actus. Oua ergo ruperunt, dum corda iniqua, & venenosa consilia verbis ostenderunt, dicentes, *Reus est mortis.*

Matt. 26. g.

a ❡ Cultus idolorum. b ❡ Quasi murus interpositus. ❡ Christus soluit parietem medium maceriæ. c ❡ Ne vos saluet vel audiat.

a [1] Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vo- [2]

a ❡ Non potest faciem peccatorum vestrorum sustinere. b ❡ Ne videat turpitudinem vestram, sed statim feriat. c ❡ Quasi murus interpositus. ❡ Pœnitentiam, auxilium, gratiam.

a ❡ In tempore tribulationis. b ❡ Prophetarum, & ipsius Christi.

b bis, ne exaudiret. * [3] Manus enim vestræ pollutę sunt sanguine, [3] & digiti vestri iniquitate. [4] Labia vestra locuta sunt mendacium, [5] [6] & lingua vestra iniquitatem fatur. [7] [4] Non est qui in- [8]

a ❡ Quando dixerunt: Omnia quæ præcepit dominus nobis, faciemus. Vel, Dæmonium habes: & huiusmodi. ❡ Pro Christo Antichristum ponunt vel promittunt. c ❡ Blasphemiam.

a ❡ Credat in Christum. b ❡ Quia elegerunt Barrabam, crucifixerunt Christum. c ❡ In idolo: Idolum nihil est, vel in nescio quo Messia futuro.

uocet iustitiam, [9] neque est qui iudicet verè, [10] sed confidunt [11]

a ❡ Iudaicas fabulas. ❡ Christum ter quotidie in synagogis blasphemando, Messiam adhuc expectando. b ❡ Multo labore mortem Christi machinantes.

c in nihil, & loquuntur vanitates. * Conceperunt laborem [12]

a ❡ Parient, scilicet suscipientes Antichristum. b ❡ Consilia venenosa. c ❡ Manifestando. d ❡ Consilia, opera vana & inutilia, muscas & culices, scilicet, stultos & simplices capientia.

d [13] & pepererunt iniquitatem. [5] Oua aspidum ruperunt, [14] & telas

e a ❡ Contra Christum machinantes. b ❡ Acquiescendo. ❡ Sicut Abel acquiescens Cain dicenti: Egrediamur in agrum. c ❡ Consiliis. d ❡ Iudæorum. e ❡ Morte æterna.

[15] araneæ texuerunt. [16] Qui comederit de ouis eorum, morietur: [17] [18]

a ❡ Nutritum ex ouis. b ❡ Dum corda iniqua & venenosa consilia verbis ostenderunt, dicentes: Reus est mortis. c ❡ Antichristum regem omnium malorum. d ❡ Consilia, opera, doctrinæ.

f & quod confotum est, erumpet in regulum. [6] Telæ eorum [19]

g a ❡ Animæ. b ❡ Contra frigus inferni. c ❡ Sanctorum vestimenta, opera bona. Vnde: Sacerdotes tui induantur iust. ❡ Malis quia.

[20] non erunt in vestimentum, neque operientur operibus

a ❡ Telæ aranearum. b ❡ Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. c ❡ Mors Christi.

suis. Opera eorum opera inutila. [21] Et opus iniquitatis in ma- [22]

a ❡ Quamuis dicant: Nobis non licet interficere quemquam. b ❡ Affectus. c ❡ Cum lanternis & facibus ad comprehendendum Christum. d ❡ Operando. e ❡ Tædiose Pilatum rogando.

nibus eorum. * [7] Pedes eorũ ad malum currunt, & festinant,

a ❡ Vt vilem aquam. b ❡ Christi vel prophetarum. vnde: Ierusalem quæ occidis prophetas, &c. c ❡ Contra Deum. Vnde: Eradamus eum de terra viuentium, & huiusmodi.

vt effundant sanguinem innocentem. Cogitationes eorum, [23]

a ❡ Ab hostibus, à diabolo. b ❡ Actionibus prauis, pro quibus vastati & contriti.

h cogitationes inutiles: vastitas & contritio in viis eorum. [24] [25]

† PROCOPIVS. Oua aspidum fregerunt, qui aduersariarum potestatum semina, tamquam in vtero suo gerebant. Vnde sunt malitiosa eorum proles, & viperarum genimina nuncupata.

e *Aspidum.* Aspis ad primam vocem incantatoris alteram aurem terræ infigit, alteram cauda obturat, ne possit incantari: sic Iudæi inhærentes terrenis, ne locum & Gentem perderent, metuentes, Christi prædicationẽ repulerunt, venenati venenatorum filii vnde, *Genimina viperarum.*

Iudæi viperis & aspidibus comparati. — Matt. 23. d.

f *Erumpet in regul.* Ex ouis aspidis regulus, qui & basiliscus, ex Iudæis Antichristus. Ex eis enim nascetur, flatu suo, id est sermone venenoso multos occidens volantes ad patriam cœlestem. Occidit enim basiliscus flatu suo aues volantes per aera.

Basiliscus vnde nascatur. — Antichristus.

g *Tela aranearum.* † PROCOPIVS. Lege enim despecta, doctrinas & mandata hominum sibi confinxerãt. Itaque cum non fore telam aranearum in vestimentum dixit, nihil aliud, quam nullum illis, quæ gerunt, allatura ornamentum, significauit: sicuti nihil ad ornatum corporis, quod Deo verite gesserat, Adamo contulit.

Traditiones Pharisæorũ telis aranearum comparantur.

h *Vastitas.* HIER. Hoc apostolus posuit ad Romanos, sicut illud: *veloces pedes ad effundendum sanguinem:* Quod multi ignorantes, de tertio decimo psalmo putant sumptum, qui versus in editione vulgata additi sunt, & in Hebraico non habentur.

Rom. 3. b. — Psal. 13. b.

☞ Propter

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Sed iniquitates vestræ, *Separantes vos ab eo.*

2 Et peccata vestra absconderunt, *Scilicet demeritoriè.*

3 Ne exaudire, *Quia non est speciosa laus in ore peccatoris.*

4 Manus enim vestræ, *Id est, opera vestra quæ per manus designantur, eò quòd manus est organum organorum. 3. de Anima.*

Manus pro opere.

5 Pollutæ sunt sang. *Scilicet pauperum, bona eorum rapiendo.*

6 Et digiti ve. iniqui. *Per hoc designantur iniustitia minores, sicut digitus minor est manu.*

7 Labia vestra lo. menda. *Contra Christum dicendo, quod fuit magus, & propheta falsus.*

8 Et lingua ve. iniqui. fatur. *Replicatio est eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem.*

9 Non est qui inuocet iusti. *Id est, Christum,* Qui factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia & sanctificatio, &c. 1. Cor. 1.

10 Neque est qui iudic. ve. *De factis Christi. Et loquitur propheta quantum ad illos, qui sunt in infidelitate obstinati.*

11 Sed confidunt. *Id est, in aduentu Messiæ futuro, qui iam transiit in præteritum: & ideo talis confidentia est super nihilum.*

12 Et loquun. vanita. *Quia doctores Iudæorum multoties terminos præfixerunt de aduentu Messiæ, & omnes transierunt tamquam prænuntiati inaniter, & falsè.*

Iudæi errarunt & errant præfixgentes tempus aduentus Christi.

13 Conce. lab. *Id est, excogitauerunt inferre laborem Christo & discipulis eius.*

14 Et peper. iniquita. *Procedendo ad effectum, vt patet ex euangeliis, & Actibus Apostolorum.*

15 Oua aspi. ruperunt. *Id est, consilia venenosa contra Christum & discipulos eius in effectum exterius produxerunt.*

16 Et telas araneæ texuerunt, *Id est, adinuentiones falsas contra doctrinam Christi, vt ab ea populum auerterent.*

17 Qui comede. de ouis eorũ, *Consentiendo malignis consiliis ipsorum,*

18 Morietur, *Morte culpæ.*

19 Et quod confo. est, erump. in regu. *Quia quidquid procedebat ex dictis consiliis, totum erat venenosum.*

20 Telæ eo. non erunt in vesti. *Scientiæ, virtutis, quibus anima vestiuntur & ornantur: sed magis ad contrarium.*

21 Opera eorum opera inu. *Id est, nociua. Minus enim dicendo, plus significat: Ideo sequitur,*

22 Et opus iniqui. &c. Pedes eo. ad ma. cur. *Scilicet ad effusionem sanguinis Christi & suorum discipulorum, vt de Christo patet in Euangeliis, & in actibus apostolorum de eius discipulis.*

23 Cogitationes. *Hic consequenter ponitur miseria pœnæ. Dicit enim Iosephus libro de Iudaico bello, quod post mortem Christi ante destructionem ciuitatis per Titum Iudæa erat multum lacerata intestinis dissentionibus, & sic cogitabant se mutuo spoliare & interficere: Ideo dicitur,* Cogitationes eorum co. inuti. *Id est, nociua.*

Iudæi domesticis odiis dissidebant antequam bello Romano absumerentur.

24 Vastitas & contritio. *Id est, mutua priuatio rerum & occisio personarum.*

25 In viis eorum. *Vt dictum est.*

a Propter hoc. A HIE. li. 16. Propheta in persona populi pœnitentis respondet, post accusationẽ, quid loqui debeat pœnitentes.

†† PROCOP. *Expectaui lucem.* Cum enim clamantibus prophetis, *Illuminare, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum & gloria domini in te ascendit,* Illuminationem à Christo expectarent, veram lucem non exceperunt; sed sponte *cæci, cæcorumque duces,* vt saluator ait, facti sunt. Non enim dicentem audierũt, *Quamdiu lumen habetis, ambulate in lumine vt tenebræ vos non comprehendant.*

Iudæi Christum non recipientes.

b *Rugiemus quasi vrsi omnes,* Iudæorum meditatio, & doctrina in sacra scriptura rugitui vrsi & gemitui columbæ comparatur, quasi inutilis & vana, sicut & illa. Contra subiectos quoque sæuiunt vt vrsi; contra maiores vel æquales, gemunt vt columbæ, vt illud Ephraim, *Factus est quasi columba non*

Iudæi cum seruiunt gemunt, cum dominãtur rugiunt.

Hoseæ. 8. c.

a ¶ Christum qui est pax vera, qui ait: Pacem relinquo vob. &c. b ¶ Credere nolentes. c ¶ Christus. ¶ De quo iudicium Gentibus proferet. ¶ Discretio boni & mali vel rectitudo. d ¶ Operibus. e ¶ Actiones.

8 viam pacis nescierũt, & non est iudiciũ in gressibus eorum. Semi-

a ¶ Non natura, sed voluntate. quidquid enim incuruatur, de recto torquetur in prauum. ¶ A bono in malum. b ¶ Imitatur. c ¶ Non solum non inuenit, sed nescit quid quærere debeat.

tæ eorum incuruatæ sunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pa-

a ¶ Christum. b ¶ Quia ignorauimus pacem. c ¶ Transiens ad Gentes. d ¶ Filius, cui datum est iudicium. e ¶ Fide trahendo.

cem. 9 Propter hoc elongatum est iudicium à nobis: & non appre-

a ¶ Sed Gentes. b ¶ A Gentibus comprehensa. ¶ Christus. c ¶ Christum in lege promissum: de quo, Emitte lucem tuam. &c. d ¶ Infidelitas, Antichristus. e ¶ Christum, qui splendor gloriæ, & figura substantiæ patris.

hendet nos iustitia. Expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendo-

a ¶ Ignorantiæ, peccati. b ¶ Scripturam sacram, Christum in ea non videntes verba tantum & folia, non sensum fructumque quærentes.

rem, & in tenebris ambulauimus. 10 Palpauimus sicut cæci parietem,

a ¶ Quia pene oculis etiam visibilis offertur Christus. b ¶ In scripturam sacram, quæ quasi meridies clara & aperta sanctis. c ¶ In toto orbe sole iustitiæ rutilante.

& quasi absque oculis attrectauimus. Impegimus meridie, quasi in

a ¶ Non intelligentes. b ¶ Obscuris mysteriis, quamdiu enim legitur Moyses, velamen super corda eorum est.

tenebris, in caliginosis quasi mortui. 11 Rugiemus quasi vrsi omnes,

a ¶ Non habentes cor. b ¶ Christum. de quo Deus iudicium tuum re. da.

& quasi columbæ meditantes gememus. Expectauimus iudicium,

a ¶ Nobis, sed Gentibus. b ¶ Vsque ad Gentes. ¶ Relinquetur vo. do. vestra deserta. c ¶ Quia & scripturam contempserunt, & auctorem occiderunt.

& non est, salutem & elongata est à nobis. 12 Multiplicatæ sunt enim

a ¶ A quibus faciem auertent, ne cerneres, ne ferires. b ¶ Cui nihil occultum. c ¶ Secundum iniquitates nostras accepimus.

iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderunt no-

a ¶ Secundum petitionem nostram: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. b ¶ Sunt adhuc. c ¶ Quas putabamus esse iustitiam. d ¶ Pœnitentes, quando compuncti corde dixerunt: Quid faciemus viri fratres? & huiusmodi.

bis: Quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus,

a ¶ Tradendo Pilato. b ¶ Dicendo, Reus est mor. &c. c ¶ A domino. ¶ Dicentes, Scimus quoniam Moysi locutus est dominus, hunc autem nescimus vnde sit. d ¶ Imitantes, vnde, Si quis mihi ministrat me se. Et illud, Post dominum Deum tuum ambu.

13 peccare & mentiri cõtra dominũ: & auersi sumus, ne iremus post ter-

a ¶ Contra Christum. b ¶ Hic homo non est à Deo, qui Sabbatum non custodit. c ¶ Legis.

gum Dei nostri, vt loqueremur calumniam & trãsgressionẽ. Cõcepi-

a ¶ Inuenimus eum subuertentem Gentem nostram. ¶ Traditiones hominum. b ¶ Ad Gentes. ¶ Malitiam. ¶ Scienter.

mus & locuti sumus de corde verba mẽdacij. 14 Et cõuersum est retror-

¶ Christus. a ¶ Idem. b ¶ Quæ pars iustitiæ cum iniquitate? c ¶ A nobis. d ¶ In Gentibus. e ¶ Quasi, Non mansit in eis, qui mundi latitudinem, & voluptatem sequuntur, Scribis & Pharisæis & huiusmodi. f ¶ Idem.

sum iudicium, et iustitia longe stetit. Quia corruit in plateis veritas, et

a ¶ Quæ in cordibus habitat per fidem, non potuit ingredi propter infidelitatem. b ¶ Corda Iudæorum. c ¶ Christus. d ¶ Iudæis. e ¶ Credendo in Christum.

æquitas non potuit ingredi. 15 Et facta est veritas in obliuione, & qui re-

non habens cor.

† PROCOP. Significatur crudelitas Iudæorũ & odium quo nos prosequuntur cum se vidẽt in tantis versari malis, & mala ista sibi inuecta vidẽt per Christum nostrum; per columbas, loquacitatẽ Iudæorum in suo luctu significat propheta.

Cur oderũt Iudæi Christũ & Christianos.

c *Iniquitates.* † CYRILLVS. Multis modis fatentur Iudæi se impios fuisse contra Christũ. Impietatẽ enim cõmiserunt, cũ illum suffixere cruci, & eius nomẽ blasphemarunt; Mentiti sunt contra dominum, cum dicebãt, *In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia; Bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes.*

Multiplex impietas & iniquitas Iudæorum in Christũ.

Matth. 9.

Ioan. 14. a.

d *Veritas in.* HIER. Christus, qui est via, veritas & vita: vnde, *Veritas de terra orta est, & iust. de cæ. pro.* Et notandum quod crebrò veritas nominata est, vt Christi persona monstretur, quam deserentes, secuti sunt mendacium.

Psal. 84. b.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Viam pacis nescierunt, *Quia post dissensiones intestinas Romanis rebellauerunt.*

2 Et non est iudicium, *Id est, executio operum iustitiæ,*

3 In gressibus eorum, *Id est, in suis processibus:*

4 Semitæ eorum incuruatæ sunt, *A rectitudine iustitiæ & veritatis.*

5 Omnis qui cal. &c. *Per eas procedendo,*

6 Ignorat pacem, *Cum Deo & proximo.*

7 Propter hoc. *Hic consequenter ponitur prædictæ miseriæ confessio. Isaias enim ipsam præuidens, eam confitetur, se cum illis numerando, eò quòd erat de populo Iudaico; sicut Daniel, 9. capi. confitetur peccata populi sui, numerando se cum peccatoribus, licet esset innocens; & sic dicit Isaias,* Propter hoc elongatum, &c. *Id est, executio iustitiæ actualis,*

Iudæis impiis se annumerat Isaias ipse pius.

8 Et non apprehendet nos iustitia, *Habitualis. Et loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ.*

9 Expectauimus lucem, *Id est, Christum, qui dicitur lux, supra 49. b.* Dedi te in lucem Gentium, &c.

10 Ecce tenebræ, *Quia in aduentu Christi Iudæi pro maiori parte fuerunt excæcati.*

11 Splendorem & in tenebris, &c. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem exaggerationem.*

12 Impegimus meridie, &c. *Id est, in tempore lucis gratiæ, quod maximè habuit rationem meridiei, tempore prædicationis Christi, propter euidentiam miraculorum.*

Gratia Euãgelij meridiei comparata.

13 Rugiemus, &c. *Hoc fuit impletum in aduentu Romanorum contra Iudæos.*

14 Expectaui. iudicium. *Id est, quod fieret nobis vindicta de Romanis nos affligentibus:*

15 Et non est. *Quia econuerso fuerunt destructi à Romanis.*

16 Salu. *Scilicet Christum, quem patres veteris testamenti expectauerunt.*

17 Et elongata est à nobis, *Id est, à Iudæis incredulis propter suam incredulitatem.*

18 Multipli. sunt enim iniqui. no. *Quia Iudæi à Christo elongati ruunt de peccato in peccatum.*

19 Et pec. no. rep. no. *Per miseriam subsecutam.*

20 Quia scelera no. no. *Per miseriæ effectum.*

21 Et iniqui. no. cog. *Id est, ex certa scientia peccauimus, quod est grauius, quàm ex ignorantia vel infirmitate.*

Peccatum ex certa scientia grauius alio ex ignorantia vel infirmitate.

22 Et auersi. &c. *Non obediendo doctrinæ Christi.*

23 Vt loqueremur calum. *Contra Christum, & eius familiam.*

24 Et transgressionem, *Persequendo innocentes ad mortem.*

25 Conce. & locu. su. de cor. *Id est, scienter & à proposito.*

26 Verba mendacij. *Contra Christum, vt patet Luc. 23. vbi accusauerunt eum, quòd prohibebat tributa dari Cæsari, & quòd volebat rex fieri, cum tamen de contrario essent certi: quia dixerat eis,* Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, *Mat. 22. c. Et similiter, sciens quod venturi essent, vt constituerent eum regem, fugit in montem. Ioan. 6. b.*

Calumniæ Iudæorum in Christũ.

27 Et conuersum est retrorsum. *In condemnatione Christi innocentis per Pilatum:*

28 Et iustitia longè ste. *Quia non habuit locum.*

29 Quia corruit in plateis. *Quia Sacerdotes auerterunt populum à veritate contra Christum, vt Barrabas liberaretur, & Christus crucifigeretur. Ideo sequitur,*

30 Et facta est. *Quia veritas doctrinæ Christi quam populus audierat, à mente eius recessit per Sacerdotum deceptionem.*

31 Et qui recessit. *De persecutione & morte Christi pœnitendo, cuiusmodi fuerunt Iudæi, qui contriti fuerunt ad prædicationem Petri, Act. 2. f. vbi dicitur:* His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus verò ait ad illos: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, &c. *Sequitur ibidem:* & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.

Prædæ

a Et vidit. HIERO. lib. 16. Ostenso, quia pœnituerunt, ostēdit non placuisse domino pœnitentiam eorum, quia non puro corde plures pœnituerunt.

b *Quia non est vir.* IBID. Mente omnes effeminati sunt, sicut & illud, *Vocaui & non erat qui audiret.* (Supr. 50. a.)

c *Et salua. sibi.* Pater scilicet per filium Gentes. *Et iustitia eius,* vel misericordia secundum LXX. confirmabit eum, qui voluerit conuerti: non meritò, sed misericordia & iustitia. Iustum enim est vt pœnitenti creaturæ creator parcat, quæ meritis suis saluari non poterat. (Ephe. 6. a. 1. Thes. 5. b. — Pœnitentes à Deo suscipiuntur.)

d *Et time. qui.* IBID. Præmonstrata vindicta Dei in Iudæos per Romanos: describit fidem Gentium, de quatuor partibus mundi venientium, audita prædicatione apostolorum.

e *Quasi flu.* IBID. Quia citissimè mundum sua prædicatione & fide impleuit: de quo, *Velociter currit ser. eius.* (Psal. 147. a.)

† PROCOPIVS. Hoc indicauit in actis, cum essent omnes *in vnum congregati, factus est de cœlo repente sonus tamquam spiritus violenti,* &c. quibus tādem omnes spiritu sancto repletos concluditur.

---

a ¶ Infidelitatis.
b ¶ Aliorum Iudæorum qui diripiebant fidelium bona: vnde, Rapinā bonorū vestrorū cum gaudio suscepistis.
c ¶ Pœnitentiam eorum infructuosam. d ¶ Quia non puro corde.

a cessit à malo, prædæ patuit. Et vidit dominus, & ma-

a ¶ Qui omnia videt. b ¶ Eis. c ¶ Quia transflarum est ad Gentes.
¶ Discretio boni & mali, vel inter simplicitatem & duplicitatem, vel in eorum pœnitentia iudicium rectitudinis.

lum apparuit in oculis eius: quia non est iudicium. [16] Et

a ¶ Pater. b ¶ In Iudæis. c ¶ Sanctus. ¶ Sicut Moyses, Dauid & alij.
d ¶ Contristatus est de infidelitate eorum.

b vidit Deus, quia non est vir: & aporiatus est, quia non est

a ¶ Iudæis in infidelitate obstinatis. ¶ Interueniens pro eis sicut Moyses in deserto. ¶ Deo ne percutiat.
b ¶ A persecutione illorum, resuscitando à mortuis. c ¶ Filium per quem omnia facta sunt.
d ¶ Id est, filius per quem omnis iustitia.

c qui occurrat, & saluabit sibi brachium suum, & iustitia eius

a ¶ In Gentibus per fidem. b ¶ Patrem.
c ¶ Electos suos ab inimicorum persecutione liberando, & pro ipsis pugnando, ipsos saluando.
¶ Hoc est, iustè quasi loricatus, & galeatus in vltione inimicorum suorum venit, cum per Romanos euertit Iudæam.

ipsa * confirmauit eum. * [17] Indutus est iustitia vt lorica, &

a ¶ Militibus Romanis.

galea salutis in capite eius, Indutus est vestimentis vltio-

a ¶ Iræ, vindictæ. b ¶ Paratus armis indutus.

nis, & opertus est quasi pallio zeli. [18] Sicut ad vindictam,

a ¶ Vt secundum opera sua recipiant. ¶ Iudæis.

quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vi-

a ¶ Retribuendam. ¶ Vt sicut prophetas & ipsum Christum occiderunt, à Romanis occidantur.
b ¶ Ciuitatibus Iudæorum. c ¶ Mercedem iniquitatis. d ¶ Delendo eas.
e ¶ Sanctè, castè filialiter: vnde, Beatus vir qui timet dominum, vel seruili timore.

d cissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet. [19] Et time-

a ¶ Multi ab Oriente & Occidente venerunt, &c.
b ¶ Patris, vnde, Manifestaui nomen tuum hominibus.

bunt qui ab occidente nomen domini, & qui ab ortu solis

a ¶ Filium cui dicitur: Exurge gloria mea. b ¶ Patris.
c ¶ Author beatitudinis. ¶ Filius incarnatus, vel ad Gentes in prædicatione Apostolorum.
d ¶ Quia in ipso fons sapientiæ, & doctrinæ, & scientiæ, qui dicit: Si quis sitit, veniat, &c.
e ¶ Cui nihil resistit. vnde, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

e gloriam eius. Cum venerit quasi fluuius violentus, quem

a ¶ Amor, bonitas, charitas. b ¶ Cum. c ¶ Fidelibus Iudæis vel ecclesiæ. ¶ Christus.
d ¶ Non omnibus.

f spiritus domini cogit, [20] et venerit Sion redemptor, & eis

a ¶ Qui fidem habent, scilicet, & operationem. b ¶ Infidelitatis & negationis.
c ¶ Ad eos, qui cum vitiis & concupiscentiis pugnant.

g qui redeūt ab iniquitate in Iacob, dicit dominus. [21] Hoc fœ-

a ¶ Scilicet, qui redeunt ab iniquitate. b ¶ Sanctus à quo prophetia.

dus meum cum eis, dicit dominus. Spiritus meus qui est in

a ¶ O Isaia. b ¶ Euangelium meum cui non succedit alia lex. Vnde Ioannes dicit Euangelium æternum.

te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de

h ore tuo, & de ore seminis tui, dicit dominus, amodo & vs-

a ¶ Cœlum & terra transibunt, verba autem mea, &c.

que in sempiternum.

---

f *Quem spiritus do.* HIERO. lib. 16. Ad redimēdum genus humanum, spiritus sanctus scilicet, Vnde, *Qui conceptus est de spiritu sancto. Et, Requiescit super eum spiritus domini, &c.* (Isa. 11. a.)

g *Hoc fœdus.* IBID. vt scilicet eos sanguine filij redimā, & ipsi præcepta mea faciant, & memoriter teneant: & hoc est, *Spi. meus, qui est in te.*

† PROCOPIVS. Verba quæ locutus est Christus, testamentum meum sunt, inquit, in sempiternum duratura. Ait enim in hūc modum saluator: *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non trāsibunt.* Est igitur apertissimum redemptionis argumentum, Spiritus sancti participem fieri, linguaque ipsa verbum veritatis accipere. (Datio spiritus sancti. — Luc. 21.)

† CYRILLVS lib. 1. de spiritu & littera. *Prophetam,* inquit, *suscitabo eis, ex fratribus ipsorum, & ponam sermones meos in ore ipsius, & loquetur eis omnia quæ præcepero.* (Deut. 18.)

h *Seminis.* HIERO. Sequentium prophetarū, Apostolorum, Martyrum, qui eodem spiritu repleti sunt. Spiritus enim sanctus, qui docuit Isaiam: ad alios quoque, quasi per successionem transit, hoc est, *amodo & vsque in sempi.*

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Prædæ patuit. *Vt patet Act.* 8. *a.* Facta est autem in die illa persecutio magna in ecclesia quæ erat Ierosolymis.

2 Et vidit. *Hic consequenter ponitur salutis æquitas per punitionem malorum & saluationem bonorum; hoc enim exigit æquitas: & hoc in destructione Iudææ per Romanos fuit impletum per quam increduli mortui fuerūt & captiuati, & credentes fuerunt saluati. Primò ab exercitu Romanorum: quia moniti ab angeli transierūt in regnum Agrippæ ante aduentum eorum, vt dictum est suprà; Postea à Iudæis, quia per eorum destructionem fuerunt liberati à persecutionibus, quas eis faciebant: & readificata ciuitate Ierusalem per Aelium Adrianum, eam inhabitare pacificè permissi fuerunt; Ideo dicitur,* Et vidit dominus, &c. *Scilicet quod fideles à Iudæis incredulis sic affligerentur. Ideò sequitur,* (Iustitia Dei in puniendis his ex Iudæis qui in Christum non crediderunt, & præmiandis his qui crediderunt.)

3 Quia non est iudi. *Eò quod iniustè principes Iudæorum Christianos condemnabant.*

4 Et vidit quia non est. *Id est, quod non apponebatur sibi remedium humana potentia.*

5 Et apo. est. *Id est, de miseria & infelicitate eorum molestatus.*

6 Et salua. sibi bra. suum. *Id est, fideles virtute sua.*

7 Indutus est iu. vt lo. *Loquitur de Deo ad modum militis armati procedentis ad saluationem populi sui.*

8 Indu. est ve. vltio. *Id est, exercitu Romanorum præparato ad punitionem malorum ex instinctu diuino.*

9 Et opertus est, &c. *Id est, Tito qui erat super exercitum, sicut pallium super alia vestimenta. Et vocatur pallium zeli, quia multum fuit sollicitus de captione Ierusalem ad malorum punitionem. Ideo subditur.*

10 Quasi ad retributionem, *Id est, Iudæis in infidelitate obstinatis: Licet enim Titus debellaret ciuitatem, eò quod rebellauerat Romanis, Deus tamen ad hoc eum instigabat, vt per eum vindicta fieret de Christi inimicis.*

11 Insulis vicem reddet. *Dicuntur autem hic insulæ, Ierusalem & aliæ ciuitates Iudææ, eo quod sint sitæ inter maria. Tota enim Iudæa secundum suam longitudinem sita est super mare mediterraneum ex parte occidentis, & in latere opposito habet Iordanem fluuium transeuntem per mare Galilææ, & mare mortuum.* (Iudææ situs.)

12 Et timebunt qui, &c. *Quia à tempore apostolorum fides catholica fuit multum dilatata ad omnes partes orbis.*

13 Cùm venerit quasi fluuius, *Scilicet Romanorum exercitus.*

14 Quem spiritus domini cogit, *Quia spiritus domini ad hoc eum instigauit, vt prædictum est.*

15 Et venerit Sion redemptor. *Et est hic Sion datiui casus, per quam intelligitur ecclesia, vt dictum est suprà. 2. cap. ad quam redimendam venit in passione sua; & iterum venit per effectum in destructione Ierusalem, ad accipiendum vindictam de morte sua; veniet etiam ad recipiendum pœnitentes in sua misericordia, & maximè Iudæos seruidè reuertentes ad ipsum, detecta falsitate Antichristi per Enoch & Eliam, Ideo sequitur,* (Quomodo & quoties factus sit & fiet aduentus redemptoris ad Sion.)

16 Et eis qui redeunt, &c. *Et in hoc sensu allegatur hæc scriptura,* Roma. 11. e.

17 Hoc fœdus meum cum eis, *Quod subditur cum dicitur,*

18 Spiritus meus qui est in te. *Ad hoc enim descendit spiritussanctus super credentes in die Pentecostes, vt qui prius erant timidi, fierent firmi & stabiles in amore Christi.*

19 Et verba mea quæ posui in ore tuo. *Quia illa ex tunc prædicauit ecclesia, & prædicabit vsque in finem mundi, & tunc gloria & veritas hic prædicata, lucidè apparebit in patria.*

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 59. vbi dicitur in postil. Quia corruit in plateis veritas.

Doctrina Christi veritas & ipse Christus veritas.

Hoc quod dicitur, Quia corruit in plateis veritas, *propriè videtur exponendum de ipso Christo, qui de seipso Ioan. 14. d.* Ego sum via, veritas & vita. *Et quod sequitur,* Et facta est veritas in obliuionem, *bene exponitur de veritate & doctrina Christi, prout in postill. Prima enim veritas prædicta corruit in plateis per mortem: Secunda verò veritas, scilicet doctrinæ, facta est in obliuionem.*

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in postil. Et timebunt qui ab Occidente nomen domini.

Circa hoc, quod dicitur, Et timebunt qui ab Occidente nomen domini, &c. *Considerandum, quod timor Dei, scilicet filialis, fuit in toto orbe quantum ad iustos, diffusus, apostolis prædicantibus, de quo dicitur hic,* Et timebunt qui ab Occidente nomen domini, & ab ortu solis gloriam eius; *& hoc principaliter ex quinque quæ hic exprimuntur, licet non seruato temporis ordine.*

Timor Dei filialis quomodo per totum orbem natus sit & manserit.

Primo, eò quod manifesta fuit vindicta Dei in occisores Christi de quo dicit, Cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus domini cogit. *Exponatur sicut in postill. Secundò eò quòd venit redemptor ipsi Sion, scilicet ecclesiæ, in tempore determinato à prophetis, de quo dicitur,* Et venerit Sion redemptor. *Tertiò ex hoc quod redemptor ille reconciliauit sibi pœnitentes, etiam de populo Iudaico, de quo dicitur,* Et eis qui redeunt ab iniquitate Iacob. *Quarto ex hoc quod spiritus sanctus super apostolos & discipulos descendit, & continuò manet in ecclesia, de quo dicit,* Spiritus meus qui est in te; *Quinto per verba prædicationis Euangelij similiter in ecclesia continuantur, de quo dicit,* Et verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui.

CAPVT LX.

Surge illuminare Ierusalē, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splēdore ortus tui. Leua in circumitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt

(Interlinear: a Quæ cecidisti in infidelitate. Quæ iaces in vitiis. b Et fic. Fide. c O. — a Homo factus. b Filius Dei. c Miraculorum, vel filius Dei. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. — a O ecclesia. Infidelitatis. — Peccatorum. a Illuminandam. — a Sol verus. b Miraculorum, vnde: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, &c. — a Quæ prius in tenebris. b Fide, vel Christo qui est lux mundi. — a Constantinus, Eraclius, Theodosius: vel sancti se & alios bene regentes. Cor regum in manu Dei est, & quocumque voluerit vertet illud. b O primitiua ecclesia. — Mundi. Mentis. Intellige. a In fide sociandi.)

CAPVT LX.

A Surge illuminare. Hiero. lib. 17. Hæc referunt Iudæi ad tempus Christi sui, quem nos Antichristum dicimus; & intelligunt Ierusalem illam, quam auream & ornatam de cælo autumant descensuram, cuius Ioannes in Apocal. facit mentionem, per quam nos sanctam ecclesiam accipimus. Dicunt enim quòd tunc omnes Gentes seruient eis, cameli, dromedarij, Madian, & Effa, omnes de Saba venientes, aurum deferant & thus, & oues Cedar, & arietes Nabaioth congregentur ad offerendum domino super altare templi, quod tunc extruxerint. Nos autem eorum insanias contemnentes, hoc ad ecclesiam primitiuam referimus. Quidam autem hæc omnia Iudæis carnaliter promissa dicunt, vt vel pro his suscipiant Dei filium.

Apoc. 21. f.

Iudæorum opinionis confutatio de aurea Ierusalem.

† Procopivs. Christi aduentu denunciato, eius primum fieri participes Israelitas postulat, iuxta illud, *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.*

Matth. 15.

a *Surge.* Hiero. In ecclesiis, quæ occidisti in synagogis: Surge in Gentibus, quæ cecidisti in Iudæis. Surge per confessionem, per virtutes quæ cecidisti per negotiationem, per vitia: & cum surrexeris, illuminare, id est, accipe Christi fidem.

b *Lumen.* Ibid. Tibi longè ante promissum ad redemptionem tuam venturum, quod *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* scilicet, qui dicit: *Ego sum lux mundi,* à quo illuminaberis si fidem Christi susceperis.

Ioan. 1. a. Ibidem 8. b.

c *Gloria domini.* Ibid. Ad illuminandū filius scilicet sicut sol ortus illuminat mundū, in cuius figura Moysi & Salomoni, alteri tabernaculum, alteri templum ædificanti, ostenditur gloria domini. Gloria quoque domini fuit mortui resuscitatio, leprosi mundatio, & huiusmodi.

Gloria Domini.

D † Procopivs. Vide si non apertè ipso exurgendi verbo mortuorum resurrectionē indicarit, quam radiis suis lux ipsa mortuos recreans præbitura est, qui postquam excitati fuerint, eius gloriam intuiti sint: quo factum est vt statim gloriam domini in eam apparuisse adiiceret, nouam Dei ciuitatem, quæ sola per Christum illuminatur, intelligens.

E Resurrectio.

d *Terram.* Hiero. Iudæos terrena amantes, quibus dicitur, *Bona terræ comedetis,* quod carnaliter accipiunt.

Sup. 45. c.

† † Procopivs. Impiis enim reconduntur tenebræ, quod vt significaret, iis ipsis terram quidem opertam fore, & gentes caligine: sed in Ierusalem exoriturum esse dominum, decet enim luminis ortu eos primum illustrari, qui vnigenitum, Dei patris gloriam nuncupatum contemplaturi sunt cum in ipso & per ipsum, & cum ipso glorificetur. Cum enim filium videmus, patris maiestatem & gloriam intuemur, qui dixit, Pater glorifica filium tuum, vt & filius glorificet te.

F

e *Ortus tui.* Hiero. Quo scilicet ex aqua & spiritu sancto nata es, omnes in splendore ortus, primitiuæ ecclesiæ ambulamus: quia eamdem fidem habemus, eodem baptismo renascimur.

f *Leua in circumitu oculos.* Cui simile: *Leuate oculos vestros & videte regiones, quia iam albæ sunt ad messem.*

Ioan. 4. c.

Filij

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. LX.

Surge illuminare. *Ad intellectum sequentium considerandum, quod aliqui doctores catholici exponunt totum cap. istud de prosperitate redeuntium de Babylone. Sed hoc non videtur verum, quoniam illi numquam fuerūt in tanta prosperitate, vt prius; immo quasi omnia, quæ dicuntur hic, non possunt exponi de ipsis, nisi valde extortè; quia dicitur hic,* Mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi: *licet enim aliqui Gentilitate relicta eis adhæserunt, tamen fuerūt pauci & paruæ reputationis & virtutis. Item quòd postea subditur:* Et ædificabūt filij peregrinorū muros tuos, *quia ipsimet ædificauerunt eos tempore Neemiæ, & cum magno labore & anxietate, ita quòd vna manu faciebant opus, & altera tenebāt gladium, Neemiæ. 4. & hoc timore aduersariorū eos impedire volentiū. Et quod hic subditur:* Aperientur portæ tuæ iugiter, &c. *quia magis tenebantur clausæ aduersariorū timore. Item quod posteà subditur:* Gens enim & regnū, quod non seruierit tibi, peribit: *quia illa regna non seruierunt eis, sed magis econuerso: Primò, Persis tributum reddendo; posteà Græcis; & postea Romanis, vt patet ex libris Esdræ & Neemiæ & Machabæorū & Euangeliorum, & ex libris Iosephi, & aliorum historiographorum. Item expositores isti magis videntur Iudaizare quantū ad hoc, quàm Hebræi, qui exponunt totum istud capitulum de tempore Christi. vnde Ra. Mo. super Genesim vigesimoquinto dicit, quod illud quod dicitur hic,* Et ambulabunt gentes in lumine tuo, *intelligitur de Messia. Dicunt igitur, quod ea quæ ponuntur hic, implenda sunt tēporaliter in aduentu Messiæ. Sed contra hoc arguitur per hoc quod versus finem capituli dicitur:* Non occidet vltra sol tuus, &c. *Quia secundū antiquos doctores Hebr. in aduentu Messiæ non est intelligendum aliquid immutari de cursu mundi, vt dictum fuit suprà 11. cap. Et ideo quod dicitur hic de statu solis & lunæ, & de diuino lumine, non potest conuenienter referri ad statum huius mundi seu prosperitatem terrenam, sicut Iudæi intelligūt dicentes Messiam tēporaliter regnaturū super omnes Gentes, & quod tunc Iudæi prosperentur eo modo quo in hoc cap. describitur. Igitur dicendum, quòd sicut capit. præced. descripta est salus Christi: Ita in hoc consequenter describitur magnitudo salutis huius. Et primo ex parte materiæ recipientis; Secundo ex parte causæ efficientis, cap. seq. Circa primum sciendum, quòd materia siue subiectū recipiens Christi salutem, est ecclesia fidelium, quæ habet duplicem statum, scilicet in mundo, quantum ad ecclesiam militātem; & in cælo, quantū ad triumphantē. Primo ergo ponitur magnitudo salutis ecclesiæ respectu status primi, Secundo respectu secundi, ibi:* Non audietur. *Prima diuiditur in tres: quia primo describitur prosperitas militantis ecclesiæ ex fidelium multiplicatione; Secundo ex ecclesiarum ædificatione, ibi,* Et ædificabunt; *Tertio ex honorum assecutione, ibi,* Et venient. *Circa primum dicitur:*

Contra illos qui exponunt hoc cap. de prosperitate Iudæorum redeuntium de Babylone.

Iudæorum error de continua solis statione tempore Messiæ.

Magnitudo salutis qui operatus est Christus.

Diuisio.

1 Surge illu. Ieru. *Id est ecclesia militans, vt dictum fuit sup. cap. 2. quę surgere cœpit & illuminari à principio doctrinæ Christi.*

2 Quia venit lu. tuum. *Id est Christus, qui est vera lux Ioan. 1. & suprà 46. b. vbi dicitur de Christo:* Dedi te in lucem Gentium, &c.

3 Et glo. do. *Id est filius, qui est gloria Dei patris, sicut & eius sapientia. Gloria enim à claritate dicitur quasi quædam claria. c. mutata in g. & sic appropriatur filio, sicut & cetera ad notitiam pertinentia.*

Christus gloria patris.

4 Super te orta est, *Natura humana assumpta.*

5 Quia ecce tene. ope. &c. *Vbique enim extra ecclesiam sunt tenebræ erroris & ignorantiæ.*

6 Et glo. eius in te videbi. *Per operationem miraculorum gloriam diuinæ virtutis demonstrantium.*

7 Et ambu. Gen. in lumine, &c. *Id est, in lumine fidei Christianæ, quod apparet impletum in diuersis partibus orbis in filiis ecclesiæ.*

8 Leua in cir. ocu. tuos. *Ad omnem scilicet differentiam orbis respectu Ierusalem, vbi primo prædicatum est Euangelium, & inde alibi per Christi discipulos deriuatum.*

Filij

a *Filij tui.* HIERO. Quos in fide genuisti: Vnde Paulus, *Per Euangelium ego vos genui.* Primi fideles de Iudæis quando spiritus sanctus datus est, *erant in Ierusalem viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est,* vel Gentes ex omnibus partibus mundi.

1. Cor. 4. d. Act. 2. a.

b *De longe venient.* Quia longè erant à Deo per idololatriam: vnde, *Vos qui eratis longè facti estis propè.*

Ephes. 2. c.

c *De latere.* HIERONYM. lib. 16. Quidam codices habent: *De late. surg.* Perforato enim in cruce domini latere, effluxit sanguis redemptionis, & aqua baptismi, de quibus facta est ecclesia, sicut ex costa lateris Adæ mater omnium Eua. Vnum horum sine altero nō prodest. Nisi enim Christi passionē & resurrectionem pro nostra redemptione credamus, quamuis baptizemur, non saluabimur. Nec si hæc credamus, nisi baptizemur. Sed hoc neque in Hebræo, neque in LXX. inuenitur, neque Hieronymi sensus ad hoc inclinatur.

Ioan. 19. f. Gene. 2. d. Passionis ac resurrectionis baptismique credendorum æqualis necessitas.

d *Camelorū.* IBID. Camelus animal est gibbosum & oneriferū. Hi sunt diuites onus diuitiarum & peccatorum gibbū portātes.

Diuites camelis comparantur.

† PROCOPIVS. Diuites & opulentos in ecclesia significauit. Nam & Saluator ipse, eum, qui diues sit, camelo comparauit; cum facilius esse camelum per foramen acus transire dixit, quam diuitem in regnum cælorum ingredi.

Matth. 19.

e *Dromedarij.* Dromedarius vel Dromas, vtrumque enim dicitur: est enim animal camelo minus, sed velocius, in quo figurantur Gentes velociter ad fidem currentes.

Dromas vel dromedarius.

f *Madian & Effa.* Regiones trans Arabiam camelis & dromedariis abundantes, per quas designātur omnes partes mundi de quibus veniunt ad fidem Gentes. Madian, iniquitas, Effa, resolutus, vel effundens; Saba conuersatio vel captiuitas: Diuites ergo & potentes huius sæculi & Gentes velociter ad fidem venientes, resolutis vinculis iniquitatis, animas suas domino effuderunt, & reuertentes de captiuitate diaboli, & vanæ conuersationis, munus fidei, quæ per aurum; & orationis mundæ, quæ per thus figuratur, domino obtulerunt.

Madian, Effa, Saba.

a Ad fidem. b Fideles in fide fortiores.

venērunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. [5] Tunc videbis, &

a Paruuli in Christo, quibus dicit Apostolus: Lac de. vo. po. non escam. Et Petrus: Quasi modo geniti infantes. Alias lac sugent. b Cum eleuabis oculos. c Multitudinem fidelium.

a Filiis, quasi fluuius aquis subitis. b Multitudinem. c Præ gaudio. Vt suscipias hospitem Christum. Secundum illud: Cor meum dilatatum est, dilatamini & vos.

afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. [6] Inundatio camelorum, operiet te, dromedarij Madian & Effā. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem domino annuntiantes. [7] Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi. Offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo. [8] Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? [9] Me enim expectant insulæ, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè. Argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini domini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te.

a Per fidem. b Omnes nationes mundi. a Reges, principes. b Socianda fide. c Abundantia diuitum ad fidem venientium. a Muneribus suis exornabit. b Quia. Gentes. c Iniquitas. a Resolutus vel effundens. b Captiuitas, vel conuersatio. Alias Epha. c Ad fidem. d Fidem, charitatem, & sapientiam. a Sacrificium. Orationem. Vnde: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. b Opera filij. Filium in quo laudatur pater. c Alias, quasi non contenti sua salute. Afferte domino fi. d. afferte domino, &c. a Arietes, sicut à Paulo Titus, & alij, à Petro Marcus. b Fide, super qua omnia bona offeruntur. c Ecclesiam. In talibus. a Gentes. a A mundi turbinibus remoti. b Ad me de toto orbe, alis spiritus sancti. c Simplices. d Introitus fidei, per quam intrare cupiunt in ecclesiam. Vnde: Ipse erit expectatio Gentium. a Diuersæ Gentes. b Ecclesiæ. a Mundi. Fidei. b Gentes. a O primitiua ecclesia. b Ab idololatria. c Eloquentiam. Confessio fidei. d Sapientia. a Venient, scilicet, vt glorificetur super illos. a Per illos. b Præter cetera bona.

g *Omne pecus Cedar congregabitur.* HIER. Simplices qui ante erant tenebræ & mœror, Vnde, *Fuistis aliquando tenebræ nunc autem lux in domino.* Interpretatur enim Cedar tenebræ vel mœror. Cedar filius Ismaelis à quo regio nomen accepit, vbi habitabant Saraceni de illius stirpe progeniti.

Ephes. 5. b. Gene. 25. b. Cedar.

h *Arietes.* IBID. Prædicatores, gregis duces, filij prophetarum qui ea quæ prophetæ prædixerunt de Christo impleta docuerunt.

i *Nabaioth,* Filius Ismaelis, & interpretatur prophetia.

k *Ministrabunt tibi.* Sancti episcopi, presbyteri ministri ecclesiæ, corpus & sanguinem Christi fidelibus administrando.

l *Qui sunt.* Admiratur propheta Getes tam citò ad fidem currentes, vel primitiua ecclesia.

m *Vt nubes volant.* GREGORIVS. Vt nubes volant, pluunt verbis, coruscant miraculis; ad cælum volant contemplatione mentis; Imbrium guttæ de nubibus fluunt, quia profundæ prædicationis sequentium intelligentiæ, originem à sanctis Apostolis receperunt. Vnde: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.*

Psal. 17. b.

† AMBROSIVS lib. de fuga sæculi. cap. vlt. Mortis Christi similitudini consepulti, imaginem vitæ eius assumpsimus, alas gratiæ spiritualis accepimus: sic igitur volate, vt dicatur de vobis, qui sunt isti qui vt nubes volant? sicut columbæ cum pullis suis, vt nebulæ vestræ rorent iustitiam, & columbæ pariant simplicitatem.

n *Ad fenestras.* Ad fenestras suas stant sancti custodientes quinque sensus corporis, ne per eos tamquam per fenestras intret mors in animas. Vnde: *Estote prudentes sicut serpentes, & sim. sicut col.*

Custodia sensuum exteriorū. Matth. 10. b.

o *Argentum eorum.* Hoc est: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*

Rom. 10. b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere, *Id est, de propè.*
2 Surgent, *Quasi dicat, vtriusque sexus personæ nascentur, filij & filiæ ecclesiæ, tam de longinquis partibus, quam de propinquis.*
3 Tunc vi. *Multitudinem credentium,*
4 Et aflues, *Consolationibus diuinis:*
5 Et mirabitur. *Ex tam veloci multiplicatione, quia à tempore apostolorum deriuata est fides ad omnes terræ habitabilis partes, sicut declaratum fuit super illud Psal. 18. a.* In omnem terram exiuit sonus eorum.
6 Et dila. cor tuum. *Præ gaudio.*
7 Quando conuersa fu. a. t. multit. maris, &c. *Id est, habitantium in insulis, sicut patet de Sicilia, Anglia & aliis insulis maris.*
8 Forti. gen. *Id est, imperium Romanorum, quod toti mundo dominabatur.*
9 Venerit ti. *Quod impletum fuit tempore Constantini.*
10 Inunda. came. ope. te. &c. *Constantinus enim imperator, & multi alij potentes exemplo sui animati, diuitias suas multas per orbem miserunt super talia animalia, ad sustentationem ministrorum ecclesiæ & pauperum Christianorum & ædificationes ecclesiarum.*
11 Madian & Effa. *Hoc dicitur, quia in terris illis specialiter nascuntur talia animalia fortia.*
12 Omnes de Saba veni. *Hoc dicunt expositores nostri communiter impletum in illis regibus, qui venerunt ad adorandum Christum natum: & ideo subditur,* Omnes, &c. *Quia populi subiecti in illis regibus virtualiter continebantur.*

Ecclesiæ mira dilatatio. Pia opera principum Christianorum.

13 Omne pe. *Nabaioth & Cedar descenderūt de Abraham per Ismaelem, Gene. 25. Et isti habitabant in tabernaculis nutrientes pecora: Ideo ex tali occupatione designatur hic cùm dicitur,* Omne pecus Cedar, *Quantum ad minores illius populi,*
14 Congregabitur tibi, *In ouile domini. Loquitur enim hic propheta metaphoricè, sicut etiam in multis aliis locis.*
15 Arietes Nabaioth, *Id est, maiores illius populi.*
16 Ministrabunt tibi, *Sicut deuoti filij. De istis enim Gentibus plures crediderunt ad Apostolorum prædicationem, aliorumq; discipulorum, licet postea gens illa fuerit infecta perfidia Mahumeti; per istos autem intelliguntur alij Gentiles ad fidem venientes, sed isti specialiter exprimuntur, quia descenderunt de Abraham patre fidei nostræ.*
17 Offerentur super placabili altari meo, *Id est, ipsi Christo, qui est altare & hostia.*
18 Et domum maiestatis meæ, *Id est, ecclesiam militantem.*
19 Glorificabo, *Miraculis doctrinam ecclesiæ confirmantibus.*
20 Qui sunt isti qui vt nubes volant? *Id est, apostoli aliiq; prædicatores per orbem velociter discurrentes ad modum nubium & columbarum, quasi diceret, sunt valde mirabiles.*
21 Me enim insulæ expectant: *Id est, habitatores insularum ad recipiendum fidem, vnde & Paulus in multis insulis fidem publicauit, vt habetur in Actibus apostolorum.*
22 Et naues. *Per hoc designatur promptitudo eorum ad credendum.*
23 Argentum eorum, & aurum. *Quia venientes ad fidem offerebant Deo se & sua, vt habetur Act. 4.*

Arabes & gentes illis conterminę in fidem Christi concedentes. Insulares similiter.

a Filij peregrinorū. Ex HIER. li. 17.
A Principes Gentium qui per orbē ecclesias ædificauerūt, sicut Cōstantinus qui Romæ 12. ecclesias in honorem 12. Apostolorū fecit, & alij multi qui multas extruxerunt ecclesias, & necessaria præbuerunt.

De principibus qui Ecclesias extruxerunt.

ALLEGORICE. Filios peregrinorum & reges eorum, dicit martyres & doctores Gentium, quorum fide & virtutibus sancta fundatur ecclesia.

† PROCOPIVS. Hoc etiam nunc contigisse videas. Præsunt enim ecclesiis Ethnici, suaque B eas doctrina & præceptis obtegunt, ne detur verbo alieno & dissentaneo insidiarum locus. *Et reges eorum astabunt tibi*. Nam & hodie quoque Romanorum copiarum duces, regumque timor insidias ab ecclesiis propellunt, vel certè obedituros significauit. Parent enim sacrosanctis oraculis, & quod concionatur ecclesia omni ratione venerantur & seruant. Reperias etiam secundum historiam quo tempore, Cyri Dariiq; mandato instaurata est Ierusalem, contigisse: Alexandrum deinde vbi sacrum amictum esset intuitus, iram statim, qua C fuerat accensus, in adorationem commutasse.

* Sup. 35. a.

Quo studio gentes conuersę ornarint Ecclesiam.

b *In indignatione*. † IDEM. Etiam bonitate impulsus vltionem inducit Deus, vt ex pœnarum modo, quibus peccantes vlciscitur, quanta percepturi sunt, qui rectè fecerint, intelligatur. Si enim minimè iratus, vtilitatis nostræ gratia accedit ad pœnam, propter quod etiam iratus dicitur: Quātò magis idē, qui fons est bonitatis, cum iusta operabimur nostri miserebitur.

Deus sanat dum punit.

c *Gloria Libani*. Ex HIER. Libanus mons est confinis terræ promissionis: ex quo ministrauit Hiram rex Tyri Dauid ad palatium, Salomoni

a ¶ Hæc ad litteram & spiritualiter. b ¶ Gentium. ¶ Constantinus & alij qui per orbem ecclesias ædificauerunt. c ¶ Ne hostis possit intrare.

a [10] Et ædificābunt filij peregrinorū muros tuos, [1]

a ¶ Spirituales & sæculares. ¶ In Iudæis.

b & rēges eorum ministrabunt tibi. In indigna- [2] [3]

a ¶ Tribulatione præsenti, vt corrigerem per tyrannos, per captiuitates plurimas. b ¶ In Gentibus. [4]

tione enim mea pērcussi te, & in reconci- [5] [6]

a ¶ Parati suscipere alios.

liatione mea misertus sum tui. [11] Et aperiēntur [7] [8]

a ¶ Ministri ecclesiæ qui alios introducunt. b ¶ Prosperitate & aduer. ¶ In gaudio & tribulatione.

pōrtæ tuæ iugiter diē ac nocte, non claudētur,

a ¶ Principes vel martyres fide fortes. b ¶ Vt Constantinus, vel sancti qui se & alios regunt, & in viam iustitiæ dirigunt.

vt afferatur ad te fortitūdo Gentium, & rēges earum adducāntur. [9]

a ¶ Ad fidem quasi captiui. b ¶ Iudæorum, vel quælibet. c ¶ Reghantes.

ges earum adducāntur. [12] Gēns enim & rēgnū [10]

a ¶ Fide & opere. b ¶ Q ecclesia. c ¶ Quasi non sit. ¶ In die iudicij. d ¶ Gentiles.

quod non seruiērit tibi, pēribit: & Gēntes so-

a ¶ Derelictæ à Deo, quem noluerunt suscipere hospitem. b ¶ A diabolo vel igne gehennæ. c ¶ Potentia mundi.

c litūdine vastābuntur. * [13] Glōria Libani ad te [11]

a ¶ Fide. b ¶ Fide virentes.

d vēniet, abies & būxus & pinus simul ad or-

a ¶ Sapientia, doctrina, & virtutibus. b ¶ Ecclesiam, scilicet, quam fundauerunt Apostoli.

nāndum lōcum sanctificationis meæ, &

a ¶ Multitudine credentium.

e locum pedum meorum glōrificabo. [14] Et [12]

a ¶ Passibus fidei. b ¶ Humiles, vel qui in necessitate Christiani sunt ne principes offendant. c ¶ Tam Iudæi, quam Gentes. d ¶ Persecutorum.

vēnient ad te cūrui filij eōrum qui humi- [13] [14]

a ¶ Sanctos affligendo. b ¶ Venerabuntur. c ¶ Signa & opera Apostolorum.

liauērunt te, & adorābunt vēstigia pedum

a ¶ Prius sicut Paulus.

tuorum omnes qui detrāhebant tibi, & vo- [15]

a ¶ Vete. ¶ Cum hæc impleta fuerint. b ¶ Non potest abscondi ciuitas super mon. po. c ¶ Speculatricem scilicet æternæ vitæ.

f cābunt te ciuitātem domini Siōn sancti Israel.

a ¶ A Deo. b ¶ Ab infidelibus, Iudæis, & Gentibus.

g [15] Pro eo quod fuisti dērelicta, & ōdio habita, & [16]

h a ¶ Fractis ramis infructuosis. b ¶ Pro fractis ramis aliis insertis. [17]

i non erat qui per te trānsiret, ponām te in su- [18] [19]

moni ad templum ligna pulchra D & imputribilia. Cuius gloria, altitudo arborum, & diuersitas, & bestiarum copia. Libanus ergo mundus, eius gloria mundi sublimitas, reges scilicet & principes qui ad ecclesiam venerunt.

2. Reg. 5. b.

Libanus.

† PROCOPIVS. Eos intelligit, qui de gentibus sæculari doctrina instructi, orationis industria ecclesiam exornant, Deique locum & pedum eius glorificant, id est, ecclesiam ipsam.

d *Abies*. HIER. li. 7. Superbi scilicet diuites; Philosophi. Diuitias enim, & scientiā sequitur superbia. Cyprianus & Hilarius ex- E celsæ in sęculo arbores, ecclesiā Dei ędificauerunt. Arborum diuersitas, diuersos in ecclesia ordines significat, Ex quibus omnibus constructa est ecclesia miro decore distincta.

Diuitias & scientiam sequitur superbia.

Cyprianus & Hilarius.

e *Locum pedum*. IBID. Ecclesiam, in qua apostoli, qui domini pedes eum scilicet prædicatione circumferentes. Vnde, *Inhabitabo in illis, & inambulabo*. Et alibi: *Beati pedes pacem*, id est, Christum *portantes*, vel prædicatores dicuntur pedes qui totum corpus scilicet, ecclesiam sustinent institutis, miraculis, & exemplis.

1. Cor. 6. d. Isa. 52. b. Nahū. 1. d.

f *Ciuitatem do*. IBID. Ciuitas enim F à communione dicitur. Ecclesia autē omnibus vna, & omnia habet communia: *Vnus Dominus, vna fides, & vnum baptisma*. Vnde: *Multitud. creden. e. c. v. & a*.

Eph. 4. b. Act. 4. f.

g *Derelicta*. IBID. Cum venit Christus non erat in Iudæis vel Gentibus propheta neque apostolus, qui solicite circumiret & auxilium præberet.

h *Odio habita*. Iudæis, quia fidem Christi prædicabat, legis obseruantias destruebat, Gentibus quia vnum Deum asserebat, idola nihil esse astruebat.

Cur Euangelium odo rant Iudæi & infideles?

i *Non erat qui per te tran*. Transiret & benediceret tibi. Vnde: Et non

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ædificabunt. *Hic consequenter describitur prosperitas ecclesiæ militantis in ecclesiarum constructione, cum dicitur*, Et ædificabunt filij peregrinorum, *Id est, venientes ad fidem nati de Gentilibus, qui fuerant peregrini à lege & cultu Dei,*

2 Muros tuos, *Id est, ecclesias materiales ad Dei cultum. Et hoc patet impletum à tempore Constantini, vt dictum est suprà.*

3 Reges eorum ministrabunt tibi, *Expensas ministrando, vt dictum est. Potest etiam hoc referri ad readificationem Ierusalem per Titum destructam, quam postea quasi per quinquaginta annos vel circiter Adrianus imperator readificauit, sic quod loca sancta passionis Christi & sepultura fuerunt inclusa intra ciuitatem per dilationem muri ex illa parte qua prius extra fuerant, vt patet Ioan. 19. Iste autem Adrianus erat Gentilis, & ciuitatem adificauit per Gentiles artifices. Et sic potest exponi quod dicitur*, Et ædificabunt fi. pere. mu. tu. *Id est, Ierusalem*. & reges eo. ministra. tibi. *Scilicet expensas, quia reges terra reddebant tributum imperatori qui eam adificauit.*

Ierusalem per Adrianū imperatorē quo loco readificata?

4 In indignatione enim mea, *Contra perfidos Iudæos in te habitantes.*

5 Percussi te, *Per Titum:*

6 Et in reconciliatione mea, *Erga Christianos fideles,*

7 Misertus sum tui, *Readificando te per Adrianum, qui ciuitatem Christianis concessit ad habitandum, & Iudæis habitationem prohibuit. Referendo autem hanc litteram ad ecclesiæ ædificationem, vt prius sic exponenda est hac littera*: In indignatione enim mea, *Quia primitiua ecclesia fuit multum afflicta, primò à Iudæis, posteà à tyrannis, & hoc secundum iudicium humanum, videbatur procedere ex indignatione Dei, licet hoc esset ex paterna castigatione & probatione: scriptura autem frequenter loquitur secundum modum humanum; & secundum hoc dicitur hic*, In indigna. enim mea, &c. Et in reconciliatione mea misertus sum tui. *Dans tibi pacem ampliationem, & honorem tempore Constantini. Ideo subditur,*

Persecutiones quas sustinuit primitiua Ecclesia.

8 Et aperien. portæ tuæ iugiter, *Quia ecclesias prius clausas præcepit aperiri, & per imperium suum nouas adificari. Potest etiam hoc exponi de apertione spirituali, quia ecclesia semper est aperta ad recipiendum pœnitentes: Et quia à tempore Constantini cœperunt homines sine timore confugere ad ecclesiam Christi. Ideo subditur,*

9 Vt afferatur ad te fortitudo Gentium, &c. *Quia exemplo Constantini multi potentes & reges venerunt ad fidem Christi.*

10 Gens enim & regnum. *Quia nullus potest fieri saluus, nisi efficiatur Christi & ecclesiæ seruus.*

11 Gloria Libani ad te venit. *Quia ad adificationem ecclesiarum adducebantur ligna electa & pretiosa per deuotionem imperatoris, regum, & potentum, ad hoc sumptus prabentium. Possunt etiam per istas arbores intelligi persona notabiles ad ortum ecclesiæ per fidem venientes.*

12 Et locum ped. meo. *Id est, ecclesiam militantem, in qua habitat specialiter per gratiam. Dicitur tamen locus pedum Dei modo loquendi, quo dicitur infr. 66.* Cælum mihi sedes est & terra scabellum pe. meo.

13 Et venient. *Hic consequenter ponitur prosperitas ecclesiæ militantis, quantum ad consecutionem honoris, cùm dicitur*, Et venient ad te curui, *Facientes reuerentiam tibi,*

14 Filij eorum qui humilia. te, *Id est, regum & tyrannorum, qui persecuti fuerunt ecclesiam, vt videmus impletum per orbem in fidelibus qui ex eis descenderunt.*

15 Qui detrahebant tibi, *Quia christianos vocabant magos, & maleficos, vt patet in legendis multorum martyrum.*

16 Pro eo quòd fuisti derelicta. *Id est, permissa ab eis affligi.*

17 Et odio habita, *Principibus mundi:*

18 Et non erat, *Ad te temporaliter consolandum.*

19 Ponam te, *Id est, in gloriam & honorem, ita quòd superbia non sonat hic in vitium, sed in honoris excessum.*

Superbia ponitur aliquando pro insigni honore.

8 Et

Et

☞ *non dixerunt qui prætereibant: benedi. domini super vos.* Prætereuntes enim de more operariis benedicebant: Vnde Booz dicit messoribus suis, *Dominus vobiscum.* Insuper superbia aliquando mala, aliquando bona, Vnde, *Opes superbæ & iustitiæ.*

Psal.128.a. Ruth.2.a. Prou.8.b.

a *Pro lignis æs.* HIER. lib. 17. Per ligna & lapides, duri & stulti, & insensati, idola colentes: qui credētes, in aliquem vsum ecclesiæ conuersi sunt, quod significatur per æs & ferrū. Et rursum, per aurum & argentum, dum ad perfectum sensum fidei & confessionem veram accedunt. Vel, per ferrum & æs habemus, qui alicuius vtilitatis sunt in Gentibus, secundum quam diuersas gratias fideles accipiunt; vt alij sonent in prædicatione sicut æs, alij efficiantur doctrina & sapientia insignes, quod per aurum & argentum significatur: vnde, *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis*; Alij fortes fide, vt Cyprianus, & alij martyres, sicut ferrum.

Qui designentur per aurum & æs? Prou.21.c.

† PROCOPIVS. Significatur omnia per Christum in tāto meliora commutatum iri, quantum est ære ferrum præstantius. Habere enim æs auri quidem speciem, nec aurum tamen esse. Habere & ferrum argenti speciē, propter splendorem,

(a Altitudinem. b Scilicet vt semper gaudeas. c Gentium. d Iudæorum.)
perbiam sæculorum, gaudium in generationem & generationem. Et [16] suges lac Gentium, & mammilla regum lactaberis. Et scies quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. [17] Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. Et ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam. [18] Non audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis: & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. * [19] Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. [20] Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur: quia dominus erit in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. [21] Populus autem tuus omnes iusti in perpetuum hereditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. [22] Minimus erit in mille, & paruulus in Gentem fortissimam. Ego dominus in tempore eius subito faciam illud.

(Interlinear glosses: a In paruulis. b Simplicem doctrinam doctorum de Gentibus venientium. c Doctrina apostolorum, de quibus: Constitues eos principes, &c. — Tunc. Pater. a In sanguine filij. A morte æterna. b Pretio sanguinis. — a Fortitudinem præbens luctatoribus contra vitia, ne deficiant in lucta. — Brutis. a Insensibilibus. b Vt aliquam vtilitatem præbeant ciuitati. — a Visitatorem, sicut in epistola Pauli: Dedit eis operationem iniquitatis, id est operatorem. b Christum, vel apostolos qui pacem prædicant. — a Sub his præpositis. Ex quo ad beatitudinem perueneris. b Viuentium: vnde. Credo vide. bo. domini, &c. — a Non erit, vnde, Qui posuit fines tuos pacem. b Replebit. c Alias saluator, quod in Hebræo. — a Prædicatores, qui etiam portæ. b Vt qui ingrediuntur portas discant laudare, & confiteri nomini tuo domine. c In beatitudine æterna. — a Hic visibilis, quia fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. b Quam modo cernimus. — Visio deitatis. — a Sicut pseudoprophetis, sol occidit misericordiæ: Timentibus dominum semper oritur sol iustitiæ. b Quia mortuus est semel. Christus. c Ecclesia, quæ modo videtur crescere, modo minui. — a Tibi. — a Per diem sol non vret te, neque lu. &c. In constructione ecclesiæ, vnde: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Finientur. Absterget Deus om. la. ab ocu. eorum. b Plorat modo ecclesia & sua & aliorum peccata, vel quod differtur à gloria. c Finito luctu. — a Angeli electi. b Non ad horam. c Viuentium, cum impij ibunt in ignem æternum. d Erunt. Iusti autem semper videntes creatorem, peccare non poterunt. — a Non quæ eradicabitur, De qua, Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur. — a Tunc, vt Paulus. Humilis, vnde, Qui voluerit maior esse fit vester mi. Et alibi: Euge serue bo. & fidelis, &c. b Vt Chiliarchus. c In oculis suis. d Hæc in fine mundi plenius complebuntur. Super eos quos docuit verbo & exemplo. — a Cum omnia fuerint desperata. b Dies domini sicut fur in nocte veniet. c Minimum in mille, &c.)

dorem, nec esse tamen argentum.

b *Visitationem tuam.* HIER. lib. 17. Christū, vel apostolos pacificos, & præpositos iustos, vt rectè doceant & iudicent.

c *Non erit.* IBID. Hoc de die iudicij. Hoc capitulo cogimur quæcumque dicta sunt vel dicenda, ad vltimum tempus referre, quoniam cæli terræque, solis atque lunæ nobis cessabit officium, & erit ipse dominus lumen in perpetuum.

Dies nouissimi.

ISIDORVS. in libr. creaturarum. Post iudicium sol laboris sui mercedem recipiet: vnde propheta, *Lucebit septempliciter, & non veniet ad occasum,* nec sol nec luna, sed in ordine quo creati sunt stabunt: ne impij in tormentis positi sub terra fruantur luce eorum, vnde, Abac. *Sol & luna steterunt in habitaculo suo.*

* Apo.21.g. Isa.30.f. Abac.3.c. Iere.2.d.

d *Germen.* HIER. Angeli, omnes electi, qui fidem quam habent operibus implent. Ipsi germen plantationis domini & opus manuū eius: quia ab ipso creati, & in ecclesia per fidem plantati ad glorificandum creatorem suum. vnde per Ierem. *Quos ego creaui in laudem & glo. &c.*

Isa.43.b. Ierem.13.b.

e *In tempore.* aduentus Christi. Vel in tēpore opportuno, vel præfinito, Cum miserit filius hominis angelos, & colligent de regno eius omnia scandala.

Matth.13.f.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et suges lac Gentium, &c. *Id est ab eis accipies nutrimentum sicut videmus impletum in dotatione ecclesiæ de bonis principum.*

2 Et scies quia, &c. *per experientiam boni, quod faciam tibi.*

3 Pro ære. *In primitiua enim ecclesia calices, & alia ecclesiæ vasa fuerunt de materia parum pretiosa, vt de stanno, cupro & ferro & huiusmodi: quæ postea facta sunt de auro, & argento, & lapidibus pretiosis.*

Vasa sacra pretiosiora modo quā in primitiua Ecclesia.

4 Et ponam, &c. *q. d. sicut visitaui te castigando, & probando in persecutionibus: ita visitabo te dando tibi pacem, & quietem.*

5 Et præpositos tuos, *id est, episcopos & alios prælatos,*

6 Iustitiam, *scilicet, effectiuè quantum ad omnes: quia officium eorum est docere iustitiam, quæ est per Christi fidem; & etiam formaliter quantum ad bonos: intantum enim fuerunt iusti, quòd vsque ad tempora satis nobis propinqua omnes ferè episcopi faciebant miracula, & adhuc multi sunt boni.*

Episcoporū sanctitas.

7 Non audietur. *Hic consequenter ponitur prosperitatis magnitudo & salutis, quantum ad statum ecclesiæ triumphantis, quæ aperta est fidelibus à tempore passionis: & quantum ad hoc dicitur.* Non audietur vltrà iniquitas, &c. *in cælesti patria, vbi iniquitas non habet locum Apoc.21.g.* Non intrabit in ea aliquid coinquinatum, &c.

8 Vastitas & contritio, *quia sicut non habet ibi locum culpa: sic nec pœna, sed omnimoda securitas & exultatio iucunda; ideo subditur,* Et occupabit salus.

9 Non erit tibi amplius. *Et hoc est quod dicitur, Apoc.21.g.* Ciuitas non eget sole neque luna, vt luceant in ea: sed claritas Dei illuminabit eam. *Et quia hæc illuminatio est æterna, ideo subditur,* Non occidet vltrà sol tuus, & luna tua, &c.

10 Et complebuntur dies. *secundum quod dicitur Apoc. 7. & 21.* Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Beatitudo patriæ cælestis.

11 Populus autem tuus omnes iusti, *Iustitia consummata, quia beati non possunt vltra peccare: ideo subditur,*

12 In perpetuum hereditabunt terram, *scilicet, viuentium, quæ non amittitur nisi per peccatum.*

13 Germen plantationis meæ. *Illud refertur ad hoc quod præmittitur,* Populus autem tuus, *qui est germen plantationis diuinæ: primò in terra morientium, per gratiam à Deo datam, sed postea transplantabitur in terra viuentium, per gloriam; ideo sequitur,*

14 Opus manus meæ, *id est, ad gloriam consequendum.*

15 Minimus erit in mille, *Ideo dicit Saluator Matt. 11. b.* Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.

16 Ego dominus, *Ideo possum hoc facere.*

17 In tempore, *id est, in tempore debito, & à me disposito.*

☞ CAP.

ADDITIO.

In cap. 60. vbi dicitur in Postil. Qui sunt isti qui vt nubes volant.

Circa hoc quod dicitur hic, Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? *Notandum est, quod discursus apostolorum assimilatur nubibus, eò quòd totum orbem discurrerunt, sicut nubes totum orbem discurrunt, quasi non tendentes ad vnum certum locum, iuxta illud Psalm.* In omnem terram, &c. *& de hoc dicit:* Qui sunt isti qui vt nubes volant? *Assimilantur etiā columbis, eò quod in suo decursu tetenderunt ad certa loca, & determinata, in quibus locis spiritualiter, nidificant & fœcundant: & vbi corpora sua in pace requiescunt, sicut Petrus & Paulus Romæ, & Iacobus in Hispania, & sic de aliis; & de hoc dicit,* Et quasi columbæ ad fenestras suas, *quasi diceret: Licet assimilentur nubibus in discursu vniuersali, & quasi indeterminato, assimilantur tamē columbis in hoc quod in locū certum tēdunt.*

Cur nubibus & columbis assimilentur Apostoli?

CAPVT LXI.

A

a Spiritus domini. HIER. lib. 17. Christus secundum humanitatem, qui suprà dixerat, *Ego dominus, in tempore congregabo eos, &c.*

† IRENÆVS lib. 3. ca. 10. Verba Christi sunt secundum quod homo erat de radice Iesse, & filius Abrahæ, & secundum hoc requiescebat spiritus Dei super eum, & vngebatur ad euangelizandum hominibus.

b *Quod vnxerit me.* oleo lætitiæ, abundantia gratiæ. HIERONYMVS. Hæc vnctio in baptismate completa est, quia spiritus domini in specie columbæ descendit, & mansit in illo: vnde post baptismum in Luca inuenitur scriptum, *Spiritus domini super me, eo quod vn. &c.*

Luc. 4. c. De sacra vn. c. vnico. Vbi late de varia personarum & rerum vnctione in vet. & nouo Testamen.

B

† ATHANAS. Epist. ad Serap. Spiritussanctus vnctio est, & signaculum, in quo verbũ Deus vngit, & sanat omnia: verbi enim proprium est spiritussanctus. Vnctio vngentis habet suauitatem & spiritum, & ideò Christi dicũtur esse participes, Christi bonus odor sumus: Signaculum verò, formã Christi signantis habet, & Christi participes fiunt qui signantur.

Vnctio spiritus sancti.

† EVSEBIVS lib. 9. de demonstr. cap. 10. Seruator & dominus noster hac prophetia multò excellentiùs, quam veteres patres, vnctus apparet: qui non corporaliter vnctus oleo, nec ab hominibus, vt ceteri; sed spiritusancto apparet vnctus, & vnctus à Deo patre, à quo habet esse deitatis.

C

Quomodo & à quo vnctus sit Christus.

† PROCOPIVS. Est porrò animaduertendum, dominum à Domino spiritusancto vnctũ esse, vt in trinitate deitatem agnoscas. Nec verò simili cum veteribus ratione, vnctione vnctus esse dicitur, alioqui nihil præter ceteros haberet eximium; de quo tamen Dauid, *Propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.*

Psalm. 44.

c *Ad annuntiandum.* LXX. Ad euangelizandum pauperibus.

† EVSEBIVS. Nos appellamur pauperes, quos secundum Deum mendicos Saluatoris alit sermo, doctrina intelligibili, viuifico animorum pastu, vt posteà nos sempiterna vita donet.

D

d *Captiuis indulgentiam, &c.* EVSEB. li. 8. de demonst. ca. 10. Non solum reddidisse visum cæcis dominum videmus, iuxta hanc prophetiam, sed cæcas hominum mentes illustrasse Dei cognitione, cum cæcis hominum animis cæleste lumen intulit, & reuinctis & captis ab inuisibilibus, & dæmoniacis potestatibus, & peccatorum vinculis obligatis, libertatem & remissionem peccatorum prædicauit, si prædicationi crederent.

Christus animi cæcitatem tollit.

E

e *Apertionem.* scilicet resolutionem: sic enim Symmachus apertius transtulit.

f *Annum placabilem domino.*

† PROCOPIVS. Incarnationis domini tempus innuit, quo cum in terris versaretur, lucem diei venientibus ad se præbebat. Huic enim tãquam soli iustitiæ, talis est annus debitus & commodus. Vel, futurum sæculum significat, quo tempore nõ sol, non luna tibi futura est, inquit, sed dominus lux ipsa sempiterna. Quo fit vt annus domini, tamquam ab ipso lucẽ habeat, & acceptabilis nominetur. Est enim Deo gratus & acceptus, quo laborum suorum mercedem quique accepturi sunt. Alij annum acceptum, ad crucis tempus referri voluerunt: Tum enim nos esse Deo factos acceptabiles, tum patri per ipsum oblatos.

Annus acceptabilis.

F

g *Diem vltionis.* HIER. lib. 17. damnationis, quæ per Romanos, secundum illud: *Venient dies in. & circum. te ini. &c.* Et, *cum videritis ab exercitu circumdari Ierusalem, &c.*

h *Coronam.* Cum scilicet viderint de Iudæis plurimos credidisse, & pro lugubri indumento stolam mundissimam accipere.

i *Pro cinere.* Pro luctu & dolore fructuum suorum, cum scilicet viderint Gentes ad fidem confluentes, habebunt oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris.

CAP. LXI.

a ¶ Quia maior, vnde, Requiescet super eum spiritus domini.

Spiritus domini super me, eò quòd vnxerit me. Ad annuntiandum mansuetis misit

a ¶ Gaudium vitæ æternæ. b ¶ Humilibus spiritu: vnde, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

me: vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam & clausis apertionem. Vt prædicarem annum placabilem domino, & diem vltionis Deo nostro. Vt consolarer omnes lugentes, vt ponerem consolationem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Et vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio domini ad glorificandum. Et ædificabunt deserta à sæculo, & ruinas antiquas erigent,

a ¶ Remissione peccatorum. b ¶ Compunctione. ¶ Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. c ¶ Dicens, pœnitentiam agite.

a ¶ Sub diabolo & erroribus variis. b ¶ In carcere infidelitatis & ignorantiæ.

a ¶ Totum tempus quo in carne conuersatus est: vnde Paulus de primo aduentu, Ecce nunc tempus accep. ¶ Tempus gratiæ: vnde, Ecce tempus accepta. b ¶ Fidem & salutem hominum.

a ¶ Pater enim est Christi Deus, secundum humanitatem.

a ¶ Peccata sua, & aliorum: vnde, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

a ¶ Apostolis: vnde: Tristitia est magna & continuus dolor pro fratribus meis; &, optabam anathema esse pro fratribus meis. b ¶ Remunerationem æternam.

a ¶ Habitu luctuoso. b ¶ Vestimentum iucunditatis pro lugubri.

a ¶ Tunc. b ¶ Illo tempore.

a ¶ Ecclesia. b ¶ Apostoli & alij. c ¶ Ad iustitiam faciendam. d ¶ Sed. ¶ Plantati in domo domini ab ipso. ¶ Deum. a ¶ Apostoli plantati verbo, exemplo. b ¶ A Deo corda Gentium & Iudæorum.

a ¶ Iudæorum infidelitatem.

† Ev- ☞ Vini-

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT LXI.

Spiritus domini, *Hic consequenter ponitur magnitudo salutis ex parte causæ efficientis, quæ Christus est, in auctore vero salutis requiritur clementia, & potentia, primum ponitur cap. præsenti, secundum in sequenti,* Propter Sion, &c. *Prima in duas, quia primo ostenditur in Christo pietatis dulcedo; secundo ex hoc oriens ecclesiæ gratitudo, ibi,* Gaudens. *Prima in duas, quia primo ostenditur in Christo dulcedo pietatis ex multiplici afflictorum consolatione; secundò ex fidelium multiplicatione, ibi,* Et vocabuntur. *Circa primum sciendum, quod aliqui expositores catholici volunt hoc exponere ad litteram in persona Isaiæ dicentis,* Spiritus domini sup. me, eò quòd vnxer. *scilicet, spiritu prophetiæ,* Ad annuntiandum, &c. *scilicet liberationem populi à captiuitate Babylonica; & ad hoc adaptant consequenter litteram prout possunt. Sed hoc non potest stare, vt videtur, ex eo quod Saluator Luc. 4. expresse dicit hanc prophetiam in eo fuisse completam. Igitur in persona Christi hominis dicitur hic,*

Diuisio.

Ex persona Christi hominis dicũtur quæ in hoc ca. sunt

1 Spiritus domini, *quia secundum humanitatem minor est patre.*

2 Eò quòd vnxerit me, *dominus plenitudine gratiæ, Ioan. 1. b.* Vidimus eum quasi vnigenitum à patre, plenum gratiæ & veritatis.

3 Ad annuntiandum mansuetis, *id est, apostolis, & aliis, doctrinam Christi in mansuetudine suscipientibus.*

4 Misit me, *quantum ad efficaciam, licet missus fuerit ad salutem omnium quantum ad sufficientiam.*

5 Vt mederer contritis, *quia verè pœnitentibus datur gratia sanans vulnera peccatorum.*

6 Prædicarem captiuis, *id est captiuitate peccati detentis,*

7 Indulgentiam, *per diuinam misericordiam:*

8 Et clausis, *id est, patribus in limbo detentis,*

9 Apertionem, *Illos enim inde eduxit Christus in sua resurrectione.*

10 Vt prædicarem annum. *Iste est annus dominicæ passionis, in quo Deus placatus est humano generi, soluta emenda pro populi peccato.*

11 Et diem vltionis, *Hic est dies iudicij extremi, denuntiatus à Christo Matth. 25.*

12 Vt consolarer omnes lugentes, *id est, lugentes statum præsentis miseriæ, & dilationem cælestis patriæ. Hoc fecit Christus Matth. 5. a. dicens:* Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

13 Lugentibus in Sion, *id est, in ecclesia militante, per Sion designata, extra quam luctus non est meritorius.*

14 Et darem eis coronam, *scilicet gloriæ.*

15 Pro cinere *i. abiectione, Matt. 5. a.* Beati pauperes, &c.

16 Oleum gaudij, *id est consolationem mentis,*

17 Pro luctu, *exteriori:*

18 Pallium laudis, *id est gaudium exterius.*

19 Pro spiritu mœroris, *id est, pro luctu exteriori.*

20 Et vocabũtur. *Hic consequenter ostenditur pietas Saluatoris ex fidelium multiplicatione: Vbi primo ponitur apostolorum aliorumque Christi discipulorum prædicatio & vocatio, per quos fecit Christus hanc multiplicationem, per hoc intelligitur conditio ministrorum ecclesiæ eis succedentium: cùm dicitur,* Et vocabuntur in ea, *id est in ecclesia militante.*

21 Fortes iustitiæ, *id est, apostoli & alij discipuli, eorumque successores, qui ad maiorem tenentur iustitiam, quam populus communis.*

22 Plantatio domini, *quia apostoli & discipuli fuerunt prima planta in horto militantis ecclesiæ.*

23 Ad glorificandum, *id est, gloriam Christi prædicandum, ideo subditur,*

24 Et ædificabunt, *id est, Gentiles reducent ad ædificium ecclesiæ militantis, qui fuerunt quasi à Deo derelicti ab antiquo, eò quòd non habuerunt legem nec prophetas.*

25 Et ruinas antiquas erigent, *id est, Gentiles erigent ad statum fidei,*

10 Vt

a *Vinitores.* HIER. lib. 17. Mali cultores vineæ, Scribæ, & Pharisæi, de quibus dicitur: *Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis.*

b *Vos autē.* IBID. Hoc ad prædicatores de Gentibus, qui filij peregrinorum; Vel ad apostolos, de quibus dicitur, *Reliquiæ saluæ fient:* vt qui maioris dignitatis, dicantur Sacerdotes domini, vt istud de filiis Dauid, qui erant sacerdotes in domo domini. (Rom. 9. f.)

c *Partem eorum.* domini. Vnde Psalm. *Dominus pars hereditatis meæ, &c.* Quod nemo veraciter dicit, qui aliam partem quærit. (Psal. 15. b.)

† AVGVST. Serm. 4. de sanctis Innocentibus. Habent sancti ante resurrectionem singulas stolas, quia in sola anima beati sunt, postea receptis corporibus accepturi sūt binas, quia anima & corpore immortales beati erunt. Vnde Isaias, *in terra sua duplicia possidebunt.* (Glorificatio animæ & corporis.)

[Interlinear: a Per eos qui ex eo populo crediderunt. b Diuersas ecclesias diuersarum Gentium, vel quinque sensus corporis. c A Deo. d Per diuersos errores. Iudæorum.]

Et instaurabunt ciuitates desertas dissipatas in generatio- [1]

[Interlinear: Gentium. a Recti fide & opere. b A Deo. c Gentes de quibus multi prædicatores. Repulsis prauis pastoribus. Pabulo verbi Dei.]

nem & generationem. [5] Et stabunt alieni, & pascent peco- [2] [3]

[Interlinear: a Simplices, mansuetos: vnde, Pasce oues meas, pasce agnos meos. Idem. b Cultores ecclesiæ. c Vineam custodientes & exultantes: Vinea domini Saba. do. If. est.]

a ra vestra, & filij peregrinorum agricolæ & vinitores vestri [4]

[Interlinear: a Quasi: Filij pere. ag. &c. Vos autem apostoli. b Magistri eorum. Quia.]

b erunt. [6] Vos autem Sacerdotes domini vocabimini, ministri [5]

[Interlinear: a Martyres omnia superantes. b O apostoli delectati, refecti victoria martyrum.]

Dei nostri dicetur vobis. Fortitudinem Gentium come- [6]

[Interlinear: a Exaltabimini. Quia. b O apostoli.]

detis, & in gloria eorum superbietis. [7] Pro confusione vestra [7] [8]

[Interlinear: a De infidelitate Iudæorum, & apostasia vel idololatria Gentium. b Iudæi & Gentes conuersi ad fidem.]

c duplici & rubore laudabunt partem eorum. Propter hoc [9] [10]

[Interlinear: a Viuentium, quæ sursum non deorsum: vnde ad Loth dicitur, In monte saluum te fac. b Animæ & corporis præmia.]

in terra sua duplicia possidebunt: lætitia sempiterna erit eis. [11] [12]

d [8] Quia ego dominus diligens iudiciū, & odio habēs rapinam [13] [14]

[Interlinear: a Fidelium.]

e in holocaustum. Et dabo opus eorum in veritate, & fœ- [15] [16]

[Interlinear: a Cælum & terra transi. ver. autem m. non.]

f dus perpetuum feriam eis. [9] Et scietur in Gentibus semen [17]

[Interlinear: a Idem. b Filij in fide.]

g eorum, et germen eorum in medio populorum. Omnes [18]

[Interlinear: a Apostolos, & eorum imitatores. b Statim. In fide, virtutibus, miraculis.]

qui viderint eos cognoscent illos, quia isti sunt semen cui

[Interlinear: a In persona ecclesiæ. b Non quia sim de genere Abrahæ & aliorum patrum.]

h benedixit dominus. [10] Gaudens gaudebo in domino: & [19]

[Interlinear: a Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. b Dominus.]

i exultabit anima mea in Deo meo. Quia induit me vesti- [20]

[Interlinear: a Sacerdotes tui induantur iustitiam. b Decorauit me, Christo subaudi.]

k mentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me. Quasi [21] [22]

tes bapt. eos, &c.

† PROCOPIVS. Semen, non corporeum, quo gloriantur Iudæi: sed ad ecclesiam relatum, quod est omnibus cognitum. Seminis enim appellatione, vel doctrinam, vel discipulos licet intelligere, qui semen à Deo benedictum existunt. Cuiusmodi sunt sancti monachorum cœtus, de quibus Paulus, *Qui Christi sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentiis.* (Sancti monachorum cœtus. Galat. 5.)

h *Gaudens, gaudebo,* in domino, non in mundo: vnde, *Gaudete in domino semper.* (Phil. 4. a.)

† RVPERTVS lib. 2. in Isa. cap. 26. Aduentus iste, vel præsentia Saluatoris, vnde, propheticus hic sermo est, osculū illud est, quod sponsa desiderans dicebat in canticis, *Osculetur me osculo oris sui.* Ecclesia quippe sponsa fidelis, nata in patriarchis, subarrata in Moyse & Prophetis, illud desiderabat voto cordis festinantissimi, vt veniret ipse dilectus, & assumendo carnem, oscularetur eam osculo oris sui. Hoc facto hilariter nunc delectata dicens, *Gaudens gaudeb. &c.* (Ecclesia sponsi aduentum desiderans. Cant. 1.)

d *Quia ego dominus.* q. d. hoc faciet dominus, qui magis diligit, iustitiam pauperum & iudicium verum quam munera diuitum quæ sæpe de rapina sunt, nec magis quàm scorti mercedem vel pretium carnis in sacrificium, vel si quis immolet filium domino, placent. (Odit Deus aliqua diuitum munera.)

e *In veritate.* Vt in veritate comedant agnum, vt faciant circumcisionem cordium, & quæ data sunt in figura, omnia in veritate faciant.

f *Fœdus perpetuum.* Euangelium æternum, non vt vetus testamentum, cui succedit Euangelium. (Fœdus perpetuum.)

g *Semen eorum.* Fideles, quibus apostoli semen verbi commiserunt quod à domino acceperunt: vnde, *Ite docentes omnes Gentes* (Matth. 28. d.)

i *Vestimentis salutis.* virtutibus, ipsi Christo: vnde, *Christum induistis, &c.* Christus enim est indumentum sanctis, & ipsi ei. (Gal. 3. d.)

k *Quasi sponsum.* Christus, ecclesiæ sponsus, sed tamen perfectos in ecclesia eodem nomine dignatur. De quibus, *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Imperfecti, sponsa, de quibus dicitur: *Tamquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam.* Ipse ergo sponsus Christus sponsos facit, & sponsas, tamen vna in capite & in membris est ecclesia. (1. Cor. 3. d. Ibidem 3. a. Ecclesia est vna.)

Et

NICOLAVS DE LIRA.

fidei, qui ab antiquo fuerunt ruinosi in peccato idololatriæ, & aliis multiplicibus peccatis.

1 Et instaurabunt ciuitates desertas & dissipatas, *per idololatriam, quæ per eos fuerunt instauratæ ad latriam.*

2 Et stabunt alieni, *id est, Gentiles ad fidem conuersi,*

3 Et pascent pecora, *ista deseruiunt ad victum & vestitum. Et per hoc designatur, quod prædicatores Euangelij possent accipere sumptus ab illis, quibus prædicarent, vt dicit Christus Luc. 10. Et Paulus apostolus 1. Cor. 9. b.* Dominus ordinauit his qui Euangelium annuntiant de Euangelio viuere. *Per hoc etiam intelligitur, quod ministri ecclesiæ habituri essent de iure decimas animalium & terrænascentium, sicut videmus impletum. Et quantum ad istam partem decimam laici dicuntur pascere eorum pecora, id est pro eis:* (Victus personarum Ecclesiasticarum.)

4 Et filij peregrinorum, *& sic alieni & peregrini dicuntur hic laici, qui non debent ad diuinum ministerium accedere.*

5 Vos autem Sacerdotes, *vos apostoli, & alij discipuli, & successores vestri, dato etiam quod sint ex Gentilitate vocati. A tempore enim apostolorum multi de Gentibus vocati ad fidem fuerunt ab eis instituti episcopi & sacerdotes, vt patet de sancto Clemente, Dionysio, Tito, Timothæo, & multis aliis.*

6 Fortitudinem Gentium. *quia ministri ecclesiæ de bonis laicorum sustentantur.*

7 Et in gloria eorum. *i. à gloriosis & potentibus laicorum eritis honorati, sicut videmus quod principes prælatos ecclesiæ honorant sicut patres.*

8 Pro confusione. *Istud refertur ad tempus primitiuæ ecclesiæ in quo qui populo prælatus præficiebatur, primus ad tormenta ducebatur, & duplex malitia ei imponebatur, scilicet sui & populi, quia eis imponebatur quod essent in se sacrilegi, & quod ab eis alij essent decepti: & sic grauius puniebantur.* (Frequentissima martyria prælatorum in primitiua Ecclesia.)

9 Laudabunt par. eorum, *id est, vestram, scilicet mercedem. Et est hic metaplasmus, vt exponunt aliqui. Sed quia iste modus loquendi videtur extraneus à communi modo loquendi scripturæ sacræ, maximè quia metaplasmus secundum doctores grammaticæ est transformatio syllabæ in syllabam, vel litteræ in litteram, vel accidentium eius causa metri, vel alia causa rationabili: sed quod fit mutatio dictionis in dictionem, vt dicitur hic, non inueni, ideo potest aliter dici,* Laudabunt partem eorum, *id est suam, quia opprobria & tormenta apostolis & aliis ecclesiæ prælatis illata cedebant ad bonum populi.* (Metaplasmus.)

10 Propter hoc in terra. *id est cælesti patria,*

11 Duplicia possidebunt. *id est, duplicem gloriam, animæ, scilicet, & corporis: ideò subditur,*

12 Lætitia sempiterna. *Potest etiam hæc duplicitas intelligi in præsenti, secundum quod dicitur 1. Tim. 5. c.* Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: *quia à populo debetur eis victus, & honor. Ex hac autem littera patet quod dictum est supra, scilicet quod præsens cap. intelligi non potest de prosperitate redeuntium de Babylone: quia prosperitas eorum non fuit dupla respectu temporis captiuitatem præcedentis sub regibus Israel & Iuda; immo multo minor, quia quasi continue fuerunt in afflictione & seruitute, vt dictum est supra frequenter: nec eorum lætitia fuit sempiterna, sed satis breuis.* (Præsens ca. intelligi nō potest de prosperitate redeuntium de Babylone.)

15 Quia ego dominus diligens iudicium, *& ideò sanctis patribus volo reddere duplex præmium:*

14 Et odio habens rapinam in holocaustum, *Non enim vult dominus quod sibi fiat oblatio de alieno.*

13 Et dabo opus eorum. *id est, apostolorum & eis succedentium,*

16 In veritate. *id est in prædicatione veritatis catholicæ.*

17 Et scietur in Gentibus semen eor. *id est successores eorum.*

18 Omnes qui viderint eos, *Distinctos ab aliis in operibus miraculosis & virtuosis, in quibus apostoli & alij successores communem populum excellebant, & adhuc excellunt in multis.*

19 Gaudens. *Hic consequenter ponitur ecclesiæ gratitudo, cum dicitur:* Gaudebo gaudens, &c. *Et duplicatur verbum gaudij, quia ex gaudio & gratitudine interiori fit redundantia in signo & opere exteriori.*

20 Quia induit me vestimentis, *id est notitia diuinæ gratiæ: & virtutis, quæ sunt ecclesiæ vestimenta & ornamenta.*

21 Et indumento iustitiæ. *id est, opere iusto ad proximum.*

22 Quasi sponsum, &c. *Hoc dicitur propter prælatos, qui sunt sponsi*

a *Et quasi sponsam.* Alterius comparationis ponit exempla, quorum prius ad sposum, sequens refertur ad sponsam.

b *Et laudem.* suam. vnde: *Laudate dominum omnes Gentes.* Et alibi: *Domine dominus noster, &c.* Q. d. Sicut terra & hortus irriguus germinant, sic ecclesia spiritu sancto fœcundata, reddet domino fructum laudis & bonæ operationis.

Psal. 116. a. Psal. 8. a.

a In perfectis. b In maioribus. c In minoribus.

a sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam [1]

a Sanctimonia, sine qua nemo videbit Deum. Variis virtutibus. b Cælestibus pluuiis irrigata.

monilibus suis. [II] Sicut enim terra profert germen suum, & [2]

a Qui fontium & fluuiorum aquas desiderat.

sicut hortus semen suum germinat, sic dominus Deus germi- [3] [4]

a Electorum suorum. Christum qui omnes iustificat. b Non Iudæis tantum, in quo percutitur supercilium Iudæorum.

b nabit iustitiam & laudem coram vniuersis Gentibus. [5] [6] [7]

NICOLAVS DE LIRA.

sponsi ecclesiarum sibi commissarum: & in hoc sunt Christi vicarij.

1 Et quasi sponsam. *Hoc refertur ad populum prælatis subditum.*

2 Sicut enim terra profert germen suum, *ex influentia solis.*

3 Sic dominus Deus, *qui est sol iustitiæ,*

4 Germinabit. *id est, germinare faciet,*

5 Iustitiam. *id est, corde & opere,*

6 Et laudem, *in ore.*

7 Coram vniuersis Gentibus, *per prædicationem apostolorum & aliorum Christi discipulorum & eis succedentium.*

4 Ger-

ADDITIO

B *In ca. 61. vbi dicitur in Postilla.* Et in gloria eorum superbietis. *Vbi in translatione nostra dicitur:* Et in gloria eorum superbietis. in *in Hebræo habetur:* Et in gloria eorum exaltabimini: *quod magis concordat sententiæ, quia superbia sonat in malum, non autem exaltatio seu honor.* E

CAP. LXII.

a PRopter Sion. HIERON. lib. 17. Propheta in persona sui, impendio exhilatus ex his omnibus quæ mundo confert filius incarnatus. Et hoc est, *propter Sion non tacebo,* quamuis loqui prohibeat, quamuis mortem minetur.

† PROCOPIVS. Perpetuo se clamitaturũ ait, precibusque efflagitaturum, vt eorum, quæ dicta sunt, euentum, intueatur: qui tum demum futurus est, cum iustitiam & salutare Ierusalem mortalibus omnibus illucere contigerit. Non quiescam igitur, inquit, donec ea impleuerit dominus, quæ ipse pollicitus est.

C

CAP. LXII.

a Ergo. b Reges & principes. c Imo annuntiabo aduentum domini. Sacerdotes.

a [I] PRopter Sion non tacebo, & propter Ieru- [1]

a A precibus, donec veniat Dei filius: vnde alibi, Vtinam disrumperes cælos & venires. b Ex vtero virginis.

salem non quiescam, donec egrediatur vt [2]

a Christus splendor patris & sol iustitiæ. b A quo omnis iustitia. Iesus. c Ecclesiæ. d Qui dicit: Ego sum lux mundi. e In cordibus fidelium. Tunc.

b splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur: [2] & [3] [4]

a Fide, mente. Vnde: Beati qui non vid. &c. b Christum. c O primitiua ecclesia. Fideles.

videbunt Gentes iustum tuum, & cuncti reges incly- [5] [6] [7]

Tunc. a O ecclesia. b Christiani, & quæ prius Sion, Ierusalem, modo ecclesia.

c tum tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os do- [8] [9]

a Potentia vel in Christo qui manus patris.

d mini nominauit. [3] Et eris corona gloriæ in manu domini, [10] [11]

quod inde coniiciunt, Act. 1. a. *Eliu filius Barachelis Buzites de cognatione Ram;* deinde dictus est Abram, id est pater excelsus; tandem Abraham. Similiter prius Simon, posteà Petrus.

Luc. 11. f. Abrahã per additionem nomen acquisiuit. Gen. 17. a.

† EVSEBIVS libro 2. de demonstr. ca. 49. Nomen nouum, quod erat apud veteres incognitum, quodnam esse potest aliud, quam à Seruatore nostro Iesu Christo, ductum Christianorum cognomen, toto terrarum orbe benedictum? F

b *Lampas accendatur.* Lampas Græcè, flamma Latinè. vnde: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?* Hoc succensi apostoli loquebantur variis linguis.

c *Nomen nouum.* HIER. Mos est Hebræis ex nouis rebus noua nomina imponere. Vt enim aiunt, Abraham prius dictus est Ram quod

† CHRYSOSTOMVS ho. 19. in Ioan. Olim varia ac differentia singuli nomina acceperant, pro ratione rerum ac virtutum, quibus postea excellere debebant, nunc omnes vno appellamur nomine Christiano, omnium maximo, ac præstantissimo, cum quo & filij Dei, & amici, & corpus Christi dicimur.

Nomen Christiani.

d *Corona gloriæ.* De omnibus partibus mundi, quasi corona venientibus fidelibus.

Cy-

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT LXII.

PRopter Sion. *Aliqui expositores catholici exponunt hoc caput sicut & præcedens de prosperitate redeuntium de Babylone, dicentes, quod per illud quod dicitur hic,* donec egrediatur vt splendor iustus eius, &c. *intelligitur Cyrus, qui fecit iustitiam eos remittendo, & de captiuitate saluando: & sic consequenter litteram adaptant ad suum propositum, sed valdè extortè in multis, quorum pauca accipiam. Quod enim subditur hic,* Et eris corona gloriæ, &c. *exponunt de dignitate sacerdotali & regia. Quod non potest conuenienter dici, quia dignitas Sacerdotalis & regia consistebat in hoc, quod instituebantur reges & sacerdotes per sacram vnctionem, quæ secundum Iudæos cessauit à destructione primi templi, ita quòd toto tempore templi secundi per redeuntes de Babylone ædificati, non fuerunt aliqui reges vel sacerdotes sic instituti. Item toto illo tempore caruerũt regibus vsque ad Aristobulum filium Hyrcani, qui primus sibi diadema imposuit, post quadringentos vnum & octoginta annos, & tres menses, ex quo populus de captiuitate Babylonica liberatus ad propria remeauit, vt dicit Iosephus 13. libro antiquitatum cap. 21. Item quod dicitur infra,* Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis, &c. *exponunt de pacifica collectione terræ nascentium à Iudæis post dictum reditum. Quod non est verum, quia frequenter illo tempore fuerunt molestati à Samaritanis & aliis Gentibus se circumstantibus, non solum in bonis exterioribus, sed etiam in personis, vt patet in libro Esdræ, Neemiæ, Machabæorum & Iosephi. Regibus etiam Persarum reddebant tributum de bonis suis, & posteà Græcis, & Romanis. Propter quod etiam Rab. Sal. & alij Hebræi exponunt istud capitulum & præcedens de prosperitate, quam expectant eis futuram tempore Messiæ. Propter quod nos, qui secundum veritatem confitemur Christum venisse, habemus ipsum exponere de prosperitate ecclesiæ. Igitur sicut capitulo præcedenti ostensa*

Regum sacerdotumq; institutio vet. test. quando imperfici cœpit. Iosephus.

ostensa est clementia Saluatoris in consolationibus & beneficiis ecclesiæ exhibitis: ita in hoc capitulo & consimilibus ostenditur eius potentia. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur eius potestas, secundo potestatis veritas, ibi, Iurauit dominus. *Circa primum dicit propheta,*

Diuisio.

1 Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam: *id est propter gloriam ecclesiæ, quam video in futuro, Non cessabo à diuinis laudibus & precibus.*

2 Donec egrediatur, *De sinu patris in mundum.*

3 Vt splendor iustus eius, *id est, Christus qui ratione diuinitatis est splendor patris, & figura substantiæ eius, ad Hebræos primo. a.*

4 Et saluator eius, *per suam omnipotentiam, propter quam subditur in auctoritate allegata ad Hebræos. a.* Portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, &c.

5 Vt lampas accendatur. *ardore charitatis ad alios accendendum, sicut & de lampade accensa accenduntur aliæ: propter quod dicitur Lucæ duodecimo. f.* Ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi vt accendatur?

6 Et videbunt Gentes iustum tuũ, *per fidē in prædicatione apostolorum:*

7 Et cuncti reges inclytum tuum, *Quorum multi receperunt fidem Christi & omnes recipient ante finem mundi.*

8 Et vocabitur tibi nomen nouum, *scilicet, ecclesia Christiana, quæ prius vocabatur Iudæorum Synagoga.*

9 Quod os domini nominauit, *Matth. 16. c. Super hanc petram, id est, super me Christum, ædificabo ecclesiam meam.*

10 Et eris corona gloriæ, *id est, coronata gloriosè, sicut de notabiliter litterali non solum dicitur quod sit liberalis in concreto, sed etiam liberalitas in abstracto.*

11 In manu domini. *id est, in eius protectione.*

Et

† CYRILLVS. Vnamquamque animam & vniuersam ecclesiam sanctorum, coronæ cóparat, ex multis floribus contextæ, vel regio diademati lapidibus pretiosis radianti.

a *Non vocaberis vltra derelicta.* Ecclesiam de vtroque populo alloquitur, quasi, non hoc vocabulorũ fine contenta eris.

B † RVPERTVS. Hæc tuæ vetustatis erant nomina, & à patre tuo Adam tibi hereditaria, *desolata, derelicta.* Non sic vocaberis vltra.

b *Et gaudebit. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem. Sacramentum hoc magnum est in Christo & in ecclesia.*

† PROCOPIVS. Descendit enim de cælis verbum vnigena, vt ecclesiam fecundaret, quam ipse sibi virginem castam asciuit, non habentem maculam aut rugam.

c *Super muros tuos.* HIERON. Apostolos, prædicatores, qui ecclesiam muniunt, quorum custodes angeli sunt, vnde: *Omnes administratorij spiritus sunt, propter eos missi, qui hereditatem capiunt salutis.* Vel muri ecclesiarum apostolorum discipuli, quorum custodes ipsi apostoli.

Ioan.3.f. Gen.2.d. Matt.19.a. Ephes.5.g. Heb.1.d.

a ¶ Honoris, quod martyres sua varietate distinxerunt. b ¶ Vt filium suum eorum coronet victoriis.

a & diadema regni in manu Dei tui. [4] Non vocaberis vltra derelicta: & terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur. Quia complacuit domino in te, & terra tua inhabitabitur. [5] Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te b filij tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit c super te Deus tuus. [6] Super muros tuos Ierusalem constitui custodes: tota die & tota nocte, perpetuò non tacebunt. Qui reminiscimini domini, ne taceatis: [7] & ne detis silend tium ei, donec stabiliat, & donec ponat Ierusalem laudem e in terra. [8] Iurauit dominus in dextera sua & in brachio forf titudinis suæ. Si dedero triticum tuum vltra cibum inig micis tuis, & si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti. [9] Quia qui congregabunt illud, comedent, & lau-

a ¶ A Deo. b ¶ Habitatio. b ¶ Quia Christus in medio tui erit. a ¶ Diceris, nec est quæ voluntatem Dei facit. b ¶ Deo. a ¶ Non meritis tuis, sicut olim displicuit: omnes enim tam Iudæi quam Gentiles peccabant. ¶ Deo. a ¶ Castè & sanctè, sicut Maria cum Ioseph, Chrysantus & Daria. ¶ Spirituales. a ¶ Christus, de quo, Et ipse tamquam sponsus procedens de thal. suo. b ¶ Ecclesiam de qua: Qui habet sponsam sponsus est. a ¶ O Ecclesia. b ¶ Omnipotens. c ¶ Deus pater ad Ierusalem. d ¶ O Ecclesia, quæ visio pacis. a ¶ In prosperitate. b ¶ Aduersitate. c ¶ Vnde: non possumus non loqui quæ vidimus & audiuimus. ¶ A precibus & à prædicatione. a ¶ Dicit propheta ad custodes murorum. b ¶ Ergo ô custodes murorum, qui scitis voluntatem domini. ¶ A precibus & à votis. c ¶ Instate opportune, importune, sicut vidua durum iudicem fatigando oratione vicit. a ¶ Domino. ¶ Flemando. b ¶ Ecclesiam. c ¶ Eius. a ¶ Immobiliter statuit. b ¶ Pater. ¶ A fide. a ¶ Aposiopesis. ¶ Gemitibus, votis, precibus, exercendo corpus totis viribus. b ¶ Episcopi, presbyteri, diaconi, ministri ecclesiæ. ¶ Adunant, consecrando præparant. c ¶ Triticum, virtutes, vel corpus Christi in altari. Sat labor cum apparuerit gloria tua.

d *Donec ponat Ierusalem.* IBID. Quod est, vel ipsa longe lateq; diffusa, vbique laudetur, vel vbique laudet semper creatorem suum.

e *Iurauit* per filium scilicet, qui Dei virtus est & Dei sapientia.

f *In dextera.* IBID. in filio, vnde: *Omnia in sapientia fecisti*; qui & brachium, & fortitudo patris, vnde, *Omnia per ipsum facta sunt.*

g *Si dedero triticum tuũ.* IBID. Triticũ Iudæorum & vinum, sæpe dedi inimicis eorum, sicut in libr. Iudicum legitur: quod in tempore messis Madianitæ irruebant & eorum fruges colligebant. Et quando captiui ducti sunt, Samaritani qui eorũ messes comederent, substituti sunt. Sed in hoc loco intelligit cibum ecclesiæ, virtutes, & bona opera, corpus Christi & sanguinem. Id est laudes, opera, quæ cum idolis impenderas, dæmones comedebant.

1.Cor.1.d. Psal.103.4. Ioan.1.a. Iudic.6.a. 4.Reg.18. De virtutibus & bonis operibus, de corpore & sanguine Christi.

Sed post aduentum filij dominus delectatus est in eis. Triticũ ergo & vinum, cibus (scilicet Iudæorum) corpus Christi & sanguinem significabant: vnde, *Caro mea verè cibus, & sanguis meus verè est potus.* Hoc hodie nõ sumitur ab hæreticis, Paganis, Iudæis inimicis ecclesiæ. Ioan.6.f.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et diadema regni in manu Dei tui, *Ista secunda coronatio pertinet ad honorem ecclesia triumphantis; prima ad honorem ecclesia militantis.*

2 Non vocaberis vltra derelicta, *à sponso tuo, qui dicit Matth. vlt. d.* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.

3 Et terra tua non vocabitur amplius desolata, *id est, diuinis consolationibus destituta: quæ semper aderunt ecclesia, etiam in pressuris.*

4 Sed vocaberis volun. mea, *per bona opera mihi accepta.*

5 Et terra tua inhabitabitur, *à fidelibus; Et sequitur iterum post hoc.*

6 Et terra tua inhabitabitur, *per hanc secundam, intelligitur terra viuentium, ad quam fideles de præsenti vita transferuntur.*

7 Habitabit enim iuuenis cum virgine, *sanctè & castè, vt Ioseph & Ioannes cum Maria, Valerianus cum Cecilia, & Chrysantus cum Daria, & plures alij hanc perfectionem imitantes, vt habetur in Collationibus patrum, & in aliis pluribus locis.*

8 Et habitabunt in te filij tui, *per baptismum regenerati.*

9 Et gaudebit sponsus super sponsam, *id est, Christus super ecclesiam.*

10 Gaudebit super te Deus tuus, *id est, tota trinitas.*

11 Super muros tuos Ierusalem constit. custodes, *id est constituendos à Deo prædixi, vt sit verbum Isaiæ. Dicit autem hic glossa Hebraica, quòd per muros intelliguntur hic patres sancti, Abraham, Isaac, Iacob & ceteri, quorũ merita sunt posteris quasi defensionis muri, Et per custodes angeli sancti, eorum merita coram Deo recolentes. Et nos multò fortius secundùm veritatem possumus dicere, quòd isti muri sint apostoli, secundum quod dicitur Apoc. 12. d.* Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis nomina duodecim apostolorum & agni scripta; *Et per custodes intelliguntur angeli ad custodiam fidelium deputati, eorum merita coram Deo præsentantes. Et quia pro bono statu ecclesia non solum angeli sunt solliciti, sed etiam homines deuoti; ideò eos exhortando subdit.*

Murorum nomine patriarchæ & sancti significantur. Angeli custodes.

12 Qui reminiscimini domini, ne taceatis, *cessando à precibus & laudibus diuinis.*

13 Donec stabiliat, *contra omnem aduersitatem.*

14 Et donec ponat Ierusalem, *id est, ecclesiam.*

15 Laudem in terra, *quod implebitur circa finem mundi, quando omnes conuertentur ad fidem Christi.*

16 Iurauit dominus. *Hic consequenter describitur Saluatoris veritas, quia non sufficeret potestas ad saluandum, nisi simul adesset veritas in adimplendo promissum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur huius veritatis ostensio; secundò ex hoc inducitur quædam salubris mentio, ibi,* Transite, *Primum ostenditur per certitudinem iuramenti, cùm dicitur.* Iurauit dominus in dextera sua. *Id est in filio, qui dicitur eius dextera & brachium, vt supr. 53. a.* Brachium domini cui reuelatum est?

Diuisio. Christus patris dextera & brachiũ.

17 Si dedero, *id est, non dabo.*

18 Triticum tuum. *Triticum ecclesia est sacramentum eucharistia in pane triticeo confectum, quod non est infidelibus dandum. Nec per hoc quod additur,*

19 Vltrà cibum, *Intelligendum est, quòd antè fuerit eis datum: quia hac dictio vltrà, non semper importat talem antecessionem, sicut patet Deuter. vlt. d. vbi dicitur:* Non surrexit vltrà propheta sicut Moyses, qui posset dominum videre facie ad faciem, &c. *quia nec similis ante eum fuerat in conditionibus, ibidem expressis.*

Vis particulæ Vltra.

20 Et si biberint, *id est, non bibent.*

21 Filij alieni, *à fide catholica.*

22 Vinum tuum, *id est, Christi sanguinem, sub specie vini contentum.*

23 In quo laborasti. *Licet enim summus Sacerdos Iesus Christus hanc consecrationem faciat, tamen Sacerdotes ad hoc laborant ieiuniis & orationibus, & aliis piis operibus se disponendo, vt verba consecrationis debite proferant, & sacramentum percipiant.*

24 Quia qui congregabunt illud, *scilicet, triticum prædictum.*

25 Comedent & laudabunt dominum, *per congregationem, hic intelligitur labor fidelium, disponendo se ad debitè communicandum, sicut dictum est de Sacerdotibus. Nominatur tamen iste labor nomine* congregationis, *quia istud sacramentum est sacramentum ecclesiastica vnitatis. Et etiam circa hoc sacramentum labor fidelium corporalis in præparatione materia, scilicet, panis & vini, in quibus conficitur hoc sacramentum.*

Præparatio ad Sacram communionem.

a *Per portas.* Ministros ecclesiæ, qui alios introducũt. Vel virtutes, quæ ducunt in cælum, quasi de virtute in virtutem.

b *Planum facite iter*, auferendo scandala; in baptismo remittendo peccata.

c *Eligite.* Vel, proiicite secundũ LXX. quod est, auferte duritiam infidelitatis à cordibus hominum; vel, reprobos & duros à consortio fidelium.

Psal. 33. b. — Esa. 40. c.

dabunt dominum: & qui comportant illud, bibent in atriis sanctis meis.[10] Transite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides: & leuate signum ad populos.[11] Ecce dominus auditum fecit in extremis terræ. * Dicite filiæ Sion: * Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus illius coram eo.[12] Et vocabunt eos populus sanctus, redempti à domino. Tu autem vocaberis ciuitas quæsita, & non derelicta.

Interlinear: ¶ Vinum. a ¶ Ecclesiis. a ¶ In domo patris mei mansiones multæ sunt. b ¶ O custodes murorum. c ¶ Tamquam vigiles omnia præuidendo, ne ministri vel cadant, vel somno torpescant. d ¶ Doctrina & exemplo. e ¶ Rectam. ¶ Volenti intrare. a ¶ Prædicando. b ¶ Crucis scilicet, passionem & resurrectionem annuntiando. c ¶ Nationum, non tantum in Iudæa. a ¶ Fidem passionis & resur. b ¶ Per apostolos. c ¶ O custodes vineæ. d ¶ Ecclesiæ. a ¶ Secundo aduentu, scilicet, in die iudicij, cum potestate magna & maiestate. b ¶ Bonorum & malorum. c ¶ Potestas iudicandi. a ¶ Apostoli & alij doctores congaudentes eis quos acquisierunt. b ¶ Alias populum sanctum redemptum à Deo. Sic habet Hebraica veritas; sicut ait Hieronym. & sensus apertus. ¶ Ecclesia. c ¶ Sanguine filij, vnde: Venit filius hominis quæ. & s. sa. quod pe. Hæc est enim ouis, quam pastor bonus quærere venit aliis in deserto dimissis.

d *Dicite filiæ Sion*, scilicet primitiuæ ecclesiæ, quæ ex Iudæis primum: vnde, *Filij matris mea pugnauerunt contra me.* Vel secundum illud: *Quotquot autem receperunt eum*, &c.

e *Et vocabunt eos*, dicentes, Vos estis populus sanctus, vos estis redempti à domino Deo. Sic enim quidam codices habent.

Cant. 1. b. — Zach. 9. c. Matth. 21. a. — Genes. 1. b. Ioan. 1. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et qui comportant illud, *scilicet vinum, per comportationem intelligitur hic labor prædictus fidelium.*

2 Bibent in atriis sanctis meis, *id est, in locis diuino cultui consecratis. Et hoc patet, quod non est hic sermo de pane tritico & vino communiter acceptis, quibus vtuntur homines in locis non sacris, & magis quàm in sacris: quia loca sacra non sunt epulis & conuiuiis communibus apta, nec erant in veteri lege.*

3 Transite. *Hic ex prædictis ponitur monitio siue exhortatio. Ex hoc enim quod Saluator est potens & fidelis in promissis adimplendis, debent omnes ad ecclesiam transire, cui bona promissa promittuntur & conceduntur: & hoc est quod dicitur,* Transite, *ad ecclesiam militantem.*

4 Transite, *ad triumphantem.*

5 Per portas, *porta militantis est baptismus. Porta triumphantis est extrema vnctio, quæ est sacramentum exeuntium de hoc mundo ad transeundum ad cælum.*

6 Præparate viam populo, *Vos prædicatores & sacerdotes sacramenta ministrantes.*

7 Planum facite iter, *amouendo impedimenta, quæ sunt peccata. Vnde dicit Rab. Sal. quòd hoc dicitur de figmento malo, per quod intelligit fomitem inclinantem ad peccatum. Et sic patet etiam secundum ipsum, quod non est his sermo de præparatione materiali.*

8 Et leuate signum ad populos, *virtutem sanctæ crucis eis prædicando. Et quia iam factum est quantum ad aliquos credentes in omnibus terræ habitabilis locis à tempore apostolorum, secundum quod diffusius declaraui super illud Psal. 18.* In omnem terram exiuit sonus eorum: *ideo subditur.* Ecce dominus auditum fecit in extremis terræ. *Et subditur.*

9 Dicite filiæ Sion, *id est congregationi fidelium.*

10 Ecce saluator tuus venit, *id est, veniet ad iudicium, sicut per incarnationem iam venit in mundum.*

11 Ecce merces eius cum eo, *ad reddendum pœnam, vel premium, secundum merita, & demerita hominum.*

12 Et vocabunt. *s. angeli sancti, qui erunt executores diuini iudicij,*

13 Eos, *scilicet, electos.*

14 Populus sanctus, *eos ad gloriam reducendo.*

15 Tu autem, *scilicet ecclesia.*

16 Vocaberis ciuitas, *scilicet à domino & angelis sanctis.*

17 Et non derelicta, *in manibus dæmonum cum reprobis.*

ADDITIO.

In ca. 72. vbi dicitur in Postill. Et videbunt Gentes iustum tuum. *Hoc quod dicitur.* Et videbunt Gentes iustum tuum, *potest intelligi de visione Christi in corpore assumpto, in qua Deus visibiliter cognoscitur: & etiam de visione eucharistiæ eadem ratione.*

CAP. LXIII.

Angeli admirantur mysteria Christi.

a *Quis est iste.* Quidam angeli non plenè cognoscentes mysterium incarnationis, passionis, resurrectionis, videntes ad cælos ascendere dominum cum multitudine angelorum & sanctorum hominum propria virtute, non auxilio angelorum, admirantur incarnationis, & passionis & resurrectionis, & ascen-

CAP. LXIII.

QVIS EST ISTE

¶ Hoc in persona angelorum, quasi mysterium ignorantium, & ideo quærentium. ¶ Quàm magnus, quàm potens, quàm admirabilis cum tanto exercitu.

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT LXIII.

1 Quis est iste. *Capitulum istud exponitur de Christo communiter ab Hebræis expositoribus & Latinis, aliter tamen. Dicit enim Rab. Sal. quòd per Edom, cum dicitur hic,* Quis est iste qui venit de Edom, *intelligitur Romanum Imperium, prout fuit in latitudine sua, quando dominabatur vniuerso orbi, di. quòd Messias in aduentu suo multos de habitatoribus orbis interficiet, (propter hoc describitur hic eius vestimentum sanguine rubricatum,) & omnes residuos Iudæis subiiciet & ad hoc aptat litteram prout potest. Sed non prosequor hanc expositionem, quoniam fundatur super falsum, cum aduentus Christi transierit in præteritum. Catholici verò communiter exponunt de Christo post passionem suam redeunte ad patrem, sequentes in hoc beatos Hieron. & Dionys. secundum quos illud quod dicitur,* Quis est iste qui venit de Edom, *est verbum angelorum Christum ascendentem admirantium, & de eius mysteriis plenius doceri & illuminari petentium. Aliter tamen: quia secundum Hier. est verbum angelorum inferiorum quærentium edoceri à superioribus: Secundum Dionys. verò 7. cap. cælestis Hierar. est verbum omnium, quia etiam supremi angeli quæsierunt de prædictis plenius edoceri. Sed istis videtur obuiare dictum Aug. 5. super Gen. ad litteram, vbi dicit, quod angeli à principio cognouerunt omnia mysteria gratiæ fienda. Cui dicto respondetur ab aliis, quod licet cognouerint dicta mysteria in generali, non tamen quantum ad omnes conditiones particulares, & de istis quæsierunt plenius edoceri. Hanc autem expositionem non intendo prosequi per omnia, quia diffuse traditur in glossis, & aliorum postillis, ad quas quilibet potest recurrere; nec ipsam intendo in aliquo reprobare, sed tantum per modum inquisitionis scolasticæ aliqua circa eam dicere. Primum est, quòd ista expositio in aliquibus videtur extranea, quia secundum ipsam cum dicitur hic,* Quis est iste qui venit de Edom. *Per Edom, intelligendus est locus vnde Christus ascendit, scilicet mons Oliueti vel Ierusalem: quæ est iuxta eum. Quod autem Ierusalem vel Iudæa intelligatur per Edom, videtur extraneum, cum Idumæa semper fuerit Iudææ inimica, sicut Esau ipsi Iacob. Item quod dicitur infra,* Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, *sic exponitur ab eis, vt sit verbum Christi de sua passione loquentis,* Et aspersus est sanguis eorum, *id est sanguis meus, qui dicitur eorum, eò quòd est effusus per procurationem Iudæorum. Hoc extraneum videtur, quia non recolo me vidisse alibi in scriptura talem loquendi modum. Item Christo ascendente, mysterium incarnationis iam erat in effectu completum, quantum ad substantiam facti & circumstantias. Talia verò postquam sunt in effectu posita non videntur excedere facultatem cognitionis angelicæ, & maximè, quia angeli etiam inferiores, qui mittuntur in ministerium, fuerunt in istis ministri, vt patet de angelis natiuitatem Christi nuntiantibus ipsis pastoribus, & de angelis apparentibus Mariæ & Ioseph & Magis, & consimilibus, vt patet ex Euangelio in pluribus locis. & ideo dubium videtur, quod ascendente Christo quærerent plenius edoceri de passione Christi, dicendo:* Quare ergo rubrum est indumentum tuum? &c. *vt dicit expositio ista. Item dato quod non sit ibi aliquod tale dubium, seu modus loquendi extraneus, tamen non sumus arctati ad tenendum ipsam, vt videtur: Tum quia sacra scriptura expressè non determinat, quod iste debeat esse sensus huius scripturæ, sicut determinat de pluribus aliis in hoc libro scriptis, & aliis veteris testamenti locis. (Verbi gratia quod dicitur suprà in principio 61. a:* Spiritus domini super me eò quòd vnxerit me, *Saluator dicit Luc. 4. c. impletum fuisse in ipso)*

Iudæorum opinio de regni Romani depopulatione.

Quomodo exposuerint hoc cap. SS. Ieronymus & Dionysius.

Quæ videntur extranea in expositione SS. prædictorum.

ascensionis mysterium: & quomodo sibi & aliis aperiat regnum cælorum, vnde & angelis dominum comitantibus dicunt: *Quis est iste.* Et Dauid similiter: *Quis est iste rex gloriæ?* Videtur tamen August. dicere super Genes. quòd omnes angeli ab ipsa creatione sua, statim cognouerunt in contemplatione sui creatoris, quidquid ipse erat facturus.

Psal. 23. b. lib. 5. De mysterio Incarnationis quid cognouerint Angeli.

HIERON. autem lib. 17. apertè declarat quia quidam angeli, donec perficeretur mysterium incarnationis, ad plenum non cognouerunt.

† ATHANASIVS lib. de salutari aduētu Christi. Verba sunt diaboli accedentis ad Iesum tāquam ad hominem, qui non inueniens in eo veteris suæ superseminationis vestigia, & superatus in tentatione à domino, cum pudore proruperit in hæc verba, *Quis est iste qui venit ex Edom*, è terra hominum, incedens cum tanta potentia & robore: Ideo dominus ait, *Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.*

a ¶ In cælum. b ¶ Mundo. c ¶ Prius sanguine, sc. in cruce, vel quia etiam tunc apparebant cicatrices eius. d ¶ Membris corporeis. e ¶ Quis est? f ¶ Speciosus forma præ filiis hominum.

1 qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Iste formo-

a ¶ Habitu humanitatis. b ¶ Vel ambulans super cælos omnes. c ¶ Siue in plenitudine diuinitatis suæ. d ¶ Alias fortitudinis. e ¶ Angelis tacentibus, ipse respondet. ¶ Cui datum est iudicium. d ¶ Nullo egens auxilio.

2, 3, 4 sus in stola sua, gradiens in multitudine virtutis suæ. Ego

a ¶ Reddens vnicuique secundum opera sua. b ¶ Contra dæmones. c ¶ Genus humanum. ¶ Homicidas, adulteros, & huiusmodi.

5, 6 qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad sal-

a ¶ Rursus quærunt angeli. ¶ Si talis es. b ¶ Sanguine tuo. c ¶ Corpus.

7 uandum. [2] Quare ergo rubrum est indumentum tuum,

a ¶ Membra rubra, sicut musto nigro subrubeo. ¶ Quasi: Tibi non conueniunt ista sed homicidis & adulteris, & huiusmodi. b ¶ Interrogantibus respondet Christus tam plene, vt non necesse sit amplius quærere, sic, Ideo scilicet quia Torcul. cal.

8 & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? [3] Tor-

a ¶ Pressuram crucis sustinui solus. ¶ Quamuis calcatus tertia die resurrexi. b ¶ Omnes apostoli relicto eo fugerunt. c ¶ In adiutorium mihi. ¶ Nec Petrus.

9 cular calcaui solus, & de Gentibus non est vir me-

a ¶ Quamuis occisus. b ¶ Iudæos, dæmones. c ¶ Vindicta. ¶ Furor subitus ira longa: vnde, Furor est ira breuis. d ¶ Auferens dæmonibus mundi principatum, & Iudæis locum & Gentem, Sacerdotium, templum & omnem dignitatem per Romanos.

10 cum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos

poreis membris, de ciuitate munita, s. Ierusalem, vbi passus, Vel de inferno spoliato victor cum fidelibus suis.

b *Formosus in stola.* Formosum, calidū. Vnde formosus quasi calidus, quia ex colore rubeus & roseus efficitur vultus, & inde speciosus.

c *Quare ergo.* HIER. Tamquam dicant angeli: Didicimus quod loqueris iustitiam, & salus *omnium in tuo est arbitrio: sed scire volumus, quare vestimenta tua sint velut musto tincta: & tunica (quæ desuper contexta est, & scindi nō potest, & ab vtero virginali tantum candorem habuerit, quantum fullo nō potest facere super terram) quare sanguine cruentetur? Magis tibi clementia conuenit quàm crudelitas. Quibus respondetur: Ideò, scilicet, quia torcular, &c.

* hominū. Christus vnde sanguinius.

† CYPRIANVS li. 2. epist. 3. Quādo sanguis vuæ dicitur in illo, *Lauabit in vino stolam suā, & in sanguine vuæ amictum suum*, quid aliud quam vinum calicis domini sanguinis ostenditur? necnon apud Isaiam hoc idem spiritussanctus de domini passione testatur, *Quare rubicunda sunt vestimenta & indumenta tua, velut à calcatione torcularis pleni & percalcati?* vini vtique mentio est, & ideò ponitur, vt domini sanguis vino intelligatur: prædicatur enim verbis propheticis & præsignificatur quod postea manifestatum est in calice dominico.

Gen. 49. Eucharistia.

a *De Edom.* Edom. Ex HIERONYMO. Ab edulio rufæ lentis, propter quod vendidit primogenita. Vel à *calore: interpretatur enim terrenus, vel sanguineus: & mundum significat. Esau vero quercus vel roboreus. Seir, hispidus, id est pilosus. Hîc autem non ipsum hominem sed mundum secundùm interpretationem significat. Sicut & Bosra, id est munita vel firma, non carnem suam hîc sed infernum, secundum suam interpretationem, significat, vbi firmiter quasi sub multis custodibus animæ tenebantur, vnde: *Quis deducet me in ciuitatem munitam?* Vel terrenam Ierusalem, quæ firmissimis muris munita fuit in qua passus est dominus, de qua Homerus, Solymorum nomine intelligit secundum Iosephum; Ieron enim inquit, seu, templum iuxta Hebræorum linguam, nominatum est hac voce securitatem significante, vnde Ierusalem interpretatur munita vel firma. Bosra autem ciuitas, neque in terra promissionis neque in Edom sita, sed in Moab. Venit ergo Christus de mundo sanguineo, venit de Bosra, tinctis vestibus, id est corporeis

Gen. 25. d. * colore. Edom, Seir, Bosra. Psal. 59. cap. Iosephus lib. 7. ca. 3.

d *Torcular.* HIERON. Scilicet crucem & omnia tormenta passionis, in quibus quasi prælo pressus, vt etiam sanguis funderetur. Torcular, pro suppliciis peccatorum ponitur, vnde, Ieremias, *Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda.* Interdum in congregatione nouorum fructuum, Vnde in bonam partem quidam Psalmi, pro torcularibus intitulantur.

Quid per torcular designetur? Tren. 1. c.

e *Solus.* Solus Samson præcisis crinibus Philisthæis exponitur, nec angelus nec archangelus vel quilibet cælestis spiritus. Denique humani generis nullus vel Iudæus vel Gentilis auxiliator, solus pugnat, solus superat.

Iudic. 16. a.

a Asper-

NICOLAVS DE LIRA.

ipso) *Tum similiter nec auctoritas ecclesiæ determinauit hoc, quod viderim, vel audierim, sed solum ad hoc habemus auctoritates sanctorum Dionysij & Hieronymi: ex quibus non habetur argumentum necessarium, sed tantùm probabile, quod sic debeat intelligi, vt habetur in summa sancti Thomæ parte prima: art. 8. 1. qu. Et ideò dicit sanctus Aug. in epistola ad Vincentium Donatistam, qui arguebat contra ipsum de dictis sancti Hilarij, Ad quod respondens dicit,* Hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguendum est. Non enim sic leguntur, tamquam ita ex eis testimonia proferantur, vt contra sentire non liceat, *&c. Item de obscura traditione sacræ scripturæ in pluribus locis, & maximè in prophetis, vna causa à doctoribus assignatur, vt per studiosos multipliciter exponatur, secundum quod dicitur, Dan. 12. b.* Tu autem Daniel claude sermones & signa librum vsque ad tempus statutum: pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia, *i. expositio, vt dicūt doctores nostri. Propter quod absque præiudicio aliquo expositionis prædictæ intendo aliam prosequi, quæ mihi clarior videtur: prædicta verò sic diffusè posui, non solum pro isto loco sacræ scripturæ, sed etiam pro aliis, vt diligens lector consideret quæ expositiones sacræ scripturæ necessario sunt tenendæ, & quæ non. Ad euidentiam expositionis ponendæ, considerandum, quod Edom & Bosra in Hebr. sunt nomina propria & appellatiua, prout autem sunt propria, Edom est nomen filij Isaac, qui alio nomine vocatur Esau, Gen. 23. & etiā terræ ab eo denominatæ, quæ Latinè dicitur Idumæa, Bosra verò vel potius Bisra (sic enim scribitur in Hebræo) nomen est ciuitatis, vnde fuit Iobab rex Edom, Genes. 37. Prout vero sunt nomina appellatiua, Edom signat rubedinem, & Bosra munitionem. His igitur prædictis veniamus ad diuisionem. Superius enim posita est facta per Christum saluatio, hic consequenter ponitur saluationis discretio, quæ perfectè fiet in finali iudicio. Tunc enim Saluator segregabit electos à reprobis, sicut segregat pastor oues ab hædis, Matt. 25. Illud autem iudicium præcedet persecutio Antichristi & eius exterminium. Et ideo primo ponitur Antichristi exterminatio, secundò iudicij executio, cap. seq. Circa primum sciendum, quod sicut dicit Methodius martyr, & doctores communiter, ad detegendam Antichristi perfidiam, mittentur à Deo Enoch & Elias: Qua detecta Iudæi conuertentur ad fidem Christi pœnitentiam agentes. Et ideo hîc primo ponitur Antichristi deiectio: & secundo Iudæorum conuersio, ibi:* Miserationum domini, *Circa primum Isaias præuidens Antichristi potestatem futuram, & per Christum subito deiiciendam, admiratiuè dicit de Christo,* Quis est iste, *i. quàm victoriosus.*

Auctoritas patrum quanta esse debeat circa expositionē sacræ Scripturæ. Cur voluit Deus scripturas esse obscuras. Edom & Bosra. Methodius de temporibus Antichristi. Diuisio.

1 Qui venit de Bosra. *i. de Ierusalem, ciuitate munita, in qua Antichristus sedet in templo tamquam sit Deus 1. Thessal. 2. & ipsam muniet ad sui stabilitionem.*

2 De Edom, tinctis, *id est rubricatis secundum quod dicitur infra:* Quare ergo rubrum est indumentum tuum? *& per hoc designatur interfectio Antichristi,* Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui *in monte Oliueti iuxta Ierusalem. Et loquitur hîc propheta de Christo ad modum hominis victoriosi, cuius vestimenta sunt rubricata, sanguine victorum ab eo.*

Christi victoria de Antichristo.

3 Iste formosus, *i. in humanitate sua gloriosa, (quæ est quasi vestimentum) factus, & habitu inuentus vt homo.*

4 Gradiens in multitudine, *quia tunc apparebit cum angelorum multitudine. Consequenter ponitur Christi responsio ad quæstionē prophetæ, dicentis.*

5 Ego qui loquor iustitiam, *spiritu oris mei interficiendo impium & magnam partem sibi adhærentium.*

6 Et propugnator sum ad saluand. *s. electos de persecutione Antichristi. Et consequenter quærit propheta iterum.*

7 Quare ergo. *& patet ex dictis sententia: Et subditur Christi responsio, dicentis.*

8 Torcular calcaui, *& accipitur hîc continens pro contento, s. torcular, pro vuis in torculari calcatis, per quas hîc intelligitur Antichristus, & satellites eius.*

9 Et de Gentibus. *quia nullus de hominibus poterit deiicere Antichristum.*

10 Calcaui, *i. in vindicta iustitiæ meæ.*

1 Et

a *Aspersus est.* Ex HIERON. Sanguis meus eorum rancore, dæmonum suasione effusus: vnde, *Diabolus misit in cor, vt traderet eum Iu. &c.* Eorum est sanguis suasione fusus, & ipsi ibidem victi & occisi. Similiter sanguis Christi Iudæorum dicitur, quia fuderunt: & inde vindictam sustinuerunt. Et est à simili, victoris dictum & victi, cuius sæpe sanguis super vestimenta victoris aspergitur.

ô an. 33. a. Virgilius 5. Æne. Sanguine cerebris adhuc sparsoque infecta cerebro.

b *Et non fuit qui adiuuaret*, vnde, *Omnes amici mei dereliquerunt me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me.*

† PROCOPIUS. Solus enim exinaniuit semetipsum serui formam accipiens. Crucis mortem præterea pertulit, quam nullus vel angelus, vel potestas, vel homo, fuerat subiturus.

† AMBROS. de insti. virg. c. 7. Christi passio adiutore non eguit, sicut longè ante dominus ipse prædixit: & *respexi & nō erat adiutor.*

Iob 16. b secundum literam.

c *Et salua.* HIERONYMUS ad Augustinū & Alipium, impietatem Sabellij declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus, non ipsum sibi patrem, nō ipsum sibi filium, non ipsum sibi spiritumsanctum esse dicentes: sed aliam patris, aliam filij, aliam spiritussancti personā esse. Non enim nomina tantum modo, sed proprietates nominum confitemur.

Veræ fidei explicatio contra Sabellium.

d *Et conculcaui, &c.*

† RUPERTUS. Duplici contritione contriui eos, præsenti furore meo, & futura ira mea condemnaui eos: præsenti videlicet furore, vt Romanis tollentibus suum & locum & gentem perdant; futura ira vt vsque ad inferni nouissima descendant.

Iudæi duplici contritione contriti.

e Mi-

---

in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea inquinaui. [2] Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. [6] Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea: & detraxi in terram virtutem eorum. [7] Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis dominus, & super multitudinem bonorum domui Israël, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, et secundum multitudinem miserationum suarum. [8] Et dixit: Verumtamen populus meus est, filij non negantes. Et factus est eis saluator: [9] In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos. In dilectione sua & indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos & eleuauit eos cunctis diebus sæculi. [10] Ipsi autem

(Interlinear: Meus. a Ab eis fusus. b Membra. — Id est. b Opinione eorum. Inquinari permisi. — a In Dæmones vel in Iudæos. b Dum penderem in cruce. c Quia. d Generis humani. Tempus acceptabile. — a In cruce, vnde, Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognosceret me. b Mihi. c Quilibet. d Adiutorium, vnde, Expectaui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni. — a Saluationem mihi fecit, scilicet resurrectionem. b Verbum carni vnitum, vel fortitudo mea saluauit mihi omnes prædestinatos ad vitam. — a Vindicta in Iudæos, & dæmones. Iudæos. — a Repleui afflictione & miseria per Romanos. — a In nihilum. b Iudæorum, vel dæmonum. — a Pressus pondere malorum. b Prædicabo, quia iustus dominus in omnibus viis suis. Signa & miracula. c Bonis vel malis, quæ pro peccatis nostris. d Pro malis. — Datorum. Alias domus. — a Non eorum merita. — a Id est. b Vel misericordiarum. — a Dominus scilicet videns eorum pœnitentiam. b Israel. c Quia scilicet sunt. d Me. Sicut alij. Velitis: filij scilicet sunt populi non negantis, id est patriarcharum, prophetarum qui in me vere crediderunt. — a Dominus. b Pœnitentibus. c In Ægypto, in deserto. — a Vel, & ipse, saluator compassus. b Vnde: Angeli eorum semper vident faciem patris, &c. quia semper in præsentia Dei sunt. — a Non meritis eorum. b Misericordiæ suæ. — c Ab Ægypto, & à Babylonia, vel à morte æterna in sanguine. — a Ab Ægypto in terram promissionis: vnde, Expandit alas suas & assumpsit eos, atque portauit in humeris suis. b Super alias Gentes. c Ab initio ex quo elegit eos in populum.)

---

e *Miserationum.* HIER. Propheta in persona Iudaici populi pœnitentis, & misericordiam domini recognoscentis.

† RUPERTUS. Quasi dicat: Licet post tot miserationes iram inferat, non tamen mutatus est, neq; mutationis arguendus. Nam & multitudinem bonorum largitus est domui Israel secundum indulgentiam suam.

f *Secundum indulgentiam.* Quasi dicat, Ducti enim in Babylonem propter peccata nostra, reducti sumus misericordia eius.

24. q. 3. c. quidam. Ubi enumerantur varia hæreticorum secta.

g *Verumtamen.* † RUPERTUS. Quasi dicat, Ego quidem Abrahā Isaac & Iacob elegi, & veraciter dictum est, *Semen Abrahæ serui eius, filij Iacob electi eius*: verumtamen nō omnes qui ex Israel, sunt Israelitæ, sed soli non negantes filij reputantur in semine.

h *Non est tribulatus.* HIER. Vox quæ est לא lo apud He. ambigua est, & significat *non*, vel *ipse*. Vnde vtroque modo possumus legere s. In omni tribu eorū, non est tribulatus compatiendo: sed ad horam distulit auxilium vt cogeret ad rogandum. Vel & ipse tribulatus est, compatiens tandem eorum iniuriis & miseriis. Et misit eis angelum qui saluaret eos, Michaelem scilicet, qui præpositus erat illi populo: vnde, *Nemo est adiutor nisi Michael princeps vester, qui astat pro filiis populi mei.*

Michael olim Synagogæ Præses.

Dan. 10. d.

i *Et angelus.* IBIDEM. LXX. Non legatus nec ipse angelus, sed Dominus saluauit eos.

† CHRYSOSTOMUS hom. 7. ad po. Ant. Noli oscitanter dictum percurrere, non angelum neque archangelum neque seruum misisse, sed ipsummet dominum descendisse.

a Spi-

NICOLAUS DE LIRA.

1 Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta. *& patet ex dictis sententia,*
2 Dies enim vltionis. *s. sanctorum de imperio Antichristi interfectorum.*
3 In corde meo. *s. firmiter disposita:*
4 Annus redemptionis meæ venit. *reddendo sibi & satellitibus suis pœnam debitam pro peccatis. Vel aliter:* Annus retributionis, *id est iudicij generalis.*
5 Circumspexi, & non erat auxiliator. *exponatur sicut supra*: De Gentibus non est vir mecum.
6 Et saluauit mihi. *scilicet, electos meos de persecutione Antichristi.*
7 Brachium meum. *i. potentia mea.*
8 Indignatio mea. *contra Antichristi mala.*
9 Ipsa auxilia. est mihi, *inquantum ex decentia diuinæ iustitiæ procedit ista vindicta. Loquitur hic propheta de futuro per modum præteriti, vt frequenter fit in prophetis, propter certitudinem prophetiæ.*
10 Et conculcaui populos. *Antichristo adhærentes.*
11 Et inebriaui eos. *auferendo eis sensum & potentiam euadendi.*
12 Et detraxi in terram virtut. *annihilando ipsam.*
13 Miserationum. *Hic consequenter ponitur cōuersio Iudæorum ad Christum; vbi primo pro gratia impetranda recoluntur beneficia antiqua, secundò ponitur eorum petitio deuota, ibi,* Vbi est. *Circa primum recoluntur primo in generali beneficia exhibita Iudæis, cùm Isaias dixit in eorum persona,* Miserationum domini recordab. *& patet sententia vsque ibi:*

Diuisio.

14 Et dixit. *s. dominus.*
15 Verumtamen populus. *i. quamuis sint peccatores in multis etiam à temporibus antiquis, tamen elegi eos in populum à tempore Abrahæ, cui data fuit circumcisio, quæ est signum distinguens Israel à Gentibus.*

Circumcisio distinguens Israel à gentibus.

16 Filij non negantes. *s. nomen meum in afflictione Aegypti, quasi dicat: Decens est propter hoc apud me ipsorum misereri, ideo subditur.*
17 Et factus est, &c. in omni tribulatione. *quam sustinuerunt.*
18 Non est trib. *s. populus Iudaicus quantum demeruit; & ideo subditur.*
19 Et angelus faciei. *i. à facie Dei missus,*
20 Saluauit eos, *secundum quod dicitur Exod. 24. e.* Tollensque se angelus domini qui præcedebat castra filiorum Israel, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis, *vt Aegypti j non possent nocere eis. Et ibidem subditur*, vt toto noctis tempore adinuicem accedere non valerent.
21 In dilectione sua. *gratuita.*
22 Et indulgentia. *remittente eorum peccata.*
23 Ipse redemit eos. *s. dominus, & non ex populi iustitia. Quod patet ex ingratitudine sequenti, cum subditur,*
24 Ipsi autem ad iracun. prouoc. *scilicet dominum in fabricatione vituli, Exod. 32. & in multis aliis factis, vt patet in libris veteris testamenti.*

1 Et

☞ a *Spiritum sancti eius*, id est, Moysi: vnde, *Exacerbauerunt Moysen in castris, & Aa. san. domini.* Vel sancti eius, Christi, cui credere noluerunt. Filius enim Dei qui nos redemit, ipsos de Ægypto & mari rubro liberauit. *Spiritum sanctum, vel, sancti eius.* Quidam codices habent. sc. spiritum sanctum, quem contristat, qui virum spiritualem contristat: vnde, *Qui vos tangit, quasi qui tangit pu. oculi mei.* Vel, angelum in custodiam missum, quem sæpè malè faciendo offenderunt.

Psal. 105.c. — Sanctus Domini. — Zacha. 2. c.

b *Ipse debellauit eos.*

† PROCOPIVS. Ita enim sibi loquendum esse existimauit, ne quas ipsi pœnas pertulerunt, dæmonibus attribuerent. Siquidem & Iob ipse, licet quæ patiebatur, sibi à diabolo inferri non ignoraret, de eo tamen esse sibi tacendum arbitratus, ea Deo ipsi, qui fieri permitteret, ascribit.

A quo nobis immittantur afflictiones?

c *Moysi.* quia non est alius qui orat pro eis.

d *Vbi est.* Propheta videns populi sui abiectionem, miseriam & afflictionem iam imminentem propter filij. Dei negationem, condolendo exclamat, di. *Vbi est.* Quasi dicat, clementia omnipotentis?

* Baru. 2. d.

† PROCOPIVS. Non desunt qui pastoris vocabulum ad Iosephum referant, cuius cum ossa educi curaret dominus, & ea cum illis qui ante captiui fuerant, reduxit, vt sanctorum qui obierunt, non obliuisci se demonstraret. Alij ad Christum de terra eductum retulerunt, siue eius illi resurrectionem, siue ortum de terra spectarent.

Quis hic pastor dicatur?

e *Vbi est qui posuit.* Moysi scilicet, quia orante Moyse, tulit dominus de spiritu eius, & dedit 70. viris.

Num. 11. d.

f *Qui scidit aquas ante eos.* Vel dicitur. Cùm Moyses mare percussisset, & in duodecim vias scidisset & aliis hæsitantibus, tribus Iuda ingressa est, & ob hoc regni dignitatem adepta est.

Quo facto meruit tribus Iudæ regni dignitatem.

ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum [1]
a ❡ Quia prius amicus infirmos sanando, mortuos suscitando. b ❡ Male agentibus. c ❡ Opinione. ❡ Vltorem mali.

sancti eius. Et conuersus est eis in inimicum, & ipse debel- [2]
a ❡ Per Romanos 42. anno ascensionis. ❡ Immissis hostibus in eos. b ❡ Credere nolentes. Potest enim ad tempus incarnationis hoc referri. c ❡ Post flexus ad misericordiam pro Moyse seruo, qui orauit pro eis in deserto: Aut dimitte eis aut dele me de libro quem scripsisti. d ❡ Saluati oratione Moysi.

lauit eos. [11] Et recordatus est dierum sæculi, Moysi & popu- [3]
a ❡ Moyses scilicet. b ❡ Moyse & Aaron, Maria, Vr & aliis.

li sui. Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gre- [4]
a ❡ Ineffabilis misericordia Dei. b ❡ Populi. c ❡ Paracletum. d ❡ Filij. [5]

gis sui? Vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti [6]
a ❡ Vbi est ... De Ægypto. c ❡ Prospere. d ❡ Filio, qui potentia & virtus patris est. [7]
e ❡ Vbi est potentia eius qui diuisit mare rubrum in diuisiones?

sui? [12] Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis [8]
a ❡ In. 12. vias. b ❡ Mare rubrum. ❡ Laudem. [9]

suæ: qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sem- [10]
❡ Profunditates maris. [11]

piternum: [13] qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in de- [12]
a ❡ Sine impedimento. b ❡ Inoffenso cursu. [13]
❡ Descenderunt scilicet in terra promissionis.

serto non impingentem: [14] quasi animal in campo descen- [14]
a ❡ Ideo scilicet offendere non potuit, quia spiritus domini, &c. b ❡ Populi. [15]
c ❡ Sine offensa. d ❡ In terram promissionis.

dens, spiritus domini ductor eius fuit. Sic adduxisti [16]
a ❡ Per tot miracula. b ❡ Gloriosum. c ❡ In persona pœnitentis populi. [17]
❡ Qui tanta fecisti nobis.

populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. [15] Atten- [18]
❡ Miseriam nostram. a ❡ Miserere, secundum illud: Videns vidi afflictionem populi mei.
b ❡ Angelis & aliis iustis.

de de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo, & solio [19]
a ❡ Vnde: Iam non irascar tibi. & zelus meus recessit à te.
❡ Quo dilexisti nos & patres. b ❡ Qua eduxisti patres nostros de Ægypto.

gloriæ tuæ. * Vbi est zelus tuus & fortitudo tua, mul- [20]
a ❡ Affectum circa nos. b ❡ Quasi obliuiscetur misereri Deus. [21]

titudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? [22]
a ❡ Creator. ❡ Augustinus dicit: quia mortui nesciunt, etiam sancti, quid agant viui, etiam eorum filij.

Super me continuerunt se. [16] Tu enim pater no- [23] [24]

g *Spiritus domini.* Angelus, scilicet, vnde, *Et præcedet te angelus meus.* Spiritus enim, naturæ nomen est, Angelus officij.

Spiritus naturæ, Angelus officij nomen est. — Exod. 14. c.

h *Attende de cælo & vide.* Dominus vbique totus & semper est, vnde; *Cælum & terram ego impleo*: Dicitur tamen sedem habere in cælo, secundum illud, *Cælum mihi sedes*, quia scilicet in cælestibus angelis, & hominibus iustis (quorum scilicet conuersatio est in cælis) eius voluntas præcipuè fit.

Iere. 23. e. — Cur specialiter Deus in cælo esse dicatur?

†† HIER. Non quo omnipotens Deus qui tenet cælum palmo & terram pugillo, vllo claudatur loco: sed quo quæ sanctiora sunt, illius locus & habitaculum esse dicantur. Denique Salomô, qui ædificauit domum Dei, ad eum precans loquitur, Cæli cælorum & terra non sufficiunt tibi. Et in oratione dominica dicitur. *Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra*, Vbicumque ergo fit voluntas Dei, illic est habitaculum eius.

Vbicumque fit Dei voluntas, illic est habitaculum eius.

i *Vbi est zelus tuus & fortitudo tua, multitudo.* Quasi dicat, Quia peccauimus, & nos odisse cœpisti, recessit zelus tuus: quo recedente recessit fortitudo, & paternorum viscerum superatur affectus.

Infr. 66. a.

e Vbi — ☞ a Abra-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et afflixerunt spiritum sancti eius, *scilicet Moysi, cuius spiritum multoties & multipliciter afflixerunt, vt patet in libris Exo. & Deut. & Nume.*

2 Et conuersus est eis. *s. dominus in inimicum non ex odio, sed iustitia puniens eos per vicinos eorum, vt patet in libro Iudicum, & postea per reges Aegypti, Assyriorum & Babylonis 4. Regum.*

3 Et recordatus est. *Quia sicut per Moysen liberauit eos de Aegypto, sic postea liberauit eos de captiuitate Babylonica per Cyrum.*

4 Vbi est qui. *Hic consequenter ponitur petitio eorum deuota, & primò pro liberatione à pœna; secundò pro liberatione à culpa, ibi,* Tu autem. *Circa primum dicitur in persona Iudæorum tempore Antichristi futurorum, quantum ad pœnitentes,* Vbi est qui eduxit eos de mari. *s. rubro, aquas coram eis diuidendo, Exo. 14.*

Diuisio.

5 Cum pastoribus gregis sui, *i. cum Moyse, & Aaron. Psal. 76. d.* Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi & Aaron. *quasi dicat: Ita faciliter posset nos educere de persecutione Antichristi. Et hoc modo subintelligendum est in omnibus sequentibus partis huius.*

6 Vbi est qui posuit in medio eius, *s. populi Israelitici,*

7 Spiritum sancti sui, *s. Moysi, cui dedit spiritum prophetandi, & sapientiam & constantiam ad educendum Israel de terra Aegypti.*

8 Qui eduxit ad dexteram, *i. ad partem bonam & prosperam, liberando eum de persecutione Pharaonis eum occidere volentis, Exod. 2.*

9 Brachio maiestatis suæ, *i. fortitudine deitatis suæ.*

10 Qui scidit aquas. *s. maris, vt patet ex dictis.*

11 Vt faceret sibi nomen, *Ad gloriam enim nominis Dei recolitur, & recoletur in futuris generationibus istud factum.*

12 Qui eduxit eos. *i. per profundum maris rubri.*

13 Quasi equum non imping. *id est, prompte & absque aliquo impedimento procedentem.*

14 Quasi animal in campo. *i. in terra plana, vbi non habet obstacula.*

15 Descendens, *i. angelus à Deo missus.*

16 Ductor fuit. *vt patet ex prædictis.*

17 Sic adduxisti, *Istud enim factum fuit reductum ad memoriam vsque nunc, & reducetur in posterum ad gloriam diuini nominis.*

18 Attende, &c. *ad orationem nostram.*

19 Et vide de habitaculo, *afflictionem nostram, sicut alias fecisti, ideò subditur,*

20 Vbi est zelus tuus. *quo dilexisti patres electos.*

21 Et fortitudo, *quoties liberasti eos?*

22 Multitudo viscerum tuorum, *id est pietatum quibus eis bona præstitisti.*

23 Super me continuerunt se. *à condescensione: Ista enim in tribulatione mea cessauerunt.*

24 Tu enim. *Hic consequenter petitur liberatio à culpa. Circa quam primo allegatur pietas & potentia diuina, cum dicitur,* Tu enim pater noster. *In generatione enim mater ministrat materiam, & pater dat formam: & ideo in generatione hominis Deus dicitur pater, quia corpori organizato infundit animam creando.*

10 Qui — 1 Et

a *Abraham ne*. HIERON. lib. 17. Quasi dicat, Quia te offendimus, filios suos non agnoscit esse filios suos, quia scilicet dissimiles illi, recessimus à Deo, qua de causa non orat pro nobis, quia nihil impetraret, vnde ad Ieremiam, *Noli orare pro populo isto, quia non exaudiam te*. Peruersi enim filij oratione sanctorum patrum non possunt liberari. Vnde ad Ezechielem, *Si fuerint tres viri in medio Ierusalem: Noe, Daniel, & Iob, filium & filiam non liberabunt, sed ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas*, & de Iacob similiter. *Abraham nesciuit nos, &c.* Abraham de Gentibus ad fidē vocatus est, & pro qualitate prioris & sequentis conditionis sortitus est mutationem nominis. Iacob quoque vt appellaretur Israel, multo labore acquisiuit. vnde Abraham habet tres vxores, Iacob quatuor. Isaac vsque ad finem antiquum nomen possedit, & ecclesiæ indicans castitatem, vna fuit vxore contentus. Isti ergo qui precantur de peioribus commutationem in meliorem statum eorum, assumunt similitudinem, quibus læta post tristia successerunt. Hoc autem est quod petiuit, vt qui pater eorum est, non obliuiscatur filiorum suorum, ne per ipsos nomen Dei blasphemetur in Gentibus.

(Marginalia: Iere. 7. c. — Eze. 14. c. Quibus filiis nō prosint bonitas & preces patrum. — Gen. 17. a. & 32. f. — Sup. 52. b.)

a ¶ Iacob scilicet, & Isaac quoque adiunxisset, nisi per extrema medium intelligi voluisset.

a ster, & Abraham nesciuit nos, & Israel igno- ¶ Creator. rauit nos. Tu domine pater noster, & re- ¶ Permanet. ¶ Laus. demptor noster, à sæculo nomen tuum. a ¶ Erroris & duritiæ, causa videtur, dum non corripit delinquentes. b ¶ Permisisti. c ¶ Mundatis. [17] Quare errare nos fecisti domine de viis tuis, a ¶ Indurari permisisti, suspendendo flagella, secundum illud: Indurabo cor Pharaonis, &c. indurasti cor nostrum ne timeremus te? Con- a ¶ Ad misericordiam. b ¶ Patres nostros. ¶ Abraham & Israel qui non cognouerunt nos. ¶ Scilicet. ¶ Vel possessionis. uertere propter seruos tuos, tribus hereditatis ¶ Sine pugna, sine labore. tuæ. [18] Quasi nihilum possederunt populum ¶ Nos. ¶ Olim. a ¶ Chaldæi, Babylonij, Romani. sanctum tuum hostes nostri, conculcauerunt a ¶ Templum. ¶ Quia. sanctificationem tuam. [19] Facti sumus quasi in ¶ Sine Deo. principio cùm non dominareris nostri, neque a ¶ Dum populus Dei non vocantur. inuocaretur nomen tuum super nos.

nuntur etiam ista meminisse, & quæ illos quibus hæc indicāt, oportet audire. Possunt & ab angelis, qui rebus, quæ aguntur hic, præsto sunt, audire aliquid mortui: possunt etiam spiritus mortuorum aliqua quæ hîc aguntur, spiritu reuelante cognoscere.

b *Quare errare*. Paulus ad Corinthios scribens ad vnius scilicet populum ciuitatis pro varietate habitātium sanctorū scilicet & peccatorum, nunc laudat, nunc reprehendit: Sic præsens capitulum quod ex oratione populi Deum deprecantis contexitur nunc laudat dominum, nunc accusat, iuxta secundam regulam Ticonij, quæ est de corpore domini.

(Marginalia: Hoc loco abutuntur hæretici, vt probent mortuos ignorare res nostras. Sed habet secum solutionem suam. 1. Cor. 11. c.)

† ORIGEN. li. 3. Periarch. c. 1. Figura illa sermonis eius, qui scriptus est de induratione, ex quotidiano vsu dicendi ortum traxit: Indulgentissimus pater aut maritus solent dicere, mea patientia te perdidit, malo te dicere mea facilitas multa.

† CHRYSOSTOMVS ho. de Adam & Eua. Peccatum est pœna peccati, vt apud Isaiam, *Quid errare me fecisti de via tua*.

(Marginalia: Vnum peccatum alterius pœna.)

† THEODORETVS. Indurasti, non corripuisti nos dū peccaremus, & tua licentia fecit nos peccare licenter & sine freno, non castigasti nos, & hinc durum cor habuimus.

† PROCOPIVS. Non quod peccati auctor sit Deus, sed quia peccare permittit.

† PROCOPIVS. Non enim Abraham, quamuis generationis minister, pater noster fuit, sed tu, qui de nihilo producens, non modo spirituum omnium pater es, sed animarum etiam quæ sunt ad imaginem tuam procreatæ. Illi enim etsi promissio facta est, nos tamen non vidit.

† AVGVST. lib. de cura pro mortuis ca. 14. 15. Quomodo quid hic ageretur? Abrahā nesciebat? Fatendū est, nescire mortuos quid hic agatur, sed dum hic agitur, postea audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt: non quidem omnia, sed quę sinūtur indicare, qui sinuntur

c *Quasi in principio*. HIER. Antequam vocares nos in Abraham. Vel cum in Ægypto colebamus idola sine rege, sine principe, sine prophetis, sine Deo, sine lege, sine Sacerdote, quæ partim in aduentu Christi omnino post eius ascēsionem, completa sunt. Complentur autem quotidie, secundum illam maledictionem, *Sanguis eius super nos & super filios nostros*. Dum enim permanserint in vetustate legis, nec susceperint veritatem Euangelij, non vocabuntur populus Dei, à Christo scilicet Christiani.

(Marginalia: Hosee 3. b. — Modernus status Iudæorum similis illi in Ægypto. Matt. 27. c.)

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et Abraham nesciuit nos. *q. d. ab eo non habemus animum nec à Iacob.*
2 Tu domine pater noster, *animam dando.*
3 Redemptor noster, *ipsam iustificando.*
4 A sæculo. *s. patris nostri & redemptoris.*
5 Quare errare nos fecisti. *i. permisisti,*
6 De viis tuis. *i. præceptis & consiliis Euangelicis.*
7 Indurasti cor nostrum, *subtrahendo gratiam tuam cor mollificantem, tamen iuste pro nostra incredulitate.*
8 Ne timeremus te. *Non est intelligendum istud causatiuè, sic quòd Deus subtrahat gratiam suam, vt per hoc ab hominibus excludat diuinum timorem; sed intelligitur tantùm consecutiuè, Ad subtractionem enim gratiæ sequitur subtractio timoris filialis, qui est ei annexus.*
9 Conuertere, *peccata nostra remittendo, & nos iustificando.*
10 Propter seruos tuos, *i. propter merita patriarcharum in fide Christi venturi mortuorum: ideo subditur,*
11 Tribus hereditatis tuæ. *Et vt petitio sit magis exaudibilis, adhuc recolitur atrocitas persecutionis Antichristi, cùm dicitur,*
12 Quasi nihilum possederunt pop. sanct. *s. Christianum, ipsum nihil reputando.*
13 Hostes nostri. *s. Antichristus & sibi adhærentes.*
14 Conculcauerunt sanctificationem. *Antichristus enim conculcabit ecclesiam Dei cultum eius auferendo.*
15 Facti sumus, *q. d. tamquam extranei à te dimissi sumus in manibus inimici tui.*

☞ CAP.

ADDITIO I.

In cap. 63. Vbi dicitur in Postil. Primum est, quòd ista expositio in aliquibus videtur extranea.

Expositio sanctorum in hoc loco non videtur extranea, si bene consideretur, sed satis rationabilis, non obstantibus Postillatoris rationibus contra eam factis. Et ideo sicut per modum inquisitionis scholasticæ eam Postillator impugnauit, sic pari modo defendenda esse videtur. Ad hoc quod primò dicit, quod Ierusalem seu Iudæa non debet intelligi per Edom, cum Idumæa semper fuerit Iudææ inimica; dicendum quod descendentes à Iacob secundum carnem, & ab eius fide recedentes, sicut fuit synagoga Iudæorum, Christum negantium & crucifigentium, talis synagoga mera transit in Idumiticam inimicitiam contra veram Iudæam: vnde & nomen Idumææ sibi vendicat, quæ ab exordio fuit Israeli inimica, prout plenè declaratum est supr. 34. in additione, vbi ostensum fuit, quòd per Idumæam intelligitur ibi ad litteram sub sensu metaphorico synagoga Iudæorum, quæ est synagoga Sathanæ, Apoc. 2. cap. Similiter per Bosra eadem intelligitur synagoga ad litteram sub alia ratione, vide ibi. Item ad hoc quod dicit quòd ex hoc quod dicitur, Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, *non rectè intelligitur de sanguine Christi, quia non inuenit talem modum loquendi in scripturis sacris. Dicendum quòd sicut in scripturis sacris quandoque attribuuntur Christo aliqua, quæ ei non competunt secundùm se, sed secundum alias considerationes, vt cùm dicitur in Psalm. in persona Christi,* Verba delictorum meorum, *In quibus verbis Christus dicit delicta aliorum, esse sua, inquantum pro eis pœnam sustinuit, vt ipse Postill. ibidem exponit: Sic in hoc loco aspersus dicitur esse sanguis eorum, non quia esset eorum sanguis propriè, sed quia per procurationem eorum fuit effusus; vel etiam quia ipsi fecerunt se obnoxios huius sanguinis, di.* Sanguis eius super nos & super filios nostros. *Item ad hoc quod dicit, quod Christo ascendente mysterium incarnationis iam erat in effectu completum; Dicendum, quod licet angeli visione beatifica mysteria gratiæ cognoscunt, non tamen omnia, neque æqualiter omnes, sed secundum quod Deus voluerit eis reuelare, vt in prima parte quæst. 57. art. vlt. in corpore quæstionis; Et ideo cognitio omnium mysteriorum incarnationis Christi videtur excedere facultatem angelicæ cogni-*

(Marginalia: Defendit expositionem SS. Ieronymi & Dionysij super præsens cap. — Per Edom & Bosram rectè ad litterā significari Iudæos. — Christi dici possit sanguis Iudæorum. — Quid de mysterio Incarnationis cognouerint Angeli?)

cognitionis, vnde de talibus angeli amplius quærebant edoceri. Dato etiam quod A hæc ratio esset valida, tamen adhuc cogeret exponere hanc prophetiam de Christo post passionem suam ad patrem redeunte: & hoc exponendo quod dicitur hic: Quis est iste qui venit de Edom? sit verbum Isaiæ admirantis de victoria passionis, prout Postillator vult secundum suam expositionem. Item ad hoc quod dicit, quod non arctamur ad tenendum expositionem prædictorum sanctorum, dicendum, quod licet verum est, quòd ea quæ habentur tantùm ex dictis sanctorum doctorum, non sunt tantæ auctoritatis, vt ex eis testimonia proferantur, prout dicit August. tamen secundum pietatem, seu ex dono pietatis oportet honorare sanctos, & non contradicere temerariè eorum scripturis, prout in 2.2.q.121.ar.2.

Multum Sanctis patribus deferendum.

ADDITIO II.

In eo.ca. vbi dicitur in Postilla. Indignatio mea, contra Antichristi mala.

Ad præsentiam vindictæ delectatio sequitur.

Vbi nos habemus, Indignatio mea, in Hebr. habetur, Ira mea auxiliata est mihi: Cuius sensus est, Nam secundum philosophum, ad præsentiam vindictæ delectatio sequitur. Quæ quidem vindicta si sit perfecta totaliter, excludit B tristitiam, in prima secunda, qu. 48. vnde hic loquitur Deus ad modum hominis, qui vindictam perfectam exercens per suam iram ex hoc consequitur quietationem & delectationem: & sic ira auxiliatur irato, de quo dicit, Ira mea seu Indignatio mea auxiliata est mihi.

ADDITIO III.

In eo.ca. vbi dicitur in Postil. Tu enim pater noster. In generatione enim mater ministrat materiam.

Sicut Deus infundit animam corpori organizato creando, ita etiam est creator materiæ de nihilo eam producendo. vnde secundum considerationem Postillatoris sic pertineret ad Deum respectu hominis ratio maternitatis, sicut & paternitatis. Et ideo aliter videtur dicendum. Pro quo attendendum est, quod ad hoc quod affectum filialem habeamus ad Deum, requiritur donum spiritus sancti, scilicet donum pietatis, per quod donum cultum & officium exhibemus Deo, vt patri, secundùm illud Rom. 8. cap. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater; vnde secundum sanctum Thomam in secunda secundæ, quæst. 121. articulo primo, in responsione se-C cundi argumenti, Deo exhibere cultum vt patri, est excellentius quam exhibere cultum Deo, vt creatori & domino. Et ideo ad proclamandum paternalem pietatem Dei, cum dixisset: multitudo viscerum tuorum, &c. subdit, Tu enim pater noster, quasi dicat non solum ad te clamamus, vt creatorem, seu dominum, sed vt ad patrem, ad quem magis pertinet ostendere viscera miserationum ad filios, & sequitur, Abraham nesciuit nos, quasi dicat, paternitas tua erga nos non est ita sicut paternitas Abrahæ vel Israelis, quia tu non solum es pater, sed etiam dominus & redemptor: vnde subdit, Tu pater noster, redemptor noster à sæculo, &c.

Donum pietatis.

Quid reprehendat Postill. in expositione SS. Dionysij & Ieronymi super hoc cap.

REPLICA. In cap. 63. Postillator allegat expositionem beati Dionysij & beati Ieronymi exponentium prout communiter de Christo, post passionem redeunte ad patrem. Sed dicit salua reuerentia sanctorum illam expositionem nec velle sequi nec reprobare, sed per modum scholasticæ inquisitionis pauca circa eam dicere. Primum quod illa expositio videtur ad litteram esse extranea, vbi per Edom accipitur mons oliueti vel Ierusalem, cum Edom fuit Iudææ semper hostis sicut Esau Iacob. Secundo circa hoc quod dicitur: Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: exponitur quod sanguis Christi dicatur sanguis Iudæorum, quia per procurationem eorum effusus est, dicit Postillator se non recolere similem modum loquendi in scripturis. Tertio est sibi dubium, quo ad admirationes hic positas, quas ista expositio dicit esse angelorum, &c. Et finaliter se excusans à sequela illius expositionis dicit: Dato quod non esset talis loquendi extraneitas, non sumus tamen arctati ad tenendum illam expositionem: Tum quia sacra scriptura expressè non declarat, quod sit sensus D huius scripturæ, & non alius, sicut in plerisque locis fit exemplum supr. 8. cap. Ecce virgo concipiet: sensus illius determinatur auctoritate Euangelij: & sic de aliis, Nec ecclesia determinauit, sed solum habemus ad id auctoritatem Dionysij & Hieronymi: ex qua non habetur argumentum necessarium quamuis probabile prout vult sanctus Thomas, prima parte summæ art. 8. prima quæstio. in responsione ad secundum argumentum: Et hoc idem vult beatus Augustinus, ad Vincentium Donatistam, qui arguebat contra eum de dictis beati Hilarij: cui respondit beatus Augustinus dicens: Hoc genus scripturarum ab auctoritate sacri canonis distinguendum est. Non enim sic leguntur tamquam ex eis testimonia proferantur vt contra non liceat sentire. Sic & idem beatus Augustinus libros suos, non vult legi vt necessitatem credulitatis imponant, vt patet in libris retractationum. Sed his bene dictis, & ad multa valentibus Burg. se opponit volens dicta motiua Postil. euacuare; Ad primum respondet per sensum quem ipsemet dicit metaphoricum, quod per Edom significetur Ierusalem: Quod si ita est, nihil est ad propositum. quia Postillator dicit ad litteram non ad metaphoram. Nam multa sunt vera per meta- E phoram quæ ad litteram (vt termini sonant) sunt absurda, vt Iudicum 9.b. Ierunt ligna, vt eligerent sibi regem: vnde sicut secundum Burg. & omnes communiter doctores à solo sensu litterali sumitur efficax argumentum, igitur etiam à solo sensu litterali, non à metaphorico sumitur efficax ad argumentum responsio, quia igitur Burg. per metaphoram respondet, non euacuat primum Postillatoris argumentum, Ad secundum argumentum Postil. respondet Burg. per litteræ corruptionem, quia mutat actiuum in passiuum: propheta enim in persona Christi dicit hic de sanguinis effusione quam actiue Christus fecit, non quam passiue sustinuit, patet hoc ex littera in qua dicitur: Calcaui eos in ira, & conculcaui in furore meo, & aspersus est sanguis eorum super vestem meam, &c. Hic fit sermo de ira, furore & indignatione Christi, quæ in effusione sanguinis Christi qui de corpore eius effusus est, locum non habent: quia in ea, ex parte Christi nec fuit ira, nec furor, nec indignatio, sed charitas, patientia, & diuina miseratio. Ad tertium argumentum Postill. Burg. respondet quasi actus aliquis hierarchicus esset inquisitiuus. Quod non videtur verũ, quia actus hierarchici sunt superiorum ad inferiores, vt docet beatus Dionysius. Cum igitur non sit minor difficultas in quærendo quam in determinando quæsita, talis igitur actus hierarchicus si esset, non esset inferiorum ad superio- F res, sed econuersò: Sunt igitur actus hierarchici reuelationes spontaneæ, non inquisitiones exactæ. Sunt etiam beati in his quæ ostenduntur contenti, non inquirendo curiosi: & videtur in hac parte Burg. Postillatorem non rectè vidisse, quando dicit eum sentire, quod illæ inquisitiones sint Isaiæ de victoria passionis Christi. Non enim Postillator hoc dicit, sed dicit quod Isaias admiratur per huiusmodi inquisitiones de victoria Christi contra Antichristum, de qua & Burg. ratione compulsus dimittendo sententiam sanctorum & sequendo Postillatorem exponit hunc passum, Et indignatio mea auxiliata est mihi contra Antichristum inquit. Ad vltimam rationem Postil. non rectè innuit Burg. quasi Postil. temerariè se opponat dictis sanctorum, quod patet in sua protestatione, quia vt dicit, sine præiudicio sententiæ sanctorum intendo aliam prosequi.

Quantum nos mouere debeat patrum auctoritas.

Argumenta Postill. manere inconcussa non obstante impugnatione Burgensis.

Vellicat alias additiones.

In eodem cap. vbi dicitur: Tu pater noster es, Postil. dicit quod Deus potius dicitur pater hominis, quam mater, quia ministrat formam, mater verò materiam in hominis generatione. Burg. volens hoc bene dictum infirmare, arguit, quod secundum dictum Postil. Deus habet ita rationem maternitatis sicut paternitatis, creando materiam ministrat, sicut formam. Respondeo quamuis Deus creauit materiam primam, ex hoc tamen non dicitur mater in generatione hominis quia non componitur homo ex illa materia prima & anima, sed ex corpore & anima: Corpus enim organizatum non est ex nihilo, per consequens non est creatum, sed opere parentum generatum; Parens autem in hoc opere ministrans materiam verè mater dicitur, administrans formam dicitur pater; quia igitur Deus huic corpori generato dat formam. s. animam, igitur dicitur pater. Est igitur obiectio Burg. tentatiua, sicut in vico straminum Parisiis consueuit fieri contra Beanos.

CAP. LXIV.

a ¶ Quia hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam. b ¶ Excita domine potentiam tuam, & veni.
¶ Propere veniendo, promissa implendo.

a V [1] Tinam dirumperes cælos & [1]
a ¶ A maiestate (in qua nobis inuisibilis) visibilis in carne. b ¶ Quia si descenderes, à fa. scilicet à præsentia.
descenderes, à facie tua mon- [2]
a ¶ Superbia Iudæorum, vel dæmonum.
b ¶ Lignum, fœnum, stipula: Deus noster ignis consumens est.
tes defluerent, [2] sicut exustio [3]
a ¶ Accepta hac sententia, hoc implebitur in die iudicij: Ite in ignem æternum, quotidie tamen partim impletur.
b ¶ Per potentiam.
b ignis tabesceret, aquæ arderet igni, vt notũ fie- [4]
a ¶ Iesus. b ¶ Dæmonibus, Iudæis, quibuslibet aduersariis. [5]
c ¶ Gentiles moti ad pœnitentiam. [6]
ret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua Gen- [7]
a ¶ Alia translatio habet, commouebuntur. b ¶ Tamen. ¶ Incarnatus.
c ¶ Mortuos suscitabo & alia huiusmodi.
c tes turbarentur. [3] Cum feceris mirabilia, non su- [8]
a ¶ Aduentum tuum. b ¶ In vterum virginis, id est verbum caro fa. est. [9]
c ¶ Præsentia. d ¶ Iudæi dæmones.
d stinebimus. Descendisti, & à facie tua montes [10]
e a ¶ A principio mundi. [11]
f defluxerunt. * [4] A sæculo non audierunt, neque [12]
a ¶ Corporis quia non est sonus. ¶ Bona scilicet. ¶ Et. ¶ O.
g auribus perceperunt. Oculus non vidit, Deus,
a ¶ Vel diligentibus.
absque te, quæ præparasti expectantibus te. [13]
a ¶ Quia. ¶ Visibilis vt Symeoni, vel in auxilium vt Dauid, Machabæis & aliis.
b ¶ Vt Symeoni de aduentu tuo gaudenti, de quo, Symeon iustus & timoratus, expectans consolationem Israel.
[5] Occurristi lætanti, & facienti iustitiam: in [14] [15]
a ¶ Mandatis. b ¶ Vt idem Symeon & Anna. c ¶ Sed. [16]
h viis tuis recordabuntur tui. Ecce tu iratus es, [17]

CAP. LXIV.

A a VTinam dirumperes cælos. HIER. lib. 17. In persona sua, & omnium prophetarum, aduentum Christi desiderantium loquitur Isaias præuidens aduentum filij, abiectionem sui populi, vocationem Gentium: Et hoc est, *Vtinam di. cæ.* Item Dauid: *Inclinauit cælos, & descendit.* (Psal. 17. b.)

b *Aquæ arderent.* IBID. Symmachus. B *Aquæ maris arderent igni.* Quod est, populi mundi inflāmarentur igne charitatis, vnde, *Ignem veni mittere in terram & quid volo nisi vt ardeat?* & sic *notum fieret nomen tuum* quod est Christus Iesus, *inimicis tuis,* scilicet Iudæis.

c *Non sustinebimus.* IBID. Nos Iudæi, sed blasphemabimus dicentes, *In principe dæmoniorum Beelzebub e. d.* (Matt. 12. b.) Hoc enim dicit propheta in persona infideliũ.

d *Descendisti.* (1. Cor. 2. b.) Tamquam precibus suis exauditis inquit: *Descendisti.*

C e *Montes.* Amissa potentia: *Nunc princeps huius mun. eij. fo.* (Ioan. 12. e.) Et Iudæis dicitur, *Auferetur à vobis regnum Dei.* (Matt. 21. d.) s. sancta scriptura & omnis gloria, & omnis dignitas.

f *A sæculo.* IBID. Hinc Paulus ad Corinthios testimonium (1. Cor. 2. b.) sumit, non verbum ex verbo, sed sensum exprimens.

g *Oculus.* Quia non est corpus vel color. Quod apostolus ponit in cor hominis non ascendit, quia maius, & cor debet illuc dirigi. Parauit enim seipsum cognitionem sui, cognitionem sanctæ trinitatis, vnde, *Hæc est* D *vita æterna, vt cognoscant te ve. de. & quem mi. Iesum Christum.* (Ioan. 17. a.) Hunc nemo potest videre, vnde illud, *Deum nemo vidit vnquam.* (Ioan. 1. b.)

† PROCOPIVS. Hæc eo fine dixit, vt Dei vires cum nullis posse comparari demon- E straret. Quod Paulus tamen nulla loci violatione, ad bona quæ Deum diligentibus prómittuntur, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, retulit: cum nihil huiusmodi in oculorum, vel aurium, sensus cadere animaduerteret; & verò alibi, cum esset ad tertium vsque cælum euectus, ea se arcana verba audiuisse asserit, quæ effari homini non liceat: non quod tacere in mandatis haberet, sed quod efferre pro dignitate non posset. (Bona diligentium Deum quæta.)

h *Ecce tu.* In persona infidelis populi, qui volens transire ad veritatem Euangelij pœniten- F tiam præferebat ore, quam non habebat in corde.

† PROCOPIVS. Si Deus à nobis propter iniquitates auertitur, maius in nobis malum innascitur, cum sæpe quidem veluti pædagogus aliquis minari soleat, sæpe etiam ferire, postremò spernere, si noua prioribus semper adiicere peccantem videat, futurum enim est, vt qui talis sit, malorum metu minus afficiatur. (Ne mala malis addere velimus.)

† CHRYS. ho. 1. de Adam & Eua. Desertus à Deo homo propter peccatũ, cedit cupiditatibus atq; consentit & vincitur, à quo enim

quis

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT LXIV.

VTinam. *Aliqui doctores catholici exponunt principium huius capituli de primo Christi aduentu: sed hoc non videtur conuenienter dictum, quia primus Christi aduentus fuit in maxima humilitate, & sic descriptus fuit futurus, Zach. 9. b.* Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, & ipse pauper, &c. *vnde super illud Gen. 49. b.* ligans ad vitem pullum suum, &c. *dicit Ra. Mo. quando veniet rex Messias in Ierusalem ad saluandum Israel, ipse erit cingulans asinum suum, & equitans super eum, vt ducat se cum humilitate, sicut scriptum est Zachar. 9. b.* Et ipse pauper. *Hic autem aduentus eius describitur cum magna potestate & terrore: propter quod magister Alexander de Hales exponit hoc de secundo aduentu eius. s. ad iudicium, qui in potestate magna erit & maiestate, Luc. 21. Igitur hanc sententiam sequendo, dicendum quod postquam descriptum est Antichristi exterminium, hîc consequenter describitur iudicium: circa quod primò ponitur sanctorum desiderium, secundo ipsum iudicium, ibi:* Ecce tu iratus es. *Prima in duas, quia primò ponitur dictum desiderium, Secundo, huius desiderij motiuum principium, ibi,* A sæculo. *Circa primum sciendum quod licet iudicium futurum horrendum sit reprobis, tamen desiderandum est electis, qui tunc in anima & corpore beatificabuntur: propter quod Saluator Luc. 21. loquens apostolis de iudicio futuro dicit,* His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra. *i. exhilarate corda, vt exponit Greg.* Quoniam appropinquat redemptio vestra: *Hoc autem præuidens Isaias dicit,*

(Hoc ca. non debet exponi de primo Christi aduentu, Sed de secundo. Diuisio. Extremum iudicium quibus sit tremendũ, quibus desiderabile?)

1 Vtinam dirumperes & descenderes, *sc. ad iudicium, licet enim tunc non rumpantur cæli superiores, qui non sunt scissibiles, tamen cælum aereum, de quo dicitur in* Euangelio: Volucres cæli, &c. *inflammabitur igne conflagrationis, iudicis aduentum præcedente, secundum quod dicitur* Psalm. 96. *a.* Ignis ante ipsum præcedet, *& sic cælum aereum quodam modo lacerabitur. Quod dicitur* cæli *pluraliter, ponendo plurale pro singulari, sicut* Exo. 32. *b. dicitur:* Isti sunt dij tui. *de vitulo conflatili qui erat vnicus, vel aliter, propter diuersas partes aeris, sc. superiorem montes transcendentem, & inferiorem. Ignis enim conflagrationis attinget vtramque partem, quia tantum ascendet quantum aquæ diluuij, quæ 15. cubitis vltra cacumina montium ascenderunt, Gen. 7. d.*

(Cur absumpturus sit ignis conflagrationis?)

2 A facie tua montes deflue. *quia ante aduentum iudicis montes terræ motu corruent.*

3 Sicut exustio. *Igne enim conflagrationis materia montium cum alia terra purgabitur.*

4 Aquæ arderent igni. *Quia ille ignis purgabit aquas existentes in superficie terræ.*

5 Vt notum fieret nomen tuum. *i. potestas tua tamquam iudicis venientis.*

6 Inimicis tuis. *Quia ante, timorem tuum à se abiecerunt.*

7 A facie tua. *secundùm quod dicitur Luc. 21. e.* Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. *ideo subditur,*

8 Cum feceris, *Prædicta.*

9 Non sustinebimus, *Quia quantumcumque sint tunc temporis aliqui homines iusti, concutientur tamen horrore ex humana fragilitate. Quod consequenter declaratur per simile, cùm subditur,* (Quantus terror extremi iudicij.)

10 Descendisti. *In datione legis super montem Sinai,*

11 A facie tua montes defluxerunt, *Quia tunc mons Sinai videbatur tremere & ardere, vt habetur* Exo. 20. *c. propter quod filij Israel territi & pauore concussi steterunt à longè dicentes Moysi:* Loquere tu nobis & audiemus, & non loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur: *& ex hoc sequitur, quod maior terror erit quando veniet ad iudicium, quia illud respectu istius fuit minimum.*

12 A sæculo non. *Hic consequenter ponitur ratio dicti desiderij. s. ex perfecta beatitudine, quam sancti tunc habebunt in anima & corpore, & non ante.* A sæculo non audierunt, *Quia illud bonum est infinitum, & per consequens inenarrabile.*

13 Quæ præparasti expectantibus te, *s. filium tuum, in cuius aspectu reficientur beati interius ratione suæ deitatis, & exterius ratione suæ humanitatis, secundùm quod dicit August. super Ioan. & secundùm hoc allegatur hæc auctoritas dicta de filio, qui est Dei sapientia 1. ad Cor. 2.*

14 Occurristi. *i. occurres, & loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*

15 Lætanti & facienti iustitiam. *i. cœtui electorum tunc in iudicio apparenti, vt cum lætitia deducatur ad patriam.*

16 In viis tuis recordabuntur, *Gratias agendo de omnibus bonis quæ eis fecisti,*

17 Ecce tu iratus es. *Hîc consequenter describitur ipsum iudicium.*

2 A fa- Circa

☞ quis deuictus est, huic & seruus addictus est, & fit ei peccatum A consequens præcedentis pœna peccati.

a *Menstruata vniuersa iustitia nostra.* Mene Hebraicè, Luna Latinè: Vnde menstruatæ quæ singulis mensibus solent sanguinis fluxum sustinere, Et tunc viri abstinere debent ab eis. Tunc enim concipiuntur membris damnati, cæci, claudi, leprosi, & huiusmodi: Vt quia parentes non erubuerunt misceri in conclaui, eorum peccata pateant cunctis, & apertè redarguantur in paruulis.

Quales proles nascantur ex mulieribus quæ in mēstruis conceperūt.

b *Ventus.* Commotio B aëris, vt ibi, *Imperauit ventis & mari.* Vel Spiritus sanctus: *Aduenientis spiritus vehementis.* Hic enim spiritus pro vento ponitur significatione Spiritus sancti. Vel, tentatio dæmonum & malorum hominum: vt illud, *Venerunt flumina, & flauerunt venti:* & hoc est quasi ventus.

Matth. 8. d. Act. 1. a. Ventus quid hic designet. Matth. 7. d. *Psal. 87. b.

C c *Non est qui inuocet.* †† Hier. Quia instar foliorum de arboribus fluximus, quæ ventus arefacta dispergit: propterea nullus inuentus est, qui inuocaret nomen tuum, & consurgens de ruina iniquitatum suarum, apprehenderet vel teneret te, diceretque cum sponsa, Inueni quem quæsiuit anima mea, tenui eum nec dimittam.

d *Et nunc domine.* Ac si dicat: Si consideremus nostra merita, desperandum est; si clementiam tuam, qui flagellas omnem filium quem D recipis, audemus preces fundere, tu enim pater noster es.

Hebr. 12. b.

† Procopius. Quem operibus placare non possunt, vt conditorem lenire contendunt, seruari eos postulantes, qui ab ipso primum, hoc ipsum quod sunt, acceperunt.

a ¶ Quia scilicet. ¶ Vnde hæc mala nobis. ¶ Hysteron proteron. b ¶ Peccatis. c ¶ Gratia tua, non meritis nostris.

& peccauimus: in ipsis fuimus semper & saluabimur. [6] Et

a ¶ Leprosus. b ¶ Quo nihil immundius.

a facti sumus vt immundi omnes nos, quasi pannus men-

a ¶ Mulieris. b ¶ Sunt. c ¶ Circumcisio, & oblatio, immolatio, post mortem, scilicet veri agni. d ¶ Occisi à Romanis.

struatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Et cecidimus quasi fo-

a ¶ Leuiter. b ¶ Impij tamquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. ¶ In Christum. a ¶ Tentatio dæmonum, persecutio Romanorum. ¶ Folia.

b lium vniuersi, & iniquitates nostræ, quasi ventus abstu-

a ¶ A terra nostra, à præsentia tua. b ¶ Quia sicut folia defluximus. c ¶ Pro nobis, voce, corde, opere. c ¶ Fortis in aduersis ad orationem. ¶ De ruina iniquitatum.

c lerunt nos. [7] Non est qui inuocet nomen tuum, qui consur-

a ¶ Precibus. ¶ Sicut Moyses, ne effundas iram tuam super nos. ¶ Vnde: Inueni quem quæsiuit anima mea: tenebo eum nec dimittam. b ¶ Misericordiam, præsentiam, auxilium.

gat & teneat te. Abscondisti faciem tuam à nobis & allisi-

a ¶ Opere quo vitia nos retinent sicut manibus: vnde, Mors & vita in manibus ling. b ¶ Vnde: Filios genui & exal. &c. Et: Filius meus primogenitus Israel.

d sti nos in manu iniquitatis nostræ. [8] Et nunc domine, pater

a ¶ Limus terræ. b ¶ Plasmator. c ¶ Ideo resistere non possumus voluntati tuæ.

e noster es tu, nos verò lutum, & fictor noster tu, & opera

a ¶ Quasi: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, &c. ¶ Ergo. ¶ Operi tuo. b ¶ Nimis

f manuum tuarum omnes nos. * [9] Ne irascaris domine satis,

a ¶ Id est. b ¶ Etiam secundum iustitiam, quia ferre non possumus c ¶ Sed operis tui.

et ne vltra memineris iniquitatis nostræ. Ecce respice, po-

a ¶ Fuimus olim scilicet. b ¶ Quam fluminis impetus læ. ¶ In qua quondam fuit specula virtutis. ¶ Sanctuarij, templi tui. ¶ Ad te.

pulus tuus omnes nos. [10] Ciuitas sancti tui facta est deserta,

¶ A te. a ¶ Templum.

g Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est: [11] domus san-

h a ¶ Vbi sanctificabamur, immolabamus, gloriabamur.

ctificationis nostræ & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te

a ¶ Succensa à Romanis.

patres nostri, facta est in exustionem ignis: & omnia desi-

e *Opera manuum tuarum.* q. d. Respice opus tuum non merita nostra. Mysterij Trinitatis recta confessio, est ignorantia scientiæ.

f *Ne irascaris domine.* Hoc est, non vitamus iram, nec vltrà quærimus patientiam, per quam thesaurizamus nobis iram in die vindictæ: Sed quæsumus E ne irascaris nobis satis, scilicet, ne tempore vltionis memineris iniquitatis nostræ.

Rom. 2. a.

g *Sion deserta.* Sion & Ierusalem in hoc loco idem significant, templum, scilicet, & ciuitatem, vbi quondam specula virtutum & visio pacis. Sed post quam populus Iudæorum negauit regem suum, & F addidit illud, *Non habemus regem nisi Cæsarem,* Ierusalem, deserta est à Deo: vnde, *Relinquetur vobis domus vestra deserta;* & illud, *Surgite eamus hinc.* Et in templo, auditæ sunt voces (sicut dicit Ecclesiastica historia) Transeamus ab his sedibus.

Cùm Iudæi Deum & Christum eius reliquissent, reliquit & ipse eos, & eorū templum & vrbem. Ioan. 19. c. Matth. 13. d. Marc. 14. c.

h *Domus.* Allegorice. Domus Dei, ecclesia, & vnaquæque fidelis anima, quæ aliquando ignibus luxuriæ corrumpitur & auaritiæ.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☙ *Circa quod sciendum, quod duplex est Dei iudicium, Vnum discretionis, quod est vocatio aliquorum ad fidem, aliis dimissis, iudicio Dei occulto, tamen iusto: Et istud iudicium quantum ad suum statum potissimum incepit à principio prædicationis Christi, propter quod dicitur Ioan. 12. e.* Nunc iudicium est mundi, *secundùm quod exponunt sancti; Aliud est iudicium discussionis, quo Dei iudicio redduntur pœnæ ac præmia pro peccatis & meritis. Et istud potissimum fiet in iudicio finali, quando in anima & corpore beatificabuntur electi, & cruciabuntur reprobi. A tempore tamen passionis Christi cœpit præmiatio electorum quantum ad gloriam animæ, & punitio reproborum in anima, non solum ex tunc, sed etiam antè. De istis autem duobus iudiciis videtur Isaias loqui mixtim vsque ad finem libri. Et diuiditur in duas partes, In prima ponitur Iudæorum querimonia; In secunda domini sententia ca. se. Circa primum sciendum, quod Iudæi per orbem dispersi frequenter lamentantur destructionem ciuitatis & templi per Titum factam, & suam dispersionem per orbem, precantes in Iudæa congregari, & ciuitatem, & templum sibi restitui. Licet autem dicta destructio & dispersio inflicta fuerint eis propter mortem Christi, vt habetur expresse Luc. 19. tamen hoc non credunt Iudæi, sed attribuunt hoc peccato idololatriæ vituli conflatilis (Inducentes ad hoc illud quod Exodi 32. g. dicitur,* Ego autem in die vltionis visitabo hoc peccatum ipsorum) *& idololatriæ antiquorum, quæ continetur in libris Iudicum & Regum tempore templi primi; & peccatis auaritiæ & odij fraterni, quæ viguerunt tempore templi secundi; & secundum hoc potest hæc littera exponi. In hac igitur querimonia primò ponitur confessio peccatorum, cùm dicitur,* Ecce tu iratus es contra nos. *Et causa subditur cùm dicitur,*

Iudicium Dei duplex. Diuisio. Quam Romanæ captiuitatis causam fingant Iudæi.

1 Et peccauimus. *q. d. Et iustè iratus es, quia peccauimus, & non solùm de nouo, sed etiam de antiquo; ideo subditur,*

2 In ipsis, *scilicet, peccatis,*

3 Fuimus, *Tamen de tua misericordia speramus: ideo subditur,*

4 Et saluabimur, *Nō ex nostra iustitia, sed tua misericordia; ideo subditur,*

5 Et facti sumus vt im. *Immunditia peccati. Potest etiam hoc exponi corporaliter, quia Iudæi per orbem dispersi etiam Gentibus reputantur viles & abominabiles,*

6 Quasi pannus menstruatæ, &c. *Qui Iudæi modo non possunt sacrificia pro peccatis offerre, quia talia non possunt offerri ab eis nisi in Ierusalem, & sine talibus sacrificiis non reputant se perfectè mundari, & iustificari.*

7 Et cecidimus quasi folium, *de arbore cadens, sic cecidimus ab honore regni & Sacerdotij.*

8 Iniquitates, &c. *Expellendo de terra promissionis ad longinquas partes orbis.*

Status modernus Iudæorum.

9 Non est qui. *Id est, non habemus summum Sacerdotem, qui oret pro nobis, & offerat sacrificium, vt nobis placeris, secundùm quod dicitur Leuit. 4. de expiatione peccati totius multitudinis: Et post determinationem sacrificij debiti pro peccato subditur,* Et orante pro eis sacerdote propitius erit eis dominus; *ideo subditur,*

10 Qui consurgat, *pro nobis.*

11 Et teneat te, *in nostra reconciliatione.*

12 Abscondisti faciem tuam, *Loquitur de Deo ad modum hominis irati, qui non vult ostendere faciem suam illis, contra quos iratus est.*

13 Et allisisti nos, *Id est, confregisti.*

14 In manu iniquitatis, *Id est, propter iniquitatem nostram. Consequenter notatur misericordiæ petitio, cùm dicitur,*

15 Et nunc domine pater noster es tu, *Per creationem.*

16 Nos verò lutum, & fictor noster (*supple es*) tu, *secundum quod dicitur Ierem. 18. a.* Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus Israel.

17 Ne irascaris domine satis, &c. *Id est, abundanter.*

18 Et ne vltrà memineris iniquitatis. *Ad amplius puniendum.*

19 Ecce respice, *Miseriam nostram: & allegatur ratio, cùm dicitur,*

20 Populus tuus omnes nos, *Per legem Moysi nobis datam.*

21 Ciuitas sancti tui, *Scilicet, Ierusalem tuo cultui deputata.*

22 Facta est deserta, *Per Titum.*

23 Domus sanctificationis nostræ, *Id est, templum, vbi offerebantur sacrificia pro sanctificatione nostra,*

24 Et gloriæ nostræ, *Quia in ipsa gloriabamur super omnia terrena. Cetera patent ex dictis vsque ibi,*

a ¶ Sancta sanctorum.
A dērabilia nostra versa sunt in ruinas. [1] Num-
a ¶ Ergo. b ¶ Miseriis nostris, flagitiis hostium. c ¶ A misericordia. d ¶ Aduersariis blasphemantibus.
quid super his continebis te domine, tace-[2][3]
a ¶ Quasi durus, indignans audire nos. b ¶ Humiles. c ¶ Non more solito. ¶ In perpetuum.
[4] bis & affligēs nos vehementer.

D

NICOLAVS DE LIRA.

1 Numquid super his, *miseriis nostris.*
2 Continebis te do. *à nostra consolatione? q.d. non.*
3 Tacebis & affli. nos, *id est affligi permittes ab inimicis nostris,*
4 Vehementer, *id est, vltra possibilitatem nostram sustinendi: quasi diceret, non decet te.*

CAP. LXV.

a ¶ Gentes per fidem.
a Qvæsierunt me qui ante non [1]
a ¶ Antequam homo fierem. ¶ Populus quem non cognouit ser. mi. b ¶ Misericordem me scilicet.
interrogabant: inuenerunt [2][3]
a ¶ Ante.
qui non quæsierunt me. [4]
a ¶ Filius, qui ante dixi Moysi: Ego sum qui sum. ¶ Formam serui accipiens. b ¶ Vt faciam s. e cunctis Gentibus vnam Christiani nominis.
Dixi: Ecce ego, ecce ego, ad Gentem quæ non [5][6]
a ¶ Quasi largus nihil denegans pœnitentibus.
b inuocabat nomē meum. [2] Expandi manus meas [7][8]
a ¶ Passionis. b ¶ Iudæorum. c ¶ Relicto Christo, qui est via.
tota diē ad populum incredulū, qui graditur in [9][10]
a ¶ Lata & spatiosa quæ ducit ad mortem. b ¶ Vnde: Populus hic labiis me honorat, cor autem longè, &c. c ¶ Prauas. ¶ Ab occultis me. mun. me. d ¶ Hæc fecit populus. [11]
c viā non bona post cogitationes suās. [3] Populus [12]
a ¶ Vindictam. b ¶ Studio delinquendo, vel di. c ¶ Apertè quod peius est.
d qui ad iracundiam prouocat me, ante faciēm
a ¶ Cui omnia patent. ¶ In templo meo scilicet, idola posuerunt, in quo sæpè exhibui præsentiam meam. b ¶ Diis alienis, idololatriæ iungentes luxuriam.
meām semper, qui immolant in hortis, & sa-[13]
a ¶ Dæmonibus. ¶ Incensum. b ¶ Pro vno altari quod erat in templo, plura faciebant & super ea sacrificabant. [14]
crificānt super lāteres, [4] qui habitant in sepul-[15]
a ¶ Mortuorum, quæ Iudæi in modum domorum faciunt. b ¶ Super pelles scilicet hostiarum, vt futura somnient. c ¶ Contra præceptum legis.
e chris, & in delubris idolorū dormiūnt: qui com-[16]
a ¶ Porcinum.
edunt carnem suillam, & ius prophanum in [17][18]

CAP. LXV.

a Qvæsierunt, &c. HIER. li. 18. Ad hoc respondet filius, *Quare nos. er. fe. domine de vi. t.* q.d. Si alieni me quærentes tam clementem inuenerunt, non est crudelitas mea quæ vobis neget auxilium, sed iniquitas vestra, & impœnitens cor vestrum: vnde, *Populus, quem non co. se. mihi.* Et, *Filij alieni men. sunt mihi.*

Isaiæ 63. d. Suo demerito non aliqua Dei crudelitate non exaudiuntur Iudæi. B *Psal. 17. g. Ibidem.*

† PROCOPIVS. Quoniam per preces alij confitebantur, alij autem erroris sui auctorem Deum esse exprobrabant; respondet hoc sensu. Quomodo ego peccantes contempsi, qui non peccatoris morte, sed pœnitentia delector? Quomodo in errorem induxi, qui vt ad se redirent omnes hortatus sum? Quomodo vos indurau, qui ad longe remotos sponte aduolaui? Quomodo denique non clemens esse potui, qui in alienos talis extiti?

Deus nec erroris nec peccati est auctor. C

† ORIGENES in c. 10. epist. ad Rom. Si Isaias sciebat, secundum se esse & interficiendum ab impiis, audet tamen & ex persona Christi dicit, *Inuentus sum à non quærentibus me:* certum est quod gentes erant, quæ Christum nec quærere nouerant, inuenerunt tamen.

b *Expandi manus meas.* HIER. In cruce orans pro eis, *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Vel, vt eos reciperem & collocarem in sinu meo. Vel, beneficia operum largiendo, ex quo eduxi eos ab Ægypto. Incarnatus quoque infirmos eorum curaui, mortuos suscitaui, paucis panibus eos paui. Ipsi tamen semper extiterunt increduli.

Lucæ 23. c. Nullis Dei beneficiis vinci poterant Iudæi.

† ORIGENES vbi suprà. Hoc est, cùm penderet in cruce, illi non solum non inuenerunt eum, sed insuper dixerunt, *Si filius Dei es, descende nunc de cruce, & credimus tibi.* Sed audi quid in sapientia Salomonis dicatur, *quia non inuenietur ab his qui tentant eum, apparebit verò his qui non sunt increduli ad eum.*

A quibus inuenitur Deus.

† CLEMENS ALEXAND. lib. 2. stromat. Hoc loco causam reddit vocationis gentium, & exclusionis Iudæorum his verbis, quod populus Iudæorum non credidit Christo, quin ei contradixit; *Non habemus,* inquiens, *regem nisi Cæsarem, crucifige, crucifige;* sed bonitas Dei in ruina Iudæorum admisit gentes infideles, vt æmulatione gentium traheret ad fidē Iudæos; quod dixerat Moses, *In gente stulta ad æmulationem prouocabo vos.* E

Renuentibus venire ad fidem Iudæis vocatæ sunt Gentes.

c *Populus qui ad iracundiam.* HIERON. ALLEGOR. Omnis hæreticus Deum ad iracundiam prouocat; in falsitate doctrinæ offert immunda sacrificia, non in perpetuum mansura, sed ad instar hortorum ad breue virentia; Carnis enim deliciis prouidet: vnde, *Omnis caro sicut fœnum.* Hinc quoque illius apud Græcos sapientissimi laudatur sententia, qui omnes sæculi voluptates & mundi pompam, & celeriter transeuntem luxuriam, hortos Adonidis vocat. Sacrificant autem hæretici super lateres, quando exquisita mendacia dialectica cupiunt arte firmare, & in quadrum extruere, & secti in latere pulueris roborare lineis. F

Hæretici. Suprà 43. b. Plato. Adonidis horti.

d *Ante faciem.* † PROCOPIVS. Per faciem, templum, quod sibi consecratum est, intellexit, quod etiam per Ieremiam, *Quam dilecta in domo sua fecit, abominationē,* quib. verbis idolum scriptura significat.

Abominatio pro idolo.

e *In delubris.* Delubra à delendo dicta, eò quòd ibi putabatur ablui

Delubra vnde dicta.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. LXV.

Qvæsierunt, *Hic consequenter ponitur domini sententia, & primò, de Gentium vocatione; secundò de Iudæorum reprobatione, ibi,* Expandi. *Sic enim allegat Paulus apostolus ad Rom. 10. hanc litteram dictam esse de vocatione Gentilium, & reprobatione Iudæorum. Circa primum dicitur,*

Diuisio.

1 Quæsierunt me, *ad me deuotè per fidem venientes ad prædicationem apostolorum.*

Vocatio Gentium.

2 Qui an. non inter. *s. Gentiles, quia legem diuinitus datam, & prophetas non habebant.*
3 Inue. *scilicet me per gratiam,*
4 Qui non quæsierunt me, *scilicet ante prædicationem apostolorum: ideo subditur,*
5 Dixi, *scilicet determinatè diffiniendo,*
6 Ecce ego, ecce ego, *& fit duplicatio ad maiorem assertionem.*
7 Ad gen. quæ no. *quia ante prædicationem Apostolorum Gentiles erant communiter idololatriæ dediti: & sic inuocabant idola, & non nomen domini.*
8 Expandi. *vbi ponitur ista sententia domini quantum ad Iudæos. Et primò ponitur sententia; secundò remouetur Iudæorum falsa fiducia, se. ca. Prima diuiditur in tres, quia primò ponitur multitudinis Iudaicæ reprobatio; secundò paucorum electio, ibi,* Hæc dicit Dominus: *tertiò vtrorumque retributio, ibi,* Et vos. *Ista tamen diuisio non est omnino præcisa, quia in prima parte ponitur aliquid de punitione reproborum, quia propheta frequenter de vno transeunt ad aliud, & è conuerso, & maximè Isaias. Circa primum dicitur in persona domini,* Expandi manus meas, *volens ad me trahere.*

Diuisio.

9 Tota die, *i. ab antiquo vsque ad præsens, primò per prophetas, postea per meipsum incarnatum.*
10 Ad po. incre. *i. Iudaicum, qui semper fuit duræ ceruicis, vt patet ex decursu veteris ac noui testamenti.*
11 Qui graditur, &c. *i. post inclinationem fomitis ad malum & non post leges meas.*
12 Populus, &c. *qui etiam in loco diuini cultus exercebant idololatriam tempore Manasse, & aliquorum aliorum regum, vt patet 4. Reg. & 2. Paral.*
13 Qui immolant in hortis, *vbi colebant idola, in locis, scilicet nemorosis, vbi etiam luxuriam exercebant in venerationem idolorum, vtpote Veneris & Priapi.*
14 Et sacri. su. la. *id est super tecta domorum, & in loco patenti, ad dandum aliis idololatriæ exemplum.*
15 Qui habitant in sepulchris, *quærendo diuinationes in mortuis per artem pythonicam & aliis modis superstitiosis.*
16 Et in delubris idolorum dormiunt, *Ibi enim antiquitus super corium hostiæ immolatæ dormiebant ad habendum reuelationes in somniis, sicut legitur de Bruto in historia Britonum.*

Diuinatores somniorum quæ loca exquirebāt.

17 Qui comedunt carnem suillam, *Idolis immolatam: & sic erat ibi duplex transgressio, scilicet legis Mosaicæ, (quæ absolutè prohibet talem carnem comedere) & prohibitionis idololatriæ,*
18 Et ius propha. in va. eo. *id est oblatio de materia liquida, quæ fiebat cum oblatione sacrificij de animalibus.*

Qui

ablui anima. Vel, quia propè erant piſcinæ vbi & Sacerdos lauabatur & hoſtia.

† PROCOPIVS. Sepulchrorum meminit, vt diuinationem per mortuos innueret. Meminit & ſpeluncarũ, vbi ſimulacra in monte collocabant, aut etiam ſacra quædam, mactatis ſub proceris arboribus hoſtiis, faciebant.

ALLEGORICE. HIER. lib. 18. Hæretici in memoriis magiſtrorum, & in ſpecubus dormiunt, qui lumẽ Spiritus ſancti relinquentes, & cœnaculum, in quo Apoſtoli verſabantur, in diaboli tenebris commorantur, & ſpeluncas diligũt, de quibus: *Vos autem ſe. il. ſpe. la.* Somniis credunt & phantaſiis, Carnẽ porcorum comedunt, de quibus: *Ne mittatis margaritas ante porcos*: & ius prophanum quod in libris eorum hæretica arte conditum eſt. Vaſa eorum immunda tam doctrinæ, ſcilicet, quàm corpora. In tantam quoque amẽtiam veniunt, vt qui ipſis non fuerit ſimilis quaſi perditũ deteſtẽtur.

Deſcribit hæreticorũ mores. *Marci 11.c.* *Matth. 7.a.*

a *In furore meo.* IBID. Furorem obliuionem, iram, pœnitudinem, ita in Deo accipere debemus, quomodo manus, pedes, oculos, aures, & cetera membra quæ habere dicitur: non quod his pareat perturbationibus, qui eas extinguit in nobis, ſed per verba noſtra, Dei intelligimus affectum erga nos.

Paſſiones in Deo quomodo eſſe dicantur.

† PROCOPIVS. Erat enim ante aduentum veluti quoddam diuinæ iræ principium: ſed furorem accendit patratũ in Saluatorem facinus, ipſeq; fumus in ignem mutatus eſt. Quoniam autem homines ad memoriæ ſubſidium, ſcriptis vti videmus, ab illis tropicè, nulla Deum obliuione laborare demonſtrat, *Ecce ſcriptum eſt coram me.*

b *Non tacebo.* Qui ſuperius dixit: *Tacui, ſemper ſilui, patiens fui,* modo dicit: *Non tacebo,* id eſt, ne parcam amplius, neque ſuſtinebo iniquitates eorum. *Supra 41.c.*

a ¶ Immundi. ¶ Alij, non manducanti, non adoranti idola.

vaſis eorum. [5] Qui dicunt: recede à me, non ap- [1]

a ¶ Qui talia agunt, & in alios ſuperbiunt. [2]

propinques mihi: quia immundus es. Iſti fu- [3]

a ¶ Nihil. b ¶ Et. c ¶ Erit. ¶ Gehennæ. d ¶ In eis. e ¶ Semper.

a mus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. [4]

a ¶ Malum eorum vt non obliuiſcar.

b ¶ Imò dicam: Ite maledicti in ignem æternum.

b [6] Ecce ſcriptum eſt coram me. Non tacebo, ſed [5]

a ¶ In interiora mentis, vt propria torqueantur conſcientia. [6]

reddam & retribuam in ſinu eorum iniquitates [7]

a ¶ Idololatrarum. [8]

c veſtras, & iniquitates patrum veſtrorum ſi- [9]

a ¶ Vt puniamini, ſicut illi, quos imitati eſtis: & ſic quodammodo eorum filij.

b ¶ Filios & filias dæmoniis.

d mul, dicit dominus: qui ſacrificauerunt ſuper [10]

a ¶ Me deſpiciendo, & idolis immolando.

montes & ſuper colles, exprobrauerunt mihi, [11]

a ¶ Pro culpa pœnam metiendo vel menſurando.

b ¶ In anima poſt iudicium, & in corpore, cùm & vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.

& remetiar opus eorum primum in ſinu eorum. [12]

e [8] Hæc dicit dominus: Quomodo ſi inuenia- [13] [14]

a ¶ Poſt tempeſtatem. b ¶ Illæſum. c ¶ Volenti tangere. d ¶ Sine creſcere.

tur granum in botro, & dicatur, ne diſſipes il- [15] [16]

a ¶ Id eſt, placuit domino vt pro benedictione de tanta copia reſeruaret illud. b ¶ Aliquos reſeruando. [17]

lud, quoniam benedictio eſt: ſic faciam propter [18] [19]

a ¶ Abraham, Iſaac, & Iacob, ad quos facta eſt promiſſio, vel propter eos qui inter plurimos peccatores ſeruiunt mihi. b ¶ Genus humanum.

ſeruos meos, vt non diſperdam totum. [9] Et re- [20]

a ¶ Non deficiet ſceptrum de Iuda. b ¶ Chriſtum, quod ſupra botri granum. [21]

f ducam de Iacob ſemen, & de Iuda poſſidentem [22]

a ¶ Apoſtolos. vnde: Leuaui oculos meos in montes, in circumitu eius, &c. [23]

b ¶ Scilicet, hereditatem. de qua: Dabo tibi Gen. he. t. c ¶ Scilicet, eccleſiam.

g h montes ſanctos meos. Et hereditabunt eam [24]

c *Iniquitates patrum ve.* Vt ſcilicet non ſolùm pro peccatis veſtris puniamini; ſed etiam pro patrum iniquitatibus quos imitati eſtis: Aliter enim non portat filius iniquitatem patris. *Ezech. 18.d.*

d *Qui ſacrificauerunt ſu. mon.* Quando in Bethel & in Dan, aureos vitulos adorauerunt; Hæreticus quoque contemnens ſimplicitatem eccleſiæ ſacrificat in montibus, & exprobrat Deo dum eius præcepta contemnit. *3. Reg. 12.g.* *Hæretici.*

e *Quomodo ſi.* HIER. q. d. Propter malos non perdam bonos: *Sed quomodo ſi, &c.* Dixerat enim periturum Iſrael.

f *De Iacob ſemen.* IBID. Semen Iacob & Iudæ, Apoſtoli, poſſidentes montes, alios. ſ, credentes virtutibus eminentes: vnde, *Niſi dominus Sabaoth reli. no. ſe. quaſi So. facti eſſem.*

† EVSEBIVS lib. 2. de demonſtr. cap. 49. Præſignificat propheta pauculas futuras reliquias, pauculum futurum ſemen ex Iacob, quod aſſequatur promiſſa veterum patrum; & lectos appellat Apoſtolos; quos habituros dicit in monte ſancto, hoc eſt, in eccleſia, & in ſylua, hoc eſt, inter arbores eccleſiæ. Intelligit propheta Apoſtolos & fideles ſeruandos, reliquos Iudæos delendos & eorum vrbes ſubuertendas.

Pauci de Iudæis per fidẽ in Chriſtum ſaluati.

g *Montes ſanctos meos.* LXX. *Montem meum.* ſ. Chriſtum, qui eſt mons montium. Montes enim ſunt Apoſtoli, qui de Iudæis poſſederunt Chriſtum, in quo fundati ſunt.

h *Et hereditabunt.* HIER. vnde, *Semen Abrahæ ſerui eius fi. Ia. e. eius.* Quicumque adhuc ſemen ſunt, nec formati in filium, ſerui domini ſunt, quibus dicitur, *Scio, quia ſemen Abrahæ eſtis,* nondum ſcilicet filij. Qui autem filius eſt domini, electus eſt: vnde, *Electi poſſidebunt Ieruſalem, ſerui habitant in ea*: vnde, *Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adop. filiorum Dei.* *Pſal. 104.a.* *Ioan. 9.c.* *Rom. 9.c.*

Campe-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui dicunt. *Gentili.*

2 Recede à me. *Reputabant enim Gentiles ita immundos, quòd non communicabant cum eis, vt patet ex libris vete. & no. teſt. Iſte tamen contemptus ſic inoluit, & maximè apud Iudæos, qui Phariſæi dicebantur, quod etiam Iudæos contemnebant, qui non erant de ſecta ſua: vnde & domino diſcumbente in domo Matthæi, qui erat natione Iudæus, dixerunt, Matth. 9.b. Quare cum* Publicanis, *&c. & tamen Matthæus erat natione Iudæus, & ſimile legitur in Euangelio in pluribus locis. Iſti enim Phariſæi erant iuſti apparenter, ſed non realiter: Et quia ſimulata ſanctitas duplex eſt iniquitas, (ſecundùm quod dicit* Hieron.) *ideo ſubditur debita punitio, cùm dicitur,*

Phariſæi vt abhorrebãt à communi conſortio.

3 Iſti fumus erunt in furore meo, *id eſt, materia applicabilis igni gehennæ.*

4 Ignis ardens tota die, *id eſt, continuè & abſque fine, & ſicut dicitur infrà in fine libri,* Ignis eorum non extinguetur.

5 Ecce ſcriptum eſt, *Indelebiliter, ſecundùm quod dicitur Ierem. 17.a.* Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino.

6 Non tacebo. *Diſſimulando,*

7 Sed reddam & retribuam. *Ad intellectum huius ſciendum, quòd ſicut gloria cuiuſlibet beati creſcit ex gloria ſibi coniunctorum: ſic pœna cuiuſlibet damnati creſcit ex pœna ſibi coniunctorum, propter quod diues epulo in inferno poſitus petiit Lazarũ mitti ad fratres ſuos, vt conteſtaretur illis, ne venirent in locum tormentorum, Luc. 16.g. & hoc eſt, quod dicitur:* Sed reddam & retribuam in ſinu eorum, *id eſt, Iudæorum reprobatorum generaliter priorum & poſteriorum.*

Gloria beatorum pœnaque damnatorum quomodo augeatur.

8 Iniquitates veſtras. *Hoc dicitur quantum ad Iudæos, qui fuerunt poſt captiuitatem Babylonis, maximè tempore Chriſti, & deinceps.*

9 Et iniquitates patrum. *Ita quod ex pœna veſtra creſcit pœna eorum, & conuerſo, vt dictum eſt.*

10 Qui ſacrificauerunt ſuper montes. *Iſtud refertur ad Iudæos illos, qui præceſſerunt captiuitatem Babylonicam, qui fuerunt multipliciter idololatræ, vt patet in libris Iudicum, Regum, & Paralipomenon. Poſt captiuitatem verò Babylonicam non leguntur Iudæi fuiſſe idololatræ niſi aliqui pauci circa tempora Machabæorum, ſed poſtea agetur de peccatis eorum, & iam in parte dictum eſt ſuprà.*

11 Et ſuper colles exprobrauer. mi. *Colendo enim idola faciebant Deo opprobria.*

12 Et remetiar opus eorum. *Inferendo pœnam ſecundùm menſuram peccati & modum.*

13 Primum in ſinu eorum. *Id eſt, peccatum factum in iuuentute ſimul puniam cum peccato facto in ſenectute. Vel aliter,* Primum, *id eſt, peccatum patrum in filiis, modo dicto.*

Exterminatio Iudæorum ſaluatis tantum ex eis reliquiis.

14 Hæc dicit dominus. *Hîc conſequenter circa Iudæos ponitur paucorum electio, ſcilicet, Apoſtolorum, & aliorum qui crediderunt in Chriſto, tùm dicitur,* Hæc dicit dominus. *Cuius verbum fruſtrari non poteſt.*

15 Quomodo ſi inueniatur granum. *Scilicet, vnum.*

16 In botro. *Poſt tempeſtatem, quod eſt modicum reſpectiuè,*

17 Et dicatur. *Volenti accipere,*

18 Ne diſſipes illud, quoniam benedictio eſt, *id eſt, donum Dei, quod remanſit ceteris pereuntibus.*

19 Sic faciam propter ſeruos meos, *Id eſt, propter Patriarchas & Prophetas antiquos.*

20 Vt non diſperdam totum. *Scilicet, populum Iudaicum.*

21 Et reducam de Iacob ſemen, *Scilicet, Apoſtolos, & alios, de Iudaiſmo credentes.*

22 Et de Iuda. *De qua tribu natus eſt Chriſtus ſecundùm carnem,*

23 Poſſidentem montes meos, *Id eſt, eccleſiam militantem & triumphantem.*

24 Et hereditabunt eam, *Scilicet eccleſiam militantem primò, & triumphantem poſtea.*

a *Campestria.* Hier.lib.18. Alij saltus: vnde, *Dominus reuelabit condensa siluarum*, vt latrones ibi latitare desistant, & bestiæ venenataque animalia in ecclesiam Dei transeant. [Psal.18.b.]

b *In caulas gregum.* Ibid. Alia translatio habet Saronas, quæ est regio inter Ioppem, & Lyddam atque Iamniam fœcunda & pabulosa, sed latronibus infesta: vnde interpretatur vallis effundens sanguinem. [Sarona vallis.]

c *Et vallis Achor.* Ibid. Vbi Achor filius Charmi de spoliis Iericho furatus cum omni domo periit. Et quia populum turbauit & ibi periit, vocatur locus vallis Achor, id est, turbationis vel tumultus. In quo significatur Gentilitas, sicut & per Saronas, quæ interpretatur vallis fundens sanguinem, quæ effusione sanguinis plena in tumultu & in turbatione vitiorum manebat. Sed vallis Achor versa est in caulas gregũ siue ouilia, & in cubile armentorum, id est, ecclesias, & requiem prædicatorũ & aliorum fidelium, qui designantur per armenta & greges ouium. [Iosue 7.c. Vallis Achor.] [*Prou.1.c. Ierem.7.c.] [Gentium vocatio.]

d *Armentorum.* Ibid. Prædicatorum, qui ecclesiam armant & defendunt. Armentum enim dicitur ab armando.

e *Et vos qui dereliquistis, &c.* Ibid. Allegorice. Omnes qui ecclesiam deserunt, & obliuiscuntur montem sanctum Dei, tradẽtes se spiritibus erroris, vel immundis doctrinis dæmoniorum, parant fortunæ mensam, & nihil ad Deum pertinere credentes, sed vel stellarum cursu, vel varietate fortunæ omnia gubernari, hi tradentur æternis suppliciis, vt nullus eorum possit euadere. [De malè sentientibus de Dei prouidentia.]

f *Fortuna*

[a Apostoli: vnde, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. b Fideles.]
electi mei, & serui mei habitabunt ibi. [10] Et e-
[a Ecclesias. b Fidelium: Quorum cor vnum & anima vna.]
runt campestria in caulas gregum, & vallis
[a Ubi Achan. Requiem. a Fideli scilicet.]
Achor in cubile armentorum populo meo qui
[a Hæc fient eis, scilicet, qui requi. me. Fide & opere. O Iudæi.]
requisierunt me. [11] Et vos qui dereliquistis do-
[a Templum, quod in monte, vel cælestem Ierusalem, vel Christum, qui est mons montium.]
minum, qui obliti estis montem sanctũ meum,
[a Alia translatio, paratis.]
qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super
[a Ne quis euadat. b Qualibet afflictione.]
eam: [12] numerabo vos in gladio, & omnes in
[a Chaldæorum: Romanorum. b Pressura: non enim omnes occisi sunt, vel omnes afflicti. c Præter cetera.]
[d Omnia feci quæ debui. e Obediendo sequendo.]
cæde corruetis: * pro eo quod vocaui & non
[a Præsens vobiscum Emmanuel. In parabolis. b Mente.]
respondistis, loquutus sum & non audistis:
[a Insuper. b Idololatriam.]
[c Qui omnia video: vel in templo Idola colentes.]
et faciebatis malum in oculis meis, & quæ no-
[a Aliud vult Deus, aliud permittit. b Malum, scilicet.]
[c Vt peteretis Barrabam homicidij & seditionis auctorem.]
lui elegistis. [13] Propter hoc hæc dicit dominus
Deus: Ecce serui mei comedent, & vos esu-
[a Sanguinem meum. b Aquam viuam.]
rietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. [14] Ec-
[a In æterna beatitudine, vnde illud, Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.]
[b Videntes alios in locum vestrum successisse.]
ce serui mei lætabuntur, & vos confundemi-
[a Secundum illud, In sæcula sæculorum laudabunt te.]
ni. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione
[a In inferno. b Conscientia peccatorum.]
cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis
[a Vnde: Ibi erit fletus & stridor dentium. vel in iudicio positis hœdis à sinistris, & ouibus à dextris.]
& præ contritione spiritus vlulabitis: & di-
[a Aliis in locum vestrum succedentibus. b Sacrosanctum.]
[c Vt dicantur filij Abrahæ sicut vos olim.]
mittetis nomen vestrum in iuramentum ele-

---

f *Fortuna mensam.* Hier.lib.18. Deæ Ægyptiorum cui in fine anni parabant mensam, omnibus escis refertam, & poculis mulsa mixtis: vel quasi felicem annum præbuerit, vel quia futurum felicem præbitura sit. [Sacra fortunæ Deæ.]

g *Vocaui.* Ibid. Per Prophetas dicens, *Conuertimini ad me, & salueritis.* Et per memetipsum, *Pœnitentiam agite.* Et alibi, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis.* [Supra 45.d. Matth.3.a Ibidem 11.d]

h *Ecce serui mei.* Hier. q.d. Non solum corruetis gladio pro iniquitatibus vestris, sed etiam in præsenti esurietis & sitietis. Gentiles verò ad fidem conuersi in præsenti satiabuntur cibo corporis & sanguine meo, & doctrina spirituali, & in fine, vel in futuro, visione Trinitatis. [Gentiles saturantur in dei cibis et potibus.]

† Cyprianus lib.1. aduers. Iudæ. c.22. Quod autem Iudæi panem & calicem Christi, & omnem gratiam amissuri essent, nos verò accepturi, apud Isaiam sic dicit dominus: *Ecce qui seruiunt mihi manducabunt, vos autem esurietis.*

i *Comedent.* Hieron. Corpus meum, vnde, *Nisi manducaueritis car. fi. ho.* Vel doctrinam spiritualem, mysteria fidei, vel in futuro cognitionem diuinitatis: vnde, *Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* Et, *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* [Ioan.6.f. Luc.22. Psal.16.d.]

k *Et dimittetis nomen vestrum.* Ibid. Vt aliqui affirmantes dicant, Si aliter fecero, contingat mihi sicut Iudæis Romanorum gladio occisis. Vel ita, Iuro per Deum, in quem olim Iudæi crediderunt. Vel, quia Deus iuramentum eorum erat, quod Christiani modò iurant necessitate compulsi, *Viuit dominus scilicet.*

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Electi mei, *id est, Christiani veri.*

2 Et erunt campestria in caulas, &c. *Per greges frequenter in scriptura intelliguntur fideles. Psal.94.b.* Nos autem populus pascuæ eius, & oues manus eius. *Per caulas igitur in campestribus & vallibus ædificatas, intelliguntur ecclesiæ ædificatæ per orbem vbique, in quibus fideles congregantur ad percipiendum sacramenta, & diuini verbi nutrimentum. Exprimitur tamen in speciali vallis Achor, qui de peccato suo verè pœnitens dedit gloriam Deo, Iosue 7.c. Quia ecclesia est locus receptiuus verè pœnitentium. Designantur etiam hic nomine gregum fideles minores, & maiores nomine armentorum.* [Ecclesiæ in quibus congregantur fideles.]

3 Et vos qui. *Hic consequenter ponitur prædictorum retributio: & primò reproborum & electorum mixtim; secundò electorum separatim, ibi,* Quia obliuioni. *Circa primum dicitur,* Et vos, *colentes idola.* [Diuisio.]

4 Qui obliti estis montem sanctum, &c. *Vbi erat templum diuino cultui dedicatum.*

5 Qui ponitis fortunæ mensam, *Eò quòd reputabatur dea felicitatis temporalis.*

6 Et libatis super eam. *Oblationem de liquidis: in hac idololatria & supradictis fuerunt Iudæi multiplicati ante captiuitatem Babylonicam, quia multi ex eis sequebantur omnimodam idololatriam, vt patet ex 4. Reg.*

7 Numerabo vos in gladio. *q.d. Nullus euadet: ideo subditur,*

8 Et omnes in cæde corrue. &c. pro eò quod vocaui, *per Prophetas.*

9 Et non respondistis, *Peccata vestra confitendo, sed magis prophetas derisistis contumaciam augendo, vt patet 2. Paral. vlt.*

10 Locutus sum, *In persona propria in humanitate assumpta,*

11 Et non audistis. *Sed magis doctrinam meam reprobastis, vt patet ex Euangelio in pluribus locis.*

12 Et faciebatis malum, &c. *Bona pauperum rapiendo, & fratres vestros odiendo. Ista enim duo, scilicet auaritia & odium fraternum, multùm viguerunt in populo Iudaico post reditum captiuitatis Babylonicæ, vt dicunt etiam Iudæi, & magis increuerunt imminente tempore Christi.* [Auaritia & odium fraternum maximè vigebant in Iudæis tempore Christi.]

13 Et quæ nolui elegistis. *Scilicet falsam apparentiam sanctitatis: propter quod Christus maximè contra hypocrisim prædicauit. Et subditur pœna iuxta bonorum præmia, quia opposita iuxta se posita magis elucescũt, cùm subditur,*

14 Ecce serui mei comedent. *Per cibum & potum hîc intelligitur refectio bonorum in cælo, quia communiter in scriptura sacra bona spiritualia, & cælestia metaphoricè per corporalia designantur, & per sitim & esuriem punitio malorum in inferno, vbi est defectus omnis boni.*

15 Serui mei lætabuntur. *In clara visione diuina.*

16 Et vos confundemini. *Confusione extrema deiecti cum dæmonibus in pœnam.*

17 Serui mei laudabunt. *Etiam laude corporali, quæ secundùm doctores erit in patria.*

18 Et vos clamabitis. *Sicut enim in patria ponitur clamor exultationis, sic in gehenna clamor tristitiæ & desolationis.*

19 Et præ contritione. *Id est desolatione. Contritio enim meritoria ibi locum non habebit.*

20 Vlulabitis, *Quia vlulatus est vox confusa, & designat magnitudinem angustiæ & doloris.*

21 Et dimittetis nom. v. in iuram. *Scilicet, execrationis.*

22 Electis meis. *Id est, Christianis, qui sic iurant aliquando, Si feci istud quod mihi imponitur, suspendar ego per pedes sicut Iudam.*

11. Et — Intersi-

a ¶ Spirituali gladio in iudicio.

a ctis meis. Et interficiet te dominus Deus, & seruos suos, vocabit nomine alio. [16] In quo

a ¶ Christiano. b ¶ Nomine, vel Christo.

a ¶ Christianus vocatus, & ipsum nomen in terra hac bene custodierit. b ¶ Nunc scilicet. c ¶ In futuro: vnde, Venite benedicti patris mei, &c. Et alibi: Vt benedictionem hereditate possideatis.

qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo, amen. Et qui iurat in terra, iurabit in

a ¶ Christo. b ¶ Fideliter & veraciter. c ¶ Veritatem loquitur. d ¶ Hac: in die iudicij verè, & fideliter Deum laudabit.

a ¶ Succedentibus bonis æternis. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

b Deo, amen. Quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis * nostris. [17] Ecce enim ego creo cælos no-

a ¶ Ne sit pars malorum prioris angustiæ memorari.

a ¶ Adiungit se eis, quia & ipse multa pertulit, ferra lignea secus à Iudæis. b ¶ Sanctos qui quotidie innouantur. vnde, Video b.c.t.

a ¶ Meliorando, qualitates mutando: Vidi cælum nouum, & terram nouam. Et Apostolus: Præterit figura huius mundi. b ¶ Bonam. ¶ Quæ affert fructum in patientia.

uos & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor: [18] sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum

a ¶ Mala tormenta. b ¶ In memoriam, scilicet, vestram. ¶ Vestrum.

a ¶ Sine fine. ¶ Omnibus rebus à me factis.

c in his quæ ego creo. Quia ecce ego creo Ie-

a ¶ Cælestem. ¶ Ex angelis & hominibus. ¶ Emphasis.

d rusalem exultationem, & populum eius gau-

e dium [19] & exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in ea vox fletus

a ¶ Vbi gaudium & exultatio: contraria enim simul esse non possunt. ¶ Absterget Deus omnem la.ab o.

a ¶ Non sicut Iudæi pro iudicio faciet clamorem. b ¶ Omnes enim resurgemus in virum perfectum in mensuram ætatis ple. Christi.

vltrà, & vox clamoris. [20] Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies

a ¶ Præuentus morte. b ¶ Quia nemo morietur.

f suos. * Quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledi-

a ¶ Etsi hic diu viuat.

a ¶ In præsenti. b ¶ Virtutes.

g ctus erit. [21] Et ædificabunt domos, & inhabita-

¶ a *Et interficiet te.* Vt vel hunc A non habeatis, qui dicit, *Ego sum via, veritas & vita. Nec vocemini circumcisio, sed consisio.* [Ioan.14.a.]

[Nomẽ Christianorum benedictũ.] † HILARIVS lib.5. de Trin. Si à sæculis Christiani vocabuli beatitudo numquã fuit, nunc nouum nomẽ religionis quod benedicitur super terrã.

† CYPRIANVS lib.1. aduersus Iudæos. Quod Christianorum nomen benedicetur in terris, apud Isaiam dicit dominus.

† CYRILLVS. Nos in nouitate vitæ euangelicæ, quasi corona quadam insigniti nomine Christi, Christiani nominamur, quod est nomen B benedictum in terra. [*meis.]

b *Quia obliuioni.* HIER. lib.18. Vt non idolorum meminerint, & pristini erroris, non obliuione memoriæ, sed successione bonorum. vnde, *In die bona obliuio malorum.* Et alibi, *Afflictio horæ obliuionem facit deliciarum.* Forsitan & in futuro pristinæ conuersationis memoria omnino delebitur. [Beati si vllã & quam obliuionem habebant. Eccle.11.c. Ibidem d.]

C c *Quia ecce.* IBID. Ex angelis scilicet & hominibus vnam ecclesiam, & exultabunt & gaudebunt, vt ego qui creaui exultem, & gaudeam in eis.

d *Exultationem.* IBID. Vniuersæ terræ, vt quæ vetus vnigeniti erat gaudium, noua cunctis nationibus lætitia fit.

e *Gaudium.* Quod vel post resurrectionem possumus intelligere, vel post baptismum in prima resurrectione. Hoc ad generalem resurrectionẽ, qua omnes in perfecta ætate resur- [1.4.7.c. Paulus dicit & c. qui nec. *Grauiter esse increpandã, quem ætas non vita senem facit.*]

surgent. Et hoc est: *Non erit.* D

f *Puer centum annor. &c.* Ille scilicet, qui etsi diu, tamen pueriliter vixit, seruiens vitiis: & hoc exponit sic

GREGORIVS lib.17. mor. cap.4. *Puer centum annorum. Et peccator centum annorum.* Vita quidem pueri in longum trahitur, vt à factis puerilibus corrigatur: Sed si à peccati perpetratione, nec temporis longinquitate compescitur, hæc ipsa vitæ longinquitas, quam per misericordiam Dei accepit, ei ad cumulum maledictionis crescit. [Contra abutentes vitæ longinquitate.]

† PROCOPIVS. Infantis nomine gentium populum intelligit, vt & Dauid, populum qui creatur, laudaturum dominum affirmat. Et Petrus etiam vbi sicut modo genitos infantes rationabile lac & sine dolo concupiscere præcipit. Intelligit porro senis appellatione, Iudæum, veluti temporẽ superiorẽ, habita ad ecclesiam ratione, in qua neutrius fore discrimen significat. E [Gentes infanti Synagoga seni comparatur.]

g *Domos.* HIER. Virtutes pro quibus in cælestibus requiescent: vnde, *In domo patris mei man. mul. sunt. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum proprium laborem.* Tales domos obstetrices sibi dicuntur ædificasse, quia timuerunt Deum. Iacob quoque habitat in domo, quam Esau, qui feris delectabatur, possidere non potuit. Ad litteram enim stare non potest. Multi enim sancti ædificant domos, sed non habitant in eis. F [Ioan.14.a. 1.Cor.3.] [Domus cælestis.] [Exod.1.d.]

Secun-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Interficiet, *Quod fuit impletum per Titum.*

2 Et seruos suos, *In eum credentes.*

3 Vocabit nomine alio. *Quia vocantur Christiani à Christo.*

4 In quo qui benedictus est.s.t. *Benedictione gratiæ, quæ datur in baptismo in quo accipitur nomen Christiani:*

5 Benedicetur in Deo, *Id est, benedictione cælesti, si in gratia perseueret.*

6 Amen, *Id est, fideliter sic fiet.*

7 Et qui iurat in terra, *Id est, hominibus aliquid affirmando.*

8 Iurabit in Deo, *Et non in idolo.*

9 Amen, *Id est, fideliter debet iurare.*

10 Quia obliuioni. *Hic consequenter describitur retributio electorum separatim: tamen aliquid interponitur de punitione malorum, vt videbitur. Et primò ponitur retributio quantum ad consecutionem boni, cùm dicitur,* Quia obliu.trad.sunt angust.pri. *quas fideles sustinuerunt propter magnitudinem gloriæ superuenientis in patria. Et quod sic intelligatur, patet per hoc quod subditur,*

11 Ecce enim ego creo cælos. *Quia in futuro innouabuntur corpora cælestia & elementa, non quantùm ad substantiam, sed quantùm ad claritatem & decorẽ, vt sic magis reluceat in eis bonitas diuina ad gloriam Dei, & etiam electorum in ipsis bonitatem. Dei clarius contemplantium quàm antè: & talis innouatio vocatur hîc creatio, Sicut dicitur rex vel Papa creari, propter immutationem status, quamuis eorum substantia non mutetur.* [In futuro qualis erit mutatio corporum cælestium & elementorum.]

12 Et non erunt in mem. priora. *Hoc est dictum quod status eorum præcedens nullius momenti reputabitur respectu sequentis.*

13 Sed gaudebitis, *Vos electi.*

14 Vsque in sempiternum. *Quia æternitas à parte post est de ratione beatitudinis.*

15 In his quæ ego creo. *Id est, in corporibus cælestibus & elementis prædicto modo melioratis.*

16 Quia ecce ego creo Ierusalem. *Id est, ecclesiam triumphantem. Heb. 12.f.* Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem, &c. *Non enim dicitur creari simpliciter, quia cælum empyreum à principio mundi fuit factum, & angelis repletum: sed dicitur creari quantum ad nouam exultationem, quæ fiet in fine mundi, quia peracto iudicio electi transferentur illuc in perfecta beatitudine corporis & animæ, & ex hoc crescet gaudium angelorum, ideo subditur,* [Creare aliquando dicitur pro mutare.]

17 Et populum eius. *Quia angeli gaudebunt de perfecta beatitudine electorum, & electi de consortio angelorum.*

18 Et exultabo in Ierusalem. *Non est intelligendum, quod aliquid per hoc Deo accrescat, cùm ex seipso sit perfectè beatus: sed quia faciet ciues cælestes in seipso perfectè exultare, sicut dicitur Gen.22.c.* Nunc cognoui, *id est, cognoscere feci.*

19 Et non audietur in ea vox fletus. *Hic consequenter ponitur dicta retributio quantùm ad amotionem mali, cùm dicitur,* Et non audietur. *In quo notatur amotio omnis tristitiæ interioris & exterioris.* [Amotio omnis mali à patria cælesti.]

20 Non erit ibi amplius infans. *Id est, aliquis habens multos dies, deficiens tamen in industria vel scientia.*

21 Et senex qui non impleat. *Id est, habens multos annos in vanum transactos, sed plenos meritis, & per hoc à ciuitate cælesti amouetur defectus notitiæ & virtutis. Et quod sic debeat hæc littera intelligi, patet per hoc quod subditur,*

22 Quoniam puer centum annorum. *Id est, qui multum vixit, pueriliter sequens passiones suas,*

23 Morietur, *Morte æterna.*

24 Et peccator centum annorum, *Qui transegit tempus suum innocuum à bonis operibus, peccans ex certa malitia,*

25 Maledictus erit, *Illa maledictione, quæ habetur Matth.25.* Ite maledicti in ignem æternum, &c.

26 Et ædificabunt. *Per hoc remouetur malum infortunij à Ierusalem cælesti. Circa quod sciendum quod magnũ infortunium reputatur inter homines quando quis multum laborat in aliquo, & non percipit fructũ, in ædificatione autem domus, & plantatione vineæ antequam faciet fructũ, est magnus labor: ideo magnum infortunium reputabatur antiquitus, & adhuc reputatur, quando aliquis præuenitur morte antequam experiatur bonum sequens domus ab eo ædificatæ, & vineæ plantatæ, propter quod Deuteron.20.b dicitur, quod* [Valde dolemus fructũ laboris non percipientes.]

a *Secundum enim.* HIER. lib. 18. Sicut Christus *iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur*, sed in æternum regnat cum patre: sic & illi; Lignum enim vitæ Christus est, quod erat in medio paradisi, scilicet ecclesiæ. Vnde Salomon, *Lignum vita est his qui apprehenderunt eam*, scilicet, sapientiam, quæ est Christus.

Rom. 6. b. Genes. 2. b. Prou. 3. c.

†† PROCOP. His verbis promissiones factas in paradiso adimplendas esse, eumque, qui ipsarum particeps fuerit, facturum se immortalem, nec vetustate deficientem significat. Sunt tamen qui ista ad prioris aduentus tempora retulerint, quibus pace omnes illos frui contigit & indulgentia, qui in Christum credentes, nō sunt hostibus amplius traditi, neque laborum suorum damna vlla passi; sed qui spiritualibus rectè factorum suorum deliciis indulserunt, quos nullus à concessa apud patrem mansione sit abacturus, quippe qui vitæ beatitudine, qualis ante Adami transgressionem fuit patiantur.

De securitate bonorum siue in hac vita siue in futura.

b *Opera manuum.* HIER. Fidem, doctrinam, operationem Apostolorum inueterabunt, vsque ad finem sæculi seruando, fideles eorum imitatores. ¶ Vel secundum quod quidam codices habent, electis meis inueterabunt, id est, æternaliter saluabūt eos opera eorum. s. Apostolorum.

c *Semen benedictorum.* IBID. Apostoli, & alij doctores in prædicatione, vel in aliis operibus, sicut Iudæi, quia æternam mercedem percipient, *quia venient cum exultatione portantes manipulos su.*

Merces bonorum operum.

Psal. 125. a.

† CLEMENS ALEXAND. lib. 3. strom. *Electi mei non laborabunt in vanum, neque procreabunt filios in maledictionem, quia semen est benedictum à domino*, quia regeneratis in Christo proposita merces est: Reliqui in maledictionem filios generant, & non intelligunt contra illos esse hanc prophetiam. Hæretici quoque in maledictionem generant: electi non dogmatizant, nec generant in maledictionem.

Quorum maledicta sint proles seu discipuli.

d *Nepotes.* Quos filij eorum in fide genuerunt, sicut Marcus Petri discipulus, & Lucas Pauli filius.

e *Antequam clament.* In conturbatione, & dolore mentis, sed in gaudio & lætitia: vnde, *Quod enim est gaudium nostrum aut corona gloria, nonne vos? &c.*

1. Thess. 2. d.

f *Lupus.* Lupus Saulus, id est persecutor, de quo, *Beniamin lupus rapax.*

Genes. 49. d.

† THEODORETVS. Lupus & agnus, id est, principes & subditi, reges & eorum ciues, sapientes & idiotæ vnam habebunt mensam, doctrinam Spiritus sancti. Agnos appellauit viros virtute præditos, lupos, qui plura appetunt. Leones appellauit reges & principes: boues, sacerdotes & antistites: paleas, cibum sacratum sacerdotum, qui è paleis veteris testamenti doctrinam euangelicam eruunt.

Doctrina Christiana.

† AMBROSIVS in Psal. 118. Lupi sunt hæretici & persecutores qui docere nesciunt, vlulare consueuerunt. Sed nemo moueatur, si mittatur in medium luporum, beneficio Christi lupi mutantur, Beniamin rupus rapax erat, mutatus est, factus est Apostolus.

De hæreticis & persecutoribus qui mitescunt & ad fidem veniunt.

g *Agnus.* Qui, scilicet, in candidis vestibus sequuntur agnum quocumque ierit: de quibus Petro dicitur, *Pasce agnos meos.*

Apoc. 14. Ioan. 21.

h *Et leo & bos come.* Vir, scilicet, disertus & potentissimus in sæculo, spreta philosophiæ eloquentia comedet paleas. i. vilitatem & su- ☞ persi-

[Interlinear glosses: a ¶ Opera bona: vnde, Inebriabuntur ab vbertate d. tuæ. Et alibi, Satiabor cum a. g. t. ¶ Hæc est vinea, quæ ait, Ego sum vitis vera, & vos palmites, & pater meus agricola est.]

bunt, & plantabunt vineas, & comedent fructum earum. [22] Non ædificabunt, & aliùs habitabit: non plantabunt, & aliùs comedet. Secundum enim dies ligni erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt electi mei. [23] Non laborabunt frustra, neque generabunt in conturbatione: quia semen benedictorum domini est, & nepotes eorum cum eis. [24] Eritque antequam clament ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego exaudiam. [25] Lupus & agnus pascentur simul & leo & bos comedent paleas, & serpenti pulus panis eius.

[Interlinear glosses: a ¶ Diabolus scilicet. b ¶ In medio eorum. — a ¶ Diabolus, id est, non deuorabit virtutes eorum. — a ¶ Vitæ. ¶ De quo: Iustus vt palma flo. qui. s. quotidie triumphum reportat de aduersariis suis. b ¶ Fidelis. — ¶ Vel is. ¶ Ergo. — a ¶ Filios spirituales, sicut Rachel carnalem filium. — a ¶ Apostolorum. — a ¶ Sunt domini, vel in æternum gaudebunt. b ¶ Ore. c ¶ Clamantes corde. — a ¶ Apostolis. b ¶ Prædicantibus, vel pro aliquo rogantibus. c ¶ Quod petierunt dando, miracula faciendo. ¶ Sermonem eorum signis confirmando. — a ¶ Saulus. b ¶ Ananias. c ¶ Fide credentium, pane verbi Dei. ¶ In aduentu Christi. d ¶ Prædicatores corda auditorum vomere prædicationis arantes. — a ¶ Simul in ecclesia. b ¶ Simplicem doctrinam cum profunditate mysterij pascentur. c ¶ Diabolo. d ¶ Leues infructuosi. ¶ Impij tamquam puluis quem pro. v. a. f. t. e ¶ Vnde: Terram comedes.]

NICOLAVS DE LIRA.

illi qui ædificauerant domos nouas, *& plantauerant vineas non intrarent ad prælium, sed reuerterentur ad domos suas: ne fortè interficerentur in prælio, & priuarentur bono consequente, modo prædicto, Et ex horrore huius infortunij multi postea possent à bello pro republica defendenda retrahi, per hoc igitur quod dicitur hic,*

1 Non ædificabunt. *Datur intelligi, quod nulla infortunia erunt in ciuitate calesti. Ista tamen specialiter exprimuntur, quia communius inter homines huius vitæ reperiuntur, ideo subditur,*

2 Secundum enim dies ligni. *De quo ligno debeat intelligi exprimit translatio Chaldaica, quæ dicitur Thargum apud Hebræos: & est valdè authentica apud eos, quæ sic habet,* Secundum dies ligni vitæ. *Per esum enim ligni vitæ durante statu innocentiæ continuabatur vita humana absque aliqua inueteratione, & illud fuit figura Christi, secundum quod dicit Ioan. in Apocal. vlt. Quo ligno reficiuntur beati interius in aspectu suæ deitatis, & exterius in aspectu suæ humanitatis: ideo subditur,*

Lignum vitæ quod est in patria.

3 Erunt dies populi mei. *Quia vita beatorum est perpetua à parte post, sicut & Christus, qui per lignum vitæ hic intelligitur.*

4 Opera manuum eorum. *Id est, merita sanctorum tantùm durabunt in præmio pro eis reddito quantum ipsi: secundum quod dicitur Apocal. 14. c.* Opera enim illorum sequuntur illos. *Per hoc autem quod dicitur hic,* Inueterabunt, *non intelligitur aliqua corruptio, sed perpetua duratio, eo modo loquendi quo dicitur de Deo, Daniel. 7. f.* Donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis, &c. *Per antiquitatem ibi intelligitur æternitas, & non defectio, quæ concomitatur antiquitatem communiter dictam, Hebr. 8. b.* Quod antiquatur & senescit prope interitum est.

Inueteratio & antiquitas pro perpetua duratione.

5 Non laborabunt, *Id est, non laborauerunt, (quia frequenter hic accipitur futurum pro præterito, & è conuerso.)*

6 Frustra. *Quia consequuntur præmia.*

7 Neque generabunt, in conturbatione, *id est carnaliter, quam generationem sequitur conturbatio sollicitudinis circa promissionem vxoris, familiæ, & prolis, quod non habet locum in cælis, ideo dicit Saluator, Matt. 22. c.* In resurrectione non nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cælo.

8 Quia semen benedictorum domini est, *Id est, Apostolorum.*

9 Et nepotes eorum, *Isti sunt electi, per successores & discipulos Apostolorum in fide regenerati. Potest etiam exponi, quod dicitur,* Neque generabunt in conturbatione, *de generatione baptismali, quæ est per gratiam Spiritus sancti mentis quietatiuam.*

10 Eritque antequam. *Hic tertiò ponitur retributio electorum, quantum ad Dei familiarem assistentiam, & mutuam charitatis concordiam. Quantum ad primum dicitur:* Eritque ante. clament, &c. *Clamor enim orationis est propter impletionem desiderij clamantis. Sancti verò in patria nihil volunt absolutè, nisi quod Deus vult: & ideo non orant, nisi pro eo quod æstimant Deum velle, & sic Deus exaudit eos antequam clament, in quantum in sua dispositione immutabili iam est ordinatum quidquid simpliciter volunt seu optant. Secundum ponitur ibi.*

Retributio electorum.

Voluntas beatorum omnino voluntati Dei conformis.

11 Lupus & agnus pascentur. *Si hoc referatur ad statum ecclesiæ militantis, patet sententia ex dictis suprà 11. cap. Excepto quod hic additur,* Et ser. pul. pa. e. *Per serpentem hic intelligitur diabolus, qui sub specie serpentis primos parentes decepit, Gen. 3. Cuius panis, id est, nutrimentum sunt homines vani & terreni in quibus delectatur, qui nomine pulueris designantur. Si autem referatur ad statum ecclesiæ triumphantis, (eò quòd propheta sæpè transit de vno statu ad alium, & è conuerso) sic exponatur:* Lupus, *id est, ille qui in mundo prius fuit rapax, sed postea pœnituit bene viuendo,*

12 Et agnus. *Id est, ille qui bene vixit in innocentia perseuerando,*

13 Pascentur simul. *Quia in cælesti patria simul reficiuntur, vt Paulus & Ioannes Euangelista, & consimiles.*

14 Et leo & bos, *Id est, rex vel princeps sæcularis, & homo ruralis,*

15 Comedent paleas. *Id est, similiter reficientur in patria: dum tamen sint similes in meritis. Et si dicatur hic, quod per paleam non intelligitur conuenienter refectio cælestis, dicendum, quod hic est metaphorica locutio, vt satis patet ex prædictis, quæ non importat semper similitudinem in omnibus, sicut Christus metaphoricè leo dicitur Apoc. 5. b.* Ecce vicit leo de tribu Iuda, *propter eius constantiam & victoriam, & non quantum ad crudelitatem. Et eodem modo tenet hic propheta similitudinem quantum ad refectionis vniformitatem, & non quantum ad palearum vilitatem.*

Palea si poni omnino & vbi posit pro refectione cælesti poni.

16 Et serpenti puluis panis eius. *Exponatur vt prædictum est.*

8 Quia ☞ Non

☞ perficiem historiæ cum bobus, id est, prædicatoribus ecclesiæ. A Hæc comedunt leones donec multis laboribus veniatur ad profunditatem mysterij, sicut Augustinus, & Cyprianus, & alij.

Augustinus & Cyprian.

Et serpenti. † AMBROSIVS lib. de pœnitent. c. 13. Damnari serpentis hæc est sententia, *Erit tibi terra cibus.* Quæ terra? ea vtique de qua dictum est, *Terra es, & in terram ibis,* corpus scilicet hominis. Manducet terrā meam serpens, dentem carni meæ infigat, dicat dominus de me, tibi trado eum, *tantummodo animam eius custodi.* Quanta vis Christi, vt custodia hominis imperetur ipsi diabolo, qui semper vult nocere.

Genes. 3.

Non multū refert quam sæuiat diabolus in corpus, si animæ non noceat.

a ¶ Agnis & bobus. b ¶ Lupus & leo conuersi.

a b Non nocebunt, neque occident in omni mon- 1 te sancto meo, dicit dominus.

a ¶ Ecclesia in confessione Christi, qui est mons in vertice montium.

a *Neque occident.* Deposita feritate, vel in præsenti vel in futuro, & D hoc est;

b *In omni monte, &c.* Hoc Iudæi carnaliter accipiunt, dicentes quod in tempore Christi sui tanta pax & securitas sibi erit, vt lupi & agni, leones & boues, serpentes & homines commorentur simul, & comedant, neque eis noceant, qui in templo, & in monte sancto habitant. Ex quo colligitur, quod omnes alij occidentur. Sed hoc falsum esse ostenditur his verbis: *Hæc dicit dominus: Cælum se. mea, ter. au. scabel. pe. me. &c.* hoc tamen Iudæi carnaliter intelligunt.

Quàm aurea sæcula adducturū secum suum Messiam fingant Iudæi.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non nocebunt, *Illa enim ciuitas cælestis erit immunis à mutuo nocumento, & omnibus modis inuicem consolabuntur.*

ADDITIO.

B *In cap. 65. vbi dicitur in postil.* Benedicetur in Deo, id est, benedictione cælesti si in gratia perseueret. Amen.

Ista dictio Amen, *non legitur in vet. testam. dici in Dei persona aliqua affirmatiuè annuntiantis seu promittentis, sed solum in persona hominis supplicantis. vnde Deuter. 27. c.* Respondit omnis populus, Amen. *Et Ierem. 11. a.* Et dixi Amen domine, *id est, supplico vt ita fiat, & sic in aliis similibus. Sed in Euangelio hæc dictio frequenter inuenitur dici in persona Christi promittentis seu annuntiantis, vt cùm dicitur,* Amen dico vobis, *quod denotat promissiones seu assertiones à Christo factas fore veras seu fideliter implendas: vnde Christus propriè potest dici,* Deus amen, *eò quòd ipse solus hanc dictionem* amen *frequentabat, promittendo seu asserendo, Et quia eius significationem firmiter obseruat implendo promissa, Et ideo postquam propheta dixit quod nomina Iudæorum Christum non recipientium dimitterentur in iuramentum, scilicet execratorium, (eo modo quo dicitur Ierem. 29. e.* Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iudæ, quæ est in Babylone dicentium, Ponat te dominus sicut Sedechiam, & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne) *& subiunxit,* Quòd serui C Dei vocarentur nomine alio, *scilicet, Christiani. Consequenter dicit, quod Deus etiam sortiretur aliud nomen, scilicet,* Deus amen, *& hoc est quod dicit,* Qui est benedictus super terram, benedicetur in Deo amen: quia *quia omnis benedictio gratiæ seu gloriæ non habetur nisi à Deo amen, scilicet,* E *Christo. Similiter qui iurat in terra debet iurare in Deo amen, quia iuramentum pertinet ad latriam, vnde Deuter. 6. b. cùm dixisset:* Dominum Deum tuum timebis, &c. *subdit:* Et per nomen illius iurabis. *& sic ex prædictis verbis propheta intendit quod omnis benedictio expectanda est à Deo amen, scilicet, à Christo & omnis latria debetur Deo amen, scilicet, ipsi Christo qui dicitur Deus amen ratione prædicta. Et nota quod Deus in vet. leg. promittebat bona spiritualia & æterna implicitè, & tamen non totaliter dabat, sed Christus prædicta promissa impleuit: vnde super illud Rom. 1. b.* Ex fide in fidem, *glos.* Ex fide promissionis in fidem impletionis: *& ideo Deus in vet. test. numquam legitur dici Deus amen, quia principalia promissa nō erant impleta, sed in nouo propriè dicitur Deus amen propter eorum impletionem.*

Vsus vocis Amen in veteri & nouo Test.

Christus dictus Deus amen.

Præstantiora sunt noui Testamenti promissa quàm veteris.

REPLICA. *In cap. 65. vbi dicitur,* Qui benedictus est super terram benedicetur in Deo amen. *Vbi Burg. facit vnam extortam expositionem, dicens, hic amen esse debere cognomen Christi, vt dicatur Christus Deus amen propriè, quia frequenter vtebatur illo nomine, vt patet in pluribus locis Euangeliorum. Sed videtur ironia imponere alicui nomen ex aliquo termino per loquelam frequentato, sicut frequenter prædicans de nomine Iesu per dyscolos nominatus fuit Iesita ironicè. Quid enim prohibet hic amen accipi significatiuè in propria significatione sine tali abusiua expositione? Postill. enim* F *expositio valdè rationabilis est vsque ad finem huius libri.*

Christus nō debet dici Deus amen.

CAP. LXVI.

a *CÆlum.* Omnes sancti quorum conuersatio in cælis est: vnde, *Anima iusti sedes est Dei. Cælum sedes mea.* q. d. Ne putetis hæc ad litteram esse complenda.

Phil. 3. d. Sap. 7. d. secundum aliam litteram.

† PROCOPIVS. Quia tribus duæ cum dimidia, nō operum suorum & pietatis, sed templi Dei virtute expugnationem se esse vitaturas arbitrabantur: ista non sibi, sed illis cōducere demonstrat, vt cum legalibus inhæserint, non indignos se præstent, qui in ipsis habitet. Auersari se præterea hostias significat, quæ ab animi rectitudine non proficiscantur.

Quas hostias auersetur Deus.

† ORIGENES in c. 21. Matt. 5. Cùm terrā scabellum pedum eius appellat dominus, non ignominiam, sed gloriam significat, quę de Deo modicam aliquam & nouissimam intelligit partem, quæ moraliter appellatur pedes eius, quod paruam cognitionē habet de Deo, quia videmus nūc in ænigmate, & dominum cognoscimus per speculū, per visibilia quæ fecit, quę pedes domini appellamus. Vnde ecclesia super terram, appellatur scabellum Dei.

Act. 7. f.

Pedes Dei.

CAP. LXVI.

a 1 HÆc dicit dominus: *Cælum 1 2

a ¶ Vbi voluntas mea fit.

b ¶ Terreni, apostatæ angeli quos propria virtute calcauit.

sedes mea, terrā autem scabellum pedum meorū. Quæ 3

a ¶ Tam magna. b ¶ Vt in ea includar.

b est istā domus quam ædificabitis mihi, & quis est iste locus quietis meæ? 4

a ¶ Humilis & quietus & tremens sermones meos.

¶ Quasi: Nullus quia: Omnia, &c.

¶ A me scilicet.

2 Omnia hæc manus mea fecit: & facta sunt vni- 5

¶ Quasi: hæc est quies & sedes mea, non illa quam putatis, de qua: Templum Dei sanctum est quod estis vos.

c uersa ista, dicit dominus. Ad quem autem re- 6

a ¶ Humilem spiritu: Beati pauperes spi. Et alibi: Cor contritum & humilia. Deus, &c.

b ¶ Pro peccatis suis & aliorum.

¶ Beatus vir qui timet dominum. Initium sap. tim. dom.

spiciam, nisi ad pauperculum, & contritum

b *Quæ est ista.* q. d. Putatis me localem, & in templo tantùm manentem, Sed *quæ est ista domus, &c.*

c *Ad quem, &c.* Ablato altari temploque terreno quod humana manus construxit, rectè auferentur victimæ Iudæorum, ne fortè dicerent: Non tam sumus stulti, vt Deū putemus ☞ hoc

Abrogata legalia sacrificia.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. LXVI.

1 HÆc dicit domi. *Hic circa prædicta remouetur Iudæorum fiducia falsa: Et primò hæc fiducia tollitur, Secundò propheta ad propositum reuertitur, ibi,* Audite verbum domini. *Circa primum sciendum, quod Iudæi in aduentu Messiæ expectant templum reædificandum, in quo offerentur sacrificia Deo acceptissima: hoc remouet propheta, Et primò confidentiam ædificationis; secundò dictæ oblationis, ibi,* Ad quem. *Circa primum dicit in persona domini.*

Diuisio.

2 Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. *Non est per hoc intelligendum, quod in Deo sint lineamenta corporis, sicut intellexerunt aliqui Iudæi, & etiam aliqui simplices Christiani, qui propter hoc dicti sunt anthropomorphitæ, vt habetur in Collationibus patrū, Collatione Isaac 1.* sed *sed per hoc datur intelligi, quod diuina essentia non est locō comprehensibilis: ideo subditur,*

An Deus habeat mēbra humana.

3 Quæ est ista domus, &c. *Id est, quam creditis in futuro ædificari pro meo cultu? q. d. In hoc frustra confiditis.*

4 Et quis est iste locus quietis meæ? *q. d. Non quiesco nisi in meipso, quia in seipso perfectè beatus est.*

5 Omnia hæc. *q. d. Istis non indigeo, sed è conuerso indigent conseruatione mea, aliter redigerentur in nihilum, sicut & ex nihilo facta sunt.*

6 Ad quem autem. *Hic consequenter remouetur confidentia sacrificiorum. Circa quod sciendum, quòd sacrificia veteris legis ex duobus fuerunt accepta: vnum erat deuotio & obedientia offerentium, eo quòd Deus talia præceperat offerri, & secundum hoc motus voluntatis interior ad obediendum Deo erat principaliter Deo gratus: & quantum ad hoc dicitur,* Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum? *id est, ad verè humilem.*

Sacrificia veteris legis ex duobus erant Deo accepta.

☞ hoc loco posse concludi, sed in separato ad †glorificandum Deum loco victimas immolamus sicut in lege præcipitur.

† Sacrificandum Deo.

† CHRYSOSTOMVS homil. 6. ex variis in Matth. Multi sunt modi humilitatis: propheta cùm dicit, *Super humilem requiescam*, non simpliciter humilem significat, sed contractam nobis mentem designat, & nimis confractam, vt in illo, *spiritus contribulatus & cor contritum*.

Multiplex humilitas.

a *Qui immolat bouem.* HIER. lib. 18. q.d. Sacrificium vestrum non placet mihi post immolationem veri sacrificij: in cuius vmbra illa sacrificia concessa vobis, & ne immolaretis idolis.

Cur & pro quanto tempore legalia data sint Iudæis.

b *Canem.* De quo per Moysen: *Non offeres in domo Dei tui mercedem meretricis, neque pretium canis.* Et bene canis & meretrix copulantur, quia similiter libidinantur.

Deut. 23. c. Canis & meretrix.

a ¶ Misericordiam volo, & non sacrificium.

a spiritu & trementem sermones meos? * Qui immolat bo-

a ¶ In sacrificio. ¶ Quod prohibitum est.

uem, quasi qui interficiat virum. Qui mactat pecus, quasi

¶ Secundùm legem.

b qui excerebret canem. Qui offert oblationem, quasi qui

a ¶ Quod contra legem. b ¶ Vt afferat quod lex præcipit.

sanguinem suillum offerat. Qui recordatur thuris, quasi

a ¶ Laudet, veneretur. b ¶ Supradicta. c ¶ Proprio arbitrio. d ¶ Non Dei scilicet, qui est via.

c qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, &

a ¶ In his scilicet quæ abominari debuerant. b ¶ Animalitas, non ratio.
c ¶ Quia sui magis quàm Dei amatores. d ¶ Permissione.

in abominationibus suis anima eorum delectata est: [4] vnde

a ¶ Dæmonum & Romanorum quibus illudantur.
¶ Scilicet illusores, diabolum, Antichristum, malos principes, Sacerdotes, Scribas, & Pharisæos.
b ¶ Venite ad me om. qui lab. & one. & eg. ref. vos. Et, Pœnitentiam agite.

d & ego eligam illusiones eorum, & quæ timebant adducam

¶ Eos. ¶ Ex eis. a ¶ Vt suprà obediendo, imitando. b ¶ Idem.

eis: quia vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum,

a ¶ Exaudierunt. b ¶ Apertè malum suum sicut Sodoma prædicauerunt.

& non audierunt: feceruntq; malum in oculis meis, & quæ

a ¶ Errorem. ¶ Barrabam. b ¶ Propheta ad Apostolos.
c ¶ Reuerentes, venerantes.

nolui elegerunt. [5] Audite verbum domini, qui tremitis ad

a ¶ Iudæi secundùm carnem.

e verbum eius. Dixerunt fratres vestri, odientes vos, & abii-

¶ Vester.

f cientes propter nomē meū. Glorificetur dominus & vide-

a ¶ Ipsum in ipsa maiestate. b ¶ Qui talia loquuntur. c ¶ Quia. ¶ Doloris & planctus.

g bimus in lętitia vestra, ipsi autē confundentur. [6] Vox populi

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27

e *Odientes vos.* Quia de mundo non estis, quia in me creditis, quia nomen meum habetis, à Christo Christiani dicti: vnde, *Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur Christum, extra synagogam fieret.*

1. q. 1 cap. per Isaiam. Sacramenta quamuis sint indignè tractantibus prosunt tamen dignè sumentibus. Ioan. 9. f.

f *Glorificetur.* HIER. q.d. Appareat gloriosus, quia est lætitia vestra vt credamus vobis, quo modo vilem & abiectum prædicatis. In die iudicij cùm venerit in gloria sua cum potestate magna & ma. & virtute, vel etiam in præsenti: vnde subditur:

Luc. 21. f.

g *Vox populi de ciuitate.* IBID. Adueniente Romano exercitu, secundùm Iosephum, diuisi sunt Iudæi in tres partes de principatu contendentes. Alij sibi alium principem præponentes.

Iudæorum dissensio Ierusalem obsessa per Romanos.

c *Elegerunt in viis suis.* Non mea voluntate, ex quo verus agnus immolatus est: vnde, *Pascha nostrum immolatus est Christus.*

1. Cor. 5. b.

d *Et quæ timebant*, Romanos: vnde, *Venient Romani, & tol. no. lo. & Gentem.* Vel famem, pestem, captiuitatem.

Ioan. 11. f.

e *Odientes*

Pars autem populi & Sacerdotum, tenebant templum, arcem verò & regiam domum pars populi & principum, reliquam verò ciuitatem tertia pars & maximè vulgus. Pugnabant ergo & extra contra hostes, & intra contra ciues. Romanis ergo vrbem irrumpentibus audita est vox populi plangentis de ciuitate, vox Sacerdotum, & qui cum ipsis erant de templo.

☞ Vox

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et trementem sermones meos. *Id est, verè obedientem, qui reformidat transgredi verba mea etiam in minimis. Aliud erat fides offerentium, Sacrificia enim fuerunt quædam signa oblationis Christi futuræ in cruce, & ideo talis oblatio erat quædam protestatio huius fidei: oblatio autem Christi in cruce iam transiit in præteritum, & ideo oblatio talium sacrificiorum post publicationem Euangelij est mortifera, si quis vellet protestari quod Christus sit venturus, qui venit, & hoc est quod dicitur hic.*

Cessatio legalium sacrificiorū.

2 Qui immolat bo. quasi qui interficiat, &c. *Istud semper fuit prohibitum & illicitum, & eodem modo offerre tale sacrificium post Euangelij publicationem.*

3 Qui mactat pecus, *id est, caprum vel ouem: de istis enim speciebus animalium, scilicet, bouis, capræ & ouis fiebant sacrificia veteris legis, sicut dictum fuit plenius super Leuit.*

4 Quasi qui excerebret canem. *Reputabatur enim canis tanta vilitatis, quod non solum erat animal immundum ad immolandum & comedendum, sed etiam ad redimendum. Primogenitum enim asini licet non offerretur, tamen redimebatur oue, Exodi 13. b.* Non autem primogenitum canis, *sed excerebrabatur.*

Canis animal vilissimum.

5 Qui offert oblationem, *De terra nascentibus vt de pane, vino, oleo, & thure.*

6 Quasi qui sanguinem suillum offerat, *Quod erat abominabile coram Deo: Tum quia sus est animal immundum secundùm legem, Tum quia idololatra in suis sacrificiis tali sanguine vtebantur, vt patet 1. Machab. 1.*

Sus immundissimum.

7 Qui recordatur thuris, *id est, oblationis thymiamatis.*

8 Quasi qui benedicat, *id est, offerat idolo. Accipitur enim hic benedictio pro oblatione vel xenio, sicut dicitur 1. Reg. 25. e.* Accipe benedictionem, quam attulit famula tua, &c.

Benedictio pro oblatione vel xenio.

9 Hæc omnia elegerunt in viis suis, *Dimittentes vias Euangelij.*

10 Et in abomi. suis, *id est, in talibus oblationibus Deo abominabilibus,*

11 Anima eorum delectata est, *Non quia modo offerant talia sacrificia, cùm offerre sit eis illicitum, nisi in templo, quod erat in Ierusalem, quod est destructum, sed quia sperant talia delectabiliter exercere in aduentu Messiæ, vt dictum est. Potest etiam hoc referri ad tempus quod fuit post publicationem Euangelij in Ierusalem per Apostolos vsque ad destructionem templi: quia illo tempore offerebant sacrificia, etiam tempore obsidionis ciuitatis per Titum, vt dicit Iosephus lib. 6. de Iudaico bello, quod sacerdotes offerentes sacrificia in altari holocaustorum aliquando interficiebantur lapidibus machinarum.*

Sacrificia Iudæorum dum à Tito obsideretur vrbs.

12 Vnde & ego eligam, *Frustrando eos sua fiducia.*

13 Et quæ timebant, *Scilicet destructionem templi & ciuitatis si referatur hoc ad tempus immediatè prædictum, quod præcessit templi destructionem, Si autem referatur ad tempus sequens, hoc exponendum est de eiectione & opprobrio, & aliis malis temporalibus in quibus sunt & erunt, quæ timent Iudæi & timuerunt, Et causa horum malorum subditur, cùm dicitur,*

14 Quia vocaui, *Eos ad fidem, in persona propria eis prædicando, & per Apostolos, & eorum successores,*

15 Et non erat qui resp. *Quia pauci comparatiuè hanc prædicationem receperunt.*

16 Locutus sum. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem exaggerationem.*

17 Feceruntque malum. *Quia Iudæi vsuris, rapinis, & sacrilegiis.*

18 Audite verbum domini. *Remota falsa fiducia Iudæorum, hic propheta reuertitur ad propositum, quod est describere duplex Dei iudicium à principio cap. 64. vsque ad finem libri, vt dictum fuit ibidem. Et diuiditur residuum huius cap. in tres partes, quia primò propheta describit aliqua pertinentia ad iudicium discretionis, secundò aliqua pertinentia ad iudicium retributionis, ibi,* Lætamini, *tertiò aliqua pertinentia ad vtrumque, ibi,* Et mittam. *Circa primum sciendum, quod iudicium discretionis est, quo aliqui Iudæi vocati sunt ad fidem, aliis in sua infidelitate dimissis iusto Dei iudicio, licet nobis occulto. Primò ergo tangitur iudicium discretionis quantum ad dimissos, secundò quantum ad vocatos, ibi,* Antequam. *Circa primum sciendum quod Iudæi in infidelitate permanentes fuerunt valdè molesti credentibus, vt patet in Actibus Apost. in multis locis. Et hoc est quod dicitur hîc,* Audite verbum domini, *Vos apostoli & alij credentes.*

Diuisio. Iudicium discretionis.

19 Qui tremitis ad ver. *Tamquam verè humiles & obedientes.*

20 Dixerunt fra. ve. *Id est, Iudæi in infidelitate obstinati,*

21 Odientes vos, *Interius in corde.*

22 Abiicientes, *id est, exterius ingerentes persecutiones in corpore.*

23 Propter nomen meum. *Id est, quia confitemini me tamquam verum Christum.*

24 Glorificetur dominus. *Istud dicebant ironicè de Christo: vnde, Et ipsi in cruce pendenti dicebant Matth. 27. e.* Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, &c.

25 Et videbimus in lætitia vestra. *q.d. Finis vestræ credulitatis non erit vobis ad lætitiam, sed magis ad tristitiam & confusionem, Sed quia accidit contrarium, ideo subditur,*

26 Ipsi autem confundentur, *Scilicet in destructione ciuitatis & templi per Romanos facta post mortem Christi, ideo subditur,*

27 Vox populi, &c. *Clamantis in eius destructione.*

13 Et

☞ Vox

a ¶ Audita est. b ¶ Sacerdotum. c ¶ Exultationis in Romanis. ¶ Audita est.
de ciuitate, vox de templo, vox domini redden- 1
a ¶ Pro morte patriarcharum, prophetarum & ipsius Christi. 2
b ¶ Iudæis scilicet qui olim filij. ¶ Iudæis per Romanos.
c ¶ Iudæis pro impietate sua damnatis, ecclesia parit. ¶ Maria. ¶ Primitiua ecclesia. 3
a tis retributionem inimicis suis. 7 Antequam 4
a ¶ Deus pater verbum filium sibi coæternum. b ¶ Idem. 5
¶ Quasi insperate citissime
parturiret peperit. Antequam veniret partus 6
a ¶ Mariæ. ¶ Primitiuæ ecclesiæ. b ¶ Deus pater. ¶ Genuit sine tempore.
¶ Vna die tria millia, alia quinque, qui potius voluerunt mori quàm à fide Christi & charitate separari. c ¶ Fortem filium per quem omnia facta sunt & subsistunt.
b eius peperit masculum.* 8 Quis audiuit vnquam 7
a ¶ Vt antequam parturiat pariat, cùm naturaliter parturitio partum præcedat, & in tam breui spatio gignat tot millia hominum.
tale, & quis vidit huic simile? Numquid partu- 8
¶ Semel. tamquam omnia fit in lucem fusura. a ¶ Quam illustrat sol iustitiæ.
b ¶ Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis. c ¶ Tota.
c riet terra in die vna, aut parietur Gens simul? 9
a ¶ Quasi: Multo labore genuit in fide. b ¶ Apostoli. c ¶ Spirituales.
quia parturiuit & peperit Sion filios suos. 10
a ¶ Simile. Qui plantauit aurem, non audiet? b ¶ Carnaliter. 11
9 Numquid ego qui alios parere facio ipse 12
a ¶ Spiritualiter filium coæternum, & alios spirituales. vnde, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. 13
d non pariam dicit dominus? Si ego qui ge- 14
a ¶ Quasi mirum erit.
nerationem ceteris tribuo sterilis ero? ait

☞ Vox etiam domini audita est A in Romanis exultantibus, qui etiam nutu Dei venerunt, *reddentis re.ini.* scilicet Iudæis. s. per Romanos. †† Implens comminationem, quam dixerat, *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Luc. 13. & illam prophetiam, *Dereliqui domum meam,* B quando præsides templi consona angeli voce dixerunt, *Transeamus ex his sedibus.*

Recedunt è templo Angeli eius custodes.

a *Antequam par.* HIER. Non paulatim, sed nec multo tempore, vt populus Iudæorum, creuit Ecclesia: sed statim mundus concepit audita prædicatione, & peperit masculum, quem Pharao & He- C rodes conabantur occidere, qui in Moyse & in Christo saluatus est in Ægypto. Abraham quoque & Isaac masculos habuere filios: Iacob inter multos filios Dinam genuit, pro qua multa sustinuit.

Genes. 30. c. & 34. d.

Peperit ergo Sion, id est, reliquiæ Israel masculum, id est, Christum, qui in toto orbe generatur simul: quod nullus audiuit, nulla historia narrauit, vt alicuius doctrina omnes simul crederent nationes, & de diuersis Gentibus vna fieret. Vnde, *Adorate in conspectu eius vniuersi fines terræ.* Et Dauid inquit, *Spes omnium finium terræ & in mari longe.*

Tob. 13. e. Psal. 74. b.

† EVSEBIVS lib. 1. hist. cap. 4. prædicitur hoc loco illud quod admiratione non solùm orbis terrarum est prosecutus, verum etiam ipse Isaias, dum narrat videtur non satis posse admirari: post Christi crucem, intra breuissimum D tempus, natum populum illum nouum, non in vno aliquo obscuro terræ loco, sed qui sese fuderit toto orbe terrarum.

Mira fidelium dilatatio & multiplicatio.

† AMBROSIVS in exhortatione ad virgines. Habet filios ecclesia sine partus dolore, vnde dicitur de ecclesia, *Quis audiuit si parturit terra die vna?* Vna die terra non parturit, sed parit gratia. Venit paschæ dies, in E toto orbe baptismi sacramenta celebrantur: vno ergo die sine aliquo dolore multos filios & filias solet ecclesia parturire.

Ierem. 18. c. Regeneratio per Baptismum.

†† PROCOPIVS. Gens quælibet, ipsaque adeò Iudæo- F rum, sumptis ab exiguo paulatim incrementis in populum euasit; vt ab Iacobo patriarchæ duodecim, deinde filij, deinde nepotes, deinde etiam abnepotes, quibus facta minutatim accessione, in gentem ipsi magnam, & populosam abierunt. At Dei populus vno eodemque tempore plurimas terræ partes confertim impleuit.

b *Masculum*, populum fortem de quo Stephanus, Paulus, qui dicit: *Quis nos separabit à charitate Christi.*

Act. 6. e. Rom. 8. g.

c *In die vna.* Apostolus filios suos tamquam vna die simul genuit, qui in Christo, qui lux, & dies; & in vnitate fidei.

d *Si ego.* q. d. Ego qui omnes creaui homines in nihilo, creabo mihi ex omnib. Gentibus ecclesiã vnã quæ ædificatur de viuis lapidibus.

☞ Læta-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Vox de templo, *scilicet sacerdotum, quando templum fuit combustum, & ipsi fuerunt occisi de præcepto Titi, dicentis, Iustum est sacerdotes cum templo perire.*

Cædes sacerdotum capta vrbe.

2 Vox domini, *id est, Romanorum ex victoria exclamantium, vt dicit Iosephus lib. de Iudaico bello. Et dicitur vox eorum vox domini, quia in illa victoria fuerunt instrumenta Dei, & ministri.*

Iosephus.

3 Reddentis retributionem, *id est debitam pœnam.*

4 Inimicis suis, *id est Iudæis, qui eius mortem procurauerunt.*

5 Antequam. *Hîc agitur de iudicio discretionis quantum ad vocatos ad fidem: Et quia Christus est caput fidelium, ideo primò agitur de natiuitate Christi; secundò de natiuitate fidelium in generatione baptismali, ibi,* Numquid parturiet. *Circa primum sciendum, quod pars ista ab Hebræis antiquis & etiam à modernis communiter exponitur de natiuitate Christi. Et quod debeat sic intelligi, patet per translationem Chaldaicam apud Hebræos authenticam, quã vbi hîc habemus,* Antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius peperit masculum, *sic habet:* Adhuc non erat ei veniens angustia, redimetur, & adhuc non veniet ei tremor ex doloribus propter partum, reuelabitur rex Messias. *Dicunt Iudæi moderni, quod eadem die qua fuit destructum templum per Romanos, natus fuit rex Messias, sed adhuc non liberauit Iudæos de captiuitate, quia adhuc non habuit licentiam à Deo, propter eorum peccata, sed statim cùm habuerit exequetur: & ideo expectant eum venturum scilicet ad suam liberationem, sicut filius regis natus adhuc magno tempore expectatur ad regnandum. Sed potest quæri ab eis, vbi stetit tantum temporis? quia à destructione templi vsque nunc fluxerunt anni MCCLI. quia templum fuit combustum anno à passione domini 42. & modo currit annus domini MCCCXXVII. Ad hoc autem respondent variè, quia aliqui dicunt, quod est cum angelis, sicut fuit Moses, quadraginta diebus & 40. noctibus cum angelo, qui loquebatur ei in persona domini, Actor. 7. Alij verò dicunt, quod ipse est Roma in porta sedens cum pauperibus & leprosis, allegantes ad hoc illud, Isaiæ 53. a.* Et nos vidimus eum quasi leprosum à Deo percussum & humiliatum, *& intelligitur de Christo etiam secundùm Hebræos, vt dictum fuit ibidem. Alij dicunt, quod vadit per mundum in paupertate & afflictione, ad satisfaciendum pro peccatis Iudæorum. Sed istæ responsiones & consimiles satis apparent friuolæ & falsæ ex eorum variatione. Item secundùm eos Messias est purus homo, vt patet ex dictis: & quia reputant eum hominem purum, & per consequens habet senectutem & corruptionem annexam, & ideo nulla apparentia est quod tamdiu vixerit. Item extortè exponunt litteram istam:* Antequam parturiret peperit. *q. d. Dum parturiret, scilicet Iudæa, vel ciuitas Ierosolymitana, sentiens dolorem de ciuitatis & templi destructione, peperit Saluatorem scilicet, Messiam, dicendo quod eadem die fuit dicta destructio, & Messiæ natiuitas: quia ista dictio antequam semper denotat temporis antecessionem, & idem est de dictione Hebr. hîc posita scilicet,* בטרם *Betherem quæ semper signat ante, & numquam signat* dum *vel* quando. *Igitur accipiendo id quod est verum in hoc dicto Hebræo, scilicet quod iste passus intelligendus est ad litteram de natiuitate Messiæ, id est Christi, & dimittendo id quod est falsum, sic exponitur secundùm veritatem:* Antequam parturiret peperit, *id est, antequam beata Virgo Maria dolorem partus sentiret, peperit, quia sicut virgo concepit, ita sine dolore peperit.*

Diuisio.

Messias quẽ sibi fingunt Iudæi quando sit natus.

Ætas qua floruit Nicolaus de Lira.

Vbi modo lateat prædictus Messias.

Secundùm Iudæos eo die natus est ipsorum Messias quo destructa sunt Ierosolyma & templum.

Partus B. Virginis sine dolore.

6 Antequam veniret partus eius, *id est, dolor ex partu: & est replicatio eiusdem sententiæ ad maiorem expreßionem & confirmationem.*

7 Quis audiuit vmquam tale. *q. d. Nullus, quia sicut nulla alia virgo concepit, ita nec sine dolore peperit.*

8 Numquid parturiet. *Hîc consequenter agitur de natiuitate fidelium per regenerationem baptismalem: quia post resurrectionem & ascensionem Christi fideles breui tempore fuerunt valdè multiplicati, vt apparet in Actibus Apostolorum in pluribus locis, & in legendis, Apostolorum aliorumq; Christi discipulorum, ita quod viuente Petro fuit fides publicata in omnibus partibus terræ habitabilis, sicut fuit dictum plenius super illud Psal. 18. a.* In omnem terram exiuit sonus, &c. *& hoc est quod dicitur:* Numquid parturiet terra in die vna, *id est, in tempore breui. Et dicet:* Parturiet, *scilicet ecclesia primitiua quæ fuit in afflictione & persecutione multa.*

9 Aut parietur Gens simul? *id est, Gentiles de omnibus partibus.*

Mira & repentina fideliũ multiplicatio.

10 Quia parturiuit & peperit Sion, *id est, ecclesia sic nominata, vt dictum est suprà cap. 2.*

11 Filios suos, *in Christo regeneratos. Et quia talis multiplicatio repentina facta est virtute diuina, ideo subditur,*

12 Numquid ego qui alios parere facio, *id est, fœcunditatem naturalem omnibus tribuo,*

13 Ipse non pariam, dicit dominus, *multiplicando fideles dicto modo; quasi diceret, Imò sic faciam, ideo subditur,*

14 Si ego qui generationem ceteris tribuo sterilis ero? *Replicatio est eiusdem sententiæ ad maiorem affirmationem. Aliqui autem Doctores Catholici exponunt hoc de æterna generatione filij à patre secundùm naturam diuinam: sed hæc expositio videtur magis mystica quàm litteralis.*

a *Lætamini cum.* Hier. lib. 18. ô angeli ô apostoli tristes de perditione Iudæorum infidelium: Lætamini consolati de fide & salute Gentium de quibus ædificatur ecclesia.

b *Vt sugatis.* Ibid. Fidem simplicium, & opera bona inde delectati. Fides credentium lac & cibus est prædicatorum. Vnde & Christus: *Ego cibum habeo mãducare, quem vos nescitis. Vt sugatis & repleamini.* Puerpera quæ genuit masculum non caret abundantia lactis in educatione Gentis, & paruulorum qui simul nati sunt vt præberet eis duo vbera veteris & noui testamenti. Et notandum quod paruuli lacte consolationis indigent quasi adhuc in carne versantes: Qui verò post lac consolationis ad solidum cibum profecerunt, affluent deliciis veritatis & scientiæ omnimodæ gloriæ.

(Ioan. 4. d. — De vario doctrinæ genere quo hos & illos instruit Ecclesia.)

c *Vt mulgeatis.* Ibid. Sancta ecclesia in omnibus vna, in aliis habet lac, simplicem, scilicet fidem, operationem; In aliis affluit omnimoda gloria, charismatum scilicet abundantia, & diuinitatis scientia & humanitatis Christi: Sancti ergo prædicatores in omnibus delectantur tamquam carpentes ab aliis hoc, ab aliis illud.

d *Ad vber.* Ibid. Ab Apostolis & prædicatoribus ad dona Spiritus sancti, vel ad doctrinam veteris & noui testamenti. Quod enim prędicant, operibus monstrant, vt sic auditoribus ducatum præbeant.

† August. lib. 20. de ciuit. c. 21. Post labores ærumnarum curarumque mortalium consolabimur tamquam paruuli domini in humeris genibusq; portati, rudes enim nos & nouos blandissimis adiutoriis blandissima illa beatitudo suscipiet.

e *Blandientur vobis.* Hier. Sustentantes, lac dantes, sicut ille qui dicit, *Obsecro vos, fratres per misericordiam Dei vt exhibe. corda vestra, &c.* Et, *Obsecro vos tanquã ad.* (Rom. 12. a. — 1. Pet. 2. b.)

f *Quomodo.* Ibid. Omnipotens Deus tamquam misericors & miserator, modo aquilæ, modo gallinæ, modo matri blandiẽti se comparat, vt vos saltem blanditiis alliciat. Sicut etiam aquila in rupibus inaccessis nidum parat, ne accessus alicui pateat, Et in medio amethistum lapidem qui omnia venena fugat, secundùm Physicos, propter serpentes arcendos, & quædam alia secreta naturæ collocat. Sic ipse in cordibus nostris lapidem, id est, fidem suam ponit, scilicet, seipsum, qui est lapis abscisus sine manibus de monte, quo omnia venena diaboli fugantur. Aquila enim plus omnibus bestiis, & iumentis, pecudibus auibusque fœtus diligit, vt aiunt qui de animantium scripsere naturis.

(Dei suauissima misericordia. — Quomodo nidulctur aquila. — Daniel. 2. g. — Aquila omnibus aui bus pullos plus diligit.)

a dominus Deus tuus. [10] Lætamini cum Ierusa-
(a Quæ ædificatur ex viuis lapidibus. — Cælesti, & ecclesia præsenti ex Gentibus collecta. — b In fide filiorum eius.)
lẽm, & exultate in ea omnes qui diligitis eam. [2]
(a Vero. — b De perfidia Iudæorum. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.)
Gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugetis su- [3] [4]
(a Duobus testamentis, vnde trahitur doctrina simplicium quasi lac infantium, vnde & ipsa consolatur: vel donis Spiritus sancti.)
b per eam, [11] vt sugatis & repleamini ab vberibus [5]
(a Simplicium fidem. — Et sic.)
c consolationis eius, vt mulgeatis, & deliciis
(a Fide, virtutibus, operibus, cognitione diuinitatis & humanitatis Christi.)
affluatis ab omnimoda gloria eius. [12] Quia
(a Extructa per Apostolos ecclesia. — b Infundam. — c A Iudæis, à me declinantibus.)
hæc dicit dominus: Ecce ego declinabo super
(a Ierusalem. — b Abundantiam Sancti spiritus, quo pacificamur Deo & angelis. Fluminis impetus læ. ci. d. Et: Flumina de ventre eius flu. aquæ viuæ. — c Velocissimam fidem, vnde, In auditu auris obediuit mihi. vnde Gloriosæ, Gentes sunt.)
eam, quasi flumen pacis, & quasi torrentem
(a Delectati.)
inundantem gloriam Gentium, quam sugetis.
(a O Gentes credituræ. — b O Apostoli.)
d Ad vbera portabimini, & super genua blan- [6]
e dientur vobis. [13] Quomodo si cui mater blan-
f (a Et plus, vnde, Et si illi obli. fuer. ego tamen non obliuiscar. — b In præsenti. vnde: Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. — c Cælesti.)
diatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem
(a Præsentia mea. — b O fideles in æterna beatitudine, Deum scilicet, sicuti est. vnde, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. — c Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. — Sine fine.)
g consolabimini. [14] Videbitis & gaudebit cor ve- [7] [8]
(a Hyeme mortua, vere rediuiua.)
h strum, & ossa vestra quasi herba germinabunt. [9] [10]
(a In die iudicij, vel hic. — b Potentia operatio, vnde, ad Pharaonem per Moysen: Manus domini super te & super populum tuum. — c Quibus dicet: Venite benedicti patris mei.)
i Et cognoscetur manus domini seruis eius, & [11]
(a Dæmonibus, Iudæis, operibus reprobis quibus dicet: Ite male. in ignem æter.)
indignabitur inimicis suis. [15] Quia ecce domi- [12]
(a Ignis ante ipsum præcedet. Et: Ignis in consp. eius exar. — b Ad iudicium. — c Angeli in iudicio comitantes eum.)
k nus in igne veniet, & quasi turbo quadrigę eius. [13]
l (a Dicendo: Ite maledicti in ignem æter. — b Esuriui & non de. mi. manducare.)
Reddet in indignatione furorẽ suum & incre- [14] [15]
(a Sententia terribilis, quasi ignis deuorabit eos.)
m pationem suam in flamma ignis, [16] quia in igne [16] [17]

g *Videbitis.* O Apostoli multitudinem venientium ad fidẽ. Et gaudebit cor vestrum de salute illorum, & ossa vestra, virtutes germinabunt in aliorum cordibus, fructus bonę voluntatis & operationis. Sicut enim corpus ossibus, ita anima sustentatur virtutibus. (Virtutes ossibus comparantur.)

h *Et ossa vestra.* Ibid. In die iudicij corpora vestra reuiuiscet in immortalitate, vt sicut corpore & anima in præsenti vita Deo seruiuistis, sic corpore & anima præmia recipiatis.

†† Procop. Surgent enim mortui, & excitabuntur qui iacent in monumẽtis, vbi rore illo qui manat à Christo, spiritu nimirum viuifico ditati fuerint, de quo sic apud Psaltem legitur, *Emitte spiritũ tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ*: non aliter quam quæ in agris floruerunt, hyeme occidere, vere autem rursus oriri videmus. (Resurrectio mortuorũ.)

i *Cognoscetur.* In iudicio scilicet bonis suauis & mitis; impiis vltor, & fortis cognoscetur filius, qui patris manus est, per quem omnia operatur.

k *In igne.* qui æternus erit malis quos inuoluet, & adducet ad supplicium ęternũ, quo purgabitur quod in bonis erit purgãdũ. (Ignis purgatorius.)

l *Quadriga eius.* Currus, quia tũc triũphaturus, & omnes aduersarios debellaturus: non quod egeat ministerio angelorum.

m *In igne do.* In iudicio. Vel, discretio eius & iustitia monstratur, dum bonos à malis diuidit iusto iudicio, non potentia.

Gladio,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea. *Hic consequenter agitur de pertinentibus ad iudicium retributionis, & primò retributionis bonorum; secundò malorum, siue reproborum, ibi,* Et cognoscetur. *Circa primum dicitur,* Lætamini cum Ierusalem & exultate in ea, *id est, cum ecclesia militante ad triumphantem transeunte in finali iudicio.*

2 Omnes qui diligitis eam, *id est, habentes veram & firmam charitatem.*

3 Gaudete cum ea gaudio, *Replicatur gaudium propter duplicem letitiam tunc perfectè habendam, scilicet interius & exterius ex gloria animæ & corporis.*

4 Vniuersi qui lugetis super eam, *id est, afflictionibus tyrannorum, & maximè Antichristi.*

5 Vt sugatis & repleamini ab vberibus consolationis eius: *tot verba consolati: a & affluentia boni expressiua ponuntur hic, ad designandum excellentiam retributionis cælestis, quæ excedit nostram apprehensionem, sicut dictum est, suprà 64. b.* Oculus non vidit Deus absque te quæ præpara. expec. te. (Excellentia retributionis cælestis.)

6 Ad vbera. *Ista dicuntur ad exponendum familiaritatem, & beneuolentiam Dei erga electos, per affectionem matris ad filios.*

7 Videbitis, *in effectu quod pranuntiaui vobis. Vel,* Videbitis *faciem meam clarè & apertè.*

8 Et gaudebit cor vestrum, *quia dictæ visioni annexa est fruitio beata.*

9 Et ossa vestra, *quæ modo sunt in terra partim arida, partim putrefacta.*

10 Quasi herba germinabunt, *in resurrectione futura: vnde & 1. Corinth. 15. b. resurrectio mortuorum assimilatur semini germinanti.*

11 Et cognoscetur. *Hic agitur de retributione pœnæ quantum ad reprobos: Et continuando sequentia præmissis dicit,* Et cognoscetur manus domini seruis eius. *Sicut potestas domini manifestè apparebit in retributione gloriæ seruis suis & in electis: ita apparebit eius potestas in retributione pœnæ infidelibus reprobis, ideo subditur,*

12 Quia ecce dominus in igne, *quia ignis conflagrationis ante faciem eius ad iudicium venientis præcedet, Psal. 96. a.* Ignis ante ipsum pręcedet. (Aduentus Christi ad iudicium.)

13 Et quasi turbo quadrigæ eius, *id est, angeli qui erunt executores diuini iudicij, & venient cum magna potestate.*

14 Reddet in indignatione furorem, *id est, sua iustitia effectum.*

15 Et increpationem suam, *quia dicet reprobis,* Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi bibere, &c. (Matth. 25. d.)

16 In flamma ignis, *quia post increpationem dictam proferet contra eos sententiam d.* Ite maledicti in ignem æter. &c. *vt habetur ibid.*

17 Quia in igne dominus, *hoc potest referri ad ignem præcedentem*

7 Vi-

☞ a *Gladio*.HIER.Sententia:vnde Amos,*Gladio Dei peribunt omnes pec-* A *&c*.Dum enim reddet vnicuique quod meretur,omnes cognoscẽt illum iustum iudicem,& laudabunt eius iudicium.

Amos 9.c.

†† HIER.Quidquid pungit,& percutit & torquet, & cruciat,in scripturis sanctis gladius appellatur: quo gladio vulnerabuntur siue interficientur omnes, qui Dei non fecerint voluntatem, & omisso lumine veritatis,tenebris se erroris inuoluerint.

Gladius pro quolibet plaga vel dolore.

b *Qui sanctificabantur*. HIER. lib.18. opinione sua in fontibus & baptismatibus, quæ sibi in locis amœnis parabant: vbi & luxuriabantur libentius,vt statim se mundarent & B abluerent,tamquam sic mundari potuissent.Ibi ante idola luxuriabantur cum masculis & feminis more canum & hoc est,

Sacra luxuriosa idolorum.

c *Post vnam intrinsecus*. IBID. Id est retrò,quod turpe est dicere , sed tamen dicitur ad confusionem eorum qui nec erubescunt facere.

Qui sanctifica. IBID. Possumus secundùm Tropologiam C dicere omnes voluptatis magis quàm Dei amatores, dicere sanctificari in hortis & in liminibus secundùm LXX.quia in mysteria veritatis non valent introire, & comedere cibos pietatis : quia non sunt sancti corpore & spiritu, nec comedunt carnem Christi, vt habeant vitam æternam. *Etenim pascha nostrum immo. est Christus*. qui non foris,sed in vna domo & intus comeditur.

Contra eos qui voluptatibus seruiunt.

1.Cor.5.c.

d *In hor*. Non in sacrificio vitulæ rufæ, quod præcipiebatur in lege.

Num.19.a.

e *Ego autem*. q.d. Ideo venio ad iudicium cum omnibus Gentibus & linguis vt iudicem simul omnia opera eorum & cogitationes,& reddam eis omnia quæ merentur.

a dominus diiudicabit, & in gladio suo ad om-[1][2]nem carnem, & multiplicabuntur interfecti à [3] b domino. [17] Qui sanctificabantur & mundos [4][5] c se putabant , in hortis post vnam intrinsecus, [6][7] d qui comedebant carnem suillam, & abominationem [8][9] & murem , simul consumentur , dicit [10] e dominus. [18] Ego autem opera eorum & cogi-[11][12]tationes eorum: venio vt congregem,cum om-[13][14] f nibus Gentibus & linguis. Et venient, & vide-[15][16] g bunt gloriam meã. [19] Et ponã in eis signũ, & mit-[17][18] h tam ex eis qui saluati fuerint ad Gentes, in mare, [19][20][21] i in Aphricã & Lydiam tenentẽ sagittã, in Italiam [22][23]

a ¶ Multi inueniuntur,qui modo putantur pauci. b ¶ Omnes mali damnati.
a ¶ Alij ianuam.
a ¶ Contra legem. b ¶ Cetera prohibita.
a ¶ Quem nos glirem dicimus. b ¶ Omnes.
a ¶ Cui omnia aperta.
a ¶ Quæ modo latent. ¶ Quæ etiam iudicabuntur: vnde, Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam,&c.
b ¶ Vnde,Et congregabuntur ante eum omnes Gentes.
a ¶ Quibus cogitationes accusabunt vel defendent. b ¶ Omnes Gentes ad iudicium vel ad fidem:hæc enim pertinent ad primum aduentum & fidem Gentium.
a ¶ Oculis cordis. b ¶ Diuinitatem,& humanitatem quæ supra omnia.
c ¶ Qui crediderunt.
a ¶ Apostolos. b ¶ Iudæis. c ¶ Reliquiæ saluæ fient.Nisi dominus Sa.re.no.se. d ¶ Conuertendas. e ¶ Per has omnes mundi partes significantur.
a ¶ Lydi enim periti sunt sagittarij. b ¶ Occidentem scilicet.

† CYRILLVS. Anacephaleosis totius prophetiæ Isaiæ fit hoc lo- D co, breuiterque recapitulatur omnis œconomia redemptionis,de qua toto opere Isaias,declaratur vocatio gentium,declaratur prædicatio Apostolorum toto orbe futura.

Ab hoc loco ad finem est anacephaleosis totius prophetiæ Isaiæ.

† AVGVSTINVS lib.20. de ciuitate cap.21.ad. Commemorato vltimo iudicio,recapitulat ab initio gratiam noui testamenti,à primo aduentu vsque ad vltimum iudicium.

f *Linguis*. HIER. Quæ secundùm Apostolum non solum hominum,sed etiam angelorum. Vnde intelligimus omnes creaturas à domino iudicandas, non solum super terram,sed & in mari & in cælestibus.Iuxta illud: *Inebriatus est in cælo gladius meus , & vsque ad terram descendit*.

Vniuersalitas extremi iudicij. E Isaiæ 34.b.

†† *Videbunt gloriã meam*.PROCOP. Hoc contigit gentibus, cum diuina Euãgelij promulgatione æqualẽ esse patri, mirabiliaq; opera edere,& mortuos in vitã reuocare didicissent:nõ Iudæorũ more querẽtes,cur,cũ homo esset, Deũ se profiteretur, sed vno cõsensu Dei viuentis filiũ eũ asserẽtes.

g *Et po.in eis si*.Crucis, Christianitatis, salutis, quo signati in Ezechiele non interficiuntur, quo in Ægypto postes signantur,& in Israelitę saluãtur; hoc signũ Achaz noluit petere,quod supponit Isai.*Ecce virgo cõcipiet,&c.*

Signum crucis salutiferum. F Ezech.9.b. Exod.12.a. Suprà 7.c.

h *Et mittam ex eis*. IBID. Videtur esse contrarium, cùm de iudicio prius dictũ sit, reuerti ad primum aduentũ,quo Apostoli ad Gentes diriguntur & audiunt : *Ite docete omnes Gentes*. Sed iudicij dies prædicitur, vt metu futuræ pœnæ perterriti, accipiant aduentum Saluatoris: & Apostolorum prædicationem qui sunt præmittendi.

Matth. 28.d

i *In mare*. Mundum scilicet cuius partes subdit Aphricam,&c.meridianam,scilicet plagam in qua Aphrica est.

† CY- ☞ In

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *tem aduentum iudicis, vt dictum est,& ad ignem gehennæ, in quem post sententiam iudicis reprobi detrudentur,vt dictum est. Aliqui libri habent*, Quia igne dominus diiudicabitur, *& sic est in Hebræo,& est eadem sententia*,

1 Diiudicabitur,*id est,eius iustitia ostendetur, quia quilibet eius iudicium iustum videbit*.

2 Et in gladio suo.*Id est,in sententia sua quæ gladius dicitur*,

3 Ad omnem carnem,*Id est carnaliter viuentem*,

4 Et multiplicabuntur interfecti à domino,*morte gehennæ*.

5 Qui sanctificabantur & mundos se putabant,*falsò tamen*,

6 In hortis,*id est,in locis amœnis,vbi colebant idola ad suam sanctificationem,secundùm suam erroneam æstimationem*.

7 Post vnam intrinsecus. *Sic est in Hebræo & in libris correctis, & est sensus*: intrinsecus,*id est,intra hortos dictos*, Post vnam,*scilicet portam vel clausuram; & ideo aliqui libri habent*, post Ianuam. *Rab.Sal.sic exponit: Post vnam,id est,vna societas post aliam,quia non omnes idololatræ intrabant simul hortos ad venerationem idoli,sed vna societas primò, quia egressa, alia post intrabat,& sic consequenter*.

Idola hortensia.

8 Qui comedebant carnem suillam,*idolis immolatam*,

9 Et abominationem,& murem,*id est,animalia immunda secundùm legem,non solùm ad offerendum, sed etiam ad comedendum,quæ Gentiles sacrificabant idolis, & inde aliquam partem comedebant in venerationem idolorum. Et similiter multi Iudæi hoc faciebant , qui non sol m imitabantur Gentiles in idololatria, imò etiam frequenter excedebant, vt patet 4. Regum & 2.Paral.quod dicitur de Iudæa sub nomine Ierusalem,Ezechiæ* 5. Vt plus esset impia quàm Gentes,&c.

Iudæi in idololatria aliquando excesserunt alias Gentes.

10 Simul consumentur dicit.*non per pœnæ terminationem,sed magis per eius continuationem ,sicut dicitur in fine huius capituli* : Ignis eorum non extinguetur. *Et istud quod dictum est de idololatria Iudæorum, referendum est ad illos qui captiuitatem Babylonicam præcesserunt,vt suprà dictum est; & quod subditur, ad eos qui post fuerunt: quia tamen isti & illi fecerunt vnum populum,sub eodem contextu de primis reditur ad posteriores,cùm dicitur*,

11 Ego autem opera eorum,*id est rapinas & homicidia ex odio fraterno procedentia,quæ vitia viguerunt in ipsis,vt dictum est suprà*.

12 Et cogitationes eorum,*ad interficiendum Christum,& etiam Lazarum resuscitatum, eò quòd propter eum multi credebant in Christum,vt dicitur* Ioan.11.& 12.*& post resurrectionem Christi & ascensionem idem machinati sunt contra Apostolos,aliosq; fideles*.

13 Venio, *ad iudicium extremum*,

14 Vt congregem,*id est,in manifesto ponam simul*,

15 Cum omnibus, *quia illud erit iudicium generale, & peccata omnium erunt manifesta singulis, vt diuinum iudicium appareat iustum*.

16 Et vide.*quia Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa, cuius tamen aspectus erit terribilis & tristabilis reprobis, & delectabilis iustis*.

17 Et ponam in eis signum,*scilicet sanctæ crucis,secundùm quod dicitur* Matth.24.c. Tunc apparebit signum filij hominis in cælo,*quod exponunt Origenes & Chrysostomus de signo crucis mirabiliter radiante in iudicio, ad gloriam fidelium,& confusionem reproborum,& maximè eorum qui eum crucifixerunt manibus siue linguis, ideo dicitur Matth.24.c*. Et tunc plangent omnes tribus terræ,*id est,aliqui ex omnibus Gentibus*.

Signum crucis radians in extremo iudicio.

18 Et mittam.*Hic vltimò ponitur simul aliquid pertinens ad iudicium discussionis, præmittitur tamen illud quod pertinet ad iudicium discretionis, & subditur illud quod pertinet ad iudicium retributionis,ibi*, Quia sicut ce. *Iudicium autem discretionis separando fideles ab infidelibus factum est executiuè per prædicationem Apostolorum aliorumq; discipulorum primò Christo credentium,qui omnes,vel ferè omnes fuerunt Iudæi:& secundùm hoc dicitur*, Et mittam ex eis qui saluati fuerint, *(aliis in infidelitate permanentibus) cuiusmodi fuerunt Apostoli & alij discipuli*.

Iudicium discretionis.

19 Ad Gentes,*id est,ad Gentiles conuertendos. Sic enim dixerunt Paulus & Barnabas Iudæis obstinatis Act.13.g*. Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei,sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes : sic enim præcepit nobis Deus.

20 In mare, *id est,ad habitantes in insulis maris,in quibus publicata est fides Catholica,primò per Barnabam & Paulum, vt patet in Actibus Apostolorum,& postea per alios prædicatores in diuersis insulis maris*.

Apostoli missi per orbem ad prædicandum.

21 In Aphricam, *quia beatus Matthæus prædicauit in Aethiopia,& Marcus in Alexandria,quæ sunt in Aphrica*.

22 In Lydiam,*in qua prædicauerunt etiam alij*.

23 Tenentem sagittam , *Petrus enim & Paulus prædicauerunt* ☞ *Romæ*

a ¶ Scilicet Athenas.
& Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non 1
a ¶ Vnde, quibus non est annuntiatum de eo videbunt. ¶ Scilicet.
audierunt de me, & non viderunt gloriam 2 3
a ¶ Fideles Iudæi. ¶ Missi ad nationes.
meam. Et annuntiabunt gloriam meam Gen- 4 5
a ¶ Apostoli. b ¶ Fideles. c ¶ O Iudæi.
tibus, [20] & adducent omnes fratres vestros de 6
a ¶ Postula à me & dabo tibi Gen. he. tu.
a cunctis Gentibus donum domino, in equis 7
a ¶ Debiles qui ab aliis portantur.
b ¶ De quibus: Nolite fieri sicut equus & mulus, &c.
b & in quadrigis & in lecticis, & in mulis & in 8
c a ¶ Qui auxilio adducti aliorum & morum grauitate ornati, deseruiunt sapientiæ & prædicationi. b ¶ Ecclesiam præsentem & futuram. ¶ Prius ad præsentem, post ad cælestem Ierusalem, & hoc est ad montem sanctum meum.
d carrucis ad montem sanctum meum Ierusa- 9
a ¶ Quali lætitia scilicet agitur illud quod cum summo gaudio consueuerunt facere.
e lem, dicit dominus: quomodo si inferant filij 10
f a ¶ Spirituales fructus animæ. b ¶ Corpore immaculato. ¶ Ecclesiam.
g Israel munus in vase mundo in domum do- 11
a ¶ Iudæis. ¶ Vel ex vtrisque. ¶ Gentibus conuersis reprobato ministerio Iudæorum.
¶ Se & alios sanctificantes. ¶ Apostolos & apostolicos viros.
c ¶ Assumptos de mundo in ministros Dei.
¶ Qui in abscondito non sequuntur seriem generis, sed ordinem fidei.
mini. [21] Et assumam ex eis in Sacerdotes & Le- 12 13
a ¶ Aerei. b ¶ Secundùm figuram innouati.
h uitas, dicit dominus: [22] quia sicut cæli noui & 14
a ¶ Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. b ¶ Immobilia.
terra noua quæ ego facio stare coram me,
a ¶ O apostoli. b ¶ Liberatum à seruitute corruptionis. ¶ Filij spirituales.
dicit dominus, sic stabit semen vestrum 15
¶ Filij Dei. a ¶ O apostoli. b ¶ Christianum, cui aliud non succedit.
c ¶ Ecclesia scilicet cælestis: constructa ex præsenti. ¶ Spiritualis.
i et nomen vestrum. [23] Et erit mensis ex 16 17
a ¶ Carnali. ¶ Vt scilicet transcensis diebus, in quibus factus est mundus, in vero Sabbato quiescamus. b ¶ Sabbatismus qui reseruatur populo Dei.
¶ Quasi: Ille quiescet in futuro, qui hic quiescit à malo opere. c ¶ In die iudicij.
mense, & Sabbatum ex Sabbato. Veniet 18
a ¶ Omnes Gentes quascumque feci, ve. & ado. &c. ¶ Et videbit omnis ca. sa. Dei nostri.
¶ Sancti cum corporib. itis. ¶ Etiam mali territi Dei omnipotentiam adorabunt.
k omnis caro, vt adoret coram facie mea, dicit

a *In equis.* HIER. lib. 18. sunt A adducti, qui velociter credunt & citò ad fidē currunt.

b *In quadrigis & in lecticis.* IBID. Philosophos. sc. & doctrina & morum honestate fulgentes: vnde citius ad doctrinam quatuor Euangelistarum peruenerunt, & quatuor principalibus virtutibus subleuati cælestia mente attigerunt. (Sapientes sæculi qui ad fidem venerunt.)

c *In mulis.* IBID. Super quos Dauid & Salomon sedisse leguntur: Qui enim à mundi fœtu steriles sunt, domino qui per illos figuratur, quasi B mansueti deseruiunt. (3. Reg. 1. a.)

d *In carrucis.* IBID. LXX. tectis, vehiculis: alij simpliciter vehiculis. Hi sunt quibus dicitur: *Inuicem onera vestra portate.* (Gal. 6. a.)

†† IDEM. Diuersa vehicula quibus homines adducuntur ad fidem, angeli sunt vel sancti viri, qui de hominibus in angelos profecerunt. Quod autem vnusquisque nostrûm habeat angelos, multæ scripturæ docent, è quibus illud C est, *nolite contemnere vnum de minimis istis, quia angeli eorum vident quotidie faciem patris, qui est in cælis.* Et puella Rhode (Act. 12.) Petrum apostolum nuntiante alij angelum ipsius esse credebant. Sin autem hoc de minimis, & de vno homine, quantò magis de omnibus sanctis, & præcipuè de apostolis sentiendum est, quorum angeli quotidie vident faciem patris, iuxta illud quod scriptum est Psal. 33. *Circumdat angelus domini in circuitu timentium eum:* & Iacob de se loquitur, *Angelus qui liberauit me.* Isti sunt qui ascendunt & descendunt super filium hominis. (Habere singulos homines angelum custodē probatur.)

e *Quomodo.* IBID. q. d. Cum D tanta lætitia adducunt apostoli fratres vestros quorum munera, fides, spes, charitas, oratio munda, bona opera, &c. vasa pura corda & corpora immaculata.

f *Inferant.* IBID. quod secundùm legem ter in anno faciebant, scilicet in pascha, in pentecoste, in festiuitate Tabernaculorum: vnde, *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* (Exod. 23. b.)

g *Domum domini. Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Et alibi: *Templum Dei estis & Spiritus sanctus habitat in vobis.* (1. Cor. 3. d.) (1. Cor. 6. d.) E

h *Quia sicut.* IBID. q. d. Sicut hæc innouata in æternum manebunt immobilia, sic semen vestrum ô apostoli innouatum ab omni corruptione carnis in æternum mecum regnabit.

Quia sicut. HIER. Hæc vsque ad finem libri pertinent ad diem iudicij.

i *Mensis ex men.* IBID. Mene Grecè, Latinè luna, vnde neomenia, quasi noua luna. A mene mensis apud illos qui initiū kalendarū, non secundū solis F cursum & diuersa spatia mensium, sed secundùm lunæ circumitum & termināt & incipiūt, quod Hebræi faciūt. Per mensem ergo lunā: per lunam (quæ modò crescit, & sicut aiunt Physici & Philosophi à sole, quod nō habet, lumen recipit) ecclesia intelligitur, de qua, *Permanebit cum sole & ante lunam.* Et alibi, *Pulchra vt luna, electa vt sol.* & hoc est, erit mensis ex mense. (Computatio temporum per lunas.) (Psal. 71. a.) (Cant. 6. d.)

k *Omnis caro.* † AVGVST. vbi supra. Hoc dicit, quia ex omnigenere hominum populus ille (beatorum) constabit, non enim omnes homines ibi erunt, quando in pœnis plures erunt.

NICOLAVS DE LIRA.

Roma quæ est caput Italiæ. Et dicuntur hic tenentes sagittam quia multi discipuli Christiani fuerunt facti sub eis Romæ, quos tamquam sagittas domini miserunt in partes longinquas ad prædicandum, vt Dionysium in Franciam, Marcum in Alexandria, & sic de multis aliis. Quod autē prædicatores verbi diuini sagittæ dicantur patet suprà 49. a. Posuit me quasi sagittā electam, &c. (Prædicatores è Roma ad alias Gētes missi.)

1 Et Græciam. *in qua Paulus prædicauit, s. Athenis & multis aliis locis, & Ioannes Euangelista in Epheso.*

2 Ad insulas longè, *vt dictum est suprà de Paulo & Barnaba.*

3 Ad eos qui non audierunt de me, *id est, ad gentiles legem & prophetas non habentes, in quibus fit mentio de Christo venturo.*

4 Et non viderunt gloriam meam, *quia non viderunt Christum docentem & miracula facientem, sicut viderunt Iudæi, in quorum terra prædicauit in propria persona, & fecit multa miracula, vt patet ex decursu Euangelij: propter quod dicit Matth. 15. c.* Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.

5 Et annuntiabunt, *scilicet gloriam meæ resurrectionis & ascensionis: & miracula in nomine meo faciendo ad confirmationem sui sermonis, Et subditur fructus huius doctrinæ, cùm dicitur,*

6 Et adducent omnes fratres vestros, *id est Christianos.*

7 De cunctis Gentibus, *fidem Christi recipiendo.*

8 In equis & in. *Non est per hoc intelligendum, quod talis adductio sit per motum localem & instrumenta corporalia, quod patet per hoc quod subditur,* Ad montem sanctum meum Ierusalem: *quia eadem ratione hic acciperetur Ierusalem & mons Sion ad litteram pro ciuitate & templo materialibus, quod non potest dici, quia non posset ibi congregari totus populus Christianus, imò nec etiam Iudaicus per orbem dispersus: & ideo talis adductio seu congregatio intelligenda est in vnitate fidei & charitatis, de qua dicit Saluator Matth. 8. c.* Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. *Et per varios vecturæ modos, cùm dicitur hic,* in equis & in quadrigis, *intelliguntur ministeria apostolorum, & adiutoria angelorum, quibus adducti sunt ad fidem, ita quod per equos & quadrigas secundùm Hier. intelliguntur auxilia angelorum, eò quòd Elias equis & curru igneo legitur raptus in cælum 4. Reg. 2. & hoc ministerio angelico, Per lecticas & mulos & carrucas intelliguntur ministeria apostolorum, secundùm tria quæ in eis fuerunt ad conuersionem fidelium. s. sancta conuersatio, sana prædicatio, & per miracula confirmatio.* (Ministeria Apostolorū & adiutoria angelorum in adducendis ad Ecclesiam Gentibus.)

9 Ad montem, *id est, ecclesiam militantem, vt dictum est suprà c. 2.*

10 Quomodo si infer. filij Isra. *i. apostoli qui fuerunt Israelitæ genere.*

11 Munus. *sic, supple, accepta est coram Deo conuersio infidelium per laborem eorum, imò multò plus, quia sacrificium Deo acceptissimum est zelus animarum.*

12 Et assumam ex eis, *id est, ex Gentibus.*

13 Sacerdotes. *quia plures ex ipsis etiam à tempore apostolorum ordinati sunt episcopi & ecclesiæ ministri, vt patet de beatis Clemente Dionysio & multis aliis. Et hoc etiam dicit quadam glossa Hebraica, Exodi 12. g. super illud:* Hæc est religio Phase, &c. *Et sequitur:* Eadem lex erit indigenæ & colono, qui peregrinatur apud vos: *Gl.* Futurum est, vt conuersi de Gentibus sint sacerdotes domino ministrantes. (Ecclesiæ ministri ex Gētibus etiam tempore Apostolorū.)

14 Quia sicut. *Hic consequenter subditur id quod pertinet ad iudicium retributionis: & primò quo ad bonos, cùm dicitur,* Sicut cæ. no. *quia à statu illius innouationis futuræ, de qua suprà dictū est, in perpetuum non mutabuntur.*

15 Sic stabit semen vestrum, *id est, adducti ad fidem per vos qui sunt de numero electorum.*

16 Et nomen vestrum, *id est, apostolorum in perpetuum de ciuitate cælesti, ideo subditur,*

17 Et erit mensis, *id est, perpetua quies & duratio, quæ non possunt à vobis exprimi nec capi nisi per nomina & verba differentias tēporis significantia: & hoc modo de æternitate Dei dicitur Apoc. 1. b.* Qui est & qui erat & qui venturus est. *Æternitas tamen durationis designatur per hoc quod dicitur,* Mensis ex mense: *Et æternitas quietis, cùm dicitur,* Sabbatum ex sabbato. *Sabbatum enim quietem significat in Hebræo.* (Quomodo designetur æternitas durationis & quietis.)

18 Veniet omnis caro. *i. omnis homo existens de bonorū numero, eo modo quo dicitur suprà 40. a.* Videbit omnis caro pariter quod os domini locutum est; *vbi translatio LXX. habet:* Videbit omnis caro salutare Dei nostri, vt adoret coram facie mea, *quæ clarè videtur in patria. Consequenter ponitur retributio malorum, simul cum retributione bonorum, cùm dicitur,* (Caro pro homine.)

a Et egredientur electi, quasi ad videndum, non loco, sed intelligentia, vel visione manifesta, vt ad laudem Dei magis accendantur.

† AVGVSTIN. vbi supr. c. 22. Qui enim erunt in pœnis, quid agatur intus in gaudio domini, nescient, qui vero erunt in illo gaudio, quid agatur foris in illis exterioribus tenebris scient.

Quid in futuro cognoscent beati & quid damnati

b Et vide. HIER. Non mirum si sancti iam immortales reprobos videant, cum prophetæ adhuc mortales hæc omnia videre meruerunt.

c Cadauera, quia in æternam damnationem cadent, secundum quod & dæmones cadauera possunt dici, secundum quod etiam homines appellantur, vnde, Inimicus homo hoc fecit.

Matth. 13. l.

dominus. [14] Et egredientur & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

a ¶ Omnium reproborum. b ¶ Legem naturalem vel scriptam. ¶ Præuaricantes repu. om. pec. ter. c ¶ Materialis vel conscientiæ. a ¶ Sic nec materia eius. b ¶ Materialis vel conscientiæ. a ¶ Quia semper erit ei quod consumat, scilicet mali perdurantes in pœnis. b ¶ Reprobi electis. c ¶ Lætabitur iustus, cum viderit vind. a ¶ Sanctis.

temporalia sunt quæ videntur, quæ autem non videntur, æterna, necesse est, si visibilis est ignis ille, temporalis sit, si autem æternus, inuisibilis est, quo puniuntur qui recedunt à Christo.

† AMBROS. in ca. 14. Luc. Vt ex multa cruditate febres nascuntur & vermes, quando quis cibum sumit intemperanter: ita si quis peccata peccatis accumulet, nec decoquat ea pœnitentia, sed misceat peccata peccatis, cruditatem contrahat veterum & recentium delictorum, igne aduretur proprio, & vermibus consumetur. Ignis est quem generat mœstitia delictorũ: vermis est, eo quod irrationabilia animi peccata mentem pungunt, & viscera exedũt, vermes ex vnoquoque nascuntur tamquam ex corpore peccatoris.

Contra eos qui peccata peccatis accumulãt.

Matth. 5. g. 19. q. 3. cap. quoniam. Vbi statuitur pœna sacrorum locorum violatoribus.

† AVGVSTINVS IBID. ca. 22. Cadauera virorum, id est, hominum. Nec enim quisquam dicturus est, præuaricatrices feminas in illo supplicio non futuras, sed ex potiore præsertim de quo femina facta est, vterque sexus accipitur.

d Vermis eorum. Materialis, vel conscientiæ, vnde, Sicut tinea comedit vestimentum, & vermis corrodit lignum, & ignis deuorat ligna, sic mœror & tristitia excruciat cor viri.

Prou. 25. c.

† PROCOPIVS. Significat vermis appellatione, assiduam eorum, quæ singuli peccauimus, in pœnitendo conscientiã: quæ tantorum bonorum priuatione animam remordens, suorum omnes scelerum recordatione accuset: fuerit deinde ignis inextinguibilis, qui sempiternus à Saluatore nuncupatus diabolo præparari dicitur.

† ORIGEN. in cap. 15. Matth. Forsitan talis ignis est hic, vt inuisibilia comburat, ipse inuisibilis constitutus. Nam si vt ait apostolus, tem-

Ignis inferni qualis sit?

† CYPRIAN. li. contra Demetrianum. Cremabit addictos perpetua semper gehenna, & voracibus flammis vorax pœna, nec erit vnde requiem vel finem possint habere tormenti.

e Ad satietatem. quia scilicet boni videbunt eos à se iusto Dei iudicio separatos, amissa potentia qua sæuiebant contra bonos, & vindictam Dei in illos tantam, vt maiorem non exposcant, Qui modò dicunt, Vsquequo domine non vindicas sanguinem nostrum? Satiabuntur quoque, de beatitudine sua, agentes gratias visa impiorum ineffabili pœna.

Beati videntes damnatorum pœnas. Apoc. 4.

† CYPRIANVS vbi supr. Spectabitur illic à nobis semper ardens sempiternis flammis, qui hic nos spectauit ad tempus, & in persecutionibus factis, oculorum crudelium, breuis fructus perpetua visione pensabitur, iuxta illud, Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, &c.

Sap. 4.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Egredientur, scilicet beati, non per loci mutationem, sed per considerationem,

2 Et videbunt cadauera, id est, corpora damnatorum in gehenna. Et quod iste sit intellectus, patet per hoc quod subditur,

3 Vermis eorum non morietur, quia vermes corpora mortuorum corrodentes in sepulchris cito deficiunt cum eis, & in puluerem conuertuntur.

4 Et ignis eorum non extingue. Ex quo patet quod dictum est, s. de cruciatu corporum damnatorum in igne inferni, qui est inextinguibilis.

5 Et erunt vsque ad satietatem, Id est repletionem & perfectionem,

6 Visionis omni carni. Id est, omni homini beato: non sic intelligendo, quod beati delectetur per se in pœnis damnatorum, sed quia talis intuitus damnatorum declarat eis diuinæ iustitiæ exercitium; & diuinæ misericordiæ beneficium, quo pœnas illas euaserunt; & propriæ gloriæ augmentum: inquantum maior apparet, comparata ad suum contrarium, quia opposita iuxta se contrariis maiora & minora videntur 1. Elenchorum. Et ex istis tribus beati per se lætantur, secundum quod dicitur Psal. 57. b. Lætabitur iustus cum viderit vindictam, Ecce primum, Manus suas lauabit in sanguine peccatoris, inquantum Dei misericordia factus est immunis ab illis pœnis, Ecce secundum Si vtique est fructus iusto. Accipitur hic si pro quia, quia per hoc apparet maior fruitio propria, & sic totum cedit in gloriam electorum & ipsius Dei principaliter. Cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

An beati gaudebunt de pœnis malorum.

ADDITIO.

In ca. 66. vbi dicitur in Postill. Hæc dicit dominus. In hoc cap. vltimo propheta agit de his quæ primo ca. tractauit, scilicet de reprobatione Iudæorum & Gentium vocatione, & de imperfectione seu euacuatione quorumdam contentorum in veteri lege, quæ ad cultum Dei pertinere videbantur: vt sic reprobatio primi status non solum attribuatur peccatis Iudæorum, sed etiam imperfectioni legis antiquæ, de qua apostolus ad Heb. 8. c. Quod autem antiquatur veterascet, & prope interitum est. Et similiter concludit in fine ca. de statu finali iustorum, & supplicio reproborum, Circa quæ octo facit. Primùm, ostendit imperfectionem legis circa determinationem solius vnius templi ad diuinum cultum, de quo dicit, Hæc dicit dominus, Cælum sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum, quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? Licet enim templum à Salomone ædificatum, similiter & templum secundum ad diuinum cultum pertinerent: non tamen huiusmodi domus materiales capaces sunt Dei, vt fortè (prout habetur in glossa) aliqui stulti seu nescientes æstimabant, non autem sapientes. Nam vt dicitur in 3. Reg. 8. c. Si enim cælum & cæli cælorum te capere non possint, quanto magis domus quam ædificaui? Et hoc est quod dicit propheta, Cælum est sedes mea, &c. quæ est ista domus quam ædificatis mihi? q. d. Ista non sufficient ad habitationem meam, Quæ quidem imperfectio per legem nouam fuit ablata, in qua non fuit tantum vnus locus deputatus ad diuinum cultum, vnde Ioan. 4. e. dicebat Christus Samaritanæ, Venit hora, quando nec in monte hoc, nec in Ierosolymis adorabi. pa. &c. Vnde habitatio Dei prout in lege noua declaratur, principaliter consistit in corde ad hoc disposito, vnde Ioan. 1. b. Habitauit in no. scilicet in recipientibus Christum per veram fidem; & hoc est quod dicit propheta: Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu? q. d. Habitatio mea non in domo materiali, sed

Octo quæ facit Isaias in hoc cap.

I

Imperfectio legis circa determinatione solius vnius templi ad diuinum cultũ.

sed in creatura rationabili, quæ est Dei capax, cum per veram humilitatem & contritionem ad hoc disponitur. Vnde: in Psalm. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Sancti enim & iusti in noua lege templum Dei dicuntur prima Cor. tertio d. Templum Dei sanctum est quod estis vos. Possunt tamen ista verba: Ad quem autem respi. &c. principalius & magis propriè exponi de Christo, in quo habitat plenitudo diuinitatis, vt dicitur ad Colossen. secundo b. Qui pauper & humilis corde, non solum simpliciter sed exemplariter fuit, vnde: Matt. 11. d. Discite à me, &c. Similiter & trementem sermones meos, scilicet per summam obedientiam vsque ad mortem crucis, vt ad Philip. secundo 4. Q. d. Inter omnia quæ manus mea fecit, & vniuersa quæ facta sunt, de quibus statim supra fecerat mentionem, hæc est propria sedes mea & quies, scilicet Christus pauperculus: non illa quam ædificatis.

Sancti & iusti sunt templum Dei. Psal. 50. d.

Plenitudo diuinitatis habitans in Christo.

Consequenter secundò, postquam ostendit imperfectionem legis antiquæ quoad templum materiale, hic consequenter ostendit ipsius imperfectionem quoad sacrificia in templo oblata, de quo dicit, Qui immolat bouem quasi qui interficit virum, &c. prout in gloss. Sacrificium vestrum non placet mihi post immolationem veri sacrificij, in cuius vmbra illa sacrificia vobis concessi. Hæc enim habentur in gl. secũdum quam glossam continuantur hæc verba ad istud quod immediate dixerat. Ad quẽ autem respiciam? q. d. ad illum. s. pauperculum supradictum respiciam, non solum vt templum meum, sed etiam vt munus mihi suauissimè oblatum, iuxta illud ad Eph. 5. a. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam, &c. Post hoc sacrificium, qui immolat bouem, quasi qui interficit virum: quia post euangelij publicationem talia sunt pestifera, prout in Postill. & exponantur cetera prout ibidem vsque ibi: Audite verbum domini.

2

Sacrificia legalia post sacrificium crucis & publicationem Euangelij mortifera.

Vbi

A Vbi consequenter tertiò propheta declarat falsum motiuum, quod Iudæi habuerunt, vt in abominationibus prædictis permansissent, & infert eorum confutationem. Ad cuius declarationem sciendum, quod prædicta duo, quæ sunt de principalioribus fundamentis fidei legis nouæ, Quorum primum est, quòd Deus dicitur propriè habitare in Christo homine singulari & excellentiori modo quàm in aliqua alia re, scilicet per vnionem personalem, de quo dicit, Ad quem autem respiciam, &c. vt fuit expositum. Secundum est, quòd sacrificium Christi fuit Deo acceptissimum, propter quod dicitur, Qui immolat bouem, &c. Ista & similia quæ sunt verè fidei fundamenta Iudæi existimant esse valdè derogatoria diuinæ excellentiæ. Primum enim credunt implicare, quod creator sit creatura; Secundum verò quod diuinitas sit passibilis seu corruptibilis, quorum vtrumque esset manifestè derogatorium diuinæ excellentiæ, si sic intelligeretur, vt ipsi falsè existimant: vnde in hoc loco propheta dirigit sermonem ad discipulos Christi, qui reuerenter susceperunt eius verbum & doctrinam, dicens, Audite verbum domini, qui tremitis verbum eius; dixerunt fratres vestri, scilicet Iudæi infideles, qui fratres sunt secundum carnem, odientes vos & abiicientes propter nomen meum: quia Iudæi tantum odium conceperunt de Christo quòd inter se statuerunt, vt si quis confiteretur nomen Christi, extra synagogam eiiceretur, & sic de eis propriè dicitur, Abiicientes vos propter nomen meum. Quid autem dixerunt hi fratres odientes subdit, cùm dicitur, Glorificetur dominus, quasi dicant, Absit quod de Deo glorioso talia dicantur, scilicet quod sit homo verus; Similiter & quod sit in sacrificio oblatus; quia ista prout ipsi falsè concipiunt, sunt contra diuinam excellentiam, vt dictum est; Quos propheta confutat, dicens in persona sui & iustorum, Et videbimus in lætitia vestra, q. d. Veritas prædicatorum elucidabitur in euentu. Primò, quia videbimus in lætitia vestra, scilicet discipulorum, prout infrà eod. cap. declarat vbi dicitur, Lætamini cum Ierusalem, vt ibidem exponitur. Secundò pro confusione fratrum odientium prædictorum dicit, Ipsi autem confundentur, de qua confusione statim subdit, Vox populi de ciuitate, &c. Circa quod sciendum, quod in destructione templi secundi tria maximè aduersantia Iudæis concurrerunt, Vnum, scilicet quod ciues eorum adinuicem odientes se interficiebant, prout dicit Iosephus, de quo dicit, Vox populi de ciuitate; Secundum erat, quod in templo occurrerunt multa signa diuinæ reprobationis, vt cùm velum templi scissum fuit Matth. 27. f. & alia multa quæ in Thalmud narrantur ad hæc pertinentia, de quo intelligitur illud, Vox de templo; Tertium est vox Romanorum exequentium diuinam iustitiam, de quo dicit, Vox domini reddentis retributionem inimicis suis.

3 Duo principaliora fundamenta fidei Christianæ quæ Iudæi existimant valdè derogatoria diuinæ excellentiæ.

Tria aduersa Iudæis in destructione templi secundi.

C Et sequitur, Antequam parturiret peperit. Vbi consequenter quartò propheta agit de natiuitate illius pauperculi, scilicet, Christi, de quo antè dixerat, Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum? de quo denuntiat, quòd eius natiuitas de beata Virgine fuit maximè admirabilis, & ideo subdit, Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? Subiungit etiam propheta de regeneratione fidelium, dicens, Numquid parturiet terra? & exponatur totum sicut in postilla. Subdit etiam propheta de generatione æterna dicens, Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? Quidquid perfectionis est in creaturis, peramplius & perfectius in Deo inuenitur, seclusa quacumque imperfectione, vnde hæc expositio quæ datur à sanctis doctoribus, in postil. non videtur esse mystica sed litteralis: Nam paternitas & filiatio per prius & magis propriè dicuntur in diuinis, quàm in creaturis. Iuxta illud apostoli ad Ephes. 3. c. Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, &c.

4 Natiuitas Christi de B. Virgine maximè admirabilis.

Generatio æterna.

5 Consequenter quintò dicit, Lætamini cum Ierusalem, &c. vbi extensè declarat illud quod prius de discipulis Christi dixerat, Videbimus in lætitia vestra, exponatur totum sicut in postil.

6 Consequenter sextò declarat extensè ad punitionem fratrum odientium & abiicientium discipulos Christi propter nomen eius, de quibus dixerat, suprà. Ipsi autem confundentur, & de hoc agit cùm dicitur, Et indignabitur inimicis suis. vsque ibi: Simul consumentur dicit dominus, & exponatur totum sicut in postill.

D Et notandum quod ex hoc quod dicitur hic, Qui comedebant carnem suillam, &c. Simul consumentur. Expositores Hebr. credunt se habere efficax argumentum ad hoc, quod status Christianitatis consummandus est tempore sui Messiæ inaniter expectati, eò quòd Christiani vescuntur carnibus suillis, non tamen Iudæi, nec etiam Saraceni. Sed falsitas eorum declaratur in glos. maiori super Genes. vbi expressè habetur, quod omnia quorum esus erat illicitus in veteri lege debebant esse licita ad esum tempore Messiæ, & specialiter hoc dicunt de porco, vnde hoc quod dicunt: Qui comedebant carnem suillam, exponendum est prout in postill.

Quam friuolè fingāt Iudæi non licere Christianis comedere suilla.

7 Consequenter septimò dicit: Ego autem opera eorum. In quo videtur ostendere exordium apostolicæ doctrinæ, scilicet quomodo processit post resurrectionem Christi. Quod continuatur ad prædicta, specialiter ad illud quod dixerat, Peperit Sion filios suos. Ad quod sciendum, quod prout legitur in actibus Apostolorum 2. eo tempore quo Spiritus sanctus descendit in Apostolos Christi, erant in Ierusalem habitantes viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est: qui omnes viderunt gloriam Dei, in quantum videbant ipsos Apostolos loquentes variis linguis magnalia Dei, quod non nisi virtute diuina fieri poterat, & hoc est quod dicitur hîc, Ego autem opera eorum & cogitationes eorum, scilicet Iudæorum volentium supprimere fidei veritatem: vnde & Apostolos & discipulos in tantum persequebantur, quod omnes erant congregati propter metum Iudæorum in eodem lo-E co: & sic Deus ex operibus & cogitationibus prauis Iudæorum bonum elicuit, scilicet congregare Apostolos cum omnibus Gentibus & linguis, vt viderent gloriam Dei modo prædicto. Et in hoc quod dicitur, Cum omnibus Gentibus, intelligatur distributio pro generibus singulorum prout in multis aliis locis. Et sequitur, Et ponam in eis signum, scilicet in discipulis, signum sanctæ crucis, quia crucifixum communiter prædicabant, vel signum, id est miracula, vel signa quæ in nomine Christi faciebant, iuxta illud Matth. vlt. d. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, &c. Et mittam ex eis qui saluati fuerint, vbi in Hebræo habetur, Qui euaserint: quia apostoli & discipuli quasi fugientes euaserunt de persecutione Iudæorum ab Ierosolymis ad Gentes scilicet ad Gentiles. Exponantur cetera, prout in postil. ibi: Et adducent omnes fratres vestros. Quod videtur exponendum de martyribus Christi, qui in diuersis partibus mundi fuerunt pro testimonio Dei interfecti, quorum corpora seu ossa adducuntur frequenter de cunctis Gentibus. In equis & quadrigis, &c. scilicet honorificè & diuersis & variis modis: ad montem sanctum meum Ierusalem, scilicet ad ecclesiam, Quomodo inferant filii Israel munus in vase mundo in domum domini, quia tanta veneratio fit reliquiis sanctorum in ecclesia, sicut olim fiebat in templo, cùm aliquod munus solemnissimum ibi offerebatur.

Deus ex malo bonum elicit.

Veneratio exhibita reliquiis Sanctorū martyrum.

F Et hic innuit propheta tertium pertinens ad perfectionem noui status. In veteri enim lege corpora seu ossa mortuorum erant immunda in tantum, quod contaminabantur sacerdotes per contactum mortuorum, vt Leui. 11. a. Sed in noua lege hoc non habetur, imò reliquiæ sanctorum in altaribus ponuntur. Cuius differentiæ ratio potest esse, quia animæ defunctorum in veteri lege quantumcumque sanctæ fuissent, separabantur tamen à visione diuina. vnde & corpora eorum meritò separanda erant à sanctuario: cuius oppositum est in noua lege, in qua animæ sanctorum beatificè Deo coniunguntur. vnde ad perfectionem sui status pertinent prædicta.

Cur non idem præstitum sit in veteri Test.

8 Consequenter octauò dicitur, Et assumam ex his Sacerdotes & Leuitas. In quo innuitur quartum pertinens ad status nouæ legis perfectionem, in quantum sacerdotium ipsius se extendit ad omnes Gentes, & non coarctatur ad certam tribum, sicut in veteri lege. Quæ quidem extensio pertinet ad perfectionem, sicut noua lex perfectior est quæ obligat omnes, quàm lex vetus quæ tantùm obligat populum antiquum.

Sacerdotiū & lex Euangelica.

Et in hoc etiam ostenditur translatio legis antiquæ ad nouam, iuxta illud Hebr. 7. b. Translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat: quod tamen Hebræi fatuè negant, de quo non est ad præsens agendum. Cetera exponantur prout in postill.

R. P. F.

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO BENEDICTINI ANGLI, ANNOTATIONES IN PRÆFATIONES SEU PROLOGOS PROPHETIÆ IEREMIÆ PRÆFIXOS.

IN IEREMIAM PROPHETAM PRÆFATIO.

HÆc interpretatio Hieronymi est.[1] Siquid in ea mouerit, secundùm Hebræos codices exploretur.[2] Alia est septuaginta Interpretum, Ecclesiis vsitata:[3] quæ quamuis nonnulla aliter habeat, quàm in Hebræis codicibus inuenitur;[4] tamen[5] vtraque, id est, secundùm Septuaginta, & secundùm Hebræam, Apostolica auctoritate firmata est.[6] Non errore, neque reprehensione superiorum, sed certo consilio, Septuaginta nonnulla aliter dixisse, vel contexisse intelliguntur.[7] Quod ideo præmonemus, ne quisquam alteram ex altera velit emendare:[8] quod singulorum in suo genere veritas obseruanda est.

IN PRIMAM PRÆFATIONEM NOTÆ.

VNvs solũ prologus, & is Hieronymianus, in prophetias Ieremiæ, retinetur in correctis exemplaribus editionis vulgatæ, quæ nunc in Ecclesia circumferuntur. At in veteribus editionibus, siue impressis, siue manuscriptis, & in exemplaribus antiquis Glossæ ordinariæ, omnes quatuor istæ præfationes inueniuntur; In editione Lugdunensi apud Gryphium, sola secunda & quarta. Nos secuti exemplaria Glossæ, easdem omnes retinere voluimus.

Quis auctor huius præfatiunculæ.

Prima Præfatio videtur ab auctore ipso Glossæ ordinariæ præposita toti libro prophetiæ huius, in qua docet hanc interpretationem Latinam Ieremiæ, ab Hieronymo secundùm Hebraicam veritatem esse elaboratam; & differre in aliquibus à translatione vulgata, iuxta Septuaginta, quæ tunc erat in Ecclesiis vsitatior. Deinde vtriusque dictæ translationis authenticam esse pronuntiat auctoritatem, ac proinde alteram ex altera non esse emendandam.

Hieronymus auctor vulgatæ.

1 *Hæc interpret.* Quum præfatiuncula ista in antiquissimis manuscriptis inueniatur; apparet fuisse iam ab antiquo communiter receptam opinionem, quod nostræ huius vulgatæ translationis auctor fuerit sanctus Hieronymus, quod tamen nonnulli auctores sine iustis rationibus negant.

Versio Hieronymi respondet Hebræo, non Græco fonti.

2 *Si quid in ea mouerit.* Si quis putet aliquid in hac translatione inueniri, quod cum aliis editionibus non concordet, vel quod illi scrupulum faciat, an rectè fuerit expositum: recurrat ad textum Hebrēum, ex quo S. Hieronymus hanc suam translationem expressit; & reperiet eam cum illo adamussim conuenire.

3 *Alia est septuaginta.* Et ideo, quia alia interpretatio immediatè ex Græcis septuaginta codicibus expressa, fuerat diutissimè in vsu Ecclesiæ: monet huius præfationis auctor, hanc, quam exhibet, non esse illius correctionem; sed ex Hebræo textu immediatè factam à S. Hieronymo versionem. Quare qui fortè assueuisset editioni ex septuaginta Græcis codicibus versæ, non eum debere moueri si hæc ab illa nonnihil variare reperiatur; nam & illa septuaginta interpretatio differt in aliquibus ab Hebræo textu, ex quo Hieronymiana versio desumitur.

Qualis diuersitas inter has versiones.

4 *Quæ quamuis nonnulla aliter.* Illa autem in quibus aliter habent Hebræus, Græcusque contextus; non sunt toto sensu diuersa, sed quod in vno contextu clarius exprimitur, in altero sæpè obscurius; & quod in vno subticetur, in altero ponitur, aut vice versa; deinde etiam sæpè sensibus & rebus æquiualentibus quamuis non forsitan iisdem, Spiritus sancti eadem sententia vestitur.

Vtraque à Romana Ecclesia approbatur.

5 *Vtraque, &c. Apostolica auctoritate.* Nempe sanctæ Sedis Romanæ Pontificum, penes quos semper fuit iudicium editiones sacræ Scripturæ authenticas Ecclesiis legendas permittere; & non approbatas prohibere. Sanè quum diu etiam post tempora S. Hieronymi editio septuaginta Interpretum fuisset etiam in Ecclesiis Latinis vsitatior (nam in Græcis Ecclesiis adhuc illa sola adhibetur:) Ecclesia tamen Romana auctoritate proculdubiò Damasi Papæ suum amplexa est Hieronymum; & maximè à tempore D. Gregorij, cuius auctoritate ducti Monachi Patres nostri solam hanc Hieronymianam interpretationem vsurparunt; & eos secuta est deinceps tota Ecclesia Latina, quæ ab eo tempore ferè alios non agnouit Doctores, quàm qui vel in Monasteriis vixerant, vel Monachis Doctoribus profecerant. Est itaque non dubia sententia, quam huius præfationis Auctor pronuntiat, vtramque editionem sacræ Scripturæ, tam Hieronymianam hanc, quàm eam quæ Græcæ septuaginta, respondet, Ecclesiæ Romanæ sanciente, pro authentica Scriptura esse habendam.

Quomodo factum vt Hieronymi translatio præualuerit in Ecclesia.

Differentia vtriusque editionis non sine fructu & causa est.

6 *Non errore, neque reprehens.* Est quasi tacitæ obiectionis dilutio: Dicere quis posset, si altera editio ab altera differat; alterutra videtur reiicienda. Respōdetur, eam dissensionem non inde ortam, quasi aut LXX. errauerint, non rectè vertentes; aut quasi correxerint textũ Hebræum, quod fuisset, superiores (hoc est eos qui prius scripserant verbum Dei) reprehendere: Sed certo consilio aliter dixisse, proculdubio Spiritu sancto dirigente: vel quia expediebat ad mysterium in littera originali latens insinuandum; vel ad quædam contegenda, quæ adhuc eorum tempore gentilitas non erat idonea recipere.

Vtriusque editionis propria sunt retinenda.

7 *Quod ideo præmonemus.* Non enim rectè faceret, qui alterum ex altero corrigeret: quoniam voluit Spiritus sanctus vt aliter diceret Hebræus auctor, aliter Græcus interpres: aliter inquam diceret, non tamen aliud; sed vnum & idem tectius, aut apertius, aut æquiualenter positum.

Veritas Hebræa.

8 *Quod singulorum in suo genere.* Nempe Hebræorum in suo genere veritas est, vt quæ ab illis verba sunt adhibita ad Dei voluntatem hominibus declarandam, eadem quantum fieri posset, proprietate significationis seruata, in translatione seruarentur. Græcorum autem, seu septuaginta Interpretum veritas in eo est, vt quæ ab eis assistente Spiritu sancto fuere aliter quantum ad modum, sed eadem quoad sensum ipsum intentum explicata, etiam seruarentur integrè, tamquam quædam diuina paraphrasis originalis contextus. Illis, vt prophetis, ipsa verba omnia sunt dictata diuinitus, ac proinde decuit, etiam illorum verborum propriam translationem in Ecclesia haberi: istis, tamquam sanctis interpretibus, sensus sacri, quos posuerunt, fuerunt inspirati, ac proinde etiam illos in thesauro suo sponsa Christi reponendos iudicauit.

Veritas Græca LXX. Interpr.

ANNO-

ANNOTATIONES IN SECVNDAM PRÆFATIONEM.

Quibus hac præfationē scripserit Hieronymus.

HÆc est inter Præfationes & Epistolas Hieronymianas ordine centesima decimaoctaua, eamq; solùm retinent editiones vulgatæ Pontificis mandato correctæ: videturque scripta ad Paulam & Eustochium, ad quas & præcedens in Isaiam prologus dirigitur. In hoc autem prologo, primò docet quo genere sermonis vtatur hic Propheta; deinde quis & quantus fuerit; tum verò quando & de quibus vaticinia instituerit; quartò, quid ipse in hoc opere præstiterit, vel omiserit; denique consuetum sibi epiphonema contra æmulos laborum suorum apponit.

Ieremiæ nomen.

1 *Ieremias Propheta.* Prima pars prologi, de genere sermonis & styli, quo vsus est Propheta. Nomen Ieremiæ, significat Domini celsitudinem, vel exaltationem; à *jaròm*, exaltabit, quod est futurum verbi *ram* vel *rom*; & *jah* quod est nomen proprium Dei; vel etiam significare poterit idem quod, *deiiciet dominus*, aut *deiectio domini*, à *ramàh* quod est deiecit. Vnde illi datur commissio à Domino, cùm creatus esset propheta, non solùm plantandi, verum etiam euellendi & dissipandi.

2 *Cui hic prologus scribitur.* Cuius gratia; cuius translationi hic prologus inseruit. Monuit enim aliàs D. Hieronymus, se omnibus Scripturæ libris à se traductis, breues prologos seu præfationes præposuisse.

Stylus & character Ieremiæ.

3 *Sermone quidem.* Dicit Prophetam hunc, stylo seu genere sermonis, non æquare elegantiam & nitorem aliorum aliquot Prophetarum, Isaiæ, Ioelisque præsertim: atque adeò rusticiore, hoc est simpliciori eloquio gaudere, quantum ad ipsam dictionis seu verborum phrasim & characterem. Videtur autem hoc dicere vir sanctus, non ex sua, sed Hebræorum, quibus præceptoribus vtebatur sententia: aliàs etiam in fine procemij 6. lib. commentar. tribuit eidem in verbis simplicitatem, & facilitatem, in maiestate sensuum summam profunditatem. Dixit autem, *apud Hebræos*, non *in Hebraismo*; vt indicaret non esse hoc suum iudicium de Prophetę stylo Hebraico, sed magistrorum dumtaxat Hebræorum. Reuera enim dictio Hebraica, totusque character sermonis illius non minus purus est & suis elegantiis picturatus, quàm sermo reliquorum Prophetarum, neque vsurpatæ ab illo metaphoræ similitudinesque semper à rusticis desumptæ sunt rebus & negotiis, vt inde referre dicantur quamdam rusticitatem, qualem sibi assumit Amos Propheta. Sed vtitur passim illustrissimis verborum & rerum figuris, idque non minus magna varietate, quàm ipsemet Isaias. Quòd si transcendat eum Isaias in ampliori floridiorique charactere: tribuatur id nobilitati generis, vtpote qui de sanguine regio putetur fuisse; stylus autem Ieremiæ ideo ab eo diuersus est, non quia rusticior, sed quia aliam gessit personam, nempe Sacerdotis, quem alia decet eloquentia formæ, seu ideæ. Congruus est ergo Ieremiæ stylus, personæ & muneri ipsius; & de omnibus Prophetis præclarè scribit Augustinus 4. doct. Christ. c. 6. *Sicut est quadam eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet; est, quæ senilem; nec iam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquenti: ita est quædam, quæ viros summa auctoritate dignissimos, planeq; diuinos. Hac illi,* (Prophetæ nimirum) *locuti sunt: nec ipsos decet alia, nec alios ipsa: ipsis enim congruit; alios autem, quanto videtur humilior, tanto altius non ventositate, sed soliditate transcendit.* Et sanè eius threni seu lamentationes, omni genere eloquentiæ abundantes, satis demonstrant, non fuisse inurbanum aut imperitum sermone, sed parem maximis Prophetis.

Elegans & grauitate plenus.

Isaiæ stylus grandior.

Ieremiæ sermo Sacerdoti conueniens.

4 *Sed sensib. par est.* Maiestate sensuum, qui simplici facilique eius sermone enuntiantur, par est, & æqualis aliis omnibus Prophetis; & rationem reddit à priori.

5 *Quippe qui eodem spiritu prophetauit*; nempe Spiritu sancto eidem & verba singula, & sensus verbis vestitos dictante: *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia; sed Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines*, ait Apostolorum princeps Petrus.

Rusticorum simplex sermo.

6 *Porro simplicitas eloquij.* Rationem reddit sententiæ Hebræorum, de simplicitate sermonis prophetici in Ieremia; quasi eam traxerit à viculo, in quo extra Ierusalem, natus fuit. Solent enim rure nati, simplicius, facilius, & paucioribus verbis sensa sua eloqui, quam qui in populosis ciuitatibus fuerint educati. Quamquam vicini magnis ciuitatibus pagi, soleant nonnumquam etiam ciuitatum ipsarum eloquentiam retinere.

Anathoth patria Ieremiæ.

7 *Fuit enim Anathotites.* Secunda pars prologi, in qua ipsam Prophetæ personam describit, à loco natiuitatis, à generis nobilitate, à sanctitate singulari. Locū natiuitatis dicit (ex ipso Propheta) fuisse vicum sacerdotalem Ierosolymis propinquum, vocatū Anathoth, in tribu Beniamin: (sicut & magna pars Ierusalem vnà cum templo ipso, ratione situs ad eamdem tribum pertinebat;) in eoque habuit Propheta & cognationē, & hereditatem, vt patet ex 32. cap. huius prophetiæ. Significat autem Anathoth, obedientiam, & humiliationem, atque afflictionem, quæ omnes in hoc Propheta mirabiliter emicuerūt. Ab hoc viculo traxisse rusticam sermonis simplicitatē ex Hebræorū sententia docet Hieronymus: sed quare non potius à templo & vrbe, in qua ferè semper versabatur, ab aulicis & principibus, quibus vaticinabatur, traxisset sermonis vrbani elegantiam? Et vicus sacerdotalis non habitabatur à simplicibus agricolis, sed à doctis & grauibus sacerdotibus, quorum præterea sermo non inconditus, sed maturus & politus esse consueuit.

PROLOGVS S. HIERONYMI IN IEREMIAM.

I[1]Eremias Propheta, cui hic [2]Prologus scribitur, [3]sermone quidem apud Hebræos Isaię & Hosee, & quibusdam aliis Prophetis videtur esse rusticior: [4]sed sensibus par est, [5]quippe qui eodem spiritu prophetauit. [6]Porro simplicitas eloquij à loco ei in quo natus est accidit. Fuit [7]enim Anathotites, qui est vsque hodie viculus tribus ab Ierosolymis distans milibus: [8]Sacerdos ex Sacerdotibus, & in matris [9]vtero sanctificatus, [10]virginitate suâ [11]Euangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicans.

Sacerdotij dignitas.

8 *Sacerdos ex Sacerdotibus.* Maxima nobilitas Hebræorum, ex genere Sacerdotali, seu familia Aaronica descendisse; cui præter generis dignitatem, annexa Sacerdotū celsitudo summam conciliabat reuerentiam. Nam in diuinis litteris, Sacerdotium Regali principatui præfertur, vt notum est.

Sanctitas Ieremiæ.

9 *In vtero matris sanctificatus.* Sic ipse cap. 1. vaticinij sui scribit, se ab vtero matris ad prophetandi officium à Deo fuisse vocatum, & in eum finem peculiari gratia consecratum: quam sanctitatem toto eius vitæ decursu videmus elucere, inter tot tribulationes, carceres, flagella, calumnias, quibus impetebatur, nihil impatientiæ ostendens, nihil de cura salutis populi remittens; imò & mortuus pro eodem orans, vt habetur 2. Machab. 15. *Hic est fratrum amator, & populi Israel, hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ierusalem, Ieremias Propheta Dei.* Vnde & in plurimis vitæ suæ actis, illustris quædam Christi saluatoris imago existit.

Ieremias virgo.

10 *Virginitate sua.* Hanc enim eum par est coluisse, tota vita sua: quum citò ad munus prophetale vocatus fuisset, & in ærumnosissima tempora inciderit, in quibus ita vndique iactatus fuit persecutionibus, ita exercitatus officij sui grauissimis, & periculosissimis occupationibus, ita perpetuis Dei illustrationibus irradiatus, tandem etiā peregrinationibus pro salute populi vexatus, vt incredibile sit eum voluisse vxorem ducere; ac proinde ferè certum, virginitatem custodisse; quamuis Rabbini Iudæorum, virginitatis parcè cultores, eum filios habuisse dicant.

Ieremias vir euangelicus.

11 *Euangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicans.* Cœlibatus enim, & virginitatis professio, abstinentia ab vxoris amplexibus, Sacerdotum noui testamenti (quos hic Euangelicos viros vocat Hieronymus) propria est. Sua ergo virginitate dedicauit Euangelicum virum Ecclesiæ Christi Ieremias, quia ea sanctitate docuit, & quasi incitatione quadam præfigurauit, quales futuri essent, & esse deberent in Ecclesia Christi Sacerdotes & Presbyteri Euāgelici. Quinimò ob hanc insignem sanctitatem, quam ab vtero consecratus à Deo obtinuit, quidam existimarunt eum nondum esse defunctum, sed cum Elia & Enoch venturum vt dissoluat opera Antichristi. Ita Victorinus in Apocal. cap. 11. docuit, tum quia, mors eius non inuenitur in sacra Scriptura; tum verò ob ea verba Domini Ieremiæ dicta, *Et prophetam in gentibus posui te.* Neque enim adhuc in gentibus prophetauit, & ideo verbum Domini verax debet necesse quod promisit, exhibere. Sed communiter hoc ab omnibus reiicitur; tum quia mortis eius locus & modus habetur ex traditione, quam inferius in quarto prologo videbimus; tum quia etiam in gentibus prophetauit Ieremias, cùm in Ægyptum abductus fuit à Ioanne filio Kariæ, & aliis potentibus, qui contra verbum Ieremiæ eo voluerunt descendere; sed illud munus prophetandi in gentibus, alium habet sensum, nempe quod prophetauerit contra gentes, vt constat ex cap. 46. huius prophetiæ.

An adhuc mortuus?

12 Hic

Hic [11] vaticinari exorſus eſt puer, & [13] captiuitatem vrbis atque Iudææ, non [14] ſolum ſpiritu, ſed & oculis carnis intuitus eſt. [15] Iam decem tribus Iſrael Aſſyrij in Mœdos tranſtulerant; [16] iam terras earum coloniæ Gentium poſſidebāt: [17] Vnde in Iuda tantum & Beniamin prophetauit, [18] & ciuitatis ſuæ ruinas quadruplici planxit Alphabeto. [19] Quod nos menſuræ metri verſibuſque reddidimus. [20] Præterea ordinem viſionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confuſus eſt, ad priſtinam fidem correximus. [21] Librum autem Baruch Notarij eius, (qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur) prætermiſimus: [22] pro his omnibus maledicta ab æmulis præſtolantes, quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpondere. Et hoc [23] patior, quia vos me cogitis. [24] Ceterùm ad compendium mali rectiùs fuerat modum furori eorum ſilentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid ſcriptitantem inuidorum inſaniam prouocare.

Quando exorſus prophetaret?

12 *Hic vaticinari*. Tertia prologi pars, qua docet quando, vbi, & quæ vaticinatus fuerit Ieremias. Quoad tempus, ab adoleſcentiori ferè ætate officium prophetale illi à Deo impoſitum eſſe colligitur, ex primo capite, vbi ſe ab eo difficillimo munere excuſari poſtulat, ob puerilem, hoc eſt, nondum maturam tantæ rei ætatem: *Ecce*, inquit, *puer ſum & neſcio loqui*: Non quod prorſus puer eſſet, ſed iuuenis, valde: Nam cum per quadraginta quinque circiter annos prophetauerit, & poſtea immatura morte à ſuis in Ægypto contribulibus fuerit occiſus: ſatis apparet ipſum adhuc iuuenem, forte viginti, vel paulò ampliùs annorum natum.

Quænam prophetauerit.

13 *Et captiuitatem vrbis*, Id eſt, Ieruſalem; Hic oſtendit quænam prophetauerit; nempe iam imminere captiuitatem ſecundam, populi Iudaici; priùs enim Iſraelitæ, id eſt, tribus decem in captiuitatem perducti fuerunt.

14 *Non ſolum ſpiritu*. Captiuitatem futuram ſpiritu prophetico præuidit, & prædixit; & ipſam poſtea captiuitatis miſerabilem exequutionem ſuis oculis aſpexit.

Captiuitas populi Dei.

15 *Iam decem tribus*. Decem tribus Iſrael conſtituebant regnum diuerſum à duabus tribubus Iudæ & Beniamin; vnde hi Iudæi, illi Iſraelitæ vocabantur; & Iudæorum vrbs regia fuit Ieruſalem, Iſraelitarum verò Samaria. Iſraelitas in captiuitatem abduxerat Salmanaſar Aſſyrius, & poſt 140. circiter annos Iudæos in captiuitatem Nabuchodonoſor Babylonius.

Samaritani.

16 *Iam terras earum coloniæ Gentium poſſidebant*. Aſſyrij enim loco Iſraelitarum, quos in vltima regni ſui loca tranſtulerant, colonos ex aliis nationibus ſubſtituerant (ne inculta maneret) in ciuitatibus Iſraeliticis Babylonios, Cathæos, Heuæos, Emathios, Sepharuæos, (vt cōſtat ex 4. Reg. 16.) qui dominum ſimul cum idolis nationum ſuarum colebant.

Vbi prophetauerit.

17 *Vnde in Iuda tantùm & Beniamin prophetauit*. Docet vbi prophetauerit Ieremias, nēpe in regno Iudaico, quod adhuc perſeuerabat ſub filiis Ioſiæ, non in regno Iſraelitico, quod iam deſtruxerant Aſſyrij, quodque nationes gentium Idolis ſeruientium incolebant. Sed & in Ægypto poſtea prophetaſſe eum ex aliis prologis conſtabit.

Quadruplex Alphabetum Ieremiæ.

18 *Et ciuitatis ſuæ ruinas*. Lamentationes Ieremiæ quatuor alphabetis, conſtant; vnaquæque videlicet lamentatio eo texitur artificio, vt vnuſquiſque verſus ab alphabeti Hebraici per ordinem littera incipiat, primus ab Aleph, ſecundus à Beth, & ita deinceps. Has autem lamentationes (cum Babylonij ipſi libertatem plenam reliquiſſent) in ſpelunca prope Ieroſolymam, vnde ſpectari poſſent ciuitatis ruinæ compoſuiſſe eum traditio eſt, & ipſe locus à peregrinantibus ad ciuitatem ſanctam ſolet deuotè viſitari.

19 *Quod nos menſuræ*. Quarta pars Prologi, in qua docet, quid ipſe in hac prophetia transferenda præſtiterit. Primo quidem lamentationum poema lugubre dicit ſe *menſura metri, verſibuſq; reddidiſſe*; quod ſic intellige, non tamquam ſanctus Pater carmine Latino Lyrico vel Elegiaco reddiderit; ſed quod digeſſerit ita ſuam tranſlationem, vt ſingulis verſibus ſeu metris Hebræis ſingulos verſus Latinos reddiderit, & in ordinem digeſſerit ſeorſim ac ſeparatim, non continuatim poſitos; non iiſdem pedibus ſeu metris in tranſlatione ſeruatis; ſed vt ex ipſa tranſlatione facile poſſet colligi vbi verſus vel metrum Hebræum inciperet, & deſineret. Pro quo notanda ſunt huius ſancti Doctoris verba in Epiſtola 155. ad Paulam Vrbicam: *Habes*, inquit, *& in lamentationibus Ieremiæ quatuor Alphabeta, è quibus duo prima, quaſi Sapphico metro ſcripta ſunt, quia tres verſiculos, qui ſibi connexi ſunt, & ab vna tantum littera incipiunt, heroici comma concludit. Tertium vero Alphabetum trimetro ſcriptum eſt, & à ternis litteris, ſed iiſdem, terni verſus incipiunt*. Vbi non vult eamdem eſſe menſuram noſtri Sapphici, aut Trimetri, cum Ieremianis metris: ſed hęc cum

Quomodo Hier. reddiderit threnos ſuæ menſuræ.

illis

illis habere quid ſimile: quod ſicut Sapphica noſtra, diſponantur, quam diſpoſitionem vocant dicolon diſtrophon, quia primi tres verſus longiores, & quaſi eiuſdem metri, concludantur quarto breuiori alterius metri carmine; aut ſicut Monocola triſtropha trimetrorum noſtrorum, ſi talis diſpoſitio ternorum verſuum eiuſdem metri eſſet in vſu Latinis aut Græcis, ſicut eſt Hetruſcis in poemate Dantis Italico. Arbitror igitur eo modo diſpoſuiſſe ſanctum Doctorem ſuam tranſlationem reſpondentem verſibus Hebræis, ſicut exempli cauſa ſcribi ſolent Sapphica Horatiana, in illa ſecunda oda, *Iam ſatis terris, &c.* Sic enim Hebræa metra reuera ſuæ reddidiſſet menſuræ; quam Maſoretæ Hieronymo poſteriores videntur confudiſſe; & 70. interpretes (quia in tranſlatione metri menſuram non obſeruarunt) neglexiſſe; videtur ergo hoc modo deſcripſiſſe primum verſum exempli cauſa;

Quomodo ſedet ſola ciuitas,
Plena populo, facta eſt quaſi vidua!
Domina Gentium, Princeps Prouinciarum,
Facta eſt ſub tributo.

Tot enim reuera, etiam nunc, iuxta punctationem Maſoretarum, ſunt in Hebræo cola, ſeu membra diuerſa, tria longiora, quartum breuius; niſi quod ſecundum colon apud Maſoretas, ſit illud, *Facta eſt quaſi vidua*: & illud *plena populo*, pertineat ad primum colon; Itaque non ſemper tres primi verſus ſunt æqualis metri, ſeu menſuræ; ſemper autem longiores ſunt quarto colo. Et idem dicendum de reliquis verſibus primæ, ſecundæ, & quartæ lamentationis; Nam tertia eſt vt dixi, triſtrophos, & vnuſquiſque verſus conſtat tribus trimetris, ab eadem Alphabeti littera incipientibus; Ratio autem iſtorum canticorum Alphabeticorum ea videtur eſſe, quod frequentiſſimè canerentur à populo, atque ita vt facilius occurrerēt memoriæ canentium, per ſeriem Alphabeti (quæ omnibus erat nota) verſus exordirentur. Hæc noſtra eſt de hoc loco coniectura: ſed hanc ſancti Doctoris diligentiam accuratam, poſteritas neglexit; atque ita factum eſt, vt proſaico modo, non ſerie carminibus accōmodata, lamentationes hæ nunc deſcriptæ ſint.

Cur ordinem Alphabeti ſeruauit propheta in threnis?

20 *Præterea ordinem viſionum*. Secundum quod in tranſlatione præſtitit, eſt, quod viſiones ſeu prophetias, quæ in exemplaribus tunc vulgatis, tam Græcis, quam Latinis, confuſo ordine ferebantur; debito ordine & loco digeſſit. Sed & hic labor Doctoris diſparuit: certum eſt enim adhuc viſiones valde inordinate poſitas eſſe, ita vt poſteriores prioribus præponantur, atque omnino ſeries recta earum diſiecta ſit. Quare præclara Chriſtophori Caſtrenſis opera facta eſt quædam Chronotaxis, ſeu recta diſpoſitio prophetiarum & viſionum, iuxta ordinem temporis, quam hic ad maiorem propheticæ lectionis perſpicuitatem adiunximus.

Ordo viſionum à Hieronymo reſtitutus.

21 *Librum autem Baruch*. Baruch notarius, ſeu ſcriba Ieremiæ, qui ipſo dictante, ſcribebat aliquas eius conciones, & poſteà ex eius iuſſu eaſdem coram principibus & populo legebat. Eius prophetiam omiſit S. Hieronymus quia non æquè habebatur Hebraicè: ipſe autē ſibi propoſuerat, ea ſolum in hac ſua tranſlatione dare, quæ ex Hebræo verterat. Sed quamuis ab Hebræis non recipiebatur forte prophetia Baruch: ab Eccleſia tamen Catholica vniuerſa nunc inter Canonicas ſcripturas recipitur, & olim etiam recipiebatur, tamquam pars & appendix Ieremiæ.

Baruch quare omiſit Hieronymus.

22 *Pro his omnibus*. Familiari ſibi clauſula epiſtolam conſignat: dicens, ſe præſtolari, id eſt expectare vituperia aduerſariorum, non autem laudem & gratiarum actionem pro tanto labore. Intelligit autem Rufinum, & Origeniſtas, multoſque alios, qui inuidioſè nimis ſancti Doctoris vtiliſſimis laboribus detrahebant.

Hieronymi querela de aduerſariis.

23 Et

23 *Et hoc patior, quia vos.* Paula scilicet & Eustochium, quæ ab eo quasi pensum quoddam exigebant hos in sacram Scripturam labores. Quibus magis laborandum existimabat; quam aliorum æmulatione à scribendo cessare.

24 *Ceterùm ad compendium.* Hoc est, vestram ob charitatem libenter sustineo æmulorum maledicta: quamuis facile compendium seu breuis via, ad omnium æmulorũ maledicta euitanda, foret deinceps nihil scribere, vt ita nihil habeant, quod reprehendant.

PROLOGVS ALTER.

IOakim filius Iosiæ, cuius tertiodecimo anno prophetare orsus Ieremias, sub quo & Olda mulier prophetauit; ipse est, qui alio nomine appellatur Eliachim, & regnauit super tribum Iuda & Ierusalem annis vndecim.[1] [2] Cui successit in regnum filius [3] Ioachin, cognomento Iechonias, qui tertio mense regni eius, die decima, [4] captus à ducibus Nabuchodonosor, ductus est in Babylonem, & in [5] loco eius constitutus est Sedechias filius Iosiæ, patruus eius; cuius anno vndecimo Ierusalem capta atque subuersa est. [6] Nemo igitur putet, eumdem in Danielis principio Ioachin, qui in Ezechielis exordio Ioakim scribitur: [7] Iste extremam syllabam kim habet, ille chin. [8] Et ob hanc causam in Euangelio secundum Matthæum vna videtur deesse generatio, quia, secunda tessaradecas in Ioakim desinit filio Iosiæ, & tertia incipit à Ioachin filio Ioakim. [9] Quod ignorans Porphyrius, calumniam struit Ecclesiæ, suam ostendens imperitiam, dum Euangelistam Matthæum nititur arguere falsitatis. [10] Quodque traditum scribitur Ioakim, monstrat, non aduersariorum fortitudinis fuisse victoriam, sed Domini voluntatis.

IN TERTIVM PROLOGVM.

Ratio huius prologi. NOn tam prologus est, quam obseruatio quædam, tum ad intelligentiam faciens historiæ quam tractat Ieremias, de vltimo fine regni Iudaici, tum etiam ad genealogiæ Domini nostri, quam tractat Matthæus Euangelista. Est autem hæc siue præfatio, siue potius obseruatio verbatim desumpta ex initio commentariorum S. Hieronymi in Danielem prophetã.

Distinctio Ioakim & Ioachin. 1 *Ioakim filius Iosiæ.* Iosias quatuor habuit filios primogenitum Ioharam, de quo nihil aliud habet sacra historia, quàm quod fuerit filius Iosiæ; forte quia viuente patre decessit; aut quia regnum numquam obtinens obscuram vitam gessit, nihil molitus cuius mentio in sacra fieret historia. Deinde natus est Iosiæ Ioachim, qui & Eliachim, tum Sellum, qui & Ioachaz; vltimo Mathanias, qui & Sedechias. Successit patri in regnum tertius eius filius, Sellum, vt constat ex 3. Reg. 23. vbi vocatur Ioachaz: & 1. Paralip. 3. & 22. Ieremiæ, vocatur Sellum: quem tertio regni sui mense in Ægyptum abduxit vinctum Pharao, vbi & mortuus est. Pharao autem loco ipsius substituit Ioakim, seu Iohoiakim, qui prius vocabatur Eliachim; quod nomen continet in se nomen ipsum Ioakim, & præponit ei vocabulum Eli, vt totum nomen sit Eliiakim, seu Eliichoiakim; sed euphoniæ causa breuiatum, in Eliakim. Quin & hæc tria nomina, Heli, Heliakim, & Ioakim, videntur quasi synonimicôs sumi: nam Iudith. cap. 4. Sacerdos magnus dicitur Heliakim, qui eiusdem lib. cap. 15. vocatur Ioakim; & videtur potuisse ab altera, seu priori parte nominis vocari Heli; sicut etiam 1. Reg. cap. 1. vocatur Heli. Quare existimamus idem accidisse auo Christi Domini, patri Virginis, vt vocatus fuerit Eli, seu Heli apud Lucam in genealogia, & ab aliis Ioakim, & Eliakim, quod est nomen integrum, cum reliqua duo sint solum prior, & posterior pars nominis illius. Hic igitur Ioakim filius Iosiæ primũ à Chaldæo rege factus tributarius, postea eidem rebellauit, ac propterea vndecimo anno ab eodem Chaldæo victus, occisusque fuit, & proiecto cadauere extra portam vrbis, sine regia sepultura computruit; quam propterea Ieremias, *asini sepulturam* vocauit; id est, qualem asini cadauera solent nancisci. De Olda Prophetissa, habes 2. Paralip. cap. 34. vbi est eius insignis prophetia ad Iosiam regem Iuda.

Successio filiorum Iosiæ. 2 *Cui successit in regnum.* Occiso enim Ioakimo patre, filius eius Ioachin, (qui videtur 10. annos cum patre regnasse, nempe octauo anno ætatis à patre assumptus ad societatem nominis regij, vt insinuari puto 2. Paralip. 36. vbi dicitur octauo anno ætatis regnare incepisse: nempe vnà cum patre: at Regum 4. cap. 24. dicitur Ioachin decem & octo annorum cum regnare incepisset, nempe solus mortuo patre) tertio autem mense regni sui post mortem patris, cum Chaldæus vrbem obsideret, ipse rex Ioachin cum matre & principibus suasu Ieremiæ tradidit se Regi Babylonis, & ab eo in Babylonem adductus, in carcere mansit, vsque ad annum primũ Euilmerodach, filium Nabuchodonosoris, qui eum è carcere eductum regio more tractauit; quasi præmiũ esset obedientiæ, quam præstitit verbo Dei per Ieremiam prophetam annuntiato.

3 *Ioachin cognomento Iechonias.* *Ieconiæ duo.* Hoc cognomine etiam pater, & patruus eius inueniuntur vocari. Nam Ioakimum patrem, filium Iosiæ, vocatum fuisse Ieconiam docet Epiphanius, in hęresi Epicureorũ; & patet ex Matthęo, qui dum dicit Iosiam genuisse Ieconiam & fratres eius, intelligit de isto Ioakim auo Salathielis, & patre Ioachini, nam loquitur de illo Ieconia, qui habuit fratres reges, & ipse rex, à quo descendit Christus secundum carnem; Salathiel autem inter progenitores Christi descendit à Ioakim, non à Ioachaz aut Sedekia. Iam vero etiam Ioachaz, seu Sellum vocatum fuisse Ieconiam, apparet ex 3. Esdræ cap. 1. (qui licet sit apocrypha, est tamen magnæ auctoritatis) vbi filius Iosię quẽ Rex Ægypti amouit, cuiusque loco Ioakimum regẽ cõstituit) vocatur Ieconias. Ioachin autem filium Ioakimi vocatum fuisse etiã Ieconiam, clarissimè patet Ieremiæ 22. *Si fuerit* (inquit) *Ieconias filius Ioakim regis Iuda, annulus in manu mea.*

4 *Captus à ducibus Nabuchodonosor.* Captus autem, non vi, sed voluntaria deditione, post obsidionem aliquantulum toleratam.

5 *Loco eius constitutus est Sedechias.* *Sedechias.* Qui antea vocabatur Mathanias, frater Ioakimi, patruus Ioachini: qui rebellis factus Chaldæo (à quo Rex constitutus fuit loco nepotis sui Ioachini) vndecimo anno regni sui vrbe capta fugiens, comprehensus est & à Chaldæo, cum prius filios in oculis eius occidisset, excæcatus, & postea interfectus fuit.

6 *Nemo igitur.* Hæc est conclusio superiori narratione intenta: duos diuersos reges esse Ioakimum, & Ioachinum; Ioakimum filium Iosiæ intellige, quem in exordio prophetiæ suæ ponit Ezechiel; Ioachinum autem filium Ioakimi superioris, & nepotem Iosiæ, intellige in exordio Danielis prophetæ.

7 *Iste extremam syllabam.* *Ioakim Ioachin.* Ioakim pater, qui est Iosiæ filius, per kim; Hebraicè יהויקים Iehoiakim; per koph & mem; Ioachin filius, qui nepos Iosiæ, per chin, seu caph & nun, הויכין, Iehoiachin.

8 *Et ob hanc causam.* *Explicatur genealogia Domini apud Matthæum.* Corollarium nobile, quomodo debeat intelligi genealogia Saluatoris apud Matthæum in qua deesse videtur vna generatio, ex quatuordecim quas ibi texit Euangelista. Itaque vbi multi putant librariorum incuria omissam esse, vt sic legi debuerit, *Iosias genuit Iechoniam* (vel Ioakim) *& fratres eius. Iechonias autem genuit Iechonian,* (seu Ioachin) *in transmigratione Babylonis; & post trans-*

[...] *[...]nem Babylonis, Ieconias genuit Salathiel* (sic enim in aliqui-b[...]plaribus legi testantur multi, & in iis Maldonatus, & San-[...] Hieronymus noster potius iudicat, nihil fuisse omissum, sed [...]od putatur omissum, esse per compendium ab Euange-lista [...]uatum: ita nimirum, vt *Iechonias*, quem cum fratribus suis genuisse dicitur Iosias, & in quem desinit secunda tessaredecas, sit *Ioakim* filius Iosię, quē Ioachimū etiā *Ieconiā* vocari diximus; *Ieconias* autem, à quo incipit tertia tessaredecas, sit *Ioachin*, filius superioris Ieconiæ, seu Ioakimi, & nepos Iosiæ. Melius est autem, insinuari generationem per compendium, quam existimare omissam per negligentiam, quæ omnia fere exemplaria inuaserit: quia sic daretur locus excogitādi similes alibi omissiones, cum maximo damno veritatis Euangelicæ, & reprehensione prouidentiæ diuinæ, atque Ecclesiæ Catholicæ in *custodia depositi*, hoc est Euangelij sponsi sui. Nec obstat, quod Ieconias dicatur à Iosia genitus in transmigratione: cum Ioakim fuerit ante transmigrationem genitus ab eo: nam ideo dicitur genitus in transmigratione, quia eius regni tempore trāsmigratio cœpit fieri; cum & ipsemet putetur abductus fuisse in Babylonem, & posteà remissus, rebellasse.

Porphyrius Apostata.

9 *Quod ignorans Porphyrius.* Hic philosophus est, cuius introductio in quinque voces apud Aristotelem, præponitur organo Aristotelico: qui prius vocabatur lingua Tyria (quæ Dialectus est Hebręæ linguæ) *Malchus*, quod Regium sonat; vnde se *Porphyrium* à colore Regiis vestimentis dedicato, Purpura nimirum vocari voluit. Primo quidem Chistianus, posteà Apostata, & acerrimus Christianæ fidei hostis, contra quam scripsit 15. libros quibus totidem opposuit Eusebius Cæsariensis; at vtrumque opus excidisse putatur. Hic ergo putauit se Porphyrius reperisse, quod merito in Euangelista reprehēderet, qui dixerit se quatuordecim generationes cōputasse, cum tredecim tantum numerasset. Sed nodum scirpo quæsiuit. Ex eius tamen impugnatione patet omnia Euangelij exemplaria sic in hoc loco habuisse sicut nos hodie habemus: alioquin numquam hunc locum sibi impugnandum delegisset Porphyrius; & facilè fuisset exemplari integro exhibito (si locus in vllis fuisset incuria mutilus) calumniam Porphyrij retundere; quod tamen non est factum, sed huic obiectioni (vti S. Hieronymus insinuat) modo est satisfactum.

Eius calumnia retunditur.

10 *Quodque traditum.* Quasi diceret; eo ipso significari, Ioakimum Deo tradente, fuisse à Chaldæis subiugatum; qui si noluisset eum tradere in hostium manus, numquam eum superauissent.

ARGVMENTVM
IN IEREMIAM.

IEremias [1] Anathotites, qui est viculus tribus à Ierosolymis distans milibus, [2] apud Thamnas in Ægypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet verò in eo loco sepultus, quo dudum Pharao Rex habitauerat. [3] Et quoniam postulatione sua defugatis ab eodem loco [4] serpentibus, Ægyptios à tactu aspidum facit esse securos, magna eum ibi Religione Ægyptij venerantur.

OBSERVATIONES
AD IV. PROL.

Qualis sit hic 4. prologus.

1 QVarta hæc præfatiuncula etiam in veteribus glossæ impressionibus circumfertur, & argumentum in hunc propheram vocatur: cum reuera nihil tale præstet; sed sit duntaxat breue elogium de morte & sepultura illius, & veneratione eius apud Ægyptios ob aspidum periculum precibus illius ab eis propulsatum. Sed est reuera hæc præfatiuncula, fragmentum vitę Ieremię, per sanctum Epiphanium conscriptæ: quam hic integrè attexēdam putaui. Postquam ergo ea dixisset, quę in hoc habentur argumento; statim subiungit. *Cum enim Aspides & Aquatiles bestiæ, quas Aegyptij Nephoth, Græci Crocodilos vocant, exitium illis inferrent: orante Ieremia Propheta, tam aspidum in terra furor, & rabies, quàm in fluuio belluarum insidiæ compressæ sunt. Vnde ad hoc vsque tempus fideles, qui illic sunt, omnes orare in eodem illo loco solent, sumptoque puluere, morsibus aspidum medentur, ac Crocodilos fugant. Idem vero propheta sacerdotibus Aegyptiis signum dedit, ac denuntiauit, omnia illorum concutienda fore simulachra, & manufacta idola ruitura, cum virgo puerpera cum diuino infante pedem in Aegyptum posuisset. Hic ille præterea ante excidium templi arcam legis, quæque in ea continebantur, eripuit, atque in saxum absorpta condidit. Tum astantibus populis & senioribus dixit: Dominus è Sina in cælum abiit, indeque cum sancta virtute reuertetur. Atque hoc signum aduenientis erit, cum videlicet lignum gentes omnes adorabunt. Dehinc adiecit: Arcam istam sacerdotum aut Prophetarum nemo resarabit, præter electum Dei Mosen; tabulas verò, quæ in illa sunt, vnus Aaron expandet. In resurrectione porro primò omnium exurget arca, & ex illo saxo prorumpet, atque in monte Sina collocabitur: Tum ad eam sancti omnes confluent, ibique Dominum expectantes, hostem, qui sibi necem molitur, effugient. His dictis, digito suo Dei nomen imprimens lapidem obsignat, eaque figura, perinde ac si cælata ferro esset, inhæsit. Ac tum nubes saxum illud obduxit. Neque quisquam aut illum locum nouit, aut ad hanc diem legere nomen potuit, neque ad mundi finem vmquam poterit. Est illud saxum in ea solitudine situm, vbi arca primum extitit, inter illos montes, in quibus Moses & Aaron iacent. Noctu vero nubes loco illi instar ignis incumbit ad eorum similitudinem, quæ priscis temporibus acciderunt: vt illud significetur, Dei gloriam à lege sua numquam recessuram. Et dedit Deus Ieremiæ gratiam, vt ipse huic mysterio finem faceret, ita vt & Mosis particeps fieret.* Hæc Epiphanius, eademque ferè tamquam ex eo descripsisset, Dorotheus; similia ferè habet Ioseph. Bengorion lib. 1. Iudaici belli; & nonnulla ex his etiam fidem habent ex 2. lib. Machabæorum: alia autem videntur dubia, vel saltem aliqua explicatione illustranda. Arca sanè tabernaculi non fuit in numero eorum quæ Nabuchodonosor è templo abstulit, tantæ enim rei mentio facta fuisset: quando igitur certum est ex Machabaico libro Ieremiam eam abscondisse, videtur etiam certum ipsum capta iam à Chaldæis ciuitate, (cum apud eorum duces summa gratia valeret, idque ipsius Nabuchodonosoris iussu) poposcisse à Chaldæis arcam, ignem, & tabernaculum, atque impetrasse, eoque modo quo narratum est, abscondisse.

Elogium Ieremiæ ex Epiphanio.

Arca fœderis non fuit in spoliis capta.

Deinde videtur certum, arcam illam non fuisse inuentam, cum

Nec fuit in templo secundo.

templum secundum fuit à reducibus Iudæis ædificatum: proculdubio enim in epistola illa lib. 2. Machab. Ierosolymitani, ad Ægyptios Iudæos scribentes, eosque ad encœnia sua inuitantes, eius fecissent mentionem, æquè atque ignis cælitus excitati ex cœno inuento in loco isto, quo Ieremias ista absconderat: magnum enim momentum attulisset ipsorum persuasioni, præsentia arcæ Domini in templo. Etenim facta hæc & dicta Ieremiæ circa absconsionem istorum sacrorum, & Nehemiæ diligentiam in illis inuestigandis, ideo fratribus per Ægyptum (inquit Rupertus lib. 10. victoriæ verbi cap. 22.) habentibus templum non legitimum, scripserunt Ierosolymitani, ad suimet competentem consolationem, quod videlicet loci vel templi sui dignitas non idcirco minor videri deberet, quod eo tempore tabernaculum, & arcam, & altare incensi non haberet; aut propterea Ægyptio templo non posset præferri; cùm tam illustri miraculo ipsum approbasset Deus; quale nihil pro suo templo poterant Ægyptij proferre. Præterea, si in eo templo fuisset, notatum fuisset in catalogo spoliorum, quæ Græci & Romani inde abduxerunt: at nec Iosephus, nec vllus auctor, qui cetera satis accurate enumerant, illius meminerunt; imò Iosephus lib. 6. cap. 6. expressè docet in sancto sanctorum nihil fuisse: cum tamen in eo collocanda fuisset arca, si tunc fuisset inuenta.

Quomodo arca inuenta in Christo.

Potest autem dici inuenta, sed mysticè, in aduentu Domini nostri Iesu Christi, qui est arca vera, per illam manufactam præfigurata, & in vnitatem fidei gentes congregauit: & hoc est quod Epiphanius narrat à Ieremia hic prædictum; quod pulchrè explicat Rupertus eod. lib. cap. 21. *Homo animalis, Iudæus, cuius circumcisio non in spiritu sed in sola carne consistit: hoc putat Ieremiam prædixisse, quod Iudæorum, qui in omnes gentes captiui ducti sunt, congregatio debeat fieri nescio quo tempore, templumque illud cum ciuitate restitui, cum tali nube apparente, qualis erat vbi Moses legem accepit, & qualis vbi Salomon ædificatum templum magno Deo dedicauit. Nos autem post illud tempus, quo hæc scripta sunt, post victoriosa prælia Machabæorum, nullam scimus populi Dei congregationem, præter illam, quam idem spiritus, qui loquebatur in prophetis, nobis in Euangelista Ioanne depromit*, cap. 11. *quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Tunc vtique apparuit gloria Dei, gloria filij Dei, cum resurrectione mortuorum effulgentis; & ex tunc est nubes, sicut manifestabatur Moysi, vt legem accepit; Nubes inquam, ex tunc est similiter, scilicet cæcitas Iudæorum, cuius in prodigium factæ sunt illæ nubes; vsque ad illud tempus, ignotum erit, ait Ieremias, vbi sit tabernaculum, & arca & ara incensi, id est, non cognoscetur à populis vel gentibus quorum vel qualium exemplaria cælestium illa fuerunt.* Hæc Rupertus: quæ breuiter dixit Ambrosius lib. 3. officior. cap. 14. locum illum totum Machab. 2. cap. 2. citans: *Veniens autem Ieremias in locum, inuenit domum in modum speluncæ, & tabernaculum & arcam, & altare incensi intulit illuc, & obstruxit ostium. Quod cùm hi, qui simul venerant, curiosius perscrutarentur, vt notarent sibi locum, nequaquam comprehendere atque inuenire potuerunt. Vt autem cognouit Ieremias quod affectassent, dixit; Ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat: tunc Deus ostendet hæc, & apparebit maiestas domini.* & subdit Ambrosius: *Congregationem populi tenemus, propitiationem domini Dei nostri agnoscimus, quam propitiator in sua operatus est passione. Arbitror quod nec ignem istum possumus ignorare, cum legerimus, quia baptizat Dominus Iesus in spiritu sancto & igne.* Itaque iuxtà sanctos hos Doctores, arca apparuit & ignis, & tabernaculum, cum apparuit Iesus in primo aduentu: nam idcirco non fuit tunc propriè reperta, vt agnita vera & præfigurata arca, non requireremus figurantem & ceremonialem. Primo omnium in resurrectione mortuorum tunc exurrexit arca vera Christus Dominus, è saxo prorumpens, quod erat ante ostium monumenti à Iudæis positum; tunc ad eam arcam confluxerunt fideles, vt à dæmone eos impugnante salui fierent. Et Moses atque Aaron reserare dicuntur arcam & expandere tabulas, quia tunc patuit quid præfigurauerit Moses tota supellectile sacrificiorum suorum, & tunc data est gratia qua possumus in Christo per Christum, Dei mandata seruare. Nubes operiens saxum est obscuritas prophetiarum quam adhuc Iudæi non penetrant nec ad finem vsque mundi penetrabunt, quando totus Israel ingressa iam plenitudine gentium, saluus fiet; antea nec norant locum nec nomen legere, hoc est quid ista significent, intelligere; nec sciunt quid sit Dei gloriam à lege numquam recessuram, nimirum illud est, quod dixit Dominus in Euangelio, ecce iota vnum nec vnus apex præteribit à lege, donec omnia fiant. Ita rectè omnia cohærent, quæ Epiphanius ex Iudæis natus, traditione gentis suæ accepit. Et hoc non est improbabile etiam reuera in illa prædicatione Enoch & Eliæ apparituram mirabiliter arcam tabernaculi, non vt Iudaismus stabiliatur, sed vt Iudæi visa arca, & Ieremiæ prophetiam completam esse intelligentes, ad verissimam arcam Christum & Ecclesiã illius, inculcantibus Enoch & Eliæ, sese adiungant.

Quomodo arca in resurrectione primo apparuit.

Nubes.

Arca apparebit in fine mundi.

2 *Apud Thamnas.* Taphnis in Ægypto, à suo Iudæorum populo lapidatus creditur, cum contra eum multa liberrimè concionatus fuisset.

3 Chronicon Alexandrinum, (cuius auctor valde vetustus est) eadem refert de veneratione Aegyptiorum erga sanctum prophetam; & addit: *Accepimus nos ab Antigoni & Ptolomæi posteris, viris antiquis, Alexandrum Macedonum regem, cum vatis huius sepulchrum viseret, & ea, quæ de se ille prædixerat cognouisset: eius cineres Alexandriam deportasse, illicq; illustre monimentum, vndequaque ornatum excitasse, vnde factum vt aspides inde arcerentur, vti ex flumine, Crocodili;* videtur enim illa vox deesse in Chronici loco dicto.

4 *Serpentibus.* Ita vocat Crocodilos Nili fluminis horrificas bestias: quarum forma & species ob pedum breuitatem, & squamosa corpora draconum figuram refert. Et hæc de his prologis, ad laudem sanctissimi Prophetæ dicta sunt.

I N

PRÆFATIO.

ORIGENES hom. 1. in Ieremiam ver. 2. Deus ad benefaciẽdum promptus est, ad puniendum dissimulator. Cum enim possit reos sine contestatione venturi iudicij punire, nusquam hoc facit, sed etiã si cõdemnauerit, prædicit vt liberentur per pœnitentiam qui damnati fuerant per delictum. Niniuitæ condemnati erant peccatores à Deo: Adhuc enim tres dies, & Niniue erat subuertenda; Noluit enim Deus cum silentio punire dãnatos; sed dans eis locũ pœnitentiæ, misit Hebræũ prophetam, qui diceret, *Adhuc tres dies & Niniue subuertetur*, ne perirent scilicet, quia condemnati erant, sed agentes pœnitentiam, impetrarẽt misericordiam. Sodomitæ quoque & Gomorræi diuino iam erãt exitio destinati, sicut sermo Dei ad Abraham ostendit: tamen quod suum erat fecerũt angeli, volẽtes eos saluare, qui se indignos salute iudicauerunt; & dicentes ad Loth, *Est ne aliquis hic tibi gener, aut filij, aut filiæ, &c.* neque ignorabant non esse eos secuturos Loth, sed ostenderunt suam pariter, & eius, qui eos miserat, benignitatem, & amorem. Simile quiddam in Ieremia inuenimus. Notandum est enim tempus prophetiæ eius, quando prophetare cœperit, vel finierit. Dicet ergo aliquis. Quid ad me tempus historiæ? quia cœpit prophetare in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda, & vsque ad annum tertiumdecimum in regno eius. Deinde prophetauit in diebus Ioachim filij Iosiæ regis Iuda vsque ad consummationem vndecimi anni Sedechiæ filij Iosiæ regis Iuda: & per tres reges prophetia eius extensa est vsque ad captiuitatem Ierusalem in quinto mense. Condemnauerat enim Deus Ierusalem propter peccata sua, & hæc erat extrema sententia sua, vt captiuitati relinquerentur. Sed cum hominum amator sit Deus, nec quemquam velit perire; antequam depopulationis tempus instaret, misit & hunc prophetam, qui inuitaret ad pœnitentiam. Misit eumdem etiam sub secundo rege post primum; Misit quoque sub tertio. Iam captiuitas imminebat, & adhuc ad salutem hortabatur Deus, tribuens & ante vnum diem locum pœnitentiæ. Vnde scriptum est: Vsque ad captiuitatem Ierusalem & vsque ad quintum mensem prophetasse Ieremiam. Iam hostium vincula strinxerant manus, & nihilominus hæc dicebat Deus. Ecce captiui facti estis, agite (licet sero) pœnitentiam. Rogate me, & ego parcam vobis: possum eruere de captiuitate, qui tradidi. Hæc etiam de nõbis possumus intelligere. Si peccauerimus, captiui futuri sumus: Tradi enim peccatorem Satanæ, nihil distat ab eo quod Iudæi traditi sunt Nabuchodonosor; vt sicut illos Deus concessit aduersario, propter frequentes impietates: sic nos propter peccata trademur spirituali Nabuchodonosor. Vnde: *Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare.* Putas quantum malum est peccare, vt tradaris Satanæ captiuanti animas eorum qui relinquuntur à Deo? non sine causa scilicet nec sine iudicio. Cum enim miserit pluuiam super vineam, & ipsa pro vua attulerit spinas: quid faciet, nisi vt mandet nubibus, ne pluant super vineam imbrem: Prope est ergo & captiuitas nostra si non egerimus pœnitentiam: vt tradamur scilicet Nabuchodonosor, & Babyloniis, quibus iam adiacentibus sermones prophetarum, legis, apostolorum, & ipsius Christi hortantur nos ad pœnitentiam, prouocant ad salutem. Si audierimus, credimus ei qui dixit; Et ego pœnitentiam agam de omnibus malis quæ locutus sum eis facere.

Deus pœnas peccatoribus prænũtiat vt possint eas præcauere. — *Ionæ 3.b.* — *Gene. 18.c.* — *Ibid. 19.c.* — *Benignissimus Deus ad pœnitentiam hortatur.* — *Vt per pœnitentiam captiuitatẽ diaboli euadamus.* — *1. Cor. 5.d.* — *1. Tim. 1.d.*

HIERONYMUS ad Eusebium in prooemio commentariorum in Ierem. Quia volumen est longissimum, & in plerisque historia manifesta, in Ieremia latam explanationem non quæras, super his maximè quæ iam in aliis prophetis sunt dicta. Vt nihil desit sensibus, cum multum desit in verbis: stamina tibi atque subtegmina, & litia præparabo, tu ipse vestem pulcherrimam cõficito. Ceteri prophetæ, vt Isaias, Hosee, Iohel fuerunt ante captiuitatem duarum tribuum scilicet Iudæ, & Beniamin: Alij post, vt Daniel, Aggæus & Zacharias; Ieremias vero, & Ezechias imminente captiuitate prophetauerunt, alter in terra Iuda alter in Babylone. Ieremias puer prophetare cœpit, tertiodecimo anno Iosiæ regis Iuda filij Amon: prophetauitque sub eo decem & nouem annis, & sub Ioachim filio eius annis vndecim, & sub Sedechia, qui vltimus fuit regum Iuda, annis vndecim, vsque ad quintum mensem, quo à Babyloniis captiuata est Ierusalem. Ioachaz vero & Ieconiæ trini menses (quorum alter in Ægyptum, alter cum matre ductus est in Babylonem) supradictis annis computantur. Ac per hoc ab exordio prophetiæ suæ vsque ad captiuitatem Ierusalem, in qua & ipse captus est, prophetauit annis quadraginta & vno, præter illud tempus quo in Ægyptum ductus est, ibique prophetauit in Thamnis sicut in hoc ipso volumine continetur.

Infrà 18.b. — *Tempus quo prophetauit Ieremias.*

PRÆFATIO.

PRophetā in Gentibus dedi te. *Verbum propositum scribitur Iere. j. b. Et dictum fuit sibi à domino. In quo possunt notari quatuor causæ huius libri Ieremiæ, quem habemus præ manibus exponēdum videlicet, Causa efficiēs, materialis, formalis, & finalis. Causa vero efficiens duplex est: Vna principalis, scilicet, Deus reuelās omnia in hoc libro cōtenta; Alia instrumentalis, scilicet, sanctus Ieremias qui spiritusancto dictante scripsit librū istum. Et hæc duplex causa efficiens notatur, cū dicitur,* Dedi te, *ita quod in supposito huius verbi* dedi, *quod est ipse Deus, exprimitur causa efficiens principalis. In hoc autem pronomine* te, *causa efficiens instrumētalis. Et de vtroq; potest accipi illud quod scribitur Ezech. iij. d.* Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. *Ad hoc enim ponitur speculator in excelso, vt à longè speculetur, & quæ viderit fideliter annuntiet: & sic fecit Ieremias, vt statim videbitur in quodā generali, & plenius in prosecutione libri. Causa verò materialis & formalis possunt notari in nomine prophetæ, cum dicitur,* Prophetā. *Ad cuius intellectū sciendum quod propheta secundum interpretationem nominis dicitur quasi procul fans, quia fatur seu denuntiat ea quæ sunt longinqua à naturali cognitione humana. Et ista quātum ad præsens sunt in duplici gradu, quia aliqua sunt huiusmodi propter suam eminentiam respectu intellectus nostri, cuiusmodi sunt diuina, ad quæ se habet intellectus noster sicut oculus noctuæ ad lucem solis. 2. Metaphisicæ: Inter ista verò valde longinquum & remotum est à cognitione nostra incarnationis diuinæ mysterium; Ex creaturis enim potest homo deuenire in cognitionem primæ causæ, quæ Deus est, quātum ad multas eius conditiones, & sic Philosophi concluserunt de Deo plurimas conclusiones. Similiter natura humana per se accepta, non excedit cognitionem nostram; sed vnio naturæ diuinæ & humanæ in supposito verbi supra modum transcendit facultatem intellectus humani. Mysterium autem istud denuntiauit Ieremias propheta inter alios valde clare. xxiij. a. dicens:* Ecce dies veniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum & regnabit rex, & sapiens erit & faciet iudicium & iustitiā in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit cōfidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster. *Hæc enim auctoritas ad litterā de Christo dicitur secundum omnes doctores Hebræos & Latinos, vt plenius videbitur ibidē domino cōcedente. Per hoc autem quod dicitur,* Suscitabo Dauid germen iustum, *exprimitur humanitas Christi, qui factus est ex semine Dauid secundū carnē ad Rom. j. a. Per hoc autem quod subditur:* Et hoc est nomen quod vocabūt eum, dominus iustus noster; *exprimitur diuinitas Christi clarius, vt mihi videtur, quam in aliis libris veteris testamenti: quia vbi habemus* dominus, *In Hebræo habetur, nomē domini Tetragrāmaton, quod secundū antiquos doctores Hebræorū sic etiā appropriatū est altissimo creatori, vt non liceat ipsum nomē de alio dici, prout plenius dicetur domino cōcedente, quādo ad locū illum veniemus. Et quia Ieremias ita clare Christi mysteriū denūtiauit, prophetice potest dici de eo quod scribitur Luc. j. g.* Et tu puer propheta altissimi vocaberis, *quia valde clarè expressit altitudinē suæ diuinitatis, & hæc est materia principalis huius libri. vnde dicit Ra. Sa. super. ix. ca. Zachariæ,* quod vniuersi prophetæ non sunt locuti nisi de diebus Messiæ, *quod est intelligendū de principali intētione eorū; quia de pluribus aliis sunt locuti. Et secundū hoc, Deus humanādus est subiectum in omnibus libris prophetalibus, sicut Deus humanatus in Euangeliis: quia quod prophetæ nuntiāt futurū, Euāgelistæ narrant factū. Sicut enim Deus sub ratione absoluta est subiectū in tota sacra scriptura, sic est in partibus eius subiectū sub rationibus determinatis, vt dictū fuit plenius in principio Genesis. Alia verò sunt lōginqua à cognitione humana propter suæ entitatis & veritatis deficientiā, cuiusmodi sunt futura cōtingentia; de quibus non est determinata veritas apud nos, sed est determinata apud Deum. Et de talibus est prophetia secundum quod dicit Cassiodorus super Psal.* Prophetia est diuina inspiratio rerū euentus immobili veritate denuntiās. *De talibus vero erat destructio ciuitatis & tēpli, & captiuatio populi per Nabuchodonosor futura: quā Ieremias prophetice denūtiat, & scribit in hoc libro, in tantū quod voluerūt eū propter hoc occidere, secundū quod dicitur infra xxvj. d.* Iudiciū mortis est viro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatē istam. *Et hæc est materia huius libri secūdaria sub nomine prophetæ designata. Causa etiā formalis huius libri sub nomine prophetæ designatur. Circa quod sciendum quod duplex est forma libri, scilicet forma tractatus, & forma tractandi. Forma tractatus, est diuisio libri per partes, & capitula, de qua videbitur in prosecutione libri. Forma verò tractandi est modus agendi, qui modus est propheticus, describendo diuinas reuelationes Ieremiæ factas, propter quod de ipso potest dici illud quod scribitur Ioan. vj. b.* Hic est verè propheta. *Et dicitur,* Verè propheta, *ad differentiā pseudoprophetarum, qui non prophetabant ex diuina inspiratione, sicut Ieremias, sed aliqui eorum ex propria fictione, propter quæstū; Alij ex reuelatione dæmonū, qui sunt mēdaces, propter quod falsi erant, vt in pluribus demonstrant prophetiæ eorū. Causa finalis huius libri est vtilitas vniuersalis ecclesiæ, quæ collecta est ex omnibus Gentibus. Et hic finis notatur, cum dicitur:* In Gētibus, *id est ad vtilitatē omnium Gentiū: propter quod de ipso potest dici illud Isa. xlix. b.* Dedi te in lucē Gentiū, vt sis salus mea vsque ad extremū terræ, *vt sit verbum dñi ad Ieremiā dicentis,* Dedi te in lucē Gentium, *ad illuminandū eos lumine fidei & claritate morū,* vt sis salus mea vsque ad extremū terræ, *Et hoc* denuntiatiuè *tantum, quia Christus est salus Gentium,* Effectiuè, *secūdum quod dicitur,* Operatus est salutem in medio terræ, id est, *in Ierusalem, quæ est in medio climate terræ habitabilis, in qua operatus est salutē humanā per suam passionē benedictā & resurrectionē & ascensionē in cælum, vbi cum patre & spiritusancto viuit & regnat in sæcula sæculorum Amen.*

Causa efficiens huius prophetiæ.

Causa materialis.

Primum genus longinquorum à cognitione naturali.

Mysterium Incarnationis quod transcendit facultatem intellectus humani, prænuntiatum est ab Isaia.

Obiectum omnium prophetiarum.

Alterum genus longinquorum à cognitione humana.

Causa formalis.

Causa finalis.

Psal. 73.

IERE-

IEREMIÆ PROPHETÆ
CAPVT I.

¶ Hęc sunt.
[1] VErba Ieremiæ filij Helchiæ de Sa- 1
a ¶ Ecce locus. 2
cerdotibus qui fuerunt in Anathot 3
¶ Viculus est, in tertio ab vrbe miliario. ¶ Id est quia. a ¶ Hoc.
in terra Beniamin. [2] Quòd factum 4
a ¶ Quod erat in principio apud patrem. 5
est verbum domini ad eum in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda in tertiodecimo anno regni eius. [3] Et factum est in diebus Ioachim filij Iosiæ regis Iuda vsque ad
¶ Qui vltimus regum Iuda.
consummationem vndecimi anni Sedechiæ filij Io-
¶ LXX. Captiuitatem.
siæ regis Iuda, vsque ad transmigrationem Ierusalem
a ¶ Quòd erat in principio apud Deum, in quo loquuntur prophetæ.
in mense quinto. [4] Et factum est verbum domini ad 6
a ¶ Actu. b ¶ Matris. c ¶ In pręscientia.
c me dicens: [5] Priusquam te formarem in vtero, noui te: 7

☞ CAP. I.

A a VErba Ieremiæ. HIE. lib. I. *lxx.* Verbum Dei, quia verba Ieremiæ verbum domini est. a

† HIERONYMVS IBID. post exordium vaticinationis Ieremiæ, xxxv. prophetiæ anno, Ezechiel in B Babylone his, qui cum eo captiui erant, exorsus est prophetare.

† THEODORETVS b hic in ca. primum. Duplici gratia præditus erat propheta, sacerdotali & prophetica, & illam quidem traxit à genere, hanc verò C beneficio superno adeptus est. Refert etiam tempus prophetię. *In diebus, &c.* Meminit etiam eorum qui deinceps regnarunt ad extremam vsque obsidionem.

Ieremias sacerdos & propheta.

b *In diebus. &c.* HIERONYMVS vbi supra. Mirabilis Dei clementia. Iam captiuitate vicina, & Babylonio exercitu vallante Ierusalem, nihilominus populum ad pœnitentiam vocat, mallens seruare conuersos, quàm perdere delinquentes.

c *Priusquam te.* IBID. Non quòd ante conceptionem fuerit, vt hæretici suspicantur: Sed quia D præsciuit eum dominus futurum, cui facienda iam facta sunt; *qui vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt.*

† HIER. IBID. Priusquam, &c. quidam hunc locum super saluatorem intelligunt, qui propriè propheta Gentium fuit, & per E apostolos omnes nationes vocauit. Qui priusquam in vtero virginali formaretur, antequam de vulua exiret, sanctificatus est in vtero, & notus patri, qui semper in patre, & in quo semper pater.

Gene. 1. 10.

† ORIG. Ieremias hoc præ ceteris decus consecutus est: Abraham Propheta nuncupatus est in eo, F quod dicitur, *Propheta est, & orabit pro te;* Et tamen non dixit ad eum, *Priusquam te formarem, &c.* Sed postea in extremo vitæ tempore sanctificatus est Abraham.

Ieremias in vtero sanctificatus est.

† THEODORETVS. Electio non iniqua: Hanc enim notitia præcessit; Nouit enim, tumque sanctificauit. Nam cognoscit omnia, priusquam generentur.

☞ 2 An-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. I.

Diuisio libri.

VErba Ieremiæ fi. *Liber iste diuiditur in duas partes, scilicet, procemium, & tractatum. Secunda incipit ibi,* Et factum est. *Prima in duas, quia primo ponitur auctoris notificatio; secundò facta sibi cõmissio, ibi,* & factum est. *Circa primum notificatur auctor, primo ex nomine cum dicitur,*

1 Verba Ieremiæ, *Supple sunt quæ sequuntur in hoc libro. Secundo ex genere, cum dicitur,*

2 Filij Helchiæ. *Qui fuit etiam propheta, licet non tam famosus, sicut Ieremias. Et hoc secundum regulam Hebræorum, quæ dicit, quod quando in principio alicuius prophetiæ exprimitur nomen patris ipsius prophetæ, intelligendum est quod & pater fuit propheta.*

Regula Hebræorum de titulis prophetarum.

3 De Sacerdotibus, *Ex quo patet quoque dignitas sui generis: quia tribus Sacerdotalis commixta fuit tribui regiæ, propter sui dignitatem. Tertio ex loco, cum dicitur,*

Anathot.

4 In ter. Ben. *Dicit enim Hier. in prologo huius libri, quod* Anathot *est vicus tribus milibus distans à Ierusalem in sorte Beniamin situs. Quarto notificatur ex tempore, cum dicitur,*

5 Quòd factum est verbum domini, &c. *Et sciendum quod istud* quòd *non est pronomen, sed coniunctio: Et ponitur pro* quia, *& refertur ad id quod dicitur in principio,* Verba Ierem. *Et ad ostendendum, quod hæc verba procedebant ex spiritu diuino, dicitur,* Quod factum est, *id est, quia factum est verbum domini ad eum in diebus Iosiæ, &c. Tacentur hic duo reges, quorum temporibus prophetauit, scilicet Ioachaz, & Iechonias filius Ioachim, eo quod quilibet eorum regnauit tantum tribus mensibus: & sic tempus eorum computatur sub aliis regibus vsque ad transmigrationem Ierusalem, id est, captiuitatem populi eius, & ciuitate destructa per Nabuchodonosor in mense quinto. Contrarium videtur infra. xxxix. vbi dicitur,* Mẽse quarto, quinta die mensis, aperta est ciuitas, &c. *Dicendum, quod mense quarto fuit capta à Babyloniis, vt ibi dicitur, sed ciuitas non fuit destructa, nec populus in Babylonem ductus donec super hoc audiretur voluntas Nabuchodonosor existentis tunc in Antiochia, per nuntios ad hoc missos, qui redierunt mense quinto, vt dicitur hic.*

Cur non dicatur Ieremias prophetasse temporibus Ioachaz & Iechoniæ?

Quando à Chaldæis capta sit & euersa Ierusalem.

6 Et factum est ver. do. ad me dicens. *Hic consequenter describitur commissio facta Ieremiæ de actu prophetandi, cùm ei dicitur à domino;*

7 Priusquam te forma. in vtero noui te, *Notitia prædestinationis, quæ est ab æterno.*

1 Et

MORALITER.

† 1 *Verba Ieremiæ.* Per Ieremiam, qui excelsus domino interpretatur, bonus prælatus vel Doctor, vel prædicator significatur. Quilibet enim istorum in gradu suo est excelsus domino. Huic autem dicitur à domino,

De prælato quolibet bono vel doctore.

7 *Priusquam te formarem in vtero noui te, &c.* Vterus autem in quo formatur; est studium sacræ scripturæ: & inde exit vel educitur à domino, vt applicetur regimini populi, vel eius doctrinę, seu ipsius prædicationi, & propheta constituitur per denuntiationem futuræ pœnæ & gloriæ. Per hoc autem quod dicitur,

7 Prius-

† Ecce

☞ a *Antequam de vulua.* HIER. ORIG. vbi supra. Secundum illud A Pauli. *Postquam complacuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam: vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem eum in Gentibus.* Ioannes sanctificatus quoque in vtero & spiritum sanctum accipit, & in vulua mouetur, & per os matris loquitur.

Ioan.14.b. Gal.1.c.

b *A a a do. Deus.* IBID. Detestatur officiũ quod pro ætate non potest sustinere. Eadem verecũdia, qua Moyses gracilis, & tenuis vocis se esse dicit: sed ille quasi magnæ & robustæ ætatis corripitur, quasi puero huic venia datur, qui verecundia & pudore decoratur.

* infr.14.b. 8.q.1.c. In scriptu-ris. Exod.6.b. *Locus regiminis sicut desiderantibus est denegandus, ita fugientibus est offerẽdus.*

c *Noli dicere.* GREGORIVS. Officium prædicationis alij laudabiliB ter appetunt, ad quod alij laudabiliter cogun-tur. Isaias enim vltro se obtulit dicens: *Ecce ego mitte me*: Ieremias humiliter reluctatur dicens, *A a a do. Deus.* Ab vtrisque exterius diuersa vox prodit, sed non à diuerso fonte dilectionis. Duo enim sunt præcepta charitatis, Dei, scilicet, amor, & proximi. Per actiuam ergo vitam proximis prodesse cupiens Isaias officium prædicationis appetit: Per contemplatiuam Ieremias amore Dei inhærere desiderans, mitti ad prædicandum renuit. Hic ne tacitæ contemplationis lucra loquendo perderet: Ille ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed notandum, quia qui recusauit, penitus non restitit; & qui mitti voluit, ante se per altaris calculum purgatum vidit: ne aut non purgatus adire quis sacra mysteria audeat, aut quem Deus elegit sub humilitatis specie superbè contradicat. Quia ergo difficile est purgatum se cognoscere, prædicationis C officium tutius declinatur: Non tamen pertinaciter declinari debet, cum ad hoc suscipiendum superna voluntas agnoscitur. Quod Moyses vtrumque mirabiliter expleuit, qui præesse tantæ multitudini, & noluit, & obediuit. Fortè enim superbus esset, si ducatum intrepidus susciperet, vel auctoris imperio obedire recusaret. Vtrobique ergo subiectus & præesse populis sese mentiendo noluit, & tamen de imperantis viribus præsumendo consentit.

Officium prædicandi an sit appetendum. Isa. 6. c. * 36.di.c. quæ ecclesiasticis De maio.& ob. c.solitæ. *Imperium non præest sed subest sacerdotio.*

d *Ne timeas.* † THEODORETVS in hunc locum. Hoc etiam diuino Mosi dixit dominus. Illi enim ministerium extimescenti, ac dicenti, *Quis ego sum vt vadam ad Pharaonem?* inquit dominus, *quoniam ero tecum.* Eamdem sacris Apostolis pollicitationem dedit ratam ac firmam, quos cùm iussisset docere omnes gentes, prospiciens quomodo vndecim, & pauperes, & facultate dicẽdi destituti, vniuersam terram peragrarent, ambiguitatem soluit, excussoque timore dixit, *Ecce vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

Gen.4. Deus habilitat eos quos ad prædicandum mittit.

a & antequam exires de vulua, sanctificaui te, & pro-[1]

a ¶ In vtero visus est libero arbitrio.

b phetam in gentibus dedi te.[6] Et dixi: * A a a domine[2] Deus: Ecce nescio loqui, quia puer ego sum.[7] Et dixit do-[3]

a ¶ Quasi: Ne consideres ætatem cani hominis, sapientiam eius: adhibe voluntatem, vt pergas, habebis me comitem, quo cuncta compleas: Aperi os tuum & implebo illud.

c minus ad me: Noli dicere, quia puer sum, quoniam ad[4] omnia quæ mittam te, ibis: & vniuersa quæcumque

a ¶ Ne consideres multitudinem eorum, ad quos locuturus es, sed me qui tecum sum.

d mandauero tibi, loqueris.[8] Ne timeas à facie eorum, quia

a ¶ Habebis me comitem, quo cuncta compleas. b ¶ Non quod persecutionibus & angustiis careat, multa enim passus est, sed vt omnia patienter superet & non cedat. c ¶ Pater.

e ego tecum sum, vt eruam te, dicit dominus.[9] Et misit do-[5]

a ¶ Filium, per quem omnia. ¶ Vt humanam similitudinem videns, non expauescat.
b ¶ Vt humanorum artuum similitudinem videns tangi non formidet. ¶ Pater.
¶ Quasi: viriliter age, & confortetur cor tuum.

minus manum suam, & tetigit os meum. Et dixit ad[6]

a ¶ Pater ad filium.

me: * Ecce dedi verba mea in ore tuo,[10] ecce constitui te[7]

a ¶ Postula à me & dabo tibi Gentes here. tuam. b ¶ Mala.

f hodie super Gentes & super regna, vt euellas & de-†

† ORIGENES. ho.4. in Psal.36. Etiamsi videris aliquãdo iuuenem prophetantem, non dubites dicere de eo, quia secundùm interiorem hominem senuit, vt Ieremiæ accidit; Iuuenis enim erat secundum ætatem corporis, sed quoniam dominus dederat verba sua in ore eius merito ad eum dicitur, *Noli dicere quia puer ego sum.*

D Matth.18. Ieremias iuuenis erat cum prophetaret.

e *Et misit, &c.* HIER. vbi supra. Notandum, quod hic manus Dei mittitur, quæ tangit os Prophetæ: Et dicitur, *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* In Isaia scriptum est, *Et missus est vnus de Seraphin, & in manu habebat carbonem quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, &c.* Quia Isaias perfectæ ætatis erat, & *immunda labia habebat, & in medio populi polluta labia habentis habitabat,* E mittitur vnus de Seraphin qui non manu, sed forcipe & carbone tangat os eius, iniquitates eius auferat; Hic autem ipsius Dei manus mittitur, non vt peccata auferat, quæ multa per pueritiam non fecerat, sed vt loquendi gratiam tribuat. Ezechiel verò librum deuorat, intus & foris scriptum, scilicet, tam sacramenta diuina, quàm simplicem historiam continentem; Ieremiæ os tangitur, & domini verba tribuuntur, vt confidentiam accipiat prædicandi.

Isa.6.b. Comparantur Ieremias, Isaias, & Ezechiel. Ezech.2.d.

f *Vt euellas, &c.* ORIGENES. Non aliquis existimet triste quiddam Ieremiam recepisse, quia constitutus sit ad eradicationem regnorum & gentium; Bonitatis Dei istud est indicium, eradicare vitia per sermones, inimica cælestis regni regna destruere, & bellantes cum sua gente euertere nationes, eradicare & subuertere.

HIERON. vbi supra. Quatuor tristibus duo læta succedunt. Neque enim poterant ædificari bona, nisi destructa essent mala: nec plantari optima, nisi eradicarentur pessima. *Omnis enim plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, &c.* Et ædificatio quæ F non est ædificata supra petram, sed super arenam sermone Dei suffoditur atque destruitur. Illam autem quam consumet dominus Iesus spiritu oris sui, & destruet aduentu præsentiæ suæ, omnem, scilicet sacrilegam peruersamque doctrinam disperdet in perpetuum. Ea verò quæ eleuantur contra scientiam Dei, & in sua confidunt sapientia, quæ est apud Deum stultitia, dissipabit atque deponet, vt pro his ædificentur humilia, & in locum superborum, quæ destructa sunt & euulsa extruantur & plantentur, quæ ecclesiasticæ conueniunt veritati, de quibus: *Dei ædificatio estis, Dei agricultura estis.* Multi hunc locum super persona ☞ Chri-

Matth.15.b Luc.6.g. 1.Cor.3.d. 1.Cor.3.b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et antequam exi. de vul. *Te purgando ab originali in vtero matris per gratiam sanctificantem.*

2 Et prophetam, &c. *nunc tibi officium prophetandi imponendo. Et quia officium est magnum, ideo subditur excusatio Ieremiæ,*

3 Et dixi A a a dom. Deus. *Et dicunt aliqui expositores, quod hic ter ponitur a: quia Ieremias se excusat à tanto officio propter triplicem defectum, scilicet ætatis, scientiæ & eloquentiæ, quia adhuc erat iuuenis; sed hæc expositio procedit ex ignorantia Hebraici sermonis, vbi ponitur hic vna dictio, & dicitur aha composita ex tribus litteris: scilicet, Aleph he & he, quia bis ponitur hæc littera he, & hæc dictio sic sonat a a a. Littera enim he, aliquando sonat in Hebræo sicut a in Latino: & est dicta dictio, interiectio dolentis vel admirantis. Sed quia Deus potest supplere omnem defectum, Ideo subditur,*

Quid sit & signet a a a?

4 Noli dicere, &c. *q.d. potens sum omnem defectum tuum supplere, & te ab impugnationibus eorum, quos tu formidas protegere. Sciebat enim Ieremias, quod propheta qui ante eum fuerant, persecutiones vsque ad mortem sustinuerant, maximè tempore Manasse regis, vt habetur iiij. Reg. Et subditur iniunctio officij, cum dicitur,*

5 Et misit dominus, &c. *Vidit enim imaginaria visione quasi similitudinem hominis Deum repræsentantis, os Ieremiæ manu sua tangentis, & intellexit quod per hoc designabatur collatio doni prophetiæ sibi data à Deo. Ideo subditur,*

6 Ecce dedi, &c. *Et quia Ieremias non solum prophetauit contra regnum Iuda, sed etiam contra plura alia, vt videbitur infra, ideo sequitur,*

7 Ecce constitui, &c. Vt euellas. *Id est, euellendo denunties transferendos inde habitatores.*

MORALITER.

† *Ecce nescio loqui.* ostenditur quod quilibet reputare se debet insufficientem ad officia dicta, propter quod valentissimi viri leguntur officium pastorale, quantum poterant, recusasse, scilicet Ambrosius, Gregorius, Augustinus & plures alij. Sed multi valde insufficientes modo se ingerunt impudenter, sicut auicula festinans ad prædam, & muscipulam non attendens.

Viri sancti prælaturam refugiunt quam alij ambitiosè ambiunt.

4 *Noli dicere.* Sciens enim circa se voluntatẽ domini de sua promotione, debet humiliter obedire: & sic fecerunt sancti prædicti.

5 *Et misit, &c.* Promotis enim ex ordinatione diuina, ipse dat gratiam exequendi debitè officia imposita.

De eis qui ex obedientia prælaturam accipiunt.

† *Vt euellas,* vitia.

☞ Christi accipiunt, Ieremias enim interpretatur excelsus domini, A qui destruxit regna diaboli, quæ sibi in excelso montis ostenderat, aduersarias perdidit potestates, delens chirographum errorum in cruce; De quibus post historiæ veritatem tropicôs dicitur, *Quare fremuerunt Gentes & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.* Pro his euulsis, destructis, perditis, & in inferiora detractis ædificatur & plantatur ecclesia Dei. Super Ieremiæ autem persona nulla dubitatio est qui in manu accipit calicem meri plenum vini, & propinare iubetur omnibus b nationibus.

Ieremias Christum præfigurat. Psal.2.a.

a ¶ Regna diaboli. ¶ Ecclesiam. ¶ Bona.

struas, & disperdas, & dissipes, & ædifices & plantes.[1] Et [2] factum est verbum domini ad me, dicens: * Quid tu vi- [3] a ¶ Interrogatione excitat. b ¶ Alij amygdalum. ¶ De qua: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Quid vultis? in virga veniam ad vos: &c. [4] ¶ Peccata scilicet considerat, vt percutiat & corripiat. [5] a des Ieremia, Et dixi: Virgam vigilantem ego video.[6] Et [7] a ¶ Omnia considerans. dixit dominus ad me: bene vidisti: quia vigilabo ego [8] super verbo meo, vt faciam illud.[9] Et factum est verbum [10] domini secundò ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: [11] a ¶ Regem Babylonium, & vrbem Ierusalem significat. [12] c Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie [13]

B

† ORIGENES. Dei verba prius eradicant, destruunt, perdunt, & postea ædificant, plantant. Obseruauimus semper in scripturis, primum, ea quæ videntur tristia nominari, deinde ea, quæ hilariora sunt secundò dici, *Ego occidã & ego viuificabo.* Non dixit prius ego viuificabo & postea occidam. Hæc si intelligerent miserrimi hæretici, numquam ad nos deferrent crebrò ista dicentes: videsne Deum legis & prophetarum, quomodo ferus & inhumanus est?

Marcionitas intelligit.

a *Virgam vigilantem.* HIER. vbi supra. Virgam vigiliarum. LXX. Baculum nuceum propter verbi similitudinem: Vigilia enim & vigil & vigilare, Hebraicè sachad dicitur, & nux seched, vnde in sequentibus, pardus vigilans hoc nomine ponitur. Quod & in Daniele iuxta Theodotionem scriptum est, vt ab arboribus schino & prino: ilice scilicet & lentisco, scissio & serratio adulteris presbyteris decernatur. Et in principio Geneseos. A viro qui dicitur Is, appellatur ista mulier quasi quædam virago. Quidam virgam vigilãtem atque nuceam, dominum intelligunt. De quo Isaias. *Exibit virga de radice Iesse*, vnde, Virga Aaron quæ putabatur emortua, resurrectione domini floruisse narratur.

C Virga vigilans. Infra.5.d. Dan.13.f. Gen.3.d. Isaiæ.11.a.

† THEODORETVS Vigilias appellat, excitationem ad vindictam: longanimitatem vero, somnum. Inquit enim beatus Dauid, *Exurge quare obdormis domine.* Et iterum, *excitatus est tamquam dormiens Dominus:* virga amygdalina indicat obscurè celeritatem vindictæ. Si quidem floret hæc arbor ante reliquas arbores.

Psal.22.b.

MORAL. HIER. vbi supra. Virgã vigi. *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Ad hoc enim corripit dominus, vt emendet: D quomodo nux & amygdalum amarissimum habent corticem, testam durissimam, vt detractis duris & amaris, fructus dulcissimus reperiatur: sic omnis correctio & labor continentiæ amara sunt ad præsens, sed fructum dulcissimum pariunt. Vnde vetus illa sententia est: Litterarum radices amaræ, fructus dulces.

Notent discentes.

b *Et factum est.* Gradatim peccãtes corripiuntur; qui noluerunt percutiente virga corrigi, vel emendari, mittuntur in Ollã succensam, de qua plenius Ezech.

* Infr.24.b. E

† ORIGENES hom. 2. in Psal. 38. Requiramus de ista sententia, quod propterea simul virgam ostendit, & cacabum igne succensum: vt si quidem disciplinas accipias per virgam, & emenderis, cacabo non indigeas succenso; si verò permanes indisciplinatus, & virga non emẽderis, id est, verbo correptionis, vel confutatus vel pœnitens, in cacabum mitteris, & cacabus succendetur.

Ezech.24.a. Iob.40.b. Quale supplicium virga & quale cacabus designent?

† IDEM. hom. 9. in Numeros. Quia sacramentum sacerdotale est virga nucis, arbitror Ieremiam vidisse virgam nuceam, & prophetasse de ea illa quæ scripta sunt vel de virga nucea, vel de lebete, siue de olla succensa: quasi si ostenderet per hæc in virga nucea esse vitam, in lebete succenso esse mortem. Vita enim & mors ponitur ante faciem nostram. Est & vita quidem Christus in sacramento nucis, mors autem diabolus in figura lebetis succensi.

F

† THEOD. Vocat lebetem vrbem Ierusalem: ignem autem regem Babylonium, quem denominat à Babylone, quia Babylon sita est à parte aquilonis ipsius Ierusalem, quam quidem Ierusalem Ezechiel etiam lebetem vocat & incolas eius carnes.

† GREG. lib. 18. moral. c. 11. Olla succensa est cor humanum, sæcularium curarum ardoribus, desideriorumque anxietatibus feruẽs: Qui à facie aquilonis succenditur, id est, diaboli suggestionibus inflammatur; Ipse enim vocari nomine Aquilonis solet, qui dixit, *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.*

Cor curis mundanis feruens. Isa.14.

c *Ollam succensam.* Hinc dominus ad Iob dicit, *De naribus eius procedit fumus, sicut olla succensæ atque feruentis, halitus eius* ☞ pru-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et destruas, *quantum ad occidendos,*

2 Et disperdas, *quantum ad fugientes per diuersas vias.*

3 Et dissipes, *quantum ad morientes in fuga vel captiuitate.*

4 Et ædifices & plantes, *Id est, denunties Iudæos reædificandos, & plantandos in terra sua: Quod impletum fuit tempore Cyri, qui dedit populo licentiam redeundi in terram suam, & readificandi templum; & tempore Artaxerxis, qui dedit licentiam Neemiæ readificandi ciuitatem Ierusalem: vt habetur primo Esd. 5. & Neemiæ 1,*

5 Et factum. *Finito proœmio, hic incipit tractatus. Circa quem sciendum, quod licet principalis materia huius libri sit mysterium ipsius Christi, vt supra dictum est, tamen Ieremias multo diffusius scribit futuram ciuitatis & templi destructionem, propter quod melius potest accipi diuisio libri secundum istam materiam. Et secundum hoc liber iste in duas partes diuiditur, quia primò Ieremias hanc destructionem futuram denuntiat; Secundò, ipsam factam deplorat in Threnis, qui non est liber distinctus ab isto, vt patet per Hieronymum in prologo galeato, qui prologus ponitur in principio libri Regum. Prima in duas, quia primo futuram destructionem denuntiat; Secundo dicta epilogat, ca. 3. Prima adhuc in duas, quia primo prænuntiatur destructio Iudæorum; Secundo aduersariorum suorum cap. 46. Prima adhuc in duas, quia primo denuntiatur dicta destructio prophetice, Secundo historicè capitu. xxxix. Prima adhuc in duas: quia primo ostenditur destructio ciuitatis futura; Secundo subditur huius destructionis causa, ca. se. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur dicta ostensio; Secundo propheta confortatio ibi,* Tu ergo. *Ostensio vero destructionis futura fuit duplici visione. Secunda ponitur ibi,* Et factum est. *Prima ponitur, cum dicitur,*

Diuisio.

6 Quid tu vi. *Non quærit Dominus ex ignorantia, sed vt ex eius responsione conuenientius eum instruat de futura destructione ciuitatis. Ideo consequenter ponitur propheta responsio,*

7 Vir. vi. *Alibi sic exponunt:* Virgam vigiliarum, *id est, vigilantium, scilicet latronum, qui vigilant de nocte quando alij dormiunt, ad faciendum furta, & habent aliquando virgam longam in extremitate vncinum ferreum habentem cum qua extrahunt vestes, vel alias res de domibus per fenestras, & per hoc vt dicunt designabatur futura spoliatio ciuitatis per fenestras, & per hoc vt dicunt designabatur futura spoliatio ciuitatis per Chaldæos. Sed istud dictum processit ex ignorantia Hebraici sermonis, qui sic habet hic:* Baculum amygdalinum ego video. *Et dicit baculum, ad designandum percussionem ciuitatis futuram; Amygdalinum, ad designandum huius percussionis accelerationem, eo quod inter alias arbores amygdalus multum accelerat emittere flores. Et ideo cum subditur.*

Virga vigilans. Amygdalus.

8 Bene vi. quia vi. *In Hebræo habetur.* Quia festinabo ego, &c. *& eadem sententia est in littera nostra, cum dicitur.* Vir. vi. *Et postea:* Vigi. ego. *per vigilantiam enim intelligatur festinatio, eo modo loquendi quo communiter dicitur de homine multum festinante ad aliquid obtinendum quod vigilat super illud: sacra scriptura enim non semper transfertur de verbo ad verbum, sed aliquando accipiendo sensum ex sensu.*

Defendit lectionem vulgatæ.

9 Et fa. est. *Hic ponitur secunda visio, cum dicitur,*

10 Quid tu vi. *Exponitur vt supra.*

11 Ollam suc. ego vi. *non est intelligendum quod viderit imaginaria visione ollam plenam igne ardẽte, vt aliqui imaginantur, sed videbat ollam bullientem, & hoc modo communi verbo dicitur olla succensa, quando fortiter bullit, vnde in Hebræo habetur:* Ollam bullientem ego video.

Olla succensa.

12 Et fa. eius. *id est, ebullitiones eius, quæ apparent in superficie ollæ bullientis. In Hebræo enim facies ponitur in plurali.*

13 A fa. aq. *id est, à parte aquilonis, olla enim posita ad ignem quando* bullit,

MORALITER.

† 1 *Et destruas,* Hæreses.

2 *Et disperdas, &c.* malorum colligationes.

4 *Et ædifices,* Virtutes.

† *Et plan.* In ecclesia bonas personas & sufficientes. Et talis prælatus videt virgam vigilantem, quia considerat finalis iudicij terrorem.

11 *Ollam suc.* Id est, Pœnæ generalis horrorem vt ipse timeat, & † ad

prunas ardere facit, & flamma de ore eius egredietur. HIER. vbi supra. A Quidam hunc locum in bonam partem accipiunt. Quòd hi videlicet qui in olla ærea excocti sunt, & per cruciatus purgati, postea principes sint Ierusalem, & postquam dominus fuerit misertus eorum, exprobret eis, quia se deserto simulacra coluerũt. Sed hæc violenta & praua interpretatio est.

a *Habitatores terræ.* De quibus in Apoc. *Væ super habitatores terræ.* Sancti enim non sunt habitatores terræ, sed aduenæ & peregrini. Vnde vnus eorum dicit, *Aduena* B *ego sum & peregrinus sicut omnes patres mei.* Et alius: *Parui sunt & pessimi dies mei quibus ego peregrinor super terram.* Et Petrus: *Electis aduenis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ & Bithyniæ.*

b *Et lo.* † THEOD. in hunc locum. Quid porrò hac vindicta iustius? Quid hac impietate dementius? Illi enim relicto proprio conditore, figmenta sua Deos cõ- C stituerunt: Hic verò post diuturnam patientiam, sępenumero gratia sua priuauit eos, qua destituti, impuris hominibus seruierunt.

c *Tu ergo accinge, &c.* HIER. lib. 1. in hunc locum. Iob quoque præcipitur, vt accingat lumbos suos. Et Apostolus: *State ergo succincti lumbos vestros in veritate, &c.* vt accinctis lumbis, quos Elias & Ioannes Baptista zonis mortificauere pelliceis, lucernas teneant in manibus suis, Euangelicæ scilicet prædicationis. Quicumque prædicaturus est sermones Dei, debet accingere lumbos suos. Diaboli enim fortitudo in lumbis: Vnde *Lumbi mei* D *impleti sunt illusionibus*: Accinctis lumbis audiat quod scriptum est: *Surge qui dormis: & illuminabit te Christus*, vt semper vigilans & de somno consurgens imperata faciat & dicat.

d *Ciuita.* Non domum vnam, non turrim aut aliqua mœnia sed ciuitatem totã quæ super montem posita latere non potest.

e *Et in co.* IBID. De qua Apostolus: *Columna & firmamentũ veritatis.* Et Petrus & Iacobus & Ioãnes qui *putabantur esse columnæ Ecclesiæ*, & Paulo & E Barnabæ dederunt dextras cõ nonionis.

f *Murum æneum.* † GREG. NAZIANZ. orat. in nonam Domin. Murus æneus, est, ni fallor, anima firma & aurea, recensque ad pietatem compacta.

g *Regib. Iuda.* HIER. lib. 1. in hunc locum. Si quãdo reges Iuda (qui interpretatur confessio) & principes & Sacerdotes eius & populi, episcopi, scilicet & presbyteri & diaconi & vulgus vile atque ignobile, contra sanctum virum consurgere voluerunt, fidei firmitatem habeat nec timeat: in domino speret vt vincat.

h *Et bellabunt, &c.* † THEOD. Hanc pollicitationem fecit etiam ecclesiæ: Nam Petro dixit, *super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Non dixit, non pugnabunt, sed pugnando non præualebunt. Quoniam ex aduerso pugnantes, non sine labore victoriam comparant.

Margin: Apoc. 8. d. — Sancti non sunt habitatores terræ sed aduenæ & peregrini. — Psal. 83. c. — Gen. 47. b. — 1. Pet. 1. a. — Iob. 4. a. — Eph. 6. c. — Lumborum præcinctio. — 4. Reg. 1. b. — Matth. 3. a. — Iob. 40. b. — Psal. 37. b. — Ephes. 5. c. — Matth. 5. b. — 1. Tim. 3. d. — Murus æneus. — Ecclesia oppugnari potest vinci nõ potest.

(a Diaboli. ¶ Hier. De quo Salomon: Aquilo durus est ventus; Nomine autem dexter vocatur ab his scilicet, qui eius frigore calorem fidei perdiderunt. ¶ Alij exardescent mala.)

aquilonis. [14] Et dixit dominus ad me: Ab aquilone pandetur 1

(a ¶ Iudææ vel vniuersæ terræ.)

a omne malum super omnes habitatores terræ. [15] Quia ecce ego †

(a ¶ Regi Babylonio subiectos.)

conuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis ait

(a ¶ Vocati. b ¶ Obsessa ciuitate. c ¶ Thronum, tentorium suum.)

dominus, & venient & ponent vnusquisque solium suum in 2

(a ¶ Ne quis exire possit.)

introitu portarum Ierusalem, & super omnes muros eius in 3

(a ¶ Non tantum Ierusalem. b ¶ Simili obsidione vallatas. c ¶ Cum ciuitas capta fuerit, ostendam iudicia mea fuisse recta, & recepisse singulos quod merebantur.)

b circumitu, & super vniuersas vrbes Iuda. [16] Et loquar iudicia † 4 †

(a ¶ Nullum peccatum impunitum.)

mea cum eis super omnem malitiam eorum qui dereli-

(a ¶ Quasi: non pro ceteris vitiis quibus subiacet humana conditio, sed maximè pro idololatria. b ¶ Dominum Deum suum. c ¶ Quos non coluerunt patres eorum.)

querunt me, & libauerunt diis alienis, & adorauerunt

(a ¶ Quod fecerunt, non à quo facti sunt. ¶ Simulacra Gentium argentum & aurum op. &c.)

c opus manuum suarum. [17] Tu ergo accinge lumbos tuos, & sur- 5

(a ¶ Quasi: Fac quod tuum est, præsto sum facere quod meum est.)

ge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne

(a ¶ Qui correctionem non sustineat. b ¶ Sic. c ¶ Videtur facere timere quos relinquit formidini.)

formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vul- 6

(a ¶ Comes & adiutor, quo duce tutus eris. b ¶ Donec hodie dicitur in præsenti vita. c ¶ Ecclesiam. ¶ Vnde: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et alibi, Ego ciuitas firma quę non oppugnor.)

d tum eorum. [18] Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem muni- 7

(a ¶ Quasi: Nec hoc sufficit. b ¶ Qui nulla rubigine violatur, non cedit imbribus, & vetustate fit fortior.)

e tam & in columnam ferream, & in murum æneum super om- † †

(a ¶ Talis eris regibus Iuda, &c.)

f g nem terram regibus Iuda & Principibus eius & Sacerdotibus

(a ¶ Quia terrena sapiunt, qui imaginem terreni non cælestis portant.)

h & omni populo terræ. [19] Et bellabunt aduersum te, & non præ- †

(a ¶ In quo vinces fortior omnibus. ¶ Ne in tentationibus succumbas.)

ualebunt, quia ego tecum sum, ait dominus vt liberem te. 8

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

bullit, eius ebullitiones incipiant à parte ignis & flectuntur ad partem oppositam, & per hoc significabatur quod Chaldæi ciuitatem incensuri venirent à parte aquilonis, & ideo sequitur exponendo dictam visionem.

1 Ab aquilo. *Et patet littera vsque ibi.*

2 Et po. vnusq. so. suum, *id est, tentorium suum.*

3 In intro. por. *vt nullus possit egredi, vel ingredi, quin capiatur. Vel ad litteram*, solium suum, *quia capta ciuitate sederunt principes in portis, in soliis suis tamquam victores, vt habetur infra. 31.*

4 Et loquar, *reddendo eis pœnam debitam pro peccatis. Sed quæritur hic, quando Chaldæi dicuntur venisse ab Aquilone, cùm Chaldæa sit magis ad orientem respectu Iudææ? Ad quod dicendum, quod Nabuchodonosor tunc erat monarcha, vt patet Dan. 4. Et sic regna Aquilonis erant sibi subiecta, & pro maiori parte collegit inde exercitum ad veniendum contra Ierusalem, vt sic Chaldæam dimitteret munitam bellatoribus in sui absentia contra pericula imminentia; quod autem ponitur duplex visio, ad significandum idem, scilicet ciuitatis destructionem, facit ad iudicium veritatis, vt sermo Dei velociter compleatur, secundùm quod exposuit Ioseph de duplici somnio Pharaonis, famem futuram significante. Gen. 41.*

5 Tu ergo accinge lumbos. *Hic consequenter ponitur propheta confortatio, cum dicitur*, Tu er. ac. *id est, sis promptus, & paratus ad exequendum mandatum meum, abiiciendo à te timorem humanum: propter quod subditur,*

6 Nec enim timere te fa. *id est, permittam, propter quod subditur,*

7 Ego quippe, &c. *q. d. sicut ciuitas munita non potest capi, nec columna ferrea frangi, nec murus æneus penetrari: sic nec poteris à tuis aduersariis superari. Cuius causa subditur,*

8 Quia e. te. *qui sum infinitæ virtutis, & sic possum te in omnibus protegere.*

Margin: Chaldæi à qua cæli plaga venerint contra Ierusalem. — Confortatur Ieremias.

CAP.

MORALITER.

† ad hoc alios inducat, quia maligni spiritus ad contrarium nituntur. Ideò sequitur,

† *Quia ecce ego conu. om. cognationes. &c.* per quas significantur congregationes dæmonum. Quas dicitur hic Deus congregare, in quantum permittit dæmones suos fideles tentare, sicut patet de sancto Iob.

2 *Et ponent, &c. in introit. porta.* per quas significantur Sacerdotes curati, quia ministri sunt sacramentorum, & sic præbent aliis aditum ad ecclesiam Dei.

† *Et super omnes muros eius*, Per quos significantur prælati & prædicatores, qui debent esse muri ad defensionem populi Christiani: propter quod de malis dicitur Ezech. 13. a. *Non apposuistis vos murum pro domo Israel.*

† *Et super vniuersas vrbes Iuda.* Id est, super aliorum fidelium congregationes. Super omnes enim prædictos quærunt dæmones dominari, propter quod doctores & prælati debent ad oppositum coronari: Ideo sequitur,

7 *Ego quippe de. te. ho. in ciuitat. &c.* recipiendo charitatiuè confugientes ad tuum consilium.

† *Et in columnam.* ad supportationem debilium.

† *Et in murum.* Resistendo violentiæ tyrannorum. Et subditur diuinum auxilium, cum dicitur.

† *Et non, &c.*

Margin: Quibus maximè statibus nitantur dæmones dominari.

ADDITIO.

In ca.1. Ieremiæ vbi dicitur in postilla: *Filij Helchiæ* qui fuit etiam propheta.

Nec Ieremiæ nec aliorum prophetarum patres Prophetę fuisse probantur ex eo quod exprimantur in principio alicuius prophetiæ.

Quod sit regula apud Hebræos, Quod quando in principio alicuius prophetiæ exprimitur nomen patris ipsius prophetæ, intelligendum est quod pater fuit propheta; nullum habet fundamentum in sacra scriptura, nec aliquem Hebræorum expositorem me recolo legisse hoc asserentem: licet in quodam Thalmudico libro hoc legatur, quod tamen hoc non est pro regula reputandum, imo secundum Ra. Cimbi & alios authenticos Hebræorum expositores, Helchias hic nominatus, est Helchias ille summus Sacerdos qui inuenit librum legis tempore Iosiæ, vt habetur iiij. Reg. xxij. Qui quidem Helchias non fuit propheta: quod patet ex hoc quod ipse cum aliis de mandato regis iuit ad quærendum verbum domini ab Olda prophetissa, vt patet in cap. supradicto.

REPL. *In cap. I. Ieremiæ vbi postilla. Helchiam patrem Ieremiæ hic nominatum dicit fuisse prophetam iuxta regulam Hebræorum dicentem patres prophetarum nominatos fuisse prophetas, sed Burg. dicit se illam regulam non legisse, nec regulam esse dicit, tamen in Thalmud reperiri, vnde quia Thalmud apud Iudæos pro lege reputatur: lex autem & regula coincidunt, igitur Burg. negans illud dictum fore regulam concedit ipsum esse regulam ex eo: quia dicit ipsum in Thalmud fore contentum. Assumit autem Burg. quod Helchias hic nominatus non fuit propheta, sed fuit ille summus pontifex, de quo iiij. Reg. xxij. b. dicitur. quod inuenit librum legis tempore Iosiæ: & ad hoc allegat Rabi Cimbi & alios. Sed videtur quod Burg. per assumptum illud probat propositum, quia summi pontificis officium fuit prophetare: si enim tempore Christi, quando Sacerdotium & prophetia legis debuit obmutescere, ad pontificis officium pertinebat prophetare, sicut dicitur Ioan. xj. g. de Caipha, cum esset pontifex, prophetauit, multo amplius tempore regum, quando prophetia fuit in maximo vigore, ad pontificis officium pertinebat prophetare: ergo quia secundum Burg. Helchias non fuit propheta, cum hic secundum eumdem fuit pontifex, ergo fuit propheta saltem officio, & si non actu. Et ad hoc tendit argumentum Burg. per quod nititur ostendere ipsum non fuisse prophetam, quia missus est à rege ad Oldam prophetissam ad consulendum. Ad hoc autem communiter dicitur, quod aliqui sunt prophetæ actu, sed non officio, vt Dauid, Iob, & quam plures alij: Quidam autem fuerunt prophetæ vtroque modo, sicut Isaias, Ieremias, &c. Quidam autem officio & non actu, sicut multi summi pontifices, & sic Helchias. Et ad sedandam Burgensis contentionem potest dici, quod non est inconueniens vnum prophetam ad alium accedere, & ab eo inquirere aliquid sibi non reuelatum, & ab eo instrui, vt patet factum in multis locis tempore regum. In primo libro regum dicitur:* Num Saul inter prophetas? *qui tamen consuluit Pithonissam; multo rationabilius Helchias existens propheta, potuit consulere veram prophetissam, quia prophetæ spiritu prophetico non semper tanguntur, nec est in eorum potestate vsus luminis prophetalis, quia donum supernaturale est. Sed quicquid sit de prophetia istius Helchiæ non videtur verisimile hunc summum pontificem fuisse patrem Ieremiæ, quia pater ipsius hic nominatus dicitur fuisse de Sacerdotibus qui sunt in Anatoth, qui secundum beatum Hieronymum fuit viculus ruralis, & inde accidit ei Ieremiæ rusticitas in eloquio, fuit enim Anathotites, vt inquit idem beatus Hieronymus. Nec puto verisimile summum Sacerdotem in tali viculo habitasse, sed in ciuitate regia ad reddendum iura in causis perplexis. Nec videtur honestus modus loquendi litteræ beati Hieronymi de patre Ieremiæ, si fuisset summus pontifex: non enim honestè de summo pontifice dici potest, quod sit vnus de Sacerdotibus, præsidens enim cum simplicibus Sacerdotibus non connumeratur honestè, sicut non decet regem populo connumerari.*

Helchias pater Ieremiæ fuit propheta.

Non tamē summus Pontifex.

CAP. II.

☞ a ADolescentiam. HIER. lib. I. in A hunc locum. Plenius hoc in Ezechiele legitur vbi sibi dominus Ierusalem matrimonio B copulat, & sub persona vxoris, suis iungit amplexibus. Siue vt ardentiorem mõstret affectum, puellam eam, & desponsatam vocat. Quo enim nondum potiti sumus, ardentiùs appeti- C mus.

Ezech. 16.

† THEODORETVS. Adolescentiam vocauit, initium vocationis Iudæorum. Tunc enim ipsi

CAP. II.

1 ET factum est verbum domini ad me dicens, * 2 Vade

a ¶ Altè, apertè, vt nemo excusationem habeat.

¶ Habitatorum scilicet.

& clâma in auribus Ierusalem, dicens: 3 Hæc dicit dominus: 4 Recordatus sum tui

a ¶ Quasi: Hoc totum misericordię meæ est, non meriti tui.

a 5 miserâns adolescentiam tuam, & charitatem

a ¶ Qua instar desponsaliorum, legis tibi ornamenta & verborum distribui monilia.

6 desponsationis tuæ 7 quando sequuta es

ipsi in Ægypto miserè afflicti D ingemebant, ipse verò misertus est, & ministerio Mosis vtens liberauit eos. Istud autem, *dilectionẽ perfectionis* iuxta translatio- E nem 70. ironicè posuit. Non enim vmquam Iudæi perfectionem dilectionis habuerunt erga benefactorem, quod ex hymnorum auctore Dauide dicimus, *Dilexerunt enim eum*, inquit, *in ore suo, & in lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat re-* F *ctum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.*

* infra 5. d.

Numquam Iudæi perfectionē dilectionis habuerũt.

☞ a Omnes

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. II.

1 ET factum est. *Hic consequenter describitur dictæ destructionis causa, scilicet populi Iudaici malitia. Et diuiditur in duas partes: quia primo Ieremias arguit populi malitiam. Secundo ex hoc patitur multiplicem iniuriam, cap. xxj. Prima in duas, quia primo arguitur populi malignitas. Secundo eius irreparabilitas. xiij. cap. Prima adhuc in duas: quia primo Ieremias arguit populi transgressionem. Secundo plangit sibi futuram persecutionem. cap. xj. circa medium ibi:* Tu autem domine demonstrasti mihi, *Sed illud dictum videtur repugnare ei quod dictum est capitulo præcedenti.* Nec enim timere te faciam, *id est, permittam, quia planctus de malo futuro videtur procedere ex timore. Ad quod dicendum quod sicut dicit Philosophus ij. Rhetoricor. Timor est passio de malo futuro, de difficili euitabili, non tamen impossibili: quia si apprehendatur vt impossibile euitari, iam cessat timor, & succedit tristitia: quæ est propriè de malo præsenti, quia iam apprehenditur illud malum vt præsens, propter quod iudicati ad mortem cum illuc ducuntur non timent, sed tristantur, & hoc est peius quam timere. Prouer. xvij. d.* Spiritus tristis exsiccat ossa. *Ieremias autem per diuinam reuelationem erat certus de persecutione sibi futura. Et ideo non erat in eo timor de hoc, sed tristitia. Et sic plangebat, quia apprehendebat illam quasi iam præsentem, propter euasionis impossibilitatem. Planctus enim propriè est de malo præsenti, vel præterito secundum rem, vel secundum rei apprehensionem. Per prædicta patet solutio argumenti. Prima adhuc diuiditur in duas, quia primo arguitur populi multiplex flagitium. Secundo excluditur ab eo remedium, cap. v. Prima adhuc in tres: quia primo arguitur populi malitia; Secundo peccandi inuerecundia, cap. sequenti, Tertio peccantium contumacia, cap. iij. Præsens autem capitulum in duas partes diuiditur, quia primo præmittitur Dei & populi mutua dilectio, secundo ipsius populi deprauatio, vt grauior appareat ex præcedenti bonitate. Secunda ibi:* Audite. *Circa primum sciendum, quod Deus magnam dilectionem ostendit populo Iudaico, quando sic mirabiliter eduxit eum de Aegypto, & sibi specialiter desponsauit per dationem legis, secundum quod dicitur Psal. cxlij. b.* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. *Et è conuerso, populus magnam dilectionem ostendit ad Deum, quando ad mandatum eius exiuit in desertum, vbi victualia non crescebant, nec cibos ad sufficientiam sibi præparare poterant. Et hoc est quod dicitur hic,*

Diuisio.

An timuerit Ieremias?

De quibus sit timor & de quibus tristitia.

Dei & populi Israel mutua dilectio.

2 Vade & clama in aurib. Ierusalem, *Id est, habitatorum eius, ita quod omnes possint audire, tam maiores quam minores.*

3 Hæc dicit dominus, *cuius verbum non potest esse falsum,*

4 Recordatus sum tui, *Scilicet ô Israel,*

5 Mise. ado. tuam, *Id est, tempus tui exitus de Aegypto:*

6 Et charitatem desp. tuæ, *In legis datione,*

7 Quando sequ. es me in de. *ad dictum Moysi serui mei.*

1 In

MORALITER.

De religiosis feruentioribus in ini-

4 *Recordatus sum tui.* Hoc potest moraliter exponi de religiosis generaliter, & de mendicantibus specialiter, quibus ad memoriam reducitur feruor deuotionis suæ in religionis ingressu, vt conuenientius arguatur tepor & remissio in progressu. Et sic dicitur in persona domini: *Recordatus, &c.* In principio professionis.

tio quam in progressu conuersionis.

7 *Quando secuta es me in deserto, &c.* religionis.

† In

a *Omnes qui de.* HIER. Sicut qui primitias deuorant, non de genere sacerdotali, rei sunt sceleris: sic qui contaminant Israel, vnde: *Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas: qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.* Neque enim à supplicio immunes erunt, quia domini sententiam impleuerunt, *Oportet enim vt veniant scandala, sed væ ei per quem scandalum venit.* Primitiæ debentur Sacerdotibus, non hostibus.

Psal.26.a. Luc.17.a. Contra eos qui rapiunt bona ecclesiæ.

† THEODORETVS in hunc locum. Quandoquidem enim non tamquam Deo inseruientes, bellum gerebant, qui pugnabant aduersus Israelem, sed quasi ipso Deo superiores euadere posset, vt accidit Sennacherib: hac de causa etiam illis minatur vindictã.

b *Israel.* HIER. lib. I. in hunc locũ. Vtrumque nomen ponitur, Iacob & Israel, non secundum duas & decẽ tribus, sed iuxta omnem populum: cum ipse Iacob postea dictus sit Israel.

Genes.32.f.

me in deserto, in terrâ quæ non seminatur.[1] Sanctus Israel domino[2] primitiæ frugum eius.[3] Omnes qui deuorant eũ delinquunt:[4] mala veniet super eos, dicit dominus.[5] Audite verbũ domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Israel.[6] Hæc dicit dominus: Quid inuenerũt patres vestri in me iniquitatis,[7] quia elongauerunt à me,[8] & ambulauerũt post vanitatem,[9] & vani facti sunt?[10] Et nõ dixerũt vbi est dominus[11] qui ascendere nos fecit de terra Ægypti,[12] qui traduxit nos per desertum,[13] per terram inhabitabilẽ & inuiam, per terram sitis[14] & imaginẽm mortis,[15] per terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo?[16] Et induxi vos[17] in terrã Carmeli,[18]

Interlinear glosses: Fuit tamen ciborum affluentia. — Populus enim Gentium post primitias Iudæorum congregatur. — Ergo. — Quasi, Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi, Responde mihi, &c. — Id est longo tempore reliquerunt. — Idola, quæ non prosunt cultoribus, sed illis similes sunt, secundum illud: Similes illis fiant qui faciunt ea & omnes qui confidunt in eis. — Quamdiu in hoc sæculo sumus, & de Ægypto educimur, paulatim ascendimus. — Prius. — Quam sanctus habitare non debet. — Difficultatem notat itineris. — In qua semper maiora cupimus, non contenti præsentibus. — Semper enim in periculo sumus, & laqueos vndique tendit diabolus. — Vir qui perfectæ ætatis in Christo, omnes enim surgemus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi domini nostri. — Dei.

c *Quid inuen. patr.* IBID. Offensam dicit Deus à patribus factã, non quod peccata patrum filiis imputentur, sed quia filij habentes similitudinem patrum, & suo & parentum scelere puniuntur. Propter sanctos patres filiorum misereatur Deus.

† THEODORETVS in hunc locum. Summa Dei humanitas ac beneuolentia, qui non vt iudex iudicat, sed quasi reus defensionem proponit, & vult conuinci. Aut quod facere debuerat, & non fecit? Cùmque sit Deus sacrosanctus, iniquis hominibus dicit, quid peccaui? Qua iniuria vos affeci? dicite, redarguite. Quam habentes accusationem patres vestri, me, me benefactorem quidem reliquerunt, idolis autem manifestis seruierunt?

† CHRYS. in Psal. 152. Hoc facit, non volens grauiorem in eos reddere sententiam, sed volens eos adducere, vt peccata sentirent, eaque confiterentur.

d *Neque ha. hom.* HIER. lib. I. in hunc locum: Qui semper ad maiora festinat, non est enim perfectio in via sed in fine, & mansione, quæ sanctis in cælis paratur, quibus dicitur: *Qui statis in domo domini, in atriis domus Dei nostri.* Frustra igitur hæretici suspicantur hic perfectam esse victoriam, vbi pugna est, & non victoria, sed certamen & incertus exitus futurorum.

Vita hæc via est non victoria. Psal.134.a.

e *Et induxi vos.* IBID. q. d. Pro labore durissimi itineris, dedi vobis abundantiam omnium rerum, quod significat Carmelus, qui Hebraicè Chermel, Latinè, scientia circumcisionis. Quomodo autem populus ille terram sanctam & omnium rerum fertilem idololatria polluit & violauit: sic nos verè circumcisionis accipientes scientiam, comedimus fructum eius, & si negligentia surrepserit, contaminamus hereditatem Dei, & hereditatem illius abominabilem facimus.

Abusus bonorum Dei.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In terra quæ non semina. *eò quod est omninò sterilis.*

2 Sanctus Israel do. *quasi dicat tunc populus Israel fuit domino sanctificatus.*

3 Primi. fru. eius. *quasi dicat sicut primitiæ frugum offerabantur domino præ frugibus aliis: sic populus Israel fuit ei applicatus specialiter per susceptionem legis, tunc enim dixerunt,* Omnia quæcumque locutus est dominus faciemus, *Exod. xxiiij. a.*

Israel specialiter Deo applicatus.

4 Omnes qui deuorant eum, delin. *Sicut enim primitiæ non comedebantur licitè, nisi à Sacerdotibus, & eorum familiis: sic populi terrarum vastantes populum Iudaicum peccauerunt; quia licet hæc punitio procederet à diuina iustitia, tamen aduersarij Iudæorum exequebantur voluntate mala. Ideò subditur,*

5 Mala venient super eos, dicit dominus, &c. *sicut declaratum est multipliciter in Isaia, & adhuc declarabitur infra.*

6 Audite verbum domini. *hic consequenter describitur populi deprauatio. Et diuiditur in duas, quia primo describitur eius malitia, Secundo remouetur falsa fiducia, ibi.* Si lauetis te. *Prima adhuc in tres, secundùm quod malitia populi ex tribus ostenditur, Primo, ex eius ingratitudine, Secundo ex Gentilium comparatione, ibi,* Propterea, *Tertio ex flagellorum multitudine, ibi,* Numquid seruus, &c. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

7 Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis. *q. d. nihil, quia non habet locum in Deo.*

8 Quia elon. à me. *q. d. non fuit defectus ex parte mea, sed sua.*

9 Et ambulauerunt post va. *Id est idola, quæ nullam habent virtutem, aut bonitatem.*

10 Et vani fa. sunt. *Id est, bonitate vacui, sicut & idola: propter quod dicitur, Psalm. cxiij. c.* Similes illis fi. qui fa. ea, &c. *Quod enim declinauerũt ad idololatriam, patet Exod. xxxij. in adoratione vituli, & postea in libris Iudicum, Regum, & Paralipo.*

11 Et non dixerunt, *Id est, facto non ostenderunt,*

12 Vbi est domi. &c. *quia non ostenderunt se gratos de hoc beneficio.*

13 Qui tradu. nos per deser. *qui erat locus inhabitabilis & inuius.*

14 Per terram sitis, *quia carebat fontibus & fluminibus:*

15 Et imaginem mortis, *propter serpentes, & animalia venenosa ibi existentia, Deut. viij.*

Populus Israel in deserto.

16 Per ter. in qua non ambula. vir. *scilicet antea: & si aliqui ambulauerunt fuerunt ita pauci, quod quasi nihil sunt reputandi; & tamen in tota ista via Deus prouidit bonis de victu, & vestitu, ita quod nihil eis defuit, secundum quod dicitur Deut. ij. b.* Dominus nouit iter tuum quomodo transieris solitudinem hanc magnam per xl. annos habitans tecum, & nihil tibi defuit. *Et in hoc maior Dei dilectio apparuit, quod tanto tempore prouidit eis, & ita bene.*

17 Et induxi vos, *Mutatur modus loquendi de tertia persona ad primam.*

18 In terram Carmeli, *Id est, terram Israelis; exprimitur tamen specialiter Carmelus, eo quod est locus fertilis & amœnus; iste tamen* Car-

Duo Carmeli.

MORALITER.

† 1 *In terra quæ non semi.* Quod de religiosis mendicantibus propriè dicitur. Et consequenter arguitur laxatio, cùm dicitur,

7 *Quid inuenerunt, &c.* Et nõ loquitur de primis patribus, qui fuerunt valdè feruentes, sed de sequentibus, qui cœperunt paulatim declinare à prima perfectione.

De malis religiosis.

9 *Et ambulauerunt post vanitatem,* per sæcularium imitationem.

10 *Et vani facti sunt,* Id est, superbi, & cupidi, ita quòd multi religiosi solo habitu à sæcularibus distinguuntur, & aliqui peiores efficiuntur.

11 *Et non dixerunt, vbi est dominus, &c.* id est, non recognouerunt beneficium diuinæ vocationis ad statum religionis.

13 *Qui traduxit nos per desertum,* prouidendo sufficienter de necessariis.

† *Per terram inhabitabilem & inui, &c.* hominibus carnalibus & vanis.

14 *Per terram sitis,* id est, desiderij patriæ cælestis.

15 *Et imaginem mortis, &c.* scilicet peccato, propter quod religiosi dicuntur mortui mundo.

& erga Dei beneficia ingrati.

16 *In qua non ambulauit vir,* id est, superbus innitens suis viribus.

† *Neque habitauit homo,* carnalibus intentus.

17 *Et indu. vos.* ego dominus.

18 *In te. Car.* vt comederetis degustando bona spiritualia per studium sacræ scripturæ & orationis deuotæ.

† Et

vt comederetis fructum eius & bona illius. Et ingressi contaminastis terram meam, & hereditatem meam posuistis in a abominationem. [8] Sacerdotes non dixerunt, vbi est dominus: & tenẽtes legẽ nescierunt me; & pastores præuaricati sunt in me, & prophetæ prophetauerunt in Baal: & idola secuti sunt.

¶ Idolalatria.

a ¶ Ne videatur opprimere per potentiam: quasi cum patribus ratione contendit: vnde vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris. b ¶ Sæpe hoc fecisse significat.

b [9] Propterea adhuc iudicio contendam vobiscũ, ait dominus,

a ¶ Qui similiter pertinaces in malo: occultè, signat quod antiquam in Deum negationem etiam filij eorum in aduentu domini sunt secuti.

b ¶ Rem comparat incomparabilem, & verum Deum confert mendacibus.

c & cum filiis vestris disceptabo. [10] Transite ad insulas Cethim,

a ¶ Hæc est regio solitudinis Ismaelitarum, quos nunc Saracenos vocant, contra quam in partibus extremis Ieremias vaticinatur, de qua dicit Dauid: Habitaui cum habitantibus Cedar.

d & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer, &

a ¶ Ligneos vel lapideos, aureos, quasi: errorem antiquum à maioribus acceptum tenuit, cum nullus eorum Deus sit, sed simulacra manu facta.

videte si factum est huiuscemodi, [11] si mutauit Gens deos

a ¶ Veritatem in mendacium.

e suos. Et certè ipsi non sunt dij. Populus verò meus mutauit

A ☞ † THEODORETVS. Deinceps diuisim in singulos ordines accusationem depromit.

a *Sacerdotes non dix. vbi est do.* GREG. in pastor. 1. part. c. 2. Nesciri se à sacerdotibus queritur veritas, & nescire se principatum nescientium protestatur. Vnde, *Recedite à me serui iniquitatis, nescio qui estis.* (Luc. 13. f.) Quia iniqui, dum ea, quæ sunt domini, nesciunt à domino nesciuntur: Vnde, *Si quis ignorat ignorabitur.* (Contra magistros qui Deum & diuina nesciunt. 1. Cor. 14. g.) Quæ pastorum imperitia sæpe meritis subiectorũ congruit, qui quamuis lumen scientiæ sua culpa exigente non habeant, districto tamen iudicio agitur, vt per eorũ ignorantiam, & qui sequuntur offendant; vnde, *Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt.* (Matth. 15. b.) Quasi dicat, post multa beneficia, dignitatis priuilegia verterunt in contemptum, vt sacerdotes dominum non quærerent, doctores legis ignorarent eum, qui alios docere deberent, & pastores per negligentiam præuaricatores fierent, Et prophetæ qui in populis disputant, non in Deo loquantur, sed in idolo, vt sua figmenta venerentur. His verbis vtendum est aduersus magistros nostri ordinis, qui deuorant populum Dei velut cibum panis, & per mala opera non inuocant nomen domini.

b *Adhuc iudicio contendam.* † THEODORETVS in hunc locum. Perseuerat in modestia, non enim dixit, iudicabo vos posterosque vestros, sed iudicio contendam vobiscum. quasi diceret; iudicium inibo, & conuincam transgressores: vt autem demonstret transgressionis grauitatem, hortatur, vt exposcant viuendi rationem gentium, tum orientalium, tum occidentalium.

c *Cethim.* HIER. Cethim, vel Italiæ scilicet, vel occidentalium partium, quia Iudææ Cyprus insula, in qua vrbs huius nominis, vicina est, de qua Zeno princeps Stoicorum. (Cethim.)

† THEOD. in hunc locũ. Cethim vocat Cyprum, adiacentesque ei insulas; Cedar verò eos qui versus orientem solem, incolunt desertum. D

† CHRYS. orat. 1. aduersus Iudæos. Quod dicit Ieremias huiusmodi est. Illi cum venerentur simulacra, colantque dæmones & adorent, tam constant in errore, vt ne velint quidem illa relinquere, & ad veritatem conuerti: vos autem, qui [1] verum adoratis Deũ, † relicta maiorum reli- † gione vltro ad aliena [2] defecistis; neque tan- [3] tum religiosæ mentis [4] præstatis in veritate, [5] quantum illi præstant [6] in suo errore, Hunc [7] sermonem nostris ac- † commodemus. Abite [8] in synagogas, & videte num Iudæi mutaturi [9] sint suum ieiuniũ; num illi sub Pascha nobiscum celebrarint [10] ieiunium; num hunc [11] diem vmquam præ- [12] termiserint. Atqui [13] hoc non est ieiunium, [14] sed legis transgressio, [15] sed error & peccatũ. Attamen illi nũquam mutarunt. (Alij sunt pertinaciores in retinenda falsitate quam alij constãtes in custodienda veritate.) E Quando Paschale ieiunium celebrarunt illi? Quando martyrum festos dies nobiscum egerunt? Quando diem epiphaniorum nobiscum celebrarunt? Illi non accurrunt ad veritatem, & vos ad iniquitatem properatis. F

† IDEM hom. 28. ad pop. Antio. *Transite, &c.* Simile quid vobis dico. Cogitate Gentilium Philosophos, & nunc scietis quanto digni sumus supplicio: despicientes diuinas leges, cum illi quidem pro humana honestate infinitè laborauerint, vos verò neque pro cælesti regno perseuerantiam exhibeatis.

d *Et considerate.* HIER. lib. 1. in hunc locum. Possumus contra eos hoc dicere, qui maiori studio sequuntur vitia, quàm virtutes, quibus dicitur: *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ; sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, &c.* (Rom. 6. d.)

e *Populus meus.* Velut anthropophormitæ, qui occasione huius testimonij: *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem*, immensam & simplicem diuinitatis substantiam lineamentis nostris, & humana figuratione compositam pertinaciter contendunt. (Anthropophormitarum hæresis. Gen. 1. c.) ☞ a Ob-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *Carmelus est alius ab illo Carmelo, qui est in sorte Ephraim, qui est magis sterilis, sicut dictum fuit Isa. 29.* Libanus conuertetur in Chermel & Chermel in saltum reputabitur.

1 Et ingressi contaminastis, *multis idololatriis.*

2 Sacerdotes non dixerunt, vbi est dominus, &c. *Eum deuotè requirendo.*

3 Et tenentes legem, *Quæ dat mei cognitionem,*

4 Nescierunt me, *Recognoscendo me dominum per debitam seruitutem.*

5 Et pastores, *id est, reges & principes,*

6 Præuaricati sunt in me, *cultum mihi debitum idolis exhibentes.*

7 Et prophetæ prophetauerunt in Baal, *Loquitur de falsis prophetis, quos reges & principes fouebant contra veros domini prophetas, vt patet 3. Regum, tempore Achab. & 4. Regum tempore Manasse, & plurium aliorum, vt patet infra 20. ca.* (Pseudoprophetæ.)

8 Propterea adhuc iudicio contendam. *Hic consequenter arguitur malitia populi Iudæorum in comparatione aliarum Gentium, cum dicitur in persona domini,* Propterea adhuc iudicio contendam. *q. d. nolo vos & filios vestros per violentiam deprimere, sed per viam iustitiæ: quia peiores estis Gentibus aliis, ideo subditur,*

9 Transite ad insulas Cethim, *id est, ad insulas maris mediterranei in quibus habitant Barbari.* (Insulæ Cethim.)

10 Et in Cedar mitti. *Id est, ad Agarenos, qui descenderunt ab Agar ancilla Abrahæ per Ismaelem & Cedar filium Ismaelis.*

11 Et considerate vehe. *Id est toto mentis conatu,*

12 Si mutauit Gens. *scilicet, alia quæcumque à vobis,*

13 Deos suos, *Quasi dicat, non; sed qualibet Gens alia, illud quod primo coluit tamquam Deum, tenuit eius cultum, quamuis sint dij falsi.*

14 Populus verò meus, *Id est, populus Israel à me specialiter electus,*

15 Mutauit gloriam suam, *Id est, Deum suum, in quo debebat gloriari.*

MORALITER.

† 1 *Et in. cont. terr. meam,* peccatis vestris,

† *Et he. meam,* id est religionem.

† *In abomina.* angelis & hominibus propter vestram malam conuersionem.

2 *Sacerdotes non dixe. vbi est domi.* id est, simplices religiosi, qui circa diuinum officium debent esse intenti, non dixerunt illud attentè nec deuotè.

3 *Et tenentes legem.* id est, lectores & studentes qui tenent scripturam legendo, sed non operando,

4 *Nescierunt me,* practicè per imitationem.

5 *Et pastores præuaricati sunt,* magis quærẽtes præesse quã prodesse.

7 *Et propheta,* id est, prædicatores,

† *Prophetauerunt in Baal,* Qui interpretatur *deuorator,* sub prætextu prædicationum quærentes deuorare domus viduarum.

8 *Propterea adhuc iudic. conten.* Hic arguitur prædicatorum malitia, cùm subditur,

12 *Si mutauit Gens Deos suos,* quasi dicat, Non. Dij militum, sunt excellentiæ: Dij mercatorum, sunt diuitiæ: Dij carnalium sunt delitiæ, & seruiunt eis immobiliter. Sed religiosi, qui elegerunt Christo seruire, ipsum relinquentes, quærunt excellentias cum militibus, & pecunias cum mercatoribus, & delitias cum carnalibus. Et quoniam hoc est mirabile, subditur, (Spiritualis peruersitas ad mundialia.)

S Pro- ☞ 1 In 7 Et † 1 Ob-

a *Obstupescite cæli.* HIERONYMVS lib. I. in hunc locum. LXX. Obstupuit cælum, scilicet, de quo dicitur: *Attende cælum & loquar; & audi cælum & auribus percipe terra.* Videns præcepta Dei conculcata inhorrescit, & stuporem dissimulare non potest, omnis creatura contremiscit, & condolet super peccatis hominum. Aquila & Symmachus: cælos LXX. & Theodotion. cælũ, interpretati sunt. Sed שמים Samaijn Hebræum communis numeri est, & tam cæli quam cælum eodem dicuntur nomine, vt Thebæ, Athenæ.

Deut. 32. a. Exod. 10. a.

B b *Me dereliq.* IBID. Qui præceptum dedi dicens: *Ego sum dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti.* Et secundum quod in eodem loco scriptum est, *Non sint tibi dij alieni in conspectu meo*: pro quo secutus est dæmones.

† TERTVLLIANVS lib. aduersus Iudæos. Indubitatè non recipiendo Christũ fontem aquæ viuæ, lacus contribulatos cœperunt habere Iudæi, id est, synagogas in dispersiones gentium, in quibus iam spiritus sanctus non immoratur, vt in præteritum in templo commorabatur ante aduentum Christi.

C c *Fontem aquæ viuæ.* HIER. vbi supra. Fons perpetuus est & vitales habet aquas. Cisternæ & lacus de torrentibus & aquis turbidis complentur in pluuiis.

† THEODORETVS in hunc locum. Cisternas dissipatas nuncupauit ipsa idola. Siquidem cisterna manu fit, quæ scaturientem aquam non habet, sed à nubibus partã & vndecumque collectam suscipit. Quod si etiam dissipata & præterfluens fuerit, confestim aquam è cælo collectam perdit. Huiusmodi est idolorum natura. Suam enim ex materia & artificio substantiam emendicat, & quam ex his comparauit pulchritudinem, tempus delet.

Idola cisternis pertusis comparantur.

D d *Numquid seruus.* HIER. in hunc locum lib. I. Ex hoc loco Iudæi in superbiam elati dixerunt: *Semen Abrahæ sumus & nemini seruiuimus vmquam: quomodo ergo tu dicis, liberi eritis?* Nescientes quod omnis qui facit peccatum seruus est peccati: & seruiet ei à quo vincitur. Nati de amico Dei Abraham vitio suo quasi filij Cham facti sunt, cui dictum est: *Maledictus Chanaan seruus erit fratribus suis.*

Ioan. 8. d. Peccati seruitus. Genes. 9. d.

e *Leones.* Secundum anagogen, leones, intelligimus aduersas potestates vel hæreticorum principes, qui terram ecclesiæ desolantes omnes vrbes illius hæreticorum incendio vastauerunt illo igne de quo dicitur: *Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum.*

Hosee 7. a.

f *Vsque ad ver.* IBID. Secundum illud: *A plãta pedis vsque ad verticẽm capitis non est in eo sanitas.* Tanta fuit libido Ægyptiorum, qui sunt magnarum carnium, vt nulli parcerent membro. Iuxta litteram hæc ad idola Ægyptiorum referuntur. Spiritualiter ad magistros peruersi dogmatis, qui puritatem ecclesiæ sua polluunt turpitudine.

Esai. 1. b.

E F

GREGOR. lib. 25. moral. cap. 15. *Vsque ad verticem.* Tropologicè. Constuprari, est post malæ operationis vsum etiã in ipsa fidei sublimitate corrumpi. Cum enim nequissimi spiritus vniuscuiusque animum impiis operibus inuoluunt, sed integritatem fidei vitiare non possunt, quasi adhuc inferiora membra polluunt: Qui autem in fide corrumpitur, iam vsque ad verticem constupratur; Malignus enim spiritus quasi ab inferioribus membris vsque ad summa pertingit, cum actiuam vitam polluens, castam celsitudinem fidei diffidentiæ morbo corrumpit.

Corrupti mores ducunt ad fidei amissionem.

---

a ¶ Mihi scilicet idolum prætulit.

a gloriam suam in idolum. [12] Obstupescite cæli super hoc, [1]

a ¶ De quibus dicitur, Leuate portæ capita vestra & introibit rex gloriæ.

portæ eius desolamini vehementer dicit dominus. [13] Duo [2] [3]

¶ Hæc scilicet.

b enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fon- [4]

c a ¶ Dæmones. b ¶ Quia mandata Dei non seruant.

tem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ [5]

d continere non valent aquas. [14] Numquid seruus est Israel, [6] [7]

a ¶ Interrogat vt respondeat.

aut vernaculus? Quare ergo factus est in prædam? [15] Su- [8] [9]

a ¶ Principes Babylonis. b ¶ Clamant enim, & congregant, quæ non pepererunt: faciunt diuitias, non cum iudicio.

e per eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam: po- [10]

suerunt terram eius in solitudinem. Ciuitates eius exustæ [11]

a ¶ Non habent habitatorem Deum. b ¶ Duas maximas ciuitates Ægypti posuit.

sunt, & non est qui habitet in eis. [16] Filij quoque Mempheos [12] [13]

f & Thamneos constuprauerũt te vsque ad verticem. [17] Num- [14]

quid non istud factum est tibi, quia dereliquisti dominum [15] [16]

a ¶ Quo scilicet sequi debuisti.

Deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam? [18] Et nunc [17]

NICOLAVS DE LIRA.

1 In idol. *Sicut patet Exo. xxxij. vbi tamquam Deum coluit idolum vituli: propter quod dicitur Psal. 105. c.* Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli, &c. *Postea vero multis idolis & variis seruierunt, vt patet in libris Iudicum, Regum, & Paralipo. Et quia istud erat valde inhonorabile, ideo subditur,*

2 Obstupe. cæ. *Id est, angeli superiores & portæ cæli, id est, angeli inferiores. Sciendum tamen, quod in Hebræo sic habetur.* Obstupescite cæli super hoc, turbetis ac dissipetis. *Et secũdum Hebræos loquitur de cælo aereo, quod dicitur hic cæli in plurali propter diuersas eius partes; vel accipiendo plurale pro singulari: sicut Exod. xxxij. b. dicitur:* Isti sunt dij tui Israel. *Et tamen erat ibi tantum vnicum idolum. Dicitur autem cælum aereum metaphoricè obstupescere, quando notabiliter immutatur sicut homo stupidus in facie mutatur, & in modo se habendi, in tempestate & dissipatione quando fiunt ibi tonitrua, procella, & fulgura quæ sunt iræ diuinæ signa. Et per hoc, vt dicit Rab. Salom. intelligitur destructio ciuitatis & templi futura per Nabuchodonosor, quæ fuit magna tempestas Iudæis, sicut in communi modo loquendi dicitur aliqua Gens vel ciuitas tempestari quando magnum infortunium accidit ei; & huius tempestatis subditur causa, cum dicitur,*

Quid designetur per stuporem cæli.

3 Duo enim mala fecit populus meus, *Et quæ sint illa subditur,*

4 Me dereliq. fon. aq. vi. *Sic nominatur Deus eo quod est vita per essentiam, dans omnibus aliis vitam & inspirationem:*

5 Et fod. sibi, *Id est, cum diligentia & labore quæsierunt,*

6 Cisternas dis. *Id est, idola, nullã vita virtutem in se, nec in aliis habentia.*

7 Numquid. *Hic ostenditur malitia populi ex flagellorum multiplicatione, cum dicitur,* Numquid seruus, *Scilicet, emptitius est Israel?* aut vernaculus? *Id est, seruus natus in domo, vt sic debeat flagellari? q. d. non est ista causa: & ideo inquiritur de eo cum dicitur,*

Seruus. Vernaculus.

8 Quare ergo fa. est in præd. *aliis Gentibus?*

9 Super eum ru. leo. *Id est, Assyriorum & Aegyptiorum reges, crudeliter ipsum inuadentes; ideo subditur,*

10 Posuerunt terram, *& patet littera vsque ibi.*

11 Filij quoque Memphe. & Tham. *Id est, Aegyptij, sic nominati, quia Memphis & Thamnis erant ciuitates nobiles in Aegypto.*

12 Constuprauerunt te, *Id est, dissipauerunt te. In Hebræo habetur:* Confregerunt te vsque ad verticem; *Istud fuit impletum, quando Aegyptij interfecerunt Iosiam regem, qui erat caput in Iuda. Et subditur dictorum malorum vera causa, cum dicitur,*

13 Numquid non est istud factum tibi, *Quasi diceret, sic.*

14 Quia dereliquisti dominum, *Per idololatriam,*

15 Eo tempore, *id est, ab illo tempore,*

16 Quo ducebat te per viam, *Scilicet per columnam ignis & nubis præcedendo, vt habetur, Exod. 13. d. Et hoc fuit, quando populus fecit sibi vitulum conflatilem & adorauit vt Deum Exod. 32. d. & postea tempore Iudicum, quando non habebant regem nisi Deum, vt habetur 1. Regum.*

17 Et nunc quid tibi vis, &c. Aquam turbidam? *Id est Nili vt habetur in Hebræo, qui Nilus diuiditur per multos riuos ad irrigandum terram Aegypti: & sic ex commixtione terræ fit eius aqua turbida, & per*

Nili aqua turbida.

MORALITER.

† 2 *Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer dicit dominus. Duo enim mala fecit populus, &c. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ,* Fugientes orationis studium, & sacræ scripturæ exercitium.

5 *Et foderunt sibi cisternas dissipatas quæ, &c.* Immiscentes se sæcularibus negotiis, & Gentilium doctrinis.

11 *Filij quoque Mempheos & Thamneos.* Ciuitates sunt Ægypti, in qua primo fuerunt Philosophi, vt habetur 1. Metaphysi. ideo per istos filios intelliguntur Philosophi, & eorum doctrina, qua multi abutuntur in Theologia: & plus videntur reuereri dicta Philosophorum quàm sanctorum: ideo subditur,

Contra eos qui nimiũ admirantur philosophos.

12 *Constuprauerunt te vsque ad verticem.* Propter quod subditur,

13 *Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam?* id est, doctrinam erroribus plenam.

† Si

a *Vt bibas aquam turbidam*: HIER. lib. 1. in hunc locum. MORAL. Qui fontem aquæ viuæ Christum reliquerunt, & hæreticorum lacus sibi foderunt, qui doctrinarū aquas continere non possunt, necesse est, vt leonibus subiiciantur, qui redigant eorum terram in solitudinem, & vniuersas ecclesias destruant, & vsque ad verticem polluant; & bibant aquas turbidas, & Assyrij fluminis, & Aquilonis, vnde exardescunt mala super terram.

b *Et quid tibi cum via Assyriorum, &c.*

† THEOD. in hunc locum. Quādo bello petebātur à Syris, vocabant Assyrios in auxilium suum: cum verò Assyrij in eos bellum gesserunt, tunc confugiebant ad Ægyptios.

c *Arguet te malitia tua.* Hieronymus. Nota quod malitia & præuaricatio postquam præuaricantem satiauerunt, & instar coturnicum vsque ad nauseam deuenerūt, erudiant agentē pœnitentiam, cui imperatur, videat quid reliquerit, quid secutus sit, quomodo spernens bona & dulcia, mala elegerit & amara: hoc autem totum factum est, quia dereliquit dominum Deum suum.

† THEODORETVS in hunc locum. Non me, inquit vocasti in auxilium sed illos: propterea tradidi te illis. Tale quippiam accidit his qui saluatorem crucifixerunt. Negantes enim illum, dixerunt se non habere regem nisi Cæsarem, Hac de causa Cæsari tradidit illos.

d *A sæc. conf.* HIERON. vbi supra. Potest hoc ad eum dici qui ab initio Christianus & sacris litteris ex parte deditus, postea desiderio sæcularis litteraturæ (quæ significatur in collibus) & amœnæ eloquentiæ (quæ in frondosis arboribus monstratur) prosternit se dæmonibus, qui sub occasione eruditionis, & sublimis scientiæ, polluunt animas credentium, & faciunt diuaricare pedes suos omni transeunti.

e *Vineam e.* IBID. In Hebræo, *soreth*, quod genus est vitis optimæ, de cuius surculo plantauit Israel, & miratur quomodo semen verum, & electa vinea in amaritudinem versa facta sit aliena.

f *Quomodo ergo conuer. es.* IBID. Nullus securus sit si plantatio domini, & semen verum, & vinea soreth, in tantum vitio suo commutatur, vt per amaritudinem à Deo recedat & fiat vitis aliena. Et notanda creatoris clementia qui est vitis vera: Ipse enim discipulis suis, & credenti in se populo dedit, vt sint vitis vera, vitis electa, si permanserit in eo quod plantata est.

† THEODORETVS in hunc locum. Ad eumdem modū magnus ille Moses ait. *De vinea Sodomorum, vinea eorum: & palmes eorum de Gomorrha: vua eorum vua fellis, & botrus eorum amarissimus.* Vnde etiam fel dominō obtulerunt. At quoniam diuinam plantationem contumelis affecerūt, suntque in amaritudinem conuersi, & pro vua germinauerunt spinas; Christus, qui secundum carnem ex ipsis natus est, seipsum veram vitem appellat, *Ego sum vitis vera*, eos autem qui crediderunt in eum, nominat *palmites*. (Isa. 5. a.)

† ORIGENES hom. 13. in Ieremiam. Quod dicit, tale est: Ego feci pedes, quib. ingrederetur mortale genus: quā causa factum est, vt claudicarent plurimi? Ego feci omnia membra valida, atque integra: quomodo video in multis debilia, atque inutilia? Itaque non solum primi hominis anima, sed & vniuersorum ad imaginem & similitudinem Dei facta est: & antiquior est hæc imago, quæ Dei est, imagine Zabuli, quam postea induimus ob peccatum. Vnde debemus valde laborare, vt quomodo delinquentes portauimus imaginem terrestris, ita ad pœnitentiam conuersi portemus imaginem cælestis ad quam vniuersa primum condita creatura est, ob cuius in malum conuersionem, nunc peccantes sermo corripiens ait, *Quomodo conuersa es in amaritudinem, &c.*

g *Borith.* HIER. vbi supra. Ipsum Hebræum. LXX. verò herbam fullonum, quæ in Palestina in humidis & virentibus nascitur locis, & ad lauandas sordes eamdem vim habet, quam & nitrum.

HIERONYMVS Allegori. Nitrum nostrum, & herba fullonis, pœnitentia est. Ecclesiasticus quoque sermo, qui arguit, & increpat, & corrigit delinquentem, mordacioris nitri habet similitudinem. Qui verò leui peccatorum sorde maculatus est, leuioribus purgatur. Porrò, grauia peccata quæ ad mortem trahunt, nec nitro nec herba Borith dilui possunt, sed grauioribus tormentis indigent, *vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit*.

(Marginalia: Doctrina hæretica. — Supra. 1. c. — De eis qui se sæculari doctrinæ totos deuouent. — Imago Dei & imago diaboli. — Pœnitentia grauis vel leuis. — Borith.)

a quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquām turbidam? Et b quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquām fluminis? [19] Arc guet te malitia tua, & auersio tua, increpabit te. Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te dominum Deum tuum: & non esse timorem eius apud te, dicit dominus Deus exercituum. [20] A sæculō d confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: Nō seruiam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. e [21] Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum. f Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? g [22] Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbā borith, maculata es inquitate tua coram me dicit dominus Deus.

(Interlinear glosses: Hebraice, Seor, communis editio habet, geon. — Nilum, scilicet, cuius aqua turbida. — Euphratis, scilicet qui est Assyriorum flumen. — Alij, Erudiet te præuaricatio tua. — Qui principium sapientiæ. — Qui timendus. — Quasi, Ad meretricem loquatur. — Coniugij. — Alias, tua. — Domino, vel marito. — Amœna & excelsa semper idolis dedicantur. — Idololatriæ. — Quasi. — LXX. In amaritudinem vitis alienæ. — Quamuis munda in conspectu hominum. — Qui noui cogitationes hominum. vnde, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.)

a Quo-

NICOLAVS DE LIRA.

per bibitionem illius aquæ intelligitur petitio subsidij ab illa gente.

1 Et quid tibi cum via Assyriorum vt bibas aquam fluminis, *scilicet Euphratis, per terram illam currentis. Terra enim Israel erat sita inter Syriam & Aegyptum, quia ab aquilone habet Syriam, à meridie Aegyptum: & quando infectabantur filij Israel ab vna parte, quærebant auxilium ab altera, & nihil eis valebat; ideo subditur,*

2 Arguet te malitia tua, *Desperantes enim de diuino auxilio, recurrebant ad humanum: & ideo iusto Dei iudicio deficiebant cadentes in manibus aduersariorum: ideò subditur,*

3 Scito & vide, *pœna intellectum dante.*

4 Quia malum, *Ex priuatione boni prius habiti,*

5 Et amarum, *Ex incursione mali prius inexperti,*

6 Reliquisse te dominum, *Per idololatriæ cultum.*

7 A sæculo, *Id est, à principio legis datæ.*

8 Confregisti iugum meum, *Faciendo & adorando conflatilem vitulum, Exod. xxxij.*

9 Rupisti vincula mea, *Id est præcepta,*

10 Et dixisti, *Facto,*

11 Non seruiam, *Quia seruisti idolis, & nemo potest duobus dominis seruire, Matth. vj. c. v.*

12 In omni enim colle sublimi & sub omni lig. *In collibus enim colebant idola propter eminētiam loci & amœnitatem, ibidē in veneratione idolorum, exercentes in condensis luxuriam in venerationem Veneris & Priapi.*

13 Ego autem plantaui te vineam electam, *In sacris patribus primis Abraham, Isaac, & Iacob.*

14 Quomodo ergo cōuersa es mihi in p. *Quasi diceret ex malitia tua.*

15 Si laueris te nitro. *Hic consequenter remouetur falsa fiducia in duobus, quæ excluduntur, secundum ibi:* Quid niteris. *Prima in duas. Quia primò fit ista remotio; secundò pœna comminatio, ibi:* Prohibe. *Primum in quo confidebant, erant sacrificia, quæ in templo offerebantur pro peccatorum expiatione: quæ tamen non valebant absque debita pœnitentia: ideò subditur,* Si laueris te nitro. *Species est terræ qua vtuntur purgatores vestium: Et dicitur à niteo nites, quia facit vestes nitidas.*

16 Et multiplicaueris tibi herbam borith. *Quæ similiter habet vim purgatiuam. In Hebræo non habetur herbam, sed tantum borith, quod secundum Hebræos significat saponem, qui habet vim purgatiuam: Et per ista intelligitur multiplicatio sacrificiorum veteris legis ad expiandum peccata, quæ non valent ad hoc sine debita pœnitentia.*

(Marginalia: Iudæa sita inter Syriā & Ægyptū. — Sacra idololatrica. — Duo in quibus inutiliter confidebant Iudæi. — Nitrum. — Borith.)

1 Quo-

MORALITER.

†15 *Si laueris te.* Hic aufertur falsa confidentia prædicatorum, quæ consistit in * frequenti confessione & celebratione, quæ parum aut nihil valet, sine emendatione: ideo dicitur, *Si laueris te nitro, &c.* Sed quoniam aliqui malum suum falsò volunt excusare, Sequitur,

a *Quomodo dicis.* HIER. lib. 1. in hunc locum. Iuxta tropologiam: A Impudentiam frontis eorum arguit, qui nolunt vitia sua confiteri; operibus ipsis patet, quia nō ambulant in arcta & angusta via, quæ ducit ad vitam: sed in lata & spatiosa, quam ingrediuntur plurimi, quæ ducit ad mortem, quæ signanter, πολυάνδριον nominata est. Vel iuxta historiam, quia idololatriæ malo ibi perdita est, & interfecta populi multitudo.

Matth. 7. b.

b *Vide vias tuas.* IBID. id est, respice conuallem filiorum Ennon, quæ Siloe fontibus irrigatur, ibi cernes delubrum Baal, quem B relicto Deo coluisti.

c *Prohibe ped. tuum.* IBID. Pascha facturi calciamenta iubētur habere in pedibus; Et Apostolus prædicat pedes eorum calciatos, qui ad Euangelium præparātur. Ne dum per sæculi huius solitudinem ingrediūtur, venenatis pateant animantibus, C quæ deberent Euangelico pede calcari & conteri.

Exod. 12. b. Pedum calciamenta. Ephes. 6. c.

d *Desperaui.* † HIER. IBID. Conueniunt hæc eis, qui hæreticos sequuntur, qui à bono desperant, & in suo confortantur errore. Necesse est autem vt qui alienam doctrinam sequitur, alienos diligat.

Deut. 32. c. Hæresum sectatores.

† THEODORETVS in hunc locum. Istud extremæ potissimum est impudentiæ, delitiantes bonis, erga eum ingratos esse, à quo dum premuntur inopia, petunt auxilium. D

e *Adamaui.* HIE. IBI. Impudēti cōfessione putat se crimina deuitare.

f *Quomodo cōfunditur.* † HIER. Vti possumus hoc testimonio, si quādo principes nostri, & hi qui in ecclesia putantur duces, in peccatis turpibus deprehenduntur.

a ¶ Quasi munditiam iactas, frustra immunditiam negas, quæ idololatriæ sorde polluta es.

a [23] Quomodo dicis, non sum polluta, post Baalim nō ambulaui? 1

a ¶ LXX. Poliandrion, quod est sepulchrum multitudinis. b ¶ Clausos oculos aperit negantis, vt videat quod aspicere erubescit. c ¶ Caprea.

b Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris. Cursor leuis ex- 2 3

a ¶ Vt expedite feratur ad pabula. b ¶ Quia sicut ad meretricem loquebatur, describit fornicationem eius. c ¶ Sic Israel toto impetu ac desiderio libidinis fertur, & omni Idolorum amore feruet.

plicāt viās suas: [24] onager assuetus in solitudine, in desideriō 4 5

a ¶ Salutaribus monitis. b ¶ Obstinatam.

animæ suæ attraxit vētū amoris sui. Nūllus auertet ēam. Om- 6

¶ Sordibus.

nes qui quærunt eā nō deficient, in menstruis eius inueniēt eā. 7

a ¶ Vnde: Qui sitit veniat & bibat.

c [25] Prohibe pedem tuū à nuditate, & gūttur tuū à siti. Et dixisti: 8 9

a ¶ Desperatione meliorum (alias malorum) negat se facere quod dominus imperauit. b ¶ Quia. c ¶ Deos. ¶ Hæreticos vel dæmones.

d Desperāui nequaquā faciam. Adamāui quippe alienōs, & post † 10

a ¶ Quamuis, impudēns & procax.

e f eos ambulabo. [26] Quomodo confunditur fur quāndo depre- † 11

a ¶ Illi qui sunt do. ¶ Deprehensi in idololatria. b ¶ Non modo populus.

henditur, sic cōnfusi sunt domus Israēl, ipsi & reges eorū, prin- †

cipes & Sacerdotes eorū & prophetæ eorū, [27] dicētes ligno, pa-

g ter meus es tu: & lapidi, tu me genuisti.* Verterunt ad me ter-

a ¶ Impudentis est, tempore necessitatis ab eo quærere auxilium, quem in pace contempserit. ¶ Quem per beneficia non senserunt patrem, per tormenta sentiunt dominum.

gum & non faciē, & in tēporē afflictionis suæ dicent: Surge & 12

a ¶ Increpatiue: Quasi, Deus creator est hominum, homo fecit sibi Deum, ipsa probat necessitas quid possint, quos securius coluisti.

liberā nos.* [28] Vbi sūnt dij tui quos fecisti tibi? Surgāt & libe- 13

h rent te in tempore afflictionis tuæ. * Secundum numerum 14 15

a ¶ Tempore afflictionis. b ¶ Quasi: Frustra obiicitis querimonias, & iniquam causam in iudicem retorquetis, cum impietatis vestræ sit quod patimini.

i quippe ciuitatum tuarum erānt dij tui Iuda. [29] Quid vultis me-

cum iudicio contendere? Omnes dereliquistis me, dicit do- 16

a ¶ Percutiebam, vt disciplinam susciperent, sed nihil profeci. b ¶ LXX. Non recepistis.

k minus. [30] Frūstra percussi filios vestros, disciplinam nō recepe- 17

g *Verterunt.* Proiicientes sermones meos retrorsum. IBID. Quando enim magister præcipit, indiciū est obedientis, si demissō audiat capite: Si tergum vertat, contemnentis, vnde, *Verterunt ad me scapulam recedentem.* Quasi dicat, In tantum præcepta mea spreuerūt, E vt nec audire quidem dignati sunt: sed tumorem animi indicant gestu corporis.

Indicia obedientiæ & contēptus.

h *Secundum numerum.* IBID. Vel eosdem, vel diuersos singulæ ciuitates colebant Deos, vt nec in impietate viderentur habere consensum: F sed pugnans contra se superstitio, errorem sequeretur diuersum.

Error sectę pugnat. Infra 31. f.

i *Quid vultis.* IBID. Prona est ad excusationem sui humana peruersitas: & quod merito sustinet, sibi iniustē videtur sustinere.

Infra 11. c.

k *Filios vestros.* IBID. Vt plagis filiorum disceretis, quod austeriori curādi essetis medicamine: & ne forsitan diceretis, peccantes corripere noluisti.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quomodo dicis non sum pollu. *Quia peccata negare & defendere grauius est quam facere. 1. Reg. 15. e.* Quasi peccatum ariolandi est repugnare, &c. *Ideo sequitur.*

2 Vide vias tuas in conualle, *Ennon, vbi filios suos traducebant per ignem, offerentes idolis. Ra. Sa. dicit: in conualle Phegor vbi filij Israel commiserunt idololatriam, Nu. 25.*

3 Cursor le. *Quasi dicat, sine freno cucurristis ad idololatriam. In Hebr. habetur:* Camela leuis retinens vias suas, *id est, modum suum currendi absque obliuione exercens, & est eadem sententia. Et dicunt Hebræi, quod femella camela agilior est ad currendum quam masculus.*

Cursor leuis.

4 Onager assuetus in solitudine, *quia ibi conuersatur,*

5 In desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui. *Per talem attractionem sentit à longè femellam, & sic insequitur sine retinaculo; quasi diceret, sic gens Iudaica secuta est idololatriam.*

6 Omnes qui quærunt eam. *Ad fornicandum cum ea per idololatriam.*

7 In menstruis eius inuen. e. *In lege prohibitum erat, ne mulier tempore menstruorum suorum admitteret concubitum alicuius viri: propter quod nimis luxuriosa reputabatur, quæ tali tempore se exponebat: & per hoc designatur vehementia idololatriæ in populo Israel, quia omni tempore erat ad eam paratus. In Hebræo habetur:* In mense suo inuenient eam, *quod exponens Rab. Sa. dicit quod in vno mense anni onager dormit toto mense, & alio tempore non quæritur vt capiatur quia hoc esset pro nihilo, propter eius cursum velocem, sed tunc accipitur faciliter & sine defectu, & hoc (vt dicit) designatur captio gentis Iudaicæ quæ facta est per Nabuchodonosor mense quarto, vt habetur 4. Regum vlt.*

Vehementia idololatriæ in populo Israel. Onager quomodo capiatur.

8 Prohibe ped. tu. *Hic consequenter ponitur pœna comminatio, cum dicitur:* Prohibe pedem tuum, *Quasi dicat, recede ab idololatria, ne ducaris in captiuitatem nudis pedibus & sitiens, sicut solent duci captiui.*

9 Et dixisti, desperaui *de remedio, & ideo non dimittam. In Hebræo habetur* non curo, *scilicet comminationem, & magis consonat ei quod sequitur.*

10 Adama. quippe alienos, *scilicet Deos, & talis amor vehemens facit non curare de monitione ad oppositum.*

11 Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, *quasi dicat sic confundentur filij Israel, quia inuenientur idola eorum à Chaldæis eos saluare non potentia. Et loquitur propheta de futuro per modum præteriti, & ideo subditur,*

12 In tempore affli. dic. *id est, tempore obsidionis per Chaldæos,*

13 Libera nos, *Et subditur domini responsio,*

14 Surg. & liber. te in temp. afflict. *quia ipse noluit eos liberare.*

15 Secundum numerum quippe ciui. *pro domini cultu habebāt vnum tantum altare ad immolandum in Ierusalem, ex quo patet Dei contemptus maior. Ideo sequitur.*

16 Omnes dereliquistis me, *sine differentia sexus aut ætatis.*

17 Frustra percussi fil. *quia non est sequuta correctio.*

MORALITER.

† 1 *Quomodo dicis non sum polluta, post Baalim non ambu.* Et admonetur humiliatio vera, cùm subditur,

2 *Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris &c.* 8. *Prohibe pedem tuum à nuditate,* virtutis.

† *Et guttur tuum à siti,* mundanæ cupiditatis.

9 *Et dixisti,* per obstinationem in malo.

† *Desperaui,* Posse seruare perfectionem regularium. Et subditur causa, cùm dicitur,

10 *Adamaui quippe alienos & post eos ambul.* id est, mores sæcularium; Et subditur punitio talium,

11 *Quomodo confunditur fur quando deprehenditur,* Quia cum furto suo ad mortem ducitur:

† *Sic confu. sunt dom. Israel, ipsi & reges eor. principes.* id est, religiosi mali in morte, qui cum peccatis suis ducuntur ad mortem gehennæ.

a. *Videte verbum dom.* Moyses videbat vocem domini. Et Ioannes A apostolus verbum Dei, se vidisse & attrectasse dicit.

Exod.33.d. 1.Ioan.1.a.

b *Numquid solitudo.* † THEODORETVS. Hæc dicit ironicè, Numquid ait sum similis idolis? An perinde vt illa, nullum bonum fructum eis protuli, ob idque seruitutem meam refugerunt?

† TERT. lib. 4. contra Marc. Id est, Numquid nõ habeo quos allegã, aut vnde allegã, quoniã dixit populus meus, nõ venimus ad te? Itaque misit ad alios vocãdos ex eadẽ adhuc ciuitate.

† CHRYS. Quod dicit, est eiusmodi. Num B fui vobis inutilis? Num nõ innumerabilia bona in vos contuli? Non ipsam naturam mutaui? Non elementa, vt vobis seruirẽt composui? Non dedi vobis vitam ab humanis laboribus liberam? Propterea dixit. *Num solitudo fui domui Israel?* Hoc est, non fructus tuli innumerabiles? Libertatem C Ægypti, liberationem barbarorum, ostensionem miraculorum, vitam in deserto, hereditatem Palestinæ, subiugationem gentium, continua trophæa, frequentes victorias, miracula incredibilia, terræ felicitatem, generis vestri incrementum, quæ vniuersum orbem peruadit, gloriam, alia innumerabilia?

Beneficia Dei plurima & maxima erga Iudæos.

c *Numquid ob.* HIER. lib. 1. in hunc locũ. Ornamentũ suum perdit qui à domino recedit, & intelligentiam doctrinæ, quæ significa- D tur in pectore: Vnde, *Ioannes supra pectus domini in cœna recubuit,* & Sacerdotibus inter cetera seruatur pectusculum victimarum.

Ioan.13.c. Num.18.c.

d *In om.* IBID. Istis, siue sub omni quercu alia littera; Hebræum enim & quercum & ista significat. In amœnis autem locis vmbra & frondibus immolabant.

e *Et dixisti.* IBID. His vtendum est apud eos, qui nolunt peccata sua cognoscere, sed in tempore afflictionis dicunt se immeritos pati. Magisque iram Dei prouocant, dum E alterum (immo maius) peccatũ fit, quod fecisti, non lugere, sed excusationes prætendere.

Contra eos qui excusant vel defendunt sua peccata.

f *Ecce ego iudicio.* HIERON. IBID. Audiat hæresis noua ex veteri, irã Dei esse vel maximam, nolle peccatum humiliter confiteri, sed impudenter iactare iustitiam.

g *Et ab Aegypto.* IBID. F Vt Ægyptiorum impetum declinarent ad Assyrios confugiebãt qui nihil profuerunt; Ab Ægyptiis enim victi sunt. Rursus, vt irã Assyriorum fugerent ad Ægyptios fugiebant, sed nihilominus superati sunt. Increpantur ergo, quia relicto Deo spem in hominibus ponunt.

Iudæi fiduciam habẽtes in brachio carnis.

a ¶ Quem pro peccatis vestris sustinetis. ¶ Non sine meritis vestris. ¶ b Non meus. c ¶ Baal & ariolos. d ¶ Non meos. e ¶ Vos tamen in scelere persistitis nec prophetarum timore ad meliora reditis.

runt. Deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo [1]
a ¶ Intelligite. [2]
a vastator [31] generatio vestra. Videte verbum domini. Num- [3]
a ¶ Admirando. b ¶ Cum idola sequatur, quasi celebritatem vrbium. c ¶ Quæ imbrem non recipit doctrinæ. d ¶ LXX. plena sentium. Non exculta scilicet.
b quid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? Quare [4]
a ¶ Quondam. b ¶ Quod scelestum. c ¶ Quod scelestius. [5]
ergo dixit populus meus, recessimus, non veniemus vltra
¶ Grauis offensa, nolle placere ei quem offenderis. a ¶ Ecclesia, quæ mater parit, & virgo est sine macula & ruga.
c ad te? [32] Nũquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut spõsa [6]
a ¶ Hieron. quanto longius obliuiscimur Deum, tanto maius peccatum est, cum nec longitudine sæculorum possimus edomari. [7] [8]
fasciæ pectoralis suæ? Populus verò meus oblitus est mei die-
a ¶ Quasi: Frustra niteris verborum te arte defendere, & quasi bona, opera tua ostendere vt mercaris dilectionem, quæ insuper, &c.
bus innumeris. [33] Quid niteris ostendere bonam viã tuam, [9]
a ¶ Alios, vt aliis esses exemplum malorum.
ad quærendam dilectionẽ: quæ insuper & malitias tuas do- [10]
a ¶ Tunc. ¶ Alias, in manibus. [11]
cuisti vias tuas, [34] et in alis tuis inuentus est sanguis anima- [12]
a ¶ Quos idolis immolasti, vel exemplo perdidisti. b ¶ Quod plerumque accidit latronum insidiis. c ¶ Interfectos. [13]
rum pauperum & innocentum. Non in fossis inueni eos, sed †
¶ Alias istis. a ¶ Quæ supra dixi scilicet. ¶ O Ierusalem.
in omnibus quæ suprà memoraui. [35] Et dixisti: Absque pec- [14] [15]
d e cato & innocẽs ego sum, & propterea auertatur furor tuus à [16]
à ¶ Dicit dominus. ¶ Ex quo diffiteris. b ¶ Non potentia. c ¶ Cum maius peccatum sit, aliud habere in conscientia, aliud in ore.
f me. Ecce ego iudicio contendam tecum, eò quòd dixeris, nõ [17]
a ¶ Sæpius. ¶ Peccata tua.
peccaui. [36] Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Et ab [18]
a ¶ In quo non inuenisti auxilium.
g Ægypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. [37] Nam [19]

a Su-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Deuorauit gladius vester prophetas vestros, *Scilicet Zachariam tempore Ioas, & Isaiam tempore Manasse, & plures alios, qui occisi fuerunt ante tempus Ieremiæ. Ideò subditur,*

2 Quasi leo vastator, *Qui animalia innocentia occidit, vt ceruos, & huiusmodi.*

3 Generatio vestra, *Quæ semper sitiuit sanguinem innoxium.*

4 Numquid solitudo factus sum Is. aut terra serotina, *Quasi diceret, Non: Imo prouidi ei de terra fertili lacte & melle manante.*

5 Quare ergo dixit populus meus, *Quasi dicat nullam causam habuit, nisi malitiam suam.*

6 Numquid obliuiscetur virgo, *Desponsata,*

7 Ornamenti, *Quod dat ei sponsus in desponsatione sua:*

Fascia pectoralis.

8 Aut sponsa fasciæ, *Id est ligamẽti mammillarum, ne grossities earũ indecenter appareat. q. d. Non: & per hoc intelligitur, quod Gens Iudaica nullo modo debuit obliuisci legis, quam Deus dedit ei in ornamentum, quando eam desponsauit in monte Sinai: & præceptorum restringentium indecentiã vitæ. Quia tamen fecit contrarium, & longo tempore, ideo sequitur:* Populus autem, &c.

Simulata iustitia.

9 Quid niteris ostendere bonam. *Hic remouetur secundum, scilicet apparens iustitia, per quam suam malitiam palliabant: vnde & rex Manasses occisionem Isaiæ palliauit zelo legis, imponens ei, quod contra Moysen locutus fuisset, vt dictum fuit Isa. j. propter quod dicitur:* Quid niteris. *Quasi dicat frustra pallias malitiam tuam, quia (secundum Hieronymum)* Simulata sanctitas, duplex est iniquitas.

10 Ad quærendam dilectionem, *Allegando quod deberet te Deus diligere.*

11 Quæ insuper & malit. tu. *Semper in malis crescendo,*

12 Et in alis tuis, *Id est, in Sacerdotibus & regibus, per quos debebat populus subleuari sicut auis per alas.*

13 Inuentus est sanguis animarum, *Scilicet prophetarum, & maximè tempore Manasse, vnde dicitur. iiij. Reg. xxi. c.* Et sanguinem innoxium effudit Manasses multum nimis, ita vt impleretur Ierusalem vsque ad os.

Cædes innocentium factæ à regibus & populo Iudaico.

† Non in fossis inueni. *Quasi dicat. Ista occisio innocentum non facta fuit in occulto, sed in manifesto, ita quod non potest negari. Ra. Sa. dicit quod hæc est vera littera.* Non in fossis inueni eos, *Et est sensus: Non habuisti causam occidendi eos, sicut ille qui inuenit furem de nocte domum effodiẽtem, licitè potest eum occidere, vt habetur Exod. xxij.*

14 Sed in omnibus quæ su. m. *Id est, quia inuenisti eos, de idololatria tua & aliis malis prædictis te arguentes, ideo occidisti eos: cum tamen debuisses eorum verba recepisse cum tremore & reuerentia.*

15 Et dixi. *Post ista flagitia manifesta,*

16 Absque pec. sum. *Quia licet malum sit peccare, grauius tamen est peccata perpetrata mendaciter excusare; ideo subditur,*

17 Ecce ego iudic. *conuincens te de malitia tua, & puniens non violenter, sed rationabiliter: & patet littera vsque ibi.*

18 Et ab Ægyp. & cæ. ab Assur. *Tempore enim Achaz processerat ista confusio ab Assur, quia spoliata domo domini, misit regi Assyriorum munera, & tamen finaliter non valuit ei, sed magis nocuit: quia iuit obuiam regi Assyriorum in Damascum, vbi videns altare idololatriæ fecit fieri simile in domo domini: quod fuit occasio ruinæ sibi & populo suo. Et eodem modo postea sequuta est confusio ab Aegypto tempore Sedechiæ, qui etiam ex confidentia regis Aegypti rebellauit Nabuchodonosor regi: propter quod ciuitatem & templum destruxit, & populum partim occidit & partim captiuauit, Aegypti rege nullum auxilium tribuente: ideò subditur,*

Assyrij & Ægyptij causa ruinę Iudæis.

19 Nam & ab ista. *Scilicet terra.*

☞ a *Super caput tuum.* A HIER. More lugentium, vt Thamar ab Amnon corrupta cinere caput sparsit, & manus supra posuit, & & ita reuersa est in domum suam.

Mos lugentium. 2.Reg.13.d.

a ¶ Ægypto, sicut ab Assyriis. b ¶ Sæpe frustrata. c ¶ Lugentis, quia frustra sperasti auxilium.

a & ab istā egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: ¹
a ¶ Quam in alienis posuisti.
quoniam obtriuit dominus confidentiam tuam, & nihil habe- ³
¶ Aduerso Deo.
bis prosperum.

² † THEODORETVS. ³ Propriū est lugentiū manus complicatas imponere capiti.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Egredieris, *In captiuitatem ducta.*
2 Et manus tuæ erunt super caput tuum, *In signum confusionis & tristitiæ, sicut Thamar ab Amnon violata & eiecta, posuit manus super caput suum .ij. Reg.xiij.d.*
3 Quoniam obtriuit dominus conf. tuam. *Quam habebas in rege Aegypti: Et loquitur de futuro per modum præteriti.*

CAP. III.

B a VVlgo dicitur: *si dimis.* Ecce de fornicata & relicta muliere argumentum iustitiæ proponitur, & tamen nobis post lapsum redeuntibus, non iustitia sed pietas exhibetur: vt colligamus, si nobis delinquentibus tanta pietate parcitur, à nobis (nec post delictum redeuntibus) quanta improbitate peccatur; aut quæ ab illo erit super illos improbos venia, quę non cessat vocare post culpam? vnde: *Et erunt oculi tui, videntes præceptorem tuum, & aures tuæ verbum post tergum monentis audient.* Debemus igitur pietatem vocantis erubescere, si iustitiam noluerimus formidare, quia tanto grauiori improbitate contemnitur, quantò contemptus adhuc vocare non dedignatur.

Vt tandem diuinæ vocationi & longanimitati per pœnitentiam respondeamus.

Isa.30.c.

C b *Si dimi.vir.* HIER. lib.1. in hunc locum. Hoc dicere possumus aduersus eos, qui fidem domini relinquentes & hæreticorum erroribus irretiti post multas fornicationes & deceptionem suarum animarum, simulant se reuerti ad pristinam veritatem: non vt deponant venena pectoris, sed vt insinuent aliis.

Nequitia hæreticorū.

c *Tu autem fornic.es.* IBID. Siue: Habuisti pastores multos in offensionem tui, vt Deum scilicet offenderes; & qui magistri esse debuerant, vt alios ab omni errore prohiberent, auctores impietatis extiterunt. E

d *Tamen reuerte.* IBID. Si reuertebaris ad me dicit dominus. Arguit impudentiam meretricis, quæ post adulteriū audet reuerti ad virum.

e *Leua oculos tuos.* IBID. Iuxta anagogen: His qui hæreticos errores deserere se promittūt, præcipitur vt leuent oculos in directum. Nisi enim recta viderint, F pristinam prauitatē dānare non possunt.

Quid faciendum hereticis ad cōmunionem catholicam redeuntibus.

f *Quasi la.* Sicut solent latrones ad vesperam in desertis locis viatoribus insidiari, sic tu vt concubitu tuo animas interficeres fornicantium. Pro latrone, & cornice, in Hebræo *Arabe* habetur, quod & Arabes significare potest: Quæ gens latrociniis dedita, vsque ad terminos Palestinæ incursat, & descendentibus de Ierusalem in Iericho obsidet vias: vnde: *Homo quidam descendebat de Ierusalem in Iericho & incidit in latrones.*

Arabes latrones. Luc.10.c.

CAP. III.

a VVlgo dicitur: Si dimiserit vir vxorem suā, & ¹ ²
b recedens ab eo duxerit virum alterū, num- ³
quid reuertetur ad eam vltra? Nūquid non ⁴
a ¶ Alij terra, quia terram Israel adulteræ comparabat. ⁵
polluta & contaminata erit mulier illa? Tu ⁶
a ¶ Alias pastoribus. Hebræum enim Remi pastores Romi amatores significat. ⁷
b ¶ Post fornicationem suscipit pœnitentem, & hortatur vt ad se reuertatur. ⁸
c autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ⁹
d a ¶ O Ierusalem. b ¶ Huc illucque. ¹⁰
e ad me, dicit dominus: Leuā oculos tuos in directum & vide ¹¹ ¹²
f vbi nunc prostrata sis. In viis sedebas expectans eos quasi latro ¹³
a ¶ Sic. b ¶ Alias interfecisti: quia multi idololatriæ malo perierunt. ¹⁴
in solitudine, ēt polluisti terram in fornicationibus tuis, & in ¹⁵

c Tu — ☞ a Quam-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. III.

VVlgo dicitur. *Postquam propheta redarguit populi malitiam, Hic consequenter arguit peccantium inuerecundiam: & hoc sub metaphora mulieris pro sua libidine à marito dimissa. Et diuiditur in duas partes, quia primo arguitur hæc verecundia absolutè, secūdo comparatiuè, ibi:* Et dixit. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

1 Vulgo dicitur, *Id est, vulgariter seu communiter,*
2 Si dimiserit vir vxorem suam, *Propter effrenatam eius libidinem,*
3 Et recedens ab eo duxerit virum alterum, *Nolens aliqualiter continere, & reconciliationem viri modicum expectare:*
4 Numquid reuertetur ad eam vltra? *Scilicet vir primus, quasi diceret, Non: Et causa subditur,*
5 Numquid non polluta & contaminata erit mulier illa? *Quasi diceret, Sic: quia nimis vilificata est; & ex hoc ostenditur Dei clementia, cum subditur,*
6 Tu autem for.es. *Per idololatriam,*
7 Cum amatoribus multis, *Id est, seruiendo multis idolis:*
8 Tamen reuert.ad me, *Quasi dicat suscipiam te. Quod autem subditur,*

Dei clementia.

9 Et ego suscipiam te, *In aliquibus libris non est de textu: quia non est in Hebræo, nec in libris correctis, sed subintelligitur, propter quod aliquis expositor posuit hic per modum glossæ interlinearis, quæ postea inserta fuit textui per imperitiam scriptorum.*
10 Leua oculos tuos in directum, *Id est, ad facta tua rectè considerandum,*
11 Et vide vbi nunc prostrata sis, *Quasi dicat, non est locus vbi non exercueris idololatriam.*
12 In viis sedebas, *Sicut meretrix in biuio, vt se exponat transeuntibus.*
13 Expectans eos quasi latro. *Id est, cum magno fornicandi desiderio, sicut latro expectat aliquem transeuntem desiderans ipsum spoliare.*
14 Et polluisti terram in fornicationibus tuis, *Id est, in idololatriis.*
15 Et in malitiis tuis, *Peccando contra proximum.*

7 Cum — 1 Quam-

MORALITER.

† 1 *Vulgo dicitur: Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo.* Hic arguitur inuerecundia malorum religiosorum sub metaphora meretricis inuerecundæ. Nam aliqui deposita verecundia ita se gerunt dissolutè sicut sæculares: verumtamen quia Deus semper est paratus recipere pœnitentes, sequitur,

Religiosorū inuerecundia.

8 *Tamen reuertere ad me dixit dominus, &c. Leua oculos tuos in directum.* Considerando tuum religionis ingressum, habens profitendi propositum,
11 *Et vide vbi nunc prostrata sis,* Deuiando à rectitudine obseruantiæ regularis.
12 *In viis sedebas expectans eos quasi latro;* Tuis malis exemplis iuniores virtutibus spoliando.
13 *Et polluisti terram in fornicationibus tuis,* Id est, religionem tuam.

Con- — † 1 Quam-

a *Quamobrem prohibitæ.* GREGORIVS. Aliquando solis nomine A claritas prædicatorum designatur, vnde: *Factus est sol vt saccus cilicinus, &c.* In extremo enim tempore sol quasi saccus cilicinus ostenditur, quia fulgens vita prædicantium ante reproborum oculos aspera & despecta demonstratur. Qui stellarum quoque claritate figurantur, quia dum recta peccantibus referunt, vel prædicant, tenebras nostræ noctis illustrant, vnde, *Prohibitæ sunt stellæ pluuiarum.* Quia verò sol per diem lucet, stellæ verò per noctem, & plerumq; per noctem B præsens vita signatur, & per diem, æterna patria: prædicatores sancti sol nobis fiunt, cum contemplationem veræ lucis aperiunt; & stellæ, cum per actiuam vitam necessitatibus præsentis vitæ prospiciunt.

Apoc. 6. c. — Prædicatores Soli & stellis comparantur.

a ❡ Ablata est scilicet omnium rerum benedictio, vt paterentur siccitatem sermonis Dei.

malitiis tuis. [3] Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. [4] Ergo saltem amodo voca me pater meus, dux virginitatis meæ tu es. [5] Numquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem? Ecce loquuta es & fecisti mala & potuisti. [6] Et dixit dominus ad me, in diebus Iosiæ regis. Numquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israel? Abiit sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni

❡ LXX. Facies. a ❡ LXX. Facta est ad omnes.

a ❡ Erubescant hæretici, quia ad meliora nolunt conuerti.

❡ Fit hæc prophetia in diebus Iosiæ regis iusti sub quo Ieremias orsus est prophetare.

❡ Vbi maior voluptas.

b *Frons mulieris.* HIER. Hoc possumus dicere de hæreticis qui in erroribus suis gloriantur. Quia supra c. 2. g. dixit, *non peccaui*, arguit eam vt mulierem procacem quæ ad nullum declinare erubescit.

c *Dux virginitatis meæ tu es. Numquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem? Ecce locuta es & fecisti mala & potuisti.* IDEM. Despondit Deus animam amplexibus suis, & docet quomodo orare debeat & agere pœnitentiam. Quanto autem ille clementior qui salutis C viam post fornicationem ostendit, tantò miserior meretrix quæ non vult recipere sanitatem.

d *Et dixit dominus.* ORIGENES. Fit hæc prophetia temporibus Iosiæ regis iusti, sub quo cœpit Ieremias prophetare. Si intellexisti populos duos, Israel scilicet & Gentium, intellige transmigrationem Israel in populo Iudæorum. Et de eodem dictum: *dimisi eum, & dedi ei libellum repudij*, vt scilicet relinquens firmet exemplum. Iubet lex Moysi, mulieri viro displicenti dari libellum repudij & dimitti, & tunc viro licere vt alteram ducat. Sic intellige, Iudęos accipiētes libellum repudij, & ideo à Deo omnino relinqui. Vbi enim apud eos prophetę? vbi signa virtutum? vbi manifestatio Dei? Non templū, non victimę, non alius eis cultus lege expressus. Eiecti sunt de regionibus suis, & ita dedit eis libellū repudij. Post eos nos, qui in scripturis Iudæi vocāmur propter tribū Iuda, ex cuius stirpe Saluator descendit conuersi sumus ad dominū, & nouissima nostra in consummatione sæculi similia erunt peccatis Iuda, immo peiora; vnde, Cum

Iudæos abiecit Deus. — Deut. 24. c. — Iudæorum exemplo Christianis minatur tribulatio.

Cum multiplicata fuerint iniquitates refrigescet charitas multorum: *Qui* D *autem perseuerarit vsque in finem, hic saluus erit.* Et: *Putas veniens filius hominis inueniet fidem super terram?* Si etiam nunc iudicemus fidem nostram, non multitudinem, voluntatem hominum, non congregationem; videbimus in tanto numero ecclesiarum difficillimè reperiri fidem, difficile enim est plures esse bonos: vnde, *Multi vocati, pauci electi.* Si ergo dicit: primum dimisi propter peccata Israel, & reliqui eum in contaminatione: Iudas autem audiens quæ acciderunt Israeli, noluit ad me conuerti: de nostris peccatis E loquitur, qui legentes ea quę passus est populus Iudæorum † non timemus, neque dicimus: *Si naturalibus ramis non pepercit, quanto magis nec nobis parcet Deus?* Non enim tantum benignus est, & non seuerus. Si benignus tantum esset, bonitatem eius contemneremus: Si seuerus tantum, desperaremus. Necessaria est nobis bonitas ob pœnitentiam, & seueritas ob delicta.

Matt. 24. a. — Luc. 18. b. — Matt. 22. b. — Rom. 11. — Exhortatio ad pœnitentiam.

e *Numquid vidisti quæ fecerit?* HIER. suprà. Facit comparationem inter duas & decem tribus, quæ iam captiuatæ erant ab Assyriis. Et cum hoc duæ tribus vidissent, non emendauerunt se, sed deterius fecerunt. Et hoc est quod dicit: *Numquid vidisti quæ fecerit.*

f *Auersatrix Israel.* HIERONYMVS ibidem. Sub figura duarum sororum loquitur quæ de vna stirpe Abrahæ Isaac & Iacob sunt generatæ. Priorem auersatricem vocat, quæ statuit in Dan & in Bethel vitulos aureos.

3. Reg. 12. g.

g *Abiit sibim.* IDEM. Secundùm Anagogen de hæreticis prophetia est, qui falsi nominis scientiam hæretica subtilitate putant se sectari, & ascendunt montem superbiæ, & carnis voluptatibus delibuti sub omni ligno frondoso & amœno exponunt fornicationem F suam. Qui cum tradantur diabolo in interitum carnis, frequenter euenit vt domus Iuda, id est, confessionis & veræ fidei, non terreatur exemplo, sed multo maiora committat, & à fornicatione sua contaminet terram Ecclesiæ, & mœchetur cum ligno & lapide, dogmata Deo contraria sequens. Si autem vir ecclesiasticus corrigere voluerit errantem, & putridas carnes resecare, & ad pœnitentiam retrahere eos qui secuti sunt falsitatem, illi nihilominus sub specie ecclesiasticæ veritatis antiquum sequuntur errorem.

Supr. 2. d. — De hæreticis & falsa dogmata mordicus tenentibus.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quamobrem prohibitæ sunt stillæ. *Sicut patet, 3. Regum. 17. vbi dicitur, quod clausum fuit cælum propter peccata terræ, sed non dicitur ibi quantum temporis: sed Iacob v. dicitur, quod non pluit annis tribus & mensibus sex. propter idololatriam & alia peccata tempore Achab & Iezabelis. Consequenter ex prædictis concluditur inuerecundia peccandi, cum dicitur,*

Siccitas propter peccata.

2 Frons mulieris meretricis. *Et subditur diuina clementia ad pœnitentiam recipere semper parata, cùm dicitur,*

3 Ergo saltem amodo. *Id est, post tot & tanta flagitia,*

4 Voca me, pater meus, *Recognoscendo beneficium tuæ creationis,*

5 Dux virginitatis meæ tu es. *Recognoscendo beneficium eductionis tuæ de Aegypto: tunc enim populus Hebræus communiter erat integer ab idololatriæ peccato vsque ad fabricationem vituli.*

6 Numquid irasceris in perpetuum? *Recedendo à me per peccatum.*

7 Ecce loquuta es & fecisti mala, *Id est ore & opere peccasti.*

8 Et potuisti, *Me permittente ex tuo demerito. Quod autem sequitur:* Et pro verbis pœnitentiæ, &c. *vsque ibi:* Quod sermone tractasti. *inclusiuè non est de textu: quia non habetur in Hebræo, nec in libris bene correctis.*

6 Et

9 Et dixit dominus ad me in diebus Iosiæ. *Hic consequenter arguitur inuerecundia prædicta comparatiuè scilicet ad populum regni Israel. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur dicta comparatio, & secundò comparantium reuocatio, ibi:* vade & clama. *Circa primum notatur tempus huius reuelationis factæ Ieremiæ, cum dicitur:* Et dixit dominus ad me in diebus Iosi. reg. *scilicet Iudæ. Antè enim tempore Ezechiæ regis Iudæ Hosee rex Israel & populus eius fuerat debellatus & captiuatus & ductus in Assyrios propter idololatriam & alia peccata ipsorum, secundum quod dicitur quarto Regum. 18. & hoc est quod dicitur.*

Captiuitas 10. tribuum facta ante natum Ieremiam.

10 Numquid vidisti. *Id est, considerasti. Ieremias enim non vidit oculis carnis, nondum enim erat natus quando populus regni Israel fuit captiuatus, quia hoc fuit sexto anno Ezechiæ, quarto Regum. 18. & ex tunc vsque ad decimum octauum annum regis Iosiæ, in quo ista reuelatio facta fuit Ieremiæ, vt dicit Rab. Sal. fluxerunt anni. 98. & patet 4. Regum: coniungendo annos intermedios per tēpora quibus dicuntur regnasse reges Iuda illius tēporis, Ieremias autem adhuc iuuenis cœpit prophetare tempore Iosiæ, vt dictum est suprà cap. 1.*

11 Quæ fecerit auer. Israel. *Id est, populus regni Israel;*

12 Abiit sibimet super omnem montem. *Id est exposuit se omni idololatriæ.*

1 Et

MORALITER.

† 1 *Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum.* id est, distributiones diuinarum gratiarum. Et concluditur propositum cum dicitur,

3 *Frons mulieris meretricis facta est tibi*, per inuerecundiam peccandi.

9 *Et dixit dominus ad me in die.* Hic sub metaphora gentis Israel & Iuda potest intelligi transgressio duplicis religionis, scilicet habentium possessiones, & mendicantium. Per Israel enim qui colebat vitulos aureos, vt habetur. 3. Regum. 12. signantur transgressores religionis habentium possessiones, qui per vitium proprietatis coaceruant sibi aurum & argentum: & per hoc vt ascendant ad maiorem statum. Ideo subditur,

Religiosi habentes possessiones.

12 *Abiit sibimet super.* Sequendo pompam sæcularium.

† *Et sub omni ligno frondoso.* Ducendo vitam carnalium.

ligno frondoso, & fornicata est ibi. [7] Et dixi cum fecisset hæc omnia: ad me reuertere, & nõ est reuersa. Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda, [8] quia pro eo quòd mœchata esset auersatrix Israel dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij, & nõ timuit præuaricatrix Iuda soror eius: sed abiit & fornicata est etiam ipsa, [9] & facilitate fornicationis suæ cõtaminauit terrã, & mœchata est cũ lapide & ligno. [10] Et in omnibus his nõ est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mẽdacio: ait dominus. [11] Et dixit dominus ad me: Iustificauit animam suam auersatrix Israel comparatione præuaricatricis Iuda. [12] Vade & clãma cõtra aquilonẽ sermones istos, & dices: Reuertere auersatrix Israel, ait Dominus, & non auertãm faciem meã à vobis, quia sanctus ego sum, dicit dominus: & non irascar in perpetuũ. [13] Verumtamẽ scito iniquitatẽ tuã, quia in dominũ Deũ tuũ præuaricata es. Et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frõdoso, & vocẽ meã

a In qua templum & religio imitatione germanæ paulatim recessit à domino.
a Quia statim in principio perijt.
a Quæ illius cruciatibus potuit emendari. b Alij: lege.
Verbum Hebraicum caratha voca, & clama, & lege sonat.
a Vnde: Auerte faciem tuam à peccatis meis.
Idolis. Vbi delicata est & amœna regio.

a *Et vidit.* IDEM. Aliorum tormenta, aliorum remedia sunt. Cumque punitur homicida, recipit quidem ipse quod fecit, sed alij terrentur à scelere. Decem tribubus (quæ vocabantur Israel) captis ab Assyriis in Mœdiamque translatis, duæ tribus Iuda & Beniamin, quæ debuerunt similia formidare, & tota mente ad Deũ conuerti, vicerunt decem tribuum scelera: vt etiam in templo Dei statuam Baal ponerent, quæ in Ezechiele dicitur idolum, & ad zelum & æmulationem domini collocatum.

Pœna vnius metus multorum. Ezech. 8. b.

b *Et non timuit, &c.* † ORIGENES Hom. 14. in Ieremiã. Si quis nuper emptus, domũ emptoris & domini fuerit ingressus sciscitatur ab aliquo cõseruo, si quis de prioribus seruis offenderit Dominum, quid promeruerit, & si voluerit in domo domini perseuerare, cauet ea facere, quæ eos fecisse audiuit, qui verberibus & tormentis digni fuerũt. Deinde diligẽtissimè inquirens, quid fecerunt illi qui libertatem à Domino meruerunt, omni labore nititur, vt ea faciat, quæ eos fecisse cognouit. Et nos itaque qui non eramus serui Domini, sed idolorum & dæmonum, & posteà ex gentibus congregati, credidimus in Christum, legamus scripturas, videamus quis iustificatus sit, quis offenderit Deum, & nitamur ea facere quæ iustos fecisse legimus, & caueamus in hæc incidere in quæ inciderunt, illi qui traditi sunt captiuitati & eiecti de hereditate Dei.

Vt ex patribus petamus bonæ vitæ exempla.

c *Et mœch.* ORIGEN. vbi suprà. *Et mœchatur in lignum & lapidem, &c.* Quando peccauimus duro cor[illegible] contra Deum, in lapidem fornicamur, Quando peccauim[illegible] in voluptate, mœchamur subter omne lignum nemorosum. *Et in his omnibus non est conuersa ad me præuaricatrix Iuda ex toto corde suo, sed in mendacio.* Nos quoque conuersi sumus ad Deum, sed non ex toto corde, sed in mendacio. Neque verò ait: *Non est conuersa ad me præuaricatrix Iuda* & tacuit, sed addidit, *ex toto corde suo, sed in mendacio*, vt ostenderet eos qui non ex toto corde conuertuntur in mendacio, non in veritate conuerti.

Pœnitentia mendax.

d *Iustificauit animam.* Iustificata est Sodoma soror tua ex te. Et alibi: *Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.*

Ezec. 16. f. Luc. 18. c.

e *Vade & clama.* † HIERONYM. Contra aquilonem & Assyrios dirigit sermonem, & ad decem & ad duas tribus, & earum conuersio prædicatur.

f *Et non auertam faciem.* IBID. Vnde: *Auerte faciem tuã, &c.* Alij verò. *Obfirmabo faciem meam contra vos*, id est, non austeritate iudicis, sed vultu misericordię suscipiam vos. Sanctus enim & misericors sum vt vltrà non meminerim iniquitatis vestræ. Hoc ad hæreticos & negligentes in ecclesia referri potest, quiquotidie per ecclesiasticos viros ad pœnitentiam vocantur, quibus propriè aptatur, *Et vocem meam non audistis.* Omnis autem hæreticus habitat in aquilone sine fidei calore: Nec illud Apostoli potest audire, *Spiritu feruentes, &c.* Et quia se voluptatibus tradidit, à domino recessit, & vias suas alienis dogmatibus dispersit, & voluptatem sequutus est, Nulla enim hæresis nisi propter gulam & ventrem, seducens mulierculas oneratas peccatis, semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis peruenientes: de quibus verè dicitur, *Qui deuorant populum meum sicut escam panis.*

Psal. 50. c. Hæretici. Rom. 12. c. Psal. 52. b.

g *Verumtamen scito.* IBID. Quasi dicat cum misertus fuero, tui, non te iustum putes; sed semper memento iniquitatis tuæ & superbiæ colla dimitte, vt qui per arrogantiam offendisti, per humilitatem placare Deum possis.

Con-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dixi cum fecisset hæc, *Hoc dixit dominus per Amos & Hosee, qui prophetauerunt de regno Israel.*

Populus Iuda non est eruditus videns excidium Israel.

2 Et non est re. *Quia ad verba eorum non fecit pœnitentiam, sed magis auxit malitiam.*

3 Et vidit præ. *Id est populus de regno Iuda qui descenderat ex eisdem patribus: propter quod vocatur eius soror.*

4 Quia p. eo quod mœ. es. *Exponendo se omni idololatriæ, vt dictum est,*

5 Dimisissem eam, *In manibus regis Assyriorum,*

6 Et dedissem ei. *Permittendo, quod duceretur in captiuitatem.*

7 Et non tim. præua. *Ex dicta pœna illata populo Israel & tamen debuisset timere ne accideret sibi simile, quod non fecit, ideo subditur.*

8 Sed abiit & forni. est. *Per idololatriam timore Dei postposito.*

9 Et in omnibus his. *Licet eam reuocauerim verbo prophetarum, & facto punitionis in populo Israel, vt dictum est.*

10 In to. cor. su. sed in mend. *Quia in populo Iuda erant multi qui exterius videbantur iusti, & tamen non erant, vt dictum est cap. precedenti.*

11 Et dixit dominus ad me, *Cuius dictum non potest esse falsum.*

12 Iustificauit animam suam auer. Israel, *Non simpliciter, sed comparatiuè: ideo subditur,*

13 Comparatione p. Iud. *Hoc modo dixit Iudas Gene. 38. g. de Thamar: Iustior me est, quia minus peccauerat quàm ipse. & sic est in proposito, Tum quia in regno Iuda erat templum & cultus diuinus, quo debebat regnum Iuda teneri in timore Dei; tum quia regnum Iuda viderat punitionem præteritam regni Israel: ex qua debebat à peccato retrahi: regnum autem Israel non sic viderat punitionem præteritam regni Iuda.*

Sed enormius illo peccauit.

14 Vade. *Hic consequenter ponitur peccantium reuocatio: & primo de regno Israel specialiter; secundo omnium generaliter; ibi:* Conuertimini. *Circa primum dicitur:* Vade & clama. *En fit verbum domini ad Ieremiam, qui (vt dicit Ra. Sa.) fuit missus in terram Assyriorum, quæ est in plaga aquilonari respectu Iudææ, vbi populus Israel detinebatur captiuus ad prædicandum eis pœnitentiam. Alij vero dicunt & verisimilius, vt videtur quod fuit missus ad aliquos, qui de populo Israel effugerant manus regis Assyriorum & latuerant in terris circumadiacentibus, & postea ad terram Israel redierant: & ibi multiplicati fuerant, Et quia erant idololatræ sicut ante captiuitatem fratrum suorum, ideo Ieremias iuit ad reducendum eos ab idololatria ad Dei cultum qui vigebat in Ierusalem, maxime tempore Iosiæ, Terra autem regni Israel est in parte aquilonari respectu Ierusalem & regni Iuda.*

Quo fuerit missus Ieremias ad prædicandum Israelitis.

15 Reuertere auer. Israel, *Ab idololatria.*

16 Et non auertam faciem, &c. *Sed suscipiam vos in misericordia.*

17 Quia san. ego, *Scilicet. Q. d. hoc faciam ex bonitate mea non propter vestra merita: Et quia ad veram conuersionem requiritur proprij peccati cognitio: ideo subditur,* Verumtamen scito iniquitatem tuam, &c.

18 Et disp. vi tu. ali. *Id est idolis quæ dicuntur dij alieni, & vocat hic vias tuas, id est, pedes tuos quibus proceditur per viam. Loquitur enim hic propheta de populo Israel sub metaphora meretricis quæ parata est diuidere pedes suos omni transeunti in concubitu carnali sicut dicitur Ezech. 16. c.* Diuisisti pe. tu. omni transe. &c.

19 Sub. *In talibus enim locis exercebatur idololatria, & cum hoc aliquando etiam luxuria in venerationem Veneris & Priapi.*

1 Con-

MORALITER.

3 *Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda.* Id est religio, mendicantium. Iuda enim confessio interpretatur, mendicantes autem saltem pro magna parte in confessionibus occupantur.

Religiosi mendicantes.

4 *Quia pro eo quod mœ.* ruere de peccato in peccatum,

7 *Et ti. non præ. Iud.* Scilicet iudicia mea seuera.

8 *Sed abiit & fornicata est etiam.* Sequendo vitia prædicta.

9 *Et in omnibus his non est reuersa,* Per veram pœnitentiam.

† *Sed in mendacio.* Per falsam sanctitatis simulationem, quæ secundum Hiero. est duplex iniquitas, ideo sequitur.

12 *Iustificauit animam suam auers.* Quia tamen Deus paratus est suscipere verè pœnitentes de religione vtraque, sequitur,

8 Sed

1 Con-

a *Conuertimini.* HIERONYMVS lib. I. in hunc locum. Iudæi putant hoc completum esse post reuersionem de Babylone sub Zorobabel: Et quòd non omnes fuerunt reuersi, in hoc significari, *Assumam vos*, &c. Sed melius completur in aduentu Christi, quando reliquiæ saluantur, vnde Apostolus, *Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma essemus, & similes Gomorrhæ fuissemus.* Rom. 9. f.

† EVSEBIVS lib. 2. de demonst. cap. 54. In his quoque cõuersionem Israel in aduentu Saluatoris nostri Iesu Christi futuram canit, in qua cum vnum de ciuitate, & duos de familia, & valde paucos elegerit, eorum, quæ in ipsum crediderint, gentium pastores, cumque in terra gẽtes in sua ipsorum vocatione futura creuerint, nõ vltra, inquit, ab eis dicetur arca testamenti Dñi, non enim amplius ad Mosi corporales adorationes recurrent, quippe quibus nouum tradendum sit testamentum. De conuersione Iudæorum ad Christi & Apostolorum prædicationem.

† THEODORETVS in hunc locum. Figuratè quidem facta sunt hęc sub Zorobabel. Redierunt enim regnante Cyro Persarum rege, habentes pastores Zorobabel filium Salathiel, & Iesum summum sacerdotem, filium Iosedech: Re tamen vera, vbi Deus factus est homo, prophetia finem accepit; elegit enim dominus ex Iudæis vnum ex ciuitate, & duos ex cognatione, quos constituit pastores, sacros scilicet apostolos.

a ¶ Alij vagi & recedentes. a ¶ Alias, dominator vester. b ¶ In vnitate fidei. ¶ Non enim omnium est fides. a ¶ Mundi. b ¶ In dilectione Dei & proximi. c ¶ Carnis. d ¶ De qua: Gloriosa di. sunt de te ci. de. a ¶ Apostolos, & apostolicos viros. b ¶ Credentes. c ¶ Christi. a ¶ Non Iudaicis cæremoniis. b ¶ In toto orbe multiplicato Euangelio. c ¶ In omnem terram exiuit sonus eorum. a ¶ Visio pacis. De qua, Factus est in pace locus eius. ¶ Ecclesiam. b ¶ Omnes perfecti credentes, thronus Dei erunt. c ¶ De toto mundo. ¶ Fideles. a ¶ Ecclesiam. b ¶ Facientes desideria sua & sequentes errores suos, sed dicent, Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua, &c.

a non audisti, ait dominus. [14] Conuertimini filij reuertentes, dicit dominus, quia ego vir vester. Et assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. [15] Et dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & b doctrina. [16] Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra c in diebus illis, ait dominus, non dicent vltrà, arca testamenti domini, neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius, d nec visitabitur, nec fiet vltrà. [17] In tempore illo vocabunt Ierusalem solium domini, & congregabuntur ad eum omnes Gentes in nomine domini in Ierusalem, & non ambulabunt post e prauitatem cordis sui pessimi. [18] In diebus illis ibit domus Iuda

b *Cumque multiplicati.* HIER. lib. I. in hunc locum. Alij hoc ad finem temporũ referunt, quando subintrante plenitudine Gentium, omnis Israel saluus fiet. Roma. 11. d.

c *Arca testamenti.* HIER. ibid. In arca quæ custos fuit Mosaicæ legis, non habebunt fiduciam, sed & ipsi erunt in templum Dei. Nec iuxta errantes Nazareos abolitis inseruient sacrificiis, sed spirituale cibum sectabuntur. Status fidelium sub Euangelio.

d *Vocabunt.* IBID. Qui olim dicebant, *Qui sedes super Cherubim, mani. &c.* Inter duo Cherubim in propitiatorio domini maiestas apparebat, & loquebatur Moysi & Sacerdotibus, sed modo aliter tempore fidei. Psal. 76. a.

e *In diebus illis.* IBID. Hoc propriè in Christi aduentu completur, cum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Conuertimini. *Hic consequenter ponitur reuocatio peccantium generaliter. Sciendum tamen, quod aliqui expositores nostri exponunt residuum huius capituli de reditu filiorum Israel de captiuitate Babylonica. Et quia plures eorum remanserunt in Babylone detenti amore prolis quam ibi genuerant, & possessionum quas ibi acquisierant. Ideo subditur,* Reijcitur expositio quorũdam qui residuũ huius cap. de reditu Hebræorũ de Babylone interpretãtur.

2 Et assu. vos vnum de ciuitate, & duos de cogn. &c. *& quod subditur,* Et dabo vobis pastores, &c. *exponunt de Zorobabel, Esdra, Neemia, Aggæo, & Zacharia, qui gubernauerunt populum in temporalibus & spiritualibus.* Non dicent vltra, arca testamenti, *quia in templo ab eis reædificato non fuit arca, vt dicunt etiam Iudæi, & habetur. ij. Macha. j. & sic consequenter adaptant litteram ad istud propositum prout possunt. Sed huic dicto obuiat quod subditur,* In tempore illo vocabunt Ierusalem solium domini, *quia non legitur Ierusalem fuisse in tanta solemnitate & reuerentia post tempus captiuitatis Babylonicæ, sed semper, vel quasi semper, erat subiecta seruituti. primo Persarum, postea Græcorum, & vltimo Romanorum, vt patet ex libris Esdræ, Neemiæ, Machabæorum, & ex Euangeliis. Item quod subditur,* Et congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine domini, *quia non leguntur, conuersi ad Iudaismum de Gentilibus, nisi pauci: Similiter quod subditur,* In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, & venient simul de terra aquilonis ad terram quam dedi; *quia non legitur quod aliqui Iudæi eiusdem temporis iuerint ad reducendum filios Israel de regno Assyriorum, vbi fuerunt ducti per Assyrios. Propter quod Ra. Sa. exponit passum istum de tempore Christi, & in hoc dicit magis catholicè quam expositores prædicti. Dicit tamen quod ista sunt implenda de futuro, sicut & expectat Christum venturum, cuius tamen aduentus transijt in præteritum. Igitur sequendo dictum eius, quantũ ad id, quod continet veritatis, pars ista in qua agitur de vocatione Christi, qui venit vocare peccatores, Mat. ix. diuiditur in duas, quia primo circa hanc vocationem ponitur vocantis benignitas, & secundo Iudæorum malignitas ibi,* Sed quomodo. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur dicta vocatio, secundo circa hoc soluitur quæstio, ibi,* Et dixi, *Circa primum dicitur in persona Christi,* Conuertimini filij reuertentes, *id est verè pœnitentes reuertendo de tenebris ad lucem, de vmbra ad veritatem.* Cum sit de temporibus Christi exponendum. Diuisio.

3 Quia ego vir vester, *id est, sponsus: Sic enim habetur in Hebræo. quod optimè conuenit Christo, qui sponsus est ecclesiæ, secundum quod dicitur Ioannis tertio. d.* Qui habet sponsam sponsus est. *Verumtamen quia ad Christi vocationem pauci de Iudæis crediderunt, quibus ipse in persona propria prædicauit, ideò sequitur,* Christus Ecclesiæ sponsus.

4 Et assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, *id est, paucos respectu multitudinis in sua infidelitate remanentis. Et istud fuit figuratum in ingressu terræ promissionis: quia de sexcentis millibus qui exierunt de Aegypto, duo tantum ingressi sunt eam, scilicet Caleb & Iosue.*

5 Et intro. vos in Si. *Id est, in ecclesiam militantem, quæ dicitur Sion & Ierusalem, eo quòd ecclesia, prout diuiditur contra synagogam, ibi incepit per Christi prædicationem, & miraculorum operationem, (vt patet ex Euangeliis) & spiritussancti missionem super apostolos, vt patet Act. ij. propter quod de ipsa dicitur, Hebræ. xij. f.* Accessistis ad Sion montem & ad ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem, *&c.* Sion dicitur ecclesia militans.

6 Et dabo vobis pastores, *Scilicet apostolos,*

7 Et pascent vos scientia, *Id est, fide certa, quæ dicitur scientia propter certitudinem adhæsionis.*

8 Et doctrina, *Id est, moribus sanctis.*

9 Cumque multiplicati fueritis, *scilicet post Christi ascensionem, secundum quod dicitur Act. vj. a. Augebatur numerus discipulorum, id est, residentium in Ierusalem valde.*

10 Et creueritis in terra in diebus illis, *Per vocationem Gentilium ad fidem, quod videmus impletum per orbem.*

11 Non dicent vltra, arca testamenti domini, *scilicet, quod circa eam debeat esse cultus Dei, sicut fuit tempore veteris testamenti.*

12 Neque ascendet super cor, *Id est, fideles non ponent ibi fiduciam, sicut fiebat antiquitus, quando portabatur ad bellum, vt saluaret ab inimicis populum Iudæorum, vt habetur. j. Regum in pluribus locis.*

13 Neque recordabuntur, *Amplius de arca quam fecit Moyses,*

14 Nec fiet vltrà, *Scilicet alia noua, Et per ista designat cessatio ceremoniarum veteris legis, quam videmus impletam. Per dicta etiam patet falsitas Iudæorum dicentium, quod in aduentu Messiæ reddetur eis arca testamenti, & altaria holocaustorum, & incensi, & cetera ad cultum veteris legis pertinentia.* Figmentum Iudæorum de augmento cultus legis Mosaicæ.

15 In tempore illo vocabunt Ierusalẽ, *Id est ecclesiam, vt prædictũ est,*

16 Solium domini, *Si hoc referatur ad ecclesiam triumphantem, hoc fuit impletum in ascensione Christi, secundum quod dicitur Marc. vlt. d.* Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei; *Si autem referatur ad ecclesiam militantem, impletum fuit, quando Christus sedens apostolos docebat, & impletur in Eucharistia, quæ reuerenter seruatur in ecclesia, in qua continetur.*

17 Et congregabuntur ad eum omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem, *Id est, aliqui ex omnibus Gentibus per fidem charitate formatã.*

18 Et non ambulabũt post prauitatem cordis sui pessimi, *Sequendo idololatriam sicut ante fidei receptionem.*

19 In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, & venient simul

MORALITER.

† 1 *Conuertimini filij reuertentes, dicit dominus, &c.* Quia tamen pauci comparatiuè reuertuntur, Sequitur,

3 *Et assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam.* Malitia namque religiosorum videtur minus curabilis, quam sæcularium communium, quia quanto status altior tanto casus grauior, & per consequens ad sanandum difficilior. Malitia religiosorum minus curabilis quã sæcularium cõmuniũ.

Et

cum duodecim tribus simul Euangelio credunt, & terram aquilonis relinquunt & diaboli imperium.

† THEODORET. in hunc locum. Istud non contigit post reditum de Babylone: Non enim tunc gentes reliquerunt impietatem; At post Deum & Saluatorem hominem factum, pertulerunt Apostoli prædicationem salutarē in vniuersam terrā, reliquerunt autem pristinum errorem, qui illi inseruiebant, & adorātes Deum concurrunt omnes in Ierusalem tamquam ad solium diuinum.

a *In fili.* HIERO. in hunc lo. lib. I. In numero filiorū, qui de Gentibus crediderunt. *Quotquot enim receperūt eū, dedit eis potesta. fi. dei fieri.*

b *Et tribuam.* † THEODORETVS in hunc locum. Terrā promissionis ita vocauit: & ipsarum gētium Deū omnipotentē nominauit, docēs illū esse omniū Deū, & vniuersorum opificem, gentes item adepturas notitiam Dei, & ad eas peruenturam gratiā Sancti Spiritus.

ad domum Israel, & venient simul de terra aquilonis ad terram quam dedi patribus vestris. [19] Ego autem dixi: Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terrām desiderabilem, hereditatem præclaram exercituum Gentium? Et dixi: Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. [20] Sed quomodo si contēnat mulier amatorem suum, sic contēpsit mē domus Israel, dicit dominus. [21] Vox in viis audita est, ploratus & vlulatus filiorum Israel, quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt domini Dei sui. [22] Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Ecce nos venimus ad te. Tu enim es dominus Deus noster. [23] Vere mendaces erant colles, & multitudo montium. Vere in domino Deo nostro salus Israel. [24] Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra. Greges eorum & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum comedit confusio. [25] Dormiemus in cōfusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniā domino Deo nostro peccauimus nos & patres nostri ab adolescentia nostra vsq; ad hanc diem, & non audiuimus vocem domini Dei nostri.

(Interlinear: Durissimi frigoris. Promissionis. Sicut promisi. Abraham, Isaac, & Iacob. Christus. Vox Christi. Vt fiat vnum ouile. Viuentium. Id est, fortium. Theodotio. robustissimi s. Christi. Qui credit in me, etc. in De. pa. O Israel. Imitando. Obediendo. Non virum. In perniciem suam. Saluatorem. Vitio suo. Sed. Quia intellectis peccatis, cum ploratu & vlulatu redeunt ad patrem. Quibus auersi estis à domino. Dicat hoc pœnitens & omnem superbiam relinquens. Vel, altitudo qua superbit contra Deum. Non in aliis. Vnde scriptum est: Defecerunt scrutantes scrutinio. Hæreticorum. Quos deceperunt. Qui in hæresi profecerant. Christo. Non solum quando in carne apparuit, sed antequam veneri. Si crederetis Moysi, forsitan & mihi. &c. Qui parentibus nostris loquebatur.)

c *Mulier amatorem.* HIERO. Semel mixta, videns eum seruire libidini suæ, & in se mutatam legem naturæ, per quam quondā viro subiecta fuerat, dicente domino, *Et ad te conuersio.* †† Sic domus Israel, id est, populus Iudæorum, contempsit dominum saluatorem, in perniciem suam.

d *Vox in viis au.* IBID. Libenter suscipit dominus pœnitentem, occurrit filio inopia & squalore confecto, pristinis vestibus induit, gratiam reddit reuertenti, si tamen cum ploratu & vlulatu redeat ad patrem.

e *Auersiones ve.* IBID. Alij conuersiones; quamuis propria voluntate ad eum conuertamur, nisi tamen ille nos traxerit, & cupiditatem nostram suo præsidio corroborauerit, non possumus esse salui. Intelligimus, & de populo Iudæorum ad eum reuertente, & de hæreticis qui dominū dereliquerunt.

f *Confusio. &c.* † THEODORET. hoc loco. Demōstrat quātum honoris, excessum idolis tribuebant. Nam nō solum boues & oues, sed etiā filios & filias adolebant, & quod inde non modo nullūquęstum faciebant, sed præter interitum animarū, pudorem & cōfusionem consequebātur. Diuus etiam Apostolus fructum peccati dicit esse pudorem, his verbis, *Quem ergo fructum habuistis tunc ex illis, in quibus nunc erubescitis.*

g *Dormie.* IBID. Vox Israel, qui Deum suum non audiuit & hæretici pœnitentis: Pars enim est salutis peccata nosse, & confiteri, vnde, *Dic tu prius iniquitates tuas, vt iustificeris.*

(Marginalia: Vocatio gentium. Ioan. 1. a. Inf. 31. a. Idololatriæ studium & fructus miserrimus. Rom. 6.)

NICOLAVS DE LIRA.

simul de terra aquilonis, *Sancti enim apostoli Simon & Iudas fuerunt de domo Iuda, quia fuerunt cognati germani ipsius Christi, ipsi verò prædicauerunt in Perside, quæ est in parte Aquilonari respectu terræ promissionis: vnde exierunt Christi discipuli ad prædicandum per orbem, vbi erant multi Israelitæ, qui non redierant de captiuitate, & multos de illis adduxerunt ad fidem sicut & de Gentilibus.*

1 Ad terram quam dedi patribus vestris, *Id est, ad terram viuentium, ad quam Christus ascendens in cælum transtulit patres sanctos, qui prius detenti fuerant in limbo. Illa enim terra fuit eis promissa principaliter, sicut declaraui plenius Gene. x v. Præmium enim à Deo promissum non est minus, sed maius merito: omnia vero bona terrena sunt minus bonum quàm opus virtutis; & ideo quandocumque pro operibus virtutum à Deo promittitur aliquid terrenum, intelligitur principaliter promissum bonum spirituale & æternum.*

2 Ego au. *Hic circa prædicta mouetur quæstio scilicet qualiter habeatur fidelium multiplicatio, & hereditatis cælestis adeptio, cum dicitur,*

3 Quomodo p. *Et patet ex dictis littera vsque ibi.*

4 Hereditatem pr. *Quia ibi clarè videtur Deus facie ad faciem.*

5 Exercit. Gen. *Exercitus Gentium dicuntur hic angeli sancti ad custodiam regnorum & Gentium deputati, & illorum propriè est hereditas cælestis.*

6 Et dixi. *Hic ponitur responsio, scilicet quòd duo prædicta habentur per fidem & mores, ideo subditur,*

7 Patrem vocabis me. *Non solum corde credendo, sed ore confitendo. ad Ro. x. b.* Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutē. *Et quia* fides sine operibus mortua est, *Iac. ij. d. ideo subditur,*

8 Et post me. ingr. *Bona opera vsque ad finem continuando.*

9 Sed quomodo si contem. *Hic consequenter circa Christi vocationem ponitur Iudæorum malignitas, cum dicitur,* Sed q. si. contem. mulier amator. *id est, maritum suum, vnde & in Hebræo habetur,* socium suum,

10 Sic con. me do. If. *Blasphemando, persequendo, & tandem occidendo. Et quia in vindictam eius sequuta est destructio Iudæorum per Romanos, vt habetur Luc. xix. ideo subditur,*

11 Vox in viis. *Quia destructa ciuitate, Iudæi ducebantur captiui ad diuersas partes, suam miseriam deplorantes.*

12 Quoniam ini. fecer. viam, *recedendo à Christo, qui est via, veritas & vita. Sed quia post destructionem ciuitatis aliqui de Iudæis Christo crediderunt, tenentes quod propter eius mortem fuisset illa destructio subsequuta: ideo Ieremias hoc prauidens dicit quantum ad istos,*

13 Conuertimini. *Exponatur vt supra.*

14 Et sana. auer. ve. *Quibus auersi estis à Christo; & subditur pœnitentium responsio,*

15 Ecce nos venimus ad te, *Per fidem.*

16 Tu enim es dom. Deus. *Iudæi enim verè conuersi Christum esse verum Deum confitentur.*

17 Vere mendaces erant colles, *Id est, superbi per colles & montes hic metaphoricè designati, sicut Isa. xl. a.* Omnis mons & collis humiliabitur, *quia propheta vt communiter metaphoricè loquuntur; & isti superbi fuerunt Sacerdotes & Pharisæi, qui per suam superbiam Christum contempserunt, & populum per sua mendacia à fide Christi auerterunt, quæ mendacia conuersi de Iudaismo recognoscunt.*

18 Vere in domino Deo nostro, *Scilicet, Christo.*

19 Salus Israel, *Secundum quod dicitur Act. iiij. c. de ipso,* Et non est in alio aliquo salus.

20 Confusio, *Id est, peccatum in Christum, propter quod venit super nos confusio,*

21 Cō. labo. pa. no. *Quia Romani, omnia pretiosa, in quibus laborauerant Iudæi, & animalia, & filios & filias eorum rapuerunt; & ideo sequitur,*

22 Dor. in conf. nost. *Quamdiu stabimus in infidelitate; ideo subditur,*

23 Quoniā do. d. *Ista sunt verba pœnitentium, peccata præterita lamentantiū, & non solū peccata propria, sed patrum suorū; & patet littera ex dictis.*

(Marginalia: SS. Apostoli Simon & Iudas, de qua tribu & quibus prædicauerunt. Terra viuentium. Qualiter habeatur fideliū multiplicatio & hereditatis cælestis adeptio. Aliqui Iudæorū post excisam Ierusalem cōuersi ad Christum. Sacerdotes & Pharisæi superbi & mendaces.)

ADDITIO.

ADDITIO I.

In cap. iij. vbi dicitur in Postil. Numquid irasceris in perpet.

Vbi nos habemus, Numquid irasceris, &c. *In Heb. habetur*, Numquid irascetur in perpetuum, aut perseuerabit in finem? *Et exponitur sic, quod si illa vxor, seu sponsa, de qua loquitur, conuerteretur ad recognoscendum* Deum, *tamquam patrem suum, & ducem virginitatis suæ; numquid Deus irasceretur in perpetuum, ita quod non reconciliaret eam? q.d. non, iuxta illud Psalmistæ*, Non in perpetuum irascetur, &c. *Et hæc sententia videtur magis propria in proposito; valde enim impropriè de peccatore, inquantum à Deo recedit, diceretur, quòd irascitur, sed potius quod prouocat Deum ad iracundiam.*

Alia expositio illius *Numquid irasceris.*

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in Postill. Et conuertimini filij reuertentes.

Vbi nos habemus, reuertentes, *in Heb. habetur*, filij rebelles, *& sic vocat rebelles ad pœnitentiã, ad quam attrahit eos ad hoc:* quia ego vir vester.

ADDITIO III.

In eo. c. iij vbi dicitur in Postil. Et istud fuit figuratum in regressu terræ promissionis.

*Non videtur propriè figurari paucitas Iudæorum in Christo credentium respectu multitudinis eorum in infidelitate remanentium, per Caleb & Iosua, prout in Postil. Tum quia ibi fuerunt tantum duo de sexcentis millibus virorum, hic autem multò plures fuerunt credentes, scilicet in maiori proportione, vt patet in Actibus apostolorum; Tum quia Moses & Aaron, qui fuerunt sancti, & non fuerunt ingressi terram promissionis, figurarent infideles Christum negantes, quod videtur inconueniens. Sed figura huius paucitatis credentium, & multitudinis non credentium in Iudæis, propriè præcessit tempore Ieroboam iij. Regum. xij. quando totus populus Israeliticus fuit diuisus in duas partes, quarum maior scilicet decem tribus recesserit à regno Dauid, qui fuit figura Christi, & à cultu Dei qui vigebat in templo; & coluerunt vitulos, Minor verò pars, scilicet, duæ tribus, adhæserunt regno Dauid & cultui diuino prout hæc figura largius tractatur, in * pugione, prima parte cap. ij. eam propriè ad propositum adaptando.*

Paucitas Iudæorum in Christum credentium non ita recte designatur per historiam Caleb & Iosue

quam per recessum 10. tribuum à domo Dauid.

* Raimundus in pugione contra Iudæos.

REPLICA. *In cap. iij. Burg. mutat textum translationis nostræ ab actiuo ad passiuum, & sic Postillator vno modo applicat, Bur. alio modo. Veritas est in vtraque applicatione. Sed quòd dicit Burg. in Heb. haberi*, rebelles, *vbi nos*, reuertentes. *credat Burg. qui voluerit, puto beatum Hiero. Postillatorem & omnes alios ita ignaros Hebraici sermonis vsque ad Burgen. non fuisse, vt interpretarentur* rebelles, *pro* reuertentes *filios.*

In eo. cap. Postil. dicit paucitatem credentium in Christum ex Iudæis, figuratam esse per paucitatem ingredientium terram promissionis ex ægritudinibus de Aegypto. Burgen. assignat aliam figuram putans figuram Postil. non esse propriam.

Ad hoc dicendum, quod vnius facti possunt esse plures figuræ, sicut patet in locis multis sacri canonis: Etiam cum figura alicuius sit eius similitudo, quæ non semper currit quatuor pedibus. Si enim omnis similitudo esset omnimoda, nulla esset similitudo sicut arguit beatus August. Si omnia essent æqualia, non essent omnia. Omnimoda enim similitudo potius esset dicenda identitas, quàm similitudo vt dicit Burgensis; Vide circa primum capitulum Hosee.

Ioan. 6. Similitudo qualis esse debeat.

CAPVT IV.

¶ Si reuerti vis à captiuitate.

[1] SI reuerteris Israel, ait dominus, ad me ᵃ¶ Prius pœnitendo. conuertere. Si abstuleris offendicula ᵇ¶ Idola. tua à facie mea, non commoueberis.[3] ᵃ¶ Despectis idolis, per quæ prius iurabas. ¶ Iusiurandum vere. te. ᵇ¶ Hos tres comites habet iusiurandum: qui si defuerint, periurium est. [4] Et * iurabis, viuit dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia: ᵃ¶ Cùm hæc scilicet fecerit Israel, cum per apostolos magister Gentium fuerit. & benedicent eum Gentes ipsum- [5] que laudabũt. ᵃ¶ Quia salus ex Israel est. ᵇ¶ Veræ fidei. [6] Hæc enim dicit dominus viro Iuda & habitatori Ierusalẽ: ¶ Ecclesiæ. [7] * Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. ᵃ¶ Quæ suffocant semen. ᵇ¶ Mundamini. ¶ Symmachus. Purificamini. [8] Circũcidimini domino, & auferte præputia cordiũ ᶜ¶ Vitia. Symmachus, malitias. vestrorum viri Iuda & habitatores Ierusalem, [9] ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui [10] extinguat. Omnia autẽ hæc mala venient propter malitiam ᵃ¶ Hæc omnia fient.

CAP. IV.

A ᵃ SI reuer. HIERO. lib. 1. in 5. c. LXX. *Si conuersus fuerit Israel, ait dominus, ad me conuertatur.* Alia littera, conuerteris, id est, si salutem desideras, & te peccasse dicis, plenè cõuertere, id est, quem negasti crede.

b *Si abstule.* IBID. Patet, quia quando mouemur & dicimus: *Mei autem penè moti sunt pedes, pe. eff. sunt gre. mei:* Nõ ex imbecillitate naturæ hoc patimur, sed quia contra Deum offendicula & idola nostro ponimus.

c *Et iura. vi.* HIERO. IBID. In suggillationem, scilicet mortuorum deorum, per quos iurat omnis idololatra.

* 22. q. 1. c. & iurabunt. De iureiu. c. & si Christus. Psal. 9. c. *Licite ex causa necessaria etiam per religiosos iurari.*

Deum. Quãdiu enim illi verum Dei cultum retinebant, plerique vicina loca incolentes, religionem edificabãt.

d *Noua.* HIER. in hunc locum, radicando vepres & sentes vt munda semina suscipiant arua munda, nec *mittatis margaritas ante porcos, nec sanctum detis canibus.* Non potest animus ærumnis mundi plenus semen Dei suscipere, & fructum facere.

Animi cultus. Matt. 7. a.

† THEOD. Excolite, inquit, animas vestras, radicitus euellite memoriam idolorum; hęc enim spinas appellat.

* De verbo signific. c. 1. *Vbi declaratur quid sit nouale.*

e *Circumci.* HIER. vbi suprà. Viro Iuda & habitatoribus Ierusalem præcipitur, vt deserant occidentem litteram, & sequantur viuificantem spiritum.

† IBID. Simul animaduertendum, quod iusiurãdum hos habeat comites, veritatem, iudicium, atque iustitiam. Si ista defuerint, nequaquam erit iuramentum, sed periurium.

† THEODORETVS in hunc locum. Adhortatur Iudæos infirmum adhuc gestantes animum, iurare per ipsum, vt iusiurandi cõsuetudine discerent ipsum solum adorare. Pollicetur autem, modò hæc fiant, quod per ipsum gentes benedicent & laudabunt Deum.

Tres comites iuramenti.

† THEODORETVS hoc loco. Docet apertè circumcisionem apparentem latentis esse figuram; & si adsit interior, superfluam esse corpoream. Hinc Apostolus, *Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio: sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non littera.*

Circumcisio carnis & cordis. Rom. 2.

f *Ne forte.* HIE. hoc loco li. 1. Monet & prędicit, ne facere cõpellatur quæ

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. IV.

Diuisio.

[1] SI reuerteris Israel ait dominus ad me. *Postquam Ieremias reprehendit populum de peccandi inuerecundia, hic arguit eum de contumacia. Et primò dicta contumacia arguitur, secundò pœna debita subiungitur ibi,* Annuntiate. *Circa primum dicitur in persona domini,* Si reuer. Israel, *hic accipitur si pro non: quia ista reuersio non fuit subsequuta, & sic apparet contumacia; Et eodem modo accipitur cum subditur,*

Contumacia Hebræorum.

[2] Si abstuleris, offen. &c. *Id est, peccata quibus me offendisti,*

[3] Non commoueberis, *De terra tua in captiuitatem Babylonicam.*

[4] Et iurabis. *Hic ponuntur tres comites iuramenti liciti, & quolibet subtracto redditur illicitum: sicut est iuramentum mendax, quod caret veritate; & iuramentum iniquum, vt si quis iuret se hominem occisurum, quod caret iustitia; Et iuramentum incautum, quod caret iudicio discretionis, vt si quis iuret sine causa & ratione legitima.*

Tres comites iuramenti.

[5] Et benedicent eum, &c. *Imprecando sibi bona, si fecerit ista. Et mutatur modus loquendi de secunda persona ad tertiam, sed quia hoc non fecit ideo in captiuitatem ductus fuit; Et per Israel intelligitur hic, populus regni Iudæ, quia Israel est nomen generale ad omnes Hebræos: & hoc patet per hoc quod subditur,*

[6] Hæc enim dicit dom. viro. *In aliquibus libris interponitur*, habitatori, *sed non est de textu.*

[7] Nouate vobis noua. &c. *Est autem nouale, terra de nouo culta, prius spinis & sentibus plena; & per hoc innuit propheta, quòd erant inueterati in malitia.*

Nouale.

[8] Circumcidi. do. *In circumcisione spirituali quæ placet ei. Et quæ sit illa subditur,*

[9] Et aufer. præputia cord. *Id est peccata, & consuetudines peccandi.*

[10] Ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea & succendatur, *Id est vindicta mea per ignem. Et quia hæc non fecerunt in contumacia permanentes,*

MORALITER.

Contumacia malorũ religiosorũ.

[1] *Si reuerteris.* Hoc litteraliter exponitur de contumacia Iudæorum. MORALITER autem post exponi de cõtumacia malorum religiosorum, quibus dicitur, *Si reuerte.* Et accipitur hic *si* pro *non*: nam multi apostatæ reuertuntur magis coacti fame & nuditate, quàm deuotione; & eodem modo cum dicitur,

[2] *Si abstuleris offendicula*, accipitur *si* pro *non*, nam plurimi reuertentes de apostasia sic offendunt, sicut antea; ideò subditur,

[4] *Et iurabis vi. &c.* Quia reuertentes, fictè promittunt emendationem vitæ; ideò sequitur,

[7] *Noua. vo. noua*, Auferentes totaliter pristina vitia,

[9] *Auferte præputia cordium vestrorum*, Id est, malas voluntates, & ad cauendum recidiuum.

[10] *Ne forte egrediatur vt, &c.* Puniendo vos in gehenna.

† Annun-

☞ quæ in Niniuitis probamus, quibus est prædicta sententia, vt imminentem furorem declinarent pœnitentia.

a *Ascendit leo.* HIER. IBID. Si quis fautor est aut auctor peruersorum dogmatum, de eo potest dici, *ascendit leo de cubili suo, & prædo Gentium se.le.* enim vastatur ecclesia,

b *Et prædo.* IBID. De quo dicitur, *Omnium inimicorum suorum dominabitur.* Qui gloriatur dicens, *Circumiui terram, & perambulaui eam.* Quis est, enim, quem diaboli venena non tangunt, nisi ille qui ait, *Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam?* (Psal. 9. c. Iob. 1. a. Iob. 14. d.)

c *De lo. suo.* IBID. De abysso, in qua est religandus, in quam ne mittatur exorat.

d *Super hoc.* IBID. Sine pœnitentia sæuissimam bestiā vitare non possumus, & nisi ad Deū, non solum mente, sed etiam corpore conuertimur. Dum enim vastatur ecclesia, ira Dei est aperta.

† THEOD. in hunc locum. Prædicit regis formidinem, tam Ioachim, quàm Iechoniæ succedentis: tandemque ipsius Sedechiæ, prædicit etiam principum & sacerdotum metum.

e *Principum.* HIER. lib. 1. in h. l. qui legem docere debuerunt, & subiectos à leone defendere.

f *Sacerdotes.* IBID. qui putantur esse sapientes. *Stultam enim fecit Deus sapientiam huius mundi*, quia per illam non cognouerunt Deum. (1. Cor. 1. c.)

g *Prophetæ conster. &c.* IBID. Aquila, *amentes erunt.* Quis enim non insaniat, non perdat cor, cum principes & reges & Sacerdotes quondam suos sub leone conspexerit.

h *Et dixi, Heu, heu heu domine Deus.* IBID. Quia suprà dixit, *in tempore illo vocabunt Ierusalem solium domini, &c.* & nunc dicit, *peribit cor regis, &c.* turbatur propheta, & in se putat Deum mentitum, nec intelligit illud longè post, hoc in proximo futurum tempore. (Sup. 3. f.)

† THEODORET. Hæc non verè dicit propheta, sed quod pseudoprophetę mendacium redarguens, vsus est his verbis; *In tempore illo, dicent populo huic & Ierusalem, quod Spiritus seductionis est in deserto, via filia populi mei non ventdit ad purum & ad sanctum, nec spiritus plenitudinis veniet ab his mihi.* Ipsa experientia discent, inquit, tempore calamitatum, quod spiritus erroris & seductionis erat ille, qui loquebatur per pseudoprophetas, non purus, non sanctus, non spiritus plenitudinis, pro, completiuus trinitatis, à quibus nempe pseudoprophetis, mala ista mihi prouenerunt. (Spiritus pseudoprophetarum.)

[Interlinear: a In quo confessio Dei.]

cogitationum vestrarum. [5] Annunciate in Iudā & in Ierusa-

[a In qua pax. b Cui simile, Exalta in forti. vocem tuam, &c.]

lēm auditū facite, loquimini & canite tuba in terra, clamate

[a In vnam fidem. b Quasi, si hæreticorum bella consurgunt, Christi munimenta nos teneant.]

fortiter, & dicite: Cōgregāmini & ingrediamur ciuitates mu-

[a Crucis. b In specula & sublimitate ecclesiæ. c Qui timetis. Ad Christi auxilium currite.]

nitas, [6] leuate signūm in Sion. Confortāmini & nolite stare:

[a Verum Nabuchodonosor, scilicet, qui in mundo isto à me permittitur, vt fortitudo vestra comprobetur.]

quia mālum ego adduco ab aquilone, & contritionem ma-

[a Nabuchodonosor ferus, qui tanquam leo circumit, quærens quem deuo. b Id est, de nequitia, vel de inferno, vbi retruditur.]

gnam. [7] Ascendit leō de cūbili suo, & prædo Gentium se leua-

[a Scilicet, ecclesiam, vt egressi de ecclesia pugnent contra ipsam: vnde, A nobis exierunt, sed non erant ex nobis.]

bit. Egressus est de loco suo, vt ponat terram tuām in solitudi-

[a Ecclesiæ. b Cùm floreant hæreticorum conciliabula.]

nē. Ciuitātes tuæ vastabuntur remānentes absque habitatore. [8] Super hoc accingite vos ciliciis, plangite & vlulate, quia

[a Lxx. à nobis. b Prædone ecclesiam vastante, ira Dei contra permanente.]

nō est auersa ira furoris domini āv ābis. [9] Et erit in die illa, di-

[a Inutile erit omne consilium. b Quod debet esse in manu Dei.]

cit dominus, peribit cor regis & cōr principum, & obstupescent Sacerdotes, & prophetæ cōsternabuntur. [10] Et dixi: Heu heu heu domine Deus. Ergo ne decepisti populum istum &

[a Qui secet & purget vitia, aliter enim pax & promissio non sequitur.]

Ierusalem, dicens: Pax erit vobis. Et ecce peruenit glādius

☞ Ventus

NICOLAVS DE LIRA.

☙ nentes, ideo sequuta est succensio ciuitatis & templi per Chaldæos, tempore Sedechiæ, iiij. Reg. vlti. & infrà. xxxix.

1 Annunciate. *Hic consequenter sequitur pœna contumaciæ, Et diuiditur in duas, quia primò ponitur comminatio pœnæ; secundò, compassio Ieremiæ, ibi,* Et dixi, *Circa primum dicitur,* Annun. in Iu. *id est omnibus notificate,* (Comminatio pœnæ.)

2 Et canite tu. in terra. *Ad conuocandum bellatores vndecumque.*

3 Et dicite, congregami. & ingrediamur ciuitates munitas. *vt ibi possimus saluari.*

4 Leuate signum, *Id est vexillum,*

5 In Sion, *Vbi erat fortalitium ciuitatis Ierusalem:*

6 Confortami. *Ad inuicem,*

7 Nolite stare, *Ociosi.*

8 Quia malum ego adduco. *Id est, graue bellum, quod non poteritis sustinere; ideò subditur,*

9 Et contritionem magnam, *Id est, ciuitatis & templi destructionem: & ideò quod dicit Iere.* Canite tuba, *& posteà,* leuate signum in Sion confortamini, *&c. dicit ironicè, quasi dicat, sic facietis, sed nihil valebit vobis: vnde subditur,*

10 Ascen. leo de cubili suo, *Id est, Nabuchodonosor de regno suo, qui dicitur hic leo, eò quod in vexillo suo habebat imaginem leonis, vt dicunt aliqui, vel propter suam audaciam, & ferocitatem.* (Nabuchodonosor cur leo dicatur?)

11 Et prædo Gen. se. leu. *Quia à multis Gentibus prædas accepit.*

12 Egressus est de loco suo, *Ad veniendum contra Iudæam; ideò subditur,*

13 Vt ponat ter. tuam in soli. *Ciuitates destruendo, & habitatores captiuando. Et quia hoc fuit Iudæis materia doloris, ideò subditur,*

14 Super hoc accingite vos ciliciis, & cetera. *In signum tristitiæ & lamentationis.*

15 In die illa dici. domi. peribit cor regis, &c. *Quia de nocte fugerunt per locum occultum, tamen non valuit eis, quia comprehendit eos exercitus Chaldæorum. iiij. Regum. vlti. & infrà xxxix.*

16 Et obtupescent Sacerdotes & prophetæ, *Quia dixerant Sedechiæ regi, & principibus contrarium.*

17 Et dixi. *Hic consequenter ponitur compassio Ieremiæ, eò quod erat de populo illo. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur ipsius dolor in mente; secundò in corpore, ibi,* Ventrem meum. *Circa primum dicit Ieremias,* (Compassio Ieremiæ in per malis populi sui.)

18 Heu. *Interiectio est dolentis, & ponitur ter propter triplicem destructionem, scilicet, templi, ciuitatis, & populi.*

19 Ergo ne decepisti popu. istum. *Id est, decipi permisisti per falsos prophetas. q. d. sic.*

20 Dicens, *Id est, dici permittens per eos,*

21 Pax erit, *Potest etiam exponi negatiuè,* Ergo ne decepisti. *quasi dicat non, sed falsi prophetæ fingentes loqui per te.*

22 Et ecce perue. gladius. *Id est, vsque ad intima cordium populi & principum; & loquitur de futuro per modum præteriti, ideò subditur,* In tēp. il. &c.

☙ Ventus

MORALITER.

† 1 *Annuntiate in Iuda.* Hic prænuntiatur punitio contumaciæ religiosorum. Et loquitur propheta ironicè de populo Iuda, cum dicit,

3 *Congregamini.* Quasi diceret, non poteritis euadere manus regis Babylonis; & per hoc designatur, quod mali religiosi non poterunt euadere manus dæmonis: de quo subditur, (Mali religiosi non poterunt euadere manus dæmonis.)

10 *Ascendit leo de, &c.* ad ducendum secum malos religiosos ad infernum.

15 *Et erit in die il. &c. cor. re. & cor principum.* Id est, dolebit cor bonorum regentium de perditione suorum subditorum, secundum illud Apostoli ij. Cor. xj. g. *Quis scandalizatur & ego non vror?* Ideo in eorum persona dicitur,

18 *Heu heu heu domi. Deus.* Debent enim timere ne contingat hoc ex aliqua negligentia ipsorum.

19 *Ergo ne decepisti populum istum,* Id est, decipi permisisti per suggestiones dæmonum, dicentium, (De quorum tamen perditione dolent boni prælati.)

21 *Pax erit vobis.* Sic enim suggerunt dæmones hostibus, quod non damnabuntur pro suis peccatis.

22 *Ecce peruenit gladius vsque ad animam,* ipsam iugulans morte culpæ, & consequenter morte gehennæ. Et quoniam boni pastores de perditione suorum subditorum non solùm dolent

† mente

a *Ventus vr.* HIER. lib. I. in hunc loc. quando. s. peruenerit gladius A vsque ad animam, & fuerit area consummata; tunc ventus vrens veniet de deserto, qui non eam purget & ventilet, vt paleis huc illucq; dispersis frumentum in horrea recondatur; sed spiritus plenus, nequaquam populo, sed mihi veniet, vt meum triticum dissipetur.

b *Spiri. ple.* IBID. Quidam hunc locum sic exponunt, vt postquã purgata fuerit area, reliquiæ saluæ fiant. Vnde scriptũ est, *Spiritus plenitudinis veniet mihi*; vnde Euangelista, *De plenitudine eius omnes accepimus.* †† Ventum autem vrentem, iuxta historiam, accipe Nabuchodonosor, qui vniuersa consumat: iuxta tropologiam verò aduersariam potestatem, quæ veniens de B deserto, vbi nullum hospitium Dei est, ecclesiam eius conetur auertere.

c *Et nunc ego*; Aposiopesis, sicut ait Virgilius. *Quos ego; sed motos præstat cõponere fluctus.* Propheta dicturus prospera, retinet se, & tristibus iunxit tristia.

d *Ecce quasi, &c.* IBID. Ventura cernit vt præsentia; & Babyloniorum describit exercitum, cuius curruum rotarumq; strepitus C tempestati sæuissimæ comparatur, & equorum velocitas aquilis. Exercitus diaboli, currus. s. & equites Pharaonis, quod intelligens vir ecclesiasticus dicit,

Iob 1. b.

Ventus vrens.

Virgilius 1. Aeneidos.

a Quia nihil vitale in anima reseruatur. b Cum venerit gladius vsque ad animam, & area fuerit consummata.

vsque ad animam. [11] In tempore illo dicetur populo huic, &

a Nabuchodonosor, vel diabolus. b Non qui purget & ventilet. c Vbi non est hospitium Dei.

a Ierusalem ventus vrens in viis, quæ sunt in deserto viæ filiæ b populi mei, non ad ventilandum & ad purgandum. [12] Spiri-

Et non populo.

c tus plenus ex his veniet mihi. Et nunc ego, sed loquar iudi-

a Vt sciant se iuste sustinere quod sustinent. b Quasi digito ostendat.

d cia mea cum eis. [13] Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempe- e stas currus eius. Velociores aquilis equi illius. Væ nobis, quo-

a Metropolis eorum.

f niam vastati sumus. [14] Laua à malitia cor tuũ Ierusalẽ, vt salua

a Quæ procedunt de corde, cor autem in scripturis sanctis pro anima & sensibus debemus accipere.

g fias. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? [15] Vox

Iudicium. Bel.

enim annuntiantis à Dan, & notum facientis idolum de

a Vbertas. b Vidit dominus omnes nationes in circuitu. Crebro, scilicet.

h monte Ephraim. [16] Concitate Gentes. Ecce auditum est in Ie- i rusalem, custodes venire de terra longinqua, & dare super ci-

a Vlulantis exercitus.

uitates Iuda vocem suam. [17] Quasi custodes agrorũ facti sunt super eam in gyro, quia me ad iracundiam prouocauit, dicit

a Actiones tuæ. O Ierusalem.

k dominus. [18] Viæ tuæ & cogitationes tuæ fecerũt hæc tibi. Ista

a Per se. b Interiora animæ penetrauit. Alias os. c Mentis afflictionem patior.

l malitia tua quia amara, quia tetigit cor tuũ. [19] Ventrem meũ, ventrem meum doleo: sensus cordis mei turbati sunt in me. Non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea,

delinquentem cum omni vbertate supplicij. D

i *Concita. Gen.* HIER. IBID. aduersarios. s. qui tam diligenter obsideant, & munitionibus vrbem claudant, vt magis vinearum agrorumque custodes, quàm aduersarios putes. Vult dominus nationes omnes in circuitu suam nosse sententiam, & flagellata Ierusalem cunctos recipere disciplinam.

† THEOD. in hunc locũ. Quo enim pacto, ait, qui semina vel vineas obseruant, diligenter ea custodiunt, & per ea trãsire prohibet viatores: ita qui Ierusalem obsidebunt, nec quemquã effugere permittent; docet præterea propheta, quartus itẽ Regnorũ liber, murum in circuitu construxisse, ex lapidibus quatuor pedes latis, ne quis habitantium fugam caperet. E

k *Via tua.* HIERON. vbi supra. Quidquid mali nobis accidit vitij nostri est, nõ Dei, qui dulcem Deũ vertimus in amaritudinem, & cogimus sæuire nolentem. Non viribus hostium imputetur hoc, sed culpæ Ierusalem. Si enim in porcos non habet potestatem dæmones: quanto minus in homines quondam ciuitatis Dei?

Ierusalem arctissimè obsessa.

Malorum nostrorum nos causa sumus non Deus.

Matth. 8. d.

e *Væ nobis quo. vasta. su.* IBID. credens illi sententiæ. Cum conuersus ingemueris, saluus eris. *Væ nobis*, quia propheta quasi digito demonstrauit, populus ingemiscit. Et non futura, sed iam facta sentit dicens: *Væ nobis.*

f *Laua à mali.* IBID. Respondet propheta immo in propheta dominus, *Laua*. vnde *Lauamini, mundi estote*, scilicet aqua baptismi, aqua pœnitentiæ salutaris.

g *Vox enim an.* IBID. Iuxta situm Iudææ loquitur. Tribus enim Dan iuxta Libanum montem & vrbem, quæ nunc Paneas dicitur, Aquilonem respicit, vnde venturus Nabuchodonosor.

h *De monte.* IBID. Post tribum enim Dan succedit terra Ephraim per quam venitur in Ierusalem.

ALLEGORICE. Venit iudicium domini in terram domino delin-

Ezec. 33. c.

Isai. 1 d.

l *Ventrem me.* † THEODORETVS vbi supr. Deplorat propheta vicem Iudæorum, dicens, ventrem & sensoria cordis dolere; imitaturque matrem sese ob filiorum interitum laniantem. languescit enim ait, anima mea, dilaceratur cor meum, non tacebo, quia vocem tubæ audiuit anima mea, clamorem belli, miseriam & tribulationem resonat. F

† GREGOR. homil. 10. in Ezech. In sacro eloquio nonnumquam venter pro mente poni consueuit. Vnde per Ieremiam dicitur, *ventrem meum doleo.* Quod quia de spiritali ventre dixerat, adiunxit; *Sensus cordis conturbati sunt*, neque enim ad salutem populi pertinebat, si propheta ventrem corporeum se dolere prædicaret: Sed ventrem doluit, qui mentis afflictionem sensit. Ad quem sensum dixit Christus, *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ vitæ*: Quia enim de mente fidelium prædicationes defluunt, quasi de ventre credentium aquæ viuæ flumina decurrunt.

Ventrem meum. HIE. in h. loc. Loquitur hoc dominus, cũ seditionẽ &

Venter pro mente.

Ioan. 6.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ventus vrens, &c. i. *sicut ventus vrens omnia consumens quæ crescunt in deserto, eo quod modicum habent de humiditate, propter quod citius desiccantur & consumuntur à vento vrente.*

2 Viæ filiæ po. m. *q. d. sic populus meus consumetur*: *ideo subditur,*

3 Non ad vent. & ad pur. *Sicut in aliquibus terris triticum purgatur à vento, quia granum cum palea proiicitur sursum cum instrumento ad hoc apto, & ventus tollit paleas, & granum cadit in area. q. d. sic non purgabitur populus meus, sed magis consumetur*; *ideo sequitur,*

4 Spiritus, *id est, ventus,* 5 Ple. ex his, *scilicet, adustionibus.*

6 Veniet mihi, *id est, ad voluntatem meam.*

7 Et nunc ego, *supple, faciam hoc ex odio vel violentia? q. d. Non, sed ex iustitia*: *& ideo sequitur,*

8 Sed loquar iudicia. *puniens eos pro iniquitatibus.*

9 Ecce quasi nubes. *s. tempestuosa quæ subitò surgit.*

10 Ascendet. *s. exercitus Chaldæorum. Et dicit,* ascendet, *quia Iudæa est in altiori situ, quàm sit regio vnde venit.*

11 Et quasi tem. cur. eius, *ad portandum arma & alia exercitui necessaria, & isti currus propter multitudinem faciebant strepitum magnum & terribilem ad modum tempestatis.* 12 Velo. aqui. equi. il. *Hyperbole est, ad designandum velocitatem & fortitudinem equorum.*

13 Væ no. *Verbum est prophetæ plangentis miseriam populi sui imminentem, & consulentis pœnitentiam dicentis,* 14 Laua à mal. *vt per hoc rigor diuinæ iustitiæ temperetur.* 15 Vsquequo mo. *q. d. tu nimis tardas agere pœnitentiam, quia in promptu est Dei vindicta; vnde subditur,*

16 Vox e. an. *s. aduentum Babylonis.*

17 A Dan. *quæ est ciuitas in extremitate aquilonari Iudææ, exercitus enim Chaldæorum venit ex illa parte.* 18 Et notum fa. do. *id est regem Babylonis. qui se fecit adorari, vt Deum in statua aurea, Dan. iij.*

19 De mon. Ephra. *Locus est propinquior Ierusalem quàm sit Dan. & secundum quod exercitus Chaldæorum magis appropinquabat, secundum hoc currebant nuntij Sedechiæ destinati ad hoc ad nuntiandum sibi ideo subditur.*

20 Ecce audi. est in Ier. *vbi erat Sedechias.*

21 Custo. ve. i. *Chaldæos venientes ad obsidendum Ierusalem, & ita diligenter custodientes portas & exitus, quod nullus posset egredi quin caperetur. Cuius causa subditur,* 22 Quia me ad ira. *per idololatriam & alia mala supra posita.* 23 Ventrem meum. *Hic consequenter ponitur dolor prophetæ in corpore. Vehemens enim motus mentis gaudij & doloris redundat ad corpus. Ideo dicit propheta.* Ven. meum. *q. d. ita affligor in corpore sicut mulier parturiens, vel sicut vir torsiones horribiles sentiens.*

24 Sensus cordis, &c. *ex vehementia doloris.*

25 Quo. vocem bucci. audiuit anima mea. *videbat enim in spiritu exercitum Chaldæorum de propinquo inuasurum ciuitatem Ierusalem cum tubis & clamoribus bellicis.*

Con-

Mos ventilandi granum.

MORALITER.

† mente, sed etiam corpore, quia motus fortis animæ redundat ad corpus, ideo in eorum persona subditur postea,

23 *Ventrem meum doleo.* Et subditur causa.

† Con-

& discordiam cernit in ecclesia, & in conuenticulis suis clamare perdicem, & in bella conuerti Dei requiem. Vnde sequitur,

Schismata in Ecclesia. Ioan. 11. d. Luc. 19. g.

a *Vsquequo vi.* Vox prophetæ, & per prophetam Dei, dolentis super contritionem populi sui, cuius viscera ad instar hominis lacerantur, Saluator in morte Lazari, & super Ierusalem fleuit.

Nec dolorem celat silentio, & clangor buccinæ & strepitus præliorum illius turbat affectum, dum mala malis cumulantur, & vniuersa duarum tribuum terra vastatur.

b *Quia stul. po.* HIER. lib. I. LXX. Quia principes populi mei non cognouerunt. Vt magistrorum maior sit culpa, quam populi Dei scientiam non habētis. Quę est maior stultitia, quàm boue cognoscēte dominum suum, & asino præsepe domini sui, Israel dominum non cognoscere, præsentem contemnere, quem semper cupiebat videre?

18. q. 7. c. & hoc diximus. Contra eos qui prælaturas committunt indoctis. Esa. 1. a. Stultitia Iudæorum.

c *Sapientes sunt*, &c.

† THEOD. in hunc locum. Ne putentur venia digni, tamquam stulti, hoc subiunxit. Istud enim est molestissimè ferendum, quod hi ad rem nihili vtuntur sapientia veluti ebrij vino: & homicidæ ferro.

HIER. supr. Sapientes malitiosi, Cui illud simile, *Filij huius sæculi sapientiores sunt filiis lucis in generatione sua*, Et villicus iniquitatis quædam sapientius fecisse narratur; & serpens in paradiso prudentior cunctis bestiis legitur. Illa ergo est vera sapientia, quæ cum timore Dei iungitur. Vbi autem insidiæ & tergiuersatio est, non sapientia sed versutia & calliditas vocatur.

Luc. 16. b. Gen. 3. a. De vera & falsa sapientia.

d *Aspexi ter.* IBIDEM. Propheta cernit in spiritu quæ ventura sunt, vt audiens populus terreatur & pœnitentiam agat, vt non sustineat quæ formidat. Quidquid secundum historiam de Iudæa & Ierusalem dicitur, ad ecclesiam Dei referamus: quæ cum Deum offenderit, & vitiis & persecutione vastata fuerit, vbi quondam virtutum cohors & lætitia, ibi multitudo peccatorum & mœror versetur.

Ecclesiæ vastatio.

clamorem prælij.[20] Contritio super contritionē vocata est, [1]

a ¶ Insperato. b ¶ Irruente Babylonio. c ¶ Quondam hospitia in prædam cessere hostium.

vastata est omnis terra. Repēnte vastata sunt tabernacula [2]

a ¶ Quondam. b ¶ Regem Babylonium, vel à meo seruitio recedentes.

a mea, subitò pellēs meæ.[21] Vsquequo videbo fugientēs, au- [3] [4]

a ¶ Causam præsupponit prædictorum malorum. b ¶ Non natura, sed studio voluptatis.

b diam vocē buccinæ?*[22] Quiā stultūs populus meus me nō [5] [6]

¶ Facti scilicet. a ¶ Pro sapientibus.

c cognouit. Filij insipientes sunt & vēcordes. Sapientes sunt [7] [8]

d vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.[23] Aspexi ter- [9]

a ¶ Habitatore deleto. b ¶ Terroris magnitudinem populo non vidente. [10]

ram, & ecce vacūa erat, & nihil: & cælos, & nōn erat lux in [11]

a ¶ Hyperbolicos. [12]

eis.[24] Vidi mōntes & ecce mouebantur, & omnes colles cō- [13]

a ¶ Conturbari videntur. b ¶ Circumquaque [14]

turbāti sunt.[25] Intuitūs sum & nō erat homo, & omne vola- [15] [16]

a ¶ Quod solet habitatores sequi. ¶ Iram Dei sentiunt elementa, & irrationabilia pertimescunt animalia.
b ¶ Cum homine, peritque cum pereunte.
c ¶ Qui mari magno imminet oleis consitus, arbustis vineisque depressus, alias condensus.

tilē cæli recēssit.[26] Aspexi & ecce Cārmelus desertus, & om- [17]

a ¶ Instantia domini. b ¶ Instantia. c ¶ Vitio populi concitatæ, quæ omnium malorum causa.

nes vrbes eius destructæ sūt à faciē domini, faciē īræ furoris

e eius.[27] Hęc enim dicit dominus: Deserta erit omnis terra, sed [18]

tamen consummationē non faciā.[28] Lugebit terra, & mœ- [19] [20]

¶ Quia sententia mea ad finem peruenit. [21]

f rebunt cæli desuper, eò quòd locutus sum. Cogitaui & non [22]

g pœnituit me, & auersus sum ab eo.[29] A voce equitis & mit- [23]

tentis sagittam fugit omnis ciuitas. Ingressi sunt ardua, & a- [24]

scenderunt rupes. Vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & non ha-

a ¶ Quæ culpa clementem Deum amaricasti. b ¶ Sub figura adulteræ alloquitur eam.

h bitat in eis homo.[30] Tū autē vastata quid facies? Cū vēstieris [25] [26]

i a ¶ Fide sanguinis Christi. b ¶ Meditatione sensus, & intelligentia spirituali.
c ¶ Si habueris studium mysteriorum, & secreta Dei cognoscendi.

te cōccino, cū ornata fueris mōnili aureo, & pinxēris stibio [27]

† THEOD. in h. loc. Hæc euenire solent his, qui delabuntur in calamitates, quibus lux non videtur esse lux, nec dies esse dies, neque dulcia, dulcia, sed omnia mutantur eis in contrarium.

e *Hæc e. di.* HIER. lib. I. hic. Mixta est domini clementia iræ: terra deseritur, sed non consumitur, vt remaneant qui intelligant clementiam eius.

Mixta est Domini clementia iræ.

f *Cogitaui & non pænituit me, &c.* IBID. Vt prędictam auferrem sententiam, & ira sæuientis non perueniret ad finem; minatus est dominus per Ionam, sed impendentem gladium lachrymarum & gemituum magnitudo superauit.

Ionæ 3.

g *A voce equitis.* IBID. Describit furentium exercitum à cuius timore populus ciuitatem reliquit, & ardua conscendit: sed tamen iram Dei declinare non potuit. Hoc totum ad ecclesiam potest referri, cum Deum offenderit, & aduersariis tempore persecutionis, vel vitiis atque peccatis tradita fuerit.

h *Tu autem va.* HIER. IBID. Hoc idem dicendum contra eos, qui coniugales affectus, & veræ fidei pudicitiam perdiderunt.

i *Cum vestie.* IBID. Hæc enim & tuis amatoribus præparas, & lectus angustus vtrumque capere non potest. Nec Deus ornamenta suscipit, quibus ante amatoribus tuis placuisti.

† THEOD. in h. loc. Solebant diebus festis dæmonum, pulchritudini ope-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Contri. super contri. *quia primò vastatus est populus fame, secundò gladio.*

2 Repente vastata sunt taberna. &c. *id est, templum vbi erant multa tabernacula.*

3 Sub. pel. meæ, *loquitur de templo Salomonis, ad modum tabernaculi Moysi, quod fuit opertum pellibus, vt habetur Exo. xxvj.*

4 Vsquequo vi. fu. *per hoc designat quod populus Israel non posset se defendere.*

5 Stultus populus meus, *falsis prophetis credendo,*

6 Me non cog. *verba mea recipiendo, vt habetur infra in multis locis.*

7 Filij insipientes sunt, *nescientes distinguere vera à falsis:*

8 Et vecor. *tamquam insani pseudoprophetarum dicta sequentes.*

Sapientia mundana.

9 Sapientes sunt vt fa. ma. *Ista est sapientia mundana, quæ est terrena, animalis, & diabolica Iacobi iij. d.*

10 Aspexi terram, *scilicet, Iudææ,*

11 Ecce vacua erat, *bonis omnibus per Chaldæos inde sublatis & habitatoribus captiuatis.*

12 Et cælos, & non erat lux in eis. *Loquitur metaphoricè, per hoc designans magnitudinem tribulationis imminentis secundum communem modum loquendi, quo positis in angustia magna, dicuntur cæli obtenebrati, Et hic modus loquendi frequens est in scriptura.*

13 Vidi montes, *id est, principes Iudææ & bellatores.*

14 Et ecce mouebantur, *ad fugam tamquam viribus dissoluti.*

15 Intuitus sum, & ecce non erat homo, *quia partim fuerunt occisi, & partim in captiuitatem ducti: & per fugam euaserunt pauci, vt habetur infra xl. ca. ideo subditur,*

16 Et omne volatile, &c. *per hoc designans euadentes in fuga.*

Carmelus.

17 Aspexi & ecce Carmelus, *id est, Iudæa à Carmelo denominata, eo quod erat locus fertilis & amœnus; intelligendo tamen de Carmelo, qui est in sorte Iudæ, quia alius erat in sorte Ephraim sterilis. Cetera patent ex dictis vsque,*

18 Sed tamen consummationem non faciam, *id est, populo Israel omnimodam destructionem, quia postea tempore Cyri rediit in Iudæam, & reædificauit templum & ciuitatem, vt habetur j. Esdræ & Neemiæ: quia tamen hoc fuit post lxx. annos secundum communiorem opinionem, ideò subditur,*

19 Lugebit terra, *tamquam inculta quæ dicitur metaphoricè lugere, sicut pratum virens dicitur ridere, & eodem modo quod subditur,*

20 Et mœre. cæli desu. *quia ros & pluuia inde descendentes non proficiebant ibi propter defectum hominum colentium.*

21 Eò quòd locutus sum, *diffinitiuè hanc vindictam inferendo, ideo subditur,*

22 Cogitaui, &c. A voce equitis, *id est, equitum regis Babylonis. Et accipitur hic singulare pro plurali, sicut dicitur Exo. viij.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum.*

23 Fugit omnis ciuitas, *id est, habitatores omnium ciuitatum.*

24 Ingressi sunt ardua, *i. loca inaccessibilia equitibus, vbi multi fuerunt fame mortui, non audentes inde egredi ad quærendum sibi victum.*

25 Tu autem vastata quid fa. *quasi dicat non habebis remedium: vnde subditur,*

26 Cum vestieris te coccino. *Loquitur de Iudæa sub metaphora meretricis se ornantis vestibus, & iocalibus, & vnguentis meretriciis, cum subditur,*

27 Et pinxeris stibio. *id est, farditione, sicut dicitur de Iezabel. iiij. Reg. ix. & hoc ad quærendum gratiam.*

MORALITER. † 1 *Contri. super con.* id est mors gehennæ super mortem culpæ.

operam dare, vnde reducit eis in memoriam eiusmodi ornamenta, A docetque illa omnia inutilia esse & noxia, quæ nullũ à dæmonibus auxilium compararunt, imò potius illis procurarunt hæc mala.

† Clemens. Alexand. lib. 3. prædagog. c. 3. Ornantur feminæ vt aliis placeant, quæ in facie, non in corde gloriantur. Sicut enim notæ iniustæ fugitiuum, ita etiam floridi colores adulteram indicant. *Nam & si coccino induaris, & aureo ornamento orneris, & oculos tuos vngas stibio, frustra est pulchritudo tua*, dicit verbum per Hieremiam. An vero non absurdum est, equos quidem & aues & alia animantia, ex herba D & pratis surgere ac euolare proprio ornamento lætantia, iubis & colore naturali, & pennis variis; mulierem verò, ac si sit bestiis inferior, se esse adeo deformem existimare, vt externa & emptitia pulchritudine egeat?

Contra luxum mulierum in vestitu.

a ¶ Cum Deum quasi virum [illegible] offenderis. b ¶ Dæmones.

oculos tuos, frustra componeris.[1] Contempserunt te amatores tui,[2] animam tuam quærent.[3] 31 Vocem enim quasi parturientis audiui,[4] angustias vt puerperæ. Vox filiæ Sion inter morientes expandentesque manus suas. Væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.[5]

a ¶ Non stupri immunditiam. b ¶ Describit Ierusalem, euigilantem atque clamantem.

a ¶ Inter quas potest vix respirare. b ¶ Huiusmodi dolorem nondum expertæ. c ¶ Est talis scilicet.

a *Vocem enim quasi.* Hier. lib. 1. hic Duo exempla posita sunt & parturientis & lugentis, vt quidquid mulier patitur, vel in fœtu, vel in morte filiorum, Ierusalem patiatur in populis.

† Theodoret. Rom. 12.

b *Væ mihi.* Implet legem diuinam, *flere cum flentibus*, condolens his qui pœnis affliguntur.

B

NICOLAVS DE LIRA.

1 Frustra componeris, *cuius causa subditur,*

2 Contempserunt te amatores tui, *id est, Chaldæi cum quibus machata fuisti per idololatriam.*

3 Animam tuam quærent, *quam auferent de corpore: ideò subditur,*

4 Vocem quasi parturientis audi. *in quo propheta describit clamorem morientium fame & gladio, & ideo subditur,* E

5 Væ mihi, *lamentans interfectionem populi sui.*

ADDITIO.

Ter Heu est vna dictio.

In ca. 4. vbi dicitur in Postil. Circa primum dicit Ieremias, heu, &c. *vbi dicitur*, heu, heu, heu, *eadem dictio ponitur in Hebræo, sicut in primo ca. vbi dicitur*, A a a. *vnde nec ibi, nec hic ponitur triplex dictio, sed est vna dictio composita ex tribus litteris, prout Postillator ibidem exposuit: & eodem modo est in hoc loco exponendum.*

CAPVT V.

a *Circumite vi.* Hier. li. 1. Grandis amor iustitiæ vt non iuxta interrogationem Abrahæ, & responsionem Dei, quod pro decem viris iustis liberet Deus ciuitatem, iamiamque perituram; sed si vnum inuenerit, qui faciet iudicium, & quærat fidem.

† Theodoret. Immensa est tum illorum impietas, tum domini beneuolẽtia: Illi enim tendũt vnaC nimiter ad male agendum; hic autem vel vnius beneficio vitam legi consonam agentis, pollicetur omnibus veniam.

Summa Dei misericordia.

b *Dom. ocu. tui.* Hier. Damnãtur opera Iudæorũ (in quibus iuxta legis ceremonias exultabãt) per fidẽ Christianorũ, per quã gratia salui facti sumus.

c *Percussisti eos.* Gregorivs. Omnis diuina percussio, aut purgatio est nobis vitæ præsentis, aut initium pœnæ sequentis. Propter eos, qui proficiunt, dictum est, *Qui fingis laborem in præ. &c.* quia dum flagellatur iniquus & corrigitur, qui præceptum audire noluit, audiuit dolorem, & à malis quasi percepto dolore cohibetur; de his vero quos dãnant flagella, & non emendant, dicitur, *Percussi eos & non dolue.* Hæc flagella in hac vita inchoant, in æternum perdurant: vnde, *Ignis exarsit ab ira mea, & ardebit vsque ad inferos deorsum.* Et est vnum flagellum quod temporaliter incipit, & æternis consummatur suppliciis.

Psal. 93. d.

Dei flagella aut sunt purgatio vitæ præsentis aut initiũ pœnæ sequentis.

F Deut. 32.

d *Et non do.* Inferuntur supplicia vt corrigantur vitia, sed non emendatur Ierusalem nec per tormenta.

CAPVT V.

a Circumite vias Ierusalem, & aspicite,[1] & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium,[2] & quærentem fidem, & propicius ero eis. 2 Quòd si etiam, viuit dominus, dixerint,[3] & hoc falsò iurabunt.[4] 3 Domine oculi tui respiciunt fidem.[5] Percussisti eos,[6] & non doluerunt,[7] attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas supra petram,[8] & noluerunt reuerti.[9] 4 Ego autem di-[10]

¶ Poterant aliqui in populo cultum Dei simulare, & per dominum iurare! Deus autem non delectatur sermone, sed veritate, & eos diligit, quorum verba labiaque consentiunt.

a ¶ Post verbum quo dicit, Circumite vias Ierusalem, &c. Propheta loquitur ad dominum.

¶ Alias pro. ¶ Tamen. ¶ Tamen. a ¶ Super omnia. ¶ Impudenter, ne vitia sua erubescerent. a ¶ Saltem pudore. b ¶ Mecum cogitans.

☞ For-

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT V.

Circumite. *Superius Ieremias arguit regni Iuda multiplex flagitium, propter quod meruit supplicium, hic consequenter excludit remedium; & diuiditur in duas partes, quia primò ponitur remedij exclusio: secundò subditur Ieremiæ lamentatio, ca. ix. prima in quatuor, secundum quatuor remedia quæ excludit in hoc ca. & tribus sequentibus, quæ sunt populi iustitia. Sacerdotum sanctimonia, templi sanctitas, doctorum veritas, vt videbitur. Primum autem per quod posset populus habere remedium, esset aliquorum iustitia, pro quibus parceret dominus toti populo, sicut Gen. 18. dominus dixit se velle parcere toti ciuitati Sodomorum pro decem iustis si ibi inuenirentur, & istud remedium in hoc capitulo excluditur. Et diuiditur in tres partes, quia primò excluditur iustitia vulgarium; secundo principum, ibi,* Ego autem; *tertiò, simul istorum & illorum, ibi,* Super quo. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

Quatuor per quæ remedium habere potuisset populus Israel & non habuit.

1 Circumite vias Ieru. *quærendo diligenter & non superficialiter,*

2 An inueniatis virum, &c. *id est aliquos viros iustos in tali numero, quod propter eos decens sit parcere communitati. Non enim accipitur hic virum facientem iudicium pro vnico, quia ibi erat Ieremias & Baruch & Abdemelech Aethiops, qui erant iusti. Ad hoc enim quod pro iustitia aliquorum communitati parcatur, sufficiens numerus requiritur: vnde & Abraham petens à domino vt pro aliquibus iustis parceretur Sodomæ; non fuit ausus vltra decem descendere, Gen. 18.*

Quot oportet esse iustos vt saluetur communitas?

3 Quod si etiam, viuit do. dixerint, *quasi faciendo reuerentiam nomini diuino,*

4 Et hoc falso, &c. *& sic tale iuramentum reuertitur in diuinam irreuerentiam.*

5 Domi. oculi tui respiciunt fidem. *i. mentis fidelitatem, & non tantum verba; secundum quod dicitur.* i. *Reg.* 19. *b.* Homo videt ea quæ parent, Deus autem intuetur cor.

6 Percussisti eos, *per reges Assyriorum & Aegypti qui ante tempus Ieremiæ afflixerant regnum Iuda vt patet 5. Regum.*

7 Et non do. *dolore contritionis de peccatis suis. Ideo sequitur postea,*

8 Indurauerunt facies suas sup. petram. *inuerecundè & contumaciter peccantes, vt patet per supradicta.*

9 Et noluerunt reuerti. *de malitia sua ad monita prophetarum.*

10 Ego autem. *Hic consequẽter excluditur iustitia principum, cum dicitur,*

☞ Forsi-

MORALITER.

1 *Circumite vias Ierusalem & aspicite.* Hic ad litteram excluditur iustitia habitantium pro tunc in Ierusalem, per quam mysticè signatur militans ecclesia, in qua sunt clerici & laici. Et in hoc ca. excluditur iustitia laicorum, & clericorum in capitulo sequenti: nam de vtrisque pauci comparatiuè sunt iusti; & per oppositum concluditur iniustitia eorum. Et quantùm ad laicos vulgariter dicitur,

Pauci sunt de clericis & de laicis boni.

2 *Quærite in plateis Ierusalem, an inueniatis virum facientem iudicium,* quasi dicat, paucos valde inuenietis, Matt. 7. b. *Arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci intrant per eam.*

3 *Quod si etiam, viuit dominus, dixerint,* i. si aliquid sub iuramento promiserint, non tenebunt.

6 *Percussisti eos & non dolue.* i. flagellis tuis se non emendauerunt, sed obstinati in suis fecibus remanserunt.

10 *Ego autem dixi.* Hic consequenter ostenditur propositum quantum ad principes, de quibus subditur,

† Ibo

a *Forsitan pau. sunt.* HIER. lib. 1. Sicut illud, *Mittam filium meum, forsitan ipsum verebuntur*, Vtitur Deus sermone dubitantis, vt ex ambiguitate sententiæ & verborum suspensione liberum hominis monstretur arbitrium.

b *Ecce magis hi simul confre.* IBID. Iuxta tropologiam. Qui magni putantur in ecclesia, quia soluunt iugum & rumpunt vincula, traduntur in ignominias passionum, vt faciant quæ non conueniunt.

† THEODORETVS. Ista propheta nō protulit simpliciter, sed post promissam domini clementiam atq; humanitatem. Ostendit igitur se quæsisse, quemadmodum mãdatum ei erat, an vnum saltem reperiret facientem iudicium, & quærentem fidem; at inuenit cunctos iugum legis contriuisse.

c *Vincula.* HIER. præceptorum Dei, non Pharisæorum, de quibus dicitur, *Dirumpamus vin. eorum & proijciamus à nobis iugum ipsorum.*

d *Pardus vigi.* IBID. Alexandri impetum significat, qui subditis sibi varijs Gētibus, quasi variatus pardus contra Mædos Persasque arma corripuit. Quia verò non de futuro sed de præterito, vel iamiamque de futuris historiam texit, ideò de Romano tacet imperio, de quo forsitan dicitur, *Omnis qui egressus fuerit ex eis, &c.* † THEODORETVS vbi supr. Leonem vocat Nabuchodonosor, lupum autem vt puto Nabuzardan coquorum principem, qui posteriore loco missus, ciuitatē Dei, & templum incendit; pardum verò existimo vocari Antiochum Epiphanem. Nam Daniel Macedonum regnum vidit assimilatum pardo.

e *Super quo pro. t.* HIER. IBID. Catalogus peccatorum Ierusalem, dum dicit se Deus ignorare qua ratione possit eis misereri.

† THEOD. vbi sup. Recenset etiam speciem transgressionis: † Non enim ait, vos soli & filij vestri iuratis per eos qui non sunt dij, sed & alios adiuratis.

f *Saturaui e.* HIER. Audiat hoc qui acceptis diuitiis luxuriæ seruiunt.

g *Equi a.* Equis, cum non vident iumentū, non apparent genitalia, sed cum vident, imminent & irruunt super eam. Hebraicè mosechim. i. trahētes, vt ostendatur magnitudo genitalium: vnde in Ezechiele, *Quasi asinorum carnes eorum.* Et alibi, *Assimilatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis.*

(Margin: Matt. 21. d. — Peccata magnatū. — Psal. 2. a. — Alexander pardo comparatur. — Ezec. 23. c. — Psal. 48. c.)

[Interlinear glosses: a In plebe, scilicet. — Vulgus ignobile, imperitum, si non potest Dei no[…] mandata, excusabile est. — Qui præsunt populo. — a Magistri peiores discipulis, & quanto est in diuitibus maior auctoritas, tanto maior est insolentia peccatorum. — b Legis. — a Babyloniorum regnum. b Mædi & Persæ, quod significat vrsa in Daniele. — Hæc omnia patientur. — a Vsu assiduo. — b A domino. — a Non mei. — a Quibus honorem tribuunt Dei. — b Sine Cerere & Baccho friget Venus. Amica sunt venter & genitalia. — a Non homines, vnde: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. — a Metaphora. — c Quasi equus libidine plenus. — b Cùm hoc feceris visitatione digna es. — c Visitabo in virga iniquitates eorum.]

a xi, [1] forsitan pauperes sunt & stulti, [2] ignorantes viam domini, [3] & iudicium Dei sui. [4] Ibo igitur ad optimates, & loquar eis. [5] Ipsi enim [b] cognouerunt [6] viam domini, & iudicium Dei sui. Et [7] ecce [c] magis hi simul cōfregerunt iugū, [8] ruperunt vincula. [9] Idcirco percussit eos leo de sylua, [10] lupus ad vesperam vastauit eos, [d 11] pardus vigilans super ciuitates eorum: [12] Omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur [13] quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, [e 14] confortatæ sunt auersiones eorum. [15] Super quo propicius tibi esse potero? [16] Filij tui [17] dereliquerunt me, & [18] iurant in [f] his qui non sunt dij. [19] Saturaui eos, & [20] mœchati sunt, & in domo [g] meretricis luxuriabātur. [21] Equi amatores in feminas, & emissarij facti sunt, [22] vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. [23] Nunquid super his nō visitabo, dicit dominus, & in Gente

NICOLAVS DE LIRA.

1 Forsitan paupe. sunt & stulti, *vulgares isti. Cuius causa subditur,*
2 Ignorantes viam do. *quantum ad præcepta moralia & ceremonialia,*
3 Et iud. Dei sui. *quantum ad iudicialia; quia tales homines sunt intenti agricultura, & operibus mechanicis, & non mandatis Dei audiendis.*
4 Ibo igitur ad opti. *i. ad regem & principes & alios maiores,*
5 Ipsi enim cog. *i. cognoscere debuerunt,*
6 Viam do. & iud. *exponatur vt supra. De rege enim scribitur Deut. 17. quod debet habere legem & eam meditari, & idem intelligendum est de principibus.*
7 Et ecce ma. &c. *id est, præcepta moralia & ceremonialia transgrediendo.*
8 Ruperunt vincula, *i. præcepta iudicialia quæ erant quædam retinacula à transgressione, pœnarum timore, & quia peccatum istorum erat grauius ratione status altioris & maioris cognitionis, ideò subditur quadruplex pœna quæ inflicta est Iudæis successiuè secundum diuersa tempora; cum dicitur,*
9 Idcir. per. eos leo de sil. *i. rex Babylonis, qui per leonem intelligitur, vt dictum est ca. præcedenti.*
10 Lupus ad vesp. *i. rex Persarum & Mædorum, quia licet Cyrus fuerit Iudæis beneuolus, tamen post eum fuerunt aliqui alij eis duri, tenentes eos sub seruitute graui.*
11 Pardus vigilans, &c. *ad eos spoliandum. Per hoc intelligitur regnum Græcorum, & potissimè Antiochi illustris, qui multa mala intulit Iudæis. vt patet. j. Machab. & 2.*
12 Omnis qui, &c. *per Romanum imperium per Edom significatum, vt dicit hic Rab. Sa. & hoc potissimè fuit impletum, quando Titus destruxit ciuitatem & templum, & captiuauit populum. Et causa prædictorum subditur,*
13 Quia multiplicatæ sunt præuari. eorum. *ante captiuitatem Babylonicam.*
14 Confortatæ, &c. *post templum dictæ ciuitatis, & potissimè tempore Christi, à quo Iudæi per deceptionem Sacerdotum & Pharisæorum fuerunt auersi, vt dictum est supr. cap. 3.*
15 Super quo. *Hic consequenter describitur malitia omnium laicorum generaliter. Et diuiditur in duas partes, quia primò excludendo iustitiam eorum concluditur opposita malitia; & secundò subditur debita pœna, ibi,* Hæc ergo. *Circa primum dicitur,* Super quo tibi propi. &c. *q. d. dominus, ex quo non est iustitia in vulgaribus, nec in principibus ex parte populi, non potest tibi remediari, ideo de vtrisque subdit,*
16 Filij tui, *i. maiores & minores, qui dicuntur filij regni Iudæ, & etiam Ierusalem, quæ erat metropolis.*
17 Dereliquerunt me. *per idololatriam,*
18 Et iu. in his, *scilicet idolis ad eorum reuerentiam,*
19 Saturaui eos, *replendo bonis temporalibus,*
20 Et mœch. sunt. *per idololatriam, quæ est spiritualis mœchia, & etiam corporalis luxuria, ideo sequitur,* Et in domo meretricis, &c.
21 Equi amatores in fe. *in hoc notat effrenatam eorum luxuriam, eo quod equi præ ardore libidinis aliquando insaniunt post equas.*
22 Vnusquisque ad vxo. &c. *i. signum luxuriæ prætendebat inuerecundè.*
23 Numquid su. &c. *quasi dicat. Sic. Ideò conuertit sermonem ad Chaldæos dicens,*

(Margin: Peccata principum. — Quatuor monarchiæ quæ afflixerunt Hebræos. — Diuisio. — Hebræorū effrenis idololatria & luxuria.)

MORALITER.

† 4 *Ibo igitur ad optimates, &c.* Et sequitur,
7 *Et ecce magis hi sim. confreg. iugum, &c.* s. iustitiæ & legis diuinæ.
9 *Idcirco percussit eos leo.* i. diabolus, qui dicitur leo inquantum percutit principes plaga superbiæ:
10 *Lupus,* inquantum percutit eos subditorum oppressione & bonorum suorum deuoratione.
11 *Pardus vigilans.* inquantum percutit eos plaga dolositatis & malitiæ. Et subditur eorum pœna cum dicitur,
12 *Omnis qui egressus, &c.* s. de præsenti vita,
† *Capietur, &c.* à dæmonibus, & punietur in gehenna.
15 *Super quo.* Hic ostenditur propositum quantum ad vtrosque. s. vulgares & principes simul, & arguuntur de infidelitate, cum dicitur à domino.
16 *Filij tui dereliquerunt me, &c.* Arguuntur etiam de luxuriæ fœditate, cùm dicitur,
21 *Equi amatores in feminas, &c.* Et subditur pœna cum dicitur,

(Margin: Peccata principum.)

a *Et dissi.* HIERON. lib. I. Audiat ecclesia quàm citò muri & propugnacula dissipentur eorum qui non habent spem in domino: & præuaricantur in eum. Sed tamen non fiat consummatio, propter clementiam iudicis, non propter meritum peccantium.

b *Consummationem.* † THEODORET. in hunc locum. Per hæc designat obscuris verbis reuocationem, & secundam instaurationem, sed prædicit aduersorum causam, nempe quod ingrati in beneficiorum collatorem insolescebant, seque meliores existimabant, quàm qui meritò afflictiones paterentur.

c *Negauerunt dominũ & dixerunt, &c.* HIER. Audiat hoc ecclesia negligens: & prouidentiam Dei refutans, quod & gladium & famem sustineat, nisi ventura crediderit quæ dicuntur.

† THEODORETVS. Auctores eorum erant pseudoprophetæ, quos in sequentibus arguit.

d *Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem.* HIERON. vt increduli sermone tuo crementur. Sicut Deus ignis consumens dicitur: vt consumat in nobis ligna, fenum, stipulam, si supra fundamentum Christi ædificauerimus.

Deut. 4. d.

† ORIGENES. Quare dixit in ignem? Quia sermones, quos loquebatur, accendebant auditores, & nihil tepidum in eis neq; frigidum permanebat, sed sicut ignis consumit omnem materiam, nec immundum quid recipit, ita & hi, quorum cor diuini verbi ignis accenderit, non patientur vltra mundanis sordibus pollui.

Ignis dilectionis Dei.

a ¶ Quasi: Iam non populus Dei. b ¶ Quod in veteri testamento pro affectu ponitur, in nouo pro veritate. Potestatem habeo ponendi animam meam. c ¶ Vos Gentes de quibus: Percussit leo de sylua, &c. ¶ Hier. Pro vera anima. d ¶ Ierusalem.

tali non vlciscetur anima mea.[10] Ascendite muros eius & dissi-

a ¶ Vt saluentur reliquiæ, & sint qui annuntient in Gentibus gloriam Dei. b ¶ Seueritati miscet clementiam. c ¶ Aliàs, sustentacula, auxilia scilicet.

pate, consummationem autem nolite facere. Auferte propa-

¶ Alias propagationes.

gines eius, quia non sunt domini. [11] Præuaricatione enim præ-

a ¶ Decem tribus. b ¶ Duæ.

uaricata est in me domus Israel & domus Iuda, ait dominus.

a ¶ Cuius iudicio fiunt omnia, sed casu fiunt.

[12] Negauerunt dominum, & dixerunt: Non est ipse, neque ve-

a ¶ Quod prophetæ minantur. b ¶ Obsidionis.

niet super nos malum: gladium & famem non videbimus.

a ¶ Omnia irrita transierunt. b ¶ Domini.

[13] Prophetæ fuerunt in ventum loquuti, & responsum nõ fuit

a ¶ Quæ sequens sermo describit.

in eis. Hæc ergo eueniet illis: [14] Hæc dicit dominus Deus exer-

a ¶ Prophetæ fuerunt in ventum loquuti.

cituum: Quia loquuti estis verbum istud: Ecce ego do verba

a ¶ O Ieremia. b ¶ In quæ scilicet ignis habeat potestatem.

mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vora-

a ¶ Quasi dicat: Non in ventum loquuti sunt prophetæ. b ¶ Iam nunc. ¶ Babylonis.

bit eos. [15] Ecce ego adducam super vos Gentem de longinquo

a ¶ Pro quo in Hebræo Ethan. b ¶ Cui quondam dominatus est Nemroth Gigas.

domus Israel, ait dominus: Gentem robustam, Gentem anti-

quam, Gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid

a ¶ Armatura Babyloniorum. Assyrij enim & Babylonij, Persæ & Mœdi sagittarij sunt.

loquatur. [16] Pharetra eius quasi sepulchrũ patẽs, vniuersi fortes.

a ¶ Gens prædicta.

[17] Et cõmedet segetes tuas, & panẽ tuũ, deuorabit filios tuos & filias tuas, comedet gregẽ tuũ & armenta tua, & comedet vineã tuã & ficũ tuã, & cõteret vrbes munitas tuas, in quibus tu

e *Gentem de longinquo.* † THEODORET. in hunc locum. Dicit Assyrios, quos appellat gentem antiquam, quod regnum eorum sit omniũ vetustissimũ: vtpote post diluuium Nembrod imperauerit. Deinde recitat vocẽ alienæ linguæ, & cum aperto sepulchro pharetrã comparat, eo quod tela sunt lethifera, ipsi verò iaculandi peritissimi. Enarrat etiam regionis vastationem, depopulationem domorum & hominum stragem.

Antiquitas gentis Assyriorum.

Peritia eorũ in mittendis sagittis.

f *Ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur, &c.* HIERON. vbi supr. in Hebræo: *Non intelliges quid loquatur.* Est enim malorum solatium, si habeas hostes, quos rogare valeas, qui intelligant preces tuas.

†† Quod sequitur, & in LXX. editione non dicitur, *Pharetra eius quasi sepulchrũ patens*, Babyloniam significat armaturam.

g *Et comedet segetes tuas, & panem tuum, deuorabit filios tuos & filias tuas, comedet gregem tuum, &c.* Vastitatem terræ describit, interfectionem multorum, abactionem pecorum, subuersionem vrbium & murorum, quod gladio hostili cuncta capiantur.

Ve-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ascen. mu. eius & dissipate, *ciuitatem & Gentem.*

2 Consummationem autem. *i. totalem populi exterminationem,*

3 Nolite facere, *quia illi qui fuerunt ad vitam reseruati & in captiuitatem ducti: postea redierunt in Ierusalem tempore Cyri.*

4 Auferte propagines eius. *i. ramos & non radices: per hoc designans reditum dictum.*

5 Quia non sunt domini, *id est, seruientes ei.*

6 Præuarica. enim, &c. *id est, decem tribus primò quæ erant iam captiuata in Assyrios:*

7 Et domus. *i. duæ tribus postea.*

8 Negauerunt do. *s. facto idolis immolando.*

9 Neque ve, super nos ma. *à Ieremia & aliis prophetis nuntiatum: sic enim falsò æstimabant, ideo sequitur,*

10 Prophe. fue. in ven. *Id est, pro nihilo.* Et responsum non fuit in eis: *quia non est sequuta aliqua correctio.*

11 Hæc ergo. *Hic consequenter ponitur debita pœna: & primò ponitur huius pœnæ comminatio; secundò comminationis ratio, ibi,* Quòd si dixeritis. *Circa primum dicitur,* Hæc ergo eue. eis. *id est, pœna quæ sequuntur.*

12 Ecce ego, &c. in ignem, *Verbum est domini ad Ieremiam: qui prophetauit ciuitatem succendendam supr. j. c.*

13 Et populum istum in ligna, *quia multi de populo cum ciuitate fuerunt combusti.*

14 Ecce ego adducam super vos Gentem de longin. *quasi diceret: Non miserebitur vestri ex aliqua familiaritate pristina, sicut solet esse inter vicinos.*

15 Gentem robustam, *cui non poteritis resistere:*

16 Gentem antiquam, *quia Nemroth citò post diluuium regnauit in Chaldæa: quasi diceret exercitata est in armis ab antiquo.*

17 Gentem cuius ignorabis linguam, *& ideo preces tuæ non valebunt apud eam: quia non intelliget te, nec tu eam.*

18 Pharetra eius quasi sepulchrũ patens, *quasi diceret: in ea sunt optimi sagittarij, ita quod percussi ab eis statim moriuntur & ad sepulcrũ portantur.*

19 Vniuersi fortes, *ad sustinendum belli labores.*

20 Et come. sege. tuas & pa. tuum, *id est, destruet omnia bona tua in rebus, prole, & animalibus, & terræ fructibus.*

Verum-

MORALITER.

† 1 *Ascendite muros eius, & dissipate,* auferendo ab eis præsidium angelorum. Sic in persona eorum dicitur Iere. lj. a. *Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam.*

2 *Consummationem autem nolite facere.* Hoc dicitur eò quod in vita præsenti potest peccator semper ad bonum reuerti.

8 *Negauerunt dominum & dixerunt,* scilicet factis: de quibus dicitur ad Titum. j. d. *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.*

9 *Neque veniet super nos malum,* Sic enim dicunt aliqui peccatores: Deus non fecit nos ad damnandum: & verum dicunt, si faciamus debitum nostrum, ideo sequitur.

12 *Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit, &c.* Debent enim prædicatores ignem gehennæ obstinatis in malo denuntiare.

14 *Ecce ego adducam super vos Gentem de longinquo domus Isra. &c.* id est, dæmones de inferno; qui dicuntur hic gens robusta, quia *non est potestas super terram quæ eis comparetur:* Iob. xlj. d. *Et gens antiqua,* Nam à mundi principio peccauerunt.

Dæmones gens robusta & antiqua.

20 *Et come. segetes.* i. consumet omnia bona tua.

a *Verumtam.* Hier. lib. 1. Reliquiæ. s. saluæ fient, vel eorum qui in Babylonem ducti sunt, vel relicti ad culturam terræ Iudææ; vel eorum qui post persecutionis ardorem, vel fuga, vel confessione fidem Deo seruauerunt.

b *Quod si dixe.* Ibid. Tropologicè. Potest hoc super Hæreticis accipi de quibus: *A nobis exierunt, sed ex nobis non erant, &c.* Hæreticos namque proiecit dominus ab ecclesia, qui multo tempore sub nomine eius, mendaciorum suorum simulacra venerati sunt, vt foris ea colant, vt paleæ separentur à tritico.

† Theod. hoc loco. Iusta supplicij sententia. Quia meum, inquit, repulistis regnum ego vos aliis tradam dominis: iubet eos ista diligenter audire, stultos eos appellans quia nō vtebātur, vt decet sensibus corporeis.

c *Diis alie. in terra, &c.* Hier. Babylonis, & Chaldæorum quasi dicat. Si vos peregrina religio delectat, quid necesse est lōginquum errorem suscipere? Habitate, immo seruite his, quorum Deos colitis.

d *Audi popule stult.* Ibid. Propriè ad Iudam loquitur, & ad domum Iacob. Israel enim multo iam tempore exulabat in Assyriis.

e *Qui non habes cor.* Ibid. Dat intelligi, quod absque præcepto, naturaliter debemus intelligere, quæ recta sunt.

f *Qui habentes.* Ibid. Cui simile: *oculos habent, & non videbunt, &c. Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.*

(Marginalia: 1. Ioan. 2. c. — Hæreticorū abiectio. — Psal. 113. b.)

a habes fiduciā, gladio. [18] Verumtamē in diebus illis, ait domi- [1] *(¶ Hostili.)* b nus, non faciā vos in consummationem. *[19] Quod si dixeri- [2] *(a ¶ Grandis stultitia, nescire cur patiantur, cum tanta commiserint mala.)* tis: quare fecit nobis dominus Deus noster hæc omnia? Di- [3] ces ad eos: Sicut dereliquistis me & seruistis Deō alieno in [4][5] *(¶ Breuis responsio. a ¶ Baal, vel diis alienis omnium Gentium.)* c terrā vestra, sic seruietis diis alienis in terra nō vestra. [20] An- [6] *(a ¶ Iuda.)* nuntiate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicē- d tes: [21] Audi popule stulte qui non habes cor, qui habentes o- [7] *(a ¶ Multis modis peccatores retrahit ad salutem, & stultum vocat populum qui sapientiæ reliquit auctorem.)* e f culōs nō videtis, & aures & nō auditis. [22] Mē ergo non timē- [8][9][10] *(a ¶ Simulacris similes. b ¶ Qui tanta feci vobis. c ¶ Quasi: Non dilectionem quæro perfectorum, sed timorem incipientium.)* g bitis, ait dominus, & à facie mea non dolebitis? Qui posui [11] *(a ¶ Beneficia narrat, vt ingratos arguat.)* arenam terminūm mari, præceptum sempiternū quod non [12] *(a ¶ Ne littora ingrediatur. b ¶ Tam potenti elemento.)* præteribit: & commouebuntur & nō poterunt, & intume- [13] *(a ¶ Quasi: Me sentiunt quæ non habent sensum.)* scent fluctus eius, & nō transibunt illud. [23] Populo autē huic [14] *(a ¶ Quoniam meo scilicet.)* factum est cor incredulum & exasperans. Recesserunt & [15][16] *(a ¶ Non solum contemnens. b ¶ Terga mihi dederunt.)* ābierunt, [24] & nō dixerunt in corde suo: Metuamus dominū *(a ¶ Concito gradu. b ¶ Nec tacita eos retraxit conscientia.)* Deum nostrum, qui dat nobis plūuiam temporaneā, & serotinam in tēpore suo, plenitudinem annuæ messis custo- *(a ¶ Per hæc omnia bona significat.)* h dientē nobis. [25] Iniquitates nostræ declinauerūt hęc, & pec- [17] *(¶ A nobis.)* cata nostra prohibuerunt bonū à nobis, [26] quia inuenti sunt [18][19] in populo meo impij, insidiātes quasi aucupes, laqueos po- [20] *(a ¶ Quia aperte negant Deum: Iniquitas atque peccatum, si confiteatur errorem, facile ad misericordiam flectit Deum.)* i nentes & pedicas ad capiēdos viros. [27] Sicut decipula plena [21] auibus, sic domus eorum plenę dolo. Ideò magnificati sunt [22] k l & ditati, [28] incrassati sunt & impinguati, & præterierūt ser- [23][24] *(a ¶ Cunctos despicientes.)* uum.

g *Qui posui arenam, &c.* † Theodoretus hoc loco. Ostendit eos ipsis inanimatis esse magis irrationales, cum mare suos custodiat terminos: Posuit autem ei terminos, non murum adamantinum, sed arenam leuissimam, dum tamen exagitatur & turbatur, non egreditur fines.

h *Iniquitates.* Hier. l. 1. Si quando mare transcendat terminos, & pluuia retrahitur, manus domini nō abbreuiatur, vt ista non faciat; Sed peccata nostra ad nos hæc venientia declinauerunt, vt pergant ad alios, qui non peccauerunt; vnde, *Mandabo nubibus meis ne pluuant, &c.* Possumus per imbrem temporaneum & serotinum, legem atque Euangelium accipere, & diuersas vocationes à prima hora vsque ad vndecimam: in quibus operariis vineæ vnum æternæ præmium promittitur.

i *Sicut deci.* Ibid. Dum inuicem se venantur ad mortem, & aliorum damnis atque dispendiis domos suas complent, secundum illam philosophorum sententiam, *Omnis diues, aut iniquus, aut heres iniqui.* Atque vtinam hæc tantùm ab eis fiant qui foris sunt, & non à nobis, & venientium ad nos, non manus contemplentur, sed ora.

k *Incrassati sunt, &c.* Cui simile: *incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum.* Et: *Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.*

l *Et impinguati, & præterierunt sermones, &c.* Ibid. In diuinis consili- quasi

(Marginalia: Terminus maris. — Isai. 16. b. — Isa. 5. b. — Matt. 20. a. — Auaritia & cupidit. — Deut. 32. b.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Verumtamen in. *exponatur vt supra.*
2 Quod si dixeritis. *Hic consequenter ponitur dictæ comminationis duplex ratio, secunda ibi,* Iniquitates. *Prima ratio accipitur ex peccato idololatriæ, cum dicitur,*
3 Dices ad eos, *tu Ieremia ex domini persona,*
4 Sicut dereliquistis me. *legem meam transgrediendo.*
5 Et seruistis Deo al. in ter. ve. *scilicet in Iudæa.*
6 Sic seruietis diis al. in t. non ve. *scilicet in Babylone, vbi multi de Iudæis translati secuti fuerunt illius terræ idololatriam.*
7 Audi popu. st. qui non habes cor, *id est, intelligentiam boni. Cor enim frequenter ponitur in scriptura pro mente seu intelligentia.*
8 Qui habentes oculos, *scilicet carnis,*
9 Non videtis, *oculis mentis.*
10 Me er. *quasi dicat me debetis timere, & de offensa mea dolere: Cuius ratio subditur,*
11 Qui posui arenam, *id est, terram aridam.*
12 Terminum mari, *quem non transit vltra se effundendo.*
13 Et commo. *i. quantumcumque commoueantur & intumescant fluctus eius, non tamen transeunt terminum à me præfixum, cum tamen nullam habeant cognitionem.*
14 Popu. au. huic. *ad imaginem Dei facto per rationem & intellectum,*
15 Factum est cor. incre. *verbis meis per prophetas dictis:*
16 Et exasperans. *i. leges meas transgrediens. Cetera patent in littera.*
17 Iniquitates. *Hic consequenter ponitur secunda ratio, quæ accipitur ex peccato auaritiæ. Et primò continuatur littera hæc præcedenti, cum dicitur:* Iniquita. no. de. hæc. *id est, abstulerunt, scilicet amplitudinem annuæ messis.*
18 Et pec. no. prohib. bonum: *scilicet bonum spirituale & temporale, & subditur quomodo,*
19 Quia inuen. &c. insidiantes, *simplicibus ad eos decipiendum & depauperandum,*
20 Quasi aucupes, *qui student decipere aues: & ideò subditur,*
21 Sicut decipula, *id est, rete aucupum,*
22 Plena auib. *ab eis deceptis,*
23 Sic domus eor. plenæ dolo, *i. bonis simplicium dolosè acquisitis.*
24 Ideo magni. sunt, &c. & præte. &c. *quia secundum quod dicit* Apo-

(Marginalia: Cor pro mente vel intelligētia. — Cupiditas, domus & rapacitas... [illegible])

MORALITER.

† 2 *Quod si dixeritis, quare nobis fecit do. Deus noster hæc omnia?* Et respondetur duplex causa: Prima est multiplicatio peccatorum contra dominum, cum dicitur,

4 *Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra.* Secunda est, multiplicatio peccatorum contra proximum, quæ tangitur cum dicitur postea,

19 *Quia inuen. &c. insidiantes.* s. simplicibus ad defraudandum eos verbis mendacibus.

4 Sicut — † MO-

☞ quasi dicat: Anima multa bona habes posita in annos plurimos: requiesce, comede, & bibe.

*Esa. 1. f. Luc. 12. c.

*Infr. 9. a.

mones meos pessimè. * Causam [1] a ¶ Quia dare non potest. b ¶ Iudicis est, aduocatum pupillo dare & causam eius dirigere. viduæ non iudicauerunt; causam [2] pupilli non direxerunt, & a ¶ Quod iustum est. iudicium pauperũ nõ iudicauerũt. * [29] Numquid [3] ¶ Peccatis. super his non visitabo, dicit dominus: aut ¶ Tam malam. a ¶ Affectus. super Gentẽ huiuscemodi non vlciscetur anima mea? [4] [30] Stupor & mirabilia a ¶ Quia. De quibus: Ibo ad optimates. facta sunt in terra. [5] [31] Prophetæ a ¶ Qui futura prædicunt. ¶ Nemo in his omnibus qui recta sentiat. prophetabant mendacium, & [6] a ¶ Qui facienda ex lege decernunt. Sacerdotes applaudebant ma- [7] [8] a ¶ Quasi, Populus non est quoque sine culpa. b ¶ Quondam, sed postquam talia dilexit, meus esse desiit. nibus suis: & populus meus di- [9] [10] a ¶ Ab eis. ¶ Iudicio vel captiuitate scilicet. lexit talia. Quid igitur fiet in nouissimo eius? [11]

a Stupor, & cet. D
† THEODOR. Quando præter omnẽ spẽ quidpiam inusitatum videmus solemus dicere, Hæc res in stuporem me adduxit, Exterritus sum audiens istud.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *Apostolus j. Timoth. vj. b.* Radix omnium malorum est cupiditas: *ideo subditur,*

B

1 Causam non iudi. *scilicet iustè, sed iniustè propter munera. Aliqui libri habent:* Causam viduæ, *sȝ vidua non est in Hebræo, nec in libris correctis.*

2 Causam pupilli non direxerunt, &c. *quia non sperabant inde habere lucrum.*

3 Numquid super his non visitabo, *quasi dicat, immo, pœnam debitam inferendo.*

4 Stupor & mirabilia fa. sunt in ter. *& quæ sint illa, subdit,*

5 Prophetæ, *scilicet falsi.*

6 Prophetabant mendacium, *cum tamen fingebant, quod loquerentur quasi ex ore Dei, qui est veritas.*

7 Et sacerdotes, *Qui præ aliis debent esse intelligentes,*

8 Applaudebant, *eorum mendaciis:*

9 Et popu. meus dile. talia, *Quia populus communis pronus est ad mala.* E

10 Quid igi. fiet, *vos sacerdotes & prophetæ falsi,*

11 In nouissim. eius. *s. populi mei, quando per Chaldæos occidetur & captiuabitur. q. d. cum eis confusibiliter moriemini & captiuabimini.*

MORALITER.

10 *Quid igitur.* quasi dicat grauissimè punietur.

ADDITIO.

Ieremias in Iudæis fidei Theologicæ defectum arguit.

In ca. v. vbi dicitur in postil. Domine oculi tui respiciunt fidem. *Quod dicitur hic,* Domine oculi tui respiciunt fidem, *propriè potest exponi de vera fide, per quam homo iustificatur, secundum illud Abac. ij. a.* Iustus in fide sua viuet. *Quæ quidem fides non erat in viris Ierusalem, de quibus hic agitur: Quod propheta probat ex hoc, quod licet Deus percusserat eos per aduersarios, non tamen dolebant per pœnitentiam, eo quod credebant, quod hoc non procedebat ex prouidentia diuina; eo modo quo Philisthini dicebant j. Reg. vj. b.* Nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit: *vnde perseuerabant in peccatis suis tamquam non essent à Deo flagellati; Et hoc est quod dicitur,* Domine oculi tui respiciunt fidem, *per quam iustus credit, quod tu punis peccatores, quia das vnicuique secundum opera sua; & tu respicis quod isti habent talem fidem, quod patet ex hoc, quia tu percussisti eos & non doluerunt, sed potius indurauerunt facies suas & noluerunt reuerti, vt patet in littera. Et sic ex sua impœnitentia arguit defectum fidei eorum.*

CAPVT VI.

a Confortamini. HIERON. lib. 2. Quia iamiamque ab aquilone Nabuchodonosor venturus est, ò habitatores Ierusalem, arma corripite, vt hostibus possitis resistere. Hæc omnia referamus ad ecclesiam, vt si * dereliquerit & persecutionis impetus fuerit, præparet se ad resistendum.

*derelinquerit

C

† THEODOR. in hunc locũ. Hortatur Beniamiticam tribum, quæ tribui Iuda copulata erat, denuntiare tuba, vt se præparent in aciem, tamquam ab Aquilone irrumpant hostes in Ierusalem.

b *Ieru. & in The. &c.* HIERONYM. lib. 2. Ierusalem, in tribu Beniamin sita est: Thecuam viculum in monte situm. xj. millibus ab Ierusalem separatũ, quotidie oculis cernimus. Inter hos alius vicus est qui lingua Syra & Hebræa Betacaren nominatur in monte positus.

Thecua.

Betacare. F

c *Speciosæ.* IBID. Describitur pulchritudo Ierusalem, quæ est ipsa Sion vt aliud totam vrbem, aliud arcem vrbis sonet. Sion enim arx. i. specula interpretatur; & speciosæ mulieri comparatur.

Sion speciosæ mulieri comparata.

CAPVT VI.

¶ Ierosolymitæ. a ¶ Filij dexteræ. [a] [1] Confortamini filij Beniamin in medio Ierusalem, [b] & in Thecua clangite buc- [2] a ¶ Tuba. a ¶ Villa vineæ. cina, & super Bethacaren leuate vexillum, quia malum visum est ab aqui- a ¶ A quo exardescunt mala super terram. [c] lone, & contritio magna. [2] Speciosæ [3] [4] a ¶ Sicut ad mulierem amatores. & delicatæ assimilaui filiam Sion: [3] ad eam venient [5] [6] a ¶ Principes. b ¶ Exercitus Chaldæorum. [d] pastores & [b] greges eorum: Fixerunt in ea tento- [7] [8] ¶ Ad obsidionem vrbis. a ¶ Princeps. b ¶ Turmas suas. ria in circumitu, pascit vnusquisque eos qui sub [9]

† THEOD. vbi sup. Formosam eã & delicatam vocat, formosã quidẽ ob pulchra ædificia, delicatã verò propter incolas delicatè viuẽtes.

d *Pastores.* HIER. vbi supra. Satis eleganter ponitur hic verbum Hebræum, quod quatuor literis scribitur, res, ain, iod, men. Si enim legatur Reim amatores: si Roim pastores significat. Vel iuxta metaphorã, pulchræ mulieris amatores, vel iuxta euersionem vrbis, intelligantur pastores, ☞ quo-

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT VI.

Sacerdotũ sanctimonia multum valet ad Deum placandum. Diuisio.

Confortamini. *Hic consequenter excluditur remedium secundum. s. Sacerdotum sanctimonia, pro qua parceretur populo, si adesset: sicut ad preces Aaron, & oblationem incensi, extinctus fuit ignis, qui deuorabat populum. Num. xvj. Sed hoc remedium in hoc capitulo excluditur. Quod diuiditur in quatuor partes, quia primò punitio populi nuntiatur; Secundò causa punitionis assignatur, ibi,* Omnis calumnia; *Tertiò medium per Sacerdotes euacuatur, ibi,* A minore, *Quartò denuntiatio punitionis iteratur, ibi,* Propterea. *Circa primum dicit propheta,*

1 Confortamini filij Ben. in medio Ierus. *Ad defendendum eam, hoc autem dicit, quia Ierusalem pro vna parte erat in sorte Beniamin.*

2 Et in Thecua clangi. *Thecua enim & Bethacaren erant duo fortalitia in Iudæa in parte Aquilonari respectu Ierusalem: & ideo in illis fuerunt posita armatorum custodia ad impediendum iter exercitus Chaldæorum venientis ex illa parte versus Ierusalem, vt dictum est supr. c. j.*

3 Speciosæ & deli. *s. mulieri, quæ non potest sustinere aliquid laboris.*

4 Assimil. fi. Sion. *i. Ierusalem: Quæ dicitur filia Sion, eò quod templum & regis palatium erant in monte Sion, & Ierusalem intelligitur hic populus habitans in ea: & ideo quod dictum est,* Confortami. *dicitur ironicè. q. d. propheta sic facietis vos præparãtes ad resistendum, sed non poteritis: vnde subditur.*

5 Ad eam, *scilicet Ierusalem,*

6 Venient pasto. &c. *i. principes exercitus regis Babylonis cum acieb. suis.*

7 Fixerunt in ea. &c. *sic eam obsidendo, vt nullus posset egredi ad fugiendum, nec ingredi ad præbendum obsessis auxilium.*

8 Pascet vnusquisque, *principum dictorum,*

9 Eos qui sub manu, *de prædis terræ.*

☞ San-

MORALITER.

Malitia cleri est occasio transgressionis populi.

1 *Confortami.* Hic excluditur iustitia clericorum & iniustitia concluditur per oppositum. Sed quia malitia cleri est occasio transgressionis populi, sicut dicit Grego. *Cum pastor per abrupta graditur, consequens est vt ad præcipitium grex sequatur:* ideo primò tangitur malum populi cum dicitur, *Confortamini, &c.* ad litteram, dicitur ironicè; propter quod idem est ac si diceretur, Desolamini, quia traditi estis in manu diaboli, per regem Babylonis designati.

3 *Speciosa, &c.* quia sicut mulier delicata non potest se defendere, sic nec populus peccatis assuetus potest tentationibus dæmonis resistere, ideo subditur,

X 4 † San-

quorum alij festinant ad polluendum scortum, alij ad vrbis excidium.

† THEODORETVS in hunc locum. Pastores appellat reges, qui cum Nabuchodonosor militabant: greges verò & ouilia, ipsos exercitus qui sub eis merebant.

a *Væ no. quia decli. &c.* HIERONYM. lib. 2. Illis dicentibus: *Surgite & ascend.* isti respondent: *Væ nobis*, &c. Et est hic sensus: Si per diem hoc patimur, quid per noctem patiemur?

b *Surgite.* IBID. Qui dixerunt, consurgite & ascendite, &c. Sese illis verbis prouocant ad bellum: Surgite & ascendamus in nocte, vt sciant aduersarij non temporis esse victoriam, sed virtutũ.

c *Sicut fri.* IBID. Sine calore fidei: Ecclesia spiritu feruentes: mali autem, frigida; vnde *Refrigescet charitas multorum.* Et illud: *Assimilabor descendentibus in lacum.* Semel sufficiat dixisse lacum, non stagnum sonare, secundum Græcos: sed cisternam, quæ Syro & Hebræo sermone Gab dicitur.

d *Iniquitas.* LXX. *Impietas & miseria audientur in ea contra faciem eius per omnem dolorem & flagellum erudieris Ierusalem, &c.*

e *Erudire.* HIERON. IBID. Per hoc discimus, quod *flagellet Deus omnem filium quem recipit*: & ideo plagis & tormentis eruditur Ierusalem, vt corrigatur, & non recedat anima Dei ab ea. Si quando igitur crebris angustiis subiacemus, istius versiculi recordemur: per omnem dolorem & flagellum erudieris Ierusalem.

† THEOD. in hunc locum. Hæc declarant ineffabilem domini humanitatem, qui comminatus eis dura, pollicetur ab his liberationem, si mores mutauerint. Quia verò non receperunt exhortationem, conuocat hostes vindemiatores, quibus præcipit, vt omnes eos colligant, perinde ac fructum vineæ.

f *Vsque ad racemum.* HIER. li. 2. Quasi cum vastata fuerit Ierusalem, reliquiæ saluæ fient. Vel sic: Ne vnus quidem racemus remaneat: & quomodo vindemiator, sic quocumque inueneris perrahe in Babylonem, quasi in cartallum vel in torcular.

g *Incircumcisæ aures, &c.* IBID. Notandum quod circumcisio in scripturis dicitur tribus modis: In præputio, in corde, in auribus. Vnde: *Qui habet aures audiendi audiat.*

† THEODORETVS. Vocat aures incircũcisas, quæ sine discrimine excipiunt omnia. Tales erant isti, qui facilè quidem admittebant pseudoprophetarum sermones, prolatos delectationis gratia: verbis autem diuinis nolebãt attendere, sed sugillabant & subsannabant prophetas.

h *Idcirco furore.* HIER. vbi supr. Quasi dicat. Venientem iram Dei prospicio, & furore eius & iracundia plenus sum, & vltra sustinere non possum: Nec pro peccatoribus audeo deprecari Deum.

Reges & exercitus militantes pro Nabuchodonosor.

Matth. 24. b
Psal. 28. a.
Lacus.
Hebr. 12.
Flagellum Dei salutare.
Tribus modis dicitur circumcisio.
Aures incircumcisæ.
Matth. 11. b.

[Interlinear glosses: a Potestate. b Pastores sic dicent gregibus suis. Domini enim imperium est. Firmate. c Ierusalem. d Cito. a Non nocte, non per insidias, plena luce pugnemus: nemo enim nobis resistet. a Alij defecerunt. b Cui simile: Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ. a Vel fundamenta. Quæ firmitate murorum vallantur. b Quasi, De victoria certi sumus, quia dominus præcipit. a Alias, Fodite. Hic significat vrbem non statim, sed longa obsidione capiendam. a Munitionibus faciendis. b Enim. c Dei. Visitabo in virga iniquitates eorum. a Sycophantia. Hoc maximum inter peccata. Ergo. Vel aut. Quia. a Quia nolunt, Non posse enim de contemptu & infidelitate descendit. a Ideo. b Quod datum est eis in salutem. c Vitio eorum versum est in pœnam. a Propheta ad Chaldæum. b Furorem. a Nulli parcatur ætati. b Qui ad repugnandum arma corripuerant. c Dulcissima eius nomina pariter sentiunt captiuitatem.]

manũ sua sunt. [4] Sanctificate super eam bellum, consurgite [1] [2] & ascendamus in meridiẽ. Væ nobis, quia declinauit dies, [3] [4] [5] quia longiores factæ sunt umbræ vesperi. [5] Surgite, & ascen- [6] damus in nocte, & dissipemus domos eius. [6] Quia hæc dicit dominus exercituum: Cædite lignum eius, & effunditẽ circa [7] [8] Ierusalem aggerem. Hæc est ciuitas visitationis, omnis [9] [10] calumnia in medio eius. [7] Sicut frigidam facit cisterna a- [11] quam suam, sic frigidam fecit malitiam suam. Iniquitas & [12] [13] vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas & plaga. [8] Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè [14] [15] ponam te desertam terram inhabitabilem. [9] Hæc dicit domi- [16] nus exercituum. Vsque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel. Conuerte manum tuam quasi vindemia- [17] tor ad cartallum. [10] Cui loquar, & quem contestabor, vt au- [18] diat? Ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non pos- [19] sunt. Ecce verbum domini factum est eis in opprobrium, [20] & non suscipient illud. * [11] Idcirco furore domini ple- [21] [22] nus sum, & laboraui sustinens. Effunde super paruu- [23] [24] lum foris, & super consilium iuuenum simul. Vir enim [25]

NICOLAVS DE LIRA.

Sanctum pro firmo.

1 Sanctific. &c. *id est confirmate, quia sanctum, in vna significatione idem est quod firmum.*

2 Consurgite, *Verbum est bellantium contra Ierusalem, & mutuo se exhortantium.*

3 Et ascendamus, *muros eius.*

4 In meridie. *in quo designatur desiderium eorum ad bellandum contra ciuitatem, quasi non retracti præ feruore solis ab actu bellandi,*

5 Væ nobis, &c. *& sic non poterimus eam capere ante noctem.*

6 Surgite & ascendamus in no. *Votum istud dicitur ad exprimendum dictum desiderium Chaldæorum, quasi non retrahantur à bello propter tenebras noctis, & quando homines solent quiescere à labore diuino.*

7 Cædite lig. eius. *i. ligna religionis in circumitu.*

8 Et fundite. *id est, effundite.*

9 Circa Ierusalem ag. *i. congeriem de lignis, terra & lapidibus ad implendum fossata.*

10 Hæc est ciui. visitationis, &c. *i. punitionis à Deo.*

11 Omnis. *Hic consequenter dictæ punitionis assignatur causa, cum dicitur,* Omnis calum. *quia potentiores omnibus modis quærebant occasiones contra minores ad rapiendum bona eorum.*

Refrigescentia charitatis.

12 Sic fri. *hoc est dictum, quod charitas in populo erat totaliter refrigidata, & per consequens malitia augmentata, secundum quod dicit Saluator Matt. xxxiiij. b.* Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. *In Hebræo habetur,* Sicut puteus effluit aquam suam (*s. continuè.*) sic populus continuat malitiam suam.

13 Iniquitas & vastitas audietur in ea, *id est, destructio & plaga.*

14 Erudire Ierusalem. *Verbum est domini quasi compatientis,*

15 Ne recedat anima mea à te, *i. dilectio mea.*

16 Ne fortè po. &c. Vsque ad race, &c. *ly,* vsque *tenetur hic exclusiuè, & est sensus, quod sicut pauci racemi euadunt manus vindemiatorum, sic pauci Iudæi euadent manus Chaldæorum: ideo subditur,*

Clades reliquiarum Iudæ.

17 Conuerte ma. &c. ad cartal. *Quod est instrumentum quo portantur vuæ ad pressorium, & est verbum domini directum ad exercitum Chaldæorũ, qui partim occiderunt, & partim captiuauerunt ipsum populum ducentes ad pressorium mortis & angustiæ. In Hebræo habetur,* Ad iteratas scrutationes, *per hoc designatur captiuatio Iudæorum, qui remanserant cum Godolia, quo interfecto fugerunt in Aegyptum contra consilium Ieremiæ, vt habetur infr. xliij. c. & ibi cum Aegyptiis perierunt per Chaldæos, vt habetur infra xliij. c.*

18 Cui loquar, *Verbum est Ieremiæ desperantis de Iudæorum correctione: ideo subditur,*

19 Ecce incir. au. eorum. *In Hebræo habetur,* obturatæ.

20 Ecce ver. dom. fa. est eis in oppro. *quod est pessimum: quia peius est ipsum vituperare, quàm non audire: propter quod subdit propheta.*

21 Idcirco furore domini. *i. eius vindicta.*

22 Plenus sum, *quia plene reuelata est mihi super populum futura.*

23 Laboraui sustinens. *id est, populo meo compatiens.*

24 Effunde. *id est, effundens dictam vindictam, & loquitur Ieremias ad dominum.*

25 Su. par. for. *q. d. non parces alicui ratione ætatis, sexus, aut conditionis.*

MORALITER.

† 1 *Sanctificate, &c.* id est, firmate, sanctum enim in vna significatione idem est quod firmum, & sanctificare idem quod firmare: Et subditur causa cum dicitur,

11 *Omnis cal.* ad subuertendum simplices, & resistere non poterẽs.

12 *Sicut fri. &c. sic fri. fe. &c.* Per hoc signatur, quod abundantia iniquitatis facit refrigerium charitatis, sicut dicitur Matth. xxiiij. b. *Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Ex hoc autem sequitur obstinatio, propter quod sequitur postea.

Abundantia iniquitatis facit refrigerium charitatis.

a *Extendam.* HIER. LXX. Eleuabo, vtrumque autem percutientis habitus est: vnde, *Et adhuc manus extenta*, siue, *excelsa.*

b *Et curabant contri.* IBID. Quasi dicat: Cum tanta facerent mala, tamen prospera quæque populo meo nuntiabant, & quasi curare cupiebant vulnus, & ignominiam filiæ populi mei dicentes, pax, pax. Hoc propriè de Sacerdotibus & doctoribus intelligendum est, qui diuitibus & honoratis repromittunt prospera, & clementem prædicant Deum, magis illos supplicio & Dei iracundiæ præparantes.

Isa. 5. f.

Contra eos qui prædicant placentia.

* Infr. 8. d. Isa. 56. d.

† THEODORETVS in hunc locum. Conueniebat curare dolores asperioribus medicamentis, sed pollicitatione pacis attriuerunt eos. Vbinam ergo sermonum executio? Vident enim loco pacis, vniuersorum interitum.

c *Confusi sunt.* HIER. sup. Expressius hoc legendum est iuxta Hebraicum sermonem. Et cum, inquit, tanta fecerunt, numquid confusi sunt? nunquid erubuerunt in sceleribus suis? quin potius peccatum auxere contemptu.

d *Nescie.* IBID. Noluerunt: sed nimio contemptu & vitio violenti mali nec intelligere quidem potuerunt. Grandis impietas, non solùm non cauere, sed nec intelligere velle peccata, & nullam habere distantiam bonorum malorumque operum.

e *State super vias.* Legamus Euangelicam parabolam, in qua negotiator bonus omnes vendidit margaritas, vt vnam emat pretiosam: vt. s. per patriarchas & prophetas veniamus ad eum, qui dicit, *Ego sum via, ve. & vit.* vnde, *State super vias, &c.*

Matt. 13. f. Ioan. 14. a.

(a Patet quod senectus non est ætas vltima. b Quem decrepitum, vel depositum dicimus. c Hæc omnia referimus spiritualiter ad ecclesiam, si dominum offenderit.)

cum muliere capietur, senex cum pleno dierum. [11] Et transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter, quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit dominus. * [13] A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, & à propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. [14] Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes. Pax, pax, & non erat pax. [15] Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Quamobrem cadent inter ruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit dominus. [16] Hæc dicit dominus: State super vias & videte, et interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt: non ambulabimus. [17] Et constitui super vos speculatorem. Audite vocem tubæ, & dixerunt: Non audiemus. [18] Ideo audite Gen-

(a Coniunx scilicet & possessio. — a Vnde: Væ habitatoribus terræ. a Qui semper in vitio. — a Radix omnium malorum auaritia. b Qui mendacium prophetat. c Qui peruerse interpretantur legem. Dicit enim in alio loco propheta: Quærite legem à Sacerdotibus. — a Omnino. — a Nec scientiam quidem, nec sensum pœnitentiæ habuerunt. — a Qui prius stabant. b Vitiis suis. c Pœnæ. A Nabuchodonosor. — a Ruentibus sociati. b Prophetas. — a Sic. b Diligenter inquirite. c Quæ multorum sanctorum tritæ vestigiis. — a In Euangelio. b Quasi, Hæc via inuenta præbet refugium animabus credentium. — a Econtrario. b Per viam scilicet Euangelij. c Hæc propheta dicente propriè de perfidia Iudæorum, statim infert, Constitui su. vos spe. — a Scilicet apostolorum chorum, vnde, Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. b Dicens. — a Inuitati ad cœnam noluerunt venire. b Vnde, Ecce conuertimur ad Gentes.)

† THEOD. in hunc locum. Multæ quidē viæ sunt sancti prophetæ: via autem verè bona, est dominus noster, *Ego sum via veritas & vita*: Ad hanc tamē ducit vnaquæque viarum propheticarum. Sicut enim vna est via quæ deducit ad maximas vrbes, quam regiam appellare solemus; ad hanc porrò semitæ quædam à pagis & agris defluentes, dirigunt: sic vna est via quæ ducit ad patrem, nempe vnigenitus filius Dei; at beati prophetæ, veluti semitæ quædam ducunt ad hanc eos, quibus per hæc ire libuerit.

Ioan. 14. a. Christus via ad patrem.

† CLEMENS ALEXANDR. lib. 5. stromatum. Pulcherrimè dicit Ieremias, *Hæc dicit dominus, State in viis & interrogate semitas æternas, quænam sit via bona & in ea ambulate, & inuenietis expiationem animabus vestris*, interrogate, inquit, & audite ab his qui norunt citra contentionem & decertationem.

A quibus discere debeamus veritatem.

f *Vocem tu.* HIER. vbi supr. Vocem tubæ, mandata Euangelij vel do-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et transibunt domus, *id est, bona de domibus eorum.*

2 Agri. *bona agrorum, Chaldæi enim non remanserunt in terra ad possidendum domos, & agros in Iudæa.*

3 A min. *Hic consequenter excluditur remedium quod posset haberi per Sacerdotium, & primò propter malitiam eorum; secundò propter displicentiam sacrificiorum, ibi,* Vt quid. *Circa primum dicitur,* A minore quippe, *id est, à leuita, qui ministrabat Sacerdoti,*

Malitia sacerdotum.

4 Vsque ad maio. *id est, summum sacerdotem,*

5 Omnes auari. stu. *Variis cautelis & dolis subtrahendo bona laicorum.*

6 Et curabant contritionem, &c. *id est, destructionem Ierusalem per prophetas domini nuntiatam,*

7 Cum ignominia. *id est, cum falsitate.*

8 Dicen. pax pax. *s. populo & ciuitati.*

9 Confu. sunt, *id est, confundentur in destructione ciuitatis, quia tunc eorum falsitas apparebit, & ipsi ignominiosè occidentur & captiuabuntur.*

10 Quin potius, &c. *quia ante destructionem ciuitatis apparuit eorum falsitas in multis: de quo non erubescebant, sed errorem suum mendaciis palliabant.*

11 Quamobrem, &c. *quia in captione Ierusalem fuerunt cum aliis partim occisi & partim capti.*

12 State super vias, *Id est, varios viuendi modos.*

13 Et videte, *inspiciendo scripturas,*

14 Et interrogate, *à prophetis domini, qui sciunt intellectum scripturarum per reuelationem spiritussancti,*

15 De semitis anti. *Id est, antiquorum, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, & aliorum sanctorum patrum:*

16 Et ambu. in ea, *Aliter etiam eius cognitio non proficeret.*

17 Et inuenietis re. &c. *In sinu Abrahæ cum patribus sanctis.*

18 Et dixerunt, *facto,*

19 Non ambulabimus, *quia viuebant modo contrario.*

20 Et constitui super vos spe. *scilicet prophetas sanctos, secundum quod dicitur Ezech. iij. d.* Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel.

21 Audite vocem tubæ, *sancti prophetæ, qui dicitur tuba eò quòd sicut tuba materialis non potest emittere sonum, nisi insufflata: sic prophetæ sancti loquebantur à Deo inspirati. ij. Pe. d.* Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritusancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.

Prophetæ sancti tubis comparantur.

22 Et dixe. non audi. *quia prophetis non credebant, sed magis eis calumniam inferebant, vt habetur infr. xx. propter quod subditur pœna eorum cum dicitur,* Ecce ego adducam mala, &c.

12 State Fru-

MORALITER.

†3 *A minore.* Hic ponitur occasio dicti mali, quæ est malitia cleri, vt prædictum est de qua dicitur, *A minore. s.* clerico habente solùm tonsuram,

4 *Vsque ad maiorem.* qui habet pontificalem dignitatem.

5 *Omnes aua. stu.* quia per diuersas cautelas pecunias extorquent.

† *Et à prophe. &c.* id est, à simplici prædicatore vsque ad curam habentem:

6 *Et curabant*, excusando potentum peccata propter quæstum, propter quod cum ipsis damnabuntur, & grauius: ideò subditur,

Peccata clericorum.

11 *Quamobrem cadent inter ruen.* Et quoniam sacrificia talium non valent eis, sequitur postea,

† Et † Vt

☞ doctrinam apostolorum: vnde, *In montem excelsum ascende tu qui Euangelizas Sion, exalta sicut tuba vocem tuam, qui annuntias Ierusalem.* [Isa. 40.b.]

a *Vt quid mi. thus.* HIERON. lib. 2. Quasi dicat. Frustra mihi ad vnguenta conficienda, quæ in lege præcepta sunt, suauissimi odoris pigmenta confertis, & holocausta succéditis, qui meam in lege voluntatem non facitis: vnde supra, *Vocem meam non audierunt, &c.* ALLEG. Hoc propriè conuenit his, qui de rapinis & nudatione miserorum offerunt sacrificia & eleemosynas, & ex iniquitate putant se redimere peccata, cum scriptura dicat, *Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ eius.* [* Infr. 19. a.] [* Isa. 1. d.] [Sacrificia, quæ ex iniquitate offeruntur.] [Prou. 13. b.]

† THEODORETVS in hunc locum. Quod si regnante lege, hæc iudicata sunt superflua: frustra profectò posteaquam cessauit lex, perseuerarunt Iudæi dare operam superfluis istis legalibus, tamquam necessariis.

b *Patres & fi.* HIER. supr. Filij patrum sequuntur blasphemias, quotidie illam imprecationem suscipiẽtes: *Sanguis eius super nos & super filios nostros.* [Matth. 27. e]

a ¶ Alias cognoscite qui pascitis gregem ô episcopi scilicet & presbyteri. b ¶ Non Iudaica, sed omnium nationum. c ¶ Incredulis.

tes, & cognoscite congregatio, quanta ego faciam eis. [19] Au-

a ¶ Totus orbis, sicut illud Isa. Audi cælum & auribus percipe terra, quæ scilicet dominus populo Iudæorum facturus sit. b ¶ Supplicia. c ¶ Qui respondet, non audiemus. ¶ Non super Gentes, quæ vocantur ad veritatem.

di terra: * Ecce ego adducam mala, super populum istum, fru- 1

a ¶ Vel auersionum eius, vnde, Labores manuum tuarum, quia manducabis. b ¶ Aure cordis.

ctum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & le-

a ¶ Indomabili ceruice. b ¶ Vnde thura veniunt, secundum illud Virgilij: Centumque Sabæo Thure calent aræ.

gem meã proiecerunt. * [20] Vt quid mihi thus de Saba affertis, 2

a ¶ Hebraicè canen. pro quo LXX. & Theodotio cinnamomum transtulerunt. b ¶ India scilicet, de qua per mare rubrum veniunt.

& calamum suaue olentem de terra longinqua? Holocausto- 3

a ¶ Non mea. b ¶ Quantum in vobis est. c ¶ Quantum in vobis est. 4

mata vestrã non sunt accepta, & victimæ vestræ nõ placuerũt 5

a ¶ Hæc omnia quotidie impleri videmus.

mihi. [21] Propterea hæc dicit dominus Deus: Ecce ego dabo in 6

a ¶ Nihil in eis forte, sed omnis infirmitas apud eos est. 7 b ¶ Sanguis eius super nos. c ¶ Quia pariter peccauerunt.

populum istum ruinas, & ruent in eis patres et filij simul, vici-

¶ Non solum scilicet illi, sed omnes qui legem sequuntur ad litteram occidentem.

nus, & proximus peribũt. [22] Hæc dicit dñs: Ecce populus venit 8
de terra aquilonis, & Gens magna consurget à finibus terræ. 9
[23] Sagittam & scutum arripiet, crudelis est & non miserebitur. 10

¶ Vt etiam voce terreat.

Vox eius quasi mare sonabit, & super equos ascendẽt præpa- 11

a ¶ Dat occasionem rogandi dominum ac placandi. b ¶ Responsio populi, cui per prophetam dominus comminatus est.

rati quasi vir ad prælium: & aduersum te filia Siõ. [24] Audiuimus 12

a ¶ Babylonij. b ¶ Timore non possumus leuare manus.

famã eius, dissolutæ sunt manus nostræ. Tribulatio apprehen- 13

a ¶ Dolores parturientis affirmant, nihil esse grauius his, quæ senserunt.

dit nos, dolores vt parturientem. [25] Nolite exire ad agros, & in
vineam ne ambuletis: quoniam gladius inimici pauor in cir-

a ¶ Sed. b ¶ Docet quid facere debeant, conuertantur. s. ad pœnitentiam, & hanc firmissimam habeant armaturam.

cumitu. [26] Filiã populi mei accingere cilicio, & consper- 14

a ¶ In Heb. solitarij. ¶ Nihil dolentius quam vnigenitum vel solum perdere filium. 15

gere cinere. Luctum vnigeniti fac tibi planctum ama- 16

a ¶ Nabuchodonosor, vel diabolus. b ¶ Affectuose, quod super populum venturum est, super se Deus venire testatur. c ¶ Dominus ad prophetam.

rum: quia repente veniet vastator super vos. [27] Probato- 17

c *Ecce populus venit de terra, &c.* IBID. Propriè hoc dicitur de Babyloniis, qui venturi sunt cõtra Ierusalem: Et omnis armaturæ ordo describitur, & præliantium impetus, vt terrore commoti agant pœnitentiam, & Deum clementissimum placent.

d *Vox eius quasi, &c.* Allego. HIERONYMVS IBID. Possumus hoc testimonio abuti tempore persequutionis, quando omnis aduersum nos diaboli rabies concitatur, cuius nulla misericordia est: & quasi vehementissimi maris fluctus ita opprimunt resistentes. [Infr. 17. b.]

e *Nolite exire ad agros, & in vineam, &c.* IBIDEM. Euangelium quoque docet non esse exeundum in agrum, nec de tectorum altitudine descendendum: Sed illud audiendum, *In monte saluum te fac.* Ad quem in Isaia & Michæa iubemur currere. Præcipit iuxta litteram, ne foras exeant, ne muros descẽdant, sed firmissimè se tueantur munitionibus. [Matt. 24. b.] [Gen. 19.] [Isa. 2. a.] [Mich. 4. a.]

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Fructum cogi. eius, *Fructus est vltimum quod de arbore expectatur: & similiter pœna vel præmium est illud, quod pro opere malo vel bono vltimò recipitur.* [Fructus pro pœna vel præmio.]

2 Vt quid. *Hic excluditur remedium per sacerdotes quantum ad sacrificia per ipsos oblata, quæ non erant iræ Dei placatiua: propter quod dicitur in persona Dei,* Vt quid mihi thus de Saba offertis? *In illa enim terra inuenitur thus lucidissimum, quod ponebatur in thymiamate cremando in altari incensi, Exo. xxx.* [Thus Sabæum.]

3 Et calamum suaue olentem de terra longinqua? *id est, de India. Est autem calamus arbor aromatica gracilis & nodosa ad modum cannæ vel arundinis, & ponebatur in sacra vnctione, qua vngebantur vasa diuino cultui consecrata, Exo. xxx.* [Calamus.]

4 Holocaustomata vestra, *id est, sacrificia totaliter incensa,*

5 Non sunt accepta, *quia sacrificia veteris legis non erant accepta ex seipsis sicut Eucharistia, quæ est sacramentum nouæ legis; sed erant tantummodo accepta ex fide & deuotione offerentium; sacerdotes autem isti erant infideles, & indeuoti, vt patet ex prædictis, & ideo sacrificia & victimæ eorum non placebant Deo.* [Sacrificia legalia.]

6 Propterea. *Hic consequenter excluso remedio ex parte sacerdotum, iteratur denuntiatio punitionis. Et primò ponitur hæc iteratio; secundò infertur quædam conclusio, ibi,* Probatorem. *Circa primum dicitur,* Propterea. *id est, propter mala supra dicta,*

7 Ecce ego dabo in popu. istum ruinas, *scilicet famis, gladij, & captiuitatis.*

8 Ecce populus venit de terra aquilonis, *scilicet exercitus Nabuchodonosor qui intrauit Iudæam ex illa parte.*

9 Gens magna, *id est, fortis & ad prælium docta.*

10 Crudelis est, *& sic non parcet alicui pietate ducta.*

11 Vox eius quasi mare sonabit, *i. terribiliter, sicut sonus maris ex vndarum collisione est terribilis.*

12 Audiuimus famam eius, *& loquitur Ieremias ex persona populi Iuda.*

13 Dissolutæ sunt manus nostræ, *præ timore. Timor enim cordis causat tremorem in exterioribus membris. Cetera patent vsque ibi.* [Timor causa tremoris.]

14 Filia populi mei, *id est, Ierusalem, quæ dicitur populi filia, eò quòd fuit ab eo ædificata. Vel ad litteram,* Filia, *id est, filiæ, accipiendo singulare pro plurali, sicut Exo. viij. f.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum.*

15 Accingere cilicio, *in signum tristitiæ & doloris: Mulieres enim in talibus tribulationibus ostendunt maiora signa tristitiæ & doloris quàm viri.*

16 Luctum vni. f. t. *i. similem luctui, quem facit mater pro morte vnigeniti filij sui, qui est maximus & amarissimus.* [Luctus vnigeniti.]

17 Probator. *Hic ex prædictis infertur conclusio, scilicet quòd labor Ieremiæ ad reuocandum sacerdotes & populum de malo ad bonum, non habuit aliquem effectum: sicut labor examinatoris seu probatoris alicuius metalli, quando metallum illud non purgatur, sed magis in scoriam & cineres consumitur; & hoc est quod dicit dominus Ieremiæ,* Probatorem, *id est, examinatorem,* [Frustra laborauit Ieremias in reuocando populum & sacerdotes.]

Dedi

MORALITER.

2 *Vt quid mihi thus de Saba af.* Circa quod sciendum, quòd omnia sacrificia veteris legis figura fuerunt vnius sacrificij perfecti, scilicet Eucharistiæ, quod licet in se sit bonum & sanctum, tamen si offeratur pro obstinatis in malo, eis non valet; & offerenti indignè multum nocet, quia *iudicium sibi manducat & bibit.* primæ Corint. xj. propter quod replicatur pœna cùm subditur, postea, [† Sacrificium Eucharistiæ.]

8 *Ecce populus ve.* id est, exercitus dæmonis ad torquendum malum clerum in pœnis: Et subditur causa, quæ est desperatio correptionis, cùm dicitur versus finem capitis.

† Mo-

a *Et probabis.* HIER. lib. 2. Quasi dicat: Vt cum probaueris & A scieris viam populi delinquentis, tunc intelligas argentum ære mixtum nulla ratione purgari. Quomodo enim plumbum immiscetur metallis, quæ sunt adulterata, vt aliena separetur materia; & si forte purgata fuerint, plumbum omnino consumitur, & in nihilum redigitur: sic doctrinæ verbum & sermo propheticus perit in his, qui audire contemnũt. B Dicamus super his, qui sicut aspides surdæ obturant aures suas, ne audiant vocem incantantium.

De eis qui eloquia prophetica spernunt.

a ¶ Incredulo. b ¶ Quondam. c ¶ Vt nihil timeas, vllas populi insidias.

a ¹ rem dedi te in populo meo robustũ, & scies & probabis vias ¶ A domino. eorum. [28] Omnes isti principes declinãtes ambulantes fraudulenter, æs & ferrũ vniuersi sunt corrupti. [29] Defecit sufflatorium, ¶ Nihil proficiens. ¶ Verbum Dei. in igne consumptum est plumbũm, frustra cõflauit ¶ Alias, argentarius. a ¶ Ergo. ¶ Non aurum. conflator. Malitiæ enim eorũ non sunt cõsumptæ. [30] Argentum ¶ Longe à se. reprobum vocate eos, quia dominus proiecit illos.

b *Omnes isti.* GREG. li. 18. moral. c. 14. Principes sunt à domino recedentes & inobedientes, qui peruersè ambulant & fraudulenter. De hac enim conflatione legitur, *Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur.* In C argento, eloquium: In auro, vitæ vel sapientiæ claritas signatur. Et quia hæretici sic de eloquij nitore superbiunt, vt nulla sacrorum librorum auctoritate solidentur (qui nobis ad loquendũ quasi argẽti venæ sunt, quia de ipsis loquendi originem trahimus) eos ad sacræ auctoritatis paginas reuocat vt si verè loqui desiderant, inde quid loquantur sumant. *Et auro locus est in quo conflatur:* q.d. Vera fidelium sapientia (cui vniuersalis ecclesia est locus) tribulationẽ nobis persequentibus patitur: sed à cunctis peccatorum sordibus persequutionis nostræ igne purgatur. Vnde, *Igne probatur aurum & argẽtum: homines vero receptibiles in camino humiliationis.* Vel, *auro locus est in quo conflatur:* quia quisquis extra vnitatem ecclesiæ patitur, potest quidem pati, sed non potest martyr fieri. Hunc ergo locum ô hæretici conflationis quærite, hanc fornacem, qua aurum rectè purgatur, inuenite. Si quid pro Deo amaritudinis, si quid tribulationis extra hunc sustinetis, incendi potestis, non purgari; vnde, *Frustra consla. con. ma. enim eorum non sunt.* Et alibi: *Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Alij enim E de Deo praua sentiunt, alij à proximorum societate dissentiunt. Illi errore fidei, isti schismatis diuisi sunt. Vnde in principio decalogi vtrorumque culpa reprimitur, cum diuina voce dicitur, *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, &c.* statim subditur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Qui enim de Deo praua sentit, non eum diligit. Qui ab ecclesiæ vnitate discordat, proximum non amat.

Iob 28. a. Hæretici patrum scripta contemnunt. Eccle. 2. a. Martyres non fiunt extra ecclesiam. 1. Cor. 13. b. Deut. 6. a. Matth. 22. d.

c *Defecit sufflatorium, &c.* † THEOD. in hunc locum. Argentarium F fabrum vocat sermonem ad erudiendum aptum; ignem verò & plumbum, ipsam pœnam; cõflatorem autem, sententiam diuinam, qua pronuntiatur pœna. Solent enim fabri argentarij, volentes probare argentum, inijcere plumbum, quo per illud absumatur quicquid est adulterinum. Ait igitur dominus, volens eos conuertere, methodis quibuscumque vsus sum, castigationes varias inflixi, & tamen curari nequeunt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dedi te in populo, &c. robustum, & sci. *quia propter quascumque minas & persequutiones non dimisit arguere eius malum: Sed quia correctio non fuit sequuta, ideo sequitur,*

2 Omnes isti principes declinantes, *à cultu domini per idololatriam,*

3 Æs & ferrum vniuersi, *id est, incorrigibiles: ideo subditur,* Corrupti sunt, *& non emendati.*

4 Defecit sufflatorium in igne, *id est, non habuit effectũ verbum tuum.*

5 Consumptum est plumbum, *Loquitur de Ieremia ad modum aurifabri; qui fundens aurum vel argentum in igne, apponit simul plumbum vel stannum, vt calor ignis aurum, vel argentum non consumat, sed magis stannum vel plumbum: & ideo quando stannum est totaliter consumptum, ignis consumit aurum vel argentum positum in fornace: & sic eo consumpto labor aurifabri non habet effectum optatum, sed magis contrarium: & sic Ieremias in correctione Iudæorum; ideo subditur,*

6 Frustra conflauit conflator. *Vt patet sententia ex dictis.*

MORALITER.

† 4 *Defecit suff.* Loquitur de Deo sicut de aurifabro, qui purgare volens aurum apponit plumbum vel stannum, ne ignis consumat aurum: sed quando consumptum est plumbum, tunc conflatio nocet auro, ipsum consumendo. Deus autem ad purganda peccata aliquando conflat verbis doctorum, & aliquando flagellis aduersariorum; & quando ad neutrum sequitur emendatio, frustra fit conflatio: & est signum quod talis peccator, qui verbis & flagellis non emendatur, gehennæ reseruatur.

De eis quos nec Dei verbum nec verbera ad bonam frugem reducunt.

ADDITIO.

In sexto ca. vbi dicitur in postill. Ideo subditur: Ecce incircumcisæ aures eorum. In Heb. in hoc loco non dicitur, aures obturatæ, *sed propriè dicitur* incircumcisæ aures. *Sed quia auris incircumcisa intelligitur habere præputium, quod aures videtur obturare, ideo per incircumcisionem aurium intelligitur earum obturatio.*

CAPVT VII.

a ¹ VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino dicens. ² Sta in porta domus domini, & prædica ibi verbum istud, & dic: Audite verbum domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis dominũ. ³ Hæc dicit dominus exercituũ ¶ Clementissimus medicus omnes sanare desiderat. ¶ Quæ modo malæ. Deus Israel. ⁴ Bonas facite vias vestras & studia vestra, & habi-

CAPVT VII.

a STa in porta domus domini, &c. HIERONYMVS lib. 2. per quam multitudo populi ad rogandum dominum ingreditur, vt hac occasione audiant audiant quod dominus præcepit. Per quod intelligimus duritiam Iudaici populi; quasi mendaces & vesanos habuerunt prophetas: & per occasionem & celebritatem loci audire coguntur verbum domini.

Infr. 26. d.

Tem-

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT VII.

1 VErbum. *Hic consequenter excluditur tertium remedium in quo confidebant Iudæi, scilicet sanctitas templi: propter quam credebant ab aduersariis defensari: Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur hæc exclusio; secundo dicti confirmatio, ibi,* Tu ergo. *Prima in duas, quia primo ponitur exclusio remedij; secundo destructio templi, ibi,* Ite ad locum. *Prima in duas, quia primo excluditur fiducia in templo ex omissione boni impositi; secundo ex commissione mali prohibiti, ibi,* Ecce vos. *Circa primum dicitur Ieremia,*

Templi sanctitas. Diuisio.

2 Sta in por. do. domini. *vt omnes ingredientes & egredientes possint te audire, Cetera patent vsque ibi,*

3 Bonas fa. vi. ve. *id est, opera,*

4 Et stu. ve. *id est, cogitationes,*

5 Et habitabo vo. in lo. ist. *vestras preces exaudiendo: quasi dicat, si ista omiseritis facere, non exaudiam: ideo subditur,*

Nolite

MORALITER.

1 *Verbum quod factum est ad Ieremiam à domino dicens.* In hoc capitulo secundum sensum litteralem excluditur falsa confidentia Iudæorum de falsitate templi, qua credebant peccata sua sine pœnitentia expiari, quod est falsum. MORALITER autem per hoc signantur Christiani, qui capellas ædificant de rapinis; vel ministris ecclesiæ eleemosynas dant, per hoc credentes saluari sine emendatione peccati; ideo talibus dicitur,

De falsa cõfidentia aliquorum fidelium.

† Nolite

a *Templum domini.* HIERONYM. li. 2. Potest hoc conuenire illis virginibus, quæ iactant pudicitiam, & impudenti vultu præferunt castitatem, cùm aliud habeant in conscientia: Virgo autem vera, & corpore & spiritu casta est. Quid enim prodest corporis pudicitia, si mens sit corrupta, vel si virtutes defuerint, quas propheticus sermo enumerat? Præcepit isti populo Iudæorū, & hodie nobis, qui videmur in ecclesia constituti, ne habeamus fiduciam in splendore ædificiorum, & auratis laquearibus, & marmoreis parietibus, & dicamus: *Templum domini, templum domini.* Illud enim verè templum domini est, in quo fides vera, conuersatio sancta & omnium virtutum chorus.

b *Ecce vos confiditis in vobis.* HIERONYM. IBID. Frustra eos in templo habere fiduciam hæc peccata demonstrāt. Quid enim prodest audacter ingredi limen domus domini, & erecta stare ceruice: & non solum cor, sed & manus habere pollutas? Hęc specialiter accidere in ecclesia nemo dubitat, quando præsentis temporis felicitatem considerantes, sua peccata non contemnunt, sed Deum non videre putant, quia non statim vindicta consequitur; Et in tantam prorumpunt amentiam, vt liberatos se iactent, quia à cultu Dei recesserunt.

c *Spelunca latronum facta est domus ista in qua inuocatum est nomen meum, &c.* HIER. IBID. De hoc loco sumptum puto quod dicitur in Euangelio, *Domus mea do. orationis vo. vos autem fecistis illam speluncam latronum*; Siue vt in alio Euangelio, *Domum negotiationis.* Ecclesia Dei vertitur in speluncam latronum, quando furta, homicidia, adulteria, periuria, sacrilegium, hæreses, & alia scelera versantur in ea; quando auaritiæ facibus principes inardescunt, & regum opes, quondam vile, aut certè non vile palliolum possidet, vnde infert, *Ego ego,* oculi mei cōtemplati sunt quod vos putatis occultum.

d *Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio, & videte quæ fecerim ei propter malitiam, &c.* IBIDEM. Vbi scilicet fuit primum tabernaculum meum, vnde, *Et repuli tabernaculum Silo.* Sicut enim in cinerem lapsum est ita & templum, cum similium fuerit

[Margin: Virgo mente corrumpitur. — * direxeritis — De eis quorum religio vana est. — * Isa. 56. c. — Matt. 21. b. — Ioan. 2. — Ecclesia fit spelunca latronum. — 23. q. 5. c. regum. — Officium regum quale. — Psal. 77. f.]

(a Quia naturale est natale solum diligere, & nihil patria dulcius, Pollicetur præmia obedientibus, habitabo vo. in loco isto.)

tabo vobiscum in loco isto. [4] Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum domini, templum domini, tēplum domini est. [5] Quoniam, si * bene dixeritis vias vestras & studia vestra (Opera. Cogitationes.): si feceritis iudicium inter virū & proximū eius. [6] Aduenæ & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post Deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: [7] habitabo vobiscum in loco isto, in terra quā dedi patribus vestris à sæculo vsque in sæculum. [8] Ecce vos cōfiditis in vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis, [9] furari, occidere, adulterari, iurare, mendaciter libare Baalim, & ire post Deos alienos quos ignoratis. [10] Et venistis, & stetistis corā me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, et dixistis. Liberati sumus, eò quòd fecerimus omnes abominationes istas. [11] * Nūquid ergo spelunca latronū facta est domus ista in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? Ego, ego sum, ego vidi dicit dominus. [12] Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio, & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. [13] Et nunc quia fecistis omnia opera hæc dicit dominus, & loqu-

(Interlinear: Hiero. Si iustitiam sequuti fueritis. — a Qui non possunt se defendere. b Si mala. c Defendendo. — a Simplices scilicet scandalizando. b Peruersa dogmata adorando, quæ simulastis in malum vo. ip. — a Quem vocastis, vel vocatis templum domini. b Apostolis & apostolicis viris. — a Post opera mala. — a Quod putatis occultum. b Ex prædictis docet fieri præsentia. — Similia scilicet.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nolite confidere in verbis mendacij, *quæ dicebantur à sacerdotibus propter temporale lucrum; & quæ sint illa subditur,*
2 Templum Domini, *Sic enim dicebant sacerdotes, quod omnia mala remitterentur eis, si facerent multas oblationes. Et replicatur ter, vt sacerdotes ostenderent dictum suum magis firmum; quod tamen erat falsum, quia primo requiritur pœnitentia de præteritis, cautela de futuris ideo subditur,*
3 Quoniam si benedixeri. *i. benedictione dignas feceritis.*
4 Vias, *id est, operationes & cogitationes vestras. Et explicat magis in speciali, dicens,*
5 Si feceritis, *vos iudices,*
6 Iudicium, *scilicet rectum quantum ad intraneos; & etiam quantum ad extraneos, ideo dicitur,*
7 Aduenæ, *& quantum ad impotentes se defendere, ideo subditur,*
8 Et pupillo & viduæ non feceritis calumniam. *& istud tangit iudices: vt in fauorem partis oppositæ non condemnent eos, & etiam alios inferiores, vt non moueant contra eos causas iniustas.*
9 Nec sanguinem inno. effuderitis in loco, *vos iudices innocentes condemnando, & vos inferiores falso accusando: & in hoc monet eos, quod se habeant iuste erga proximum.*
10 Et post Deos alie. *colendo solum Deum verum, vos bene habentes erga Deum. Ista imponuntur hominibus facienda, scilicet bene se habere in his quæ sunt ad Deum, & in his quæ ad proximum.*
11 Habitabo vobiscum in loco. *Exponatur vt supra.*
12 Ecce vos confiditis. *Hic consequēter excluditur dicta fiducia ex commissione mali prohibiti, cum dicitur,* Ecce vos confiditis vo. in ser. men. *Pseudoprophetarum & Sacerdotum,*
13 Qui non prode. vo. *Sed magis nocebunt, Minus enim dicendo plus signat.*
14 Furari, *Per quod nocetur proximo in rebus possessis;*
15 Occidere, *Nocendo et in persona propria;*
16 Adulterari. *In persona sibi coniuncta;*
17 Iura. mendac. *Ista sunt peccata contra Deum directè. Et per hoc designatur quod sacerdotes & prophetæ falsi informabant populum, quod omne peccatum commissum contra Deum vel proximum, remittebatur eis per solas oblationes in templo, quæ cedebant in vsum sacerdotum in toto, cuiusmodi erant oblationes pro peccato. De oblationibus autem pacificis vna pars cedebat in vsum offerentium: ideo subditur,*
18 Et venistis, *confidenter, secundum informationem prædictam,*
19 Et dixistis, *factis oblationibus vestris,*
20 Liberati su. *ab omnibus peccatis,*
21 Eo quod fe. abominationes istas. *Quod potest exponi dupliciter. Vno modo sic,* eò quod fecerimus, *&c.* libera. sumus *s. ab omni malo quod fecerimus, absque alia satisfactione. Alio modo sic, eò quod fecerimus abominationes istas, id est, quod fecimus in templo, quæ secundum veritatem erant abominationes ipsi Deo, quia de alieno erant facta, & mala intentione; ideo subditur,*
22 Numquid ergo spelunca latronum facta est dom. *q. d. Sic: Spelunca enim latronum est eis ad refugium, & ad repositionem suorum furtorum: & sic ad templum recurrebant pro salute consequenda, & ibi offerebant prædas & latrocinia.*
23 Ite. *Hic ex prædictis nūtiatur tēpli destructio, cum dicitur:* Ite ad loc. m.
24 In Silo, *quæ est ciuitas in sorte Ephraim.*
25 Vbi ha. no. meum à prin. *quia tabernaculum Moysi & arca testamenti primò habuerunt ibi stabilem mansionem, vt habetur Iosue. xviij.*
26 Et videte quæ fecerim ei, *quia locus iam erat destructus & cultus domini inde sublatus,*
27 Et nunc fecistis omnia opera hæc, dicit domi. *i. mala prædicta, quæ sunt tanta, vel maiora quàm illa, propter quæ destructa fuit Silo.*
28 Et loquutus sum ad vos, *per prophetas vos reuocando.*

[Margin: Populus per sacerdotes deceptus.]

MORALITER.

† 1 *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, Templum domini, templum domini, templum domini est.* id est, peccata vestra non expientur per prædicta absque debita pœnitentia; Et dicitur *per templum Domini,* propter tres radices peccatorum, scilicet concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ. Peccata namque ex eis procedentia non expiantur per modum prædictum. Et quoniam ædificia dicto modo facta cito cadere solent, ideo sequitur postea,

23 *Ite ad lo. m.* vbi fuit arca domini, & tamen fuit destructus propter malitiam populi: & sic temporibus modernis destructa sunt loca sancta Iudææ propter peccata Gentis Christianæ, propter quod sequitur,

[Margin: Tres radices peccatorū. — Loca sancta destructa propter populi Christiani peccata.]

fuerit habitatio peccatorum. Sicut autem Silo exemplum est templi, sic templum nobis, vnde, *Cum venerit filius hominis putas inueniet fidem super terram.*

Luc. 18.b. Matt. 21.b.

a *Ad vos ma.* HIERO. lib. 2. Non quod ei tempus absque diluculo sit, sed quia post noctis quietem, corporis viribus instauratis, anima hominum vegetior sit, & non voluptatibus occupata audire & facere valeat quæ dicuntur: vnde, *Mane exaudies vocem meam: Mane astabo tibi & vide.* Et in Isaia. *De nocte siue diluculo consurgit spiritus meus ad te Deus. quia lex & præcepta tua sunt super terram*, vnde filij lucis dicuntur & non noctis neque tenebrarum, nec dormientes, qui scilicet mandata Dei conseruant.

Mane vegetior est homo ad ordum & bene agendũ. Psal. 5. a. ibidem. Isai. 26. b. secundum LXX. Inf. 14. b. 1. Thes. 5. a.

b *Sicut feci Silo.* IBID. Abieci Silo, abiecturus & templũ: abieci decem tribus, abiecturus & duas tribus. Quidquid illi populo minatur, timeamus & nobis, ne similia faciamus.

† THEODORETVS in hunc locũ. Silo locus est situs intra decẽ tribus, in quas cum Assyrij duxissent exercitum, deletus est etiam ipse. Suadet igitur Dominus, ne fidant templo, sed vitæ legitimæ.

(a Vt vos de tenebris liberarem.)

a tus sum ad vos mane consurgens, & loquens & non audistis,* [1] & vocaui vos & non respõdistis: [14] faciã domui huic (a Templo in quo confiditis.) in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, & (a Vt similia peccata pari feriantur sententia.) b loco quẽ dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo: [15] & proiiciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros vniuersum semẽ Ephraim. (a Decem tribus quibus præfuit Ieroboam de tribu Ephraim.) * [16] c Tu ergo noli orare pro populo hoc, d nec assumas pro eis laudẽ & orationẽ, & nõ obsistas mihi: quia e non exaudiã te. [17] Nonne vides, quid isti faciunt in ciuitatibus (Intus & foris.) Iuda, & in plateis Ierusalẽ? (a Quasi, Nulla est ætas, nullus sexus qui ab ipsa impietate dissentiat.) [18] Filij colligũt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem,* vt faciant placentas reginæ cæli, & libent diis alienis, et me ad iracundiam prouocent. (a Hieronymus. Vel præparationes, id est, omne genus sacrificij. b Lunæ vel militiæ cæli, id est, omnibus stellis. c Qui non sunt dij sed sub nominibus deorum dæmonibus immolant. d Sic. e Quam non habeo scilicet.) (a Quasi, Hæc facientes, non intelligunt miseri, quod hæc contentio non me lædat, quem ira non mutat, sed ipsos.) f [19] Numquid me ad iracundiã prouocant, dicit dominus? Nõne semetipsos in confusione vultus sui? (a Deum numquam lædimus qui lædi non potest, sed nobis interitum præparamus thesaurizantes nobis iram in die iræ. b Ignominia sempiterna erunt.) [20] Ideo hæc dicit dominus Deus: Ecce furor meus, & indignatio mea (a Quasi: Ego naturaliter non irascor, sed illi me ad iracundiam prouocant, vt meam videantur mutare naturam, sentient igitur iratum, quod quantum possunt facere nituntur.) g conflatur super locum istum, super viros, & super iumenta & super lignum regionis, & super fruges terræ, & suc- (a Alias stillabit, id est, moderatam pœnam inferet. Si autem in stilla tanta duritia est quid si omnis imber fuerit effusus? quod erit in futuro.)

(Margin numbers: 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25)

intercedant, sed non illorum precibus tantum confidamus, sed & nostra vt oporteat dispensemus certè, & ad meliora semper conuertamur.

d *Et non ob.* HIERO. lib. 2. Sanctorum preces iræ Dei possunt obsistere, vnde Moysi dicitur, *Dimitte me vt percutiam populum istum, &c. Et stetit Phinees & placauit, &c.* Aaron quoque, accepto thuribulo * inter ignẽ & populũ arsurũ medius stetit, & ira Dei cessauit.

Exod. 32. c. Psal. 105. c. Nu. 16. g. Ge. 28. d.

HIERONYM. IBID. Duo sunt, quæ obsistunt orationibus, ne audiantur à domino, incorreptus scilicet & permanens error, & cor impœnitens; Error namque veniam promeretur, sed qui ab eo veraciter absoluitur: Cor verò impœnitens in spiritumsanctũ peccat, quo in vnũ populus Dei congregatur, quo spiritus immundus eiicitur, quo baptizamur, quo peccata omnia dimittuntur, & quẽ accipit ecclesia, vt cui dimiserit peccata dimittantur ei; verbum enim valde malũ & nimis impium dicit contra spiritum sanctum cogitatione vel lingua, vt secundum duritiã cordis thesaurizet sibi irã, hæc impœnitẽtia, hæc blasphemia, vel verbum in spiritum sanctum remissionẽ non habet in æternum.

Duo exaudibilia non sunt apud dominum. Inf. 44. a.

c *Tu ergo n.* HIERONYMVS vbi supra. Ne videatur propheta rogans non impetrare quod postulat, præcepit dominus ne oret pro populo peccatore, & nullam pœnitentiam agente.

† CHRYSOSTOMVS Hom. 44. in Genesim. Quando sumus negligentes, etiamsi iusti sunt qui pro nobis orãt, etiamsi prophetæ, nulla nobis inde vtilitas, propterea Ieremiæ dixit Deus, *Noli orare pro populo hoc, &c.* Vnde Domini misericordiam, prædicit propheta, vt ne cum post orationẽ non exaudiatur, tribuat hoc suis demeritis, & ideo prædicit ei populi malitiã, & prohibet ne pietur. Id scientes dilecti, confugiamus ad Sanctorũ preces, & oremus vt pro nobis inter-

Intercessio sanctorum quomodo adhibenda.

e *Nonne vi.* IBID. Ne putemus crudelem Deum: qui nec rogari patiatur, causam reddit quare non audiat, *Nonne vides.*

f *Numquid me, &c.* † THEODORETVS in hunc locum. De hisce etiam per alium prophetam ait, Nonne ad iracundiam prouocauerunt, dicit dominus, & non seipsos, vt facies eorum confundantur? Declarat speciem confusionis, & asserit futuram non solum hominum interemptionem, sed iumentorum & plantarum perditionem, desertam iri terram.

g *Conflatur.* HIER. vbi supra. Quasi dicat, Quod diu facere nolui, vestro-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mane consurgens, &c. *Id est, diligenter hoc faciens.*

2 Et non audistis, *Vos corrigendo.*

3 Faciam domui huic, *Id est, templo per Salomonem ædificato,*

4 Sicut feci Silo. *Quod impletum fuit per Nabuchodonosor, qui destruxit Ierusalem, & templum, vt habetur infra.*

5 Et proii. &c. *Eiiciendo de terra vestra in Babylonicam captiuitatem.*

6 Sicut proieci om. fratres, &c. *Id est, decem tribus, iam enim erant in captiuitate inter Assyrios.*

7 Vniuersum semen Ephra. &c. *Hoc dicitur, quia illa tribus erat principalior inter decem, & quia Ieroboam primus rex eorũ fuit de tribu Ephraim.*

8 Tu ergo noli, &c. *Excluso prædicto remedio, hic consequenter ponitur dictæ exclusionis confirmatio. Et hoc ex tribus quæ hic excluduntur, scilicet Ieremiæ oratio, & holocaustorum oblatio, ibi,* Hæc dicit; *& adhæsio populi cum Deo, ibi:* Tonde capil. *Circa primum dicit dominus Ieremiæ,* Tu ergo noli orare pro populo, &c. *Et subditur post,*

Diuisio.

9 Et non obsistas mihi, *Rogando, quod non inferam ei prædicta mala:*

10 Quia non exaudiam te, *Cuius causa subditur,*

11 Nonne vides quid isti faciũt, &c. *Id est, quam horribile. q. d. dignum est quod puniantur. Et quid sit istud ostenditur,*

12 Filij colligunt lig. *Ad coquendum idololatriæ sacrificia: ad hæc enim pueri inducebantur à parentibus vt nutriti in talibus, in senectute non recederent ab eis, secundum quod dicitur Prou. 22.* Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea.

13 Et patres succendunt ignem, *Dantes filiis exemplum sic faciendi, cum venerint ad ætatem adultam.*

14 Et mu. co. adip. *Id est, farinam tritici delicatissimam, secundum illud Psal. 147. a.* ex adipe frumenti satiat te. *in qua miscebant aquam faciendo inde pastam.*

15 Vt faci. p. *Id est, panes rotundos & tenues.*

16 Reginæ cæli, *Lunæ, & sic patet, quod omnes personæ domus intrinsecæ, sci. vir, vxor & proles erant in illa idololatria occupata.*

17 Et libent diis ali. *Libamina, sunt oblationes de liquidis, vt de vino, oleo, & similibus.*

Libamen de quibus fit?

18 Et me ad ira. pro. *Scilicet ad inferendum vindictam, quia ira & aliæ passiones non sunt in Deo: sed eius punitio dicitur ira, eò quod ad modum hominis irati se habet quando punit.*

Ira Dei.

19 Nonne semetipsos, *supple prouocant,*

20 In confusione vul. sui, *Q. d. Sic: eò quod procurant per mala sua per me confusibiliter puniri, propter quod subditur.*

21 Ecce furor meus, *Id est, vindicta mea,*

22 Conflatur super loc. ist. *Ad destruendum ciuitatem & templum.*

23 Super viros, *Puniendo eos in personis propriis,*

24 Super iumenta & su. *Puniendo eos in bonis omnibus possessis;*

25 Hæc dicit dominus exercituum, *Hic consequenter confirmatur propositum per exclusionem holocausti Deo oblati, ita quod non valeat populo ad aliquod remedium, cùm dicitur,*

1 Holo-

MORALITER.

† 11 *Nonne vides, &c.* Dicitur enim, quod ante destructionem multa peccata & enormia fiebant in terra illa. Et quoniam hoc debet esse causa doloris omnibus bonis, ideò dicitur post,

† Tonde

vestrorum peccatorum multitudine facere compellor super viros & super iumenta. Cum irascitur Deus, etiam homines, & quæ sunt hominis, similem seueritatem sentiunt.

a *Quia non.* HIERON. lib. 2. Manifeste ostendit, quia primum decalogum dederit in lapideis tabulis scriptum digito Dei: & post offensam idololatriæ, caputque vituli, iusserit sibi hostias fieri, magis quam dæmonibus; auferens religionem puram mandatorum Dei, & concedens sanguinem victimarum, carniumque desiderium.

† THEODORETVS in hunc locum. Ex his perspicuum est, superflua legis ob infirmitatem Iudæorum adiecta esse. Cum enim in Ægypto dedicissent idolis sacrificare, desiderans, vt ab hoc ritu recederent, (per omnes enim prophetas hûc reiicit) sed condescendens cum infirmitate eorum, dixit istud, *comedite carnes*, quasi diceret, sacrificia etiam repellens, Non vero de carnibus edere, si quidem volentes in vrbibus aut pagis suis de carnibus sumere, iubet in lege immolare, & effuso in terram sanguine, desumere, non tamquam de sacrificiis, sed velut de carnibus communibus.

b *A die q.* HIER. vt supra. Omne tempus medium dicit eos per offensam domini transegisse. Necessaria ergo fuit gratia euangelica, quæ eos non merito suo, sed Dei misericordia conseruaret.

† THEODORETVS vbi supra. Traditi sunt enim ob suam iniquitatê, quãdoque Moabitis, quãdoq; Ammonitis, interdũ Madianitis, sępius alienigenis.

c *Et loqueris ad eos.* HIER. vbi supra. Ne dubitetis indurare ceruices, &c. Ecce do locũ pœnitentię: Nec ideo loquor, vt fiât quæ dico; sed quia futura, ideo prædico: Nunc saltê loquere eis verbis meis.

d *Hæc est gens.* IBID. Hoc in tempore prophetarũ factũ est, & in vmbra præcessit: In Christo plenè cõpleta est, cuius disciplinam noluerũt audire, vnde eleganter infertur.

e *Periit fides & ablata est.* IBID. Quæ propriè Christianorum est.

f *Tõde capillũ.* IBID. Apud veteres consuetudo fuit lugẽtium tondere Cæsariem, nunc è cõtra comam demittere luctus indicium est.

(Marginalia: Exod. 31. d. — Cur legales hostias Deus instituit? — Tonsio capillorum olim signũ luctus. — Infr. 16. c.)

cendetur & non extinguetur.[21] Hæc dicit dominus exercituum Deus Israel: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes,[22] quia nõ sum loquutus cũ patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocaustomatũ & victimarũ,[23] sed hoc verbũ præcepi eis, dicens: Audite vocem meã, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via quam mãdaui vobis, vt bene sit vobis.[24] Et nõ audierũt, nec inclinauerũt aurẽ suã: sed abierũt in voluptatibus suis, & in prauitate cordis sui mali, factique sunt retrorsum, & non ante,[25] à die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti vsque ad hanc diem. Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diẽ consurgens diluculo, & mittẽs,[26] & non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suã, * sed indurauerunt ceruicẽ suã, & peius operati sunt quàm patres eorũ.[27] Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te, & vocabis eos, & non respondebũt tibi.[28] Et dices ad eos: Hæc est gens, quæ nõ audiuit vocẽ domini Dei sui, nec recepit disciplinam. Periit fides, & ablata est de ore eorum.[29] Tonde capillum tuum, & proiice: & sume in directum plãctũ, quia proiecit dominus, & reliquit generationem furoris sui,[30] quia fecerunt filij Iuda malum

(Interlinear glosses: a Furor. b Quoniam non agit populus in quo possit extingui. — a Quorum reprobauit templum reprobat sacrificium; & publice arguit, quia non veneratione sui, sed epularum desiderio immolauerunt. — a Mandata in quibus religio pura. — a Proficientes. b Quasi: vobis prouideo, non mihi, vetus dominus sum, non egeo seruorum officiis. — a Me dicente: Audite vo. meam. — a Contra illud apostoli: Quæ retro sunt obliuiscens, in anteriora me extendi. — a Præterita cupientes. b Futura contemnentes. — a Patet, quia merito stillauit ira Dei super populum contemptorem duræ ceruicis. — Tamen. — a Tamen. b Tantæ sunt superbiæ, vt dedignentur respondere. Non populus. — a Christianorum. b Filij Dei fideique confessio. — a Populum Iudæorum, & hoc propriè ad Christi tempus referendum, quando periit fides & ablata est de ore populi dominum blasphemantis.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Holocaustomata vestra. *Ista erant sacrificia digniora, eò quod totaliter incendebantur ad diuinum honorem,*

2 Addite victimis vestris, *Id est, hostiis pacificis, quarum vna pars cedebat in vsum offerentium; ideo subditur,*

3 Et comedite carnes, *Scilicet holocaustorum q.d. non incendite pro me, quia in nullo placent mihi: ideo subditur,*

4 Quia non s. loq. cum patrib. &c. de verbo holocaust. *de ipsis mihi offerendis,*

5 In die qua eduxi eos de terra Ægy. *Sicut patet Exod. vigesimo, vbi Deus dedit præcepta decalogi populo, & de holocaustis non fit ibi sermo.*

6 Sed hoc verbum præcepi eis dicens, Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mi. *Et hoc patet, Exo. 19. a. vbi dici.* Si audieritis vocem meam & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium. Melior est *enim* obedientia quam victimæ, 1. Reg. 15. e. *Sciendum tamen quod postea dominus per Moysen præcepit holocausta & victimas sibi offerri à populo, ne talia offerrent idolis, ad quod erant proni, & ad experiendum obedientiam populi, & ad præfigurandum futuram immolationem Christi: Et propter hoc dictum est hic,* Non præcepi eis in die qua ed. &c. *per quod non excluditur præceptum postea datum.*

7 Et non audierunt, *Obediendo.*

8 Sed abierunt in volupt. *Quantum ad delicias carnis.*

9 Et in prauitate cordis sui mali, *Seruiendo idolis.*

10 Factique sunt retrorsum, *A me recedentes.*

11 A die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti, *Id est, à tempore illius egressionis, quia tunc fecerunt & adorauerunt vitulum conflatilem* Exod. 32. *b.*

12 Vsque ad hanc diem, *Non quia continuè fuerint idololatræ, sed pro maiori parte temporis, vt patet ex libris Iudicum, Regum & Paralip.*

13 Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem, *Scilicet ad vos reuocandos. Sic est in Hebræo, & mutatur modus loquendi de tertia persona in secundam. Cetera patent ex supradictis vsque ibi.*

14 Et vocabis eos, *Ad pœnitentiam.*

15 Et non respondebunt tibi, *Per correctionem. Propter quod post sequitur,*

16 Periit fides, *Id est, fidelitas populi erga Deum & proximum,*

17 Et abl. est de o. eorum. *Quia tantum modo loquuntur dolos & mendacium.*

18 Tonde. *Hic tertiò confirmatur propositum, excludendo coniunctionem & amicitiam populi cum Deo. Ad cuius intellectum sciendum, quod prophetæ domini non solum prophetabant verbis, sed etiam aliquando sensibilibus signis: sicut Ieremias posuit in collo suo catenas, ad significandum quod sic ducerentur concatenati in captiuitatem, infrà vigesimo septimo: & sic in proposito dominus præcepit Ieremiæ vt tonderet capillos suos suo capiti adhærentes, & ei valde amabiles, eò quòd erat Nazaræus ex vtero matris suæ, vt dictũ est suprà. cap. 1. & sic nouacula non debebat super caput suum ascendere, vt dicitur de Samsone Iudi. decimotertio, Et hoc fuit ad significandum, quod dominus populum regni Iuda sibi prius adhærentem & amabilem, separaret & proiiceret à se: & hoc est quod dicitur,* Tonde ca. tu. *Id est, capillos: accipiendo singulare pro plurali.*

19 Et proiice, *A te,*

20 Et sume in directum, *Id est, directè aspiciens capillos.*

21 Planctum, *Cuius significatio subditur,*

22 Quia proiecit dominus & reliquit gener. furoris sui, *Id est, populum Iuda quem dilexit prius, quia per mala sua prouocauit contra se iram Dei, & ideo dicitur hic generatio furoris Dei, sicut homo dignus morte, dicitur filius mortis. 2. Regum 13. Consequenter ponitur duplex causa huius proiectionis. Prima cum dicitur,*

(Marginalia: Holocaustum. — Quo tempore præcepit Deus Hebræis de sacrificiis. — Prophetia per signa sensibilia. — Generatio furoris Dei.)

MORALITER.

† 18 *Tonde capillum tuum.* Modus enim antiquorum fuit tondere capillos in signum doloris & humiliationis, sicut dicitur de sancto Iob: *Scidit vestimenta sua, & tonso capite corruit in terram.*

(Marginalia: Tonsio capitis signũ luctus.)

a *Posuerunt, &c.* † THEODORETVS in hunc locum. Hoc ausus est Manasses Ezechiæ filius. Admissam impietatem etiam æmulati sunt posteri. Testis est diuinus Ezechiel, qui spiritali modo è Babylone adductus in Ierusalem, se tales in templo spectasse memorat iniquitates. Criminatur autem eos, vt qui filios & filias in holocausta immolauerint dæmonibus.

b *Excelsa To.* HIERONYMVS lib. 2. Tophet Hebraicè, latitudo Latinè, qui locus est in valle filiorum Ennon. Et Hebraicè dicitur Gehennon. Ge, enim vallem, Ennon hominis nomen, vel gratiam sonat. Et tradunt Hebræi ex hoc loco dictã gehẽnam eò quòd omnis populus Iudæorum ibi offendens dominum periit. In quo loco etiam filios suos in igne idolis consecrauerint.

c *Quæ est in valle.* IBID. Locum qui Siloe fontibus irrigatur, significat, amœnus atque nemorosus, & vsque hodie hortorum præbet delicias. Hic autem Gentilitatis error omnes prouincias occupauit, vt ad capita fontium lucosque amœnissimos victimas immolarent.

d *Et filias.* IBID. Si Iephte obtulit filiam virginem, non sacrificium Deo, sed animus placuit offerentis. Neque enim si canis aut asinus aut immundum quodlibet animal primum occurrisset domino, offerre debuisset.

e *Qua non præcepi.* † THEODORETVS vbi suprà. Qua enim ratione perferrem de huiusmodi homicidio sanciri legẽ, qui irrationalium animalium sacrificia infirmitatis eorũ gratia concessi?

f *Ecce di. ve.* HIER. Quando recessit à fidelitate domini sui, tunc incepit obsidio. Sed cũ rex Ægypti veniret & liberaret Ierusalẽ, Nabuchodonosor illum fugauit. Postea Nabuzardan obsedit eam, & cepit, & duxit Sedechiam in Antiochiam, & ibi orbatus.

g *Tophet.* † IDEM. IBID. Dicit aram Tophet, idoli cuiusdam ita vocari, quod interpretatur inclusio, siue deuoratio: In hoc porro loco multos ipsorum asserit interficiendos esse, & pro pabulo & epulis proponendos auibus & feris. Quinetiam loci denominationem mutandam, nec vltra vallem filij Ennon esse vocitandam, sed vallem interfectorum.

h *Et quiesc.* IBID. Cum locus idololatriæ versus fuerit in sepulchra vt vbi Deum offenderant, ibi cadauera eorum inhumata iacerent.

*Marginalia: Iudic. 11. f. — Tophet & gehenna. — Sacrificia de homine Deus fieri prohibet. — 4. Re. 25. b. — * Eze. 16. c.*

[Glossa interlinearis: a Vel in templo meo. — Quem nihil latet. — Idola Baal. — a Quæ Hebraicè Ramath. siue Aram Tophet alia littera. — a Obsidionis scilicet, quam à nono anno Sedechiæ regis vsque ad vndecimum perpessi sunt. — a Ob interfectionem plurimorum. b Tanta erit cædes. c In loco suæ religionis. — a Quia sepeliri non poterunt. — a Quia quisque sibi timebit, vel victus humandi officio. b Hieronymus, Manifesta transcurrimus, vt in occultis immoremur. — a Quæ Ierusalem subiacebant. — a Vt mœrore & gemitu omnia compleantur.]

a in oculis meis, dicit dñs. Posuerũt offendicula sua in domo, in qua inuocatũ est nomẽ meũ, vt polluerẽt eã [31] & ædificauerũt b excelsa Tophet, quæ est in valle filij Ennon, vt incenderent c filios suos & filias suas igni, quæ non præcepi nec cogitaui d in corde meo. [32] Ideò ecce dies veniunt dicit dominus, & non e dicent amplius Tophet, & vallis filij Ennon, sed vallis in-f terfectionis: et sepelient in Tophet, eò quòd non sit locus. [33] Et g erit morticinum populi huius in cibum volucribus cæli & beh stiis terræ, & non erit qui abigat. * [34] Et quiescere faciã de vrbibus Iuda & de plateis Ierusalem, vocẽ gaudij & vocẽ lætitiæ, vocẽ sponsi & vocem sponsæ. In desolatione enim erit terra.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Posuerunt offendicula sua, *Id est, idola.*

2 In domo in qua inuocatum est nom. *Scilicet in templo diuino cultui deputato, vt habetur. 4. Regum. 21. & hoc fuit valde detestandum, sicut cum mulier introducit adulterum in eodem lecto cum marito suo. Secunda ponitur ibi,*

3 Et ædificauerunt excelsa, *Id est, altaria alta, quia locus ille erat in valle, vt patet ex littera sequenti.*

4 Tophet, *Id est, idolo Moloch. & secundum quod dicit hic Ra. Sa. sonat tympanum seu tympanizationem, eò quod in ritu illius idoli fiebat tympanizatio. Erat enim illud idolum æreum, & interius concauum, & intra concauitatem illam fiebat ignis fortis: & quando idolum erat ignitum, ponebatur puer, qui offerebatur in manibus eius, & tunc sacerdotes percutiebant fortiter tympana, ne parentes pueri audirent clamorem pueri, & compaterentur, & vt crederent sine dolore corporis animam euolasse. Et istud erat valde horribile scilicet innocentem ad venerationem idoli sic interficere.*

5 Filij Ennon, *Nomen erat proprium hominis, cuius filius erat dominus loci illius.*

6 Vt incenderent filios suos, *Modo prædicto.*

7 Quæ non præcepi nec cogitaui. *Hoc dicitur, Quia sacerdotes illius idoli asserebant talem oblationem esse Deo valde acceptam, eò quod dominus dixit Abrahæ:* Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & offer illum in holocaustum, &c. *Gen. 22. a. quod est falsum, quia illud non fuit dictum Abrahæ vt Isaac moreretur, sed vt Abrahæ obedientia probaretur, propter quod ibidem subditur,* Ne extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognoui, quòd timeas dominum, &c.

8 Et non dice. &c. *Licet enim Ennon sit nomen proprium, vt dictum est, tamen alio modo est appellatiuum, & signat consolationem. q. d. non vocabitur amplius locus consolationis, sed magis contrarium, scilicet vallis interfectionis, quia multi Iudæi fuerunt postea interfecti à Chaldæis.*

9 Et sepelient in Tophet. *Scilicet sepultura asini: sicut dicitur infrà 22. de Iechonia,* Sepultura asini sepelietur, *& hoc patet per hoc quod subditur,* Et erit morticinum populi huius in cibum volucribus cæli & bestiis terræ. *Cetera patent.*

Marginalia: Idola in templum introducta. — Moloch & eius sacra. — Sacrificium quod est de cæde hominis est Deo summe odibile. — Ennon.

ADDITIO I.

In cap. 7. *vbi dicitur in Postill.* Et replicatur, ter.

Secundum translationem Chaldaicam replicatur ter templum domini, eò quod ter in anno debebant apparere in templo coram domino, vt patet Deu. 16. per quam trinam apparitionem credebant expiari à suis delictis: quod tamen erat falsum nisi corrigerent vias suas, vt communiter dicitur.

ADDITIO II.

In eo. ca. *vbi dicitur in Postilla:* Reginæ cæli, *id est, luna.*

Vbi nos habemus Reginæ cæli: in Heb. habetur dictio מלאכת *Melecheth, quæ vno modo significat reginam, & alio modo significat opus; & sic non designat vnum certum planetam, sed totum opus cœleste, quod obseruatur ab astronomis secundum certas constellationes: Et quomodocumque sit, irrationabile videtur dici, quòd luna sit regina cæli, cum sol sit maioris efficaciæ, luminis, & virtutis.*

ADDITIO III.

In eo. c. *vbi dicitur in Postil.* Quia non sum loquutus de ipsis mihi offerendis.

Licet in præceptis decalogi non fiat mentio de holocaustis, nec de sacrificiis: tamen antea, & specialiter quando Deus eduxit populum de Aegypto, præcepit eis de agno paschali immolando, quod fuit celebratum in die propria seu tempore eductionis de Aegypto, vt habetur Exo. 12. Quod quidem sacrificium, vt habetur ibidem, vocatur victima: & hoc fuit primum præceptum de principalibus datis filiis Israel à Deo per Moysen. Vnde ratio Postillatoris, qua dicit, quod in hoc quod dicitur, Non præcepi eis in die qua eduxi, &c. *non excluditur præceptum postea datum scilicet de sacrificiis: sed præceptum antea; non videtur sufficere, vt patet. Et ideo aliter videtur hic dicendum. Pro quo sciendum est quod in præcedenti cap. iam dixerat propheta, quòd holocaustomata & victimæ non placebant Deo, eò quòd legem non seruabant: nunc autem arguit eos de hoc quod immolationes suas, seu sacrificia non pro cultu Dei, sed magis pro voracitate sua faciebant. Vnde glo. interlinearis super illud verbum:* Et comedite carnes, *sic dicit,* quia non veneratione sui, sed epularum desiderio immolauerunt. *Hæc in glo. Vnde cùm dicitur hic:* Holocaustomata vestra addite victimis vestris, &c. *sensus est. q. d. Ex quo ad appetitum vestrum satiandum immolatis, conuenientius est vt non offeratis holocausta, quæ totaliter incenduntur, & sic consequenter videntur consumi totaliter in honorem meum, sed addatis ea victimis vestris, vt saturemini carnibus, nam victima pro maiori parte cedebant in vsum offerentium. Et sequitur:* Quia non sum loquutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocaustomatum & victimarum, *quia tunc non præcepit eis facere holocausta & victimas, sed solùm victimam: nam agnus paschalis victima erat, vt patet in prædicto capitulo, Exod. duodecimo, non autem holocaustum. Postea verò cum lapsi fuerunt in idololatriam, Deus præcepit eis holocausta & victimas sibi offerri à populo, ne talia offerrent idolis, prout in Postilla. Et sequitur:* Sed hoc verbum præcepi eis: Audite vocem meam; *quasi dic. vt hoc manda-*

Marginalia: Ter in anno Iudæi ad templum ascendebat. — Luna non rectè dicitur regina cæli. — Præceptum sacrificandi quando primũ Iudæis à Deo impe[r]atum. — Iudæi ventris negotiũ agebant cũ sacrificarẽt. — In quo differant holocausta & victimæ.

mandatum de obediendo Deo, in quo verus Dei cultus consistit, semper fuit per se intentum à Deo: non autem holocausta & victimæ, &c.

ADDITIO IV.

In eo. ca. *Vbi dicitur in Postil.* Periit fides, id est, fidelitas populi.

Hoc quod dicitur hic, Periit fides, *propriè potest intelligi de fide iustificante, quia qui idola colunt, sicut verum Deum, manifestè deficiunt in fide, credentes idolum habere potentiam seu auctoritatem diuinam. Et quia duplex est actus fidei, scilicet intrinsecus in corde, quo creditur ad iustitiam, & extrinsecus in ore quo fit confessio ad salutem: ad Rom.* 10. *Ideo de primo dicit:* Periit fides, *scilicet in corde, de secundo verò:* Et ablata est de ore eorum, *& istum sensum videtur tenere glossa.*

Duplex actus fidei.

ADDITIO V.

In eo. c. *Vbi dicitur in Postil.* Tonde. Hic tertio confirmatur propositum, &c.

Hoc quod dicitur hic: Tonde capillum & proiice & sume. *non sunt verba domini directè ad Ieremiam, quia vt dictum fuit Isaia.* 40. *super illud verbum:* Super montem excelsum ascende, *Verba Hebraica & pronomina distinguuntur secundum sexum, quia aliqua sunt masculina, & aliqua feminina: Et quod hic dicitur,* Tonde & proiice & sume, *sunt feminini generis in Hebraico in hoc loco, sicque diriguntur ad feminam. Et ideo hæc verba intelligenda sunt tamquam dicta per prophetam in persona domini ad ciuitatem Ierusalem, vt scilicet in signum mœroris tonderet capillos, quia vt dicitur in glos.* Apud veteres consuetudo fuit lugentium tondere cæsariem, sicut nunc è contra comã dimittere luctus indiciũ est. *Hæc in gloss. &c.*

Non Ieremiæ sed vrbi Ierusalem ista imperãtur: *Tonde capillũ, &c.*

ADDITIO VI.

In eo. ca. *Vbi dicitur in Postilla:* Et non dicetur amplius Tophet, & vallis filij Ennon.

Vbi nos habemus: Vallis filij Ennõ, *in Hebræo habetur:* גיא בן הנום *Geben hinnom, vnde ex hoc nomine fuit assumptũ in Heb. gehenna, ad significandum locum infernalem vbi cruciantur damnati, & sic habetur in Catholicon. Et ratione etiam, quia in loco hoc crudelissimè & irremediabiliter cruciabantur homines per dæmonum administrationem, quodammodo sicut in inferno. Similiter & Tophet nomen est inferni, iuxta illud Isa.* 30. *g.* Præparata est ab heri Tophet, &c.

De Tophet & gehenna.

REPL. *In cap. vij. extraneum videtur Burg. quod Postil. reginam cæli vocat lunam, eò quod sol sit maioris efficaciæ. Quod argumentum Burg. modicum concludit, sed vsu loquentium Philosophorum & poëtarum concludit illa ratio pro Postillatore. Nam sol dicitur pater, quia generat hominem, & non hominum tantum, sed deorum, id est, aliorum planetarum. Et à multis poëtis dicitur sol rex, ratione maioris efficaciæ. Luna dicitur regina, & mater, & bona congruentia quia sol & luna sunt duo magna luminaria sol tamen maius, & luna minus, vt patet Gen.* 1. *Ita in regno magnæ personæ sunt rex & regina, maior tamen rex quam regina, &c.*

Lunam dici posse cæli reginam.

In eo. ca. vbi dicitur. Non præcepi eis in die qua eduxi, &c. *dicit Postill. per hoc non excluduntur præcepta post data, vbi Burg. accipit occasionem contra Postil. cum tamen hic & ille volunt idem, vt patet.*

In eo. ca. vbi dicitur: Tonde capillos. *Burg. hic & suprà Isa.* 4. *phantasiatur de generibus verborũ, quòd videlicet verba sunt masculini generis, & feminini generis in Grammatica Hebraica, sicut nomina in Grammatica Latina. Quod si ita est, puto beatum Hiero. & alios non latuisse. Sed glo. quam adducit non facit pro eo, sed stat cum expositione Postil. quod tonsio capitis Ieremiæ hic præcepta, prænosticè designauit mœrorem ciuitatis & populi, sicut in ipsius collo catena fuit prænosticum signum captiuitatis, de quo infrà vigesimoseptimo.*

CAP. VIII.

a IN *tempore illo, &c.* a *Eiicient ossa.* HIERO. lib. 2. Omnia quę prophetalis sermo describit, nostro tẽpore videmus accidisse: non Ierusalem, quæ ista perpessa est à Chaldæis & Romanis; sed vniuerso orbi, vt iam lachrymæ aruerint, & mortuorum ossibus compleantur omnia.

Clades maximę populorum temporibus Hieronymi.

† THEODORETVS in hunc locum. Docet Babylonios irruentes non modo viuos neci traditurus, sed etiam Sacerdotibus & regibus iamdudum defunctis illusuros, & effossis sepulchris ossa relicturos non sepulta, ita vt exponantur soli, lunæ & syderibus, quorum inquit, dilexerunt adorationem.

b *De sepul.* HIER. Quærentes aurum & argentum, &c. quę in sepulchris more antiquo ponebantur.

Aurũ quæsitum in sepulchris.

c *Et dices.* IBID. Post tanta mala ad pœnitentiam prouocat eos, qui remanserunt. Siue, priusquam veniant, quæ minatus est, hortatur ad cõuersionem, & pœnitentię locum indicat.

d *Auersus est,* siue *auertit.* Quasi dicat, Conuersus potest iræ Dei precibus resistere & auertere.

CAP. VIII.

[1] IN tempore illo ait dominus: Eiicient ossa regum Iuda, & ossa principum eius, & (¶ Quæ effodit auaritia.) ossa Sacerdotum & ossa prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem de sepulchris suis, [2] & expandent ea ad (a ¶ Vt quibus seruierant, derelicto Deo, eorum pateant aspectibus.) solẽm & lunam, & omnem militiam cæli, quæ dilexerunt & quibus seruierunt, & post quæ ambulauerunt, & quæ quęsierunt, & adorauerũt. [3] Nõ colligentur, & non (a ¶ Inhumati.) sepelietur, in sterquiliniũ super faciem terræ erunt. [4] Et (b ¶ Si qui fugere poterunt.) eligent magis mortẽ quã vitã omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima, in vniuersis locis quæ derelicta sunt, ad quæ eieci eos, dicit domin⁹ exercituũ: [5] c Et dices ad eos: Hęc dicit domin⁹: (¶ Peccando. ¶ Pœnitendo. ¶ A Domino. ¶ Ad Deum.) d Numquid qui cadit non resurget, & qui auersus est non reuer-

☞ a Quare

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT VIII.

1 IN tem. illo. *Hic excluditur quartum remedium, scilicet sapientia doctorum, si inesset, per quam populus posset ab errore & idololatria reduci, & à punitione diuina liberari; sed hoc excluditur in hoc cap. Quod diuiditur in duas partes, quia primò prædicitur populi exterminium; secundò excluditur dictum remedium, ibi,* Miluus in cælo. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur populi exterminatio; secundò exterminationis ratio, ibi,* Et dices. *Circa primum, primò ponitur exterminatio quantum ad defunctos, quorum inter homines non remanent nisi ossa sepulta, & quantum ad hoc dicitur,*

Diuisio.

In tempore illo; *Scilicet destructionis Ierusalem per Chaldæos,*

2 Eiiciento. r. *Mos enim fuit apud Iudæos sepelire mortuos sumptuosè, vt habetur Io.* 19. *& maximè personas regum & pontificum & aliorum notabilium, ita quod in capitibus regum ponebant coronas aureas, cum lapidibus pretiosis, & annulos in digitis: & circa altas personas ponebant alia pretiosa secundum conuenientiam sui status, propter quod Chaldæi in destructione Ierusalem, sepulchra talium effoderunt, ossa proiicientes & iocalia accipientes.*

Mos pomposus sepeliendorum apud Iudæos.

3 Et expandent ea ad so. & lu. *Q. d. sicut sacrificauerunt soli & lunæ & ceteris stellis: sic iustum est, quòd ossa eorum proiiciantur ad solem & lunam extracta de sepulchris: ideo subditur.*

4 Non c. &c. *De cetero, quia habitatores terræ in captiuitatem ducentur.*

5 In sterquilinium super faciem terræ erunt. *Id est, putrescent super terram per pluuiam & niuem desuper cadentem. Consequenter ponitur exterminatio, quantum ad viuos, cùm dicitur.*

6 Et eligent magis mortem, *Præ nimia anxietate & miseria, quam sustinebunt,*

7 In vniuers. lo. *Quæ derelicta sunt, ad quæ eieci eos in captiuitatem ductos, vbi dicent mortuos fuisse beatos.*

8 Et di. *Hic consequenter ponitur huius exterminij ratio, quæ est obstinatio populi in peccato, cùm dicitur.*

Conuersio populi in peccato.

9 Numquid qui c. non re. *Q. d. ille qui cadit ad terram libenter resurgit, & qui auersus est à recta via, libenter reuertitur ad eam.*

1 Quare

MORALITER.

† 1 *In tem. il. ait do. e. ossa.* Per reges & principes veteris testamenti signantur principes noui testamenti; & per sacerdotes, prælati nostri; & per prophetas, doctores & prædicatores catholici; & per habitantes in Ierusalem, religiosi. Per istorum igitur ossa, quæ post mortem remanent carne putrefacta, signantur eorum peccata, quæ post mortem remanent punienda. Hæc autem ossa sepulta sunt quamdiu sunt occulta, sed ad solem expanduntur quando publicè perpetrantur, quod in multis de omnibus statibus prædictis fit hodie: publicè namque peccant, & inuerecundè, in scandalum magnum popularium; ideò subditur,

Peccata priuata & publica.

5 *In sterquilinium super.* Scilicet, per infamiam ipsorum inter

† habita-

a *Quare ergo.Q.d.* HIERON. lib. 2. Quantò eos ad pœnitentiam prouocaui, tantò magis recesserunt, non tam studio peccandi, quam me superandi.

A

† THEODORETVS in hunc locum. Manifestè docet nos malitiam non esse opus naturæ sed voluntatis.

Gen. 8. d.

b *Nemo quod bon.* HIERO. supra. *Omne genus hominum pronum est ad malum.* In tempore Saluatoris, *omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faci. bonum.* Vnde ipse: *Saluum me fac d. quoniam defe. sanctus.* Vbi sũt ergo qui dicunt in nostra positũ potestate, omni peccato carere?

Psal. 13. a. Ibidem 11. Non est in potestate nostra peccato omni carere.

B

† THEODORETVS vbi supra. Hoc Syrus ita interpretatus est, *Aguntur omnes sensu suo, quasi equus impetu vadens ad prælium,* Relicta enim lege diuina, suas ipsorũ sequũtur cogitationes. Voce tamen Græca intelligendũ est, nullum esse tempus aut satietatẽ cursus, Nam equus impetu vtens aut hinnitu exhausto labore sudat: Hi verò nullum malorum capiunt satietatem.

C

c *Mil. in.* HIER. supra. Quasi dic. Etiam aues sua norunt tempora, vt sciant quando ad calida festinantes loca rigorem hyemis declinare debeant, & veris principio ad solitas redire regiones.

† THEODORETVS. Ab irrationalibus auget accusationem. Iterum norunt volucres varietatem temporum, & nunc huc nunc illuc transuolantes reperiunt natura quæ sibi sunt vsui: isti verò, licèt rationis participes, fructum legis non decerpunt.

D

d *Propterea da.* HIERON. Receperunt mercedem suam: & qui verbum domini abiecerunt, ipsi abiecti sunt.

e *Agros eorum heredibus.* † THEODORETVS. Heredes appellauit hostes, vtpote successuros in dominiũ possessionum ad eos pertinentium. Idque dicit se facturum, propter communẽ omnium sacerdotũ & pseudoprophetarũ iniquitatem: qui promittentes pacẽ, impediebãt, ne populus pœnitentiam ageret.

E

De prophetantibus vel prædicantibus falsam pacem.

f *Et sanabant con.* HIER. Quasi dicat, Boni medici aliena vulnera verbis sanare cupiebant, qui omnibus flagitiis vulnerati erãt; Hæc quoque quotidie in nostro populo cernimus, vnde, *Qui prædicas non furandũ, furaris, &c.* Huiusmodi enim cùm peccatores & diuites viderint, sanare contritionem cupiunt filiæ populi mei, id est ecclesiæ, & ignominiam eorum qui decipiunt dicentes, pax, pax, &c.

F

* Sup. 9. b. Isai. 56. d. Roma 2. c.

a —tetur? [5] Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auer- (¶ Fortiter. a ¶ Idola vel quælibet praua veritati iustitiæque contraria. b ¶ Qui cum possent, quasi studiosè iniqua sunt sectati.)

sione contentiosa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt (a ¶ Si redirent. b ¶ Si aliquid boni dicerent.)

b reuerti. [6] Attendi & auscultaui, nemo quod bonũ est loquitur. (¶ Ore vel corde.)

Nullus est, qui agat pœnitentiã super peccato suo, dicens: Quid (a ¶ Erecto collo contra Deum.)

feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impe- (a ¶ Cui simile: Cognouit bos possessorem suum, & asi. præse. &c. b ¶ Hiero. In aere.)

c tu vadens ad prælium. [7] Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur & hyrundo & ciconia custodierunt tempus aduentus (a ¶ Dolenter pronuntiandum est. b ¶ Superuenturum. c ¶ O vos Scribæ & Pharisæi.)

sui, populus autẽ meus nõ cognouit iudicium domini. [8] Quomo- (a ¶ Quasi. Legis iactatis notitiam & scribitis iniquitatem.)

do dicitis, sapientes nos sumus, & lex domini nobiscũ est. Vere (a ¶ Qui scilicet iudicio suo possunt condemnari, horum sapientia stultitia est. vnde: Qui alium doces, teipsum non doces.)

mendacium operatus est stylus mendax Scribarum. [9] Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt. Verbum enim domini (a ¶ Sed frustra iactat legis notitiam qui operibus destruit doctrinam. b ¶ Vxores alia littera.)

d proiecerunt, sapientia nulla est in eis. [10] Propterea dabo mulie- (a ¶ Hostibus. ¶ Possessiones. b ¶ Qui in perpetuum teneant. c ¶ Quasi: ipsi sunt causa: non mea crudelitas.)

e res eorum exteris, agros eorum heredibus. * Quia à minimo (a ¶ Quæ est radix omnium malorum. b ¶ Qui debuerat prohibere.)

vsq; ad maximũ auaritiã omnes sequũtur, à propheta vsq; ad Sa- (a ¶ Aliena rapiunt. b ¶ Vt non sit in ore eorum veritas. ¶ Tales.)

f cerdotẽ cuncti faciunt mendaciũ. [11] Et sanabant cõtritiones filię (a ¶ Mentis. b ¶ Corporis. c ¶ Imo bellum immineret peccatorum. d ¶ Corporis.)

populi mei ad ignominiã, dicentes, pax, pax, cum non esset pax.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23

† THEO- a Idcirco

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quare ergo auer. est po. iste in Ier. *Id est, à via morum.*
2 Auersione contentiosa. *Id est obstinata nolens reuerti. Et subditur huius causa,*
3 Appre. mendacium. *Pseudoprophetarum.*
4 Et noluerunt reuerti. *Ad meum obsequium.*
5 Attendi & au. *Loquitur Deus ad modum hominis emendationem sui filij desiderantis. Et quia non fuit sequuta, subditur,*
6 Nullus est qui agat pœnit. *De peccatis præteritis, sed sunt obstinati ad futura perpetranda: ideo sequitur,*
7 Omnes conuersi sunt ad cursum suum, *In quo notatur libido peccandi & obstinatio maxima.*
8 Miluus. *Hic consequenter excluditur remedium, quod posset haberi per sapientiam doctorum: & primò hoc remedium excluditur; secundò exterminium populi futurum repetitur, ibi,* congregans. *Circa primum præmittitur ignorantia populi per exemplum auium intellectu carẽtium, cùm dicitur,* Mil. in cæ. cog. te. su. *scilicet nidificandi & pullificandi.*
9 Turtur & hyrun. & ciconia cust. tem. ad. sui, *quia tempore determinato recedunt, & reuertuntur.*
10 Populus autem meus non co. iu. do. *Id est, eius mandata, pro quorum transgressione dominus iudicabit populum & condemnabit; & quia ignorantia populi prouenit ex defectu doctorum, ideo consequenter arguit insipientiam eorum, dicens,*
11 Quomodo dicitis, *Vos scribæ doctores,*
12 Sapien. n. su. *Cognoscentes diuina, de quibus propriè est sapientia.*

Diuisio.

Ignorantia populi.

Et magistrorum.

13 Et lex do. nobiscum est. *Id est, apud nos est eius intellectus, quod excluditur cùm subditur,*
14 Verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum, *quia falsè & extortè legem interpretabantur, sicut dictum est cap. præcedenti de relaxatione rapinarum per oblationes.*
15 Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt, *Id est, confundentur, quando cum ciuitate capientur, scilicet; cuius contrarium asserebant: Cuius causa subditur,*
16 Verbum enim domini, *Per prophetas dictum,*
17 Proiecerunt, *Tamquàm falsum;*
18 Et sapientia, *Scilicet domini,*
19 Nulla est in eis: *Sed tantum sapientia quæ terrena est, animalis & diabolica. Iac. 3. d. propter quod subditur pœna cum dicitur,*
20 Propterea dabo mulieres eor. ex. *Id est, Chaldæis qui eas violabunt, & postea ducent captiuas.*
21 Agros eorum, *Id est, bona agrorum,*
22 Heredibus, *Id est, extraneis non ad modicum tempus, sed ad longum quasi hereditario iure. Dimisit enim ibi rex Babylonis de pauperibus terræ qui colerent terram, non sicut domini, sed magis serui, reddendo tributum regi; & post reditum Babyloniæ Iudæa fuit sub seruitute, primò Persarum, secundò Græcorum, & tertio Romanorum, vt patet ex libris Esdræ, Neemiæ, Machabæorum: & etiam ex Euangeliis quantum ad seruitutem sub Romanis.*
23 Quia à mi. *Vsque ad locum illum:* Congregans, *expositum est supra circa cap. medium.*

Iudæi à captiuitate Babylonica nũmquam excutere potuerunt seruitutem gentium.

13 Et 1 Con-

MORALITER.

† habitatores terræ: Et quia plures de talibus in sua malitia sunt obstinati, ideò sequitur,

6 *Nullus est qui a. pœ.* Talis autem obstinatio obfuscat intellectum, non solum quantum ad cognitionem legis diuinæ, sed etiam legis naturæ, ideò subditur.

Obstinatio in malo.

8 *Mil. in cæ.* Scilicet ad agendum ea, quæ secundum naturam suam sunt conuenientia.

10 *Pop. a. me.* Id est, legem naturæ scriptam in corde suo, & tamen tales frequenter se iactant de sapientia sua, quę terrena est, animalis & diabolica, vt dicitur. Iac. 3. d. peruertit enim legem naturæ quæ dicit: Hoc non facias alij, quod tibi vis fieri: Hoc non facias alij quod tibi non vis fieri. Propter quod contra sapientiam talium dicitur,

Sapientia animalis.

11 *Quom. dic. sapien. nos. su.* Quia talis sapientia stultitia est apud Deum: propter quod subditur,

14 *Verè men. ope. est sty. &c.* Et subditur ipsorum pœna cùm dicitur,

20 *Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros, &c.* Per mala temporalia hic diffusè posita, signantur mala æterna iustitiæ subuersoribus infligenda, propter quod subditur versus finem capituli,

a Idcirca co. HIERO. lib. 2. Vt quorum dignitas excellebat, etiam ruinæ populi misceantur, quia scilicet à minimo vsque ad maxi. om. aua. stu.

b Non est vua, &c. IBID. Quasi dicat: Cùm tempora prætereant, & æstati succedat autumnus, & hyeme arborum cadant folia: de longe cuncta videbitis, nec ex eis cibum capietis.

c Quare sedemus. IBID. Vox populi inducitur respondentis, & vitia sua confitentis, & sese mutuò cohortantis. Conue. & ingre. ciuit. munit. Vel vnam ciuitatem Ierusalem: iam enim aliæ captæ fuerant.

† HIERONYM. IBID. Personarum mutatio maximè in prophetis difficilem facit intellectum: quæ si in suis locis, & causis, & temporibus reddantur, plana fient quæ obscura videbantur.

*1. 14. d. Difficultas intelligendi prophetas vnde fit.

d A Dan auditus est, Vbi Iordanis fluuius oritur: Nabuchodonosor describitur à Dan veniẽs per Phœnicem cum exercitu suo.

e Mittam vo. se. IBID. Vt insanabiliter percutiant vos. Frustra preces fundunt contra serpentem antiquum, colubrum tortuosum; qui Dei præcepta contempserũt. Sic quoque qui eloquia domini contemnunt traduntur aduersariis potestatibus.

† THEODORETVS in hunc locum. Serpentes mortiferos vocat ipsos hostes, qui incantari nequeunt, aut, quia nostris adhortationibus non obtemperant.

† GREGORIVS lib. 24. mor. cap. 5. Immittam, &c. Ac si diceret, iusto iudicio immundis spiritibus vos tradam, qui à vobis excuti exhortatione prædicantium, quasi incantantium sermone, non valeant.

a ¶ Intelligentes abo. quam fece. b ¶ In sceleribus suis. e ¶ Non, scilicet. d ¶ Imò in tantam amentiam proruperunt, vt nec confusione cuperent emendare vitia, nec spe veniæ confiteri.

[12] Confusi sunt, quia abominationẽ fecerũt. Quinimò confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: Idcircò cadẽt inter corruẽtes, in tẽpore visitationis suæ corruẽt, dicit dominus. [13] Congregans cõgregabo eos ait dominus: non est vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea: foliũ defluxit, & dedi eis quæ prætergressa sũt. [14] Quare sedemus? Cõuenite & ingrediamur ciuitatẽ munitã, & sileãmus ibi: quia dominus noster silere nos fecit, & põtum dedit nobis aquã fellis. Peccauimus enim dño: *[15] Expectauim⁹ pacẽ, & nõ erat bonũ, tẽpus medelæ, & ecce formidò. [16] A Dan auditus est fremitus equorũ eius à voce hinnituum pugnatorũ eius commota est omnis terra. Et venerunt & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius, vrbẽ & habitatores eius, [17] quia ecce ego mittã vobis serpentes pessimos, quibus non est incantatio, & mordebũt vos, ait dñs. [18] Dolor meus super dolorẽ: in me cor meũ mœrens. [19] Ecce vox clamoris filię populi mei de terra lõginqua. Nũquid dominus nõ est in Siõ, aut rex eius nõ est in ea? Quare ergò me ad iracũdiã cõcitauerũt in sculptilib⁹ suis, & in vanitatib⁹ alienis? [20] Trãsiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus. [21] Super cõtritione filiæ populi mei contritus sum & contristatus: stupor

(Interlinear: Captiuitatis. — In Ierusalem scilicet vt obsideantur à Chaldæis diu & fame crucientur. — Vobis. — Vobis. — Obsesso populo, quia ficus hostium sunt. — In hyeme. — Quæ præterire cernerent & tangere non auderent & magis dolerent. — Quia non audemus deprecari. — Quem offendimus. — Quia dulcem Deum nobis amarum facimus. — Nostræ. — Omnia formidine plena. — Quasi: iamiam præterita narrat pro veritate rei. — Nabuchodonosor. — Alias hinnientium. — Hyperbole. — Ierusalem. — Væ habitantibus terram. — Aquilæ: regulos. — Quasi: Ideo vox clamoris in Ierusalem, quia rex eius ab ea recessit. — Patet. — Filius, de quo dicitur: Deus iudicium tuum regi da, & iusti. fi. regis. — Recessit ab eis rex, quia ad iracun. me com. — Idolis. — Gentium ceremoniis. — Anthropopathôs.)

f Dolor me. HIER. vbi supra. Ex persona dñi hæc legenda, euersionem Ierusalem plangentis, & eius miseriam non ferentis.

g Ecce vox cla. IBID. Describit fletum & vlulatum vrbis ingressis hostibus. Hostes venientes de terra longinqua clamant contra ciuitatem vel ciues contra hostes.

h Transiit messis. IBID. Verba populi in Ierusalem longa obsidione conclusi, quia mutata sunt tempora, anni circulus reuolutus. Spes autem nostra irrita.

i Super cõtritione. IBID. Domini responsio, qui in afflictione Ierusalem videtur afflictus.

† THEODORETVS in hunc locum. Plangit propheta cõmissas à populo iniquitates, & earum causa immissas calamitates recenset, vrbem vocat filiam populi, quoniam illam ipsi ædificauerunt: Contritus sum autem, plaga ex peccato contracta.

Vrbs ciuis filia.

Num-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Congreg. Postquam exclusum est doctorum remedium, hic consequenter repetit populi exterminium, cum dicitur: Cong. con. eos. quia timore exercitus Chaldæorum de villis campestribus fugerunt Ierusalem.

2 Non est vua. Id est, non erit aduenientibus Chaldæis, qui totum comedent, ideò subditur.

3 Et dedi eis. Scilicet Iudæis terra nascentia in abundantia.

4 Quæ prætergressa sunt. Scilicet ab eis & occupata à Chaldæis.

5 Quare sedemus. Verbum habitantium extra Ierusalem. q. d. Si tardemus fugere in Ierusalem, quæ est ciuitas fortis, & munita, à Chaldæis capiemur.

6 Et sileamus ibi. Modus est enim obsessorum silere de die, vt audiant sonum tubæ, & currant ad locum vbi fit insultus hostium.

7 Quia dom. nost. Ad hanc necessitatem nos adduxit.

8 Et pot. ded. no. aqu. fellis. Id est, anxietatem amaram dedit nobis: Cuius causa subditur.

9 Peccauim. enim. Hoc dicebant illi, qui peccatum suum recognoscebant.

10 Expectauim. pac. Scilicet dicta pseudoprophetarum.

11 Et non erat bo. Scilicet pacis, quod est summum bonum in vita, sicut dicit Priscianus in minori volumine. Si quæratur quod sit summum bonum in vita, bene respondetur. pax.

Pax summũ bonum.

12 Tem. me. A rege Aegyp. qui promiserat auxilium Sedechiæ & defecit: ideò subditur. Et ec. for. Cuius causa subditur,

13 A Dan. au. est. fr. eq. Ab illa enim parte intrauit Iudæam exercitus Chaldæorum cum maxima potestate: & patet littera vsque ibi.

14 Mittam vobis serpen. pessimos, Id est, Chaldæos:

15 Quib. n. est incantatio. Id est, deprecationibus vestris, non flectentur ad parcendum vobis.

16 Dolor meus super dolo. Verbum Ieremiæ dolentis de populi sui culpa, & de superuenienti pœna,

17 Ec. vox cl. fil. pop. mei, Synagoga vel congregationis Iudæorum.

18 De terra longin. Scilicet de Babylone vbi ducta in captiuitatem lamentabatur Ierusalem destructionem, dicendo,

19 Numquid do. non est in Sion, Quasi dicat non, quia templum est destructum, & rex Sedechias captiuatus. Et subditur responsio domini ad hanc quærimoniam,

20 Quare ergo me ad ira. Quasi dicat ista est dicta destructionis causa. Consequenter ponuntur verba Ieremiæ lamentantis,

21 Transiit messis, Id est, tempus quo rex Aegypti debebat nobis auxiliari, quia guerræ fiunt in æstate.

22 Et nos sal. non su. Id est, destructi sumus: Minus enim dicendo prius signat. Ex confidentia enim regis Aegypti rebellauit Sedechias regi Babylonis, & ex hoc sequuta est destructio ciuitatis & populi, vt habetur infra. 37. & ideo subdit Ieremias.

Iudæi ab Aegyptiis proditi.

23 Su. cont. fil. popu. mei contritus sum. Id est, afflictus corpore.

24 Et contristatus. Mente.

25 Stupor. Id est, stupefactio membrorum.

13 A Dan — Obti-

MORALITER.

† 21 Transiit messis. Id est, tempus merendi,

22 Et nos saluati non sumus, Quia tẽpore merendi neglexımus bene operari, hoc dicitur, in persona damnatorum, sicut & illud Sap. v. b. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia velut vmbra, lassati sumus in via iniquitatis & perditionis.

a Numquid resina.

A † IDEM vbi suprà. a Medicos appellat sacerdotes, & doctrinã spiritalẽ figuratè resinam. Galaad autem vrbs erat sacerdotibus destinata. Conqueritur ergo quòd ciuitas perseuerauerit in delicto, nec pœnitentiam receperit, cum tamen non defuissent sacerdotes & præcepta legis.

obtinuit me.[12] Nũquid resinã nõ est in Galaad, aut mĕdicus nõ est ibi? Quare igitur non est obductã cicatrix filiæ populi mei?

a Medicina pœnitentiæ. b Propheta, vel Sacerdos quorum medicamine curari debuit. a Curata. b Peccati.

D

NICOLAVS DE LIRA.

1 Obtinuit me. *Præ horrore tanti mali.*

Resina. 2 Nun. re. non est in Gal. *Per resinam intelligitur gutta aromatica & medicinalis, per quam vt dicit Ra. Sa. hic intelligitur sapientia, & per medicum sapiens, qui curat vulnera peccatorum, & talis erat Ieremias & etiam Baruch, & alij prophetæ sancti, ideò subditur.*

3 Qua. ig. non est obducta. *Id est, perfectè curata.*

4 Cicatrix. *Id est, vulnus.*

5 Filiæ popu. m. *Ex quo habetur medicus, & medicina, & tacetur responsio, quia loquitur ad modum hominis turbati, qui truncat verbum suum, & non complet. Responsio tamen est, quod populus nolebat audire medicum, nec eius recipere medicinam, vt patet ex supradictis.* Morbus Iudæorum insanabilis.

ADDITIO.

In cap. 8. *Vbi dicitur in postill.* Numquid resina non est, &c. *Vbi nos habemus*: Resina. *in Heb. habetur.* Tori, *quod significat in Hebræo vbicumq. ponitur, theriaca, quæ est medicina ad salutem hominum ordinata, specialiter contra venena & toxicationes: & est significatio litteræ magis propria in proposito.* Tori & theriaca.

B E

CAPVT IX.

Q'VIS dabit capiti meo aquam, & oculis meis[1] fontem lachrymarum? Et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei.[2] Quis dabit me in solitudinem diuersorum viatorum? Et derelinquã populum meum,[3] & recedam ab eis: quia omnes adulteri sunt,[4] & cœtus præuaricatorum,[5] & extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt: & me non cognouerunt, dicit dominus.[6-9] Vnusquisq; se à proximo suo custodiat & in omni fratre suo nõ habeat fiduciã, quia omnis frater supplãtãs supplãtabit, & omnis amicus fraudulenter incedit:[10-11] & vir fratrem suum deridebit, & veritatẽ nõ loquĕtur. Docuerũt enim linguã suã loqui men-

a Vt mereantur audire: terra es & in terram ibis. Quasi: Hæc causa malorum. Cognatum fratremque charumque sodalem. a Inane nomen amicitiæ, nomen inane fides. a Vsus facit magistrum, consuetudo altera natura est. b Verba mendacij.

CAP. IX.

4. Reg. 2. b. a QVis da. HIER. Rex Ierusalem obsessa ciuitate ab hostibus, nocte fregit murũ ciuitatis & fugit: & in campo Ierichontino captus est cũ sequacibus, & ductus Antiochiam, exorbatus est coram filiis suis.

Quis da. Quasi di. Si totus vertar in fletum, & nõ sint guttæ lachrymarum, sed abundãtia fluminis, dignè tamẽ flere non potero. Tanta enim sunt mala, vt omnem dolorem sua vincant magnitudine. Hoc autem tam ex persona domini, quàm ex persona prophetæ intelligi potest. C Deplorabilis status Iudæorum.

b *Quis da. me in so.* Quasi dicat, Melius est habitare in solitudine, quàm inter tanta scelera hominum commorari. Vnde in Euangelio: *Vsque quo sustinebo vos?* Et alibi: *Qui intelligit sedebit, quoniam tempus pessimum est.* Matt. 17. c. Tren. 3. d. Mich. 2. d.

c *Quia de malo ad.* De malo in malum transeunt peccatores, quando idolum idolo mutant, & de peccato cadunt in peius peccatum, vel de obsidione in captiuitatem. De sanctis dicitur, *Ibunt de virtute in virtutem.* De peccatoribus verò: *De malo in malum egressi sunt.* Causa autem malorum est, quod non cognouerunt dominum, & cœtus sunt præuaricantium, & lingua armantium in blasphemiam. Psal. 83. b. Causa malorum.

† THEODOR. vbi suprà. Declarat ex his conuersatione caretem nequitiam, quia mala malis succedũt. Horum autem causa est, rerum diuinarum neglectus cum statim adiicit, *& non cognouerunt me, dicit Dominus.* F

d *Vnusquisque se.* GREGOR. Callidus hostis cum à bonorum cordibus expelli se conspicit, eos qui ab illis valde diliguntur exquirit, & per eorum verba blandiens loquitur, qui plus ceteris amantur, vt dum vis amoris cor perforat, facilè persuasionis gladius ad intimæ rectitudinis † intima irrumpat. Mich. 7. b. Ibidem Luc. 12. Eccl. 17. † munimina.

e *A proximo suo.* HIERON. Quia *& inimici hominis domestici eius.* Fratrum quoque gratia rara. *Et tradet pater filium, & filius patrem. Et duo in tres, & tres in duo diuidentur.*

a Vt

NICOLAVS DE LIRA. CAP. IX.

Diuisio. 1 QVis dabit. *Postquam Ieremias descripsit malitiam populi, & exclusionem remedij, hic consequenter præ dolore incipit lamentari: Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur Ieremiæ lamentatio, secundò populi Iudæ reuocatio, sicut pius pater post increpationem filij, & abiectionem, studet eum reuocare ad bonum; secunda incipit sequenti cap. Prima adhuc in duas, quia primò Ieremias lamentatur, secundò ceteros ad idem hortatur, ibi,* Hæc dicit. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur dicta lamentatio; secundò lamentationis ratio, ibi,* Quia omnes, *Circa primum dicit Ieremias.*

Lamentatio Ieremiæ. 2 Quis da. &c. *Quasi dicat vellem totus resolui in lachrymas.*

3 Et plorabo die ac no. *Id est, continuè, quantùm potest fieri.*

4 Interfe. filiæ pop. mei. *Id est, Ierusalem, vt dictum est suprà.*

5 Quis da. me. &c. *Lugentes enim quærunt loca solitaria.*

6 Et dere. pop. meum. *Hoc enim desiderabat propter mala culpæ, quæ videbat inesse populo de præsenti, & mala pœnæ de futuro, vt dicitur posteà: sed de præcepto domini cogebatur ibidem remanere ad arguendum.*

7 Quia omnes. *Hic consequenter ponitur ratio lamentationis: Et est duplex, prima propter malum culpæ præsentis; secunda propter malum pœnæ imminentis, secunda ibi,* Propterea, *Circa primum dicitur,* Quia omnes, &c. *q. d. ex hoc habeo causam lamentandi, & fugiendi.* Et eius ratio.

8 Et extende. linguam, &c. *Verba enim mendacia sunt quasi quædam sagitta emissa, & sic lingua ex qua emittuntur arcus dicitur.* Verba mendacia.

9 Conf. sunt. *In malitia sua, procedentes de malo ad peius.*

10 Vnusquisque se à proximo suo, &c. *Quasi dicat vicinitas & consanguinitas non habent aliquam fidelitatem sibi adiunctam: quia vicini, & consanguinei nituntur prodere se ad inuicem, ideò subditur,*

11 Quia omnis frater supplantans, *Duplicatur autem supplantationis verbum, quia multùm studebant ad hoc, quod vnus alium deciperet & supplantaret.*

1 Docue-

MORALITER.

Prælati lugere debent. 1 *Quis da. &c.* Increpata malitia populi Iudæ, Ieremias hic se conuertit ad lugendum populi sui culpas, & pœnas propter hoc dicto populo infligendas, & in hoc dedit exemplum ecclesiæ prælatis lugendi, propter peccata sibi subditorum, & propter pœnas eis infligendas in æternum: nec requiritur hic alia moralitas, quia sensus litteralis est etiam moralis. populi peccata & pœnas.

☞ a *Vt iniquè agerent laborauerunt.* GREGORIVS in pastorali 3. part. admonit. 12. Ac si apertè diceretur. Qui amici esse veritatis sine labore potuerunt, vt peccent, laborant: cumque viuere simpliciter renuunt, laboribus exigunt vt moriantur.

A — De eis qui per labores accersunt sibi perniciem.

b *Et proba. eos.* HIER. lib. 2. in fornace tribulationis, *Vasa figuli probat fornax*: vt quidquid in nobis adulterinæ materiæ est, excoquatur. Argentum enim domini *igne examinatum probatum terra repurgatum septuplum.* — Eccl. 27. a. Psal. 11. b.

† THEODORETVS in hunc locum. Bellum, & quæ ex eo nascũtur, appellauit igneã examinationem & probationẽ. — Probatio per ignem tribulationis.

B Hunc in modũ Dauid ex persona eorũ qui erant in Babylone, ait, *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentũ.* Sed illa piorum statum enuntiarũt: qui per ignẽ examinati apparuerunt probi. At hic ignea examinatio declarat quid est reprobatum. — Psal. 65.

c *Numquid super his.* HIERONYM. suprà. Sæpe versiculũ istũ repetit, vt malis eorum enumeratis inferat se iustè facere quod facit.

C † THEODORETVS vbi suprà. Absurdum siquidem esset, talem iudicem inultam relinquere tantam nequitiam. Visitatione porrò vocauit vltionem. Istud autem, *anima mea*, posuit humano more, cum numen diuinum non constet *anima & corpore*, sed simplex sit incompositum, & informe. — Visitatio.

D d *Super montes.* HIERONYM. TROPOLOGI. vbi suprà. Super montes fletus assumitur, & lamentatio super speciosa deserti, dum peccant principes ecclesiæ & nihil in ea inuenitur substantiæ Dei, nec auditur vox Christi ecclesiam possidentis per apostolicos viros. *Et à volucribus cæli, vsque ad pecora,* Ab his scilicet, qui possunt in sublime ascendere vsque ad simplices recesserunt à Deo.

e *Et dabo Ierusalem.* IBID. Cùm ecclesiastici doctores deficiunt, Ierusalem datur in aceruum arenæ, vel in transmigrationem, vt hæreticus sermo in ea præualeat, & sic cubile draconum, & ciuitates illius desolentur, ne inhabitet sermo diuinus, & qui dicit, *Inhabitabo, & inambulabo in eis.* — Sup. 5. g. E Deficienti. bus doctoribus catholicis surgunt hæreses. Leui. 26. b.

f *Cordis sui.* IBID. Non in corde nostro, sed in domino confidendum est. Prauũ est cor hominis, de quo exeunt prauæ cogitationes. — F 1. Cor. 4. d.

g *Idcirco hæc dicit dominus.* IBID. Potest de vicino tempore prophetari, quo capti sunt à Chaldæis: & propriè de hoc, quo in omnibus Gentibus sunt dispersi, & toto orbe diuisi. — Infrà 17. b. Infr. 25. c.

☞ Gla-

a ¶ Student scilicet vt agant iniquitatem. — b ¶ O Ieremia. — ¶ Vel Ierusalem.

a dacium, vt iniquè agerent laborauerunt. [6] Habitatio tua in me- [1]

a ¶ Populi dolosi. — b ¶ Quotidie peccata augentes. — c ¶ Qui hoc prohibui. [2]

dio doli, in dolo renuerunt me scire, dicit dominus. [7] Propterea [3]

a ¶ Vel igne examinabo. [4]

b hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego conflabo, & probabo [5]

a ¶ Impudentia. — b ¶ Ierusalem.

eos. Quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei. [8] Sagitta [6]

a ¶ Non Dei. — b ¶ Hæreticorum. — c ¶ Quia in corde & corde loquitur: vnde, Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cor. ve. ast. sub. la. c. [7]

vulnerãs lingua eorum dolũ loquuta est. In ore suo pacem cum [8]

c amico suo loquitur & occultè ponit ei insidias. * [9] Nũquid super [9]

¶ Tot & tantis. — a ¶ In virga. — ¶ Tam iniqua.

his nõ visitabõ dicit dominus, aut in Gẽte huiuscemodi nõ vlcis-

a ¶ Babylonio cuncta vastante, prophetizatur solitudo prouinciæ.

d cetur anima mea? [10] Super mõtes assumã fletũ ac lamentũ, & super [10]

a ¶ Alias defecerunt. [11]

speciosa deserti planctum, quoniam incensa sunt, eò quòd non [12]

a ¶ Homo. — b ¶ Non est qui per terram gradiatur. — ¶ Cæsis omnibus nihil remansit quod viuere possit. c ¶ Vel substantiæ cuiuslibet, scilicet possessionis. — d ¶ Iram Dei vniuersa sentiunt.

sit vir pertransiens, & non audierunt vocem possidẽtis à volucrẽ [13]

e cæli vsque ad pecora transmigrauerunt & recesserunt. [11] Et dabo [14] [15]

a ¶ Ecclesiam. — ¶ Vel transmigrationem. — ¶ Hæreticorum. [16]

Ierusalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum: & ciuitates Iu- [17]

¶ Confessionis. — a ¶ Deus. — b ¶ Interrogat propheta.

da dabo in desolationem, eò quòd non sit habitator. [12] Quis est [18]

¶ Propheta. — ¶ Scilicet in Ierusalem. — ¶ Digne.

vir sapiens qui intelligat hoc, & ad quem verbũ oris domini fiat,

a ¶ Causam aperit. — b ¶ Desolata. — c ¶ A Deo.

vt annuntiet istud: quare perierit terra, & exusta sit quasi deser- [19]

a ¶ Omnibus interfectis. — b ¶ Inducit propheta dominum respondentem causasque reddentem.

tum, eò quòd non sit qui pertranseat? [13] Et dixit dominus: Quia [20]

dereliquerunt legem meam quam dedi eis, & non audierunt vo-

¶ Præcepta.

cem meã, & non ambulauerũt in ea, [14] & abierũt post prauitatem

a ¶ Baalim pluralis numeri, Baal singularis numeri, idolum Sydoniorum.

b ¶ Nec parentum error sequendus est, sed auctoritas scripturarum & Dei docentis imperium.

f cordis sui, & post Baalim, quod didicerũt à patribus suis. [15] Idcir-

g co hæc dicit dominus exercituum Deus Israel: * Ecce ego cibabo [21]

a ¶ Necessitatibus & angustiis.

populũ istum absinthio, & potũ dabo eis aquã fellis, [16] & disper- [22]

a ¶ Magnitudinem malorum & sempiternũ exilium aut legis ignorantiã. Pro Christo enim Antichristum sunt suscepturi.

gam eos in Gẽtibus quas nõ nouerũt ipsi & patres eorũ, & mittã [23]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Docuerunt enim linguam loqui mendacium, &c. *per verba pulchra, & deceptoria sua mendacia colorando, ideo subditur,* — Doli mali regnant inter Iudæos.

2 Habita. tua in medio doli. *Quia quiescentes in suis domibus dolos contra alios cogitabant.*

3 In dolo renuerunt scire me, *Id est, mãdata mea, vt licentius peccaret.*

4 Propterea. *Hic ponitur secunda ratio lamentationis. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur hæc ratio; secundò quæritur huius rationis consideratio, ibi:* Quis est. *Circa primum dicitur,* Propterea. *id est, propter peccata populi prædicta,* — Diuisio.

5 Ecce ego conflabo. *Id est, puniam eos debita pœna.*

6 Quid enim aliud faciam, &c. *Quasi dicat. Tantum dedecus culpæ non debet dimitti sine decore iustitiæ.*

7 Sagitta vulnerans lingua eorum. *Quia habebant verba nociua valde, ideò subditur,*

8 In ore suo pa. *Nulla enim pestis grauior ad nocendum quam familiaris inimicus: & iste est amicus fictus.*

9 Numquid super his non visi. *Debitam pœnã inferẽdo quasi dicat, Sic.*

10 Et super montes assumam fle. meum. *Id est, assumi faciam, & per montes intelligitur Iudæa, quæ est terra montuosa.*

11 Et super speciosa deserti planctum, quoniam incensa sunt. *Loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem.*

12 Eò quòd non sit vir pertransiens, *Quia sunt occisi vel captiuati.*

13 Et non audierunt vocem possidentis, *Id est, ipsius Dei, qui est dominus totius terræ, & specialiter terræ promissionis.*

14 A volucre cæli vsque ad pecora. *Id est, à maioribus vsque ad minores.*

15 Transmigrauer. *In Babyl. Vel, à* volumine cæli. *Quia cum hominibus capta sunt pecora, & ad recessum animalium, & pecorum remanet terra deserta: & sic inde fugiunt aues nutrimentum ibi conueniens non habentes.*

16 Et dabo Ierusal. in aceruos arenæ, *Per destructionem murorum & domorum.* — Psal. 14. d.

17 Et cubi. dra. *Animalia enim venenosa habitant in ruinis.*

18 Quis est. *Hic consequenter quæritur huius destructionis consideratio, cum dicitur:* Quis est vir sapiens qui intelligat hoc? *id est, consideret dictam destructionem.*

19 Vt annuntiet istud. *Quærendo quare perierit terra: Et subditur responsio domini.*

20 Quia dereliquerunt legem meam, &c. *Et patet littera ex supradictis.*

21 Ecce ego cibabo populum istum ab. &c. *Id est, mittam eis tribulationes amaras.*

22 Et disp. eos in Gentibus. *Extraneis.*

23 Et mittam eis gladium, *Quia multi de Iudæis in via captiuitatis Babylonicæ & in termino fuerunt mortui: & similiter de illis qui contra Ieremiæ consilium post destructionem ciuitatis fugerunt in Aegyptum.* — Cædes Iudæorum.

a *Gladium.* HIER.lib.2. Vel materialem vel spiritualem, quo diuiduntur ne in malũ consentiant, sed in eo, quod mali sunt, dispereãt.

b *Et vocate.* IBID.lib.2. Vocate lamentatrices propter futuram captiuitatem, & ciuitatis euersionẽ. Lamentatrices vocari iubet, quæ voce flebili, verberatis lacertis ad lachrymas inuitant. Is. n. mos vsque hodie permanet in Iudæa, vt sparsis crinibus mulieres nudatis pectoribus voce modulata populum transfundant in lachrymas.

Lamentatrices in funeribus.

c *Oculi.n.* IBID. Propterea: vel ipse Deus adiũgit se cõpatientis affectui, vt quod populus sustinet, sustinere & sentire ipse dicatur.

d *Quomodo va.s.* IBID. Dicant hoc in persequutione credentiũ turbæ, quæ idcirco vastatæ sunt atque confusæ, quia dereliquerunt legẽ domini, & deseruerunt tabernacula sua.

Persecutionis causa.

e *Audi.er.* IBID. Superius dixit: *vocate lamentatrices, &c.* Nunc quasi præsẽtes alloquitur, in suggillationem Sacerdotum, atque Doctorum, & virorum omnium: vt illis à doctrina cessãtibus, mulieres audiant verbũ domini.

*1.Co.1.d.

f *Quia ascen.* IBID. Quia tanta erit fortitudo, & velocitas hostium, vt non expectent ostium, sed per fenestras, & tecta conscendant.

† THEOD. hoc loco. Fenestras vocat erroris commentationes, per quas errorem susceperũt, & illius ergo inflicta est pœna. Nec errauerit quispiam, qui sensus corporis, appellauerit animæ fenestras, verbi gratia, visum, gustũ, olfactum, audi[...]tactum. Per hoc enim vita & mors ingredi possunt. Nam [...]peratè intuetur, consequitur vitam, qui autem intemperatè, decerpit mortem.

Sensus corporis animæ sunt fenestræ.

† AMBR. de fuga sæculi c.1. Fenestra tua est oculus tuus. Si videas malitiam ad concupiscendam, intrauit mors; si audias sermones meretricis, intrauit mors, &c.

a post eos gladium donec consumantur.[17] Hæc dicit dominus [1] b exercituum: Contemplamini, & vocate lamentatrices vt ve- [2] [3] niant: & ad eas quæ sapientes sunt mittite, & properent,[18] fe- [4] [5] c stinent & assumant super nos lamentum. Deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis:[19] quia d vox lamentationis audita est de Sion: Quomodo vastati sumus, & confusi vehementer? Quia dereliquimus terram, quoniã deiecta sunt tabernacula nostra.[20] Audite ergo mulie- e rẽs verbum domini, & assumant aures vestræ sermonem oris eius, & docete filias vestras lamentum, & vnaquæque proxi- f mam suam planctum,[21] quia ascẽdit mors per fenestrãs vestras: [6] ingressa est domos vestras disperdere paruulos deforis, iuuenes de plateis.[22] Loquere: Hæc dicit dominus: Et cadet morticig num hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi [7] h fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat.[23] Hæc dicit dominus: * Non glorietur sapiens in sapientia sua, & [8] non glorietur fortis in fortitudine sua, & nõ glorietur diues in [9] diuitiis suis:[24] sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse [10] i me, quia ego sũ dominus, qui facio misericordiã, & iudiciũ & k iustitiã in terra. Hæc enim placet mihi, ait dominus,[25] Ecce dies veniet, dicit dominus: & visitabo super omnẽ qui circũcisũ ha- [11] [12] bet præputiũ,[26] super Ægyptum & super Iudam, & super Edõ, [13] [14] & super filios Amnon, & super Moab, & super omnes qui attõsi [15] sunt in comã, habitantes in deserto: quia omnes gentes habẽt [16] præputium. Omnis autem domus Israel incircũcisi sunt corde.

Interlinear glosses: a Vt loquantur. — a Vox lamentantium in Sion. — a Ipsi sibi respondent. b Nostro vitio. — a Vel deserta. b Quę quasi prætereuntes quondam possederunt vel possidebant. — a Viris negligentibus. — a Causa lachrymarum. b Peccatorum. c Sensus. — a Ad interitum animæ. Mentes. b Ad disperdendum. Sensus. c Extra Ecclesiam. — a Leues qui ambulant spatiosam viam, quæ ducit ad mortem. — b Cum hæc completa fuerint. c Cadauera mortuorum. — a Omnis auferetur superbia, sola & vera gloriatio est scire Deum & intelligere. — Scilicet. Circumcisum carne non corde. — a Gentem significat, non fortitudinem pugnatorum. — Aliæ. — Carnis. a Non carne, quod ad mortem ducit.

g *Loquere, hæc di.* HIER. vbi sup. Verbũ Hebraicũ quod tribus litteris scribitur daleth, beth, res: (Vocales enim in medio non habet) pro consequentia, & legentis arbitrio si legatur *dabar* sermonem significat; si *deber*, mortem; si *daber*, loquere. Vnde LXX. & Theodortio iunxere illud in fine capituli, quod sic terminauerunt, vt diceretur: *Iuuenes de plateis morte.* Aquila & Symmachus trãstulerunt, *loquere*, vt imperet dominus prophetæ.

h *Qua.fœnum.* IBID. Quod post tergum metẽtis quasi inutile negligitur. In quo ostenditur tantã in vrbe, & circa, futuram cædẽ, vt non sit qui sepeliat corruentes.

i *Qui facio miser.* IBID. Etsi quædam videãtur iniusta, omnia tamen facit iustè, omnia prouidè. Vbi sũt ergo qui dicunt hominem proprio regi arbitrio, & sic dãt liberi arbitrij potestatem, vt Dei tollant misericordiã atque iustitiã? Hoc apostolus ponit testimoniũ dicens: *Qui gloriatur, in domino glorietur.*

Liberum arbitrium nõ valet sine Deo.

k *Ecce di.ve.* IBI. Multę gentiũ, & maximè Iudææ, & Palestinæ cõfines vsque hodie circũcidũtur, & præcipuè Ægyptij, & Idumæi, Ammonitæ & Moabitæ, & omnis regio Saracenorum, qui habitant in solitudine, & qui attonsi sunt in comã. Nõ igitur debet gloriari Iuda, si ex lege circũcisus est. Circũcisio. n. nõ prodest, nisi legem obserues.

1.Cor.1.d. Circumcisio apud Gentes.

† THEODORETVS in hunc locum. Idumæi quidem ducentes genus ab Esau, circumcidebantur, iuxta legem Abrahæ datam: Ammonitæ verò & Moabitæ, vt vicinitate iuncti, æmulati sunt cognationem. Qui autem ab Ismaele & Cethura descenderunt, lege maiorum circumcidebantur. Hos ergo vocat circumtonsos facie, quia pilos genarum auellere consueuerant. At Ægyptios incolæ populi docuerunt circumcisionem. Coniunxit autem eis Iudam, vt reprimeret arrogantiam.

g Lo- CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hęc dicit dominus exercituum. *Hic consequenter Ieremias alios inducit ad lamentum, dicens:*

2 Contemp. *Id est, considerate mala supradicta.*

3 Et vocate lamen. *Antiquitus enim in lamentationibus vocabantur mulieres, carmen lugubre præcinentes, ad commouendum alios ad fletum, eo quod mulieres magis sunt compassiuæ quam viri; & adhuc fit in aliquibus terris.*

Mulieres lamentatrices.

4 Et ad eas quæ sapientes. *In hac arte.*

5 Mittite & pro. *q.d. tempus lamentationis instat. Cetera patent in littera vsque ibi.*

6 Quia ascen. mors. *q. d. nihil valebit claudere ostia vel portas contra Chaldæos, quia ascendent, & intrabunt per fenestras ad interficiendum iuuenes & paruulos.*

7 Et cadet, &c. *q.d. non erit qui sepeliat, ideo subditur.*

8 Non glorietur sapiens. *Hoc dicitur quia illi de regno Iuda iactabant se posse Chaldæis resistere, partim per sapientiam doctorum, partim per fortitudinem bellatorum, & partim per munitiones & diuitias in Ierusalem congregatas; ista non valebunt vobis.*

Vana populi fiducia.

9 Sed in hoc glorietur. *verè.*

10 Scire, &c. *Cauendo offensam meam & recurrẽdo ad meum auxilium, & non humanum.*

11 Ecce dies ven. *De propinquo.*

12 Et visitabo. *Per punitionem.*

13 Super o. qui incir. *siue sit præputium carnis, siue præputium cordis.*

14 Super Ægy. &c. *Cum punitione Iudæ populi exprimit hic punitionem aliquorum populorum, qui erant ei propinqui: & in quibus habuerant fiduciam de adiutorio, & ipsi magis fuerunt eis in nocumentum; propter quod exprimitur punitio eorum.*

15 Et su.o. qui attonsi. *Isti erant Agareni descendentes de Ismael filio Abrahæ, quod habebant capillos recisos, vsque ad aurem, admodum pugilum; In Hebræo habetur:* Et super omnem angulatum angulo. *Et dicit Ra. Sa. quod per hoc intelligitur populus habitans in deserto iuxta angulum Iudææ.*

Agareni.

16 Quia omnes gen. hab. præputium. *scilicet, carnis, & Iudæi præputium cordis. Sciendum autem, quod vbi nos habemus supra.* Super o. q. &c. *In Hebræo habetur:* Super omnem incircumcisum habentem præputium. *Quia aliqui de populis circumstantibus Iudæam, erant circumcisi in carne, scilicet Ismaelitæ, & qui Agareni seu Saraceni dicuntur, & similiter Idumæi, sicut Ismael filius Abrahæ, & Esau filius Isaac, à quibus descenderunt, fuerunt circumcisi: & sic quantum ad circumcisionem carnis filij Israel non præcellebant istos populos. Est ergo sententia, quod sicut circumcisio carnis non valebat extraneis, eo quod erant incircumcisi mente per idololatriam: sic non valebat filiis Israel, qui hoc modo erant incircumcisi corde; & secundum hoc littera quæ sequitur,* Quia om. gent. habent præputium, &c. *Sic est exponenda, quod habent præputium cordis, quantum ad circumcisos carne; vel præputium carnis, & cordis quantum ad alios.*

Circumcisio carnis & cordis.

12 Et Y 5 CAP.

CAP. X.

A a *Audite ver. &c.* Propriè aduersus eos loquitur qui cælestia venerantur: quæ in signum posita sunt annorum & temporum & mensium & dierũ, tamquam ab his regatur genus humanũ, & ex causis cælestium moderentur terrena. b *Lignum.* Quod de idolis diximus, ad hæreticos referamus. C Ipsi enim ingentia promittunt, simulacra vani cultus de suo corde confingunt. Iactant grandia, & quasi sensibus aureis, & eloquiis argẽteis imperitorum aciem obstringunt: quorum dogmata à suis inuentoribus portantur, in quibus nulla vtilitas, quorum cultura gentium, propria est & eorum qui ignorant Deum.

Corpora cælestia habita pro diis.

Hæreticorum promissa grandia & iactătia.

c *Ar-*

CAP. X.

[1] Audite verbum quod loquutus est dominus super vos domus Israel. [2] Hæc dicit dominus: Iuxta vias Gentium nolite discedere, & à signis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes, [3] quia leges populorum uanæ sunt. Quia lignum de saltu præcidit opus manuũ artificis in ascia. [4] Argento & auro decorauit illud, clauis & malleis compegit, vt non dissoluatur. [5] In similitudinem palmæ fabricata sunt, & non loquentur, portata tollentur, quia incedere non valent. Nolite ergo timere ea, quia nec malè possunt facere nec bene. [6] Non est similis tui domine, magnus tu, & magnum nomen

a Humana sapientia. a Inutiles sunt. b Descriptio idolorum. c Materia vilis & corruptibilis. a Qui mortalis immortalia facere non potest. a Mirabilis potentia idolorum, quæ per se stare non potest. a Quasi: pulchritudinem habent materiæ & picturæ sed nihil vtile & vitale. a Vnde. Os habent & non loquentur. b Fortior ergo qui portat. a Hæc in LXX. non habentur, sed de Theodotione in plerisque adduntur.

c *Argento & auro.* D HIERONYMVS. Vt fulgore materiæ simplices occupet & decipiat. Hic error vsque ad nos peruenit, vt religionem in diuitiis arbitremur. d *Nolite ergo timere.* Solent plerique Gen- E tium, dæmones colere ne officiant, & alios exorare, vt proficiant: vnde Virgilius: Nigram hyemi pecudem, zephiris felicibus albam. e *Non est similis tui.* Nõ est similis tui do- F mine, Deorum, scilicet qui ab hæreticis finguntur.

† THEODORETVS. Dissoluit hic superbiam Iudæorum: quia non dixit, portio domini, populus ipsius Iacob: sed Deum omnium vocauit regem cunctorum, prædicens agnitionem Dei gentibus euenturam.

Contra eos qui religionem in diuitiis ponunt.

Vir. 3. Æneid.

a *Tuum*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. X.

1 Audite verbum quod loquutus est dominus super, &c. *Postquam Ieremias deplorauit populi malitiam, hic consequenter reuocat eos ad pœnitentiam. Et primò reuocat eos à seruitute idololatriæ, secundo à transgressione legis diuinæ cap. seq. Prima in duas, quia primo ponitur dicta reuocatio, secundo obstinatorum punitio, ibi:* Congrega. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur reuocatio populi, secundo declaratio dicti, ibi,* Quia lignum. *Ad intelligentiam primæ partis, sciendum quod Gentiles crediderunt corpora cælestia esse animata, & non solum esse animata sed habere aliquid diuinitatis, & sic ex libero arbitrio influere in ista inferiora ad causandum effectus prosperos vel aduersos hominibus: & ideo statuerunt ea placare sacrificiis & oblationibus: & istud est falsum, quia vt dicit Damascenus cæli inanimati sunt, & insensibiles, & sic agunt in hæc inferiora ex necessitate naturæ: & sic offerre eis munera ad placationem ex timore effectuum est erroneum, & superstitiosum ad idololatriam pertinens: & quia Iudæi in hunc errorem inciderãt, vt patet ex supradictis vij. cap. quod faciebant placentas reginæ cæli, ideo ab hoc errore reuocat eos Ieremias, dicens:*

Diuisio.

Error Gentilium circa corpora cælestia, quod essent animata.

2 Iuxta vias Gentium. *Id est, leges & statuta earum.*
3 Nolite dis. *Scilicet idololatriam.*
4 Et à signis cæli. *Id est, à planetis & constellationibus diuersis.*
5 Noli. metu. *Scilicet metu superstitioso modo prædicto.*
6 Quia leges po. va. sunt. *Quibus statuerunt signa cæli placare muneribus, vt dictum est, per hoc tamen non excluditur metus rationabilis. Licet enim corpora cælestia sint agentia de necessitate, habent tamen virtutem immutandi elementa, ex eis ad diuersas qualitates: ex quibus disponuntur humana corpora ad varias infirmitates. Sicut ex dominio Martis cholera accenditur, ex qua accensione non solummodo corpora disponuntur ad infirmitatem aliquam, sed etiam appetitus sensitiuus ad iram: ex quo sequuntur vlterius lites & dissensiones, eo quod homines, vt in pluribus sequuntur suas passiones. Soli autem sapientes earum dominantur per rationem. Timor autem homines cõsiliatiuos efficit, vt dicit Philosophus. ij. Rhetorica, ad præcauendum de malis futuris: & ideo timere à cæli constellationibus ad hoc quod homo consulat de habendo remedio contra dispositiones ad infirmitates corporum & malas passiones, & alia huiusmodi quæ possunt ex influentia cæli causari, non est malum, sed licitum & honestum, & secundum hoc dicit Ptolemæus in centiloquio suo quod sapiens dominabitur astris: in quantum prouidebit sibi de remedio contra effectus eorum.*

An prorsus despiciendæ sint influentiæ cælestium corporum.

Philoso.

Ptolemæus.

7 Quia lignum. *Hic ponitur declaratio dicti: Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur ista declaratio, secundo infertur quædam conclusio ibi:* Sic ergo. *Dixit enim Ieremias parte præcedenti, quod leges populorum vanæ sunt, quæ sunt de idololatria, & hoc declarat hic diffusè ostendens, quod idola nullam habeant virtutem iuuandi vel nocendi hominibus: sed magis è conuerso, quia homines faciunt idola per artem, & possunt ea dissipare: & hoc est quod dicitur.* Quia lignum de saltu præcidit opus manuum artificis in ascia. *Et patet littera vsque ibi.*

Diuisio.

Homo idolo plus quã idolum homini nocere potest.

8 In simi. pal. fabrica. sunt. *Quod exponitur vno modo, quia sicut arbor palma celata per artem non habet aliquam virtutem faciendi fructum, sic nec idola habent aliquam virtutem faciendi bonum vel [illegible] Alio modo, quod sicut palma crescit in altum virtute naturæ, sic idolũ [illegible] erigitur in altum virtute artis, & non propria virtute, & ideo [illegible]r.*

Idolum in quo simile sit palmæ.

9 Non est simil. tui dom. *Quia omnia agis propria virtute à nullo dependens, & ideo subditur.*

1 Quis

MORALITER.

† 1 *Audite verb. dom.* Postquã Ieremias luxit populi sui peccata, reuocat eum à sua malitia, & primo reuocat eum ab idololatria, dicens:
2 *Iuxta vias Gentium noli. discedere.* Et subditur causa cum dicitur.
6 *Quia leges popul. vana sunt.* Nam inducunt ad seruiendum idolis quæ nihil sunt, vt dicitur. 1. Cor. 8. & subditur ratio cùm dicitur.
7 *Quia lig. de sal. præ.* MORALITER. per saltum, cuius ligna sunt infructuosa, signatur quælibet congregatio quæ in pluribus caret bonis operibus: quod aliquando contingit in religiosis & sæcularibus: igitur lignum de saltu accipitur, cum aliquis insufficiens scientia pariter & vita, ad ecclesiæ regimen eligitur vel assumitur, vt inde fiat idolum. De quo dicitur. Zachar. 11. d. *O pastor & idolum derelinquens gregem.*

De persona insufficienti assumpta ad prælaturam.

† *Opus ma. artificis.* Talis enim promotio est ab hominibus, & non à spiritu sancto.
† *Argent. & au. deco. il.* Quia tales promotores promouent eum ad congregationem auri & argenti, vt habeant partem sibi.
† *Clauis & malleis, &c.* Tales enim promoti non stant in statu pastorali per virtutem intellectualem vel moralẽ, sed per potentiam temporalem.
8 *In similitu. palmæ fabri. sunt.* Nam qui plantat palmam non comedit eius fructum, quia communiter moritur ante palmæ fructificationem. Similiter qui promouet prælatum inutilem non percipit inde fructum dulcem meriti, sed amarum peccati.
† *Porta. tol.* Nam à promotoribus inconuenienter sustentantur.
† *Quia incedere non valent.* Scilicet per viam morum.

De promotoribus talis personæ.

† 1 *Do-*

☞ a *Tuum est enim.* HIER. lib. 2. Quamuis hæretici iuxta sapientiam A mundi, quæ destruitur, sibi sapientes videantur: tamen in omnibus regnis ecclesiam lacerant; nullus similis domino, Vnde, *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.*

Hæreticorũ sapientia qualis. 1. Cor. 1. c.

b *Inuolu. de Thar. affert.* IBID. Aliter non decipit; falsitas inuoluitur, veritas aperitur.

* Apo. 15. b. † THEODOR. hoc loco. Tharsis appellat Carthaginẽ. Eiusmodi enim argentũ maximè laudatur. Et procul dubio etiam nunc qui student opibus, Africam inquirunt.

c *Ophir opus.* HIER. B supra. Vnum de septem nominibus, quibus aurum apud Hebræos appellatur, quod dicere possumus obrizum, vt in superficie * pateat, quod intus latet.

Aurum obrizum.

* splendeat

d *Hiacynthus & purpura, & cetera.* IBID. Vt superficiem intuentes decipiant, dũ cæli sibi colorem o- C stendunt, & cælestia promittunt.

e *Cælos & terrã.* IBID. Quæ cooperatores Christi, qui dij vocantur & domini, per doctrinam ecclesiasticam partim fecerunt.

Creare solus Deus potest.

† THEODORETVS ho. quinta in Ieremiam. Nam Dei proprium est creare, non ab alio creari. Ideoque si filius est creatus, non est Deus, sin vniuersorum est opifex & conditor, re vera Deus est.

f *Qui facit.* ORIGENES. *Dominus qui facit terram in for. &c.* Tres quodammodo virtutes Dei assumens propheta, fortitudinem, sapientiam, prudentiam, vnicuique propria opera distribuit. Fortitudini terram, sapientiæ, orbem terrarum, prudentiæ, cælum. In nostra ergo terra (de qua dictum est: *Terra es* D *& in terram ibis*) necessariam habemus fortitudinem Dei, sine qua impossibile est exequi, quod repugnat carni. Cum autem mortificata fuerint membra supra terram, tunc paret spiritus voluntati. Spiritus enim facta carnis mortificantur. Dominus ergo facit terram in fortitudine sua, quã (sicut scriptum est in Iob) statuit supra nihilum, quo constat in fortitudine Dei immediatè terræ libram sustineri. Veniam & ad orbẽ terrarum, qui Græcè οἰκουμένη hic dicitur, id est, inhabitata. Scio animam inhabitatam: Scio desertam. Si ergo nõ habet Deum patrem & filium dicentem, *Ego & pater apud eum mansionem faciemus*, & spiritum sanctum, verè deserta est; Habitata autem est, quæ Deo plena est, & habet Christum, & spiritum sanctum. Hinc Dauid in Psal. confessionis: *Spiritu principali confirma me. Spiritum re. in inuis. Spiritum. s. t. ne aufer. à me.* Hæc autem in approbationem huius rei diximus, quod οἰκουμένη habitata, id est, orbis terrarum, in sapientia Dei fabricata sit. Sapientia enim auxiliatur iusto super decem potestatem habenti ciuitates: Sapientiam Dei & disciplinam qui abiicit, infelix est, & vana spes eius, labores insensati, & inutilia opera. Laboremus ergo vt habitata anima nostra Dei sapientia erigatur. Cecidit enim de sublimi venientibus nobis in locum miseriarum, cecidit postquam peccauimus. Denique quicumque, vel quidquid est in isto ☞ orbe,

Dei tribus virtutibus, tria opera adscribuntur.

Genes. 3. d. secundum aliam litteram. Iob. 26. b. De animabus inhabitatis à spiritu sancto vel desertis. E Ioan. 14. c. F * Infr. 51. b. Psal. 50. d. Luc. 19. c. Sap. 3. c.

a ¶ Principium sapientiæ timor domini.

tuum in fortitudine. * [7] Quis non timebit te ô rex Gentium?

a ¶ In veritate decor, in mendacio turpitudo.

a Tuum est enim decus inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui. [8] Pariter insi-

¶ Simul.

pientes & fatui probabuntur, doctrina vanitatis eorum li-

a ¶ Vile. b ¶ Similis argento eloquentiæ venustate. c ¶ Verborum artificio. d ¶ Indiæ regio secundum Iosephum, vel quodlibet mare.

b gnum est, [9] argentum inuolutum de Tharsis affertur, & au-

¶ Vel Ophaz.

c rum de Ophir opus artificis, & manus ærarij, hiacynthus &

a ¶ Putatiuè; apud Deum enim stulti sunt. ¶ Alias sapientum.

d purpura indumenta eorum. Opus artificum vniuersa hæc:

¶ Illa mendacia. ¶ Illa mortua.

[10] dominus autem Deus verus est. Ipse Deus viuens, & rex

¶ Illa transitoria. ¶ Terreni.

sempiternus. Ab indignatione eius commouebitur terra, &

¶ Non populus Dei.

non sustinebunt Gentes comminationem eius. [11] Sic ergo di-

a ¶ Falsis diis ista dicenda sunt.

e cetis eis: Dij qui cælos & terram non fecerũt, pereant de terra,

¶ Pater. a ¶ Filio qui Dei virtus & sapientia dicitur.

f & de his quæ sub cælo sunt. * [12] Qui facit terram in fortitudine †

1 2 3 4 5 6 7 † 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Quis non time. *Quasi dicat, nullus est; qui te non debeat timere.*

2 Tuum est enim decus, *Id est, honor debetur tibi ab hominibus. In Hebræo habetur:* Quia tibi veniet, *& subintelligitur, quicumque sapiens ad te honorandum, & sic est eadem sententia, sed translator posuit clarius, transferens sensum ex sensu, & non verbum de verbo.*

Sapientes qui Deum quem cognouerant, non adorauerunt.

3 Inter cunctos sapi. *Apud omnes enim Gentes, sapientes seu philosophi posuerunt vnam causam primam hominibus præsidentem, & illam dixerunt esse Deum Deorum, & illum præ ceteris honorauerunt. Verumtamẽ cum vulgaribus hominibus vt communiter adorabant idola in templis; ideo subditur,*

4 Pariter incipien. & fatui pro. *Dicuntur autem hic insipientes, idolorum factores, & fatui eorum cultores: & vtrique probabuntur, id est, reprobabuntur.*

5 Doctrina vanitatis eorum, *Id est, doctrina qua asserunt idolum esse Deum, vana est; ideò subditur,*

6 Lignum est, *Scilicet, idolum, interius sed ornatum auro & argento exterius; ideo subditur,*

7 Argen. inuolu. *In Hebræo habetur.* argentum ductile de Tharsis affertur, *Quid ibi inuenitur argentum ductilius.*

8 Et aurum de Ophir. 3. *Reg.* 9. *nominatur locus iste Ophir, & ibi inuenitur aurum valde bonum.*

9 Opus artif. *Supple, est idolum ex istis factum.*

10 Hyacinthus & pur. indumen. eorum, *Idolis enim aliquando fiebant vestes de tali materia.*

11 Dominus autem, *Cæli & terræ,*

12 Deus verus est, *Isti autem falsi.*

13 Ipse Deus viuens. *Isti autem carentes vita.*

14 Et rex sempiternus. *Isti temporaliter facti.*

15 Ab indig. &c. *aliquando inducitur à Deo terræ motus propter hominum peccata.*

16 Et nõ sustine. gentes. *Quia in terræmotu aliquando subito moriuntur.*

17 Sic ergo dicetis. *Hic ex prædictis infertur conclusio, scilicet quod idola non sunt veneranda, sed magis vituperanda, & hoc est quod dicitur:* Sic ergo dicetis, &c. *Sa. Sa. dicit, quod hoc est principium litteræ missæ à Ieremia Ioakim regi Iuda, & illis qui cum eo iam erant in Babylone, quia de consilio Ieremiæ se tradiderat regi Babylonis, vt habetur. 4. Re. 14. vnde & Chaldaicè scribitur ab hoc loco,* Sic ergo dicetis, *vsque ibi:* Quæ sub cælo sunt, *inclusiuè. Et est sensus secundũ Ra. Sa. Cum Babylonij inducent vos ad idololatriam, sic dicetis eis.* 18 Dij qui cælos & terram, &c. *Et patet littera vsque ibi.*

Epistola Ieremiæ missa Ioakim & eius concaptiuis in Babylone.

☞ 1 Ad

MORALITER.

† 5 *Doctrina.* Hic moraliter arguitur doctrina curiosa, cùm dicitur, *Doctrina vanitatis eorum*, Scilicet, multorum Theologorum, qui magis student curiositati quàm veritati: & cum maiori pondere allegant auctoritates philosophi, & commentatoris, quàm dicta nostri Saluatoris.

Doctrina curiosa.

6 *Lignum est, argentum inuolut.* Talis enim doctrina, sicut lignum aridum caret humore deuotionis, & est inuoluta verbis ornatis.

† *De Thar. affer.* Tharsis, explorans gaudium interpretatur, ideò designat doctorem vanum, qui non quærit docere vtilia, sed magis curiosis auditoribus placentia.

8 *Et aurum de Ophir*, Quod interpretatur radians, quia non curat de veritate, sed magis de apparentia.

9 *Opus artificum.* Et non Dei, quia talis doctrina non est ex instinctu spiritus sancti.

10 *Hyacinthus & purpura indumenta eorum*, Nam anhelant ad pontificalem ornatum.

11 *Dominus autem Deus.* Hic ostenditur diuina veritas iuxta prædictorum falsitatem, vt opposita iuxta se posita magis elucescant, ideo subditur,

Diuina veritas.

12 *Dominus autem Deus verus est*, In factis & in verbis:

† *Qui facit terram in fortitudine sua, &c.* Id est, terrenos principes ad defensionem bonorum, & punitionem malorum.

8 Et

† 1 Præ-

A orbe, ante erectionem cecidit. Omnes enim corruimus per peccatum in orbem terrarum. Sed dominus eleuauit iacētes & in prudentia sua extendit cælum. Non fortitudo, non sapientia in cæli extensione assumpta est, vnde, *Dominus sapientia fundauit terram, præparauit autem cælos prudentia.* Est ergo aliqua prudentia Dei, quam nolo extra Christum requiras. Omnia enim quæ Dei sunt Christus est. Ipse est sapientia eius, ipse fortitudo, iustitia, sanctitas. Ipse etiam prudentia. Sed cum vnum sint in subiacenti, pro varietate sensuum diuersis vocabulis nuncupantur. Aliud enim significat sapientia, aliud iustitia. Quando enim sapientia dicitur, disciplinis te humanarum diuinarumque rerum instituit; Quando iustitia, distributor, & iudex meritorum significatur: Ita ergo prudentiam eius hic intellige, cum doctrina est & demonstratio bonarum aut malarum rerum aut neutrarum. Sicque nunc cælum extendisse dicitur in prudentia sua, vnde, *Extendi verba mea, & non attendistis.* Asserit enim quamdam esse verborum extensionem vt cæli: vnde, *Qui extendit cælum sicut pellem.* Extenditur enim anima nostra, quæ prius fuerat contracta. Qui autem cælestem portant hominem, cæli sunt. C Si enim ad peccatorem dicitur, *Terra es, & in terram ibis*: Cur non dicatur ad iustum, Cælū es & in cælū ibis? Aut si propter *coycum dicitur ei qui portat imaginem *coycij, Terra es, & in terram ibis: Cur propter cælestem ei, qui portat imaginem cælestis non dicatur, Cælum es, & in cælum ibis? Vnusquisque nostrum aut cælestia facta habet, aut terrena: Si terrena sunt, ad cognatam sibi terram deducunt eum qui thesaurizauit sibi in terra, & non in cælo; Si verò cælestia, thesaurizatorem suum ad propinquam sibi regionem subuehunt.

Sap. 5. c. Deus licet vnus diuersis vocabulis significatur. B Prou. 1. c. secundum aliam litteram. Psal. 103. a. * terrenum χοϊκόν Gen. 3. d. * terreni 1. Corin. 5. c. Matth. 6. f.

a *Nebulas.* HIER. lib. 2. Quæ nouerunt scilicet quibus pluuias suspendant & quibus impendant: Moyses quasi nubes loquebatur, qui dicebat, *Expectet terra, vt pluuiam verba mea*; Et Isaias, *Audi cælum & auribus percipe terra quia dominus loquutus est.*

b *Ab extre.* Qui vult in vobis primus esse, sit omnium nouissimus. Aliter enim nemo fit nubes.

c *Fulgura in plu.* ORIGENES. Fertur, quod fulgura ex nubium vel imbrium collisione generantur: Sicut ex durioribus silicibus sibi complosis medius ignis elabitur. Moyses nubes erat, & D Iesu Naue, qui dum sibi colliduntur, ex sermonibus eorum micant fulgura. Ieremias quoque & Baruch sibi colloquentes rutilantia fulgura mittunt.

Exod. 9. g. Iob. 29. d. Isa. 1. a. Mar. 9. c. Fulgura.

d *Et educit ventum de thesauro.* IDEM. Venti qui terras perflant in thesauris Dei non sunt, quia natura eorum manifesta, sed sunt thesauri ventorum, id est, spirituum: spiritus sanctus, sapientiæ, intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris domini. Hi autem thesauri sunt in Christo abscondi- ti: Inde oritur vt alius sit sapiens, alius fidelis & huiusmodi.

Dona spiritus sancti. Isa. 11. a. Colo. 2. a. E

† THEOD. in hunc locū. Thesauri enim ipsius sunt voluntates eius: *Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Et, omnia quæcūque voluit, Dom. fecit in cælo & in terra.* Verus ergo Deus horū omniū est opifex.

Psal. 103.

a ¶ LXX. & erexit orbem. b ¶ Filio. vnde: Ipse enim dixit, & facta sunt, ipse manda. &c. loquens ad filium: Faciamus ho. &c.

sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua ex- †

a ¶ Omnis doctrina domini de cælestibus fluit, vnde, Pluuiam voluntariam segreg. hæ. t. Deus. †

tendit cælos. [13] Ad vocem suam dat multitudinem aquarum †

a ¶ De quibus: Mandaui nu. m. p. &c. b ¶ Non à consulibus, non à ducibus, non à diuitibus. Beati enim pauperes spiritu, quo. ip. est re. &c. 1

c ¶ Cum arentia hominum corda coruscanti doctrina satiat.

a in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ. Fulgura 2

a ¶ In quibus omnes sunt thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. 3

b c in pluuiam facit, & educit ventum de thesauris suis. [14] Stultus 4

d e factus est omnis homo à scientia sua, confusus est omnis ar- 5

f tifex in sculptili, quoniam falsum est quod conflauit, &

a ¶ Sanctus. b ¶ Hæreticis. 6

g h non est spiritus in eis. [15] Vana sunt, & opus risu dignum. In 7

i tempore visitationis suæ peribunt. [16] Non est his similis 8

a ¶ Eorum scilicet qui supplantauerunt Iudæos & destruunt hæreticos: vnde, Dominus pars he. meæ. 9

b ¶ Tam in anima quam in corpore. c ¶ Omnis qui directus est in Deo vel sensu cernens Deum, sceptrum est hereditatis eius. 10

pars Iacob. Qui enim formauit omnia, ipse est, & Israel virga 11 12

¶ Sabaoth. ¶ O Ierusalem. 13

k hereditatis eius: dominus exercituum nomē illi. [17] Congrega 14

¶ Agris. a ¶ Substantiam, quidquid enim habes, confusione dignum est. 15

de terra confusionem tuam, quæ habitas in obsidione: [18] quia 16

17

e *Stultus f.* HIERONYMVS lib 2. Stultus comparatione Dei. Stultum enim Dei sapientius est omnibus hominibus sapientibus scilicet. Infatuauit enim Deus sapientiam mundi, non in sapientia sua. Non enim potest sapientia mundi capere sapientiam Dei: Non enim dignatur sapientia Dei ad mundi sapientiam conuincendam tota descendere: Sed modicum quid necessarium fuit, quod fatuum Dei erat. Omnia enim contraria assumpsit Deus, vt contraria dissoluat.

1. Cor. 1. d. 1. Cor. 3. d. Iob. 5. d. De sapientia diuina & mundana.

f *Fal. est.* ORIG. vbi supra. Quod ordine suo fingit. Falsum est enim quod conflauit, sicut stultus est omnis homo à scientia, stultum etiam est quod facit. F

g *Non est sp. in.* HIER. supra. Notandum quod in hoc ca. ventus & spiritus vno nomine apud Hebræos appellantur *ruah*.

h *Vana sunt.* IBID. Aut enim rustica sunt, vt lignum, aut pulchro sermone tinnientia, vt argentum; aut de proprio sensu simulata mentiuntur, vt aurum.

i *In tempore vi.* Ad tempus valet hæresis, vt qui *probati sunt manifesti fiant*, Cum autem visitatio Dei venerit, & oculus eius cuncta respexerit, omnia conticescent.

1. Cor. 11. d.

† THEODORETVS: In tempore visitationis suæ peribunt. Nam Apostolica prædicatio prorsus deleuit eorum memoriam.

Hæresis & quælibet perfidia nō est durabilis.

k *Cong.* HIE. vbi sup. præcipitur Ierusalē vt quidquid substātię foris ha-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ad vocem suam dat mult. aquar. in cælo. *Scilicet aereo, vbi vapores humidi condensantur & nubes in pluuias resoluuntur.*

2 Et eleuat nebulas ab extremitatib. terræ. *Id est, à mari Oceano, quod terminat terram habitabilem: inde enim eleuantur nebulæ pro maiori parte.*

3 Fulgura in pluuiam facit, *Quia resolutis in pluuiam nubibus fulgura cessant, quæ procedebant ex eis.*

4 Et educit ventum de thesauris suis, *Id est, de locis occultis.*

5 Stultus factus est homo à scientia. *Faciendi idola & colendi.*

6 Vana sunt, &c. *Id est, derisione.*

7 In tempore visitationis suæ, *A Deo.*

8 Peribunt, *Idola & idololatræ.*

9 Non est his, *Scilicet idolis,*

10 Similis pars Ia. *Scilicet ipse Deus, quem solum coluit,*

11 Qui enim formauit omnia ipse est, *Scilicet, Deus Iacob.*

12 Et Israel, *Id est, populus Israel,*

13 Virga here. e. *Id est, pars, vel mensura, in quantum elegit eum specialiter ad cultum suum.*

14 Domi. exercituum. *Id est, angelorum.*

15 Nomen ill. *Et non alteri. Homines enim bene dominantur hominibus, sed non angelis.*

16 Congrega. *Hic consequenter describitur obstinatorum punitio: & primo quantum ad Iudæos, secundo quantum ad extraneos, ibi,* Effunde. *Circa primum dicitur;* Congrega de. te. *Q. d. veniet tibi confusio ex vniuersis partibus.*

Obstinatorū punitio.

17 Quæ hab. in obsi. *id est, tu Ierusalem, quæ obsidebaris à Chaldæis: & loquitur de futuro per modum præsentis propter certitudinem prophetiæ.*

1 Ecce

MORALITER.

† *Præparat orbem,* Id est, ecclesiam,

† *In sapientia,* Scilicet, Euangelica, & non philosophica.

† *Et prudentia sua extru. calos.* Id est, homines contemplatiuos, extendit ad praxim regiminis ecclesiæ propter populi necessitatem.

1 *Ad vocem suam dat multit. aquarum.* Id est, sanarum doctrinarum.

2 *Et eleuat nebulas,* Id est, prædicatores ad prædicandum de quibus dicitur Isa. 60. b. *Qui sunt isti qui vt nubes volant? &c.*

Prædicatores.

3 *Fulgu. in plu. facit.* Id est, tormenta diuinitus comminata cessare facit per pluuiam lachrymarum: exemplum de Niniuitis pœnitentiam agentibus ad Ionæ prædicationem.

4 *Et edu. ven. de thes. suis.* Id est, multiplex spiritus sancti donum de sapientiæ suæ occultis.

5 *Stultus factus est om. &c.* Nam ad talia pertingere nō potest scientia humanitus reperta.

☞ habet, in vrbem munitissimam congreget, & longè obsidioni præparet alimenta. Non enim Deus, sicut prius, longè post futura minatus, sed statim futura.

a *Væ mihi super contritione.* HIER. lib. 2. Conqueritur Ierusalem quòd vehementer afflicta sit & plaga insanabili.

† THEODORET. *Contritionem* vocat peccatum, *væ* autem supplicium. Nequitiam, inquit, tuam secuta est pœna, & grauissimam plagam accepisti.

b *Tabernaculū.* HIER. Plangit Ierusalē tam facilem factam subuersionem suam, vt non mœnia eruta, sed tabernaculum ablatum putes.

† THEODOR. Tabernaculum vocat, non modo templum diuinum, sed etiam domos & turres & porticus.

c *Et non subsistunt.* HIER. Neque enim in Chaldæam translati sunt sed magna pars eorum interfecta atque deleta est.

d *Stultè egerunt pastores, & dominum non.*

† THEODOR. Pastores vocat reges & sacerdotes. Hi siquidem & illi errorē prouocauerunt, quæ clarius docet Regum & Paralipomenō historia.

e *Grex.* HIERONYMVS. LXX. *pecora* Quod iuxta historiam stare non potest: In tam longa enim obsidione pecora non durassent.

† THEODORETVS. Propterea omnis pastura eorum non intellexit. Hoc loco νομὴν, id est, pasturam vocat, non herbam, sed ouilia, & ait imprudentiam pastorum fuisse causam erroris ouium.

f *Vox auditio.* HIER. Hæc omnia quæ præteritus & præsens sermo describit, ad persecutionis ecclesiasticæ tempora referamus quando tabernacula domini subuertuntur, & habitatio ecclesiæ in solitudinem redigitur. Quæ omnia culpa pastorum fiunt, qui stultè egerunt, & dominum non quæsierunt.

g *Draconum.* IBID. Vel *Struthionum.* Simmachus, *Syrenarum*, Vt pro hominibus habitent scilicet dracones, & omnia venenata: Vel struthiones, quæ solitudini familiares in desertis nascuntur, & nutriuntur. Aut Syrenes, scilicet quidā monstra & dæmonū phantasmata.

h *Scio, &c.* Erubescant, qui aiunt vnumquemque suo regi arbitrio. Non est enim hominis via eius, &c. vnde Dauid: *A domino gressus hominis dirigetur.*

† THEODORETVS in hunc locum. Numquam inquit, Dominus, irrupisset ille contra nos, te volente: & si irrupisset, nequaquam prosperè egisset quæ decreuerat, nobis opitulante dextera tua. Scio enim quæ acciderint Sennacherib. Sed obsecramus te, ne ille exigat à nobis pœnas impietatis, verum tu ipse erudias nos paterna castigatione. Porrò perspicuum est ex his, quæ dicta sunt, & quæ subiiciuntur, clausulam hanc, *Scio Domine*, non subiicere libertatem arbitrij nostri, seruituti naturali, neque res nostras fatali necessitati submittere, verùm disertè nos docere, quo pacto dominus Deus totius mundi gubernacula tenet, suppeditans bona, & corripiens iustè.

i *In iudicio, & non in furore tuo.* HIERONYMVS. Quasi, quæ patimur, iusta sunt, & maiora meremur: sed corripe vt pater filium, non affligas vt hostis inimicum; *Castigas enim omnem filium quem recipis*, & omni dolore, & flagello emendas Ierusalem. Gentes autem, quæ non cognouerunt te, non iudicium, sed indignationem merentur.

Margin: Contritio. Væ. — Psal. 78. b. — Pastores populi sunt reges & sacerdotes. — Syrenes. — Vis liberi arbitrij. — Heb. 12. b. — Psal. 78. b.

1 [a Non aliis. b A terra sua. Quasi funda.] hæc dicit dominus: Ecce egò longè proiiciam habitatores 2 [a In vrbem scilicet effugere non valentes.] terræ, in hac vice, & tribulabo eos, ita vt non inueniantur. 3 [Verba Ierusalem culpam suam confitentis.] a [19] Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. 4 [a Patienter. Vel iram Dei sustinebo.] Ego autem dixi: 5 Planè hæc infirmitas mea est, 6 & portabo illam. 7 [a Quia peccaui ei. Sicut tentorij.] b [20] Tabernaculū meum vastatum est: omnes funiculi mei di- [Interfecti.] c rupti sunt, 8 filij mei exierunt à me, & non subsistunt. Non est [a Id est qui instauret me, & murorum iaciat fundamenta.] qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas: [Metaphora. a Principes, quorum culpa populus dispergitur.] d [21] 9 quia stultè egerunt pastores, 10 & dominum non quæsierunt: [Populus.] e 11 propterea non intellexerunt, 12 & omnis grex eorum dispersus [Propheta loquitur. Babylonij venientis.] f 13 est. [22] 14 Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra [a Habitatoribus interfectis.] aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda in solitudinem, & habitaculum g draconum. [23] h 15 Scio domine quia non est hominis via [a Babylonij, sed mei meriti, & tuę indignationis. b Huic consonat Dauid: Domine ne in furore tuo arguas me, neque, &c.] eius, 16 nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. [24] 17 Corripe i me domine, 18 verumtamen in iudicio, & non in furore tuo, [Sed. Non iudicium.] 19 ne forte ad nihilum redigas me.* [25] 20 Effunde indignationē tuam 21 super Gentes, quæ non cognouerunt te, & super prouincias [a Quasi: Tradidisti nos vt emendaremur: illi autem aggrauauerunt iugum suum, nec ætati, nec sexui, dignitati, nec loco pepercerunt.] 22 quæ nomen tuum non inuocauerunt. 23 Quia comederunt Iacob, 24 & deuorauerunt eum, & consumpserunt illum, & decus eius dissipauerunt.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce ego lon. pro. &c. *Ante enim captiuitatem Babylonis aliqui de regno Iuda fuerunt captiuati in propinquis regionibus: vt in Aegypto & Syria & similibus, sed Babylonia valdè longè distat à Iudæa.*

2 Ita vt non inueniantur. *Scilicet ab amicis suis. In Hebræo habetur,* Ita vt inueniant, *scilicet pœnam debitam pro peccatis suis, vt dicit glossa Hebraica, ideo subditur,*

3 Væ mi. su. *Loquitur sub persona Ierusalem seu populi habitantis in ea.*

4 Ego autem dixi. *Vexatione mihi intellectum dante,*

5 Planè hęc in. *Id est, pœna ista processit ex culpa mea,*

6 Et portabo, *Mihi à Deo iustè inflictam.*

7 Tabernaculum meum vasta. *Id est, templum, de quo loquitur ad modum tabernaculi Moysi, quod funibus extendebatur, & pellibus cooperiebatur.*

8 Filij mei. *Id est, habitatores mei in captiuitatem ducti.*

9 Quia stultè egerunt pastores, *Id est, principes & sacerdotes.*

10 Et dominum non quæsierunt. *Per debitum cultum:*

11 Propterea non intellexerunt. *Verba prophetarum.*

12 Et omnis grex eorum. *Id est, populus.*

13 Dispersus est. *Partim occisione, partim captiuitate.*

14 Vox audi. *Quia à parte aquilonis intrauit exercitus Chaldæorum Iudæam ad deuastandum eam.*

15 Scio domine, quia non. *Id est, non est in potestate hominis rectè ambulare in via iustitiæ, nisi per te dirigatur. Quia tamen Deus non deficit alicui, directionem istam debitè petenti, sed multi per sua peccata demerentur à Deo dimitti, & sic erant Iudæi; ideo subditur.*

16 Corripe me domine, *De meo errore,*

17 Verumtamen in iudicio. *Tua misericordia temperato:*

18 Et non in furore, *Id est, rigore iustitiæ.*

19 Ne forte ad nihilum redigas me, *Ita quod nullus de populo meo remaneat.* 20 Effunde. *Hic consequenter petitur punitio quantum ad extraneos, qui Iudæam vastauerunt: quia licet in hoc fuerint executores diuinæ iustitiæ, tamen hoc fecerunt mala voluntate, scilicet ex odio, & suæ virtuti præsumptuosè attribuendo, quod fiebat à Deo; ideo dicitur;* Effunde indignationem, *Id est, punitionem.*

Margin: Punitio extraneorum qui Iudæam vastauerāt.

21 Super gentes quæ non cognouerunt te, *Per fidem veram:*

22 Quæ nomen tuum nō inuocauerunt, *Sed magis nomina idolorū.*

23 Quia comederunt Iacob, *Populum Israel crudeliter occidendo.*

24 Et decus eius dissipauerunt. *Id est, templum in quo Iudæi maximè gloriabantur.*

14 Vox — AD-

A

ADDITIO.

In cap. 10. *ubi dicitur in Postilla.* Ad intelligentiam primæ partis: Sciendum quòd Gentiles, &c.

Corpora cælestia an animata.

Non solum Gentiles vt Platonici posuerunt corpora cælestia esse animata, sed etiam doctores nostri aliqui hoc sentire videntur, vt Origenes Hieronymus; Augustinus verò super Gene. ad litteram hoc relinquit sub dubio, non declinans ad aliquam partem. Dicit etiam in Enchiridio, quod si corpora cælestia sunt animata, anima eorum ad angelorum societatem pertinent, sanctus Thomas verò in prima parte q. 70. articulo tertio in decisione quæstionis in fine dicit, quod interponentes corpora cælestia esse animata, & ponentes ea non animata, parua vel nulla differentia inuenitur in re, sed in voce tantum: vnde non debet censeri erroneum dicere, quod corpora cælestia sint animata. Item superstitio idololatrarum non solum se extendit ad colendum res animatas, sed etiam res inanimatas & corruptibiles, vt patet Isaiæ 44. & in multis aliis locis: Et ideò motiuum idololatrandi cum planetis non pendet ex hoc quod credantur esse animata seu inanimata, præsertim cum secundum vtramque opinionem moueantur à substantia apprehendente, &c.

An error sit tenere affirmatiuam?

REPLICA. In cap. 10. *vbi in principio Postilla. Ponit notabile verbum, scilicet quod Gentiles crediderunt corpora cælestia animata, & non solum animata, sed habere aliquid diuinitatis, & sic ex libero arbitrio influere in ista inferiora ad causandam in hominibus prosperitatem, & aduersitatem, & ideo statuerunt ea placare sacrificiis & oblationibus: hoc autem est erroneum & superstitiosum ad idololatriam pertinens. Et quamuis Burgens. in quantum vult esse catholicus, hoc totum notabile non audet negare, truncatim tamen Postillatoris factum interpretatus, dicit quod Postillator non bene dicit esse errorem quod corpora cælestia sunt animata, quia vt inquit Burg. hoc dicunt Orig. & Hieron. & B. Augustin. relinquit sub opinione. Allegat sanctum Thomam in 1. parte q. 70. dicentem, quod inter ponentes corpora cælestia fore esse animata, & ponentes contrarium, parua vel nulla differentia est in re, sed in voce tantum. Quidquid sit de opinione sanctorum circa illas propositiones, tamen vt Plato & alij Philosophi posuerunt ex huiusmodi animatione mundum fore animal, hoc dicit beatus Aug. 1. retract. c. 10. nec haberi posse ex ratione, nec scripturæ auctoritate. Vnde patet quod & si opinabile sit, sic dici, cælum vel mundum animatum, non est tamen probabile quod sit animal, quia talis anima cæli si ponatur, non tamen est vt pars essentialis cum cælo constituens vnum per se. Hoc dictum communiter doctores moderni exponentes, dicunt illas corporum cælestium animas coniungi solùm vt motores, & coniunguntur illis corporibus secundum operari, non secundum esse. Ideò dicit B. August. in Enchiridio: Si corpora cælestia sunt animata, animæ eorum ad angelorum societatem pertinent. Vnde patet esse falsum, quod modica sit differentia tantum vocis & non rei inter tales positiones, quia positio Gentilium vult tales animas coniungi corporibus, vt constituant vnum per se tamquam partes essentiales. Positio autem Christianorum est secundum rem contraria, quia tales animæ si sunt, non constituunt vnum, nisi sicut motor & mobile: quod non est vnum per se, sed per accidens. Inter modernos autem fortassis verum est, quod non sit differentia in re inter positionem affirmatiuam, vel negatiuam. Qui enim negant cælum animatum, intelligunt secundum esse & propriè, qui autem ponunt, intelligunt secundum operari tantum & impropriè. Secundum enim propriam rationem animæ quam ponit Aristoteles 2. de anima, ipsa est actus corporis organici habentis vitam in potentia, quæ ratio non conuenit motoribus cæli propriè, igitur non dicuntur animæ corporum cælestium quæ non sunt organizata, quia non mixta sed simplicia, nec habentia vitam in potentia, quia sunt ingenerabilia & incorruptibilia. Patet ex his quam vtiliter Burgen. mouetur contra Postillatorem.*

Plato. Quomodo Gentiles & quomodo aliqui fidelium posuerint cælos esse animatos. Philosophus.

CAP. XI.

CAP. XI.

a Verbum quod factum est ad Ieremiam à domino, b dicens: [2] Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda & habitatores c Ierusalem, [3] & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus d Israel: Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius [4] quod præcepi patribus vestris, e in die qua eduxi eos de terra f Ægypti, de fornace ferrea, dicens: g Audite vocem meam, & h facite omnia quæ præcepi vobis, & eritis mihi in populum,

a ¶ Verbum Berith: Aquila & Symmachus semper pactum LXX. & Theodotion interpretantur testimonium.

¶ Sic scilicet, id est, non aliter.

a *Verbū.* ORIG. ho. in Ezech. Quod scilicet in principio apud Deum. Hæc est enim vtilitas prædicantium, si ad singulos fiat Dei verbum. Quid enim prodest mihi, cū venisse in mundum, si non habeam eum, qui factus est ad prophetas? Et discipulis ait: *Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* (Ioan. 1. a.)

Verbum quod factum est. HIER. lib. 2. Non est positum in titulo, quo tempore, vel quo rege, vel quoto eius anno hæc prophetia facta est, sed intelligimus priori prophetiæ & tempori hæc esse iungenda. Vel quod post temporis interuallum hic sermo domini ad prophetam factus sit. Propriè autem nunc ad viros Iuda & Ierusalem sermo dirigitur. (Tempus prophetiæ huius cap.)

b *Audi v. Iu.* ALLEG. IBID. Christianos, scilicet, Christus enim de Iuda ortus est. De quo verè dicitur: *Iuda te laudabunt fratres tui: manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum, &c.* (Gen. 49. b.)

c *Ierusalem.* IBID. Ecclesiæ, quæ est ciuitas regis magni, & visio pacis. Pax enim in ea multiplicatur & cernitur.

d *Maledi.* ORIGENES vbi supra. Iudæi enim maledicti sunt, qui non audierunt testamentum Dei, quando eduxit eos de terra Ægypti. Nos autem qui in Christo credimus, testamento eius obedimus, quod per Moysē traditur: Et nobis hoc dicitur ne maledicti simus.

e *Eduxi eos.* HIER. ORIGENES. Nos quoque eduxit Deus de Ægypto & fornace ferrea, mundo, scilicet, & eius angustia. Locus enim vbi crucifixus est dominus, vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus.

f *Fornace f.* HIERON. IBID. Tribulationis, & pœnæ magnitudinem significat; non locum aliquem ferri materiæ in pœnam præparatum.

g *Audi. vo.* Ac si dicat: Non generis priuilegio, non circumcisionis prærogatiua, non sabbati otio, sed propter obedientiam, Israel efficior Deus, & ipse populus meus. Et hic quidem ad seruos loquitur, in Euangelio ad amicos: *Vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos, &c.* Cum autem amici fuerint, de amicis transeunt in filios vnde, *Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Amicis autem & filiis præcepit, *Estote perfecti sicut pater vester perfectus est.* Similitudinem imperat, non æqualitatem. In lege obedientia mandatorum, hic similitudo Dei. (Dei serui, filij, amici. Ioan. 15. b. Ioan. 1. a. Matth. 5. g.)

h *Et er.* Non est Deus omnium, sed eorum tantum quibus se lar-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XI.

Diuisio.

1 VErbum quod fa. est, &c. *Hic consequenter reuocatur populus à legis transgressione. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur reuocatio domini, secundo rebellio populi, ibi:* Et dixit dominus. *Tertio inflictio supplicij, ibi:* Quamobrem. *Circa primum dicitur.*

2 Audite verba pacti huius, *Id est, legis, quæ fuit quasi quoddam pactum inter Deum & populum.*

3 Maledictus vir qui non, &c. *Non solum aure corporis, sed etiam cordis & impletione operis.*

4 Quod præcepi. in die. *Id est, in tempore eductionis de Aegypto, quia quinquagesima die à principio egressionis donata fuit lex in monte Sinai.*

5 De fornace, *Id est, valde dura, eo quod afflicti fuerunt ibi filij Israel laboribus duris in compositione laterum & decoctione.*

MORALITER.

† 1 *Verbum quod factum est ad Ieremiam.* Secundum sensum litteralem reuocatur hic populus Iudaicus à Mosaicæ legis transgressione. MORAL. autem reuocatur populus Christianus à legis Euangelicæ transgressione cum dicitur.

3 *Maledictus vir qui non audiuit, &c.* Scilicet ego Christus.

† *Patribus vestris,* Id est, apostolis & fidelibus aliis.

1 *In die qua eduxi eos.* Sicut enim lex Mosaica data fuit quinquagesima die egressionis populi de Ægypto, sic lex Euangelica per spiritum sanctum scripta fuit in cordibus apostolorum quinquagesima die eductionis patrum de limbo, quæ dicitur fornax ferrea propter longam detentionem scilicet à principio mundi vsque tunc

Comparatio legis Mosaicæ & Euangelicæ quantum ad tempus quo datæ sunt.

† *Audite vocem meam, &c.* Mihi fideliter obediendo.

...e, *Ego sum dominus Deus tuus sanctus Israel*. Et alibi quo... *Ego Deus eorum*. Et, *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, &* ...Quod exponens Saluator ait, *Deus autem non est mortuorum, sed viuorum*. Mortuus est, scilicet peccator.

a *Lacte & melle*. HIER. lib. 2. Melle & lacte rerum omnium abundantiam significat, sicut Virgilius, Mella fluunt illis, ferat & rubus asper amomum. Vel tropologicè, Terra lacte & melle manans ecclesia est, in qua paruuli nutriuntur lacte, donec possint solidũ cibum accipere.

B b *Et dixi*. HIERON. IBID. Vox prophetæ desiderantis impleri promissionem domini. Q. d. Verè domine impleßti quod promisisti. Vel, fiat do. id est, semper maneat quod dedisti.

c *Quia contestans contestatus sum patres*. IBI. Vsque, *vt facerent hæc*. in LXX. non habentur. Quod sequitur: *Et non fecerunt, ab ipsis*: in fine superioris capituli positum est. *Audite verba pacti huius, &c.*

C d *Inuenta est coniuratio*. ORIGENES. IBID. *Inuenta est colligatio in viris Iuda, &c.* Si peccauerimus, qui viri Iuda propter Christum dicimur, de nobis dicitur, *Inuenta est colligatio*; vel *coniuratio in vi. Iu. & in ha. Ie.* cum in ecclesia tales sint, in quibus reperiatur laqueus iniquitatis, & vincula peccati, de quibus dicitur, *Vinculis peccatorum suorum quisque constringitur*. *Conuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priorum*, Non ait simpliciter *patrum*, sed addidit *patrum suorum priorum*: Duplices D enim habemus patres, & vna species est pessimorum patrum. Antequam crederemus, diabolus pater noster fuit, vnde: *Vos ex patre diabolo estis*. Cum autem credidimus, facti sumus filij Dei. Si postea peccamus, conuertimur ad iniquitates patrum nostrorum priorũ: *Omnis enim qui facit peccatum, ex diabolo natus est*. Toties ergo ex diabolo nascimur quoties peccamus. Infelix ille qui semper à diabolo generatur, ille autẽ felix qui sem- E per ex Deo nascitur. Non enim semel dicam iustum ex Deo natum, sed per singula veritatis opera sẽper ex Deo nascitur. Saluator quoque noster splendor claritatis est, splendor autem non semel nascitur & desinit, sed quotiescumque ortum fuerit lumen ex quo splendor oritur, toties oritur etiam splẽdor claritatis. Saluator noster sapientia est Dei, sapientia verò est splendor æternæ lucis. Sic ergo Saluator noster sẽper nas- F citur: vnde ait, *Ante omnes colles generat me*, non vt quidam malè legunt generauit. Tu ergo in similitudinẽ eius, si tamen adoptionis habes spiritũ, sẽper generaris à Deo per singulos intellectus, per singula opera, & efficieris filius Dei in Christo Iesu.

e *Clamabunt*. IBID. In necessitatibus, & non exaudiã, quia me audire noluerunt. Quod & Saul passus est: cum enim Philisthæos timeret

(Ezech. 14. g. Exod. 3. b. Luc. 19. f. — Virgilius in Bucol. — Terra lacte & melle fluens. — Ioan. 8. f. — Prou. 5. d. — Ibidem d. — Filij Dei filiique diaboli nascuntur. — Prou. 8. c.)

& ego ero vobis in Deum, [5] vt suscitem iuramentum quod [1] iuraui a patribus vestris daturum me eis terram fluentem [2] [3] lactẽ a & melle, sicut b est dies hæc. Et respondi, b & dixi: Amen [4] [5] domine. [6] Et dixit dominus ad me: Vociferare omnia verba [6] [7] hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens: Audite c verba pacti huius, & facite illa, [7] quia contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de terra Ægypti vsque ad diem hanc. Mane consurgens contestatus sum, & dixi: Audite vocem meam & non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali. Et induxi super eos omnia verba pacti huius quod præcepi vt facerent, & non fecerunt. d [9] Et dixit dominus ad me, Inuenta est coniũratio a in viris Iuda & in habitatoribus Ierusalem. [10] Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. Et hi ergo post Deos alienos abierunt, vt seruirent eis. Irritum fecerunt domus Israel & domus Iudã a pactum meum, quod pepigi cũ patribus eorum. [11] Quamobrem hæc dicit dominus: Ecce ego inducam super eos c mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me [8] † † [9] [10] † [11] [12]

a Patres suscipiunt in filiis & promissiones Abrahæ implentur in filiis.
a Hyperbolice. b Id est, sicut rebus ipsis hodie comprobatur.
LXX. Fiat domine, quod idem est.
Frequenter Deus futura prædicit, vt increduli molliantur. Prædicit autem tam in vrbe quam foris, vt quorum vnum est discrimen, sit eadem pœnitentia.
Sicut supra.
a Alij colligatio. q. d. pari mente, & studiosè mandata Dei contemnunt.
Decem tribus.
a Dux. Vt quorum est commune studium fiat commune supplicium.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt suscitem iuramentum. *Effectu adimplendo.*
2 Quod iuraui, *Abrahæ, Genesis. 22. & Isaac. 26. & Iacob. 28.*
3 Daturum me, *In quo notatur bonitas terræ.*
4 Sicut est dies hæc, *Id est, sicut hæc dies ostendit, quod filij Israel erant in terra promissionis, quam obtinuerant à tempore Iosue.*
5 Respondi. *Verbum est Ieremiæ.*
6 Amen Domine. *Id est, sit maledictus qui legem non obseruauerit.*
7 Et dixit dominus ad me. *Hic consequenter ponitur populi rebellio, quia mandato domini de obseruatione legis non obedierunt, quamuis semper admoniti fuerint ad hoc per prophetas, per Moysen, Iosue, Samuelem, & alios sequentes vsque ad captiuitatem Babylonicã: & patet littera huius partis hoc excepto.*
8 Inuenta est coniuratio, *In Hebræo habetur*, Inuenta est colligatio, *& est eadem sententia. Illi enim qui colligunt se ad aliquid malum agendum, solent se ad hoc astringere per iuramentum: & in hoc designatur obstinatio populi in malo, quod videbatur vnanimiter operari, ac si esset iuramẽto obstrictus.*
9 Quamobrem. *Hic consequenter ponitur inflictio supplicij, cum dicitur,*
10 Ecce ego inducam super eos mala, *Scilicet famis, gladij & captiuitatis.*
11 De quibus exire non poterunt, *Per se nec per adiutores, de quibus confidunt.*
12 Et clamabunt ad me, *Necessitate compulsi.*

(Rebellio populi. — Obstinatio eiusdem in malo.)

MORALITER.

† 1 *Vt suscitem iuramentum quod*, In iuramento namque diuino facto patribus de terra promissionis, intelligebatur principaliter promissio de terra viuentium, sicut ostendi Genesis decimoquinto in expositione litterali; & hæc promissio per Christum est impleta, ideo sequitur.

4 *Sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi: Amen domine.* Nam à tempore eductionis de limbo datur fidelibus purgatis vera beatitudo.

8 *Inuenta est coniur.* Quoniam multi Christiani, & specialiter mali clerici, & religiosi declinant à veritate Euangelij, dicitur postea: *Inuenta est coniuratio*, Id est, mala colligatio in clericis qui signantur per viros Iuda, id est, confitens, qui deputati sunt ad confessionem diuinæ laudis.

† *Et in habi. Ie.* Id est, in religiosis, qui debent esse pacifici & quieti; & tamen multi clerici faciunt litigia & appellationes; etiam multi religiosi sunt suis superioribus rebelles, ideo subditur,

† *Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores.* Scilicet Adam & Euæ qui fuerunt Deo inobedientes. Et pœna subditur cùm dicitur,

† *Inducam super eos ma.* Nam in inferno nulla est redemptio. Et de celebrantibus indignè dicitur postea.

(Clerici & religiosi litigiosi.)

† Quid

merет & verbum Dei accipere non meruisset, conuersus est ad Pithonissam vt ab idolis disceret, quod instantia orationis & fletuum à domino extorquere debuisset. Vnde discimus, si dominus non exaudierit, non esse cessandum: Cito enim iratus flectitur, mutatque sententiam, si quibus iratus est, commutentur. Totum hoc autem quod nunc dicitur ad Iudam & Ierusalem pertinet, quibus instat captiuitas.

Contra eos qui mox à Deo non exauditi præ impatientia à Deo recedunt.

a *Secundum nu.* HIER. In libro Regum & Paralipom. inuenimus Iudam & Ierusalem multo peiora quàm Israel fecisse, vt quot habebant vrbes, tot haberent idolorum species: & quot in vrbe plateæ, & viarum capita, tot in confusionem suam aras haberent, quibus idolis immolarent.

* Sup. 7.c. & 14.b.

b *Tu ergo.* IDEM. Præcipitur prophetæ, ne pro eis oret in quos est iam consummata sententia, ne videatur ratio eius infirma, & merito non exaudita.

& non exaudiam eos.[1] Et ibunt ciuitates Iuda & habitatores Ierusalem, & clamabunt ad eos quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorũ.*[3] Secundũ numerum enim ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda, & secundum numerum viarum tuarum Ierusalem posuisti aras confusionis ad libandum Baalim.*[14] Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationem, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum.[15] Quid est quod dilectus (Populus Iuda.) meus in domo (Venerando idola.) mea facit scelera multa? Numquid carnes sanctæ (q. d. multitudine talium sacrificiorum non delentur peccata tua.) auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?[16] Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit dominus nomen tuum, Ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea (Gladio hostium. Vnde: Exterminauit eam aper de Silua.), & combusta sunt fruteta eius (Populi.).[17] Et dominus exercituum qui plantauit te loquutus est super te malum (Non immerito, cum possit Deus facere quæ vult.),

c *Et ne assum. pro eis laud.* IBID. Q. d. Ne replicando veteris historiæ clementiam qua misereri soleo, & laudando meam nitaris mutare sententiam. Non enim exaudiam eos, qui afflictione coacti clamant. Ex his discimus, frustra prò aliquo rogari, qui non meretur accipere.

Pro quo frustra rogetur Deus?

d *Quid est.* HIER. Dicamus hoc principibus ecclesiarum & diuitibus, cùm aliena rapiant, & malitias cordis sui non auferant, putant se Dei mereri clementiam.

Abusio grandis oblationum Christianorum. Marc. 12. d.

† THEODORETVS. Vtrumque declarat grauitatem impietatis, tum hoc quod vocata est dilecta, tum illud, quod in templo Dei collocauerit statuas eorum, qui non sunt dij.

e *Numquid car. san.* IBID. At nunc publicè offerentium nomina recitantur, & redemptio peccatorum in laudē mutatur: nec Euangelicæ viduæ memoria celebratur, quæ plus omnibus in gazophilacium misit.

† THEODORETVS. Clarè nos instruit intentio & sermo prophetæ, dominũ opera bona requirere. Quod etiam Dauid inclamat, *Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi*, Et iterum, *Quoniam si voluisses sacrificium dedissem, vtique holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c.*

Deus à nobis bona opera requirit. * Sup. 2. f.

f *Oliuam.* † IDEM. Oliuam formosam vocat, vt inuitaret eam ad ferendos fructus, quomodo sæpè vocauit eam vineam.

g *Ad vocem lo.* HIER. IBID. Q. d. Exaltatus per superbiam, non humiliter creatorem & dominatorem tuum intellexisti, sed contra dominum granditer loquutus, igne eius succensus redigeris in nihilum.

† THEODOR. Postquam vocauit Oliuam, meminit purgationis. Putationem enim nuncupat purgationem. Sic & dominus in euangelio dicit, *Omnis palmes non ferens fructum exciditur, & in ignem mittitur.*

h *Et dominus.* Q. d. Oliuam vberē pul. fru. spe. vo. d. n. tu. atque plantauit te: sed propter vocem loquelæ grandis flamma eius descendit in te.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non exaudiam eos, *Quia non promeruerunt.*
2 Et clama. ad eos quibus libant, *Offerendo sacrificia liquida, scilicet idolis.*
3 Et non saluabunt eos, *Quia nullam habent virtutem saluandi.*
4 Secundum numerum e. ciuitatum tuarum. *Ex quo patet multiplicatio idololatriæ in terra Iuda.*

Multiplicatio idololatriç in Iuda & Ierusalē.

5 Et secundum numerum viarum tuarum Ierusal. *Quia in singulis vicis & plateis erant altaria constructa idolis, & maximè tempore Manasse regis, quia idololatriam & alia mala supra modum multiplicauit in Ierusalem vt habetur.* 4. *Regum* 21. *Et subditur,*
6 Tu ergo, *Ieremia,*
7 Noli orare pro populo hoc. *Q. d. Non est dignus, vt preces tuæ pro eis exaudiantur. Et specialis ratio ad hoc subditur.*
8 Quid est quòd dilectus. *Id est, populus Israel à me specialiter electus.*
9 In do. mea. *Id est, in templo, meo nomini consecrato,*
10 Facit scelera mul. *ponendo ibi idola tempore Manasse reg.* 4. *Reg.* 21. *Et in hoc fuit maximus Dei contemptus, quia simile est, ac si vxor introducat adulterum in eodem lecto cum marito.*
11 Numquid carnes sanct. *Scilicet sacrificiorum mihi oblatorum.*
12 Aufe. à te ma. *Q. d. Non: quia talia non placent nisi ex deuotione & bonitate offerentium, propter quod dicitur Gen. 4. a.* Respexit dominus ad Abel & ad munera eius, *Et quia principaliter respexit ad bonitatem offerentis, & ex consequenti ad eius oblationem. Ra. Sa. exponit:* Numquid carnes sanctæ, &c. *Id est, circumcisio. Q. d. circumcisio non liberabit te, nisi cum ea adsint opera iustitiæ.*
13 Oliuam vberem. *In principio enim exitus de Aegypto vsque ad conflationem vituli aurei fuit gratiosus status populi. Vel istud potest referri ad statum ipsius tempore Dauid & Salomonis, eo quod Dauid augmentauit cultum diuinum; & de præcepto eius Salomon ædificauit templum, vt habetur.* 1. *Paralipom. Et subditur determinatio, cum dicitur,*

Quando Hebræi dici poterant Oliua pulchra, &c.

14 Ad vo. lo. *Id est, ipsius Dei, cuius magnitudinis non est finis; vel ipsius Nabuchodonosor, qui fuit instrumentum Dei in destructione templi.*
15 Exarsit ignis, *Nabuchodonosor enim præcepit incendi ciuitatem & templum: & hoc contigit propter populi peccata. Cetera patent in littera.*

MORALITER.

† 8 *Quid est quod dilectus meus.* Signum maximæ dilectionis est, quando dominus admittit aliquem ad sui corporis & sanguinis consecrationem: propter quod peccata talium scelera dicuntur, propter grauitatem, nec per celebrationem expiantur, sed magis aggrauantur; ideo subditur,

Indignè accedentes ad sacram cõmunioné.

11 *Numquid carnes sanctæ*, Scilicet agni immaculati Iesu Christi.
12 *Aufer à te malit. tuas.* Q. d. non, sed magis multiplicabunt. Et subditur debita conditio clerici & religiosi, cum dicitur,
13 *Oliuam vberē*, Debet enim esse vber oliua per pietatem; pulchra per conscientiæ puritatem, fructifera per operis boni multiplicitatem, speciosa per conuersationis honestatem, nominata per famæ celebritatem. Et subditur oliuæ dictæ deterioratio, cum dicitur,

Quales esse debeant clerici & monachi.

14 *Ad vocem loquelæ grandis.* Id est, diabolicæ suggestionis, exarsit vinea: Idem signatur hic per vineam quod prius per oliuam, de qua dicitur Isaiæ quinto. b. *Vinea domini exercituum domus Israel est.* Sed hæc vinea exarsit igne carnalitatis & cupiditatis.
† *Et combusta sunt.* Id est, omnia Dei dona,

a Tiam [illegible] lib.3. Iudæi & nostri iudaizantes ad personam Ieremiæ hoc referunt, & propter vaticinium futurorum malorum hæc eum à populo sustinuisse asserunt. Sed quomodo eum crucifixum probant cùm scriptura hoc non dicat? nisi fortè dicant populum cogitasse, & non fecisse?

Contra Iudæos & Iudaizantes.

ORIGENES hom. 8. in Ierem. Tu autem domine, &c. *Vel notum fac mihi domine & cognoscam.* Iuxta Psalm. *Dominus docet hominē scientiam.* Vnde, *Nolite vocari magistri super ter. vnus quippe est magister vester qui in cælis est*, qui, scilicet erudit homines vel per se, vel per filium. Erudit etiā per Paulum, per Petrum vel quemlibet sanctorū. Tantum Deus spiritus, & Deus sermo descendat & doceat, *Notum fac mihi dom. & cog.* q.d. Non possum scire, nisi tu reuelaueris. Te autem demonstrante video cogitationes singulorum, & quid gerant, vel cuius sint voluntatis: *Mittamus lig. in pa. e. &c.* Panis Iesu, quo nutrimur, est sermo eius. Quia verò docente eo, voluerūt quidam scandalum ponere doctrinæ eius, crucifigentes eum dixerunt: *Mittamus lignum in pa. eius, &c.* Cum enim verbo & disciplinæ eius coniungitur crucifixio magistri in panem lignum mittitur; & illi quidem insidiantes dicunt: *Mittamus lig. in pa. eius.* Ego verò inuisibile vel mirabile quoddam inferam, lignum missum in panem eius, panem facit meliorem, id est, doctrinam dulciorem: Sicut lignum per Moysen missum in amaram aquam, fecit eam dulcem. Ante enim quàm mitteretur lignum in panem eius, quando tantum erat panis, & non lignum, *in omnem terram non exierat sonus eorum*; sed postquam assumpsit fortitudinem per lignum, in omnem terram, sermo passionis eius seminatus est. Ego autem autumo legem non intellectam amaram esse aquam: Cùm autem venit lignum Iesu Christi, & sermo Saluatoris in eam descendit, dulcoratur.

Psal. 141. c. — Psal. 93. b. — Matth. 23. a. — Quomodo Deus nos erudiat? — Infrà 20. c. — Crux Christi doctrinā eius confirmat non euertit. — Exod. 15. d. — Psal. 18. a.

† THEODORETVS in hunc locum. In sequentibus docet propheta quæ commiserunt in seipsum & in Christum, in ipso enim propheta hæc adumbrata sunt, *Dominē demonstra mihi & cognoscam.* Ipsa precatio testatur eum non modo referre quæ commissa sunt in se. Alioqui nulla reuelatione opus erat, ad perspicienda quæ tum fiebant, cùm in eum admitterentur. Reuelatio autem præmonstrat futura.

b *Et non cognoui.* † THEODORETVS. IBID. Istud, *non cognoui*, quadrat prophetæ tristia non speranti: qui non diligenter attendebat dominicis promissionibus. Sed cùm audiisset, *Posui te hodie in ciuitatem munitam*, arbitratus est se nequaquam molestia tentandum: Arqui sermo diuinus non hoc pollicebatur, sed virtus aduersa. Verùm sermo prolatus de domino, alium habet intellectum. *Tamquam enim agnus*, inquit, *qui ducitur ad victimam*, non nouit quod passurus sit, sequitur ducentes.

c *Mittamus lignum, &c.* † IDEM IBID. Istud omnino non conuenit prophetæ. Quî enim fieri poterat, vt lignum immitteretur in panem? At Christo maximè quadrat. Nam suum ipsius corpus panem appellauit, *Panis*, inquit, *quem ego dabo caro mea est.* Panem hunc ligno confixerunt, qui putabant se memoriam illius extincturos.

Ierem. 1. — Iudæi conati Christi memoriam extinguere. — Ioan. 6.

† TERTVL. lib. aduers. Iudæos. De hoc ligno (crucis) etiam Deus insinuat per Ieremiam quid essetis dicturi, *Venite mittamus in panem eius lignum, & conteramus à terra viuorum, & nomen illius non memorabitur amplius.* Vtique in corpus eius lignum missum est. Sic enim Christus reuelauit, panem corpus suum appellans, cuius retrò corpus in pane prophetes figurauit.

d *Probas renes.* THEODORETVS. Renes vocat, vt sæpè diximus, cogitationes: eò quòd concupiscendi vis in renibus sita, frequenter incitat cogitationem.

e *Tibi enim.* HIER. Quia non merito meo, sed eorum scelere crucifigor. *Venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.*

Ioan. 14. d.

f *Propterea hæc dicit dominus.* IBID. Videtur hoc superiori sententiæ contrarium, in qua quæ dicta sunt personæ Christi aptamus, non Ieremiæ, qui propriè habitabat in viculo Anathot. Sed per Anathot (quod obedientia interpretatur) Iudæos, & maximè Ierosolymitas intelligimus, qui quondam præceptis domini obedierunt. Sed quia à domino recesserunt, venit in eos extranea sententia, vt iuuenes eorum moriantur gladio, &c. Vt autem nos omnem molestiam interpretationis liberemus, illam regulam sequamur: Quòd omnes prophetæ in typum Saluatoris pleraque gesserunt, & quod in præsenti in Ieremia completur, hoc in futurum de domino prophetatur.

Punitio eorum qui oderant Christum.

a ¶ Causas tamen exponit, ne videatur iniustus. vnde, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. ¶ Studiosè.

prô malis domus Israel, & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad

a ¶ Pater. b ¶ Secundùm hominem. c ¶ Quomodo oporteat me loqui.

a irritandum me, libantes Baalim. [18] Tû autem domine demon- 1

¶ Filio. ¶ Iudæorum.

strasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum, [19] & 2

a ¶ Crucis.

ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et 3

a ¶ Peccatum: vnde, Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. b ¶ Prouerbium fuit in Israel.

b non côgnoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicentes, 4

a ¶ Crucis. b ¶ Corpus Saluatoris, qui est panis, qui de cælo descendit. c ¶ Vt nomen eius deleatur.
d ¶ Origen. Nisi granum frumenti cadens in terra mortu. fuc. so. ma. Si autem mor. fue. multum fructum affert.

c Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra 5

a ¶ Filius secundùm carnem ad patrem loquitur, & iudicium eius imprecatur.

viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. [20] Tu au- 6

a ¶ Reddendo vnicuique quod meretur.

d tem domine Sabaoth, qui iudicas iustè, & probas renes & cor-

a ¶ Eorum, scilicet, qui in scelere perseuerant, non qui pœnitent.
b ¶ Obstinatis. Pro aliis enim dicit: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

e da, videam vltionem tuam ex eis. * Tibi enim reuelaui cau- 7

a ¶ Iudæos. ¶ Obedientiæ.

sam meam. [21] Propter hæc dicit dominus ad viros Anathot, 8

qui quærunt animam tuam, & dicunt, Non prophetabis in 9

f nomine domini, & non morieris in manibus nostris. [22] Pro- 10

pterea hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego visitabo su- 11

per eos, iuuenes morientur in gladio, filij eorū & filiæ eorum

morientur in fame, [23] & reliquiæ non erunt ex eis. Inducam

enim malum super viros Anathot, annū visitationis eorum.

b Et ☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tu autem. *Superius à principio tractatus huius libri Ieremias increpauit populi Iuda malitiam; hîc consequenter plangit imminentem ex hoc sibi iniuriam, Quia sicut dicit Ioannes os aureum, Incurrit odium qui arguit criminosos; Et diuiditur in duas partes, quia primò plangit suam aduersitatem; Et secundò aduersantium sibi prosperitatem, cap. seq. Circa primum dicit:* Tu au. do. demonstrasti mihi. *certitudinaliter per tuam reuelationem. Et quid sit illud subditur,*

Ieremias malè tractatus quod populi arguerit impietatem: Diuisio.

2 Tu osten. mi. stu. eo. *quia per vias occultas quærebant interficere eum: ideo subditur,* Et ego quasi agnus mansuetus.

3 Et non cogn. *ante reuelationem tuam factam mihi.* Quia co. su. me con. *quod subditur,*

4 Dicentes. *Non est de textu, sed subintelligitur,*

5 Mittamus lignum, *est enim in terra illa arbor nomine taxus, venenata, & inde dicitur toxicum, id est, venenum: & toxico, icas, id est, venenare, a mutata in o. Et de ligno illius arboris minutatim inciso volebant ponere in cibo Ieremiæ, qui cibus nomine panis intelligitur, vt sic moreretur & amplius eos non argueret.*

ac penè toxico sublatus.

6 Tu au. do. Sabaoth. *Id est, exercituum, per quod angeli designantur.*

7 Videam vl. *Hoc non dicebat zelo vindictæ, sed amore iustitiæ: & maximè quia volebant verbum diuinum impedire.*

8 Propter hæc dicit do. ad viros Anathot. *Isti enim erant qui principaliter eum occidere volebant. Erat enim Ieremias de eadem ciuitate: & sic frequentius & acrius eos arguebat, propter quod magis odiebant eum; Et quia propter donum prophetiæ sibi magis inuidebant, quàm alij, eò quòd inuidia magis est inter compatriotas, & simul habitantes, quàm inter extraneos & longinquos, secundùm quod dicit Philosophus ij. Rhetoricæ. Cuius ratio est, quia inuidia est tristitia de bono alterius in quantum æstimatur proprij boni diminutiuum. Bonum autem seu excellentia alicuius multum longinqui non apprehenditur sic diminutiuum boni proprij, sicut excellentia propinqui: ideo subditur,*

Sui ciues Ieremiæ infensissimi.

9 Et dicunt, *ex inuidia moti,*

10 Non prophetabis, *id est, si tu cesses à prophetia sicut & nos, non interficiemus te.*

11 Propterea, &c. ego visitabo super eos, *pœnam debitam inferendo pro sua malitia, & patet littera.*

CAPVT XII.

A IVstus qui.tu es d. HIER.lib.3. Contra omnes iniquè agentes disputatio est, sicut in illo Psalm. *Quàm bonus Israel Deus his qui recti sunt, &c.* Sed præcipuè contra hæreticos. (Psal.72.a)

† CHRYSOSTOMVS lib.1. de prouidentia. Hæc solis nobis non sunt ambigua, verum & his, qui ante nos fuerunt, sanctis illis viris. Ait enim Iob, *vt quid impij viuūt, diuitijsq; veterascunt?* (Iob 21.) & beatus Dauid, *Paulominus effusi sunt gressus mei, pacē peccatorū videns.* (Psalm.72.) Post hunc & Ieremias, *Iustus es domine,&c.*

B *Quare via imp.&c.* (Ne in iudiciis Dei scandalizemur.) Ambigebant isti quidem atque inquirebant, sed non ita vt faciunt impij; neque enim accusabant Deū, neq; ex his, quæ fiunt, illius iustitiam reprehendebant. Sed alius quidem aiebat, *Iudicia tua abyssus multa:* (Psalm.35.) hic Ieremias prouidens ne quis suspicaretur, interrogationi iudicium suum præposuit,

C dicens, *Iustus es domine,* hoc est, Scio quidem à te omnia fieri iustè, modum autem ignoro quo fiunt.

CAP. XII.

[1] IVstus quidem tu es domine, si disputem tecum, verumtamen iusta loquar ad te: * Quare via impiorum prosperatur, benè est omnibus qui præuaricātur, & iniquè agunt? [2] Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructū. Propè es tu ori eorum, a & longè à renibus eorum. [3] Et tu domine nosti me, vidisti b me, & probasti cor meum tecum. Congrega eos, quasi gre- c gem ad victimam & sanctificā eos in die occisionis. [4] Vsquequò lugebit terra & herba omnis regionis siccabitur propter malitiā habitantiū in ea? Consumptū est animal, & volucre, quoniam dixerunt: nōn videbit nouissima nostra. [5] Si d e cum pedibus currens laborasti, quomodo poteris cōtende-

Interlinear: ¶ Hæreticorum. — a ¶ In lege. b ¶ Spoliando ecclesiam. — ¶ Sicut iactant. — ¶ Decipiendo. — a ¶ Vnde: Populus hic me labiis honorat: cor autem eorum longè est à me. ¶ Pater. — a ¶ Filium. Nemo enim nouit filium nisi pater, & nemo nouit patrem nisi filius. b ¶ In Ierusalem, vel in conciliabula. — a ¶ Vitiis. ¶ Sacrifica virtutibus. ¶ Interficiendo sanctifica. Quem enim dominus diligit, corripit, flagellat. — a ¶ Donec. [illegible]imus peccantium mutetur. b ¶ Sterilis. c ¶ Quæ in vsus hominum creata sunt, consumuntur pro peccatis eorum. — ¶ Causam scilicet. — a ¶ Cum omnia Dei prouidentia agantur. b ¶ Quod passuri sumus. — ¶ Alias peditibus. ¶ Lassitudine.

† CLEMENS ALEXANDRINVS lib.3.strom. Prophetæ non dicunt semper quæ à Deo audierunt, sed etiam annuntiant per anthypophoram ea, quæ vulgò iactantur à populo, tamquam quæstiones quasdam, quæ afferuntur ab hominibus; qualē est illud Ieremiæ, *Cur via impiorum prosperatur.*

a *Et tu domine.* HIER.l.3. Ac si dicat: Non est scandalum, si impij vel hæretici pro tēpore florēt. (Prosperitas hæreticorū non appetenda.) Licet enim proficiant, filios faciant, licet propè sis ori eorū, & longè à renibus eorū. i. à conscientia; non est tamen consolatio parua quod signantur ad victimam sicut pecora. D

b *Congrega eos.* IBID. In pascha, quando omnes congregabantur ad diem festum, tunc obsessi sunt & ducti in captiuitatem. (Quo anni tempore obsederint Chaldæi Ierusalem.)

† THEODORET. in hunc locum. Verbum istud sanctifica, dicit pro segrega. Segregat enim se qui vult sanctificari. Propterea Syrus, ἐυτρέπισον, id est, præpara posuit, pro ἁγίασον, quod est sanctifica.

c *Occisionis.* HIERON. IBID. Occisio hæreticorum, salus est deceptorum, cùm fuerint, scilicet, ecclesiastico iugulati mucrone. (Abac.1.a. † Iob 21.a.)

d *Si cum pedibus.* IBID. q.d. Si captiuitas vicinarum Gentium te fatigauit, Moabitarum, scilicet, Philisthiim, Ammonitarum, Idumæorum, qui propter difficultatem locorum non tam pugnæ quàm latrocinio apti sunt. E

† THEOD. Hoc ita interpretatus est Syrus, *victa es dùm curreres ad dimicandum cum peditibus, & quomodo equitibus reluctari poteris.* (Babylonij Iudæis equitatu superiores.) Itaq; quod dicit est eiusmodi, Hostes vicini, Moabitæ, Ammonitæ, Idumæi atque alienigenæ, exercitu pedestri bellū gerebant, & tu certans cum eis sæpè numero victa es, Quî fiet igitur vt resistas Babyloniis cum equestri exercitu in aciem prodeuntibus? F At secundùm interpretationem Græcam intelligendum est, nempe ob nequitiam tuam cursus labefactauit te, & viribus spoliauit, fortitudine verò destituta, quomodo repugnare poteris & gerere bellum cum his qui ingenti equorum numero militant?

e *Quomodo.* Id est, quid facies, cùm ad captiuitatem in Chaldæam veneris? Chaldæi enim & Persæ equis gaudent. (Ioan.19.c.)

Nam

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XII.

IVstus quidem. *Hic consequenter Ieremias plangit sibi aduersantium prosperitatem. Aliqui tamen expositores dicunt, quod plangit hic prosperitatem Chaldæorum, qui erant infideles: sed littera præcedens & subsequens magis consonat, quòd loquatur de viris Anathot persequentibus Ieremiam, vt dictum est. Et diuiditur in duas, quia primò per modum querimoniæ ponitur Ieremiæ quæstio; Secundò domini responsio ibi,* Si cum peditibus. *Circa primū dicit,* (Quorum prosperitatem hic plangat Ieremias?)

1 Iustus quidem tu es domine, si disputem tecum. *Hoc enim præmittit Ieremias ne videatur loqui temere de diuinis iudiciis hominibus occultis.*

2 Verumtamen iusta loquar ad te. *non per modum contentionis seu disputationis, sed per modum humilis quæstionis sicut discipulus quærit à magistro, volens doceri ab eo.*

3 Quare via impiorum, *id est virorum Anathot me persequentium,*

4 Prosperatur, benè est omnibus qui præuarican. & iniquè agunt, *id est, temporalia bona veniunt eis ad votum: ideo subditur,* (Anathothitæ quales?)

5 Plantasti eos, & radi. *id est, firmati sunt in terra filiis & amicis.*

6 Proficiunt, *in bonis temporalibus.*

7 Et faciunt fructum, *prolem multiplicando.*

8 Propè es tu ori eorum, *Erant enim sacerdotes, vt habetur suprà primo cap. erat enim Anathot vna de ciuitatibus sacerdotum, & sic diuinis laudibus laudabant Deum:*

9 Et longè à renibus eorum, *quia erant adulteri, secundùm quod dicitur suprà v.cap.* Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.

10 Et tu domine nosti me, vidi. me, & probasti me, *quia nihil eis nocui, sed magis proficere volui.*

11 Congrega eos quasi gre. *hoc dicit zelo diuinæ iustitiæ.*

12 Et sanctifica eos in die. *In Hebræo habetur,* Et præpara eos in die occisionis, *vt tua iustitia impleatur, & ne propter eorum malitiam terra vlterius sterilis reddatur: ideo subditur,*

13 *Vsquequo. *Iam enim, vt videtur, dominus induxerat siccitatem, de qua habetur infrà xiiij.cap.*

14 Consumptum est animal, & volucre. *victum in campis non inuenientia. Et causa huius siccitatis subditur, cùm dicitur,*

15 Quoniam dixerunt, *viri Anathot & alij mali,*

16 Non videbit, *scilicet dominus,*

17 Nouissima nostra, *Ad puniendum. Ex quo videtur, quod ceciderant in errorem, quo negatur animæ humanæ immortalitas, & sic post mortem non remanet punitio aliqua; vel illum errorem, qui negat diuinam prouidentiam se extendere ad actus humanos, eò quòd procedunt ex libero arbitrio, & sic non puniuntur à Deo.* (Duo errores, quod animæ sint mortales, & quod Deus actuum humanorum prouidentiam non habeat.)

18 Si cum pedibus. *Hic consequenter ponitur domini responsio, quantum ad duo, secundum ponitur ibi,* Reliqui. *Conquerebatur autem Ieremias de viris Anathot, eum persequentibus, & dominus respondet sibi, quod sit grauiora passurus di.* Si cum. *Metaphorica est locutio & est sensus, Si cum difficultate sustines persecutionem virorum Anathot qui sunt quasi pedites & parui momenti, quomodo sustinebis persecutionem regis & principum qui sunt quasi equites respectu eorum? & tamen oportebit te illam sustinere, vt habetur infrà xxxvj.* (Ieremias grauiora passurus quàm quæ ab Anathothitis.)

Cum

MORALITER.

† 1 *Iustus quidem.* Per hoc autem quòd sanctus Ieremias in hoc capit. dominum interpellat contra persecutores suos, eis optando pœnam temporalem, dicens infrà.

11 *Congrega eos quasi,* ostenditur: quòd innocentes possunt licitè zelo iustitiæ diuinæ optare pœnas corporales & temporales suis persecutoribus: quia sunt quædam medicinæ, vt sic vexatione dante intellectum corrigantur, vel saltem ad malè agendum impotentes efficiantur. (De optantibus pœnas inimicis ex zelo iustitiæ.) Sed quoniam innocentes parati debent esse ad grauiora sustinendum, si dominus voluerit, ideo sequitur,

18 *Si cum pedibus currens.* quod est minus.

† *Quomodo.* quod est grauius, q.d. Si pœnalitates vitæ præsentis cum difficultate sustines, quomodo pœnas purgatorij poteris sustinere? hæc enim meditatio, cum maiori potentia sustinere facit vitæ præsentis mala: & quoniam ad idem facit passionis Christi memoria, ideo subditur in eius persona, (Pœnæ Purgatorij.)

† Dedi-

HIER. lib. 3. Potest hoc de Christo intel- ... clamauerunt: *Crucifige eum: Non habemus re-* ... Relinquetur vobis domus vestra deserta.

ORIGEN. Non est mirandum si tunc truci nis terra eorum. Considera terram quæ in te est, quomodo exterminata sit, & videbis post aduentum Christi impleta esse quæ dicta sunt, mortificatis membris nostris super terram. Cùm iam nō operetur terra opera sua, nec fiant apud iustum ea quibus caro antea fouebatur, *fornicatio, scilicet, immunditia, luxuria, &c.* Vnde, *Non veni mittere pacem, sed gladium.* Antequam ille veniret, non erat gladius super terram, neque concupiscebat caro aduersus spiritum, neque spiritus aduersus carnē: Quando autē venit & docti sumus quæ sunt carnis vel spiritus, doctrina eius quasi gladius immissus diuisit terram, id est, carnem à spiritu, & exterminauit eam, quia mortificationē Iesu circumferimus in corpore nostro, & ideo non viuimus iuxta carnem, viuit autem spiritus, *seminamus non in carne, sed in spiritu, vt non metamus corruptionem de carne, sed de spiritu vitam æternam.*

Matt. 10. d. Gal. 5. c. — Qualem vitam nos edoceat doctrina Euangelica. — 1. Cor. 17.

a ¶ Id est, si in terra tua aliquam habuisti fiduciam, quid facies cùm Iordanem transieris? Cùm illius gurgites sustinueris.

re cum equis? [1] Cùm autem in terra pacis* secura fueris, quid fa-
¶ Tumore. ¶ Etiam. ¶ Idumæi. ¶ Moab & Ammon qui de Loth.
a cies in superbia Iordanis? [6] Nam & fratres tui & domus patris
a ¶ Cum Chaldæis.
tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te & clamauerunt post
a ¶ Quasi consanguinei, nemo nociuior quàm familiaris inimicus. b ¶ Veniens in hunc terrenum locum.
b te plena voce. Ne credas eis cùm locuti fuerint tibi bona. [7] Re-
a ¶ Id est, patrem. Pater in me ego in patre. b ¶ Cælestis Ierusalem.
¶ Iacob funiculum hereditatis eius. c ¶ Vnde, Potestatem habeo ponendi animam meam.
liqui domū meam, dimisi hereditatem meam: Dedi dilectam
a ¶ Iudæorum. b ¶ Populus Israel.
c animam meam in manus inimicorum eius: [8] facta est mihi he-
a ¶ Pariter rugiendo, Crucifige eum. b ¶ Vt quondam dilecta appelletur odiosa.
reditas mea quasi leo in sylua. Dedit contra me vocē, ideo odi-
a ¶ Tantam pulchritudinem habuit Israel, vt nihil esset bonorum quod non fulgeret in eo: sed nunc Venite, &c.
d ui eam. [9] Numquid auis discolor hereditas mea mihi? Nūquid
¶ Tamen. ¶ Diuersæ Gentes.
auis tincta per totū? Venite, cōgregamini omnes bestiæ terræ,
a ¶ Quoniam Deum suum non cognouerunt. ¶ Israel.
e properate ad deuorandū. [10] Pastores multi demoliti sunt vineā
¶ Sortem.
meam, conculcauerunt partem meam. Dederunt portionem
a ¶ Quondam. b ¶ Sine Deo
meam desiderabilem in desertum solitudinis, [11] posuerunt eam
¶ Id est auxilio meo destituta.
f in dissipationem, luxitque super me. Desolatione desolata est
¶ Deum.
omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde. [12] Super omnes vias deserti venerunt vastatores terræ, quia gladius do-
¶ Hostes.
a ¶ A termino vsque ad terminum.
mini deuorabit ab extremo terræ vsque ad extremum eius.
a ¶ Alij finis. b ¶ Etiam de vrbe fugientibus. c ¶ q.d. Expectauerunt bona, & venerunt mala: prospera, & ecce aduersa.
g Non est pax vniuersæ carni, h [13] Seminauerunt triticum, &

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22

a Nam & fr... [left column partly obscured] ... b Reliqui domū ... c Hereditas mea ... belue compar... hereditas ... hodie ... sylua ... zantes Christ... blasphemiant... delibus insidi... d Numquid auis ... lor hi. LXX. ... Iun. Numquid ... lenta bene ...

Lucæ 15. g. Marc. 14. — ¶ Tecturus, confusus.

B ... mihi Hiena nocturna bestia mortuorum deuorat cadauera, & de sepulchris effodit corpora, & cunctis vescitur sordibus, cuius immunditiæ Israel comparatur.

Hiena.

e *Pastores multi, &c.* HIER. IBID. Audiant hæc, qui principes volunt esse, & pro commissis sibi in die iudicij rationem reddere: propter illos enim pars domini conculcatur atque polluitur, & vbi quondam erat Dei hospitium, est habitaculum bestiarum. Alij non præpositos plebis & sacerdotes, sed hostiū principes intelligūt, qui populum Dei dissipauerunt.

Contra eos quorum demeritis loca sancta ad solitudinem deducūtur.

g *Non est pax, &c.* HIER. Caro pacem Dei in se recipere nō potest. *Sapientia enim carnis inimica est Deo, & qui in carne sūt, Deo placere nō possunt.* h *Seminauerūt.* IBID. Hoc quoque ecclesiasticis dicitur, qui verbū domini mala conuersatione disperdunt. De quibus per LXX. infertur. *Clerici eorū non proderunt eis.* Nihil eis enim proderit nomen episcopi, presbyteri, & huiusmodi, sed magis dignitatibus suis grauabuntur. Et: *Potentes potenter tormenta patientur.* Et: *Cui plus committitur, plus ab eo exigitur.*

Rom. 8. b. — Contra prælatos & clericos malos. — Sap. 6. a.

f *Desolatione.* ORIG. hom. in Ierem. Quoniam Iudęi compleuerunt mensuram patrum suorum & addiderunt ad prophetarum occisionem, etiā Saluatoris: tunc exterminatione exterminata est omnis

† ORI-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cùm autem in terra pacis. *id est, in ciuitate Anathot in qua natus & nutritus fuisti, & sic habes ibi parentes & amicos qui aliquam securitatem possunt dare tibi, & tamen ibi times.*

2 Quid facies in superb. *id est, in Ierusalem vbi oportebit te sustinere persecutionem? vt habetur infra xxvj. Vocatur autem Ierusalem hic superbia Iordanis, quia Iordanis fluuius frequēter intumescit in tantum, quòd exit ripas suas: sic Ierusalem propter potentiam & diuitias superbierat, & metas suas circa diuinum cultum supra modum exierat, ad idololatriam declinando: vt patet ex dictis præced. cap.*

Superbia Iordanis.

3 Nam & fratres. *Iidem viri Anathot qui sunt sacerdotes, sicut & tu.*

4 Et domus patris tui. *id est, aliqui tibi consanguinei.*

5 Etiam ipsi pugnauerunt aduersum te & clama. *cum aliis quærentes te intoxicare.*

6 Clamauerunt post te plena. *dicentes tibi verba pungitiua, vel potius verba detractiua quæ non dicuntur ante faciem, sed post, id est, occultè.*

7 Ne credas, &c. *Aliquando loquebantur ei pacificè, fingentes amicitiam, vt magis eum deciperent.*

8 Reliqui domum meam. *Hic ponitur secundum, de quo respondet dominus Ieremiæ, scilicet, de populi Iudæ destructione. Et primò denuntiatur hæc destructio; & secundò ipsius reparatio, ibi,* Et cùm euulsero. *Et ex istis duobus apparebit quæstionis Ieremiæ solutio. Circa primum dicit dominus,* Reliqui, &c. *id est, templum meo nomini dedicatum.*

Diuisio.

9 Dimisi heredit. meam, *id est, Ierusalem & Iudæam.*

10 Dedi dilectam animam, *id est, ita mihi dilectam, sicut est anima mea. Et dicitur hoc ad exprimendum amicitiam Dei erga locum & gentem, sicut aliquis de amico suo speciali dicit:* Talis est cor meum & anima mea.

11 In manus inimicorum, *id est, Nabuchodonosor & exercituum eius.*

12 Facta est mihi hereditas mea, *id est, gens Iudaica, secundum quod dicitur Isaiæ xix. d.* Hereditas mea Israel.

13 Quasi leo in sylua, *id est, à me extranea per idololatriam.*

14 Dedit contra me vocem, *dicendo contra me blasphemiam.*

15 Ideo odiui eam, *dimittendo eam in manibus inimicorum suorum; ideo subditur,*

16 Numquid auis discolor, *id est, rubricata sanguine in diuersis partibus? q.d. Sic, quia regnum Iuda fuerat afflictum partialiter ab Aegyptiis & Assyriis.*

17 Numquid auis tincta per totum, *id est, tota sanguinolenta. q.d. Sic, per Nabuchodonosor, qui totam terram destruxit occidendo & captiuando, ideo subditur.*

18 Venite, *properate ad deuorandum carnes occisorum.*

19 Pastores, *id est, principes exercitus Nabuchodonosor secundùm quod expositum est suprà ca. vj. in princ.* Ad eam venient pastores, &c.

20 Demoliti, *id est, populum Israel, sicut dicitur Isaiæ v.* Vinea domini exercituum domus Israel est.

21 Lux. *afflictione dante eis intellectum. Cætera patent vsque ibi,*

22 Seminauc. *Quod exponit Rab. Sal. dicens, quod imminente destructione ciuitatis Iudæi fecerunt aliqua bona, sed non valuerunt eis, eò quòd non fecerant debitam pœnitentiam de malis præteritis, secundùm monitionem Ieremiæ suprà positam iiij. cap.* Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. *Potest etiam hoc exponi, quia dominus ante aduentum Nabuchodonosor immiserat sterilitatem per quam non fuit reuersus populus ad pœnitentiam.*

Qualē pœnitētiam egerint Iudæi imminente vrbis destructione.

Con-

MORALITER.

10 *Dedi dile. ani. meam in manus ini. fa. est, &c.* Id est plebs Iudaica.

13 *Quasi leo in sylua, &c.* rugiens contra me nequitia magna.

14 *Dedit contra me vocem,* dicens: *Crucifige, crucifige eum.*

15 *Ideo odiui eam,* volendo per Romanos eius punitionem; de qua subditur,

16 *Numquid auis, &c.* Fuit enim plebs Iudaica per Romanos partim rubea ex sui sanguinis effusione, & partim nigra ex ciuitatis cum populo combustione. Et quoniam principes Romanorum non solùm persecuti sunt Iudæam, sed etiam postea grauiter ecclesiam tempore Neronis & aliorum tyrannorum, ideo subditur pœna eorum cùm dicitur,

Iudæi per Romanos exterminati.

† ORIGENES hom.7. Nos qui in clericatus ordine vobis præsidemus nosse debetis, non statim esse saluandos, quia clerici sumus; multi enim clerici pereunt, & laici beatissimi reperiuntur: sed si ordinem pariter mereamur, & habeamus, Quia igitur sunt quidam clerici non ita viuentes, vt & ipsi ex ordine capiant fructum, & ornamento suæ sint dignitati, idcirco aiunt, qui exposuerũt prophetam nunc dicentem, *Cleri eorum non proderunt eis.*

Etiam de clericis aliqui pereunt.

† THEODOR. hoc loco. Admonet non esse collocandam in fertilitate terræ fiduciam, sed in bonis illius operationibus. Qui enim nequitia vtitur, spinas ex ea colligit.

a *A fructi.* HIER. lib.3. LXX. A gloriatione vestra, vestibus, scilicet, pretiosis, domibus exornatis, possessionibus multis, sæculari sapientia: *Qui autem gloriatur in domino, glorietur.* Et, *in cruce domini nostri Iesu Christi.* Et, *in infirmitatibus suis, vt inhabitet in eo virtus Christi.*

1.Cor.1.d. Gal.6.d. 2.Cor.11.g. & 12.c.

messuerunt spinas: hereditatem acceperunt, & non eis profuerunt. [a Rerum omnium abundantiam à domino acceperunt.] [a Quibus, scilicet cleri non proderunt.]

a derunt. [1] Confundemini à fructibus vestris propter iram furoris domini. [2] [14] Hæc dicit dominus aduersum omnes vicinos [3] meos pessimos, qui tangunt hereditatem quam distribui populo meo Israel. [4] Ecce ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eorum. [5] [15] Et cùm euulsero eos [6] conuertar, & miserebor eorum, & reducam eos virum ad [7] hereditatem suam, & virum in terram suam. [16] Et erit si eruditi didicerint vias populi mei vt iurent in nomine meo, viuit dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal, [8] [9] [10] [11] ædificabũtur in medio populi mei. [12] [17] Quod si non audierint, euellam Gentem illam euulsione & perditione, ait dominus,

[Vel vastant.] [Id est, ecclesiam.] [a De faucibus inimicorum hæreticorum.] [Ecclesiam.] [Viuentium.] [a Redeuntes ab hæreticis.] [b In ecclesia.] [c Non idolorum quæ de corde finxerunt.] [A domino pars populi sui.] [a Verba mea.] [a Remanentes in hæresi.] [De populo meo.] [b Perpetua vt non relinquatur locus pœnitentiæ. Hoc quotidie cernimus & rebus probamus quod hæretici fidei veritatem simulant vt simplices decipiant, ipsi tamen numquam redeant.]

† THEODORETVS vbi suprà. Quæ putatis illustrare vos, verbi gratia, opes, potentiam; hæc vos pudore perfundent, dum causam agetis apud Deum: Eius enim beneficia abundè experti, contraria illi rependistis.

b *Vicinos.* HIERONYMVS. Ad litteram, Idumæos, Philisthiim, Moab, & Ammon.

ALLEGORICE. Hæreticos qui Christiani dicuntur, & magis Terræ sanctæ fiunt affines quàm habitatores.

Hæretici.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Confundemini, *in captiuitatem ducti.*

2 A fructibus. *Id est, propter demerita vestra.*

3 Hæc dicit do. *Hic consequenter ponitur populi Iudæ reparatio, & hoc ad consolationem bonorum, sicut præmissa est destructio ad confusionem malorum: Præmittitur tamen destructio aduersariorum, cùm dicitur:* Hæc dicit dominus aduersum omnes vicinos. *Isti erant Idumæi descendentes ab Esau fratre Iacob, & Moabitæ, & Ammonitæ qui descenderant de Loth nepote Abrahæ: propter quod debebant Iudæos diligere; & ipsi è contrario aduersabantur eis, & incitauerunt Nabuchodonosor contra eos, & in eius exercitu venerunt contra Iudæam: ideo subditur,*

Gentes Iudææ vicinæ & cognatæ.

4 Qui tangunt. Ecce ego euellam eos, *quia post captiuitatem Iudæorum ipsi fuerunt satis citò captiuati.*

5 Et domum Iuda. *quia ipsi habitabant circa terram Iuda.*

6. Et cùm euulsero eos. *scilicet, Iudæos.*

7 Conuertar. *& hoc fuit impletum tempore Cyri regis Persarum qui remisit captiuitatem Iudæorum, vt habetur, Esdr.1.a. & quia plures de Babyloniis conuersi ad Iudaismum venerunt cum eis, ideo subditur,*

Conuersi ad Iudaismũ de Babyloniis.

8 Et erit si eruditi. *à Iudæis. Aliqui libri habent: Eruti, & malè.*

9 Didicerint vias populi mei. *Idololatriam dimittendo, & vnum Deum colendo.*

10 Vt iurent in nom. meo. *Iuramentum enim tale, quando habet circumstantias debitas, fit in reuerentiam Dei.*

11 Si docuer. pop. me. *quia ante conuersionem inducebant Iudæos ad ritum Gentilem.*

12 Ædifica. *fide moribus & temporalibus bonis.*

MORALITER.

† 3 *Hæc dicit dom. aduer. om. vici.* Dicuntur autem Romani Christianorum vicini, eò quòd Christiani inter eos habitabant.

Imperatores Romani Ecclesiæ persecutores.

† *Euellam.* Plures enim imperatores Romani Christianorum persequutores fuerunt de sua dignitate deiecti, scilicet Nero, Domitianus & plures alij.

6 *Et cum.* scilicet tempore Constantini, qui baptizatus percepit gratiam Christi, & cum eo magna pars populi Romani.

CAP. XIII.

a *HÆc dicit dominus.* HIER. lib.3. Vir sanctus lumbare Dei dicitur, qui de limo terræ assumptus est, & eius consortio copulatur. Et quodammodo quæ in ecclesia videntur obscœna maiori diligentia circumdat, ne Gentilium & hæreticorum morsibus pateant. Hoc lumbare si aquam tetigerit, & Euphratis fluenta transierit, Assyrio humore imbutum perdit pristinam fortitudinem, & computrescit. Et quamuis redeat in vsum Dei, tamen pristinam pulchritudinẽ habere non poterit: non Dei duritia, sed sua culpa, qui noluit audire verbum domini. Caueat ergo qui potest dicere: *Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Ne fortè per negligentiam ab illius renibus separetur, & transeat Euphratem & detur in potestate Assyrij regis, & nequaquam in solidissima petra, sed in foramine petræ corruptæ atque vitiatæ, hoc est hæreticorum sordibus & vitiis occupetur, & in tantam veniat putredinem, vt in vsum & cinctorium domini vltrà redire non possit.

Vt Deo adhæreamus.

Psal.72.d.

Damnum quod incurrit derelinquentes Deum.

CAPVT XIII.

HÆc dicit dominus ad me: Vade & posside [1] tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, [2] & in aquam non inferes illud. [3] [2] Et possedi lumbare iuxta verbum domini, & posui circa lum-

[a Sicut ego filios Israel.] [Vel cinctorium.] [Ne corrumpatur.] [Vel cinctorium.]

b *Lumbare, &c.* IBID. Populus Israel est. Qui sicut linum de terra assumptus & illotus nec molliciem habet nec candorẽ, & tamen per Dei misericordiam Deo adhæsit. Cùm autem peccasset trans Euphratem, id est, in Assyrios eductus, & ibi absconditus, id est, multitudine innumerabilium Gentium quodammodo absorptus & nihil

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XIII.

1 HÆc dicit. *Superius à principio tractatus huius libri descripta est circa populum regni Iuda malitiæ grauitas, hic consequẽter describitur ipsius incorrigibilitas seu irreparabilitas. Et diuiditur in septem partes secundùm septem modos ostendendi propositum. Partes patebunt prosequendo; Primus autem modus continetur in hoc cap. videlicet per parabolam lumbaris putrefacti ad nihilum vltrà valentis. Et diuiditur in duas partes, quia primò parabola ponitur ad propositum, secundò ad hoc adducitur exemplum, ibi,* Si mutare potest. *Prima in duas, quia primò parabola ponitur, & secundò exponitur, ibi,* Et factum est. *Circa primum dicitur,*

Populi Iuda incorrigibilitas. Diuisio.

2 Et pones illud sup. lumbos. *te accingendo.*

3 Et in aquam non inferes. *ne ex madefactione citius putrefiat, sed magis aliundè. Cetera patent in littera.*

MORALITER.

1 *Hæc dicit do.* Per Ieremiam, qui interpretatur excelsus, signatur dominus noster Iesus Christus ad patris dexteram eleuatus, Marc. vlt. Per lumbare verò lumbis eius adhærens, populus Christianus, qui sibi adhæret per fidem formatã charitate. Sed quia multi ab ea declinant, iubetur lumbare poni in Euphrate, per quod signatur declinatio ad amorem terrenæ cupiditatis & delectationis carnalis, & putrescit vitiis. Per foramen petræ in quo ponitur, obstinatio in malis signatur, & sic inutilis ad omne bonum homo redditur, ideo dicitur: *Et ecce computruerat lumbare.* Ita vt nulli vsui aptum esset. Et sequitur pœna cùm dicitur,

Declinatio fidelium ad mundana.

† MORA-

...8. Cur cinctorium dicitur lineum? Linum ex ... cùm semen eius in humum fuerit abiectum, ... pullulat, deinde demessum transfertur do... lauatur, teritur, tunditur, ingenti opera excutitur, ... ex quo ... cinctorium, ... quid in vsus ... operari. ... ergo vniuersi ... generationem ... de terra, quod in ... Dei pe... multa cura ... vt lauemur, vt colorem ter... abiiciamus.

Homo ... comparatur.

B a *Et abscondé*, &c. ORIG. supra. Iudæi indigni, extiterunt Deo, & proiecti sunt abeo, nobis pro illis accinctus est Deus. Neque enim putandum est cinctorium abiicientem mansisse incinctum statim vt illos proiecit, alios sibi contexuit, id est, ecclesiam de Gentibus quæ ex nigra facta est lucida atque candida: vnde, *Quæ est ista quæ ascendit dealbata?* Sciat tamen, C quia si naturalibus ramis non pepercit, nec sibi parcet, si non fuerit digna lumbo eius: id est, si non adhærens domino, vnus spiritus fuerit in Christo.

Vocatio Gentium abiectis Iudæis.

Cantic. ...

b *Et tuli lumbare.* HIER. lib. 3. In captiuitate. Significat autem, quod propheta in typum domini populum liberat, sed nihilominus populus peccat. Postea deos alienos sequitur, ad extremum in Dei filium manus mittit, ideo D æterna perditione contabescit.

† THEODORETVS hoc loco. Per prædicta mirificam Dei bonitatem declarat, & copulationis modum edocet, & quod decreuerat eos claros & illustres reddere, at illi per iniquitatem probra sibi contraxerunt.

(¶ Postquam peccauit.) bos meos. [3] Et factus est sermo domini ad me secundò, dicens: (a ¶ A te sicut ablatum est à me.) [4] Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, (a ¶ Quia ego surgam in vindictam. b ¶ Assyrios. c ¶ Prædica absorbendum.) a & surgens vade ad Euphraten, & abscondé illud ibi in foramine petræ. (¶ In typo domini.) [5] Et abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi dominus. [6] Et factum est post dies plurimos, dixit dominus ad me, Surge & vade ad Euphraten (a ¶ Sicut ego reducam filios Israel.) & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi, vt absconderes illud ibi. [7] Et abij b ad Euphraten (¶ In signum captiuitatis.) & fodi, & tuli lumbare de loco vbi absconderam illud. Et ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset. [8] Et factum est verbum domini ad me, dicens: 1 (a ¶ Adaptat similitudinem.) [9] Hæc dicit dominus Deus, Sic computrescere faciam superbiam Iudâ, (a ¶ Duarum tribuum Iuda.) 2 & superbiam Ierusalem multam, [10] populum istum 3 (a ¶ Vitia sua sequentes.) pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in praui- 4 tate cordis sui, 5 abieruntque post deos alienos, vt seruirent 6 eis, & adorarent eos. 7 Et erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est. [11] 8 Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, (¶ Decem tribus.) sic agglutinaui mihi 9 omnem domum Israel, & omnem do- 10 (¶ Duas tribus.) mum Iuda, dicit dominus, 11 vt essent mihi in populum, & in 12 (a ¶ Tamen. ¶ Me qui hæc omnia feci.) nomen, & 13 in laudem, & in gloriam, 14 et non audierunt. [12] 15 Dices ergo ad eos sermonem istum, Hæc dicit dominus Deus Israel: (a ¶ Bonus, scilicet, vel malus. b ¶ Singulorum meritis congruo.) c 16 Omnis laguncula implebitur vino: & dicent ad te, Numquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino? [13] Et dices (a ¶ Non solùm vulgus ignobile.) d ad eos, 17 Hæc dicit dominus, Ecce ego implebo omnes habitatores (a ¶ Id est. b ¶ Ecclesiarum. c ¶ Resupini, erecta ceruice, protenso aqualiculo. i. stomacho.) terræ huius, et reges qui sedent de stirpe Dauid super (a ¶ Secundus in ecclesia gradus. b ¶ Qui videntur habere scientiam scripturarum. c ¶ Pro peccatorum varietate.) thronũ eius, & sacerdotes & prophetas, & omnes habitatores

c *Om. lagun.* HIER. suprà. Hæc est ebrietas, qua obliuiscimur præceptorum Dei, & vitiis atque peccatis humana impletur conditio: vnde, *Non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens.* Non ad comparationem Dei, vt veteres & noui volunt hæretici, & eorum patroni, sed ad scientiã eius. *Homo enim videt in facie, Deus in corde:* & quod nobis mũdum videtur, ei immundũ deprehenditur. Verbũ Hebraicum *nebel* Aquilę prima editio, *lagunculam*, Secũda ipsum *nebel*. Symmach. *craterẽ*, LXX. *vtrem*. Theodotio *vas*, interpretati sunt, quod omne vino tantũ & ebrietate completur. Sumus enim vas fragile, & thesaurum habemus in vasis fictilibus in qũibus id cõpletur, *Non habitat in carne mea bonum. Non enim quod volo bonũ, hoc facio sed quod nolo malum, hoc operor.* Et, *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?*

Ebrietas qua obliuiscimur præceptorũ Dei.

Psal. 142. a.

1. Reg. 16. b. E

2. Cor. 4. b. Rom. 7. d.

Ibidem. F

Rom. 7. d.

d *Ecce ego.* THEOD. Vltionem vocauit ebrietatem. Qui enim in grauissimas calamitates labũtur, sunt perturbatis similes, qui prę grauitate doloris lugere nequeũt.

Ebrietas pro vltione.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et factum. *Hic consequenter exponitur parabola, & primò quantum ad populi Iuda culpam; secundò quantum ad pœnam, ibi,* Dices ergo. *Circa primum dicitur,*

2 Sic computresce. faciam superbiam Iuda. *eam annihilando & per hoc insinuatur quod* Nabuchodonosor *non annihilauit gloriam regni Iuda virtute propria sed diuina: sicut lumbare non fuerat putrefactum ex madefactione aquæ, nec ex loci conditione, quia erat absconditum in foramine petræ, sed diuina voluntate.*

Diuina voluntate non sua potestate Nabuchodonosor deleuit Iudam.

3 Populum. *Primò propter eius inobedientiam, ideo subditur,*

4 Qui nolunt. *Secundò, propter nequitiam in proximum, cùm dicitur:*

5 Et ambulant. *ex certa scientia nocumentum inferentes proximis suis in rebus per auaritiam, sicut dictum est suprà vj. c.* A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, &c. *& in vxoribus per luxuriam, sup. v. c.* Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.

6 Abieruntque post. *per idololatriam.*

7 Et erunt sicut lumbare istud, *destructi & annihilati.*

8 Sicut enim, &c. sic agglutinaui mihi, *id est, adiunxi mihi.*

9 Omnem domum Israel, &c. *quantum ad decem tribus.*

10 Et omnem domum Iuda, *quantum ad duas.*

11 Vt essent mihi in populum, *dando eis legem in monte Sinai præ ceteris populis.*

12 Et in nomen. *vt nominarentur specialiter populus Dei.*

13 In laudem & glo. *Id est, vt essent famosi per totum orbem, supple si audirent verba mea debitè obediendo.*

14 Et non audierunt, &c. *in contrarium rebellando.*

15 Dices ergo. *Hic consequenter subditur debita pœna, & diuiditur in duas partes, quia primò ponitur denuntiatio pœnæ quantum ad omnes generaliter, secundò quantum ad principes specialiter, ibi,* Dic regi. *Circa primum præmittitur parabola, cùm dicitur,*

16 Omnis laguncula implebitur vino, & dicent ad te: numquid ignoramus, quia omnis laguncula implebitur vino? *Est autem laguncula vas terrenum ad reponendum vinum: & quia acceperunt verba prophetæ ad litteram, ideo exponit parabolam dicens,*

Laguncula.

17 Hæc dicit dominus, ecce ego implebo omnes, &c. *Id est, sicut laguncula materialis impletur vino, sic totus populus regni Iuda quantum ad maiores & minores & mediocres, replebitur spirituali ebrietate, id est, defectu mentis & corporis ad resistendum aduersariis sicut ebrietas aufert sensum & membrorum vsum.*

10 Et Et

MORALITER.

† 17 *Hæc.* Per vinum enim mordicatiuum signatur pœna, vt patet in littera sequente: & per impletionem langunculæ magnitudo pœnæ.

A a *Et disper.* HIER. lib. 3. rationabili ira, vt reducam ab errore, doloribus, & tormentis, qui sermone non potuerunt conuerti.

† ORIGENES hom. 9. Iusti congregantur, peccatores disperguntur. Scio quosdam reges eos qui imperio suo insidiati sunt ad desertas insulas deportari solitos, & pro magnis suppliciis hoc iubere ne in vno loco exilij penuriam sustineant, sed in aliam partem orbis, vxor, in aliam liberi exterminentur, vt ne in calamitatibus quidem suis perfruantur solatio, aut pater filij, aut mater filiæ, aut frater fratris. Simili modo peccator per quamdã dispensationẽ Dei maiora tormenta solitudinis perpetitur, si solus in exiliũ relegetur, vt emẽdatus in statum pristinum redeat.

Exilium peccatoris.

B b *Non parcam.* HIER. suprà. Non crudelitate sententiæ, sed iudicij seueritate: Qui enim trucidarũt, in æternum peribunt. Hoc iuxta historiam simpliciter accipimus, quod reges & sacerdotes & omnis populus Ierusalem calice Babyloniæ sit inebriandus, & captiuitate obruendus.

† ORIGENES vbi suprà. His verbis moti dicunt hæretici (Basilidiani.) Videsne qualis sit prophetarum & legis Deus, qui dicit se non parciturum? Quomodo potest esse bonus? Accipiam exemplum iudicis, pro vtilitate communi quibusdam non miserentis. Huic si offeratur latro honesta forma, ætate satis integer, ex alio latere mater expansis crinibus deprecetur vt senectutis suæ misereatur, ex alio vxor ne virum suum interficiat, circumstent & paruuli orbi futuri quid faciet iudex? Si misertus fuerit, reuertetur homicida ad pristinum scelus; sin verò iudiciaria seueritate permanserit, vnus homo interibit, & vniuerso populo prouidebitur. Sic Deus si pepercerit peccatori, & noluerit eum punire, quis non accipiet licentiam similia audendi? Hæc in ecclesia possumus considerare. Peccauit quispiam & post peccatum postulet communionem: Si ei concediitur quod rogat, in incommodum omnium venia procedit, & laxatis frænis sceleribus panditur via. Sin verò considerauerit populi damnum in vnius venia, non dubium est, quin faciat eiici vnum de ecclesia, vt multos saluet incolumes. Idcirco ignis æternus præparatus est, non tam ob eum qui puniendus est quàm propter vniuersos homines, *Pestilente flagellato, imprudens callidior erit.*

Contra Basilidianos, qui Deum veteris testamenti nõ esse bonum Deũ dicunt.

C

Expedit malos punire.

Prouer. 19. d

c *No. ele.* † ORIGENES. Cum multis vitiis genus vexetur humanum, hoc peccato (superbiæ) maximè premitur. Nec vnus modus est superbiæ; Alius stultorum more in his effertur quæ magis pudore digna sunt: Alius quasi veri simulatione seductus super his eleuatur, quæ sibi digna gloria putat, cùm & in talibus periculosum sit gloriari.

D Multi superbiendi modi.

d *Date domino, &c.* HIER. Ad pœnitentiam prouocat, antequam ducantur in Babylonem.

ALLEGORICE. IBID. Date do. &c. q. d. *Operamini dum dies est: veniet nox, cùm non poteritis operari.* Vnde & Isaias: *Stellæ cæli non dabunt lucem, & tenebrabuntur orto sole, &c.* Et Sophonias: *Dies tenebrarum & turbinis.*

Ioan. 9. a. Isaiæ 13. b. Soph. 1. d.

† ORIGENES vbi suprà. Quomodo damus Deo nostro gloriam? Non verbis & vocibus tantum glorificandus est dominus. Glorifica eum in castitate & iustitia & beneficentia: Glorifica eum in fortitudine, patientia, pietate, sapientia, cæterisque virtutibus.

E Opere etiã non tantum verbo glorificandus est Deus.

a ¶ Id est. b ¶ Vt crescat dolor pœnæ, dum mutuis se non consolantur alloquiis. c ¶ Ebriosos. d ¶ Vt diuersis polluantur erroribus & hæresibus, vt sub nomine Christi dimicent contra matrem suam ecclesiam.

a Ierusalem ebrietate, [14] et dispergam eos virum à fratre suo, & [1]

b patres & filios pariter, ait dominus. Non parcã, & non con- [2]

a ¶ Ergo tam intrinsecus quàm extrinsecus, tam mente quàm corpore.

cedam, neque miserebor, vt non disperdam eos. [15] Audite & [3]

a ¶ In superbiam. q. d. Cogitate fragilitatem vestram, quia nullus est qui pro qualitate peccati hac ebrietate careat.

c auribus percipite, nolite eleuari, quia dominus locutus est.

a ¶ Id est, agite pœnitentiam: vnde alibi, Date gloriam Deo vestro. b ¶ In die iudicij.

d [16] Date domino Deo vestro gloriam, antequã tenebrescat, & [4] [5]

¶ Vobis in Babylone. a ¶ Babylon & omnis regio Chaldæorum, montes caliginosi dicuntur, vnde Isaias, Super montem caliginosum eleuate signum. b ¶ Dæmones qui cruciatibus præpositi. ¶ Vobis.

antequam offendat pedes vestri ad montes caliginosos. Ex-

¶ Hic. ¶ Ibi.

pectabis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in cali- [6] [7]

¶ Vt nec gemitus quidem & ploratus liber sit, nec victores offendantur.

e ginem. [17] Quòd si hoc non audieritis, in abscondito plorabit [8]

a ¶ Dei, vel prophetæ. b ¶ Victorum. ¶ Impœnitentium. c ¶ Vnde. ¶ Id est, dolorem meum dissimulare non potero.

anima meã à facie superbiæ. * Plorans plorabit, & educet [9] [10]

a ¶ Ironice. b ¶ Vox domini ad prophetam.

f oculus meus lacrymam, quia captus est grex domini. [18] Dic [11]

a ¶ Ioachin. b ¶ Matri eius. ¶ Puluere.

g regi & dominatrici: Humiliamini sedete in terra: quoniam

a ¶ Regia dignitas Babylonio tradita.

descendet de capite vestro corona gloriæ vestræ. [19] Ciuitates [12]

a ¶ Iudæ & Ierusalem quæ ad austrum versa. b ¶ Obsidione clausas.

austri clausæ sunt, & non est qui aperiat. Translata est om- [13]

¶ O habitatores Ierusalem.

nis Iuda, transmigratione perfecta. [20] Leuate oculos vestros, [14] [15]

Threñ. 1. a. * Infra 31. c.

e *Quod si hoc non audieritis.* HIER. Dicamus Iudæis & nostris Iudaizantibus, qui litteram occidentem sequuntur, *Nisi*, scilicet, *audieritis in abscondito*, id est, in mysterio, vel secundùm Aquilam, *in tenebris*, quas posuit Deus latibulum suum; Et, iuxta Salomonem, intellexeritis parabolam & tenebrosum sermonem, plorabit anima prophetæ à facie superbiæ eorum.

Psal. 17. b. Prou. 1. b.

F f *Captus est.* IBID. à diabolo vel Nabuchodonosor, vel contritus. Aliquando Israel fuit grex domini, Sed quia indignos se iudicauerunt salute, conuersus est sermo ad Gentes. Caueat oleaster in bonam oliuam contra naturam insertus, ne & ipse conteratur.

g *Dic regi & dominat.* IBID. Verbum Hebræum *Gebira*, Aquila & Symmachus dominatricem & dominam interpretati sunt. LXX. putantes esse *Geburoth*, potentes dixerunt, *Dic regi & potentibus.* Delirat in hoc loco qui regem Christum, & potentes angelos intellexit, vt assumant corpus humilitatis, & in puluere sedeant, & amittant de capite suo coronam, & gloriam fortitudinis. Ciuitates quoque austri clausas, infernum, quæ nulli aperiantur, & omnem gloriam Iudæ esse translatam, quando in passione completum est, *Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Dic regi & domina. &c.* Manichæus dicebat naturam bonam à Deo creatam, malam verò à diabolo. Et quod quidam angeli passi sunt pro redemptione dæmonum, & post iudicium portas inferni claudi, & nullum ibi puniri, quod Origenes sentire videtur, quod friuolum est.

Psal. 13. Manichæi & Origenis errores.

Tu

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dispergam eos, *in captiuitatem ad diuersas ciuitates & loca.*

2 Neque miserebor, &c. q. d. *Bene tamen miserebor in alio, scilicet postea reuocans ipsos sicut dictum est cap. præced.*

3 Audite, &c. *Verba sunt Ierem. reuocantis populum ab errore.*

4 Date do. Deo ve. &c. *confitendo humiliter culpam vestram & eius iustitiam, sicut Iosue dixit Achan Ios. vij. c.* Fili, Da gloriam Deo, &c.

5 Antequam tene. &c. *id est, antequam tribulatio importabilis super vos veniat.*

6 Expe. lu. *id est, consolationem à rege Aegypti à quo tempore Sedechiæ sperauerunt contra Nabuchodonosor auxiliari.*

7 Et ponet, &c. *quia fiducia fuit eis occasio destructionis, vt dictum est suprà frequenter.*

8 Quòd si hoc non audieritis, *in malo perseuerando.*

9 In abscondito plora. &c. *vobis compatiens.*

10 A facie superbiæ. *i. de malis vobis superuenientibus propter superbiã vestrã.*

11 Dic regi. *Postquam posita est pœna super totum populum generaliter, hic consequenter ponitur quantum ad principes specialiter, cùm dicitur:* Dic regi & domina. &c. *quod exponit Rab. Sal. de Ioachim filio Iosiæ & matre eius, qui reddiderunt se Nabuchodonosor, & duxit eos in Babylonem, vt habetur infrà xxix. cap. Littera tamen sequens magis concordat, quòd intelligatur de Sedechia rege & eius vxore, qui captus fuit à Nabuchodonosor & excæcatus.*

Qui hic & cantur Rex & dominatrix.

12 Ciuitates austri clausæ sunt, *Præ timore Nabuchodonosor venientis contra Sedechiam: & dicuntur hic ciuitates regni Iuda ciuitates austri, quia regnum Iuda respectu regni Israel est in parte australi.*

13 Et non est, &c. *id est, exire audeat.*

14 Transla. est omnis Iu. *quod fuit sub Sedechia: translatio enim quæ fuit sub Ioachim, fuit tantum partialis.*

15 Leuate ocu. &c. *ab aquilone, exercitus enim Nabuchodonosor venit ab illa parte.*

Vbi

a *Tu enim docuisti eos aduersum te,&c.* HIER. lib. 3. Quando Ezechias A ostendit thesaurum nuntio regis Babyloniæ. *Tu enim, &c.* Audiat hoc ecclesia negligens, quæ docet aduersarios suos quomodo possint eam spirituali captiuitate comprehendere, & pecus eius bestiali crudelitate lacerare.

bile est: vt non Æthiops vel pardus suam naturam mutare videatur, sed qui in illis operatur. Vnde Apostolus, *Omnia possum in eo qui me confortat.* Et: *Non autem ego, sed gratia Dei mecum.* Et: *Viuo ego, iam non ego, viuit verò Christus.* Et: *Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quare gloriaris quasi non acceperis? Non igitur glorietur sapiens in sapientia sua, vel fortis in fortitudine sua*, & huiusmodi, quæ in omnibus operatur virtus Christi.

Contra eos qui sui proditores sunt. 4. Reg. 20. c. — Luc. 19. e. Phil. 4. c. Gal. 2. d. 1. Cor. 15. b. 1. Cor. 4. b. Ierem. 9. g.

b *Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata.* HIERON. IBID. Hinc discimus, quamdiu peccata sunt minora, Deum patienter agere, & pœnitentiam nostram expectare: Si autem delictis delicta copulamus, & cumulos peccatorum facimus, B reuelabuntur pudenda nostra, vel in hoc seculo, vel in futuro. Nihil enim opertum, quod non reueletur, quando illud Danielis implebitur, *Isti resurgent in vitam æternam, & illi in opprobrium & confusionem sempiternam.*

Periculosum est peccata peccatis addere. — Matth. 10. c. — Dan. 12. a.

C c *Si mutare po. &c.* IBID. Hoc testimonio vtuntur, qui diuersas naturas asserere conantur; tantam nigredinem vel varietatem peccatorum dicentes, vt in candorem & niuei coloris pulchritudinem transire nô possit: Non hoc attendentes, *cùm didiceritis malum*; Quidquid enim discitur, non naturæ est, sed studij, & propriæ voluntatis, quæ consuetudine peccandi quodammodo in naturam transit. Sed quod hominibus impossibile est, Deo possibile

Peccata deleri posse nec esse substantias.

(Chaldæi. — a O Ierusalem. — b Populus. — c A Deo.)

& videte qui veniunt ab aquilone. Vbi est grex qui datus est [1]

(a Inclyta multitudo, quasi tota prouincia in vnum congregata. — b In virga Babyloniis tradendo)

a tibi, pecus inclytum tuum? [21] Quid dices cùm visitauerit? Tu [2] [3]

(a Ad eorum auxilia confugiendo, & idola colendo qui sub occasione amicitiæ didicerunt, qua venirent ad te.)

enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum. [4]

(Captiuitatis.)

Numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem par- [5]

(Id est si causam quæris.)

turientem? [22] Quòd si dixeris in corde tuo, quare venerunt mi-

(Respondeo. — a Sublatis vestibus.)

b hi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt [6]

(a Sicut meretricis vt publicè pateat fornicatio tua. — b q.d. Ipsi non possunt, Deus potest.)

c verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. [23] Si mutare potest [7] [8]

(a Niger in peccatis. — b Diuersitates vitiorum.)

Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos pote- [9]

(Studio, non natura. — a Quia studio peccandi non potuerunt mutare naturam.)

ritis bene facere, cùm didiceritis malum. [24] Et dissemînabo eos [10]

(a Vnde, Tamquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. — b O Ierusalem.)

quasi stipulam, quæ vento raptatur in deserto. [25] Hæc sors tua [11]

(a Quam elegisti tibi, vnde: In qua mensura mensi fue. re. &c. — b Causa dispersionis Israel.)

pàrsque mensuræ tuæ à me dicit dominus, quia oblita es mei, [12]

(Temporalibus. — a Vel posteriora tua, vt scilicet videat ignominiam suam, & quæ retro esse debent fiant in prioribus.)

d & confisa es in mendacio. [26] Vnde & ego nudaui femora tua [13]

(a Omnibus.)

contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua: [27] adulteria [14] [15]

(a Quasi equarum quæ insaniunt ad coitum. Vnde Virgilius, Lentum distillat ab inguine virus. — Non solum in ciuitate.)

e tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ. Super colles in [16]

(Idola. — Ergo. — a Quamuis iactes te sequi vestigia mea, & mei nominis ventiles confessionem.)

agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ierusalem: Non mun- [17] [18]

(Expectabo, quamdiu feram.)

daberis post me: Vsquequo adhuc? [19]

† THEODORET. in hunc locum. Vetus profectò sermo, consuetudinem, scilicet, esse alterâ naturam. Omnia enim, quæ longa consuetudine comparauit animus, E paria censentur cum naturalibus. Quapropter minatur se dissipaturum illos instar stipularû, quæ à turbine venti huc illuc agitantur. Ceteram recenset multitudinem peccatorum eius intemperantiam, temeritatem & idolorum cultum.

Consuetudo quasi altera natura.

d *Nudaui.* HIER. vbi suprà. Rogemus Christum, vt nec in præsenti, nec in futuro reuelet posteriora nostra, sed deleat iniquitates nostras, & scelera nostra apparere non sinat.

F

e *Super colles.* ALLEGORICE. IBID. In collibus & in agris fornicatur, & numquam mundatur, qui erecta ceruice per superbiam, non humiliatur sub potenti manu Dei, sed confidit in sceleribus suis.

De eo qui sub Deo humiliari refugit.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vbi est grex, *id est, populus. q.d. Non comparebit in terra tua, sed transferetur ad alienam.*

2 Quid dices cùm visitauerit, *scilicet Nabuchodonosor te captiuando. q.d. Non habebis excusationem, quia dedisti ei occasionem: ideo subditur,*

3 Tu enim docuisti eos, &c. *id est Babylonios.*

4 Aduersum te, *& hoc primò fuit quando Ezechias omnia quæ in domo sua erant, nuntiis regis Babylonis ostendit; propter quod Isaias eum reprehendens, dixit, quòd de filiis eius ducendi essent eunuchi in Babylonem, & quod ibi transportarentur bona Ierusalem, Isaiæ xxxix. c. Secundò hoc fuit quando illi de regno Iudæ miserunt nuntios in Babylonem ad apportandum inde idola, sicut habetur Ezechielis xxiij. & sic Babylonij contraxerunt cum eis familiaritatem, & considerauerunt infirma terræ, per quæ possent eam obtinere, & habere pretiosa, quæ ibi viderant tempore Ezechiæ, & postea aliis temporibus.*

Quomodo Iudas côtra seipsum excitauerit Chaldæos.

5 Numquid non dolores apprehen. te. *q.d. Sic: Nabuchodonosor te captiuante, & subditur causa cùm dicitur,*

6 Propter multitu. iniqui. tuæ. *in proximum & in Deum,*

7 Reuelata sunt, &c. *id est, spoliata es bonis tuis; & loquitur de Ierusalem ad modum meretricis, quæ cùm spoliatur ad vituperium, incipitur à parte inferiori.*

8 Pollutæ sunt plan. tuæ, *id est, gressus tui, per quos opera designantur. In Hebræo habetur:* Præcisæ sunt plantæ tuæ. *q.d. Non poteris vltra in malis tuis procedere.*

9 Si mutare potest, &c. *Hic adducitur exemplum ad propositum, & diuiditur in duas: quia primò ad propositum ponuntur duo exempla: Secundò subditur debita pœna, ibi,* Et dissemînabo. *Primum exemplum est de Aethiope, qui non potest suam nigredinem immutare. Secundum de pardo, qui non potest mutare varietates pellis suæ, quia vtrumque istorum est à natura. Et sic dicit de Iudæis, quod non poterant reuerti ad bonum propter consuetudinem ad malum, quia consuetudo est quædam natura, vt dicit Philosophus libro de memoria & reminiscentia, & secundum hoc patet littera. Sciendum tamen quod hæc similitudo non tenet simpliciter, sed tantum secundum quid. Illa enim natura, quæ est causa nigredinis Aethiopis, in nullo subiacet imperio rationis: & ideo Aethiops non potest illam immutare, quantumcumque conetur ad hoc. Sed habitus ex consuetudine peccandi generatus, & per modum naturæ inclinans ad malum, causatur ex inclinatione appetitus sensitiui, qui natus est obedire rationi: Et ideo per conatum liberi arbitrij ad oppositum, potest reuerti ad bonum, tamen cum difficultate, propter habitum inclinantem ad oppositum; & hoc dicitur impossibile secundum quid, prout dicitur v. Metb. Vno modo dicitur impossibile, quod vix potest fieri aut cum difficultate. In exemplis autem positis de Aethiope & pardo, est impossibile simpliciter, secundum naturam tamen; quia Deo non est.*

Diuisio. — An habituatis in malo impossibile sit ad bonam frugem redire. — Philos.

10 Et dissemînab. *Hic consequenter ponitur debita pœna, cùm dicitur:* Et dissemînabo, &c. *eiiciendo in captiuitatem ad diuersa loca.*

11 Hæc sors tua, &c. *Id est, pœna correspondens peccatis tuis.*

12 Quia oblita es mei, &c. *Dimittendo cultum diuinum.*

13 Et confisa es in mendacio, *id est, in dolo.*

14 Vnde & ego nudaui femora tua, *id est, inferendo tibi pœnam debitam ostendi peccatorum tuorum turpitudinem: ideo subditur,*

15 Adulteria tua, *id est, adulterium spirituale per idololatriam, & corporale per luxuriam.*

16 Et hinnitus tuus, *Id est, vtriusque adulterij patens libido.*

17 Super col. *ibi enim colebant idola; ideo concluditur:* Væ tibi Ierusa. *Et causa subditur,*

18 Non mundabe. post me. *id est, mihi obediendo.*

19 Vsquequo adhuc. *id est, ita citò. Et sic legitur depressiuè: alij autem legunt interrogatiuè quasi dicat. Non est eadem sententia.*

CAP.

ADDITIO.

In cap. xiij. Vbi dicitur: In abscondito plorabit anima mea. Dicit in abscondito se plorare, *vt ostendat quod tanta esset superbia inimicorum, quod non auderet liberè plorare, seu gemere, ne offenderentur inimici, qui erant maximè superbi; ideo subdit,* A facie superbi.

CAPVT XIV.

a QVod factum est. † THEOD. Omnigenas castigationes infligit eis, vt prauitatis cursum abscindat. Narrat autem propheta luctus & lamentationes quæ acciderunt, ob penuriam imbrium.

b Luxit. † RVPERTVS. Ex quo sic irritum factum est pactum, iam nec prophetia, nec vlla omnino spiritualis gratia Iudæis datur, nulla scientia, nulla sapientia, nec quidquam veri intellectus, ducibus eorum, principibus eorum, magistris eorū inesse comprobatur: Hanc verè magnam & damnosam siccitatem comminatur Isaias, *Mandabo nubibus ne pluant.*

Siccitas spiritualis in Iudæis ex quo Christum non receperunt.

Isai. 5.

c *Et portæ eius.* HIER. lib. 3. Sensus, scilicet, per quos animo concipitur disciplina.

d *Et obscuratæ sunt.* IBID. Iræ Dei vniuersa consentiunt: vnde, *Sol super peccatores occidit in meridie, & luna & stella non dant lumen suum.* Putandum est autē obsidionis tempore pluuias non fuisse, vt obsessi sustinerent sterilitatem aquæ. Vno quippe fonte Siloe, & hoc non perpetuo vtitur ciuitas, & vsque in præsentem diem sterilitas pluuiarum non solum frugum, sed & bibendi facit inopiam.

Amos 8. c.

Siti afflictos fuisse Ierosolymitas cum à Chaldæis obsideretur vrbs.

e *Agricolæ.* Quorum vnus ait: *Dei agricultura estis.* Et alibi: *Dei cooperatores sumus.*

1. Cor. 3. b. 3. Ioan. b.

f *Nam & cerua, &c.* GREG. lib. 31. mor. c. 15. *Nam & cerua* (vel ceruæ) *in agro peperit* (vel pepererunt.) Hæc sententia de doctoribus genitos filios incautè deserentibus dicitur. Bene autem ceruis doctores assimilātur, qui more ceruarū interemptis vitiis, quasi extinctis serpentibus, viuunt, & inde acrius ad fontem vitæ inardescūt. Vnde, *Sicut ceruus desiderat ad fontem, &c.* Ipsi etiam, dum labentia huius temporis momenta, quasi quędā flumina transeunt, compatientes charitate, onera sua sibi inuicem superponunt; quia cauta obseruatione custodiunt quod scriptum est, *Inuicē onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.*

Prædicatores ceruis comparantur.

Psal. 41. a.

Gal. 6. a.

g *Traxe. ven.* GREG. lib. 20. mor. cap. 28. Peruersi quasi dracones trahunt ventum, cum malitiosa superbia inflantur.

h *Defe. oculi.* HIER. vbi suprà. Claram lucem cernere non valentes subtractis rationabilibus cibis.

Hæc siccitas sæpè accidit ecclesię, quādo cerui & onagri inueniuntur in populis, & magistrorū penuria contabescūt; sunt qui discant, non qui doceant.

Inopia magistrorum in Ecclesia.

CAP. XIV.

[a ¶ Id est quia.] ¹ QVod factum est verbum domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis, [a ¶ Cultum Dei se prius habere iactans & confessionem veræ fidei.] [a ¶ Pro fame verbi Dei.] ² Luxit Iudæa, [a ¶ Peccatis.] & portæ eius corruerunt, & obscuratæ [a ¶ Confusus non rationabilis.] sunt in terra & clamor Ierusalem ascendit. [a ¶ Qui ipsi deberent pergere. b ¶ In quibus sunt cani sapientiæ. c ¶ Quam leguntur inuenisse patriarchæ.] ³ Maiores miserunt minores suos ad aquam, venerunt ad hauriendū, [a ¶ Minores: non quod aquæ non fuerunt, sed quia illi inuenire non potuerunt.] non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua. [a ¶ Quia reuelata facie non contemplantur gloriam Dei.] Confusi sunt & afflicti, & operuerūt capita sua ⁴ propter terræ [a ¶ Causa. Mandatum quippe est nubibus, ne pluant super eam imbrem.] vastitatem: quia nō venit pluuia in terram. Confusi sunt agri- [a ¶ Non intelligentes sine Dei gratia se nihil proficere. b ¶ Grandis est sterilitas. c ¶ Cui assimilantur illi, qui venenosa interficiunt.] colæ, operuerunt capita sua. ⁵ Nam & cerua in agro peperit & [a ¶ Pastus gratiæ. b ¶ Vnde Iob, Quis dimisit onagrum liberum. c ¶ Plana relinquentes, currere non valentes.] reliquit, quia non erat herba. ⁶ Et onagri steterunt in rupibus, [a ¶ Trahunt odore narium.] traxerunt ventum quasi dracones. Defecerunt oculi eorum [a ¶ q. d. Horum omnium causæ sunt iniquitates nostræ.] quia non erat herba. ⁷ Si iniquitates nostræ responde- [a ¶ Non secundùm opera nostra.] rint nobis, domine, fac propter nomen tuum, quoniam

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XIV.

1 QVod factum est. *Hic ponitur secundum, per quod ostenditur peccati Iudæ irreparabilitas per siccitatem inductam, ad designandum quod humor gratiæ & deuotionis totaliter defecerat in eis, sicut terra nascentia totaliter desiccata vltra non virescunt. Circa quod primò ponitur siccitatis reuelatio. Secundò propheta deprecatio, ibi,* Si iniquitates. *Tertiò domini responsio, ibi,* Hæc dicit. *Et quartò deprecationis iteratio, ibi,* Numquid. *Circa primum præmittitur destructio Ierusalem cùm dicitur,*

Iudæ irreparabilitas.

Diuisio.

2 Luxit Ierusal. *id est, luget propter mala sibi futura. Loquitur enim de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ.*

3 Et portæ eius corruer. *id est, corruent per Chaldæos deiecta.*

4 Et obscuratæ sunt. *id est, obscurabuntur, terra & luto, eò quòd non reuelabuntur, sed putrescent. Neemias enim ciuitatem readificans, fecit ibi portas nouas, quia priores erant totaliter putrefacta per longitudinem temporis; Et subditur de siccitate præuia dictæ destructioni, cùm dicitur,*

5 Maiores mi. *Et patet littera vsque ibi:*

6 Nam & cerua. *Vt iret ad quærendum pastum, vt posset nutrire fœtum, & quia non inuenit, mortua est fame ex parte vna, & fœtus ex altera.*

7 Et onagri stete. in rupibus. *In Hebræo habetur:* In ripis, *scilicet fluuiorum, & torrentium desiccatorum. Et traxerunt ventum, id est, attraxerunt aërem ad sui refrigerationem, eò quòd non inueniebat aquam.*

Extremæ siccitatis descriptio.

8 Quasi dracones. *Habet enim draco multum de calore intrinseco, Et ideo ad eius refrigerium non solum vtitur potu aquæ, sed etiam aëris attractione.*

9 Defecerunt oculi eorum, *id est onagrorum,*

10 Quia non erat her. *Et sic moriebantur ex defectu potus & pastus.*

11 Si iniqui. *Hic consequenter ponitur propheta deprecatio, eò quòd compatiebatur populo suo. Et primò confitetur peccata populi sui, dicens,* Si iniqui. *Et ponitur hic si pro quia, quasi dicat ex peccatis nostris sumus conscij, quod meruimus à te puniri, & quamuis esset iustus, connumerat se tamen peccatoribus, eò quòd erat de eodem populo.*

Deprecatio prophetæ.

12 Do. fac propter nomen. *per tuam misericordiam, non propter nostram iustitiam.*

MORALITER.

† 1 *Quod fac. &c. de serm. siccitatis.* Per quam signatur in ecclesia arefactio deuotionis, ideo subditur:

2 *Luxit.* per quam signatur ecclesia per Christum & apostolos, qui fuerunt Iudæi, in Ierusalem primò fundata: quæ nunc habet lugendi materiam propter ariditatem deuotionis & doctrinæ salutaris; quam multi Theologi nimis sunt occupati erga curiosa & inutilia, de quibus numquam scient veritatem, & dato quod scirent & docerent, nihil proficeret ad animarum salutem.

Theologizantium moderno tempore superuacaneū studium.

3 *Et porta eius.* id est, prælati, qui portæ dicuntur ecclesiæ, eò quod per eos alij debent ingredi ad vitam, & ipsi pro magna parte corruerunt per superbiam, sicut angeli superbientes de cælo ceciderunt in terram.

4 *Et obscuratæ sunt.* istæ portæ per ignorantiam: Et quia magis student ad congregandum pecunias, quàm scientiam.

Prælati mali.

† *Et clamor.* id est, murmur populi contra eos: & si tacerent, lapides clamare deberent.

5 *Maio.* Hic ponitur malum sequens ex doctrina curiosa, cùm dicitur, *Maiores.* Nam episcopi aliquos de suis subditis licentiant, vt vadant ad audiendum doctrinam salutarem: & similiter superiores religionum idem faciunt. Et sequitur,

† *Reportau. vasa s. vacua.* scilicet, salutari doctrina.

† *Confu.* Nam in addiscendis curiosis magnus est labor, & parum aut nihil vtilitatis. Vnde subditur:

† *Operu. cap.* præ confusione. Nā aliquando de cōmunibus ad salutē pertinētibus interrogātur, & nesciunt respōdere. Et subditur causa:

† *Quia non venit pluuia.* id est, doctrina salutaris ad aures audientiū.

† *Con. sunt agricolæ.* id est, prædicatores, quorum officium est in agro domini laborare, sed nesciunt, propter defectum scientiæ: quia lectores non legunt eis vtilia, de quibus debent populum informare. Ideo subditur,

† *Cerua in agro pep. & rel.* id est, simplex persona bonum opus inchoatum citò relinquit.

10 *Quia non erat her.* id est, fomentum vtilis prædicationis.

† *Et ona. ste. in ru.* Per onagros in solitudine commorantes, signantur primi religiosi contemplationi vacantes, tumultus sæcularium fugientes; sed modo mutatum est prædicamentum, nam multi se ingerunt negotiis sæcularium, vt ascendant ad prælationis statum; ideo dicitur,

Religiosi contemplationi vacantes.

† *Tra. ven. quasi dra.* aspirantes magis præesse, quàm prodesse.

† *Defece. oculi eorum.* A contemplatione diuinorum.

† *Quia non erat her.* id est, deuotionis fomentum. Et quoniam talis doctrina subtrahitur aliquando propter auditorum defectum, sicut Ezech. iij. g. dicitur, *Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quia domus exasperans est.* Ideo subditur,

11 *Si ini.* Et ponitur hic, *si* pro *non.*

† Quare

a [illegible] *Israel.* HIER. lib. 3. Dicamus & nos in tempore siccitatis, & [illegible] penuria, *Tibi peccauimus, & malum coram te fe.* tuum præstolantes aduentū, qui saluas Israel, non suo merito, sed tua gratia.

Psal. 50. a.

b [illegible] *solo.* GREGOR. Qui enim vt dominus auditus non est, non possessor agri, sed colonus est creditus; qui quasi viator ad manendum tantummodo declinauit, quia paucos ex Iudæa abstulit, & ad Gētium vocationem pergens iter cœptum peregit.

Christi peregrinatio in terris.

† THEOD. in hunc locum. Id est, cur nos contemnis, & præ te fers morem aduenæ, parui facientis domicilia, in quibus habitat, tamquam aliena? & viatoris prætereuntis, qui negligit ea quæ occurrunt in viis.

c *Et quasi viator.* HIERON. suprà. Iudæi hunc locum sic exponunt: Quare segregas te à populo tuo, & quasi viator propter vnius horæ refrigerium, non curas quasi vtaris hospitio, sed ad alia transiturus, non saluas populum tuum, & templum quondam inclytum tuum? Nostri de incarnatione dici putant, quod futurus sit Christus peregrinus in terra, & tempore paruo terræ vsurus hospitio, & quasi vir pertransiens, ac robustus, relicto Israel tendat ad Gentes, vt de loco ad locum, de populo ad populum, de templo ad ecclesiam.

Suprà 7. d. & 11. c. De pæ. dis. 1. c. viator præduxerat. Deus non vult rogari pro eis quos se prædestinauit [illegible] promisit.

d *Mouere pedes suos & non quieuit, & domino non placuit.* IBID. Notandum in scripturis sanctis quod semper peccatorum pedes moueantur; & sanctis cum Mose dicatur, *Tu verò hic sta mecum.* Et alibi: *Laudate serui dominum, qui statis in domo domini, in atriis domus Dei nostri.* Et qui turrem Babylonis ædificauerunt, ab Oriente mouerunt pedes suos.

Deut. 5. d. Psal. 134. a. Stant boni, mouentur mali.

e *Noli ora.* IBID. Stultum est orare pro eo, qui peccauerit ad mortem: Vnde Ioannes, *est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis; & est peccatum non ad mortem.* Ieiunia & preces & victimæ & holocausta tūc proficiunt, cùm à vitiis recedimus, & antiqua peccata deflemus: Si autem in sceleribus permanemus, putantes votis atque sacrificiis redimi aures Dei, vehementer erramus, quia Deum iniquum arbitramur. Qui enim semel gladio, & fami, & pesti destinatur, nullis precibus eruitur: Vnde, *Noli orare pro populo isto in bonum.*

1. Ioan. 5. d. Quales nos præstare debeamus, vt à Deo exaudiamur, & illi grata sint nostra sacrificia. Ierem. 14. b.

---

a ¶ Non possumus ea vincere, tu vince qui vincere potes. b ¶ Peccata quibus auersi sumus à te, & tu à nobis. c ¶ Qui scrutaris corda & renes. d ¶ In te solum speramus, te expectamus. ¶ Vera.

a multæ sunt auersiones nostræ. Tibi peccauimus [8] expectatio

a ¶ Vnde: Ad dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me.

Israel, saluator eius in tempore tribulationis. Quare quasi [1]

a ¶ In propria venit, & sui eum non receperunt. b ¶ Qui exaltauit vt gigas ad curren. viam suam.

b colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad ma- [2]

c ¶ In Gentibus.

nendum? [9] Quare futurus es velut vir vagus, & fortis, qui non [3] †

a ¶ Israel. b ¶ Relinquens Iudæos. c ¶ In Gentibus. ¶ Christianum.

potes saluare? Tu autem in nobis es domine & nomen tuum †

¶ Ergo. a ¶ Quibus aduentum tuum prophetæ cecinerunt.

inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. [10] Hæc dicit do- [4] [5] [6]

a ¶ Quærenti quare futurus es quasi colonus, &c. b ¶ q.d. Vis scire rationem? ausculta, quia dilex. c ¶ A domino. d ¶ Affectus. e ¶ Non Dei. ¶ Populus meus.

d minus populo huic qui dilexit mouere pedes suos, & non [7] [8]

a ¶ In Deo qui est vera quies, in quo quiescit Iacob domi, Esau vagatur vt venator. b ¶ Ideo. c ¶ Quoniam diu sustinuit. d ¶ Quia impœnitentes obstinantur. e ¶ Innumerabilium.

quieuit, et domino non placuit. Nunc recordabitur iniqui- [9] [10]

a ¶ Quia quasi ægroti, & Deum non sentientes, vt peccare desistant.

tatum eorum, & visitabit peccata eorum. [11] Et dixit dominus [11]

a ¶ Frustra. b ¶ Pessimo obstinato. c ¶ Quo indigni sunt. d ¶ Impœnitentes.

e ad me: * Noli orare pro populo isto in bonū. [12] Cùm ieiunaue- [12]

a ¶ Iustus. b ¶ Iniustas. ¶ Etiam. ¶ Quæ digniora.

rint, non exaudiam preces eorum, & si obtulerint holocau-

a ¶ q.d. Peccauerunt ad mortem, semel morti traditi sunt.

stomata & victimas, non suscipiam ea: quoniam gladio

a ¶ Ter contra gladium, famem & pestem.

& fame & peste ego consumam eos. [13] Et dixi: A a a domine [13] [14]

☞ Propheta

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quare quasi colo. *Dicitur autem* colonus, *qui non est de terra natus, & ideo de facili recedet inde: Et per talem modum loquitur de Deo, qui erat recessurus à Iudæa per subtractionem auxilij sui contra Chaldæos.*

Colonus.

2 Et quasi viator. *id est, quare ita parum stabis nobiscum, quasi viator, qui tantum per vnam noctem manet in domo, in qua hospitatur.*

Viator.

3 Quare futurus es velut vir vagus, *nos dimittens, & ad alios transiens. In Hebræo habetur,* Velut vir pauidus & fortis, &c. *quasi dicat, Quamuis sis potens ad nos saluandum, tamen Chaldæi dicent te pauidum & impotentem nos saluare; & ita dixerunt Chaldæi postea, attribuentes victoriam suæ virtuti propriæ, propter quod per Persas fuerunt destructi.*

4 Tu autem in nobis es domine, *Hoc dicit, quia in templo erat propitiatorium, quasi sedes ipsius Dei, vt dictum fuit plenius Exod. 25.*

5 Et nomen tuum inuo. est super nos, *quia licet sit Deus omnium, tamen vocabatur specialiter Deus Hebræorum. Idola verò dicebantur dij Gentium, & ideo subdit propheta,*

6 Ne derelinquas nos, *in manibus aduersariorum nostrorum. Alio modo exponitur hæc littera:* Quare quasi colonus, *de Christo, qui habitauit inter homines quasi alienus Ioan. 1. a.* In propria venit, & sui eum non receperunt; Et quasi viator de. *quia Christus non habuit proprium domicilium, Matth. 8. c.* Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. *& ideo declinabat ad domum Marthæ, & aliorum deuotorum ad hospitandum.* Et ve. vir. va. *quia discurrebat per Iudæam ad prædicandum;* Et vir. for. qui non potest sal. *In passione enim sua non fuit vsus sua fortitudine, propter quod deridebant eum, dicentes,* Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, *Matth. 27. e. & hæc expositio magis consonat huic litteræ præcisè, & secundùm hoc dicitur ab aliquibus expositio litteralis, & præcedens figuratiua; quia prophetæ nuntiando populi captiuitatem futuram, per Christum redemptionem intermiscebant, vt patet in pluribus locis. Considerando verò litteram præcedentem & subsequentem, dicitur ab aliis prior expositio litteralis, & ista mystica.*

Christus.

7 Hæc dicit dominus. *Hic consequenter ponitur domini responsio; & secundò circa hoc prophetæ admiratio, ibi,* Et dixi. *Circa primum dicit Ieremias explicans domini responsionem,* Hæc dicit dominus. *Ieremias enim rogauerat pro populo, & ideo populo fit responsio.*

Diuisio.

8 Qui dilexit mouere pedes suos, *ad quærendum aliunde idola, sicut dictum fuit suprà cap. præced.*

9 Et non quieuit, *in cultu diuino,*

10 Et domino non placuit, *id est, displicuit.*

11 Nunc recordabitur, *inferendo pœnam absque retractione, & ideo prohibetur propheta pro eis orare, cùm dicitur:* Et dixit, &c.

12 Cùm ieiunauerint, non exaudiam preces eorum, *quasi dicat, Pro afflictione sua corporali & pro precibus & sacrificiis non dimittam punitionem: ideo subditur,* Quoniam gladio & fame & peste ego consumam eos.

13 Et dixi: A a a domine Deus. *Hic consequenter ponitur prophetæ admiratio de tanta populi sui destructione, cùm subditur,*

A a a.

14 A a a domine Deus, *Dicunt aliqui, quod hic ponitur ter, a, contra tria væ posita, Ezechiel. 23. in simili materia. Sed hoc procedit ex ignorantia Hebraici sermonis, sicut dictum fuit plenius, suprà capite primo, quia hic & ibi est vna dictio, quæ sic sonat: aha, & est aduerbium admirandi. Cuius causa subditur,*

☞ Prophetæ

MORALITER.

†1 *Quare quasi colonus,* Hoc exponitur de domino nostro Iesu Christo, qui Deus est ab æterno, ideo dicitur, *Quare quasi colonus,* Humanitatem assumendo.

Dominus noster Iesus Christus.

2 *Et quasi viator declinans ad manendum,* scilicet, in aliena domo Matthæi octauo cap. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem, &c.*

3 *Velut vir vagus,* id est, discurrens hinc & inde ad prædicandum,

† *Et fortis,* secundùm deitatem:

† *Qui non potes saluare,* Secundùm Iudæorum errorem, qui putabant eum purum hominem. Ideo derisoriè dicebant, Matthæi 27. e. *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.* Ad quæstionem verò factam respondetur veraciter, quod hæc omnia sustinuit pro nostra salute.

a *Prophetæ dicunt eis, &c.* Audiant hæc magistri qui peccantibus & in vitiis permanentibus prospera pollicentur. Multi tales hodie sunt, qui non curant vndecumque sit oblatio, consulentes suæ auaritiæ; vt quidam fecisse dicitur, qui persuadebat vt secreta confiterentur peccata coram Deo ante altare, & ipse ex aduerso sedebat: & audiebat, & hanc securitatem dabat, Tantummodo largas eleemosynas facite & sufficit.

Auaritia nequissima.

b *Hæc dicit dominus.* HIER. lib. 3. Caueant pseudoprophetæ, ne qui decipiendo lactāt populum Dei, & ipsi pereant cū deceptis, & iaceant insepulti, & non sit qui operiat ignominiam eorum puluere pœnitentiæ.

*Infrà 23. d. & 27 c. & 29. b.

B c *Deducant oculi mei.* IBID. Dupliciter hic locus intelligitur. Quòd vel ipse Deus populum suum plangat & flere non desinat, vel, imperet populo vt lachrymis effluat. Alij ex persona prophetæ hæc dici arbitrantur.

d *Quoniam contritione magna, &c.* IBID. Iusta causa plangēdi, virgo cōtrita, filia percussa, populus deletus.

e *Si egressus, &c.* IBID. Audiant hoc prophetæ nostri & sacerdotes, quod nec foris nec intus, propter negligentiam eorū sit vlla securitas. Qui foris C sunt, ab eis scandalizantur, & eos qui intus sunt, famę perire patiuntur. Sed qui auctores fuerūt peccandi, in tormentis sint primi.

De prælatis qui suos nō pascunt, & eos qui foris sunt scandalizant.

f *Propheta quoq.* IBID. Qui prophetabant prospera, & legis mādata aperire debebāt, *abie. in ter. quam ign.* id est, captiuati sunt.

† THEOD. Beatus Dauid propheta, & d. Ezechiel sacerdos & propheta, & alij plurimi fuerunt participes aduersorū. Deus enim volens iuuare & consolari profanos illos, misit cum illis prophetas, velut quosdam pædonomos & præceptores, ne prorsus ad impietatem declinarent.

Deus malis deesse non vult qui eos doceant.

g *Num-*

---

a ¶ Pseudo. a ¶ Tormentorum Dei. ¶ Verbi Dei. a ¶ Ecclesiæ vel Ierusalem.

a Deus, prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames in vobis non erit: sed pacem veram dabit in loco isto.[14] Et dixit dominus ad me: Falsò prophetæ vaticinātur in nomine meo. 1 2

a ¶ Sponte venerunt, non audiendi. a ¶ Non prophetiam. b ¶ Vt blanditiis seducant timorem domini tollentes.

* Nōn misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos visionem mendacem & diuinātionem fraudulentam, & se-

a ¶ Non Dei.

b ductionem cordis sui prophetant vobis.[15] Idcirco hæc dicit

¶ Dicentes, Hæc dicit dominus.

dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius & fames non erit in terra hac.

a ¶ Qui calcauerunt mandata Dei.

In gladio & fame consumentur prophetæ illi,[16] & populi qui- 3

a ¶ Quantos cernimus iacere in viis Ierusalem insepultos: & recipere sua mala. a ¶ Puluere pœnitentiæ. b ¶ Deceptæ plebes.

bus prophetauerunt, erunt proiecti in viis Ierusalem præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos, ipsi & vxores eorum,

¶ Genimina viperarum. a ¶ Idiotæ. b ¶ Abundanter. c ¶ Quod meruerant.

filij & filiæ eorum, & effundam super eos malum suum.[17] Et

¶ Vel vestri. ¶ Assiduè.

c dices ad eos verbum istud: * Deducant oculi mei lachry- 4

¶ Lachrymæ pondera vocis habent.

d mam per noctem & diem, & non taceant, quoniam contri-

a ¶ Non leue, non vile quod plangitur. b ¶ Quondam non idololatria polluta. ¶ Cuius ætati & teneritudini & integritati naturaliter condoletur. c ¶ Intolerabili.

tione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima

a ¶ Ecclesiam.

e vehementer.[18] Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: &

a ¶ Ecclesiam. b ¶ Vix ossibus hærentes. c ¶ Verbi Dei. d ¶ q.d. Ne mireris plebem & vulgus ignobile.

f si introiero ciuitatem, ecce attenuati fame. Propheta quoque

a ¶ A domino. b ¶ In æternum. c ¶ Debito dignitatis officio. d ¶ Miratur propheta, quod Deus sic Iudam abiecerat.

& sacerdos abierunt in terram quam ignorabant.[19] Numquid 5

g a ¶ Tam repente. b ¶ Duas tribus in quibus religio & templum domini.

proiiciens abiecisti Iudam, aut Sion abominata est anima tua?

¶ Plaga insanabili.

Quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? Expectauimus pacem, & non est bonum, & tempus curationis, & ecce 6 7

¶ Vbi fuerat cultus.

h turbatio.[20] Cognouimus domine impietates nostras, iniqui- 8

i tates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi.[21] Ne nos des in opprobriū propter nomen tuum, neque facias nobis con- 9

a ¶ Templi vel cuiuslibet sancti. ¶ Salutis promissæ.

tumeliam. Solij gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus 10 11

k l tuum nobiscū.[22] Numquid sunt in sculptilibus Gentium qui 12

¶ Per se.

pluāt, aut cęli possūt dare imbres? Nonne tu es dominus Deus 13 14

a ¶ In quo spes nostra ad quem conuertimus vota.

noster, quem expectauimus. Tū enim fecisti omnia hæc. 15 17

---

g *Numquid proiiciens abiecisti Iudam? aut Sion abomin.* HIER. vbi suprà. D Vt vbi fuerat cultus Dei & tranquillitas, ibi sit seditio & hostilis fremitus. Si quando nostra Sion nosterque Iudas abominabilis abiicitur, nequaquam miremur, sed dicamus quod sequitur,

h *Cognouimus domine, &c.* IBID. q.d. Et nos & patres nostri eadem dementia Dei præcepta neglexIMUS, & impleta est in nobis mensura patrum nostrorum, & quod illis defuerat, peccato nostro cumulatur. Vnde & de Iuda dicitur, *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini, & peccatum matris eius non deleatur: fiant contra dominum semper, &c.*

De eis qui patrum iniquitates augent vel cōsummant.

Psal. 108.

i *Patrum nostrorū, quia peccauimus ti. &c.* IBID. Vnde: *Implete mensuram patrum vestrorum.* Nondū venerant ad iniquitatis cumulum, quod in Christi morte completum est.

E Matth. 23. d

k *Solij gloria.* IBID. Templi, vel cuiuslibet sancti, in quo sicut scriptum est, *Thronum eius in terra allisisti.* Tunc alliditur atque destruitur, cùm ab eo multitudine peccatorum Deus offenditur. Sed quia culpa perditur, domini clementia sustentatur, quæ mutatur seueritate sententiæ, si irritum faciat dominus pactū suum, quo nobis pollicitus est salutem.

Thren. 2. f.

F

l *Numquid sunt in sculptilibus Gentium qui.* IBID. Post multos variosque sermones redit ad titulum prophetiæ, quo scriptum est, *Factum est verbum domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis.* q.d. Dæmonum simulacra pluuiam dare non possunt: tu ergo da, cuius omne bonum est, sine quo dari non potest. Hæretici quoque pluuiam doctrinæ dare non possunt, quamuis se cælos esse gloriantur. De quibus dicitur: *Cæli enarrant gl. Dei.* Tu solus es qui populum tuum potes instruere, & diuisiones gratiarum expectantibus te.

Hæretici vt idola impotentes. Ierem. 14. a.

Psal. 18.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Prophetæ di. *Et subditur responsio domini, cùm dicitur:* Et dixit dom. ad. *Et primò quantum ad prophetas populum decipientes cùm dicitur,*

2 Falsò prophetæ, &c. *Et patet littera. Secundò, quantum ad populum à falsis prophetis deceptum, cùm dicitur,*

3 Et populi. *erunt proiecti mortui. Et patet littera. Tertiò, quantum ad Ieremiam pro populo orantem, cùm dicitur,*

4 Et di. ad eos ver. ist. Dedu. ocu. m. la. *q.d. propheta: ex quo non possum pro vobis exaudiri, non restat mihi nisi lachrymari. Cetera patent in lit.*

5 Numquid. *Hic ponitur ipsius Ieremiæ deprecatio iterata, quamuis enim dictum esset sibi, quod non exaudiretur, quin populus captiuaretur; tamen in aliquo sperabat pœnam differri, vel diminui. Et habetur similiter 2. Reg. de Dauid, qui licet audiuisset à Nathan propheta quòd puer natus de Bethsabee moreretur, tamen ipso ægrotante, ieiunabat & orabat pro eius sanatione. Similiter Samuel postquam cognouit Saulem abiectū esse à domino, tamen lugebat eum, 1. Reg. 15. Dicit igitur Ieremias lamentando:* Numquid proiiciens abieci. *Et duplicatur verbum abiiciendi, ad designandum abiectionis magnitudinem.*

Orandum pro eis de quorum salute actum videri possit.

6 Expe-

6 Expectauim. pacem. *Per auxilium regis Aegypti.*

7 Et non est bonum. *magis fuit in nocumentū, vt frequenter dictū est sup.*

8 Cognouimus. *Hoc dixit Ieremias in persona sua & aliorum bonorum peccata populi confitentium.*

9 Ne nos des in oppro. propter nomen tuum. *Quod inuocatum est super nos, vt prædictum: quasi dicat, Quodammodo redundaret in te.*

10 Solij gloriæ tuæ, *id est, templi, vbi est propitiatoriū tamquā sedile tuum.*

11 Recordare, *temperando rigorem iustitiæ tuæ.*

12 Ne irritum facias fœdus, &c. *Quo in monte Sinai elegisti nos in specialem populum. Et vt impetret aliquam misericordiam, confitetur Dei magnificentiam, dicens,*

Confessio magnificentiæ Dei.

13 Numquid sunt in scul. *q.d. Non, sed tu das pluuiam.*

14 Aut cæli possunt dare imbres? *q.d. Nullo modo sine te.*

15 Nonne tu es. *q.d. Sic.*

16 Quem expectauimus, *Saluatorem in nostris tribulationibus.*

17 Tu enim fecisti omnia hæc. *scilicet, cælos, & imbres, & omnia alia, quæ sunt in cælo & in terra.*

CAP.

CAPVT XV.

E'T dixit dominus ad me: [1]

a ¶ Pro populo.
b ¶ Cui dictum est: Dimitte me, &c.
¶ Qui iræ Dei pro populo leguntur restitisse, & iam impendentem sententiam auertisse.

Si stęterint Moyses & Samuel coram me non est [2] [3] [4]

a ¶ Quia consummata sunt scelera populi.

animâ mea ad populum

a ¶ Ergo. ¶ Ostende eiectos. b ¶ Quia indigni. c ¶ Non loco, sed voluntate, quamquam legamus, & Adam & Cain, esse eiectos à facie domini.

istum. Eiicê illos à faciê mea, & egrêdiantur. [5] ² Quod si dixerint ad te, quo egrediemur? Dices ad eos: Hęc dicit dominus: *Qui ad mortem, ad mortem: [6] & qui ad famem, ad famem: † & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. ³ Et [7] visitabo super eos quatuor species, dicit dominus. Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum, ⁴ & dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ propter [8] Manassen filium Ezechiæ regis Iuda super [9] omnibus quæ fecit in Ierusalem. ⁵ Quis [10] enim miserebitur tui Ierusalem? aut quis [11] contristabitur pro te? Aut quis ibit ad ro- [12]

¶ Quia.

gandum pro pace tua? ⁶ Tu reliquisti me dicit [13]

a ¶ Nemo mittens manum ad aratrum, &c. b ¶ Manus extensa, percutientem significat, interfectio peccatorum iram consummatam.

dominus, retrôrsum abiisti. Et extêndâ manũ

[illegible] ...P. XV.

...GR[illegible] lib. 9. Mor. c. 12. & 13. Omissis tot patri... [illegible] Moyses & Samuel ad medium deducuntur, quorum virtus o[illegible]ditur, dum nec ipsi posse intercedere [illegible] Nec illos [illegible]dio, quos propter magnum petitionis [illegible] ...imè contem... [illegible] ...ò quod Moses [illegible] ...s patribus in [illegible] ...feruntur, nisi (a) [illegible] tantummodo in [illegible] veteris serie [illegible] ...micis orasse legun... [illegible] populo lapidibus (b) [illegible] ...tamen pro lapida... [illegible] ...tur. Alter ex prin... [illegible] ..., & ait: *Absit à me* [illegible] *...cessé orare pro vobis.* [illegible] ...ORETVS. His de... [illegible] ...etam. Ne putes, [illegible] ...per tui cõtemptum [illegible] ...ationem nõ susceperim: [illegible] ...neque his acquieuissem [illegible] ...antibus, qui tanta edide... [illegible] miracula.

Moyses & Samuel pro inimicis orarunt.

Exod. 17. b. & Nu. 20. a. 1. Reg. 12. c.

B

† [illegible] CHRYSOSTOMVS. Dicet (c) quispiam, *ergo nihil prosunt orationes?* Quinimò iuuant plurimum, sed tum, cùm aliquid & nos boni peragimus. Nam operantibus nobis cooperantur & iuuant. Quod si deses manebis & otiosus, nihil magnæ vtilitatis cõsequêre. Nam si possent aliorum preces desides nos & pigros subleuare ad cælos, quid impedit quominus & ipsi gentiles omnes Christi fidem consequantur? Nonne pro vniuerso orbe oramus. Sic sancti prophetæ, qui pro amicis exauditi sunt, nequiuerunt tamen Iudæos perdendos tutari ac saluos reddere. *Sisteterint* (inquit) *Moses & Samuel non id assequentur.* Hæc cùm ita esse intelligamus, sanctorum preces minus erunt per nos negligendæ, neque illis prorsus erit confidendum, ne fortè his fisi inerti otio torpeamus; quorum altero verendum est ne segniores reddamur, & frustra patiamur insidias; altero ne è maximo lucro excidamus, quinimò hortemur ceteros pro nobis orent, & manus porrigant.

Sermone, Ne desperemus si in benè operando tardi fuerimus, Tom. 5.

C

Inuocatio Sanctorum.

b *Sisteterint Moyses.* HIER. lib. 3. q. d. Nec illos modo pro amicis audio, quos magnæ virtutis merito, orare etiam pro inimicis scio, &c. Virtus ergo veræ orationis est celsitudo charitatis: & tunc quisque quod rectè petit adipiscitur, cùm eius animus non in petitione odio inimici fuscatur.

D

Charitas exaudibile facit orationem.

c *Et visitabo super eos.* IBID. Quatuor plagas, quibus populus Iudæ traditus est etiam Ezechiel propheta demonstrat, gladium, pestilentiam, & famem, bestias, & captiuitatem. Inter bestias autem canes quoque & volatilia intellige quibus laceranda & deuoranda & dissipanda corpora tradita sunt. Neque enim fieri poterat, vt creatore neglecto non vniuersa creatura consurgeret in peccatores.

Quatuor plagæ quibus traditus est populus Iuda.

d *Et dabo eos in feruorē, &c.* IBID. Hoc sub Babyloniis ex parte cõpletum est, & nunc expletur in toto, quando pessimum regem, & qui Ierusalem à porta vsque ad portã repleuit cruore, iustorum populus impius imitatus est. Ex quo discimus regum ac principum ac præpositorũ scelere populos plerumque deleri.

E

Principum scelera exitio sunt populis.

† Zach. 11. b.

e *Propter Manassen.* IBID. Legimus in dierum volumine, Manassen, post captiuitatem & pœnitẽtiam reuersum in Ierusalem regnasse. Sed quomodo sanctorum merita ad posteros descendunt, sicut Dauid & ceterorum, sic peccatorum flagitia, si liberi nepotesque similia gesserint ad posteros perueniũt. Iste Manasses nequissimus fuit, Isaiam serra lignea secuit, Amon filium suum per ignem traduxit ad honorem idolorum & Tophet.

2. Paral. 25.

Manassis scelera & pœnitentia.

f *Quis enim miserebitur tui?* IBID. Nullus offenso Deo potest rogare pro flagitiis peccantium, quia nec tam clemẽs potest esse creatura, quàm creator, nec tam alienus externis, quàm dominus suis misereri.

F

† THEODORETVS in hunc locum. *Quis miseretur, &c.* q. d. Vniuersis hominibus iusta perpeti videberis. Solent enim homines, cùm quempiam eorum, qui nequissimè viuunt, plecti viderint, non solum non condolere, sed etiam congratulari his, qui læsi sunt, tamquam ab eorum nequitia liberatis.

g *Retrorsum abiisti, &c.* HIE. sup. Cũ iuxta Apostolũ posteriora obliuiscens ad priora se extendere debuit, Ægyptias carnes desiderauit.

Philip. 3. c.

☞ Multi-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XV.

1 ET dixit dominus. *Hîc ponitur tertium ad ostendendum peccatum Iudæ irremediabile, quantum ad pœnam temporalem, scilicet, per exclusionem orationis Moysi & Samuelis, quorum tamen orationes fuerunt valdè efficaces. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur populi reprobatio; Secundò reprobationis ratio, ibi,* Tu reliquisti; *Tertiò Ieremiæ lamentatio, ibi,* Væ mihi. *Circa primum dicitur in persona domini,*

2 Si steterint Moyses & Samuel, *qui sunt valdè amici mei.*

3 Coram me, *id est, ad precandum pro populo isto.*

4 Non est anima mea, *id est, voluntas mea ad parcendũ ei: ideo subditur,*

5 Eiice illos, *id est, tu Ieremia denuntia eos deiiciendos de terra sua. Et quòd ista eiectio sit dura subditur,*

6 Qui ad mortem, ad mortem, *Quia in obsidione Ierusalem aliqui fuerunt mortui infirmitate & peste, aliqui gladio, & aliqui fame, & reliqui in captiuitatem ducti.*

7 Et visitabo super eos quatuor species, dicit dominus, *id est, quatuor modos consumendi eos, qui patent in littera.*

8 Et dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ, *in Hebræo habetur,* In commotionem, *quia vbicumque audiebatur eorum destructio, fiebat in hominibus cordium commotio siue concussio, quæ vocatur hic feruor.*

9 Propter Manassen. *Qui supra modum irritauit dominum, idololatriam multiplicando, & sanguinem innoxium effundendo, 4. Regum 21.*

10. Quis enim miserebitur tui Ierusalem? *quasi dicat, Nullus, post tanta mala in te perpetrata.*

11 Aut quis contristabitur pro te? *quasi dicat, Quilibet iustus magis lætabitur de impletione diuinæ iustitiæ.*

12 Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? *q. d. Nullus, ex quo oratio Moysi & Samuelis est exclusa.*

13 Tu reliquisti. *Hîc consequenter ponitur dicta reprobationis ratio, cùm dicitur:* Tu reliquisti me. *Et patet littera vsque ibi.*

Labo-

MORALITER.

1 *Et dixit dominus, &c.* Ex hoc patet, quod oratio iustorum facta pro peccatoribus obstinatis, non habet pro ipsis effectum. Ideo subditur,

Oratio iustorum facta pro peccatoribus obstinatis non habet pro ipsis effectum.

† *Hæc dicit dominus, &c.* Per septem quæ ponuntur hic, possunt notari septem vitia capitalia, propter quæ damnantur peccatores obstinati, per mortem (quæ facit computrescere) luxuria, de qua dicit Gregorius in moralibus: Iumenta in suo stercore computrescere, est in fœtore luxuriæ vitam finire; Per gladium, ira, quæ facit insurgere ad occisionem; Per famem, insatiabilis auaritia: Per captiuitatem, animum deprimentem, acedia; Per canes corrodentes, mordax inuidia; Per volatilia, nimis eleuans superbia; Per bestias terræ deuorantes, vorax gula.

Septem vitia capitalia.

† Multipli-

a *Multiplicatæ sunt mihi.* HIER. lib. 3. Diuersis medicaminibus cupit Deus saluare peccantes, vt qui contempserant blandientem, timeant minantem.

b *Septem.* IBID. Verbum Hebraicum *Saba*, vel *septem*, vel *iuramentum*, vel *plurimos* sonat. Vnde LXX. Aquila, & Theodotio, *septem* interpretatur: apud Symmachum, *in plurimos*, transfertur. Alij hæc ad Synagogam referunt, quæ infirmata est ecclesia crescente: vnde, *Sterilis peperit septem, vel plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.* Inde occidit sol iustitiæ, in cuius pennis est sanitas. Confusa est in æternum spirituali gladio perdens populum suum.

c *Væ mihi ma.* IBID. Potest hoc Synecdochicos de Ieremia intelligi, qui non in toto orbe terrarum, sed in Iudæa iudicatus sit. Verè autem domino competit, qui ait: *In iudicium ego in mundum istum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.* De quo scriptum est, *Positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.* Quis enim Philosophorum, quis Gentilium, quis hæreticorum non iudicat Christum, ponendo ei legem nascendi, patiendi, & resurgendi, & substantiæ, variè de eius essentia opinando? *Væ mihi.* Non mirum, iuxta humanitatem Christum dicere, *Væ mihi, &c.* Cùm alibi apertè dicant: *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit stipulum in messe & racemum in vindemia, &c.* Et ne putemus vilitatem gemituum referri ad Dei verbum, quis sit iste qui plangit, statim indicat: *Væ mihi anima, quia periit reuertens de terra.* Non quòd diuidamus personas vt impij, sed quòd vnus atque idem filius Dei & hominis, nunc iuxta carnem, nunc iuxta deitatem loquitur.

† CHRYSOSTOMVS hom. 4. de patientia Iob. Hæc omnia quasi monstra quædam tragediísque simillima sancti exprimunt, vt tu postea discas, non in deliciis egisse vitam, sed innumera tolerantes, in agone certasse. Et patiebatur quidem Ieremias, vt homo, sustinebat autē quasi amicus Dei.

d *Non fœnera.* HIER. vbi supra. LXX. *Non profui, neque mihi profuit quisquam.* Theodotio, *Non debui, neque debuit mihi quisquam.* Quorum omnium hic sensus est: Nullus dignè æra mea suscepit, nec fœnerauit mihi quisquā in pauperibus confouendis, me sibi debitorem faciens. *Non fœderaui*, vel, *Non profui.* Nullus enim voluit tantū accipere, quantum ego dare, nec profuit mihi quisquam. Salus creaturæ, lucrum est creatoris: vnde, *Non debui*, id est, nemo mihi dedit quantum volui, nec me sibi debitorem fecit, nec debuit mihi quisquam. q.d. Quomodo mihi vsuram debere potuit, qui fœnus non est dignus accipere?

† THEODOR. Non profeci nec fœnerauí: multos tamen comparaui comitatores assiduos, superbè se efferentes: Consilia enim vt plurimum parere solent contumacias. At verò iuxta Græcam interpretationem, ita debet intelligi, nempe, dignus sum lamentatione, frustra editus in hanc vitam, quia nulli profui, nec ab aliis emolumentum adeptus sum: maledicta duntaxat refero ab audientibus prophetas.

[Margin: 1. Reg. 2. a. — Malach. 4. a. — Iudicia mūdanorum de Christo. — Ioan. 9. g. — Luc. 2. e. — Mich. 7. a. — Christus Deus & homo. — Ibidem. — Patientia Sanctorum. — Dei & prophetarum hortamēta in Iudæis periere.]

meam super te & interficiā te. Laboraui rogās.[1] Et dispergā eos ventilabro[2] in portis terræ.[3] Interfeci & perdidi populū meum,[4] a et tamen à viis suis non sunt reuersi. [8] Multiplicatæ sunt mihi[5] viduæ eius super arenam maris.[6] Induxi eis super matrem adolescentis[7] vastatorem meridie,[8] misi super ciuitates[9] repente terrorem.[10] [9] Infirmata est quæ peperit septem:[11] defecit anima eius. Occidit ei sol cùm adhuc esset dies:[12] confusa est, & erubuit. Et residuos eius[13] in gladium dabo[14] in cōspectu inimicorum meorum, ait dominus. [10] Væ mihi[15] mater mea. Quare genuisti me[16] d virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra?[17] Non fœnerauí,[18]

[Interlinear: a LXX. nequaquam vltra dimittam eos. b q.d. Defeci crebro eis ignoscendo, vel lassus sum super eos ad salutem prouocando. c Dispersi vt purgarem aream meam. — a Vt quodammodo inferni limina calcarent. b Vt coacti necessitate malorum fugerent impendentia mala. — a q.d. Ideo non prodest pro eis rogare, quia nec reuertuntur, nec pœnitent. b Malis. Interfectis viris. — a Id est, matres, perditis liberis senserc vastantem. — a Clara luce, non nocte, non insidiis, sed aperta via. b Iuda peccatoris populi. c Vt quanto subitum malum, tanto difficilius effugium. — a Liberis orbata. Vel abiecit, vacua facta est. Vel plurimos. — Lætitiæ. a Clara luce. b In solitudine sua. — a Vt mortem & iram Dei nullus effugiat. — a Sapientia vel Synagoga.]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Laboraui rogans, *In Hebræo habetur:* Laboraui recogitans, *pluries punitionem differendo, tuam emendationem expectando, & ad eumdem sensum pertinet littera ista:* Laboraui rogans, *id est, laborare feci prophetas, reuocando populum dulciter per deprecationis modum.*
2 Et dispergam eos ventilabro, *iustitia mea.*
3 In portis terræ. *Eiiciendo eos ad diuersas partes & longinquas.*
4 Interfeci & perdidi populum meum. *Per flagella multiplicia eos castigando, & tamen non sunt emendati.*
5 Multiplicatæ sunt mihi viduæ, *maritis earum interfectis.*
6 Super arenam maris, *Hyperbole est, ad denotandum magnam multitudinem virorum interfectorum.*
7 Induxi eis super matr. adolescentis, *id est, adolescentium, accipiendo singulare pro plurali. Et hæc mater dicitur Ierusalem, quæ erat mater totius terræ.*
8 Vastatorem meridie, *id est, palam & manifestè,*
9 Misi super ciuitates, *alias.*
10 Repente terrorem, *audita destructione Ierusalem.*
11 Infirmata est quæ peperit septem. *Aliqui libri habent additum,* filios, *sed non est in Hebræo nec in libris correctis. Per istam infirmitatem intelligitur terra decem tribuum, quæ iam erat captiuata per regem Assyriorum, & per septem quos pepererat, intelliguntur septem cognationes regum malorum qui ibi regnauerant, vt dicit hic Rab. Sal. scilicet Ieroboam, & domus sua, Baasa, & domus sua, Amri, Iehu, Manahem, Phacee & Hosee, cum domibus suis.*
12 Occidit ei sol cum adhuc. *quia regnum Israel fuit captiuatum, cùm adhuc regnum Iuda stabat in prosperitate sub Ezechia rege.*
13 Et residuos eius, *id est, illos de regno Iuda, qui dicuntur eius residui, quia vtrumque regnum erat pars eiusdem populi, scilicet, Hebr.*
14 In gladium dabo, *per Chaldæos.*
15 Væ mihi. *Hic consequenter ponitur Ieremiæ lamentatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur eius lamentatio: Secundò domini consolatio, ibi,* Dicit dominus. *Circa primum dicit Ieremias,* Væ mihi mater. *Hoc dicit propter persecutionem virorum Anathoth contra ipsum, vt dictum est suprà cap. 11. ideo subditur,*
16 Quare genuisti me virū rixæ, *quia ipsum persequebatur verbis & factis.*
17 In vniuersa terra, *scilicet, illa, quia non intelligitur generaliter, Et consequenter ostendit quòd non erat ex culpa sua dicens,*
18 Non fœnerauí, *non commodaui, quasi dicat, Nullum tractatum de re temporali cum eis habui, vnde possent me odire & persequi.*

[Margin: Septem cognationes regum malorum qui regnarunt in Israel. — Diuisio.]

MORALITER.

† 5 *Multiplicatæ sunt.* Hic describitur malum proueniens ex defectu prælatorum, cùm dicitur, *Multiplicatæ sunt mihi viduæ.* Nam ecclesiæ multæ derelictæ sunt à suis pastoribus quantum ad fructum animarum, sed non quantum ad leuationem pecuniarum, quas expendunt excessiuè in principum negotiis: Et alij, quod peius est, in venationibus, & aucupiis; & alij quod pessimum est, in rebus bellicis, non pro sua ecclesia defendenda, sed frequenter pro alia indebita causa, & in aliis maleficiis.
7 *Induxi*, permissiuè.
† *Super matrem adolesc.* id est, populi ignorantis & insolentis.
8 *Vastatorem meridie*, id est, dæmonium meridianum deuastans bonum populi propter defectum pastoris boni.
11 *Infirmata est quæ pep. septem*, id est, ecclesia quæ tempore boni sponsi pariebat multos filios bonos, infirmata est tempore sponsi defectuosi.
11 *Defecit anima eius*, id est, deuotionis spiritus.
12 *Occidit ei sol, cùm adhuc esset dies*, id est, tempus bene operandi. Et sic dicit Saluator Ioan. 9. a. *Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est, &c.*
15 *Væ mihi.* Verba sunt Ieremiæ ad litteram conquerentis de persecutione sibi mota à suis ciuibus propter prophetiam veritatis. Et in hoc signat quemlibet prædicatorem vel doctorem bonum, qui propter doctrinam veritatis fit odiosus malis hominibus, & persecutionem patitur ab ipsis. Sed quoniam dominus tales consolatur, sequitur,

[Margin: Prælati Ecclesiarum prouenti bus malè vtentes. — Prædicator qui persecutionem patitur propter doctrinam veritatis.]

a nec fœnerauit mihi quiſquam. Omnes maledicunt mihi,[11] dicit dominus. Si non reliquiæ tuæ in bonum, ſi non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduerſus inimicum.[12] Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs?[13] Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionem dabo gratis, in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis. ✻ [14] Et adducam inimicos tuos de terra quam neſcis, quia ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ſuper vos ardebit. [15] Tu ſcis domine, recordare mihi, & viſita me & tuere me ab his qui perſequuntur me. Noli in patientia tua ſuſcipere me.

a ¶ Omnem ſubſtantiam.

¶ Inimicis tuis.

a ¶ Felix conſcientia quæ propter Deum patitur opprobrium.

[...]ibi. HIER. Hæretici, ſcilicet, peruerſe credentes [...]emando.

[...]lib. 3. Pro eo quod nos iuxta Hebraicum in[...]es maledicunt mihi, vſque ad hoc, *In tempore tri[...]nicum*, In vulgata editione reperi: *Fortitudo [...]aledicunt [...]entibus illis [...]re afflictio[...]re tribula[...]ntra inimi[...]* [...]mea defe[...]cunt mihi. [...] virtutem [...]mitate per[...] plus mihi [...]ò mea in il[...]s fortitudo.

Christus & Ieremias orarunt pro maledicentibus ſibi.

B [...] propheta, vel [...] *[...]at domine di[...]* [...]c eſt: eueniant [...] quæ loquun[...] dirigantur in [...] tempore tri[...] eorum & anguſtiæ [...]eos vaſtabat inimicus, ſteti[...] conſpectu tuo, & rogaui te pro illis, & dixi: *Pater ignoſce illis: quod enim faciunt, neſciunt.* Sed & Ieremiam deprehendimus ſæpè in hoc volumine rogaſſe pro populo.

Luc. 23. d.

b *Si non reliquiæ.* IBID. Reſponſio domini ad id quod Ieremias ſu-

C prà dixerat: *Væ mihi mater mea, &c.* q.d. Noli conſiderare præſentia tantum, ſed futura. *Reliquiæ enim tuæ in bonum, &c.* In præſenti quoque cùm te cuperent inimici opprimere, *occurri tibi*, & protexi te. *Si non reliquiæ tuæ in bonum.* De Chriſto quoque ſecundùm humanitatem poſſunt hæc dici, *Si non reliquiæ.* Poſſunt hæc de Ieremia accipi, qui peſſimo tempore, imminenteque captiuitate prophetare compulſus eſt, & dura perpeti à populo non credente.

Suprà eodē.

c *Numquid fœderabitur ferrum ferro.* q.d. IBID. Nec doleas quod populus tuus inimicus ſit, te enim dura nuntiante non poteſt te amare qui durus eſt, vel Babylonij, qui ab Aquilone veniunt, & ſunt vt ferrum duriſſimum, huic populo duriori & indomito in ſimilitudinem æris non poterunt amicitia copulari. Vel ferrum duriſſimum, id eſt, populus Iſrael, Dei cognitione indignus eſt, qui in tantam peruenit malitiam, vt duriori metallo, id eſt, ære circumdatus ſit.

D

d *Et theſauros.* ORIGEN. hom. 11. in Ierem. Vnus theſaurus eſt Ieremias, alius Iſaias vel Moyſes, & ceteri. Hos theſauros abſtulit Deus Iudæis, & dedit nobis: vnde, *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur Gen. fa. f. e.* Primum *credita ſunt illis eloquia Dei.* & poſtea data nobis. Habent quidem legem & prophetas, ſed non intelligunt.

Theſauri ſpirituales Iudæorum traditi gentibus. Matth. 21. d. 1. Cor. 1. d.

E

e *In omnibus peccatis tuis.* HIER. vbi ſuprà. Id eſt, propter peccata tua, quæ in omnes terminos tuos peruenerūt, quia, ſcilicet, quantum in te eſt interfeciſti ſapientiam & veritatē. Si quidē Chriſtus ſapientia eſt & veritas. Omnia ergo perdiderūt, & reſurgēs Chriſtus non apparuit vltrà interfectoribus ſuis, ſed tantùm credentibus.

* Deut. 32. c.

f *Ardebit.* IBID. Non poteſt extingui, quia materiam præbuiſti ardoris, vt meus ignis tua quæ in te ſunt ligna conſumat & fœnum & ſtipulam. Non eſt ergo cauſa ardoris in domino, ſed in his, qui fomenta miniſtrant incendio.

F

g *Noli in patientia tua ſuſcipere me.* IBID. Vox Chriſti. q.d. Longanimis fuiſti ſemper huic populo delinquenti, ſed quia etiam contra me erexit temeritatem ſuam, noli iam eſſe longanimis. Si autem conſideres tempora dominicæ paſſionis, & ruinæ Ieruſalem, videbis, quia omnino patiens fuit. A quintodecimo anno Tyberij Cæſaris vſque ad ſubuerſionem templi numerantur anni quadragintaduo. Quia ſpatium pœnitentiæ oportebat dari, propter eos qui per apoſtolos erant crediturі.

Spatium pœnitendi datum Iudæis.

† THEODOR. Nonnulla habent βάλλε, hoc eſt, ne magna tolerantia vtens, & punire ſontes differens, nos læſos diſcruties.

☞ Non

NICOLAVS DE LIRA.

1 Omnes maledicunt mihi. *Et hoc erat quia vitia eorum arguebat. Incurrit enim odium qui arguit criminoſos, vt dicit Ioannes os aureum.*

Diuiſio.

2 Dicit Dominus. *Hîc ponitur primò domini conſolatio, & ſecundò prophetæ petitio, ibi,* Tu ſcis. *Et tertiò domini reſponſio, ibi,* Propter hoc. *Circa primum dicitur in perſona domini conſolantis Ieremiam,*

3 Si non reliquiæ tuæ in bonum, *id eſt, niſi finis huius negotij veniat ad bonum tuum, ſupple, non credatur mihi. Et eſt modus loquendi qui apud Hebræos dicitur truncatus, vbi oportet aliquid ſuppleri. Et eodem modo etiam cùm dicitur,*

4 Si non occurri tibi, *id eſt, occurram.*

5 In tempore afflictionis. *in Hebræo habetur:* Si non feci tibi occurrere, &c. *Et eſt eadem ſententia, quia dominus poteſt occurrere per ſe vel per alium. Et exponit iſtud Ra. Sa. dupliciter. Vno modo de Sedechia rege Iuda, qui tempore ſuæ afflictionis miſit nuntios ad Ieremiam rogans, vt oraret Deum pro ipſo & populo ſuo, vt habetur infrà 21. qui Sedechias dicitur hic inimicus Chaldæorum ipſum obſidentium, vel Ieremiæ, quia permiſit incarcerari, vt habetur infrà 37. cap. cùm tamen ex officio regis debuiſſet eum defendere. Alio modo de Nabuzardan, qui deſtructa ciuitate & populo captiuato, occurrit Ieremiæ dando ei munera & libertatem eundi vel manendi vbi vellet, vt habetur infrà 40. quando Sedechias, Sacerdotes, & falſi prophetæ inimici Ieremiæ in anguſtia & afflictione erant.*

Quando & quomodo intelligitur Deus occurriſſe Ieremiæ in tempore afflictionis.

6 Numquid fœderabitur ferrum. *Ferrum hîc accipitur primò pro rege Aegypti, & iterum pro rege Babylonis, quia vterque rex erat fortis: Aes verò pro Sedechia rege qui erat debilior. eſt igitur ſenſus: Numquid rex Aegypti & Sedechias facient pacem cum Nubuchodonoſor? qui dicitur ferrum ab Aquilone, eò quòd venit contra Ieruſalem ex illa parte, quaſi dicat, non pacificabuntur: quia ſic prophetia tua inueniretur falſa, & magis te perſequentur, tamquam prophetam falſum conuictum. Ra. Sa. dicit quod hæc eſt littera vera:* Numquid conteret ferrum ferro ab Aquilone & æs? *Ratio huius diuerſitatis eſt, quia verbum Hebraicum hic poſitum ab Hieron. æquiuocum eſt, & ſignat aſſociationem & confractionem: Primam ſignificationem ſequitur tranſlatio noſtra: Secundum verò Rab. Salom. & ſecundum eum per ferrum primò poſitum intelligitur rex Aegypti, de cuius auxilio confidebat Sedechias, Per ferrum ſecundò poſitum, rex Babylonis, & per æs ipſe Ieremias, qui in fine huius cap. vocatur murus æreus, & ſic eſt ſenſus: Numquid rex Aegypti per ſuam fortitudinem conteret regem Babylonis, & te qui prophetizas pro rege Babylonis contra Sedechiam & regem Aegypti? quaſi diceret, non, imò accidit contrarium. Ideo ſubditur conuertendo ſermonem ad regnum Iuda.*

Duæ expoſitiones verſ. 12.

7 Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionem dabo gratis, *id eſt, pro nihilo, Sedechias enim vnam partem miſit regi Aegypti vt auxiliaretur ſibi, & nihil ei valuit, vt habebitur infrà, aliam verò partem rapuerunt Chaldæi.*

8 In omnibus peccatis tuis. *id eſt, pro peccatis tuis accident tibi hæc.*

9 Et in omnibus terminis tuis. *ſicut in omnibus terminis tuis ſtatuiſti idola, vt habetur ſuprà cap. 11.*

10 Ignis ſuccenſus eſt in furore meo. *id eſt, zelus vindictæ meæ.*

11 Et ſuper vos ardebit. *id eſt, vindictam meam non euadetis.*

12 Tu ſcis domine. *Hîc conſequenter ponitur prophetæ petitio, quando dixerat ſibi dominus, quod finis ſuus eſſet bonus ipſum conſolando. Ideo petit huius conſolationis accelerationem, dicens:* Tu ſcis domine. *innocentiam meam, ſupple,*

Petitio Prophetæ.

13 Recordare mihi. *me citò conſolando, & de aduerſariis liberando.*

14 Noli in patientia tua ſuſcipere me. *id eſt, diu ſupportando aduerſarios meos, vnde in Hebræo habetur:* Noli in prolongatione tua ſuſcipere me. *id eſt, meam petitionem exaudire in longinquum.*

Scito

MORALITER.

†[2] *Dicit Dominus.* id eſt, non dubites quin opus tuum habeat finem bonum.

3 *Si non occurri tibi.* id eſt, occurram.

4 *In tempore afflictionis.* Dando tibi patientiæ virtutem & meam conſolationem. Ideo ſequitur poſtea: *Et fa. eſt mi. v. tuum in gau.*

3 Si

† MO-

a *Non se.* HIER. lib. 3. Hebræi arbitrantur hæc ex persona Ierusalem dici, quod sola sederit amaritudine repleta, & dolor eius perpetuus: Et sicut aquæ pertranseunt, sic verba prophetarum, qui prospera promittebant, transierunt mendaciter. Sed melius à propheta vel à viro sancto hæc dicũtur, qui non sedit in concilio ludentiũ. Præstet nobis dominus non sedere in consilio ludentium, & eorum qui futura non cogitant: Præstet nobis aduersis non credere, sed semper Dei sententiã formidare, & cum propheta dicere: *Solus sedebam quia amaritudine repleta est anima mea.* Gaudeant illi lusibus, nobis autem bonum sit adhærere Deo, & ponere spem nostram in eo, saturari opprobriis, & expectare sententiam iudicis, quæ opere monstrabit omnem amaritudinem instar fuisse fluentium aquarum.

Sedere in concilio ludentium duplici sensu intelligitur.

* 13. q. 3. c. quãdo ergo. *Potus & cibus sancta non esse committenda.*

b *A facie manus tuæ.* ORIG. vbi suprà. Facies manus Dei est ipsa percussio iusti iudicij, quæ superbientem hominem à paradiso expulit in hãc cæcitatem præsentis exilij. Comminatio verò eius est terror adhuc præsentis supplicij. Post faciem ergo manus, adhuc nos minæ terrificant, quia post experimentum iudicij nos pœna præsentis exilij perculit: & si peccare non desistimus, æternis adhuc suppliciis adiicit.

Quomodo Deus comminetur & inferat pœnam.

c *Solus se.* GREG. lib. 4. Mor. c. 35. q. d. Dum considero quid iam per iudicij experimentum patior à tumultu desideriorum temporalium, trepidus mentis secessum peto, quia adhuc acrius illa, quæ minaris, æterna supplicia formido.

d *Si separ.* GREG. lib. 18. Moral. c. 23. Vilis quippe est Deo præsens mundus, pretiosa est ei munda anima. Qui ergo *pretiosum à vili separat* quasi os domini vocatur, quia per eum dominus verba sua exerit, qui ab amore præsentis sæculi loquendo quæ potest humanam animam euellit.

† CHRYSOST. hom. 3. in Gen. Qui educit pretiosum à vili, quasi os meũ erit. Hoc est, qui ab errore ad veritatẽ manuduxerit, vel à peccato ad virtutem proximum induxerit, pro virili humano me imitatur.

e *Quasi os meũ.* HIER. Consideremus quantam mercedẽ habeat sermo doctoris, si ab errore quempiam liberare voluerit, & de peccantium numero reuocare.

† THEOD. Non exiguam, inquit, mercedem conseruo tibi, qui tantum laboris suscepisti. Nam si quempiam errantem conuerteris, multam apud me fiduciam consequeris, quod indicat clausula, *ante faciem meam stabis.* Et si quemquam ex impiis conuerteris ac persuaseris, vt amplectatur quæ tendunt ad meliora, ori meo assimilabere.

Quam dignã Deus conseruet mercedem his qui sibi animas lucrantur.

Scito quoniam sustinui propter te opprobrium. [16] Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos. Et factum est mihi verbum tuum in gaudium & lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me, domine Deus exercituũ. [17] Non sedi in concilio ludentium, & gloriatus sum à facie manus tuæ. *Solus sedebam, quoniã amaritudine replesti me. [18] Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. [19] Propter hoc hæc dicit dominus: Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam stabis: & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos. [20] Et dabo te populo huic in murũ æreum fortem, & bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia ego tecum sum vt saluem te, & eruam te, dicit dominus. [21] Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

Interlinear: ¶ Veri. a ¶ Quos meo ore loquebaris. b ¶ Id est, versi sunt mihi in cibum. Symmachus: suscipiam eos subaudis, in gaudium qui fuerant in opprobrium. ¶ Alias domini. a ¶ q. d. Ideo gauisus sum, quia propter nomen tuum dura passus sum. ¶ Non sedi cum consilio va. & cum ini. geren. non introi. Hinc Iesus se resurrexisse docens, ait: Dimittentur vo. domus v. d. reliquit enim sermo diuinus consilium Iudæorum. a ¶ Non habere consortium malorum. b ¶ Dum impendentem mihi manum tuam semper expecto. a ¶ Solitarius sum ego donec transeam. b ¶ Quasi in concilio ludentium sedere nolui, sed amaritudinem meam deuoraui, vt in futuro præparem gaudium mihi. c ¶ Non habui interualla doloris, nec vlla remedia expectaui. ¶ Præualuerunt qui me contristabant. a ¶ In hoc est consolatio, sicut enim aquæ defluunt, sic impetus inimicorum te adiuuante peribit. a ¶ Patet quod propheta superiora dixerit, cui dominus respondit. b ¶ Populum à peccatis. c ¶ De tribulatione in lætitiam. a ¶ Sicut angeli stant in conspectu Dei videntes faciem eius. b ¶ Sermonibus tuis. c ¶ Sanctum. d ¶ Peccatore. a ¶ q. d. Ne putes boni operis non esse mercedem. b ¶ Præceptis meis copulaberis. c ¶ Imitatores tui erunt, non tu eorum. a ¶ Ne reformides, dicens: Quare factus est dolor meus perpetuus. b ¶ Vt contra aduersarium omni robore resistas. a ¶ Meo sanguine, vel in præsenti meo auxilio.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Scito quoniam. *q. d. Citò debes adhibere remedium.*
2 Inuenti sunt, *scilicet, veritate pleni.*
3 Et comedi eos, *id est, suscepi tamquam cibum suauem.*
4 Et factum, *scilicet, à principio quando misisti me ad arguendum populum, cuius correctionem sperabam: eò quòd dixisti suprà 3. a.* Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me. *Et sic exponit Ra. Sa. Aliter exponitur sic:* Et factum est. *quia materia gaudij debet esse homini, quando illustratur reuelatione diuina, & maximè in iuuentute sua, sicut fuit de Ieremia, vt habetur suprà 1. cap. Et huic expositioni concordat littera sequens, cùm subditur,*

Duæ expositiones illius: *Et factũ est mihi verbum tuum, &c.*

5 Quoniam inuo. *eò quòd sum institutus, & vocor propheta domini. Et quia prophetæ se abstrahebant à vanitatibus mundi, vt essent magis apti ad percipiendum illuminationes diuinas, ideo subditur,*
6 Non sedi. &c. gloria. sum. *in te, non in mundana vanitate, verumtamen quia processu temporis reuelata est Ieremiæ destructio ciuitatis & templi diffinitiuè, ita quod sciuit illam prophetiam esse prædestinationis: de qua tamen in principio nesciebat, vtrùm esset prædestinationis vel tantùm comminationis: quia sicut in cognitione naturali est processus de cognitione minus determinata ad magis determinatam, vt habetur primo Physicorum, Sic frequenter fit in cognitione supernaturali, qui processus est per reuelationem diuinam, ideo sequitur,*

Processus de cognitione minus determinata ad magis determinatam.

7 A facie manus tuæ, *id est, propter cognitionem vindictæ tuæ futuræ.*
8 Solus sedebam, *tamquam tristis & mœrens.*
9 Quoniam amaritudi. *reuelata destructione ciuitatis & templi diffinitiuè, & subditur,*
10 Quare fact. &c. *id est, absque consolatione temporibus meis; quia videbat quod ciuitas & templum non reædificarentur tempore suo.*
11 Facta est mihi, &c. *Dicuntur aquæ infideles torrentes, qui ad tempus fluunt aquis, qua adueniente siccitate deficiunt; & per hanc similitudinem insinuat propheta, quod consolatio temporalis sibi deficiebat, quando ea indigebat, sicut aqua torrentis magis esset necessaria in æstate quàm in hyeme.*
12 Propter hoc. *Hic consequenter ponitur domini responsio, in qua promittitur prophetæ superna consolatio, quæ est summè appetenda, cùm dicitur,*

Promittitur prophetæ superna consolatio.

13 Si conuerte. *s. aliquos de malo ad bonum per tuam exhortationem.*
14 Conuertam te. *scilicet, ad me, dando tibi internam consolationem:*
15 Et ante faciem meam stabis, *æternaliter videndo clarè faciem meam cum angelis.*
16 Et si separaueris pretios. à vili. *id est, prædestinatos à præscitis.*
17 Quasi os meum. *q. d. In hoc loqueris pro me, qui prædestinatos ab æterno ad gratiam voco in tempore: Ille enim qui loquitur pro rege, dicitur os regis.*
18 Conuertentur ipsi ad te, *Malum dimittendo & te imitando:*
19 Et tu non conuerteris ad eos, *id est, ad eorum malitiam præcedentem, quasi dicat dominus, Non debes dimittere prædicationem ex hoc, quod pauci tibi credunt, Et multi propter hoc te oderunt: quia ero tecum contra eos, ideo subditur,*
20 Et dabo te populo huic in murum æreum, *in tantum, quod non habebis eos timere. Cuius causa subditur,*
21 Quia ego tecum sum. *Qui sum virtutis infinitæ.*
22 Et liberabo te de ma. pes. *id est, sacerdotum & pseudoprophetarum, qui sub specie sanctitatis decipiebant populum, & dicebant Ieremiam esse prophetam falsum, & hoc est pessimum sub specie sanctitatis agere malum, vnde dicit Hieron.* Simulata sanctitas duplex est iniquitas.
23 Et redimam te de manu fortium, *id est, regis & principum, qui persequebantur Ieremiam ad instinctum sacerdotum & falsorum prophetarum.*

Sacerdotũ & pseudoprophetarũ calumniæ in Ieremiam.

MORALITER.

† 16 *Et si se.* Hic ostenditur meritum boni prædicatoris vel doctoris cùm dicitur, *Si separaueris pretiosum à vili,* id est, animas Christi sanguine pretioso redemptas à vilitate peccati per tuam doctrinam.
17 *Quasi os meum e.* Quia verbum boni prædicatoris, est verbum Saluatoris, Matth. 10. c. *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.*
20 *Et dabo, &c.* in murum æreum. Æs enim est solidum, durabile, & sonorum, sic prædicator vel doctor bonus in aduersis est solidus per patientiam: durabilis per constantiam, & sonorus per eloquentiam efficacem.

Bonus doctor muro æreo comparatur.

ADDITIO.

In cap. 15. vbi dicitur in postilla. Propter Manassen, &c.
Hoc quod dicitur hic: Propter Manassen, &c. *videtur esse cõtra illud quod habetur Deut. 24. e.* Non occidẽtur filij pro patribus. *Ad quod dicendum secundùm glos. quod quomodo sanctorum merita ad posteros descendunt, sicut Dauid & cæterorum: sic peccatorum flagitia si liberi nepotesq; similia agerent, ad posteros perueniunt.*

An debeant filij propter patres puniri.

non ducendam ; nec ad conuiuia ingrediendi, ostenditur Prophetæ futura calamitas & clades.

CAPVT XVI.

... est verbum domini ad me dicens, Non accipies vxorem. Hier. ...13. Instante captiuitate, ne super proprium dolorem ... quoque & liberorum miseriis torquearis. Bene ergo ... iubet, Quia ... est & con... imminet, vt ... habent, sint quasi non habentes.

† Theod. Denunciat ei ne ducat vxorem, ne ve procreet liberos: eò quòd parentes & liberi tradendi sint fami, pesti, cædi ac seruituti.

b *Mortibus ægrotationum.* Hier. suprà. Nota quòd longa infirmitate tabescere, ira Dei est: vnde Ioram filius Iosaphat infirmitate consumitur. Et apostolus ait: *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, &c.*

c *Ne ingrediaris dom.* Ibid. Vnde: *Cum huiusmodi nec cibum sumere.* Nec debes dicere ei aue. Apostolis quoque interdictum est, ne quemquam in itinere salutent. Vnde & Elisæus salutationem Giezi interdicit. mos autem est lugentium ferre cibos & præparare conuiuium, quæ parentalia vocantur, eò quòd à parentibus ista celebrantur. Vnde alibi: *Date vinum his qui sunt in luctu, vt obliuiscantur doloris.* Præcipitur ergo prophetæ, ne quemquam de populo consoletur, ne inimicorum Dei conuiuiis misceatur, ne ista celebret in mortuorum funeribus. Aliud enim est mori communi lege naturæ, aliud Dei occubuisse sententia.

Ieremias iuuenis ad prædicandum missus est à domino, vnde ait, *A a a domine, nescio loqui.* Et virgo fuit & castus, & sine liberis vt expeditius prædicaret.

d *Neque plangentur.* Ibid. Modus fuit apud veteres, & vsque hodie permanet in quibusdam Iudæorũ, in luctu lacertos incidere, quod etiam legimus Iob fecisse. Interdicitur ergo prophetæ ne panem inter eos frangat, ne ingrediatur domum conuiuij, ne misceatur eis, quos Dei sententia execrauit. Si autem de lugentibus hoc dicitur, quid fiet de hæreticis, quorum sermo serpit vt cancer, & quotidie deceptorum funera prosternunt in ecclesia?

e *Ecce ego auferam.* Sic quoque peccanti ecclesiæ aufert Deus omne gaudium & omnem lætitiam. De quo dicitur, *Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete.*

Marginalia: 1.Cor.7.c. — Coniugij incommoda. — 1.Par.21.c. 1.Cor.11.b. — 1.Cor.5.d. Luc.10.a. — 4.Reg.4.c. — Parentalia. — Prou.31.a. — Suprà 1.a. Ieremias virgo fuit. — Lacertos in luctu incidere. — Iob 1.d. — Hæreticorũ consortia sunt vitãda. — Philip.4.a.

CAP. XVI.

ET factum est verbum domini ad me, dicens: [1] Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filiæ in loco isto. [3] Quia hęc dicit dominus, super filios & filias qui generantur in loco isto, & super matres eorum quę genuerunt eos, & super patres eorum de quorum stirpe sunt nati in terra hac. [4] Mortibus ægrotationum morientur. Non plangentur & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt, & gladio & fame consumentur. Et erit cadauer eorum in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ. [5] Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos, quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit dominus: misericordiam & miserationes. [6] Et morientur grandes & parui in terra ista. Non sepelientur, neque plangentur, & non se incidet, neque caluitium fiet pro eis. [7] Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo, & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre. [8] Et domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis & comedas & bibas. [9] Quia hæc dicit dñs exercituum Deus Israel: Ecce ego auferã de loco isto in oculis vestris & in diebus vestris vocem gaudij & vo-

Interlinear glosses: a ¶ Non quod prohibuisset prophetæ vxorem accipere: sed populo dictum est. — a ¶ Præ multitudine morientium. — b ¶ q.d. In sterquilinio iacebunt cadauera volatilibus & bestiis terræ laceranda. — ¶ Quia misericordia indigni sunt. — a ¶ Nulli parcam ætati. — b ¶ Sepulturæ quoque carebunt.

a Sed

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XVI.

1 ET factum est. *Hic ponitur quartum, per quod ostenditur peccatum Iudæ irremediabile quantum ad euasionem pœnæ, scilicet mortalitas hominum futura sine retractione. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur huius mortalitatis denuntiatio; Secundò ipsius causa vel ratio, ibi,* Et cùm annuntiaueris. *Circa primum dicit dominus Ieremiæ,*

2 Non accipies vxo. *Ex hoc loco dicunt doctores, quod Ieremias mortuus fuit virgo: quia non est aliquo modo verisimile, quòd cognouerit mulierem fornicariè, cùm fuit sanctificatus in vtero matris, vt habetur suprà 1. cap. & illustratus dono prophetiæ à iuuentute vsque ad mortem. Sed contra hoc posset obijci quod subditur,*

3 In loco isto, *Ex quo videtur, quod alibi accepit vxorem. Ad quod dicendum, quod argumentum est magis ad oppositum, quàm ad propositum: quia cùm dicitur,* In loco isto, *intelligitur tota Iudæa, quæ per Nabuchodonosor fuit vastata, & multò magis excluduntur ab eo nuptiæ in terra aliena, scilicet, in Aegypto, vbi descendit cum populo Iudæ fugitiuo, vt habetur infrà 43. Nec habuit ibi materiam lætitiæ seu nuptiarum, sed magis tristitiæ & miseriarum pro culpa populi quam arguebat, & pro pœna sequente quam prævidebat. Cetera patent vsque ibi,*

4 Ne ingrediaris domum conuiuij. *Scilicet gaudiosi, quasi dicat, Non imminet tempus gaudij, sed doloris.*

5 Neque vadas ad plangendum, *scilicet, mortuos: Tum quia non vacabat alicui plangere amicum mortuum propter continuum insultum Chaldæorum; Tum quia præ nimia angustia melioris conditionis reputabantur mortui quàm viuentes. Cetera patent vsque ibi,*

6 Et non se incident, *in Hebræo habetur:* Lacerabunt vnguibus,

7 Neque caluitium fiet pro eis, *id est, eradicatio seu tonsio capillorum, talia enim fiebant tunc in luctu mortuorum.*

8 Et non frangent inter eos lugenti panem, &c. *Conueniebant enim amici defuncti ad manducandum & bibendum cum filio eius vel alio repræsentante personam defuncti, ad consolationem pro morte eius: & adhuc fit in pluribus terris. Per hoc autem quod hic dicitur, quòd talia non fient, designatur quod non vacabit alicui flere mortuos, nec flentes consolari rationibus prædictis.*

Marginalia: Diuisio. — An Ieremias fuerit virgo? — Quomodo fieret olim luctus mortuorum.

1 Et

MORALITER.

† 1 *Et factum est verbum domini ad me dicens: Non accipies vxorem.* Vxor, accipienda est vera sapientia, sicut dicitur Sap. 8.a. *Hanc quæsiui mihi sponsam assumere.* Et per oppositum mundana sapientia (quæ vt dicitur Iacobi 3.d. *est terrena, animalis, diabolica*) est mulier refutanda. Et sic dicitur hic,

2 *Non accipies,* id est, non facies opera à sapientia mundi procedentia, quæ sunt fraudes, lites, contentiones & similia.

† *Mortibus,* Et dicit *mortibus* propter mortem culpæ, & mortem gehennæ, quibus moriuntur, tales filios facientes.

† *Non sepelientur,* Per occultationem, nam talia veniunt ad communem notitiam: ideo subditur,

† *In sterquilinium,* Per scandalum & infamiam.

† *Et erit cadauer eorum,* id est, animæ eorum in peccatis putrefactæ tradentur dæmonibus, qui per volucres designantur, Matth. 13.a. in parabola seminantis, cùm dicitur: *Et volucres cæli comederunt illud,* id est, dæmones, vt Saluator exponit ibidem. Et quia in inferno nulla est consolatio, ideo subditur,

4 *Ne ingrediaris domum conuiuij.* Per quod intelligitur exclusus omnis modus gaudij. Residuum huius capituli ad litteram, est repetitio punitionis Iudæorum per Chaldæos, per quam signantur pœnæ damnatorum per spiritus malignos, quæ non est à nobis plenè explicabilis: ideo pertranseo.

Marginalia: Sapientia terrena & eius fructus. — Pœnæ damnatorum.

† MORA-

a *Sed & vos,&c.* HIER. lib. 3. Ne fortè dicerent: Iniusta sententia est, A *patrem comedisse vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescere.*

Ierem. 31. b *Ecce dies veniunt, &c.* IBID. Prædicuntur miracula, quæ iuxta litteram sub Zorobabel & Iesu pontifice partim cõpleta sunt, spiritualiter plenius in Christo complenda. *Ecce dies veniũt, &c.* Possumus hoc de persecutionibus dicere, quæ populo nostro accidere à diebus Neronis vsque ad tempora Maximiani. Misertus enim dominus populo suo, reduxit eos in terram suam, id est, ecclesiam quam dedit patribus eorum, B id est, apostolis, & apostolicis viris.

Persecutiones primitiuæ Ecclesiæ.

c *Ecce ego mittam piscatores.* IBID. Iudæi putant piscatorum nomine significari Chaldæos, & per venatores Romanos, qui de montibus collibusque, & de cauernis petrarum venati sunt infelicem populum.

† ORIGENES Homil. 12. in Ieremiam. Si quis cõsideret discipulos Saluatoris, vt habeant non solùm gratiam sermonis ita scripturarum ratione contextam, vt retia quæ possint C super humanas animas, gyro artificis circumfundi, videbit quomodo vsque in præsentem diem, Saluator mittat hominum piscatores, instituens eos animas liberare de mari, & ex acerbissimis fluctibus ad auram producere liberiorem. Verùm illi pisces, cùm sagenis, hamis, retibus, extracti de aqua fuerint, moriuntur: Apud nos verò cùm aliquis fuerit sermonis reti comprehensus, & eductus de mari sæculi, moritur quidem ille, sed peccato, sed mundo, vt consurgens Christo Deo viuat.

Studium prædicatorum in lucrandis animabus cõparatur piscationi.

a ¶ Qui habet sponsam, sponsus est.

cem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ. [10] Et cùm annuntiaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi, quare locutus est dominus super nos omne malum grande istud? Quæ iniquitas nostra, aut quod peccatum nostrũ, quod peccauimus domino Deo nostro? [11] Dices ad eos: Quia dereli-

a ¶ Qui præsunt in ecclesia. b ¶ Quorum Deus venter est, auaritia, luxuria, & huiusmodi.

querunt me patres vestri, ait dominus: & abierunt post Deos

a ¶ A quo quis vincitur eius seruus est. b ¶ Adorat quisque quod diligit.

alienos, & seruierunt eis, & adorauerunt eos, & me dereliquerunt

a ¶ Sacerdotum est proprium, non solum docere, sed etiam facere legem: vt non solum verbis, sed etiam exemplis gregem doceant.

a runt & legem meam non custodierũt. [12] Sed & vos peius operati

a ¶ Semel à domino derelicti faciunt quæ non conueniunt.

rati estis quàm patres vestri. Ecce enim ambulat vnusquisque

a ¶ De quo exeunt cogitationes pessimæ: ideo ab ecclesia separantur, vt vadant in terram longinquam, quam nec ipsi nec patres eorum nouerant, antequam peccarent.

post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat, [13] & eiiciam vos de terra hac in terram quam ignoratis vos & patres ve-

a ¶ Qui non sunt dij, sed putantur. b ¶ Perseuerantiam peccandi ostendit, dum in diebus flagitiis, in noctibus seruiunt libidini. ¶ Dij. c ¶ Quidquid ergo peccamus imperium dæmonum est, qui numquam dant nobis requiem, sed semper compellunt delictis cumulare delicta.

stri: & seruietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non da-

a ¶ Manifeste populo restitutio prædicatur.

b bunt vobis requiem.* [14] Propterea ecce dies veniunt dicit dominus, & non dicetur vltrà: viuit dominus, qui eduxit filios

¶ Per Moysen & Aaron. a ¶ Cyro rege Persarum laxante captiuos.

Israel de terra Ægypti, [15] sed viuit dominus qui eduxit filios

a ¶ Quod non sub Cyro, sed sub Christo completum est: vnde, Cùm plenitudo Gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet.

Israel de terra Aquilonis, & de vniuersis terris ad quas eieci eos: & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eo-

¶ Enim. a ¶ Apostolos. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.

c rum. [16] Ecce ego mittam piscatores multos dicit dominus, &

a ¶ Ecclesiasticos viros, vel angelos, qui postquam consummatio aduenerit, venentur sanctos.

piscabuntur eos. Et post hæc mittam eis multos venatores,

¶ Dogmatum. a ¶ Bonorum operum.

& venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de d cauernis petrarum, [17] quia oculi mei super omnes vias eorum. Non sunt absconditæ à facie mea, & non fuit occulta iniquitas

¶ Quia postea bona recipient.

e eorũ ab oculis meis. [18] Et reddam primũ duplices iniquitates

a Vt subditus fiat omnis mundus Deo, & non merito, sed misericordia conseruetur.

& peccata eorum, quia contaminauerunt terram meam in morticiniis idolorum suorum, & abominationibus suis im-

a ¶ Christe, Domine refugium factus es nobis.

f pleuerunt hereditatem meam. [19] Domine fortitudo mea &

d *Cauernis pe. &c.* HIER. Apostolis & Apostolicis viris: *Petra enim* D *Christus*, sed & Petro donauit, vt petra vocaretur, in cuius sensibus requiescentes rectè dicuntur translati de petra. Et ostendit, vel Apostolos, vel qui postea venandi sunt, peccata habuisse, & recepisse duplices iniquitates suas.

1. Cor. 10. b. Matth. 16. c.

† ORIGENES vbi suprà. Quod est foramen petræ? Vide eum (Christum) apud Deum patrem verbum Deum, videbis integram petram; vide dispensatione assumpti corporis, videbis formam petræ, quod per posteriora Dei iuxta possibilitatem imbecillitatis suæ humanus intuetur aspectus. Hoc enim est quod ait, *videbis posteriora mea.* Hæc est vna petra. Ceteræ petræ & cauernæ sunt Prophetarum & Apostolorũ chorus, qui omnes imitatores Christi petræ sunt.

Christus petra & eius imitatores sunt petræ.

E

*Infrà 13. b. Luc. 11. f.

e *Duplices iniquitates & peccata eorum.* HIERONYMVS. Quia *seruus sciens & non faciens voluntatem domini, vapulabit multis.* Dignum est enim eos qui de Gentibus sunt, simplicia peccata recipere, & nos duplicia: vnde, *Voluntariè nobis peccantibus non relinquitur hostia pro peccatis.*

Maioribus digni sunt pœnis qui scientes peccant.

Hebr. 6. F

† THEODORETVS. Quasi plenus humanitate, vltionem vocat peccatorum duplicationem. Non enim ad iuris normam & rationem pares persoluerunt pœnas.

f *Domine fortitudo.* † EVSEBIVS lib. 5. de demonstr. cap. 30. In his verbis dominus alium precatur, patrem videlicet ac Deum vniuersi, illic sanè vbi incipiens ait, *Domine fortitudo mea & robur, &c.*

d Ca- ☞ Ad

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cùm annuntiaueris. *Hic consequenter ponitur dictæ mortalitatis ratio. Et diuiditur in duas, quia primò explicatur causa. Secundò replicatur pœna, ibi,* Et eiiciam, *Prima pars patet vsque ibi,*

Diuisio.

2 Quia dereliquerunt me patres vestri, *negligendo diuinum cultum.*

3 Et abierunt post Deos ali. *Per idololatriam, hoc patet Exod. 32. in adoratione vituli conflatilis, & in libro Iudicum quasi per totum.*

4 Sed & vos peius operati estis, *qui non solùm coluistis idola, sed etiam ea posuistis in templo domini, vt habetur 4. Regum 21. quod non fecerunt patres vestri, & in hoc etiam estis obstinati: Ideo subditur,* Ecce enim vnusquisque.

Iudæi temporibus Ieremiæ ad magis abominabilem declinauerant idololatriam, quàm olim eorum patres.

5 Et eiiciam vos de terra. *Hic consequenter replicatur pœna: Et diuiditur in duas, quia primò ponitur Iudæorum reprobatio; Secundò Gentium vocatio, ibi,* Domine fortitudo. *Circa primum dicitur,* Et eiiciam vos de terra hac. *Hoc fuit impletum quando Nabuchodonosor in Babyloniam transtulit populum, vt habetur infrà 3.*

6 Et seruietis ibi diis alienis, *Quia multi Iudæorum adhæserunt idololatriæ Babyloniorum.*

7 Qui non dabunt vobis requiem. *quasi dicat, Ibi affligemini valdè dura seruitute: ideo sequitur,*

8 Ecce dies veniunt. *Per hoc innuit seruitutem Babylonicam fore duriorem Aegyptiaca, quia faciet obliuisci seruitutis Aegyptiacæ, & liberatio de Babylone liberationem de Aegypto. Motus enim maiores repellunt minores, lib. de somno & vigilia.*

9 Ecce ego mittam piscatores, *id est, Chaldæos qui ceperunt habitatores Ierusalem tamquam pisces conclusos intra rete.*

10 Et post hæc mittam. *quia rex Sedechias & viri bellatores & plures alij de Ierusalem fugerunt per viam occultam, sed Chaldæi ad modum venatorum insecuti sunt eos, & ceperunt, vt habetur 4. Reg. vlt.*

11 Et venabuntur eos de omni monte, &c. *id est, de omnibus latibulis vbi refugient.*

12 Quia oculi mei super omn. *id est, super omnia mala opera sua adpuniendum.*

13 Et reddam primùm duplices iniquitates, *Id est, peccata cordis & operis ipsorum. Vel peccata contra Deum & proximum puniam debitè antequam reuocem eos de Babylone.*

14 Quia contaminauerunt terram meam, &c. *scilicet Iudæam, quæ erat diuino cultui deputata ratione templi quod erat in ea.*

15 In morticiniis idolorum, *id est, in animalibus idolis immolatis.*

16 Domine fortitudo. *Hic iuxta deiectionem Iudæorum ponitur erectio Gentilium ad fidem, sicut fit in pluribus locis in prophetis. Et quia istud fuit ex maxima Dei miseratione & potentia: ideo propheta Dei poten-*

Vocatio Gentium.

HIERON. lib. 3. Postquam eiectus est Israel, & à ...toribusque translatus, Gentium multitudo con... & pristinum confitetur errorem. ... illis futura, & prædoceo eos, quæ sit potentia mea, quà nimirum per abiectos & paucos homines, procuraturus sum conuersionem gentium.

...ID. ...sa- ...bi- ...na- a ...id b ...egit ...aeq; ...Gen. ...nites ... Sede... ...stultu... ...Deus, vt... confundat... id est, ab his, qui sunt nouissimi super terram, fatui & ignobiles & abiecti. † THEODORETVS in hunc locum. Multò antè, ait, prædico illis

1.Cor.1.d. Quos elegerit Deus?

a ¶ Vnde, Redimentes, tempus quia dies mali sunt.

a robur meum, & refugium meum in die tribulationis. Ad te b Gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ eis nõ profuit. [20] Nũ-

a ¶ Sugillant ignorantiam tam suam quàm maiorum suorum, qui putauerunt homines facere Deos, cum Deus faciat homines.

c quid faciet sibi homo Deos, & ipsi non sunt Dij? [21] Idcirco ecce

a ¶ Passione completa. b ¶ Non in vmbra & imagine vt prius. c ¶ Christum qui virtus & Dei sapientia.

ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam

¶ Ostensa manu. a ¶ Illud audientes: Pater manifestaui nomen tuum hominibus.

& virtutem meam, & scient quia nomen mihi dominus.

c Deos. HIER. vbi sup. Non solũ de corporeis simulacris facit sibi homines Deos, sed & de corde confingunt. Omnes philosophi, hæretici, qui varia dogmata prodiderunt, fecerunt sibi idola, & animæ voluntatem putauerunt Deum, & adorauerunt opus manuum suarum, putantes vera esse, quæ finxerunt.

Philosophi & hæretici sibi idola fingunt.

NICOLAVS DE LIRA.

potentiam confitetur, dicens: Domine fortitudo mea. *In aggrediendo magna, confidens de virtute tua.*

1 Et robur meum, *id est, me roborans in sustinendo aduersa,*

Psal. 18. a.

2 Et refugium meum, *contra imminentia pericula,*

B

3 Ad te Gentes, *id est, Gentiles,*

4 Venient, *per fidem ad Apostolorum prædicationem.*

5 Ab ex. ter. *Quia* in omnẽ terram exiuit sonus eorũ, & in fi. or. &c.

6 Et dicent, *tuam deitatem confitendo.*

7 Verè mendacium, *in cultu idolorum,*

8 Possederunt, *Sic enim dicebant Gentiles conuersi per Apostolorum prædicationem de idolis, quæ patres eorum coluerant: ideo subditur,*

9 Numquid fa. *q.d. non: sed magis econuerso, Deus facit homines, ideo concluditur de idolis:* Et ipsi non sunt dij. *Et subditur in persona domini,*

10 Idcirco ec. eg. ostendam, *in Gentilibus ad fidem venientibus.*

11 Per vicem hanc, *id est, Apostolos: & quid ostendatur, subditur,*

12 Ostendam eis, *id est, potentiam in operibus miraculosis ad confirmationem veritatis prædicatæ per Apostolos, secundum quod dicitur Mar. vlt. d.* At illi profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante, sequentibus signis.

E Vocatio gentium.

13 Et scient, *In Heb. habetur hic, Nomen domini Tetragrammaton, quod est appropriatum summo creatori. Gentiles enim videntes miracula, quæ non poterant fieri nisi virtute diuina, statim confitebantur diuinitatem Christi, in cuius nomine hæc fiebant. Totum autem istud ab illo loco:* Ad te Gen. *exponitur ab aliquibus doctoribus consequenter ad litteram præcedentem de Iudæis reuertentibus de Babylone, cum quibus plures Gentiles conuersi ad Iudaismum redierunt, & vtrique confitebantur patres suos in idololatria errasse. Et patet applicatio litteræ ad hanc sententiam.*

ADDITIO I.

In cap. 16. vbi dicitur in Postil. Non ingrediaris domum conuiuij.

Vbi littera nostra habet, conuiuij, *in Hebræ. habetur dictio* מרזח marzach, *quæ significat conuiuium non simpliciter, sed conuiuium lugentium tantum: vnde glo. in hoc loco*, Mos est lugentibus ferre cibos & præparare conuiuium. vnde alibi: Date vinum his, qui sunt in luctu, vt obliuiscantur doloris. *Hæc in glo.*

Prou. 31. a. Conuiuiũ lugentium.

C

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in Postil. Ecce dies venient dicit dominus.

Liberatio ab Aegyptiaca captiuitate quasi incomparabiliter excedit liberationem à Captiuitate Babylonica: Illa enim fuit cum maximis miraculis & portentis, & cum vera libertate & triumpho sine aliquo iugo Gentium; cuius oppositum contigit in Babylonica captiuitate: Vnde in templo secundo celebratur festum Pascha in memoriam liberationis Aegyptiacæ. vnde Luc. 22. a. Appropinquabat autem Pascha dies festus Iudæorum. *Vnde de illo templo non verificaretur illud quod hic dicitur,* Non dicetur vltra viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti, *cum illo tempore vigebat memoria liberationis Aegyptiacæ; sicut in primo templo; & ideo hæc prophetia de tempore redemptionis Christi intelligenda est, quæ quidem redemptio incomparabiliter excedit redemptionem Aegyptiacam. Vnde in glo.* Hoc quod dicitur, non sub Cyro, sed sub Christo completum est.

Incomparabiliter excedit liberatio à seruitute Ægyptiaca liberationẽ à seruitute Babylonica.

REPLICA. *In cap. 16. vbi dicitur*, Non ingrediaris domum conuiuij, *Post. dicit* gaudiosi. *Bur. lugentium tantum: quia mos inquit, erat ferre cibos & parare conuiuium lugentibus, quia alibi dicitur:* Date vinum his, qui sunt in luctu, vt obliuiscantur doloris. *Hæc Bur. Sed hæc expositio videtur contra litteram quæ dicit:* Non ingrediaris ad conuiuiũ. *Burg. autem præcipit in suo sensu parari conuiuium, & sic glo. Burg. præcipit quod littera prohibet & interdicit. In eod. cap. vbi dicitur: Ecce dies veni. &c. Exponit Postil. prout littera sonat, quod seruitus Babylonica fuit durior Aegyptiaca, & liberatio ab illa gloriosior & compendiosior quàm ab ista: hoc sanè intelligendo de liberatione completa, quæ per Christum tempore secundi templi fuit consummata. Istam suppletionem ponit Postil. infr. 23. ca. Et per eam tollitur obiectio Burgen. in hoc loco. Ea quæ ab hoc loco vsque ad 41. cap: Burg. facit, sunt modicæ speculationis.*

F Prou. 31. a.

CAPVT XVII.

PEccatum Iudæ scriptum est, &c. HIER. lib. 4. q.d. Gentilium peccata deleta sunt, de quibus ad Moysen dicitur, *Dimitte me, vt interficiam populũ istum, & faciam te in Gentem magnam.* Peccatũ verò Iuda indelebile, quasi scriptum stylo ferreo, in vngue adamantino, qui Hebraicè dicitur *samir*, non quod vllus vnguis appelletur *samir*, sed adamas, qui in eo quod indomitus sit & infrangibilis, hoc nomen accepit: Tantum nitorem habet & lenitatem, vt absq; vllo impedimẽto scribi possit in eo ☞ stylo

Exod. 32. c. Vnguis Adamantinus.

CAP. XVII.

¶ Iudæorum. a ¶ Indelebiliter. Sanguis eius super nos & super filios nostros.

a P [1] Eccatum Iuda scriptũ est stylo ferreo in vngue [2] adamantino, exaratum [3] super latitudinem cordis [4]

a ¶ Vbi est ergo illud quod anus delira fingit, posse hominem sine peccato esse si velit, & facilia esse mandata Dei. b ¶ Vt opera sacrilegij in æterna memoria sint.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XVII.

PEccatum Iuda. *Hic ponitur quintum, ad ostendendum peccatum populi Iudæ insanabile, per hoc quod dicitur*, Scriptum stylo ferreo in adamante, *quæ scriptura est indelebilis. Et diuiditur hoc cap. in duas partes, quia primò ponitur populi Iudæ reprobatio; secundò Ieremiæ deprecatio, ibi*, Sana me domine. *Prima in duas quia primò ponitur reprobatio populi propter eius idololatriam; secundò propter ipsius falsam confidentiam, ibi,* Hæc dicit. *Circa primum dicitur,*

Peccatum Iuda insanabile. Diuisio.

1 Peccatum Iuda scriptum est stylo, &c. *id est, per sculpturam.*

2 In vngue adamantino, *id est, in lapide adamantino ad modum vnguis polito. Et in hoc designatur indelebilitas huius peccati, & eius manifestatio coram Deo.*

3 Exaratum, *id est, scriptum.*

4 Super la. *In Hebræo habetur:* Super tabulam cordis eorum. *Ex hoc patet, quod in vngue adamantino significauit cor populi Iuda, quod sic nominatur propter obstinationem in peccato. In Hebræo habetur:* In vngue samir, *& dicunt Hebræi, quod samir est nomen cuiusdam vermis, cuius sanguis habet vim cauandi & incidendi lapidẽ, & secundum hoc vnguis non accipitur hic pro politione, sed pro virtute illius sanguinis, & secundum eos sic fuerunt scissi lapides, qui ponebantur in templo Salomonis, sicut dictum fuit 3. Reg. 6. super illud: Malleus & securis non sunt audita in domo domini, cùm ædificaretur.*

Qualibus saxis exstruxit Salomonis templũ.

1 Et

MORALITER.

† 1 *Peccatum Iuda*, Iuda tribus erat regia & Sacerdotali commixta, & ideo signat statum prælatorum, quibus dicitur 1. Pet. 2. d. *vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c* Et quia quantò status altior tantò casus grauior, ideo dicitur, *Peccatum Iuda scriptum est stylo fer.* id est, indelebiliter, quia propter eius grauitatem difficulter potest deleri.

Peccata prælatorũ.

3 *Exaratum super latitudinem.* Per quod designatur dilatio huius peccati ad alios per exemplum.

GREGOR. in pastorali. Cum pastor per abrupta graditur, consequens est, vt ad præcipitium grex sequatur.

stylo ferreo, vt dura ferri materies scribat in duriori tabula, & scriptum in æternum maneat, secundum illud: *Sanguis eius super nos, &c.* HIERONYMVS lib. 3. *Peccatum Iuda, &c.* De Gentibus conuersis dictum est: Idcirco ecce ego, &c. Nunc de abiecto Israel loquitur: *Peccatum Iuda, &c.* Cur autem hoc à LXX. prætermissum sit nescio nisi pepercerint populo suo sicut in eo loco, Isa. *Quiescite ab homine cuius spiritus in na. eius.*

† THEOD. in hūc loc. a Nihil potentius conscientia, in qua, scilicet, confixæ litteræ sunt solidę. Quamuis enim omnes homines suæ ipsorum conscientiæ de bona vita testificari conentur, peccata nihilominus eorū, qui mentiūtur, conscientia ferre nequit, sed percutitur ac perforatur incorruptamque profert sententiam. Quod & hîc dicit, facinora tua videlicet te arguunt, & conscientia tua testimonium præbet.

ORIGENES hom. 12. in Ieremiam. Forsitan peccatum Iuda, peccatum nostrū, qui credimus in Christum de tribu Iuda. Antequam peccatum faciam, nulla in corde meo peccati imago versatur. Cum autem conscientia peccati imaginem sumpserit, habeo formam illius & ante oculos cordis mei delicti pompa depingitur; & siquidem esset peccatum atramento conscriptum, deleri posset, Sed scriptum est stylo fer. in vngue adam. super pectus cordis, vt compleatur, *Nihil opertum quod non reueletur, neque oc. quod non sciatur.* Nudabitur pectoris mei conscientia & aperto corde videbuntur litteræ peccatorum, quæ stylo ferreo in vngue adamantino scriptæ sunt, atque vniuersa spectantium multitudo leget in pectore meo signatas imagines peccatorum. Si de Iuda proditore volueris intelligere: *Peccatum Iud. scrip. est.* repugnat quod sequitur eorum,

a *Excelsa.* HIERON. lib. 3. Quæ Hebraicè Ramoth: Et significantur hæretici, qui ponunt in cælum os suum, & in tantam insaniam proruperunt, vt sine spiritussancti gratia soli remanserint, & hereditatem domini priorem perdiderunt, id est, veritatem fidei. Vnde eis æternum paratur incendium, & seruitus dæmonum, qui inimici & vltores.

b *Maledictus homo.* IBID. Maledictus ergo Paulus Samosetanus & Photinus qui quamuis sanctum & cunctis virtutibus excelsum, Christum, tamen prædicant hominem tantum. Nos autem benedicti, qui credimus in eum, qui dicit, *Quæritis me interficere hominem, qui vera locutus sum vobis.* Et si enim *Christum aliquando secundum carnem cognouimus, sed nunc iam non nouimus,* De quo dicit apostolus, *Non ab hominibus neq; per hominem, sed per Iesum Christū.* Si enim absorpta est mors in victoria, quare non carnis humilitas, quæ propter nos assumpta est, in diuinitatis transierit maiestatem, vt fieret vtrumque vnum, & non adoremus creaturam, sed creatoré.

† AVGVST. lib. 2. contra Epist. Parmiani. *Maledictus homo, &c.* Non intelligimus hoc loco principem populi & rectorem ciuitatis Episcopum significari. Non ideò quia non possumus innumerabiles sanctos in catholica fide Episcopos intueri, sed ne cuiusquam, vt dixi, spes hominis collocetur in homine, & si fortè ei contingat in ea viuere ciuitate, vbi non sit bonus Episcopus, arbitretur impunè se malum fieri, vsurpans ad defensionem suam tam peruersè hāc scripturam, quàm peruersè ab istis intelligitur, & dicens ideo se bonum esse non posse, quia *secundum principem populi, sic & ministri eius.* Contradicitur enim huic errori veritatis ore, *Quę dicunt facite, secundum opera eorum nolite facere.*

c *Benedictus vir qui confidit in domino, &c.* HIERON. vbi supr. q. d. Iudæi maledicti & hæretici, qui non habent spem in domino, id est, in Christo, quem non Dei filium, sed hominem putant purum. Qui enim confidit in domino, & dominus est fiducia eius, in tempore Iudaicæ siccitatis non metuet, sed semper afferet fructum, credens in eum, qui semel pro nobis mortuus est, & vltrà non moritur, Et dicit, *Ego sum vita.*

[Margin: Matt. 27. c. — Septuaginta populi sui honori parcunt. — Isai. 2. d. — Conscientia mille testes. — Luc. 12. a. — Hæretici. — Ioan. 7. a. — Christum esse Deum non hominem tantū contra Paulum Samosetanum & Photinum. — Galat. 1. a. — 1. Cor. 15. g. — Infr. 48. a. — Improbitas prælatorum non excusat malitiam subditorū. — Ecclesi. 10. — Matt. 23. a. — Iudæi & hæretici maledicti sunt. — Rom. 6. b. — Ioan. 14. a.]

eorum, & in cornibus ararum eorum. [1] Cùm recordati fuerint [2] filij eorum ararum suarum & lucorum lignorumq; frondentium in montibus excelsis, [3] sacrificantes in agro fortitudinem [4] tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem dabo. [5] Excelsa [6] tua propter peccata in vniuersis finibus tuis: [7] Et relinqueris sola ab hereditate tua quam dedi tibi, [8] & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: [9] Quoniam ignem succendisti in furore meo [10] vsque in æternum ardebit. [11] Hæc dicit dominus: b Maledictus homo, qui confidit in homine, [12] & ponit carnem brachium suū, et à domino recedit cor eius. [13] ** Erit enim quasi [14] myricæ in deserto, & non videbit cùm venerit bonum: [15] sed habitabit in deserto in siccitate [16] in terra salsuginis & inhabitabili. c [17] Benedictus vir, qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. † Et erit quasi lignum quod transplantatur †

[Interlinear: ¶ Babylonijs, vel verius Romanis. — a ¶ Clementissimum Deum in furorem prouocando. — ¶ Hoc in LXX. non habetur, ne permaneat in Gente sua sententia æterna. — a ¶ Ignis. — a ¶ Tantum: Homo enim & Deus, Christus. — b ¶ Non Deum. — a ¶ Fortitudinem, scilicet, bonorum suorum. b ¶ Sic. c ¶ Asserēs se posse quod non potest. — a ¶ Hebraice aroer. ¶ Symmachus, quasi lignum infructuosum in solitudine. — b ¶ Quod visuræ gentes. — a ¶ Sicut Iudæi qui à Deo deserti sunt, fructumque non faciunt. b ¶ Infructuosa, quæ non habet hospitem Deum: nec præsidia angelorum, nec spiritus sancti gratiam, non magistrorum scientiam. — ¶ Alias Beatus. a ¶ Ecclesiasticus. b ¶ De quo Psal. Scitote quoniam dominus ipse est Deus. ¶ Non homo. — a ¶ Vera. b ¶ De quo Psal. Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.]

☞ a Quod

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in cornibus, &c. *quia ibi erant sculpta nomina idolorum.*
2 Cum recordati fuerint, *imitantes idololatriam patrum in omnibus locis, vbi patres eorum sacrificabant idolis.*
3 Fortitudinem tuam, *id est, bellatores tuos,*
4 Et omnes thesauros, *id est, omnes diuitias,*
5 In direptionem dabo, *ipsis Chaldæis, qui diripient sibi omnia.*
6 Propter peccata in vniuersis finibus tuis, *quia non solum in Ierusalem, sed etiam in alijs ciuitatibus Iudaea vigebat idololatria, vt habetur supra, vndecimo.*
7 Et relinqueris sola, *id est, priuata.*
8 Ab hereditate tua quam dedi tibi, & seruire te faciam, *id est, à terra Iudaa.*
9 Quoniam ignem succendisti, *id est, occasionem te puniendi mihi præbuisti,*
10 Vsque in æter. ar. *hoc dicitur quantum ad illos, qui in peccatis suis mortui sunt, & sic non tantum temporaliter, sed æternaliter puniti sunt,*
11 Hæc dicit. *Hîc consequenter ponitur reprobatio populi Iudæ propter falsam confidentiam, & propter confidentiam in Aegyptiis: secundò propter confidentiam in diuitiis proprijs, ibi,* Prauum est. *Circa primum dicitur,*
12 Maledictus homo qui conf. in ho. *sicut fuit Sedechias cum populo sibi assentiente, qui rebellans contra Nabuchodonosor, confidebat de auxilio regis Aegypti, & de Dei auxilio diffidebat: ideo subditur:*
13 Et à domino re. cor. eius, *quia confidere in homine, dum tamen confidentia principaliter sit in Deo, non est malum.*
14 Erit enim quasi myricæ in deserto, &c. *id est, sine fructu bono. sicut myrica, quæ alio nomine vocatur genesta. Est enim frutetum inutile ad ædificationem, nec facit fructum, qui est conueniens ad nutritionem.*
15 Et non videbit, &c. *quia Sedechias fuit exoculatus & in Babylonem ductus, & ibi in amaritudine mortuus: ideo subditur,*
16 In terra salsuginis, &c. *Id est, amaritudinis, Et quia in populo Iuda erant aliqui boni, vt Ieremias, Baruch, & Abdemelech in domino confidentes, ideo de talibus subditur,*
17 Benedictus vir. *Et patet sententia vsque ibi.*

[Margin: Myrica.]

MORALITER.

† 1 *Et in corni.* id est, in mitris suis cornutis, quæ nimis sumptuosè ornatæ sunt auro & lapidibus pretiosis, ad ostentationem, de bonis, quæ deberent expendi ad pauperum sustentationem.
2 *Cum recordati fue. fi.* Eorum filij dicuntur hîc clerici inferiores, qui mente tractantes vitam superiorum in vanitatibus & carnalibus, student eos sequi.
3 *Fortitudinem tuam.* nam aliqui eorum corpora sua & diuitias suas expendunt, discurrendo & laborando pro temporalibus negotiis principum, sperantes per hoc altius promoueri; ideo sequitur,
12 *Maledictus homo qui conf. &c.* pro tali promotione: ideo sequitur,
14 *Erit enim quasi my.* id est, inutilis ad ædificium ecclesiæ, sicut myricæ non valent ad materiale ædificium, nec ad faciendum fructum pro pastu hominum.
15 *Et non videbit cùm venerit bonum,* quia carebit visione diuina. Et econtrario dicitur de bono prælato,
17 *Benedictus vir,* id est, prælatus virtuosus.
† *Qui confidit in domino.* de bonis gratiæ & gloriæ obtinēdis ab eo.
† *Et erit quasi lignum quod transplantatur.* id est, semper in melius proficiendo.

[Margin: Prælatorū luxus & ambitio. — Bonus prælatus.]

[illegible].HIERONYMVS. Q. d. de siccitate Iudaica transit ad [illegible]tiam.

[illegible]t cor. IBID. LXX. *Profundum est cor super omnia, & homo est,* [illegible]m? Verbum Hebraicum *Enos* quatuor litteris scribi[illegible] *Vau, Schin*, Si igitur legatur *Enos*, homo dicitur: Si autem [illegible] [in]scrutabile, [illegible] desperabile, quia cor hominum nemo potest inueni-re. Symmachus: *Inscrutabile cor hominum, vir autem quis est, qui inueniat illud?* Solentque nostri zelo Dei, sed non secundum scientiam, hoc dicere contra Iudæos, quod homo sit Christus secundum carnem: & nemo possit eius cognoscere natiuitatem, secundum illud: *Generationem eius quis enarrabit? & arcana timatur, & reddit vni. secun. opera sua.* Quia dixit, *Maledictus homo qui con. in ho. Et benedictus vir, qui confi. in do.* ne hominum certum putemus esse iudicium, infert omnium prope esse corda peruersa: vnde, *Ab occultis meis munda me*, id est, cogitationibus. Et in Gene. *Cuncta cogitatio hominum intenta ad malum.* Et iterum. *Sensus & cogitatio humani cordis in malum; &c.* Patet ergo solum Deum nosse cogitationes hominum: Christus ergo Deus est, qui vidit cogitationes.

Solus Deus nouit cogitationes cordis. B Apoc. 22. c. Psal. 18. d. Genes. 6. a. Ibidem 8. d.

a ¶ Spiritussancti diuisas gratias. b ¶ Gratiam. c ¶ Vt à domino accipiat vbertatem.

a super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non ti- 1

a ¶ Persequutionis, vel iudicij. b ¶ Alias fuge. c ¶ Non timeatis siccitatem.

mebit cùm venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tempo-

a ¶ Quando dominus iratus mandabit nubibus, ne pluant super Israel imbrem. b ¶ Sicut ficus, cui maledixit dominus.

re siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere

a ¶ Virtutum.

b fructum.[9] Prauum est cor hominis & inscrutabile: Quis co- 2 gnoscet illud?* [10] Ego dominus scrutans cor & probans renes, 3 qui do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuen- 4 5

a ¶ LXX. Clamauit perdix. Congregauit, quæ non peperit. ¶ Diabolus. b ¶ Dicens: Tibi dabo hæc omnia si cadens ado. me. 6

c tionum suarum.[11] Perdix fouit, quæ nõ peperit: fecit diuitias, 7

a ¶ Vel derelinquent eum, quia conuertentur ad dominum per Apostolos. 8

d & non in iudicio. In dimidio dierum suorum derelinquet eas: 9

a ¶ Iudicio. Qui sibi sapiens videbatur. c ¶ Perdice relicto. d ¶ Domini. s. qui habitat in sanctis.

e & in nouissimo suo erit insipiens.[12] Solium gloriæ altitudinis 10 11

neque habet in corde iustitiam, sed omnia sine lege. Christus autem facit diuitias suas cum iudicio, examinata & eleuata est eius opulentia. D

† AVGVST. lib. 3. contr. Faustum cap. 12. Si Gentilis moueretur, cur etiam Christiani in multas hæreses variasque discedunt: prædixit Ieremias, quod multi sub nomine Christiano, à Christiana veritate deuiarent. *Clamauit*, inquit, *perdix, congregauit, quæ non peperit faciens diuitias non suas.* Perdix enim nimis contentiosum animal, notũ est quanta auiditate ipsius currat in laqueum. Non enim disputare amant hæretici, sed quoquo modo disputare impudentissima peruicacia, vt congregent, quæ nõ pepererunt; Christianos enim iã per euãgelium Christi natos inueniunt, & faciunt illos diuitias suas, non sane cum iudicio, sed temeritate. Non enim intelligunt ibi esse quodammodo Germanam atque radicalem Christianam societatem, vnde istos separauerunt, quos ad suas diuitias compararunt.

Hæretici iam conuersos peruertunt: numquam conuertunt. * Apoc. 2. f. E

† THEODORETVS in hunc locum. Venatores perdicum mansuefaciunt perdices, & harum voce alias eiusdem generis conuocant, quæ concurrentes decidunt in casses. Huius perdicis similem esse dicit regem Babylonis, qui dominari quidem nititur in omnes homines, at opes congregat iniquas.

c *Perdix fouit.* IBID. Quod ad LXX. dicunt: *Clamauit perdix*, ad hæreticos referendum est, per quos diabolus clamat, & diuitias congregat, quæ derelinquent eum. *Perdix fouit.* Aiunt scriptores naturalis historiæ tam bestiarum & volucrum, quàm arborum & herbarum (quorũ principes sunt apud Græcos Aristoteles & Theophrastus, apud nos, Plinius secundus) hanc perdicis esse naturam; vt oua alterius perdicis surripiat, incubet & foueat: fœtus verò adultos auolare, & alienum parentem relinquere. Huiusmodi, diuites sunt, qui aliena rapiunt & sine respectu iudicij Dei diuitias faciunt, quas in medio tempore derelinquunt morte præuenti; vnde, *Stultè hac nocte repetent animam tuam à te, quæ con. c. e?* Nihil autem insipientius, quàm nõ præuidere nouissima, & breuia putare perpetua. Perdicem quoque pugnacem dicunt, & immundum, vt palma sit victoris polluisse victum; In quo significat diabolum.

C Perdicis natura. Cui comparatur quilibet auarus & rapax. Luc. 12. c.

ORIGENES homil. 4. in Ieremiam. Perdix iste, id est, diabolus, clamando per hæreticos, creaturas quas non generauit congregat, & alienas facit suas, scilicet, simplices fidelium hæreticæ laqueo sanctionis impedit. Diues factus est perdix: Ecce quanta sunt millia, sed non sunt cum iudicio. Non enim cogitat iudicium, neque

Hæretici thesaurizãt diabolo.

d *In dimidio dierum.* HIERON. Dies eius, huius sæculi sunt. Eruit nos Christus de hoc sæculo nequam, & derelinquimus perdicem. *Nouissimum eius erit insipiens*, cum omnia subiecta fuerint Christo. *Nouissimus inimicus destruetur mors.* F

† AVGVSTIN. vbi supr. *In dimidio.* Id est, Qui primò tamquam per pollicitationem & ostentationem excellentis sapientiæ seducebat, erit insipiens, id est, apparebit insipiens: Eis quippe quibus primò sapiens erat, tunc erit insipiens cum apparebit, quia dementia eius nota erit omnibus.

1. Cor. 15. d.

e *Solium gloriæ.* † IDEM IBID. c. 23. Si, quem catechizamus, quærat, quo manifesto iudicio tenebo ecclesiam Christi, in quẽ iam credere tanta rerum anteà prædictarum manifestatione compellor? docet idem propheta, Ecclesiam Christi prædictam esse, quæ omnibus eminet & apparet. Ipsa enim sedes gloriæ, de qua dicit Apostolus, *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* vnde iste dicit, *Sedes autem gloriæ exaltata est, sanctificatio nostra.* Vnde dominus, *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.*

Ecclesia Christi visibilis. 1. Cor. 3. Matth. 5.

a Do-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non timebit cum venerit æstus. *scilicet, tribulationis. Sicut lignum super aquas plantatum non perdit viriditatem adueniente æstu: sic bonus non relinquit iustitiam adueniente tribulationis tempore.*

2 Prauum, &c. *Hic consequenter ponitur reprobatio populi propter confidentiam in suis diuitiis, cum dicitur,* Prauum est cor ho. *id est, pronum ad auaritiam,*

3 Et inscrutabile, *ab homine, qui tantum videt, quæ patent.* 1. *Reg.* 6. *non tamen à Deo; ideo sequitur,*

4 Ego dominus scrutans cor. &c. *id est, cogitationes.*

5 Et probans renes, *id est, examinans affectiones.*

6 Qui do vnicuique, &c. *scilicet, priuans eum diuitiis malè acquisitis, ideo sequitur,*

7 Perdix fouit, *scilicet, oua,* quæ non peperit, *furatur enim aliena oua & fouet ea: sed pulli inde nati audientes vocem propriæ matris, quadam industria naturali currunt ad eam, alienam dimittentes: & tunc percipit se fatue egisse in furto & fœtu alienorum ouorum. Et hæc parabola applicatur ad populum Iudæ, qui bona aliena male aggregauerat, cum subditur,*

Perdicis furtum fatuum.

8 Fecit diuitias & non in iudicio. *id est, non modo licito, sed illicito.*

malgre, inuite.

9 In dimidio, &c. derelinquet, *malis gratibus suis; Chaldæis eas rapientibus:*

10 Et in nouissimo suo er. insip. *id est, tunc percipiet insipientiam suam, aliena bona illicitè sibi aggregando. Sed quia in populo illo erant aliqui boni, vt prædictum est, qui non ponebant spem in bonis temporalibus, sed in spiritualibus & æternis: ideo subditur quantum ad eos,*

11 Solium gloriæ altitudinis à prin. *id est, cælum empyreum, quod est altissimum, quod dicitur solium gloriæ, quia Deus præsidens omni creaturæ, ibi clarè videtur & laudatur à beatis à principio confirmationis sanctorum angelorum, & deiectionis malorum; Nec potest hoc conuenienter intelligi de templo Salomonis, quia non fuit factum à principio temporis; sed ex quo cælum empyreum fuit factum, fuit angelis repletum.*

Cælum empyreum.

1 Locus

MORALITER.

† 1 *Et non timebit cùm venerit æstus.* scilicet, persecutionis humanæ, vel diabolicæ tentationis.

2 *Prauum est cor hominis.* Hic ponitur vnde malum hominis oritur, scilicet, ex inclinatione mala, ex parentibus contracta: ideo dicitur, *Prauum est cor hominis*, Genesis 8. d. *Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua.*

Vnde oriatur malum hominis.

3 *Et inscrutabile,* scilicet, ab homine, sed non à Deo: ideo subditur, *Ego dominus scrutans cor, &c.*

7 *Perdix fouit,* oua aliena, quæ furatur, & quando pulli sunt nati, fugiunt ab ea: sic diuitiæ malè acquisitæ frequenter ab aliis rapiuntur; & sic laborantes ad earum acquisitionem defraudantur, propter quod non est in eis spes ponenda, sed gloria futura, ideo subditur, *Solium gloriæ.* Sequitur,

Opes male acquisitæ.

☞ a *Domine omnes qui te derelinquunt, &c.* † IDEM vbi supr. ca. 16. Deinde quasi veniret in mentem, quid ergo facimus de tam multis malis vbique permixtis: subiecit statim, *expectatio Israel*: patienter enim ferendum est, quod ait, *Sinite vtraque crescere ad messem*, ne impatientia tolerandi malos, relinquantur boni; qui proprie sunt corpus Christi, & ideo cum ipsi relinquuntur, ille relinquitur. Vnde subiecit, *Vniuersi qui te derelinquunt, terreantur: Euertentur, quoniam dereliquerunt fontē vitæ dominum.* Quid enim aliud clamat perdix, nisi apud se esse, & à se dari fontem vitæ, ad quem congregati recedant à Christo, Christi promissione direpti, cuius nomine tenebantur imbuti? Non enim quos peperit congregat, sed vt congreget quos non peperit, dicit, Salus quam Christus promisit, apud me est, ego dabo.

Matt. 17. Patienter toleranda est peruersitas aliorū.

b *Sana me domine.* HIER. in hunc locum. Multi medici curauerunt Hemorroissam Euangelicam, sed à nullo potuit sanari, nisi ab illo, qui verus est medicus. Vnde propheta à populo passus opprobria, & insidiis circumuentus ab eo curari & sanari cupit, cuius vera laus, & vera medicina.

Luc. 8. Hebr. 3. a. Christus medicus potentissimus.

c *Ecce ipsi dicunt ad me: vbi est verbum, &c.*

† THEODORETVS in hunc locum. Quasi dicat, Conqueruntur de tarditate vindictæ: & dum differs supplicium, mendacem existimant prophetam; Ego verò, etsi mihi perspectum erat, quod dolere nescirent, eos in calamitates labi nolui. Hoc enim innuit, *diem hominis non concupiui.*

d *Ego non sum turbatus te pastorem sequens.* HIERON. in hunc locum. Quantò plus Christum sequeris, tantò minus laboras. Non enim lassitudo in Iacob, neque dolor in Israel: vnde *Venite ad me omnes qui labor. & one. estis, & ego reficiam vos.*

Matt. 11. d.

e *Non sis.* IBID. LXX. *Non fias mihi in alienum parcens mihi in die malo.* Q. d. ne parcas mihi in præsenti sæculo, quod malum est: sed redde mihi iuxta peccata mea, vt requiem sempiternam habeam. *Quē enim diligit, corripit, & flagellat omnem filium quem recipit.* Vel dies iudicij malus his, qui tormenta patiuntur.

Bonum est in præsenti vita affligi. Hebr. 12. b.

f *Vade, & sta, &c.* IBID. Q. d. Quia verba tua audire contemnunt, & Dei sententiam non requirunt: vade ad locum celeberrimum, quo omnes ingrediūtur: prædica opportunè & importunè, ne possint excusari, quasi non audierint, sed audiant velint nolint.

2. Tim. 4. a.

g *Custodite animas.* IBID. Ne præceptum sabbati instaurarum per Ieremiam discerpamus totum simul ponimus, simul omnia cognoscamus.

(a ¶ q. d. Vbicumque est, locus sanctus est. ¶ Est. b ¶ Videntis Deum.)
à principio, locus sanctificationis nostræ: [1] expectatio Israel, [2]
(¶ Contra. a ¶ Perpetuo.)
a Domine omnes, qui te derelinquunt confundentur: recedē- [3]
(a ¶ Deleti de libro viuentium; quorum conuersatio est in cælo scribuntur in cælo. Recedentes à domino scribuntur in terra, cum his, qui terrena sapiunt.) [4]
tes à te in terra scribētur: quoniam dereliquerunt venā aqua- [5] [6]
(a ¶ Qui dicit, Siquis sitit, veniat & bibat. ¶ Vndè, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.) [7]
b rum viuentiū dominū.[14] Sana me domine, & sanabor: saluū [8] [9]
(a ¶ Qui non credunt ventura quæ dico, dissimulationem sententiæ dilationem arbitrantes.)
c me fac, & saluus ero? quonia laus mea tu es.[15] Ecce ipsi dicunt [10]
(a ¶ Illis ita dicentibus.) [11]
d ad me: vbi est verbū domini? Veniat.[16] Et ego nō sum turba- [12]
(¶ Etiam. a ¶ Vitam longam, vel prospera huius sæculi, sed diem domini. i. resurrectionis. b ¶ q. d. tu testis quia & iudex.) [13] [14]
tus te pastorē sequēs, & diēm hominis nō desideraui, tū scis. [15]
(a ¶ Non mendosum. b ¶ Beneplacito tuo. c ¶ Non hominum.) [16]
Quod egressum est de labiis meis, rectūm in conspectū tuō [17]
e fuit.[17] Nō sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis [18] [19]
(a ¶ Bene in salutem, Quia exprobrant & dicunt. Vbi est verbum domini, &c. b ¶ Qui vera prædico.) [20]
[18] Cōfundātur, qui me persequuntur & nō confundar egō: [21]
(a ¶ Deum, vel pœnas. b ¶ Visionis.) [22]
pāueant illi, & nō paueam ego. Induc super eos diē afflictio- [23]
(a ¶ Tunc. b ¶ Gladio & fame, anima & corpore.)
nis, et duplici cōtritione cōtere eos.[19] Hæc dicit dominus ad [24] [25]
f me: Vade, & sta in porta filiorū populi, per quā ingrediuntur [26]
reges Iuda, & egrediuntur: & in cunctis portis Ierusalē,[20] & dices ad eos: Audite verbū domini reges Iuda, & omnis Iu-
(¶ Templi vel vrbis.)
da, cunctiq; habitatores Ierusalē, qui ingredimini per portas
g istas.[21] Hæc dicit domin⁹: Custodite animas vestras, & nolite
(a ¶ Peccatorum. b ¶ Non enim portanda sunt, sed potius abiicienda. c ¶ Quietis. ¶ Virtutes.)
pondēra portāre in die sabbāti, nec inferatis per portas Ieru-

☞ a Vt

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Locus sanctificationis no. *Quia nullus potest ingredi nisi sanctus.*

2 Expectatio Israel, *Supple, est iste locus gloriæ. Et accipitur hic Israel pro bonis de populo Israel. Et iste locus fuit promissus Abrahæ & semini eius Gen. 15. vt plenius dictum fuit ibidem, & ex hoc per oppositum concludit Ieremias damnationem malorum, dicens,*

3 Domine omnes qui te derel. *per idololatriam & alia opera mala.*

4 Confundentur, *quia confusibiliter punientur: Et modus punitionis subditur,*

5 Recedentes à te in terra scrib. *in inferno, qui à doctoribus esse super terram dicitur.*

6 Quoniam d. ve. aqu. viuen. dom. *à quo fluunt omnes gratiæ: quæ dicuntur aqua viua, eò quod deducunt ad vitam æternam.* Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Gratia quæ viuæ comparatur.

7 Sana me. *Hic consequenter ponitur ipsius Ieremiæ deprecatio; & secundo domini responsio, ibi,* Hæc dicit. *Circa primum dicit Ieremias:* Sana me, *ab infirmitate culpæ,*

Diuisio.

8 Et sanabor. *q. d. de hac infirmitate non possum sanari nisi per te. Licet enim esset iustus, tamen non fuit immunis ab omni culpa, saltem veniali.*

9 Saluum me fac, *ab insidiantibus mihi Iudæis,*

10 Et saluus ero; *quia nil possunt contra te.*

11 Quoniam laus mea tu es. *scilicet, obiectiuè & finaliter.*

12 Ecce ipsi dicunt ad me, *derisoriè,*

13 Vbi est verbum domini? *id est, vbi est pœna captiuitatis, quam in nomine domini denuntiasti nobis.*

14 Veniat. *q. d. Certi sumus, quod non veniet, quia tu es falsus propheta.*

15 Et ego non sum turbatus. *turbatione rationem subuertente propter verba eorum,*

16 Te pastorem sequens, *mandata tua exequendo:*

17 Et diem hominis, *id est, vitam carnalem & delitiosam.*

18 Non desideraui, Tu scis, *qui secreta cordium cognoscis.*

19 Quod egressum est de labiis meis, *peccatores arguendo,*

20 Rectum in conspectu tuo: *Hoc enim feci de mandato tuo.*

21 Non sis tu mihi formidini. *id est, pœna quam super populum inducere disposuisti, non veniat super me: ideo subditur,*

22 Spes mea tu in die afflictionis. *Futura per Chaldeos, quam per te spero euadere, sed super malos veniet: ideo subditur,*

23 Confundantur, *id est, confundentur, ita quòd non loquitur optatiuè, sed magis denuntiatiuè de malo futuro. Potest etiam dici, quod loquitur optatiuè, non sitiens populi pœnam, sed approbans diuinam iustitiam, secundum illud Psal. 57.* Lætabitur iustus cum viderit vindictam.

24 Et duplici contritione. *scilicet mortis & captiuitatis: quia aliqui fuerunt interfecti, & alij captiuati,*

25 Contere eos. *id est, conteres; vel optando diuinam iustitiam, vt dictum est.*

26 Hæc dicit dominus. *Hic ponitur domini responsio, in qua præcepit Ieremiæ, quod timore hominum non dimittat mala arguere. & specialiter de sabbati violatione: & hoc præcipiendo assecurat eum, & patet littera vsque ibi.*

☞ 1 Et

MORALITER.

† 2 *Expectatio Israel.* Econtrariò dicitur de non confidentibus,

3 *Domine omnes qui te dere. &c. confundentur,* in finali iudicio:

5 *Recedentes à te in terra scribentur,* id est, in inferno, qui dicitur esse in terræ profundo.

12 *Ecce ipsi dicunt ad me, vbi est verbum? &c. Veniat.* Secundum sensum litteralem hoc dicitur ironicè: Et similiter in peccatis obstinati derident prædicationes de pœnis inferni, & gaudiis paradisi. Sed quia prædicator non debet propter hoc dimittere prædicationis officium, sequitur: *Et ego non sum turbatus te pastorem sequens.*

Contemptus verbi Dei non propter eā debent prædicatores desistere.

17 *Et diem hominis non desid.* id est, vitam voluptuosam. Sic dicebat Paul. 1. Cor. 9. d. *Castigo corpus meum & in ser. redi. ne forte cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Et quia prædicator veritatis aliquando propter hoc sustinet persequutionem,

21 *Non sis tu mihi formidini,* id est, auferas à me hominum formidinem per tuam consolationem. Et subditur causa, cum dicitur: *Spes mea tu in die afflictionis, &c.*

† MO-

a *Vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbati.* HIER. in hunc locũ. Si nostri Iudaizantes explanationem tropicam repudiauerint, aut Iudæi esse cogentur, & cum obseruatione sabbati circumcidere præputia; aut reprehendere Saluatorem, qui iussit in sabbato paralytico tollere lectum suum: pro quo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solùm soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum.

Contra eos qui litteræ nimis tenaciter inhærent.

Matth. 9. a.

† GREGORIVS li. II. Epist. 3. Nos, quod de sabbato scriptum est, spiritaliter accipimus, spiritaliter tenemus: Sabbatum enim requies dicitur. Verum autem sabbatum Iesum Christum Dominum habemus. Et qui lucem fidei eius cognoscit, si peccata concupiscentiæ ad mentem per oculos trahit, in die sabbati onera per portas introducit. Non ergo in die sabbati per portas introducimus onera, si in redemptoris nostri gratia constituti, pondera peccati ad animam, per sensus corporeos non trahamus.

Sabbatum spiritale.

a Portanda penitus. b Corporibus, mentibus.

salem, [22] & nolite eiicere onera de domibus vestris in die sab-

a Seruile, de quo dicitur: Esca ventri, & venter escis, &c. sed opus quod non perit.
b Obs. tempus vestrum in sanctificatione ducentes.

bati, & omne opus nõ facietis. Sanctificate diẽ sabbati, sicut præcepi patribus vestris. [23] Et nõ audierunt, nec inclinauerũt

a Mentis. b Reiicientes iugum legis, sicut indomiti tauri. c Docentem.

aurem suam, sed indurauerunt ceruicem suã ne audirent me, & ne acciperẽt disciplinã. [24] Et erit, si audieritis me, dicit dominus, vt nõ inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbati: Et si sãctificaueritis diẽ sabbati, ne faciatis in eo om-

a Hoc est præmium obedientiæ. b Quorum cor in manu Dei qui regnant in corporibus suis.

ne opus, [25] ingredietur per portas ciuitatis hui⁹ reges, & prin-

a Imitantes Christi exemplum. b De quibus: Currus Dei decem millibus, &c. Et alibi: Equitatio tua salus.

cipes sedentes super solium Dauid, & ascendẽtes in curribus

a Qui confitentur dominum. b De quo factus est in salutem. i. in pace locus eius, &c.

& equis, ipsi & principes eorũ, viri Iuda & habitatores Ieru-

a Ecclesia.

salẽ, & habitabitur ciuitas hæc in sempiternũ. [26] Et veniet de

a Qui filius virtutis & dexteræ.

ciuitatib⁹ Iuda & de circumitu Ierusalẽ & de terra Beniamin

a Quod Hebraicè Sephela, quòd historiæ planiciem significat. b Excelsis dogmatibus. c De quo, Dominus ab austro veniet vnde calor & plena lux, & omne frigus expellitur. d Seipsos consecrantes.

& de campestribus & de montuosis & ab austro portãtes ho-

a Sacrificium Deo spiritus, contribulatus vel Thimiama, de quo apostolus: Christi bonus odor sumus, &c. Dirigatur oratio mea. b De quo: Vt quid mihi thus affertis de Saba?
c Vel laudem secundum LXX. qui Hebraicè Thoda, id est, gratiarum actio.

locaustum & victimã, & sacrificium & thus, & inferẽt oblatione in domum domini. [27] Si autem nõ audieritis me, vt sanctificetis diem sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per

a Ecclesiam.

a De quo: Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum.

portas Ierusalem in die sabbati, succendam ignem in portis

a Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit: & si cuius opus exarserit, detrimentum patietur.

eius, & deuorabit domos Ierusalem, & non extinguetur.

b *Sacrificium & thus, & inferent oblationem in domum domini.* HIER. in hunc locũ. pro quo. Lxx. ipsum Hebraicũ posuere מנחה minchà, quod in nostris codicibus scriptorum negligentia manna legitur, †† & thus de quo dicitur, *vt quid mihi thus affertis de Saba.* Et inferent oblationem, quia Hebraicè dicitur תורה todàs, & in gratiarum actionem verti potest, quã *laudem* Lxx. transtulêre; in domum Dauid, haud dubium quia in ecclesiam.

c *Si autem non audieritis me, vt sanctificetis diem sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem, &c.* IBID. Quasi dicat. Hæc sunt præmia eorũ, qui sanctificant sabbatum, & nullo pondere grauantur. *Si autem, &c.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et omne opus non facietis. *Quod intelligitur de opere seruili, seu corporali impediente reuerentiam sabbati: tamen opera corporalia non prohibebantur, quæ non poterant bono modo differri nec anticipari, sicut animalia adaquare, & pabulum eis præbere, & in casualibus remedium adhibere, quando periculum erat in mora, sicut bouem lapsum in foueam inde leuare & similia, poterant fieri licitè, secundum quod dicit Saluator Luc. 13. & 14. & hoc modo Machabæi pugnauerunt contra inuadentes eos die sabbati 1. Machabæorum 2. Cetera patent in littera vsque ibi,*

Quæ opera in die Sabbati fieri poterant?

2 Succendam ignem in. *Hoc fuit impletum quando Nabuzardan incendit domum domini, & domum regis, domos Ierusalem per circuitum 4. Reg. vltim.*

Ierusalem cum regia & templo incensa.

3 Non extinguetur. *scilicet, per humanum officium, sed tantum per materiæ combustibilis defectum. Chaldæi enim, qui eam accenderant non extinxerunt, nec populus Iudæ, qui partim erat mortuus, & partim captiuatus.*

CAPVT XVIII.

a *Verbum quod factum est ad Ieremiam à domino, dicens.* HIER. li. 4. Per omnes sensus ad iudicium & intelligentiam animi peruenitur, auditum, odoratum, gustum, tactum, sed magis mente retinetur quod oculis cernitur; Vnde propheta iubetur ire ad domum figuli, & ibi audire præcepta domini.

b *Et dissipatum est, &c.* IBID. Dissipatũ diuina prouidentia, vt nescius artifex errore suo parabolam figuraret.

CAP. XVIII.

[1] VERBVM quod factum est ad Ieremiam à domino, dicẽs: [2] Surge & descẽde in domũ figuli, & ibi audies verba mea. [3] Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat

a LXX. super lapides, ambiguitate decepti. Hebræum enim pro diuersitate loci & pronuntiationis, & organum. i. rotam figuli significat, & lapides.

opus super rotam: [4] & dissipatum est vas quod ipse faciebat è luto manibus suis.

a Repen-

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XVIII.

1 Verbum quod factum. *Hic ponitur sextus modus ostendendi peccatum Iudæ irremediabile, per similitudinem figuli vas dissipatum reformantis, eò quòd lutum non resistebat ei; sed populus Iudæ in peccato obstinatus resistebat diuinæ gratiæ: propter quod iusto Dei iudicio permissus est perire. Et secundum hoc præsens capitulum in duas partes diuiditur, quia primo ponitur miseratio Dei benigna: secundò obstinatio populi maligna, ibi,* Qui dixerunt. *Circa primum primò exemplum de figulo & luto ponitur, cum dicitur.*

Similitudo qua ostenditur peccatum Iudæ irremediabile.

Diuisio.

2 Surge. *patet littera, secundò ad propositum applicatur, cùm dicitur,*

1 Num-

MORALITER.

†1 *Verbum quod factum est, &c. descende in do. figuli.* In domum figuli descendere, est Dei potentiam, & fragilitatem propriam considerare.

Consideratio propriæ infirmitatis.

† *Et ibi audies verba mea*, nam humilibus reuelatur veritas diuina. Matth. 11. d. *Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

† *Et ecce ipse faciebat, &c.* Per figulum istum intelligitur Deus, cuius speciale opus est homo ad imaginem Dei factus, & præsidens aliis creaturis inferioribus, & ideo dicitur factus super rotam, id est, creaturis corruptibilibus præsidens, Genes. 1. d. *Et præsit piscibus maris & volatilibus cæli, &c.*

Primi hominis creatio.

† *Et dissipatum est vas, &c.* scilicet, ipse Adam, cuius corpus erat vas animæ, & anima scientiæ: quia factus fuit perfectus in scientia, potens docere, sicut & generare.

a *Repente loquar.* HIERONYM. Liberum arbitrium significat; dicens se annuntiare regno & genti mala, & rursum bona: nec tamen ventura, sed in contrarium mutatis euenire contraria. Non quòd hæc ignoret futura, sed quòd hominem suæ voluntati dimittat, vt merito suo recipiat, vel præmia vel pœnas. Non tamen totum bonum est hominis, sed diuinæ largitatis: Ita enim seruatur libertas arbitrij, vt in omnibus excellat gratia largitoris, vnde, *Nisi dominus ædificauerit do. &c. Non enim volentis neque currentis, &c.* † THEODORETVS. Ne desperetis, inquit, de salute. Etenim si decreuero condemnare gentem, & comminatus fuero supplicium extremum, videro autem pœnitentiam eorum, non inferam supplicium, sed misericordiam desidero. Sin è diuerso bonorum copiam promisero, illi verò contenentes, amplexentur nequitiam, promissionem bonorum nō præstabo. b *Ecce ego.* HIER. Implet parabolam quam & aspectu docuit & sermone. † TERTVLL. lib. 2. contr. Martionē. *Ecce ego emitto in vos mala*, non peccatoria, sed vltoria, quorum satis diluimus infamiam, vt congruentiam iudici. Sicut autem, licet mala dicantur, non reprehenduntur in iudice, nec hoc nomine suo malum iudicem ostendunt: ita & malitia hæc intelligenda nunc, quæ ex illis malis iudiciariis deputata, cum ipsis competat iudici.

Liberum arbitrium. Psal. 126. a. * Rom. 9. c. * 22. q. 4. c. incommutabilis. Incommutabilem Deum aliquando sua mutare instituta. * De pœni. di. 1. ca. si agamus. Deus ignoscet si nos pœnituerimus.

Conuersusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis † eius, vt faceret. [Statim.] Et factum est verbum domini ad me dicens: † * [Qui perisse videmini.] Nūquid sicut figulus iste nō potero vobis facere domus Israel? [Vt possim & perdere & restituere.] ait dominus: Ecce sicut lutū in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel. * Repente loquar aduersum gentem & aduersus regnum, vt eradicē & destruam & disperdam illud. [Tamen.] [Mala.] [Recedendo.] * Si pœnitentiā egerit gēs illa à malo suo quod loquutus sum aduersus eam, [Id est, Non inducam.] agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui, vt facerem ei: & subitò loquar de gente & de regno, vt [Sed.] [Quia omnia video.] ædificem & plantē illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt [Præceptum.] nō audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono quod [Id est, non dabo, quia talibus non promisi, sed bonis & pœnitentibus.] loquutus sum, vt facerē ei. Nunc ergo dic viro Iudæ & habitatori Ierusalē, dicēs: [Sicut figuli lutum.] Hæc dicit dominus: Ecce ego fingo contra vos malum, [Vnde Isa. Faciens pacem & creans malum, non quod per se malum sit, vt patientibus videtur.] [Id est, meritam inferam sententiam.] & cogito contra vos cogitationem. [Id est, mutate opera, vt mutetur sententia.] * Reuertatur vnusquisque à via sua mala, [Econtrario.] & dirigite vias vestras & studia vestra. [Salutem.] [Vel confortabimur, in malis, scilicet, vel dicimus, id est, Deum placare non possumus.] Qui dixerunt: Desperauimus. Post cogitationes enim [Operando.] nostras ibimus, [Idolis seruiens.] & vnusquisque prauitatē cordis sui mali faciemus. Ideo hæc dicit dominus: Interrogate Gentes: [Vltra Gentes.] Quis au- [Olim.] diuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? [Deo desponsata, vnde Psal. Notus in Iudæa Deus.] Nūquid de

c *Post cogitationes.* HIERON. Vbi est absque gratia Dei liberi arbitrij potestas, & propriæ voluntatis iudicium, cum sit Dei offensa sequi cogitationes & praui cordis facere voluntatem: vnde infert, *Interrogate Gentes*, id est, omnes in circumitu eius nationes. d *Virgo Israel.* † THEODORETVS. Virginem illam appellat, non quod sit intemperans, sed quod formæ det operam & de pulchritudine glorietur. e *Numquid de petra.* HIER. Tale, inquit, Virgilius.

Ante leues erga pascentur in æthere cerui,
Et freta destituēt nudos in littore pisces,
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.

Et alibi:

In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Lustrabunt, conuexa polus dum sydera pascet.
Semper honos, nomenq; tuum laudesq; manebunt.

Numquid de petra. q. d. Sicut de Libani summitatibus nix deficere non potest, nec vllo ardore solis superari: & fluentes de montibus riui non siccantur: sic nomen meum stabile & perpetuum non potest immutari. Cū enim cætera ordinem seruent, populus meus oblitus est mei. † THEODORETVS. Fontes inquit, sine intermissione scaturiunt: Libanus semper habet niuem, aqua, quæ fertur impetu, trita via fluit: isti verò viam legis deseruerunt, & mandatorum meorum apud eos nulla est mentio.

Virgilius in Bucco. Infr. 15. b. & 19. cap.

c Post — a Vt

NICOLAVS DE LIRA.

1 Numquid sicut fig. iste non po. vo. facere, *quidquid placuerit mihi? q. d. Sic tamen ex parte materia est dissimilitudo: quia lutum non habet aliquid vnde possit se subtrahere à figuli ordinatione: sed homo habet liberum arbitrium, per quod potest declinare à diuina lege per peccatum. Verumtamen hoc modo exiens Dei ordinationem ex parte vna, reincidit in eam ex parte altera, scilicet, in ordinem diuinæ iustitiæ punientis dedecus culpæ. Verumtamen quia Deus semper paratus est misereri, & parcere pœnitentibus, ideo subditur.*

2 Repente loquar. adu. g. *Comminando ei pœnam propter culpam suam.*

3 Si pœnitentiam egerit, *de peccatis suis verè pœnitendo.*

4 Agam & ego pœni. *non inferendo pœnam comminatam: & ideo inducit populum Iudæ ad pœnitentiam per Ieremiam, dicens,* Nunc ergo.

5 Ecce ego fingo. *id est, inferre dispono: Dicit tamen fingo, prosequendo parabolam de figulo.*

6 Contra vos malum, *scilicet, pœna, vobis inferendo.*

7 Reuertatur vnusquisque, *mala relinquendo.*

8 Et dirigite vias vestras, *in bonis vos exercendo.*

9 Et studia vestra, *de talibus meditando; & supplendum est, & ego pœnam comminatam retractabo. Circa prædicta sciendum, quòd pœnitentia in Deo non habet locum, ita quòd velit aliquid, & postea nolit illud, quia voluntas eius est immutabilis: sed sicut noster intellectus immaterialiter intelligit materialia, ita voluntas diuina immutabiliter vult mutabilia. Sciendum tamen quòd comminationes pœnarum, & promissiones bonorum aliquando denuntiantur, prout sunt in dispositione mentis diuinæ, & sic veniunt in effectum immutabiliter: & hoc modo dixit Samuel de abiectione Saulis 1. Reg. 15. f.* Porrò triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo est, qui agat pœnitentiam. *Aliquando verò denuntiatur, & communius, prout sunt in causis secundis, videlicet in hominum meritis vel demeritis: propter quæ secundum legem diuinam aliqui meruerunt præmiari vel puniri: & talia non semper eueniunt sicut sunt nuntiata, quia causa ista sunt mutabiles, possunt enim homines mutari de malo in bonum, & econuerso, & sic dicitur Ionæ 3. b.* Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur, *Sic enim demeruerant peccata Niniue: Sed quia Niniuitæ egerunt pœnitentiam, subuersio non fuit subsequuta, vt dicitur ibidem. Sic ergo dicitur hic & in aliis locis scripturæ, dominus pœnitere, eo quod ad modum hominis pœnitentis se habet, inquantum non facit quod prædixit: sicut homo pœnitens de hoc quod proposuit, illud non facit, voluntas tamen hominis in hoc mutatur, non natura diuina.*

10 Qui dixerunt. *Hic consequenter ponitur Iudæorum obstinatio maligna: & primo contra dominum, secundo contra eius nuntium, ibi.* Et dixerunt. *Circa primum dicitur:* Qui dixerunt. *sc. Iudæi in malo obstinati.*

11 Desperauimus, *scilicet, de Dei auxilio & eius promissionibus, propter hoc enim recurrebant ad humanum remedium, vt dictum est c. præced.*

12 Post cogi. en. no. ibimus, *absque freno & retinaculo, ideo admiratiuè sequitur.*

13 Interrogate Gentes, *Gentiles legem à Deo non habentes,*

14 Quis audiuit talia horribilia, *A Gentibus facta.*

15 Quæ fecit nimis, *reiterando & continuando.*

16 Virgo Israel. *id est, populus Iuda? q. d. inter Gentiles non inueniuntur talia, quia sicut habetur supr. 2. cap. quælibet alia gens coluit pro Deo illud quod primo recepit, & non mutauit: populus autem Israel frequenter mutauit, & in idola multa, & in admiratione huius subditur.*

17 Numquid de petra, *In monte Libani descendebant niues (vt di-* — cunt

Quomodo homo respectu Dei sit similis luto respectu figuli. Duplices Dei comminationes. Seu prædictiones. Pœnitere Dei. Nix Libani.

M O R A L I T E R.

† † *Conuersusq; fecit illud vas alterum*, id est, Christum, qui dicitur nouissimus Adam. 1. Cor. 15. f.

† *Sicut placuerat in oculis eius.* De Christo namque dicitur Matt. 3. d. *Hic est filius dilectus, &c.* Potest etiam aliter exponi de eodem homine, qui per seipsum dissipatur per culpam, & à Deo reparatur per gratiam, Osee 13. c. *perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum.* Similiter posset exponi de vno regno, vel de vna gente, vt patet de Niniuitis, Ionæ 3. ideo sequitur.

2 *Repente loquar, &c.* & sequitur.

3 *Si pœnitentiam egerit, &c. agam & ego pœnitentiam, &c.*

a ... terra. HIER. Hoc plenius post aduentum domini videmus completum, quando nullus Iudæorum terram & vrbem ... ingredi lege permittitur. Sed cum ad planctum venerint, ... & deflent vaticinia prophetarum completa.

† T... in hunc loc. Exsibilatio desolationem vrbis innuit. Qui enim ... ciuitatem aliquam florentem viderunt, si postea desolatam conspexerint exsibilare solent, & hoc modo calamitatem designare.

b *Sicut ventus.* HIER. Vsq; hodie hæc sententia permanet in Iudæis toto orbe dispersis, coram inimico, id est, diabolo, vel inimicis, id est, dæmonibus. Et cũ diebus ac noctibus in synagogis Satanæ innocent nomẽ domini, *dorsum & non faciẽ ostendit eis*, vt intelligant eum recedentem, & numquam ad se venientem. Dies autem Iudaicæ perditionis, omne tempus est post passionem Saluatoris vsque ad consummationem sæculi, *vt postquam subintrauerit plenitudo Gentium, tunc omnis Israel saluus fiet.*

Sententia in Iudæos sæpe semper durat dubitatque. *91. dist. c. diaconi, ibi: Nunc autem. Vt diaconi sacerdotibus deferant.*

Rom. 11. c.

c *Dorsum & non faciem.* † THEODORETVS vbi supra. Quia captiuorum & seruorum proprium est, inclinari in terram, vt dorsum magis appareat quàm facies. Potest & aliter intelligi: Auersorum enim faciem non videmus, sed dorsum; Sermo igitur significat auersionem Dei. Vtinam verò medicinæ loco nobis sint afflictiones Iudæorum: vt aliorum pœnis eruditi, & vitam legibus diuinis consonam agentes, legislatorem propitium habeamus in sæcula.

petra agri deficiet nix Libani, aut euelli possunt aquæ erumpentes, frigidæ & defluentes? [15] Quia [a] oblitus est mei populus meus [a] frustra [b] libantes & [c] impingentes in viis suis & in [a] semitis [a] sæculi, vt ambularet per eas in itinere nõ trito: [16] Vt fieret terra eorum in [a] desolationem, & in [b] sibilum sempiternum. * Omnis, qui præterierit eam obstupescet, & mouebit [b] caput suum. [17] Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico, dorsum & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum. [18] Et dixerunt: Venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationes. * Non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à propheta. Venite & percutiamus eũ lingua, & nõ attendamus ad vniuersos sermones eius. [19] Attende

a Qui sum via. Non Dei. a Inutiliter. b Idolis. c Offendentes. a Vestigiis sanctorum Deum colentium, qui relicto Deo idola coluerunt, vnde infert pœnam, quæ sequitur: Vt fieret. 40. b Quia reliquerunt cultum Dei, idololatriæ semitam sequuti. a Solitudinem. b Pro stupore mentis. a Olim florentissimam. b In signum confusæ mentis.

d *Non enim peribit, &c.* † THEODORETVS. Tria testificantur de eo maxima, sacerdotium, prophetiam, & sapientiam, & charismatis cuiusque vim sciunt & certitudinem. Et cum obsequi deberent iis, quæ dicuntur, non solum ipsi contradicunt, sed mortem etiam moliuntur.

* Infr. 19. c. & 49. d. & 50. c.

e *Venite.* HIER. Ista tunc Iudæorũ contra Ieremiam vel Christum, & nunc, hæreticorum contra seruos Dei cogitatio est, vt calumnias instruant, & sanctos accusatione premant: non cogitantes quid illi loquuntur veritatis, sed quid ipsis instruant mendacij. Iactant enim in sacerdotibus & in sapientibus & in pseudoprophetis suis legem Dei, consilium & eloquium permanere, cum *in maleuolam animam non introeat sapientia.*

Hæreticorũ vana iactantia.

Sap. 1. a.

HIERONYMVS. Manifesta transcurrimus, vt in obscuris im-

NICOLAVS DE LIRA.

... sunt aliqui expositores) in tanta abundantia, quod ex earum resolutione continuabatur riuus descendens ad agros petrosos.

1 Aut euelli pos. aq. *de fontibus abundantibus. Per istas similitudines arguitur malitia Iudæorum, quia quamuis aquæ riuales & fontales cogitationem non habeant, tamen cursum suum debitum tenent. Iudæi autem ad imaginem Dei facti, & lege diuina directi, à Deo totaliter retrocedebant per idololatriam; ideo sequitur,*

Summa Iudæorum malitia.

2 Quia oblitus est mei populus meus, *dimittendo cultum meum:*

3 Frustra libantes, *idolis impotentibus ad eos adiuuandum;*

4 Et impingentes, *cadendo de peccatis in peccata,*

5 In semitis sæ. *id est in idololatriis quibus tunc sæculum erat infectum.*

6 In itinere non trito. *Via enim regia dicitur trita, & illa est per decalogi præcepta, quam Iudæi dimiserant, & per aliam incedebant. In Hebræo autem sic habetur:* Numquid derelinquet de petra agri niuem Libani? *Quod sic exponitur,* Num. derel. h. siti. ni. Li. *id est, aquam frigidam ad modum niuis fluentem de Libano, & consequenter de petra agri, id est, de agro petroso, quia in alueo aquarum currentium solent esse lapilli q. d. non derelinquet: immo cum magno desiderio accipiet eam ad potandum.* Aut euelli possunt, *scilicet, de facili ab homine sitiente,* Aquæ erum. de Libano. Frigi. & defl. *q. d. non: & sunt eædem aquæ, quæ primò designãtur sub nomine niuis, cum dicitur,* Nix Libani. *De monte enim Libani fluunt aquæ abundantes & optimæ, de quibus dicitur. Cant. 4. d.* Fons hortorum puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. *Igitur sensus huius litteræ est: quod homo sitiens non dimittit aquas ista voluntate propria; & si aliquis velit eas ab eo auferre, resistit quantum potest violentiæ: & per hoc designatur malitia populi Iuda, qui voluntarie reliquerat dominum, qui est vena aquarum viuentium, vt dictum est cap. præced. ideo subditur,* Quia oblitus est, *& exponatur vt prius vsque ibi,*

Expositio Hebraicæ litteræ.

Fontes Libani amœnissimi.

7 Vt fieret terra eorum in de. *Vbi ponitur pœna sequens malitiam prædictam, propter quam terra Iudæ fuit per Chaldæos vastata.*

8 Et in sibilum sempiternum, *id est, in derisionem.*

9 Omnis qui præterierit eam obstupes. *de tanta destructione.*

10 Et mo. cã. su. *Notandum, quòd hoc contingit propter magnam malitiam habitatorum, ideo subditur,*

11 Sicut ventus vrens, *qui dispergit & consumit,*

12 Dors. & non facie. ost. *id est non iuuabo eos, sicut homo vertit dorsum illi, cui non vult præstare auxilium.*

13 Et di. *Hic consequenter ponitur obstinatio Iudæorum contra domini nuntium: Et diuiditur in duas, quia primò hæc obstinatio ponitur; & secundò Ieremiæ deprecatio, ibi,* Attende domine. *Circa primum sciendum, quod dominus in filiis Israel instituit sacerdotium, vt habetur Exod. 29. & hoc ad colendum dominum, & docendum de lege domini populum. Similiter instituit 70. viros de senioribus Israel, qui cum Moyse sustinerent onus regiminis populi, Numer. 11. & ex tunc vsque ad destructionem ciuitatis & templi fuerunt sic statuti 70. viri, qui cum rege & summo sacerdote determinabant causas arduas. Similiter permisit populo dare prophetas per successionem temporis. Et quia ista tria à Deo fuerant instituta, credebant aliqui, & maximè illi de Anathot, quod semper durarent: propter quod verba Ieremiæ contrarium asserentis contemnebant, & eum persequebantur. Et hoc est quod dicitur,*

Diuisio.

De tribus quæ Deus prouidit ad populi Hebræi institutionem.

14 Et dixerunt, *adinuicem conferendo,*

15 Venite & cogi. cont. Ierem cogit. *id est, vias conuenientes ad eum occidendum, tamquam prophetam falsum. Cuius causa subditur.*

16 Non enim per. lex à sa. *quin possit de ea populum docere;*

17 Neque consi. à sa. *id est, à sapientibus, ponendo singulare pro plurali, sicut Exod. 8. f.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum. Et dicuntur hic sapientes 70. senes prædicti.*

18 Nec sermo à pro. *quia dominus instituit ista. Et isti male arguebant, quia sicut Deus dat beneficia perseuerantibus in bono, ita data subtrahit obstinatis in malo.*

19 Percutiamus eum lingua, *accusando eum esse prophetam falsum, & sic moriatur.*

20 Et non atten. *Hæc littera est transposita: & sic est construenda. Et ad vniuersos sermones eius non attendamus, scilicet, vt sic negatio sequatur signum vniuersale, quæ facit suo contrario æquipollere: quia omnis non, & nullus, æquipollent: & sic est sensus; Ad nullos sermones eius attendamus, cum sint friuoli & nullius momenti.*

21 Attende domine. *Hic consequenter ponitur Ieremiæ deprecatio dicentis,* Attende domine ad me, *liberandum de meis inimicis.*

MORALITER.

†14 *Et dixe. Venite cogitemus con. Ie. co.* Per istos signantur mali clerici & mali sacerdotes, qui machinantur contra pauperes prædicatores, & suggerunt prælatis, vt auferant ab eis potestatem prædicandi, & audiendi confessiones; dicentes quod sequitur,

Clericorum ... & persequentes pauperes religiosos, & pro aliis labo...

16 *Non enim peribit lex à sacerdote*, Dicunt enim se ad regimen ecclesiarum suarum sufficere. Et hoc frequentius dicunt illi, qui minus sufficiunt; nam intelligentes pondus oneris sui, libenter volunt ab aliis adiuuari.

...rantes auferre eorum priuilegia & facultates.

19 *Venite & percu. eum lin.* dicendo populis quia non habent potestatem nisi de licentia proprij sacerdotis, quod tamen est falsum, cum maior sit potestas prælatorum. Et quoniam in talibus recurrendum est ad Deum, subditur,

21 *Attende domine. & audi vo.* dando eis pœnitentiæ spiritum.

immoremur. Nō delitamenta quorumdam & captiuitatem cælestis Ierusalem interpretantes, sed perspicuam historiam & manifestissimam prophetiam omni verborum & sensuum confidentia persequentes.

a *Attende domine ad me, & audi vocem aduersariorum meorum.* HIER. In typo Saluatoris Ieremias à Iudæis hæc vniuersa perpetitur, qui postea Babylonio veniente vastantur. Sed plenius completur in Christo, vrbe subuersa Romano gladio, non propter idololatriā, quæ tunc nulla erat; sed quia filij Dei mortem inclamauerunt, *Tolle, tolle eum: non habemus regem nisi Cæsarem.* Et imprecatio eorum in æternum completur: *Sanguis eius super nos & super filios nostros.*

Iudæi propter cædem Christi per Romanos exterminati.

b *Ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur.* IBID. Non est contrarium superiori sententiæ, in qua pro populo deprecatur. Sed quia spatium pœnitentiæ præterijt, illi permanentes in sceleribus suis, non tam pro se puniuntur, quam pro aliis; ne inultum peccatum illis fieret in exemplum.

Cur propheta pœnas hic Iudæis immitti petat pro quibus antea Deum fuerat deprecatus.

(Ioan. 19. c. — Matt. 27. c.)

a domine ad me, & audi vocem aduersariorū meorum. [10] Numquid reddetur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare, quod steterim in cōspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. [11] Propterea da filios eorū in famē, & deduc eos in manus gladij. Fiant vxores absque liberis, & viduæ & viri earum interficiantur morte. Iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio, [12] audiatur clamor de domibus eorū. Adduces enim super eos latronem repente, quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis. [13] Tu autem domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. b Ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

(Interlinear: a Crucifige eum, &c. b Iudæorum. — a Deceptionem. b Tollendæ. — a Pater ignosce illis, quia nesciunt quid fa. — a Nabuchodonosor, vel Romanum exercitum. b Merito. c Exponit quid fecerint contra filium Dei, & quid passi sunt. — a Vel impingentes in lapidem, scilicet, offensionis, & petram scandali, de quo Psal. Lapidem quem repro.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et audi vocem, &c. *ad eam puniendum.*
2 Numquid reddetur, *scilicet, mihi,*
3 Pro bono malum. *q. d. Sic.*
4 Quia fo. foue. animæ meæ, *quærentes eam educere de corpore malitiose.*
5 Recordare. *quod laborauerim pro bono eorum.*
6 Propterea da fi. e. in fa. *Quod dupliciter exponitur. Vno modo denuntiatiuè tantum, Sic, Da, id est, dabis. Alio modo deprecatiuè, non sitiendo populi pœnam, sed magis diuinam iustitiam, sicut dictum est capitulo præcedenti.*
7 Audia. clamor. *familiæ suæ ibidem fame & gladio morientis.*
8 Adduces e. su. eos latronem, *id est, Nabuchodonosor cum suo exercitu populum depradantem, occidentem, & captiuantem. Cetera patent vsque ibi,*
9 Ne propitieris iniqui. eorum, *id est, non dimittas tantum dedecus culpæ sine decore iustitiæ.*
10 In tempore furoris tui, *id est, vindictæ à te inferendæ.*
11 Abutere eis. *Circa quod sciendum, quod abusus propriè est vti aliqua re ad aliud, quam sit ordinata. Natura vere humana, eo quòd est ad imaginem Dei facta, est ad gloriam Dei ordinata. Ista tamen ordinatio est longinqua, quia disponitur de propinquo per gratiam, & ad pœnam disponitur per culpam. Et sic in damnatione hominum malorum si consideretur natura, tantum est abusus in hoc, quod natura applicatur ad pœnam, quæ erat ordinata ad gloriam: Si tamen consideratur natura obstinatione in malo deposita, non est abusus, sed debitus vsus iustitiæ. Sciendum tamen, quod in Hebræo sic habetur:* In tempore furoris tui. fac eis. *scilicet, quod debet fieri, secundum ordinem tuæ iustitiæ: & sic est littera plana.*

Abusus quod dicatur.

CAP. XIX.

a Hæc dicit dominus: *Vade, & accipe lagunculā.* HIER. Vult diuina scriptura non solum auribus docere populum, sed etiam oculis. Magis enim mente retinetur quod vsu percipitur, quàm quod auditu.

Prophetia per signa sensibilia.

b *Lagunculam figuli.* IBID. pro lagūcula figuli (quæ Hebraicè dicitur בקבוק Bakbuk) LXX. doliū transtulerunt. Pro *porta fictili*, Aquila & Symmachus & Theodotio, ipsum Hebr. posuerunt *harsith.* LXX. more suo pro aspiratione Heth litteræ addiderūt chi Græcum, vt dicerent *charsith*; pro Hebron *Chebron*, & pro Hierihoh *Chiricho.*

Quomodo Græci reddant verba Hebraica.

CAPVT XIX.

HÆC dicit dominus: Vade, & accipe lagunculam figuli testeam de senioribus populi & de senioribus sacerdotum, [2] & egredere ad vallem filiorum Ennom, quæ est iuxta introitum portæ fictilis, & prædicabis ibi verba, quæ ego loquor ad te, [3] & dices: Au-

(Interlinear: a Vt videant, qui intelligere deberent. — a Vbi delubrum Baal, & lucis Siloe fontibus irrigatus. — a Vel leges, vel clamabis: Hebræum enim Charath hæc tria significat.)

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XIX.

Diuisio.

1 HÆc dicit dominus. *Hic ponitur septimum, ad ostendendum irremediabile populi peccatum, scilicet, per fractionē lagenæ terreæ, cuius fractura est irreparabilis. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur domini præceptum; secundo ostenditur ipsum impletum, ibi,* Venit autem. *Sententia primæ partis patet in littera exceptis aliquibus, quæ exponentur.*
2 Senioribus populi & de seniori. sacerdotum, *quia isti præceteris tenebantur verba Dei recipere, & ad hoc populum inducere.*
3 Portæ fictilis, *sic nominabantur, quia ibi manebant figuli facientes vasa fictilia, vt dicunt aliqui. Ra. Sa. dicit, quod extra ciuitatem prope portam illam proiiciebantur fragmenta vasorum fictilium, propter quod sic nominabatur.*

Porta fictilis.

MORALITER.

† 1 *Hæc dicit dominus, Vade & accipe lagunculam figuli testeam, &c.* Quæ moraliter accipitur, quando diligenter humana fragilitas consideratur: Quæ consideratio pertinet ad prædicatorem, vt per hoc peccatores inducat ad celerem conuersionem.

Consideratio humanæ fragilitatis.

† *Et egredere ad vallem filiorum Ennom,* qui interpretatur fons doloris, id est, induc peccatores ad fontem lachrymarum ex dolore verè contritionis.

† *Et prædicabis ibi verba, quæ ego loquor ad te, & dices:* scilicet, pœnas obstinatorum in peccatis, vt patet in littera sequenti, & per oppositum præmia veraciter contritorum. Per hoc autem quod postea subditur,

HIERON. Omnis hæreticus derelinquit Deum, & locum habitationis Dei, quem sua fraude polluit; alienis, quos non nouerunt patres sui, id est, apostoli, viri. Reges autem Iuda, id est, hæresiarchæ implent locum quondam sanguine deceptorum & innocentum: Nemo ... cultus, & ... subuer... ædificant ... Baalim, dum ... dispu... comburunt idolis filios suos ... hæresi ge...

b *Quæ nō præcepi.* IBID. Non præcepi, vel cogitaui, &c. Nō quod dominus futura nesciat, sed quę indigna sūt sua notitia, ignorare se dicat, sicut illud, *Recedite à me, nescio vos*: *Nouit enim dominus qui sunt eius.* Et, *Qui ignorat, ignorabitur.* Vel Anthropopathos, hæc de Deo accipienda sunt, sicut alia.

c *Tophet, & vallis filij Ennom, &c.* HIERONYM. IBID. Quæ sit vallis filij Ennom (quæ Hebraicè dicitur *gehennom*, vnde gehennā appellatam putant) supra diximus. Miror autem quid sibi voluēt. LXX. pro *Tophet ruinam* ponentes & pro *valle Polyandrion*, id est, virorum multitudinem; nisi fortè quod ibi populus corruerit, & cæsa sit multitudo hominum; vel spiritualiter errore idololatriæ; vel historialiter Babylonio vastante.

d *Et dabo cadauera.* IBID. Quamuis hæc in Babylonica captiuitate populo acciderint, veriùs tamen in tempore Christi, quando à Vespasiano & Tito & Adriano ciuitas obsessa, & in æternos cineres collapsa est: vt qui obtulerant filios suos idolis, eos deuorarent necessitate compulsi; vt qui Dei muneribus abusi erant in impietate, & propria viscera idolis immolarent, ventres suos sepulchra facerent liberorum.

(Margin: De hæreticis & hæresiarchis. Supr. 6. Matt. 25. 2. Tim. 2. 1. Cor. 14. Supr. 6. Quomodo 70. reddiderint vers. 6. huius ca. Ad quantā famem cōpulsi fuerint Romani Iudæos obsessos.)

[a Regis stirpis.] [b Populus, vt omnes inexcusabiles sint qui audire noluerunt.]

dite verbum domini rēges Iuda & habitatores Ierusalem. Hæc dicit dominus exercituum Deus Israël: * Ecce ego inducam [a Templum Dei, vbi Baal & ara eius, super quam immolauerunt, & incenderunt filios suos.] afflictionem super locum istum, ita vt omnis qui audierit illam a tinniant aures eius,[4] eò quòd dereliquerunt me, & alienum fecerunt locum istum & libauerunt diis alienis, quos nescierunt ipsi & patres eorum, & reges Iuda, & repleuerunt locum istum sanguine innocentū:[5] & ædificauerunt excelsa Baalim ad comb burendos filios suos igni in holocaustum Baalim, quæ nō præcepi, nec loquutus sum, nec ascenderunt in cor meum.[6] Propterea ecce dies venient dicit dominus, & non vocabitur amc plius locus iste Tophet, & vallis filij Ennom: sed vallis occisionis:[7] Et dissipabo consilium Iuda, & Ierusalem in loco isto, & subuertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, & in d manu quærentium animas eorum, & dabo cadauera eorum escam volatilibus cæli & bestiis terræ,[8] & ponā ciuitatem hanc in stuporem & in sibilum. Omnis qui præterierit per eam obstupescet, & sibilabit super vniuersa plaga eius.[9] Et cibabo eos carnibus filiarum suarum, & vnusquisque carnes amici sui comedet in obsidione, & angustia in qua concludent eos inimici [a Omnino in Romana captiuitate.] eorum, & qui quærunt animas eorū.[10] Et conteres laguunculam in oculis virorum qui ibunt tecum,[11] & dices ad eos: Hæc dicit [Vt non restauretur post Romanam captiuitatem, sicut post Babyloniam.] e dominus exercituum: Sic conteram populum istum, & ciuitatem istam sicut conteritur vas figuli, quod non potest vltra [a In antiquum statum.] f instaurari. Et in Tophet sepelientur, eò quòd non sit alius locus ad sepeliendum.[12] Sic faciam loco huic, ait dominus, & habitatoribus eius, & ponam ciuitatem istam sicut Tophet. [LXX. ruinam.] [13] Et [Palatia.] g erunt domus Ierusalem & domus regum Iuda sicut locus To[a In ruina. b Merito. Idololatria.]phet immūdē, omnes dom⁹ in quarū domatib⁹ sacrificauerūt

(Margin: 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12)

e *Sic conteram populum istum.* IBID. Sub Ælio Adriano ciuitas, & nomē perdidit, & statū, ad frangendam superbiam habitatorum. Sanctæ autem crucis, & resurrectionis vocabula non vrbem significant, sed locum.

HIERON. Iudæi auream atque gemmatam Ierusalem restituendam putāt, & victimas, & sacrificia & coniugia sanctorum, & in terra Saluatoris regnū. Quæ licet non sequamur, damnare non possumus, quia multi & ecclesiastici viri, & martyres testantur: Vnusquisque abundet in suo sensu, & vero iudici cuncta reseruentur.

f *Et in Tophet sepelientur, eò quòd non sit alius locus ad sepel. &c.* Quod supra dixerat, *non vocabitur locus iste amplius Tophet, & vallis filij Ennom, sed vallis occisionis*: hic aperit, quòd tāta in ipso solo cædes futura sit, vt ibi aceruatim populus sepeliatur, & locus religionis fiat mortuorū tumulus, & ipsa ciuitas, quæ huic imminet loco, fiat sicut Tophet.

g *Et erunt domus Ierusalem & domus reg.* IBID. Omnis domus regum Iuda sicut locus Tophet. Hoc in Hebræo non habetur, sed à LXX. interseritur.

(Margin: Opinio Iudæorum de aurea Ierusalē restauranda, quæ etiam aliquibus fidelibus placuit. Rom. 14. a. Supr. eod. c.)

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et alienum fecer. locum. *scilicet à me, Cuius causa subditur,*
2 Et libauerunt in eo. *Idem enim locus non conuenit cultui dæmonum in idolis, & cultui diuino; sicut nec idem lectus marito & adultero.*
3 Et reges Iuda. *quod patet de Manasse rege quarto Regum xxj. c. & de Ioas, qui interfecit Zachariam in templo, secundo Paralipomenon vigesimoquarto.*
4 Ad comburendos filios. *dicentes se imitari in hoc Abraham: sed hoc est falsum; quia dominus prohibuit interfectionem innocentum: vnde & Abrahæ volenti Isaac immolare, dictum fuit à domino,* Ne extendas manum tuam, &c. *Gen. xxij. ca. Illud enim præceptum fuit datum Abrahæ ad declarationem suæ obedientiæ tantum: ideo ibidem subditur,* Nunc cognoui quòd timeas dominum, &c. *id est, cognoscere feci.*
5 Sed vallis occisionis, *dicitur ab occisione Iudæorum ibi futura.*
6 Et dissipabo consilium Iuda. *quo rebellauit regi Babylonis contra consilium Ieremiæ.*
7 Et ponam ciuitatem hanc in stupo. *exponantur sicut capitulo præcedenti.*
8 Et cibabo eos. *quia præualuit nimis fames in Ierusalem obsessa à Chaldæis, quarto Regum vltimo.*
9 Et conteres laguunculam, *vt ostendas sensibili signo quod dixisti verbo.*
10 Et ponam ciu. istam sicut Toph. *absque domibus & habitatoribus.*
11 In quarum domatibus, *id est, tectis,*
12 Sacrificauerunt, *Erant autem tecta domorum plana: & ibi constituerunt homines altaria ad sacrificandum militiæ cæli, id est, soli & lunæ, & ceteris planetis, in aspectu eorum.*

5 Sed ☞ 1 Venit

MORALITER.

†9 *Et conteres laguunculam.* signatur quòd prædicator non solùm debet prædicare verbis sed etiam sensibilibus exemplis: In moralibus enim magis mouent facta, quàm verba; Propter quod dicit Greg. homi. trigesimaoctaua, *Cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur,*

(Margin: Quid præ- ... dicatoribus conciliet auctoritatē.)

a ☞ Soli, lunæ, stellis. b ☞ Non contenti his.

omni militiæ cæli, & libauerunt libamina diis
a ☞ Vbi fregit lagunculam præsentibus senioribus quos duxerat secum.
alienis. [14] Venit autem Ieremias de Tophet, quo [1] miserat eum dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus domini, & dixit ad om-
a ☞ Qui noluit cum eo ire in Tophet.
nem populum: [15] Hæc dicit dominus, exercituum, Deus Israël: Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala quæ loquutus sum aduersus eam:
☞ Subitas.
a ☞ Non iniuste. b ☞ Dura ceruice, & incircumcisi corde, nec post multas impietates agunt pœnitentiam.
quoniam indurauerunt ceruicem suam, vt non audirent sermones meos.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Venit autem Ier. *Hic ostenditur mandatum domini adimpletum, per hoc quòd Ieremias expleto mandato domini in Tophet, venit inde ad atrium templi domini ad prophetandum illud, quod in Tophet prophetauerat, vt quod dixerat coram paucis, reiteraret coram multis in atrio templi domini: vbi conueniebat populus ad orandum, & verbum legis audiendum, & patet littera ex dictis.*

CAP. XX.

a ☞ LXX. Phascor qui interpretatur oris nigredo.
b ☞ Verbum de quo nigredo generatur, non vitio parentis, sed scelere degenerantis.

ET audiuit Phassur filius Emmer sacerdos qui constitutus erat princeps in domo domini, Ieremiam prophetantem sermones istos. [2] Et percussit Phassur Ieremiam
a ☞ Genus tormenti.
prophetam, & misit eum in neruum quod erat in porta Beniamin
a ☞ Filij dexteræ. b ☞ Quæ non veritatem indicat, sed iniustam pontificis potestatem.
superiori in domo domini. [3] Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Ieremiam de neruo, & dixit ad eum Ieremias: Non Phassur vocauit dominus nomen tuum, sed pauorem vndique, [4] quia hæc dicit dominus: Ecce ego dabo te in pauorem, & omnes amicos tuos, & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt. Et omnem Iudam dabo in manu regis Babylonis, & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio. [5] Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius omneque pretium, & cunctos thesauros regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum, & diripient eos & tollent, & ducent eos in Babylonem. [6] Tu autem Phassur & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in Babylonem venies & ibi morieris, ibique

CAP. XX. a ET audi. Phas. HIER. Hic erat pontifex templi, & dignitate sacerdotij peruersè vtebatur, non vt doceret, & sermone corriperet, sed cruciatibus exterreret. Dominus quoque, & apostolus Paulus iussu pontificis verberabantur; nec mirum si vsque hodie serui Dei à Phascor cæduntur, & in carcerem mittuntur: datur enim hæc potestas à domino, vt sanctorum fides ostendatur. Nec vincit qui cædit, sed qui cæditur, & domini iudicium humiliter patitur, nec reclamat ad verberantem, sed considerat imperantem.

Psalm. 33. a. Impij qui abutuntur sua auctoritate.

b *Cumq; illu.* IBID. Notanda prophetæ patientia atque prudentia. Missus in carcerem tacet, & silentio vincit iniuriam, nec tamen dissimulat quod scit esse venturum, vt saltem Dei pontifex peccare desistat, & Dei clementiam deprecetur.

c *Non Phassur.* IBID. Iuxta superiorem interpretationem, qua Phassur nomen fuerat immutatum, vt appellaretur Magur: omnes similiter transtulerunt, vt significarent, vel pauorem, vel peregrinationem, vel sublationem, vel translationem. *Non Phassur. v. d.* Mutatur nomen pontificis, vt futurum demonstret supplicium Q. d. Non habebis oris nigredinem, & iniquum potestatis imperium, sed captiuus duceris in Babylonem. Hoc enim significat *pauor vndique*, vt tremens, & salutis incertus huc illucque circumspicias, & venientes aduersarios reformides.

Mutatur nomen Phassur sacerdotis.

☞ a Se-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XX.

Diuisio.

1 ET audiuit. *Superius Ieremias reprehendit populi malitiam: hic consequenter ex hoc patitur iniuriam, quia sicut dicit Ioannes os aureum,* Odium incurrit qui arguit criminosos. *Et diuiditur in duas partes, quia primò patitur iniuriam à pontifice; secundò à multitudine, cap. xxvj. Prima in duas, quia primò patitur iniuriam; secundò resumit prophetiam ca. seq. Prima adhuc in duas, quia primò Ieremias iniuriam patitur; secundò de hoc conqueritur, ibi,* Seduxisti me domine. *Prima adhuc in duas, quia primo infertur Ieremiæ iniuria; secundo declaratur eius constantia, ibi,* Cumque illuxisset. *Circa primum dicitur,* Et audi. Phassur fi. Emmer. *Princeps in domo domini, id est, summus sacerdos, siue pontifex.*

2 Ieremiam prophetantem, *De destructione ciuitatis & templi: cuius contrarium iste Phassur, & alij sacerdotes afferebant.*

3 Et percussit Phassur Ieremiam. *Actu loquentem in nomine domini, ex quo grauior fuit iniuria.*

4 Et misit eum in neruum. *id est, in cyppum, ne posset exire ad prophetandum.*

5 Quod erat in porta Beniamin. *Erat enim duplex porta sic nominata, sed vna erat in loco superiori, in qua erat cyppus ille.*

6 In domo domini. *i. intra septa ad templum pertinentia.*

7 Cumque illuxisset. *Hic consequenter ostenditur Ieremiæ constantia, quia timore carceris non dimisit arguere malitiam pontificis; & etiam eius patientia, quia percussus & incarceratus tacuit: liberatus autem, pontificem constanter arguit, vt ostenderet se loqui non ex impetu passionis, sed ex instinctu diuinæ reuelationis.*

8 Non Phassur, *Phassur enim in Hebræo sonat os nigri, vel os nigrum. Et per os, intelligitur auctoritas præcipiendi ratione pontificatus, & per nigredinem, illius potestatis abusus. Est ergo sensus:* Non Phassur, &c. *id est ex ordinatione Dei cito priuaberis potestate qua abuteris.*

9 Sed pauor. *In Hebræo habetur: Sed Magur, & sic est quadam allusio ad aliud nomen in sono. Significat tamen Magur pauorem sed pauidum, in quo designatur quod erat capiendus à Chaldæis, & in captiuitatem ducendus. Quod autem subditur,*

10 Vndique, *Designant quod non solus ipse, sed etiam omnes eius amici essent occidendi vel captiuandi, secundum quod Ieremias exponit communiter: & patet littera vsque ibi:*

☞ Qui-

MORALITER.

Paulus cum Ieremia comparatus.

†*Et audiuit.* Per Ieremiam, qui fuit magnus prædicator in veteri testamento, MYSTICE signatus fuit Paulus apostolus prædicator veritatis in no. te. Per Phassur verò, qui tempore Ieremiæ fuit princeps in domo domini, signatus fuit Ananias pontifex tempore Pauli, vt habetur Act. xxiij. Et sicut Phassur percussit Ieremiam prophetam veritatis, sic Ananias præcepit percutere os Pauli veritatem prædicantis; Et sicut Ieremias denuntiauit miseriam futuram ipsi Phassur & amicis suis, sic Paulus dixit Ananiæ, *Percutiet te dominus paries dealbate,* quod videtur impletum fuisse per Romanos: Nam cum capta ciuitate Ierusalem cum sacerdotes peterent misericordiam, Titus præcepit eos occidi, dicens eos esse degeneris animi, qui cuperent superuiuere templo & numini.

Ananias Pontifex cũ Phassur.

† MO-

a Seduxisti me do. HIERON. Dicit se propheta à domino deceptum, A cui supra dictum est, *Prophetam in Gentibus dedi te, & constitui te hodie, &c.* Quibus verbis arbitratus est nihil se contra Iudæos dicturum sed contra Gentes: & ideò prophetiam libenter assumpsit. Nunc autem res in contrarium recidit, vt captiuitatem Ierusalem prædicens, persequutiones & angustias sustineat.

† THEODORETVS in hunc locum. Molestè fert insultus, qui iugiter in se fiunt, & puritati conscientiæ fidens, libertate vtitur erga dominum, inquiens, *decepisti, me, &c.* fugiebam, inquit, prophetandi munus, dicebam me B iuniorem esse, & huic administrationi imparem: & pollicitus es te effecturum, vt impugnantibus me fortior essem, ostensurumque me muro æneo & columnæ ferreæ similem: nunc autem ridiculus effectus sum.

Ieremiæ occurrunt difficultates quas non præcogitauerat.

b *Factus sum in der.* C HIERON. Propheta putauerat statim futurum, quod dominus minabatur; & populus æstimabat, quod statim non venerat, non esse venturum.

AVGVST. de adulterinis coniugiis. Reconciliari pœnitens non potest in eadem nequitia perseuerando. Qui voluntate continentiam elegerunt, fecerunt eam esse necessitatis: quoniam iam ab illa sine damnatione deuiare non possunt.

Votum castitatis.

† THEODOR. supr. Angitur propheta, non quod calamitate & verberibus affligitur, sed quod eloquia diuina suggillantur. D

c *Et factus est.* GREG. lib. 23. moral. cap. 10. Pro eo, quòd se minimè audiri conspexit, silentium appetiit; sed cum crescentia mala cerneret, in eodem silentio non permansit. Qui enim foris caluit ex tædio loquutionis, intus ignem pertulit ex zelo charitatis. Inflammantur quippe corda iustorum cùm non correcta crescere conspiciunt, ac malorum eorumque culpæ se participes credunt, quos in iniquitate silendo permittunt. Vnde Dauid: *Concaluit cor meum intra me, & in me. ex. ig. &c.* E

Zelus sanctorum in corrigendis peccatis.

Ps. 38. a.

HIER. LXX. Quia amaro verbo meo ridebo, præuaricationem & miseriam inuocabo q. d. Scio præsentem tristitiam futuro gaudio commutandam: vnde, *Beati flentes, quoniam ipsi ridebunt*; ideo miseriam & iniquitatem, afflictionemque libenter sustineo, cupio, inuoco, breuitatem iniuriæ felicitatis æternitate compensans. F

Matth. 5. a.

Sustinentia breuis temporis habet fructum æternum.

(a ¶ Non vera & tristia, sed mendosa & prospera pollicendo.)

sepelieris tu & omnes amici tui quibus prophetasti mendacium.[1] [7] Seduxisti me domine,[2] & seductus sum: fortior me fuisti,[3] & inualuisti. Factus sum in derisum tota die.[4] Omnes subsannant me,[5] [8] quia iam olim loquor vociferans iniquitatem,[6] & vastitatem clamito.[7] Et factus est mihi sermo domini in opprobriũ,[8] & in derisum tota die. [9] Et dixi:[9] Non recordabor eius,[10] neque loquar vltra in nomine eius. Et factus est[11] in corde meo[12] quasi ignis exæstuans claususq; in ossibus meis, & defeci,[13] ferre non sustinens.[14] * [10] Audiui enim cõtumelias multorum,[15] & terrorem in circuitu,[16] persequimini,[17] & persequamur eum ab omnibus viris qui erant pacifici mei,[18] & custodientes latus meum,[19] si quomodo decipiatur[20] & præualeamus aduersum eũ,[21] & consequamur vltionem ex eo.[22] [11] Dominus autem me-[23]

a ¶ Vel, obtinuisti, & potuisti. b ¶ Quia putant me omnia mentitum. c ¶ Apostolus. Habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt. a ¶ Hostium. a ¶ Babyloniam. b ¶ Dum tarditatem prophetiæ putant esse mendacium. a ¶ Id est, non loquar vltra verba eius, nec nomen illius nominabo. a ¶ Hæc verecundè quidem, sed stultè constituit. b ¶ Sermo, non ore prolatus. ¶ Vnde Paulus: Si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit. Et alibi. Incitabatur spiritu & tota mente feruebat. a ¶ Gratia. ¶ Nos quoque in simili persequutione, idem dicamus.

† THEODORETVS supra. Quasi dicat, minimè prophetabo, nec enuntiabo minimè credentibus, quæ Deus prædicanda mandauit.

d *Et factus est.* IDEM IBID. Hoc ipsum etiam accidit Paulo Athenis, dum tacitus expectaret: Incitabatur, inquit, spiritus Pauli videntis idololatriæ deditam ciuitatem. Idem accidit prophetæ. Gratia namque prophetica incitabat eum nolentem vt loqueretur.

Spiritus incitans sanctos.

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quibus proph. mendacium. *scilicet, quòd ciuitas non sit tradenda in manibus Chaldæorum.*

2 Seduxisti me. *Hic consequenter Ieremias pro illata iniuria conqueritur, & primo dirigendo sermonem ad Deum: secundo ad ortum suum, ibi,* Maledicta. *Prima adhuc in duas partes quia primo ponitur Ieremiæ querulatio, secundo eius consolatio, ibi,* Dominus autem. *Circa primum dicit,* Seduxisti m. d. *Circa quod sciendum, quòd cùm Deus sit veritas per essentiam, non potest aliquem seducere, vel fallere, secundum veritatem, sed tantum secundum æstimationem falsam, & ideò hæc littera potest dupliciter exponi, Vno modo, vt sit verbum Ieremiæ exprimentis horrorem sensualitatis, respectu persequutionis, quæ sibi inferebatur in verbis & factis, licet illam persequutionem acceptauerit secundum deliberationem rationis, qua acceptabat pœnam temporalem pro domino sustinere, sicut Christus dicebat Luc. xxij. e.* Pater, si vis, transfer à me calicem istum, *indicans sensualitatis horrorem, & per hoc se ostendens verum hominem naturam sensitiuam habentem; tamen secundum rationem deliberatiuam acceptabat passionis calicem, ideo subdebat,* Verumtamen non mea voluntas fiat sed tua. *& sic loquitur Ieremias dicens,* Seduxisti me domine seductus sum. *i. per hoc quod misisti me ad prophetandum incurri tantum malum, quod secundum partem sensitiuam horreo supra modum. Alio modo potest exponi, vt sit verbum Ieremiæ exprimentis illud, quod de ipso dicebant sacerdotes, & falsi prophetæ, qui reputabant eum prophetam falsum: & sic est sensus, Si sum seductus, vt dicunt sacerdotes, & pseudoprophetæ, sum seductus à te: quod tamen est impossibile. Aliqua enim propositio conditionalis bene est vera, cuius vtraque pars est falsa scilicet ista: Si homo volat, homo habet alas.*

Quomodo dicat Ieremias Deum se seduxisse.

Propositio conditionalis.

3 Fortior me. *quia me horrentem prophetare propter malum imminens, prophetare fecisti: non per violentiam, quæ libero arbitrio non potest inferri, sed per eius inclinationem, qua vertitur ad voluntatem diuinam Prou. xxj. a. Cor regis in manu domini, quocumque voluerit inclinabit illud.*

4 Factus sum in derisum tota die, *id est, continuè.*

5 Omnes subsannant me. *Est autem subsannatio quædam specialis derisio, sic nominata à naso rugato.*

6 Quia iam olim, &c. vociferans iniquitatem, *populi.*

7 Et vastitatem clamito. *id est, destructionem terræ propter peccata sequentem: Propter hoc enim deridebant Ieremiam tamquam falsum prophetam, quia diu ante ista prædixerat, & non euenerant.*

8 Et factus est mihi ser. domini. *q. d. non dixi ista de capite meo, sed de præcepto diuino.*

9 Et dixi. *i. cogitando decreui secundum impulsum sensualitatis.*

10 Non recordabor, *id est, non prophetabo amplius:*

11 Et factus est, *scilicet, sermo domini.*

12 In corde meo. quasi ignis exce. *qui non potest retineri quin exterius prodeat.*

13 Et defeci, *à proposito, quo tacere proposueram.*

14 Ferre non sufti. *scilicet impulsum domini ad prophetandum, quin exequerer quamuis viderem inde persequutionem mihi imminentem, ideo subditur.*

15 Audiui enim contumelias, *in verbis.*

16 Et terrorem, &c. *in factis.*

17 Persequimini, *verba erant aduersariorum Ieremiæ, mutuò se exhortantium ad eius persequutionem.*

18 Ab omnibus viris q. e. pacifici. *& hoc erat grauissimum, quia nulla pestis grauior ad nocendum, quàm familiaris inimicus.*

19 Et custodientes latus. *id est, mihi insidiantes ex omni latere, ad me subuertendum per verba deceptoria, & ideo subditur.*

20 Si quomodo decipiatur. *i. ad nostram sententiam pertrahatur, vt dicit Ra. Sa.*

21 Et præualea. *ita quod dictum nostrum approbetur, & suum reprobetur.*

22 Et consequamur vltionem ex eo, *per eius mortem: quia si primam prophetiam retractasset dicendo contrarium, reputaretur conuictus de falsitate prophetiæ, & sic interficeretur secundum legem.*

23 Dominus. *Hic consequenter ponitur Ieremiæ consolatio, quia sentiebat diuinum adiutorium sibi assistens; ideo dicit,* Dominus autem me. est. *& patet littera vsque ibi.*

1 Quia

MORALITER.

†23 Domi. au. etc. Maledicta dies. secundum moralem sensum hoc dicitur in persona peccatoris, & de natiuitate ipsius per culpam, in qua natiuitate diabolus est pater, & concupiscentia per diabolum excitata mater: vnde dicitur Ioan. viij. f. *Vos ex patre diabolo estis.* Dies autem huius natiuitatis est productio actus exterioris, quæ dies maledicitur, cum homo peccatum suum per veram pœnitentiam detestatur.

Natiuitas peccati, & eius maledictio.

† Male-

a *Et tu domine exercituum probator iusti, qui vides renes.* HIERON. A lib. 4. Solus Deus est qui probat iustitiam, sicut solus est qui cordis videt conscientiam: vnde, *Iesus sciens cogitationes hominum*, non ex profectu, vt quidam putant sed natura Deus est. Cui simile est, *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*, In virtutibus. s. multo minus, ergo in peccatis mortuus.

Luc. 6. b. Psal. 142. a.

b *Videam*. IBID. Cum sciat iustus se Deum habere propugnatorem, in patientia tamen fragilitatis humanæ, quod nouit esse venturum, iam nunc videre desiderat.

c *Tibi enim*. IBID. Qui dicis, *Mihi vindictam & ego retribuam, &c.* Hebr. 10. f.

B Felix conscientia, cuius causa domino reuelatur: Vnde apostolus, *Omne quod manifestatur lux est.* Ephe. 5. c.

d *Cantate.* † THEOD. in hunc loc. Fatigatus itaque & dolore nimio confectus, necnon vitam hanc ægre ferens, laudat imprimis Deum vniuersorum, tumque maledicit diei natiuitatis suæ.

e *Quia lib.* HIER. vbi supr. Pauper spiritu vindictam à domino consequutus laudat: & se de manu pessimorum erutum gloriatur. Hoc autem non fit merito sed eius gratia, qui pauperem liberauit, qui non amat diuitias superbiæ correntis, sed humilitatem pauperis liberati.

C

Libero arbitrio. a *Vel ideo persequuti sunt, & intelligere non potuerunt prophetam, scilicet, vnde consolatio erit.* b *Quia persequuntur.*

cum est quasi bellator fortis. Idcirco qui persequuntur me cadent, & infirmi erunt & confundentur vehementer: quia non [1] (a *Quod nulla obliuione delebitur.*) intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur. (*Vel qui iusta probas.*) [11] Et tu domine exercituum probator iusti, qui vides renes & cor, videam quæso vltionem tuam ex eis. * Tibi enim reuelaui causam meam. [12] Cantate domino, laudate dominum: (a *Spiritu qui non habet diuitias huius sæculi, quas qui habet, recepit consolationem suam.*) quia liberauit animam pauperis de manu malorum. * [14] Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea, (a *Iure vir qui masculum nuntiat natum maledicitur, quia eius nuntio reprobum gaudium nostri corruptoris indicatur.*) non sit benedicta, [15] maledictus vir qui annuntiauit patri meo, dicens: natus est tibi puer masculus, & quasi gaudio lætificauit eum. (a *Sodoma, & Gomorra.*) [16] Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit dominus, & non pœnituit eum. (a *Vt per omne tempus sit in luctu.* *Omnia hyperbolicè.*) Audiat clamorem mane & vlulatum in tempore (*Dominus.*) meridiano, [17] qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi (a *Causas exponit quare mortem præferat vitæ.*) mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. * [18] Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

sit optanda inquit Ieremias: non absolute execrandam dicens generationem: sed populi peccata ægre ferens & inobedientiam. D

† ORIGE. hom. 8. in Leuit. Nemo sanctorum inuenitur diem festum vel conuiuium magnum egisse in die natalis sui, nemo inuenitur habuisse lætitiam in die natalis filij sui, vel filiæ. Soli peccatores super huiusmodi natiuitate lætantur, vt Pharao & Herodes. Sancti verò spiritusancto pleni etiam execrantur hunc diem. Neque enim Ieremias in vtero matris sanctificatus, & propheta in gentibus consecratus, libris in æternum mansuris inaniter aliquid condisset, nisi secretum quid contineret, & ingentibus mysteriis plenum, vbi dicit, maledictus dies in quo natus sum, nisi etiam sciret esse aliquid in ista natiuitate corporea quod & huiusmodi dignum maledictionis videretur, & pro quo Moyses tot immunditias accusaret, quibus congruas purificationes consequenter imponeret.

Sancti natales suos per conuiuia & gaudia non transigunt. Sup. 1. d. Iob. 3. a. E Peccatum originale. F Iob 3. b. & 10. d.

g *Maledictus vir. &c.* Qui putant animas fuisse in cælestibus, & de meliori in peiorem statum præcipitatas, his & huiusmodi vtuntur testimoniis, quod scilicet melius fuerit in cælestibus, quam in terrenis commorari, & corpore indui. Nos verò secundum illud beati Iob, *Maledicta dies in qua natus sum, & nox illa in qua dixerunt, ecce masculus*; Et, *Maledictus homo qui annuntiauit patri meo dicens, natus est tibi puer.* Hoc testimonium exponimus, vt scilicet sit melius non esse, quàm in suppliciis esse, vnde, *Mors viri requies est, cui clausit Deus viam suam.* Et, *Quare data est misero lux? &c.* Et, *Melius illi erat, si natus non fuisset*, non quod sit qui natus non fuerit sed quod melius sit non esse, quàm male esse. Aliud est enim omnino non esse: aliud cum sit absque vlla intermissione cruciari, sicut mortem quietam vitæ miseræ præferimus: vnde Amos diem tenebrarum, diem afflictionis appellat, Et Iacob, eo quod vixerit in labore & angustia, dies vitæ suæ paruos & pessimos vocat. Et Paulus: *Vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam*, Et, *Redimentes tempus, quoniam dies sunt, &c.*

Error quod animæ priores sint tempore corporibus. Iob 3. a. Iere. 20. d. Eccl. 22. & 3. Matt. 26. c. Melius est non esse quam male esse. Amos 5. ca. Gen. 47. b. Gal. 1. a. Ephe. 5. d.

f *Maledicta.* IBID. In quinto mense. i. Augusto natus est Ieremias: & eodem desolata est ciuitas à Chaldæis & Romanis, & eadem die qua natus fuerat, propter hanc miseriam quam præuiderat dicit, *Maledicta dies, &c.* Hebræi quintum mensem, quo ciuitas capta, templumque subuersum est, natiuitati Ieremiæ supputant inextricabilibus argumentis, & incredibilibus. Quod si probare potuerint, quomodo testimonium Iob exponent, nisi & illum diem præfigurationem, & vaticinium futuræ subuersionis templi autument?

Opinio quod eo die natus sit Ieremias quo postea Ierusalem excisa sit à Chaldæis & Romanis.

† THEODORETVS vbi supr. Qui vehementer anguntur, solent astantes reprehendere, & manibus reprimere: quandoque premente dolore manus collidere: Quod accidit prophetæ, qui præ nimio dolore nulla subsistente causa diem redarguebat.

† CLEM. ALEX. li. 3. Stromat. Execranda dies in qua natus sum & non sit

GRE-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia non intel. opprob. *i. pœnam gehennæ, quæ æterna est, præ oculis non habuerunt.*

2 Et tu domine exercituum. *id est, angelorum.*

3 Probator iusti, *i. eius approbator.*

4 Qui vides renes & cor. *i. corpus & animam, vel affectiones & cogitationes:*

5 Videam quæso vltionem. *hoc dicit non sitiens pœnam sed Dei iustitiam.*

6 Tibi enim reuelaui. *non tibi aliquid manifestando, quod ignores; quia hoc est impossibile, sed auxilium à te postulando: & quia intellexit se exauditum, ideo inuitat alios ad laudandum Deum secum dicens,* Cantate.

7 Maledicta dies. *Hic Iere. querulatur, dirigens sermonem ad ortum suum: & primò ad tempus sui ortus, di.* Male. *Non sunt impatientis & desperantis verba, sed in hoc exprimit horrorem sensualitatis respectu mali imminentis, quod tamen ratio patienter tolerabat: sicut sanctus Iob exemplar patientiæ dixit,* Pereat dies in qua natus sum, &c. *& sic est sensus,* Maledicta dies. *i. si sequerer sensualitatis horrorem, tempori natiuitatis meæ maledicerem, sicut etiam aliqui se interficiunt præ horrore mali præsentis, vel imminentis. Potest etiam hæc littera exponi, vt sit verbum Ieremiæ, recitantis verba aduersariorum suorum natiuitati Ieremiæ maledicentium: secundò dirigit verbum ad principia sui ortus, scilicet ad patrem & matrem, dicens.*

Duæ expositiones huius cap. ab illo loco, *Maledicta, &c.* Iob. 3. a.

8 Maledictus vir. *Et exponatur dupliciter, sicut littera præcedens. Vno modo referendo ad sensualitatem; Alio modo ad aduersarios Ieremiæ.*

9 Sit homo ille vt sunt ciuitates. *Sodoma & Gomorra, & alia de quibus habetur Gen. 19.*

10 Et non pœnituit eum. *quia illas non reparauit: & sic ad modum pœnitentis non se habuit.*

11 Audiat cla. *i. continuè audiat terrorem fremitus belli & aduersariorum.*

12 Qui non me. *i. quia me non interfecit ante natiuitatem.*

13 Et vulua eius conceptus æternus. *Ita quod numquam processissem ad ortum. Cetera patent. Et illa quæ dicuntur hic ex parte matris, possunt exponi dupliciter, sicut prædicta ex parte patris. Aliqui autem verba prædicta Ieremiæ exponunt, tamquam dicta ab eo ex subita mentis turbatione: scripsit tamen ea ex deliberatione, vt non de venia desperemus, si aliquando ex mentis turbatione verba indebita proferamus. Alij verò dicunt, quod Ieremias hic loquitur in persona populi, in destructione ciuitatis sic affligendi, quod maledicit natiuitati suæ & conceptui. Sed duæ expositiones primæ videntur magis rationabiles, & magis consonæ aliis locis similibus sacr. scriptur.*

Aliæ duæ expositiones quas minus probat.

CAP.

MORALITER.

8 *Maledictus vir qui annun.* Hic vir est adulator pessimus, qui peccatum attribuit virtuti, vt homicidium probitati, & sic de similibus: & inde pater diabolus lætificatur, quia de peccato perpetrato, & de adulatione sequenti gratulatur.

De eo qui de peccato gloriatur.

9 *Sit homo ille.* Quia adulator est Gehenna dignus.

11 *Audiat clamorem.* id est, sit in continuo dolore.

12 *Qui non me.* Peccatum à vulua interficitur, cum ante actum exteriorem, per pœnitentiam deletur.

† MO-

...vs. In persona prophetæ, fluctuantis humani generis designatur; Per patrem illius, iste de quo nascimur, ...imitur; Vir qui natiuitatem nostram annuntiat pa... antiquus hostis est, qui cum nos in cogitationibus ...siderat, malorum mentes ad persuasionem nostræ ...instigat: ...gere in...xerit, ea ...fadori... ...lit; Et quasi ...s natos allo... ...cùm corruptores veritatis, vel innocentiæ per mendacium nos extitisse gratulatur. Patri ergo masculum natum denuntiat, quando huic mundo eum, quem persuaserit, factum innocentiæ corruptorem demonstrat. Nam cum & cuilibet peccanti ac superbienti dicitur, Fecisti sicut vir, quid aliud quam natus masculus in mundo nuntiatur?

Diabolus instigat vt de malis glorietur.

percussit Ieremiam, patrem habuit Emmer: hic autem Phassur filius est Melchiæ, non est enim idem.

c *Ecce ego, &c.* q.d. HIERON. lib. 4. Frustra repugnare vultis, & arma bellica præparatis, quorum in media vrbe vsum tantum habebitis, vt armati esse videamini. Non enim habuerunt hostes quos vincerent, sed tantùm quos caperent.

CAPVT XXI.

[1] VERBVM quod factum est ad Ieremiam à

a ¶ Occulte volens, vel populum, vel principem scire quid dominus respondeat.

domino, quando misit ad eum rex Sedechias, Phassur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, dicens:

¶ Iam enim ciuitas obsessa erat.

[2] Interroga pro nobis dominum, quia Nabuchodonosor rex Babylonis præliatur aduersum nos, si fortè faciat nobiscum dominus secundum omnia mirabilia sua, & recedat à nobis. [3] Et dixit Ieremias ad eos: Sic dicetis Sedechiæ: [4] Hæc dicit dominus Deus Israel: Ecce ego conuertam vasa belli quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum regem Babylonis & Chaldæos, qui obsident vos in circumitu murorum, & congregabo ea in medio

a ¶ Non Chaldæi. ¶ Vindicta aperta.

ciuitatis huius, [5] & debellabo ego vos in manu extenta, & in

a ¶ Contra pessimos. ¶ Vel pro. b ¶ In minus peccantes. c ¶ In medioeriter peccantes.

brachio forti, & in furore & in indignatione, & in ira grandi,

a ¶ Vt super habitatores terræ. b ¶ Terrenæ. c ¶ Rationales. d ¶ Simplices.

[6] & percutiam habitatores ciuitatis huius. Homines & bestiæ

a ¶ Diploide. b ¶ Animæ non corporis tantum.

pestilentia magna morientur. [7] Et post hæc ait dominus: Dabo Sedechiam regem Iuda & seruos eius & populum eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste & gladio & fame in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum, & percutiet

¶ Nabuchodonosor.

eos in ore gladij, & non flectetur, neque parcet, neq; miserebitur. [8] Et ad populum hunc dices: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego do coram vobis viam vitæ & viam mortis. * [9] Qui habi-

a ¶ q.d. Hoc quidem graue, sed leuius est in captiuitate viuere quam mori gla. & fa. & pe.

tauerit in vrbe hac, morietur gladio & fame & peste: qui autem egressus fuerit & transfugerit ad Chaldæos qui obsident

d *Dabo Sede.* IBID. Primù de vniuersa vrbe prophetatú est, nunc propriè Sedechiæ prædicitur, & populo eius, qui superest pesti, fami & gladio, quod à Nabuchodonosor capiedus sit, & interficiendus cum amicis suis, nec vllam speret misericordiã, cum fœdus periurio violauerit.

e *In manu.* IBID. In manu Nabucho. reg. Babyl. & in manu inimicorú eius. Hæc in LXX. non habentur.

f *Non flect.* IBID. LXX. ita: Non parcã neque miserebor. Sed melius est iuxta Hebraicum vt crudelis, & inflexibilis sit sentẽtia regis, quàm domini.

g *Et ad po.* IBID. Nũtiis regis, qui venerant ad prophetam, vt interrogaret dominum, superiora respondit, quæ nuntiaret regi: Nunc hortatur, vt respódeat populo, & dat cósilium vt transfugiant ad Chaldæos, contra voluntatem regis: quod prophetæ fuisse periculosum nemo dubitat, vnde & mortem sibi imprecatur, dicens, *Maledicta dies in qua natus sum.*

Hortatur Ieremias populum vt transfugiat ad Chaldæos.

* Infr. 38. a. Sup. 20. d.

CAP. XXI.

VErbum quod, &c. a *Quando mi.* HIER. lib. 4. Notandum, quod in prophetis & maxime in Ezechiele & Ieremia, neque rerum, neque temporum ordo seruatur. Sed præpostere, quod iuxta historiam postea factum est, prius refertur & econuersò. Aliud est enim historiam, aliud prophetiam scribere. Vnde in præsenti loco Sedechias, qui cum vrbe Ierusalem captus est, mittens scribitur ad Ieremiam, & eo tempore quo obsidebatur Ierusalem, & postea narratur historia fratris eius Ioakim, qui ante eum regnauit, & Ioachin, id est, Iechoniæ qui fuit filius Ioakim, de quibus dicitur in sequentibus.

Prophetiæ Ieremiæ & Ezechielis non secundum ordinem temporum quibus contigerunt ponuntur.

Sup. 20. a.

b *Phassur fi. &c.* IBID. Supra pontifex Phassur siue Phascor qui per-

h *Ecce ego do coram vobis.* IBID. Sunt qui hunc locum secundum tropologiam sic exponunt: Melius est se tradere sæcularibus disciplinis, maximè philosophicis, quàm in ecclesia illa permanere, in qua fames sit sermonis Dei, & omnis populus hæreticorum gladio & doctrinæ penuria, & peste hæretica moriatur.

Sæculares doctrinæ minus nocent quam hæreticæ.

☞ Iudicate

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXI.

VErbum quod, &c. Hic Ieremias post illatam sibi iniuriam resumit suam prophetiam: Et diuiditur in duas partes, quia primò resumitur prophetia, secundo quantum ad partem ostenditur impleta. ca. xxiiij. Prima adhuc diuiditur in duas, quia primò prophetat contra habitatores Ierusalem generaliter, secundo contra maiores specialiter cap. ij. Prima in duas, quia primò ponitur Sedechiæ regis petitio; secundo Ieremiæ responsio, ibi, Et dicit. Circa primum dicitur,

Resumit Ieremias prophetiã.

1 Verbum, &c. Quando mi. ad eum rex. *Ex hoc patet, quod liber iste non procedit secundum ordinem temporis, quia se. c. & pluribus aliis scribuntur plura, quæ antequam regnaret Sedechias fuerunt facta, vt videbitur infr.*

2 Phassur filium, &c. *Ex hoc patet, quod iste est alius ab illo Phassur qui ponitur capitulo praceden. quia ille dicitur filius Emmer.*

3 Interroga, &c. *In obsidione & angustia positi recurrerunt ad Ieremiam cuius ante contempserant prophetiam, sicut dominus prædixerat sibi supr. cap. xv.* Conuertentur ipsi ad te, &c.

4 Et dixit Iere. *Hic ponitur Ieremiæ responsio, Et diuiditur in duas partes, quia primò denuntiat futurum exterminium; secundo dat consilium, ibi,* Et ad populum. *Circa primum dicit:*

Vasa belli ...

5 Ecce ego, &c. *i. instrumenta bellica, quia modo loquendi Hebraico instrumenta cuiuslibet artis dicuntur eius vasa; & dicit,*

6 Conuertam. *s. in nocumentum vestrum, ex hoc enim quod Iudæi restiterunt quantum potuerunt, Chaldæi fuerunt eis magis duri: & idem significatur per hoc quod sequitur,*

7 Et congregabo ea, *id est, instrumenta bellica,*

8 In medio ciuitatis, *id est, in nocumentum eius modo dicto.*

9 Et debella. *Ex quo patet, quòd Nabuchodono. non debellauit Iudæos virtute propria, sed diuina: quia in hoc erat instrumentum Dei; sicut Athila rex Hunnorum dixit sancto Lupo Trecensi, se esse flagellũ Dei. Cetera patent vsq; ibi,*

Athila flagellum Dei.

10 Et post, &c. Dabo Sedechiam. *qui à capta ciuitate fugit cum viris bellatoribus: sed captus fuit à Chaldæis eum insequentibus, & ad regem Babylonis adductus, qui in conspectu eius interfecit filios eius & nobiles & post hæc eum exoculatum duxit in Babylonem captiuum iiij. Reg. vl. & ij. Para. vlt. ideo in fine concluditur:* Et non flectetur neque parcet, neque miserebitur.

11 Et popu. *Hic consequenter Ierem. dat consilium, & primò omnibus generaliter, dicens,*

12 Qui habitauerit, *continuando rebellionem contra regem Babylonis.*

13 Morietur glad. *quia aliqui fuerunt occisi, & aliqui fame consumpti, & aliqui corruptione aeris mortui.*

14 Qui autem egressus fuerit. *de ciuitate voluntariè,*

15 Et transfu. ad Chald. *se eis reddendo:* ☞ Viuet

MORALITER.

† 5 *Ecce ego do coram.* s. si secundum bona consilia feceritis.

† *Et viam mor.* si ea repuleritis.

† *Qui habe.* Per vrbem istam, quæ erat peccatis maximis inuoluta, signatur congregatio malorum, quæ est ciuitas diaboli, sicut congregatio bonorum est ciuitas Dei. Illi verò qui manent in ciuitate diaboli, moriuntur *gladio*, diabolicæ inuasionis,

Ciuitas Dei, & ciuitas diaboli.

† *Et fame.* ex defectu sacræ eruditionis.

† *Et peste*, prauæ exemplificationis superiorum, quæ moraliter corrumpit multitudinem subditorum.

14 *Qui autem egressus.* de ciuitate diaboli per veram pœnitentiam.

† Viuet

a *Iudicate mane.* HIERON. lib. 4. In hoc loco clementia Dei demonstratur: Cùm enim supra dixisset, *Posui faciem meam super hanc ciuitatem in malum, &c.* Nunc prouocat eos ad salutem iam vrgente sententia, non quòd ignoret vrbem esse capiendam; sed liberum hominis demonstrat arbitriũ, vt propria voluntate videatur subire periculum. Quomodo Saluator sciebat populum negaturum; & se crucifigendum, & hoc sæpe apostolis dixerat: & nihilominus ad pœnitentiam commonebat, vt quidquid postea sustinerent, vitio suo accideret eis, non duritia comminantis.

Liberum arbitrium.

Infra 22. a.

b *Ecce ego ad te habit.* IBID. Loquitur contra Ierusalem, quæ obsessa est: Vel sicut Tyrus mari, ita Babylonio cingitur exercitu, & euadere non potest; Vel quasi petra durissima se inexpugnabilem & robustam putat, pro soliditate & magnitudine murorum.

Ierusalem à Chaldæis obsessa.

c *Habitatricem val.* LXX. *Quæ habitas in valle Sor, atque campestri.* Pro quo Symmachus, *petram*; Theodotio, *oppressam*; Aquilæ prima editio, *solidam*; Secunda, *Tyrum*. *Sor* enim siue *Sur* lingua Hebræa *Tyrum*, & *silicem*, & *coartatam* sonat.

d *Visitabo super.* GREGOR. quia peccatis aliis adiunxerunt peccata, quæ perpetrantur per consilium, non tam praue facta dominus, quam studia prauitatis insequitur. In factis enim, sæpe infirmitate, sæpe negligentia; in studiis verò maliciosa semper intentione peccatur: vnde, *Et in cathedra pestilentiæ non sedit.* In peruersi consilij cathedra sedet, qui tanta iniquitatis elatione attollitur, vt implere malum etiam per consilia conetur. Magis delinquit ille, qui studiosè, & scienter peccatum committit, quàm ille qui ignoranter, & ex fragilitate.

Psal. 1. a.

Maius est peccatum scienter, & prudenter delinquere quam ex ignorantia aut fragilitate labentis.

e *In saltu.* HIER. vbi supra. Ierusalem, & adiacentem regionẽ (quæ fructiferas arbores bonorum operum non habebat, & ideo incendio digna) quàm pulchrè vallem campestrem appellat, quasi peruiam hostibus; non montem excelsum, qui difficilè ascendatur; Vnde Isaias, *Visio vallis Sion.*

Isa. 22. a.

vos, viuet, & erit ei anima sua quasi spolium.[10] Posui enim faciẽ[1] meam super ciuitatem hanc in malum, & nõ in bonum, ait dominus. In manu regis Babylonis dabitur, & exuret eã igni.[11] Et[2][3] domui regis Iuda: Audite verbũ domini[12] domus Dauid: Hæc dicit dominus: Iudicate mane iudicium, & eruite vi oppressum[4] de manu calumniantis, ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum.[13] Ecce ego ad te habitatricem vallis solidæ atque campestris, ait dominus. Qui dicitis, quis percutiet nos, & quis ingredietur domos nostras?[14] Et visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit dominus, & succendam ignem in saltu eius, & deuorabit omnia in circumitu eius.

a ¶ Dices, qui supra populo: ¶ Regiæ domui hoc propriè prædicitur, pro cuius culpa maximè ciuitas obsidetur, pœnitentia emendet errorem, & clementiam domini consequatur.
a ¶ In luce institiæ. ¶ Pauperem.
a ¶ Diuitis. ¶ q.d. Non accipias personam in iudicio. b ¶ q.d. Si hoc feceritis, ignis furoris mei non inueniet in vobis materiam quam consumat.
a ¶ Hoc in LXX. non habetur.
a ¶ Ego, si non alius potest, cuius oculum effugere non potestis.
a ¶ Ego, Non Babylonius.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Viuet, *quia recipient eum salua vita.*
2 Erit ei ani. sua, *q.d. sufficiat ei vitam suã saluare: Cetera patent vsq; ibi,*
3 Et domui regis. *vbi dat consilium domui regiæ specialiter dicens,*
4 Iudicate mane. *celeriter exequimini quod iustũ est, non differẽdo propter fauorem, vel potentiam partis iniustæ, ideo subditur,* Et eruite vi. oppress.
5 Prop. malitiam studiorum. *Peccabant enim ex certa scientia.*
6 Ecce ego ad te, *scilicet, destruendam,*
7 Habitatricem vallis. *id est, ad te Gentem Iudaicam, quæ habitas in Ierusalem: quæ dicitur hic vallis solida & campestris, quia partim erat sita in valle, & partim in monte, & erat clausa tribus muris.*
8 Qui dicitis, *confidentes de fortitudine, & pluralitate murorum: Sed quia hoc nihil valet contra dominum, ideo subditur,*
9 Et visita. super vos, *scilicet, ad malum vestrum.*
10 Iuxta fructum, *id est, opus.*
11 Studiorum ve. *quia studiose & scienter operati estis malum.*
12 Et suc. ignem in. *i. domo saltus Libani, quam ædificauit Salomon ad reponendum arma, & quæcumque pretiosa.*
13 Et deuo. *quia Nabuzardan incendit domum regis, & domum domini, & domos Ierusalem. iiij. Reg.*

MORALITER.

† 1 *Viuet*, per gratiam.
2 *Et erit ei anima sua quasi spolium*, scilicet, raptum de manibus inimicorum.

CAP. XXII.

a *Hæc di.* HIER. lib. 4. Hic sermo domini factus est ad prophetam, antequã Sedechias ad eum miserit nuntios, vel postquam præcedit nuntiis quid annuntiarent regi. *Hæc d.* Præcipitur Ieremiæ, vt non per nuntios, sed per seipsum loquatur regi. Et aduertenda diuina sapientia, per nuntios iubet tristia nuntiari, per ipsum prophetam non tristia: sed quid facere debeat, vt impendentem, scilicet, fugiat Dei sententiam.

Tempus quo facta est prophetia huius cap.

b *Facite iudicium.* IBID. Quidquid regiæ domui dictũ est intelligãt episcopi, presbyteri, diaconi, & omnis ordo ecclesiasticus. Quòd si fecerint præcepta Dei, & innocentem sanguinẽ non fuderint, scandalizantes minimos, & percutientes conscientias singulorum, obtineant propriam dignitatem; alioqui redigant ecclesiam in solitudinem. Ingrediuntur autem de genere Dauid per portas Ierusalem, & sedent super thronũ eius, qui interpretatur manu fortis, & ascendunt currus & equos; quando refrænant & suas, & populi perturbationes, & in ecclesia composito incedunt gradu. Si

Quomodo pastores Ecclesiæ gregẽ Domini saluent vel perdant.

CAP. XXII.

Hæc dicit dominus: Descende in domum[1] regis Iuda, & loqueris ibi verbum hoc,[2] & dices: Audi verbum domini rex Iuda, qui[3] sedes super solium Dauid, tu & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas.[3] Hæc dicit dominus: Facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu[4][5]

a ¶ Quod proprium est regis præcipit.

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XXII.

1 HÆc di. *Ieremias prophetat contra maiores specialiter, & primò contra reges; secundò contra pseudoprophetas, & sacerdotes, c. seq. Prima in duas, quia primò prophetat contra domum regiam in generali; secundo contra aliquos reges in speciali, ibi,* Nolite flere. *Circa primum dicit de mandato domini,*
2 Audi verbum. *Non solum aure corporis, sed etiam mentis, & cum effectu operis,*
3 Rex Iuda. *q.d. sicut tu es successor Dauid in honore, ita debes esse in valore.*
4 Facite iud. *Iustitia enim est sententia iusta: iudicium verò executio illius iustitiæ, quæ debet celeriter fieri, ideo subditur,*
5 Et libe. &c. & aduc. *per hoc innuit, quod ibi fiebant talia mala.* Si

MORALITER.

1 *Hæc di.* Hic Ieremias prophetat contra mala regni Iudæ generaliter, & contra quatuor malos reges specialiter. Moraliter autem per regnum Iuda, regnum ecclesiæ signatur, eò quod Iuda confitẽs, siue laudans, interpretatur: Ad laudem verò Dei, & suæ bonitatis confessionem, ecclesiæ regnum deputatur, sed tamen malitia multorum multum deturpat, & impedit laudẽ bonorum. Per quatuor vero reges malos, quatuor mala regnum ecclesiæ deprauantia signantur. s. cupiditas effrenata, sublimitas inflata, carnalitas affectata, & crudelitas aggrauata. Primum, facit dignitates ecclesiasticas, præbendas, & beneficia alia, simoniacè conferri; Secundum familiam, equos, & alia huiusmodi excessiuè nimis ampliari; Tertium facit nepotulos, & alios propinquos de bonis ecclesiæ indecenter sublimari; Quartum verò facit pauperes bonis sibi debitis defraudari: & hoc malum de die in diem notabiliter augmentatur. Bern. ad Henricum archiepiscopum Senonensem. *Clamant famelici, conqueruntur & dicunt, Dicite pontifices, in frœno quid facit aurum? quid prosunt tot mutatoria, aut appensa in perticis, aut plicata in manticis, nobis fame & frigore laborantibus? Nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter expenditis.*

Regnum Ecclesiæ.

Quatuor mala ecclesiam deprauantia.

4. Allig. Quidquid ad domum regiam, & ... prophetatur, ad ordinem ecclesiasticum, & ... referamus, qui sese superbiæ, & diuitiis, & ... Nec statim liberantur, quia de domo regia qui de stirpe regia Dauid fuerunt, qui placuerunt ...

IBID. Quæ ... dia tribu ... trans Ior... quo monte ... entem Ia... quutus est, ... testimonij dictus est, eò quod ibi Iacob & Laban iurauerunt in aceruum lapidibus congregatum. Est autem caput., vel principium Libani montis excelsi, qui vniuersus cedris consitus est: vnde, *Commouebit dominus cedros Libani*, &, *Vidi impium superexaltatum & ele. sicut Li.* Et in Zacharia, *Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas.* Quia ergo ad domum regiam loquebatur, per metaphoram loquitur ad templum, siue ad domum regiam, quod ipsa sit scilicet in excelso, siue, quod de templo omniũ peccatorũ remedia petantur: vnde, *Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi?*

† THEODORETVS in hunc locum. Ierusalem vocat Libanum, Galaad autem, palatia regia, quæ sunt. Est porrò locus in Libano, qui ita nominatur. Est & altera Galaad, quæ pertinet ad terram Israeliticam. Verùm existimo nunc, cum ea, quæ est in Libano, comparata esse palatia regia, propter admissam in eis impietatem.

c Si non posuero. HIERON. vbi supr. Comminatur domui regiæ, & vrbi Ierusalem, & templo, quod vocat caput Libani, quod redigendum sit in solitudinem cum vniuersis vrbibus suis. Audiant hæc nostræ vrbis domus regia, & principes eius, & cedri quæ vsque ad cælum eleuantur, & superbiam loquuntur: Quis nos videbit? quod cito flamma domini consumentur si noluerint acquiescere præceptis illius. Alia est autem sanctificatio interfectoris, & armorum eius, alia sacerdotum, & eorum qui ministrant domino.

(a Hi facilius opprimuntur à potentibus. b Non solùm eripiatis, sed nec patiamini ab illis.)

calumniatoris, & aduenam & pupillum & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè, & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. [4] Si enim facientes feceritis verbum istud, ingredientur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & ascendentes currus & equos ipsi & serui & populus eorum. [5] Quòd si non audieritis verba hæc, in memetipso iuraui, dicit dominus, quia in solitudinem erit domus hæc. [6] Quia hæc dicit dominus super domũ regis Iuda: Galaad tu mihi caput Libani. Si non posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles, [7] & sanctificabo super te interficientem virũ & arma eius, & succident electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem, [8] & pertransibunt Gẽtes multæ per ciuitatem hanc, & dicet vnusquisque proximo suo: * Quare fecit dominus sic ciuitati huic grandi? [9] Et respondebunt, eò quod dereliquerint pactum domini Dei sui, & adorauerint deos alienos, & seruierint eis. [10] Nolite flere mortuum, ne-

(a Homicidas enim & sacrilegos & venenarios punire, non est effusio sanguinis, sed ministerium legis. a Id est, pristinam retinebitis potestatem: & cum ambitione ingrediemini per portas Ierusalem. a q.d. Non tam domini erit crudelitas, quam vestræ voluntatis. a Quia non habui. a Ego, non rex Babylonis. a Nabuchodonosor, qui sententiam exequitur. b Potentes & principes ciuitatis. a Omnia consumet flamma vorax. Omnibus deletis. Pessimæ. Interrogati. Pro Deo vero.)

d Nolite flere mortuum, &c. HIERONYMVS IBID. Mihi propriè dici videtur de Sedechia, de quo & præsentis, & præteriti capituli prophetia est, in quo verè regnum finitum est, sub quo & vrbs capta est, & ipse in Babylonem ductus mortuus est. Iste est Sellum, id est, consummatio, atque completio, filius Iosiæ, rex Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo. Iechonias autem non fuit filius, sed nepos Iosiæ filius Ioachim, vt à principio huius visionis, quando misit ad Ieremiam Sedechias Phassur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maasiæ Sacerdotem, vsque ad istud capitulum omnia de Sedechia intelligamus.

† IDEM IBID. Nequaquam igitur gentilis plangendus est atque Iudæus, qui in ecclesia non fuerunt, & semel mortui sunt: de quibus Saluator ait, *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*, sed eos plange, qui per scelera atque peccata egrediuntur de ecclesia, & nolunt ad eam reuerti damnatione vitiorum.

(Marginalia: Luxus ... Gen. 31. f. Galaad & Libanus. Psal. 28. a. Ibid. 36. g. Zach. 11. a. Supr. 8. g. Deus sceleratis eorum palatiis non ignoscet. Sedechias filius Iosiæ Iechoniæ nepos. Deut. 29. d. Quos lugere debeamus.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si enim facientes, *scilicet, iustitiam exequendo, & iniustitiam declinando.*

2 Ingredientur per portas, *i. perseuerabunt in honore regio.*

3 Quod si non audie. *scilicet dimittendo iustitiam, & prosequendo iniustitiam,*

4 In memetipso iuraui, *Homines enim per maiorem sui iurant, ad Heb. vj. cap. Deus autem non habet maiorem se, ideo per semetipsum iurauit.*

5 Quia in solitudinem erit domus hæc. *i. domus regia: ad illam enim venerat Ieremias, vt patet in principio huius capituli.*

6 Galaad tu mihi. *Galaad est monticulus in summitate montis Libani existens, & sic ad modum capitis ibidem se habens: & per hoc intelligitur domus regia, vel solium, per modum capitis se habens ad alias regni partes, & non accipitur hic Galaad pro illa terra, quæ est vltra Iordanem.*

7 Si non posuero. *Et subintelligitur, non credatur mihi.*

8 Vrbes inhabitabiles. *Hoc enim impleuit Deus per Chaldæos, Ierusalem (quæ erat caput regni) succendentes, & vrbes in circumitu destruentes.*

9 Et sanctificabo, *Hebræi dicunt*, Et præparabo, *verbum enim Hebraicum hic positum, est æquiuocum ad* sanctificare, *&* præparare. *Hebræi tamen videntur melius hic dicere, quia Chaldæi, qui hoc fecerunt non fuerunt sancti, sed infideles: Tamen secundum translationem nostram possunt dici* sancti vel sanctificati, *non formaliter, sed effectiuè tantùm, inquantum erant instrumenta diuinæ iustitiæ, quæ est sancta.*

10 Interficientem virum. *id est, Chaldæos ad interficiendum paratos, & arma eorum.*

11 Et succident electas cedros, *id est, principes & nobiles, qui vocantur hic cedri, prosequendo similitudinem, quia regnum Iudæ assignatum est nomine Libani, in quo crescunt cedri.*

12 Et præcipitabunt in ignem, &c. *Quia Chaldæi succenderunt ciuitatem.*

13 Et pertransibunt gentes, *Post destructionem ciuitatis,*

14 Et dicet vnusquisque proximo suo. *Admirans de ciuitatis tam fortis destructione,*

15 Et respondebunt. *Attribuentes hoc virtuti & iustitiæ diuinæ propter peccatum idololatriæ.*

16 Nolite flere, *Hic consequenter Ieremias prophetat contra aliquos reges in speciali. Ad cuius intellectum sciendum, quod mortuo Iosia rege Iudæ, successit ei filius eius Ioachaz, quem rex Aegypti cepit, & vinctum duxit in Aegyptum, vbi & mortuus est, & substituit rex Aegypti fratrem eius Eliachim, & vertit nomen eius in Ioachim scriptum per, m. in fine. iiij. Regum xxiij. Contra istum venit Nabuchodonosor, cum exercitibus suis, & fecit eum sibi tributarium tribus annis: Quarto vero anno percipiens eius rebellionem in fauorem regis Aegypti, qui fecerat eum regem, fecit eum capi, & interfectum extra portas Ierusalẽ inhumatum proiici, constituens pro eo eius filium Ioachin scriptum per, n, in fine: sed post tres menses cogitans, quod non fideliter ei seruiret pro interfectione patris tam vili, venit contra eum, qui consilio Ieremiæ tradidit se regi Babylonis à quo cum matre sua & multis nobilibus regni Iuda ductus est in Babylonem, vbi fuit vsque ad diem mortis suæ: & loco eius constituit regem Sedechiam, eius patruum, & filium Iosiæ, qui postea rebellans regi Babylonis, captus à Chaldæis, exoculatus fuit, & in Babylonem ductus iiij. Reg. vlt. Igitur de istis quatuor loquitur hic Ieremias: & primò de Ioachaz; secundò de Sedechia ibi,* Plangite, *tertiò de Ioachim filio Iosiæ ibi,* Væ qui ædificat, *quartò de Ioachin nepote Iosiæ, ibi,* Viuo ego. *Circa primum dicit Ieremias:* Nolite flere. *i. Ioachaz filiũ Iosiæ mortuum in Aegypto, vt dictum est q.d. mors eius non est sic lamentabilis vobis, sicut aliorum trium sequentium, quia rex Aegypti non legitur aliud malum fecisse populo Iuda, nisi quod duxit eum vinctum, & imposuit regno Iudæ tributum: peiora autem satis contigerunt in temporibus aliorum, vt videbitur.*

(Marginalia: Galaad. Sanctificare & præparare. De regibus Iudæ qui post Iosiam regnarunt.)

a *Ad Sel. &c.* HIERON. lib. 4. Iosias rex iustus tres filios habuit, A Ioachaz, & Ioachim, & Sedechiam. Primum Pharao Nechao traduxit in Ægyptum, & ibi mortuus est, & substituit fratrem eius Ioachim, quo mortuo regnauit filius eius Iechonias, qui à Nabuchodonosor cum matre, & principibus, in captiuitatem ductus est, pro quo patruus eius Sedechias regnauit, qui capta Ierusalem ductus est in Babylonem. Cum itaque tres captiuati sint, Hebræi putant hoc omnibus conuenire, & omnes filios Iosiæ Sellem vel Sellum appellant, i. consummationem, vel cōpletionem, ideo quod in eis regnum Iuda finitum sit.

† THEOD. in hunc loc. B Sellum, non vt quidam putant, est Ioachim, sed est Ioachaz. Hic enim regnauit loco Iosiæ patris sui, hunc Nechao captiuum abduxit in Ægyptum. Nam Ioachim occisus est in Ierusalem, quod & hic propheta nos docet.

b *Væ qui ædi. &c.* HIER. vbi supr. Ioachim filio Iosiæ, quem substituit Pharao pro Ioachaz fratre suo, qui vndecim annis impiè & C crudeliter regnauit, quem mortuum nō sepultum narrat historia, cùm alios reges & mortuos & sepultos referat hunc autē propriè narrat mortuum & non sepultum, de quo dicemus in posterioribus.

(4.Reg.23.g. — Filij Iosiæ regis. — Ioachim mortuus sepultura caruit.)

que lugeatis super eum fletu. Plāgite eū qui egreditur, quia [1] non reuertetur vltrà, nec videbit terrā natiuitatis suæ:[11] quia [2] hæc dicit dominus ad Sellum filium Iosiæ regis Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto.[12] Nō [3] reuertetur huc amplius, sed in loco ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit amplius.[13] Væ qui [4] ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio. Amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius [5] non reddet ei,[14] qui dicit, ędificabo mihi domum latā & cœ- [6] nacula spatiosa. Qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia [7][8] cedrina, pingitque synōpide.[15] Numquid regnabis, quoniā [9][10] confers te cedro? Pater tuus numquid non comedit & bibit, [11][12] & fecit iudicium & iustitiam, tunc cùm bene erat ei?[16] Iudi- [13][14] cauit causam pauperis, & egeni in bonum suum. Numquid [15] nō ideò quia cognouit me, dicit dominus?[17] Tui verò oculi, [16][17] & cor ad auaritiā, & ad sanguinem innocentē fundendū, & [18] ad calumniā & ad cursum mali operis.[18] Propterea hæc dicit [19][20] dominus ad Ioachim filiū Iosiæ regē Iuda: Non plangent eū, [21] væ frater & væ soror: non concrepabunt ei, væ domine & vę [22] inclytę.[19] Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus [23] extra portas Ierusalē.[20] Ascende Libanū & clama, in Basan da [24][25]

Interlinear: a Tres filios Iosiæ, vel propriè Sedechiam. — Hæretico. a Conuenticulum. b Quia aliena diripit. — Quem decipit nomine amicitiæ. — Quam promittis. — a Putans se in perpetuum regnaturum. — a Non enim habet solidum & perpetuum ædificium. b Videtur enim habere ædificationem pulcherrimam. — a Christi sanguine. b In perpetuum. Hæretici non regnant in perpetuum. — a Contendo contra ecclesiam. b Iosiæ patri iusto regi. c Iosias. Ecclesiasticus, omnes hæretici ab ecclesia inceperunt. d Fruens regiis opibus, nec tamen Deum offendit. Corpus Christi. e Sanguinem. — a q.d. Non superbiuit de abundantia, ideo tam in præsenti quam in futuro bene fuit ei & erit. — a Pauperis & egeni, vel suipsius. — Hæc bona habuit. a O Ioachim, corporis & animæ. — a Vt aliena diripias. Deceptorum. — a Sed. — a i. insepultus à bestiis & ab auibus lacerabitur: hæc est enim asini sepultura.

d † THEODORETVS in hunc locum. Cedrum vocauit Iosiam, cui constans erat regnum. Reprehendit autem Sellum (qui & Ioachaz nominatur) eo quod Cedri quidem altitudinē imitabatur, at nō æmulabatur incorruptionē ipsius, sed de regno fastuosè gloriabatur.

c *Non plangent eum, &c.* HIERONYMVS vbi supr. Quod de Hebræo posuimus, *Non plangent eum: væ frater, & væ so.* in LXX. non habetur proprieque dicitur contra Ioachim regem Iuda: & aperitur quod inter fratres erat ambiguum, vt non sit sermo de Ioachaz, vel de Sedechia, sed propriè de Ioachim; quem interfectum à latrunculis, Chaldæorum, & Syriæ Ammonitarum & Moabitarum Hebræa narrat historia. Vnde in Malachim mortuus scribitur, & sepultus tacetur. In libro dierum legimus catenis vinctum, & in Babylonem ductum, nec vltrà aliquid refertur de eo. Ductus à Nabuchodonosor vinculatus, sed etiam in via pacem sub tributo fecit, sed E postea rebellauit, tandem latrunculi interfecerunt eum, vnde, *Sepultura asini sep. &c.*

† THEDOR. vbi supr. Patet hinc, Sellum non esse Ioachim. Dixit enim de illo, *Terram hanc non videbit: sed in transmigratione morietur.* De hoc verò, *proiicietur extra portam, instar mortuarū auium,* quæ clarius docent historiæ.

d *Ascende.* HIER. vbi F supr. Per metaphoram Libani & Basan regionis & montium trans Iordanem ad Ierusalem, prophetat, quod frustra in Ægyptiis sit confisa. Vel ad Ioachim, qui tunc regnabat, & ab Ægyptiis rex constitutus fuerat, quod frustra ab eis speret auxilium: ipsi enim à rege Babylonio captiuati sunt. HIER. IBID. Quod nos diximus, *ad transeuntes clama.* vt & in Hebræo scriptum est, מעברים meabarim, LXX. & Theod. verterunt, *trans mare.* Symmachus *de contra,* vt

(Ioachim quem for. tus sit vitæ exitum. 4.Re.24.b. 2.Par.36.a. — Sellum non est idem qui Ioachim.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Plangi. *Hic consequenter loquitur de Sedechia, qui inter istos vltimo regnauit: non enim in scribendo tenet ordinem temporis, vt dictum est capitulo præcedenti. Dicit ergo,* Plangite eum qui egredi. *i. egredietur. Loquitur enim de futuro per modum præsentis de Sedechia, qui exoculatus ductus fuit postea in Babylonem, ibique mortuus, & tempore sua captionis fuit templum combustum & ciuitas, & populus partim occisus & partim captiuatus, quæ erant occasio magni luctus.*

2 Quia hæc dicit dom. ad Sellum. *i. ad Sedechiam, qui nominatur Sellum j. Paral. iij. vt dictum fuit ibidem, qui regnauit pro Iosia patre suo, non immediatè, sed in quarto loco: quia ante eum regnauerunt duo fratres sui & eius nepos, vt dictum est.*

3 Qui egressus. *Loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Cetera patent.*

4 Væ qui ædificat domum. *Hic loquitur de Ioachim filio Iosiæ, cuius primò describit malitiam; secundò debitam pœnam, ibi,* Propterea. *Circa primum dicit,* Væ qui ædificat domum suam in iniusti. *Erat enim iste Ioachim cupidus & superbus: propter quod ad faciendum sibi ædificia excessiua in magnitudine & curiositate, rapiebat bona aliena.*

5 Amicum suum opprimet. *i. sine causa legitima: & si faciebat hoc Ioachim amicis, multò fortius altis.*

6 Qui dicit ædifi. mi. dom. latam. *id est, excessiuam in altitudine.*

7 Et cœnacula spatiosa, *i. solaria: in quo notatur excessus in latitudine.*

8 Et facit laquearia cedrina. *& sic est excessus in materia.*

9 Pingitque Synopide. *In quo notatur excessus in curiositate.*

10 Numquid regna. *scilicet perseueranter.*

11 Quoniam confers. *i. te eleuas vltra debitum. Vel confers te cedro, id est, Salomoni potentissimo ad ædificandum.*

12 Pater tuus. *scilicet, Iosias, qui fuit deuotus & sanctus.*

13 Numquid non comedit. *id est, pacificè vixit.*

14 Et fecit iudicium. *q. d. ex statu prospero potuisset aliter fecisse. Ideò sequitur.*

15 Numquid non ideo. *supple vixit benè & iustè.*

16 Quia cognouit me? *quasi dicat Sic.*

17 Tui vero oculi & cor. *& ideò degeneras à patre.*

18 Et ad sanguinem innocen. *Ad hoc enim quod bona innocentum sibi acquireret, crimen dignum morte eis imponebat.*

19 Et ad cursum mali operis. *Cupiditas impellit ad omnia mala, propter quod dicit Apostolus j. Tim. vj. b.* Radix omnium malorum est cupiditas.

20 Propterea. *Hic consequenter propheta denuntiat debitam pœnam. Et primo respectu regis dicens.*

21 Non plangent, *i. fratres eius & sorores non plangent eum mortuum, dicentes, Væ nobis de morte fratris.*

22 Non concrepabunt. *i. fratres non dicent carmen lugubre, sicut tunc fiebat in solennibus sepulturis: propter quod subditur.*

23 Sepultura asini. *Cuius cadauer proiicitur in campum, vel fossatum.*

24 Sepelietur putrefa. *Contra hoc videtur illud, quod dicitur iiij. Reg. xxiiij. b. de isto Ioachim:* Et dormiuit Ioachim cum patribus suis. *Ad hoc dicunt aliqui, quod quia cadauer regis sic proiectum redundabat nimis in verecundiam Iudæorum, impetrauerunt à Nabuchodonosor, quod sepeliretur. Vel potest dici, quod quarto Reg. xxiiij. non dicitur quod sepultus fuerit, sed quod dormiuit cum patribus suis, quæ dormitio non importat nisi mortem. Consequenter ponitur pœna populi Iuda, cùm dicitur:*

25 Ascende. *i. denuntia vsque ad extremitates regni, quia Libanus est in extrema parte versus Aquilonem, & Basan versus Orientem.*

(Sedechias alio nomine Sellum. — Auaritia & rapacitas Ioachim. — Quæ & qualis fuerit mors & sepultura Ioachim.)

12 Pa- … 1 Et

vox prophetæ vsque ad montem Libanum & venire.

c. HIERONYMVS lib. Supra dixerat domui queris, deinde, *descende in domum regis Iuda*. Et ite- *super domum regis Iuda*, & præpostero ordine

cantiam prædicant. Quomodo igitur dominus Iechoniam tamquam annulum de manu sua proiecturum se minatur, ita lectorem obsecro vt nefarium librum abiiciat. Si voluerit legere legat vt philosophum, non vt ecclesiasticum.

† THEOD. in hunc locum. Quoniam nō imitantes pietatem maiorum, de cognitio- 1 ne illorū gloriaban- 2 tur, afferētes in me- 3 dium Abraham, I- 4 saac, Iacob, Israel, 5 Dauid, Ezechiam, 6 Iosiā viros insignes 7 virtute: hac de cau- 8 sa Deus repellit ar- 9 rogantiam Iecho- 10 niæ, inquiēs, etiamsi 11 annulus digiti fiat, 12 & ponatur in dexte- 13 ra manu mea, inde 14 euellam illū & tra- 15 dam hostibus. Ne 16 igitur confidat de 17 virtute maiorum cū 18 illorum virtutem 19 non æmuletur.

Contra eos qui cū sint ipsi homines sordidi de parentū virtute gloriantur.

vocem tuam, & clama ad transeuntes: quia contriti sunt omnes amatores tui.[21] Loquutus sum ad te in abundantia tua: dixisti, non audiam. Hęc est via tua ab adolescētia tua, quia non audisti vocem meam.[22] Omnes pastores tuos pascet ventus & amatores tui in captiuitatem ibunt. Et tunc confunderis, & erubesces ab omni malitia tua[23] quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris. Quomodo congemuisti, cum venissent tibi dolores quasi dolores parturientis?[24] Viuo ego dicit dominus, quia si fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eum.[25] Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis & in manu Chaldæorum.[26] Et mittam te & matrem tuam quæ genuit te in terram alienam, in qua nati non estis, ibique moriemini[27] & in terram ad quam ipsi leuant animā suam, vt reuertantur illuc: & non reuertentur.[28] Numquid vas fictile atque contritum vir iste Iechonias? Numquid vas absque omni voluptate? Quare abiecti sunt ipse, & semen eius, & proiecti in terram, quam ignorauerunt?[29] Terra, terra,

a ¶ Deus per Prophetas, vel loquuti sunt prophetæ. b ¶ Superbiens contra me ex abundantia. a ¶ Id est, superbia, ex quo educta es ab Ægypto. a ¶ Principes huc illucque dispersos. a ¶ Babyloniam. a ¶ Arrogantiam significat. ¶ Subitæ captiuitates. a ¶ Qui de manu portantis difficulter eripitur. ¶ Tamen. b ¶ Babyloniorum. a ¶ Iudæam. ¶ Desiderio. a ¶ Hoc factum de Iechonia nemo dubitat.

c *Numquid* HIER. vbi supra. Cum hoc de Iechonia dicatur filio Ioakim, quomodo referri potest ad Christum? Et ex 20 eo quod Apostolus 21 dicit eum esse ima- 22 ginem Dei inuisibi- 23 lis, primogenitum 24 omnis creaturæ, 25 eum appellari annu- lum, qui proiiciatur 26 de manu domini & tradatur Babylonio regi?

Contra allegoriam Origenis. Col. 1. c.

Respondet Hieronymus Rufino & aliis suum commentandi modum nō probantibus.

... qui ... re- ... achim ... qui an- ... it: qua ... com- ... quitur ... filium ... m Io- ... omine ... n, qui ... matre ... nibus, ... n du- ... st. So- ... ntaris ... nibus, ... est di- ... retum ... nere) ... scere ... dam ... utu- ... nulli ... quòd ... mul- ... ipuli ... s, ca- ... e sub ... ibus ... entias ... ego fa- ... iolen- ... omine ... ar lace-

rare ... ergo apertè magistrum eorum Origenem hunc locum ad C... um referre, qui de manu Dei patris instar annuli auulsus sit, & missus in terram captiuitatis, in valle lachrymarum, & cruci traditus. Matrem quoque eius, id est, synagogam captam atque deiectam; & non pertimescit quod sequitur, *Hæc dicit dominus, Scribe virum istum abominatum, &c.* intellige de domino maiestatis.

b *Quia si fuerit, &c.* HIERONYMVS. IBID. Miserabiliter Grunius Sexti Pytagorici, hominis Gentilis, vnum librum in Latinum transtulit, & in duo volumina diuisit, sub nomine Sixti martyris. Vbi nulla Christi, nulla Spiritus sancti, nulla Dei patris, nulla patriarcharum, vel prophetarum, vel Apostolorum fit mentio, & hunc librum solita temeritate & insania, annulū nominauit, qui per multas prouincias legitur, & maximè ab his qui ἀπάθειαν & inpeccan-

Liber Sexti Pythagorici à Rufino inter sacros repositus.

d *Vir iste.* HIERON. IBID. Iechonias interpretatur, *domini præparatio*, cui in præsenti loco prima syllaba *ie*. i. nomen domini aufertur, & dicitur *Chonias*, vt subaudiatur perditioni & interitui præparatus.

e *Terra, terra, &c.* CLEMENS ALEXANDRINVS. Amentes & inobedientes terram vocat scriptura, vt Ieremias propheta de Ioachim & eius fratribus dicens, *Terra, terra audi verbum Domini*. Alius autem dicit, *Audi cælum & ausculta terra*: auditum appellans intelligentiam, & *cælum* animam eius, qui est præditus cognitione, qui cęli & rerum diuinarum suscepit contemplationem. Cōtra enim eum qui elegerat inscitiam & cordis duritiem, *terram* dixit. Et illud, *Ausculta*, appellauit ab auribus, quæ sunt instrumenta auditus, carnalia attribuens his, qui rebus attendunt sensibilibus.

☞ 1 Scribe,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et clama ad. *Ita quod omnes etiam extranei per terram tuam transeuntes, percipiant dolorem tuum.*

2 Quia contr. sunt om. amato. *Id est, de Aegyptiis, de quorum auxilio confidebas, quos Nabuchodonosor debellauit. 4. Reg. 24.*

3 Loquutus sum, &c. *Per prophetas meos,*

4 In abundantia, *Id est, tempore prosperitatis; In Hebræo habetur* In pace tua, *sine qua non potest esse prosperitas.*

5 Dixisti non audiam. *Quia rebellis fuisti verbis prophetarum.*

6 Hæc est via, *Id est, consuetudo tua,*

7 Ab adolescentia tua, &c. *Id est, ab exitu de Aegypto: ex tunc enim fuerunt frequenter rebelles Moysi & Deo.*

8 Omnes pa tu. *Id est, reges & sacerdotes,*

9 Pascet ventus. *Id est, inanis fiducia, quam habent de Aegyptiis, de quibus subditur.*

10 Et amatores tui in captiu. ib. *Per Nabuchodonosor captiuandi.*

11 Et tunc confunderis. *Propter frustrationem tuæ spei.*

12 Quæ sedes in Libano. *Id est, in Ierusalem de lignis Libani ædificata,*

13 Et nidifi. in cedris. *Diuitias malè congregando.*

14 Quomodo con. *Id est, congemisces, quia loquitur de futuro per modum præteriti.*

15 Cum ve. ti. *Id est, cum venient in destructione templi & ciuitatis.*

16 Viuo ego. *Hic vltimo loquitur de Ioachim nepote Iosiæ dicens in persona domini,*

17 Quia si fue. *In Heb. habetur,* Chonias: *est tamen idem nomen, Ioachin, Iechonias, & Chonias: variatum tamen in Heb. sicut in Latino idem nomen est Nicolaus & Coletus, & Colinus.*

Annulorū vsus apud Priscos.

18 Annulus in ma. *Antiquitus enim annulus erat signum dilectionis & etiam firmitatis, Litteræ enim signabantur annulo regis, vt habetur in libro Hester, & in pluribus aliis locis: igitur sensus, Si apparuerint signa dilectionis meæ erga Iechoniam, & suæ stabilitatis in regno, nihilominus eiiciam eum.*

Prædicitur abiectio Iechoniæ.

19 Et dabo te in manu, *Mutatur modus loquendi de tertia persona ad secundam. Cetera patent ex dictis, supra vsque ibi,*

20 In terram ad quam ipsi leuant, &c. *Id est, in Iudæā, ad quam cum magno desiderio anhelabant reueri,*

21 Non reuertentur. *Et in hoc patet, quod dictum est supra de Ioachaz, quod erat minus lugendus quam iste: quia cum isto fuerunt multi nobiles captiuati absque euersione.*

22 Numquid vas fictile. *Id est, nullius momenti.*

23 Vir iste Iechonias, *Quasi dicat, sic.*

24 Numquid vas, &c. *Id est, nullā bonitatem habens in se, ideo sequitur,*

25 Quare abiecti sunt. *Quasi dicat; pro malitia sua.*

26 Terra, terra, terra. *Ter replicatur, ad maiorem assertionem eius quod, subditur.*

a *Scribe.* HIERONYMVS lib. 4. Christus de huius semine natus est, vnde Gabriel, *Dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris sui,&c.* Sed non in diebus eius, sed multo post natus est de Ioakim Iechonias, de quo Salathiel, de quo Zorobabel, & per ordinem venitur ad Christum. Sed in diebus Ioakim non successit ei filius rex, sicut ipse patri, & vsque ad Christum nullus regiam obtinuit potestatem. Omnes enim captiui fuerunt, & de stirpe Dauid nullus in Iudæa regnauit. Vnde refert Iosephus de tribu Leui fuisse principes, quibus successit Herodes Antipatris proselyti filius, & post à Vespasiano huius generis regnum, imo regni simulacrum, penitus fuisse deletum.

Qui apud Hebræos summam rerum tenuerint à tempore captiuitatis Babyloniæ.

b *Sterilem,&c.* IBID. Aquilæ prima editio, *sterilem*, Secunda, *non crescentem*. Symmachus *vacuum* 70. & Theodotio, *abominabilem & abdicatum*.

† BASILIVS. Planè euidens ratio est. Exterminata enim Ierusalem à Nabuchodonosore, regnū eius dissolutum est. Nequaquam autem vlterius paternæ successiones regnantium sicut prius erant. Nam ab initio quidē vsque ad captiuitatem regnabant qui ex genere Dauid fuerant: Regressi autem Salathiel & Zorobabel, populariter præerant populo, principatu iam in sacerdotium declinante, propter quod commixtæ erant sacerdotalis & regalis tribus. Vnde & Dominus rex est & sacerdos ad Deum, & non defecit quidem regalis tribus vsque ad Christi aduentum. Non tamen sedit super thronum Dauid de semine Iechoniæ.

Iesus Christus rex & sacerdos.

terra, audi sermonem domini.[30] Hæc dicit Dominus: Scribe [1] virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prospe- [2]

a ¶ Tantum, Sed Christus Deus & homo cuius regnum non erit terrenum & breue sicut regnum Dauid, sed perpetuum est atque cæleste.

rabitur. Nec enim erit de semine eius uir, qui sedeat super so- [3] lium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Scribe virum istum sterilem. *Per sententiam Dei diffinitiuam; cuius sterilitas explicatur, cum dicitur,* 2 Virum qui in dieb. su. non prospe. *In regimine regni; nec etiam in posteris; ideo sequitur.* 3 Nec enim erit. *Quia sibi successit Sedechias patruus eius, vt dictum est supra.*

CAP. XXIII.

a *VAe pastoribus, &c.* HIE. lib. 4. Quia omnis spes Iudaici regni defecit, transit ad principes ecclesiæ; & synagoga cum suis pastoribus derelicta atque damnata, ad Apostolos sermo fit, de quibus dicitur, *Super eos suscitabo pastores, &c.*

Pastores Ecclesiæ.

Ezech. 34. f.

† HIERONYMVS IBID. Possumus hoc iuxta tropologiam de ecclesiæ principibus intelligere, qui non dignè regunt oues domini quibus abiectis atque damnatis, saluabitur populus bonis pastoribus traditus, & reliquiæ saluantur. Perdunt oues pastores, hæresim docentes; lacerant & dissipant, schismata facientes; eiiciunt ab ecclesia, iniustè separantes; non visitant infirmos, à petentibus manum contrahentes; quorum omnium miseretur Deus, pristina pascua reddens, & malos pastores auferens.

b *Et suscitabo eis.*

† THEODORETVS in hunc locum. Ista quidem temporibus Zorobabelis & Iesu filij Iosedec typicè euenerunt, non tamen tota prophetia. Multi enim insurrexerunt in eos, non modo vicini, sed etiam Macedones & postea Romani. Verum prædictio sufficientem gratiam pollicetur. Quocirca certum est illa quidem temporibus eorum contigisse hæc verò temporibus sacrorum Apostolorum. Hi enim soli donum Spiritus sancti habuerunt.

Quando impleta fuit prophetia vers. 3. huius cap.

CAPVT XXIII.

VÆ pastoribus, qui dispergunt & dilacerant [1] gregem pascuæ meæ, dicit dominus.[a] Ideo hæc [2] dicit dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt populum meum: Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos. [3] Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorū vestrorum, [4] ait dominus.[b] Et ego congregabo reliquias gregis mei de [5]

a ¶ Synagogæ, Scribas & Pharisæos.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXIII.

VÆ pastoribus. *Hic consequenter Ieremias prophetat contra sacerdotes & falsos prophetas, quos vocat pastores, eo quod tenebantur pascere populum exemplo bonæ vitæ, & verbo sanæ doctrinæ: ipsi autem faciebant contrarium, & ideo præsens capitulum in tres partes diuiditur, quia primo Ieremias malitiam eorum breuiter arguit; secundo aduentum boni pastoris, scilicet Christi prædicit, ibi,* Et ego, *tertio nequitiam malorum pastorum diffusius resumit, ibi,* Ad prophetas; *vt sic opposita iuxta se posita magis elucescant. Circa primum dicit,*

Diuisio.

1 Væ pastoribus. *Id est prophetis falsis & sacerdotibus.*

2 Qui disper. & dil. *Exemplo malæ vitæ, & verbo falsæ doctrinæ: ideo subditur pœna, cum dicitur.*

3 Ecce ego visitabo super vos. *acriter puniendo.*

4 Malitiam stu. ve. *Ex quo patet quod ex certa scientia faciebant talia.*

5 Et ego congreg. *Hic consequenter nuntiatur aduentus boni pastoris, scilicet Christi, de quo est principalis intentio huius prophetiæ & aliorum, sicut dictum fuit in principio huius libri, tamen aliqui expositores nostri totam istam partem vsque ibi,* Ad prophetas, *exponunt de reditu captiuitatis Babylonicæ, & quod subditur,* Et suscita. super eos pa. *exponunt de Iesu filio Iosedech, Esdra, Neemia, Aggæo, Zacharia; & quod postea subditur;* Suscitabo Dauid germen iu. *exponunt de Zorobabel, qui fuit de semine Dauid, vt patet Matth. 1. & fuit dux populi de captiuitate redeuntis: quod autem postea subditur,* Et hoc nomen quod vocabunt eum, dominus iustus. *Quia sicut dicunt isti expositores Iudæi imponebant antiquitus filiis suis nomina Dei. Sed ista expositio non videtur vera. Primo quia dicitur hic,* Non formidabunt vltrà, & non pauebunt: *Reuersi autem de captiuitate Babylonica fuerunt frequenter in afflictione magna & abiectione, vt dicitur Neemiæ 1. & in magno timore à Gentibus circumstantibus, in tantum quod vna manu faciebant opera & altera tenebant gladium. Secundo quia subditur.* Et nullus quæretur: *Id est, deficiet, quia non omnes Iudæi reuersi fuerunt de Babylone, sed multi remanserunt amore vxorum, quas ibi acceperant, & prolis, quam ibi genuerant, vt dictum fuit Esdr. 1. Item quod exponunt de Zorobabel:* Suscitabo Da. *non est verum, quia ibi subditur,* Et regnabit: *Quia Zorobabel non fuit rex. Item quia de illo eodem rege subditur,* Et hoc est nomen. *Vbi enim translatio nostra habet* dominus *in Hebr. habetur nomen domini Tetragrammaton, quod secundum doctores Hebræorum est appropriatū summo creatori, & ideo non potest conuenire alicui puro homini. Quod autē dicunt vlterius, quod Iudæi nomina Dei imponebant filiis suis, est fictitium, & maximè de nomine domini Tetragrammaton: quod propter sui sanctitatem nullus audebat nominare, nisi soli sacerdotes, nec tamen vbique sed tantum in templo. Præterea expositores isti magis iudaizant quàm Iudæi, qui passum istum intelligendum dicunt ad litteram de Christo: vnde & translatio Chaldaica quæ apud Heb. est authentica, & dicitur Thargum apud eos, vbi nos habemus,* Suscitabo Dauid germen iustum, *habet,* Statuam Dauid Messiam iustū. *Propter quod littera ista de Christo est exponenda. Et diuiditur in tres partes, quia primo prædicitur fidelium congregatio; secundo subditur congregantis conditio, ibi,* Ecce dies; *tertio tanti beneficij recognitio, ibi,* Propter. *Circa primum dicitur in persona domini,* Et ego congreg. *quæ congregatio non est intelligenda per localem motum, sed per vnitatem fidei & charitatis nexum: secundum quod dicitur Ioan. 11. quod Christus moriturus erat pro gente, & vt filios Dei qui dispersi erant, congregaret in vnum ritum fidei Christianæ de variis sectis Gentium & Iudæorum, in quibus erant dispersi.*

Contra aliquos fideles, qui exponentes hoc cap. à vers. 5. cum Iudæis euacuant insignem de Christo prophetiã.

Nomen domini Tetragrammaton non potest conuenire puro homini.

Diuisio.

Congregatio Ecclesiæ.

MORALITER.

1 *Væ pastori.* Per sacerdotes vete. testa. contra quos prophetat Ieremias, signantur mali sacerdotes nostri, & eorum consiliarij de quibus dicitur: *Væ pastoribus.* Isti sunt qui suis verbis & malis factis auertunt populum ab illis, qui sciunt & volunt dare fidelibus consilium salutis, & istis comminatur dominus væ damnationis æternæ.

De malis sacerdotibus.

a ¶ Vt fiat vnum ouile.

omnibus terris ad quas eiecero eos illuc; & conuertam eos ad rura sua, & crescent & multiplicabuntur, ⁴ & suscitabo

a ¶ Apostolos. b ¶ Pane verbi Dei. c ¶ Ecclesiæ gregem.

super eos pastores, & pascent eos. Non formidabunt vltra, & non pauebunt, & nullus quæretur ex numero a dicit dominus. *⁵ Ecce dies veniunt, dicit dominus, &

¶ Christum.

suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, sa-

a ¶ Non enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.

piens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. ⁶ In die-

¶ Vt de duabus virgis fiat vna. b ¶ Duæ tribus. ¶ Decem tribus.

bus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter.

a ¶ Sicut & in Isaia Emanuel appellatur. b ¶ Vnde, qui factus est vobis sapientia à Deo, & iustitia.

Et hoc est nomen quod vocabunt eum: dominus iustus

ORET. ... conan- ... denter ... bbabe- ... elligere ... illum ... sed du- ... nomi- ... Atqui ... io no- ... minis quadrat illi. Significat enim nomen, *Dominus iustitia nostra*, vel iuxta Syri interpretationem, *Domine iustifica nos.* Neutrum autem conuenit Zorobabeli. Verum quia typus erat Christi, & captiuos è Babylone in Iudæam reduxit, quemadmodum Christus mancipatos à diabolo traduxit ad veritatem, si quis typicè volet ista illi adaptare, nihil alienum à verisimili faciet.

☞ a Pro-

NICOLAVS DE LIRA.

...uertam eos ad rura sua, *Ager autem dominicus est ecclesia. di-...us, propter vnitatem vniuersalis ecclesiæ: ita possunt dici plures ... diuersas prouincias in quibus viget cultus Christi; & propter di-...ic cultui consecrata, ad quæ conueniunt fideles.* Et dicuntur hic ...*æo autem habetur*, Ad maneria sua, *per quod clarius signan-...dicata.*

Sicut patet impletum per multiplicationem fidelium.

...tabo super eos pastores, *Scilicet Christum, qui est princeps ... successores eorum.*

...ormi. *Istud refertur ad statum triumphantis ecclesiæ, qui simul ...atu ecclesiæ militantis à tempore passionis Christi, per quem aper-... cælestis; in illo vero statu formido non habet locum, sed firma se-...terna.*

...lus quæretur. *Scilicet prædestinatorum, de quo nullus deficiet ab ... cælestis patria.*

...lies ven. *Hic consequenter describitur conditio congregantis scilicet ... Dei veri & hominis, cuius vera humanitas ostenditur ibi,*

7 ...ita Da. *Quia factus est rex ex semine Dauid secundum carnem.* Ro...

8 ...gnabit. *Propter quod dicit Matth. vlt. d.* Data est mihi omnis pot...s in cælo & in terra.

9 Et sapiens; *Sapientia increata & creata.*

10 Et faciet iudicium. *Discretionis in præsenti, discernendo fideles ab infidelibus, vocando aliquos ad fidem, & alios dimittendo suo iusto iudicio licet nobis occulto; & iudicium discußionis in fine mundi.*

11 Et iustitia, *Dando legem Euangelicam, quæ continet perfectam iustitiam; & in fine mundi proferendo iustam sententiam de retributione bonorum & punitione malorum, vt habetur Matth. 25.*

12 In dic. illis saluab. Iuda. *Id est, quicumque vere confitetur corde & ore nomen domini; & quod iste sit intellectus, patet non solum per expositores Latinos, sed etiam Hebræos: quia Gen. 41. dicit quædam gl. Hebraica*, Poteritne dici quod redemptor sit leuans facies, id est, acceptor personarum? *Et subditur ibi*: Absit, sed omnes confitentes ei corde suo & ore & operibus saluabit, sicut scriptum est Iere. 23. In diebus: Ac si dicat, confitentes *ei. hæc gl.*

Ipsi Hebræi fatentur hunc locũ de Christo intelligendum.

13 Et Israel habit. confid. *Istud refertur ad statum ecclesiæ triumphantis, vbi est summa securitas.*

14 Et hoc est nomen. *In Hebr. habetur nomen domini Tetragrammaton; Quod nõ potest dici nisi de Deo vero, Dicit enim Rab. Moy. libro directionis perplexorum, quod hoc est nomen impositum Deo, ad significandum nudam essentiam diuinam secundum se, absque aliquo respectu ad creaturam, & propter hoc est omnino incommunicabile. Alia verò nomina aliquo modo communicabilia sunt, sicut hoc nomen* dominus *communicatur magnis personis habentibus subiectos; & qui promouet aliquem dicitur eius* creator, *sicut communiter dicitur, quod promotus est* creatura *eius; similiter hoc nomen* Deus, *quia iudices dicuntur dij Exod. 22.* Vtriusque enim causa ad deos perueniet. *Et per hoc patet diuinitas vera ipsius Christi; hoc autem nomen apud Heb. dicitur ineffabile, & ideo translator loco ipsius posuit nomen commune, & hoc modo transfertur dictum nomen, vbicumque in vete. test. inuenitur.*

Nomen Dei Tetragrammaton incommunicabile.

Aliqui dicunt, quod hoc nomen domini Tetragrammaton non dicitur de Deo tantummodo, sed etiam de aliis, verbi gratia Ezech. vlt. d. dicitur: Et nomen ciuitatis dominus, *& vbi habemus* dominus: *in Hebræo habetur Tetragrammaton, ergo hoc nomen Tetragrammaton, quod stat hic pro ciuitate, non dicitur de Deo. Item Genes. 22. c.* Vocauit Abraham nomen loci illius, dominus videt. *Et vbi habemus* dominus, *in Heb. habetur nomen domini Tetragrammaton. Item Iudic. 6. e. legitur*: Ædificauit ergo altare domino, vocauitque illud domini pax, *vbi in Hebræo habetur nomen domini Tetragrammaton. Item Exod. 17. d.* Ædificauit Moyses altare Domino, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, *vbi habemus* Dominus, *in Hebræo habetur nomen domini Tetragrammaton. Sed ista non derogant dictis Ra. Moy. quia nullum prædictorum nominatur nomine Dei proprio & absolutè, sed à quodam effectu Dei, ergo nullus homo propriè, & absolutè vocatur Deus, sed cum quadam connotatione & ab aliquo effectu Dei: sicut multi sunt vocati* Deodatus, dominus dedit; *& similiter de pluribus tam hominibus quàm locis, sicut est in locis allegatis supra, vt patet intuenti. Verumtamen in prima auctoritate dicente,* Et nomen ciuitatis, dominus *debet addi,* ibidem. *Vnde translatio Chaldaica habet*: Nomen ciuitatis exponent à die qua faciet dominus descendere diuinitatem suam ibidem. *Et sic patet ad alia, quid sit dicendum: quia semper cum aliqua connotatione ponitur dictum nomen, quando ponitur pro alio quàm pro vero Deo.*

Soluuntur obiectiones asserentiũ nomen illud esse cõmunicabile.

15 Iustus noster. *Id est, iustificans nos, per quod etiam ostenditur eius diuinitas, cuius proprium est iustificare impium. Sciendum autem quod Hebræi, ne hac auctoritate cogerentur Christi diuinitatem confiteri, quem expectant futurum hominem purum, Moysi tamen sanctiorem; dicunt quod littera Hebraica talis est*: Et hoc est nomen eius, quia vocabit *eum Dominus iustus noster; & quod nomen domini Tetragrammaton, quod soli Deo conuenit, non dicitur hic de Meßia secundum eos, sed de Deo, qui vocabit eum ad redemptionem Iudæorum. Et ipsi possunt sic mutare litteram de facili; quia dictio Hebraica, quæ hic ponitur, scilicet,* אשר *Asser, indifferenter accipitur pro qui & pro quid; Item* vocabunt eum *&* vocabit eum, *eisdem litteris Hebraicis penitus scribuntur, sed variè punctuantur, quæ punctuatio potest valde de facili fieri. Et quod Iudæi talem falsitatem fecerint in hoc loco, patet per 70. interpretes, qui fuerunt Iudæi valde litterati, & in hoc loco sic transtulerunt*: Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster, *nec tamen per hoc reuelauerunt diuinitatẽ Christi Ptolemæo regi, quam intendebant ei celare, secundum quod dicit Hieronymus in pluribus locis: quia pro nomine domini Tetragrammaton, transtulerunt nomen Græcum κύριος signans dominum, sicut hoc nomen* dominus *ponitur in translatione Latina, Quod nomen non solum dicitur de Deo, sed etiam de quolibet homine magno. Falsitas enim prædicta patet per translationem Chaldaicam, quæ sic habet in hoc loco,* Et hoc est nomen quod vocabunt eum.

Quomodo Iudæi litteram Hebraicam vers. 6. huius cap. corruperint.

☞ Pro-

MORALITER.

† 6 *Ecce dies ve.* Hic ad litteram promittitur verus & bonus rex & pastor Iesus Christus, per quem moraliter intelligitur bonus rex vel prælatus, nam vterque est Christi vicarius, vnus in temporalibus, & alius in spiritualibus; ideo subditur,

Bonus rex vel prælatus.

7 *Et susci. Dauid germen.* Id est Christum.

† *Germen iustum.* Id est, tenerum pietate, ad modum germinis erga verè pœnitentes; & asperum æquitate erga duros & rebelles: vnde de Dauid dicitur 2. Reg. 23. a. *Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus,* qui quamuis sit valdè mollis, tamen lignum durum penetrat sicut ferrum, per quod signatur quod vicarius veri Dauid, scilicet, Iesu Christi, debet esse valdè mollis pietate erga bonos; & durus æquitate erga malos obstinatos.

Vbi suauitate, & vbi duritia vti debeat prælatus?

12 *In diebus illis salu. Iuda & Isra.* Nam sub tali principe vel prælato confidenter habitant actiui boni, qui per Iudam, & boni contemplatiui, qui per Israel signantur.

† Ad

a *Propter hoc,&c.* HIER.lib.4. Hoc totum ca.in 70. non habetur, cuius hic sensus est: Quia non per Moysen populus Dei de Ægypto liberatur, sed per Christum de toto orbe; Quod ex toto complebitur, quando ab Oriente & Occidente & Septentrione & Meridie venient & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob, *vt postquam intrauerit, plenitudo Gentium, tunc omnis Israel saluus fiat.*

b *Quasi homo madidus à vino.* IBID. Nullius intelligētiæ, nullius sapientiæ: *Dominus enim nouit cogitationes hominū, quoniam vanæ sunt.* Vbi sunt ergo qui perfectam in homine iustitiā prædicant? vt responderint sanctis se hæc dicere, non de semetipsis, quis sanctior Ieremia? Qui virgo, propheta, sanctificatus in vtero, præferés Saluatorem nomine suo, Ieremias enim interpretatur excelsus domini.

† THEOD. in hunc locum. Cōuertit sermonē aduersus mendaciorum præcones, eosque vocitat adulteros, vt qui adulterent & corrumpant verbum diuinum. Prædicit autem mala eis obuentura, & cōparat eos prophetis Samariæ, qui prophetæ Baal palam vocabantur. Etenim, hi (ait) dum pacem falsò populo promiserunt in causa fuerunt, ne quisquam auerteretur à via sua mala, atque eorum consilio imitati sunt Sodomæ & Gomorrhæ nequitiam.

c *A fa.d.&c.* HIER. vbi sup. Considerato vultu omnipotentis Dei, id est patris, & vultu filij, qui est splendor gloriæ, & figura substātiæ eius, propheta & anima & corpore perhorrescit, & se nihil esse intelligit: vnde, *Vt iumentum factus sum apud te.*

d *Luxit terra.* IBID. Quidquid de terra Iudæa iuxta litteram intelligis, ad congregationem credentium referre poteris. Propter adulteria enim, & mendacia, & periuria, virtutum & gratiarum sterilitas cōsequitur.

e *Propheta namque, &c.* IBID. Quando in ecclesia Dei, & maximè in principibus eius, inueniuntur mala, scimus esse completum, *Propheta namque & sacerdotes polluti sunt.*

f *Afferam super eos mala.* IBID. Nō quod mala sint, aut dominus inferat mala; sed mala videntur his, qui sustinent supplicia: alioqui eadem & bona & mala sunt; Mala iuxta eos, quos cruciant: bona, iuxta eos, quos emendant. Et notandum quod annus visitationis domini dicitur correctio & cruciatus peccantis: Vnde, *Visitabo in virga iniquitates eorum, &c. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo.*

g *Et in prophetis.* IBID. Quomodo prophetæ Samariæ, quidquid loquuntur, prophetant in Baal; sic hæretici in ecclesia, siue extra, vt supplantent populum Israel, qui prius cernebat Deum, loquuntur in dæmonibus.

[Margin: Matth.5.b. Rom.11.b. *sup.16.e. Psal.93.b. Contra eos qui perfectā in homine iustitiam prædicant. Mendacia prædicantes. Psal.71.d. Quid in Ecclesia gratiarum sterilitatem efficiat. Malum pœnæ. Psal.88.c. Hæretici sunt prophetæ Samariæ.]

a nostèr.*[7] Propter hoc ecce dies veniunt, dicit dominus: & non dicent vltrà: viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Ægypti,[8] sed viuit dominus qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc, & habitabunt in terra sua.[9] Ad prophetas: Cōtritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia b ossa mea. Factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus c à vino, à facie domini, & à facie sanctorum verborum eius,[10] quia adulteriis repleta est terra, quia à facie maledictionis d luxit terra, arefacta sunt arua deserti. Factus est cursus eorum e malus & fortitudo eorum dissimilis.[11] Propheta namque & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum, ait dominus.[12] Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris: f Impellentur enim & corruent in ea. Quia afferam super eos g mala, annum visitationis eorum, ait dominus.[13] Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem, & prophetabant in Baal, &

[Interlinear: a Quando oritur vt sol iustitiæ. — Per Moysen. — Per Christum. — a Ecclesia. b Pseudo. Sermo dirigitur. — a Victimam humilitatis offert Deo. Vnde: Cor contritum & humiliatum Deus non despicies, &c. de quibus: Omnia ossa mea. d.do. quis si. tibi? — a Vel decoris gloriæ eius. — a Hoc in LXX. non habemus. b LXX. iuramenti, vani. — a Ideo. b Sterilis facta. — a Ductor. — a Ministerij dignitas. b Ecclesia. — a Hæreticorum error. b Vt non videant qui dicit, Ego sum lux mundi. Contra quas, Signatum est super nos lumen vultus tui domine. — a Omni vento doctrinæ. — a Hæretici, & omnes qui iactant falsi nominis scientiam, prophetæ sunt Samariæ. — a Qui non habent Christum Dei virtutem, Dei sapientiam. b Idolo dæmonibus consecrato.]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propter hoc. *Hic consequenter ponitur tanti beneficij recognitio cum dicitur,*

2 Et non dicent vltra, &c. qui edu. fil. Isra. de ter. *Quia sicut ad præsentiam maioris luminis minus obfuscatur: sic adueniente beneficio incarnationis Iesu Christi, & redemptionis nostræ per eum facta, obfuscata sunt omnia beneficia, & quasi obliuioni data, quæ fuerunt in veteri lege tamquam modica aut nulla respectiuè.*

3 Sed viuit do. qui ed. & ad. sem. Isr. de ter. Aquil. *Quod non potest intelligi de reditu captiuitatis Babylonicæ, quia illud beneficium quasi incomparabiliter minus fuit, quam eductio filiorum Israel de Aegypto, in tot signis & mirabilibus diuinis, & in tanta multitudine, quod erant sexcenta millia absque mulieribus & paruulis: & ideo ista adductio intelligitur de vocatione ad fidem Christi, quia de omnibus terræ partibus sunt aliqui vocati, & ista vocatio maior est, & excellentior quasi incomparabiliter omnibus beneficiis veteris testamenti.*

4 Et habit. in terra sua. *Id est, in ecclesia militante, & postea in triumphante quæ est terra viuentium, promissa fidelibus in præmium, vt frequenter superius declaraui.*

5 Ad prophe. *Hic consequenter nequitiam malorum pastorum diffusius resumit, & primo arguit eorum vitam; secundò doctrinam, ibi,* Hæc dicit, *Prima adhuc in duas, quia primo arguitur eorum mala vita; secundò subditur pœna, ibi,* Idcirco. *Circa primum dicit Ieremias,*

6 Contritum est cor meum. *Quia dolebat de mala vita sacerdotum, & falsorum prophetarum. Compatiebatur etiam eorum naturæ, propter mala quæ videbat eis imminere, licet eorum culpam odiret.*

7 Factus sum qua. vir ebrius. *Id est, attonitus præ eorum malitia, & sequente pœna: ideo subditur,*

8 A facie domini. *Vindictam præparantis.*

9 Quia adul. *Sicut dictum est, supra. v. c.* Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.

10 Quia à facie maledictionis. *Id est, propter blasphemias contra Deum & alia mala.* Luxit terra arefacta, *Præ siccitate nimia, sicut diffusius explicatur supra 14. Sicut enim pratum dicitur ridere metaphoricè, quando viret, sic terra lugere quando aret.*

11 Factus est cursus eorum. *Ad mala enim currebant sine fræno rationis & diuinæ legis.*

12 Et fortitudo eor. dissimilis, *Patribus antiquis.*

13 Propheta namque & sac. polluti sunt. *Luxuria & auaritia.*

14 Et in domo mea. *Id est, in templo meo nomini dedicato.*

15 Inueni malum eorum. *Id est, idola quæ colebant 4. Reg. 21.*

16 Idcirco. *Hic subiungitur pœna, cum dicitur:* Idcirco via eorum erit quasi lu. &c. *hoc est dicere, inferam eis plura mala, vnum super aliud.*

17 Et in proph. Sam. vi. fatuit. *Quia iam erant in captiuitatem ducti à sexto anno Ezech. 4. Reg. 18. vbi habemus* fatuitatem, *in Heb. habetur* blasphemia, *ideo subditur,*

18 Et prophetab. in Baal. *Quærendo responsum ab idolo, vel potius à dæmone in ipso, & non Deo: & sic erat quadam blasphemia, quia per hoc ostendebant, quod reputabant Baal plus quàm Deum.*

[Margin: Reliqua Dei beneficia quasi modica & nulla respectu Incarnationis Christi. Lugere terræ.]

MORALITER.

† 5 *Ad pro.* Per falsos prophetas ve. te. contra quos loquitur Ieremias, signantur mali doctores & prædicatores noui test. qui docent, vel prædicant præsumptuosè ad sui ostentationem, vel quæstus temporalis procurationem, quod est valde periculosum; propter quod subdit Ieremias,

6 *Contri.* Nam tales doctores vel prædicatores frequenter immiscent errores ex ignorantia vel rei temporalis concupiscentia, mala potentum nequiter excusantes; ideo de talibus subditur postea,

17 *Et in pro. Sam. vidi fatuitatem.* Magna namque fatuitas est, docere, vel prædicare, quæ ignorantur: Quod tamen frequenter contingit; vnde dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris: *Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant; hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent antequam discant.*

[Margin: Doctores vel prædicatores mali. Præsumptio intollerabilis in aliquibus sacræ scripturæ lectoribus.]

[left commentary, partly obscured] ...Hier. ...imur enim ...onio aduer... qui epistolas ...mendacio & ...tia & periu...m dirigunt, ...audientium ... Non enim ...s iniquitatem ...euorare, vel ...s lædere: sed ...nel oderunt, ...m orbem co...famare, & v...lasphemias fe...

Contra ...

...enim. Ibid. No... ...dere falsis prophetis hæc dicentibus: vnde scire possunt cõsilia domini, quis vidit B & annuntiauit eis?

† Hieron. Ibid. Vbi nos posuimus, *in consilio domini*, in Hebræo scriptũ est: סוד *besod*; Aquila *secretum*, Symmachus *sermonem*, LXX. & Theodotio, *substantiam siue subsistentiam Dei*, interpretati sunt.

†† Ibid. Et est sensus: Nolite credere, ô vulgus indoctũ, prophetis vobis falsa annuntiantibus, qui dicent, hæc loquutus est dominus, pax erit vobis, non veniet super vos malũ. Vnde enim C possunt Dei nosse secreta, aut quo annuntiante Dei didicere consilium? Quomodo ad eos diuinæ dispositionis

Pseudoprophetis non credendũ.

Rom. 1. d.

a Non solum in hæreticis. Doctoribus. b Ecclesiæ.

decipiebant populum meum Israel.[14] Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterantium & iter mendacij. Et confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua. Facti sunt mihi omnes Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorra.[15] Propterea hęc dicit dominus exercituũ ad Prophetas: Ecce ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle. A prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram:[16] Hæc dicit dominus exercituum: Nolite audire verba prophetarum qui prophetãt vobis, & decipiunt vos. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini.[17] Dicunt his qui blasphemant me: loquutus est dominus: Pax erit vobis, & omnis qui ambulat in prauitate cordis sui dixerunt: non veniet super nos malum.[18] Quis enim affuit in consilio domini, & vidit & audiuit sermonem eius? Quis considerauit verbũ illius, & audiuit?[19] Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorũ veniet.[20] Non reuertetur furor domini vsque dum faciat, & vsque dum cõpleat cogitationem cordis sui. In nouissimis diebus intelligetis cõsilium eius.* [21] Nõ mittebam prophetas, & ipsi currebãt: nõ loquebar ad eos, & ipsi prophetabãt.[22] Si stetissent in cõsilio meo & nota fecisset verba mea populo meo, auertissẽ eos vtiq; à via sua mala, & à

[Interlinear glosses:] a Vel horribilia. b Verbi Dei. c Euntes per viam mendacij, acquiescentes hæreticis. — a Quos debuerant corrigere. — a Q. non impunè ferent, finis eorum quasi Sodomæ & Gomorrhæ. — Vel doloribus, vel amaritudine. — a O Popule, ne putes te alienum à culpa, si acquieueris, par enim pœna discipulo & magistro. — a Quam simulauerunt. — a Hæreticis & peruersis. b Quod dicemus. — a Non nos. b Ne timeatis vanis comminationibus territi. — a Quod timetis pro conscientia mala, sed bonum quod loquutus est dominus. — a Non super alios. b Populi, vel eorum qui falsa nuntiant. c Id est non placabitur sicut olim: sed quod sæpe comminatus est complebit. — a Cum extremum captiuitatis tempus euenerit. b Quod vos nunc non intelligitis, sed intelligere iactatis. — a De corde suo. b Id est, Voluntati meæ acquieuissent. c Non blandientes eis neque adulantes: & dicentes, in iustitia vestra viuetis. — a Ne facerent ea quæ non conueniunt, sequentes cogitationes suas.

tionis sermo peruenit? D

c *Ecce turbo.* Quasi dicat per contrarium patet prophetas nescire, quod dicunt: pro pace enim & securitate, quam promittunt, venit tempestas Babylonica.

d *Non mitte.* Hinc Apostolus, *sicut non probauerunt habere Deũ in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant quæ non conueniunt; repletos iniquitate, malitia & fornicatione.* Cum enim falsi doctores semel se tradiderint mendaciis atque periuriis & mortibus deceptorum, præcipites corruerunt ad interitũ suum & aliorũ. E Consideremus hæreticos, quomodo semel desperati, gulæ se tradant, delitias quærant, balnea adeant, musco fragrent, variis vnguẽtis delibuti, quęrentes corporum pulchritudinem, non credentes resurrectionẽ, quod si non verbis, factis loquuntur.

Hæretici de doctrina mala prolabuntur ad fundum vitiorum.

†† *In nouissimis diebus intelligetis.* Hieronymus. Cum extremum (inquit) captiuitatis tempus aduenerit, & obtinuerit F vos victor exultans: tunc intelligetis consilium eius, quod vos frustra nunc scire putatis.

* Sup. 14. c. infra 27. c. & 29. b.

1 Au-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in prophe. Ieru. vidi similitud. *Ad prophetas Samariæ.*
2 Adulterantium & iter mendacij. *Id est, idololatriam.*
3 Et iter menda. *Quia decipiebant populum Iudæ, sicut illi populum Samariæ. In Hebræo habetur sic:* Vidi turpitudinem adulterij & iter mendacij, *Turpitudo enim adulterij est, quando adultera in eodem lecto recipit adulterum cum marito, & sic isti fecerunt, quia in templo domini idolum posuerunt.*
4 Et confortauerunt, *suo malo exemplo & verbo falso.*
5 Manus pessimorum. *Ad permanendum in peccato.*
6 Facti sunt mihi om. Sod. *Id est, abominabiles vt Sodomitæ, ideo subditur inflictio pœna.*
7 Ecce ego cibabo eos absin. *Id est, replebo eos pœna amarissima.*
8 A pro. e. Ierus. e. pollutio. *Idololatriæ & aliorum malorum.*
9 Super om. terram. *Scilicet Iudæa, quia populus eos imitabatur.*
10 Hæc di. *Hic consequenter arguitur prophetarum falsorum & Sacerdotum doctrina, & primò quantum ad denuntiationem falsitatis, secundò quantum ad derisionem veritatis, ibi,* Si igitur. *Prima adhuc in duas, quia primo arguitur in eis denuntiatio falsi: secundo coloratio sui dicti, ibi,* Audiui quæ dixerunt prophetæ prophetãtes in nomine meo mendacium. *Circa primum dicitur.*
11 Nolite audire verba prophetarum qui proph. vobis, *Mendacium ad vos decipiendum.*
12 Visionem cordis sui loq. *Id est fictam ab eis.*
13 Dicunt his qui blas. me. *Ore & opere.*
14 Pax erit. *Assecurando & nutriendo eos in malis.*
15 Quis enim affuit in cons. dom. *De prophetis sic loquentibus? quasi dicat nullus, quia eueniet contrarium, ideò sequitur;*
16 Ecce turbo. *Id est impetus diuinæ vindictæ.*
17 Super caput impiorum. *Siue sint sacerdotes siue populares.*
18 Non reuertetur furor d. &c. *Id est, non impedietur, sed absque dubio veniet.*
19 In nouiss. die. *Id est, tempore destructionis ciuitatis, quod dicitur hic vltimum, quia tunc terminatum fuit regnum Iudæorum.*
20 Intelligetis consilium eius. *Id est, pœnam, quam disposui inferre, videbitis per effectum.*
21 Si stetissent in consilio meo, *Verbis prophetarum meorum credendo.*
22 Et nota fecissent verba mea populo, *Sicut tenebantur ex officio.*
23 Auertissem eos vtique à via sua, &c. *Spiritum verè pœnitentiæ eis conferendo.*

Redarguũtur Pseudoprophetæ.

Pu-

MORALITER.

†1 *Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterantium & iter mendacij, &c.* Per adulterium enim procreantur filij falsi, & per prædicationem quæstualem fiunt discipuli vel auditores decepti: propter quod de talibus adulterantibus verbum Dei, dicit Apostolus secundæ Corinthiorum secundo. d. *Non sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, &c.*

Adulteratio verbi Dei.

a *Audiui quæ dixerunt.* Hie. lib. 4. Sunt multa genera prophetandi, quorũ vnum est somniorũ, sicut in Daniele. Idcirco ad eos sermo prophetalis dirigitur, qui credunt in somniis, & omnia quæ cernunt, putant reuelationem esse diuinã, quæ propriè sanctis aperitur. Pharao tamẽ & Nabuchodonosor reges impij sõnia vera videbant, non propter suum meritũ, sed vt tali occasione Ioseph & Daniel clarescerent, & corda indomabilia tyrãnorũ propria cõsciẽtia domini maiestatem sentirent.

Reuelatio per somnia. *Gen. 41. a. & Dan. 2. a.*

b *Somnia eorum quæ.* Ibid. Sunt hodie somniatores in ecclesia, qui errores suos domini prophetias faciunt, crebrò dicentes, *somniaui*: contra quos dicitur, *vsquoque istud &c.*

c *Quid pal.* Ibid. Pulchrè doctrina hæreticorum paleis comparatur, quæ medullam non habent, nec refectionem præbent.

Doctrina hæreticorũ paleis comparata.

d *Numquid non verba mea.* Ibid. Quon in priori populo prophetæ mentiebantur, dicẽtes: *Hæc dicit dominus, & Vidi dominũ.* Et, *Ver-*

a Vt tantum omnia præsentia cognoscam, non longinqua? vbique sum, omnia cognosco. b LXX. Deus appropinquans ego, &c.

pessimis cogitationibus suis.[23] Putasne dominus è vicino ego

a Q. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?

sum, dicit dominus, & non Deus de lõge?[24] Si occultabitur vir

a Quasi, vbique præsens sum, quia omnia impleo.

in absconditis, & ego non videbo eũ, dicit dominus?[25] Numquid non cælum & terram ego impleo, ait dominus? Audiui

a Contra quos est superior titulus, Ad prophetas.

quæ dixerũt prophetæ prophetãntes in nomine meo mendacium, atque dicẽtes: Sõniaui, somniaui.[26] Vsquequo istud est in corde prophetarum vaticinantium mendaciũ, & prophetantiũ seductiones cordis sui?[27] Qui volũt facere, vt obli-

Qui nunc est.

uiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum, quæ narrat vnusquisque ad proximũ suum, sicut obliti sunt

a Antiquus populus de Ægypto egressus. b Q. Non in nomine meo prophetant sed in Baal.

pãtres eorum nominis mei propter Baal.[28] Propheta qui

a Eorum est exponere somnium, qui habent Dei sermonem, in quibus est veritas, non mendacium.

habet somnium, nãrret somnium; & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. Quid

a Hæreticis. b Sanctos. c Non hæreticorum. c Q. Nũtiant ventura supplicia, non adulantur paleis, incendium comminantur.

pãleis ad triticum: dicit dominus.[29] Numquid nõ verba mea

a LXX. securis, de qua dictum est: securis ad radicem arboris. b Dura corda hæreticorum, vt auferatur cor lapideum, & inferatur cor carneum, quod possit præcepta Dei suscipere & sentire.

sunt quasi ignis, dicit dominus, & quasi malleus cõterens petrã?[30] Propterea ecce ego ad prophetas, ait dominus: Qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo. Ecce ego ad

a Vel dormierunt dormitatione.

prophetas, ait dominus, qui assumũnt linguas suas, & aiunt

a Dominus vel sermo diuinus.

dicit dominus:[31] ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait dominus:[32] qui narrauerũt ea, & seduxerunt populũ

a Magna & incredibilia repromittunt docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia, malis prospera, bonis aduersa nuntiantes.

meum in mendacio suo, & in mirãculis suis, cum ego non misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerũt populo huic, dicit dominus.[33] Si igitur interrogauerit te po-

Verbum domini quod factum est ad illum, siue ad illum. Sic hæretici assumunt testimonia scripturarum de vtroque testamento, & furantur verba Saluatoris, vnusquisque à proximo suo prophetis, Apostolis, & Euangelistis: & assumunt linguas suas, vt cordis venena ore pronuntient, & dormiant dormitationẽ. Vnde, *Dormierunt somnum suum & nihil inue. omnes vi. di. in ma. su.* Minatur ergo dominus contra huiusmodi magistros se esse venturum.

Hæretici scripturis abutuntur. *Psal. 75. a.*

e *Quasi ignis.* Ibid. De ecclesiasticis viris scriptum est, quod malleus & securis nõ sunt audita in domo domini.

f *Qui furantur.* Ibid. Semper enim mendacium imitatur veritatem, aliter enim non potest decipere.

3. Reg. 6. a.

g *Si igitur interrogaue.* † Theodoretus. Impij prophetas appellabant scelestos, & prophetiam onus. Hortatur ergo Deus, ne hac appellatione vtantur, ac non obtemperantibus minatur pœnam.

† Hie-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Putas ne Deus è vicino ego sum dicit dominus, & non Deus de longè, &c. *Id est, cognoscens tantum illa, quæ sunt prope me, & non ea quæ sunt longè. Hoc non inducitur ad excludendum Dei præsentiam vbique, sed ad excludendum doctrinam falsam aliquorum sacerdotum, qui dicebant Dei prouidentiam attingere tantum ad superiora, & non ad ista inferiora; qui error incepit à tempore sancti Iob, Vnde in persona sic errantium dicitur, Iob. 22. b.* Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat. *Sed quia Dei prouidentia attingit ad omnia, quantumcumque occulta; Ideo sequitur,*

Error antiquissimus Deum tantum superiora curare.

2 Si occultabitur. *Id est, non occultabitur, quod probatur ex eius præsentia vbique cùm dicitur.*

3 Numquid non cæl. & ter. e. imp. *Quasi dicat Sic.*

4 Audiui quæ. *Hic consequenter arguitur in falsis prophetis coloratio sui dicti. Ad hoc enim quod magis sibi crederetur, vtebantur, modo loquendi prophetarum, & hoc est quod dicitur,* Audiui quæ dixerunt prophetæ, *Scilicet, falsi, quia verba eorum nota sunt mihi,*

5 Prophetantes in nomine meo, *Præmittentes suæ falsæ prophetiæ, hæc dicit dominus, sicut prophetæ veri.*

Contra prophetas sub nomine domini mendacia prophetantes.

6 Somniaui, *Id est, visionem à Deo accepi in somno. Et quia hoc faciebant ad facilius decipiendum populum, vt dictum est, ideo sequitur,*

7 Qui volunt fa. vt obliuisc. pop. *Per suam falsam doctrinam, ideo sequitur,*

8 Propheta qui habet somnium, *Scilicet vanum.*

9 Narret somnium, *Id est, referat tamquam somnium, & non præmittat*: Hæc dicit dominus.

10 Et qui habet sermo. *Sicut Ieremias & alij veri prophetæ,*

11 Loquatur sermo me. *Scilicet præmittendo*: Hæc dicit dominus.

12 Quid paleis. *id est, sicut paleæ non sunt tritico commiscendæ, vel è conuerso: sic nec nomen domini est adiungendum falsæ doctrinæ prophetarum.*

13 Numquid non verba mea sunt quasi ignis? *Quasi dicat: Sic: Propter quod dixit Ierem. supr. 20. cap.* Factus est sermo Dei quasi ignis exæstuans in corde meo, *quasi dicat. Sicut ignis consumit paleas, & malleus conterit petras: sic virtus nominis mei, quo colorant falsitates suas, erit occasio attritionis & consumptionis eorum, ideo subditur,*

Pseudoprophetæ, vt similes imitantur veros.

14 Ecce ego, *supple paratus sum,*

15 Ad prophetas. *Id est, ad puniendum prophetas falsos.*

16 Qui furantur verba. *à veris prophetis. Considerabant enim attentè modum loquendi ipsorum, & illo vtebantur in suis falsis prophetiis. Sic Ananias audiuit in principio regni Sedechiæ Ieremiam dicentem*, Hæc dicit dominus exercituum: ecce ego confringam arcum Elam, *infra. quadragesimo nono g. Et ad similitudinem huius, dixit quarto anno Sedechiæ* Hæc dicit dominus. Sic confringam iugum Nabuchodonosor, &c. *infra. 28. Ideo sequitur.*

17 Qui assumunt lin. *id est modos loquendi prophetarum domini.*

18 Et aiunt, dicit dominus. *in suis falsis prophetiis.*

19 Ecce ego ad pro. *Exponatur vt supra.*

20 Somniantes men. *dicentes se habuisse à Deo visionem in somno.*

21 Et seduxerunt popu. meum in mendacio suo. *Quod fit... tunt.*

22 Et in miraculis. *In Hebræo habetur,* Et in extasibus suis: *Aliquando enim fingebant se esse raptos à sensibus, ad fingendum magnitudinem reuelationis sibi factæ: & talia possunt quodammodo dici miracula, quia inducunt simplices homines in admirationem.*

Fictio raptuum & extasium.

23 Si igitur interrog. *Hic arguitur malitia eorum in derisione veritatis. Circa quod sciendum, quod sacerdotes & falsi prophetæ derisoriè nominabant onus prophetiam Ieremiæ & aliorum prophetarum domini: & populum inducebant ad talem modum loquendi duplici ratione: Vna est, quia prophetæ domini arguendo eorum vitia comminabantur eis pœnas graues, quas prophetæ falsi vocabant onera; Alia est, quia ista pœna diu ante euentum fuerunt per prophetas domini nuntiatæ, ideo derisoriè dicebant*: Onus, onus, *per hoc insinuando, quod illæ prophetiæ essent derisibiles, tamquam friuolæ, & effectum non habentes: Et propter hoc talem dominus comminatur derisoribus pœnam. Et ponitur ista sententia hic diffusè & intricatè, cum dicitur in persona domini Ieremiæ,* Si igitur interrogauerit te populus iste, &c. quod est onus domini. *Prophetiam tuam onus nominans derisoriè.*

Prophetæ Dei explosi cum risu.

Di-

† HIERONYMVS lib. 4. *Verbum, &c.* Verbum Hebraicum A masa Aquila ἆρμα *onus* interpretatur: Symmachus, & 70. & Theodotio, *assumptionem*: vbicumque ergo graue est, quod dominus comminatur, plenum ponderis ac laboris & importabile, in titulo quoque ἆρμα hoc est *pondus* dicitur: Vbi autem prospera promittuntur, vel post comminationem meliora, *visio* dicitur, vel *verbum domini*: & perspicuum est ex ipso titulo prophetiæ, ponderis, vel visionis, vel verbi domini, qualis vaticinatio sequatur. B Quia igitur prophetæ solebant peccantibus tristia nuntiare, & sic ad pœnitentiam reuocare, Dominus autem misericorditer sententiam differebat, ideoque putabat populus, pseudoprophetarum fraude deceptus, non ventura, quæ dominus minabatur, & rem seriam in ludum iocumque vertebat, prophetantibusque prophetis irridendo C dicebat: Hic iterum videt pondus & onus domini, atque ita fiebat, vt non vltra visio, sed per iocum onus appellaretur. Præcepit ergo dominus, vt si populus, vel propheta, vel sacerdos interrogauerit Ieremiam, quod sit onus domini? dicat: Vos estis onus, & vos assumptio. Assumam enim vos & proiiciam, &c. Si quis autem ausus fuerit onus domini nominare: *Visitabo super virum illum, &c.* Dicat itaque vnusquisque proximo suo: Numquid onus domini? sed quid respondebit mihi & quid loquutus est dominus? Quia singulis sermo suus & opus suum in pondus reputabitur: vnde, *Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis.*

Prophetia de prosperis visio, de aduersis onus dicitur.

Matth. 12. c.

D

a ¶ Vel, quæ est assumptio.

populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicens: Quod est onus domini? dices ad eos: Vos estis onus, proiiciam quippe vos dicit dominus: [34] Et propheta & sacerdos, & populus, qui dicit onus domini, visitabo super virum illum, & super domum eius. [35] Hæc dicetis vnusquisque ad proximū & ad fratrē suum: Quid respondebit dominus, & quid loquutus est dominus? [36] Et onus domini vltra non memorabitur: quia onus erit vni-

a ¶ Nolentes obedire. ¶ Et peruertistis vsque, Si autem onus domini dixeritis. in LXX. non habetur.

cuique sermo suus. Et peruertistis verba Dei viuentis, domini exercituum Dei nostri. [37] Hæc dices ad prophetam: Quid re-

¶ Non onus domini.

spōdebit tibi dominus, & quid loquutus est dominus? [38] Si autem onus domini dixeritis, propter hoc hæc dicit dominus:

¶ Sed.

Quia dixistis sermonem istum onus domini, & misit ad vos

a ¶ Vel assumam, verbum vestrum complens opere, allidens vos de summo ad ima deiiciens.

dicens: Nolite dicere onus domini: [39] propterea ecce ego tol-

¶ Etiam.

a lam vos portans, & derelinquam vos, & ciuitatem quam dedi vobis & patribus vestris, à facie mea: [40] & dabo vos in opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam quæ numquam obliuione delebitur.

a *Et derelinquam.* IBID. Hoc in tempore Babylonicæ captiuitatis factum esse nouimus, sed plenius atque perfectius post passionem Saluatoris. Vnde, *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Iuxta 70. λῆμμα *lemma* non solum assumptionem, sed etiā domum significat. Quia igitur populus prospera sibi promittebat, dicit eos nequaquam vltra debere dicere hos indignos esse donis Dei, abiiciendos, & Dei auxilio relinquēdos. Ex verbis autem & interpretatione nominum sæpe res ostenditur, vt Abrahæ, Saræ, Petri, & filiorum Zebedæi, vocabula mutata significant rerum mutationem, & in hoc propheta Phaschor dicitur pauor, vel translatio, vel colonus, vel peregrinus. Notandum quod verba viuentis, domini exercituum, Dei nostri; Latini & Græci codices non habeant: sed Hebræi in suis voluminibus contra se legant, quod propriè mysterium trinitatis significat.

Luc. 13. g.

E

Nomina rebus conuenientia.

F

Contemptus verbi Dei.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dices ad eos, vos estis onus, *Scilicet importabile, propter peccatorū vestrorum pondus; ideo subditur,*

2 Proiiciam quippe vos, &c. *in captiuitatem.*

3 Dicit dominus, &c. *Sicut proiicitur importabile onus.*

4 Et propheta & sacerdos & populus qui dicit onus domini, &c. *Deridendo prophetiam veram.*

5 Visitabo super virum illum, & super domum eius, &c. *Id est, puniam eum in persona sua grauiter, & in personis sibi coniunctis. Consequenter docet eos loqui reuerenter de prophetia domini, cum dicitur,*

6 Hæc dicetis vnusquisque ad proximum & ad fratrem suum, &c. *Id est, sic loquimini de prophetia domini.*

7 Quid respondit dominus? *Prophetia inquirenti ab eo.*

8 Et quid loquutus est dominus, &c. *Prophetas inspirando.*

Quomodo reuerenter esset excipienda prophetia.

9 Et onus domini vltra non memorabitur, &c. *Id est, prophetia domini amplius non nominabitur à vobis nomine oneris.*

10 Quia onus erit vnicuique sermo suus, &c. *Id est, si loquatur de prophetia domini, nominando eam onus, punietur grauiter pro tali sermone.*

11 Et peruertistis verba Dei viuentis, &c. *Id est, peruersè nominastis, nominādo ea onera derisoriè. In Hebræo habetur,* Et peruertistis verba deorum viuentium: *per quod in diuinis ostenditur pluralitas personarum, & vnitas essentiæ, cum subditur in singulari:* Domini exercituum Dei nostri.

12 Hæc dices ad proph. *Docet modum loquendi reuerenter, cum propheta domini, & patet sententia ex dictis, quia est replicatio eiusdem ad maiorē assertionem; & quia hanc Dei assertionem contempserunt, ideo sequitur pœna ibi,*

13 Propterea ecce ego tollam vos *de terra vestra.* portans, *Scilicet, ad alienam, quod impletum fuit in transmigratione Ioachin regis Iuda inchoatiuè, & consummatiuè in captiuitate Babylonica tempore Sedechiæ.*

Sanctissima Trinitas.

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 23. vbi dicitur in Postilla, Sciendum autem quod Heb. *&c.*

Hebræi non solum subterfugere nituntur à veritate huius auctoritatis, quæ diuinit[ate]m Christi satis manifestat per varietatem litteræ, prout Postillator dicit, quam varietatem rectè confutat, prout in postilla: Sed etiam dicunt, quod licet nomen domini Tetragrammaton *non conueniat essentialiter alicui creaturæ, tamen quandoque in scriptura creatura denominatur prædicto nomine ab effectu ipsius Dei. Ad quod inducunt illud Exod. 17. d. vbi dicitur:* Ædificauit Moyses altare, & vocauit nomen eius, Dominus exultatio mea. *Et vbi nos habemus,* dominus, *in Hebræo ponitur nomen* Tetragrammaton, *quod non conuenit ipsi altari secundum essentiam, sed denominatur sic ab effectu ipsius domini exaltantis populum Israel, vt ibidem exponitur in* Postilla. *vnde in proposito dicunt, quod hoc, quod nomen proprium Dei, scilicet dominus iustus noster, dicitur de illo germine suscitando de Dauid non essentialiter, sed ab effectu ipsius Dei iustificantis. Sed ista cauillatio non valet: nam prout habetur in* Thalmud, *in libro qui dicitur Bababatra aliàs Baba, batra, in distinctione quæ incipit, qui vendit nauem, habetur expressè quod Messias vocatur nomine Dei* Tetragrammaton. *Ad quod allegatur ista auctoritas Ieremiæ:* Hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. *Et sic patet, quod nomen Dei essentialiter intelligitur in hac auctoritate: Ibi enim de essentiali nominatione loquuntur, vt ibidem patet.*

Alia friuola euasio Iudæorum in exponendo illo: *Hoc est nomen quod, &c.*

ADDITIO II.

In eod. c. *vbi dicitur in Postilla:* Circa quod sciendum, quod Sacerdotes & falsi prophetæ derisione nominabant onus prophetiam.

Vbi nos habemus in hoc loco onus in Hebræo habetur hæc dictio משא *masa, quæ vno modo significat idem quod onus; Alio modo significat,* assumptionem, *scilicet verbum assumptum à propheta, vnde Num. 23. & 24. vbi dicitur de Balaam* assumpta parabola dixit: *in Hebræo habetur dictio istius rationis, scilicet masa, prout signat assumptionē verbi vel parabolæ Dei, & sic in aliis locis similibus. Vbi ergo graue erat seu ponderosum quod prophetabatur, irrisores vocabant illam prophetiam onus, intelligendo in prima significatione. Quia igitur prophetæ solebant peccantibus tristia enuntiare vt ad pœnitentiam eos reuocarent, quod tamen Deus sæpe misericorditer differebat: ideo populus pseudoprophetarum fraude deceptus putabant, non ventura quæ dominus minabatur, vnde & prophetiam veram & seriosam in ludum vertebant, & veris prophetis irridendo dicebant, Hi viri pondus seu onus domini annuntiant. vnde iam vltra prophetia, non visio, sed onus vel pondus domini apud eos dicebatur; & ideo dominus ad Ieremiam dicebat,* Si interrogauerit te populus *& cetera, & hic sententia plenius habetur in glo.*

Iudæi prophetiam sanctam iocos faciebant.

CAP. XXIV.

OStendit mihi dominus, & ecce duo calathi pleni ficis positi ante templum domini, postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioakim regem Iuda, & principes eius, & fabrum & inclusorem de Ierusalem, & adduxit eos in Babylonem. Et calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi temporis. Et calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent malæ. Et dixit dominus ad me: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus: ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde, quæ comedi non possunt, eò quod sint malæ. Et factum est verbum domini ad me, dicẽs: Hæc dicit dominus Deus Israel, Sicut ficus hæ bonæ, sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum in bonum, & ponam oculos meos super eos ad placandum. vt reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos, & non destruam, & plantabo eos & non euellam, & dabo eis cor, vt sciant me, quia ego sum dominus. * Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, quia reuertentur ad me in toto corde suo, Et sicut ficus pessimæ, quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ, hæc dicit dominus: sic dabo Sedechiam regem Iuda, & principes eius & reliquos de Ierusalem qui remanserunt in vrbe hac, & qui habitant in terra Ægypti.* Et dabo eos in vexationem,

a ¶ Interpretes legis, scilicet, & doctores, vel artifices auri, gemmarumque inclusores, qui apud Barbaras nationes sunt in pretio.

a ¶ Abraham, Isaac, & Iacob, & alij sancti, de quibus dicitur. Sicut vuas in deserto inueni Israel, sicut ficus vidi patres eorum, vnde & nos filij Abrahæ dicimur. Et è contra Iudæis dicitur: Si pater vester esset Abraham, & opera eius faceretis.

a ¶ Exponit parabolam. b ¶ Quæ facta est meo consilio sub Iechonia.

a ¶ Iechoniam, scilicet & principes eius. b ¶ Ierusalem.

a ¶ Captiuitatem. b ¶ A captiuitate.

¶ Simile: Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere: non enim tantum opera, sed voluntas nostra Dei auxilio innititur.

a ¶ Qui scilicet transfugerunt in Ægyptum. b ¶ Quia in Ægypto quoque capti sunt, & Nabuchodonosor posuit in Thamnis solium suum.

a Ostendit. HIER. lib. 5. Notandũ hanc visionẽ factam esse tẽpore Sedechiæ postquã Iechonias ductus est in transmigrationẽ, nõ in captiuitatem: quia vltrò se tradidit.

Quid designent duo calathi bonarum & malarum ficorum.

b *Duo calathi.* IBID. Duos calathos, vel cophinos malarũ & bonarũ ficorũ, quidam interpretatur in lege & in Euangelio, synagogam & ecclesiam, Iudæorum populum & Christianorum, gehẽnam & regna cælorum: quorum alterũ pertinet ad supplicia peccatorum, alterum ad sanctorũ habitaculum. Nos verò iuxta Apostolum (legem bonam & sanctam & mãdatum bonum & sanctum sentientes, & vnum esse vtriusque testamenti Deum) ad Iudæos magis referamus, qui in aduentu domini crediderunt, vel non crediderunt, vt qui clamauerunt dicentes, *Crucifige eum*, sint calathus ficorũ malarum: Qui verò crediderunt, ad bonas ficus, & calathũ optimum referantur.

Rom. 7. c. Inf. 32. Luc. 3. e.

c *Positi ante templ.* IBI. Non foris. (scilicet extra ecclesiam) quia domino cuncta patent. Nec tantam habent amaritudinem, quæ foris sunt, quantam illæ quæ post tantam confessionem Dei per præuaricationem mutatæ sunt. Nec tantam suauitatem bonæ ficus, quæ non sunt in conspectu templi Dei, (quales fuerunt Philosophi, qui naturali bono & intelligentia creatoris, non tam sequi visi sunt, quam laudare virtutes) quam quæ sunt in templo Dei, prophetæ scilicet, & Apostoli, quarum vna ait, *Lac dedi vobis, &c.* Et: *Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis*, vnde dicitur: *Ficus bonas, bonas, & ficus malas malas valde.*

Mali fideles peiores sunt malis paganis. Doctrinæ seculares nullo modo adæquant doctrinas Christi. 1. Cor. 3. a. Gal. 4. a. Iere. 14. b.

d *Et calathus vnus.* IBID. Re. HIERONYMVS. Nos simplices quærentes historias, calathũ bonarum ficorum dicimus Iechoniam, qui Ieremiæ consilio tradidit se regi Babylonio, cui à domino prospera pollicentur; Malarum autẽ, Sedechiam, qui contradicens sententiæ domini captus est, & cæcatus, & in Babylonem ductus, & ibi mortuus.

Iechonias obedit Ieremiæ Sedechias repugnat.

e *Et factum est.* HIERONYMVS IBID. Delirat hoc loco allegoricus interpres vim cupiens facere historiæ, referensque de cælesti Ierusalem captos, atque trãslatos in terram Chaldæorum, rursumque ad locum pristinum reuersuros, vt Ieremiam & alios prophetas. Qui verò peccatores fuerunt in terra hac & in valle lachrymarum esse morituros.

Deliramentum allegorici interpretis. Infr. 29. d.

f *Et ponã ocu. meos.* IBI. In captiuitate posuit oculos suos super illos & dedit

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXIV.

1 OStendit. *Superius posita est Ieremiæ prophetia, hic consequenter ostenditur in parte impleta. Et diuiditur in duas, quia primo ostenditur hæc impletio; secundo ponitur prophetia Ieremiæ repetitio, cap. seq. Prima in duas, quia primo ponitur quædam imaginaria visio; & secundo ponitur eius expositio, ibi,* Et factum est, *aliter enim non fuisset vera prophetia, nisi Ieremias intellexisset visionem: sicut Pharao videns spicas, non fuit propheta, quia non intellexit significationem, propter quod dicitur Dan. 10. a.* Intelligentia opus est in visione, *Circa primum dicitur,*

Diuisio. Propheta non est nisi qui intelligit visionẽ.

2 Ecce duo cal. *Hoc vidit Ieremias primo visione imaginaria. Et subditur huius visionis tempus, cum dicitur,*

3 Postquam trans. *De qua translatione plenius dictum est, supra 2. c.*

4 Et fabrum, *Id est, artificem subtilem.*

5 Et inclus. *Id est, aurifabrum, qui gemmas pretiosas ponit in auro vel argento: & in hoc patet prophetiam Ieremiæ impletam esse in parte, qui frequenter prædixerat, regem & populum in Babylonem ducendum. Cetera patent in littera quantum ad visionem imaginariam.*

Prophetia Ieremiæ impleta.

6 Et factum. *Hic consequenter ponitur expositio, siue intellectus dictæ visionis cum dicitur,*

7 Sicut ficus. *Id est transmigratis dabo gratiam meam, & erit eis multo melius, quàm illis, qui remanserunt in Iudæa: quia Ioakim rex Iudæ per filium Nabuchodonosor fuit repositus in magno statu valde, secundum quod habetur 4. Reg. vlt. & Daniel & socij eius & Mardochæus, qui fuerunt de transmigratis cum Ioakim, fuerunt multum honorati à regibus, vt patet in libris Hester & Daniel. Hæc autem visio facta fuit Ieremiæ, quia illi qui erant in Ierusalem cum Sedechia rege, reputabant miseros Ioakim regem & alios qui cum eo deducti fuerant in Babylonem.*

Prima transmigratio sub Ioakim multa habuit solatia.

8 Et reducam. *Licet enim Ioakim, Daniel, & socij eius & Mardochæus non redierint in personis propriis, redierunt tamen in posteris suis, plures etiam illorum, qui cum eis transmigrauerunt, completis septuaginta annis, etiam in Iudæam redierunt.*

9 Et ædifi. *id est, multiplicabo eos in prole & bonis temporalibus.*

10 Et dabo eis cor vt sciant, *multiplicando eos in bonis spiritualibus.*

11 Et sicut ficus pessimæ, *quæ sunt abominabiles,*

12 Sic dabo Sedechiam. *Mihi & hominibus abominabilem, quia postea fuit captus & exoculatus, & filij eius & nobiles occisi, & populus partim occisus & partim captiuatus, & ciuitas combusta; & ex hoc patet huius litteræ sententia vsque ibi,* Et

Secunda sub Sedechia fuit infelicissima.

MORALITER.

1 *Ostendit mihi domi. & ecce duo calathi.* Per quod signantur duæ ciuitates, scilicet Dei, & diaboli. Per calathum autem ficus bonas habentem signatur ciuitas Dei: Ciues autem Dei sunt boni Christiani, dulces dulcore gratiæ, & dispositi ad dulcedinem gloriæ. Ficus malæ, sunt ciues diaboli, pleni amaritudine culpæ, & dispositi ad amaritudinem gehennæ. Et de bonis ficis dicitur, quod erant sicut ficus primi temporis, Id est similes Christianis ecclesiæ primitiuæ: De quorum charitate dicitur Actuum 4. f. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, &c.* Ex quo patet, quod in eis erat charitatis dulcedo magna. De malis autem ficis subditur,

De ciuitatibus Dei & diaboli, & de vtrorũque ciuibus.

† *Comedi non poterant, eo.* Quia Christiani in malitia obstinati Christo non possunt incorporari per fidem charitate formatam. † Item

☞ dedit eis terram exercere, domos ædificare, pomaria plantare. Daniel de captiuo princeps factus est: Tres pueri de fornace gloriosè liberati sunt. Expletis 70. annis sub Zorobabel & Iesu sacerdote magno magna pars reuersa est in Ierusalem.

Deus variis consolationibus temperat captiuitatem Babylonicam. Daniel. 5. 3. Daniel. 3. 1. Esd. 1. 2.

afflictionemque omnibus regnis terræ, in opprobrium & in parabolam & in prouerbium & in maledictionem in vniuersis locis ad quæ eieci eos: [10] & mittam in eis gladium & famem & pestem, donec consumantur de terra quam dedi eis & patribus eorum.

a ¶ Promissionis.

HIER. IBID. Totã huius visionis simul proposui pericopem, ne sensum in expositione diuiderem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in maledictionem, *Quia post istam miseriam, quicumque maledicebat alteri sic dicebat. Sic accidat tibi, sicut Sedechiæ regi & populo eius.*

2 Et mittam in eis glad. *Quia aliqui eorum fuerunt mortui gladio & aliqui fame, & aliqui corruptione aeris seu mortalitate.*

MORALITER.

† Item aliter potest exponi, vt per eas ficus bonas intelligantur boni religiosi, qui sunt sicut ficus primi temporis, id est, similes primis fratribus, fundatoribus suæ religionis, Per malas autem ficus, intelligantur fratres mali, qui comedi non possunt, id est, regulari disciplinæ incorporari. Vnde dicit Augustinus: *Sicut non inueni meliores his qui in monasteriis profecerunt, ita non inueni, peiores his qui in monasteriis defecerunt.*

Boni & mali religiosi.

CAPVT XXV.

CAP. XXV.

a Verbum. HIER. li. 5. Hæc priora sunt præterita visione. Illa enim sub Sedechia facta est, Iechonia iam translato in Babylonem: hæc autẽ sub Ioakim filio Iosiæ, & patre Iechoniæ. Non enim curæ est prophetæ tempora conseruare, quod desiderant leges historiæ; sed scribere, quæ auditoribus & lectoribus debeant proficere: vnde & in Psalterio, malè quidã iuxta textum historiæ Psalmorũ ordinẽ reruirũt, quod non obseruat carmen lyricũ.

Prophetæ & psalmi non secundum temporum seriem disponuntur.

VErbum quod factũ est ad Ieremiã de omni populo Iudæ in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda. Ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis, [2] quod loquutus est Ieremias propheta ad omnẽ populũ Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalẽ, dicens: [3] A tertio decimo anno Iosiæ filij Amon regis Iuda, vsq; ad diẽ hãc, est ipse tertius & vicesimus annus, factũ est verbũ domini ad me, & loquutus sum ad vos de nocte cõsurgens & loquens, & non audistis. [4] Et misit dñs ad vos omnes seruos suos prophetas cõsurgens diluculo mittẽsque & non audistis,

a ¶ Ipse annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis hoc in LXX. non habetur.

¶ Non vnum.

¶ Tamen.

b An quar. Quarto anno regis Ioakim, filij Iosiæ, patris Iechoniæ, Nabuchodonosor Babylonium suscepit imperium: & ita contigit vt annus qui primus erat Nabuchodonosor in Babylone, quartus esset in Ierusalem regis Ioakim. Octauo denique anno regni sui Iechoniam cum matre & principibus duxit in captiuitatem, qui tribus tantum mensibus post interfectionem patris Ioakim regnauit. Ioakim autem interfectus est 11. anno regni sui.

c A ter. deci. an. A tredecimo anno regni Iosiæ; qui regnauit in Ierusalem annos 30. & vnum, cœpit Ieremias prophetare, sub quo propheta uit annis 19. cui successit filius eius Ioachaz, quo statim capto à Pharaone Nechao, Ioakim frater eius regnum obtinuit: In cuius regni quarto anno factus est ad Ieremiam iste sermo domini, Ita ergo vigesimustertius annus erat Ieremiæ prophetæ, ex quo loqui cœpit ad populum: Nec vnquam cessauit, sed singulis diebus summo diluculo & nocte consurgens hortabatur, nec tamen audierunt. Si autem, vt volunt hæretici, lex semel in adiutorium data est, & constituta præcepta, quæ proprio arbitrio vel facimus vel negligimus: quare propheta se ingerit, & quotidie replicat mandata Dei, si semel accepta sufficiunt? Sed ostendit nos semper Dei auxilio indigere, nec sufficere quod semel datum est, nisi assiduè domini admonitione * reuocetur.

Quam instater Ieremias prophetauerit.

Semper Dei auxilio indigemus.

* reuocetur

d Et misit dom. ad vos omnes seruos. IBID. Non per vnum prophetam, sed per omnes, populum suum, admonuit: & quasi in vigiliis & excubiis constitutus, surrexit diluculo, vt commoneret, & non audierunt; vt quantò crebrior admonitio, tantò contemptus maior.

☞ a Neque

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XXV.

1 VErbum. *Hic ponitur replicatio prophetiæ Ieremiæ, & primo quantum ad hoc, quod reprehenderat populi malitiam; secundo quantum ad hoc, quod prænuntiauerat pœnam ibi.* Propterea. *Circa primum primò notatur tempus, cum dicitur,*

2 In anno quarto, &c. *Ex quo patet, quod hæc reuelatia facta Ieremiæ fuit ante transmigrationem præcedenti capit. dictam: quia Iechonias siue Ioachin, sub quo facta est illa transmigratio, fuit filius istius Ioakim, sicut dictum est supra 22. & ideo subditur:* Postquam, *id est, Post illam reuelationem factam Ieremiæ,* translatus est Iechonias, *quia octauo anno post, includendo hunc quartum annum Ioakim patris eius, translatus fuit.*

De annis regni Ioakim & filij eius Iechoniæ.

3 Ipse est an. *Quod patet ex hoc, quod 19. anno Nabuchodonosor destructa fuit Ierusalem 4. Reg. vlt. & à quarto anno istius Ioakim inclusiue vsque ad vndecimum annum Sedechiæ, in quo destructa fuit ciuitas, fluxerunt decem & nouem anni: scilicet, octo de regno Ioakim, qui 11. annis regnauit, & vndecim de regno Sedechiæ. Cetera patent vsque ibi,*

4 A tertio decimo. *Vbi incipit ista replicatio, quia à tertio decimo anno Iosiæ cœpit Ieremias prophetare: à quo tempore fluxerunt anni viginti tres, vsque ad quartum annum Ioakim, ideo subditur,* Ipse est tertius & vigesimus annus.

5 Et loquu. sum ad vos de nocte. *Id est, vigilanter & perseueranter.*

6 Et non audistis, *Vos emendando.*

7 Et misit dominus ad vos. &c. *Ex quo patet, quod illo tempore fuerunt alij sancti prophetæ, qui monebant populum ad bonum.*

Prophetæ apud populum non proficiunt.

8 Consurgens diluculo mittens. *Id est, valde diligenter vos admonens.*

9 Et non audi. *Quasi dicat, perseuerantia vestra in malo non prouenit ex defectu diuinæ misericordiæ, sed ex parte malitiæ vestræ. Cetera patent in littera.*

Pro-

MORALITER.

1 *Verbum quod fa.* In hoc capite replicat Ieremias contra populum Iudæ multiplicationem peccatorum, & obstinationem, per quod signatur multiplicatio peccatorum & obduratio in malis Christianis, maximè temporibus Antichristi, sicut dicitur Matt. 24. b. *Et quoniam abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum.*

Tempora Antichristi.

7 *Et misit dominus ad vos omnes seruos suos, &c. Propterea, &c.* Per punitionem populi Iudæ, quam Ieremias hic prænuntiat futuram, per regem Babylonis & eius exercitum; signatur tribulatio populi Christiani futura temporibus Antichristi, ad puniendum malos, & ad purgandum electos. De qua tribulatione subditur,

a *Neque inclinastis.* A HIER. lib. 5. Tanta fuit duritia, vt nec habitum quidē audiētis assumerēt, & inclinarent aures suas cōmonente domino, vt reuerterentur. Et notāda est diuina Dei clementia infinita, quæ non supplicium pro scelere irrogat.

Nota Clementiā Dei.

b *Post deos. &c.* IBID. Quasi dicat. Hęc cum superioribus monebā, ne diis alienis seruiretis, nec me ad iracundiam prouocaretis & nolentem ad pœnam vestram cogeretis.

c *Et assuma. &c. Nabucho. seruum me.* IBID. Nō sicut prophetę & alij sancti, qui Deo seruiūt; sed quia in euersione Ierusalē domini seruiat voluntati: secundum illud, *Quos tradidi sathanæ, vt discant non blasphemare.*

Cur Deus vocet Nabuchodonosor seruū suum. 1. Tim. 1. d.

d *Et addu. eos, &c.* IBID. Hæc sunt præmia contemptorum, & Deum audire nolentium. Quicquid ergo mali super nos adducitur, nostra peccata merentur: & sicut Gentes contra Ierusalem adductæ sunt, sic hodie contra negligentem ecclesiam seruiunt.

Nos mala nobis accersimus.

e *Perdamque, & cetera.* IBID. Hoc in conciliabulo malignantium comprobatur, vt magistri eorum non doceant verbum Dei, sed sibilent ad instar colubri: in quibus vox gaudij & lætitiæ periit vt non audiant illud Apostoli, *Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete.*

Conciliabulum malignantium. *Sup. 18. b. & 25. c. 4. Reg. 17. b. Phili. 4. a.

f *Et serui.* IBID. Sicut Ierusalem post 70. annos, pristinos habitatores recipit, & expletis suppliciis pristina felicitate fruitur obediens sententiæ Dei: sic rex Babylonis in superbiam elatus, & suis assignans viribus, quod regnat in Gentibus, à Mœdis & Persis destruitur. Denique vsque hodie Babylonis tantum reliquiæ manent, quam posuit Deus in sempiternam solitudinem, qui impleuit omnia verba Ieremiæ, qui in sequentibus, quæ Babylon passura sit, prophetico sermone describit.

Rex Babylonis cum sua vrbe postratus.

g *Cumq. imple.* IBID. Nota, quod non solū contra Babylonem prophetat Ieremias, sed contra omnes Gentes, quæ in exercitu Babylonis fuerunt, & contra populum Dei dimicauerunt. vnde in sequentibus contra Aegyptum & Philisthiim & Moab, &c.

Infr. 17. a.

a neque inclinastis aures vestras, vt audiretis, cū diceret: * [5] Reuertimini vnusquisque à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris, & habitabitis in terra quā dedit dominus vobis & patribus vestris à sæculo & vsque in sęculum, [6] Et nolite b ire post deos alienos, vt seruiatis eis, adoretisque eos: neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum vestrarū & nō affligā vos. [7] Et non audistis me, dicit dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum vestrarum in malum vestrum. [8] Propterea hæc dicit dominus exercituum: [9] Pro eo quod non audistis verba mea: Ecce ego mittam & c assumam vniuersas cognationes aquilonis, ait dominus, & Na- d buchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes quæ in circumitu illius sunt & interficiam eos, & ponam eos in stuporem & in sibilum, & in solitudines sem- e piternas. [10] Perdamque ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ & lumen lucernæ. [11] Et erit vniuersa terra eius in solitudinem & in stuporem. f Et seruient omnes Gentes istæ regi Babylonis septuaginta g annis. * [12] Cumque impleti fuerint anni septuaginta, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit dominus iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum, & ponam illam in solitudines sempiternas. [13] Et adducam super terram illam omnia verba mea quæ loquutus sum contra eam,

(Interlinear glosses:) a ¶ Operatione. b ¶ Quæ sine opere reputantur in peccato. a ¶ Promittit præmium, si fecerint præceptum. ¶ Sed vitio filiorum aufertur. ¶ Ostendit Dei dona esse perpetua, si digni fuerint quibus data sunt. ¶ Dicit dominus, vt me ad iracundiam prouo. in ope. manuum vestrarum in malum ve. hoc in LXX. non habetur. a ¶ Quia me ad iracundiam prouo. & vocantem ad pœnitentiam contempsistis. ¶ Angelos, qui excitent Gentes. a ¶ Iuxta situm Ierusalem, in aquilone sunt Chaldæi. a ¶ Qui est miraculi & stuporis indicium. ¶ Vt non habeant Deum præsidem. a ¶ Christi, qui habet sponsam sponsus est. ¶ Ecclesiasticæ fidei. b ¶ Vt non conterantur mea frumenta, & populis tribuantur vescenda. c ¶ Doctrinam prophetarum. ¶ Lucerna pedibus meis ver. tu. & lu. se. meis. d ¶ Ioannes quoque erat lucerna lucens. a ¶ Hæreticorum cum nouissimum eius apparebit insipiens.

a Sume

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propterea. *Hic consequenter ponitur replicatio prophetiæ quantum ad pœnam. Et primo exprimitur pœna Iudæorum: secundo pœna suorum aduersariorum, ibi,* Cumque impleti: *& hoc fuit ad consolationem aliquorum bonorum, qui erant in populo Iuda, vt dictum est, supra xvij. Circa primum dicitur,*

Diuisio.

2 Pro eo quod non audistis. *Sed obstinati estis in malitia vestra.*

3 Ecce ego. *Ex instinctu enim diuino Nabuchodonosor & bellatores sui acceperunt audaciam & constantiam impugnandi Iudæam, vt eius habitatores de suis malis multiplicibus & magnis secundum ordinem diuinæ iustitiæ punirentur.*

Chaldæi à Deo excitati ad puniēdum Iudā.

4 Seruum meum, *Inquantum exequebatur diuinam iustitiam.*

5 Et adducam eos, &c. & super om. *Quia Idumæi, Philisthæi & alij circa Iudæam habitantes, fuerunt per Nabuchodonosor deprædati & captiuati, & eorum captiuitas hic denuntiatur, cum pœna Iudæorum, qui sperabant eorum adiutorio resistere regi Babylonis. Cetera patent vsque ibi,*

9 Vocem molę. *Per hoc designatur captiuitas habitatorum & sic non erit opus mola neque lucerna, propter defectum habitatorum.*

10 Cumque im. *Hic consequenter prædicitur pœna aduersantium Iudæis, ad bonorum consolationem, vt prædictum est. Et diuiditur in duas partes, quia primo prædicitur destructio Babyloniorum singulariter; secundo multorum generaliter ibi,* Qui sic. *Circa primum notatur tempus destructionis Babylonica, cum dicitur,* Cumque impleti fuerint septuaginta anni visitabo sup. reg. Bab. *ipsum & regnum eius destruēdo, quod fuit impletum in occisione Balthasar regis Babylonis, quia tunc regnum suum datum est Mœdis & Persis, vt habetur Dan. 5. Numeratio tamen istorum septuaginta annorum variè inchoatur à diuersis. Expositores enim nostri communiter incipiunt eam à destructione Ierusalem, vndecimo anno Sedechiæ. Ra. Sa. inchoat eam à quarto anno regni Ioakim filij Iosiæ, qui fuit annus primus Nabuchodonosor regis, vt dicitur in principio huius ca. Ab isto verò anno exclusiuè vsque ad vndecimum annum Sedechiæ fluxerunt decem & octo anni. Septem de regno Ioakim, qui regnauit vndecim annis, & vndecim de regno Sedechiæ: tempus autem Iechoniæ, qui regnauit inter istos duos, includitur in istis decem & octo annis, & non computatur per se, quia regnauit tantum tribus mensibus. Et ista patent ex 4. Regum 24.*

Diuisio. Babylō excindenda post 70. annos.

11 Et ponam. *Quia Babylon non fuit reædificata, & inhabitabilis facta est: secundum quod habetur Isa. 13. d.* Non habitabitur vsque in finem.

MORALITER.

† *Et po. eos, &c.* Quia tunc erit tribulatio magna quanta non fuit antea.

† *Perd. ex eis vocem gaudij.* Quia tunc auferetur celebratio solemnis diuinorum ab ecclesia, quæ debet fieri cum mentis lætitia. Ps. 84. a. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum,* & hoc signatur per hoc, quod dicitur,

Tempore antichristi cessabit solemnis celebratio diuinorum.

† *Et vocem lætitiæ.* Quæ dicitur à latitudine: quod propriè fit quando gaudium mentis redundat in corpore.

† *Vocem spon.* Id est, mutuam consolationem prælati & suæ ecclesiæ. Nulli enim, aut pauci tunc audebunt se prælatos ecclesiæ confiteri, ne ducantur ad tormenta primi, sicut fuit temporibus ecclesiæ primitiuæ.

9 *Vocem molæ,* Id est, prædicationis, qua teritur frumentum sacræ scripturæ populis exponendo.

† *Et lucerna,* Id est, doctrinam sacræ scripturę, quam nullus audebit publicè legere, de qua dicitur Prou. 6. c. *Mandatum lucerna est, &c.*

10 *Cumque imple.* Hic Ieremias prænuntiat destructionem regis Babylonis & regni sui, per quam signatur Antichristi mors & sui exercitus, saltem pro parte magna, quam Christus faciet, sicut dicitur 2. Thes. b. *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.*

Destructio antichristi & exercitus eius.

† *An se.* Qui numerus consurgit ex ductu denarij per septenarium, & vterque numerus perfectionem signat: & per hoc signatur quod Antichristi persecutio erit vltima, & sic ecclesiæ tribulatio erit consummata. Quod autem septenarius numerus perfectionem significet, dicit Greg. homilia 25. quoniam omne tempus septem diebus comprehenditur, *rectè septenario numero vniuersitas figuratur:* Similiter denarius idem signat, quia limes est numerorum: & numeri sequentes sunt ipsius & partium eius replicationes.

Numerorum 7. & 10. mysteria.

† Et

omne quod scriptum est in libro isto, quæcumque prophetauit Ieremias aduersum omnes Gentes, [14] quia seruierunt eis cum essent Gentes multæ & reges magni, & reddam eis secundum opera eorum, & secundum facta manuum suarum. [15] Quia a sic dicit dominus exercituum Deus Israel: Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis Gentibus ad quas ego mittam te, [16] & bibent, & turbabuntur & insanient à facie gladij, quem ego mittã inter eos. [17] Et accepi calicem de manu domini, & propinaui cunctis Gentibus ad quas b misit me dominus, [18] Ierusalem & ciuitatibus Iuda, & regibus eius & principibus eius, vt darem eos in solitudinẽ & in stuporem & in sibilum & in maledictionem sicut est dies ista [19] c Pharaoni regi Ægypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius, [20] & vniuersis generaliter, cunctis regibus terræ

a ¶ Quæ Hebraicè Hus, de qua dicitur, Homo quidam erat in regione Ausitidis, nomine Iob. Hic tamen versiculus in LXX. non habetur. & Theodotio pro Hus insulam interpretatur.

d Ausitidis, & cunctis regibus terræ Philisthiim & Ascalonis & Gazæ & Accaron & Azoti [21] & reliquis: Idumeæ & Moab & filiis Ammon, [22] & cunctis regibus Tyri & vniuersis regibus Sidonis, & regibus terræ insularũ qui sunt trans mare, [23] & Dedan & Themam & Buz & vniuersis qui attonsi sunt in comam, [24] & cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus occidentis qui habitant in deserto, [25] & cunctis regibus Zamari, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorum, [26] cunctis quoque regibus aquilonis de prope & de longè, vnicuique contra fratrem suũ, & omnibus regnis terræ, quæ super faciẽ eius sunt. Et g rex Sesach bibet post eos: [27] Et dices ad eos: Hæc dicit dominus

a ¶ In qua montes Seir, quæ Hebraice Edom.

a ¶ Hi sunt filij Loth, proximi mari mortuo.

a ¶ Cypri, Rhodi, & aliarum quas Babylonij expugnauerunt. b ¶ Hæ Gentes in solitudinem sunt vicinæ & mixtæ Ismaelitis, quos nunc Saracenos vocant, qui attonsi sunt in comam.

a ¶ Post Dedan & Theman & Buz & Ismaelitas regionum ordinem prosequitur.

a ¶ Regio Persis trans Babylonem: vnde Elamitæ. b ¶ A quibus Babylon capta est: ipsi enim veraciter calicem Alexandro propinare potuerunt. ¶ Quibusdam specialiter enumeratis, generaliter ponit omnes reges aquilonis. LXX. subsolani.

a ¶ Dedi meracam, vt insaniat scilicet & mutuis vulneribus corruant.

¶ Cum omnibus Gentibus propinauerit.

[...]talitem vini furoris [...] HIER. lib. [...]inatio calicis [...] furoris in[...] est, quod omnes [...]tes, quę cõtra [...] populum dimicarunt, bibant de calice furoris domini; vnde Isaias, *Calicem furoris domini bibisti & exhausisti, propterea consurge.* Hic autem calix ideò bibitur à cũctis Gentibus, vt vomant & insaniant: quod quidã prauus interpres in bonam partẽ accipit ad instar catharticæ potionis, vt quidquid choleræ & pituitæ & noxij humoris in pectore est, foras exire cõpellat, & pristinã salutẽ restituat. Pro Ieremia quoque saluator accipitur, qui cunctis Gentibus propinat, ad quas missus est, vt abiecta idololatria Dei se cultibus dedicarent. Quod cõtrariũ esse scripturæ sanctæ monstrarunt sequentia: Non enim pro remedio (sicut ille delirat) calix propinatur, sed pro pœna.

b *Ierusalem & ciuitatibus Iuda, &c.* IBID. Quasi dicat: Putabã, quòd solis Gentibus propinarem, & ideò huic ministerio me lætus obtuleram, sed inter ceteras Gentes, immo ante ceteras, propinaui Ierusalem & ciuitatibus Iuda, &c. vnde supra: *Seduxisti me domine & seductus sum.*

c *Pharaoni regi Ægy. &c.* IBID. Post Ierusalẽ bibit Pharao rex Ægypti, & serui eius, & principes, & vniuersus populus, & qui nõ quidem est Ægyptius, sed in eius regionibus cõmoratur.

d *Philisthiim & Ascalonis, &c.* IBID. Generali nomine terrã Palæstinorũ significat, vrbes eius specialiter nominat, solam Geth tacet, quam in reliquiis Azoti intelligit, cui est affinis: Palæstinos autem à Babyloniis captos atque vastatos scribit Isaias.

e *Tyri & vniuersis regibus, &c.* IBID. Tyrus & Sidon sunt in littore Phœnicis, quæ à Babylõniis superatæ sunt. Quarũ Carthago colonia; vnde Pœni quasi Phœni corrupto sermone appellatur: Quorũ lingua Hebraica magna ex parte confinis est.

f *Regibus Elam & cunctis, &c.* IBID. Quia sequitur, *Elam & reges Medorum*, arbitrantur Zambri esse Persidis regionem: Nisi forte quia præcessit Arabia, intelligantur esse reges solitudinis.

g *Et rex Sesach, &c.* IBID. Quasi dicat. Omnes in circumitu nationes Babylonio subiacebunt imperio, & seruient, & bibent de calice eius: vnde: *Calix aureus, Babylon inebrians omnem terram.* Rex Babylonis nouissimus bibet propinantibus

Marginal notes: Calix furoris Domini. — Isa. 51. f. — Cathartica potio. — Sup. 20. b. — Phœnices & Philistæi à Chaldæis deuicti. — Carthago à Phœnicibus cõdita.

NICOLAUS DE LIRA.

[...] finem. *Licet autem Babylonij in destructione Iudæorum fuerint exequutores diuinæ iustitiæ, vt prædictum est, tamen fecerunt hoc iniqua voluntate, & attribuentes victoriam illam & alias arroganter suæ potestati, & non diuinæ virtuti propter quod meruerunt à Deo puniri.*

1 Quia seruierunt eis, *Scilicet Chaldæis.*

2 Cum essent gent. mul. *Scilicet Iudæi & aliæ nationes subiugatæ Chaldæis.*

3 Et reges. *Erant in istis Gentibus, quasi diceret, non fuerunt subiugati virtute Chaldæorum, sed diuina: ideò debuerunt puniri pro sua superbia, propter quod subditur,* Et reddam eis secundum opera eorum, &c.

4 Quia sic dicit Dominus exercituum Deus Israel. *Hic ponitur punitio multorum generaliter. Et diuiditur in tres partes, quia primò prædicitur hæc punitio, Secundò dicti confirmatio, ibi,* Cumque voluerint. *Tertio resumitur Iudæorum destructio, ibi,* Vlulate. *Circa primum dicitur Ieremiæ à domino,*

5 Sume calicem, &c. *Per quem intelligitur afflictio seu punitio mittenda à Deo.*

6 Et propinabis de illo cunctis Gentibus, &c. *Id est, prophetabis hanc punitionem super eas venturam: Et dicit, propinabis, prosequendo metaphoram de calice.*

7 Et turbabuntur & insanient, *Id est, fugit ab eis mens & consilium.*

8 A facie gladij, &c. *Id est, præ timore gladiorum super eos venientium.*

9 Et accepi calicem de manu domini, &c. *Id est, auctoritatem prophetandi punitionem venturam. Et dicunt aliqui quòd videbat imaginaria visione calicem à Deo sibi tradi, & per ipsum propinare regibus & Gentibus infra scriptis: & intelligebat visionis significationem. Et primò ponitur punitio Iudæorum cùm dicitur,*

10 Ierusalem & ci. &c. sicut est dies ista. *Loquitur de futuro per modum præsentis, propter certitudinem euentus, quia dies accipitur hic pro die destructionis ciuitatis, & templi, futura sub Sedechia; secundò ponitur punitio Aegyptiorum, cùm dicitur,*

11 Pharaoni re. &c. *Quia dedit occasionem regi Sedechiæ rebellandi Nabuchodonosor, promittens ei subsidium: ex qua rebellione sequuta est dicta destructio.*

12 Cunctis re. ter. Au. *In Hebræo habetur:* Terræ Hus, *de qua fuit Iob: & illa est vicina Iudææ à parte orientis.*

13 Et cunctis re. terræ. *Isti erant vicini Iudæorum à parte occidentis.*

14 Et reliquis, &c. *Qui similiter erant propinqui Iudæis.*

15 Et cunc. re. &c. *Tyrus enim & Sidon erant vicina Iudææ à parte aquilonis.*

16 Et re. ter. insu. &c. *Id est vltra aliquam partem maris respectu terræ promissionis, sicut sunt Cyprus, Rhodus & consimiles, si enim essent totaliter trans mare, tam non essent insulæ.*

17 Et vni. qui atton. &c. *Id est, Agarenis, qui habebant capillos recisos ad modum pugilum. In Heb. habetur:* Et vniuersis angulatis, *per quos intelliguntur illi, qui habitabant circa angulos terræ promissionis, vt dicunt aliqui. Et subduntur multa nomina regum & terrarum, & postea subditur,*

18 Et omnibus. *Est hyperbole ad designandam multitudinem terrarum & regnorum, quæ Chaldæi subiecerunt sibi sicut. j. Esdr. j. a. dixit Cyrus rex Persarum,* Omnia regna terræ dedit mihi dominus: *& tamen medietas terræ habitabilis non erat sibi subiecta, & per talem modum loquendi dicitur cõmuniter, Tota ciuitas vadit ad tale spectaculum licet maior pars remaneat. Punitio autem istorum hic ponitur, quia fuerunt cum Nabuchodonosor in destructione Iudæorum: tamen multi eorum debuissent magis iuuisse Iudæos ratione vicinitatis, sicut Philisthæi & Tyri & Sidonij & consimiles, vel ratione consanguinitatis, sicut Idumæi, qui descenderent ab Esau fratre Iacob, & Moabitæ & Amonitæ, qui descenderent à Loth nepote Abrahæ.*

19 Et rex Sesach bibet, &c. *Punietur. Per Sesach intelligitur rex Babylonis, vt dicunt Hie. & Hebræi. Ratio huius est, quia Sesach & Babel per quod* intelli-

Marginal notes: Babylonij victoriis abusi. — Diuisio. — Calix furoris Domini. — Hyperbole. — Gentes omnes hic enumeratas militasse pro Nabuchodonosor contra Iudæos. — Rex Sesach.

☞ tibus Mœdis & Persis. Babylon quæ Hebraice *Babel*, Sesach quoque dicitur. Sicut enim Græcum alphabetum vsque ad nouissimam litteram per ordinem legimus. i. *alpha beta*, &c. vsque ω Rursumque propter memoriam paruulorum lectionis ordinem vertimus, & primis extrema miscemus; Verbi gratia, *alpha ω*; *beta: psi*. Sic apud Hebræos primum est, *aleph*, secundum *beth*, tertium *gymel*: & sic vsque ad 22. id est extremam litteram *tau*, cui penultima est *sin*. Legimus itaque *aleph*, *tau*, *beth*, *sin*, cum venerimus ad medium, *lamech* litteræ occurrit *caph*, & vt recte legimus *Babel*, ita ordine commutato legimus *Sesach*: Vocales autem litteræ inter *beth* & *lamech sin* & *caph* iuxta idioma linguæ Hebrææ in hoc nomine non ponuntur: quod forsitan propheta velauit prudenter, ne Babyloniorum contra se moueret insaniam, sicut Apostolus contra Romanum imperium de Antichristo scribens ait, *Qui tenet teneat, donec de medio fiat*. Romanum significans imperium, ante Antichristum secundum Danielem destruendum.

Alphabetū Hebraicū.

Cur non aperte de Babyloniis prophetet Ieremias?

2. Tes. 2. b.

a *Bibite & inebriamini*. † HIERON. IBID. Allegorici interpretes omnem hunc locum ad cunctas referunt nationes, quas inebriauit diabolus calice peccatorum, & nouissimus ipse bibet supplicia & cruciatus, vnde, *Quem dominus Iesus inter. spi. oris sui. Et, Nouissimus autem inimicus, destruetur mors.*

2. Tes. 2. b. 1. Cor. 15. d.

b *Dominus de ex. &c.* † HIERONYMVS. Allegorici interpretes iuxta LXX. hunc locum ad bonam partem referunt: Dominus, inquiunt, de excelso responsum dabit, his, scilicet quos saluaturus est, & de loco sancto suo dabit vocem suam, respondebitque sermonem in loco suo: illi autem quasi vindemiantes, pleni fructibus, illius sententiæ respondebunt super omnes habitatores terræ, &c. Veniet autem interitus, non super vniuersam terram, sed super partem terræ eorum, scilicet, qui non credunt. Iudicium enim erit in Gentibus, & ipse iudicabitur cum omni carne: Impij autem tradentur gladio.

Prophetia vers. 30. & sequent. de bonis sit an de malis.

a Patet quod non in bono accipitur potio.

a exercituum Deus Israel: Bibite & inebriamini & vomite, cadite [1] & nolite consurgere à facie gladij, quem ego mittam inter

a Latenter ostenditur, qui præceptum Dei facere noluerunt, necessitate facturos.

vos. [28] Cumque noluerint accipere calicem de manu tua vt bi- [2]

a Velitis, nolitis.

bant, dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum: Bibentes [3]

a Notus in Iudæa Deus.

bibetis: [29] Quia ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen [4] [5]

a Qui pro Deo idola colitis.

meum, ego incipio affligere, & vos quasi innocentes & [6] [7] [8]

a Potionem, vnde, Mittam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, &c.

immunes eritis? Non eritis immunes. Gladium enim ego vo-

a Non tantum Israel.

co super omnes habitatores terræ, dicit dominus exercituum.

a Q. d. cunctis Gentibus prophetabis, & di. ad il.

[30] Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc et dices ad illos.

a Iudicio furoris sui: vnde, Leo rugiet, quis non timebit? &c.

b * Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo da- [9]

a Vt cunctos terreat audientes. b Ad templum.

bit vocem suam. Rugientes rugient super decorem suum. Ce- [10]

a Id est, cum rugient instar calcantium in torculari, celeuma cantabitur: & in effusione mutui sanguinis carmen lugubre concinetur.

leuma quasi calcantium concinetur aduersus omnes habita- [11]

Celeumatis.

tores terræ. [31] Peruenit sonitus vsque ad extrema terræ, quia iu-

c dicium domino cum Gentibus. Iudicatur ipse cum omni [12]

a Vt nullus eat inindicatus. b Non qui credunt. c Sempiterno.

carne, impios tradidi gladio, dicit dominus. [32] Hæc dicit do-

d minus exercituum: Ecce egredietur afflictio de gente in gen- [13] tem, & turbo magnus egredietur à summitatibus terræ: [33] &

a Non quod dominus ipse percutiat, sed in interitu pessimorum, implebitur imperium eius & voluntas.

erunt interfecti domini in die illa à summo terræ vsque ad [14] summum eius. Non plangentur, & non colligentur neque [15]

c *Iudiciū domino.* IBID. Quia sunt Gentium diuersa merita, *qui non credit iam iudicatus est*, in eo scilicet quod non credit: Sed qui non credunt diuersis afficientur suppliciis.

Ioel. 3. c. Amo. 1. a. Ioan. 3. c.

d *Ecce egre. &c.* IBID. Erubescant, qui vim scripturæ sanctæ facientes, in bonam partem accipiunt domini comminationes. † HIERONYMVS. *Ecce egre. &c.* Puto ex hoc loco dominum dixisse: *Consurget scilicet Gens, aduersus gentem & reg. &c.* Sunt autem hæc facta iuxta historiam, cum à rege Babylonio cunctæ in circumitu subiugatæ sunt nationes, iuxta prophetiam verò in consummatione mundi futura sunt.

Luc. 21. a.

☞ Vlulate

NICOLAVS DE LIRA.

☞ intelligitur rex Babylonis, in Hebræo scribuntur litteris sibi correspondentibus. Ad cuius intellectum sciendum, quod pueri apud Hebræos & Latinos addiscunt alphabetum, primò ordine recto, procedendo de prima littera ad vltimam; secundò ordine retrogrado incipiendo ab vltima littera ad primam redeundo, & si isti duo ordines iuxta se scribantur vltima littera ordinis primi, scilicet tau, est prima in ordine secundo: & correspondet ipsi aleph quæ est prima in ordine primo; & penultima littera, scilicet, sin correspondet ipsi beth quæ est secunda, & sic consequenter procedendo ex vtraque parte versus medium alphabeti vbi caph & lamech sibi correspondent dicto modo. Nunc autem sic est quod hoc nomen Babel in Heb. scribitur per tres litteras tantum, scilicet per duplicem beth & vnam lamech: & similiter hoc nomen Sesach per tres scilicet per duplicem sin & per vnum caph. Ex quo patet, quòd scribuntur per litteras sibi correspondentes modo prædicto. Quando vero Iudæi volunt aliquid velatè scribere, bene faciunt talem commutationem litterarum: & hoc modo scripsit hic Iere. deiectionem Chaldæorum velatè, & huic dicto concordat quod infrà. 51. c. Babylon nominatur Sesach vt dicit Hieronymus ne forte prouocaret insaniam Chaldæorum contra Iudæos, qui redigendi erant sub seruitute eorum. Sed quidquid sit de veritate, ista tamen ratio non videtur valere, quia Ieremias in hoc cap. & in pluribus aliis locis scribit deiectionem regis & regni Chaldæorum valde lucidè & apertè: & ideò posset breuius dici quod Sesach est hic nomen regis Aegypti, sicut enim imperatores Romani omnes nominabantur Cæsares, & cum hoc proprium nomen habentes, vt Iulius, Augustus & huiusmodi: sic omnes reges Aegypti vocabantur Pharaones, & præter hoc habebant nomen proprium, vt Sesach. 3. Regum. 11. g. Fugit ad Sesach regem Ægypti, & Nechao. 4. Reg. 24. & sic de aliis, & sic probabiliter potest dici quod ille rex Aegypti, sub quo vastatum fuit regnum in hoc cap. supra exprimitur nomine communi, cum dicitur, Pharaoni regi Aegypti, &c. Et hic proprio nomine cùm dicitur: Et rex Sedech bi. &c.

Quomodo in scriptura tegant Hebræi quæ nolunt vulgo prodi.

Sesach nomen regis Aegypti.

1 Bibite & inebria. &c. *Id est, sicut homo multum ebrius non habet sensum nec virtutem resistendi, sic nec vos poteritis resistere vindictæ Dei.*

2 Cumque nol. &c. *Hic consequenter ponitur confirmatio dicti cum dicitur:* Cumque nol. ac. cal. *Repellendo prophetiam tuam tamquam falsam.*

3 Dices ad eos, *Confirmando eam.*

4 Hæc dicit dominus exercituū, *Cuius verbum non potest esse falsum.*

5 Bib. bib. *Id est, sustinebitis pœnam velitis nolitis: Cuius ratio subditur,*

6 Quia ec. in ciu. in qua. *Id est, in Ierusalē, quæ ad cultum dei erat electa.*

7 Ego incipio affligere, *Scilicet peccatores.*

8 Et vos quasi inno. &c. *Q. d. nullo modo. Cetera patent vsque ibi,*

9 Dominus de excel. rugiet, &c. *Loquitur de Deo ad modum leonis, qui rugiens facit stare omnes bestias: & tunc deuorat illam, quam vult, sic Deus pro voluntate sua punit peccatores absque resistentia.*

10 Rugient super decorem su. *Id est, super Ierusalem & templum.*

11 Celeuma qua. cal. concinetur. *Celeuma est cantus vindemiatorum in fine vindemiæ, quando habetur abundanter vinum: & in hoc designatur exultatio bellatorum in effusione sanguinis deuictorum, & multitudine spoliorum.*

Celeuma.

12 Iudicatur ip. *Id est, ostenditur iustus in peccatorum punitione. In Hebræo habetur:* Iudicium hoc, *id est, iusta Dei punitio. Et ad quos se extendat subditur,* Impios tradidi gladio. *Sequitur,*

13 Ecce egre. af. de Gente in Gentem. *Quia Babylonij afflixerunt Iudæos & multa regna suprà nominata: & iterum Mœdi & Persæ destruxerunt Babylonios.*

14 Et erunt inter. domini. *Id est, à domino vel virtute eius.*

15 A summo. *Hyperbole est ad designandum multitudinem interfectorum. Et ad idem facit quod subditur:* Non plang. & non colligentur.

☞ Vlulate

MORALITER.

† 1 *Bibite, &c.* Sume calicem vini per quem signatur austeritas vitæ. Vnde dicitur Psal. 22. *Calix meus inebrians quàm præclarus est.* Inebriat enim vino compunctionis & clarificat puritate conuersationis. Hunc calicem debet prædicator qui per Ieremiam signatur, assumere exemplo Pauli dicentis j. cor. 9. *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Et per prædicationem suam aliis propinare: & si recusauerint accipere, debet eis dicere quod postea subditur.

Vitæ austeritas, aliis inculcanda.

3 *Bibentes.* Id est, si non vultis hic sustinere pœnam debitam pro peccatis vestris, sustinebitis maiorem velitis nolitis; scilicet, pœnam purgatorij vel inferni.

† MORA-

&c. HIER. lib. 5. Vlulatus optimatum gregis LXX. ... Inter pastores autem & arietes hoc interest: Quod ... ecclesiastico gregi cum sapiētia & doctrina præsunt; Arie... principes videntur in populo. Sed nihil sapientiæ, nihil ... habent, & nimia simplicitate prope stulti sunt, Cum ... primus ... non in... ... spe... ... luxu... ... dediti, ... bo... & aufe... furore ... vnde, cū ... & se... ... repen... ... inueniet in...

Pacis abo...

1. Tes. 5. a.

† THEODORETVS. Prædicit lamentationes regum & principum. Quia cessarunt, ait, commoda pacis à facie iræ furoris domini. Sunt autē commoda pacis ista, agricultura, plantationes, negotiationes, artiū & cōtractuum exercitia, permutationes, nuptiæ, cœtus, festa, delectationes animi, & quæcumque sunt his similia.

Commoda pacis.

b *A facie iræ columbæ, &c.* GREG. lib. 32. moral. cap. 6. quia in Deum nulla furoris inęqualitas reperitur, furorem domini iram columbę nominauit. Vt enim vim diuinæ districtionis imperturbabilem demonstraret, & iram dixit columbę, quasi dicat & districtum iudiciū inconcussus exerit, qui permanēs mansuetus punit. Vnde & in extremo iudicio in semetipso incōmutabilis manēs nulla vicissitudine ac mutabilitate variatur: sed tamen electis & reprobis nequaquā sub specie eiusdē incōmutabilitatis ostenditur. Quia & tranquillus iustis, & iratus apparebit iniustis. Teste enim conscientia intra semetipsos defecerunt, vnde eorū mentes æquè vnū respiciant, sed non æqualiter modificentur: quia iustis eum benignum ostendit antè acta iustitia, illis terribilem culpa.

Deus immutabilis & imperturbabilis.

a sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ iacebunt, [34] Vlulate pastores & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis, quia completi sunt dies vestri, vt interficiamini, & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa. [35] Et peribit fuga à pastoribus, & salutio ab optimatibus gregis. [36] Vox clamoris pastorū, & vlulatus optimatū gregis, quia vastauit dominus pascua eorum [37] & conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris domini. [38] Dereliquit quasi leo tabernaculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem b à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris domini.

a ¶ Rationabilum. b ¶ Diuites qui estis pars gregis. ¶ Peccatis completis. ¶ Quorum maius damnum. a ¶ Confracta quæ non valent restaurari. b ¶ Quoniam non egerunt pœnitentiam. vnde: Genimina viperarū quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Et alibi: Periit fuga. a ¶ Dominus. b ¶ Hebraicè sochor. ¶ Quo custodiente nemo audet accedere. a ¶ Templum. b ¶ Vnde: Factus est in pace locus eius. c ¶ Relinquente leone. d ¶ Iudæorum vel omnium Gentium. e ¶ Vastantibus bestiis. a ¶ Nabuchodonosor, qui supra seruus domini dicitur: vel Ierusalem, quæ leonis sui irata dolet perdidisse custodiam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vlulate pastores. *Hic resumitur vastatio Iudæorum, cum dicitur,* Vlulate pastores. *Vlulatus est vox confusa, & est signum magni doloris,*

Vlulatus.

2 Et aspergi. vos cinere, *In signum humiliationis.*

3 Optima. gre. *Id est maiores de populo.*

4 Quia completi sunt dies. *Quasi dicat, terminus vestræ destructionis instat.*

5 Et cadetis quasi vasa preti. *irrecuperabiliter, vilia enim, quæ cadunt, bene recuperantur, quia inuenientes parum aut nihil curant de eis.*

6 Vastauit dominus pascua. *Id est, bona vnde solebant nutriri.*

7 Et conticuerunt arua. *In Hebræo habetur:* Speciosa pacis. *Tempore enim pacis arua sunt speciosa, quia sunt bene culta & fructificantia; & sic dicuntur metaphoricè, cantare; & econtrario conticere, quando sunt destructa ab aduersariis; sicut pratū dicitur ridere quando viret, & plorare, quando aret.*

Metaphora.

8 A facie iræ furoris domini. &c. *Id est, propter vindictam ipsius.*

9 Dereliquit quasi leo tabernaculum suum, *Id est, templum quod à Chaldæis fuit incensum.*

10 A facie iræ columbæ, *Id est, Nabuchodonosor, eò quod habebat in aliquo vexillo sui exercitus imaginem columbæ; vt dicunt aliqui: Sed hoc non videtur multum probabiliter dictum, quia supra 4. cap. dictum fuit quod habebat in vexillo signum leonis. Ra. Sa. dicit quod est littera.* A facie iræ vinosæ. *id est, à facie vindictæ Dei inebriantis: & sic prosequitur metaphoram suprà positam de calice vini furoris, & de potatione eius & inebriatione. Ratio huius diuersitatis est, quia dictio Hebraica hic posita scilicet,* Ionah, *est æquiuoca ad columbam, & vinositatem.*

De lectione Hebraica & sensu illius; A facie iræ columbæ.

11 Et à facie iræ furoris domini. *In Hebræo habetur:* Iræ furoris sui. *& sic refertur ad eumdem, de quo prædicitur:* A facie iræ columbæ.

ADDITIO I.

In cap. 25. *Vbi dicitur in Postilla:* Numeratio tamen istorum 70. annorum.

Inchoatio septuaginta annorum captiuitatis Babylonicæ quærenda est in nono capitulo Dan. vbi de. 70. hebdomadibus Danieli reuelatis agitur: ibi enim largè de istis habetur in Postil. & in additione.

In eodem cap. vbi dicitur in Postil. A facie iræ columbæ, &c. *id est, Nabuchodonosor.*

ADDITIO II.

Dictio Hebraica hic posita scilicet Ionah יונה *non est æquiuoca nihil enim signat in Hebr. nisi columbam. Quod autem dicit Ra. Sa quod signat vinosam, non est verum, nisi fortè secundum etymologiam, quod non pertinet ad sensum litteralem, vnde secundum gl. & secundum Gre. per hoc quod dicitur:* A facie iræ columbæ *intelligitur ira Dei. Dicit enim sic, quia in Deo nulla furoris inæqualitas reperitur, furorem domini iram columbæ nominauit, de quo latius in glos.*

Ionah.

CAPVT XXVI.

CAP. XXVI.

a *In principio re. &c.* HIER. li. 5. Hæc prophetia superiore prior est, quamuis sub eodē rege. Illa enim facta est in anno quarto, hæc in eiusdē regis principio. Non igitur in prophetia historiæ ordo texendus cum priora posterius, & posteriora prius dicantur.

Hæc prophetia superiore prior.

b *In atrio dom.* IBID. Vt etiam exteris ciuitatibus loquaris. Pulchrè autem in atrio stat, & in vestibulo templi, vt qui ad orandum conueniunt, sermones eius audire cogantur.

[1] IN principio regni Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud à domino dicens: [2] Hæc dicit dominus: Stā in atrio domus domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt vt adorent in domo domini, vniuersos sermones quos ego mandaui tibi, vt loquaris ad eos. Noli subtrahere verbum:

a ¶ Vnde: Qui statis in domo, &c. ¶ Quasi dicturus verbum domini. a ¶ Licet triste, licet contra te insaniant.

Si

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXVI.

1 IN principio. *Superius Ieremias propter veritatem suæ prophetiæ passus est iniuriam à persona singulari; scilicet, à summo pontifice: Hic eadem de causa patitur iniuriam à multitudine. Et primo à pseudoprophetis & sacerdotibus; secundo à rege & à principibus. 32. c. Prima in duas: quia primo patitur iniuriam; secundò constanter resumit suam prophetiam, cap. sequenti. Prima in duas, quia primo ponitur Ieremiæ persecutio; secundo eiusdem liberatio ibi,* Et audierunt. *Circa primum primo ponitur tempus huius persequutionis, cum dicitur,*

Diuiso.

2 In principio re. *Secundo causa eius, quæ fuit Ieremiæ prædicatio, cum dicitur ei à domino,*

3 Sta in atrio. *Vbi causa orationis conueniebant Iudæi.*

4 Et loq. ad om. *Id est, ad omnes homines venientes de omnibus ciuitatibus.*

5 Noli subtra. *Aliquid omittendo.*

Si

MORALITER.

†1 *In principio Regni Ioakim filij Iosiæ Regis Iuda, &c.* Sequitur.

3 *Sta in atrio domus domini & loqueris,* Per Ieremiam constanter prædicantem contra vitia sacerdotum, & falsorum prophetarum, & populorum eis credentium, signatur prædicator constans sæcularis vel religiosus, qui constanter prædicat contra malitiam cleri, & populi Christiani. Et sequitur postea,

Prædicator constans.

† Appre-

a *Si forte audiant, &c.* HIER. Quasi dicat, Forsitan audient & conuertentur. Verbum vero ambiguum diuinæ maiestati non conuenit, sed nostro loquitur affectu, & liberum hominis arbitrium seruatur, ne ex præscientia Dei, quasi facere quid, vel non facere necessitate cogamur. Non enim quia Deus scit futurum aliquid, ideo futurum est, sed quia futurum est, Deus nouit, quasi præscius futurorum. Et tamen iuxta Ieremiam, Si Deus mala prædixerit, & populus pœnituerit, vel si prospera promiserit & populus neglexerit, nec mala inferet, nec prospera conferet. Simile illud. Forsitan verebuntur filium meum.

Hominis liberum arbitrium nō impeditur per scientiā Dei.

Matt. 21. d.

B † THEODORETVS in hunc locū. Dicit, si forte, nō, quasi ignorans, nouerat enim illorum incredulitatē: sed ambigua dictione vsus est, ne sententiæ diuinæ attendentes, desperarent de salute. Non absimile dictum est ab Ezechiele, *Si forte audiant, si fortè videant*, Non enim hoc ignorandi verbum est, verum ne dicant prædixit incredulitatem nostram. Nūquid mendax est? Qui ergo potest fieri vt nos immutemur? Docet itaque eos posse, si velint, suscipere morum mutationem ob eam causam etiam apponit cōminationem, *Si non audieritis me, &c.*

Ezech. 2.

b *Si nō audieritis.* IBID. In nostra positum est voluntate, vel facere vel non facere: Ita, scilicet, vt quidquid boni volumus, appetimus, explemus, ad Dei gratiam referamus, qui dat velle & perficere. Si autem sufficit semel ambulare in lege per Moysen data, vt suspicatur hæresis stulta, quomodo additur, vt audiantur sermones meorum seruorum prophetarum, qui scilicet, post legem missi sunt, nec semel & à sæculo, sed semper & sollicito?

Hæresis quę prophetas non recipit.

c *Dabo do. ist. si. Silo.* IBID. Sicut extructo tēplo in area Ornę Iebusęi, & in mōte Moria (id est, visionis, in quo Abrahā filiū suū obtulisse narratur) cessauit religio de Silo, nec ibi postea sunt celebrata sacrificia, Sic instructa ecclesia, & spiritualibus victimis immolatis cessauerunt ceremoniæ legis, & data est vrbs Iudæorum in maledictionem, de qua nos dominus liberauit, redimens à maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

1. Re. 14. d. Gene. 22. a. Cessatio ceremonialiū. Gal. 3. b.

¶ Illis pœnitentibus & mutatis, ipse pœnitens commutabo sententiam.

a [3] Si forte audiant, & conuertatur vnusquisque à via sua mala, [1] & pœniteat me mali quod cogitaui facere eis, propter malitiam [2] studiorum eorum. [4] Et dices ad eos: Hæc dicit dominus, b Si non audieritis me, vt ambuletis in lege mea quam dedi vobis, [5] vt audiatis sermones seruorum meorum prophetarum, (a ¶ Quotidie. b ¶ Sollicitus.) quos ego misi ad vos, de nocte consurgens & dirigens, & non (a ¶ Templum. b ¶ Vbi fuit tabernaculum. c ¶ Destructo templo.) audistis: [6] dabo domum istam sicut in Silo, et vrbem hāc dabo [3] c in maledictionem cunctis Gentibus terræ. [4] [5] [7] Et audierunt sa- [6] (¶ LXX. pseudoprophetæ.) cerdotes & prophetæ & omnis populus Ieremiam loquen- [7] tem verba hæc in domo domini. [8] Cumque complesset Ieremias loquens omnia quæ præceperat ei dominus, vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehēderunt eum sacerdotes & † prophetæ; & omnis populus, dicens: Morte moriatur. [9] Quare prophetauit in nomine domini? dicens: Sicut Silo erit do- (¶ Tunc.) mus hæc, & vrbs ista desolabitur, eo quod non sit habitator. (a ¶ Mota seditione. b ¶ Comprehensum. c ¶ Vbi erat Ieremias.) Et congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in do- (a ¶ Qui versabantur in domo regia. ¶ Nota ire in domum ascensus est.) mo domini. [10] Et audierunt principes Iuda verba hæc, & ascen- [8] (a ¶ Quod est officium eorum, vt negotij & seditionis veritatem cognoscant.) [9] derunt de domo regis in domum domini, & sederunt in in- [10] d troitu portæ domus domini nouæ. [11] Et loquuti sunt sacerdo- [11] e tes & prophetæ ad principes, & ad omnem populum, dicen- [12] tes: Iudicium mortis est viro huic, quia prophetauit aduersum ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris. [12] Et ait Ie- [13] f remias ad omnes principes & ad vniuersum populum dicens: Dominus misit me, vt prophetarem ad domum istam g & ad ciuitatem hanc omnia verba quæ audistis. [13] Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite [14] [15]

d *Porta do.* IBID. Noua dicitur, quia qui in ea sedebāt, & iudicio præerant, sacerdotū & pseudoprophetarum calumniæ resistebant.

e *Et lo.* IBID. Sedentibus vrbis principibus in porta templi, qui concurrerunt de palatio regis, ad sedādam seditionem populi, concione cōgregata: sacerdotes & pseudoprophetæ accusant; &, si habuissent iudicij potestatē, damnassent etiā prophetam; vnde intelligimus crudeliores fuisse pro inuidia sanctitatis, qui videbantur esse religiosi, quàm qui præerant necessitatibus publicis. Irati quod prædiceret religionem perituram, & lucra de religione venientia. Si quando propter mādata Dei, & veritatem fidei Sacerdotes vel pseudoprophetæ, vel deceptus populus nobis irascuntur, non magnopere curemus; sed sententiam Dei exequamur non præsentia mala, sed futura bona cogitantes.

Corruptio boni pessima.

f *Et ait Ieremias.* IBID. Illis accusantibus & crimen mortis intendentibus Ieremias ad principes loquitur, & ad populum quem illi concitauerunt, prudenter, humiliter, & constanter à domino se missum dicit: vt contra templum & ciuitatem loqueretur, & dat consilium vt agant pœnitentiam, & dominus mutet suam sententiam. Humiliter loquitur dicens: *Ecce in manibus vestris sum, &c.* Constanter, *In veritate enim misit me dominus ad vos.*

Ieremiæ humilitas & constantia.

g *Nunc ergo bo.* IBID. Quasi dicat, Si irascimini, quod cōtra templū & vrbem

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si forte. *Hoc dicitur propter libertatem arbitrij, qua potest homo pœnitere & obstinari.*

2 Et pœniteat me. *Non inferendo eis pœnam comminatam. Talia verò non arguunt in Deo aliquam mutationem, sed tantum in creatura, sicut dictum est diffusius suprà. 18. ca. Cetera patent vsque ibi,*

3 Dabo domum istam. *Id est templum à Salomone ædificatum.*

4 Sicut in Silo. *In qua ciuitate primo fuit fixum tabernaculum Moysi, Iosue. 18. & illa ciuitas erat destructa diu ante, & cultus diuinus inde ablatus.*

5 Et vrbem, *Scilicet, Ierusalem.*

6 Da. in ma. *Id est, homines maledicentes alicui ciuitati dicent: Sic contingat ei sicut Ierusalem, Tertio ponitur persequutionis modus, cum dicitur.*

7 Et au. &c. *Cetera patent.*

8 Et au. prin. *Hic consequenter describitur Ieremiæ liberatio. Circa quam primo ponitur causæ examinatio: secundo eius determinatio, ibi,* Et dixerunt. *Circa primum primo ponuntur iudices, cum dicitur,* Et audierunt principes Iuda verba hæc, *videlicet commotionem Sacerdotum & populi contra Ieremiam.*

9 Et ascen. &c. *Quia templum erat in summitate montis Sion & domus regis in decliui montis.*

10 Et sederunt, *Vt maturius examinarent negotium.*

11 In introitu. &c. *Illa erat porta de qua dicitur 4. Reg. 15. quod Ioathan, ædificauit portam domus domini sublimissimam, quæ dicitur hic noua: quia longè post tempus Salomonis fuit ædificata. Consequenter ponitur Ieremiæ accusatio, cum dicitur,*

12 Et loqu. *Tertio Ieremiæ responsio, cum dicitur,*

13 Et ait Ieremias. Dominus misit me. *q. d. non feci de proprio capite.*

14 Bonas fa. vias ve. *Id est, operationes.*

15 Et stu. ve. *Id est, cogitationes. Cetera patent.*

Et

MORALITER.

† † *Apprehenderunt eum sacerdotes, & cetera.* Per quos signantur mali sacerdotes & clerici & populi ab eis decepti persequentes veritatis prædicatores, sicut & sacerdotes Iudæorum deceperunt turbam ad petendum Barrabæ liberationem, & Iesu Christi crucifixionem, vt habetur Matth. 27.

Mali sacerdotes, & populus ab eis deceptus.

† Et

vocem domini Dei vestri, & pœnitebit dominum mali quod loquutus est aduersum vos. [14] Ego autem ecce in manibus vestris sum, facite mihi quod bonum & rectum est in oculis vestris. [15] Verumtamen scitote & cognoscite, quòd si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatem istam & habitatores eius, in veritate enim misit me dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. [16] a Et dixerunt principes & omnis [1] populus ad sacerdotes & prophetas; Non est viro huic iudicium mortis, quia in nomine domini Dei nostri loquutus est ad nos. [2] [17] Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ, & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes: [18] Michæas de Morasthin fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda, & ait ad omnem populum Iudæ, dicens: * Hæc dicit dominus exercituum. Sion quasi ager arabitur & Ierusalem in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelsa syluarum. [19] Numquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda & omnis Iuda? Numquid non timuerunt dominum, & deprecati sunt faciem domini, & pœnituit dominum [3] mali quod loquutus fuerat aduersum eos? Itaque nos fa- [4] cimus malum grande contra animas nostras. [5] [20] b Fuit quoque vir prophetans in nomine domini Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduersum ciuitatem istam, & aduersum terram hanc iuxta omnia verba Ieremiæ. [21] Et audiuit rex Ioakim & omnes potentes & principes eius verba hæc, & quæsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias, & timuit, fugitque & ingressus est Ægyptum. [22] c Et misit rex Ioakim viros in Ægyptum, Elnatham filium Achobor & viros cum eo in Ægyptum. [23] Et eduxerunt Vriam de Ægypto, & adduxerunt eum ad regem Ioakim, & percussit eum gladio, & proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi ignobilis. [24] d Igitur manus Aicham filij Sapham fuit cum [6] Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum.

a ¶ Qui antè à sacerdotibus & pseudoprophetis seductus, populus autem audita ratione citò mutat sententiam, quia dominus promisit indulgentiam, si bonas fecerint vias suas: sacerdotes autem & pseudoprophetæ in accusatione perseuerant.

* Mich. 3. d.

[...]nutus sum, [...]s salutē vr[...]li, cur pec[...]atis cumu[...] sanguinis [...]m & inha[...] eius reos [...]Si quando [...]o necessita[...] humilitate [...]sic eam as[...]s ne verita[...] constantiam [...]us. Aliud est [...] superbè con[...]am facere iu[...]i, quod sig[...]est stultitiæ, aliud sic impendens periculum vitare, vt nihil subtrahatur de veritate.

Quomod[o] humilit[as] vtendu[m].

a *Et dixerunt.* IBID. Principes ciuitatis, & populus intellexerunt iudicij veritatem. Senes autem (quorum est nosse vetera) replicant historiam, & Micheam comparant Ieremiæ, & ostēdunt illū dixisse grauiora, nec à iusto rege quidquam perpessum, sed cunctis ad pœnitentiam conuersis dominum mutasse sententiam: frangunt quoque accusatorum rabiem, se eis connumerātes, *Non faciemus malum grande contra animas nostras.* Quasi dicat, Accusato non nocebimus, sed animabus nostris, quas mutatione sententiæ possumus liberare.

Boni laborant pro iustorum liberatione.

b *Fuit quo.* IBID. Quęritur cum Vrias eadem quæ Ieremias prophetauerit & in Ægyptum fugerit, & inde retractus occisus est: quomodo Ieremias, qui audacter in sententia perstitit, euadere potuerit à vulgi principumque iudicio & seniorum consilio. Ad quod respondendum: Non posse sciri Dei iudiciū dū causa eadem alius punitur alius liberatur. Sed forsitan Vrias in cōdemnationem accusatorū & populi occisus est: Ieremias autem Dei iudicio reseruatus est, vt reliquiis populi prædicaret, & ad pœnitentiam prouocaret: Sicut Iacobus statim martyrio coronatus est, Petrus & alij Apostoli ad prædicandum reseruati. Et animaduertenda est prophetalis constantia, quia nec de Aegypto retractus Vrias sententiam mutat, & imminēte morte, nihilominus loquitur quæ præceperat dominus. Quòd autem timuit & fugit, non infidelitatis, sed prudentiæ indicium est, ne frustra nos offeramus periculis. Christus quoque de manibus persequētium lapsus est, qui Apostolis ait: *Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.*

Cōtemplatio prouidētię & consilij diuini circa Vriam & Ieremiā.

Act. 12. a.

c *Et misit rex.* IBID. Quæritur quomodo Ioakim rex parui imperij & debilitati, iā iamque perituri, in Ægyptum potuerit mittere, & Vriā educere? Sed considerare debemus, quod Nechao rex Ægypti principem constituit eum: & hāc prophetiam factam esse cum cœpisset regnare.

Quomodo potuerit Ioachim educere Vriam ex Aegypto.

d *Igitur manus Aicham.* IBID. Quamuis Ieremias domini auxilio liberatus sit, in mercedem tamen deputatur illi, per quem prophetam suum liberauit.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dixe. *Hic ponitur causæ determinatio, cum dicitur,* Et dixerunt principes, *Vbi primò ponitur ratio pro eius liberatione, cum dicitur;*

2 Non est viro huic iudicium, &c. *Quasi dicat, interficiendo ipsum, fieret contra Deum, cuius est nuntius: Et inducitur ad hoc exemplum Michaæ prophetæ, qui antè, scilicet tempore Ezechiæ regis, prophetauerat destructionem ciuitatis Ierusalem & templi, dicens:* Sion quasi ager arabitur, &c. *nec tamen Ezechias propter hoc eum occidit, sed magis ipse & populus ad dictum eius egerunt pœnitentiam, & dominus distulit pœnam comminatam: & secundum hoc dicitur,*

Exemplum de Michæa propheta.

3 Et pœnituit dom. *Non per aliquam mutationem in Deo factam, sed in effectu, sicut dictum est suprà.*

4 Itaque nos facimus gran. *Supple si occidamus Ieremiam.*

5 Fuit quoque. *Hic consequenter ponitur aliud exemplum ad eamdem conclusionem, vt dicant expositores nostri communiter de Vria propheta, qui prophetauit destructionem ciuitatis & templi, sicut & Ieremias tempore* Regis *Ioakim: & propter hoc fuit occisus ab eo, vt hic dicitur. Et ponitur istud exemplum ad hanc conclusionem, ac si dicatur: Ezechias qui fuit bonus rex non interfecit Michæam sed saluauit: Ioakim vero malus rex interfecit Vriam, & nos non debemus imitari facta malorum sed bonorum: propter quod debemus saluare vitam Ieremiæ: ideo concluditur in fine.*

Aliud de Vria.

6 Igitur manus Aicham, &c. *Iste enim erat principalis in allegatione & determinatione ista. Ra. Sa. hoc exponit ad contrarium dicens, quod inter illos principes erant aliqui boni qui stabant pro Ieremia: & illi allegauerunt primum exemplum de Ezechia rege & Michæa propheta. Aliqui autem erant mali, & illi erant Ieremiæ contrarij sicut sacerdotes & prophetæ falsi: & isti ad hoc allegauerunt secundum exemplum de Ioakim qui occidit Vriam, quasi dicat, sic debemus occidere Ieremiam. Tamen alia pars fuit maior & sic præualuit, & sic finaliter Aicham sententiam dedit pro Ieremia, & ipsum liberauit. Et hæc expositio secunda videtur rationabilior, quia non est verisimile quod principes regis actu regnantis ex eius malitia facerent argumentum ad liberationem Ieremiæ.*

Exemplum secundum pro an contra Ieremiā adductum sit?

CAP.

MORALITER.

†1 *Et dixerunt principes, & cetera.* Per principes istos de domo regis, qui liberauerunt Ieremiam à pœna mortis, signantur principes & nobiles Christiani, & misericordes prælati, qui defendunt prædicatores veritatis ab iniuriis & molestiis sibi crudeliter illatis.

De vere nobilibus, qui strenue veritatem defendunt.

† MORA-

CAPVT XXVII.

CAP. XXVII.

a IN principio regni, &c. HIERO. lib. 5. Multi putant hoc sequentis esse principium: sed superiori est iungendum, vt quidquid dictum refertur vel factum, in principio regni Ioakim credamus fuisse.

b Hæc dicit. do. IBID. Preterita visio in principio regni Ioakim: hæc autem sub Sedechia, qui extremo regnauit in Ierusalem sub quo vrbs capta est & euersa.

[1] IN principio regni Ioakim filij Iosiæ regis Iuda factum est verbum istud ad Ieremiam à domino, dicens: [2] Hæc dicit dominus ad me: Fac tibi vincula & catenas, (¶ Quas vulgo boias.) & pones eas in collo tuo [3] & mittes eas ad regem Edom & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis in manu nuntiorum qui venerunt Ierusalem ad Sedechiam regem Iuda: [4] Et præcipies eis vt ad dominos (¶ Suos.) loquantur. Hæc dicit dominus exercituum Deus Israël: Hæc dicetis ad dominos vestros. [5] Ego feci terram & homines & iumenta, quæ sunt super faciem terræ in fortitudine mea (d ¶ Vnde: Brachium domini cui reuelatum est?) magna, & in brachio meo extento, & dedi eam ei qui placuit in oculis meis. [6] Et nunc itaque ego dedi omnes

c Terram & homin. IBID. Ordo contrarius, in Genesi prius fiunt animantia, homo postea; hic autem prius hominē nominat, postea quæ sunt ei subiecta. (Psal. 105. c. Ioan. 1. a.)

d In fortitudine. IBID. Christus Dei virtus & Dei sapientia, vnde, Omnia in sapientia fecisti. Et alibi, Omnia per ipsum facta sunt.

e Et dedi, &c. IBID. Significat quod humano generi omnia per gratiã sunt tributa.

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XXVII.

IN principio, Hic consequenter Ieremias liberatus resumit suam prophetiam, & primò prophetat populo aduersa; secundo prospera. 30. cap. Prima adhuc in tres partes, quia primò prophetat contra Sedechiam; secundo contra Ananiam cap. sequenti, tertiò contra Iechoniam cap. 29. Prima adhuc in duas, quia primo prophetat contra reges ad Sedechiam nuntios mittentes; secundò contra ipsum Sedechiam, ibi: Et ad Sedechiam. Circa primum sciendum, quod illud quod ponitur hic, In principio re. &c. vsque ibi, Hæc dicit do. exclusiuè est finis capituli præcedentis, secundum expositores Latinos communiter, quia illa quæ dicta sunt cap. 26. contigerunt in principio regni Ioakim filij Iosiæ, vt patet in principio capituli. Illa autem quæ sequuntur in isto capitulo, fuerunt tempore Sedechiæ. A principio autem regni dicti Ioakim vsque ad principium regni Sedechiæ fluxerunt 11. anni & tres menses, vt patet. 4. Regum. 24. & ideò sic exponunt quod dicitur hic. In principio regni Ioakim, Dicens, scilicet ea quæ dicta sunt in principio capituli præcedentis, ita quod hæc est quædam recapitulatio capituli. 25. Et quod sequitur, Hæc dicit dominus ad me: Fac tibi vincula & cetera. Est principium. 27. capituli. Et est alia sententia, quæ contigit tempore Sedechiæ. Hebræi verò dicunt, quod hoc est de capitulo. 27. & dicit Ra. Salo. quod à principio regni Ioakim filij Iosiæ dominus dixit Ieremiæ illud quod sequitur in hoc capitulo: Fac tibi vincula & catenas, & pones eas in collo tuo. Et quòd portauit eas à principio regni Ioakim filij Iosiæ vsque ad quartum annum Sedechiæ, in quo Ananias abstulit eas de collo Ieremiæ & fregit, vt habetur capitulo sequenti. Si autem dicitur, quod hoc videtur derisibile, quod Ieremias portaret catenas in collo suo tanto tempore, scilicet quindecim annis; potest dici quod propheta domini talia grauia & aliis derisibilia leguntur fecisse de mandato domini, sicut Ezechiel dormiuit super latus suum sinistrum. 390. diebus, & iterum quadraginta diebus super latus dexterum absque conuersione de latere in latus: vt habetur Ezech. 4. Et similiter Isaias iuit nudus, & discalciatus tribus annis secundum Hebræos, secundum alios verò tribus diebus vt dictum fuit Isai. 20. quod erat satis graue & derisibile tanto homini qui erat de regio genere. Igitur secundum istam sententiam præsens capitulum sic diuiditur: Quia primo ponitur Dei præceptum de catenis fiendis; secundò de ipsis mittendis, ibi. Et mittes eas. Circa primum ponitur tempus præcepti, cùm dicitur,

(Diuisio. — Discriminatio huius & prioris cap. — Tẽpus quo facta est præsens prophetia. — Prophetæ sancti grauia & derisibilia fecerunt de mãdato Domini.)

1 In principio regni Ioakim, Qui regnauit vndecim annis. 4. Regum. 24.

2 Fac tibi vincula & catenas, &c. Ista catenæ erant ligneæ, secundum quod habetur capitulo sequenti, & ideò partes earum quibusdam vinculis adinuicem adiungebantur,

3 Et mittes eas ad regem Edom, Hic ponitur præceptum de missione catenarum, & primo præcipitur hæc missio, secundo subditur missionis ratio, ibi, Et præcipies. Circa primum dicitur, Et mittes eas ad regem Edom. Et sequitur,

4 In manu, Id est, per manum,

5 Nuntiorum, qui venerunt Ierusalem ad Sedechiam. De causa huius aduentus dicunt expositores nostri, quod venerunt ad Sedechiam ad tractandum cum eo qualiter possent rebellare regi Babylonis, & de eius tributo, se expedire. Et littera sequens ad hoc concordat, in qua Ieremias monet istos reges & Sedechiam, vt non rebellent regi Babylonis, sed magis ei seruiant sub tributo. Ra. Sa. cum hoc addit aliam causam dicens, quod Sedechias quarto anno regni sui iuit in Babylonem vt habetur infrà. 51. cap. ad portandum xenia regi Babylonis, qui fecerat eum regem, vt habetur. 4. Regum. 24. Et tunc rex Babylonis præfecit eum quinque regibus hic nominatis, vt ab illis acciperet tributum in Babylonem cum suo mittendum: & ideò quando rediit Sedechias in Ierusalem miserunt isti quinque reges nuntios ad eum, eò quòd erat institutus de nouo ad recipiendum eorum tributum: & tunc, vt dicunt expositores nostri habuerunt ad inuicem tractatum de rebellione & tributi negatione, eò quod isti quinque reges & etiam Sedechias libertatem desiderabant; verumtamen Sedechias non rebellauit apertè vsque ad. 8. annum regni sui, vt dicit Iosephus, in talibus enim negotiis ponitur magnus temporis tractus: sed tunc confidens de auxilio regis Aegypti, & forte istorum quinque regum apertè rebellauit, & tributum regi Babylonis negauit.

(Cuius rei gratia venerint quinque regum Legati ad Sedechiam?)

6 Hæc dicetis ad dominos, &c. Hic consequenter ponitur dicta missionis ratio, quæ est vt propheta non solum verbo, sed etiam sensibili signo significaret eis, quod si rebellarent, malè contingerit ipsis: & patet littera exceptis aliquibus quæ exponentur.

7 Ego feci terram & ho. Quia ad opus creationis requiritur virtus infinita.

8 Et dedi eam. Non est per hoc intelligendum, quod Nabuchodonosor haberet gratiam gratum facientem siue sanctificantem, cùm esset infidelis & idololatra: sed hoc dicitur quia Deus indifferenter bonis & malis dat bona temporalia prout sibi placet.

MORALITER.

† 2 Hæc dicit, Fac ti. vin. Per quæ secundum sensum litteralem signatur seruitus regis Babylonis; secundum sensum moralem signantur peccata, quibus peccator tenetur in seruitute dæmonis.

3 Et mittes eas ad regem, &c. Edom autem interpretatur sanguineus, & ideò per ipsum signatur princeps sitiens sanguinem innocentem: & per hoc est dæmonis seruus; Per regem Moab qui interpretatur ex patre, (eò quod ex incestu patris cum filia natus fuit Gene. 19.) signatur rex carnalis & lubricus; Per regem filiorum Ammon, qui interpretatur inutilis, signatur princeps fatuus, sub quo miserè viuit populus, Eccl. 10. cap. Væ terra cuius rex est puer. Per regem Tyri & Sidonis, qui interpretatur venatio, signatur princeps cupidus & malitiosus, qui per malitias exquisitas populum subditum sibi grauat: Prouerb. 28. cap. Leo rugiens & vrsus esuriens princeps impius super populum pauperem, Et iste moraliter est rex Tyri, qui interpretatur angustia: nam per eum populus angustiatur. Per regem Sedechiam qui interpretatur iustitia Dei, & tamen eam non tenuit quia regi Babylonis peierauit; signatur rex hypocrita, qui sub specie bonitatis iniustitias facit, qualis fuit Iulianus apostata, qui cupiditatem suam Euangelij testimonio colorabat, dicens Christianis, Christus vester dicit, Nisi quis renũtiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Et sic ab eis patrimonia auferebat, & de tali rege dicitur Iob. 34. d. Qui propter peccata populi regnare facit hominem hypocritam. Omnes enim isti reges prædicti sunt serui regis Babylonis, id est, inferni. Nam Babylon interpretatur confusio, in inferno autem nullus est ordo, & per consequens est ibi maxima confusio. Et sicut reges prædicti sunt hic serui diaboli per culpam, sic in futuro subiicientur ei (nisi pœnituerint) per pœnam.

(Reges qui sunt serui Diaboli.)

a *Terras istas.* HIERO. lib. 5. Quantæ infelicitatis est Israël, cuius comparatione Nabuchodonosor seruus Dei appellatur?
b *Insuper &c.* IBID. Omne genus animalium; cum homine enim omnia traduntur, quæ ipsi subiiciuntur; vel feras Gentes, vt illi seruiant, qui seruire non nouerant.
c *Donec ve. &c.* IBID. Ne putetur regnũ Nabuchodonosor esse perpetuum, significat ipsum à Medis & à Persis esse capiendum.
† THEODORET. in hunc locũ. Manifestè docet se, postquã vsus fuerit Babyloniis, tanquam carnificibus, & eorũ opera de reliquis gentibus pœnas sumpserit, tandem etiã illos internecioni traditurũ. His autẽ, qui contradixerint, & a se iugũ hoc repulerint, minatur famem, cædem, & captiuitatem.
d *Gens autem.* HIER. vbi supra. Non solum dominus peccantes subiicit Nabuchodonosor; sed & Paulus qui ait, *Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare*, Et alibi, *Tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.* Potestatibus quoque obedire monet, *non solum propter iram, sed propter conscientiam.* Hũc locum allegoricus interpres (historiæ fugiens veritatem) de cælesti Ierusalem interpretatur, quod debeat habitatores eius sponte assumere corpora, & descēdere in Babylonem, id est, mundi confusionem, qui est positus in maligno, & seruire regi Babylonio, id est, diabolo. Si autem noluerint, non grauia corpora portaturos, sed perituros gladio, fame, peste, nec futuros homines, sed dæmones. Hoc ille dixerit, nos simplicem historiam sequamur, ne quibusdam præstigiis inuoluamur.
e *Et ad Se.* IBID. Post vniuersas Gentes, transit ad Sedechiam & eadem comminatur, neque enim Iudæi priuilegium merentur, qui aut similia, aut grauiora, aut maiora Gentibus peccauerunt; & qui audire dedignantur, peste & fame consumuntur.
f *Noli. au.* IBID. In hoc loco allegoricus interpres in cælesti Ierusalem positos hortatur, ne prophetas suos audiant & diuinos, sed seruiant Nabuchodonosor, corpus humilitatis assumendo, infantium vagitum, & incunabula paruulorum: Si enim hoc fecerint, expleto famulatu & conditione mortalitatis reuertētur ad propriã suam terrã. Addit quoque suspicari se, eos qui præcepta Dei contēpserint humanis corporibus prægrauari, futuros dæmones, & immundos spiritus, & sedem pristinam non recepturos.
g *Non ser.* IBID. Melius est spōte seruire, & amicũ Deũ habere, & Gentilem terrã colere, quàm necessitate captiuũ seruire.
h *Verba prophet.* IBID. Notandũ in scripturis sanctis pseudoprophetas vocari prophetas.
i *Et ad sacerdo.* IBID. Post Gentes & reges, sacerdotibus loquitur, & populo, qui iã interitum prophetis annuntiauerat, dicēs, *Et eiiciam vos, &c.* Loquitur autem eadem quæ suprà.
k *Vt viuatis.* IBID. Nota Dei clementiã, leuiori pœnæ vult tradere, ne suscipiant grauiorem.
l *Et si prophe.* HIER. Exo. 32. c. IBID. Qui verus propheta est, precibus domino occurrere potest, sicut Moyses, cui dictũ est, *Dimitte me vt percutiã populum istũ.* In quo ostēditur posse retineri Deum precibus sanctorum.
m *Occurrãt do.* IDEM. Occurrant, & quæ prædicunt, opere cōpleta demonstrēt, & tunc veritate vaticinium probabitur.

Margin notes: Deus quasi flagello in aliorũ pœnas vsus Babyloniis. — 1. Timo. 1. d. 1. Cor. 5. b. — Allegorici interpretis, qui putatur Origenes, locum allegoricus interpres (historiæ fugiens) parum sani commentũ. — Origenem videtur hic notare Hieronymus. — Deus precibus sanctorum quasi retinetur.

a terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui [1] b mei. Insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi. [7] Et seruient [2] [3] c ei omnes Gentes & filio eius, & filio filij eius donec veniat [4] [5] tempus terræ eius & ipsius, & seruient ei Gentes multæ & re- [6] d ges magni. [8] Gens autem & regnum quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicumque non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis, in gladio & in fame & in peste visitabo super gentem illam, ait dominus, donec consumam eos in manu eius. [9] Vos ergo nolite au- [7] [8] dire prophetas vestros & diuinos & somniatores & augu- [9] [10] res & maleficos, qui dicunt vobis, non seruietis regi Babylo- [11] nis, [10] quia prophetant vobis mendacium, vt longè faciant vos [12] de terra vestra, & eiiciant vos, & pereatis. [11] Porrò gens quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei, dimittam eam in terra sua, dicit dominus, & colet eam [13] e & habitabit in ea. [12] Et ad Sedechiam regem Iuda loquutus [14] sum secundum omnia verba hæc, dicens, Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei & populo eius, & viuetis. [13] Quare moriemini tu & populus tuus gladio & fame & peste, sicut loquutus est dominus ad gentem quæ seruire no- f luerit regi Babylonis? [14] Nolite audire verba prophetarum di- [15] g centium vobis, Non seruietis regi Babylonis, quia menda- h cium ipsi loquuntur vobis. [15] Quia non misi eos, ait dominus, & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eiiciant vos, [16] & pereatis, tam vos, quam prophetæ qui vaticinantur vobis, i [16] Et ad sacerdotes & ad populum istum loquutus sum, dicēs, Hæc dicit dominus, Nolite audire verba prophetarum vestrorum qui prophetant vobis, dicentes, Ecce vasa domini reuertentur de Babylone nunc citò, mendacium enim prophetant vobis. [17] Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Baby- k lonis vt viuatis. Quare datur hęc ciuitas in solitudinem? [18] Et si [17] [18] l m prophetæ sunt, & est verbum domini in eis, occurrant do-

Interlinear glosses: a ¶ Diaboli, qui ait, Hæc omnia mihi tradita sunt. — a ¶ Euilmerodach. b ¶ Balthasar. — a ¶ Non omnes, hoc enim propriè Christo conuenit. — a ¶ Gentilium, qui simulabant se diuino spiritu futura prædicere. b ¶ Qui imitantur Ioseph & Daniel. — a ¶ Qui volatu auium, & oscinum vocibus faciendum, vel non faciendum aliquid testantur. b ¶ Dæmonum phantasmatibus seruientes. — a ¶ Ne respondeant legati, & reges prædictarum Gentium, quare hoc populo tuo non præcipis, Sedechiæ quoque & prophetis & sacerdotibus similia loquitur. — a ¶ Quæ cum Iechonia fuerant asportata.

† THEODORETVS in hunc locum. Istud, *occurrant domino*, pro impediant, & vincant prædictiones diuinas, & ostendant prophetias diuinas esse otiosas & vanas. Videbitis enim omnia sacra vasa, quæ relicta fuerint, in Babylonem transferri, & post septuaginta annorum tempus, inde remitti & ædi sacræ reddi.

Ad

NICOLAVS DE LIRA.

1 Serui mei. *Erat enim exequutor diuinæ iustitiæ, vt supra dictum est. xxv.*
2 Insuper & bestias agri. *Dicit Rab. Sa. quod hoc dicitur, eò quod Nabuchodonosor leo dicitur, suprà. iiij. cap. qui est rex animalium.*
3 Et seruient ei omnes Gentes, *Hyperbole est, ad designandum multitudinem sui imperij.*
4 Et filio eius, *Scilicet Euilmerodach;*
5 Et filio filij, *Scilicet Baltasar: in quo defecit regnum Babylonię, Danie. v. ideò subditur,*
6 Donec veniat tempus terræ eius, & ipsius, &c. *Scilicet punitionis terræ eius, & ipsius: Cetera patent vsque ibi,*
7 Vos ergo nolite audire prophetas vestros, *Qui fingebant se habere visiones à Deo in vigilia;*
8 Et diuinos. *Qui coniecturabant per astra;*
9 Et somniatores, *Qui dicebant se habere visiones in somnio;*
10 Et augures, &c. *Qui diuinabant per garritum, & volatum auium.*
11 Et maleficos, *Qui diuinabant in hostiis dæmonibus immolatis.*
12 Vt longè faciant vos de terra vestra, & eiiciant vos & pereatis: *istud vt dicitur consequutiuè, & non causaliter; ex hoc enim quod credebant talibus mendaciis, rebellabant, ad quod sequebatur eorum destructio & captiuitas. Cetera patent vsque ibi,*
13 Dimittam eam in terra sua dicit dominus, & colet eam, & habitabit in ea. *Tamen sub tributo regis Babylonis.*
14 Et ad Sedechiam. &c. *Hic consequenter ponitur prophetia contra Sedechiam & eius populum, quam prædixerat Ieremias, vt patet superius in pluribus locis. Sed hic eam repetit loquendo nuntiis regum prædictorum, secundum quod dicit hic Rab. Sal. & patet sententia vsque ibi,*
15 Nolite audire verba prophetarum. *Scilicet falsorum, vt patet ex sequentibus.*
16 Vt eiiciant. *ly vt, tenetur hic consequutiuè, & non causaliter, vt suprà dictum est, & patet littera vsque ibi,*
17 Et si prophetæ sunt. *Scilicet, Dei;*
18 Occur. domi. *Preces efficaces ei porrigendo: vnde in Hebræo habetur.*

Margin: Prophetæ, Diuini, Somniatores, Augures, malefici.

mino exercituum, vt non veniāt vasa quæ derelicta fuerāt in domo domini, & in domo regis Iuda, & in Ierusalē, in Babylonē. * [19] Quia hæc dicit dominus exercituū ad columnas & ad mare & ad bases & ad reliqua vasorum, quæ remanserunt in ciuitate hac, [20] quæ nō tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, cum trāsferret Iechoniam filium Ioakim regem Iuda de Ierusalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Ierusalem. [21] Quia hæc dicit dominus exercituum Deus Israel ad vasa quæ derelicta sunt in domo domini, & in domo regis Iuda & Ierusalem: [22] In Babylonem transferentur, & ibi erunt vsque ad diem visitationis suæ, dicit dominus. Et afferri faciam ea, & restitui in loco isto.

* 4. Reg. 25.

a *Ad colūnas.* HIE. li. 5. Enumerat vasa, quæ translata fuerunt in Babylonem, capto Sedechia, ciuitate incensa, temploque subuerso.

NICOLAVS DE LIRA.

tur. Deprecentur dominum exercituum, vt non veniant, &c. *id est, vasa, quæ remanserunt in domo domini, non portentur in Babylonem, sicut illa quæ fuerant portata in transmigratione Iechoniæ; quæ tamen portabantur, Ideò subditur,*

1 Quia hæc dicit dominus ex. ad columnas. *Scilicet duas magnas & valde notabiles quæ erant in porticu templi.*

2 Et ad mare, *Scilicet æneum, in quo lauabantur sacerdotes;*

3 Et ad bases. *Scilicet luterum, quæ erant valdè curiosæ, vt patet 3. Reg. ideò verò ista hic exprimuntur in speciali, quia erant valde notabilia. Cetera autem dicta sunt in generali, cum subditur,* Et ad reli. va. *& de omnibus concluditur,*

4 In Baby. &c. *Quod fuit impletum capto Sedechia rege, vt habetur 4. Reg. vltimo.*

5 Et ibi erunt, *Scilicet ad tempus Cyri. qui in principio regni sui dedit licentiam Iudæis redeundi & reædificandi templum, & vasa, quæ fuerunt in Babylonem portata, fecit in Ierusalem reportari, vt habetur Esdræ 1. cap.*

CAP. XXVIII.

[1] ET factum est in anno illo in principio regni Sedechiæ regis Iudæ, in anno quarto, [2] dixit ad me Ananias filius Azur propheta de Gabaon in domo domini coram sacerdotibus & omni populo, dicens, [2] Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Contriui iugum regis Babylonis, [3] adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domini quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonem, [4] & Iechoniam filium Ioakim regem Iuda, & omnem transmigrationem Iudæ qui ingressi sunt in Babylonem, ego conuertam ad locum istum, ait dominus. Conteram enim iugum regis Babylonis. [5] Et dixit Ieremias propheta ad Ananiam prophetam in oculis sacerdotum & in oculis omnis populi qui stabat in domo domini, [6] & ait Ieremias propheta, Amen, Sic faciat dominus. Suscitet dominus verba tua quæ prophetasti, vt referantur vasa in domum domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum. [7] Verumtamen audi verbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis,

Interlinear: a Vt videbatur populo. — a Destrui. b Imperium. c Vt breue tempus gaudij magnitudinem augeret. — Non vasa tantum.

CAP. XXVIII.

a *ET factū est.* HIE. lib. 5. Nondum Ezechiele vaticināte in Babylone ad eos, qui cū Iechonia fuerant translati.

b *Propheta de Gabaon.* IBID. Lxx. pseudopropheta manifestius. Hebræū enim Nabi נביא prophetā sonat, non pseudoprophetam: sic ferè vbique transferunt, non verbum sequentes, sed sensum.

Quomodo Hebraica transferant 70.

c *In domo do.* IBID. In qua fiducialiter loquitur, quia prospera populo pollicetur; & mēdacia libenter audiūtur, præcipuè quę optata promittunt.

d *Omnia va. &c.* IBID. Ieremias dixerat etiam reliqua vasa apportanda, hic affirmat asportata esse reportanda.

e *Amen, sic. &c.* IBID. Optat fieri, quod ille mentitus, hoc significat Amen; quo sæpè dominus in Euangelio vtitur: & cupit pro rerum prosperitate magis illum, quam se vera dicere, vnde alius propheta, *Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer.* Ionas autem contristatur, quia mentitus est, & arguitur à domino vtilius esse mēdacium, quam tantæ ruinā multitudinis. Ne tamen videretur pseudoprophetę probare vaticinium, absque mentientis iniuria, sub aliorum exemplo veritatem asserit.

Mich. 2. c. — Ionæ 4. — Prophetæ quid pro phetiæ donum se non habere optant.

f *Verumtamē.* Potuit dicere mentiris, populum decipis, pseudopropheta es. Sed poterat ille in Ieremiā eadē retorquere. Nō ergo facit iniuriā, loquitur quasi ad prophetam. q. d. Non solum nós prophetę sumus, sed fuerunt alij multi ante nos, Isaias, Hosee, Ioel, & Amos, qui prophetauerunt

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXVIII.

1 ET factum est. *Hic consequenter Ieremias prophetat contra Ananiam falsum prophetam. Et diuiditur in duas, quia primò prophetia Ananiæ ponitur; secundò à domino reprobatur, ibi,* Et factum est. *Prima in duas, quia primò Ananias prophetat verbo; secundò sensibili signo, ibi,* Et tulit. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur prophetia Ananiæ; secundò responsio Ieremiæ, ibi,* Et dixit. *Circa primum notatur tempus cùm dicitur,* Et factū est, *scilicet quarto anno Sedechiæ, quo venerunt nuntij regum ad ipsum, secundum quod subditur post,* In anno qua. *Sed contra hoc videtur illud quod interponitur,* in principio regni Sedechiæ, *quartus enim annus sui regni, non potest dici conuenienter principium eius, propter quod Ra. Sa. dicit, quod principium regni hic accipitur pro illo tempore, quo Nabuchodonosor præfecit eum quinque regibus vt prædictum est c. præcedenti, & hoc fuit quarto anno regni Sedechiæ.*

Diuisio.

Quomodo quartus annus regni Sedechiæ dicatur principium regni eius.

2 Dixit ad me. *Dirigendo sermonem ad me contrarium asserentem.*

3 Hæc dic. Contriui, &c. *Audiuerat enim iste Ananias primo anno regni Sedechiæ Ieremiam dicentem,* Hæc di. do. Ecce confring. *Et ad similitudinem huius dixit postea quarto anno Sedechiæ illud quod dicitur hic:* Hæc di. do. *quia falsi prophetæ accipiebant modum loquendi prophetarum domini, sicut dictum est supra xxij. cap. Cetera patent in littera.*

Occurrit Ieremias Ananiæ falsa prædicenti.

4 Et dixit Ieremi. *Hic consequenter ponitur responsio Ieremiæ dicentis,*

5 Amen, Sic fa. *Desiderabat enim Ieremias reditum transmigrationis & vasorum, quæ cum Iechonia transmigrante fuerunt deportata: suppósita tamen super hoc voluntate diuina; Sed quia sciebat non euenturum, ideo subdit,*

6 Verumtamen audi. *Per quod apparebit si prophetia tua sit vera vel non.*

Pro-

MORALITER.

1 *Et factum est,* Sequitur,

2 *Dixit ad me,* Per istum prophetam falsum, qui mendaciter populo placita nuntiabat, significatur prædicator malus, qui propter fauorem vel quęstum excusat vel palliat peccata potentium; per Ieremiam autem sibi contradicentem, significatur prædicator verus, qui non solum veritatem prædicare, sed etiam falsos prædicatores scit & vult confutare, secundum quod dicitur ad Titum. j. b. *Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.* Per hoc autem quòd Ieremias prędixit ei mortem corporalem de proximo sibi futuram in falsitatis suæ pœnam, & sic euenit, sicut dicetur infrà,

De eo qui potentibus prædicat placentia.

De bono prædicatore qui huiusmodi & eius adulationem execratur.

Et

tantum contra terras multas, bellum & aduersitatem & penuriam pronuntiantes. Alij quoque pacem & prosperitatem nuntiauerunt, quos non adulatio mendacij, sed rerum exitus probauit; sic quoque me & te rerum exitus examinabit. Dominus quoque per Moysen dicit, quod propheta vaticinij fine monstratur. Et notandum, quod non minaciter, non crudeliter, sed fiducia veritatis mentientem increpat, & differt in futurum, vt qui audiunt expectent exitum.

Quomodo indicauit Ieremias examinandam prophetiam.

& in auribus vniuersi populi, [8] Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerūt super terras multas, & super regna magna, de prælio & de afflictione & de fame. [9] Propheta qui vaticinatus est pacē: cùm venerit verbum eius, scietur propheta quem misit dominus in veritate. [10] Et tulit Ananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, & confregit eam. [11] Et ait Ananias in cōspectu omnis populi dicens, Hæc dicit dominus: Sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omniū Gentium. [12] Et abiit Ieremias propheta viam suam. Et factū est verbum domini ad Ieremiam, postquam confregit Ananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, dicens, [13] Vade, & dices Ananiæ, Hæc dicit dominus, Catenas ligneas contriuisti, & facies pro eis catenas ferreas, [14] quia hæc dicit dominus exercituū Deus Israel, Iugum ferreum posui super collum cūctarum Gentium istarum, vt seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruient ei: insuper & bestias terræ dedi ei. [15] Et dixit Ieremias propheta ad Ananiam prophetam, Audi Anania: non misit te dominus, & tu fecisti confidere populum istum in mendacio. [16] Idcirco hæc dicit dominus: Ecce ego mittam te à facie terræ, hoc anno morieris: aduersum enim dominum locutus es. [17] Et mortuus est Ananias propheta in anno illo, mense septimo.

a ¶ Putatiue. b ¶ Vel furcam.

a ¶ Quasi victus, quasi illud cantas, Factus sum tamquam surdus non audiens, &c.

a ¶ Veritas historiæ seruatur non iuxta quod erat, sed iuxta quod illo tempore putabatur.

a ¶ Non hic prophetam vocat, quem missum à domino negat. b ¶ Ne acquiescat sententiæ domini.

a *Scietur propheta.* † THEODOR. in hūc locum. Exitus, inquit, rerū declarabit veritatē prophetiæ, videbimus ergo an iuxta prophetiā meā trademur Babyloniis. At his nihilo melior effectus est ille pseudopropheta, imò catenas, quas propheta gerebat, contriuit.

b *Et tulit.* HIER. lib. 5. Consideranda Ieremiæ prudentia, humilitas & patientia, pseudopropheta rebus facit iniuriā, conterit de ceruice eius furcam, quod non fecisset si ferrea esset. Ieremias tacet, & dolorem dissimulat. Nondū enim, quod diceret, à domino acceperat, in quo scriptura sancta tacitè innuit, non prophetas tantū suo arbitrio loqui, sed voluntate domini, maximè de futuris, quorum notitia solius Dei est.

Prophetæ voluntatem domini loquuntur.

c *Ananias.* IBID. Putatiuè propheta dicitur. Multa enim in scripturis sanctis dicuntur iuxta opinionem illius tēporis, quo gesta referuntur, non iuxta veritatē rei: vnde, *Ego & pater tuus dolentes quærebamus te.*

Luc. 2. g.

d *Et fa.* IBID. Cum abiisset Ieremias, & silentio deuorasset iniurias, factus est sermo domini ad eum, non vt suis verbis ad Ananiā mendacio gloriantem loqueretur, & diceret, *Hæc dixit dominus*: quod tamen ille Ananias dixerat, sed mendaciū semper veritatem imitatur.

Mendaciū veritatem imitatur.

e *Catenas.* Ostendit quòd minorem pœnam retinens, maioris supplicij causa sit sibi. Et in hoc loco delirat allegoricus interpres, furcas & catenas ligneas appellans etherea & aërea corpora dæmonum scilicet & aduersatum potestatum. Ferreas verò, nostra corpora grossiora, quæ neruis, ossibus, carnibusque & venis confecta sunt, vt qui noluerint de cælesti Ierusalem pro qualitate peccati minores subire cruciatus, in catenas nostrorum corporum condemnentur, & infantiæ vagitus, pannorum vincula, sordesque sustineant, & seruiāt diabolo regi Babylonis, id est, mūdi cū bestiis terræ quæ in brutorum animalium corpora sunt relegatæ.

Allegorici interpretis dogmata minus sana quam illa Pithagoricorum.

† THEODORET. in hunc locū. Ferreū appellauit iugū Babyloniorū, tamquā ob incredulitatē & inobedientiam grauius futurum sit suppliciū.

f *Et di.* HIER. lib. 5. Notandū quod Ieremias passus iniuriam, nondum facto ad se sermone domini, silet, postea verò missus à domino, audacter arguit, mentiēti denuntians propinquam mortem.

g *Hoc an.* IDEM IBID. Si quando morimur, de carceribus corporum liberamur, secūdum illud quod malè interpretātur hæretici, *Educ de carcere ani. meam*: quomodo pro supplicio mors irrogatur?

Carcer corporis. Psal. 141. a.

h *Mense septi.* IBID. Forsitan in mense septimo, qui requiem significare solet, ideò mortuum mentiuntur, vt de malis corporis liberetur, iuxta illud, *Mors viro requies est.* nos autem nouimus corpora credentium esse templa Dei, si spiritussanctus habitet in illis.

Eccl. 22. c.

THEODORETVS in hunc locum. Commemorat obitum pseudoprophetæ, immensamque Dei longanimitatem, qui expectans pœnitentiam, non statim priuauit illum vita, sed cùm perdurasset in nequitia, post septem menses tradidit illum morti.

Dei longanimitas.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propheta qui vatic. est pacem. *Super populo futuram.* Cum venerit verbum eius *in effectu.*

2 Scietur. *Id est, cognoscetur de ipso, quod est propheta verus à Deo missus. Ex hoc loco acceperunt Iudæi occasionem errandi, dicentes, quod promissiones Dei de bono futuro fiunt absolutè, nec retractantur. Sed comminationes de malo sunt sub conditione scilicet si non egerint pœnitentiam illi quibus fiunt, & ideo accedente pœnitentia retractantur, Sicut prophetia Ionæ de Niniue subuersione propter pœnitentiam Niniuitarum, & sic exponunt quod dicitur hic,* Propheta qui vaticinatus est pacem. *q. d. Ieremias Ananiæ, tu prophetas populo bonum, & ego propheto ei pœnæ malum, & tunc scietur, quod tu sis propheta domini si impleta fuerit tua prophetia, quia talis promissio non mutatur, sed si non eueniat malum pœnæ quod prophetizo, non propter hoc argui potero de falsitate: quia talis prophetia aliquando non impletur propter pœnitentiam populi superuenientem, Sed istud dictum apparet falsum ex dictis Ieremiæ, suprà 18. vbi promissio de bono ita dicitur retractabilis propter peccatum superueniens, sicut & comminatio de malo propter pœnitentiam superuenientem. vnde ibidem dicitur in persona domini:* Repentè loquar aduersum gentem & aduersus regnum vt eradicem, destruam & disperdam illud, si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. *Et statim subditur ibidem de promissione boni.* Et subitò loquar de Gente & de regno, vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, pœnitentiā agam super bono quod loquutus sum, vt facerem ei. *Ex quo patet, quod sicut malum comminatum à Deo propter pœnitentiam non infertur, sic bonum promissum propter peccatum superueniens aufertur. Possent autem ad hoc adduci plura alia de sacra scriptura vet. test. sed propter prolixitatē omitto. Sciendum tamen, quod Deus pronior est ad miserendum, quam ad condemnandum: & per consequens ad non inferendum malum comminatum, quàm ad auferendum bonum promissum, licet tam promissio quam comminatio sint sub conditione, & secundum hoc intelligitur verbum Ieremiæ, quod scietur veritas prophetæ denuntiantis bonum cùm venerit in effectu, inquantum Deus non habet pronitatem ad auferendum.*

Contra Iudæos, quod sicut malū à Deo comminatum propter pœnitentiam non infertur, sic bonum promissum propter peccatum superueniēs aufertur.

Deus pronus ad miserendum.

3 Et tu. *Hic consequenter Ananias confirmat dictum suum sensibili signo, auferendo catenam de collo Ieremiæ, & frangendo, vt ostenderet & verbo, & sensibili signo dominium regis Babylonis totaliter auferendum.*

4 Et abiit Ieremias. *Nolens contendere contra Ananiam.*

5 Et fac. *Hic consequenter ponitur reprobatio Ananiæ, & primò quantum ad suam prophetiam falsam cùm dicitur in persona domini,*

6 Catenas ligneas. *Falsum præsumptuosè signando.*

7 Et fac. *Q. d. ex mendaciis tuis facies illos rebellare regi Babylonis, ex quo incurrent maius malum, quasi incomparabiliter quàm antè: patet littera vsque ibi,*

8 Et dixit, *Vbi ponitur reprobatio Ananiæ quantum ad personam, cùm dicitur,*

9 Ecce ego mit. *Per mortem, in qua homines tolluntur de superficie terræ & intra terram sepeliuntur.*

10 Et mortuus est, *Vt Ieremiæ veritas probaretur.*

11 Men. sep. *Et sic à dicto Ieremiæ vsque ad mortem eius fluxerunt tantum duo menses, quoniam prædixit mense quinto, vt patet in prin. huius cap.*

☞ CAP.

MORALITER.

†10 *Et mor. &c.* Signatur quod doctor falsus vel prædicator incurrit mortem culpæ, & postea, nisi verè pœniteat, mortem gehennæ, & hoc etiam signatur per hoc quod dicitur hic de catenis ligneis cōfractis, pro quibus impositæ sunt ferreæ, quæ sunt multò maioris ponderis quàm ligneæ. Sic qui non vult hic sustinere pœnam pro peccatis suis, habet necessariò sustinere maiorem quasi incomparabiliter in purgatorio, vel in inferno.

Pœna prioris prædicatoris. Pœna huius vitæ & sequentis.

CAP. XXIX.

a ET hæc. HIERO. lib. 5. Intendit persuadere ne acquiescant pseudoprophetis, qui eis post breue tempus reditum in Ierusalem promittebant. Sed sciant se in Babylone multo tempore moraturos.

† THEOD. in hunc locum. Docet quoniam pacto suadente Deo, litteras miserit ad captiuos in Babylone, post captiuitatem Iechoniæ regis. Recenset etiam nomina eorum qui detulerunt litteras, quæ continebant ista; nempe, Deum omnium mandare B iam effectis captiuis, vt procreent liberos, domos ædificent, despondeant filias, deprecentur pro illis qui manciparunt eos.

Litteræ Ieremiæ ad transmigrationem primæ captiuitatis.

b *Verba libri.* HIER. vbi suprà. Hic libellus Ieremiæ mittitur in Babylonẽ, ad eos, qui cum Iechonia trãslati erant, vt per occasionem regiæ legationis opus suum propheta compleret, & quæ à domino sibi imperata fuerant populo suaderet.

c *Ad reli. se.* IBID. Primò ad senes, deinde ad sacerdotes, tertiò ad prophetas, quartò ad omnem populum Dei sermo dirigitur, vt secundum ordinem ætatis epistola prophetæ mittatur.

MYSTICE IBID. Postquàm de Ierusalem, id est, de ecclesia propter peccata nostra eiecti fuerimus, & traditi Nabuchodonosor (de quo dicit Apostolus, *Tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, &c.* Et alibi: *Quos tradidi Satanæ, vt disc. non blas.*) Non debemus securi omnino esse, vel otio torpere, vel penitus desperare, sed primum ædificare domos, non super arenam, sed super petram, quales ædificauerunt obstetrices in Exo. quia timebant dominum. D Deinde plantare hortos, qualem dominus plantauit paradisum, & posuit in eo lignum vitæ, de quo, *Lignum vitæ est his qui apprehenderunt eam, &c.* Tertiò vxores accipere, quarum vna sapientia est, de qua ait Salomon, *Ama illam & seruabit te, &c.* Et alibi, *Hanc exquisiui sponsã accipere mihi, &c.*

1. Cor. 5. b. 1. Tim. 1. d. Exo. 1. c. Gen. 1. b. Prou. 3. c. Prou. 4. a. Sup. 8. a.

CAP. XXIX.

ET hæc sunt verba libri, quæ misit Ieremias propheta de Ierusalem ad reliquias seniorum transmigrationis, & ad sacerdotes & ad prophetas & ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalem in Babylonem, postquam egressus est Iechonias rex, & domina, & eunuchi & principes Iuda & Ierusalem, & faber & inclusor de Ierusalem, in manu Elasa filij Sapham & Gamaliæ filij Helchiæ, (quos misit Sedechias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem,) dicẽs, Hæc dicit dominus exercituum Deus Israël omni transmigrationi quam transtuli de Ierusalem in Babylonem, Ædificate domos, & habitate, & plantate hortos, & comedite fructum eorum. Accipite vxores & generate filios & filias, & date filiis vestris vxores, & filias vestras date viris, & pariant filios & filias, & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero, & quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos fecit, & orate pro ea ad dominum, quia in pace illius erit pax * vestra. Hæc enim

(interlinear: a Quia non potentia Babyloniorum, sed & domini voluntate translati sunt. — Alij regina. — a Misit, dico, Ieremiam per istos. — Vel pomaria. — Ibi. — Eius. — * vobis.)

Nec sufficit vna coniux, plures habere debemus, fortitudinem, tẽperantiã, atq; iustitiam addamus, vt plures filios generemus. Filias nostras, id est, bona opera viris, id est, fidei veritati copulemus, & tales filios filiasque generãtes multiplicemur, & destruẽtes ea quę sunt paruuli, & in perfectũ virum crescentes audiamus, *Scribo vobis fratres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est*; Et cum Apostolo dicamus, *Per euangeliũ enim ego vos genui.* Quęramus ergo pacẽ ecclesiæ, ciuitatis & terræ nostræ, vt ad eam redire mereamur, de F qua domini iudicio translati sumus, vt in * confessione erroris habitaremus. Sic enim habebimus pacem. Considerandaverò domini clementia, pro inimicis quoque orare debemus, vt benefaciamus his qui oderunt nos.

Per quæ fundia transigenda sit huius vitæ peregrinatio. 1. Ioan. 2. b. 1. Cor. 4. d. * confusione. Luc. 6. d.

d *Accipite vxo. &c.* IBID. Ieremiæ (quia prope est captiuitas Ierusalem) imperatur ne accipiat vxorem, nec facit filios: vnde Apostolus, *Tempus breue est, Superest, vt qui habent vxores, sic sint quasi non habentes.* Si autem propter angustiam temporis, habentibus vsus vxorum tollitur, quantò magis non habentibus ne accipiant imperatur? 1. Cor. 7. e.

e *Quærite pacem, &c.* IBID. Vnde Apostolus, *Obsecro primum omnium* fieri 1. Tim. 2. a.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXIX.

1 ET hæc sunt. *Hic consequenter prophetat contra Iechoniam, qui iam cum matre, & nobilibus, & sacerdotibus, & prophetis pluribus ductus fuerat in Babylonem, sed sperabat & anhelabat redire in Iudæam; & illi, qui cum eo translati fuerant, decepti à falsis prophetis existentibus inter eos; sed Ieremias scribendo eis nititur auferre istam confidentiam falsam. Et diuiditur in duas partes, quia primò epistolæ Ieremiæ præponitur præfatio, secundò narratio, ibi,* Hæc dicit dominus, *In præfatione exprimitur primò persona mittentis epistolam, cùm dicitur,* Quæ misit Ieremias propheta; *& locus vnde misit, cùm subditur,* De Ierusalem, *Secundò persona ad quas misit cùm subditur,*

Prima captiuitas pseudoprophetæ credula & redditu patriæ intempestiuè sperans arguitur.

2 Ad reliquias seniorum, &c. *Et patet littera vsque ibi,*

3 Et domina, *Id est, mater regis,*

4 Et eunuchi, &c. *Id est, regis & reginæ ministri, qui sic nominantur, non à membrorum sectione, sed à castitatis honestate. Tales enim ponebantur antiquitus in regiis domibus, & maximè circa obsequium dominarum, & secundum talem modum loquendi dicit Saluator Matth. 19. b.* Sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum. Eunuchi.

5 Et faber & incl. *Hæc nomina exponuntur suprà 24. Tertiò exprimuntur persona portantes epistolam, cùm dicitur,*

6 In manu Elasa filij Sapham, &c. *Quos misit Sedechias rex Iuda ad portandum tributum, quod debebat regi Babylonis, vel aliquod xenium.*

7 Hæc dicit dominus. *Hic consequenter ponitur epistolæ narratio, in qua Ieremias aufert primò transmigratis falsam confidentiam, Secundo subiungit decipientium pœnam, ibi,* Hæc dicit. *Prima in duas, quia primò aufert confidentiam falsam, secundo denuntiat veram, ibi,* Quia hæc. *Circa primum dicit in persona domini.* Diuisio.

8 Ædificate do. &c. *Id est, disponite vos ad manendum diu in Babylone prouidendo vobis de domibus, terræ fructibus, multiplicatione prolis, & cito redire falso non speretis: ideo subditur,* Non

MORALITER.

† 7 *Hæc dicit do. ex. &c. omni transmi.* Per transmigratos istos de terra natiua ad aliam, possunt intelligi religiosi, qui de sæculo transmigrant ad vitam claustralem. Quibus dicitur, Studia religiosæ personæ.

8 *Aedificate domos,* Id est, ædificia virtutum,

† *Et habitate.* Per continuationem operum bonorum, quia nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus est regno Dei, Luc. ix. g.

† *Et plantate hortos.* Id est, facite de sæcularibus deuotis nouicios, & de bonis nouiciis professos.

† *Et comedite fructum eorum.* Id est, eorum opera bona cedent vobis ad meritum, & postea ad præmium.

† *Accipite vxores.* Id est, scientiam de speculationibus diuinis, & prudentiam de agibilibus humanis, quæ signantur per vxores Iacob, Rachel & Liam, Genesis xxix.

† *Et generate filios & filias.* Scilicet spirituales per vestram bonam doctrinam, exemplo Pauli dicentis Corinthiis. j. Corinth. iiij. d. *In Christo Iesu per Euan. ego vos genui.*

† *Et date fi. v. vxo. &c.* Id est, inducite eos ad acquirendum scientiam & doctrinam, & ad operum vestrorum imitationem.

† *Et multiplicabimini,* Quia talis multiplicatio cedit ad honorem.

† *Et quærite pacem ciui. &c.* Id est religionis vestræ. Quæ bene dicitur ciuitas, id est, ciuium vnitas: nam omnis religio habet ortum ab eo quod dicitur, Actu. iv. f. *Multitudinis cre. erat cor v. & a. v.* Religio ciuitati comparatur.

† *Quia in pace, &c.* Turbata enim aliqua religione, turbatur quilibet habitans in ea. Aliter per ciuitatem potest intelligi regnum vel ciuitas, in quibus habitant religiosi, pro quorum pace debent orare: nam in pace ciuitatis vel regni habitant pacifi- cè

fieri obsecrationes & orationes, postulationes & gratiarum actiones pro A regibus & cunctis qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate.

a *Non vos seducant.* HIERO. lib. 5. Falsos prophetas, & diuinos, & somniatores fuisse in Babylone, inter eos qui cum Iechonia translati sunt, Ezechiel testatur; cùm tamen hæc epistola mittebatur, nondum ille prophetabat, qui quinto anno transmigrationis Iechoniæ orsus est B prophetare, qui idem erat regni Sedechiæ.

IBID. TROPOLOGICE. Pseudoprophetæ sunt, qui præter spiritussancti sensum scripturas exponunt; Diuini, qui coniecturam suæ mentis & incerta futurorum quasi vera pronuntiant: Somniatores qui illud non audiunt, vnde, *Ne dederis somnum oculis tuis, C &c. Et palpebris meis dormitationem*: quorum mens non vigilat erroris sopore depressa, quibus dicitur, *Surge qui dormis, & illumin. t. Christus.*

b *Cùm cœpe.* IBID. Q. Nolite credere pseudoprophetis, qui vicinum reditum pollicentur vobis: prius enim vobis explebūtur septuaginta anni, quàm redeatis.

c *Sep. an.* IBID. Tamdiu in sæculi confusione versamur, quamdiu D requiem septenarij numeri mereamur accipere, & accepta pœnitentia Deus impleat quod promisit, & reducat ad locum nostrum, id est ad ecclesiā; qui percutit vt sanet, qui dabit nobis finem laboris & patientię. Inuocabimus eum & orabimus, & exaudiemur, quęremus toto corde, & inueniemus eum. Quidā .lxx. annos intelligūt iuxta illud. *Dies annorum nostrorū in ipsis lxx. an.* Qui cum fuerint expleti, ad dominū in toto corde reuertimur, & exaudimur, & tunc est finis E laboris nostri atque patientiæ.

d *Et viuet.* IBID. Sine inuocatione & oratione poterat implere quod promiserat: sed hortatur ad preces, vt promissa mereantur.

e *Et reuerti.* IBID. Vt certius sciatis, quòd hunc reditum tamquā propinquū sperare nō debeatis, sed domos ædificare, pomeria F plantare, filios generare, & tempus expectare promissum.

f *Quasisi.* IBID. Theodotio *suarinas*, id est, secundas, Symmachus nouissimas, quæ Hebraicè suarim, שוערים.

†† IBID. Quomodo calathus qui habebat ficus bonas *primitiuas* habuisse dicitur, sic alter cophinus qui habebat ficus malas, habuisse ficus nouissimas scribitur.

Supr. 14. 2. Pa. 36. d. 1. Esd. 1. a. Psal. 15. c. | Quando cœpit Ezechiel prophetare? | Luc. 2. b. | Pseudoprophetæ, Diuini, Somniatores. | Prou. 6. a. Psal. 131. a. | Eph. 5. d. | Quando & quomodo de huius mundi exilio educendi simus? | Psal. 89. a. | Supra c. 24.

a dicit dominus exercituum Deus Israel, Non vos seducant[1] prophetæ vestri, qui sunt in medio vestrum, & diuini vestri, & ne attēdatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis, quia falsò ipsi prophetant vobis in nomine meo, * & non misi eos, dicit dominus.[10] Quia hęc dicit dominus,[2] * Cū cœperint im-b pleri in Babylone[3] septuaginta anni visitabo vos, & suscitabo c super vos verbum meum bonum,[4] vt reducam vos ad locum[5] *(a Sed non alius. Solius enim Dei est nosse futura.)* istū.[11] Ego enim scio cogitationes quas ego cogito super vos, *(Captiuitatis.)* ait dominus, cogitationes pacis & non afflictionis, vt dē vo-[6] *(a Laborum præsentium. b Tunc vel spe futurorum.)* d bis finem & patientiam,[7] [11] & inuocabitis me, & viuetis, & ora-[8] *(a Quærite & inuenietis.)* bitis me, & ego exaudiam vos. *[13] Quæretis me, & inuenietis, cum quæsieritis me in toto corde vestro,[14] & inueniar à vobis ait dominus. Et reducam captiuitatem vestram, & congregabo vos de vniuersis Gentibus[9] & de cunctis locis ad quæ e expuli vos, dicit dominus. Et reuerti vos faciam de loco ad *(a Q. d. Frustra putatis vos habere prophetas in Babylone.)* quem transmigrare vos feci,[15] quia dixistis,[10] Suscitabit nobis dominus prophetas in Babylone.[16] Quia hæc dicit dominus[11] *(Sedechiam.)* ad regem qui sedet super solium Dauid, & ad omnem popu- *(a Nolentes obedire sententiæ meæ.)* lum habitatorem vrbis huius, & ad fratrēs vestros qui non sunt egressi vobiscū in transmigrationem.[17] Hæc dicit domi-[12] *(a Captiuitatem, sed non poterunt effugere.)* nus exercituum, Ecce ego mittam in eos gladium & famem,[13] f & pestem, & ponam eos quasi ficus malas quæ comedi non[14] *(a Qui in Ierusalem sunt.)* possunt, eò quòd pessimæ sint,[18] & persequar eos in gladio &[15] *(a Dispersos.)* in fame & in pestilentia, & dābo eos in vexationem vniuersis[16] [17] *(a Vt exemplo sint omnibus maledictionis.)* regnis terræ, in maledictionem[18] & in stuporē, & in sibilum,[19] &

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non vos sedu. prophe. ve. *Scilicet, falsi, reditum propinquum denuntiando.*

2 Quia hæc dicit. *Hic consequenter denuntiat eis veram fiduciam, & primo denuntiat eam translatis in Babylonem, secundo, contrarium nuntiat habitantibus in Ierusalem, ibi,* Quia hæc. *Circa primum dicit,* Quia hæc dicit dominus. *q. d. nolite credere falsis prophetis, quia hæc est sententia domini de vestro reditu.*

Quot annis durauerit & quando putanda est incepisse captiuitas Babylonica.

3 Cùm cœperint im. septua. &c. *Tot enim anni fluxerunt secundum Hebræos à transmigratione Ioakim vsque ad primum annum Cyri. secundum alios vero computatio istorum annorum incipit tardius, scilicet, à destructione ciuitatis sub Sedechia, vt dictum est supra xxv.*

4 Visitabo vos, *Sicut misericors pater filios, cetera patent vsque ibi.*

5 Vt reducam vos ad locum istum. *Id est, in Ierusalem, non quod omnes redierunt in personis propriis, quia in tanto tempore multi fuerunt mortui, maximè illi qui erant iam prouecta ætatis.*

6 Vt dem vobis finem, *Captiuitatis vestræ.*

7 Et patientiam, *Interim vsque ad terminum prædictum.*

8 Et inuoca. me, & ego exaudiam. *Et ibitis ad terram vestram. Cetera patent vsque ibi.*

9 De vniuer. *Quia in regno Babylonis erant Gentes variæ, ad quas Iudæi fuerunt translati tempore Ioakim & Sedechiæ & inde redierunt cum Zorobabel duce.*

10 Quia di. *Id est, quia credidistis prophetis falsis vos decipientibus, & dicentibus, se loqui in nomine domini: ideò annuntiaui vobis terminum vestræ reuersionis in Iudæam, vt non credatis eis dicentibus vobis, quod citò debeatis reuerti.*

Prædicit regis & populi qui remanserat in Ierusalem exitium.

11 Quia hæc dicit do. *Hic consequenter hanc fiduciam remouet à Sedechia rege, & eius populo, qui non transmigrauerant in Babylonē, denuntiando quòd passuri sint multò grauiora, ideo subditur.*

12 Hæc dicit dominus exercituum, *Id est, angelorum.*

13 Ecce ego mit. in eos gla. *Omnia enim ista venerunt super eos obsessos in Ierusalem vt habetur. iiij. Reg. vl.*

14 Et ponam eos quasi ficus malas, quæ come. *Id est abominabiles Deo & hominibus, sicut dictum est supra xxiiij. in parabola de ficubus.*

15 Et dabo eos in vexationem, *Per seruilia opera & grauiora.*

16 Vniuersis regnis ter. *Hoc dicitur, quia sub rege Babylonis erant plura regna.*

17 In maledictionem, *Quantum ad verba dura quæ eis inferebantur.*

18 Et in stuporem, &c. *Præ admiratione eorum miseriæ.*

19 Et in sibilum, *Id est, in derisum. Cetera patent in littera.*

MORALITER.

† cè religiosi: propter quod dicit Apostolus j. Timo. ij. a. *Obsecro primum omnium fieri ob. ora. postu. gratiarum ac. pro regi. & princ. & sequitur. vt tranquil. aga. vitam.*

1 *Non vos se. prophe. vestri.* Id est, homines mali qui in religionibus vel regnis & ciuitatibus per sua verba mala concitant homines ad seditiones & prælia.

3 *Cum cœpe. imple. in Ba. se. &c.* Per Babylonem, quæ confusio interpretatur, vita præsens signatur; de qua Hugo de S. Vict. di. in prosa, Confusa, sunt hæc omnia, spes, metus, timor, gaudium. Terminus autem vitæ præsentis communiter est annus septuagesimus, Psal. lxxxix. c. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni:* Igitur religiosis pacificis, & etiam sæcularibus dicit dominus, *Cùm impleti fuerint, &c.* id est, in termino vitæ vestræ visitabo vos.

Exitus boni religiosi de vita.

4 *Et suscitabo super vos verbum meum bo.* Transferendo vos de præsentis vitæ miseria ad felicitatis æternæ gaudia.

a *De nocte.* HIERO. lib. 5. Non cessaui monere, vt vos imitarentur qui in transmigratione securo otio fruimini, donec compleantur promissa Dei.

A

b *Ad Achab.* IBID. Aiunt Hebræi hos esse presbyteros, quorum meminit Daniel, vni eorum dicens, *Inueterate dierum malorum, &c.* Alteri, *Semen Chanaan & non Iuda, species decepit te, &c. Qui prophetant vobis in nomine meo mendacium*, quia (vt aiunt) mulierculis iactabant se esse de tribu Iuda, & Christum generandum de progenie sua; vnde acquiescebant cupidini, allectæ, tamquam Christi matres futuræ. Sed videtur hoc obesse, quòd rex Babylonis dicitur eos frixisse, cùm dicat Daniel eos lapidatos esse; vnde à plerisque, ac penè omnibus Hebræis, illud quasi fabula negligitur. Non enim putant quòd captiui, lapidandi principes & prophetas suos potestatem habuerunt, & hoc magis verum esse affirmant, quod ait Ieremias, conuictos quidem esse à Daniele, sed sententiam datam à rege. Multi autem de nostro grege prophetant in nomine domini mendacium; Vxores ciuium suorum adulterant; quos verus Nabuchodonosor frigit igne peccati, secundum illud: *Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente.* Felix autem qui portat iugum domini ab adolescentia, qui sedet solus, qui amaritudine plenus, vt dicat, *Non sedi cum consilio malignantium.*

Dan. 13. f.

An pseudoprophetæ, quos hic redarguit Ieremias, iidem sint qui apud Danielem Susannæ crimen imposuere, & lapidati sūt.

B

C

Hoseæ 7. a. Thren. 5. c.

Psal. 25. a.

IBID. In hoc capitulo allegoricus interpres somniat ruinam cælestis Ierusalem. Et ad eos prophetiam dirigi suspicatur, qui in mundi huius Babylonia versantur, quia bene fecerint, in hæc corpora sponte descendentes, domos ædificantes, filios generantes, & bonis operibus studentes, quia post lxx. annos in cælestem Ierusalem mittentur. Qui autem noluerint ad terrena descendere, passuros dicit quæ dominus minatur Sedechiæ, quia nolunt imitari fratres suos, nec venire in Babylonem, quia dominus mittet in eos gladium, & famem, & pestem, id est, rerum omnium penuriam, & faciet quasi ficus pessimas, & persequetur gladio sempiterno, & dabit in vexationem omnibus regnis, nec fient dæmones, sed dæmones; & erunt omnibus angelis, (qui præsunt singulis prouinciis,) in maledictione, quia in cælesti Ierusalem noluerunt audire verba prophetarum hortantium, vt ad terrena descēderēt, vt acta pœnitētia post verum sabbatū pristinum locum possiderent.

Insanum allegorici interpretis figmētum.

D

De relegatione animarum ad corpora, & earundem in bestias, & c. metamorpho-si.

E

in opprobrium cunctis Gentibus, ad quas ego eieci eos, [19] eò quòd non audierint verba mea, dicit dominus, quæ misi ad eos per seruos meos prophetas de nocte consurgens, & mittens & non audistis, dicit dominus. [20] Vos ergo audite verbum domini, omnis transmigratio quam emisi de Ierusalem in Babylonem. [21] Hæc dicit dominus exercituum Deus Israël ad Achab filium Chuliæ, & ad Sedechiam filium Maasiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter: ecce ego tradam eos in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & percutiet in oculis vestris, [22] & assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iudæ, quæ est in Babylone dicentium: Ponat te dominus sicut Sedechiam & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne: [23] pro eo quòd fecerint stultitiam in Israël, & mœchati sunt in vxores amicorum suorum, & loquuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis. Ego sum iudex & testis, dicit dominus. [24] Et ad Semeiam Nehelamitem dices: [25] Hæc dicit dominus exercituum Deus Israël: Pro eo quòd misisti in nomine meo libros ad omnem populum qui est in Ierusalem, & ad Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, & ad vniuersos sacerdotes dicens: [26] Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiada, vt sis dux in domo do-

a ¶ Qui meæ obedistis voluntati.

a ¶ Q. d. Non opinione, sed ipsa re cognoui hæc vera esse, non possunt celare, nec iudicij veritatem assumere.

c *Ad Semeiā.* IBID. Semeias de loco Nehelami (qui interpretatur torrēs) cum Iechonia ductus est in Babylonem, & populo prophetauit mendaciū, quòd, scilicet citò reuersuri essent in Ierusalē. Quia igitur Ieremias ad eos qui erant in Babylone litteras miserat dicens, *Aedificate domos, &c.* Et postaddiderat, *Non vos seducant prophetæ vestri, &c.* Intelligens Semeias cōtra se hoc scriptū, mittit in Ierusalē litteras ad Sophoniā filium Maasię, & ad reliquos sacerdotes, quare nō increpetur Ieremias à Sophonia, cuius est officiū discernere inter falsos & veros prophetas, & iubetur in carcere recludi, & soluere pœnas mendacij, quia populū seduxit; Ioiadas verò sacerdos fuit, cui Ioas post interfectionem Athalię imperiū tradidit, & sacerdotes Baal interfecit. q.d. Quare Ioiadam non imitaris. Quare Ieremiam pseudoprophetam non interficis, Dominus enim instituit te pro Ioiada, vt discernas quo spiritu quisque loquatur. Discretio verò spirituum spiritualis gratia est.

Semeias per litteras Ieremiam recludi & puniri petit.

F

4. Reg. 11. d.

4. Reg. 11. a.

IBID. ATHALIA mulier quædam fuit, quæ occidit de regio semine

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hæc dicit dominus. *Hic consequenter ponitur pœna falsorum prophetarum, qui decipiebant populum de Babylone transmigratum; Et primò ponitur pœna duorum simul, qui non solum erant prophetæ falsi, sed & adulteri: secundò pœna tertij, qui non solum erat assertor falsitatis, sed etiam persequutor veritatis, ibi,* Et ad Semeiam. *Nomina autem duorum ponuntur, cùm dicitur,*

Diuisio.

2 Ad Achab filium Chuliæ, *Et subditur eorum pœna, cùm dicitur:*

3 Ecce ego tradam eos in manu Nabucho. *Dicunt expositores nostri communiter, quòd isti fuerunt duo senes, quos conuicit Daniel de falso testimonio contra Susannam, propter quod fuerunt condemnati ad mortem, vt habetur Dan. xiij. g. Verumtamen quia Iudæi in Babylone erant serui, non habebant aliquam iustitiam, nec per consequens potestatem condemnandi aliquem ad mortem: ideo subditur hic quod fuerunt traditi in manu Nabuchodonosor, quia de sua falsitate fuerunt accusati per Iudæos coram rege, vel locum eius tenente, qui sententiam mortis in eos dedit, & exequutionem Iudæis commisit, & ideò cum dicitur Da. xiij. populum eos interfecisse, intelligendum est tantum exequutiuè. Cetera patent vsque ibi.*

Achab & Sedechias putantur esse senes illi quos conuicit Daniel de falso testimonio. Dan. 13.

4 Quos frixit. *Sed contra Da. xiij. dicitur, quod fuerunt lapidati. Ad quod dicendum quod qualibet pœna mortis aliquando in scriptura significatur nomine ignis, vel quia primò fuerunt lapidati, postea combusti, sicut de Achan dictum fuit Iosue vij. & hic exprimitur pœna ignis, in Da. verò pœna lapidationis. Illud tamen, quod de eis dicitur in Da. non est autenticum, quia non est de scriptura canonica. Cetera patent vsque ibi.*

Quo supplicio interierint prædicti senes.

5 Ego sum. *Q. d. nullus potest effugere iustitiam meam.*

6 Et ad Se. *Hic consequenter ponitur pœna tertij, qui non solùm erat propheta falsus illis, qui erant in Babylone, sed etiam persequutor Ieremiæ, scribens de Babylone summo pontifici qui erat in Ierusalem, vt incarceraret Ieremiam, eò quòd scripserat transmigratis ne falsò sperarent citò reuerti, & hoc est quod dicitur.*

7 Pro eo quod mis. in no. meo libros, *Id est, litteras.*

Semeiæ nequitia.

8 Nomine meo, *Tamquam nomine veri prophetæ, dicens Sophoniæ:*

9 Do. de te sacerdot. *Scilicet, summum.*

10 Pro Ioiada. *Licet iste Ioiada fuisset diu ante, tamen ipsum nominat, eò quòd fuerat homo sanctitatis magnæ & auctoritatis, in hoc adulando isti Sophoniæ, quasi dicat, tu es tantæ sanctitatis & auctoritatis sicut ille.*

11 Vt sis dux in do. do. *Id est, princeps sacerdotum.*

M O R A L I T E R.

6 *Et ad Semeiam.* Per istum Semeiam, qui de Babylone scripsit in Ierusalem summo sacerdoti, persuadens vt reprimeret Ieremiam ab actu prophetandi; signantur illi qui suggerunt prælatis ecclesiæ, vt auferant potestatem prædicandi & confessiones audiendi à pauperibus prædicatoribus; vel nimis restringant, cùm tamen pro salute animarum laborare fideliter intendant.

De eis, qui per calumniam

nituntur spoliare religiosos priuilegiis.

mini super omnem virum arrepticium & prophetantem vt mittas a eum in neruum, & in carcerem. [27] Et nunc quare non increpasti Ieremiam Anathothitem qui prophetat vobis? [28] Quia super hoc misit ad nos in Babylonem dicens, Longum est, ædificate domos & habitate, & plantate hortos & comedite fructus eorũ. [29] Legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in auribus Ieremiæ prophetæ. [30] Et factum est verbum domini ad Ieremiam, dicens, Mitte ad omnẽ transmigrationem, dicens, [31] Hæc dicit dominus ad Semeiam Nehelamitẽ, Pro eo, b quod prophetauit vobis Semeias & ego nõ misi eum, & fecit vos cõfidere in mẽdacio, [32] Idcirco hęc dicit domin⁹. Ecce ego visitabo super Semeiam Nehelamitẽ super semẽn eius. Non erit vir sedens in medio populi huius, & non videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait dominus, quia præuaricationem loquutus est aduersus dominũ.

a ¶ Hoc est, quod dolet, quia contra mendacium suum Ieremias scripsit veritatem.
a ¶ Q. d. Ipsa lectione sugillans, quia auderet in Babylonem talia scribere.
a ¶ Visitabo in virga iniquitates eorum.
a ¶ Discipulos suos quos suo errore decepit.
b ¶ Ne sedeat in medio quiescentium, qui cum stantibus stare noluit.
a ¶ Peccata scilicet iam esse soluta, captiuos scilicet iam esse reuersuros.

Ne quos potuit: A qua loia da sacerdos seruauit Ioas, & postquam illa interfecta est, à populo, tradidit ei imperium.

a Quare non incre. B HIE. li. 5. Mẽdacio præuenit veritatẽ: quod ipse merebatur alij imponit, quia prudẽtiores sunt filij tẽnebrarũ filiis lucis, & quod C timent sibi inferunt aliis.

Mali præoccupant aliis obiicere, quod sibi verentur obiiciendũ.

b Hæc dic. IBID. Semeias verè Nehelamites, qui de torrẽte turbidas aquas sumpserat

1 irascitur contra D 2 mẽdacium suum 3 scripsisse, Iere- 4 miam, & ad Sophoniam mittit 5 epistolas, cur au- 6 sus sit scribere 7 veritatem, & cu- 8 pit eum recludi E in carcerẽ, ne loquatur; Sophonias quoque latenter accusat, & epistolã in accusationẽ iactat. Similiter rei sunt 9 qui pseudopro- 10 F phetas defendũt, 11 & aliorũ mẽda- 12 cia peccata suã 13 faciunt, contra 14 quos subditur, 15 *Ecce ego visitabo.*

Peccant qui peccatibus fauent.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Super om. virum arrepticium, *Id est, qui prophetat ex virtute dæmonis eius phantasiam commouentis.*
2 Vt mit. eũ in n. *Id est, in cyppũ, ita quòd nõ possit talia seminare in populo.*
3 Et nũc qua. nõ increp. Iere. *taliter prophetantem in Ierusalem: & non solùm in Ierusalem verbis, sed etiam in Babylone scriptis; ideo subditur.*
4 Quia su. hoc mis. ad nos. *Scilicet epistolam, vt dictum est in principio huius cap.*
5 Dicens, *In eadem epistola.*
6 Longum est, *Scilicet tempus moræ vestræ in Babylone.*
7 Ædificate domos, *Id est, disponite vos ad diutinam mansionem, sicut expositum est suprà.*
8 Legit ergo Sophonias, *Ad arguendum Ieremiam de epistola quam miserat. Cetera patent vsque ibi,*
9 Ecce ego, *Vbi ponitur pœna Semeiæ, cum dicitur,*
10 Visitabo, *In persona eius:*
11 Et su. semen eius, *Id est, personis sibi coniunctis,*
12 Non erit sedens, *Id est, habitans,*
13 In medio populi huius, *Scilicet reuertentis in Ierusalem.*
14 Et nõ vide. bo. quod ego fa. po. meo. *Ipsum de captiuitate liberãdo.*
15 Quia prę. lo. *Notãdo Ieremiã de falsitate, qui ex ore domini loquebatur.*

CAPVT XXX.

[1] HOc verbum quod factum est ad Ieremiam à domino dicens, [2] Hæc dicit dominus Deus Israel; Scribe tibi omnia verba quæ loquutus sum ad te in libro. [3] Ecce enim dies veniunt dicit dominus; & conuertam conuersionem populi mei Israel & Iuda, ait dominus, & conuertam eos ad terram quam dedi patribus eorum, & possidebunt eam. [4] Et hæc verba quæ loquutus est dominus ad Israel & ad Iudam. b [5] Quoniam hæc dicit dominus. Vocem terroris audiuimus,

CAP. XXX.

a HOc verb. HIERO. lib. 6. Ieremias reuersionẽ promittebat, non intra biennium, vt illi mentiebantur; Sed finitis lxx. annis: nunc iubetur scribere & memoriæ tradere quæ dominus pronuntiat. Vnde potest colligi vaticiniũ non citò impleri, Sed cum Israel & Iudas in terram suam reuertentur. Et sicut Ezechiel prophetauit: *Duæ virgæ copulabuntur, & erit Dauid rex & pastor ouium.*

Ezec. 37. d.

† THEODORET. in hunc locũ. Dominus Deus volẽs ostẽndere veritatẽ prophetiæ, iubet prophetã mandare scriptis prædictiones factas, tã de captiuitate, quàm de reuocãdis captiuis.

b *Vocem terroris, &c.* HIE. vbi sup. Quidã hũc locũ secũdũ Tropologiã sic exponũt, vt putẽt illud testimoniũ, *A timore tuo domine cõcepimus & peperimus,*

Isa. 26.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXX.

1 HOc verb. *Superius Ieremias prophetauit populo aspera; hic consequenter prophetat prospera. Illud autem quod erat summè prosperum, erat aduentus Christi ad salutẽ mundi, cuius figura fuerat saluatio populi de captiuitate Babylonica, de qua fecerat mentionem cap. præcedenti, inter aspera quæ nuntiauerat, vt opposita iuxta se posita magis elucescerent; & ideo conuenienter post figuram, hic consequenter denuntiat rem figuratam scilicet per Christum salutem generalem, quod facit in hoc cap. & se. Nec possunt conuenienter aliter exponi, nisi referendo ad tempus Christi, vt in persequendo magis apparebit. Ad intellectum tamen sequentium sciendum, quòd prophetæ in scribendo non seruant semper ordinem temporis, sed frequenter prius facta scribunt posterius, & ècõuerso, vnde dicunt doctores Hebræi:* Non est prius & posterius, *in lege, per quam intelligunt ve. te. in quo non est attendendus ordo temporis secundum ordinem descriptionis. Et idem dicunt doctores Latini, quòd frequenter sacra scriptura loquitur per anticipationem, scilicet posteriora præponendo & per recapitulationem priora postponendo: & hoc modo procedit Ieremias in hoc libro in pluribus locis, vt patet in præcedentibus, & in sequentibus apparebit. Et in hoc loco sic procedit, quia primò denuntiat Christi regnum; Secundò eius aduentum. ca. se. Circa primum sciendum, quòd licet homo Christus ab instanti incarnationis habuerit dominium super omnia creata auctoritatiuè, non tamen exequutiuè: sed hoc modo accepit in sua resurrectione, secundum quod dicit Matth. vlt. d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra; *Et perfectius habebit in iudicio finali, tunc enim omnia erunt ei simpliciter subiecta, Vnde dicit Apostolus ad Heb. ij. b.* Nunc autem necdum videmus omnia *subiecta ei. Iudicium autem finale præcedit Antichristi persequutio. Et ideo primo nuntiatur hic persecutio Antichristi; Secundò dominium Christi, ibi,* Et erit; *Tertiò respondetur tacitæ quæstioni, ibi,* Te autem. *Circa primum dicitur Ieremia,*

Ordo temporis non seruatur à prophetis in scribẽdo.

Regnum Christi.

2 Scribe ti. *Q. d. ista futura sunt in longinquum, & sunt digna memoria, ideo sunt scribenda.*
3 Ecce enim. *Istud non potest intelligi de reditione captiuitatis Babylonicæ, nec de aliqua alia sequenti saluatione temporali, quia secundum doctores Hebræorum, & secundum veritatem, populus Israel prout diuiditur contra populum Iuda, sicut est hic, non est reuersus de captiuitate, nec à Iudæis expectatur reuersurus vsque ad tempus Messiæ, quem Iudæi expectant venturum. Et ideo secundum nos, qui confitemur eius aduentum præterisse, oportet quòd littera ista aliter intelligatur; Et dicunt aliqui, quod intelligitur de conuersione spirituali Iudæorum ad prædicationem Christi & Apostolorum, quorum aliqui fuerunt de regno Israel, quia Salmanasar captiuante illud regnum aliqui fugitiui euaserunt, qui postea habitauerunt in regno Iuda tempore Ezechiæ, & cum illis de regno Iuda in Babylonem ducti fuerunt, & cum redeuntibus redierunt, sicut dictum fuit plenius iiij Regum. Quod autem subditur,*
4 Et conu. eos ad terr. *Intelligitur de terra viuentiũ: quæ sub promissione facta Abrahæ fuit principaliter intellecta, sicut dictum fuit plenius Gen. xv. & in pluribus aliis locis; sed quia Iudæi, qui crediderunt ad prædicationem Christi & apostolorum, fuerunt pauci respectiuè, ideo melius intelligitur quod dicitur hic,* Et conuertam cõuersionem populi mei Israel & Iuda, *de generali conuersione Iudæorum ad Christum, detecta falsitate Antichristi per Eliam & Enoch. Ideo de persequutione Antichristi subditur,*
5 Quoniam hæc dicit do. Vocem. *Et connumerat se dominus Christus*

Quam conuersionem Israel & Iuda prædicat hic propheta?

MORALITER.

1 Hoc ver. Illud cap. & etiam immediatè sequens exponunt ad litteram Iudæi, & etiam aliqui doctores catholici de liberatione Iudæorum à captiuitate Babylonica quantum ad bonos, & flagellatione eorum quantum ad rebelles & malos. Ego verò capitulum vtrumque litteraliter exposui de litteratione mundi facta † per

mus, &c. Et hoc, *Filioli mei quos iterum parturio, donec form. in vo. Christus.* Huic exemplo comparari potest quod manifestum est, non ad terrorem, sed ad gaudium pertinere, cum præsens scriptura vastationis ruinæ tempus significet.

Galat. 4. c.

a *Manum super lumbum, &c.* † THEOD. in hunc locum. Alibi verò vt luctũ demõstraret, dixit, vnumquemque habere manus complicatas super caput.

b *Væ quia magn.* HIER. lib. 6. Prius tristia nunciantur, vt post malorũ magnitudinem læta succedant, & magnitudo doloris vertatur in gaudium. Gratior enim est sanitas post ægritudinẽ; quod autem dicit hoc est: tantus erit timor, vt fugata pace, bello & sanguine omnia cõpleantur; & viri qui debebant pugnare quasi mulieres timebunt, nec manibus arma, sed lumbos quasi parturientes tenebunt.

* Infr. 46. g & 44. a.

c *Et Dauid.* IBID. Christo, scilicet; quomodo enim primus Adam & secundus scribuntur iuxta corporis veritatẽ; sic & Dauid. Christus enim de Dauid secundum carnem.

Prophetiæ Christo seruiebant.

† THEODORET. Prophetiæ finem imposuit Christus dominus, è Dauide si quidem natus est secundum carnem, & pascit iam non Israelem modo, sed omnes gentes. Prædictio hæc euentum quemdam habuit, velut in vmbra & figura tempore Zorobabelis.

d *Serue me.* HIER. Familiariter vocat, sicut Abraham, Isaac, Iacob vocantur serui Dei. Moyses quoque & alij prophetæ, & Paulus in principio epistolarum hoc titulo gloriantur.

formido, & non est pax. [6] Interrogate & videte si generat masculus. Quare ergo vidi omnis viri manum super lumbũ suum quasi parturientis, & conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem? [7] Væ quia magna dies illa, nec est similis eius, tempusque tribulationis est Iacob & ex ipso saluabitur. [8] Et erit in die illa, ait dominus exercituum, cõteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam. Et non dominabuntur ei amplius alieni, [9] sed seruient domino Deo suo, & Dauid regi suo quem suscitabo eis. * [10] Tu ergò ne timeas serue meus Iacob, ait dominus, neque paueas Israel. Quia ecce ego saluabo te de terra longinqua; & semen tuum de terra captiuitatis eorum. Et reuertetur Iacob & requiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet, [11] quoniã ego tecum sum, ait dominus vt saluem te. Faciam enim consummationem in cunctis Gentibus, in quibus dispersi te, te autẽ non faciam in consummationem, sed castigabo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius, [12] quia hæc dicit dominus, Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. [13] Non est qui iudicet iudiciũ tuũ ad alligãdã curationẽ tuã, vtilitas nõ est tibi, [14] Omnes amatores tui obliti sunt tui, teq; nõ quærẽt. Plaga enim inimici per-

a ¶ Prædicit tempus miseriæ, vt inferat tempus gaudij.
a ¶ Populi Dei. ¶ Duodecim tribuum. b ¶ Tempore Euangelij, non sub Zorobabel vt putant.
a ¶ Hæc pericope in. LXX. non habetur. b ¶ Duæ tribus.
a ¶ Decem tribus.
¶ Reducendo.
a ¶ Secundum illud, Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.
a ¶ Disperdendo eas.
a ¶ Quasi sponsam. b ¶ Quasi, non tradidi te pœnæ, sed eruditioni: vt iudicarem quasi proprios, ne perderem quasi alienos; qui enim non credit, iam iudicatus est, id est, præiudicatus in interitum.
a ¶ Non mihi, qui fregi.
a ¶ Quocumque te verteris, quia verum medicum offendisti. b ¶ Sacerdotes, principes vel angeli.

e *Sed castigabo.* IBID. SYMMACHVS. *Et mundans non mundabo te.* AQVILA. *Cùm te erudiero per iudicium, nequaquam innocentem faciam*, & hoc est: Omnis mundus, principes, vel angeli, indigent misericordia Dei, & nullus, quamuis sanctus, securus pergit ad iudicem; contra nouam scilicet ex veteri hæresim, quæ putat in hac mortali carne & in hoc sæculo, antequã corruptibile hoc induat incorruptionẽ, & mortale hoc immortalitatem, in aliquo perfectionẽ esse in quoquã, & omnes simul iustũ posse virtutes implere.

Notat Hieronymus Pelagianos.

f *Non est qui iudicet.* † THEOD. Nemo enim redarguebat iniustitiam regis Nabuchodonosoris.

g *Plaga.* HIER. suprà. Aliter amicus, aliter percutit inimicus; aliter pater, aliter hostis: Ille enim vt corrigat, iste percutit vt occidat. Vnde, *Domine ne in furore tuo arguas me.* GREG. Quoties Deus peccatorem feriẽdo corrigit, ad hoc flagellum emittit, vt parcat. Cùm verò eius vitam in peccato permanentem feriendo concludit, flagella emittit, sed non parcit. Qui enim flagellum emisit vt parceret, ad hoc quãdoque emittit vt non parcat. In hac enim vita dominus tantò magis studet vt parcat, quantò magis expectando flagellat. Vnde, *Ego quos amo, arguo & castigo.* Et alibi. *Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit.* De flagello autem damnationis scriptum est: *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Et in Ieremia, *Plaga inimici percussi te.*

Psal. 6. a. Flagella Dei quæ vel sanant vel incorrigibiles tollunt de medio. Apoc. 3. d. Heb. 12. b. Psal. 9. c.

THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

stus fidelibus suis tunc passuris, eo modo quo dixit Act. ix. a. Saule quid me persequeris?

Tempora Antichristi.

1 Interrogate & vi. si ge. mascu. *hic accipitur generare, pro parere: vnde in Heb. habetur*, Si parit masculus. *Et per hoc innuitur anxietas & angustia tunc futura Christi fidelibus. Ideo subditur*,

2 Quare ergo omnis viri, *Id est, cuiuslibet Christiani quantumcumque fortis & firmi.*

3 Manum super lumbum, &c. *Modus enim mulieris parturientis, est ponere manus suas ad lumbos suos.*

4 Et conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem, *Id est, in colorem deformem præ angustia & timore.*

5 Væ quia mag. di. il. *Id est, tempus illud erit magnum quantum ad intensionem tribulationis.*

6 Nec est simi. *Propter quod dicitur Mat. xxiiij. b.* Erit enim tribulatio magna, qualis numquam fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet.

7 Et ex ipso saluabitur, *Omnis prædestinatus ad vitam beatam, qui nomine Iacob intelligitur, eò quòd supplantator interpretatur.*

8 Et erit. *Hic consequenter ponitur dominium Christi, qui spiritu oris sui interficiet Antichristum, vt dicitur. ij. ad Thes. ij. b. & magnam partem adhærentium sibi, ideo subditur;*

9 Conteram iugum eius de collo tuo, *Scilicet, militantis ecclesiæ.*

10 Et vincula eius, *Id est, machinationes eius & deceptiones.*

11 Et domi. ei amp. alieni, *Scilicet, à Deo.*

12 Sed seruient domi. De. *Scilicet, Deo patri.*

13 Et Dauid regi suo, &c. *Id est, Dei filio incarnato: vnde in translatione Chaldaica, quæ apud Hebræos est autentica, vt frequenter dictum est, sic habetur*, Et obedient Messiæ filio Dauid, regi suo, *vnde secundum omnes doctores Hebræorum istud intelligitur de Christo ad litteram.*

14 Quem suscitabo eis, *Id est, faciam apparere ad eorum salutem. Et etiam quia ad litteram Deus pater suscitauit Iesum à morte.*

15 Tu ergo ne timeas. *Confortatio est contra tribulationem Antichristi futuram.*

16 Saluabo te de terra longinqua, &c. *Iudæi enim tunc saluandi dispersi sunt in longinquis partibus mundi & ibi captiui.*

17 Reuertetur Iacob, *Scilicet ad Christum, quod non solùm intelligitur de Iudæis tunc conuertendis, sed etiam de Christianis ab Antichristo deceptis, qui posteà pœnitebunt.*

18 Et requiescet. *A tribulatione, Antichristo interfecto.*

19 Et cunctis affluet bonis, &c. *Hoc refertur ad statum ecclesiæ triumphantis, vbi habetur bonum infinitum, & securitas perfecta.*

20 Faciam enim consum. &c. *Quia omnes Gentes sectas suas diuersas dimittent pro fide Christi.*

21 Te autem non fa. *Hic respondetur quæstioni tacitæ duplici, secunda ponitur ibi*, Propterea. *Circa primum posset fieri quæstio, quare dominus permittet fideles suos sic tribulari tempore Antichristi? Et respondetur hic, quòd hoc fiet vt purgentur à peccatis, quæ circa tempora illa abundabunt, secundum quod dicitur Matth. 14. a.* Et quoniam abundabit iniquitas, &c. *Et hoc est quod dicitur*, Te autem. *quasi dicat, quantumcumque futura sit acerba persecutio Antichristi, non tamen deficiet ecclesia, sed purgabitur. Ideò subditur*, Sed castiga. te in iudici. vt non tibi videa. innoxius.

Quare Dominus permittet fideles sæuissime tribulari tempore Antichristi.

22 Insanabilis fractu. *Quia persecutio Antichristi erit irremediabilis via humana.*

23 Non est qui iu. *Quia tũc nullus audebit stare pro iustis ad eos liberãdũ.*

24 Omnes amatores. *Quia principes terreni, qui modò defendunt ecclesiam, non audebunt ei ostendere vllam amicitiam.*

25 Plaga. *Q. d. tunc videbor aduersari ecclesiæ, sicut pater durè castigans filium videtur inimicari, indicio exteriori.*

Pro-

MORALITER.

† per Christum, ostendendo, prout exposui, propter quod hæc expositio spiritualis est, respectu aliarum, nec occurrit mihi alia conuenientior hic ponenda.

† MORA-

† THEOD. A in hunc locū. *Plaga inimici percussi te.* Quia non visus sum solita longanimitate, sed adhibui sectionem diuinā. Quod etiam facere consueuit medicus, perspiciēs difficultatē morbi. B a *Propterea.* HIER lib. 6. Sub Zorobabel hæc facta cognoscimus quando Assyrios, id est, Niniuen, vastauere Babylonij & Chaldæi, & Persæ, & Babylon destructa est. Tunc Siō cœpit habere dominum requirentē, & obducta est cicatrix eius. Sed plenius atque perfectius in Christo complentur. b *Quia eiectā, &c.*

cussi te, castigatione crudeli. Propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. [15] Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus. Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi. [16] Propterea omnes qui comedunt te deuorabuntur, & vniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur. Et qui te vastant vastabuntur, cunctosque prædatores tuos dabo in prædam. [17] Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te, dicit dominus: Quia eiectam vocauerunt te Sion, hæc est quæ non habebat requirentem. [18] Hæc dicit dominus: Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor. Et ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur. [19] Et egredietur de eis laus, voxque ludentium, & multiplicabo eos, & non minuentur, & glorificabo eos, & non attenuabuntur: [20] & erunt filij eius sicut à principio, & cœtus eius coram me permanebit. Et visitabo aduersum omnes qui tribulant eum, [21] & erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur. Et applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim iste est qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi? ait dominus. [22] Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. [23] Ecce turbo domini furor egrediens, procella ruens in capite impiorum conquiescet. [24] Non auertet iram indignationis dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui. In nouissimo dierum intelligetis ea.

(Interlinear glosses: *Quia.* — *Non mea voluntate, sed medicinæ curatione* … — *Non possunt sanari, nisi puluere mordacissimo & ferro acutissimo, quo putridas carnes & insanabiles amputarem.* — *Non potest ciuitas abscondi super montem posita.* — *Vt quicquid in priori populo carnaliter fiebat, in ecclesia spiritualiter compleatur.* — *Dicentibus apostolis: Gratia vobis & pax.* — *Vt totus orbis credat in Christum.* — *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.* — *Apostoli.* — *Abraham, Isaac, & Iacob, principes Israelitici generis.* — *Contrarias potestates.* — *Christus de genere Israel secundum carnem.* — *Ego pater.* — *Christum.* — *Dicens: Ego in patre, & pater in me.* — *q.d. Nullus potest cor suum sic applicare domino, nec ita esse patri coniunctus vt filius.* — *Hoc in Hebræo non habetur.* — *Ex parte hoc in Israel impletum cernimus, & ex toto in Gentibus.* — *Dæmonum, vel Dei filium blasphemantium.* — *Vt Ierusalem exercitu circumdetur & penitus deleatur.*)

Margin: *Plaga hostis inimici.* — *Christus perfecta salutis.* — *Esdras & sub eo gesta typus gestorum Christi.* — *Exod. 32. b. 1. Para. 13. d.* — *Duplex lusus.*

&c. † THEO. D vbi supra Inuolauerāt enim in eam viciniæ gētes, quæ captiuitatem & seruitutem imposuerant. c *Ecce ego conuertam.* HIER. supra. Quoniā typus præcessit, E in Zorobabel & Esdra, quādo reuersus est populus, & cœpit ædificari ciuitas in excelso suo, tēplique obseruari religio, &c. quę in Esdra continentur, plenius atque perfectius in Christo & in Apostolis cōplentur. d *Ludentium, & multiplicabo eos, &c.* IBI. Non secundū F illud, *Sedit populus māducare & bibere, & surrexerunt ludere:* Sed sicut Dauid ludebat ante arcā domini.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propter multitud. iniquitatis. *quæ tunc abundabit supra modum, vt dictum est.*
2 Dura fa. sunt pecc. tua. *id est dura correctione indigentia.*
3 Quid cla. sup. contritione. *q.d. iustè tibi infertur.*
4 Insanabi. *s. via humana, propter quod Christus apponet remedium,*
5 Propter. *Hic soluitur secunda quæstio: quia posset aliquis quærere, quid faciet Christus de Antichristo persecutore, & sibi adhærentibus? Et respondetur, quod non euadent diuinam vindictam. Et hoc est quod dicitur:* Propterea om. qui com. te deuorabuntur. *Non solum morte temporali, sed etiam æterna.*
6 Et vniuer. ho. t. in capti. ducentur. *A dæmonibus.*
7 Obducam. *dando spiritum pœnitentiæ deceptis ab Antichristo, & eius satellitibus.*
8 Quia eie. *id est, ô tu ecclesia nomine Sion vocata, Isa. ij. & Heb. xij. Quæ vocabitur eiecta durante Antichristi persequutione.*
9 Conuertam conuersionem. *id est, societates fidelium ab Antichristo deceptorum, quia dabitur eis tempus pœnitentiæ.*
10 Et ædifi. ciuitas. *id est, ecclesia, quæ est ciuium Christi vnitas.*
11 In excel. *id est, in honore magno, quia tunc omnes confugient ad eam.*
12 Et templum. *id est, cultus Christi ab Antichristo deiectus in statum suum reformabitur.*
13 Et egredietur de eis laus. *scilicet diuina.*
14 Voxque ludentium. *Non per dissolutionem, sed per deuotionem: sicut dicebat Dauid de seipso. ij. Reg. vj. b.* Ludam ante dominum.
15 Et erunt fi. eius sic. à principio. *i. sicut ante persecutionē Antichristi.*
16 Et erit dux eius ex eo. *id est, Christus verus homo.*
17 Et applicabo eum. *quia Christus homo præ omnibus habet accessum ad patrem: ideò subditur,*
18 Quis enim. *id est, quantæ excellentiæ.*
19 Qui applicet cor suum. *quia Christi hominis voluntas in omnibus conformis est voluntati diuinæ.*
20 Vt appropinquet mihi. *pro sua voluntate, sicut filius patri.*
21 Et eritis mihi. *s. Deo patri per filium. Et subditur de pœna impiorum,*
22 Ecce turbo. *scilicet in die iudicij.*
23 In ca. imp. *id est, in Antichristo, qui erit caput impiorum, quando fulminabitur, Vel,* In cap. *generaliter per finalem sententiam, cum dicetur eis:* Ite maledicti in ignem æternum, *&c. Matth. xxv.*
24 In nouis. *per hoc satis innuitur quod Ieremias loquitur de futuris in nouissimo temporis. Et quia tunc omnes conuertentur ad vnum Deum, vt prædictum est: ideo subditur.*

Margin: *Secunda quæstio.* — *Quis erit Antichristi exitus?*

ADDITIO.

In c. xxx. vbi dicitur in Postil. Et applicabo eum, & accedet ad me. *Hoc quod dicitur hic:* Applicabo eum, & accedet ad me, *propriè intelligitur de Christo homine, qui ad Deum habet duplicem applicationem seu accessum, vnum, scilicet, per gratiam, & alium per vnionem personalem. Et quia nullus alius habet similem accessum duplicem, ideo subdit:* Quis enim iste est, qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi? q. d. *Nullus, scilicet, qui habeat duplicem accessum seu adhærentiam ad Deum modo prædicto. Quod autem dicitur in postilla, quod voluntas Christi hominis in omnibus conformis est voluntati diuinæ, verum est, sed etiam hoc posset verificari de voluntate beatorum, & ideo respectu huius, non propriè diceretur,* Quis enim iste est; *vnde prædicta expositio videtur magis propria, &c.*

Margin: *Duplex applicatio, accessus, seu adhærentia.* — *Christi ad Deum.*

CAP. XXXI.

CAP. XXXI. a In tem. HIERONYMUS lib. 6. Opere cōpleto, cognoscitur artifex, adepta sanitate, medici industria. Sic euersa Ierusalem, & abiecto priori populo,

IN TEMPORE illo dicit dominus: Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum. [2] Hæc dicit dominus

(Interlinear glosses: *Impleta cogitatione mea, requiescente furore meo super caput impiorum.* — *Non secundum carnem, sed secundum spiritum, qui mente cernit Deum.*)

pulo, intelligitur quod repulsio Iudæorum salus sit Gentium. † THEOD. in hunc locum. Rursum permiscens grata tristibus reddit rationem eorum.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXXI.

1 In tem. Ero Deus, &c. *Quod est verum, siue accipiatur Israel secundum carnem, quia tunc omnes Iudæi conuertentur ad Christum, vt dictum est: siue accipiatur secundum spiritum, scilicet, pro omnibus fidelibus, qui nomine Israel nominantur. Isa. liiij. f.*
2 Hæc dicit dominus: inuenit gratiam, &c. *Hic incipit capitulum in Hebræo, per spatium vacuum inter litteram istam præcedentem immediatè, quæ coniungitur litteræ præcedentis capituli: & propter hoc sic eam ordi-*

a *Longè dom. ap.* A Hie. lib. 6. Quia offenderat dominũ Israel, dicens, *Non habemus regem, nisi Cæsarem*, Et, *venite interficiamus eum, & nostra erit hereditas*, & longè recesserat à Deo: B Ideo post multum temporis apparuit ei. Nõ tempore Zorobabel & Esdræ, post quod rursum capti sunt; sed in charitate perpetua dilexit eum, quia nullo fine delebitur & attraxit eũ miserans; C clementia enim, non merito saluatus est.

(Ioan. 19. c. / Matth. 21. d. / Saluatio Israel per Christum.)

1 Inuenit gratiam in deserto populus, qui remanserat gladio: 2 vadet ad requiem suam Israel.[3] Longè dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.[4] 5 Rursumque ædificabo te, 6 & ædificaberis virgo Israel. 7 Adhuc ornaberis tympanis tuis, & 8 egredieris in choro ludentium.[9] 10 Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ. Plantabunt plantantes, & 11 donec tempus veniat non vindemiabunt:[12] quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Samariæ 13 & in monte Ephraim: 14 Surgite & ascendamus 15 in Sion ad dominũ Deum nostrũ:[16] Quia hæc dicit dominus: Exultate in lætitia Iacob, 17 & hinnite contra caput Gentium, personate, canite, & dicite: 18 Salua domine populum tuum, reliquias Israel.[19] Ecce ego adducã eos de terrã aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ. 20 Inter

(Interlinear: a Gentium, in quarum turba saluatur ecclesia. b Romano, vel furoris domini. — a Quàm diu sperabit, quàm prophetarum chorus promisit. — a Hoc propriè in ecclesia, delirant enim qui auream atque gemmatam suspicantur Ierusalem, auaritiam suam in mysterio vrbis domini consecrantes. — a Vt canas Deo in ecclesiis, omni carne malorum operum consumpta. — Cum Gentium turbis. — a Non in vallibus, & humilibus locis. — Domini. — a Apostoli, & apostolici viri. — a Custodiæ. — b Vbertatis. — c Qui iacetis humilia relinquite, figurales hostias spernite. Sacrificium Deo sp. con. — d Ecclesiam, in qua speculatio Dei, cum autem in eam ascenderimus, ascendemus ad dominum. — a Qui estis Iacob. — b Ad caput Gentium cuncta referentes, quia cauda versa est in caput. — Hoc scilicet. — a Scilicet, Non totum. — a De incredulitate & frigore dominicæ charitatis. — b Quasi ventus durissimus nomine auster.)

D habituros atque celebraturos festa diuina. b *Plantabunt, &c.* Hie. supra. Qui post captiuitatẽ Israel ab alienis possessi sũt, quibus dicitur: *Plantate plantaria, & vendemiate.* E c *Reliquias Israel.* Ibid. Quæ secũdum electionẽ saluantur. Vnde, *Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, &c.* d *Ecce ego adduc. &c.* Ibid. Per apostolos & apostolicos viros qui sunt custo- F des clamantes in monte Samariæ quibus præcipitur: *Personate, canite, &c.*

(Deut. 28. e. / Isa. 1. c. & Rom. 9. f. / 3. Reg. 18. g. / Ad quæ nos adhortentur apostoli.)

† Theod. in hunc locũ. *Charitate perpetua:* Hoc est, non tua viuendi ratio tibi causa est salutis: sed misericordia mea. Prædicit verò illos tympanis & aliis instrumentis vtentes, denuo choreas ducturos, plantandi serendique curam ha-

†† Quid verò dicunt custodes Samariæ quid clamant in monte Ephraim? Surgite qui iacetis, humilia relinquite, victimarũ hostias spernite: ascendamus in Sion, hoc est, in ecclesiam, vbi est speculatio & intuitus Dei. ☞ Clau-

NICOLAVS DE LIRA.

ordinaui. In hoc autem capitulo agitur de pertinentibus ad aduentum Christi. Et diuiditur in tres partes, quia primo agitur de pertinentibus ad Christi prædicationem, Secundo de pertinentibus ad eius incarnationem, ibi, Hæc dicit dominus, *Tertio de pertinentibus ad legis Euangelicæ lationem, ibi,* Ecce dies venient. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur figura: Et secundo res figurata, ibi,* Longè. *Circa primum sciendum, quod saluatio populi Israel de Aegypto fuit figura saluationis fienda per Christum, qui deduxit fideles ad terram viuentium per pœnitentiæ desertum, sicut Moyses filios Israel transeundo per desertum materiale ad possessionem terræ promissæ. Et quantum ad hoc dicitur.*

(Diuisio. / Moyses & eius gesta figurabant Christum & eius opera.)

1 Inuenit gratiam in deserto populus, qui remanserat gladio. *Omnes enim qui exierunt de Aegypto, numerati à viginti annis & supra, mortui fuerunt in deserto, vt habetur Nume. xiv. Et pro magna parte mortui fuerunt gladio, vt patet in libris Exo. & Nume. ergo populus qui inuenit gratiam, fuerunt eorum filij qui ingressi fuerunt terram promissionis. Ideo subditur.*

2 Vadet ad requiem suam Israel. *Et dicit Ieremias vadet, de futuro, ad designandum, quod ille ingressus terræ promissionis, qui præterierat, erat figura ingressus in requiem cælestem, qui erat futurus, secundum quod diffuse declarat Apostolus ad Heb. iij. & iiij.*

3 Longè do. apparuit mihi. *Hic consequenter declaratur res figurata, scilicet salus per Christum, pro tunc fienda, quæ facta est per ecclesiæ ædificationem. Et quia illud tempus adhuc erat longinquum, ideo dicit Ieremias,* Longè dominus apparuit mi. *Et subdit in persona Dei respondentis per modum dialogi.*

4 In charitate perpetua di. te. *licet ab æterno dilexerit omnes electos eos prædestinando, tamen speciali modo dilexit electos de populo Israel, in quantum de eo carnem assumpturus: propter quod isti populo spiritualia contulit dona, ideo subditur,*

(Amor & beneficia Dei collata populo Israel.)

5 Ideo attraxi te. *Beneficiis specialibus in datione legis & consimilibus: propter quod dicitur Psal. cxlvij. b.* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. *Verumtamen quia illis beneficiis abusus fuit, & sic ab honore cecidit: ideo subditur.*

6 Rursumque ædificabo te. *Quod exponens Ra. Sa. dicit, quod ædificatio ciuitatis Ierusalem & templi per Salomonem, Zorobabel, & Neemiam, ideo corruerunt, quia fuerunt facta per hominem, sed ista de qua loquitur hic Ieremias fiet per manum diuinam, ideo stabit in æternum: & in hoc dicit verum, sed quod subdit est falsum, scilicet quod in aduentu Meßiæ, quem Iudæi expectant, Deus ædificabit Ierusalem nouam, quasi incomparabiliter nobiliorem, quam fuerit præcedens, in qua Meßias temporaliter regnabit, & omnes Gentes erunt subditæ dominio Iudæorum: sed quod de falso dicit implendũ, iam est impletum: quia Christus verus Deus ædificauit ecclesiam, quæ Ierusalem dicitur, Isa. ij. & ad Heb. xij. & Apo. xxxj. a.* Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem, &c. *in qua regnat Christus, cuius regnum stabit in æternum.*

(Ierusalem noua non Iudæorum, sed Christi fidelium, vbi & per quem ædificanda.)

7 Et ædificaberis vir. Israel. *id est, plebs fidelium, quæ Israel nominatur: Isa. xliiij. a.* Et nomine Israel prænominabitur, *sic est in Hebræo: sed translatio nostra habet,* assimilabitur.

8 Adhuc orna. tym. tuis. *quia ad litteram in ecclesia conueniunt fideles ad sonitum campanarum ad Deum laudandum: ideo subditur,*

9 Et egredieris in choro ludentium, *Non dissolutè, sed deuotè, sicut cùm vnus chorus cantat alacriter contra alium.*

10 Adhuc plantabis vineas in montibus Samar. *Quod non potest intelligi de redeuntibus à Babylonica captiuitate, quia numquam recuperauerunt terram illam, sed illam occupabant Gentes aliunde adductæ quæ dicebantur Samaritani. Et ideo intelligitur de Samaritanis credentibus ad prædicationem Christi, vt habetur Io. iiij. Et ad prædicationem apostolorum, vt habetur Act. viij. Fideles autem nomine vinearum designantur, vt patet in pluribus locis sacræ scripturæ, Et licet tota ecclesia dicatur vna vinea, propter fidei vnitatem, dicitur tamen etiam aliquando plures propter Gentium & locorum & personarum diuersitatem.*

(Samaritani per Christũ & Apostolos conuersi.)

11 Et donec tempus, &c. *Vindemiare est fructum vineæ colligere, fructus autem vltimus huius vineæ est beatitudo perfecta, quæ non habetur in præsenti vita, sed futura.*

12 Quia erit dies in q. clamab. custodes, &c. *id est, prædicatores.*

13 In monte Ephraim, *id est, in ecclesia. Ephraim enim, crescens vel frugifer interpretatur. Et etiam ad litteram in partibus illis prædicauit Christus, & etiam apostoli.*

14 Surgite ascendamus, *Proficiendo de bono in melius,*

15 In Sion. *Id est, in ecclesiam militantem & triumphantem, quæ Sion nominatur. Isa. ij. a. & ad Hebræos xij. f.*

16 Exultate in lætitia Iacob, *id est, populi Christiani sic nominati, quia Christus & apostoli & quasi omnes fideles primi, descenderunt de Iacob.*

17 Et hinnite contra caput Gentium, *id est, contra diabolum, qui tenebat Gentes sibi subditas per idololatriam, quam apostoli pro magna parte destruxerunt per suam prædicationem, verumtamen quia non omnes adhuc credunt Christo, ideo subditur:*

(Idololatria per Apostolos euersa.)

18 Salua domine populum tuum, reliquias Israel. *Et dicuntur hic reliquiæ Israel, omnes credituri generaliter, & Iudæi circa finem mundi conuertendi specialiter. Et sequitur responsio Dei,*

19 Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis & congregabo eos ab extremis ter. &c. *Quia de omnibus mundi partibus aliqui adducti sunt ad fidem Christi, & plenius adducentur circa finem mundi.*

20 Inter quos erunt cæcus & claudus & prægnans & pariens simul. &c. *id est, habentes impedimenta veniendi ad fidem Christi, quæ tolletur. Potest etiam dici ad litteram, quod multi per Christum & apostolos & eorum successores fuerunt illuminati corpore & mente, & erecti & sanati ab infirmitatibus consimilibus, non solum corporalibus, sed etiam spiritualibus.*

(Sanitas animæ & corporis.)

7 Et — In

a *Claudus.* HIER. lib. 6. Qualibus per Eliam dicitur, *Vsquequo claudicatis vtroque pede*: Sed in Christo postea cucurrerunt, *Et, qui ambulabat in tenebris, vidi lucem magnam.*

A

† THEODORETVS. Cæcus & claudus. In vrbibus siquidem populosis huius generis omnia reperire licet.

b *In fletu ve. & in, &c.* HIER. vbi supra. Iudæi hoc putant esse completum, quando sub Esdra post diem Paschæ egressi sunt de Babylone, vt reuerterentur in Ierusalem: Sed ibi typus fuit, non veritas; neque enim in illo tempore vniuersa hæc fuisse completa possunt probare.

Prophetia hic est de téporibus Christi.

B

c *Reducam.* IBID. LXX. *in solemnitate Pascha*, id est, in feriis dominicæ passionis, cum Christus crucifixus omnia traxit ad se.

d *Et Ephraim.* IBID. Ephraim, qui est typus Gentilis populi, fuit enim posterior filius Ioseph, & surripuit Manasse primogenita, qui natura primus erat; sed in mysterio crucis trāsuersis manibus, qui stabat ad sinistram Iacob, dextrā suscipit benedictionem: & qui ad dexteram, sinistra benedictus, in secundum gradum est redactus. Et quomodo Iacob Esau, sic Ephraim Manasse rapuit primogenita. Et omnis populus decē tribuum vocatus est Ephraim, quia Ieroboā filius Nabath ex hac tribu in Samaria primus regnum obtinuit, &c.

Gen. 48. b.

Gentes benedictioné Iudæis destinatam præripuerunt.

C

Ephraim pro regno 10. tribuū.

Ibidē 17. b.

D

† THEODORETVS vbi supra. Ephraim vocat non filium Ioseph, sed decem tribus: inter quas erat Ruben primogenitus & Simeon secundus. Appellabantur autem Ephraim, decem tribus, eo quòd palatia regia constructa essent in sorte Ephraim. Et quemadmodum nunc ab vrbe Romanorum dicimur omnes Romani: ita tunc decem tribus denominabantur ab Ephraim.

Rom. vocātur omnes Christiani catholici.

e *De manu potentioris, &c.* HIERONYMVS vbi supra. Aduersariæ potestatis, quæ natura fortior: nos autem fide fortiores, si tamen liberamur ab eo qui alligat fortem, & domum eius diripit.

E

Marc. 3. d.

f *Animam sacerdotum.* IBID. Qui habent scientiam Dei, de quorum ore interrogant legem, qui credunt in eum qui est sacerdos in æternum.

g *Pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur, ait dominus, &c.* Vnde dominus in valle Gethsemani, id est, pinguedinis comprehensus est.

Matt. 26. d.

†† Hæc omnia nunc ex parte tribuūtur hic, tunc autem dabuntur in pleno, quando viderimus facie ad faciem, & corpus humilitatis nostræ fuerit resurrectionis gloria cōmutatum.

F

a ¶ Cæci vident, claudi ambulant, &c. ¶ Prius in fidelitate, illuminatus est postea Christi fide. b ¶ Ecclesia. c ¶ Deo filios.

a quos erunt cæcus & claudus & prægnans & pariens simul:

¶ Scilicet. ¶ Ad fidem. ¶ Præ gaudio.

b cœtus magnus reuertētium huc. [9] In fletu venient, & in mise-

a ¶ Non in perfidia Iudæorum.
b ¶ Apostolos & apostolicos viros aqua viua plenos quos implet flumen Dei repletum aquis & gratia.

c ricordia reducam eos: Et addūcam eos per torrentes aqua-

a ¶ Fidei vel Christi, in qua qui ambulauerit non impinget.
b ¶ Quia cæci esse desierunt, quibus dictum est: Si cæci essetis, non habetis peccatum.

rum in viā recta, & non impingent in ea: quia factus sum Is-

a ¶ Vbi abundauit peccatum, superabundat & gratia. b ¶ Perspicuè vocatio Gentium demonstratur.

d rael pater, & Ephraim primogenitus meus est. [10] Audite ver-

¶ Scilicet hoc.

bū domini Gentes, & annuntiate in insulis quę procul sunt,

a ¶ Non ergo potentiæ hostium, sed domini voluntatis.

& dicite: Qui dispersit Israel, congregabit eum, & custodiet

a ¶ Qui ponit animam suam pro ouibus suis. b ¶ Pretio sanguinis sui.

eum sicut pastor gregem suum. [11] Redimet enim dominus

¶ Liberati.

e Iacob, & liberabit eum de manu potentioris, [12] & venient &

¶ Liberatorem suum. ¶ Ecclesia. a ¶ Rerum omnium abundantiam quæ non in frugibus & cibis carnalibus, sed in virtutum varietate sentitur.

laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona domini

a ¶ De quo conficitur panis Dei & sanguis eius.
b ¶ Vnxit te dominus Deus tuus oleo læ. præ consor. tuis. c ¶ Simplicium in ecclesia.
d ¶ Quæ cornibus aduersarios ventilant.

super frumento, vino & oleo & fœtu pecorum & armento-

a ¶ Quoniam non corporis sunt hæ benedictiones. b ¶ Paradisus domini in deliciis.
c ¶ Habentes saturitatem omnium rerum.

rum: eritq; anima eorum quasi hortus irriguus, & vltrà non

a ¶ Despondi enim vos vni viro virgi. castam, exhibere Christo.
b ¶ Qualibus dicit idem Ioannes: Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum, qui ab initio est.

esurient. [13] Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes si-

a ¶ Vt quos crux terruit, lætificet resurrectio. b ¶ Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

mul. Et conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor

a ¶ Vt fide feruentes, tamquam musto pleni loquantur.

labor eos, & lætificabo à dolore suo. [14] Et inebriabo

a ¶ Inebriatis sacerdotibus doctrina domini & dicentibus: Calix tuus inebrians quàm præclarus est.

f animam sacerdotum pinguedine, et populus meus

a ¶ Hac ex parte, in futuro ex toto implebuntur.

g bonis meis adimplebitur, ait dominus. [15] Hæc di-

☞ Vox

NICOLAVS DE LIRA.

1 In fletu venient, *Scilicet vera contritionis.*

2 Et in misericordia reducam eos, *Qua non negatur verè contritis.*

3 Et adducam eos per torrentes aquar. *id est, per sacramenta ecclesiæ, in quibus dantur aqua gratiæ. Ioan. iiij. b.* Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, &c.

Sacramenta Ecclesię.

4 In via, *id est, in fide catholica.*

5 Quia factus sum Israel pater, *id est, populo catholico generaliter, & conuersis à Iudaismo specialiter.*

6 Et Ephraim primogenitus meus est. *Quia primi vocati ad fidem catholicam, vt Andreas, Petrus & Philippus & Nathanel (vt habetur Ioan. j.) fuerunt de regno decem tribuum, quod nomine Ephraim frequenter in scriptura nominatur, eo quod primus rex scilicet Ieroboam fuit de tribu Ephraim. iij. Reg. xj. Et quia post Iudaos primò credentes, quamuis pauci fuerint comparatiuè, vocati sunt Gentiles. Ideò subditur:*

Primo vocati ad fidé de Israel fuerunt.

7 Audite, &c. Qui dis. *id est, dispergi permisit per varias sectas & errores.*

8 Congregabit eum, *In vnitate fidei catholicæ. Et nomine Israel intelligitur quæcumque Gens ad fidem prædestinata, vt dictum est supra.*

9 Redimet enim do. Iacob, *sanguine proprio.*

10 Et liberabit eum de manu potentioris, *id est, dæmonis, de quo scribitur Ioan. xij. d.* Non est super terram potestas quę comparetur.

11 Et venient & laudabunt in monte Sion, *id est, in ecclesia militante, & triumphante sic nominata, vt dictum est supra.*

12 Super frumento, vi. & oleo. *Per quæ parabolicè intelliguntur bona spiritualia, quæ non capiuntur ab hominibus, nisi sub similitudine corporalium, propter quod scriptura veteris, ac noui testamenti frequenter parabolicè loquitur. Et est ibi sensus litteralis, non ille qui per voces immediatè significatur, sed qui per res significatas intelligitur: sicut cum dicitur Iudic. ix. b.* Ierunt ligna ad rhamnum. &c. *Sensus litteralis non est de arboribus, sed de Abimelech & Sichimitis hominibus. Et sic in proposito per frumentum & vinum intelligitur Eucharistiæ sacramentum, quod sub specie panis & vini conficitur: & per oleum, gratia quæ in hoc sacramento & aliis confertur.*

Per corporalia bona intelligenda sunt bona spiritualia.

Eucharistiæ Sacramentum & gratia quæ in illo confertur.

13 Et fœtu pecorum & armentorum. *id est, multiplicatione fidelium, secundum quod dicitur Psal. xciiij. b.* Et nos populus pascuæ eius & oues manus eius. *Et dicuntur hic pecora, minores, & armenta maiores.*

14 Eritque anima eorū quasi hortus irriguus, *Ex sacramentis nouæ legis, ex quibus aquæ gratiæ effluunt in animam.*

15 Et vltrà non esurient. *Illud propriè refertur ad statum ecclesiæ triumphantis, vbi appetitus totaliter satiatur,*

16 Tunc lætabitur virgo. *id est, virgines.*

17 In choro. *s. angelorum, ad quorum societates homines assumuntur.*

18 Et conuertam luct. eorum in gaudium, *perfectum & æternum.*

19 Et inebriabo, *id est implebo.*

20 Animam sacerdotum pinguedine. *id est, gloria plenitudine, quia non gloriantur tantū de gloria propria, sed etiam illorū, qui saluati sunt eorū doctrina, propter quod vltra communes sanctos dicuntur habere aureolam.*

Aureola Doctorum.

21 Hæc dicit dominus. *Hic consequenter ponuntur aliqua ad incarnationem Christi pertinentia. Et primo ponitur illud quod respicit eius ortum; Secundo conceptum, ibi:* Statue tibi, *Tertio passionis effectum, ibi,* In diebus illis. *Prima in duas, in partem principalem, & incidentalem, ibi,* Et est spes. *Circa primum sciendum, quod audita Christi natiuitate, Herodes voluit eum interficere, vt habetur Matthæi secundo. Et quia non cognoscebat eum determinatè, interfecit omnes pueros à bimatu, & infra qui erant in Bethleem & finibus eius, vt dicitur ibidem; & tunc impleta fuit hæc scriptura, secundum quod expressè dicit sanctus Matthæus spiritu sancto illuminatus, propter quod catholici eam aliter exponentes nimis Iudaizant, extortè exponentes, quas expositiones propter prolixitatem & inutilitatem omitto. Est igitur sensus.*

Diuisio.

Contra eos, qui aliam quam de cæde innocentum ab Herode occisorum, sequentium expositionem comminiscūtur.

☞ Vox

a cit dominus: *Vox in excelso audita est, lamentationis fletus b & luctus, Rachel plorantis filios suos, nolentis consolari super eis, quia non sunt. [16] Hæc dicit dominus: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia est merces operi c tuo, ait dominus. Et reuertentur de terra inimici, [17] & est spes in nouissimis tuis, ait dominus, & reuertentur filij tui ad terminos suos. [18] Audiens audiui Ephraim transmigrantem. d Castigasti me domine, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. Conuerte me & conuertar, quia tu dominus Deus meus. [19] Postquam enim conuertisti me egi pœniten- e tiam, & postquam ostendisti mihi, percussi fœmur meum.

¶ O Rachel. a ¶ Id est, respexit dominus priora opera tua. a ¶ Filij de toto orbe saluati. ¶ In aduentu Christi. b ¶ Diaboli. c ¶ Ne in præsenti dolore torquearis. a ¶ Quos habuerunt patres eorum Abraham Isaac & Iacob. b ¶ Decem tribus, quibus primus imperauit Ieroboam, qui fecit vitulos aureos. a ¶ Hoc est multo labore & verberibus eruditus ad pœnitentiam non profecit. a ¶ Ipsam, quam agimus, pœnitentiam, solius Dei implemus auxilio. a ¶ Non ante per me. a ¶ Pœnitentiam, vel tui notitiam. b ¶ Signum dolentis & plagentis errorem pristinum.

☞ a *Vox in.* HIER. lib. 6. Quidam Iudæorum hunc locũ sic exponunt, A quòd capta Ierusalem sub Vespasiano, per hanc viam infinita captiuorum millia directa sunt. Alij verò quòd sub Adriano, vrbe euersa, innumerabilis populus cuiusque ætatis & sexus in mercatu Terebinthi venumdatus sit, & idcirco Iudæis esse execrabile mercatum celeberrimum visere. Lxx. *Vox in Rama audita est, lamentationis & fletus & luctus, Rachel plorans filios suos, & noluit conquiescere: quia non sunt.* Matthæus B autem non iuxta Hebraicum, nec iuxta Lxx. protulit testimonium. *Vox in Rama audita est ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos: & noluit consolari quia non sunt.* Vnde perspicuũ est Euãgelistas & Apostolos non ex Hebraico interpretationem alicuius sequutos, sed tamquam Hebræos, quod legebant Hebraicè, suis sermonibus expressisse.

Quomodo Iudæi exponãt vers. 15. huius ca.

Cur refugiant Hebræi celebres mercatus.

Matth. 2. c.

Quomodo in nouo Testamento citentur testimonia ex veteri?

C b *Rachel plorantis.* IBID. Rachel mater Ioseph, cum veniret Bethleem, subito partus dolore correpta, peperit filium, quem obstetrix (quia moriebatur) vocauit Bennoni, pater autem vocabulum mutans Beniamin, id est, filium dexteræ appellauit. Quæritur ergo quomodo Mattheus, testimonium prophetæ ad interfectionem paruulorum transtulerit, cum perspicuè de decem tribubus scriptum sit, quarum princeps Ephraim, & Ephrata non in tribu Ephraim, sed in tribu Iuda sit? Ipsa est enim Bethleem & conueniunt nomina. Bethleem namque domus panis, Ephrata verò vbertas. Sed quia Rachel in Ephrata, id est, in Bethleem est condita, sicut scriptura sancta & titulus sepulchri eius testatur, flere dicitur pueros iuxta se interfectos.

Gen. 35.

An recte hinc desumpserit testimonium Matth. 2. c.

† THEODORET. in hunc locum. Rama erat Beniamiticæ tribus, & Rachelis sepulchrum est in hippodromo Chapphrata, qua venitur in Ephrata, & finem accepit prophetia sub Herode primo, qui interficit infantes, sperantes se simul occisurum Saluatorem natum. Ista verò posuit propheta inter promissiones bonorum, vt D doceat Saluatoris nostri in carne natiuitatem esse re vera bonum & caput salutis, propter quam natiuitatem infantes pertulerunt cædem illam iniquam.

c *Et reuertentur.* HIER. vbi supra. Melius hoc de paruulis intelligimus, quòd mercedem habeat effuso sanguine pro Christo: & pro terra Herodis inimici, teneant regna cæli; & reuertentur in sedem pristinam, pro corpore humilitatis, recipiẽtes gloriosum. Hæc est spes nouissima, quando fulgebũt E iusti sicut sol, & infantes resurgent in virum perfectum.

* supra 5. g. Innocentes ab Herode cæsi.

Sap. 3. b.

d *Eruditus sum.* IBID. Quasi dicat: Correctio proficit in salutẽ, & quæ ad præsens videtur esse tristitiæ, post reddit fructum pacis.

† AMBROSIVS lib. 2. de pœnitentia c. 5. Vitulus enim ludit, & præsepe deserit, & ideo Ephrem sicut vitulus non est edoctús, longè positus à præsepi, quia præsepe domini deseruit, Et Ieroboã secutus vitulos adorauit, quod prophetia futurũ per Aaron iudicauerat, sic lapsurũ populũ Iudæorum. Ideoque agens pœnitentiã dicit, *conuerte me & cõuertar.* F

e *Percussi fœmur, &c.* GREGOR. lib. 24. moral. c. 26. Quid in fœmore, nisi voluptas carnis accipitur? Et quid est quod ait, *Postquam ostend.* nisi quod postquam superna spiritualiter vidit, omne quod inferius in se carnaliter viuebat, extinxit; vt quantò summa patescerent, tantò ima non placerent? Nam quantò incipit quisque superius viuere, tanto inchoat inferius interire: Vnde, *Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus.*

Dum superiora aspicimus inferiora despicimus. Gala. 2. d.

† THEODORETVS vbi supra. Posteaquam enim expertus est tribulationes, peruenit ad notitiam peccati, quod non subticuit beatus Dauid, *priusquam humiliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum custodi.* Percutere verò fœmur proprium est dolentium & pœnitentiam agentium.

Fœmur percutere. Psal. 118.

☞ Quo-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Vox in excelso audita est. *In Hebræo habetur: Vox in Rama audita est, sicut allegat Matthæus. Sed sciendum, quod Rama est nomen æquiuocum, quia vno modo est proprium nomen loci, qui est iuxta Gabaa: Et est alio modo nomen appellatiuum, & sic significat excelsum. Non potest autem hic accipi prout est nomen proprium loci, quia Rama non est prope Bethleem, sed bene distans, & per Ierusalem intermediam. Et ideò Hieronymus transtulit nomen appellatiuum, dicens,* In excelso, *Ad designandum magnitudinem clamoris mulierum quarum filij interficiebantur.*

Rama nomen æquiuocum.

2 Rachel plorantis filios suos. *Rachel enim sepulta fuit iuxta Bethleem, vt habetur Genesis xxxv. Et ideo dicebatur mater ciuitatis Bethleem & totius territorij, sicut apud nos sancti, quorum corpora requiescunt in ecclesiis, dicuntur patroni, non solum illarum ecclesiarum, sed etiam ciuitatum & territorij adiacentis; & sic dicitur plorare in filiabus suis, id est, in matribus puerorum, sicut & sancti dicuntur compati afflictis, quorum sunt patroni. Iudæi autem aliqui dicunt, quod cum Iudæi ducerentur captiui in Babylonem, & transirent iuxta sepulchrum Rachel, vox de sepulchro miraculosè prodiens, fuit audita implorando Dei pietatem, pro illis qui captiui ducebantur. Et hoc dictum posui super Gen. xlviij. non asserendo, sed tantum referendo, quia fictitium videtur: Tum quia dissonat à dicto Euangelistæ, Tum quia non est verisimile, quin tantum miraculum fuisset expressum, iiij. Reg. vl. ij. Paral. vel in fine huius libri, in quibus locis describitur deductio illorum captiuorum, quia Iudæi fuerunt valde solliciti scribere ea quæ erant ad honorem ipsorum.*

Fabula de ploratu Rachelis per quam putãt Hebræi illustrari hũc locum.

3 Et nolentis consolari. *consolatione humana.*

4 Quia non sunt. *scilicet, amplius viuentes præsenti vita, propter quod subiicitur consolatio diuina.*

5 Quiescat vox tua, &c. quia est merces operi tuo. *id est, filiis tuis, qui dicuntur & sunt opera parentum, per mortem enim illam reportauerunt martyrij præmium. Quia tamen morientes quantumcumque iusti descendebant ad limbum inferni, ideo subditur,*

6 Et reuertentur de terra inimici, *Ista reuersio fuit in Christi resurrectione, quia tunc sanctos de inferno eduxit, & in eius ascensione, quando eos ad cælestia adduxit.*

7 Et est spes. *Hic incipit versus in Hebræo, & est pars incidentalis. Occasione enim consolationis Rachelis de pueris occisis, qui dicebantur eius filij ratione sepulturæ, vt dictum est: Hic consequenter huius occasione datur sibi consolatio de filiis suis sic dictis ratione genituræ; Ephraim enim per quem intelligitur regnum decem tribuum, vt prædictum est, descendit de Rachel per Ioseph filium suum, & de conuersione illorum ad Deum fit hic mentio, cum dicitur:* Et est spes. *scilicet futuræ beatitudinis,*

Ephraimitarum ad Christi fidẽ conuersio.

8 Nouissimis tu. *id est, filiis tuis residuis.*

9 Et reuertentur filij. *scilicet tui.*

10 Ad terminos suos. *id est, ad ecclesiam militantem, quæ est terminus in præsenti vita; & triumphantem, quæ est terminus in futura. Et hoc fuit impletum partim in apostolis aliisq; credentibus ad prædicationem Christi & Apostolorum qui fuerunt de regno decem tribuum: Et perfectius implebitur circa finem mundi in conuersione eorum generali.*

11 Audiens audiui Ephraim transmigrantem. *q. d. ex tunc disposui eum reuocare ad fidem competenti tempore. Et subditur in persona iam conuersorum, & in fine mundi conuertendorum,*

12 Castigasti me. *per flagellationem in captiuitate.*

13 Quasi iuuenculus indomitus. *In Hebræo habetur:* Quasi vitulus indomitus. *Et nominatur sic ille populus, quia adorabat vitulos aureos, secundum illud Psal. cxiij. c.* Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis: *quos ad hoc fecit Ieroboam iij. Reg. xij.*

14 Conue. me. *Non enim potest aliquis ad fidem Christi venire, nisi gratia Dei ipsum præueniente, secundum quod dicit Io. vj. c.* Nemo potest venire ad me nisi pater, qui misit me, traxerit eum: *ideo subditur.*

15 Postquam enim conuertisti me. *tua gratia præueniendo.*

16 Egi pœnitentiam. *Ad te fructuosè reuertendo.*

17 Et postquam ostendisti mihi. *Illuminando tenebras erroris mei:*

18 Percussi fœmur meum. *Passiones meas refrenando.*

☞ Con-

a Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobriũ adolescentiæ meæ.[20] Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus, quia ex quo loquutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum, miserans miserebor eius, ait dominus.[21] Statue tibi speculã, pone tibi amaritudines. Dirige cor tuum in viam rectam in qua ambulasti. Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas.[22] Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga? Quia creauit dominus nouum super terram: femina circumdabit virum.[23] Hæc dicit dominus exercituum Deus

a ¶ Memoria peccatorum. a ¶ q. Contra naturæ ordinem, domini dignatione primogeniti suscepit honorem. a ¶ Merito. b ¶ Alij quia verba mea fuerunt in eo: Non in ore s. sed in corde. ¶ Correcto. a ¶ Quia verba mea cordis affectu seruauit. b ¶ Simile dicit Hosee: Conturbata sunt viscera mea, non faciam furorem iræ meæ. a ¶ Hiero. De verbis domini humano sensu argumentari sacrilegium est. b ¶ Vnde prænuntiatur tibi tanta felicitas. ¶ Pro antiquis peccatis, vel pro magnitudine gaudij. a ¶ Quia per eam rediturus. a ¶ Quas captiua deseruisti. b ¶ q. Respice quid dicturus sum, & vnde tibi erit tua beatitudo speranda, audiui inauditum. Quia creauit do. no. a ¶ Nota, quia natiuitas Saluatoris & conceptio Dei dicitur creatio. b ¶ Maria. a ¶ Gremio vteri. b ¶ Absque viri semine. ¶ Ecce vir Oriens nomen eius. ¶ Hieron. A conceptu, quia iuxta incrementa ætatis, per vagitus & infantiam proficere videbitur sapientia & ætate, sed perfectus vir in ventre femineo solitis mensibus continebitur.

[...]niam sustinui. HIER. lib. 6. Per ignorantiam ætatis dicit se [...], vt facilius veniam consequatur. vnde, *Delicta iuuentutis [...] ignorantias meas ne memineris.* Et in sequentibus, Deus paruulum eum vocauit & delitiis affluentem, propter diuitiarum, scilicet magnitudinem & terræ fertilitatem.

b *Si filius honorabilis, &c.* IBID. Pœnitentiã agente Ephraim & dicente, *Erudisti me domine & eruditus sum, &c.* Respondit dominus, & plenè conuersum tali sustentat oraculo, *Si filius honorabilis, &c.*

c *Puer delicatus.* IBID. De quo: *Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum cõuersi sunt in die belli.* Delitias autem accipiamus secũdum illud, *Delectare in domino, & dabit tibi pe. cor. t.* pro quo in Græco & in Hebræo habetur: *Delitiis affluę.*

d *Idcirco con.* IBID. Quasi dicat, Auido animo suscepit verba mea, & seruauit, sed tamẽ miserebor eius; quia & hominum iustitia, Dei indiget misericordia.

e *Statue tibi, &c.* IBID. Prouocat ad satisfactionem: vt consideret in quantis deliquit, & agens pœnitentiam ad pristinam gratiam reuertatur, secundum illud, *Memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.*

IBID. TROPOLOGICE autem quemque admonet, vt prouida discretione circumspiciat, & quasi de arce contemplationis priusquam culpa veniat deprehendat.

Statue. GREGORIVS lib. 31. moral. cap. 31. Speculam sibi statuere, est ventura vitiorum certamina ex alta consideratione prænoscere. Sibique electi mens, amaritudines ponit, quando etiam in virtutum pace constituta, dum mala insidiantia conspicit, secura quiescere non consentit. Primò autem ne mala quælibet agat: Secundò verò considerat, ne bona incautè faciat; & postquam praua subegerit, ipsa etiam recta sibi subiicere contendit, ne si mentis dominium transeat, in elationis culpam vertatur. Ex bonis enim incuriæ vitio mala nascuntur, ex doctrina, arrogantia; ex iustitia, crudelitas; ex pietate, remissio; ex zelo, ira; ex mansuetudine, torpor, & huiusmodi. *Dirige inquit cor tuum in viam rectam:* Via recta est semita mandatorum Dei, in qua ambulãdum, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinandum.

† THEODOR. *Sionim* Syrus est interpretatus signa. Quasi dicat, Annotari oportebat quos fructus ex transgressione decerpsisti: quæ verò bona tibi conciliauit pœnitentia.

f *Dirige cor tuum.* HIE. vbi supra. Dirigit cor suum in viam rectam, in qua ambulauit, qui mentem suam in cælestis viam iustitiæ, qua in baptismo ambulaturum se promisit, & secundum doctrinam scripturarum pergere decernit, nec per deuia erroris, nec per luxus sæculi declinare consentit.

† THEODORETVS in hunc locum. Ac si dicat, impone tibi onus pœnitentiæ, permane in his, quæ rectè prælegisti. Istud enim subdidit, *in via qua ambulasti.*

g *Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciui. tuas istas.* HIER. vbi supra. Licet hæc quidam, iuxta historiam ad reuersionem Iudæorum de Babylonia in terram suam referant, vt ædificent ciuitates dirutas, & sedes antiquas secundum illud, *Recedite de medio Babylonis & de terra Chaldæorum egredimini, &c.* Mihi tamen aptius videtur ad noui testamenti tempus cuncta referre, in quo virginis partus vniuerso mundo edidit Saluatorem, vt virgo Israel, quam sibi dominus despondit in iustitia & in iudicio & misericordia, post pollutiones pristinas reuertatur ad ciuitates ecclesiæ, & desinat vagari per luxus sæculi.

† THEODORETVS vbi supra. Nec huiusmodi luctus aduersatur lætitiæ, cum nos alioqui fruentes bonis, memores esse debeamus propriorum delictorum, & ea ipsa deflere.

h *Quia creauit.* † Septuaginta. *Quia creauit te dominus in salutem, in plantationem nouam, vndequaque venient homines in salute.*

☞ THEOD.

Marginalia: Psal. 24. — Pœnitentiæ commendatio. — Psal. 77. b. — Psal. 36. — Apoc. 2. b. — Quam sollicité prospiciant boni quæ animæ saluti conducant. — Via salutis. — Infra 50. b. — Christus in salutem Iudæis missus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Confusus sum, *De hoc quod tamdiu te prouocaui. Et subditur misericordia Dei recipientis, cùm dicitur,*

2 Si filius honorabilis mihi Ephraim. *Et ponitur hic si pro quia; quilibet reuertens ad Deum, veraciter efficitur honorabilis in conspectu eius.*

3 Si puer delicatus. *In Hebræo habetur,* Solatiosus. *id est, materia solatij, secundum illud Luc. xv. b.* Gaudium est angelis in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente.

4 Quia ex quo loquutus sum, *Reuocando ad meritum,*

5 Adhuc recordabor, *Dando sibi præmium.*

6 Idcirco conturbata sunt viscera. *id est, pietate commota sunt viscera mea super eum.*

7 Statue. *Hic consequenter agitur de Christi cõceptu. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur hæc conceptio; Secundo subditur fidei dilatatio, ibi,* Hæc dicit. *Circa primum præmittitur dispositio populi ad Christum, quæ est vera pœnitentia, secundum quod Ioannes eius præcursor dicit, Matth. iij. a.* Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. *Et quantum ad hoc dicitur,* Statue ti. speculam, *explorando propriam conscientiam.*

8 Pone tibi amaritudines. *id est, contritionis dolorem:*

9 Dirige cor tuum in viam. *scilicet iustitiæ.*

10 In qua ambulasti, *In patribus antiquis, qui fuerant iusti. Ra. Sa. dicit quod hæc est vera littera Hebraica:* Statue tibi speculam: Pone tibi palmas. Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulaui. *Quod sic potest exponi:* Statue tibi speculam, *Specula est locus altus, vnde potest à longè quis videre, Est ergo sensus:* Statue tibi speculam. *q. d. mysterium incarnationis adhuc longè distat, sicut dicitur in principio huius ca.* Longè dominus apparuit mihi. Pone tibi palmas *considerando innocentum victorias, qui palmam martyrij obtinuerunt titulo Christi nati, vt dictum est parte præcedenti. q. d. Istæ palmæ erunt signum natiuitatis Christi impletæ.* Dirige cor tuum in viam rectam. *id est, legem Euangelicam, quæ nullam patitur distorsionem, sicut lex Mosaica patiebatur, quæ permittebat libellum repudij, & vsuras cum extraneis, Deut. xxiij. & xxiiij.* In qua ambulaui, *in natura humana assumpta, secundum quod dicitur Act. j. a.* Cœpit Iesus facere & docere.

11 Reuertere virgo. *id est, plebs prædestinata ad fidem,*

12 Ad ciuitates tuas istas, *id est, ad ecclesiam militantẽ & triumphantẽ, quæ ciuitates dicuntur in veteri & nouo testamento, vt dictum est supra.*

13 Vsquequo deliciis dissolueris, *carnaliter viuendo,*

14 Filia vaga, *per diuersa vitia?*

15 Quia creauit dominus nouum, *id est, incarnationis mysterium. Et loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ. Et ponitur ibi quia, tanquã redditiuũ causæ respectu præcedẽtis sententiæ. q. d. debet dimitti vita carnalis aduenienteChristi incarnatione, & inchoari spiritualis.*

16 Femina circumdabit virum, *quod fuit impletum in Maria, quæ Christum virum perfectum scientiis & virtutibus ab instanti incarnationis in vtero suo circumdedit.*

17 Hæc dicit dominus exercituum Deus Israel. *Hic consequenter ponitur dilatatio fidei Christianæ, quæ sequuta est ad Christi conceptum & ortum, cùm dicitur,*

Marginalia: Diuisio. — Specula. — Lex Euangelica perfectior Mosaica. — Prædicitur conceptus Christi & ortus.

Ad-

† THEOD. in hunc locum. Hoc loco apertè ostendit causam reuocationis: cum per eam vaticinetur, futuram nouam plantationem. Hanc enim mundo attulerant, qui ex ea nati sunt, Apostoli, quod non obscurè dicit sermo propheticus, *vndequaque veniunt homines in salute.* Hi enim permeantes omnes gentes, per Dei cognitionem illis saluté attulerunt. Deinde prænũtiat iterum bona, quæ sunt reditum consecutura, & nascentem inde lætitiam.

Apostolorũ prædicatio.

a *Adhuc dicēt.* HIER. lib. 6. Christianis, scilicet tẽporibus, quibus captiuitatem populi sui dominus cõuertit.

b *Benedicat tibi.* IBID. Hæc sub Zorobabel ex parte videntur esse completa: plenitudo autem vaticinij ad Christum refertur, cuius primo aduentu spiritualiter hæc facta sunt: In secundo verò vniuersa complebuntur; Iuxta nos spiritualiter, iuxta Iudæos & nostros Iudaizantes carnaliter.

Prophetia de temporibus Christianis.

c *Quia inebriaui.* IBID. Mutatio personarũ, obscuram facit intelligentiam prophetarum; Dixerat dominus, *adhuc dicent verbum istud in terra Iuda, &c.* Quid autem dicent? Haud dubium quin hoc quod sequitur: *benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ, &c.* quibus dicentibus, respondit: *Quia inebriaui animam lassam.* Quo dicente, respondet populus de captiuitate reuersus: *ideo expergefactus sum, &c.*

Psal. 3. b.

Israel: Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cum conuertero captiuitatem eorum, Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus.[4] Et habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius simul agricolæ, & minantes greges:[5] Quia inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientẽ saturaui.[6] Ideo quasi de somno suscitatus sum, & uidi, & somnus meus dulcis mihi.[7] Ecce dies veniunt dicit dominus, & seminabo domum Israel & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum.[8] Et sicut vigilaui super eos vt euellerem, & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & affligerem: sic vigilabo super eos, vt ædificem & plantem, ait dominus.* [9] In diebus illis, non dicent vltrà: patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, [30] sed vnusquisque in iniqui-

Interlinear: Fideles. — a Id est, ecclesia. b Confessionis.f. — a In terram suam. — b Qui verè est pulchritudo iustitiæ & mons sanctus, in quo qui habitauerit, nullas timebit insidias. — a Speciosus forma præ filiis hominum. — b Venite ascendamus ad montem domini. c Absque iniquitate. — a Confitentes. b Ecclesiæ Gentium, quas tenet vna fides catholica, quæ est ciuitas regis magni. c Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. d Prædicatores. — a Subditos. b In bono, secundum illud: Comedite amici & inebriamini chari. &c. Hac ebrietate inebriatus est Ioseph cum fratribus suis in meridie. c Sitientem. Qui sitit veniat ad me & bibat. — a Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. b Qui lassi fuerant, & esurierant, inebriati atque saturati, gratias agentes respondent. c Vel expergefactus sum. — a Christum suscitantem & dicentem: Surge qui dormis, &c. b Noui testamenti. — a Catholicam ecclesiam. — a Iudæorum, scilicet diuina lege institutorum. Rationabilium. b Gentilium.f. quia non est personarum acceptor Deus, nec est distinctio Iudæi, & Græci. Simplicium. c Vt facerem quæ minatus sum. — a Omnes gentes propter originalia peccata, & actualia. b Vt euellas & destruas & disperdas & ædifices & plantes. — a Dei enim agricultura, Dei ædificatio estis. b Morte Christi placatus & effusione sanguinis. — a Gillebertus hoc explanando Ezechielem plene glossauit. b Vitia peccata. — a Dominus enim mortem non facit, sed peccatum, vnde: Anima quæ peccauerit ipsa morietur. q. Non peccatis patrum, sed propriis offendit Israel, & fide in Christum post tempora multa saluabitur.

d *Ideo quasi.* IBID. Vt imitaretur dicentem, *Ego dormiui & somnum cepi, &c. Ideo quasi.* Quia scilicet, per gratiam Christi, qui de sopore mortis resurrexit in gloria, propheta de somno tædij & tristitiæ diuina reuelatione suscitatus, somnum quietis & pacis Dei promissionibus consolatus inuenit. Vnde, *Si dormieris non timebis, quiesces & suauis erit somnus tuus.* Iuxta litteram enim securus dormit & vigilat, quiescit & ambulat, qui se innocentem ante Deum, & iustè viuere meminit. Sed & iustus cũ in morte dormierit, non solũ potentias malignorum spirituum non metuit, sed etiam in pace quiescit, & securus dormit, & diẽ resurrectionis expectat.

Prouer. 3. c.

Bene sibi conscius.

e *Ecce dies veniunt dicit dominus, & seminabo domum Israel & domum Iuda semine hominum, &c.* IBI. Omnes huiuscemodi repromissiones iuxta Iudæos & nostros Iudaizantes in mille annorum regno expectantur. Nos autẽ in primo aduentu Christi spiritualiter ex parte completa defendimus, quia nunc in speculo videmus, & nescimus sicut oportet nos scire; aut in secundo cõplenda credimus, cũ dominus in maiestate sua apparebit, & plenitudo Gentium subintrauerit, vt omnis Israel saluus fiat; & non ex parte per singulos, sed sit Deus omnia in omnibus.

Millenariorum error.

Ezec. 18. a.

1. Cor. 13. d. Rom. 11. c.

d Ideo — Omnis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Adhuc dicent, verbum istud, &c. *Nomine Iuda intelligitur omnis verè confitens Deum, ad litteram etiam, secundum expositores Hebræorum, vt declaratum est supra xxiiij. Et sic terra Iuda est terra credentium Christum & confitentium.*

2 Cum conuertero captiuitatem, *De seruitute peccati ad gratia libertatem.*

3 Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ, & mons. *Sic enim erant fideles, vt ecclesia quæ est pulchritudo iustitiæ & mons sanctus, multiplicetur in bonis spiritualibus & temporalibus, quæ multiplicatio in sacra scriptura frequenter dicitur Dei benedictio.*

4 Et habitabunt in eo. *id est, in ecclesia, quæ dicitur mons sanctus, vt habetur, supra c. ij.*

5 Iudas, *id est, quilibet fidelis confitens Christum, vt dictum est.*

6 Et omnes ciuitates eius. *id est, fideles: quia ponitur hic continens pro contento, sicut frequenter accipitur ciuitas pro populo in ea contento, sicut cum dicitur, Talis ciuitas fecit hoc.*

Continens pro contento.

7 Agricolæ & minantes. *id est, pastores ecclesiæ maiores & minores laborantes in agro dominico, & gregem domini pascentes.*

8 Quia inebriaui, *Id est, gratia repleui,*

9 Animam lassam, *id est, prius sub peccato afflictam.*

10 Ideo quasi de somno suscitatus sum. *Verbum est Ieremiæ, qui de tribulationibus quas viderat venturas super populum suum fuerat quasi somno depressus, sed audita redemptione fienda per Christum, fuit quasi excitatus, sicut de Iacob dicitur Genesis xlv.* Quasi de graui somno euigilans, &c. *audito quod Ioseph filius suus adhuc viueret.*

11 Et somnus meus dulcis mihi, *id est, versus in dulcedinem propter consolationem superuenientem.*

12 Ecce dies veniunt, *id est, tempus noui testamenti, quod dicitur dies, ad Rom. xiij. d.* Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

13 Et seminabo domum Israel, & domum, &c. *id est, ecclesiam quæ est domus credentium & confitentium Christum.*

14 Semine hominum & semine iumentorum, *id est, sapientum & simplicium. Et hoc modo etiam exponit Ra. Sa. & in ecclesia videmus simplices sapientibus permixtos & multiplicatos. Potest etiam hoc intelligi specialiter de credentibus ex Iudæis, quorũ aliqui fuerunt sapientes & litterati etiam à principio, sicut Nathanael & Paulus & plures alij; & aliqui simplices, vt Petrus, Andreas & Matthæus: & circa finem mundi adhuc magis multiplicabuntur credentes de Iudæis, simplices & litterati.*

In Ecclesia litterati cũ simplicibus permixti.

15 Et sicut vigilaui super eos vt euellerem, &c. *In captiuitate Babylonica & Romanorum.*

16 Sic vigilabo super eos vt ædificem. *Quod impletum est in his, qui iam crediderunt in Christum, & amplius implebitur in credituris ante iudicium.*

17 In diebus illis, *Hic ponitur effectus passionis Christi. Currebat enim tempore Ieremiæ istud prouerbium apud Iudæos de filiis pro peccato parentum punitis.*

18 Patres comederunt vuam acer. &c. *& istud durauit à principio mundi vsque ad passionem Christi, quia pro peccato primorum parentum omnes descendebant in infernum: sed in passione Christi, qua aperta est ianua cæli, illa punitio est amota. Et ideo prouerbium istud non habet locum in illis, qui facti sunt membra Christi per baptismum. Ante verò passionem Christi, pueri per circumcisionem liberati à peccato originali ibi descendebant, & omnes quantumcumque iusti. Ideo dicitur,* In diebus illis. Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur, *id est, pro iniquitate sua damnabitur pœna æterna: sed pœna temporali aliquando puniuntur filij pro parentibus secundum ordinem iustitiæ, in quantum sunt quædam res vel pars parentum.*

Si debeant filij puniri pro patrum nequitia.

12 Ecce — Ecce

a *Omnis homo qui.* GREGORIVS. Quid enim vua acerba, nisi peccatum? vua quippe acerba est fructus ante tempus. Quisquis enim præsentis vitæ delectationibus satiari desiderat, quasi fructus ante tempus comedere festinat. Qui igitur vuam acerbam non comedit, dentes eius obstupescunt: quia qui præsentis mundi deliciis pascitur, in terrenis sensus eius ligantur, vt iam spiritualia māducare.i.intelligere nequeant: quia vnde in exterioribus delectati sunt, inde in intimis obstupescunt: & dum peccato anima pascitur, panem iustitiæ edere non valet, quia ligati dētes ex peccati consuetudine, iustū quod intus sapiant, non possunt edere.

Terrenæ menti non sapiunt cælestia.

† THEODORETVS. Quod dicit, est huiusmodi. Quemadmodum fieri non potest, vt quis comedat vuam acerbam, & non obstupescant dentes comedentis: sic fieri nequit, vt pœnæ patrum, qui peccauerunt, exigantur à filiis. Et ad confirmādum quod dictum est, subiicit, *Ecce dies veniunt, dicit dominus, & faciam domui Israel, &c.* Ita inquit fieri non potest, vt filij luant pœnas pro peccatis paternis. Ob idque filiis polliceor bona, licet patres grauissimè peccauerint. Ceterum prædictiones non paucas nos docuit contra eos. In primis vnum esse legislatorem vtriusque testamenti: propterea vnigenitum Dei verbum euangelicorum bonorum fuisse nobis suppeditatorem: ipsum liberasse Israelem Ægyptiorum seruitute, ipsum esse qui Mosi dixit, *Ego sum qui sum.*

* supr. 24. c. Heb. 8. d.

Christus vtriusque testamenti conditor.

a tate sua morietur. Omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius.* [31] Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum. [32] Non secundum pactum, quod pepigi cū patribus vestris, in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Ægypti, pactum quod irritum fecerunt: & ego dominatus sum eorum, dicit dominus. [33] Sed hoc erit pactū quod feriam cum domo Israel. Post dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: * & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. [34] Et non docebit vltrà vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, ait dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non ero memor amplius. [35] Hæc dicit domi-

(Glossæ interlineares: ¶ Testamentum s. quod per spiritum sanctum scribitur in cordibus fidelium. ¶ Veteris testamenti quod in tabulis lapideis scriptum est duræ nationi & incredulæ. ¶ Quasi familiaris. ¶ Iustè vlciscendo. ¶ Post crucem. s. resurrectionem & ascensionem. ¶ De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem. ¶ Lex Dei eius in corde ipsius. ¶ Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. ¶ Post hæc. ¶ In primo aduentu.)

* Heb. 8. c.

† THEOD. vbi supra. Hæc verba sortiētur effectum in futura vita. In illa enim non amplius indigebimus mutua disciplina: cum res manifestè appareant, & quiescant affectus, & corpora quidem incorruptionem recipiāt, animæ verò sint expertes mutationis. Solet porrò scriptura diuina intermiscere prophetias. Coniungit enim sermonibus de captiuitate sermones de reuocatione, dominus quoque in euangeliis eodē contextu collocat sermones de Ierusalem & de consummatione.

In prophetis & Euangelio miscentur varij sermones & dispares.

† AVGVST. de spiritu & littera cap. 21. Quid sunt leges Dei scriptæ in cordibus, nisi ipsa præsētia spiritus sancti? qui est digitus Dei, quo præsente diffunditur charitas Dei in cordibus nostris, quæ plenitudo legis est & præcepti finis. Nam quia veteris testamēti promissa terrena sunt, licet exceptis sacramentis, quæ erant vmbra futurorū, sicut est circumcisio & sabbatum, talia contineant præcepta iustitiæ, qualia nunc quoque seruare præcipimus, quæ maximè duabus illis tabulis, sine figura adumbratæ significationis expressa sunt, sicut est, *Non adulterabis, nō homicidium facies,* & si quod est aliud mādatum, quod in hoc sermone recapitulatur, *diliges proximum tuum*: tamen quia in eo promissa terrena & tēporalia recitantur, quæ bona sunt huius corruptibilis carnis, quamuis eis sempiterna atque cælestia, ad nouum scilicet testamentum pertinentia figurarentur nunc ipsius bonum cordis promittitur, mentis bonum, spiritus bonum, hoc est intelligibile bonū.

Nobiliora sunt promissa noui Testamenti quam veteris.

e *Et non docebit.* IBID. Vt non quærant Iudaicos magistros & mandata hominum, sed doceantur à spiritu sancto, si tamen templum Dei fuerint, & spiritus Dei habitauerit in ipsis, qui spirat vbi vult, & diuersas habet gratias: Notitia tamen vnius Dei omnium virtutum possessio est.

b *Obstupescent dentes.* HIER. lib. 6. Dentes comedentium non possunt suauitatem sentire: De qua dicitur, *Gustate & videte, quoniam suauis est dominus.* Quicumque scripturas nō intelligit, vt veritas habet, vuam acerbam comedit. Vnde hæretici panem, qui de cælo descendit, comedere non possunt, quia obstupescunt dentes eorum: non austeritate ciborum, sed vitio dentium.

Psal. 33. b.

Hæretici suauitatem litterarum non percipiunt.

c *Ecce dies.* IBID. Hoc testimonio Paulus, siue quis alius scripserit epistolam ad Hebreos, vsus est: omnesque deinceps ecclesiastici viri in primo Saluatoris aduentu dicunt vniuersa completa, nouum testamentum, id est, Euangelium successisse veteri legi: legem quoque litteræ, lege spiritus commutatam: vt omnia sacrificia, & circumcisio & sabbatum spiritualiter complerentur.

Heb. 8. d.

d *Dabo legem meam.* † THEOD. in hunc locū. Hoc rebus demonstrauit, cum sacros Apostolos abduxit in montem, tunc enim non dedit illis tabulas lapideas, sed in cordibus eorum inscripsit leges diuinas, & dantibus operam virtuti, beatitudines obtulit.

f *Omnes enim cogno.* HIER. vbi supra. Quia omnes erunt in contemplatione veritatis: Vnde: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Et alibi: *Videbimus eum sicuti est, non sicut homines vident.* s. vel viderunt, quando apparuit in specie qua voluit, non in natura qua in semetipso etiam cum videretur latuit.

1. Cor. 13. d. 1. Ioan. 3. a.

† THEOD. vbi supra. His adiungendum, quod dictum est per prophetam Oseam, *Si fuerit numerus filiorum Israel tamquam arena maris, reliquiæ saluæ fient.* Ambæ igitur prophetiæ continent veritatem. Non enim omnes qui nati sunt ex Israel, sunt Israelitæ, sed qui Deo crediderunt, & pœnitentiam salutarem complexi sunt, ex quibus, & per quos ecclesia consistit per vniuersam terram.

Osee. 1.

Veri Israelitæ.

e Et ☞ a Qui

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce dies. *Hic consequenter ponuntur quædā pertinentia ad legis Euangelicæ dationem. Et quia leges ciuitatibus ponuntur, ideo ponitur primo huius legislatio: Secundo ciuitatis fidelium ædificatio, ibi,* Ecce dies. *Circa primum dicitur,* Ecce dies veniunt. *id est, tempora noui testamenti.*

Diuisio.

2 Et feriā domui Israel & domui Iuda, *id est, fidelibus Christum confitentibus generaliter, & credentibus de Iudæis specialiter, secundum quod dicitur Act. xiij. g. de Iudæis,* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, &c.

3 Fœdus nouum, &c. *id est, legem nouam. Lex enim frequenter in veteri testamento vocatur fœdus & pactum.*

Lex Euangelica.

4 Non secundum pactum, quod pepigi cum fratribus, *quia illa lex fuit timoris, ista autem amoris.*

5 In die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, *id est, in tempore. Quinquagesima die ab exitu de Aegypto data fuit lex in monte Sinai, vt patet in Exo.*

6 Pactum quod irritum fecerunt, *ipsum multipliciter transgrediendo, vt patet in libris Iudicum, Regum, & Paral.*

7 Et ego dominatus sum eorum, *pro transgressionibus eos puniendo. Et subditur conditio nouæ legis, cum dicitur,* Sed hoc erit, &c.

8 Post dies illos. *Id est, post cursum veteris testamenti.*

9 Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorū, &c. *Quia Christus legem Euangelicam non scripsit in pellibus, vel tabulis materialibus, sed in humanis cordibus. Et potissimè quando super credentes misit spiritum sanctum in die Pentecostes. Ideo subditur,*

10 Et non docebit vltra vir proximum suum, &c. *Quia illi omnes immediatè à Deo fuerunt edocti de pertinentibus ad legem nouam, & postea multi alij sancti habuerunt scientiam à Deo infusam: & si istud generaliter intelligatur, ad statum triumphantis ecclesiæ refertur, vbi omnes immediatè vident diuinam essentiam.*

Vbi non egebimus ab aliis doceri.

11 Hæc dicit dominus, qui dat solem in. *ordinatè disponens omnia.*

6 Pa- ☞ Si

a *Qui dat sol.* Hier. lib. 6. secundum Gen. Sol in cælo positus est A in lumine diei, luna & stellæ in lumine noctis. In Psal. quoque legitur. *dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam*, quia inuicem sibi dies & noctes succedunt.

Genes. 1. b. Psal. 18. a.

b *Si defecerint.* &c. Ibid. Si cæli peribunt, & sicut vestimentum veterascent, quomodò semen Israel potest esse perpetuum? Cæli autem peribunt. Vnde Iacob filiis ait, *Venite & annuntiabo vobis quid futurum sit in nouissimis diebus.* in quo patet mundum non esse perpetuũ; Vnde, *Cælum & terra transibunt.* Et alibi: *Ecce ego* B *vobiscũ sum vsque ad cõsummationem seculi.*

Genes. 49. a. — Mundus nõ est perpetuo mansurus. Marc. 13. d. — Matt. 28. d.

Ibid. Vel aliter, Aleg. Quamdiu mundus iste fuerit, semen Israel permanebit: nõ in his qui increduli sunt, sed qui in Apostolis & per Apostolos crediderunt, vt reliquiæ saluæ fierent.

a nus: Qui dat solem in lumine diei, ordinẽ lunæ & stellarum in lumine noctis: qui turbat mare, & sonant fluctus eius. Do-
b minus exercituum nomen illi.[36] Si defecerint leges istæ coram 1
me dicit dominus, tunc & semen Israel deficiet, vt non sit
c Gens coram me cũctis diebus?[37] Hæc dicit dominus: Si men- 2
surari potuerint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum, & ego abiiciã vniuersum semen Israel propter om-
d nia quæ fecerunt, dicit dominus.[38] Ecce dies veniunt dicit do- 3
e minus: & ædificabitur ciuitas domino à turre Ananehel, vsque ad portam anguli.[39] Et exibit vltra normam mensuræ, in 4 5 6 7 8
f conspectu eius super collem Gareb, & circumibit Goatha, 9

a ¶ Constitutio, & ordo naturæ. a ¶ Sicut cæli non peribunt, sic semen Israel domini voluntate perpetuum erit, nec aliquando cessabit. a ¶ Vt magnitudo eorum cognoscatur. b ¶ Vt ratione comprehendantur: q.d. Sicut hoc impossibile est, ita illud, & si audierimus Iudæos hoc testimonio gloriari, assentiamus, quod non abiectum sit vniuersum semen Israel, sed tantum infideles. a ¶ Ecclesia. ¶ Gloriosa dicta sunt de te ci. Dei. Et alibi. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. b ¶ Obedientiæ vel gratiæ. a ¶ LXX. gyrum.

c *Si mensurari.* Ibid. Quasi dicat, Quomodo rerum, & maximè cælestium astrorum non potest ordo mutari, & maris fluctus voluuntur ad littora, & fragor gurgitum auditur terribilis, nec vltra præceptum progreditur, Vnde, *Terminum posuisti eis quem non transgredien. &c.* Sic semen Israel domini voluntate perpetuum erit, nec aliquando cessabit.

Psal. 103. b. C

d *Ecce dies.* Ibid. Qui mille annorum regnum in Iudæa expectant, conantur ostendere *à turre Ananehel vsque ad portam anguli collem Gareb & Goatha*, &c. sanctuarium domini, id est, templum esse condendum, mansurumque in perpetuum. Quod quia tempore Zorobabel non possunt monstrare completum, transeunt ad Christi sui tempora: quem in consummatione mundi dicunt esse venturum, vt aurea Ierusalem descendat de cælo, & hoc terræ spatio ædificetur per circumitum. Hoc autem inde coniiciunt, quia à turre Anathot, quæ appellatur Ieremiæ, tribus à Ierusalem separata milibus, vsque ad torrentem Cedron fun-

Hæresis millenariorum.

fundamenta ciuitatis iaciantur. Dicunt Ananehel filium Sellum D patruelem fuisse Ieremiæ, cuius emit agrum, & hic est inquiunt turris Ananehel, ignorantes Hebraicam veritatem: Hic enim Ananehel, per *nun* mediam litteram scribitur, ibi autem Ananehel, per *men* litteram.

e *Vsque ad.* Gregorius lib. 25. moral. ca. 11. In angulo duplex paries iungitur. Ciuitas ergo domini à turre Ananehel vsque ad portam anguli ædificari dicitur, quia ecclesia à celsitudine gratiæ inchoãs vsque ad ingressum susceptionemque cõstruitur Iudaici populi & Gentilis. *Vsque ad po. an. &c.* Licet ecclesia E initium habere videatur sublime, in hac tamẽ vita rectam veritatis lineam non possunt anguli possidere. In angulo enim sumus dum viuimus, fractis quoque lineis exit vltra funiculum mensuræ contra portam anguli super collem Gareb, qui incolatus aut scabies interpretatur, in quo aduenæ & peregini & auribus prurientes, & nouitatem pessimæ doctrinæ facilè suscipientes significantur.

De Ecclesia & eis, qui intra vel extra eam sunt.

f *Et circumibit Goatha.* Hieronymus vbi supra. Quod LXX. gyrum interpretati sunt, electis, scilicet, viuis lapidibus qui voluuntur super faciem terræ, & constringuntur lapide anguli: *& omnem Pharim vallem*, quod interpretatur ruinarum, *Et cineres*, subaudis, circumibit, vt quamuis videamur nobis in collibus esse, semper tamen F timeamus ruinas, & consideremus cineres & dicamus pœnitentes, *Cinerem tamquam panem manducabam, & vniuersam Sedemoth*, quod Hieronymus vertit in regionem mortis, vnum nomen in duo diuidens. *Sade* enim regio, & *Mooth* interpretatur mortis. Regio autem mortis regio peccatorum est, quæ pergit vsque ad torrentem Cedron vbi dominus traditus est, qui tenebræ interpretatur. Vide quanta loca habeat ecclesia, & quòd sine macula & ruga-

Psal. 101. b. — Ioan. 18. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si defecerint leges, &c. *Rebus naturalibus à me impositæ. q.d. sicut sunt stabiles, ita fideles stabunt coram me; quod perfectè impletur in ecclesia triumphante.*

2 Si mensurari potuerint, &c. *id est, sicut non possunt mensurari, sic non abiiciam vniuersum semen Israel, quia aliqui iam sunt vocati ad fidem à tempore Christi, & plenius vocabuntur alij circa finem mundi.*

3 Ecce di. *Hic consequenter agitur de ciuitatis ædificatione, & secundum quod dicit hic Ra. Sa. & bene quantum ad hoc, non potest intelligi de ædificationibus factis per Salomonem & Neemiam, quæ non fuerunt tantæ amplitudinis, sicut ista describitur. Item quia in fine dicitur:* Sanctum do. non. *Ciuitas autem ædificata per Salomonem fuit destructa per Chaldæos, & templum in ea existens; & ciuitatem reædificatam per Neemiam, & templum destruxerunt Romani. Et ideo dicit quod Ieremias loquitur de reædificatione Ierusalem & templi in aduentu Messiæ, quo tempore expectant Iudæi Ierusalem & templum à Deo reædificari materialiter multò pretiosiùs & latiùs quàm vmquam fuerit. Sed hoc dictum fundatur super erroneum fundamentum, scilicet, quod aduentus Christi sit futurus, qui iam transiit in præteritum, propter quod Hier. & alij expositores nostri dicunt, quod non potest intelligi ad litteram de ædificatione Ierusalem materialis: sed spiritualis, quæ ædificata est à Christo viuis lapidibus, secundum quod dicitur Apoc. xxj. a.* Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem, &c. *cuius ædificatio hic parabolicè describitur:* Ecce dies ve. *id est, tempus noui testamenti.* Et ædifi. ciui. *id est, ecclesia de qua dicitur Ps. lxxxvj.* Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. A turre Ananehel. *Ananehel interpretatur gratia Dei. Per turrem igitur Ananehel metaphoricè designantur Apostoli, & alij credentes primi, qui ad modum turris fuerunt consolidati per gratiam spiritus sancti descendentis super eos in die Pentecostes in signo visibili. & isti lapides primarij fuerunt Iudæi: sed quia postea fuerunt Gentiles ad fidem deuotè venientes, eis in hoc ædificio coniuncti. Ideo subditur,* Vsque ad portam anguli. *Sicut enim duæ lineæ coniunguntur in angulo, sic Iudæi & Gentiles in Christo: propter quod dicitur Lapis Angularis. Et quia ecclesia militans non solum habet in se iustos, sed etiam peccatores quantum ad numerum, licet non quantum ad meritum: ideo subditur,* Exibit vltra normam mensuræ in conspectu eius, &c. *scilicet ad recipiendum peccatores, quod exprimitur magis in speciali, cum subditur,* Super col Gareb, *per quod intelliguntur superbi Deo abominabiles,* Gareb *enim interpretatur scabies.* Et

Ædificatio ciuitatis Ierusalem. — Primi fideles. — Ecclesia primitiua construitur ex Iudæis & Gentilibus.

Et circumibit Goatha. *Quod interpretatur Gens peccatrix.* Et omnem val. cadauerum. *Per quam intelliguntur carnales.* Et cinc. *id est, peccatores pœnitentes, secundum illud Iob. vlti. a.* Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Et vni. regionem mortis. *id est, generaliter omnes peccatores in regione vmbræ mortis habitantes.* Vsque ad tor. Cedron. *qui interpretatur tenebræ, quia peccatum mentem obtenebrat. Et quia multi de peccatoribus ad lucem gratiæ reuertuntur, & ardentiores in Dei obedientia efficiuntur; ideo subditur,* Et vsque ad ang. por. equ. *Et dicuntur hic equi qui aguntur instinctu spiritus sancti, secundum quod dicitur ad Ro. viij. c.* Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. *& ad istos se habet spiritus sanctus, sicut sessor ad equum.* Sanctum do. non euelletur, &c. *quia cultus Dei ab ecclesia non tolletur, sed permanebit vsque ad finem mundi: & tunc non destruetur, sed magis perficietur in patria, vbi erit laus iugis & perpetua, secundum illud Ps. lxxxiij. b.* Beati qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. *Licet autem hoc sit bene dictum, videtur tamen mihi saluo meliori iudicio, quod locus iste possit exponi de reædificatione Ierusalem per Adrianum Imperatorem post destructionem factam sub Tito & Vespasiano, in qua ædificatione murus Ierusalem fuit dilatatus in tantum quod loca dominicæ passionis & sepulturæ fuerunt ibi inclusa, vt dicit Hugo Floriacensis & alij historiographi, quæ tamen erant ex Ierusalem per Romanos destructa, vt patet Io. xix. & ad Heb. xiij. Et illam tradidit Aelius Adrianus Christianis habitandam, prohibens ne aliquis Iudæus habitaret ibidem. Sic ergo potest exponi littera.* Ecce dies, &c. & ædifi. ciuitas. *scilicet, Ierusalem.*

Constatque ex bonis & malis. — Ierusalem Adrianus Cæsar restaurauit & Christianis habitandam tradidit.

4 Domino, *id est, ad honorem domini, quia soli Christiani ibi habitare fuerunt permissi, vt dictum est.*

5 A turre Ananehel vsque ad por. *Ab antiquo fuit in Ierusalem quædam turris & quædam porta sic nominata, vt habetur Neemiæ. iij. & iiij. Reg. xiiij. Et inter illa duo loca erat quasi longitudo ciuitatis: & quia in latere Aquilonari fuit dilatatus murus, vt dictum est, ideo sequitur,*

6 Et exibit vl. *scilicet antiquam clausuram,*

7 Normam men. *scilicet, Ierusalem, ad includendum loca prædicta. ideo subditur,*

8 Super collem Gareb. *id est, montem Caluariæ vbi Christus fuit passus: vnus enim & idem locus aliquãdo nominatur pluribus nominibus: sicut mons Sinai nominatur etiam mons Oreb & mons Dei.*

9 Et circumibit Goa. *Iste videtur ille locus qui Io. xix. dicitur Golgotha.*

ruga in cælestibus tandem futura sit. Audis angulos & scabiem, audis ruinas & cineres, regionem mortis & tenebras, nec vmquam glorieris. Denique sequitur,

a *Vsque ad angu. por.* HIERON. li. 6. Nulla enim vera iustitia, vel certa victoria in hoc sæculo. Ipse quoque angulus portæ, quæ uis Orientalis, vnde lumen egreditur, e-

Nulla securitas huius vitæ.

quorum appellatur, vt doceat nos indigere cursu atq; certamine, vt tandē cum domino audire mereamur, *Ascendisti equos tuos, & equitatio tua. salus.* In porta Orientali, & in porta quadrigarum sanctificatio domini est, vt tunc nos perfectos esse arbitremur, cùm dixerimus, *Currus Dei decē milib. mul. mil. læ. dominus in eis in Sinai in sancto.* hæc ædificatio manebit in æternum.

Haba. 3. a. Psal. 67. d.

a ☞ Theodotio ipsum Hebræum posuit Phagarim, vel ruinarum alia littera.

40 & omnem vallem cădauerum, & cineres & vniuersam regionem mortis, vsque ad torrentem Cedron, & vsque ad angulum portæ equorum Orientalis. Sanctum domini non euelletur, & non destruetur vltrà in perpetuum.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *gotha. Sic enim frequenter variantur nomina locorum per longitudinem temporum, sicut Ioan. 3. nominatur* Sichar *ille locus, qui vocatur* Sichen *Gen. 33.*

1 Et omnem val. cad. *sic nominatam, quia ibi puniebantur ad mortem iudicati, quorum cadauera ibi remanebant. Et eadem ratione dicitur regio mortis & cinerum, quia ibi fiebant diuersæ punitiones, & ibi aliqui comburebantur, quorum cineres remanebant.*

2 Vsque ad torrentem Ced. *scilicet, exclusiuè. Dilatatio enim muri prædicta pertingit prope torrentem Cedron, secundum descriptionem ciuitatis factam ab illis qui viderunt eam.*

3 Et vsque ad angulum portæ equorū. *sic nominatæ, quia equi per illam adducebantur pro adaquatione in torrente Cedron. Et dicitur* Orientalis, *ad differentiam alterius portæ, quæ dicebatur* porta equorum, *quæ erat prope templum sic nominata, eò quòd homines equitare poterant vsque ad locum illum, sed inde dimissis equis procedebant peditando vsque ad templum, sicut dictum fuit Nehemiæ 3. & ista erat in parte occidentali ciuitatis, sicut & templum: illa verò magis in parte orientali.*

Porta equorum.

4 Sanctum domini non euelletur, *id est, sepulchri ædificium, quod Saraceni capientes, ciuitatem non destruxerunt, sed magis honorificè reseruauerunt vsque hodie, sicut dicunt illi, qui viderunt, & in scriptis reliquerunt.*

Sanctum sepulchrum Domini.

ADDITIO I.

B *In cap. 31. vbi dicitur in Postil.* Et sic in proposito per frumentum & vinum.

Sicut per frumentum & vinum intelligitur hic Eucharistiæ sacramentum, sic per oleum in hoc loco debet intelligi oleum, quod est materia sacramentorum confirmationis & vnctionis extremæ. Quod autem per oleum intelligatur gratia, hoc magis videtur pertinere ad sensum mysticum.

Oleum quod est materia sacramentorum confirmationis & extremæ vnctionis.

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in postilla. Tunc lætabitur virgo. id est virgines.

Quod hic dicitur, Tunc lætabitur virgo, *non est necessarium, quod exponatur per plurale, scilicet, dicendo virgines: potest enim propriè exponi de beata virgine, quæ antonomasticè dicitur virgo. Illa enim excellentiori modo, quàm ceteri beati, lætatur in choro, non solùm angelorum, sed etiam sanctorum omnium, de quibus subdit.* Iuuenes & senes simul. *vt per iuuenes intelligantur sancti noui testamenti, qui nouiter veniunt: & per senes sancti veteris testamenti, qui simul lætantur in ecclesia triumphanti, de qua agitur, vt postillator dicit. Et quia tam virgo prædicta, quàm dicti sancti iuuenes & senes, antequam ad statum beatitudinis peruenissent, fuerunt in luctu huius sæculi & dolore, ideo subdit,* Conuertam luctum eorum in gaudium.

B. Virgo & sancti veteris ac Noui Testam.

ADDITIO III.

In eodem cap. vbi dicitur in postill. Quod fictitium videtur, tamen quia dissonat à dicto euangelistæ.

Rationes quas postillator allegat contra expositionem fictitiam Iudæorum de hac prophetia, Vox in rama aud. est, &c. *veræ sunt, sed non accipiuntur ab eis. De prima patet, nam ipsi non accipiunt veritatem Euangelij. De secunda verò, nam dicunt quod hoc miraculum satis exprimitur in isto loco per Ieremiam, quod dicunt sufficere ad publicationem huius miraculi, præsertim cùm Ieremias fuit post captiuitatem decem tribuum, & videtur narrare hic illud factum de ploratu Rachel tamquam præteritum. Sed est alia ratio valida contra eos, scilicet, ex hoc quod sequitur,* Hæc dicit dominus, Quiescat vox tua à ploratu, &c. *Qualis enim erat consolatio matri, seu mulieri ploranti de cæde præsenti, seu de captiuitate tantæ multitudinis filiorum, etiam si certificaretur de hoc, quod post multa curricula annorum reuerteretur posteritas illorum captiuorum seu occisorum ad propriam patriam seu ad terminos suos, prout ipsi exponunt hoc quod sequitur,* Est merces operi tuo & reuertentur de terra inimici; *quod intelligunt implendum in aduentu Messiæ per eos inaniter sperati, quo tempore secundum eos descendentes à prædictis captiuatis seu occisis reuertentur ad terram promissionis. Ridiculum enim videtur, & dictamini rationis omnino inconsonum, quòd aliqua mulier flens & dolens de nece seu strage filiorum præsentialiter facta, consoletur & quiescat à fletu per hoc quod certificaretur de restitutione descendentium ab illis post decursum duorum millium annorum vel circiter. Nam secundum Phil. in 1. ethi. 15. c. Ex fortuniis vel infortuniis viuorum si aliquid redundat ad mortuos, fragile & paruum est. Quod quidem inconueniens non sequitur ad veram expositionem catholicorum, secundum quam illi filij in propria persona, qui fuerunt occisi, sunt reuersi de terra inimici, scilicet Herodis, ad terminos suos, scilicet, ad regna cæli, quæ est spes nouissima de qua subdit,* Et est spes nouissimis tuis.

Confutatur fabella Iudæorum de ploratu Rachel.

per assa principia.

ADDITIO IV.

In eodem cap. vbi dicitur in postil. Dabo legem meam in visceribus eorum.

Cùm lex noua sit ipsum Euangelium de quo Ioan. 20. dicitur, Hæc autem scripta sunt vt credatis: *videtur quòd lex noua sit scripta, non indita. Sed ad hoc dicendum prout in prima secundæ q. 106. art. 1. in cor. art. quòd lex noua principaliter est ipsa gratia spiritussancti, quæ datur fidelibus, de qua ad Rom. 8. a.* Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. *Habet tamen lex noua quædam sicut dispositiua ad gratiam spiritussancti prædictam, quæ continentur in Euangelio, sicut ea quæ pertinent ad manifestandam diuinitatem vel humanitatem Christi, vel ea quæ pertinent ad contemptum mundi, & ista sunt secundaria in lege noua, de quibus oportuit instrui fideles Christi & verbis & scriptis. Idem dicendum est de his, quæ ad vsum spiritualis gratiæ prædicta pertinent, quæ sunt opera virtutum, ad quæ multipliciter noui testamenti homines exhortantur: vnde dicendum est, quod lex noua principaliter est lux indita, secundario autem est lex scripta, &c.*

Lex noua an sit lex scripta? F

CAP. XXXII.

CAP. XXXII.

a *Verbum quod, &c.* HIERON. lib. 6. a Nō solum verba, sed & opera prophetarum sunt nobis in exempla virtutum. Pote-

VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino 1 in anno decimo Sedechiæ regis Iuda, ipse est annus octauusdecimus Nabuchodonosor. 2 Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem, & Ieremias pro- †

Poterat Ieremias nuntiare prospera, & frui regis amicitia, sed maluit Deo obedire, qui potest & animā, & corpus perdere in gehennam.

Iussa Dei gratiæ humanæ præponenda. Matth. 10. e.

☞ In

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XXXII.

1 VErbum quod. *Superius Ieremias passus est iniuriam à falsis prophetis & sacerdotibus, hic iterum patitur iniuriam à regibus & principibus; & primò à regibus, secundò à principibus c. 37. Prima in duas, quia primò patitur iniuriam à Sedechia rege: Secundo à Ioachim eius fratre ca. 35. Iste tamen Ioachim regnauit ante Sedechiam, vt dictum est supr. c. 22. quia iste liber non procedit secundum ordinem temporis, vt dictum est supra. Prima in duas, quia Ieremias primo patitur iniuriam; secundo resumit suam prophetiam, ibi,* Et dixit. *In prima parte ponitur Ieremiæ incarceratio; secundo incarcerationis ratio, scilicet, quia prophetabat ciuitatem obsessam à Chaldæis capiendam, & populum captiuandum: propter quod Sedechias reclusit eum, ne talia coram populo loqueretur, ne cor populi formidine dissolueretur. Peccauit tamen Sedechias hoc faciendo, quia Ieremias loquebatur de mandato Dei, & impellebatur ad hoc ex eius instinctu, ita quod non poterat non loqui, vt* ☞ *dictum*

Diuiso.

Sedechias male tractat Ieremiam.

MORALITER.

† 1 *Verbum quod factum est ad Ieremiam à dominō, &c.* Sequitur, † *Et Ieremias.* Per Ieremiam prophetam veritatis, qui clausus erat de mandato regis, signatur bonus prælatus, vel doctor persecutiones sustinens ab aliquo potente, propter veritatis doctrinam, vel executionem æquitatis, sicut sanctus Thomas Cantuariensis passus est à rege Angliæ & satellitibus suis, & multi alij similia passi sunt.

Boni prælati.

principibus iniuriam passi. S. Thomas Cantuariensis.

 † Ecce

a *In atrio carceris.* HIER. lib. 6. Notanda ex parte regis clementia, qui non in carcere, sed in vestibulo prophetam recludi iusserat, in libera scilicet custodia, ne posset effugere: quasi non omnis Ierusalem clausa munitionibus fuerit communis carcer.

b *Clauserat enim eum.* IBID. Iam vicina captiuitate, iã peste & fame consumpta ciuitate, & tamen perstat Sedechias in sententia.

c *Quare vatici.* IBID. Grauior est terror ante increpationem verborum, quàm pœnarum sustinere cruciatum, & videre quem timeas.

d *Visitem eum.* IBID. Temperauit sententiam, vt ad bonam & malam partem possit referri, visitatio enim & consolationem, & supplicium significat.

Visitatio & consolationem & supplicium significat.

e *Ecce Ananehel fi.* IBID. Helchias & Sellum fratres fuere germani. Ierem. Helchiæ filius fuit, Sellum Ananehel. Helchias interpretatur, pars domini, Ieremias, sublimitas domini. Et rectè altitudo domini de parte domini nascitur. Sellum verò pacificus vel pax: Ananehel, donum vel gratia Dei. Conuenienter autem pax & gratia coniunguntur, secundum illud, *Gratia vo. &c.* Primum ergo pro pace meremur donum Dei: & post pacem nobis gratia nascitur, quæ non est in arbitrio possidentis, sed donantis. Defert autem emptionem gratia Dei ei, qui in alto est: vt quamuis videatur excelsus, gratia tamen indigeat. Fuisse autem Ieremiam filium Helchiæ, de sacerdotibus qui erant in Anathot in terra Beniamin, voluminis huius monstrat exordium.

Genus seu cognatio Ieremiæ. *Rom. 1. a.*

f *Eme tibi agrum.* IBID. Ager iste sacerdotalis, cuius emptio atque possessio Ieremiæ defertur, est in Anathot in terra Beniamin. Quorum primum obedientiam, secundum filium dextræ sonat; & conuenienter appetit eius emptionem, in quo obedientia & virtus domini versabatur.

† THEODORETVS in hunc locum. Deus hoc mandauit fieri, vt reipsa persuaderet populo, eos à captiuitate reuocandos esse, terramque paternam recepturos.

[a] pheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iu-
a ¶ Huic iratus est rex, quia loquitur in nomine domini, quæ sibi fuerant imperata.
[b] da.[3] Clauserat enim eũ Sedechias rex Iuda, dicens: [c] Quare vaticinaris dicens: Hæc dicit dominus, ecce ego dabo ciuitatem istam in manu regis Babylonis, & capiet eam, [4] & Sedechias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum, sed tradetur in
a ¶ Humilis captiui. ¶ Potentis & insani.
manus regis Babylonis, & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt,[5] & in Babylonem ducet Se-
a ¶ Verbum ambiguum ponit, ne cruciatus videatur & miserias prophetare.
[d] dechiam: & ibi erit donec visitem eum, ait dominus. Si autẽ [1] dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habe-
a ¶ Hoc nemo potuit scire, nisi ipso indicante Ieremia.
bitis.[6] Et dixit Ieremias: Factum est verbum domini ad me [2] [e] dicens:[7] Ecce Ananehel filius Sellum patruelis tuus veniet [3] [f] ad te dicens: Eme tibi agrum meum qui est in Anathot: Tibi
a ¶ Vt prophetia opere impleretur.
enim competit, ex propinquitate vt emas.[8] Et venit ad me
a ¶ Gratia Dei. b ¶ Pacis.
Ananehel filius patrui mei secundum verbum domini ad ve-
a ¶ Quæ dominus prædixerat.
stibulum carceris: & ait ad me, Posside agrum meum, qui est [g] in Anathot in terra Beniamin, quia tibi competit heredi- [h] tas, & tu propinquus es vt possideas. Intellexi autem quòd verbum domini esset,[9] & emi agrum ab Ananehel filio patrui mei, qui est in Anathot. Et appendi ei argentum septem sta- [4]

g *In terra Beniamin.* HIER. li. 6. Hæc est de suburbanis, quę sacerdotibus per singulas tribus & ciuitates data sunt ex lege: Nec licitum erat possessionem de tribu in tribũ transferre, nec de familia ad familiam: vnde & filiæ Salphaat inter fratres suos acceperũt sortem. Præcipue verò suburbana sacerdotum venundari nõ poterant vsque ad annum remissionis, nisi cui competebat propinquitate sanguinis.

Lex agraria apud Hebræos. *Num. 27. b.*

h *Intellexi autẽ.* IBID. Ridendũ videbatur, qui iã capiendã vrbem & vicinam captiuitatẽ prophetabat, agrũ emere, quem non posset possidere; sed intellexit verbum domini esse, & emptionẽ vaticinio domini conuenire. Decem & septem siclis emit agrum, in quo numero cantauit puer domini Dauid, in die qua eruit eũ dominus de manu inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit: *Diligam te domine fortitudo mea, &c.* Denarium numerum mysticum esse ostẽdit Decalogus scriptus digito Dei. Septenarius quoque in quo verus est sabbatismus & requies sancta, multis testimoniis commendatur. In hoc numero propheta & sacerdos emit possessionẽ, scribiturq; in libro, & signatur, testes adhibentur, & argentum diligenter appenditur: vt omnia venditionis & emptionis iura seruẽtur, vt sit possessio certa stipulationibus & responsionibus roborata. Audiant hoc qui falsa testamenta, & interdum nec testamenta, adhibitis testibus vendicare conantur.

Numerorũ 10. & 7. mysteria. *Psal. 17. a.* *Exod. 31. d.* *De fraude quæ circa testamenta exercetur.*

NICOLAVS DE LIRA.

Et *dictum est supr. 20. Cetera patent in littera vsque ibi.*

1 Et ibi erit donec visitem. *scilicet, in morte, quæ est vltima visitatio Dei, quantum ad præsentem vitam.*

2 Et dixit. *Hic consequenter Ieremias resumit suam prophetiam. Et diuiditur in duas, quia primo prophetizat populi Iuda liberationem: Secundo Sedechiæ finem, cap. 34. Circa primum sciendum, quod liberatio populi per Cyrum fuit signum & figura liberationis fiendæ per Christum: ideo primo nuntiatur prima: secundo secunda ca. seq. Prima in duas, quia primo nuntiatur liberatio populi, secundo ponitur confirmatio dicti, ibi,* Et oraui. *Primum ostenditur per hoc, quòd ex ordinatione diuina patruelis Ieremiæ venit ad eum, offerens ei venalem agrum suum, & ex diuina monitione Ieremias emit, vt sic non solùm verbo, sed etiam facto ostenderet, quòd possessiones destructæ à Chaldæis iterum emerentur, & possiderentur à Iudæis, post reditum de Babylone: & secundum hoc patet littera, aliquibus exceptis quæ exponentur.* Et dixit Ierem. *hoc non refertur ad litteram immediate præcedentem, tamquam sit responsio Iere. facta Sedechiæ; sed refertur ad principium cap. cùm dicitur,* Verbum quod. *scilicet, de liberatione populi. Sed quia reuelatio fuit ibi facta in carcere, posita fuit eius incarceratio & incarcerationis ratio, quo facto hic reuertitur Ierem. ad narrandum reuelationem sibi factam, cum dicitur,* Et dixit Ieremias. *scilicet, illis qui cum eo erant in carcere, ad suam & eorum consolationem.*

Prædicit Ieremias signo sensibili reditũ de captiuitate.

3 Ecce Ananehel. *in Hebræo habetur,* Ananehel patruelis tuus, *id est, filius patrui tui.*

4 Et appendi ei argentum state. *Stather est medietas vnciæ, secundum quòd dicit Isid. 16. ety.*

Stater.

MORALITER.

† 3 *Ecce Ananehel.* Qui interpretatur gratus Deo, propter quod signat Christum Deo patri gratissimum Matt. 3. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Per Ieremiam clausum in atrio carceris, signatur bonus religiosus in claustro religionis. Huic persuadet Christus emere agrum, in quo est thesaurus absconditus, de quo dicit Gregorius in Homil. 37. *Thesaurus autem celeste desiderium est.* Ager verò in quo absconditur, disciplina est studij cęlestis, quæ vigere debet in loco religionis, & ideo ager iste dicitur esse in Anathot, quæ obedientia interpretatur. Pretium autem huius agri sunt septem stateres & decem argentei: per quos signatur impletio Decalogi per numerum denarium, & perfectio consiliorum Euangelij per septenarium, qui signat septiformem gratiam spiritussancti. Liber autem emptionis apertus, sunt verba professionis exterius prolata: & liber signatus est interior intentio deuota; Quorum custodia committitur ipsi Baruch, qui benedictus interpretatur, ideo signat spiritum sanctum, per quem veritas professionis interior & exterior custoditur. Testes verò huius rei sunt angeli sancti, qui de bonis hominum operibus & conceptionibus coram Deo testificantur; custodiuntur autem in vase fictili, id est, in corde humili: quod non reputat se nisi quid fragile & nullius pretij. Humilitas enim custos & decor est omnium charismatum & donorum. Prouerb. 11. a. *Vbi humilitas, ibi sapientia.* Quæ tenet excellentiorem gradum inter spiritussancti dona, Isa. 11. a. enumerata: *Requiescet super eum spiritus sapientia, & intellectus, &c.* Et sic habet alia sibi annexa.

Bonus claustralis. *Professio.* *Humilitas.*

Inde cognoſcit populum reuerſurum ad priores poſſeſſiones.

Ieremiæ oratio.

a *Et præcepi* &c. HIER. lib. 6. Baruch, qui interpretatur benedictus, qui fuit filius Neri, id eſt, lucernæ meæ, de qua dicitur, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Neri quoque fuit filius Maaſiæ, id eſt, facturæ & operis domini. Aduerte ergo quantis virtutum priuilegiis Baruch Ieremiæ miniſtrauerit, ſecundum illud, *Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.* Vnde Eliſæus miniſter Eliæ in tantum Deo placuit, vt tranſlato magiſtro duplicem ſpiritum mereretur accipere. Hoc dicitur contra eos, qui malorum abutuntur miniſteriis, nec audent abiicere conſcios iniquitatis ſuæ.

Pſal. 118. b. Baruch miniſter Ieremiæ, Eliſæus Eliæ. Pſal. 100. b. 4. Reg. 2. b. Contra eos qui famulitio vtuntur nequam.

b *Sume libros.* IBID. Vſque hodie ſeruatur hæc conſuetudo, vt ſi quod intrinſecus ſignacula continent, hoc legere cupientibus exhibeat apertum volumen.

c *In vaſe fictili. &c.* IBID. Ne foris poſiti paterent rapinæ, & humo crediti ſoluerentur humore. Hoc autem fit, vt qui vident, intelligant, rurſum Ieruſalem eſſe habitandam, & poſſeſſionem poſſidendam; quamuis autem per ſe poſſint intelligere, commouentur tamen Dei ſermone.

d *Adhuc poſſidebuntur domus & agri.* IBIDEM. Hoc eſt quod Ieremias ſupra dixit, ſe intellexiſſe verbũ Dei: & idcirco emiſſe agrum.

e *Qui facis miſericor.* IBID. Grandis miſericordia creatoris: Miſericordiam ſuam in mille generationes extendere, & Iuſtitiã in altera generatione monſtrare, quæ tamen mixta ſit miſericordia. Non enim ſtatim punit delinquentem, ſed expectat pœnitudinem, vt liberis, ſi imitati fuerint parentum vitia, diu dilata pœna reddatur.

Grandis miſericordia & iuſtitia Dei.

f *Fortiſſime, magne, &c.* HIERONYMVS lib. 6. Hæc nomina potentiam creatoris indicant, ſed propriè nomen Dei, pater eſt, vnde, *Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus.*

Ioan. 17. a.

(a ¶ Siclos: Siclus viginti obolos habet.)

teres, & decem argenteos,[10] & ſcripſi in libro, & ſignaui, & adhibui teſtes. Et appendi argentum in ſtatera,[11] & accepi librum poſſeſſionis ſignatum, & ſtipulationes, & rata & ſi-

(a ¶ Quamquam citò eſſet poſſeſſio relinquenda. Tanto & tali viro.)

gna forinſecus.[12] Et dedi librum poſſeſſionis Baruch filio Ne-

(¶ Qui vendiderat.)

ri filij Maaſiæ in oculis Ananehel patruelis mei, & in oculis teſtium qui ſcripti erant in libro emptionis, & in oculis om-

(a ¶ Vel ad prophetam conſolandum venerant, vel domini verba audire cupiebant.)

a nium Iudæorum, qui ſedebant in atrio carceris.[13] Et præcepi

(a ¶ Supradictis præſentibus & videntibus. ¶ q.d. Per me præcepit dominus.)

Baruch coram eis dicens:[14] Hæc dicit dominus exercituum b Deus Iſraël. Sume libros iſtos, librum emptionis hunc ſigna- c tum, librum hunc qui apertus eſt, & pones illos in vaſe fictili, vt permanere poſſint diebus multis.[15] Hæc enim dicit domi- d nus exercituum Deus Iſraël: Adhuc poſſidebuntur domus

(a ¶ Celebrata emptione agri & accepta ſententia domini, quòd adhuc poſſideantur domus, & agri & vineæ.)

& agri & vineæ in terra iſta.[16] Et oraui ad dominum poſtquã

(a ¶ Dolorem cordis gemitus exprimit.)

tradidi librum poſſeſſionis Baruch filio Neri, dicens:[17] Heu

(¶ Chriſtus Dei virtus & Dei ſapientia: vnde Omnia in ſapientia feciſti.)

heu heu domine Deus: Ecce tu feciſti cælum & terram in for-

(a ¶ Brachium domini cui reuelatum eſt. b ¶ Percutientem indicat.)

titudine tua magna, & in brachio tuo extento. Non erit tibi

(a ¶ Quæ apud homines impoſſibilia ſunt, Deo poſſibilia ſunt.)

e difficile omne verbum,[18] qui facis miſericordiam in millibus, * & reddis iniquitatem patrum in ſinũ filiorum eorum poſt f eos. Fortiſſime, magne, & potens, dominus exercituum no-

(a ¶ Quem non comprehendit cogitatio, quomodo poteſt ſermo comprehendere.)

g men tibi,[19] magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu.

(a ¶ Nemo ergo ſe putet abſcondere poſſe.)

h Cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique ſecundum vias ſuas, & ſecundum fructum i adinuentionum eius.[20] Qui poſuiſti ſigna & portenta in ter- k ra Ægypti, vſque ad diem hanc, & in Iſraël & in homini-

(a ¶ Laudes tuæ in toto orbe celebrantur.)

bus: & tibi feciſti nomen ſicut eſt dies hæc.[21] Et eduxiſti popu-

(a ¶ Cùm enim eductus eſt, tuo ſeruiebat imperio. b ¶ Quando mare rubrum viam præbuit Iſrael, & Ægyptios oppreſſit.)

luum tuum Iſrael de terra Ægypti in ſignis & in portentis, &

* Exod. 34. a

g *Magnus conſilio, &c.* Nemo ergo ſecretis Dei ſe inſerat, & de illius iudiciis iudicare præſumat.

h *Vt reddas vnicuiq;.* IBID. Significat, quòd interdum præ nimia patientia iudicia eius videantur iniuſta; vnde, *ignoras quoniã benignitas Dei ad patientiam te adducit?* Quanto igitur ſerior vindicta tanto iuſtior: ſicut in Pharaone patet, qui decem plagis admonitis, non punitus, & in duritia perſeuerãs, tandẽ rubri maris fluctibus obrutus eſt.

Rom. 2. a. Quanto ſerior Dei vindicta tanto iuſtior.

i *Qui poſuiſti ſigna.* IBID. De generali tranſit ad ſpeciale, & quod proprie præſtiterit Iſrael, breui ſermone percurrit.

k *Et portenta, &c.* IBID. Quibus afflicta eſt vſque ad diem hanc, poſterioribus copulandum eſt. Q.d. & in Iſrael & in cũctis mortalibus tua quotidie ſigna complentur.

Vel aliter. Signa & portenta non ſolùm in Ægypto feciſti, ſed vſque hodie eadem tuæ miſericordiæ fortitudo ſaluat populũ tuum, & generi humano creatoris ſubuenis poteſtate. Et notãdum quod Iſrael ab omnibus ſeparat. Iuxta illud Exodi, *Filius meus primogenitus Iſrael.*

Exod. 4. f.

Et eduxiſti populum tuum. IBID. Pulchrè dixit populum tuum: eò enim tempore, quo eductus eſt, Domini imperio ſeruiebat.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ſcripſi in libr. *i. in charta, quæ ſolet fieri de talibus emptionibus.*

2 Et ſignaui, *ſcilicet, ſigillis debitis.*

3 Et adhibui teſtes, *ad maiorem certitudinem:*

4 Et accepi lib. *id eſt, emptionis, per quam habetur ius poſſidendi.*

5 Signatum, *ſcilicet, ſigillis debitis,*

6 Et ſtipulationes, *id eſt, interrogationes & reſponſiones vendentis & ementis, vt emis? emo: vendis? vendo.*

7 Et rata, *id eſt, verba vtriuſque conſenſum exprimentia.*

8 Et ſigna forin. *id eſt, chartam apertam conſimilem clauſæ & ſigillatæ: quod fiebat antiquitus, vt de facili poſſet homo videre virtutem chartæ clauſæ, vnde in Hebræo ſic habetur,* Et diſcoopertum, *id eſt, ſcriptum,* & apertum.

9 Et pones illos in va. *ſcilicet, vſque ad ſolutionem Babylonicæ captiuitatis. Si enim poſitæ eſſent illæ litteræ in vaſe pretioſo, citius raperentur: & ſi in lapideo vaſe vel aliquo huiuſmodi, citius putreſierent propter lapideum humorem; vas autem fictile ſiccum eſt propter decoctionem.*

10 Et oraui. *Hic conſequenter ponitur confirmatio dicti, per hoc quòd Ieremias petit à domino perfectius inſtrui de ratione emptionis dictæ, cùm ciuitas eſſet de proximo capienda, & populus captiuandus. Et dominus reſpondit, quòd poſt captiuitatem ad loca ſua populus reuertetur. Sic ergo procedetur, quia primò ponitur Ieremiæ petitio; ſecundò domini reſponſio, ibi,* Et factum. *Sententia primæ partis patet, exceptis aliquibus, quæ diſcurrentur.*

Petit Ieremias perfectius inſtrui de ratione emptionis agri.

11 Heu heu heu. *Ter ponitur, ad exprimendum dolorem prophetæ de deſtructione templi, ciuitatis, & populi.*

12 In fortitudine tua mag. & in bra. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionem. In Deo enim, qui ſpiritus eſt, brachium dicitur eius potentia, ſicut oculus eius notitia.*

De brachium.

13 Non erit tibi difficile omne verbũ, *id eſt, quodcumque fieri poſſibile.*

14 Qui facis miſericordiam, &c. *id eſt, pronior es ad miſerendum, quàm ad condemnandum.*

15 Magnus conſilio, *Quia nullus poteſt ſcire Dei conſilium, niſi quantum reuelauerit.*

16 Et incomprehenſibilis cogitatu, *quia quantumcumque Deum cognouerit intellectus creatus, remanet tamen ab eo incomprehenſus.*

17 Qui poſuiſti ſigna & portenta. *Signa propriè dicuntur, quæ ſignificant aliquid de præſenti. Sicut ſubita conuerſio virgæ Moyſi in ſerpentem, fuit ſignum diuinæ virtutis hoc facientis. Portenta verò, quæ dicuntur quaſi porro tenſa, id eſt, in longinquum, ſignificant de futuro. Et ſic virga Moyſi deuorauit virgas magorum in portentum deuorationis Aegyptiorum in mari rubro, per extenſionem virgæ Moyſi ſuper mare,* Exod. 14.

Signum, Portentum.

18 Vſque ad diem hanc, *eſt memoria huius.*

19 Et in Iſrael & in hominibus, *aliarum Gentium.*

20 Et tibi feciſti nomen, *oſtendendo quod tu ſis Deus Iſrael,*

21 Sicut eſt dies hæc, *id eſt, ſicut apparet in præſenti. Cetera patẽt vſq; ibi,*

a *Et ingressi sunt.* HIERON. lib. 6. Nihil medium inter possessionem & inobedientiam: Vbertas enim securitatem, securitas negligentiam, negligentia contemptum parit.

b *Et non obedierunt:* IBID. Id est, Frustra ergo promiserunt, dicentes: *Quæcumque præcepit dominus faciemus*; Non enim in responsione, sed in opere præmium est.

c *Ecce munitiones ex.* IBID. Decimus annus Sedechiæ erat, & ciuitas obsessa, vt supra dictum est, & Ieremias in atrio carceris. Vnde subditur: *Ecce mu. &c.*

d *Ne capiatur.* IBID. Q.d. Non habēt quos vincant, sed quos capiant, iam fame & peste consumptos.

e *Et quæcumque locu.* IBID. Ex creaturis prædicat creatorē; & primò potentiam eius, & miracula, atq; iustitiam in omne hominum genus; deinde transit ad Israel, & quanta ei præstiterit, describit: Et post tanta beneficia, immemores bonorum, clementiam illius in amaritudinem prouocasse, vt ciuitas obsideatur, & antequam capiatur, gladio & fame & peste consumatur. Hæc autem vniuersa præmittit, vt inferat quasi in reprehensionem diuinæ sententiæ, *Et tu dicis mi. domi. Deus eme agrum.*

f *Et tu dicis.* IBID. Non reprehendit, sed interrogat: nec tam sibi vult dicere, quàm aliis, qui sedebant in atrio carceris, & forsitan reprehendebant taciti, quomodo propheta, quem verum nuntiare credebant, & vrbem dicat capiendam; & agrum emat, quem non possideat.

g *Ecce ego dominus.* IBID. Non omniū gentium, vel populi Israel tantum, vel (vt de sanctis dici solet) Deus Abraham & Deus Isaac & Iacob, sed vniuersæ carnis, vt rationalia, & bruta animantia fecisse credatur. Sunt enim qui prouidentiam creatoris vsque ad rationabilia confitentur, bruta verò casu vel perire vel viuere: Ideo propheta declarat, nihil esse, quod prouidentiam & scientiam Dei fugiat, quia alia propter se, alia in vsum hominum sunt facta.

h *Ecce ego tradam ciuit.* IBID. Quia mihi est curæ omnia regere, vniuersa disponere, singulis reddere iuxta vias suas.

i *Ciuitatem istam.* IBID. Primum vallata exercitu Chaldæorum, absente Nabuchodonosor capta est; & Sedechias in Rablatha regi traditus est.

Exod. 19. b. — *Ieremias agrum emit quem emptum possideri posse nemo putaret.* — *Nihil Dei prouidentiam & scientiam fugit.*

in manu robusta, & in brachio extento, & in terrore magno: [a ¶ Abraham, Isaac, & Iacob: non enim suo merito, sed patrum virtutibus terram acceperunt promissionis.] [22] & dedisti eis terram hanc quam iurasti patribus eorum, vt [a ¶ Quia nondum solidum cibum capere poterant, quibus alitur infantia. ¶ Vel rerum omnium abundantia.] dares eis terram fluentē lacte & melle: [23] & ingressi sunt & possederunt eam: & non obedierunt voci tuæ: & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandasti eis vt facerent, & non [a ¶ Iuxta domini sententiam bonam, reddit vnicuique secundum opera sua.] fecerunt: & euenerunt eis omnia mala hæc. [24] Ecce munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatem, ne capiatur: & vrbs data est in manus Chaldæorum, & in manu regis Babylonis qui præliantur aduersus eam à facie gladij & famis & pestilentiæ: & quæcumque locutus es acciderunt, vt tu ipse cernis. [25] Et tu dicis mihi domine Deus: Eme agrum argento, & adhibe testes: cum vrbs data sit in manus Chaldæorum. [26] Et factum est verbum domini ad Ieremiam, dicens: [27] Ecce ego dominus [a ¶ Non erit impossibile omne verbum apud Deum, id est, quælibet res.] Deus vniuersæ carnis. Nūmquid mihi difficile erit omne verbum? [28] Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego tradam ciuitatem istam in manus regis Babylonis, & capient eam, [29] & venient Chaldæi præliantes aduersum vrbem hanc, & succendent eam igni & comburent eam, & domos in quarum do- [a ¶ Non errore sed contentione, vt in creatorem contumeliam facere viderentur. b ¶ Idolo Sidoniorum.] matibus sacrificabant Baal: & libabant diis alienis libamina [¶ Decem tribus. a ¶ Duæ tribus] ad irritandum me. [30] Erant enim filij Israël & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua, filij Israël qui vsque nunc exacerbant me in opere manuum suarum dicit dominus: [31] quia in furore & indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc à die qua ædificauerunt eam vsque ad diē [a ¶ Quod generaliter prædixit per partes enumerat.] istam, qua auferetur de conspectu meo [32] propter malitiam filiorum Israel, & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam [¶ Non mei.] me prouocantes, & ipsi & reges eorum, & principes eorum, & sacerdotes eorum, & prophetæ eorum, viri Iuda & habitatores Ierusalem. [33] Et verterunt ad me terga & non facies: cū [¶ Liberum significat arbitrium.] docerem eos & erudirem diluculo, & nollent audire vt acciperent disciplinam. [34] Et posuerunt idola sua in domo in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eā, [35] & ædifica-

k *Et venient Chaldæi.* IBID. Aquila melius, *ingreditur*: Non enim absentes erant, vt venirent qui obsiderent ciuitatē; verbum autē Hebræum *& venient, & ingredientur* sonat.

l *Et domos in quarū domatibus.* IBID. Quomodo periturus scribitur mūdus, iuxta illud, *Cælū & terra trāsibunt*, eo quòd in maligno positus sit: sic & domus ipsa, & loca, in quibus flagitia facta sunt, iræ Dei subiacebunt.

m *Iugiter faciētes mal.* IBID. Sine fine. Vbi ergo iustitia sempiterna? LXX. *soli facientes.* Dei enim notitiam habebāt, & ab eo recedebant, ideo soli in oculis eius peccant. Qui verò increduli permanserunt, quasi illo non vidēte & negligente delinquunt; vnde Dauid vir sanctus & pœnitens ait, *Malum coram te feci.* i. in conspectu tuo.

n *Et verterunt ad me terga.* IBID. Vnde alibi: *Verterunt contra me scapulam recedentē.* Qui enim precatur, inclinata ceruice in terra pronus funditur, qui verò tergum vertit, gestu corporis indicat, se negligere comminantem.

o *Cùm docerem eos.* IBID. Fugatis tenebris erroris & idolorum cultura, illuminare eos cupiebam, & docere quæ recta sunt.

p *Et posuerunt idola sua, &c.* IBID. Non solùm tunc Iudas posuit idolum in templo Dei; sed vsque hodie in ecclesia, vel in corde credentium pōnitur idolum, quando nouum dogma constituitur, & in abscondito adoratur.

q *Et ædificauerunt, &c.* IBID. Propriè tribus Iuda & Beniamin in phano Baalis & Moloch dæmonum simulachra venerabantur; vitulos aureos in Dan & in Bethel 10. tribus, quod tam execrabile est,

Matth. 24. d. — *Locis in quibus commissa sunt flagitia irascitur Deus.* — *Psal. 50. a.* — *Zach. 7. c. Vertere terga.* — *Hæresis et idolum.* — *3. Reg. 12. g.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce munitiones, &c. *id est, arietes ad frangendum muros, & perreria ad proiiciendum lapides intra ciuitatem, & turres ligneæ ad pugnandum de pari cum illis, qui defendunt murum.*

2 A facie gladij & famis & pestilentiæ, &c. *Quia multi de illis, qui erant in Ierusalem, iam erant mortui gladio, & multi fame, & multi aeris corruptione.*

3 Et tu dicis mihi domine Deus: Eme agrum. *Quasi dicat, hoc est mirabile propter ista.*

4 Et factum est verbum Domini ad Ierem. *Hic consequenter ponitur domini responsio, & primò de ciuitatis destructione & populi captiuatione; secundò de populi reductione, ibi,* Et nunc. *Sententia primæ partis patet in littera vsque ibi,*

5 Et domos, in quarum domatibus, *id est, tectis,*

6 Sacrificabant Baal, & libabant diis alienis. *Tecta enim domorum illius terræ sunt plana, & ibi ædificabant altaria idolorum ad maiorem reuerentiam ipsorum.*

7 Facientes malum in oculis, &c. *Adolescentia populi Israel dicitur in exitu de Aegypto, vt dictum est supr. ca. 2. & tunc fuerunt idololatræ, vt patet in vituli adoratione, Exod. 32. b.*

8 Quia in furore, &c. facta est mihi ciuitas, *id est, digna vindictæ & punitionis meæ.*

9 A die, *id est, à tempore,*

10 Qua ædificauerunt eam, *Et hoc fuit tempore Salomonis, qui Ierusalem prius ædificatam à Melchisedech, ampliauit, & triplici muro clausit, & ipse idololatra fuit 3. Reg. 11. & occasione eius multi de populo.*

11 Auferetur de conspectu meo, *per eius destructionem. Cetera patent vsque ibi,*

12 Cùm docerem eos, *per prophetas meos;*

13 Diluculo, *id est, valde sollicitè & diligenter.*

14 Et posuer. idola sua. *Hoc potissimè fuit tempore Manasse 4. Reg. 21.*

15 Et ædificauerunt. *Videtur contradictio, excelsa, in valle. Dicendum, quod licet essent altaria in valle, tamen corpus altaris idoli erat excel-*

Diuisio. — *Adolescentia populi Israel.* — *Excelsa in valle.*

est, vt dominus numquam se cogitasse testetur.

a *In valle filij Ennon.* HIERON. lib. 6. Quæ Siloe fontibus subiacet, & amœnitate sui populum ad luxuriam prouocauit, quam sequitur cultus idolorum.

b *Ecce ego congregabo.* IBID. Multi putãt hoc in tẽpore Zorobabel fuisse completũ quãdo templum ædificatũ est sub Neemia, & muri extructi per circuitũ. Sed quomodo erit verum, *Habitare eos faciam confidenter & feriam eis pactum sempiternum?* Non solũ enim à vicinis gentibus, sed à Persis, & Macedonibus, ab Ægyptiis, & Romanis sæpè capti, hucusque seruiunt. Ad aduentum igitur Christi omnia referenda sunt, in quo completa videmus, & electio reliquiarum saluatur.

Felicitas quæ hic Iudæis ebenturadicitur, ad Christi non ad Cyri tempora referenda est.

c *Et reducam eos ad locum istum, & habi.* IBID. Sicut sperantibus auxilium, & in murorum firmitate fidentibus, ciuitas subuertenda prophetatur, & populus omni angustia periturus: Sic desperantibus, & post subuersionem vrbis nullam salurem expectantibus, suum promittit auxilium, vt confidẽtia atque superbia iustã sententiam, & desperatio atque humilitas Dei mereatur auxilium.

Subtrahit Deus auxilium superbis quod donat humilibus.

d *Erunt mihi in populum, & ego, &c.* IBID. Tristibus læta subiungit, & captiuis reditũ promittit: sed primum ostẽdit causam offensæ & iusti furoris; & quanto maior culpa, tanto in peccatores amplior clementia.

e *Et dabo eis.* CASSIODOR. Manifestè prodit, initium nobis bonæ volũtatis domino inspirante concedi, cum aut per se, aut per exhortationem cuiuslibet hominis, aut per necessitatem, ad salutis viam nos trahit vel transfert, & perfectionẽ similiter ab eodem condonari. Nostrum verò est ad exhortationem auxiliumque Dei enixius vel remissius sequi, & per hoc vel remunerationem, vel supplicia promereri.

A Deo salutis initium.

f *Et timorẽ meum dabo in corde eo.* HIER. vbi sup. Sic liberum donat arbitrium, vt timor qui tribuitur, ex gratia sit largitoris.

De gratia & libero arbitrio.

g *In toto corde meo, & in tota anima me.* IBID. Si verba sunt Saluatoris, rectè & cor & anima eius creditur, qui dicit, *Potestatem habeo ponendi animam meam, &c.* Si autem patris, Anthropopathos est intelligendum, sicut illud, *festiuitates vestras odi, &c.*

Ioan. 10. a. Amos 5. f.

h *Quia hæc dicit dominus, Sicut adduxi super populum istum omne ma.* IBID. Hæc iuxta litteram in typo post reditum de Chaldæis, quando ad Cyri regis imperium reuersus est populus Iudæorum. Sed spiritualiter in Christo & apostolis plenius cõpleta sunt. RABBANVS. Supra dictum est, quòd Sedechias clausit Ieremiam in atrio carceris, quia vaticinabatur dicens, *Hæc dicit dominus. Ecce ego dabo ciuitatem istam in manus regis Babylonis, &c.* Vbi etiam clausus emit agrum à filio fratris patris sui. Ibi etiam nunc secũdò verbum consolationis datur eidem de reditu populi.

Reuersio Hebræorũ de captiuitate. Supr. eo. a.

(a Hebraicè Bamoth.) a uerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij Ennon, vt initia- [1] (a Idolo Ammonitarum, quod interpretatur rex, non enim tantum Baal seruiebant.) (Anthropopathos.) rent filios suos & filias suas Moloch, quod non mandaui eis, nec ascendit in cor meum, vt facerent abominationem hanc & in peccatũ deducerent Iudam.[36] Et nunc propter ista, [2] hæc dicit dominus Deus Israel [3] ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis, [4] quòd tradatur [5] in manus regis Babylonis in gladio & (a In ecclesiam.) (b Vnde: Vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.) b in fame & in peste.[37] Ecce ego congregabo [6] eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo & in ira mea & in indi- c gnatione grandi, & reducam eos ad locum istum, & habita- [7] d re eos faciam confidenter,[38] & erunt mihi in populum, & ego (a Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.) e erò eis in Deum.[39] Et dabo eis cor vnum & viam vnam, [8] vt ti- (a Filialiter. Beatus vir qui timet dominum.) meant me [9] vniuersis diebus, & bene sit eis & filiis eorum post (Nouum testamentum.) eos.[40] Et feriam eis pactum sempiternum, [10] & non desinam eis [11] (Non in ore.) f benefacere, & timorem meum dabo in corde eorum, vt non (a Dona mea diligam in eis.) (b Saluatis, qui sunt creatura mea, vnde: Et gaudium est angelorum in cælis, super vno peccatore pœnitentiam agente.) recedant à me,[41] & lætabor super eis [12] cum bene eis fecero. Et [13] (a Præsenti ecclesia, vel futura.) g plantabo eos in terra ista in veritate, in toto corde meo, & in h tota anima mea.[42] Quia hæc dicit dominus: Sicut adduxi [14] super populum istum omne malum hoc grande, sic adducam [15] [16] super eos omne bonum quod ego loquor ad eos.[43] Et possi- [17] debuntur agri in terra ista de qua vos dicitis quòd deserta sit, (a Rationalis.) (b Simplices.) (Homines & iumenta saluabis domine.) eò quòd non remanserit homo & iumentum & data sit in (a Vt faciamus nobis amicos de Mammona iniquitatis, vt recipiant nos in æterna tabernacula.) manus Chaldæorum:[44] agri ementur pecunia & scribẽtur [18] [19] in (a Viuentium. b Crucis & victoriæ. c Martyres & sanctorum chorus.) (d Vbi domini fortitudo.) libro, & imprimetur signum, [20] & testes adhibebuntur in terra (a In qua visio pacis & æterna securitas.) (b Vbi vera Christi confessio.) Beniamin, [21] & in circumitu Ierusalem, in ciuitatibus Iuda, & (a De quarum vna dicitur: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.) (b Quæ Hebraicè Sephela: vt de profundo & de pressis per camporum æqualitatem ad summa egrediamur.) in ciuitatibus montanis, et in ciuitatibus campestribus [22] et in (a LXX. Negeb. vbi. s. est meridies & plena lux veritatis. b His completis.) ciuitatibus, quæ ad Austrum sunt, quia conuertam captiuita- (Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.) tem eorum, ait dominus.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

excelsis quàm altare domini.

1 Vt initiarent. *i. consecrarent. De modo autem huius consecrationis dictum est supra frequenter.*

2 Et nunc propter ista. *Hic ponitur responsio domini de reductione populi, & primo continuatur hæc littera præcedentibus, cùm dicitur,* Et hunc propter ista, *scilicet, peccata prædicta.*

3 Hæc dicit dominus, *illud quod postea sequitur.*

4 De qua vos dicitis. *tu Ieremia, & alij prophetæ.*

5 Quod tradatur. *& in veritate erit ita: Sed quid dicit Deus Israel ad hanc ciuitatem vltra? & subditur responsio domini.*

6 Ecce ego congregabo. *Et loquitur de reductione captiuitatis Babylonicæ, quia captiuitas per Salmanasar regem Assyriorum facta de regno Israel vltra montes Caspios, non est adhuc reducta.*

7 Et habitare eos fac. confid. *Non est hoc intelligendum pro omni tempore generaliter, quia aliquando populus de Babylone reductus fuit in magno timore aduersariorum positus, vt patet in Neemia, & li. Machab.*

8 Et dabo eis cor vnum, *quia à tempore illo non legitur populus ille communiter ad idololatriam declinasse.*

Promittit Deus bona Hebræis reductis è captiuitate, modo si De verè colu fueri ter perseuerent.

9 Vt timeant me. *Quod impletum est in credentibus de Iudæis.*

10 Et feriam eis pactum semp. &c. *Quod aliqui exponunt de lege noua, cui non succedet alia; in Hebræo tamen habetur,* Pactum sæculi, *propter quod potest exponi de promissione reductionis captiuitatis Babylonicæ & conseruatione populi in terra.*

11 Et non desinam eis benefacere, *quamdiu stabunt in obedientia, Tales enim promissiones sunt sub conditione, vt dictum est supr. 28. & 18.*

12 Et lætabor super eis. *Deus enim non delectatur in pœnis, sed in beneficiis largiendis.*

13 Et plantabo eos, &c. *id est, firmiter, ita quod non euellentur per captiuitatem, quamdiu adhærebunt mihi; sed postquam negauerunt eum coram Pilato, dicentes,* Non habemus regem nisi Cæsarem, *expulsi sunt de terra illa per Titum & Vespasianum, & per orbem dispersi sunt.*

14 Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc gran. *scilicet destructionem templi, & ciuitatis & populi.*

15 Sic adducam super eos omne bonum, *non simpliciter & absolutè sed sub determinatione, ideo subditur.*

16 Quod ego loquor, *scilicet reductionem de captiuitate ad terram propriam, ideo subditur.*

17 Et possidebuntur agri, &c. *& patet littera vsque ibi,*

18 Et scribentur, *Scilicet, emptiones.*

19 In libro. *id est, in chartis. Et ponitur hic singulare pro plurali, sicut* Exod. 8. f. *Venit musca grauissima, &c.*

20 Et imprimetur signum, *id est, sigillum,*

21 In terra Beniamin, &c. *Loquitur enim tantum de regno duarum tribuum, scilicet, Iuda & Beniamin. Reuertentes enim de Babylone non recuperauerunt regnum Samariæ, sed manebant ibi Gentiles, qui dicebantur Samaritani, etiam tempore Christi.*

Quam terrã insederint Iudæi de captiuitate reuersi?

22 Et in ciuitatibus, &c. *Illæ erant de sorte Iuda quæ erant in parte Australi terra promissionis, sicut habetur Iosue 15. cap.*

CAP.

ADDITIO.

In cap. 32. vbi dicitur in Postill. Heu heu heu. *Vbi nos habemus:* A a a *in Hebræo non ponitur hic aliqua dictio ter, sed vnica dictio ex tribus litteris composita, sicut dictum fuit supra in additione super caput quartum: & hæc dictio est quædam interiectio & exprimens dolorem.*

CAP. XXXIII.

A ET *factum est.* Prædicit, quòd sicut peccatoribus vindicta, ita pœnitentibus paretur medicina: vbi enim per indignationem domini iacuerant cadauera, ibi conuersorum reædificabuntur tabernacula, cum bonorum omnium abundantia, vt inde gloria domini prædicetur, & laus & lætitia in omnibus Gentibus oriatur. B Quod quidam ad resolutionem captiuitatis Chaldaicæ referunt: Sed melius videtur ad Christiana tempora referri, vbi spiritualiter dominus fidelibus suis vniuersa bona tribuit, vt in omni pace & concordia conuersentur; vnde, *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Et alibi, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* C Cùm verò de Babylone rediissent, finitimæ Gentes infestabant, prohibentes reædificare templum & ciuitatem. D In Machabæorum quoque temporibus plurima aduersa passi sunt, nec vmquam plenam securitatem habuerũt, donec à Romanis per totum orbem dispersi sunt.

Vindictam parat Deus peccatoribus, medicinam pœnitentibus.
Redemptio per Christũ hic prædicitur, Ioan. 14. d.
Matt. 28. d. 1. Esdr. 4. a.
Non illa de captiuitate Babylonica.

CAP. XXXIII.

ET factum est verbum domini ad Ieremiam secundò, cùm adhuc clausus esset in atrio carceris, dicens:[2] Hęc dicit dominus: Qui facturus est & formaturus illud & paraturus, dominus nomen eius.[3] Clama ad me, & exaudiam te: & annuntiabo tibi grandia, & firma quæ nescis.[4] Quia hęc dicit dominus Deus Israel ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda, quæ destructæ sunt, & ad munitiones & ad gladium[5] venientium: vt dimicent cum Chaldæis: & impleant eas cadaueribus hominũ quos percussi in furore meo, & in indignatione mea, abscondens faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum.[6] Ecce ego obducam eis cicatricem & sanitatem: & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis & veritatis.[7] Et conuertam conuersionem Iuda, & conuersionem Ierusalem, & ædificabo eos sicut à principio,[8] & emundabo illos ab omni iniquitate sua in qua peccauerunt mihi: et propitius ero cunctis iniquitatibus eorum in quib[9] deliquerunt mihi & spreuerunt me.[9] Et erit mihi in nomẽ, et in gaudiũ, et in laudem, et in exultationem cũctis Gentibus

a ¶ Vbi Sedechias clauserat eum. ¶ Cuius omnes serui sunt.
a ¶ In aduentu Christi.

b *Clama ad me, & ego exaudiam te.* Ostendit quod per orationes prophetarum & sanctorum, qui fuerunt in plebe, dominus placatus sit, E & reuelauerit eis reuersionem in terram suam quæ adhuc occulta latebat. Supra dictum est: *Noli orare pro populo hoc, &c.* Nunc autem dicitur: *Clama ad me, & exaudiam te.* Quia imminẽtem captiuitatẽ dominus auertere noluit, vt primum soluerent pœnam peccati sui; F postea verò reuersionem non negauit, quam modo promittit.

Quantum apud Deum valeant sanctorum orationes.
Supr. 11. c.

Adhuc

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXXIII.

1 ET factum. *Hic consequenter describitur redemptio facta per Christum. Et quia talis reuelatio est ardua, ideò primò præmittitur quædam præfatio, secundo subditur narratio, ibi.* Quia hæc dicit. *Circa primum, ponitur ordo huius reuelationis respectu præcedentis, cùm dicitur,* secundò, *& locus,* In atrio carceris; *& auctor,* Hæc dicit dominus qui facturus est, &c. *In conceptione enim Christi aliquid factum est à Deo per creationem, scilicet, anima, & corpus formatum est virtute spiritussancti, & anima parata est plenitudine gratiæ.*

Diuisio.

2 Clama ad me. *Sicut sancti prædecessores tui orauerunt ad me de promissione Christi.*

3 Et exaudiam te. *debito tamen tempore:*

4 Et annuntiabo tibi, *ex nunc.*

5 Grandia, *Futura; scilicet, mysterium redemptionis fiendæ per Christum, quod est quid maximum & stabilissimum.*

Mysterium incarnationis.

6 Quæ nescis. *Quia istud mysterium non est comprehensibile à mortali homine.*

7 Quia hæc dicit dom. de. *Hic consequenter ponitur narratio vbi primò describitur modus redemptionis, secundo persona redemptoris, ibi,* Ecce dies. *Prima adhuc in duas, quia primo breuiter repetitur populi captiuatio, secundo Christi redemptio, ibi,* Ecce ego, *vt sic opposita iuxta se posita magis elucescant. Circa primum dicit.* Hæc dicit dominus: *& subditur.*

Diuisio.

8 Quæ destructæ sunt, *Tunc enim ciuitas erat obsessa à Chaldæis, vt dictum est ca. præc. & per machinas proiicientes lapides intra ciuitatem, domus iam in parte erant destructæ,*

9 Et ad munitiones. *scilicet, bladi, vini, & victualium, quæ iam ferè erant consumptæ in ciuitate.*

10 Et ad gladium venientium. *contra ciuitatem, exercitus enim Chaldæorum semper augmentabatur.*

11 Et impleant eas, *scilicet, domos Ierusalem & plateas.*

12 Cadaueribus hom. quos percussi. *Chaldæi enim in illis interfectionibus fuerunt quasi instrumenta Dei executores iustitiæ eius, vt frequenter dictum est supra.*

13 Ecce ego obducam. *Hic consequenter ponitur medicina, siue redemptio. Circa quod sciendum, quod totum residuum huius cap. exponit Ra. Sa. de tempore Mesiæ, dicens illud adimplendum, quod iam est impletum. Dicitur ergo in persona redemptoris,* Ecce ego obducam eis cicatri. *Cùm enim cicatrix vulneris est obducta, tunc est vulnus perfectè sanatum; & sanitas perfecta data est per Christum, & non per alium.*

Sanitas perfecta data per Christũ & non per alium.

14 Et reuelabo illis depr. *scilicet pacem & veritatem, pro qua deprecati sunt patres veteris testamenti, ideo Christo nato clamauerunt angeli Luc. 2. b.* Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

15 Et conuertam conuersionem Iuda. *id est, confitentium peccata sua, & venientium ad ecclesiam, quæ nominatur Ierusalem, Isa. 2. & Hebr. 12. & Apoc. 21.*

16 Et ædificabo. *Principium ædificationis fuit in exitu de Aegypto, quæ ædificatio fuit per signa & miracula diuinæ virtutis, vt patet in Exo. & in lib. Num. in pluribus locis: & hoc modo ædificata est ecclesia in aduentu Saluatoris, vt patet in Euangeliis.*

Ædificatio Ecclesiæ.

17 Et emundabo. *Hoc non possunt exponere Iudæi de aliqua temporali saluatione populi præterita, quia dicunt quod in omni punitione, vel afflictione quam sustinuerunt, vsque nunc, & sustinebunt vsque ad aduentum Mesiæ, semper expiatur aliqua pars pœnæ debitæ pro vituli adoratione, & ideo ista emundatio propriè intelligitur de Christo, qui per suum sanguinem lauit nos à peccatis nostris, quæ est perfecta mundatio: propter quod illis, qui lauantur per baptismum, non imponitur aliqua pœnitentia satisfactoria pro peccatis præteritis, quia baptismus delet pœnam & culpam.*

Christus lauit nos à peccatis.

18 Et erit. *sequitur,* Cunctis Gen. *quia in omnibus Gentibus sunt aliqui credentes Christo, in quibus nominatur & laudatur: & ante finem mundi perfectius implebitur.*

Quæ

MORALITER.

† 1 *Et factum est.* Sequitur, *Hæc dicit dominus.* Per vrbem signatur vniuersalis militans Ecclesia, de qua dicitur Apocal. 21. a. *Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem, &c.* Domus autem huius vrbis sunt particulares Ecclesiæ per orbem diffusæ.

De Ecclesiis & curiis.

† *Et ad dom. regis,* id est, curias laicales.

8 *Quæ destructæ sunt,* Nam in ecclesiis pro magna parte cultus Dei negligitur, & in curiis laicis iustitia frequenter subuertitur,

9 *Et ad munitiones,* scilicet alimentorum: per quas signantur doctrinæ sacrarum scripturarum, quæ pro magna parte sunt consumptæ: nam doctores plurimi docent curiosa & inutilia ad ostentationem sui, & prædicatores multi prædicant propter quæstum, vel fauorem audientium: & sic tacent, vel palliant vitia magnatum.

10 *Et ad gladium venientium, vt dimicent cum Chaldæis.* Per Ægyptios, qui tenebrosi interpretantur, homines mali signantur, qui sunt membra dæmonum per Chaldæos signatorum: & sic cum dæmonibus impugnant populum Christianum, seminando discordias, & alia mala persuadendo. Residuum autem huius ca. de Christo & redemptione facta per ipsum exposui litteraliter, & sic expositio mea respectu aliarum est spiritualis, propter quod pertranseo de alia hic ponenda.

Homines mali qui sunt membra diaboli.

a Adhuc audietur in loco ist. &c. Ne desperent Iudæi propter minas & captiuitates futuras, restaurationis bona promittit: vt locus, qui desertus fuerat propter scelera habitatorum, propter correctionẽ & emẽdationem habitetur.

Promittit Iudæis bona restaurationis.

B MYSTICE. Ecclesia, gentilium, quæ deserta fuerat à domino per idololatriã & scelerum immanitatẽ, habitatur per Christi fidem, & repletur multitudine credentium ex diuersis nationibus: cui per Isa. dicitur, *Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, &c.* Et alibi. *Lauda sterilis, quæ non paris, decanta laudem & hymnum quæ non parturis, quia multi filij desertæ.*

Ecclesia de gentibus. Isa.35.a. Isa.54.a.

b *Accubantium gre.* Greges ecclesiæ, scilicet, de Gẽtibus congregatæ, quæ in culmine virtutum consistunt, & tamen humilitatem non deserunt, sed per feruorem spiritussancti exercent studium bonæ operationis, & dilectionis iura seruant, quibus sociantur greges, vel Gentes, quæ in terra Beniamin, in circumitu Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda, versantur: quia de illo priori populo multi sunt qui ad fidem Christi & ouium suarum numerum pertinent, de quibus dicitur, *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego agnosco meas, & sequuntur me.*

Iudæi & gentes in vnam ecclesiam cõuenientes. Ioan.10.c. Isa.2.a.

c *Ad domum Israel.* De quibus Isa. erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus domini in vertice montium, &c.

d *Non interibit.* RABBANUS. Hoc testimonium nec regno Iudaici populi, nec Sacerdotio potest aptari, necesse est ergo vt ad regnum Christi & sacerdotium eius transferatur. De quo dicit Psal.

Regnum & sacerdotiũ Christi.

terræ, quæ audierunt omnia bona quæ ego facturus sum eis: & pauebunt & turbabuntur in vniuersis * locis, & in omni pace quam ego faciam eis.[10] Hæc dicit dominus. Adhuc audietur in loco isto quem vos dicitis esse desertum; eo quod non sit homo nec iumentum in ciuitatibus Iuda & foris Ierusalem quæ desolatæ sunt absque homine

a Prædicatio euangelij. Alleluia. Christi.

& absque habitatore & absque pecore,[11] vox gaudij & vox lætitiæ, vox

Ecclesiæ.

sponsi & vox sponsæ, vox dicentium: Confitemini domino exercituum: quoniam bonus dominus: quoniam in æternum misericordia

a Seipsos. b Non manufactam.

eius: & portantium vota in domum domini. Reducam enim con-

Gentium. a Vt sit omnibus vna fides, & in confessione labium vnum.

uersionem terræ sicut à principio, dicit dominus.[12] Hæc dicit dominus exercituum: Adhuc erit in loco isto deserto absque homine & absque

a Apostolorum, euangelistarum, & doctorum noui testamenti.

iumento, & in cunctis ciuitatibus eius, habitaculum pastorum, &

Alia gregum.

accubantium greges[13] & in ciuitatibus montuosis, & in ciuitatibus

a Spiritussancti feruorem.

campestribus: & in ciuitatibus quæ ad austrum sunt, & in terra Ben-

a Viam huius vitæ.

iamin, & circumitu Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda adhuc transi-

a Iuxta dispositionem, scilicet, vestri pastoris viuentes, qui ait: Gaudete quia nomina vestra scri. sunt in cæ. b Qui numerat multitudinem stellarum.

bunt greges ad manũ numerantis, ait dominus. *[14] Ecce dies venient

a In aduentu filij, quo verbum Dei caro factum est, & habitauit in nobis.

dicit dominus, & suscitabo verbum bonum quod locutus sum ad do-

Prophetas.

mum Israel, & ad domum Iuda.[15] In diebus illis & in tempore illo ger-

a Christum, qui fecit iudicium & iustitiam in terra, quia iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinc. re. eius.

minare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiam

a Apostoli & primitiua ecclesia. b In fide Christi. c Sub protectione Dei.

in terra.[16] In diebus illis saluabitur Iudã, & Israël hãbitabit confidẽnter.

a Quod alibi dicitur Emmanuel, id est, nobiscum Deus: quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. b Reddens vnicuique iuxta opera sua.

Et hoc est nomẽn quod vocabunt eum dominus iustus noster.[17] Quia

a Christus & membra eius.

hæc dicit dominus: Non interibit de Dauid vir qui sedeat super thro-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quæ audierunt omnia bona quæ. *scilicet, assumptionis humanæ naturæ, operationis miraculorum, eductionis de inferno, & trãslationis ad cælum.*

2 Et pauebunt. *iste pauor, & ista turbatio, non sunt iræ vel impatientiæ, sed admirationis præ magnitudine diuinæ misericordiæ in prædictis.*

3 Adhuc audietur, &c. *Secundum quòd dicit Ra. Sa. hæc est Metaphorica locutio, ita quòd per homines & pastores intelligantur populi rectores, & per pecora, iumenta, & greges, intelliguntur subditi eorum: vnde quod in fine dicitur,* adhuc transibunt greges ad manum numerantis. *sic exponit, id est, populi sub manu regis in capite eorum præcedentis. Per quem regem intelligit Messiam venturum, quem nos confitemur venisse: & secundum hoc exponenda est sic littera,* Adhuc audietur in loco isto, *id est, in ecclesia nomine Ierusalem significata, eo quòd ibi fuit inchoata per Christi prædicationem, passionem, resurrectionem, & spiritussancti missionem,*

Christus pastor bonus.

4 Quem vos dic. esse deser. *Per Chaldæos in temporalibus, & per dæmones in spiritualibus, & quid ibi audiatur, subditur,*

5 Vox gaudij & vox læ. *Quod fuit impletum in Christi natiuitate, angelis Deum iucunde laudantibus, Luc.2. & in spiritussancti missione, quando apostoli aliique credentes varijs linguis loquebantur magnalia Dei, Actuum secundo.*

6 Vox sponsi. *id est, Christi prædicantis,*

7 Et vox sponsæ, *id est, ecclesiæ Deum laudantis, vt iam dictum est de Apostolis.*

8 Et portantium vota in domum domi. *Quod videmus impletum in credentibus cum diuinis laudibus ad ecclesiam portantibus vota sua.*

9 Reducam enim con. &c. *id est, per miracula reducam homines ad fidem, sicut populum Israel per miracula eduxi de Aegypto.*

10 Adhuc erit in loco isto deser. &c. Et in cunctis ciuit. eius habi. pastorum. *id est, apostolorum & successorum eorumdem in ecclesia, qui habent officium pascendi fideles in ecclesia Dei.*

11 In ciuitatibus montuosis & in ciui. campe. &c. *id est, in omnibus mundi partibus: exprimuntur tamen in speciali Ierusalem, & Iudæa, & loca illa propinqua, quia ibi incepit ecclesia, prout contra Synagogam distinguitur: & hoc per prædicationem Christi & apostolorum, propter hoc dixit eis Act.1.a.* Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. *Quia tamen pastores & populares sunt sub vno rege Christo, ideo subditur,*

12 Adhuc transibunt greges ad manum numerantis, *id est, Christi regis, cui cognitus est numerus electorum.*

13 Ecce dies venient. *Hic consequenter describitur persona redemptoris: & primò quantum ad veram humanitatem, cùm dicitur,*

14 Germinare faciam Dauid, &c. *quia Christus secundum carnem descendit de Dauid, Matt.1. Quod autem de Christo intelligatur ad litteram, patet per translationem Chaldaicam, quæ sic habet in loco isto.* In diebus illis, & in illo tempore statuam Dauid Messiam iustum. *Secundò describitur quantum ad diuinitatem, cùm subditur,* Et hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster. *Et vbi translatio nostra habet,* dominus, *in Hebræo habetur nomen domini Tetragrammaton, quod de solo Deo vero dicitur: sicut dictum fuit plenius supr.23. vbi consimilis auctoritas ponitur, propter quod de expositione hic pertranseo breuius, quia illuc potest recurri pro residuo huius auctoritatis, quod non est hic ad plenum expositum. Sciendum tamen quod sicut illam auctoritatem falsificauerunt Iudæi, ne cogerentur diuinitatem Christi confiteri, sic & istam, dicentes quod hæc est littera,*

Christus est verus Deus & verus homo.

15 In diebus illis saluabitur Iuda, *Et in hoc dicunt verum: Sed illud quod sequitur falsificant dicentes,* Et iste, qui vocabit eum, dominus iustus noster, *ita quod nomen domini Tetragrammaton, loco cuius habemus* dominus, *non refertur ad Messiam, sed ad Deum qui mittet eum, ædificabit nouam Ierusalem secundum eorum errorem, vt dictum est supr.31. & sic dicitur vocare eam, inquantum ipsemet ædificabit. Sed falsificatio ista apparet per translationem Chaldaicam, quæ, vbi nos habemus,* Et hoc est quod vocabunt eum, *sic habet,* Et hoc est nomen quod ipsi dicent ei, *Et ideo aliqui correctores nostri, qui sic correxerunt,* Et hoc est quod vocabit eum, *videntur in hoc aliquo modo sequi falsificationem prædictam.*

Iudæi quomodo insigne hoc de Christo testimonium conentur euertere.

16 Non interibit Dauid, &c. *Hoc impletum est de Christo qui secundum*

Psal. *Ponam in saeculum saeculi semen eius, & thronum eius sicut dies caeli.* Et alibi, *Iurauit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Huius sacerdotis membra sunt filij ecclesiae, vnde Petrus, *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c.* Hic holocausta & sacrificia offert gratissima patri.

Psal. 88. c. Psal. 109. 1. Pet. 2. b.

† THEODORET. in hunc loc. Hoc etiam patriarcha praedixit, *Non deficiet princeps de Iuda, & dux de foemoribus eius, donec veniat qui repositus est, Et ipse est expectatio gentiũ,* At post Zorobabelem non nouimus quemquam fuisse ducem de tribu Iuda: Reperimus tamen propheti veritatem. Nã tribus regiae & sacerdotalis facta est commixtio: Sacerdotes autem imperauerunt vsq; ad Herodem alienigenam; Quocirca praesens prophetia, his quae de Dauide dicuntur, committit ea quae pertinent ad sacerdotes, *Et de sacerdotibus,* inquit, *& Leuitis, non interibit à facie mea vir, &c.* Cuius prophetiae videmus euentum, donato enim iuxta promissionem diuinam nouo testamento, donatum est etiam sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, quod qui adepti sunt offerunt Deo iugiter sacrificium rationale.

Gen. 49. Respublica Hebraeorũ per quos sit administrata post reditum e Babylone. Sacerdotiũ Euangelicũ.

a ¶ Ecclesiae. a ¶ Quia Christi sacerdotium aeternum.

num domus Israel, [18] & de sacerdotibus & Leuitis non interibit vir à facie mea qui offerat holocaustomata & incendat sacrificium, & caedat victimas cunctis diebus. [19] Et factum est verbum domini ad Ieremiam dicens: [20] Haec dicit dominus: si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo: [21] & pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitae & sacerdotes ministri mei. [22] Sicut enumerari non possunt stellae caeli, & metiri arenae maris, sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & Leuitas ministros meos. [23] Et factum est verbum domini ad Ieremiam, dicens: [24] Numquid non vidisti quid populus hic locutus sit, dicens: Duae cognationes quas elegerat dominus abiectae sunt, & populum meum despexerunt, eo quod non sit vltrà gens coram eis. [25] Haec dicit dominus: Si pactum meum inter diem & noctem, & leges caeli & terrae non posui, [26] equidem & semen Iacob & Dauid serui mei proiiciam vt non assumam de semine eius principes seminis Abraham Isaac & Iacob: Reducam enim conuersionem eorum, & miserebor eis.

a ¶ Spirituale, cuius summa soli Deo nota, qui numerat multitudinem stellarum. a ¶ Hostium. a ¶ Insultando. b ¶ Sacerdotalis & regia, vel Iudas & Israel. c ¶ Quibus promiserat terram fluentem lacte & melle. a ¶ Ex toto. b ¶ Hoc dicentes. a ¶ Reputatione ipsorum. a ¶ De quibus dicitur: Nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram.

a *Et factum est, &c.* RABBANVS. Congrua similitudine hostes insultantes populo Dei confundit; quia sicut leges caeli & terrae, diei & noctis, in ordine suo immobiliter persistunt, sic promissio Dei immobilis permanebit: duas cognationes à domino electas, regalem & sacerdotalem tribum, vel duas quae fuerunt in Ierusalem, & decem quae fuerunt in Samaria possumus intelligere. Has elegit dominus, quando patribus eorum promisit terram fluentem lacte & melle. Sed licet plurimi eorum à veritate errauerunt, plerique tamen in fide recta, & operatione bona probati inuenti sunt, quia ex ipsis apostoli & primitiua ecclesia.

Numquam boni poenitus in Iudaeis defecerunt vsque ad tempora Christi.

b *Haec dicit dominus.* Supra dixerat de creatione solis & lunae & stellarum, & cursu earum, quod earum leges mutari non possunt: hunc similiter dicit, pactum diei & noctis irritum non posse fieri, neque pactum domini cum Dauid. Finito enim sacerdotio legali, Christi regnũ & sacerdotium in aeternum manebit.

Pactum Dei cum Dauid numquam irritandum.

† THEODORETVS vbi supr. Huius prophetiae manifestus est exitus: Christus enim ex Dauide secundum carnem ortus, non thronum inferiorem obtinens, sed in eodem cum patre sedens solio, gubernat omnia. Et tamen istud ipsum dicit de sacerdotibus & Leuitis, adeò vt genus illorum conferatur cum potestate caelesti & arena maris. Ac de his quae dicuntur, testimonium praebent res ipsae: Terra namque & mare plena sunt pontificibus & diaconis, Leuitico munere fungentibus.

Sacerdotii dignitas summa.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

cundum carnem est de tribu sacerdotali & de tribu regia, quae erant commixta, & eius regnum & sacerdotium sunt aeterna, secundum quod deducit Apostolus ad Hebraeos satis diffuse.

1 Qui offerat holocaustomata & incendat, &c. *Oblatio enim Christi in cruce, continet in se perfectius virtutem omnium sacrificiorum veteris legis: & ideo designatur hic per plura & varia sacrificia veteris legis. Et istud sacrificium offertur quotidie in ecclesia, in qua Christus est Sacerdos & hostia.*

De sacrificio crucis & Eucharistia.

2 Si irritum potest fieri, &c. *Istud pactum habetur Genes. 8. d.* Nox & dies non requiescent. *Est ergo sensus, quod sicut istud pactum fuit firmum, ita illud quod dicitur hic de regno & sacerdotio.*

3 Sicut enumerari non possunt stellae caeli. *Istud impletum est in Christo descendente de Dauid, cuius semen sunt fideles per orbem multiplicati sicut stellae caeli.*

4 Numquid non vidisti quid populus hic, *scilicet, Babylonicus,*

5 Locutus sit, dicens: Duae cognationes, *scilicet, Iuda & Beniamin,*

6 Quas elegerat. *Aliis decem captiuatis prius per reges Assyriorum:*

7 Abiectae sunt. *Sic loquebantur Chaldaei, postquam destruxerant regnum duarum tribuum, aestimantes quod illud regnum numquam deberet resurgere, & ideo subditur,*

8 Si pactum meum inter diem & noctem, *Vt sibi continuè succedant quamdiu durabit generatio hominum:*

9 Et leges caeli & terrae non posui. *Dicuntur hic caeli leges, motus caeli & influxus stellarum, & leges terrae productio terrae nascentium.*

10 Equidem & semen Iacob & Dauid serui mei proiiciam. *& hoc est dictum, quod sicut istae leges sunt firmae & stabiles, sic semen Iacob & Dauid erit semper coram me stabile.*

Stabile pactũ Dei cũ Iacob & Dauid.

11 Vt non assumam de semine eius principes. *Quod potissimè impletum est in Christo, & apostolis & eorum successoribus Psal. 44.* Constitues eos principes, &c.

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 33. vbi dicitur in postilla. Ecce ergo obducam eis cicatricem. *Vbi nos habemus* cicatricem. *in Hebraeo habetur quaedam dictio, quae significat sanitatem acquisitam post longum tempus, quod magis consonat proposito quàm cicatrix: nam sanitas data per Christum respectu antiquorum patrum data fuit post longum tempus, sed respectu fidelium tẽpore Christi existentium, fuit data sine magna mora temporis, & ideo ponuntur hic duae dictiones significantes sanitatem, quarum vna significat post longam infirmitatem, alia non. Item vbi nos habemus,* Et reuelabo eis deprecationem pacis & veritatis, *in Hebraeo habetur:* abundantiam pacis & veritatis, &c.

Sanitas quã Christus dedit.

ADDITIO II.

In eodem cap. vbi dicitur in postilla. Secundò describitur quantum ad diuinitatem.

Supra in ca. 33. habetur consimilis auctoritas, & ibi est quaedam additio ad confirmandum expositionem postil. & contra falsificationem Iudaeorum: vide ibi.

XXXIV.

a [...]rbum quod [...]ctum, &c. [...] Licet rex [...]imus misе[...]ia sit indi[...], quia tamen [...]tiones Dei & [...] & magnæ ni[...] sæpius eum per prophetas commonebat, per Ieremiam, scilicet in Iudæa, & Ezechielem B in Babylone vaticinantem, prædicens futuram captiuitatem, si quomodo illum ad pœnitentiam prouocaret. Sed mens indurata magis eligit in nequitia perseuerare, quàm vitam corrigere, vnde debitam inuenit pœnam cum populo suo captiuatus.

Sedechias monita prophetarum conculcat.

b *Audierunt*, &c. RABB. Patet hoc loco, quod nihil C proficit cuilibet bonum inchoare, si non studuerit illud ad bonum finem perducere. *Qui enim perseuerauerit vsque in finem, saluus erit.* Præceptum erat in lege, vt filij Israel fratres suos non venderent conditione seruorum, nec affligerent, sed tempore statuto reuerterentur ad cognationem & possessionem patrum D suorum: haberentq; seruos & ancillas de nationibus quæ in circumitu eorum essent. Hoc Sedechias & populus Iudæorum se facturos promiserũt, sed conuersi retrorsum seruos & ancillas retraxerunt, quos dimiserant liberos, vnde iratus dominus tradidit eos omnibus E regnis terræ, & gladium & pestem & famem misit super eos, & ciuitates eorũ igne succendit, Tropologicè autẽ, cùm fratres nostros in tutelam nostram susceperimus, propter Deum nobis subiectos nõ opprimamus per potentiam, non iniustæ seruitutis imponamus molestiam: sed F fraterno affectu tractemus eos, adiuuemus eos verbo & exemplo, vt vero domino, qui eos redemit sanguine suo, possumus dignum exhibere seruitium, donec verus iubileus veniat, & vnusquisque proprie restituatur dignitati, & possessioni; vnde Petrus, *Pascite qui in vobis est gregem domini spontanee, &c.*

Cœpisse bona non prodest si deficiamus in cursu. — *Matt.10.c.* — *Exo.21.a.* — *Lex seruitutis apud Hebræos.* — *Vt nostro magisterio subiectos bene tractemus, & ad Deum trãsmittamus.*

CAP. XXXIV.

[1] VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino, quando Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius vniuersaque regna terræ quæ erant sub potestate manus eius, & omnes populi bellabant contra Ierusalem & contra omnes vrbes eius, dicens: [2] Hæc dicit dominus Deus Israel: Vade & loquere ad Sedechiam regem Iuda, & dices ad eum: Hæc dicit dominus: Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & succendent eam igni. [3] Et tu non effugies de manu eius, sed comprehensione capieris, & in manu eius traderis: & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem introibis: [4] Attamen audi verbum domini Sedechia rex Iuda. Hæc dicit dominus ad te: Non morieris in gladio, [5] sed in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerant ante te, sic comburent te, & væ domine plangent te: quia verbum hoc ego locutus sum dicit dominus. [6] Et locutus est Ieremias propheta ad Sedechiam regem Iuda vniuersa verba hæc in Ierusalem: [7] & exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ierusalem: & contra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant, contra Lachis & cõtra Azecha, hæ enim supererãt de ciuitatibus Iuda vrbes munitæ. [8] Verbum quod factũ est ad Ieremiã à domino postquã percussit rex Sedechias fœdus cũ omni populo in Ierusalẽ, prædicans [9] vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillã suam, Hebræum & Hebræam liberos, & nequaquam dominaretur eis, id est, in Iudæo & fratre suo. [10] Audierũt ergo omnes principes et vniuersus popul⁹ qui inierant pactum, vt dimitteret vnusquisque seruum suum et vnusquisque ancillam suam liberos, et vltra non dominarẽtur eis. Audierunt igitur et dimiserunt. [11] Et conuersi sunt deinceps et retraxerunt seruos suos et ancillas suas quos dimise-

☞ a Vitu-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XXXIV.

1 VErbum quod factum, &c. *Hic Ieremias prædicit finem Sedechiæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò prædicit finem Sedechiæ regis; secundò arguit ipsum, & populum de transgreßione diuinæ legis, ibi,* Verbum quod fa. &c. *Circa primum primo ponitur tempus cum dicitur,*

Diuisio.

2 Quando Nab. *Et ista obsidio incepit nono anno Sedechiæ, & anno xj. eius capta fuit ciuitas, vt habetur infr. 29. & de ista captione subditur:*

3 Ecce ego tra. *Et subditur finis Sedechiæ, & primò quantum ad malum pœnæ cum dicitur,*

4 Et tu non effug. &c. *Quia exercitus Chaldæorum comprehendit Sedechiam fugientem, & adduxit eum ad regem Babylonis in Reblatha, vt habetur infr. xxxix. ideo subditur,*

Prædicit Sedechiæ euentura.

5 Et oculi tui oculos, &c. *Sicut dicetur infr. xxxix. quòd locutus est ad eum iudicia, eum arguendo de infidelitate & periurio: propter quod fecit occidi filios eius coram eo, & postea ipsum exoculari & in Babylonem duci. Secundo prædicitur finis Sedechiæ quantum ad bonum, cùm dicitur,*

6 Non morie. in glad. *id est, morte violenta,*

7 Sed in pa, *i. naturali morte, & sepelieris honorificè; ideo subditur:*

8 Et secundum, &c. *In sepulturis enim regum comburebantur aromatica, non solum contra cadaueris fœtorem, sed etiam ad defuncti honorem.*

9 Et væ domine, plangent te, &c. *Cantando carmen lugubre, sicut in sepulturis solemnibus. Cetera patent vsque ibi,*

10 Hæ enim supererant, &c. *Scilicet nondum captæ, scilicet Ierusalem, Lachis & Azecha: aliis omnibus iam captis à Chaldæis.*

11 Verbum quod fact. &c. *Hic consequenter Ieremias arguit regem & populum de transgreßione diuinæ legis. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur transgreßio; secundo transgreßionis punitio, ibi,* Propterea hæc. *Circa primum sciendum, quod Exod. xxj. a. dicitur,* Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in anno septimo egredietur liber gratis; *ita quod non poterat vltra teneri, nisi vellet remanere. Tempore vero regis Sedechiæ & ante, tenuerunt seruos & ancillas diutius per auaritiam suam, & tamen admonitione Ieremiæ & aliorum bonorum, rex Sedechias & eius subditi statuerunt firmiter dimittere seruos suos Hebræos & ancillas secundum præceptum legis. Et vt hæc ordinatio esse firma, sciderunt vitulum in duas partes, & inter illas partes, transierunt rex & principes: ad signandum quod sic esset dignus occidi & diuidi, infringens illam ordinationem. Et talis modus confirmandi aliquid, tunc temporis erat potißimus. Verumtamen isti postquam dimiserant seruos & ancillas, cupiditate ducti retraxerunt eos ad se, redigendo eos in seruitutem. Et sic non solùm peccauerunt contra legem diuinam, sed etiam contra statutum proprium pœna mortis firmatum, vt dictum est. Et secundum hoc patet littera paucis exceptis,*

Iudæi quos iniuste in seruitute detentos remiserant, maiori perfidia retrahunt.

12 Prædicans. *i. solenniter denuntians.*

9 Et — 1 Et

MORALITER.

† 1 *Verbum quod factum est, &c.* Sequitur: *Vade & loquere ad regem, &c.* Per quem signatur Christus duplici ratione. s. ratione regiæ dignitatis & interpretationis, nam Sedechias interpretatur iustitia Dei. Et de Christo dicitur 1. Cor. 1. d. *Factus est nobis sapientia & iustitia.* Per hoc igitur quod prædicitur ipsius Sedechiæ captio ignominiosa, & tamen honorabilis sepultura, fuit figurata Christi captio, quæ fuit cum ignominia, Matt. xxvj. e. *Tamquam ad latronem cum gladiis & fustibus existis comprehendere me.* Et eius sepultura fuit honorabilis & pretiosa, vt patet Ioannis decimonono, & hoc prædictum fuit Isa. xj. c. *Et erit sepulchrum eius gloriosum.*

Christi captio ignominiosa, sepultura vero honorabilis.

11 *Verbum, &c.* Per istos qui ad prædicationem Ieremiæ dimiserũt seruos suos Hebræos, & ancillas Hebræas liberos, sicut tenebãtur ex precepto legis, Exo. xxj. & postea cupiditate ducti subiecerũt eos pristinæ seruituti signantur potẽtes huius sæculi, qui ad prædicationem boni prædicatoris, vel ad consilium boni confessoris relaxant indebitas exactiones, & postea cupiditate ducti reponunt eas in toto vel in parte, vel adinueniunt alias de nouo tantas vel maiores.

Potentes qui deficiũt à bono proposito.

A runt liberos: & subiugauerũt in famulos & in famulas.[11] Et factum est verbum ad Ieremiam à domino, dicens:[13] Hæc dicit dominus Deus Israel: Ego percussi fœdus cum patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Ægypti de domo seruitutis dicens:* [14] Cum completi fuerint septem anni, dimittat vnusquisque fratrem suũ Hebræũ qui venditus est ei: & seruiet tibi sex annis: & dimittes eum à te liberũ. Et non audierunt me patres vestri: nec inclinauerunt aurem suam. (a Ab iniquitatibus vestrorum patrum.) [15] Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnusquisque ad amicum suum, & inistis pactum in conspectu meo in domo (Beneplacito.) in qua inuocatum est nomẽ meum super eam. (Ad iniquitatem vestram.) [16] Et reuersi estis & cõmaculastis nomen meum, & reduxistis vnusquisque seruum suum & vnusquisque ancillam suam quos di- B miseratis, vt essent liberi & suæ potestatis: & subiugastis eos, vt sint vobis serui & ancillæ. [17] Propterea hæc dicit dominus: Vos non audistis me, vt prædicaretis libertatem vnusquisq; fratri suo & vnusquisque amico suo. Ecce ego prædico libertatem, ait dominus, ad gladium, ad famem & ad pestem, & dabo vos in cõmotionẽ cunctis regnis terræ. [18] Et dabo viros qui

* Exo. 21. a. Deut. 15. c.

D prævaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis quib⁹ assensi sunt in cõspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes (a Victimæ, quam sacrificauerunt domino, iuxta conditionem pacti, quod inierant.) & transierunt inter diuisiones eius, [19] principes Iuda & principes Ierusalem, Eunuchi & Sacerdotes, & omnis populus terræ, qui transierunt inter diuisiones vituli, [20] & dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animã (Cadauer.) eorum: & erit morticinum eorum in escam volucribus cæli & bestiis terræ. [21] Et Sedechiam regem Iuda, & principes eius dabo in manus inimicorum suorum & in manus quærentium animas eorũ: & in manus exercituum regis Babylonis qui recesserunt à vobis.[22] Ecce ego præcipio dicit dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabũtur aduersus eam, & capient eam, & incendent igni. Et ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eo quòd non sit habitator. E

a *Vitulum quem conciderũt.* † THEOD. in hunc loc. Quondã ita iurare cõsueuerat. Nã & Deus, cum fœdera iniret cum Abraham, vbi iussisset arietem trimũ, & vitulum, ac hircum similis ætatis, in duas partes diuidi, easq; ex aduerso collocari: transire fecit clibanum fumantẽ, & lampadem ardentẽ, per medium ambarũ portionum, paciscens cum eo iuxta morem, qui tũc vigebat. Istud etiam hi fecerunt, qui de libertate seruorum Hebræorum promissiones emiserunt, & voluerunt iureiurando firmare libertatem, sed mox ipsum transgressi sunt.

Mos veterũ in sanciendis pactis & iuramentis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et commaculastis nomen me. *quia illud pactum ad maiorem solemnitatem & firmitatem fuerat factum, in domo domini, & in nomine ipsius: & sic transgressio eius erat quodammodo in iniuriam & irreuerentiam nominis domini.*

Denuntiatur eis propterea pœna.

2 Propter. *Hic consequenter ponitur transgressionis punitio, cum dicitur:*
3 Ecce ego prædico liberta. *ita quod non sitis serui mei, nec ego dominus vester ad vos defendendum; ideo subditur,*
C 4 Ad gladium, ad famem, & ad pe. *à quibus vos non protegam.*
5 Et dabo vos in comm. *eiiciendo vos ibi in captiuitatem; & est hyperbole, ad denotandum magnam dispersionem Iudæorum, quia tunc non fuerunt dispersi per totum orbem, sed postea per Romanos.*
6 Et dabo vi. qui præuari. fœdus meum. *i. legem in Exodo prædictam,*
7 Et non obser. *id est, statuti sui prædicti: Quod exponendo subditur,*
8 Vitulum quem conciderunt, &c. *id est, pactum sectione vituli confirmatum modo prædicto, Cetera patent vsque ibi,*
9 Et in manus exercituum regis Baby. qui reces. à vobis. *Cùm enim exercitus isti obsedissent Ierusalem nono anno Sedechiæ, ipsi & subditi sui fecerunt pactum prædictum de dimissione seruorum ad impetrandum Dei auxilium: & postea exercitus Aegypti exiit ad leuandum obsidionem Chaldæorum de Ierusalem: Quod audientes Chaldæi dimiserunt obsidionem, vt occurrent Aegyptiis; & tunc Iudæi credentes se esse liberatos à Chaldæis, retraxerunt ad se seruos, quos dimiserant liberos, sicut multi in periculo positi faciunt Deo promissiones & vota, sed transeunte periculo, nihil faciunt; propter quod ex diuino iudicio Aegyptij territi redierunt in Aegyptum, & similiter Chaldæi ad obsidionem Ierusalem, quam dimiserant: ideo subditur,* F
10 Ecce ego præcipio, *scilicet, reuersionem Aegyptiorum,*
11 Et reducam eos, *scilicet Chaldæos,*
12 In ciuitatem hanc, *scilicet Ierusalem, ad destruendum ipsam.*

Contra eos qui in periculis vota faciunt quæ liberati retractant.

MORALITER.

† 8 *Vitulum quem conciderunt in duas partes.* Hoc fiebat ad signandum, quòd transgredientes pactum de libertate concessa, essent digni morte corporali, quod Ieremias dixit eis futurum pro dicta transgressione. Sic qui exactiones indebitas amotas reponunt, vel alias adinueniunt, incurrunt mortem culpæ, & postea gehennæ.

Exactiones & gabellæ indebitæ.

CAP. XXXV.

CAPVT XXXV.

a Verbum quod fact. RABB. Cùm propheta in proximo ca. de Sedechia, & quæ ab eo facta sunt egisset: nũc ad Ioachim filij Iosiæ tempora narrationem conuertit. Vnde patet quia non ordinem temporis in narratione seruauit, sed secundum dispẽsationem spiritussancti, qui in eo locutus est, pro opportunitate causarum & conuenientia rerum prophetiam suam scribi voluit: sicut in multis, & maximè in Euangelio fit, vt sciat lector, scripturas sacras non humana dispositione esse compositas, sed inspiratione & ordinatione diuina.

Temporum series non obseruata à prophetis.

a V[1] Erbum quod factum est ad Ieremiam à domino in diebus Ioachim filij Iosiæ regis Iuda, di- b cens:[2] Vade ad domum Rechabitarum, &

Nota de scripturis sacris.

b *Vade ad domum.* RABB. Ad confutandam superbiam Iudæorum, qui mandatis Dei restiterunt, iussu domini Rechabitas obedientes obiicit,

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXXV.

Diuisio.

1 VErbum quod fa. *Superius Ieremias passus est iniuriam à Sedechia rege, hic patitur iniuriam à Ioachim eius fratre: ista tamen iniuria fuit prior præcedenti, quantum ad tempus, vt dictum est supr. xxxij. Et diuiditur in duas partes, quia primò Ieremias arguit regis & populi inobedientiam; secundò ex hoc patitur iniuriam ca. sequenti. Primum declaratur exemplo Rechabitarum, ideo primo ponitur exemplum; secundo applicatur ad propositum ibi,* Et factum est. *Circa primum ponitur tempus, cum dicitur,*
2 In dieb. Ioachim. *qui regnauit ante Sedechiam, vt dictum est sup. xxij.*
3 Vade ad domum Rechab, *id est, ad domum in qua sunt hospitati, vt videbitur infra.*

MORALITER.

1 *Verbum quod factum est ad Ieremiam, &c.* Sequitur. *Vade ad domum Rechabitarum.* Per istos Rechabitas, qui *ascendentes* interpretantur, viri perfecti ascendentes de virtute in virtutem, donec videatur Deus Deorum in Sion, signantur: & isti sunt Rechabitæ

Viri perfecti.

☞ obiicit, qui præceptis Ionadab in omnibus obedierunt vsque-
A quo exercitus necessitate Babylonij Ierusalem compulsi sunt intrare: vnde promittit eis dominus, quòd non deficiet vir de stirpe Ionadab stans in conspectu suo cunctis diebus. Mysticè autem Rechabitæ significant eos, qui desiderio perfectionis transcenderunt mandata legis.

Rechabitarum obedientia. Mysticè.

Iusti enim, quibus non est lex posita, sic probantur non esse sub lege, sed iustitias legis scilicet non solùm implere, verum etiam superare contendunt, vt debitis voluntaria addant. Hinc Abraham quæ iure sibi victoriæ debebantur, ipso, cuius spolia retulerat, suppliciter offerente, noluit accipere. Hinc Dauid persequentes interfectos defleuit. Hinc Elias & Ieremias virgines permanserunt.

Gen. 14. d. De operibus supererogationis & de perfectione Euangelica.

B Hinc filij Ionadab propter obedientiam patri exhibitam à domino laudantur, & futura eis bona promittuntur: qui offerre decimas possessionum non contenti, sed & ipsas possessiones respuentes, suas animas Deo obtulerunt. *Quā enim commutationem dabit homo pro anima sua?* Scire ergo debemus quod legale mandatum non exigitur, sed sermo sanat Euangelicus: *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, &c.* Cùm decimas offerimus quodammodo sub legis sarcina detinemur,

1. Reg. 1. b.
Matth. 16. d
Paupertas Euangelica. Matt. 19. c.

C nec ad Euangelicum fastigium peruenimus, quod obtemperantibus promittit, non præsentis vitæ præmia, sed futuræ. Lex autem huius vitæ solatia promittit dicens: *Qui fecerit hæc, viuet in eis.* Euangelium verò dicit, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Non magnum est si ab illicitis abstinemus, sed si à licitis, propter reuerentiam eius, qui ea nobis propter infirmitatem nostram permisit. Non enim præcipiendum generaliter erat, quod ab omnibus apprehendi non poterat. Qui enim magni sunt perfectione virtutum, possunt coronari, qui autem parui sunt, nec implent plent mensuram ætatis plenitudinis corporis Christi, licet fulgore D maiorum latere videantur, à tenebris tamen maledictionum, quæ in lege sunt, alieni, nec præsentibus malis adiiciuntur, nec supplicio plectuntur æterno.

Matth. 5. a.

† THEODORET. in hunc loc. Admiratione digna est paterna legislatio, & filiorum atque posterorũ prompta obedientia. Quippe qui vitam curis vacuam, & prædiis carentem, adamauerũt, & quod maximè omnium superat opinionē, habentes liberos, parui pendebant possessiones, toti, quoad se suaque à fiducia in Deũ pendẽtes. Quod si tempore legis, quæ continebat imperfectionem, propter infirmitatem eorũ, quæ à lege cauebantur, summam philosophiā amplexi sunt isti: qua- E les esse debuerunt qui legem Euangelicam audierunt?

Qualis vita & studium Rechabitarum.

1 loquere eis, & introduces eos in domum domini in vnam 2 exedram thesaurorũ, & dabis eis bibere vinum. 3 Et assumpsi 4 Iechoniā filium Ieremiæ filij Absamæ, & fratres eius, & omnes filios ei⁹, & vniuersam domum Rechabitarum, 5 & introduxi eos in domum domini ad gazophylacium filiorum A- 6 nan filij Iezedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophy- 7 lacium principum, 8 super thesaurum Maasiæ filij Sellum, 9 qui erat custos vestibuli. 5 Et posui corā filiis domus Rechabitarũ Scyphos plenos vino & calices. Et dixi ad eos: Bibite vinum. 6 Qui responderunt: Non bibemus vinũ, quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis dicens: Non
a ☙ In quo est luxuria, quæ euertit mentem. b ☙ Quia qui perseuerauerit vsque in finem saluus erit.
bibetis vinum vos & filij vestri vsque in sempiternum. 7 Et
☙ Tamquam cogitantes de crastino.
domum non ædificabitis, & sementem non seretis, & vineas
a ☙ Tamquam aduenæ & peregrini super terram.
non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabi-
a ☙ Conuersationem vitæ sanctæ agatis.
tis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super fa-
☙ A domino.
ciem terræ in qua vos peregrinamini. 8 Obediuim⁹ ergo voci 10 Ionadab filij Rechab patris nostri in omnibus quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vinum cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostræ, filij & filiæ nostræ: 9 & non ædificaremus domos ad habitandum, & vineam, & agrum, & sementē non habuimus, 10 sed habitauimus in tabernaculis, &
a ☙ Quia si quid minus fecerimus, non voluntati sed necessitati adscribendum est.
obedientes fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Io- 11 nadab pater noster. 11 Cum autem ascendisset Nabuchodo-
a ☙ Quasi communi consilio, non præcipitanter hoc fecimus.
nosor rex Babylonis ad terram nostram, diximus: Venite, & ingrediamur Ierusalem à facie exercitus Chaldæo-

† AVGVST. concione prima in Psal. 70. Dominus autem hoc non præceperat, sed pater. Sic autem hoc acceperunt, tamquam à domino Deo suo: quia etsi dominus nō præceperat, vt non biberent vinum, præceperat tamen dominus, vt filij patri obedirent. In ea ergo re sola filius non debet obedire patri suo, si aliquid pater ipsius iusserit contra dominum Deũ ipsius. Neque enim debet irasci pater quando sic ei præponitur Deus, vbi enim hoc iubet pater, quod contra dominum non sit, sic audiendus est quomodo Deus, F quia obedire patri iussit Deus. Benedixit ergo Deus filios Ionadab propter obedientiam, eosque obiecit inobedienti populo suo.

In licitis patri obediendum in illicitis non item.

† HIERON. ad Paulinum de institutione Monach. epist. 13. Ionadab filij, qui in tabernaculis semper habitantes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus Ierosolymam intrare compulsi, hanc primi captiuitatem sustinuisse dicuntur, quod post solitudinis libertatem, vrbe sicut carcere sunt reclusi.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et introduces eos in domum domini. *Per hoc non intelligitur templum, sed ædificia ad eum pertinentia; ideò subditur,*

2 In vnam exedram, *id est, cameram.*

3 Thesaurorum, *Erant enim plures Thesaurarij templi, quia aliqui custodiebant vasa aurea, alij argentea, alij vestes sacerdotales, & consimilia: & prope templum habebant ædificia pro repositione talium, & pro sua habitatione.*

Thesaurarij templi.

4 Et dabis eis bi. *id est, offeres: quia ipsi non biberunt, vt infra habetur: Nec istud præceptum domini, & executio eius per Ieremiam, fiebant ad hoc quòd ipsi biberent, sed vt probaretur eorum obedientia ad Ionadab patrem suum, qui prohibuerat eis vini potum.*

5 Et assumpsi Iechoniam, &c. *Isti omnes erant de Rechabitis.*

6 Filij Iezedeliæ ho. *Iste fuit propheta, secundùm quòd dicit Ra. Sa. propter quod Ieremias confidentius iuit ad locum illum cum Rechabitis.*

7 Quod erat iuxta gazophyla. prin. *sic nominatum, eo quòd oblationes principum ibi seruabantur.*

8 Super thesaurum, *id est, prope locum thesauri.*

9 Maasiæ filij Sel. qui erat custos ve. *id est, loci vbi reponebantur vestes sacerdotum. Cetera patent, vsque ibi:*

10 Obediuimus ergo vo. Io. *vnde ab isto incepit modus viuendi religiosus. Per talem enim modum viuendi ostendebant se esse tantum peregrinos in præsenti vita, & tendere ad vitam manentem. Et dicunt doctores Hebræi, & Latini quòd isti descenderunt de Iethro socero Moysi.*

Rechabitæ vitæ religiosæ primitiæ in vet. Testamento.

11 Cùm autem ascendisset. *Hoc dixerunt ad suam excusationem de hoc quòd pro tunc manebant infra domum in Ierusalem, vt dicitur in principio huius capituli: quasi diceret, Nos fecimus hoc necessitate compulsi, quæ non habet legem.*

Eorum genus.

☞ Et

MORALITER.

† chabitæ qui non sollicitantur de domibus ædificandis, de semente vel vineis colendis, reputando se peregrinos & aduenas in hoc mũdo cum apostolo Heb. xiij. c. *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus*: & sic excluditur sollicitudo temporalium, vt liberius contemplationi cælestium intendatur. Per hoc autem, quòd Rechabitæ vinum non bibebant, quòd lætificat cor hominis, signatur quod tales perfecti excludunt à se quantum possibile est consolationem gaudij mundialis, vt in solo domino consolentur; vnde de antiquis monachis scribitur in legenda beati Ieronymi, & in collationibus patrum, quòd habitabant in terra solis ardoribus exusta, quæ præbebat eis horridum habitaculum: quia non erat ibi viriditas arborum, nec cantus auium, sed tantum solatium diuinum, secundum illud Psal. lxij. a. *In terra deserta, inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.*

Non sunt solliciti de terrenis, nec in hoc mundo solatia quærunt.

† MO-

rum, & à facie exercitus Syriæ: & mansimus in Ierusalem.[12] Et factum est verbum domini ad Ieremiã, dicens:[13] Hæc dicit dominus exercituum Deus Israël: Vade & dic viris Iuda & habitatoribus Ierusalem: Numquid non recipietis disciplinã, vt obediatis verbis meis dicit dominus?[14] Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab quos præcepit filiis suis, vt nõ biberent vinum, & non biberũt vsque ad diem (a ¶ Qui maior Ionadab, & vnus pater omnium.) hanc: quia obedierũt præcepto patris sui. Ego (a ¶ Per prophetas.) autem locutus sum ad vos de mane cõsurgẽns & loquẽs, & nõ obedistis mihi.[15] Misiq; ad vos (a ¶ Per prophetas.) omnes seruos meos prophetas consurgẽns diluculo, mittensq; & dicens. *Conuertimini (a ¶ Operatione, cogitatione, locutione.) vnusquisque à via sua pẽssima, & bona facite studia vestra: & nolite sequi deos alienos neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus vestris. Et non inclinastis aurem vestram, neq; audistis me.[16] (a ¶ Firmiter tenuerunt.) Firmãuerunt igitur filij Ionadab filij Rechab pręceptum patris sui quod præceperat eis: populus autem iste nõ obediuit mihi:[17] Idcirco hæc dicit dominus exercituum Deus Israël: Ecce ego adducam super Iudam & super omnes habitatores Ierusalem vniuersam afflictionẽ quam locutus sum aduersum eos, eò quòd locutus sum ad illos, & non audierunt, (a ¶ Per prophetas.) vocaui illos, & (a ¶ Obediendo.) non respönderunt mihi.[18] Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit dominus exercituũ Deus Israël: Pro eo quòd obedistis pręcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa (a ¶ Qui in Ionadab obedistis.) quæ præcepit vobis:[19] propterea hæc dicit dominus exercituum Deus Israël: Non deficiet (a ¶ Immobilis viriliter agens.) vir de stirpe Ionadab filij Rechab stãns in conspectu meo cunctis diebus.

* supr. 18. b. & 25. b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et factum. *Hic applicatur ad propositum, quia Rechabitæ firmiter obedierant homini, & rex Ioachim cum populo suo nolebant obedire Deo omnium patri & creatori: ex quo concludit quòd merito erant arguendi & puniendi, & patet littera paucis exceptis.*

2 Ego autem locutus sum, &c. *Per prophetas meos.*

3 De mane, *Id est, sollicitè & diligenter.*

4 Vocaui illos, *Per prophetarum verba, & attrahendo eos per beneficia, & deterrendo per flagella.*

5 Et non responderunt. *Verba prophetarum reuerenter audiendo, & de beneficiis meis regratiando, & timore flagellorum de malis se retrahendo. Cetera patent in littera.*

MORALITER.

Exempla virtutum

† *Vade & dic viris Iuda & habitatoribus Ierusalem.* Per hoc autem quòd Ieremias de mandato domini annuntiauit perfectionem Rechabitarum viris Iuda, per quos significantur laici; & habitatoribus Ierusalem, per quos intelliguntur religiosi, ostenditur, quòd exempla virtutum sunt sæcularibus & regularibus prædicanda.

sæcularibus & religiosis proponenda.

CAPVT XXXVI.

E[1]T factum est in anno quarto Ioachim filij Iosiæ regis Iuda: factum est verbum hoc ad Ieremiam à domino, dicens:[2] Tolle volumen libri: & scribes in eo omnia verba quæ locutus sum tibi aduersum Israël & Iudam: & aduersum omnes gentes à die qua locutus sum ad te ex diebus Iosiæ vsque ad diem hanc,[3] si forte audiente domo Iuda vniuersa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnusquisq; à via sua pessima (b) & propitius ero iniquitati & peccato eorum.[4] Vocaui ergo Ieremias,

CAPVT XXXVI.

Clementia Dei.

a Si forte audiente domo Iuda, &c. Immensa clementia! conditoris contemptus nõ vltionem ingerit, sed poenitentibus indulgentiam promittit: nec enim Iudæis, sed omnibus Gentibus verbum prædicationis per prophetam dirigit, si quo modo conuertantur, vt per misericordiam Dei veniam consequantur.

b *Vocauit ergo.* Prompta obedien-

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXXVI.

Diuisio.

Ieremias à Ioachim male tractatus.

1 ET factum est in anno quarto Ioachim, &c. *Hic consequenter infertur Ieremiæ iniuria; secundò ab eo resumitur prophetia, ibi,* Et factum est in anno quarto Ioachim, &c. *Prima in tres, quia primò Ieremias recluditur; secundò liber eius comburitur, ibi,* Misit itaque, *tertiò ad mortem quæritur, ibi,* Et præcepit, *Prima in duas, quia primò ponitur iniuria occasio, secundò Ieremiæ reclusio, secunda ibi,* Et præcepit. *Occasio autem reclusionis fuit, quia arguebat vitia regis & populi, denuntians super eos ventura flagella Dei, nisi à peccatis resilirent. Circa primum ponitur tempus, cùm dicit,* In anno, &c. *& sequitur:*

2 Ex diebus Iosiæ. *Tempore enim Iosiæ cœpit Ieremias prophetare, vt dictum est supra in principio huius libri.*

3 Si fortè audiente domo Iuda, *Per hoc non intelligitur in Deo aliqua ignorantia respectu futuri, sed per hoc designatur libertas arbitrij, per quam rex & populus poterant à malis suis reuerti. Cetera patent.*

Et

MORALITER.

† 1 *Et factum est in anno quar. &c.* Sequitur.

† *Tolle volumen.* Per hoc autem, quòd Ieremias non solũ prophetauit verbo, sed etiam scripto propter futuros & absentes, signatur quòd homo litteratus in scripturis diuinis, non solùm debet docere verbo prædicando vel legendo, sed etiam scripto, vt sic non solùm præsentibus proficiat, sed etiam absentibus & futuris.

Per scripta posteris cõsulendum.

† Et

¶ Ne aliquid deperiret.

Baruch filium Neriæ, & scripsit Baruch ex ore Ieremiæ omnes sermones domini quos locutus est ad eum in volumine libri.[5] Et præcepit Ieremias Baruch dicens: Ego clausus sum, nec valeo ingredi domú domini.[6] Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo, verba domini audiente populo in domo domini in diẽ ieiunij: insuper & audiente uniuerso Iuda qui veniunt de ciuitatibus suis, leges eis,[7] si fortè cadat oratio eorum in conspectu domini, & reuertatur vnusquisque à via sua pessima: quoniam magnus furor est & indignatio quã locutus est dominus aduersus populum hunc.[8] Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia quæ præceperat ei Ieremias propheta, legẽs ex volumine sermones domini in domo domini.[9] Factũ est autẽ in anno quinto Ioachim filij Iosiæ regis Iuda in mense nono, a prædicauerunt ieiunium in conspectu domini omni populo in Ierusalem, & vniuersæ multitudini quæ cõfluxerat de ciuitatibus Iuda in Ierusalem.[10] Legitque Baruch ex volumine sermones Ieremiæ in domo domini in gazophilacio Gamariæ filij Saphan scribæ in vestibulo superiori in introitu portę nouę domus domini, audiẽte omni populo.[11] Cumq; audisset Micheas filius Gamariæ filij Saphã omnes sermones domini ex libro,[12] descendit in domũ regis ad gazophilacium scribę. Et ecce ibi omnes principes sedebant. Elisama scriba & Dalaias filius Semeiæ & Elnathã filius Achobor, & Gamarias filius Saphã, & Sedechias fili9 Ananiæ & vniuersi principes.[13] Et nũtiauit eis Micheas omnia verba quæ audiuit legentẽ Baruch ex volumine in aurib9 populi.[14] Miserunt itaq; omnes principes ad Baruch, Iudi filiũ Nathanię filij Selemiæ filij Chusi, dicentes: Volumen ex quo legisti audiẽte populo sume in manu tua & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu sua, & venit ad eos.[15] Et dixerunt ad eũ: Sede & lege hæc in auribus nostris. Et legit Baruch in auribus eorũ. Igitur cum audis- b sent omnia verba, obstupuerunt vnusquisque ad proximum suũ, & dixerunt ad Baruch: Nuntiare debemus regi omnes sermones istos.[17] Et interrogauerunt eum dicẽtes: Indica nobis quomodo scripsisti c omnes sermones istos ex ore eius.[18] Dixit autẽ eis Baruch: Ex ore suo loquebatur, quasi legens ad me omnes sermones istos, & ego scribebam in volumine atramẽto.[19] Ex dixerunt principes ad Baruch: Vade & abscõdere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi sitis.[20] Et ingressi sunt ad regem in atriũ. Porrò volumen cõmendauerunt in gazophilacio Elisamæ scribæ, & nuntiauerunt audiẽte rege omnes sermones.[21] Misitq; rex Iudi vt sumeret volumen. Qui tollens illud de gazophilacio Elisamæ scribæ legit audiẽte rege, & vniuersis principibus qui stabãt circa regem.[22] Rex autem sedebat in domo hyemali in mense nono.

(Marginal glosses: Ego si clausus sum, verbum domini non est alligatum. — a ¶ Quo populus attentius audiet. — a ¶ Vt nemo excusabilis sit.)

☞ dientia prophetæ concordat A diuinæ clementiæ; quia sicut Deus consulit humanæ infirmitati, *mouẽdo vt conuertantur: Ita propheta obediendo ad salutem proximorum exercet prædicationis officium, qui etsi clausus carcere per semetipsum id facere non valuit; per in- B terpretẽ, quod iussum fuerat expleuit. Quid ergo dicturi sũt, qui soluti & liberi verbũ Dei proximis expendere negligunt?

Prompta obedientia Ieremiæ. — * monẽdo. — Contra negligentes prædicare verbũ Dei.

a *Prædicauerunt ieiunium in conspectu domini omni populo in Ierusalem, & vniuersæ multitudini quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda, &c.* C Vt qui per luxum peccauerunt, per abstinentiam & afflictionem peccata abluãt; vt qui illicita commiserunt, etiam à licitis abstineãt, vt per hoc conditori satisfaciant, & qui cõmiserunt prohibita, abscindant sibi concessa, & reprehendant in minimis, quæ deliquerunt in maximis.

Officium pœnitentiæ.

b *Igitur cum audissent, &c.* Etiam au- D ditoribus necessaria est gratia spiritussancti: Nisi enim adsit spiritussanctus, sermo doctoris est otiosus; vnam loquentis vocem omnes pariter in ecclesia audimus, sed non omnes pariter intelligimus, sed sicut vnctio Dei nos docet de omnibus. Ipse quoque doctor, non ad eruditionem E homini loquitur, si per vnctionem spiritus non loquatur. Dictum est enim Cain, *peccasti, quiesce:* sed quia culpis prohibentibus non est inũctus, verba Dei audire potuit, sed non seruare. Sic Ioachim & serui eius verba Dei audire poterant aure corporis, sed non cordis. F

Nisi adsuerit auditoribus gratia Spiritus sancti frustra impenditur prædicatio. — Gen. 4. b.

c *Ex ore suo loquebatur, quasi legens ad me omnes sermones istos & ego scribebam in volumine atramento, &c.* Significat, quod apostoli & prophetæ nullã necessitatem tractandi, vel penuriam loquendi patiebantur: sed promptè & facilè omnia proferebãt, vnde, *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini.*

Apostoli nõ sudabant in cudendis concionibus. — Matt. 10. b.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et præcepit Ieremias Baruch dicens. *Hic consequenter ostenditur Ieremiæ reclusio, Ioachim enim reclusit eum, ne prophetiam suam publicaret in populo; sed quod non potuit exequi per seipsum, executus est per Baruch amicum suum, quia quod per amicos facimus, quodammodo per nosipsos facimus, vt dicit Philosophus viij. Ethicorum: & patet littera vsque ibi,*

Recluditur Ieremias.

2 In die ieiunij. *Dicunt aliqui, quòd fuit in festo expiationis, in quo tenebantur Iudæi affligere animas suas, Leuit. xxiij. sed textus videtur contradicere: quia infra dicitur, quod istud ieiunium de quo fit hîc sermo fuit mense nono, festum verò expiationis fiebat decima die septimi mensis; & ideo alij dicunt, quod istud ieiunium fuit tunc populo impositum, quia auditum fuerat in Ierusalem, quòd rex Babylonis se disponebat ad veniendum contra Iudaam, & Ierusalem: sicut Niniuitæ prædicauerunt ieiunium, audito verbo Ionæ prophetæ de futura subuersione Niniue. Sed quia talis afflictio corporis non valet coram Deo, nisi homines resiliant à peccatis: ideo Ieremias misit Baruch ad legendum prophetiam suam in præsentia omnium. Cetera patent vsque ibi,*

De Iehudo de quo nis vers. 6.

4 In vestibulo superiori, *vt de loco alto Baruch audiretur à populo existenti in atrio, ad quod conueniebat populus ad orandum, & verbum Dei audiendum.*

5 In introitu por. no. *Ista erat porta, quam Ioathan ædificauerat, vt dictum est supr. xxvj. Cetera patent in littera.*

Porta noua.

6 Misitque rex. *Hîc consequenter liber Ieremiæ comburitur, cùm dicitur.* Misitque rex Iudi. *In Hebræo habetur,* Iehudi: *& in Latino significat Iudæum: quia licet Iudæus sit nomen appellatiuum, isti tamen erat appropriatum, sicut apud nos aliquis proprio nomine vocatur Christianus, quamuis sit nomen commune aliis. Cetera patent vsque ibi,*

Iudi nomen proprium & appellatiuum.

☞ Et

MORALITER.

† 3 *Et fecit Baruch filius Neriæ, &c.* Per hoc autem, quod ipse constanter legit verba Ieremiæ coram principibus & populo, significatur quod prædicator veritatis debet constanter annuntiare verba sacræ scripturæ, & doctorum approbatorum, coram magnis & paruis.

Constantia in prædicatore spectanda.

† Cumq.

a Et proiecit in ignem. Stupenda indurati cordis nequitia, qui debuerunt monitis salutaribus ad pœnitentiam compungi, verba domini tradiderunt igni; & prophetam docentem & corrigentem, quem honorare debuerunt, contumeliis affecerunt: quia spiritus nequam, qui semper spiritui gratiæ aduersatur, corda eorum indurabat, ne crederent & pœniterent.

Stupenda indurati cordis nequitia.

b Et non audiuit eos.

† THEODORETVS in hunc locum. Non est contentus rex iniquitate perpetrata, quinetiam Baruch & Ieremiam cõprehendi mãdauit. At Deus præcepit Ieremiæ, vt pristinos sermones in alio libro describeret. Charta enim exusta fuit, sed lex diuina permansit illæsa. Hunc in modum corpus quidem assumptum passum est, verbũ autem permãsit, passioni nequaquam obnoxium.

Passa est Christi humana non diuina natura.

c Abscondit autem, &c. Contra quem frustra nititur humana præsumptio. Custodit enim dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet.

d Propterea, &c. Digna vltio, quia sermones domini cõbussit. Sic quicumque mandatis domini resistit, secundum cordis duritiam sustinebit vindictam. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Notandum autem, quod in Paralipomenon legitur, quod hunc Ioachim Nabuchodonosor vinctum duxit in Babylonem. Et in libro regum, quod dormierit Ioachim cum patribus suis, regnauit Ioachim filius eius pro eo. Sed Iosephus Ieremiæ verbis magis concordare videtur asserens ipsum Ioachim, patrem Iechoniæ à rege Babylonis in Ierusalem fuisse interfectum, non captiuum in Babylonem ductum. In decimo Antiquitatum libro dicens ita: Dum rex Babylonis intrasset ciuitatem, nequaquam fidem seruauit: sed iuuenes fortissimos & decoros occidit vna cum rege Ioachim, quem etiam ante muros insepultum proiici iussit. Filium verò eius Ioachim regem constituit vniuersæ prouinciæ. Eos autem qui erant in dignitatibus constituti, numero tria millia captiuos duxit in Babylonem, inter quos Ezechiel propheta erat adhuc puer. Hic ergo finis habuit regẽ Ioachim, qui vixit annis triginta sex. Regnauit autem annis vndecim. Successor vero regis Ioachim regnauit tribus mensibus & diebus decem. Sed vtrum in Ierusalem an in Chaldæa memoratus Ioachim perierit, non est quærendum: cum iuxta prophetam cadauer eius constet esse proiectum ad æstum per diem, & ad gelu per noctẽ; vt qui scripturam propheticam igne cremauerat, æstu solis & gelu noctis vreretur.

Gal. 6. b. 2. Pa. 36. a. 4. Reg. 24. Quomodo interierit Ioachim vrbe capta, ex Iosepho.

e Non erit ex eo. † THEODORETVS vbi supr. Certissima prophetia. Etsi enim regnauit Iechonias filius eius, post tres tamen menses...

& posita erat arula coram eo plena prunis. [23] Cumque legisset Iudi tres pagellas vel quatuor, scidit illud scalpello scribæ, & proiecit in ignem qui erat super arulam donec consumeretur omne volumẽ igni qui erat in arula. [24] Et non timuerunt neque sciderunt vestimenta sua rex & omnes serui eius, qui audierunt vniuersos sermones istos. [25] Verumtamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerunt regi ne combureret librum, & non audiuit eos. [26] Et præcepit rex Ieremiel filio Amalech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdehel, vt comprehenderent Baruch scribam & Ieremiam prophetam. Abscondit autem eos dominus. [27] Et factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam postquam combusserat rex volumẽ, & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens: [28] Rursum tolle volumen aliud, & scribe in eo omnes sermones priores, qui erant in primo volumine, quod combussit Ioachim rex Iuda. [29] Et ad Ioachim regem Iuda dices: Hæc dicit dominus: Tu combussisti volumen istud, dicens: Quare scripsisti in eo annuntians festinus veniet rex Babylonis, & vastabit terram hanc? & cessare faciet ex illa hominem & iumentum? [30] Propterea hæc dicit dominus Deus contra Ioachim regem Iuda: Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid, & cadauer eius proiicietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem. [31] Et visitabo contra eum & contra semen eius & cõtra seruos eius iniquitates suas: & adducam super eos, & super habitatores Ierusalem, & super viros Iuda omne malum quod locutus sum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et posita, &c. Est autem arula instrumentum ferreum, in quo ponuntur carbones ardentes pro calefactione magnatum.

2 Cumque legisset Iudi tres page. &c. Ra. Sal. dicit tres versus vel quatuor, dicens, & legebat lamentationes Iere. & legerat quatuor versus completè scilicet. Quomodo sedet, &c. Plorans plorauit, &c. Migrans migrauit Iudas, &c. Viæ Sion lugent, &c. & cum incepit quintum, scilicet, Facti sunt hostes eius in capite. tunc rex impatiens noluit plus audire, sed fecit librum incidi & comburi, ideo cùm dicitur,

Quid & quantum de Ieremiæ lamentationibus putet Ra. Sal. lectum coram Ioachim.

3 Scidit illud scalpel. id est, paruo cultello scriptoris, intelligendum, quòd hoc fecit de præcepto regis: vnde postea subditur,

4 Verumtamen Elnathan, &c. contra. &c. non contentiosè sed verbis deprecatoriis. Vnde in Hebræo habetur, Deprecati sunt regem.

5 Et præcepit. Hic consequenter Ieremias ad mortem quæritur, cùm dicitur, Et præcepit rex, &c. vt comprehenderent Baruch scribam & Ieremiam prophetam. Ieremias autem iam erat reclusus in carcere, vt dictum est supra, & ideo non quærebatur ad incarcerandum, sed ad occidendum.

Quæruntur ad necem Ieremias & Baruch.

6 Abscondit autem eos dominus, quia vbi defecit remedium humanum, affuit diuinum, & patet in hoc magna obstinatio Ioachim Regis in malo: qui non solum prophetam domini propter veritatem in carcere reclusit, sed etiam eum interficere quæsiuit.

7 Et factum est. Hic consequenter Ieremias resumit suam prophetiam, non solum loquendo, sed etiam scribendo, & hoc de domini mandato ad confirmationem veritatis libri combusti. Et primo ponitur hoc mandatum, vt patet, secundo subditur ipsius Ioachim punitio de libri combustione, cùm dicitur, Hæc dicit dominus, &c. & patet littera vsque ibi,

Restituit Ieremias combustũ à Ioachim.

8 Non erit, scilicet stabiliter: licet enim Ioachin filius eius pro eo fuerit rex substitutus, tamen regnauit tantum tribus mensibus, vt dictum est sup. 22. vt habetur 4. Re. 24. & ideo regnum eius pro nihilo computatur, secundum quod dicit Philosophus 2. physicorum, quòd illud quod modicum est, quasi pro nihilo habetur.

9 Et cadauer. &c. scilicet, Ioachim filij Iosiæ.

10 Proiicietur ad æstum per, &c. Rex enim Babylonis veniens contra ipsum Ioachim cepit eum, & cum ei reddidisset tributum tribus annis, audiens quod rebellare volebat, & regi Aegypti adhærere: missis exercitibus iterum cepit eum, & interfectum proiecerunt extra Ierusalem, vt dictum est supr. xxij. Cetera patent vsque ibi.

MORALITER.

† 2 Cumq; legisset Iudi tres pagellas vel quatuor, &c. per hoc autem quòd rex noluit audire perfectè, sed fecit librum incidi & comburi, & eius auctores, scilicet Ieremiam & Baruch ad mortẽ quæri: significantur illi, qui Dei verbũ audire nõ possunt, dicentes illud Ioan. vj. f. Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Insuper etiam quærunt doctrinam veritatis, & doctores eius destruere. Per hoc autem quod dominus abscondit eos, scilicet Baruch & Ieremiam, ostenditur diuina clementia, cuius proprium est succurrere in casibus desperatis.

De eis qui non audiũt imo persequuntur verbum Dei.

† Rursum tolle volumen. Per hoc enim quod Ieremias de mandato domini scripsit plures sermones de punitione regis & malorum sibi adhærentium, duo signantur: Primum est, quòd doctor veritatis ex persecutione non debet cessare à veritatis doctrina, sed constantius docere; Secundum est, quòd ex augmento scripturæ designatur peccatoribus obstinatis augmentatio suæ pœnæ.

Persecutio deterrere non debet prædicatorem ab officio.

mentes abductus est captiuus. Minatur porrò ei totique domui A exitium, vbi vastationem, & populo iam dictas afflictiones.

2 *Ieremias autem tulit volumen aliud.* RABB. Post combustionem scilicet, prioris; quia reprobata Iudæa propter perfidiam, libri legis & prophetarum ad salutem Gentium seruati sunt, ad quas omnis gloria veteris testamenti translata est. *quia omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correctionem nostram, &c.* Et additi sunt sermones multò plures quàm ante fuerant: quia illi historiam tantum, nos autem cum historia mysticum sensum habemus. Illi enim super cor velamen habent cum legitur Moyses, nos autem reuelata facie gloriam Dei contemplamur.

Reprobatis Iudæis gentes in eorũ bona succedunt & nouis etiam gratius locupletãtur. 1. Corint. 10.c. 2. Cor. 3.d.

b *Additi sunt sermones multo plures quàm antea, &c.* † THEODORETVS in hunc locum. Ob id enim quod rex impius iniquo animo ferebat cõminationes quas audierat, dominus iussit eas copiosius describi.

a ad eos: & non audierunt. [32] Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribe, qui scripsit in eo ex ore Ieremiæ omnes sermones libri quem combusserat Ioachim rex Iuda igni: & insuper additi sunt sermones multò plures quàm antea fuerant.

NICOLAVS DE LIRA.

B 1 Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch. *Vbi ponitur reparatio libri combusti: & cum hoc superadditio, sicut dicitur in fine,* 2 Et insu. addi. sunt mul. plures, &c. *Dicit hic Ra. Sa. quòd in libro primo, quem combussit Ioachim, erant scripta tantum tria capitula lamentationum, scil. primum, secundum & quartum, in quibus est alphabetum Hebraicum simplex, quia singuli versus à singulis litteris incipiunt: sed in isto secundò fuit additum tertium capitulum scilicet,* Ego vir videns, &c. *in quo alphabetum est triplicatum, quia sub qualibet littera sunt tres versiculi. Sed contra istud dictum videtur, quia in lamentationibus Ieremias deplorat destructionem ciuitatis factam, quæ destructio fuit post tempus Ioachim: de libro verò primo Ieremiæ dicitur in principio huius cap.* Tolle volumen libri, & scribes in eo omnia verba quæ locutus sum tibi, &c. *Et subditur:* A die qua locutus sum ad te ex diebus Iosiæ, vsque ad hanc diem, *quæ erat in quarto anno regni Ioachim, vt ibidem præmittitur; Ad quod potest dici quòd non solum tempore Ioachim, sed etiam ex principio, quo iam Ieremias cœpit prophetare, de destructione ciuitatis prophetauit, & in multis locis eam denuntiauit per modum præteriti tamquàm factam, licet esset ventura, vt patuit in præcedentibus: & hoc propter certitudinem prophetiæ, & quia in prophetia Ieremiæ ordo temporis non seruatur.*

An illud quod semel atque iterũ descripsit. E Baruch ex ore Ieremiæ fuerit de threnis qui exstant.

C CAP. XXXVII.

a *Et regnauit rex Sedechias, &c.* Quod Sedechias post Ioachin, qui cognominatus est Iechonias, regnauerit vndecim annis, nõ solum Ieremiæ, sed & liber Regum & Paralipomenon, narrant. Si quidem post Iosiam patrem eius regnauit Ioachaz mensibus tribus; post quem Eliachim, qui & Ioachim, frater eius annis vndecim; post hunc quoque Ioachin filius Ioachim tribus mensibus, & diebus decem; & post eum Sedechias patruus annis vndecim, sed omnes iniqui fuerunt & idololatræ, & ideo perierunt.

Liberi Iosiæ qui post patrem regnarunt.

b *Ora pro.* Nequaquam pro se orare postulauit, quia diuinis mandatis obtemperare noluit: *Qui enim auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.*

c *Igitur exercitus.* Quomodo Chaldæi soluerunt hanc obsidionem aduenientibus Ægyptiis, Iosephus manifestat, Vaffrem regem Ægypti in auxilium venisse Iudæis, dicens: Itaque dum cognouisset hoc Babyloniæ rex, mouit castra aduersum eum, & afflicta prouincia, & munitiones eius vna decipiens, ad Ierosolymorum ciuitatem obsidendam, cum magno veniebat exercitu. Rex autem Ægyptius audiens, quia Sedechias eius amicus esset obsessus, adcepta virtute maxima bellatorum venit ad Iudæam quasi absoluturus obsidionem. Babylonius autem recedens ab Ierosolymis occurrit Ægyptiis, quos omnes superatos prælio in fugam vertens, de Syria exire coëgit. Cumque discessisset Babyloniorum rex ab Ierosolymis, deceperunt falsi prophetæ Sedechiam di. Babylonios non esse contra eum denuò pugnaturos sed reuersuros; scilicet qui in Babylonia captiui erant cum vasis Dei, quæ rex abstulerat. Ieremias verò contraria & vera prophetauit.

F Historia huius cap. recitatur & illustratur narratione Iosephi.

CAP. XXXVII.

a [1] Et regnauit rex Sedechias filius Iosiæ pro Iechonia filio Ioachim, quem constituit regem Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Iuda: [2] & non obediuit ipse & serui eius & populus terræ verbis domini quæ locutus est in manu Ieremiæ prophetæ. [3] Et misit rex Sedechias Iuchal filium Selemiæ & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem ad b Ieremiam prophetam dicens: * Ora pro nobis dominum Deum nostrum. [4] Ieremias autẽ liberè ambulabat in medio populi. Non enim miserant eum in custodiam carceris. c [5] Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto: & audientes Chaldæi, qui obsidebant Ierusalem huiuscemodi nun-

* Infr. 42.

a Sed

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXXVII.

1 ET regnauit, &c. *Superius scriptum est, quid Ieremias passus sit à regibus; hic consequenter ponitur quid passus sit à principibus. Et diuiditur in duas, quia primò ab eis incarceratur: secundo, mors eius procuratur ca. sequenti. Prima in duas, quia primò ponitur Sedechiæ postulatio; secundo Ieremiæ incarceratio, ibi,* Ergo. *Circa primum primò ponitur conditio postulantis, cùm dicitur,* Et regnauit rex Sedechias. *Iste vocatur Sellũ supr. xxij. & Mathathias iiij. Re. 24. sed rex Babylonis eum regem constituens pro Iechonia, vertit nomen eius in Sedechiam, quod sonat iustitiam Dei, vt esset memor regi Babylonis fideliter seruire, & Aegyptiis non fauere.*

Diuisio. Sedechias rex.

2 Et non obediuit. *Quia contra monitionem Ieremiæ, ex ore domini, fecit fœdus cum Aegyptiis, & rebellauit regi Babylonis. Secundo, ponitur modus suæ postulationis, scilicet per nuntios, cum dicitur,*

3 Et misit rex Sedechias. *Dicit enim Ra. Sa. quod iste Sedechias erat de se mansuetus, sed fuit per malorum consilium deceptus.*

Eius mores.

4 Ieremias autem liberè ambulabat, *Hoc dicit ad ostendendum regis reuerentiam erga eum, quia ipsum venire ad se non iussit.*

5 Non enim miserant eum in custodiam carceris, *scilicet principes Ioachim, tamen rex eum incarcerauerat prius, vt dictum est in capitulo præcedenti: tertio ponitur causa postulationis Sedechiæ, cùm dicitur,*

6 Igitur exercitus Pharaonis egressus, &c. *Chaldæi enim obsidentes Ierusalem, audientes Aegyptios, venire in auxilium Iudæorum, dimittentes*

MORALITER.

† 6 *Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Aegypto.* Per istos, qui egressi fuerunt de Ægypto ad pugnandum contra Chaldæos, & territi fuerunt reuerti sine pugna, signantur illi qui egrediuntur, de tenebris mundanæ conuersationis ad pugnandum contra dæmones in castris religionis, de quibus potest dici illud Gene. xxxij. a. *Castra Dei sunt hæc;* sed tamen territi austeritate viuendi ad sæculum reuertuntur ante tempus professionis.

De resilientibus à religione.

† Et

tium recesserunt ab Ierusalē. [7] Et factū est verbum domini ad Ieremiam prophetam, dicens: [a] Hæc dicit dominus Deus Israel: Sic dicetis regi Iuda, qui misit vos ad interrogandum me: Ecce exercitus Pharaonis qui egressus est vobis in auxilium, reuertetur in terram suā in Ægyptū, [7] & redient Chaldæi & bellabunt cōtra ciuitatē hanc, & capient eā, & incendent eā igni. [8] Hęc dicit dominus: Nolite decipere animas vestras, dicētes abibunt & recedent à nobis Chaldæi; quia nō abibunt. [a] Sed & si percusseritis omnem exercitum Chaldæorum, qui præliantur aduersum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: singuli de tentorio suo consurgent, & incendent ciuitatē hanc igni. [10] Ergo cum recessisset exercitus Chaldæorum ab Ierusalem propter exercitum Pharaonis, [11] egressus est Ieremias de Ierusalem, vt iret in terram Beniamin, & diuideret ibi possessionem in conspectu ciuium. [12] Cumq; peruenisset ad portam Beniamin, erat ibi custos portæ per vices nomine † Ierias filius Selemiæ filij Ananiæ & apprehendit Ieremiā prophetam dicens: Ad Chaldæos profugis? Et respōdit Ieremias: falsum est: nō fugio ad Chaldæos. Et non audiuit eū, sed cōprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes.* [14] Quamobrē irati principes cōtra Ieremiam, cæsum eum miserūt in carcerem, qui erat in domo Ionathan scribæ: Ipse enim præpositus erat super carcerē. [15] Itaque ingressus est Ieremias in domum Laci, & in ergastulum: & sedit ibi Ieremias diebus multis. [16] Mittēs itaq; rex Sedechias tulit eū, & interrogauit eū in domo sua abscondite, & dixit: Putásne est sermo à domino? Et dixit Ieremias, Est: Et ait: In manus regis Babylonis traderis. [17] Et dixit Ieremias ad regem Sedechiam: Quid peccaui tibi & seruis tuis & populo tuo, quia misisti me in do-

a *Sed, &c.* † THEODORETVS in hūc locum. Ac si dicat, Neque verò existimetis vos superaturos fortitudinem Chaldæorum. Sufficiunt enim vel pauci vulnerati, qui propter infirmitatem relicti sūt in tetoriis ad vos penitus delendos, quia peccatum reddit vos imbecilles.

Peccatum facit imbelles.

b *Quamobrem irati.* RAB. Frustra excusant Sedechiā, quasi non sponte, sed coactus violentia populi, & rogatu principum Ieremiā in carcerem miserit: Illud ad confirmationem opinionis inducentes, quod pio affectu in necessitate famis iusserit ei dari cibaria; cum ille qui infidelis, & Deo cōtrarius fuit, homini fidē seruare non potuerit: patet enim in operibus eius, quod nec in Dei timore nec in proximi dilectione aliquid Deo gratum egerit: & ideo iustè peccatorum suorum vindictam passus sit. Vbi

Supr. 30. a.

Frustra quidam Sedechiam excusant.

NICOLAVS DE LIRA.

tentes obsidionem occurrerunt Aegyptiis, & tunc Sedechias sperauit se liberandum simpliciter à Chaldæis: propter quod quæsiuit à Ieremia super hoc domini responsum, sed audiuit ab eo contrarium, vnde sequitur responsum Ieremiæ.

1 Ecce exercitus Phar. *supple vobis non valebit, ideo subditur.*

2 Reuertetur in ter. suam. *Dicit autem hic Ra. Sa. quòd Aegyptij veniebant per mare in nauibus, & dominus fecit apparere supra mare similitudines hominum submersorum, & tunc dixerunt Aegyptij: isti sunt patres nostri qui fuerunt submersi pro Iudæis ad quorum auxilium procedimus, & sic indignati redierunt. Sed istud videtur fictitiū, quia ab exitu de Aegypto quādo illi fuerunt submersi, vsque ad tempus Sedechiæ fluxerunt anni nongenti, vel circiter; Quòd autem Aegyptij, qui erant homines sensati, crederent corpora tanto tempore fuisse in mari absque omnimoda dissolutione, non est aliqualiter verisimile; & ideo, sicut dictum est supra, redierunt moti timore, quia Chaldæi tamquam potentiores iam occupauerant magnam partem terræ regis Aegypti, vt habetur quarto Regum vigesimo quarto.*

Fabula irridēda Iudæorū de apparitione Ægyptiorum submersorū in aquis.

3 Et redient Chaldæi, *ad obsidendum & destruendum Ierusalem. Cetera patent vsque ibi,*

4 Sed & si percus. om. exer. Chald. &c. *q. d. voluntas Dei est, quòd præualeant vobis finaliter, & ideò si non remanerent inter eos nisi valde pauci, & cum hoc vulnerati, tamen præualerent vobis finaliter virtute Dei, cui non potest resisti.*

5 Ergo cum rec. &c. *Hic consequenter ponitur Ieremiæ incarceratio, & subditur Sedechiæ iterata interrogatio, ibi,* Mittentes autem. *Circa primum sciendum quod exercitu Chaldæorum existente circa Ierusalem Ieremias non poterat ire ad terram suam: propter quod dimissa obsidione propter Aegyptios, vt prædictum est, tunc Ieremias voluit ire: & hoc est quod dicitur,* Er. cum rece. ex Chal. &c. *& patet littera vsque ibi:*

Diuisio.

6 Et diui. ibi posses. *id est, agrum quem emerat, vt habetur supr. 32. possessionem eius accipiendo, & sic separando seu diuidendo à venditore.*

7 In consp. *videbat enim cito populum in Babylonem ducendum, ideo volebat ante in possessionem se ponere.*

8 Cumque perue. ad portam Benia. *sic nominatam, quia ad sortem Beniamin ducebat.*

Porta Beniamin.

9 Erat ibi custos, &c. *Dicit Ra. Sa. quod iste custos erat nepos Ananiæ, cuius mortem nuntiauit festinam Ieremias supr. xxviij. propter quod erat pronus ad inferendum calumniam Ieremiæ, scilicet quod fugeret ad Chaldæos, vt proditor ciuitatis, propter quod non audiuit eius excusationem.*

10 Et addu. eum ad principes, &c. *qui erant priores ipso Sedechia rege, vt prædictum est.*

Ierias nepos Ananiæ pseudoprophetæ.

11 Cæs. e. mi. *tamquam dignum non solum carcere, sed etiam plagis, siue morte.*

12 Qui erat in do. Ionathan. *Ille carcer erat durior aliis.*

13 Itaque ingressus est Iere. in do. laci. *id est, in carcerem iuxta lacum, in quo proiiciebantur ad mortem condemnati, vt habetur cap. sequenti.*

14 Et in ergastulum, *id est, in laboris locum, & dicitur ab ἔργον quod est labor: & nominabatur sic, quia laboriosum erat ibi esse, & quia relegati ibidem cogebantur laboriosa operari.*

Incarceratur Ieremias.

15 Mittens. *Hic consequenter ponitur Sedechiæ iterata interrogatio cum dicitur,*

16 Interrogauit eum in domo sua, *ad quam fecerat eum venire,*

17 Abscondite, *ne offenderet principes, qui eum incarcerauerant.*

18 Putásne est sermo à dom. *vt doceas me de futuro.*

19 Et ait, in manus regis Babylonis trad. *non celans veritatem timore mortis.*

20 Quid peccaui tibi & ser. &c. *Q. d. non merui ergà te vel seruos tuos incarcerari, quia quicquid locutus sum, dixi de mandato domini. Quod probat consequenter per falsitatem prophetarum contrarium asserentium, dicens,*

Vbi

MORALITER.

† 3 *Et redient Chaldæi.* Per recessum Chaldæorum de Ierusalem, & eorum reditum ad ipsam debellandam, significatur malitia dæmonum, qui cessant aliquando à tentatione hominum, vt sic ipsos decipiant, & opinari faciant dæmones superasse: & sic insolescant ex opinata victoria, & tunc dæmones per iteratas tentationes eos impellunt in crimina peiora & grauiora, & sic fiunt nouissima talium peiora prioribus, sicut dicitur Luc. xj. c. de spiritu immundo exeunte ab homine, & postea reuertente.

Stratagema dæmonis quo inducit ad superbiā.

† *Apprehendit Iere.* Per istum signantur clientes & ministri magnatum qui calumniantur opera iustorum, eis falsum imponentes, & eos grauiter affligentes.

Ministri nequā principum.

15 *Mittens.* Per Sedechiam, qui de ergastulo carceris Ieremiam tulit, & tamen eius consilio non assentit, signatur homo pius ergà iniustè afflictos; tamen non assensit consilio veritatis de suis malis aliis relinquendis.

† MO-

a mum carceris? [18] Vbi sunt prophetæ vestri qui prophetabāt vobis, & dicebant nō veniet super vos Rex Babylonis, & super terrā hāc? [19] Nunc ergo audi, obsecro domine mi rex: Valeat deprecatio mea in conspectu tuo, & ne me remittas in domū Ionatham scribæ, ne moriar ibi. [20] Præcepit ergo rex Sedechias vt traderetur Ieremias in vestibulū carceris & daretur ei torta panis quotidie: excepto pulmento: donec consumerentur omnes panes de ciuitate. Et māsit Ieremias in vestibulo carceris.

a *Vbi sunt, &c.* † THEODORETVS. Hoc est, Cùm res ipsæ, inquit demonstrauerint prophetiæ meæ veritatem, vestrorum autem prophetarum mendacium, iustè iudicandum erat, & sumendæ pœnę de his qui mentiebantur, non de eo qui vera vaticinatus est.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vbi sunt prophetæ, &c. *Q. d. per effectum patet, quod dicebant vobis falsum. Consequenter ponit supplicationem suam dicens:*

2 Nunc ergo au. &c. Ne me remittas in domum Ionathæ, *quia ibi erat carcer nimis durus: cui assensit rex non de totali liberatione propter principes, sed de mutatione carceris ad locum magis humanum, & prouidens ei de victu.*

3 Excepto pulmento. *Per hoc intelligitur, quod cum pane daretur ei pulmentum, Hebræi tamen dicunt, quod hæc est vera littera: De vico panificum, & sic non exprimitur hic datio pulmenti, sed vicus vnde de pane prouideretur sibi.*

CAP. XXXVIII.

Audiuit autem Saphacias filius Matham, & Iedelias filius Phassur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phassur filius Melchiæ, sermones quos Ieremias loquebatur ad omnem populum dicens: [2] Hæc dicit dominus: * Quicumque manserit in ciuitate hac, morietur gladio & fame & peste. Qui autem profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima eius sospes & viuens. [3] Hæc dicit dominus: Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet eā. [4] Et dixerunt principes regi, Rogamus, vt occidatur homo iste. De industria enim dissoluit manus virorum bellantium, qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi loquens ad eos vniuersa verba hæc. Siquidem homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum. [5] Et dicit rex Sedechias: Ecce ipse in manibus vestris est. Nec enim fas est regem vobis quidquam negare. [6] Tulerunt ergo Ieremiam & proiecerunt eum in lacum Elchiæ filij Amalech qui erat in vestibulo carceris, & submiserunt Ieremiam in funibus in lacum in quo non erat aqua sed lutum. Descendit itaque Ieremias in cœnum: [7] Audiuit autem Abdemelech Aethiops vir Eunuchus qui erat in domo regis: quod misissent Ieremiam in lacum. Porro rex sedebat in porta Beniamin. [8] Et egressus est Abdemelech de domo regis, & locutus est ad regem dicens. [9] Domine mi rex, male fecerunt uiri isti omnia quæcumque perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacum: vt moriatur ibi famē. Non sunt enim vltrà in ciuitate panes. [10] Præcepit itaque rex Abdemelech Aethio-

a Seruus regis. b Castratus propter regnum cælorum. a Quasi rectores tenebrarum. Vitiorum. a Verbi Dei.

* Supr. 21. c. Psal. 94. a.

CAP. XXXVIII. a *Et di. rex Sed. &c.* Patet Sedechiam sine puro affectu Ieremiæ impendisse misericordiam. Si enim verè eū diligeret, non eum principibus traderet: Infructuosa ergo fuit simulata miseratio, sicut Pilato, qui in passione domini coram populo lauit manus suas dicens: *Innocens ego sū à sanguine huius.* Postea vero flagellatū tradidit eū Iudæis, vt crucifigeretur. b *Audi. au. Ab.* GRE. lib. 25. moral. c. 7. Sicut illi principes, qui prophetā miserūt in lacum dæmones significant, qui fideles Christi semper desiderant mergere in cœnū vitiorum, & sordes peccatorū: sic iste Æthiops Eunuchus qui timore Dei, & amore cōpunctus eripuit prophetam, significat prædicatores de Gentibus, qui seipsos castrauerūt propter regnū cælorum, qui verè charitatis intuitu iniquè oppressos student verbo & opere & exemplo de fouea perditionis eruere, quod & nomen eius testatur: Abdemelech enim seruus regis interpretatur, illius s. de quo dicitur: *Rex magnus super omnes Deos.* Cuius ordo prædicatorū seruit, per verbum Euangelij Gentes associando fidei. Quod autem diuinis admonitionibus & præcedentium exemplis adiuti, de huius vitæ profundo liberamur, bene per Ieremiam figuratur, qui vt de puteo eleuetur, funes ad eum & veteres pāni deponūtur. Funibus enim præcepta domini figurātur, quæ quia nos in peccatis positos conuincunt, & eripiunt: quasi ligant & trahunt, coartāt & leuant. Sed ne ligatus his funibus dum trahitur etiam incidatur simul etiam pāni veteres apponuntur: quia ne diuina pręcepta nos terreant, antiquorum patrū nos exempla con-

Aue vsque S. 2 Hieronymus expositio. Sedechias non excusatur ab iniuria Ieremiæ sicut nec Pilatus à morte Christi. De eis qui alios ad vitia pertrahunt. & de aliis qui inde peccatores subleuant. Modus prædictæ subleuationis.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXXVIII.

1 Audiuit. *Hic consequenter à principibus mors Ieremiæ procuratur. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur huiusmodi procuratio, secundo Ieremiæ subleuatio, ibi:* Audiuit, &c. *Circa primum ponitur occasio procurationis, cùm dicitur:*

2 Aud. &c. ser. q. loq. Ie. ad om. po. *Licet enim esset reclusus in vestibulo carceris, tamen ad locum illum poterant homines ingredi, quibus non tacebat veritatem de futuris, sicut patuit per effectum postea. Et subditur mortis eius procuratio, cum dicitur:* Rogamus vt oc. h. iste.

3 De ind. enim &c. *Quasi diceret, denuntiat falsa, tamquam hostis reipublicæ, Et subditur concessio.*

4 Ecce. *Licet autem rex hoc concesserit, ne incurreret maleuolētiam principum, tamen non excusatur à peccato mortali consentiendo in mortem innocentis & prophetæ Dei.*

5 Tul. er. *Vt ibi moreretur fame, & demersione intra lutū, & sic dura morte.*

6 Audiu. au. &c. *Hic consequenter ponitur ipsius Ieremiæ subleuatio. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur subleuatio Ieremiæ: secundo consolatio Sedechiæ ibi:* Et misit rex. *Circa primum dicitur.* Au. a. Ab. Æth. *Hoc exprimitur ad denotandum Iudæorum crudelitatem, qui non compatiebantur Ieremiæ, & sibi compatiebatur homo nationis extraneæ. Dicit tamen Ra. Sa. quia duæ sunt dictiones tales Abdemelech, id est, seruus regis, & sic non est nomen alicuius hominis determinati, sed serui regis indifferenter, pro quocūque. Et quod subditur* Æthiops, *dicit, & verum est, quod est ibi Chusi, quod significat Aethiopem in quocumque casu in singulari, quia omnia nomina Hebraica sunt indeclinabilia, sicut apud nos cornu & gelu: & sic dicit quod Chusi est genitiui casus, id est, Aethiopis & refertur ad Sedechiam quod erat denigratus vita & fama: & sic in aliis locis, communiter sic est intelligendum. Sed in littera hic, & in sequentibus magis dicitur, quod Abdemelech sit nomen proprium, & quod fuerit Aethiops natione.*

7 Vir eunuchus qui erat in domo regis, &c. *Id est, castus & honestus. Cetera patent vsque ibi:*

Diuisio. Mors Ieremiæ à Principibus procuratur. Diuisio. Ra. Sal. intendet alienæ genti laudē, quæ hic Abdemelech attribuitur. Eunuchus.

MORALITER.

† 1 *Audiuit autem, &c.* Per istos Ieremiam accusantes iniquè regi, & eius mortem postulantes, signantur detractores pessimi apud magnos, accusantes nequiter innocentes, & eorum pœnam confusibilem impetrantes. † *Et submis. Iere. &c.* Per istos funes signantur malignorum colligationes ad pœnas iustorum, de quibus dicitur Isa. 58. b. *Dissolue colligationes impietatis, &c.*

Detractores pessimi.

a ¶ Prædicatoribus, scilicet de Gentibus.

pi, dicens: Tolle tecum hinc triginta viros: & leua Ieremiam prophetam de lacu antequam moriatur.[11] Assumptis ergo Abdemelech secum viris ingressus est domum regis, quæ erat

a ¶ Exempla scilicet antiquorum patrum.

sub cellario, & tulit inde veteres pannos, & antiqua vestimenta quæ computruerant, & submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos.[12] Dixitque Abdemelech Æthiops ad Ieremiam: Pone veteres pannos & hæc scissa & putrida sub cubi-

a ¶ Domini præcepta.

to manuum tuarum: & super funes: Fecit ergo Ieremias sic. [13] Et extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu. Mansit autem Ieremias in vestibulo carceris.[14] Et misit rex Sedechias, & tulit ad se Ieremiam prophetam ad ostium tertium, quod erat in domo domini. Et dixit rex ad Ieremiam: Interrogo ego te sermonem, ne abscondas à me aliquid.[15] Dixit autem Ieremias ad Sedechiam: Si annuntiauero tibi, numquid non interficies me? Et si consilium dedero tibi, non me audies?[16] Iurauit ergo Sedechias rex Ieremiæ clam, dicens: Viuit dominus, qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum qui quærunt animam tuam.[17] Et dixit Ieremias ad Sedechiam: Hæc dicit dominus exercituum Deus Israel: Si profectus exieris ad principes regis Babylonis viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni,

¶ Sponte.

& saluus eris tu & populus tuus & domus tua.[18] Si autem non

¶ A Domino.

exieris ad principes regis Babylonis, tradetur hæc ciuitas in

¶ Potestatem.

manus Chaldæorum: & succendent eam igni, & tu non effugies de manu eorum.[19] Et dixit rex Sedechias ad Ieremiam. Sollicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos: ne forte tradar in manus eorum, & illudent mihi.[20] Respondit autem Ieremias, & dixit ad eum: Non te tradent. Audi quæso vocem domini quam loquar ego ad te, & bene erit tibi, & viuet anima tua. [21] Quod si nolueris egredi, iste est sermo quẽ ostẽdit mihi dominus

☞ confortant, vt eorũ A comparatione nos posse præsumamus, quod ex nostra imbecillitate formidamus. Si ergo de hoc profundo eleuari festinamus, ligemur funibus, id est, præceptis dominicis astringamur. Intersint etiam panni veteres, vt melius teneantur funes, id est, præcedentium conformemur exemplis, ne infirmos nos præ B cepta subtilia vulnerent: vnde, *Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitus conuersationis, imitamini fidem.*

Exempla sanctorum patrum.

Hebr. 13. b.

†† GREG. vbi supra. Superius videlicet dum spiritalia præcepta loqueretur, quasi funes miserat: postmodũ verò memorans exempla maiorũ, quasi veteres pan- C nos adhibebat. Excitati ergo tot vocibus præceptorum, adiuti tot cõparationibus exemplorũ, ad corda nostra redeamus, discutiamus omne quod agimus, & quicquid in nobis diuinæ rectitudinis regulã offendit, accusemus: vt apud distinctum iudicẽ ipsa nos accusatio excuset. In hoc enim mentis nostræ iudicio tãto citius absoluimur, quãto nos di-

Sedula discussio conscientiæ & accusatio sui.

districtius reos tene- D mus.

a *Si profectus exi. &c.* Propheta præuidens ciuitatem esse tradẽdam in manus Chaldæorum, consilium dedit regi, vt se traderet in manus regis Babylonis, vt sic furibundum eius animum mitigaret, & leuiorem sententiam susciperet: sed mens indurata corrigi non poterat.

Ieremias dat Sedechiæ consilium bonũ quod non recipitur.

b *Si autẽ non exieris.* E

† THEOD. in hunc locum. Frequenter ista prædixit. At inquirẽdum est quamobrem exeuntibus quidem pollicetur salutem: non exeuntibus autẽ comminatur exitium. Sedechias iureiurando promiserat Nabuchodonosor regi, quando promouerat eum in regem, se soluturum tributum, & fœdera amicitiæ erga illum qui eum regem creauerat, seruaturũ. F At paulo post transgressus pacta conuẽta, & tributum non soluit & ad Ægyptios effugit. Quare cum ille non per idola anima carẽtia, sed per omnium opificem iurasset, & iusiurandum ausus esset prætergredi, Deus præcepit Chaldæis vt egrediantur, & hunc in modũ castigent iurisiurandi transgressionẽ.

Fides & iusiurandum violata à Sedechia.

☞ a Ecce

NICOLAVS DE LIRA.

1 Pone veteres pannos, & hæc scissa & putri. &c. *Per talem enim modum poterat leuari facilius, & extrahi de luto.*

2 Et misit rex Sedech. *Hic consequenter ponitur Sedechiæ consolatio, vbi primo consilium quæritur, secundo datum renuitur, ibi:* Et dixit rex: *Tertio sub secreto ponitur, ibi,* Dixit ergo. *Circa primum ponitur Sedechiæ interrogatio, cum dicitur:*

3 Et tulit ad se Iere. *Nolebat enim ad ipsum ire duplici de causa: Tũ quia non decebat regem ire ad carcerem: Tum quia volebat factum suum abscondere, quantum poterat, secretius autem poterat Ieremias ad regem adduci, quam quod rex iret ad eum, quia reges incedunt cum magna comitiua hominum.*

Cur Sedechias non iuit ad Ieremiam ipse, sed magis ipsum adduci fecit ad se.

4 Ad ostium tertium. *Erant enim ante templum domini tria atria, scilicet mulierum, & virorum & sacerdotum, vt dictum fuit 3. Reg. Ostium autem atrij sacerdotum erat tertium, & ipse fecit eum venire vsque ad locum illum: ideoque quod subditur:*

5 Quod erat in do. domini. *Non accipitur pro domo templi precisè, sed etiam pro ædificiis aliis ad templum pertinentibus.*

6 Et dixit rex. *Petendo à Ieremia diuinum oraculum, & consilium: Secundo ponitur Ieremiæ responsio, ibi:*

7 Dixit autem: *Præmittitur tamen Ieremiæ assecuratio, cum dicitur:*

8 Si annuntiauero tibi, &c. *Et quæritur assensus ad diuinum consilium, cum dicitur:*

9 Et si consilium de. &c. *Primum autem concessit Sedechias, ideo subditur:*

10 Iurauit er. Sed. rex Ierem. clam. *Ne prouocarentur principes si fecisset hoc manifestè.*

11 Viuit dominus, &c. *Id est, sicut est verum, quod Deus viuit, & animas nostras creauit:*

12 Si occidero te. *Accipitur hic si, pro non. q. d. sicut verum est illud, quod dixi, ita verum est quod non occidam te per memetipsum, nec etiam per aliũ, ideo subditur:*

13 Et si tradide. te in ma. vi. isto. *Scilicet principum, qui posuerant eum in lacum, vt dictum est. Cetera patent vsque ibi:*

14 Et suc. eam. *Q. d. tu eris causa huius incendij, quod reputabatur peccatum grauissimum.*

14 Et dixit, &c. *Hic consequenter consilium datum renuitur, cum dicitur:*

15 Sollicitus sum pro. Iu. &c. *In quo apparet malignitas Iudæorum & crudelitas, quia Sedechias magis timebat eos quam extraneos.*

16 Et illu. mi. *Inferendo mortem opprobriosam, & vilem. Plus enim timebat modum moriendi opprobriosum, quam ipsam mortem. Cetera patent vsque ibi:*

MORALITER.

†† *Et submi. ea &c.* Per funes istos quibus Ieremias extractus fuit de lacu signantur colligationes charitatis ad liberandum innocentes. De quibus dicitur *Hose xj. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Per pannos veteres signantur antiqui patres sancti quorum meritis successores eorum iusti leguntur frequenter à pœnalitatibus liberati.

Sancti patres.

Aliter autem potest moraliter dici, quod per Ieremiam signatur vir bonus per deceptionem dæmonum in luctum peccati deiectus, eo quod in gratia non erat confirmatus: per Abdemelech, qui seruus regis interpretatur, prædicator bonus de salute hominum sollicitus intelligitur, qui talem lapsum cum adiutorio Dei extrahit ipsum de luto peccati per funes & pannos veteres, id est, per charitatem Dei & proximi qua est accensus, & exemplo sanctorum patrum ad hoc inductus. Habet autem secum triginta viros: per quos signantur opera decalogi facta in fide & spe & charitate spiritus sancti, quia numerus tricenarius ex ductu denarij per ternarium consurgit.

Bonus prædicator.

Qui lapsos de peccato extrahit.

15 *Sollicitus sum, &c.* Ex hoc patet, quod Apostatæ de quolibet statu magis formidandi sunt illis à quibus recesserunt, quam alij aduersarij, propter quod Apostolus 2. Cor. 11. g. inter pericula in quibus fuerat, dicit in fine, *periculum in falsis fratribus* tamquam complementum aliorum.

Ab apostatis maius imminet periculum.

† MO-

Significat, quod sua cogitatio, & voluptuosi consiliatores in lubrico carnalium desideriorum & cœno vitiorum gressus nostrorum operum demergunt; & cum demersos viderint, à nobis recedunt, quia perditis nullum consilium dare possunt: quia hoc solum studebant, vt in peccati voraginem præcipitarent. Si ergo consilio diuinarum scripturarum peccata corrigere, & animas nostras à perditione per pœnitentiam liberare noluerimus, cum vxoribus, id est, cum concupiscentiis carnalibus; & filiis, id est, prauis actibus, ad Chaldæos, qui interpretantur dæmones, educemur, & in manu regis æternæ confusionis victi trademur; qui ciuitatem nostram, id est, carnem similiter, & animam igne comburet inextinguibili.

Caro & mundus in perditionē nos pertrahere student. Capieris. quibus nisi obstiterimus damnatio nobis imminet.

[22] Ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo regis Iuda: educentur ad principes regis Babylonis: & ipsi dicent: Seduxerunt te & præualuerunt aduersum te ùiri pacifici tui, demerserunt te in cœno & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à te. [23] Et omnes vxores tuæ & filij tui deducentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum: sed in manu regis Babylonis *traderis, & ciuitatem hanc cōburet igni. [24] Dixit ergo Sedechias ad Ieremiam: Nullus sciat verba hæc, & non morieris. [25] Si autem audierint principes, quia locutus sum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi, indica nobis quid locutus sis cum rege, ne celes nos, & non te interficiemus; & quid locutus est tecum rex, [26] dices ad eos: Prostraui ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionatham, & ibi morerer. [27] Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum. Et locutus est eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex. Et cessauerunt ab eo: Nihil enim fuerat auditū. [28] Mansit vero Ieremias in vestibulo carceris vsque ad diem quo capta est Ierusalem. Et factum est vt caperetur Ierusalem.

(Interlinear glosses: a Voluptuosi consiliatores. a Vitiorum. b Carnalium desideriorum. c Gressus operum. a Carnales concupiscentiæ. Praui actus. Dæmones. a Diaboli; æternæ confusionis. a Animam, scilicet simul cum corpore. Inextinguibili.)

† THEOD. in hunc locum. Quasi dicat, metuis ne illudaris à transfugis: videbis post hæc vrbe capta à domibus regiis extrahi mulieres, reducentes tibi in memoriam errorem pseudoprophetarum, & dicētes: Hi nempe tibi procurarunt ista qui pollicebantur pacem, & apud te potiebantur honore, & ob eam causam à diuinis legibus delabi te fecerunt.

Pseudoprophetæ Sedechiæ causa fuerunt perditionis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ipsi dicent. *Tibi improperando,*
2 Præualuerunt aduer. te, &c. *Id est, prophetæ falsi denuntiantes pacem tibi.*
3 Demerserunt te in cœ. *Id est, ad statum vilitatis.*
4 Et in lubri. pe. tu. *Dando tibi occasionem ruinæ.*
5 Et recesse. a. *Quia imminente captione ciuitatis transfugerunt ad Chaldæos. Cetera patent.*
6 Dixit ergo. *Hic consequenter negotium in secreto ponitur: timebat enim Sedechias offensam principum, si ad eorum notitiam perueniret tractatus inter ipsum & Ieremiam: & patet littera vsque ibi,*
7 Prostraui ego, &c. *In hoc verum dixit rex: alias Ieremias non obediuisset ei mentiendo, & hoc patet ex hoc quod supra dictum est quod rex iurauit ei, quod non interficeret eum, nec traderet eum in manus principum, qui miserant eum intra lacum, qui erat in domo Ionathan scribæ. Nec est verisimile, quod rex iurasset de aliquo quod Ieremias non petiuisset. Cetera patent in littera.*

CAPVT XXXIX.

[1] *ANno nono Sedechiæ † regis Iuda mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis & omnis exercitus eius, ad Ierusalem & obsidebant eam, [2] Vndecimo autem anno Sedechiæ, mense quarto, quinta die mensis, aperta est ciuitas: [3] & ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media Neregel, Sereser, Semegar, Nabusarsathim, Rabsaces, Neregel, Sereser, Reb-mag. & omnes reliqui principes regis Babylonis. [4] Cumque vidisset eos Sedechias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt, & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis: & per portam quæ erat inter duos muros & egressi sunt ad viam deserti. [5] Persecutus est autem eos exercitus Chaldæorum, & comprehenderunt Sedechiam in campo solitudinis Ierichontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath, & locutus est ad eum iudicia.

a *Locutus est ad eum iudicia.* † THEOD. in hunc locum. Quasi diceret, reprehendit trāsgressionem iusiurandi; & maleuolentiam, atque ingratitudinem quā commiserat in illum, qui de eo benemeritus erat, & eum regē creauerat: conuictoque de iniustitia, pœnas infligit. Et primum quidē eo spectante interficit pueros, & omnes honoratiores ac nobiliores, eumdemque postea priuauit oculis.

Sedechias meritas luit pœnas.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXXIX.

ANno nono Se. *Superius descripta est destructio Ierusalem prophetice, hic consequenter describitur historice. Et diuiditur in duas partes, quia primo fit propositum; secundo ponitur quoddam correlarium. ca. 45. Prima in duas, quia primo describitur ciuitatis captio: secundo populi remanentis ordinatio ibi.* Et reliquias. *Circa primum primo ponitur tempus obsidionis, cum dicitur,* Anno nono Sedechiæ; *Secundo tempus captionis, cum dicitur,* Vndecimo autem anno, &c. *patet littera. Tertio describitur ipsa captio, cum dicitur.*

Diuisio.

1 Aperta est ciu. *Fractis muris exterioribus & portis; ideo subditur,*
2 Et sederunt. *Et ceteri disposuerunt se ad inuadēdum portas secundi muri. Quod cum vidisset Sedechias, & viri sui, videntes, quod non poterant resistere, territi fugerunt.*
3 Per viam, &c. *id est, qua ducebat versus hortum.*
4 Et per portam. *Dicit RA. SA. quod ibi erat vna porta ad ingrediendum viam subterraneam, cuius exitus erat longè à ciuitate per quam fugerant.*
5 Persecutus est autem. *Per indicium Iudæorum qui transfugerant ad Chaldæos, vt dicit Iosephus. RA. SA. autem dicit quod Deus fecit apparere vnam ceruam, quæ in superficie terræ currebat super viam subterraneam, & Chaldæi eam sequentes viderunt Sedechiam, & viros eius à longè existentes super terram: & sic eos ceperunt, vt dictum fuit diffusius. 4. Reg. Cetera patent vsque ibi,*
6 Et locutus est. *Primo, verbo arguendo eum de infidelitate, & periurio, se-*

Quomodo deprehenderint Chaldæi viam qua fugiebat Sedechias.

MORALITER.

†† Anno. Per Ierusalem signatur anima fidelis secundum sensum moralem, sicut dictum fuit in huius operis principio; quæ ab exercitu regis Babylonis obsidetur, quando tentationibus dæmonum impugnatur: Aperitur autem, quando sensus exteriores ad actus indecentes conuertuntur; vt oculus † ad

Anima fidelis itaca... & victa.

⁶Et occidit rex Babylonis filios Sedechiæ in Reblatha in oculis eius, & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis.⁷ Oculos quoque Sedechiæ eruit, & vinxit eũ cõpedibus, vt duceretur in Babylonẽ.⁸ Domum quoque regis, & domum vulgi 1 succenderunt Chaldæi igni, & murum Ierusalem subuerterunt.⁹ Et reliquias populi, quæ remanserunt in ciuitate & 2 profugos qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi qui remanserant, transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem:¹⁰ & de plebe pauperum qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militiæ in terra Iuda, & a dedit eis vineas & cisternas in die illa.¹¹ Præceperat autẽ Na- 3 buchodonosor rex Babylonis de Ieremia, Nabuzardan magistro militiæ, dicẽs:¹² tolle illum & pone super eum oculos 4 tuos: nihilque ei malifacias, sed vt voluerit, sic facias ei.¹³ Mi- 5 sit ergo Nabuzardan princeps militiæ & Nabu & Sesban & Rabsaces & Neregel & Sereser & Rebmag & omnes optimates regis Babylonis¹⁴ miserunt, & tulerunt Ieremiã de vestibulo carceris, & tradiderunt eũ Godoliæ filio Aichã filij Sa- 6 phã, vt intraret in domũ, & habitaret in populo.¹⁵ Ad Ieremiã 7 autẽ factus fuerat sermo domini cũ clausus esset in vestibu- 8 lo carceris, dicẽs:¹⁶ Vade & dic Abdemelech Aethiopi, dicẽs: † Hęc dicit dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducã sermones meos super ciuitatem hanc in malum & nõ in bo- b nũ, & erunt in cõspectu tuo in die illa,¹⁷ & liberabo te in die 9

a *Præceperat.* RABANVS. Superbis & contemptoribus reddit Deus supplicia: mansuetis & humilibus solatia. Quod patet in Sedechia rege, & in Ieremia propheta, & Nabuchodonosor regis sententia. Nec mirum. Si per eosdem diuersis di- B uersa reddit, qui eisdem elementis pro meritorum qualitate electis & reprobis diuersa rependit. Aqua maris rubri Israelitas seruauit illæsos, eadem Ægyptios interfecit. Flamma camini Babylonij regis ministros incendit, pueros in medio ignis benedicentes Deum seruauit. Vnde C vir sapiens in laudibus Dei ait: *Creatura enim tibi factori suo deseruiẽs, exardescit in tormẽtum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt.*

(Deus & etiã creatura ei ministrans cõtemptoribus reddit supplicia, bonis vero solatia. — Exod. 14. e. — Dan. 3. e.)

† THEODORETVS in hunc locum. Auxerunt crimen Iudæorum Nabuchodonosor rex & Abdemelech Æthiops: Hi enim, cũ sint alienigenæ solati sunt prophetam; Iudęi verò in verbis propheticis enutriti, diuinis sermonibus attendere noluerunt, & pro- D phetas quibusuis suppliciis subegerunt. Effectum tamen sortita est promissio diuina. Nam cum Deus illum creasset prophetam, pollicitus est, ostensurum eum inuictum & columnæ ferreæ muroque æneo similem, quia impugnabunt illum, at E non euadent superiores.

(Ethnici & tyranni in Ieremiam & prophetas æquiores Iudæis.)

b *Et liberabo te. Qui sperant in domino non confundentur. Confundantur omnes iniqua agentes.* Ecce principes qui animam Ieremiæ quęrebant, captiuantur. Eunuchus qui eum liberauerat perfecta potitus est libertate. Sic quoque liberatis sanctis prædicatoribus, persecutores F æterna vltione puniẽtur.

(Sap. 19. d. — Psal. 24. a. — Iere. 16. g. — Psal. 146.)

† THEODORETVS ibi supra. *Verè beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, & spes eius in Domino Deo ipsius. Et beatus populus cuius Dominus Deus eius.* Quid enim Sedechiæ profuit regnum? Quid verò nocuit Abdemelech seruitus? Nam ille quidem propter impietatem passus est ea omnia: hic autem ob pietatem, non expertus est mala.

(Melius est esse seruum bonum quã regem malum. Psal. 145.)

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

secundo, facto; filios eius occidendo coram eo, & omnes nobiles, qui dederant ei consilium rebellandi. Ra. Sa. dicit quod per nobiles hic intelliguntur. 70. senes iudices populi, cum rege & summo Sacerdote, quod fuerat institutũ à tempore Moysi: vt habetur Nu. 11. quod 70. senes sustinerent onus regiminis cum ipso. Et dicitur quod isti relaxauerunt iuramentum Sedechiæ quod fecerat regi Babylonis, propter quod fecit eos occidi.

(Qui fuerint nobiles qui hic à Nabuchodonosor occisi scribuntur.)

1 Et do. vulga. *Id est, domos, accipiendo singulare pro plurali: quia Chaldæi incenderunt domos Ierusalem per circuitum. vt habetur. 4. Reg. vlt.*

2 Et reli. *Hic consequenter ponitur ordinatio populi remanentis. Et primo quantum ad eos qui præsentes erant, secundo, quantum ad eos qui fugerant. 40. ca. ibi:* Cumque audissent. *Prima diuiditur in duas quia primo ponitur ordinatio generalis, secundo specialis, ibi:* Præceperat. *Circa primum sciendum, quod populus in ciuitate & territorio repertus post destructionem ciuitatis erat in duplici differentia, quia aliqui ante captionem fugerant ad Chaldæos. Et aliqui inuenti fuerant, qui non transfugerant. Et isti erant in duplici differentia quia aliqui erant alicuius valoris seu reputationis, & isti cum præcedentibus fuerũt translati in Babylonem. Alij erant pauperes, & nullius reputationis in aliqua arte seu scientia, & isti fuerunt dimissi in terra ad colendum terras, & vineas reddendo inde tributum regi Babylonis per Godoliam quem præfecit eis, & secundum hoc patet littera.*

(Diuisio. — Ordinatio populi remanentis.)

3 Præceperat. *Hic consequenter ponitur ordinatio specialis, scilicet de persona Ieremiæ: interponitur tamen saluatio Abdemelech, ibi,* Ad Ieremiam, *Circa primum patet ibi,*

4 Tolle, &c. *De carcere quo positus fuerat, vt dictum est cap. præcedenti.*

5 Et pone super eum, &c. *Et in omnibus compatiendo. Cetera patent vsque ibi,*

6 Et tradiderunt eum Godo. *Vt ei conuenienter de necessariis prouideret.*

(Diuisio.)

7 Ad Ieremiam. *Hic saluatio Abdemelech interponitur, & secundo ordinatio circa Ieremiam resumitur in principio sequentis capituli. Circa primum ponitur tempus reuelationis factæ Ieremiæ de Abdemelech salute cum dicitur.*

8 Cum clau. esset, &c. *Cetera patent vsque ibi,*

9 Et erunt in con. &c. *Id est, videbis sermones meos per Ieremiam dictos impleri.*

1 Et

MORALITER.

† ad impudicum contuitum, & auris ad turpium auditum, & sic de aliis. Sed tunc principes regis Babylonis sedent in media porta, quando per sensualitatem (quæ media est inter sensus exteriores & rationem) ipsam rationem impugnant, & tunc rex Sedechias & bellatores fugiunt, quando vires superiores resistere negligunt: & tunc rex Sedechias capitur, quando voluntas ad consensum peccati mortalis inducitur, & filij eius occiduntur. Nam opera bona præcedentia mortificantur, & hoc fit in oculis illius quia per vnum actum peccati mortalis non statim homo totaliter excæcatur, sed per eius frequentationem: & tunc ligatur per malum habitum acquisitum, & finaliter in Babylonem ducitur quando pœnæ gehennali deputatur.

(Ordo quo peccatores in gehennã trahuntur.)

1 *Domum quoque regis & domum vulgi incẽn.* 4. Reg. 25. additur domus Dei. Ignis autem iste quem incẽdunt dæmones, qui per Chaldæos signantur, est vitium luxuriæ, de quo dicitur Iob 31. b. *Ignis est vsque ad consumptionem deuorans, &c. omnia eradicans genimina.* Hoc autem igne incenditur domus regis, per quam signantur nobiles & domus vulgi, id est, homines populares, & domus Dei, id est, clerici & regulares.

(Luxuria.)

† *Vade & dic Ab. &c.* Per hoc autem quod iste Abdemelech per opera pietatis, quæ circa Ieremiam exercuit, fuit liberatus de manibus Chaldæorum, signatur, quòd per opera pietatis liberantur homines à potestate dæmonum. Vnde secundum saluatoris sententiam, Matth. 25. c. dicitur eis in finali iudicio. *Venite benedicti patris mei percipite paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Et subditur ratio cum dicitur: *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, &c.*

(Per opera pietatis liberantur homines à potestate dæmonum.)

…ias, habita …tate pro… …endi.

quo velit, ad Godoliam venit.

…dominus, & nō traderis in manus viro- 1 …os tu formidas, [18]sed eruens liberabo te, & & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait dominus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non traderis in manus virorum. *Id est, Chaldæorum. Modus tamen liberationis non plus hic exprimitur. Cetera patent.*

CAPVT XL.

Sermo qui factus est ad Ieremiā à domino 1 postquam dimissus est à Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quando tulit eum 2 vinctum catenis in medio omniū qui mi- 3 grabant de Ierusalē & Iuda, & ducebantur in Babylonē. [2]Tollens ergo princeps mili- 4 tiæ Ieremiam, dixit ad eum: Dominus Deus tuus locutus est 5 malum hoc super locum istum, [3]& adduxit, & fecit dominus sicut loquutus est: quia peccastis domino, & non audistis vo- 6 cem eius, & factus est vobis sermo hic. [4]Nunc ergo ecce solui 7 te hodie de catenis quæ sunt in manibus tuis. Si placet tibi, vt 8 venias mecum in Babylonem, veni & ponā oculos meos su- 9 per te. Si autem displicet tibi venire mecum in Babylonem, reside. Ecce omnis terra in conspectu tuo est. Quod elegeris & quod placuerit tibi vt vadas, illuc perge, [5]& mecū noli ve- 10 nire, sed habita apud Godoliam filium Aicham filij Sapham, † quē præposuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ. Habita ergo cū eo in medio populi, vel quocūque placuerit tibi vt vadas vade. Dedit quoque ei magister militię cibaria & munuscula, & dimisit eum. [6]Venit autē Ieremias ad Godoliam filium Aicham in Masphat, & habitauit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra. [7]Cumque audissent omnes principes 11

…P. XL.

a …o qui factus …&c. Quæritur quomodo hic sermo domini ad Ieremiam prophetam factus dicatur: Non enim ostenditur, quis iste sermo fuerit, vel quid manifestauerit; vnde (ni fallor) datur intelligi, quòd liberationem suam per principem militiæ diuino nutu factam propheta occultè per hunc sermonem ad se prolatum intimare voluerit, sicut ipse Nabuzardan ait: *Dominus Deus tuus locutus est malum hoc super locum istum, &c.* Si ergo illi qui peccauerunt domino, nec obedierunt, iuxta sermonē domini captiuati sunt: qui peccantes corripuit & domino obediuit, iuxta sermonem domini liberatus est.

Prædicitur seu reuelatur Ieremiæ sua liberatio.

b *Tollens ergo.* Descripta vastatione vrbis, & interitu & captiuitate populi, & perfidi regis, sequitur quid de Ieremia factum sit, & de reliquiis populi, quas propheta monuit ex verbo domini sedere in terra sua, & seruire regi Babylonis, ipsi verò maluerunt ire in Ægyptum, vbi eos postea Nabuchodonosor trucidauit, & ipsam Ægyptum vastauit.

c *Et factus est vobis.* Ex hoc etiam loco manifestum est, Deum, vt de aliis gentibus bene mereretur, initio elegisse Israelem. Nam & miracula, quæ in gratiam eorum facta sunt, omnes in stuporem trahebant: & apertè docebant, Deum ipsorum esse solum verū Deum, & rursum aduersa, quæ illis cōtingebant, accusabant eorum iniquitatem, Dei verò sententiam iustam prædicabant.

Miracula quæ Deus fecit Iudæis siue in pœnas siue in solatia.

d *Sed habita apud Godoliam.* RABANVS. Miserationes domini sunt multæ, & iudicia eius abyssus multa: qui sicut præuaricatores legis iustè corripuit, ita humilibus & obedientibus misericorditer solatium cōtulit. Per ipsos enim hostes, quibus perfidum regem & ministros eius puniuit, reliquiis populi prouisorem Godoliam constituit. NYSTI. autē Godolias, qui interpretatur magnificatus domino, prædicatores domini significat, qui diuino nutu præficiuntur, vt Deum timentes habeant refugium & solatium: hi pro subiectis animam ponunt, & contra perfidos protectionis scutum opponunt, vsque ad mortem in officio fideliter persistentes, sicut Godolias innocens à perfido Ismael occisus est.

Prædicatores sancti.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XL.

Sermo qui factus est, &c. *Hic ordinatio circa Ieremiam resumitur. Circa quam sciendum, quod sicut dicit Rab. Sal. Ieremias videns populum duci in Babylonem, in vinculis & catenis, iuit cum eo vsque Rama & ponebat se voluntariè inter ligatos & catenatos supponens collum suum catenis eorum secundum quod poterat: propter quod Nabuzardan cui rex eum recommendauerat noluit, quod hoc modo iret cum populo: sed posuit in eius optione, quod iret cum eo in Babylonem honorificè, & non sicut captiuus: vel quod remaneret in terra Iuda cum Godolia: & tunc fuit sibi reuelatum à Deo quod remaneret: quod & fecit, vt pro populo remanente oraret: & circa ipsum quæreret domini voluntatem: & propter hoc dicitur,*

Cœperat Ieremias cum captiuis sponte proficisci in Babylonem.

1 Sermo qui factus est, &c. *Et istud refertur ad illud quod infra dicitur. quadrage. secundo. b.* Cùm autem completi essent decem dies, factum est verbum domini ad Ieremiam, &c. *Sed hic interponitur Ieremiæ remissio, & fugitiuorum reuersio, & etiam Godoliæ occisio.*

2 De Ra. *Nomen est loci vnde rediit Ieremias ad Godoliam ex causa prædicta.*

3 Quando tulit eum vinctum catenis, *Non propriis, à quibus iam ante solutus fuerat in Ierusalem, sed catenis transmigrantium, quibus se ingerebat. Ideo subditur,* In medio omnium qui migrabant, &c.

4 Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam. *Ne Nabuchodonosor contra eum offenderetur, si duceret Ieremiam totaliter in Babylonem.*

5 Dominus Deus. *Quasi diceret, non debes ei tantum compati, ex quo est voluntas Dei tui.*

6 Quia peccastis domino, *Non loquitur hic pro Ieremia, sed pro populo de quo erat.*

7 Nunc ergo ecce solui te, *Nolens quod sic in Babylonem ducaris.*

8 Si placet tibi vt venias, *honestè secundum regis mandatum.*

9 Veni & ponam oculos meos super te. *Aliter non.*

10 Et mecum noli venire, sed habita apud Godoliam. *In Hebræo habetur:* Et adhuc non est reuersus & reuersus est ad Godoliā. *Quod sic exponitur ab Hebræis:* Et adhuc non est reuersus: *scilicet propter verba Nabuzardan, sed tunc facta est sibi reuelatio domini de reuersione ratione prædicta, ideo sequitur:* Et reuer. est ad Godoliam. *Scilicet propter verba domini. Iste enim Godolias transfugerat ad Chaldæos ante captionem ciuitatis de consilio Ieremiæ, vt dicit Rab. Sal. propter quod rex Babylonis præfecit eum populo remanenti in terra. Cetera patent in littera.*

Godolias quare præfectus Iudææ.

11 Cumque audissent omnes principes exercitus. *Hic ponitur ordinatio populi quantum ad eos qui fugerant. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur eorum receptio benigna: secundo contra Godoliam conspiratio maligna ibi,* Ioannan autem. *Sententia primæ partis patet in littera paucis exceptis.*

Diuisio.

MORALITER.

† *Habita ap. Godo. &c.* Per Godoliam, qui interpretatur magnificans dominum, signatur bonus vir & litteratus, qui scit & vult magnificare dominum corde sacra meditando, ore vera docendo, & opere virtuosa operando, & talis præfici debet ecclesiæ, sicut Godolias fuit prefectus terræ, de quo dicitur consequenter quod habitabat in Masphat, quæ interpretatur contemplatio. Debet enim considerare bonus prælatus conditiones temporum, quia sic diuersimodè est agendum.

Vir bonus & litteratus ad…

Prælatum ratum accersendus.

11 *Cumque au. om. &c.* Sequitur,

A exercitus qui dispersi fuerant per regiones, ipsi [1] & socij eorum, quòd præfecisset rex Babylonis Godoliam filium Aicham, terræ, & quòd commendasset ei viros & mulieres & paruulos, & de pauperibus terræ qui nõ fuerant translati in Babylonẽ,[8] venerunt ad Godoliã in Masphat, † & Ismael filius Nathaniæ & Ioannã filius Chareæ, & Ionathan & Sareas filius Thenoemeth & filij Ophi, qui erãt de Nethophati; & Iechonias filius Maachati ipsi & viri eorũ.[9] Et iurauit eis Godolias filius Aicham filij Sapham & comitibus eorum, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis, habitate in terra & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis.[10] Ecce ego habito [3] in Masphat vt respondeam præcepto Chaldæorum qui mittũtur ad nos. Vos autem col- † ligite vindemiam et messem, et oleũ, et condi- † B te in vasis vestris, et manete in vrbibus vestris [4] quas tenetis.[11] Sed et omnes Iudæi qui erant in † Moab, et in finibus Ammon, et in Idumæa, et in vniuersis regionibus, audito quod dedis- [5] set rex Babylonis reliquias in Iudæa & quòd D præposuisset super eos Godoliam filium Aichã filij Sapham,[12] reuersi sunt, inquam, Iudæi omnes de vniuersis locis ad quæ profugerant, & venerunt in terram Iuda ad Godoliam in Mas- [6] phat, & collegerunt vinum & messem multam [7] nimis.[13] Ioannam autem filius Careæ & omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant in regionibus venerunt ad Godoliam in Masphat, [8] [14] & dixerunt ei: Scito quòd Baalis rex filiorum Ammon misit Ismael filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Aicham.[15] Ioannam autem filius Careæ dixit ad Godoliam seorsum in Masphat loquens. Ibo, & percutiam Ismael filium Nathaniæ nullo sciente, ne interficiat animam tuam, & dissipẽtur Iudæi omnes qui congregati sunt E ad te, & peribunt reliquiæ Iuda.[16] Et ait Godolias filius Aicham ad Ioannam filium Careæ. Nolite facere verbum hoc. Falsum enim tu loqueris de Ismael.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui dispersi fuerant per regiones, *Scilicet circa Iudæam, quia diuersi fugiebant ad diuersa loca, sperantes ibi habere latibula propter aliquam amicitiam seu familiaritatem ibi prius contractam.*

2 Et iurauit eis Godolias, *Quod seruaret vitam eorum.*

3 Ecce ego ha. *q.d. potestis ad me securè recurrere, si in aliquo formidatis.*

4 Sed &, &c. *Qui ad illa loca fugerant imminente guerra.*

5 Audito, &c. *Id est, quod ordinasset aliquos de Iudæis manere pacificè in terra sua, ne terra redigeretur in solitudinem propter defectum cultorum: & sic redderetur inutilis regi Babylonis.*

6 Colle. &c. *Hoc est respectu populi qui remanserat, quia quamuis Chal-* C *dæi vineas & agros pro magna parte destruxissent, tamen illud quod remansit non solum fuit sufficiens, sed abundans, pro illis paucis Iudæis qui in terra habitabant.*

Diuisio.

7 Ioann. &c. *Hic consequenter ponitur maligna conspiratio contra Godoliam. Et diuiditur in duas, quia primo conspiratio fideliter detegitur, secundo nequiter perficitur seq. ca. Prima pars patet vsque ibi,*

8 Scito quòd Baal. rex, &c. percutere animam tuam. *Id est, te occidere. Frequenter enim in scriptura anima accipitur pro toto homine, eo modo loquendi quo totum denominatur à digniori parte: Iste autem Ismael, eò quod erat de sanguine regio, indignabatur, quod Godolias præerat populo: & ideò petiit à rege Ammon ad quem confugerat, auxilium ad ipsum occultè ingulandum, sed istud innotuit Ioannam filio Careæ & sociis eius, qui reuelauerunt hoc Godoliæ, volentes remedium adhibere, sed ipse non credidit, & occisionem Ismaelis prohibuit, & patet littera.* F

Detegitur conspiratio Ismaelis, nec tamen credit Godolias.

MORALITER.

Officium boni Prælati.

† † *Venerunt ad Godo.* Officium enim boni prælati est, dispersos per discordiam reunire per concordiam charitatis, & eos assecurare in bono: ideo subditur,

† *Noli. ti.* Ad bonum opus inducere, ideo sequitur.

† *Vos autem colligite vindemiam.* Bonæ compunctionis.

† *Et messem.* Multiplicis bonæ operationis.

† *Et oleum.* Piæ miserationis.

† *Et condite in vasis vestris.* Id est, in cordibus vestris per rectitudinem debitæ intentionis. Greg. Hom. 37. *Sic autem fit opus in publico quatenus intentio maneat in occulto, vt & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & in intentione qua soli Deo placere quærimus, semper optemus secretum.*

8 *Scito quod Baal. rex filio. Ammon misit, &c.* Ammon interpretatur populus iniquus, & ideo per regem Ammon signatur diabolus, qui (vt dicit Greg. hom. 10.) est caput omnium iniquorum, & huius capitis membra sunt omnes iniqui, & ipse Ismaelem, id est hominem impium & ferocem mittit ad interficiendum hominem innocentem, qui signatur per Godoliam. Et sicut ille Godolias non credidit quod dicebatur in Ismaele, & sic interfectus fuit, sic quia innocens non credit de facili malum de alio sibi dictum, frequenter incurrit damnum temporale, licet cedat ad eius bonum spirituale si sustineat patienter. Prou. 22. *Callidus videt malum & abscondit se, innocens autem pertransiit, & afflictus est damno.*

Boni non sunt suspiciosi.

CAPVT. XLI.

E T factũ est in mense septimo, venit Ismael [1] filius Nathaniæ filij Maasiæ filij Elisama de semine regali & optimates regis, & decem viri cum eo ad Godoliã filiũ Aichã in Masphat, & comederũt ibi panes simul in Mas- [2]

CAP. XLI.

a E T *factum est, &c.* Gre. lib. 1. mor. c. 37. Hæc fraus tunc per Ismaelẽ historialiter facta est: sed quotidie per diabolum fit spiritualiter. Sciendũ verò est quod bona nostra tribus modis diabolus insequitur, vt cum rectum agitur coram hominibus, in æterni iudicis conspectu vitientur. Aliquando enim intentionem polluit, vt sequens actio ab origine

Diabolus quomodo insequitur bona nostra.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XLI.

Diuisio.

1 E T factum est. *Hic consequenter conspiratio Ismaelis nequiter perficitur: Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur Godoliæ occisio, secundo occisoris persecutio, ibi:* Audiuit autem, *tertio populi trepidatio, ibi:* Tulit ergo. *Prima pars patet vsque ibi,*

2 Et comede. *Nomine panis intelligitur omnis cibus: fecit enim eis Godolias conuiuium, credens quod venissent amicabiliter ad ipsum.*

1 Surre-

MORALITER.

Diabolus.

† 1 *Et factum est in, &c.* Per illum Ismaelem, qui fuit homicida pessimus, signatur diabolus, de quo scribitur Ioan. 8. f. *Ille homicida erat ab initio,* ipse verò venit ad Godoliam, per quem intelligitur vir innocens & bonus ad eum subuertendum de statu gratiæ in miseriam culpæ.

2 *Et comede. simul.* Quod fit, quando vir innocens in cogitatione peccati per suggestionem diaboli incipit delectari † de

...munda sit. Si A ... non præualet, in ipsa actione, quasi in itinere, se opponit: vt cum per propositum mentis securior quis graditur, subitò latetervitio, quasi ex insidiis perimatur. Aliquando verò nec intentionem B viciat, nec in itinere supplantat, sed opus bonum in fine actionis illaqueat, vnde: *In via hac qua ambulabā absc. su. la. mi.* Quod bene Ieremias insinuat, qui dum gesta foris retulit, quæ intus gerātur indicauit, dicens: *Venerunt* 80. *viri de Sichē, &c.* Barbam radunt, qui sibi C de propriis viribus fiduciam subtrahūt. Vestes scindunt, qui

Tribus modis bonum opus conatur diabolus peruertere.

Psal. 141. a.

phat. [1] Surrexit autem Ismael filius Nathaniæ & decem viri qui cum eo erant, & percusserunt Godoliam filium Aichan filij Saphan gladio, & interfecerunt eum quem præfecerat rex Babylonis terræ. [3] Omnes quoque Iudæos qui erant cum Godolia in Masphat, & Chaldæos qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismael. [4] Secundo autem die postquam occiderat Godoliam, nullo adhuc sciente, [5] venerunt viri de Sichem & de Silo & de Samaria octoginta viri rasi barba, & scissis vestibus, & squalentes & munera et thus habebant in manu, vt offerrent in domo domini. [6] Egressus ergo Ismael filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphat, incedens et plorans ibat. Cum autem occurrisset eis dixit ad eos: Venite ad Godoliā filium Aichā. [7] Qui cum venisset ad medium ciuitatis, interfecit eos Ismael filius Nathaniæ circa medium laci,

(a In propriis viribus fiduciam non habentes. a Decoris suo non parcentes. b Opera. c Orationem. a Quilibet malignus spiritus. Sathanæ scilicet. a Quia sub velamine virtutis se occultat & concordare se viris lugentibus simulat. b Quid ad altiora se ducere promittit, qui etiam minima subtrahit. a In ipso scilicet itinere actionis.)

prioris sui, Sathanæ; D scilicet exemplis in superbiæ errore generatus se ad decipiendum opponit. de quo bene dicitur: *Incedens & plorans ibat,* quia vt deuotas mētes interimere feriēdo præualeat, se sub velamine virtutis occultat, & dum con- E cordare se verè lugētibus simulat, ad cordis intima securius admissus, quod intus de virtute latet, occidit: quia plerūque se promittit ad altiora prouehere, vnde dixisse perhibetur: *Venite ad God. filium Aicham,* & dum maiora promittit, etiā mini- F ma subtrahit, vnde dictū est, *Cū venissent ad mediū ciuitatis, interfecit eos.*

Dolus & insidiæ diaboli.

sibimetipsis interioris decoris laceratione non parcunt. Oblaturi in domo domini thus & munera veniunt, qui exhibere in Dei sacrificio orationem cum operibus pollicentur. Sed tamen si se in sanctæ deuotionis via cautè conspicere nesciunt, Ismael Nathaniæ filius in eorum occursum venit, quia quilibet malignus spiritus prioris... Viros ergo ad offerendum Deo munera venientes in medio ciuitatis interficit, quia diuinis rebus deditæ mentes nisi cum magna circumspectione se custodiāt, hoste surripiente, dū deuotionis portant hostiā, in ipso itinere perdunt vitā. De cuius manu non euaditur, nisi citius ad pœnitentiā redeatur. Vnde apertè subiūgitur: a De-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Surre. au. *Erant enim multo plures, aliter non fecissent talem stragem: sed isti decem, qui exprimuntur erant principales cum eo. Cetera patent vsque ibi:*

2 Et Chaldæos qui reperti sunt ibi. *Quia aliquando mittebantur de Babylone ad Godoliam, vt responderet de officio sibi imposito, vt habetur c. præ.* Ecce ego habito in Masphat, vt respondeam præcepto Chaldeorum.

3 Et vi. bel. *Qui erant cum Godolia ad munitionem loci.*

4 Per. Is. *Quia non præcauebant sibi. Ismael autem, & qui erant cum eo erant occultè armati.*

5 Secun. au. *Hic consequenter ponitur occisio hominum venientium ad Godoliam deuotè cum dicitur:*

6 Vene. vi. &c. rasi. bar. *Dicit Ra. Sa. quod isti ibant in Ierusalem ad offerendum munera in templo: quia quando recesserunt de domibus suis nesciebant templum esse combustum, sed in via audierunt: & tunc in signum tristitiæ fecerunt barbas suas radi, & vestes inciderunt secundum modum Iudæorum in afflictione existentium. Sed hoc non videtur verum, quia templum fuit combustum quinto mense decima die mensis, vt habetur infra. 52. viri autem isti venerunt mense septimo, vt patet ex principio huius ca. & sic ab incendio templi & ciuitatis vsque ad aduentum eorum fluxerunt duo menses vel circiter. Quod autem factum sic notabile tamdiu nesciretur in locis vnde venerunt, non habet aliquam apparentiam veritatis, quia Samaria quæ plus distabat à Ierusalem non distabat nisi per 28. milliaria quæ faciunt tantum 14. leucas & Sichem per 12. milliaria vt dicitur in descriptione terræ sanctæ. Propter quod dicendum quod Godolias, post destructionem templi, ædificauit in Masphat altare domini, quia tempore Samuelis fuit ibi arca domini & altare per aliquod tempus, vt dictum fuit j. Regum vij. & ad illum locum ex deuotione veniebant isti viri, rasis tamen barbis & scissis vestibus in signum tristitiæ pro templi destructione, vt offerrent in domo domini: sic enim nominatur locus ille ratione altaris, & quia erat statutus locus orationis.*

Quo ibant viri de Sichem, &c. vt offerrēt.

Altare in Masphat à Godolia extructum.

7 Egressus ergo Ismael. *Vt eos deciperet: videbat enim eos de alto loco venientes.*

8 Incedens & plorans ibat, *In hoc simulans se dolere de morte Godoliæ, vt dicunt aliqui: sed huic contradicere videtur quod subditur.*

9 Dixit ad eos: Venite ad Godoliam. *Scilicet, securè tamquam ad præfectum terræ. Non enim est verisimile, quod loqueretur de cadauere ipsius & aliorum interfectorum, quod magis volebat celare, & ideo cum dicitur:* Incedens & plorans, *hoc est intelligendum quod conformabat se eis in luctu pro destructione templi & ciuitatis, vt magis crederent sibi.*

Nequissimus dolus Ismaelis

10 Qui cum venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos Ismael, &c. *Ibi enim dimiserat homines armatos latenter ad hoc faciendum, & ipse solus vel cum paucis occurrerat illis viris. Cetera patent vsque ibi.*

1 Noli

MORALITER.

† de quo etiam diabolus delectatur & sic Ismael & Godolias simul comedunt & pascuntur, sed cum diabolus trahit ipsum ad peccati consensum vel actum, tunc interficit eum. Per interfectos autem simul cum Godoliā intelliguntur opera boni viri quæ ipso peccante mortificantur: Possunt etiam per istos intelligi illi qui ex lapsu boni viri accipiunt occasionem peccandi.

Diabolus pessimus est conuiua.

5 *Secundo autem, &c.* Sequitur:

6 *Venerunt de Si. &c.* Per Sylo, qui interpretatur auulsio, religionis professio signatur, per quam homo à sæculari conuersatione totaliter auellitur. Per Sichē qui humerus interpretatur obedientia signatur per quam humerus ad portādum onera religionis applicatur. Per Samariam quæ interpretatur custodia, intelligitur obseruantia regularis: & sic per istos octoginta viros vniuersitas religiosorum designatur. Dicuntur autem rasi barba, per quod significatur castitas, eò quod barba signum est virilis sexus: casti verò sunt eunuchi propter regnum cælorum castrati vt dicitur 19. b.

Religiosi.

† *Et scissis vestibus.* Quod est signum mœroris siue luctus. Ad Hebræor. secundo c. *Omnis disciplina in præsenti non est gaudij, sed mœroris.* Et competit religiosis. Hieronymus ad Riparium. *Monachus plangentis habet officium.*

Eorum officium.

† *Et squalentes.* per quod designatur asperitas vitæ, quam religiosi debent deducere.

† *Munera habebant,* Multiplicis bonæ operationis.

† *Et thus.* Deuotæ orationis.

† *Vt offer. in do.* Nam illa fieri debet ad honorem Dei, & non ad gloriam mundi.

6 *Egressus est, &c.* Nam diabolus per Ismaelem signatus aliquando se transfigurat in angelum lucis, vt religiosos decipiat suis fallaciis, dicens:

8 *Veni ad.* Imitando eos malitiosè ad viri perfectioris imitationem, quæ tamen non est imitanda: sicut secunda collatione Moysi abbatis, dicitur quod quidam à diabolo fuit sic deceptus, quod per eius exhortationem voluit immolare filium suum qui secum erat in monasterio, vt perfectioni Abrahæ æquaretur: & sic fecisset, nisi puer fugisset.

Diaboli fallacia in adhortando ad prætensa perfectiora.

† *Interf. e. Is. t.* Diabolus, qui multos interfecit per tales fraudulentias morte culpæ.

a *Decem vi. repe. sunt inter eos, &c. habemus thesaur.* IDEM. Thesaurus enim in agro, spes est in pœnitentia: quæ quia non cernitur, quasi in terra cordis suffocata continetur. Qui ergo thesauros in agro habuere, seruati sunt. Qui enim post incautelæ suæ vitium ad lamentum redeunt nec capti moriuntur. Cum verò antiquus hostis nec in exordio intentionis ferit, nec in itinere actionis intercipit: duriores in fine laqueos tendit, quem tanto nequius obsidet, quanto solum finem remansisse sibi ad decipiendum videt. Hos namque fini suo appositos laqueos videbat propheta cum dicebat. *Ipsi calcaneum meum obseruabunt.* Per calcaneum enim qui finis est corporis, terminus significatur actionis.

Pœnitentia.

Diabolus terminum actionis bonæ violentius aggreditur & periculosius obsidet.

Psal. 55.

a ipse & viri qui erant cum eo. [8] Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui (a ¶ Spem pœnitentiæ scilicet.) dixerunt ad Ismael: Noli occidere nos, quia habemus thesaurum in agro frumenti & hordei & olei & mellis. Et cessauit, & non interfecit eos cum fratribus suis. [9] Lacus autem in quem proiecerat Ismael omnia cadauera virorum quos percussit propter Godoliam: ipse est quem fecit Rex Asa pro(a ¶ Quoscumque diabolus dolosè interficit præcipitat in lacum sulphuris & ignis æterni.)pter Basaa regem Israel. Ipsum repleuit Ismael filius Nathaniæ occisis. [10] Et (a ¶ Peccatis ligatas. b ¶ Fideles, scilicet in contemplatione vel meditatione legis manentes, vel in specula virtutum.) captiuas duxit Ismael omnes reliquias populi qui erant in Masphat, fi(a ¶ Animas. b ¶ Æterni.)lias regis, & vniuersum populum qui remanserat in Masphat; quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ Godoliæ filio Aichan. Et cepit (a ¶ Qui interpretatur populus mœroris, captiuos enim socios fecit perditionis damnatorum in æterno mœrore consistentium. ¶ Dei gratia.) eos Ismael filius Nathaniæ: & abiit, vt transiret ad filios Ammon. [11] Audiuit (a ¶ Doctores scilicet sancti Dei gratia & misericordia confortati: qui contra spirituales nequitias pugnando captiuos ad ecclesiam reducunt.) autem Ioannan filius Careæ & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismael filius Nathaniæ [12] & assumptis vniuersis viris profecti sunt vt bellarent aduersum Ismaelem filium Nathaniæ, & inuenerunt eum ad aquas multas quæ sunt in Gabaon. [13] Cumque vidisset omnis populus, qui erat cum Ismael, Ioannan filium Careæ, & vniuersos principes bellatorum, qui erant cum eo lætati sunt. [14] Et reuersus est omnis (a ¶ q.d. ad principem.) populus quem ceperat Ismael in Masphat, reuersusque abiit ad Ioannan fi(¶ Resistite diabolo, & fugiet à vobis.)lium Careæ. [15] Ismael autẽ filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Ioannan, & abiit ad filios Ammon. [16] Tulit ergo Ioannan filius Careæ, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, vniuersas reliquias vulgi quas reduxerat ab Ismaele filio Nathaniæ de Masphat, postquam percussit Godoliam filium Aicham, fortes viros ad præliũ, & mulieres & pueros & Eunuchos quos reduxerat de Gabaon: [17] & abierunt & sederunt peregrinantes in Chanaan quæ est iuxta Bethleem, vt pergerent & introirent Ægyptum à facie Chaldæorũ. [18] Timebant enim eos quia percusserat Ismael filius Nathaniæ Godoliã filium Aichã, quem præposuerat Rex Babylonis in terra Iuda.

b *Tulit ergo Ioannan filius Careæ & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, vniuersas reli. &c.* Hanc fugam reliquiarum & transitum contra verbum domini in Ægyptum quem Ieremias longa narratione hic retexuit, longè ante Isaias prædixit, centum scilicet quinquaginta annis, qui fuerunt inter Isaiam & Ieremiam dicens: *Væ filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me, &c.*

Ista reliquiarum Iuda fuga in Ægyptum diu ante ab Isaia prædicta.

Isaiæ 30.d.

Cap.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Noli occidere nos, quia habemus thesaurum in agro frum. &c. *Q.d. tibi erit necessarius, & inuenire non poteris, nisi indicauerimus.*

2 Lacus autem in quem proie. Isma. omnia cada. &c. *Ipse est quem fecit Asa rex propter Baasa, sicut habetur, 3. Reg. 15. Baasa rex Israel cœpit ædificare Rama, vt nullus posset egredi securè de regno Iuda, propter quod Asa misit munera regi Syriæ vt inuaderet regem Baasa quod & fecit propter quod Baasa fuit compulsus dimittere ædificia Rama, & tunc Asa conuocato toto populo suo ex lapidibus & lignis dicti ædificij fecit fortalitia ad muniendum se de Baasa: & tunc etiam fecit istum lacum ad locum Masphat fortificandum.*

Lacus factus ab Asa.

3 Et captiu. du. &c. *Hoc videtur contradicere ei quod supra dictum est, quod interfecerat iam ante omnes qui erant cum Godolia in Masphat, propter quod dicendum, quod ibi per Masphat intelligitur illud fortalicium præcisè vbi erat Godolias filius Aicham: hic autem territorium quod erat circa illud fortalicium vbi manebant aliqui Iudæi qui non fuerunt cum Godolia interfecti. Cætera patent.*

4 Audiuit autem. *Hic consequenter describitur ipsius Ismaelis insecutio. Et patet littera vsque ibi:*

5 Et inuenerunt eum ad aquas multas quæ sunt in Gabaon. &c. *Licet Gabaon sit in monte in quo non sunt aquæ in abundantia, tamen desubtus erat vallis magna in qua erant istæ aquæ.*

6 Cumque vi. omnis populus. *Lætati sunt pro sua liberatione de manibus Ismaelis ipso fugiente secundum quod dicitur postea.*

7 Fugit cum octo viris. *Duo enim de decem principalibus quos secum adduxerat, fuerant interfecti.*

8 Tulit ergo. *Hic consequenter ponitur populi trepidatio. Et primò iste timor describitur, secundò Ieremiæ consilium quæritur, quia timor consiliatiuos facit, vt dicit Philosoph. 2. Rhetorica. Secunda pars incipit in principio sequentis capituli. Circa primum sciẽdum, quod ideo timuit populus remanere in terra Iuda, ne propter interfectionem Godoliæ qui tenebat ibi locum regis Babylonis, venirent Chaldæi & interficerent totum populum residuum, imponentes ei Godoliæ homicidium. Et patet littera paucis exceptis.*

Diuisio.

Trepidatio populi.

9 Quas reduxerat, &c. *Et hic est punctus. Et quod sequitur,*

10 De Masphat. *Non significat locum vnde Ioannan eas reduxit, quia non reduxit eas Masphat, sed de Gabaon, vt dictũ est, & ideo ly de Masphat, significat locum vnde erant illæ reliquiæ, quia erant de territorio Masphat, vt prædictum est.*

11 Quos reduxerat, *Scilicet Ioannan filius Careæ & socij eius.*

12 Vt perge. & intro. Ægypt. *Rex enim Aegypti erat aduersarius regis Babylonis, & ideo credebant ibi esse securi.*

Cap.

MORALITER.

1 *Decem aut &c.* Per illos decem viros, qui euaserunt mortem, eo quod habebant thesaurum in agro, signantur religiosi litterati & discreti thesaurum sacræ scripturæ habentes: & sic non credunt omni spiritui, sed probant spiritus vtrum ex Deo sint, secundum consilium beati Io. 1. canonica c. 4.

Religiosi litterati.

4 *Aud. aut.* Per illum autem & alios bellatores secum existentes, signatur bonus doctor, vel prælatus & eorum discipuli boni, qui audito animarum damno per dæmonem procurato vadãt ad bellandum contra eum & suos satellites gladio feruidæ prædicationis & sagitta deuotæ orationis, de qua dici potest illud 4. Reg. 13. c. *Sagitta salutis domini contra Syriam,* id est, contra dæmonis superbiam, nam Syri sublimes interpretantur. Et de diabolo dicitur Iob. 41. d. *Omne sublime videt, ipse est rex super omnes filios superbiæ.*

Prædicatores bonus qui bellum inferunt contra dæmonem.

ADDI-

A

ADDITIO I.

In ca. 41. *Vbi dicitur in postilla: Propter quod dicendum, quod Godolias, &c.*

Quòd Godolias post destructionem templi ædificasset in Masphat altare domini, nullo modo videtur dicendum: Tum quia de tali ædificatione nulla fit hic mentio, nec in 4. Reg. nec in 2. Para. Tum quia post ædificationem templi prohibitum erat sacrificare seu ædificare altare nisi in loco templi, (vt habetur Deut. 16. cap. & in aliis locis) & ideo dicendum quod hoc quod dicitur hic vt offerrent in domo domini, *intelligitur de domo domini in Ierosolyma: qualiter scirent eam iam destructam, erat tamen apud eos celebris & veneranda, sicut domus domini, prout etiam hodie ad illum locum peregrinantur, & libenter ibi offerrent si permitterentur à Saracenis.*

Domus Domini ad quã hic Iudæi dicuntur venire vt offerrent erat ruina templi prioris.

REP. In ca. 41. *Ponit postill. Godoliam in Masphat ædificasse altare, vbi templo combusto ipse & alij obtulerunt suas deuotiones. Burgen. dicit hoc nullo modo dicendum, vtens argumento sibi & VViclef familiari, quia inquit in scripturis non fit mentio. Secundò arguit ex Deut. vbi post ædificationem templi prohibetur sacrificari in alio loco præterquam Ierosolymis. Hic videtur dicendum, quòd non oportet eumdem modum viuendi seruare tempore pacis & persecutionis. Tempore enim pacis dictum est apostolis.* Nihil tuleritis in via, *tempore persecutionis dispensatiuè, vt dictum est.* Sed nunc qui habet tunicam tollat simul & pallium. *Ita tempore pacis non licebat extra templum altare constituere, tempore transmigrationis potuit licere, non ad sacrificandum in illo sed pro deuotione offerenda. Nec oportuit de huiusmodi opere indifferenti in scriptura multam fieri mentionem. Per hoc patet ad motiua Burgen. Circa residuum huius libri nihil facit Burgen. pertractione dignum. Et circa librum Threnorum Burg. commendat dominum & fratrem Aureoli contra postil. tamen nihil tangit in singulari.*

D

Godoliam ædificasse altare in Masphat ad oblationes non ad sacrificia.

CAP. XLII.

CAP. XLII.

a *Cadat oratio.* † THEODORETVS. Rectè quidem supplicant, cupiẽtes discere quid agendum sit: sed more suo non credunt, & legibus diuinis contradicunt. Attamen propheta se supplicaturum promittit, at illos iussit non adhibituros animũ.

b *Voci domini.* † IDEM. Verba quidem pietatis plena: sed verbis non consonant opera. Non enim propheta responsum accepit, nisi certis diebus transactis, responsionis autem dilationem existimo cessisse in vtilitatem postulantium, vt cognoscerent Deum vix suscepisse prophetæ supplicationem.

Consulunt Iudæi Dominum nec consilio parent.

* 21. a. sup. 37. a.

ET [1] accesserunt omnes principes bellatorum, & Ioannan filius Chareæ & Iezonias filius Oziæ, & reliquum vulgus à paruo vsque ad magnum, [2] dixerũtque ad Ieremiam prophetam. a * Cadat oratio nostra in conspectu tuo, & ora pro nobis ad dominum Deum tuum pro vniuersis reliquiis istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur: [3] & annuntiet nobis dominus Deus tuus viam per quam pergamus, & verbum quod faciamus. [4] Dixit autem ad eos Ieremias propheta: Audiui. Ecce ego oro ad dominum Deum vestrum secundum verba vestra, omne verbum quodcumque responderit mihi indicabo vobis, nec celabo vos quidquã [5] & illi dixerunt ad Ieremiam: Sit dominus inter nos testis veritatis, & fidei si non iuxta omne verbum in quo miserit dñs Deus tuus ad nos sic faciemus, [6] siue bonũ est siue malum. b Voci domini Dei nostri ad quẽ mittimus te, obediemus, vt bene sit nobis cum audierimus vocẽ domini Dei nostri. [7] Cũ autem cõpleti essent decẽ dies, factum est verbũ domini ad Ieremiam. [8] Vocauitq; Ioannan filiũ Chareæ & omnes principes bellatorũ qui erant cum eo, & vniuersum populũ à minimo vsque ad maximum, [9] & dixit ad eos: Hæc dicit dominus Deus Israel ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius. [10] Si quiescentes manseritis in terra hac ædificabo vos, & non destruam: plantabo, & non euellam. [11] Iam enim placatus sum super malo quod feci vobis. [11] Nolite timere à facie regis Babylo-

E

F

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XLII.

☞ 1 ET accesserunt. *Licet populus vellet in Aegyptum fugere, tamen prius voluerunt consilium Ieremiæ quærere. Propter quod diuiditur in duas partes, quia primò ponitur populi petitio, secundò Ieremiæ responsio, ibi,* Dixit autem. *Sententia primæ partis patet vsque ibi,*

Diuisio.

2 Cadat orat. *Id est humiliter te deprecamur, vsque ad pedum oscula.*

3 Et ora pro nobis, &c. *Et patet littera.*

Diuisio.

4 Dixit autem, &c. *Hic consequenter ponitur Ieremiæ responsio. Et diuiditur in duas partes, quia primò quærit eorum assensum, secundò explicat eis domini responsum ibi:* Cum autem completi essent. *Quæsiuit autem Ieremias assensum populi, vt faceret promptè & sine rebellione aliqua domini responsum sibi fiendum: quia minus malum est consilium domini non quærere quam quæsitum & datum respuere: propter quod dicit saluator Luc. 12. f.* Seruus qui sciuit voluntatem domini sui & non fecit, vapulabit multis, *& populus non solum assensit, sed assensum iuramento firmauit dicens:*

Minus malum est cõsilium non quærere quam quæsitum & datum respuere.

5 Sit do. *Iurare enim est Deum testem inuocare.*

6 Si non iux. *Subintelligitur, puniat nos secundum seueritatem suæ iustitiæ, si non sic fecerimus.*

7 Siue bo. *Id est, prosperum,*

8 Siue ma. *Id est, asperum: ita q[illegible] non accipitur hic pro malo culpæ, sed pœna: sicut medicina amara suscipienda est propter sanitatem inde consequentem.*

9 Cum autem completi. *Hic consequenter Ieremias explicat diuinum responsum sibi factum. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur huius responsi explicatio, secundo eius refutatio cap. se. Circa primum sciendum, quod responsum domini stat in hoc, quòd primò promittitur eis bonum si in terra Iuda remanserint, secundò prædicitur malum si exierint, ibi:* Si autem dixeritis. *Circa primum præmittitur tempus diuini responsi, cum dicitur,* Cum autem, &c. *Sic etiam in Hebræo, & ideo aliqui libri male habent: Septem, ex hoc patet, quod Ieremias quærendo diuinum responsum orauit decem diebus, quia audita petitione populi respondit supra.* Ecce ego oro, &c. *q. d. ex nunc incipiam orare pro vobis. Cetera patent vsque ibi,*

Diuisio.

10 Vt prosternerem preces vestras. *Id est, preces meas pro vobis. Cetera patent vsque ibi,*

11 Iam enim placatus sum super malo, &c. *Loquitur Deus de seipso ad modum hominis irati, qui quando vindictam intulit, placatur. Cetera patent in littera.*

7 Siue ☞ 1 Si

MORALITER.

† 1 *Et accesserunt omnes principes, &c.* Per illos qui rogauerunt Ieremiam vt consuleret pro eis dominum, promittentes quod facerent secundum eius consilium, & tamen non fecerunt, sed eius contrarium, imponentes ei falsitatem, sicut patet in textu, signantur illi qui accedunt ad bonum confessorem & discretum, vel ad consiliarium bonum pro salute animæ suæ, & tamen eius audito consilio eis displicenti retrocedunt, imponentes confessori vel consiliario ignorantiam vel affectionem peruersam, vel aliam huiusmodi falsam excusationem.

De eis qui à patre spirituali consilium petiũt.

nec tamen datum exequuntur.

Babylonis, quem vos pauidi formidatis. Nolite metuere eum, dicit dominus, quia vobiscũ sum ego, vt saluos vos faciam, & eruam de manu eius: [12] & dabo vobis misericordias & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra vestra. [13] Si autem dixeritis vos, non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem domini Dei nostri dicentes. [14] Nequaquã sed ad terrã Aegypti pergemus, vbi non videbimus bellum, & clangorẽ tubę non audiemus & famem non sustinebimus, & ibi habitabimus, [15] propter hoc nunc audite verbũ domini reliquiæ Iuda. Hæc dicit dominus exercituum Deus Israel. Si posueritis faciem vestrã, vt ingrediamini Aegyptũ, & intraueritis, vt ibi habitetis: [16] gladius quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in terra Aegypti, & fames pro qua estis solliciti, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini. [17] Omnesq; viri qui posuerint faciem suã, vt ingrediantur Aegyptũ, vt habitent ibi, morientur gladio & fame & peste. Nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego afferã super eos, [18] quia hæc dicit dominus exercituũ Deus Israel. Sicut conflatus est furor meus & indignatio mea super habitatores Ierusalẽ, sic conflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis Aegyptũ, & eritis in iusiurandũ, & in stuporẽ, & in maledictũ, & in opprobrium, & nequaquã vltrà videbitis locum istum. [19] Verbũ domini super vos reliquiæ Iudæ: Nolite intrare Aegyptũ. Sciẽtes scietis, quia obtestatus sũ vobis hodie, quia decepistis animas vestras. [20] Vos enim misistis me ad dominũ Deũ vestrũ, dicentes: Ora pro nobis ad dominũ Deum nostrũ, & iuxta omnia quæcũque dixerit tibi dominus Deus noster, sic annuntia nobis, & faciemus. [21] Et annuntiaui vobis hodie, & non audistis vocẽ domini Dei vestri super vniuersis pro quibus misit me ad vos. [22] Nunc ergo scientes, scietis, quia gladio & fame & peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare, vt habitaretis ibi.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si autem dixeritis vos, non habitabimus. *Hic consequenter ponitur comminatio mali, si recesserint, & primò ponitur hæc comminatio, secundo adducitur ad idem ratio, ibi,* Vos enim. *Sententia primæ partis patet vsque ibi,*

2 Vbi non vid. &c. *Quia Aegyptus est terra pacifica & secura.*

3 Et clangorem tubæ, &c. *Qui fit ad excitandum homines ad arma.*

4 Et famem non sustinebimus, *Quia terra est fertilis. Et subditur postea comminatio pœnæ in contrarium, cum dicitur.*

5 Gladius quem vos formidatis, *Scilicet, regis Babylonis,*

6 Ibi compr. vos. *Quia postea quasi per quinque annos vel circiter rex Babylonis vastauit Aegyptum, & sibi subiugauit, ideo subditur.*

7 Et fames pro qua estis solliciti, adhærebit vobis, *Vastatis bonis Aegypti.*

8 Omnesque viri qui posuerint faciem suam. *Id est, firmiter posuerint se ad ingrediendum Aegyptum.*

9 Sicut conflatus est furor meus, *Id est, totaliter positus,*

10 Super habitatores Ierusalem. *Sic conflabitur indignatio mea super vos in Aegypto.*

11 Et eritis in iusiurandum. *Scilicet execrationis, dicendo: Ita male contingat mihi sicut Iudæis ingredientibus Aegyptum, si non fecero hoc vel illud.*

12 Et in stuporem. *Præ magnitudine mali nobis futuri.*

13 Et in maledictum. *Ita quòd aliquis maledicens alicui ponet vos in exemplo dicendo: Maledicat tibi Deus sicut illis Iudæis. Cetera patent.*

14 Vos enim misistis me ad dominum. *Hic consequenter adducitur ratio ad prædicta, quæ assumitur ex hoc, quod rogauerant Ieremiam de quærenda domini voluntate, promittentes & astringentes se iuramento verbum domini simpliciter facere, vt patet ex supradictis, & ideo grauius erat retrocedere, quam si non petiuissent, & se taliter astrinxissent. Et ex istis patet sententia.*

CAP. XLIII.

[1] Factum est autem cum cõplesset Ieremias loquens ad populum vniuersos sermones domini Dei eorum pro quibus miserat eum dominus Deus eorum ad illos, omnia verba hæc [2] dicit Azarias filius Osiæ & Ioannan filius Chareæ, & omnes viri superbi dicentes ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris. Non misit te dominus Deus noster, dicens: Ne ingrediamini Aegyptũ, vt habitetis illic, [3] sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldęorũ, vt interficiãt nos, & traduci faciat in Babylonẽ. [4] Et non audiuit Ioannan filius Chareæ, & omnes principes bellatorum, & vniuersus populus vocem domini, vt manerent in terra Iuda: [5] sed tollens Ioannan filius Chareæ,

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XLIII.

1 Factum est. *Postquam posita est diuini responsi explicatio, Hic consequenter ponitur eiusdem refutatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò hæc refutatio ponitur, & secundò pœna sequens subiungitur, ibi:* Et factus est. *Prima pars patet vsque ibi.*

Diuisio.

2 Omnes viri superbi. *Quia rebellabant verbo domini.*

3 Sed Baruch filius Neriæ incitat te. *Ieremias enim erat magnæ famæ & auctoritatis, & ideo dictum Ieremiæ quod dicebant falsum, retorquebant in malitiam Baruch qui tamen erat innocens. Cetera patent vsque ibi.*

1 Et

MORALITER.

† 1 *Factum est autem, &c.* Sequitur. *Sed tollens Ioan. &c.* Per illos qui non acquieuerunt verbo domini ex ore Ieremiæ: sed contrarium facientes recesserunt de Iudæa, quæ confessio vel laudatio interpretatur, & conuenit statui gratiæ, & ingressi sunt Ægyptum, quæ tenebra interpretatur propter quod conuenit statui culpæ, signantur illi qui cadunt à gratia in culpam Diabolo suggerente. Per hoc quòd Ioannan & alij principes duxerunt secum in Ægyptum alios omnes viros & mulieres quoscumque potuerunt inuenire, signatur quòd peccatores obstinati secum trahunt alios quantum possunt ad tenebras peccati, sicut è contrario homines boni student secum trahere alios ad opera meriti. Psal. 17. *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.*

De prolapsis in peccatum mortale, qui alios ad idem pertrahunt.

† Sume

...reæ, & vniuersi principes bellatorum vni... reliquiarum Iuda, & qui reuersi fue... de cunctis gentibus ad quas fuerant an... spersi, vt habitarent in terra Iuda,* [6] viros ...ulieres & paruulos & filias regis, & omnẽ ...ã quam reliquerat Nabuzardan princeps ...tiæ cum Godolia filio Aichan filij Saphan, ...tulit Ieremiam prophetam & Baruch filium ...riæ,[7] & ingressi sunt in terram Ægypti, quia ...n obedierunt voci domini. Et venerunt vs... ...ad *Daphnis.[8] Et factus est sermo domini ...Ieremiã in Daphnis, dicẽs:[9] Sumẽ in manu ...ua lapides grandes, & abscõde eos in crypta quæ est sub muro latericio in porta domus Pharaonis in Thannis, cernẽtibus viris Iudæis [10] & dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum Deus Israel. Ecce ego mittam & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & ponam thronum eius super lapides istos, quos abscondi, & statuet solium suum super eos. [11] Veniensque percutiet terram Ægypti, quos in morte in mortem, & quos in captiuitate in captiuitatem: & quos in gladio in gladium. [12] Et succendet ignem in delubris Deorum Ægypti: & comburet ea, & captiuos ducet illos, & amicietur terra Ægypti sicut amicitur pastor pallio suo, & egredietur inde in pace. [13] Et conteret statuas domus solis quæ sunt in terra Ægypti, & delubra Deorum Ægypti comburet igni.

*Sep. 4... *Taphnis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et tulit Ieremiam prophetam & Baruch. *Isti enim non ibant voluntariè, sed coacti à principibus bellatorum & populo.*
2 Et venerunt vsque ad Daphnis. *Nomen est ciuitatis famosa in Aegypto.*
3 Et factus est. *Hic consequenter pœna debita subiungitur, & primo propter peccatum inobedientiæ, secundo propter peccatum idololatriæ ca. se. Primum ostenditur sensibili signo cum dicitur,*
4 Sume. &c. sub muro lateri. &c. *In Hebræo habetur,* In luto latericio. *Id est, in luto disposito ad faciendum inde lateres.*
5 Cernentibus viris Iudæis, *Vt cùm completum fuerit sint memores quod prædictum est eis.*
6 Ecce ego mittam & assumam Nabuchodonosor. *Instigando eum ad veniendum contra Aegyptum.*
7 Seruum meum. *Hoc dicitur, quia erat executor diuinæ iustitiæ.*
8 Et ponam thronum eius super lapides istos. *Id est, super locum vbi sunt lapides isti, vel prope: quia frequenter in Hebræo ponitur, super pro iuxta: Sicut dicitur communi sermone quod Rothomagus est super Sequanam. Dicunt autem aliqui expositores catholici, quod Iudæi contra Ieremiam concitati propter verba ista cum illis lapidibus interfecerunt eum: & in hoc sequuntur Epiphanium qui hoc & plura alia dixit de Ieremia, sed hoc non habetur ex textu, nec ex Iosepho. Rab. Salo. etiam sentit contrarium, vt videbitur capitulo sequenti.*
9 Quos in mor. &c. *Quia aliquos interficiet & aliquos captiuabit.*
10 Et succendet ignem in delubris. *Id est, in templis. Et dicuntur delubra à deleo. les, quia ibi delentur peccata secundum errorem Gentilium.*
11 Et captiuos du. *Id est, Aegyptios.*
12 Et amicietur. *Id est, inuoluetur.*
13 Terra Ægypti. *Multitudine exercitus regis Babylonis, ita quòd non poterit resistere. In Hebræo habetur.* Et amiciet terram Ægypti. *id est, inuoluet.*
14 Sicut amicitur. *Id est, inuoluitur.*
15 Pastor pallio suo & egredietur inde, &c. *Pastor enim transferens gregem de vno loco ad alium, inuoluit pallium suum, & portat super humerum: & per hoc designatur quod rex deprædabitur bona Aegypti, portans ea ad terram suam, ideo subditur.*
16 Et egredietur. *Id est, sicut victor cui non potest resisti.*
17 Et conteret sta. domus solis. *Id est, templum in quo colebatur sol, quod erat in ciuitate Heliopoleos, Gen. 41. sic nominata ab Helios quod est sol, & polis ciuitas: & de ea dicitur Isa. 19. c.* Et ciuitas solis vocabitur vna.

Ieremias lapidatus. Delubra. Aegyptus vastata à Chaldæis.

MORALITER.

† 4 *Sume in manu tua lapides gran. &c.* Per illos lapides absconditos in crypta signantur peccatores obdurati in culpa, ideo rex Babylonis, id est, Diabolus super eos solium suum collocat, nam in talibus regnat, & sicut sunt ei subiecti in culpa, sic ei subiiciuntur in pœna.

Obduratio in peccatis.

CAP. XLIV.

a Verbũ. † Theodoretus. a Ceterum perhumanus Dominus Iudæos etiam nihilominus laborantes incredulitate, rursum adhortatur, vtens ministerio prophetæ primum repetit calamitates quibus afflicta est Iudæa, propter iniquitatem incolarum. Deinde cõquer itur de illis ipsis vt qui similia perpetrent,

Dei clementia ineffabilis.

CAPVT XLIV.

Verbum quod factum est ad Ieremiam & ad omnes Iudæos qui habitabant in terra Aegypti habitantes in Magdalo, & in Taphnis & in Memphis & in terra Phatures dicens: [2] Hæc dicit dominus exercituum Deus Israel: Vos vidistis omne malũ

a ¶ Vrbs est Aegypti vltra mare rubrum. ¶ Vrbs est in Aegypto. ¶ Regio Aegypti.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XLIV.

1 Verbum. *Hic consequenter ponitur comminatio pœnæ pro peccato idololatriæ. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur dicta comminatio, secundò populi obstinatio, ibi:* Responderunt. *Prima adhuc in duas, quia primò arguitur culpa, secundò subditur pœna, ibi:* Ideo hæc. *Circa primum ponitur locus, cum dicitur:*
2 Habi. *Nomina sunt villarum in quibus habitabant Iudæi, qui transfugerant in Aegyptum, vt dictum est, cap. præce.*
3 Vos. *Quasi dicat ex eo quòd vidistis sensibiliter pœnam quam intuli Ierusalem & terræ Iuda propter peccatum idololatriæ, deberetis esse correcti.*

Diuisio.

MORALITER.

1 *Verb. quod factum est in Magda.* Quæ interpretatur iniquitatis magnitudo, ideo per eam superbia signatur quæ concurrit in omni peccato.
† *Et in Taphnis.* Quæ interpretatur mandans humilia, propter quod auaritiam signat, quæ magnitudinem status non quærit sed paruitatem, vt de pecuniis faciat magnum aceruum.
† *Et in Memph.* Quæ ex ore interpretatur, propter hoc per eam gula signatur.
† *Et in ter. Phat.* Quæ decepti conculcatio interpretatur, ideo per eam luxuria designatur. Eccl. 9. c. *Mulier fornicaria quasi stercus in via conculcabitur.* Igitur habitantes in Magdalo, sunt inaniter gloriosi, in Taphnis verò cupidi & auari: in Memphis autem gloriosi, & in terra Phatures luxuriosi: & de istis dicitur infrà in eorum persona.

Superbia. Auaritia. Amos 9. b. Gula. Luxuria.

istud quod adduxi super Ierusalem & super omnes vrbes Iuda, & ecce sunt desertæ hodie & non est in eis habitator [5] propter malitiam quam fecerunt vt me ad iracundiam prouocarent & irent, & sacrificarent, & colerent deos alienos, quos nesciebant, & illi & vos & patres vestri. [4] Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas, de nocte consurgens mittensque & dicens: Nolite facere verbum abominationis huiuscemodi quam audiui. [5] Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam vt conuerterentur à malis suis, & non sacrificarent diis alienis. [6] Et conflata est indignatio mea & furor meus, & succensa est in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalem & versæ sunt in solitudinem & vastitatem secundum diem hanc: [7] Et nunc hæc dicit dominus exercituum Deus Israel. Quare vos fecistis malum hoc grande contra animas vestras, vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactens de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quidquam residuum, [8] prouocantes me in operibus manuum vestrarum sacrificando diis alienis in terra Ægypti, in quam ingressi estis vt habitetis ibi: & dispereatis & sitis in maledictionem & in opprobrium cunctis gentibus terræ? [9] Numquid obliti estis mala patrum vestrorum & mala regum Iuda, & mala vxorum eorum, & mala vestra & mala vxorum vestrarum, quæ fecerunt in terra Iuda, & in regionibus Ierusalem? [10] Non sunt mundati vsque ad diem hanc: & non timuerunt & non ambulauerunt in lege domini in præceptis meis quæ dedi coram vobis & coram patribus vestris. [11] Ideo hæc dicit dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum, & disperdam omnem Iudam, [12] & assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas vt ingrederentur terram Ægypti & habitarent ibi, & consumentur omnes in terra Ægypti, & cadent in gladio & in fame, et consumentur à minimo vsque ad maximum in gladio et fame morientur, et erunt in iusiurandum, et in miraculum, et in maledictionem, et in opprobrium. [13] Et visitabo super habitatores terræ Aegypti, sicut visitaui super Ierusalem in gladio et fame et peste, [14] et non erit qui effugiat, et sit residuus de reliquiis Iudæorum qui vadunt vt peregrinentur in terra Aegypti, et reuertantur in terram Iuda, ad quam ipsi eleuant animas suas, vt reuertantur et habitent ibi. Non reuertentur illic nisi qui fugerint. [15] Responderunt autem Ieremiæ omnes viri scientes, quòd sacrificarent vxores eorum diis alienis, et vniuersæ mulieres quarum stabat multitudo grandis, et omnis populus habitantium in terra Ægypti, in Phatures dicentes: [16] Sermonem quem locutus es ad nos in nomine domini non audiemus ex te, [17] sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos

(Interlinear: Clementiam domini ostendit & vigilantiam ac strenuitatem prophetarum. — Lunæ aut Iunoni, aut Berecinthiæ, quæ Saturni vxor & mater deorum dicitur.)

Atrent, & prouocent iram diuinam.

a *Quare vos fecistis, &c.* † IDEM. Reuocat illis in mentem, vtpote recenté habentibus memoriam, & mala quæ cõmissa sunt à patribus eorum, & regibus nec nõ à magnatibus & illatas illis propterea quaslibet afflictiones. Et his subiicit comminationem, seipsum vocãs Dominũ exercituum, & Deum Israel: vt cum potẽtiæ magnitudinem audierint, & curam quam de maioribus habuit, intellexerint, conuertãtur & timeant.

(Margin: Hortatur Deus Iudæos exemplis patrum ad obedientiã & Dei timorem.)

b *Ecce constituo vultum meum contra vos. Septuaginta.* † IDEM. Indignantium proprium est toruè intueri, fixum tamen habere oculũ & diutius eos inspicere, qui lacessunt. Ab humano igitur more format comminationem.

(Margin: Indignantis habitus.)

c *Responderunt.* Stulta responsio. Confitentur eum loqui in nomine domini, & non acquiescunt sed sequuntur prauitatis suæ consilium. Mysticè. Omnes hæretici in Aegypto huius mundi, id est, in tenebris erroris constituti, sacrificia non Deo vero, sed dæmonibus offerunt, cum figmenta & praua dogmata ad decipiẽdos homines & fidem subuertendam scribunt. Ideo venient super eos mala, & erunt in desolationem & in stuporem.

(Margin: Hæretici diabolo sacrificant.)

d *Reginæ cæli.* † THEODORETVS. Reginam cæli vocant venerem. Nam & Græci nũcupant eam οὐρανίαν, id est, cælestem.

(Margin: Per reginã cæli intelligitur venus.)

a *Pla-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et misi ad vos, &c. *Id est, misi ad vos plures nuntios frequenter & sollicite ad retrahendum vos de idololatria. Cetera patent vsque ibi:*

2 Secun.di. *Id est, vsque ad hanc diem apparet manifestè vindicta quam intuli. Cetera patent vsque ibi:*

3 Numquid ob. *Quasi dicat, Bene deberetis esse memores de pœna quam eis intuli, vt sic in peccatis eos non imitaremini.*

4 Non sunt mun. *Quia macula remanet in vobis, qui estis earum filij imitantes eos in malo.*

5 Ideo hæc. *Hic ponitur comminatio pœnæ. Et patet littera vsque ibi:*

6 Qui po. *Se ad hoc confirmando & alios inducendo.*

7 Et con. *Quia aliqui tamen euaserunt inde qui non iuerant voluntariè, sed magis ab aliis tracti, vt videbitur postea.*

8 Ad quam. *Sperantes reuerti, aliquando in terram Iuda.*

9 Non re. *In Hebræo habetur.* Nisi euadentes. *Et dicit hic Ra. Sa. quòd isti sunt Ieremias & Baruch, qui in destructione Ierusalem habuerunt regem Babylonis propitium, vt dictum est suprà 37. & 38. & similiter quando destruxit Aegyptum inueniens Ieremiam ibi & Baruch, fuit eis propitius dimittens eos redire pacificè in Iudæam, probabile tamen est quod cum eis redierint aliqui alij de Iudæis. Ex hoc patet quod dixi in cap. præce. scilicet quod Ra. Sal. negat Ieremiam fuisse lapidatum in Aegypto, quid tamen circa hoc verius sit, iudicio aliorum relinquo.*

(Margin: Nabuchodonosor reduxisse Ieremiam & Baruch ex Aegypto in Iudæam. — Ra. Sal. negat Ieremiã lapidatum fuisse in Aegypto.)

10 Responderunt autem Ieremiæ omnes viri scientes, &c. *Hic consequenter describitur populi obstinatio. Circa quod primo ponitur irrationabilis populi responsio, secundò rationabilis dictæ responsionis confutatio, ibi:* Et dixit: *Sententia primæ partis patet vsque ibi.*

11 Sermonem quem locutus es ad nos, &c. *Q. d. reputamus te falsum dicere.*

12 Sed facientes faciemus. *Absque retinaculo.*

13 Vt sacrificemus reginæ cæli. *Id est, Lunæ.*

Et

MORALITER.

† 13 *Vt sacrificemus reginæ cæli.* Id est, lunæ per quam signatur fortuna, eo quòd est variabilis sicut illa: Vnde dicit quidam: Rota fortunæ variatur imagine lunæ. Crescit decrescit, in † eodem

(Margin: Fortunæ mutabilitas.)

☞ & patres nostri, reges nostri & principes nostri in vrbibus Iuda & in plateis Ierusalem: & a saturati sumus panibus, & bene nobis erat 1 malumq; nō vidimus.[18] Ex eo autē tēpore quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus. [19] Quòd si nos sacrificamus reginæ cæli, & libamus ei libamina, nūquid 2 sine viris nostris faciemus 3 ei placentas ad colendum 4 eam, & libamina ad libādum.[20] Et dixit Ieremias 5 ad omnem populum aduersum viros, & aduersum mulieres & aduersum vniuersam plebem, qui responderant ei verbum dicens:[21] Numquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalem vos & patres vestri, reges vestri & principes vestri, & populus terræ, horum 6 recordatus est dominus, & ascendit super cor eius,[22] & non poterat dominus vltrà portare 7 propter malitiam studiorum vestrorum, & propter abominationes quas fecistis? Et facta est terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictum, eo quod non sit habitator, sicut est dies hæc.[23] Propterea 8 quòd sacrificaueritis idolis, & peccaueritis domino, & non audieritis vocem domini, & in lege & in præceptis & in testimoniis eius non ambulaueritis idcircò euenerunt vobis mala hæc, sicut est dies hæc.[24] Dixit autem Ieremias ad omnem 9 populum & ad vniuersas mulieres: Audite verbum domini omnis Iuda qui estis in terra † Ægypti.[25] Hęc dicit dominus exercituū Deus Israel, dicens: Vos & vxores vestræ locuti estis in ore vestro, & manibus vestris implestis dicētes: Faciamus vota nostra, quæ vouimus, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina. Implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea:[26] ideo audite verbum domini omnis Iuda, qui habitatis in terra Ægypti. 10 * Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait dominus, quia nequaquam vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi dicentis: b Viuit dominus Deus in omni terra Ægypti. 11 [27] Ecce ego vigilabo super eos in malum & non in bonum, & consu-† mentur omnes viri Iuda, qui sunt in terra Ægypti gladio & fame, donec penitus consumantur.[28] Et qui fugerint gladium, reuertentur de terra Ae-12 gypti in terram Iuda viri pauci, & scient omnes reliquiæ Iuda ingredientium in terram Aegypti, vt habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus, an illorum. [29] Et hoc vobis signum, ait dominus, quòd visitem eos super vos in loco isto, vt

a ¶ q. d. Non à Deo, sed à dæmonibus bonorum abundantiam susceperunt.

a *Placentas ad colendum, &c.* † THEODORET. Impium quidē factu, sed dictu verum. in his enim quæ superius exposuimus dixit Deus. *Num vides quid isti agunt? filij eorum colligunt ligna & patres eorum ignem accendunt, & mulieres eorum subigunt farinam a vnde conficiant placentas militiæ cæli.* (Ieremiæ 7.)

b *Viuit dominus, &c.* Contradicit propheta ex sermone domini ne nomen eius vocetur ore Iudæorum in terra Ægypti; quoniam qui contra Dei præceptum illuc pertransierant, protectionem domini ibidem habere non debebant. Mysticè autem nō vocatur nomen domini ore hæreticorum in terra Ægypti: quia nec sermo eorum nec oratio, dum in errore sunt accepta est Deo. *Non enim est pulchra laus in ore peccatoris.* Qui ergo in errore perseuerauerint, peribunt gladio districti iudicij. Qui autem relicto errore de Ægypto in terram Iuda redierint pœnitentes: & deinceps catholicam fidem tenentes, saluabuntur. ☞ Ephrec.

Hæreticorū oratio Deo odibilis. * Gen. 22. Eccl. 15. Damnabuntur hæretici nisi reuertantur ad Ecclesiam Catholicā.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et bene nobis erat, *In hoc falsum dicunt, vt postea ostendetur.*
2 Quod si nos sacrificamus, *Verbum est mulierum post viros suos loquentium.*
3 Numquid sine viris nostris faciemus, &c. *Id est, sine scitu & voluntate eorum.*
4 Faciemus ei placentas. *Quasi dicat. Non, sicut exprimitur in textu precedenti, scientes quòd sacrificarent vxores eorum. In Hebræo habetur sic:* Faciamus ei placentas ad faciendum ei vultum. *Offerebant enim ei panes rotundos in quibus erat impressa effigies lunæ.*
5 Et dixit Ieremias ad omnem, &c. *Hic consequenter ponitur dicta responsionis confutatio, & secundò infertur debita punitio, ibi:* Dixit autem. *Prima pars patet vsque ibi.* (Diuisio.)
6 Horum recordatus est dominus. *Scilicet sacrificiorum quæ patres vestri & vos fecistis in Ierusalem. Dicitur enim iudex iustus recordari de malis impiorum, quando infert debitum supplicium.*
7 Et non poterat dominus, &c. *Id est, mala vestra dissimulare absque punitione.*
8 Sicut est dies hæc. *Id est, ita clarum est hoc, sicut hæc dies, & sic patet confutatio responsionis prædictæ, quia ex sacrificiis idolorum non habuerunt prosperitatem, sed maximam aduersitatem.*
9 Dixit. *Hic consequenter infertur debita punitio, & patet littera vsque ibi.*
10 Ecce ego iuraui in nomine meo magno. *Quia non habuit maiorem se per quem iuraret: ideo iurauit per nomen suum, sicut & Gen. 22. c.* Per memetipsum iuraui dicit dominus, &c. (Per semetipsum iurat Deus.)
11 Ecce ego vigilabo super. *Id est, cito inducam super eos malum pœnæ.*
12 Et scient om. re. *Per pœnæ experientiam, qui habent modo oculos clausos per culpam. Cetera patent.*

☞ 1 CAP.

MORALITER.

† eodem sistere nescit. Omnes autem prædicti in cultu fortunæ sunt occupati, nam ad quærendum bona fortunæ sunt totaliter intenti. Quæ bona sunt excellentiæ mundiales quantum ad superbos, diuitiæ temporales, quantum ad cupidos & auaros, delitiæ carnales, quantum ad gulosos & luxuriosos. Cum istis autem habitabat Ieremias, non tamen communicans operibus eorum malignis, sed magis eos reuocans ab eis, propter quod dixit. inf. (Nimium studium bonorum fortunæ.)
† *Hæc dicit dominus,* Et sequitur,
† *Consumentur omnes viri Iuda.* Per istas pœnas corporales significantur inferni pœnæ multiplices, quas incurrunt prædicti peccatores.

† MORA-

a *Ephree.* † THEODORETVS. Vocat Ephree Pharaonem, vt doceat eum habere hoc nomen proprium, nomen autem Pharaonis significare dignitatem regiam. Quomodo nostros Imperatores appellamus, Tyberius Cæsar, Claudius Cæsar, in quo alterum quidem est nomē proprium: alterum pertinet ad ordinem regium.

Ephree nomen proprium, Pharao nomen dignitatis.

vt sciatis quia verè complebuntur sermones mei contra vos in malum. [30] Hæc dicit dominus: Ecce ego tradam a Pharaonem Ephree regem Aegypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedechiam regem Iuda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius.

ADDITIO

B In capitulo. 44. *Vbi dicitur in postilla:* Vt sacrificemus reginæ cæli. *Vbi nos habemus hoc loco:* Vt sacrificemus reginæ cæli, *in Hebræo habetur.* Operi cælesti seu cælorum, *quod non est intelligendum de luna tantum, sed de constellatione siderum, prout dictum fuit supra cap. 7. in Additione. 2.* E

Regina cæli hic dicitur constellatio siderum.

CAP. XLV.

CAPVT XLV.

[1] VERBVM quod locutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ anno quarto Ioachim filij Iosiæ regis Iuda dicens: [2] Hæc dicit dominus Deus Israel ad te Baruch. [3] Dixisti: Væ misero mihi, quoniam addidit dominus dolorem dolori meo. Laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. [4] Sic dices ad eum: Hæc dicit dominus: Ecce quos ædificaui, ego destruo: & quos plantaui, ego euello, vniuersam terram hanc. [5] Et tu quæris tibi grandia? Noli quærere, quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait dominus:

a *Verbum quod locutus est Ierem. &c.* Rudis adhuc in tolerātia passionum quas experturus erat Baruch, expauit captiuitatis calamitatem quæ tempore Ioachim filij Iosiæ regis Iuda imminebat, vnde conqueritur dolorem additum dolori suo, cui responsum est à domino quia superfluè quærat sibi pacem, cum totus populus laboret sub fasce tribulationum. C Significat autem eos qui in pressura tribulationum vel persecutionum, quibus in præsenti ecclesia grauatur, pusillanimitate titubant, quærentes consolationem, quæ in futuro promittitur. Vnde: *Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.*

Redarguitur mollities in tolerandis duris.

† THEODORETVS. Dominus cōsolatur Baruch, ministrantem prophetæ, & oracula scribentem, cum miseria & molestia viuētem. Hortatur verò vt vocē dolore plenam generoso animo ferat. Si enim, ait, cunctum populum quem eduxi ex F Aegypto, & plantaui in terra ista extirpo nunc & amputo, totque suppliciis afficio, despondes tu animū quod non solus viuas absque solatio? Certè non ita te agere oportet. Ego verò de te sollicitus ero, & dum vlciscar de his, tibi consolationem afferam: & vbicumque degas, prouidentiam meam experiere. Quamobrem docet nos qui ista accepimus, non iniquè ferre, cum molestum quidpiam nobis acciderit.

Promittitur Baruch solatium.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XLV.

Ra. Sa. putat Baruch doluisse sibi propheticum spiritum non dari,

1 VErbum quod locutus est Ieremias. *Hic ponitur quoddam correlarium, & refertur istud factum ad tempus præcedens, cum dicitur,*

2 Anno quarto Ioachim filij Iosiæ. *Et sic patet, quòd istud fuit ante destructionem Ierusalem per 18. annos quia Ioachim regnauit vndecim annis, & anno vndecimo Sedechiæ quarto mense capta fuit Ierusalem, vt dictum est supra. 39.*

3 Hæc dicit dominus Deus Israel. *Hic dicit Ra. Sa. quòd iste Baruch ferebat molestè, quod ipse non erat assecutus spiritum prophetiæ, quia diu seruierat Ieremiæ, sicut Iosue minister Moysi, & Elisæus minister Eliæ consecuti fuerant donum prophetiæ, & sic exponit quod subditur,*

4 Dixisti, *Tu Baruch,*

5 Væ. *Dolebat enim de incarceratione Ieremiæ, quia tunc erat reclusus, vt dictum est supra. 36. & de hoc quod non habebat spiritum prophetiæ.*

6 Laboraui in gemitu meo. *Propter ista duo.*

7 Et requiem non inueni. *Id est, non sum expertus super me requiescere spiritum domini, & subditur reprehensio sui dicti, cum dicitur in persona Dei,*

8 Ecce quos ædifi. ego. de. *Id est, populum meum & templum nomini meo dedicatum destruam de propinquo.*

9 Et tu quęris tibi gran. *Qui vis fieri propheta. Aliqui libri habēt gaudia, & male, quia littera est corrupta per scriptores propter similitudinē litterarum.*

& Deum reprimere prædictum eius dolorem.

10 Noli. *Quasi dicat magister tuus non quæsiuit, sed magis de prophetia se excusauit, vt patet in prin. huius libri.*

11 Quia ec. eg. ad. malum. *Captiuitatis & destructionis.*

12 Super. *Id est, super omnem hominem de Iudæa; tamen quia de illa terra loquitur hic scriptura, & inducitur hoc pro ratione ex qua debeat cessare à sua petitione, quia spiritus prophetiæ datur pro communi vtilitate populi, secundum quod dicitur. 1. Corin. 12. & ideo imminente destructione & captiuitate populi non debet spiritus prophetiæ postulari,*

1 Et

MORALITER.

1 *Verbum.* In hoc cap. reprehenditur Baruch de hoc, quòd minus patienter debito portabat persecutionem Ieremiæ, & suam, maximè quia de propinquo imminebat persecutio communis populi qui partim erat occidendus per exercitum regis Babylonis, & partim captiuādus. Per hoc autē docentur innocentes, patienter tolerare, & etiam iustè proprias anxietates quando imminet persecutio communis populi, cuius sunt pars.

Docet tolerantiam.

† MORA-

A & dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus † Quia tu non periclitaberis. ¹ nibus locis ad quæcumque perrexeris. D

NICOLAVS DE LIRA.

Catholici vero expositores sentiunt illum tantum de

1 Et dabo. *Id est, vitam: & hoc sufficiat tibi. Expositores verò nostri non dicunt, quòd Baruch quæreret prophetiæ spiritum sibi dari, sed quòd impatienter vel saltem minus patienter portabat tribulationem magistri sui & suam, quia Ieremias erat reclusus, & liber quem scripserat Baruch combustus, & vterque ad mortem quærebatur, vt habetur suprà 37. & propter ista dicebat:* Væ mihi. *ideo subditur in persona domini:* Ecce quos ædificaui, ego destruo. *Quasi dicat, debes portare patienter tribulationem tuam, secundum quod dicit Apostolus:* Flere cum flentibus. Et tu. *Id est, vt sis in quiete & pace tua noli quærere. Quasi dicat, non est tempus imminente populi tui tribulatione & captiuitate. Cetera patent ex dictis.*

modica impatientia tentatum. Rom. 12

☞ CAP. XLVI.

CAPVT XLVI.

B ² Quod factum est, & c. IOSEPHVS. Rex Aegyptiorum cum fuisset à pugna reuersus, euocauit Ioachaz ad se de ciuitate Syriæ, quæ dicitur Emath, & repente vinxit eū, & seniori fratri eius ex eodē patre nomine, Ioachim tradidit regnū, & prouinciæ imposuit tributum centum talenta argenti: & vnum auri. Ioachim autem pecunias has persoluebat. Ioachaz autem in Ægyptum deduxit, qui in ea mortuus est cum regnasset tres menses & dies decem. Ioachim verò mater vocabatur † Zabuc de ciuitate Abima: Hic erat natura iniustus & nequissimus, neque circa Deum sanctus, neque circa homines mansuetus. Dumque quartum regni haberet annum, Babyloniæ principatum quidam nomine Nabuchodonosor accepit: eodem tempore cum magno apparatu ad Circham ciuitatem venit, quæ est circa Euphraten, pugnaturus contra regem Ægyptiorum Nicham, sub hoc enim Syria erat vniuersa. Dumque cognouisset rex Babyloniæ voluntatem Nichan, penitus non expauit, sed cum magno brachio ad Euphraten, venit. Qui facta congressione victus est, & multa millia amisit. Transiens autem Euphraten Babyloniæ rex omnem Syriam vsque ad Pelusium cepit præter Iudæam. Quarto autem anno Nabuchodonosor qui erat octauus Ioachim contra Iudæos cum magno exercitu castrametatus est, tributa exacturus à Ioachim, aut certè dimicaturus. Ille verò metuens minas eius & pacē habere desiderans præbuit ei tributa quæ ceperat annis tribus. Tertio verò anno audiens Aegyptios denuo contra Babylonem pugnaturos tributa non reddidit, sed spe Aegyptiaci belli deceptus est: nā pugnare contra eum minime præsumpserunt Aegyptij.

Narratur ex Iosepho historia Ioachaz & Ioachim. * Zebida.

¹ QVOD factum est verbum domini ad Ieremiam prophetā contra gētes: ² ad Aegyptum ³ aduersum exercitū Pharaonis Nechao regis Aegypti, qui erat iuxta flumen Euphraten in Charchamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis in quarto anno Ioachim filij Iosiæ regis Iuda. ³ Præparate scutū, & clypeū, & procedite ad bellū: ⁴ iungite equos, & ascendite equites, state in galeis, polite ⁷ E

† THEODORETVS. Post finem impositum propheriis de populo, vaticinatur quæ ventura sunt aliis gentibus, docens se esse omnium opificem Deum ac Dominum. Primo itaque loco narrat de Aegypto, designato tempore prophetiæ, nempe factæ post mortem Pharaonis Nechao, qui Iosiam interfecit iuxta fluuium Euphraten, atque itidem ipse occisus est à rege Babyloniorum. F

Pharao Nechao cum exercitu cæsus.

RABANVS. Hactenus propheta mixtim de Iuda & Israel; de Chaldæis & Aegyptiis pro conuenientia narrationis egit. Dehinc aduersus gentes & prouincias, id est, ad Aegyptum, Palestinos, Moabitas, ad filios Ammon, ad Idumeam, ad Cedar, ad Edem, ad Babylonem, & ad terram Chaldæorum verbum domini prophetat, vt sciant quòd contra voluntatem domini fecerunt, & quam vindictam passuri sunt. Primo ergo ad Aegyptum quæ maximè Iudæis in scandalum fuit, sermonem conuertit, signans quando hæc locutio facta est, quarto, scilicet, anno Ioachim filij Iosiæ quando Pharao Nechao rex Aegypti in Charchamis cum Nabuchodonosor pugnauit, & superatus est.

Prophetia Ieremiæ cōtra alias gentes.

☞ 2 Ascen-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XLVI.

Diuisio.

1 QVod factum est ver. do. *Superius Ieremias prophetizauit contra Iudæos principaliter, licet aliqua immiscuerit contra Gentiles, hic consequenter prophetizat contra extraneos. Et diuiditur in duas partes, quia primò præmittitur quædam breuis præfatio, secundò subditur narratio: ibi,* Ad Aegyptum. *Circa primum dicitur.*

Quod factum est. *Ista prophetia erat ad consolationem Iudæorum, & ideo facta est contra illas Gentes, quæ speciali modo eis nocuerunt: & istæ Gentes fuerunt Babylonij, qui populum captiuauerunt, & Aegyptij ex quorum confidentia Iudæi Nabuchodonosor rebellauerunt vt patet ex supradictis, & Ammonitæ & Moabitæ qui debuissent eos iuuare ratione consanguinitatis, eo quod descenderunt de Loth nepote Abrahæ, & Saraceni, qui descenderunt ab Ismaele filio Abra. & Idumæi, qui descenderunt ab Esau fratre Iacob: & Philisthei & Syri ratione vicinitatis, & tamen magis nocuerunt eis.*

Populi qui nocuerant Iudæis.

2 Ad Aegyptum. *Hic incipit narratio, & diuiditur in quinque partes secundum quinque Gentes contra quas Ieremias prophetizat, partes prosequendo patebunt. Incipit autem ab Aegyptiis, & diuiditur in duas partes, quia primò describitur Aegyptiorum destructio, secundò Iudæorum saluatio, ibi:* Et tu ne timeas. *Prima in duas, quia primo describitur Aegyptiorum debellatio, secundo regni eorum deiectio, ibi:* verbum quod locutus est. *Prima adhuc in duas, quia primo describitur Aegyptiorum debellationis generalitas, & secundo eiusdem grauitas, ibi:* Ascen. in Ga. *Prima adhuc in duas, quia primo describitur debellatio quantum ad Aegyptios, secundo quantum ad eorum auxiliarios, ibi:* Aegyptus. *Circa primum primo tangitur locus belli, cum dicitur:* iux. flumen Euphra. in Char. *secundo tempus, ibi:* quarto anno Ioachim, *tertio belli apparatus, cum dicitur.*

Diuisio.

3 Præpara. scutum. *Quod propriè est militum.*

4 Et clypeum, & procedite ad bellum, &c. *Qui propriè est peditum, tamen frequenter vnum ponitur pro alio.*

Aegyptiorū expeditio cōtra Chaldæos.

5 Et procedite, &c. *Ordinatè per acies distinctas.*

6 Iungite equos. *In Hebræo habetur,* Ligate equos, *Id est, cingulate, quod fit ante ascensum equitum.*

7 Polite lanceas. *Id est, forbite ferrea lancearum vt melius penetrent: consequenter ponitur conflictus cum dicitur,*

☞ 1 Vidi

MORALITER.

†1 *Quod factum est verbum.* Sequitur,

3 *Præp.* Per hanc præparationem ad pugnandum contra regem Babylonis significantur præparationes hominis ad pugnandum contra Diabolum, qui *dicitur rex super omnes filios superbiæ.* Iob. 41. d. contra quem accipiendum est scutum patientiæ, quod ad modum scuti militaris debet esse triangulum, scilicet ad portandum patienter contumelias verborum, & molestias verberum, & damna temporalium rerum; & Clypeum qui propriè loquendo est rotundus, propter quod signat munitionem sacræ scripturæ continentem perfectionem vitæ, quę signatur per clypeum circularis figuræ, Prouer. 30. a. *Omnis sermo Dei ignitus clypeus sperantibus in se.*

Arma quibus contra dæmones dimicandū.

5 *Et procedit.* Constanter & intrepidè: nam tales timet Diabolus & refugit Iaco. 4. b. Resistite Diabolo; & fugiet à vo.

6 *Iungite.* In Hebræo habetur, *Cingulate equos.* Nam in bello contra Diabolum corpora quæ sunt equi animarum cingulanda sunt cingulo castitatis & munditiæ.

† *Et ascendite.* Per dominium animæ supra corpus proprium.

† *State in galeis.* Per rectitudinem intentionis: quia sicut galea est in capite, sic intentio recta esse debet in voluntate, quæ caput est in viribus animæ.

7 *Pol. &c.* Id est, forbite ferra lancearū, amouendo inde rubiginē: quod fit moraliter per veram & perfectam pœnitentiā de peccatis.

† Et

a *Ascendite equos.* Hæretici & schismatici ex diuersis prouinciis orti, frustrà disponunt contra ciuitatem Dei bella. *Portæ enim inferi non præualebunt aduersus eam.* Sed in die vltionis domini gladius eius deuorabit carnes, de quo dicitur: *Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Et erit victima domini in terra Aquilonis iuxta flumen Euphraten*, id est, fluxum sæcularis voluptatis, cùm traditur in manus eius qui solium suum posuit ad Aquilonem, vt mittat eos in stagnum ignis & sulphuris.

Matt. 16. c. — Hæretici contra Ecclesiam bellantes non præualent sed magis ipsi pereunt.

b *Ascende in Galaad.* Mons est ad quem septima die venit Iacob, de Charram fugiens: Est autem ad tergum Phœnicis & Arabiæ collibus libani copulatus, extenditurque per desertum vsque ad trans Iordanem, vbi habitauit Seon rex Amorrhæorum. Cecidit autè in sortem filiorum Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manasse.

Genes. 31. — Mons Galaad. — Deut. 32. E

c *Tolle Resinam.* Græci, ῥητίνην vocant. ῥέω enim dicitur de eo quod manat. Est autè lachryma sudore lignorum exhalata vt Cerasi & lentisci, & huiusmodi. Prima resina est Terebinthina omnium præstantior, hanc gignit Arabia, Iudæa, Syria, Cyprus & Africa & insulæ Ciclades, Secunda est Lentiscina, quæ Mirtrix vocatur, hæc ex Chio insula deportatur. Tertia pinalis, quarum aliæ pectines aliæ crispæ, &c. & hæc resina alia liquida alia arida, & afferuntur ex Colophonia, inde & nomen Colophonia resina sumpsit. Resina autem apta est læsis corporibus, & pro medicina ponitur, vnde. *Numquam resina non est in Galaad?* Resina ergo pro pœnitentia ponitur, & medicamine conuersionis ad Deum. Inde hortatur propheta Ægyptum & confines prouincias vt agant pœnitentiam, alioquin à falsis diis frustra medicamina expectant: quia non accipient ab eis sanitatem, sed confusionem.

Resina terebinthina. — Lentiscina. — pinalis resina Colophonia. — Sup. 8. g. — Pœnitentia.

lanceas, induite vos loricis. Quid igitur? [1] Vidi [a: Aegyptios.] ipsos pauidos [†] & terga vertentes, fortes eorum cæsos, & fugerunt, conciti, nec respexerunt. Terror vndique ait dominus: [c] non fugiet velox, nec saluari se putet fortis. Ad aquilonem iuxta flumen Euphraten victi sunt & ruerunt. [7] Quis est iste [Aegyptius.] qui quasi flumen [a: Abundantia populorum.] ascendit, & veluti fluuiorum [b: Super Ierusalem vel terram Chaldæorum.] intumescunt gurgites eius? [8] Ægyptus fluminis instar ascendit, & velut flumina mouebuntur fluctus eius, [a: Quasi Iudæam & terram Chaldæorum se operire & disperdere iactaret.] & dicet: Ascendens operiam terram, perdam ciuitatem [a: Babylonem vel Ierusalem.] & habitatores eius. [9] Ascêdite [Ironicè.] equos & exultate in curribus, & procedant fortes [a: Superbi qui in potentia propria confidunt & vicinis prouinciis Aegypto & Aethiopia.] Æthiopiæ & Lybiæ tenentes scutû, & Lydij arripientes & iacientes sagittas. [10] Dies autẽ ille domini Dei exercituum, dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis. Deuorabit gladius & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum. Victima enim domini exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphraten. [11] [b] Ascende in Galaad, & [c] tolle Resinam virgo filia Aegypti. Frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. [12] [d] Audierunt gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt. [13] Verbum quod locutus est dominus ad Ieremiam prophetam super eo, quòd venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, & per-

† Theodoretus. Etiam fratres Ioseph resinam & stactem detulerunt in Ægyptum. Resina verò est Arborum lachryma, medicamentis apta, quam potissimum excolit Galaad. Dixit autem hæc per Ironiã, ostendens morbum esse incurabilem.

Resina vnde nascatur.

d *Audierunt Gentes.* Quia frustrato solatio Idolorum, coram hostibus corruit: & mutua clade fortis cum forti cecidit. *Sic* hæretici, quia semper discordes in vario errore versantur, alterutrum sese lacerantes, non victoriam veritatis accipiunt sed errore captiui pariter in foueam perditionis cadunt.

Hæretici inter se dissidentes & inuicem lacerant.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vidi ipsos pauidos. *Scilicet Aegyptios.*
2 Et terga vertentes, &c. *Id est, fugientes.*
3 Nec respexe. &c. *Retro se, ex festinatione fugæ, & adhuc non valebit eis, ideo subditur.*
4 Non fugiet vel. nec saluari se putet fortis. Ad aquilonem iuxta flumen Euphraten victi sunt. *Ideo admirando subdit adhuc propheta,*
5 Quis est iste. *Scilicet rex Aegypti.*
6 Qui quasi flumen. *Id est, cum magna pompa & apparatu ad prælium venit, & tamen sic est turpiter debellatus.*
7 Aegy. *Hic consequenter describitur debellatio quantum ad auxiliarios, cum dicitur.*
8 Et velut flumina. *Quia plures alias gentes secum habebant & fortes, vt postea subditur, de quorum auxilio nimis confidebat, ideo subditur.* Et di.
9 Exultate. *Quia antiquitus aliqui pugnabant in curribus.*
10 Aethi. *Bellatores de terra illa.*
11 Tenen. *Id est, docti ad prælium.*
12 Et Lydij, &c. *Quia erant edocti in arte sagittandi.*
13 Dies autem, &c. *Quasi dicat, totum istud non valebit Aegyptiis, quia dies ille belli statutus est à Deo, vt fiat vindicta de eis.*
14 Deuorabit gla. *Scilicet regis Babylonis Aegyptiorum exercitum.*
15 Et inebriabitur, &c. *Id est, absque mensura effundet sanguinem.*
16 Ascende, &c. *Hic describitur debellationis grauitas, quia multi fuerunt interfecti & alij vulnerati pro magna parte insanabiliter: ideo dicitur:* Ascende in Galaad. *Vbi abundabant medicinalia.*
17 Et tolle Resinam. *Id est, medicinam: quia tamen hoc dicitur ironicè, ideo subditur.* Frustra multiplicas, &c.
18 Audierunt Gentes, &c. *Ex fuga & debellatione.*
19 Vlulatus tuus. *Id est, sonus confusus fugientium & morientium,* Repleuit terram. *Et subditur causa.*
20 Quia for. &c. *Milites enim Pharaonis, qui adhuc non erant vulnerati ex festinatione fugiendi, vnus impellebat alium ad terram, & sic mutuo sibi nocebant.*
21 Verbum. *Hic consequenter describitur regni deiectio, & secundò subditur eius reparatio, ibi:* Et post hæc. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur Aegyptiorum ruina, secundò Chaldæorum potentia, ibi:* Vox eius. *Circa primum dicitur.* Verbum quod locutus est dominus ad Ieremiam prophetam super eo quod ventu. &c. *Dicit Iosephus. 10. libro Antiquitatis Iudaicæ, quod Nabuchodonosor. 23. anno regni sui intrauit Aegyptum & subiecit sibi. Debellatio autem Aegypti prædicta fuit 4. anno Ioachin filij Iosiæ, vt dicitur in principio huius cap. & ille fuit primus annus regni Nabuchodonosor, vt habetur supra. 25. & sic ab illa debellatione Aegypti vsque ad istam destructionem regni sui fluxerunt 22. anni.*

Diuisio. — De tempore quo debellata est Aegyptus.

MORALITER.

† *Et induite vos loricis.* Per custodiam iustitiæ & æquitatis: Ephesiorum sexto. cap. *Induti lorica iustitiæ, & cætera.* Et quoniã in hoc congressu multi sunt pusillanimes ex humana fragilitate, sequitur. 1 *Quid igitur? Vidi ipsos pauidos & terga vertentes & fortes eorum cæsos.* Et quoniam aliqui sic læthaliter vulnerantur, quòd de cetero non curantur, ideo sequitur postea. *Frustra multiplicas.*

De trepidantibus pu... — quare contra dæmones, & de vulneratis ab ipsis.

a cussurus terram Ægypti. [14] Annuntiate Ægypto, & auditum
a ¶ Ciuitas magicis artibus dedita ¶ Metropolis est Ægypti. b ¶ Vel Thanis.
facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis dicite. Sta & præpara te quia deuorabit gladius ea quæ per circumitum tuum sunt.
a ¶ Idolum, vel Pharao.
[15] Quare computruit fortis tuus? Non stetit, quoniam dominus subuertit eum.
a ¶ Quia populus eius in manus hostium traditus.
[16] Multiplicauit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum.
a ¶ Sicut hortari se debuerunt ad pugnam, sic hortantur se ad fugam.
Et dicet: Surge, & reuertamur ad populum nostrum & ad terram natiuitatis nostræ
a ¶ Nabuchodonosor, qui stultus & sine corde victoriam Deo ascribendam, ascribit diis suis.
b a facie gladij columbæ. [17] Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti, tumultum, adduxit tempus.
a ¶ Belli. b ¶ Contra te.
[18] Viuo ego, inquit rex, dominus exercituum nomen eius: c quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet.
a ¶ Præpara sarcinulas ad fugiendum.
[19] d Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quia e Memphis in solitudine erit, & deseretur inhabitabilis. [20] Vitula elegans atque formosa Ægyptus: *stimulator ab aquilone veniet ei.
a ¶ Nabuchodonosor, qui eam in fugam à facie armorum vertat.
f [21] Mercenarij quoque eius qui versabantur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt, & fugerunt simul: nec stare potuerunt, quia dies interfectionis eorum venit super eos & tempus visitationis eorum.
a ¶ Deliciis carnalibus dediti.
g [22] Vox eius quasi æris sonabit, quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi ligna cedentes succiderunt sal-

a *Annuntiate Aegypt.* A Quasi dicat, Vos qui audistis vaticinium meum, nuntiate Pharaoni, quia prope est tempus & tumultus belli.

b *Vocate nomen.* † THEODORETVS. Syrus ista sic interpretatus est, *Vocate nomen ipsius, perturbans & transferens tempora.* Quondam enim Ægyptiorū imperium potens erat, & vicinas gentes perturbabat, multorumq; res prosperas mutabat in aduersas. [Ægyptius regnum potens.]

c *Quoniam sicut Tha.* B Hoc est ex comparatione locorum fructiferorum, quasi in mari submersorum, grandem Ægyptiorum potestis intelligere ruinam. Thabor terminus est Zabulon, mons in medio Galilææ campo, mira rotūditate sublimis: distans à Diocesaria. 10. milibus contra orientalem plagam. Qui confi- C nium quoque inter tribus Issachar & Neptalim fuit Carmelus, vbi Nabal Carmelus fuit & nunc villa est Carmela nomine, decimo lapide oppidi Chebron, vergens ad orientalē plagam vbi Romanorum præsidium est. [Thabor.] [Carmelus.] [1.Reg.25.a.]

MYSTICE autem, quia Thabor veniens lumen, vel veniat lux, & Carmelus, tenellus aut mollis, siue scientia circumcisionis interpretantur, significant hæreticos in lumine sæcularis scientiæ & sapientiæ superbientes, vel Iudæos molles vel delitiosos in circumcisione carnis gloriantes: qui sub vero Pharaone versantur & Christo seruire renuunt, in huius sæculi mare demersi, & in damnatione perpetua. [Iudæi & hæretici.]

† THEODORETVS. *Quoniam sicut, &c.* Quasi dicat, Ne dubitaueris, Quemadmodum confitentur omnes absque dubio Thabor esse montem, eumque & Carmelum esse mari proximum: ita prædictio continet veritatem.

d † *Vasa transmigrationis.* IBID. Id est, fias apta captiuitati. Memorat etiam regiæ ciuitatis desolationem. Memphis enim temporibus illis erat vrbs regia quod edocti sumus à diuino Isaia, *Defecerunt enim, inquit, principes* D *Taneos, & exaltati sunt principes Mempheos.* [Memphis regia vrbs Ægyptiorū.] [*Isaiæ 44.a.]

e *Vitula.* Quia Ægyptia plebs in deliciis nutrita, indomita, lasciua, iugum disciplinæ recusauit.

f *Mercenarij.* Principes Ægyptiorum, non pastores, sed mercenarios vocat: qui non curam regis habebant, sed auaritiæ & luxuriæ studebant, ideo coram hostibus in fugam conuersi sunt.

MYSTICE autem E mercenarios Ægypti fictos pastores ecclesiæ in hoc mundo peregrinantes possumus intelligere: qui lucrum terrenū quęrentes, oues sibi commendatas contra vastatores defendere nō præsumunt: vnde, *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cùm videt lupum venientem dimittit oues, & fugit.* [Mercenarius.] [†Suprà 30.a] [Ioan.10.b.]

† THEODORETVS. Declarat auxiliatorum imbecillitatem. Nam vitulus saginatus non excolit terram, sed ab aliis comeditur. F Eorum quoque fugam narrat.

g *Vox eius quasi æris.* Non solum historiali Ægypto, iusto Dei iudicio vindicta superuenit, sed & spirituali in die iudicij superuentura est, quam nunc scriptura in toto orbe clara voce futuram pronuntiat, vnde benè vox eius æri sonanti comparatur, quod ceteris metallis sonorius tinniat, & dies iudicij cunctis retro correctionibus fortius sonabit. Tunc enim, *Deus manifestè veniet, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circumitu eius tempestas va.* Tunc angeli properabunt vt colligant de regno eius omnia scandala, & ligna infructuosa securibus validi examinis cædant. Tunc succidetur saltus inutilis, quia omne lignum non faciens fructum bonum excidetur: & in ignem mittetur. Et multitudo perditorum, qui quasi locustæ breui volatu se extollunt, in infernum demergetur, & tunc patebit confusionum omnium carnalium cogitatio, quæ voluptatibus sæculi innititur, cum diabolo punienda tradetur, vnde subditur, *Confusa est filia Aegypti, &c.* [Dies iudicij.] [Psal.49.a.] [Matth.13.f.] [Matth.3.c.]

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Annun. *Id est, in ciuitatibus omnibus & locis proclamate, quod omnes præparent se ad bellum, ideo subditur,*

2 Sta & præpara te. *quia tamen hoc eis non valuit, ideo subditur,* Quia deuora. gladius ea quæ per circumitum tuum.

3 Quare computr. fortis. *In Hebræo habetur,* Quare inclinauit cecidens ad terram. *non potens se sustinere, sicut res putrida, redditur causa,* Quoniam dominus subuertit eum.

4 Surge & reuertamur ad populum. *Sic dicebant illi qui venerant in auxilium Aegyptiorum.*

5 A facie gla. *Id est, exercitus Chaldæorum sic nominati, eò quòd in antiquo eius vexillo erat signum columbæ, vt expositores nostri dicunt. In Hebræo habetur:* A facie gladij vinosi, *Id est, inebriati sanguine occisorum: sicut suprà eodem cap. dicitur,* Deuorabit gladius & inebriabitur sanguine eorum. *Ratio diuersitatis huius litteræ est, quia dictio Hebraica* יונה *Ionah hic posita æquiuoca est ad vinositatem, & columbam, vt dictum est suprà 25.* [Columba picta in signis Chaldæorum.]

6 Vocate nomen Phara. *Ironicè dicitur hoc.*

7 Tumultum, adduxit tempus. *Id est, tempus à Deo constitutum adduxit multitudinem Chaldæorum ad te destruendum. In Hebræo habetur,* Vocate ibi, *scilicet, ad bellum, Pharao rex, & est vocatiui casus Tumultus, scilicet belli transit tempus statutum, dicit hic Rab. Sal. quod die statuta debebat egredi rex Aegypti in campum contra regem Babylonis, sed non fuit ausus exire: & sic ad derisionem eius dicitur hic, quod tempus statutum belli transiit.* [Dies prælij condicta inter Aegypti regem & Babylonis.]

8 Sicut Tha. *Id est, sicut verum est, quod Thabor est situs in monte, & Carmelus prope mare: sic veniet destructio Aegypti, ideo subditur,*

9 Vasa trans. *Id est, præpara te ad fugam de terra. Sciendum autem, quòd scriptura non loquitur hic de Carmelo, vbi mansit Nabal, quæ est satis longè à mari, sed de Carmelo, in quo fuit mansio Eliæ, qui est propinquus mari mediterraneo.* [Duo loci dicti Carmeli.]

10 Vitula, &c. *Hoc dicitur, quia populus Aegypti erat petulans & lasciuus.*

11 Stimulator ab aquilone, *Id est, Nabuchodonosor; qui à parte aquilonis intrauit Aegyptum, & gladio suo stimulauit eum.*

12 Mercenarij quoque. *Terra Aegypti est supra mare mediterraneum, propter quod mercatores de extraneis regionibus venientes ibi morabantur ad tempus.*

13 Quasi vituli sagina. *Id est, diuitiis pleni.*

14 Versi sunt, &c. *& fugerunt vnusquisque ad terram suam, propter guerram imminentem, ideo subditur,*

15 Quia dies interfectionis. *scilicet, quantum ad remanentes in Aegypto.*

16 Vox eius. *Hic consequenter ponitur Babyloniorum potentia, cùm dicitur,* Vox eius, *id est, fragor, & strepitus exercitus.* [Babyloniorum potentia.]

17 Quasi æris so. *scilicet, sicut tuba æris,*

18 Et cum securibus. *Quasi dicat, Sicut ligna non possunt resistere securibus se cædentium, sic nec Aegyptus poterit resistere exercitui Babyloniorum.*

a Et post. Licet videatur intimare regnum Ægyptiorum non irreparabiliter à Nabuchodonosor esse destructum, cum postea ibi fuerint reges vsque ad Augustum: altiori tamen sensu Christiana designat tẽpora, quando Dei cultus in Ægypto huius mundi restauratus est, ad quem exercendum homo natus est, de quo Isaias, *Percutiet dominus Aegyptum pla. & sa. eam, &c.*

Regnum Ægypti durauit ad tẽpora Augusti.

b *Et tu ne ti. &c.* Hæc promissio non benè conuenit Iudæis: qui toto orbe dispersi consumuntur, nec regnum habent, nec sacerdotium: Conuenit

tum eius, ait dominus: qui supputari non potest. Multiplicati sunt super locustas, & non est in eis nũmerus. [24] Confusa est filia Ægypti, & tradita in manus populi aquilonis, [25] dicit dominus exercituum Deus Israel. Ecce ego visitabo super tumultum Alexandriæ, & super Ægyptum, & super Deos eius & super reges eius, & super Pharaonem, & super omnes qui confidunt in eo, [26] & dabo eos in manus quærentium animã eorum, & in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manus seruorum eius. Et post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait dominus. [27] Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israel. Quia ecce ego saluum te faciam de longinquo, & semen tuum de terra captiuitatis tuæ. Et reuertetur Iacob, & requiescet, & prosperabitur: & non erit qui exterreat eum. [28] Et tu noli timere serue meus Iacob, ait dominus, quia ego tecum sum: quia consumam ego cunctas Gentes, ad quas eieci te. Te verò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

a Quia multiplicati sunt super numerum.

a Dæmonum, scilicet. b Tradendo, scilicet, in manus Nabuchodonosor & Chaldæorum. Hi enim diripuerunt omnia: & statum regni euerterunt.

uenit autem Christianæ genti quæ colligitur de omnibus gentibus, & reuertitur de captiuitate erroris ad terram Ecclesiæ, vbi requiescet in spe, & prosperabitur successu virtutum, nec timebit aduersarium confidens in Deo suo. Non consumetur quidem, sed sicut aurũ quod per ignem transit, purgabitur, atque probabitur. Possumus tamen dicere, quod generatio sua antiqua ante diem iudicij penitus non consumetur: *Quia ex parte cæcitas contigit in Israel, & cùm plenitudo gentium subintrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet.*

Ecclesiæ Christi collectio. Isaiæ 9.d. Rom. 11.c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Multiplicati sunt, &c. *In hoc designatur magna multitudo exercitus Babylonis.*

2 Visitabo super tu. Alexan. *Nomen est ciuitatis Aegypti famosæ, in qua erat populus multus, ideo signatur hic per tumultum. In Hebræo tamen habetur:* Super tumultum No. *Sic enim vocabatur illa ciuitas tempore Ieremiæ: sed postea per magnum tempus Alexander magnus Aegyptum sibi subiecit, & illam ciuitatem in parte destructam readificauit & ampliauit & suo nomine denominauit, propter quod translator qui fuit post tempus Alexandri, transtulit nomen vltimum quod erat & est famosum.*

Alexandria Ægypti vrbs.

3 Et super Deos eius. *Id est, super idola argentea & aurea, quæ rapuerunt Chaldæi.*

4 Et super reges eius. *quia plures reguli erant sub rege Aegypti.*

5 Et super omnes qui confidunt. *qui venerant ad eius auxilium sperantes ab eo auxiliari in casu consilij.*

6 Et post hæc habitab. *Hic consequenter ponitur regni Aegypti reparatio, quia licet tunc Nabuchodonosor Aegyptum vastauerit, & nomen regni Iuda abstulerit, tamen postea fuit ab Aegyptiis habitata, scilicet, post finem quadraginta annorum, secundum quod habetur Ezech. 29. Fuerunt etiam ibi postea reges, & potentes, vt patet in lib. Daniel. & Machab. & hoc est quod dicitur:* Et post hæc habitabitur sicut in diebus pristinis, &c. *& patet littera.*

Reparatio regni Ægypti.

7 Et reuerte. Iacob. *Hic consequenter describitur consolatio Iudæorum, quibus promittitur reuersio à captiuitate Babylonica, cùm dicitur,* Et tu. *cuius causa subditur,*

8 Quia ecce. *Et dicitur hoc de iustis illius populi, quia impij fuerunt deleti. Cetera patent vsque ibi,*

9 Te verò non consumam. *totaliter delendo.*

10 Sed castigabo. *pœnis temporalibus secundum ordinem iustitiæ meæ te affligendo.*

11 Nec quasi inno. *Quasi dicat, Quia non es innocens secundum veritatem. Vel sic: Ne iudices te innocentem, si tibi parcerem.*

ADDITIO I.

In cap. 46. *Vbi dicitur in Postilla:* Et Ammon & Moabitæ.

De istis consanguinitatibus tam antiquis, seu beneficiis tam longo tempore ante receptis, quas postillator allegat, non fit mentio in hoc loco, nec in aliis similibus; quia talia non consueuerunt in memoriam reduci, nisi apud eos qui scripturam sacram recipiunt: vnde nationes hic expressè reprehenduntur propter vicinitatem, vel saltem humanitatem, quia secundum legem naturæ, homo non debet alterum lædere, &c.

Quid peccarint Ammonitæ & Moabitæ in Iudæos.

ADDITIO II.

In eo cap. *vbi dicitur in postilla:* Et tolle resinam.

Vbi nos habemus: Resinam: *in Hebræo habetur* צרי Zori: *quod significat Tyriacam, prout dictum fuit suprà in additione super cap. 8.*

ADDITIO III.

In eo cap. *vbi dicitur in postilla:* A facie gladij columbæ.

In Hebræo in hoc loco propriè dicitur: gladij יונה Ionah, *id est,* columbæ, &c. *non autem à facie gladij vinosi, qualiter autem intelligatur gladius columbæ: vide suprà 25. in additione vltima.*

CAP. XLVII.

a *Qvod factum est, &c.* Ieremias sicut Isaias & Ezechiel vicinis nationibus plagas venturas prædicit, quia populum Dei infestabant, & in illius aduersitate gaudebant. Palæstinis ergo, sicut ante Ægyptiis, prænuntiat captiuitatem venturam.

CAPVT XLVII.

Qvod factum est verbum domini ad Ieremiam prophetã contra Palæstinos antequam percuteret Pharao Gazam. [2] Hæc dicit do-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XLVII.

1 Quod factum est verbum, &c. *Hic consequenter Ieremias prophetizat contra Philistheos. Et primò ponitur tempus huius reuelationis cùm dicitur,*

Quod factum. *Et dicit Rab. Salom. hoc fuit tempus quo Nabuchodonosor*

MORALITER.

1 *Quod factum est verbum, &c. Contra Palæstinos.* qui interpretantur ore contundentes & ore contusi: ideo per ipsos signantur detractores, qui ore suo maledicto contundunt famam bonorum, & per hoc ipsi sunt ore contusi, nam per os suum maledictum traduntur dæmonum potestati, & de ipsis subitur,

Detractores.

† 1 Ecce

[...]ostendit Tyrum & Sidonem ad Palæstinos attinere, licet in sortem Nephthalim ceciderit, & Sidon terminus [...]rum in sortem Aser: sed non eam possedit, quia hostes [...]on valuit.

Tyrus & Sidon.

[...] Capp. In qua habitabant Cappadoces pristinis cultori[...] [...]tis. Hæc [...] Chananæ[...] iuxta Ægyptum, [...]ciditque in sortem [...]: sed eam non obtinuit, quia Enachim, id est, Gigantes Allophylorum fortissime restiterunt: & est vsque hodie insignis ciuitas Palæstinæ, quamuis de ea prophetatum sit, *Gaza futura est in tumulum sempiternum:* sed vbi prius fuit vix vlla remanent vestigia, in alio enim loco ædificata est.

Gaza vrbs.

c *Cappadocia.* † THEODORETVS. Dum interpretaremur prophetas, ostédimus aduenas qui erant apud Cyprios & Capadocas quondam habitasse in Palæstina.

Cyprij & Cappadoces.

d *Venit.* † THEODORETVS. Quasi dicat, Antiquo splendore priuaberis. Caluitium autem frequenter indicat luctum. Rade enim, ait, caput tuum & sume in labiis lamentationem.

Hæreticis & schismaticis & omnibus ecclesiæ hostibus plagam venturam significat, quia Christi confessoribus præparauerunt insidias, intulerunt bella, & incensore diabolo multa persecutionum genera.

Hæretici, schismatici, & omnes Ecclesiæ hostes.

genera. Ad extremum verò ipsi traduntur hostibus sæuissimis & poenis perpetuis. Interpretantur enim Philisthæi potione cadentes, Tyrus angustia, Sidon venatio, Ascalon ignis infamis, Gaza fortitudo eius: Quæ omnia bene conueniunt Antichristo & membris eius, qui per superbiam in apostasiam cadens, angustia mentis æstuando, venationem exercet in mundo, quos potest de ecclesia rapiendo & interficiendo: cuius fortitudo ignis est infamis, id est, concupiscentia carnalis. Vnde: *Virtus eius in lumbis eius, &c.* Per libidinem enim carnalium mentes exurit: sed nouissimo præcipitabitur.

Antichristus. Iob. 40.

e *O mucro domini.* † THEODORETVS. Vocauit Nabuchodonosor gladiū domini, eo enim permittente, fecit ista, & impij de se mutuas soluebant impietatis poenas.

Nabuchodonosor dicitur gladius Domini.

f *Quomodo quiescet cùm dominus, &c.* Quasi dicat, Non potest gladius quiescere, nisi domino iubente cuius vindictam exercet, vel, Quasi ex persona afflictorum ad gladium domini locutus erat, sed hic respondet in persona sua.

† THEODORETVS. Prosopopeia vsus est, vt doceret apertius creaturam non carere gubernatore, sed factorem eius omnibus præesse: qui interdum quidem suppeditat ipsis copiam bonorum, quandoque verò permittit vt delabantur in calamitates.

Prosopopeia.

(Interlinear glosses: ¶ Populi Assyriorum. — a ¶ Vt multitudine & violentia cuncta opprimant. — ¶ Vnicuique imminente morte. — a ¶ Quia vocem plorantium strepitus hostium superabit. — a ¶ Nulli licuit, scilicet, alterius curam gerere, cùm hostis in singulos grassaretur. — a ¶ Quia Palæstini de Cappadocia venerunt. — a ¶ Ablatis opibus & robore virili. — b ¶ Fortitudinem eius. — c ¶ A voce gaudij & lætitiæ. — a ¶ Vrbs Palestinæ in forte Iudæ: sed non eam habuit quia habitatores eius superare non potuit. — a ¶ Diabolum significat, cui traduntur peccatores in interitum carnis vt spiritus saluus fiat. — b ¶ Nabuchodonosor, qui in diuersis gentibus vindictam domini exercuit. — c ¶ Babylonem. — a ¶ Ab ardore occidendi. — b ¶ Quiesce.)

1 minus: Ecce aquæ ascendent ab aquilone, & erunt quasi torrens inundās & operient terram & plenitudinem eius, vrbem
2 & habitatores eius. Clamabunt homines & vlulabunt omnes habitatores terræ [3] à strepitu pompæ armorum & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine
3 rotarum illius. Nón respexerunt patres filios manibus dissolutis: [4] pro aduentu diei in quo vastabūtur omnes Philisthiim,
4 a & dissipabitur Tyrus & Sidon cum omnibus reliquis auxiliis
5 b suis. Depopulatus est enim dominus Pălæstinos, reliquias in-
6 c sulæ Cappadociæ. [5] Venit caluitium super Gazam, conticuit
7 8 d e Ascālon & reliquiæ vallis earum. Vsquequo conciderisʔ [6] O
9 10 mūcro domini, vsquequo non quiesces. Ingredere in vaginam tuam,
11 f rēfrigerare & silē. [7] Quomodo quiescet cùm dominus præceperit ei aduersum Ascalonem, & aduersum maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

[...] donosor obsidebat Ierusalem, vt dictum est suprà 39. & ab illa obsidione discesserunt Chaldæi, vt obuiarent Aegyptiis venientibus in auxilium Iudæorum, quorum occursum timens Rex Aegypti, spoliauit Gazam (quæ est ciuitas in extremitate terræ Philisthinorum versus Aegyptum, vt patet in descriptione illius terræ,) & reuersus est in terram suam. Consequenter ponitur vastatio Philisthinorum per regem Babylonis, cùm dicitur,

Gaza direpta ab Aegyptiis.

1 Ecce aq. ascend. ab Aquil. &c. *Quia à parte aquilonis intrauit exercitus Babylonis terram Philisthinorum, qui nominatur nomine aquarum inundantium, ad designandum fortitudinem exercitus, & eius impetum, sicut Isaiæ 8. b. dicitur,* Adducet dominus super eos aquas fluminis fortes multas, regem Assyriorum, &c.

2 Clamabunt homines & vlulab. *Est enim vlulatus sonus confusus procedens ex magno timore, & anxietate.*

Vlulatus.

3 Non respex. patres filios. *ad adiuuandum eos ex impotentia.*

4 Et dissipab. Tyrus & Sidon. *Istæ ciuitates erant confœderatæ Philisthæis, & ideo dissipatæ fuerunt cum eis.*

5 Reliquias insu. Cappa. *Cappadoces & Philisthæi exierunt de eadem Gente, secundùm quod dicitur Genes. 10.* De quibus egressi sunt Philisthiim & Capturim, *id est, Cappadoces. vnde hic habetur in Hebræo,* Insulæ Chaptur. *& propter propinquitatem dictam, in auxilium Philisthinorum venerunt, & cum eis perierunt.*

Philisthæi & Cappadoces cognatæ Gentes.

6 Venit caluitium, &c. *Licet enim fuisset primò spoliata per regem Aegypti, vt dictum est, tamen postea fuit amplius destructa per regem Babylonis.*

7 Conticuit Ascalon. *Id est, populus Ascalonis non potens resistere.*

8 Vsquequo conciderisʔ *Hic est finis versus, & refertur ad terram Philisthinorum, & quod sequitur,*

9 O mucro Domini, *dirigitur ad gladium regis Babylonis, qui dicitur mucro domini, eò quòd erat executor diuinæ iustitiæ, vt frequenter dictum est suprà.*

10 Vsquequo, &c. Ingredere in vaginam. *& sic dicebant Philisthæi & regiones illæ gladio Babylonis afflictæ. Et respondet propheta,*

11 Quomodo quiescet. *quasi dicat, Tales occisiones & victorias non facit virtute propria, sed diuina: & similiter cessabit ab occisionibus & victoriis, quando secundùm ordinem diuinæ iustitiæ punietur & ipse.*

☞ CAP.

MORALITER.

† 1 *Ecce aquæ ascendent ab aquilone.* Id est, turbationes istorum, à dæmonum potestate, secundùm quod dicitur suprà primò cap. *Ab aquilone pandetur omne malum.* Quod autem per aquas significetur turbatio, patet Isaiæ 8. b. *Adducet dominus aquas fluminis fortes, regem Assyriorum, &c.* Detractores enim per dæmones acriter turbabuntur poenis inferni: ideo subditur,

Detractores vt perturbantur poenis hic.

† *Et erunt quasi torrens inundans, &c.* De quo dicitur Isaiæ 30. g. *Præparata est ab heri Tophet, à rege præparata profunda & dilatata. Nutrimenta eius ignis & ligna multa, flatus domini sicut torrens sulphuris incendens eam.*

Ita turbabuntur ipsi in inferno.

CAPVT XLVIII.

☞ CAP. XLVIII.

A a AD Moab hæc dicit dominus exercituum Deus Israel. Sicut est circumcisio carnalis & spiritualis: sic Moab carnalis & spiritualis. Moab interpretatur de patre, vel aqua paterna tamquam de incestu & ebrietate conceptus, quasi absente & nesciente patre. Rex Moabitarum Balaam ariolum ad maledicendum inuitauit, qui cōtra Moab hæc inter cetera prophetauit: *Orietur stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel, & percutiet principes Moab.* Significat autē Moab sapientiam sæcularem, de qua dicitur, *Perdam sapientiam sapientium,* quæ auctorem sui sensum habet, qui ex Dei cognitione generatur. Videtur quidem de patre nasci, sed quia adulter est aduersarius populo Dei, de incestu, & in spelunca, nocte generatur. vnde in nocte periit secundùm Isaiam, in errore, scilicet, sempiterno, sicut Ægypti à vigilia matutina, id est, nocte, fluctibus obruti sunt. Et Loth de Sodomis nocte pereuntibus venit in Segor, & ortus est ei sol. Hinc: *Quia nocte vastata est Ar, conticuit Moab.* Notandum autem, quod Nabo interpretatur sessio vel prophetia, Cariathiarim, ciuitas vel villa siluarum, Esebon cogitationes, Luith genæ, Oronaim foramen mœroris. Quia ergo omne dogma contrarium veritati, absque inspiratione Dei de humano sensu in erroris tenebris nascitur, nocte vastatur, & argumenta eius, id est, muri ecclesiastico sermone destruuntur, vt æterno silentio conticescant, & factio eorum ad pœnitentiam & lachrymas vertatur super Nabo, id est prophetiam vel sessionem, magistros, scilicet, eorum, & super Cariathiarim, vbi non sunt arbores fructuosæ, sed saltus infertilis erit vlulatus & planctus, & omnia eloquētiæ ornamenta tollentur, vt nudi remaneant & deformes. Et si quid virilitatis habere videantur, in barba rasa à viro ecclesiastico effeminatum & debile comprobetur. Accinguntur sacco pœnitentiæ, & super tecta & domata, in quibus se sublimes credebant, & in plateis spatiosæ viæ quæ ducit ad mortem, erit vlulatus, nec ascēdent per superbiam, sed descendent in fletum. Tum intelligent omnes cogitationes suas vanas, quod interpretatur Esebon. & casum & ascensum superbiæ, vt vox eorum audiatur vsque ad opera mala quæ fecerunt: & mandatum quod putabant Dei, propria se confessione damnantes. Cumque egerint pœnitentiam, per Luith, id est, genarum lachrymas, ad altare conscendant, & quasi mœroris foramine, in introitu clamorem contritionis leuent ad dominum dicentes: *Sacrificium Deo spiritus con. &c.*

b *Væ super Na.* Prædicit vastationē Babyloniorū super Moab venturā, & super eius vrbes inclytas: vt qui hostes fuerunt populi Dei, & deriserunt eum, vastentur in derisum ceteris nationibus, vnde in sequentibus, *Fuit enim tibi in derisum Israel, quasi inter fures reperisses eum.* Hinc Isaias, *Onus Moab, &c.* Est autē Moab prouincia Arabū, Nabo ciuitas nobilis, in qua erat Chamos idolum, quod & Beelphegor.

c *Saluate anim. vest.* Qui volunt saluare animam suam, fugiant versutam doctrinam Philosophorum & hæreticorum, vbi certus est interitus: & per humilitatem confessionis agant pœnitentiam erroris in deserto districtæ abstinentiæ maneantque in simplicitate & veritate catholicæ doctrinæ.

Marginalia: Interpretatio nominis Moab. Isaiæ 19. c. Exod. 14. f. — Balaam prophetia. — 1. Cor. 1. c. — Sapientia sæcularis. — Isaiæ 19. c. Genes. 19. c. Isaiæ 15. a. — quomodo confundatur per doctrinam Christi. — Pœnitentia prudentum huius sæculi. — Psal. 50. d. — Infe. eod. d. Isaiæ 15. Moab regio. Nabo vrbs. — Hæretici & philosophi.

AD Moab hæc dicit dominus exercituum[1] Deus Israel. Væ super Nabo[2] quoniam vastata est & confusa.[†] Capta est Cariathiarim,[3] confusa est fortis, & tremuit.[†] Non est vltra exultatio in Moab:[†] contra Esebon cogitauerunt malum. Venite & disperdamus eam de gente.[4] Ergo silens conticesces:[†] sequeturque te gladius.[†] [5] Vox clamoris de Oronaim, vastitas & contritio magna.[6] [4] Contrita est Moab:[†] annuntiate clamorem paruulis eius: [5] Per ascensum enim Luith plorans, ascendet in fletu:[7] quoniam in descensu Oronaim hostes vlulatum contritionis audierunt.[8] [6] Fugite, saluate animas vestras: & eritis quasi Myricæ in deserto.[9]

Interlinear: Aduersum Moab. — Sessio vel prophetia. — Ciuitas vel villa siluarum. — Cariathiarim. — a Ex patre vel aqua paterna. b Cogitationes. Ciuitas Seon regis Amorrhæorum. Vnde: Egressus est ignis de Esebon, & flamma de medio Seon. — Foramen mœroris. — Prouincia Arabum. — Genæ interpretatur. — Cliui, id est, itineris quod ducit ad Assyrios. — Pereunte Moab. — Myrica arbor est humilis.

☞ Date

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XLVIII.

1 AD Moab hæc dicit dominus exer. &c. *Hic in tertio loco prophetizat contra Moabitas, & diuiditur in duas partes: quia primò ponitur afflictio Moabitarum ab Assyriis, secundò à Chaldæis, ibi:* Hæc dicit dominus. *& hoc modo procedit Isaias propheta contra eos prophetizando 15. cap. & 16. & in pluribus vtitur ibi verbis hic positis, ex quo magis apparet Isaiam & Ieremiam eodem spiritu prophetasse. Prima diuiditur in tres: quia primò ponitur Moabitarum vastatio, secundò vastationis ratio, ibi,* Pro eo enim. *Tertiò propheta compassio, ibi,* Ideo super Moab. *Circa primum nominantur plures ciuitates terræ Moab, per quas intelligitur populus ibi habitans, eo modo loquendi, quo dicitur aliqua ciuitas affligi, vel vastari, quando populus ciuitatis affligitur vel vastatur. Dicit igitur,*

2 Væ super Na. *nomen est ciuitatis notabilis in terra Moab.*

3 Confusa est for. *Id est, Cariathiarim, quæ erat valde fortis ciuitas inter alias.*

4 Contra Ese. co. ma. *scilicet, Chaldæi dicentes ad inuicem,* Venite disper.

5 Sequeturque te gladius. *Quantum ad fugientes ex te.*

6 Vox cla. de Oro. *Id est, de tali loco egreditur à morientibus & fugientibus.*

7 Per as. enim Luith, &c. *nomen est montis in Moab ad quem multi flentes refugerunt.*

8 Hostes vlu. con. *scilicet, Chaldæi à longè perceperunt clamorem fugientium:*

9 Eritis qua. myricæ. *Id est, steriles ab omni bono. In Hebræo sic habetur,* Eritis quasi vastitas in deserto.

Marginalia: Conueniunt prophetiæ Ieremiæ & Isaiæ. Diuisio.

☞ Pro

MORALITER.

1 *Ad Moab.* Per Moab, qui interpretatus ex patre, eò quòd ex patre & filia fuit natus Genes. 19. signatur homo in peccatis natus, & nutritus, & per eius subiectionem Assyriis, qui facturæ vigilantes interpretantur, ipsius subiectio dæmonibus qui numquam dormiunt, signatur, ideo subditur,

2 *Væ super Nabo.* Quæ interpretatur consolatio, talis autem hominis consolatio non est nisi in turpibus & peccatis, quæ ducit ad væ æternæ maledictionis.

† *Quoniam vastata.* In morte.

3 *Et confusa.* confusione gehennæ.

† *Capta est Cariathiarim.* quæ interpretatur vrbs siluarū, per quam signatur congregatio operum inutilium, sicut silua est congregatio lignorum infructuosorum: & sic moraliter capta est Cariathiarim in morte, quia tunc cessant operationes inutiles & malæ quantum ad exercitium, sed non quantum ad supplicium.

† *Non est vltra exul.* sed maxima desolatio.

† *Contr.* qui interpretatur cingulum tristitiæ, & signat fasciculum peccatorum.

† *Cogitauerunt malum.* scilicet dæmones, qui peccatoribus disponunt pœnas horribiles.

† *Ergo silens conticesc.* In pœnis gehennæ.

† *Sequeturq́ te gladius.* scilicet dæmonum sine fine. Et quoniam tales frequenter temporaliter prosperantur, sequitur:

Marginalia: Homo peccator. — Punitio eius in inferno.

† Date

a *Date flo. &c.* Qui inuentione humana & in sæculari scientia florere videbatur, in desertum & in solitudinem redigetur: Quia verò displicet Deo omnis hypocrisis, vt sequens sententia ostendit.

Contra hypocrisim.

b *Maledictus qui fa.* Necesse est enim vt non solùm intueamur quod agimus, sed etiam qua discretione agimus.

† AMBROSIVS.

Opus Dei præproperam exigit festinationem. Ideo discipulus ille, qui citiùs Petro ad monumentum, immodicè commendatur: in via Dei festinam oportet esse progressionem, vt diabolo, qui stat semper à dextris vt sanctis aduersetur, cœptum iter impediendi spatium non relinquatur.

Properandum in via Dei.

Maledictus qui. Desidia per torporem nascitur, fraus per priuatá dilectionem. Illam minor amor Dei exaggerat, hanc proprius amor sui excitat. Fraudé quippe in Dei opere perpetrat, qui se inordinatè diligens, per hoc quod rectè agit ad remunerationis transitoriæ bona festinat. Tribus autem modis fraus ista committitur, quia aut tacita cordis humani gratia, aut fauoris aura, aut res quælibet exterior desideratur. Contra quod per prophetam dicitur, *Beatus qui excutit manus suas ab omni munere*; quia enim non solum fraus in acceptione pecuniæ est, nec munus vnum est. Tres verò sunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude festinatur. Munus est enim à corde, captata gratia à cogitatione; Munus ab ore, gloria per fauorem; Munus ex manu, præmium per dationem; iustus verò ab omni munere manus excutit, quia in eo quod rectè agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec à manu quærit recipere dationem. Solus in Dei opere fraudem non facit, qui cùm in studio bonæ actionis vigilat, nec ad corporalis rei præmia, nec ad laudis verba, nec ad humanam iudicij gratiam anhelat. Ipsa igitur bona nostra, quia insidiantis culpæ gladium euadere nequeunt, nisi sollicito timore quotidie muniantur, rectè per Iob dicitur: *Verba opera mea, quasi*, quæ aptè egerim in Deo: *sed quid in his latenter pertulerim ignoro.* Sæpè enim bona nostra latrocinante fraude pereunt, quia rectis actionibus cupiscentiæ terrenæ se *inserunt. Sæpè desidia interueniēte deficiunt, & frigescente amore tabescunt.

Tribus modis fraus committitur in opere Dei. Isaiæ 33.c. Tres acceptiones munerum. Iob 9.d. Quomodo sæpè pereant opera bona? *Ingerunt.

[a Dialecticis disputationibus. — a Sapientiæ sæcularis, vel memoriæ. — b Ab ecclesiasticis, qui muniuntur scuto fidei & scuto pugnant veritatis. — c Figmenta hæreticorum vel philosophorum, quæ colunt quasi idola.]

⁷Pro eo enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capieris: & ibit Chamos in transmigrationem, sacerdotes eius & principes eius simul.

[Cultores. — Ministri. — a Ecclesiasticus. — b Sæcularis scientiæ munitionem. — c Quia omnis prauus intellectus captiuabitur.]

⁸Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur, & peribunt valles & dissipabuntur campestria: quoniam dixit dominus:

[Falsæ humiliationes. — Fictæ virtutes. — a Quasi vsque adhuc floruit.]

a **⁹Date florem Moab, quia florens egredietur,** b **& ciuitates eius desertæ erunt, & inhabitabiles.**

[a Vel desidiose. — Vel pro corporalis rei præmio, vel pro laudis verbo, vel humani iudicij gratia.]

c **¹⁰Maledictus qui facit opus domini fraudulenter, & maledictus** d **qui prohibet gladium suum à sanguine.**

[a Verbum Dei. — b Interfectione carnalis vitæ.]

¹¹Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fecibus suis. Nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non e **abiit. Idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius**

[Captiuitatis. — a Antiqua felicitas. — b Fama.]

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

c *Et maledictus.* Potest hæc maledictio omnibus conuenire, qui fluxum sæculi sequuntur, & corpora sua castigare & seruituti subiicere negligunt, secundùm illud, *Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt, &c. Quia sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum. Caro enim & sanguis regnum Dei non possidebunt.* Maledictus ergo qui prohibet gladium, id est, verbū Dei à sanguine: quo scilicet animatur materia peccatorum; fundendum est quidquid in membris nostris carnale & terrenum inoleuit & resecandum gladio verbi Dei.

Non parcendum vel indulgendū carni & sanguini. Galat. 5.d. 2. Cor. 15.f.

GREG. in pastoral. 3. part. admon. 26. Gladium à sanguine prohibere, est prædicationis verbum à carnalis vitæ interfectione retinere, de quo dicitur, *Gladius meus deuorabit carnes.* Hinc Paulus ait, *Contestor hodie quia mundus sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.*

Isaiæ 1.e. Act. 20.f.

d *Fertilis.* Ostenditur Moab ex abundantia in odium & elationem venisse, & populum Dei afflictum despexisse, quia nihil afflictionis vel captiuitatis patiebatur.

e † *Permansit gustus.* THEODORETVS. Permansit in metaphora. Quia meminit vasis, necessario fecit etiam mentionem de gustu & odore.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Pro eo enim. *Hic consequenter ponitur dicta vastationis ratio, quæ est duplex: vna ex eius fastu, alia ex Dei contemptu, secunda ibi:* Abscissum est. *Prima adhuc duplex: Prima quia nimis confidebant in fortaliciis suis, & abundabant diuitiis; Secunda, quia habebant populares, viros bellatores natiuos de terra Moab: propter quod nimis superbierant, & iustum erat quod punirentur. Igitur primò ponitur primum, secundò secundùm, ibi,* Quomodo dicitis. *Circa primum dicitur:* Pro eo, &c. *in munitionibus reputando eas inexpugnabiles.*

In quibus confidebāt & superbiebant Moabitæ. Diuisio.

2 Et in thesauris, *æstimando quod inde posses bellatores conducere ad resistendum omni homini.*

3 Tu quoque capieris, *quia nulla potestas humana valet contra iudicium Dei.*

4 Et ibit Chamos. *Idolum erat Moabitarum.*

5 In transmigrat. *quia Chaldæi portauerunt ipsum ad terram suam, propter materia pretiositatem.*

6 Et veniet prædo. *Id est, exercitus Chaldæorum.*

7 Et per. val. &c. *Id est, habitantes in vallibus & campestribus.*

8 Date flo. Mo. &c. *Id est, dicite eum similem flori, cuius pulchritudo marcescit & deficit subitò. Translatio Chaldaica habet sic:* Date coronam Moab, quia egrediens egredietur. *Et est hic Moab genitiui casus, & est sensus: Regnum Moab dabitur alteri, & sic egredietur à dignitate regia.*

9 Maledictus qui facit op. d. neg. *Opus Dei dicitur destructio Moab, eò quòd procedebat secundùm ordinem diuinæ iustitiæ, cuius exequutor erat exercitus Chaldæorum, ideo subditur,*

10 Maledi. qui prohibet gla. s. à sanguine, *scilicet Moabitarum. Consequenter reuertitur ad describendum eius diuitias, de quibus superbierat, dicens,*

11 Fertilis fuit Moab. *scilicet diuitiis.*

12 Ab adolescentia. *Id est, à tempore quo cœpit esse populus nominatus.*

Moab in pace & otio diu vixerat.

13 Et requie. *Id est, quietè possedit diuitias suas, quæ feces dicuntur, eò quòd præstant fomentum omnibus vitiis.*

14 Nec transfusus est de vase. *Loquitur de eo secundùm metaphoram vini, quod non est transfusum de vno vase ad aliud, eò quòd non fuerat translatus de terra sua ad aliam per captiuitatem.*

15 Idcirco permansit gustus. *Id est, sapor eius.*

16 In eo. *per quod designatur appetitus eius & inclinatio ad vitia, quibus diuitiæ præstant fomentum, 1. Tim. 6. b.* Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum, & tentationes diaboli, & in desideria mala & nociua, &c.

17 Et odor eius. *Id est fama.*

Non

MORALITER.

† 8 *Date florem Moab.* Id est, licet ad tempus prosperetur, tamen æternaliter punietur, Iob 21.b. *Tenent tympanum & cytharam & gaudent ad sonum organi: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Exemplum de diuite epulone, Luc. 16. Et quoniam tales ad palliandum suas malitias, aliquando faciunt aliqua bona opera de genere, sequitur,

Prosperitas huius mūdi.

9 *Maledi. qui fa. opus Dei fraudu.* opus Dei fraudulenter facere, est opere bono de genere magnam malitiam palliare.

10 *Et male. qui probi. gla. su. à sanguine.* Id est, iustitiæ exercitium à peccatorum præcisione, cùm possit & debeat corrigere.

11 *Fertilis fuit.* In temporalibus bonis.

13 *Et re.* Quia diuitiæ fomentum præstant omnibus peccatis & per hanc requiem signatur perseuerantia in peccatis.

odore. Propterea, inquit, permansit in prosperitate, & nullam aduersitatem expertus est, velut in eisdem semper conuersans locis.

a *Mittam ei, &c.* † THEODORETVS. Tropicè posuit ista. Dixit enim flerent, sicut de vase, pro exhaurient. Nec sufficiet ipsis, hostibus scilicet, accipere quæ sunt in vasis, sed & vasa conterent, vocat porrò vasa quidem vrbes, quæ autem sunt in vasis, opes, vtrumque verò fecerunt hostes & depopulati sunt, & incenderunt.

Contra eos qui in humana philosophia confidentes simplicem Ecclesiæ fidem & doctrinã contemnunt.

Quicumque in humana philosophia confidunt despicientes ecclesiæ fidem & doctrinã simplicem, venient illis ordinatores & statores dogmatum suorum, & diripientes thesauros falsæ scientiæ, quos in libris quasi in vasis habuere maligni, scilicet, spiritus: & tunc confundentur in exitu vitæ probantes nihil sibi profuisse studium suum, & falsorum deorum suorum culturam. Quia dij Gẽtium dæmonia, tunc ibunt cum diabolo & angelis eius in ignem æternum. Iusti autem in vitam æternam.

Psal. 95. b. Matth. 25. d.

b *Et confundetur Moab.* † THEODOR. Ieroboam collocauit in Bethel vitulam,

non est immutatus. [11] Propterea ecce dies veniunt, dicit dominus & mittam ei ordinatores & statores laguncularum, & sternent eum, & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. [13] Et confundetur Moab à Chamos, sicut confusa est domus Israel à Bethel in qua habebat fiduciam. [14] Quomodo dicitis fortes sumus, & viri robusti ad præliandum? [15] Vastata est Moab, & ciuitates illius succenderunt, & electi iuuenes eius descenderunt in occisionem, ait rex, dominus exercituum nomen eius. [16] Propè est interitus Moab, vt veniat, & malum eius velociter accurret nimis. [17] Consolamini eum omnes qui estis in circumitu eius, & vniuersi qui scitis nomen eius, dicite: Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus? [18] Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon: quoniam vastator Moab ascendet ad te, dissipabit munitiones tuas. [19] In via sta, & prospice habitatio Aroer. Interroga fugientem, & ei qui euasit dic, quid accidit? [20] Confusus est Moab, quoniam victus est. Vlulate & clamate, annuntiate in Arnon: quoniam vastata est Moab, [21] & iudicium venit ad terram campestrem super Helon, & super * Isa, & super Mephat, [22] & super Dibon, & super Nabo, & super domum Deblathaim, [23] & super Cariathiarim, & super Bethgamul, & super Bethmaon, [24] & super Carioth, & super Bosra, & super omnes ciuitates terræ Moab, quæ longè & quæ propè sunt. [25] Abscisum est cornu Moab, & brachium eius contritum est, ait dominus. [26] Inebriate eum quoniam contra dominum erectus est. Et allidet manum

Interlinear glosses: a Id est, hostibus tradam diripiendam, qui scrutentur omnem supellectilem eius. — a Quia non poterit auxiliari. — a Vbi colebant vitulos aureos. — b Libationis. — a Sub nomine Moab stultitia sæculi & superbia confutatur. — Hostes. — a Qui in propria virtute vel scientia confidebant. — b Damnationem perpetuam. — Æternus. — a Non diuturnum est quod certo fini obnoxium est. — Ironice. — a Stuporem indicat Aroer propter subitum casum. — a Responsio fugientis. — a Quidquid in sæculo dogmatum peruersorum est. — Calice iræ Dei. — a Id est, In pœna sua alios punire cessabit.

vitulam, docet ergo sermo propheticus, Moab nullo modo vitam esse à Chamos, quemadmodum nec Israel vllum consecutus est auxilium ab idolis.

c *Consolamini eum.* Ironicè vel ad pœnitentiam prouocat, vt per satisfactionem congruam euadant miseriam.

MYSTICE. Sapientes huius mundi & hæretici quos Moab significat si stultitiam non correxerint ad fidem Catholicam conuersi, veniet illis ruina & vastatio omnibus vrbibus eorũ, id est, diuersis sectis. Quæ enim longè vel propè à veritate distant, lucente Euangelio subuertentur.

Sapientes huius mundi & hæretici.

d *Abscissum.* Sicut cõtra Babylonẽ & Phylisthiim vaticinatus est, quia oppressere populum Iudæorum, ita prædicitur vastitas Moabitarum, id est, Arabiæ ab Assyriis & Babyloniis: Ab vtrisque enim vastati sunt, quando Sennacherib captiuauit Israel, & Nabuchodonosor subuertit Ierusalem. *Cornu Moab,* quidquid, scilicet, in hoc sæculo dogmatum peruersorum est, quidquid ad terrenam scientiam pertinet & putatur robustum, subuertitur, vt nihil probetur quod fortissimum putabatur.

* Iesa. — Moabitæ vastati ab Assyriis & Babyloniis.

Audiui-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non est immuta. *Ab antiquo enim erant diffamati de vitiis carnalibus.*
2 Propterea ecce di. ve. *de propinquo.*
3 Et mittam ei ordi. *littera Hebraica planior est quæ est talis: Mittam euacuatores, & euacuabunt eum. Isti enim fuerunt Assyrij, qui euacuauerunt eum diuitiis.*
4 Et lagunculas eorum collident, &c. *Id est, homines possessores diuitiarum, vel loca vbi diuitiæ conseruabantur: hæc omnia destruxerunt Assyrij.*
5 Et confundetur Moab à Chamos, &c. *Id est, propter cultum idoli Chamos.*
6 Sicut confusa est dom. Israel à Bethel in qua habebat. *Id est, propter cultum vituli aurei in Bethel, secundùm quod habetur 3. Regum 12.*
7 Quomodo dicitis fortes sumus. *Hic ponitur secunda ratio destructionis Moab, quæ est iactantia de fortitudine bellatorum suorum, cùm dicitur,* Quomodo dicitis fortes sumus? *Quasi dicat, Per effectum apparebit contrarium, ideo subditur:*

Diuisio.

8 Vastata est Moab, & ciuitates illius succenderunt. *scilicet, aduersarij.*
9 Et electi iuuenes eius. *scilicet Moab.*
10 Descenderunt. *à superbia sua.*
11 In occi. *à suis aduersariis.*
12 Consolami. *Ironicè loquitur. propter quod subditur,*
13 Dicite quomodo confracta. *Id est, potestas Moab.*
14 Bacu. &c. *Id est, sceptrum regni eius superbum.*
15 Descende. *In confusionem.*
16 Sede in si. *Id est, in penuria, quæ superbisti ex nimia abundantia.*
17 Habita. *nomen est ciuitatis famosæ.*
18 In via sta & prospice hab. Aroer. *loquitur de populo Moab per modum hominis in pauore & angustia existentis, qui prospicit hinc & inde ad videndum, si veniat aliquis vnde posit aliquid consolabile audire: frequenter tamen audit contrarium, & sic fuit in proposito, ideo sequitur,*
19 Confusus est Moab quo vi. est. *Responsio est interrogati.*
20 Vlulate & clamate, annun. in Arnon. *vt omnes præparent se ad fugam, eò quòd ciuitates fortes sunt destructæ: & nominãtur in littera, & patet.*
21 Abscissum est. *Hic ponitur ratio destructionis Moab, quæ accipitur ex eius contemptu & infidelitate, cùm dicitur:* Abscissum est cornu Moab, *id est, superbia eius est deiecta.*
22 Et brachium eius contri. est. *Id est, fortitudo eius est contrita.*
23 Inebria. *scilicet, calice iræ domini. Istud tamen in aliquibus libris ponitur in textu: & hoc fuit per ignorantiam scriptorum, qui hanc glossam interlinearem textui inseruerunt, sicut in multis aliis locis scriptura.*
24 Quoniam contra dominum erectus est. *præ superbia eum contemnendo.*
25 Et allidet. *scilicet, dominus.*

13 Dicite — Manum

Moab in vomitu ſuo, & erit in deriſum etiam ipſe. [27] Fuit enim in deriſum tibi Iſrael, quaſi inter fures reperiſſes eum. Propter verba ergo tua quæ aduerſum illum loquutus es, captiuus duceris. [28] Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis.* [29] Audiuimus ſuperbiam Moab. Superbus eſt valde. Sublimitatem eius & arrogantiam & ſuperbiam & altitudinem cordis illius [30] ego ſcio, ait dominus. Iactantiam, eo quod non ſit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata ſit facere. [31] Ideo ſuper Moab eiulabo, & ad Moab vniuerſam clamabo, ad viros muri fictilis lamentantes. [32] De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama. Propagines tuæ tranſierunt mare, vſque ad mare Iazer peruenerunt. Super meſſem tuam & vindemiam tuam prædo irruit. [33] Ablata eſt lætitia, & exultatio de Carmelo, & de terra Moab, & vinum de torcularibus ſuſtuli. Nequaquam calcator vuæ ſolitum celeuma cantabit. [34] De clamore Eſebon vſque Eleale, & Iaſa dederunt vocem ſuam, à Segor vſque ad Oronaim vitulam conternantem, aquæ quoque Nemrim peſſimæ

a ¶ Qui alios deriſit, ſic ſtulta ſapientia mundi irridens Chriſtianam ſimplicitatem, in fine erroris ſui ſtultitiam agnoſcet. a ¶ Sicut filia Babylonis. a ¶ Conſilium prophetæ. ¶ O ſapientes ſæculi. b ¶ Habitacula errorum. c ¶ Tunc. d ¶ Chriſto, ſecundum illud: Columba mea in foraminibus petræ, & in cauernis maceriæ. a ¶ Bene operans, ſcilicet, æternum habitaculum præparans. b ¶ Id eſt, in perfecta confeſſione paſſionis & reſurrectionis Chriſti. a ¶ Idem penè Iſaias ait. b ¶ Hæretici ſuperbi ſunt & ſimplicitatem eccleſiæ deſpiciunt. a ¶ Quem nihil latet. a ¶ Sed vltra. a ¶ Dolens miſeriam eius & triſtitiam & ſtultitiam. b ¶ Prouinciam vel metropolim. ¶ Hæreticorum ſynagogam. a ¶ Munitionis ſophiſticæ. b ¶ Fragilis & ſolubilis. a ¶ Quæ ſe extollit contra ſcientiam Dei. b ¶ Aliqui volentes conuerti. a ¶ Ne fiat tibi panis, qui conuertitur in fel aſpidum. a ¶ Ne fiat inde vinum, quod eſt fel draconum. b ¶ Euangelicus. ¶ Vt conculcet & deſtruat, ne inde comedentes & bibentes moriantur. c ¶ Conuerſis hæreticis. ¶ Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. a ¶ Scientia falſi nominis. b ¶ Id eſt, De his qui ſe ſcientiam circumciſionis habere iactant. c ¶ Draconum. a ¶ Quia æterno ſilentio opprimentur. a ¶ Cogitatio. a ¶ Amaræ, ſalſæ, ideo ſteriles.

a *Audiuimus.* Quia in priori commate errantes ad pœnitentiam prouocabat, & ad Chriſtum conuerti monebat, vt in eius fide perpetuo manerent; nunc incorrigibiles plurimos & obſtinatos agnoſcens, ex perſona eorum, qui de Moab ſaluati ſunt, & experimento ſuo eius ſuperbiam dicentes, ait, *Audiuimus ſuperbiam Moab, &c.* Et Moab ſuperbiæ arguit, quia plus effertur quàm poſſit, vel poſcat eius fortitudo.

b *Ideo ſuper Moab eiulabo.* Potentiam priſtinæ felicitatis & plagam repentinæ ſubuerſionis oſtendit.

c *Moab vniuerſam clamabo.* Quæ interpretatur fortitudo eorum, & ſignificat fortiſſima hæreticorum dogmata dialecticè conſtructa, in quibus videbatur eſſe fortitudo erroris.

d *Plorabo tibi vinea Sabama.* Tempeſtatem huius ſæculi. Videtur enim ſignificare aliquos de Moab ad dominum conuerti velle. Sabama enim conuerſio aliqua interpretatur.

e *Vinea Sabama, &c.* Attollens altitudinem, quia ſuperbia turrim ad cælum conatur erigere.

f *A Segor vſque ad Oronaim.* Segor vrbs quæ mortuo mari imminet, vbi terminus Moabitarum. Indicat ergo, quia vſque ad extremos fines prouinciæ vlulatus perſonabit. De quo Iſaias: *Vectes eius vſque Segor. Vitulam conternantem*, id eſt, perfectæ ætatis. Sicut enim in hominibus triceſimus annus, ita in pecudibus & iumentis annus tertius robuſtiſſimus eſt.

g *Aqua quoque Nemrim.* Iſaias: *Aquæ enim Nemrim deſertæ erunt, &c.* Et quæ hic minus dicuntur, in Iſaia plenè exponuntur. Eſt enim Nemrim oppidum ſuper mare mortuum.

Iſaiæ 16.b. Dogmata hæreticorū. Iſaiæ 16.b. Segor. Iſaiæ 15.c. Iſaiæ 15.c.

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Manum Moab. *Id eſt, poteſtatem eius.*

2 In vomitu. *In hoc proſequitur metaphoram hominis inebriati, qui reiicit ea quæ habet interius; ſic ex Dei iuſtitia Moab fuit diuitiis & virtute vacuatus.*

3 Et erit in deriſum. *Cuius cauſa ſubditur,* Fuit in deriſum tibi Iſrael. *quando captiuatus fuit à rege Salmanaſar, ſecundum illud Iſaiæ 33.* Væ qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris?

4 Propter verba ergo tua. *contemptibilia contra Iſrael.*

5 Captiuus duceris. *ſicut & ipſa. Ideo ſubditur,*

6 Relinquite ciui. *quod exponens Rab. Sal. dicit, quod in ripis fluuiorum ex cauatione aquæ fiunt foramina, & quando fluuij multum decreſcunt, ſunt ſatis alta ab aqua, & ibi nidificant columbæ; ſed quando creſcit fluuius intrat aqua & aufert nidum ſecum, ſic populus Moab per inundantiam exercitus Aſſyriorum de terra ſua fuit tranſlatus. Alij autem exponunt aliter, cùm dicitur,*

Habitatio in petris.

7 Habitate in petra. *Id eſt, in rupibus altis.*

8 Habitatores, *qui ſolebatis habitare in ciuitatibus delicatis.*

9 Et eſtote quaſi columba. *Id eſt, in altiori loco rupis, vbi homines armati non poſſunt aſcendere, & vos ſequi: quaſi dicat, Non poteſtis aliter euadere; propter quod reuertitur ſcriptura ad increpandum ſuperbiam Moab, cùm dicitur,* Audiuimus ſuperbiam Moab.

10 Sublimitatem eius, *in ſtatu,*

11 Et arrogantiam, *in affatu,*

12 Et ſuperbiam, *in effectu,*

13 Et altitudinem cordis, *in cogitatu,*

14 Iactantiam eius, eò quòd non ſit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat, conata ſic facere. *In Hebræo habetur:* Ira eius iniuſta, & fortitudo eius non ſic fecit. *Quod ſic exponit Rab. Sa.* Ira eius, *id eſt, odium contra populum Iſrael* iniuſta, *quia magis debuit populum Iſrael diligere, tamquam gratus de beneficiis quæ facit Abraham erga Loth patrem ipſius Moab, quem captum ab hoſtibus eripuit, Geneſ. 14. & de ſubuerſione Sodomæ ſuis precibus liberauit, Geneſ. 19.*

Iniuſtum odiū Moabitarum in Iſraelitas.

15 Ideo ſuper Moab eiulabo. *Hic ponitur conſequenter compaſsio Ieremiæ, qui Moabitis compatiebatur, eò quòd videbat in ſpiritu Chriſtum deſcenſurum de Ruth Moabitide, de qua genuit Booz Obeth, Et Obeth Ieſſe patrem Dauid, ſicut dictum fuit plenius Iſaiæ 15. & hoc eſt quod dicitur:* Ideo ſuper Moab eiulabo. *Id eſt, flebiliter clamabo.*

Chriſtus natus de Ruth Moabitide.

16 Ad viros muri fictilis. *Id eſt, ad Moabitas habitantes ciuitates adificatas, & clauſas de lateribus coctis.*

17 De planctu Iazer plorabo. *nomen eſt loci vbi vinearum abundantia.*

18 Propagines. *Id eſt, viri tui fortes, quos ſic vocat ex vineis ibi abundantibus.*

19 Tranſierunt. *In captiuitatem ducti.*

20 Et exulta. de Carmelo. *nomen eſt loci in Moab, alius à Carmelo, qui eſt in Iudæa.*

21 Nequaquam, &c. ſolitum celeuma. *Eſt autem celeuma canticum vindemiatorum, quando abundant in vino. Et per hoc intelligitur deſtructio vinearum, & captiuatio hominum.*

Celeuma.

22 De clamo. Eſebon. *Nomen eſt ciuitatis populoſæ, propter quod clamor populi in eius deſtructione longè fuit diffuſus.*

23 A Segor, *Qui locus eſt in profundo Moab.*

24 Vitulam. *hoc dicitur eò quòd Segor fuit ſubuerſa cum Sodoma. Sciendum tamen, quòd Segor non erat in terra Moab, ſed in extremitate Iudææ verſus terram Moab.*

25 Aquæ quoque Nemrim peſſimæ. *Propter multitudinem ſanguinis humani ibi currentis.*

1 Et

a *Et auferam de Moab.* Intereunte secta humanæ sapientiæ, cessauit pompa & clamor verborum, vt philosophi nec hæretici de ecclesia egressi aliquid inueniant in doctrina sua, quod humanæ vitæ vtile sit.

Silentium impositum hæreticis & mundi philosophis.

b *Omne enim caput caluitium.* Apud antiquos barbæ capitisque rasura luctus indicium fuit; per hæc ergo magnitudo mœroris ostenditur. Quasi dicat, Non erunt priuatæ lachrymæ; publica laméta resonabunt; nec matronæ, nec virgines, nec ætas puerilis, nec senilis erit immunis; pudorem & imbecillitatem extrema captiuitas nescit. Hinc Isa. *in cunctis capitibus eius caluitium, omnis barba radetur.*

Rasio capillorum olim erat signum luctus.

c *Quoniam contriui Moab sicut vas.* Omnis doctrina philosophorum & hæreticorum, quia fragilis est & inutilis, à veritate conteritur & dissipatur.

d *Ecce quasi aquila volabit.* † THEODORETVS. Diuinus etiam Ezechiel parem facit Nabuchodonosor aquilæ. Est enim animal regium, & omnium volucrum velocissimum & potentissimum. Ad hæc prædicit ipsius Moab timidum animum, quem comparat cum animo mulieris parturientis.

Nabuchodonosor aquilæ cõparatur.

erunt[35] & auferam de Moab [a Quia cùm defecit regnum, cessauit vsus sacrificiorum.], ait dominus, offerentem in excelsis, & sacrificantem diis eius. [36] Propterea cor [a Affectus.] meum ad Moab, quasi tibia [a Lugubre carmen cantabit.] æris resonabit, & cor [b Affectus.] meum ad viros muri fictilis [c Munitionis fragilis.] dabit sonitum tibiarum [a Lugubrem.]: quia plus fecit [b Superbiendo.] quàm potuit, idcirco perierunt. [37] Omne enim caput caluitium, & omnis barba rasa erit. In cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium. [38] Et super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus: quoniam contriui Moab sicut vas inutile, ait Dominus. [39] Quomodo victa [a Regio Moab.] est, & vlulauerunt [b Habitatores eius.]? Quomodo deiecit ceruicem [a Superbiæ.] Moab, & confusus est? Eritque Moab in derisum [a Deiectæ superbiæ; sic humana sapientia quanto contra Deum se erigit, tanto veritate superante coram omnibus erubescit.], & in exemplum omnibus in circuitu suo. [40] Hæc dicit dominus: Ecce quasi aquila [a Nabuchodonosor rapax, scilicet & velox.] volabit, & extendit alas [b Transiens, scilicet ad Moab.] suas ad Moab. [41] Capta est Carioth [a Ciuitas famosa.], & munitiones comprehensæ sunt. Et erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis. [42] Et cessabit Moab esse populus, quoniam contra dominum gloriatus est.* [43] Pauor [a Mentis.] & fouea [b Deceptionis.] & laqueus [c Captiuitatis.] super te ô habitator Moab, ait dominus. [44] Qui fugerit à facie pauoris [a Obsidionis.], cadet in foueam [b Tentans euadere.], & qui conscenderit de fouea, capietur laqueo [Captiuitatis.]. Adducam enim super Moab annum visitationis [Iustæ retributionis.] eorum [a De iniquitate eorum. s.], ait dominus. [45] In vmbra Esebon steterunt de laqueo fugientes, quia ignis egressus est de Esebon, & flamma de medio Seon, & deuorauit partem Moab & verticem filiorum tumultus. [46] Væ tibi Moab: periisti popule Chamos, quia comprehensi sunt filij tui [a Discipuli, scilicet cum magistris traduntur æternæ captiuitati.], & filiæ tuæ in captiuitatem. [47] Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus ait dominus. Hucusque iudicia Moab.

e *Et erit cor fortium Moab.* Benè cor Moab cordi mulieris parturientis comparat; quia de magna luxuria ad magnam peruenitur tristitiam.

Contra luxuriosos.

f *In vmbra Esebon steterunt.* Quia in eius munitione sperabat sibi solatium, sed frustra: quia ignis vindictæ verticem tumultus filiorum Moab iusto iudice retribuente oppressit.

g *Væ tibi Moab.* Quia nec munitio vrbium, nec virtus idolorum valuit te defendere: sic erit perpetuum væ his qui confidunt in sapientia humana, & seruiunt erroribus diuersis.

Væ innitentibus super errores.

Isai. 14.

h *Et conuertam captiuitatem Moab.* Videtur tempus gratiæ significare, in quo quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Ioel 2. g.

† THEODORETVS. Exsumpta victione, per humanam item tractatione, demõstrauit se esse dominum omnium diuitiarum erga omnes qui inuocant illum: neque Iudæorum dumtaxat esse Deum, sed omnium hominum.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et auferam de Moab. *Ibi enim idola colebantur.*

2 Propterea cor meum ad Mo. *Per compassionem.*

3 Quasi tibia. *Altè clamando: Et resumit hic propheta modum suæ compassionis, sicut solet fieri in carminibus lugubribus, vbi principium in prosequendo resumitur.*

4 Quia plus fecit quàm pot. *Id est, attentauit aliqua mala, quæ perficere non potuit: quia tamen sibi est imputandum, ac si fecisset, ideo subditur,*

5 Idcirco perierunt. *Moabitæ.*

6 Omne enim caput caluitium. *Illi enim, qui antiquitus ducebantur captiui, radebantur quantum ad capillos & barbam, secundùm quod dicitur Deuter. 21. b.* De captiuitate nudati inimicorum capitis.

Quæ olim conditio captiuorũ [illegible]

7 In cunctis manibus colligatio. *Capti enim in bello ducuntur colligati & cilicio seu sacco induti, subtractis eis vestibus pretiosis; cetera patent in littera.*

8 Hæc di. dominus. *Hic consequenter ponitur destructio Moabitarum per regem Babylonis, quæ fuit magno tempore post prædictam, ideo dicitur,*

9 Ecce quasi aquila volabit. *Quia exercitus Babylonis velociter & sine impedimento contra Moab venit.*

10 Et extendit alas. *Id est, acies quæ ordinatæ, vocantur alæ.*

11 Et erit cor, &c. *Id est, valdè timidum & anxium.*

12 Et cessabit Moab esse populus. *Quasi dicat, Ita pauci remanebunt, quod dici populus non poterunt.*

13 Quoniam contra dominum gloriatus est. *Ex superbia enim procedit blasphemia.*

14 Pauor & fouea. *Id est, tot pericula, & ex diuersis partibus occurrent Moabitis, quod si euadent aliqua, capientur in aliis.*

15 Adducam enim super Moab, &c. *Id est, punitionem peccatorum suorum.*

16 In vmbra Esebon ste. *Esebon enim erat ciuitas fortis: propter quod multi, ne caperentur à Chaldæis, confugerunt ad eam, vt ibi quasi in vmbra protegerentur; propter quod Nabuchodonosor iratus illam succendit, & similiter Seon, ad quam similiter aliqui fugerant propter eius fortitudinem.*

Esebon vrbs munitissima.

17 Et deuorauit partem Moab. *Id est, magnam partem populi refugientis, ibi.*

18 Et verticem. *Id est, ciuitatem regni capitaneam.*

19 Filiorum tumul. *Sic nominabatur, eò quòd erat ibi populus multus.*

20 Peristi po. Cha. *Sic nominatur ab idolo quod colebat.*

21 Et conuertam cap. *Hoc additur in fine ad ostendendum, quod populus Moab repararetur futuris temporibus. Et subditur conclusio huius capitis.*

22 Hucusque iudicia Moab *Id est, illa quæ futura sunt super eum ex ordinatione diuina iustitia.*

CAP.

CAP. XLIX.

a *Ad filios.* Post Moab ad filios Ammon verba vertitur, & increpantur, quod ausi sunt terrá Israel inuadere, vnde & eis vltio digna prænútiatur, & Israel possessores suos prædicitur possessurus.

(Rabbath seu Ariopolis.) b *Filia Rabbath.* Metropolis Moabitarú, quæ nunc Ariopolis dicitur, composito nomine ex Hebræo & Græco, quod ἄρειος, id est, Martis ciuitas vocetur.

c *Filia delicata.* † Theod. Impudentiam eius arguit & temeritaté, quam de diuitiis ostétabat.

d *Quis veniat.* † Idem. Et quia res conspicuas attendebat ignorabat auté Deum inuisibilem: ostendit quis sit qui plectat?

e *Dispergemini, &c.* † Idem. Non enim vna fugietis, sed timore immodico dissipabimini. Prædicit verò illis reditum, ne superbiant Iudæi, vtpote soli regressum adepti.

f *Et post hæc.* Quia post conuersionem hæreticorum ad fidem rectam, captiuitas peccati dissoluetur, recipientur in communionem Ecclesię, vnde exierant. (Hæreticorú ad Ecclesiá reuocatio.)

g *Et captiuos.* Possumus per filios Ammon, qui de Loth in spelunca, & in ebrietate, & incestu generati sunt hæreticos accipere, secundùm illud, *Ex nobis exierunt, sed ex nobis non erant.* (Genes. 19. g. 1. Ioan. 2. c.)

h *Ad Idumæam.* Tropolog. Idumæa terrena & carnea delectatio, quæ consurgit aduersus spiritum, vt non faciamus ea quæ sunt spiritus, & animam in meditullio positam ad se trahere festinat: rebellans contra filios Iuda, quibus prius erat subdita, & recordatur doloris antiqui, contra eos, qui à carne recedétes, spiritú sequuntur. (De carne & spiritu.) Ideo dominus extendit manú suam super Idumæam, vt redigat eam in solitudiné: & Themam quæ interpretatur deficiens, & Dedan, id est, cognationem, vt seruiant domui Iudæ. Vnde: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Diligit dominus Iacob, quia carneum & terrenú supplantat, & benedictioné illius accipit. Primú enim secundùm carnem viuimus, postea secundùm spiritum. Priora enim sunt vitia, deinde virtutes quibus vitia obruútur: (Rom. 9. c.) Appositum est enim cor hominis ad malitiam à pueritia: errores verò adolescentiæ ætas matura condemnat: vnde, *Delicta iuuentutis meæ & igno. me. ne memi.* (Psal. 24. b.) Sciendum tamen, quod Iacob accepit benedictionem primam, Esau secundam, & ad extremum dicitur ei: *Seruus eris fratris tui.* (Gen. 27. f.) Cùm enim spiritui caro subiecta fuerit, Idumæa transibit in Iudæam, & caro seruiet rationi.

CAPVT XLIX.

a ¹ AD filios Ammon, hęc dicit dominus: Numquid non filij sunt Israel, aut heres non est? Cur igitur hereditate possedit Melchom, Gad, & populus eius in vrbibus eius habitauit? ² Ideo ecce dies veniunt in te, dicit dominus, & auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij. Et erit in tumulum dissipata, filiæque eius igni succendentur: & possidebit Israel possessores suos, dicit dominus. ³ Vlula Esebon, quoniam vastata est Hai. b Clamate filiæ Rabbath, accingite vos ciliciis, plangite & circumite per sepes, quoniam Melchom in transmigrationem ducetur, sacerdotes eius & principes eius simul. ⁴ Quid c gloriaris in vallibus? Defluxit vallis tua filia delicata, quæ con- d fidebas in thesauris tuis, & dicebas. Quis veniat ad me? ⁵ Ecce ego inducam super te terrorem ait dominus Deus exerci- e tuum, ab omnibus qui sunt in circumitu tuo, & dispergemini singuli à conspectu vestro, nec erit qui congreget fu- f gientes. ⁶ Et post hæc reuerti faciam fugientes & captiuos g filiorum Ammon, ait dominus. h ⁷ Ad Idumæam, Hæc dicit

a ¶ Idolum est Ammonitarum, & interpretatur rex meus.
a ¶ Metropolis, quæ postea à Ptolomæo Philadelpho qui Arabiam cum Iudæa tenuit, Philadelphia vocata est.
a ¶ In quo confidebatis.
a ¶ Sicut populus, sic sacerdotes.
a ¶ Abundantia frugum, in qua Ammonitæ confidebant. b ¶ Abundantia superbiæ & plebis acquisitæ.
¶ Scientiæ. a ¶ Corrector vel victor.
a ¶ Ecclesiasticorum victorum.
a ¶ Catholica Ecclesia per totum orbem dilatata.

h Ad

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XLIX.

1 AD filios Ammon, &c. *Hic in quarto loco ponitur prophetia contra Ammonitas & alias quatuor Gentes: Et ideo diuiditur istud cap. in quinque partes, quæ patebunt prosequendo. In prima autem parte ponitur prophetia, contra Ammonitas, qui debuerunt diligere & iuuare populum Israel propter beneficia quæ fecit Abraham Loth patri eorum, vt dictum est cap. præcedenti, & ipsi magis nocuerunt eis, non solum gaudendo de eorum infortuniis, sed etiam terram eorum in parte occupando, propter quod dicitur hic,* Ad filios Am. *& est verbum domini ad aduersarios eorum diuinam iustitiam exequentes.* (Ammonitæ Iudæis infesti.)

2 Num. non sunt fi. Is. aut heres. *Quasi dicat, Imò: ideo subditur,*

3 Cur igitur her. poss. Melchom. *Id est, rex eorum, scilicet, Ammonitarum. Melchom enim interpretatur rex eorum: & aliquando accipitur pro idolo Ammonitarum, aliquando pro rege ipsorum.* (Melchom vox æquiuoca.)

4 Gad. *Id est, hereditatem Gad. Accepit enim tribus Gad hereditatem vltra Iordanem prope Ammonitas, propter quod Ammonitæ illam occupauerunt violenter & iniustè, ideo sequitur pœna. cùm dicitur,*

5 Ideo ecce dies veniunt. *In breui.*

6 Et auditum faciam super Rabbath. *Ciuitas erat metropolis in regno Ammon.*

7 Fremitum. *quem sustinere non poterit, ideo sequitur,*

8 Et erit in tumu. *sic enim est in Hebræo. Aliqui libri habent tumultum, & malè.*

9 Filiæque eius, *id est, ciuitates & villæ sub ea existentes.*

10 Igni succen. *Hoc fuit impletum tempore Machabæorum, qui aliquos de Ammonitis sibi subiecerunt.*

11 Vlula Esebon, quoniam va. *nomen est cuiusdam fortalicij propinqui ciuitati Esebon, ideo ex destructione eius imminebat destructio Esebon.*

12 Circumite. *tamquam vagabunda & fugitiua.*

13 Quoniam Melchom. *erat enim idolum de materia pretiosa, propter quod fuit asportatum ab aduersariis.*

14 Quid gloriaris in vallibus. *In terra enim illa erant valles fertiles in bonis, de quibus gloriabantur: sed hoc excluditur cùm subditur,*

15 Defluxit val. *Id est, à bonis suis est euacuata.*

16 Filia delicata, *id est, Gens Ammonitarum deliciis carnalibus intenta.*

17 Quæ confidebas in thesauris. *tam de diuitiis naturalibus, sicut sunt congregatio bladi & vini & olei, quam de artificialibus, sicut sunt congregatio pecuniæ, auri & argenti.* (Diuitiæ naturales & artificiales.)

18 Et dicebas. *præ superbia.*

19 Quis veniet. *Id est, nullus audebit me inuadere, sed contrarium inducitur, cùm dicitur,* Ecce ego inducam super te terrorem, &c.

20 Dispergemini singu. à conspectu vestro. *quod nullus videat alium de cetero.*

21 Et post hæc reuerti. *hoc dicitur ad aliquam Ammonitarum consolationem, respectu tamen futuri temporis.*

22 Ad Idumæam. *Hæc est secunda pars, in qua ponitur prophetia contra Idumæos, qui debuerunt filios Israel diligere, eò quòd descenderunt ab Esau, Israelis fratre: & ipsi è contrario oderunt eos: propter quod dominus eos infatuauit, vt nescirent inuenire consilium contra imminens periculum: & hoc est quod dicitur,* (Idumæi infensi Iudæis.)

10 Igni — Numquid

MORALITER.

† 1 *Ad fil.* Secundum sensum litteralem isti habitabant iuxta possessionem filiorum Israel, & in parte abstulerunt eam sibi, propter quod meruerút de terra sua captiuari, per illos igitur significantur cupidi, qui fraudibus & violentiis auferunt aliorum hereditates: propter quod merentur hereditate cælesti priuari, per hoc autem quod subditur in fine. (Cupidi & rapaces.)

21 *Post hæc reuerti faciam.* significatur quod illi qui veraciter pœnitent à talibus maleficiis reducuntur ad possessionem cælestis hereditatis.

22 *Ad Idumæam.* quæ interpretatur sanguinea, propter quod per Idumæos signantur homicidæ, qui sanguinem innocentum fundere delectantur: & raptores qui sudoribus eorum & sanguine pascuntur, propter quod sicut Idumæi promeruerunt partim occidi, & partim captiuari, sic isti merentur in inferno puniri, ideo sequitur postea, (Homicidæ & latrones.)

† Descen-

a *Si fures.* Hæretici qui furantur sufficientiam sibi, & quotidie aliquos de ecclesia rapiunt, ingredientes vineam domini, quam de Ægypto transtulit, cupiunt vniuersa populari, vt vix racemum in ea relinquant. Sed dominus contra omnia secreta eorum, & patriarcharum Esau (qui primas scilicet, hæreses inuenerunt) viros ecclesiasticos & doctores profert in medium. Et prima illius victoria est patefacere quæ tegebatur.

Psal. 79. b. — Patefactio hæresum.

TROPOLOGICE. Contra Iudæos factus est sermo, qui Christianis inuident & persequuntur Iacob fratrē suum, qui illis primogenita patris rapuit, vel præripuit. Vel, contra hæreses & contraria dogmata, quę videntur esse nobis vicina, sed de paterna hereditate simplicem Iacob, & habitatorem domus nituntur expellere. Idumæa enim terrena interpretatur, & propter rubrū colorē cruenta intelligi potest, vnde, *Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra?* Sunt qui Idumæam ad carnem referant, & aduersus eam existimant animam prouocari: vt mortificantes membra nostra (fornicationem, scilicet, immunditiā, & huiusmodi) æternā in Christo victoriam consequamur.

Iudæi & hæretici fideles turbant. — Esaie 63. a. — Carnis mortificatio. — Col. 3. a.

b *Non eris innocens.*

† THEODORETVS. Ea mihi lex est, vt puniā eos, qui impiè & perperam viuunt. Abducti sunt in Babylonem prophetæ, & sacerdotes, Daniel, Ezechiel, necnon Ananias, Azarias, Misael, viri pij, & alij plurimi (vt probabile est) quorum historia meminit. Illi porrò ait virtutis ergo non erant obnoxij pœnæ, fuerunt nihilominus captiui: & tu putas effugere? Spe tua frustraberis.

*Isa. 47. c. — *Abac. 1. b. — *Sup. 18. c. & 19. c. & infra 50. c.

c *Audiui.* Hæc sententia in Abdia penè eisdem verbis continetur, & multa huius capituli.

Abdiæ 1. a.

d *Ecce enim.* Quasi dicat, O Edom qui minor es inter omnes in circuitu nationes, & ad comparationem ceterarum Gentium paruulus merito & numero: sed vltra vires erigeris superbia. Cūq; habites in speluncis, & in cauernis petrarū, humilis, & quasi aquila extolleris: & in tantum cogitatione intumescis, vt inter sydera habitare te credas: sed si vltra naturam posses cæli altitudinem penetrare, inde te detraherem, & ad terram reducerem ceterarum Gentium.

Mira Idumæorum superbia.

e *Paruulum dedi te in gent.* O hæretice, licet magnus tibi videaris, & contemnas paruitatem ecclesiæ: paruus tamen es & contemptibilis.

f *Cùm exaltaueris quasi aquila.* Quia hæretici altitudinem & similitudinē aquilarum pollicentur sibi, quæ ad cadauer dominicum congregantur. Hæc quoque contra carnē dicuntur, quia imminutæ sunt vires eius in aduētu Christi, & contemptibilis facta est animæ subiecta imperio: & frustra erigitur, cùm habitet in cauernis petræ vel sensibus vel cogitationibus, & vult dominari animæ exaltans soliū suum nec opera sua posse credit superari. Cui dicitur quod quamuis se erigat & aquilæ imitetur excelsa, multosque sanctorum decipiat, à domino tamen superatur. Quod autem contra hæreticos & carnem dictum est, contra Iudæos quoque intelligi potest.

Hæreticorū superbia. — *Abd. 1. a. — Caro frustra se erigens contra Deū.

a ¶ Prædicitur Idumææ, quod vltra non sit sapientia in Theman.

dominus exercituum. [1] Nūmquid non est vltra sapientia in Theman? Periit consilium à filiis, inutilis facta est sapientia eorum. [8] [2] Fugite & terga vertite, descendite in voraginem habitatores Dedân, [3] quoniam perditionem Esau adduxi super eum, tempus visitationis eius. [9] [4] Si vindemiatores eius venissent super te, non reliquissent racemum: si fures in nocte rapuissent, quod sufficeret sibi. [10] Ego verò discooperui Esau, reuelaui abscōndita eius, & celari non potuit. Vastatū est semen eius, & fratres eius, & vicini eius, & non erit. [11] [5] Relinque pupillos tuos, & ego eos faciam viuere, [6] & viduæ tuæ in me sperabunt: [12] [7] quia hæc dicit dominus. Ecce quibus non erat iudiciū, vt biberent calicem, bibentes bibent, [8] & tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens bibes: [13] Quia per memetipsum iuraui, dicit dominus, quod in solitudinem & in opprobrium & in desertum & maledictionem [9] erit Bôsra, & omnes ciuitates eius erunt in solitudines sempiternas. * [14] [10] Aûditum aûdiui à domino, [11] & lêgatus ad Gêtes missus sum. Congrêgamini & venite contra eâm, & consurgâmus in prælium. [15] [12] Eccê enim paruulum dedi te in Gentibus, [13] contemptibilem inter hômines. * [16] [14] Arrogântia tua decepit te, & supêrbia cordis tui, [15] qui habitas in câuernis petræ, [16] & apprehendere nitêris altitudinem collis. * Cùm exâltaueris quasi aquila nidûm tuum, inde detraham te, dicit dominus. [17] Et erit Idûmæa deserta. * Omnis qui trânsibit per eam stupebit, & sibilâbit

Interlinear glosses:
a ¶ Vrbs est Idumææ, & interpretatur cognatio.
a ¶ Vastatores qui palam & omnino vastant.
a ¶ Qui nocte fodiunt domos.
a ¶ Aliquid reliquissent vel satiati, vel ignorantes. b ¶ Per Babylonios.
a ¶ Omnia scilicet secreta, cauernas, & foramina speluncarum, quia illa regio in speluncis habitatur propter nimium calorem.
a ¶ Tibi derelictus est pauper, orphano, &c.
a ¶ Viduam eius benedicens benedicam.
a ¶ q. d. Vix iustus saluabitur, impij & peccatores vbi apparebunt?
a ¶ Ciuitas in Moab quæ interpretatur firma vel robusta vel munita.
a ¶ Spiritualiter.
a ¶ Aure spirituali. b ¶ Christus. ¶ Desideratus cunctis gentibus, ipse est enim Angelus magni consilij.
a ¶ Mecum. ¶ Exhortatio legati. b ¶ Idumæam. c ¶ Et ego ero dux & primus in acie.
a ¶ Comparatione ceterarum Gentium.
a ¶ Rationales, sapientes. b ¶ Omnis hæreticus. c ¶ Quia superbia facit hæreticum, non ignorantia.
a ¶ In scissuris schismatis & hæresis, quæ scinduntur à petra Christi, & ab vnitate fidei.
b ¶ Cogitatione intumescens.
a ¶ Id est, si exaltare possis vltra naturam. b ¶ Quæ cunctis auibus altius volat. c ¶ Promittens tibi regnum cælorum.
a ¶ Synagoga hæreticorum vel Iudæorum.
a ¶ Intuendo, scilicet. b ¶ Magnitudine tormentorum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Numquid non est vltra sapientia. *quasi dicat, Non: & tamen in illa ciuitate vigebat studium sapientiæ, & quia deficiente consilio contra periculum non restat nisi fuga, ideo subditur,*

2 Fugite & terga vertite, descendite in voraginem, *Id est, in abyssum malorum, Vel ad litteram,*

3 In voraginem. *Id est, in loca subterranea vos abscondendo.*

4 Si vindemiatores eius, &c. *Quasi dicat, Si vindemiatores vel fures introissent ad te, aliquid tibi reliquissent: sed hostes tui ita scrutabuntur omnia occulta tua, quod nihil remanebit ibi, nec etiam homines, ideo subditur,* Vastatum est semen eius.

5 Relinque pupillos. *Quando enim viri occiduntur, seu in captiuitatem ducuntur: & paruuli, & mulieres relinquuntur, secundum modum bellandi rationabilem, vnde in historia sancti Syluestri dicitur quod hoc erat statutū in bellis Romanorū, vt quicumque aliquem occidisset infantem capitali sententia puniretur. Per hoc ergo quod dicitur,* Relinque. *datur intelligi, quod omnes viri sint occidēdi vel captiuādi, ita quod solū remaneant mulieres & paruuli.*

Bellum non debet sæuire in paruulos & mulieres.

6 Et ego eos faciam viuere. *Proprium est enim ipsius Dei innocentibus in necessitatis tēpore prouidere. Et subditur ratio talis punitionis, cùm dicitur,*

7 Ecce quibus no. er. iud. *Id est, non meruerant mortis seu captiuitatis pœnam, sicut Ieremias innocens fuit incarceratus, & Baruch cum ipso ad mortem quæsitus, vt dictum est suprà 37.*

8 Et tu quasi innocens rel. *cùm tamen multa iniqua feceris. Cetera patent vsque ibi,*

9 Et maledictionem. *Id est, in exemplum maledictionis, vt cùm aliquis maledicet alicui ciuitati, dicat: Sic fiat de ea, sicut de Bosra. Dicit autem hic Ra. Sa. quod Bosra est ciuitas in Moab, sed ponitur hic in punitione Idumææ, quia de ea fuit natus vnus rex Edom, secundum quod dicitur Gen. 36. d.* Et regnauit pro eo Iobab de Bosra. *Potest tamē dici quod est alia ciuitas Idumææ, eiusdem tamen nominis: in diuersis enim terris benè sunt ciuitates eiusdē nominis.*

Bosra vrbs in qua regione posita fuit.

10 Auditum audiui. *Verbum est Ieremiæ,*

11 Et legatus ad Gentes. *Denuntiando ex parte Dei, vt veniant ad destructionem Idumææ, ideo subditur,*

12 Ecce e. paru. dedi te. *qui solebas esse maximus,*

13 Contemptibilem, *qui eras honoratus. Cuius causa subditur,*

14 Arrogantia. *quia excæcat intellectum.*

15 Qui habitas in cauer. petræ, *id est, in locis inaccessibilibus & inexpugnabilibus.*

16 Et apprehen. niteris altitud. collis, *id est, indebiti tibi honoris: sed magis deiicieris: ideo subditur,* cùm exaltaueris, &c. *& patet littera vsque ibi.* Ecce

MORALITER.

† 3 *Descendite in voragi.*

4 *Si vindemiatores.* Quasi diceret, Raptores huius mundi aliqua relinquunt illis quos spoliant: Sed Dæmones in peccatis obstinatos omnibus bonis priuant.

† Ad

a *Ecce quasi leo.* Sicut dominus castigauit superbiam Iudæorum, quos per Iordanem significat: ita Idumæorum perfidiam & inuidiam, quam contra fratres suos exercuerant, per ministros iræ suæ plenè castigabit, nullusque consilio & voluntati eius resistet; heretici quoque & hostes ecclesiæ tormēta sibi condigna non euadent, sed leo sæuissimus in tartarum eos perpetuò cruciandos detrudet.

Punitio hæreticorum & hostium Ecclesiæ.

b *A voce ruinæ, &c.* Veniente vastatore strepitus ruinæ eorū longè lateq; resonabit, terrore incutiens vicinis prouinciis.

c *Confusa est.* Post Philisthæos, Moabitas, Ammonitasquoque & Idumæos, ad Damascum, id est, Arabiam verba conuertit. Damascus verò regalis quondam ciuitas fuit, & in omni Syria primas tum tenuit; necdū florebat Antiochia, Laodicea, & Apamia, quas post Alexandrum auctas esse nouimus: quia ergo decem tribubus contra Iudam præbebat auxilium, ipsi vastitatem à Babyloniis imminere significat.

Damascus totius Syriæ olim caput.

d *Auditum pess.* Captiuitatis scilicet quæ à Babyloniis imminet, vel à Romanis secundùm alios. Cùm enim captus est populus Iudæorū, Damascus, cui imperabat Aretha, similiter capta est.

Damascum quando ceperunt Romani.

e *Dissoluta.* Damascus interpretatur poculum sanguinis, aut sanguinem bibens, aut sanguis cilicij; quæ omnia Ethnicis conueniunt, qui ante fidem Christi, amici erant sanguinis, & crudelitatis, & opera agebant digna planctu & sacco. In libro dierum narrat historia, quòd impleto anno ascenderit contra Ioaz regem Iudæorum exercitus Syriæ, & venit Ierusalem, & omnes principes eius interfecerit, cunctamque prædam miserat regi Damasci, qui cum paucis venerat; & Deus tradidit in manus eorum multitudinem magnam nimis, quòd dereliquissent dominum Deum patrum suorum. Post finem enim anni acceptabilis, in quo Christi Euangelium prædicatū est, ascendit de Damasco Gentium exercitus in paucis viris contra Iudam & Ierusalem, qui dereliquerunt dominum: & omnes eorum leges & prophetarum abstulerunt diuitias, & miserunt regi Damasci, viri ecclesiastici, quia ad comparationem totius mundi fideles adhuc pauci erant, & tamen dominus tradidit Ierusalē in manus eorum: quia dereliquerunt Dei filium, qui per prophetas ante prædictus est. Per Damascum ergo vocatio Gentium significatur, qui prius amantes sanguinem, postquam in Christum crediderunt, pristinę conuersationis ciuitas esse desierūt; vnde Isaias, *Et erunt sicut aceruus lapidum in ruina.* Quomodo enim aceruus lapidum de dispersis lapidibus cumulatur: sic de omnibus nationibus aceruus credentium congregatur in ruina Iudæorum cadentium dum Gentes surgunt.

Ecclesia ex Gentibus spoliat Iudæos omnibus bonis spiritualibus.

super omnes plagas eius: [18] sicut subuersa est Sodoma & Gomorrha & vicinæ eius: ait dominus: Non habitabit ibi uir, & non incolet eam filius hominis. [19] Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam, quia subitò currere faciam eum ad illam. Et quis erit electus, quem præponam ei? Quis enim similis mei, & quis sustinebit me? Et quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? [20] Propterea audite consilium domini, quod iniit de Edom: & cogitationes eius, quas cogitauit de habitatoribus Theman. Si non deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint cum eis habitaculum eorum. [21] A voce ruinæ eorum commota est terra: clamor in mari rubro auditus est vocis eius. [22] Ecce quasi aquila ascendet, & euolabit & expandet alas suas super Bosram. Et erit cor fortium Idumææ in die illa, quasi cor mulieris parturientis. [23] Ad Damascum. Confusa est Emath & Arphad, quia auditum pessimum audierunt. Turbati sunt in mari, præ solicitudine quiescere non potuit. [24] Dissoluta est Damascus, versa est in fugam: tremor apprehendit eam, Angustia & dolores tenuerunt eam quasi parturientem. [25] Quomodo dereliquerunt

(Interlinear glosses: *Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur. — Viriliter agens. — Rationalis sapientis. — Diabolus. — Iudæorum. — Contra Idumæam, scilicet, quæ pulchra sibi & robusta videtur. — q. Quis resistet voci meæ. — Recta fide, & vero dogmate. — Humiles. — Ecclesiastici. — Aposiopesis. — Praua dogmata. — Ad rapiendum. — Fastus, scilicet, hæreticorum conteretur. — Vrbes sunt Damasci & Arabiæ. — Pro peccatis eorum pœnitentem. — Vt parturiat spiritum salutis, & bonorum operum fructum pareret.*)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce quasi leo. *Id est, rex Babylonis, qui designatur nomine leonis, eò quòd habebat signum leonis in vexillo, vt dictum est suprà 4. cap.*

2 De superbia Iordanis, *Id est, ad similitudinem Iordanis intumescentis, qui tunc operit terram iuxta positam; & per hoc designatur, quod rex Babylonis venturus sit cum tanta multitudine & potestate, quod absorbeat Idumaam, quod notatur cùm dicitur,*

3 Ad pulchritudinem. *Eò quòd ibi erant ciuitates pulchræ & fortes.*

4 Et quis erit electus, *Id est, princeps in Idumaa,*

5 Quem præponam ei. *Vt ei resistat & praualeat: quasi dicat, Nullus, eò quòd iste est executor meæ iustitiæ, & procedens meæ virtute, ideo subditur,*

6 Quis enim similis. *Quasi diceret, Nullus.*

7 Et quis est iste pastor? *Id est, Idumaa rector,*

8 Qui resistat vultui meo, *Quasi dicat, Nullus; ideo sequitur,*

Idumæi impotentes resistere Chaldæis.

9 Si non deiecerint, *Scilicet Idumaos,*

10 Paruuli gregis, *id est, minimi de exercitu mea virtute procedentes:*

11 Nisi dissipauerint cum eis habitac. eo. *id est, ciuitates & fortalitia Idumaorum; quasi dicat, Nisi fiat, non credatur mihi, qui tamen sum veritas ipsa.*

12 A voce ruinæ eorum com. est terra. *Quia rumor huius statim fuit diffusus ad habitantes in terra, & nauigantes in mari.*

13 Ecce quasi aqui. ascen. & euol. *id est, rex Babylonis fortiter & celeriter veniet contra Idumaam.*

14 Et expandet alas, *id est, acies suas.*

15 Super Bos. *ciuitatem regiam.*

16 Et erit cor fort. Id. *In die illa scilicet, quando debebunt resistere & bellare.*

17 Quasi cor mulie. parturien. *id est pauidum & anxium nimis.*

18 Ad Damascum, &c. *Hic consequenter ponitur prophetia contra Syrios, qui multa mala intulerunt Iudæis, vt patet 3. Reg. & 4. in pluribus locis: & hoc est quod dicitur,* Ad Damascum, &c. *Erat enim ciuitas metropolis Syriæ, secundùm quod dicitur Isaiæ 7. b.* Caput Syriæ, Damascus. *Et ideo prophetando contra Damascum, prophetizat contra totam Syriam,*

19 Confusa est Emath & Arphad. *Nomina sunt ciuitatum Syriæ.*

Emath & Arphad.

20 Quia auditum pes. *Scilicet, captionem Damasci, quæ erat metropolis.*

21 Turbati sunt in mari. *id est, habitantes in quibusdam insulis maris Syriæ propinquis, & sub eius dominio existentibus, propter quod audita vastatione Syriæ turbati fuerunt.*

22 Præ solicit. qu. n. pot. *Scilicet populus ibi habitans, timens ne ad ipsum perueniret gladius. In Hebræo autem habetur:* Sicut mare turbatum quiescere non potuit, *scilicet, populus existens in Emath & Arphad: & est littera plana, quia non leguntur tales insulæ fuisse sub dominio Syriæ.*

23 Dissoluta est, *Præ timore, qui dissoluit virtutem animi & corporis: ideo subditur,* Versa est in fugam.

24 Dolores te. eam quasi partu. *Quæ patitur dolorem maximum & angustiam.*

25 Quomodo dereli. ciui. *id est, Damascum metropolim, vbi habitauerunt abundanter & iocosè. In Hebræo habetur:* Quomodo non est fortificata ciuitas laudabilis? *& cetera, quia non fuit sufficienter munita à ciuibus contra hostes; & sic intelligitur quod dicitur hic,* Quomodo dereliquerunt ciuitatem, *scilicet, immunitam, vnde subditur,*

MORALITER.

† 18 *Ad Damascum, &c.* Quæ interpretatur sanguinem propinans, ideo signat illos qui suis malis persuasionibus & consiliis incitant alios ad contentiones, discordias, lites, & bella, ex quibus sequitur sanguinis effusio: & sic aliis sanguinem propinant, & sicut Damascus fuit igne combusta, sicut dicitur infrà,

Discordiam seminantes.

ciuitatem laudabilem, vrbem lætitiæ? [26] Ideo cadent iuuenes eius, in plateis eius, & omnes viri prælij conticescent in die illa, ait Dominus exercituum. [27] Et succendam ignem in muro Damasci, & deuorabit mœnia Benadab. [28] Ad Cedar & ad regna Asor, quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis. Hæc dicit Dominus: Surgite & ascendite ad Cedar, & vastate filios orientis. [29] Tabernaculum eorum & greges eorum capient, pelles eorum, & omnia vasa eorum, & camelos eorum tollent sibi: & vocabunt super eos formidinem in circumitu eius. [30] Fugite, abite vehementer, in voraginibus sedete qui habitatis Asor, ait dominus. Iniit enim contra vos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium, & cogitauit aduersum vos cogitationes. [31] Consurgite & ascendite ad Gentem quietam & habitantem confidenter, ait dominus. Non ostia nec vectes eis, soli habitant. [32] Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam, & dispergam eos in omnem ventum qui sunt attonsi in comam: & ex omni confinio eorum adducam interitum super eos ait dominus. [33] Et erit Asor in habitaculum draconum deserta vsque in æternum. Non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis. [34] Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam, aduersus Elam in principio regni Sedechiæ regis Iuda dicens: [35] Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego confringam arcum Elam, sumam fortitudinem eorum

Interlinear: a Synagogas. b Discipulos. a Morticina peccatorum. b Nequitiæ. Iræ. a Brutos gibbo peccatorum deformatos. a Irruentibus spiritualibus Chaldæis. b Peccatorum. a Latitantes. b Sagittam luminis. Metropolis illius Gentis. a Diabolus. b Confusionis terræ. c Doli astutiæque. d Diabolus vel Nabuchodonosor. Continentiæ. a Veræ defensionis. b Absque Deo. a Dæmonibus. b Stultorum. a Doctrinæ. b Quamuis, scilicet, se priuatos crinibus vitiorum arbitrentur. a Quia dæmones vicini nobis, & in hoc proximo aëre volitantes. b Æternum. a Dæmonum. A Deo. a Ecclesiasticus. a Verè rationalis.

a *Ad Cedar.* Hi Agareni sunt, sed vsurpato nomine Saraceni vocantur, & habitant per solitudinem totam, de quibus poëta dicit: Lateq; vagantes Agæi. † THEODORETVS. Cedar vnus erat è filiis Ismael, idq; docemur ex libro creationis. Illo verò tempore illa reliquis tribubus vt verisimile est, imperabat. Vnde etiam illam appellauit reginam. aulam verò nominat vniuersum statum Saracenorum. Erāt namque pastores habitantes in tentoriis. MYSTICE. Cedar, quod interpretatur tenebræ, & Asor, id est, sagitta luminis, hæreticos significant mente tenebrosos, & tamen sententias dogmatis sui sagittas luminis fingentes; qui se simulant filios orientis, cùm sint tenebrarum filij.

Cedar. *Hæretici cùm in densissimis tenebris sint nihil nisi lumen Euangelij crepāt.*

b *Tabernaculum.* Hæc omnia Saracenorum propriè gentem significant, qui in tentoriis manent, & vbi nox coëgerit sedes habent, & armenta multa, & pecora, camelorumque greges; sed non habent ostia, nec vectes, non enim versantur in vrbibus, sed in solitudine. Hi omnes à Babyloniis sunt deleti.

Agareni vitam agunt pastoritiam nec vrbes incolunt.

c *Et erit Asor.* † THEODORETVS. Quibus verbis res ipsæ testimonium perhibent. Nam relicta illa planè deserta, accedunt ad loca tutiora quæ inhabitantur. Prædicit item quæ ventura sunt Aelam, explicato prophetiæ tempore. Nam refert, eam, statim vt regnare cœpit Sedechias, emissam esse.

d *Ecce ego confringam, &c.* Elam regio Persidis, vnde Elamitæ. Prædicit enim propheta Persis & Mœdis, licet Babyloniam vastauerint, regnumque Chaldæorum destruxerint: quod per Macedones destruendi sunt. Qui enim cetera regna pro iniquitatibus corripuit, hoc regnum impunitum non reliquit. Elamitæ quoque despicientes vel tentantes interpretantur, & significant persequutores ecclesiæ.

Elam. *Persæ & Mœdi à Macedonibus victi.*

THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ideo cadent iuue. eius. *Eò quòd hostes de facili introibunt.*
2 Et omnes viri prælij conticescent, *Non potentes resistere.*
3 Et succendam ign. in mu. Da. *id est, in domibus muro adhærentibus.*
4 Et deuo. mœnia Benadab. *Fuit enim Benadab rex Syriæ magnus & potens: vt habetur 3. Reg. 22. & fecit magna ædificia in Damasco, quæ tunc fuerunt combusta.* *Benadab.*
5 Ad Cedar. *Hæc est quarta pars huius cap. in qua prophetizat contra Saracenos, qui melius dicerentur Agareni, quia descenderunt ab Abraham per Ismaelem filium, Agar ancilla: sed ipsi vsurpauerunt sibi nomen à Sara libera. Cedar autem fuit filius Ismaelis, vt habetur Genes. 25. & quia fuit potens & famosus: per ipsum intelliguntur hic Agareni.* *Saraceni seu Agareni.*
6 Et ad regna Asor. *Nomen est ciuitatis metropolis: quamuis enim Agareni habitarent in tabernaculis & non in ciuitatibus, vt postea dicetur: tamen habebant aliquas ciuitates in quibus manebant artifices ad faciendum multa hominibus necessaria, quæ non possunt fieri in tentoriis competenter: sicut modo in dominio Tartarorum sunt aliquæ ciuitates pro mercatoribus & artificibus, sed nobiles & homines armorum, habitant in campis & in tentoriis: Quod autem dicitur hic:* Ad regna, *ponitur plurale pro singulari, sicut Exod. 32. a.* Isti sunt Dij tui Israel: *& tamen ibi erat vnicum idolum. Vel dicitur regna in plurali, quia sub vno principali rege erant plures reguli.* *Tartarorū habitationes quales & vbi sunt.*
7 Et vastate filios Orientis. *Sic enim nominantur Agareni, quia habitant in parte orientali respectu Iudææ.*
8 Tabernaculum. *Quia sicut dictum est habitabant in tabernaculis cum gregibus suis, & depasta vna regione transferebant tentoria sua ad aliam.*
9 In voragini. *Id est, in locis occultis subterraneis, vbi Chaldæi non possunt vos inuenire.*
10 Iniit enim. *Cuius definitio fuit vos debellare, dicens bellatoribus suis.*
11 Consur. *q. d. De facili poterit debellari, quia non cauet sibi.*
12 Non ostia, *Id est, non habitant in fortaliciis, sed in campis.*
13 Soli. *Id est, non habent cum aliis gentibus confœderationem, à quibus auxilientur, ideo subditur,*
14 Et erunt. *Et quia non restat ei nisi fuga, subditur,*
15 Et disperg. *Quia homines fugientes vadunt ad diuersas partes.*
16 Qui sunt attonsi. *Agareni enim tunc habebant capillos recisos ad modum pugilum, vt dicut expositores nostri. In Hebræo habetur sic:* Et dispergam eos in omnem ventum angulatos angulos, *id est, fugatos vsque ad terræ angulos, vt exponit Ra. Sa.* *Attonsi in comam.*
17 Et erit Asor. *Ciuitas supradicta.*
18 In habita. *Tamquam destructa sine reparatione.*
19 Quod fa. *Hæc est quinta pars huius cap. in qua prophetizat contra Elamitas, & ponitur primò tempus huius reuelationis factæ Ieremiæ, cùm dicit:* In principio, *subditur prophetia, cùm dicitur,*
20 Ecce ego confring. arc. *id est, eius potestatem, quæ designatur per arcum, eò quòd erant optimi sagittarij.*

Et

MORALITER.

† 3 *Succendam ign. in muro.* Sic isti succendentur igni infernali, vt pœna respondeat culpæ quoniam succenderunt in aliis ignem furoris & iræ.

5 *Ad Cedar.* Qui interpretatur mœrens & tenebrosus, ideo per ipsum signantur inuidi, mœrentes de prosperitatibus aliorum: & sic inuoluti sunt tenebris peccatorum nam odium ex inuidia procedens aufert lumen gratiæ, & obfuscat lumen naturæ. Hos destruxit rex Babylonis, id est, diabolus auferens omnia bona eorum, ideo subditur: *Inuidi.*

7 *Vasta.* Sequitur.

12 *Non ostia.* Id est, destituti sunt custodia angelica & diuina.

19 *Quod fa. &c. aduersus Elam.* Qui despiciens interpretatur, ideo per ipsum superbus, qui contemnit alios, signatur. *Superbi.*

20 *Confringam.* Id est, os eius loquens verba iactatiua sui & † despe-

† Theodoretvs. A Elam est vrbs sita in ore maris rubri. Erat autem hęc quondam emporium insigne, vnde etiam hodie prouehuntur qui nauigant ad Indos.

Elam vrbē esse putat Theodoretum.

a Et inducam. Mittet enim filius hominis angelos suos à quatuor ventis cæli, vt colligant omnia scandala de regno eius.

Matth. 14.

† Theodoretvs. Cùm Rex Babylonis obtinuisset Ægyptum, rediens irrupit in eam, pristinum habens exercitum, è partibus Aquilonis & oriente coactum: Cui etiam aderat multitudo hominum insulas occidentis incolentium, ac secum

& captam à Nabuchodonosor.

a rum, [36] & inducam super Elam quatuor ventos à quatuor plagis cæli, & ventilabo eos in omnes ventos istos, & non erit Gens ad quam non perueniant profugi Elam. [37] Et pauere faciam Elam coram inimicis suis, & in conspectu quærentium animam eorum. Et adducam super eos malum, irām furoris mei, dicit dominus: Et mittam post eos gladium, donec consumam eos, [38] & ponam solium meum in Elam, & perdam inde reges & principes, ait dominus. [39] In nouissimis autem diebus b reuerti faciam captiuos Elam, dicit dominus.

¶ Dæmonibus.

a ¶ De quo dicitur: Domine ne in furore tuo arguas me, &c.

a ¶ Quia persecutoribus mortuis multi conuertentur ad fidem.

a ¶ Ad dominum.

¶ A peccatis.

secum etiam assumpserat Ægyptios, Afros & Æthiopes, qui plagam sortiti sunt australem.

b Reuerti faciam captiuos. † Theodoretvs. Existimo bonum Dominum, per hanc & alias prophetias quibus promisit reuocationem, non modo polliceri à captiuitate corporis, sed etiam à captiuitate mentis. Ea enim de causa castigationes infligit corporibus. Prædicit ergo destructionem diaboli, cessationem ab impietate & liberationem hominum à peccato in captiuitatem redactorum.

Libertas spiritualis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et indu. super El. quatuor vent. *Id est, aduersarios à quatuor ventis.*

2 Et ventila. *Eiiciendo eos longè à terra sua. Cetera patent vsque ibi,*

3 Et ponam solium meum. *Id est, dabo dominium eius alteri, cuius solium erit meum, in quantum potestate, & auctoritate mea obtinebit: In Hebræo habetur:* Et ponam sedem meam, *id est, obsidionem meam in Elam, vt exponit Rab. Sa. & dicitur illa obsidio domini, eò quòd dominus instigauit eam fieri.*

4 In nouiss. au. *Illud enim regnum fuit postea reparatum per magnum tempus.*

MORALITER.

† despectiua proximi, & blasphematoria Dei, quæ tamquam sagittæ diaboli procedunt de ore superbi: sed arcus iste confringitur, quando verè humiliatur; ideo subditur,

1 *Et inducam, &c. quatuor ventos.* Per quos signatur vilitas originis ab oriente, & propinquitas mortis ab occidente, & crudelitas dæmonis ab Aquilone, & Dei bonitas à Meridie. Consideratio namque istorum quatuor diligens, facit superbum humiliari, & ad bonum reduci, ideo sequitur in fine, *In nouissimis autem diebus, &c.*

Quæ consideratio nos humiliet?

ADDITIO I.

In cap. 49. *vbi dicitur in postill. ideo subditur*, Cur igitur hereditatem, &c.

Melchom in Hebræo significat semper idolum Ammonitarum, sed Malcham significat regem eorum, & aliorum quorumcumque, de quibus agit.

Melchom & Malcham non æquiuocum.

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in postil. *Dicit autem hic Rabbi Salom. quod Bosra.*

Quod autem Bosra sit ciuitas in Idumæa de principibus, patet per Isa. 63. a. vbi dicitur: Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? *& sic in aliis multis locis.*

Bosra vna vrbiū principalium Idumææ.

CAPVT L.

a CAP. L. Verbum. Expleto vaticinio contra Ægyptum, Palæstinos, Moab, filios Ammon, Damascum quoque & Cedar, contra Babylonem & Chaldæos sermo dirigitur; vt quos ante latenter arguit, nunc palam scelera eorum manifestando, vastationem & desolationem subsequi apertè pronuntiet, Isaias quoque & Ezechiel similia contra Babylonios & Chaldæos prophetauerunt.

Prophetia contra Babylonios & Chaldæos.

a [1] Verbum quod locutus est dominus de Babylone, & de terra Chaldæorum in manu Ieremiæ Prophetæ. [2] Annuntiate in Gentibus, & auditū facite. Leuate signum, prædicate & nolite celare. Dicite: Capta est Babylon, b confusus est Bel, victus est Merodach. c Confusa sunt omnia sculptilia eorū, superata sunt idola eorū.

a ¶ Idola, scilicet quæ pro diis colebant.

b Confusus est Bel. † Theodoretvs, Idolum erat, quod apud Babylonios summo habebatur in honore; & nonnulli quidem vocant illud Iouem, quidam verò Saturnum. Aitque pudefactum esse, tum quia adoratoribus succurrere nequiuerit; tum quod suis cultoribus omninò sit spoliatus.

Bel Babyloniorū Deus.

c. *Confusa sunt.* Similia dicit Isaias: *Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, neque aurum velint.*

Isaiæ 13.

NICOLAVS DE LIRA. CAP. L.

1 Verbum. *Ieremias superiùs prophetauit contra Gentiles, hic vlteriùs prophetat contra Babylonios: Tum quia magis circa eos immoratur; Tum quia per hoc hac prophetia sequenti littera magis continuatur, vt videbitur. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur destructio Chaldæorum, verbis planis; secundò magis parabolicis, c. seq. Prima in tres, quia primò ponitur destructio Chaldæorum; secundò destructionis ratio, ibi,* Quoniam exultatis; *Tertiò destruentium conditio, ibi,* Ecce populus. *Prima adhuc in duas, quia primò describit Chaldæorum interitum; secundò Iudæorum reditum, ibi,* In diebus illis. *Circa primum dicitur,*

2 Annuntiate. *Tamquam mirabile factum omnibus.*

3 Leuate. *id est, ponite vexillum aduersariorum super portas Babylonis, in signum captionis, ideo subditur,*

4 Dicite: ca. *Dicunt expositores aliqui, quod per Merodach intelligitur Balthasar, quem interfecerunt Persæ, & Medi. Dan. 5. & dicitur Merodach, quia fuit filius Euilmerodach, talia enim nomina aliquando variantur in medio; sic Guilhelmus & Guillotus sunt idem nomen. Ra. Sa. dicit quod Merodach est hic nomen idoli, sicut & Bel: quæ dicuntur hic confusa, & deuicta, quia manifestè apparuit, quòd non habebant potestatem saluandi suos cultores.*

Merodach.

MORALITER.

1 *Verbum, &c. de Babylone.* Quæ confusio interpretatur, ideo per ipsam Iudæorum superbia per Romanos confusa signatur: ideo subditur,

Exterminati Iudæi ob mortem Christi illatum.

2 *Annuntiate in Gentibus.* Id est, Romanis, qui Gentiles erant.

3 *Leuate signum.* Id est, vexillum belli contra Iudæos, in vindictam mortis Christi, sicut expresè dicitur Luc. 12.

4 † *Capta est Babylon,* id est, Iudæa.

† *Confu. est Bel.* Qui interpretatur vetustas, per hoc designatur legalium cessatio.

† *Victus est Merodach.* Qui interpretatur, amaritudinem immittens; propter quod signat legalium onus graue, quod est deiectum per gratiam legis nouæ.

† *Confusa sunt sculptilia eius.* Id est, sacerdotes Iudææ: qui dicuntur hic sculptilia, eò quòd populus maiorem eis reuerentiam faciebat quàm Deo; mandata ipsius, propter traditiones eorum dimittendo, vt dicitur Marc. 7.

Traditiones sacerdotum apud Iudæos.

a *Venient filij Israel.* Hæc promissio reuersionem populi Dei de captiuitate significat, quam sub Assyriis vel Chaldæis sustinuit; vel magis Christiana tempora, quando de diuersis Gentibus filij Dei conuenerunt ad ecclesiam Catholicam, vbi quærerent Deum suum, interrogantes & discentes viam veritatis, vultumque cordis sui ad faciendum voluntatem Dei conuertentes, vt iungantur illi fœdere sempiterno.

Congregatio fidelium in vna Christi Ecclesia.

† THEODORETVS. Illo, inquit, tempore decem ac duæ tribus recipient libertatem, & vnà reuertentur ac confugient ad dominum. Testamentum enim æternum non dabitur obliuioni, hoc est, promissio patribus facta.

b *Grex perditus.* Hac sententia notantur reges Israelitarum, qui errare fecerunt populum & declinare ad idololatriam: quorum fuit primus Ieroboam filius Nabath, qui fecit adorari vitulos aureos: deinde ceteri præuaricatores legis.

Reges Israel peccantes & peccare facientes Israel. 3.Reg.12.g.

c *De monte in montem.* † THEODORETVS. Refert in quo fecerint eos errare. *De monte in montem, &c.* Delubra idolorum appellat montes & colles, quoniam in eis adorabant idola, templum autem diuinum, cubile eorum: inde enim consequebantur bonorum fruitionem.

d *Recedite de medio Babyl.* Secundùm historiam monet Israelitas, qui captiuandi erant in Babylonem, vt non stabilem possessionem arbitrentur se ibi habituros, sed spem reuertendi haberent, & cùm captiuitas laxaretur, fugerent inde: quia venturum erat vt à Mœdis & Persis vastaretur.

(Persarum & Mœdorum.)

³Quoniam ascendet contra eam Gens ab aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem, & non erit qui habitet in ea ab homine vsque ad pecus. Et moti sunt & abierunt. ⁴In diebus illis & in tempore illo, ait dominus, venient filij Israel, ipsi & filij Iuda simul: ambulantes & flentes properabunt, & dominum Deum suum quærent. ⁵In Sion interrogabunt viam: huc facies eorum, venient & apponentur ad dominum fœdere sempiterno, quod nulla obliuione delebitur. ⁶Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus. De monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui. ⁷Omnes qui inuenerunt comederunt eos, & hostes eorum dixerunt: Non peccauimus, pro eo quod peccauerunt domino decori iustitiæ & expectationi patrum eorum domino. ⁸Recedite de medio Babylonis

(Interlinear glosses: a Ad ecclesiam. b Deum videntes. — a Viri, scilicet, confessores. b De virtute in virtutem. c Pro peccatis. — a Ecclesia. b Veritatis. — a Quia neque mors neque vita poterit separare. — a Scribæ & Pharisæi vel hæretici. b A cultu Dei. — a Diuersis hæreticorum sectis. b Superbiæ. c Legis. d Humilitatem hæresis, quæ tamen putatur habere aliquam altitudinem. — a Ecclesiæ, vbi sponsa cum sponso delectatur. b Visibiles & inuisibiles hostes. — a Vagantes. b Peccatum lacerati gregis pro nihilo duxerunt. — a Contra præceptum, scilicet, iustitiæ, & spem remunerationis futuræ oues Christi luporum morsibus tradentes. — a Captiui in peccatis. Pœnitendo. b Confusionis.)

ORIGENES. Quomodo corpus nostrum in aliquo terræ loco consistit: sic anima secundùm statum suum in aliquo terræ loco nuncupatiuè est. Corpus nostrum aut in Ægypto, aut Babylone, aut in Palæstina est, aut in Syria, aut vbicumque; & similiter anima; & pro qualitate vitæ locorum diuersitas distinguitur. In Babylone enim est, quando confunditur & turbatur, & pace deserta bella sustinet passionum. Talibus animabus dicitur: *Fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisque animam suam.* Dum enim in Babylone est, saluari non potest. Qui autem ibi recordatur Ierusalem, ingemiscit, & dicit, *Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?* Impossibile enim est in Babylone constitutum, Deo organis canere; otiosa enim sunt ibi organa hymnorum Dei, vnde, *In salicibus in me. eius, s. o. n.* Suspensa sunt organa nostra, dum in Babylone sumus, in salicibus fluminum eius. Si autem venerimus in Ierusalem, in locum visionis & pacis, organizabimus, psallemus, citharizabimus, & semper laudabimus Deum. Sicut autem anima peccatoris in Baby-

De anima quę turbatur & pace non habet. Psal.136.a. Psal.136.a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quoniam ascen. &c. ab aquilone. *Id est, à Mœdia & Perside, quæ vergunt ab aquilone respectu Babylonis.*

2 Quæ ponet terram. *Quia Babylonia tunc destructa non fuit postea reædificata, sicut habetur infrà eo. cap. & Isa. 13.*

3 In diebus ill. *Hic consequenter describitur Iudæorum reditus, quia post destructionem Babylonis, Cyrus primo anno regni sui dedit Iudæis licentiam reuertendi in Iudæam, 1. Esd. 1. & hoc est quod dicitur,* In diebus illis. *Regno enim Israel captiuato per Salmanasar aliqui euaserunt, qui postea in regno Iuda habitauerunt, & sic cum filiis Iuda ducti fuerunt in Babyl. & cum eis redierunt.*

Reditus Iudæorum de captiuitate Babylonica.

4 Et flentes, *Præ gaudio, seu ex contritione præcedentium peccatorum, propter quæ fuerant captiuati.*

5 Properabunt. *Per debitum cultum. vnde 1. Esdr. 3. d. dicitur, quod venientes in Ierusalem erexerunt ibi altare domini, offerentes super illud holocaustum domino mane & vespere.*

6 Et appon. &c. fœdere sempit. *Quia postea non leguntur Iudæi à Deo per idololatriam declinasse, nisi aliqui pauci tempore Machabæorum: & magis violentia quàm voluntate. Sciendum tamen, quod in Hebræo hic habetur,* Fœdere in sæculum: *quod non semper importat perpetuitatem, sed durationem notabilem.*

7 Quod nul. ob. delebitur. *In Hebræo habetur:* Quod obliuioni non dabitur, *quod est intelligendum vsque ad Christi aduentum, quo tempore fuerunt à Deo separati propter suam incredulitatem: & sic intelligitur, quod obliuioni non dabitur, vsque ad magnum tempus. A reditu enim captiuitatis Babylonicæ, vsque ad Christum, fluxerunt anni circiter 400.*

8 Grex perditus. *In captiuitate Babylonica; subditur causa,*

9 Pastores eo. *Scilicet, reges, sacerdotes, & falsi prophetæ,*

10 Seduxerunt eos, *Vt patet ex prædictis in hoc libro in pluribus locis.*

11 Feceruntque vagari in montibus. *In cultu idolorum quæ in talibus locis ponebantur.*

Iudæi propter peccata traditi hostibus.

12 Obliti sunt cubilis sui. *Id est, templi domini, quod dicebatur caula siue cubile fidelium. Et quia propter hoc frequenter traditi fuerunt Iudæi in manibus hostium, ideo subditur,*

13 Omnes qui inue. &c. Non peccauimus. *Ex hoc enim quod Iudæi propter offensam Dei tradebantur in manibus hostium, dicebant hostes se non peccare, tractando eos cum nimia crudelitate. Sed hoc non est verum, quia Deus actibus malorum bene vtitur in bonum, sicut per dæmones exercet suam iustitiam in damnatos.*

14 Recedite. *Vos Iudæi per Cyrum licentiandi.*

Et

MORALITER.

1 *Quoniam ascendet.* Vespasianus enim dux exercitus Romanorum venit de Thracia contra Ierusalem, quæ est à parte aquilonari respectu Ierusalem.

3 *In diebus illis.* Sequitur,

4 *Ambulantes,* Nam illo tempore multi de Iudæis conuersi fuerunt ad Christum.

† *Interrog. viam.* Scilicet, consiliorum euangelicorum, à credentibus in Christum.

6 *Et apponentur ad dominum.* Per gloriæ consecutionem.

8 *Grex perditus.* Per falsam doctrinam Scribarum & sacerdotum, docentium eos dimittere Dei præcepta pro traditionibus suis, vt dicitur Marc. 7. ideo concluditur postea,

14 *Recedite de medio Babyl.* Id est, de Iudaica perfidia. Cetera de facili possunt ad dictam sententiam applicari: propter quod & propter prolixitatem vitandam, hanc applicationem omitto.

☞ Babylone: sic iusti in Iudæa est, sed iuxta qualitatem fidei & vitæ A in ipsa Iudæa, locis inter se variis separantur. Est autem in Dan, quæ extremæ partes Iudææ sunt, vel in superioribus locis paulò meliori-bus, vel in mediis finibus Iudææ, vel circa Ierusalem. Est autem omnium beatissima, quæ in medio Ierusalem consistit. Qui autem peccator est & nimiis sceleribus oppressus, in Babylone est. Qui nondum ad summum peccatorum culmen ascendit, in Ægypto est, & in partibus eius moratur. Et sic qui in Iudæa sunt, non æqualia possident loca: alius in Neptalim, B alius in finibus Gad: sic in Ægypto, alius est in Taphnis, alius est in Memphis, alius in Sienni, alius in Bubastis habitat.

Gradus sunt inter ipsos perfectos. *& etiam inter eos, qui communē degunt vitam.*

a *Quasi hœdi ante gregem.* † THEODORETVS. τῶν ἐρίφων, id est, arietes, Syrus interpretatus est, τράγων, id est, hircos. Hortatur ergo eos, vt sint potentiores Babyloniis, & patriam suam occupēt. Propterea comparauit C eos hircis. Sunt enim hirci robustiores ouibus. Hunc etiam in modum diuinus Daniel vidit Alexandrum hirco similem: Darium autem arieti.

b *Confusa est mater vestra nimis, &c.* Isaias dicit similia, *Et erit Babylon illa gloriosa, in regnis inclyta, in superbia Chaldæorum, subuertetur sicut dominus subuertit Sodomam & Gomorrham.*

Esaiæ 13. d.

c *Ecce nouissima erit, &c.* In fine mundi, vel in morte cuiusque, omnis gloria & superbia Chaldæorum, & confusio mundi recedet à nobis, & ita omnia subuertentur, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrham, nec vltra voluptatis vel mundi futurus est status.

a ¶ Captiuantium, id est, dæmonum audita destructione Babylonis. b ¶ In Ierusalem quæ est locus visionis & pacis.

a bylonis, & de terra Chaldæorum egredimini, & estote quasi [1] a ¶ Pœnitentes. b ¶ Catholicæ ecclesiæ. hœdi ante gregem. [2] Quoniam ecce ego suscitabo & adducam a ¶ Dæmonum. in Babylonem congregationem Gentium magnarum de a ¶ Ab Aquilone enim omne malum veniet. b ¶ Manifestè, quia tunc manifesta erunt abscondita cordium. terra aquilonis & præparabuntur aduersus eam, & * in die a ¶ Pœna subita & improuisa. capietur. Sagitta eius quasi viri fortis interfectoris, non reuertetur vacua. [10] Et erit Chaldæa in prædam, omnes vastantes a ¶ Causa quare hæc patiantur. b ¶ In interitu Iudæorum. eam replebuntur, ait dominus. Quoniam exultatis, & magna a ¶ Israel. loquimini diripientes hereditatem meam, quoniam ef- a ¶ Lasciuientes, scilicet, in deuoratione eius, sicut vitulus herbam. ¶ Quasi taurino mugitu captiuis insultantes. fusi estis sicut vituli super herbam, & mugistis sicut tauri. ¶ q. d. Non diu lætabimini. b [11] Confusa est mater vestra nimis, & adæquata pulueri quæ c genuit vos. Ecce nouissima erit in Gentibus, & deserta in- a ¶ Quia pro ea Seleuciam & Tesphonitem inclytas vrbes Persarum fecerunt. uia, & arens. [13] Ab ira domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem. * Omnis qui transibit per Babylo- a ¶ Quia tanta potentia est in nihilum redacta. nem stupebit & sibilabit super vniuersis plagis eius. [14] Præ- a O Persæ & Mœdi. paramini contra Babylonem per circumitum. Omnes qui intenditis arcum debellate eam: non parcatis iaculis, quia a ¶ Ad occidendum eam. domino peccauit. [15] Clamate aduersus eam. Vbique dedit manum. Ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eius: quoniam vltio domini est. Vltionem accipite de ea. d Sicut fecit, facite ei. [16] Disperdite satorem de Babylone, & te- e nentem falcem in tempore messis à facie gladij columbæ.

D *Tropol. Omnia mūdana in morte nobis deficient.*

d *Sicut fecit, facite ei.* Id est, sicut illa per Nabuchodonosor Gentes circumquaque vastauit, ita ei retributionem reddite.

e *A facie gladij col.* Columba stulta dicitur, quia nutrit pullos alienos: ita Nabuchodonosor alios opprimendo & fouendo. Etiam Nabuchodonosor columbam vocat, non pro simplicitate, sed pro stultitia superbiæ.

† inde E *Cur Nabuchodonosor columba dicatur.*

A facie gladij, &c. † THEODORETVS. *A facie gladij Græci vnusquisque ad populum suum reuertetur.* Cyrus ante destruxit Lydos, quam Babylonem. Subiugauit etiam Iones & Æolos, qui migrantes è Græcia, habitauerunt in Asia. Hos ergo Cyrus etiam ducens, iniit expeditionem contra Babylonem. Nec certè frustra Græcorum meminit sermo propheticus, verum vt doceret etiam nationes vbicumque procul habitantes, diuina sententia congregatas esse aduersus Babylonem.

F *Victoriæ Cyri antequam vinceret contra Babylonem.* ** supra 18. c. 19. & c. 49. d.*

☞ a Leo-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et estote quasi hœdi. *Id est, lætanter redite in Iudæam.*

2 Quoniam ecce. *Per aduentum enim Persarum & Mœdorum fuit capta Babylonia, & ex consequenti data Iudæis licentia. Cetera patent in littera.*

3 Quoniam exul. *Hic consequenter ponitur destructionis Babylonicæ ratio: Et est duplex, vna propter crudelitatem erga populum Iudaicum, alia propter impietatem erga dominum: secunda ponitur ibi:* Vox fugientium. *Prima adhuc diuiditur in duas, quia ad destructionem Chaldæorum secuta est liberatio Iudæorum: ideo primò ponitur primum, secundò secundum, ibi:* Grex dispersus. *Circa primum dicitur:* Quoniam exultatis *in debellatione populi mei.*

Babyloniis, quod nimis superbè & crudeliter vsi essent victoria contra Iudæos.

4 Et magna loquimini, *attribuentes hoc vestræ virtuti.*

5 Diripi. her. meam, *id est, Iudæam, eò quòd ibi viguit diuinus cultus.*

6 Quoniam effu. *ad lacerandum populum meum.*

7 Sicut vituli super herbam, *ad eum deglutiendum. In Hebræo habetur:* Vt vitula triturans. *quæ pedibus suis messem conterit, & ore suo comedit.*

8 Et mugistis sicut tauri, *ad ipsum amplius terrendum.*

9 Confusa est mater vestra, *id est, Babylon metropolis in regno Chaldæorum.*

10 Et adæquata pulueri. *id est, deiecta in terram.*

11 Ecce nouissima, *quæ solebat esse prima inter omnes ciuitates.*

12 Et deserta. *ab hominibus.*

13 Inuia. *Quia nullus audebit transire, propter serpentes, & dracones ibi habitantes.*

14 Et arens. *Quia Euphrates transiens per eam fuit deuiatus ab alueo suo per Persas & Mœdos eam obsidentes, ita quod per alueum siccum intrauerunt ciuitatem.*

15 Ab ira. *id est, à vindicta Dei factum est, quod de cetero non habitetur, vt prædictum est.*

Prædicitur vastatio, cędes, & patriæ solitudo.

16 Omnis qui transibit per Babylonem stupebit, *de destructione tanta ciuitatis.*

17 Et sibilabit, &c. *deridendo superbiam eius præcedentem.*

18 Præparamini contra, &c. *Ita quod nullus posit stare ad propugnacula ad eius defensionem.*

19 Clamate. *Exhortando bellatores contra eam.*

20 Vbique dedit manum. *id est, vbique quæsiuit auxilium & non inuenit, sicut infrà dicitur in fine libri:* Ægypto dedimus manum, &c.

21 Sicut fecit, *Destruendo crudeliter alia regna.*

22 Facite ei, *Eam destruendo.*

23 Disperdite satorem, &c. *id est, reddite terram in circumitu eius desertam & incultam.*

24 A facie gladij columbæ, *id est, propter crudelitatem regis Babylonis, qui dicitur columba, non à carentia fellis, sed fugacitatis, secundùm illud Hoseæ,* Ephraim columba seducta, &c. *In Hebræo habetur:* A facie gladij vinosi, *id est, sanguine Babyloniorum inebriati. Et per hoc intelligitur gladius Mœdorum & Persarum, dictio enim Hebraica hic posita, scilicet,* יונה *Ionah æquiuoca est ad columbam & vinositatem, vt dictum est suprà 25. & 46.*

☞ Vnus-

a *Leones eiecerunt, &c.* Teglathphalnasar qui partem magnam Iudæorum in Assyrios transtulit, & Sennacherib qui decem tribus in montes Mœdorum traduxit, hi leones appellantur.

Per leones intelligitur Teglathphalnasar & Sennacherib.

b *Ecce ego visitabo.* Visitat dominus regem Babylonis, id est, confusionis, sicut visitauit regem Assur, qui interpretatur gradiens vel dirigens, cùm diabolum confusionis regem & tenebrarum harum rectorem destruit: scilicet, Antichristum & omnes Ecclesiæ persecutores qui dirigunt arma nequitiæ contra Sanctos Dei, & effundunt sanguinem innocentem: & hæreticos, qui dirigunt iacula prauæ doctrinæ, vt animas simplicium interficiant. In fine enim mundi diabolus, qui seducebat Gentes, mittetur in stagnum ignis & sulphuris: bestia, id est, Antichristus & pseudoprophetæ, id est, hæretici. Sancti verò cum Christo regnabunt in æternum, & satiabitur anima eorum omnibus bonis. Tūc quæretur iniquitas Israel & non erit: & peccatum Iuda, & non inuenietur: quia tunc alligabit dominus vulnus populi sui & sanabit contritiones eius. *Et absterget omnem lachrymam ab oculis sanctorum: & mors vltra non erit neque luctus:* sed nouus populus in noua ciuitate in perpetuum exultabit.

Damnatio dæmonis, Antichristi, & hæreticorum.

Iustorum saluatio.

Apoc. 21. a.

a ¶ Auxiliator. f. b ¶ Idem Isaias & eisdem verbis. c ¶ Capta Babylone.

Vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad [1] terram suam fugient. [17] Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eum. Primus comedit eum rex Assur, iste nouissimus exossauit eum, Nabuchodonosor rex Babylonis. [18] Propterea hæc dicit dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego visitabo regem Babylonis & terram eius, sicut visitaui regem Assur, [19] & reducam Israel ad habitaculum suum. Et pascetur Carmelus & Basan, & in monte Ephraim, & in Galaad saturabitur anima eius. [20] In diebus illis & in tempore illo, ait dominus, quæretur iniquitas Israel, & non erit, & peccatum Iuda, & non inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero. [21] Super terram dominantium ascende, & super habitatores eius visita. Dissipa & interfice quæ post eos sunt, ait dominus: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. [22] Vox belli in terra & contritio magna. [23] Quomodo confractus est contritus malleus vniuersæ terræ? Quomodo versa est in desertum Babylon in Gentibus? [24] Illaqueaui te, & capta es Babylon, & nesciebas: inuenta es, & apprehensa,

a ¶ Qui Ierusalem subuertit, & templum succendit. a ¶ Per Cyrum & Darium. b ¶ Balthasar qui nouissimus in Babylone regnauit. a ¶ Sennacherib quando, scilicet, angelus domini percussit Assyriorum 185. millia. b ¶ Permittente Cyro quinquaginta fere millia regressi sunt in Iudæam. a ¶ Vt vltra neque mors, neque luctus, sed nouus populus sit. a ¶ Vnde, gratia autem Dei vita æterna. a ¶ Aliis abiectis. b ¶ Babyloniam. c ¶ Chaldæorum. d ¶ O exercitus Mœdorum & Persarum. a ¶ Vt posteritas Babylonis funditus intereat. a ¶ In interitu Babylonis gaudium & exultatio multorum. a ¶ Babylon & reges eius qui plures Gentes contriuerat.

Duo ergo contraria sunt Adamanti iusto, malleus & incus, vnde in prouerbio dicitur de his qui anxietatibus premuntur, Inter malleum sunt & incudem. Iustus autem non curat de malleo & de incude, qui quantò cæditur, tantò splendescit virtus eius. Malleum autem vniuersæ terræ non potuit confringere Moyses, nec ante eum Abraham, nec post eum Iosue, nec quisquam prophetarum: Christus autē confregit, quod admirans propheta, ait: *Quomodo confractus est & contritus mal.* Primò cōfractus, deinde contritus. Quando dixit diabolus: *Hæc omnia tibi dabo, si procidēs adoraueris me;* Non contriuit, sed confregit tantum. Cùm verò secessit ab eo vsque ad tempus, & post venit, tunc etiam contritus est. Per vnumquemque nostrum confringitur, quando introducimur à domino in ecclesiam, & proficimus in fide: Conteritur autē & comminuitur, cùm ad perfectionem venerimus.

Constantia singularis.

Diabolus confractus & contritus.

Matth. 4. b.

† Gregorivs. In scriptura sacra mallei nomine aliquando diabolus designatur, per quem nunc delinquentium culpæ feriuntur. Aliquando verò percussio cælestis accipitur, qua vel electi supernos ictus sentiunt, vt à prauis itineribus corrigantur: vel iusta ira reprobos percutit, vt iam supplicia æterna præueniens, quid etiam in posterum mereantur, ostendat. Nam quia appellatione mallei antiquus hostis exprimitur, propheta testatur, cùm super eum vim extremi iudicij contemplatur, dicens: *Quomodo confractus, &c.* ac si diceret, eum, per quem vascula sua Dominus in ministerij vsum formando percutit, quis perpendat, quo turbine veniente extremo iudicio in æterna damnatione confringit?

Malleus quid designet.

Mysticè. c *Super terram dominantium.* Prædicatoribus Christi præcipitur, vt regnum diaboli studeant euertere: & opera eius maligna & consilia pessima, vt interficiant omnes peccatores terræ, & disperdant de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

d *Quomodo confractus, &c.* Malleus vniuersæ terræ diabolus est. Sed est qui non curat de malleo vniuersæ terræ, vir scilicet, stans super muros Adamantinos, & in manu eius Adamas. (Refert historia quod fortior sit Adamas omni cædenti malleo, incontritus, & inuincibilis perseuerans) licet superstet malleus diabolus, & superpositus sit draco, quasi incus indomabilis, nihil tamen in manu domini, & in conspectu eius consistens perfectus Adamas patitur. Duo

Adamantis duritiés.

e *Quo. vers. est.* Captiuitas Babylonis intelligitur, cùm nihil in nobis cōfusionis remaneat. *Inuen. es & comp.* quia domino restitisti. An autē sola Babylon restitit, & nō potius omnes Gentes, dum creatore deserto idola coluerunt? An figuraliter dicit omnē animā contrariam Ieru-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vnusquisque, &c. *Scilicet alienigenarum in Babylone existentium.*

2 Ad populum suum. *De Babylone recedendo.*

Diuisio.

3 Grex dispersus. *Hic consequenter describitur liberatio Iudæorum, quæ sequuta est ad destructionem Chaldæorum: præmittitur tamen eius captiuatio, cùm dicitur,* Grex dispersus Israel, *id est, ductus ad diuersa loca extra terram suam.*

Captiuatio Iudæorum.

4 Leones, *id est, reges crudeles.*

5 Eiecerunt eum. *Et qui fuerint illi subditur.*

6 Primus comedit eum rex Assur, *qui captiuauit decem tribus, 4. Regum 18.*

7 Iste nouissimus exossa. eum Nabucho. *Qui destruxit Ierusalem, & templum, vbi erat fortitudo populi temporaliter & spiritualiter: sicut fortitudo corporis est in ossibus.*

8 Propterea, &c. Ecce ego visitabo regem Babylonis, *Debitam pœnam inferendo.*

9 Et pascetur Carmelus & Basan, *Id est, viuent abundanter de bonis terræ suæ.*

10 In diebus illis, &c. quæretur iniquitas Israel, *Idololatria, propter quam fuerat captiuatus.*

Israel post reditum captiuitatis Babyl. non declinauit ad idololatriam.

11 Et non erit. *Quia post reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur populus ad idololatriam declinasse, vt dictum est suprà. Consequenter reuertitur ad destructionem Babylonis, cùm dicitur,*

12 Super terram dominantium, *Id est, Babyloniorum, qui multis regnis dominabantur. In Hebræo habetur,* Rebellantium: *Rebellauerunt enim domino, templum eius destruendo.*

13 Ascende, *tu Cyre.*

14 Et super habitatores eius visita. *In malum, ideo subditur,*

15 Dissipa & interfice quæ post eos sunt, &c. contritus est malleus terræ. *Id est, Rex Babylonis qui contriuerat multas Gentes, sicut malleus lapides.*

16 Quomodo versa est in desertum? *Et subdit modum.*

17 Illaqueaui te, *Te capiendo, modo à te improuiso, sicut auis laqueo capitu. Mœdi enim & Persæ longè à Babylone fecerunt fluuium Euphratem, qui currebat per ciuitatem, alibi diuertere, & sic per alueum, vbi non erat murus, intrauerunt repente.*

Quomodo capta sit Babylon.

18 Inuenta es, &c. *ab aduersariis tuis.*

Ierusalem, scilicet visioni pacis esse Babylonem? vnde sancti in Ierusalem, peccatores in Babylone erant: & si peccabant Ierosolymitæ, mittebantur in Babylonem, & pœnitentes redibant in Ierusalem. Capitur ergo Babylon, & non agnoscit: legi enim Dei non subiicitur, neque enim potest, & inuenta est Babylon, & comprehensa: quia domino restitit.

a quoniam dominum prouocasti.[25] Aperuit dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ: quoniam opus est domino Deo exercituum in terra Chaldæorum.[26] Venite ad eam ab extremis finibus, aperite vt exeant qui conculcent eam. Tollite de via lapides, & redigite in aceruos, & interficite eam, nec sit quidquam reliquum.[27] Dissipate vniuersos fortes eius, descendant in occisionem. Væ eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum.[28] b Vox fugientiū & eorum qui euaserunt de terra Babylonis, vt annuntient in Siō vltionē domini Dei nostri, vltionem templi eius.[29] Annūtiate in Babylonem plurimis, omnibus qui tendūt arcū. Consistite aduersus eam per gyrū, & nullus euadat. Reddite secundū opus suū, iuxta omnia quę fecit facite illi, quia cōtra dominū erecta est, aduersum sanctū Israël.[30] Idcirco cadet iuuenes eius in plateis eius, & omnes uiri bellatores eius, conticescent in diē illa, ait dominus.[31] c Ecce ego ad te superbe, dicit

(Interlinear glosses: a Ecclesiam. a Peccatores. a Eorum scilicet qui stellis adscribunt quæ in terris fiunt. b Dissipatores spiritualis Babylonis. Prædicatores. Babylonis. Vitia scilicet confusionis. Vitiorum. a Subtiliora & fortiora vitia. a Saluatorum. a Fortes. b Quæ ducunt ad mortem, non enim arripiunt angustam viam quæ ducit ad vitam. c Robusti. d Contra ecclesiam pugnantes. a Visitationis domini, quia post iudicium nulla erit ei potestas præliandi, & nocendi. b Rex Babylonis.)

a *Aperuit.* ORIG. Alia editio. *Aperite apothecas eius, & scrutamini eam quasi speluncam, & disperdite eam, vt non sint eius reliquia exsiccata omnes fructus eius, vt descendant in occisionem. Vaeis, quoniam veniet dies eorum, tempus vindicta eorum,* vt ait Apostolus: *Pertulit in multa patientia vasa iræ preparata in perditionem super vasa misericordiæ, &c.* Alij ergo vasa misericordiæ, alij vasa iræ. Pharao, Ægyptij vasa iræ; Paulus qui primus misericordiam consequutus est, & de Iudæis ac de Gentibus credētes, vasa misericordiæ. Sunt ergo in thesauris Dei vasa iræ: Scriptum est enim, *Aperuit dominus thesaurum suum, protulit vasa iræ sua.* Thesaurus domini ecclesia est, in qua sæpe latent homines, qui sunt vasa iræ. Veniet ergo tempus, quando aperiet dominus thesaurum ecclesiæ. Nunc enim clausa est, & vasa iræ cum vasis misericordiæ inhabitant, paleæ cum frumento, & pisces mali cum bonis, qui in rete ciciderunt: quando apparuerit in iudicio & protulerit vasa iræ, dicent forsitan vasa misericordiæ, egredientibus vasis iræ, *Exierunt à nobis: non enim erant ex nobis.*

IDEM. *Aperuit dominus thesaurum suum, &c.* In thesauris domini sunt vasa iræ, extra thesaurum vasa peccantia, quæ non sunt vasa iræ, seu misericordiæ, sed minora. Serui enim sunt ignorantes voluntatem Domini, & non facientes. Qui autem ingreditur ecclesiam, aut vas iræ est, aut misericordiæ, qui foris est neque misericordiæ neque iræ. Aliud ergo nomen eius inquiro. Opus inquit *domino virtutum in terra Chaldæorum est.* Secundum diuersos intellectus, terrenus locus dupliciter dicitur vel nominatur; & quomodo differenti ratione Christus plura habet vocabula, cum in subiacenti sit vnus, varius autem in virtutibus: Sic pro malitia generis humani terrena negotia, cùm vnum sint in subiacenti, tamen intellectus diuersitate sunt plurima. Vnum enim subiacens est Christus, sed alio intellectu medicus: Vnde, *Non necesse habent sani medico, &c.* Alio pastor, quia irrationabilibus præest, Alio rex, quia rationabilibus principatur: Alio vitis vera: quia in eum inserti homines vberes fructus afferunt & similia. Quomodo ergo in Christo plurimi intellectus sunt diuersorum nominum, & subiacens vnum: sic terrena negotia in subiacenti vnum, sed iuxta intellectum plurima. Sæpe etiam allegorizantes Babylonem diximus esse terrena negotia, quæ semper confusa sunt vitiis, Ægyptum affligentia & Chaldæam: quia multi quæ gerun-guntur in terris stellis consecrant, & ex earum nutibus fieri asseuerant. Omnis ergo qui putat quòd stellæ faciunt homines luxuriosos, adulteros, castos, vel huiusmodi, in terra Chaldæorum est. Comminatur ergo Deus specialiter his qui in terra Chaldæorum sunt: Abraham verò promouens ad meliora, ait: *Ego sum qui te educo de terra Chaldæorum.* Potens est enim Deus educere nos de terra Chaldæorū, vt nullum aliū credamus vitam nostram dispensare pro qualitatibus meritorum. *Opus domino* ergo *virtutum in terra Chaldæorum est,* quia venerūt tempora eius, aperite apothecas eius, doctrinas scilicet natiuitatū: scrutamini eam quasi speluncam & disperdite eam. Qui respuit supputationes natalium, qui veritatis sermone vtitur aduersum eas, qui ostendit falsa esse quæ mathematici dicunt, qui docet inscrutabilia Dei iudicia, nec ab hominibus posse comprehendi, qui asserit sidera non esse causas eorum quę fiunt super terram, pręcipuè eorum quæ Christianis accidunt: præceptum domini exequitur.

† THEOD. Thesauros vocauit vltricem sententiam; tempora verò eius, ipsum supplicium. Non vltra siquidem, ait dominus longanimiter feret, sed de impietate sumet pœnas. Posthæc vt doceat se esse qui pœnas irroget, mandat vt scrutentur apothecas & cuncta perdant, ac ne vestigium quidem prioris felicitatis relinquant.

b *Vox fugientium.* ORIG. Vtinam hæc esset nostra vox, ô cathecumeni, fugientium de Babylone, fugientium scilicet vitia & peccata. Vox enim fugientium & resaluatorum non sufficit fugere de terra Babylonis, sed resaluari de terra Babylonis ad annuntiandum in Sion vindictam à Domino Deo nostro, vt fugientes de terra Babylonis veniatis ad Sion, speculatorum ecclesiam Dei ad annuntiandum in Sion, id est, ecclesia vindictam à domino Deo nostro. Vindictam populi eius denuntiate in Babylonem multis, omni tendenti arcum. Multi enim in Babylone sunt, in Ierusalem pauci. *Non enim,* ait, *dilexit vos pater vester, quia multi eratis. vos enim pauci estis ab omnibus Gentibus.* Annuntiate in Babylonem multis, omni tendenti arcum, vt non sit ex ea qui saluetur. Disperdite, interficite omnia, vt non sit qui saluetur ex Babylonio semine. Iuxta ea quæ fecit, facite ei. Dum habes in te prauas cogitationes pietati & fidei resistentes, Babylonios in te habes; sed fac vindictam: interfice omnes peccatores terræ, qui in te sunt, & omnes Babylonios, vt possis mundatus in Ierusalem transgredi ciuitatem Dei.

c *Ecce ego ad te.* MYSTICE prænuntiat Antichristo, qui extolletur super omne id quod dicitur Deus, & membris eius, id est, iniquis omnibus, futuram damnationem, & omnes munitiones sapien-

(Margin: Astrologi. Gen. 15. b. Rom. 9. c. Vasa iræ & vasa misericordiæ. Doctrina Christiana omnes alias superstitiosas eliminat. Ierem. 50. d. quando separanda sint? Ioan. 2. c. Terrenus locus. Vnus Christus plura habet nomina. Mat. 9. c. Allegoricè. Fuga de Babylone id est de mediis vitiis.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quoniam do. *Q. d. non est operatio humana, sed vindicta diuina. ideo subditur.*

2 Aperuit do. thes. suum. *Id est, mala pœna in sua præsentia, nobis occulta, preparata tibi protulit in effectu.*

3 Venite ad. *Id est, à longinquis valde partibus, vnde collectus fuit exercitus Cyri & Darij.*

4 Aperite vt exeant. *Id est, remouete impedimenta exercitui Medorum & Persarum. ideo subditur.*

5 Tollite de. *Littera Hebraica ad alium sensum reducitur qui talis est:* Aperite portas, *scilicet Babylonis, eas frangendo:* Conculcate sicut aceruos, *scilicet, frugum qui extenduntur in area, & teruntur pedibus animalium in terra illa, ad granum excutiendum. q. d. sic conculcate Babylonis populum. Et iste sensus magis consonat litteræ præcedenti & subsequenti, vt patet de se.*

6 Vox fugi. *Hic ponitur secunda causa destructionis Babylonicæ quæ est impietas contra Deum, destruendo eius templum: si enim verum Deum ipsum reputassent, eius templum non combussissent. Et hoc est quod dicitur,* Vox fug. *q. d. ad hoc diuinitus fuerunt aliqui in Babylone à morte preseruati, vt agnoscerent & confiterentur Babylonem destructam in vltionem destructionis templi domini. Cetera patent vsque ibi.*

7 Et nul. *Scilicet de illis, quos Deus praordinauit interfici, quia plures mortem euaserunt, vt prædictum est immediatè.*

8 Quia cont. Do. *Destructionem Ierusalem suæ virtuti imputando, & templum Domini concremando.*

9 Aduersum sanctum. *Id est, aduersus Deum, qui colitur ab Israel, sicut sanctum sanctorum. Cetera patent vsque ibi.*

10 Ecce ego ad te superbe. *Tu es Rex Babylonis, qui faciebas te adorari sicut Deum Daniel. iij.*

sapientiæ sæcularis, & concilia malignantium, quibus homines decipiebat futuro incendio concremanda, vt vniuersæ machinationes eius & arma, quibus orbem ecclesiasticum impugnabat, æterno interitu deuorentur: quia non timuerunt calumniam & captiuitatem populo Dei inferre. Vnde sequitur: *Calumniam sustinent filij.*

Antichristus cũ suis omnibus in infernum detrudendus.

potandum propinauit. Ideo manum in pariete scribentem vidit destructionem sui & regni sui: quam cum Daniel exposuisset, mœrore & tristitia fatigatus, nequaquam resistere parauit: quia eadem nocte interfectus fuit, & Darius in regnum successit.

dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus, tẽpus visitationis tuæ.[31] Et cadet superbus, & corruet, & non erit qui suscitet eum. Et succendam ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnia in circumitu eius.[33] Hæc dicit dominus exercituum. Calumniam sustinent filij Israel, & filij Iuda simul. Omnes qui ceperunt eos tenent: nolunt dimittere eos.[34] Redemptor eorum fortis, dominus exercituum nomen eius. Iudicio defendet causam eorum, vt exterreat terram & commoueat habitatores Babylonis.[35] Gladius ad Chaldęos, ait dominus & ad habitatores Babylonis, & ad principes, & ad sapientes eius.[36] Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt. Gladius ad fortes illius, qui timebunt.[37] Gladius ad equos eius & ad currus eius, & ad omne vulgus quod est in medio eius, & erunt quasi mulieres. Gladius ad thesauros eius, qui deripientur.[38] Siccitas super aquas eius erit & arescent, quia terra sculptilium est, & in portentis gloriantur.[39] Propterea habitabũt dracones cum fatuis sicariis, & habitabunt in ea struthiones. Et non inhabitabitur vltrà vsque in sempiternum, nec extruetur, vsque ad generationẽ & generationẽ.*[40] Sicut subuertit dominus Sodomam & Gomorram & vicinas eius, ait dominus. Non habitabit ibi vir, neque incolet eam filius hominis.[41] Ecce populus veniet ab aquilone, & Gens magna & reges multi consurgent à finibus terrę.[42] Arcũ & scutũ apprehendent, crudeles sunt & immisericordes. Vox eorũ quasi mare sonabit, & super equos ascẽdẽt sicut vir paratus ad præliũ cõtra te filia Babylõ.[43] Audiuit rex Babylonis famã eorũ, & dissolutę sũt manus eius. Angustia apprehẽdit eũ, dolor quasi parturientẽ.[44] Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinẽ robustã, quia subitò currere faciã eũ ad illã. Et quis erit electᵒ, quẽ præponã ei? Quis enim similis mei? & quis sustinebit me? * Et quis est

Interlinear: a Captiuitatis scilicet tuæ & tuorum. b Antichristus. In munitionibus sæcularis sapientiæ. a Domini de quo dicitur: Si acuero vt fulgur gladium. a Hæc in Isaia, historice & tropologice secundum Hieronymum plene exposita sunt. a Siluanis hominibus. a Persarum & Mœdorum. a Vbi habitat. b Cum Cyro & Dario. a Sonitu multo & fragore. a Rex Balthasar. Mœrore & tristitia. Timoris. a Nabuchodonosor. a Q.d. potentia mea & iudicio meo factum est hoc.

a *Et erunt quasi mul.* Imbelles quasi mulieres, per Mœdos & Persas destruxit eos, omnes quoque qui in confusione mundi versantur, & qui sapientiæ sæculari innitentes, erroris simulachra pro veritate colunt, cum thesauris doctrinarum & operum suorum in iudicio damnabit, & arescet doctrina hæreticorum & siccabitur: quia synagoga eorum *terra sculptilium est, & in portentis, id est,* falsis figmentis gloriantur.

Hæretici etiam cum suis dogmatibus.

b *Siccitas super aq. &c.* † THEODORE. Prænuntiat quæ sunt aquis obuentura. Quondam enim Euphrates mediam ipsam vrbem diuidebat, nunc autem fluuius conuersus est ad aliam viam, & minimo alueo per rupes fluit.

* Gen. 19. c. Euphrates alio deriuatus.

c *Ecce pop.* Manifesta est historia, quod Gens innumerabilis Mœdorum & Persarum, & reges multi cum Cyrio & Dario conuenerunt ad destructionem Babylonis, vbi Balthasar, conuiuio præparato vasa templi, quæ Nabuchodonosor de Ierosolymis asportauerat concubinis ad potan-

Danie. 5. a.

d *Ecce qu. leo.* RAB. Videtur significare, quod Nabuchodonosor, postquam regnũ Iudæorum tamquam leo subuertit, Iudæam vastauit & Ierusalem, & templum succendit, ad sedem suam in Babylonem victor & securus reuersus sit: & posteris suis regnum incolume reliquerit. Sed domino dispensante & vlciscente ad Cyrum translatum est, de quo dicit:

e *Quis erit electus.* Et vt demonstret non Cyri potentia, sed domini iudicio factum esse subditur, *Quis enim similis mei?*

f *Et quis sustinebit.* † THEODORETVS. Quoniam pastor Israelis nominabitur, & reges Babylonis arbitrabantur se superaturos Deum omnium, demonstrat se esse eum, qui vlciscitur de illis, incomparabili præditus potentia. Deinde hortatur vt ipsos etiam ouium agniculos interficiant, & pascuum deuastent. Vocat autem agniculos, infantes, pascuum verò ciuitatem ac terram subditam. De pueris quidem Dauid vaticinatur, *Beatus qui tenebit paruulos suos, & allidet eos ad petram.*

Superbia regum Babylonis.

Psal. 136.

Iob. 41. a.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et deuorabit omnia, *Quia Mœdi & Persæ non solum destruxerunt vrbes, sed alia quæ erant in circumitu vrbium.*

2 Hæc dicit. *Hic consequenter ponitur liberatio Iudæorum consequuta ad destructionem Chaldæorum, à quibus durè tractabantur. Ideò subditur:*

3 Calumniam sustinent. *Subditur eorum liberatio virtute diuina:* Redemptor eorum fortis, dom.

4 Iudicio, *Id est, secundum ordinem suæ iustitiæ.*

5 Defendet caus. *Eos liberando, & Chaldæos puniendo, Sequitur:*

6 Gladius, *Scilicet, Mœdorum & Persarum.*

7 Ad Chaldæos, *Destruendos.*

8 Gladi. ad diuinos eius. *Qui delusi à dæmonibus falsa Babyloniis diuinabant eis securitatem promittendo. ideò sequitur:*

9 Qui stulti erunt. *Quia contrarium apparuit per defectum. Cetera patent vsque ibi:*

10 Siccitas super. *Quia Mœdi & Persæ siccauerunt alueum Euphratis modo prædicto.*

11 Quia terra sculp. *Id est, diuersis idololatriis dedicata.*

12 Et in portentis. *Id est, in falsis figmentis, vt dicit glo. In Hebræo habetur: In* אמנים *enim gloriantur idest Deo vel idolo gigantum, vt dicit Ra. Sa.*

13 Propt. habita. dracones. *Qui habitant in locis ruinosis & desertis.*

14 Cum fatuis sicar. *Id est, Faunis & Satyris: vt dicit Huguitio, qui sunt homines syluestres: vel secundùm alios, dæmones in tali effigie apparentes. Cetera patent ex supradictis.*

Fauni & Satyri.

15 Ecce populus. *Hic ponitur destruentium conditio. Et primò ex regione, cùm dicitur:* Ecce populus venit ab Aquilone, *Secundò à statura cum dicitur:* Et gens magna, *Homines enim aquilonares sunt maioris corporis quàm australes: Tertiò à multitudine, ibi:* Et reges multi consurgent. *Quartò ab animositate, & crudelitate cùm dicitur,* Arcum & scutum apprehendent, &c. *Quantò enim homines sunt magis aquilonares, tantò plus habent de sanguine: & sunt magis animosi & iracundi.*

Homines aquilonares.

16 Vox eorum qua. *Ex multitudine hominum & fremitu armorum.*

17 Audiuit rex Bab. famam eorum. *In prædictis conditionibus.*

18 Et dissolutæ sunt manus eius, *Præ timore.*

19 Angustia apprehendit eum, *In animo interius.*

20 Dolor quasi parturientem. *In sensibus exterius.*

21 Ecce quasi leo ascendet, *Iste populus contra Babylonem.*

22 De super. Iord. *Exponatur sicut suprà xlix. hoc excepto, quod ibi dicitur contra Idumæam, hic autem contra Babylonem, vsque ad finem huius cap.*

CAP.

ADDITIO

In cap. 50. vbi dicitur in Postilla, A facie gladij columbæ. *In Hebræo non habetur hic aliqua dictio æquiuoca ad columbam & ad vinositatem, sed solum significat columbam ad litteram. Et exponatur sicut suprà xxv. in additione.*

a ¶ Hinc Isaias. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, &c.

A ist... tor qui resistat vultui meo? [45] Propterea audite consilium domini, quod mente concepit aduersum Babylonem, & cogitationes eius quas cogitauit super terram Chaldæorum. Nisi

a ¶ Babylonios. b ¶ Mœdi & Persæ qui videbantur paruuli & contemptibiles. a ¶ Habitantibus. b ¶ Babylon. ¶ Aposiopesis. q. d. non credatis mihi.

D detraxerint eos paruuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum. [46] A voce captiuitatis Babylonis commota est terra, & clamor inter Gentes auditus est.

CAPVT LI.

a Quoniam non fuit. Quia dominus misit eos in vindictam populi sui, quem non corripiendo castigauit, sed sæuiendo contriuit: vnde, *Væ Assur, virga furoris mei.* [Isa. 10. b.]

b *Fugit de medio.* Post plagas Babylonis, ad Iudæos historicè, ad fideles mysticè exhortationem conuertit, vt fugiant de medio Babylonis, id est, mundanæ confu- B sionis.

ORIGEN. hom. II. in Ieremiã. Non gradatim scilicet, nõ pedetentim, sed velociter exite, quicumque cõfusam habetis animam variorũ passione vitiorũ, ad vos sermo dirigitur. Potest euenire, vt quis in Babylone sit: sed cùm in extremis finibus est, quodam modo extra Babylonẽ esse videatur. [Fuga vitiorum minorum, & fuga profundi vitiorum.] Aliud autem est in medietate Babylonis esse, vt vndique C æquale sit spatium: & in vmbilico eius, quasi in medio cordis animalis, habitet. Sicut enim animalis medietas est cor, & Lucas cor terræ, nominat medietatem terræ: Sicut in Ezechiele dici videtur, *in corde maris posita Tyrus*: [Ezec. 27. a.] & nunc peccatores de medio Babylonis, id est, de corde eius fugere debere dicit. Fugite ergo de medio Babylonis: vt medietatẽ deserẽtes, in finibus incipiatis esse, non in medio. Qui enim valde mersus est vitiis, medius Babylonis habitator est; qui paulatim malũ relinquit, & naturã ad meliora conuertit, & incipit, non tam virtutes possidere, quam cupere: de medio Babylonis fugit, non tamen discedit. Taliter exponendo credendum est sacras litteras nec vnũ quidem apicẽ habere vacuum à sapiẽtia Dei. Qui enim ait: *Non apparebis in conspectu meo vacuus*, [Exod. 25. b.] multo plus vacuũ ipse nihil loquitur. De plenitudine eius accipientes prophetæ, quæ erant de plenitudine sumpta cecinerunt. Ideò semper sacra volumina spiritum plenitudinis spirant: [Laus sacrarum litterarum.] nihilque est quod non à plenitudine maiestatis descendat. Spirant autem his qui habent oculos ad videnda cælestia, & aures ad audienda diuina, & nares ad ea quæ sunt plenitudinis odoranda. Primum ergo oportet fugere de medio Babylonis, [Apoc. 14. b.] deinde singulas animas resaluare. Nec tantum dixit saluare, sed secundum aliã editionem, resaluare. E Quia quondam gustantes salutem, & de ea per peccatum corruentes, venimus in Babylonẽ: [Resaluatio animæ.] Ideo oportet vnumquemque resaluare animã suã, vt incipiat recuperare, quod perdidit; vnde Petrus, *Reportabimus finem fidei, salutem animarum, &c.* [1. Petr. 1. b.] Sed in nobis est fugere de Babylone & in nostra potestate, si velimus resuscitare quod corruit. F

b *Nolite.* ORIGE. Alia editio: *Ne proiiciamini iniquitatibus eius.* Qui in iustitia Babylonis est, & pœnitentiam non egerit, consequens est vt proiiciatur. Alibi dicitur, *Elegi abiectus esse in domo Dei nostri nõ proiectus:* [Psal. 83. c.] Hic autẽ non posuit, *ne abiiciamini*, sed *ne proiiciamini.* Aliud est enim proiici, aliud abiici. [Proiici, abiici.] Quod enim despicitur, abiicitur: quod penitus à salute alienum est, proiicitur. vnde: *Duces populi mei proiicientur ex domo deliciarum suarum propter pessimas voluntates suas. Cleri eorum non proderunt eis, quia tempus vindictæ eius est à domino.* [Mich. 2. c. secundum LXX.] Miro sensu dicit supplicia irrogari propter eius vltionem, qui ea patitur. Cùm enim qui non vindicatur, impunitus relinquitur: Vnde, *Non visitabo super filias vestras quãdo fornicabuntur.* [Hosee 4. e.] Non ergo Deus iratus peccatores punit: sed sic expedit loqui. Magna ira est à Deo tormenta non perpeti. Qui enim punitur, ad hoc punitur, vt emendetur: etiam si ab ☞ ea

CAPVT LI.

[1] HÆc dicit dominus: Ecce ego suscitabo super Babylonem & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt contra me, quasi ventum pestilentem, [2] & mittam in Babylonem ventilatores & ventilabunt eam. Et demolientur terram eius, quoniam venerunt super eam vndique in die afflictionis eius. [3] Nõn tendat qui tendit arcum suum, & non ascẽdet loricatus. Nõlite parcere iuuenibus eius: interficite omnẽ militiam eius. [4] Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & vulnerati in regionibus eius, [5] quoniam non fuit viduatus Israel, & Iuda à Deo suo domino exercituum: terrã autem eorum repleta est delicto à sancto Israel. [6] Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam. Nõlite tacere super

a ¶ Mœdos & Persas.
a ¶ Et quia non potuerunt arcitenentes vel loricati Babyloniæ resistere.
a ¶ O Mœdi & Persæ; nec ætati, scilicet, parcent nec sexui.
a ¶ Carnalis vita.
a ¶ Nondum pœna scilicet digna est.
¶ Qui enim tacendo assentit, particeps fit pœnæ & culpæ, dum adhuc scelera committit nec luit.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. LI.

[Diuisio.] 1 HÆc dicit dom. *Descripta Babylonis destructione modo plano, hic describitur modo magis parabolico. Et diuiditur in duas partes: quia primò describitur sub parabola verbi; Secundò sub parabola facti, ibi,* Verbum quod præcepit. *Prima in duas, quia primò ponitur parabolica descriptio, secundò ponitur explanatio, ibi,* Acuite sagittas. *Prima in duas secundum duas parabolas: secunda ibi,* Calix aureus. *Prima parabola est de vento pestilente, per quem intelligitur exercitus Mœdorum & Persarum veniens ad destructionem Babylonis, cum dicitur,*

2 Ecce, &c. leuauer. contra me. *Templum meum comburendo tempore Nabuchodonosor, & vasa mei cultus humanis vsibus applicando tempore Balthasar, Danie. v.*

3 Quasi ven. pe. *Scilicet, exercitum Mœdorum & Persarum.*

4 Et mi. in Bab. *Scilicet, Cyrum & Darium exercitus rectores.*

5 Et ven. eam. &c. *Bona eius rapiendo, & eam destruendo.*

6 Non tendat. *Sic habent libri correcti.*

7 Qui tendit. *Q. d. pedites sagittarij & equites loricati, non potuerunt defendere Babylonem. Secundum Hebræos littera talis est:* Attendat tendens arcum suum, & non valebit lorica. *Et est modus loquendi decurtatus, vbi oportet aliquid supplere, sicut ij. Reg. v. b.* proposuerat in die illa, qui percussisset Iebusæum, *subintelligendum est, fiet magister militiæ: & hoc modo cum dicitur hic,* Attendat, *subintelligitur bellatorem Babylonicum.* Tendens arcum suum, *scilicet, quilibet sagittarius de exercitu Cyri & Darij: & non valebit lorica, scilicet, Babyloniorũ ad sustinendum ictum: & huic sensui magis consonat littera sequens, cum dicitur.* Nolite per. &c. *Huius destructionis subditur vna causa, cum dicitur.*

8 Quoniam non fuit viduatus, *id est, derelictus ab eo totaliter, quia licet permiserit populum suum affligi & captiuari à Chaldæis, tamen postea vindictam accepit. Ideo subditur:*

9 Fugite de medio Ba. &c. *Et patet littera.*

Calix.

MORALITER.

† 1 *Hæc dicit, &c.* In hoc cap. describitur destructio Babylonis metaphoricè: per quam mysticè significatur destructio Iudææ. Et ponitur hic triplex parabola. Prima est de vento pestilente, cum dicitur,

3 *Quasi ven.* Per quem significatur exercitus Romanorum, [Exercitus Romanus qui militauit contra Iudæos sub Vespasiano & Tito.] quia sicut ventus pestilens destruit domos & frangit arbores & eradicat: sic exercitus Romanorum destruxit Iudeæ ciuitates & castra & succidit arbores ad faciendum machinas & implendum fossata, & homines partim occisi & partim captiuati fuerunt in illa guerra.

9 *Fugite de medio.* Per hoc signatur salus Christianorum, [Quomodo euaserint illam cladẽ fideles ex Iudæis.] qui imminente Romanorum aduentu per monitionem angeli recesserunt de Iudæa transeuntes in regnum Agrippæ, qui confœderatus erat Romanis, & sic fuerunt ibi saluati. MORAL. autem per ventum pestilentem, signatur superbia, quæ ventus est subuertens omnia bona. Vnde versus. *Si tibi copia, si sapientia formaq; detur. Sola superbia destruit omnia si comitetur.* [Superbia.] Secunda parabola ponitur hic,

† Calix.

☞ ea quæ vocatur ira Dei corripitur. Christi quoque filiis peccantibus pœna promittitur ne venia denegetur. Vnde, *Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint, &c.* vide ergo quomodo nondum pœna dignus sit, qui adhuc criminalia scelera committit, nec luit. Visitatio enim Dei per visitata tormenta demonstratur. Qui autem peccans corripitur, nescio quid ei excurrat de pœna.

Psal. 88. c. Fagella Dei salutaria.

a *Vicissitudinem ipse.* Idem, Non omnibus ipse Deus retribuit. Sunt quibus per alios retribuit, vel puniens vel medicans per dolorem. Vnde, *Misit in eos furorem iræ suæ: Furorem & iram, & angustiã; immissionem per angelos pessimos*; aliis forsitan per bonos angelos retribuit, vt eis, qui pro sceleribus puniuntur; est quando ministrorũ officio refutato ipse retribuit, vt nunc Babyloni. Quando verò sunt vulnera facilia, prompta curatio, mittit medicus seruum, mittit discipulum, & per eum medicatur. Aliquando sectionis & ferri indiget, qui sanatur: non tamen ipse venit, sed vno ex discipulis, qui curare valeat, vtitur ministro. Quando verò insanabiles plagæ, & alta putredo in emortua carne; quando nec serui, nec discipuli, sed ipsius magistri manibus indiget: tunc ipse manibus præcinctus lumbos, ad sectionem vulneris concitatur. Similiter, quando sunt minora peccata, ministris vtitur Deus: quando verò grauiora, tunc ad retributionem ipse festinat.

Isai. 11. e. — Isai. 11. c. Ezech. 7. a. — Non semper per se sed aliquando etiam per alios Deus punit vel retribuit. — Quomodo Deus peccatoribus medicatur?

Babylonicum dicit esse caput aureum. Hoc itaque loco supplicium aliis gentibus à Deo illatum, nuncupauit poculum aureum. Ait ergo Babylonem reliquas gentes pœnis affecisse, & mox præter spem omnem captam esse & euersam.

† Ambro. lib. de Elia & ieiunio. cap. 15. Qua ratione calix aureus? Quoniam qui à veritate deficit, quærit illecebrã, vt specie saltē pretiosa ad bibendum aliquos possit allicere. Cõstitue ante oculos tuos pompã huius seculi, vide speciosam illecebrã, sed inanē gratiã. Non seducant te aurea vasa & argētea: *Habemus & nos thesaurum in vasis fictilibus.* Vas Apostoli fictile est, sed in eo thesaurus est Christi.

1. Cor. 4.

c *Inebria. om.* Orig. vide omnes homines ebrios; inebriamur ira & tristitia: inebriamur, & mente, excedimus amore, concupiscentia, vana gloria. Animaduerte omnem terram plenam esse peccatis, & non quæres quomodo Babylon omnem terram inebriauerit. Iustus enim non est in terra, sed super terram, conuersationem habens in cælis, nec conuenit ei dici, *Terra es, & in terram ibis*: sed cælum es, & in cælum ibis; portat enim imaginem cælestium. Inebriat ergo calix aureus omnem terram, idest ab eo omnes inebriamur quamdiu terra sumus.

Quomodo vitiis inebriemur? — Gen. 3. d. secundum aliam litteram.

ꝗ Qui enim tacendo assentit, particeps sit pœnæ & culpæ, dum adhuc scelera committit, nec luit.

iniquitatem eius: quoniam tempus vltionis eius est domino:
a ꝗ Non per ministros, sed per semetipsum. b ꝗ Ornatus sermonis. c ꝗ Potestate.

[a] vicissitudinem ipse retribuet ei. [7] Calix [b] aureus Babylon in manu [c] [1]
a ꝗ Vitiis. b ꝗ Omnes scilicet qui terra sunt. c ꝗ In quo est luxuria.

domini, [d] inebrians omnem terram. De vino eius biberunt
a ꝗ Nihil certi tenentes. b ꝗ Non paulatim, non per partes. ꝗ Quia dies domini sicut fur veniet.

[e] Gentes, & ideo commotæ sunt. * [8] Subito cecidit Babylon &
a ꝗ In corde eius, cui aduenit Christus. b ꝗ Plangite. c ꝗ Angeli scilicet animarum medici. d ꝗ Quia nulla anima Deo insanabilis.

[f] contrita est. * Vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem [2]
a ꝗ q. d. Potest sanari si vult. b ꝗ Vox medicorum domino respondentium. ꝗ q. d. Non est vitium artis nec resinæ. c ꝗ Quia non vult nobis obedire.

[g] eius, si fortè sanetur. [9] Curauimus Babylonem, & non est sana- [3]
a ꝗ Quia scilicet periit opera & impensa. b ꝗ In infirmitate desperatam. c ꝗ Proprium negotium.

ta. Derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam.
a ꝗ Crescente culpa crescit & damnatio.

Quoniam peruenit vsque ad cælos iudicium eius, & eleuatum [4]
a ꝗ Contra Babylonem. b ꝗ Vox angelorum, vel prædicatorum, qui videntes plagam Babylonis incurabilem, hortantur sese dic. venite & nar.

est vsque ad nubes. [10] Protulit dominus iustitias nostras: venite [5]

b *Calix aureus, &c.* Non est semper calix aureus Babylonis vel in manu domini, cum enim ad vindictam venerit & in manu domini posita fuerit, efficietur terra quæ tacta est in Iob. Nec iugiter in manu domini continetur; sed tunc tantum cum restituet ei dominus, quod meretur.

Calix aureus.

Origen. *Calix aureus.* Nabuchodonosor volens decipere homines per calicem Babylonis, non miscuit in vase fictili, ferreo, æneo, stanneo, & quod ista præcellit, argenteo: In vase aureo poculum temperauit, vt videns decorem radiantis auri totis oculis hæreas in specie, nec consideres, quod intus habet, sed arripias, & nesciens bibas calicem Nabuchodonosor; intellige, prauorum pestifera verba dogmatum, qualem habeant sermonum compositionem, qualem eloquentiæ decorem, & cognosces qualiter quisque poeta calicem aureum temperauit, & iniecit venenum idololatriæ, & turpiloquij, & eorum dogmatum, quæ animam occidunt, & falsi nominis scientiæ; Iesus autem contra fecit, Sciens enim aureum calicem diaboli, ne quis ad fidem veniens putaret etiam talem Christi calicem esse, qualem reliquerat, & pro similitudine materiæ formidaret errorem: curauit vt haberetur thesaurus iste in vasis fictilibus. Sæpe vidi aureum calicem in pulchro sermonis ornatu, & dogmatum venena considerans, deprehendi calicem Babylonis.

Sunt obscœna carmina vel dogmata erronea.

† Grego. lib. 34. mor. cap. 8. Quid Babylonis nomine, nisi huius mundi gloria designatur? Quę calix aureus dicitur, quia dũ pulchra esse tēporalia ostentat, stultas mentes in sua cõcupiscentia inebriat, vt speciosa tēporalia appetat, & inuisibilia pulchra contēnant. Hoc aureo calice prima sua sponte Eua inebriata est, quia cum vetitum lignum concupisceret, vidit quod esset pulchrum visu, & comedit.

Gloria huius mundi.

† Theodo. Beatus Daniel interpretatus somnium, regnum Baby-

d *De vino.* Idem. Sicut in his, qui vinum corporale bibunt supra mensuram, videmus ebrij corporis motum, vacillantes pedes, caput, & tempora grauata, os dissolutum, & hærentibus labiis verba præscisa: Sic qui de calice aureo Babylonis biberunt, instabiles gressu, debilitati mente, fluctuante conatu, nihil firmum tenent; sed semper in turbatione aguntur incerti; biberunt Gentes, ideò commotæ sunt.

e *Subito ceci.* Significat consummationem mundi subito futuram, quæ non per partes sed repente fiet, sicut Iericho corruens citò vel subitò periit. Si autem veneris ad aduentum Christi, & videris magnum eius opus, quomodo subuertit omnia dogmata Gentium, vt credentes de erroris iugo eximeret. videbis quia in passione eius Babylon subitò corruit & contrita est; videat quisque Babylonem in pectore suo corruisse: In cuius enim corde non cecidit, Christus ei nondum aduenit: Babylon ruit, ædificatur Ierusalem ciuitas sancta Dei.

Iosue 6. c. — Erroris seu vitiorum deiectio.

f *Vlulate.* Hiero. Quia nulla anima apud Deum insanabilis, consilium dat eis qui possunt transmigrationis in Ierusalem & testimonij habere resinam ad emplastra facienda, vt assumant medicamina: & quanto possunt studio sanitati restituant Babylonem. Rogemus ergo dominum, vt det nobis resinam rationabilem, de qua dicamus: Est malagma imponere & oleum & alligaturas, & imponentes ligemus vulnera Babylonis vt sanetur, vt curata desinat esse quod fuerat. Hoc est quod ait: *Accipe resinam ad correctionem eius si quomodo sanabitur.* Vbi sunt hæretici qui naturas quasdã introducentes asserunt esse materiam desperabilem quæ penitus non recipiat salutem? Deus autem nec despicit Babylonem. præcipit enim medicis vt accipiant resinã si quomodo sanetur. Quidam ergo eorum accipiētes resinam correctionis Babylonis, fecerunt quod fuerat imperatum, eam audientes posse recipere sanitatem: sed quia noluit curari satisfaciunt boni medici & dicunt: *Cura. & non est sa.*

Nullus est ita consummatæ valetudinis quin possit sanari. — Isa. 1. b.

g *Curauimus.* Vide ne quando angelis præcipiat Deus languenti ☞ animæ

NICOLAVS DE LIRA.

1 Calix. *Hic ponitur secunda parabola, scilicet calicis aurei inebriantis Gentes, per quem designatur rex Babylonis, qui potum doloris multis Gentibus propinauit. Et quia hoc fecit crudeliter & superbè attribuens suæ virtuti quod fiebat virtute Dei, ideò factum est sibi simile secundum ordinem diuinæ iustitiæ. Et secundum hoc patet littera vsque ibi,*

2 Tollite resi. *Id est, medicinam ad dolorem eius sanandum seu mitigandum. Et loquitur ironicè, vnde subditur,*

3 Curauimus. *Et loquitur scriptura ad modum medici totaliter desperantis de sanatione infirmi: quia tunc dimittit. dicit tamen glo. quod verbum est angelorum ad custodiam Babylonia deputatorum dimittentium eam temporaliter affligi, ex quo viderunt super hoc voluntatem Dei. Ideo subditur,*

Angeli ad Babyloniæ custodiam deputati.

4 Quoniam peruenit vsque ad cælos, *Id est, coram Deo.*

5 Protulit dominus. *Verbum est propheta in persona redeuntium de Babylonica captiuitate, confitentium se liberatos per meritum Ieremiæ, Ezechielis & Danielis & aliorum sanctorũ illius temporis; & etiam patrũ antiquorum.*

1 Acuite.

MORALITER.

† 1 *Calix.* Per calicem in sacra scriptura frequenter significatur dolor pœnalis & angustia: propter quod per calicem illum significatur passio Christi & discipulorũ eius, quem calicē Iudæa propinauit eis, vt patet ex textu Euangeliorum & Actuum Apostolorum, propter quod Christus dixit discipulis Matt. xx. c. *Potestis bibere* † cali-

Passio Christi & discipulorum eius.

animæ tuæ medicamina conficere, si quo modo possit sanari, & A respondeant ei: *Curauimus Babylonem*, ostendentes animam tuam passione confusam, *& non est sanata*. Non scientiam artis, nec vim resinæ criminantur, sed te qui noluisti eis obedire. Sunt medici sub magno medico angeli Dei, volentes animas nostras à vitiis curare: quos ipsi repellimus, dum consiliis eorum non acquiescimus; qui videntes se perdere operam, adinuicem dicunt: *Relinquamus eam, &c.* q. d. tradita est nobis medicina à Deo, vt animam curemus humanam; B adiutoria & medicamina adhibuimus; contumax est, non vult obseruare quod dicimus, studiũ nostrum non sequitur effectus: abeamus vnusquisque in terrá suá, id est, ad domesticum & proximum negotium. Caue ne quando relinquat te medicus, vel angelus Dei, vel cui credita est cura sermonis ad medicamina salutis; si enim dereliquerint te, & dixerint, C Abeamus quisque in terrá suam, quia appropinquauit in cælum iudicium eius: patet quod abscessio medici condemnatio tua sit, vt irremediabilis, nolentisque curari. Accidet ergo tibi, quod accidit his, qui desperantur à medicis, & vtentes voluptate morbi ad peiora merguntur. Sæpè prudens medicus accedit ad languentem, & quantum ars patitur, & industria medicinæ non cessat; sed si ægritudo tanta sit, vt repugnet curationi; aut æger per impatientiam doloris contra faciat quam iubetur, relinquit eum desperans medicus ne expiret inter manus eius & mortis videatur reus. Ne ergo inter sanctorum angelorum manus moriamur, relinquunt nos desperantes & dicentes: Non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturam, quia appropinquauit iudicium eius cælo, eleuauit vsque ad astra. Qui paruum peccatum habet, non vsque ad cælum & sidera iudicium suum affert: pusillum D enim & humile est. Qui verò crescit in scelere, crescit & in iudicio: simulque cum vitiis augetur & pœna. Et quia tantum delinquit, vt iudicium eius vsque ad cælum subleuetur, & per impietatem suam resistens Deo ad superiora ascendat: profert Deus iudicium suum ad humiliandum quod exaltatum est.

Angeli sunt medici. — *Anima quæ ab eis sanari refugit.* — *Supr. 10. b. Isa. 1. b. secundũ LXX.* — *Peccata enormia.*

a ¶ Virtutes scilicet & miracula. b ¶ Ecclesia, quæ sola peruenit ad Dei contemplationem cum angelis.

& narremus in Sion opus domini Dei nostri. [11] Acuite sagittas, & implete pharetras. Suscitauit dominus spiritum regum Mœdorum: & contra Babylonem mens eius est, vt perdat eam.

a ¶ Pro populo suo. b ¶ Quod succenderant Babylonij.

Quoniam vltio domini est, vltio templi sui. [12] Super muros Ba-

a ¶ Vt nemo effugiat.

bylonis leuate signum, augete custodiam. Leuate custodes, præparate insidias, quia cogitauit dominus, & fecit quæcum-

¶ Per prophetas. a ¶ O Babylon.

que loquutus est contra habitatores Babylonis. [13] Quæ habitas

a ¶ Quia per medium eius effluit Euphrates: vel, typice significat multitudinem populorum.

super aquas multas locuples in thesauris: venit finis tuus pe-

¶ Alias munitionis. a ¶ Firmiter statuit.

dalis præcisionis tuæ. * [14] Iurauit dominus exercituum per ani-

a ¶ Toto affectu. b ¶ Quia ad destructionem eius innumeræ Gentes conuenerunt.

mam suam, quoniam replebo te hominibus quasi brucho, &

a ¶ Triumphale carmen. b ¶ Ab hostibus pro adepta victoria.

c ¶ Filio, qui virtus & sapientia patris. Omnia enim per ipsum facta sunt.

super te celeuma cantabitur. * [15] Qui fecit terram in fortitudine sua, & præparauit orbem in sapientia sua, & prudentia sua ex-

a ¶ Quia omnia cælestia fecit. b ¶ Prædicationis doctrinæ. c ¶ Cælestibus.

tendit cælos. [16] Dante eo vocẽ multiplicatur aquæ in cælo. Qui

a ¶ Ad prædicationis fastigia. b ¶ Ab humili proposito.

leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, & pro-

a ¶ Scilicet vnde spirituales possunt prodire diuitiæ. b ¶ Idololatra, vel hæreticus, vel schismaticus.

ducit ventos de thesauris suis. [17] Stultus factus est omnis homo à

1 † Greg. in pastorali. 3. parte admonit. 13. Babylon quippe curatur, nec tamẽ ad sanitatem reducitur, quãdo mens in praua actione verba correctionis audit, flagella correptionis E percipit, & tamen ad recta salutis itinera redire contemnit.

† Theod. Prædixit hanc Babylonicam superbiam etiam Isaias; *dixit enim*, ait, *Super sidera ponam solium meum*. (*Isa. 14.* * *Amos 6. c.*)

a *Qui leuat nubes*, id est, prædicatores, & prophetas, qui nos à calore futuri iudicij defendunt imbre eloquij sui, cùm futura depromunt. (*Prædicatores nubibus, fulguri, & pluuiæ cõparantur,*)

b *Fulgura*. Prædicatores, prophetarum F fulgura sunt, cum inimicos percutiunt: Pluuiæ, cum deuotos à peccatis abluunt, & imbrem salutis infundunt: vnde spirituales germinent fructus, & in maturam messem coalescant.

c *Et producit ventos de thes.* Venti sunt Apostoli, quorum prædicatio percurrit mundum, tamquam ventus celerrimus: de quibus alibi dicitur, *Sagittas suas ardentibus effecit*. Ipsis enim ventis pennæ propter discursus celeritatem tribuuntur: Vnde, *Volauit super pennas ventorum*. (*Apostoli ventis.* *Psalm. 7. b.*)

d *Stultus fac.* Bene post subuersionẽ Babylonis reprehendit fabricatores idolorũ, quia per stultitiam humanæ mentis facta sunt opera vana & risu digna: quia nec spiritus in eis, nec vox, nec vlla efficacia; vnde nec se, nec cultores suos in die visitationis liberare posśũt. (*2. Re. 22. b.*)

a Confu-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Acuite. *Hic consequenter ponitur dictarum parabolarum explanatio: & primò prima; secundo secunda, ibi*, Collidis. *Prima in duas, quia primò ponitur explanatio: Secundò dicti confirmatio, ibi*, Iurauit. *Prima parabola significabat exercitum Mœdorum & Persarum Babyloniam destruentem: hoc autem fuit maximè per artem sagittandi. Et ideo explanans modum destructionis dicit*, Acuite sagittas, &c. (*Diuisio.*)

2 Quoniam vltio do. *In cuius contemptum Balthasar vasa diuino cultui deputata communibus vsibus applicauit.*

3 Vltio templi, *Quod Nabuchodonosor combussit.*

4 Super mu. *Q. d. quamtumcumque Babylonij se disponant ad defendendum, tamen nihil eis valebit, ideò sequitur*, Quia cogitauit dominus, &c,

5 Quæ ha. super aquas. *Hoc dicitur, quia Euphrates fluuius magnus transibat per ciuitatem ante eius destructionem.* (*Babylon aliorum gẽtium spoliis ditata.*)

6 Locuples in thesauris. *De diuersis prouinciis crudeliter congregatis.*

7 Venit fi. tuus. *Q. d. tu es prope casum, sicut arbor cui est sola mensura pedis prescindenda. In Hebræo habetur:* Venit finis tuus, mensura rapinæ tuæ, *id est, secundum mensuram peccati tui rapiendo crudeliter bona aliorum. Et iste sensus magis consonat litteræ præced. vbi dicitur:* Locuples in thesa.

8 Iurauit do. *Hic consequenter ponitur confirmatio dicti: & hoc diuino iuramento, cum dicitur.* Iurauit dominus exercituum, *id est, angelorum.*

9 Per animam, *id est, per seipsum, quia* spiritus est Deus, *Ioan. iiij. d. non enim habet maiorem per quem iuret, ideo iurat per seipsum. Gen. xxij. c.* Per memetipsum iuraui dicit dominus. (*Deus iurat per semetipsum.*)

10 Quoniam replebo te. *Babylonem.*

11 Hominibus, *Tibi aduersantibus.*

12 Quasi brucho, *Qui incedit cum magna multitudine.*

13 Super te celeu. *Est autem celeuma canticum vindemiatorum. Et per hoc designatur gaudium Mœdorum & Persarum in effusione sanguinis Chaldæorum, & deprædatione eorum.* (*Celeuma.*)

14 Qui fecit terram, &c. *Hoc refertur ad illud quod prædictum est:* Iurauit dominus.

15 In forti. sua. *Id est, potentia infinita quæ requiritur ad creationem.*

16 Et præparauit or. *Id est, gubernauit.*

17 Prudentia sua exten. cælos. *Qui ad modum tentorij videntur extendi super terram.*

18 Dante eo vocem, *Id est, præcipiente.*

19 Multiplican. aquæ in cælo. *Scilicet aereo, in quo generantur.*

20 Qui leuat nubes ab extre. terræ. *Id est, ab Oceano terram habitabilem terminante: inde enim pro maiori parte eleuantur exhalationes humidæ, quæ condensantur in nubes.*

21 Fulgura in pluuiam, &c. *Pluuia enim abundans facit cessare fulgura.*

22 Et producit ventos de thesau. suis, *Id est, de locis hominibus occultis.*

23 Stultus factus. *Et loquitur hic de scientia superstitiosa, cuiusmodi est Necromantia & eius partes. Ideò subditur,*

1 Confu-

MORALITER.

† *calicem quem ego bibiturus sum? &c.* Et ideò iusto Dei iudicio in vltionem mortis Christi & discipulorum eius Iudæi calice doloris & angustiæ fuerunt inebriati: & hæc eorum tribulatio significatur hic diffuse per tribulationem Babyloniorum, quæ fuit valde magna. Ideo concluditur inferius,

a *Confusus est.* RAB. Demonstrata subuersione Babylonis, redit propheta ad auctorem tanti iudicij: quia non est potestas nisi à Deo, qui dominatur in regno hominum, & cui voluerit dabit illud. Rom. 13. a.

a ¶ Figmenti. scientiâ, confusus est omnis a ¶ Idolorum, vel errorum & prauorum dogmatum. conflator in sculptili: quia a ¶ Hoc est, non est talis Israel vnius Dei cultor; licet enim plurimi errauerunt, multi tamen in fide permanserunt, & ideo liberati sunt. b ¶ Figmenti. mendax est conflatio eius, nec est spiritus in eis. [18] Vana sunt opera, & risu digna, in tempore visita- a ¶ Iudicij generalis. b ¶ Cum auctoribus suis. c ¶ Doctrina vel prophetica vel apostolica. tionis suæ peribũt.[19] Non sicut hęc pars Iacob, a ¶ Solus immutabilis omnium creator. b ¶ Ecclesia. B quia qui fecit omnia ipse est, & Israel sceptrũ hereditatis eius: dominus exercituum nomen a ¶ Arma bellica vel bellatores. ¶ Iusto iudice retribuente vnicuique secundum opus quod fecit, sicut in futuro recipiet vnusquisque secundum opera sua. eius.[20] Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidã in te Gentes, & disperdam in te regna. [21] Collidam in te equum & equitem eius, & collidam in te currum & ascensorem eius, [22] & collidam ¶ Vtrumque sexum. in te virum & mulierem. Et collidam in te se- ¶ Quamlibet ætatem. nem & puerum, & collidam in te iuuenem & C virginem,[23] & collidam in te pastorem & gregem eius, & collidam in te agricolam & iugales eius. Et collidam in te duces & magistratus, [24] & reddam Babyloni & cunctis habitatoribus Chaldęę omne malum suum, quod fecerunt in Siõ in oculis vestris, b ait dominus: [25] Ecce ego ad a ¶ Superbiæ. te mons pestifer, ait dominus: qui corrumpis

b *Ecce ego ad, &c.* Mons pestifer, Nabuchodonosor, & regnum Chaldæorum; vel diabolus, qui alibi mons caliginosus, propter tenebras erroris, dicitur. Isa. 13. a.

a ¶ Terrenos vniuersis vitiis deditos. b ¶ Vindictæ. D vniuersam terram, & extendam manum meã a ¶ Separabo. super te, & euoluam te de a ¶ In fide firmis. petris, & dabo te in montẽ c a ¶ Aeternæ, vbi has pœnas superbiæ. combustionis:[26] & non tol- a ¶ Angularẽ, scilicet ædificij cælestis fundamentũ. lam de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamento: sed perditus in æ- a ¶ Vox prophetæ. b ¶ Vexilla, arma bellica. ternum eris, ait dominus. [27] Leuate signum in terra, clangite buccina in montibus: sanctificate super eam Gentes, annuntiate contra a ¶ Armeniæ. E illam regibus Ararath, Menni & Ascenez, numerate contra eam Thapsar, adducite equum quasi bruchum aculeatum. [28] Sancti- a ¶ Quia expleturæ sunt sanctam Dei voluntatem, iustam retributionem retribuentem. ficate contra eum gentes, reges Mœdiæ duces eius, & vniuersos magistratus eius, cunctamq́; terram potestatis eius. [29] Et cõmouebitur terra & conturbabitur, quia euigilabit contra Babylonẽ cogitatio domini, vt ponat terram Babylonis desertam & inhabitabilẽ.[30] Cessauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerunt in præsidiis. Deuoratum est robur eorũ, ¶ Imbelles. & facti sunt quasi mulieres. Incensa sunt ta- ¶ Munitiones. bernacula eius, cõtriti sunt vectes eius.[31] Cur- ¶ Captæ ciuitati. rens obuiam currenti veniet, & nuntius ob-

c *Et dabo te.* Ad hunc montem pertinent Iudæi, hæretici, blasphemi, & omnes impij, qui perdurant in malitia, nec conuertuntur vt fiant lapides viui in ædificio Dei.

d *Cessauerunt, &c.* F Veniente Cyro & Dario cessauit robur Babylonis & principum eius.

☞ a Filia

NICOLAVS DE LIRA.

1 Confusus est omnis. *Et loquitur de imaginibus per Astronomiam factis, & per alios modos superstitiosos.*
2 Quia mendax est. *Quod probat dicens:*
3 Nec est spiritus. *Si enim aliquando dentur in eis responsa, hoc est à dæmonibus.*
4 Vana sunt opera, *Id est, nullam virtutem de se habentia,*
5 Et risu digna, *Id est, derisibilia sapientibus:*
6 In tempore visitationis. *Destructa enim Babylone, destructa fuerunt idola quæ ibi erant.*
7 Non sicut hæc, *Scilicet vana,*
8 Pars Iacob, *Supple est:*
9 Quia qui fecit omnia, *Scilicet Deus verus.*
10 Ipse est, &c. *Scilicet pars Iacob.*
11 Et Israel sceptrum hereditatis. *Fideles enim possident dominum per fidem & dilectionem, & Deus possidet eos per gratiam. Et ideò sicut fideles sunt pars Dei, ita & Deus est pars eorum: quia prælecti sunt à Deo, & ipsi præeligunt eum aliis contemptis.* Quomodo possideant fideles Deũ & possideãtur ab eo.
12 Collidis, &c. *Hic ponitur explanatio secunda parabolæ. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur parabolæ sententia; Secundò, Ierusalem querimonia, ibi,* Comedit me. *Sententia verò parabolæ consistit in hoc, quod per eam designatur rex Babylonis propinans aliis potum mœroris, & sic factum est sibi & suis: quia victorias factas virtute Dei adscribebat sibi. Ideò sibi dicitur in persona domini,* Collidis tu mihi, *id est, vt instrumentum iustitiæ meæ.*
13 Vasa belli, *Id est, apparatum bellorum aliarum Gentium.*
14 Et ego. *Quia iustitiam meam voluntate iniqua exequutus es.*
15 Et disperdam in te regna. *Tibi subiecta & te auxiliantia.*
16 Collidam in. *Id est, equos & equites, quia ponitur hic singulare pro plurali. Et similiter in sequentibus. Et patet littera vsque ibi,*
17 Omne malum quod. *Templum concremando,*
18 In oculis vestris. *In hoc alloquitur Iudæos, qui hoc viderunt, quorum plures erant in Babylone.*
19 Ecce ego ad. *Id est Babylon, quæ est mons altus per potentiam & superbiam: Et pestifer, occidendo Gentes alias crudeliter.*
20 Euoluam te de petris. *Id est, de fortaliciis tuis, in quibus confidis.*
21 Dabo te in montem. *Quia Babylon fuit combusta à Mœdis & Persis.*
22 Et non tollam de te lap. *Id est non readificaberis vltrà.*
23 Leuate signum. *Id est, vexillum ad congregandum bellatores contra Babylonem.*
24 Sanctificate. *Id est, confirmate ad bellandum. Sanctum enim in vna significatione idem est quod firmum.* Sanctum pro firmo.
25 Annuntiate contra illam regibus Ararath, *Id est, Armeniæ regibus.*
26 Menni & Ascenez. *Nomina sunt regnorum.*
27 Numerate contra eam. *Nomen est Hebraicum, & significat exercitum qui numeratur in expeditione.*
28 Adducite equum, *Id est, equos,*
29 Quasi bruchum. *Id est, agiles & preparatos ad bellum. Cetera patent vsque ibi,*
30 Quia euigilabit contra. *Videbatur enim quasi dormiens permittendo crudelitates Chaldæorum, & euigilans in punitione eorum.*
31 Cessauerunt fortes. *Victorias enim fecerant virtute diuina. Et ideò ipsa retracta non solùm cessauerunt à victoriis, sed etiam fuerunt deuicti ab aliis; Ideò subditur:*
32 Et facti sunt quasi mulieres, *Quæ sunt imbelles.*
33 Incensa sunt tabernacula. *Id est, habitationes Babylonis:*
34 Contriti sunt vectes, *Per fractionem portarum.*
35 Currens obuiam currenti. *Babylon enim erat ciuitas valde magna. Dicit enim Hieronymus super Psalmos, quòd erat ædificata in quadro, & quodlibet latus habebat in longitudine sedecim milliaria, quæ faciunt octo leucas, propter quod dicit Philosophus in libris Politicorum, quòd magis erat dicenda regio clausa muris quàm ciuitas. Et ideò de domo regia frequenter currebant nuntij ad portas ciuitatis, & econuerso ad denuntiandum statum: & ideo ingressus aduersariorum citò fuit regi nuntiatus. ideò subditur,* Magnitudo vrbis Babylonis. Philosophus.

19 Ecce

1 Capta

a Filia Babylonis quaſi area, &c. Fuit plebs Babylonis, quando per potentiam regni & diuitiarum abundantiã conterebat Gentes: ſed tempus meſſionis eius venit cum cogitur recipere quod geſſit, de qua ex perſona Iudaicæ plebis conſequenter dicitur: *Comedit me & deuorauit me Nabuch. Rex Babylonis.*

b *Et deſertum faciam mare, &c.*

MYSTICE. Mare, huius ſæculi ſignificat turbulentiam, quod dominus deſertum ponit: Faciet enim ceſſare luxum eius, & diſſipabuntur iniqui, qui confuſioni errorum vitiorumque deſeruiebant.

c *Quomodo capta eſt Seſach.* Seſach, byſſus ſacci, vel manus ſacci interpretatur: ſicut Babylon confuſio. Capta ergo eſt Seſach, & in ſtuporem facta eſt Babylon: quia idololatræ & diuerſis vitiis ſeruientes, fluctibus futuri iudicij ſubuertentur: & ſero pœnitentes cũ Bel, qui interpretatur vetuſtas, id eſt, cùm antiquo hoſte confuſionem in inferno patientur perpetuam: vnde fideles admonentur, vt egrediantur de ſocietate eorum, ne cum illis pereant. *Egredimini, &c.*

Damnatio idololatrarum & vitiis ſeruientium.

uius nuntianti, vt annuntient regi [Balthaſar.] Babylonis, quia capta eſt [1] ciuitas eius à ſummo vſque ad ſummum, [31] & vada [a Euphratis.] præoccupata [Ab hoſtibus.] [2] ſunt, & paludes incenſæ ſunt igni, & viri [Viri Babylonij.] bellatores conturbati [Stupefacti.] [3] ſunt. [32] Quia hæc dicit dominus exercituũ Deus Iſrael: [4] Filia Ba- [5] a bylonis quaſi area, tempus trituræ eius. Adhuc modicum, & ve- [6] niet tempus meſſionis eius. [34] Comedit me, deuorauit me Na- [7] buchodonoſor rex Babylonis. Reddidit me quaſi vas inane. [8] [9] Abſorbuit me quaſi draco, repleuit ventrem ſuum teneritudi- [10] [11] ne mea, & eiecit me. [35] Iniquitas aduerſum me, & caro mea ſuper [12] Babylonem, dicit habitatio Sion, & ſanguis meus ſuper habi- [13] [14] tatores Chaldææ, dicit Ieruſalem. [36] Propterea hæc dicit domi- [15] nus: Ecce ego iudicabo cauſam tuam, & vlciſcar vltionem tuam. [16] b Et deſertum faciam [a Multitudinem ſcilicet habitantium, ſuperius enim multitudo Aegypti mari comparata eſt.] mare eius, & ſiccabo venam [b Luxus. f.] eius. [37] Et erit [17] [18] Babylon in [a Arenarum.] tumulos, habitatio [b Dæmonum.] draconum, ſtupor [c Mirantium & videntium interitum eius.] & ſibilus, eò [19] [20] [21] quòd non ſit habitator. [38] Simul vt [a Maiores dæmones.] leones rugient, & excutient [b Duces Chaldæorum.] [22] comas veluti [a Minores.] catuli leonum. [39] In calore [b Aeſtu tribulationum.] eorum ponam potus eo- [23] [24] rũ, [a Calice iræ.] & inebriabo eos, vt ſopiantur [b Sopore mortis æternæ.] & dormiãt ſomnum ſempiter- [25] num, & non cõſurgãt, dicit dominus. [40] Deducã eos [a Gladio domini occidendos.] quaſi agnos [26] c ad victimam, & quaſi [a Duces Babylonis.] arietes cum hœdis. [b Populis peccatoribus.] [41] Quomodo capta eſt [27] [a Babylon.] Seſach, & comprehenſa eſt inclyta vniuerſæ terræ? Quomo- do facta eſt in ſtuporem Babylon inter Gentes? [42] Aſcendit ſu- [28] per Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operta eſt. [29] [30] [43] Factę ſunt ciuitates eius in ſtuporem, terra inhabitabilis & de- ſerta, terra in qua nullus habitet, nec tranſiet per eam filius ho- [31] d minis. [44] Et viſitabo ſuper Bel in Babylone, & eiiciam quod ab- [32]

† THEOD. *Seſach.* Babylonem ipſam ita vocauit. Illius enim regem ſuperius Seſach vocitauit. Veriſimile porro eſt, cùm ita quondam nominaretur, poſteà Babylonem fuiſſe nuncupatam.

Babylonem olim Seſach dictam.

d *Viſitabo ſuper Bel in Bab.* † IDEM. Daniel quoque meminit ciborum qui offerebantur Belo, & quo pacto ſacerdotes conſummabant eos. Prædicit verò ſermo propheticus, erroris ceſſationem: & conſolatur populum, exhortans ne pertimeſcat mala, quæ obuentura ſunt Babyloni, docens ea multo ante denuntiata eſſe.

Bel deſtruitur.

a Egre-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Capta eſt ciuitas eius à ſummo, *Id eſt, à prima porta vſque ad vltimam.*

2 Et vada præoccupata. *Quia Medi & Perſæ per alueum fluminis intrauerunt, vt dictum eſt.*

3 Et paludes incenſæ, *Id eſt fortalitia quædam in paludibus ſita.*

4 Et viri bel. conturbati ſunt. *Ex ſubito ingreſſu hoſtium.*

5 Filia Babylonis, *Gens Babylonica.*

6 Quaſi area, *Id eſt, Meſſis extenſa in area.*

7 Tempus trituræ eius, *Id eſt, ſua contritionis, ſicut bladum teritur in area.*

8 Comedit me. *Hic ponitur contra Babylonem querimonia de malo quod fecit in Ieruſalem. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur querimonia: Secundò circa eam diuina iuſtitia, ibi:* Propterea, *Tertiò ſequens laus diuina, ibi:* Et laudabunt. *Circa primum dicitur in perſona Ieruſalem,* Comedit me, *populum meum occidendo, & bona rapiendo.*

Diuiſio.

9 Deuorauit me Nabucho. *Crudeliter hoc agendo.*

10 Reddidit me quaſi vas inane. *Quod non eſt aptum ad ſuum officium, quia ſic Ieruſalem deſtruxit quòd non erat apta habitationi hominum.*

11 Repleuit ventrem ſuum tener. *Id eſt, eo quod tenerrimè diligebam, rapiendo ſibi vaſa aurea & argentea conſecrata diuino cultui.*

12 Et eiecit me. *Populum meum captiuando.*

13 Iniquitas aduerſum me. *Id eſt, facta mihi à Chaldæis.*

14 Et caro mea. *Lacerata ab eis.*

15 Super Babylonem, *Supple veniat vltio eius.*

16 Propterea hæc. *Hic conſequenter ponitur diuina iuſtitia, cum in perſona domini reſpondetur Ieruſalem conquerenti.*

17 Ecce ego iudicabo cauſam tuam. *Dando pro te ſententiam contra Babylonem.*

18 Et deſertum, &c. *Id eſt, congregationem aquarum ex curſu Euphratis, ſecundum modum loquendi Hebraicum, quo omnis aquarum congregatio vocatur mare, ſecundum illud Gen. j. a.* congregationeſque aquarum appellauit maria.

19 Et ſiccabo venam eius. &c. *Id eſt, curſum Euphratis modo ſupradicto.*

20 Et erit Babylon in tumulos. *Ex ruinis domorum & murorum.*

21 Stupor & ſibilus. *Præ admiratione tantæ ruinæ.*

22 Simul vt leones rug. *Scilicet Chaldæi. Leones enim horribiliter rugiunt, quando ſunt deuicti.*

23 Et excutient comas, *Detrahendo capillos ſuos præ dolore & indignatione, ſicut faciunt leones quando ſunt deuicti. In Hebræo tamen habetur ſic:* Recanabunt vt catuli leonum, *id eſt, extraneè rugient præ dolore, quia recanare propriè eſt aſinorum.*

Recanare.

24 In calore eorum. *Id eſt, calefaciam eos per potum & dormire faciam: & non ſolum dormitione ſoporis, ſed etiam mortis, Ideò ſubditur.*

25 Et dormiant ſomnum. *Dicitur enim Dan. v. quòd* Balthaſar fecit grande conuiuium principibus ſuis, & incalefactus vino fecit apportari vaſa Dei vt biberent in eis. *Et ibidem ſequitur, quòd eadem nocte interfectus eſt Balthaſar, & regnum eius accepit Darius Medus. Et quia fatigati à vino fuerunt interfecti: ideò ſequitur.*

26 Deducam eos quaſi agnos, *Id eſt, ſine defenſione.*

27 Ad victimam, &c. Quomodo ca. eſt Seſach. *Id eſt, Babylon, ſic nominata propter correſpondentiam litterarum, vt dictum eſt, ſuprà xxv. ſecundum Ra. Sa.*

Seſach eſt Babylon.

28 Aſcendit ſuper Babylonem mare. *Id eſt, exercitus magnus valde & fortis.*

29 Multitudine fluctuum. *Id eſt bellatorum.*

30 Operta eſt. Factæ. *Id eſt, abſorpta & deſtructa. Cetera patent vſque ibi.*

31 Et viſitabo ſuper Bel. *Idolum erat in Babylonia, per quod deſignatur populus colens eum.*

32 Et eiiciam quod abſorbuerat. *Diuitiæ enim aliarum Gentium quas Babylonij abſorbuerant, ſibi rapiendo, ex diuina ſententia, datæ fuerunt Medis & Perſis.*

a *Egredimini de medio eius.* Qui vult animam suam saluam facere, fugiat perditorum consortium: vereatur sermonem domini vindictam peccatorum prædicentis, qui quotidie prædicatur in ecclesia & auditur in scripturis sanctis de anno in annum attestantibus, quia iudex dicturus sit his qui à sinistris eius erunt, *Discedite à me maledicti in ignem æternum, &c.* Non enim debemus in desideriis carnis mollescere, & segnes in bono esse: sed in meditatione legis eius & exercitio virtutum strenui.

Quid facere debeat qui vult saluari?

b *Et veniet in anno auditio, & post, &c.*

† THEODORETVS. Quoniam vno aut duobus annis ante denuntiatum aduentum hostium more suo perseuerabāt in iniustitia & iniquitate, propterea minatur interitum tam sculptilibus quæ adorantur, quàm his qui adorant illa.

c *Propterea ecce, &c.* Enumerat plagas Babyloni superuenturas & optimatibus eius, ducibus & magistratibus & omni populo: quia scilicet diuersis suppliciis interempti dormient somno æternæ mortis.

Babylon cum suis ciuibus excisa.

sorbuerat de ore eius, & non cōfluent ad eum vltrà Gentes.[1] Siquidē & murus Babylonis corruet.[45] a Egredimini[2] de medio eius populus me⁹, vt saluet vnusquisque animam suam ab irā furoris domini.[46] Et ne fortè mollescat[3] cor vestrum, & timeatis auditum qui audietur in terra. b Et veniet in anno auditio,[4] & post hūc annum auditio,[5] & iniquitas in terra,[6] & dominator super dominatorē.[7] [47] c Propterea ecce diēs veniunt, & visitabo super sculptilia Babylonis: & omnis terra eius confundētur, & vniuersi interfecti eius cadēt in medio eius.[48] Et laudabūt[8] super Babylonem cæli & terra & omnia quæ in eis sunt,[9] quia ab aquilone[10] venient ei prædones, ait domin⁹.[49] Et quomodo fecit Babylon, vt caderent occisi in Israel, sic de Babylone cadent occisi in vniuersa terra.[50] Qui fugitis[11] gladium venite,[12] nolite stare. Recordamini procul domini, & Ierusalem[13] ascendat super cor vestrum.[51] Confusi sumus,[14] quoniam audiuimus opprobrium. Operuit ignominia facies nostras, quia[15] venerūt alieni super sanctificationem[16] domus domini.[52] Propterea[17] ecce dies veniunt, dicit dominus, & visitabo[18] super sculptilia Babylonis, & in omni terra[19] eius mugiet vulneratus.[20] [53] Si ascēderit Babylon in cælum, & firmauerit in excelso robur suum, ad me venient vastatores eius, ait dominus.[54] d Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum,[55] quoniā vastauit dn̄s Babylonem, & perdidit[21] ex ea vocem magnā, & sonabunt[22] fluctus eorum, quasi aquæ multæ. Dedit sonitum vox eorū,[56] quia venit super eam, id est, super Babylonem prædo. Et apprehensi sunt fortes eius, & emarcuit[23] arcus eorum, quia fortis vltor dominus reddens

Glossæ interlineares: a Fideles. — a Ventura. — a Desideriis carnalibus. — a Discedite à me maligni in ignem æternum. — De anno in annum. — a Quia remunerabitur iniquitas in terra mortuorum. — a Vt qui potentiores fuerunt in peccatis malora tormenta patiantur. — a Retributionis, quoniam iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate. — a Simulachra eorum quæ hæretici fingunt. — a Terrena conuersatio. — a Perpetuo. — b Errantes & in errorem mittentes. — a Gladio domini. — a Quia prædo omnium Gentium vastatus est. — a A quo exardescunt mala super terram. — Spiritualis. — a Vox prophetæ. — Israelitæ. — a Si vultis saluari. — b In Babylone. — a In terra longinqua. — a Non Babylon, cuius vastatio prædicitur. — Ciuitas regis magni. — a Vox populi. — Insultantibus vicinis, quasi captiuis. — a Vicinorum. — a Templi. — Responsio prophetæ. — Superbiendo. — a Ciuitatem confusionis. — a Diabolus.

d *Vox clamoris, &c.* † THEODORETVS. Per hæc multitudinem incolarum designauit, & quod ei hastæ, vel tela nil proderunt, Deo pœnas ab eo exigente.

tis. MYSTICE hic ruinam perfidæ ciuitatis annuntiat, quam diabolus ab initio construxit, per quam contra ciuitatem Dei sedulò pugnauit: quia, liberatis electis Dei, impia ciuitas in æternum supplicium demergetur, vnde Ioannes in apocalypsi, *Cecidit, cecidit Babylon magna, &c.* & post pauca: *Exite de illa populus meus, ne particeps sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis, &c.*

Ecclesia malignantium seu ciuitas diaboli.

Apoc. 18.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non confluent ad eum vltrà Gentes. *Quæ erant subditæ dominio eorum,*

2 Egredimini de medio. *Licet enim Iudæi essent serui in terra Babylonis, ita quod non poterant exire regnum: tamen poterant de vna ciuitate transire ad aliam, reddendo regi de bonis suis pro tributo magnam portionem, sicut est de Iudæis manentibus sub principibus Christianis, & multi ex diuina monitione sic exiuerunt ante destructionem Babylonis. Hoc modo Tobias præuidens interitum Niniue, dixit filiis suis, quòd eo sepulto inde exirent. Tobiæ xiiij.*

Multos Iudæorum reliquisse Babylonem & subduxisse se periculo.

3 Ne forte mollescat, *Id est, nimio timore resoluatur ex auditu appropinquationis exercituum contra Babylonem.*

4 Et veniet in anno auditio. *Scilicet rumoris de occisione Balthasar, & destructione Babylonis.*

5 Post hunc, &c. *Scilicet de vestra reuersione in Ierusalem, vt exponit Ra. Sa. Occiso enim Balthasar, Darius Mœdus suscepit regnum eius, vt dictum est, & regnauit per annum integrum & partem secundi: & sic ille secundus, pro parte eius, fuit primus annus Cyri, qui successit Dario, & primo anno Cyri fuit data dicta licentia redeundi.*

Regnat Darius & post eum Cyrus.

6 Et iniquitas in terra. *Quia Darius & Cyrus fuerunt idololatræ.*

7 Et dominator super dominatorem. *Id est, Cyrus post Darium, vt dictum est. Cetera patent ex supradictis.*

8 Et laudabunt. *Hic consequenter ponitur laus diuina de iustitia circa Babylonem facta, cum dicitur,* Et lau. super, &c. *id est, angeli & homines. ideo subditur,*

9 Et omnia. *Et accipitur hic* & pro, id est, *Cælum enim est habitatio angelorum & terra hominum.*

10 Qui ab aqu. &c. *Scilicet Mœdi & Persæ, qui venerunt ab Aquilonari parte respectu Babylonis. Et subditur vna causa scilicet occisio crudelis filiorum Israel, cum dicitur:* Et quo. modo fe. Bab.

11 Qui fugitis gladium, *Id est, vos Iudæi qui euasistis.*

12 Venite, *In Iudæam.*

13 Et Ierusalem. *Id est, accipiatis cordi destructionem Ierusalem & templi, vt ad eorum reædificationem animemini.*

14 Confusi sumus. *Q. d. quamdiu templum domini remanebit sic destructum à Gentilibus, erit nobis confusio & opprobrium. ideò subditur.*

Excidium vrbis & templi Dei erat confusio & opprobriū Iudæis.

15 Quia vener. alieni. *Id est, idololatræ, qui sunt alieni à cultu Dei.*

16 Super sanctificationem, *Eam incedendo, vt habetur cap. ij. & iv. Regum vltimo.*

17 Propterea ecce dies, *De propinquo.*

18 Et visitabo super sculptilia. *Id est, idola & templa Babylonis.*

19 Et in omni terra, &c. *Non potens loqui rectè præ dolore, sed mugiens ad modum bestiæ.*

20 Si ascenderit Bab. *q. d. Quantumcumque sit eleuata in honore, & firmata in potestate, tamen destruetur mea virtute. ideò sequitur:* Ad me venient vastatores.

21 Et perdidit ex ea vocem, *Id est, verba iactantiæ de sua magnitudine & potestate.*

22 Et sonabunt fluctus, *Id est, exercitus Mœdorum & Persarum, Cetera patent vsque ibi.*

23 Et emarcuit arcus, *Id est, non poterunt se defendere per artem sagittandi, in qua sunt edocti.*

a ¶ Calice iræ.

...et.[57] Et inebriabo principes eius & sapientes eius, duces eius & magistratus eius & fortes eius.* Et dormient somnũ sempiternũ, † et non expergiscẽtur, ait rex: Dominus exercituũ nomen eius.[58] Hæc dicit dominus exercituum:

a ¶ Munitio quælibet.

Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur, & portæ eius excelsæ igne comburentur, & labores populorum ad nihilum,

a ¶ Æternum.

& Gentiũ in ignẽm erunt, & disperibunt.

[59] Verbum quod præcepit Ieremias propheta Saraiæ filio Neriæ filij Maasiæ cũ pergeret cum Sedechia rege in Babylonem in anno quarto regni eius: Saraias autẽ erat princeps prophetiæ.[60] Et scripsit Ieremias omne malum quod venturum erat super Babylonem in libro vno, omnia verba hæc, quæ scripta sunt contra Babylonem.[61] Et dixit Ieremias ad Saraiam: Cùm veneris in Babylonem, & videris & legeris omnia verba hæc,[62] dicens: Domine tu locutus es contra locum istum, vt disperderes eũ, ne sit qui in eo habitet ab homine vsque ad pecus, & vt sit perpetua solitudo. [63] Cumque compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidẽ, & proiicies illum in medium Euphraten,[64] & dices: Sic submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis quam ego adduco super eam, & dissoluetur. Hucusque verba Ieremiæ.

a *Sic submergetur Babylon.* Nam secundũ historiam Babylõ in Euphratẽ mersa est, quãuis in solitudinem redacta. Sed spiritualis Babylonis æternũ interitum prædicit, quæ in profundum inferni cum principe diabolo demergetur. vnde Ioã. in Apo. *Sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnũ, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon.*

Babylon spiritualis.

† Theod. Hoc autẽ fieri dominus præcepit, in consolationẽ captiuorum: vt cum illius captiuitatem, suamque liberationẽ intellexerint, pro cõsolatione spem bonorum concipiant.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et inebriabo principes. *quia nocte sequenti fuit festum Balthasar, in quo ipse & principes eius fuerunt vino repleti, & interfectus fuit Balthasar, & principes eius cum eo, vt dictum est supra.*

2 Murus Babylonis ille la. *sic est in Hebræo & in libris correctis.*

3 Suffossione suffodie. *i. deiicietur, quantumcumque sit latus & fortis.*

4 Et labores po. ad ni. *In ædificatione enim murorum & domorum Babylonis fuerunt expensæ multæ diuitiæ acquisitæ laboribus populorum & Gentium, quas ab eis abstulerant Chaldæi. Et ideo diuinum fuit iudicium, quod tales ædificationes redigerentur ad nihilum.*

Non sunt stabilia ædificia quæ per rapinã & iniustitiã construuntur.

5 Verbum. *Hic consequenter describitur destructio Babylonis sub parabola facti, sicut enim parabola verbi est, quando per significatum vocum aliud intelligitur, vt cum dicitur Iudic. 9. b.* Ierunt ligna ad rhamnum; *Per quod intelliguntur habitatores Sichem & Abimelech quem fecerunt sibi regem: sic parabola facti est quando fit aliquid ad signandum aliud fiendum. Et sic est in proposito, quia destructio Babylonis scripta in quodam libello, & alligata lapidi ponderoso, proiecta fuit in fluuium Euphraten coram pluribus Iudæis ad significandum destructionem Babylonis futuram. Primo ponitur ergo quis præcepit hoc fieri, cum dicitur:* Verbum quod, &c. *Et cui.* Saraiæ filio Neriæ. *& tempus, & etiam locus, cum dicitur.*

Parabola facti.

6 Cùm pergeret, &c. *Sedechias enim fuerat institutus rex à rege Babylonis: Et ideo quarto anno regni sui iuit in Babylonem ad faciendum ei reuerentiam, & ad deferendum munera, cum quo iuit iste Saraias, Cuius subditur officium cum dicitur,*

Profectio Ieremiæ in Babylonem vt faceret regi Babylonis homagium.

7 Erat princeps. *id est, principalis inter Leuitas, qui in templo decantabant laudes diuinas à Dauid & ab aliis prophetis factas. In Hebræo habetur:* Erat princeps xenij. *Et ideo iuit cum Sedechia ad faciendum xenium regi Babylonis nomine Sedechiæ. Cetera patent vsque ibi,*

8 Cùm veneris & vid. *diligenter ea, quæ scripta sunt in hoc libro.*

9 Et legeris omnia verba hæc. *scilicet, coram Iudæis, qui illuc translati fuerant cum Iechonia rege Iuda.*

10 Dicens, *coram eisdem.*

11 Domine tu lo. *id est, contra Babylonem. Cetera patent vsque ibi,*

12 Ligabis ad eum lapidem. *vt demergatur in profundum fluminis, ad designandum totalem destructionem Babylonis.*

13 Hucusque verba Ieremiæ. *Dicunt aliqui, quod non est de textu, sed quædam rubrica apposita: Sed hoc non est verum, quia sic scribitur in Heb. sicut & alia præcedentia.*

MORALITER.

† 1 *Et inebriabo principes, &c.* sequitur.

† *Et dormient somnum sempiternum,* Per mortem dolorosam.

5 *Verbum quod præcepit Ieremias.* Hic ponitur tertia parabola, quæ est facti, scilicet, de libro cui præcipitur lapis alligari, & in Euphraten demergi. Liber autem ille signat Euangeliũ, cui alligatur Christus, qui dicitur *lapis abscissus de monte sine manibus,* Daniel 2. g. Nam eius doctrina & facta continentur in Euangelio. Per eius verò proiectionem in Euphraten, qui frugifer interpretatur, apostolorum prædicatio Gentilibus valde fructifera, & Iudæorum reprobatio eam repellentium significatur: propter quod Paulus & Barnabas Iudæis constanter dixerunt. Act. 13. g. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. sic enim præcepit nobis Deus.*

Euangeliũ à Iudæis non receptum.

fructificauit in gentibus.

ADDITIO I.

In cap. 51. vbi dicitur in post: Tollite resinam. *Dictio in hoc loco posita significat theriacam, non resinam, prout dictum fuit supra in additione ca. 3.*

ADDITIO. II.

In eo. c. vbi dicitur in postil. Stultus factus est omnis homo. *Quia Gentiles idolorum cultores, non solum errabant in hoc, quod idola vana colebant, sed etiam quia stultè æstimabant, quod Deus verus, quem populus Israel colebat, erat similis diis eorum: vnde Isa. 36. & 37.* Sennacherib *& sui dicebant, quod non poterat Deus Israel defendere Ierusalem à manibus Assyriorum, sicut nec dij aliarum gentium potuerant gentes suas protegere ab eis, quos Deus confutauit per Isaiam, denuntiando eis defensionem populi sui, vt ibi. Sed in hoc loco quia Ieremias non poterat ostendere Chaldæis excellentiam diuinæ potentiæ per defensionem Ierusalem, cum ex ordine iustitiæ diuinæ propter peccata populi erat destruenda, ideo ostendit eis excellentiam Dei Israel respectu falsorum deorum, ex hoc quod dij falsi sunt ab hominibus fabricati seu ficti, & sic cum auctoribus suis pereunt: & propter hoc dicit.* Stultus factus est omnis homo à scientia sua. *s. vera,* Confusus est omnis conflator in sculptili, &c. *Quod patet ex hoc quod subdit,* In tempore visitationis suæ peribunt. *s. idola vana cum cultoribus eorum, seu auctoribus. Et ratio est, quia talis dij non habent aliam potentiam, nisi eam quam auctores seu cultores sui fingunt: & sic oportet quod cum cultoribus pereant, non tamen sic est de Deo vero Iacob, cuius virtus & potentia non pendet à cultoribus, sed è contra totum esse & bonum colentiũ ipsum pendet ab illo quem colunt, & ideo dicit,* Nõ sicut hæc pars Iacob *(s. vt pereat pereunte populo suo)* quia qui fecit omnia ipse est, *& sic esse omnium ab illo dependet. Et quia licet ipse sit principium totius esse, tamen appropriatur populo Israeli specialiter, ideo subdit,* Et Israel sceptrum hereditatis eius. *Consequenter ex permanentia diuinæ potentiæ infert, quod sicut Babylonij fuerunt instrumenta diuinæ potentiæ contra alias nationes, sic & aliæ Gentes essent instrumenta diuinæ vltionis contra eos, specialiter propter ea, quæ fecerant in Sion, qui erat locus diuino cultui deputatus: & de hoc dicit,* Collidis tu mihi vasa belli, &c. & reddam Babyloni omne malum quod fecerunt in Sion in oculis vestris, &c.

Quibus argumentis diuinam potentiam asseruerint Isaias & Ieremias. & idolorum impotentiam arguerint.

ADDITIO III.

In eod. c. vbi dicitur in postilla. Regibus Menni Aschener. *Vbi nos habemus:* Menni & Aschener, *in Hebr. habetur* Aschenaz: *quod signat Alemaniam. Item* Tapsar *est nomen Hebraicum: significans capitaneum vel ducem exercitus.*

Aschenaz & Tapsar.

ADDITIO IV.

In eo c. vbi dicitur in postilla: Et visit. su. Bel. *Quod dicitur hic.* Et visitabo super Bel. *propriè potest intelligi de ipso idolo, quod nominatur Bel, sine hoc quod significet populum: quia cum Deus punit aliquam gentem idololatram, consueuit etiam Deos dissipare seu confundere. vnde Exo. 12. b.* In omnibus diis Ægypti, &c. *Et sic in aliis locis. Similiter dicitur,* Et eiiciam quod absorbuerat de ore eius, *potest intelligi de ore ipsius idoli Bel, in quo colentes ponebant diuitias, fingendo quod eas acceptasset: sicut faciebant de Moloch in occisione puerorum. Similiter quod sequitur:* Et non confluent ad eam vltra gentes, *propriè intelligi potest de ipso idolo Bel, ad quod gentes confluebant, cum Babylonia esset in prosperitate.*

Illud visit. super Bel. potest intelligi de ipso idolo. non tantũ de populo eum colente.

ADDITIO V.

In eodem cap. vbi dicitur in postil. Hucusque verba Ieremiæ, *Quod dicit hic,* Hucusque verba Ieremiæ, *denotat, quod illa, quæ sequuntur sequenti ca. non sunt reputanda de verbis prophetiæ Ieremiæ, sed sumuntur historialiter à 4. Reg. vlt. ca. inter quod cap. & istud modica & quasi nulla est differentia, & interponitur hic hæc historia destructionis Ierusalem & templi ad continuationem libri Threnorum, &c.*

De cap. quod sequitur vi. del. 52.

CAPVT LII.

A a *Filius viginti.* Historia quæ captum refert Sedechiam, & Ierusalem à Chaldæis vastatam, in lib. Reg. plenè tota continetur. (4.Reg.25.)

b *Factum est autem.* Nouenarius minor denario imperfectionem legis significat, sicut vndenarius transgressionem. Bene ergo Nabuchodonosor anno nono Sedechiæ regni, obsedit ciuitatẽ, mense 10. & 10. die mensis, quia cum mali pastores decalogum sciunt, & implere negligunt, necesse est, vt plebem eis commissam antiquus hostis cum exercitu suo circũdet, munitione errorum & vitiorum vallando, & B fames verbi Dei in ciuitate præualeat, cum non expenditur liberè panis doctrinæ, & interrumpitur ciuitas, & viri bellatores nocte fugiunt. Interrupta enim tentatione diaboli, custodia populorum, qui debuerant ciuitatem gladio verbi Dei defendere, nocte, ignorantiæ, tenebris peccatorũ vallati, fugiunt, & videntes lupum venientem oues dimittunt.

(Quomodo mali pastores prodãt diabolo gregem Domini? — Supr.19.a. 4.Reg.25.a. — Ioan.10.b.)

c *Per viam portæ.* Latenter arguit inertiam C doctorum, qui inter muros duorum testamentorum constituti, non bellum gerere, sed effugere quærunt, & deliciis magis affluere (quas hortus signat) quàm scuto fidei hostibus resistere.

† THEODORETVS. Quæ sequuntur historico potius more prosequitur, & docet quo pacto Sedechias regnauit & perseuerauit iniquè agere. Quo etiam modo anno nono regni eius exercitum adduxit Nabuchodonosor, qui in obsidenda Ierusalem perdurauit vsque ad annum vndecimum, altero extrinsecus ex ingenti lapide muro extracto, vtque fames eos, qui intus erant, cruciabat acerbius quam hostes ipsi. D

(Quam rationem obsidendæ vrbis inierint Chaldæi.)

d *Persecutus est autem Chaldæorum, &c.* In libro Regum ita legitur: *Fugit Sedechias per viam, quæ ducit ad campestria solitudinis, & persecutus est exercitus Chaldæorum, comprehenditque eum in planicie Iericho & omnes bellatores, qui erant cum eo dispersi, &c.* Malignis spiritibus populum circumdantibus, rector non fugit ad montes, de quibus dicitur: *Montes in circuitu eius: & d. in c. p.* sed ad campestria solitudinis, id est, ad latam & spatiosam viã, quæ ducit ad mortẽ. *Comprehenditque eum in planicie Iericho: & omnes viri bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum*, cum virtutes hominem deserunt, quæ defendere debuerant in deserto capitur, & in planicie Iericho, id est, in lasciuia, vel in defectu carnalis concupiscentiæ & conuersationis. Iericho enim interpretatur luna, & significat defectũ carnis: vnde, Qui de Ierusalem descendebat in Iericho, in latrones incidisse describitur. Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha, &c. E F

(4.Reg.25. — Spiritualis expositio historiæ huius cap. — Psal. 124.a. — Luc.10.c.)

e *Et adduxit eum rex Babylonis in Babylonem, & posuit eum in domo.* Quia anima in confusione peccatorum vincta compedibus vitiorum, per malignos spiritus ducitur in domũ carceris vsque ad diem mortis, & in angustia mentis includitur, vt mortis sententiam expectet. (Supra 7.a.)

f *In mense autem quinto decima mensis, ipse est annus nonusdecimus, &c.* Congruit ordo temporis cum ratione vindictæ: Mense quinto

CAP. LII.

a ¹Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem. Et nomen matris eius Amital filia Ieremiæ de Lobna. ²Et fecit malũ in oculis domini iuxta omnia, quę fecerat Ioacim,³ quoniam furor domini erat in Ierusalem & in Iuda, vsquequo proiiceret eos à facie sua. Et recessit Sedecias à rege Babylonis. 1 2

b * ⁴Factum est autem in anno nono regni eius, in mense decimo, decima die mensis venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius aduersus Ierusalem, & obsederunt eam: & ædificauerunt cõtra eam munitiones in circuitu, ⁵& fuit ciuitas obsessa vsque ad vndecimum annum regni Sedeciæ. ⁶Mense autẽ quarto nona die mensis, obtinuit fames ciuitatẽ, & nõ erant alimenta populo terræ.⁷ Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ, quæ est inter muros duos, & ducit ad hortum regis, Chaldæis obsidentibus vrbem in gyro, & abierũt per c viam, quæ ducit in eremum.⁸ Persecutus est autẽ Chaldæorum exercitus regem, & apprehẽderunt Sedeciam in deserto, quod est iuxta Ierichõ: & omnis comitatus eius diffugit ab eo. d 3 4

[a ¶ Maligni spiritus. b ¶ Animam.] [a ¶ Defectionem. b ¶ Virtutes.] [a ¶ Diabolum.]

⁹Cumque comprehendissent regẽ, adduxerunt eum ad regẽm Babylõnis in Reblãtha, quæ est in terra Emãth: & locutus est ad eum iudiciã.¹⁰ Et iugulauit rex Babylonis filiõs Sedeciæ in oculis eius: sed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha.¹¹ Et e ocũlos Sedeciæ eruit, & vinxit eũ compedibus. Et adduxit eum rex Babylonis in Babylonem, & posuit eum in domo carceris f vsque ad diẽ mortis eius.¹² In mense autẽ quintõ dẽcima * men- 5 6 7

[a ¶ Intimæ confusionis. b ¶ Hæc est Antiochia c ¶ Quæ interpretatur multa hæc.] [a ¶ Id est, iustè iudicauit eum.] [b ¶ Operabona.] [a ¶ Lumen intelligentiæ. ¶ Peccatorum.] [a ¶ Quia pentateuchum legis neglexerant. b ¶ Quia contra decalogum peccauerunt.]

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. LII.

1 Filius viginti & vnius. *Istud caput à principio libri fuit diuisum contra præcedentia. Est enim quædam breuis epilogatio respectu præcedentium, in quibus descripta est destructio Ierusalem, licet occasione huius plura alia fuerint annexa. Et diuiditur hoc caput in tres partes, quia primò ponitur ciuitatis captio: Secundo captæ destructio, ibi,* In mense autem quinto, *Tertio de reliquiis ordinatio, ibi,* De pauperibus. *Prima in duas, quia primo ponitur captionis occasio, secundo ipsa captio ibi,* Factum est autem. *Occasio autem captionis prima fuit peccatum regis & populi contra Deum. quod notatur cum dicitur,* (Diuisio.)

2 Et fecit malum in oculis domini, *imitando in hoc Ioacim filium Iosiæ & alios reges, qui fuerunt idololatræ: propter quod dominus voluit Ierusalem destruere, & maximè propter peccatum Manasse, qui posuit idola in domo domini. Secunda occasio fuit peccatum Sedeciæ in regem Babylonis, cui rebellauit, quamuis iurasset ei fideliter seruire, vt habetur 2. Para. vlt. quod notatur cum dicitur,* Et recessit Sedecias à rege Babylonis. (Occasio destructionis Ierusalem.)

3 Factum est autem, *Hic ponitur ciuitatis captio. Et patet sententia ex his, quæ dicta sunt supra 39. c. vbi describitur ista captio sicut & hic, paucis exceptis, quæ exponentur.*

4 Chaldæis obsidentibus vrbem in gyro. *Si ergo quæratur. Quomodo rex & bellatores potuerunt exire? Dicendum, quod erat via subterranea cuius introitus erat intra ciuitatem inter duos muros, & exitus erat lõgè à ciuitate vltra locum vbi erant Chaldæi: & per illam fugerunt rex & alij, sicut dictum fuit supra 39. & 4. Reg. vlt.* (Quomodo fugere potuit Sedechias si Chaldæi obsederant vrbem in gyro?)

5 Sed & omnes principes. *Dicit Ra. Sa. quod isti fuerũt 70. indices ordinarij, eo quod relaxauerant iuramentum Sedeciæ. Alij autem dicunt quod fuerunt principes inducentes Sedeciam ad rebellandum regi Babylonis.*

6 Vsque ad diem mortis eius. *Licet autem mortuus fuerit in carcere, tamen rex Babylonis statum eius regium considerans, fecit eum sepeliri honorificè, sicut prædixerat Iere. supra 34.*

7 In mense autem. *Hic consequenter ponitur ciuitatis captæ destru-*

MORALITER.

† 1 *Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset, & vndecim, &c.* Moralitas huius capituli posita est supra capit. 39. vsque ibi.

† Ce-

quinto vastatur ciuitas, quæ pentateuchum despexit, decima die mensis, quia decalogo legis contraria fecit, blandiens sibi de securitate pro sanctorum locorum habitatione: vnde supra, *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes templum domini, tem. do.*

GREGORIVS lib 8. moral. c. 16. Dum scriptura Sedechiæ captiuitatem narrat, ordinē captiuitatis internæ denuntiat. Rex enim Babylonis est antiquus hostis, possessor intimæ confusionis, qui prius filios, ante intuentis oculos trucidat: quia sæpe sic bona opera interficit, vt hæc se amittere ipse, qui captus est animus dolens cernat. Nam cùm gemit plerumque animus, & tamen carnis suæ delectationibus victus, bona, quæ genuit, amās perdit, & ea, quæ patitur damna, considerat, nō tamen virtutis brachium contra regem Babylonis leuat, sed dum videt perpetrationem nequitiæ, percutitur. Ad hoc quandoque perducitur peccati vsu, vt in ipso quoque rationis lumine priuetur: vnde Babylonis rex extinctis prius filiis, Sedechiæ oculos eruit, quia malignus spiritus subductis prius bonis operibus, etiam intelligentiæ lumen tollit. Quod rectè Sedechias in Reblatha patitur, quę *multa hac* interpretatur. Quādoque enim & lumen totius rationis clauditur, quia prauo vsu & iniquitatis suę multitudine grauatur.

a *Venit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabit, &c.* Iusto iudicio Dei venit Nabuzardan princeps exercitus regis Babylonis super Ierusalem, & succendit domum domini, cum antiquus hostis & rex confusionis princeps omnium iniquorum inuadit gregem fidelium: & domum regis & domus Ierusalem, id est, rectores, & qui videbātur in visione pacis manere, & inflammatos cupiditate subuertit, omnem domū comburit igni, id est, cuiusque conscientiam flamma illiciti amoris.

Quomodo diabolus peccatorem spoliet & excæcet.

Strages animarū quam facit diabolus.

sis, ipse est annus nonusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis, venit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabat corā rege Babylonis in Ierusalem,[13] & incendit domū domini & domum regis, & omnes domus Ierusalem, & omnē domum magnam ignē combussit[14] & totum murum Ierusalē per circumitum destruxit cunctus exercitus Chaldæorum, qui erat cum magistro militiæ.[15] De pauperibus autē populi, & de reliquo vulgo, quod remāserat in ciuitate, & de profugis, qui transfugerant ad regē Babylonis, & ceteros de multitudine, transtulit Nabuzardan princeps militiæ.[16] De pauperibus verò terrę reliquit Nabuzardā princeps militiæ vinitores & agricolas.[17] Colūnas quoque æreas, quæ erāt in domo domini, & bases & māre æneū, quod erat in domo dñi cōfregerūt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorū in Babylonē.[18] Et lebetes & creagras & psalteria, & phialas, & mortariola, & ōnia vasa ærea, quæ in ministerio fuerāt, tulerūt,[19] & hydrias, et thymia-

(Interlinear: a Ventilabrum, vel propheta alieni iudicij. a Doctores. a Rectores. b Qui videbantur, scilicet in visione pacis manere. Conscientiam. a Illiciti amoris. b Intentionem orationis & virtutum studiū. a In desperantibus. Dæmones. Diabolo. a Doctores, qui sonoritate prædicationis & firmitate fidei debuerunt alios sustentare. a Baptismi lauacrum vel compunctionem lachrymarum. b Ecclesia. c Per inertiam magistrorum audaciores facti. a Spirituales.)

b *De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan, &c.* Eos qui vtiles verbo & exemplo esse poterant, per vitia captiuans, stultis & hebetibus commēdat agriculturam, vt non vinum gratiæ spiritualis, & frumentum sanæ doctrinæ in vineis & agris populorum fructificent, sed spinæ & tribuli vitiorum.

Homines stulti & hebetes Ecclesiis præpositi.

c *Columnas quoque æreas, quæ erant in domo domini, & bases & mare æneum, &c.* Per diuersa vasa, diuersa officia in ecclesia significantur, quæ maligni spiritus de seruitio Dei auferūt, & in vsum suum conuertunt.

a De

NICOLAVS DE LIRA.

structio. *Circa quos primo ponitur tempus cum dicitur:* In mense autem quinto. *licet autem fuerit capta mense quarto vt dicitur supra eodem capitulo: tamen non fuit combusta donec super hoc habuerunt voluntatem regis Babylonis, qui agebat tunc in remotis, scilicet in terra Emath, vt habetur in textu, & sic transit tempus vsque ad decimam diem quinti mensis: in qua fuit combusta. Cætera patent in littera.*

Ierusalem non fuit excisa statim atque capta est.

1 De pauperibus autē populi & de reliquo vulgo, quod remanserat, &c. *Hic consequenter ponitur ordinatio de remanentibus, & primò de populo; secundo de rege Ioachin, ibi:* Et factum est. *Prima in duas, quia primo ponitur ordinatio de personis reseruatis; secundo de occisis, ibi,* Et tulit. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur ordinatio de populo; secundo translatorum numeratio, ibi:* Iste est populus. *Prima in duas, quia primo ponitur ordinatio de personis; secundo de vasis, ibi,* Columnas quoque. *Circa primum sciendum, quod de personis reseruatis sic fuit ordinatum, quod illi, qui erant alicuius reputationis in sapientia, vel arte aliqua, seu conditione notabili, fuerunt translati in Babylonem, vt de illa conditione seruirent Babyloniis: cæteri verò fuerunt dimissi in Iudæa ad colendum agros & vineas, ne terra redigeretur in solitudinem, & redderetur inutilis regi Babylonis, de cultura vero terre ei tributum magnum reddebatur, & hoc est quod dicitur:* De pauperibus autem populi, &c. *scilicet, habentibus aliquam conditionem Babyloniis vtilem, vt plenius exponitur 4. Reg. vlt.*

Chaldæi disponunt de reliquiis populi.

2 Transtulit Nabuzardan princeps militiæ. *& patet littera.*

3 Colmnas quoque æreas. *Hic ponitur dispositio de vasis, quicquid enim fuit pretiosum de talibus in templo domini, totum portauerunt secum Chaldæi: inter vasa tamen ponuntur hic duæ columnæ æreæ, quæ erant in porticu templi, de quarum magnitudine & forma dictum fuit diffuse per singula 3. Regum 7. & similiter de aliis vasis hic positis, & ideo hic breuiter intendo pertransire, quia descriptio exquisita de istis ibi habet locum, dicit ergo:* Columnas quoque æreas, *de quarum forma postea subditur,*

4 Quæ erant in domo domini, *id est, in porticu templi:*

Vasa templi in Babylonē asportata.

5 Et bases, *scilicet columnarum: qualibet enim columna habebat quatuor partes, scilicet, basem, stipitem, caput & capitellum.*

6 Et mare æneum, *vas erat magnum & rotundum, in quo lauabantur sacerdotes.*

7 Quod erat in domo domini, *id est, in atrio sacerdotum, domus enim domini largè accepta, non solum accipitur pro corpore templi, sed etiam pro atriis, & ædificiis ad ipsum pertinentibus.*

8 Confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem, *vt materia posset expeditius portari.*

9 Et lebetes, *id est, caldarias, vbi coquebantur carnes sacrificiorum.*

10 Et creagras, *id est, fuscinulas ad extrahendum carnes.*

11 Et psalteria, *id est, instrumenta musica pro Leuitis.*

12 Et phialas, *vasa erant ad reponendum vnguenta, quibus vngebantur reges & sacerdotes, & vasa diuino cultui consecrata.*

13 Et mortariola, &c. *In quibus terebantur species, ex quibus componebantur vnguenta.*

14 Et hydria. *In quibus ponebatur vinū & oleum pro libaminibus fiendis.*

15 Et thymiamateria. *In quibus terebantur species ad faciēdum thymiama, quod comburebatur super altare thymiamatis.*

1 Et

MORALITER.

† 3 *Columnas quoque æreas.* confregerunt Chaldæi. Mystica verò significatio istorum, quæ pertinebāt ad cultum diuinum, posita fuit 3 lib. Reg. Sed per Chaldæos confringuntur; quando bona ad Dei cultum pertinentia tentationibus dæmonū subuertuntur. Adduntur tamen hic aliqua ad cultum templi pertinentia, scilicet,

Ministri diaboli diripientes templa.

9 *Et lebetes,* ad coquendum carnes,

10 *Et creagras,* ad extrahendum eas: per quæ signantur dispositiones ad ministrandum eucharistiæ sacramentum, in quo carnes agni immaculati continentur.

11 *Et psalteria,* quibus designatur laus vocalis & mentalis.

12 *Et phialas,* ad reponendum hæc vnguenta, per quæ designantur vnctiones chrismatis & olei, quæ fiunt in ecclesia.

13 *Et mortariola, &c.* in quibus terebantur species ad faciendum vnguenta pro regum & pontificum vnctione.

14 *Et hydria.* in quibus ponebatur vinum & oleum pro sacrificiis liquidorum.

15 *Et thymiamateria.* in quibus terebantur species pro thymiamate conficiendo, & in altari incenso offerendo.

† MO-

a *De columnis autem decem & octo cubiti altitudinis erant in columnis, &c.* RABBANVS. Quod facturam calumnarum describit cum capitellis, & retiaculis atque malis granatis, ostēdit mysticū opus esse: quia sicut columnæ significant doctores, ita capitella, id est, suprema pars eorū, præcordia sunt fidelium doctorū; & retiacula, diuersa charismata sancti spiritus exprimunt, sicut mala granata virtutū suauitatem. Hæc omnia antiquus hostis per ministros suos conatur auferre te templo Dei. Si quis autem hoc plenius nosse voluerit, legat opus nostrū super librum regum, vbi quid de his sancti patres senserint, explanatum est.

Quibus ecclesiam spoliare conetur diabolus?

b *Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem primū, &c.* Etiā fortes in ecclesia diabolus decipit, & captiuat: vnde; *Esca eius electa, &c.*

Abac. 1. d.

c *De ciuitate tulit eunuchum vnum, qui erat præpositus, &c.* Continentes, scilicet, oleum gratiæ & misericordiæ (sicut fatuæ virgines) in pectore suo non habentes, qui frustra super viros bellatores constituuntur, cùm arrogantiam vitare non præmeditantur.

Matth. 25. a.

d *Septem viros de his, qui videbant faciem regis, &c.* Septiformi spiritu, scilicet, sanctificatos. Sed quia gratiam perdiderunt, septem spiritibus nequioribus traditi, non regis cælestis mandata intuentur, sed regis inferni voluntati obsequuntur.

e *Et scribam principem militum, qui probabat tyrones.* Quem liber Regum Sophar vocat, qui interpretatur dissipans vel diuidens, & significat eos, qui rudes in ecclesia, quos ad militiam Christi nutrire debuerant, prauis exemplis dissipant, & à cœtu fidelium per errorē sequestrāt.

De prælatis qui malo exemplo peruertunt quæ ædificare debuerant.

materia[1], & vrceos, & pelues, & candelabra, & mortaria, & cyathos[2]. Quotquot aurea, aurea[3]: & quotquot argentea, argentea. Tulit magister militiæ[20] columnas duas, & mare vnum, & vitulos duodecim æreos[4], qui erant sub basibus[5], quas fecerat rex Salomon in domo domini. Non erat pondus æris omnium vasorum horum[6].[21] a De columnis[7] autem decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna[8], & funiculus duodecim cubitorum circumibat eam[9]. Porrò grossitudo eius[10] quatuor digitorum, & intrinsecus caua erat[11],[22] & capitella super vtramque ærea, & altitudo capitelli vnius quinque cubitorum, & retiacula & mala granata[12] super coronam in circumitu omnia ænea, similiter columnæ alterius[13].[23] Et fuerunt mala granata nonaginta sex dependentia[14], & omnia mala granata centum retiaculis circumdabatur[15].[24] b Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem primum[16], & Sophoniam sacerdotem secundū, & tres custodes vestibuli.[25] c Et de ciuitate tulit eunuchū vnū, qui erat præpositus[17] d super viros bellatores, & septem viros de his, qui videbant faciem[18] e regis: qui inuenti sunt in ciuitate, & scribam principem militum[19],

(Interlinear: Pretiosus sensus. — Eloquia venusta. — a Diabolus. — Infernalis. — a Qui interpretatur Vinctus, quia episcopalem ordinem amor voluptatis vitiorum catena constringit. — a Absconditam. — b Presbyteros, scilicet, qui talentum verbi Dei abscondunt in terra. — c Qui ostium fidei aperire debent: & tenentes clauem scientiæ, nec intrant, nec alios intrare permittunt.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vrceos & pelues & candelabra, *In quibus lauabantur carnes offerendæ super altare holocausti.*

2 Et cyathos, *In quibus probabatur vinum & oleum, vtrum essent apta ad sacrificium.*

3 Quotquot aurea, aurea: & quotquot argentea, argentea, *quia omnia vasa aurea ponebant ad vnam partem, & argentea ad aliam, & ærea similiter ad aliam.*

4 Vitulos duodecim æreos, *boues vocantur 3. Reg.*

5 Qui erant sub basibus, quas fecerat rex Salomon in domo domini. *Bases dicuntur hic partes fundi maris ænei, quod sedebat super illos 12. vitulos: & tres respiciebant ad orientem, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad aquilonem.*

6 Non erat pondus æris omnium vasorum horum. *Hoc dicitur ad designandum magnitudinem & multitudinem eius, intantum, quod non posset de facili sciri pondus determinatum.*

7 De columnis autem, *duabus supradictis.*

8 Decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna: *hoc intelligendum est de stipite, quia tota columna ex quatuor partibus prædictis constituta habebat 25. cubitos in altum: vt habetur 2. Paral. 3. & declaratum est diffusius 3. Regum.*

Duæ columnæ.

9 Et funiculus duodecim cubitorum circumibat eam, *id est, eius grossitiem.*

10 Porro grossitudo eius, *id est, spissitudo.*

11 Quatuor digitorum, & intrinsecus caua erat, & capitella super vtramque, &c. *quorū forma erat valde subtilis & artificiosa, prout dictum fuit 3. Regum.*

12 Et retiacula & mala granata. *Ad decorem enim capitellorum erant ibi in circumitu mala granata de ære apposita, & retiacula, quæ, secundum aliquos, erant quædam foramina in circumitu capitellorum artificiosè facta, sicut in ostiis laternarum arearum. Et dicūtur retiacula, quia foramina illa in aliquo erant similia foraminibus retis; Secundum alios erat opus reticulatum de filis æreis factum, & positum super capitella: vel quod per illa apparebant mala granata, sicut illa, quæ sunt operta reti, apparent exterius per retis foramina.*

Retiacula.

13 Super coronam in circumitu omnia ænea, similiter columnæ alterius, *id est, super capitellum quod dicitur corona, eo quod erat super caput columnæ sicut corona super caput regis.*

14 Et fuerunt mala granata nonaginta sex dependentia, *à capitello, & tot erant quasi apposita in qualibet columna. Tertio vero regum dicitur: quod erant ducenta in qualibet columna, centum dependentia & centum apposita. Et sicut dictum fuit ibidem, dictæ duæ columnæ erant sitæ prope parietes ex vtraque parte porticus: ita quod quatuor mala granata iuxta parietem posita non apparebant, & ideo non computantur hic, & sic remanent nonaginta sex. 3. vero Regum computantur omnia.*

15 Et omnia mala granata centum retiaculis circumda. *Licet in qualibet columna esset tantum vnum retiaculum, tamen ibi erant centum distinctiones, sicut in malis granatis erant centum ordines: duo enim mala granata, scilicet, vnum appositum, & aliud dependens sub eo faciebant vnum ordinem; & sic cum in circumitu capitelli essent centum apposita & centum dependentia, ibi per consequens erant centum ordines.*

Ordo & numerus malogranatorum.

16 Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem primum, &c. *Hic ponitur ordinatio de personis ad vitam non reseruatis, cum dicitur:* Et tulit magister, &c. sacerdotem primum, *id est, primi ordinis. Dauid enim distinxit sacerdotes per vigintiquatuor ordines: vt habetur 1. Paralipomenon.*

17 Et de ciuitate tulit eunuchum vnū, qui erat præpositus super viros bella. *Ex quo patet quod iste dicitur eunuchus, non à sectione genitaliū, quia tales non præponuntur hominibus belli, sed à maturitate & honestate, secundum quod dicitur Matth. 19.* Sunt eunuchi, qui se castrauerunt, &c.

Per eunuchum non semper intelligitur castratus.

18 Et septem viros de his, qui videbant faciem regis: qui inuenti sunt de ciuitate. *id est, habentes ad ipsum liberum accessum.*

19 Et scribam principem militū, qui probabat tyrones, *id est, iuuenes aptos ad exercitium armorum: hos interfecit rex Babylonis, quia consilium & fauorem dederant Sedeciæ rebellandi.*

MORALITER.

† 1 *Et vrceos & pelues,* vbi lauabantur carnes offerendæ in altari holocaustorum.

† *Et candelabra,* pro illuminatione templi.

2 *Et cyathos,* in quibus probatur thus, & similia huiusmodi offerenda, ad videndum si essent ad hoc apta: per hæc omnia vasa, quæ erant necessaria in diuersis oblationibus & sacrificiis tempore veteris testamenti, signantur vasa necessaria in oblatione vnius sacrificij perfecti, quod est eucharistia tempore noui testamenti.

Vasa necessaria in oblatione sacrificij Eucharistiæ.

...ta viros de populo terræ. Stultos, scilicet, cooperatores, ... vulgi nomine appellantur, qui vtilitatem diuini consilii ... re & implere neglexerunt. tiò, septingentos 45. Summam verò computans dicit esse animas quatuor millia sexcentas. Quod historialiter factum, spiritualiter innuit, quia omnes, qui sanctæ trinitatis fidē per errorem polluunt, & euangeliorū doctrinam non custodiunt, & perfectionem bonorum operum despiciunt, regi confusionis meritò seruiunt, qui lumine scientiæ priuatos in captiuitaté perpetuæ confusionis abducit, & retrudit in carceré inferni, vbi gemunt in perpetuum damnati.

b ... percussit eos rex Babylonis, &c. Hoc ambit rex Babylonis, vt quos ab ecclesia euellit, perducat ad interfectionem perpetuæ mortis.

c Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor, &c. RABBANUS. Tertio vastauit Nabuchodonosor Iudæam. Primò, cum Ioacim, (qui & Eliacim) filium Iosiæ vinctum catenis duxit in Babylonem cū vasis domini, quæ in templo suo posuit. Secundo, cum Ioachin cognomento Iechoniam, filium eius, cum matre, & principibus & eunuchis transtulit in Babyloné, & pretiosissima vasa domus domini. Tertiò cū Sedechiam cepit & cæcauit, filios eius interfecit, & incendit domum domini, & Ierusalem destruxit: vnde Ieremias primo dicit, esse translata tria millia & 23. Secundò, octingentos 32. Tertiò,

Tres expeditiones quas in Iudæam suscepit Nabuchodonosor & quid in singulis fecerit.

a qui probabat tyrones, & sexaginta viros de populo terræ, qui inuenti sunt in medio ciuitatis.[26] Tulit autem eos Nabuzardan magister militiæ, & duxit eos ad regem Babylonis in Reblatha.[27] Et percussit eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath. Et translatus est Iuda de terra sua.[28] Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor. In anno septimo, Iudæos tria millia & vigintitres.[29] In anno octauodecimo Nabuchodonosor transtulit de Ierusalem animas octingentas trigintaduas.[30] In anno vigesimotertio Nabuchodonosor, trāstulit Nabuzardan magister militiæ Iudæorum animas septingētas quadraginta quinque. Omnes ergò animæ quatuor millia sexcentæ.[31] Et factum est in trigesimoseptimo anno transmigrationis Ioachim regis Iuda duodecimo mense, vigesimaquinta mensis, leuauit Euilmerodach rex Babylonis ipso anno regni sui caput Ioachim regis Iudæ, & eduxit eū de domo carceris,[32] & locutus est cum eo bona. Et posuit thronum eius super thronos regum, qui erant post se in Babylone,[33] & mutauit vestimenta carceris eius: & comedebat panem coram eo semper cunctis diebus vitæ suæ.[34] Et cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis, statuta per singulos dies, vsque ad diem mortis suæ cunctis diebus vitæ eius.

a ¶ In multitudine scelerum & amore voluptatis. Lata enim est & spatiosa via, quæ ducit ad mortem, & multi intrant per eam. ¶ Per peccata. a ¶ Qui nominis Dei confessores videntur. b ¶ In regnum confusionis & erroris. ¶ Primo. ¶ Secundo. ¶ Tertio. a ¶ Quæ primo vel secundo vel tertio captiuatæ sunt. a ¶ Nepos Nabuchodonosor.

Quam mercedem recipient qui Deum deserunt & diabolo seruiunt.

d Et factum est. Significat admirandam Dei potentiam per bonos & malos æque sua exercere iudicia. Nam sicut Sedeciam incorrigibilem, & prophetis inobediētem per Nabuchodonosor cæcitate & captiuitate perpetua damnauit, ita per Euilmerodach & Ioachin, qui licet peccator fuerit, tamen populo & ciuitati consulens, se & matrem suam tradidit regi Babylonis, correctū misericorditer respexit, & de pœnis liberās quieti restituit & honori.

Dei clementia in Ioachin & iustitia in Sedechia elucet.

☞ Pro-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et sexcenta viros de populo terræ, qui inuenti sunt in medio ciuitatis: *hos similiter interfecit, quia restiterunt ei defendendo ciuitatem quantum potuerunt; & sic non reddiderunt se voluntariè, sed fuerunt inuenti latentes & abscondití.*

2 Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor. *hic consequenter ponitur translatorum in Babylonem numeratio.*

3 In anno septimo, Iudæos tria millia & vigintitres. *Et loquitur hic scriptura de translatis cum Iechonia filio Ioacim, vt dicit Ra. Sa. & alij Hebr. Sed contra hoc videtur quod dicitur 4. Reg. 24. quòd translati cum eo fuerunt septem millia, Sed hæc dissonantia soluitur per hoc quod hic dicitur, Iudæos tria millia, id est, de tribu Iuda: de aliis autem tribubus fuerunt septem millia, qui hic omittuntur. & 4. Reg. cum istis numerantur. Item 4. Reg. dicitur, quod ista transmigratio fuit anno octauo Nabuchodonosor: hic autem dicitur anno septimo. Ad quod dicendum, quod ibi accipiuntur anni Nabuchodonosor à principio regni sui, hic autem ab illo tempore quo Ioachim filius Iosiæ fuit ei subditus & seruiens sub tributo. Nabuchodonosor autem iam regnauerat vno anno.*

An numerus & tempus captiuorum rectè hic assignetur?

4 In anno octauodecimo Nabuchodonosor transtulit de Ierusalem, &c. *Loquitur hic de translatione populi cum rege Sedecia. Sed contra hoc videtur quod supra dicitur capite isto;* Ipse est annus decimusnonus Nabuchodonosor regis Babylonis, &c. *Et soluitur hoc, sicut & præcedens, quia hic accipiuntur anni Nabuchodonosor à tempore, à quo Ioachim factus fuit eius seruus; supra verò à principio regni sui.*

5 Anno vigesimotertio Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan, &c. *Tunc enim cepit Tyrum & plures alias ciuitates circa Iudæam, ad quas confugerant ante plures Iudæi timore Nabuchodonosor: & illi tunc fuerunt capti, & in Babylonem ducti.*

6 Omnes ergo animæ. *hic numeratæ.*

7 Quatuor millia sexcentæ. *Sciendum tamen, quod fuerint multo plures, sed hic & in libro Regum numerantur tantum notabiliores.*

8 Et factum est in trigesimoseptimo anno transmigrationis Ioachin, &c. *Hic vltimo ponitur ordinatio de Iechonia rege, qui post longum carcerem fuit honoratus in Babylone cum dicitur:* Et factum est in trigesimo septimo anno trāsmigrationis Ioachin. *Tantū enim fuit in statu humili;*

9 Leuauit Euilmerodach rex Babylonis ipso anno regni, &c. *Iste enim regnauit post Nabuchodonosor patrem suum secundum Hebræos. Et mortuo patre cum regnaret, honorauit Ioachin super omnes principes regni sui, vt apparet in littera. Ratio autē huius, secundū aliquos fuit, quia Nabuchodonosor patre percusso amentia, iste Euilmerodach filius eius voluerit regnare, & videbatur de percussione patris gaudere: propter quod Nabuchodonosor in regnū restitutus fecit eum incarcerari cum isto Ioachin, & sic cū eo contraxit amicitiam: propter quod constitutus in regno mortuo patre honorauit eum. Cetera patent in littera.*

Quid conciliauerit Ioachin & Euilmerodach.

1 Et

MORALITER.

† 8 *Et factū est in trigesimoseptimo anno transmigrationis Ioachin, &c.* Sensus huius mysticus positus est 4. Regum, in fine, vbi propriè habet locum.

† MO-

A

Prothemata in Threnos Ieremiæ.

PASCHASIVS.

SVNT cantica canticorum, sunt & lamentationes lamentationum. Liber Salomonis, Cantica canticorum: Threni Ieremiæ, lamentationes lamentationum. Sicut enim cantica præcellunt, in quibus sponsus, aut sponsa dulcibus fruuntur amplexibus: ita lamentationes, in quibus sponsi à sponsa absentia multimodis fletibus deploratur. vnde dicitur, *Quomodo sedet sola ciuitas.* In illis canticis inducuntur diuersæ personæ ad nuptialia gaudia: In his lamentationibus diuersæ abductæ plāguntur. Cantica decet in patria, B lamentationes in huius vitæ miseria. Hinc Dauid ait: *Te decet hymnus Deus in Sion & tibi reddetur votum in Ierusalem.* Et alibi: *Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascen. in corde suo disposuit in val. lachry. &c.*

Paschasius Rathertus abbas Corbiensis vixit sub annum 880. — *Thren. 1. a.* — *Comparantur Threni Ieremiæ cū Canticis Salomonis.* — *Psal. 64. a.* — *Psal. 83. b.*

PASCHASIVS. Quadruplici plangit alphabeto, quia & nos & mundus de quatuor elementis consistimus, igne, aqua, aere & terra: vt qui quatuor elementis consistimus, quatuor plangamus alphabetis. Quod propheta non solum præsentia, sed præterita & futura deploret, liber Paralipomenon manifestat, vbi legitur quod vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt Iosiam: Sed Ieremias præcipuè sub quadrato cæli cardine præsentis sæculi delicta quadrato alphabeto luget, vt omnes ad lamenta inuitet. Materialis enim hic numerus est, quia & homo & mundus quatuor elementis est compactus. Quatuor sunt tempora, quatuor climata: ætas quoque nostra quatuor constat partibus, scilicet, temporis, diei, & hebdomadis, & mensis, & anni. Hic ergo numerus materialis quasi quadratus est solidus, omnia sibi, vt subsistant, quadrat, non solum terrena, sed etiam cælestia. Quatuor sunt euangelistæ, quatuor vir- C tutes egregiæ vnde [illegible]eræ egrediuntur. quibus quasi quatuor Paradisi fluminibus omnia virtutum germina irrigantur. Quia ergo quatuor elementis subsistimus, qui interius exteriusque delinquimus, iustum est, vt cum propheta quaternario numero defleamus, & materiali numero nos intus exteriusque renouemus: vt singulis morum corporumque corruptionibus singula opponantur elementa litterarum, vt qui super flumina Babylonis captiui tenemur, absoluti pœnitentia & gratia in nostra Sion vera libertate perfruamur.

Quadratū alphabetū. — *1. Par. 35. d.* — *Numerus quaternarius.*

PASCHASIVS. Constat multa esse genera fletuum, multas differentias lachrymarum. Aliter propria damna, aliter plangimus aliena; Aliter ploramus desiderio cælestis patriæ, Aliter pro scelerum immanitate & terrore gehennæ; Aliter pro dolore cordis: Aliter pro amore piæ recordationis. Has diuersitates fletuum diuina scriptura in diuersis locis explanat, cum singulorum varios affectus & lamenta explicat: vnde Dauid, *Fuerunt mihi lachrymæ meæ, &c.* Et alibi: *Laboraui in gemitu meo, natare faciam tota nocte lectum meum, lacry. me. str. me. rig.* Et Ieremias: *Caligauit oculus meus præ amaritudine, &c.* His affectibus fideles mouentur, qui totum volumen illud Ezechielis in sensum mentis traiiciunt, in quo erant scriptæ lamentationes, & carmen, & væ.

Varij fletus. — *Psal. 41. a.* — *Psal. 6. b.* — *Iere. 13. c.* — *Ezech. 2. d.*

PASCHASIVS. Tam terrenæ ciuitatis ruinam, quam ecclesiæ damna, & animarum discrimina in lamentationibus exponere, & pro opportunitate locorum ad tria tempora sensus decernimus dirigere. Threni sicut ait Hier. metrica lege compositi apud Hebr. sunt. vnde apud Latinos in singulis sententiarum prin- D cipiis, singulæ Heb. litteræ prænotantur, à quibus in propria lingua vnusquisque versus incipitur. Nec tot litteræ vacant à mysterio, cum nec vnus apex aut vnum iota de lege præteriri debeat. Vnde singularum litterarum intelligentia, singulis sententiis est aptanda.

Threni. — *Matth. 5. c.*

Incipiunt Lamentationes Ieremiæ, quæ Grecè θρῆνοι, Hebraicè קינות kinoth inscribuntur.

1 ET factum est postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ierusalem, & amaro animo suspirans & eiulans, dixit.

ALEPH interpretatur doctrina: Vera autem doctrina est, qua Deus cognoscitur, & vniuscuiusque status vel defectus nō ignoratur; vnde Isaias, *Glorificate dominum in doctrinis.* Vnde bene Ieremias spiritu mœroris plenus ait: *Quomodo sedet sola ciuitas.* Non plangit mœnia ciuitatis, sed tropicè populum in captiuitatem ductum: vnde Isa. *Et relinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario: & sicut ciuitas, quæ vastatur.* Fit vehemens exclamatio prophetæ, plena fletibus, plena doloribus, plena admiratione & stupore. Lamentatio est, aut ex mœrore præsentis vitæ, aut ex desiderio æter- E næ vitę cordibus humanis dono spiritus sancti infusa compunctio. Legimus Dauid lamentatum super Saul & Ionathan, & super Absalom. Fleuit Ezechias fletu magno. Fleuit Petrus amarè. Sed hæ merito lamentationes lamentationum vocantur: & sicut genus reducitur ad speciem, vt aliquando species ad genus extendatur, sic terrenę Ierusalem & populi excidium deploratur, vt præsentis ecclesiæ damna defleantur. Sic generalitas noui populi & veteris, qui à fide corruentes captiuantur, vt vniuscuiusque animæ, quę fuit templum spiritus sancti ruina plangatur. Sic ad pręsentem captiuitatem, sub qua fit hæc prophetia, lamentationes intendunt, vt quæ facta est sub Tito & Vespasiano penitus non omittatur. Omnes denique præsentis vitæ causas & ruinas cernens propheta, & gemit & plangit & plorat ad singula, vt discant singuli deflere propria, cum defleat ipse communia & aliena delicta.

Quæ sit doctrina vera. — *Isa. 24. c.* — *Isa. 1. a.* — *Lamentatio.* — *2. Reg. 1. c. & 18.* — *4. Reg. 20.* — *Luc. 22. g.* — *Quotuplicē expositionē recipiant lamentationes istæ?*

GILBERTVS. Lamentationes Ieremiæ membro patet orationis maximè distingui, vel dissoluto colorari. Res enim breuiter absoluta sine totius sententiæ demonstratione dicitur, quæ alio orationis membro excipitur, sicut est hic: *Plorans plorauit.* Interdum ve- F rò more dissoluti coniunctiones de medio auferuntur, partes separatæ offeruntur hoc modo: *Quomodo sedet sola ciuitas.* & more rhetorico aliquando duobus membris, aliquādo tribus, aliquando pluribus constat oratio.

GILBERTVS. Rhetoricorum colorum splendorem, & sententiarum grauitatem, & elocutionis ornationem me tacente diligens lector non tacebit. Locorum quoque rhetoricorum multitudinem, & dialecticorum raritatem, & argumentorum subtilitatem gratis inueniet. Præterea & rhetoricæ conquestionis humilitatem, & interdum indignationis asperitatem, vel vtriusque commistionem, nullo docente docebit. Rudibus tamen satisfaciendo & conquestionem, & indignationem rhetoricam propriis definitionibus ad medium deducere non grauabor. Est enim (vt ait Tullius) conquestio, oratio auditorum misericordiam captans. Cuius primus locus est, dum per quem, quibus in bonis fuerimus, & quibus in malis nunc simus, ostendimus, sicut hic: *Quomodo sedet sola ciuitas, &c.* Indignatio est oratio, per quam conficitur, aut in hominem odium, aut in rem offensio. Cuius primus locus est ab auctoritate, cum dicitur: *Quanta curæ ea res fuerit diis immortalibus, &c.* Sicut hic: *Candidiores Nazaræi eius niue, &c.* In primo ergo alphabeto paucos conquestionis & indignationis locos assignando, diligentiori & perspicatiori viam aperio lectori.

Qualis sit in Threnis stylus? — *Conquestio.* — *Tullius ad Herennium.* — *Indignatio.* — *Infra 4. b.*

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 ET factum est postquam in captiui. &c. *Totum istud vsque ad finem capitis, videtur appositum ab aliquo expositore, ad continuandum sententiam capitibus sequentibus, quod non est in Hebr. nec in libris correctis.*

Doctrina, scilicet, vt seipsum & Deum cognoscat hominem [...] plebs iudæorum non habuit, idcirco merito hostibus

Aleph.

CAPVT I.

[Qu]omodo sedet sola ciuitas. Subuersionem miseræ ciuitatis, & [...]inam cælestis populi [...]um sub Chaldæis acci[...]um sub Tito & Vespa[siano ...] plenius complendã pronunciat: ante vltimam enim captiuitatem non sola iure sedere dicitur, nisi fortè pro doloris exaggeratione. A Chaldæis pauperes, terræ cultores relicti leguntur, quibus Godolias præesse iubetur. Nec ciuitas omnino destruitur, sed post mortem Christi vastanda differtur, vt nec lapis super lapidẽ, nec populus in ea relinquatur. Reuersis enim à captiuitate creuit virga furoris, quia per monita & correctiones prophetarũ non sunt ad Deum reuersi, sed beneficiis Dei semper fuerũt ingrati. Vnde Moyses, *Scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam: semper contentiosè egisti contra Deum.* Et Stephanus in Actibus Apostolorum: *Dura*, inquit, *ceruice & incircumcisi corde.* Propterea sæpe flagellis attriti, ab hostibus oppressi, malis omnibus afflicti, nec sic crediderũt, sed exacerbauerũt Deũ excelsum: & ideo captiuatis iam 10. tribubus in Assyrios, duæ quæ remanserunt domum Dauid sequentes, & Deum specie tenus colentes, paulatim crescente malitia primum in Chaldæa captiuantur. vnde hic ciuitas plangitur.

Captiuitas Romana Babylonica longè calamitosior. — 4 Reg. 25. Luc. 21. b. — Duræ ceruices & incircumcisa corda Iudæorum. — Deut. 31. g. — Act. 7. f. — * de immu. ec. c. non minus. — Contra perites qui ecclesiæ uerant.

que versus composuit iuxta numerũ & ordinẽ elementorum. Luget autem vrbis vastationem, multitudinis incolarum eius, antequam destructa esset, facta mentione: videns etiam illam miserè soluentem tributum, quæ ab aliis ciuitatibus quondam accipere solebat.

PASCHAS. *Quomodo se. so. ci.* Ierusalem populis spoliata & ignominia plena, inter hostes humiliata, olim populosa & inter hostes gloriosa: *Facta est quasi vidua, &c.* Regibus destituta; sacerdotibus desolata, templo prophanato, & vasorũ gloria † explosa, auxilio Dei destituta. *Domina gentium* quas ante subuerterat & subiugauerat.

PASCHA. Anima sola sedet quasi vidua, bonis exuta virtutum, quæ subiecit se dominio Chaldæorũ, & pubertatis suæ contempsit sponsum. Chaldæi captiuantes interpretantur, hi sunt dæmones, qui de solio cælestis patrię animã reuocãt, & in potestatem suam captiuant: vnde, *Intra in tenebras filia Chaldæorum*, quia. s. filia Dei in lege virtutum stare noluisti. Intra mutato nomine in tenebras cæcitatis: vnde Ieremias gemẽs exclamauit, *Quomodo se. so. ci.* anima. s. quondam virtutibus & suffragiis sanctorum quasi ciuitas plena populo, nũc desolata, quę prius pollebat diuinis operibus inter frequentias sodalium, nunc inter hostes sedet squalida, cui nulla est societas sanctorum, nulla communio sacramentorum, nulla cum sponso participatio, sed

Historicè. — * expoliata. — Moraliter. — Anima quæ in peccatũ lapsa est. — Isa. 47. a. — * 15. dist. c. sancta. — *Recte in triduo ante Pascha legit in Ecclesia hæ lamentationes.*

a ¶ Doctrina secundum Hieronym.

CAPVT I. Aleph.

a ¶ Affectuosè, admiratiuè. b ¶ Humiliata.
c ¶ Populo spoliata.
¶ Destituta vel desolata auxilio Dei & angelorum.
¶ Habitu plorantis.

1 Quomodò * sedet so-
a ¶ Ierusalem, vel anima, vel ecclesia.
b ¶ Ex gentibus & tribubus & linguis congregata.
¶ Olim populosa.
2 la ciuitas plena populo.
a ¶ Ab opposito. b ¶ Non vere.
3 * Facta est quasi vi-
a ¶ Regibus, sacerdotibus, Dei auxilio.
¶ Absente sponso. b ¶ Deuictarum. ¶ Vitiorum.
4 dua domina gentium: 5 princeps prouin-

Quomodo sedet sola ciuitas. † THEOD. Lamentatio equidẽ commiserationis & intimi amoris est indicium. Ceterũ arbitror diuinum prophetam scripsisse lamentationes in gratiam & vtilitatem, tum eorum, qui tunc tẽporis viuebant hominũ, tum posteriorũ, vt tam illi quã hi intelligant ex scriptis quantorum peccatum sit causa malorum. Quatuor igitur scripsit lamentationes: quarum vnuscuius-

Vtilitas quæ capi potest ex Threnis Ieremiæ.

redacta est in tributum vitiorum. Vnde etiam dicitur, multis me reliquit pater meus creditoribus obnoxium: quibus etsi quotidie laboro, non satisfacio. Multa sunt delictorum tributa, quibus anima est obnoxia, donec per pœnitentiam ad libertatem redeat: vnde, *Plange quasi virgo accincta sacco super virum pupertatis tuæ*, vnde vox plangentis sequitur, *Plorans plorauit in nocte.*

Ioel 1. b.

Quomodo sedet sola ciuitas. PASCHASIVS. Lachrymosius plangenda est ecclesia culpis exigentibus, sponsi absentia viduata.

Allegoricè.

Lyranus super Threnos Ieremiæ. CAP. I.

QVomodo se. *In præcedentibus huius libri prophetauit Ieremias destructionem Ierusalem futuram, hic consequenter deplorat eam iam factam, quia vidit suam prophetiam completam. Circa quod sciendum, quod singulis versibus litteræ Hebraicæ proponuntur secundum ordinem alphabeti. Et dicunt aliqui, quod præposita sunt ad significandum sententiam versuum quibus præponuntur, & sic ex interpretationibus litterarum procedunt ad expositionem versuum. Sed hoc non videtur bene dictum. Primò quia Hebræi, quorum sunt istæ litteræ, & per consequens virtutem earum debent magis cognoscere, nihil tale dicunt. Secundo quia littera per se sumpta, vt littera est, nullã habet significationem, nec per consequens interpretationem, licet aliqua littera, vt est dictio, aliquid significet, sicut apud Latinos hæc littera, a, prout est præpositio, significat sine. Si ergo ex ista significatione aliquis vellet procedere ad exponendum virtutem ipsius, a, prout est littera, vel per scripturam, a, incipientẽ, esset manifesta æquiuocatio. Item isti imaginantur, quod istæ litteræ nõ sint de integritate versuum, sed quasi quidam tituli eis præpositi, quod non est verum, quia sic sunt de integritate versuum in Heb. sicut apud nos in illo hymno:* A solis ortu, *& ceteræ litteræ Latinæ incipiendo ab, a, vsque ad g, inclusiuè, sunt de integritate versuum, quia primus incipit per a.* A solis ortu, &c. *secundus per, b.* Beatus auctor sęculi, &c. *& sic consequenter vsque ad g, & eodem modo est hic de litteris Heb. in Hebræo: sed translator non potuit in Latino seruare ordinem litterarum Latinarum in principiis versuum: quia prima dictio in Heb. pro qua transfertur* quomodo, *incipit per aleph, & quomodo incipit per, q, & ideo singulis versibus præposuit separatim litteras Hebraicas per ordinem, non ad designandum aliquid, nisi quod per tales litteras incipiunt versus in He. Lamentationes enim istæ scriptæ sunt metricè in Heb. & tempore Ieremiæ currebat modus talis metrificandi aliquam materiam. s. quod versus inciperent ordinatè à litteris alphabeti. Sciendum etiam, quod hic non est quærendus processus artis, sed magis dolentis & conquerentis, qui lamentans aliquod factũ, idem frequenter repetit sub aliis verbis: sicut mater lamentans filium mortuũ, aliquando nominat ipsum proprio nomine, aliquando nominat eum cor suum, aliquando vitam suam, & sic de aliis: & frequenter de vna persona transit ad aliam, magis secundum motum affectionis, quam secundum ordinem rationis. Præterea sub nomine ciuitatum vel locorum intelligitur populus ibi prius habitans, & sic dicitur ciuitas vel locus desolari vel flere pro desolatione & fletu populi. His igitur præmissis hæc pars libri Ieremiæ, quæ apud Heb.* קינות *kinoth vocatur. i. lamentationes, in duas partes diuiditur: quia primo ponitur Ieremiæ lamentatio, secundo eiusdem oratio 5. c. Prima diuiditur in quatuor partes secundum quadruplex alphabetum Hebr. secundũ quod lamentationes istæ metricè scribuntur & hoc in 4. c. Et hoc modo præsens caput posset diuidi in 22. partes secundum numerum litterarum, sed non est vis, quia sicut dictum est, istæ litteræ non ponuntur hic ad sensum litteralem designandum. Dicit ergo.*

Litteræ non sunt hic versibus prępositæ ad significandum eorũ sententiam. — Litteræ prædictæ sunt de integritate versuum. — Quomodo procedatur in lamentationibus? — Diuisio.

1 Quomodo se. so. *id est, habitatoribus suis priuata.*
2 Ciuitas ple. po. *antequam esset destructa.*
3 Facta est quasi vi. *id est, dignitate regni & sacerdotij orbata.*
4 Domina gen. *id est, quæ fuit domina gentium, maximè tempore Dauid & Salomonis, qui multas gentes alienigenas sibi subiecerunt, vt habetur 2. Re. 3. & ad idem pertinet, quod subditur.*
5 Princeps prouin. *scilicet temporibus dictis.* Fa-

MORALITER.

† 1 *Quomodo se. so. ci.* Hic incipit lamentatio casus Ierusalem historicè, per quam signatur lamentatio casus Ierusalem allegoricè, quæ est militans ecclesia. Circa quod sciẽdum, quod in his lamentationibus eadem sententia frequenter repetitur sub aliis verbis. & aliquando sub eisdem: sicut & in canticis lætitiæ fieri solet. Itẽ sciendum, quod casum Ierusalem aliquando dicitur Deus fecisse, quod est intelligendum permissiuè tantum quãtum ad mala culpæ, quantum autem ad mala pœnæ, potest intelligi Deus fecisse non solum permissiuè, sed etiã actiuè; quia licet non sit auctor mali culpæ, est tamen auctor mali pœnæ, secundum ordinẽ suæ iustitiæ præcedentis. Igitur circa Ierusalẽ allegoricam, quæ est militans ecclesia sciendum, quod declinauit multum à profectione prima in prælatis & clericis, & etiam religiosis, & similiter in principibus & laicis sibi subiectis. Similiter temporibus modernis multũ defecit in numero fidelium. Nam Aphrica tota, quæ aliquando fuit Christianis repleta, saltẽ pro maiori parte, iam est ab infidelibus habitata & possessa. Græcia verò est schismatica facta, & tota terra sancta à Sarracenis conculcata. Dicitur etiã quod Armenia est eis subiecta de nouo, & non solum quãtum ad tributi redditionẽ, sed etiam quantum ad legis Mahumeticæ receptionẽ, saltem pro magna parte: quod est materia magni doloris toti genti Christianæ. De Christianis autem remanẽtibus, licet plures sint de ecclesia numero, pauci tamen respectiuè sunt numero & merito: propter quod lamentando dicendum est: *Quomodo se. so. ci.* i. ecclesia, quæ dicitur ciuitas, nam in ea debet esse ciuium vnitas per concordiam charitatis, & nunc Deo permittente, & diabolo procurante, facta est quasi sola respectu præteriti tẽporis, & * diffuta mutuis dissentionibus & guerris.
2 *Ple. po.* secundum numerum & meritum. s. tempore præterito.
3 *Facta est quasi vidua.* Nam ex abundante malitia videtur Christus eius sponsus eam in magna parte deseruisse.
4 *Domina gen.* i. quæ deberet aliis gentibus dominari. † Fa-

Quomodo Deus dicatur fecisse casum Ierusalem? — Aegyptus facta. — Græcorum Schisma. — Armenia à Turcis subiugata. — * dissoluta — Dissentiones quibus Ecclesia laceratur.

☞ *Quomodo sedet sola ciuitas*, Dei & angelorum auxilio desolata. Si A enim sponsus cum ipsa esset, non esset lugenda: Quia non possunt filij sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus, sed gaudio gaudent propter vocem sponsi. Cum verò matrem, id est, ecclesiam à vero sponso viduatam senserint, non solùm filios, sed & omnes amicos flere conuenit: vnde, Ieremias præ omnibus, & pro omnibus flebat, non ruinam saxorum, sed hominum. *Quomodo sedet sola ci.* Plorantis demonstrat habitum, vnde & Iob in sterquilinio sedisse perhibetur, vt dolentis exprimeretur affectus, qui & ipse dolens interpretatur. De hac captiuitate dicitur: *Super flumina Babylonis illic sedimus*: Qui, scilicet, sedere in throno regni & in summo vertice cæli stare noluimus, iure super flumina tentationum sedentes dolemus: vnde Isa. B *Descende, sede in puluere filia Babylon, sede in terra, non est solium filiæ Chaldæorum*: ita Ierusalem nostra cum in confusionem peccatorum venerit, non est ei solium dignitatis, sed sordidatur terrenis vitiis. vnde Ieremias plangit, quia non modo sedet terrenis operibus sordidata, sed quia sola & quasi vidua. *Vidua*, quia pro turpitudinis fœditate à sponso derelicta quasi vidua. Non verè vidua: nam etsi à sponso ad tempus despicitur, sponsalitatis tamen iura retinentur, vt si redire per pœnitentiam voluerit, sponsum recipiat cum satisfecerit: & tandem vestem immortalitatis recipiat, quam reuestita nullius tributo subiacebit, vnde Paulus: *Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.*

Matth. 9. b. Ploratus sobr & derelictæ à sponso. — Iob. 2. c. — Psal. 136. a. — Isa. 47. a. — Rom. 13. c. Historicè.

a *Quas tributarias fecerat.* ¶ *Ecclesiarum, vitiorum, sensuum.* b ¶ *In maioribus, in prælatis.* c ¶ *Dæmonum.* ¶ *Chaldæorum.* d ¶ *Domus Iacob, domus Dei.*

a ciarum facta[b] est sub tributo. Beth[c], [1] Plo-

a ¶ *Anima, ecclesia, populus Israel.* ¶ *Intus.* b ¶ *Exterius.* c ¶ *Mundi aduersitate, peccatorum cæcitate.* ¶ *Aliena à vera luce.* ¶ *Quia non licet in die.*

[2] rans plorauit[b] in nocte[c], [3] & lachrymæ eius

a ¶ *Doctoribus quorum officio cibus animæ ad minores traiicitur.* ¶ *Prælatis, conscientiis.* b ¶ *Dum est in nocte.*

[4] in maxillis eius. [5] Non est qui consoletur

a ¶ *Sanctis, vel angelis, vel affectibus prauis.* ¶ *Prophetis, sacerdotibus, regibus.* ¶ *Prius blandientibus.* ¶ *Gentes eius amicitia coniunctæ.* ¶ *Vel angeli.* ¶ *Virtutes.* c ¶ *Qui & chari.*

c eam, ex omnibus charis eius: omnes ami- †

a ¶ *Quia Deus spreuit.* b ¶ *Dum subtrahunt auxilium quasi his quibus Deus offensus est. Similiter ecclesia nonnunquam pro peccatis suis affligitur, consternatur, tam ab interioribus quam ab exterioribus inimicis.*

ci eius spreuerunt eam, & facti sunt ei †

scientia verò, quæ nouit peccata sua, semper debet fonte lachrymarum irrigari. Vnde Dauid: *Peccatum meum contra me est semper.* Aliter non est, qui consoletur eam, vero consolatore amisso, scilicet, spiritu sancto: cum præsertim omnes amici, id est, affectus prauæ dilectionis fiant eius inimici; cum in die iudicij, secundum Apostolum, insurgant cogitationes miseram animam accusantes, aut defendentes, & dæmones pessimi persuasores, qui nunc decipiendo blandiuntur. D — Psal. 50. a.

Plorans plorauit in nocte. PASCHASIVS. Christi ecclesia plorat in nocte, id est, inter aduersa huius vitæ, quia licet sit ad gloriam prædestinata, versatur tamen inter caligines ignorantiæ & cæcitatis discrimina: plorat, E quæ foris tolerat, plorat intus cæcitatis suæ ærumnas: sed *plorans plorat*, quia prius intus compungitur, & sic exterius propriis lachrymis baptizatur, quæ de cordis fonte producuntur, quarum vbertatem insinuans propheta ait: *Plorans plorauit.* Hoc modo non minus exterior quàm interior homo reformandus abluitur, vnde sequitur, *Lachryma eius in maxillis eius.* Maxillæ sunt, qui sciunt sua & aliena delicta plangere, non tegere: de quibus dicitur, *Genæ tuæ sicut fragmen mali Punici: absque eo quod intrinsecus latet.* In his enim ecclesiæ pulchritudo ostenditur, & ipsorum prędicatione in corpus ecclesiæ traiicimur: qui sicut plus ceteris in corpore Christi laborant, plus gemunt, & plorant eos, quos vident in nocte delictorum versari, & in cæcitate erroris. Plorat ecclesia nocte, quę peccatorum suorum tenebras non ignorat: lachrymas in maxillis portat, quibus pulchritudinem suam quotidie renouat. Prodest enim Maria Marthæ laboranti, dum plorans plorat secus pedes domini. Plorat sponsa à complexu sponsi remota, & in valle, id est, in nocte ignorantiæ huius. Plorans plorat, pro patriæ, scilicet, cælestis desiderio, & pro peccatis suis & aliorum in hoc sæculo. Plorat in his, qui mortui sunt mundo: Plorat in virginibus, in viduis: plorat in omnibus, qui se peregrinos & hospites confitentur super terram. *Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius*, Sanctis videlicet & angelis, nisi recipiat consolationem spiritus sancti: vnde, *Omnes amici eius spreuerunt eam*, quia Deus spreuit eam, & facti sunt ei inimici cui Deus inimicus, à cuius æquitate non possunt discordare. F

Allegoricè. — Ploratus ecclesiæ catholicæ. — Cantic. 4. a. — Luc. 10. g.

† GREGORIVS lib. 3. moral. c. 9. Maxilla ecclesiæ sancti prædicatores sunt, sicut sub Iudææ specie per Ieremiam dicitur, *plorans plorauit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius*, quia in aduersitate ecclesiæ, illi amplius plangunt, qui vitam carnalium confringere prędicando nouerunt.

Sancti Prædicatores plangunt peccata populi.

a *Plorans plo.* PASCHASIVS, &c. Quæ sit quæ ploret, *Beth* littera ostendit interpretationem; quæ interpretatur domus, quæ scilicet, cum Iacob in Ægyptum est ingressa, & domini clementia egressa, secundum illud Psal. *In exitu Israel de Aegypto, &c.* Sed rursus exigentibus peccatis in Babylonem captiuatur, vnde, *Plorans plo. in no.* quia in die non datur eis requies, vt saltem suis consolentur lachrymis, & serò oculos abluant, quos prius ad idola leuabant. Et quod grauius est, ex omnibus amicis eius prius blandientibus, non C est, qui consoletur eam. *Lachryma eius in maxillis eius*, vt magis inter hostes confundantur, & suis saturentur opprobriis. Propter idololatriam enim populus in captiuitatem ductus durè ab hostibus affligebatur, sed sub Tito & Vespasiano durius: quem diu patientia Dei sustinuit, sed impœnitens iram sibi in die furoris thesaurizauit.

Gen. 46. a. Psal. 113. a. — Ploratus Iudæorum in captiuitate Babylonica & Romana.

Plorans plorauit in nocte & lachryma. Quartus locus conquestionis, per quem res turpes & humiles indignè patientibus proferuntur, qui hic sæpissimè frequentatur.

Moraliter. Iob. 3. b.

Plorans plorauit in nocte, & lachryma eius in ma. &c. PASCHASIVS. Anima, scilicet in peccatorum cęcitate, de qua dicitur, *Sit nox illa solitaria, nec laude digna*: sed non plorat suo arbitrio, sed miserante domino. Vnde in persona domini plangens propheta dicit, *Quomodo sedet sol. ciu.* Nisi enim dominus misericordia motus eam solam sedere vidisset, ipsa se minimè plorasset. Respexit dominus Petrum, & fleuit amare. *Lachryma eius in ma. e.* Maxilla animæ, conscientia est: Vultus in maxillis formatur, cum vniuscuiusque qualitas in conscientia monstratur. Conscien-

Anima seipsam deplorans. — Luc. 22. g. — Conscientia.

b *Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici.* Hoc propriè ad vltimam captiuitatem pertinet, nam ex tunc nec principes, nec sacerdotes habuerunt. In Babylone autem consolatores habuerunt Danielem, & Ezechielem & alios multos.

Captiuitas Romana.

c *Omnes amici eius.* Tertiusdecimus locus conquestionis, per quem cum indignatione conquerimur, cum ab his, à quibus minimè conueniat, malè tractamur.

☞ a Mi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Facta est sub tributo, *regis Babylonis.*

2 Plorans plorauit, &c *Per hanc reduplicationem intelligitur fletus abundantia.*

3 In nocte, &c. *id est, tempore tribulationis & angustiæ, quod dicitur nox.*

Nox pro tempore angustiæ.

4 Et lachrymæ eius in maxillis eius. *Per hoc designatur continuatio & diuturnitas fletus.*

5 Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius, *quia populi Iudæis confœderati, vt Aegyptij & Syrij & aliqui alij, in necessitate eam reliquerunt: & non solum reliquerunt, sed etiam Chaldæis eorum aduersariis fauerunt, ideo subditur,* Omnes amici eius spreuerunt eã, & facti, &c.

4 Et — ☞ 1 Mi-

MORALITER.

† 1 *Facta est sub tributo*, Sarracenorum & aliorum infidelium in pluribus partibus orbis, & in illis, qui liberi sunt ab humano tributo, multi per peccatum dæmonibus sunt subiecti.

2 *Plorans plorauit in nocte, & lachryma eius in maxillis.* Hoc dicitur quantum ad deuotos, qui sunt in ecclesia, qui considerantes prædicta sunt in luctu & angustia.

5 *Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius.* id est, prælatis, clericis, & religiosis. Isti namque intimiores ecclesiæ debent esse, & tamen eorum multi plus destruunt ecclesiam suis malis moribus & exemplis quàm laici, ideo subditur.

Contra Prælatos qui de Ecclesiarum quæ non colūt bonis luxuriantur.

† *Omnes amici eius spreuerunt eam*, fugientes ecclesiam per indeuotionem, sed non per bonorum temporalium collectionem, ideo subditur:

† *Et facti sunt ei inimici*, spoliantes eam bonis tẽporalibus, & non intendentes obsequiis eius.

† MO-

a Plenitudo. b Decimus locus, per quem inopia, infirmitas, solicitudo, demonstratur.
a Quia fugit iugum suaue domini, & onus eius leue. b Alias, Gentiles, vel vitia, vel dæmones. c Sc. Vitiis instantibus, vel dæmonibus.
a Quos fugiebant, comprehenderunt crudeliter eos. b Sequentes quasi fugitiuam. Chaldæi Romani.
a Fuga & afflictione angustiatam. b Afflictionum. Peccatorum.
c Interpretatur tabularum. d Prædicatores. e Cælestis.
a Pedibus mentis. b Patriæ cælestis, vnde, Constituite diem so. in con. Sanctorum angelorum. c Quæ debent ornari.
a Qui debent gaudere. b Pro peccatis. c Castæ intentiones. d Quæ debent fulgere. Quia à vitiis corruptæ.

a inimici. GIMEL. [1] Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis, habitauit inter gentes, [2] nec inuenit requiem, [3] omnes persecutores eius apprehenderunt [4] eam, [†] inter angustias. [5] DALETH. [6] Viæ Sion lugent, [7] eò quòd non sint qui veniant ad solemnitatem, [8] omnes portæ eius destructæ, [9] sacerdotes eius gementes, [10] virgines eius squalidæ, [11]

[2] *Migrauit Iudas.* PASCHASIVS. Historia. Migrauit Iudas propter A multitudinem peccatorum. s. captiuati sunt non solum vsque in Babylonem; sed inde tamquam fugitiui serui propter afflictionem seruitutis ad alias gentes migrauerunt, sed nec ibi requiem inuenerunt: vnde sequitur, *Omnes persecutores eius*, qui. s. fugitiuos persequebantur, & ante angustiatos, afflixerunt crudelius. Iure enim, qui leue iugum domini fugerant, dura afflictione premuntur; & qui libertatē in Christo promissam vilipendebant, afflictione seruitutis meritò laborabant. Migrauit B Iudas de aliis hostibus ad alios, crudelitatem dominorum fugiens sicut Cain fratricida; vagi & profugi habitabant Iudæi inter gentes, nullam requiem inuenientes, confusionis suæ ignominiam circumferentes, quia Christū fratrem suum occidere nō timuerunt. Plenitudine enim delictorum suorū migrauit Iudas in captiuitatē, quæ sibi accumulando peccata prouocauit Dei vltionem. Aliter enim sibi gētem dilectam & gloriosam non traderet Deus in captiuitatis ignominiam, qui se nondum Amorrhæos posse tradere dicit, quia nondum sunt completa peccata Amorrhæorum.

Qui à Deo recedunt nullibi inueniunt pacem vel requiem.

Genes. 15. d.

Migrauit Iudas. MORALITER. Anima. s. quæ Deum debet laudare, vel se accusando peccata aperire, afflicta vitiorum seruitute, de vitiis migrat ad vitia, nec inuenit requiem: vnde Apostolus, *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi men. meæ.* Euadendi autem nulla via est, nisi quam ipse demonstrat, *gratia Dei per Iesum Christum.* Sed misera anima à persecutoribus suis inter angustias, prægnantium more, tandem fessa deprehenditur, vnde, *Væ pregnantibus & nu-* C *trientibus in die illa.*

Rom. 7. d.

Matt. 24. b. Allegorice.

Migrauit Iudas. PASCHAS. id est, ecclesia Christi libertate amissa. Sæpe in seruitutem gentium, & afflictionem vitiorum migrauit, & nullam inuenit requiem, sed de loco in locum fugiens à persecutoribus deprehensa grauiori affligitur angustia. Sæpe autem historialiter sic captiuatur & affligitur Ierusalem nostra, & inter hostes vagatur captiua, sic historialiter figurabat Ierusalem terrena.

Ecclesia ab infidelibus afflicta.

b *Daleth.* Interpretatur tabularum. De imputribilibus enim tabulis cedrinis. s. & Sethim, constructa erat domus Dei.

Exod. 25. a.

c *Via Sion.* Octauus locus per quem dicitur factum, quod non oportuit, non factum quod oportuit.

MYSTICE. Tabularum quadrata inducitur species secundum anagogen, harum officio domus domini connexa quadrato culmine consurgit. s. viis, portis, sacerdotibus, virginibus. D

Via Sion. PASCHASIVS. HISTO. Præmisso genere transit ad singularum species personarum, vt dum genus per species diuiditur, & species per genus reintegratur, luctus amplior multiplicetur. Et quia Threni lege metrica componuntur, sæcularis eloquentiæ figuris interdum ornantur, & per metaphorā rhetorica proprietate distinguuntur. Vnde hic dicitur, *Via Sion lu. &c.* non quòd viæ sentiant, aut lugeant, sed in solitudinem redactæ, luctum transeuntibus excitant, eò quòd non sint qui ad solemnitatem veniant. Simile est E quod Moyses dicit, *Audite cæli quæ loq. &c.* Isaias quoque cælum & terram in testimonium vocat, vt cuncta cognoscant elementa iuste Deum iratum, & ad iracundiam prouocatum.

Figurata locutio.

Deut. 32. a. Isai. 1. a.

† THEODORETVS. Meminit viarum homines imitantium tempore solemnitatum (nam vndecumque concurrebant omnes ad vrbem) & lugent. Videri etiam possunt his qui anguntur, inanimata quodammodo suspicere mutationem.

Via Sion. MORALITER. Virtutes. s. ad supernam Ierusalem ducētes, ad solemnitatem animæ, cui sponsus ablatus est, cum anima de arce supernæ intentionis ad exteriores labitur actiones. Solemnitas eius est vitæ cælestis intima contemplatio, sed non sunt qui veniant ad solemnitatem; affectus. s. prioris vitæ, non veniunt ad solemnia contemplationis animæ, vel diuinæ, quia portæ sensuum sunt destructæ. Sunt enim portæ mortis, sunt & iustitiæ, de quibus dicitur, *Aperite mihi portas iustitiæ, &c.* & in Isaia: *Aperite mihi portas & ingrediatur gens iusta.* Sed quia mors intrauit per fenestras nostras, squalet animæ virginitas, & gemit regale sacerdotium, dum pro virtutibus replemur amaritudine vitiorum. Egrediamur ergo de portis mortis, & portas vitæ reædificemus interrogantes quæ sit porta domini, vt ambulemus in ea. F

Deficit contemplatio cælestium, dum sensus consectātur terrena.

Psal. 117. c. Isa. 26. a.

Via Sion. Quoties ecclesia pro peccatis suis intus forisve repletur furoris domini amaritudine, meritò lugent viæ, portæ iacent destructæ, gemunt sacerdotes, squalidæ sunt virgines, vt totius tabulatura domus quaternario numero designata, concussa videatur. Vnde & alibi Ieremias, *State in viis, & videte, & interrogate vias domini.* Viæ sunt prophetæ, patriarchæ, & alij per quos ad Christum qui vera est via, venitur. Sicut enim lux dicitur à luce Christo, sic viæ dici possunt ab ipso. vnde Abra-

Allegorice.

Iere. 6. d. Viæ ad cælum seu Christum obstructæ.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Migrauit Iudas. *Sicut enim fuit dictum ca. præcedenti, illos transtulerunt Chaldæi, qui propter robur corporis, vel industriam artis poterant eis seruire, alios dimittentes pro cultura terræ.*

2 Habitauit inter gentes, *populus in Babylonem ductus.*

3 Nec inuenit re. *quia laboribus duris affligebatur.*

4 Omnes persecuto. eius appreh. eam *id est, Ierusalem.*

5 Inter angusti. *s. famis & mortalitatis, quæ praualuerunt in ciuitate, quando fuit capta, vt dictum est supr. Ra. Sa. exponit inter angustias, scilicet, viarum, vbi capiebantur fugientes, quia non poterant diuertere.*

6 Viæ Sion. *Hic conuertit se ad lamentandum templi destructionem, quod erat in monte Sion, cùm dicitur,* Viæ Sion, *scilicet, per quas populus veniebat ad templum de locis exterioribus.*

7 Lugent. *hoc dicitur metaphoricè, sicut dicebantur gaudere in populi multitudine: vnde in Hebræo habetur,* Viæ Sion herbosæ *quia nullus transibat per eas.*

8 Eo quod non sint qui ve. ad solemni. *ad solemnitates, quia ponitur singulare pro plurali, sicut frequenter fit in scriptura veteris ac noui testamen. Ter enim in anno debebat populus comparere in templo. s. in paschate, pentecoste, & festo tabernaculorum Exo. xiij. sed destructo templo & populo captiuato nullus veniebat.*

9 Omnes portæ eius. *quia à Chaldæis incensæ, vt dictum est supra.*

10 Sacerdotes eius gementes, *quia aliqui fuerunt occisi, & ceteri in captiuitatem ducti.*

11 Virgines eius squalidæ. *id est, deformatæ ex fame & labore.*

Et

MORALITER.

†1 *Migrauit Iu. propter af. &c.* Iudas qui interpretatur confitens siue laudans, signat primos religiosos in desertis habitantes, & ibidem assiduè diuinis laudibus intendentes. Sed quoniam hoc fuit laboriosum pluribus, ideo migrauerunt ad habitandum in ciuitatibus, ideo subditur,

2 *Habitauit inter gentes*, non solùm quantum ad corpus, sed etiam quantum ad mores, Psal. cv. f. *Commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, &c.*

Monachi migrantes de solitudine in vrbes.

3 *Nec inuenit requiem*, s. conscientiæ bonæ, sed magis turbationem, ideo sequitur,

4 *Omnes persecutores eius*, id est dæmones,

† *Apprehenderunt eam inter angustias.* i. inter strictas religionis obseruantias, quas transgrediuntur, & sic à dæmonibus capiuntur.

6 *Via Sion lugent, eo quòd non sint qui ve. ad solemnitatem*, nam religiosi habentes magnas possessiones, occupati sunt circa temporalia, & sic non conueniunt in ecclesia. Mendicantes etiam multum discurrunt, & sic ad ecclesiam non veniunt; & de remanentibus in domo multi occupantur circa studium curiosorum & inutilium, propter quod in magna parte refugiunt ecclesiæ officium, ideo subditur,

Monachorum refugientes.

9 *Porta eius destructa.* id est, doctores & prædicatores, qui dicuntur portæ, eò quòd debent aliis aditum præbere, sed aditus ille destruitur per curiositatem doctrinæ.

10 *Sacerdotes eius gementes.* nam curati quando leuantur ab eis subsidia pro bono communi, magis gemunt, quàm pro suis peccatis, vel suorum subditorum.

11 *Virgines eius squalidæ*, nam aliquæ moniales quæ dicuntur ecclesiæ virgines, de incontinentia sunt notatæ.

Moniales quæ non continent

☞ Abraham *prima via credendi appellatur*. Hæ sunt *viæ Sion*, id est, cælestis ciuitatis, hæ lugent & gemunt, eò quòd non sint qui veniant ad solemnitatem cælestis patriæ, quia *porta destructa*: qui enim præsunt officio, nec ipsi intrant, nec alios intrare permittunt.

Sacerdotes ge. Quia destructæ portæ. Iure autem sacerdotes virginibus copulantur, quia virginitate sacerdotium pollet, & virginitas regimine sacerdotum eget, quibus constupratis gradibus sequentium turba commoritur; vnde generaliter sequitur, *Et ipsa oppressa amaritudine*; *Quia si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra*.

a *Facti sunt hostes*. Ista prædicta sunt Deuter. & sic completa quasi, quia Deo, qui eis gentes subiecerat, obedire noluerunt, merito gentibus subiecti sunt.

Castitas sacerdotalis. 1. Cor. 12. d. Deuter. 28.

a ¶ Plebs subdita. b ¶ Vitiorum. c ¶ Ista. d ¶ Octauus locus. e ¶ Dæmones. ¶ Hæretici.

a & ipsa oppressa amaritudine. He. [b] Facti sunt hostes eius in [1][2]

a ¶ Qui ante in cauda. ¶ Cum bonorum opus corrupta mente concipiunt, diabolus in principio principatur. b ¶ Diminutione boni, assiduitate peccandi. c ¶ In Deuteronomio.

capite, inimici eius locupletati sunt: quia dominus locutus [3] †

a ¶ Opprimendam. b ¶ Concessio & confessio, quia factum non excusat, sed ignosci postulat. c ¶ Pusillanimes. ¶ Quibus ætatis beneficio miserendum. ¶ Non magni.

est super eam propter multitudinem iniquitatũ eius, paruuli [4]

a ¶ A dæmonibus. b ¶ Extra ecclesiam. c ¶ Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero.

eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis. [5][6]

¶ Et. a ¶ Ecclesia, vel anima, quæ filiæ sunt cælestis Ierusalem. b ¶ Sacerdotium, templi ornamentum. ¶ Puritas fidei. ¶ Virtutum.

b VAV. Et egressus est à filia Sion omnis decor eius: Facti sunt [7][8]

Historice. Deut. 28. c.

Facti sunt ho. &c. PASCHASIVS. *quia dominus locutus est* per Moysen dicens, *Tradat te dominus corruentem ante hostes tuos, & dispergaris per omnia regna terræ, filij tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo*. Et post pauca. *Aduena qui tecum versatur, ascendet super te, & erit sublimior, & ipse erit in caput, & tu eris in caudam*. Hæc autem dominus locutus est *propter iniquitatem* Ierusalem; non vt præscribendo peccare faceret, sed vt monendo à peccato reuocaret. Sed quia Deo noluit obedire, ideo hæc omnia iusto iudicio Dei deplorat propheta accidisse. Propterea præponitur He littera, quæ interpretatur *ista* q. d. Ista sunt iudicia quæ olim Deus per Moysen prædixerat.

Iudæis, si Dei legem præuaricarentur, ipsas calamitates diu ante comminatus fuerat Deus per Moysen.

Facti sunt hostes eius. MORALITER. dæmones, scilicet, principantes, de quibus dicitur, *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris*. Si enim misera anima vigilanter animaduertisset hostes malè suadentes, in capite esse non permisisset; C *Locupletati sunt*, contra nos. s. inualescunt, vsu vitiorum crescente, vt, nisi auxilio Dei, fugere nequeamus. Sed & ipse iratus est, qui propter iniquitatem nostram hanc vindictam locutus est, qui semel loquitur, & secundò id ipsum non repetit. Desperandum tamen non est, aut à luctu cessandum, quia paruuli tantùm, id est pusillanimes, non fortes captiuantur. *Ante faciem tribulantis*, multis. s. laqueis irretiti, à quibus tamen Deo miserante soluuntur. Instant enim hostes facti fortiores, aliquando *in capite* ipsam boni operis intentionem polluentes, aliquando longiori vsu voluptatum animam renitentem præpedientes, secundum illud Salomonis, *Qui seruum suum à pueritia nutrit in deliciis, postea sentiet eum contumacem*, Ab his tantò difficilius liberamur, quantò *in capite* superiores & locupletiores dominantur.

Ecch. 10. a. Iob 33. b. Ne inualescere super nos diabolũ sinamus, & si inualuerit, ne deferemus eum abiicere. Prou. 29. c.

† GREGOR. lib. 1. mor. c. 37. Rectè sub Iudææ specie de vnaquaque anima miseræ interitionis laqueo capta, per prophetã dicitur, *facti sunt hostes eius in capite*; ac si aperte diceretur, Cum bonum opus nõ bona intentione sumitur, huic aduersantes spiritus ab ipso cogitationis exordio principantur: tantoque eam plenius possident, D quanto & per initium dominantes tenent. Cùm verò intentionem vitiare non præualent, in via positos laqueos tegunt, vt in eo quod bene agitur, cor exaltans se ex latere ad vitium deriuetur, quatenus quod inchoans aliter proposuerat, in actione longè aliter, quàm cœperat, percurrat.

Dæmon nunc intentionẽ, nunc ipsum opus bonum deprauare laborat.

Facti sunt hostes eius in capite. ALLEGOR. Hæretici. s. aut pagani aut mali catholici locupletati sunt disputandi facundia, cùm sit intelligentiæ penuria; vnde dicitur, *Mittam in eos non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiẽdi verbum Dei*: Quod cum tollitur, hostes ecclesiæ in capite sublimantur, & scripturarũ E diuitiis locupletantur *propter multitudinem iniquitatum nostrarum*. Tunc vero canes muti non valentes latrare, fidem non possunt defendere, aut debitam doctrinam subditis ministrare: vnde *paruuli*, qui non habent doctrinæ perfectionem, *ducuntur in captiuitatem*, non habentes rectores aut defensores, *ante faciem tribulantis*, hostis. s. visibilis, vinculis delictorum constricti.

Quantum periculum immineat Ecclesiæ viris litteratis destitutæ. Amos 8. d. Isai. 56. d.

b *Et egressus, &c.* Quintus locus per quem ante oculos singula ponuntur incommoda, quod ferè vbique notandum est.

Et egressus est. PASCHAS. Huic sententiæ, *Vau*, præponitur, quod interpretatur, *&*. Q. d. & ista illis, quæ præmissa sunt superius, iusto Dei iudicio in vindictam annectitur. Obsessa quippe Ierusalẽ omnem decorem pulchritudinis exterius & interius iucunditatis amiserat, diuitiis ablatis, templo & sacerdotio prophanatis, ipsa fame & pestilentia laborabat, & qui subueniret, non erat, quia, *Facti sunt principes eius ve. arie. non inuen. pas.* dissolutis viribus, pauido corde, non defensionem, sed fugam meditantes.

Historice.

Et egressus est, &c. Anima. s. malis moribus illecta, quæ perdidit F decorem suum, id est virtutum ornamentum, nec subueniunt principes animi. s. motus rationales, vel scripturarum defensiones, quibus retundere debuit persequentes, sed magis fatigato robore virtutum, astricta nexibus delictorum, propellitur in foueam æternæ confusionis.

Et egressus est. Ecclesia scilicet, de qua in Canticis dicitur, *Ecce tu pul. es amica mea*. Ab ea decor egreditur, quando hæreticorum rabie fides corrumpitur, de qua dicitur, *Confessionem & decorem induisti*. *Facti sunt principes eius*, pastores, scilicet & rectores in scripturis, *velut arietes pascua vitæ non inuenientes*. *Abierunt absque fortitudine*, diuini verbi, quocumque eos error impellit *ante faciem subsequentis*, vt qui minare ad pascua vitæ gregem domini negligunt, ipsi ad pascua mortis ligati vadunt absque robore virtutum. Decor enim ecclesiæ in omnibus fidelibus est, sed maximè in sacerdotibus, & altario seruientibus, & in virginibus, quæ iam supra squalidæ memorabantur.

Allego. Cant. 1. d. Psal. 103. a. Errores quibus Ecclesiam fædare conantur quidam.

☞ Recor-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et ipsa oppressa amaritudine, *Id est, non potens inde resurgere, sicut qui oppressus est importabili pondere.*

2 Facti sunt hostes eius in capite, &c. *qui ante erant in cauda.*

3 Inimici eius locupletati sunt, *de bonis quæ erant in Ierusalem & Iudæa. Quod tamen hoc factum est ex diuina iustitia, Subditur*, Quia dominus locutus est super eam.

4 Paruuli eius, *Qui secundum leges belli non debebant occidi,*

5 Ducti sunt in captiuitatem, *vt crescentes seruirent Chaldæis.*

6 Ante faciem tribulantis, *Id est, ducentis eos ad tribulationem: illi enim qui ducunt captiuos, faciunt eos ire ante se, & non post.*

7 Et egressus est à filia Sion, *id est, à Ierusalem, quæ dicitur filia Sion, eò quòd ciuitas protegebatur à templo, & regia domo eius, quæ erant in monte Sion, sicut filia protegitur à matre.*

Cur Ierusalẽ dicatur filia Sion?

8 Omnis decor eius, &c. *scilicet, regnum & sacerdotium. Ideo sequitur,*

☞ Facti

MORALITER.

† 1 *Et ipsa. s. ecclesia, oppressa ama.* vnde Beatus Bernar. exponit illud Isa. xxxviij. ca. dictum in persona ecclesiæ, *Ecce in pace amaritudo mea amarissima*: nam tempore pacis magis amaricatur de clericorum & religiosorum peccatis, quam tempore tyrannorum de corporalibus tormentis.

Pax obfuit Ecclesiæ.

2 *Facti sunt hostes eius in capi.* s. Saraceni in terra sancta, in Ægypto, & Armenia; & alij infideles in pluribus locis.

3 *Inimici eius locupleta. sunt.* de bonis temporalibus, quæ à Christianis rapuerunt.

† *Quia dominus locutus est super eam*, scilicet, malum pœnæ propter multitudinem mali culpæ.

4 *Paruuli eius ducti sunt in captiuita.* scilicet, simplices Christiani, qui capta terra non poterant redimi.

6 *Ante faciem tribulantis*, id est, duris laboribus affligentis.

7 *Et egressus est à filia Sion*, id est, ecclesia,

8 *Omnis decor eius*, gratiæ & virtutis,

† Facti

...data est Ierusalem. PASCHASIVS. Non recordatur ad con... desiderabilium suorum, sed ad multiplicandum dolorem, ... populus eius in manus hostiles: unde præponitur Zai, quæ in...tur, hæc; Hæc enim est vltio perfecta, vt de bonis perditis ..., & præuaricationis conscientia, & de malis quæ incessanter tolerat, q. d. diuina est hæc vltio & perfecta, quam legislator prædixerat. i. cum caderet in manu hostili, & nullus subueniret. *Insuper viderunt eam hostes, &c.* Sicut nos hodie recitata sabbata Iudæorum deridemus, quia eum peremerunt, in quo verum sabbatum habere debuerūt. Hæc est autem iusta deliciorum compensatio, cadere in manus hostium, recordari iugiter dierum, non solum afflictionis, sed etiam præuaricationis, & ad rerum desiderabilium vsus ex recordatione inhiare, vt de afflictione nouus dolor increscat, de præuaricatione confusionis mœstitia, de rebus perditis inardescat irremediabilis concupiscentia, de officio suæ religionis opprobrium vrat.

a ¶ Motus rationales animi. ¶ Pastores, rectores, qui vtroque cornu vtriusque testamenti subditos debent defendere & rebellantes percutere. b ¶ Scripturarum.

1 principes eius velut arietes, 2 non inuenientes pascua 3 abierunt absque fortitudine 4 ante faciem subsequentis. ZAIN.

a ¶ Ligati. b ¶ Virtutum. c ¶ Suggestionem diaboli. d ¶ Hæc.

a ¶ Primus locus conquestionis. ¶ Prima repetitio. b ¶ Ecclesia vel anima. c ¶ Corporalis vel spiritualis. d ¶ Pro qua afflictio. ¶ Mandatorum.

7 5 Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ & præuaricationis, 6 omnium desiderabilium suorum quæ habuerat 7 à diebus antiquis: 8 cum caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator. 9 Viderunt eam hostes, & 10 deriserunt sabbata eius. HETH. 8 11 Peccatum peccauit Ie-

a ¶ Virtutum. b ¶ Cælestium promissorum.

¶ Bonorum quæ contulit eis Deus in Ægypto, in terra promissionis, & in deserto. c ¶ Anima.

¶ Ad habendum, scilicet, erat condita: Cogitaui dies antiquos, &c. a ¶ Per diuersa vitia. b ¶ Cordis affectus.

a ¶ Dæmonum. b ¶ Alius non poterat, & Deus nolebat. c ¶ Vndecimus indignationis locus, quia cum iniuria contumelia iuncta est. d ¶ Chaldæi vel quilibet Gentiles vel dæmones.

a ¶ Sicut hodie Iudæos deridemus. b ¶ Vita quod ad hoc respicit, ipsa autem gemens & conuersa est retrorsum: idcirco enim dominus inducit tribulationem, vt peccator conuertatur & viuat.

c ¶ Concessio vel confessio, quia non peccatum excusat, sed vt peccatum ignoscatur postulat. Peccatum infidelitatis ¶. XII. locus conquestionis.

de & nos plorabimus, & ipsa peregrinatur. Sabbata quoque nostra, id est, festiuitates non minus à nobis violantur, quoniam ab hostibus deridentur, vnde, *Vbi est Deus eorum?* Et alibi: *Fuerunt mihi la. &c. dum di. mi. quo. vbi est Deus tuus.*

† GREGOR. lib. 5. mora. cap. 22. Sub Iudææ specie torpens otio anima defletur, cum dicitur, *Viderunt eam, &c.* Præcepto enim legis ab exteriori opere in sabbato cessatur. Hostes sabbata videntes irrident, cum maligni spiritus ipsa vacationis otia ad cogitationes illicitas pertrahunt, vt vnaquæque reproba anima quo remota ab externis actionibus seruire Deo creditur, eo magis eorum tyrannidi illicita cogitando famuletur.

b *Viderunt eam.* Sæpe pro peccatis, vel paganis vel hæreticis, vel vitiis traditi, præuaricationis nostræ recordamur, & tunc dæmones sabbata nostra derident, cum à bonis nos feriari vident: vnde, *Qui tribulant me exultabunt, si motus fuero.*

Re. est Ie. Anima, licet serò, recordatur *desiderabilium*, dum conspicit se arctari vndique, & in manus diaboli affectus suos corruere, & quod putabat securius stare, diuina percussum vltione; tunc præuaricationis facta occurrunt, tunc afflictionis pessimæ, qua per multa aberrauerat facinora, recordatur, non ad consolationem, sed ad pœnæ exaggerationem, iuxta illud quod in inferno impij dicturi sunt, *Errauimus à via veritatis, & iustitiæ, lumen nobis non illuxit, sol non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, ambulauimus vias difficiles. Quid nobis profuit superbia, ac diuitiarum opulentia? Transierunt omnia tanquam vmbra mortis, in malignitate consumpti sumus. Viderunt eam ho. &c.* Maligni spiritus vacationis nostræ otia, ad cogitationes illicitas pertrahunt, & sic deludunt, quòd canonicis, monachis & omnibus qui Dei vacant ministeriis, valde cauendum est, ne non solùm ab interno iudice sabbata eorum exprobrentur, sed etiam ab hostibus derideantur. Si autem pro vanis nostris cogitationibus sabbata nostra derideantur: quid de illis putandum est, qui cū Deo vacare debeant, etiam flagitiosa committere non formidant? Si ergo Deo vacare volumus, ipsi soli corde & corpore vacemus, vnde, *Vacate & videte, quoniam ego sum Deus.*

Recordata est. Sæpe enim intuetur ecclesia populum suum cadentem in manus hostium. i. dæmonum; alius per auaritiam, alius per luxuriam cadit, alius per carnis oblectationem: pro his omnibus & similibus ecclesia continue deplorat, recordatur *omnium desiderabilium suorum*, id est, quæ nobis promissa sunt in cælis, vnde

c *Peccatum peccauit.* PASCHASIVS. Causam tantæ miseriæ demonstrat esse peccatum singulare, quo retento omnia tenentur, quo absente omnia dimittuntur, hæc est incredulitas, vnde: *Audite rebelles & increduli.* Ex incredulitate enim Deum semper exacerbauerunt, idola coluerunt, in Christum credere noluerunt: vnde, *Si non venissem, & lo. eis non fuis. peccatum non ha. Propterea instabilis facta est*, nec relictus est in ea lapis supra lapidem. *Omnes qui glorificabant eam*, scribæ, scilicet, & Pharisæi, qui lucri causa peccantem dicebant populum beatum: & econuerso plebs delinquens beatos vocabat eos, & columnas in domo domini; sed modo inuicem se spernunt, qui adulationibus crediderunt. *Gemens & conuersa retrorsum*, captiuorum exprimit habitum qui dum abducuntur, retro aspiciunt, natale solum plorantes & gementes.

† THEODORETVS. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea facta est in commotionem. Quapropter hi, qui prius eam venerabantur, spectato eius infortunio, contumeliosi fuerunt in eam. Post hæc meminit peccatorum cuiuscumque generis.

Peccatum peccauit. Quasi dicat: Anima pro peccato infidelitatis per diuersa vitia raptatur, quæ supra petram virtutum non fixit gressus; vnde angeli, vel viri sancti, qui prius glorificabant eam, despiciunt, vt tandem gemat peccatum suum, & redeat ad Deum, audiat vocem monentis de post tergum: vnde Isaias, *Erunt aures tuæ audientes verbum post tergum monentis.* Inde Maria conuersi retrorsum inuenit Iesum, quem quærebat prius, nec inueniebat, Sic & Ierusalem, quæ hic pro peccato infidelitatis plangitur,

si

Histo. — Iusta pro deliciis retributio. — Flagella Dei commonefaciunt nos prioris præuaricationis. — Sapien. 5. a. Ibidem. — Ibidem. Torpor maximè clericis fugiendus. — Psal. 45. b. Allego. Ecclesia plorat peccata suorū filiorum. — Psal. 78. b. Psal. 41. a. — Anima otio torpens ludibrium est diaboli. — Psal. 12. d. — Histor. Incredulitas Iudæorum. Nu. 20. b. Ioan. 15. c. — Sacerdotes & populus inuicem adulabātur & palpabāt. — Moraliter. Peccata faciunt instabilem & despectum. Isai. 30. e. Ioan. 20. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Facti sunt principes eius velut arietes, *insensati*.
2 Non inuenientes pas. *fame afflicti*.
3 Et abie. &c. *Non potentes in aliquo resistere*.
4 Ante faciem sub. *i. in captiuitatem ducentis*.
5 Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, &c. *considerans, quòd illa afflictio meritò sibi venerat propter peccata sua præterita*.
6 Omnium desid. suorum, *in diuinis condescensionibus sibi factis ad votum*.
7 Quæ ha. à die. an. *i. tempore Moysi quo Deus pauit populum illum cibo cælesti xl. annis, & multa alia beneficia contulit ei*.
8 Cum caderet populus eius in manu. *Eadem est enim sententia contrariorum, & ideo vnum oppositorum aliud ad memoriam reducit, & etiam magis apparere facit, quia opposita iuxta se posita magis elucescunt*.
9 Viderunt eam hostes, *captam & exulantem*.
10 Et deriserunt sabbata eius, *id est, cultum Dei Israel, reputantes quòd saluare non poterat populum illum; sed hoc remouet propheta dicens*,
11 Peccatum peccauit Ierusal. *id est, peccata peccatis accumulauit*.

MORALITER.

† 1 *Facti sunt principes eius*, id est, doctores & prælati.
2 *Velut arietes non inuenientes pascua*, sacrarum litterarum, sed pecuniarum.
3 *Et abierunt absque, &c.* id est, in captiuitatem vitiorum.
4 *Ante faciem sub.* scilicet, dæmonis, qui non resistentes sibi impellit de peccato in peccatum, in abyssum vitiorum.
5 *Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, & præua.* Considerando, quòd peccata sua bene meruerunt talia mala,
6 *Omnium desiderabilium suorum, &c.* id est, consolationum diuinarum, quas habuerat tempore Christi & apostolorum.
8 *Cum caderet populus eius*, à statu virtutis in manus dæmonis.
† *Et non esset auxiliator*, quia doctores & prælati, qui deberent auxiliari, parum curant, nisi de profectu suo temporali.
9 *Viderunt eam hostes*, id est, infideles.
10 *Et deriserunt sabbata eius*, ecclesiæ cultum idololatriam reputantes.
11 *Peccatum peccauit Ierusalem, &c.* Hic redditur causa prædicti casus, qui est multiplicatio pecatorum eius.

si cognouerit & crediderit, conuersa retrorsum & ingemiscens, in A lege, quem mortuum æstimabat, inueniret. Qui vero increduli sunt, nec aspiciunt retrorsum, vsque hodie, sicut Cain, instabiles sunt, & portant confusionis suæ signum, & in Babylonem, id est, in confusionem tendunt.

nis candorem perdidit: vnde, *Consurge Ierusalem excutere de puluere.* D. Anima enim, quæ terrenis intendit actibus, sordes necesse est, vt habeat in pedibus.i. affectibus: vnde, *Humiliata est in puluere anima nostra.* Ab his quotidie pedes lauandi sunt, ne contingat quod sequitur, *Oblita est finis sui, deposita est vehementer, non habens, &c.* Sed dicat anima, dicat ecclesia, *Vide domine afflictionem meam*, non peccatum, vt damnes; *sed afflictionem*, vt liberes: *quoniam erectus est.* i. tibi imputans, tibi insultans, quasi nequeas nos liberare: vnde Dauid, *Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius.*

[Margin: Esa.52.a. Psal.43.d. Affectus purgandi à sordibus. Psal.3.a.]

Peccatum peccauit. ALLEGOR. Ecclesia in membris suis aliqua hæresi polluta, peccatum infidelitatis peccat, ideoque instabilis vagatur, & nulla fidei soliditate fundatur, quæ prius fundata erat supra firmam petram. Hos autem populi, qui eos vario affectu glorificabant, videntes, hæresim eorum à catholicis * deletam & conculcatam, spernunt & detestantur. Ipsi autem gementes.

[Margin: Hæresim consequitur instabilitas & ignominia. B. * detectam]

a ¶ Per diuersa vitia. ¶ Per diuersas terras. b ¶ Scribæ & Pharisæi, qui beatificant populum: vnde, ¶ Hæretici applaudentes, vel angeli, vel sancti viri. Populus meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt.

rusalem, propterea instabilis facta est. Omnes qui glorifica- 1 2

a ¶ Captiuam, conuictam, hæresi confusam, vel vitiis constupratam.

bant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius, 3 4

a ¶ Peccatum cognoscens. b ¶ Ad Deum quem reliquerat. ¶ Per pœnitentiam ad conuersationem cæli vnde exciderat. c ¶ Bonum.

a ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum. TETH. Sordes 5 6

a ¶ Doctoribus, à quibus debuit portari, vel affectibus. b ¶ Christi, vel iudicij futuri, vel captiuitatis. c ¶ A solio regali.

b c eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Deposita 7 8 9

¶ Spiritumsanctum. a ¶ Vox ipsius captiuæ. ¶ Vt miserearis.

d est vehementer, non habens consolatorem. Vide domine af- †

a ¶ Non iniquitatem. b ¶ Contra te superbiens. c ¶ Principium, malorum scilicet, quia vidit Deus gentes ingressas sanctuarium suum.

flictionem meam, quoniam erectus est inimicus. IOD.

a ¶ Operationem, vel suggestionem. b ¶ Chaldæus, vel diabolus. c ¶ Regnum, sacerdotium, sanctasanctorum, vasa pretiosa, fidem, spem, baptisma, corpus Christi, & ceteras virtutes. d ¶ Quasi, Hæc est præcipua causa malorum.

e 10 Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia 10 11 12

ALLEGO. *Sordes eius.* E Ecclesia sordes in pedibus portat, quia in huius vitæ miseria nemo est qui sine squalore vitiorum incedat, saltem in pedibus, quibus tangitur terra. Inde dominus pedes discipulorum lauit, & nos inuicem lauare iussit, & apostolis ait, *Excutite puluerem de pedibus vestris.* Pedes autem idcirco lauit, vt pulchri essent, & mundi, & sic per totum mundum prædicaturi discurrerent, de quibus dicitur, *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis.* Et alibi, *Calceati pedes in præparatione euangelij pacis.* Sordes autem sunt *in pedibus*, vita reproba in prædicatoribus, quia non recordantur *finis sui*, id est, iudicij futuri, vnde *deponentur vehementer* in conspectu Dei, non habentes spiritum consolatorem, qui alios consolari deberent. Conuersi ergo & humiliati clament, *Vide domine, &c.*

[Margin: Rom.13.a. Prædicatores quales esse debeant. Cant.7.a. Matt.10.b. Ephe.6.c.]

a *Teth.* id est, *bonum*: vnde, *Vide domine afflictionem meam.* Bonum est enim peccatorem se recognoscere, & cum pœnitentia & gemitu exclamare: *Vide domine.*

b *Sordes eius, &c.* Tripliciter plangit eam, quia contra Deum peccauit, quia nec pœnituit, quia post flagella ad Deum redire noluit: vnde, *Quia non est recordata finis sui.*

Sordes eius. PASCHASIVS. Quasi, Ierusalem instabilis facta est, & longa via fatigata, sordes in pedibus portat: quod magis de exteriori plorat. Pedes synagogæ doctores legis sunt, qui per viam, quæ C Christus est, eam ducere debuerunt. Sed hi pedes sordibus scelerum inquinati sunt. *Nec recordata est finis sui*, id est, Christi, qui est *finis legis ad iustitiam omni credenti.* Ideo *deposita est vehementer*, vnde propria voce Ierusalem exclamat, *Vide domine, &c.* A principio namque & hucusque deplorauit propheta: ab hinc autem ipsa sua deplorat supplicia, humiliata, & peccatum suum confessa, quod significat *Teth* littera quæ interpretatur *bonum.* vnde, *Bonum mihi domine, quia humi. me.* Ipsa autem humiliata non sustinet amplius prophetam, sed cum gemitu, & lachrymis exclamat, *Vide domine.* More rhetorico conquestionem cum indignatione facit, vt iudicem contra hostem moueat, & ipsa misericordiam suscipiat, vnde addit, *Quoniam erectus est inimicus meus contra te.* scilicet, non tuæ imputat iustitiæ, sed suæ superbiæ. Q.d. Vide primum afflictionem meam vt miserearis, non facinora, quibus irascaris, Deinde, quia erectus est inimicus, vt vlciscaris.

[Margin: Histo. Legisperiti cum plebe oberrantes. Rom.10.c. Teth. Psal.118.i.]

Sordes eius in pedibus. Anima sordes habet in pedibus, sordes videlicet vitiorum, scilicet quæ cælestis vitæ & pristinæ conuersationis

c *Nec recordata est.* † THEODORET. Conuenit enim non de prosperitate confidere, sed expectare mutationem. Quando ergo ei nemo adfert consolationem, ait, tu domine, qui intueris eam infeliciter agentem, miserere. F

d *Vide domine.* Quartusdecimus locus conquestionis, in quo orantur, qui audiunt, humili & simplici oratione, vt misereantur.

e *Manum suam.* Quintusdecimus locus conquestionis, per quem non nostras, sed nostrorum fortunas deploramus, sicut * ipse Ieremias fortunam populi deplorat.

[Margin: * Ipse]

PASCHAS. *Manum suam.* Chaldæus misit manus ad sanctasanctorum, ad quæ non licebat nisi solis sacerdotibus introire, & semel in anno; & cum sanguine vasa decoris abstulit, & sanctuarium prophanauit. Cuius rei causa redditur, quia vidit dominus gêtes ingressas sanctuarium suum.i. Iudæos Gentiliter viuentes, & sanctuarium polluentes, quod ipse prohibuerat. vnde sequitur, *De quibus pre. &c.* Vnde & alibi, *Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, &c.*

[Margin: Histo. Hebr.9.b. Sancta irreuerenter & fœde tractata. Psal.77.f.]

THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propterea instabilis facta est, *non potens resistere aduersariis propter Dei sui offensam, non propter eius impotentiam.*

2 Omnes qui glorificabant eam, *tempore suæ prosperitatis,*

3 Spreuerunt illam, *tempore aduersitatis.*

4 Quia viderunt ignominiam eius, *id est, destructionem & captiuitatē.*

5 Ipsa autem gemens, *sub onere importabili.*

6 Et conuersa est retrorsum, &c. *scilicet in confusionem à statu honorabili.*

7 Sordes eius in pedibus eius, &c. *In Hebræo habetur.* In oris eius, *loquitur de ea, sicut de muliere patiente menstrua, cuius immunditia descendit ad inferiora, ita quod fœdantur ora vestimenti interioris pedes tangentis: & per hoc designatur immunditia idololatriæ abundans in Ierusalem, propter quam fuit destructa.*

[Margin: Immunditia idololatriæ abundans in Ierusalem.]

8 Nec recordata est finis, *id est, excæcata vitiis non cogitabat punitionem super se finaliter venturam. Ideo subditur,*

9 Deposita est vehementer, *ab omni honore & consolatione: ideo in persona eius orat propheta, dicens,* Vide domine.

10 Manum suam misit hostis, *id est, populus Ammonitarum, & Moabitarum, vt dicit Ra. Sa.*

11 Ad omnia desiderabilia eius, *id est, ad libros legis, de quibus dicitur Psal. xviij. c.* Desiderabilia super aurum & la. &c. *dicit enim Ra. Sa. quod Chaldæis currentibus ad aurum & argentum in destructione Ierusalem, isti magis voluerunt currere ad comburendum libros legis, eo quod scribitur Deut. xxiij.* Ammonites & Moabites non intrabunt ecclesiam domini in æternum. *Ideo subditur,*

[Margin: Ammonitæ & Moabitæ quid fecerint in direptione vrbis & templi.]

12 Quia vidit gentes, *id est, Ammonitas & Moabitas.*

In

MORALITER.

† 2 *Omnes qui glorificabant eam*, propter vitam & miracula quæ faciebant episcopi, & religiosi præteritis temporibus:

3 *Spreuerunt illam, viderunt ignominiam eius*, id est, turpitudinem vitæ in modernis clericis & multis religiosis.

5 *Ipsa autem gemens*, sub peccatorum pondere,

6 *Et conuersa est retrorsum*, à statu perfectionis ad miseriam culpæ.

7 *Sordes eius in pedibus*: quod fit cum per exercitium mali acquiritur habitus, per quem placet actus malus, secundum quod dicitur Prou. ij. c. *Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis.*

[Margin: Habitus mali.]

8 Nec

8 *Nec recordata est finis sui*, id est, veræ beatitudinis, à qua auersa est per inuolutionem peccati, ideo subditur,

9 *Deposi. e. ve. non habens consolatorem.* scilicet, pium doctorem & sollicitum pastorem, ideo petit diuinam consolationem, dicens,

† *Vide domine afflictionem meam quoniam ere. est ini.* id est, diabolus.

10 *Manum suam misit hostis ad omnia deside. eius.* id est, ad auferendum bona gratiæ & virtutis sicut dicit Gre. hom. xxix. *Non curat antiquus hostis vt terrena tollat, sed vt charitatem in nobis feriat.*

12 *Quia vidit gen. ingres. sanctu. su.* facientes ibi tempore Saladini stabulum equorum.

† Omnis

† THEODORET. In sancta sanctorum soli pontifici licebat ingredi, & hoc semel in anno; in sancta verò anteriora, soli sacerdotes ingrediebantur; in interius verò atrium, etiam leuitæ; at in exterius, qui erant de genere Israel, & proselyti circumcisi. Omnem namque non circumcisum, etiam in illud lex prohibebat intrare, maximè tamen Moabitas & Ammonitas ingredi vetat. *Ammonita & Moabita non intrabit in ecclesiam domini in æternum.* Huius legis meminit lamentatio.

Quibus quæ loca templi ingredi licebat? — *Deut. 14.*

Moraliter. *Manum su. misit hostis ad omnia, &c.* Diabolus audacter manum suam mittit ad animæ desiderabilia, & aufert virtutum ornamenta, fidem, spem, charitatem, discretionem, &c. Quod iustus iudex fieri permittit, quia videt gentes prauas scilicet suggestiones & cogitationes, & voluptates, ingressas sanctuarium animæ, quæ debuit ostium claudere, & in cubiculo patrem orare. Tunc pudicitia corrumpitur, abstinentia euertitur, & princeps cocorum omnes muros animę, id est, virtutes, euertere conatur: sic vindemiatam suis bonis animam sine consolatione relinquit.

Quomodo diabolus animam deprædetur?

a ¶ Dominus. b ¶ Carnales, vel vitia, vel quia Iudæi cultum idolorum in templum contulerant. ¶ Sacerdotes Gentiliter viuentes. c ¶ Templum, animam, vel ecclesiam. d ¶ Sacerdos in quo fuerit macula non accedat offerre.

vidit gentes ingressas sanctuarium suũ: de quibus præcepe- 1

a ¶ Animam. ¶ Vox prophetæ. b ¶ Manus, ex cuius tactu clamat: Vide domine, &c. ¶ Quartus locus conquestionis.

a ras, ne intrarent in ecclesiam tuam. CAPH. Omnis populus 2 †

a ¶ Angustia belli. b ¶ Verbi Dei. c ¶ Cælestia pro terrenis.

b eius gemens, & quærens panem. Dederunt pretiosa quæque 3 4

a ¶ Non ad satiandam. ¶ Vox synagogæ, vel ecclesiæ, vel animæ. b ¶ Animalitatem. c ¶ Quartusdecimus locus conquestionis. d ¶ Facturam tuam, non iniquitatem meam.

pro cibo, ad refocillandam animam. Vide domine & con- 5 6

a ¶ Disciplina. b ¶ Duodecimus locus indignationis, indignari enim videtur quod sibi præmium euenerit. ¶ Sancti.

c sidera; quoniam facta sum vilis. LAMED. O vos omnes 7

a ¶ Non habentes hîc manentem ciuitatem. ¶ Celeriter. b ¶ Christum, vnde ego sum via. ¶ Virtutum. c ¶ Quartusdecimus locus conquestionis. ¶ Compatenti corde. d ¶ Charitatis intentione. e ¶ Quis infirmatur, & ego non infirmor: Quis scand. & e. n. vror.

d e qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor 8

a ¶ Pro terrenis cælestia perdidi. ¶ Qui debuit defendere. b ¶ Id est, vindemiabit. ¶ Bonis virtutum. c ¶ Per Chaldæos, per Romanos.

sicut dolor meus. Quoniam vindemiauit me, vt lo- 9

Allegorice. *Manum suam misit.* Hostis antiquus ad desiderabilia ecclesiæ manum mittit, in membris ipsius fidem contaminans, baptisma rescindens, doctrinam corrumpens, corpus & sanguinem domini indignè contrectans, & vasa pretiosa, id est, oues Christi, quasi lupus deuastans. Et causa tanti mali redditur, quia gentes, scilicet, carnem amantes quasi præputium retinentes, & Christi circumcisionem non habentes, ministri altaris efficiuntur.

Mali sacerdotes occasionem dant diabolo Ecclesiæ spoliandi.

a *Omnis po.* PASCHASIUS. Quantam famem Iudæi passi sunt, historiæ non tacent, & Iosephus præcipuè manifestat. vnde hic: *Omnis populus eius ge. & qua. &c. ad re. ani.* i. corporalem vitam.

Nota. *Vide do.* Nota quod prophetæ profuerit, dum se non plangentem C Ierusalem planxit, quæ tamen supra quasi in nobilioribus membris plangens inducitur, nunc verò quasi vitali spiritu recepto omnis populus plangere perhibetur. *Vide d.* Sicut enim gallina fouet oua sua, & coanimat, sic spirituales viri subditos suos paulatim, vel monendo vel plangendo fouent, vt sibi coaniment.

Allegorice. *Omnis populus eius gemens & quærens panem*, verbi Dei, qui de cælo descendit. In angustia famis ecclesia hunc panem quærit à doctoribus, nec inuenit, quia *dederunt quæque pretiosa pro cibo*, cælestia. s. pro terrenis, æterna pro caducis *ad refocillandam animam*, non satiandam, quia innumeris desideriis accensam refocillare possunt, non satiare. Hinc quoque *populus gemens & quærens panem* Dei, quia praui affliguntur & cruciantur, quia non ad votum delitiosæ vitæ affluentia habetur.

Deficientia prædicationis verbi Dei.

b *Dederunt pretiosa quæque.* † THEO. Hoc loco pretiosa vocat infantes. Nam gustauerunt tempore famis etiam de carnibus humanis.

Moraliter. Infelix anima *pretiosa quæque pro cibo* donat quando virtutes mentis ad transitoriam delectationem inclinat: & *refocillare* nititur, dum diuersis vitiis & desideriis satisfacere machinatur: vnde, *Populus eius gemens & quærens panem*, plangitur, quia quamuis pretiosa quæque pro cibo dederit, concupiscentiæ affectus non satiatur visu, gustu, & ceteris sensibus. Vnde si qua fortè virtus redeat, & spiritu Dei anima recreata conualescat, iure cum electorum multitudine plangendo exclamat, *Vide domine*, quasi dicat facta sum vilis, mihi, humilis in oculis meis, quia *manus domini tetigit me. Caph* enim *manus* interpretatur. Cum autem manus domini, vel puniendo, vel reuelando supplicia, vel instruendo animam, vel negligentem ecclesiam tetigerit, mox ad se rediens & ingemiscens dicit: *Vide do.* q. d. considera fabricam tuam, quantum sit vilis. Anima quæ prius oblectata vitiis gloriabatur, manu domini tacta se vilem profitetur, quæ ad imaginem sui creatoris condita erat.

Anima suæ vilitatem recognoscens. — *Io. 19. a.*

c *Facta sum vilis.* Vilis efficitur ecclesia, cum crescente numero malorum non summa petit & cælestia, sed infima & terrena.

Quomodo vilis fiat Ecclesia.

d *Lamed. Disciplina* vel *contritio.* Quod enim propheta luget, aliis disciplina est & contritio cordis, vt lugeant simili modo sancti.

Lamed. — E — *Historice.*

e *O vos omnes qui.* PASCHASIUS. Proprium est miserorum tantò maiorem æstimare suum dolorem, quantò alienum minus intelligere studuerunt; & quò magis dolorem suum sentiunt, alienum sibi æquari non consentiunt. Sed verius reliquiæ quæ saluæ fiunt, contritione cordis talia deplorant, quando sanctuarium destruitur, templum prophanatur, altaria euertuntur, lumen candelabrorum extinguitur, libri concremantur, sacerdotes & Leuitæ captiuantur, virgines & vxores hostili libidine polluuntur, omnia sancta contaminantur. Pro his & huiusmodi, reliquiæ quæ saluæ factæ sunt, non immeritò lugent, cum gentem suam, non minus terrena quam cælestia bona perdere vident: sic enim vindemiauit eam Deus iusto iudicio, sicut in lege & prophetis locutus est.

Dolor fidelium ex Iudæis cum synagogam penitus exterminari viderent.

Moraliter. *O vos omnes.* Anima vitiis prægrauata non tamen omnino excæcata videns alios cum desiderio ad patriam festinantes, & per virtutum viam gradientes, cum ingenti dolore exclamat, *O vos omnes, &c.* q. d. videte quibus sauciata periculis, quibus afflicta tribulationibus, quibus subiaceam passionibus. *Quoniam vindemiauit dominus*, bona, scilicet, virtutum iusto iudicio abstulit, quibus me quasi sponsam decorauit, *in die furoris* sui exacerbatus malis meis. *Vos* ergo *qui transitis per viam*, id est, qui præsentem despicitis vitam, tendentes in viam veram, quæ Christus est, *videte si est dolor sicut do. meus.* cælestia amisi, thesaurizaui mihi iram in die iudicij, & grauata malis meis, non possum vobiscum festinare ad gaudia cæli.

F *Anima bonos comitari desiderans in via ad cælum.*

Allegorice. *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, &c.* Nostra Sion, cuius conuersatio est in cælis, de cælo in terris posita membra sua conspicit, & quæ patiuntur quotidie de excelso conspicit, vnde miserando proclamat, *O vos omnes* sancti, scilicet, de quibus Dauid dicit, *Euntes ibant, & flebant, &c.* Hi eunt per viam quæ Christus est, vestigia eius sequentes, neque ad dexteram neque ad sinistram declinantes. Vocati enim ad paschales dapes & paschalia vota celebrantes, agnum secundum legem comedunt festinanter. Hos conspicit ecclesia via regia ad patriam gradientes, quæ multis filiorum curis præpedita ingemit & clamat: *O vos omnes, &c.* Non vt retrahat à via, sed vt ad compatiendum moueat: attendite mente, & videte intuitu charitatis, si est dolor ☞ sicut

Psal. 125. — *Inuocatio Sanctorum.*

NICOLAUS DE LIRA.

1 Ingressas sanct. s. *vbi lex seruabatur: & potissime Deuteronomium in latere arcæ. Deut. xxxj.*

2 Omnis po. e. *præ anxietate famis, quæ præualuit in Ierusalem obsessa à Chaldæis, vt habetur supr. xxxviij. ca.*

3 Dede. &c. *illi qui erant diuites.*

4 Ad re. animam. *id est, ad mitigandum famem, & non ad satietatem, ideo in persona eius erat propheta dicens:*

5 Vide d. *afflictionem meam.*

6 Et considera, *releuando eam.*

7 O vos. *Hic inducit propheta alios ad compassionem, dicens,* O vos omnes qui tra. per vi. *propè Ierusalem destructam.*

8 Attendite & vi. *per compassionem.*

9 Quoniam vi. &c. *Loquitur de Ierusalem per modum vineæ, cuius clausura est dissipata, & fructus collectus, quia muri Ierusalem erant dissipati, & omnia bona asportata.*

MORALITER.

†2 *Omnis po. ge.* ex tali contemptu sancti loci.

† *Et qua. pa.* ad famis temperationem. Et quoniam hoc fuit valde dolorosum, subditur,

5 *Vide do.* oculo tuæ clementiæ. Prouocantur etiam alij ad compatiendum cùm dicitur.

7 *O vos omnes qui transitis, &c. quoniam vindemiauit me vt lo. est do.* tradens me infidelibus, ad meum sanguinem effundendum.

☞ sicut do. m. *Mulier cùm parit tri. ba.* vnde Apostol. *Filioli mei, quos iterum parturio.* Ecclesia enim quæ parit, & generat, & nutrit, & lactat, pro omnibus contristatur: vnde. *Quis infirmatur, & ego non in.* Sic etiam ecclesia teneros lactat, auersos reuocat, pigros expectat, *præcipites, vt prouideant, castigat, ne quem hostis extra castra inueniat, dum ipsa ordinato agmine ad patriam festinat. vnde, *Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut aurora.* Ad ascendentes ergo vel transeuntes ab excelsioribus membris dicitur: *O vos omnes, &c.* quia alia sunt quæ pro his doleo, alia quæ ab his quæ intus vel foris sunt, tolero, à patria differor, in exilio moror. Attendite ergo quamuis ad brauium nos indefessa rapiat deuotio, videte dolorem meum; filios educare volui, & educere

Ioan. 16. c. Gala. 4. c. 2. Cor. 9. g. *principes. Cant. 6. c. Ecclesia filios suos bonos confortans malos plangens.

a ¶ Per prophetas. b ¶ Qui non mentitur. c ¶ Qua exacerbaui illum. d ¶ Iudicij. e ¶ Ex ipsis, donis scilicet, spiritussancti eruditur. ¶ Alto consilio. ¶ Quintus locus conquestionis.

a cutus est dominus in die iræ furoris sui. MEM. [13] De excelso

a ¶ Apparuerunt illis dispertitæ linguæ. ¶ Spiritus sancti. b ¶ Fortioribus. c ¶ Sic. d ¶ Doctrinæ.

b c misit ignem in ossibus meis, et erudiuit me. Expandit rete

a ¶ Voluptatibus. b ¶ De vitiis ad virtutes. ¶ De infidelitate ad fidem. c ¶ Vt audirem vocem post tergum monentis. d ¶ Sic. e ¶ Terreno solatio. ¶ Omni tempore.

pedibus meis, couertit me retrorsum. Posuit me desolatam tota

a ¶ Præsentis vitæ dolore, & desiderio futuræ: vnde, Fuerunt mihi lachrymæ meæ. b ¶ Sempiternum. ¶ Concessio. c ¶ Quasi: Vindicta punit, qui dormire videbatur. ¶ Me dormiente. d ¶ Superponendum mihi. ¶ Prouocans Deum ad vindictam.

d die mœrore confectam. NUN. [14] Vigilauit iugum iniquitatu

a ¶ Quæ ex me sunt. b ¶ In retributione domini. c ¶ Insolubili vinculo. d ¶ Tamquam suffocaturæ. ¶ Tamquam graue pondus. e ¶ Sicut laqueus Iudæ.

mearum in manu eius: conuolutæ sunt & impositæ collo

a ¶ Vt non possim resistere. ¶ Iusto iudicio Dei. c ¶ Chaldæi, vel potius Romani, hostis, vel diaboli.

e meo. Infirmata est virtus mea: dedit me domin⁹ in manu, de

1 c *Expandit rete, &c.* † THEODOR. Rete vocat mala, quæ euitari non possunt. Etenim, etiam qui aufugerunt, capti sunt. d *Vigilauit iugum.* Historice. † PASCHAS. Iugum iniquitatis dormire, est in nequitiæ corpore secure, & impunè quiescere; sed vigilat in me. d. vnde Ieremias: *Virgam vigilantem ego video.* Cui dominus, *Vigilabo ego super verbum meum, vt faciam illud.*

2 3 4 † † 5 † 6 7 8 9 10

Tardantibus nobis pœnitere non tardabit Deus punire. Ierem. 1. c. Ibidem.

dolore scilicet præsentium tribulationum, & amore futurorum bonorum.

rorum, & concupiscentias. *Conuertit me retrorsum*, vt post ipsum irem, non præirem. Hoc rete Apostolis commissum est, vt de mari huius mundi pisces extraherent: *Pedibus meis*, vnde, *Ab omni via mala prohibui pedes meos. Posuit me desolatam* præsentibus bonis, quæ mihi prius solatia fuerant. *Tota die mœrore confect.*

D Psal. 118.

de miseria exilij, & perducere ad gaudia cæli, . sed multi aberrant, multi exasperant, multi languent, pauci sunt qui venire curent. Omnia omnibus factus sum, vt omnes lucrifaciam: pro omnibus lugeo, pro omnibus vror. *Videte ergo si est do. si. do. m.* tendite ergo oculum mentis ad extremum iudicij diem, & videte. *Quoniam vindemiauit*, id est, vindemiabit me dominus in die furoris sui, de quo dicitur, *Domine ne in furore tu. Vt lo. est do. in die fur.* quando reddet vnicuique secundum opera sua.

2. Cor. 6. d. Psal. 6. a.

a *Mem*, Incendium templi regaliumque domorum & totius ciuitatis fugientiumque oppressionem & desolationem significat.

b *De e. mi. ig.* PASCHASIVS. Id est supernam vindictam, de quo in Iob dicitur: *Ignis Dei descendit de cælo, &c.* Ignem misit, aereas, scilicet, potestates, quibus cruciandi Iudæos vsque hodie potestas est; *in ossibus meis*, vt fortia, scilicet, interius exteriusque affligant: & sic erudiantur, qui Deum blandientem audire noluerant; vnde addit, *& erudiuit me. Expandit rete pedibus meis*, ne post voluptates & desideria vana vsque ad finem vitæ irem: *conuertit me re.* per angustias & tribulationes. *Posuit me desolatam.* Desolati sunt Iudæi vsque in finem sæculi, & mœrore confecti.

Historice. Iob 1. c. C Dei vindicta vsque hodie Iudæos persequens. Moraliter.

De excelso. Dum anima pro peccatis à domino corripitur, ad se rediens salubriter compungitur, & in ossibus suis, id est, cogitationũ medullis, à domino ignem venisse testatur, vnde diuinitus castigatur, & eruditur: Et quia sentit doctrinæ Dei retia coram pedibus suis expansa, conuertitur retrorsum, abstinet ab illicitis, luxum voluptatis & concupiscentiæ in lachrymas conuertit; tantò fortiùs mœrore confecta plangit, & præsentis vitæ consolationem non recipit, quãtò veriùs in eis per vana desideria se cõsiderans aberrasse.

Anima in qua flagella Dei salutem operata sunt.

De ex. Qui de Iudæis crediderunt, vel gentibus, & vna ecclesia facti sunt, meritò dicunt *de excelso*; de cælo; *mi. ig. i.* spiritum sanctum, quo corroborantur fortia virtutum, & eruditur diuinitus ecclesia: ne vltra idolis seruiat, vel mundi delitias quærat. Quod significat *Mem* littera, quæ interpretatur *ex ipsis*, scilicet donis spiritus sancti, quibus gratulabunda se eruditam dicit ecclesia, vt caste amet, & caste timeat, & ex ipsis erubescit vitiis, quibus deseruierat. *Expandit rete.* scilicet prædicationis, ne abeam post vanitates errorum,

Allegorice. Ecclesia à Spiritu sancto edocta.

Nobis enim torpentibus peccata latent, sed in manu domini vigilant, dum nos ad vindictam iustæ retributionis accusant: vnde, *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Conuoluta sunt* quasi pondus ad premendum, & *imposita collo meo*, pro torque aurea, funiculo iniquitatis circumdata: vnde in Prouerbiis, *Funibus peccatorum suorum quisque constringitur. Data* est ergo *in manibus* peccatorum, *nec poterat surgere* donec intret plenitudo gentium, quod significat *Nun*, quod interpretatur *sempiternum*, Sempiternum enim est illi iugum eius, & captiuitas perpetua.

Gen. 4. b. Prou. 5. d.

Vigilauit. Iugum animæ vigilat in manu domini, quæ se vitiis & sceleribus subdit, nisi quotidie pœnitendo ponat ea coram oculis suis: vnde, *Peccatum meum contra me est semper.* Voluit enim Dauid vigilare, & peccata fletibus abluere, ne vigilaret iugum eorum in manu domini: vnde, *Auerte faciem meam à pecca. me.* q. d. nolo vt in manu tua vigilent, sed vt ego contra peccata mea vigilem, & fletibus purgem, ne conuolutas iniquitates imponas collo meo, nec des me in manu de quà non potero surgere.

Moraliter. Psal. 50. a. F

Vigila. Dum ecclesia tentationibus quatitur, vigilat in manu domini iugum iniquitatis eius, & hostibus tam visibilibus, quàm inuisibilibus, subiicitur, amissis monilibus, quæ dederat ei in ornamentum sponsus; vnde ingemiscens ait, *Conuoluta sunt & imposita collo meo*; vnde Isaias ait, *Quia filiæ Sion ambulauerunt extento collo*, auferenda esse omnia ornamenta, & inter cetera torques & monilia. Torques in pectus pendentes, intelligentiã mentis demõstrant. Monilia omnia ornamenta significant, quibus amissis viri ecclesiastici muliebri affectu ambulant extento collo, & nutibus oculorum loquuntur, plaudentes manibus & pedibus, vt composito gradu incedant securi, gloriam sectantes. Iure ergo iugo iniquitatum premitur, quæ tantis virtutum ornamentis spoliatur, vnde conuolutæ iniquitates funiculo insolubili plangentur, & impositæ collo eius, quibus quædam membra suffocantur, sicut Iudam laqueo se suspendisse legimus. vnde addit,

Allegorice. Diuisio. Personarũ Ecclesiasticarum luxus & mores incompositi. Matt. 27. a.

e *Infirmata est virtus mea.* Quia impij in æternum traduntur interitum, vbi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non ex. Sicut enim superior sententia quæ *Mem* intitulatur, id est, *ex ipsis*, ☞ quæ

Isa. 66. g.

NICOLAVS DE LIRA.

1 De excel. mi. &c. *id est, in templo, & regis fortalitio, & in ceteris, de quorum fortitudine confidebat populus, sicut ossa sunt robur corporis, & omnia ista fuerunt combusta à Chaldæis vt dictum fuit supr. lij.*

2 Et erudiuit me, *quia vexatio dat intellectum. In Hebræo habetur*: Et separauit me. *id est, membratim lacerauit.*

3 Expan. re. pe. meis. *id est, permisit expandi. Et vocatur hic rete deceptio falsorum prophetarum, quæ fuit populo causa ruinæ, vt frequenter dictum est supra.*

4 Conuertit me re. *id est, de statu honorabili ad confusibilem.*

5 Vigilauit iugum iniquita. &c. in manu eius, *scilicet domini: quia vigilanter & sollicite induxit pœnam pro iniquitatibus meis, propter hoc in persona eius dicitur in principio libri, de destructione populi loquens.* Vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud.

6 Conuolu. sunt, *scilicet, iniquitates meæ.*

7 Et imposi. col. meo, *sicut fardellus imponitur latroni deprehenso.*

8 Infirmata est virtus mea, *Deo me deserente.*

9 Dedit me dominus in manu, *scilicet Chaldæorum.*

10 De qua non potero surgere. *Virtute propria sed tantum diuina.*

MORALITER.

† 1 *De excelso misit ignem*, scilicet, vindictæ suæ.

† *In ossibus meis*, id est, in viris fortibus, qui non potuerunt se defendere ab infidelibus.

2 *Et erud.* quoniam inflicta vexatio dat intellectum, ideo subditur:

3 *Expandit re.* scilicet pœnitentiæ, vt vltra non procedam ad malum, sed reuertar ad bonum.

† *Posuit me de.* per peccatorum meorum iugem recordationem.

5 *Vi. iu.* Hoc potest exponi de mortuis in peccato mortali, quorum pœna grauis est, & continua, ideo iugum vigilans nominatur.

Mortuis in peccato mortali.

† *In manu eius*, scilicet iustitiæ.

6 *Conuolu. sunt & impo. col. m.* sicut fardellus latroni deprehenso.

8 *Infirmata est virtus mea*, quia talis est extra merendi statum.

9 *Dedit me in manu, de qua.* Nam in inferno nulla est redemptio.

quæ scilicet, dominus misit de cælo, conuertit eam ad pœnitentiam: ita ex iugo iniquitatum eius *Nun*, quod *sempiternum* interpretatur, impegit in interitum, vt iusto Dei iudicio secundum impœnitens cor suum sempiternum incurrat supplicium, non quod ecclesia ad vitam prædestinata his tradatur suppliciis, sed quæ membris suis accidunt, imputat sibi ac plangit. *Infirmata est.* Sextus conquestionis locus, quòd cùm à domino bonum expectaret, in summas deciderit miserias.

a *Abstulit omnes, &c.* PASCHASIVS. Hæc plenius in extrema captiuitate acciderunt, qua opprimente, nec prophetę nec sacerdotes remanserunt. In captiuitate enim Babylonica, Danielem, & Ezechielem, & multos consolatores habuerunt: in hac autem

Captiuitas Romana nullis omnino temperata solatiis.

a ¶ Vnde, Non adiiciat, vt resurgat virgo filia Israel. b ¶ Adiutorium Dei, quod omnino, scilicet, sublatum est. c ¶ Irruentibus Romanis. d ¶ Reges, sacerdotes, prophetas, doctores, vel ecclesiæ, vel sensus.

a qua non potero surgere. SAMECH. [15] Abstulit omnes ma- [1]

a ¶ Quartus locus conquestionis. ¶ Iusto iudicio. ¶ Qui diu distulerat.

gnificos meos dominus de medio mei: vocauit aduersum me [2]

a ¶ Id est tempore accepto afflixit me. ¶ Vindictæ, quæ non fit à Deo nisi in tempore, non punit ante peccatum, non coronat ante victoriam. b ¶ Principes, vel qui videbantur virtutibus eminentiores, vel conatus mentis excellentes. c ¶ Crucis. vnde: Torcular calcaui solus, &c.

b tempus, vt contereret electos meos. Torcular calcauit do- †

a ¶ Synagogæ, vel ecclesiæ, quæ est filia synagogæ, vel animæ confitenti. b ¶ Fons vel oculus. c ¶ Septimus indignationis locus: factum enim crudele & tyrannidem & violentiam hostium ostendit. ¶ Vox synagogæ, vel ecclesiæ, vel prophetæ, vel animæ. d ¶ Alludit litteræ, quæ oculus dicitur. ¶ Fontem lachrymarum.

minus virgini filiæ Iuda. AIN.* [16] Idcirco ego plorans, & oculus [3] [4]

¶ Paracletus. a ¶ Ad bonum.

meus deducens aquam, quia longe factus est à me consolator, [5]

a ¶ Vagantem & errantem. b ¶ Ad litteram, vel ad opera, vel quos parit ecclesia quotidie.

conuertens animam meam. Facti sunt filij mei perditi, quoniam [6] [7] †

B omnes magnifici ablati sunt, quod *Samech* significat, quæ interpretatur, *adiutorium.* Vnde Isaias: *Auferam à Ierusalem validum & fortem & omne robur panis, & omne robur aquæ, principem & quinquagenarium, ac prudentem eloquij mystici, &c.* Hinc ipsos angelos in portis Ierusalem clamasse legimus, Transeamus ex his sedibus.

Isai.3.a. Ita Iosephus.

Abstulit, &c. Sensus virtutum, scilicet, quos in se anima sentit captiuos: vnde dominus contra eam *tempus* vindictæ adducit cùm diuinum adiutorium aufert, quo ablato inimicus in confusionem erroris captiuam ducit, & dum prædicatorum doctrinam obliuisci facit, electos mentis conatus conterit, vt eam virtutibus spoliatam facilius quasi in terra aliena possideat, ne per recordationem sani dogmatis, & meliorationem vitæ ad pristinum redeat statum.

Moraliter.

Abstulit. Spiritualis Ierusalem quoties tribulationibus quatitur, quoties persecutionibus agitatur, vel hæreticorum hostibus impugnatur, merito plangit dicens, *Abstulit dominus omnes, &c.* Sæpe enim in toto orbe pauci remansere magnifici, qui sana doctrina defenderent causam fidei. *Vocauit aduersum me tempus*, peccatis exigentibus. Tempus vindictæ adducit dominus, vt conterat C electos eius: quia non est qui defendat, vel murum ponat se pro domo Israel.

Allegorice. Euenit sæpe vt pauci stent pro causa Ecclesiæ.

b *Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda.* † THEODORET. Persæpe diuina scriptura comparat supplicium grauissimum cum torculari, eo quod in torcularibus omnes vuæ conterantur, ita vt ne acinus quidem vnus, vt plurimum, effugiat.

Torcular quid designet.

† HIERONYMVS. Iuxta scripturæ sanctæ consuetudinem interdum pro vltione ac suppliciis ponitur peccatorum, Interdum in congregatione nouorum fructuum pro pœnis ponitur atque tormentis, vt Ieremias in præsenti lamentatione plangens euersionem Ierusalem loquitur.

PASCHASIVS. Torcular vltionem significat, & peccatorum supplicia: vnde Isaias, *Quare rubrum est indumentum, &c.* Angelis quærentibus dominum respondisse inducit, *Torc. calc. solus, &c.* illud scilicet quo malis supplicia, bonis præmia calcantur, Hoc solus dominus calcauit, quia nullum adiutorem habuit, neque enim angelus neque archangelus corpus humanum assumpsit, vt pro nobis moriens aduersarij nostri fortitudinem calcaret atque contereret. D Hoc *torcular calcauit dominus* in possessione sua *virgini filiæ Iuda* vt credentibus præmia, incredulis & crucifigentibus perpetuæ captiuitatis, & damnationis æternæ effunderet supplicia. Propheta ergo videns duritiam Iudæorum, deplorat quod calcauerit dominus torcular filiæ Iuda. Quod enim dominus patiebatur ad ipsius remedium, conuertit sibi in tormentum extremæ captiuitatis, & perpetuæ damnationis; vnde ipsius synagogæ plorantis induit personam, *Idcirco ego plorans, &c. Longe factus est à me consolator conuertens, &c.* Hoc sępe probamus, si Iudaicam perfidiam & duritiam inspiciamus.

Isai.63.a. Ibidem. Christi passio pro peccatis totius mundi. Hierony. Iudæi suo demerito non consequuntur fructum prædictæ passionis. * Iere.4.a.

METAPHOR. autem dicitur, *Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda.* Metaphoricos vineam suam de Ægypto dominus eduxit, & in terram promissionis plantauit, quæ diu sterilis & infructuosa permansit, se- E cundum illud, *Expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas.* Ideo dominus torcular calcauit, vinum sibi reseruauit, acinum peccatorum perpetua captiuitate pressit.

Isa.5.a. Moraliter.

Torcular calcauit dominus. Sterili animæ virtutibus & operibus vacuæ dominus torcular calcat, quãdo eam quasi sterilem, & otiosam affligit pœna condigna: vnde ait, *Idci. ego plo.* quia sentit se amisisse consolatorem, & impœnitentem ruere, vbi erit fletus & stridor dentium, vnde ingens animæ fletus describitur, vt sibi sciat post huius mundi vanam lætitiam omnem consolationem defuturam. Ibi filij perdentur, quia fructus malorum operum dissipabitur, & solus inualescet inimicus.

Impœnitentis animæ supplicium.

ALLEGOR. *Tor. calcauit.* Quando scilicet ecclesiæ per passionem suam aëreas potestates subiecit. Ipsa verò verè est virgo filia Iuda, quia de *Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem*, cui calcauit dominus torcular, id est, opressionis iugum, vt esset libera. Sed quia calcante domino multa fuerũt amurca, idcirco deplorans propheta, inquit, *Oculus meus deducens aquas*, & ideo *Ain* interponitur, quod *fons* vel *oculus* interpretatur. Cum enim prælum crucis pressit, de Christi latere fons emanauit, vnde, *Et continuò exiuit sanguis & aqua.* F Hoc fonte emitur & lauatur sponsa sponsi complexibus socianda; Hoc dotatur vt gaudeat, vt sponso soli inhæreat, solum diligat, qui se tantum dilexit. Et quia *Ain* etiam *oculus* interpretatur, non immerito de hoc fonte oculus inebriatus aquam deducit lachrymarum, vnde, *Exitus aquarum dedux. &c.*

Isa.2.a. Ecclesiæ à se redemptæ subiecit Christus diabolum. Ioan.19.f. Psal.118.

Longe factus est consolator. Quoties ecclesia tribulationibus afficitur, quoties desolatur auxilio Dei, ad lachrymas quasi ad assueta arma recurrit; dum autem doctore exterius monente non adest paracletus qui eã instruat, & erudiat interius, propterea sunt filij eius perditi, & inualescit inimicus. Quisquis ergo doctorum ecclesiam sibi commissam minus conuerti viderit, de fonte amoris hauriat, vnde lachrymas producat, donec consolatorẽ & conuertentẽ paracletũ reducat, alioquin inualescente inimico fiunt filij eius perditi, qui scilicet nondum ablactati, nõdum in virum perfectũ sunt producti.

Prælatus Ecclesiam suã lauare debet doctrina & precibus.

a Ex-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Abstulit omnes magnificos meos, *regem, & principes, prophetas & sacerdotes.*
2 Vocauit ad me tempus, *scilicet, afflictionis & destructionis.*
3 Torcular calcauit dominus, *quia sicut in torculari de vuis exprimitur vinum, sic in destructione Ierusalem fuit effusus sanguis Iudæorum.*
4 Idcirco ego. *in quo notatur fletus, & doloris abundantia.*
5 Quia lon. fa. e. à me consolator. *id est, ipse Deus retrahens à me consolationem suam, licet sit vbique per potentiam, essentiam, & præsentiam.*
6 Facti sunt filij mei. *id est, habitatores Ierusalem.*
7 Perditi, *fame, mortalitate, & gladio.*

Expan-

MORALITER.

† 1 *Abstulit omnes mag. me.* id est, fideles deuotos, quorum preces non valent damnatis, propter quod ablati dicuntur ab eis.
2 *Vocauit aduer. me tempus*, in quo malè operatus sum, cùm tamen mihi datum fuisset ad bene operandum.
† *Vt contereret electos me.* id est, speciales socios, vt socij sint in pœna sicut in culpa.

Socij in culpa erunt socij in pœna.

3 *Torcular calcauit dominus*, id est, locum perfectæ depressionis, sicut sanctis præparauit locum exaltationis.
4 *Idcirco ego plorans.* nam ibi est fletus & stridor dentium, Matth. viij.b.
5 *Quia longè factus est à me consolator. con. a. meam.* scilicet, ad bonum, nam pœnitentia fructuosa non habet ibi locum.
6 *Facti sunt filij mei perditi*, Id est, imitatores mei.
† *Quoniam inualuit inimicus*, In conflictu mortis,

Pœnitentia in inferno infructuosa.

a Expandit Sion. PASCHASIVS. Dolorem significat quasi parturientis: vnde alibi, *Sicut expandit natans ad natandum manus suas, sic & Sion inter angustias. Et angustia*, inquit, *possedit me, sicut angustia parturientis*. Angustia est quidem cordis, quæ in expansione manuum exprimitur, plus quàm in exclamatione oris: vnde, *Phe* præscribitur, quæ *oris* interpretatur, quia dum Sion manus suas expandit inter angustias, significat quod ore non valet exprimere, quod patitur in corde, cùm sit sine consolatore, vnde, *Recedite à me, amare flebo, nolite incumbere, vt consolemini me, &c.*

Psal. 40. b. Isai. 25. d. Ibid. 21. a. Angustiati habitus.

† THEODORETVS. Illæ enim, quæ lugent, consueuerunt, & extendere, & contrahere manus suas. Dicit itaque illam admittere non posse consolationem, præcipue cùm permiserit dominus impetum facere in eam, & consecratam polluere.

a Chaldæus, vel Romanus, vel diabolus. b Oris. c Quartus locus conquestionis. Quasi parturiens, vel quod non valet ore, significet manuum expansione. d Terrena, vel ecclesia, vel anima. e Amisso vero consolatore.

a inualuit inimicus. PHE. [17] Expandit Sion manus suas, non est

a Animam. b Iuste dissipando, alias dispensando. c Animam, quæ debet vitia supplantare. Solo nomine gloriantem.

b qui cōsoletur eam. Mādauit dominus aduersum Iacob, in cir-

a Chaldæos, vel Romanos. b Vana gloria, dum nobis attribuimus bona, & ipsa vanitate, sicut menstruis, quicquid tangimus, polluimus.

cumitu eius hostes eius. Facta est Ierusalem quasi polluta mē-

a Iustitiæ. b Deprecatio. Quasi, iusta sententia ore domini contra me prolata. In omnibus viis suis. c Verbum patris: vel prædicatores, vel prophetas, vel præsentiam.

c struis inter eos. SADE. [18] Iustus est dominus, quia os eius ad ira-

a Peccando. b Aure cordis. c Non transeuntes per viam, vt supra. d Diligenter considerate.

cundiā prouocaui. Audite obsecro vniuersi populi, & vidēte

a Octauus locus indignationis. Virgines enim nec alium lædere, nec se defendere possunt. Castæ intentiones. b Fortes. c Babylonis.

dolorem meū. Virgines meę, & iuuenes mei abierūt in capti- †

b *Mandauit dominus aduersum Iacob*, id est, iusto Dei iudicio & Chaldæi & Romani adducti sunt: non enim consurgit gens aduersus gentem, nisi præcipiente domino. *Quasi polluta menstruis*. Sicut abominabilis est mulier, dum menstrua patitur, sic Iudæi vbique terrarum habentur.

Isa. 22. a. Iudæi omnibus exosi.

Moraliter. *Expandit*. Anima, quæ fuerat speculum Dei, & vitiorum supplantatrix, cùm propter iniquitatē traditur spiritualibus nequitiis, frustra quærit consolatorem extrinsecus, quæ spiritualem consolationem perdit intrinsecus. Merito ergo *mandauit dominus aduersum Iacob*, &c. id est, contra animam quondam vitia supplantantem, nunc solo nomine gloriantem. Vnde *in circumitu* spirituales *hostes* obsidēt eam, ne possit effugere, quæ sæpe videns se vallatam, expandit manus suas inter cogitationum angustias, nec est ei vox oris, nec vlla excusatio sermonis, quia menstruis polluta, id est, cruentis operibus maculata, à quibus sine consolatore numquam liberabitur, cum etiam propheta testetur, omnes iustitiæ nostræ quas nobis ascribimus, sic sunt coram eo, quasi pannus menstruatæ.

Anima peccatrix. Isai. 64. c.

Allegorice. *Expandit Sion*. Quoties ecclesia hæreticorum vallatur exercitu, dominus aduersus Iacob, ecclesiam. s. quæ debet vitia supplantare, contra eam mandat inimicorum exercitus, quia spiritumsanctum consolatorem & doctorem amisit, sine quo nullus ad fidem eruditur, nullus à vitiis releuatur. Ideo expandit manus suas inter dolores & pressuras, nec est ei vlla vox oris digna, qua possit hostiū dogmata vincere, & sua defendere: vnde sæpe fit polluta fœditate carnalium operum, & sanguine carnalium desideriorum inter hostes, quibus interius & exterius impugnatur, vnde, *Væ prægnantibus & nutrientibus in die illa*.

Pressuræ Ecclesiæ interiores & exteriores. Matt. 24. b.

Historice. c *Iustus est dominus*. PASCHAS. *Sade* quæ præponitur, & *iustitia* interpretatur, significat quod iustitiæ domini rectæ, quod bene his verbis ostenditur, *Iustus est dominus, &c. quia os eius ad iracundiam pro.* q. d. oris eius iudicium iustè pertuli: vnde confiteri quia iustus est dominus, non distuli. Et notandum, quod supra transeuntes per viā quasi pauciores, nunc Ierusalem vel propheta ad considerandum dolorem suum omnes communiter inuitat, vt eorum sit vna passio, quorum vna est naturæ conditio. Superius enim virgines squalidas, & paruulos luget captiuos, nunc etiam robustiores iuuenes & captiuatas virgines, & quanto malum cumulatur, tantò luctus multiplicatur. *Audite obse. vniuersi populi & vide. dolorem meum*. Magno enim intuitu & acuta consideratione hæc discernuntur.

Moraliter. *Iustus est dominus*. Anima quæ ex oris iudicio castigatur, merito confitetur, quia iustus est dominus, quia prauis desideriis os domini ad iracundiam prouocauit, vt duram contra se proferat sententiam, quia iustus est dominus in omnibus viis suis. Vnde confusione sua perfusa non audet oculum ad iratum iudicem leuare, sed vniuersos inuitat, vt videant & audiant dolorem suum. Talis quippe est humanæ naturæ affectus, vt doloris nostri & gaudij consortes quæramus, quorum participatione facilius feramus: vnde, *Congratulamini mihi, quia inueni ouem: eam quam per.* Quærit ergo anima multiplices intercessores, quia ad iudicem quem offendit, etiam oculos leuare metuit. *Virgines meæ & iuuenes mei abierunt*. tunc scilicet cum mundas cogitationes & affectus robustiores quasi sobolem & spem vteri sui deperire hoste vastante cernit, & spem futuræ generationis amittit.

Psal. 144. d. Socios requirimus in dolore simus sine in gaudio. Luc. 15. b.

Allegorice. *Iustus est dominus*. PASCHASIVS. Ecclesia quæ superius oris iudicium pertulit, quæ os domini in scripturis sanctis ad iracundiam prouocauit, didicit confiteri, *Iustus est domi.* Nihil enim sine causa fit super terram, & in magna Dei republica nihil sine prouidentia Dei fit, *quia os eius ad iracundiam prouo.* non quod humana mēbra habeat Deus, sed sicut tropicè ascribuntur ei humani affectus, ita & mēbra. Per os, verbum de ore patris progenitum significatur, ac si dicat, flagitiis meis iustū iudicem prouocaui, & natura clementè compuli contra me duram ferre sententiam. *Audite obse. vni. populi*. Calamitatē suam multiplicem & inæstimabilem pensat: vnde ad condolendum om-

Iob 5. b. Ecclesia agnoscens circa se Dei iustitiam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Expandit Sion manus suas. *Loquitur de Sion sicut de persona misera & abiecta, quæ expandit manus suas omni transeunti, quærendo suffragium, & non inuenit.*

2 Mandauit dominus aduersum Iacob, *id est, populum Israel:*

3 In circumitu eius, *Quia populi qui habitabant in circumitu Iudææ, venerunt cum Chaldæis ad destructionem Ierusalem.*

4 Facta est Ierusalem quasi poll. menstr. *id est, eis abominabilis.*

5 Iustus est dominus. *Hic Ieremias in persona Ierusalem confitetur diuinam iustitiam in destructione Ierusalem propter diuinam offensam dicens:* Iustus est dominus, *in mea punitione:*

6 Quia os eius ad iracundiam prouocaui, *transgrediendo legem ex ore ipsius datam, Exod. xx.*

7 Audite obsecro, vniuersi populi, *confessionem peccati mei:*

8 Et videte dolorem meum, *non solùm de pœna mihi illata, sed etiam de diuina offensa: de qua plus dolebat Ieremias & alij iusti, quàm de pœna.*

MORALITER.

† 1 *Expandit Sion manus suas.* Hoc exponi potest de amissione regni Ierosolymitani. In Sion namque fuit fortalitium Ierusalem, quæ metropolis est in regno Iudææ: propter quod per Sion potest intelligi terra sancta, cuius habitatores Christiani frequenter petierunt auxilium ab aliis Christianis, ideo dicitur: *Expandit Sion manus suas*, petens auxilium.

Amissio terræ sanctæ.

† *Non est qui consoletur eam*, quia non fuit eis exhibitum, propter quod ab inimicis circumstantibus secutum est terræ totius excidium, ideo subditur,

2 *Mandauit dominus in circumitu eius*, id est, mandari permisit per Soldanum.

4 *Facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos.* quia calcatur per Saracenos. Quia tamen hoc ex diuina iustitia permittitur ex peccatis populi Christiani, subditur,

5 *Iustus est dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui.* At quoniam subtractum videtur ab illa terra diuinum subsidium & humanum exclamat dicens,

7 *Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meum.* Et subditur causa cùm dicitur,

† *Virgines meæ & iuuenes mei abierunt.* In captione enim Ierusalem & Achon contigerunt illa mala.

omnes inuitat, vt multorum compassione anxietas leuior fiat. Virgines, de quibus dicitur: *Despondi vos vni. &c.* Iuuenes, quos in fonte baptismi regenerat mater ecclesia. Hi cum aut hæretica prauitate corrumpuntur, aut vitiis constuprantur, non loco sed mente in Babylonem, id est, confusionem captiuantur. *Qui enim adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea.* Inde tantus luctus tantusque dolor cumulatur, vt vix ab vniuersis vel videri vel intelligi credatur.

1.Cor.11.a. Hæresis & peccata adducunt in confusionē. 1.Cor.6.c.

a *Vocaui amicos.* Vndecimus locus indignationis. Ab his enim factum est, qui si alij facerent, deberent prohibere.

Historia. PASCHASIVS. *Vocaui amic. Coph.* vocatio interpretatur: vnde continuo subiunxit,

cruciatus flectat ad misericordiam, pudor ad veniam. *Conturbatus est venter meus* quasi parturientis; *plena sum*, non ex parte se tactam sed amaritudine doloris & mœroris plenam se significat. *Subuersum est cor meum* pondere tribulationis. *Gladius* persecutoris *foris interficit me*, & *domi mors similis* est pro amaritudine tribulationis.

MORALITER. Anima doloribus variis vexata ventrem, id est, mentem turbatam gemit: vnde, *Lucerna domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris*, id est, mentis. Bene est ergo capitis iste gemitus, mens enim in capite significatur. Vnde alibi Ieremias ait: *Ventrem meum doleo, ven. me. do.* & exponens adiunxit: *Sensus cordis mei turbati sūt.*

Prou.20.b. Ierem.4.e.

a ¶ Vocatio. b ¶ Ægyptios, vel hæreticos, vel affectus carnis. c ¶ Ægyptus vane auxiliatur. ¶ Quartus locus conquestionis.

a uitatem. COPH. [19] Vocaui amicos meos & ipsi deceperunt 1

a ¶ Regale sacerdotium. b ¶ Maturitas consilij. c ¶ Ierusalem, vel anima, vel ecclesia, vel mente.

me: Sacerdotes mei & senes mei in vrbe cōsumpti sunt: quia 2 3

a ¶ Lucra terrena, vel vana desideria. b ¶ Animalitatem. c ¶ Capitis, id est, mentis.

b quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent animas suas. Res. [20] Vi- 4 5

¶ Mens.

de dn̄e, quoniam tribulor: cōturbatus est venter meus. Sub- 6

uersum est cor meū, in memetipsa, quoniā amaritudine ple- 7 8

a ¶ Persecutorum. b ¶ In mente. c ¶ Suggestio. d ¶ Id est, dentium, vel prædicatorum, vel cogitationum.

na sum. Foris interficit gladius: & domi mors similis est. Sin. 9 10

B *Vocaui amicos meos Aegyptios*, quorum Iudæi freti sunt amicitia & auxilio. *Sed ipsi deceperunt me*: quia in tempore primæ & vltimæ captiuitatis nullum auxilium præbuerunt: vnde Isaias, *Erit terra Iuda Aegypto in die vastitatis eorum in formidine, &c.* Iure autem decepti sunt, qui magis in Ægypto, quàm in Deo sperauerunt. *Sacerdotes mei & senes, &c.* hæc sub Romanis accidisse nulli dubium est.

Iudæi in Ægyptiis confidētes ab eis proditi sunt. Isa.19.c.

Vocaui amicos meos. Dulces carnis affectus, sed & ipsi animam sibi intentam decipiunt. Et quia in ea regale periit sacerdotium, & senile maturitatis consilium, vanis illecta desideriis laborat ad refocillandam concupiscentiam carnis. Ægyptus vane auxiliatur: Quia mundus transit & concupiscentia eius, qui est baculus arundineus, qui super se nitenti perforat manus.

Moraliter. Nulla solida est in carne delectatio. 1.Io.2.c.

Allego. *Vocaui amicos meos.* Ecclesia sæpe amicos vocat quos in fide socios putat, sed ipsi decipiunt, qui fidem corrumpunt, aut intus latendo, aut in hæresim apertam prorumpendo. Mali quoque catholici in potestatibus constituti, in quibus ecclesia sæpe confidit quasi amicis, sæpe decipiunt eam: quodque peius est, tunc crudelius sæuiunt, cum sacerdotes & senes fame verbi Dei consumpti sunt, qui sequentes lucra carnalis vitæ, magis quærunt cibum animalis vitæ, quàm cælestem de Salomonis ferculo, vel euangelico prandio, C vel sapientiæ conuiuio, ad quod omnium vocatio in *Coph* littera designatur.

De deceptoribus qui Ecclesiam fallunt & persequuntur.

Historicè. b *Vide domine.* Quintus decimus conquestionis locus vel potius quintus: quia singula exponit iudici incommoda, vt quasi res ipsas videat, & non modo audiat. Sed ad misericordiam descendat.

Vide domine quoniam. PASCHASIVS. Aliquando Ierusalem pudore confunditur: aliquando de Misericordia præsumens subleuatur, vnde ait, *Vide domine quoniam tribulor*, vt pium iudicem cru-

Venter enim mentem significat, quia sicut in ventre cibi concipiuntur & proles, sic in mente cogitationes. Fidelis enim anima tentationibus fatigata, intus & foris tentationibus attritam se deplorat, foris persecutionibus, intus doloribus. Cum enim flagellis exterius atterimur, intus carnis suggestionibus fatigamur: vnde addit, *Foris interficit gladius, & domi mors similis est*, pro amaritudine tribulationis.

Anima in terioribus & exterioribus tentationibus vexata.

Vide do. Res, capitis, interpretatur. Conturbatio enim ventris, vel subuersio cordis, est gemitus mentis, quæ in capite designatur. Iure ergo conturbatio capitis dicitur, dum ecclesia suorum casibus amaritudine repletur, quæ dolorem & tribulationem suam quotidie clementissimo exponit iudici. Venter omnium escarum receptaculum est, in quo excoquuntur: Per quem isti intelliguntur, qui panem, qui de cælo descendit, intus ruminare & recondere non omittunt, sicut munda animalia hunc cibum recipiunt per fidem, decoquunt per charitatem & legis Dei meditationem, vnde Isaias, *A timore tuo domine concepimus & peperimus spiritum salutis.* Hunc ventrem ecclesia conturbatum lamentatur, cum variis tentationibus alliditur, & intus atque foris grauatur. *Subuersum est cor meum*: quia F scilicet super cor suum non posuit Dei signaculum, vnde, *Pone me vt signaculum super cor tuum.* Si enim signata fuisset, hostis eam non subuertisset. Feritur ergo *foris* gladio persecutorum, *intus* doctrina hæreticorum aut improbitate morum, quæ felle amariora sunt.

Allegoricè. Cor non attendens verbo Dei. Isa.26.c. Can.8.b.

GREGOR. lib.4. moral. cap. 24. *Foris gladius interficit*, cum nos exterius feriens vindicta confligit: *Sed domi mors similis est*, quia & flagella quidem sustinuit, & tamen intus conscientia à tentationis sordibus munda non est. Hinc Dauid ait, *Fiant tamquam puluis ante faciem venti, & Angelus domini affligens eos.*

Au-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vocaui amicos meos. *id est, Aegyptios mihi confœderatos,*

2 Et ipsi deceperunt me, *quia rebellaui Chaldæis ex eorum confidentia & ipsi non tulerunt mihi auxilium in mea miseria.*

3 Sacerdotes mei & senes mei, *id est, iudices ordinarij.*

4 In vrbe, *scilicet Ierusalem.*

5 Consumpti sunt. *s. fame, & multo plus alij, qui non habebantur in tanta auctoritate.*

6 Vide domine quoniam tribulor, *in mente.*

7 Con-

7 Conturbatus est venter meus, &c. *ex redundantia mentis ad corpus.*

8 Subuersum est cor meum, *id est, sensus meus absorptus est præ nimio dolore.*

9 Foris interficit gladius, *Et loquitur pro tempore obsidionis, quo interficiebantur omnes qui extra Ierusalem inueniebantur.*

10 Et domi. *id est, intra ciuitatem.*

11 Mors similis est, *quia aliqui moriebantur fame, aliqui gladio, & aliqui lapidibus proiectis per machinas ab extra.*

1 Au-

MORALITER.

1 *Vocaui amicos meos Aegy.* id est, alios Christianos,

2 *Et ipsi de. me.* nam ex auxilij promissione Saraceni grauius egerunt erga me.

3 *Sacerdo.* id est, illi qui fuerunt obsessi. Et quoniam hæc est materia doloris, exclamat dicens,

6 *Vide do.* Et subditur causa cum dicitur,

7 *Contur. est ven. me.* Venter ecclesiæ sunt prælati & alij diuites in ecclesia Dei, quia sicut venter recipit cibum pro se & pro aliis membris, nam inde mittitur ad membra cetera nutrimentum: sic ipsis data sunt bona temporalia pro se & pauperibus, qui sunt ecclesiæ membra; sed iste venter conturbatus est torsionibus: nam illa bona retorquent ad sumptus pompaticos faciendum, vel ad amicos suos carnales indebite promouendum.

Prælati & alij ditiores qui male vtuntur bonis temporalibus.

8 *Subuer. est cor.* Cor illud possunt dici religiosi, quia sicut cor est latum

latum superius & strictum inferius: sic religiosi debent per amorem cælestium superius dilatari & inferius circa terrenorum appetitum quantum bono modo fieri potest, restringi, dicentes cum Paulo in epist. 1. Timoth. vj. b. *Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus.* Sed cor illud est subuersum, quia multi sunt circa diuina multum restricti, & circa curam temporalium dilatati. Bernard. super Missus est: *Videas plerosque post aggressam Christi militiam rursus sæcularibus implicari negotiis, rursus cupiditatibus terrenis immergi cum magna cura erigere muros, & negligere mores, sub prætextu quoque communis vtilitatis verba vendere, diuitibus & matronis salutationes*: ex quibus sequitur bene considerantibus amaritudinis plenitudo, propter quod subditur,

Monachi terrenis studentes.

9 *Foris interfi. gla.* scil. infidelium ab extra Christianos persequentium.

10 *Et do. mors.* id est, intra ecclesiam per guerras Christianorum.

a *Audierunt*. Secundus locus indignationis: Ostendit enim ad quem res ista præcipue pertineat. i. ad ipsum Deum: quem hostes in suis despiciunt, vnde, *ingrediatur omne malum*, &c.

Historice.

Hostes Iudæis insultant.

Audierunt. PASCHASIVS. Gentes Ierusalem circumfusas captiuitatibus eius insultasse, non est qui ambigat. Destitutam enim Dei auxilio gaudebant, cui inter tot procellas resistenti inuidebant. *Quoniam tu fecisti*, Dei iudicio imputat, à quo omnia ordinari non ignorat. *Adduxisti diem consolationis*. Verba prophetæ sunt, qui consolationem futuram (quia certissimè præuidit) quasi præteritam annuntiauit in consolationem captiuati populi. Rhethoricorum more loquitur, qui sibi iudicem conciliant, & in aduersarios incitant.

a ¶ Inimici. b ¶ Absente sponso. c ¶ Fugato spiritu.

a [21] Audierunt quia ingemisco ego: & non est qui consoletur [1]

a ¶ Dæmones, vel hæretici, vel mali catholici. ¶ Afflictionem.

me. Omnes inimici mei audierunt malum meũ: lætati sunt, [2] [3] [4]

a ¶ Iusto iudicio permisisti. b ¶ Id est, adduces. c ¶ Iudicij. d ¶ Meæ, non illorum.

quoniam tu fecisti. Adduxisti diem consolationis, & fient [5] [6] [7]

a ¶ Captiui afflicti. b ¶ Signa. c ¶ Quod videris nescire.

b similes mei. TAV. [22] Ingrediatur omne malum eorum coram [8] †

¶ Futuris bonis. a ¶ Præsentibus. b ¶ Per eos.

te: & vindemia eos, sicut vindemiasti me propter iniqui- [9]

a ¶ Iuste scilicet. b ¶ Quia multi excessus.

tates meas. Multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens. [10]

Moraliter.

B

Idem faciunt modo Ecclesiæ Christi hostes eius.

Audierunt. Deplorat anima, quando audierunt inimici mala quæ tolerat, non est qui consoletur eam. Anxiatæ animæ doloris est augmentum, quia in quo sperat, differt auxilium. Hoc quoque ineffabiliter dolet, quòd irrident hostes inuisibiles qui prius blandiebantur. Conscientia autem grauius insultando accusat, & vitia quæ prius videbantur dulcia, patescunt amara. quæ autem ante videbantur amici qui debuerant compati, si fortè nostra scelera sciunt, irrident quasi inimici, vnde Dauid: *Qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum*. Sed habet anima dentes, id est, virtutes, cogitationes, quæ prospera & aduersa norunt diuidere, & consolantem spiritum requirere, & in Dei misericordia sperare: vnde addit, *Adduxisti diem consola*. Scit enim fortis anima post angustias pœnitentibus veniam dari, & insultantibus supplicia retribui.

Psal. 70. b.

Allegorice.

Audierunt. Deplorat ecclesia sua & suorum mala: vnde præponitur *Sin* littera, quæ *dentium* sonat. Hic est dentium fletus, de quibus in Canticis legitur, *Dentes tui sicut greges tonsarum*, &c. Hi sunt qui non lacte infantiæ indigent, sed manducant solidum panem, vnde Petro dictum est, *Macta & manduca*. Quasi dicat. Non solum panem tibi ad manducandum præposui, sed & reptilia. Tales enim doctrinæ acumine sciunt vitium mactare & reptilia in corpus Christi traiicere. Dentium autem diuersum est officium: Alij diuidunt, alij minuunt, alij voces formant. Sic dentes mystici, Alij sunt vt *greges tonsarum*, qui vetustate spoliati, fœtibus suis lac doctrinæ & indumenta virtutum ministrant. Alij *lacte candidiores*, pulchritudine officij sui decorati ad subtilitatem summam verbum ministrant, vnde Apostolus: *Perfectorum est solidus cibus, qui exercitatos habent sensus. Audierunt quia ingemisco*. Audiunt inimici sponsam plorantem, quæ sentit sponsum absentem, qui etsi semper adest per maiestatem, patitur tamen sponsam tentationibus concuti, vt semper solicita sit & timida, ne corruptoris suggestionem suscipiat. *Audierunt quia ingemisco ego*. quod semper optauerunt, quod numquam suspicati sunt. *Non est qui cons. me*, quia in libro Sapientiæ, *spiritus disciplinæ effugiet fictum*, & quotidie multiplicatur malum meum. Dæmones sunt ecclesiæ inimici, & hæretici, & falsi Christiani. *Quo. tu fecisti*, &c. Vnde: *Ego dominus faciens pacem & creans malum*, id est, iusto iudicio permittens. *Adduxisti diem consolationis*: hoc magis ecclesiæ congruit, quia post vltimam captiuitatem nulla consolatio restat Iudæis: in die iudicij reddet dominus consolationem bonis, & supplicia malis.

Cant. 4. b.

Act. 10. b.
Doctorum charismata maiora minorave.

C

Hebr. 5. d.

Plaudunt dæmones dum Ecclesiam à sponso quasi derelinqui sentiunt.

Sap. 1.

Isa. 23.

D

b *Ingrediatur malum*. PASCHASIVS. *Tau*, *signa* interpretatur pluraliter, quia hoc signo monstratur illud, ad quod multa significantia referuntur: vnde in Ezechiele, *Signa Tau in frontibus virorum gementium*, &c. In hoc crux Christi signatur sicut ipsius figura testatur, & sicut apud Græcos, ω, vltima est littera, sic apud Heb. Tau. Vnde dominus ait: *Ego sum alpha & ω, initium & finis*. Similiter ergo Tau significat crucem, qua frontes signãtur, ne ab interfectoribus interficiantur. *Tau* namque signum crucis est, imò penè ipsa crux. In frontibus dolentium positum est, sed tunc erat signum futuræ crucis, nunc ipsa crux. Præterea *Tau* finis est Hebraicarum litterarũ, quæ totidẽ sunt, quot libri ve. te. quorũ ipsa signa sunt. Sicut enim Tau est finis omnium elemẽtorum, sic eorum librorum crux Christi, qui est *finis legis ad iustitiam*: & omnia illa librorum signa dominicæ incarnationis & nostræ redemptionis sunt sacramenta, ideo *Tau* iure interpretatur *signa*, vt per eadem signa, hoc vnum annuntietur, in quo omnia referuntur signa: Necnon signa lamentationum, in quibus concurrunt signa iudiciorum Dei. Dignus est finis, vt gementibus & dolentibus (in quorum frontibus crux Christi signatur) merces laborum à domino compensetur, & his qui tribulauerint eos, nec operis tanti signa voluerunt agnoscere, digna vltio retribuatur. Hinc est quod dicitur, *ingrediatur omne malum*. & ad litteram sic factum est. Lege prophetas, & omnia completa inuenies.

Histo.

Ezech. 9. b.

Tau littera crucẽ Christi signat.

Apoc. 11. b.

Ezech. 9. b.

E

Christus legis finis.

Ingrediatur. Anima in conspectu Dei expansa, rogat: *Ingrediatur omne ma*. quod scilicet foris intusque ingerunt. *Ingrediatur coram te*, vt euadam tuo auxilio, qui in me non confido. *Vindemia eos* ab omnibus fraudibus suis, ne fructum meum auferant mihi. *Sicut vindemiasti me*, cùm tu iratus dona tua subtraxisti propter iniquitates meas: quare, *Iustus es domine, & rectum iudicium tuum*. Et hæc sunt signa propter quæ omnia signorum facta sunt miracula, vnde, *Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant à facie arcus, & liberentur dilecti tui*. Qui autem noluerunt præcauere, incurrent ea quæ minantur scripturæ, vnde, *Excita furorem & effunde iram: festina tempus, & memento finis*. Quasi dicat, Ne semper affligantur sancti, recipiat vnusquisque quod gessit, & immuta mirabilia, pro significantibus significata. Ideo in fine huius lamentationis *Tau* litteram, id est, signa prænotauit, & versibus lachrymabilibus futura prophetando compleuit.

Moraliter.

Ecclesia orans de suis hostes præualeant.

Psal. 118. a.

Psal. 59. a.

F

Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos sicut vindemiasti me propter, &c. PASCHASIVS. Quasi dicat. *Quare domine non vindicas sanguinem nostrum*? Et alibi: *vindica domine sanguinem seruorum tuorum qui effusus est*. Et, *Vindemia eos*, hoc in iudicio complebitur, quando mali recipient quod merentur. Sed impij hic auferunt temporalia, in futuro amittent æterna. Et sicut sanctos Deo permittente oppresserunt, ita Deo opprimente æternas pœnas sustinebunt, quod timens ecclesia adiungit: *Multi enim gemitus mei*.

Allego.

Apoc. 6. c.
Psal. 78. c.

Impiorum supplicia.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Audierunt. *s. Chaldæi me obsidentes*,

2 Quia ingemi. *præ fame & aliis miseriis*.

3 Et non est qui consoletur me, *veniendo ad auxilium mihi*.

4 Omnes inimici mei, *qui erant in exercitu Chaldæorum*.

5 Audierunt malum meum, &c. *tale & tantum, quod non possum vltra resistere*.

6 Lætati sunt. *Obsidentes enim ciuitatem aliquam multùm gaudent, quando audiunt, quòd illi qui sunt intra, non possunt tenere ciuitatem*.

7 Quoniam tu fe. *q. d. hoc non accidit Chaldæorum virtute, sed ex punitione tua iustitiæ*.

8 Adduxisti, *id est, adduces. Loquitur enim de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ, videbat enim propheta futuram Babylonis destructionem ad Iudæorum consolationem, quia per hoc habuerunt licentiam redeundi primo anno Cyri*.

9 Ingrediatur omne ma. *vt puniatur*.

10 Et vindemia eos sicut vindemiasti, &c. *destruendo muros eorum & bona rapiendo, & hoc dicit propheta non zelo vindictæ, sed diuinæ iustitiæ*.

MORALITER.

† 1 *Audierunt quia ingemisco, &c.* & sequitur: *Et lætæ sunt*, nam fidelium ad inuicem conturbatio, est infidelium exultatio.

8 *Adduxisti*. *s. fidelibus in tua præsentia*, quia dicitur à doctoribus, quòd secta Mahumeti sicut à gladio incepit, sic est per gladium terminanda, ideo subditur,

Qualẽ finẽ habebit & etiam habitura sit lex Mahumeti.

† *Et si. si. mei*. Quæ patent ex dictis.

ADDITIO.

Incipiunt additiones Pauli Burgen. super librum Thren. Ieremi.

In cap. j. vbi dicitur in postilla. Quomodo sedet.

Commēdat Petri Aureoli expositionem in Threnos. Licet liber iste competenter exponatur ad planum litteræ sensum à postil. tamen magister Petrus Aureoli notabilius videtur illum exponere in quodam compendio sacræ scripturæ: & quia illud compendium non habetur communiter: ideo de hoc me non expedio, remittendo ad ipsum, sed suam expositionem interposui inter additiones, licet non eam ponendo omnino sub propriis verbis, sed quandoque aliquid modicum mutando, addendo seu diminuendo, prout visum fuit. Et notandum, quod in hac expositione non proceditur ad singula verba litteræ exponenda, sed solum ad principale intentum cuiuslibet versus: relictis aliis industriæ studentis: Tum quia liber iste metricè procedit, vt postil. dicit, & communiter tenetur, In processu autem metrico non singula verba sunt ponderanda, sæpe enim eadem replicat auctor, vel alia introducit, prout metrico modo congruit: sed illa tantum exponenda, quæ principaliter intenduntur; Tum quia illa quæ in hac expositione relinquuntur, possunt haberi ex postilla suo modo, prout ad propositum pertinet, exponenda. Primo ergo secundum prædictum doct. lib. iste in quinque partes diuiditur, In quarum prima propheta principaliter lamentatur destructionem ciuitatis Ierusalem: quæ erat pars regni, quæ quidem pars continetur in primo c. alphabetico, quod incipit, Quomodo sedet, &c. In secunda lamentatur principaliter destructionem totius populi Israelis, & totius regni, quæ incipit in secundo c. Quomodo obtexit. In tertia verò more prophetico conuertit se ad Christum, & lamentatur de seipso, quasi induens personam Christi, qua ratione autem hoc sit hic introductum dicetur in prin. tertiæ partis, quæ incipit tertio c. ibi: Ego vir videns. In quarta autem parte lamentatur principaliter de destructione sanctuarij & templi, quæ incipit in iiij. c. ibi. Quomodo obscuratum est aurum. In quinta autem parte fundit orationem imploratiuam ad diuinam misericordiam prouocandam, quæ incipit in v. c. ibi: Recordare domine. Primum ergo c. quod principaliter refertur ad ciuitatem Ierusalem, quæ erat caput regni, diuiditur in duas partes principales. Primo namque propheta principaliter admirando lamentatur destructionem Ierusalem, quasi loquens ad seipsum; Secundo verò ipsamet ciuitas lamentatur seipsam, quasi prouocando alios ad compatiendum sibi. Secunda incipit in xij. versu: vbi dicitur. O vos omnes qui tran. per viam, &c. Prima pars continet xj. versus secundum xj. excellentias ciuitatis Ierusalem: super quarum amissione Ieremias desolabiliter eam lamentatur. Excessit namque ciuitas Ierusalem alias in auctoritate, quia multis ciuitatibus & terris dominabatur, saltem tempore Dauid & Salomonis, quod deplorat in primo vers. dicens: Quomodo sedet, &c. & sequitur: Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Excessit etiam in lætitia & iucunditate, maximè tempore prædictorum regum, quod deplorat in secundo versi. di. Plorans plorauit, &c. & sequitur: Non est qui consoletur eam. Tertio excessit in securitate, vt de aliis terris ad eam conuenirent propter securitatem: quæ excellentia videtur sequi ad prædictas duas, quæ quidem excellentia deploratur in tertio versu, vbi dicitur. Migrauit Iudas propter afflictionem. & sequitur: Omnes persecutores eius apprehenderunt eam. Excessit quarto in solemnitatibus & celebritatibus diuinis, quia ter in anno debebat populus conuenire in Ierusalem ad celebranda diuina festa, quod deplorat in quarto versi. di. Viæ Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem. Excessit quinto in pace & tranquillitate, quia licet tantus populus ibi concurreret, præsertim in prædictis festis, tamen erat inter eos tranquillitas pacifica, vt patet tempore Salomonis, quod deplorat in quinto vers. di. Facti sunt hostes eius in capite. Excessit sexto in fortitudine militum & probitate, vt patuit præsertim tempore Dauid, quod ad magnum decorem politiæ pertinet. Decet enim secundum legistas, imperatoriam maiestatem esse decoratam, quod deplorat in sexto vers. di. Egressus est à filia Sion omnis decor eius, facti sunt principes eius velut arietes, &c. & sequitur: Et abierunt absque fortitudine. Excessit septimo in multiplici prosperitate & diuitiarum copiositate. Erat enim tempore Salomonis copia auri & argenti quasi ferri, vt patet in iij. Reg. quod deplorat in septimo vers. di. Et recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ. In Hebr. habetur. Dierum paupertatis suæ, & sequitur, Et omnium desiderabilium suorum, &c. Excessit octauo in laudis præconio & famositate, nominabatur enim in cunctis regnis, ita vt regina Saba veniret de finibus terræ audire sapientiam Salomonis, quod deplorat in octauo vers. dic. Peccatum peccauit Ierusalem, & sequitur: Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt eam. Excessit nono in pulchritudine & formositate, erat enim pulcherrime ædificata: quod deplorat in nono vers. di. Sordes eius in pedibus eius. & sequitur: Deposita est vehementer. id est, deformata. Excessit decimo in ceremoniarū sanctitate, ita vt non permitteretur aliquis Gentilis ingredi * infra templum, quod deplorat in decimo vers. di. Manum suam misit hostis. & sequitur: Vidit gentes ingressas in sanctuarium suum, de quibus præceperas, non intrare in ecclesiam tuam. Excessit vndecimo in copia panis & saturitate, prout in multis locis sacræ scripturæ illa terra commendatur, quod deplorat in vndecimo vers. di. Omnis populus eius gemens, & quærēs panem. Deinde incipit secunda pars principalis lamentationis huius primi cap. in qua postquam propheta lamentatus est ciuitatem destructam, introducit ciuitatem lamentantem seipsam, & incipit duodecimo in vers. sequen. ibi: O vos omnes, &c. Ibi enim loquitur ciuitas inuocans alios ad sibi compatiendum: Quæ pars diuiditur in quatuor partes principales. Primo namque lamentatur immensitatem suæ miseriæ, & hoc in quatuor primis versiculis sub similitudine quatuor modorum hominum, qui consueuerunt omnia spoliare. Dicit enim in primo versiculo, dominum se habuisse ad ipsam instar vindemiatoris, qui nihil in vinea relinquit, de quo dicit, O vos omnes qui transitis, &c. & sequitur: Quoniam vindemiauit me, vt locutus est dominus. In secundo dicit Deum se habuisse ad ipsam ad instar incendiarij & venatoris, Incēdiarius enim consueuit totum comburere, & venator quicquid capit in reti, mactare seu occidere: & de hoc dicit in sequenti versu: De excelso misit ignem in ossibus meis: & sic incendiarius; Expandit rete pedibus meis, & sic venator. In tertio dicit Deum se habuisse ad ipsam ad instar ligantis captum per manum & collum, sic quod nullo modo posit euadere. de quo dicit in sequenti versu, Vigilauit iugum iniquitatum mearum, in manus eius conuolutæ sunt & impositæ collo meo. & sequitur: Dedit me dominus in manu de qua non potero surgere. In quarto dicit Deum se habuisse ad ipsam ad modum calcantis in torculari, qui nullum humorem relinquit in vua, de quo dicit in sequenti versiculo, Abstulit omnes magnificos meos dominus, &c. Torcular calcauit dominus, &c. & sic sub quatuor metaphoris prædictis lamentata est sua miseria magnitudinem. In secunda verò parte lamentatur super implacabilitate diuinæ iracundiæ, & hoc in duobus versiculis. In primo namque ostendit, quod ipsa non potest Deum placare lachrymis oculorum dicens, Idcirco ergo plorans & oculus meus deducens aquas, &c. In secundo vero ostendit, quod non potest Deum placare gestibus manuum, aut signis deuotionis quorumcumque dicens, Expandit manus suas Sion, & non est qui consoletur eam; & sic lamentatur super implacabilitate diuinæ iracundiæ, cum tamen consueuisset alias sibi Deum placabilem inuenire, prout patet in multis sacræ scripturæ locis. In tertia verò parte lamentando profitetur istud prouenire ex rectitudine diuinæ iustitiæ, de quo dicit, Iustus est dominus: quia os eius ad iracundiam prouocaui, & durat pars ista per tres versiculos. In primo enim profitetur Deum non fuisse iniustum in captiuitate quam inflixit Iudæis à Ierusalem exeuntibus, de quo dicit: Iuuenes mei & virgines meæ abierunt in captiuitatem. In secundo profitetur, quod Deus non fuit iniustus in fame quam inflixit remanentibus, de quo dicit: Vocaui amicos meos, &c. Sacerdotes mei & senes mei in vrbe consumpti sunt, &c. In tertio profitetur, quod nec fuit iniustus in morte & gladio, quem inflixit omnibus tam istis quàm illis, de quo dicit, Vide domine quoniam tribulor, & sequitur: Foris interficit gladius & domi mors. In quarta vero parte & vltima lamentando præstolatur dulcorem diuinæ clementiæ & remedium consolationis futuræ, & continetur pars illa in duobus versiculis vltimis. In primo namque aperit inimicorum incompassionem respectu sui, & prænuntiat sibi diuinam consolationem ex aduersariorum afflictione futura, de quo dicit, Audierunt quia ingemisco, &c. & sequitur: Adduxisti, id est, adduces diem consolationis, & fient similes mihi. In secundo vero petit futuram punitionem super inimicos ex demeritis eorum ad suam futuram consolationem, de quo dicit, Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos sicut vindemiasti me.

CAP.

Marginalia: Metrica quomodo sint exponenda. — Diuisio, explicans quid in vnoquoque cap. Threnorum agatur. — Diuisio. — Excellentiæ 11. ciuitatis Ierusalem. — Auctoritas. — Iucunditas. — Securitas. — Celebritas. — Pax. — Fortitudo. — Diuitiæ. — Fama. — Pulchritudo. — Sanctitas. * intra — Victus lautitia. — Ciuitas plagit seipsam de immensitate suæ miseriæ. — 2 & de implacabilitate diuinæ iracundiæ. — 3 Profitetur Ierusalē suā punitionem prouenire ex rectitudine diuinæ iustitiæ. — 4 Præstolatur diuinā clementiam.

CAPVT II.

A a **Q**Vomodo obtexit. PASCHASIVS. Prioribus singulis sapphici metri, clausulis ternorum versuum, singulas cum interpretationibus suis litteras reddidi; non quod propheta elegantiæ sæculari aut metro ludere studuerit: sed sponte singularis sapientia seruit diuinæ. Sed quia xxij. sunt Hebraica elementa, quibus omne quod dicitur, initiatur & finitur: placuit totidem initia versuum elementis eisdē exordiri, vt & poëtica deseruiret disciplina, & diuina fulgerent mysteria. Quia verò longum est singulis clausulis singulas litteras cum interpretationibus suis inserere & exponere, decreui earum connexiones in principio secundi alphabeti annotare; & lectoris arbitrio reliqui, quomodo singularum litterarum intelligentia reddat versibus suis. Est autem prima connexio quatuor litterarum, *Aleph, Beth, Gimel, Daleth*, hoc est, *doctrina, domus plenitudo, tabularum*: quarum si duæ iungantur extremæ conficient *doctrinam tabularum*, in quibus scilicet, lex Dei digito scripta est, & *plenitudo domus est*. Ex doctrina librorum aut tabularum plenitudo domus Dei efficitur. Sin autem *Gimel & Daleth* iunxeris, erit sensus quod *plenitudo tabularum*, id est, scripturarum, est *doctrina domus*. s. Dei. Quia verò domus Salomonis intrinsecus tabulata legitur, per *tabulas* possumus eos interpretari, quorum latitudine charitatis domus eminentiora coniuncta ornantur, quorum doctrina est plenitudo totius domus, quæ de fonte timoris Dei nascitur, vt ad culmen sapientiæ Dei perueniatur, vnde, *A timore tuo domine concepimus & peperimus spiritum salutis*. Secunda connexio est *He, Vau, Zai, Heth*, hoc est, *ista & hæc vita*. Harum si duas extremitates iungas & duas medias, exibit talis intelligentia. *Et hæc*, quæ præmisimus. s. in ista vita, necessaria sunt, scripturarum. s. scientia per quam Christus agnoscitur in hac vita & præparatur sempiterna. *Hic est liber in quo continentur lamentationes & carmen & væ*. lamentari enim oportet pro peccatis & pro dilatione boni, vt tandem Deo læti carmina canamus, ne væ perpetuum incurramus: & in præsentiam *ista est vita* eorum, qui de infantia ablactantur in virum perfectum. Tertia connexio est *Teth, Iod*, quod est *principium bonum*: in quo cum doctrina à timore Dei concipimus lamentandi instituta, donec perueniamus ad spiritum salutis: vnde, *Beati qui lugent quoniam ipsi conso.* Sic ad cælestis vitæ cantica peruenitur, si bonum principium præponatur, vnde, *Tunc absterDeus omnem la. &c.* Sequitur inter septem (Septē sunt connexiones) media connexio *Caph, Lamed*. i. *manus cordis vel disciplinæ. Manus*, vt extendatur ad opera charitatis: *Cordis*, luctus subaudis: vel meditatio disciplinæ, vt omnia mūda sint nobis: quod quinta litterarum ostendit pericopa, quæ est *Mem, Nun, Samech*: hoc est *ex ipsis sempiternum adiutorium*: quod sic planum est, vt expositione non egeat: ex duobus enim mediis tam superiora complectuntur, quam inferiora remunerantur. Vnde sexta connexio sequitur, *Ain, Phe, Sade*, quod est *fons vel oculus, oris, iustitiæ*: quia ex gemitu cordis emanat fons pietatis, & oculus illuminatur quo Deus videatur, vnde: *Beati mundo corde quo. ipsi. d. vi.* Ex manu autem & oris eloquio diuitiæ iustitiæ conduntur in cælo, vnde, Diuitias cælo condidit ore manu; quæ diuitiæ perfectæ vitæ iustitiæ intelliguntur, vnde, *Iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Sequitur extrema & septima connexio, *Coph, Res, Sin, Tau*, quod est interpretatum, *vocatio, capitis, dentium, dentium signa*. Per dentes, vox articulata intelligitur, quia elemēta quæ D præmissa sunt, signa sunt omnium vocum sanctarum scripturarum, & *vocatio capitis*, id est, Christi, per quem venitur ad patrem; nec dubium, quin spiritus sanctus mystice in septenario hos posuit intellectus, vnde melius ad vtrosque ternarios aptè refertur.

Marginalia (left): Histo. — Litteræ Hebraicæ versibus præfixæ. — 1 Connexio. — B — Subtilem adfert Alphabeti Hebraici interpretationem. — Vita præsens & futura. — Isa. 26. c. — 2 — Ezech. 2. d. — 3 C — Matt. 5. a. — 4 — Apoc. 21. a. — 5 — 6 — Matt. 5. a. — Psal. 111. b. — 7

CAP. II. ALEPH.

a ¶ Exclamatio admirationis & doloris plena. ¶ Quasi, non conueniunt hæc.
b ¶ Subito. c ¶ Erroris, peccati & ignorantiæ.

a **Q**Vomodo obtexit caliginē in furore suo 1
a ¶ Quam tantum diligebat. b ¶ De cælesti conuersatione.
dn̄s filiam Sion: proiecit de cælo in ter- 2 3
a ¶ Bonam prius, quæ afferebat fructum euangelicum: & contemplatione videbat Deum. b ¶ Qui diu desertam patitur esse.
rām inclytam Israël, & non est recordatus 4 5
a ¶ Anima iusti sedes est Dei. b ¶ Qui solebat exaltare.
b scabelli pedum suorū in die furoris sui. BETH. Præcipitauit 6 7

Quomodo ob. PASCHASIVS. Notandum est quod tribus sapphici metri alphabetis vnum principium est, vnaque exclamatio, plena doloris, admirationis, & stuporis. Vnde notandum quanto charitate affectu, quanta charitate sancti patres causas omnium suas faciunt: & quantis lachrymis alienos risus abluunt, vnde Ieremias toties ponit lachrymabile principium, *quomodo sedet, quomodo obtexit, quomodo obscuratum est*; quasi tam improuisè, tam insperatè quam sibi ex omnibus gentibus elegerat & glorificauerat, obtexit caligine. Est caligo bona, de qua dicitur, *Moyses accessit ad caliginem in qua erat Deus*. Et alibi: *Caligo sub pedibus eius*: Sed Sion caligine turbinis & mœroris tegitur, & proiicitur de cælo, de altitudine gloriæ, de solio regni, de tutela Dei. Et quia *diem* domini noluit obseruare, quē *vidit Abraham & gauisus est*, impegit in *diē furoris* domini.

Quomodo ob. Anima lumen scientiæ & speculum diuinæ contemplationis habuit, & nomen eius antequam peccaret, in cælo scriptū fuit: sed peccato deiecta in terram prostituitur, & vitiis inquinatur, & pedes domini, id est, vestigia præceptorum eius dereliquit, cum esset templum in quo habitaret Deus & deambularet; ideo *in die furoris* domini ab hostibus conculcatur, nec dominus *recordatur*. Quia in die domini & in luce stare noluit, tradidit eam. *in die furoris sui*: vnde alibi, *Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea*, in qua scilicet anima de cælo cecidit, & tollens *membra Christi* fecit *membra meretricis*. i. Babylonis. Et ideo dominus non recordatur, sed iniuriam suam vlciscitur.

Quomodo ob. Mystica Sion caligine peccati & erroris & ignorantiæ tegitur, quæ tantis muneribus ante in suo sponso ditabatur. Terram inclytam Israel de cælo proiectam conspicimus, quando cælestibus relictis, ecclesiam terrena sectari videmus, cuius vera cōuersatio in cælis est: sed abiicitur iusto Dei iudicio, nec recordatur dominus scabelli pedum suorum. Quamuis enim fuerit Sion Dei habitatio pulcherrima, angelis ministrātibus, & Dei protectione honorata, multis miraculis & diuinis solatiis educata, vt scabellum Dei propter statum diuini cultus merito diceretur: ecclesia tamen prædicatur gloriosior, vnde Moyses, *Viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cum serenum est*, Hoc est cælum, de quo dictum est, *Cæli enarrant gloriam Dei.*

† THEODORETVS. Hinc clarum est Dauidem scabellum pedum eius, appellasse templum Dei, *Adorate* enim ait, *scabellum pedum eius.* Sine dubio propheta calamitatem similem fecit caligini, & dicit ciuitatem de cælis in terram esse proiectam, eo quod priuata florescente gratia hostibus effecta est captu facilis.

b *Præcipitauit.* PASCHASIVS. Hæc omnia Iudæis accidisse manifestum est, dominus autem hæc omnia olim fecisse dicitur, non quòd Ierusalem peccare compulerit, sed iusto iudicio peccantem punierit, & puniri permiserit speciosa Iacob, famosum templum ceremoniarum cultum, & huiusmodi. Sed iratus dominus omnia *præcipitauit*, vt intelligeres dominum non propter hæc homines,

Marginalia (right): Histo. — Sanctialienapeccata deslent. — E — Caligo in bonum & in malum accipitur. — Exod. 20. d. 3. Reg. 22. b. — Ioan. 8. g. — Moraliter. — Anima in peccatum lapsa. — Iere. 20. d. — Allegorice. — Ecclesia de priori gloria multum excidit. — F — Exod. 24. c. Psal. 18. — Psal. 98. — Histo. — Iudæorum sacra à Chaldæis direpta.

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT II.

QVomodo ob. *Hic consequenter describitur Ieremiæ lamentatio sub secundo alphabeto, & primo lamentatur destructionem ciuitatis & templi, dicens admiratiuè,*

1 Quomodo ob. c. *s. tribulationis maximæ.*

2 In furore suo. *i. in effectu suæ iustitiæ.*

3 Filiam Sion, *id est, Ierusalem, vt expositum est ca. præce.*

4 Proiecit de cælo in ter. *id est, de statu summè honorabili ad summè miserabilem.*

5 Inclytam Israel: *i. Ierusalem, quæ erat metropolis & nobilissima in regno Iuda.*

6 Et non est re. sca. pedum suo. *i. templi quod incenderunt Chaldæi, & dicitur scabellum Dei, quia intra ipsum erat arca testamenti & propitiatorium, quod erat quasi sedes Dei, & arca quasi scabellum illius sedis, sicut dictum fuit plenius, Exo. xxv.*

7 Præcipitauit, *secundum viam iustitiæ suæ.*

MORALITER.

1 *Quomodo ob. &c. fi. Si.* i. ecclesiam. In ecclesia namque cecidit caligo magna pœnæ & ignorantiæ: quia doctores Theologi pro vanis curiosis salutaria dimiserunt.

4 *Proiecit de ca. in ter.* i. de contemplatione cælestium ad occupationem terrestrium, qui sunt pars inclyta populi Christiani, ideo subditur.

6 *Et non est re. s. p. suo.* i. ecclesiæ militantis, quæ dicitur scabellum domini, sicut ecclesia triumphans sedes eius. Isa. lxvj. a. *Cælum mihi sedes est, & terra scabe. pedum meorum.*

7 *Præcipitauit dominus.* permissiuè.

Marginalia: Theologi curiosa sectantes. — Ecclesia militans Scabellum triumphans Sedes Dei dicitur.

4 Pro- Nec † Omnia

m[illegible] propter homines hæc obseruasse. Iudæi autem hæc præ[illegible]riabantur, & sceleribus suis volutabantur. Sciendum tame[illegible] omnia sub Romanis plenius esse completa, nempe, quia fuer[illegible]nia ista legalia, quasi magna quædam prophetia, veniẽte ver[illegible] omnia completa sunt. Ideo præcipitata sunt omnia, destructa, deiecta, prophanata, neque venerunt, vt futura videantur prophetare.

A Romanis penitus exterminata sunt.

a ¶ More suo. ¶ Ornamenta templi. ¶ Virtutes.
b ¶ Iacob dormiens, ascendentes & descendentes angelos vidit. Ideo quia caput, id est, mentem super lapidem, id est Christum, posuit: aliter enim si cessat quis à strepitu mundi angelos non conspicit.
c ¶ Qui construxerat. d ¶ Qui natura miris.

dominus nec pepercit: omnia speciosa Iacob destruxit in furore suo, munitiones uirginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum & principes eius. GIMEL.[3] Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel: auertit retrorsum dexterã suam à facie inimici, & succẽdit in Iacob quasi ignẽ flammæ deuorãtis in gyro. DALETH.[4] Tetẽdit arcũm suum, quasi inimicus,

a ¶ Pastores, doctores. ¶ Virtutes. b ¶ Ecclesiæ vel animæ prius castæ.
c ¶ Qui eleuabat in cælum. d ¶ Qui mundauerat. ¶ Pollutum ostendit.
a ¶ Sacerdotes. ¶ Quos promouerat. ¶ Vel animam quæ Dei erat templum. ¶ Sensus.
b ¶ Qui solidauerat.
a ¶ Regum fortitudinem. ¶ Virtutum. b ¶ Ecclesiæ vel animæ.
c ¶ Vnde: Vt quid auertis manum tuam & de. tuam & tuam. s. t. in finem. d ¶ Defensionem.
a ¶ Diaboli insequentis. b ¶ Iræ, luxuriæ, concupiscentiæ.
a ¶ Iudicium. b ¶ Non ad corrigendum.

Moraliter. *Præcipitauit. Deiecit* dominus *speciosa* animæ, nec parcit, quando fornicatur, cum prauis desideriis relicto amore sponsi, cui dictum erat, *Obliuiscere populum & domum pa. tui. & concu. rex deco. t.* (Psal. 44. c.) *Destruit munitiones*, quando fides infirmatur, nec valet sustinere tentationes quæ inferuntur, quia perdidit speciem & pulchritudinem, quibus delectabatur sponsus: sic destruuntur muri virtutum, qui sustinebant violentiam hostium. *Proiicitur de cælo in terram*, quia connubium casti amoris violauit, & sordibus vitiorum se prostituit, cui recte dicitur, *Terra es, & in terram ibis.* (Gen. 3. d. secundum aliam litteram.) *Polluit regnum & prin. e.* ipsam. s. quæ fuerat Dei templum cum sensibus suis, qui ei male principantur, deiecit in terram, perdidit ergo regnum & principatum ad quod inuncta erat per baptismum.

Deus peccatis adaptat pœnas.

B

Allego. *Præc.* Ad ecclesiam populo peccante hæc iure referuntur, quia si *ramis naturalibus* non pepercit Deus, nec nobis qui *de oleastro* præcisi sumus; & si eorum despexit officia, quãto magis & nostra polluuntur polluta mente & conscientia. Speciosa autem ecclesia est, vnde, *Astitit regina à dextris tuis*, (Psal. 44. c.) Et alibi, *Pulchra es amica mea, &c.* (Cant. 1. d.) Sed multis peccantibus deiecit dominus speciosa eius, quæ olim viriliter luctabatur, & traduntur hostibus. Dei autem *deiicere*, est iusto iudicio vnumquemque in desideria cordis sui permittere, *Destruit* autem, cum gratiæ suæ subtrahit auxilium. *Destruuntur munitiones* ecclesiæ, quando Dei * cultores auxilio Dei nudantur, & voluptatibus deprauantur. Quia vero se destructos & dissipatos minus intelligunt, chorus sanctorum eorum pulchritudinem, & fortitudinem deperiisse deplorat. Est namq; ecclesia Christi *Ierusalẽ, quæ edificatur vt ciuitas*, & sicut *turris Dauid cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* (Cant. 4. b.) Sed cũ muri. i. pastores & doctores destruuntur, hostis ingreditur ciuitatẽ & populatur: vnde sequitur, *Deiec. eam in ter.* cum. s. terrenis actibus & vitiis occupatur. *Nec est qui sustineat eã*, vel doctrinæ verbis, vel operũ exemplis. & ideo diuina vltio sequitur, *polluit reg. & prin. e.* Deus autem illos polluit, cum iuste pollutos ostendit, qui se & alios coram Deo castos exhibere & custodire debuerunt & immaculatos: qui facti erant regale sacerdotium, vnde, *culpa sacerdotum ruina est populi.*

C

* custodes

Quomodo Deus permittat destrui Ecclesiæ præsidia, & introitum vastatores.

Histor. a *Confregit.* PASCHASIVS. In ira furoris *cornu Israel confregit*, cum regnum Iudæorum destruxit. *Retrorsum dexteram suam auertit*, cum defensionem vrgentibus inimicis subtraxit: & terram eorum in manus inimici tradidit, cum sæuitia hostium quasi flamma vorans omnia consumpsit.

Moraliter. *Confre.* Anima cornua sua habere perhibetur, de quibus dicitur, *Omnia cornua peccatorum confrin. & ex cor. iusti.* (Psal. 74. b.) Cornua namq; animarum sunt fortia munimenta virtutum: quibus aduersa quæque repercutit, & quasi fœnum aut puluerem in aerem ventilat & dispergit. Cornua siquidem cum animalibus non nascuntur, inest tamen eis causa nascendi: Nec anima naturæ instinctu virtutibus armatur, sed Dei munere repletur, quamuis ipsa prius habuerit naturaliter concipiendi gratiam, & nutriendi efficaciam; sed & se perdidit & naturæ libertatem, & ideo quæ de peccati origine nascuntur, confringuntur; Cornua alia rore diuinæ gratiæ crescunt, & exaltantur, sed hæc sibi inuicem aduersantur, vnde, *Confregit dominus omnia cornua* carnalis Israel, ne se diutius extollant. Plorat autem Propheta, non quia franguntur, sed quia cum his in furore Dei anima conteritur, de quo dicitur, *Domine, ne in fu. tuo arg. me.* (Psal. 6. a.) Contrahit autem dominus & auertit manum suam à facie inimici, animam insequentis, quia ipsa se prius hostibus exposuit, & adulterum recepit: quia foris egressa cum *Dina*, vt videret filias huius sæculi, à diabolo est deuirginata, & ipsi incorporata est, ideo auertit dominus manum suã, & subtrahit auxilium, quia illa se prius corruptori exposuit. Hac de causa etiam Iudæos in exilium misit, quia erant leprosi non volatili lepra, sed manenti: quod significabat Moyses, manum quæ leprosa fuerat cum extenderet, & munda, cum in sinum reuocaret, vnde Dauid, *Vt quid auer. ma. tu. &c.* (Psal. 73. b.) Manus extensa Iudæos à Deo exisse significabat extensos ad praua opera, & ideo opertos lepra: Reuocati verò clementer, quasi manus in sinum eorum, mundi fiebant. Vnde Dauid cernens irreuocabilem captiuitatem & Dei indignationem, inquit: *Vt quid auer. ma. &c.* quasi dicat. Dum auertis manum tuam, nisi remiseris eam in sinum, ipsi extensi inter gentes immundi erunt & leprosi. Similiter anima quæ de sinu Dei ad sæcularia desideria exierit, contaminata erit. Dominus enim fouet & protegit quos in sinu gestat vel alias obumbrat: eos vero qui exierunt (audi quod sequitur) *Succen. in Ia. q. i. f. d. ing.* Anima enim immundis spiritibus permissa succenditur, vexatur, & concupiscentiarum flammis deuoratur, donec ad sinum reuocetur. Hæc est fornax Babyloniæ, quæ septuplum succenditur, & incendit quoscumque reperit de Chaldæis. (Dan. 3. d.)

D

1 2 3 † 4 5 6 7 † 8 9

Deus non prius à nobis subtrahit suum auxilium, quam nos id demeruimus.

E

Gen. 34.

Misertum est à Deo recedere.

Allegorice. *Confre.* Nostra Ierusalem, quæ est sponsa Dei summi, cum ab eo recesserit & sceleribus seruierit, cornu eius confringitur (quod erexit dominus in domo Dauid pueri sui,) ne possit resistere inimicis. Manum auertit dominus retrorsum à facie inimici, quam extentam tenebat ad defensionem & vltionem: sed prius ipsa auersa est retrorsum. Per *dexteram*, Dei filius intelligitur, Dei virtus & Dei sapientia, (1. Cor. 1. d.) cuius auxilium subtrahitur, cum sponsa amatoribus prostituitur: inde cornu eius confregisse Deum lamentatur propheta, *Succen. in Ia. q. ig. flam. de. in gy.* Cum enim Dei gratia desolatur, & suis viribus eneruatur, accenditur igne libidinis, cuius flammis intus & foris deuoratur.

F

Histor. b *Tetendit.* PASCHAS. Hæc omnia dominũ fecisse constat, quando pugnantibus vel contra Ierusalem Chaldæis vel Romanis iudicia sua expleuit. Ipse enim arcus in manu domini multo ante ad vltionem extensus erat. Sed quia redire noluit Sion, cùm mensura temporis impleta est mensura peccati, vt tandem feriret, Et quia noluerunt esse amici, factus est dominus eis inimicus, iuxta illud: *Cum peruerso peruerteris.* (Psal. 17. d.) *Firmauit dexteram suam quasi ho.* quia & ipsi hostes diuinæ legis erant, vt vel sic addiscerent, *quia non in gladio possederunt terram, nec bra. e. s. e.* Quod quia non intellexerunt, occidit omne pulchrum visu. Occidendi. s. hosti potestatem dedit: Non stillauit, sed effudit quasi ignem in Sion, Quod sub Romanis verius completur, quando tota * Dei indignatio effunditur.

Iudæi à Deo derelicti Chaldæis & Romanis præda fuerunt.

* die

Teten-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nec peper. *ex sua misericordia, eo quod habet semper iustitiã annexam.*
2 Omnia speciosa Iacob. *i. regnum & sacerdotium, ciuitatem templum, & per consequens alias ciuitates & fortalitia.*
3 Polluit regnum, *id est, ostendit pollutum multiplicibus peccatis, ex rigore suæ punitionis.*
4 Confregit in ira furoris sui, *id est, in effectu suæ iustitiæ.*
5 Omne cor. Is. *i. omnem statum dignitatis, & fortitudinem defensionis.*
6 Auertit retror. dexte. suam à facie ini. *Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo referendo ad Deum, eo quod non defendit populum Israel à suis inimicis, & sic auertit dexteram suæ virtutis ab eis. Alio modo referendo ad populum, à quo Deus subtraxit virtutem & industriam se defendendi, & sic auertit dexteram Iudæorum à facie Chaldæorum.*
7 Et suc. &c. *s. per Chaldæos Ierusalem, & terram in circumitu incẽdendo.*
8. Tetendit arcum suum, *id est, varios modos inuadendi ciuitatem per exercitum Chaldæorum. Vel ad litteram,* Arcum, *quia in Chaldæorum exercitu erant multi sagittarij.*
9 Quasi inimicus. *Sicut enim conferendo beneficia ostendit se amicum, ita inferendo pœnas indicatur à simplicibus inimicus: quamuis hoc faciat ad purgationem malorum & exercitium bonorum in virtute patientiæ.*

Occi-

MORALITER.

† 2 *Omnia speciosa Iacob.* id est, scientias & virtutes, quæ contra dæmonum exercitum sunt munitiones.
3 *Polluit regnum*, scilicet, permissiuè tamen.
† *Et principes eius*, qui sunt prælati.
4 *Confregit in ira furoris sui omne cornu.* id est, dignitatem ecclesiasticam & sæcularem, quæ Deo permittente cupiditatis pondere à rectitudine iustitiæ sunt confractæ.
6 *Auer. re.* non reprimendo ipsum ab Inuasione populi Christiani.
7 *Et succendit in Iacob*, permissiue.
† *Ignem*, carnalitatis & auaritiæ.
8 *Teten. ar. su.* qui ferit à longè, ideo signat aspectum impudicum.

† Fir-

Tetendit arcum. Contra delinquentem animam dominus quasi inimicus arcum tetendit, cum eam peccantem ad pœnitentiam non emollit: sed manu extenta post carnalia desideria ire permittit, nec auertit sed occidit, quod pulchrum erat visu, honestatem. s. morum in conscientia eius. Perimere autem dominus dicitur, cum perimi patitur, & tradit eam in passionem ignominiæ & flammam libidinis, vt desideriis suis accensa amatores suos sequatur.

Moraliter. Anima à Deo propter peccata derelicta.

Allegorice. Tetendit arcum. Contra ecclesiam tendit dominus arcum suum quasi inimicus, quia ipsa inimica est, nec vult audire clamãtem vt pœniteat & redeat. Per arcum iudicium intelligitur, quo quisque nunc percutitur, vt corrigatur, aut mitialiter puniatur: aut diu tenditur vt cum peccata consummata fuerint, ad puniendum grauius relaxetur. In arcu diuersæ sunt sagittæ: Aliæ mittuntur ad perimendum veterem hominem cum actibus suis, Aliæ ad flagellandum, aut coronam, aut ad correctionem aut ad pœnam. Illos autem gemit ecclesia & plangit, quos percutit dominus quasi inimicus, aut per diabolum, aut per hæreticos, de quibus dicitur. Peccatores intenderunt arcum, para. sa. su. &c. Huiusmodi enim sagittæ de arcu domini, id est, de iudicio diuino veniunt, vnde, Sagitta domini in me sunt. Et alibi: Sagitta tua infixæ sunt mihi. Quosdam autem non percutit dominus vt corrigantur, quia arcus in furore tenditur, vt corde indurati durius feriantur vnde, Dedisti metuentibus te. s. vt fu. à fa. ar. Firmauit dominus de. su. quasi hostis contra ecclesiam, cum incessanter affligit vt correcta redeat, aut indurata, sua luat supplicia. Occidit pulchra visu, dum pretiosa eius membra perire patitur. Effudit quasi ignem indignationem suam. Vides omnia discordiæ incendiis, & concupiscentiæ flammis cremari. Hæc certius in nobisipsis legimus quàm in scriptura recordamur.

Flagella Dei quæ sanant vel exterminant. Psal. 10. a. Iob 6. a. Psal. 37. a. Psal. 59. a.

¶ Ad percutiendum. a ¶ Pastores, doctores, honestatem morum. a ¶ In corpore vel conscientia. b ¶ Potestatem dando. a ¶ Iræ, concupiscentiæ, & huiusmodi. b ¶ Non vere.

firmauit dexteram suam quasi hostis: & occidit omnẽ quod † [1] pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion: effudit quasi ignem indignationem suam. HE. [5] Factus est dominus velut inimicus, præcipitauit Israël: † Præcipitauit omnia mœ† nia eius, dissipauit munitiones eius: & repleuit [2] in filia Iuda humiliatum & humiliatam. [3] VAV. [6] Et dissipauit [4]

a ¶ Dissipauit. a ¶ Qui sunt ornamenta ecclesiæ. b ¶ Defensiones ecclesiæ, vel dona spiritussancti, in quibus est salus. c ¶ Multiplicauit. a ¶ In vtroque sexu. b ¶ Dissipari permisit.

a Factus est dominus. PASCHASIVS. Hæc omnia Iudæis historialiter euenisse dubium non est. Lachrymosa ergo relatio ad compatiendum commouet, ad lamenta inclinat, quasi Dominus ductor Iudæorum, & custos fuit, quibus quasi amicus amicis loquebatur, factus est inimicus: vnde supra dicitur, Præcipitauit dominus nec pepercit, omnia speciosa Iacob destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, quod ibi dixit in furore suo, hîc dicit quasi inimicus, ibi speciosa, hic mœnia, vt quasi alia diceret. Sed eadem retexens amplius ad lachrymas reuocaret, vt ad noua verba nouas effundas lachrymas, & eadem sæpissime iterans, numquam fastidias; ne forte cum dominus nos per Isaiam vocet ad fletum, ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci; ad gaudium, & ad vanam lætitiam excurras, vnde, Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij.

Histo. Sup. eo. a. Eadem aliis verbis repetita. Eccle. 7. a.

Factus est dominus. Habet anima virtutum mœnia, sicut ciuitas ad ornamentum habet mœnia, Munitiones vt se defendat; ita sunt dona quæ muniunt, alia quæ ornant animam: Similiter & ecclesia, vt prophetiæ dona & genera linguarum, interpretationes sermonum & huiusmodi. Hæc sunt mœnia mentis, quæ si quis non habet, stare tamen per fidem & charitatem & ceteras virtutes potest, sine quibus saluari non potest. Cum de Iudæa prophetiam & doctrinam & miraculorum signa abstulit dominus, mœnia eius præcipitauit. Quando verò spem, fidem, charitatem auferri permisit, munitiones destruxit. In his ergo rectus ordo seruatur, quia cum peccatrix anima relinquitur, prius ab ea dona virtutum quæ data sunt ad manifestationem spiritus auferuntur, deinde fidei, spei, & charitatis fundamenta euertuntur. Hæc omnia perfidis Iudæis dominus abstulit, & gentibus contulit: vnde, Auferetur à vobis regnum Dei, &c. Sed cùm his anima expoliatur, fit ei dominus, sicut Iudæis, inimicus; & qui dicebat, Inimicis tuis ero inimicus, & affl. tuis af. ipse inimicatur & affligit; vnde, Repletur in ea humiliatus & humiliata, id est, sensus & cogitatio immunda, vt intus & foris cõtumeliis agatur, donec confusa ad pœnitentiam reuertatur.

Moraliter. Charismata ornantia vel munientia animam vel Ecclesiã. Gratia gratis data & gratia gratũ faciens. Matt. 21. d.

Factus est dominus velut inimicus, præcipi. &c. Cum sponsa domini speciosa se auertit à complexibus sponsi contra præcepta eius agendo, inimicitiam Dei contrahit; sed temperat Deus sententiam seueritatis, quia non absolutè dicitur inimicus, sed quasi. Quamuis enim affligatur & penitus destituta videatur, tamen vt redeat flagellatur. Et notandum, quòd primum præcipitat Israel, quando munditiam cordis aufert: deinde mœnia eius quæ ad pulchritudinem & decorem pertinent religionis. Habet munitiones hæc ciuitas, ne hostis irrumpat: habet honesta & inhonesta: sed quæ inhonesta sunt, abundantiori honore circumdamus. Sunt in ecclesia simplices, sunt rustica vilitate abiecti, sed vtrique necessarij. Sed frequenter dominus aliquos præcipitari permittit, qui videbantur ornamenta ecclesiæ esse, aut in hæresim aut in qualibet vitia. Munitiones quoque dissipat sæpe, cum defensores errare sinit, & prauis actibus dissipari. Replet autem. i. multiplicat de vtroque sexu humiliatum & humiliatam, quando passim fraude dæmonum plurimos terrenis opibus humiliari permittit.

Deus aliquando labi permittit eos qui principes in Ecclesia videbantur.

b Et dissipauit quasi. PASCHASIVS. Notandum quanta verborum elegantia, quanto carminis splendore Hebraica veritas fulgeat, quæ translata tanta pollet elegantia. Postquam enim dixit: Quomodo obtexit, sic per singula gradatim defleuit, vt quomodo possit omnibus coaptari: sic quomodo proiecit, quomodo præcipitauit, quomodo destruxit, quomodo deiecit, quomodo deiectam polluit, &c. Sic ergo plangit simul & dolet omnia, vt stupore, admiratione, gemitu plena sunt singula, vt sic dicatur quomodo dissipauit quasi hortum tentorium suum? Sciendum autem, quòd pro peccatis Iudæorum hos dominus dissipauit, qui dissipandi potestatem dedit. Sunt autem tabernacula vbi cortinæ funibus distentæ tabulis interstantibus appenduntur quibus tentoria sustinentur, Tentorium quoque est quod erexit Moyses in deserto. Tabernaculum est templum Salomonis, quæ propter scelera Iudæorum tradita sunt potestati inimicorum. Primũ dominus repulit tabernaculum Silo, vnde, Faciam domui huic in qua innocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, sicut feci Silo.

Historice. Tabernaculum. Tentoriũ. Iere. 7. c. Moraliter.

Et dissip. Habet anima tentorium & tabernaculum, in quo est ei cum Spiritusancto colloquium. Sed dissipatur quasi hortus si se resoluerit in luxum & carnis oblectamentum. Non autẽ dissipatur vt hortus delitiarum Dei, sed sicut ille, super quẽ Sargon dux Assyriorum, præesse legitur, qui princeps hortorum interpretatur, quasi voluptatibus & luxuriæ deditus. Achab quoque rex Israel vineã Naboth in hortum vertere voluit, quod ille intelligens (lege tropologiæ) maluit mori quam consentire, vt hereditas patris & tãta possessio virtutis, impij regis deseruiret delitiis. Sed quia infelix anima tento-

De eis qui se luxui tradunt. 3. Reg. 21. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Occidit omne quod pul. erat visu in tabern. fi. Sion. i. in templo domini quod erat in monte Sion, quia sacerdotes occisi fuerunt ibi vt habetur infra eodem ca. & omnia pretiosa inde asportata. Cetera patent ex dictis vsque ibi,

2 Et repleuit in fi. Iuda. i. in gente Iudaica.

3 Humiliatum & hu. quia omnes vtriusque sexus humiliauit in seruitutem & captiuitatem redigendo.

4 Et dissipa. quasi hortum, cuius clausura dissipantur collectis fructibus.

2 Et ... Tento-

MORALITER.

† † Firmauit dexteram suam, quæ ferit de prope: ideo signat illicitum tactum.

1 Et occidit om. quod pulchrum, id est omne honestum. Est tamen hic hyperbole, quia non omnia honesta ecclesiæ sunt destructa.

† Præcipitauit Israel, de conuersatione cælesti ad terrenam.

† Præcipitauit omnia mœnia eius, scilicet virtutum.

2 Et repleuit in filia Iuda, id est, ecclesia.

3 Humiliatum & humiliatam, id est, de statu gratiæ deiectum & deiectam, sicut dictum fuit à principio. Illa quæ important culpam, non est intelligendum, quòd Deus ea fecerit, nisi permissiue, sic est intelligendum de dictis & dicendis posterius, ne oporteat amplius replicare.

Deus non est causa peccati.

4 Et dissipauit ten. &c. id est ecclesiam militantem, sicut horti sterilis clausura dissipatur.

2 Et ... † Obli-

a ❡ Concupiscentiarum. b ❡ Tabernaculum. c ❡ In quibus quasi in ecclesia videbatur quiescere. d ❡ De quo dicitur: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.

quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernacu- 1

a ❡ Quia violatum est templum, in quo celebrabantur.

lum suum. Obliuioni tradidit dominus in Sion festiuita- 2 tem & sabbatum: & in opprobrium, & in indigna- 3

a ❡ De quibus dicitur: Erunt reges nutritij tui. b ❡ De quibus dicitur: Sacerdos ducit inglorios.

a tionem furoris sui regem & sacerdotem. ZAIN. [7] Re- 4

a ❡ Holocaustorum, vel Christum vel animam. b ❡ Sacrificiis, Christo, in quo nostra sanctificatio est vel contritioni cordis & sacrificio mentis.

b pulit dominus altare suum, maledixit sanctificatio- 5

a ❡ Chaldæi vel Romani vel diaboli vel hæretici. b ❡ Apostolos vel opera. c ❡ Fidelium vel virtutum,

ni suæ: tradidit in manus inimici muros turrium eius. 6

☞ *tentorium suum*, id est, carnem, quæ ossibus & neruis compingitur, A delitioso luxu dissipari permisit; & *tabernaculum*, id est, seipsam in suis voluptatibus demoliri, vineam & hereditatem summi patris in hortum concupiscentiarum nequissimo regi mutari consentit. Ideo dominus festiuitates eius & sabbata obliuiscitur, quia templum in quo vota digne offeruntur, & solemnia celebrantur, demolitum est illecebrosis delitiis, & destructum est tentoriū carnis variis oblectamentis. Rex & sacerdos dantur in opprobrium, quia his officiis amissis infelix anima se subdidit regibus impiis. Vni qui Azotios deuastat generationi B ac libidini seruientes, quia Azotus ignis generationis interpretatur. Alteri qui florentes Christi vineas in horto concupiscentiarum desiderat commutari, vnde sequitur, *Repulit dominus altare suum.*

Quis exitus carnalium voluptatū?

Et dissipa. In ecclesia multos dissipare videmus q. hortum. Hortus hic est ecclesia, de qua in canticis dicitur, *Hortus conclusus soror mea.* Ibi puteus aquarum viuentium ibi spirat auster, & remouetur Aquilo, fluunt aromata, fauum cum melle comedit sponsus. Sed est alius hortus delitiarum quasi paradisus Dei, de quo dicitur, quod eleuauit oculos suos Loth, & vidit omnem regionem Iordanis, quæ irrigabatur sicut paradisus Dei, & sicut Ægyptum, vt esset quasi hortus delitiarum & voluptatis. Ad has delitias suspirabant Iudæi, ollas carnium, cœpas & pepones & cucumeres Ægyptiorum desiderantes, quæ omnia in animo eorum sunt qui terrena sapiunt. Ad hanc horti similitudinem dissipat dominus in ecclesia lasciuientes, & ad Sodomorum & Gomorrhæorum & ad Ægyptiorum desideria suspirantes, sicut in synagoga aberrantes. Demolitur tabernaculum, cum quosdam in ecclesia degentes flagitiis exterminari & concremari vitiis permittit. Non enim habitāt in tabernaculo Dei, C nisi *qui ingredietur sine macula, & ope. i.* Quibus prætermissis obliuioni tradidit dominus festiuitates & sabbata nostra, non quod ei non placeant festa nostræ religionis, sed quia in nobis tabernaculum, id est, templum Dei violatur. Non est enim in nobis vnde placeant ei quæ offeruntur: vnde obliuisci dicitur quæ nobis ad iustitiam, violato Dei templo, non imputantur. Inde rex & sacerdos opprobrio traduntur, qui ecclesiæ iuxta Isaiam, quasi nutritij præponuntur: vnde, *Erunt reges nutritij tui.* Sed quia violant templum spiritussancti, magis in ecclesia opprobrium sunt quàm decus, de quibus Dauid, *Et nunc reges intelligite, &c.* Ex quibus verbis insinuat, quia regale genus & sacerdotium sanctum sumus, si salutares hostias offerre Deo volumus, tabernaculū sancti spiritus simus, in quo dignæ Deo hostiæ offeruntur. Hoc ne vitiis demoliatur, diligenter obseruemus.

Ecclesia horto comparatur. Allegorice Can. 4. d. — Genes. 13. d. — Delitiæ carnis. — Contra eos qui Templū Spiritus sancti & tabernaculū Dei polluūt. Isa. 49. d. — Psal. 2. c.

a *Repulit dominus altare suum.* PASCHASIVS. *Altare* scilicet in quo victimæ offerebantur. *Maledixit sanctificationi*, id est, sacrificiis legis, populum & turres tradidit inimicis, vnde inimici ibi ingressi magna voce exultauerunt, vbi quondam diebus solemnibus sacerdotes Deum laudabant, vnde Isaias: *Desolata est domus sanctificationis nostra, vbi laudauerunt te patres nostri.*

Isa. 64. d.

Repu-

Repulit dominus. Quod fit cum ara cordis nostri prophanatur, D & mens & conscientia prostituta vitiis polluitur, vbi à nobis acceptum à Deo sacrificium iure offertur, secundum illud: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Sanctificatio maledicitur, cum anima maledictione prosternitur, quia in se nomen Dei sanctificare noluit cum digno sacrificio. Turres animæ sunt fides, spes, charitas, & ceteræ virtutes quibus ad cælum erigitur. Muri quibus munitur, ceterarum virtutum opera sunt. Hi in manu hostium traduntur, quia anima foris intusve suis in actibus dissipatur. Hostes dant vocem in E domo domini sicut in die solemni, quando immundi spiritus in portenta vitiorum vitiato templo spiritussancti in anima perstrepunt, quo spiritussancti organa & virtutum harmonia resonare solebant.

Moraliter Psal. 50. d. Ara cordis. — Anima quã ingressus obtinet diabolus.

Repulit dominus. Est vnum altare in ecclesia Dei, Christus, qui hostia & sacrificium, pontifex & sacerdos dicitur, in eo omnia sacrificia offerimus. Sed sunt sancti altaria ab hoc altari dicti, sicut lux à luce, & montes à monte, pastores à pastore. Altare illud pater repulit in passione pro Iudæis orantem, *Pater transfer calicem hunc à me.* A quibus repulsus paterno iudicio transfertur ad gentes, vnde Dauid, *Tu verò repulisti & destruxisti.* Sicut enim sacrificia illa figuram Christi gerebant: in altari de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit, præsignabat corpus dominicum nullo humano opere contaminatum. Quia ergo Christus ad ecclesiam transfertur, in eo quasi in altari fidelium vota offeruntur, pro quibus quasi apostolis compatiens plangit ecclesia, non quòd à se translatum doleat, sed cum apostolis pro morte eius tristata est, vt post cum eisdem de resur- F rectione gaudeat. Vnde mos inoleuit in ecclesia ab apostolis traditus, vt quo die passus est Christus, corporis & sanguinis Christi eo die hostia non offeratur, tribus scilicet de causis: Vel quia in veritate immolatur, cui hæc ceteris diebus sunt mystica sacramenta; Vel quia ipse pontifex Christus, qui ea rectè offert, eo die per seipsum ad inferos descendit; Vel quia templo soluto & altari depulso, non est in quo corporis & sanguinis domini victima offeratur. Sequitur,

Allegoricè. Ara crucis. Luc. 22. e. Psal. 88. f. Deut. 27. a. — Cur in sancto die Parasceues nō dicatur vlla missa?

b *Maledixit sanctificationi sua*, Christo, scilicet; qui cum peccatū non haberet, pro nobis peccatum & maledictum factus est, vnde Moyses, *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Hic est omnis nostra sanctificatio, qui pro nobis crucifixus est. Sicque impletum est, *Tradidit dominus muros turr. eius in manu inimici.* Apostolos scilicet, qui sunt muri ceterorum fidelium, Tradidit in tentationem inimici, qui *expetiuit cribrare eos sicut triticum, vocem dederunt in domo domini.* Quanta fuerit tunc confusio in domo domini, quanta in atriis, quanta in plateis, quanta in ciuitate tota cum esset dies festiua, euangelium declarat, vnde Isaias, *Expectaui, vt faceret iudicium, & ecce clamor.*

Christus pro nobis factus peccatum & maledictum. Gal. 3. d. Deut. 21. d. Luc. 22. c. Isa. 5. b.

† THEOD. Et quod omnium molestissimum est, vocem belli dederunt in domo domini, tamquam Psalmum leuitarum in die festi loco Psalmodiæ solitæ, resonabant vlulatus hostium.

☞ a Co-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tentorium suum. *id est, templum Salomonis, quod erat dispositum intra per sanctum & sanctum sanctorum, sicut tabernaculum quod fecerat Moyses in deserto.*

2 Obliuioni, &c. *id est, tradi fecit.*

3 In Sion. *quia destructo templo, & populo captiuato, talia cessauerunt quasi per annos septuaginta.*

4 Repulit dominus. *permittendo illud destrui per Chaldæos.*

5 Ma-

5 Maledixit sanctificationi suæ. *id est, in quo sanctificabantur homines per sacrificia & oblationes; cui maledixit, id est, malefecit.* Dicere *enim Dei, est* facere *Psal. cxl.viij. a.* Dixit & facta sunt. *Licet autem Deus non sit auctor mali culpæ, est tamen auctor mali pœnæ, & sic maledixit templo, inquantum per Chaldæos ipsum combussit secundum ordinem suæ iustitiæ.*

Maledicere pro malefacere.

6 Tradidit in manus inimici muros. *prope enim templum erant turres notabiliores ad loci defensionem.*

Vocem

MORALITER.

† 2 *Obliuioni tradidit dominus in Sion.* Ad officiandum enim ad ecclesiam pauci veniunt & tardè, sed ad recipiendum ibi pecuniam multi veniunt & festinè.

Ad officium tarde ad beneficium festinato properatur.

4 *Repulit dominus.* propter malitiam sacerdotum,

5 *Ma-*

5 *Maledixit sanctificationi suæ*, propter iniquitatem benedicentium, hoc enim non est intelligendum in illis, quorum affectus non dependet ex bonitate sacerdotum.

6 *Tradidit in manus muros turrium*, id est, prælatos & religiosos, qui debent esse turres ad defensionem populi Christiani.

† *Vocem*

a ¶ Hostes, vel dæmones, vel vitia. b ¶ Templo vel ecclesia vel anima.
[1] Vocem dederunt in domo Dei, [2] sicut in die solemni. HETH.
a ¶ Cogitandi facultatem reliquit. b ¶ Id est, Christum. c ¶ Ecclesiæ, vel animæ. d ¶ Vt nihil faciat sine mensura.
a [3] Cogitauit dominus dissipare murũ filiæ Siõ: [4] tetendit funiculum suum, & non auertit manũ suã à perditione:
a ¶ Non retraxit in sinum. ¶ Lugere fecit.
[5] luxitque
a ¶ Fides, Christus. ¶ Ne defendat. ¶ Mente.
b antemurale, † & murus pariter dissipatus est. TETH. [6] Defixæ
a ¶ Terrenis. b ¶ Doctores. ¶ Sensus. c ¶ Qui diuinæ legis ianuam aperiunt, qui immundis spiritibus aditum claudunt.
sunt in terrã portæ eius, [7] perdidit & contriuit † vectes eius, † regem eius, & principes eius, in gẽtibus: [8] non est lex, & [9] prophe-
a ¶ Principatus mandatorum Dei. b ¶ Vitiis. c ¶ Opinione eorum.
a ¶ Peruersi doctores, spiritualem intelligentiam perdunt. ¶ Humiliati.
c tæ eius [10] non inuenerunt visionẽ à domino. Iod. [11] Sederunt in

a *Cogitauit domi.* PASCHASIVS. Profundo consilio disposuit, & A ne videatur cogitasse, & humanam iustitiam excessisse, addit: *Tetendit fu. su.* id est, mensuram suam pœnæ secundum æqualitatem culpæ. *Cogitare* autem metaphoricè ad Deum transfertur, ab hominibus; non auertit manum à percussione, donec scilicet, impleatur mensura pœnæ secundum illud, *Adhuc manus eius extenta.* (Esa. 5.) Hoc quippe est, quod non auertit manum suam à perditione eorum, nec reducit eos in protectionis suæ sinum, sed inter gentes, quasi manus Moysi extenta, & ita vsque hodie leprosi & immundi manent. (*Iudæi vsque hodie leprosi & immundi.*) B *Antemurale luxisse* tropice dicitur, quia videntes eos angelorum custodia destitutos quasi antumurale lugere fecit. *Cogitauit dominus.* (*Moraliter. Deus longanimiter exspectat pœnitentes, antequam percutiat.*) Cum Deus animam de arce contemplationis videt ad ima tendere, cogitat muros eius dissipare, sed ante funiculum tendit, vt videat qua mensura punienda sit. Primum quidem deliberat vt redeundi facultatem ei relinquat, & vt ipsa recogitet, quod peccauerit. Antequam dissipet murum, super eum extendit funiculum, quasi perpendens quanta sint delicta & qualia, vt similiter ipsa perpendat, & post corrigat: alioquin sciat quia manum suam non auertit. Sed quia illa cogitare noluit, quod peccauerit, sed sanguis sanguinem tetigit, ideo murus dissipatus est, & ipsa hostibus subiecta. Audiant hæc qui temerè iudicare non metuunt nec causas iusto examine propendunt; (*Ne temere sententia condemnationis proferatur.*) dominus nihil sine deliberatione & mensura facit, iusto examine cuncta perpendit, qui perfectè omnia nouit. C Antemurale fides est, quæ dissipato muro lugere dicitur, nõ illa quę per dilectionem operatur, sed qua dæmones credere & contremiscere dicuntur: per quam antequam murus dissiparetur, virtutum scilicet ceterarum constructio, erat ei Christus murus & antemurale per eãdem fidem in anima collocatus. Sed quia noluit per fidem Christum custodem & defensorem habere, dissipatur operatio virtutum, & luget antemurale, fides scilicet qua iudicium credit & contremiscit. (*Fides mortua.*) Ita non potest resistere hostibus, non quod pœnitentiæ auferatur locus, sed quia redire contemnit.

Cogitauit do. ALLEGO. (*Allego.*) Dominus super ecclesiam *funiculum* peccatorum nostrorum & normam districti iudicij *extendit*, vt ipsam affligat secundum delictorum merita. *Murus dissipatur*, scilicet rectores & defensores, cum aut immatura morte subtrahuntur, aut ab hostibus superantur. Sed quia iusto Dei iudicio fit, manum suam à perditorum afflictione non auertit. (*Ecclesia præsidiis suis orbata.*) Vrbs enim nostræ fortitudinis Sion non minus ab inuisibilibus hostibus interius, quàm à visibilibus exterius deuastatur. Luget murus i. saluator dũ nos lugẽtes facit.

facit. Christus in hac ciuitate, & antemurale est & murus, cui mem- D brorum suorum luctus ascribitur. Hic murus dissipatur, cum eius munitione ecclesia desolatur.

b *Defixæ sunt, &c.* PASCHASIVS. (*Historice.*) Portæ in terra defiguntur, vectes perduntur & conteruntur, cum doctores synagogæ, vel defensores, mente terrenis applicantur. Reges eius & principes eius in gentibus: idem repetere videtur, vt per portas intelligantur reges, & per vectes principes. (*Defecerunt Iudæis, lex, propheta, sacerdos & princeps.*) Hi in gentibus confracti & perditi & in terra defixi, ne redeant ad eum E quem in lege promissum suscipere noluerunt. *Non est lex*, quia cremata est à Chaldæis; vel, Christo amisso, nulla lex eis est, vnde iam apud Iudæos nulla est legis obseruatio. Prophetæ non inuenerunt visionem à domino, quia legiferum suum & dominum prophetarum præsentem viderunt, & contempserunt.

Defixæ sunt. (*Moraliter. Animæ custodia negligenter obseruata.*) Anima plangitur, cuius sensus sunt in terra defixi, id est, in fimo peccati, & non est virtutum substantia euadendi: quæ quia noluit intrare per angustam portam, portas, id est, sensus fixit in terrenis oblectamentis, vectes perdidit & seras virtutum, ne immundis spiritibus prohibeat ingressum; sic principatus mandatorum Dei captiuatur. *Non est lex* ei nec visio à domino, vt audiat intus, quid loquatur Deus: sed effrenis post vana raptatur desideria.

Defixæ sunt, &c. (*Allego.*) Portæ, ecclesiæ doctores sunt qui clauem scien- F tiæ gerunt, qui in terra fixi sunt, dum terrenis occupantur. Superius dixit *portas destructas*, hic quasi aliquid plus, scilicet *in terra defixas*. Quod infixum est, difficile moueri potest, vnde; *Eripe me de mine de luto, vt non infigar.* (*Psal. 68. d.*) Vectes perditi sunt & contriti, qui s. diuinæ legis ianuas credentibus prius recluserunt, vel qui in circulos aureos ad portandam arcam mitti debuerunt. (*Doctores & prælati ecclesiarum terrenis affixi & carni studentes.*) Hi hæreticorum viribus conteruntur, quia perditis suis moribus deprauantur. Sic reges & principes vitiis vitæ carnalis quasi in gentibus captiuantur. *Non est lex* quantum ad eos. s. qui quotidie sibi mala accumulant, & sine legis vindicta putant se posse peccare. Tales doctores ecclesiarum, quasi prophetæ Iudæorum, diuinæ inspirationis visionem non merentur, vt rectè doceant de futuris, quia se prauis & vanis implicant desideriis.

c *Sederunt in ter.* PASCHASIVS. (*Historice.*) Patet historia, quia more suo Iudæi tantis tribulationibus oppressi, miserabili habitu plangebant: Non tamen sine causa illi præcipuè plorant & plangunt, in quibus & religionis auctoritas & integritatis honestas prædicatur.

Sederunt. (*Moraliter.*) Anima cum spiritum consilij amittit, quasi senectutem gra-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vocem de. in do. *s. aduersarij exultando de captione & spoliatione loci.*

2 Sicut in die so. *id est, sicut in solemnitatibus solebant cantare Leuitæ laudes Dei.*

3 Cogitauit, *quia ab æterno prauidit omnia in tempore fienda.*

4 Tetendit funiculum suum. *ad destruendum secundum lineam suæ iustitiæ. isto modo dicitur ij. Reg. viij. a.* Mensus est Dauid duos funiculos, vnum ad occidendum, &c.

5 Luxitque antemurale. (*Antemurale.*) *Antemurale enim est paruus murus ante murum principalem in clausuris ciuitatum: & vterque fuit dissipatus in Ierusalem.*

6 Defi. sunt. *Hic specialiter lamentatur Ieremias destructionem personarum & afflictionem, tamen continuando se ad præcedentia præmittit de ciuitatis destructione, dicens:* Defi. sunt in terra portæ eius. *i. amota de locis suis, & in terram proiecta.*

7 Perdidit & contriuit, &c. regem eius. *Sedechiam, qui fuit ductus in Babylonem, & plures de principibus suis.*

8 Non est lex. *i. doctor legis, quia fuerunt occisi: ita exponit Ra. Sa. Potest etiam exponi de lege ad litteram, quæ fuit tunc combusta, vt dictum est supr. ca. præcedenti: tamen postea fuit per Esdram reparata.* (*Lex combusta à Chaldæis.*)

9 Et prophetæ eius. *id est, propheta Ierusalem, qui non erant veri, sed falsi prophetæ, ideo subditur,*

10 Non inuenerunt visionem à domino, *sed magis à sua fictione vel dæmonum illusione.*

11 Sederunt in terra, conticue. senes filiæ Sion. *id est, Ierusalem. q. d. illi qui prius erant ibi in honore & loquebantur in auctoritate, sunt inhonorati & muti præ confusione.*

Con-

MORALITER.

† 1 *Vocem dederunt in domo Dei*, mercatores & homines garruli & mali.

3 *Cogitauit dominus dissipare murum*, id est, auferre præsidium angelorum propter malitiam clericorum.

5 *Luxitque antemurale*, id est, religiosi,

† *Et murus pariter dissipatus est*, id est, prælati, qui sunt in altiori statu, quàm religiosi.

6 *Defixæ sunt in terra portæ eius*, id est sacerdotes curati baptismum administrantes, qui est ianua sacramentorum, defixi sunt in amore terrenorum. (*Sacerdotes.*)

† *Vectes eius.* id est, archidiaconi, qui per visitationem debitam tenere debent sacerdotes curatos honestate clausos. (*Archidiaconi.*)

† *Regem eius & principes eius*, quasi dicat omnes defixi sunt in amore terrenorum.

8 *Non est lex*, scilicet diuina in ore doctorum, sed magis inutilia & curiosa.

9 *Et propheta*, id est, prædicatores,

10 *Non inuenerunt visionem à domino*, quia magis curant dicere placentia, quàm salutaria.

11 *Sederunt in terra*, *conticuerunt senes.* scilicet moribus & scientia tamquam abiecti, & pueri ætate, moribus, & scientia promo- (*Ecclesiæ pueris commisse.*)

† Vectes

† uentur

gravitatis & dignitatem maturitatis, terrenis inhærens infatuatur: A quia nullo sale condita terrenas sectatur illecebras: Sic senes sedent in terra, consilij scilicet cogitatus, & prudentiæ actus in voluptatibus, quibus cum anima occupatur, conticescunt apud Deum omnes eius conatus, secundum illud, *Quoniam tacui, inueterauerunt omnia ossa mea.* Qui dum ab eis, quæ intus sunt, veterascunt; dum sectantur veteris hominis lucrum, quasi curiosi senes de specula cælestis vitæ in terram prolapsi à bonis conticescunt: Sed ad huius vitæ negotia tota die clamare non desinunt. ita caput, id est, mentem, puluere aspergunt, & vitiorum setis & caprarũ pilis anima circũamicta, gloriam perdit, quam habebat in cælestibus; & in terram volutatur, donec in puluerem reuertatur.

B *Sederunt*, Senes in ecclesia Dei merito tacent, quoniam in terra sedent. Nec iam iuste senes dicuntur, nisi chorus senatorum Dei cum plangentibus patiatur, & pro humilibus humilietur; si autem tales in nobis essent, nõ plangerentur, sed plangerent eos. Propheta verò luget eos quos Græci vocant presbyteros, nullo ætatis opere decoratos, qui fatui in terra sedent dum terrenis inhærent, quia dicitur: *Semen Chanaan & non iuda.* Et: *Inueterate dierum malorum, &c.* Virgines Iuda & Ierusalem idem significant, quia renatorum animæ cælestis Ierusalem filiæ sunt & Sion. Hæ sunt filię Iudæ, id est, confessionis, & filiæ Sion, id est, diuinæ contemplationis quibus dicitur, *Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, &c.* Sed hæ non cinere capita aspergunt, non cilicio se induunt, quæ compositæ & ornatæ festinant ad sponsi amplexum; Sed sunt filiæ Sion solo nomine & sacramento, quæ ceciderunt in hæresim de throno regni, aut prolapsæ sunt in puluerem terrenæ actionis: quibus est opilatum os, nec ad Deum audent leuare oculos, quarum capita, id est, mentes, puluereis operibus asperguntur, & sacco cilicino vestiuntur, pecorum contexto setis & caprarum pilis. Et quia semel C capita in terram deiecerunt, nolunt se erigere, nolunt de puluere excutere. De his forsitã illa est, quę alias adiurat, nec per se ad sponsum ecclesię vsurpat, sed iam pœnitens, iam peccata plangens. Istæ vocantur filiæ Ierusalem & Iuda, vt audito nomine suo recordentur catholicæ confessionis.

Psal. 31. a. Pereunt cõsilia, quæ de terrenis sunt, non de cælestibus. Allegoricè. Senectus praua. Dan. 13. f. Animæ fideles. Cant. 8. a. Hæretici. Historicè.

a *Defecerunt.* PASCHASIUS. q. d. Quo pectore pati potero? non parcitur sexui, nec ætati: ideo lachrymando deficiunt oculi mei, iucunditas vertitur in anxietatem cordis; occiditur natio antiqua, patriarcharum filia, legibus erudita, sed nunc Dei sui oblita, & propter scelera hostibus tradita. Laudabilis est hic defectus, non ex infirmitate carnis: vnde Dauid dicit, *Defecerunt oculi mei. i. e. i. &c.* Oculi sanctorum cum interius & ardentius inuisibilia concupiscunt, ab intuitu visibilium deficiunt. *Defecerunt.* Oculi animæ deficiunt præ lachrymis, quando amore languida videt interius conturbari viscera sua, nec mentis intentionem ad ea dirigere sufficit, quæ oculus intendit, cuius viscera sunt conceptiones cogitationum; his turbatis non potest liberè contueri quæ cupit præ doloris amaritudine. *Effusum est in terra iecur*, voluptatum scilicet & concupiscentiarum luxus, quarum colluuione

Psal. 118. l. Inuisibiliũ contemplatio extinguit visibilium appetitum.

a ¶ In terrenis. b ¶ Ab ætate. ¶ Quibus dicitur, Inueterate dierum malorum. c ¶ Solo nomine. d ¶ Contemplationis diuinæ.

terrã, conticuerunt senes filiæ Sion, consper- 1

a ¶ Terrena voluptate. b ¶ Mentes. ¶ Ab ætate ¶ Visio pacis.

serunt cinere capita sua, virgines Ierusalem

¶ Alias, accincti. ¶ Habitu pœnitentiæ. a ¶ Terrena.

accinctæ sunt ciliciis, abiecerunt in terrã 2 3

a ¶ Mentes. b ¶ Quibus maximè condolendum. ¶ Solo nomine, amisso amore sponsi. c ¶ Confessionis.

a capita sua virgines Iuda. CAPH. [11] Defece- 4

a ¶ Prouisores. ¶ Rationis.

runt præ lachrymis oculi mei: contur- 5

a ¶ Conceptiones cogitationum, vel multitudo infirmorum, quæ in ventre ecclesiæ fouetur.

bata sunt viscerã mea, effusum est in terra

a ¶ Luxus concupiscentiarum. ¶ Diuites curis & voluptatibus seruientes. b ¶ Ecclesiæ sanctorum filiæ, vel animæ. c ¶ Vnde, Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.

iecur meum super contritione filiæ populi mei

a ¶ Sensus extenuatus. b ¶ Fides. ¶ Mens. ¶ Terrena doctrina. ¶ Paruulus & lactens quibus ætas & innocentia misericordiam impetrat.

puli mei, cùm deficeret paruulus & la- 6

a ¶ Quasi, Ipsa natura debuerat cogere. ¶ Huius sæculi voluptatibus.

b ctens in plateis oppidi. LAMED. [11] Matribus 7

D uione diuinus ignis extinguitur. Ignis humani corporis (vt aiunt) in iecore præcipuè habitat, inde ad cerebrum subuolat, deinde ad oculos ceterosque sensus, & sic per membra diffunditur: Cùm ergo mentis concupiscentia prona est in malum, & ignis de iecore in terram effuso ad oculos tollitur, rectæ intentionis defectio sequitur, vnde ait, *Defecerunt oculi mei præ lachrymis.* Ex dolore enim quo lachrymæ nascuntur, defectus diuinæ contemplationis generatur. Notandum autem, quod talis effusio iecoris de contritione animæ euenit, quæ sanctorum filia esse debuit, sed hostibus conculcata succubuit: vnde exterior sensus vigore gratiæ paruulus, & mens introrsus lactens amissis virtutibus, per plateas huius sæculi dilabitur: nec est quò se vertat, nisi ad lachrymas; ex quibus quamuis oculi grauentur, tamen flendo confortatur. E

Iecur in animalibus quid efficiat. Alleg. Lachrymę piæ.

Defecerunt præ lachrymis oculi mei. Ecclesia cum Ieremia ad lachrymas, quasi ad doloris remedia, recurrit, & se pro mẽbris suis in lachrymas profundit, dicens: *Defecerunt oculi mei præ lachrymis.* Viscera mea conturbata sunt, de quibus dicitur: *Venter meus conturbatus est.* Hæc sunt enim viscera, quod venter; per hoc (vt dictum est) multitudo fidelium accipitur, quæ diuinis alimentis quotidie infra vterum ecclesiæ repletur, sed pressurarum tentatione, aut morum prauitate, quasi mare turbatur; pro quibus maiores quasi parturientes solliciti sunt, vnde dicit ecclesia, *Conturbata sunt viscera mea.* Per iecur, locupletes intelliguntur, quæ in ecclesia curis & voluptatibus deseruiunt. Aiunt enim physici, quod in iecore voluptas & concupiscentia habeantur. Cùm hi per varia desideria se effundunt & laxant frena concupiscentiarum, iecur ecclesiæ in terra effunditur. Et notandum, quia hepar sine felle non habetur, nec diuitiæ terrenæ sine amaritudine possidentur. Fertur autẽ, quod hepar succum ciborum calore suo contrahat ad se, & in sanguinẽ vertat, & singulis membris partes diuidat: sic qui habent, sint quasi non habẽtes, & in sanguinem redemptionis suę diuitias vertant, & singulis ecclesiæ mẽbris, quasi ex abundantia sanguinis, F pastum & alimentum præbeant. *Super contritionem filiæ populi mei.* Ecclesia rectè vocatur sanctorum filia, quæ tunc conteritur & affligitur tentationibus, quando iecur, id est, potentes, & diuites in terrena desideria effunduntur. Tunc paruulus & lactens deficiunt in plateis oppidi, cùm tales omni felicitate abundare videntur, qui nisi paruuli, & lactentes doctrina Christi essent & fide, pro talibus in plateis non deficerent; vnde Dauid; *Mei autem pene mo. f. p. pe. ef. f. f. g. m.* Mouentur autem pedes, cum fide paruuli, doctrina imperfecti terrenam felicitatem zelantes, angustam viam, quæ ducit ad vitam relinquentes, exeunt in plateas, vt effundant desideria sua.

Sap. 1. c. Diuitum luxus. Hepar quid facit in corpore. Psal. 72. a. Nimium rerum terrenarum studium.

b *Matribus suis dixerunt.* Decimus conquestionis locus, in quo infirmitas & inopia deploratur. *Matribus suis dixerunt.* PASCHASIUS. Hæc & peiora his accidisse Iudæis declarant historiæ.

Historicè

Matribus suis dixerunt. Idem penè sensus moralitatis & tropicæ & ALLEGOR. est. Anima recto itinere derelicto, cùm cœperit se per exteriora dilatare, & quasi per plateas voluptatis ambulare,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Consperserunt cinere capita sua, *In signum tristitiæ. Aliqui libri habent hic additum,* Virgines Ierusalem; *sed non est in Hebræo, & ideo hæc littera refertur ad senes.*

2 Accinctæ sunt ciliciis, *In signum pœnitentiæ.*

3 Abiecerunt in terra cap. sua virgin. Iuda. *Præ nimia angustia.*

4 Defecerunt præ lachrymis oculi mei, *Verba sunt Ieremiæ compatientis miseriæ populi sui.*

5 Conturbata sunt, &c. *Quasi dicat in tantum doleo, quòd videtur mihi, quod omnia membra mea vitalia debeant cadere in terram.*

6 Cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi. *Ex defectu nutrimenti. Lacto, tas, idem est quod lac exhibere. Lacteo lactes idem est, quod lac sugere, & inde dicitur lactens, id est, lac sugens; ideo subditur,*

Lacto & lacteo.

7 Matribus suis dixerunt, *Et patet littera.*

Cui

MORALITER.

† uentur in ecclesia, & sic habent auctoritatem loquendi.

3 *Abiecerunt in terra capita sua, virgines Iuda.* Per quas signatur boni contemplatiui: qui virgines dicuntur propter integritatem fidei. Per virgines verò Iuda, signantur boni actiui, qui dolent de malis quæ fiunt in ecclesia Dei, ideò subditur:

Actiui & contemplatiui.

4 *Defecerunt præ lachrymis oculi mei.* Sequitur.

6 *Cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi,* Id est, ecclesiæ propter defectum nutrimenti sacrę doctrinæ.

7 *Matribus suis dixerunt,* Id est pastoribus, qui debent subditos spi-

lare, arripit latam & spatiosam viam, quæ ducit ad mortẽ. Ita paruuli cogitatus nostri & lactens scientia mentis, si ad exteriora carnis & plateas delectationis exierint, non habent quod exposcant à matribus, id est, illecebris malè blandientibus, cum quibus non est panis, qui confirmat cor hominis, id est, doctrina spiritualis; nec vinum quod lętificat. i. gratia, quę mentes inebriat: ideo exhalant animas in sinu matris, dum caro, quam matrem sibi crediderunt, in terrã redit, ipsi exhalatur in sinu gehẽnę quæ ad mortem genuit: vnde, *qui mentis est dure, corruet in malum*. Et, *Beatus homo qui semper est pauidus*. Quod quia Ierusalem audire noluit, ad ipsam propheta conuertens querelas dicit: *Cui comparabo te*. *Matribus suis dixerũt*. Quia paruulus & lactens, cuiuscumque scilicet sexus, per plateas huius sæculi luxuriosè vagantur (sicut prodigus filius) bonis suis expoliantur, & fame periclitãtur: vnde inquiunt matribus suis, *vbi est triticum & vinum*? Sed sunt miseræ matres, quæ ad tantam inopiam filios suos lõgè à patribus abduxerunt. Notandum autem quantæ sint indolis, quantæ nobilitatis, qui licet inopes non quærunt siliquas aut hordeum & talia, quæ famelici gratissimè glutiunt, sed triticum & vinum, norũt quãuis vitio suo degeneres, quales eos pater genuerit, & qualiter nutrierit: vnde Prodigus filius, qui siliquas nec habebat, *quanti* (inquit) *merc. in do. pa. mei. a. p. &c.* Vnde alibi: *Frumen. & vin. stabiliui eum*. His duobus liberi pascuntur, pane confirmatur cor hominis, vino lætificatur. Hic est panis qui de tritico conficitur, quod in terram cecidit & mortuum fuit, & de cælo descendit. Hoc vinũ de vinea Sore: id est, de vite, quæ est Christus, sumitur. Hoc paruulus & lactens requirunt, sed in plateis nõ inuenitur, nec à vulneratis dignè accipitur: ideo in sinu matrum suarum animas exhalant, quæ illos malè nutrierant & in sinum pessimæ oblectationis allexerunt. Sapientior est euangelicus prodigus, qui dicit, *Surgam, & ibo ad patrem meum, &c.* quam isti, qui à voluptatibus carnis, quasi à matribus, requirunt ea, quæ paterna sunt. Isti, si cum patre essent, vel ad patrem redirent, non fame exhalarent: sed carnis voluptate decepti erant, non quia quærunt hæc, sed quia quęrunt à carne. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt: hi autem sunt filij patris, *qui non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*.

(Margin: Alleg. — Contra eos qui se ad carnis voluptates vertunt. — Prou. 28. c. — Ibidem. — Nobilium virorum indicium. — Luc. 15. c. — Gen. 26. f. — Io. 12. c. — Io. 6. c. — Vt ablegatis deliciis carnalibus, spiritualibus intẽdamus. — Io. 1. a. — Historicè.)

a *Cui comparabo, &c.* Octauus locus indignationis, quia insolitum malum & sine comparatione.

Cui comparabo te. PASCHASIVS. Nulli dubium est, quòd quantò Iudæa gẽs ceteris præcellebat gloriosior, tantò peccatis exigentibus nulla est modo inferior.

ALLEGOR. Mysticè. Histor. Sicut Iudæa ceteris regnis gloriosior, ita Ecclesia omnium nostrûm mater, & filia cælestis patriæ, summi regis sponsa, præ omnibus est gloriosa: sic fidelis est anima, cuius est in cælo hereditas. Harum iustificatio in solo Deo est, & ex omnibus vna ecclesia, & vnum Christi corpus cum capite suo, fide & charitate coniunguntur. Et sicut ex omnibus est vna ciuitas gloriosa, de qua dicitur, *Gloriosa dicta sunt de te. ci. Dei*: ita vna est illa, quæ in Babylonia à Christo fornicans degenerat. Vnde pro tædio legentium, super harũ trium consimiles ruinas, contra conceptũ explanationis ordinẽ, vnus adhibetur luctus, vt de omnibus & de singulis dicatur.

(Margin: Psal. 86. b. — Ecclesia et vna.)

---

† suis dixerunt: Vbi est triticum & vinum? cùm † deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, † cùm exhalarent animas suas in sinu matrum † a suarum. MEN. [13] Cui comparabo te, vel cui 1 b assimilabo te filia Ierusalem? Cui adæquabo c te & consolabor te, virgo filia Sion? Magna 2 est enim velut mare contritio tua, quis mede- 3 d bitur tui? NVN * [14] Prophetæ tui viderunt tibi 4 falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatẽ tuam 5 6

(Interlinear: a Spiritualis doctrina. b Nisi granum frumenti cadens in terra, &c. — Quod lętificat cor hominis. — Gratia inebriat. a Fame. b A diabolo. c Ampla est via quæ ducit ad mortem. d De qua, Ego dominus ciuitatem non ingredior. — a Fame. b Pessimæ oblectationis, vel gehennæ quæ nutrit ad mortem. — a O plebs Iudæa, vel ecclesia, vel anima. b Id est afflictio tua nulli potest comparari, & ideo pro exaggeratione repetit: Cui comparabo te, & assimilabo te, & exæquabo, quæ omnia idem significant. — Cælestis. a Nulli, subaudis. — a Id est cuius casus comparatione consolabor te? b Plebs Iudæa quæ non debuisti corrumpi idololatria, quia Deo desponsata; vel ecclesia, vel anima. — a Sine quiete. b Aut nullus scilicet aut rarus. — a Falsi. b Quasi per visionem annuntiantes. — a Bona scilicet non vera. ipsi te decipiunt. b Populus meus, qui beatum te dicunt, c Tibi. d Quam videbant.)

---

b *Cui adæquabo, &c.* Sicut enim illa gloriosior est omnibus, quæ ad supernæ brauium vocationis peruenit; ita nulli comparanda est ignominia eius, quæ * recedit. Nam & trina repetitio verborum sub vna significatione, harum trium vnam amentię cæcitatem videtur colligere, quæ de tãto dignitatis culmine, imò deitatis altitudine, ad tantam miserię profunditatẽ, imò infra beluinam ignobilitatem se proiecerunt; vnde, *Ego dixi dij estis, & fi. ex. omnes: vos autem sicut ho. mo.* Nunc autem quia de tanta gloria prolapsa est gens illa, vel Ierusalem mystica, lugens propheta, vel chorus electorum Dei, ait, *Cui adæquabo te*. Q. d. Non inuenitur tibi digna comparatio, vel assimilatio, vel exęquatio, vbi nec species nec forma inuenitur. Tota es informis, tota es horribilis, totam te possidet contritio: ad non esse tendis. Nescio an possis reuocari q. d. Cui comparabo animam leprosam, vel ecclesiam à sponso relictam, vel gentem illam de solio glorię deiectam: non est cuius casu vel ruina quælibet earum consolari queat.

(Margin: Psal. 81. a. — * recedit. 4. dilic. siue rector. — De discretione harum trium cæcitatis & similitudinis. — Status gratiæ summè honorificus, peccati verò vilissimus & nimis ferimus.)

c *Magna est enim velut mare contritio tua*. Contritio enim gentis illius, vel ecclesiæ corruptæ, vel cadẽtis animæ, si semel hostibus subiecta fuerit, quasi mare numquam quiescit, sed quasi vndarum fluctibus sese indesinenter collidit. Traditæ enim in manibus inimicorum persecutionibus & tentationibus conteruntur, vnde sequitur: *Quis medebitur tui*? Ac si dicat, nullus medebitur, nisi ad eum redeas, à quo recesseras. Quis? aut nullus scilicet, aut rarus; vnde, *Non est enim, qui faciat tibi bonum non est vsque ad vnum*.

(Margin: Psal. 13. a. — Alleg.)

d *Prophetæ tui*. PASCHASIVS. Allegoria mista est historiæ. Habuit Ierusalem pseudoprophetas: Habet Ecclesia hæreticos & schismaticos, doctores prauos, qui liniunt absque temperamento charitationes aliarum ciuitatum, sicut mare aquas fluminum; ideo sequitur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cui comparabo te, &c. *Subditur*: & consolabor te. *Solatium enim miseri, est habere socium in pœna: sed non inueniebant in proposito; ideo dicit propheta*, Cui adæquabo te, &c. *Quasi diceret, non inuenio aliquam ciuitatem ita afflictam, quam tibi possum in exemplum proponere pro aliquali tua consolatione; ideo subditur*,

2 Magna est enim velut mare contritio tua. *Id est, sic excedit contritiones aliarum ciuitatum, sicut mare aquas fluminum; ideo sequitur.*

3 Quis medebitur tui? *Quasi diceret, nullus posset, nisi Deus.*

4 Prophetæ tui viderunt, &c. *Hic specialiter inuehitur contra falsos prophetas, qui regem & populum induxerunt ad rebellandum regi Babylonis, ideo dicit*, Prophetæ tui viderunt, &c. *Ex sua confictione.*

5 Et stulta. *Quia per hoc secuta est destructio tua.*

6 Nec aperiebant iniquitatem tuam, *Te veraciter arguendo, sed magis palliabant peccata tua.*

MORALITER.

† spiritualiter nutrire.

† *Vbi est triticum*, debitæ eruditionis, & vinum debitæ correctionis.

† *Cùm deficerent quasi vulnerati*, Sagitta diaboli.

† *Cùm exhalarent animas in si. ma.* Id est, pastorum propter pietatis defectum.

(Margin: Fames verbi Dei.)

1 *Cui comparabo te, vel cui assimilabo te, &c.* Hic ponitur lamentatio casus ecclesiæ, quantum ad eius grauitatem, cùm dicitur: *Cui adæquabo te, &c.* Quasi diceret, non inuenitur similis in grauitate: quia quanto status est altior, tanto casus grauior; ideo subditur,

3 *Quis medebitur tui*? Quasi diceret, solus Deus hoc potest: & subditur vna causa dicti casus, cùm dicitur,

4 *Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, &c.* Isti sunt adulatores pessimi, qui asserunt excessum in familiis, equitaturis, pompis, & expensis, & amicis carnalibus vltra gradũ & meritum suum promouendis, decere statum prælatorum, & hoc cedere ad ecclesiæ reuerentiam & honorem. Sed hoc dictum est valde dissonum à dictis & gestis sanctorum præcedentium, qui de bonis ecclesiæ magnas eleemosynas pauperibus erogabant: & ipsi quantum poterant bono modo strictè viuebant; ideo subditur de talibus adulatoribus:

(Margin: Luxus prælatorum intercidib.)

6 *Nec aperiebant iniquitatem tuam*, Sed magis occultabant & palliabant: ideo subditur,

...dolosis argumentationibus, vel falsis opinionibus ...rda simplicium à veritate rectæ fidei, & statu boni ... Petrus ait, *Fuerunt pseudoprophetæ in populo, sicut & in no... mendaces, &c.* Nec dubium quin culpa magistrorum ruina sit populis. Docent enim falsa & stulta, quasi ...nem, & populi ...itatē. Multi etiam, ...verbis malis de... ...plis: vt meretrix ...s puerum lactauit, ...inxit. Hi faciūt om... ...cri, aut erroris, aut & socordiæ: de qui... *Viderunt autem tibi,* ...in Isaia Hierony... ...abylonis trāstulit, vel ...sci: LXX. dixerunt, ...m. Symmachus & ...ssumptio interpre... ...ādo enim falsi pro... populi, id est, affli... ...ent, & imminentia supplicia falsis con... ...leuigant, & deiice... ...peccatorum onera ...certant. Sed vtra... ...a, assumptio scilicet ...: quia sæpe ex leuio... ...s grauiora onera vel ...es populo prænun... grauioribus leuiora, ...na auctoritate pecca... ...ntiant. Sed *væ illis qui* ...*m malum, & malum bo...* secundum Aquilam, *qui dicunt malo bonus es: & bono, quia mal...* His ergo duabus litteris prauos doctores, & auditores ...plangit: sicut earum interpretatio ostendit. Mem, Nun, ... istis, sempiternum, subaudis supplicium, qui scilicet vel male ...nt subditos, vel male audiunt magistros.

Hæretici & praui doctores. Isa. 5. c.

a vt te ad pœnitentiam prouocārent. Vidērunt [1] autem tibi assumptiones falsas, & eiectio- [2] b nes. SAMECH [15] Plāuserunt super te manibus [3] omnes trānseuntes per viam, sibilauerūnt, & mōuerunt cāpita sua supēr filiam Ierusalem: hæccinē est vrbs (dicēntes) pērfecti decoris [4] c gaudiū vniuērsæ terræ? PHE. [16] Aperuerūt super [5] te ōs suum omnēs inimici tui: sibilāuerunt & fremūerunt dentibus suis, & dixerunt: Dēuo- [6] rabimus. En, istā est dies quam expecta- [7]

a ❡ Pœnas futuras prædicendo. b ❡ Vana spe lactantes.

a ❡ Id est magna & criminalia peccata eiicienda, quasi contemnenda dicentes: quæ omnia pro suo lucro faciunt.

a ❡ Patres condolentes.

a ❡ Per rectitudinem fidei incedentes, non exorbitantes à iustitia, sed per viam quæ Christus est transeuntes, qui dicit: Ego sum via, veritas, & vita.

b ❡ Id est condóluerunt.

a ❡ Compatientis affectu. b ❡ Mentes. c ❡ Iudaicam plebem, vel ecclesiam, vel animam.

a ❡ Quæ tam subitò de tanta gloria corruit. b ❡ Gloriosa dicta sunt de te ciui. Dei. c ❡ Pulchra es & decora filia Ierusalem.

a ❡ Mundi, vel corporis. b ❡ Accusanter, vnde: Deus laudem meam ne ta. q. o. p. &c.

a ❡ Ad deuorandum. b ❡ Chaldæi, Romani, dæmones, quilibet persecutores. ❡ Quasi serpentes.

a ❡ Quasi leo deuorare cupiens. b ❡ Vel Ierusalem terrenam, vel delinquentem ecclesiam, vel animam in sanguine peccatorum conculcatam.

a ❡ Quia ablato Dei auxilio Ierusalem deuorare possumus.

Moraliter. C *Prophetæ tui, &c.* Habet anima etiam falsos prophetas, exterius sensus scilicet carnis, qui præsentia nuntiant, futura non curant; Habet interius prauos cogitatus, quos prudentia carnis gignit, quę falsa & stulta ostendunt nobis. Hi enim iudicant esse damna, si quid in præsenti de voluptatibus mens prætermittat: iniquitatem esse non putant, vbi aliquid acquiritur, aut talio inimicis redditur, carni iudicant indulgendum, longiora tempora promittunt nobis; iudicia Dei futura vel omnino negant, vel extenuant, vel alio modo futura prophetant. Hoc leuigant, illud grauant, sua leuiora putant, aliena crimina ingrauant; vnde, *Prudentia carnis mors est.* Hi cogitatus vident assumptiones falsas aut deiectiones: & semper vel exaggerant, vel assumunt, vel deiiciunt, vel minuunt: ex istis sempiternum sibi supplicium acquirunt.

A quibus quasi à Pseudoprophetis decipiatur anima. Rom. 8. a.

a *Viderunt autem, &c.* Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium: quasi magnam pœnam pro paruis peccatis imponentes, & assumptiones, quasi magnum pondus iudicantes.

b *Plauserunt.* Quartusdecimus locus conquestionis vel indignationis, quia hostibus vel extraneis res miseranda ostenditur.

D *Plauserunt super te manibus omnes, &c.* PASCHASIVS. Plauserunt, alij super te, alij super synagogam, vel ecclesiam, vel animam hæc interpretantes, plaudentes manibus inimicos esse dixerunt, ex irrisione, scilicet & gaudio insultantes. Sed nos è contrario dicimus sanctos patres & amicos zelo charitatis affectos; Hi cū quamlibet proiectam cognoscunt, plaudunt manibus, non ridentis, sed dolentis affectu: quia de tanto culmine synagoga, vel ecclesia, vel anima prolapsa, tam subitò ad tantam ruinam peruenit; hi verè transeuntes sunt, secundum illud, *transibo, & uidebo visionem hanc magnam.* Hi per viam transeunt; non hostes ecclesiæ, qui viam pacis nescierūt, sed aberrantes & tumultuantes ad ima corruunt; *sibilauerunt & mouerunt capita sua, &c.* Sibilatio subitum & improuisum dolentis & admirantis affectum indicat. Solet namque motus capi- E tis, vel manuum, sicut sibilus, significare diuersos affectus; vnde sequitur, *Hæccine est vrbs, &c.* Non hostes animæ vel ecclesiæ, putant eam esse perfecti decoris, aut gaudium vniuersæ terræ: sed soli sancti & amici, qui quāto gloriosiorem & pulchriorem videbant, tantò admirantur & lugent, cum in manibus hostiū deiectam videant. sed quia gemitum sanctorum super eam propheta etiam ipse gemens exhibuit, inimicorum gaudium & * insultationem subiicit, dicens.

Allegor. Moraliter. Boni de animarum perditione plangunt mali lætantur. Exod. 3. a. Sibilatio. * exultationem

c *Aperuerunt super te.* PASCHASIVS. Hic quoque historicè, Allegoricè, Moraliter simul, exponemus, quia parum differre aduertimus, & tædioso lectori parcimus. Propheta afficitur, vel, quia amici gemunt pro his tribus, ex quibus vna ciuitas colligi- F tur; vel quia inimici insultant, si qua prosternitur, vnde; *Aperuerunt* (inquit) *super te os suum.* Inimici os aperiunt, cùm quod accusent, inueniunt. Aliter tenent os clausum contra Ierusalem deiectam, vel delinquentem ecclesiam, vel animam in sanguine peccatorum conculcatam, cùm quotidie venantur quid accusando obiiciant; vnde, *Deus laudem meam n. t. &c.* Felix autem cui si obiiciuntur culpæ, laudes è regione assistunt quæ culpas repellunt. *Sibilauerunt* vt serpentes, *fremuerunt dentibus suis*, vt leones ad deuorandum rugientes: Sicut enim boni charitate compuncti stupore permoti dolentes sibilant & caput agitant: ita irridentes cum quemlibet corruisse viderint sibilant & fremunt, vnde sequitur, *Ista est dies quam expectabamus, &c.* Istam diem semper expectant hostes qua liceat eis, vel cuiusque animam, vel totam ecclesiam deuorare: sed hoc non potest fieri, nisi exigentibus peccatis, & iusto Dei iudicio permissum fuerit, sicut terrenæ Ierusalem accidit, vnde addit,

Inimici quando aperiunt os. Psal. 108. a. Exod. 32. g.

☞ a Fe-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Viderunt autem tibi assumptiones falsas, *Inducendo te per falsas persuasiones ad sumendum bellum contra Chaldæos.*

2 Et eiectiones, *Scilicet de terra tua per captiuitatem tuam, quæ est ad hoc secuta.*

3 Plauserunt super te manibus; *Deridendo fatuitatem tuam & calamitatem tuam.*

4 Hæccine est vrbs (dicentes) perfecti de. *Ita enim pulchrè & magnificè ędificauit eam Salomon, quòd delectabile erat omnibus habitare in ea.*

5 Aperuerunt super te os suum om. inim. &c. *Scilicet Chaldæi & alij eis adiuncti, conferendo ad inuicem de tua destructione totali; ideo subditur,*

6 Deuorabimus. *Et quia hoc faciebant ex magna voluntate, ideo subditur,*

7 En ista est dies quam expectabamus, *Scilicet cum magno desiderio.*

Pseudoprophetæ decipientes Ierusalem. Hostes eandem deridentes.

☞ 1 Fe-

MORALITER.

† 1 *Viderunt autem tibi assumptiones falsas,* In excessibus prædictis.

2 *Eiectiones,* A statu virtutis; & timendum ne sequatur deiectio à statu potestatis & dignitatis sicut iam contigit in terra sancta, & Armenia, quę subiectæ sunt Sarracenis, ideo subditur,

3 *Plauserunt super te manibus, &c.* Scilicet infideles de fidelium subiectione. Sed quoniam hoc factum est propter peccata nostra, ideò sequitur,

Pœnæ eis imminent.

Ar- † Fe-

a Fecit dominus quæ cogitauit. Septimus indignationis locus, quia A nefarium factum, & ab omni iure remotum.

Historice. Fecit dominus quæ cogitauit. PASCHASIVS. Sæpius synagoga malis suis dominum irritans, iustam promeruit pœnam: sed diuina bonitas diu sustinuit ad pœnitentiam, sed quia sceleribus suis vicit Dei patientiam, tādem secundum merita dignam sustinuit pœnam. Vnde Moysi pro populo rogitanti responsum est, *Dimittam iuxta verbum tuum: verumtamen in die vltionis visitabo & hoc peccatum*, non quod dominus in die vltionis debuerit punire idem peccatum, quia *non iudicat bis in idipsū*, sed quia peccatū idololatriæ purè non dereliquerunt, nec pœnituerunt: vnde ait, *Fecit dominus* B *quæ cogitauit, &c.* Plagas scilicet impleuit, quas in lege prædixerat & prophetis.

Iudæi iustè puniti.

Moraliter. *Fecit dominus quæ cogit. &c.* Anima quoque in potestate hostiū traditur, quia in die bonorum fuit immemor malorum. Idcirco venit dies, quam expectabant hostes, quando fecit dominus, & compleuit sermonem suum in scripturis prædictum, vt dominus in typo Ierusalem perituræ videns animam malis huiusmodi circumdatam, fleuit, dicens, *Quia si cognouisses & tu, &c.* Habet ergo anima peruersa hic diem suam, quæ transitoriis bonis fruitur, cui etiā ea adsunt quæ ad pacē sunt, dum rebus gaudet temporalibus, dum extollitur honoribus, C dum carnis voluptate resoluitur, nec venturę formidine pœnæ terretur, Pacem habet in die sua: sed æterna dānatio restat in die aliena, in qua pro iniquitatibus suis cruciabitur ęternis pœnis. Tūc quę ad pacem modo sunt in amaritudinē erunt: tunc secum rixari incipiet, dicens, Cur damnationē non præuidi? Cur mētis oculos clausi? Cur has pœnas non expaui? vnde, *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis*, Facit ergo subito, quæ diu expectans deliberauit, & cōplet dominus sermones suos, quos præcepit: dum iubet venire quę prædicit, *Destruxit & non pepercit*, ne semper facultatem habeat peccādi, & quæ sibi parcere neglexit, hostibus diripiendā tradidit: quorum cornu exaltatur, dum potestas dominandi tribuitur, & quæ se iugo inimicorū eruere noluit, subiugatur, vnde addit, *Clamauit cor eorum.*

Luc. 19. g. De noxia securitate quæ desinit in pœnas grauissimas. Luc. 19. g.

Allegorice. *Fecit do. quæ cogit. & comp. serm. suum, &c.* Sicut inimici corporei contra Ierusalem hæc fecerunt, sic spirituales nequitiæ & ministri antiqui hostis contra ecclesiam faciunt: quando (Deo iuste iniquos vlciscente) sibi traditam, pœnis & doloribus affligunt. Hoc tamen de his dicitur, qui in ecclesia esse videbantur, non de ista, de qua Petro dicitur: *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam*, Sed de quibus dicitur: *A nobis exierunt sed ex nobis non erant.* Cornu hostium exaltatur, cum Ecclesia infirmatur, regnum, scilicet & potentia diaboli.

De eis qui in Ecclesia sunt numero vel merito. Math. 16. c. 1. Ioan. 2. c.

(Text)

a ¶ Euge euge viderunt oculi nostri. b ¶ Tandem.

a bamus, inuenimus, vidimus: AIN.[17] Fecit dominus quæ cogitauit, & compleuit sermonem suum quem præceperat à diebus antiquis. Destruxit, & non pepercit: & lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium b tuorum. SADE.[18] Clamauit cor eorum ad dominum, super muros filiæ Sion. Deduc quasi c torrentem lachrymas per diem & noctem: non d des requiem tibi, neque taceat pupilla ocue li tui. COPH.[19] Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde sicut

(Interlinear glosses: a ¶ Diu expectauit tribuens spatium pœnitendi. b ¶ Opere. a ¶ Non hominis. b ¶ Æterna præscientia, vel longe ante per prophetas. a ¶ Nisi dominus ædificauerit domum, &c. ¶ Ne semper habeat facultatem peccandi. b ¶ Quia tu tibi parcere noluisti. c ¶ Exaltauit. a ¶ Exteriorem vel interiorem. b ¶ Exaltari permisit. c ¶ Potestatem. d ¶ Chaldæorum, vel Romanorum, vel dæmonum vel vltiorum. a ¶ Intentione. b ¶ Hostium. c ¶ Id est contra. a ¶ Blasphemandum. b ¶ Diuinam potentiam. c ¶ Ecclesiæ, vel animæ. d ¶ Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. a ¶ Diuina inspiratione non humana voluntate infusas. b ¶ In prosperis. c ¶ In aduersis. a ¶ Modum lachrymandi determinat. b ¶ Compunctio rationis. a ¶ A torpore negligentiæ. b ¶ Id est aduersitate. a ¶ Ne in principio operis somnus obrepat deceptionis. ¶ Præuenerunt oculi mei a. te. di. b ¶ Lachrymas compunctionis.)

b Clamauit cor eorum. PASCHASIVS. Clamauit magis intentione quam voce. Visibiles inimici aut inuisibiles super muros filiæ Sion clamant, animæ, scilicet vel ecclesiæ, vel ciuitatis terrenæ, cum potestatem, qua eis dominantur nō diuino iudicio, sed suæ potentiæ ascribunt. Clamant autem contra dominum, cuius potētia quasi murus protegit & defendit. E Cùm vero auxiliū suum subtrahit, hostes super muros eorum quos opprimunt, dicuntur clamare contra dominum, cū scilicet sibi attrahunt quicquid contra eos possunt, quos Dei prius muniebat auxilium, quasi liberare non possit. Talis enim oppressio venit de æquitate iudicij, non de impotentia protegētis: hoc quoque propheta inter cetera deplorat. Et notandū, quod hæc ad superiorem sensum respiciunt, quoties enim metrici vno versu vel duobus sensum explere nō possunt, in principio vel in medio alterius distinctionem faciunt. Vnde mox ad ipsam Ierusalem conuertitur sermo.

Histor. Alleg. Moral. Leuit. 26. De eis qui suæ potentiæ ascribūt quod verè diuinæ est opus permissionis.

c *Deduc quasi torrentem lachrymas.* Torrēs non semper vno eodemque impetu effluit, sed sicut inundatio de cælo confluit, sic & lachrymæ secundum quod diuina inspiratione & compūctione cordis generantur. Nemo quidem potest vt torrentem lachrymas deducere, sed his verbis innuitur, quod mens & oculi semper parati debent esse & lachrymas iuxta gratiam diuinæ inspirationis effundere, & in prosperis & in aduersis numquam quiescere, vt nemo sibi parcat dum viuit, & nemo torpeat quasi securitate accepta: donec ad illam requiem perueniat, in qua absterget Deus omnem lachrymam ab oculis suis, vnde, *Euntes ibant & flebant, &c.* Hæ sunt veræ iustitiæ animæ, quæ per Sade significantur: *Neque taceat pupilla oculi tui.* Pupilla oculi tui & orat & impetrat compuncta diuina inspiratione. Ista tacere non debet, donec Deus his malis finem imponat, & omnem lachrymam abstergat.

Lachrymæ corporales semper haberi non possunt. F Psal. 125. a. Apoc. 21. a.

d *Neque taceat, &c.* Est autem oculus interior, qui ad Deum stillat, vnde exterior conlachrymatur: & tunc, *Fluminis impetus læ. c. d. & cetera.* alioquin sterilis est lachryma, quia tacet pupilla.

Psal. 45. a. Oculi interiores & exteriores.

e *Consurge.* In nocte consurgit qui de tribulatione vel angustia præ-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Fecit dominus quæ cogitauit, *Id est, ab æterno disposuit.*
2 Compleuit sermonem suum, quem præceperat à diebus antiquis, *Scilicet in Deut. 27. & 28. vbi comminatur pœnam terribilem Iudæis declinantibus ad idololatriam.*
3 Et lætificauit super te inimicum, *Ex sua victoria & deiectione tua.*
4 Clamauit. *Hic Ieremias inducit populum ad quærendam Dei misericordiam: & quia ad hoc facit aduersariorū superbia, ideo dicit,* Clamauit cor eorum, *Id est, Chaldæorum.*
5 Ad dominum. *Id est, contra dominum, eum blasphemando tamquam impotentem ad populi sui defensionem. Potest etiam hoc aliter exponi de Iudæis:* Clamauit cor eorum ad dominum super muros, &c. *Quia multi eorum videntes, quod non poterant vltra defendere muros, clamabant ad dominum quærendo eius auxilium.*
6 Deduc quasi torrentē lachrymas per diem, &c. *Abundanter flēdo.*
7 Non des req. *Ab operibus pœnitentiæ cessando.*
8 Neque taceat pupilla. *Fletum interrumpendo.*
9 Consurge. *Id est, simul surge, corpore, scilicet & mēte ad diuinam laudem, vt possis inuenire misericordiam.*
10 In principio vigiliarum, *Id est, celeriter & expeditè.*
11 Effunde. *Id est, perfectè, sicut aqua effunditur perfectius ceteris liquoribus: & talis effusio idem est quod intensa deuotio.*

Deus verax. Seria pœnitentia.

Leua

MORALITER.

† 1 *Fecit dominus quæ cogitauit & compleuit ser. &c.* Vt dedecus culpæ non remaneret sine decore iustitiæ.

4 *Clamauit cor eorum ad dominum, &c.* Hic ponitur deprecatio bonorum, qui sunt de ecclesia numero & merito pro dicti casus releuatione, cū dicitur *Clamauit cor eorum ad dominum.* Et nō os tantum: & maximè, quia nō apparet modo humano remedium de propinquo. Et subditur ad idem populi fidelis exhortatio, cùm dicitur:
6 *Deduc quasi torrentem lachrymas,* Ad Dei misericordiam prouocandam. Et patet sententia vsque ibi,

Oratio bonorum. pro ecclesiæ reformatione.

† Leua

præsentis vitæ spe eleuatus, torporem negligentiæ excutit, & inde-
A fessus contra omnia aduersa se accingit, in omnibus Deum laudat;
vnde addit, *Consurge & lauda in nocte, &c.* Quia callidus hostis dum
flagella ingerit, vt Deus blasphemetur intendit: vnde Iob ait. *Sic-
ut domino placuit, ita f. est. Sit nomen domini benedictum.* In principio
vigiliarum laudare debemus, vt omnia quæ agimus aut patimur, ad gloriam & ad laudem eius referamus: ne torpentes in principio operis opprimamur somno deceptionis; vnde, *Omnia in gloriam Dei facite.* Multæ quidem sunt vigiliæ, in quibus laudandus est dominus, & maximè præcauendum est, ne ab initio intentionis opus condemnetur. Cùm autem opus bene incipi-
B tur, restant adhuc vigiliæ, quibus vsque in finem in gloria Dei consummetur. *Effunde sicut.* Ille sicut aquam cor suum effundit in conspectu domini, qui ex intimo affectu cordis lachrymas producit compunctionis, quia *sacrificium Deo spiritus contri.* Si tamen tantus lachrymarum imber non affuerit, non est desperandum, vnde, *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Animam arentem sicut terram sine aqua pœnitens coram domino expandit, vt irriget imbribus suis, qui sitienti populo aquas de petra produxit. Cor quoque sicut aqua effunditur, quando liquefactum amore Dei & proximi, quasi glacies calore, resoluitur: vnde sequitur, *Leua ad eum manus tuas.* Pro paruulis ad Deum manus leuat, qui opera miseri-
C cordiæ pro humilibus membris Christi exaltat, qui fame & siti pereunt, quia terrenis adhæserunt. Hæc est autem perfecta charitas, vt cor quasi aqua fundatur ad Deum, & manus leuentur ad proximum. Sicut Moyses manus leuasse legitur, ne populus Dei vinceretur, sic & nos vt paruuli ecclesiæ, vel teneræ cogitationes animæ conseruentur, vnde: *Liquefacta est anima mea, vt dilectus locutus est.* Non enim cor vel anima resoluitur à frigore infidelitatis, nisi calore diuinæ inspirationis. Et ideo semper orandum, vt resurgat Aquilo, veniat auster, & fluant aromata. Tunc enim fluunt aromata orationũ, cùm mens diuino spiritu afflatur. Sed ne sola Dei dilectio sufficere videatur, leuandæ sunt manus pro paruulis, qui pereunt fame verbi in capite omnium compitorum. Nisi enim in viis & in capite compitorum essent: non fame verbi vel siti laborassent; sed reuocandi sunt de triuiis, de plateis, & de capite omnium compitorum, vt veniant ad domini prandium, ne fame pereant in perpetuum. Leuandæ sunt manus vt Amalech vincatur, ne paruuli conterantur; vnde Paulus, *Ne aliis fortè prædicans, ipse reprobus inueniar.*

(Marg.: Iob. 1. d. — Omnia ad Dei gloriam facienda. — 1. Cor. 10. g. — Quomodo inchoandũ & prosequendum sit opus bonum. — Psal. 50. d. — Deuotio. — Psal. 142. b. — Exod. 17. c. — Can. 5. c. — Orandum pro fratribus deuiantibus. — 1. Cor. 9. d.)

a ¶ In calore dilectionis Dei, Diliges dominum Deum tuum.

aquam cor tuum ante conspectum domini.

a ¶ Vox prophetæ: Ierusalem Deum laudare præcipitur, vt paruuli eius à fame & obsidione liberentur. b ¶ Id est opera. c ¶ Magni enim non pereunt.

¹ Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui famē pereunt in capite

a ¶ Verbi Dei. b ¶ Si sic non essent, non perissent. a ¶ Oculis misericordiæ.

omnium compitorũ. RES.²⁰ Vidē domine, &

a ¶ Diligenter. b ¶ Expoliaueris bonis suis. c ¶ Quasi: Quomodo potest hoc fieri.

considera quem vindemiaueris ita. Ergōne

a ¶ Animæ peccatorum. ¶ Sicut Martha filia Eleazari.

comedent mulieres fructum suum, paruulos

a ¶ Operum. ¶ Pro quia.

ad mensuram palmæ? Si occiditur in sanctuario dñi sacerdos & propheta. SIN.²¹ Iacuerũt in

a ¶ Vt Zacharias. a ¶ Terrenis negotiis. b ¶ Debilis. c ¶ Puer centum annorum. d ¶ Quæ virginitate videbantur pollere. e ¶ Fortes.

terra foris puer & senex, virgines meæ & iuue-

D Postquam miseram Ierusalem vel ecclesiam vel cuiuslibet animam ad lachrymas prouocauit, ad ipsum Deum verba supplicationis conuertit, si quomodo à vindicta possit reuocare, dicens, *Vide domine.* Notanda est autem pij prophetæ diligentia, qui multiplici ardore charitatis rapitur ad diuersa: nunc mala suæ gentis replicat, nunc replicat peccata, nunc perdita bona commemorat, nunc offensum Deum dolet: non tamen cessat fundere preces, vnde addit. a *Vide domine & considera, &c.* quartus locus cõquestionis. Res enim turpes & indignas deplangit, vnde sequitur: *Ergone comedent mulieres, &c. Iacuerunt in terra foris puer & senex. Vide domine, &c.* Deũ nihil latet, cuncta videt; rogat
E tamen vt videat, vt verbis & affectibus ad misericordiam flectat. Nouit enim clementem Deum in natura: & ideo rogat vt mala suæ gentis inspiciat: *Quē vindemiaueris ita.* q. d. Nulli genti tanta beneficia contulisti, nulli tam iustè tãta irrogata sunt supplicia: quia pro vuis fecit labruscas, & pro fructu spinas. Non est quem vindemiauerit dominus ita, nisi qui eius imitatur exempla; à quibus abstulit legis & omnium ceremoniarũ ornamenta. Cùm enim eum, qui cuncta præstiterat, occiderunt, omnia bona cælestis & terrenæ vitæ pariter amiserunt: qui de tanto amore meruerunt offensam, de tanta gloria ignominiam. Ad hæc videnda Deum prouocat, vt sic afflictis, quamuis immeritis, parcat. *Er-*
F *gone comedent mulieres.* Quasi: Quomodo ista facient? Hoc enim in libro Regum mulieres fecisse legimus, & Iosephus idem testatur. *Paruulos ad mensuram.* In aliis codicibus expressius legitur ad mensuram palmæ, nec incredibile. Tanta enim erat fames, vt nec famæ parcerent, nec naturæ. *Si oc. san. sa.* Quasi iusto Dei iudicio puniuntur, qui sanctuarium domini polluerunt sanguine prophetarum. Hoc quoque ecclesiæ Christi & animæ fideli timendum est. Si enim diuinis mancipati officiis similia committimus, similiter puniemur, & nostra religio prophanabitur. *Mulieres* quoque, id est, animę peccatorum *ad mensuram palmæ filios* vteri sui comedent, quia quidquid vitiorum ex se gignunt, ad mensuram operum recipiũt, suisque saturantur fructibus: vnde magis nobis lugendũ est, quàm explanandum, ne exaltati vsque ad cælos, demergamur vsque ad Abyssos.
b *Iacuerunt in terra, &c.* Populum bellatorem cum regibus & principibus interemptum gladio, reliquam ętatem captam esse demonstrat. *Iacuerunt in.* ALLEGORICE. Omnium magnitudine ...

(Marg.: Ieremiæ in patriam pietas. — In nulla magis gente quàm in Iudaica elucet diuina misericordia ac iustitia. — 4. Reg. 6. b. — Historicè. — Allegor.)

Post- / la

NICOLAVS DE LIRA.

1 Leua ad eum manus tuas pro ani. &c. *Id est, pro animabus.*
2 Paruulorum. *Quod dupliciter potest intelligi, Vno modo, vt animæ illæ recipiantur in sinu Abrahæ, Alio modo, vt mors illorum innocentum in oratione recordetur ante dominum, ad prouocandum Dei vindictam contra Chaldæos.*
3 Vide domine & considera, &c. *Per condescensionem tuæ pietatis.*
4 Quem vindemiaueris ita, *Id est, spoliaueris omnibus bonis, in tantum quod fame moriuntur.*
5 Ergone comedent mulieres. *q. d. sic factum est. Legitur enim 4. Reg. 6. f. quod in obsidione Samariæ mulieres comederunt filios suos præ famis magnitudine, & idem credibile est accidisse in obsidione Ierusalem per Chaldæos, imo expressè dicitur infrà 4.*
6 Paruulos ad mensuram. *Mulieres enim prægnantes præ angustiis & doloribus pariebant ante tempus fœtus imperfectos, & sic statim moriebantur & à matribus comedebantur: & hæc miseria prædicitur Iudæis, Deut. 28. si relinquerent Deum declinantes ad idololatriam, quod fecerunt, vt patet in libris Iudicum & Regum.*
7 Si occiditur. *Accipitur hic si, pro quia, quia Chaldæi passim interficiebant sacerdotes in templo domini, vbi tamen parcere debuissent pro sanctitate loci.*
8 Iacuerunt in terra foris puer & senex, *Insepulti.*

(Marg.: Cur iubeat propheta leuare manus pro animabus paruulorũ. — Mulieres pręfame filios comedentes.)

1 Per-

MORALITER.

† 1 *Leua ad eum ma.* In oratione deuota.
† *Pro anima par.* Scilicet spirituali, quia non reficiuntur doctrina, & exemplari vita superiorum; ideò subditur,
† *In capite omnium compitor.* Id est, Ecclesiarum, quæ dicuntur *compita*, eo quòd ibi conueniunt fideles ad audiendum diuina; doctores autem & prælati capita sunt huiusmodi compitorum; & pro tali miseria exclamat ecclesia,
5 *Ergone comedent mulieres.* Quod fit moraliter, quando superiores malis exemplis corrumpunt populum sibi subiectũ; propter quod sequitur.
7 *Si occiditur in san.* Et accipitur hic si, pro *quia.* Nam in sanctuario sacerdos occiditur, quando ab eo indignè sacramentum Eucharistię celebratur; & similiter propheta, quãdo prædicator præ quæstu diuitum palliat mala.
8 *Iac. in ter. &c.* Nam communiter omnes isti sunt in cupiditate terrestrium defixi: Ideo subditur,

(Marg.: Sacerdotes & prædicatores turpi lucro intẽdentes.)

la quasi sua plangit propheta, qui vndique charitate oculatus, & A omnis in omnibus, in singulorum corporum singulis membris mala sua perscrutatur & lamentatur. Sic quilibet infusus dilectione Dei & proximi, ad omnia se debet effundere, mala omnium quasi propria deflere, vt videat si qua membra ecclesiæ iaceant in terra foris, id est, terrenis occupentur negotiis, de quibus dicitur, *Nemo militans Deo misceat se negotiis sæcularibus.* Foris iacent qui exeunt à nobis, B nec permanẽt in operibus fidei. Plures autẽ corpore intus sunt & apud nos viuunt, sed apud Deum perditi sunt, Puer, quia in terra, virtute senum non roboratur: & senex quia puer cẽtum annorum est, maledicitur. Virgines & iuuenes, ætas florida & iucunda gladio aduersariorum in animo feriuntur, & C quod peius est in die furoris eius interficiuntur. Aliter percutitur vetus homo vt corruat, & nouus vt resurgat, aliter percutiuntur & occiduntur qui stare videbantur, qui in die furoris sine misericordia occiduntur. Inde nascitur fletus irremediabilis, quo planguntur qui nesciunt, qui gladio furoris Dei iam interfecti sunt æternæ damnationi deputati.

Defienda sunt à piis mala etiam aliena. — 2. Tim. 2. a. — Isa. 65. d. — Tau.

a *Voca. quasi ad diem, &c.* Describitur vltima captiuitas omnium electorum planctibus deplorata. *Tau* littera præponitur, vt in frontibus gementium & dolentium signata inueniatur, in quibus autem inuenta non fuerit, exponentur inimicis suis, quasi ad diem solemnem vndique congregatis, qui supra dixerunt, *Ista est dies* D *quam expectabamus, inuenimus, vidimus.* Dies solemnis dicitur, non quòd Deo placeat, sed quod tunc improborum expectata * lasciuia compleatur: ad cuius solemnitatis diem, id est, vltimi examinis, soluetur Sathanas.

* lætitia.

nes mei ceciderunt in gladio: interfecti sunt †† in die furoris tui: percussisti: nec misertus es. 1 a TAV.[22] Vocasti quasi ad diem solemnem, qui 2 b terrerent me de circumitu: & non fuit in die furoris domini, qui effugeret & relinqueretur. c Quos educaui & enutriui, inimicus meus 3 4 consumpsit eos. 5

[Interlinear glosses: Inuisibili. — a Romanos, vel dæmones. — Cui nemo resistit. — Cum solutus fuerit timebunt electi, & territi purgabuntur. — Hostibus, non Deo. — Quibus nemo resistit. — b In circumitu impij ambulabant. — a Districti iudicij. — b Indiscussus. — a Disciplina tyrocinij. — b Lacte doctrinæ, vel corpore Christi. — c Diabolus vel Romanus. — In ore gladij. — a Vitiis emolliuit.]

† THEODORETVS. Qui metuebant incursionem hostium illuc confugerunt, velut ad vrbem munitam, vbi nihilominus omnes capti sunt. Consueuerant enim tempore festorum illuc omnes cõcurrere: id- E circo comparat festo captiuitatem, vnde addit,

Dies extremi iudicij.

b *Qui terrerent me de cir.* Videbunt etiam electi dæmones vndique congregatos visu horrendos, ad deuorãdas animas effrenatos, & exterriti purgabuntur, nec erit qui effugiat, aut qui relinquatur indiscussus. Inde sanctorum concio gemebunda & F planctu consona, adepta sibi membra deplorans, dicit.

c *Quos educa.* Scilicet tyrocinij disciplina, *& enutriui*, lacte doctrina, quia non peruenerunt in virum perfectum, vt dimicarent contra exercitum hostium: *inimicus meus consumpsit eos;* vitiorum scilicet deliciis. Ideo, nemo est eorum qui effugiat, nisi qui signa, quæ Tau signat, in fronte portat, vnde, *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, &c.* Reliqui non effugient gladium furoris domini quamuis in ecclesia, editi, educati, nutriti, quia inimicus consumpsit eos.

Pereunt & quidam de fidelibus. — Lucæ 9. c.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Percussisti: nec misertus es. *Differendo illam pœnam, cùm in omnibus operibus Dei semper cum iustitia currit misericordia.*

2 Vocasti quasi ad diem solemnẽ, &c. *q. d. Sicut ad solemnitatẽ promptè & libenter confluunt homines: sic gentes in circumitu Iudææ habitantes, promptè & gaudentes venerunt cum Chaldæis ad destructionem vrbis.*

3 Quos educaui & enutriui, *Id est, habitatores Ierusalem qui dicebantur eius filij.*

4 Inimicus meus, *Id est, Chaldæorum exercitus.*

5 Consumpsit eos, *Partim fame, in longa obsidione, & partim gladio in vrbis captione.*

CAP.

MORALITER.

†† *Ceciderunt in gladio.* Scilicet diaboli. † *Interfecti sunt in die furoris,* Permissiuè.

† Inter- † Mo-

ADDITIO.

In cap. 2. Quomodo obtexit caligine.

In hoc cap. Propheta lamentatur destructionem totius terræ Israel & totius regni. Et diuiditur in quatuor partes. Primo namque lamentando loquitur ad seipsum. Secundo vero lamentando dirigit sermonem suum ad terram Israel, & ad ipsum regnum, ibi, Cui comparabo te, *Tertio dat super hoc salubre consilium, ibi,* Clamauit cor eius ad dominum, *Quarto, texit deuotum oraculum ad Deum, ibi.* Vide domina. *Prima pars, in qua lamentatur loquendo ad se, diuiditur in duodecim partes, secundum duodecim infelicitates quæ venerunt super regnum illud oppositas duodecim excellentiis, quas prius habuerat. Excesserat namque illud regnum alia regna. Primò in sublimitate honoris, vnde Deut. 28. a.* Faciet te dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus terræ. *Et ibidem.* Erit semper supra & non subter. *Super hoc ergo in primo versiculo lamentatur dicens,* Quomodo obtexit caligine. *scilicet tribulationis,* Filiam Sion, *Id est, totam terram & regnum. Et sequitur.* Proiecit de cælo in terram inclytam Israel. *Secundo vero excesserat regna alia quantum ad nobilitatem & dignitatem principũ, quia stirps Dauid, quæ regnabat in Israel, fuit sanctissima, super quo in secundo versu lamentatur propheta, dicens:* Præcipitauit dominus nec pepercit, *Sequitur,* Polluit regnum & principes eius. *Tertio verò excesserat, quantum ad robur militum, & robur pugnatorum, vnde fuerat regnum fortissimum sicut cornu super quo lamentatur propheta in versu tertio, di.* Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel. *Quarto vero excesserat quantum ad venustatem arborum & pulchritudinem terræ nascentium, vnde erat terra nemorosa ad videndum pulcherrima, super quo lamentatur propheta in quarto versu, di.* Tetẽdit arcum suum quasi inimicus, occidit omne quod pulcherrimum erat visu. *Quinto excesserat quantum ad vrbes munitas & multiplex fortalitium, quod erat in toto regno Israel, & in multis locis terræ promissionis, vt patet ex libris Paralipo. & regum, super quo in versu quinto lamentatur dicens,* Factus est dominus velut inimicus, præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius. *Sexto, excesserat quantum ad locum sacrum & Dei tabernaculum, quod fuerat in ipso regno aliquando in Silo, aliquando in Masphat, & demum in Ierusalem, super quo in sexto versu lamentatur, dicens,* Et dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum. *Septimo vero excesserat quantum ad Dei altare & multiplex sacrificium, per quod filij Israel ex præcepto diuino prius habuerant sacrificare, super quo lamentatur in versu septimo, dicens,* Repulit dominus tabernaculum suum, maledixit sanctificationi suæ. *Octauo excesserat quantum ad vrbem principalem, quæ erat metropolis & regni solium, quæ quidẽ ciuitas erat valdè notabilis in muris & munitionibus, super quo lamẽtatur in octauo versu, dicens,* Cogitauit dominus dissipare muros filiæ Sion. *Sequitur,* Luxitque antemurale, & murus eius pariter dissipatus est. *Nono excesserat quantum ad cœtum hominum sapientia diuina & prophetia præditum, nullum enim aliud regnũ receperat legẽ Dei aut habuerat prophetas Dei visiones videntes, super quo lamentatur in nono versu, dicens,* Defixæ sunt in terra portę eius, *quia in portis sedebant iudices & legis Doctores, Deut. 17. Et sequitur,* Reges eius & principes eius inter gentes. Non est lex, nec prophetæ, &c. *Decimo excesserat quantum ad populum honore & reuerentia dignum, quia in nullo regno erant tales senes aut tales virgines in vtroque sexu, & quò ad sanctitatem, & omnem virtutem, & quò ad alias conditiones reuerentia dignas, super quo lamentatur in vndecimo versu, dicens,* Sederunt in terra, conticuerunt senes, abiecerunt in terra capita sua virgines Iuda. *Vndecimo vero excesserat quantum ad numerum paruulorum, & multitudinem infantium, quia Deus multiplicabat semen filiorum Israel plus quam aliarum nationum:* vnde

Diuisio. — 12. excellentiæ regni Hebræorũ. — Honor. — Principum bonitas. — Robur militiæ. — Terræ felicitas. — Vrbes. — Loca sancta. — Dei cultus. — Vrbs regia. — Magistratus. — Populus.

Prolis fœcunditas.

vnde in Aegypto fuerunt in satis breui tempore vltra modum multiplicati, super hoc vero propheta in versu vndecimo lamentatur plorans defectionem paruulorum & lactentium, dicens, Defecerunt præ lachrymis oculi mei. Sequitur, cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi. Duodecimo vero excesserat cetera regna in abundantia victualium, & hoc quantum ad vitam diuturnam, vnde non abbreuiabantur homines passim in pueritia aut adolescentia, sed perueniebant ad perfectam ætatem & erat vna benedictio inter filios Israel, qui videbant filios filiorum suorum: super quo lamentatur propheta versu.12.d. Matribus suis dixerunt: vbi est vinum & triticum. Sequitur. Cum exhalarent animas in sinu matrum suarum. Deinde sequitur pars secunda principalis, in qua propheta lamentum suum dirigit ad terram Israel & ad regnum ad alloquendum ipsum ac ponendo præ oculis quinque, Et secundũ hoc pars ista continet quinque versus. Primo namque præ oculis ponit ipsi regno, vt consideret magnitudinem suæ pœnæ & suæ miseriæ, & hoc in versu.13. dicens: Cui comparabo te vel cui assimilabo te filia Ierusalem? magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tui? Secundo ponit præ oculis & sibi ingerit originem suæ culpæ, & suæ malitiæ: quæ origo fuerat ex hoc, quod prophetæ non aperuerunt filiis Israel suam iniquitatem, vt eos ad pœnitentiam prouocarent, & hoc facit in versiculo 15. dicens: Prophetæ tui viderunt tibi falsa. Tertio vero ponitur præ oculis in compassionem totius viciniæ & gentium propinquarum: hæc est enim vna magna causa doloris existenti in miseria, dum non inuenit aliquem qui sibi compatiatur: & hoc in versu.15. dicens: Plauserunt super te manibus suis omnes transeuntes per viam sibilauerunt & mouerunt capita sua. Quarto vero ponit præ oculis & sibi ingerit exultationem & gaudium gentis aduersariæ & nationis sibi inimicæ, quæ est magna causa doloris, dum scilicet aliquis inimicum videt in gaudio, & hoc facit in versu 16. dicens, Aperuerunt super te os suum, omnes inimici tui dixerunt, Deuorabimus. En iste est dies quem expectabamus. Quinto ponit præ oculis & ingerit hoc non esse factum à casu, imo secundum præfinitionem iustæ Dei sententiæ: & hoc in versu.17. dicens, Fecit dominus quæ cogitauit, compleuit sermonem suum quem præceperat à diebus antiquis. Deinde sequitur tertia pars in qua propheta post lamentum dat salutare remedium & salubre consilium. Docet enim recurrere ad Deum per sex. Docet enim primo, orare, & clamare, secundo, plorare, tertio, plorando perseuerare, quarto in oratione etiam in nocte vigilare, quinto, cor suum humiliare, & sicut aquam effundere, sexto, leuationem manuum, & aliis gestibus ipsum placare, & hoc facit in duobus versibus, scilicet 18. & 19. Pro primo namque dicit, Clamauit cor eorum ad dominum, Pro secundo dicit, Deduc quasi torrentem lachrymas, Pro tertio, dicit, Non des requiem, Pro quarto, Consurge & lauda in nocte, Pro quinto, Effunde sicut aquam cor tuum, Pro sexto, Leua ad eum manus tuas. Deinde sequitur pars quarta, in qua propheta ponit orationis textum, & texit oraculum deuotum ad Deum. Monuit enim filios Israel sicut desolatos ad Deum orandum, & ibi ponit orationem quam facere debent, dicendo, Vide domine & considera. Est autem ista consideratio summè prouocatiua diuinæ misericordiæ, & tres continet versus. s. 20. & 21. & 22. Nititur enim prouocare Dei misericordiam, allegando suam magnificentiam, & vilitatem propriam, & hoc in principio versus 20. Vide domine & considera, quem vindemiaueris, ita q. d. non decet tuam magnificentiam & excellentiam, persequi me sic vilem & impotentem, Secundo vero, allegando infelicitatem multam iam perpessam: Quod patet in hoc, quod mater comedit filios, & quod propheta & sacerdos occisi sunt in sanctuario, & quod nulli ætati pepercit gladius, & hoc facit ab ipso loco, Ergo ne comedent mulieres fructum suum, vsque in finem totius versus 20. & deinceps in versu.21. Tertio vero allegando hostium aduersariorum immanitatem & malitiam, vt magis Deus compatiatur, & hoc facit in 22. versiculo, ibi, Vocasti quasi ad diem solemnem, qui terrerent me de circumitu, &c. Et sic finitur lamentatio secunda, Circa quam considerandum secundum prædictum magistrum, quod licet hic fiat mentio de ciuitate Ierusalem, tamen omnia quæ in hoc capite continentur, referenda sunt ad deplorationem totius regni Israel in communi, ita quod omnia quæ dicuntur de Ierusalem, dicuntur de ea in quantum erat pars principalis vel metropolis regni. Et ideo in ista lamentatione fit mentio de terra Israel, & de speciosis Iacob, & de filiabus Ierusalem, scilicet, de ciuitatibus regni, quæ erant sicut filiæ, & Ierusalem sicut mater.

Vitæ diuturnitas. Secunda pars. 1 2 3 4 5 Tertia pars. Sex modis fit ad Deũ recursus. Pars quarta. 1 2 3 Per Ierusalẽ intelligendum totũ regnum Hebræorũ.

CAP. III.

A a ☞ Christus vel ecclesia. b ☞ Viriliter agens.

LEPH. Ego uir a ☞ Diligenter. b ☞ Ex qua omnes diuitiæ. ☞ In passione.

videns paupertatem

CAP. III.

Ego vir videns, &c. PASCHASIVS. Lamentationibus debemus incessanter insistere, si fortè (vt in libro Iudicum legitur) Angelo mala nostra monente & annunciante, de Galgalis, id est, voluptatibus, ascendamus ad locum flentium cum ipso: vbi cum loqueretur ad omnem Israelem, B leuauerunt vocem & fleuerunt, vnde vocatum est nomen loci illius flentium vel lachrymarum. Sed quia flere pœna est, vix inuenitur qui diligat lamentationes. Nos autem in his quasi in quodam speculo huius mundi turbines, & naufragia nostra cum gemitu & dolore con-C sideremus. Tertium igitur aggrediamur alphabetum, trimetro compositum, in quo terni versus vna eademque littera incipiunt quod in tribus aliis alphabetis Sapphico metro compositis non inuenitur. Hic autem quædam de ecclesia, quædam de passione Christi altiori sensu requirere debemus, quod sine fletibus non possumus. Rogemus ergo quasi sedentes super asinam, id est, super lasciuam carnem, vt irrigare dignetur Deus arentem animam: & si non irriguum superius, saltem concedat inferius. D

Iudic.2.a. Defflendæ sunt prioris vitæ voluptates.

PASCHASIVS. Quàm in funebri totius corporis lamentatione, profunda de Christo & eius corpore aperiuntur mysteria, & nunc ad synagogam, nunc ad ecclesiam deinde ad Christi passionem luctuosa discurrit oratio: nunc de Christo & eius corpore agitur, vt prior huius al-E phabeti insinuat versus, nunc moralitas permiscetur, si quo modo cordis nostri duritia in lachrymas soluatur, aut pro his qui labuntur de Christi corpore, aut pro his quæ Iudæis acciderunt in captiuitate, aut pro his quæ fiunt in capite, vel pro his quæ membra patiuntur, vel quia F bonis priuamur. Vt autem melius discernamus quæ pertinent ad caput, quæ ad corpus, prima regula Tyconij inspiciatur, quæ est de Christo & eius corpore. Quando à capite sine permutatione personæ ad corpus, vel à corpore transitur ad caput, vel quando vna eademque sententia non minus capiti quam corpori congruere videtur, nec tamen ab eadem persona receditur, sicut in hoc versu: *Ego vir videns paupert. Vetustam fecit pellem, &c.* ☞ Vnum

Sequentiũ lamentationum materia. Prima regula Tyconij.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. III.

Ego vir videns, &c. *Hic describitur lamentatio Ieremiæ sub tertio alphabeto. Et dicit hic Rabi. Salomo. quod Ieremias scripsit istud caput, postquam Ioachim filius Iosiæ combusserat librum suum, in quo erant scripta alia tria capita, scilicet, primum, secundum & quartum, sicut dictum fuit supra 36. & propter hoc in fine illius cap. dicitur, quod Ieremias tulit aliud volumen, & dedit Baruch qui scripsit in eo omnes sermones libri prioris, & insuper additi sunt sermones plures quam ante fuerant, & ad hoc denotandum sub qualibet littera posuit tres versiculos in hoc capite. Sed istud dictum videtur repugnare illis, quæ supra dixi, scilicet quod Ieremias hic lamentatur destructionem ciuitatis iam dictam, quia vidit prophetiam suam completam, quia combustio huius libri & reparatio fuit longè ante destructionem Ierusalem, scilicet quarto anno Ioacim filij Iosiæ, vt ibidem dicitur, qui regnauit vndecim annis, & post eum Iechonias filius eius mensibus tribus, & post eum Sedechias vndecim annis, ita quod in eius anno vndecimo fuit Ierusalem destructa. Ad hoc dicendum, quod Ieremias vidit destructionem ciuitatis dupliciter: Vno modo visione intellectuali & prophetica, & sic eam deplorauit scribendo antequam eueniret, Alio modo visione corporali quando fuit completa, & sic eam deplorauit, illud quoque prius scripserat per modum lugubris carminis ore proferendo. Igitur præsens caput in tres partes potest diuidi, quia primo Ieremias suam miseriam lamentatur, & populi, secundo Dei misericordiam & iustitiam suam annexam confitetur, ibi: Misericordiæ domini; tertio ad lamentandum miseriam reuertitur, ibi: Operuisti. Et primum dicit in persona sua & populi,* ☞ Ego

Quando hoc cap. & sequent. Threnorũ sint scripta? Diuisio.

MORALITER.

†1 *Ego vir videns paupertatem meam.* Hoc dici potest in persona Christi, vel eius vicarij boni, casum ecclesiæ lamentantis. *Ego vir videns paupertatem meam, &c.* Propter spoliationem subditorum meorum, quantum ad bona gratuita, & vulnerationem, quantum ad naturalia.

Prælatus lugens. Ecclesiæ calamitas.

Vnum enim horum, quamuis omni corpori conueniat, aptius tamen aptatur capiti, Alterum verò membris; vt per carnem & pellem & ossa illi accipiantur, qui in ecclesia vetustate contagionis afficiuntur, & pressuris tribulationum conteruntur. Nam quod dicit: *Ego vir. vid. paup.* quamuis plangenti prophetæ, conueniat tamen manifestius Christi vocem sonat. quæ in manibus prophetarum assimilatur, & omnes in se per generationem colligit, vt occurramus in virum perfectum & plenitudinem corporis Christi. GILBERTVS. Vniuersas ferè lamentationes Ieremiæ quinto conquestionis loco insigniri diligenti patet lectori. Deplorantur enim singula incommoda, ante oculos iudicis sic digesta, vt videatur videre, & re ipsa ad misericordiam cõdescendere.

a ¶ Clementiam iudicis captat à persona sua. b ¶ Non furoris, sed correctionis.

a meam in virga indignationis e- 1 b ius. ALEPH. [2] Me minauit & 2 adduxit in tenebras, & non in 3 c lucem. ALEPH. [3] Tantum in 4

a ¶ Quasi leprosum & abiectum. a ¶ Tribulationis. a ¶ Prosperitatis.

Historice. *Ego vir videns paupert. meam.* Ieremias non minus deplorat populi ruinam, quam angustiam propriam, qui paupertate cum eis tribulatur, indignationem Dei patitur, in tenebras adducitur & non in lucem. Super eum vertitur & conuertitur manus domini, vt experiatur an sese velit sequi, quibus pellis & caro Ieremiæ afficitur fame, quasi vetustate: & cõteritur vigor populi, quasi malleo percussoris, & deficit virtus bellandi. Obsidionem quoque plangit, dicẽs, *Aedificauit in gyro meo.* Vnde, *Si cognouisses & tu.* Et post pauca. *Circumdabunt te inimici tui vallo.* Populũ quoque suum circumdatum amaritudine miseriarum & labore angustiarum plangit, quod & in prima obsidione contigit, in qua Ieremias à populo nimia cordis amaritudine vexatus, & pro populo labore tribulationis afflictus est, & hoc est quod dicit, *Circumdedit me felle, & in tene. col. quasi mor. fetu.* Hoc apertè Ieremię conuenit, qui reclusus est in tenebris carceris, vt penè mortuus sit quasi pro reatibus suis mori meruerit.

Ieremias præter cõmunes calamitates priuatas etiam sustinuit.

B

Luc. 19. f.

Moraliter. *Ego vir. vi. pau. meam.* Solus spiritus hominis scit quæ sunt hominis, qui quoties diuino spiritu tangitur, paupertatem suam intelligens afficitur fletibus, dicens, *Ego vir vi. paup. meam.* quia cum Dei indignatione flagellatur, vt fletibus afficiatur, se nihil esse cognoscit; cui nulla est comparatio virtutis, ne de se præsumere possit. Nemo enim bene gloriatur castum se habere cor. Ideo humilis vel lachrymosus confitetur, *Ego vi. vid. paup. meam:* non enim de se præsumit correptus virga indignationis, vnde addit, *Me minauit:* quia omnis anima cum iram Dei recordatur, & terrorem iudicij discutit, & facta sua ante oculos suos quasi in mortis articulo ponit, erroribus se infectam, in tenebris versari videt, dum meritorum suorum paupertatem agnoscit; *In virga indigna. eius,* id est, Dei. Vnde bene dicit: *Me mi. & adduxit in te.* Et cum de se nihil nisi infirmum sentit, se adductam quasi in tenebras plangit. Talis anima dum virgam discussionis Dei & minas contemplatur, & mala sua vndique perscrutatur, adducta in tenebras & non in lucem rectè creditur, ne de se præsumat, humilitatem perdat, superbiam incurrat, & quia *beati pauperes spiritu,* bene spiritus hominis paupertatẽ suam videns contremiscit, dum sese sub virga indignationis conuersari non ambigit, & se ad hoc minatam & adductam intelligit. Hæc est doctrina quę per *Aleph,* significatur, vt sese semper anima inspiciat, & omnia sua retexat, & lugeat, donec illuminet eam oriens ex alto, qui venit *illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent.* Sed, *Tantum in me ver. & conuer. ma. &c.* Materno animo Deus exponit animam tentationibus & abijcit: & aliquando plorantem & dolentem in sinum recipit, lac doctrinæ suggerit, blanditur: hoc est quod dicit, *Tantum in me ver. & conuer. ma. suam tot. die.*

Anima sua recognoscens vilitatem.

C

Matth. 5. a. Luc. 1. g.

Deus misericorditer & ad salutẽ flagellat.

Ego vir. vid. &c. ALLEGOR. Potest omnium sanctorum vox ista esse, quantum sunt vniti in corpore Christi, quantum eamdem paupertatem fuerint imitati, quantum in virum perfectum fide & opere collecti: vnde sequitur, *In virga indignationis eius.* Alia est virga furoris, alia indignationis, alia directionis, alia regni. Est enim virga ferrea, qua conteruntur vasa testea in ira furoris. Alia qua in æquitate reguntur sancti, vt dirigantur ad brauium supernæ vocationis. Est virga indignationis, de qua est Ierusalem, vnde dicitur, *In indignatione mea percussi te, & in reconciliatione mea misertus sum tui.* Hac enim virga percutit vt misereatur. Hac virga Christus percussus est; non quod in se indignatione dignus esset, sed *propter scelus populi* percussus est: hoc est quod dicit in virga indignationis eius.

Virgarum diuersitas.

D

Isa. 60.

Allegoricè. *Ego vir vi. paup, &c.* Licet hoc omnibus conuenire videatur, excellentius de Christo intelligitur. In quo sicut excellunt omnia, ita & visio ista. Quid enim mirum si paupertatem suam quilibet videat qua penè omnis pressus laborat? sed sicut est gloriosior paupertas Christi, & mirabilior est omnibus diuitiis sæculi (*qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem, &c.*) ita hæc visio paupertatis profundior. Ideò tota mentis & corporis intentione consideranda, vnde, *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Si enim Christi paupertas communis esset, sensu discerni posset, nec soli intellectui pateret: nunc autem beatus prædicatur qui intelligit. Bene autem Christi paupertas admiranda & inquirenda: & cum sanctorum (secundum Apostolum) altissima sit paupertas, quæ à paucis intelligitur: tantò magis ergo illa admiranda, quam & angeli mirantur, & de qua intellecta beatitudo nascitur. Sunt quidem beati pauperes spiritu, sed de eo spiritu quo ista paupertas intelligitur, quæ à spiritu sancto referatur. Propterea trium versuũ principia apud Hebræos ab *Aleph* insigniuntur quæ doctrina interpretatur. Multa enim doctrina eget hic sensus, de quo summus auctor gloriatur, & quasi singularis sit, qui videat, & qui intelligat, ait, *Ego vir videns paupertatem meam.* q.d. Ego cui adsunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ, video paup. meam, quam sponte pro aliis suscepi, quam miseri nolunt intelligere, qui nec omnimodam miseriam suam volunt aduertere.

Christi paupertas. Philip. 2. Psal. 40. a. E 1. Cor. 2.

a *In vir. in.* Ob indignationem scelerum nostrorum paupertatem suam & passionem sustinuit, vt liuore eius sanemur. Huius paupertatis mysterium, aut nulli sanctorum, aut pauci vident ad plenum: quanta bonitas Dei, quanta dilectio super filios iræ, quanta misericordia in filios reconciliationis: ideo quasi solus videat, dicit, *Ego vir videns paupertatem meam.* Videt suam, miram & ineffabilem, videt suorum membrorum paupertatem, qua ipsi coniunguntur, scientes *quod patientia pau. non. p. i. f.* Rectè ergo, vna vox est capitis & corporis, *Ego vir vi. paup. meam. Quia castigat Deus o. fi. q. re.* Prolepsis in hoc loco, scilicet præsumptio rerum dicendarum notatur. Præponit enim *eius,* cum nondum dixerit ad quem referatur: quia notum esse non ambigit, quòd pater filium virga passionis percusserit. Non ergo mirum si membra eius virga indignationis eius ad correctionem percutiuntur, vt sit vna vox, vnus gemitus, vnus ploratus, in valle lachrymarum, vnde, *Me minauit.*

Allegor. Isa. 53. b. Ineffabilis est Dei misericordia & nostra miseria. Heb. 12. F

b *Me minauit, &c.* Cum scilicet & voluit pater conterere filium in infirmitate sua, & reputatus est quasi leprosus & percussus à Deo & humiliatus, quasi in tenebras & non in lucem ductus est, sed tenebræ eum non apprehenderunt. Ecclesiam quoque minis & terroribus subiicit, & adducit in tenebras afflictionis, & non in lucem præsentis prosperitatis, vnde sequitur.

Isa. 53. b. Ioan. 1. a. 2. Tim. 3. Flagellatio Ecclesiæ in capite & membris.

c *Tantum in me vertit.* Hoc quoque ad caput & membra æquè referuntur, *Quicumque enim volunt pie viuere in Christo, persecu. patien.* Quorum vox est, *Tantum in me,* alios enim non corrigit, sed liberè vagari permittit. Ecclesiam verò tam de Iudęis quam de gentibus multis disciplinarum affligit angoribus: manum ad castigandum vertit, quia *flagellat omnem filium quem re.* & clementer *conuertit* vt misereatur. Manum namque conuertimus, cum à feriendo retrahimus. Conuertit ergo manum, parcendo, auxiliando eis, quos emendat puniendo. De aliis autem dicitur: *In labore hominum non*

1. Cor. 3. c. Heb. 12. b. Psal. 72. a.

NICOLAVS DE LIRA.

Ego vir videns paupertatem meam, *In spoliatione ciuitatis & captiuatione.*

1 In virga indignatio. eius, *Id est, vindictæ & correctionis Dei.*

2 Me minauit. *Per exercitum Chaldæorum in captiuitatem ducendo.*

3 Et adduxit in tene. *In locis tenebrosis me recludendo, potest etiam hoc intelligi de Sedechia, qui erat caput populi, & exoculatus fuit ductus in Babylonem.*

4 Tantum in me ver. *Loquitur ad modum hominis multum afflicti, cui videtur quod nulla afflictio alia sit sua comparanda, & sic dicit se solum afflictum.*

MORALITER.

† 1 *In virga indigna. eius.* Id est, dæmonibus, qui diuinæ iustitiæ sunt executores in pœnis infernalibus, ideo subditur:

Dæmones diuinæ iustitiæ executores.

2 *Me minauit & ad. in te.* Culpæ & gehennæ.

4 *Tantum in me vertit, &c.* Videtur enim misero, quòd non habeat socium in pœnæ malo.

☞ *nunsunt & cum ho. non fla. &c.* Quod bene significatur, cum in ædificatione templi Salomonici malleus & sonitus non est auditus: quia omnia sic parata sunt & dolata exterius, vt propriis iuncturarum locis aptentur interius, vnde dicitur, *Vertit manum suam,* scilicet, omnia limando, dolando, planando, vt conueniant in ædificio. *Et conuertit* manum suam, iam scilicet cessando, cum iustificatos propriis deputat mansionibus & ordinibus, quorum ergo vna structura est, vna membrorum compages, eorum vna vox est, vnus ploratus, & vox Christi & ecclesiæ sic vnitur, vt integer Christus inueniatur.

(Fideles ideo assignantur vt cælo aptentur.)

a *Vetustam fecit pellem.* Anima peccati sui vetustatem plangit, & non pelles, sed pellem vetustate infectam gemit, qua primi homines induti à Paradiso expulsi sunt. Hæc vna multorum pellis est vetustate fuscata, quæ per primi hominis præuaricationem mortalitate, & peccati horrore omnes vestiuit, vnde, *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* Inde anima gemit, dum exterius quasi pellis inueteratur conscientia, & internus decor quasi caro corrupta, tabe peccati consumitur, vnde, *Vt edant carnes meas,* Id est, affectus carnales, ad quos quasi ad proximos diabolus appropiat, vt eos, in quibus sunt, quasi carnem in corpus suum traiiciat. His finitis carnibus * exibit spiritus, vt nihil quod edat, reperiat inimicus. *Contriuit os. me.* animæ, scilicet virtutes. Ossa enim sunt firmamentum corporis, & virtutes mentis, quibus confractis, vel oblectamentis, vel tormentis, vel dolis antiqui hostis, rectè anima plangit ossa sua contrita.

(Moraliter. Gen. 3. d. Psal. 6. b. Psal. 16. a. Corpus corruptibile. * crimmis)

a ¶ Non alios, qui in labore hominum non sunt. b ¶ Limando, cædendo, parcendo. c ¶ Operationem.

me vertit & conuertit manum

a ¶ Assiduè. ¶ Tota vita sanctorum est dies, vnde, Mortuus est Iob senex & plenus dierum.

a **suam tota die. BETH. [4] Ve-** 1

a ¶ Quasi dicat: quis tam misero non misereatur. b ¶ Qui ecclesiam circumdant.

tustam fecit pellem meã & car-

a ¶ Plebem fragilem. b ¶ Fortiores.

nẽ meã: cõtriuit ossa mea. BETH. 2

a ¶ Circumdederunt Christum cum laternis & facibus & armis.

b [5] **Ædificauit in gyro meo: & cir-** 3

a ¶ Vt non possem fugere. b ¶ Dederunt in escam meam fel. 4

cumdedit me felle & labore. 5

a ¶ Inferni, vel sepulchri. b ¶ Pater collocari permisit.

c **BETH. [6] In tenebrosis collocauit** 6

Vetustam fecit pellem meam. Non vetustate peccati Christus afficitur, sed membra eius vitiis inueterata corrumpuntur, quod communiter deplorat caput & corpus, vnde Dauid, *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* Habet vir iste, qui videt paupertatem suam, pellem & carnem vetustam. Habet pelles arietum rubricatas ad operiendum tabernaculum, & hiacynthinas ad decorem. Pauper in his quæ vetustate afficiuntur: Diues in his quæ ad decorem nominis eius in proprio sanguine rubricantur, aut cæli coloribus cõparantur. Pelles arietum rubricantur, id est, quia corpora sanctorum martyrio coronãtur, vnde, *Afferte domino f. a.* Hiacynthinæ verò sunt quos virginitas euehit in cælum, vbi neque nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei. Ita tabernaculo proximiores sunt cælo, sicut pelles Salomonis, id est, Christi: cuius pelles sunt omnes sancti, qui se cum Christo crucifigentes, mortificauerunt carnem scilicet cum vitiis & concupiscentiis, quibus teguntur vilia corporis membra, vt possent imitari Christi passionem. Cuius quicumque pellis fuerit, in recessibus animæ continebit, quasi in sanctosanctorum diuina mysteria, summi regis. Sed quia varius est pellis effectus, in aliis pulchritudo laudatur, in aliis profunditas mysteriorum tegitur, in aliis ecclesia defenditur, vnde, *Pellem pro pelle & vniuersa quæ habet homo da. pro an. sua.* Constat enim sanctos passionibus traditos esse, vt ipsorum aliorum animæ saluarentur doctrina & exemplis informandæ. Quasi d. satan: Quid istum mihi dare moraris, qui omnes sanctos passionibus tradis pro animabus saluandis? Quia ergo tanta est gloria pellium, gemit Christus vel ecclesia, quia quidam afficiuntur peccati macula, quasi pellis inueterata. Peccatum pertinet ad vetustatem, virtus ad nouitatem, vnde, *Exuentes veterem hominem cum actibus suis & induentes nouum.* Hac vetustate confecta est ecclesia, quæ in præsenti non potest esse sine macula & ruga. Per carnem, vniuersa plebs in corpore Christi, quia mollis & terrena, significatur, vnde, *Dum appropiant super me no. vt edant car. meas,* nisi enim in vetustate peccati carnes essent, esca inimicorum non essent. *Contriuit ossa mea.* Id est, fortiores: quia in passione Christi etiam apostoli sunt contriti, & timore dispersi: Hoc Deum fecisse dicit, quia iusto iudicio permisit.

(Allegoricè. Psal. 6. b. Virgines & martyres. Psal. 28. a. Matt. 22. c. Gal. 5. d. Sancti confessores. Iob. 2. a. Vetustas peccati. Col. 3. b. Psal. 26. a.)

b *Aedificauit in gyro: & cir. me.* Sic anima quælibet dolet felle malitiæ conclusa, labore fatigata; maximè cùm se vndique vrgeri conspicit & propriis iniquitatibus repleri. Hoc enim immundi spiritus tentant, si quando, si quomodo miseram animam prauis oblectamentis inuoluant, & pessimis repleant desideriis, quorum nouissima fiunt omni felle amariora.

(Moraliter. Quomodo diabolus id facere conetur animæ.)

Aedificauit in gyro meo: & circum. Allegor. Vox ecclesiæ gementis, imò Christi in membris suis, qui in passione deprehensus inquit: Traditus sum & non egrediebar, quia ædificauerat, scilicet pater, in gyro obsidionem, quando eum armis & facibus circumdederunt, & vinctum ante præsidem adduxerunt. Hoc vallo circumsepta quasi felle amaritudinis & labore tribulationis afflicta est humanitas Christi, sic etiam vallatus ad passionem ductus est, & ibi cibatus est felle & labore, vnde, *Dederunt in escam m. fel. &c.* In felle, amaritudo passionis in mente designatur, In labore, tribulatio in carne, vel integra Christi passio intelligatur. Easdem passiones quotidie in ecclesia patitur Christus quæ est de carne eius & de ossibus eius, vt compleat ea quæ desunt passionibus Christi. Inde dicit, *Aedificauit in gyro meo.* Ecclesia enim obsessa omnibus malis inter scorpiones ambulat, vbi est sedes satanæ: hæreticorum vallatur exercitu, à falsis fratribus. q. d. felle & labore potatur, persecutorum vndique opprimitur tormentis, hinc sæculi oblectamenta & carnis blandiuntur desideria: hostis antiquus vndique tendit insidias, vnde rectè clamat, *Aedificauit in gyro meo,* vnde alibi. *Quis dabit mihi pen. sic. co. & vo. & re.* His & huiusmodi in mente, quasi felle amaricatur, in carne verò labore fatigatur. His tribus versibus *Beth* littera expletur, quæ confusio interpretatur. Qui enim in vetustatem decidit viribus fractis, vallatur obsidione antiqui hostis felle amaritudinis repletur, & locatur in tenebris, id est, in confusione. Quia verò confusio plangitur humani generis, iure sub hac littera totius domus ruinam plangit, & maculas vetustatis. *Beth* quippe domus interpretatur, quæ pro confusione sua dicit, *Vetustam fecit pellem meam, &c.* Potest siquidem ad Christum referri vetustas pellis secundum mortalitatem carnis quam induit: Reliqua verò sub hac littera ipsi conuenientius ꝑ aptantur.

(Quæ passus sit Christus in carne. Matt. 26. Psal. 68. c. Quid Ecclesia patiatur interius exteriusque. Psal. 54. a. Beth.)

c *In tenebrosis collocauit.* In confusione anima posita gradatim luget. Primum, quia vetustate peccatorum marcida iacet. Deinde quòd inimici fraude vallata exire ad libertatem non valet, circumdata concupiscentiarum felle & peccatorum labe. Tandem amisso lumine in tenebris collocata, nec seipsam quàm sit misera, quàm infelix, quibus oppressa malis aut nudata bonis videre potest. Hoc enim maximè conatur inimicus, vt anima lumen amittat, nec amissum recipiat; Hinc Philisthæi Samsoni oculos eruerunt, deinde ad molam mittunt, vt ambulans in circumitu, numquam viam vitæ inueniat. Hinc Sedechiæ Nabuchodonosor oculos effodit, deinde vinctum in caueam Babylonis ducit, vt in confusione conclusus lucem non videret amplius. Cùm autem talis anima adhuc in carne victa deplorat, non est viua, sed quasi mortua: dum datur ei locus pœnitentiæ, antequam vrgeat super eam puteus os suum. Quia sæpe miserante Deo de profundo iniquitatis ad vitam redit, *Gimel* littera sequitur, quæ retribu-☞tio

(Moraliter. Excæcatio animæ. Iud. 16. c. 4. Re. 25. b.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vetustam fecit pellem. *Ex fame & labore, quæ accelerant senectutem.*

2 Contriuit oss. *Id est, robur corporis mei.*

3 Ædifica. in gyro. *Quia Chaldæi posuerunt tentoria in circumitu Ierusalem, ne aliquis posset egredi ad fugiendum, nec ingredi ad auxiliandum, ideò subditur,*

4 Et circumde. me. felle. *Id est, cordis amaritudine.*

5 Et labore, *In defensione murorum, & etiam in operibus laboriosis, & seruilibus post captionem ciuitatis.*

6 In tenebrosis collo. me. *Hoc dicitur quantum ad illos, qui fuerunt incarcerati in Babylone, sicut Sedechias & plures alij.*

☞ 1 Cir-

MORALITER.

1 *Vetustam feci. &c.* Per pellem, intelligitur conuersatio exterior, per carnem & ossa, dispositio mentis interior.

(Conuersatio interior & exterior.)

3 *Aedificauit in gyro meo.* Tentationum laqueos vndique tendendo, qui mentis amaritudinem ingerunt & laboris, ideo subditur.

(Tentationum laquei.)

4 *Et circumdedit, &c.* Et sic me collocauit in tenebris miseriæ.

3 Aedifi- † 1 Cir-

☞ tio vel plenitudo interpretatur.

A *In tenebrosis col.* In prophetis significatur Christus, vnde, *In manibus prophetarum assimilatus sum.* Et: *Multifariam multisque modis, &c.* Passio ergo Ieremiæ, Christi passionem significat, vnde, *In tenebrosis collocauit me.* Quod magis ad caput pertinere videtur. Christus enim pro nobis mortuus est, mortuis sæculi, qui mortem in mercedem recipiunt iniquitatis & ex propagine peccati: vnde, *quasi mortuos sempiternos.* Licet enim verè mortuus, non repulit eum Deus in sempiternum: collocatus in tenebris, vel inferni, vel sepulchri, vel passionis, sed non mortuus sempiternus, quia inter mortuos liber, quia sine peccato, vnde cito resurrexit.

Allegoricè. Osee. 13. c. Heb. 1. a. — Christus mortuus à morte teneri non potuit.

Historicè. a *Circumædificauit, &c.* Pro se & pro populo plangere videtur, quia in carcere cõpedibus aggrauatus est: & contra populum suum & ciuitatem, ædificatam

B obsidionẽ dolet, quia peccatis impediẽtibus, non posse euadere prævidet, *exclusit orationem meam*, vnde, *Ne assumas pro eis laudem & orationẽ.* Vitæ & semitæ cõclusæ sunt lapidibus quadris, & subuersæ (quod per aggrauationẽ dicitur) ne possint effugere. Omnes enim exitus miseræ ciuitatis exclusit hostis.

Iere. 7. d. — Arctissime obsessa Ierusalem.

Moraliter. *Circumædificauit aduersum me.* Anima cui iam retributio (quam Gimel significat) pro sceleribus suis imminet, exclamat: *Circumædificauit aduersum me.* q. d. *Circumdederunt me do. m.* His compedibus prægrauata, ne euadere non possit, formidat, cuius fuit corruere, sed miserantis Dei est eruere, cui hoc miserabile

Psal. 141. a.

C est, quod conclusa carcere pessimæ captiuitatis non potest egredi ad libertatem bonæ actionis, aggrauatur compedibus delictorum, & carnalium voluptatum, aggrauatur dolis inimici, vt libere nequeat his constricta laqueis, ad ea quæ non videntur, properare. Aggrauantur compedes, quoties iniquitati iniquitatem apponimus, quæ super plumbum rectè sedere scribitur. *Exclusit oratiõ. meã.* Lachrymæ & preces misericordiam merentur iudicis: vnde valde potest contristari, cùm sic sibi offensum iudicem sentit, vt oratio non possit transire ad fontem pietatis: Quod fit, quoties Deus sic non peccare permittit, vt flagitia nostra obturent aures pij iudicis; vnde est. Qui clauserit aures suas, ne audiat legem oratio eius, est exclusa. *Conclusit vias meas, &c.* Habent peccata quadraturam suam. Inde dicit Virgilius. *Hinc metuunt, cupiuntq̃, dolent gaudentq̃.* His quadrantur itinera nostrorum peccatorum, vt tandem ad se redeat infelix anima, & vetustate infecta ab inimicis circumsessa, felle iniquitatis & miseriæ vallata, vanis fatigata laboribus, contra

Anima vitiis & voluptatum illecebris vincta & compedita. Zach. 5. c. — Virgilius 6. Aeneid.

---

a ¶ Non verè, quia tertia die resurrexit inter mor. liber.

me, quasi mortuos sempiternos. GIMEL. [7] Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar: aggrauauit cõpedem meum. GIMEL. [8] Sed cùm clamauero & rogauero, exclusit orationem meã. GIMEL. [9] Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. DALETH. [10] Vrsus insidians factus est mihi, leo in abs-

a ¶ Cohors Iudæorum. b ¶ Obsidionem. b ¶ De ciuitate, de manibus inimicorum.

a ¶ Ieremias in carcere compeditus fuit: Christus ligatus à Iudæis, anima à vitiis.

a ¶ Vnde: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste.

¶ Anima quoque peccatis obsistentibus non auditur.

a ¶ Itinera scripturarum sanctarum.

a ¶ Philosophorum eloquiis, ne recto tramite fidei citius ad optatam perueniant patriam.

b ¶ Hinc cupiunt metuuntque, dolent gaudentque.

c ¶ Subtiles intellectus.

a ¶ Subtilissimas scilicet diuinarum rerum intelligentias sæculari dogmate subuerti permisit.

¶ Vnde, A timore tuo domine concepimus & peperimus spiritum salutis. Et, cum timore & tremore sa. ve. ope:

b ¶ Diabolus in membris.

a ¶ Qui circumit quærens quem deuoret. b ¶ In seipso.

---

tra quam hostes interius exteriusque deseuiunt. His aggrauata D compedibus, pium iudicem roget, indesinenter instet, vt saltem propter improbitatem accipiat quod petit: quia *propè est dominus omnibus inuocantibus, &c.* Alioquin ad patriam transire non potest. Obstruxit ei viam cõcupiscentia oculorũ, voluptas carnis, & superbia vitę. Quòd si ad scripturas sanctas quasi ad pascua vitæ se cõuertit, in quibus rectam viam inuenit: continuò occurrunt quadrati lapides hæreticorum, quibus via fidei obstruitur, & semitæ subuertuntur, vnde dicat anima cum propheta, *Quis dabit mihi pen. sic. co.* Et cum Apostolo: *Infelix ego homo, &c.* Ab his enim omnibus sola gratia liberat.

Psal. 144. — & tentationibus obsessa.

Circumædificauit aduersum. Ac si Christus dicat excitauit aduersum me pater corda Iudæorum: circumdedit cohortes, vt non egrediar de manibus eorum, donec impleantur, scilicet, vaticinia prophetarum. E Exclusit hanc orationem, scilicet, *Pater si fieri potest, transeat à me calix iste.* Ecclesia quoque concluditur dogmatibus hæreticorum, vallatur suppliciis persecutorum, quod deplorans, totum Deo tribuit, cuius iudicio fit. *Aggrauauit compedem meum.* id est, immanitatem tormentorum, vel deceptionum, quod frequenter contigisse nemo dubitat. Suam quoque orationem exclusam gemit, dum ad probationem diuinum auxilium differtur, sed non aufertur: sed habet ancoram, id est, spem suam in cælo fixam, ne huiusmodi fluctibus submergatur.

Allegor. — Ecclesia aliquoties summe angustiata. — Matt. 26. c.

b *Vrsus insidians.* Quid terribilius quàm auctorem nostræ salutis vrsum & leonem F fieri nobis? Vrsus, fera fraudulenta, & brachiis & lumbis fortissima. In Nabuchodonosor autem & Tyto & Vespasiano, qui alibi aper & singularis ferus dicuntur, dominus, vrsus & leo vocatur, in quibus potestas Dei inimicos vlciscitur. Plangitur ergo iustè, quod pius & clemens dominus peccatis exigentibus leo fit vel vrsus, vt eius potentia hostes nequissimos obsideat & affligat, quasi signum ad sagittam Ierusalem ponitur, quia circumfusis hostibus vndique obsidetur, vt frequenter quasi sagittis vulnerata, ad medicum redeat, vel coacta. Has gentes quasi arcu tenso (moderato tamen iudicio) contra Ierusalem sæpe misit, vt vel sic Deum timere disceret, ne hostium suorum sagittis vulnerata deficeret, huius semitæ subuertuntur ab hostibus, & ipsa confringitur.

Historicè. — Psal. 79. b. — Deus de patre in vltorem Iudæis versus.

Vrsus. Sub Daleth littera, quæ timorem sonat, plangit anima timore percussa. *Vrsus insi. fa. est.* quia & vim sagittarum in aperto, & insidiarum in occulto experta plangit quasi desolata.

Moraliter.

☞ Teten-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Circumædificauit aduersum me. *Hoc potest exponi de obsidione ciuitatis in gyro, vt prædictum est, & etiam de illis qui in Babylone fuerunt reclusi in ergastulo vnde non poterant egredi.*

2 Aggrauauit compedem meum. *Quia aliqui fuerunt positi in compedibus tam ponderosis, quòd vix poterant se mouere.*

3 Sed

3 Sed cum clamauero. *Quasi dicat, sicut est exclusum à me humanum auxilium, ita etiam diuinum. Videbat enim Ieremias captiuitatem per longum tempus duraturam, & ideo subditur.*

4 Conclusit vias meas lapidibus quadris. *Quasi dicat nullo modo pro nunc possum euadere, quia nulla clausura fortior est diuina sententia.*

5 Vrsus insidians factus est mihi: *Non per se, sed per Chaldæos, qui ex ordinatione diuina me ceperant per vias occultas & manifestas.*

1 Teten-

MORALITER.

† 1 *Circumædificauit aduersum me.* In consuetudinem peccatorum inducendo, quæ laqueus est impediens egressum à peccato: sicut filum, quo tenetur auicula per pedem ligata, impedit eam, ne simpliciter auolet, ideo sequitur.

Cõsuetudo peccandi.

2 *Aggrauauit compedem meum.* Per habitum vitiosum ex consuetudine acquisitum.

3 *Sed & cum clamauero.* Per instinctum synderesis remurmurantis contra peccata.

† *Exclusit orationem meam.* Eius impediens effectum per peccati recidiuum.

4 *Conclusit vias meas.* Procedendi in bonum.

† *Lapidibus quadris.* Id est, peccatis, quæ quatuor habent angulos, scilicet Dei offensam, obligationem ad pœnam, gratuitorum spoliationem, & naturalium vulnerationem.

Quatuor mala peccati.

5 *Vrsus insidians factus.* Hoc dicitur, quia fallacia diaboli non potest vno nomine explicari.

† Semitas

☞ *Tetendit ar. su.* Id est, iudicium, quod tamen differt, quia mauult inA uenire quos remuneret, quam quos damnet: vnde, *Dedisti metuentibus, &c.* Potest per arcum sacra scriptura intelligi, in qua chorda noui test. flectitur duritia veteris. Inde sagittæ mittuntur quibus cordis duritia penetratur, & ex arcu iudicij sagittæ mittuntur ad perimenda vitia & alia quæ vulnerant charitatē. Anima autem est quasi signum, vt hinc suscipiat vulnera charitatis, inde repellat iacula inimici.

Psal. 59. a. — Vetus Testamentum.

Allegoricè. *Vrsus insidians, &c.* Communis vox est capitis & corporis, quòd vrsus insidians factus sit eis, qui & æternus est, & incommutabilis; non quòd à natura pietatis & bonitatis immutetur, sed propter effectus. Illum enim contra filium suum erigi permisit, qui velut vrsus insidiās, fraude, & fortitudine perimere & decipere tentauit, sicut & corpus eius à principio B vsque ad finem leo in abscondito. His duabus bestiis omnis diaboli sæuitia mōstratur, & per leonem ipse diabolus, per vrsum verò membra eius, hęretici, scilicet & falsi fratres. Vrsus enim, licet brachiis & lumbis fortissimus, tamen capite est infirmus, sicuti omnes mali caput infirmum habent, id est, diabolum, qui vel in manifesto vt leo, vel vt vrsus in abscondito *circumit quærens quem deuoret*: vnde,

Christus raptori diabolo prædam eripiens.

a cōdito. DALETH. [11] Semitas meas † subuertit & confregit me, po- † suit me desolatā. DALETH. [12] Te- i tendit arcum suum, & posuit † me quasi signum ad sagittam. b He. [13] Misit in renibus meis fi- 2 lias pharetræ suæ. He. [14] Factus 3 sum in derisum omni populo meo canticum eorum tota die. 4 c He. [15] repleuit me amaritudinibꝰ 5

¶ A Deo.
a ¶ Iudicium, vel arcum scripturarum.
a ¶ Vndiquè percutiendam.
b ¶ Timoris vel amoris, vel cuiuslibet afflictionis.
a ¶ Luxuriosis, vel infidelibus.
a ¶ Sagittas occulti iudicij vel scripturæ.
b ¶ Viuo vel esse.
c ¶ Vox Christi, vel Ieremiæ, vterque enim à populo est derisus.
a ¶ In me psallebant, qui bibebant vinum.
¶ Passionibus.

in populo suo, quod domini prædixerat comminatio, scilicet, *cibabo populum istum absinthio: & dabo eis potum aquam fellis*: vnde, *Ine- D briauit me amaritudine.* Repleta enim fuit Ierusalem & in prima captiuitate & in secunda: & potata absinthio, angustiis, scilicet & necessitatibus. Per aquam fellis significatur malorum magnitudo & sempiternum captiuitatis iugum, aut ignorantia legis, qua repleti amaritudinę fellis pro Christo Antichristum sunt suscepturi, *Misit in renibus meis.* Anima quoque in his & huiusmodi amaritudinibus quotidie inebriatur, vt nihil ei dulce in præsenti videatur: dum tantis malis incessanter affligitur. *Misit in re. He*, littera, *viuo* vel *est* interpretatur. A principio enim huius alphabeti exinanitio Christi ostenditur, secundum illud Apostoli, *Exinaniuit se for. serui. acc. &c.* propter quod opprobria, & passiones & mortem sustinuit. Sed tamen semper & incommutabiliter est, & E verè viuit: quasi respondeat, derideor & affligor, crucior, morior, sed tamen verè sum & verè viuo, & viam peccatoris nolo, quia vita non vult mortem. Hæc namque vox sponsi & sponsæ communis est, vt illa confiteatur, quia *est & viuit*, & ille respondeat, sum & viuo, secundùm illud, *Resurrexi, & adhuc tecum sum.* Hic est ergo qui est, & qui viuit, & pro nobis plangit;

Ierem. 9. b. — Moraliter. Iudæi Antichristum pro Christo suscepturi. — Allegor. — Philip. 2. a. — Angustiæ & cruciatus Christum pressere, nō sustulere.

1. Pet. 5. b. *Diabolus tamquam leo rugiens circumit. &c.* Patet quia de fortitudine confidit, quia rugiens & frendens circumit. De cuius insidiis dicit Psal. 9. f. Psal. *Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.* His armis contra membra & caput pugnat, vnde gemit propheta, imò Christus & 1. Reg. 17. d. ecclesia. *Vrsus insidians factus est.* Hæ sunt bestiæ, quæ contra Dauid pastorem ouium veniunt, & gregem deuorare cupiunt: Sed eruit Dauid ouem de ore leonis & fauces vrsi & brachia discerpit. Hic est Christus, qui oues suas ducit ad pascua vitæ, & eruit de ore leonis, & vrsorum brachia confringit, *nos autem populus eius & oues pascuæ eius.* Psal. 78. c. Tollit etiam arietem de medio gregis, sicut ipsum Dauid, quem si dominus non eruisset non euasisset. Hæ bestiæ aduersus C Dauid consurgunt, Id est contra ipsum Christum: Dauid leonem & vrsum interfecit, quod factum est in morte Christi, quando oues liberauit.

a *Semitas meas subuertit.* Hæc lugendo repetit, *posuit me desolatam*, Ierusalem, scilicet, quam supra propheta plangebat. Iam fortassis in se reuersa, imò Christi sponsa sanguine eius dotata gemit se desolatam, & quasi adulteram à sponso derelictam, quasi signum ad sagittam, &c. Christus enim & ecclesia, in titulum contra omnes aereas potestates & fallacias erigitur: vnde, *Spectatulum facti sumus angelis & hominibus.* 1. Cor. 4. b. Christus in se & in omnibus membris iaculis inimici opponitur,

Historicè. b *Misit in renibus.* Dominus iusto iudicio quasi arcu diu extenso tandem mittit in renes *sagitt. fi. pha.* vt eorum libidinem puniat; de quibus dicitur: *Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.* Ierem. 6. c. Per pharetram occultum Dei iudicium signatur, quo Nabuchodonosor & alij contra Ierusalem, quasi sagittæ diriguntur, vt exposita quasi signum vulneretur, quam cum propheta iam obsessam increparet, quasi illum nugacem irrisit, vnde addit. *Factus sum in de. o. p. Repleuit me amarit.* In se completum dolet & iri

Ierusalem vt Deus prædixerat punita.

& pro illis. *Misit in renibus meis filias pharetræ suæ*, Pharetra Dei patris est scriptura, ex qua iudicij Dei, quasi ex arcu sagittas, corpus Christi accepit, quas & ipse pertulit prior. Has sagittas ardentes facit aliquando, vt corda frigida vulneret calore charitatis. Hæretici quoque sagittas infidelitate aliquando intoxicatas ex hac pharetra producunt, & corda innocentum feriunt. Ex hac pharetra veniunt sagittæ, quibus exterior homo timore configitur, & interior amore afficitur, vnde: *Confige timore tuo car. me.* Psal. 118. p. Quod enim ait: *Misit in renibus meis filias pharetra*, Id est, affectiones diuini timoris vel amoris. In renibus propagatio carnalis, & F in fide virtutum generatio spiritualis. De his renibus gignit Christus, in vtero castæ matris, id est, ecclesiæ. *Misit in renibus filias pharetra*, id est, sagittas, quibus ad amorem vulnerentur vel ad timorem, vt vitia perimantur, virtutes propagentur. vnde Dauid, *Vre renes meos, &c.* Psal. 25. a. Et alibi: *Sagittæ tuæ infixa sunt mihi.* Psal. 37. a. Sancti quoque prædicatores Dei de hac pharetra, quasi sagittæ diriguntur. vnde, Isai. 49. a. *In pharetra sua abscondit me*, ac si dicat Christus: quasi sagittam electam abscondit me, in pharetra sua, vt occultus caligine scripturarum, & tandem ex arcu emissus probem renes & corda omnium. Psal. 21. b. Psal. 68. e. *Factus sum.* Cui simile est: *Ego sum vermis, & non homo. &c.* Quod in passione declaratum est.

Hæretici ex scripturis testimonia proferentes. — Timor & amor Dei.

c *Repleuit me amaritu. pas. me.* Id est, mirrhati vini. vnde Psal. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me in aceto.* Cùm dicit se inebriatum absinthio, ostendit tam interius quàm exterius se affectum amaritudine passionis. His & huiusmodi doloribus totum Christi corpus vsque ad consumptionem cruciatur.

Passio Christi & membrorum eius.

GREGORIVS. Ebrius quisque quod patitur nescit. Qui vero absinthio inebriatur, & hoc quod sumpsit, amarum est, & tamen non intelligit eamdem amaritudinem qua repletur. Humanum igitur genus recto Dei iudicio in voluptatibus suis

☞ sibi

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Tetendit arcū suum. *In exercitu enim Chaldæorum erant multi sagittarij, qui ex omni parte mittebant sagittas, ad interficiendum defensores murorum, ideo subditur.*

2 Misit in renibus meis filias pharet. *Id est, sagittas, quæ dicuntur pharetræ, secundum modum loquendi Hebraicum. Et quia sicut filia à matre custodiuntur, sic sagitta in pharetra pro custodia reponuntur.*

Filiæ pharetræ.

3 Factus sum in deri. *Omnes enim nationes Iudæos deridebant sicut deuictos & captiuatos.*

4 Canticum eorum, &c. *De talibus enim victoriis solent fieri cantilenæ ad laudem triumphantium & vituperium deuictorum, ideo subditur.*

5 Repleuit me amaritudinibus: *Pœna enim grauis nomine potus amari designatur, etiam secundum communem modum loquendi.*

☞ 1 Con-

MORALITER.

†† *Semitas meas subuertit, &c.* Bonum propositum subuertendo.

† *Confregit. me.* In peccatum præcipitando, ad quod sequitur desolatio.

1 *Tetendit ar. suum.* Nouas tentationes præparando.

† *Et posuit. &c.* Nam eius exercitium est me percutere per culpam iteratam.

2 *Misit in &c.* Id est, tentationes luxuriæ, qui in renibus viget.

3 *Factus sum in derisum.* Nam peccatū luxuriǫ maioris est infamiæ.

Luxuriam infamia consequitur.

5 *Repleuit me ama.* Culpæ & infamiæ.

† Et

† Inebria-

sibi dimissum, atque per easdem voluptates spontaneis voluptatibus traditum, absynthio est ebrium: quia & amara sunt, quæ pro huius vitæ amore tolerat, & tamen eamdem amaritudinem cæcitate cupiditatis, quasi insensibilitate ebrietatis ignorat. Mundi enim gloriam sitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit, amarum est quod bibit.

Historice. Carnales amaritudinem, qua replentur, non sentiunt.

a *Confregit ad numerum den. me.* Ieremiam à populo afflictum, & populum ab hostibus, nulli dubium est. Hic enim penè fame peremptus est, ille omni genere pœnarum depastus est, vnde quasi cinere cibatus plangit, vt anima expulsa de corpore credatur: vnde bonorum est oblitus, quorum memoria inter supplicia citò elabitur. Luget ergo propheta finem populi sui, & spem conuertendi deperisse. *Impius enim cum in profundum malorum venerit, contemnit.*

Pro. 18. a.

Moraliter. *Confre. ad. nu. den.* Anima fastidio sanctæ scripturæ affecta fracturam dentium plangit, quibus terere & ruminare debuit verbum Dei. Animal enim quod non ruminat, in lege reprobatur. Verbum Dei sensibus quasi dentibus molere & ruminare sanitas & victus est: vnde in præconiam dicitur, quòd dentes Moysi non fuerunt * comminuti, quia verbum Dei semper corde & ore ruminauit, & panem angelorum indesinenter comedit. Cui autem dentes franguntur, rectè cinere cibatur, in quo cordis mœstitia & pœnitentia designatur: vnde Iob cum dominum vidisset & audisset, inquit, *Ago pœnitentiam in fauilla & cinere.* quia scilicet visa Dei pulchritudine, & altitudine fauillam & cinerem se cognouit. Et alibi: *Olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.* Dicit ergo, *Cibauit me cinere*: Quasi dicat, quia verbum Dei ruminare distuli, ingemisco cibatus cinere mortalitatis: *Repulsa est anima mea: oblitus sum bonorum.* Dolet se à Deo repulsam & tentationibus expositam, ne ad bona quæ sentit, liberè redire possit: quæ oppressa acredine doloris non potest bonorum recordari; vnde addit, *Periit finis meus, & spes mea à domino.* Hæc bene littera *Vau* significat, quæ *non est ille* sonat, periit enim & non est cum domino, qui verus finis est & consummatio: ideo spem sibi à domino perisse luget, quia se ad dominum erigere non valet. vnde bene sequitur *Zain*, quæ interpretatur *duc te*, vel *huc*, tamquam voce doctoris dicatur, Noli diu inuolui in his malis, sed duc te, & tamquam quærat quo debeat ire, & respondet demonstratiuè: huc scilicet in viam precandi: & quid & quomodo precari debeat, subiungit, *Recordare paupertatis & transmigrationis meæ, &c.*

Fastidium lectionis sacræ & verbi Dei. Deut. 14. a. Deut. 34. c. * commoti. Iob. 42. a. Matt. 10. c.

Allegoricè. Apostoli in passione Christi cõsternati. *Confregit ad numerum dentes meos, &c.* Dentes Christi, id est, apostoli & alij discipuli in passione confracti & dissipati sunt, quibus quasi dentibus (credentes in corpus suum) transfudit Christus. *Ciba. me ciner.* secundum Psal. *Cinerem tamquam panem manducabam, &c.* quibus malis repulsa est anima eius, hi quos plurimum dilexit, & propter quos venit omni odio persequebãtur eum. vnde, *Cœpit Iesus tædere & pauere.* Sub *Vau* vero littera ista exaggerantur, & per ea quæ dicta sunt, durius temperantur quæ sonat, *non sic ille*, vel *non & ille.* Licet enim dixerit, *Periit finis meus, spes mea à domino,* Non sic ille arbitratus est, & non ille oblitus est bonorum, quæ cum patre semper habuit, aut secũdum humanitatẽ percepit, de quibus, *Credo videre bona domini in terra viuentium.* Nõ ergo sic arbitratus est, licet anima ipsius repulsa sit duritia Iudæorum: sed nimium dolorem animi & mœrorem insinuat tamquam inebriatus amaritudine passionis, non possit bonorum recordari, & exacerbatus dicat, *Periit finis meus.* Apud homines autem periisse videbatur, qui dicebant, *Seipsum non potest saluum facere.* Sic ecclesia hæreticorum & persecutorum malis repulsa præteritorum bonorum obliuiscitur, & nouis oppressa doloribus inquit, *Periit finis meus, & spes mea à domino*: vnde Psal. *Mei autem penè moti sunt pe. penè ef. sunt gres. m.*

Psal. 101. a. Matt. 14. d. Psal. 26. d. Matt. 27. d.

(Text:) *Myrrhato vino.* *Vt nec vnus remaneat.* a inebriauit me absynthio. VAV. [16] Cõfregit ad numerum dentes meos: cibauit me cinere. VAV. [17] Et repulsa est anima mea: oblitus sum bonorũ. VAV. [18] Et dixi, Periit finis meus, & spes mea à domino. ZAIN. [19] Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis. ZAIN. [20] Memoria memor ero: & tabescet in me anima

(Interlinear:) a *Prædicatores vel sensus.* b *Cinerem tamquam panem manducabam, &c.* c *Pœnitentia, mortis memoria.* a *Amaritudine passionis.* *Adeo opinione.* b *Affectus.* c *Præteritorum vel futurorum, de quibus dicitur, Credo videre bona domini in terra viuentium.* *Periisse videtur.* a *Hic à persona sua misera iudicis misericordiam comparat.* *Expositis sigillatim incommodis, beneuolentiam iudicis comparat à persona sua, & iudicis & aduersarij, quod propriis notatur locis.* *Duc te vel huc.* b *Pro nobis pauper factus est Christus & transgressio, & maledictum & peccatum.* c *Ærumnæ.* a *Amaritudinis.* a *Vitæ æternæ.* *Illius solius.* b *Defecit in salutari tuo anima mea.*

b *Recordare paupertatis & transgressionis meæ, &c.* Ab initio huius alphabeti describit miserias miseræ ciuitatis & passiones Christi, & ecclesiæ laborantis, vt etiam quasi desperãdo dixerit: *Periit finis meus & spes mea à domino.* Sed vt diuinitus auditum est, *duc te*, mox noua spe erectus, ad dominum conuersus preces emittit, & promittit se deinceps meliora sperare, præteritorum oblitus delictorum. Vnde aduertendum hæc elementa magno mysterio esse prænotata, quibus magnæ intelligentiæ sacramentis quasi metro *luxit spiritus in propheta. Et quia sermo Dei occultus, hinc inde mysteriis obumbratur, quibus reseratis humanis pateat sensibus, egregiè spiritussanctus hæc & huiusmodi interposuit, vt fastidium auferret legentium: & inter lachrymas animas recrearet intelligentium.

Psal. 71. a. Historice. * lusit

Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis. Anima quoque in hoc verbo viuificatur & reducitur; cui dicitur: *Duc te huc*, quasi dicat: *Tolle grabatum tuum & ambula*, vnde supplicans dicit, *Recordare paupertatis & transmigrationis meæ, &c.* Hæc enim in Adam quasi in primo flore transgressa & paupertate nudata, sed cũm in hac littera se abducere iubetur: memoria memoratur, &, sicut filia Abrahæ contra spem in spem erigitur, & venit ad litteram *Heth*, quæ interpretatur *vita*, & *pauor*: vel vt post querimoniarum lachrymas timorem domini concipiat, de quo dicitur, *Initium sapientiæ timor domini*: Et gustet nihilominus Dei verbum, & voce confessionis dicat, *Misericordia domini*

Moraliter. Iob. 5. a. Psal. 110. b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Confregit ad numerum dentes meos. *Quasi dicat tantam afflictionem sustinui, ac si omnes dentes mei fuissent sigillatim confracti. Ra. Sa. dicit quòd hæc est littera*: Confregit in arena dentes meos, *quia Iudæi de terra sua eiecti faciebant panes subcinericios, in quibus commiscebantur pulueres & arenæ, secundum quod dicitur Ezech.* 4. Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter gentes ad quas eiiciam eos: & sic ex arena commista offendebantur dentes manducantium.

Panis quo captiui Iudæi vescebantur.

2 Cibauit me cinere. *Commistio in pane.*

3 Et rupulsa est, &c. *Ab omni consolatione.*

4 Oblitus sum bonorum, *Id est, ita elongatus sum à bonis, ac si numquam aliqua habuissem.*

5 Et dixi, periit. &c. *Loquitur in persona infirmorum, qui quasi cadebant in desperationem ex pondere malorum, & ideo super hoc propheta deprecatur dominum in persona populi tam afflicti, dicens.*

6 Recordare. *Tu domine.*

7 Paup. *Quam sustineo in amotione omnium bonorum meorum.*

8 Et transgressionis, &c. *Et accipitur hic transgressio passiuè, id est, passionis meæ, quam Chaldæi intulerunt mihi vltra modum.*

9 Memoria memor ero, *Scilicet peccatorum meorum, quibus ista merui. In Hebræo habetur*: Memoria memor eris tu domine ad puniendum.

10 Et tabescet in. *De peccatis perpetratis confusa, & quòd talis confusio adducit gloriam, ideo subditur.*

MORALITER.

† † *Inebriauit, &c.* Ex inflictione pœnæ, cum dicitur:

Meditationes.

1 *Confregit ad num.* Id est, meditationes meas bonas quibus masticatur & incorporatur cibus verbi diuini: quo dentes franguntur, quando meditationes malæ ingrediuntur; ideo subditur.

2 *Cibauit me cinere.* Id est, vili meditatione.

3 *Et repulsa est anima.* à meditatione bonorum.

5 *Et dixi, pe.* Quia prædicta inducunt aliquando in desperationẽ.

6 *Recordare.* Hic ecclesia cognoscens suam miseriam se conuertit ad implorandam Dei misericordiam di. *Recordare pau.* ex gratuitorum spoliatione.

8 *Et transgressionis.* Ex naturalium vulneratione.

† *Absynt.* Ex pœnarum multiplici perpessione, & dixit de seipsa.

9 *Memoria.* Prædictorum frequenti meditatione, ideo subditur.

10 *Et tabesc.* Præ confusione, non tamen desperabo de Dei miseratione: ideo subditur.

[...]uia non sumus consumpti.

[...]pau. &c. Sunt hæc verba Christi, sunt ecclesiæ parti[...] dicitur, *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum* [...]istus tamen nec transgressus est, nec aliquis suam trans[...]iudici offert: sed verecundè profert, *Auerte faciem tuam* [...]eis. Sed Christus trans[...]gis pro nobis factus [...]t & maledictum & pec[...]m; vnde, *Maledictus omnis qui pendet in ligno*: & eum qui non nouerat peccatum, fecit pro nobis peccatum: vt & peccatum & maledictum & transgressionem deleret nostram. Magnum ergo est quod dicitur, *Recordare paupertat.* Quia pro nobis factus est pauper, vt nos ditaret & iungeret cum capite corpus: vt deprecatione capitis purgetur. Corpus autem, quia in præsenti vita sine transgressione non viuit, multis ærumnis repletur, & amaritudine absynthij & fellis: vnde laboribus & doloribus fatigatur ecclesia, vt decocta passionibus sponso suo fiat acceptior; vnde dicit, *Recordare pau.* Quasi dicat: recordare quæ pro transgressionibus meis patior, id est, absynthij & fellis; *memoria memor ero, &c.* Æternæ vitæ, scilicet: & ideo mox tabescet anima mea ad eam suspirans, secundum illud: *Defecit in sa. t. anima mea*; vnde addit, *Hæc recolens in corde meo, in Deo spera.* Cùm enim ecclesia ad eius contemplationem se dirigit, quasi deficiens gemit, & quàm expressius potest, dicit: *memoria memor ero.* Ex ea illa scilicet memoria æternæ vitæ, quæ interius aspirata viuificat, vt discant Christi membra nihil aliud memorare, cogitare aut diligere, quam se in nouitatem vitæ reformare, & notandus ecclesiæ subitus profectus, quæ prius vsque ad desperationem venit; sed ex quo salutarem vocem, *duc te*, audiuit, mox memoria intabuit, & recolens quæ sustinuit in verbo illo longè adducta. *In Deo*, inquit, *sperabo.* Quasi dicat, *In verbo tuo laxabo rete.* Sic contra spem in spem conualescit æternæ vitæ memoria recreata.

(Margin: Alle[...] Mat[...] Psal[...] — Gal. 3. b. — 2. Cor. 5. b. — Christus per paupertaté nos redimés vult nos per paupertaté eiusdem Redemptionis fructū percipere. — B — Psal. 118. f. — Luc. 5. d. — C)

a *Misericordia domini.* PASCHASIVS. Depositis lamentationum querimoniis incipit moraliter viam reuertendi ad Deum explanare, vt nemo audeat de se præsumere, quia *non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis*: vnde ait, *Miseri. do. Quia non sumus consumpti.* Quia scilicet reliquiæ Israel saluæ fient. Sic anima quælibet, misericordiæ domini tribuit; quia non est consumpta flagitiis suis in infirmitate carnis, delectatione sæculi, hostium insidiis.

(Margin: Moraliter — Rom. 9. c. — Ibidem. — De nobismetipsis nō est præsumendum.)

b *Quia non de. m. eius.* Vnde dicit Dauid, *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam.* Quasi dicat, Magna sunt delicta & magna misericordia, multæ iniquitates, sed & multæ miserationes. Vnde nulli diffidendum, non deficiunt miserationes: vnde, fons misericordiæ non siccatur, nisi prius fuerit exiccatus; Hoc est initium nostræ conuersationis, & initium vitæ timor domini, vnde, *Beatus vir qui timet dominum.* Timentes enim beati sunt & sapientes: vnde, *Beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum.* Nam & sanctorum est pauor, vnde, *Cecidit pauor super Abraham cum sacrificaret*, & Dauid dixit: *Ego dixi in pauore meo, omnis homo mendax.* Qui hunc pauorem habent, & vitam habent: Quod quam acceptum sit aperitur, cum dicitur,

(Margin: Psal. 50. a. — nec de Dei misericordia diffidédum. — Psal. 111. a. — D — Psal. 93. b. — Gen. 15. c. — Psal. 115. a. — Pauor Sanctorum.)

a ¶ Vitam æternam.

mea. ZAIN.[21] Hæc recolens in corde meo, in 1

a ¶ Vita, vel pauor. b ¶ A persona iudicis. c ¶ Non nostri meriti. 2

a Deo sperabo. HETH.[22] Misericordiæ domini, 3

a ¶ Reliquiæ saluæ fient. b ¶ Tot malis.

b quia non sumus consumpti: quia non defe- 4

a ¶ Fons viuus deficere nescit. b ¶ Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem m. &c. c ¶ Confessionem tuam & patientiam tuam. 5

¶ Dilexi & te cognoscere feci. d ¶ Quando sol iustitiæ resurrexit.

c cerunt miserationes eius. HETH.[23] Noui dilucu- 6

a ¶ Pars mea qui modo dicebas: Periit finis meus.

¶ Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei, &c. Portio mea domine in terra viuentium. Portio mea domine, dixi custodire legem tuam.

d lo, multa est fides tua. HETH.[24] Pars mea dñs, di- 7 8

a ¶ Vnde, Expecta dominum viriliter age. b ¶ Si moram fecerit.

xit anima mea, propterea expectabo eum. 9

a ¶ Vnde: Bonitatem fecisti cum ser. t. d.

¶ Quàm bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde. ¶ Cum peruerso peruerte.

b ¶ Optando & diligendo.

e TETH.[25] Bonus est dñs sperãtibus in eum, animæ 10

c *Noui diluculo, multa est fides tua.* Quasi dicat. Post lachrymas querimoniarũ, post tantũ supplicium, post confessioné scelerum, post precẽ & confessionem, non differam miserationem. *Noui diluculo multa est fides tua.* Noui fidei constantiam dicentis, Non defecerunt miserationes domini. *Noui diluculo quia ma. est fides tua.* Ac si dicat, approbaui quę humiliter gemens enumerasti, & noscere te feci, quia multa est fides tua, diluculo, radio fidei exorto, quando scilicet Christus resurrexit: In quo diluculo à domino cõmendatur, quę prius infirmitate carnis periisse videbatur, secundum illud, *Periit finis meus, &c.* More suo sæpius prophetæ personas mutant & tempora. Vnde in Canticis canticorum, nunc sponsus ad sponsam nunc sponsa ad sponsum, nunc ad sodales amicos loquitur, multoties absens, multoties præsens est sponsus, vt sponsæ desiderium inflammetur. Hic quoque sponsæ angustias suas plangenti, continuò adest sponsus & consolatur dicens. *Noui dil. mul. est fides tua.* Fidem tuam laudo, & præsentem me exhibeo, quem absentem lugebas, quia *diluculo noui multa est fides tua*: vnde illa respondet,

(Margin: E — Sacra scriptura frequenter personas mutat. — Supra eod.)

d *Pars mea d. di. a. m. pro. ex. eum.* Felix qui hæc dicere potest, alienus à vitiis, segregatus ab omni labe peccati. Quod & Dauid sub eadem littera octauo loco posuit, *Portio mea domine, dixi custodire legem tuam.* Hæc enim solummodo vox eius est, qui de septima transit ad octauam, id est, de pręsenti & de veteri vita ad futurã, & ad nouam; qui terrena non concupiscit, solùm Deum expectat, quem diligit, & non sibi, sed Deo viuit. Vnde ad *Teth* litteram peruenit, quę *exclusio* vel *bonũ* interpretatur. Talis enim summo inhęret bono exclusus ab omni sęculari negotio: nec minas timet, nec oblectaméta amplectitur, quia foras timor à perfecta charitate excluditur: vnde sequitur,

(Margin: Psal. 118. b. — F)

e *Bonus est dominus sperantibus in eum, &c.* Vel secundum alios: Bonum est sustinere, & sperare in salutare Dei. Quis enim verè sustinet dominũ, nisi qui charitatis studio exclusus est ab omni labe vitiorum? Quis sperat, nisi qui verè diligit & optat? Quod enim speramus, per patientiã expectamus. Sic qui sperat, sustinet: qui sustinet per patiẽtiã excludit affectus carnales. Itaque sub hac littera vtraq; interpretatio, quę discordare videtur, cõgruit, vt bonus sit dominus sperãtibus in eum. Qui enim sperãt, non delinquũt. Vnde Dauid sub eadẽ littera dicit, *Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine.* Et alibi, *Quàm bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde.* Cum *peruersis* autem *peruertitur*, licet sit natura bonus. Et ne spes sit otiosa, continuò subiungit; *Anima* ☞ *quærenti*.

(Margin: De sustinétibus & sperantibus in Deo. — Psal. 118. a. — Psal. 72. a.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hæc recolens. *Humiliter.*

2 In Deo sperabo. *De consecutione diuinæ misericordiæ finaliter.*

3 Misericordiæ domini. *Hic propheta confitetur diuinam misericordiam, quæ semper concomitatur iustitiam suam: propter quod pœna à Deo inflicta est patienter toleranda. Et primò ponitur huius confessio; secundo remouetur erroris occasio, ibi,* Non enim. *Dicit igitur:* Misericordię domini, *supple apparent in punitione nostra.*

4 Quia non, &c. *Licet hoc meruissent peccata nostra.*

5 Quia non defecerunt miserationes eius, *Dimittendo nobis reliquias populi, quamuis non meruissemus.*

6 Noui diluculo. *Id est, à pueritia mea, quæ dicitur diluculum vitæ humanæ, sicut senectus dicitur vespera. Fuit enim Ieremias à pueritia illustratus cognitione diuina: vt habetur in principio huius libri.*

(Margin: Pueritia diluculum vitæ, senectus vespera.)

7 Multa est fides tua. *Id est fidelitas. Et dirigit sermonem ad Deum, qui est fidelissimus remunerator bonorum; ideò subditur,*

8 Pars mea dominus, *Quasi dicat, sufficit mihi pro omnibus.*

9 Propterea expectabo eum, *Id est, remunerationem eius.*

10 Bonus est dominus sperantibus in eum. *Replicatio est eiusdem sententiæ ad maiorem confirmationem.*

1 Bonum

MORALITER.

† 1 *Hæc rec. &c.* Propter quod recognoscit Dei misericordiam dicens,

3 *Miser. dom.* Supple apparet in hoc,

4 *Quia non sumus consump.* Licet meruissemus.

6 *Noui diluculo.* Id est, à noui testamenti principio, quod dicitur dies, Roman. 13. d. *Nox præcessit dies autem appropinquabit.*

(Margin: Nouum Test. dies dicitur.)

7 *Multa est fides, &c.* Id est, fidelitas in supportatione peccatorum, & remuneratione bonorum; ideo subditur,

8 *Pars mea dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Bonum est præstolari cum silentio.* Id est, patienter. Et quia hoc acquiritur per bonum exercitium, ideo sequitur,

† Bonum

quærenti illum, quoniam qui sperat, nondum habet, sed fruitur in A spe, quod habebit in re: vnde, *In lectulo in nocte quæsiui, quem diligit anima mea.* Vbi quatuor omni quærenti necessaria notantur, vt scilicet deliberet quid quærat, & vbi & quando & quamdiu, donec scilicet inueniat. Qui enim in lecto quietis & in nocte cæcitatis Deum quærit, nulli dubium est, quod inuenire nō possit: sed lectum exeat, ad diem veniat, quærat donec inueniat. Vbi autem quærendum sit, Moyses innuit, *Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo.* De quo dicitur, *In pace factus est locus eius.* Et qui scilicet *loqueretur pacem in plebem suam; & in eos qui conuertuntur ad cor.* Quia ergo immensus est semper quærendus & expectandus, vnde sequitur, *Bonum est præsto. cum silen. salu. Dei.*

Can. 3. a. Quatuor omni quærenti necessaria. Deut. 30. c. Psal. 71. a. Psal. 84. b.

a quærenti illum. TETH.[26] Bonum est præstolari 1 b cum silentio salutare Dei. TETH.[27] Bonum est † viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia c sua. IOD.[28] Sedebit solitarius & tacebit: quia leua- 2 uit se super se. IOD.[29] Ponet in puluere os suum, 3 4 d si fortè sit spes. IOD.[30] Dabit percutienti se ma- 5 6 e xillā, saturabitur opprobriis. CAPH.[31] Quia non 7 8 f repellet in sempiternū dominus. CAPH.[32] Quia si 9

(Interlin.: a Desideranti illo. Non est otiosa spes. Cum patientia. a Doctrinæ. Graue. Græci non habent graue. b Scilicet si portauerit. c In quo corri. ado. viam suam. a Principium, vel desolatio. b Quiescet. Si portauerit iugum ab adolescentia. Non in strepitu mundi. c Non erit ei opus excusatione. a Vltra vires corruptæ naturæ. b Alij sic, Dabit in sepultura vel in fossura os suum. Memorans quia puluis es, & in puluerem reuerte. a Si quis percusserit te in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Paratus sustinere. a Audite, suscipiet vsque ad completionem. Calicem salutaris accipiam. b Multis. Manus vel incuruatur. Et si ad horam.)

a *Bonum est præsto. cum silen. salu.* B *Dei.* Nota quantum profecerit, postquā moraliter vires resumpsit, excludens omnia quę mundi sunt, vltra angelicā dignitatē transit, vt inueniat quem diligit; quod fatetur quasi summū bonum sustinendum, & sperādum. Et vt semper inhæreat, dicit,

b *Bonum est viro cum por. iu. domini ab adol. sua.* Scilicet solitarium sedere & tacere. Hæc bona exclusio est, vt sedeat solus cum Deo qui se sentit portare graue iugum ab adolescentia sua. Sed quia institutio hæc moraliter tantum dicitur, videamus de quo iugo dicatur. Est enim graue iugum super filios Adæ; Est iugum infidelitatis; Est iugum domini leue releuatum spe remunerationis æternæ, de quo dicitur, *Tollite iugum meum super vos.* Si quis autem antequam sarcina peccatorum oneretur, hoc iugum tulerit, sedebit singulariter, cum Deo, scilicet, & cum eo, qui in illo singulariter C sperat. Hoc iugum propter austeritatem correctionis graue est, sed spe remunerationis suaue. Qui hoc iugum tulerit, cum Deo solitarius sedebit non immistus negotiorum vel desideriorum turbis, tacebit ab omni strepitu sæculi; vel excusatio peccati non erit necessaria illi. Magnum est autem iuuenibus se à vitiis abstinere, & lubricæ, & perplexæ viæ errorem fugere: vnde Dauid, *Delicta iuuen. meæ & ig. me. &c.* Hæc enim ætas fragilis est & labilis inscia & temeraria, hoc graue iugum super se leuat, qui à iuuentute sæculo renuntiat, & ad molestiarum tumultus quasi surdus tacet. Hoc ritè super se dicitur tulisse, quia vltra vires corruptæ naturæ est quicquid nouitatis imperatur. Sequitur,

Iugum quotuplex. Matt. 11. d. Bonum est tempestiue ad Dei seruitium accedere. Psal. 24.

c *Iod.* Quæ *principium* vel *desolationem* sonat, sub qua plangitur qui ponit in puluere os suum. Vel iuxta alios, *qui dabit in sepulturam fossura os suum,* si tamen est spes patientiæ. Vnde videndum est, quomodo principium sit quod in puluere propter spem os suum ponit, sed moraliter post miseriarum supplicia, fide reddita: principium est professionis nostræ, in puluere os ponere, & momentis singulis quòd sumus puluis, cogitare. Vnde spes geminatur, & charitas dilatatur. Hæc omnia superius dicta de capite intelliguntur, cui si D compatimur & conregnabimus. vnde sequitur,

Iod.

d *Dabit percutienti se maxillam, &c.* Cui simile dicitur. *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram.* Possunt de terrena Ierusalem in captiuitate humiliata hæc intelligi: sed melius est Christo & ecclesiæ attribui. Ecclesiæ enim *bonum est præstolari cum silentio salutare domini,* & maxillam præbere percutienti. Hoc autem est præceptum euangelicum, bonum, scilicet, principium: cum seruare cœperimus & implere; quasi dicamus, Hoc retribuemus domino pro omnibus quæ retribuit nobis, *Calicem salutaris accipiemus,* & sic excutiemus iugum captiuitatis nostræ de ceruice, cum subierimus iugum domini quod leue est.

Matt. 5. f. Psal. 115. a. Iugum Domini.

e *Saturabitur ob.* Non dicit, E sustinebit opprobria, sed saturabitur opprobriis. Facile enim est vnum & alterum sustinere: sed vt facilius misericordiam iudicis moueat, multitudinem opprobriorum auidè se suscepisse declarat, quia ab auiditate surgit satietas. Quod ostendit Dauid cum Semei opprobria & conuitia patienter tolerat, dicens: quia dominus iussit illi vt maledicat mihi: *si quomodo videat humilitatem meam, & retribuat mihi bona pro maledicto;* secundum illud Isaiæ, *Dimissa est iniquitas illius; quia suscepit de manu domini duplicia.* Felix ergo demonstratur desolatio sub hac littera: quia vbi desolatio, ibi humilitas; quam comitatur patientia; & illam probatio; & illam spes, quæ non confundit, per spiritumsanctum, qui datur nobis charitate diffusa, qui est verus consolator. Bonum est ergo viro iugum portare, solitarium sedere, vt singulariter constituatur in spe: quoniam numero Deus impari gaudet, vnde Psal. *Factus sum sicut passer solitarius in, &c.* Secundum alios *dabit in sepultura vel in fossura os suum.* In quo patientiæ virtus ostenditur, vt scilicet quodam aggere F virtutum obstrusus non loquatur: nec quærimoniam dolor extorqueat, vt quodam tumulo spes futuri vocem doloris obruat, quam nulla suscitet iniuria, secundum illud: *Quasi ouis ad occisionem ductus est.*

2. Reg. 16. b. Isa. 40. a. Patientia nostra excitat Deum ad misericordiam. Isai. 53. c. Virg. 1. Buc. Psal. 101. b.

f *Caph.* Manus vel incuruatus interpretatur. Quicumque enim rectè sentiunt, sub manu domini curuantur, quæ aut punit, aut corrigit. Ideo vir tantus, humiliatus pressuris, correctus disciplinis, gaudet curuare ceruicem sub manu domini, mentis scilicet & cordis, spem ad Deum dirigens qui in sempiternum non repellit: *qui si abiecit, & miserebitur, &c.* Ipse versum sensus declarat, quid sit sub manu domini curuari: patienter scilicet omnia sustinere, quia in sempiternum non repellit, vnde sub hac littera inquit Dauid, *Paulominus consummauerunt me in terra.* Abiectum enim sentiebat se inter certamina, vnde mentis ceruicem ad dominum flectebat, de qua: Non

Sub manu Dei curuari. Psal. 118. l.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Bonum est præstolari cum silentio, *Id est, patienter, & absque murmure tribulationis tempore. Et quia hoc facit exercitium patientiæ, ideo subditur,* Bo. est vi. cum por. iugum ab adolescentia sua.

2 Sedebit solitarius & tacebit, *Vir in patientia sua exercitatus.*

3 Quia leuauit se super se. *Aspirando ad bona cælestia, & contemnendo terrestria.*

Patientiæ bonum

4 Ponet in puluere os suum, *Humiliter loquendo,*

5 Si forte sit spes, *Quæ est expectatio futuræ beatitudinis. Et dicit fortè: non propter mutabilitatem à parte Dei, sed à parte liberi arbitrij, quia homo quantumcumque exercitatus in virtute patientiæ, per defectibilitatem liberi arbitrij potest ab ea cadere, & sic frustrari remuneratione. Et quoniam homo perfectus in virtute patientiæ, non solùm sustinet aduersa patienter, sed etiam gaudenter,* (*secundum illud Actu.* 5. g. Ibant apostoli gaudentes à conspectu consilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati) *ideo sequitur,*

Officium perfectæ patientiæ.

6 Dabit percutienti, &c. *Iniuriis se offerendo.*

7 Saturabitur opprobriis, *In ipsis gaudendo. Et quia istud fit intuitu futuræ mercedis, ideo subditur,*

8 Quia non repel. &c. *Scilicet iustos tribulari permittendo.*

9 Quia si abiecit, *In præsenti vita,*

1 Et

MORALITER.

†† *Bonum est vi. cum por. iu. &c.* Et quoniam homo serenatus per virtutem patientiæ, dispositus est ad contemplationem cælestis gloriæ, sequitur,

Quid disponat ad contemplationem.

2 *Sedebit solitarius & tacebit.* Et quia quantò quis in Deum eleuatur, tantò verius humiliatur, cogitans suam fragilitatem iuxta diuinam maiestatem; ideo subditur,

4 *Ponet in puluere os suum,* Et quia ad veram humilitatem sequitur patientia; subditur,

6 *Dabit percutienti se maxillam, &c.* Et subditur causa: Quia non repellet in sempiternum dominus, scilicet humiliter patientes.

Humilis patientia.

9 *Quia si abiecit,* Humiles in conspectu hominum.

† Misere-

☞ *Non flectas vt circulum collum tuum.* Qui enim non flectit ad humiliandum & miserendum cor suum: frustra exterius ceruicem suam curuat ad supplicandum. Hic autem opprobriis satiatus, spe singulariter erectus confidenter ait, *Si abiecit mise. &c.* Ad hoc enim abiicit, vt misereatur. Et addit, *Non enim humi. ex corde suo, &c.* Vt scilicet satietur pœnis nostris, sed vult vt humiliemur & curuemur vt misereatur, vnde supra sub eadem littera ait: *Omnis populus eius ge. & qua p. dederunt desiderabilia sua in escam. Vide domine quomodo facta sum vilis.* Qui ergo quærit animæ erectionem, iure curuatur humilitate, qua possit ad Dei misericordiam ascendere, & sentire de domino in bonitate: quia si abiecit, & miserebitur, vnde tamquam curuatus corpore & mente ad multitudinem misericordiarum Dei confugiat: *Non enim humiliauit neque abiecit ex corde suo filios hominum* vt humiliet, scilicet in perniciem, sed vt releuet in salutem. Huius sensus cõsequentiam sub *Lamed* littera prosequitur.

Quæ humilitas Deo grata sit & quæ non. Eccl. 6. c. Supra 1. d. Humilitas.

a *Lamed. Vt contereret sub pedibus suis omnes vinctos.* Mirum in modum poetarum more cum tres ab vna littera versus incipiant, vna dictione, vna clausula terminantur, vt sit sensus: Dominus, vt contereret sub pedibus suis, omnes vinctos terræ ignorauit. Et vt declinaret iudicium viri, dominus ignorauit: Vt peruerteret hominem in iudicio suo, hoc quoque ignorauit; quia maluit seruare, quam damnare; & hæc est magna disciplina, vel cordis confessio. Lamed quippe vtrumque significat, vel seruo, quibus sensibus magna declaratur obscuritas, vt intelligamus sub disciplina Christi & puritate cordis seruanda esse quæ dicit. Qui enim habet disciplinam Christi, seruare profitetur præcepta salutis cum puritate cordis: quia non sic abiecit vinctos terræ, id est terræ criminibus obligatos, vt contereret: Dominus conterere non nouit, quia sic non abiecit vt repelleret: sed vt redire compelleret, de quo dictum est, *Omnia subiecisti sub pe. eius.* Quia constitutus est omnium iudex fidenter subdit: *Decli. iu. viri.* Dominus ignorauit, qui iustè iudicare nouit, & vt peruerteret hominem in iudicio suo ignorauit; quod vel de præsenti vel de futuro potest accipi. Mala enim quæ à domino inferuntur, aut supplicia meritorum, aut causa futurorum bonorum. *Omnes enim viæ eius misericordia & veritas.* Ergo secundum disciplinam Christi profitetur cordis innocentiam, & dicit vir videns Deum, seruo præceptum diuinum. Bene contra hereticos, qui Deũ affirmant animas crudeliter affligere, corporeis traditas ergastulis; & in ve. te. multos punisse indiscretis præiudiciis. Vir iste flagellis eruditus (secundũ illud, *Virga castigaberis filia Sion*) Cordis puritate cõfitemur, quã omnia iusto Dei iudicio aguntur, vt salutem omnibus tribuat in veritate inuocantibus, & secundum interpretationem litteræ clamat: Seruo disciplinam castigationis, seruo professionis puritatẽ, seruo inter hæreticos inuiolatam fidem. Magnus animæ profectus, quæ inter tot discrimina à charitate Christi non separatur, sed dicit, *Oculi nostri ad dominum Deum nostrum.* Post istius fidei constantiã venit ad Mem litteram procinctam ad defendẽdam iustitiam contra Epicureos, & contra eos qui dicunt Deum mortalia non curare: contra quos Psal. ille dirigitur, in quo dicitur, *Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso*, quos etiam vir tantus increpat his verbis, *Quis est iste qui di. &c.*

Deus non potest quiquam iniustè agere. Psal. 8. b. Hæresis nefanda Deũ aliquos iniustè punire. Psal. 118. c. Psal. 8. b. Psal. 122. a. Alia Deum non curare sublunaria. Psal. 72. b.

b *Mem.* Ex intimis, vel, ex ipsis; vel, ignis ex vltimis interpretatur. Magni enim ardoris est pro fide tam fideliter certare, vnde irrisoriè dicit; *Quis est iste qui* (cùm sit cinis & puluis, inflatus spiritu suo) de immenso & de incircumscriptibili audet disputare, & nos (qui tamquam filij flagellamur, ne cum hoc mundo damnemur) subsannare, ac si patenter dicat: Omnia fiunt iusto & vero iudicio Dei, & quæcumque superius lachrymando protuli: magis ex fonte pietatis quam ex præiudicij querimonia dixi, quod ex intimis visceribus fluxit quia ignis charitatis ex intimis medullis exarsit, de quo suprà, *De alto misit ignem in ossibus meis*, quem scilicet venit mittere in terram, & vult vt ardeat, & nostra peccata consumat, & intimis visceribus, suæ cognitionis ardorem infundat; vt citissimè cor nostrum scripturæ sacræ fontem hauriat, qui ☞ salit

Cum Deo non disputandum. Ignis charitatis.

a ¶ Non in perpetuum irascetur. b ¶ Non obliuiscetur misereri Deus.

abiecit & miserebitur, secundum multitudi- [1] nem misericordiarũ suarũ. CAPH. [33] Nõn enim [2] [3] humiliauit ex corde suo, & abiecit filios [4] hominũ. LAMED. [34] Vt contereret sub pedibus [5] suis omnes vinctos terræ. LAMED. [35] Vt declina- [6] ret iudicium viri, in conspectu vultus altissimi. LAMED. [36] Vt peruerteret hominem in iudicio suo, dominus ignorauit. MEM. [37] Quis est [7] [8] iste qui dixit vt fieret, domino non iubente? [9] [10] MEM. [38] Ex ore altissimi nõ egredietur nec bona [11]

a ¶ Nolens saturari pœnis nostris. Non vult mortem peccatoris. ¶ Penitus. a ¶ Mira est elegantia huius litteræ, disciplina vel cordis confessio vel seruo. b ¶ Crudeliter. ¶ Dominus ignorauit. c ¶ De quo, Omnia subiecisti sub pedibus eius. a ¶ Terrenis compedibus. b ¶ Qui est iudex viuorum & mortuorum, & reddet vnicuique iuxta opera sua. a ¶ Etsi non in conspectu hominum. a ¶ Præsenti vel futuro. b ¶ Qui omnia iustè agit. c ¶ Quam stultus, quam audax cum sit puluis, & cinis. ¶ A persona aduersariorum. a ¶ Aliquid. b ¶ Quo iuste disponente omnia fiunt. a ¶ Quasi: sine Dei dispositione fluctuant omnia mortalia.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Et miserebitur, *In futura.*

2 Secundum multitudinem, &c. *Quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis Ro.* 8.

3 Non enim. *Hic remouetur erroris occasio, & diuiditur in duas partes, secundum duplicem errorem; secunda ibi,* Quis est. *Circa primum sciendum, quod aliqui acceperunt occasionem errandi, eò quod videbant iustos in præsenti vita, vt communiter tribulari credentes, quòd istud esset Deo per se & directè placitum, quod non est verum, sicut amaritudo medicinæ non est accepta medico per se, sed solum ratione sanitatis consequendæ: & sic est de pœnis præsentis vitæ, quæ sunt quædam medicina respectu Dei, qui est medicus animarum; & hoc est quod dicitur,* Non enim humiliauit, *Pœnis & afflictionibus vitæ præsentis,*

Bonos tribulari non est Deo per se & directè placitum.

4 Ex corde suo, *Id est, & per se, & ex directa electione: sed vt per exercitium patientiæ sequatur præmium gloriæ.*

5 Vt conte. sub pedibus suis omnes vinctos terræ. *Resumatur,* Non enim ex corde suo, *Id est, ex electione directa hoc non fecit. Et similiter quod subditur.*

6 Vt declinaret iudicium viri, *Permittendo eum iniustè tribulari; ideo subditur,*

7 Dominus ignorauit, *Id est, non approbauit malitiam facientium.*

8 Quis est, *Hic remouetur secundus error. Ex hoc enim, quod iusti in præsenti vita vt frequenter tribulantur, & impij prosperantur, crediderunt aliqui, quod Deus non haberet notitiam de his quæ fiunt in terra, ex quorum persona dicitur Iob.* 22. b. Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat. *Sed hoc est erroneum, non solum secundum sanctos, sed etiam secundum philosophos. Philosophus enim.* 1. *de Anima, arguens contra Empedoclem, ducit ipsum ad istud inconueniens, quod Deus aliquid ignoraret, scilicet discordiam quod nos cognosceremus, propter quod dicit Ieremias:* Quis est iste qui dixit vt fieret, *Aliquid scilicet in terra,*

Contra negantes Dei prouidentiam circa inferiora.

9 Domino non iuben. *Id est, Deo non prauidente, & ordinante; & similiter quod sequitur,*

10 Ex ore al. *Id est, ex eius dispositione.*

11 Non egre. nec. Bona nec mala. *Quæ similiter fiunt in terra; quasi dicat, ista sunt erronea, & ideo consequenter inducit ad tolerantiam aduersorum quæ à Deo ordinantur ad meritum, & præmium electorum.*

6 Vt ✠ 1 Quid

MORALITER.

†1 *Miserebitur, &c.* Suscipiens eos honorificè in consortio angelorum.

De prouidentia.

8 *Quis est iste qui fie.* Hic remouetur error eorum qui dixerunt diuinam prouidentiam se non extendere ad hæc inferiora, & sic dicebant quod sequitur.

10 *Et ore altissimi non egredientur.* Quod falsum est. Nam ex eius prouidentia & ordinatione procedunt omnia bona, & etiam mala pœnæ, & sic dicitur Amos. 3. b. *Non est malum in ciuitate quod non fecerit dominus.* ideo contra prædictos subditur,

† Quid

salit in vitam æternam, vnde, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?* A Hoc igne exuritur fœnum lignum stipula & plumbum iniquitatis: Hoc igne inardescimus, vt pro fide certantes dicamus, *Quis est iste qui dicit, vt fieret domino non iubente?* Et domini misericordia præstantur bona, & ex Dei iudicio fiunt mala, vt nec malus ius querelæ habeat; vnde sequitur,

a *Quid murmurauit homo*, Id est, peccator, vel vir viuens, id est, iustus de quo dicitur, iustus ex fide viuit. Hinc Paul. ait: *O homo tu quis es, qui respondeas Deo, &c.* Quasi dicat, Quid dicturus est homo pro peccatis suis, cum omne os obstruatur. Non potes dicere Deum non curare mortalia, cum ab ipso sunt, vel bona vel mala, omnis iniquitas oppilabit os suum. Hæc confessio est ex intimis, vel ex ipsis visceribus, hanc ostendit ignis ex intimis medullis: Non habet vir viuens, Id est, iustus ex fide, quid dicat, multò minus peccator & impius. Vnde vigilanter ait.

Abac. 2. a. Rom. 9. d. — De Deo querulari non oportet.

a nec mala. MEM. [39] Quid murmurauit homo 1
(a Contra Deum. b Humus peccator.)
(a Fide. b Non femina, discretionis gratia. c Defendendis. d Ex se. e Sempiternum vel principium, vel pascua, vel vnicus. f A propria persona.)
b viuens, uir pro peccatis suis? NUN. [40] Scrutemur 2
(Diligenter. Scito teipsum, attende tibi. a Actiones. b Diligenter. c Pœnitendo.)
vias nostras, & quæramus & reuertamur ad 3 4
(a A quo recessimus per peccatum. b A limo terræ. c Integritatem fidei.)
dominum. NVN. [41] Leuemus corda cum mani- 5
(a Operibus. b Quasi, Culpa nostra est, non tua. c Contra proximum.)
c bus ad dominum in cælos. NVN. [42] Nos iniquè 6 7
(a Quod peius est.)
egimus, & ad iracundiam prouocaui-
(a Pro tantis peccatis. b Audi vel firmamentum vel adiutorium)
d mus: idcirco tu inexorabilis es. SAMECH. 8

Vir pro peccatis suis. Vir indicat sexum, homo communem naturam. Aliud est ex natura, aliud ex gratia, vt nec homo qui ex propagine primæ naturæ flagellatur, neque vir qui gratia discernitur, habeat contra figulum quid queratur, vnde Iob ait (licet excruciatus tormentis) *Sit nomen domini benedictum, sicut placuit domino, ita factum est.*

Iob. 1. d.

b *Nun.* Sempiternum, vel pascua, quæ est Christus, de quo dicitur, *in loco pascuæ, ibi me collocauit.* Ipse nos reficit bonis pascuæ suæ, & diuinis sacramentis ex vbertate agri pleni, cui benedixit dominus, In hac pascua scripturarum sunt mystica sacramenta, pro quibus dicitur, *Scrutemur vi. no. &c.* Tria facere debemus, scrutari, quærere, reuerti. Quæramus quid facti sumus, quid fuerimus, quid habeamus esse, vt perspectis his compulsi ad dominum reuertamur, C ad quod nos littera Nun inuitat, quæ principium interpretatur, vnde vnicus patris ait, *Ego principium, & qui loquor vobis.* Hæc enim littera etiam vnicus interpretatur, qui verum principium, & verum pabulum. Sunt quoque scripturæ pascua, quibus pascimur & instruimur: sed vnicus, pascua spiritualis, ad quem leuare debemus corda nostra cum manibus in cælum, vbi vera ad pascua. Et notandum, quod corda sine manibus non leuantur, neque manus sine cordibus, vt integritas fidei nos commendet Deo & operatio. Vera enim fides est quę per dilectionem operatur, sicque recolentes paupertatem nostram dicamus Deo.

Psal. 22. a. — Tria debemus facere — Iob. 8. d. — Nun littera.

c *Nos iniquè egimus, &* (quod peius est) *ad iracundiam prouocauimus, idcirco tu inexora. es.* Omnis scripturarum doctrina horum trium versuum intelligentia redditur, vt scrutemur vias, id est, actiones: & quęramus quid fuerimus & quid simus & reuertamur ad dominum pœnitentes, à quo discesseramus peccantes; magnum est vnicuique seipsum noscere, vnde Moyses, *Attende tibi ne fiat verbum absconditum in corde, attende tibi,* non diuitiis tuis, non possessionibus, non viribus, sed animo & menti, vnde facta & consilia & cogitationes, ibi te attende, vt potior es. Hoc Apollinis assignat fabula Gentilis quasi huius sententiæ auctor fuerit, qua dicitur? *Scito teipsum* cùm de Moyse trāslata sit, qui prior fuit. Hinc quoque Salomon, *Si ignoras te ò pulchra inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum tuorum.*

Deut. 30. c. — D Nosce te ipsum, à quo primò dictum. — Can. 1. c.

Notandum quantum vir videns paupertatem suam, flagellis eruditus profuerit, postquam ad *Zain* litteram venit; & *duc te* audiuit, & graue iugum super se tulit, & sedit solitarius, vbi alto silentio videns cognouit, quòd nostra salus sit vt scrutemur vias nostras: quia lubricę & tortuosæ sunt maximè in adolescentia, vnde præuenire oportet correctione annos iuuentutis, dicentes, *Domine pascis me à iuuentute mea, & nihil mihi deerit: in loco pascua ibi me collocauit.* Hæc sunt vera pascua vitæ, vbi vnicus patris pascit inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Hoc autem nobis subsidium est, Leuemus ad eum corda nostra cum manibus, dicentes, *Delicta iuuentutis meæ, & ig. me. ne. me.* Quia grauiora sunt senectutis, quàm iuuentutis vulnera, vnde ait, *Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua.* Senibus remedium est peccare desinere, sed stimulāt eos peccata, exagitat conscientia, & consuetudo peccati instabiles facit. Leuemus ergo corda nostra cū manibus ad Deū: quia Deum *ad iracund. prouo.* Quia præterita abundant, præsentia peccata non cessāt, aliter enim inexorabilis est; nō quòd veniæ claudatur ianua, nisi nostra claudatur malitia; vnde rectè *Samech* sequitur, quæ *audi,* vel *firmamentū,* vel *adiutoriū* interpretatur, quod ipse texus indicat.

Vt super adolescentiam firmemus custodiam. — E Psal. 24. b. — Psal. 22. a. — Supra eo.

d *Samech. Audi* vel *firmamentum* vel *adiutorium:* Dominus destruxit regna diaboli, quæ in monte sibi ostendit, & aduersarias potestates perdidit, & à quibusdam, qui membra sunt huius capitis, abstulit adiutorium, & inter eos & prædestinatos ad vitam statuit chaos magnum, qui iusto Dei iudicio præordinati sunt ad suppliciū, vnde, *Inter nos & vos magnum chaos firmatum est.* Secūdum hoc, à quibusdam hęc littera interpretatur *firmamentum*; quia non otiosè dicitur, *audi,* hoc enim audiendū est aure audiendi, non sensu cōmuni. Hic quoque notandū est post mortalē sensum, quid sequatur eos, qui peccādi finē nesciunt. *Opposuisti nubem tibi, ne tran. ora.* Est nubes leuis supra quā ascendit dominus, Est nubes lucida, Est tenebrosa: sed quia opposita plāgitur, densitatē peccatorū significat. Columna nubis quæ excludebat Ægyptios, claudebat Hebręos: his lux erat, illis cęcitas. Nubes quoque corporis Christi, lux credentibus, cæcitas non credentibus: & petra scādali, & lapis offensionis, vt operiret in furore; id est, Deum in homine latentem occultaret: percussisti * vulnere * nube infi-

Allegoricè. — F — Luc. 16. g. — Isa. 19. a. — Matt. 17. a. — Exo. 14. c. — Exo. 10. f. — Isa. 8. c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quid murmur. homo vi. *Afflictus in præsenti secundum dispositionem Dei,*

2 Vir pro peccatis suis, *Per pœnam expiandis.*

3 Scrutemur vias nostras, & quæramus. *Quasi dicat si diligenter scrutemur conscientias nostras, inueniemus plura peccata.*

4 Et reuertamur ad dominum, *Per pœnitentiam.*

5 Leuemus corda. *In oratione deuota, quæ est ascensus mentis in Deum, secundum Damascenum.*

6 Cum manibus ad Dominum in cælos, *Vt simul eleuemur mente & corpore.*

7 Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus. *Licet enim Ieremias esset innocens & sanctus, tamen connumerat se Iudæis peccantibus, quia erat de populo illo.*

8 Idcirco tu inexorabilis es, *Non ex defectu tuæ pietatis, sed ex actu nostra iniquitatis.*

1 Ope-

MORALITER.

† 1 *Quid murmurauit homo viuens pro peccatis suis,* Detrahens prouidentiæ diuinæ, nam & Philosophus 1. de anima habet pro inconuenienti, quod Deus aliquid ignoret, quod nos sciamus, ideo sequitur,

3 *Scrutemur vias nostras & quæramus,* Quasi dicat, si bene consideremus facta nostra, inueniemus quod mala pœnæ inflicta sunt nobis à Deo & iustè. Et quia vexatio dat intellectum subditur,

Deus nulli iniustam infligit pœnam.

4 *Et reuertamur ad dominum,* Nos iniquè egimus contra te domine.

8 *Idcirco inexorabilis es.* Non simpliciter, sed ad tempus, quousque appareat iustitiæ decus.

† Opp-

☞ infi... is scilicet, occidisti, id est, impœnitẽtes fecisti: nec peper-
A cisti ... seueritatem iudicij exercuisti. Hæc nubes opposita est:
han... non potest transire oratio, dum cæcitas est in Israel. Idcirco
Christus eradicatio & indignatio positus est, secundùm illud: *Pro-*
pterea Deus destruet te in finem & c.t.&c. Ideo hæc littera interpretatur
audi. Quia incomprehensibilia sunt iudicia eius, vt omnes, scilicet corde audiant & intelligant: vnde, suprà sub eadem littera, *Lacum calcauit dominus, iugum filiæ Iuda:* quando, scilicet, lacus factus est Iudæis passio saluatoris, & gentibus portus salutis. Crux enim domini infidelibus scopulus, fidelibus portus. Ideo præmittitur: Audi, vt futura cognoscas, quia torcular vt lacus quem calcauit dominus; ideo calcatus est, vt ex passionis prælo fi-
B des gentium clarescerent, & fex infidelitatis in amurcam transiret.

Rom. 11. c. Psal. 51. a. Rom. 11. d. Suprà 1. c. Christus Iudæis scandalum, fidelibus verò salus.

a ¶ Cæcitate. b ¶ Plaga dispersionis. c ¶ Spiritualem legis intellectum abstulisti. d ¶ Omnibus bonis spoliasti.

⁴³ Operuisti in furore, & percussisti: occidisti, nec pe-
a percisti. SAMECH. ⁴⁴ Opposuisti nubem tibi, ne transeat
b oratio. SAMECH. ⁴⁵ Eradicationem & abiectionem po-
c d suisti me in medio populorum. AIN. Oculus meus

a ¶ Peccatorum quæ contra nos clamat. b ¶ Ad te. a ¶ Nostra b ¶ De terra viuentium. c ¶ Contra indignos. d ¶ Christum. a ¶ In manifesto. ¶ Fons vel oculus.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 †

MYSTICE. Samech, *audi*, vel *firmamentum*, vel *adiutorium* interpretatur, qui sensus verbis sequentibus declaratur.

a *Opposuisti nubem tibi, &c.* Qui enim præterita non plangunt, & nouis peccatis prouocant Deum, quotidie delinquendo, inexorabilem reddunt. Quod superius sub eadem littera plangitur: *Abstulit dominus omnes fortes meos de medio mei, &c.* Non enim tunc abstulit omnes fortes, quando populus in Babylonem ductus est: sed quando Christus venit, & tempus visitationis suæ Iudæa non nouit, & noluit captiuam erigere ceruicem, & fidei suscipere lucem; ideo Christus eradicatio & indignatio positus est in medio populorum; vnde, *Ego veni, vt videntes non videant, & qui vident, cæci fiant.* Et, *Ecce hic positus est in ruinam, & in re. mul. & in signum cui contradicetur.* Meritò ergo sublatum plangitur adiutorium, quod indurato corde relinquitur: vnde rectè dicitur, *Ecce constitui te hodie super gen. & super re. vt euel. & de.* Quatuor tristibus duo læta opposuit, non enim ædificantur bona, si non destruantur mala.

Suprà 1. c. Iudæi Christum non recipientes. Matth. 4. b. Luc. 2. c. Ierem. 1. b.

† GREGORIVS. *Opposuisti, &c.* Hæc non tantùm infideles, sed carnaliter viuentes premit; ac si apertè dicant, Menti nostræ terrenis voluptatibus assuetæ, curarum suarum phantasmata iusto iudicio obiicis, quibus eam in ipsa orationis suæ intentione confundis: &
C quam desideriis infirmis deditam non ignoras, rectè cæcatam ab intuenda lucis tuæ perspicuitate reuerberas.

Terrenorũ studium excæcat mentes.

b *Eradicati.* Et indignationem plangunt, scilicet, se poni in medio populorum. Quia Iudæi qui in Christi passione aberrauerunt, indignatione perpetua digni sunt eradicari de terra viuentiũ. Ideo propheta quatuor inducit: *Operuisti in furore, percussisti, occidisti, nec pepercisti.* In *furore* enim suo, velamento cæcitatis faciem Iudæorum *operuit*, ne agnosceretur: quia velamentum positum est super faciem Moysi vsque hodie, dum legitur; *Percussit eos*, plaga dispersionis, nec senserunt; *occidisti*, id est, spiritum vitæ abstulisti, quem in lege non intelligunt: *Nec pepercisti*, quia à gratia, à templo, à lege, à solo patrio, & ab omnibus expulit sacramentis: vnde, nubes peccatorum opposita plangitur, ne oratio ad Deum ingrediatur. Hic nimirum locus & de persona Christi legitur, & de Ieremia, qui excelsus domini sonat.

2. Cor. 3. c. Iudæorum cæcitas & aliæ pœnæ multiplices.

Moraliter. *Operuisti in fu.* Plangit se anima peccatorum caligine & iniquitatis operiri, & percussam, & occisam iudicio Dei præeunte vulnere prauitatis: Nubes delictorum opposita plangitur, quæ magis contra nos orare, quàm Deum exorare creditur, vnde, *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra*, quam scilicet cogitatio terrena, & delictorũ immanitas facit, ne possit nostra oratio ad Deum transire, ne ipse orantibus parceret, quia clamor terrenus opponitur. Vsque ad finem huius alphabeti luce clarius refertur passio domini, quid *Ain* ergo littera significet, videamus.

D Genes. 4. b. Peccata impediunt nos à Deo exaudiri.

Ain. Fons vel oculus dicitur, quia sicut de fonte fluuius, sic de visione oculorum bona vel mala generantur: Cùm ad bona aperiuntur, fons iustitiæ; cùm ad mala, sicut oculi Adæ aperti sunt, fons & origo malorum; vnde, suprà sub eadem littera, *Oculus meus dedu. aq. quia lon. f. est à me conso. &c.* Vbi patet, quod non se captiuum deplorat, sed populum de consolatione Dei derelictum. Quasi dicat, Verè dolenda est captiuitas. Inde quoque nunc afflictus plangitur oculus, nec tacuisse, nec requieuisse. Ibi enim nulla quies, vbi Spiritus sancti consolatio deest. Vnde qui ab eius sanctificatione recesserunt, nullam sabbati requiem inuenerunt, in quo requieuit Deus. Hanc captiuitatem propheta præuidens luget. Sed quia afflictus non tacuit, & perseuerauit, respexit dominus de cælis. *Qui enim perseuerauerit vsque in finem, saluus erit.*

Ain. Genes. 3. b. Suprà 1. f. E Captiuitas spiritualis. Matth. 10. c.

Oculus me. depre. est ani. Euidenter futurum iudicium enuntiat, & præuidens quæ futura sunt ciuitatibus Iudæ, imber lachrymarum manat. Præuidet enim obstinatam plebem, quæ negatura erat proprium auctorem. Oculus autem animam deprædatur, quando omnis doloris affectus effunditur, & languor & ardor animi in lachrymas liquatur, quando quidquid est in anima sicut de fonte riuus effluit: vnde, *Defecit in salutari tuo anima mea; defecerunt oculi mei in eloquium tuum.* Anima enim deprædatur ab oculis, vt suo creatori hæreat de se diffisa, in illo confisa. Deficit, vt in spiritum transeat, & fit vnus spiritus cum Deo; ideo dicitur, *oculus*, singulariter, non, *oculi*: vt cum Deo vniantur, vnde, *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum.* Christus enim *in vno oculo* videtur: Alij sunt oculi carnis qui aperiuntur ad malum; Alij mentis, qui transeunt in vnum, vt fit vna mens cum Deo: Alij oculi ecclesiæ, quæ habet duos oculos, moralem & mysticum: Mysticus acutior, moralis dulcior: ita oculus Christi amore repletus, animam deprædatur in cunctis filiabus vrbis meæ, per singulas delictorum afflictiones & æternæ vitæ cogitationes, scilicet, deprædatur. Ideo autem hæc littera *fons* vel *oculus* interpretatur, quia nec oculus sine fonte, nec fons sine oculo dilectionis manat. Debet enim quisque peccator fonte lachrymarum rebaptizari: qui nutritur oculo sanctæ contemplationis.

Psal. 118. l. Ibidem. Can. 4. c. Plures oculi. F

Ain. Fons vel oculus interpretatur, vnde,
d *Oculus meus, &c.* Cuius, scilicet, officium est quod viderit nuntiare. Christus quoque aliis in ruinam positus est, aliis in resurrectionem. In hac littera oculorum declarantur officia, vt sic scilicet defleant pro peccatis vel desiderio cælestis gratiæ: Hi suauibus delectantur, asperis offenduntur, vnde, *Ennon* oculus suppliciorum dicitur; vel tentationis, vel hœdi, vel vitulæ, vel generationis, vel fons generationis, vbi, scilicet, Ioannes baptizabat: vt eo-
☞ rum

Luc. 2. e. Oculorum officium.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Operuisti. *Hic reuertitur Ieremias ad lamentandum sui & populi miseriam, dicens:* Operuisti, scilicet, nos multitudine aduersariorum. In furore, *id est, vindicta tua iustitiæ.*
2 Et percussisti, *Nos fame.*
3 Occidisti, *Gladio aduersariorum.*
4 Nec pepercisti. *Propter defectum meritorum nostrorum.*
5 Opposuisti nubem tibi. *Id est, peccatorum nostrorum caliginem considerasti.*
6 Ne tran. ora. *quasi dicat, Ex hoc nostra oratio fit inexaudibilis coram te.*
7 Eradicationem, *à Iudæa,*
8 Et abiectionem, *In terra aliena.*
9 Posuisti me in medio, *secundùm ordinem tuæ iustitiæ.*

4 Nec ✠ 1 Ape-

MORALITER.

† 5 *Opposuisti nubem tibi*, scilicet, peccatorum nostrorum caliginem.
6 *Ne transeat oratio, &c.* scilicet, nostra ad habendum effectum, donec fiat iustitiæ tuæ complementum; ideo subditur,
7 *Eradica. & indi.* Id est, me eradicatam, & tua misericordia indignam ostendisti. Et sequitur postea, *Donec respiceret & videret do.* id est, donec tu domine velles exaudire.
† *Oculus meus, &c.* Hoc exponi potest de insolentia clericorum, vt dicat ecclesia.

rum afflictione per fontem generationis renati transirent in adoptionem filiorum Dei, & hoc est: *Oculus meus af. est doloribus*, id est, afflictus sum: nec tacui, lachrymæ enim à maxilla ascendunt in cælum. Oculus tentationis dicitur, quia per eum semper tentamur, vnde, *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, &c.* Non dixit simpliciter, qui viderit mulierem: sed addidit, ad concupiscendum, &c. Vbi oculum absoluit, mentem ligauit. Nec dixit, mœchatus est in oculo, sed in corde. Oculus verò est hœdi, qui, scilicet, ad sinistram est: Peccator enim, quæ à dextris sunt, videre non potest. Vnde, *Prouidebam dominum in conspectu meo semper.* Et oculus vitulæ quando assiduo loro vitulæ peccatores iniquitates trahunt. Et oculus generationis, aut fons generationis, quia ex conspectu oculorum aut bona aut mala generantur. Et est oculus suppliciorum, quia renatus peccatorum suorum supplicia corde pauido perhorrescit. Idcirco *Ain* oculus vel fons dicitur.

[Margin: Ioan. 3. c. Matth. 5. d. — Oculus videns non peccat, sed cor concupiscens. — Psal. 15. c.]

† GREGORIVS li. 21. mor. c. 2. Sub Iudææ voce, quæ exteriora videndo concupiscens, bona interiora perdiderat, propheta dicit, *Oculus meus, &c.* Concupiscendo enim visibilia inuisibiles virtutes amisit. Quæ ergo interiorem fructum per exteriorem visum perdidit, per oculum corporis pertulit prædam cordis. Vnde nobis ad custodiendam cordis munditiam, exteriorum quoque sensuum disciplina seruanda est. Nam quantalibet virtute mens polleat, quantalibet grauitate vigeat, carnales tamen sensus pueriliter quiddam extrinsecus perstrepunt.

[Margin: Disciplina sensuum exteriorum. — Historicè.]

HISTORICE. *Phe, oris* interpretatur, vel *erraui*, vel *os aperui*, cui alludens propheta ait.

C a *Aperuerunt super nos, &c.* Sic quoque in pluribus litteræ interpretationibus alludit, vt litteræ verborum, & verba sensum litteræ expediant. Vnde se errasse secundùm sensum litteræ ostendit dicens,

b *Formido & laqueus facta est nobis, &c.* Erroris autem fuit, vaticinationem prophetarum & contritionem cordis eorum quæ pœnitentiam suadebant, non errorem respuere: vnde formido insanabilis & laqueus accidit; Propheta quidem non errauit, sed populi voce gemit, cui contritio & vaticinium laqueus & formido fuit; vnde ait,

c *Diuisiones aqu. dedu. oc.* Alia verò est contritio prophetarum de uotione diuinæ inspirationis, alia eorum qui pro peccatis afflicti spiritu vexantur erroris. Deus enim cor contritum & humiliatum non spernit, nisi prius vaticinium & contritionem prophetarum pro ipsis gementium & mœrentium spreuisset, ideo vaticinium eis laqueus est; quod in passione domini eis accidisse nulli dubium est.

[Margin: Contritio. — Psal. 50. d.]

Aperuerunt super. Christi & membrorum eius vox inimicis formido facta, est vaticinatio prophetarum, quam timebant ne impleretur in Christo. Ita quoque passio & contritio & humilitas Christi, fuit infidelibus ruina, vnde: Dauid (quasi ipsius litteræ sono) quia, *Os meum aperui & attraxi spiritum.*

[Margin: Allegoricè. — Christus infidelibus suo demerito factus in ruinam. — Psal. 118. c.]

d *Diuisiones aquarum, &c.* Vnde in Euang. *Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, nunc autem inexcusabiles sunt:* quasi laqueus factus est eis vaticinatio; vnde suprà quoque sub hac littera lachrymabilis querimonia exponitur, *Expandit Sion m. &c.* quasi dignam remunerationem erroris accepit, quia expandentem manus in cruce neglexit audire, & alis eius succedere.

[Margin: Ioan. 15. d. — D — E]

(a ¶ Dolore captiuitatis. b ¶ Lachrymæ apud Deum pondera vocis habent. c ¶ Quia Deum amiserunt, qui in sabbato requieuit. d ¶ Qui perseuerauerit vsque in finem saluus erit.)

afflictus est, nec tacuit, eò quòd non esset requies. AIN. Do- 5 6

(a ¶ Oculis misericordiæ.)

nec respiceret, & videret dominus de cælis. AIN. Oculus † 7

(a ¶ Singulariter quia ad vnum tendit. b ¶ Omnia extrahendo in Deum. c ¶ Afflictionibus delictorum.)

meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus 8

(¶ Cogitationibus æternæ vitæ. a ¶ A persona aduersariorum. ¶ Vox prophetæ & populi. ¶ Quasi leo. b ¶ Deuorandos. c ¶ Sanguis eius super nos & super filios nostros. ¶ Visibiles & inuisibiles.)

a vrbis meæ. PHE. 46 Aperuerunt super nos os suum omnes 1

(a ¶ Vox solius populi. ¶ Ne impleretur, in Christo. b ¶ Causa captiuitatis. c ¶ Quæ debuit iuuare. ¶ Christi. ¶ Prophetarum.)

b inimici. PHE. 47 Formido & laqueus facta est nobis va- 2 †

(a ¶ Eorum. b ¶ A propria persona. c ¶ Ad abluenda crimina, vel amoris vulnera mitiganda.)

c ticinatio & contritio. PHE. 48 Diuisiones aquarum de- 3

d (a ¶ Spirituali captiuitate.)

e duxit oculus meus in contritione filiæ populi mei. 4

† GREGORIVS. Diuisas ex oculis aquas deducimus, quando peccatis singulis dispertitas lachrymas damus. Neque enim vno eodemque tempore æquè mens de omnibus dolet: sed dum nunc huius, nunc illius culpæ memoria acrius tangitur, simul de omnibus in singulis commota purgatur.

[Margin: Dolendum de singulis peccatis.]

e *In contritione filia populi mei.* Quamuis Chaldæorum captiuitatem deflere videatur, prophetico tamen spiritu spiritualem captiuitatem deplorat, qua verus Chaldæus in vincula erroris captiuat. In hac peregrinatione patria nostra fides est, quę de longè adduxit, & supernæ patriæ iure adductos ciues ordinauit, vnde: *Iam non estis hos. & ad. &c.* Sed quia à solo patrio & à Deo, id est fide, & testamento dispersi erant, rectè subditur: *Et diuisiones aqua. de. ocu. me.* Optat enim cum Paulo *anathema esse pro fra. su.* vnde patet quanta sit passio charitatis & hortus deliciarum. Hinc omnia genera virtutum nutriuntur ex quo ascendit fons, qui irrigat omnia genera virtutum. Primùm attollens se in quatuor capita virtutum, deinde per omnes diuisiones aquarũ, vt inebriet germina fidei & morum. Generaliter enim affectum pœnitentis aut diligentis amorem expressit. Hæ diuisiones aquarũ peccata abluunt, deliciarum areolas infundunt, vt fluant omnia genera aromatum. Has diuisiones quasi cum impetu deducit ecclesia libano peccata abluendo. Hæc enim gratia sancti Spiritus, aliis fons est, aliis puteus, aliis hortus conclusus, fons signatus, aliis hortorum riuus: quæ quasi diuisiones numerantur. Diuisiones autem aquarum deducit, quia singula crimina abluendo perfundit, vel amoris vulnera linit, vnde: Vulne-

[Margin: Supra 1. f. — Ephes. 2. d. — Rom. 9. a. — F — Gratia Spiritus sancti.]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Aperuerunt super nos, &c. *Maledicendo & conuitiando.*

2 Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio, &c. *Id est, vaticinatio Ieremiæ & aliorum prophetarum, cui non credidimus, deiecit nos in formidinem, laqueum, & contritionem. In Hebr. habetur sic:* Vastatio & contritio; *ideo videtur quòd vitio scriptorum posita sit hic vna dictio pro alia, scilicet vaticinatio pro vastatio ex similitudine litterarum: & sic est sensus,* Formido & laq. *id est, ex formidine fugientes vnum periculum cecidimus in aliud; Sedecias enim formidans seruitutem rebellauit regi Babylonis, ad quod secuta est eius captio & exoculatio, vastatio terræ & Ierusalem contritio.*

[Margin: Vastatio an vaticinatio legi hic debeat.]

3 Diuisiones aquarum. *Per quod designatur magnitudo fletus.*

4 Oculus. *Sic ordinatur iste versus post præcedentem, prout in Hebræo habetur, habetur, quamuis in aliquibus libris nostris sit è conuerso; dicit ergo,* Oculus meus, *à magnitudine fletus.*

5 Nec ta. *Id est, flere non cessauit, eò quòd non esset requies, scilicet, nobis, sed labor & miseria.*

6 Donec. *Quasi dicat, Requiem non expecto via humana, sed tantum diuina.*

7 Oculus meus. *Id est, ex nimio fletu abstulit sibi consolationem.*

8 In cun. *Id est, præ destructione cunctarum ciuitatum Iudææ quæ dicebantur filiæ vrbis Ierosolymitanæ, quæ erat metropolis. In Hebræo sic habetur,* Oculus meus sordidauit animam meam, *id est, ex fletu continuo sordidauit faciem meam, in qua relucet vis animæ magis quàm in ceteris corporis partibus, eò quòd omnes sensus sunt in facie: cetera sicut prius exponantur.*

[Margin: Vis animæ maximè in facie relucet.]

1 Vena-

MORALITER.

† † *Oculus meus deprædatus est ani.* Oculus ecclesiæ debet esse clerus: qui tamen deprædatur castitatem mulierum quasi vbicumque est habitatio clericorum; Et quia inde surgit infamia clericorum,

[Margin: Clerici incontinentes.]

1 *Aperue. su.* Nam inde infamatur ecclesia; ideo subditur,

2 *Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio, &c.* scilicet, habitatio mulierum cum clericis.

† *Vastatio,* scilicet, omnis boni.

3 *Diuisiones aquarum deduxit oculus meus, &c.* Hoc dicitur in persona cuiuslibet fidelis de diffamatione ecclesiæ dolentis.

2 For- † 1 Vena-

☞ *Vulnerata charitate ego sum.* Deducebat illa diuisiones aquarum, quæ A pedes domini lachrymis irrigauit. Deduxit & Dauid diuisiones aquarum secundùm multitudinem delictorum suorum. Et Petrus fleuit amarè: hinc Dauid ait, *Lauabo per singulas noctes le. me.* Et quasi voce Ieremiæ, *Exitus aquarum de. ocu. m.* Et subdit quare, *Quia non cust. le. tuam.* Ac si dicat, Ea deploro, quæ per oculos contraxi & admisi. Flent enim sancti magis culpam quàm ærumnam. Et, Ieremias quoq; non tam contritionem præsentis vitæ dolet, quàm pœnam æterni supplicij, quia videt populi sui impœnitentiam. Flet populi ærumnas & excidium patriæ, sed magis, quia contra Deum os aperuerunt, & maledicentes blasphemauerunt. Fleuit Christus in passione, quando factus in agonia prolixius orabat. Fleuit super Ierusalem & super Lazarum: & sancti flent euntes & mittentes semina sua: & deducunt diuisiones aquarum, vt vberius accipiant fructum.

Psal. 50. a. Matt. 26. g. Psal. 6. b. Psal. 118. c. — Culpa magis deploranda est quàm pœna. — Lucæ 22. c. Lucæ 19. g. Ioan. 11. c.

a ¶ Consolatio, vel iustitiæ. ¶ A persona aduersariorum. b ¶ Deceptione. c ¶ De qua: Semitam ignorauit auis. d ¶ Iudæi. e ¶ Sine causa. ¶ Res turpes & humiles & indignæ.

a SADE.[52] Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. 1

b a ¶ Torcular passionis, de quo: Torcular calcaui solus. b ¶ Qui aduolutus est ad ostium monumenti. c ¶ Vt non resurgerem.

c SADE.[53] lapsa est in lacú vita mea, & posuerunt lapidé super mé. 2

d ¶ Populi. a ¶ Caput enim sum ecclesiæ. b ¶ In membris desperantibus. c ¶ Vocatio vel conclusio, vel aspice.

e SADE.[54] Inundauerunt aquæ super caput meú: dixi, Perij. COPH. 3 4

B a *Sade.* Consolatio vel iustitiæ: *Venatione ceperunt me.* Post tantas lachrymas, & tantum dolorem, post discriminis formidinem & contritionem, post insultationem inimicorum, congruenter consolatio, quam *Sade* sonat, intercedit: vt qui tantum puniti sunt, sperent indulgentiam iustitiæ, consolationem misericordiæ: qui lachrymis suis loti sunt à sordibus suis. Sed quia requies ex sola Christi passione datur, voce redemptoris pro nobis plangitur.

Post lachrymas admittenda est consolatio.

b *Venatione cepe.* His verbis ex passione domini consolatio nobis ostenditur, & iustitię indulgentia, quibus efficiamur iusti, licet perfidorum impietas (quasi venantes auem) cum gladiis & fustibus Christum apprehenderit gratis. Ieremias quoque gratis captus est, in lacu positus est & inundauerunt sicut aquarum fluctus persequêtes super caput eius: Sed de Christo hęc manifestius dicűtur, qui vt auis captus plangitur. Vnde Iob, *Semitam ignorauit auis.* Hæc auis fortassis est aquila quæ *prouocat ad volandum pullos suos*, id est, Iudæos, expandens *alas suas super eos*, qui dum voluit eos sub alas suas congregare, quasi gallina infirmatus est, & apprehensus, vnde,

Matth. 26. e. Ierem. 38. b. — Iob 18. b. Deut. 32. b.

c *Lapsa est in, &c.* Hunc lacum solus calcauit dominus, dum mortem moriendo peremit, & vitam resurgendo reparauit.

C d *Posuerunt la. su.* Quid apertius: Lapis enim positus est & signatus, & post resurrectionem ab angelo reuolutus, & existimatus est Christus cum descendentibus in lacum, *factus est sicut homo sine adiu.* Sed *inuentus est, inter mortuos liber. Inundauerunt aquæ.* Id est, multitudo populi super Christum qui est caput nostrum.

Psal. 87. a. De consolatione Spiritus sancti quæ in passione adfuit Apostolis. Matth. 26. f.

Venatione, &c. PASCHASIVS. Vox ecclesiæ, id est, corporis super cuius caput *inundauerunt aquæ*, id est, populi, vt eum gratis perimerent, vnde, voce ecclesiæ quasi spe sua frustratæ subditur: *Perij.* Quia discipuli etiam relicto eo fugerunt, negauerunt, dubitauerunt, vnde rectè præponitur *Sade*, quæ *consolatio* interpretatur: quia nisi consolatio pij pastoris adesset, nulla ouium salua esset. Vnde patet quod tentatio passionis non fuit sine consolatione Spiritus sancti qui desperantes confortaret, fidem reintegraret vel sustentaret, vnde, *Ego rogaui pro te Petre, vt non defi. fi. t:* quantum tamen in ipso fuit negauit, sed in Deo fides eius mansit. Sic ergo voce ecclesiæ conuenienter dicitur: *Perij.* sed præscientia & permissione pij magistri fides inuicta fuit. Consolatio autem fit multis modis: consolatur enim scriptura, & iudicis misericordia: & delicti persoluta pœna, vnde, *Consolamini popule meus.* Et post pauca, *Dimissa est iniquitas Ierusalem, quia suscepit de manu domini duplicia pro omni. p. s.* Et si fides deesset, pœna satisfaceret. Fit consolatio in variis tentationibus, quia tentatio *patientiam operatur, & illa probationem, probatio verò spem.* Lachrymæ quoque consolantur, quibus crimina abluuntur, vnde, *Exaudiuit dominus vocem fletus mei.*

Lucæ 22. d. — Isaiæ 40. a. — D Consolatio fit multis modis. Rom. 5. a. Psal. 6. c.

Decursis itaque suppliciis quæ pro peccatis sustinemus, de venia certi sumus: In his enim nõ deest consolatio Spiritus sancti, si nõ adest duritia cordis. Hæc sunt, *Iustitiæ do. r. l. c.* *Sade* enim consolatio vel iustitia interpretatur. Ex passione enim Domini multimodam consolationem accepimus, cui conformes in flagellis & passionibus iustificamur, vnde, *Fili recor. quia rece. bo. in vi. t. & Laza. si. mala, nunc autem hic consolatur, tu verò cru.* Iam post passionem, post tentationem, post consolationem quid sequatur videamus. *Coph*, id est, *vocatio*, vel *conclusio*, vel *aspice*, vnde alludendo dicitur: *Inuocaui no. tu. domine.* & suprà in ead. littera, *Vocaui amicos, &c.*

Psal. 18. b. Post supplicium expectanda consolatio. — Lucæ 16. f. — Suprà 1. f.

E e *Coph. Inuocaui no. tuum domine.* Vox Christi secundùm humanitatem. quasi dicat, Quamuis in lacum lapsa sit vita mea, ego tamen de nouissimo lacu inuocaui, sicut Ionas de ventre ceti. Cui simile dicit Iob, *Si descendero in profundum inferni, inde me liberabis.* Vnde, & caput fidenter dicit, *In die qua inuocauero te domine, dixisti: Noli timere.* Vnde hic quoque *vocem meam audisti, &c.* Appropinquasti: Perire non potest, cui pater præsto est, cuius vocem audierat, dubitare non poterat. Sed quia *Coph* etiam conclusio interpretatur, iure qui periit, gemens orat, *Ne auertas aurem tuam, &c.* Incarnatus enim ad extrema montium venerat terræ vectibus conclusus, sed fiducialiter sciebat, quod liberaret pater vitam eius de corruptione, qua pressus nobiscum pro nobis dolens dicebat, *Inuocaui nomen tuum domine.* Quod Ionas in ventre ceti præfigurauerat. Ideo *Coph* rectè dicitur conclusio, quia conclusit Deus omnia sub peccato, vt aperiatur nobis ianua vitæ, per eum qui in corruptione carnis venit vsque ad nouissima laci: sed inuocando exauditus est pro sua reuerentia. Nos quoque corruptione & peccato conclusi, & idem nobis affuturum credimus, propterea, *Appropinqua. inquit, &c.* Vt nos quoque fiducialiter idem dicamus, & speremus. Qui autem sic conclusi sumus, aspicere & circumspicere nos debemus, vnde, *Coph* aspice interpretatur; quasi dicat, Aspice quod mortalitas & corruptio ad nouissima laci me perduxit. Aspice quo laqueo sum conclusus, noli infirmitatem & periculum dissimulare: concluditur vnusquisque innumeris laqueis. *Coph* quoque *vocatio* dicitur, vt conclusi iugiter inuocemus illum, qui de cælo veniens, languores nostros tulit, qui ait, *Non est opus sanis medicus, sed ma. ha.* Habes vulnera, medicinam non differas. Aspice spiritualibus oculis quomodo conclusus sis: vnde, *Leuaui oculos meos in montes, &c.* Et alibi, *Oculi nostri ad dominum Deum nostrum.* Hinc quoque suprà, sub eadem littera: *Effunde, sicut aqua m cor t. ante con. dom.* Ideo sub hac littera redemptoris nostri forma proponitur, qui de lacu nouissimo inuocat & fidenter orat, & gemit & clamat, non voce, sed mente, vbique dominum præsentem sentit, & sibi appropinquantem in die inuocationis, & Deum dicentem: Ne timeas, qui dicit, *Confidite, ego vici mundum*, vnde, *Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo? &c.* Talis vox cordis talisque fides, magnus clamor est. Est ☞ enim

Ionæ 2. a. Iob 17. c. — Christi hominis oratio ad Patrē. — Ionæ 2. a. — Gal. 3. d. — Hebr. 5. b. — F Circumspectio tentationibus ad Deũ recurramus. Isaiæ 53. b. Marc. 2. c. Psal. 120. a. — Psal. 122. a. Thren. 2. f. — Ioan. 16. g. Psal. 26. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Venatione ceperunt me, &c. *Quia exercitus Chaldæorum insequendo Sedeciam comprehendit eum & multos alios, 4. Reg. vlt.*

2 Lapsa est in lacum vita mea, &c. *Ra. Sa. dicit, quod Ieremias prophetauit hoc de Daniele, qui fuit de transmigratione in Babylonem, & fuit proiectus in lacum leonũ, & lapis positus super os laci, vt habetur Dan. 6. & 14.*

Prophetia de Daniele — in lacum coniectio.

3 Inundauerunt aquæ. *Id est, multitudo aduersariorum, eo modo loquendi quo dicitur Isaia 8. b.* Adducet dominus super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, &c.

4 Dixi, Perij. *Id est, non habens remedium via humana. Et quia non remanet nisi via diuina, ideo subditur,*

1 Inuo-

MORALITER.

† 1 *Venatione*, scilicet, spiritus maligni, & dicitur hoc in persona ecclesiæ pro adhuc viuentibus peccatoribus, & pro defunctis quod sequitur,

2 *Lapsa est in lacum vita mea, &c.* Sequitur: *Inundauerunt aquæ super caput meum.* Scilicet peccatorum & tribulationum, quia tamen non aufertur totaliter spes misericordiæ subditur.

† 1 Inuo-

enim vox cordis & clamor, & vox sanguinis quæ ad dominum peruenit. Hæc vox exaltatur sublimitate, & conceptu virtutum, sed non intentione sonorum. Grandis clamor fidei, per quam clamamus, *Abba pater. Spiritus quoque clamat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Magna est vox iustitiæ & charitatis per quam mortui, non modo loquuntur, sed clamant sicut Abel. Magna est vox Apostolorum, quia *In omnem terram exiuit sonus eorum.* Hac voce clamat caput nostrũ, clamant & membra: clamat Rachel plo.fi. su.dicens: Ne auertas aurem tuam à singultu meo & clamoribus. Clamat Moyses cui dicitur: *Quid clamas ad me?* Sed sciendum, quia in corde clamant alij: alij in corde loquuntur. Loquebatur Anna, quæ plorabat pro priuatis, id est, filiis: Clamabat Moyses ardore charitatis; sub hac ergo littera, *conclusio* nostræ demersionis exprimitur, & inuocatio, vt amplius clamemus, agnoscitur, & singulis dicitur, *Aspice quomodo sis conclusus. Clama ad Deum qui præsto est. Ne auertas aurem tuam, &c.* Quia conclusit Deus omnia sub peccato vt omnium misereatur, vnde, *Miseri estote, plorate.* Quasi dicat, Aspicite conclusionem vestram, inuocate de lacu nouissimo.

Rom.8.c. Ibidem. Clamor multiplex. Genes.4.a. Psal.18.a. Matth.2.c. 2.Reg.1.a. Num.12.d. Exod.14.d. Gal.3.d. Iacob.4.c.

a ¶ Vox Christi secundùm humanitatem. ¶ A persona iudicis. b ¶ Qui liberasti Danielem de lacu leonum. c ¶ Corruptionis. ¶ De inferno.

55 Inuocaui nomen tuum Domine de lacis nouissimis. 1

a ¶ A persona sua, quod humiliter & suppliciter orat. b ¶ Exaudisti petitionem meam. Quasi: Qui audisti, exaudisti. ¶ Forma orandi & sperandi proponitur nobis. Miseri estote & iu.

COPH. 56 Vocem meam audisti, ne auertas aurem tuam à †

a ¶ Cordis. b ¶ Ad te fecisti appropinquare.

singultu meo & clamoribus. COPH. 57 Appropinquasti in die 2

a ¶ Dominus illuminatio mea & sa. mea quem ti. b ¶ Caput, vel capitis, vel primatus. ¶ Vox capitis. c ¶ Iustè.

quando inuocaui te: dixisti, Ne timeas. RES. 58 Iudicasti do- 3

a ¶ Iustitiam. b ¶ Vox membrorum quæ venundata sub peccato. ¶ Quem nihil latet.

mine causam animæ meæ, redemptor vitæ meæ. RES. 59 Vi- 4

a ¶ Aduersariorum, scilicet. b ¶ Qui omnia iustè indicas. ¶ Secundum quod audisti.

disti domine iniquitatem illorum aduersum me: iudica iudi- 5 6

¶ In actu. ¶ Non ratione. ¶ In actu.

cium meum. RES. 60 Vidisti omnem furorem, vniuersas cogi-

GILBERTVS. Non loquaci, sed dicaci, non studioso, sed perspicaci rethorica semina iacimus, vt quod aliquibus in locis lamentationum facimus, faciat ipse in omnibus. Hoc tamen generaliter notandum, quod sicut iudicis misericordiam comparando quinto conquestionis vtitur loco, incommoda sua sigillatim exponendo: sic in aduersarios indignationem excitãdo duodecimum indignationis ponit locum, colligens quæ in negotio acta sunt vel secuta, cum vniuscuiusque indignatione & criminatione rem verbis ante oculos iudicis exponens vt indignetur, ac si interfuerit & viderit, vnde, *Vidisti domine omnem furorem, vniuersas cogitationes, &c.*

a *Res.* Caput vel capitis vel primatus. Caput nobis est vel forma capitis, vt consideremus auctorem vitę, qui est caput nostrum omnia fouens, omnia regens, & sensibus implens. Sensus enim sapientis in capite, sublato capite non agnoscitur corpus, nec superest causa viuendi. Quid ergo caput de se sentiat, audiamus.

b *Iudicasti domine causam animæ.* Hæc vox tam capitis est quàm corporis, vt nec caput sine corpore, nec corpus sine capite. Causa animæ iustitia, quæ capiti coaptatur, redemptio corporis est, redimitur enim qui venundatur, sub peccato: corpus non confidit suis viribus, nisi iustitia capitis suffragetur. Iustitia ergo Christi, iudicium patris, redemptio hominis; more ergo rethorico à persona iudicis captat, iustum iudicem collaudat, deinde causam animæ, tandem cur venerit, id est, redemptionem ostendit. Est enim redemptio vitæ nostræ, quam suam esse propter charitatem declarat, vt nos in illo & ipse in nobis viuat. Tandem per indignationem aduersariorum iniquitatem & furorem commemorat, vt iudicem in se misericordem, in aduersarios indignantẽ reddat. Quasi dicat, Licet probares causam animæ meæ, vidisti tamen furorem eorũ aduersum me. *Iudica er. in.* In quo patet quod iniquitatem reprobando puniat, æquitatem diligat, & singulorum cogitationes discutiat, qui (quasi caput membra regit & viuificat) & omnia iustè dispensat. Est autem hæc vox electorum, id est, corporis Christi, qui primatum benedictionis adepti sunt. *Res* enim sonat primatum. Alius est enim populus, qui Esau primogenita vendidit, alius qui emit. Singula ergo corporis membra capitis gratiam participant, primatum gratiæ vendicant, vt vigor capitis ad singula membra perueniat, In capite vigor vitæ, & primatus nostræ hereditatis. Hoc omni corpore exposito custodire debemus, sicut serpens caput custodit, exponit corpus quasi in eo vitam esse nouerit. Sine hoc capite non viuimus. His itaque tribus versibus electi per caput (quod est Christus) patri commendantur, eiusque iudicio iustificati & redempti offeruntur, & iniquitas & furor aduersariorum & cogitationes condemnantur, & mira capitis & corporis vnitas declaratur.

Artificium Rhetoricũ. Christus caput, nos corpus ecclesiæ. Genes.25.b.

c *Redemptor vitæ meæ.* Alij, *Defensor.* Redemptio membrorum, defensio verò capitis & corporis est. Redemptio ergo & defensio totius nostræ saluationis Christus offertur patri, vt per simplicem eius mortem, nostræ duplæ redemptio exhibeatur. Restat ergo vt in capite primatum seruemus, qui auferri non potest, si non auferatur Christo. Sit ergo caput seruandi summa studij & operis. Summa spei & virtutis, vt simus in vnitate corporis, Christi coniuncti nostro capiti, vnde Isaias, *Auferam à Iudea caput & caudam*, id est, initium & finem. Caput Iudæa amisit, quando Christum non accepit, qui est principium Ecclesiæ & primatus, & primogenitus ex mortuis: Ipse est finis legis ad iustitiam omni credenti, per quem iniquitas damnatur, æquitas coronatur, furor & cogitationes aduersariorum reprobantur. Iam verò quid *Sin* littera contra eos afferat, videamus.

Christi mors simplex nostrã duplicem redemit. Isaiæ 1.c. Vt Christo adhærea mus. Col.1.c. Rom.10.a.

☞ 1 Sin.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Inuocaui no. tuum domine de la. no. *Id est, de extrema miseria. Vel istud potest exponi ad litteram de Ieremia, qui fuit positus in lacu, in quo non erat aqua, sed lutum, vt habetur suprà 38. & ibi orauit dominum, & exauditus fuit, & de lacu eductus, ideo subditur,*

Ieremias prophetat de sua in lacum coniectione.

2 Appropinquasti in die quando inuo. &c. *Me assecurando.*

3 Iudicasti do. causam, &c. *Liberando me à praparata mihi morte. Ra. Sa. verò exponit hoc dictum esse in persona populi di. quod istud refertur ad pristina tempora, in quibus Deus suo iusto iudicio liberabat populum Israel ab aduersariis, vt in exitu de Aegypto & in multis aliis: vt patet in libro Iudicum & etiam Regum, & est sensus,* Iudicasti domine, &c. *Id est, consueuisti me domine ab antiquo liberare ab affligentibus me iniustè, ideo sic facias modò propter quod subditur,*

Iudicia Dei in liberando Israel ab affligentibus.

4 Vidisti domine iniquitatem, *scilicet Chaldæorum.*

5 Aduersum me, *Quia crudeliter & iniqua voluntate abusi sunt victoria habita de Iudæis.*

6 Iudica iudicium meum. *Liberando me, sicut consueuisti facere.*

☞ 1 Audisti

MORALITER.

† 1 *Inuocaui no. tuum domine de la. no.* Per hoc non est intelligendum, quod oret ecclesia pro damnatis, sed pro existentibus in purgatorio, quod est quædam inferni portio.

Ecclesia orat pro existentibus in Purgatorio.

† *Vocem meam audisti, ne auertas, &c.* Quia Deus semper est paratus audire vocem humiliter deprecantis: licet non semper exaudiat in effectu statim, sed tempore competenti, ideo subditur,

3 *Iudicasti domine causam animæ meæ.* Me liberando competenti tempore.

4 *Vidisti domine iniquitatem illorum.* Id est, dæmonum, & obstinatorum hominum in peccato: qui sunt membra eorum, de quibus subditur,

† 1 *Audisti*

a ¶ Dominus nouit cogitationes hominum. b ¶ Innocentem.
c ¶ Sin, dentium, vel super vulnus, de quibus dicitur: Dentes eorum arma & sagittæ; &, super dolorem vulnerum eorum addiderunt.

a tationes eorum aduersum me. SIN. [61] Audisti op-
a ¶ Vt: Dæmonium habes, & huiusmodi. b ¶ Vt quid cogitatis mala in cor. vestris.

b probria eorum domine, omnes cogitationes eo-
a ¶ Labia dolosa in cor. & cor. lo. scilicet.

rum aduersum me. SIN. [62] Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota
¶ Assiduè. a ¶ Quasi magistrorum. b ¶ Exaltationem.

c die. SIN. [63] Sessionem eorum & resurrectionem
a ¶ In me psallebant qui bibe. vinum. b ¶ Signa vel errauit vel consummauit.

d eorum vide: ego sum psalmus eorũ. TAV. [64] Red-
e a ¶ Vt pro infidelitate amplius repellantur à fide.
b ¶ Qui reddis vnicuique secundùm opera sua.

dẽs eis vicem domine iuxta opera manuum
a ¶ Ne penetrentur iaculo prædicationis.

f suarum. TAV. [65] Dabis eis scutum cordis

a *Sin. PASCHAS. Dentium*, vel *super vulnus dentium*. Aduersus Christum opprobria planguntur, De quibus dicitur, *Dentes eorum arma, & sagitta, &c.* quorum labia insurgunt contra veritatem. q.d. *Labia dolosa in corde & corde lo. sunt*. Sub hac eadem littera inquit Dauid: *Principes persecuti sunt me gratis*, &c. Et alibi quasi huius litteræ interpretationem exponens ait: *Super dolorem vul. e. ad.* Quasi, de medicina mortem sumpserũt. Vnde, *Appone ini. super. ini. eorum, &c.* Interpretatur enim hęc littera, vt diximus, *super vulnus*, vnde propheta lamentatur, quia (cum hac medicina vulnera curentur) his superaddiderunt, quia mala pro bonis reddiderunt, & perfidiam, ex fide prophetarum messuerunt, & perfidiæ homicidia addentes; hæc mala consummata iustus arbiter iusto patris iudicio offert punienda, quorum incredulitas vulnus super vulnus, domini interfectio fuit. Super vulnus rectè medicamentum apponitur, quo vulneris* asperitas mitigetur. Super vulnus oleum infunditur vt molliatur: hi autem reiecto medicamento, super vulnus infidelitatis perfidiam addiderunt & mortem; sicut omnes reprobi ex patientia Dei, quæ ad pœnitentiam nos adducit, *Secundum duritiam cordis iram thesaurizant sibi. Omnes cogitationes eorum, &c.* Deum vbique præsentem insinuat, cui præsto sunt omnes cogitationes & corda.

Psal. 56. a. Psal. 11. a. Psal. 118. x. Psal. 68. f. Ibidem. Reproborũ omnium ac maximè Iudæorum infidelitas & perfidia. *acerbitas Rom. 2. a.

b *Audisti op.* Hoc est ei audire quod videre, & videre quod scire: quem nulla latent, cui omnia patent; reprobi autem quasi super vulnus peccati iram thesaurizant sibi. Vnde addit,

c *Sessionem eo. & re. eo.* Insultando enim & subsannando non minus contra caput sæuiunt quàm contra corpus: quasi iudices & doctores in cathedra pestilentiæ sedentes, quorum nullus fouetur medicamine; *quia omne caput languidum, & omne cor mœrens à planta pedis vsque ad ver. non est in eo sa.* & vbi vniuersitas periclitatur & totum corpus consumitur: iam non est malagma imponere. Est autem mentis vulnus quod oleo Spiritus sancti fouetur, & pacificis sermonibus quibus expellitur nequitiæ virus. Sunt enim verborum fomenta, & medicamenta. Sunt legis vincula, quibus alligati soluuntur, confracti solidantur. Sub his itaque versibus irreuocabilis malorum insania plangitur, qui omnem medicinam repellunt, quam quasi super vulnus Christus attulit, qui vinum & oleum in semiuiui relicti vulnera effudit & alligauit, & stabulario, qui curam illius haberet, commisit, qui de Ierusalem descendebat in Iericho. Caueamus ergo ne ab Ierusalem descendamus, peccando: sed ascendamus, benefaciendo. Si tamen peccauerimus ne desperemus, quia medicum habemus qui alligaturam cælestium verborum super vulnus imponit di. *Pœnitẽtiam agite, a. e. r. c.* hic vulnera curat, & confracta solidat, ideo desperare planguntur qui contra Christum & ecclesiam incessanter debacchantur, deridentes & subsannantes, qui secundum opera sua iudicabuntur, vnde sequitur, *Reddes eis vicem, &c.*

Psal. 1. a. Isaiæ 1. b. De spirituali medicina quã à Christo habemus. Lucæ 10. f. Matth. 3. a.

d *Tau. Signa*, vel *errauit*, vel *consummauit*. Quæ enim hic dicuntur, signa sunt futurorum, vnde Psal. *Ostendisti populo tuo dura, dedisti metuentibus te sig. vt f. a. f. ar.* Sed quia noluerunt aduertere.

Psal. 59. a.

e *Reddes eis vi. domi. iu. ope. m. sua.* Hanc primùm [illegible]æis reddidit, qui [illegible]orde obdurati, & perfidia cæcati: à fide & veritate amplius [illegible]si sunt, ne possent intrare in iustitiam Dei & viam salutis. Qui vitam peremerunt, mortem promeruerunt; errauerunt enim secundùm quod *Tau*, interpretatur, *errauit*. Errat autem & omnis reprobus, qui cordę impœnitẽti obduratur. Ideo & dominus consummauit iustitiã suam, quod signatur per *Tau*, litteram quæ *iustitiam* sonat. Vnde sequitur,

f *Dabis eis scu. cor. &c.* Quia dum laborem passionis deriserunt, eodem cor suum texerunt, nec prædicationis iaculis penetrari permiserunt. Sic ergo reprobi, quos inuitat ad pœnitentiam patientia Dei, eamdem opponunt sibi quasi *scutum cordis*, vt non videant quid sustinens laboret, & sic thesaurizant sibi iram. Tenditur arcus iudicij, dum sustinet patientia Dei; sed hi duritiam cordis & excusationes obiectant, ne verba vitæ suscipiant. Hinc propheta dicit, *Laboraui sustinens*, cùm perfidi Dei filium laborantem in passione viderunt. Quia ergo significationem vt fugerent à facie arcus contempserunt, rectè sequitur, *Persequeris in furore, &c.* Vt quia obdurati, & sedentes in cathedra pestilentiæ, & surgentes contra dominum, tamquam *puluis à facie terræ* sub cælis conterantur: quia nec cælum esse, nec cælestibus disciplinis voluerunt inhærere. Qui enim Christum & membra eius persecuti sunt, iure in furoris persecutione contriti sunt, vt audiant, *Discedite à me malig. in ignem æternũ, &c.* Hæc sunt enim signa quæ præcurrerunt vt fugerent à fac. ar. & noluerunt: vnde retro sub hac littera, voce ecclesiæ præmissum est: *Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos. propter. &c.* Et in alio alphabeto: *Non fuit in die furoris d. qui effugeret & relinqueretur, &c.* Rectè ergo, *Tau* cõsummationem sonat, quia sub ipsa finem & consummationem accipit, qui est Christus: impietas verò consummationem damnationis & finem ne vltra possit exaltari. In vtrisque præcedentia signa veritatem exhibent suæ significationis. Nam dominus ostendit populo suo dura in signo crucis, vt liberentur dilecti: Illos verò qui signo crucis noluerunt signari, consequetur veritas signorum, & contritio æterni supplicij, qui contra documenta & contra miracula scutum perfidiæ obiecerunt. Electi verò habent scutum bonæ voluntatis quo coronantur: quia quos Deus protegens adiuuat, remunerans coronat. De scuto reproborum dicitur: *Corpus illius quasi scuta fusilia:* Corpus enim diaboli sunt reprobi (quasi scuta fusilia) fragiles & infirmi; Scuta quidem fusilia contra sagittas robusta, casu fragilia, sic & reprobi per obstinationem duri sunt, per vitam fragiles, nullo prædicationis iaculo penetrantur, quia scuto prauę defensionis proteguntur. De talibus ergo rectè plangit, *Dabis eis scu. &c.* Abutentes enim Dei patientia cogitant Deum non curare talia, aut non videre, aut conditorem in causa esse, sicut Adam, qui ait; *Mulier quam dedisti mihi persuasit, & comedi:* Mulier quoque culpam retorquens in serpentem, obliquat in auctorem. Hoc scuto protectus Cain ait superbè & contumeliosè: *Nescio domine*; fraudulenta humilitas & falsa negatio; *Numquid custos fratris mei, &c.* contumax contra Deum obiurgatio. Sic quisque dum Dei patientia abutitur, & signa iudicij metuere dedignatur, nec signo huius litteræ munitur, mulctatur iusta damnationis vindi-

Contra eos qui pœnitere & ad Christum conuerti refugiunt. Matth. 25. d. Suprà 1. g. Ibidem. Reprobi qui sunt membra diaboli. Iob. 41. a. Genes. 3. c. Genes. 4. b. De eis qui Christi gratiæ obsistũt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Audisti oppro. &c. *non solùm prolata contra populum tuum, sed contra teipsum, quia Deum Israel reputabant impotentem ad saluandum.*

2 Labia insur. mihi, & medi. &c. *Replicatio est eiusdem sententiæ ad maiorem exaggerationem.*

3 Sessio. eorum, &c. vide, &c. *Id est, tu domine qui vides omnia, tu vides quod Chaldæi sedendo & stando derisoriè cantant & loquuntur de me.*

4 Reddes eis vicem domine, *quando tibi placebit secundum ordinem tuæ iustitiæ.*

5 Dabis eis scutum cordis. *Id est, obdurationem in peccatis, vnde habetur in Hebræo,* obdurationem.

Scutum cordis pro obduratione cordis.

1 Labo-

MORALITER.

† 1 *Audisti opprobrium eorum*, nam infideles quasi continuè blasphemant Christum.

Infideles.

3 *Sessionem eorum & resurrectio. vide, &c.* quasi dicat, Sedendo & stando derisoriè loquuntur de me.

4 *Reddes eis vi.* id est, pœnam debitam.

5 *Dabis eis scutum cordis laborem tuum.* id est, dimittes eos in obduratione ad molestandum te in membris tuis.

† Perse-

vindicta: qui non solum errauit, verum etiam consummauit & impleuit mensuram peccatorum suorum; vnde, *Nondum enim completa sunt peccata Amorrhæorum.* Quibus completis mox promissio & vindicta venit. Quod hic ostenditur per litteram Tau quæ *consummauit* interpretatur: peccatum consummatum, generat mortem; cor durum impœnitens est consummatio. Cum gemitu ergo & lachrymis oremus, vt cor nostrum emolliat

a Passionem, crucem, m... Ergo. Hic vel in futuro sicut me persecuti sunt. c Ite maledicti in ignem æternum. a Vnde, duplici contritione con.e.do. b Quia cælestes esse noluerunt.

laborem tuum. Thau. [66] Persequeris in furore 1 tuo, 2 & conteres eos, 3 sub cælis domine.

liat dominus, vt signa eius metuamus, & potati vino compunctionis fugiamus à facie arcus.

GILBERTVS. In graui stylo lamentationes esse compositas manifestum est: Ponuntur enim cuiusque rei verba ornata, vel propria, vel translatæ sententiæ graues, cum amplificatione, & miseratione, & cum sententiæ ornatu cum verborum grauitate, sicut hic: *Quomodo obscu. est au. &c.*

Quasi stylus lamentationum.

NICOLAVS DE LIRA.

Laborem suorum fidelium suũ dicit Deus.

1 Laborem tuum. *Id est, laborem seruorum tuorum, qui dicitur labor tuus, eo modo loquendi quo dicitur, Act.* 9. Saule, Saule, quid me persequeris? *Persecutionem enim suorum fidelium suam dicit. Propter laborem enim & dolorem quem fecerunt Chaldæi Iudæis iustis: quorum plures erant inter captiuos: qui meruerunt vt Deus subtraheret ab eis suum auxilium & gratiam: & sic in malis obdurarentur, & à Medis & Persis interficerentur; ideo subditur,*

2 Persequeris in furore tuo. *Id est, in vindicta tua iustitiæ.*

3 Et conteres eos. *Per Cyrum & Darium, vt habetur Dan.* 5.

MORALITER.

† 2 *Persequeris in furore*, Finalis iudicij.

3 *Conteres eos sub cælis domi.* Id est, in inferno, qui est in mundi profundo.

ADDITIO.

In capite tertio. Ego vir videns.

In hoc capite est tertia lamentatio, vbi propheta postquam deplorauit destructionem Ierusalem quæ erat solium regni in primo capite, & deinde destructionem totius regni Israel in secundo capite: Nunc in tertio incipit lamentari afflictionem suiipsius in carcere positi, & in lacu constituti, sicut habetur Ieremiæ 20. & 28. Vel potius & magis propriè ad litteram deplorat passionem Christi, cuius memoria hic introducitur, eò quòd sicut inter omnia meritoria quæ in Ierusalem fuerunt acta, fuit summum passio Christi, sic inter omnia peccata quæ fuerunt in Ierusalem materiali commissa propter quæ irreparabiliter fuit destructa, occisio Christi summum tenet locum; vnde in fine huius tertiæ lamentationis concludit punitionem Iudæorum finalem: quæ etiam hodie durat dicens in fine: Persequeris in furore, &c. *Quam quidem passionem in persona Christi deplorat in multis versiculis. In primo enim lamentatur de sua expoliatione, qua exuerunt eum vestimenta sua, & nudauerunt sicut pauperem. Vnde incipit,* Ego vir videns paupertatem meam. *Secundò verò lamentatur de sua captione & allegatione quæ fuit facta nocte à cohorte & tribunis: vnde subdit,* Me minauit & adduxit in tenebris & non in lucem. *Tertiò verò lamentatur de sua vexatione, qua per totam noctem in domo Caiphæ & Annæ fuit à Iudæis vexatus: vnde subdit,* Tantum in me vertit, & conuertit manum suam. *Subdit etiam,* Vetustam fecit pellem meam, ædificauit in gyro meo, in tenebrosis collocauit me. *Quartò lamentatur de sua acclamatione qua fuit conclauatus in cruce: vnde subdit,* Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. *Quintò verò lamentatur de sua acclamatione qua clamauit in cruce, & absque exauditione vt videbatur, cùm subdit:* Sed & cùm clamauero, excludet orationem meam: conclusit vias meas lapidibus quadris. *Sextò lamentatur de sua illusione & blasphematione, de qua scriptum est:* Prætereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua: *& hoc facit cùm subdit:* Vrsus insidians factus est mihi: posuit me quasi signum ad sagittam, factus sum in derisum omni populo, canticum eorum tota die. *Septimò lamentatur de sua cibatione & potatione ex vino myrrhato & misto cum felle, vas enim fuit ei impositum plenum ac. &c. & hoc facit cùm ait*, Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio: recordare absinthij mei & fellis. *Octauò lamentatur de sua solitudine in cruce, & omni desertione, excepto latrone: de cuius conuersione agit cùm dicit:* Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea, *& sequitur verbum Christi ad latronem:* Noui diluculo, multa est fides tua; *& subditur verbum latronis:* Pars mea dominus propterea expectabo eum. *Nonò lamentatur de multiplici colaphizatione, cùm ait,* Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis. *Decimò lamentatur de lachrymarum effusione in cruce, de qua dicit Apostolus ad Hebr.* 5.*b. Quod* cum lachrymis & clamore valido preces obtulit Deo: *& hoc facit cùm subdit:* Oculus meus afflictus est. *& sequitur,* Diuisiones aquarum deduxerunt oculi mei. *Vndecimò lamentatur de morte & sepultura & lapidis obuolutione ad ostium monumenti cùm ait,* Venatione ceperunt me quasi auem, lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. *Duodecimò lamentatur de mulierum fletu & vlulatione, vnde ait,* Inundauerunt aquæ super caput meum. *Decimotertiò vero agit de sua descensione ad limbum, cùm dicit:* Inuocaui nomen tuum de lacu nouissimo, vocem meam audisti. *Decimoquartò agit de sua resurrectione, ibi,* Appropinquasti in die quando inuocaui te, iudicasti domine causam animæ meæ. *Decimoquinto agit de Iudæorum malitiosa machinatione, qua post resurrectionē dederunt pecuniam militibus, vt dicerent quod discipuli eius ipsis dormientibus fuerunt eius corpus furati, ideo subdit:* Vidisti domine iniquitatem illorum labia insurgentium: & meditationes aduersum me. *Decimosexto vero & vltimo agit de congrua Iudæorum punitione propter illud peccatum & eorum destructione & persecutione quam hodie patiuntur: vnde subditur in fine lamentationis:* Persequeris in furore, & conteres eos sub cælis domine. *In hoc lamentatio tertia finitur.*

Passio Christi summũ inter omnia meritoria, & ex parte Iudæorum summum inter omnia scelera.

CAPVT IV.

CAP. IV.

ALEPH.

Iudæi sanctis suis patribus dissimiles.

a Quomodo ob. ALEPH. Vox dolentis & increpantis, sicut & illa: *Quomodo sedet sola ciuitas.* Deplangitur Iudæorum duritia, quorum patres refulserunt quasi aurum & lapides pretiosi, in sanctuario Dei, in fide & operibus præclari: posteri eorum Christo veniente ad perfidiam conuersi sunt.

b *Aurum.* Quia fides in nobis remanet, & baptismi sacramentum, aurum vocamur, & lapides sanctuarij: sed obscurati fuligine peccatorum, & dispersi per diuersa genera * negotiorum.

a Attentos facit dicendo rem magnam, n...m, incredibilem. b Fides Iudæorum. Vita sacerdotum. Ignitum Dei verbum.

Quomodo obscuratum est aurum 1

* deficit.

NICOLAVS DE LIRA. CAP. IV.

1 Quomodo. *Hic describitur lamentatio sub quarto alphabeto, & dicit hic Rab. Sa. quod Ieremias scripsit istud quartum caput lamentando mortem regis Iosiæ, secundum quod dicitur 2. Paral. 35.d.* Vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum: Ieremias maximè, cuius omnes cantores & cantatrices vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex, &c. *ergo cùm in tribus capitibus præcedentibus non fiat mentio de lamentatione Iosiæ, oportet dicere vt videtur, quod Ieremias hic eum lamentatur, vel quod lamentationes de Iosia apud nos non habentur. Sequendo ergo sensum istum qui videtur satis rationabilis: præsens caput in duas partes diuiditur, quia primò ponitur huiusmodi lamentatio; Secundò contra aduersarios inuectio, ibi,* Gaude & lætare. *Circa primum sciendum, quod sicut Rab. Sa. dicit*

Iosias à Ieremia lamentatus.

MORALITER.

† 1 *Quomodo obscuratum est aurum, &c.* per aurum quod est inter metalla pretiosius, charitas significatur, quæ tanta fuit in ecclesia primitiua, quod *multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna*: sed quantum sit immutata per guerras mortales inter Christianorum principes demonstratur.

Bella Christianam pacem expellentia.

† 1 Muta-

a *Lapides san.* virtutes animæ fidelis. Notandum quanta sit vis huius A lamenti, quantæ propheta charitatis: ad omnia se extendit, plangit cæcitatem Iudæorum, dispersionem ecclesiarum, nuditatem animarum.

Ieremiæ charitas.

Historicè. *Quo ob. est aurum, &c.* Fidei, scilicet, & innocentiæ splendor quæ olim claruerunt in illo populo: dispersi sunt non solum per vanitatis negotia: sed in nationes exteras; qui prius dispersi erant in capite omnium platearum, latam, scilicet, & spatiosam viam incedentes. Iustè enim qui de sanctuario Dei se ad negotia sæculi expulerunt, à fide in perfidiam expelluntur, deinde captiuantur.

Periculosum est immiscere se sæcularibus.

a Sanctitatis habitus, charitatis ornatus. b A sanctuario Dei. c Viui. Patriarchæ & prophetæ. Sacerdotes Christi monachi, virgines, virtutes. d Qui in honore esse volunt, quamuis sæcularia quærant.

a mutatus est color optimus: dispersi sunt lapides sanctuarij in [1] [2] b capite omnium platearum. BETH. [3] Filij Sion inclyti & [4] amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, [5] [6]

a Latæ & spatiosæ viæ quæ ducunt ad mortem. b Domus. c Iudæi vel fideles.

a Genere & doctrina. b Ornati. c Cælesti sapientia. d Quasi: Quàm admiranda & quàm insperata mutatio. e Relictis cælestibus curantes terrena.

B Moraliter. *Quo. ob.* Plangit se anima in baptismo niue dealbata, infusione Spiritus sancti auro pulchrè colorata: sed postea aut hæresibus infecta, aut vitiis obfuscata, cuius sapientia auro clarius fulgebat, eloquentiæ coloribus distincta. Sed dum concupiscentiis oblectatur, aurum obscuratur, & color denigratur vitiis. Habet anima verbum diuinum auro fulgidius * quæ charitate interiori coloratur. Sed cum terrenis applicatur, aurum obscuratur & color mutatur; in amorem, scilicet, mundanorum, ab amore cælestium. *Lapsan.* id est, animæ virtutes disperguntur in *cap. o. p.* Quia amissa charitate ceteræ dissoluuntur, & ad concupiscentiam mundanæ vitæ inclinantur quasi in *ca. o. p.* Et lapides quos super rationale iudicij annexos, in pectore portare debuit, in gloriam & laudem Dei & sui decoris, colore dilectionis Dei in deterius commutato, dispersi iacent in capite platearum: quia tamen verbi Dei substantia in nobis manet incorrupta, quamuis peccatis obscurata, non natura substantiæ perempta, sed obscurata plangitur: etsi enim hæretici integritatem fidei corrumpere videantur, vis verbi & natura non soluitur, obscuratur quidem, sed non corrumpitur. Ita ergo obscuratur aurum: *eloquium, scilicet, Dei ignitum & præceptum domini lucidum illuminans oculos*: quasi dicat, Quomodo obscuratur mihi quod lucet aliis, & transfugas conuertit.

* quod

De anima lapsa & denuo reformata.

C Psal. 18. b.

Allegoricè. *Quomodo obscu. &c.* Vox ecclesiæ; aurum fuerunt innocentia Dei, & prærogatiua patriarcharum: sed obscurati sunt sordibus delictorum; vel aurum obscuratum reproba vita ministrorum Dei, sordibus fuscata: quondam virtutibus gloriosa, nunc per negotia sæculi obscurata. Color optimus, sanctitatis habitus, per terrena & abiecta mutatus. *Dispersi sunt lapides san. &c.* Qui, scilicet, intrinsecus seruabantur summi sacerdotis vsibus, cùm ad sancta sanctorum ingrederentur. Lapides quoque sanctuarij, sacerdotes Christi & ministri altaris monachorum & virginum chori, qui semper debent * assistere conspectibus Dei: qui non debent exire foras: nec occupari circa sæcularia: sed dum foras animæ inquietudine sparguntur, iure in capite platearum vagantes planguntur. Non est sæcularis vitæ actio, quam non administrant sacerdotes, D ministri altaris: monachi implicantur sæcularibus negotiis, virginum castitas multis exponitur illecebris. Platea Græcè à latitudine dicitur, *Lata est enim & spatiosa via quæ ducit ad mortem.* Disperguntur ergo lapides, non solum in plateis, sed in capite omnium platearum, dum per desiderium opera huius mundi agunt & de religioso habitu, deinde culmen honoris vel laudis quærunt. Horum lapidum ordinem dominus promittit dicés: *Sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, &c.* Sternit Christus in ecclesia electorum animas meritorum varietate distinctas; fundauit eam in sapphiris qui sunt aërij coloris, id est, animabus cælestia petentibus; Iaspidem posuit propugnacula (qui est viridis coloris) illos scilicet qui in virore fidei contra aridos & marcentes ecclesiam defendunt.

Quàm deceat Ecclesia in moribus.

* apparere

Matth. 7. b.

Isaiæ 54. b.

E Ecclesia à Christo nobilibus gratiis & charismatibus dotata.

† GREGORIVS hom. 17. in Euang. Aurum obscuratum est, quia sacerdotum vita quondam per gloriam virtutum clara nunc per actiones infimas ostenditur reproba. Color optimus mutatus, quia ille sanctitatis habitus, per terrena & abiecta opera ad ignominiam despectionis venit. Lapides verò sanctuarij intrinsecus habebantur, nec sumebantur in summi sacerdotis corpore, nisi cùm sancta sanctorum ingrediens in secreto sui conditoris apparebat.

Sacerdotes à Patrum sanctitate longissimè recedentes.

† HIERONYMVS. Et notandum quod non hos dispersos in plateis, sed in capite platearum dicit, quia cùm terrena agunt, summi videri appetunt, vt & lata itinera teneant ex voluptate delectationis, & tamen in platearum sunt capite ex honore sanctitatis. Sæcularia itaque negotia, aliquando ex compassione toleranda sunt: numquam verò ex amore requirenda; ne cùm mentem diligentis aggrauant, hanc suo victam pondere, ad ima de cælestibus mergant.

Sæcularia negotia à clericis tolerāda sunt aliquando numquam appetenda.

b *Filij Sion.* Iudæorum prærogatiua ostenditur, qui non solùm terrenæ Sion filij, sed cælestis, genere & doctrina. *Incly.* priuilegio gratiæ, adoptati præ cunctis filiis Dei, & amici vocati quorum patriarchæ, & prophetæ (ex quibus Christus est) *Amicti auro pri.* id est, Dei sapientia, vnde, *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis.* Hoc auro amicti fulgebant, quasi luminaria in mundo, *auro primo*, id est, sapientia cælesti, non secundo, id est, sæculari; secundum illud, *Primi & purissimi fructus eius.* Cùm enim radix sapientiæ sit timere Deum, fructus eius est videre ipsum.

F Historicè.

Prou. 21. c. Gloria eorum, qui in veritate sunt filij Sion.

Prou. 3. b. Allegor.

Hoc auro ecclesia quoque amicta gloriatur, sed & Iudæi mutati reputantur in vasa testea, & ecclesiæ membra. Ecclesiæ enim filij, sapientia dilectionis Dei & proximi amicti, ad fragilia, & terrena labuntur opera, & fiunt vasa testea, quæ debuerunt vasa incorruptibilia esse, & cælestia. Hoc auro amicta est ecclesia, pulchra

Cant. 6. a.

NICOLAVS DE LIRA.

dicit Ra. Sa. Ieremias lamentando Iosiam, immiscuit populi miseriam: quia Iosias erat caput populi, & ideo de vno transit ad aliud propter connexionem capitis ad membra & è conuerso: & secundum hoc diuiditur in tres partes: quia primò Ieremias lamentatur regni mutationem; secundò populi destructionem, ibi, Sed & lamiæ; tertiò Iosiæ occisionem, ibi, Spiritus. Circa primum sciendum, quod sicut Iosias fuit sanctissimus, vt patet 4. Reg. & 2. Paral. sic filij eius succedentes ei fuerunt pessimi, scilicet, Ioachaz, Ioacim & Sedechias, vt patet 4. Reg. 23. & 24. Et ideo per mortem Iosiæ fuit mutatus regni status à bono in malum, & hoc est quod dicit Ieremias admiratiuè, Quomodo obscuratum est aurum. Per quod intelligitur status optimus regni sub Iosia propter auri claritatem & pretiositatem.

Diuisio.

Iosiæ principis optimi fuerunt filij nequissimi.

1 Mutatus est co. op. Quia tempore Iosiæ viguit diuinus cultus, & sub filiis suis idolatria. In Hebræo habetur: Mutata est massa bona: per quam intelligitur Iosias, ex quo tamquam ex massa optima processerunt filij pessimi, quod est magna admirationis materia; ideo sequitur,

2 Dispersi sunt lapides sanctuarij. Id est, Iosiæ filij, qui dicuntur lapides propter obdurationem in malo. Dicuntur tamen lapides sanctuarij, eò quòd processerunt de patre sanctissimo: & hæc est metaphorica locutio sicut frequenter fit in prophetis; & isti tres filij Iosiæ sic fuerunt dispersi, quia Ioachaz vinctus ductus fuit in Aegyptum & ibi fuit mortuus; Ioacim interfectus proiectus fuit extra portas Ierusalem vt dictum est suprà 22. Sedecias verò exoculatus fuit ductus in Babylonem, & ibi mortuus.

Malus exitus eorumdem.

3 Filij Sion. Hoc dicitur de filiis Iosiæ qui fuerunt nutriti in monte Sion, vbi erat domus regia.

4 Inclyti. quantum ad genus, vel quia secundùm præceptum patris nutriebantur in moribus: quamuis ex sua malitia fuerint peruersi.

5 Amicti auro primo. Quia ad litteram filij regum aurifrigiatis vestibus vtebantur.

6 Quo. reputa. &c. Id est, viliter abiecti vt patet per prædicta: sicut fragmenta vasorum testeorum proiiciuntur in locum immundum.

1 Sed

MORALITER.

†1 *Mutatus est co. optimus.* Id est, exterioris conuersationis, in qua relucebat maturitas & honestas; sed nunc ferè in omni statu apparet dissolutio & inhonestas.

2 *Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum.* Quia religiosi, qui in claustro debent esse clausi, expositi sunt tumultibus sæcularium negotiorum; de quibus adhuc subditur,

Religiosi post sæcula ambulātes.

3 *Filij Sion inclyti & amicti auro primo*, Id est, sanctissimæ conuersationis.

6 *Quomodo reputati sunt in vasa testea.* Id est, deputati ad opera vilia. Et quia per hoc impediti sunt à bona contritione spirituali nouitiorum: Sequitur,

pulchra vt luna, electa vt sol, & filij eius inclyti, auro primo amicti: A in quorum nouitate nihil est sordidum his qui reformantur in gradum pristinæ dignitatis, quæ est prima stola, id est, immortalitas, vnde, *Filij Sion inclyti & amicti auro primo.* Est aurum Arabicum purissimum, quod de Saba offertur domino. Est pretiosissimũ quod de Ophir offertur: Ophir enim risus vel herbosus interpretatur, de illo scilicet risu in quo omnia gaudia, vbi animæ sanctorum in herbis virentibus requiescũt. Hoc iure primum dicitur; Hæc enim sapientia & immortalitas pretiosior est cunctis opibus: *Reputati sunt in vasa testea,* vnde Iob, *Comparatus* B *sum luto, &c.* vnde & alibi: *Vt lutum platearum delebo eos.* De luto enim sunt vasa testea, sed alia in honore alia in contumeliam, de quibus dicitur, *Vasa figuli probat fornax.* Ideo sequitur, *Opus manuum figuli,* quia sicut figulus habet potestatem de eadem massa, aliud vas facere in honorem aliud in contumeliam: Sic Christus potest facere de luto vasa aurea tribulatione excocta, & alia relinquere in confusione sua.

Sapientia. Prou.3.b. Iob.30.c. Psal.17.f. Eccle.17.a. Rom.9.c. Inscrutabile mysterium prædestinationis.

a ¶ Qui potest de eodem luto aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam. b ¶ Hæretici & hypocritæ. c ¶ Aperuerunt prauam doctrinam.

a opus manuum figuli. GIMEL.[1] Sed & lamiæ nudauerunt mam-

a ¶ Discipulos, vel actus suos prauos. b ¶ Synagoga vel peccatrix anima vel ecclesia. c ¶ Sanctorum. d ¶ Præsentia tantum cogitans nihil de futuro curans.

mam, lactauerunt catulos suos. Filia populi mei crudelis quasi

a ¶ Indigna ætate. ¶ Miseria. b ¶ Incipientis.

b struthio in deserto. DALETH.[4] Adhæsit lingua lactentis ad pala-

a ¶ Cui simile: Nobiles interierunt fame: & multitudo eius siti aruit. b ¶ Qui poterant sumere solidum cibum. c ¶ Verbi Dei. d ¶ Exponeret, integrum enim paruuli non comedunt.

tum eius in siti, paruuli petierunt panem, & non erat qui fran-

a ¶ Primus conquestionis locus. b ¶ Sacramentis scripturæ. ¶ In patribus.

c geret eis. HE.[5] Qui vescebantur voluptuosè interierunt in

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Tertiusdecimus conquestionis locus. Conqueritur enim cum indignatione, quod ab his malè tractatur, qui debuerant adiuuare.

a *Sed & lamiæ, &c.* Scribarum & Pharisæorum duritia exprobratur, qui lamiis duriores, lac doctrinæ paruulis negauerunt. Lamia autem crudelior suis fœtibus quàm ceteræ bestiæ dicitur: Vnde lamia quasi lania appellatur, quia catulos suos laniare creditur; Sic Pharisæi populo doctrinam negauerunt, & insuper laniauerunt, struthionibus similes; quæ oua sua vbi ponunt, exponunt, nec in fœtum calefaciunt. Lamia Hebraicè לילית lilith nominatur. Quam quidam Hebræorum vnam de furiis infernalibus suspicantur, quæ parcæ dicuntur, eò quòd nulli parcant. Quibus similes sunt Scribæ C & Pharisæi, qui etiam manus miserunt in filium Dei. Plangitur ergo synagoga quæ quasi struthio nullam sibi spem aut posteris relinquit in posterum.

Historicè. Lamia. Scribæ & Pharisæi. Furiæ infernales seu Parcæ.

Sed & lamiæ, &c. Per lamiam prudentia carnis designatur, quæ catulos, id est, actus suos, quos genuit quasi sæuissima bestia lacte mortis nutrit, sed sæpè in melius commutata efficitur prudentia spiritus, & detegit crudelia flagitia & lacte doctrinę & pietatis vbere lactat & nutrit catulos, mores, scilicet, & actus suos: vt de feritate ad mansuetudinem transeant. Sed prudentia carnis, id est, filia populi mei, quæ diu obduruit, crudelis est quasi struthio, quæ oua sua sine calore amoris & fomẽto pietatis & sine spe prolis derelinquit: ita prudentia carnis omnia opera sua pro præsentibus facit sine cura futuri.

Moraliter. Prudentia carnis.

Sed & lamiæ. GREG. lib.19. mor. c.15. Per lamias hypocritarum & hæreticorum callida peruersitas designatur: qui faciem humanam, sed corda belluina gestant; Mammam nudant, quando errorem suum liberè prædicant; catulos lactant, quando sequaces peruersa doctrina oblectant, & ad impietatem malè nutriendo confirmant.

Allegoricè. D Hæretici & hypocritæ.

Filia po. mei, &c. Ecclesia scilicet delinquentis plebis, quæ filia sanctorum dicitur, per quos in Christo renascitur: sed quasi bestia inuoluta consuetudine peccandi similis struthioni, præsentia tantùm cogitanti, sed nihil in futurum speranti, *partus suos sine calore charitatis exponit, nullam futuræ vitæ curam gerit.

* actus Noxia securitas de futuris.

b *Adhæsit.* Extinctis matribus lactentes siti cruciabantur. Paruuli scilicet & grandiores panem petentes, matribus non erant panes. Ita lactentes sine lacte, paruuli sine cibo periere.

Historicè. E

Adhæsit lin. Sine lacte blandæ persuasionis & rore Spiritus sancti, sitibunda lingua prolationis: adhærens palato carnis, obmutescere facit infantiam mentis, & suffocat gladio infidelitatis cordis nostri conceptus, ne ad lucem mittantur: vnde, *Corde creditur ad iustitiam, ore autem con. &c.* Quid enim valet bonum mente concipere, nisi nutriatur lacte doctrinæ, & vbertate gratiæ? *Paruuli petie. pa.* paruuli scilicet cogitatus, cùm de Christo & vita æterna concipiuntur, mox panem requirunt qui de cęlo descendit: sed mens depressa ignauiæ suæ torpore, & curis præsentis vitæ, nescit eis panem frangere intelligendo, neque comminuere ruminando, neque eos satiare dispensando; vnde, plangendo additur, *Non erat qui frangeret eis;* quia & si diuinitus ad tempus inspirata intus animatur, foris exinanita concupiscentiis, tabefacta viribus vacuatur.

Moraliter. Rom.10.b. Fouenda sunt bona proposita seu initia pietatis.

Adhæsit, &c. Alleg. quia non habuit lac doctrinæ negligente doctore, quasi struthione, qui debuit lac doctrinæ ministrare, de quo dicitur, *Lac dedi vobis potum, &c. Paruuli pe. pa. &c.* Qui possent, scilicet, solidum capere cibum, mysteria, scilicet, intelligere, si esset qui frangeret, id est, exponeret: sed negligunt magistri, lamiis crudeliores fœtibus suis. Scriptura enim sacra aliquando est cibus: aliquando potus. Potus in apertis, cibus in occultis, vnde: *Omnes sitientes venite ad aquas,* id est, scripturas, *emite & comedite* vitæ cibum: *vinum & lac,* lac infantiæ, vinum ebrietatis.

F 1.Cor.3.a. Doctores negligentes erudire sibi commissos. Isaiæ 55.a.

c *Qui vescebantur, &c.* Luce clarius Iudæorum perfidia reseratur, quorum obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, quem habuerunt in patriarchis & in prophetis: & dispersi sunt (sicut hodie cernimus) in capite omnium platearum. Et quamuis inclyti & amicti auro primo, secundum prærogatiuam patrum, reputati tamen sunt in vasa testea lamiis sæuiores, & struthionibus, quorum perfidia lactentes siti defecerunt, & paruuli fame perierunt, vt qui vescebantur voluptuosè in viis Dei, interirent fame, quia omnia scripturarum mysteria, in quibus vescebantur volu-

Historicè.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sed & lamiæ. *Hic consequenter Ieremias lamentatur populi miseriam, & secundò subiungit miseriæ causam, ibi,* Propter peccata. *Prima in duas: quia primò lamentatur miseriam famis; secundò destructionem verbis, ibi,* Compleuit. *Circa primum sciendum, quod bestiæ quantumcumque crudeles naturaliter diligunt fœtus suos, & aliquando exponunt se morti ad defendendum eos: In obsidione verò Ierusalem per Chaldæos tanta fuit fames, quòd viri & vxores abscondebant cibum, & celabant adinuicem, sicut fuit prædictum per Moysen Deut.28.f.* Homo delicatus in te inuidebit fratri suo, & vxori quæ cubat in sinu suo, ne det eis de carnibus filiorum suorum, &c. *& eodem modo dimittebant filios & filias mori fame, celantes cibum ad mortem propriam differendum, & ideo plangit Ieremias crudelitatem populi sui maiorem quàm bestiarum, dicens,* Sed & lamiæ. *Bestiæ sunt habentes faciem mulieri similem.*

Diuisio. Iudæi bestiis crudeliores. Lamiæ.

2 Nudauerunt mammam, *parata nutrire fœtus suos.*
3 Filia populi mei crudelis, *Id est, crudelior ipsis.*
4 Quasi struthio in deser. *Quæ ponit oua & abscondit in arena, & sic dimittit, nec est sollicita de fotu ouorum, nec de eductione pullorum; & sic erant matres in obsidione Ierusalem respectu filiorum; ideo subditur,*
5 Adhæsit lingua lactentis, *Id est, lac sugentis, sicut dictum est suprà 2.c.*
6 Ad palatum eius in siti, *Id est, ex nimia siti, quæ desiccat linguam.*
7 Paruuli petierunt pa. *à patribus & matribus.*
8 Et non erat, &c. *ex causa prædicta,*
9 Qui vescebantur voluptuosè, *ante obsidionem,*
10 Interierunt in vi. *fame dum quærerent panem.*

Struthio.

1 Qui

MORALITER.

† 1 *Sed & lamiæ nudauerunt mammam:* Inter enim alias bestias lamiæ sunt minus beneuolæ fœtibus suis, & tamen nutriunt eos: multi verò religiosi sunt solliciti de receptione nouitiorum, & postea non curant de bona nutritione eorum; & sic sunt similes illis, de quibus dicitur, Matth.23. *Væ vobis scribis & Pharisæis, hypocritæ qui circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cùm factus fuerit, facitis eum filium gehennæ,* ideo sequitur,

Nouitij malè disciplinati

3 *Filia po.* Quæ ponit oua & abscondit sub sabulo, nec fouet ea.
5 *Adhæsit lingua.la. &c.* Id est, nouitij ex defectu boni nutrimenti. Et quia non solùm nouitij malis exemplis talium pereunt, sed etiam aliquando iuuenes professi, qui prius fuerant bene nutriti: Sequitur,
9 *Qui vescebantur voluptuosè, &c.* Sequitur,

propter magistrorum socordiam.

† 2 Ample-

voluptuosè prophetæ & patriarchæ, obstinanter eiecerunt, & negauerunt Christum esse Dei filium, qui est principium omnium viarum: & ideo in viis sæculi interierunt, vnde sequitur, *Qui nutriebant.in croceis, amplex.sunt stercora.* Croceus color est igneus, quo designatur ignis Spiritus sancti, quo corda inflammantur. In croceis huiusmodi sancti patres enutriebantur sacramentis gratiarum, sed filij dominum abnegantes amplexati sunt stercora, de quibus Apostolus: *Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora*, sensum, scilicet legis litteralem quem catholici abiiciunt, vt lucrifaciant Christum, volentes habere iustitiam, quæ est ex fide Iesu Christi: cui Iudæi non sunt subiecti, qui iustitiam suam volunt constituere & litteram legis defendere. In obsidione quoque pro cibo amplexati sunt stercora, vt pretio distraherentur stercora columbina, nec tamen ad dominum redierunt.

Iudæi, ex quo Christũ non receperunt, miserrimi. Philip.3.b.

a Sæculi. Quia Christum contempserunt, qui est via, veritas & vita. b Donis Spiritus sancti. c Carnalia legis instituta.

tiis, qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. VAV. Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus. ZAIN. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores

a Quia notitiam habuit Dei & contempsit. Seruus sciens voluntatem domini sui, & non fa. pla. va. mul. Quia iustus dominus in omnibus viis suis. b Peccantis. c Sanctorum patrum. a Qui sine lege & notitia Dei. b Sodoma. c Gaudium hypocritæ ad instar puncti. a Aliquid boni. b Quia manus non extendit ad pauperes. a Primus conquestionis locus. Indignatio iudicis contra aduersarios excitatur, cuius Nazaræi affliguntur. Florentes vel sancti. b Contemplatiui. c Actiuis.

Qui vescebantur, &c. Virtutes animæ voluptuosè vesci, & in croceis nutriri videntur, cum dilectione Dei & proximi affectę satiantur & illuminantur. Color enim croceus claritatem dilectionis designat. Cùm autem charitas amittitur, reliquæ virtutes amplexantur stercora: quia de bono Dei & proximi odore dilectionis transeunt ad fœtorem prauitatis, vnde Paulus: *Si charitatem non habuero, factus sum velut æs sonans, &c.*

Moraliter. Nulla est virtus vera vbi non est charitas. 1.Cor.13.a.

Qui vescebantur, &c. Delinquentes deplorat ecclesia, qui charitatem, & ceteras virtutes, in quibus quasi in croceis nutriebantur, derelinquentes stercora delictorum amplexantur, vnde, *Computruerunt iumenta in ster. s.* In stercore quasi iumenta computrescunt qui in fœtore luxuriæ suæ secundùm desideria cordis flagitiis deseruiunt. Quia verò sunt plerique qui ad pœnitentiam non redeunt, plangit eos ecclesia, quia plangere nesciunt & amore peccandi stercora amplexari non desinunt.

Allegor. Ioel.1.d. Qui stercora amplecti dicantur?

C a *Et maior effe. &c.* Per exaggerationem scelera synagogæ, & miseriæ deplorantur, secundum illud, *A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Peccatum Sodomorum secundùm Ezechielem, superbia fuit, abundantia, saturitas panis & otium, quia & egeno & pauperi non porrexerunt manum; vnde hic quoque, *Et non cepe. in ea manus*, aliquid boni subaudi, ad comparationem scilicet, mali quod gessit, cui dicitur, *Iustificata est Sodoma soror tua ex te.* Quæ scilicet mandata Dei accepisti, & facere iussa Dei cœpisti, sed postea contempsisti, vt vinceres Sodomam peccatis tuis, quæ subuersa est in momento; quanto ergo synagogæ pœna grauior quæ scelerosior!

Histor. Isaiæ 1.b. Ezech.16.f. Ezech.16.f. Moraliter. Synagoga Sodoma nequior.

Et maior est. Scelera animæ planguntur, quæ in hypocrisim labitur, cuius maior est iniquitas peccato Sodomorum, quæ mala de aurando tegit, bona fraudulenter facit: vnde, *maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato So.* Sicut populus in sese erigitur, ita mores, & actus hypocritarum contra se confligunt, & bona quæ agunt, peiora sunt vitiis Sodomorum: quia cùm spiritus immundus exierit ab homine, si reuersus fuerit cum spiritibus nequioribus, D fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Spiritus ab homine egreditur, quando in Christo renascitur: Regreditur, quando inuenit animam à bono opere vacuam, per hypocrisim à sordibus mundatam, & simulationibus ornatam, tunc populo immundorum spirituum, & turba vitiorum anima repletur, & maior eius iniquitas peccato Sodomorum efficitur. *Iniquitas filiæ populi.* vitiorum, scilicet, & operum, & non mittitur manus ad fructum boni operis, exteriùs ornata falsis bonis, intus repleta vitiis, vnde sequitur, *Candidiores Nazaræi eius niue, &c.*

Luc.11.d. Hypocrisis grauissimũ est peccatum.

Maior est, &c. Tangit ecclesia peccata populi, quasi maiora peccatis Sodomorum. Videmus enim, quod fides & iustitia terram reliquerit, humanitas & benignitas nulla sit, discordia & concupiscentia orbem incendunt, & iræ & inuidiæ flamma vorax, rapinis & fraudibus ecclesiam populatur: pauperes exossantur, iam iacet terrarum orbis in vepribus incultus, legum iura pro fabulis habentur, diuina & humana fasque nefasque confunduntur: quotidie innumera mala cumulantur. Maior ergo iniquitas nostra, quàm eorum qui viam veritatis non agnouerunt, & ideo minora supplicia meruerunt, quæ in momento subuersa est. Momentum est omne quod viuimus, & quotidie peccando quasi in momento ad pœnam subuertimur, qui deteriora meremur, qui thesaurizamus nobis iram in die iudicij.

Allegor. Mundialis peruersitas declaratur. E Rom.2.a.

b *Candidiores Nazaræi.* Secundùm litteram pulchritudo Nazaræorum describitur, qui abstinentia candidi, carne nitidi, faciei rubore iucundi: qui per exaggerationem, laudantur, vt eorum fœditas maior ostendatur, quorum facies fame confecta, super carbones denigrata plangitur, quæ deformata non agnoscitur.

Histor. Nazaræorũ pulchritudo.

Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores, &c. Habet ecclesia Nazaræos suos niue candidiores & lacte nitidiores per quos abstinentium vita signatur: nix enim de supernis, lac de carne, quasi de imis. Per niuem ergo candor vitæ cælestis: per lac temporalium dispensatio demonstratur. Habet ergo ecclesia Nazaræos, qui per contemplationem vitam cælestem ducunt, & per actualis vitæ dispensationem lacte candidius ad laudem creatoris nitent: vt plerumque eos qui cælestem vitam tenuerant, vel terrena bene dispensauerant, virtutum operibus transcendant; Quia verò per feruorem spiritus antiquorum patrum & fortiorum vitam superare videntur, rectè adiungitur *rubicundiores ebore antiquo:* Dum enim ruboris pulchritudo laudatur, flamma desiderij * sui exprimitur: Ebur autem elephantos esse non ignoratur. *Sapphiro pulchriores*, Sapphirus ætherei coloris est, vbi breuiter tota Nazaræorum vita expressa est: quia per actionem ad superna tendentes, & per contemplationem præcellentes, patres superare videntur. Sed quia plerumque inopem copia fecit; & felicior homo est quàm expedit, mens sæpe

Allegoricè. F Vita cælestis & recta temporalium dispensatio. * sancti

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui nutriebantur in croceis, *Id est, in vestibus suauibus & pulchris, vnde in Hebræo habetur:* In scarleto.

2 Amplexati sunt stercora. *In Hebræo habetur,* Fimos, *sicut pauperes in hyeme qui vestimenta non habent, inuoluunt se fimo.*

3 Et maior effe. *Quia idololatria quæ vigebat in Iudæa, cùm sit directè contra Deum, grauius peccatum est quàm Sodomia. Rab.Sa. exponit hoc de grauitate punitionis, vt sit sensus:* Et effecta est iniquitas. *Id est, grauius punita quàm iniquitas Sodomorum. Et subditur ad hoc duplex ratio: prima cùm dicitur,*

Idololatria grauissimũ peccatum.

4 Quæ subuersa est, *Id est, non habens longum cruciatum, sicut Iudæi in Ierusalem obsessi. Secunda cùm dicitur,*

5 Et non ceperunt in ea manus, *Scilicet, aduersariorum. Sodoma enim fuit subuersa per angelum, & sic bona ciuitatis non rapuerunt sibi aduersarij: sed bona Ierusalem rapuerunt sibi Chaldæi totaliter, & hæc fuit vna pœna Iudæorum, scilicet quod aduersarij sui gauderent de bonis eorum.*

6 Candidiores Nazaræi. *Id est, sacerdotes & Leuitæ diuino cultui deputati, qui erant induti lineis vestimentis & albis.*

Bona Ierusalem direpta.

7 Niue. *Emphatica est locutio, ad exprimendum intensionem albedinis, & ad idem facit quod subditur.*

8 Niti. lacte, rubicundiores ebore antiquo. *Hebræi dicunt,* Rubicundiores auro.

1 Sap-

MORALITER.

† 2 *Amplexati sunt ster. &c.* Id est, aliorum mala exempla.

3 *Et maior effe. est iniqui. &c.* In quantum directius opponitur charitati.

6 Candi-

6 *Candidiores Nazaræi eius niue*, Scilicet, fuerunt per castitatem.

8 *Nitidiores la.* per honestatem.

† *Rubicundiores*, per charitatem.

† Sap-

a ¶ Antiquorum patrum fortitudine & spirituali feruore.
b ¶ Amisso candore, quia præsumit de se, vnde: Noli esse nimium iustus, quia prius in angusta via quæ ducit ad vitam, nunc sunt in ampla, quæ ducit ad mortem.

a ebore antiquo, sapphiro pulchriores. HETH. [8] Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Adhæsit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum. TETH. b *[9] Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame: quoniam c isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ. d IOD. *[10] Manus 1 2 3 4 † 5 6

a ¶ Infirmitas vitiorum. b ¶ Fortitudini vitiorum. c ¶ Aridum insensibiles, sterile, inflexibile.
a ¶ Verbo Dei. b ¶ Eiusdem verbi.
¶ Penuria ecclesiæ dum prædicatio cessat, ecclesia non fructificat.

☞ sæpè de se præsumens, & vano fauori acquiescens fuscatur, & quæ A albescere videbatur, denigrata sordescit: vnde sequitur, *Denigrata est super car.*

Allegoricè.

a *Denigrata est.* Nigri post candorem fiunt, quia amissa Dei iustitia suam laudem quærunt, quia de se præsumunt, vnde nescientes ruunt in peccatum; & post ignem mentis ad frigus corporis, post candorem vitæ ad nigredinem adulationis vanè descendit, vnde extinctis carbonibus, similes fiunt, propter quod dicitur: *Noli esse nimium iustus.*

De se præsumentes. — † Iudit. 7. c.

Et non sunt cogniti in plateis, in latitudine scilicet vitæ sæcularis. Nihil enim humanæ menti angustius, quàm proprias voluntates abnegare, carnis desideria frangere & huiusmodi, & inde intrare per angustam portam. Nihil autem latius quàm propriis seruire voluptatibus nullis subesse legibus & huiusmodi. In plateis autem sunt qui sua quærunt, vnde, *Lata est enim & ampla via quæ ducit ad mortem.* B Sed in plateis non cognoscuntur qui non sunt quod videbantur, qui aliud erant, & aliud ostendebant, vnde sequitur: *Adhæsit cu. e. os.* Per ossa fortitudo, per cutem infirmitas figuratur. Cutis ergo adhæret ossibus, quando infirmitas vitiorum putatur fortitudo virtutum. Hæret cutis ossibus, dum adulatio pro bene gestis exterius & intus virtutibus sociatur, quibus coniunctis merces amittitur: & quia decepti adulationibus de se magna sentiunt, emendari contemnunt, vnde, *Aruit & facta est quasi lig.* Culpa namque insensibilior redditur, quanto (quasi vera virtus) laudatur; vnde & arescit, quia nulla intus gratia virescit; quia multi dum corriguntur quasi lignum insensibiles sunt, & à rore gratiæ alieni & aridi sunt: hoc eis contingit, qui altiora se appetunt, & sancti videri cupiunt, sed occultè vitiis deseruiunt; hi in plateis cogniti sunt, norunt enim viri spirituales, quia aliud sunt & aliud fingunt. Candent exterius niue pulchrius, lacte nitidius, ebore rubicundius: sed quasi lignum aridum insensibiles sunt interius, vnde sæpè nec blanditiis nec minis emendantur.

Via lata & via arcta. — Matth. 7. b. — De apparenti tantùm non solida virtute.

Historicè.

b *Melius fuit.* † HIERONYMVS. Quantum ad compendium mor- C tis respicit, breuior fuit pœna subito gladio occisorum, quam fame & siti diu excruciatorum.

Hoc in vltima captiuitate Iudæi passi sunt, quando leuius fuit subito occisis quàm lentis & diuturnis afflictis cruciatibus: qui fame & siti & ceteris miseriis paulatim consumpti sunt.

Moraliter.

Melius fuit. Melius est sensibus gladio verbi Dei occisis exterius, viuentibus interius, quàm exaggeratis virtutibus sine pabulo charitatis quasi fame & siti deperire. Sterilitas enim virtutum, absentia charitatis, qua absente virtutes animæ quasi inopia veri panis tabescunt, ideo septem filij Iob tres sorores suas vocant per conuiuia. Ceteræ enim virtutes sine fide, spe, & cha- D ritate non satiantur: vnde, *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima, &c.*

Iob. 1. a. — Psal. 62. d.

Melius fuit, &c. Gladio verbi Dei quàm interfectis fame eiusdem verbi. Hi enim occiduntur, vt viuant: illi interficiuntur vt pereant, vnde, *Assumite gladium spiritus quod est verbum Dei.* Est autem gladius quo mors perimitur, vt vita subsequatur eius. Est alius qui præscidit vitam, occidit animam: de quo, *Gladius meus deuorabit carnes.* Et gladius flammeus atque versatilis ad custodiendam viam ligni vitæ. Est gladius limatus & acutus, cui dicitur, *Reuertere ad vaginam.* Mariæ quoque animam gladius pertransiuit, dolor, scilicet, de passione Christi. Sed ecclesia de his gaudet qui gladio verbi occiduntur: De his dolet qui eiusdem fame interficiuntur. Illos luget quos fame vel siti pro sterilitate terræ consumptos nouit, vnde, *Mittam in eos non famem panis* E *neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei.* Hac fame qui peremptus fuerit æternæ morti subiacebit: quia non in solo pane viuit homo. Sicut enim ex duabus substantiis homo constat, ita duabus vitam conseruat: caro sustentatur corporali cibo & anima verbo diuino, vnde, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Vtrumque enim petimus, qui vtroque quotidie indigemus. Sterilitas terræ, penuria ecclesiæ est; quando (magistris deficientibus) diuini verbi imbribus non infunditur. Culpam enim sacerdotum, & inscientiam vel negligentiam docendi consumptio sequitur plebis.

Multiplex gladius. — Ephes. 6. — Ierem. 46. d. — Genes. 3. d. — 4. Reg. 16. — Ezec. 21. g. — Luc. 2. c. — Cibus corporalis & spiritualis. — Amos 8. d. — Deut. 8. a. — Matth. 6. b.

c *Iod.* Principium vel desolatio. Principium desolationis imminebat Iudæis, quando vxores eorum filios suos fame & siti consumptos (quasi per misericordiam ne diu languerent, & matres à morte redimerent) coxerunt sibi in cibos. Lege historias, nec dubitabis hæc Iudæis contigisse, Romanis circumfurentibus obsessa ciuitate.

Histor. — Filij à matribus præ fame comesti.

d *Manus mulierum.* Hypocritæ conceptus animi teneros coquunt & comedunt, dum simulatæ (quasi per misericordiam) laudis vel fauoris gratia virtutes nouiter conceptas perimunt, & in cibos decoquunt: qui non futura, sed præsentia lucra quærunt; & dum virtutum pascuntur laudibus, quasi proprios natos fauoris adulatione decoctos comedunt. F Qui bene mulieres fuisse & talia gessisse perhibentur, nisi enim muliebria simulatæ virtutis in animo sectarentur, conceptus animi ad vitam formati, vanis non exponerentur fauoribus.

Moral. — Hypocrisis immaturam virtutem perimit.

Manus mulierum. In Ecclesia quasi per misericordiam filios suos decoquunt, qui culmine regiminis sublimati igne zeli vel inuidiæ inflammant animas subditorum, dum nimis iusti videri cupiunt, & tyrannica potestate opprimunt, qui forsitan ☞ tan

Allegor.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Sapphiro pulchriores, *In hoc denotatur pulchritudo ornamentorum maximè sacerdotum.*

2 Denigrata est, &c. *præ fame & miseria, & similiter est hic emphatica locutio ad expressionem nigredinis.*

3 Et non sunt cogniti in plateis, *id est, distincti ab aliis communibus personis.*

4 Adhæsit cutis eorum ossibus, *Propter defectum nutrimenti.*

5 Melius fuit occisis gladio, *Id est, minus malè propter breuiorem cruciatum, vnde Iud. 7. dicitur: Sic finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis.*

6 Manus mulierum, *Id est, qua ratione sexus solent esse misericordes.*

☞ Coxerunt

MORALITER.

† 1 *Sapphiro pu.* Per contemplationem, eò quòd sapphirus est cælestis coloris.

2 *Denigra. est* scilicet, modo per infamiam.

3 *Et non sunt cogniti in plateis.* Nam effigies patrum deleta est in eis.

4 *Adhæsit cutis eorum ossibus.* Talis autem adhæsio fit per abstractionem carnis, quæ est in medio: propter quod signat obdurationem mentis, per hoc quod deficit teneritudo pietatis.

Obduratio mentis.

† *Aruit, & fa.* per deuotionis defectum.

5 *Melius*

5 *Melius fuit occisis gladio.* Id est, minùs male; occisi verò gladio dicuntur qui peccato mortali, stante tamen fide informi, dæmonis gladio feriuntur: mortui verò fame, qui propter defectum spiritualis nutrimenti in fide periclitantur.

6 *Manus mulie.* Ecclesiæ pastores debent esse matres piè filios ecclesiæ verbo & exemplo in fide & moribus, & etiam temporali subsidio quantum ad pauperes nutrientes: sed aliqui per contrarium coquunt eos anxietatis igne, rapientes eorum bona, & inde viuentes nimis lautè.

Ecclesiæ pastores debent esse matres pascere debebant.

† 2 Comple-

tant[ur] ... Dei zelum, sed non secundùm scientiam. Ista austeritate ... minationis quasi pro iustitia adurunt, & infirmam & carnalem eorum vitam minis & increpationibus quasi dentibus rodunt. Hæc omnia in contritione ecclesiæ (quæ est filia populi, Dei apostolorum scilicet & successorum) ab eis fiunt, qui sæculari aut ecclesiastica potestate tyrannicè animas exurunt, dum concupiscentia inflammati filios, quos lacte doctrinæ nutrire debuerant, adustione afflictionis vexant.

a *Compleuit dominus*. Quia completa est malitia Ierusalem, compleuit dominus super eam furorem suum, sicut completa erant Amorrhæorum peccata, quando deleti sunt.

B *Effudit iram indi. suæ*. Quia & ipsa scelera sua effudit. *Deuorauit fun. eius*. Quia non recepit fundamentum, quod est Christus. Vnde, *Cùm vidisset Ierusalem, fleuit super eam, dicens, Quia si cognouisses & tu, quia non relinquetur in te lapis super lap.*

Compleuit dominus. Fundamenta hypocritarum & hæreticorum deuorantur ab igne furoris domini in quorū mente dominatur ignis indignationis eius, & super eos completus est furor domini: vnde Iob, *Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.* Quamuis enim videantur operibus firmati & radicati, statim coram Deo sunt maledicti, quorum corda vanis laudibus & fauoribus inflammantur, vnde sequitur, *Non credide. re. &c.*

Compleuit. Super ecclesiam completus est furor domini: quia mensuram peccatorum suorum impleuit, vnde, *Effusa est contentio super principes: & er. fe. &c.* Et alibi: *Qui in sordibus est sor. adhuc.* Effudit iram indignationis, quia peccando sumus effusi. Succendit ignem in Sion, non qui super apostolos de cælo descendit, sed qui pueros Iob consumpsit. Habet enim Deus ignes varios, quos emittit de thesauris suis, cuius ignis in Sion & caminus in Ierusalem; alios inflammat, vt erudiat, alios vt exurat, quibus succensis omne fundamentum destruit, fidem scilicet integram & veram omnino subuerti permittit. Vnde magis nostras quàm Iudæorum miserias debemus plangere, in quibus ignis concupiscentiæ succensus est, & ceterorum vitiorum flamma vorax vniuersos possidet, & olla succensa à facie Aquilonis feruet, & fornax Chaldæorum quoscumque reperit de Chaldæis incendit.

(Margin: De prælatis & principibus qui crudeliter subditis dominantur. — Historicè. — Luc. 19.f. — Moraliter. — Hæresis & hypocrisis nihil habet stabile. — Allegoricè. Psal. 106.d. Apoc. 22.c. — Ignes Dei varij.)

a ¶ Prædicatorum fauore vano effeminatorum. b ¶ Opinione sua. ¶ Qui sexus natura misericors. c ¶ Nimiis afflictionibus. d ¶ Subditos vel fœtus animi teneros.

mulierum misericordium coxerunt filios suos: 1

a ¶ Dum carnalem vitam subditorum affligunt, reprehendunt, detrahunt. b ¶ Ecclesiæ. ¶ Apostolorum & successorum.

facti sunt cibus earum in contritione filiæ

a ¶ Impletis peccatis. ¶ Quasi, Cesset iam ira, cui satisfecit pœna.

a populi mei. CAPH. [11] Compleuit dominus fu- 2

a ¶ Hominibus per vitia effusis.

rorem suum, effudit iram indignationis suæ.

a ¶ Qui pueros Iob consumpsit.

Et succendit ignem in Sion, & deuorauit fun- 3 4

a ¶ Vera fide destructa.

b dāmenta eius. LAMED. [12] Non crediderunt re- 5

a ¶ Dæmones, vel quilibet. b ¶ Non transitores.

ges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quod †

a ¶ Diabolus & membra eius. b ¶ Vnde: Confortauit dominus seras por. suarum. ¶ Prædicatores vel virtutes.

ingrederetur hostis & inimicus per portas Ie- †

a ¶ Ecclesiæ.

c rusalem. MEM. [13] Propter peccata prophe- 6

a ¶ Prælatorum.

tarum eius & iniquitates sacerdotum eius,

a ¶ Facto, vel exemplo. b ¶ Publicè.

qui effuderunt in medio eius sanguinem †

a ¶ Qui iusti esse possent, si doctores docuissent. b ¶ Doctores. c ¶ Sine lumine Christi. d ¶ A via veritatis.

d iustorum. NVN. [14] Errauerunt cæci in plateis: 7

b *Non crediderunt*. Secundùm litteram, Quamdiu Ierusalem auxilio Dei vallata, & præsidio angelorum munita, iudicium & iustitiam secuta est; nec reges terræ, nec habitatores orbis credere poterant, quod in eam ingrederetur hostis: cuius seras portarum dominus confortauerat, & fines eius pacem posuerat. Sed quia auersa est à domino Deo suo, cuius muniebatur beneficio, recessit omne præsidium, & facta est præda hostium.

Non crediderunt reges terræ. de quibus dicitur: *Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, &c.* vel dæmones. secundum illud: *Non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, &c.* Habitatores orbis, qui nesciunt dicere, *Aduena ego sum, & peregrinus apud te, &c.* sed audiunt, *Væ super omnes habitatores terræ.* Hi videntes ecclesiam munitam, & auxilio Dei firmatam, non credunt quod ingrediatur hostis per portas Ierusalem, de quibus dicitur, *Qui exaltas me de portis mortis vt annuntiem omnes laud. tuas in por. filiæ Sion.*

c *Propter peccata prophetarum*. Secundùm litteram pro peccatis sacerdotum & pseudoprophetarum, qui sanguinem innocentem in medio eius effuderunt, quæ dicta & dicenda sunt, ciuitati contigerunt.

(Margin: D Histor. — Ierusalem, cùm in ea vigeret iustitia, munitissima, cùm iniquitas prævaleret, infirmissima. — Allegor. Psal. 2.a. — Ephes. 6.b. — Psal. 38.c. E — Apoc. 8.d.)

ALLEGORICE autem propter iniquitates sacerdotum & principum Ecclesiæ mala crebrescunt, qui legem publico peruertunt, iudicia inuertunt, & sanguinem sanguini addunt, repleti dolis iustos opprimentes, & sanguinem innocentem effundentes. Non est hic exponendi labor consumendus, vel sensus tripliciter exponendus, & in terrena Ierusalem, & in eclesia, & vniuscuiusque anima ista communis est ruina.

d *Errauerunt cæci in plateis*. Scribæ & Pharisæi effuso sanguine polluti, ab introitu templi se abstinebant, errantes in plateis, non lugentes peccata, sed in plateis lasciuientes. Errabant autem vt cæci, putantes quod taliter purgarentur, scilicet si templum sic abstinentes non ingrederentur, cùm superbiam iactarent, & humilitatem fingerent. *Tenue. la. suas*. Laciniosis, scilicet, induti vestibus & scissis, quasi cæci vicissim sese tenentes, sequebantur, vt sub hac humilitate populus placaretur.

Errauerunt cæci. Ambulant vani appetitus, vt cæci in plateis luce

(Margin: F Iniquitas prælatorum confundit Ecclesiam. — Historicè. Vitia Scribarum & Pharisæorū. — Moral.)

b Non

NICOLAVS DE LIRA.

1 Coxerunt filios suos, *Præ nimia anxietate famis.*

2 Compleuit dominus furorem suum. *Hic consequenter Ieremias lamentatur miseriam populi ex destructione ciuitatis, cùm dicitur:* Compleuit dominus furorem suum, *id est, vindictæ suæ effectum.*

3 Succendit ignem in Sion, *Vbi erat templum & regis domicilium.*

4 Deuorauit fundamenta eius, *id est, ipsius Sion, quia non solùm ædificia, quæ erant in monte Sion, fuerunt combusta, sed etiam omnia alia, quæ erant in pede montis & circa montem, vt habetur suprà 52.*

5 Non crediderunt reges terræ, *Quia Salomon potentissimus Ierusalem mutauit, & tam fortiter muniuit, quod inexpugnabilis videbatur.*

6 Propter peccata prophetarum eius. *Hic consequenter tangitur prædictæ miseriæ causa, & est duplex. Secunda ponitur ibi,* Cùm adhuc. *Vna est occisio innocentum in Ierusalem, & maximè tempore Manasse, vt habetur 3. Reg. 24. & hoc fiebat ad instinctum & exhortationem falsorum prophetarum & sacerdotum, vnde & mortem ipsius Ieremiæ quærebant, vt habetur suprà 26. ideo dicitur hic,* Propter peccata prophetarum. *Et patet littera.*

7 Errauerunt cæci in plateis. *Littera ista est obscura & inuoluta, & multipliciter exponitur. Accipiam tamen illum modum qui mihi videtur magis litteræ consonare, scilicet, vt continuetur littera immediatè præcedenti, quæ loquitur de punitione iniqua innocentum, quorum aliqui occidebantur, quidam excæcabantur; & quantum ad istos dicitur,*

Errauerunt cæci, *Id est, iusti nequiter excæcati.*

(Margin: Ierusalem incensa. — Innocentes occisi in Ierusalem. — Nodus hic est.)

1 Pollu-

MORALITER.

2 *Compleuit dominus*. Hoc referri potest ad persecutionem Antichristi, quæ posterior erit, & de ea dicitur, *Compleuit dominus furorem suum*. Erit enim illa grauior ceteris, propter quod furor nominatur.

4 *Et deuorauit fundamenta eius*, Nam plurimi de illis, qui sustentare deberent ecclesiam cadent per inconstantiam, quod videtur incredibile multis, ideo subditur, *Non crediderunt reges terræ*, & subditur,

† *Quod ingrederetur hostis & inimicus*. Id est, Antichristus.

† Per

† *Per portas Ierusalem*, Id est, ecclesiæ militantis, vel ad litteram ciuitatis Ierusalem: nam ibi sedebit in templo Dei tamquam sit Deus, vt dicitur 2. ad Thess. 2.

6 *Propter peccata prophetarum eius & iniquitates sacerdotum eius*. Id est, propter peccata præcedentium & aliorum ecclesiæ ministrorum salutem animarum non quærentium, sed quæstum,

† *Qui effuderunt in me. e. sang. iustorum*. ipsos malis exemplis spiritualiter occidendo: ideo subditur,

7 *Errauerunt cæci*. id est, simplices Christiani ex ignorantia legis.

(Margin: Persecutio Antichristi. — Populus perit culpa pastorum.)

† Cumq;

luce carentes, quæ Christus est, dum ipsum, qui via est, retinere nequeunt, quia extra se vani fauoris gratiam effundunt, tenentes lacinias vetustatis suæ, explere non valentes vias vitæ, quia vestiuntur vitiorum vetustate, de quibus bene subditur, *Recedite polluti, &c.*

Vani & lubrici appetitus.

Allegor. *Errauerunt cæci in plateis.* In ecclesia sacerdotes & doctores sanguinem iustorum effundunt, qui iusti esse possent, nisi eorum negligentia deperissent: vnde, *Si non annuntiaueris impio iniquitates suas sanguinem eius de manu tua requiram.* Quia, scilicet, sanguis eius, id est, peccatum culpa sacerdotum vsque ad mortem effunditur, Et sæpè qui videbantur iusti, exemplis prælatorum & doctrina prauitatis peruertuntur & peccati sanguine polluti moriuntur. Inde sacerdotes & prophetæ cæci errant in plateis, dum latam & spatiosam viam, quæ ducit ad mortem, apprehendunt: & angustam, quæ ducit ad vitam non introeunt, nec alios introire permittunt, & hoc est, *sanguinem iustorum effuderunt in medio eius*, id est, ecclesiæ, quæ est Ierusalem vera, & mater nostra. Hi cùm templum Dei sanguine suo polluti ingredi nequeant, tenent *lacinias suas*, id est, discissam vetustatis suæ vitam. Tenent autem inuicem lacinias suas, vt *cùm cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadant.* Hoc deplorat propheta, imò electorum concio tota: quod in spatiosa via ambulantes, & vitam veterem ducentes, vias vitæ non apprehenderunt, & suis se anfractibus impediunt, cæci sese sequuntur, qui Christum veram lucem suam sequi dedignantur.

Ezech. 3. c. — Contra sacerdotes qui exemplo malæ vitæ plebem secum trahunt ad gehennam. — Matth. 23. c. — Matth. 15. b.

Mysticè. *Errauerunt cæci in plateis.* Hæreticorum cæcitatem deplorat, qui rectum scripturarum tramitem relinquentes, & catholicæ fidei regulam aspernantes, latitudinem erroris elegerunt: polluti sanguine, quorum animas deceperunt, & cum catholicam ecclesiam intrare dedignantur, lacinias suas vicissim amplectuntur, scripturarum scilicet scissiones, quarum fraudulenter panniculos furati sunt.

Hæretici nō recipiunt totum scripturæ corpus, & quod recipiunt, corrumpūt.

Histor. a *Recedite.* Deflet propheta scelera Iudæorum, quibus etiam hostes insultant ciuitatem ingressi, clamantes, *Recedite*, criminibus polluti à sanctuario Dei, *Abite*, in captiuitatem, *Nolite tangere*, religionem, vnde propheta subdit, *Iurgati sunt*, scilicet, inimici, & vtrique *commoti.* illi ad iurgia, isti ad lachrymas. *Dixerunt inter gentes, &c.* vel Iudæi hoc dixerunt, vel de gentibus aliqui. Inter gentes enim Deum verum reliquerunt, & idola coluerunt: vel ipsi forsitan inter gentes iurgati sunt, & sanguine polluti aliis clamauerunt, *Recedite.* Quia tamquam iusti alios aspernati sunt, vnde inter eos iurgia & seditiones.

Recedite. Hæretici contra fidem catholicam, & maximè Donatistæ, & qui catharos se vocant clamant, *Recedite à nobis.* Quia nos mundi, vos immundi; *Nolite tangere*, ne inquinetis nos. Hi inter se *iurgantur*, diuersis erroribus; *Commoti sunt*, quia in fide stare noluerunt, mouerunt ab oriente pedes suos, & venerunt in Babylonem, vbi construentes superbiæ turrim linguis diuersis dispersi sunt, vnde sequitur, *Facies domini diuisit.*

Moraliter. Nos istos modo Puritanos vocamus. — Hæretici inuicem lacerant.

Allegoricè. *Recedite.* Sæpè in ecclesia cæci & polluti nequeunt ingredi templum Dei viui, & sacris participare mysteriis, quos alij (quamuis & ipsi polluti) quasi zelo Dei despiciunt, qui iusti videri cupiunt, quia nondum manifesti sunt. Vnde erecto supercilio obiurgantes dicunt, *Recedite à nobis* & à sacramentis Dei; Abite ad eos quorum consortes estis, *Nolite tangere*, sacrosancta quibus indigni estis. His & huiusmodi alios criminando iustos se ostendere conantur. Inde sæpè lites generantur, quia non secundùm Deum corrigunt, sed aliis oppressis sanctiores videri appetunt, vnde subdit, *Iurgati sunt quippe & commoti sunt.* Prius enim commoti iurgantur, deinde acrius commouentur, quia non stant in eo qui idem est, & eum reliquerunt qui pax vera est, propterea subditur, *inter gentes non addet vltra, &c.* quia vbi pax & concordia non est, Deus esse non potest, *quia in pace factus est locus eius, &c.* Inter gentes namque per tales nomen Domini blasphematur.

De eis qui alios corripiunt de vitiis quibus & ipsi subiacent.

b *Facies Domini diuisit eos.* Quasi dicat, Quia facies sacerdotum non erubuerunt, imò Deum in eis contempserunt, nec Deum in suis sacerdotibus reueriti sunt: ideo diuisi sunt à facie Domini, quia extendit manum suam in retribuendo. Diuisi sunt, quia alij per orbem dispersi sunt, alij ad fidem cōuersi sunt: nec Deus miseretur eorum, qui senum miserti non sunt, prophetarum scilicet & sacerdotum.

Psal. 75. a. Historicè.

Moral. *Facies domini diuisit eos.* Hæreticorum diuersitas designatur, qui diuersis pugnant erroribus, nec recipiunt doctrinam Catholicæ fidei, qui nec sibi conueniunt, nec Catholicis, quia ☞ facies

---

a ¶ Voluptatibus. b ¶ Peccatis subditorum. ¶ Quia nolebant. a ¶ Peccata veteris vitæ.

polluti sunt sanguine: cumque non possent, tenuerunt lacinias suas. SAMECH. [15] **Recedite polluti, clamauerunt eis, recedite, abite nolite tangere: iurgati quippe sunt et commoti: dixerunt inter gentes: Non addet vltrà vt habitet in eis.** PHE. [16] **Facies domini diuisit eos: non addet, vt respiciat eos. Facies**

a ¶ A nobis. b ¶ Ne nos polluatis. c ¶ Ad consimiles. a ¶ Sacramenta Dei. ¶ Pro tali correctione. b ¶ Ideo. a ¶ Gentiles, inter quos per tales nomen Dei blasphematur. a ¶ Vbi non est pax vel concordia. b ¶ Ira vel vindicta. ¶ Ite Maledicti in ignem æternum. a ¶ A prædestinatis. b ¶ Miserando. ¶ Vnde: Respexit dominus Petrum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Polluti sunt sanguine. *Scilicet, aliorum iustorum occisorum, quia non videntes ponebant pedes suos ita in sanguine sicut in aliis locis.*

2 Cumque non possent, *Id est, rectè incedere. Aliqui libri habent hic additum*, Intrare: *sed non est in Hebræo nec in libris correctis.*

Innocentes in Ierusalem excæcati.

3 Tenuerunt lacinias, *Id est, apprehendere tentauerunt oras vestimentorum videntium, vt sic exirent de locis sanguine repletis, & ipsi videntes & maximè prophetæ falsi & sacerdotes non permittebant, dicentes,*

4 Recedite polluti. *Quia quamuis secundum veritatem essent iusti, tamen à malis reputabantur iniqui.*

5 Nolite tangere. *Scilicet, nos, ne malitia vestra inquinemur. Et per hunc modum de talibus dicitur Isaias 65. a.* quia dicunt: Recedite à me, non appropinques mihi, quia immundus es.

6 Iurgati quippe sunt, *Non enim sufficiebat falsis prophetis & sacerdotibus iustos affligere factis, sed etiam affligebant verbis iniuriosis. Et quia tale facinus erat execrabile etiam apud Gentiles, ad quorum notitiam deuenit hoc execrabile factum, ideo subditur,*

7 Dixerunt inter gentes. *Dictum crimen detestantes,*

8 Non addet vltra, *scilicet, Deus Iudæorum,*

9 Vt habitet in eis. *propter malitiam ipsorum: ideo subditur,*

10 Facies domini. *In Hebræo habetur*, Ira domini. *est tamen eadem sententia.*

11 Diuisit eos, *Id est, in diuersis terris dispersit.*

12 Non addet vt respiciat eos. *reducendo eos ad terram suam.*

13 Facies sacerdotum. *Scilicet, bonorum de quorum numero erat Ieremias, cuius verba increpatiua non receperunt, sed multa opprobria & vituperia ei intulerunt, vt patet per supradicta in pluribus locis: &* idem

Sacerdotes & pseudoprophetæ Iudæorum propter supplicia innocentibus irrogata inuisi ipsis gentibus.

MORALITER.

† 2 *Cumque non possent*, Id est, ingredi in viam salutis per seipsos:

3 *Tenuerunt lacinias suas*, Quærentes à prædictis sacerdotibus & prophetis dirigi, sicut cæcus corporaliter tenet laciniam ductoris sui. Sed quoniam inter ignorantes sunt multi pauperes, à quibus non speratur temporale lucrum, ideo non habent à dictis sacerdotibus & prophetis consilium, sed magis repulsionem & vituperium, ideo subditur,

De sacerdotibus, qui nec rectè docere,

4 *Recedite polluti.* Vt sint verba repellentium dictos pauperes, eò quòd non sperant inde temporale lucrum. Sed quoniam inde aliqui diuites scandalizantur, ideo se falsò excusando dicunt quod sequitur,

8 *Non addet vltra vt habitet in eis.* Scilicet Deus. Dicunt enim, quod non repellunt eos propter paupertatem, sed propter obstinationem eorum in malo, ideo subditur,

10 *Facies domini diuisit eos*, per reprobationem: & sic amitteremus nostrum laborem.

nec honestè remittere norunt ad se accedentes.

13 *Facies sacerdotum non erubuerunt.* Scilicet deuotè pauperibus consulentium, imò fatuos reputant eos, quod laborant circa tales personas à quibus non habent temporale lucrum.

† †Neque

☞ facies catholicorum sacerdotum non erubuerunt, nec addet vltrà A dominus, vt respiciat, sicut non respexit ad Cain, nec ad munera eius. Iurgiis ergo commoti sunt à statione rectæ fidei, vnde subditur, *Cùm adhuc subsisteremus.*

Hæretici iurgia exercent. Allegor. Genes.4.a.

Facies domini. Quidam in ecclesia Dei timore abiecto facies sacerdotum non erubuerunt, qui à facie domini, & ab ira vultus eius diuisi sunt, ab his, scilicet, qui vocati sunt ad vitam. Neque senum miserti sunt, prælatorum, scilicet, qui in omnibus eis condolentes condescendunt. Nota quàm terribile sit sacerdotes contemnere, nec facies eorum erubescere, id B est, illis monentibus & videntibus, à sceleribus non cessare.

Nota contra contemnentes sacerdotes.

a ¶ Quorum dignitas reuerenda. ¶ Quibus præsentibus & corrigentibus peccauerunt. b ¶ Dicentium: Quis infirmatur, & ego non in. &c. c ¶ Cùm sit miseranda senectus.

sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt. AIN. † †

a ¶ In carne, in fine. b ¶ A vero lumine. c ¶ Intentionibus terrenis inhærentes. d ¶ Quod in vanum sperauimus. ¶ Exaggeratione.

a [17] Cùm adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxiliū 1 2

a ¶ Diuites, potentes, vel hæreticorum principes.

nostrum vanum, cùm respiceremus attenti ad gentem, quæ 3 4 5

a ¶ Quasi: Tu solus salua domine, quia alius non potest, sed auxilium nostrum à domino qui fecit cælum & terram, &c. vnde, Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. b ¶ Fiat via illorum teneb. & lub. c ¶ Non fixa supra petram.

b saluare nos non poterat. SADE. [18] Lubricauerunt vestigia 6

a ¶ Voluptatum. b ¶ Dum scelera complentur, dum securis ad radicem arboris ponitur.

nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquauit finis 7

¶ Retributionis. a ¶ Sicut completis Amorrhæorum peccatis venit eorum finis.

c noster, completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.

& potentibus spem ponimus, quibus Iacobus Apostolus, *Vlulate* D *diuites, & plorate super miseriis quæ aduenient vobis*; hi nec se nec alios possunt saluare: Imò *maledictus omnis qui confidit in ho. &c.* Possunt hæc & de hæreticis conuenienter accipi, & de his qui in eorum confidunt auxiliis; quorum oculi dum falsa in scripturis perscrutantur, à veritate deficiunt; ad quos eorum auditores, quos saluare non possunt, in vanum oculos deficientes dirigunt. Vnde ex persona gementium sequitur, *Lubricauerunt vestigia nostra, &c.*

Iacob.5.a. De eis qui in negotio fidei pendēt ab hæreticis.

b *Lubricauerunt vestigia nostra.* Congruit hæc lamentatio Iudæis, qui sub articulo mortis scelera sua reuoluunt. Sed propheta omnes in se trāsfigurat, omnium E scelera tamquam sua deplorat, quia tam amara & insperata captiuitas deseuit in gente sua.

Historicè.

De his enim dominus dicit, *Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit*; vnde subditur, *Non addet vt respiciat eos, vt non conuertantur nec saluentur, quia facies domini diuisit eos à sanctis.* Hæc facies respexit Petrum, & conuersus amare fleuit: & receptus in corpore meruit audire, *Petre amas me, pasce oues meas.* Hæc autem diuisio plenè fiet in iudicio dicente domino, *Ite maledicti in ignem æternum*; tunc facies Dei, ira scilicet, vel vindicta in ignem æternum diuidet eos, quia facies sacerdotum contempserunt, nec senum miserti sunt. Et notandum, quòd suprà sacerdotes quasi homicidas planxit, & hic separantur à facie domini qui non detulerunt eis: quamuis enim mali sint, non sunt contemnendi, sed ille in illis colendus & honorandus, à quo missi sunt.

Luc.10.c. Luc.22.g. Ioan.21.c. Matt.25.d. Honorandi sunt sacerdotes etiam mali.

Histor. a *Cùm adhuc subsisteremus.* Luget errorem miseræ gentis, quæ ma- C gis sperauit auxilium Ægypti & Pharaonis, quàm Dei, cuius oculi prospiciendo defecerant, dum gentem quæ nec se nec alios saluare poterat, expectabat: quod suprà exposuit latius, sed hic deplorat amarius.

Allegor. *Cùm adhuc subsisteremus, &c.* Vox est in ecclesia plangentium qui se vana spe lactauerunt sæcularibus negotiis occupati, sed mortis infirmitate aut qualibet tentatione præuenti, inueniunt, se non solùm deceptos, sed etiam cæcos. *Cùm adhuc subsisteremus.* Subsistit quisque, qui dum viuit in carne, rectam fidem tenet: & si operibus non implet, sed aliqua tactus molestia, inuenit oculos suos defecisse, quos ad caduca & labentia intenderat, vanum quærens auxilium. Quantò magis enim intentio cordis in rebus figitur terrenis, tantò ab interno lumine & pinguedine gratiæ marcescit; vnde bene reuersus plorat, dicens: *Defecerunt oculi nostri ad auxilium, &c. Cùm respiceremus attenti ad gentem, &c.* Sæpè enim in diuitibus &

Spes in homine reposita sæpè fallit.

Lubricauerunt vestigia nostra in itinere. Vox est hæreticorum serò plangentium, quia vestigia eorum in scripturis sacris lubricauerunt, & quia latam viam arripuerunt, dum catholicorum patrum regulas tenere noluerunt, nec viam quæ est Christus: sed vnusquisque à recto tramite deflexit, secutus latitudinem suæ peruersitatis; Philosophorum etiam regulas ingenioli sui igniculo tentans, & impudenter vituperans: ideo lubricantes cadunt in mortem, & sceleribus completis venit finis damnationis.

Moraliter. Hæretici in fine dolebūt se non plus detulisse Patribus & Ecclesiæ.

Lubricauerunt vestigia nostra. Hæc quoque in ecclesia iure plangimus, dum eos qui splēdidè & voluptuosè viuunt, respicimus: Plangimus eorū lasciuiam, qui lubricam sectantur viam, quia non sunt fundati supra firmā petram, vnde plangentes dicimus, *Lubricauerunt vestigia nostra.* Nisi enim in plateas pedes exissent, à recto tramite nō lubricassent; vnde, *Exi citò in plateas.* Qui enim latam & spatiosam te- F nent viam, ante oculos summi iudicis extrà sunt, qui corpore in ecclesia sunt. Lubrica sunt platearum itinera, & procliuia. Hæc se euasisse Dauid gaudebat, dicens, *Statuit suprà pe. pe. me. & di. gr. m.* & alibi: *Qui perfecit pe. m. tamquam, &c.* Vana est platearum via & lutulenta, in qua non ambulatur sine ruina: ideo congruè annectitur, *appropinquauit finis, &c.*

Allegoricè. Via perditionis. Luc.14.c. Psal.39.a. Ibid.17.e.

c *Completi sunt di.* Completio enim non semper in bono accipitur, secundū illud, *Nondū sunt cōpleta peccata Amorrhæorū*, quorū cōpletio finis fuit eorū & exterminiū, sicut hic dicitur, *Cōpleti sunt dies nostri, quia venit:* Dies cōplentur, dum scelera & mensura patrū cumulātur, & venit finis, qui prius appropinquauit illis cōpletis. Appropinquabat autē dum cōplerentur, & securis ad radicē arboris poneretur.

Genes.15.d. Completio dierum.

☞ a Velo-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *idem faciebant in aliis iustis*; *Potest etiam hæc littera aliter exponi referendo eam ad Chaldæos, qui propter malitiam Iudæorum ab eis cognitam, vt prædictum est, sic contempserunt totum populum, quod non deferebant alicui rationē ordinis aut ætatis.*

1 Cùm adhuc. *Hic ponitur secunda causa prædictæ miseriæ Iudæorum, quæ fuit vana confidentia in auxilio Aegyptiorum, vt frequenter dictum est suprà; & hoc est quod dicitur,* Cùm adhuc resisteremus. *Id est, antequam ciuitas esset capta.*

Iudæi in Ægyptiis confidentes pereunt.

2 Defecerunt oculi nostri, *Expectando cum magno desiderio.*

3 Ad auxilium nostrum vanum, *id est, ad exercitum Aegyptiorum.*

4 Cùm respiceremus attenti, *Ad videndum si veniret ad leuandum obsidionem Chaldæorum.*

5 Ad gentem, quæ salua. nos non pote. *Quia sicut dictum est suprà 37.b. cùm exercitus Aegypti esset in via veniendi in auxilium Iudæorum: rediit in Aegyptum timore Chaldæorum sibi occurrentium.*

6 Lubricauerunt vestigia nostra, *Patim timore, partim fame: quia timidi & fame consumpti non incedunt firmiter, sed lubricando.*

7 Appropinquauit finis noster, *id est, mors, quia multi fuerunt occisi, & reliqui captiuati, quæ captiuitas est mors ciuilis.*

☞ 1 Velo-

MORALITER.

† † *Neque senum*, scilicet, pauperum,

† *Miserti sunt:* Quibus tamen propter ætatem esset miserandum.

1 *Cùm adhuc subsisteremus.* Id est, adhuc essemus in aliqua spe bona de dictis prædicatoribus, & prælatis:

2 *Defecerunt oculi nostri*, Quia nullum auxilium habuimus ab eis; ideo subditur,

6 *Lubricauerunt vestigia nostra.* Vt sint verba illorum, qui non possunt habere consilium & auxilium à prædictis. Et quoniam in hoc apparet magnus defectus charitatis & abundantia iniquitatis, signum est appropinquationis aduentus Antichristi, sicut dicitur Matth.23.a. ideo subditur,

Signum appropinquationis Antichristi.

7 *Appropinquauit finis noster.* Quia finis mundi sequitur aduentum Antichristi. Et quoniam sub Antichristo erit maxima persecutio: Sequitur,

† 1 Velo-

a ¶ A persona aduersariorum. ¶ Dæmones hæretici. b ¶ Doctoribus plebis.
a ¶ In specula regiminis positos. b ¶ Quia percutiam past. & disp. oues greg. c ¶ Monachis & eremitis.

a CAPH. [19] Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli: super mõtes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis. 1 2 3

a ¶ De quo: Spiritum rectum inno. &c. b ¶ Corde creditur ad iusti. ore autem fit confessio ad salutem. c ¶ Dei filius. ¶ Iosias. d ¶ Quasi totius miseriæ solatium, in Christo speremus: illum imitemur, qui captus est pro peccatis nostris. e ¶ Qui peccatum non fecit.

b RES. [20] Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in 4 5 6

a ¶ Refrigerationis. unde: Sub vmbra alarum tuarum, &c. b ¶ Adunati gentibus, vt fiat vnum ouile & vnus pastor. ¶ Ante mortui.

c peccatis nostris: * cui diximus, in vmbra tua viuemus in 7 8 9

☞ a *Velociores fuerunt*. Hæc hyperbolicè de Iudæorum inimicis dicta A sunt, sicut Saul & Ionathas in threnis Dauid velociores aquilis fuisse laudantur. Forsitan reges & principes populi, qui obsidionem Chaldæorum euaserant, maiori velocitate ab his quos fugiebant, captos esse significat. (*Historicè.*)

Velociores fue. Hæretici sæpè in disputãdo velociores sunt aquilis cæli, id est, doctoribus plebis, quos persequuntur super montes, scripturam scilicet, & doctrinam Apostolorum & sanctorum Patrum; eremitis insidiantur fraudibus & mellifluis sermonibus. (*Moraliter.* — *Hæreticorũ conatus in traducendis ad se simplicibus.*)

B Nota quantis vrgemur malis. In occulto instant insidiæ: In aperto super montes sæuit persecutor, vt pastores deiiciat, oues sternat, secundùm illud, *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis*. Inde sequitur, *Spiritus oris, &c.* (*Matth. 14. c.*)

Velociores. Quia propheta omnium lamentationes & personas & proprietates in se transformat (omnibus factus omnia) plangit persecutiones ecclesiæ, cuius persecutores aquilis velociores sunt, Immundi siquidem spiritus velociores sunt nequitia, fraude, & agilitate naturæ ad lacerandum & deuorandum, quàm aquilæ cæli, id est, prædicatores ad eripiendum; de quibus, *Vbicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ*. Quia vbi memoria passionis Christi celebratur, & panis & vinum per mysterium sanctæ orationis in corpus & sanguinem Christi transfiguratur, aduolant aquilæ cæli, quasi ad escam, vt de monte eius vitam percipiant. Sed velociores sunt aëreæ potestates, quia non est super terra potestas, quæ comparetur eis, hæ rugiunt & quærunt quem deuorent. (*Allegor. Dolendum diabolum studiosius quærere animarum perniciem, quã prælatos salutem. Matth. 24. c.*)

C † GREGORIVS. Aquilarum nomine insidiatores spiritus exprimuntur, Ieremia attestante, qui ait, *Velociores, &c.* persecutores enim nostri aquilis cæli velociores sunt, cùm tanta contra nos maligni homines faciunt, vt ipsas etiam aëreas potestates inuentionibus malitiæ præire videantur.

Super mon. perse. sunt nos. Quia dum ad ecclesię regimina extollimur, acrius eos ad persequendum excitamus; nec in specula Apostolicæ sedis positi securi sunt: quia quos super montes eleuatos vident, vt ceteros diligentius inspiciendo conseruent, & ad culmina virtutum prouocent, tanto audacius & ardentius infestant. (*Non veretur diabolus tentare Papam.*)

In deserto insidiati sunt nobis. Per desertum, vita monastica aut eremitica (quæ in desertis & in solitudinibus agitur) designatur, contra quos quasi athletas fortiores, inuisibiles sæuiunt hostes. Sed D quia sæcularibus curis expediti, contra hostes tantum soliciti sunt & circumspecti, ideo occultius insidiantur illis, quos vident latere in occultis. Sed qui super montes exaltati eminent, exaltatos manifestis viribus crebris insultibus sustinent. His aquilis cæli sæpè hostes velociores sunt ad decipiendũ, quàm ipsi ad cauendũ: qui aquilæ cæli conuenienter dicũtur, quia despectis terrenis in cęlestibus spatiantur. Notandum autem, quod ouibus & bobus vel equis vel vulturibus vel quibuslibet auibus nõ dicuntur velociores, sed aquilis cæli: vnde alibi, *Grex perditus factus est populus meus, pastores seduxerunt eos, feceruntq́ vagari in montibus*, qui scilicet de monte in collem transierunt obliti cubilis sui. (*Pugna spiritualis quæ est monachis cum diabolo.* — * *de quo Ierem. 50. a. Act. 5. c.*) E

b *Spiritus oris*. Sicut ex hoc aëre spiritum ducimus, quem ad ipsum reducimus & inde viuimus: ita homo interior, per fidem spiritum Dei attraxit: & inde viuit, & rursus ei, quod viuit, quod bene facit, quod orat, quod cogitat, deniq; omnia bona sibi ascribẽdo reddit. (*Vita corporis & animæ.*)

Spiritus oris nostri. Hæc Iudæi de Iosia dicta putant, quia iustus rex non pro suis, sed pro populi peccatis occisus sit, in quo spem posuerant, cuius alas vbique gentibus opponebãt. Sed verissimè Christus hic intelligitur, qui pro peccatis humani generis, non pro suis, à Iudæis captus & occisus est: cuius diuinitas notatur cùm dicitur, (*Iosias rex iustissimus.*)

Spiritus oris nostri. Spiritus enim dicitur filius secundùm illud: *Spiritum rectum innoua in visceribus meis*. Humanitas insinuatur, cùm subiungitur, *Christus dominus, &c.* Quia enim vna persona est homo & Deus, vbi Christus capitur, Deus capi dicitur *Spiritus oris nostri*, Christus benedicitur, quia quem corde credimus, ore confitemur: secundùm illud, *Corde creditur ad iustitiam, ore autem, &c.* Oris est F aspirare, & quod infusione gratiæ aspirando recipimus, respirando confitemur, Sed eorum propriè ista vox est, qui ita habent in ore verbum veritatis quod est Christus, sicut & in corde: quia ex abundantia cordis os loquitur. Hic captus est in peccatis nostris, vt & nostra scilicet peccata deleret; non pro suis, quia quæ non rapuit, soluit; cui diximus, (*Rom. 10. c. Christus pro nobis captus.*)

c *In vmbra tua viuemus in gen.* quia ipse est expectatio gentium & semen Abrahæ, in quo benedicentur gentes terræ: in hunc propheta corde credebat, & ore proferebat, *in vmbra tua vi. in gen.* Venturus enim erat, vt cum gentibus Iudæos saluaret. vnde ☞ per (*Psal. 68. b. Gen. 26. a. Ephes. 2. a.*)

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis. *Quasi dicat, Pauci aut nulli poterant effugere ab eis*.

2 Super montes persecuti sunt nos, *vbi credebamus esse tuti propter inaccessibilitatem loci*.

3 In deserto insidiati sunt no. *Quasi dicat, Non patebat nobis aliquis locus fugiendi*.

4 Spiritus oris nostri Christus. *Hic consequenter Ieremias lamentatur Iosiæ mortem. Circa quod sciendum quod secundùm Hebræos ista est littera,* Spiritus naris nostræ Christus domini captus est in fossis eorum: *quod sic exponitur,* Spiritus naris nostræ Christus, &c. *licet in hominibus respiratio fiat per os & per nares: tamen illa quæ fit per nares, est melior secundùm Philosophum; talis autem respiratio est vita humana saluatio, quia ipsa deficiente, deficit vita. Dicit ergo Ieremias in persona populi Iudæ;* Spiritus naris nostræ, &c. *Id est, rex Iosias ex sua bonitate & prudentia conseruator vita nostra*. (*Respiratio per nares.*)

5 Christus dominus, *Id est, vnctus in regem ex ordinatione diuina*.

6 Captus est in fossis eorum, *scilicet, Aegyptiorum. Dicit enim Rab. Sal. quod cùm Iosias iret ad pugnandum contra regem Aegypti, & nollet à pugna requiescere, vt habetur 4. Reg. 23. & 2. Paral. 35. Aegyptij fecerunt fossas prope suum exercitum, vbi Iudæi debebant eos aggredi, quæ erant operta desuper: & ideo exercitus Iosiæ illuc veniens per fossas illas deceptus, fuit statim debellatus, & Iosias lethaliter vulneratus: & ex vulnere postea mortuus*. (*Stratagema Aegyptiorũ quo periit Iosias cum exercitu suo.*)

7 Cui di. *Id est, de quo viuente diximus,*

8 In vm. tua. *Id est, sub protectione,*

9 Viue. in gen. *Id est, securi ab impugnatione gentium, quæ circa nos habitant. Expositores verò Latini dicunt communiter quod Ieremias hic prophetauit de morte domini nostri Iesu Christi, & secundùm hoc hæc est littera:* Spiritus oris nostri Christus dominus, &c. *Circa* ☞ *quod*

MORALITER.

† 1 *Velociores fuerunt persecutores nostri*. Et loquitur scriptura de futuro per modum præteriti.

4 *Spiritus oris nostri*. Hoc litteraliter exponitur de morte Christi. Moraliter autem potest exponi de pastore bono Christi vicario, qui eius exemplo in persecutionibus non fugit, sed constanter exponit se pro populi sui salute, & pro peccatis populi patitur persecutionem; quod maximè continget temporibus Antichristi, ideo dicitur, *Spiritus oris nostri*. Nam ad vitam spiritualem sui populi, laborat fideliter verbo & exemplo. (*Boni prælati constantia.*)

5 *Christus domi*. Quia gerit vices domini nostri Iesu Christi.

6 *Captus est*, Hoc debent dicere subditi quando pro peccatis habent pati. (*Quantum debant subditi tali prælato.*)

7 *Cui*. Id est, debent enim boni subditi confiteri, quod viuunt ex meritis boni prælati,

† 1 Gaude-

per futurum dixit: *Viuemus, qui peccatis mortui eramus. In vmbra tua*, de A qua dicitur, *Sub vmbra alarum tuarum pro. n.* Christus captus est & crucifixus sub vmbra passionis nos protexit: quia alis in cruce extensis, caro eius nobis vmbra fuit, quæ æstus mentis nostræ refrigerauit, & varias æstuum passiones temperauit. Nam & Apostolorum vmbra sanabat infirmos. Caro eius quasi vmbra fuit, quia *vidimus eum, non habentem speciem neque de.* De quo dicitur, *Ascendet dominus super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum.* Hęc est nubes lucida

Psal. 16. c.
Act. 5. c.
Christus tentationum æstus refrigerat.
Isaiæ 53. a.
Isaiæ 19. b.

a ¶ Sed. ¶ Ironicè loquitur.
b ¶ Terrena vel sanguinea, quia sicut in Christo spes sanctorum & exultatio, ita & malorum confusio & damnatio.
c ¶ Pertinaci studio. d ¶ Non in cælo.

a gentibus. SIN.[21] Gaude[a] & lætare filia Edom[b] quæ[c] habitas[d] in terra Hus.

a ¶ Consiliatores, id est diaboli. b ¶ Sicut ad Ierusalem: vnde, Qui acceperit gladium gladio peribit.
c ¶ Babylonis, qui inebriat omnes gentes.

b ra Hus. Ad te[b] quoque perueniet calix[c], inebriaberis atque

a ¶ Virtutibus. b ¶ Finita: vnde, Dimissa est iniquitas illius. c ¶ Ecclesia. d ¶ Speculationis.

c nudaberis[a]. TAV.[22] Completa[b] est iniquitas tua filia[c] Sion[d]: non

B super Apostolos, ne eos iniquitatis exureret ardor, quod propheta prædicebat, *Iam in vmbra tu. vi. in gen.* Nam & propheta eum in vmbra videbat, qui quasi in speculo mentis, diuino illuminatus spiritu futura præuidebat: nunc autem totum illuminat mundum, quamuis adhuc per vmbram sui corporis, id est, ecclesiæ, videamus eum, non facie ad faciem. In hac vmbra refrigerati spe viuimus. Notandum, quòd omnis lamentationis intentio ad hunc finem tendit, in quo omnis molestia finitur: postea verò quasi biuium demonstratur, quia pars electa tenet dexteram; reproba peccatis polluta, amplectitur leuam. Vnde ei damnatio æterna alij vita æterna. *Cùm absterget Deus omnem la. ab oculis.* Quod crux domini quasi tribunal iudicis præsignauit, vbi per fidem alter eorum qui hinc inde dependebant, assumptus est, alter per blasphemiam damnatus est, quia pendentem coram oculis suis vitam contempsit. Est quoque diligenti C discretione notandum, quod sanctorum luctus terminatur, & gaudium post tristitiam incipitur. In duobus sequentibus versibus, à gaudio vt vltimum inchoatur: quod nullo doloris remedio terminatur, vnde additur: *Gaude & lætare filia Edom.*

Apoc. 21. a.
Crux Christi fuit quasi tribunal iudicantis.
Lucæ 23. f.

a *Gaude & lætare filia Edom.* Idumæos semper Iudæis inimicos fuisse & ceteras gentes per circumitum historiæ narrant & prophetæ: & quia de malis eorum lætati sunt, digna vindicta domini inebriantur, vnde subiungitur,

Historicè.
Idumæi & vicinæ gentes Iudæis infensi.

b *Ad te quoque perueniet calix.* Hæc omnia completa sunt Babyloniis Iudæos captiuantibus, qui & ipsi captiuati sunt, Persis & Medis vastantibus: sed melius hæc de vltimo iudicio accipiuntur.

Gaude & lætare. Edom & Babylonia idem significant. Duæ enim ciuitates ab initio sæculi signantur, altera Ierusalem, altera Edom, D quæ & Babylon: Altera cum propheta plangit & parturit, altera cur plangatur nescit; Alteram Christus ædificat, alteram diabolus, qui per Nabuchodonosor signatur; Babylon est ciuitas perditorum, quæ inebriat omnem terram vino iniquitatis, vnde, *Calix aureus Babylon in manu domini de vino furoris eius biberũt omnes gentes.* Quo Edom & inebriata plangitur. Ideo ei ironicè dicitur: *Gaude & lætare.* Edom sanguineus E vel rubeus interpretatur: hic est populus qui carnis vitia sectatur, qui de primogenitis præsentis vitæ voluptates nundinatur, vnde sequitur, *Quæ habi. in ter. Hus.* Nisi enim in terrenis mentem posuisset, inebriari, vel virtutibus spoliari non posset. Ierusalem autem sursum est, cuius conuersatio in cælis, *Væ enim habitantibus in terra.* Edom verò quæ in terra habitat licet gaudere & lætari videatur, aureo tamen poculo inebriatur, & in furore domini nudatur: quia decreuit non in terra simpliciter conuersari, sed iuxta alios codices inter aues, id est, consiliatoris, diaboli scilicet, qui peruersa suggerit consilia contra angelum magni consilij. Nam & Edom terrenus interpretatur: in quo signantur, qui terrena sectantur diaboli decepti consilio, vnde ad eos peruenit aureus calix, & nudantur gratia Dei.

Allegor.
Ierem. 51. a.
De ciuitate Dei & ciuitate diaboli, & qui ad quam spectent?
Gal. 4. d.
Apoc. 8. d.

Completa est iniquitas. Nota quod in clausula vltimi versus attribuit vnicuique parti quod conuenit, Sion, scilicet, afflicta non desperet, & filia Edom affligenda non insultet.

Historicè. F

c *Completa est.* Absolutis peccatis populo Israel reditus in terram suam, & quies secura promittitur. In eos verò qui eum persecuti sunt, id est, filios Edom, futura vindicta declaratur. Hæc iuxta litteram vtrisque contigisse manifestum est, sed generaliter de omnibus accipiendum est, quibus in vltimo examine secundùm opera sua sententia danda est: vt Sion de mœrore transeat ad lætitiam: Edom de lætitia ad tristitiam sempiternam.

Dies iudicij.

Notandum maximè admirandum, ad quantam altitudinem Ieremias conscenderit, vnde quasi de speculo dilatato corde agones huius sæculi considerat, nunc simul omnes nunc singulos, nunc Iudæorum casus deplorat, nunc ecclesiæ luget detrimenta: Nunc morum perturbationem dolet: nunc restaurationem Ierusalem

Nota excellentiam Ieremiæ.

NICOLAVS DE LIRA.

quod sciendum, quod vbi habemus hic dominus: in Hebr. habetur, nomen domini Tetragrammaton, quod non potest dici de aliquo in nominatiuo casu nisi de Deo vero, verumtamen quia illud nomen est indeclinabile, sicut & alia nomina Hebraica, indifferenter accipitur in casu nominatiuo & genitiuo & reliquis, sicut hæc nomina cornu & gelu in Latino: & ideò secundùm quod iste passus exponitur de Iosia qui fuit homo purus, non potest dici de eo in nominatiuo casu: sed bene potest prout exponitur de Christo, qui est verus homo & verus Deus in vno supposito, & sic est sensus: Christus dominus, id est, Iesus verus homo & verus Deus. Qui est spiritus oris nostri, id est, nos viuificans in respiratione suæ gratiæ. Captus est in peccatis nostris, *id est, Iudæis traditus propter peccata nostra delenda qui diximus. In vmbra tua viuemus in gentibus. Loquebatur enim Ieremias in persona populi vt prædictum est. Vidit autem Ieremias aliquos de Iudæis fidem Christi recepturos, & per consequens sub vmbra eius victuros cum gentibus fidem Christi recipientibus sub nomine Christiano. Vidit etiam alios in infidelitate permansuros, & istos, etiam vidit victuros inter Christianos temporaliter sub vmbra Christi. Vna enim causa quare sic permittuntur viuere est, vt Christiani per præsentiam Iudæorum magis habeant memoriam Christi, sicut diffusius dictum fuit super illud Psal. 58. c.* Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei.

Nomina apud Hebræos indeclinabilia.
Cur Iudæi inter Christianos permittantur viuere.

1 Gaude. *Postquam posita est Ieremiæ lamentatio, hic in fine ponitur contra aduersarios inuectio: Et dicit hic Ra. Sa. quod Ieremias hic prophetizat de destructione Romani imperij, eò quòd destruxerit templum, & captiuauit populum Iudæorum tempore Titi & Vespasiani: & sic per filiam Edom hic intelligitur Edom seu populus Romanus, cùm dicitur:* Gaude, &c. Edom. *q. d. Gaudium istud quod habuisti de destructione ciuitatis & templi, in tristitiam tuam conuertetur. Ad te quoque perueniet calix vindicta diuina. Sed ista expositio non videtur rationabilis, quia Edom alio nomine dictus est, Esau, Gen. 25. & sic Edom descendit de Sem filio Noë per Isaac, cuius filius fuit Esau. Tota autem Europa, in qua est Roma, dicitur populata fuisse à filiis Iaphet: propter quam non videtur rationabiliter dictum, quod per Edom significetur Romanum imperium: Propter quod dicunt doctores nostri, quod per filiam Edom intelligitur ipsa Idumæa ab ipso Esau, prout dictus est Edom, denominata: & inuehitur hic propheta specialiter contra Idumæos, qui debuerant diligere filios Israel, eò quòd descenderunt à duobus fratribus vterinis, scilicet, Iacob & Esau, & ipsi magis è conuerso habuerunt eos odio, & in destructione Ierusalem fuerunt cum Chaldæis gaudentes de illa destructione: ideo dicitur hic:* Gaude & læta. Edom. *quasi dicat, Ista lætitia tamquam iniusta in tristitiam conuertetur.*

Nugæ Rab. Sa. per Idumæos Romanos intelligentis.

2 Quæ habitas in terra Hus. *Ista Hus non est illa, de qua natus fuit Iob, vt habetur Iob 1. sed alia eiusdem nominis existens in regno Idumææ. Frequenter enim in scriptura reperitur, quod duæ ciuitates vel loca in diuersis regnis posita, eodem nomine æquiuocè nominentur.*

Duo loca dicta Hus.

3 Ad te quoque perueniet. *Id est, pœna diuina vltionis.*
4 Inebriabe. *Id est, ad plenum punieris.*
5 Atque nudaberis, *Honore & aliis bonis.*
6 Completa est iniquitas, *id est, complebitur in fine septuaginta annorum, quia tunc reuerteris ad terram tuam completa captiuitatis tuæ pœna* qua

MORALITER.

† 1 *Gaude.* Hìc ad litteram describitur destructio Idumææ, quæ fuit multum molesta Iudæis; & quoniam interpretatur terrena signat populum terrenis cupiditatibus immersum, cui dicitur ironicè, *Gaude & lætare.* Quasi dicat, Magis deberes tristari & plorare. Et subditur causa cùm dicitur,

Homines cupidi.

3 *Ad te per. ca.* Id est, punitio diuina.
4 *Inebriaberis, &c.* in quo designatur pondus tribulationis.
6 *Completa est iniquitas tua fi.* nam in tribulatione Antichristi purgabuntur electi.

Tribulatio Antichristi erit purgatio electorum.

† Non

rusalem & gloriam intuetur, & ecclesiam exaltandam gloriatur, cum victoribus gaudet, cum victis luget: denique omnem sexum, omnem ætatem, prælatos & subditos tamquam vnus sit in omnibus, si malè excedat, deplorat, & ad plorandum inuitat: singulis personis propria lamenta impertitur, & semper nouas lachrymas fundit. Vnde dum alternatim nouas personas inducit, ad vltimum Dominum nostrum Iesum Christum esse captum testatur pro peccatis nostris: non tamen omnes à redemisse, prope finem, ingemiscit. Et eorum qui conuersi sunt, finitam esse malitiam gaudet, vt vltra eos dominus non transmigret, quia plantati sunt in domo Dei, & erant sicut angeli in cælo, id est, regnabunt cum Christo. Eos verò qui sanctos persecuti sunt pro iniquitatibus puniendos esse affirmat, cùm eorum detegentur peccata. Hinc intelligendum est, quod in scripturis sanctis nihil aliud est quàm lamentationes, quæ frequentandæ sunt in hoc sæculo, & carmen quod cum angelis cantabimus in cælo, & væ quod filij Edom vlulabunt in inferno. Lugeamus ergo cum Ieremia in hoc sæculo, ne vlulemus cum filiis Edom in inferno. Fugiamus gaudium præsentis vitæ & inania carmina, vt cum angelis cantare possimus perpetuum halleluia.

Propheta de Christo. Temporali insistendum lamento vt euadamus æternum. Allegor. Duæ ciuitates. Isaiæ 40.a. Psal.31.d. Matth.25.d.

a ¶ Plantati in domo domini, in atriis do. Dei no. ¶ Quia immutabili immutabiliter adhærebit. b ¶ Ecclesiam. c ¶ Puniendo. d ¶ Non creaturam suam.

a addet vltra, vt transmigret te. Visitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperiet peccata tua.

a ¶ Pars iniqua. b ¶ Terrena & sanguinea. c ¶ Quæ confiteri noluisti.

Completa est. Hæ sunt (vt diximus) duæ ciuitates, quæ ab initio construuntur, Sion quę & Ierusalem per Isaiam dicitur, quod completa sit malitia eius, & dimissa iniquitas illius, secúdùm illud, *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c.* Cui simile est istud: *Completa est iniquitas tua filia Sion.* Completa est, quia remissa, & finita: quia *suscepit de manu domini du. pro o. peccatis suis*, vnde lęta promissio subiungitur: *Non addet vltra vt transmigret te.* Cùm enim facto iudicio iniquitas cessauit, & plena requies affuerit, nulla amplius mutatio fuerit.

a *Visitauit iniquitatem.* Non vt remittat, sed vt puniat, dicens: *Ite maledicti in ignem æternum, &c. Discooperiet peccata.* Quæ tecta fuerunt, & iniquitates, quia tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri, quando, *Illuminabit Dominus abscondita tenebrarum.* Quæ hic celando tegimus, ibi deteget Deus, & quæ lachrymis abluimus, attritione cordis & corporis obliteramus. Hæc quidem sunt signa futuri examinis, quod per *Tau* litteram significatur, quæ (vt sæpè diximus) signa interpretatur: vnde & lamentationes sub eadem littera terminantur, vnde, *Dedisti metuentibus te sig. v. f. à f. arcus.*

1.Cor.4.a. Studendum vt in die iudicij absque peccato comparamus. Psal.59.a.

1 2 3 4 Recapitulat tamquam rhetor diuinus omnia sub vno aspectu colligens more rhetorico, conquestionem & indignationem alternatione permiscens: Conquestione, in se & in suos clementiam iudicis alliciens: Indignatione, in aduersarios iram compellens. Conquerendo ergo exponit quibus in bonis fuerunt, & quibus in malis sint, dicens:

Recapitulatio.

Recordare quid acci. nobis. Vel secundùm alios, *Memento domine quid acci. no. &c.* Deplorat igitur ante iudicem clementissimum quàm turpes res & humiles passi sint. Inuenies ergo si bene perpendis etiam loquendi artes à nostris ad philosophos transisse, non ab illis ad nostros ascendisse: quod plenè percipies si per singula intentionem prophetæ & affectum & verba consideres. Ipse est enim fratrum amator, qui multum orat pro populo, pro omnibus lamentans, & omnes ad lamentandum inuitans.

Philosophi ex sacris literis didicerût artem loquendi.

Hæc lamentatio à quibusdam canticum appellatur. Nam & lamenta rectè cantica dicuntur & è conuerso: Sicut enim in præsenti sine miseriis nulla sunt gaudia, ita sine lamentis aut pauca, aut nulla sunt cantica. Monachi tamen tamquam Psalmum decantant. Vera autem cantica in cælesti Sion decent, lamentationes in exilio. Iure tamen antequam ad patriam veniatur, ad quam properatur, quasi in meditullio carmina fletibus & è conuerso permiscentur, dum præsentia mala planguntur, & gaudia futura sperantur.

Lamenta & cantica.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

quę pro iniquitatibus tuis est tibi inflicta.

1 Non addet, *Scilicet dominus,*

2 Vt transmigr. *De terra tua eiiciendo: subintelligitur tamen conditio scilicet, si adhæreas & seruias fideliter domino Deo tuo: quia istæ promißiones diuinæ intelliguntur sub conditione, sicut dictum est suprà 18. & ita factum est, quia filij Israel non fuerunt eiecti de terra illa, donec negauerunt dominum suum Iesum Christum coram Pilato, dicentes,* Non habemus regem nisi Cæsarem. *Io. 19.c. eius mortem iniquè procurantes: propter quod per Romanos fuerunt partim occisi: & partim captiuati.*

Promissum Dei conditionatum.

3 Visitauit. *Eam iustè puniendo,*

4 Discooperiet peccata tua. *Pœnam manifestam omnibus inferendo: & loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*

CAP.

MORALITER.

† *Non addet vltra.* Nam electi immutabiliter recipientur in gloria cælesti.

3 *Visitauit*, grauiter puniendo.

4 *Discooperiet*, in finali iudicio.

† MORA-

ADDITIO.

In cap. 4. Quomodo obscuratum, &c.

Sequitur quarta lamentatio quæ incipit, Quomodo obscuratum est aurum, *vbi postquam propheta deplorauit destructionem Ierusalem, quæ erat caput regni, nunc deplorat destructionem templi & cultus diuini sanctuarij. Est tamen notandum, quod licet in qualibet lamentatione tangatur aliquid de destructione istorum quatuor, tamen principaliter intendit prima lamentatio de primo, & secunda de secundo, & sic de aliis. Diuiditur ergo hæc lamentatio in tres partes principales. Primò namque propheta deplorat templi & cultus diuini desolationem. Secundò verò infert desolationis causam, & inquirit & inuestigat rationem in vers. 11. qui incipit,* Non crediderunt reges terræ. *Tertiò verò cum gaudio prædicit & aspicit futuram consolationem in versu 21. qui incipit,* Gaude & lætare. *Prima autem pars in qua deplorat propheta destructionem templi diuiditur in quatuor partes, secundum quatuor quæ consideranda sunt circa templum. Potest enim primò considerari eius apparatus, quo vestiebatur: Nam 3. Reg. 7. dicitur, quod nihil erat in templo, quod non tegeretur auro, vbi erant lapides sancti in rationali & vestibus sacerdotum. Hunc apparatum deplorat propheta in primo versu, dicens,* Quomodo obscuratum est aurum, & mutatus est color optimus. *Secundò verò potest considerari circa templum comitatus & cœtus qui ingrediebatur ipsum, & per quos frequentabatur. Nam ingrediebantur ipsum inclyti homines, quos deplorat in secundo versu propheta, dicens,* Filij Sion inclyti & amicti auro puro, *aliàs primo: Ingrediebantur ipsum piæ ac deuotæ mulieres, super quibus deplorat in tertio versu propheta, quia versæ sunt ad similitudinem lamiarum quæ filios lactant, & in similitudinem crudelium struthionum, quia mulieres de Ierusalem leguntur comedisse filios suos tempore obsidionis, vnde subdit:* Sed & lamiæ nudauerunt mammas suas. *Ingrediebantur etiam pueri & infantes quos deplorat in quarto versu, dicens,* Adhæsit lingua lactantis ad palatum eius in siti; *Ingrediebantur etiam deliciosi iuuenes & adolescentes, quos deplorat in quinto versu, dicens,* Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis. *Ingrediebantur quandoque diuersi status homines & conditiones, quos omnes sub vna clausula generali per comparationem ad destructionem Sodomorum propheta deplorat in sexto versu, dicens,* Et maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum. *Tertiò potest considerari circa templum Nazareorum ritus & cælibatus quo oblectabatur: Qui quidem Nazarei describuntur in pristina dignitate versu septimo, qui incipit,* Candidiores Nazarei eius niue: *quos deplorat in versu octauo, qui incipit,* Denigrata est super carbones. *Deinde verò concluditur ex prædicta calamitate quædam generalis sententia in nono versu;* Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame. *Deinde verò illa sententia approbatur ex facti euidentia & per locum à minori in decimo versu,* Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos. *Ex quo intendit propheta probare, quod melius fuit occisis gladio quàm interfectis fame. Quartò verò potest considerari circa templum constructura & totius fabricæ status, quæ in sublime erigebatur, cuius*

Materia quarti cap. Diuisio. 1. Quatuor consideranda circa templum. 2. Personæ templum ingredientes. 3. Nazarei. Structura templi.

cui ... ustionem & destructionem vsque ad fundamenta deplorat in xj. ver... Compleuit dominus furorem suum: succendit ignem in S... & deuorabit fundamenta eius; & sic finitur prima pars principalis ... lamentationis. Est autem sciendum, quod licet aliqualiter possit exp... quod in ista lamentatione prædictum est, de combustione templi, quæ facta ... per Chaldæos & per Nabuzardan principem militiæ Nabuchodonosor imperante: magis tamen clarè & litteraliter exponi habet de destructione facta per Romanos sub Tito & Vespasiano; quia in obsidione Romanorum leguntur mulieres misericordes coxisse filios suos, & homines extabuisse præ fame, &c. quæ hic dicuntur, quæ tamen non leguntur fuisse facta in obsidione Ierusalem per Chaldæos. Deinde sequitur pars secunda principalis, in qua propheta inuestigat & narrat desolationis templi causam & rationem, quæ incipit versu xij. Non crediderunt reges terræ: vbi propheta ostendit hanc desolationem antequam fieret, fuisse vniuersis gentibus incredibilem, & hoc versu xij. ait, Non crediderunt vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis per portas Ierusalem. Secundo vero ostendit eamdem desolationem postmodum visam eisdem gentibus iustam & rationabilem, propter tres causas; Prima, effusio sanguinis innocentis & iusti: quia sacerdotes & falsi prophetæ interfecerunt Zachariam, Isaiam, & multos alios prophetas Israel, & hanc causam Ieremias describit in vers. xiij. qui incipit, Propter peccata prophetarum, & iniquitates sacerdotum, & in vers. xiiij. qui incipit, Errauerunt cæci, polluti sunt sanguine: per quam causam introducit clamorem omnium gentium & nationum contra habitatores Ierusalem in vers. xv. Recedite polluti, clamauerunt eis: rece. &c. & in versu xvj. Facies domini diuisit eos; Secunda vero causa quare rationabilis fuit templi desolatio, fuit præstolatio alterius auxilij, quam Dei: Cum enim Nabuchodonosor obsideret ciuitatem, Sedecias & populus ad auxilium domini debuissent recurrisse, & potius recurrerunt ad auxilium regis Pharaonis; propter quod dominus tradidit eos in manus Nabuchodonosor, qui templum destruxit. Et huiusmodi causa tangitur in versu. xvij. qui incipit, Cum adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cum respiceremus attenti ad gentem quæ saluare nos non poterat. In vers. xviij. describitur, qualiter ipsis sic præstolantibus, Aegyptiis non venientibus, finis venit obsidionis eorum, & capti sunt: vnde incipit versus ille, Lubricauerunt vestigia nostra. In versu verò xix. ostenditur, quòd nec potuerunt fugientes de ciuitate peruenire vsque in Aegyptum, vnde subdit, Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli; Tertia vero causa desolationis templi fuit mors & interfectio Iesu Christi, quæ tãgitur versu xx. qui incipit, Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris. Quamuis enim aliqui Iudæorum intelligunt hunc versiculum de Iosia, qui interfectus est à Pharaone Nechao, alij verò de Sedecia, qui egressus de ciuitate voluit fugere in Aegyptum, quem persecutus est Chaldæorum exercitus, & comprehendit in deserto Iericho: tamen non potest intelligi ad litteram de illis, cum quilibet istorum captus fuerit in peccatis suis. Iosias quidem, quia non obediuit vero prophetæ ex ore domini, vt dicitur in. ij. libro Esdræ. Sedecias autem quia non obediuit verbis Ieremiæ, nec seruauit iuramentum quo se astrinxerat cum rege Chaldæorum. Et idcirco dicitur litteraliter non posse ista intelligi, nisi de domino Iesu Christo. Vnde quæ dicitur à xij. versu & deinceps, habent referri ad mortem eius, in quem conspirauerunt, scilicet sacerdotes & prophetæ, hoc est legis doctores & scribæ: vnde etiam de Iudæis verificatur post mortem Christi præfatus versus, qui dicit, Facies domini diuisit eos, non addet vt respiciat eos. Post captiuitatem enim Chaldæorum Deus respexit eos, & in terram suam reduxit: sed post mortem Christi despexit eos sicut est hodie. Item si bene attendantur prædicta verba, scilicet, Spiritus oris nostri Christus, propriè intelliguntur de Christo, secundum diuinam naturam inspirauit in faciem primi hominis spiraculum vitæ, Gen. ij. b. quod pertinet ad esse naturæ hominis. De ipso etiam legitur Ioan. xx. c. Insufflauit in eos dicens, Accipite Spiritum sanctum, quod pertinet ad esse gratiæ, & secundum prædictas considerationes propriè dicitur de Christo Deo & homine, Spiritus oris nostri, non autem de aliquo alio puro homine. Item quod sequitur, Gaude & lætare filia Edom, propriè videtur intelligendum de illa Idumæa, quæ est synagoga Iudæorum procurantium mortem Christi, prout fuit declaratum in additione supra Isa. xxxiiij. De illa enim potest intelligi quod in littera dicitur, Quæ habitas in terra Hus, &c. Hus enim interpretatur consilium: vnde de ista Idumæa dicitur suprà, Isa. xxxiiij. Quòd consilium iniuit contra Christum. Si enim in hoc loco Idumæa intelligeretur de illa, quæ descendit ab Esau secundum carnem, & Hus de illa natione quæ descendit à Nachor: sic falsum esset dicere, quòd Idumæa habitaret in terra Hus, nam Idumæa & Hus sunt diuersæ nationes, in diuersis regionibus habitantes. Deinde sequitur tertia pars & vltima istius lamentationis, in qua propheta aspicit & prædicit futuram consolationem de conuersione Iudæorum, postquam introibit gentium plenitudo, vel de reditu eorum de captiuitate Babylonica. Et primò ironicè loquitur contra nationes vicinas & Idumæas, dicens versu xxj. Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: quod intelligitur per antiphrasim & quamdam ironiam. Secundò verò consolatur Iudæos, vel de regressione de captiuitate Babylonis, vel potius & litteralius de conuersione eorum ad fidem Iesu Christi, quæ erit in fine sæculi: & hoc in versu. xxij. & in vltimo, Completa est iniquitas tua filia Sion: non addet vltrà vt transmigret te. Constat enim quod ad litteram hoc intelligi non potest de captiuitate Babylonica. Nam postquam de captiuitate Babylonica Iudæi sunt reuersi, captiuati sunt per Romanos & transmigrati & dispersi: & propter hoc referenda sunt hæc ad finem sæculi sicut dictum est. Et in hoc lamentatio quarta finitur.

Marginalia: Hoc caput melius exponi de cla. de Ierosolymitana sub Romanis quam sub Chaldæis. — Secunda pars capi. — 1. Causa destructionis templi effusio sanguinis innocentis. — 2. Præstolatio auxilij alterius quam Dei. — 3. Mors Christi. — Illud: Spiritus oris nostri Christus Dominus, &c. nec de Iosia, nec de Sedechia, sed de Christo litteraliter intelligi debere. — Per Idumæos intelliguntur Iudæi. — Tertia pars cap. — Ironia. — Conuersio Iudæorum in fine sæculi.

Oratio Ieremiæ prophetæ.

CAP. V.

a ¶ A persona iudicis, cuius misericordiam humiliter implorat. ¶ Vox martyrum. ¶ Qui oblitus videris, dum non vlcisceris. ¶ Quam magnum, quàm crudele. a ¶ Immeritis. ¶ A persona propria cuius exponitur miseria. b ¶ Vnde: Facti sumus opprobrium vicinis nostris.

R [1] Ecordâre domine quid acciderit [1] nobis: intuere & respice opprobrium nostrum.

☞ CAP. V.

A Recordare. Captiuitatem & miseriam suæ gentis ingerit oculis creatoris. Notandum tamen quod iudicem in aduersarios non exasperat, sed genti suę deplorando veniã orat. Non dicit: Memento domine inimicorum nostrorum q. d. tolle domine mala quæ patimur, sed, ignosce factoribus quid accide- C rit nobis. Mala enim quędã sunt nobis quasi naturalia, sed alia accidentalia, quæ sponte & actualiter peccando adiicimus. Intuere & respice idem est: sed iteratio affectionis indicium est: hoc enim per affectum dolentis legendum est. Opprobrium enim erat gentem sanctam miraculis præditam, præditã, Dei præsentia illustratam, intantum peccasse, vt iusto Dei iudicio tam immani mulctaretur captiuitate.

† HIERONYMVS. Vsus prophetarum est, frequẽter per humanas consuetudines dominum supplicare: recordare enim vel memento illi dicitur, qui nullius aliquando potuit obliuisci.

a Recordare. Vox martyrum est, qui tormentis afflicti clamant: Memento domine q. d. cum enim in præsentia non vlciscatur, oblitus videtur: vnde, Vsquequo domine obli. in finem. Et alibi, Obliuisceris ino. n. & t. n. Opprobrium enim & contumelias martyribus esse illatas, nemo est qui ambigat.

Marginalia: Historicè. — Quomodo liceat supplicia deprecari? — Allegoricè. — Psal. 12. a. Ibid. 43. d.

☞ Here-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT V.

Recordare. Posita lamentatione Ieremiæ, hic vltimò ponitur eius oratio, in qua explicat multiplicem populi sui miseriam ad prouocandum diuinam misericordiam. Et diuiditur in duas partes. Quia primò explicat miseriam ex parte captiuationis populi: Secundo ex parte destructionis regni & templi, ibi, Cecidit corona. Circa primum dicit:

1 Recordare domine quid. Id est, ex tua pietate nostra miseria condescende. Non enim obliuio & recordatio habet propriè locum in Deo, sed ad modum recordantis alicuius miseri se habet, quando ei auxiliabitur.

Marginalia: Diuisio. — Obliuio & recordatio propriè locum non habent in Deo.

Here-

MORALITER.

† 1 Recordare domine. Post lamentationem Ieremiæ de populi & ciuitatis destructione, hic consequenter ponitur eius oratio pro vtriusque reparatione.

MORALITER autem potest esse oratio ecclesiæ, vel cuiuslibet fidelis, pro releuatione terræ sanctæ, & populi Christiani ab ea deiecti, dicendo, Recordare dom. tunc enim dicitur recordari Deus alicuius miseriæ, quando incipit eam releuare.

Marginalia: Oratio pro releuatione terræ sanctæ.

a *Hereditas.* Mala particulatim enumerat, Iudæis enim in captiuitatem translatis, hereditatem eorum possederunt alieni. Tangit etiam patrum prærogatiuam, & largitatem diuinam, qua largiente hostium hereditas ad patres transiuit, quam diu possederunt protectione Dei. *Ad alienos* à Deo scilicet, non ad superiores, vel ad partes, sed ad inferiores, quod indignissimum est.

Historicè. Iudæi hereditate sua spoliati.

Allegoricè. *Hereditas no.* Heretici hereditatem ecclesiæ, aut dæmonibus, aut prauis institutionibus tradiderunt. Vnde alia interpretatio, *Hereditas nostra conuersa est alienis, & domus nostra extraneis.* Quod enim conuertitur, erat quidem, sed in aliud mutatur.

Diabolus cum hæreticis collaborat in peruertendis scripturis. Scriptura enim hereditas est fidelium: hanc autem conuertunt, qui à Deo alieni sunt. Alienis est scilicet scriptura ad mortem, quæ conuertitur catholicis ad salutem, quia immutata seruatur. *Domus nostra extraneis*; Quicquid enim interius exteriusue habuit populus, ab hostibus (secundum litteram) possessum est vel translatum est. Tropologicè verò *domus*, scripturas diuinas significant, in quibus mentis intentiones habitant, tamquam ianuis, patefactis sensibus: sed eas hæretici ad suæ prauitatis intentionem conuertunt. Dæmones quoque extranei intelliguntur, qui sensum extraneum scripturis inserunt; *Domus* etiam nostræ, id est, mentes humanæ *ad extraneos*, id est, spiritus immundos, peccando transeunt.

a [1] Hereditas nostra versa est ad alienos: domus nostræ ad extraneos. [2] Pupilli facti sumus absque patre: matres nostræ quasi viduæ. [3] Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio comparauimus. [4] Ceruicibus nostris minabamur, [5] lassis non dabatur requies. [6] Ægypto dedimus manum, & Assy-

(Interlinear: Scriptura. Dæmones. Scripturarum intelligentiæ, vel mentes. Deo, pro peccatis nostris offenso. A fortuna. Quibus debet esse adiutor. vnde: Pupillo tu eris adiutor. Ecclesiæ, vel fides, spes, charitas. Fortunæ. Res turpes & humiles. Doctrinam. Contra illud. Qui non habetis argentum, emite. Scripturarum spiritualium donum. Symoniacis sacerdotibus. Percussi. A persecutoribus. Quia de loco in locum fugere compelluntur. Potentioribus, qui curis diuitiarum obscurantur. Quasi victi.)

b *Pupilli facti.* Quintusdecimus locus conquestionis, per quem eorum qui chari esse debent, magis quàm proprias plangimus fortunas. *Pupilli*, Alia interpretatio habet, *Orphani facti sumus velut non habentes patrem.* Deus enim Iudæos adoptauit sibi in filios vnde, *Filius meus primogenitus Israel*: sed facti sunt velut non habentes patrem, quem quamuis habentes iniquitatibus suis irritauerunt. *Matres no. qua. vi.* septem, scilicet, synagogæ in monte oliueti constitutæ, quæ tamquam matres filios debebant lactare, subditos educare, quæ Chaldæa captiuitate desolatæ & crematæ sunt. *Pupilli.* Eadem ecclesia voce gemit dum oppressa angustiis, minus sentit auxilium paternæ pietatis & consolationis. Alius verò interpres dixit, *non habentes patrem*; alius, *velut non habentes.* Aliquando enim grauioribus * deliciis offensus, omnino pater amittitur: Aliquando autem auxilium differt, sed non aufert. *Matres nostræ quasi viduæ*, ecclesiæ scilicet, quæ nos nutriunt suo lacte; viduatæ, à pastoribus fugientibus, vel negligentibus, non possunt filios Deo generare, quia non habent qui possit fœcundare: Non tamen absolutè dicuntur viduæ, sed *quasi viduæ*, quia non videntur viros habere. Hæreticorum autem iure sterilitas plangitur, quorum ecclesiæ rectè quasi viduæ dicuntur: quia etsi vero sponso in quibusdam sacramentis iunguntur, Deo tamen fructum non concipiunt. Hanc significant concubinæ Dauid, ad eas prius intrauit, sed non sibi pleno coniugio copulauit: quas postea Absalom, tamquam satanas, incestauit, & Dauid eas in æterna damnatione in tenebris reclusit.

*Historicè. Exod. 4. f. Allegoricè. * delictis. Ecclesiæ hæreticorum. 1. Reg. 16. d.*

c *Matres no.* Matres omnium virtutum, fides, spes, charitas, ex quibus Deo nascimur, & ceteræ virtutes generantur. Sed cùm sæculi vanitatibus vitiantur, & charitas, qua verum seruatur connubium, ad alia deflectitur, quasi viduæ, non tamen absolutè viduæ deplorantur: quia etsi in quibusdam exterioribus Christum amplecti videatur, vim tamen sanctæ prolis generandæ amiserunt interius. *Quod* enim *non est ex fide peccatum est*: & quod sine charitate agitur, prodesse non potest.

Moraliter. Deuotio virtutum quæ manet recedente charitate. Rom. 14. d.

d *Aquam no.* Crudelitatem hostium & afflictionem suorũ & inopiam significat, vt etiam aquam pretio emerent, cum debeat esse vsus communis aquarum.

Historicè.

Aquam no. Aquam pecunia bibunt, qui lachrymarum liquoribus gemendo inebriantur, pecunia scilicet scripturarum, dum in eis æternæ vitæ præmia perpendunt & supplicia, quarum meditatione charitatem nutriunt & timorem, & vtroque modo fit animus pronior ad dolendum; vnde, *Cibabis nos pa. la.* Ligna quoque ad nutriendum ignem domini emimus, cum spiritualia posthabitis terrenis comparamus. Hanc quoque aquam pecunia bibere, est sapientiam & scientiam sæcularium pro spiritualibus dare; aut certè virtutibus animi posthabitis vitia admittere.

Moraliter. Deuotio concepta ex sacra lectione. Psal. 79. a.

Aquam no. Contra sacerdotes dicit hoc, qui faciunt domum Dei domum negotiationis, qui doctrinam Dei vel sacramenta & spiritussancti dona pecunia distrahunt; cum Isaias dicat, *Omnes sitientes venite ad aquas, &c. & bibite absque vlla com. &c.* Rectè ergo hic voce plebis plangitur, cui scripturarum ligna & spiritussancti dona, quibus ignis quotidie in altari nutritur, pretio comparantur.

Allegor. Ioan. 2. c. Symonia. Isa. 55. a.

e *Ceruicibus.* Contemptum captiuorum, & vexationem, pio iudici insinuat, qui potentes deponit, & humiles exaltat. Ceruicibus enim percussis minabantur & compellebantur, vt lassati currerent, & sine requie laborem operis perferrent.

Historicè.

Ceruicibus. Deplorat ecclesia, quòd martyres à persecutoribus colaphizantur, ligatis ceruicibus trahuntur, de loco in locum sine requie fugere compelluntur; quod significat cùm dicitur, *Lassis non dabatur requies.* Omnis autem afflictio & despectio in percussis ceruicibus monstratur: quia tamen dictum est, *Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & aliam*, melius per ceruicem superbiam accipimus, qua ferimur & fugamur, cum ex conscientiæ reatu pertimescimus: quia Deus & humilia respicit, & alta à longe cognoscit; Quo considerato non est requies, quia vita carnalis laboriosa, spiritualis quieta.

Allegor. Martyres. Matt. 5. f. Psal. 137. b.

f *Aegypto.* Plangit quòd nobilitati prærogatiua prophetarum & patriarcharum, Ægypto cui ante seruierunt fame coacti pro panibus dederunt manum. vnde: *Repleti prius pro panibus se locauerunt.* Assyriis quoque vrgente fame seruierunt, quibus Deus olim manna plueret, & eos miraculis multis extulerat. Quòd autem alia translatio habet: *Aegyptus dedit manum Assyriis in satietatem ipsis*: signat Ægyptios Assyriosque ad Iudæorum spolia

Historicè. 1. Reg. 2. a. Iudæi Aegyptiis & Assyriis supplices.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hereditas nostra versa est ad alie. *Quod erat captiuatis magna pœna, maximè quia illa terra fuerat patribus eorum à Deo concessa.*

2 Pupilli facti sumus absque patre. *Viri enim bellatores mortui fuerant & occisi pro maiori parte: & sic filij remanserant pupilli, & matres viduæ. Sciendum tamen quòd pupillus propriè est qui caret matre, Orphanus verò patre. vnum tamen frequenter accipitur pro alio.*

Pupillus. Orphanus.

3 Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio comparauimus. *Quia existentes in terra Babylonis non permittebantur vti communibus, vt aquis & nemoribus liberè, sicut Babylonij, sed emebant talia sicut serui.*

4 Ceruicibus nostris minabamur. *Id est, de amputatione capitum nostrorum.*

5 Lassis non dabatur requies. *Quia Babylonij cogebant eos ad laborem vltra modum. Consequenter explicat miseriam quæ fuit ante ciuitatis destructionem, cùm dicitur.*

6 Ægypto dedimus manum, & Assyriis vt saturar. pane. *Quia aliquando confœderauerunt se cum istis, aliquando cum illis, vt possent tutari contra insultum regis Babylonis: & sic possent colere terram suam ad habendum victum de terra nascentibus.*

MORALITER.

† *Intuere & re. &c.* Magnum enim opprobrium est toti Christianitati, & potissimè principibus Christianis, quòd infideles possident loca nostræ salutis, de quibus subditur,

1 *Hereditas no. ver. est ad alie.* Id est Saracenos.

2 *Pupilli facti.* Principes, ad quos spectat defendere populum Christianum, debent gerere vices patrum: & prælati qui debent eum nutrire verbo & exemplo, vices matrum; sed tam isti quàm illi paruum aut nullum circa prædicta ponunt remedium.

Socordia principum & prælatorum.

3 *Aquam nostram pecunia bibimus.* Nam illa quæ sunt infidelibus communia, à Christianis inter eos habitantibus sub tributo emuntur pecunia.

4 *Ceruicibus nostris minabamur.* Nam Christiani inter infideles habitantes, de vita sua non sunt securi, nec etiam illi qui sunt terris eorum propinqui. Vnde modo dicitur, quòd se præparant ad inuadendum insulam Cyri.

Tartari tempore Lyrani parabant Cyprum inuadere.

6 *Aegypto dedimus manum, & Assyriis*, Id est, infidelibus.

distrahenda, & cupiditates suas satiandas, conuenisse.

...*ypto.* Contra ecclesiam Ægyptus cum Assyriis pugnat, de ...s dicitur: *Non timebo mi. pop. circ. me.* Per Ægyptum aeriæ po...tes intelliguntur, quæ Assyriis, id est potentibus adiunguntur, vt per eos electos Dei persequantur. Hoc autem faciunt, vt impietatem suam satient crudelitate pœnarũ. Ægyptus quoque dat manum Assyriis in satietatem ipsis, quando hæretici sociantur hæreticis, vt se satient acquisitione decepti populi. Sed iuxta Hebraicam veritatem ecclesia lamentatur, quod etiam ministri altaris pro terrenis rebus dant manus potentioribus, qui diuitiarum vel delictorum tenebris obscurantur. Aegyptus enim tenebræ interpretatur. Vel, Assyriis, id est, dirigentibus, qui se scilicet ad omnia mundana dirigunt, vt diuitiis affluant, honoribus excellant, quibus seruiunt ministri Christi pro caducis & transitoriis: & sic luminaria mundi tenebræ fiunt, qui manus ad sancta debent leuare, & cum Moyse ad cælum tendere ne fiant graues; vnde, *In noctibus extol. manus vestras in sancta & bene. dom.*

Allegoricè. Psal. 3. b. — Infidelium conspiratio contra Ecclesiam. — B — Clerici turpiter potentibus sæculi facti supplices, vt dignitates consequantur. — Psal. 133. a.

a ¶ Dirigentibus sed ad lucra sæculi. b ¶ Caducis rebus & transitoriis. c ¶ Ecclesiastici, vel Adam & Eua. d ¶ Quia mortui.
¶ Patres nostri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.

a riis vt saturaremur pane. [7] Patres nostri peccauerunt, & non

a ¶ Originale peccatum, vel pœnam culpæ sacerdotum. b ¶ A fortuna. c ¶ Qui debuerunt seruire.
¶ Verba videntur obliquare in iudicem, vt immeritos vlterius non affligat.
¶ Dæmones, vel hæretici, vel mali prælati.

b sunt: & nos iniquitates eorum portauimus. [8] Serui dominati

a ¶ Si Deus non vult, alius non potest. b ¶ Nisi Christus, qui seipsum dedit in pretium. c ¶ Potestate.

c ti sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum. [9] In

a ¶ Desiderio animarum. b ¶ Qui de cælo descendit.
c ¶ Ab impugnatione insidiantis diaboli qui cecidit de paradiso, vt habitaret in deserto.
¶ Quasi: Quam indigna patimur, quam crudelia, quàm miseranda. ¶ Scripturarum, virtutum.

animabus nostris afferebamus panem nobis à facie gladij

a ¶ Mortalitatis. b ¶ Diabolus. c ¶ Flatu diaboli.

d in deserto. [10] Pellis nostra quasi clibanus exusta est à facie tem-

a ¶ Spiritualis, qui quasi turbo tempestatis animam concutit. b ¶ Ecclesias. ¶ Hæretici.
¶ Aduersarios in odium inducit, quorum factum, spurcum, superbum & crudele ostendit. Et à persona eorum beneuolentiam sibi acquirit.

e pestatum famis. [11] Mulieres in Sion humiliauerunt, & vir-

† [1] [2] [3] [4] † [5] [6] [7] [8] [9] [10]

Historicè. a *Patres nostri peccauerunt.* PASCHA. Iudæi iniquis patribus similes maledicta legis in se traxerunt, quasi importabile iugum: nolentes Christum recipere, qui iugum legis venerat auferre: quibus dicitur, *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui ef. est super ter. &c.* Et alibi, *Implete mensuram patrum vestrorum.* Quibus verbis ostenditur, quod imitatores præcedentium patrum in se delicta trahunt, qui sua portare non sufficiunt. Quia ergo æmulatores patrum hereditaria impietate Deum offenderunt, quasi de radice in ramos & peccata & vindicta peruenerunt; quasi patribus nostris similes & iniquitatem eorum & vltionem portamus.

Matt. 23. b. Ibidem. — Iudæi ad patrum iniquitates accesserunt & suas.

Allegor. *Patres no.* Vox est Christiani populi, qui sacerdotum & principum peccatis flagellatur, dicentis, *Patres nostri pec. &c.* Quasi dicat. Non sunt qui debuerant, & nos iniquitatis eorum vindictam sustinemus: non tamen populus de se præsumat, quia pro merito plebis est electio pastoris; neque imitatoribus culpa minuitur, sed augetur, vnde, Cain septies punitur, Lamech septuagies septies. Post præceptum enim & exemplum, maior est peccantis pœna, sicut & peccatum. Potest etiam hoc referri ad originale peccatum, cuius tabes in omnes transiit: sed qui gratia sunt liberati, non portant iniquitatem patris. *Pa. nost. pec.* Peccatum enim nihil est, & qui peccat nihil est: quia relicto vero esse, voluit non esse, id est, peccare. Non dixit, patres peccauerunt & non est peccatum eorum: Illis enim defunctis, manet peccatum & pœna peccati; Sed postquam peccatum in baptismo remissum est, vnusquisque propriis punitur malis, aut remuneratur pro bonis.

C — Exempla praua prælatorum nō excusant plebem. Genes. 4. d. — Peccatum nihil.

Historicè. b *Serui dom.* Easdem texit & retexit miserias, semper aliquid noui adiiciens, quamuis eadem reuoluens, & nouos refert cruciatus, vt pius iudex ad misericordiam moueatur.

D

Serui do. scilicet, Quasi dicat, Tu liberasti nos in brachio extento, & exaltasti in regno: nunc etiam serui dominantur nostri, & non est qui redimat. Quasi dicat, Cur obliuisceris consueta beneficia, respice in nobis opera tua, non nostra.

Allegoricè. *Serui dominati sunt nostri.* Plorat gens sancta, populus acquisitionis quod spirituales nequitiæ, quæ suam perdiderunt libertatem, dominantur nostri, & affligūt seruitute peccati. Vel, serui peccatorum in ecclesiarum regimine constituti, in eos quos dominus redemit, luporum vtuntur rabie, non canum defensione. Luctus ergo iste pœnitentium est, qui laqueos satanæ euadere cupiūt, cuius dominio subiugati sunt. Hæretici quoque serui peccatorum, dominantur eis quos deceperunt, & seruos faciunt vitiorum, & interdum nemo est qui absoluat eos, qui eorum dogmatibus irretiti sunt.

Turpe est subesse vel seruire diabolo. — Malis Prælatis. — E — hæreticis.

Historicè. c *In anima. &c.* Immensi laboris vexatio describitur cum tam anima quàm corpus laborare ostenditur. Erat enim exterius labor quotidianum victum acquirendi, interius labor à facie gladij; quasi, cum periculo vitæ acquirebatur panis.

Allegoricè. *In anima. nostris, &c.* Felix anima, quæ tam ardenter petit panem vitæ, scripturarum, scilicet & virtutum, quem acquirit à facie gladij solitudinis, id est, timendo & cauendo ab insidiis diaboli. Contra hunc gladium opponendo scutum fidei, vt saluetur à facie percussoris, de quo dicitur, *Ante faciem eius fuit paradisus, & post eum solitudo deserti*; quia antequam fidelem animam irrumpat, virtutibus floret quasi paradisus: sed eius afflatu siccatur, & in desertum redigitur. Relinquitur enim à Deo, qui supplantatur à diabolo.

Eph. 6. c. Ioel. 2. a.

Historicè. d *Pellis nostra.* In exustione pellis, magnitudo famis; quam si quis nosse desiderat, qui matres filios deuorasse affirmat, Iosephum legat, & deuorantium fauces latrunculos præfocasse, & penè de ipsis visceribus cibos deuoratos abstraxisse.

F — Iosephus de bello Iuda. l. 7. c. 11.

Pellis nostra, &c. Plangitur pellis nostra, quasi clibanus exusta qua primi parentes induti de paradiso sunt eiecti: vnde singulariter pellis, non pelles dixit, quia ex ipsis omnes vnam contraximus pellem mortalitatis; hæc facta est quasi clibanus ardens, id est diabolus, qui est fornax vitiorum, quem quotidie nouis concupiscentiarum incendit vstionibus. Hac adustione tempestate famis affligimur, qui æternæ vitæ epulis non reficimur. Alia verò translatio habet, *plagarum famis*, cùm vna plaga sit vel tempestas corporalis famis, quia fames spiritualis vulnerat omnes sensus mentis & corporis. Hac quasi tempestatum turbine anima iactata raptatur, vnde sequitur, *Mulieres in Sion, &c.*

Gen. 3. d. — Status naturæ corruptæ.

e *Mulieres.* Hoc ad litteram Iudæis accidisse nemo dubitat: & Christi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Patres nostri peccauerunt, *Peccato multiplicis idololatriæ,*

2 Et non sunt, *Super terram viuentes:*

3 Et nos iniquitates, &c. *Propter enim iniquitates factas tempore Manasse regis fuit destructa ciuitas, & populus ciuitatis captiuatus, vt habetur iiij. Reg. xxiiij. qui longe ante captiuitatem mortuus fuit, & alij eiusdem temporis: bene tamen puniuntur filij pro parentibus temporaliter, & maxime quando sunt imitatores paternorum scelerum, sicut fuit in proposito,*

Quando recte puniri possint filij pro parentum nequitia?

4 Serui dominati. *Id est, illi qui priùs solebant seruire nobis. Tempore enim Dauid & Salomonis, Idumæi, & alij populi circa Iudæam habitantes erant tributarij regi Iudæ, sed capta ciuitate multi de Iudæis facti sunt eis serui: quia in illa captione fuerūt cum Babyloniis, & sic habuerūt partem aliquā de captiuis.*

Iudæi mancipia eorū, qui prius ipsis seruiebant.

5 In animabus nostris, *Id est, in periculo vitæ nostræ.*

6 Afferebamus panem, *Id est, victum nostrum. Cuius causa subditur,*

7 A facie gladij in deserto, *Vbi ponebantur insidiæ ad nos spoliandum & interficiendum.*

8 Pellis nostra quasi cli. &c. *Id est, exiccata & denigrata,*

9 A facie te. *Ex defectu enim nutrimenti cutis desiccatur & nigratur,*

10 Mulieres in Sion, *Scilicet, Chaldæi & alij aduersarij nostri eis abutendo etiā in loco sacro, & multò fortius in aliis; ideo sequitur,* Virgines, &c.

1 Princi-

MORALITER.

† *Vt saturaremur pa.* Nam habitantes inter eos pro victu necessario sunt in graui seruitute.

1 *Patres nostri peccauerunt, &c.* Nam propter peccata sua destructi sunt per Saladinum & alios Soldanos post ipsum.

3 *Et nos iniquitates.* Inquantum accessu libero ad loca sancta priuati sumus, & suppositi seruituti quantum ad fideles cum infidelibus habitantes; ideo subditur in eorum persona,

4 *Serui dom.* Id est, infideles qui è contrario deberent fidelibus seruire.

Christiani captiui apud infideles.

† *Non fuit qui redi. de ma. eorum.* Nam principes Christiani per guerras eorum adinuicem sunt impediti.

5 *In animabus nostris*, Id est, in periculo vitæ nostræ,

6 *Afferebamus panem*, Id est, acquirebamus victum nostrum. Christiani namque, qui sunt inter infideles, multas molestias sustinent ab eis sine causa; ideo subditur,

8 *Pellis nostra, &c.* Nam propter defectum nutrimenti calor naturalis propriam substantiam consumit.

10 *Mulieres in Sion humil.* Capta namque ciuitate Ierusalem per Sarracenos, probabile est quòd talia mala fecerunt ibi,

☞ Christi ecclesias fame & siti verbi Dei afflictas, & hæreticorum A prauitate corruptas: vnde, *Timeo ne corrumpantur sensus vestri à castitate, quæ est in Christo Iesu*. Et, *Despondi enim vos vni viro vir. ca. exhibere Christo*. Tales virgines corruptas fuisse merito propheta luget, quæ si mulieres non fuissent, muliebria non admisissent, hæreticorum fraudibus deceptæ, & adulterino humiliatæ connubio.

2. Cor. 11. a. Ibidem.

Moraliter. *Mulieres, &c.* Quoties peccatorum fœditate grauamur, & de Sion altitudine ad humilia corruimus: mulieres, idest, animæ nostræ, in Sion, id est, in culmine ecclesiæ leuatæ, humiliantur. Aliud est verò in Sion humiliari, idest, in ecclesia corde contrito & humiliato peccata confiteri, & sperare de misericordia iudicis: Aliud extrà, id est, ab altitudine virtutum corruisse, & per vitiorum humilitatem aberrasse: vnde suprà, *Docete filias vestras lamentum, & vnaquaque proximam suam planctum*. Monet enim affectiones animarũ lachrymis abluere, & quasi filias, vt pœnitentes plangant, docere, & operationes corporis nostri quasi proximas lamentationibus emundare. Fidelium enim mentes quasi Deo dicatæ virgines sunt: Ciuitates in quibus humiliantur, diuersi dicuntur gradus. Alia est enim professio sacerdotum, alia Leuitarum, alia monachorum, alia virginum, alia viduarum, alia coniugatorum. In singulis sunt aliquæ virgines; aliquæ propositum non seruantes deuirginantur, Vnde, *Iuuenes mei, & virgines meæ abierunt in captiuitatem*. Verè enim omnes virgines sunt, quæ corpore & spiritu incorrupto Deo seruiunt; Iuuenes, quæ nouitatem vitæ & fortitudinem induerunt: sed multi hostium insidiis & scelerum flagitiis corruerunt.

De anima lapsa & postea pœnitente. Iere. 9. f. B Diuersi status in Ecclesia. Suprà. 1. f.

a ¶ Diuersis gradibus. ¶ Non furtim sed publicè. b ¶ Sacerdotes. ¶ Sicut Antiochus & socij eius.

a gines in ciuitatibus Iuda. [11] Principes manu suspensi sunt: fa- 1

a ¶ Quia hostium crudelitas nec ætati pepercit nec dignitati. b ¶ Quartus conquestionis locus. Hæc enim fortuna & pristino honore indigna sunt. c ¶ Masculi in masculos turpitudinem operantes. ¶ Factum spurcum, nefarium, vnde hostes inducuntur in odium.

b cies senũ non erubuerunt. [13] Adolescentibus impudicè abusi 2

c a ¶ Stulti. ¶ Quibus nec ætas subuenit. b ¶ Cruce scilicet contempta. ¶ Aetate indigna. c ¶ Primus locus conquestionis. ¶ Consiliarij. ¶ Iudices. d ¶ Aperite mihi por. iustitiæ, &c. 3

d sunt, & pueri in ligno corruerunt. [14] Senes defecerunt de por- 4

a ¶ Qui dicunt: Psallam spiritu, psallam & mente. b ¶ Sanctorum. c ¶ Impœnitentibus. ¶ Auditui meo dabis gaudium, &c. d ¶ Contriti & humiliati. 5

e tis, iuuenes de choro psallentium. [15] Defecit gaudium cordis 6

a ¶ Armoniam lugendi. b ¶ Virtutem. c ¶ Honesti in ecclesia, vel fulgidi, vel voluntas bona.

f nostri, versus est in luctũ chorus noster. [16] Cecidit corona ca- 7

Historicè. a *Principes manu suspensi sunt, &c.* Principes Iudæorum, suis ipsorum manibus, aut hostium eculeo, vel ceteris tormentis suspensos ex aliis grauioribus manifestum est. Senibus quoque reuerendis facie & ætate reuerentia nulla impensa est.

Allegor. *Principes, &c.* Doctores sanctæ ecclesiæ hostium manibus ad alta C suspenduntur, quando intentionem boni operis deserentes ad voluntatem hostium distrahuntur, & suarum manuum deuincti operibus, quasi in eculeo distenduntur; vnde sequitur,

Historicè. b *Facies senum non erub.* Nulli enim ætati parcitur, quia serpens callidissimus nec pueris miseretur nec iuuenes reuereretur, nec parcit senibus: omnem ætatem & dignitatem vna tempestate inuoluit. * Sæpe autem principes ecclesiæ, & seniores contumeliis affecti, manibus suspensi sunt.

Historicè. c *Adolescentibus, &c.* Alia interpretatio, *Potentes molis molebant, & iuuenes ligno confixi sunt*. Sedeciam secundum historiam plangere videtur, cui oculos rex Babylonis euulsit, eumque molere fecit, & iuuenes ligno crucifixit. Sed secundum nostram interpretationem Romanorum tangit flagitium, qui masculis impudicè abusi sunt: vnde *Masculi in masculos turpitudinem operantes*. Pueri enim in ligno corruerunt, qui in Christum in ligno pedentem credere noluerunt. Potentes quoque in ligno scandalizati sunt quasi pueri, & molis molebant, dum legem ad litteram infinito circumitu vertẽtes per- D petua cæcitate damnati sunt: sicut Samson erutis oculis molam circumuehit, vt se explicare non possit, sed in eisdem oberret vestigiis.

Rom. 1. d. Iudic. 16. e.

Allegoricè. *Adolescentibus, &c.* Sunt potentes sæcularibus diuitiis & honoribus, sunt & spiritualibus: illi, qui in sæculi pertinacia & concupiscentia voluuntur; hi scripturæ molam relegunt, & terunt, voluunt, & reuoluũt. Hac mola molunt similaginem panis qui de cælo descendit, & polentam intellectuum in Dei sacrificium. Hi feruore spiritalis iuuentutis, in martyrio vicerunt ligno crucis, fidei firmitate confixi, quorum vnus ait, *Mihi absit gloriari, nisi in cruce d. &c.*

Diuitiæ sæculares & spirituales. Gal. 6. c.

Historicè. d *Senes defecerunt de portis.* Veterani & senio confecti in ipsis portis fame consumpti sunt, dum tremulis & confectis artubus ad victualia quærenda egredi niterentur. Vel certè, ab hostibus dispersi sunt consiliarij & iudices ciuitatis, vt more solito non considerent in portis. Iuuenes quoque perterriti officiis abrenuntiantes fugerunt de plateis. E

Allegor. *Senes defecerunt de portis.* Senes, scilicet, quorum sensus sunt cani, mansueti, & quieti. Sed si Deum offendunt, de portis deficiunt, de quibus dicitur, *Aperite mihi portas iustitiæ, &c.* In his deficiunt, dum scandalis fatigati, iter rectum destituunt. *Iuuenes*, deficiunt, *de choro psal.* in eis spirituale canticum deficit, & à choro sanctorum alieni obliuiscuntur canticum domini.

Esa. 26. a.

e *Defecit gaudium cordis, &c.* Sextus locus conquestionis. Præter spem enim in miseriis se esse demonstrant, & cum expectarent bonum, in summas deuenisse miserias.

Historicè. *Defecit gaudium cordis nostri.* Quia Iudæi ad iracundiam Deum prouocauerunt, defecit omne gaudium eorum, & chori quos in solemnitatibus ducebant, in luctum versi sunt.

Allegor. *Defecit, &c.* Vox est pœnitentium, qui cor contritum & humiliatum Deo offerunt. Et quia abest sponsus, omne gaudium in luctum cõuertunt, quod Dauid recuperare desiderans ait, *Auditui meo dabis gaudiũ; Redde mihi læti.* Quia spiritali contritione cõpunctus contritionis * medelã continuis orabat fletibus. vnde Isaias, *In die qua alligauerit dominus vulnus populi sui, & percussurã plagæ eius sanauerit.* in quo scilicet vulnus & liuor & plaga tumẽs. Quoties enim anima sagitta peccati vulneratur, gaudiũ eius dissoluitur, cũ ad conscientiã reuertitur. Chorus virtutũ in luctũ cõmutatur, quod in Azael rectè figuratur, qui tamquã caprea cursor erat velocissimus: Vnde dũ incautè, & præcipitanter hostẽ insequeretur, ictus in inguine periit. Sic animus, qui velocissimos motus suos patiẽtia & grauitate non moderatur, sæpè in fornicationẽ mẽtis & corporis præcipitatur. Chorus vertitur in luctum, quãdo in pœnitentibus, virtutũ chorus quasi harmonia lugendi deplorat, quod amisit; & intentum seruat pœnitendi, vt post planctus & lachrymas redeat chorus idem ad gaudia.

Matt. 9. b. Psal. 50. b. F * medullæ. Isa. 30. f. Gratia habet cordis gaudiũ peccatum mæstitiam. 2. Reg. 2. d.

Historicè. f *Cecidit, &c.* Deiectionem regni Iudæorum designat, quorum & honor periit & gloria: vnde suprà, *Dic regi & dominatrici: Humiliamini & sedete, quoniam cecidit de capite vestro corona gloriæ.* Sed ☞ in

Iere. 13. c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Principes manu. *Quia aliqui de principalibus populi, ex quorum consilio rebellauit Sedecias, in detestationem facti, fuerunt patibulis per manus eorum affixi.*

Senibus nihil delatũ. 2 Facies senum. *Non parcentes eis ratione prouectæ ætatis. In Hebræo habetur*: Mola onerati sunt facies senum, &c. *quod exponens Ra. Sa. dicit quod cùm ducerentur captiui in Babylonem, illi qui ducebant eos, cogebant eos ad portandum molas ad terendum blada & similia, quibus indiget exercitus, nec in hoc deferebant alicui propter senectutem.*

3 Adolescentibus impudicè, &c. *Vitio Sodomitico.*

4 Et pueri, &c. *Quia aliqui eorum fuerunt suspensi, vt dicunt aliqui. In Heb. sic habetur*: Et pueri in ligno debilitati sunt. *Quod exponit Rab. Sa. de iuuenibus qui poterant aliquod pondus portare, & illis imponebantur ligna portanda in itinere, sicut viris grauiora, vt dictum est.*

5 Senes defecerunt, &c. *Scilicet Ierusalem & aliarum Iudææ ciuitatum, vbi ante destructionem sedebant senes autenticè ad iudicandum.*

6 Iuuenes de cho. psal. *Quia partim erant trucidati & partim captiuati, propter quod subditur*, Defe. gau. cor. nost. &c. *& patet littera.*

7 Cecidit corona, &c. *Hic consequenter explicat miseriam ex destructione regni, cùm dicitur*, Cecidit cor. *& subdutur causa,*

4 Et ☞ Ve

MORALITER.

† 1 *Principes manu, &c.* Tunc enim Guido rex Ierusalem, & magister militiæ templi capti fuerunt viui, & sic eorum suspensio fuit in potestate Soldani, licet non fuerit factum, talis enim potestas manu vocatur, sicut vulgariter dicitur: Talis ciuitas est in manu regis, id est, in eius potestate.

Guido rex Ierosolymitanus & magnus magister Templariorum capti.

2 *Facies senum, &c.* Eos turpiter tractando.

Sarraceni 3 *Adolescentibus impud.* Tale nãque vitium satis cõmune est inter Sarracenos, vt dicit episcopus Aconen. in li. suo de gestis transmarinis.

Sodomitæ nequissimi.

4 *Et pueri, &c.* Id est, pueri in cunabulis ligneis iacentes, quia nulli ætati parcebatur.

5 *Senes defe. de por.* vbi prius sedebant ad iudicandum; nam ad Sarracenos translata est potestas iudicandi.

6 *Iuuenes de choro psallentiũ,* quia subtracta est omnis materia gaudij.

7 *Cecidit corona capi.* Non enim est hodie rex Ierosolymitanus nisi solo nomine. Cetera patent vsque ibi,

† Vulpes

in [illegible] interpretatione habetur, *descendit*. Regnum enim Iudæorum A vsque ad Ioacim paulatim descendit, in Sedecia omnino cecidit. Vnde vox captiuorum luctuosa additur. *Va no. quia.*

Moraliter. Psal. 5. c. *Cecidit.* Corona capitis nostri bona voluntas est, secundum illud: *Scuto bona volun. tua coronasti nos.* Tunc ergo mens nostra corona virtutum decoratur, cum scuto bonæ voluntatis ornatur, sed cum voluntas mutatur, corona amittitur: vnde sequitur, *Væ nobis quia pec.* Frustra enim in ceteris laboramus, si coronam non habemus voluntatis. Ita enim non solùm per excessum, sed etiã per voluntatis pessimæ desiderium delinquimus.

Allegoricè. Sacerdos & virgines lapsi. *Cecidit cor.* Sacerdotes ecclesiæ & virgines quasi corona decoris, sed hi sæpe cadunt vitiis tabefacti. Fides quoque dũ integritatem amittit, quasi corona de capite cadit. Ipse autem

a ¶ Ergo. ¶ Populo. ¶ Amissa corona. b ¶ Concessio. c ¶ Pœnitentia contritum.

pitis nostri: uæ nobis, quia peccauimus.[17] Proptereà mœstum

¶ Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. a ¶ Corruptione peccati.

factum est in dolore cor nostrum, ideo contenebrati sunt

a ¶ Interiores. ¶ Qui debuerunt aspicere in Deum. ¶ Prouisores in ecclesia. b ¶ Decimus locus conquestionis per quem solitudo demonstratur. c ¶ Christum. d ¶ Ecclesiæ. e ¶ Exinaniens se for. ser. ac. f ¶ Persecutores hæretici.

oculi nostri.[18] Propter montem Sion quia disperiit, vulpes am-

a ¶ Lacerando, de Christo male sentiendo. b ¶ A persona iudicis, cuius fortitudinem, & magnitudinem prædicat sine assentatione.

bulauerunt in eo.[19] Tu autem domine in æternum permanebis, solium tuum in generatione & generationem.[20] Quare in

a ¶ Non in perpetuum irascetur, neque in æter. comminabitur. Non secundum peccata nostra facias nobis. b ¶ Passionibus subiacere.

perpetuum obliuisceris nostri, derelinques nos in longitu-

a ¶ Sed. ¶ Iudicem humiliter & suppliciter consecrat.

dine dierum.[21] Conuerte nos domine ad te, & conuertemur:

a ¶ Vnde, Egressus eius sicut à principio. b ¶ A te qui vbique es.

innoua dies nostros, sicut à principio.[22] Sed proiiciens re-

a ¶ Quasi pollutos. b ¶ Peccatis nostris. ¶ Vt patet, non irascaris vt iudex. c ¶ Contrarios tibi.

pulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

Et si secundum hominem iudicatur, regnũ tamen eius est in æternũ. D d *Quare in perpetuum.* Post omnimodas lamentationis species, ad eum solum preces conuertit, qui solus potest consolari.

Vt Dei reminiscamur, ne ipse nostri obliuiscatur. *Quare in perpetuum.* Hoc nobis assiduè exorandum, ne obliuiscatur nostri, ne derelinquat nos in perpetuum: quod bene vocibus oramus, sed melius rebus exoramus. Simus ergo memores eius, ne obliuiscatur nostri: quia non obliuiscitur misereri Deus, nisi nos obliuiscamur: & si obliti fuerimus, ipse gratiam inspirat, obliuionẽ fugat: vnde, *Reminiscentur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ.* Psal. 21. f.

e *Obliuisceris.* Cui simile est illud, *Vsquequo domine obli. me. in finẽ.* Psal. 12. a. E Non quòd obliuiscatur misereri Deus, sed cum differt auxiliari, videtur oblitus, vt sic accendat desiderium, & dulcius sit solatium, & ipse interim rideat de pœnis

Isa. 28. b. dominus, secundum Isaiam, ecclesiæ corona est, vnde, *Erit dominus exercit. co. glo. &c.* Hanc coronam ecclesia perdit, dum fides Christi corrumpitur in quibusdam membris: corona cadente, *Væ* imminet Prou. 11. b. peccantibus, quia vbi non est gubernator, ibi ruit populus.

Historicè. a *Propterea. &c.* Cor Iudæorum in vtraque captiuitate mœstum fuisse, & oculos lachrymis & dolore contenebratos, omnibus pa-Allegoricè. Iere. 8. f. tet. Vox est pœnitentium. Duplex autem mœstitiæ & doloris spe-Dolor duplex. cies est, vnde Ieremias, *Dolor meus super dolorem, &c.* quia peccato-Gen. 3. c. rum dolori dolor additur compunctionis. Est dolor malus de quo Psal. 38. a. dicitur: *In dolore paries filios.* Est & bonus, secundum illud, *Dolor meus renouatus est.* Itaque post peccatum mœstitiã cor humiliatur, vt huius doloris medicina infirmitas abscedat.

C *Contenebrati sunt ocu.* Malitia, scilicet, peccatorum infecti & cæ-Dan. 2. c. cati, vt Christi lumen videre non possint, qui est mons abscissus de monte sine manibus, & in montem magnum exaltatus.

Ioan. 9. g. *Quia disperiit.* Id est, cum esset æqualis patri, semetipsum exinaniuit, vt qui non vident videant, & qui vident, cæci fiant. Ideo obtenebratis oculis hunc montem non vident perfidi, quia disperiit.

Hæretici vulpibus comparati. *Vulpes ambulauer. in eo.* Persecutores, scilicet, vel hæretici, qui malè senserunt de incarnatione domini, ecclesiam lacerantes, & catholicam fidem fraudulenter corrumpentes. Ideo *partes vulpium* Psal. 62. c. *erunt.* Vulpes fuit Herodes persecutor Christi & Ioannis: Vnde, Luc. 13. g. *Dicite vulpi illi.* Sunt & hæretici vulpes, secundum illud, *Capite nobis* Can. 2. d. *vulpes, quæ demoliuntur vineas.*

Psal. 101. b. Ibidem d. b *In æternum.* Idem dicendum. *Tu autem Domine in æternum permanes.* Et alibi. *Tu autem idem ipse es, &c.*

Permanebis. Non est temporalis mansio nec localis, nec aliud quàm ipse, sed ipsa vna & indiuidua & permanens essentia. Quasi Phil. 2. a. dicat, quamuis filius se exinaniuerit formam serui accipiens, manet tamen in æternum.

Psal. 44. d. Ibid. 144. c. Eccle. 12. d. c *Solium tuum, &c. Sedes tua Deus in sæculum sæculi.* Et alibi: *Regnum tuum, regnum omnium sæculorum.* Dum solium audis, intellige iudicem, & time. Quasi dicat, *Deum time, & mandata eius obserua,* Et

innocentum. Sicut figulus vasa sua probat, vt *vasa in ho. fa.* quia vasa figuli fornax probat. Eccl. 27. a. Rom. 9. c.

f *Conuerte, &c.* Conuertendo; quia conuersio reparationis, initium est dierum æternitatis: innouatio æternitatis perceptio.

Conuerte nos domine. Auersiones nostræ multæ sunt, Vnde alibi, Iere. 84. a. *Conuerte nos Deus salutaris noster:* conuerte per gratiam, & conuerte-Psal. 24. a. mur quantum est in nobis arbitrio libertatis, vnde *Gratia Dei sum id* 1. Cor. 15. b. *quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit.* Gratia enim vocantis præcedit, & excitat libertatem voluntatis. Nostrum est quòd decidimus: Dei quod resurgimus. Homines enim caro sunt, spiritus vadens & non reuertens: *Non est enim volentis neque currentis, sed miserentis Dei.* Notandum tamen, quod gratia Dei non conuertimur, nisi & nostra voluntate conuertamur. Est autem quoddam velamen nostræ infirmitatis sensibus nostris obiectum, quod nisi illuminatione F Dei fuerit remotum, conuerti non valemus: libertas ergo per gratiam redditur. Semper ergo nobis orandum est, *Conuerte nos domine.* De gratia & libero arbitrio. Psal. 77. Roma. 9. c.

g *Innoua.* Ad hoc principium reuocamur cùm conuertimur: cùm ad illud peruenerimus, innouabimur. Inueterati enim & corrupti sumus, & dies æternitatis perdidimus, quos per conuersionem recipimus, vnde alibi. *Conuerte me domine, & conuertar ad te.*

h *Iratus es.* Prima repulsio est, qua tentatori tradimur; Secunda cum tentati succumbimus ad tentandum sine ira Dei repellimur, de qua dicitur, *Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit.* Quando autem vincimur, sed postea non pœnitemus, irascitur Deus vehementer, vnde, *Quis nouit potestatem iræ tuæ. &c.* Aliquando enim irascitur, vt pater, quando verbis increpat delinquentem, & facit pœnitentem; Irascitur autem vt dominus, quando corripit vt durus, & statim vlciscitur, vnde Moyses, *Ne irascatur furor tuus contra populum tuum.* Vt iudex irascetur, cum dicet, *Ite maledicti, &c.* cùm iam nec pœnitentiæ nec veniæ locus erit. Iere. 31. d. Ira Dei. Psal. 94. b. Psal. 79. c. Exod. 32. c. Matt. 25. c.

Gilbertus Antisiodorensis Ecclesiæ Diaconus. GILBERTVS. Sufficiant hæc ad expositionem lamentationum Ieremiæ: quæ de patrum fontibus hausi ego Gilbertus Antisiodorensis ecclesiæ diaconus.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Væ nobis quia p[illegible]. *Q. d. hoc malum & alia propter peccata nostra incurrimus.*

2 Ideo conte. sunt, &c. *Ex continuo fletu consequenter explicat miseriam ex destructione templi, cum dicitur:*

3 Propter mon. Sion. *Id est, propter templum in monte Sion ædificatum.*

4 Vulpes ambu. in eo. *Id est, in ruinis templi, quia solent habitare in locis desertis.*

Deus non tollitur de templi eius incendio. 5 Tu autem do. &c. *Q. d. licet templum sit destructum, quòd dicebatur sedes tua, eo quod ibi erat propitiatorium: tamen remanet firmum solium tuum in cælo, vbi principaliter relucet tuum dominium: & ideo conuertit se Ieremias ad implorandum Dei misericordiam dicens.*

6 Quare in perpetuum, &c. *Q. d. non decet tuam clementiam: ideo subditur.*

7 Conuerte, &c. *Quia debita conuersio liberi arbitrij ad Deum, præsupponit instinctum diuinum, qui dicitur gratia præueniens.* Gratia præueniens.

8 Innoua dies nostros, sicut à prin. *Quia in mirabilibus tuis introduxisti nos in terram promissionis.*

9 Sed proiiciens repulisti nos. *In captiuitatem eiiciendo.*

10 Iratus es contra nos, *Puniendo vltra id quod possumus sustinere: licet hæc pœna non excedat ordinem iustitiæ: q. d. respice nos oculo pietatis & misericordiæ, quia tibi proprium est misereri & parcere, qui viuis & regnas Deus in sæcula sæculorum, Amen.*

CAP.

MORALITER.

† 4 *Vulpes ambula.* Id est, Sarraceni ad modum vulpium dolosi.

5 *Tu autem domine in æternum perman. &c.* Ideo potes adhibere remedium pro voluntate tua.

6 *Quare in perpetuum obli. nostri.* Id est, per tam longum temporis spatium. Et quoniam defectus non est ex parte sua, sed nostra, ideo subditur.

7 *Conuerte nos domine ad te, &c. innoua dies nostros sicut à principio.* Id est, quando terra sancta erat liberè in manibus eorum fidelium.

9 *Sed proiiciens repulisti nos.* Et maximè à tempore Saladini, &c.

ADDITIO.

Diuisio orationis Ieremiæ.

In cap. 5. vbi dicitur in postilla: Recordare.

Vltimo sequitur oratio Ieremiæ prophetæ pro populo transmigrato existentis, & diuiditur in octo partes principales. In prima namque ad modum bene orantis, & deuotè inuocat ad se, & excitat diuinam miserationem & pietatem, dicens, Recordare domine quid acciderit nobis. *Secundò verò narrat & referat suam vilitatem & infelicitatem & afflictionem, & quantum ad amißionem possessionum dicens*, Hereditas nostra versa est ad extraneos. *& quòad amißionem amicorum subdens*, Pupilli facti sumus absque patre, *& quòad amißionem cibariorum, addens*, Aquam nostram pecunia bibimus, *& quòad amißionem libertatis subdens*, Ceruicibus nostris minabamur, *& quòad parentes subdens*, Patres nostri peccauerunt, & non sunt, *& quòad amißionem potestatis & auctoritatis subdens*, Serui dominati sunt nostri: *& quòad amißionem pacis & securitatis addens*, In manibus nostris: *& quòad amißionem pulchritudinis & sanitatis includens*, Pellis nostra quasi clibanus exusta est. *Tertiò verò recitat aduersariorum multiplicem iniquitatem & abusionem, qua abusi sunt in captiuatis, vt ex hoc Deus magis ad misericordiam prouocaretur, & hoc facit ibi*, Mulieres in Sion humiliauerũt & virgines in ciuitatibus Iuda. *Deinde verò malitiam & crudelitatem subdens*, Principes manu suspensi sunt, facies senum non erubuerunt, *deinde verò ipsorum nequitiam & fœditatem, subdens*, Adolescentulis impudicè abusi sunt, *Quartò verò propheta deplorat pristinam dignitatem & pristinam consolationem, quia & defecit sapientia & scientia, & lætitia & excellentia quæ consueuerant esse in Ierusalem: Quantum ad sapientiam, dicit*, Senes defecerunt de portis, *quantum ad lætitiam, subdit*, Iuuenes de choro psallentium, *quantum ad excellentiam concludit*, Cecidit corona capitis nostri. *Quinto vero propheta explicat suam iniquitatem & confitetur iustam punitionem, ibi*: Væ nobis quia peccauimus: propterea mœstum factum est cor nostrum. *Sextò verò laudat & prædicat diuinam durationem, ibi*: Tu autem domine in æternum permanebis. *Septimò verò implorat Dei benignitatem, & petit sui reditus & suæ conuersionis accelerationem: reditus quidem vel de Babylonica captiuitate in Ierusalem: vel potius & melius de incredulitate ad Iesu Christi fidem, & hoc facit ibi*: Quare in perpetuum obliuisceris nostri. *Sequitur*, Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. *Octauò & vltimò intuetur & cernit diuinam seueritatem, & per consequens aliqualem dilationem exauditionis de hoc quod petit ita celeriter impleri, concludens*: Sed proiiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer. *& in hoc Threni Ieremiæ finiunt.*

A *Incipit præfatio in librum Baruch prophetæ.*

Liber iste qui Baruch nomine prænotatur, in Hebræo canone non habetur: sed tantùm in vulgata editione, similiter & epistola Ieremiæ. Propter D notitiam autem legentium hic scripta sunt, quia multa de Christo nouissimisque temporibus indicant.

Vulgata editio de qua fit mentio in prologo super Baruch, exponitur in prologo super Ezechielem. Cetera plana sunt.

Incipit Baruch Propheta.

CAPVT I.

a Et [1] hæc verba libri quæ scripsit Baruch filius Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedeciæ, filij Sedei, filij Helchiæ in Babylonia, [2] in anno quinto & in septimo die mensis, in tempore quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni. [3] Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda, & ad aures vniuersi populi venientis ad librum, [4] & ad aures potentium fi-

B CAP. I.

a Et hæc verba, &c.

† THEODORETVS. Admirandus Baruch discessit vna cum Iudæis, qui aufugerãt in Ægyptum, Verũtamẽ post quinque annos ex quo capta est vrbs peruenit Babylonẽ. Omnem enim operam impẽdebãt pietatis alũni, vt cõfirmarent infirmos & ad veritatem deducerent. Cùm ergo peruenisset Babylonem, recitauit Ieremiæ prophetiam cunctis captiuis, & potissimum Iechoniæ, qui cum regnasset modico tempore factus est captiuus. Nec aberrauit à scopo, quia duxit illos in sensum peccatorum pristinorum, vt etiam calamitatis causam agnoscerent, multis etiam lachrymis profusis, & quisque conferret pecunias quas mittebant sacerdotibus relictis in Ierusalem, ad comparandas victimas quas immolarent, vt dominum Deum sibi propitium redderent.

Baruch spõte captiuos in Aegyptũ & Babylonẽ comitatur.

Iudæi eo prædicante resipiscunt in Babylone.

Incipit postilla venerabilis Patris Fratris Nicolai de Lira super Baruch.

1 Et hæc verba libri. *Post librum Tobiæ secundum ordinem temporis sequitur liber Baruch immediatè: nam historia Tobiæ contigit temporibus Ezechiæ regis Iuda, vt ostensum est supra in principio libri Tobiæ. Baruch autẽ fuit notarius Ieremiæ à tempore Ioacim filij Iosiæ, vt habetur Iere. xxxvj. & destructa Ierusalem per Chaldæos cum Ieremia descendit in Aegyptum post interfectionem Godoliæ. Iere. 43. & postea scripsit librum istum quantum ad illam partem, cuius fuit auctor, quantum autem ad epistolam Ieremiæ (quæ ponitur in hoc libro, cuius tamen non fuit auctor, sed tantum scriptor) scripserat ante destructionem ciuitatis, vt videbitur infrà domino concedente, Igitur liber iste in duas diuiditur partes, scilicet, in librum Baruch scribæ, & in epistolam Ieremiæ quæ incipit cap. 6. Prima diuiditur in tres partes: quia primò circa librum Baruch ponitur descriptionis actus. Secundò legendi modus, ibi*, Et legit Baruch. *Tertiò libri processus ibi*, Et dicetis. *Circa primum primo ponitur scriptoris genus, cùm dicitur*, Et hæc verba libri quæ scripserat Baruch filius Neriæ, &c. *& secundum regulam Hebræorum pater Baruch & auus, & ceteri, qui ponuntur hic, habuerunt spiritum prophetiæ, sicut & ipse. Dicunt enim, quod quando in principio alicuius prophetæ ponitur nomen patris eius & aui & sic ascendendo, per hoc datur intelligi quod spiritum propheticum habuerunt. Sciendum etiam, quod dictio copulatiua cùm dicitur*, Et hæc verba libri, *Copulat ad verba Ieremiæ, quæ Baruch scripserat ante. Secundo ponitur descriptionis locus, cum dicitur.*

Baruch quæ & quando scripserit.

Diuisio libri.

Patrem auum, &c. Baruch prophetas fuisse.

2 In Babylonia. *Sed hoc videtur alicui falsum, quia Ier. 43. dicitur, quod cum Ieremia & aliis Iudæis qui remanserant in Iudæa, descendit in Aegyptum, & non iuit in Babyloniam cum aliis captiuatis. Dicendum, quod mortuo Ieremia in Aegypto, Baruch iuit in Babyloniam ad captiuorum consolationem, & maxime quia Ieremias prophetauerat Aegyptum cito destruendam per Nabuchodonosor regem Babylonis. Ier. 43. Tertio ponitur descriptionis tempus, cùm dicitur.*

An Baruch vnquam iuerit in Babylonem.

3 In anno quin. *Scilicet à destructione Ierusalem per Chaldæos, sic enim numerabant Iudæi à tempore captiuitatis Babylonicæ, sicut modo computant à tempore captiuitatis suæ per Romanos, incipiendo à destructione Ierusalem facta per Titum & Vespasianum.*

4 Et in septimo die mensis. *Non dicitur hic quis mensis fuerit, & ideo videtur, quod fuerit primus mensis.*

5 In tempore quo Chaldæi ceperunt Ierusalem, *Id est, à tempore illo vnde incipiebat Iudæorum numeratio, vt dictum est.*

6 Et legit. *Hic consequenter ponitur circa librum istum legendi modus, & primo in Babylonia: secundo in Ierosolyma, ibi*: & collegerunt. *Circa primum dicitur.*

7 Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ, &c. *Sed contra hoc videtur, quod Iechonias iste erat in carcere regis Babylonis. Dicendum quod non erat in carcere clausus, saltem continuè eo quod esset nobilis & rex Iuda: vel si erat clausus non tamen taliter, quin Baruch posset ad eum accedere, talis enim accessus frequenter conceditur detentis in carcere.*

Qualiter carcere vtebatur Iechonias.

8 Et ad aures vniuersi populi venientis ad librum. *Scilicet Iudaici in Babylonem ducti.*

9 Et ad aures potentium filiorum re. *Quia ducti fuerant ibi aliqui de semine regio, vt habetur Dani. 1. & fuerunt in magna potestate sicut patet ex eodem libro de Daniele & sociis eius. Cetera patent vsque ibi.*

Ad

[...] regum, & ad aures presbyterorum, & [ad] aures populi à minimo vsque ad maximum eorum, omnium habitantium in Babylonia ad flumen Sodi.[1] Qui audientes plorabant & ieiunabant, & orabant in conspectu domini.[2][3][4] Et collegerunt pecuniam secundum quod potuit vniuscuiusque manus.[7] Et miserunt in Ierusalem ad Ioacim filium Helchiæ filij Salom sacerdotem, & ad reliquos sacerdotes, & ad omnem populum qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem,[5][8] cùm acciperent vasa templi domini, quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda: decima die mensis Siban, vasa argentea quæ fecit Sedecias filius Iosiæ rex Iuda[9] posteaquam cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & cunctos potentes, & populum terræ ab Ierusalem: & duxit eos vinctos in Babylonem.[10] Et dixerunt: Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocaustomata & thus, & facite manna:[a] & offerte pro peccato ad aram domini Dei nostri.

a *Et facite manna, &c.* † THEODORETVS. Hebræi *manna* vocant sacrificium.

[10][b] Et orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies ipsorum sicut dies cæli super terrã,[11][12] & vt det dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus[13] sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis[14] multis diebus, & inueniamus[15] gratiam in cõspectu eorum.[16][13] Et pro nobis ipsis orate ad dominum Deum nostrum, qui peccauimus domino Deo nostro, & non est auersus furor eius à nobis vsque in hunc diem.[17][14] Et legite librum istum, quẽ misimus ad vos recitari in tẽplo domini in die solemni,[18] & in die opportuno.[19][15] Et dicetis,[20] Domino Deo nostro iustitia,[21] nobis autem confusio faciei

b *Et orate.* † IDEM. Postulant vitã regi Nabuchodonosor & Balthasar filio eius. Hunc etiam in modum Apostolus sanciuit, precandum pro regibus, qui religionem adhuc impugnant; & pro his qui in sublimitate sunt cõstituti, tanta est inter vetus & nouum testa. consonantia; precãtur etiam ipsi vt seruiant, & vel inuiti illustratos habeant oculos, ne quempiam errorem patiantur.

Orandum pro principibus sæculi.

a Eramus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ad flumen Sodi, *Id est, iuxta flumen sic vocatum, sicut dicitur Ieremiæ 46.c.* Ad flumen Euphraten victi sunt, *Id est, iuxta flumen Euphraten.*

2 Qui audientes plorabant; *Vt pœnitentes de peccatis, pro quibus captiuati erant.*

3 Et ieiunabant & orabant in conspectu domini, *affligendo corpus, & spiritum offerendo, vt sic eorum afflictionem Deus respiceret, & captiuitatem relaxaret.*

4 Et collegerunt. *Hic consequenter describitur lectio libri huius in Ierusalem. Nam Iudæi habitantes in Babylone fecerunt librum Baruch transcribi, & miserunt in Ierusalem, vt legeretur ibi: & cum hoc miserunt pecuniam, vt inde emerentur necessaria pro sacrificiis & oblationibus ibidem fiendis; & hoc est quod dicitur,*

Et collegerunt pecuniam. *Et patet littera vsque ibi.*

Erantne Ierosolymis Sacerdotes & populus quibus mitteretur liber & pecunia?

5 Cum acciperent. *Sciendum tamen, quod hoc videtur alicui falsum quod hic dictum est: quia omnes Iudæi qui erant in Iudæa interfecto Godolia, descenderunt in Aegyptum, vt dictum est suprà, & ideo non videtur, quòd tunc in Ierusalem fuerit populus Iudaicus, nec sacerdotes sacrificia offerentes; & maximè quia j. Esdræ. iij. dicitur, quod Zorobabel, & illi qui redierunt de captiuitate Babylonica erexerunt altare super bases suas, & obtulerunt super illud holocaustum domino, quod fuit per longum tempus post ista: propter quod videtur, quod à destructione ciuitatis & templi per Chaldæos, vsque ad reditum captiuitatis Babylonicæ, non fuit in Ierusalem altare holocausti erectum, nec sacerdotes offerentes sacrificia; propter quæ & consimilia liber iste apud Hebreos apocryphus reputatur. Potest tamen dici, quòd licet interfecto Godolia, quem rex Babylonis præfecerat terræ Iuda, totus populus Iudaicus, qui remanserat in Iudæa, fugerit in Aegyptum, timens, quod rex Babylonis mitteret contra eum exercitum ad vindicandum mortem Godoliæ: videns tamen postea quòd non mitteret, & audiens Ieremiam prophetantem, quòd rex Babylonis Aegyptum inuaderet, pro magna parte rediit in Ierusalem propter loci sanctitatem: & inter redeuntes fuerunt aliqui sacerdotes, quorum principalis fuit Ioacim hic nominatus, non tamen fuit filius summi sacerdotis; quia Iosedech summus sacerdos cum Sedecia rege fuit ductus in Babylonem, cui in summo sacerdotio successit Iesus filius eius in reditu captiuitatis Babylonicæ, vt patet. j. Esdræ. iij. & Zach. iij. Ioacim autem filius istius Iesus secundum historiographos postea fuit summus sacerdos, & non iste Ioacim, de quo fit hic mentio; vnde dicitur hic ad Ioacim filium Helchiæ, ad distinctionem alterius. Ad illud autem quòd dicitur de erectione altaris post reditum captiuitatis Babylonicæ, dicendum quod scriptura loquitur ibi de solemni erectione post reditum captiuitatis: prædicto modo redeuntes erexerant altare paruum ad sacrificandum domino prout poterant bono modo, sicut patriarchæ & prophetæ frequenter leguntur altaria erexisse ad sacrificandum Domino.* Cum acciperent vasa. *Hic est constructio suspensiua & intricata sententia: pro cuius intellectu sciendum, quòd cum Iechonia rege Iuda in Babylonem ducto fuerunt vasa templi domini aurea transportata: pro quibus rex Sedecias in regno Iudæ succedens, fecit vasa argentea, quia non poterat facere aurea; sicut Roboam filius Salomonis pro scutis aureis quæ abstulit Sesach rex Aegypti, fecit scuta ærea. iij. Regum. xiiij. & illa vasa argentea captiuato Sedecia fuerunt in Babylonem portata: quæ saltem pro parte redemerunt Iudæi in Babylonem ducti, & miserunt in Ierusalem pro cultu Dei cum pecunia pro sacrificiis collecta, vt dictum est, & hoc est quod dicitur,*

Liber Baruch ab Hebræis non receptus in canonem.

Quis Ioacim de quo hic vers. 7.

De vasis templi.

Cum acciperet, *Scilicet, dictus Ioacim sacerdos.*

6 Vasa templi domini quæ ablata fuerunt de templo, *Sedecia rege capto.*

7 Reuocare in terram Iuda, *Id est, vt remitterentur in Ierusalem, quæ est metropolis in terra Iuda.*

8 Decima die mensis Siban, *Qui correspondet partim Maio & partim Iunio apud nos. Consequenter ostendit quæ fuerint illa vasa, cùm dicit,*

Mensis Siban.

9 Vasa argentea quæ fecit Se. *Et patet ex dictis littera, vsque ibi,*

10 Et orate pro vita Nabuchodonos. *Ex eius enim pacifico statu dependebat pax terræ Babylonicæ, & per consequens pax Iudæorum: propter quod petebant orari pro vita regis & filij eius, secundum monitionem Ieremiæ 29. b.* Orate pro ciuitate ad quam transmigrati estis, quia in pace illius erit pax vestra.

11 Vt det dominus virtutem nobis. *Primò petierunt orari pro bono statu regni, quod est magis commune; postea pro bono suo, quod erat magis speciale.*

12 Et illuminet oculos nostros, *In veritatis cognitione:*

13 Vt viuamus sub vmbra. *Ex quo Deus ordinauit nos in eius seruitutem redigere.*

14 Et seruiamus eis. *Scilicet, humiliter obtemperantes voluntati diuinæ.*

15 Et inueniamus gratiam in conspectu eorum, *Vt non cogant nos idololatrare, sed permittant nos Deo pacificè deseruire.*

16 Et pro nobis ipsis orate ad dominum Deum nostrum, *Id est, orate, vt dimittat nobis peccata nostra. Consequenter subditur de lectione libri Baruch, cum dicitur,* Et legite librum istum quem misimus ad vos,

17 Recitari in templo domini. *Licet enim templum esset combustum, remanserat tamen platea atrij, in qua conueniebant Iudæi ad orandum & audiendum verbum Dei.*

Templum Domini hic dicitur platea atrij.

18 In die solemni, *Id est in die solemnibus, in quibus magis conueniebat populus.*

19 Et dicetis. *Postquam descriptus est circa librum Baruch legendi modus, hic consequenter describitur libri processus, in quo primo ponitur humilis deprecatio; secundo vtilis informatio 3. cap. ibi.* Audi Israel. *vbi incipit tertium cap. secundum significationem Hiero. Prima in tres, nam sicut dicitur Eccle. 35. cap.* Oratio humiliantis se nubes penetrabit. *& ideo primò ponitur orantis humiliatio; secundo humiliantis se deprecatio, ibi,* Et nunc domine Deus; *tertiò deprecantis conclusio, ibi,* Et nunc domine omnipotens. *Circa primum ponitur orantis humiliatio in duobus: primò confitendo propriam culpam; secundo confitendo pœnam iustè illatam in principio secundi cap. Circa primum dicitur,* Et dicetis. *verba Baruch recitando.*

Diuisio.

20 Domino Deo nostro iustitia, *Est enim iustitiæ regula:*

21 Nobis autem confu. &c. *In peccatorum nostrorum confessione.*

nostræ, sicut est dies hæc, omni Iuda & habitantibus Ierusalem,[16] regibus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & patrib[9] nostris.[17] Peccauimus ante dominum Deum nostrum, & non credidimus diffidentes in eum,[18] & non fuimus subiectibiles illi, & non audiuimus vocem domini Dei nostri, vt ambularemus in mandatis eius quæ dedit nobis.[19] A die qua eduxit patres nostros de terra Ægypti vsque ad diem hanc. Eramus incredibiles ad dominũ Deum nostrum: & dissipati recessimus ne audiremus vocem ipsius.[20] Et adhæserunt nobis multa mala & maledictiones, quæ constituit dominus Moysi seruo suo: qui eduxit patres nostros de terra Ægypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die.[21] Et non audiuimus vocem domini Dei nostri, secundum omnia verba prophetarũ, quos misit ad nos[22] & ad iudices nostros, & abiuimus vnusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari diis alienis, facientes mala ante oculos domini Dei nostri.

a *Eramus incredibiles.* † THEODORETVS. τὸ διεσχεδιάζομεν, leues eramus, posuit pro ἐπινόμεν, hoc est excogitabamus peccatorum genera. Tales vocat etiã beatus Paulus *inuentores malorum.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sicut est dies hæc, *Hoc, supple, manifestat in inflictione pœna.*

2 Omni Iuda. *Id est, omni Iudæo de regno Iudæ. Regnum autem Israel captiuatum fuerat per longum tempus antè.*

3 Et habitantibus in Ierusalem, *maximè, nam illam obsederunt Chaldæi & combusserunt, populum partim occidentes, & partim captiuantes.*

4 Regibus nostris; *Tres enim reges successiuè fuerant confusibiliter tractati. Nam Ioacim filius Iosiæ fuit interfectus, & extra portas Ierusalem proiectus: sicut prædixerat Ieremias 22. e.* Sepultura asini sepelietur, &c. *& Iechonias filius eius in Babylonem ductus & incarceratus; & Sedecias eis succedens exoculatus, & in Babylonem ductus, & ibidem ignominiosè mortuus, sicut dictum fuit Abacuk. ij.*

Tres reges Iuda successiue confusibiliter tractati.

5 Et principibus nostris & sacerdotibus nost. *Qui fuerunt partim occisi & partim capti.*

6 Et prophetis nostris, &c. *Scilicet falsis, asserentibus Ierusalem à Chaldæis, non esse capiendam. Potest hoc etiam exponi de prophetis veris, qui populi sui confusionem, suam reputabant.*

7 Peccauimus ante dominum Deum nost. *Licet autem Baruch esset iustus & bonus, tamen connumerat se peccatoribus, eò quod erat de eodem populo.*

8 Et non credidimus, *Prophetis ipsius.*

9 Diffidentes in eum, *Id est, de protectione eius.*

10 Et non fuimus subiectibi. *Humiliter & obediendo.*

11 Et non audiui. *Verba eius respuendo.*

12 Vt ambularemus in mand. *Ad hoc enim data fuit lex in deserto. Exod. 20.*

13 Eramus incredibiles ad dominum, *Moysen & alios seruos eius exasperando.*

14 Et dissipati recessimus, &c. *Homines enim mali sunt in seipsis dissipati, quia ratio trahit ad bonum, & sensualitas & consuetudo peccandi ad oppositum: secundum quod deducit Philosophus. 8. Ethico.*

Homines mali in seipsis sunt dissipati.

15 Et adhæserunt nobis multa mala, *Culpæ & pœnæ.*

16 Et maledictiones, quę cõstituit dominus Moysi. *Deut. 27. & 28.*

17 Qui eduxit patres nostros de terra Ægypti. *Exod. 13.*

18 Dare nobis terram fluentem lac & mel. *Id est, ad dandum nobis terram bonam & fertilem.*

19 Sicut hodierna die, *Supple, apparet super nos maledictio Dei, qui eiecti sumus inde.*

20 Et non audiuimus vocem domini Dei nostri. *Replicatio est eius quod suprà dictum est, sicut in orationibus solet idem pluries replicari ad maiorem affectus expressionem: & idem fit etiam in sequentibus.*

21 Operari diis alienis, *Id est, sacrificare eis.*

22 Facientes mala ante oculos domini Dei nost. *quibus omnia nuda sunt & aperta. Heb. 4. d. Vel dicit,*

23 Ante oculos domini, *Quia tempore Manassę regis Iuda in templo domini fuerunt idola posita, quibus idololatræ sacrificabant.*

CAP. II.

[1] PRopter quod statuit dominus Deus noster verbum suum, quod locutus est ad nos, & ad iudices nostros, qui iudicauerunt in * Ierusalem & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad omnem Israel & Iuda:[2] vt adduceret dominus super nos mala magna, quæ non sunt facta sub cælo, quemadmodum facta sunt in Ierusalem, secundum ea quæ scripta sunt in lege Moysi,[3] vt manducaret homo carnes filij sui, & carnes filię suæ.[4] Et dedit eos sub manu regum omniũ, qui sunt in circumitu nostro, in improperium & in desolationẽ, & in omnibus populis in quibus nos dispersit dominus.[5] Et facti sumus subtus, & non suprà: quia peccauimus Domino Deo nostro, non obaudiẽdo voci ipsius.[6] Domino Deo nostro iustitia, nobis autem & patribus nostris cõfu-

* Israel

CAP. II. a *Propter quod statuit, &c.* † THEODORETVS. Referũt quomodo aspernabãtur prophetas, qui à Deo mittebantur ad illos, cùm tamen completa sint, quæ prædicta sunt ab ipsis.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT II.

1 PRopter quod statuit dominus. *Hic consequenter ponitur orantis humiliatio, confidendo pœnam illatam esse iustam, cùm dicitur.* Propter quod statuit dominus, *id est, firmiter disposuit,*

2 Verbum suum, *De iusta punitione peccatorum.*

3 Quod locutus est, *Per Moysen & alios prophetas,*

4 Ad nos & ad iudices nost. &c. *Ita quod nullus excusare se potest de ignorantia.*

5 Vt adduceret dominus super nos, *Iustè,*

6 Mala magna quæ non sunt, &c. *In alia gente. Quanto enim peccatum est grauius, tanto etiam grauior debet esse pœna. Populus autem Israel propter legem à Deo sibi datam & alia beneficia fuit in altiori statu, quàm ceteri populi, sicut dicitur Psal. 147. b.* Non fecit taliter omni nationi, &c. *propter quod eius peccatum fuit grauius, quia quanto status altior, tanto casus grauior; ideo fuit maiori pœna dignum.*

Quãto status altior, tanto peccatum grauius.

7 Vt manducaret homo carnes filij sui; *Licet hic non legatur esse factum. 4. Reg. & 2. Parali. in obsidione Ierusalem per Chaldæos, tamen credendum est hoc fuisse factum, vt dicit hic propheta Baruch, quia non omnia sunt in illis libris scripta; & maximè, quia idem legitur factum. 4. Reg. 6. in obsidione Samariæ, & in obsidione Ierusalem per Romanos, secundum quod refert Iosephus, & alij historiographi.*

Parentes filios manducasse in Ierusalem à Chaldæis obsessa.

8 Et dedit eos sub manu regum omnium, &c. *Sicut patet li. Regum & Iudicum in pluribus locis.*

9 In improperium & in desolationem, *Nam multa inferebantur conuitia & grauia Iudæis, inter Gentiles tempore captiuitatis.*

10 Domino Deo nostro iustitia. *Exponatur vt suprà: quia repetitio est eiusdem ad maiorem affectus expressionem.*

fio faciei, ficut eft dies hæc.[7] Quia loquutus eft dominus fuper nos omnia mala hæc quæ venerunt fuper nos,[8] & non fumus deprecati faciem domini Dei noftri, vtreuerteremur vnufquifque noftrum à viis noftris peffimis. Et vigilauit dominus in malis, & adduxit ea fuper nos, quia iuftus eft dominus in omnibus operibus fuis, quæ mandauit nobis:[10] & non audiuimus vocem ipfius, vt iremus in præceptis domini, quæ dedit ante faciem noftram.*[11] & nunc domine Deus Ifrael, qui eduxifti populum tuum de terra Aegypti in manu valida, & in fignis, & in prodigiis, & in virtute tua magna, & in brachio excelfo, & fecifti tibi nomen ficut eft dies ifte:[12] peccauimus, impiè egimus, iniquè geffimus domine Deus nofter in omnibus iuftitiis tuis.[13] Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti fumus pauci inter gentes, vbi difperfifti nos.[14] Exaudi domine preces noftras, & orationes noftras: & educ nos propter te, & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt,[15] vt fciat omnis terra, quia tu es dominus Deus nofter, & quia nomen tuum inuocatum eft fuper Ifrael, & fuper genus ipfius.*[16] Refpice domine de domo fancta tua in nos, & inclina aurem tuam & exaudi nos.[17] Aperi oculos tuos & vide: quia *non mortui qui funt in inferno, quorum fpiritus acceptus eft à vifceribus fuis, dabunt honorem & iuftificationem domino:[18] fed anima quæ triftis eft, fuper magnitudinem mali, & incedit curua & infirma & oculi deficientes, & anima efuriens dat tibi gloriam, & iuftitiam domine:[19] quia non fecundum iuftitias patrum noftrorum nos fundimus preces, & petimus mifericordiam ante confpectum tuum domine Deus nofter.[20] Sed quia mififti iram tuam & furorem tuum fuper nos, ficut loquutus es in manu puerorum tuorum prophetarum, dicens:[21] Sic dicit dominus: Inclinate humerum veftrum, & ceruicem veftram, & opera facite

[Left margin:] ... euigilauit, &c. IDEM. Euigilationem Dei vocat vindictam. Nam fcripturæ diuinæ mos eft, longanimitatem eius appellare fomnū. Rurfum itaque memoria recolentes fupplicium, dominum iuftum effe dicunt, vt qui transgreffores & fanari nolentes punierit. Deinde cum obteftatione fupplicāt & memoria repetunt antiquam libertatem, quam adepti funt patres eorum, afpera Ægyptiorū feruitute liberati.
b *Vt fciat omnis terra, quia tu es dominus Deus nofter, & quia nomen tuum inuocatum eft fuper Ifrael, & fuper genus ipfius, &c.*
† THEODORET. Malorum enim noftrorum mutatio aliis dabit occafionem religionis & pietatis. Perfpicient enim tūc Dei noftri potentiam.
c *De domo fancta tua, &c.* † IDEM Domum fanctam vocat, eam quæ erat Ierofolymis. In illa enim fui præfen-

[Margin notes: Euigilatio Dei pro eius vindicta. *Dan. 6. d. *Deu. 6. d. *Pfal. 113. d.]

[Right margin:] fentiam exhibebat.
d *Aperi oculos tuos & vide, quia non mortui, qui funt in inferno, quorum fpiritus, &c.*
† IDEM. Solent moleftia aliqua affecti claudere oculos, ftatim vt confpecti fuerint illi, qui iniuriam fecerunt, & pupillas oculorum auertere, dum ij qui iniuria affecerunt, precātur eos. Hæc igitur pofuerunt, humano more loquentes.
† IDEM. e. *Non mortui te laudare folent: fed anima quæ triftis eft, fuper magnitudinem mali, & incedit curua, &c.* Sed hoc eft proprium viuentium. Anima enim anxia furfum afcēdit. *Spiritus curuus & infirmus, oculi deficientes & anima efuriens dabunt tibi gloriam & iuftitiam domine.* Nam qui in grauiffimas calamitates delapfi fūt, & in defperatione melioris fortunæ conftituti, deinde mutationē quamdam adepti, tuam ingenuè collaudāt clementiam.

[Margin note: Habitus indignantiū.]

In

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non fumus deprecati, &c. *Frequenter enim legitur in prædictis libris, quod Iudæi pro peccatis fuis à Deo percuffi per pœnam, non reuertebantur ad Deum per pœnitentiam.*

2 Et vigilauit dominus in malis. *fcilicet, pœnæ iuftè fuper nos adducendis.*

3 Quæ dedit ante faciem noftram. *id eft, clarè & manifeftè, ita quod non poffumus nos excufare per ignorantiam.*

4 Et nunc domine. *Poftquam pofita eft orantis humiliatio, hic confequenter ponitur humiliantis fe deprecatio. Et diuiditur in tres partes, quia primo in oratione allegatur Dei magnificentia, Secundo orantis populi pœnitentia, ibi,* Refpice domine. *Tertio diuini cultus ignominia, ibi,* Et pofuifti templum. *Circa primum fciendum, quod, ficut dicitur 4. Ethico. Magnificus inclinatur ad dandum quod petitur, quando beneficia prius præftita per eum allegantur, & ideo hic allegantur beneficia à Deo præftita populo Ifrael in exitu de Aegypto, cum dicitur,* Et nunc domine Deus Ifrael: *licet enim effet Deus omnium per creationē, dicebatur tamen Deus Ifrael per cultum fpecialē.*

[Margin: Diuifio. Magnifici officium.]

5 Qui eduxifti populum tuum de ter. Æ. *de qua per fe non poterat egredi.*

6 In manu valida. *id eft, in poteftate magna.*

7 Et in fignis, *quantum ad minora miracula.*

8 Et in prodigiis, *quantum ad maiora: vnde dicitur prodigium, quafi procul à digito, cuiufmodi eft miraculum raro vifum.*

[Margin: Signum. Prodigium.]

9 Et in virtute tua magna, *ficut patet in diuifione rubri maris, & in multis aliis populo Ifrael exhibitis.*

10 Et fecifti ti. *per hoc enim diuulgatum fuit nomen domini per orbem.*

11 Sicut eft dies ifte. *id eft, ficut præfens tempus manifeftat per fcripturas canonicas de iftis memoriam facientes.*

12 Peccauimus, *in nofmetipfos,*

13 Impiè egimus, *erga Deum.*

14 Iniquè geffimus, *erga proximum.*

15 Auertatur ira tua à nobis, *id eft pœna nobis à te inflicta.*

16 Quia derelicti fumus pauci. *Nam multi de Iudæis fuerant gladio & fame mortui.*

17 Exaudi domine preces noftras, *factas verbaliter.*

18 Et orationes noftras. *factas mentaliter, nam fecundum Damafcenum, oratio eft afcenfus mentis in Deum.*

[Margin: Oratio.]

19 Educ nos. *de captiuitate Babylonis.*

20 Propter te, *id eft, ex tua bonitate, & non ex meritis noftris.*

21 Et da nobis inuenire gra. *id eft, vt fciant Gentiles, quia tu es dominus Deus nofter, per hoc quod inueniemus gratiam principum in terra aliena.*

22 Refpice domine, *Hic confequenter ponitur populi deprecantis pœnitentia, ex qua mouetur Deus ad audiendum orationem deprecantium, cum dicitur;* Refpice domine de domo, &c. *id eft, de cælo, quod dicitur eius domus quia licet fit vbique per potentiam, effentiam, & præfentiam: tamen ibi fpecialiter relucet eius maieftas & gloria.*

[Margin: Cælum domus Dei.]

23 Quia non mortui qui funt in inferno, *id eft, reconditi in fepulchro, vel in inferno, quantum ad animas, quia tunc omnes ibi defcendebant, dabunt honorem & iuftitiam domino: quia funt extra ftatum merendi.*

24 Sed anima quæ triftis eft, *per contritionem veram.*

25 Super magnitudinem mali. & ince. curua. *per veram humiliationem.*

26 Infirma. *per propriè fragilitatis confiderationem.*

27 Et oculi deficientes. *proprios defectus, & non alienos attendentes.*

28 Et anima efuriens, *id eft, iuftificari defiderans. Matth. 5. a.* Beati qui efuriunt & fitiunt iuftitiam.

29 Dat tibi gloriam. *Pfal. 50. d.* Sacrificium Deo fpiritus contribulatus.

30 Quia non fecundum iuftitias, &c. *quia non fuerunt peccatores ficut & nos.*

31 Nos fundimus, &c. mifericordiam, *id eft preces mifericordiam poftulantes.*

[Margin: Ira Dei.]

32 Sed quia mififti iram tuam, *Id eft, punitionem iuftam. Non enim ira & aliæ paffiones funt in Deo, fed quando punit, ad modū irati fe habet.*

33 Sicut locutus eft in manu puerorum tuorum prophetarum, *id eft, per prophetas tuos. Per manum enim fignatur hic lingua, eo quod manus eft organum organorum, vt dicitur 3. de Anima.*

[Margin: Manus prophetarum pro eorumdem linguis.]

34 Inclinate humerum veftrum, &c. *Hoc enim frequenter dixit Ieremias, fcilicet, quod ciuitas deftrueretur, & populus captiuaretur, nifi fe fubiiceret regi Babylonis, & fimiliter alij prophetæ. Cetera patent vfque ibi,*

A regi Babylonis, & sedebitis in terra quam dedi patribus vestris.[21] Quod si non feceritis nec audieritis vocem domini Dei vestri, operari regi Babyloniæ, defectionem vestram faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Ierusalem:[23] & auferam à vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocem sponsæ: & B erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam.[24] Et non audierunt vocem tuam, vt operarentur regi Babylonis: & statuisti verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, [1] vt transferrentur ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo.[25] Et ecce sunt proiecta in calore solis, & in gelu noctis, & mortui sunt in dolori- [2] bus pessimis, in fame & in gladio & in emissione.[3][26] Et posuisti [4] tẽplum in quo inuocatũ est nomen tuum in ipso, [5] sicut [6] hæc dies, propter iniquitatem domus Israel & domus Iuda.[27] Et fecisti in nobis domine Deus [7] noster secundum omnem bonitatem tuam, D & secundum omnem miserationem tuam illam magnam:[28] sicut locutus es in manu pueri [8] tui Moysi, in die qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israel,[29] dicens: Si non [9] audieritis vocem meam, multitudo hæc magna [10] conuertetur in minimam gentem, quoniam [11] ego eos disperdam:[30] quia scio, quod me [12] non audiet populus. Populus est enim dura [13] ceruice. Et conuertetur ad cor suum in terra E [14] captiuitatis suæ,[31] & scient quia ego sum dominus [15] Deus eorum. Et dabo eis cor, & intelli- [16] gent: [17] & aures, & audient.[32] Et laudabunt me in terra captiuitatis suæ, & memores erunt no- [18] minis mei.[33] Et auertent se à dorso suo duro, & [19] à malignitatibus suis: quia reminiscentur viam patrum suorum, qui peccauerunt in me.[34] Et [20] reuocabo illos in terram quam iuraui patribus eorum, Abraham, Isaac, & Iacob, & domina- F buntur eius. Et multiplicabo eos, & non mi- [21] norabuntur.[35] Et statuam illis testamentum al- [22] terum sempiternum, vt sim illis in Deum, & [23] ipsi erunt mihi in populum. Et non mouebo amplius populum meum filios Israel à terra quam dedi illis.

C a *In fame, gladio & emissione.* † THEODORE. At verò non modo tradidisti nos in famem, cædẽ, & seruitutem (nam τὴν ἀποστολὴν, id est, emissionem, captiuitatem appellat) sed & templum sanctum tuum præclarum fecisti desertũ.

NICOLAVS DE LIRA.

Mos sepulturæ apud Hebræos.

1 Vt transferrentur ossa regum nostrorum. *Iudæi namque sepeliebant potentes cum sumptibus magnis, ponentes pretiosa in eorum sepulchris: & ideo Chaldæi, qui erant cupidi, capta ciuitate Ierusalem, fodiebant talia sepulcha, pretiosa rapientes, & ossa mortuorum eiicientes.*

2 Et mortui sunt in doloribus, *in obsidione enim captiuitatis multi fuerunt mortui, aliqui aeris corruptione, aliqui gladio, & aliqui fame.*

3 Et in emissione. *quia multi de his qui mittebantur in Babylonem captiui, fuerunt in via mortui.*

4 Et posui. *Hic consequenter allegatur diuini cultus ignominia, cùm dicitur,* Et posuisti templum. *scilicet, desolationem,*

5 In quo inuo. est no. tu. *ante destructionem eius,*

6 Sicut hæc dies. *supple manifestat per rei euidentiam.*

7 Et fecisti in nobis domine Deus, &c. *id est, secundum magnitudinem bonorum, quæ fecisti nobis ex tua bonitate in datione legis, & aliis beneficiis, inflixisti nobis domine pœnam ex tua iustitia, eo quod fuimus ingrati & transgredientes tua mandata.*

Deut. 27. c. & 28. b. 8 In die qua præcepisti ei scribere, &c. *id est, Deuteronomium.*

9 Multitudo hæc, &c. *id est, ornatus & pulchritudo populi Israel,*

Deut. 9. c. & 21. f. 10 Conuertetur in minimam, *per gladium & captiuitatem.*

11 Quia scio, quod. *Deus enim ita cognoscit futura, sicut præsentia.*

12 Populus est enim dura ceruice, *vt patet ex decursu veteris test.*

13 Et conuerte. ad cor suum, *recognoscendo proprium delictum.*

14 In terra captiuitatis suæ. *vexatione ei intellectum dante.*

15 Et dabo eis cor. *scilicet contritum.*

16 Et intelligent, & aures & audient. *Dei verbum.*

17 Et laudabunt me in terra captiuitatis suæ, *sicut dictum est supra de Tobia, Tobiæ 13. b. Et idem fuit in aliis multis iustis, vt in Daniele & sociis eius, & consimilibus.*

18 Et auertent se à dorso. *id est, ab inobedientia sua dura.*

19 Quia reminiscentur vi. pa. su. *qui similiter pro peccatis suis mortui fuerunt in captiuitate.*

20 Et reuocabo illos in terram quam iuraui. *Hoc fuit impletum aliqualiter, quando Cyrus dedit Iudæis licentiam redeundi in Iudæam: sed plenius per Christum aperientem cæli ianuam, quod est terra viuentium, per terram promissionis figurata. Præmium enim virtutis à Deo principaliter promissum, non potest intelligi bonum terrenum, quod est minus quam virtutis bonum: & ideo quando in scriptura sacra pro virtuosis operibus promittuntur bona corporalia & terrena, sub illis intelliguntur principaliter promitti bona & æterna, sicut dixi plenius, Gen. 15. & in pluribus aliis locis, & huic sensui concordat littera sequens, cum dicitur:*

Promissiones in veteri Testamẽto de quibus sint.

21 Et statuam illis testam. alterum, &c. *i. legem nouam per Christum.*

22 Sempiternum. *Tum quia legi nouæ lex altera non succedet, Tum quia habet effectum sempiternum, introducendo statim ad gloriam sempiternam, quod lex vetus facere non poterat, secundum quod deducit Apostolus satis diffusè in epistola ad Hebræos, ideo subditur,*

Nouum Test. præstantius veteri.

23 Et non mouebo, &c. *quia mansio cælestis stabilis & æterna est.*

14 In

CAPVT III.

[1] ET nunc domine omnipotens Deus Israel, a [1] anima in angustiis & [2] spiritus anxius clamat [3] ad te.[2] [4] Audi domine & miserere, [5] quia Deus es misericors: & miserere nostri, quia peccauimus ante te.[3] Quia tu b sedes in sempiternũ, & nos peribimus in æuũ?[4] Domine omnipotens Deus Israel au- [6] c di nunc orationem mortuorũ Israel, & filiorũ [7] ipsorum, qui

CAP. III.

a ET *nunc domine.* † THEODOR. Excessum, inquit, video, calamitatem, & magnitudinem desperationis.

b *Tu sedes in æternum.* † IDEM. Tu, inquit, es æternus, nos autem temporanei: Tu sempiternus, & interitui minimè obnoxius, vita autem nostra exiguæ mensuræ dimensione continetur.

c *Audi orationem mortuorum.* † IDEM. Verba hæc ostendunt immortalitatem animæ. *Et filiorum qui peccauerunt ante te.* Tu, inquit, dixisti, dentes comedentium vuam acerbã, obstupescent, Intuere igitur in adolescentulos expertes peccati: & ne memineris peccatorũ quæ commiserunt patres nostri. *Sed recordare manus tuæ & nominis tui.* Vtere, inquit, solita miraculorum effectione, & quemadmodum eduxisti ab Ægypto, ita libera à Babylone.

☞ *Quid*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. III.

1 ET nunc domine omnipotens. *Postquam posita est orantis allegatio, hic consequenter ponitur deprecantis conclusio, cum dicitur,*

2 Anima in ang. *posita.*

3 Et spiritus anx. *ex afflictione dura.*

4 Clamat ad te. *vt possit aliquantulum respirare.*

5 Audi domine. *condescendendo, Cetera patent vsque ibi,*

6 Audi nunc orationem mortuorum Israel. *id est, sanctorum patriarcharum & prophetarum, qui viuentes orauerunt ad te pro bono statu posterorum.*

7 Et filiorum ipsorum qui peccauerunt, *id est, vocem nostram* audi

4 Cla-

peccauerunt ante te: & non audierunt vocem domini Dei sui, & agglutinata sunt nobis mala.[5] Noli meminisse iniquitatis patrum nostrorum: sed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore isto:[6] quia tu es dominus Deus noster, & laudabimus te domine,[7] quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, & vt inuocemus nomen tuum, & laudemus te in captiuitate nostra: quia conuertemur ab iniquitate patrum nostrorum qui peccauerunt ante te.[8] Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie, quò nos dispersisti in improperium, & in maledictum, & in peccatum secundum omnes iniquitates patrum nostrorum, qui discesserunt à te domine Deus noster.[9] Audi Israel mandata vitæ, auribus percipe, vt scias prudentiam.[10] Quid est Israel, quod in terra inimicorum es?[11] Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis. Deputatus es cum descendentibus in infernum:[12] dereliquisti fontem sapientiæ.[13] Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace * sempiterna super terram.[14] Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ & victus: vbi sit lumen oculorum & pax.[15] Quis inuenit locum eius? Et quis intrabit in thesauros eius?[16] Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram?[17] Qui in auibus cæli ludunt,[18] qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines: & non est finis acquisitionis eorum. Qui argentum fabricant & soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum.[19] Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt.[20] Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt super terram: viam autem disciplinæ ignorauerunt,[21] neque intellexerunt semitas eius, neque filij eorum susceperunt eam. A facie ipsorum longe facta est.[22] Non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Theman.

a *Quid est Israel.* † IDEM a Quid hoc noui, inquit? Qui populus meus vocabatur, illustris, omnium ore celebris; seruus pro libero, alienigenarum virorum & impiorum conuiuia, præ malorum excessu accedit ad mortuorum similitudinem.

NICOLAVS DE LIRA.

audi, qui licet peccauerimus tibi, tamen pœnitentes clamamus ad te.

1 Et agglutinata sunt nobis mala, *id est, pœna multiplex est nobis inflicta.*

2 Noli meminisse iniquitat. pat. *pro ipsis nos puniendo, nam aliquando filij iustè pro patribus puniuntur pœna temporali: quia filij sunt quædam res patrum.*

3 Sed memento man. *id est, potentiæ tuæ pro nostra liberatione.*

4 Et nominis tui, *cuius proprium est parcere & misereri. Cetera patent vsque ibi,*

5 Quia conuertemur ab iniquitate patrum nostrorum, *in bonum per pœnitentiam nostram, qui sumus successores eorum.*

6 In improperium & in maledi. *nam multa conuitia & maledicta inferebantur eis in aliena terra.*

7 Et in peccatum. *id est, peccatores reputati, & pro peccatis puniti.*

Diuisio. 8 Audi Israel. *Postquam præmissa est humilis deprecatio, hic consequenter subditur vtilis informatio. Et primo Baruch populum Israel ad bonum hortatur; Secundo eum multipliciter consolatur seq. cap. ibi,* Animæquior esto. *Prima in duas, nam primo populum ad sapientiæ desiderium inuitat: Secundo quæ sit illa sapientia, declarat in principio sequentis capitis. Prima in tres, quia primo ad quærendum sapientiam inducit. Secundo ab ea infideles excludit, ibi,* Quis inuenit. *Tertio quibus conceditur, ostēdit, ibi,* O Israel. *Circa primum dicit,* Audi Israel mandata vitæ. *id est, mandata Dei, quorum obseruatio inducit in vitam æternam, Matth.* 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Diuina prudentia. 9 Auribus percipe, vt scias prudentiam, *non humanam, cuius finis est felicitas politica: sed diuinam & infusam, cuius finis est felicitas superna.*

10 Quid est Israel, quod in ter. inim. *detentus in captiuitate.*

11 Inueterasti in terra aliena. *ibi existens iam à longo tempore: quia regnum Israel fuit captiuatum anno 6. Ezechiæ, & Iechonias rex Iudæ cum nobilibus & potentibus regni sui anno primo Sedeciæ, & Sedecias cum reliquis anno vndecimo regni sui.*

Mortui ponuntur pro infidelibus. 12 Coinquinatus es cum mortuis, *id est, cum infidelibus, qui dicuntur mortui, Matth. 8. cap.* Dimitte mortuos sepelire mor. suos. *Filij enim Israel inter eos captiuati communiter inquinabantur cibis eorum, vt dictum est supra Tobiæ 1.*

13 Deputatus es cum descendentibus in infer. *id est, cum idololatris inter eos commorando. Præmisit ergo,* Quid est Israel, *id est, quæ est causa istorum malorum super te venientium? & respondet,*

14 Dereliquisti fontem sapientiæ. *i. quia dereliquisti Deum tuum.*

15 Nam si in via Dei, *tibi ostensa per legem & prophetas:*

16 Habitasses vtique in pace. *à Deo tibi concessa. Patet enim ex decursu veteris testamenti, quod quamdiu in via Dei ambulauerunt, in terra promissionis pacificè habitauerunt.*

17 Disce vbi sit prudentia, *infusa.*

18 Vbi sit virtus, *similiter infusa, nam sicut virtutes politicæ ex actibus acquisitæ connectuntur prudentiæ politicæ, vt habetur 6. æthico. sic virtutes morales infusæ connectuntur prudentiæ diuinæ, vel infusæ.* Connexio virtutum cum prudentia, politicarum scilicet cum politica, & infusarum cum infusa.

19 Vbi sit intellectus. *Est autē intellectus propriè habitus principiorum: Articuli verò fidei sunt principia omnium credibilium: & ideo fides, quæ est virtus intellectualis, est huiusmodi intellectus.*

Fides cur intellectus dicatur? 20 Vt scias simul, *id est, per ipsam fidem, quæ est* substantia rerū sperandarum, argumentum, *id est, certitudo* non apparentium.

21 Vbi sit longiturnitas vitæ, *id est, vita æterna.*

22 Et victus, *id est, fruitio beata.*

23 Vbi sit lumen oculorum, *per apertam primæ veritatis visionem.*

24 Et pax. *Pax dicit omnimodam appetitus quietationem, per fidem enim cognoscimus certitudinaliter, quod ista sunt in Deo obiectiuè: & in beatis spiritibus subiectiuè.*

25 Quis inuenit locum eius? *Hic consequenter infideles ab hac sapientia excludit, dicens:* Quis inuenit locum? *quasi dicat, nullus de infidelibus quantumcumque potens & magnus, ideo subditur,*

26 Vbi sunt principes gentium? *Tempore namque Baruch captiuatis regibus Israel & Iuda, omnes terræ principes erant idololatræ & infideles.*

Venatio. 27 Qui dominantur supèr bestias, quæ sunt super terram, *per venationis exercitium.*

Aucupium. 28 Qui in auibus cæli ludunt, *per aucupium.*

29 Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt. *per hæc enim sperant obtinere super alia regna dominium.*

30 Et non est finis acquisitionis eorum, *quia quanto plura acquirunt, tanto ad alia acquirenda ardentius anhelant.*

31 Qui argentum fabri. *inde faciendo monetam, vel idola.*

32 Et soliciti sunt, *de obtinendo quod cupiunt.*

Qui excludantur à sapientia diuina? 33 Nec est inuentio operum illorum, *quia frequenter præueniuntur morte, antequam possint opus intentum perficere: ideo dicitur:* Exterminati sunt, &c.

34 Iuuenes, *moribus & ætate.*

35 Viderunt lumen, *in bonis sensibilibus suum ponentes finem.*

36 Viam autem disciplinæ ignorauerunt. *Delectationes enim sensibiles hanc notitiam impediunt.*

37 Neque intellexerunt semi. eius, *id est, modos inquirendi eam.*

38 Neque filij eorum susceperunt eam, *malè nutriti, & in sensibilibus delectationibus occupati, sicut patres eorum.*

39 Non est audita in terra Chanaan, *in qua ante filios Israel habitauerunt idololatræ pessimi, vt patet in libris* Num. *&* Deuteronom.

Error Themanitarum de vltimo fine hominis. 40 Neque vi. est in Them. *nomen est terræ de qua fuit Elephaz Themanites, qui non ponebat nisi præsentem vitam, vt dictum fuit super librum Iob, & idem videtur fuisse de aliis habitatoribus illius terræ, nam iste fuit de maioribus & prudentioribus: propterea exclusi erant à sapientia diuina quæ felicitatem ponit in vita futura.*

18 Vbi

Filij

A [23]Filij quoque Agar, qui * exquisierunt prudentiam, quæ de terra est, negotiatores terræ & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem sapientię nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius.[24] O Israel quàm magna est domus Dei B & ingẽs locus possessionis eius.[25] Magnus est, & non habet finem, excelsus & immẽsus.[26] Ibi fuerunt gigantes nominati, illi qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum.[27] Non hos elegit dominus, neque viam disciplinæ inuenerunt: propterea perierũt.[28] Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt pro- C pter suam insipientiam.[29] Quis ascendit in cęlum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus?[30] Quis transfretauit mare, & inuenit illã, & attulit illam super aurum electũ?[31] Non est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas eius.[32] Sed qui scit vniuersa, nouit eam: & adinuenit eam prudentia sua. Qui præparauit terram in æterno tempore, & repleuit D eam bipedibus & quadrupedibus.[33] Qui emittit lumen & vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremore.[34] Stellæ a autem dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt.[35] Vocatæ sũt, & dixerunt. Adsumus. Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas.[36] Hic est Deus noster, & nõ æstimabitur alius aduersus eũ.[37] Hic adinuenit omnẽ viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. [38] Post hæc in terris visus b est, & cum hominibus conuersatus est.

*exquirunt

a *Stellæ autem dederunt, &c.*
† THEOD. Cuncta, inquit, parent factori. Quicquid fa- E ctum est, custodit proprios terminos. Custodias autem stellarum vocat καιρούς, id est, tempora & opportunitates. Nam vnaquæque definito oritur tempore.

Custodia stellarum.

b *Post hæc in terris visus est.*
† IDEM. Sermo iste nobis dilucidè ostendit, vnigeni- F tum naturam humanam assumpsisse, ipsumque vniuersorum esse opificem & sapientiæ fontem: illius etiam ipsum esse factorẽ & dominum. Et de ipso ait in prouerbiis, *Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua.* Non enim Deus verbum illa dicit, sed Dei verbi ab ipso præparata sapientia.

Prophetia clarissima de Christo. Prouerb. 8.

NICOLAVS DE LIRA.

Agareni seu Saraceni.

1 Filij quoque Agar, *Agareni, qui modo dicuntur Saraceni, vsurpantes sibi nomen à Sara libera, cùm tamen descenderint ab Agar ancilla Abrahæ.*
2 Qui exquisierunt prudentiam, *sunt enim astuti in terrenis lucris.*
3 Et fabulatores, *ad decipiendum in mercationibus homines.*
4 Et exquisitores prudentiæ, *quæ propriè est de præsentibus tantum.*
5 Viam autem sapientiæ nesciunt, *quæ magis attendit bona futura,* Nescierunt.
6 O Israel. *Hic consequenter ostenditur quibus conceditur sapientia diuina, cùm dicitur,* O Israel, *considera,*

Domus Dei.

7 Quam magna est domus Dei, *id est, cælum empyreum, quod est locus beatorum: est enim cælum supremum, & per consequens maximè extensum, quantò magis distat à centro mundi.*
8 Magnus est, & non habet finem, *id est, terminationem siue finitionem à parte post, nam est incorruptibilis.*
9 Excelsus, *quia est locus supremus, vt dictum est,*
10 Et immensus, *non simpliciter, quia nulla creatura sic est immensa, sed per comparationem ad nos, qui quantitatem eius metiri non possumus.*

Gigantes.

11 Ibi fuerunt gigantes. *Hoc non refertur ad litteram immediatè præcedentem, nam in cælo empyreo non fuerunt gigantes, qui sunt homines incompositi moribus, sed refertur ad hoc quod prædicitur,* Non est audita in ter. Cha. *in qua habitauerunt gigantes, vt habetur Num. x. d.* Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enach de genere giganteo, quibus cõparati quasi locustæ videbamur.
12 Scientes bellum, *id est, artem bellandi.*
13 Non hos elegit dominus, *in populum sibi peculiarem, sicut elegit Israelem.*
14 Neque viam disciplin. inue. *nam incompositi moribus fuerunt.*
15 Propterea perierunt, *filij enim Israel eos interfecerunt, vt habetur in libris Iosue & Iudicum.*
16 Quis ascendit in cęlum? *quasi dicat, nullus hominum, scilicet, ante Christi aduentum, & pro tempore illo loquitur Baruch.*
17 Quis transfretauit mare, & inuenit illã? *q.d. nullus per talem transfretationem potuit inuenire sapientiam diuinam.*
18 Non est qui possit scire vias. *naturali virtute, sicut inuenta est sapientia philosophica.*
19 Sed qui scit vniuersa, *scilicet, Deus,*
20 Et adinuenit eam, *id est, habet eam per seipsum, & non per doctorem alium.*
21 Qui præparauit ter. *nam in æternum durabit à parte post, sicut & aliæ mundi partes principales: meliorabuntur tamen in suis qualitatibus in mundi innouatione.*
22 Et repleuit eam biped. & quadru. *id est, auibus, hominibus, & animalibus, licet enim aues habitent in aere, communius tamen alimentum accipiunt in terra.*
23 Qui emittit lumen, *nam secundum eius ordinationem lumen solis & lunæ diffunditur per aerem.*
24 Et vocauit illud, &c. *nam secundum ordinationem eius lumen solis & lunæ quodammodo reuocatur, quando certis temporibus eclypsantur.*
25 Stellæ dederunt lumen, *secundum Dei ordinationem.*

Corpora cælestia nõ sunt animata.

26 Et lætatæ sunt. *Locutio est metaphorica, sicut cum dicitur,* Pratum ridet, *quia corpora cælestia non sunt animata, secundum Damascenum.*
27 Vocatæ sunt & dixerunt: adsumus. *Illud dicere, non est aliud, quàm cursum suum secundum ordinationem Dei perficere.*
28 Hic est Deus noster, *cui obediunt corpora cælestia & terrestria.*
29 Et non æstimabitur alius aduersus eum, *nam alij sunt dij falsi.*
30 Hic adinuenit omnem viam, &c. *ducentem ad vitam gloriæ.*

Deuictis passionibus datur homini contemplatio.

31 Et tradidit illam Iacob. *Iacob autem & Israel idem homo fuit: sed primo vocatus est Iacob, id est, supplantator: postea Israel, id est, videns Deum, vel directus cum Deo. Gen. 32. f. per quod designatur quod in via perfectionis oportet hominem prius luctari cum passionibus ipsas subiiciendo per exercitium virtutis, postea proficit in contemplatione veritatis: vnde dicit Gregor. super Ezech.* Qui contemplationis arcem tenere desiderant, prius necesse est, vt in campo actionis se per exercitia probent. *Et Philos. 7. Physicorum.* Sedendo & quiescendo, *id est, sedatis passionibus* fit anima sciens & prudens, *& ideo bene dicitur, quod sapientiam diuinam dedit Deus Iacob & Israel, quia passionibus supplantatis, datur homini contemplatio veritatis.*

De qua Dei in terris cõuersatione sit sermo vers. 38.

32 Post hæc in terris visus est & cum hominibus conuersatus est. *Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt sit relatio præteriti, quia post illuminationem Iacob patriarchæ, & dationem legis descendentibus ex suo semine Exod. 20. Deus apparuit illi populo Exod. 24. c.* Ascenderuntque Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta ex senioribus Israel, & viderunt dominum Deum. *Et subditur ibidem,* Nec non super eos qui procul recesserant de filiis Israel misit manum suam, videruntque Deum, &c. *Cum illis etiam conuersatus est quadraginta annis, præbens eis manna & alia beneficia multa, secundum quod dicitur Psal. 94. b. secundum translationem LXX. interpretum,* Quadraginta annis proximus fui generationi huic, &c. *Alio modo vt sit prophetia de futuro, quia post tempus Baruch Christus Deus & homo cum hominibus conuersatus est, Ioan. 1.* Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, &c. *Et hæc est perfectior expositio, quia conuersatio prima fuit huius figura.*

CAP.

CAP. IV.

a *Hic liber mandat.* a † Theod. Vtpote datus per humanæ naturæ assumptionem vnigeniti filij Dei.

Nouum testamentū. † Idem. *Et lex quæ est in æternum.* Vetus enim testamētū finē accipit.

† Idem. *Omnes qui tenent eam peruenient ad vitam, qui autem dereliquerunt eam, ad mortē,* vtriusque finem ostendit.

b *Beati sumus Isr. &c.* † Idem. Nullum, inquit, habemus ignorationis prætextum, quia certiores nos fecit eorum quæ placent illi.

HIc liber mandatorũ Dei, & lex quæ est in æternum. Omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem. [2] Conuertere Iacob & apprehende eam, ambula per viã ad splendorẽ eius contra lumẽ eius.[3] Ne tradas alteri gloriã tuã, & dignitatem tuam genti alienæ. b[4] Beati sumus Israel, quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis.[5] Animæquior esto populus Dei memorabilis Israel. [6] Venundati estis gentibus, non in perditionẽ: sed propter quod in ira ad iracundiam prouocastis dominũ, traditique estis aduersariis. [7] Exacerbastis enim eum qui fecit vos Deum æternum, immolantes dæmoniis & non Deo. [8] Obliti enim estis eum qui nutriuit vos, & cõtristastis nutricem vestram Ierusalem.[9] Vidit enim iracundiam à Deo venientem vobis, & dixit: Audite confines Sion. Adduxit enim mihi Deus luctũ magnum.[10] Vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum & filiarum, quam superduxit illis æternus.[11] Nutriui enim illos cum iucunditate, dimisi autem illos cum fletu & luctu.[12] Nemo gaudeat super me viduam & desolatam, à multis derelictam propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege Dei.[13] Iustitias autẽ ipsius nescierunt, nec ambulauerunt per vias mandatorum Dei, neque per semitas veritatis eius cũ iustitia ingressi sunt.[14] Veniant confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorum & filiarum mearum, quam superduxit illis æternus.[15] Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam & alterius linguæ,[16] qui non sunt reueriti senem, neque puerorum miserti sunt. Et adduxerunt dilectos viduæ, & à filiis vnicam desolaue-

Prosopopæa. c *Adduxit.* † Idem. Vtens prosopopeia, exhibet ciuitatem reliquis sibi subditis ciuitatibus cũ luctu dicentem: profecto luctum acerbum adduxit mih dominus; Vidi enim quosdam ex incolis interfectos, alios in molestam seruitutem redactos. Nemo congratuletur mihi viduæ. Seipsam appellat viduã, tamquam destitutam prouidentia diuina.

a Emi.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. IV.

Lex à Deo data est sapientia.

1 HIc liber mandatorum. *Postquam Baruch induxit ad sapientiæ desiderium, & ostendit quibus datur, & à quo: hic consequenter ostendit, quæ sit illa sapientia, scilicet, lex à Deo data di.* Hic lib. mand. Dei, *supple, est sapientia prædicta propter quod dicitur Deut. 4. a.* Hæc est sapientia vestra & intellectus coram populis.

2 Et lex quæ est in æternum. *Non enim lex vetus per nouam est abolita, sed magis perfecta, secundum quod dicit saluator Matth. 5. b.* Non veni soluere legem, sed adimplere, *vt ibidem fuit declaratum.*

3 Omnes qui tenent eam, *obseruando,*

4 Peruenient ad vi. *s. gratia in præsenti, & gloria in futuro; licet enim patres ve. testa. decedentes, non statim admitterentur ad gloriam, erant tamen admittendi suo tempore. s. amoto impedimento per Christum.*

5 Qui autem dereliquerunt eam, *transgrediendo in mortem, quia decedentes statim descendebant in gehennam.*

6 Conuertere Iacob, *id est, popule descendens à Iacob,*

7 Et apprehende eam, *per iugem memoriam:*

8 Ambula per viam, *morum,*

9 Ad splendorem eius, *oculos conuertendo: ideo subditur,*

10 Contra lumen eius. *tales enim non habent ante se vmbram ignorantiæ vel culpæ: auertentes autem se à lumine habent vmbrã culpæ & ignorantiæ ante se.*

11 Ne tradas al. gl. tuam, *legem diuinitus datam dimittendo, de cuius acceptione poterat populus Israel præ ceteris populis gloriari, secundum quod dicitur Ps. 147. b.* Non fecit taliter omn. nati. &c. *ideo subditur,*

12 Beati sumus Israel, *hoc dicit Baruch, eo quod erat de populo illo.*

13 Quia quæ Deo placent. *id est, mandata legis, & prophetarũ oracula,*

14 Manifesta sunt nobis, *in lege & prophetis.*

Diuisio.

15 Animæquior. *Posita populi exhortatione, hic consequenter ponitur eius consolatio, & primo in persona Baruch loquentis, secundo in persona Ierusalem metropolis, ibi,* Et dixit, *tertio in persona Dei consolantis, ibi,* Animæquior esto Ierusalem. *Circa primum dicitur.* Animæquior, *id est, constantior & hilarior,*

16 Esto populus Dei, *id est, populus Israel, Dei cultor, ceteris ad idololatriam declinantibus.*

17 Memorabilis Israel, *coram Deo, licet oblitus videaris, ideo subditur,*

18 Venundati estis gentibus, non in perditio. *sed vt afflictio det vobis intellectum ad vestram emendationem, ideo subditur,*

19 Sed propter quod in ira. *id est, in peccatis vestris ira Dei dignis.*

20 Ad iracundiam pro. do. tra. estis, &c. *& patet littera vsque ibi,*

21 Contristastis nutricem vestram Ierusalem, *quæ nutriuit vos corporaliter bonis temporalibus ibidem abundantibus, & spiritualiter doctrina prophetarum ibidem habitantium, ideo subditur,*

22 Vidit enim iracundiam, *id est, pœnam,*

23 A Deo venientem. *hoc enim præuidit Ieremias & alij prophetæ, qui locuti sunt de Babylonica captiuitate, vt patuit supra in libris eorum.*

Diuisio.

24 Et dixit. *Hic consequenter ponitur populi consolatio in persona Ierusalem, & vt opposita iuxta se posita magis elucescat, primo recitatur materia desolationis: Secundo consolationis, ibi,* Ego autem. *Circa primum dicitur:* Et dixit, *scilicet, per prophetas & alios sanctos desolationem Ierusalem lamẽtantes, eo modo loquendi quo Parisius dicitur facere & dicere, quod populus eius facit & dicit.*

25 Audite confines Sion. *i. ciuitates affinitatem cum Ierusalẽ habentes.*

26 Adduxit enim mihi Deus luctum magnum. *id est, materiam magnam lugendi, per exercitum Chaldæorum populum meum captiuantium.*

27 Nutriui enim illos cum iucunditate, *temporibus Dauid & Salomonis, quia tunc erant in magna bonorum temporaliũ & spiritualium prosperitate.*

28 Dimisi autem illos cum fletu & luctu, *cũm ducerentur in Babylonem temporibus Iechoniæ & Sedeciæ.*

29 Nemo gaudeat super me vid. *quæ magis indigeo compaßione.*

30 A multis *de filiis meis in captiuitatem ductis.*

31 Iustitias autem ipsius nescierunt. *practicè, licet aliqui sciuerint speculatiuè scilicet, sacerdotes & legisperiti viuentes malè.*

32 Neque per semitas, *quantum ad consilia.*

Peccantium pœna iustitia dicitur.

33 Cum iustitia ingressi sunt. *scilicet, pœna per Dei iustitiam inflicta, vnde & peccantium punitio communi modo loquendi iustitia nominatur.*

34 Veniant confines Sion. *de hoc enim ciuitates in circumitu Iudææ existentes frequenter loquebantur, sicut solet fieri de tali casu.*

35 Adduxit enim super illos gentem de longinquo, *scilicet, de Chaldæa & aliis regnis existentibus sub Chaldæis.*

36 Gentem improbam, *id est, bonis moribus carentem.*

37 Et alterius linguæ, *propter quod minus miserebantur, quia non intelligebant verba deprecantium, ideo subditur,*

38 Qui non sunt reueriti senem, &c. *quibus tamen esset maximè compatiendum, sed absque discretione ætatis, conditionis, & sexus populum crudeliter afflixerunt.*

39 Et adduxerunt dilectos viduæ. *id est, filios eius in captiuitatẽ duxerunt, & sic eam vnicam & desolatam dimiserunt.*

19 Sed

Ego

A runt.[17] Ego autem quid possum adiuuare vos? [1] [18] Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos [2] eripiet de manibus inimicorum vestrorum. [3] [19] Ambulate, filij ambulate: ego enim derelicta [4] sum sola.[20] Exui me stola pacis, [5] indui autẽ me [6] sacco obsecrationis, & clamabo ad altissimum [7] in diebus meis.[21] Animæquiores estote filij, [8] B clamate ad dominum, & eripiet vos de manu [9] principum inimicorũ.[22] Ego enim speraui in [10] æternum salutem vestram, & venit mihi gau- [11] dium à sancto super misericordia, quæ veniet [12] vobis ab æterno salutari nostro.[23] a Emisi enim vos cum luctu & ploratu: redu- [13] cet autem vos mihi dominus cũ gaudio & iucunditate in sempiternum.[24] Sic- [14] C ut enim viderunt vicinæ Sion captiuitatem [15] vestram à Deo, sic videbunt & in celeritate sa- [16] lutem vestram in Deo, quæ superueniet vo- [17] bis cum honore magno & splendore æterno. [25] Filij patienter sustinete iram quæ superuenit vobis. Persecutus est e- [18] nim te inimicus tuus, sed [19] citò videbis perditionem ipsius, & super ceruices ipsius ascendes.[26] b Delicati [20] mei ambulauerunt vias [21] asperas: ducti sunt enim [22] vt grex direptus ab ini- [23] micis.[27] Animæquiores estote filij, & procla- [24] mate ad dominũ: [25] erit enim memoria vestra ab [26] eo qui ducit vos.[28] Sicut enim fuit sensus ve- [27] ster, vt erraretis à Deo: [28] decies tantùm ite- [29] rum conuertẽtes requiretis eum.[29] Qui enim [30] induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam iucunditatem: cum salute E [31] vestrâ.[30] Animæquior esto Ierusalem: exhorta- [32] tur enim te, qui te nominauit.[31] Nocentes per- [33] ibunt, qui te vexauerunt: & qui gratulati sunt in tua ruina, punientur:[32] Ciuitates quibus seruierunt filij tui, punientur: & quæ accepit [34] filios tuos.[33] Sicut enim gauisa est in tua ruina, & lætata est in casu tuo: sic contristabitur in F sua desolatione.[34] Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit [35] in luctum.[35] Ignis enim superueniet ei ab æter- [36] no in longiturnis diebus: & habitabitur à dæ- [37] moniis in multitudine temporis.[36] Circumspice Ierusalem ad Orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientẽ.[37] Ecce enim ve- [38] niunt filij tui quos dimisisti dispersos: veniunt [39] collecti ab Oriente vsque ad Occidentem, in [40] verbo sancti gaudentes in honorem Dei.

a *Emi. en. vos cum luctu.* † IDEM. Similia sunt hæc eorum quæ dicta sunt à beato Dauide, *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione.* (Psal. 125.)

b *Delicati mei ambula.* † THEOD. Delicatos vocat eos qui opibus ac rebus omnibus abundant, vt qui nulla experiantur aduersa. (Delicati.)

Tum hortatur eos, vt D per pœnitentiam sibi comparent salutem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego autem. *Hic consequenter ponitur materia consolationis, cum dicitur,* Ego autem. *q.d. non est vobis petendum humanum auxilium, sed diuinum; ideo sequitur,*

2 Qui enim adduxit sup. vos mala. *pœnæ, ad vestram correctionem.*

3 Ipse vos eripiet de manibus, &c. *ad nominis sui laudem, præcipiens Cyro ædificare templum in Ierusalem: propter quod dedit populo Iuda redeundi licentiam, vt habetur 1. Esdræ 1.*

4 Ambulate filij. *de virtute in virtutem.*

5 Ego enim derelicta sum sola, *sicut lamentabatur Ieremias propheta dicens Thren. 1. a.* Quomodo sedet sola ciuitas plena populo.

6 Exui me stola pacis, *id est, vestibus iucunditatis.*

7 Indui autem me sacco obsecrationis, *Antiquitus enim afflictionis tempore orabant homines in sacco & cinere, vt patet de Niniuitis Ionæ 3. cap.* (Oratio in sacco & cinere.)

8 Et clamabo ad altissimum, &c. *confidens quod acquiescat precibus meis, ideo subditur,*

9 Animæquiores estote filij, *confidentes de auxilio Dei.*

10 Ego enim speraui in æternum, &c. *id est, quod det vobis non solum salutem temporalem, sed etiam æternam.*

11 Et venit, &c. à sancto. *id est, à Deo qui est sanctus sanctorum.*

12 Super misericordia, &c. ab æterno salutari nostro. *id est, à Christo, qui secundum diuinitatem est ab æterno: & sic de liberatione populi facta per Cyrum, transit ad loquendum de liberatione facta per Christum, tanquam de figura ad figuratum, sicut Isa. 14. loquendo de casu regis Babylonis, sub eodem contextu litteræ transit ad loquendum de casu dæmonis, vt ibidem plenius fuit dictum, & ad idem facit quod sequitur,* (Transitus à liberatione facta per Cyrum ad liberationẽ factam per Christum.)

13 Reducet autem vos mihi dominus cum gaudio. *Populus enim post Babylonicæ captiuitatis reditum quasi continuè fuit in afflictione: propter quod videtur hæc scriptura loqui, saltem principaliter, de liberatione facta per Christum.*

14 Sicut enim vid. vic. Sion. *id est, ciuitates circa Iudæam positæ,*

15 Captiuitatem à Deo, *vobis inflictam propter peccata vestra:*

16 Sic videbunt & in celeritate, *id est, cito,*

17 Salutem vestram, &c. *Si referatur ad liberationem de Babylone, est hyperbole, si autem ad liberationem per Christi gratiam, est locutio clara.*

18 Persecutus est enim te inimicus tuus. *id est, Chaldæorum populus secundum primum intellectum: Diabolus autem, vel quilibet tyrannus persequens ecclesiam, quantum ad secundum.*

19 Sed cito videbis perd. &c. *quia Cyrus destruxit populum Chaldæorum, & Christus diaboli potentiam confregit, & etiam tyrannorum.*

20 Delicati mei am. &c. *id est, grauiter sunt afflicti ab aduersariis.*

21 Ducti sunt enim, *in captiuitatem & mortem,*

22 Vt grex direptus, *id est, raptus per prædam.*

23 Animæquiores estote filij, *sustinendo patienter.*

24 Et proclamate ad do. *qui liberabit vos potenter; ideo subditur,*

25 Erit enim memoria vestra, *in bonum.*

26 Ab eo qui, &c. *id est, à Deo qui permisit vos in captiuitatem duci.*

27 Sicut enim. *vt erraretis à Deo per multiplicem idololatriam, sicut patet 3. Reg. & 2. Paralipom.*

28 Decies tantum, &c. requiretis eum. *Post reditum enim captiuitatis Babylonicæ non leguntur Iudæi fuisse idololatræ, nisi aliqui pauci tempore Antiochi Epiphanis, ducti etiam ad hoc magis timore, quàm infidelitate: vt habetur 1. Machabæ. & 2. ista tamen requisitio Dei magis impleta fuit in apostolis, & aliis credentibus de Iudaismo, vt patet Actuum 2. & 4.* (Post rediũ captiuitatis Babylonicæ pauci admodum Iudæorum idololatrarunt.)

29 Qui enim induxit vobis mala, *scilicet, pœnæ.*

30 Ipse rursum adducet. *quod potissimè impletum est in apertione ianuæ cœlestis per Christum.*

31 Animæquior esto. *Hic consequenter ponitur consolatio inducta ex persona Dei, & primò fit mentio de captiuitatis Babylonicæ liberatione; secundò de populi fidelis exultatione, ibi,* Exui te Ierusalem. *Circa primum ponitur primo aduersariorum punitio, cum dicitur,*

32 Nocentes. *tibi, id est, Chaldæi.*

33 Peribunt, *subiecti & depressi, Cetera patent vsque ibi,*

34 Sicut enim gauisa est in tua ruina. *scilicet gens Chaldaica.* Sic contristabitur in sua desolatione, *per Cyrum & Darium, vt habetur Dan. 5.*

35 Ignis enim, &c. *s. dispositus à Deo, qui est æternus, qui etiam omnia futura præuidit ab æterno. Babylon enim, quæ erat metropolis Chaldæorum, fuit incensa pro magna parte per Cyrum & Darium.* (Babylonis Destructio.)

36 In longiturnis diebus. *quia non fuit readificata: sed magis postea hominibus inhabitabilis facta propter animalia venenosa & monstruosa, sicut prædixit Isa. 13. Secundo ponitur captiuitatis liberatio.*

37 Circumspice Ierusalem, &c. *inde enim venit Cyrus ad destruendum Babyloniam, & ad dandam populo Iudaico redeundi licentiam, ideo subditur,* Ecce enim veniunt filij tui: *& sequitur,*

38 Ab Oriente vsque in Occiden. *id est, ab omni loco vbi fuerant dispersi, quia Cyrus, qui fuit monarcha, publicauit dictam licentiam per totum imperium suum, vt habetur 1. Esd. 1.*

39 In verbo sancti, *id est, in verbo Dei, qui est Sanctus sanctorum, & per Isaiam Ieremiam & alios prophetas prædixerat hunc reditum.*

40 In honorem Dei, *Quia redeũtes ædificauerunt templum in Ierusalem ad honorem diuinum.*

CAPVT V.

A ¹ EXue te Ierusalem stola luctus & vexationis tuæ, & indue te decore & honore, quæ à Deo est tibi sempiterna gloria.² Circumdabit te Deus diploide iustitiæ, & imponet mitram capiti tuo honoris æterni.³ Deus enim ostendet splendorem suum in te omni, qui sub cælo est.⁴ Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum, pax iustitiæ, & honor pietatis.⁵ Exurge Ierusalem, & sta in excelso, & circumspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente sole vsque ad Occidentem: in verbo sancti gaudentes Dei memoria.⁶ Exierūt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honorem sicut filios regni.⁷ Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere in æqualitatem terræ, vt ambulet Israel diligenter in honorem Dei. ⁸ Obumbrauerunt autem syluæ, & omne lignum suauitatis Israel mādato Dei.⁹ Adducet enim Deus Israel cum iucunditate in lumine maiestatis suæ, cum misericordia & iustitia, quæ est ex ipso.

a *Pax iustitiæ & honor, &c.* † THEODORETVS. Hæc nomina nunc habet, propterea ad eam concurrunt cuncti. Saluatoris enim passio reddidit illam splendidam & illustrem.

b *Obumbrauerunt autem, &c.* † THEODOR. Hæc accedere videntur ad ea quæ dixit Dauid, *Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium.* Syluas ergo figuratè vocat gentes interiacentes, quæ non ferebant Deo cultum pietatis: Israelem tamen redeuntem cum omni obsequio honorificè prosecuti sunt. (Psalm. 113)

c *Cum misericord.* † IDEM. Misericordia quidem vsus est erga populum: iustitia verò contra Babylonios. Illi enim peccantes, per castigationem emolumentum adepti sunt, hos verò victoria reddidit dementiores & magis impios. (Victoria nocentior captiuitate.)

NICOLAVS DE LIRA. CAP. V.

1 EXue te Ierusalem. *Hic vltimo sub nomine Ierusalem inducitur populus ad gaudium & exultationem, cùm dicitur.* Exue te Ieru. stola luctus & vexationis. *Mos enim erat antiquitus, & adhuc est in aliquibus terris, aduersitatis tempore vestes lugubres accipere, & redeunte prosperitate illas deponere. Et si in hac parte dirigatur sermo ad synagogam pro tempore reditus captiuitatis Babylonicæ, est sermo hyperbolicus: si autem ad ecclesiam, est magis planus, propter quod intendo litteram sequi isto modo, referendo partim ad tempus gratiæ, & partim ad tempus gloriæ, ideo subditur,* (Vestium mutatio secundum tempus gaudij vel luctus.)

2 A Deo est tibi sempiterna gloria, *Quæ per gratiam hic inchoatur, & in patria consummatur.*

3 Circumdabit te Deus diploide, *quæ est vestis militaris. Et dicitur à duplo duplas, quasi duplex vestis: per quam intelligitur duplex stola gloriæ, scilicet, animæ & corporis.* (Diplois.)

4 Imponet mitram capiti tuo honoris æterni, *quod videmus impletum in pontificibus noui testamenti.*

5 Deus enim ostendet, &c. *per agnitionem veritatis euangelicæ.*

6 Nominabitur enim tibi nomen tuum, *in sempiternum pax iustitiæ: vnde de Christi regno dicitur Isa. 9. b.* Multiplicabitur eius imperiū, & pacis non erit finis.

7 Exurge Ierusalem, & sta in excelso, *id est, in culmine virtutis.*

8 Et circumspice ad Orientem, *id est, Christum, de quo dicitur Luc. 1. g.* Visitauit nos oriens ex alto.

9 In verbo sancti, *id est, Christi, qui est sanctus sanctorum Dani. 9.*

10 Gaudentes Dei memoria. *Apostoli enim & alij credentes in ecclesia primitiua etiam in tormentis positi gaudebant ex memoria Christi Act. quinto g.* Ibant apostoli gaudentes à conspectu cōcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

11 Exierunt enim abs te. *id est, à te.*

12 Pedibus ducti ab inimicis. *nam frequenter ducebantur ad mortem nudis pedibus vt condemnati.*

13 Adducet autem illos dominus ad te portatos in honorem. *nam animæ eorum portabantur honorificè ab angelis ad gloriam: Dicit autem*: ad te. *eo quod est vna ecclesia militans & triumphans secundum duplicem statum, scilicet viæ & patriæ: & sic de vno statu ecclesiæ rapti crudeliter, portabantur ad alium statum ecclesiæ ab angelis honorificè. Potest etiam totum exponi de statu viæ secundum tempora diuersa. Nam episcopi qui tempore primitiuæ ecclesiæ, primi de ecclesiis ad tormenta rapiebantur, modo ad suas ecclesias à militibus & personis notabilibus in principio honorificè deportantur: ideo subditur.* (Vna est ecclesia militans & triumphans.)

14 Constituit enim Deus, *id est, disposuit.*

15 Humiliare omnem montem excelsum. *id est, temporale dominium. Vnde & Constantinus Imperator exhibuit beato Syluestro stratoris officium.* (Constantinus beati Syluestri strator.)

16 Et rupes perennes. *id est, reges, quorum regna diu durauerunt.*

17 Et conualles. *id est, infirmos homines.*

18 Replere in æqualitatem terræ. *id est, in vnam ecclesiam conuenire, in qua non est acceptio personarum.*

19 Vt ambulet Israel, *id est, fidelis populus.*

20 Diligenter in honorem Dei. *Ad hanc enim diligentiam mouere debet æqualitas dicta, quia magnus sicut paruus proficere potest in Dei via.* (Angeli fidelium custodes.)

21 Obumbrauerunt autem syluæ. *id est, angeli sancti & ecclesiæ ministri, sua præsidentia confortant & dirigunt populum in via Dei, vt sic perueniat ad lumen gloriæ cum iucunditate: ideo subditur.*

22 Adducet enim Deus Israel. *cum misericordia & iustitia, quæ semper concomitantur in omnibus operibus Dei. Cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

Incipit epistola quam misit Ieremias ad Iudæos, qui captiui erant in Babylone, cuius epistolæ scriptor fuit Baruch, propter quod adiungitur eius libro.

CAPVT VI.

¹ PRopter peccata quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonosor rege Babyloniorū.² Ingressi itaque in Babylonē eritis ibi annis plurimis ³ & temporibus longis, vsque ad generatio-

NICOLAVS DE LIRA. CAP. VI.

PRopter peccata, &c. *Hæc est secunda pars principalis huius libri, in qua ponitur epistola Ieremiæ ad Iudæos, qui captiui erāt in Babylone, cuius scriptor fuit Baruch, propter quod adiungitur eius libro. Et diuiditur in tres partes, nam primo ponitur captiuitatis huius causa, secundo prohibetur idololatria, ibi,* Nunc autem, *tertio subditur eius multiplex ignominia, ibi:* Nam ligna. *Circa primum dicitur.* (Diuisio.)

1 Propter peccata quę peccastis, *id est, in Ierusalem, quæ erat electa ad diuinum cultum, & etiam in templo: nam in plateis Ierusalem & in atriis templi fuerunt aræ editæ: vt patet 4. Reg. & 2. Paralipomen.* (Multiplex idololatria in Ierusalē.)

2 Abducemini in Baby. ca. *ex quo videtur quod hæc epistola fuit scripta post transmigrationem Ioachim & eorum qui cum eo ducti fuerunt in Babylonem 4. Reg. 24. & ante captiuitatem generalem sub rege Sedecia factam, & sic Ieremias in hac epistola loquitur huic captiuitati per modum futuri, sicut in epistola missa transmigratis cum Ioachim, quæ habetur Ier. 29. loquitur per modum præteriti: verumtamen hæc epistola secunda non fuit in Babylonem missa, donec post mortem Ieremiæ Baruch illam portauit ibidem: & eam legit transmigratis cum Ieconia & captiuatis cum Sedecia.* (Quando scripta & quando missa fit hęc epistola in Babylone.)

3 Vsque ad generat. sc. *id est, vsque ad septem decades annorum, vt dicunt aliqui, quæ faciunt 70. annos. Tantum enim temporis secundum communiorem opinionem fluxit à transmigratione Ioachim vsque ad reditum de Babylone, secundum tamen Heb. deficiunt quatuor anni vel quinque, vt inf.* (Septem generationes.)

nes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace.[3] Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos, in humeris portari ostentantes metum gentibus.[4] Videte ergo ne & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipsis.[5] Visa itaque turba de retro & ab ante, adorante, dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari domine.[6] Angelus autem meus vobiscum est. Ipse autem exquiram animas vestras.[7] Nam ligna ipsorum polita à fabro, ipsa etiam inaurata & inargentata falsa sunt, & nō possunt loqui.[8] Et sicut virgini amanti, ornamenta, ita accepta auro fabricata sunt.[9] Coronas certè aureas habent super capita sua dij illorum: vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in semetipsis.[10] Dant autē & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant: & iterum cùm receperint illud à meretricibus, ornant deos suos.[11] Hi autem non liberantur ab ærugine & tinea.[12] Opertis autem illis veste purpurea, extergent faciem ipsorum propter puluerem domus, qui est plurimus inter eos.[13] Sceptrum autem habet vt homo, sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interfecit.[14] Habet etiam in manu gladium & securim: se autem de bello & latronibus non liberat. Vnde vobis notum sit, quia non sunt dij:[15] non ergo reueremini eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt & dij illorum.[16] Constitutis illis in domo oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium.[17] Et sicut alicui qui regem offendit circū̄septæ sunt ianuæ, aut sicut ad sepulchrū̄ adductum mortuum, ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne à latronibus expolientur.[18] Lucernas accendunt illis, & quidem multas: ex quibus nullam videre possunt. Sunt autē sicut trabes in domo.[19] Corda verò eorum dicūt elin-

NICOLAVS DE LIRA.

videbitur. Sed hoc dictum videtur deficere, primo in hoc quod tempus decem annorum computant pro vna generatione, quia puer decem annorum generare non potest secundum communem cursum naturæ. Scriptura verò loquitur de generatione secundum modum naturæ consuetum. Secundo quia non fuerunt ibi septem decades completæ, vt dictum est secundum computationem Hebræorum, quam communius secutus sum. Et ideo videtur mihi quod tempus septem generationum incohandum sit à transmigratione Iechoniæ & terminandum in reditu populi de Babylone facta per Esdram, vt habetur 1. Esdræ vij. & viij. quæ facta fuit septimo anno Darij secundum computationem quam in præcedentibus libris secutus sum, tamquam veriorem, Dan. ix. & in principio libri Esther, hoc autem tempus fuit centum triginta annorum, vel ad minus centum viginti, nam à transmigratione Iechoniæ, vsque ad captiuitatem Sedechiæ regis fluxerunt xj anni, & inde vsque ad 1. annum monarchiæ Cyri. 52. & inde vsque ad Cambysem eius filium tres anni secundum Hebræos, secundum alios autem historiographos 12. post Cyrum Cambyses regnauit 8. annis. & post ipsum Assuerus 40. & post eum filius eius Darius, alio nomine Artaxerxes dictus, 7. annis, vsque ad missionem Esdræ cum populo in Iudæam redeuntis. Anni vero dicti simul iuncti faciunt annos 120. computatis tamen tribus annis monarchiæ Cyri, computatis vero 12. faciunt annos 130. vel 129. In tanto vero tempore bene complentur septem generationes secundum cursum naturæ, iuuenis enim 17 annorum vel 16. potest naturaliter generare.

Tempus septem generationum quot annis comprehēdi putandū sit.

1 Post hoc autem educam, &c. *cum Esdra sacerdote.*

2 Nunc autem. *Hic consequenter arcetur populus ab idololatria, cùm dicitur:* Nunc autem, &c. deos aureos. *id est, idola, &c.*

3 In humeris. *sacerdotum.*

4 Portari ostentantes metum gentibus. *id est, ad incutiendū eis timorem. Ad cuius intellectum sciendum, quod sicut 1. Reg. 4. arca domini per sacerdotes fuit portata ad exercitum ad incutiendum terrorem Philistæis, & sicut rege Franciæ in exercitu existente fiunt processiones Parisiis & alibi, in quibus ex deuotione portantur sanctorum reliquiæ, vt orationibus eorum rex & suus exercitus adiuuentur, & aduersarij confundantur: sic pro salute regis Babylonis idola portabantur in sacerdotum humeris, ideo subditur.*

Processiones pro salute exercitus.

5 Visa itaque turba. *Babyloniorum.*

6 De retro & ab ante. *nam in tali deportatione aliqui præcedebant & aliqui sequebantur idola, sicut in processionibus Christianorum aliqui præcedūt & aliqui sequuntur sanctorum corpora.*

7 Adorante. *Deum verum.*

8 Dicite in cordibus vestris. *si id palam dicere non audetis: quod dicitur propter infirmos.*

9 Te oportet adorari domine, *& non idola vana.*

10 Angelus autem meus vobis. est. *hoc dicitur in persona domini. Et accipitur de Exod. xxxiij.*

11 Ipse autem exquiram, &c. *de manu illorum qui vos opprimunt iniustè. Et accipitur hoc verbum domini de Gen. 9.*

12 Nam ligna. *Hic consequenter ponitur idololatriæ multiplex ignominia, quæ multis deductionibus, concluditur, & patebunt partes prosequendo. Ergo prima deductio accipitur ex eorum fabricatione & ornamento cum dicitur:* Nam ligna ipso. *aliqui dicunt lingua, eò quod post subditur:* Et non pos. *sed hoc non videtur mihi verum, nam imagines fabricantur & formantur ore clauso, & sic non apparet lingua, nec fit in eis, & quia constructio planior est, cum dicitur,* Nam ligna ipsorum. *id est, ligna ex quibus fiunt idola.*

Diuisio.

Ligna an lingua legi debeat vers. 7.

13 Polita. *Supple sunt.*

14 A fabro, *scilicet, lignario.*

15 Ipsa etiam inaurata & inargentata, *desuper.*

16 Falsa sunt. *licet enim lignum, aurum & argentum & huiusmodi quæ sunt materia idoli, sint res verè naturales: tamen quantum ad id quod signat idolum ex eis factum falsa sunt, ideo dicit Apostolus 1. ad Cor. 8. a. quod* idolum nihil est in mundo: *per hoc etiam quod dicitur:* Falsa sunt, *in plurali, patet, quod in principio versus non est* lingua *in singulari.*

Secundum quid idola sint falsa & nihil?

17 Et non possunt loqui, *quasi dicat, si essent veri dij, possent loqui.*

18 Et sicut virgini amanti. *sic idolis fiunt ornamenta: ac si diligant talia, cùm tamen nihil possint diligere, ideo subditur.*

19 Vnde subtrahunt sacerdotes. *si enim essent dij verè, diligētes talia, non permitterent sibi subtrahi.*

20 Non liberantur ab ærugine, *id est, rubigine quantum ad aurum, argentum, & alia metalla, ex quibus fiunt idola.*

21 Et tinea. *quantum ad ligna ex quibus fiunt, & vestes quibus operiuntur, quæ vermibus corroduntur.*

22 Extergent faciem ipsorum. *quia idola non possunt se extergere. Cetera patent vsque ibi,*

23 Habet etiam. *scilicet idolum.*

24 In manu gladium & securim, *sic enim formabatur idolum Martis, qui dicebatur Deus belli.*

25 Se autem de bello. *Frequenter enim in veteri testamēto legitur, quod deuictis idololatris rapiebantur à victoribus eorum idola. Et ex prædictis concluditur.*

Dij in bello capti.

26 Vnde vobis notum sit. *scilicet, quod in eis nihil est numinis, nec eis est aliqua reuerentia exhibenda.*

27 Sicut enim. *Hic ponitur secunda deductio ad eamdem conclusionem, & accipitur ex defectu vtilitatis, cum dicitur:* Sicut, &c. *inutile officium ad proprium, materia tamen aliquando valet, vt fragmenta scyphi argentei vel aurei: similiter idola quamdiù stant in propria forma nihil valent: materia autem vt aurum & argentum, valet ad aliquos vsus.*

28 Et sicut. Circumseptæ sunt ianuæ. *ne possit exire de carcere.*

29 Aut sicut ad sepul. adductum mor. *Antiquitus enim in sepulchris potentum ponebantur pretiosa: propter quod claudebantur fortiter, & cum diligentia, ne à latronibus extraherentur.*

Sepulchra priscorum.

30 Ita tutantur sacerdotes ostia. *templorum.*

31 Ne à latronibus expolientur. *scilicet, idola ab ornamentis suis pretiosis.*

32 Lucernas accendunt, *quasi dicat, hoc fit inutiliter & frustra.*

33 Corda vere eorum. *Aliqua enim idola erant interius terrea & exterius ærea vel huiusmodi, & sic serpentes qui terram comedūt (Gen. 3. c.* Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*) interiora idolorum, quæ erant quasi corda ipsorum, consumebant.*

Ni-

eligere serpentes, qui de terra sunt: dum comedunt eos & vestimentum ipsorum, & non sentiunt.[20] Nigræ fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit.[21] Supra corpus eorum & supra caput eorum volant noctuæ, & hirundines & aues, etiam similiter & catæ.[22] Vnde sciatis, quia non sunt dij. ne ergo timueritis eos.[23] Aurum etiam quod habent, ad * specimen est: nisi aliquis exterserit æruginem, non fulgebunt. neque enim dum conflaretur, sentiebant.[24] Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non est in ipsis. *[25] Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus. Confundantur etiam, qui colunt ea.[26] Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt: neque si quis eum statuerit rectum, per semetipsum stabit, sed sicut mortuis humeri eorum illis apponentur.[27] Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum & abutuntur, similiter & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt:[28] de sacrificiis eorum fœtæ & menstruatę contingunt. Scientes itaque ex his, quia non sunt dij, ne timeatis eos.[29] Vnde enim vocantur dij? Quia mulieres apponunt diis argenteis & aureis & ligneis,[30] & in domibus eorũ sacerdotes sedent habentes tunicas scissas, & capita & barbam rasam, quorum capita nuda sunt.[31] Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in cœna mortui.[32] Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, & vestiunt vxores suas & filios suos.[33] Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni poterunt retribuere, neque regē constituere possunt, neque auferre.[34] Similiter neque diuitias dare possunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit, neque hoc requirunt.[35] Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiore eripiunt.[36] Hominem cæcum ad visum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt.[37] Viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient.[38] Lapidibus de monte similes sunt dij illorum lignei, & lapidei, & aurei, & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur.[39] Quomodo ergo æstimandum est aut dicendum illos esse deos?[40] Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea, qui cùm audierint mutum non posse loqui,

* specimen

* Isa. 4. b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nigræ fiunt facies; *comburebantur enim ibi thura in venerationem idolorum, & ex fumo ascendente denigrabantur facies eorum,*

2 Supra, &c. noctuæ & hirundines, *suas immunditias ibidem facientes. Ex quibus concluditur sicut prius,* Vnde sciatis, quia non sunt dij, &c.

3 Aurum etiam. *Hic consequenter ponitur tertia deductio ad idem: & incipit à deturpatione suæ speciositatis, cum dicitur,* Aurum etiam quod habent ad specimen, *id est, decorem,*

4 Nisi aliquis exterserit æruginem, *super excrescentem,*

5 Non fulgebunt, *sed magis obscura erunt.*

6 Neque enim dum conflarentur, *in fornace,*

7 Sentiebant, *quia nihil habent vitæ. & ideo subditur,*

8 Ex omni pretio empta. &c. ostentantes, *id est, manifestè ostendentes,*

9 Ignobilitatem suam hominibus: *per hoc enim, quod portantur patet quod non habent virtutem greßiuam.*

10 Confundantur etiam, qui colunt ea: *id est, debent confundi in semetipsis, colentes sicut deos talia nullam virtutem habentia,*

11 Propterea si ceciderint in terram, *ex pondere materiæ,*

12 A semetipsis non consurgunt, *id est, propria virtute non possunt surgere.*

13 Neque si quis eum, *id est, idolum,*

14 Statuerit rectum, per seipsum stabit: *quod est minus,*

15 Sed sicut mortuis, *id est, nullam virtutem habentibus,*

16 Humeri eorum illis apponentur. *id est, fulcimenta aliena quibus sustentantur.*

17 Hostias illorum vendunt, *sacerdotes, nam idola comedere non possunt sibi oblata,*

18 Et abutuntur, *id est, hostiarum pretio ad illicitos vsus vtuntur,*

19 Similiter & mulieres eorum decerpentes, *id est, sibi rapientes de talibus hostiis & earum pretiis.*

20 Neque infirmo, neque, &c. impertiunt. *id est, de huiusmodi hostiis idola indigentibus nihil largiri possunt.*

21 De sacrificiis eorum fœtæ & menstruatæ, *id est, mulieres immundæ.*

22 Contingunt, *quod non permitterent, si essent veri dij, ideo concludit,* Scientes itaque, &c.

23 Vnde enim. *Hic consequenter ponitur quarta deductio ad eamdem conclusionem, & incipit à sacerdotum cupiditate, cum dicitur per modum quæstionis,* Vnde enim vocantur dij? *id est, reputantur? Et respondet, dicens,*

24 Quia mulieres, *de facili deceptibiles,*

25 Apponunt diis argenteis & aur. *oblationes & munera, quæ cedũt in vsus sacerdotum: & sic asserunt idola deos esse, propter lucrum; ideo subditur,*

26 Et in domibus eorum, *id est, in delubris idolorum,*

27 Sacerdotes sedent, *id est, manent sicut Deuter. 1. d.* Sedistis in Cades multo tempore, *id est, mansistis. Sic sacerdotes in templis idolorum manebant, ad colligendum pecuniam & oblationes.*

28 Habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam: quorum capita. *in signum mœroris & tristitiæ, quasi lugerent pro expiatione peccatorum offerentium idolis; & ideo subditur,*

29 Rugiunt autem clamantes contra deos suos, *id est, coram idolis.*

30 Sicut in cœna mortui, *id est, facta pro mortuo. Antiquitus enim super sepulchra de nouo mortuorum comedebant lautè & bibebant: & postea exclamabant, quasi lugentes mortuos. Sic sacerdotes idolorum de sacrificiis & oblationibus lautè viuebant, & eiulantes exclamabant coram idolis, quasi satisfacientes pro offerentium peccatis.*

Sepulturæ veterum.

31 Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, *vt mulieres deceptæ de nouo offerant nouas vestes: & hoc ad sacerdotum lucrum; ideo subditur,*

32 Et vestiunt vxores suas & filios suos, *de vestibus amotis ab idolis. Consequenter ostenditur idolorum impotentia in multis exemplis cum dicitur,*

33 Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere, neque regem constituere possunt neque auferre. *& patet littera vsque ibi,*

34 Lapidibus de monte similes sunt dij illorum lignei, & lapidei, & aurei, & argentei, *qui inde se mouere non possunt, neque aliquid agere: ideo concluditur in fine,* Quomodo ergo æstimandum.

35 Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea, *hic ponitur deductio quinta ad idem, & incipit à Chaldæorum vilipensione, qui cum essent cultores illorum idolorum: tamen quando non habebant intentum, vilipendebant ea. & hoc est quod dicitur:* Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea, *id est, vilipendentibus, minus enim dicendo plus significat.*

36 Qui. *scilicet, Chaldæi,*

37 Cùm audierint mutum non posse loqui, *id est, percipiunt, sicut*

offerunt illum ad Bel, postulantes ab eo loqui, [41] quasi possint sentire, qui non habent motum. Et ipsi cum intellexerint, relinquẽt ea. sensum enim non habẽt ipsi dij illorum. [42] Mulieres autem circumdatæ funibus in viis sedent, succendentes ossa oliuarum. [43] Cum autem aliqua ex ipsis abstracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat, quod ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit. [44] Omnia autem, quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum aut dicendum est illos esse deos? [45] A fabris autem & ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacerdotes. [46] Aurifices etiã ipsi, qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Numquid ergo possunt ea, quæ ab ipsis fabricata sunt, esse dij? [47] Reliquerunt autem falsa, & opprobrium postea futuris. [48] Nam cum superuenerit illis prælium & mala, cogitant sacerdotes posse, vbi se abscondant cũ illis. [49] Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dij sunt, qui nec de bello se liberãt, neque de malis se eripiunt? [50] Nam cum sint lignea & inaurata & inargentata, scietur postea, quia falsa sunt ab vniuersis gentibus & regibus, quæ manifesta sunt: quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum opus Dei cum illis. [51] Vnde ergo notum est, quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullũ opus Dei in ipsis est. [52] Regem regioni non suscitant, neque pluuiam hominibus dabunt. [53] Iudiciũ quoque non discernent, neque regiones liberabunt ab iniuria, quia nihil possunt, sicut corniculæ inter medium cęli & terrę. [54] Etenim cũ inciderit ignis in domum deorum ligneorũ, argenteorum & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient & liberabuntur: ipsi verò sicut trabes in medio comburentur: [55] regi autem & bello nõ resistent. Quomodo ergo æstimandum est, aut recipiendũ, quia dij sunt? [56] Non à furibus neque à latronibus se liberabũt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus iniqui fortiores sunt. [57] Aurum & argentum & vestimentum quo operti sunt, auferent illis & abibunt, nec sibi auxilium ferent. [58] Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam, aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur, qui possidet illud: vel ostium in domo quod custodit, quæ in pace sunt, quàm falsi dij. [59] Sol quidem & luna ac sydera, cum sint splendida, &

NICOLAVS DE LIRA.

ut Exod. 20. c. Populus videbat voces; *Ibi enim accipitur videre, pro audire: hic è cõuerso audire pro videre. Cognoscitur enim homo esse mutus per nutus & signa quæ facit. Potest etiam hic accipi* audire *propriè, quia muti aliquando proferunt voces inarticulatas tantum, & sic per auditum percipitur, quod sint muti.* (Audire pro percipere.)

1 Offerunt illum ad Bel, *quod est idolum Babyloniorum, Daniel. 14.*

2 Postulantes ab eo, *id est, ab idolo,*

3 Loqui, *id est, quod mutus possit loqui:*

4 Quasi possint sentire, *id est, postulationes eorum percipere,*

5 Qui non habent motum, *scilicet, dij illorum, vel idola.*

6 Et ipsi. *scilicet, Chaldæi,*

7 Cum intellexerint, *idola nihil posse,*

8 Relinquent ea, &c. *ipsa vilipendendo: q. d. multo fortius filij Israel, quibus specialiter prohibita est idololatria, debent ea contemnere.*

9 Mulieres autem. *Hic ponitur quidam luxuriæ modus, ex quo contemnenda sunt idola. Mulieres enim fune cingebant se superius, quasi ligatæ aliquo magno crimine, sedentes in via per quam transibant homines procedentes ad idola: & quando aliquis eorum transiens trahebat vnam illarum extra viam, & præscindens eius funem carnaliter cognoscebat eam, illa reputabat se liberam à crimine commisso, credens quod idolum misisset illum virum in signum liberationis suæ: & rediens ad sociam exprobrabat ei, quod non fuerat digna sic ab idolo visitari; & hoc est quod dicitur,* Mulieres au. *Et patet ex dictis in littera, hoc excepto.* (Seortationes Deorũ falsorum.)

10 Succẽdentes ossa oliua. *secundum illius idoli ritum, propter quod in fine concluditur,* Quomodo æstimandum, &c.

11 A fabris autem. *Hic ponitur deductio sexta, quæ accipitur ab idolorum impotentia: nam esse eorum ab hominibus dependet, ideo dicitur,* A fabris autem & ab aurificibus facta sunt, *tamquam aliquid minus ipsis, quia causa effectiua potior est suo effectu.*

12 Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacerdotes, *qui formam & figuram idoli fiendi tradunt artifici.*

13 Aurifices, non sunt multi temporis, *id est, experti in sapientia. Iuuenes enim acutius videntes, & agilius operantes, talia possunt melius fabricare quàm senes.*

14 Reliquerunt autem falsa. *id est artifices idolorum reliqrunt posteris idola, quæ sunt falsa: quia nihil sunt, quantum ad id quod repræsentant, vt dictum est supra.*

15 Et opprobrium. *quia cùm percipitur falsitas idolorum, improperatur colentibus cultus eorum.*

16 Nam cum superuenerit illis prælium. *ab aduersariis,*

17 Cogitant. abscondant cum illis, *& sic confitentur facto; quod dij eorum impotentes sunt ad saluandum,* nam cum sint lignea, &c. *sequitur,*

18 Scietur postea, &c. *hoc videtur esse prophetia de tempore Christi, in quo per orbem deiecta sunt idola per prædicationem apostolorum & aliorum Christi discipulorum, ideo concluditur,* vnde ergo notum, &c. (Idola per Christi discipulos deiecta.)

19 Regem, &c. *Hic ponitur deductio septima ad idem, & accipitur ex operibus diuinis, quæ non apparent in idolis, sed magis contrarium. ideo dicit:* Regem regioni non suscitant, *quod est proprium Dei, à quo est omnis potestas terrena.*

20 Neque plu. &c. *sicut facit Deus.*

21 Iudicium quo. &c. *quia discretionem non habent: & tamen hoc est Dei proprium, cum sit verus iudex omnium.*

22 Quia nihil pos. &c. *imò minus: quia corniculæ possunt fugere periculum imminens, non sic idola; ideo subditur.*

23 Etenim cum, &c. *& patet littera, propter quod concluditur,*

24 Quomodo ergo. *q. d. nullo modo.*

25 Non à furi. *Hic ponitur deductio octaua, quæ accipitur ex impotentia resistendi iniuriis, cum dicitur,* Non à furibus, *qui aliena rapiunt in occulto;* (Fures, latrones.)

26 Neque à latronibus, *qui hoc faciunt in manifesto,*

27 Se liberabunt, &c. *ex quo patet eorum impotentia. ideo subditur.*

28 Quibus iniqui. *id est, fures & latrones,*

29 Fortiores sunt, *furando & expoliando idola; ideo subditur,*

30 Aurum, argentum & vesti. &c. *Consequenter ostendit, quod creatura, quæ non reputantur dij, sunt melioris conditionis, cum dicitur.*

31 Itaque melius est esse Regẽ ostent. virtu. *per effectũ in subditis suis;*

32 Aut vas in domo vtile, *ad aliquod opus, vt patella, cyphus, & huiusmodi.*

33 In quo gloriabitur qui, &c. *habens inde aliquam vtilitatem,*

34 Vel ostium, &c. *id est, in quiete vel in somno, quia tunc clausum est ad tutandum quiescentes.*

35 Sol quidem & luna, &c. *suo splendore sunt hominibus vtilia.*

1 Et

& emissa ad vtilitates, obaudiunt: [60] similiter & fulgur cum apparuerit, perspicuum est. Idipsum autem & spiritus in omni regione spirat [61] & nubes, quibus cum imperatum fuerit à Deo perambulare in vniuersum orbem, perficiunt quod imperatum est eis. [62] Ignis etiam missus desuper, vt consumat montes & syluas, facit quod præceptum est ei. Hæc autem neque speciebus, neque virtutibus vni eorum similia sunt. [63] Vnde neque æstimandum est, neque dicendum est illos esse deos: quando non possunt neque iudicium iudicare, neque quicquam facere hominibus. [64] Scientes itaque, quia non sunt dij, ne ergo timueritis eos. [65] Neque enim regibus maledicent, neque benedicent. [66] Signa etiam in cælo gentibus non ostendent, neque vt sol lucebunt, neque illuminabunt vt luna. [67] Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi. [68] Nullo itaque modo nobis est manifestum, quia sunt dij: propter quod ne timeatis eos. [69] Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit, ita sunt dij illorum lignei & argentei & inaurati. [70] Eodem modo & in horto spina alba supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris, similes sunt dij illorum lignei & inaurati & inargentati. [71] A purpura quoque & * marmore, quæ supra illud teneant, scietis itaque quia non sunt dij. Ipsi etiam postremò comeduntur, & erit opprobrium in regione. [72] Melior est homo iustus, qui non habet simulachra: nam erit longè ab opprobriis.

* murice.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et emissa, *à Deo.*

2 Ad vtilitates, &c. *quia suos cursus secundum ordinationem Dei perficiunt, & vtilitates hominibus inde proueniunt.*

3 Idipsum autem & spiritus, *id est ventus.*

4 In omni regione spirat, *id est, perflat.*

5 Et nubes, &c. *similiter perficiunt cursum suum, per aerem secundum Dei ordinationem.*

6 Ignis etiam missus desuper, *in impreßionibus igneis, scilicet, in idolis subdescendit & in fulgure.*

7 Facit quod præceptum est ei, *quia totum procedit ex ordinatione Dei.*

8 Hæc autem, *scilicet idola,*

9 Neque speciebus, *id est, formis visibilibus;*

10 Neque virtutibus, *ad aliquid agendum,* Vni eorum similia sunt: *ideo concluditur,* Vnde neque æstimandum est, &c.

11 Quando non possunt neque iudicium iudicare, *discernendo:*

12 Neque quicquam facere, *inferendo, vel sententiando.*

13 Scientes itaque, quia nõ sunt dij, *quia non apparet in eis virtus aliqua. nec per consequens in aliqua sunt timendi;*

14 Neque enim regibus. *Hic ponitur deductio nona, quæ accipitur ex defectu diuinæ proprietatis, cum dicitur,* Neque enim regibus maledicent, *scilicet, malis:*

15 Neque benedicent, *bonis, quod est proprium Dei.*

16 Signa etiam in cælo, *vt stationem solis sub Iosue, & retroceßionem eius Ezechiæ tempore,*

17 Gentibus non ostendent, *sicut Deus legitur fecisse; & non solum deficiunt ab operibus Dei, sed etiam creaturæ: ideo subditur,*

18 Neque vt sol luce. *per diem,*

19 Neque illuminabunt vt luna, *per noctem: & non solum deficiunt ab operibus creaturæ superioris, sed etiam inferioris, ideo subditur,*

20 Bestiæ, &c. fug. sub te. *propter imminens tempestatis periculum: quod non possunt facere dij gentium; ideo concluditur,* Nullo itaque modo.

21 Nam sicut. *Hic ponitur deductio decima, & accipitur in comparatione idolorum rebus nullum habentibus effectum, cùm dicitur,* Nam sicut in cucumerario for. *Gallicè* espouuentail.

22 Nihil custodit, *nam aues videntes quod nullum habeat motum, sedent super caput eius absque timore, ita sunt dij illorum nullam penitus habentes virtutem.*

23 Eodem modo & in horto spina al. *nihil facit ad custodiam horti.*

24 Similiter & mortuo proiecto in tenebris, *id est, inhumato.*

25 Similes sunt dij illorum, *quia nihil plus possunt, quàm corpus mortuum in terra sepultum.*

26 A purpura quoque, *qua induuntur idola.*

27 Et marmore, *scilicet, simili illi vnde fiunt idola: ex eodem enim marmore aliquando de vna parte fit idolum, & de alia sternitur platea propter lutum euitandum.*

28 Quæ supra illud teneant, *supple non apparet, id est, non apparet aliqua ratio, quare idola sint superiora vel melioris conditionis quàm purpura, qua vestiuntur, vel marmor vnde formantur: ex quo concluditur,* Scietis vtique, quia non sunt dij.

29 Ipsi etiam, *scilicet, dij idololatrarum;*

30 Postremo comeduntur, *Quod dupliciter intelligitur, vno modo quia à latronibus, seu raptoribus venduntur, & sic pretium eorum comeditur; Alio modo quia post longam durationem à vermibus corroduntur, si sint lignea, & à rubigine consumuntur, si sint metallica; & ab hostibus confringuntur si lapidea.*

Quomodo comedi dicantur idola

31 Et erunt in opprobrium, *colentibus ipsa. Concludit ergo,*

32 Melior est igitur homo iu. *quam colentes idola. Et subditur ratio,*

33 Nam erit longè ab opprobriis, *quæ sunt inferenda idololatris. Et minus dicendo significat maius: nam homo iustus non solum debet esse longè ab opprobriis, sed etiam honorabilis coram Deo & angelis, qui in trinitate perfecta viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.*

PROLOGVS S. HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM.

A EZechiel propheta cũ[1] Ioachin rege Iuda[2] captiuus ductus est in Babylonem, ibique[4] eis, qui cũ eo captiui fuerãt, prophetauit,[5] pœnitentibus, quòd ad Ieremiæ vaticiniũ se vltrò aduersariis tradidissent:[6] & videret adhuc vrbem Ierosolymam stare, quã ille casuram esse prædixerat.[7] Tricesimo autem ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto exorsus est ad cõcaptiuos loqui.[8] Et eodem tẽpore, licet posterior, hic in Chaldæa, Ieremias in Iudęa prophetauerunt.[9] Sermo eius nec satis disertus, nec admodũ rusticus est, sed ex vtroque mediè tẽperatus.[10] Sacerdos & ipse fuit sicut Ieremias,[11] principia D voluminis & finem magnis habens obscuritatibus inuoluta.[12] Sed & vulgata eius editio non multũ distat ab Hebraico.[13] Vnde satis miror quid causæ extiterit, vt si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes, in aliis eadẽ, in aliis diuersa transtulerint.[14] Legite igitur & hũc iuxta translationem nostram,[15] quoniam per cola scriptus & commata, manifestiorem legentibus sensum tribuit.[16] Si autẽ amici mei, & hunc subsannauerint: dicite eis, quod nemo eos[17] compellat, vt scribant. Sed vereor ne illud eis eueniat,[18] quod Græcè significatius dicitur, vt vocentur,* [19] φαγολοίδοροι, hoc est[20] mãducantes sannas.

* Hunc loquendi modum à Demosthene accepisse videtur Hieronym. ille n. in oratione περὶ στεφάνε, vocat Æschinem aduersarium suum, ιαμβόφαγον, quod ei obtrectando conuitiis vesceretur, ac saturaretur: sanna autem idẽ est, quod λοιδορία seu conuitium.

B
R. P. F. LEANDRI S. MARTINI
ANNOTATIONES
ad Prologum S. Hieronymi in Ezechielem prophetam.

PRologus hic est inter epistolas S. Hieronymi, numero centesima decima nona; scribiturque ad Paulam & Eustochium, quæ translationem huius Prophetæ, vt & præcedentium duorum à sancto Doctore exigebãt. Tria in eo facit: in pri- C ma parte de persona & charactere prophetæ ac vaticinij eius disserit; in secunda ibi, *Sed & vulgata eius editio*, agit de veteri vulgata, & noua sua prophetiæ huius translatione; in tertia ibi, *Si autem amici mei*, consuetam sibi defensionem contra æmulos, & translationis suæ obtrectatores ponit.

De prophetæ persona, docet, & quo tempore prophetauerit, & quo loco, & quo genere fuerit prognatus; De prophetia eius, ostendit tum styli characterem, tum etiam summam eius obscuritatem, ibi, *Sermo eius*.

Quantum ad primum, ait, Ezechielem eodem prophetasse tempore in Babylonia, Iudæis qui cum Ioachin rege sese Chaldæis ex persuasione Ieremiæ tradiderant, quinto deditionis anno: quo & Ieremias ipse populo, qui cum Sedechia remãserat Ierosolymis, de futura ipsorum etiam captiuitate vaticinabatur: Idque anno tricesimo ætatis suæ; & tandem fuisse eum de genere sacerdotali.

1 *Ezechiel propheta*. Nomen Ezechielis significat Hebræis, robur Dei, חזקאל *hhezek el.* vel quia fortitudinem & robur Dei, fideles suos amanter protegentis, & hostes potenter punientis intrepide prædicauit; vel quia à Deo opus erat illi peculiari robore Spiritus, vt populo incredulo, & rebelli voluntatem Dei constanter annunciaret; vnde ad eum dicit Dominus cap. 3. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum: vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam.* Vbi pro dictione, *valentiorem*, Hebraicè est, dictio *hhazakim*, vnde nomen Ezechielis deriuatur, scribitur enim *Iehhezkias*, quasi *dominus roborabit*. Fuit hoc nomine Ezekielus poeta Iudæus, qui ad solatium suorum contribulium Græcam tragœdiam ἐξαγωγὴν seu *eductionem* ex Ægypto inscriptam composuit: cuius aliquot versus Clemens Alex. primo stromatum adducit. At nõ est hic poeta, noster propheta, qui Gręca lingua, tunc incelebri & Babyloniis inusitata, suis Iudæis illius linguæ ignaris non scripsisset; nec solatium eis ex tragœdiis vir tantus, tantæ grauitatis & sanctitatis quæsiisset: quippe qui ad solatium in solo Deo collocandum; potentius spiritu prophetico, quam poetico eos inducebat. Quare valde E improbabiliter poetam illum eumdem cum propheta nostro aliqui putarunt. Nam & omnibus tragicis Græcorum poetis (quorum eloquentiam Poeta Ezekielus redolet) propheta noster longè est antiquior: & Clemens cum versus illos citat, auctorem eorum vocat Iudaicum tragœdiarum scriptorem, quasi hoc signo eum distinguens à Propheta, quem maiori cum reuerentia, tamquam notum piis omnibus Dei prophetam sæpius producit.

2 *Cum Ioachin rege Iuda*. Hic est filius Ioakimi, quem Chaldæi interfectum extra portas ciuitatis Ierusalem proiecerunt; nepos Iosiæ; alio nomine dictus Ieconias, pater Salathielis, auus Zorobabelis, qui cum tres dumtaxat menses regnasset, suasu Ieremiæ, seipsum sponte Chaldæis dedidit, vnà cum matre, & Iosedec summo sacerdote, Mardochæo, & aliis primoribus populi, succedente ei F in regno Sedechia patruo ipsius; vt anni transmigrationis Ioachin seu Iechoniæ huius, sint etiam anni regni Sedechiæ.

3 *Captiuus ductus*. Non violenter abreptus, sed voluntate spontanea abductus: secutus nimirum Regem, & Pontificem suum, quia eam nouerat esse Dei voluntatem.

4 *Eis qui cum eo captiui fuerant*. Nimirum, (vt docet Hieronymus in Ezech. c. 12.) Ieremiæ *prophetia mittebatur ad captiuos in Babylone; &* Ezechielis *prophetia ad eos qui habitabant in Ierusalem: vt vnius in diuersis regionibus Dei prouidentia probaretur*, vbique suos comitari; *& intelligerent audientes quæcumque* accidebant populo, nequaquam idolorum potestate, sed domini iussione consistere.

5 *Pœnitentibus quod ad Ieremiæ*. Nam quemadmodum in ipsa Ierosolyma pseudoprophetæ fuerant, qui contra Ieremiam populo suadebant, vrbẽ non tradendam Chaldæis, sed potius priores captiuos intra biennium reuersuros: sic etiam inter captiuos in Babylone (ad quos Ieremias scripserat vt ibi domos ædificarent, futurum enim vt ibi per septuaginta annos manerent) non deerant qui populũ captiuum à fide Ieremię danda conabantur abducere: contra vtrosque ergo Ezechiel suscitatus à Deo, Ieremiæ vaticinia suis oraculis confirmabat.

6 *Viderent adhuc vrbem*. Nimis festina est humanæ mentis affectio; vt nisi statim fiat, quod prędicitur, difficulter credatur. Scribit Iosephus lib. 10. Antiq. c. 10. Sedechiam, cum prophetias Ezechielis litteris traditas, & ad Ierusalem missas legisset, ideo nec Ezechieli, nec Ieremiæ credidisse, quod inter se dissentire viderentur eorum prædictiones: Ieremias enim prophetauerat Sedechiam abducendum captiuum in Babylonem: Ezechiel verò negauerat eum Babylonem visurum. Et tamen vterque verum dixerat: nam ductus est quidem viuus in Babylonem Sedechias, sed oculis prius orbatis vt eam videre non potuerit. Adeo non est fidendum ratiunculis humanis contra verbum Dei.

7 Tri-

7 *Tricesimo anno ætatis suæ.* Probabile hoc est, & deducitur ex eo quod propheta dicit se anno tricesimo cœpisse vaticinari: quod exponūt plerique de anno tricesimo ætatis eius. Et sensus mysticus conuenit, quia erat Ezechiel figura Christi, qui anno tricesimo ætatis suæ cœpit Euangelium suum docere. Conuenit etiam ratio aliqua litteralis, quia valdè congruum erat, vt non ante inciperet officium prophetādi, quam officium sacerdotale, quo ante annum tricesimum fungi non solebant. Sed non est certum: nam & annum illum trigesimum aliunde alij exordiuntur, non ab ætate prophetæ, sed vel à morte Ioakimi, vel ab inuento in domo Dei libro Legis per Pontificem Helchiam; Et præterea potuit puer adhuc prophetare, sicut Ieremias fecerat; cum Iosephus doceat eum, nempe Ezechielem, adhuc puerum fuisse in captiuitatem ductum; & ipsemet dicat se anno quinto transmigrationis prophetasse.

8 *Eodem tempore.* Hoc est concurrebant eodem tempore, prophetandi actus, Ieremiæ quidem in Iudæa, Ezechielis autem in Babylonia: sed prius longè exorsus est Ieremias, nempe anno 13. Iosiæ Regis, à quo anno vsque ad quintum annum Sedechiæ, seu transmigrationis Iechoniæ (quo cœpit Ezechiel prophetare) effluxerunt circiter 34. anni; tot ergo annis post Ieremiam cœpit: sed perseuerante adhuc Ieremia in prophetico munere; & 22. annos antequam Daniel prophetare inciperet.

9 *Sermo eius nec satis disertus.* Alterum membrum primæ partis prologi, de prophetiæ huius qualitate quoad styli genus, eiusque obscuritate in sensibus. Dicit autem eloquentiam eius, medij characteris esse, nec valde sublimem, nec rursus humilem: sed temperato dicendi genere. Talem enim characterem postulabant temporum calamitatumque angustiæ.

10 *Sacerdos & ipse.* Vnde inaniter aliqui eum putabant eumdem esse cum Pythagora philosopho, quem omnes historici fatentur Græcum fuisse & Samo oriundum; & multis erroribus obnoxium, vt præsertim transanimationis seu metemphychosis delirio; qualia nefas est de sancto propheta suspicari. Sed Pythagoras, qui posterior est Cyro euersori monarchiæ Chaldæorum, non potuit esse σύγχρονος seu coæuus Ezechieli, qui vixit sub Nabuchodonosore fundatore eiusdem monarchiæ præcipuo. Vnde nec idem est Ezechiel noster cum Nazarato Assyrio (vt aliqui apud Clementem putasse leguntur) cuius auditor aliquamdiu fuisse traditur Pythagoras.

Patriam eius non prodit scriptura; parentem suum ipse Buzi vocauit; ex cuius nominis significatione dicitur in Targum, seu translatione Chaldæa Ierosolymitana, hunc Buzi fuisse ipsum prophetam Ieremiam, qui à populo incredulo per ludibrium *Buzi*, id est, contemptibilis vocatus fuerit. Sed vanissima est fabula: cum Ieremias ab vtero sanctificatus virginitatem perpetuò coluerit, vxore & liberis carens, vt Christum & Euangelicum virum plenius repræsentaret, prout in prologo ad translationem Ieremiæ loquitur S. Hieronymus.

Multis miraculis floruisse Ezechielem apud concaptiuos suos tradit Epiphanius in vita ipsius: & tandem ab ingrato duce populi sui martyrio affectum, quod idololatrias eius & populi asperè reprehenderet. Sic enim habet martyrologium Romanum, 10. Aprilis: *Ezechielis prophetæ, qui à Iudice populi Israel, quod eum de cultu idolorum argueret, apud Babyloniam interfectus, in sepulchro Sem & Arphaxad, Abrahæ progenitorum sepultus est, ad quod orationis causa multi confluere consueuerunt.* Rectè *à iudice populi sui*; ne quis putaret à Iechonia, aut Salathiele, aut Zorobabele id factum, qui prope erant duces populi; nec tantum facinus ausi fuissent, viri à pietate laudati: sed ab aliquo iudice inferiori, quales erant illi qui Susannam condemnauerant, & à Daniele redarguti, imperio Regis Babylonis populi manibus lapidati sunt.

11 *Principia voluminis & finem.* Nempe, visiones illas mirabiles de curru Dei & Cherubinis eum circumstantibus, & de reparatione templi Hierosolymitani; quas nemo satis explicauerit, ob immensam earum profunditatem. Sed & alia de causa, & quasi de industria obscurius scripsit Ezechiel, quam Ieremias, vt reprehensiones & prophetias suas contra Iudæos non caperent Babylonij, ne amarius in populum Dei insultarent.

De hac autem obscuritate prophetiæ huius; S. Hieronymus in proœmio ad suos in eā commentarios, ita loquitur: *Aggrediar Ezechielem prophetam, cuius difficultatem Hebræorum probat traditio. Nam nisi quis apud eos ætatem sacerdotalis ministerij, id est, trigesimum annum impleuerit; nec principia Geneseos, nec canticum canticorum, nec huius voluminis exordium & finem legere permittitur: vt ad perfectam scientiam & mysticos intellectus, plenum humanæ naturæ tempus accedat.* Hoc est, vt non solum habeat mentem scientia & experientia rerum imbutam, & mysticis sacræ scripturæ arcanis exercitatam, verum etiam maturam ætatem, sine qua vix solet iudicium animorum maturescere.

12 *Sed & vulgata eius editio.* Secunda pars prologi, de translatione veteri & noua huius prophetiæ. De veteri primò asserit, eam quæ vulgò habebatur, nimirum ex Græca 70. interpretum facta Latina; non multum differre ab Hebræo; atque adeò difficilis prophetiæ difficilem quoque & obscuram esse illam translationem.

13 *Vnde satis miror, quid causæ extiterit, vt si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes:* hoc est, si iidem omnino fuerint interpretes, qui omnes libros scripturæ de Hebraico in Græcum, Latinumue eloquium transtulerint: *in aliis eadem in aliis diuersa transtulerint;* vnum idemque verbum, aut eamdem prorsus locutionem Hebræam, vno modo in hoc libro, alio sensu in alio libro vertentes: quum eadem dictio, eademque phrasis videatur debuisse eamdem vbique habere & significationem & translationem, quoad sensum seu vsum eius. Quod tamen aliter fieri innuit, & interpretes veteres idem verbum, eamdemque voculam variè transtulisse, seu diuersas ei significationes accommodasse.

14. 15 *Legite igitur & hunc* (prophetā) *iuxta translationem nostram:* de nouo ex Hebraico factam; & quidem faciliorem intellectu, quàm vulgata tunc temporis editio fuerit, tum quia eumdem verborum tenorem in transferendo seruauit sanctus Doctor; tum quia in hac eius translatione, propheta hic (id est, vaticinium illius) *per cola & commata scriptus,* (distinctis videlicet periodorum seu sententiarum membris, vt facile esset initium, decursum, & finem cuiusque periodi animaduertere) *manifestiorem legentibus sensum tribuit,* seu exhibet, & offert.

16 *Si autem amici mei.* Conclusio prologi, contra obtrectatores, si qui fortè voluerint subsannare, id est sannis & dicteriis, sancti doctoris laborem in hoc propheta transferendo vituperare, aut deridere. Vocat autem hos, *amicos,* ironicè, quod qui amici esse deberent, aut esse se simularent, hostiliter tamen eius honestis studiis detraherent.

17 *Dicite eis, quod nemo eos compellat vt scribant.* Efficax repulsio calumniatorum; tum quia immeritò vituperant auctorem, qui non ex suæ eruditionis præsumptione, sed ex impulsu & rogatu fidelium, & beneuolorum sibi patronorum ad scribendum accessit: tum quia valdè indignum est, vt doctos viros illi calumniari audeant, qui ipsi non ea pollent eruditionis existimatione, vt vllus eos ad scribendum exhortetur, aut inuitet. Est enim quasi tacita exprobratio, eos qui ipsi obtrectarent, reuerà non posse simile quid præstare, quale à sancto Doctore est præstitum; atque ideo quibusdam inuidiæ stimulis agi, quod viderent Hieronymum eruditionis laude admirandum, ab omnibus ecclesiæ proceribus haberi in pretio, & compelli ad lucubrandum; se autem, vt qui longè inferiores essent iudicio, & ingenio, non ita inuitari à magnis viris ad scribendum.

18 *Quod Græcè significantius dicitur.* Insinuat se non vti vocabulo Græco in sermone Latino, nisi quadam necessitate coactum: quia id quod dicere voluit, non posset ita significanter & emphaticè Latino verbo exprimi. Contra quàm faciunt nostræ ætatis scioli, qui tunc se putant optimè scribere, quum Latinas paginas Græcis voculis infarciuerint, non ad maiorem sententiæ energiam, sed ad meram Græcarum litterarum ostentationem.

19 φαγολοίδοροι. Hunc loquendi modum (ait hic doctissimus Marianus) à Demosthene accepisse videtur Hieronymus. Ille enim in oratione pro Ctesiphonte, seu περὶ στεφάνου, Æschinem aduersarium suum vocat ἰαμβοφάγον, quod dum Demostheni obtrectando insultaret, quasi deliciis quibusdam, aut epulis saturaretur. Meritò etiam idem Marianus hic castigat Erasmum, qui pro φαγολοίδοροι posuerat φιλολοίδοροι; quasi prior compositio Græcis esset inusitata, qui ἀνθρωποφάγον, non φαγάνθρωπον dicerent. At fallitur Erasmus, nam & φαγάνθρωπος à Græcis agnoscitur, & in compositionibus integras dictiones vsurpantes vtroque modo inuertunt, vt dicant φιλόθεον, & θεόφιλον, δωρόθεον, & θεόδωρον.

20 *Hoc est manducantes sannas.* Sanna enim est Latinis idem quod Græcis λοιδορία, conuitium, scomma; & qui ea iacit libenter in aduersarium, videtur quasi appetitum suum conuitiis saturare, quod est manducare sannas, pasci aliorum vituperiis.

LYRANI PRÆFATIO in Ezechielem.

Quatuor causæ libri Ezechielis.

APerti sunt cæli, & vidi visiones Dei. *Ezechielis 1.a. In verbo proposito ab Ezechiele dicto possunt notari quatuor causa libri Ezechielis propheta quem præ manibus habemus, scilicet, efficiens, formalis, materialis, & finalis. Efficiens vero causa duplex est, scilicet, principalis & instrumentalis. Principalis verò est ipse spiritussanctus reserans mysteria in hoc libro descripta, qui designatur cum dicitur,* Aperti sunt cæli, *id est, secreta cælestia seu diuina per spiritum sanctum: propter quod dicitur Apoc.3.b.* Hæc dicit, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, *quia spiritus sancti operationem nullus potest impedire. Causa verò efficiens instrumentalis est ipse Ezechiel propheta, qui spiritusancto reserante vidit contenta in hoc libro, & fideliter conscripsit, secũdum quod scribitur Apocal.1.a.* Quod vides, scribe in libro, & mitte septem ecclesiis, *id est, vniuersitati fidelium, ad quorum instructionem sunt destinata ea, quæ sunt in hoc libro descripta.*

Causa efficiens est duplex.

Circa causam formalem sciendum est, quod duplex est forma libri, scilicet, forma tractatus & forma tractandi. Forma tractatus est diuisio libri in partes & capita, & de qua videbitur ad litteram accedendo. Forma verò tractandi, idem est quod modus agendi, qui in hoc libro non est per rationem disquisitiuus, sed propheticus. Et ideo notatur cum dicitur Visiones. *In hoc enim libro plures visiones prophetica continentur, vt patebit prosequendo; de quo potest exponi quod dicitur Osee 12.c:* Ego visionem multiplicaui, & in manu prophetarum assimilatus sum. *Et per manus hic intelliguntur opera, quia propheta sancti aliquando prophetabant verbis, & aliquando sensibilibus factis, sicut dictum est in libro Ieremia: quod ipse captiuationem populi frequenter prænuntiauit verbis, & aliquando factis, scilicet, portando catenas ligneas in collo suo. Et similiter Ezechiel, qui multas visiones propheticas habuit, aliquando eas explicauit verbis, & aliquando sensibilibus factis, vt patebit infra prosequendo Deo concedente.*

Causa formalis.

Prophetia verbi & facti.

Causa vero materialis & finalis tanguntur cùm dicitur, Dei. *Et quantum pertinet ad causam materialem siue subiectiuam, Sciendum, quod sicut in naturali scientia, corpus mobile est subiectum sub ratione absoluta, & in libris partialibus sub ratione contracta, vt in libro cæli & mundi, corpus mobile ad situm, & sic de aliis: Sic in tota sacra scriptura subiectum est ipse Deus sub ratione absoluta, propter quod dicitur theologica, quasi sermo de Deo; & in libris partialibus sub ratione contracta. Dicit autem Rabi Salomon, quòd omnes propheta non sunt locuti nisi ad dies Meßiæ: id est, prænuntiando tempora & mysteria Christi, quia Christus apud nos idem significat quod Meßias apud Hebræos. Christus autem est nomen diuini suppositi, habentis diuinã naturam & humanam. Et secundum hoc Deus humanandus est subiectum generaliter in libris prophetalibus, & sub ratione magis contrahente in libris singularibus, sicut in libro de Anima, qui est pars naturalis philosophiæ, corpus mobile animatum, est subiectũ: & sub rationibus adhuc magis cõtrahentibus in libris sequentibus ad ipsum, vt corpus mobile animatũ anima vegetatiua in libro de vegetabilibus & plantis; Et corpus mobile animatũ respirans in libro de respiratione. De ratione vero contrahente ad hunc librũ illud quod est generale omnibus prophetis, videtur mihi, quod probabiliter potest dici, quod hæc est ratio præsidentia creaturis, ita quod Deus humanandus sub ratione præsidentiæ, vel vt præsidens creaturis, est subiectũ in hoc libro, sicut plenius videbitur prosequendo. Ista tamen præsidentia aliter conuenit ei secundum humanam naturam, & diuinam; quia secundum diuinam competit sibi à principio creaturæ; secundum humanam vero à principio sua incarnationis, auctoritatiuè tamen; sed executiuè conuenit ei à tempore sua gloriosa resurrectionis, propter quod tunc dixit Matth. vlt.d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. *Sic ergo causa materialis vel subiectiua huius libri est Deus sub ratione prædicta, propter quod dicitur infrà 40.a.* Facta est super me manus domini; & adduxit me illuc in visionibus Dei.

Causæ materialis & finalis.

Subiectum totius sacræ Scripturæ, librorum propheticorum, & specialiter Ezechielis.

Circa causam finalem sciendũ, quod Deus est principium & finis omnium, secundum quod dicitur Apoc.1.b. Ego sum α & ω principium & finis. *Et hoc loquendo de fine extrinseco seu obiectiuo. Finis autem intrinsecus seu subiectiuus intellectualis natura duplex est: Vnus est propinquus, s. cognitio Dei, & potissimè habita via supernaturali, cum ænigmate tamen & vt habet dilectionem adiunctam, & hic est finis propinquus huius libri, qui scriptus est ad habendum notitiam & dilectionem Dei in præsenti; De qua dicitur Sapien. 13.a.* Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: *Vanum autem dicitur illud, quod non attingit finem debitum, sicut medicina dicitur vana, quæ non inducit sanitatem ad quam est ordinata. Omnes autem homines in quantum sunt facti ad imaginem Dei, ad beatitudinem supernaturalem sunt finaliter ordinati, ad quam non possunt attingere sine ista scientia, quæ est illius beatitudinis ostensiua. Ad finem enim totaliter incognitum nullus potest dirigere actus suos: propter quod merito dicuntur vani homines carentes scientia Dei. Alius vero finis intellectualis naturæ est remotus, scilicet, visio Dei clara prout habet adiunctam fruitionem perfectam, & hic est finis remotus huius libri, sicut & totius sacræ scripturæ: De quo fine dicit Saluator, Ioan.17.a.* Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. *Ad quam vitam nos perducat, qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.*

Causa finalis.

Finis intrinsecus est duplex.

Vanũ quid dicatur?

Introductiones in librum Ezechielis.

ORIGENES hom.1. in Ezechielem. Non omnis captiuus propter peccatum suum captiuus. Populus pro peccato traditur Nabuchodonosor, in Babylonem ducitur: & prophetæ cum eis & viri sancti, vt in eis captiui consolationem & admonitionem haberent, & correcti quãdoque in patriam redirent: aliter enim non pœniterent. Excruciat Deus nocentes, sed vt pater tormentis clementiam miscet. In Ægyptiis quoque hoc attende: voluit eos punire, sed iram suam temperauit. Vnde Ioseph in Ægyptum descendit, Pharao somnium vidit, & multa huiusmodi præmisit, vt prouiderent sibi. Amat nos Deus, etiã iratus: Sed paruuli non possunt cum emolumento scire, quòd amentur à patre; Vnde, *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te.* Non amantibus. Cùm ergò audieris de populi captiuitate, crede quidem secundum fidem historiæ, sed in significationem rei alterius præcessisse. Tu enim qui fidelis vocaris, qui in Ierusalem commoraris, si peccaueris, Nabuchodonosor, id est, diabolo traditus in Babylonem, id est, in confusionem duceris: Si pœnitentiam egeris, mittetur tibi Esdras, id est, adiutor. s. verbum iuuans, qui te reducat & Ierusalem ædificare faciat: In Adam enim omnes moriuntur, in Christo omnes viuificantur. Fuit autem Adam in paradiso, sed serpens captiuauit eum, & de paradiso eiecit, & venit in locum lachrymarum. Serpens hostis contrarius veritati, non tamen à principio, neque statim supra pectus & ventrem suum ambulauit. Sicut Adam & Eua non statim peccauerunt, ita & serpens aliquando non serpens, cùm in paradiso deliciarum moraretur. *Deus quippe mortem non fecit*, neque malitiam operatus est, liberum arbitrium & homini & angelo ad vniuersa permisit. Alij ergo per arbitrij libertatem ad bonorum ascenderunt summitatem, alij in malitiæ profundum corruerunt. Melius autem fuit vnumquemque derelictum proprio arbitrio niti laborare & per bona opera esse sibi causam salutis, quam dormientem & otiosum in terrena prosperitate quiescere. Ezechiel filius hominis figura Christi, qui prædicat captiuis remissionem.

Supplicia cur & quibus inferat Deus? Genes. 39. a.

Ibid. 41. a. Psal. 30. e.

1. Cor. 15. c. Genes. 3.

Sap. 1. d.

Liberum arbitrium.

GREG. hom.1. in Ezechielem. Prophetiæ tempora tria sunt, præteritum, præsens, & futurũ. Sed in duobus prophetia etymologiam perdit; quæ prophetia dicta, quòd futura prędicat, cùm de præterito vel de præsenti agit, nominis sui rationem amittit, quia ea dicuntur, quæ præterita vel præsentia sunt. Prophetia de futuro, *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*; De præterito, *In principio creauit Deus cælum & terram*, De præsenti, quia Paulus dicit; *Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis aut idiota, &c.* vsque ad hoc *occulta cordis eius manifesta fiunt*: in quo notantur præsentia prophetari. Vnde animaduertitur, quia propheta dicitur, non quia prædicit futura, sed quia prodit occulta. Rem quippe sicut in futuro ab oculis nostris subtrahunt tempora, ita in præsenti subtrahit causa. Præsens enim cogitatio absconditur in latenti corde. Aliquando autem res per absentem tegitur locum, quæ nudatur per spiritum, & ibi est præsens prophetantis animus, vbi non est corpus: Vnde ad Giezi Elisæus, *Nonne cor meum erat in præsenti, quando reuersus est homo in occursum tibi?*

Tria prophetiæ tempora. Isa. 7. c. Genes. 1. a. 1. Cor. 14. c.

4. Reg. 5. g.

IDEM. Sciendum quoque, quia prophetiæ tempora inuicem sibi concinunt ad probationem, vt ex futuris præterita, ex præteritis futura probentur. Cùm enim de præterito dixisset Moyses, *In principio creauit Deus cælum & terram*: De futuro quoque in fine libri in persona Iacob permiscuit, dicens: *Non auferetur sceptrum de Iuda, &c.* Qui etiam per semetipsum ait, *Prophetam suscitauit vobis dominus Deus vester de fratribus vestris, tamquam me ipsum audietis.* Vt dum implerentur, quæ futura prędixit, de præterito vera dixisse crederetur. Ex præterito quoque futura probatur, Vnde rex Babylonis à magis & ariolis suis non solum interpretationem somnij, sed etiam ipsum somnium quęsiuit, scilicet, vt ex pręterito colligeret, quid certum de futuro teneret: Daniel autem vtrumque dixit, & ex præteritis quam vera de futuro diceret, ostendit. Prophetia autem præsentis, nec futuri attestatione indiget, nec præteriti. De modis quoque & qualitatibus prophetiæ disseramus. Spiritus quippe prophetiæ nec semper, nec eodem modo animum prophetæ tangit. Aliquando ex præsenti tangit, & non ex futuro, aliquando ex futuro & nõ ex pręsenti; aliquando ex præsenti & ex futuro, aliquando ex præterito, præsenti, & futuro, aliquando ex præterito, & non ex futuro; aliquando ex futuro, & non ex pręterito; aliquando in præsenti ex parte tangit, & ex parte non tangit; & in futuro similiter. Ex præsenti tangit, & non ex futuro. Vnde Ioannes venientem dominum vi-

Genes. 1. a. Ibid. 49. d. Deut. 18. c.

Prophetiæ inuicem confirmat.

Dan. 5. d.

Modi & qualitates prophetiæ.

[Ioan. 1. d.] videns, ait, *Ecce Agnus Dei, &c.* Sed cùm moriturus esset, missis discipulis requisiuit dicens, *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* *[Luc. 7. c.]* In quibus verbis ostenditur, quia dominum venisse nouerat, sed an per semetipsum ad aperienda inferni claustra descenderet, dubitabat. *[2]* Aliquando verò ex futuro tangit, & non ex præsenti: Vnde Isaac, qui filio suo Iacob longè post futura erant nuntiauit, quis autem esset, scire non potuit. Aliquando ex præsenti pariter & futuro: *[Gen. 27. d.]* Vnde Iacob, qui caligantibus oculis nepotes dignoscere non *[3]* poterat, quis maior esset, quisue minor, ductis in obliquū brachiis dexteram minori, sinistram maiori imposuit, vnde post ait, *Scio fili* *[Gen. 48. d.]* *mi, &c. Et iste quidem erit in populos, &c.* Sic prophetę Abiæ animum ex præsenti pariter & futuro prophetiæ spiritus tetigerat, cum caligantibus oculis eam, quæ se esse aliam simulabat, & vxorem Iero- *[3. Reg. 14. a.]* boam esse cognouit, & quod futurum ei erat, aperuit dicens, *Ingre-* *[4]* *dere vxor Ieroboam, quare te esse aliam simulas? &c.* Aliquando autem ex præterito & præsēti & futuro, sicut Elizabeth ad se venire Mariam conspiciens, quod incarnatum verbum in vtero gestaret agnouit, *[Luc. 1. d.]* eamque domini sui matrem vocauit dicens, *Vnde hoc mihi, vt veniat* *[Matth. 1. d.]* *mater domini ad me?* de cuius conceptione per angelum ad Ioseph *[Luc. 10. c.]* dicitur, *Quod enim ex ea natum est, de spiritu sancto est.* Quæ scilicet, Elizabeth dicit, *Beata, quæ credidisti quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à domino.* Hic apertè ostenditur quia quæ angelus ad Mariam *[5]* dixerat, per spiritum agnouit, & quæ in futuro sequerentur præuidit. Aliquando ex præterito tangit, & non ex futuro: Vnde Paulus, *[Ephes. 3. a.]* *Secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum.* Qui tamen hoc ipsum euangeliū prædicaturus, cùm ascenderet Ierusalem, ait, *[Act. 20. c.]* *Ecce ego alligatus spiritu vado in Ierusalem quæ in ea futura mihi sunt ignorans.* Hoc enim euangelij sacramentum est, quia vnigenitus patris *[Sacramentum Euangelij.]* incarnatus est, perfectus homo factus est, crucifixus, mortuus, & sepultus, die tertia resurrexit, die quadragesima in cęlum ascendit, & sedet in dexteram patris. Euangelium itaque cognouit, sed quòd pro eo passurus esset, ignorauit. Vnde ait, *Nisi quia spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatur mihi, dicens: Quoniā vincula & tribulationes me manet.* Vbi apertè ostenditur, quòd ea, quę ipsi futura essent vel erāt, *[Ibid. 21.]* alij reuelata essent, non autem ipsi. Vnde ait Agabus: *Virum cuius zo-* *[6]* *na hæc est, ita alligari oportet in Ierusalem.* Aliquando ex futuro tangit *[4. Reg. 6. b]* spiritus & non ex præterito, sicut ei, cui de manubrio excussum ferrum ceciderat, inquit Elisæus: *Vbi cecidit?* Et monstrato loco immisit lignum, & natauit ferrum. Aliquando verò in præsenti ex parte *[7]* *[Act. 10. c.]* tangit, & ex parte non tangit: Vnde missi à Cornelio milites, Petro sunt per spiritum nuntiati, quia spiritus dixit ei, *Ecce tres viri quærunt te;* Ad quos descendens ait, *Quæ causa est, propter quam venistis?* Vnde *[8]* aperitur, quia causam à spiritu non audierat. Aliquando in futuro ex parte tangit, & ex parte non tangit: Sicut filij prophetarum de auferendo Elia ad Elisæum, dicunt, *Numquid nosti quod hodie tollat dominus dominum tuum à te?* Quo tamen ablato in rupibus & vallibus quærentes eum se dispergunt. Sciebant enim quod tolli posset, sed nesciebant quod inueniri non posset. Vnde idem Elisæus dixit regi *[4. Reg. 13. d.]* Israel, *Percute iaculo terram. Et cum percußisset tribus vicibus, & stetisset, iratus contra eum, ait, Si percußisses quinquies, aut sexies, siue septies, & percußisses Syriam vsque ad consummationem: nunc autem tribus vicibus percuties eam.* Nouerat enim quia toties percuteret Syriam, quoties terram: sed non quoties percuteret terram. Sic Samuel vngendū no- *[1. Reg. 16. a.]* uerat Dauid, sed tamen dicebat, *Audiet Saul & interficiet me.* Dauid quidem vnxit, & occisus non est, &c.

Idem. Sciendum quoque quod alij prophetæ ex proximo tanguntur, & non ex longinquo: alij ex longinquo, & non ex proximo: *[1. Reg. 10. a.]* alij ex vtroque. Non de longinquo, sed de proximo Samuel tactus asinas inuentas nuntiabat; Saulem regem prædixit futurum; quod *[Distinctio prophetarū secundum quod tanguntur de proximo vel de longinquo.]* Dauid ei succedat, prædicit. Sed quod pater ęterni regis futurus sit, non prædicit. Quidam autem de longinquo & non de proximo tanguntur prophetiæ spiritu, sicut Dauid incarnandum de Iudæa verbum Dei nouerat, dicens, *Homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altißimus:* *[Psal. 86. b.]* tamen multa è vicino non intellexit, sicut seruum Miphiboseth sibi contra dominum suum mentientem; Et Amasæ pro- *[2. Reg. 16. a.]* *[Ibid. 19.]* mittens, ait, *Hæc faciat mihi dominus & hæc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni tēpore pro Ioab,* Quid sequeretur ignorans: Amasa enim nec princeps militiæ fuit, & pro Ioab vitam finiuit. Et cum templum Deo construere voluit, prophetam alium consuluit. Quidam verò & ex longinquo tanguntur & ex proximo: vt Isaias, lon- *[Isa. 7. c. & 9. b. & 28. a.]* gè enim post futura prænuntiat, *Ecce virgo concipiet, &c.* Et alibi: *Paruulus enim natus est nobis, &c.* Idem è vicino spiritu prophetiæ de Ezechia rege ait, quod de infirmitate sua surgeret, & quot annis *[4. Reg. 4. d.]* postea viueret. Aliquando prophetiæ spiritus prophetis deest, quatenus cum hunc non habent, agnoscant se ex dono habere cum ha- *[4. Reg. 3. b.]* bent. Vnde Elisæus cū flentem Sunamitem à pedibus suis per Gieri auelli prohiberet, dixit; *Dimitte illam: anima eius in amaritudine est, & dominus celauit à me, & non indicauit mihi.* Sic quoque cum Iosaphat *[Prophetiæ spiritus prophetis non semper adest.]* cum de futuris requireret, & prophetiæ spiritus ei deesset, psaltem fecit applicari, vt ad se per laudem psalmodiæ descenderet, & se de venturis repleret. Cùm enim vox psalmodiæ per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotenti Deo ad cor iter præparatur, vt intentæ menti vel prophetiæ mysteria, vel compunctionis gratiam infundat: Vnde, *Sacrificium laudis honorificabit me, &c.* Et alibi, *Canta-* *[Psal. 49. d.]* *[Psal. 47. a.]* *te domino, psalmum dicite nomini eius, &c.* Quia autem prophetiæ spiritus non semper adest prophetis, vir Dei indicat, qui contra Samariam missus, mala quę ventura erant nuntiauit: Sed prohibitus à *[3. Reg. 13. c.]* domino in via comedere, falsi prophetæ persuasione deceptus est. Quem fallax sermo nō decepisset, si spiritum præsentem habuisset.

Sciendum quoque est, quod prophetę ex magno vsu prophetan- *[Aliqua, quæ dixerant, à prophetis correcta.]* di quædam ex suo spiritu proferunt: & se ex spiritu sancto proferre suspicantur: Sed quia sancti sunt per spiritum citius correcti, & ab eo, quę vera sunt audiunt, & semetipsos qui falsa dixerunt, reprehendunt. Nathan enim vir sanctus, Dauid regem apertè de culpa *[2. Reg. 12. a.]* reprehendit, & quæ ei ventura essent nuntiauit, & de templo ædificando requisitus, ait: *Omne quod est in corde tuo vade & fac, quia dominus tecum est.* Sed postea audiuit à domino: *vade, loquere ad seruum* *[2. Reg. 7.]* *meum Dauid: Hæc dicit dominus Deus: Numquid tu ædificabis mihi domum, &c.*

Ibid. Inter prophetas veros & falsos hæc est differentia. Veri, si *[Differentia inter veros & falsos prophetas.]* aliquando per spiritum suum dicunt, per spiritum sanctum eruditi, ab auditorum mentibus citius euellunt: Falsi in sua falsitate perdurant.

Ibid. Notandum autem, quomodo dominus ad profectū hominum iræ suæ moderamina dispensat. Israeliticus populus conditori suo deliquerat, ideo in captiuitate regi Babylonio seruiebat; cum quo Ezechiel propheta in captiuitatem mittitur, quem diuina gratia ita sibi placabilem reddidit, vt per eum ventura prædicaret, & afflictis consolationem daret. Consideremus ergo si possumus, *[Quomodo Deus iræ suæ moderamina dispenset?]* quanta est dispensatio supernæ pietatis. Sic iratus est dominus populo suo, vt non omnino irasceretur: ideo in captiuitatem populum tradidit; sed quia non omnino, electos suos cum illo misit, vt ex vna eademque re, & carnalibus daret purgationis flagellum, & spiritualibus virtutibus incrementum; & sic iniustis irasceretur, vt per os iustorum consortium consolaretur, ne si omnino desereret, nullus post culpam ad veniam rediret. Sic quoque populo, cui propter desperationem iratus fuerat per Moysen, dicit, *Nolite ascendere neque pugnetis non enim sum vobiscum, ne cadatis coram inimicis vestris.* O ineffabilia diuinæ pietatis viscera, cùm eis non erat, vt vincerent, & cū eis erat ne perirent: Sic paruulo delinquēti irata mater, si in præceps ire respexerit, accurrit, manum tendit, iræ oblita, pietate plena.

Greg. hom. 2. Vsus propheticæ locutionis est, vt prius personam, tempus, locumque describat, vt ad veritatem solidius ostendendam, ante radicem historiæ figat, & post fructus spiritus per signa & allegoriam proferat. Hoc facit Ezechiel, dicēs: *Et factum est in anno tricesimo.*

Sciendum autem, quòd visioni intimę, verba, quæ protulit, co- *[Prædicationis ministerium à quibus & quando subeundum est.]* pulauit, sic incipiens, *Et factum est:* subiungit enim quod exterius loqui inchoat, ac si illud foris fit, quod intus videbat. Idem. *In tricesimo anno:* quia sermo doctrinæ non suppetit nisi in ætate perfecta. Vnde & saluator in duodecimo anno in templo interrogat, nō docet, vt nōn pręsumant homines infirma ætate prædicare. Discit in terra, qui semper angelos docet in cælo. Vnde Moyses: *Non arabis* *[Deut. 22. b.]* *in primogenito bouis,* id est, in bona operatione primæ ætatis, non præsumas officium prædicationis, nec vomere nouellæ linguæ proscindere terram alieni cordis. Ieremias tamen & Daniel prophetiæ spiritum pueri acceperunt: sed miracula ad exemplum operationis trahenda non sunt. Aliud enim est quod doctrinæ vsu & disciplina discimus, aliud est quod de miraculo scimus. Idem. *Iuxta fluuium Chobar, &c. Ezechiel,* id est, fortitudò Dei, scilicet, filius, qui virtus & sapientia Dei, *Et filius Buzi,* id est, de populo Iudæorum pro peccato contempto, natus, venit iuxta fluuium Chobar. Incarnatus enim peccatoribus propinquare dignatus est, qui iniquitate grauati ad cælestia non poterant subleuari. Chobar namque *graue* interpretatur. Genus verò humanum & graue est per iniquitatem & fluit per mutabilitatem. *In terra Chaldæorum* qui captiuantes, vel quasi dęmones: peccatores autem quasi dæmones, & se & alios captiuant, cum natura homines & rationabiles esse debeant.

Hier. in proœ. ad Eustochium. Ezechielis difficultatē Hebræo- *[Hebræorū traditio, quibus & quæ legere congruat.]* rum monstrat traditio. Nisi enim quis apud eos sacerdotalis ministerij ætatem, id est, triginta annos impleuerit, nec principia Geneseos, nec Cantica Canticorum, nec exordium Ezechielis vel finem legere permittitur, vt ad plenam scientiam & mysticos intellectus, plenum humanæ naturę tempus accedat.

CAPVT I.

A a Et factum est, &c. HIERONYMVS in commentario. In tricesimo anno, nō ætatis prophetæ, vt putant, nec iubilei, qui est annus remissionis; sed à duodeuigesimo anno Iosiæ regis Iuda, quando inuentus est liber Deuteronomij in templo, vsque ad quintum captiuitatis annū Ioachin, cognomento Iechoniæ, qui cum matre ductus est in Babylonem, & cum Daniele & tribus pueris & Ezechiel, quæ est tribus Iudæ prima captiuitas, quando stillauit ira Dei super Ierusalem.

2. Paral. 34.

Ezechiel quando traductus sit in captiuitatem?

† THEOD. Cum considerassem, septuaginta annis Deum Iudæ captiuitaté definisse, & quadraginta annos ipsis septuaginta deesse, cognoui prophetam captiuitatis tempus tricesimum annum esse dixisse, & retrò numerans comperio, non ante 30. annos, sed ante tredecim captiuitatem fuisse. Bonus enim Deus à sua sententia non à rerum euentu, disciplinæ tempus numerare consueuit. Ita erga Abraham fecit, cui non dixisset, *Peregrinum erit semē tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis*, non permisit eos hoc tempus degere apud Ægyptios. verum à sententia sua quadraginta annos enumerat. Et Noe item cum ad pœnitentiam centum viginti annos præfiniisset, conspecto iniquitatis incremento, haud expectauit sententiæ finem, vt peccati progressionem comprimeret. Ita hic quoque comperimus triginta annorum numerum, si à Dei sententia numerandi initium fecerimus. Condemnauit autem Iudæos Deus captiuitate & seruitute, decimo octauo anno Iosiæ regni. Nam cū * Chalcias princeps sacerdotum, defossam comperisset Mosaicam legem, tantum enim Iudæorum iniquitas susceperat incrementi, vt omnia diuina obliuioni tradita essent, deinde eam rex legisset, animaduertissetque ea, quę populus auderet, apertè legi contraria, & idcirco haud mediocri terrore affectus, sacerdotum principem iussisset operam dare, vt Deus placaretur, confert se princeps sacerdotum, ad * Aldan vatem piam mulierem, quæque diuinas leges obseruaret: quæ diuino instructu concitata, diuinique spiritus plena dixit ad eum, *Hæc dicit dominus Deus Israel viro, qui misit vos ad me, ecce ego adduco mala super locum istum, &c.* D Hæc autem gesta sunt, vt dictum est, anno octauo decimo Iosiæ regni, qui vnum & triginta regnauit annos. Ab octauo decimo igitur vsque ad trigesimum, anni intersunt quatuordecim. Post hunc regnauit * Ioacham menses tres, qui cum his annis coniungendi sunt, propterea quod octauo mense octaui decimi anni, hoc editum est à propheta oraculum. Deinde coniunctis cū prioribus vndecim Ioachim annis, vigintiquinque comperiemus. Tres verò Iechoniæ mēses, & dies rursus paucos pro his mensibus, qui deerant octauo decimo anno, computabimus, & ipsis vigintiquinque captiuitatis Iechoniæ, quinque additis, triginta annorum numerum deprehendemus. E

B

Genes. 15.

Deus minuit tēpus supplicij & afflictionis.

C

* Helchias

* Oldam

4. Reg. 22.

* Ioachaz

Colligitur ratio temporum hic posita ver.

Incipit Ezechiel Propheta.

CAPVT I.

¶ Tempus.

ET factum est in tricesimo 1 a ¶ Subaudi mense, pendente sententia. quod LXX. addidere, vt manifestius fieret. b ¶ Subaudis dic. anno in quarto, & quinta ¶ Locus. mensis, cum essem in me- 2 a ¶ Vnde, Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui, Tanquam Lignum quod plantatum est secus decursus aquarum Sion. b dio captiuorum iuxta fluuium Chobar,

ALLEG. Dominus in tricesimo anno ætatis suę ad baptismum peruenit in quarto mense, id est, Ianuario, scilicet; anni principio secundum Romanos. Hebræi vero Nisan, id est, Aprilem mensem nouorū primum faciunt, in quo pascha celebrant. Græci Martiū, Apud Orientales enim post collectiones frugum & torcularia, quando decimæ offerebantur in templo, October erat primus, Ianuarius quartus. Quintam diem mensis addit, vt significet baptismum, in quo aperti sunt Christo cæli: & Epiphaniorum dies ex hoc venerabilis est, non vt quidam putant, natalis in carne, tunc enim absconditus est, nunc apparuit. Quod huic tempori congruit; quod dictum est: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

Lucæ 3. c.

Epiphania Domini.

Matth. 3. d.

HIER. in comment. Figuratur Christus, qui tricesimo anno natus venit ad baptismum, quæ in homine perfecta ætas est. Vnde in libro Numeri secundum Hebræos, non secundum LXX. à vicesimo quinto anno ætatis, sed à tricesimo incipiunt sacerdotes in tabernaculo ministrare. In cuius signum præcessit Ioseph in Ægypto, & esurienti populo frumenta largiturus est. Et Ioannes ad flueta Iordanis baptismum pœnitentiæ prædicauit. F

Num. 4.

Genes. 41. f. Matth. 3. a.

b *Iuxta fluuium Chobar.* HIER. Chobar proprium nomen fluminis. Vel quia graue, interpretatur, Tigrim vel Euphratem, & omnia magna & grauissima flumina, quæ in terra Chaldęorum esse perhibentur, significatur. ☞ a Aper-

Flumina Chaldææ.

Incipit postilla fratris Nicolai de Lira super Ezechielem.

CAPVT I.

ET factum est. *Hic consequenter accedendum est ad formam tractatus, quæ est diuisio libri: qui in duas partes diuiditur, scilicet, in proœmium & tractatum, qui incipit ibi,* Et vidi. *In proœmio verò primo ponitur tempus reuelationis facta Ezechieli prophetæ, cum dicitur,* Et factum est in tricesimo anno, *scilicet, ætatis Ezechielis, vt dicit Hier. in prologo:* Hoc enim tempus est conueniens regimini & prædicationi; *vnde & Ioseph in tricesimo suo anno factus est præpositus Aegypti, Genes. 41. Et Christus baptizatus, Luc. 3. Et ex tunc Christus cœpit prædicare in publico. Sed contra hoc videtur quædam glossa super locum istum, quæ dicit sic:* In anno tricesimo non ætatis, &c. *Ad quod dicendum, quod illa glo. dicitur esse Hierony. & ideo non est absolutè intelligenda, aliter contradiceret sibi, quia dicit contrarium in prologo, vt allegatum est; Et ideo intelligenda est cum ista suppletione.* In tricesimo anno non ætatis, *supple tantummodo; sed cum hoc in tricesimo anno alterius enumerationis. Quæ autem sit illa Hiero. prosequitur in illa glo. dicens,* quòd incipit à decimo octauo anno Iosiæ regis.

Ætas in qua commodè suscipi potest munus propheticæ seu aliud spirituale.

Ad cuius intellectum sciendum, quod Iudæi aliquando in libris & chartis numerabant annos à iubileo immediatè precedente, & sic non accipitur hic secundum Hier. aliquando vero numerabant ab aliquo facto notabili emergenti, sicut à fundatione templi per Salomonem, & transmigratione Ioachin, vt habetur in hoc proœmio, ipse est *annus* quintus transmigrationis Ioachin. *Anno autem Iosiæ decimo octauo repertus fuit liber Deuteronomij in templo, vt habetur. 3. Reg. 4. in quo continentur maledictiones terribiles ventura super legis transgressores, & maximè per idololatriam. Quibus auditis Iosias sciens transgressiones prædecessorum suorum, scidit vestimenta sua præ horrore mali super populum venturi, & quæsiuit consilium ad placandū iram Dei, & ideo ab isto facto notabili cœperunt anni prædicto modo numerari; à quo vsque ad quintum annum transmigrationis Ioachin, in quo facta est reuelatio Ezechieli, vt in hoc prologo dicitur, fluxerunt anni triginta; quod sic patet: Iosias regnauit annis triginta vnum 4. Reg. 22. & sic de regno eius post inuentionem libri prædicti remanent tredecim anni; Item vndecim de regno Ioachin filij eius 4. Reg. 23. Item sex menses in quibus regnauerunt Ioachaz & Ioachin 4. Reg. 23. & 24. qui sex menses cum parte decimioctaui anni Iosiæ remanente post inuentionem libri pro vno anno computantur; Item quinque de transmigratione Ioachin, qui simul iuncti faciunt annos triginta: & idem annus fuit tricesimus ætatis Ezechielis, & inuentionis libri Deuteronomij, & quintus transmigrationis Ioachin. Secundo notatur locus cum dicitur,*

Ratio temporum apud Hebræos.

Concurrit in 30. anni ætas Ezechielis & inuentio libri legis, de quo 3. Reg. 4.

2 Cum essem in me. cap. iuxta fluuium Cho. *Et hic fluuius est in terra Chaldæorum, vt postea subditur, Ezechiel enim cum Ioachin transmigrauerat. Dicunt autem hic aliqui, quod Chobar est nomen appellatiuum, vt sit sensus,* Iuxta flu. Chobar. *Id est, iuxta fluuium graue ex magnitudine aquæ & eius impetu. Sed hoc dictum procedit ex ignorantia idiomatis Hebræi. Si enim hoc esset verum, scriberetur per litteram Daleth in fine, sic Chobad: nunc autem in Hebræo scribitur per litteram Res in fine, & ideo dicendum, quod est nomen proprium tantum.* ☞ 1 Aper-

Chobar nomen proprium fluuij.

MORALITER.

† 1 *Et factum est, &c.* In ista prima visione Ezechielis secundum sensum litteralem per quatuor facies animalium signatur quatuor regna, quæ successiuè populum Iudaicum afflixerūt, scilicet, Babyloniorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum. Secūdum sensum mysticum per populum Iudaicum, Christianus populus figuratur, sicut dicitur 1. Corin. 10. c. *Omnia in figura contingebant illis*; propter quod & nomen Iudaicum secundum rem translatū est ad populum Christianum, sicut dicitur, Ro. 2. c. *Nō enim, qui in manifesto Iudæus, neque, quæ in manifesto in carne est circumcisio; sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non littera; cuius laus est nō ex hominibus, sed ex Deo.* Et ideo per quatuor regna prædicta, & quatuor facies, mystice signantur quatuor hominum genera, quæ successiuè populum catholicū afflixerunt. Primi fuerunt principes Iudæorum vt patet Act. 8. & 9. & in pluribus aliis locis: Et signatur per faciē hominis, eò quòd habuerūt notitiam diuinæ legis, licet in eis obscurata fuerit per rebellionē ad Christum: sicut dicitur, Ro. 11. c. *Cæcitas ex parte contigit in Israel.* Secundi fuerunt Imperatores Roman. qui crudeliter & longo tempore persecuti sunt fidem Christi, vt patet ex martyrum

Veri Iudæi.

Iudæi.

Quatuor hominum genera quos ecclesia infestissimos habuit.

a Aperti sunt cæli. HIERONYMVS in comment. Non diuisione A firmamenti, sed fide credentis, cui reuelata sunt secreta cælestia, sicut in baptismo saluatoris, cum spiritussanctus in specie columbæ descendit.

† THEODORETVS. *Aperti sunt cæli*, non reipsa, sed spiritali contemplatione. Et vidi, inquit, visionem Dei, non essentiã Dei, sed visionem, reuelationem quamdam, & veluti expressam effigiem, quæ ab humana natura comprehendi B posset; & eam in medio captiuitatis, pius cum impiis, cum iniustis iustus. Tanta enim domini benignitas est, vt peccatorum causa suos famulos suppliciis & calamitatibus afficiat.

Qualis aperitio cælorũ facta sit Ezechieli?

a ¶ Secundum Origenem oculis carnis.
b ¶ Non modo vnam, vnde, Ego visiones multiplicabo, quas, scilicet, Ezechiel contexit. ¶ Hoc quoque ad tempus.

a aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei. [1] In quinta men- 1 2

¶ Non captiuitatis.

b sis, ipse est annus quintus transmigrationis Ioachin regis 3

¶ Persona. a ¶ Id est, roboratus à Deo, Christus quoque Dei virtus.

c d Iuda, [3] factum est verbum domini ad Ezechielem filium Bu- 4 5

a ¶ Captiuantium, scilicet. b ¶ In similitudinem hominum factus.

e zi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumen Cho-

a ¶ Per carnem, iam Deum hominem cognoscit propheta. ¶ Aliter non intelliguntur visiones.
b ¶ Filius per quem omnia facta sunt.

f bar. Et facta est super eum ibi manus domini. [4] Et vidi 6 7 g

b Transmigrationis. HIERONYMVS vbi supra, Non captiuitatis, quia sponte se tradens ductus est in Babylonem: igitur Ioachin, id est, Iechoniæ dicitur prima transmigratio: Sedeciæ vero secunda vel extrema captiuitas.

Bis facta tradictio Iudæorum in Babylonem.

c Factum est verbum domini. GREGORIVS hom. 2. Notandum, C quod Ezechiel modo ipse de se, modo quasi alius de se loquitur. Loquitur enim per eum spiritus, qui præsidet, quasi alius: loquitur ipse quasi pro se, qui præsidenti paret. Vnde in Moyse, *Erat enim Moyses mitissimus super omnes homines*: hinc Ioannes ait, *Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus*. Et Paulus, *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* Rectè ergo quasi de alio ait, *Facta est super eum ibi ma. do.* & de se & Iuda: *Et ecce ventus tur.*

Num. 12. a. Ioan. 19. c. 2. Cor. 13. a.

d Buzi. HIERONYMVS vbi supra. Id est spretus atque contemptus; pater quoque Christi ab omnibus contemnitur hæreticis, qui vetus non suscipiunt testamentum.

† THEODORETVS. *Filium Buzi*. Duobus donis gloriatur, sacerdotio & prophetia, vtraque autem sunt spiritus dona. Et D mentionem facit regionis, & loci, vbi diuinam reuelationem conspexit, multa per hæc significans. Primum numen eiusmodi esse quod non in solis Ierosolymis potestatem haberet, neque solis Iudæis dominaretur, sed omnium effector esset ac moderator. Ad aquas verò eum hac visione dignatur, omnium hominum salutem præsignificans, & eã, quæ futura erit, per aquæ regenerationem, piorum Dei cognitionẽ E declarans. Ita etiam Daniel propter aquas diuinas illas visiones cõspexit; & Moses ad ripam proiectus, per aquam salutem est consecutus, ita rursus ipsi puteus & aqua nuptias conciliauit quod etiam Iacob & Isaac vsuuenit.

Aqua regenerationis per multa in veteri Testam. signata.

e Chobar. HIERONYMVS. Danieli quoque, qui & ipse in Babylone erat iuxta fluuium futurorum sacramenta panduntur super aquas: imo in aquis purissimis, vt baptismi potentia monstraretur. Paulus quoque cum Ab Anania in domino lotus est, tegentibus prius oculos squamis, caruit cæcitate. In Gene. quoque, quæ prima viuerent, de aquis egressa sunt. F

Actu. 9. c. Gene. 1. b.

f Manus. HIERONYMVS. Id est, fortitudo in qua Israel eductus est de Ægypto, cuius partem intelligunt magi Pharaonis, dicentes, *Digitus Dei est*. Vnde, *Si ego in di. Dei ei.* Pro quo in alio euangelio: *Si ego in spiritu Dei eiicio dæmonia.*

Exod. 8. c. Luc. 11. c. Matt. 12. c.

g Et vidi. HIERONYM. In consolationem transmigrati populi reuelationem sententiæ Dei prophetauit, & hanc visionem, & templi dedicationem, in quorum expositione omnes Iudæi vniti sunt supra omnem hominem esse dicentes, nos magis suspicari quam explanare possumus.

Sublimitatem huius prophetiæ agnoscunt Iudæi & ipsi etiam fideles.

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Aperti sunt cæli. *Non secundum existentiam, sed secundum apparentiam, prout in coruscationibus videntur aperiri.*

2 Et vidi, *Visione imaginaria & intellectuali,*

3 Visiones Dei, *Id est, à Deo mihi factas, & diuina secreta significantes. Tertio in hoc prologo notificatur auctor ministerialis huius libri. Et primo ex nomine dicitur,*

4 Factum est verbum domini ad Ezechielem; *Secundo, ex genere, cum dicitur,*

5 Filium Buzi sacerdotem. *Ex quo patet quod Ezechiel fuit de tribu sacerdotali, & per consequens de regia, quia ista duæ tribus erant commistæ. Fuit etiam pater eius propheta secundum regulam Hebræorum, videlicet, quod quando in principio libri alicuius prophetæ exprimitur nomen patris sui, datur intelligi, quod fuit propheta, sicut & filius quãuis non habeatur prophetia eius, sicut nec aliorum multorum.*

Genus & officium Ezechielis.

6 Et facta est super eum ibi manus Do. *Eleuans mentem eius ad cognitionem secretorum Dei.*

7 Et vidi. *Hic consequenter ponitur tractatus: Et quia liber iste est de Deo creaturis præsidente, vt supradictum est, ideo diuiditur in duas: quia primo ponitur huius præsidentiæ supereminens modus; Secundo multiplex eius effectus, cap. 2. & sequentibus: propter quod dicunt aliqui expositores, quod primum caput virtualiter continet sententiam sequentium, prout effectus in causa efficiente virtualiter continetur. In hoc autem capite describitur quædam imaginaria visio ad significandum diuinæ præsidentiæ modum cuius significationem Ezechiel intellexit, aliter non fuisset propheta, secundum quod dicitur, Dan. 10. a.* Intelligentia opus est in visione; *vt diffusius pertractaui in principio libri Psalmorum. Igitur primo exponetur littera huius capitis applicando tam ad apprehensionem imaginariæ visionis, postea dicetur quid per illam visionem imaginariam intelligatur. Hæc autem visio imaginaria habet tres partes. Prima continet animalia apparentia, Secunda rotas apparentes iuxta ea, quæ incipit ibi,* Dumque aspicerem; *Tertia firmamentum apparens super capita animalium, & desuper effigiem hominis sedentis super thronum, quæ incipit ibi,* Et similitudo super caput animalium.

Diuisio. Visio primi cap. Partes huius visionis.

Ad intellectum verò primæ partis, quæ satis traditur inuolutè, considerandũ quod propheta videbat imaginariè nubem magnam ab Aquilone venientem igne inuolutam eo modo quo apparet in coruscatione: Et per aperturã illius nubis videbat quatuor animalia in omnibus similia, licet aliqui dicant, quod apparebat tantum vnum animal habens quatuor facies; sed littera magis videtur concordare, quod essent quatuor animalia, sicut apparebit magis infrà 10. a. Et sic erant ibi sedecim facies. Et idem dicit Ra. Sa. quantum ad numerum facierum; tamen aliter exponit dispositionem earum. Et quia illa quatuor animalia ab omnibus ponuntur similia in omnibus, habita descriptione vnius, habetur descriptio omnium. Dicunt ergo doctores nostri, quod corpus animalis erat erectum super pedes, & in superiori parte quadratum, vel secundum alios rotundum: non tamen quantum ad hoc est magna differentia, quia secundum vtrosque facies disponebantur secundum quatuor partes oppositas, ita quod facies hominis erat in parte animalis opposita directè aspectui prophetæ, Et dicitur pars anterior: in parte vero opposita seu posteriori facies Aquilæ, & in aliis duabus partibus sibi oppositis facies leonis & facies bouis: ita quod facies leonis erat in dextera parte respectu faciei hominis, & facies bouis in sinistra. Ra. Sa. aliter exponit dicens quod quatuor facies vnius animalis apparebant in directo aspectu prophetæ, ita quod facies leonis erat prima: hominis, secunda: bouis, tertia: Aquilæ, quarta. Et ita intelligendum in aliis tribus partibus quadrati. Et in quolibet animali erant similiter quatuor alæ, quarum erant duæ demissæ ad corpus tegendum, & duæ superius erectæ ad volandum. Et per extentionem alarum erant ista animalia adinuicem iuncta sicut homines in choreis, & in quolibet erant quatuor manus similes manibus hominis,

Vnum an plura animalia viderit Ezechiel? Late describit animalia, adductis sua & aliorum opinionibus.

MORALITER.

† tyrum gestis, & signantur per faciem Aquilæ, eò quod Aquila signum est imperij Romani. Tertij fuerunt hæretici, & signatur per faciem bouis, eò quod bos est animal laboriosum: ipsi vero laborem pœnitentiæ prætendentes in multis locis deceperunt simplices Christianos. Quarti vero sunt Sarraceni, & maxime à tempore Saladini, qui fuit animosus & in rebus bellicis peruigil & strenuus, propter quod significatur per faciem leonis. Per alas autem animalium per quas eleuabantur in altum signatur superbia prædictorum; Per pedes autem eorum, affectiones ad nocendum; Per manus verò opera mala, eò quod manus est organum organorum, vt dicitur tertio de Anima; Per rotas sequentes animalia, signantur eorum ministri in malitia exercenda, Per hoc autem quod animalia & rotæ per quatuor partes ibant, significatur persecutio Christianorum à prædictis per quatuor orbis partes, & maximè ab imperatoribus Romanis, qui dominabantur in eis.

Romani. Hæretici. Saraceni. Saladinus.

a *Et ecce ventus turbinis*. HIERO. in comment. Verbum Hebræum רוח ruach pro qualitate locorum, vel spiritum significat, vt, *Emitte spiritum tuum, & crea. &c.* vel animam, vnde, *Egredietur spiritus eius, & reuertetur in terram suam*, Vel sicut ibi, *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis*. Qui ventū & flatum tēpestatis hic intelligunt, dicunt iram & furorem Dei venire à Babylone, id est, à Nabuchodonosor: & Ierusalem post sex annos visionis huius esse capiendam. Cernitur enim hæc visio quinto anno transmigrationis Ioacin regis Iuda, qui & Sedeciæ regnanti in Ierusalē quintus erat: qui post sex annos, id est, vndecimo anno imperij sui vrbe capta, in Babylonem ductus est. His ergo qui habitabant iuxta fluuium Chobar, & sponte se tradiderant, reuelatur quod bene fecerunt sententiæ Dei obedientes. In breui enim & Iudæa prouincia & Ierusalem est capienda. Nubes magna, quæ super Iudæam imbres pluuiasque deportat, & ignis inuoluens monstrat futura supplicia & captiuitatis mala, splendor in circumitu aperta Dei iudicia.

(Marginalia: Psal. 103. d. Ibid. 145. a. Psal. 47. b. — Prima captiuitas deditione venit in Chaldæam.)

a ¶ Nabuchodonosor. b ¶ Tempestatis. c ¶ Ex quo exardescit malum super terram. d ¶ Christus. Et quia prophetæ nubes, sed ista maior.

a & ecce ventus [b] turbinis veniebat ab Aquilone, [c] & nubes [d] magna, & ignis inuoluens, & splendor in circumitu eius. Et

a ¶ Deus noster ignis est. b ¶ Nubem, vel vtrumque ventus inuoluens. c ¶ Bonus. d ¶ Aliâs eorum.

a ¶ Scilicet venti & ignis similitudo electri, quod est compositum ex auro & argento. b ¶ Aliâs eorum. c ¶ Q. d. Non venti vel spiritus. d ¶ Gregorius. Ignis est, qui credentibus lumen, incredulis supplicium.

b de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis.

a ¶ Non Natura. b ¶ Post quadriforma. c ¶ Euangelistarum.

c Et in medio eorum similitudo quatuor animalium, & hic aspectus eorum: similitudo hominis in eis. d Et quatuor

a ¶ Christi.

(Numeri versuum: 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10)

THEODORETVS. Significat venti vis Babylonis impetum, maxima nubes, hastarum & iaculorum, omnisque generis telorum copiam quasi inundationem, ignis vero fulgurans non solum incussum terrorem, sed etiam vrbis demolitiones ab igne profectam; splendorque per circuitum, Dei gloriam, quæ se per supplicium ostendet.

Et ecce ventus tur. GREGOR. hom. 2. Ventus turbinis, tentatio mentis (quæ Iudaicum populum vndique concussit) venit ab Aquilone, qui dicit; *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis*. Montem enim testamenti venuit, cum populum, qui legem acceperat, sibi subiugauit, & doctorum corda quasi montem testamenti, *& nubes magna*, quanto enim contra dominum exarsit, tanto excæcari meruit: quem enim in lege & prophetis expectant, videntes præsentem negabant. *Et ignis*, Per ignem aliquando spiritussanctus, aliquando malitia designatur: Vnde, *Ignem veni mittere in terram*. De malo dicitur, *Et nunc ignis aduersarios consumit*, Iudæa vero malitiæ suæ igne seipsam implicauit. Hæc omnia ab Aquilone, quia torporis sui frigore ad ignorantiæ caliginem perducta vsque ad malitiam persecutionis erupit. Vnde, *Ollam succensam ego video: & faciem eius à facie Aquilonis*. Hic autem ignis alibi arsit, alibi splenduit: vnde, *Splendor ignis in cir. e.* Dum persecutio in Iudæa agitur, apostolorum prædicatio spargitur in mundo, secundùm illud, *Quia vos indignos iudicastis, ecce conuertimur ad gentes*. De crudelitate ergo malitiæ, quæ Iudææ mentem cremauit, omnipotens Deus lumen gentibus spargit, Ignis qui apostolos sparsit, in ipso humani generis redemptore, prius se exercuit. Vnde sequitur,

(Marginalia: Esaiæ 14. d. — Iudæi Christum non recipientes. — Lucæ 12. f. Hebr. 10. c. — Ierem. 1. c. Act. 13. g. — 1. Tim. 1. b. — Christus Deus & homo.)

b *Et de medio eius quasi spe. electri.* IDEM. IBID. Electri specie, Christus, mediator Dei & hominum signatur: quia electrum ex auro est & argento. Dum autem miscetur argentum, crescit in claritatem: aurum à fulgore suo pallescit: Sic dum humanitas in maiestatis gloriam excreuit, diuinitas à proprij fulgoris potentia sua humanis oculis temperauit. Ita in Christo, quasi dum pallescit aurum, fulget argentum. Electrum ergo in igne, Deus homo in persecutione. *In medio eius*, electri, scilicet, vel ignis: quatuor enim animalia, id est, euangelistæ, domini incarnatione ad finem solidati sunt, & igne persecutionis afflicti.

Et ecce ventus turbinis. HIERONYMVS in comment. LXX. *Spiritus afferēs siue attollēs*. Symmachus & Theodotio. *Flatus & spiritus tempestatis*. Quidam, spiritum auferentem siue attollentem, spiritumsanctum intelligunt, qui ab hominibus vitia auferat, iacentes attollat; & ab Aquilone vento frigidissimo, à quo exardescunt mala super terram, recedere faciat, à cuius facie in Ieremia olla terribilis accenditur, *Nubem*, Christi personam, qui venit in Ægyptum huius sæculi super nubem leuem. Quæ *magna* propriè, ad comparationem minorum, scilicet prophetarum, apostolorum, sanctorum omnium, de quibus, *Veritas tua vsque ad nubes: Mandabo nubibus meis, ne pluant super Israel imbrem*, Et alibi, *Nubes puluis pedum eius*, Et, *Nubes & caligo in circumitu eius*, Ignem micantem & splendorem in circumitu eius, iuxta illud, *Deus noster ignis consumens est*: Vnde, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?* Qui cum terrorem peccatoribus inferat atque supplicia, splēdore tamen rutilet, & lumine & fulgore plenus sit: ideo nos excoquens, vt puris atque purgatis tribuat lætiora.

Et de medio. HIERONYMVS IBID. In medio ignis & tormentorum electri similitudo, quod est auro vilius, & argento pretiosius; vt inter tormenta, quæ patientibus videntur esse tristia & dura, pretiosior electri fulgor appareat, dum prouidentia Dei omnia gubernantur, quæ putatur pœna, medicina est.

c *Similitudo hominis in eis*. Sancta enim hæc animalia non essent nisi Christi similitudinem habuissent: vnde Apostolus: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*.

HIERONYMVS IBID. Vt omnia in mundo rationabilia demonstrentur. Vnde, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Imago autem & similitudo Dei non est corporis forma, sed mentis ad similitudinē veræ imaginis Christi, qui est imago Dei inuisibilis. Rationabiles quoque creaturæ in quatuor versantur locis, siue propter quatuor cardines mundi, quibus orbis includitur: siue propter quatuor loca, cælestium, terrestrium, & infernorum, & supercælestium, quorum Apostolus tria ponit, *vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiū, terrestrium & infernorum*: Et Dauid: *Aquæ quæ super cælos sunt, laudant nomen domini*. Et Apostolus, *Alia cælestia, supercælestia*.

† THEODORETVS hom. 3. in Ezechiel. Quis possit reuelationem apertè declarare cum ipse propheta in eius enarratione defatigatus fuerit? Non enim simpliciter quatuor animalia se conspexisse dixit, neque item similitudinem animalium, sed tamquam similitudinem quatuor animalium, ita vt perspicuū sit non ipsos vidisse diuinos prophetas, eorum qui cerni nequeunt naturas, sed similitudines & formas, ad vnumquemque vsum à Deo ostēsas.

d *Quatuor facies vni*. GREGORIVS hom. 3. Quod Matthæus enim de incarnatione domini sentit, hoc idem Marcus, Lucas, Ioannes. Sic de omnibus. Hoc ergo totum in vno, quod simul in quatuor.

(Marginalia: Ierem. 1. c. — Christus. — Psal. 35. b. Isa. 5. b. Naum. 1. a. Psal. 96. a. Deut. 4. d. Luc. 12. f. — Philip. 3. d. — Genes. 1. c. — Rationales creaturæ in quatuor locis versantur. — Philip. 2. b. Psal. 148. a. 1. Cor. 15. e. — Consensus Euangelistarum. — Spiritus sanctus.)

† THEOD.

NICOLAVS DE LIRA.

nis, & similiter quatuor pedes, quorum tibiæ tales erant, quod flexura genu æqualiter flectebatur ad quatuor partes oppositas: & similiter planta pedis æqualiter applicabilis procedendo ad quatuor partes oppositas absque corporis conuersione, sicut si homo haberet oculos in posteriori parte capitis sicut in anteriori. Et similiter super vtramque aurem & genua æqualiter flexibilia ad partes quatuor, & plantas æqualiter applicabiles ad dictas partes posset ambulare ad quatuor partes oppositas sine corporis conuersione.

Sciendum etiam, quod cuilibet faciei correspondebat vnus pes in parte inferiori in recta linea sub facie. Alæ verò sic erant situatæ, quod erat inter duas facies & econuerso, scilicet, vna facies inter duas alas. Et huic sententiæ potest de facili littera applicari, cum dicitur, Et vidi, *Imaginaria visione & intellectuali*,

1 Et ecce ventus turbinis, *Qui facit reuolutiones in aere*,
2 Veniebat ab Aquilone, *Secundum situm Ierusalem:*
3 Et nubes magna, *Extensiue & intensiue*,
4 Et ignis inuoluens, *Sicut apparet in coruscationibus magnis*;
5 Et splendor in circumitu eius, *Sicut coruscationes emittunt splendorem*.
6 Et de medio eius quasi species, *Id est, similitudo*,
7 Electri. *Est autem electrum clarius relucens auro & argento. De medio enim ignis videbatur egredi talis refulgentia siue color; in Hebræo habetur*, Quasi species חשמל chasmal. *Et dicit hic Ra. Sa. quod ipse nescit proprie quid significet chasmal. Et ideo nescio quare Hierony. transtulit electrum: non enim multum videtur probabile, quod melius intellexit Hebraicum quam doctor ille*.
8 Et in medio eorum similitudo. *Q. d. non erant animalia secundum veritatem, sed secundum apparentiam*.
9 Similitudo hominis. *Ista facies primo ponitur, quia erat in directo aspectu prophetæ, non autem alia tres secundum imaginationem Latinorum. secundum Hebræos vero omnes quatuor erant in directo aspectu: facies tamen hominis exprimitur primo, quia est facies animalis notabilioris, scilicet, rationalis. in eadem tamen linea facies leonis erat prima, hominis secunda, bouis tertia, Aquila quarta*.
10 Et quatuor facies vni. *Id est, animali, modo prædicto*.

(Marginalia: Electrum. — Salo. Iarchi quasi caecum ludeum sequitur hic doctor? dono lingua potioris excellentiæ.)

5 Et — 1 Et

† THEODO. Declarat per quatuor facies & alas, earum potestatum, quæ diuinam vehunt figuram, Dei quocumque pertingentem prouidentiam. Quod autem pennis est præditum, naturam ipsarum significat acumen, & scintillæ splendidissimo similes æri, splendorem & mentis indicant puritatem, manus vero alis absconditæ, eam quæ videre nequit & variam indicant efficacitatem.

† RVPERTVS. *Quatuor facies.* Ac si dicat, vnius quidem erat similitudo hominis Iesu Christi filij Dei, similitudo, inquam, & nondum res: nondum enim natura erat filius hominis, sed huic vni quatuor facies, & huic vni quatuor pennæ, quas vtique facies & pennas visionem Dei speranti nescire non licet. Prima est incarnatio vel natiuitas Christi, Secunda, passio, Tertia, resurrectio, Quarta ascensio, vel sessio ad dexteram patris. Facies, quia per fidem cognosci possunt, & cognitu necessariæ sunt; Pennæ autem, quia ratione humana comprehendi non possunt. *Pedes eorum pedes recti*, quia videlicet processus eorum iustitia sunt Dei, & ad iustitiam valent omni credenti. Quid enim rectius quàm obedientem fuisse Christum patri in omnibus his. Idcirco continuò subiungit, *Planta pedis eorum quasi planta pedis vituli*: Vitulus ex præcepto legis solebat offerri pro peccato multitudinis, siue sacerdotis & multitudinis simul, Ergo *planta pedis eorum quasi planta pedis vituli*, Id est, finalis vtilitas eorum remissio est peccatorum totius mundi. *Et scintillæ quasi aspectus æris candentis.* Recolamus quia redemptor noster incarnatus & passus, postquam resurrexit & ascendit in cælum, magna hominibus dona scintillauit in die Pentecostes.

Quatuor præcipua mysteria verbi incarnati.

* De pennis 1. c. pennata & c. nõ reuertebantur.

A bono propositio non resiliendum.

a ¶ Notitia fidei qua cognoscuntur à Deo.
b ¶ Quia ad diuinitatem Christi omnes simul penna contemplationis oculos leuant.
c ¶ Gressus actuum. ¶ Grego. Quia sine operibus fides & contemplatio non valent.
d ¶ Non ad praua distorti.

facies vni, & quatuor pennæ vni.[7] Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, et scintillæ quasi aspectus æris candentis.[8] Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus, & facies & pennas per quatuor partes habebant:[9] iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. * Non reuertebantur cum incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur.

a ¶ Fortitudo, scilicet, in eis est atque discretio: per boues enim prædicatores. Vnde: Non alligabis os bouis triturantis.
b ¶ Grego. Quia mature incedunt fortesque & discreti sunt, quod in pede fisso signatur.
c ¶ Gregor. Verba flammantia, quæ ad audientes prodeunt, & accedunt & subtilia & tenuia, plus ardent desiderio quam proferant verbo.
a ¶ Grego. Quod est valde sonorum, & in omnem terram exiuit sonus eorum.
b ¶ Quia prædicatores ardent desiderio, sonant verbo. c ¶ Actiua vita.
¶ Virtus operis sub volatu, contemplationis.
a ¶ Contemplatiua. b ¶ Greg. Iustitia, temperantia, fortitudo, prudentia. ¶ Alias partes.
a ¶ Grego. Quia prædicatorum virtus & sapientia charitatis & concordiæ pace sociantur.
a ¶ Ad terrena animalia scilicet: vnde, Nemo mittens manum ad arat. &c. b ¶ Mentis via.
¶ Grego. ad cælestia. ¶ Ante nos sunt æterna, post nos temporalia. Vnde, Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ ante me sunt ex.

a *In quatuor partibus.* HIERON. Quia prædicatio in Orientem, Occidentem, Meridiem, Septentrionem egressa est. Quia in omnibus mundi partibus, quid de humanitate, quid de diuinitate domini sentiant, monstrant, dumque eum vnum esse cum patre & spiritusancto annuntiant: vbique penna contemplationis volant.

Quatuor Euangelia.

b *Iunctæque erant.* HIERON. Iuncta sunt sibi euangelia, & in toto orbe volitantia huc illucque discurrunt, nec separantur, nec recedunt: sed semper in anteriora procedunt, hoc idem de virtutibus animi, & de volatu temporum dicere possumus, & elementorum commistione, quæ præterita relinquunt, ad priora festinant. Quod tempora labantur, hoc breui versiculo demonstratur, *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.* Et in carmine lyrico: *Heu heu fugaces posthume, posthume, labuntur anni.*

De lapsu temporis. Ouidius in Metamor. Horatius in Odis.

Iunctæque. † RVPERT. Iunctæ erant pennæ eorum alterius ad alterum, quia videlicet sic sibi coniuncta illa quatuor euangeliorum sacramenta, vt nihil prosit fidem alterius habere, nisi credas & alterum. Quid prodest credere Christum passum, nisi credas de virgine natum?

† GREGOR. l. 29. Mora cap. 28. Pennæ quippe animalium alterius ad alterum iunctæ sunt, quia etsi dissimilia sint, quæ agunt, vno tamen eodemque sensu sibi sanctorum voces virtutesque sociantur. Et quamuis alius rationabiliter cuncta agendo sit homo, alius in passionibus fortis aduersa mundi non timendo sit leo, alius per abstinentiam semetipsum viuam hostiam offerendo sit vitulus; alius se in alta rapiendo contemplationis volatu sit aquila: pennis se tamen dum volant tangunt, quia & confessione vocum, & virtutum sibi vnanimitate iunguntur.

Sanctorum studia per plura media vnum petunt.

c *Non reuertebantur.*

† THEODORE. Homo enim ad Borealem partem incedens, deinde cum vult ad Australem redire, necessario couertitur, vnam tantum faciem sortitus: Sed cui tot sunt numero facies quot partes orbis terræ, huic Australe nihil est, sed vbique facies illius omnia intuetur, & quocumque velit incedit, neque indiget conuersione.

d *Sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur.* HIERON. Quidam putant quatuor euangelia horum animalium nominibus designari. Matthæi qui hominem descripsit, dicens, *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham*, Facies leonis est Marci, qui ait, *Vox clamantis in deserto, parate viam domini*, Vituli refertur ad Lucæ euangelium, qui à sacerdotio Zachariæ incipit, Aquilæ ad Ioannem, qui ad excelsa volans, ait, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &c.* Alij qui philosophorum stultam sequuntur sapientiam, duo hemisphæria in duobus templi cherubinos & antipodas quasi supinos & cadentes homines suspicantur: plerique iuxta Platonem rationabilitatem animæ & irascentiam & concupiscentiam, quod ille λογικὸν, θυμικὸν & ἐπιθυμητικὸν vocat, ad hominem & leonem & vitulum referunt rationem & cogitationem & mentem & consilium, eamdemque virtutem atque sapientiam in cerebri arce ponentes; feritatem vero atque iracundiam & violentiam in leone, quæ consistit in felle; libidinem, luxuriam, & omnium voluptatum cupidinem, in iecore id est, in vitulo, qui terræ operibus hæret. Quartam supra hæc & extra hæc tria ponunt, quam Græci vocant συντήρησιν synderesin, quæ scintilla conscientiæ in Cain quoque non extinguitur, quasi victi voluptatibus vel furore, & ipsa interdum rationis decepti similitudine nos peccare sentimus, quam propriè aquilæ deputant non se miscentem tribus, sed ipsa errantia corrigentem, hic est spiritus, qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Nemo enim scit ea, quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis, qui est in eo: vnde Paulus, *Integer* ☞ *spiritus*

Mat. 1. a. Mar. 1. a. Luc. 1. a. Ioan. 1. a.

Philosophica sapientia de quatuor animalibus.

Sinderesis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et pedes eo. pe. rect. *Id est, non habentes aliquam extensionem extra tibiam, vt sic essent æqualiter applicabiles ad omnem partem.*

2 Et planta pedis eorum quasi planta pedis. *Planta autem vituli licet habeat extensionem vltra tibiam in parte anteriori tamen illa est modica. Et propter hoc dicitur hic*, quasi, *quia non erat in toto similis, quia planta animalium hic descriptorum nullam habebat extensionem ad aliquam partem: & propter hoc Hebræi dicunt, quod hæc est littera*, Et planta pedis eorum quasi planta pedis rotundi, sicut & tibia. *Et ratio huius diuersitatis est, quia dictio Hebraica quæ ponitur hic, scilicet*, עגל egel. *æquiuoca est ad vitulum & rotundum. Hebræi sequuntur vnam significationem, & translatio nostra aliam. Hebræi tamen videntur melius dicere, quia expositio translationis nostræ reducitur ad dictum eorum, vt patet per prædicta.*

Quæ lectio & sensus illius. Et planta pedis, &c.

3 Et scintillæ quasi as. *Videbantur egredi de oculis animalium.*

4 Et manus hominis, *Id est, similes manibus hominis.*

5 Sub pennis eorum, *Quia videbantur aliquantulum progredi de subtus.*

6 Iunctæque erant pennæ eorum, *Quia extremitas vnius tangebat extremitatem alterius.*

7 Non reuertebantur cum incederent. *Licet enim incederent ad quatuor partes, vt habetur infra: tamen hoc erat sine conuersione corporis, vt prædictum est, & istud vocatur hic*, non reuerti. *Et subditur dispositio facierum, cum dicitur*,

1 Facies

spiritus vester, & anima, & corpus sine quere. &c. Hanc tamen conscientiam, sicut in Prouerb. dicitur, *Impius cum venerit in profundum peccati, contemnit*, sæpe præcipitari videmus & suum locum amittere, cum quidam sine pudore peccant: quibus merito dicitur, *Facies meretricis facta est tibi, noluisti erubescere*; quadrigam quasi auriga Deus regit, & incompositis currentem gradibus suo parere cogit imperio.

HIERONYMVS in comment. Sunt qui per hoc in vno homine, qui minor mundus dicitur, iuxta Hippocratis sententiam quatuor arbitrantur elementa monstrari, ignem, scilicet, aquam, aerem, terram: quæ quomodo sibi misceantur, & cum singula sint, iuncta sibi videantur, inuicemque se tangant, & in vna persona animantium & inanimantium quatuor species habeant ac figuras, non est huius operis. Quatuor quoque rotas de terrenis ad sublimia consurgentes singulis & quadriformibus iuncta animalibus, vel eorumdem elementorum commistionem æstimant; vel quatuor temporum circulum, qui ternis conficitur mensibus, & annus vertens ab eo quod semper vertatur, & in se redeat vocatur. Vnde, *Ver, æstas, autumnus, hyems, & mensis, & annus*. Quod autem dicitur, *erat rota in rota*, annum in anno significari putant. Vnde alius poeta, *Atque in se sua per vestigia vertitur annus*. Firmamenti etiam similitudinem quæ crystallo comparatur, cælum quod suscipimus, dicunt, sub quo voluuntur & transeunt quatuor animantia. Thronum coloris sapphiri, & sedentem desuper hominem sub humana similitudine per imperium cuncta regentis & omnia sub pedibus habentis. Vnde ad extremum dicitur, *Hæc visio similis gloriæ Dei*, per quam quasi per picturam quamdam & imaginem, prudentiam Dei aiunt demonstrari: pedes recti & planta pedis vituli, siue rotunda, quod significat terrena quæque ad cælestia subuolare, & omnibus angulis amputatis rotunditatem sequi, quæ pulcherrima est omnium figurarum, scintillæ rutilantes cuncta plena luminis indicant, manus hominis sub pennis, tam ipsius hominis, quàm leonis, & vituli & aquilæ: vt ratio scilicet cuncta sustentet, & de humo ad cælum leuet. hoc & ad euangelia & ad cuncta quæ supra posuimus, referre possumus. Alij dicunt quatuor perturbationes gaudij, ægritudinis, cupidinis, & timoris: quorum duo præsentia, duo futura sunt, quatuor animalia significari, vnde Virgil. *Hinc metuunt, cupiuntque dolent, gaudentque*. Quæ regi debent ratione & potentia Dei, quibus perturbationibus impositæ sunt quatuor virtutes, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, quarum gubernantur arbitrio. Alij putant ordinem castrorum duodecim tribuum describi in solitudine ad orientem & occidentem, & septentrionem, & meridiem, quæ sibi inuicem & charitate sanguine sociantur. Et hoc esse rotam in rota, quæ ducantur à spiritu; & nube tegantur in eremo, & columna ignis illuminentur in nocte, nec reuertantur in Ægyptum, sed semper ad terram promissionis ire festinent. Electri similitudinem dicunt sancta sanctorum, & faciem hominis ad totum Israel referunt, leonis ad regalem Iudæ tribum, vituli ad sacerdotalem, id est Leuit. extra est aquila scilicet vindicta Dei de cælo cuncta prospiciens, quæ parata est laniare peccantem. Vnde, Sicut aquila super domum domini, id est, templum, super huiuscemodi quadrigam aurigæ instar dominus sedet, facienda præcipit, vitanda vetat, hic vt putant. populo dicuntur qui in Babylonia est, qui si colla Deo submiserit, & eius retinaculis paruerit, eius auxilio terram amissam recuperabit.

a *Facies hominis, &c.* † THEODOR. Leo regnum (nam animal regium est) significat: per vitulum, sacerdotium (nam pro principe sacerdotum, vitulus vnus offerebatur) & per aquilam prophetia declaratur, est enim animal in sublime volans, & prophetia huiusmodi est, quæ sublimia contemplans longissime prospicit futura.

GREGOR. homil. 4. Matthæus qui ait, *Liber generationis Iesu Christi*; Marcus qui sic incipit, *Vox clamantis in deserto, &c.* Ipse quoque Christus, cuius hi sunt membra, natus est vt homo, passus vt vitulus, resurrexit vt leo, ascendit vt aquila. Vnusquisque etiam perfectus, homo est in ratione, vitulus in sacrificio, leo in fortitudine, aquila in contemplatione. Quæ enim de quatuor animalibus dicuntur ad omnes perfectos reducuntur.

Marginalia: 2. Thess. 5. d. Prou. 18. a. Conscientia profligata. Ierem. 3. b. Hippocratis sententia de elementis in homine. Quatuor anni tempora. Virgilius in Geor. Figura rotunda omnium est pulcherrima. Virgilius 6. Aeneid. De 4. principalioribus passionibus. De 4. virtutibus cardinalibus. Osee 8. a. Matt. 1. b. Mar. 1. Quatuor animalia designant 4. principaliora mysteria verbi incarnati.

a ¶ Primi vel principalis. ¶ Matt. scilicet, qui ait: Liber generationis Iesu Christi.

a Similitudo autem vultus eorum facies hominis & facies leonis à dextris ipsorũ quatuor: facies autẽ bouis à sinistris ipsorũ quatuor, facies aquilæ desuper ipsorũ quatuor: & facies eorum & pẽnæ eorũ extẽtæ desuper. Duæ pẽnæ singulorũ iũge-

¶ Lucas qui ait: Fuit sacerdos quidam, &c. a ¶ Ioannes qui ait: In principio erat verbum. ¶ Quæ enim de quatuor animalibus dicuntur, ad omnes perfectos reducuntur. b ¶ Grego. Quia intentio & contemplatio sanctorum super se tendit, vt bonum cæleste possit assequi. ¶ Extentæ scilicet.

HIERO. vbi supra. Facies dicit principale euangeliorum, è quibus homo & leo, scilicet Christi natiuitas & prophetia, dextras partes tenent: vituli autem, id est, victimarum & sacerdotij Iudæorum in sinistris est, quod abolitum transit in sacerdotium spirituale, de quo, *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Ita dumtaxat; vt omnia sibi hæreant, vnoque corpore censeantur, Aquila autem quæ & super natiuitatem & prophetiam est, quæ domini expletur aduentu, & super sacerdotium quod præteriit, & extra hæc omnia, est de natiuitate referens spirituali, quomodo pater in filio; & filius in patre sit. Vnde, *Generationem eius quis enarrabit?* Hæc sunt iuxta Apocalypsim quatuor animalia plena oculis ante & retro, vnum simile leoni, secundum simile vitulo, tertium simile homini, quartum aquilæ volanti.

† RVPERT. Hoc est quod supra diximus. Cum credimus Iesum de Maria virgine natum, faciem intuemur hominis, Cum autem passum, crucifixum, mortuum, sepultum, ad infernum descendisse confitemur, faciem vituli contemplamur; Cum credimus quia tertia die resurrexit à mortuis, cum fidei tremore, faciem leonis sumpsimus, de quo patriarcha Iacob, *Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti*; Ad summum cum credimus quia ascendit in cælum, sedet ad dexteram patris, ecce nobis facies aquilæ, quam nubes suscepit ab oculis humanis.

GREGOR. vbi supra. Homo & leo à dextris, quia Christi natiuitas & resurrectio omnium generalis est lætitia: vitulus à sinistris, quia mors Christi apostolis tristis fuit, vnde, *Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium*; A dextris enim læta, à sinistris habemus tristia, Sinistrum enim nobis dicimus, quod aduersum deputamus. Iure aquila non iuxta, sed super esse describitur, quia ascensionem significat, & verbum patris domini apud patrem pronuntiat. Cum autem quatuor sunt animalia, super omnia est aquila: quia Ioannes per hoc quod in principio vidit, etiam seipsum transiit.

b *Extenta de.* HIERO. vbi supra. Supra diximus iuncta sibi esse euangelia, tempora, omnesque rationales creaturas, & quatuor virtutes, ita vt qui vna caruerit, omnibus careat. Quod duæ pennæ extentæ sunt, & in altum se eleuant, cælestem prædicationem significat, & omnia ad Dei tendere maiestatem, Duæ tegunt corpora, quia humana excluditur scientia, nec perfectus datur intuitus. vnde Apostolus, *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.*

c *Duæ pen.* Amor scilicet & spes sanctorum, quæ omne pennatum animal ad Deum leuant, quæ bene iunguntur: Amant enim quæ sperant, & sperant, quæ amant.

† THEOD. His declarat ne à diuinis quidem potestatibus omnia comprehendi posse, sed alia ipsis perspicua, alia ignota esse, quæ sibi positos terminos haudquaquam transgrediuntur: sed duas alas concesso sibi contemplandi munere exultantes extendunt, & duabus corpus contegunt, eorũ quæ occulta sunt, ignoratione contentæ, neque contendentes vt ea percipiant, quæ percipere nefas est.

Marginalia: Psal. 109. b. Isa. 53. c. Apoc. 4. d. Gen. 49. Ioan. 16. d. Sublimitas Euangelij secundum Ioannem. 1. Cor. 13. c. Spes & charitas. Sapiendum sobrie.

¶ 2 Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Facies hominis, &c. *Quia secundum descriptionem Latinorum facies hominis erat in latere opposito aspectui prophetæ. Facies autem leonis in latere dextro ipsius animalis, & facies bouis in latere sinistro. Secundum vero descriptionem Hebræorum, quatuor facies huius animalis erant in latere opposito aspectui prophetæ: sic tamen quod facies leonis erat prima, hominis secunda, bouis tertia, vt dictum est, & sic facies hominis habebat ad dexteram suam faciem leonis, & ad sinistram faciem bouis.*

2 Et facies aquilæ. *Quia secundum descriptionem Latinorum facies aquilæ erat in parte posteriori. Quia tamen aquila habet collum longum, facies aquilæ eleuabatur super alias tres, Secundum Hebræos vero non plus eleuabatur quam alia. vnde & in Hebræo sic habetur.* Et facies aquilæ in ipsis quatuor vel ad ipsam quatuor, *id est, existens in eadem linea cum aliis tribus tamen vltima.*

3 Et facies eorum. *Quia facies videbantur respicere superiora, & penna extenta ad volandum similiter extendebantur versus superiora.*

4 Duæ pennæ. *In extremitatibus, vt prædictum est.*

Marginalia: Facies animaliũ quomodo inuicem & quomodo Ezechielem respiciebant? Locus aquilæ quæ erat quartum animal.

2 Et ¶ 1 Et

a *Et vnumquodque.* HIERONY. in comment. Qui stiuam aratri tenet, non aspiciat retro, nec imitetur vxorem Loth, ne pereat sicut Eli, qui filiorum vitio Deum offendit. Quanto magis ergo animalia quæ sunt plena lumine atque pennata, quæ sequuntur præcedentem spiritumsanctum, quæ sic per orbem volant, & ad excelsa se sustollunt, vt corpora sua protegant pennis historiæ, nec nobis aspectum tribuant pleniorem. Quod secundò dicitur non reuertebantur cum incederent, vtriusq; testamẽti significat mysterium, quod, scilicet in quatuor animalibus & lex euangelium ad futura festinet, & numquam retro moueatur.

Luc. 9. g. Gen. 19. f. 1. Reg. 4. d.

b *Vbi erat impetus.* † THEODORET. Potestatum illarum, quæ cerni nequeunt, in omnibus obedientiam significat; atque etiam vt constitutam viam minimè relinquebāt. Et hoc ipsum diuinus Dauid ait, *Benedicite Deum omnes angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendum vocem sermonum eius.*

Angeli Deo obedientes. Psal. 102.

a ¶ Gregor. Timor & pœnitentia quæ ab omnipotentis Dei oculis mala præterita abscondunt.

a bantur, & duæ tegebant corpora eorum. [11] Et vnumquodque

a ¶ Semper sibi præsens, semper diiudicans, quid boni, quid mali, in quo crescat, in quo decrescat. b ¶ Greg. In malis est impetus carnis.

b eorum coram facie sua ambulabat. Vbi erat impetus spi-

a ¶ Spiritum sequentes. b ¶ Ad mala: Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. ¶ Qui ad charitatem incedunt & alias virtutes. ¶ Ad bona.

ritus, illuc gradiebātur, nec reuertebantur cum ambularent.

[12] Et similitudo animalium, & aspectus eorum, quasi carbo-

¶ Si carbonem tetigeris, accenderis, & cum sancto sanctus eris. ¶ Grego. Opinionem bonam ad lumen aliorum longè lateque spargunt.

c num ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hæc

a ¶ Id est, si euangelia sibi collidis, in medio litteræ vilis historiæ, spiritussancti sacramenta videbis. b ¶ De quo: Ignem veni mittere in terram.

erat visio discurrens in medio animalium splendor ignis: &

a ¶ Splendor sanctorum. b ¶ Greg. In contemplationem. c ¶ Non ibi diu esse valentes. ¶ Ad actionem.

d de igne fulgur egrediens. [14] Et animalia ibant, & reuerteban-

a ¶ Quia per eos ad contemplationem ascendentes cæleste lumen nobis aspergitur.

e f tur in similitudinem fulguris coruscantis. [15] Cumq; aspicerem

g animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia

h habens quatuor facies. [16] Et aspectus rotarum & opus earum

a ¶ Quia in scripturis magna volumina sententiarum sunt, & confirmantur sacramento baptismi.

i quasi visio maris, & vna similitudo ipsarum quatuor,

k a ¶ Vt non vnam rotam crederes, sed alteram alteri copulatam.

l & aspectus earum & opera, quasi sit rota in medio rotæ.

c *Ignis.* De quo, *Sanctificabit eos in igne ardente*; Et Psalm. *Cadent super eos carbones ignis*; Et alibi, *Cum carbonibus desolatoriis*; & in alio loco, *habes carbones ignis, sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium.*

Psal. 139. a. Psal. 119. a. Isa. 47.

d *Et de igne ful.* Quamcumque creaturarum aspicimus, Dei notitiam fulgurat, dum in creaturis se creator manifestat.

e *Et anim.* HIER. in comment. Sicut æther crebris ignibus micat, & in ictu oculi atque momento discurrunt & reuertuntur fulgura, nec amittunt matricem, & quasi fontem ignis atque materiam: ita hæc animalia cum inoffenso pede pergunt, ad propria festinant. Si autem conatui suo aliquid oppositum viderint, non tam reuertuntur quàm sese sursum extendendo contrahunt lumen præbitura, quod parum absconderant, vt conseruis cibaria in tempore tribuant; ne sanctum canibus, nec margaritas dent porcis, vnde, *Lac potum dedi vobis, non escam.*

Matt. 7. a. 1. Cor. 3. a.

f *Cumque aspi.* HIERO. vbi supra. Hucusque quatuor animalia, quę quatuor facies habent, descripta sunt, quę sequuntur speciem & nubē quæ erat in medio spiritus: nunc per singula animalia singulæ ponuntur rotæ, & non coniunctę animalibus quæ sequebātur ea, sed vna rota apparuit super terram, quæ diuisa per quatuor tot habebat facies, quot animalia sequebantur: tātaque similitudo erat rotarum quatuor sequentium quatuor animalia, vt vna rota verissimè crederetur.

Rotæ.

g *Apparuit rota.* GREGOR. homil. 6. Sancta scriptura, quæ ad auditores omni parte voluitur, inter prospera scilicet & aduersa vna, quia antiquo populo solummodo vetus testamentum datum est, quod ad erudiendam illius ignorantiam, quasi rota volueretur.

h *Super terram iuxta.* GREGORIVS vbi supra. Cui scilicet dictum est, *Terra es, & in terram ibis.* Omnipotens enim Deus super corda peccantium legem posuit.

Gen. 3. d.

i *Visio maris, &c.* LXX. *tharsis*, Aquila, *hyacinthi*, qui cæli habet similitudinem.

k *Et vna similitudo.* Quod prædicat lex, hoc etiam prophetæ annuntiant, hoc exhibet euangelium, hoc & apostoli prædicant per mundum: Diuina enim eloquia, & si temporibus disiuncta sunt, sensibus sunt vnita.

Analogia noui & veteris Testam.

l *Rota in medio rotæ, &c.* † THEODORETVS IBID. Hoc facile poterit inspici, si quis duos circulos ratione sumptos, alterum in altero crucis instar interserat, Talis enim figura etiam in

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et duæ te. corpora eorum. *Et ista non erant extentæ ad volandum, sed demissæ ad tegendum corpus.*

2 Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat, &c. *Id est, sine conuersione corporis modo prædicto.*

3 Vbi erat impetus spiritus, *Id est, venti turbinis supradicti*; Illic gradiebantur.

4 Nec reuertebantur, &c. *Id est, corpora eorum non conuertebantur.*

5 Cum ambularent, &c. *Ad partes oppositas, non simul sed successiuè.*

6 Et similitudo animalium, & aspectus eorum. *Id est, corpora animalium videbantur fulgentia sicut ignis & lampades accensæ.*

7 Hæc erat visio discurrens, *Quia ignis & fulgur videbantur progredi ab eis.*

8 Et animalia ibant, & reuertebantur, *quia ad partes oppositas poterant ire, & hoc vocatur hic reuerti. hoc tamen erat sine corporis conuersione, vt dictum est.*

Incessus animalium.

9 In similitudinem fulguris coruscan. *Quia incessus eorum videbatur valde velox & terribilis.*

10 Cumque aspicerem animalia, *Hic consequenter ponitur descriptio rotarum, de quibus dicunt aliqui, quòd ibi tantum erat vna rota sicut & vnum animal secundum eos. Dicuntur tamen rotæ in plurali propter quatuor facies. sicut & vnum animal dicitur plura, propter quatuor animalis facies; erat enim hæc rota composita ex duobus circulis per omnia æqualibus, intersecantibus se inuicem in duobus punctis oppositis ad angulos rectos sphærales, sicut duo coluri in sphæra materiali: & sic erant ibi quatuor semicirculi per omnia similes & æquales, qui dicuntur hic rotæ facies. Sciendum etiam quod quandocumque stabat rota, tangebat terram in altero punctorum intersectionis, & sic æqualiter erat mobilis ad quatuor partes oppositas secundum quatuor rotæ facies, & hoc sine conuersione corporis rotæ, sicut dictum est de tibiis & pedibus animalium. Et quod dictum est de vna rota, intelligendum est de aliis tribus, sicut dictum est de quatuor animalibus. Hoc viso, de facili applicatur littera cum dicitur,* Cum aspicerem animalia,

De rotis visis in hac visione.

11 Apparuit rota vna super terram iuxta animalia, *composita tamen ex duobus circulis.*

12 Habens quatuor facies, *Id est, quatuor semicirculos.*

13 Et aspectus rotarum, &c. quasi visio maris, *Id est, talis coloris, sicut videtur mare quando est quietum. In Hebræo habetur:* Sicut visio Tharsis, *id est, lapidis pretiosi sic nominati, vt dicit Rab. Sal. tamen non dicit qualis sit ille lapis, aut cuius virtutis.*

Tharsis lapis.

14 Et aspectus earum & opera, quasi sit rota in med. *Id est, vna transiens*

a ¶ Per prædicationem. ¶ Greg. Ad mentes hominum.

[17] Per quatuor partes earum euntes ibant, & 1

a ¶ Quia sequuntur animalia, quæ semper ad priora tendunt.
¶ Gregor. Quia in nouo testamento vetus spiritualiter semper tenetur.
¶ Scriptura, scilicet, quæ bene operanti congruit: vnde, Qui stat, videat ne cadat.

a non reuertebantur, cum ambularent. [18] Sta- 2

a ¶ Cælestis regni promissio. b ¶ Præ magnitudine.
¶ Terror gehennæ.

tura quoque erat rotis, & altitudo, & horri- 3 4
b bilis aspectus, & totum corpus plenum 5 6

a ¶ Vel horum animalium, per quæ perfecti designantur.
¶ Alias ipsorum.

oculis in circumitu ipsarum quatuor. [19] Cumq; 7 8

a ¶ In scriptura. ¶ Intelligentes, scilicet, sancti quo moraliter viuant.
b ¶ Grego. His quorum vna erat prædicatio, vna & requies, & cursus, & eleuatio.

ambularent animalia, ambulabant pariter

a ¶ Gregor. In contemplationem.
b ¶ Omnia communiter & concorditer.

& rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur anima- 9

a ¶ Quia quantum quisque ex scriptura proficit, tantum & ipsa proficit apud ipsum. b ¶ Grego. Cum intelligentia.
c ¶ Scripturæ.

lia de terra, eleuabantur simul & rotæ. 10

a ¶ Præcedens vel impellens. ¶ Greg. Legentis.
b ¶ Quem mediis intermissis rotæ sequebantur: sequentes animalia ad spiritum sanctum tendunt:

[20] Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiri-

a ¶ Cum ascendente ascendentes. b ¶ Animalia.

tu, & rotæ pariter leuabantur sequentes

¶ Propria enim voluntate spiritus vitæ erat in rotis.
¶ Siue moralem historiæ sensum quærat siue spiritualem.

c eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. 11
[21] Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant, & cum eleuatis à terra pariter

a ¶ Animalia.

eleuabantur, & rotæ sequentes ea, quia
d spiritus vitæ erat in rotis. [22] Et similitudo 12

in eadem sede posita, in quatuor partes motum admittit, orien-
A tem inquit, & occidentem, aquilonarem & australem. Hoc itaque beatus propheta ait, perinde ac esset rota, in quatuor partes earum ambulabant, & non reuertebantur cum ambularent ipsæ. Eiusmodi enim figura conuersione non indiget. Namque in vnamquamque inclinationem ab eadem sede mota facile fertur. Atque hoc itidem vbique Dei præsentiā significat; his crassius propter humanam imbecillitatem & corpulentius conspectis.

[Deus vbique præsens.]

† RVPERTVS. Rota vna, hoc est omnis sancta veteris instrumenti scriptura, de qua Psalmista, *Vox tonitrui tui in rota.* Nam re vera exinde Deus tonat, quanta sit quatuor animalium (id est euangelistarum) auctoritas. *Apparuit rota vna super terram,* quia prius latuerant, & adhuc
B latent subtus terram, id est, subtus terrenitatem Iudaicam. *Et aspectus rotarum quasi visio maris,* Visio siquidem maris inexpertis tremenda est, expertis autem & animo constantibus tolerabilis. Talis rota visio est, Inertibus & veram fidei virtutem non habentibus, tremenda & inaccessibilis; studiosis autem & bonam spem habentibus adeo tractabilis, vt non dubitent se nauiculis ecclesiæ & arbori crucis committere, ad transmeandam altitudinem dictorum & sensuum, qui multiplices sunt in lege & prophetis & Psalmis. Rota autem est in medio rotæ, id est, sensus spiritualis in
C medio litteræ.

[Psalm. 76.] *[De sacra scriptura veteris Testamenti.]*

HIERONYMVS in comment. Quia omnia cælestia & terrestria, & quicquid sub humanam cadit intelligentiam, suis rotis voluitur; solis annuum circulum per singulos mēses luna decurrit; Lucifer, qui & vesper, dum ad Orientem & Occidentem rutilus micat, & noctis tenebras puro temperat lumine, duobus annis eumdem conficit cursum; alia quoque astra quæ errantia dicuntur, & quicquid fulget in cælo; segetum quoque & arborum herbarumque varietates per quatuor tempora rotis currunt suis; nihil aspicimus quod antè non fuerit. *Gyro gyrando vadit spiritus, & in circulos suos reuertitur.* Omnia flumina currunt in mare, nec impletur, quia ad fontes suos de matrice abysso reuertuntur. Euangeliorum autem, id est, quatuor animalium quæ spirant, viuunt, intelligunt cursu breui mundus sermone apostolico completus est. Rota autem in rota, vel iunctura duorum testamentorum est, quod indicat scala Iacob, & forceps Isaiæ,
D & gladius bis acutus, vel euangelia sibi cohærentia, quorum cursus & statura tendit ad cælum.

[Vicissitudo & mutabilitas omniū rerum.] *[Eccle. 1. a.]* *[Gene. 28. c.]* *[Isa. 6. b.]* *[Apoca. 1. b.]*

Rota in rota. GREGORIVS homil. 6. Nouum testamentum in veteri. Quid est enim quod Adam dormiente Eua formatur, nisi quod Christo moriēte ecclesia formatur? & multa huiusmodi? Vetus testamētū non sine mutatione permāsit, dum spiritualis intelligentia latuit, quod cùm redēptor venit spiritualiter fecit intelligi. Testamentū verò nouum etiam per veteris testamēti paginas æternum dicitur, quia illius intellectus numquam mutatur.

[Gene. 2. d.] *[Nouum Testam. recte includitur in veteri.]*

a *Statura quoque.* IBID. Statura in rectitudine preceptionis est; altitudo in celsitudine promis-
E sionis; horror nimius in terrore supplicij.

† RVPERTVS. Quomodo aut quibus statura & altitudo rotarum est horribilis? Nimirum malè viuentibus & inuidentibus Iudæis est horribilis, eo quod animalia hæc, iuxta quæ constiterunt rotæ istæ, non aspexerint, & aspicere noluerint. Idcirco altitudo vel aspectus rotarum horribilis est illis, maximè quia totum corpus illarum sit plenum oculis. Sic * illis quorumdam cornutus, id est, radiosus Moyses ex consortio sermonis Dei fuit horribilis cum eis potius dul-
F cis esse debuisset atque venerabilis. Quod faciei splendidæ radiis in Moyse, hoc tam multis oculis significatur in corpore rotarum in hac visione.

[Iudæi non sustinent intueri Euangelia.] *[* illorum quibusdam]*

b *Et totū corp. plen.* GR. vbi supra. Quia sāctorū actio omni parte circūspecta est. *Et totū corp.* HIE. in cōment. Qualē Argū describūt fabulæ poetarū: quē Iuno ob negligētē custodiā in pauonē vertit, vt quod est miraculū cōditoris Dei, hoc esset cōdēnatio multi adulterij.

[Argus.]

GREGORIVS vbi supra. Nihil enim in euangeliis quod non luceat, & splendere suo mundum illuminet: vt quæ parua putantur & vilia, spiritus sancti fulgeant maiestate.

c *Spiritus enim vita.* Quia per sacra eloquia & dona spiritus viuificamur, vt à nobis mortifera opera repellamus.

d *Quia spiri. vita.* HIE. vbi supra. Hoc secundo dicit, ne aliquod vas arbi-

NICOLAVS DE LIRA.

transiens per medium alterius intersecando se inuicem ad angulos rectos sphærales.

1 Per quatuor partes earum euntes ibant, &c. *Quia sicut dictum est, stabant in punctis intersectionum, & sic æqualiter poterant reuolui ad quatuor partes, non tamen simul, sed successiuè.*

2 Et non reuertebantur cum ambularent, &c. *Id est, sine conuersione corporis totius rotæ, poterant ad partes oppositas ambulare, sicut & animalia.* Ad aliquem locum, *&c. Totus iste versus non est in Hebræo nec in libris correctis, sed immediatè subditur:*

3 Statura quoque erat rotis, *Id est magnitudo.*

4 Et altitudo, &c. *Scilicet magna.*

5 Et horribilis aspectus, *Propter magnitudinem & motum earum velocem.*

6 Et totum corpus, *Scilicet cuiuslibet rotæ,*

7 Plenum oculis in circumitu ipsarum, *Id est, picturis ad modum oculorum factis, sicut est in cauda pauonis.*

8 Cumque ambularent animalia, &c. *Ad quamcumque partem, ambulabant pariter & rotæ.*

9 Et cum eleuarentur animalia de terra, &c. *Per volatum alarum,*

10 Eleuabantur simul & rotæ. Quocumque ibat spiritus. *Id est, ventus turbinis supradictus; Vel per spiritum intelligitur hic spiritus viuificans illas rotas, ideo subditur,*

11 Spiritus enim vitæ erat in rotis, &c. *Quasi diceret, non mouebantur per exteriorem impulsum seu tractum, sed per spiritum intrinsecum viuificantem. Cetera patent ex dictis.*

12 Et similitudo super capita animalium, &c. *Hic consequenter describi-*

6 Et

arbit[...]ur rotarum, quas in carpentis plaustrorum rhædarumque A & curruum aspicimus, sed animantia, imò superanimantia, quia *animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* 1. Cor. 2. d.

a *Firmamenti quasi.* † RVPERT. Similitudo firmamenti super capita animalium, regnum immortalitatis est, pro mercede paratum euangelizantibus, & suscipientibus Christi euangelium. Hoc firmamentum quasi aspectus est crystalli horribilis; quia crystallum forte quidem nimis est, sed ex aqua solidatur, rectè per crystallum regnum illud intelligitur, vbi angelica natura ex mutabili immutabilis facta, & ita solidata est, vt iam solui, vel in vitium labi non possit. B Et humana quoque natura itidem remuneranda est, vt post resurrectionem solidata, iam vltra neque mori neque peccare possit. Quod crystallũ horribile & extensum super capita animaliũ dicitur, quia angeli nobis adhuc in corpore positis, terribiles atque pauendi sunt.

Homines cum Angelis in cælo sociandi.

a super capita animalium firmamenti quasi aspectus cry- 1

a ¶ Greg. Nobis in hac corruptione positis.

a ¶ Quia quamuis perfecti, mortali carne grauati beatitudinem angelorum intelligere non possunt.

b stalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper. 2

a ¶ Vt bonum quod alter habet impendat alteri aliter non sunt rec. pen.

c 23 Sub firmamẽto autem pennæ eorum rectę alterius ad al- 3

a ¶ Charitate Dei & proximi. 4

b ¶ Per alas virtutes, per corpus actio signatur. c ¶ Versus pedes.

d terum. Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum,

a ¶ Grego. Sunt enim duo genera hominum, alterum perfectorum, alterum paruulorum.

b ¶ Grego. Quod prius in paucis, proficiente prædicatione fit in multis.

c ¶ Procedit proficiendo.

& alterum similiter velabatur. 24 Et audiebam sonum alarũ 5

a ¶ Simile in Apocalypsi. b ¶ Aquæ multæ populi multi. c ¶ Quia in sanctis hoc facit.

e quasi sonum aquarum multarum, & quasi sonum subli- 6

a ¶ Prædicando, quia conuersi statim in laudem Dei erumpunt. 7

mis Dei. Cùm ambularent, quasi sonus erat multitudi- 8

a ¶ Quæ Dei sunt contemplando. ¶ Prædicando.

f g nis, vt sonus castrorum. Cumque starent, demittebantur 9

a ¶ Suæ eis virtutes vilescunt. b ¶ Sonus intelligentiæ.

c ¶ Beatitudinis, angelorum altitudinem transcendens, ipsius scilicet creatoris naturam cogitans.

pennæ eorum. 25 Nam cum fieret vox super firmamen- 10

a ¶ Animalium. b ¶ In contemplatione.

tum, quod erat super caput eorum, stabant, & submit-

a ¶ Pro nihilo reputantes suas virtutes.

h tebant alas suas. 26 Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri,

D uersa quæ prædicantur in mundo, per vocem filij Dei essedantur.

† RVPERT. Vbi factus est repente de cælo sonus tamquam aduenientis spiritus vehementis! Illic ex tunc audiri cœpit sonus alarum animalium cælestium. Multæ siquidem gratiæ cælestes confluxerunt.

f *Vt sonus castrorum.* Quia contra prædicatores maligni spiritus & persecutores insurgunt.

g *Cumque starent, &c.* Vocem enim omnipotentis in cælestibus resonantem ferre non poterant. Stabant ergo, & cum silentio admirabantur Dei potentiam, qui sedebat super firmamentum: E quod his qui deorsum, crystallo simile; & his qui supra, instar lapidis sapphiri: quia omnia in similitudine, non in veritate monstrantur.

Reuerenter & cum tremore Deus audiendus.

GREG. hom. 8. Qui aliquo modo scientia volare credebamur, ad vocem desuper venientem alas submittamus, dum inuisibilem super nos naturam, & impenetrabilia eius iudicia perpendimus.

Angeli in gratia confirmati.

GREGO. vbi supra. Cęlestium potestatum quę prius per liberum arbitrium quasi aqua in quamlibet partem poterant labi; sed aliis cadentibus quia persliterunt, quasi de aqua crystallus sunt, quia iam omnino confirmati sunt, nec mutari possunt.

Crystallum. b *Crystalli horribilis.* HIERON. in com. Quod purissimum est, & C ex aquis mundis atque lucentibus nimio frigore concrescere dicitur intantum, vt etiam gelu constricta aqua, Græco nomine crystallus nominetur. Est enim in superioribus eximia puritas, quæ omnia protegat, id est, rationales sapientesque virtutes, & quatuor temporum cursum, & mundi plagas, & rerum omnem ordinem: & euangelicam prædicationem, quæ ex parte intelligitur, & ex parte velatur.

c *Alterius ad alterum.* HIERON. IBID. In Heb. *mulieris ad sororem suam.* vir duabus alis velabat corpus suum, & vir velabatur similiter. Ideo autem post mulierẽ virum posuit in eadem persona ne sexum in cælestibus putaremus.

Vt peccatores nos esse agnoscamus.

d *Vnumquodque, &c.* GREGOR. vbi supra. Hic indicatur quia pennas alter ad alterum tendebant, & duabus alis corpus proprium velabant, quia sic debemus virtutes quas accepimus, aliis impendere, vt peccata nostra non desinamus cautè cogitare, & quotidie per timorem & pœnitentiam plangere: his enim alis corpus velatur.

e *Quasi sonum sublimis.* LXX. *Vocem verbi*, vt scilicet vniuersa

GREGORIVS IBID. Notandus ordo, quod super animalia firmamentum; super firmamentum thronus; super thronum homo: quia super sanctos adhuc in hac carne viuentes angeli, super eos Christus.

h *Quasi aspectus la. sa.* † THEODORE. Hæ itidem species reconditam & sub sensum oculorum minimè cadentem diuinam indicant naturam. *Nubes enim & caligo*, inquit, *in circumitu eius.* F Et rursus idem propheta, *posuit tenebras latibulum suum.* Tenebræ autem & nubes & caligo diuinam naturam eiusinodi declarant, quæ nequeat videri. Nam purum illud & inaccessum lumen nobis tenebræ sunt, qui præ imbecillitate naturæ, oculorum aciem in eum minimè intendere valemus.

Deus inuisibilis. Psalm. 96. Psalm. 17.

GREGOR. vbi supra. *Lapidis Sapph.* Qui aerij coloris: huic virtutes cælestium comparantur, quia spiritus quibus Deus omnipotens altius præsidet, superioris loci in cælestibus dignitatem tenent. *Quasi aspectus la. sapphi.*

Angeli sancti.

HIERON. Sicut in crystallo purissima quæque atque lucentia in cælestibus, quæ nostrum obscuratum corpus illuminent, monstrantur: sic in sapphiro, id est, throno Dei, & super firmamentum, quod cælum est, abscondita atque secreta incomprehensibilis Dei, *qui posuit tenebras latibulum suum & in nube videtur & caligine.* vnde in Exo. *Et sub pedibus Dei erat quasi opus lapidis sapphirini.* Psalm. 17. b. Exod. 24.

a Simi-

NICOLAVS DE LIRA.

describitur visio quantum ad illud quod erat super caput animalium: Et primum quod erat ibi, erat quædam similitudo firmamenti seu cæli stellati, & supra firmamentum videbatur thronus sapphirinus, & supra thronum effigies hominis sedentis: ad cuius nutum & præceptum animalia & rotæ mouebantur. Et hoc est quod dicitur, Et similitudo super capita animalium firmamenti, *cuius color describitur, cum subditur,*

1 Quasi aspectus crystalli horribilis, *Id est, venerabilis, eo modo quo dicitur, Genesis vicesimooctauo d.* Quàm terribilis est locus iste! non est hic aliud, nisi domus Dei & porta cæli. *Hebræi dicunt hic:* Quasi aspectus glaciei fortis, *loco cuius translator posuit crystalli horribilis quia crystallus est glacies indurata per plures annos.*

Crystallus horribilis.

2 Et extenti super capita eorum desuper. *Crystallus videbatur extendi super capita animalium, sicut extensio firmamenti.*

3 Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ, *Id est, sursum erectæ.*

4 Alterius ad alterum, *Quia tangebant se in extremitatibus, vt expositum est supra.*

5 Et audiebam sonum alarum, &c. *Quando mouebantur per volatum,*

6 Quasi sonum aquarum multarum, &c. *Id est, magnum & fortem.*

7 Quasi sonum sublimis Dei. *Id est, sicut sonum tonitrui, qui dicitur sonus Dei, quia ab eo factus.*

8 Cum ambularent. *Quasi dicat, Sonus erat multitudinis non cuiuscumque, sed vt sonus multitudinis castrorum, vbi, quando incedunt, à longè auditur sonus magnus & terribilis ex incessu turbarum, hinnitu equorum, & collisione armorum.*

9 Cumque starent, demittebantur pennæ eorum. *Id est, illæ pennæ quæ sursum erigebantur, ad volandum demittebantur, sicut & pennæ auium, quando cessant à volatu.*

10 Nam cum fieret vox super firmamentum, *Id est, præceptum sedentis in throno super firmamentum: ad cuius nutum stabant & volabant, vt dictum est. Consequenter proceditur ad descriptionem throni & sedentis super eum cum dicitur,* Et super firmamentum quod erat super. *Et patet sententia ex prædictis vsque ibi,*

5 Et

1 Et

similitudo Throni. GREGO. Throni, angelicæ virtutes, quæ A ipsos angelos loci dignitate transcendunt. Cum enim angeli nuntij dicantur, & sæpe angeli ad nuntianda quædam hominibus veniant, throni missi ad ministerium nuntij nusquam leguntur.

† RVPERTVS. Quod iam non similitudo quasi aspectus hominis, sed verus aspectus veri hominis Iesu Christi, sedeat desuper throno, assertione nostra non indiget. Certũ enim est quod ex quo nubes suscepit eum ab oculis eorum, sedet à dextris Dei, iuxta illud, *Dixit do. domino meo sede à dextris meis.*

Christus sedens à dextris patris. — Psal. 109.

b *Hominis desuper.* HIERO. id est, Dei patris, vnde, *Homo quidam plantauit vineam, &c.* Et alibi, *Homo quidam fecit nuptias filio suo*, non quod filius B excludatur à regno, de quo Isa. *Vidi dominum sedentem super solium excelsum.* Vnde Ioannes, *Hoc*, inquit, *dixit Isaias, quando vidit gloriam filij Dei*, sed in patre regnat filius omnia enim patris filij sunt, qui est imago Dei patris inuisibilis.

Matt. 21. d. — Ibidē. 22. a. — Isa. 6. a. — Ioan. 12. f. — Colos. 1. d.

† THEODOR. vbi suprà. Per hæc ostendit Saluatoris nostri in carne humana dispensationem. Hac de causa speciem vnam dicit, naturas verò duas, vnam electri, alteram ignis: & alteram ferentē, alteram *latam. Diuina siquidem natura humanam induit. Idcirco superiorem partem cōspectam ait, tamquam speciem electri, inferiorem vero à lumbis & infra, quasi speciem ignis, igne C diuinam innuente naturam, *Deus enim tuus ignis consumens est*, ait, Electro verò humanam. Tale enim electrum, veluti mista quadam specie præditū, neque auro neque argento simile, sed quasi vtriusque commixtio. Tale etiam corpus humanum, neque enim solum terra est, neque aqua per se, neque ignis, neque aer, sed ex quatuor elementis est cōpositum: imò verò talis, neque anima ratione prædita tantum, neque mortale corpus, sed vtraque simul. Propterea propheta videt à lumbis eius & desuper sicut speciem electri, quinetiam sicut visionem ignis intrinsecus eius per circumitum. Etenim humanitas verbi Dei hilaris & splendida & gloriosa immortalisque & à corruptione libera ab inhabitante diuina natura facta est. Idcirco congruenter dixit, *Et vidi sicut speciem electri, &c.*

*sustentatā — Christus Deus & homo.

a ¶ Grego. In quo sedebat quasi homo.

a similitudo throni, & super similitudinem thro-

¶ Grego. Gloria nostri redemptoris.

b ni similitudo quasi aspectus hominis desuper.

c [27] Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum 1

¶ Qui est ardor spiritussancti. ¶ Tantum. ¶ Grego. Ante incarnationem scilicet.

d ignis intrinsecus per circumitum eius, à lum- 2

¶ Grego. Post incarnationem scilicet.

e bis eius, & desuper: & à lumbis eius vsque 3

a ¶ Grego. Claritatem spiritussancti quasi in toto mundo. b ¶ Non modo intrinsecus.

f deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis 4

a ¶ Mundi. b ¶ Id est, post terrorem misericordiæ signum. c ¶ In quo fœdus Dei cum hominibus ne vltra mundus diluuio perdatur.

g in circumitu, [28] velut aspectum arcus, cum fuerit 5

e *Quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus, &c.* GREG. vbi suprà. In electro aurum argentumque miscetur, & per argentum auri claritas temperatur, & per auri claritatem species clarescit argenti. Sic in redemptore nostro diuinitas per humanitatem nostris oculis temperatur, & per diuinitatem natura clarescit humana.

Christus crystallo cōparatus.

d *Ignis intrinsecus.* GREGOR. Ante incarnationem ignis est in Iudæa tantum intrinsecus, & non splendet, quia spiritussanctus D in multis partibus Iudæam repleuerat, sed non ad notitiam gentium perueniebat. A lumbis verò & deorsum ignis in circumitu splendet, quia post incarnationem longè lateque spiritussancti gratia diffusa est.

Euangeliū latius sparsum quam lex.

HIERONYM. Qui sedebat in throno à lumbis & supra, electro comparatur, quod intrinsecus, quasi ignis habebat aspectum; à lumbis, & infra ignis resplendens in circumitu morum. Quæ enim supra lumbos sunt vbi sensus & ratio versatur, non indigent igne & flammis, sed pretiosissimo metallo & purissimo, quæ à lumbis deorsum, vbi coitus & generatio, vbi incentiua vitiorum, indigent purgatione flammarum, vt purgata habeant arcus similitudinem, quæ vulgo dicitur iris. E

e *A lumbis eius.* GREGOR. Per lumbos propago mortalitatis signatur. De lumbis Abrahæ virgo Maria, in cuius vtero Dei filius incarnatus. vnde in vniuerso mundo innotuit Deus.

GREGORIVS vbi supra. Vnus est homo qui super lumbos ardēs intrinsecus, angelos ad amorem suum per diuinitatē tenuit, & sub lumbis inferius ignis sui splendorem in circumitu emittens, homines ad sancti ardoris sui desideriū per humanitatem reuocauit.

Christus igne amoris sui incendēs Angelos pariter ac homines.

f *Vidi quasi speciem.* GREGOR. vbi suprà. Vna est similitudo ignis & arcus. In igne enim ardor spiritussancti, qui in arcu quoque signatur, in quo aqua & ignis apparet: & post mediatoris aduētum eo virtus spiritussancti in humano genere F claruit, quo & aqua baptismi electos Dei lauit, & igne diuini amoris accendit. Quasi enim à misto colore simul aquæ & ignis quidam arcus in nube ad propitiationem ponitur, cùm dicitur, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest intrare regnum Dei.*

Aqua Baptismalis & gratia Spiritus sancti. — Ioan. 3. a.

g *Velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ.* Arcus vtriusque iudicij testis est: Ceruleus enim in colore aquæ iudicium factum: rubicundus in colore ignis significat faciendum, quia mundus iudicij igne cremabitur, qui prius diluuio iudicatus.

Mundus igne conflagraturus.

HIER. *Velut aspectum arcus.* Aliter enim esse non potest. Vnde poeta, *Mille rapit varios aduersa luce colores.* Hic arcus signum est clementiæ & testamenti Dei, quod fecit hominibus, vt quando in nube apparuerit, sciamus nos non amplius perituros esse in diluuio. Vnde patet post pœnas atque supplicia & purgationem peccatorum futuram misericordiam Dei sed his qui Deum meruerunt videre regnantem, vnde sequitur: *Hic erat aspectus splendoris per gyrum*

Virgilius 4. Aeneid. — Iris.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vidi q. speciem electri. *Id est, species illius hominis videbatur de electro, vel talis coloris sicut est color electri: tamen differenter in parte superiori, scilicet à lumbis eius, & sursum: & in parte inferiori, scilicet à lumbis & deorsum, quia in parte superiori erat similis electro ignito, retinenti tamen fulgorem suum intra se, Ideo subditur*, Velut aspectum ignis intrinsecus, &c.

Sedens super thronū.

2 A lumbis eius & desuper, *In parte verò inferiori erat similis electro ignito fulgorem suum emittenti extrinsecus, ideo subditur,*

3 Et à lumbis eius vsque deorsum vidi quasi speciem ignis, *Id est, electri igniti.*

4 Splendentis, *Id est, splendorem emittentis.*

5 Velut aspectum arcus, *Id est, viridis, qui est splendidus.*

Ad facilius capiendum prædictam visionem imaginariam posui figuras prædictorum secundum descriptionem Latinorum & etiam Hebræorum, quantum ad hoc quod eorum descriptio differt à Latinis, scilicet in descriptione animalium, tantum quantum ad descriptionem facierum: in aliis autem est eadem.

In quo differant Hebræi & Catholici circa explicationem huius visionis.

Sciendum tamen, quod prædicta non possunt sufficienter in plano describi: sed oportet per imaginationem inspicientis multa suppleri.

gyrum, throni scilicet, A vel Dei; vel omnium, quæ visa sunt.

a *In die pluuiæ, &c.* GREGOR. Cum prædi-

Incarnatione.

a Secundum ea quæ agit spiritus in mundo quæ videri possunt.

Greg. mundi.

a in nube in die pluuiæ. Hic erat aspectus splendoris per gyrum.

dicatio scilicet effunditur, vt ad veniam credentes domino parcente reuocentur. D

NICOLAVS DE LIRA.

Ad intellectum visionis prædictæ considerandum, quod sicut dicit Hieron. in prologo, Iudæi, qui cum Ioachin ducti fuerant in Babylonem de hoc pœnitebant, quod se reddiderant regi Babylonis: quia videbant adhuc stare Ierusalem, quam Ieremias denuntiauerat destruendam, & melius fore remanentibus in Ierusalem quam transmigratis in Babylonem, vt habetur Ieremiæ vicesimoquarto. B *Et ideo quinto anno à transmigratione Ioachin dominus dedit Ezechieli spiritum propheticum, ad consolationem tamen captiuorum, denuntians mala de propinquo ventura in Ierusalem & multa maiora quàm sustinerent in Babylone. Per ventum igitur turbinis & nubem venientem ab aquilone, intelligitur exercitus Chaldæorum, qui per illam partem intrauit Iudæam, vt frequenter dictum est supra in Isaia & Ieremia. Per ignem inuoluentem intelligitur incendium ciuitatis & templi futurum. Per quaternarium autem animalium, facierum & rotarum, intelligitur quaternarius numerus regnorum magnorum sibi succedentium. s. Chaldæorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum, quæ etiam regna infestauerunt populum Iudæorum. Nec mirum, quod idem numerus pluribus similitudinibus figuratur, quia Genes. xlj. septem anni fertilitatis* C *& septem famis, duplici similitudine figurantur, scilicet, per spicas plenas & steriles, & per boues pingues & macilentos. In speciali verò per faciem leonis, quæ prima est secundum descriptionem Hebræorum, intelligitur regnum Chaldæorum seu Babyloniorum, quod fuit primum inter ista quatuor, vnde & rex Babylonis frequenter vocatur leo in scripturis. vnde Iere. iiij. b.* Ascendit leo de cubili suo, &c. *Et secundum aliquos habebat imaginem leonis in vexillo suo. Per faciem hominis intelligitur regnum Persarum & Mœdorum, quod successit regno Chaldæorum. Dan. v. quia istud regnum humanius tractauit populum Iudæorum quàm alia, vnde & Cyrus dedit eis licentiam redeundi in Iudæam. Per faciem bouis, regnum Græcorū, quia sicut bos impellit cornibus, sic regnum Græcorum molestauit populum Iudæorum, & maximè tempore Antiochi illustris, vt patet j. & ij. Machabæ. vnde & Dan. viij. iste Antiochus vocatur cornu modicum, & postea factum grande nimis contra meridiem & contra orientem & contra fortitudinem, per quam intelligitur templum quod erat in Ierusalem. Per faciem autem aquilæ intelligitur regnum Romanorum, vnde & aquila est signum siue vexillum Romani imperij. Per alas autem intelligitur angelica potestas præsidens dictis regnis, quia omnia ista inferiora administrantur mediantibus angelis: vnde & angelus præsidens regno Persarum vocatur princeps Persarum, Dan. x. Et præsidens regno Græcorum, ibidem dicitur princeps Græcorum, & sic intelligendum est de aliis. Per hoc, quod animalia & rotæ istæ* E *ad quatuor partes ibant, intelligitur dilatatio istorum regnorum ad alias partes. Per velocem motum & terribilem aspectum, intelligitur robur & ferocitas eorum. Per manus autem opera, eo quod manus est organum organorum iij. de Anima. Per firmamentum verò quod erat super capita animalium, intelligitur pars mundi superior, quæ dicitur locus Dei & beatorum. Per sedentem in throno super firmamentum, intelligitur ipse Deus præsidens omni creaturæ cælesti & terrestri, ad cuius nutum omnia disponuntur: vnde & ad præceptum sedentis in throno animalia quiescebant & mouebantur, quia* ipse mutat tempora & ætates, transfert regna atque constituit, *vt dicitur Daniel. secundo capite. Per hoc autem quòd apparebat in forma humana, designabatur quod erat tempore gratiæ humanandus. Per hoc autem quod apparebat in colore electri, quod est auro & argento fulgidius, intelligitur excessus suæ sapientiæ, cuius non est numerus.* F *Per hoc autem, quod in parte superiori à lumbis & sursum retinebat splēdorem interius, & in parte inferiori scilicet à lumbis & deorsum emittebat fulgorem exterius, intelligitur, quod diuina sapientia prout est in ipso, est nobis occulta, manifestatur tamen nobis aliqualiter per suos effectus, secundum quod dicitur ad Romanos primo cap.* Inuisibilia Dei à creatura mundi, *id est ab homine,* per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. *Sic ergo patet ex dictis, quod in hoc primo cap. describitur diuina præsidentia supereminens status siue virtus, vt supra dictum est.*

Prima captiuitas dolebat deditione se abductam à patria.

Quatuor monarchiæ quæ Iudæos afflixerunt.

Angeli regnis præsidentes.

Deus disponens de omni creatura.

ADDITIO I.

In cap. j. vbi dicitur in postilla: Ex quo patet, quòd Ezechiel fuit de tribu sacerdotali.

De hac regula quam asserit postil. esse Heb. dictum fuit supr. Ierem. primo in additione.

ADDITIO II.

In eodem cap. vbi dicitur in postilla: Per quaternarium autem numerum animalium & facierum.

Circa hanc visionem Ezechielis quantum pertinet ad expositionem litteræ, applicando eam ad apprehensionem imaginariæ visionis prophetæ, postillator eam exponit satis competenter, saltem pro maiori parte. Et si fortè in aliquibus minus conuenienter illam exposuit, non est multùm curandum, eò quòd expositio principalis non consistit in hoc, sed in illo quod per hanc imaginariam visionem intelligi debet, quod est principalius in hac visione. Circa quod expositio postillatoris videtur non solùm deuia ab auctoritatibus sanctorum: sed etiam à communi opinione omnium Hebræorum expositorum, tam antiquorum quàm modernorum. Est etiam valde inconsona litteræ vt videtur. Primum patet per glo. communem, in qua expositiones Hieronymi, Gregorij, & quorūdam aliorum doctorum innominatorum ponuntur, qui communiter per quatuor animalia, sanctos quatuor euangelistas seu euangelia quatuor principalia mysteria Christi fideliter narrantia: non autem quatuor mundanas monarchias, prout postillator vult, intelligunt, prout plene patet prædictam glossam intuenti. Quòd autem ab Hebræorum expositionibus deuiet, patet: Nam antiquissimi Hebræorum, scilicet, Thamuldici, in quodam libro authentico apud eos, qui dicitur Haguiga, expresse determinant, quod intelligētia huius visionis Ezechielis debet esse secretissima, sic quod non licebat alicui eam scienti alios de ipsa docere nisi tantum vnum, & hoc in magno secreto non exprimendo totam intelligentiam, sed tradendo principia ex quibus discretus discipulus posset alia intelligere, & hoc propter magnitudinem mysterij, quod etiam secundum eos in hac visione intelligitur, prout Ra. Moy. qui fuit de maximis modernorum, largè tractat in suo libro de directione, parte tertia, in proœmio: & in primis septem capitibus eiusdem partis. Et ibidem dicta sua de occultatione prædictorum mysteriorum modo prædicta confirmat per multas auctoritates antiquorum. Hoc idem tenet Rab. Sa. & Ra. Cymhi, & ceteri expositores, scilicet, quòd intelligentia contentorum in hac visione Ezechielis sunt arcana secretissima legis diuinæ, quæ non licet homini loqui. Manifestum est autem, quod monarchiæ Chaldæorum & Mœdorum, &c. non pertinent ad arcana legis. Sunt enim & fuerunt vulgariter nota. Et Daniel etiam, qui de eis prophetauit clarè in pluribus locis, tradidit eas apertè & palam, sic quòd quilibet potest eas intelligere, sicut & alias planas prophetias. Isaias etiam de Chaldæis & Persis manifestè prophetauit cap. tertiodecimo. Et sic patet propositum, scilicet quod Hebræorum expositores non referunt intelligentiam huius visionis ad mundanas monarchias, sed ad diuinorum arcana seu mysteria. Quæ autem sint arcana ista apud Hebræos quæ tantam requirebant occultationem, ipsi non declarant. Videtur tamen rationabiliter dicendum, quod quia secundum veritatem, prout sancti doctores tradunt, in hac visione incarnatio Christi & quædam alia eius mysteria intelligantur, huiusmodi autem incarnatio populo antiquo non erat propalanda: Tum quia valde rudis fuit; Tum quia pronus ad idololatriam & ad ponendam corporeitatem in Deo; Et ideo Deuteron. quarto b. eis dicitur, Custodite igitur sollicite animas vestras: non enim vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis dominus, ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem. *Et ideo occultandum eis fuit incarnationis mysterium in hoc loco & in pluribus aliis, ne fortè si fuisset eis expresse propositum, laberentur in errorem circa diuinitatem: æstimantes quod ipse Deus secundum suam deitatem fieret corpus, non valentes percipere modum vnionis humanæ naturæ ad verbum, prout fides ponit catholica, scilicet, quod vnio sit in persona, non in natura. Vnde & hodie æstimant falsè, quod nos confitendo Christum verum Deum esse & verum hominem, con-*

Reiicitur expositio Postillatoris de significato per imaginariam visionem primi cap.

auctoritate magistrorū qui apud Hebræos magni sunt nominis.

Quid tam magnum & sacrum mysterium fuerit, quod plebem celandum Hebræi putarunt, cum huius cap. visionem tractarent.

consequenter confiteamur vnitatem diuinæ naturæ & humanæ, sic quod natura diuina & humana sint eadem numero, quæ tamen æstimatio est falsa. Nam secundum determinationem Calcedon. concilij nusquam sublata est naturarum differentia in Christo propter vnionem. Quod autem expositio postillatoris prædicta sit inconsona litteræ patet ex multis. Primo, nam hæc visio totaliter considerata erat repræsentatiua diuinæ maiestatis: Propheta enim egrediens in campum, vt ei dominus loqueretur, vt habetur infr. iij. cap. dixit, Et ecce ibi gloria domini stabat, sicut gloria quã vidi super fluuium Chobar. In quã visione, scilicet, secunda, expresse facit mentionem in eodem c. de prædictis animalibus & rotis. Ex quo patet, quod huiusmodi animalia & rotæ pertinebant ad repræsentationem diuinæ gloriæ seu maiestatis, de qua loquitur. Quæ quidem visio in eodem cap. contenta, facta fuit ad confirmandum domini verbum, scilicet quod daret prophetæ constantiam per suam assistentiam, prout postillator ibidem exponit. In tali autem assistentia prophetam confortante, nihil videtur facere significatio monarchiarum prædictarum. Item infra decimo capite ista quatuor animalia vocantur cherubim; Dicitur enim ibi, Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia cherubim esset. Manifeste autem videtur inconueniens, quod monarchiæ illæ mundanæ idololatræ nominarentur, seu significarentur per cherubim: quæ sunt nomina angelorum beatorum, super quos Deus dicitur sedere. iuxta illud Psal. septuagesimiononi a. Qui sedes super Cherubim, & sic in aliis quàm pluribus locis sacræ scripturæ. Item recessus diuinæ assistentiæ de templo repræsentatus fuit prophetæ per recessum domini super illa cherubim existentis, vt habetur planè in prædicto capit. decimo: Per quæ quidem cherubim, quatuor animalia prædicta intelliguntur, vt ibidem habetur. Similiter etiam regressus diuinæ assistentiæ ad templum designatur per gloriam Dei ingredientem per viam Orientalem, vt habetur infra quadragesimotertio. De qua gloria sic ingrediente propheta dicit. Secundum speciem quam videram, scilicet, iuxta fluuium Chobar: vt ibidem exponitur in littera. Et sic patet, quòd erant ibi animalia & rotæ prædicta. Constat autem quod in hoc recessu seu regressu non est aliquod pertinens ad monarchias prædictas. Item secundum postillatorem per quatuor animalia idem significatur quod per quatuor rotas, sicut per vaccas & spicas Pharaonis. Gen. quadragesimoprimo. Quod non videtur posse stare; Nam prout littera testatur, inter animalia & rotas erat distinctio secundum rem, & conuenientia in motu & quiete: Quod patet cum dicitur, Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ; Et infra, Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur & rotæ, sequentes ea scilicet, animalia. Et sic apparet manifestè, quod animalia & rotæ significabant diuersas res, quarum quædam sequebantur alias modo prædicto; quod non inuenitur in somniis Pharaonis, cuius exemplum inducitur, nec etiam monarchiis secundum eum hic significatis.

Duæ in Christo naturæ.

Probat prædictam Postill. expositionem litteræ esse inconsonã.

Non idem significasse animalia & rotas.

Sunt etiam multa particularia in hac visione contenta quæ sanctis euangelistis seu euangelij prædicatoribus propriè coaptantur, non autem monarchiis prædictis, prout Gregor. subtili indagine de qualibet particula tractat; vt cum dicitur de animalibus, quod facies & pennas per quatuor partes habebãt, iunctaque erant pennæ eorum alterius ad alterum. Per hoc docet intelligẽdum, quod omnis euangelistarum seu prædicatorum euangelij virtus, omnis sapientia, qua cæteros homines contemplationis suæ volatu transcendunt, vicissim sibi in pace atque vnanimitate coniungunt. Penna enim alterius ab altero diuisa esset, si in hoc quod vnus in sapientiam euolat, habere pacem cum altero recusaret. Similiter quod sequitur, Non reuertebantur cum incederent, propriè adaptatur secundum eum sanctis animalibus prædictis, quæ sic à terrenis actibus ad spiritualia pertranseunt, vt ad ea quæ reliquerunt nullatenus vlterius reflectantur. Quæ & multa alia de animalibus tradita, non videntur competere monarchiis mundanis, quæ numquam in pace fuerunt, & à contrario in contrarium reuertebantur, Monarchiæ enim prædictæ reuersæ fuerunt à prosperitate in lapsum, vt patet in eorum gestis.

Consensus seu pax inter Euangelistas & sacros scriptores.

Similiter quod dicitur de rotis, quod habebant quatuor facies, & aspectus earum quasi rota in medio rotæ, propriè adaptatur duobus testamentis, quorum nouum latuit in veteri, vtrumque tamen quatuor facies habet, cum scriptura sacra per vtraque testamenta in quatuor est distincta partibus: prout Greg. ista & cætera in hac visione contenta notabilissime discutit, adaptando singula singulis circa propositum prædictum. Et ideo qui plenam de hac visione vult habere expositionem, ad ipsius homilias recurrat: quas si diligenter scrutatus fuerit, hanc visionem nullo modo applicabit ad mundana prædicta.

Præclarum Sancti Gregorij scriptum in Ezechielem.

Nec expositio sua, scilicet Gregorij in hoc loco reputari debet mystica, sed litteralis: cum hæc visio etiam secundum omnes expositores parabolica est.

Et notandum, quod liber iste specialiter in suo exordio de Christo Deo & homine creaturæ præsidente tractat, ideo super omnia ab ipso propheta visa, aspectum hominis ponit. Quem quidem hominem quasi speciem electri vidit à lumbis eius & desuper & à lumbis eius vsque deorsum, quasi speciem ignis splendentis; & quæ alia circa hoc dicta ad duplicem naturam in Christo propriè referuntur, vt in homiliis prædictis & in glossis plene traditur. Et quia ista erant multum remota à sensu seu cognitione Israelitarum, quibus propheta mittebatur, ideo subdit in sequenti cap. Fili hominis, ego mitto te ad filios Israel, ad gentes apostatri. &c. Et infra: Si fortè & ipsi audiant, & si forte quiescant, quoniam domus exasperans est, quasi dicat, licet non sint assueti assentire similibus propheticis reuelationibus, propone tamen eis, & scient quia propheta fuit in medio eorum.

Christus Deus & homo.

Et nota quod incarnatio filij Dei & passio & resurrectio, &c. de quibus hic agitur, erat potissima consolatio ipsis captiuis quibus mittebatur, si tamen audirent; tradebatur tamen ænigmaticè & obscurè propter eorum imperfectionem pro maiori parte. Diuina enim mysteria secundum Dionysium in secundo cælestis Hierarch. occultanda sunt indignis.

Quomodo conueniebat tot magna Iudæis proponi.

REPLICA.

In primo cap. Ezechielis, postillator attendens visionem prophetæ imaginariam per sanctos doctores & glossam exponi secundum sensum mysticum, ad quos remittit eos qui in his delectantur: Sed ipse quamdam litteralem significationem illius visionis assignat, scilicet quod significet præsidentiam diuinam per sedentem super firmamentum quæ regit, & vniuersam creaturam administrat; hanc quidem clarius, hanc verò obscurius: rerum autem magis notabilium clariorem facit administrationem. Sed quia in tota ordinatione mundi inferioris, quatuor principales monarchiæ fuerunt clariores effectus diuinæ administrationis vel gubernationis, ideo sub pedibus Dei præsidentis sub specie quatuor animalium hic descriptorum significantur, prout postillator sigillatim declarat. Huic expositioni Burgen. se valde audacter opponit. Primum ex eo quia dicit eam deuiare ab auctoritatibus sanctorum, qui per quatuor animalia recipiunt quatuor euangelistas, & cet. Dehinc dicit eum deuiare à communi opinione Hebræorum, tam antiquorum quam modernorum. Demum dixit expositionem eius litteræ esse inconsonam ex multis motiuis, quæ sigillatim pertractabo, ne fiat inuolutio. Quantum ad primum Burgen. valde ponderat hic glossam ordinariam, quæ communiter ponit allegoricos, anagogicos, & alios mysticos sensus. rarò autem tangit & raptim sensum primò litteralem, sic & facit in hoc loco. Non est igitur mirum, quod postil. qui sensum litteralem semper quærit, huiusmodi mysticationem, non sequitur. Et cum dicit Burgens. Omnes doctores in glo. nominatos & quosdam innominatos hunc passum quatuor animalium exponere de quatuor euangelistis, falsum est, vt patet latam gloss. intuenti. Nam vnus innominatus per longum processum exponit de quatuor viribus animæ, scilicet, rationali, irascibili, concupiscibili, & synderesi ad modum aquilæ supereminenti. Alius de quatuor elementis, & eorum mistione in homine & coniunctione. Alius de quatuor affectionibus animæ, scilicet, spe, gaudio, timore & dolore: quæ temperantur quatuor virtutibus cardinalibus. Alius de quatuor ordinibus vel aciebus in eremo ad quatuor mundi plagas ordinatis. Et beatus Hieron. in glo. nominatus dicit, Id quod quidam ad quatuor animalia quatuor euangelia referunt de virtutibus auium, de volatu temporum, commistione elementorum, & ordinibus castrorum: quæ omnia præterita relinquunt ad anteriora festinantes. Has omnes quadrigas quasi auriga, Deus regit, & compositis currentes gradibus suos parere cogit imperio, faciendaque præcepit, & vitanda vetat. Hæc vt putant, dicta sunt populo in Babylonia captiuato, qui si colla Deo submiserit, eius auxilio terram recuperabit amissam. Hæc sparsim in glo. nec ex gl. haberi potest quemquam doctorum sanctorum se ad quatuor euangelistas determinasse, nisi beatum Gregorium, cuius expositionem non esse litteralem sed mysticam, satis apparet ex dicto gloss. supra posito: quia videlicet dicta in hoc c. secundum illas positas quadrigas sunt proposita populo in Babylonia capto pro eorũ emendatione, quæ per euangelistarum allegationem modicum vel nihil valuissent: imò prophetia ista notabilis, fuisset exposita derisioni. Patet etiam quia beatus Gregorius homilia nona super Ezechielem dicit: Initium libri in Ezechielem prophetam magnis obscuritatibus clausum, & quibusdam mysteriorum modis ligatum, in homiliis octo Deo largiente discussimus: iam nunc planiora sunt quæ sequuntur; Ecce idem beatus Greg. mysteria clausa, non litteram dicit se

Quid ponat postillator.

Quid in eodem reprehendat Burg.

Glossam ordinariam non ita expositionem huius c. de Euangelistis probasse vt alias reiicerent.

passu obscuro. Et promittit in sequentibus ponere planiora, cuius ... suas homilias, apparet manifestè, quod circa planam litteram in casu propheta in faciem eius, erectione, collocutione & ceteris, ... tione procedit: consequens est eum in aliis sensum mysticum co... omnibus homiliis illis sensum litteralem secundum sonum ver... surditatis habentem reperire non possumus, cum tamen constet lit... ... sicut. & aliorum prophetarum sensum litteralem habere. Sic quod expositio postillatoris non deuiat ab auctoritate sanctorum ... quo ad secundum quod Burgen. prætendit quod postil. deuiat ab ... nium Heb. antiquorum & modernorum. Hoc Burgen. videtur ... Heb. quos Burg. adducit, nihil dicunt nisi, quod principium huius ... de secretissimis arcanis diuinæ legis, quæ non licet homini loqui. Similiter etiam postil. idem dicit hic, quod quia hic liber est de præsidentia diuina respectu creaturarum omnium maxime rationabilium. Et subdit, quod primum caput continet virtualiter sententiam sequentium, prout effectus omnes in causa virtualiter continentur. Nec putet Burg. prout arguit, modicum esse totius sacræ scripturæ secretum, de quo hic secundum expositionem postil. dicitur. Nam generaliter & virtualiter omnia secreta includit diuina præsidentia, quæ cunctarum rerum actus & opera occulto nobis iudicio, tamen totaliter administrantur, & specialiter magnarum rerum: quæ aliquid diuini nominis B habere videntur sicut sunt quatuor monarchiæ mundi per administrationem diuinæ præsidentiæ ad flagellum Dei contra peccata mundi, specialiter Iudæorum ordinatæ, vt fiat argumentum à maiori ex ista littera de istis monarchiis exposita sic: Si videmus illas potentissimas monarchias mundi diuinæ ditioni subiacere, adeo quod sine eius nutu nihil possint, ideo cuiuscumque regis regni, specialiter Iudæorum, imo cuiuscumque creaturæ, actus, opera & passiones ex eiusdem præsidentis voluntate procedunt: & ex hoc ad litteram, pro consolatione vel correptione captiuorum in Babylonia arguere volebat, quod eorum desolatio, liberatio, & potestatis cuiuscumque prosperitas & aduersitas ab illa præsidentia dependet, prout patet etiam huiusmodi rationis resolutio ex gloss. sanctorum supra allegata. Consonat igitur postil. dictis sanctorum, & etiam Heb. circa hunc passum. Hebræi tamen allegati per Bur. circa occulta hæc descripta ad litteram nihil dicunt, sicut nec Burgens. qui innititur expositioni beati Greg. quæ pure mystica est, vt supra probatur. Heb. etiam principiū huius libri occultauerunt, sicut principium Gen. & Cāticorum, prout dicit beatus Hier. & assumitur in glo. per Burg. allegata, sic quod non liceret ea legere, quemquam nisi sacerdotalem ætatem scilicet, xxx. annorum impleßet, vt ad plenam scientiam: similiter & mysticos sensus plenum humanæ naturæ tempus accedat. C Quibus non obstantibus & Genes. & Canticorum sensum litteralem habemus. Sed Burg. non dat rationem quare huius partis sensum litteralem habere non debeamus. Et non videtur potior sensus litteralis, quàm ille quem postil. ponit. Nam comparatis omnibus modis suprà & ex gloss. & sanctis doctoribus adductis postil. est vniuersalior. Nam Dei præsidentia tamquam auriga regens & ordinans, & inordinatos motus coërcens signata quadriga per quatuor animalia & rotas: vniuersalius respicit illas quatuor principales mundi monarchias, quam compositionem & mistionem quatuor elementorum, & dispositionem castrorum per quatuor plagas & alias quadrigas supra enumeratas. Et quod obiicit Bur. di. illas monarchias in scripturis fore clare descriptas: igitur de eis tamquam arcanis non debet exponi ad litteram visio quatuor animalium & rotarum. Ibi dico, quod idem argumentum plus militat contra sanctos doctores in glo. nominatos & non nominatos: Quorum quadriga assignatæ, Quædam sunt nota ex naturali philosophia, vt quatuor elementorum commistio: Quædam sunt nota ex morali philosophia, vtpote quatuor passionum animæ per quatuor virtutes moderatio: Quædam ex historia manifesta Exodi, vt puta ad quatuor plagas castrorum in eremo dispositio, scilicet, ad orientem, occidentem, &c. Vnde pro eis & postil. dico quod materia quatuor animalium & rotarum non est de secretis sed sub secretis. Secreta enim est Dei præsidentia quam Apostolus vocat, incomprehen. iudi. Dei, quæ præsidentia describitur sessio hominis supra firmamentum vltra capita animalium. Quatuor autem animalia longè sub ipsis secretis, quemadmodum Isa. vj. dicitur, visus dominus super solium excelsum, & ea quæ sub ipso erant replebant templum, vt dominus sedens, ad secreta pertineat: Ea autem quæ sub ipso erant, ad effectus à secretis prodeuntes. Et vt verū fatear, principium Genesis, est de secretis arcanis, quia de Deo vt est generaliter omnium creator. Liber autem Canticorum de eisdem arcanis est, quia de Deo vt est Ecclesiæ sponsus, & generalis amator & conseruator. In hoc quoque loco idem occultus describitur, vt omnia eminenter continens, & vniuersi dispositor, & bene volentium liberator. Nunc autem quia postil. cum modestia loquens de arcanis diuinis, dicit se balbutientem, ad litteram autem loquens de his maximis monarchiis, facultatem humanam secundum se non excedentibus, dictis arcanis ritè subiectis, per quatuor animalia describit quatuor regna mundi principalia semper regno Iudæorum molesta: innuens cum propheta populo captiuato, quod potestas coërcitiua diuinæ præsidentiæ illos monarchas, & per consequens quoscumque alios suos persecutores, cohiberet à Iudæorum persecutione, vbi demeritum populi ipsum præsidentem ad iracundiam non prouocaret, & intelligerent quod nulla noceret aduersitas, si nulla dominaretur iniquitas. Et pro tanto exponitur hic passus de quatuor monarchiis, ad captiuorum consolationem, vel verius ad desperantium correptionem. Sed ad arcanum incarnationis postil. conformis est sanctis doctoribus & glossæ, quia dicit propter futuram incarnationem, præsidentem in proposito in specie humana apparuisse. Sicq; patet quod Burg. non verè dicit postil. à sanctorum auctoritate & Hebræorum omnium expositione deuiasse. Sed quo ad tertium articulum Bur. dicit expositionem postil. litteræ inconsonam. Ratio autem sua prima non valet, quia dicit, quod hæc visio totaliter considerata erat repræsentatiua diuinæ maiestatis. Fateor hoc vna cum postil. applicando singula singulis: vt visa supra firmamentum directè repræsentarent, & essent secretissima & altissima Dei iudicia, secundum Apostolum ad Ro. xj. Ea autem quæ erant sub firmamento, puta animalia, rotæ, &c. repræsentarent diuinæ præsidentiæ subiecta, & ad voluntatem præsidentis vel mota vel quiescentia, vt sine eius nutu nihil valeant: sicque intellecta & propheta repetitis vicibus ostensa ad confortationem prophetæ fecerunt, cum quibus sic dictis stat expositio postil. ad litteram. Et quod subsumit Burgen. quod monarchiæ ad prophetæ conformationem nihil facere potuerunt, falsum est, quia secundum prædicta, illarum subseruitus & luminatio ad sui motum & alia, valuerunt ad prophetæ conformationem & populi consolationem, scientis ex hoc illas sine Dei præsidentis nutu non posse mouere ad desperantium correptionem modo supradicto. Quod secundo Burg. obiicit de litteræ consonantia, pro eo quia illa animalia à propheta vocantur cherubim, quod nomen illis idololatris conuenire non potest, non concludit. Nam ita potest idololatris conuenire nomen cherubim sicut nomen Christus, cuius Deus apprehendit dextram, vt patet Isa. 45. Dico igitur quod, nomina digna, talia indignis imponuntur idololatris ratione officij, vt instrumentis diuinæ præsentiæ & correctionis: sicut potest dici sanctus ex officio, imò sanctissimus, ex personalibus vitiis indignus. Et Malachias 2. dicit sacerdotem non modo bonum, sed etiam malum, angelum domini. Patet etiam dicta responsio per doctores, communiter, dictos terminos dignos indignis applicatos exponentes. Nec valet quod Burg. obiicit contra postil. dicentem, animalia & rotas ad idem pertinere, inducentemque illud Genes. xlj. De spicis & bobus Pharaonis. Contra quod Burgens. dicit animalia & rotas secundum rem distingui, & conuenire solum secundum motum & quietem, qualiter non est in casu Pharaonis. Respondeo quòd vtique secundum rem, si licet dicere imaginariè visa fore res, distinguuntur spicæ & boues sicut animalia & rotæ. Et sicut ista conueniunt in quiete & motu, sic & illa in vnius rei & effectus significatione. Non enim est inconueniens vnum plura, & plura vnum significare. Nec concludit quod Burgens. dicit, non conuenire monarchiis illum passum, Cum ambularent non reuertebantur: imo dico secundum glossam supra adductam, quod omnia sub diuina præsidentia constitutā sic mouentur, quod præterita transeuntes ad futura festinant. Nec est in eorum potestate sicut nec præsidentis de præteritis facere non præteritum, vt ad præterita reuertantur. Nec valet dictum Burg. expositionem beati Gregorij non debere reputari mysticam. Nam & ipse beatus Greg. (prout suprà ostensum est) reputauit eam mysticam. Nec valet probatio Burgens. quod ideo non sit mystica, quia litteralis sensus est parabolicus, quia multos passus Canticorum Beatus Gregorius exponit mysticè, similiter & Iob. vbi tamen constat litteralem sensum fore parabolicum. Hæc sufficiant quo ad hoc caput amatoribus postil. & rectis, &c.

S. Gregor... in mystica solum expositione immoratur.

Prophetiam de quatuor monarchiis dignam esse quæ assignetur protinus visionis materia.

4. Monarchiæ sint ne de magnis secretis?

Assignat conuenientiam expositionis Postill. cū casu populi tunc existentis.

Soluuntur quæ adducit Burgēsis contra expositionem Postillatoris.

4. Monarchias dici posse Cherubim.

Qualis sit expositio B. Gregorij super hoc cap.

CAPVT II.

A Et vi. GREGORIVS homil. 9. in Ezech. Quid ergo si ipsam essentiam vidisset. Notandum autem in quantam miseriam cecidimus, ipsum bonum ferre non possumus, ad quod videndum creati sumus.

† RVPERTVS li. 1. in Ezec. c. 27. Post reuelatam euangelij gloriam, quæ deinceps consecuta sunt vel consequantur, prophetica visio demonstrare hinc incipit: clauso quidem sermone, sed tali sermonis vel reuelationis ordine, vt collata cum rebus deinde gestis, prope quasi historica narratio sit. B Propheta ipse postquam euangelij figuras siue imagines tam mirabiles peruidit, iã nunc prædicatoris eiusdem euangelij, id est, Apostolorum vel discipulorum Christi typum gerit.

(Nota. — Huius cum præcedenti capite connexio.)

CAP. II.

a ¶ Totum quod prædictum est. a ¶ Est. b ¶ Non ipsius gloriæ. ¶ Greg. Quæ enim interius fit spiritus gloria aspicere non valet. Isaias dicitur vidisse gloriam Dei, sed secundum id quod in mundo agit.

HÆc visio similitudinis gloriæ domini. 1

a ¶ Similitudinem. b ¶ Ideo, c. ¶ Conscius fragilitatis humanæ.

a Et vidi, b et cecidi c in faciem meam, & 2 audiui vocem loquentis, & dixit ad me,

a ¶ Post pœnitentiam per bona opera. ¶ Quia ex humilitate ceciderat, à domino subleuatur.

d *Fili hominis stã supra pedes tuos, & lo- e quar tecũ. [2] Et ingressus est in me spiritus, postquã locutus est 3 f

a ¶ Aliud quàm iacenti sc. vt prædicet, & qui iam se correxit, alios. b ¶ Sanctus, corrigat, quod non potest qui adhuc in confusione iacet.

¶ Sine quo stare non poteram. a ¶ Hier. Simile: Statuit supra petram pedes meos, Nullum peccatorum stantem legimus, sed dicitur illi, Non erit stabile vestigium pedis tui.

mihi, & statuit me supra pedes meos. Et audiui loquentẽ ad 4 5

a ¶ Crebro ad Ezechiel & Daniel dicitur, Fili hominis, vterque enim in persona eius qui dixerat, Filius hominis non habet vbi caput reclinet, captiuum populum consolatur & ad pœnitentiam cohortatur.

g me, [3] & dicentẽ: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad 6

b *Et ceci.* HIER. in comm. Non elatus visionum magnitudine. Sic Paulus colaphizatur, ne reuelationum magnitudine extollatur. Abraham quoque cecidit in faciem suam, postquam audiuit sermones Dei.

(1. Cor. 12. b. Gen. 17. c.)

c *In fa. meam.* GREG. vbi supra. Sancti leguntur cadere in faciem, vbi sc. vident, quia in visibilibus istis sponte se humiliant, vt in inuisibilibus erigantur. Mali verò retrò, vbi sc. non vident, quia ibi cadunt, vbi quid eos sequatur, ignorant.

HIER. vbi supr. Aliud est cadere in faciem, aliud retrò. Abraham audita natiuitate Isaac, cecidit in faciem, & risit, Eli retrò. Et in euangelio qui ad Iesum comprehendendum venerant, ceciderunt C retrorsum in terram.

(Gen. 18. c. 1. Reg. 4. c. Ioan. 18. b. Casus duplex.)

GREGORIVS vbi supr. Cùm aliquid de Deo conspicimus, in faciem cadimus, quia ex malis erubescimus, quæ nos egisse memoramus: Ibi enim cadit homo, vbi confunditur.

d *Fili hom.* GREGORIVS homil. 9. in Ezech. Nota ordinem locutionis, & operis, Prius similitudo gloriæ videtur, vt deiiciat, post alloquitur, vt eleuet: deinde abundantis gratiæ spiritum mittit, & leuat, & supra pedes statuit. Nisi enim aliquid de æternitate mente videamus, pœnitendo non cadimus: Iacentes autem vox domini consolatur vt in opera surgamus: sed nostra virtute consurgimus, sed spiritus nos implet & leuat, & supra pedes statuit: vt qui proni in pœnitentia pro culpa iacuimus, recti postea in bono opere stemus.

(Quomodo per pœnitentiam resurgamus?)

Fili hominis. † THEOD. in Ezec. sect. 1. Quasi dicat. Ne naturæ obliuiscaris, ea contemplatione dignatus, quæ tuam superat naturam; verum nosce teipsum: neque tamen immenso metu diutius detinearis, cùm tibi ego auctor existam, vt sis bono animo, sed stans audi quæ à me dicuntur, non huc aut illuc circumuertens, sed ipso statu stabilitatem significans.

e *Sta sup. pe.* GREG. vbi supr. q. d. Iacens audire non potest. Moysi D quoque dicitur, *Tu verò stabis mecum.* Et Daniel ait, *Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos.*

(Exod. 34. a. Dan. 10. c. Psal. 39. a.)

Sta supra pedes tuos. GREGORIVS. Cui simile est, *Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Et statuit super petram pedes meos, & di. gr. me. & immisit in os meum canticum nouum.*

GREG. vbi sup. Paulus prædicator futurus prius prosternitur, iacet, & audit, *Surge & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere.*

(Act. 9. a.)

f *Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est.*

† THEOD. Diuina enim quædã virtus cũ tetigisset me, veluti solutum metu collegit, & ita comparauit, vt consistens, verba, quæ E ferebãtur audire possem.

(50. dist. c. quid est hoc. Quid in & p pœnitentiam faciendam?)

GREG. vbi supra. Aliter surgere nõ potuit cum diceretur ei, sta supra pedes tuos, quia ex omnipotentis Dei gratia ad bona opera conari quidẽ possumus, sed hæc implere, nisi iuuet ipse, qui iubet, nõ possumus: *Deus. n.* (inquit Apostolus) *qui operatur in nobis & velle & perficere*, vnde. *Sine me nihil potestis facere.* Sciendum enim quia mala nostra solummodo nostra sunt, bona autem, & omnipotentis Dei sunt, & nostra. Ipse enim aspirando nos præuenit, vt velimus; adiuuando prosequitur, ne inaniter velimus. Præuenit ergo gratia, & sequitur bona voluntas, & sic omnipotentis bonum, fit meritum nostrum: vnde Apostolus, *Non autem ego, sed gratia Dei mecum*; q. d. in eo quod solo Dei dono præuentus sum, non ego, sed quia donum voluntate subsecutus sum, & ego. Hoc contra Pelagium & Celestium.

(Philip. 2. b. Ioan. 15. b. Quomodo cooperetur gratia & liberum arbitrium? 1. Cor. 15. b.)

† RVPERTVS vbi supr. eod. ca. Apostolis vtique quodammodo dictum est, state super pedes vestros. Et reuera ingressus est in eos F spiritus, & statuit eos super pedes suos, quando qui prius erant timidi & infirmi, induti sunt virtute ex alto, confirmati spiritu sancto. Ita vt, verbi gratia, Petrus, qui Christum dominum confiteri erubuerat coram ancilla hostiaria, iam confiteri non dubitaret in plena synagoga, imò coram vniuersa Roma mundi domina, tot fascibus, tot potestatibus, tot gladiis armata.

(Mira gratiæ Spiritus sancti efficacia.)

g *Ad gen.* GREGOR. vbi supr. Sicut qui fide recedit à Deo apostata est, sic qui ad peruersum opus redit, etiam si fidem tenuerit. Vnum enim sine altero prodesse non potest, nisi forte pro fide recipienda, fiant opera, sicut Cornelius faciebat.

(Apostatæ sunt recedentes à bona vita similiter atque recedentes à fide. Act. 10. t.)

† RVPERTVS vbi supr. Non ignorabat dominus Deus quod nec ipsi audirent, neque quiescerent, sicut nec patres eorum audierant, aut quieuerant: sed illis oportebat primum loqui verbum Dei, vt essent inexcusabiles.

† THEODOR. vbi supr. Vide diuinam clementiam. Post infinita scelera non denegat eis salutem, sed reuocat eos & ad sanitatẽ inuitat, præsertim cum eorum contumaciam nosset & animos rebelles.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT II.

HÆc visio. *Hic consequenter describitur diuinæ præsidentiæ effectus multiplex. Et primò in punitione Iudæorum transmigratos deridentium: secundò, in destructione Gentilium bonos crudeliter molestantium ca. 25. Tertiò, in remuneratione iustorum mala temporalia patienter tolerantium c. 40. Circa primum sciendum, quòd sicut transmigrati, cum Ioachim dolentes de hoc quod se tradiderant ad consilium Ieremiæ, inter se murmurabant: sic illi qui remanserant in Ierusalem, transmigratos deridebant, putantes vaticinium Ieremiæ de ciuitatis excidio non impleri: propter quod Ezechiel repletus est spiritu prophetiæ, prænuntians excidium ciuitatis propinquum, sicut & Ieremias, ad reprimendum istorum murmurationem & illorum derisionem. Ergo primo prophetandi officium sibi imponitur: Secundo officium sibi iniunctum exequitur 4. cap. Prima in duas, quia primo imponitur sibi officium: secundo arguitur eius silentium seq. cap. ibi.* Cùm autem pertransissent. *Prima in duas, quia primo imponitur sibi officium verbo, secundo signo ibi,* Tu autem. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur impositio officij: secundo, confortatio domini, ibi:* Tu ergo, *In prima parte præmittitur quædam continuatio ad præcedentem visionem, cum dicitur.*

(Diuisio libri. — Iudæi sub Iechonia transmigrati dolent ipsi, & à fratribus deridentur quod se de cõsilio Ieremiæ Chaldæis dederint. — Subdiuisio.)

1 Hæc visio similitud. *q. d. effigies hominis super thronum sapphirinum sedentis, non erat ipse Deus in natura propria, sed quadam similitudo suæ maiestatis repræsentatiua.*

2 Et vi. & ce. *&c. Quia fragilitas humana in talibus visionibus suum defectum experitur, secundum quod dicitur Dan. 10.* Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium, *ideo subditur.*

3 Et ingre. est in me spiritus, *id est, subsistendi virtus*

4 Postquam locutus est mi. *Ille qui sedebat in throno.*

5 Et statuit me su. pe. me. *id est, mihi contulit virtutem subsistendi. Cetera patent vsque ibi.*

6 Ad gentes apostatrices, *à fide.*

MORALITER.

† 1 *Hæc vi. si.* Hic secundum litteralem sensum imponitur Ezechieli officium prophetandi, per quod mystice signatur officium prædicandi: ad quod primò requiritur auctoritas mittentis, sicut dicitur Ro. x. c. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur,* ideo dicitur hic à domino Ezechiel.

(Quæ necessaria sint prædicatori.)

† *Fili hominis mitto te.* Requiritur etiam in prædicante notitia sacræ scripturæ, ideò sequitur.

[...]ra. GREGO. vbi supra hom.9. Impudentia filiorum cul[...]mala faciunt, nec erubescunt, nec post culpam ad pœnitē[...]nt, quia indomabili corde sunt: *Et filij du.* vnde, *Neruus fer[...]tuum, & frons tua anea.* Hi quoque in sequentibus arguuntur cordis lapidei, quod dominus euulsurum se dicit, & pro illo carneum redditurum, vt emollitum Dei præcepta suscipiat.

Isa.48.a. Pertinacia contra Deum.

b *Si forte.* GREG. vbi sup. q.d. Pauci audiēt, vel ipsi peribunt, cum patres. s. pœnitere noluerint in culpa defuncti.

HIER. in com. Ambigētis affectu loquitur Deus, vt liberum hominis monstret arbitrium: ne præsciētia boni maliuè immutabile faciāt, quod Deus futurum nouerit. Nō enim quia ille ventura cognoscit, necesse est nos facere, quod ille præsciuit: sed quod nos propria voluntate sumus facturi, ille, quasi Deus, futurum nouit.

† THEOD. in Ezec. sect.1. Illud (*si forte*) nō ignorationem significat, nihil enim eorū quæ futura sunt, ignorat is qui omnia cognoscit, antequam fiant: Verum per hoc liberam mentis facultatem docet, quia possunt immutari si voluerint. Ne enim suam præscientiam rerum euentus causam opinetur, necessario apponit ambiguitatis verba, ostendens voluntatis liberum arbitrium, sibique defensionem ad diem iudicij reseruans.

De præsciētia Dei & libero hominis arbitrio.

a ¶ Quasi non populum Dei. b ¶ Quæ ad prauum opus reuersæ. c ¶ Non tantum patres, quasi, par est vtrorumque impietas.

gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. [1] Patres eo-

a ¶ LXX. Irritantes me, siue in amaritudinem conuertentes. Deus enim natura benignus & dulcis, vitiis amarus efficitur. ¶ Greg. Vna culpa superbiæ. b ¶ Continue.

rum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc, [2]

a ¶ Altera obstinationis. ¶ Magna Dei clementia, qui ad tales mittit, vt nemo desperet.

a [4] et filij dura facie, & indomabili corde sunt, ad quos [3]

a ¶ Magna prophetæ confidentia, qui ad tales ire non formidat. b ¶ Auctoritas personæ tribuitur, ne à tam peruersis propheta despiciatur. c ¶ Non ego.

b ego mitto te. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: [5] Si [4] [5] [6]

a ¶ Simile in Ieremia: Si fortè audiant, & agant pœnitentiam, & in Euangelio, Forsitan filium meum verebuntur. b ¶ Filij. c ¶ Me. d ¶ A peccato. e ¶ Quia ibi Deus habitare cœperat per fidem.

fortè vel ipsi audiant, & si forte quiescant, quoniam domus [7]

a ¶ Vitiis me. s. natura mitem. ¶ Per operationem. ¶ Hospitem mansuetum. b ¶ Inexcusabiles, aut audita prædicatione proficientes.

exasperans est, & scient quia propheta fuerit in medio eo- [8]

a ¶ q.d. Ne timore humilitatem fingas, cùm non solùm populo, sed & senioribus loqui habeas. b ¶ Quamuis peruersi. ¶ Mala. s. inferentes. ¶ Libertas. s. prædicantis. c ¶ LXX. Nec à facie eorum formides, quoniam insanient, & congregabuntur coram te in circuitu. q.d. licet dura ceruice sint & indomabili corde, mea præcepta sunt fortiora, ne dicas, non fuisse prædictum: Insanient & congregabuntur contra te in circuitu, nullum. s. relinquentes refugium. ¶ Comminationes, vel detractiones.

c rum. [6] Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones [9] [10]

a ¶ Ideo non timendi. q.d. Ne quæras placere eis, qui Deo displicent: vnde, Nonne qui te oderunt, domine, oderam. b ¶ In se. ¶ Deo. c ¶ Præceptorum. ¶ Infirmis. ¶ Aliorum, ne soli moriantur.

d eorum metuas, quoniam increduli & subuersores sunt te- [11] [12]

a ¶ Quia blandi & malitiosi non possunt subuertere.

e cum, & cum scorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, [13] [14]

a ¶ q.d. Timendi essent, nisi me in suis actibus exasperassent.

& vultus eorum ne formides: quia domus exasperans est.

f [7] Loqueris ergo verba mea ad eos, si fortè audiant, & quie-

a ¶ Deum peccando irritant.

g scant, quoniam irritatores sunt. [8] Tu autē fili hominis audi [15] [16]

¶ Ne simile peccatum similem pœnam mereatur.

h quæcumque loquar ad te, & noli esse exasperans, sicut do- [17]

i ¶ Recta loquendo.

k mus exasperatrix est. Aperi os tuum, & comede quæcumq;

quæ: s. in ore habent mel, & in cauda aculeum. Bonis non nocet cum malis esse corpore, sed mente: si desit spiritus, non adiuuat locus, Loth in Sodomis sanctus extitit, in monte peccauit, & in paradiso princeps nostri generis; Abel fieri nō valet, quem Cain malitia non exercet. Infirmi autem prauorum societatem declinēt, ne mala quæ frequenter aspiciūt, & corrigere non valent, imitari delectentur.

Societas praua.

Cum scorpionibus. HIER. vbi sup. Qui arcuato vulnere & fistulato aculeo percutiūt, vt eadem plaga & cutem aperiant, & venena diffundant. Vnusquisque pro moribus suis sortitur vocabulum: vnde dicitur Pharisæis, *Generatio viperarum*, Et de Herode, qui versipellis, *Ite & dicite vulpi huic*, Et pseudoprophetæ vulpibus comparantur, Et nunc corde indomabili, scorpiones dicuntur. Et in euangelio dicitur, *Non audierunt eos oues.* Qui ergo fures & latrones audierunt, ouium vocabulum perdiderunt, & non quasi oues perierunt, sed quasi viperæ, vulpes, scorpiones.

Vulnus quod facit Scorpio. Matt.12.c. Luc.13.g. Ioan.10.f.

f *Si for.* HIER. IBID. Licet mali sint quibus loquimur, non tamen cessemus, sed opportunè & importunè prædicemus, vt qui durus est, emolliatur & audiat, & qui obediens est, mutata voluntate non surdescat.

Instandum prædicationi.

1.Cor.4.a.

c *Neque sermones eorum metuas.* GREG. vnde, *Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die.*

d *Quoniam increduli.* † THEODORETVS vbi supr. Causa idonea est ad contemptum eorum, qui insidiari aggrediuntur, improbitas, legis enim violatores & à diuina ope vacui sunt, non sunt itaq; huiusmodi viri metuendi, inquit, quamuis more scorpionum lædant, quamuis temeraria verba proferant, quamuis rabie multaque insania efferantur. Hoc enim per illud verbum innuit, erabunt, insanient, trudent παροιστρήσουσιν, boum translatione, quas œstrus pascentes impellit, & sæpe per præcipitia ferri cogit. Est autem œstrum, Virgilio Asylo, muscæ genus quolibet & stimulo vehementius, boues exagitans.

Improbitas contemni non timeri debet. Oestrum.

Psal.117.b. e *Cum scor.* GREGOR. vbi supr. Vnde, *Circumdederunt me sicut apes.* quæ

g *Audi quæcumque.* GREG. vbi supr. Ne facias quod prohibes, ne in quo alterum iudicas, teipsum condemnes. Vnde Balaam spiritu Dei ad loquendum repletus, sed in carnali vita, suo spiritu retentus, de semetipso ait, *Dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam altissimi, & visiones omnipotentis videt*, qui cadens apertos habuit oculos, qui rectum quod diceret vidit, sed rectè viuere contempsit.

Rom.2.a. Num.24.c. Balaam.

h *Et noli esse.* GREG. vbi supr. Ne tibi commissa tacendo, & malefacta non increpando Deum exasperes, sicut illi male faciendo.

i *Ape. os. t.* HIER. vbi sup. i. dignum te præbe sermonibus meis, & cibum spiritualem suscipe, vnde, *Aperi os tuum & implebo illud.* Et ille respondit, *Os meum aperui, & attraxi spiritum.* Sicut dicitur, *Qui habet aures audiendi, audiat*: Ita hic, Qui habet os apertum ad comedendum comedat. Apostolus quoque qui habebat thesauros sapientiæ ait, *Os meum apertum est ad vos.* Et de domino: *Aperiens os suum docebat eos.*

Psal.8.b. Ibid.118.r. Luc.8.a. 2.Cor.6.c. Matt.5.a.

k *Et com.* GREG. vbi sup. Post apertionē oris comedimus, quia augetur

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quæ reces. à me. *per idololatriam.*

2 Patres eorum præua. *i. legem meam, quia cito post ingressum terræ promissionis declinauerunt ad idololatriam, vt patet in libris Iudicum & Regum.*

3 Et filij du. fa. *i. irritantes, irreuerentes, & inuerecundi.*

4 Et indoma. corde sunt. *Sunt enim in malis obstinati.*

5 Ad quos e. mitto te. *Vt manifestè appareat, quod mala eorum non proueniunt ex defectu meo, sed mitto prophetas meos ad arguendum mala eorum.*

6 Si forte vel. *Per istud forte, non intelligitur aliquod dubium in Deo respectu futurorum, cum certissimè omnia præcognoscat: sed per hoc intelligitur vertibilitas liberi arbitrij ad bonum & malum.*

7 Quo. d. ex. est. *id est, familia prouocans ad iram dominum.*

8 Et scient quia pro. *& sic excusationem non habebunt, si à malis non pœnitent.*

9 Tu er. *Hic consequenter ponitur confortatio domini contra malitiam eorum, quibus debebat loqui, quia* minus iacula feriunt quæ præuidentur, *vt dicit Greg. Dicit igitur,* Tu er. fi. ho. n. ti. eos. *i. facta eorum aspera.*

10 Neque sermones e. *i. detractiones & opprobria.*

11 Quoniam increduli sunt, *erga dominum.*

12 Et subuersores, *iustitia erga proximum.*

13 Et cum scorpionibus ha. *verbis malis & factis pungentibus.*

14 Verba eorum ne ti. *Repetitio est eiusdem sententia ad maiorem assertionem.*

15 Quoniam irritatores sunt, *scilicet, prophetarum. Et in hoc notat paucitatem conuertendorum.*

16 Tu autem. *Hic consequenter imponitur Ezechieli officium per signum libri ostensi & incorporati. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur hæc impositio, secundo ipsius propheta confortatio. c. seq. ibi,* Et dixit ad me. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur libri ostensio, secundo eius incorporatio, in principio sequentis ca. Circa primum excitatur intentio propheta, cum dicitur,* Tu autem fi. ho. au. *sicut discipulus humilis & odediens.*

Diuisio.

17 Et noli esse exaspe. *id est mihi rebellans, & per consequens ad iram me prouocans.*

tur in nostris sensibus cibus vitæ, cum cœperimus prædicare, vnde: *Os meum aperui, & attraxi spiritum.*

a *Ecce manus.* HIER. in comm. Ad eos manus domini extenditur, qui beneficium consequuntur, aliis contrahitur, vnde, *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem*: vt congregaret. s. filios Israel sicut gallina pullos suos sub alis, & extensione manuum superaret Israel Amalec.

b *In qua erat in.* IBID. LXX. *capitulum libri*, de quo in Psal. *In capite libri scriptū est de me.* In principio scilicet. Hic inuolutus est; quem nemo potest legere, nemo aperire, nisi leo de tribu Iuda, radix Dauid: nec totus deuoratur, sed *in capitulo*, Non enim fieri potest vt humana natura totos huius libri thesauros deuoret.

GREG. vbi sup. Per Ezechielem prædicatorum ordo, per librum scriptura signatur.

† THEOD. in Ezech. sect. 1. Merito supra dixit, *si forte audiant, aut timeant*, terroris enim plena quæ prophetis mandantur, *lamentatio & carmen & væ*, in toto capite scripta *intus & foris*. *Caput* autem vocat libros inuolutos. Sic enim prisci scripta monumenta seruabant, & Iudæi ad hoc vsque tempus in huiusmodi voluminibus diuinas continent scripturas.

c *Intus & fo.* Alij *ante & retro.* i. de futuris & de præteritis vel certè, *foris* in historiæ littera. *Intus*, scilicet, intelligentia spirituali, vnde, *Omnis glor. e. fi. regis ab intus*, vnde, *Montes excelsi ceruis petra refugium herinaciis.*

Intus. GREGOR. homil. 9. Quia inuisibilia promittis & cælestia, *Foris*, quia visibilia præceptorum suorum rectitudine disponit, Terrena & contemptibilia, qualiter vel in vsu sint habenda, vel ex desiderio fugienda, præcipit. Alia in exterioribus actionibus iubet, & quæ foris, præcipit, patent. Alia de secretis cælestibus, quæ plene comprehendi non possunt, vnde, *Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius.* Cælum enim scriptura est, de qua nobis, & sol sapientiæ, & lumen scientiæ, & ex antiquis patribus stellæ exemplorum atque virtutum lucent. Quod sicut pellis extenditur, quia per scriptores suos carnis lingua formatum, ante oculos nostros per verba doctorum exponendo explicatur. Aquis verò. i. angelis (de quibus dicitur, *Laudate eum cæli cælorum, & aquæ quæ super cæ. sunt laudent nomen domini*) superiora cæli tegit, quia alta sacri eloquij quæ. s. de natura diuinitatis dicuntur, aut de æternis gaudiis, nobis adhuc nescientibus solis angelis patefecit.

Rom. 10. d. Exod. 17. c. Quid designetur per manuum extensionē vel contractionem? Psal. 39. Apoc. 5. b. Forma librorū apud priscos. Psal. 44. c. Ibid. 103. c. Psal. 103. a. Quæ nos doceat sacra Scriptura? Ibid. 148.

a ¶ Filius Dei, qui sanctis suis scripturam aperuit. b ¶ LXX. capitulum.

a ego do tibi.¹ Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat b

a ¶ Obscurus. b ¶ Sanctæ scripturæ. c ¶ Greg. Expandit, dum ænigmata exposuit: vnde, Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. d ¶ Vt intelligerem.

inuolutus liber:² & expandit illum coram me³ qui erat scriptus⁴ intus & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes,⁵ & carmen,⁶ & uæ.⁷

a ¶ Qui in Isaia populo non credenti dicitur signatus, sicut vsque hodie super corda Iudæorum velamen positum est in veteri testamento.
b ¶ Spirituali sensu maioribus. c ¶ In historia infirmis. d ¶ Tam intus, quàm foris.
a ¶ Super his qui digni sunt Dei testimonio quibus dicitur: Cantate domino canticum nouum.
b ¶ Super illis qui penitus desperant, & cum venerint in profundum peccatorum contemnunt.

d *Lamen.* GREG. IBID. De his qui ad pœnitentiam vocantur: Sicut Samuel & Paulus plangebant atque lugebant Saul & Corinthios, quos saluare cupiebant.

Lamentatio. GREG. IBID. Vt peccata punias. Lege quæ in hoc volumine scripta sunt, *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Et rursum. *Miseri estote, & lugete*, & huiusmodi.

† RVPERTVS lib. 1. in Ezech. ca. 1. *Lamentationes in* hoc libro scriptæ sunt, *& carmen, & væ*, Prius lamentationes, deinde carmen, quia, *qui seminant in lachrymis in exultatione metent*: qui autem nunc lamentari, id est, pœnitentiam agere nolunt, illis *væ*, quia mittentur in ignem æternum. Quid aliud totus liber, quid aliud tota scriptura continet.

† HIERON. Epistola ad Sabinianum. Liber ille quem propheta deuorat, omnis series scripturarum est: In quibus & pœnitens plangitur, & iustus canitur, & maledicitur desperans. Nihil ita repugnat Deo, quàm cor impœnitens: Solum crimen est quod veniam consequi non potest.

e *Et carmen.* GREGOR. vbi suprà. Quasi dicat, Vt de promissione sequentis gaudij hilarescas, cognosce quæ in hoc volumine scripta sunt: *Beati qui habitant in domo tua domine in sæcula, &c.* Et *ex lapide pretioso & mundo omnes plateæ* eius sternentur, & per *omnes vicos eius halle-lu-ia* cantabitur.

f *Et væ.* IDEM. IBID. Quasi dicat, Si adhuc præsenti sæculo inhæres mente, si terrenis voluptatibus delectaris, & amare non potes æterna gaudia quæ audis, cognosce *væ*, vt ab animo expellas quæ diligis: vnde, *Ibi erit fletus & stridor dentium, & vermis eorum non morietur.*

Iacob. 4. c. Lamētatio, Carmē, væ. Cor impœnitens. Psal. 83. a. Apoc. 21. Matt. 8. b. Mar. 9. g.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ecce manus mis. *Sic enim videbat imaginaria visione.*
2 In q. e. inuo. li. *In Heb. habetur.* Inuolutus rotulus, *In quo designatur, quod futura contingentia, de quibus erat ista prophetia, sunt hominibus occulta.*
3 Et expan. illum coram me, *Et per hoc intelligitur, quod dedit intellectum eius prophetæ.*
4 Qui erat scriptus intus & f. *Videbatur enim ille rotulus expansus ex vtraque parte scriptus, in quo designatur multitudo ibi contentorum.*
5 Et scrip. erant. in eo lament. *transmigratorū, & in seruitute existētium.*
6 Et carmen. i. *consolationes patienter tolerantium.*
7 Et væ, *Iudæorum in Ierusalem existentium, propter excidium miserabile ciuitatis propinquum. Ista enim tria continentur in hoc libro, vt patet per prædicta.*

Futura contingentia.

MORALITER.

† 1 *Et ecce manus missa.* quia sacra scriptura plena est sententiis pluribus & difficilibus.
4 *Qui erat scriptus intus.* Quia sacra scriptura habet exterius sensum historicum magis patentem, & interius sensum mysticum multiplicem & latentem.
5 *Et scrip. erant in eo lamentationes, &c.* scilicet pœnitentium.
6 *Carmen*, supernorum ciuium:
7 *Et væ.* id est pœnæ damnatorum. Ad hæc enim inducit sacra scriptura. s. ad considerandum propria peccata, vt per fletū diluantur, & supernorum gaudia, vt appetantur, & gehennæ pœnalia, vt euadantur. Requiritur etiam in prædicatore constantia, ideo sequitur. *Ecce dedi faciem tuam, &c.* Requiritur etiam in prædicatore mentis eleuatio ante prædicationem, vt ibi hauriat quod prædicando effundat, & post prædicationem, vt fructum prædicationis Deo attribuat: ideo in principio huius capitis dicitur, *Audiui loquentem, &c.* In capite sequenti dicitur, *Et assumpsit me spiritus, &c. Et audiui vocem commotionis magnæ, benedicta gloria domini de loco suo.*

Sacra scriptura. Officium prædicatoris ante & post habitā concionem.

ADDITIO.

In cap. 2. vbi dicitur in postil. Qui erat scriptus intus & foris, *In Hebræo habetur*, ante & retro. *Quod intelligitur de præteritis & futuris. Si autem dicatur* intus, & foris, *intelligendum est de sensu interiori scilicet spirituali, & de exteriori scilicet historiali, &c.*

CAP. III.

a ET di. ad me, Fili ho. Comede. GREG. hom. 10. Pertracta, intellige, id est, prius mande, & post deglutire poteris, & alios docere.

Comede. HIER. in comm. Nisi ante comederimus, apertum volumen, docere non possumus filios Israel: Vnde Dauid misericordiam consecutus, *Docebo, iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.*

Docēdo debemus quæ alios doceamus. Psal. 50. c.

a ET dixit ad me, Fili hominis¹ quodcumque inueneris comede. Comede volumen² istud. et euadens loquere ad fi-

a ¶ In libro hoc. b ¶ Non dicit, bibe, obscura enim & dura auditu rursus es. c ¶ Prius.
a ¶ Post. ¶ q. d. Saturare, & eructuare.

NICOLAVS DE LIRA, CAPVT III.

1 ET dixit. *Hic consequenter describitur libri ostensi incorporatio per quam intelligitur mentis intellectio, qua pascitur verbo Dei, sicut corpus cibo materiali, secundum quod dicitur Deut. viij. a.* Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, *& secundum hoc patet sententia vsque ibi,*

Comestio libri eius intellectionē designat.

MORALITER. 1 *Et dixit ad me, Fili hominis.* 2 *Comede volumen istud & vadens loquere ad filios Israel.* Priusquam enim vadat ad prædican-

...em Ibid. LXX. *Aperuit*, Deus. s. quia ipse aperuit os pro... ...bauit eum.
...om. 10. Os aperimus, quando sensum ad intelligentiam præparamus.
...bi supr. Aperto ore dominus cibos largitur, vt initia vo... ...nobis sint: ...ionem beati... à domino cô... ...tur. Nō est enim ... neque currentis, ... miserentis. Vel... ...men & currere ... est arbitrij.

b *Cibauit*. Greg. vbi supr. Qui toties ad os cordis nostri quasi manū porrigit, quoties nobis intellectum aperit.

c *Venter tuus*. Greg. B Ibid. Mens, scilicet, secundum illud, *Ventrem meum doleo*, id est, mentis afflictionem sentio; Et alibi, *Flumina de ven. eius flu. aquæ vi.* de mente, scilicet, prædicationis sanctæ; & *viscera* mētis interna, id est intentio recta, desiderium sanctum, humilitas ad Deum, pia voluntas ad proximum.

g *Loqueris verba mea*. Gregor. vbi supr. Qui in expositione sacri eloquij, vt auditoribus placeat, aliquid fingit, sua verba loquitur, non Dei. Qui autem aliter quam is qui protulit, senserit, & sub alio intellectu, ad ædificationem charitatis, domini sunt verba quæ dicit: quia ad hoc solùm Deus nobis per totam sacram scripturam loquitur, vt nos ad suum & proximi amorem trahat.

D Quis Dei & quis sua verba prædicare dicatur?

h *Neque ad po. mul.* Hier. vbi supr. Ac si diceret, Quid loquar de populo vno? si ad diuersas te mitterem nationes, auctoritas & potentia mea omnem vinceret difficultatem; Vtinamq; tempus esset quo ad omnes missurus sum nationes, & linguarum daturus gratias, vt prædicent apostoli mei, & totum mundum, & diuersitatem linguarum, vna fide, meo subdant imperio; facilius illi audirent, qui profundi sunt altique sermonis, nihil habentes Iudaicæ leuitatis, sed graui & solido incedunt pede, & cùm ignotæ sint linguæ, notæ fidei sunt.

Prædicitur promptitudo gentium in fide amplectenda. E

a ¶ Sicut præceptum est. b ¶ Cordis. c ¶ Aliter comedere non poterant.

a lios Israel.[2] Et aperui os meū, & cibauit me volumine illo.[3] Et
b a ¶ LXX. Os tuum. ¶ Mens. b ¶ Legendo simplicem historiam. c ¶ LXX. Venter tuus. Hier. Mentis interna.
c dixit ad me, Fili hominis, venter tuus comedet, & viscera tua
a ¶ Pia promissio. Multi enim legunt, & vacui recedunt. Si enim mente intellectum sacri verbi percipiunt, in cordis visceribus seruando non reponunt.
d complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi [1]
a ¶ Quia viscera mea compleuerat. b ¶ Prædicatione. ¶ Quia in corde tinxi calamum linguæ. c ¶ Hier. Plus proficit ad prædicandum sancti amoris conscientia, quam sermonis exercitata scientia.
e illud, et factum est in ore meo sicut mel dulce.[4] Et dixit ad [2]
a ¶ q. d. Ipsi nolunt venire ad te. b ¶ Imponit frænum moderaminis. c ¶ Tantum.
f me: Fili hominis, vade ad domum Israel, & loqueris verba [3]
g a ¶ Non tua. ¶ Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent.
mea ad eos.[5] Non enim ad populum profundi sermonis, &
a ¶ q. d. Nulla excusatio tibi. Non sunt tibi barbari, nosti linguam eorum, bene potes eis loqui. b ¶ Sed. ¶ Vna tibi domus eius.
h ignotæ linguæ, tu mitteris, ad domum Israel, neq; ad popu-
¶ Quæ extranea ab eloquio legis.
los multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorum nō
¶ Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in aure autem obediuit mihi.
i possis audire sermones. Et si ad illos mittereris, ipsi audirent [4]
a ¶ Ne contristeris, quia me etiam nolunt audire. Cui simile. Qui vos spernit, me spernit. ¶ Liberum monstratur arbitrium, cùm dicitur, nolunt aud. me. Et causæ duæ, quia, s. attrita fronte est, & duro corde.
te.[7] Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire [5] [6]
a ¶ Per impudentiam. ¶ Sine reuerentia. b ¶ Scilicet cordis. c ¶ LXX. Contentiosi, sæpè. s. ad salutem vocati venire noluerunt.
k me. Omnis quippe domus Israel, attrita fronte est, & duro [7] [8]

De gratia & libero arbitrio. Rom. 9. c. Iere. 4. c. Venter pro mente. Ioan. 7. f.

d *Complebuntur*. Hier. vbi sup. Assidua meditatione recondēdo in thesauro memoriæ, vt cum populo habeamus viscera misericordię, & impleatur venter, de quo Iere. *Ventr. meum do. ven. me. doleo.*

Col. 3. b. Iere. 4. c.

† Theod. in Ezech. 5. vol. 1. Nemo opinetur eiusmodi cibum fuisse, qui aut sensu percipi posset, aut corpore constaret. Quemadmodum enim visionem illam spiritu contemplatus est, ita hunc C quoque gustum spiritu percipit.

e *Sicut mel*. Gregor. supr. vnde, *Quàm dulcia fau. meis elo. tua, &c.* Et alibi, *Iudicia domini dulciora super mel & fauum*. Et Samson fauum mellis in ore leonis inuenit.

Psal. 118. n. Ibid. 118. n. Iudi. 14. b.

Sicut mel d. Greg. Ibid. Quia illi de domino suauiter, loqui nouerunt, qui eum prius cordis visceribus amare didicerunt. Sermo dulcedinem non habet, quem vita remordet.

Sicut mel du. Ibid. Dominus post resurrectionem fauum mellis comedit; Et in Prouerbiis de ape dicitur (quamuis hoc in Hebræo non habetur) *Vade ad apem, & disce quomodo operatrix sit, & opus suum castum faciat, cuius laboribus reges & imperiti pro sanitate abutuntur.* Hoc fecerunt Moyses & prophetæ & euangelistæ & alij sancti, vt quicumque rex fuerit, cuius cor in manu Dei est, dulcibus vtatur cibis. Qui verò simplex & sine serpentis astutia habet innocentiam columbarum, simplici fide credat atque saluetur; quia vbique insidiæ, & *diabolus transfigurat se in angelum lucis*. Mel quoque distillat *de labiis meretricis*, dulcia promittens, venenaque inferens.

Luc. 24. f. Prou. 6. a. Doctrina salutis. 2. Cor. 11. c. Prou. 5. a.

f *Vade ad do.* Hier. vbi supr. Quamuis enim corpore erat cum eis non tamen mente cuius sanctitas eorum offendebatur iniquitate. Hoc idem faciebat Moyses procul à castris multitudinis figens tabernaculum.* Qui cùm fuisset ingressus, descendebat columna nubis, & stabat ante ostium tabernaculi.

Exo. 33. b. * Quod

g Lo-

† Theodoretus vbi supra. Ostendit discrimen inter Apostolicos, & propheticos labores. Illis enim vnius tantum gentis, ex qua oriundi erant, cuiusque natiuam linguā habebant, cura commissa fuit: Apostolis verò cunctus orbis terrarum, & omnes gentes commendatæ sunt, secundum domini iussum, *Euntes docete omnes gentes*, quæ infinitas habebant & diuersas linguas, moresque varios, & contrarias leges. Attamen hi quibus multæ F gentes, diuersæ linguæ, varij mores, omnis generis leges creditæ fuēre, orbem vniuersum ad præstantiora instituta traduxerunt: quibus verò effrænatus ille populus commissus est, hi multos quidem sustinuerunt labores, non dignos tamen laboris fructus tulere.

Ministerii Apostolici Prophetali præstantius & fructuosius.

i *Et si ad il. mit. ip. au. te.* Hieron. vbi supr. Denique postea misit, & omnes pariter crediderunt: vnde, *Ecce conuer. ad gentes. Non inueni tantam fidem in Israel.*

Act. 1. g. Matt. 8. b.

† Theodoretus vbi supra. Per hæc ostendit gentium obedientiam, & ipsius Israel contumaciam: & interpretatus est etiam illud, *si forte audiant*; apertè docens, non ignorare se, sed optime nosse ipsorum peruicaciam; simulque significat eam à voluntate non à natura profectam.

k *Attrita fronte est.* Sunt qui non solùm laborare pro his mundanis non fugiunt, sed etiam in laboribus, qui sibi negantur, importuni videri non erubescunt. Quibusdam enim prauis mentibus nihil est laboriosius, quàm si in huius mundi laboribus non laborare præcipiantur.

De eis qui totos se dedunt terrenis.

Greg. vbi supr. Quo culpa frequentius committitur, eo minus committentis animus verecundatur: vnde, *Frons mulieris meretricis facta est tibi, non erubescis.*

Ierem. 3. b.

a Ecce

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et comedi. *Sic enim videbat imaginaria visione quasi volumen comederet, & intellexit quid significaret.*

2 Et factum est in ore meo sicut mel. *In quo designatur suauitas diuini eloquij, in quantum procedit à Deo; licet aliquando habeat amaritudinem annexam, vel subsequentem, ratione effectus inde sequentis: videlicet, quando est de punitione illorum ad quos afficitur ille cui Deus loquitur, sicut erat in proposito.*

Suauitas diuini eloquij quando habeat amaritudinem annexam?

3 Et dixit. *Hic consequenter describitur propheta confortatio, vt constanter procedat in officio sibi imposito, quia sibi promittitur assistentia diuini auxilij.* Et

Et quia non mittitur ad populum distantem multum, nec extranea lingua, & sic patet sententia vsque ibi.

4 Et si ad illos mittereris, ipsi audirent. *Sicut patet de Niniuitis, qui egerunt pœnitentiam ad prædicationem Ionæ.*

5 Domus autem Israel nolunt audire te, *Cùm tamen sis de eadē gente.*

6 Quia nolunt audire me, *vnde & Iudæi ad prædicationem Christi fuerunt pro maiori parte rebelles & increduli.*

7 Attrita fron, *id est, irreuerentes Deo, & eius nuntiis.*

8 Et duro corde, *Propter obstinationem in peccatis.*

Ecce

MORALITER.

† dicandum, refici debet pabulo sacræ scripturæ per lectionis & orationis studium.

2 Et

2 *Et factum est in ore meo sicut mel.* secundum illud Ps. cxviij. n. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.* Et quoniā prædicator debet esse peruigil ad procurandum salutem animarum, sequitur.

a *Ecce dedi faciem tuam.* GREGORIVS Verecundia in malo laudabilis, in bono è contra; erubescere malum, sapientiæ est; bonum, fatuitatis: vnde, *Est confusio adducens gloriam, & est confusio adducens peccatum.*

b *Valentiorem faci. eorum.* HIER. in com. Vt nullo pudore superetur. Hinc discimus, quia interdum gratiæ est, impudentiæ resistere, & cum locus fuerit, frontem fronte conterere, ne nostra verecundia, & humanus pudor pertimescat insidias æmulorum.

c *Vt adamantē.* GREG. homil. 10. Ne scilicet per exhibitum honorem ab auditoribus refrenetur lingua ex verecundia; *& vt silicem*, ne per despectum scilicet taceat ex infirmitate.

d *Assume in cor. tuo & auribus tuis audi.* IDEM. IBID. Verba domini audimus, dũ facimus; & sic rectè proximis prædicam⁹: vnde, *Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè.*

Verecundia bona & mala. Eccles. 4. c. Donum Dei est posse impudentiæ resistere. Marc. 7. d.

cordē.[8] Et ecce dedi faciē tuam valentiorem faciebus eorum, & frontē tuam duriorem frontibus eorum,[9] & vt adamantē, & vt silicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos, neque metuas à faciē eorum, quia domus exasperans est.[10] Et dixit ad me, fili hominis, omnēs sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi,[11] & vade & ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices eis: Hæc dicit dominus Deus; si forte audiant & quiescāt.[12] Et assumpsit me spiritus, & audiui post

¶ Tu tamen esto securus, quia: Ecce dc. ¶ Quia erubuerunt me coram hominibus. ¶ Contra frontem eorum. a ¶ Vt audeas loqui quæ mente cœpisti. b ¶ Qui in honore. a ¶ Qui vilis conculcatis. ¶ Ergo. ¶ Qui auctorem non timent. a ¶ Impudentia. b ¶ Ideo scilicet. c ¶ Nimis exasperans est, cuius asperitas tam crebro repetita est. a ¶ Hic est cibus voluminis, & hæc sunt verba quibus pro diuersitate audientium vel lamenta, vel carmen, vel væ hominibus loquimur. Notandum autem, quia ante sermones Dei in corde nostro condendi, & diligentius attendent, & intelligendi, & sic ad populum sunt proferendi. ¶ Prius. ¶ Post. a ¶ Alias in captiuitatem. ¶ Tam mente, quàm corpore. b ¶ Id est. ¶ Non mei, quem offendit. ¶ Corde. ¶ Cùm sæpe hoc repetitur, transmigrati populi duritia signatur, & prælatis consolatio datur, ne in admonitionibus forte à subiectis despecti contristentur. a ¶ Quia non eram in carne, ambulans spiritu carnis opera non implebam. b ¶ Qui assumit mansuetos. c ¶ Conuersus ad peccatores Babylonios, quasi post tergum vocem gloriæ domini audiebat, cuius locus Ierusalem, id est, visio pacis.

k *Et audiui post me vocem, &c.* GREGORIVS. Prophetam vox magnæ commotionis sequitur, quia post verbum prædicationis pœnitentium luctus auditur, qui ante quasi taciti in peccatis suis iacebant securi: vnde, *Requieuit in fecibus suis.* Hoc Psalmista exorat dicens, *Qui sedes super cherubim mo.* Et alibi, *Commouisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius, &c. Et audiui.* Cùm præterita iudicia domini animo reuoluimus, vocem commotionis magnæ post tergum audimus: cùm futura meditamur, ex his quæ ante sunt, commonemur.

Iere. 48. b. Psal. 79. a. & 59. a.

Et audiui post me vocē. HIER. in com. Quia spiritus Dei erat in eo, terrena contemnens, rapitur à spiritu, & audit post se vocem commotionis magnæ, præteritorum obliuiscens, & in futurum se extendens: vt inimicorum insidias post tergum relinqueret. In Exodo quoque, cũ Pharao & omnis exercitus eius persequebãtur Israel, angelus in columna nubis deseruit priora castrorum, & veniens post tergum, tota nocte stetit inter Israel & Ægyptios: vt perterritis aduersariis, audiret Israel, *Benedicta gl. do. de lo. suo.*

Exod. 14. c.

e *Et vade & ingr.* HIER. sup. Dominus quoque venit ad populum Iudæorum, patre mittente, vt prædicaret captiuis remissionem, in quo impletur, *Captiuam duxit captiuitatem, dona dedit hominibus.*

f *Ad transmigrati.* GREGOR. supr. Qui à bonis operibus in peruersa cadit, à Hierusalem in Babylonem venit: vnde, *Adiutor meus, non emigrabo.* Non tamen de talibus desperandum est: Propheta enim ad transmigrationem mittitur, vnde, *Venies vsque in Babylonem & ibi li.*

g *Si forte au.* GREGORIVS hom. 10. Sæpe dum subditos corrigimus, alij corriguntur, alij negligunt: vnde, *Plui super vnam ciuitatem, & super alteram non plui.* Sæpe autem vna eademque ciuitas in parte compluitur, in parte arescit: dum idem, audita correctione quædam vitia corrigit, & quasi complutus in parte fructum facit; Quædam autem retinet, & quasi in parte incompluta sterilis & aridus est.

Eph. 4. b. Psal. 67. d. Psal. 61. b. Mich. 4. b. Amo. 4. b. Diuersus effectus prædicationis in audientibus.

h *Et assumpsit.* GREGOR. homil. 10. Prædicatoris mentem spiritus assumit, cum timore Dei, eleuatam à terrenis desideriis, facit alienam, vt sola spiritualia agere libeat. vnde, *Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.*

† RVPERTVS lib. 1. in Ezech. ca. 19. Hoc apostolico ordini congruit, *Et assumpsit me spiritus*, subauditur in opus vel ministeriũ suum: Sic enim dicit in actibus Apostolorum idem Spiritussanctus, *Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod assumpsi eos.*

i *De loco suo.* GREG. supra. Locus gloriæ Dei, vel sancta anima, vel angelici spiritus. Et gloria domini de loco suo benedicitur, cum vel ab electis hominibus, vel à sanctis angelis auctori omniũ laus æterna cãtatur. In eo ergo quod iusti de conuertendis peccatoribus cogitant, quia eorum vitia considerando, ad carnales actus oculum ducunt, quasi ad Babylonem tendunt: qui tamen pro statu suæ rectitudinis, quia in laude Dei bona sanctorum considerare numquam desinunt, quamuis per cogitationem alio intendunt, quasi post se vocem gloriæ domini de Ierusalem. i. de loco suo, audiunt.

Sancti missi ad peccatores conuertendos.

† THEOD. in Ezech. sect. 1. Necessario commotionem sensu percipit, vt metu stimulatus exequatur mandatum. Narrat tantum quem post commotionem sensisse se asserit, *Benedicta gloria domini de loco suo.* Hoc verò ab ipso Deo doctus dixit, qui Moysi supplicanti vt seipsum indicaret & cognoscendum præberet, *nemo*, inquit, *videbit faciem meam & viuet.* Deinde subiicit, *Ecce locus apud me, & ponam te in foramen petræ & protegam te manu mea & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris*: non quod in faciem & posteriora numen diuisum sit; sed quia per faciem accipimus diuinam essentiã; per posteriora verò diuinas dispensationes ac beneficia, quæ plurima omnisque generis in nos conferuntur; *locum* itaque beneficentiam vocant, propter quam cum natura huiusmodi sit, vt comprehendi nequeat, ab his qui digni sunt, quo ad eius fieri potest, comprehenditur.

Quid designetur per facies & posteriora Dei.

† RVPERT. lib. 1. in Ezec. c. 19. *Et audiui*, &c. Idem est ac si dicat, Vbi ad imperium Spiritussancti, obedienter euangelij ministerium ingressus sum, creditumq; mihi talentum cœpi expendere, atq; aures audiendi habere, & interno auditu audire vocem commotionis magnæ, vocem & lamentationem supernæ patriæ, totiusque euangelicæ curiæ & in cælis conuersari: suspensa mẽte, eum adhuc in terris peregrinarer corpore, & intelligere præclarius euangeliorum alas, sacramentorum adinuicem percutientium; id est, consona veritatis testimonia reddentium, intelligere nihilominus vocem rotarum sequentium animalia, id est, legis & prophetarum testimonia euangelio consonantia: Hæc omnia post me audiui, id est, de præterito recollegi. Et quasi quæreres qualem vocem audierit, articulatam an inarticulatam, in illa magnitudine cõmotionis, pulchrè ait, *Benedicta gloria domini de loco sancto suo*, non quod sola, sed quod prima hæc vox laudis in commotione animalium audita sit. Nam vbi

Consensus Legis & prophetarũ cum Euangelio.

k Et | pri-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eor. *Id est, ex mea assistentia dabo tibi constantiam, & fortitudinem ad denuntiandum voluntatem meam: quod designatur per fortitudinem adamantis & silicis. Quasi dicat*, Dabo tibi constantiam sustinendi omnia aduersa in factis & verbis. *Sciendum tamen quòd vbi translatio nostra habet,*

2 Vt adamantem & sili. *In Hebræo habetur*, Vt vermem fortiorem rupe dedi faciem tuam; *& per vermem secundum eos intelligitur hic sanguis cuiusdam vermis, quo sine sonitu incidebantur lapides in ædificio templi Salomonis, sicut dictum fuit ibidem. Cetera patent ex dictis vsque ibi,*

Constantia prophetæ promittitur. Quomodo politi sint lapides ad construendum templum Salomonis.

3 Et assumpsit me spiritus, *Id est raptus fui in spiritu ad percipiendum quod subditur:*

4 Et audiui post me vocem commotionis mag. *Et hoc fuit factum ad confirmandum domini verbum. s. quòd daret prophetæ constantiam per suam assistentiam; illa enim commotio animalium & rotarum designabat magnitudinem diuinæ virtutis ipsi prophetæ assistentis.*

Spiritus

☞ prima facies alam suam mouit: id est, vbi primum Deus homo factus in carne apparuit, audita est angelicæ laudis vox, *Gloria in excelsis Deo.*

a *Benedicta gloria.* GREG. hom. 10. Locus maligni spiritus fuerunt corda peccantium: sed per pœnitentiam locus gloriæ domini fiunt; & inde auditur benedictio gloriæ in laudem Dei, vnde prius creatoris iniuria de amore sæculi. Miris etiam operibus ad alta proficiunt, vt animalia Dei fiant, & signis & virtutibus, & desiderio ad alta volent.

Corda de latibulis diaboli facta hospitiũ Dei.

b *De loco su.* IBID. Vnde Mich. *Ecce dominus egre. de lo. suo, & descendet super excelsa terræ, & commouebuntur montes super eum, & tabescent valles, sicut cera à facie ignis, & sicut aqua quæ defertur in praceps.* Descendente enim saluatore à patre, excelsa terræ montesque commoti sunt, & inferiora vallium liquefacta.

Mich. 1. a.

c *Et vocem alarum animalium percutientium.* IBIDEM. Vel vnum quodcumque animal alas suas collidebat; vel alterius vicissim. Vna enim nostrarum virtutum, alteram ad perfectionem pulsat: vt verbi Dei scientia, & misericordiæ viscera; & omnes sancti se vicissim suis virtutibus ad prouectum mutuis exemplis incitant, dum alter miratur in altero, quod non habet in seipso; vnde, *superiores sibi inuicem arbitrantes.* Hoc ergo facit Deus in cordibus hominum, quod in regionibus terrarum: non vni omnia tribuit, sed aliud alij. Nisi enim vicissim mutuis fructibus indigerent, communionem ad inuicem non haberent. Sic ergo omnes vna charitate iunguntur.

Boni inuicem ad virtutem cohortantur.

d *Sequentium animalia.* GREGORIVS IBID. Quia in sanctorum patrum vita cognoscimus, quid in scriptura intelligere debeamus, quorum nobis actio aperit, quod in suis prædicationibus pagina testamenti dicit: *Leuauit me, & assumpsit*; Balam per prophetiæ spiritum *eleuatus* erat, quo longè post futura cognoscebat, sed *assumptus* non erat, quia mentem à terrenis desideriis non separabat. *Et abij amarus.* Quanto prædicatori dulce sit, quod intus videt, tanto in amaritudinem vertuntur, quæ foris sustinet: Vnde; *In multa sapientia, multa indignatio, & qui apponit scientiam, apponit & laborem.*

Doctrina nostra sunt non solum patrum scripta sed & vita. Num. 22. Eccle. 1. d.

e *Et abij.* IBID. Quo ferebar; vel, sublimis impetu sui spiritus ferebatur, cupiens ire quo dominus imperabat.

f *Amarus indignatione.* GREGORIVS IBID. De Achaz quoque dicitur ad prophetam, *Nonne humiliatum vidisti Achaz coram me? igitur non inducam malum in diebus eius.* Vnde colligitur, quomodo talis amaritudo in sanctis Deo placeat, qui amittere Deum timent: si sic ei, & in reprobo pœnitentia placuit, & in eo qui timebat amittere præsens sæculum, & quomodo grata sit spontanea afflictio pro culpis in eis qui placent: si hoc ad tempus placuit, & in eo qui displicebat.

3. Reg. 21. g. Quam Deo placeat pœnitentia & dolor de peccatis.

Ama-

D *Amarus in indignatione.* GREGO. Liber enim dulcis in ore cordis, animum contra se amarum facit, vt displiceat sibi, placeat creatori.

† RVPERT. lib. 1. in Ezec. ca. 20. Parum fuerat Apostolis spiritus vocem audiisse, nisi per eumdem spiritum leuati, auderent amari indignantesque incedere spirituali indignatione, & seuera amaritudine, qualem spiritussanctus sese illis conferre significans apparuit in igne; nam *apparuerunt dispertitæ linguæ tamquam ignis:* proinde quasi quæreres quomodo amarus, addit; *Manus enim domini erat mecum confortans me.* Ergo fortitudo zeli apostolorum, ipsa est amaritudo dulcedini vitiorum contraria.

Zelus contra vitia.

g *Manus enim domini erat mecum confortans.* Vt possim nomen. s. speculatoris accipere, & docere quod didici.

* 26. q. 5. c. episcopi. Sortilegam & magicam artem omni modo eliminandam.

E *Manus.* GREG. hom. 10. Nullus enim hoc ex toto corde pro Dei amore agere præualet, nisi eius animam spiritussanctus assumpserit. Ad bona quippe assurgere perfectè non possumus, nisi nos spiritus, & præueniendo eleuet, & subsequendo confortet.

Ad quidlibet bonum opus habemus grátia spiritus sancti.

h *Et veni ad transmigrationem.* GREG. homil. 11. In prophetis sicut verbis res, ita nonnumquam rebus verba exponuntur, vt eorum non solum verba, sed & res gestæ prophetiæ sint, vnde,

Veni ad transmigrationem ad aceruum noua. fru. IBID. filios. s. Israel, quorum patres multi iam mortui erant, de filiis autem plures credituri erant, & ad fertilitatem boni operis peruenturi: vnde aceruus frugum dicuntur, bonæ enim animæ fruges Dei; vnde, *Sanctus Israel domino, primitiæ frugum eius.* Primi enim Israelitæ crediderunt, gentes secutæ sunt.

F Iere. 2. a.

† RVPERTVS vbi supr. Miro modo tempus insinuat, quo Christi Apostolos virtute armatos ad prædicandum Spiritus misit, dicẽdo, *Et veni ad transmigrationem, ad aceruum nouarum frugum.* Quo enim anni tempore sunt acerui nouarum frugum, testantur duo panes primitiarum, qui in Pentecoste offerebantur. Spiritualiter nouas fruges appellat, qui per prædicationem Apostolorum ad Christum collecti sunt, ipsa die aduentus spiritussancti. *Transmigrationem* vocat, quia credendo in Christum, captiuos se esse confitebantur, & transmigratos in Adam, *Aceruum nouarum frugum*, qui cõsepulti grano frumenti Christo per baptismum in mortem, deinceps in nouitate vitæ ambulare cœperunt. *Iuxta fluuium Chobar*, quod nostra lingua *graue* sonat, habitabant, quia quotquot supernæ Ierusalem meminerunt, grauitatem miseræ mortalitatis tristes præ oculis habebant & flebant, iuxta illud, *Super flumina Babylonis, &c.*

Gratia effusa in discipulos, & multitudo per eos conuersa in die Pẽtecostes. Psal. 136.

i *Ad aceruum.* HIER. in com. Thelabib Hebræum, significat tempus quo noua frumenta, vel hordea congregantur, & post famem & penuriam antequam terantur in area, spem ciborum aliquam repromittunt: ita Israel paruus, & tenuis quasi reuiuiscens, ortusque de terra, Iudaici populi sementem promittebat.

☞ *Mœ-*

a ¶ Iræ Dei super Israel. ¶ Afflictionis, pœnitentiæ. b ¶ Plerumque in sacro eloquio aliquid obscurè dicitur, vt Deo mirabiliter dispensante multipliciter exponatur. ¶ Luce inaccessibili.

a b me vocẽ cõmmotionis magnæ: Benedicta gloria domini de

a ¶ Anima iusti est locus Dei, hospitium Dei; vel filius qui dicit, Ego in patre, & pater in me. b ¶ Supra expositum est. ¶ Quia ex ipso luctu pœnitentium oriuntur virtutes sanctorum, vt tanto magis in bono proficiant, quanto se nequius egisse meminerint.

c loco suo. [13] Et vocem alarũ animalium percutientium alterã

a ¶ Post. b ¶ Testamentorum. ¶ Quia postquam in honorem venit vita sanctorum, veneranda apparuerunt hominibus eloquia testamentorum. c ¶ Post prædicationem prima commotio est plangere mala quæ fecimus; post vocem verò alarum & rotarum, secunda est magno fletu quærere bona cælestia, quæ audiuimus.

d ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vo-

a ¶ Iterum. b ¶ Ad maiora, scilicet, ad quæ prædicator proficit, dum sensus audientium ad Dei desiderium prouehit: vnde, Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius, &c.

cem cõmotionis magnæ. * [14] Spiritus quoque leuauit me, & 1

a ¶ Constantem tenuit. b ¶ Leuatus, & assumptus. c ¶ Intellecta indignatione Dei, & significationem visionis mente pertractans. d ¶ Hominis, scilicet, vnde Isaias: De nocte consurgit spiritus meus ad te Deus. ¶ Non transfertur propheta spiritu, sed corpore, quod de Abacuch legitur.

e f assumpsit me: et abij amarus in indignatione spiritus mei. 2 3

a ¶ Filius, per quem omnia. b ¶ Qui ait, Sine me nihil potestis facere. De quo per Moysen dicitur, Leuabo ad cælum manum meam.

g h Manus enim domini erat mecum, confortans me. [15] Et veni 4

¶ Scilicet. ¶ Filiorum. ¶ Animarum sanctarum. ¶ Scilicet. 5

i ad transmigrationem ad aceruum nouarum frugum, ad eos

NICOLAVS DE LIRA.

1 Spiritus quoque leuauit me & assump. m. *Id est, dedit mihi virtutem & constantiam exequendi mandatum diuinum. Ideo subditur.*

2 Et abij, *Volens obedire,*

3 Amarus in indignatione spiritus mei, *Propter duritiam & rebellionem populi mei à Deo auditam; quia sicut dictum est, licet verbum diuinum dulce sit audienti inquantum à Deo procedit, tamen ratione alicuius consequentis potest esse causa amaritudinis.*

4 Manus enim domini erat mecum confortans me. *Quasi dicat, Licet scirem me missum ad populum rebellem & incredulum, tamen virtus domini assistens mihi, dabit mihi constantiam eundi.*

5 Et veni ad transmigrationem. *Id est, ad populum qui de Iudæa transmigrauerat in Babylonem.*

Ad

a *Mœrens in medio e.* HIERON. IBID. Theodotio, *admirans*, vt stuporem prophetæ iniquitates eorum cernentis, exprimeret. Aquila, *quiescens*, vt quamuis in medio eorum fuisset, mente separatum se ostendat.

GREG. supr. 2. d. *Mœrens*, compatiens miseris: sicut ferrum prius liquatur, vt cum ferro iungatur: vel, quia domus Israel ex aspectans est; nec per flagella culpam agnoscit, Mœrens inter gaudētes sedet, vt tacendo ostendat quod loqui venerat.

b *Cum autem pertran.* GREG. hom. 11. Missus ad prædicandū fuerat, & tamen septem diebus mœrens tacebat: quia ille loqui veraciter nouit, qui tacere didicit. Quoddam enim nutrimentum est verbi, censura silentij, vnde, *Tempus tacendi & tempus loquendi*, tacendi prius, loquendi posterius. Si propheta sanctus, qui missus est ad loquendum, tacet, vt recte loquatur: quanta culpa est non tacere, quē necessitas loqui non cogit. Tacendo ergo loqui discamus.

(Vt tacendo loqui discamus. — Eccles. 3. b.)

¶ Vt supra. a ¶ Prædicaturus, eis compatitur; quia sermo libenter accipitur, qui à compatiente profertur.

qui habitant iuxta fluuium Chobar, & sedi vbi illi sedebant, [1] [2]

a ¶ Videns eorum scelera, & iustam Dei in peccatores sententiam. ¶ Vt prius videam, quàm corrigam. ¶ Qui speculator futurus est, & Dei verba populo narraturus, multo tempore debet quiescere, & ad ea quæ videt dolere, nihilque eorum in conscientia habere, quæ in aliis debet corrigere. b ¶ Quibus tacui, subaudis.

a & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum.[16] Cùm [3] b autem pertrāsissent septem dies, factum est verbum domini [4] c ad me dicens: [17] Fili hominis, speculatorem dedi te domui †

a ¶ Prius. ¶ q. d. Ne præsumas loqui quod non audieris: vnde, Inclinabo in parabolam aurem meam aperiam in Psal. propo. im. b ¶ Filio. c ¶ Doctrinæ.

Israel: & audies de ore meo verbum, & annūtiabis eis ex me. d [18] Si dicente me ad impiū morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & vi- †

a ¶ Quia meruit. b ¶ Non tua. c ¶ Non morte corporis, imò animæ, quæ admonitione sua semper potuit viuere.

e uat: ipse impius in iniquitatē suā morietur: sanguinem autē f eius de manu tua requiram.[19] Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via

a ¶ Sine te morietur, quia in causa mortis à te contradicitur, morti verò cui contradicis, adiungeris.

g sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem h animam tuam liberasti.[20] Sed & si conuersus iustus à iustitia

c *Fili hominis.* HIER. supr. Speculator est qui semper in alto stat, vt quicquid venturum est, longè prospiciat, cuius vita alta debet esse & circumspecta.

C GREG. homil. 15. Prædicatorem, speculatorem vocat. Cui enim aliena cura committitur, speculator dicitur, vt in mentis altitudine sedeat, & vocabulum nominis ex virtute actionis trahat. Speculator in alto debet stare per viam, vt possit prodesse per prouidentiam: vnde, *In montem excelsum ascende tu qui euan. Si.* vt subiectorum vitam transcendat, & terrenis animum non supponat, & tanta facta eorum subtilius videat.

(Prædicator seu prælatus comparatur speculatori. — Exod. 40. b.)

GREG. IBID. Loqui de Deo quiete, & validæ & liberæ mentis est: vnde, *Terra vsque ad fenestras*, id est terrena cura vsque ad sacerdotes, vt sicut fenestræ clausæ, lumen subditis effundere non possi[nt], sed obmutescant ab officio prædicationis.

d *Si dicente me.* IBID. Nec subiectus ex culpa præpositi moritur, nec præpositus sine culpa est, quando verba vitæ non audiens ex sua culpa moritur subiectus. Impio enim mors debetur, sed ei à speculatore vitæ via nuntianda, & impietas increpanda. Si autem tacet, *impius in iniquitate sua mor.* quia impietatis eius meritum fuit, vt dignus non esset ad quem speculatoris sermo fieret, sed ipse eum occidit, qui tacendo morti tradidit.

D *Si dicente me.* HIER. in comment. Duo sunt impij, siue iniqui, vt LXX. transtulerunt. V[n]us, qui nihil audit à speculatore, & in sua impietate moritur, cuius sanguis de speculatoris manibus quæritur; Alter, cui speculator annuntiat, & ille contemnens vitio suo moritur, & speculator à culpa est alienus: vnde intelligimus dominum ideo impio comminari & dicere, *Morte morieris, vt auertatur vir à via sua impia & viuat.* Cōminatio enim non in homines est, sed in peccata: nec in eos qui conuertuntur à vitiis, sed qui permanent. Magnumque discrimen est tacere Dei sermones, vel timore vel pigritia vel adulatione, vnde E Isaias, *Væ mihi quia tacui.*

(Cur comminetur Deus supplicia.)

† THEOD. in Ezec. sect. 1. Terribilis & horroris plena comminatio, idonea ad deterrendos eos qui maximè lapidei sunt, ineffabilis autem, quæ per comminationem, bonitas præmonstratur. Minatur enim iusto, se ab eo rationes exacturum, nisi iniquo mortem minis præsignificet.

(Formidabile officium prædicatoris.)

RVPERT. lib. 1. in Ezec. cap. 21. Magna & formidabilis necessitas speculatorum, quam sciens vnus illorum Paulus, dixit, *Nam si euangelizauero, non est mihi gloria. Necessitas enim incumbit mihi. Væ enim mihi est, si non euangelizauero.* Magna item & iusta damnatio Iudææ, quæ speculatorum vigilantiam clamantem, quantum potuit, audire noluit, F sed & persecuta est & longè à se repulit.

(Isaiæ 6. b.)

e *Sanguinem.* GREG. vbi supr. Sanguine peccatum designatur, quod culpæ præpositi si tacuerit, imputatur: vnde, *Libera me de sanguinibus*, peccatis, scilicet, carnis.

(Psal. 50. c.)

f *Si autem t. an.* IBID. Duo sunt quæ debet annuntiare prædicator; fides & operatio, Impietas ad infidelitatem pertinet, praua via ad actionem. Debet ergo studere, vt prius ad pietatem fidei, postmodum ad viam pertrahat actionis.

(Prædicator duo debet annuntiare.)

g *Tu autem animam.* HIER. *Si cuius opus exarserit, detrimentum patietur: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem*, vt probetur scilicet, vtrum speculator sine crimine sit mortis eius qui periit, an reus. Opus enim magistri, [sa]lus discipuli.

(1. Cor. 3.)

h *Sed & si conuersus.* HIER. IBID. Sicut duos impios legimus: Vnū qui nō audiuit, & periit, alterum qui audiuit & in nequitia sua perseuerauit: Sic duo iusti sunt, vnus qui non audiuit & periit, alter qui audiuit, & cōuersus animā suā saluauit. Notandū quoque, quod possit iustus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui ha. *Secundum Hebræos nomen est loci seu territorij sic vocati, forsitan eo quod fruges ibi velociter maturescebant, secundum alios hic notatur tempus quo Ezechiel venit ad populum transmigrationis, quia secundum eos tunc erat tempus, in quo fruges primitiuæ in aceruos congregabantur.*

(Quid sit hic Aceruus nouarum frugum?)

2 Et sedi vbi illi sedebant, *Id est, mansi cum eis, eo modo loquendi quo dicitur, Deut. 3. g.* Sedistis in Cades multo tempore, *id est, ibi mansistis. Et subditur duratio huius mansionis,*

(Sedere pro manere.)

3 Et mansi ibi septem diebus, mœrens in medio eorum. *Id est, silens à reprehensione eorum, & mœrens pro malitia eorum.*

4 Cum autem pertransissent septem di. *Hic consequenter arguitur Ezechielis silentium. Et primò arguitur, secundo, punitur, ibi,* Et facta est. *Circa primum arguitur per similitudinem speculatoris, qui ad hoc in alto loco constituitur, vt denuntiet ciuibus periculum veniens super eos, vt sibi præcaueat, & ad excitandum eos, si nimis pigrescant & dormiant, vt sic semper sint parati ciuitatem defendere: & si omittat aliquid de officio sibi imposito, dignus est punitione. Ezechiel autem erat constitutus à Deo speculator spiritualis, & ideo ex officio tenebatur malos arguere de peccatis vt pœniterent, & bonos monere vt perseuerarent in bonis, ne offensam Dei incurrerent. Et quia nimis tacuerat, scilicet per septem dies, ideo ostenditur sibi pœna taciturnitatis, quæ debetur prælato seu superiori, si sit negligens in argutione peccatorum, cùm subditur,* Sanguinem autem eius de manu tua requiram. *Consequenter ostenditur sibi liberatio sui, si fecerit quod in se est, cùm subditur*, Si autem tu annuntiaueris impio, *& sequitur postea,* Et

(Obligatio prælati in arguendis subditorum peccatis.)

MORALITER.

†† *Fili ho. spe. de. &c.* Quid autem prædicare debeat, sequitur: cùm dicitur,

† *Si dicente. &c.* Vbi ostenditur, quòd debet prædicare vitia, ad dimittendum & fugiendum; & virtutes, ad prosequendum, & conseruandum; & pœnas, ad timendum & præcauendum; & præmia, ad desiderandum. Ostenditur autem prædicatoris punitio, si fuerit negligens in officio sibi commisso, cum dicitur,

(Quid sit concionatoribus prædicandum.)

† San-

☞ iustus cadere, & si magistrum habuerit ad meliora conuerti. Bona A igitur opera indigent assiduo præceptore, ne vel lapsus ab optimo cursu pedem retrahat.

Quisque habet opus magistro seu commonitore.

† THEOD. in Ezech. sect. 1. Non simpliciter dixit, si peccarit iustus, sed si *auersus fuerit à iustitiis suis*, & fecerit delictum; hoc est, si relicta recta, qua incedebat, via, in alteram versus fuerit, nã beatus etiam Dauid peccauit, & maxima cõmisit facinora: nõ reliquit tamen viã, qua incedebat, sed cum offendisset, & lapsus esset, surrexit, & idem iter secutus est.

Resurgendũ à peccato.

a *Ponam offen.* GREGORIVS vbi supra homil. 11. Quia scilicet in quo offenderat, pœnitere noluit contemnenti ponit Deus vbi grauius impingat. Peccatum quippe quod per pœnitentiam citius non deletur, aut peccatum est & causa peccati, aut peccatum est & pœna peccati, aut peccatum simul & causa & pœna peccati, vnde Moyses, *Nondum completa sunt peccata Amorrhæorum*. Et Dauid inquit, *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum*. Et alius propheta, *Sanguis sanguinem tetigit*. i. peccatum peccato additur. Paulus quoque ait: *Vt impleant peccata sua semper.* Ioanni quoque per angelum dicitur, *Qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Et hic quoque, *Si fecerit iniquit. ponam offendicu. coram eo.* Quasi dicat. Quia pœnitendo noluit videre *iam* vbi impegit, iusto eum iudicio deserens, ponam ei vbi grauius impingat. Hoc autem non est ad peccatum impellere, sed à peccato non liberare: Sicut illud, *Indurabo cor Pharaonis*, Obdurare dicitur Deus, cum ab induratione non liberat, Non enim cor peccantis obdurat.

Peccatum vnum aliud trahit post se. Gen. 15. d. Psal. 68. f. Osee 4. a. 1. Thes. 2. d. Apoc. 22. d. Exo. 14. a.

C b *Et non erunt in me.* GREGORIVS homil. 11. Hoc nobis maxime considerandum est: quia cùm mala committimus, sine causa ad memoriam bona transacta reuocamus: quoniam in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia præteritorum bonorum.

Præterita bona non debent nos animare ad perpetranda mala.

c *Si autem.* † THEODOR. Duplicem enim lucraris vitam, tibi & illi: Ille enim tuis admonitionibus effugiet perditionis barathrum, & viæ iustæ dignum se reperiet exitum, tu autem à reddendis rationibus liber eris.

d *Surgens.* GREG. hom. 12. Seruata varietate historię diuina eloquia aliquando ex loco causas designant, Sicut cum Moyse descendente de monte, populo Iudæorum in campestribus lex data est. Ezechiel iubetur in campum egredi. Aliquando ex tempore, sicut prædicante domino Iudæis dicitur: *Hyems erat.* Dominus ergo in medio Israelitarum ad prophetam locuturus dicit, *Egredere in campum, & ibi loquar tecum.* Prius enim prophetiæ gratiam Iudææ dignatus est infundere, & postmodum in latitudine gentium demonstrare.

Exod. 19. d. Obseruandæ sunt rerum gesta. ũ circumstantiæ. Ezech. 3. f. Ioan. 10. c.

e *Egredere in cam.* HIER. in comm. Non in valles confragosas, non in rupes præruptas, sed in campi latitudinem, quæ possit gloriam domini capere: vnde Apostolus Corinthiis, *Dilatamini & vos.* Quando ingreditur ad captiuos (de quibus dictum est, quòd insaniant & persequantur eum,) *forti manu* indiget, vt possit resistere. Quando autem egreditur in campum, fit super eum manus domini, sine cuius adiutorio exire non poterat: sed non additur *fortis*, quia ad videndam gloriam domini, non ad pugnam egreditur.

2. Cor. 6. c.

a ¶ q.d. Non statim morietur. b ¶ Hier. Ne planam viam inueniat, & languidum intelligat & dicat; Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

a sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo: Ipse

a Culpa tua q.d. viuere potuisset si magister docuisset. b ¶ Ante casum, vigilandum enim erat; ne caderet.

morietur, quia non annuntiasti ei. In peccato suo morietur:

¶ Retributionis. a ¶ Prius. b ¶ Quia tacuisti & noluisti esse sollicitus in prædicatione, Particeps eris in damnatione.

b & non erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit. Sanguinẽ ve- †

a ¶ Qui custodire debuisti. b ¶ Ante peccatum. c ¶ Etiam iustus magistro eget: vnde, Sapientibus & insipientibus debitor sum.

c rò eius de manu tuâ requirã. [21] Si autẽ tu annuntiaueris iusto, †

a ¶ Bene in mundo. b ¶ In cælo.

vt nõ peccet iustus, & ille nõ peccauerit, viuẽns viuet: quia an- † 1

a ¶ Quasi magisterio tuo. ¶ Annuntiando.

nũtiasti ei, & tu animã tuã liberasti. [22] Et facta est super me ma- 2

a ¶ Quia sedit, vbi illi sedebant. b ¶ A Iudæa. ¶ Quia ingressus fuerat ad transmigrationem. c ¶ Hier. quia ibi in medio. s. captiuorum gloria Dei videri non potest.

d nus dñi, & dixit ad me: Surgens egredere in cãpũ, & ibi loquãr 3

e ¶ Iubente domino ingreditur & egreditur, sedetque cum sedentibus, quia stantem captiui non audire poterant. a ¶ Gentes quæ longe lateque diffusæ.

f tecũ. [23] Et surgens egressus sum in cãpum, & ecce ibi gloria dñi 4 5

† THEOD. in Ezec. sect. 2. Crebrius visionem assequitur, vt ad verbi ministerium studiosior reddatur. Et illud nos scire opus est, ne eas quidẽ reuelationes, quarũ modum possit humana natura percipere, ab his qui admodum pura mente fuerint, potuisse cõspici: sicut tandem hic etiam propheta quamuis visionis experientiam cepisset, E statim tamen cadit vt contemplatus est, & gratia indiget excitante.

Minima Dei difficile percipiuntur.

GREG. homil. 12. Moraliter. *Egredere in campum*, extra te scilicet positos corrige, & ab iniquitate compesce; ibi gloriam Dei prædicator videt: quia tantò largius doctrinæ gratiam percipit, quãto se in laborem prædicationis ex amore proximorum extendit. De campo autem ad domum redit, vt in his, quæ dicit, qualis ipse sit, etiam agnoscat, Si enim bene loquitur, & non bene facit, ad campum quidem loquendo exit, sed semetipsum cognoscendo domum redire contemnit. In medio domus includitur, quando per spiritus gratiam ad discutienda mentis suæ secreta reuocatur, vt apud semetipsum in Deo animus quiescat, & per exteriores concupiscentias non discurrat: vnde. *Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.* In domo post campum prædicator claudi præcipitur, vt post gratiam doctrinæ quam proximis ministrat, ad conscientiam redeat, & subtilius discutiat, ne de his quæ foris prædicat, interius laudem quærat: vnde, *Non sint alieni participes tui*, de F quibus. s. dicitur, *Alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam.* Dantur super eum vincula, quia quanto magis se discutit, tanto amplius agnoscit, quantis mortalitatis suæ infirmitatibus ligatus sit: vnde, *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.* Et Dauid inquit: *Vt audiret gemitus vinculatorum.* Et Ierem. *Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit * pedem meum.* In medio eorum non egredietur: quia propter duras mentes auditorum, à bonis quoque obmutescit vnde sequitur, *Et linguam tuam adhærere faciam pa. tuo.* Aliquando verò etiam contra resistentium linguas prædicantium corda dominus zelo sui amoris accendit, ne taceant: vnde subditur, *Cum autem.*

Quomodo foris amici sint iuuãdi, & domi conscientia discutienda & excolẽda? Matt. 9. a. Prou. 5. d. Psalm. 53. a. Phil. 1. d. Psal. 101. c. Thren. 3. c. * aliàs cõ. pedem

f *Et ecce ibi glo. do.* HIER. in com. Quam antè ambulantem vidit, & eleuantem se, & interdum stantem, quia iuxta fluuium huius sæculi Chobar (qui interpretatur grauissimus) gloria videbatur: quod significat omnem huius mundi gloriam præterfluere, & gradum stabilem non habere. Gloria autem Dei, stans & perseuerans, cùm stat propheta in campo, videtur, quæ in medio captiuorum nec stare poterat, nec videri. ☞ Et

Gloria mũdi, & gloria Dei.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et tu a. t. li. *Et idem ostenditur sibi de negligentia & diligentia in monendo iustos vt perseuerent in bono, cum dicitur:* Sed & si conuersus iustus, &c. *& patet littera.*

2 Et fa. est. *Hic consequenter silentium prædictum punitur. Primò cùm præmittitur diuina apparitio sibi facta, cùm dicitur,* Et facta est super me manus domi. &c.

3 Surgens egre. &c. *Quasi diceret: Illi cum quibus es, non sunt digni videre gloriam domini tibi apparentem, cùm sint rebelles & increduli.*

4 Et surgens egressus sum in campum, *id est, ad locum solitarium secundum Dei mandatum.*

5 Et ecce ibi gloria domini stabat quasi, *id est, visio imaginaria similis illi, quæ descripta est primo capite de animalibus, & rotis, firmamento, & sedente super thronum, ad repræsentandum gloriam diuinæ maiestatis.*

3 Sur- ☞ Et

MORALITER.

†† *Sanguinem verò.* Ostenditur etiam eius præmiatio, si fuerit diligens cum dicitur,

† *Si autem tu.* Sequitur.

† *Tu animam tuam.* Et quoniam prædicator aliquando se debet à tumultu populi subtrahere, vt possit liberius contemplationi vacare: Sequitur,

3 *Surgens egre. in campum & ibi lo. tecum.* Nam reuelationes diuinæ frequentius fiunt in contemplationis solitudine. Osee ij. c. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Et quoniam aliquando prædicatio impeditur ex superioris duritia, negando licentiam prædicandi, vel datam impediendo: Ideo subditur,

† Ecce

a *Et cecidi in faciem.* GREGORIVS homil. 12. Quia quamuis homo ad intelligenda sublimia leuatur, ex contemplatione tamen maiestatis Dei, infirmitatem suæ conditionis intelligit: & quasi statum non habet, qui se ante Dei oculos esse cinerem & puluerem videt.

Conspectis diuinis de nobis humilia sentimus.

b *Et sta. me.* GREG. IBID. Hoc in campo de propheta agitur, quia etiam electis gentium spiritussanctus dandus erat, qui eos assumeret: & prius fastu superbiæ deiiceret, & post stantes super pedes, id est, bona opera solidaret; vnde, *Gressus rectos facite pedibus vestris.*

*Supr. 2. a. Vocatio gentium. Hebr. 12. d.

c *Et locutus est mihi.* GREGORIVS IBID. Secundum historiã, obedientiæ exẽplum nobis per prophetam tribuitur, qui modo huc discurrit, modo illuc: & suę voluntatis arbitrium semper ad Dei frangit imperium.

Obedientia.

d *Ingredere.* GREGORIVS vbi supr. De medio populi exit propheta in campum, de campo redit in domum, vt prædicatio quæ Iudææ facta est, egrediatur in gentes, quibus fide repletis recipiat Iudæa spiritualis doctrinæ dona, quæ ante amisit.

Vocatio Iudæorum in fine sæculi.

e *Et includere in medio domus tuæ.* IBID. Quia Antichristi tempore ab his gentibus quæ in infidelitate remanserint Iudæi conuersi duris persecutionibus angustiabuntur: vnde, *Quoniam datum est gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.*

Apoc. 11. a.

Ingredere & inclu. HIERONYM. in commen. Quasi dicat. Quia roboratus es aspectu dominicæ maiestatis nihil timeas, sed reuertere in domum tuam, vel ad necessitates corporis vt quidam putant, in signum futuræ obsidionis. Et quomodo Isaias discalceatus & nudus trium annorum captiuitatem & nuditatem populi nuntiauit, ita & tu clausus domo, opere ipso propheta vicinam obsidionem Ierusalem.

Isa. 20. a.

f *Et tu fili hominis.* HIER. IBID. Quod in domo clauditur, quod ligatur quod non egreditur: sed inter multitudinem captiuorum solitudinem carceris patitur, obsidionis indicium est, quæ clausa Ierusalem, & circumdatã ab exercitu Chaldæorum nullum exire permittet. Hæc est *olla* de qua Ieremias loquitur, & Ezechiel in sequentibus, in qua carnes populi consumuntur.

Signum quod Ierusalem esset obsidenda.

† THEODOR. in Ezech. sect. 2. Pædotribæ instar dominus veluti athletam quemdam prophetam vngit, futuras illi calamitates prædicens, & molestias quas exhibiturus est populus. Sustinere tamen iubet atque silere, quoad ipsi loquendi facultatem concessisset: & vbique addit, quia *domus irritans est.* docẽs non esse eos metuendos, qui absque metu Deum irritent; aspernandi siquidem sunt iniqui.

g *Ecce data sunt super te, &c.* GREGOR. supr. In domo prophetali ligatur, quoniam ab ipso suo genere Iudæa fidelis tribulationem sustinebit persecutionis, pressa vinculis doloris.

h *Et non egre. in medio eo.* IBID. Quia ad corda prauorum prædicatio non perueniet.

---

a ¶ In gentibus. b ¶ Ipsa maiestas gentibus apparuit, quæ prius se electis Iudæorum spiritu reuelante declarauit. c ¶ Visa gloria. d ¶ Stantem gloriam ferre non sustinens.

a stabat, quasi gloria quam vidi iuxta flumen Chobar, et cecidi 1

¶ Ideo. ¶ Vt leuaret cadentem. a ¶ Leuauit. b ¶ Qui humiliter tacui.

b in faciem meã. *24 Et ingressus est in me spiritus, & statuit me 2

a ¶ Vt in bono opere quasi super pedes ex rectitudine starem.

c super pedes meos, & locutus est mihi, & dixit ad me: Ingrede- 3

d e re, & includere in medio domus tuæ. 25 Et tu fili hominis, ec- †

f ¶ Minus feriunt iacula quæ præuidentur. ¶ Mala prædicuntur quæ passurus est, in omnibus tamen obediens est.

g ce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egre- 4

h dieris in medio eorum, 26 & linguam tuam adhærere faciam 5

i ¶ Quia ipsi obiurgatione indigni.

k palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia do- 6 †

a ¶ Tempus tacendi & tempus loquendi.

l mus exasperans est. 27 Cùm autem locutus fuero tibi, aperiam 7

a ¶ Aure. b ¶ LXX. Qui incredulus est, incredulus sit. ¶ Mente.

m os tuum, & dices ad eos: Hæc dicit dñs Deus. Qui audit au- 8 9

a ¶ Corpore. ¶ A tumultu mundi. b ¶ Corde. ¶ Non reuocetur exemplo malorum.

diat, & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est. 10

---

i *Et ling. tuam adhæ. faciã pa. t.* IDEM IBID. Quia tunc instantibus reprobis prædicatorum scientia tacere compellitur. *Et linguam tuam adhærere, &c.* Aliquando pro vitio prædicantis, aliquando pro vitio audientis, subtrahitur sermo prędicationis; aliquando pro auditoribus bonis datur sermo doctoribus, etiam malis; aliquando propter vtrosque iustificados, aliquando propter vtrosque damnandos, subtrahitur.

Cur Deus det & cur subtrahat aliquando prædicationem?

k *Quia domus exasp.* IBID. Quasi dicat. Tantæ amaritudinis sunt, & contra Deum contentionis, vt obiurgantem audire non mereantur. Ex quo patet, vbi fuerit multitudo peccatorum, peccantes indignos esse qui à domino corrigantur.

l *Cum autem lo. fue. ti.* IBID. Quia Enoc & Elia prædicante, multi ex Iudæis, qui in infidelitate remanserant, ad cognitionem veritatis redibunt. Tunc enim velut in extremo os prophetæ aperitur, cùm in prædicatione Eliæ & Enoc à Iudæis ad fidem redeuntibus, prophetia de Christo fuisse cognoscitur.

Enoch & Elias in fine sæculi Iudæis prædicaturi.

m *Qui audit audiat, & qui quiescit.* HIER. in comm. Secunda Aquilæ editio. *Qui audit audietur, & qui reliquit relinquetur.* Quasi dicat, *Qui habet dabitur ei, & qui non habet, etiam quod videtur habere auferetur ab eo.*

Mar. 4. c.

† THEOD. vbi supr. Hæc item liberam mentis voluntatem declarant. Tu enim communem omnibus affer doctrinam. Et docens voluntariam obedientiam suis verbis apponit, Qui vult, obediat, & non obediens qui contraria sentit, contradicat; vnusquisque enim pro mentis optione præmia feret.

GREG. vbi sup. *Qui audit audi. & qui quie. q.* Si enim quiescit à malo opere, & non quiescit à praua cogitatione, aptatur ei quod dicitur: *Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.*

Thre. 1. c.

GREG. IBID. Qui audit verba veritatis, audiat i. perseueret, quãuis videat alios negligentes; vnde, *Noli malignari in malignantibus, &c.*

Psal. 36. a.

Qui audit au. HIER. vbi supr. Eiusdem sapientiæ est, & tacere & loqui pro tẽpore, & dare conseruis cibaria in tempore: vnde Isaias ad populum non credentem, *Tacui. Numquid semper tacebo, dicit dominus?* Qui igitur ob multitudinem peccatorum tacuit, quia vidit aliquos posse conuerti (de quibus dicitur, *Qui aud. aud. &c.*) aperto ore, non propria voluntate, sed domini iussione loquitur ad populum.

Isai. 42. secundum LXX.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cecidi in faciem meã. *Ex humana fragilitate ad diuinã præsentiam.*

2 Et ingressus est in me spiritus, &c. *id est, contulit mihi subsistendi virtutem quam ex me non habebam; & subditur pœna silentij prædicti cùm dicitur,*

3 Ingredere & inclu. *Vbi ponitur duplex pœna. Vna est reclusionis & ligationis: vnde subditur,*

4 Data sunt super te vin. & liga. te in eis. *Scilicet famuli tui. Volo enim quod sic te facias ligari. Secunda est subtractio locutionis, cum dicitur,*

Ezechiel punitus propter silentium.

5 Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, *Vt sicut nimis taceras propria voluntate, sic inuitus taceas ex diuina potestate. Et ista causa non exprimitur hic, sed supponitur ex prædictis. Alia autem causa exprimitur, cum dicitur,*

6 Quia domus exasperans est, *s. populus tuus. q. d. Vna causa tuæ ligationis & subtractionis loquelæ est, vt per hoc ostendatur, quòd non sint digni tua societate ingrediendo & conuersando cum eis; Nec etiam digni tua doctrina & reprehensione; ideo tua cohabitatio cum eis, & allocutio tempore competenti futura, non fiet eis secundum eorum merita, sed ex mea tantum gratia; ideo sequitur,*

7 Cum autem locutus fuero, &c. *Dando tibi loquendi facultatem.*

8 Et dices ad eos. *s. quæ iniungam tibi.*

9 Hæc dicit do. Deus, qui audit au. *Secundum quod dicit Ra. Sa. istud non ponitur hic quasi impositum Ezechieli ad dicendum populo: sed postquam dominus dixerat ei,* Aperiam os tuum, & dices ad eos. *s. ea quæ tibi iniungam, dominus dixit Ezechieli conditionem populi, dicens:*

10 Qui audit audiat, & qui quiescit qui. *i. aliqui de populo te audient, verbis tuis acquiescendo, & aliqui quiescent ab auditu, verba tua repellendo; & de istis subditur,* Quia domus exasperans est. *Secundum alios verò verbum est impositum Ezechieli ad dicendum populo in persona Dei,* Qui audit audiat; *Id est, qui vult audire audiat, & qui non vult, dimittat. Et est modus loquendi illius qui grauiter & moleste portat duritiam audientium, ideo subditur,* Quia domus exasperans est.

A quo & cui dicta sint illa verba: Qui audit &c.

CAP.

MORALITER.

† *Ecce data sunt, &c.* i. prohibitiones prædicationem impedientes. Impeditur etiam aliquando ex populi malitia; ideo sequitur,

Impedimẽta prædicationis.

† *Eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus, &c.* Quia tamen impedimentum vtrumque tollitur aliquando ex Dei ordinatione, Sequitur, *Cum autem tibi locutus fuero, aperiam os tuum, &c.*

verbis Ieruſalem.

ADDITIO.

[...]citur in poſtilla: Et audiui poſt me vocem commotionis. [...] magnæ commotionis videtur ſignificare, quod incarnatio Dei, quæ [...]eta fuerat in præcedentibus reuelata, erat maxima virtutis & potentiæ [...]de declarans quid ſonabat per illam vocem ſubdit, Benedicta gloria do[m]ini de loco ſuo; quæ verba prophetiæ, prædicto propoſito adaptantur, [...]de humanitate deiſica per incarnationem propriè dicitur, benedicta gloria domini; & quod ſequitur, de loco ſuo, correſpondet huic, quod dicitur Michææ j.a. de hac materia, Ecce dominus egredietur de loco ſuo, & deſcendet & calcabit ſuper excelſa terræ. Et nota quod dixit propheta, Et audiui poſt me vocem: non enim dixit ante me, nec coram me, vt innueret quod benedicta gloria domini de qua loquebatur poſt eum erat ventura, eo modo quo Ioannes dixit Ioan. j.d. Poſt me venit, qui ante me factus eſt.

Incarnatio Dei maximæ virtutis & potentiæ.

CAPVT IV.

A ☞ Et tu fili ho. GREGORIVS homil. 12. quaſi dicat, Cognoſce quid ſis, etſi ſuper te eleuatus, diuina ſecreta conſpicis.

a *Et tu fili ho.* HIERONYMVS. Mali, etſi tolerantur, ſubitò corruunt, & eorum pœnas infirmi conſpiciunt, ne culpas imitentur: vnde hic Iudææ deſolatio ſubiungitur.

HIERONYMVS in comm. Hoc quoque ſignum eſt obſidionis. *Laterem*: Symmachus *apertius laterculum vel abacum*, in cuius puluere ſolent grammas, id eſt, lineas geometriæ radio ſcribere: vnde quidam probãt geometriæ ſcientiam, attendentes quod Ieſus B exploratores miſit qui terram deſcriberent, quod geometriæ proprium eſt. In Zacharia quoque angelus habet geometricum calamum ad metiendum Ieruſalem.

Geometriæ ſcientia. Ioſue 2.a. Zachar. 2.a.

CAPVT IV.

a ¶ Terrenum auditorem. a ¶ Intenta mente qualitatem eius conſiderando & vitam & intellectum. b ¶ Docendum. ¶ Corde. ¶ Gaudia ſupernæ patriæ. ¶ Poſt. a ¶ Id eſt, proficienti animæ quæ tentationes ſequantur innoteſce. a ¶ Prædicando. a ¶ Quibus vrbs clauditur, ne quis exeat. b ¶ Gregor. Terrenas. ſ. cogitationes. c ¶ Quo foſſæ complentur. d ¶ Collectas malignorum ſpirituum inſidias demonſtrando. Sunt enim quædam ſibi cognata vitia. a ¶ Militum cuſtodias. b ¶ Vitia ſingula irruentia. a ¶ Iram domini indomabilem, nullis precibus flexibilem: Nihil enim ferro durius. Hæc ponitur quaſi murus ferreus vt oſtendatur ciuitas in breui confringenda. b ¶ Si auditor corrigi noluerit.

ET tu fili hominis ſume tibi laterem, & pones eum coram te: & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem. [2] Et ordinabis aduerſus eam obſidionem, & ædificabis munitiones: & comportabis aggerem, & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro. [3] Et tu ſume tibi ſartaginem ferream, et pones eam in murum fer-

THEODOR. in Ezech. ſect. 2. Ipſius Ieruſalem obſidionem deſcribere iubetur. In latere autem fit deſcriptio, propter incolarum debilitatem, qui non ædificauerunt domum ſuam, ſecundum ſapientem illum, ſupra petram, ſed ſuper arenam. Quare venerunt flumina, & deſcendit pluuia, & flauerunt venti, & irruerunt in domum ipſorum, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

† GREGORIVS lib. 26. moral. c. 5. Ezechiel magiſtrorum ſpeciem tenet, Doctores quippe ſancti ſibi laterem ſumunt, quando C terrenum cor auditorum vt doceant, apprehendunt. Quem laterem coram ſe ponunt, quia tota illud ſollicitudinis intentione cuſtodiunt. In quo ciuitatem Ieruſalem iubentur deſcribere, quia prædicando curant terrenis cordibus, quanta ſit ſupernæ pacis viſio, demonſtrare.

Quomodo animas ſibi commiſſas excolãt prædicatores.

b *Et ordi.* GREG. hom. 12. Prædicator obſidionem ordinat, cùm per ſanctæ admonitionis verba ſingulis virtutibus quæ vel quibus modis vitia inſidiantur, oſtendit.

GREG. ibid. Deſcripta enim Ieruſalem in [ter]reno corde, præſumpto ſupernæ pacis amore, tentatio acrior inſurgit: vnde, *Fili accedens ad ſeruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationes.*

Eccle. 2.a.

c *Munitiones.* HIERON. in com. Quæ mala munita contra mentem veniant, vt vitia ſub virtutum ſpe[cie] ſe abſcondant, & in alto ſe oſtendant per imaginem, cùm ſint in imo per actionem.

d *Et po. arie.* GREGORIVS vbi ſuprà. Quibus muri fundamenta D quatiuntur, lapides diſſoluuntur. Hac deſcriptione ſignificatur vrbis vicina captiuitas, ſub rege Sedecia, cuius xj. anno & ipſe captus eſt, & ciuitas. Poſſumus tamen dicere, laterem in ſuggillationem Iſrael. accipere, quia in luto & latere ſeruierit Pharaoni. Siue, vrbs, quam putabant firmiſſimam & inexpugnabilem & lateri fragiliſſimo comparatur, qui ad tractum aquæ illico ſoluitur: vt de qua dicitur, *Numquid petra duriſſima, velut deſerti eſt mons filiæ Sion*: vertatur in laterem, qui inundatione Babylonica corrumpatur, vnde, *Propterea adducet dominus ſuper vos aquas multas & fortes, reges Aſſyriorum.*

Ierem. 39.a. Ieruſalem, munitiſſimam ſe putans, nullo fere negotio cecidit. E Iſaiæ 8.b.

Et pones arie. Aliquando enim ſingula vitia hinc inde mentem feriunt, quæ in gyro à prædicatore ponuntur, dum oſtendit quàm blandè luxuria percutit, quàm aſperè impatientia occidit, & huiuſmodi.

e *Et tu ſu.* † THEODORETVS vbi ſuprà. Docetur fore vt præſens Deus, & quæ contra Ieroſolyma fierent intuens omnia, nulla eos prouidentia dignetur, ſed quaſi muro quodam ferreo coercitus, neque cernere quæ fiant, neque ſibi ſupplicantes audire videatur. Hæc autem, inquit, facito, ſignum dans his qui obedire renuant, & dictis repugnent. prophetiam per res ipſas.

Deus pro Ieruſalem exorari non vult.

GREGORIVS vbi ſuprà. Ferrum forte metallum eſt: In F ſartagine cibus frigitur; per ſartaginem ergo ferream, ſpiritualis zeli fortis frixura ſignatur, qui doctoris animam frigit, quia valdè cruciatur, dum videt infirmos æterna deſerere, temporalia quærere: vnde, *Quis infir. & ego non inf. quis ſc. & e.* Ita Paulus contra vitia ardebat, ſed virtutum alimenta ex ſua afflictione parabat.

1. Cor. 11.g.

f *Et po. eam.* GREGORIVS. Vt ſi audire is qui docetur noluerit doctor tamen pro zelo, quem exhibet, reus non ſit, vt ſecurus ſit in die iudicij. Nullum Deo maius ſacrificium, quàm zelus animarum: vnde, *Zelus do. tuæ co. m.* Inde præcipitur, vt ſimila oleo conſperſa in ſartagine frigatur, id eſt, munda mens per ſancti ardorem zeli cremetur, & charitati miſericordia miſceatur, quæ in conſpectu Dei ardet & lucet.

Zelus animarum. Pſal. 68.b. Eccl. 7.a.

d Et ☞ Et

NICOLAVS DE LIRA. CAP. IV.

ET tu fili. *Poſtquam deſcripta eſt officij impoſitio, hic conſequenter ponitur impoſiti executio. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur ciuitatis & populi deſtructio. Secundò deſtructionis ratio, cap. xv. Prima adhuc in duas, quia primò denuntiatur ciuitatis & populi exterminium, Secundò offertur & remedium, cap. xiiij. Prima adhuc in tres, quia primo dicta deſtructio prædicitur, ſecundò multiplex abominatio in Ieruſalem oſtenditur, cap. viij. Tertiò ſcriptura ad propoſitum reuertitur, c. ix. Prima adhuc diuiditur in quatuor: quia primò deſcribitur ipſius Ieruſalem obſidio, Secundo, populi ſui vaſtatio, cap. v. Tertiò, terræ depopulatio, cap. vj. Quartò, dictæ vaſtationis acceleratio, c. vij. Præſens autem caput in duas partes diuiditur: quia primò deſcribitur obſeſſio ciuitatis. Secundò, ex hoc ſequens oppreſſio famis, ibi,* Et tu ſume. *Prima adhuc in duas, quia primò deſcribitur obſidionis modus. Secundò, captiuitatis vel iniquitatis tempus, ibi,* Et tu dor. *Circa primum dicitur,*

Diuiſio. Diuiſio.

1 Et tu fi. *Iſte modus loquendi frequenter fit Ezechieli. Cuius rationem aſſignant doctores communiter, ſcilicet, ne ex eleuatione contemplationis obliuiſceretur humanæ fragilitatis.*

Cur Deus Ezechielem alloquens illud præfetur ſemper: Fili hominis?

2 Sume ti. la. *ſ. crudum, vt poſſint ibi protrahi figuræ.*

3 Et po. eum. *vt videas ibi diligenter & attentè.*

4 Et deſcri. in eo. *in medio eius, ciuitatem Ieruſalem.*

5 Et ordinabis. *i. deſcribes.*

6 Aduerſus eam obſidionem. *In circumitu eius,*

7 Et ædi. mu. *id eſt, deſcribes ſimilitudinem turrium linearum, ex quarum ſummitate videntur extra illa quæ fiunt in ciuitate.*

8 Et compor. ag. *i. deſcribes portatores terræ & lignorum ad implendum foſſata.*

9 Et da. con. eam ca. *deſcribes acies armatorum oppugnantes eam.*

10 Et po. arie. *id eſt, deſcribes. Sunt autem arietes ligna oblonga in capite ferrata, cum quibus impellitur murus ad cadendum, & ſic videtur quod ille later erat ſatis magnus, vt poſſent in eo deſcribi omnia iſta: tamen in paruis figuris poſſunt multa deſcribi in ſatis paruo ſpatio.*

Arietes.

11 Et tu ſu. ti. *Per hoc deſignatur, quod Deus ad miſerandum non reſpiciet ciuitatem ſic obſeſſam.*

Et

MORALITER.

† 1 *Et tu fi. ho.* qui de terra formatur, propter quod per ipſum corpus humanum ſignatur.

4 *Et deſcri.* quæ ſecundum ſenſum moralem ſignat animam rationalem. Igitur in latere Ieruſalẽ deſcribitur, quando anima exiſtens in corpore per prædicationẽ contra diabolum virtutibus munitur.

Anima rationalis.

5 *Et ordi. aduerſ. eam obſi.* i. ordinandam denuntiabis dæmonum impugnationem.

7 *Et ædificabis mu. & compor. agge.* Per illa ſignantur varia machinamenta, quibus diabolus vtitur ad rationalem animam capiendam.

variis tentationibus obſeſſa.

in † Et

a ¶ Aliquando, seuerius agendo.

b ¶ Hieron. Seueritatis indicium est, secundum illud: Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

a reum inter te & inter ciuitatem: & obfirmâbis faciem tuam [1]

a ¶ Laqueis tentationum circumdatam ostendes, vt quanto timidior, tanto vigilantior viuat.

¶ Obsidionis.

ad eam: & erit in obsidionem, & circumdabis eam: Signum [2]

¶ Hoc scilicet.

b est domui Israel. [4] Et tu dormies super latus tuum sinistrum, [3] & pones iniquitates domus Israel super eo, numer[illegible] die- [4]

a ¶ Id est, figurabis captiuita[illegible] eorum. [5]

rum, quibus dormies super illud: & assumês iniquitatem eorum. [5] Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies, & portabis iniquitatem domus Israel. [6] Et cùm compleue- [6]

☞ a *Et obfir.* GREGORIVS hom. 12. Aliquando seuerius agendo; vnde, *Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas hi. faciem tuam ad il.*

A

b *Et tu dormies.* HIERONYMVS in com. Sub Phacee filio Romeliæ, qui regnauit in Israel annis xx. percusso Phacea filio Manache domino suo, Theglathphalnasar rex Assyriorum cepit Ahion & Gabel & domum Maacham & Ianoe & Cedes & Asor & Galaad & Galilæam & vniuersam terram Nephthali, & transtulit eos in Assyrios: post quem regnauit in Israel Osee filius Ela annis nouem, captusq; est cum omni Samaria à Salmanasar rege Assyriorum, & translatus est Israel in Elam & Abor iuxta fluuium Gozam, in ciuitates Mœdorum. Sexto autem Ezechiæ regis anno, sicut Regum narrat historia, captus est Osee, à quo si supputemus quot annis Israel in angustia fuerit captiuitatis à sexto anno vsque ad xxix. tot enim Ezechias regnauit, sunt anni xxiiij. cui successit Manasses quinquagintaquinque annis. Post regnauit Amon annis duobus, deinde Iosias annis triginta duobus, post Ioachim qui & Eliacim annis xj. Inde Ioachin qui & Iechonias qui statim ductus est in captiuitatem, pro quo regnauit Sedecias annis xj. sub quo capta est Ierusalem, templumque destructum. Fiunt itaque à prima captiuitate Israel quæ sub Phacee facta est, vsque ad xj. annum Sedechiæ quo templum desolatum est, anni cliiij. A secunda quando captus est Osee & omnis Samaria subuersa anni cxxxv. Fueruntque anni desolationis templi lxx. Qui additi primæ captiuitati, faciunt annos ccxxxiiij. In secundo enim anno Darij, templum extructum est sub Zorobabel & Iesu sacerdote magno, prophetantibus Aggæo & Zacharia, qui regnauit annis xxxvj. vnoque sublato, adduntur anni eius xxxv. Post quem regnauit Xerxes filius Darij annis xx. Post hunc Artabanus mensibus vij. & Xerxes qui & *Μακρόχειρ annis xl. Post Xerxem mensibus duobus, & Sogdainus mensibus vij. Cui successit Darius cognomento Nothus, qui regnauit annis xix. Post quem regnauit Artaxerxes qui & *Mnemon Darij & Pharisatidis filius annis xl. qui ab Hebræis Assuerus dicitur. Sub quo Mardochæi & Esther narratur historia, quando omnis populus Israel de mortis periculo liberatus pristinam recepit libertatem. Fiuntque à secundo anno Darij, vsque ad extremum Assueri annum, anni clv. & menses iiij, qui additi superioribus annis ccxxxiiij. faciunt annos ccclxxxix. & menses iiij. Sinistræ partes delegantur Israeli, qui sine templo & notitia Dei in Samaria fuit: Dextræ Iudæ qui in cultu & religione Dei. Et notandum quòd in altero sit pœna peccantium: in altero virtutis exercitium. Quòd autê dies prophetæ, hic annus est patientibus, & quos annos putabant filij Laban, Iacob erant quasi dies pauci. Nec solùm autem in suppliciis varietas est pro diuersitate meritorum, sed in tributione bonorum, agni in dextera, & hœdi in sinistra; vnde, *Cor sapientis in dextera eius, cor autem stulti in sinistra.*

4. Reg. 15. — Regnum Israel deletũ ab Assyriis. — B 4. Reg. 17. a. — 4. Reg. 17. c. — Reges Iuda qui ab illo deleto regnarunt. — C — Series regũ Persicorũ. — *Marasec — *Memor Darij Esther 8. b. — D — Discrimen inter pœnas Israel & Iuda. — Gen. 29. c. — E — Eccl. 10. a.

† THEODORETVS in Ezech. sect. 2. Post Salomonem regnante Roboam, diuisæ sunt duodecim tribus, & decem modò Ephraim, modò Israel vocabantur. Iudas autem & Beniamin, Iudas dicebantur, verumtamen vnus erat populus ab Israele & Abraham oriundus. Quare tantum de vno populo quæ separatim dixit, eadem rursus coniunxit. Cùm enim tribuisset centum quinquaginta dies Israel, & Iuda quadraginta, rursus tamquam de vno corpore vnaque cognatione locutus, cum centum nonaginta diebus coniunxit, coniunctasque rursus diuisit & ait, *Dormies super latus dextrum, &c.*

Israel & Iudas. — F

HIERONYMVS in comment. Qui autem voluerit computare à prima captiuitate quę facta est sub Manahe filio Gaddi rege Israel, qui regnauit in Samaria annis x. quando Phul rex Assyriorum ab Israel mille talenta argenti in tributum accepit, & post eum alios duos annos Phacee quos regnauit in Israel inueniet xx. anno Assueri compleri cccxc. annos quando Esther fuit historia, quod credibilius est. Neque enim finito Assueri imperio, sed eo adhuc regnante Israel seruitutis iugum abiecit.

4. Reg. 15. d.

† THEODORETVS vbi suprà. Maior erat iniquitas illius populi qui Israel vocabatur, qui cùm penitus à Deo defecissent, modò inuencas colebant, modò omnis generis idola, adorabant, idcircò illis centum quinquaginta dies definit. Iuda verò

☞ qua-

NICOLAVS DE LIRA.

☙ 1 Et obfirmabis. *respiciendo eam quasi facie torua & irata, in signum quòd Deus est ei iratus implacabili ira; ideo subditur,*

2 Signum est domui Israel. *id est, omnia, quæ dicta sunt tibi, sunt signa obsidionis & destructionis Ierusalem.*

3 Et tu dormies. *Hic consequenter ponitur captiuitatis tempus, secundum Latinos, & primò quantum ad captiuitatem decem tribuum, quæ vocatur hic domus Israel, cùm dicitur,* Et tu dormies super latus tuum sinistrum. *Per quod designatur regnum decem tribuum, quod à principio recessit à cultu diuino sub Ieroboam rege primo qui fecit vitulos aureos iij. Reg. xij.*

Captiuitas 10. tribuũ.

4 Et pones iniquitates domus Israel super eo. *Et per iniquitates intelliguntur hic pœnæ pro iniquitatibus inflictæ.*

5 Numero dierum, quibus dormies super illud, *scilicet super latus sinistrum. Et subditur numerus dierũ ccc. & xc. dierum ad designandum quod tot annis domus Israel erit in captiuitate & afflictione pro iniquitatibus suis: tot enim anni (vt dicũt doctores isti) fluxerũt à prima captiuitate regni decem tribuum, quam feci[illegible] Theglathphalnasar, qui captiuauit duas tribus cum dimidia existentes vltra Iordanem, & cum hoc aliquos de illis qui erant circa Iordanem vsque ad annum Assueri xl. qui filios Israel à periculo mortis liberauit, Aman & filiis eius suspensis, vt habetur in libro Esther. Deductionem autem huius numeri annorum per tempora regum hic omitto ex causa quæ postea dicetur. Postea subditur tempus captiuitatis regni duarum tribuum, quod dicitur hic domus Iuda, cum dicitur,*

Anni qui interfluxerũt inter captiuitatem Israel & eius per Assuerũ mitigationem.

6 Et cum compleueris hæc, dormies super latus tu. d. *Per quod designatur regnum Iuda: quia firmius adhæsit domino, sicut pars dextera est fortior, & longè tardius recessit à cultu diuino quam regnum Israel, vt patet iiij. Reg. & ij. Paralip.*

☙ Et

MORALITER.

† 1 *Et obfirmabis faciem tuam ad eam: & erit.* Ad signandum quod diabolus, qui est in malo obstinatus, habet contra rationalem animam implacabilem guerram, ideo subditur,

Diabolus æternus animarum ĩ-deliũ hostis.

2 *Signum est do. Is.* s. ad hoc, quod quilibet semper sit munitus ad resistendum insultibus eius.

3 *Et tu dormies sup.* Per quod signatur casus damnatorum, qui ponendi sunt ad partem sinistram, sicut dicitur Matth. xxv. c. *Hædos autem à sinistris;* ideo sequitur,

4 *Et pones iniquitates domus Israel.* Quæ peccauit diuturna & multa idololatria, propter quod de captiuitate non est reducta secundum Hebræos: propter quod signat pœnam interminabilem gehennæ.

Pœna gehennæ.

6 *Et cum compleue. hæc.* Per latus dextrum intelligitur status saluandorum, secundum illud Matthæi xxv. cap. *Ponet oues à dex. &c.* Quia tamen vitam præsentem non transeunt sine peccatis, de quibus tamen pœnitent verè, & confitentur, ideo iniquitates domus Iuda, id est, confitentis dicuntur, & eorum pœna terminabilis per numerum minorem, scilicet quadraginta dierum signatur.

Pœna temporalis.

† MORA-

quadraginta, vnumquemque diem in annum posui tibi. Significant septuaginta dies Iuda, quadraginta annos illos, qui deerant septuaginta annis. Declarat enim Deus per Ieremiam prophetam, se septuaginta annos, vt in Babylone illi degerent, decreuisse, sed triginta iam transierat anni. Trigesimo siquidem captiuitatis suam prophetiam exorsus est Ezechiel, circiter annum quintum Iechoniæ captiuitatis, à quo vsque ad annum regni Cyri Persæ reliqui quadraginta explentur anni.

Iudæ quam Israel peccatum leuius & pœna mitior.

a ris hæc, dormies super latus tuum dextrum secundò: & [1] assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. [2] Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi. [3] Et [4] ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam: & bra- [5]

a ¶ Id est, figurabis captiuitatem eorum.

¶ Non solum verbis, sed & gestu & habitu prophetantis vrbis obsidionem monstra.

a *Dormies super latus tuum dextrum secundò: & assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta, &c.* HIER. in com. Dextri lateris dormitio sicut annorum quadraginta facilè computatur. Post Eliacim enim qui & Ioacim regnauit filius eius Ioachin, qui & Iechonias mensibus tribus. Quo regnante ascenderunt serui Nabuchodonosor in Ierusalem, & expugnauerunt eam. Interim venit Nabuchodonosor & egressus est ad eum Ioachin rex Iuda, & mater eius & serui, & principes eius & eunuchi, & suscepit eũ rex Babylonis octauo anno regni sui: & abstulit thesauros domus domini, & thesauros domus regię, & paulò post trãstulit omnẽ Ieru-

4. Reg. 24. b.

Iechonias deditione venit in manus Nabuchodonosor.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et assumes iniquitatem domus Iuda, *id est, designabis captiuitatem pro eius iniquitate inducendam.*

Captiuitas Iudæ.

2 Quadragin. di. *Quorum significatio subditur cùm dicitur,*

3 Diem pro a. *id est, quot diebus dormies super latus tuum dextrum, tot annis durabit captiuitas domus Iuda. Tot enim anni vt dicunt doctores prædicti, fluxerunt à transmigratione Ioacim à qua incepit illa captiuitas, vsque ad primum annum Cyri, qui dedit populo licentiam redeundi. Et dicitur hìc bis,* diem pro anno dedi tibi, *propter captiuitatem duplicis regni. Deductionem verò xl. annorum istius secundæ captiuitatis per tempora regum omitto sicut & præcedentis. Tum quia vtraque deductio diffusè ponitur in gl. Ezechielis super locum istum, ad quam quilibet potest recurrere quia inuenitur quasi vbique; Tum quia vtraque deductio videtur in aliquibus discordare à dictis communibus Hebræorum & Latinorum. Prima in hoc quod dicit captiuitatem regni Israel terminatam tempore Assueri, cùm tamen omnes Hebræi & Latini pro maiori parte dicant, quòd illa captiuitas non est adhuc soluta: sed ad horam fuerunt liberati à periculo mortis, non à iugo seruitutis. Similiter secunda quæ dicit, quòd à transmigratione Ioachin vsque ad primum annum Cyri fluxerunt tantum quadraginta anni: cum tamen secundum omnes Hebræos, & secundum Latinos saltem pro maiori parte ad minus fluxerunt lxx. anni. vnde & Ierem. xix. c. dicitur,* Cùm cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo super vos verbum bonum, &c. *Secundùm Hebræos autem hic describitur tempus iniquitatis, sicut sonat littera vtriusque domus. s. Israel & Iuda, propter quam vtraque meruit captiuari. Et accipitur hic iniquitas notabilis, quæ est per idololatriam, & quæ respicit communem populum, & non tantum personam singularem: iniquitas autem in ista domo Israel durauit annis trecentis nonaginta, quorum ccxlj. accipiuntur à primo anno Ieroboam qui peccauit & peccare fecit Israel in vitulis aureis, vt frequenter repetitur iij. Reg. & iiij. vsque ad nonum annum Osee, qui cum populo regni Israel tunc captiuatus fuit per regem Assyriorum, quorum numerus sic declaratur. Ieroboam enim regnauit annis viginti duobus, vt habetur iij. Reg. xiiij. Post eum Nadab duobus annis iij. Regum decimoquinto. Baasa viginti quatuor, Ela duobus, Zamri modicum stetit: ideo tempus eius computatur sub rege sequenti scilicet Amri, qui regnauit duodecim annis, Achab viginti duobus. Hæc habentur iij. Regum xvj. Ochozias duobus iij. Regum xxij. Ioram xij. iiij. Regum j. Iehu xxviij. annis iiij. Regum x. Ioachaz xvij. Ioas xvj. iiij. Regum decimotertio. Ieroboam xlj. iiij. Regum xiiij. Zacharias & Sellum sex mensibus tantum, ideo tempus eorum computatur cum sequenti. s. Manahen qui regnauit decem annis. Phaceia duobus. Phacee xx. hæc habentur iiij. Regum xv. Osee nouem quia nono anno captus in Samaria cum populo suo ductus est in Assyrios iiij. Reg. xvij. & isti anni simul iuncti faciunt numerum supradictũ. Anni verò cxlix. qui deficiunt de totali numero. s. de trecentis nonaginta accipiuntur de tempore Iudicum. s. à primo anno Abimelech vsque ad vltimum annum Eli. dicitur enim Iudic. viij. quod Gedeon ex ornamentis aureis sibi datis de victoria habita de Madianitis fecit ephod. i. vestem sacerdotalem, & subditur ibidem,* Fornicatusque est omnis Israel in eo; *& sicut dictum fuit ibidem, ista fornicatio non fuit viuente Gedeone, quia non fecit ephod ad cultum idololatriæ: sed ad Dei cultum in domo propria, sicut dictum fuit ibidem.* Post mortem autem eius omnis Israel fornicatus est in illo ephod, *vtendo eo in cultu idolorum Baalim & Astaroth, sicut ibidem subditur: & hæc fornicatio durauit vsque ad tempus Samuelis, qui dixit populo Israel j. Reg. vij. a.* Præparate corda vestra domino, & seruite illi soli. *Et subditur,* Abstulerunt ergo filij Israel Baalim & Astaroth, & seruierunt domino soli. *Numerus autem annorum sic accipitur: Mortuo Gedeone Abimelech iudicauit populum tribus annis, Iud. ix. post eum Thola xxiij. Iair xxij. Iudic. x. Et ibi subditur, quòd populus Israel post mortem Iair afflictus fuit per filios Ammon & Philisthiim xviij. annis, qui non possunt computari in tempore iudicis sequentis. s. Iephte qui iudicauit populum tantùm sex annis, & ideo accipiuntur hic xviij. anni in quibus populus fuit sine iudice, post quos Iephte iudicauit vj. annis. Abesan vij. Abialon x. Abdon viij. & hæc habentur Iudic. xij. Samson xx. Iudic. xvj. Eli xl. j. Reg. iiij. cui successit Samuel. Isti autem anni simul iuncti faciunt annos clvij. & sic habemus viij. annos superfluos, qui sic rationabiliter possunt rescindi: licet enim scriptura dicat, quod omnis Israel fornicatus fuerit in ephod facto à Gedeone applicando illud ad cultum idolorum, tamen non dicit, quod hoc fuerit immediatè post mortem Gedeonis, sed fortè fluxerunt isti viij. anni antè vel aliqua pars eorum. Item aliquando dimidius annus vel minor pars vnius iudicis pro anno integro computatur, vt quando instituitur in fine anni vel post medium: & sic secundum plures iudices possunt rescindi secundum veritatem, isti viij. anni vel pars eorum à numero posito in scriptura: nec tamen propter hoc scriptura continet falsum, quia loquitur secundum communem modum loquendi sicut si rex Franciæ coronaretur in natiuitate domini, diceretur regnare illo anno. s. anno domini tali: in paschate sequenti inciperet annus secundus suæ coronationis secundum communem modum loquendi propter mutationem numerationis secundum annos domini. Numerus autem annorum iniquitatis domus Iuda incipit à tempore Manasse regis Iuda; qui horribiliter peccauit, & populum peccare fecit, ponendo idola in templo domini, vt habetur iiij. Reg. xxj. propter quod sententia domini de futura captiuitate populi ascribitur peccatis Manasse iiij. Reg. xxiij. vbi dicit:* Verumtamen non est auersus dominus ab ira furoris sui, quo iratus est furor eius contra Iudam propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses. Dixit itaque dominus: Etiam Iudam auferam à facie mea. *Verumtamen iste Manasses pœnituit, & postea fideliter regnauit, & idololatriam abstulit: propter quod totum tempus suum non ponitur in peccato Iuda: sed tantùm xvj. anni primi, & duo quibus regnauit Ammon pessimus, cui successit Iosias, de cuius tempore nihil ponitur quia fuit sanctissimus, cui successerũt duo filij eius valdè mali Ioacim & Sedecias, & quibus xj. annis regnauit: & isti anni simul iuncti faciunt xl. De tempore verò Ioachaz & Iechoniæ nihil ponitur, licet fuerint mali & idololatræ: quia quilibet eorum regnauit tantùm tribus mensibus, & computantur in tempore aliorum. Videtur mihi tamen, quòd vtrique expositioni prædictæ addendum sit quòd ccccxxx. dies in quibus Ezechiel iacuit super latus sinistrum & dextrum fuerint signum temporis obsidionis Ierusalem, quia in textu dicitur post præceptum de dicta iacentia,* Et conuertes faciem tuam ad obsidionem Ierusalem. *Quod sic potest declarari: Ierusalem fuit obsessa à Chaldæis anno Sedeciæ ix. decimo mense x. die mensis: & capta fuit anno xj. Sedeciæ mense iiij. nono die mensis, vt habetur Ierem. lij. & sic à principio obsionis vsque ad finem eius fluxit annus integer, & quinque menses, & xxviij. dies. Ezechiel autem dormiuit super latus suum sinistrum cccxc. diebus, & super dextrum xl. diebus: qui simul iuncti faciunt ccccxxx. dies: quorum ccclxv. faciunt vnum annum integrum, & remanent lxv. dies qui faciunt duos menses & sex dies: & sic tempus obsidionis Ierusalem vsque ad eius captionem non excedit tempus dormitionis prophetæ super vtrumque latus: nisi in tribus mensibus, & xxij. diebus. Et rationabiliter potest dici, quòd tanto tempore fuit interrupta obsidio: quia Chaldæi audientes, quòd Aegyptij veniebant in auxilium Iudæorum, reliquerunt obsidionem, vt obuiarent eis, quibus fugatis ad obsidionem redierunt, vt habetur Ierem. xxxvij. & in tali recessu ab obsidione & reditu tanti exercitus bene fluxerunt tres menses, & xxij. dies & sic habetur propositum, scilicet quòd tempus obsidionis Ierusalem ipsa stante, & tempus dormitionis prophetæ fuerunt æqualia. Consequenter redit scriptura ad describendum obsidionem Ierusalem, cùm dicitur,*

4 Et ad obsid. *Quasi vultu irato respiciendo Ierusalem, & per hoc notando iram Dei contra ipsam.*

5 Et brachium tuum. *id est, extentum ad designandum comminationem vindictæ Dei super eam.*

Reiicit opinionẽ Glossæ de annis vtriusque captiuitatis, Israelis scilicet & Iuda.

Computatio temporis, quæ est in textu intelligenda est de duratione idololatriæ, non captiuitatis.

Idololatria sub regibus Israel,

& sub Iudicibus.

8. annos in computatione sua superfluos quomodo præscindat Postill.

40. anni, quibus Iudas idololatriæ studuit, colliguntur.

Obsidio Ierusalem tot habuit dies quot dormitio Ezechielis super vtrumque latus.

Ierusalem,& omnes principes,& vniuersos fortes exercitus decem millia,& omnem artificem & inclusorem relictis tantùm pauperibus,quo capto regnauit Sedecias annis xj.sub quo capta est vrbs, & templum destructum, cuius solitudo vsque ad secundum Darij annum permansit.s.annis lxx. Tricesimo autem desolationis templi anno Cyrus regnauit in Persis subuerso Astiage Medorum rege,hîc iuxta Isaiam l. fermè millia de tribu Iuda remisit in Ierusalem,& vasa templi quæ Nabuchodonosor asportauit, & cetera quæ narrat Esdras. Sicut igitur in x. tribubus à Phacee sub quo Theglatphalnasar Israelitarum multitudinem vastauit, vsque ad xl.annum Asueri supputamus annos cccxc. quando vniuersi Iudaici populi persecutio mitigata est: Sic à primo anno Iechoniæ quando magna pars Ierusalem translata est in Babylonem vsque ad primum Cyri regis Persarum annum, qui desolationis templi est tricesimus,supputantur anni xl. sub quo Iudæorum relaxata est captiuitas,& libertas populo reddita.

3.Esdræ 1.c. — De tempore quo mitius esse cœpit Israelitis in captiuitate, & Iudæis ab eadem facta est relaxatio.

a ¶ Nudum vel extentum.

a chium tuum erit erectum,& prophetabis aduersus eam.[8] Ecce

a ¶ Ne vlla cruciatuum requies speretur.

circumdedi te vinculis, & non te conuertes à latere tuo in la-

¶ Alias alterum. a ¶ Alij conclusionis.

b tus aliud,donec compleas dies obsidionis tuæ.[9] Et tu sume tibi frumentum,& hordeum,& fabam,& lentem,&milium,& vi-

c ciam:& mittes ea in vas vnum,& facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum. Trecentis & nonagin-

a ¶ Quasi dicat:Qui magis mortem prohibeat quàm vires præbeat.

ta diebus comedes illud.[10] Cibus autem tuus quo vesceris, erit

a ¶ A vespera.s.vsque ad vesperam,alij malè ab anno in annum intelligendum putant.

in pondere,viginti stateres in die.A tempore vsque ad tempus

d comedes illud.[11] Et aquam in mensura bibes,sextam partẽ hin.

¶ Ita.s.fiant sicut subcinericius hordeaceus.

A tempore vsq; ad tẽpus bibes illud. [12] Et quasi subcinericium hordeaceũ comedes illud: & stercore quod egredietur de ho-

Vincula Dei & vincula diaboli. Luc.13.b. Prou.5.d. Ioan.11.f.

a *Ecce circum.* HIER.in com. Alia sunt domini vincula,quibus ligamur in salutem: Alia diaboli quibus euangelica mulier,xviij. anis ligatur; vnde,*Funibus peccatorum suorum quisque constringitur*,quem soluit dominus in typo Lazari suscitati,qui fasciis & institis vinctus in sepulchro iacuit.

C † THEODORET.inEzech.sect.2. Oportet enim ipsos, ex his quæ meditaris, percipere, nullam se veniam consecuturos, vt reuocentur in patriam. Quare decet te definitum illud tempus ita in latus vtrumque incubantem degere, vt ne mouearis in aliam partem, quo ipsi latam contra se sententiam intelligant.

b *Et tu sume.* HIER.in com.Sicut in famis tempore non quæruntur deliciæ, sed vt quomodocumque venter farciatur: Sic propheta omnia confundit in vnum,facitque cccxc.panes quos comedat per singulos dies, qui habent vicenos siclos, id est, stateres. Siclus autem,id est,stater habet drachmas iiij.drachmæ autem viij.Latinam vnciam faciunt,ita vt vnus panis decem vncias habere dicatur,quo trahitur magis anima quàm sustentatur. (Siclus.)

† THEODORETVS suprà. Per ea quæ facere iubebantur, futuram docet Ierosolymis famem. Quare non ex tritico tantum panem conficere iubebatur,sed etiam ex milio,ex siligine,ex faba.Atque huiusmodi cibus argumentum est inopiæ; Et pondus item indigentiam significat:Semel enim die,inquit,comede viginti siclos, qui tres vncias, & paulo amplius insuper conficiunt, vt asserunt hi qui pondera hæc & mensuras diligenter perscrutati sunt.

D

c *Et facies tibi panes numero dierum,&c.* HIER.in com. Notandum autem quod iuxta numerum dierum sinistri lateris cccxc. subcinericij panes fiunt, qui per singulos dies comedantur, & de panibus dextri lateris omnino tacetur: In quo occultè significatur non esse eamdem pœnam peculiaris populi, vel peccatoris, si notitiam Dei habeat, & eius qui à religione vera omnino discedit.

E (Apostatæ nequiores infidelibus.)

d *Et aquam.* HIER. ibid. Sterilitatem cibi, aquæ auget sterilitas. Sextam enim partem mensuræ Hebraicè,scilicet hin,iubetur per singulos dies bibere.Porrò hin duos coros Atticos facit,duos scilicet sextarios Italicos,vt hin sit mensura Iudaici sextarij nostrique castrensis,cuius sexta pars facit tertiam partem sextarij Italici. (Hin.)

ALLEGORICE. IDEM.ibid. Iudæi post offensam Dei vsque hodie subcinericios panes mistos comedunt,frumento,hordeo,faba, lente, milio, & auena : quorum alter hominum , alter iumentorum cibus est. Quia enim credunt in vnum Deum, habent aliquid frumenti: quia verò filium negant,hordeo frumentorum pascuntur,& fabis quibus venter inflatur,mens opprimi dicitur,vnde Pythagoreis est cibus detestabilis. Propter lentem Esau primogenita perdidit; Milium rusticorum & agrestium & altilium cibus est. Vicia verò siue auena & oleribus bruta pascuntur animalia. Quòd Elias fugiens Iezabel iuxta LXX. subcinericium panem inuenisse dicitur, penuriæ signum est: vnde & à coruis pascitur, vt qui cibum non inuenit in Israel, nationum immundarum pasceretur alimentis.Lex quoque quam legunt & non intelligunt,subcinericius panis est, & opertus humano stercore: vnde Paulus, lucra legis & obseruationes ceremoniarum habet *quasi stercora, vt Christum lucrifaciat.*

F (Pythagorei fabas non comedebant. 3.Reg.9.a. Quasi hodie doctrina pascantur Iudæi. Philip.3.b.)

† THEOD.vbi suprà.Panes conficies,inquit,ex his omnibus seminibus, sicuti consueuerunt hordeacei confici panes. Et materia ignis ad panis confectionem humanum stercus fiat,vt indicentur inquinamenta,quibus inter gentes polluendi sint.

a Sic

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et propheta.aduer.eam.*Pronuntiando eius subuersionem.*

2 Ecce circumdedi te vin. *modo supradicto.*

3 Et non te conuertes,&c.do.com.dies obsi.tuæ. *Id est,reclusionis in domo tua,quorum numerus suprà est positus,scilicet cccxc. & iterum xl.*

4 Et tu su. *Hic consequenter describitur oppressio famis secutura ex longa obsidione Ierusalem,sicut habetur iiij.Reg.vlt.& describitur hîc per quamdam parabolam qua primò ponitur: Secundò exponitur,ibi,* Et dicit. *Circa primum dicitur:* Et tu sume tibi frumentum. *Talibus enim solent muniri ciuitates contra obsidionem.* (Diuisio.)

5 Et facies tibi pa.nu.dierum.*scilicet cccxc.panes.*

6 Cibus autem erit in pondere, *sicut fit in tempore obsidionis, quando victualia incipiunt deficere.*

7 Viginti stateres in die.*Stater verò idem est quod dimidia vncia,vt dicit Isidorus xvj.Etymo.* (Stater.)

8 A tempore vsque ad tempus. *id est, à principio cccxc.dierum vsque ad finem qualibet die vnum panem.*

9 Et aquam in mensura bibes sextam partem hin,*id est,sextarij.* (Hin.)

10 A tempore vsque ad tempus bibes illud.*scilicet qualibet die sextam partem vnius sextarij. Quantitas huius sextarij, & decem vnciarum panis prædicti non est nobis certa, quia mensura & pondera multùm variantur secundum tempora & prouincias diuersas: imò etiam in eadem prouincia & in locis propinquis; sicut sextarius vini minor est satis Parisiis quàm in villa sancti Dionysij; Tamen ex circumstantia litteræ satis patet,quod non erat tanta, quod sufficeret ad cibum & potum conuenientem ipsius Ezechielis: sed magis erat ad temperandum famem & sitim eius; talis enim portio datur, quando victualia incipiunt deficere in obsidionibus.* (Qualis illa mensura cibi & potus quæ hîc Ezechieli præscribitur.)

11 Et stercore quod egreditur de homine operies illud. *In Hebræo habetur:* Coques illud,*dictio enim Hebraica quæ hîc ponitur,æquiuoca est ad operire & coquere. Hebræi tamen videntur hîc melius dicere,quia in aliquibus terris, vbi est defectus lignorum colliguntur stercora boum desiccata in campis,& inde fit ignis; & idem posset fieri de stercoribus humanis,sed esset nimis abominabile.Sic igitur ad designandum qualiter Iudæi comederent cibum abominabilem in terris alienis,vbi ducerentur captiui,præcepit Deus prophetæ, quod faceret ignem de stercoribus hominum desiccatis, & in camino calefacto illo igne coqueret panem suum. Sed quia propheta hoc horruit,dixit,* (Ignis de stercoribus exsiccatis.)

10 A — 1 Ha

MORALITER.

† 11 *Et stercore quod egredietur de homine operies, &c.* Hoc secundum sensum litteralem dicitur de captis ab aduersariis & captiuatis. Ideo sequitur,

† Sic

a *Sic co.* HIER. in com. Prophetæ non modò verbis, sed & factis prophetizant, sicut Ezechiel panem comedit in stercore: sic filij Israel, & omnis populus Iudæorum, vel vt alij putant x. tribus, panem pollutum comedent in nationibus, licet non comminetur eis, qui iam eiecti, sed qui de terra promissionis eiiciendi.

quo: *Panem angelorum manducauit homo.* Non Ægyptiis carnibus, sed mannæ tenuitate viuentes. (Psal. 77.)

d *Ecce ego con.* Omnis sinistri & dextri lateris dormitio & subcinericij panis, sex specierum varietate commistio, inopiam incredibilem præsignat, quod hic aperit, *Ecce ego c.* In ecclesia quoque dominus iratus indignos nos iudicat suo pane; atque vtinam saltem in pondere & solicitudine cum mereamur accipere, & arentē linguam extremus Lazari digitus irroret, vt deficientibus pane & aqua corruat vnusquisq; ad fratrem suum: & fit vbique discordia, & Christi tunica scinditur, quam nec milites in passione ausi sunt scindere. Contabescimus autem

(Deplorat inopiam piæ doctrinæ & schismata in ecclesia. — Lucæ 16. f. — infrà 5. d. & 14. d. — Ioan. 19. d.)

b *Ha ha ha.* HIER. ibid. Non domini contradicit imperio, sed causas reddit, imò deprecatur cur hoc facere non possit: & impetrat quod petit, & sententię austeritas temperatur.

B Quæritur cur Ezechiel minorarenuat, & Osee statim scorto copulat, nec castum corpus se habere dicit: aut non debere meretricis commistione se maculari, cum teste Apostolo, *Vnū corpus efficiatur qui adhæret meretrici?* vnde ostenditur, non secundùm litteram ita fuisse in re, sed figuram synagogæ, & ecclesiæ.

(Cur Ezechiel refugiat comedere panem sordidum, & Osee non refugiat scortum ducere? Osee 1. a. — 1. Cor. 6. d.)

a ¶ Ne ignorent: Ignorantia enim solet miserias temperare.

a mine, operies illud in oculis eorum. [13] Et dixit dominus: Sic comedent filij Israel panem suum pollutū inter gentes ad quas eiiciam b eos. [14] Et dixit: Ha ha ha domine Deus. Ecce anima mea nō est pol- 1

a ¶ Quod sine effusione sanguinis moritur. b ¶ Dæmonibus.

luta, & morticinum & laceratum à bestiis nō comedi ab infantia 2 mea vsque nunc, & non est ingressa in os meum omnis caro imc munda. [15] Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimum boum pro stercori- 3

¶ Quod opere futurum monstrauit, sermone demonstrat.

bus humanis, & facies panē tuum in eo. [16] Et dixit ad me: * Fili ho- 4 d minis, ecce ego conteram baculū panis in Ierusalem, & comedent 5 6 panem suum in pondere & in solicitudine, & aquam in mēsura, & 7

a ¶ Verbi Dei. b ¶ Doctrinæ.

c ¶ Auxilium sperans: humanæ enim naturæ est in summis angustiis magis in proximo quàm in se confidere. 8

in angustia bibent, [17] vt deficientibus pāne & aqua, corruat vnus- 9 10

a ¶ Pro quibus patiuntur.

quisque ad fratrem suum, & contabescat in iniquitatibus suis. 11 12

F in iniquitatibus nostris, dum non habemus panem Dei. Vnde Ieremias: *Paruuli*, id est, vulgus ecclesiæ, *petierunt panem & non erat qui fran.* Paulus autem qui vir erat & sciebat Christum panes fregisse legales & dedisse discipulis erogandos, confidenter ait: *Panis quem frangimus nonne par. &c.* Baculum autem, id est, firmamentum panis comedere non possunt, qui adhuc lacte infantiæ egent, nec valent accipere solidum cibum. Nihil autem sic roborat animum vescentis, quomodo vitæ panis, qui scilicet confirmat cor hominis. (Thren. 4. a. — 1. Cor. 10. d.)

C † THEOD. in Ezec. sect. 2. Coactus propheta legitimam suam vitę ducendæ rationem nudans aperit, ac domino benigno supplicat, vt alio iussu quæ sibi imperata sunt abroget, & statim exorauit. Bonus enim dominus est, & qui supplicum precibus facile flectatur.

c *Fimum bo.* HIER. in com. Leuiora s. mala. Fimus namque boum ab humani stercoris longè distat immunditia: vsque hodie quoque apud Iudæos ista seruatur sententia, vt non comedant. s. panem suum in humano stercore. Neque enim idolis seruiunt, nec dæmonum portenta venerantur, sed in fimo bubalino, dum omnia propter carnem & ventrem & terrena bona operantur, vnde: *Qui fecerit ea, viuet in eis.* Nos autem comedimus panem, qui de cælo desc. de (Iudæorum modernorū studia.)

† THEOD. vbi suprà. Duo per illam panis confectionem significantur: A mensura fames in Ierusalem; ab immundo apparatu vita degenda inter gentes, quæ legem violent. Verum iustitia supplicium continet, pœnas enim soluunt eorum quæ deliquerint.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ha ha ha domine Deus. *Et dicunt expositores aliqui, quod hic triplicatur ha, ad denotandum horrorem triplicem. s. vilitatis materiæ, & transgressionis legis diuinæ, & captiuitatis significatæ. Sed hoc procedit ex ignorantia Hebraici sermonis, in quo est hic vna tantum dictio, & sonat* אהה *ahah: & est interiectio admirantis seu conquerentis, sicut dictum fuit 1. cap. Ierem.* (Ha ha ha.)

2 Et morticinum & laceratum à bestiis non comedi, &c. *q. d. Adhuc esset mihi grauius vesci pane sic abominabili.*

3 Ecce dedi tibi fi. bo. pro. ster. hu. &c. *In hoc temperauit præceptum.*

4 Et facies panem tuum in eo. *id est, coques modo prædicto.*

5 Et dixit. *Hic ponitur prædictæ parabolæ expositio seu applicatio exprimendo famem in Ierusalem futuram: cùm dicitur,*

6 Ecce ego conteram baculum panis, *id est, sustentamentum cuiuslibet cibi, qui nomine panis intelligitur in scriptura.*

7 Et comedent panem suum in pondere, *id est, non ad saturitatem, sed ad famem aliquantulum temperandam.* (Fames in Ierusalem obsessa.)

8 In solitudine, *propter diminutionē victualium & inuasionē obsidentium.*

9 Vt deficientibus pane & aqua, *id est, finaliter deficiet omnis cibus & potus.*

10 Corruat vnusquisque ad fratrem suum, *Non potens se sustinere præ debilitate & timore.*

11 Et contabescat, *id est, deficiat,*

12 In iniquitatibus suis, *id est, propter iniquitates suas quas operati sunt contra Deum & proximum, &c.*

MORALITER.

†† *Sic comedent filij Israel panem suum pollu. &c.* & per hoc signatur, quòd à dæmonibus capti per culpam mortalem, & captiuati per consuetudinem, incorporant sibi vitia vilia & enormia. (Mancipia diaboli.)

CAP. V.

a *Et tu fili hominis, &c. Et duces per caput tuū.* HIER. Cæsaries & barba pulchritudinis ac virilitatis indicium sunt, quibus rasis fœda nuditas apparescit, & pars bona capitis, quasi emortua: Sic Ierusalem & populus eius emortuus, & à viuo Dei corpore separatus, fami, pestilenriæ, cædi, gladio, captiuitati, & dispersioni traditur.

a ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum ra- 1 2 dentem pilos, & assumes eum: & duces per caput 3 tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi stateram 4 5

† THEOD. in Ezech. sect. 2. Gladius acutus, innuit vlciscendi facultatem, ademptio autem capillorum & barbæ, decoris priuationem; stateræ & pondera, diuinæ sententiæ iustitiam: nihil est enim quin ponderetur apud incomprehensibilia iudicia eius.

† RVPERTVS. Gladius acutus radens pilos, seuera scelerum vltrix sententia est, superfluos exterminatura Iudæos. Sicut enim pili capitis aut barbæ corpori adhærent, sed corporis partes aut membra non sunt: Sic Iudæi, de quibus, vel contra quos sermo est, Deo patrum suorum nomine quidem vel professione adhærebant, sed nullo veritatis timore, vel amoris affectu ad eum pertinebant.

† GREGORIVS lib. 2. mor. cap. 29. Hoc prophetæ facto iudicium redemptoris exprimitur, qui in carne apparens caput rasit, quia à Iudaico sacerdotio præceptorum suorum sacramenta abstulit, Barbam rasit, quia regnum Israeliticum deserens, decorem virtutis eius amputauit. (Christus Iudæis, quibus fuit scandalum, Sacramenta & omne alium decorem abstulit.)

Tertiam

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT V.

1 ET tu fili hominis. *Hic consequenter describitur populi Ierusalem destructio: & primò ad hoc parabola ponitur, secundò exponitur, ibi,* Hæc dicit dominus. *Parabola autem ista non solùm est verbi, sed facti. Ideo dicitur Propheta,* (Parabola facti.)

2 Su. ti. gla. acu. *In Hebræo habetur,* rasorium.

3 Et duces, *id est, duci facies.*

4 Per caput tu. *non enim posset hoc facere propheta manu propria, sed fecit hoc per rasorem. Et idem intelligendum est de dictis cap. præced. vt de coctione panis & huiusmodi, quia propheta iacens super latus suum sinistrum, immobiliter non poterat hoc facere manu propria.*

5 Et assu. tibi stateram, *id est, aptam ad ponderandum.*

Et

MORALITER.

1 *Et tu fili hominis sume tibi gla. acu. &c.* Per gladium pilos radentem, signatur pœnitentia debita peccata diluens. (Pœnitentia.)

5 *Et assu. tibi.* per hoc quod pili in statera iubentur poni, signatur quòd grauitas peccatorum debet diligenter considerari, & secundùm hoc pœnitentiæ remedium adhiberi: vnde Gregor. exponens illud Matth. 3. b. *Facite ergo dignum fructum pœnitentiæ,* dicit: *per hoc vniuscuiusque conscientia conuenitur, vt tanta licita sibi subtrahat per pœnitentiam, quanta se meminit illicita perpetrasse per culpam.* (secundùm peccatorū grauitatem assumenda.)

a *Tertiam partem,&c.* † RVPERTVS lib.1.in Ezech.c.25. Isti sunt quos trium latronum Ioannis, Simonis, atque Eleazari gladius discors, intra ciuitatem trucidauit, simulque fames, tanta multitudine, vt cùm sepeliri non possent, de muro defunctorum reliquiæ in profunda præcipitia deiicerentur. Quod aspiciens Titus, altè ingemuit, & manus ad cælum eleuans, testatur haudquaquam illud sibi ascribedum.

b *Et assumes ter. &c.* † IDEM ibid. Isti sunt quos foris consertis prœliis Romanus mucro concidit.

Incredibiles calamitates quas Romana captiuitas Iudæis attulit.

c *Tertiam verò aliam, &c.* † IDEM ibid. Isti sunt qui venditi & captiui in omnes gẽtes abducti sunt. Plurimi venales, sed pauci emptores, quia Romani habere in seruitutem Iudæos dedignabantur.

d *Et gladium nudabis, &c.* IDEM ibid. Isti sunt qui Tito procedente, & per singulas vrbes pompam celebrãte victoriæ, perimebantur in arena quocumque pergebant, ac delacerati à bestiis pendebãt merita rebellionis.

e *Et sumes inde, &c.* † IDEM ibid. Isti sunt qui vitæ reseruati vitam hactenus agunt ligatam extrema seruitute, conditione vectigali.

f *Ex eo egredietur,&c.* HIERONYMVS in comm. Sicut Machabæorum narrat historia, quamdam partem Iudæorum se tradidisse Antiocho Epiphani, & eum in persecutionem populi concitasse: & multa alia quæ in ea scribuntur historia, & in libris Iosephi, & præcipuè dissensionem Hircani & Alexandri, quorum occasione Pompeius in Ierusalem venit, & eam Romanis subdidit. Postea verò sub Tito & Vespasiano vrbs capta est templumque subuersum & post 50. annos sub Ælio Adriano vsque ad solum deleta ciuitas pristinum quoque nomen amisit.

Iosephus.

g *In medio.* HIER. ibid. Ab Oriente cingitur Asia, ab Occidente Europa, à Meridie Lybia & Africa, & à Septentrione Scythia & Armenia & Perside, & cunctis Ponti nationibus. In medio igitur Gentium sita est, vt quia *erat notus in Iudæa Deus, in Is.m.no.e.* Omnes in circumitu nationes illius sequerentur exempla; sed ipsa circa se Gentium positarũ impietatem secuta est.

Iudææ descriptio. *Psal.75.a.*

h *Quia supe.* HIER. ibid. q.d. Quid causer ego, quod in præceptis meis non ambulatis, & iudicia mea nõ facitis: cùm etiam in scelere superaueritis Gentes quæ in circumitu vestro sũt, nec feceritis ea quæ Gentes naturali lege in cordibus suis scripta sæpè fecerunt?

Iudæi gentibus nequiores.

Quia supera. HIER. ibid. Ad hoc tertiò retulit, *Ideo.* Primò dicit dominus Deus, *Ecce ego ad te, &c.* Secundò, ideo *patres comedérunt fi.su.in m.t.* Tertiò, ideo *viuo ego dicit dominus.* Et notandum, quod honesta & decora pro merito eorum qui sustinent seipsum facere profitetur; quæ tristia & Deo indigna, non se facere, sed tantum fieri dicit, vt hic, Ideo patres comedent filios suos in medio tui.

† THEODORETVS in Ezech. sect.2. quasi dicat, Quando enim gentium charactera induistis, & earum institutis perfusi, mea iudicia & leges auersati estis, & propter iniquitatis exuperantiam impietate gentes vicistis, à quibus eam didicistis: hac de causa apertè iudicabo te inspectantibus gentibus, & pœnas audientibus, vt quæ nullam à tua æquitate vtilitatem percepere, aliquam

a ponderis, & diuides eos. [1] Tertiãm partem igni combures in [a Famem & pestilentiam signat.] medio ciuitatis, [Computationem.] iuxta completionem dierum obsidionis: [2] b & assumes tertiam partem, [a Foris cædes & bella.] & concides glãdio in circumitu [a Ciuitatis. b Id est, eos.s.qui captiuitate ducendi sunt. c Insuper.] c eius: tertiãm verò aliam in ventum disperges: & glãdium nu- [3] d dãbis post eos. [a Ne captiuitas sit summa malorum. b Eos.s.qui de captiuitate redituri sunt.] [4] e [3] Et sumes inde pãruum numerum, & ligabis [5] eos in summitate pallij tui. [4] Et ex eis rursum tolles, & proii- [6] [7] [8] f cies eõs in medium ignis, [a Macedones signat, sub quibus habitatores Iudææ & præcipuè Ierusalem multa perpessi. b Populo.s.Iudæorum.] & combures eos igni, & ex eõ egre- [9] dietur ignis in omnem domum Israel. [10] [5] Hæc dicit domi- [11] g nus Deus: [a Quasi in vmbilico mundi, vnde, Operatus est salutem in medio terræ. b In exemplum boni.] Ista est Ierusalem: in mẽdio Gentium posui eãm, & [12] in circumitu eius terras. [13] [Econtrario. Sequens exemplum Gentium.] [6] Et contempsit iudicia mea, vt plus [14] esset impia quàm Gentes: præcepta mea, vltrà quàm terræ, [Retrorsum.] quæ in circumitu eius sunt. Iudicia enim mea proiecerunt, [Proficiendo.] & in præceptis meis non ambulauerunt. [7] Idcirco hæc dicit h dominus Deus: Quia superastis Gentes, quæ in circumitu [15] vestro sunt, & in præceptis meis non ambulastis, & iudicia

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et diui. *s. pilos capitis tui, & barba in tres partes æquales. Et quia hoc non poterat bene fieri numerando, præcipitur fieri ponderando.*

2 Tertiam par. *s. Ierusalem descripta in latere, ad designandum quòd tertia pars populi Ierosolymitani moreretur fame & peste obsidionis tempore. Et hæc pœna vocatur hic combustio ignis, In scriptura enim sacra frequenter nomine ignis intelligitur alia pœna.*

Ignis pro quolibet supplicio.

3 Et assumes. *ad designandum quòd magna pars populi Ierosolymitani occideretur à Chaldæis extra muros: quia aliquando exibant ad irruendum per obsidionem, & ibi occidebantur saltem multi non potentes se retrahere intra ciuitatem. Aliqui etiam occultè fugientes de ciuitate capiebantur à Chaldæis & occidebantur.*

Eruptiones Ierosolymitis frustra factæ contra Chaldæos obsidentes.

4 Tertiam. *hoc in parte dicitur pro fugitiuis in Aegyptum post captionem ciuitatis, vt habetur Ierem.xlij.*

5 Et gla. *quia Nabuchodonosor postea intrauit Aegyptum, & illos partim occidit, partim captiuauit, sicut eis prædixerat Ieremias.*

6 Et sumes. *i. de ista tertia parte.*

7 Paruum nu. *ad signandum illos, qui postea ducti sunt in Babylonem captiui, & in vita conseruati.*

8 Et ex eis, &c. *ad designandum Achab, & Sedechiam, quos in igne frixit rex Babylonis vt habetur Ierem.xix.*

9 Et ex eo. *hoc est ex illo igne seu combustione.*

10 Egredietur. *i. increpatio pœnæ seu maledictionis. Ex punitione enim illorum duorum assumptus est modus communis loquendi in populo Israel, vt cùm vnus malediceret alteri, dicebat: Sic tibi contingat sicut contigit Achab & Sedeciæ, sicut dicitur Ierem.xxix. Sic exponit litteram istam Rab.Sal. Expositores autem Latini exponunt de pœna reuertentium de Babylone, qui muros ciuitatis reparauerunt in angustia magna, vt habetur in libro Neemiæ, & de malitia quorumdam qui tempore Machabæorum concitauerunt Gentiles contra Iudæam, vt habetur j. & ij. Machab. sed prima expositio planior & magis consona littera videtur.*

De quibus exponendã sit illud, Egredietur, &c.

11 Hæc di. *Hic consequenter ponitur expositio parabolæ, primò tamen ratio dictæ destructionis assignatur; secundò parabola ad propositum applicatur, ibi,* Tertia pars. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

12 Ista est. *i. ciuitas quam in latere descripsisti Ierusalem significat.*

13 In medio. *quia sita est in quarto climate terræ habitabilis septem climatibus distinctæ.*

14 Et cont. *duplici ratione, s. quia Gentes leges sibi traditas à suis maioribus seruauerunt: Iudæi verò legem à Deo sibi datam reliquerunt, vnde Ierem.ij.c. dicitur,* Si mutauit Gens Deum suum. *i. non mutauit. & subditur,* Populus autem meus mutauit gloriam suam. *i. Deum suum in idolum. Item propter ingratitudinem beneficiorum à Deo receptorum in legis datione, & manna cælestis nutritione, & similibus quæ non fecerat Deus aliis Gentibus, secundum quod dicitur Psal.cxlvij.b.* Non fecit taliter om.na.&c. *Ingratitudo verò aggrauat alia peccata, ideo sequitur,*

Iudæi magis impij quam gentes.

15 Quia superastis Gentes. *s. in malitia.* Et

MORALITER.

† 1 *Et diuides.* per hoc quod in tres partes diuiduntur, signatur quòd peccata ex tribus radicibus committuntur, quæ sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.

Tres peccati radices. 1.

2 *Tertiam.* per quam signantur peccata carnalia, quæ comburi debent afflictione corporali, secundum illud Psal.xxv.a. *Vre renes meos & cor meum.*

2.

3 *Et assumes.* per hanc partem signantur peccata ex superbia vitæ procedentia, quæ sunt humilitatis gladio concidenda: hic enim est gladius, quo Goliæ superbi caput amputatur.

4 *Tertiam verò aliam.* per quam signantur peccata ex oculorum concupiscentia procedentia, quæ sunt per dispersionem bonorum temporalium in piis operibus redimenda, secundum illud Daniel. iiij.a. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas in misericordiis pauperum,* & de tali dispersione dicitur Psalm.cxj.b. *Disper. de pau. iu. e. m. in sa. sac.*

3.

† MORA-

mea non fecistis, & iuxta iudicia Gentium quæ in circumitu vestro sunt, non estis operati. [8] Ideo hæc dicit dominus Deus:

a ¶ Non alius. b ¶ Non per angelum, non per quemlibet ministrum. c ¶ Quamuis iratus, non excedam pœnarum mensuram.

Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis

a ¶ Ante. ¶ Quia seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, vapulabit plagis multis. Et: Potentes potenter tormenta patientur.

Gentium: [9] & faciam in te quæ non feci, & quibus similia vltrà nō faciam propter omnes abominationes tuas. [10] Ideo patres comēdent filios suos in medio tui, & filij comedent patres

a ¶ In Romana obsidione, non solum in Babylonica.

a ¶ Quia Romana captiuitate in totum mundum dispersi sunt; & hoc est, in omnem ventum capillorum barbæque dispersio.

suos. Et faciam in te iudicia, & vēntilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum. [11] Idcirco viuo ego dicit dominus

a ¶ Propriè hoc ad Ierusalem. b ¶ Me, scilicet, deserens, in templo idola coluisti.

Deus, nisi pro eò quòd sanctum meum violāsti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego

a ¶ Idola tua. b ¶ Cùm videro afflictionem vestram.

quoque cōnfringam, & non parcēt oculus meus, & non miserēbor.

a ¶ Aposiopesis. b ¶ Hieron. De hoc capitulo dictum est suprà. Hieron. LXX. aliter hoc dicunt; sed Aristeus & Iosephus & omnis schola Iudæorum 5. libros Moysi tantum à LXX. translatos esse asserunt.

[12] Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui, & tertia pars tui gladio cadet in circumitu tuo. Tertiam verò partem tuam in omnem ventum dispergam, & gladium euaginabo post eos. [13] Et cōmplebo furorem meum, &

a ¶ Humano affectu loquitur, non quod irascatur, sed nos per pœnas atque cruciatus eum iratum sentimus.

¶ Accepta vindicta.

requiescere faciam indignationē meam in eis, & consolabor.

a ¶ Hieron. Sub metaphora viri & vxoris. Dum enim vxorem diligit, zelotypus est; si negligit, dicit zelus meus recessit à te, & vltra non irascar tibi.

Et scient, quia ego dominus lōcutus sum in zelo meo cùm impleuero omnem indignationem meam in eis. [14] Et dabo te in desertum & in opprobrium Gentibus quæ in circumitu tuo sunt, in cōspectu omnis prætereuntis. [15] Et eris opprobrium, & blasphemia, exemplū & stupor in Gentibus, quæ in circumitu tuo sunt, cū fecero in te iudicia in furōre & indignatione, & in

a ¶ Vnde Paulus: Eramus natura filij iræ.

☞ aliquam saltem percipiant à tuo supplicio.

A a *Similia.* HIERONYMVS in comm. Multa duriora post mortem filij facturus est. Aliud est enim coluisse aliquando idola, aliud Dei filium trucidasse.

b *Ideo pa.* HIERONYMVS ibid. Matres filios deuorasse legimus, sed nec patres filios, nec filios patres.

HIERONYMVS ibid. In ecclesia sæpè magistri cōtra discipulos suos, patres contra filios, & discipuli cōtra magistros: Id est, filij contra patres, mutua seditione concitantur, vnde Apostolus, *Si inuicem accusatis, videte ne ab* B *inuicem consumamini.* Inde propheta, *Vt edant carnes me.* Et Iob, *Quis det de carnibus eius, vt saturemur;* Insuper magistris qui lucra mundi, nō subditorum salutē quærunt, dicitur, *Qui deuo. ple. m. si. es. panis.* De quibus Apostolus: Et comedent domos viduarum.

Schismata & discordiæ. — Gal. 5. c. — Psal. 26. a. — Iob. 31. d. — Psal. 52. a. — Matth. 23. b.

c *Idcirco.* HIERONYMVS ibid. Hoc idem sacerdotibus & magistris dicit dominus, *Sanctum meum violasti* C *in omnibus, &c.* Ego quoque vos conteram atque confringam, & reddā quod in populum meum iniquè egistis; cuius lanis vos tegitis, & lacte & caseo vescimini, & fractum ac morbidum non requiritis.

d *Sanctum meum.* † THEODORET. in Ezech. sect. 2. Sancta vocat, non solum præcepta legis, sed etiam dedicatum sibi templū: quod idolis in eo collocatis polluerunt; offensiones autem & abominationes idola nuncupat: Abominationes, vt abominationis plena; offensiones, vt omni repleta iniucunditate.

Sancta. — Abominatio. — Offensio.

ditate. Huic simile est illud quod à Rebecca dicitur, *Infensa sum anima mea propter filias Chananæorum, si acceperit Iacob filius meus ex ipsis vxorem, vt quid mihi viuere.* Hoc est, valdè abominor filias Chananæorum. D

Genes. 27.

e *Et non miserebor.* HIER. vbi suprà. Afflictionis tuæ, quia tu misereri noluisti; vnde, *Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

Matth. 5. a.

f *Et complebo furorem.* † THEODORETVS vbi suprà. Expers affectionis numen est, & ab ira prorsus vacuum: Vtitur autem humanis nominibus, ita appellans ea quæ fiunt, E cùm homines puniuntur. Illud verò *explebitur ira mea super ipsos,* id significat, finem habebit; Cumque experientia docti didicerint ipsi, me Deum esse ac dominum, qui auersatus eorum scelera, supplicia intuli, *consolabor;* Hoc enim consilio, pœnas irrogaui.

Ira Dei quid dicatur?

g *Et scient.* HIERONYMVS in com. Non consumpti fame & peste & gladio, sed F dispersi in omnem ventum, aliorū mortibus suisque miseriis Deum sentient iratum, quem clementem scire noluerunt.

h *Et dabo.* HIERONYMVS ibid. Prodest Ierusalem ea vitia desolari & in desertum redigi, & sua peccata cognoscere: vt quæ ceteris Gentibus in exemplum virtutum esse debuerat, sit exemplum miseriarum: vt qui dicit, *Aduena ego sum apud te, & pe. si. o. pa. mei;* vnde alibi, *Et non dixe. qui præte. bene. do. sup. vos,* vt videant opprobrium eius & doleant.

Psal. 32. e. — Psal. 128. a.

☞ a *Sagit.*

NICOLAVS DE LIRA.

℟. 1 Et iuxta iudicia Gentium quæ in circumitu vestro sunt, &c. *Id est, minus iustè, quàm ipsi, vixistis.*

2 Faciam in medio tui iudicia, *Id est, vindictas iustitiæ meæ.*

3 Et faciam in te quæ non feci, *Scilicet temporibus præteritis.*

4 Et quibus similia vltrà non faciam, *Istud vltra non significat perpetuitatem à parte post, sicut nec illud Isaiæ 2. b.* Et non exercebuntur vltra ad prælium; *sicut plenius fuit ibi dictum; sed importat tempus longum, scilicet quousque iterentur tales abominationes, vel maiores: quod impleuerunt Iudæi in occisione Christi, propter quod incurrerunt tanta mala, vel maiora per Romanos, quanta incurrerant per Chaldæos; ideo subditur,*

Vis vocis vltra.

5 Comedent patres filios suos in medio tui, & filij comedent, &c. *Hoc enim in vtraque obsidione, scilicet Chaldæorum & Romanorum fuit impletum.*

6 Idcirco viuo ego dicit dominus Deus, nisi. *Id est, sicut verum est, quod ego sum vita per essentiam: ita verum est quod inferam dictam pœnam.*

7 Pro eo quod sanctum meum, *Id est, templum meo nomini consecratum,*

8 Violasti in omnib. *Scilicet ponendo ibi idola, vt habetur 4. Reg. 21.*

9 Ego quoque confringam, *Id est, te destruam, sicut lagenam in partes minimas confractam.*

10 Et non parcet oculus meus, *In effectu exteriori:*

11 Et non miserebor. *Affectu interiori.*

12 Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui, &c. *Hic consequenter parabola suprà posita ad propositum applicatur, & ex prædictis exponendo litteram parabolæ patet littera vsque ibi.*

13 Et complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam, &c. *Loquitur de seipso ad modum hominis irati, cuius ira quiescit inflicta vindicta.*

14 Et consolabor. *Passiones enim irascibilis terminantur in passiones concupiscibilis: Vindicans enim malum sibi illatum valdè delectatur 2. Rhetorica, & 4. Ethicorum dicitur. Ira dulcior melle in pectoribus virorum liquescit.*

Prædicitur crudelissima pœna Ierusalem.

15 Et scient, *Per experientiam pœnæ à me illatæ.*

16 Quia ego domi. *Potens vindictam facere.*

17 Et dabo te. *Quæ prius eras magnificè habitata: Et loquitur de Ierusalem destruenda.*

18 Et eris opprobrium Gentibus, *Quæ ante fueras summè honorata.*

19 Et blasphemia, exemplum & stupor. *Ex hoc enim quod videbatur tanta destructio, dicebatur, quod hoc contigerat propter horribilia mala quæ fuerant in ea.*

a ¶ Nos quoque cum Ieruſalem in hoc tabernaculo grauati ingemiſcimus, iram domini ſuſtinentes, quoniam peccauimus ei. b ¶ Hæc omnia.

increpationibus iræ, [16] quæ ego dominus locutus ſum, quando miſero ſagittas famis peſſimas* in eos, quæ erunt mortiferæ, & quas mittam, vt diſperdam vos. Et famem congregabo ſuper vos, & conteram in vobis baculum panis, [17] & mittam in vos famem & beſtias peſſimas vſque ad internecionem. Et peſtilentia & ſanguis tranſibunt per te, & gladium inducam ſuper te: Ego dominus locutus ſum.

¶ Mutatio perſonæ. a ¶ Horum noſtris temporibus memoria magis re ipſa ſuſcitatur, quàm littera quando videmus captiuos. ¶ Vel firmamentum. a ¶ Verbi Dei; panis, qui de cælo deſcendit. b ¶ Omnia nociua animalia. ¶ Morbus. ¶ Gladius.

a *Sagitt.* HIERONYMVS in com. Quidquid mali ſuſtinemus, pro peccatis noſtris accidere manifeſtum eſt; vnde & fames, quæ in Regum volumine, & Ruth, & ſub Elia (quando tribus annis, & ſex menſibus cælum clauſum eſt) & ſub Eliſæo (cuius incredibilē inopiam repentina abundantia compenſauit) Dei iudicio miſſa eſt.

Pro peccatis mala ſuſtinemus. Ruth 1.a. 3.Reg.17.a. 4.Reg.6.f.

HIERONYMVS ibid. In nos quoque pro peccatis noſtris fames mittitur verbi Dei, deinde mors, vt quoniam audiuimus, *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus*; ſentiamus, *Mors peccatorum peſſima.*

Pſal.33.b. Ibidem.

b *Et beſtias.* HIERONYMVS ibid. Beſtiæ peſſimæ in nos mittuntur, quando tradimur in paſſiones ignominiæ, in reprobum ſenſum, & conſcientiam peccatorum, quæ excruciant atque lacerant animum noſtrum: diſſenſiones, hæreſes, ſchiſmata, æmulatio, inuidia, detractio, deſideria multa, auaritia, quæ eſt radix omnium malorum, &c. peſſimæ beſtiæ ſunt: vnde, *Corripiet te præuaricatio.* Et alibi, *Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi.*

* ſuprà 4.d. & 14.d. 1.Cor.11.g. Beſtiæ ſpirituales. Ierem.2.d. Pſal.73.d.

† THEODORETVS in Ezech. ſect. 2. Beſtias malas, crudeliſſimos Chaldæos appellauit, inſtar beſtiarum cruorem vorantium, inuadentes & alios occidentes, alios viuos capientes, alios bello captos in ſeruitutem abducentes.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quando miſe. *Dicit enim Vegetius libro de re militari, quòd in ciuitatibus obſeſſis & aliquando in caſtris, acrius pugnat fames, quàm gladius.*

Vegetius.

2 Et conteram in vo. baculum panis. *Id eſt, omne ſuſtentamentum cibi.*

3 Et beſtias peſ. *Serpentes, & animalia venenoſa ad vos intoxicandum, & interficiendum flatu & morſu.*

4 Et peſtilentia, *Id eſt, aër corruptus.*

5 Et ſanguis, *Id eſt, gladius effundens ſanguinem.*

6 Tranſib. per te. *Et ſubditur,*

7 Ego dominus, &c. *Cuius verbum non poteſt eſſe falſum, & ſic pœna dicta infallibiliter veniet.*

CAP. VI.

a ET factus eſt ſermo domini ad me dicens: [2] Fili hominis pone faciem tuam ad montes Iſrael, & prophetabis ad eos, [3] & dices: Montes Iſrael audite verbum domini Dei: Hæc dicit dominus Deus montibus & collibus, rupibus & vallibus. Ecce ego inducā ſuper vos gladium, & diſperdā excelſa veſtra, [4] & demoliar aras veſtras, & confringētur ſimulachra veſtra. Et

¶ Vel obfirma. a ¶ Qui idolis occupati. a ¶ Non auribus, ſed imperio & potentia creatoris, cui ſimile: Mare vidit & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Mari quoque dicitur: Tace & obmuteſce. Et de terra dicitur: Qui reſpicit terram, & facit eam tremere. ¶ Superbis. ¶ Scientia inflatis. a ¶ In quibus idola adorabant. a ¶ Non meas. b ¶ Quæ de corde finguntur. ¶ Fictos Deos.

CAP. VI.

a *ET factus eſt ſermo, &c. Montes.* HIERONYMVS in comm. Idola ſubuertenda ſignificat, & aras & ceremonias; Poſſumus per montes Iſrael, principes accipere, & eos qui ſapientia potentiaq; & ſcientia, & diuitiis, pollebant; & nota quod facies contra montes obfirmatur; nec ſolis montibus loquitur, ſed & collibus, rupibus, & vallibus, in quibus inferior dignitatis & gradus ſcientiæ prudentiæque cognoſcitur.

Principes & populus.

HIERONYMVS ibid. Montes ſunt qui ad perfectam ſcientiam peruenerunt: Colles paulò inferiores; & rupes, nullam ſcientiam habentes, & tantum in conuerſatione fidentes, aliquid ſibi de ſcripturis præſumunt, habentes zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam; Valles, nouiſſimi in eccleſia, qui & vita & ſcientia inferiores, tamen de conuentu dominicæ familiæ non recedunt. Omnes verbum domini iubentur audire, vt vnuſquiſque pro modulo ſuo intelligat quid dominus præcipiat.

† RVPERTVS lib. 1. in Ezech. c. 26. Malorum omnium, quæ hic dicta ſunt, maximè principes ſacerdotum & ſcribas ac Phariſæos cauſa premit: & hic ſermo propheticus, ſub nominibus montium & collium rupium & vallium, cōtra eoſdē ſacerdotes inuehitur.

Sacerdotes, Scribæ & Phariſæi.

† THEOD. in Ezech. ſect. 2. Nō ſunt montes ratione præditi, neque item animati, quin etiam ſenſu carent: cum rebus tamē inanimis colloquitur, vt res ratione præditas magis coarguat. Ita etiā regnante Ieroboam, ad altare vir Dei fecit.

b *Hæc di.* HIER. ſuprà. Hic ſæpè in hoc propheta dicitur *Adonai* dominus. Adonai vnum eſt de decem vocabulis Dei, & ſignificat *dominum*, quo ſæpè & in hominibus vtimur. Hoc quoque Sara Abraham dominum ſuum vocabat vocabulo, & vbi dicitur: *Domine mi rex*, Adonai ſcriptum eſt. Quando igitur duo *domini & domini* iunguntur nomina, prius commune eſt; ſecundum proprium nomen Dei, proprium ἄῤῥητον dicitur, id eſt, ineffabile, quod ſcriptum fuit in aurea lamina, quæ erat in fronte ſacerdotis.

Domini nomen duplicatum quomodo intelligendū ſit. Geneſ.18.b. Exodi 28.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VI.

1 ET factus eſt. *Poſtquam deſcripta eſt Ieruſalem obſidio & populi eius deſtructio hic conſequenter deſcribitur totius Iudææ vaſtatio, & diuiditur in duas partes: quia primò deſcribitur hæc vaſtatio; ſecundò vaſtationis acceleratio cap. ſequenti. Præſens autem capitulum in tres partes diuiditur, quia primò deſcribitur Iudææ generalis vaſtatio; ſecundò aliquorum ſpecialis reſeruatio, ibi, Et relinquam; tertiò ceterorum finalis deſtructio, ibi,* Hæc dicit dominus. *Circa primum dicitur,*

Diuiſio.

2 Fili ho. p. f. t. *Id eſt, reſpice terram Iſrael vultu irato, ad deſignandum iram Dei contra ipſam.*

3 Hæc dicit domi. *q. d. Nullus locus remanebit indiſcuſſus ab aduerſariis diſcurrentibus vbique ad interficiendum homines latitantes, & rapiendam ſibi bona abſcondita, & comburendum ædificia.*

4 Et diſperdam excelſa, *vbi colebantur idola.*

5 Et deiiciam interfe. *Quia corpora interfectorum vbique dimittentur inſepulta; cetera patent in littera vſque ibi,*

MORALITER.

1 *Et fact.* Secundùm litteralem ſenſum in hoc cap. deſcribitur vaſtatio Iudææ generaliter per regem Babylonis: per quam myſticè ſignificatur eccleſiæ vaſtatio per aſtutiam dæmonis. In eccleſia verò militante ſunt principes & prælati; qui per montes ſignantur, propter altitudinem ſtatus ſui; Sunt etiam milites & clerici, qui per colles ſignantur, quia minores ſunt principibus & prælatis; Colles verò minores ſunt montibus; Sunt etiam religioſi, qui deſignantur per rupes, eò quòd ſtatus religioſorum eſt ſtatus aſperitatis; Sunt etiam laici vulgares, qui per valles ſignantur, eò quòd ſunt in inferiori ſtatu reſpectu prælatorū. Et in omnibus iſtis ſtatibus ſunt peccatores multi iuſtè pro ſuis peccatis puniendi, de quibus ſubditur,

Vaſtatio Eccleſiæ in ſingulis ſtatibus.

3 *Hæc dicit dominus Deus monti. & col. &c. Ecce ego adducam ſuper vos gladium, &c.* Scilicet iuſtitiæ meæ per punitionem debitam iniquitati veſtræ. Et ſubditur cauſa, cùm dicitur,

4 *Et diſperd. exc. &c.* Id eſt, idololatrias veſtras. Idolum enim cuiuſlibet

a *Et disper.* HIERONYMVS in com. Quod dicit de ossa montium A dispergere, indicat quosque eorum fortissimos ab inuicem separandos. Prodest enim peruersæ scientiæ malos à malis diuidi, sicut illi qui ædificabant turrem, pro vtilitate sua, dispersi sunt, & linguæ eorum diuisæ sunt, ne consensus pessimus peiores faceret eos, ita ossa montium disperguntur, vt conatus suos vanos intelligant.

Genes.11.a.

Vtiliter mali dispergūtur ne societate inuant.

† THEODORETVS in Ezech. sect. 2. Ab inanimis ad ratione præditos conuertit orationem, minaturque cadaueribus cōpleturū se idolorum delubra & humanis ossibus dæmonum aras, docēs ipso supplicio, nihil eis dæmonum profuisse B cultum, neque ex illis opem aliquam aut auxilium habuisse, in his, quæ sibi fuerunt illatæ, calamitatibus.

b *Et cadet interf.* HIER. suprà. Quem scilicet montes interfecerunt, vel ecclesiastici viri, qui malè viuentes, in salutem suam occiderunt: tunc scilicet finis erit montium superborū, vt cognoscant, quod ipse sit dominus. Potest autem fieri vt de vno populo montium aliis interfectis alij cognoscant. Pestilente enim flagellato stultus astutior erit.

C Mali correcti aliorum doctrina vel supplicio.

† THEODORETVS vbi suprà. Quamobrem pœna diuinæ cognitionis est magistra: Idcirco etiam Beatus Dauid dicebat, *Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.*

c *Qui fu.* HIERONYMVS suprà. Apostoli scilicet de semine Israel reseruati sunt, vt Euangelium prædicarent in mundum dispersi. Potest autem dici, quod ideo aliqui de captiuitate Iudaica seruati sunt, vt in Gentibus recordarentur nominis eius, & potentiam prædicarent, hæretici quoque, qui euadere potuerunt D gladium perditionis eorum & fictiones (quæ contra Deum fuerant concitatæ) huc illucque dispersi, recordabuntur nominis domini pœnitentiam agentes, & à Catholicis se esse captos exultantes.

a ¶ Vt ibi iaciantur corpora mortuorum, vbi prius hostiæ. ¶ Vt scilicet se mortuos & figmenta sua nihil sibi prodesse sentiant.

deiiciam interfectos vestros ante idola vestra. [5] Et dabo cadauera filiorum Israel ante faciem simulachrorum vestrorum, &

a ¶ Non tantum montium, sed eorum qui iacebant in circumitu earum. ¶ Vrbibus & viculis.

a dispergam ossa vestra circa aras vestras [6] in omnibus habitatio-

a ¶ Conuentus hæreticorum. b ¶ Causa quia vrbes montium destruuntur, vt scilicet excel. demo. ¶ Superbiæ.

nibus vestris. Vrbes desertæ erunt, & excelsa demolientur, &

a ¶ Peruersorum dogmatum.

dissipabuntur, & interibunt aræ vestræ, & confringentur, &

a ¶ Quæ corde suo simularunt. b ¶ Phana quæ contra templum domini construxerunt. ¶ Non templa. c ¶ Non Dei.

cessabunt idola vestra, & conterentur delubra vestra, & dele-

a ¶ Montium, Id est, magistrorum, falsæque scientiæ.

b buntur opera vestra, [7] & cadet interfectus in medio vestri: & [1]

a ¶ Alia littera non habet sum. b ¶ Vnde: Reliqui mihi in Israel septem millia virorum, &c. Et Paulus: Reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ fient.

scietis quia ego sum dominus. [8] Et relinquam in vobis eos qui [2]

c fugerint gladium in Gentibus, cùm dispersero vos in terras: [9] &

a ¶ Alias liberati. ¶ Apostoli, vel Cyrus & Darius. b ¶ In quibus captiuitatis tempore versabantur.

recordabuntur mei liberatores vestri in Gentibus ad quas ca- [3]

a ¶ Vnde Hosee 4.c. Spiritu fornicationis seducti sunt. ¶ Cum idolis.

d ptiui ducti sunt: quia contriui cor eorum fornicans & rece- [4] [5] [6]

¶ Adulterio plenos.

e dens à me, & oculos eorum fornicantes post idola sua: & dis-

¶ Pœnitentes.

plicebunt sibimet super malis quæ fecerant in vniuersis abo-

f minationibus suis, [10] & scient quia ego dominus non fru- [7]

stra loquutus sum, vt facerem eis malum hoc. [11] Hæc dicit [8]

a ¶ Malis operibus separando. b ¶ Ne gradiatur itinere peccatorum.

g dominus Deus: Percute manum tuam & illide pedem tuum, [9] [10]

d *Quia con.* † THEODORET. vbi suprà. Sine vlla dubitatione, inquit, eos pœnitebit, quod à me deficientes idolorum cultum complexi fuerint. Hoc enim hoc in loco *fornicationem*, vocauit, & ipsa experientia discent, à me, neque iniustè, neque sine sua vtilitate eos E huiusmodi suppliciis affectos. Impietas enim iustitiam ostendit, vtilitatem pœnitentia.

De eis quibus supplicia profuerunt.

HIERONYMVS vbi suprà. Hæreticorum quoque cor vtiliter conteritur. Id est, thesaurus peruersorum dogmatū, quia recessit à domino, & fornicātes oculi post adinuentiones suas, qui cùm domini fuerint recordati, displicebūt sibi in abo- F minationibus suis: & intelligentes veræ fidei veritatem scient, quia ipse dominus, qui ideo percutit vt sanet.

Hæreticorū Palinodia.

e *Et oculos.* Per quorum fenestras mors intrat, vnde duo presbyteri in Daniele Susannam nudari fecerunt, vt saltem aperti corporis decore fruerentur.

Oculus est animæ ianua mortis. Hosee 6.a. Daniel.13.d.

f *Non frustra locutus, &c.* GREGORIVS. Quia pœnituerunt. Impœnitentibus dicitur, *Sine causa percussi filios vestros, disciplinam enim non receperunt*, vel recipere noluerunt.

Ierem.2.f.

g *Percute manum tuam.* HIER. vbi suprà. Vt non modo voce, sed & gestu & habitu, stuporem admirationemque significes super ☞ peccatis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et scietis, quia. *vindicta mea.*

2 Et relinquam. *Hic consequenter describitur aliquorum specialis reseruatio, quia ad hoc sunt reseruati in vita & ducti inter Gentiles, vt per pœnitentiam ad Deum conuerterentur, & à Deo in periculis liberarentur, & ex tali liberatione mirabili multi Gentiles conuerterentur ad fidem vnius veri Dei, sicut in lib. Esther legitur esse factum liberato populo à persecutione Aman. & Daniel.3. vbi dicitur quod liberatis tribus pueris de camino ignis rex præcepit per totum regnum suum reuereri Deum cæli. Et hoc est quod dicitur,* Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium, *scilicet, Chaldæorum, ad vitam reseruati.*

Consilium Dei in seruandis reliquiis Iudæorum.

3 Et recor. mei. *Vt patet in exemplis positis.*

4 Quia contriui cor. eo. *Vexatione dante eis intellectum.*

5 Fornicans. *Per idololatriam.*

6 Et recedens. *Latriam negligendo, ex hoc videtur, quod non bene dicant, qui exponunt passum istum de Apostolis & aliis credentibus ex Iudæis: quia non fuit in eis pœnitentia de idololatriæ peccatis quæ hic tanguntur, quia illo tempore & ante per longum tempus cessauerat idololatria in Iudæis.*

Non rectè de Apostolis exponi hunc locū.

7 Et scient, &c. vt fa. eis malum, &c. *Scilicet pœna, Dicit enim Philosophus 5. Ethicorum quod pœnæ sunt quædam medicinæ ad peccati correctionem. Et ideo sicut medicina dicitur esse frustra, quando non inducit sanitatem: sic pœna inflicta dicitur esse frustra, quando ad eam non sequitur correctio, sicut dicitur Ierem.2.f.* Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt, *sed si inde sequitur correctio, sicut in proposito, tunc non est frustra à fine suo.*

Pœna est frustra cùm non sequitur correctio.

8 Hæc di. *Hic consequenter denuntiatur ceterorum finalis destructio propter obstinationem eorum in malo, cùm dicitur propheta,*

9 Percute manum. *Percutiendo manus ad inuicem ad modum dolentis & irati.*

10 Et illide pedem. *Impingendo ad lapidem ad modum hominis turbati, qui non aduertit vbi pedem suum ponit.*

☞ Et

MORALITER.

† iuslibet peccatoris, est vitium, cui principaliter mancipatur. Ephesiorum 5.a. *Omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod est idolorum seruitus.* Illud *quod est idolorum seruitus*, non solum refertur ad auaritiam, sed etiam ad alia vitia, Igitur secundum hoc potest dici quod principes idololatrant superbiæ, Milites & clerici simplicium oppressioni iniustæ, nam milites opprimunt simplices per potentiam, clerici verò per astutam malitiam, Religiosi verò per iustitiam simulatam, vulgares homines opprimunt se mutuò per fraudulentiam in contractibus humanis. Verumtamen quia in quolibet statu prædicto sunt aliqui boni, ideo subditur:

Idolum seu vitium principans in vnoquoque statu.

2 *Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium.* Id est, euaserint punitionem æternam, quæ dupliciter euaditur: Vno modo per innocentiam vitæ, Alio modo per emendam pœnitentiæ debitæ, & quantum ad hoc subditur, *Et recordabuntur mei.*

Dupliciter modo euaditur supplicium æternum.

peccatis eorum. Quomodo enim aliquid nouum mirandumque conspicientes, tam corpore quàm animo perhorrescimus, manibus plaudimus, pedem ad terram allidimus, vocem ad fletum inclinamus: sic propheta facit, oculis animi cernens ventura supplicia, & abominationes domus Israel.

HIERON. in com. Qui singulis, vel pluribus deditus vitiis, non potest ab eis separari: quasi quodã veterno, pestilentiæ corruit morbo.

HIER. ibid. Qui ab ecclesia recesserit, statim peste morietur, Qui sibi sciolus videtur & diligens, nisi cauerit, gladio ferietur inimici, Qui simplici contentus fide, quasi brutum animal, versatur quidem in ecclesia, sed nullo opere proficit, nec sicut formica præparat in messe sibi cibum, fame morietur.

Qui de Ecclesia pereant.

Percute, &c. †THEODORETVS in Ezech. sect. 2. Me, inquit, declarante & sententia decernente omnis generis supplicia, tu plaude, & admirare sententiæ iustitiam, deinde iisdem rursus prædictis rebus, eos videlicet fame, peste & hostium cæde interituros & captiuos abductum iri, ac fore, vt circum aras idolorum cultui dicatas pereant.

a *Et sciet.* HIERONYMVS suprà. Quando magistri hæreticorum ab ecclesiasticis, qui instructi sunt doctrina scripturarum, contriti sunt atque superati, videmus interfectos peruersorum dogmatum iacere inter simulachra, quæ finxerant de corde suo, & eos qui se eleuabant contra scientiam Dei, stratos in montibus collibusque sub omni ligno nemoroso, quæ habebant verba pompatica vmbrasque foliorum, & non poma bonorum operum, qui erant sub omni quercu frondosa, quæ non fert fructum hominum, sed pecorum, vbi accenderunt *thura redo. vni. ido.* scilicet, quomodo enim sanctus odore suo Deum delectat, sic peccator ex cuius persona dicitur (*Putrue. & cor. sunt ci. m. à fa. insi. me.*) accendit idolis suis thura fœtentia.

Hæretici à Catholicis victi.

Psal. 37. b.

b *A deser.* HIER. suprà. *Deblatha*, massam ficuum sonat caricarumque inter se compactarum, vt postquã scilicet hæretici in simulata dulcedine quæ non erat terræ cultæ, sed solitudinis amaritudinem repererint, cognoscat quod ipse sit dominus. Mel enim distillat de labiis meretricis, quod ad tempus impinguat fauces vescentium, & postea felle amarius reperitur. Hoc quoque significant duo calathi ficuum in Ieremia contra faciem templi, vnus ficuum optimarum, vnus pessimarum: quorum alter ad ecclesiam refertur, alter ad congregationem malignantium.

Hæreticorũ doctrina videtur prima facie mellita, sed deinde in amaram.

HIERONYMVS ibid. Multi putant *Deblatha* & *Reblatha* idem esse, propter similitudinem *daleth* & *res* Hebraicarum litterarum, quæ paruo apice distant.

a ¶ Vt plangas & plores quæ tibi displicent. ¶ Hæc est causa quod habitatores, scilicet montium & ararum, idolorumque cultores gla. fa. pe. m. sunt.

a ¶ Obsidionem fugiens in desertis. b ¶ Famæ.

a ¶ Actus omni vento doctrinæ. b ¶ Hostium. c ¶ Diuisus à fidei vnitate.

a ¶ In vrbe. b ¶ Verbi Dei. c ¶ Ignorans eum, qui dicit, Ego sum vita. d ¶ In his omnibus.

a ¶ Quasi superetitis. ¶ Ab hostibus.

¶ Quæ colebant.

¶ Lucos. f.

a ¶ Non Deo qui potest liberare. ¶ Quæ non profuerunt eis. ¶ Tunc. b ¶ Ad vltionem. c ¶ Hucusque contractam.

a ¶ Hæreticos. b ¶ Ecclesiam eorum.

a ¶ Quæ est in terra, Emath. quæ nunc Epiphania vocatur. b ¶ Vt nihil sit inter solitudinem & mare magnum, quod non hostilis mucro consumpserit.

& dic heu ad omnes abominationes malorum domus Israel,[1] quia gladio, fame, & peste ruituri sunt.[2] Qui longè est,[3] peste[4] morietur, qui autem propè[5] gladio[6] corruet, & qui relictus fuerit & obsessus,[7] fame morietur. Et complebo indignationem meam in eis,[8] & scietis quia ego dominus, cùm fuerint interfecti vestri[9] in medio idolorum vestrorum, & in circumitu ararum vestrarum, in omni colle excelso, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum,[10] subtus vniuersam quercum frondosam: locum vbi accenderunt thura[11] redolentia vniuersis idolis suis[12] extendam manum meam super eos, & faciam terram desolatam,[13] & destitutam à deserto[14] Deblatha[15] in omnibus habitationibus eorum,[16] & scient quia[17] ego dominus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dic heu ad o. abomin. *Id est, idololatrias propter pœnam sequentem, quæ subditur,*
2 Quia gla. *Sicut declaratum est cap. præced.*
3 Qui longè. *Scilicet ab aduersariis.*
4 Peste mo. *Id est, corruptione aëris & mortalitate.*
5 Qui autem prope. *Scilicet aduersarios.*
6 Gladio. *Aduersariorum.*
7 Et qui relictus interf. *Confidens in fortitudine murorum*, fame morietur,
8 Et scietis, *Per experientiam vindictæ meæ.*
9 Cùm fuerint interf. *Vt vbi peccauerunt ibi puniantur.*
10 Et sub. o. *In talibus enim locis exercebant idololatriam, maximè Veneris & Priapi, ibi, in venerationem eorum suam exercentes luxuriam.*
11 Vbi accender. thura. *Quæ soli Deo deberent offerri.*
12 Et extendam manum. *Id est, potestatem iustitiæ meæ.*
13 Et fa. ter. desolatam. *Id est, vacuam hominibus.*
14 Et destitutam. *Bonis fructibus.*
15 A deserto. *Ad quod in vna parte sui terminatur Iudæa.*
16 In om. *Id est, vsque ad finem alterum, ita quod nihil remaneat, quod non sit desertum.*
17 Et scient. *Per experientiam meæ punitionis.*

CAPVT VII.

a *Finis.* HIERONYMVS in comm. Iam in præsenti. Quinto enim anno Sedechiæ cœpit Ezechiel in Babylone prophetare captiuis, & nono anno Nabuchodonosor Ierusalem obsedit, & anno Sedechiæ vndecimo eam cepit.

a ¶ x. siue xj. tribubus. ¶ Captiuitas.

ET factus est sermo domini ad me, dicens:[1] Et tu fili hominis, hæc dicit dominus Deus terræ Israel: Finis ve-[2]

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT VII.

Diuisio.

1 ET factus est sermo domini. *Hic consequenter ponitur prædicta vastationis acceleratio. Circa quod primò ponitur acceleratio exterminij, secundò exclusio remedij, ibi,* Canite. *Prima in duas, quia primò ponitur vastationis acceleratio; secundò, ipsius modus vel ratio, ibi,* Floruit virga. *Circa primum dicitur,*
2 Finis. *Id est, finalis vastatio appropinquat, & replicatur, & hoc ad maiorem assertionem.*

MORALITER.

Mors peccatorum.

1 *Et fact.* In hoc cap. secundum sensum litteralem denuntiatur acceleratio vastationis Iudæorum, per quam moraliter significatur acceleratio mortis peccatorum: quam debent prædicatores publicè nuntiare, vt homines cessent à peccato, saltem timore seruili, vt per hoc deducantur ad hoc, quod peccatum caueant timore filiali, & sic dicitur,

Quatuor hominis ætates.

2 *Finis.* Per terram, significatur homo, qui formatus est de humo. Huius terræ quatuor plagæ, sunt ætates, quatuor principales, scilicet oriens iuuentutis, meridies status virilis quia tunc est in fortitudine sua naturalis calor & lux rationis, & Aquilo senectutis, quia tunc refrigescit calor naturalis, sicut Aquilo est frigida regio, & occidens decrepitæ ætatis, quæ propinqua est occasui mortis. In omnibus autem istis ætatibus venit mors aliquando repentè: propter quod in omni ætate debet se quilibet ad mortem præparare. Bernard. *O homo, certum est quod morieris, sed vbi, vel quando, vel quomodo, incertum est, mors vbique te expectat, sed si sapiens fueris mortem vbique expectabis.* Et quia mors in qualibet ætatum dictarum venit aliquando repentina, ideo dicitur hic quater, *Venit finis, &c.*

De mortis incertitudine.

☞ a *Super quatuor plagas.* HIERONYMVS in comment. Alij *alas*; vnde Isaias, *Domine ab alis terræ portenta audiuimus*, quæ scilicet per Apostolos in toto orbe gerebantur. Et alibi, *Si dormiatis inter medios cle.p.c.* Et alibi, *Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina con.pull. s.a.* Et alibi, *Expandit alas suas & assumpsit eos.* Quidam spirituales alas terræ, quibus ad cælestia volamus, quatuor ponunt genera credentium; domum Aaron, & domum Leui; & domum Israel; & timentes dominum; vnde, *Domus Israel benedicite domino. Domus Aaron benedi. do. Domus Leui benedi. do. Qui timetis dominum benedi. do.* In Aaron sacerdotium; In Leui æditu os & ministros; In Israel, cunctum populum; In timentibus dominum, proselytos, intelligentes.

Isai.24.c. secundum LXX. Psal.67.c. Matth.23.d. Deut.32.b. Quatuor genera credentium. Psal.134.d.

† THEODORETVS in Ezech. sect.2. Quatuor alas terræ, non orbis terrarum dicit, sed Israel. Hoc est, res vestræ ad finem peruenêre: ne existimetis enim posse vos ea mala fugere, quæ sum comminatus, nisi resipiscentes pœnitentiam agatis. Nam contra vos omnes exitium procedet.

b *Et non.* HIERONYMVS vbi suprà. Sicut medicus incidit, vrit & vt parcat non parcit. *Immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.* *Flagellat Deus omnem filium, quem recipit*; vnde, *Ego percutiam & sanabo.* Omnis medicina habet ad tempus amaritudinem; sed fructus doloris sanitate monstratur: vnde Amos, *Quoniam vos cognoui de vniuersis tribubus terræ, idcirco vlciscar super vos omnia peccata vestra.*

*contritio Ouidius in Metamor. Hebr.12.b. Deut.32.f. Amos 3.a.

c *Vias tuas.* Cui simile est hoc, *Vlciscar Iacob seruum meum secundum vias suas, & iuxta adinuentiones eius reddam illi.*

Hosee 12.a. secundum LXX.

d *Et scietis.* † THEODORETVS. Maxima consolatio iis est qui puniuntur, punientis Dei cognitio.

e *Venit finis.* HIERONYMVS vbi suprà. Id est, extremum peccatorum vestrorum, secundum illud, *Implete mensuram patrum vestrorum.* Et illud, *Nondum completa sunt peccata Amorrhæorum.* Dum hoc impleretur, * dilatatum est supplicium.

Matth.23.d. Gen.15.d. *dilatum

† THEODORETVS vbi suprà. Ineffabilis Dei clementia pœnas minatur, ne pœnas inferat: cùm verò non veriti fuerimus minas, tunc experientia eas percipimus; quod etiam istis accidit, qui cùm audissent finem venire, non tamen veriti sunt. Vocat autem *afflictionem vnam*, illatam omnibus perniciem.

Deus pœnas comminatur, ne pœnas inferat.

HIERONYMVS suprà. Possumus hoc spiritualiter interpretari contra populum Iudæorum, super quem venit finis & consummatio à sanguine *Abel iusti vsque ad sanguinem Zach. f.B.* Quamdiu enim non miserunt manus in filium Dei, dormitauit eis domini sententia, & dilata est: postquam autem interfecerût heredem, vt periret hereditas, euigilauit contra eos omnis ordo miseriarum, atque perplexio; quia non cælestia quæsierunt, sed terræ hærere cupierunt.

†infrà 9.b. Matth.23.d. In cæde Christi impleuerunt Iudæi mensuram suarũ iniquitatũ.

HIERONYMVS ibid. Possunt hæc de vltima captiuitate dici, quando post interfectionem Christi venit eis finis. Et vigilauit aduersus eos peccatum, & impletum est illud Apostoli, *Nunc peruenit in eos ira Dei in finem*; tunc iudicati sunt iuxta vias suas, quando indignatio Dei super illos effusa est, & receperunt secundum scelera sua, vt permaneat desolatio vsque ad consummationem.

1.Thes.2.b.

[Textus, cum glossis interlinearibus:]

a nit, venit finis super quatuor plagas terræ. ¹ Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te. ² Et iudicabo te iuxta vias tuas. ³ Et ponam cõtra te omnes abominationes tuas. * ⁴ Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor: ⁵ sed vias tuas ponam super te & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis, quia ego dominus. Hæc dicit dominus Deus: ⁶ Afflictio vna, afflictio ecce venit. ⁷ Finis venit, venit finis. Euigilabit aduersum te, ecce venit. ⁷ Venit contritio super te, qui habitas in terra. Venit tempus: propè est dies occisionis, & non gloriæ ⁸ montium. ⁸ Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te. Et iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua. ⁹ Et non parcet oculus meus neque miserebor: sed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt, & scietis quia ego sum dominus percutiens, ¹⁰ Ecce dies venit. Egressa est *contractio. Floruit virga, germinauit superbia: ¹¹ iniquitas

Glossæ: a Non modo super montes & colles. b Orientem, occidentem, meridiem, septentrionem, scilicet ex omni parte Israel. c Hieron. Nondum terræ. — Anthropopathos. a q.d. Non iniustè, & non tantum ex indignatione, sed ex ratione & æquitate. — Vt intelligas quæ gessisti. — a Vt videas. b Vt cognoscas. — Sic. Solus. a Singularis. Vltio Dei. — a q.d. In oculis est, non amplius effugies. b Completa est iniquitas tua. Hucusque dormiuit. — a q.d. Ne putes me futura minari, digito ostendo. b Væ super omnes qui habitant in terra. Sanctus autem dicit, Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut cap. mei. — Sicut oculus quoque hodie argumentatur. — a Magistrorum; vnde, Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. b Non futura prædico. — Iam. a q.d. Non est furor meus absque iudicio. b Scilicet opera. — a Non meas. b Super caput tuum, vt sentias. c Qui conspicit omnia solus; per quem videt omnia mundus. — Causa quare non pareat. — a Vt cognoscas, & pœnitentia emendes. — Quia percutio quem diligo. a Iam à consilio Dei. — a Id est, abbreuiata, instat vicina captiuitas. b Quæ minabatur, & de flore fructum plagarum peperit. c Quod meruisti.

f *Nunc de propin.* HIERONYMVS ibid. Ab anno quinto transmigrationis regis Iechoniæ, vsque ad nonum annum regis Sedechiæ, quando Nabuchodonosor obsedit Ierusalem, tres anni sunt medij, vnde meritò dicitur, *Nunc de propinquo.*

g *Floruit vir.* HIERONYMVS ibid. De qua, *Non auferam virgam à filio tuo.* Et Apostolus, *Quid vultis? in virga veniam ad vos, &c.* Dauid quoque ait, *Visitabo in virga iniquitates eorum; & in verberibus peccata eorum; Misericordiam autem meam non di. ab eo*; Finis florentis virgæ, sanitas & correctio: quæ non eorum merito venit, qui corrumpuntur.

1.Cor.4.d. Psal.88.e.

☞ a Venit

NICOLAVS DE LIRA.

1 Super te. *Scilicet Iudæa, ita quod nulla pars remaneat, quæ non vastetur.*
2 Et iudicabo te. *Id est, secundum opera mala quæ fecisti.*
3 Et non parcet ocu. &c. *Effectu.*
4 Et non mi. *Affectu.*
5 Sed vias tuas ponam super te, *Id est, pondus pœnæ, tuis operibus debitæ.*
6 Afflictio vna. *Id est, multiplicatio afflictionum, vnius venientis super alteram.*
7 Finis ve. *Toties replicatur ad ostendendum accelerationem.*
8 Et non glo. *Id est, Iudææ, quæ est terra montuosa. Cetera patent ex dictis, quia idem frequenter repetitur ad maiorem exaggerationem.*
9 Floruit. *Hic consequenter ponitur modus accelerationis secundum Hebræos, qui fuit per potentiam regis Babylonis qui fuit instrumentum Dei in hac punitione, vt frequenter dictum est, suprà in Isaiam & Ierem. & sic dicitur hic,* Floruit virga, *id est, rex Babylonis inualuit, qui est virga ad percutiendum Iudæam.*

Hebræi quomodo exponant passum qui incipit, Floruit, &c.

10 Germinauit superbia. *Quia victorias, quas habebat virtute Dei, ex superbia attribuebat propriæ virtuti.*
11 Iniquitas surre. *Quia superatos & captos crudeliter & impiè tractabat, secundùm quod de eo dicitur Isaiæ 14.* Contriuit dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cædentem populos in indignatione plaga insanabili: subiicientem in furore Gentes, persequentem crudeliter. *Secundùm alios verò hic ponitur causa, siue ratio accelerationis, quæ fuit superbia Sedechiæ regis, ex qua rebellauit regi Babylonis, impiè frangendo suum iuramentum 2. Paral. 36. Sic ergo dicitur,* Flo. vir. *id est, sceptrum Iuda, quod aliquando prosperitatem habuit sub Sedechia.* Germin. superb. *Quia inde superbiuit.* Iniquitas surrexit. *Quia ex hoc iuramentum transgressus fuit.*

Expositio aliorum super eumdem passum.

☞ 1 In

MORALITER.

† 9 *Floruit.* Hic moraliter ponitur processus peccati in augmentatione sui. Per floritionem enim virgæ significatur prosperitas temporalis, ex qua frequenter procedit elatio mentis, ideo subditur,

10 *Germinauit superbia.* Ex qua sequitur vlterius contemptus & depressio hominum aliorum; ideo subditur,

11 *Iniquitas surrexit.* Quæ propriè importat peccatum contra proximum, cui debetur æquitas à proximo de iure naturali, secundum quod dicitur, *Hoc facias alij quod tibi vis fieri.* Ex peccato verò contra proximum procedit homo ad peccandum contra Deum; ideo subditur,

Processus peccati. Matth.7.b.

† In

a *Venit tempus.* HIERONYMVS in com. Non modo Ierusalem, sed A & ei cui dicitur, *Stulte hac nocte au.a.* *te, quæ autem præparasti cuius erunt?* Et Apostolus, *Tempus*, ait, *breue est.* Et alibi, *Præterit figura huius mundi.* Et præsens tempus posuit: quotidie enim labitur, & numquam in eodem statu permanet. Et Dominus ait, *Cœlum & terra transibunt*: quid ergo potest in humanis rebus esse perpetuū?

Luc.12.c. 1.Cor.7.c. Ibidem f. Iob.14.a. Matt.24.c.

b *Qui emit non, &c.* HIERONYMVS ibid. Naturale est in possessionum emptione lætari, in venditione lugere: sed instante captiuitate, vanum est vtrumque; vnde, *Tempus breue est: qui habent, sic sint, quasi non habeant, & qui flent, quasi non fleant, & qui emunt, quasi non possideant.* B

1.Cor.7.c.

c *Qui vendit, ad id quod ven. non reuer. &c.* HIERONYMVS ibid. Qui scilicet hæretico errore fuerit deceptus, cùm deceptionem intellexerit, non reuertetur ad venditorem, secundū LXX. id est, ad magistrum; sed omnino despiciet eum.

Ne ab hæresi reuocati denuo in eamdem relabantur.

d *Visio enim ad omnem multitudinem, &c.* C HIERONYMVS ibid. Possumus dicere, quod postquam recesserit à Iudæis visio prophetalis (*Lex enim & propheta vsque ad Ioannem*) post interfectionem Saluatoris, non regrediatur ad eos; nec vltra habeant prophetas: Et significanter dictum est, *Visio enim ad o.m.e. non r.* Regredietur enim ad eos qui credunt, ad Apostolos, scilicet & ad reliquias, quæ saluæ fiunt.

Iudæis à Christo non recepto defecerunt Dei charismata. Matth.11.b.

e *Canite tuba.* HIERONYMVS ibid. De tubis in multis legimus, *Quasi tuba exalta vocem tuam.* Et alibi, *Clangite in neomenia tuba in insi. d. so. ve.* Et Apostol. *In iussu & in tuba Dei descendet de cælo*; & in Euangelio, *Nolite tuba canere ante vos.* Et tubas ductiles atque argenteas in Numeris inuenimus, quæ propheticæ doctrinæ & Apostolicæ comparantur: & præcipitur vt omnes ad signum clangoris & bucinæ præparentur ad bella. D

Isaiæ 58.a. Psal.80.a. 1.Thes.4.d. Matth.6.a. Num.10.a.

HIERONYMVS ibid. In nostra quoque terra, id est, in Ierusalem, quando nos vel persecutio publica, vel vitiorum incentiua superare nituntur, frustra magistri tuba reuocat, & ad bella præparare festinat, cùm nulla sit in nobis fortitudo: quia irā Dei præsentia metuere peccata.

† THEODORET. in Ezech. sect. 2. Quando putatis falsa esse quæ à me prædicuntur, tubis vestris vtamini, existimate vos omnibus præstantiores esse. At certè nihil id vobis profuturum est. Neque enim habebitis, qui possint prælio dimicare, siquidē omnibus communiter omnis generis inE fero supplicia.

Difficile adducitur animus ad vitam ... (marg.: Difficile ad. ditur ani. mus ... tiæ pertur. batæ.)

e *Quasi columbæ conuallium.* HIERONYMVS vbi suprà. Hæ columbæ quamdiu in conuallibus sunt, ad singula trepidant, harum iubemur imitari innocentiam, de quibus, *Si dormiatis inter medios cleros, &c.* In huius specie descendit Spiritus sanctus, & mansit super F Saluatorem.

Columbina innocentia. Psal.67.c. Matth.3.d.

† THEODORETVS vbi suprà. Conquerentes enim & lugentes columbis sublimibus assimilabuntur: Suspirantibus quippe, vox columbarum similis est.

Isaiæ 35.a.

f *Omnes.* HIERONYMVS vbi suprà. In nostra quoque Iudæa, id est, ecclesia, in qua Dei est confessio, cùm iniquitas abundat, & refrigescit charitas, omnes manus bonorum operum dissoluuntur, & genua fluunt aquis: eorum, scilicet qui concubitus immundos quærunt, sustinentes feminis fluxum. Tales verò debent accingi ciliciis pœnitentiæ, & venturum iudicem formidare, vnde, *Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.*

Fideles à via salutis declinantes.

[Textus cum glossa interlineari:]

(*Qua subiectos cædebatis impiè.* a *Qui scilicet quasi bruta animalia trahuntur à magistris.*)

surrexit in virga impietatis. Non ex eis, & non ex populo, ne- 1 2

(a *Quo seducti à magistris clamauerunt, Crucifige crucifige eum.* b *Et ideo.* c *Sed captiuitas æterna.*)

a que ex sonitu eorum: et non erit requies in eis. [12] Venit tem- 3 4

(*Captiuitatis.* a *Ergo.*)

b pus, appropinquauit dies. Qui emit non lætetur, & qui vendit 5 non lugeat: quia ira super omnem populum eius: [13] quia qui 6 7

(a *More iubilei: quia ante iubileum veniet captiuitas.*)

c vendit, ad id quod vendidit non reuertetur, & adhuc in vi- 8 9

(a *Q. Qui modo viuunt captiuitatem videbunt, & non differetur in longum.* *Comminatio præuisa.* *Quæ fit.*)

d uentibus vita eorum. Visio enim ad omnem multitudinem 10

(*Irrita.* a *Non proderit ei iniquitas sua.*)

eius non regredietur, & vir in iniquitate vitæ suæ non confor- 11

(a *Vos qui huic præestis officio.* b *Qua audita.* *Ad prælium contra Babylonios.* *Ironicè.* c *Tamen.*)

e tabitur. [14] Canite tubā, præparentur omnes et non est qui va- 12 13

(*Quia non profuit moueri.* a *Irato Deo, nihil est humana fortitudo.* b *Ierusalem vel terræ Iudæorum.*)

dat ad prælium. Irā enim mea super vniuersum populum eius. 14 15

(a *Vt supra.* b *Extra domini ciuitatem, id est, ecclesiam.*)

[15] Gladius foris, & pestis & fames intrinsecus. Qui in agro est, 16 17

(a *Diaboli.* b *Negligens.* c *Non præparans cibos, de quibus: Qui operatur terram suam replebitur panibus.*)

gladio morietur: & qui in ciuitate, pestilentia & fame deuo- 18 19

(a *Pauci, scilicet, qui hæreticorum gladium, vel desidiæ famem mortemque vitauerint.*)

rabuntur. [16] Et saluabuntur qui fugerint ex eis. Et erunt in 20 21

(a *Non alibi saluaberis.* b *Vnde, quis dabit mihi pennas sicut columbæ? & volabo & re.* *Tunc.*)

montibus quasi columbæ conuallium omnes trepidi, vnus- 22

(a *Pro.* b *Tunc.* *Nullus audebit rebellare.* c *Timore.*)

f quisque in iniquitate sua. [17] Omnes manus dissoluentur, & 23

(a *Pauoris magnitudine non poterit vesica fluentes aquas retinere.* b *Pœnitentiæ.*)

omnia genua fluent aquis. [18] Et accingent se ciliciis & 24 25

NICOLAVS DE LIRA.

1 In virga impiet. *Quia sic regnum suum fuit impium, & vastatione dignum.*

2 Non ex eis. *Hoc est, non remanebit aliquis de domo Sedechiæ, quia ipse fuit exoculatus, & in captiuitatem ductus, & filij eius occisi.*

3 Et non ex populo. *Quia partim fuit captiuatus, partim occisus.*

4 Neque ex sonitu eorum. *In Hebræo habetur,* Neque ex cœtu eorum: *& per hoc intelligitur Iohanna filius Caraæ, & socij eius, qui post mortem Godoliæ fugerunt in Aegyptum: vbi postea per regem Babylonis fuerunt partim occisi, & partim captiuati, vt dictum est suprà c.5. ideo subditur,*

5 Et non erit requies in eis. *Non enim inuenerunt requiem in Aegypto, sicut credebant, vnde dicebant,* Intrabimus Ægyptum, vbi clangorem tubæ non audiemus, &c. Ierem. 42.c.

6 Venit tempus. *Destructionis.*

7 Qui emit non lætetur, *Quia citò perdet.*

8 Et qui vendit non lu. *Quia citò perderet, etiam si non venderet.*

9 Et adhuc in viuenti. in vita eorum, *Id est, sufficiat eis seruare vitam, si possint.*

10 Visio enim ad omnem multitudinem eius, *Id est, visio facta prophetæ de multitudinis captiuitate.*

11 Non regre. *Id est, non retractabitur, sed procedet in effectu.*

12 Et vir in iniquitate vitæ suæ non conf. *Sic vt possit euadere mortem vel captiuitatem.*

13 Canite. *Postquam prædicta est acceleratio exterminij, hic consequenter ponitur exclusio remedij: & primò ponitur hæc exclusio, secundò finalis conclusio, ibi,* Fac conclusionem. *Primum fit ostendendo, quod non possint euadere, nec se defendendo, nec se redimendo, ideo subditur,* Canite tu. *Vos qui habetis officium excitandi alios ad bellum. Et loquitur ironicè, quasi diceret, Pro nihilo facietis, subditur,*

14 Et non est qui vad. *Cuius ratio subditur,*

15 Ira enim mea. *Cui nullus potest resistere,*

16 Super vni pop. *Scilicet Ierusalem.*

17 Gladius, *Interficiens eos qui inuenientur extra ciuitatem.*

18 Pestis, *Quæ frequenter acrius pugnat, quàm gladius, vt dicit Vegetius libro de re militari.*

19 Qui in agro. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem.*

20 Et saluab. qui fug. *Ad loca inaccessibilia.*

21 Et erunt in mont. *Id est, quæ priùs habitabant in conuallibus securè, sed quia inde aduolant ad montes timore volentium eas capere, sunt ibi valdè trepidæ: & sic isti fugitiui erunt ibi in timore positi.*

22 Vnusquisque in iniquita. *Id est, pro iniquitate sua hoc patietur.*

23 Omnes ma. dis. *Timor enim magnus reddit membra exteriora trementia, & per consequens ad se defendendum inualida.* (marg.: Timoris effectus.)

24 Et omnia ge. fluent aquis. *Scilicet vrina, timor enim dissoluit vesicam, & facit fluere vrinam.*

25 Et accingent se ciliciis. *In signum tristitiæ & anxietatis.*

MORALITER.

†1 *In vir.* Secundùm Tullium, Pietas est cultus Deo debitus, & per consequens impietas est vitium auferens cultum Deo debitum, propter quod est directè contra Deum.

Pietas. Impietas.

a ¶ Non hoc solùm sub Babyloniis, sed sub Romanis in populo illo factum est.
b ¶ Faciei rubor pudoris indicium est, conscientia peccatorum lucet in facie, quod est spes salutis: vnde gloríanti in peccatis suis dicitur, facies meretricis facta est tibi; noluisti erubescere.

a operiet eos formido: & in omni facie confusio, & in vniuersis 1

a ¶ Quod est signum luctus. b ¶ Tunc. c ¶ Vrgente captiuitate, ne fugientibus sint oneri, quæ paulo ante fuere voluptati.

b capitibus eorum caluitium. [19] Argentum eorum foris proiicie- 2

a ¶ Quia munditiam habere non potest, qui extra ecclesiam est.
¶ Dentes pretiosissimo metallo illisi non minus læduntur, quam duro lapide. b ¶ Eloquium.

c tur, & aurum eorum in sterquilinium erit. *Argentum eorum

a ¶ Sensus. b ¶ A fame vel obsidione. ¶ Quia extra ecclesiam. c ¶ Ab æterna fame.

& aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris domi-

a ¶ Sensualitatem. b ¶ Oculi impiorum insatiabiles.

ni. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non im-

a ¶ Quia inde idola fabricata cultores suos damnantia. b ¶ Argentum & aurum.

plebuntur: quia scandalum iniquitatis eorum factum est, [20] & 3

a ¶ Quasi quæ dederam in ornamentum.

ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, & 4
imagines abominationum suarum & simulachrorum fecerũt

a ¶ Aurum & argentum. b ¶ Symmachus, in nauseam transtulit, sordes idolorum demonstrans.

d ex eo. Propter hoc dedi eis illud in immunditiam, [21] & dabo il- 5

a ¶ Hostium.

lud in manus alienorum ad diripiendum, & impiis terræ in 6

¶ Ideo. a ¶ Ne videam has abominationes.

prædam, & contaminabunt illud. [22] Et auertam faciem meam 7

a ¶ Quia mea facie indigni. b ¶ Tunc auersa facie. c ¶ Sancta sanctorum, quæ solis sacerdotibus & soli pontifici patebant.

e ab eis, et violabunt arcanum meum & introibũt in illud emis- 8

a ¶ Dominus ad prophetam. 9

f sarij, & contaminabunt illud. [23] Fac conclusionem quoniam 10

a ¶ Idem quoque nobis contingit, si fuerit terra nostra plena sanguinibus, & habitatio iniquitate. 11

terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate. 12

a ¶ In locum prophetarum & sacerdotum. b ¶ Babylonios, vel dæmones. c ¶ Animas. Templum Dei sanctum est, quod estis vos.

[24] Et adducam pessimos de Gentibus, & possidebunt domos eo- 13

¶ Sic. ¶ Quæ hoc meruit.

g rum. Et quiescere faciam superbiam potentium, & possidebunt 14

a ¶ Quæ porcus ingrediens contaminauit, & ideo mea non sunt. b ¶ Non mea. 15
c ¶ Quæ exuperat omnem sensum: vnde, Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. 16

h sanctuaria eorũ. [25] Angustia superueniente requirent pacem, & 17

☞ a *In vniuer.* HIERONYMVS in com. Quod luctum, scilicet significat, quando perdit decorem cæsaries, & pulchritudinem comarum: vnde, *Pro ornamento capitis habebis caluicium propter opera tua.* Et alius propheta, *Omnia capita in omni loco attondentur, & omnis barba radetur.* Et Michæas, *Attonde & decaluare super filios deliciarum tuarum: Dilata caluicium tuum sicut aquila*: & super mortuos iubetur fieri caluicium Sancti, id est, Nazaræi, & quia ad pontificium venire meruerunt, non radunt capita sua, neq; enim mortis opera habent, nec immundi fiunt, quia sancti, Id est, Nazaręi domini sunt: Quod si iuxta eos quispiam mortuus fuerit, omnes dies pristini non reputabuntur sanctificationis eorum. Samuel, quia sanctus Dei, æterna capitis ornamenta possedit: vnde in Cãticis, *Cincinni tui nigri sunt, sicut coruus.* Samson qui perdidit comam, perdidit fortitudinem, & renascentibus capillis vires pristinas recuperauit: vt moriens multò plures, quam viuus occideret. Elisæus licet corporis haberet caluicium, tamen quia Nazaræus domini erat, cincinnis capitis fruebatur, vnde Paruuli (quia paruuli erant, necdum ad virilem ætatem peruenerant) illudentes caluicio eius atque dicentes: *Ascende calue, ascende calue*, ferarum morsibus laniati sunt, quarum saltus & syluæ sunt habitaculum.

Isa.3.d.& 15.a. Ierem.48.f. Mich.1.d. — Capillorum decus & caluitij ignominia. — Cant.5.c. — Iud.16.c. — 4.Reg.2.d.

† THEODOR. sect.1. in Ezech. Quando enim viderint malorum sibi nubem inferri, & nullum ex vlla parte afferri remedium. Tunc abiecto animo arma bellica proiicient, & lugubrem assument habitum. Idcirco etiam sacci meminit & capitis rasi.

b *Argen.* HIERONYMVS vbi suprà. Qui fugiunt de Ierusalem, aurum suum & argentum proiiciunt in lata & spatiosa via, quæ ducit ad mortem, quia angustam salutis viam reliquerunt.

c *Argen.* HIERONYMVS ibid. Argentum, eloquium: aurum, sensus scripturarum: Quæ electa sunt mundi, & in ornamentum data nobis hæretici posuerunt, in fomentum & materiam superbiæ, & imagines diuersorum dogmatum & abominationum atque offendiculorum suorum fecerunt ex eis, vt vnde poterant Deum colere & adorare, inde offenderent.

Hæretici abutentes eloquentia & sacra Scriptura.

d *Et dabo.* HIERONYMVS ibid. Nos quoque tradimur in manus inimicorum, & à Deo alienorum, quando facimus ornamenta nostra simulachra dæmonum, & omnis gloria nostra possidetur ab impiis, vt nos suæ subiiciant potestati.

e *Et introibunt.* HIERONYMVS ibid. Hoc & à Babyloniis, & ab Antiocho, & Pompeio, & ad extremum sub Vespasiano & Tito factum esse scimus: quando templum subuersum est, & omnia impleta, quæ sermo propheticus commemorat.

Templum à Gentibus captum. — *Soph.1.d.

IBID. Ad nostra quoque mala opera auertit Deus faciem suam: & sic Dei violatur arcanum, vt pro sacerdotibus & sanctis Dei, emissarij ingrediantur, & vniuersa contaminẽtur: vt fiat locus immunditiæ, qui debuit esse sanctitatis: vnde, *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum.*

Allegoricè. — Deus loca sancta destruit ob peccata personarum. — Matth.21.b.

f *Fac conclusionem.* HIERONYMVS ibid. Id est, iram meam breui sermone conclude: vt quomodo terra plena est iudicio sanguinũ, (Omnes enim in sanguine iudicant, fundentes innoxium sanguinẽ, quod & in Naboth fecisse Iudæos scriptura commemorat:) sic ipsorum cruor fundatur & plena iniquitatis ciuitas demonstretur. Nam & sub Manasse repleta est Ierusalem à porta vsque ad portam sanguine prophetarum, venietque eis conclusio, vt nemo possit euadere.

Deus exposcet pœnas effusi sanguinis innocentis. — 3.Reg.21.d. 4.Reg.21.c.

g *Et possidebunt sanctuaria eorum.* † THEODORETVS vbi suprà. Non dixit, sancta mea, sed *sancta eorum*, hoc est quæ ab ipsis mihi consecrata sunt, quibus ego non indigebam: sed propter eam curam, quam habeo ipsorum, eam accepi: at rursus hæc eadem propter ipsorum scelera polluta & conculcata despiciam.

Cur Deus fieri & eur destrui voluit templum.

h *Angustia.* HIERONYMVS suprà. Qui enim audiuit, *pax huic domui*, nec eam seruauit, nec in corde retinuit, sed malis operibus fugauit, quæret & non inueniet.

☞ a Contur-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in vniuersis, &c. *Quia præ dolore radent sibi capillos.*

2 Argentum eorum, &c. *Id est, argentum & aurum non plus valebit eis, quam sterquilinium: quia inde non poterunt habere cibum propter totalem defectum victualium, nec inde poterunt se redimere de manibus aduersariorum. Cuius ratio subditur,*

3 Quia scandalum, &c. *id est, pro iniquitate sua corruerunt absque resurrectione.*

4 Et ornamentum monilium. *id est, quia de auro & argento fecerunt ornamenta sibi in superbiam: & simulachra ad exercendum idololatriam: ideo non valebit eis in necessitate positis, sed magis dabitur eorum aduersariis, ideo subditur,*

5 Propter hoc, &c. *id est, non plus valebit eis quam sterquilinium.*

6 Et dabo illud in ma. ali. &c. *Id est, Chaldæorum.*

7 Et auertam faciem. *Subtrahendo eis omne meum auxilium.*

8 Et violabunt, *Scilicet, Chaldæi.*

9 Arcanum meum, &c. *Id est, templum, & maximè sanctum sanctorum, quod nullus debebat ingredi, nisi summus sacerdos, semel in anno.*

Sanctum sanctorum à Chaldæis violatum.

10 Et introibunt in illud emis. &c. *id est, viles personæ & ribaldi.*

11 Fac conclusionem. *Hic consequenter ponitur prædicti negotij finalis conclusio, significando, quòd illud, quod dictum est, sit determinatum à Deo absque retractione. Ideo dicitur prophetæ:* Fac conclusionem. *In Hebræo autem habetur,* Fac catenam, *quasi dicat, Iam catenæ sunt paratæ ad ligandum eos, & ducendum in captiuitatem.*

12 Quoniam terra plena est, &c. *Quia in ea condemnati sunt innocentes ad mortem per iniquos iudices: Ideo iustum est, vt habitatores eius occidantur, vel captiuentur.*

13 Et adducam pessimos, *Id est, Chaldæos, qui erant idololatræ & crudeles valdè.*

14 Et quies. facia. sup. &c. *id est, regis & principum & sacerdotum.*

15 Et possidebunt sanctuaria eorum. *Scilicet aduersarij.*

16 Angustia superueni. requ. *Ab aduersariis.*

17 Et non er. *Vnde Sedechias reddidisset se Chaldæis, nisi timuisset illudi à Iudæis, qui transfugerant ad Chaldæos, vt habetur Ierem.38.*

1 Con-

a *Conturbatio,&c.* HIER. Sicut è contra sanctis dicitur, *Gaudete in domino semper, iterum dico, gaudete.* Et, *ibunt de virtute in virtutem,* vt bona præsentia bonis futuris cumulent.

Phil. 4. a. Psal. 83. b.

b *Et quærent.* HIERONYMVS in comm. Quotidie hæc in ecclesiis requirunt: quæ cum visionem, legem, consiliumque perdiderunt, frustra prophetas & sacerdotes & seniores se habere iactant.

c *Rex lugebit.* HIERONYMVS ibid. Rex lugens nostra peccata, Christus est; qui ait, *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum desc. in cor.* Et flens super ciuitatem, ait: *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & la. e. qui ad te missi sunt: quoties volui congre. fi. tu. &c.*

Christus pro alienis peccatis dolorē assumpsit. Psal. 29. d. Matth. 23. d.

a non erit. [26] *Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum: Et quærent visionem de propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. [27] Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, et manus populi terræ conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, & secundum iudicia eorum iudicabo eos, et scient quia ego dominus.

(Interlinear:) a Mala malis accumulans. a Propria verba, prophetæ futura præuident: sacerdotes legem interpretantur, seniores consilium perscrutantur, vnde: In consilio iustorum & congregatione. Magna opera domini, &c. Ergo. a Sedechias. a Omnis Iudæorum. b Cum hæc fuerint. c Non Dei. vnde, Recedentes à te in terra scri. Sanctorum vero nomina scripta sunt in cælis. a Ordinem suum perdentes. b Secundum illud, in quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis. Et illud, in quo iudicas alterum, teipsum condemnas. a Sic. b Tandem. c Vt scilicet quem non senserunt per beneficia, sentiant per tormenta.

li, quibus dicitur, *Audite verbum domini principes Sodomorum,* qui iuxta LXX. induuntur mœrore, quia non habent armaturam Dei, nec Christo sunt induti. Quotquot enim in Christo baptizati sunt, Christum induti sunt.

Isaiæ 1. c. Rom. 8. d.

d *Secundum viam eorum faciam.* HIERONYMVS vbi suprà. Peccatoribus reddit Deus iuxta vias suas; sed in sanctis excedit modum clementia: *Non enim condigna sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Stipendia peccati mors, secūdum opera scilicet. Iustorum autem virtus domini fruetur largitate, vnde: *Gratia autem Dei vita æterna.*

Ibidem. Præmiatio virtutis & fructus peccati. Ibid.

e *Et scient quia.* HIERONYMVS ibid. Iste versiculus frequenter in libro ponitur, quod supplicia atque cruciatus sequatur scientia Dei: vt quem non intelligebant per beneficia, per tormenta cognoscant.

† THEODORETVS in Ezech. sect. 2. Hæc hodie quoque apud ipsos grassantur: neque enim sacerdotium secundum leges apud ipsos administratur, & prophetiæ donum extinctum est.

Principes, vel boni, id est, Apostoli, qui lugent peccatores, Vel mali,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Conturbatio super conturbationem veniet, *id est, multiplicabitur vna super aliam.*

2 Et auditus, *Malorum rumorum.*

3 Et quærent visionem, &c. *Id est, à prophetis falsis, & non valebit eis. Vel de propheta vero: quia Sedechias in arcto positus quæsiuit sermonem domini à Ieremia, Ierem. 38. Sed eius consilio non acquieuit.*

4 Et lex, &c. *Quia Chaldæi combusserunt legem.*

5 Et consi. à sen. *id est, ab ordinariis iudicibus quos interfecit* Nabuchodonosor, *eo quod relaxauerant iuramentum Sedechiæ, quod fecerat regi Babylonis, vt dicunt Hebræi; ideo subditur,*

6 Rex lugebit. *Scilicet Sedechias exoculatus & in captiuitatem ductus.*

7 Et princeps induetur mœrore, &c. *id est, principes Sedechiæ. Ponitur hic singulare pro plurali, sicut Exodi 8. f.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum.*

8 Et manus populi terræ, *id est, virtutes eorum.*

9 Conturbabuntur, &c. *Quia non poterunt se defendere.*

10 Secundum viam eorum faciam eis, & secundum, &c. *Reddendo pœnam debitam pro peccatis.*

CAP. VIII.

a *ET factum est.* HIER. in com. Quinto anno transmigrationis Iechoniæ, quarto mense, quinta mēsis superior visio facta est ad prophetam: Hæc autem sexto anno eiusdem regis, sexto mense, quinta mensis, id est, à priore post annum & duos menses, vel etiam tanto spatio intermissa est prophetia, vel quæ superior sermo comprehendit, gesta sunt.

De tempore visionum huius cap. & prioris.

CAPVT VIII.

ET factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis, ego sedebam in domo mea

(Interlinear:) a Fugiens frequentiam multitudinis.

ipsum notat. Perseuerabat autem veluti quidam magister & præceptor puerorum, captiuos instituere: Quod declarauit cum dixit, *& seniores Iuda sedebant coram me.*

b *In anno sexto.* HIER. in com. Senarius ad fabricam mundi pertinet, quæ sex diebus facta est, *In quinta mensis.* Quinarius ad quinque sensus carnis, qui terrena conspiciunt, nondum cælestia contemplantur, quia ad presbyteros Iuda dirigitur sermo,

Numerorū 5. & 6. mysteria. Ezech. 8. d.

† THEODOR. in Ezech. sect. 3. Perspicuum est prophetam cum Iechonia in captiuitatem abductum fuisse: Quare vbique tempus ipsum ex quibus septuaginta tenebant thuribula, vigintiquinque in templo adorabant solem.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT VIII.

1 ET factum est. *Superius denuntiata est Ierusalem & totius Iudææ destructio, hic consequenter ponitur multiplex abominatio, quæ fiebat in Ierusalem, & fuit in parte suæ destructionis ratio. Diuiditur ergo præsens capitulum in duas partes, quia primo ponitur conditio reuelationis factæ: Secundò, multiplicatio abominationis reuelata, ibi:* Et dixit ad me. *Prima in duas, quia primò ponitur reuelationis facta tempus: Secundo locus, ibi:* Et emissa. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

2 Et factum est in an. *Scilicet transmigrationis Ioakim regis Iuda.*

3 In sexto mense, in quinta, *Scilicet die.*

4 Mensis. *Ex hoc patet, quod hæc visio facta est post illam quæ ponitur suprà 1. cap. per annum integrum & duos menses: quia illa fuit facta anno quinto transmigrationis Ioakim, quarto mense, quinta die mensis, vt habetur ibidem.*

5 Ego sedebam. *Id est, manebam: sicut Deuter. 1. g. dicitur:* Et sedistis in Cades multo tempore.

6 In domo mea, *Reclusus & iacens super latus dextrum adhuc. Quod declaratur sic: quia ista visio facta est post primam per annum & duos menses præcisè, vt dictum est, Annus autem habet trecentos sexagintaquinque dies: & duo menses quinquaginta nouem, qui simul iuncti faciunt quadringentos viginti quatuor dies. Præceptum autem fuit Ezechieli iacere primò super latus sinistrum trecentis nonaginta diebus, vt habetur suprà 3. cap. Et secundo super latus dextrum quadraginta diebus, qui simul iuncti faciunt quadringentos triginta dies. Et sic patet quod si Ezechiel à principio primæ visionis iacere cepisset super latus suum sinistrum, adhuc remanerent sex dies ad minus, quibus tenebatur iacere super latus suum dextrum, quando hæc visio fuit sibi facta. Item non habuit præceptum de iacendo super latus suum sinistrum à principio primæ visionis, sed per septem dies post, vt patet suprà 3. & 4. c. qui iuncti cum istis sex faciunt tredecim dies: & sic tenebatur adhuc iacere super latus suum dextrum tredecim diebus: nisi forsitan dicatur quod terminus à Deo fuit sibi abbreuiatus de iacentia prædicta, quod littera non prætendit, sed magis contrarium dicit. Et ideo cum dicitur,* Ego sedebam in domo mea. *Sedere hic accipitur pro manere, quæ mansio indifferenter potest accipi stando, vel iacendo, vel sedendo, & hic accipitur iacendo, vt declaratum est.*

Super quod latus iacebat Ezechiel cùm illi reuelatio hæc fieret.

1 Et

MORALITER.

†1 *Et factum est in anno sexto.* In hoc capitulo describitur ad litteram quadruplex idololatria populi Iudæ, per quam mysticè significatur quadruplex spiritualis idololatria Gentis Christianæ. Prima tangitur ibi: *Et adduxit me in Ierusalem.* Et subditur, *terram Israel.*

Quadruplex spiritualis idololatria.

† Vbi

[...]udæ. HIER. lib. 3. in com. Senes Iuda; non Israel, id est, de[...] [...]um, quæ prius captiuatæ erant. Ad eos enim sermo est, [...]bu Iuda cum Iechonia ducti sunt in captiuitatem.

[...]pectu lumbor. HIERON. Notandum autem, quòd nec ignis vsque ad pedes, nec splendor electri vsque ad caput ducitur, sed deorsum & sursum: vt tam in peccatoribus, quàm in sanctis, pro diuersitate meritorum, alius vsque illud vel illud membrum; alius vsque ad illa vel illa perueniat; & quomodo qui sanctitatis perfectionē tenent, ad verticem vsque perueniunt: sic qui in peccati profundo iacent, igneorum pedum plantas habent.

Vt sunt gradus perfectionis, ita & iniquitatis.

† THEODORETVS in Ezech. sect. 3. Quem super Cherubim contemplatus fuerat, hunc videt absque Cherubim. Interdum enim ipsi formidabilis, interdum mitis apparet, omnia pro vtilitate dispensans. Ipsius enim dictum illud est, *Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum*, non secundum essentiam visus sum.

a ¶ Hieron. Vel prophetæ verba audire cupientes, vel insidiantes. ¶ Tunc. b ¶ Repente. c ¶ Omne donum perfectum desursum est.

a & senes Iuda sedebant coram me. Et cecidit super me ibi [1] manus domini Dei. [2] Et vidi: & ecce similitudo quasi aspectus [3] [4] ignis. Ab aspectu lumborum eius & deorsum ignis, & à lumbis eius & sursum quasi aspectus splendoris, vt visio electri. [5] Et c emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis [6] d mei: & eleuauit me spiritus in cælum & terram. Et adduxit [7] [8] me in Ierusalem in visione Dei [9] iuxta ostium [10] interius, [11] quod [12]

a ¶ Operatio, vt visionis sacramenta possem cognoscere. ¶ Sic. b ¶ Rei, non res ipsa.

a ¶ Igne purgantur opera coitus, quæ in lumbis signantur vsque deorsum. b ¶ Opera virtutum quæ à lumbis ad superiora consurgunt, splendorem habent atque fulgorem.

a ¶ Non ipsa manus, in Deo enim nihil corporale est. b ¶ Totum enim caput apprehendi non potest manu.

a ¶ Spiritu, non corpore, sicut possumus & cælos & profunda maris & inferna conspicere, singulorum scilicet rationes complecti cogitatione. b ¶ Vnde possit alta cernere. ¶ Atrij exterioris.

c *Similitudo ma.* HIERONYMVS suprà. Humani scilicet corporis assueti, ne paueat qui assumitur. Si enim in colubri, vel aliarum bestiarum similitudine apprehendisset, non immeritò terruisset.

d *Et eleuau. me spiritus.* HIERONYMVS ibid. Prius à similitudine manus apprehenditur, post à spiritu leuatur, non statim ad cælum, sed inter terram & cælum: vt terrena interim relinquens, festinet ad cælum. Possumus autem dicere, quòd [...]propheta propter bona opera per similitudinem manus Dei apprehensus sit, & propter scientiam rerum spiritualium eleuetur à spiritu.

† THEODORETVS suprà. Non translatum fuit corpus, neque oculus carnis contemplatus est, sed domi sedens inter seniores Iuda, hanc totam vidit visionem, quod post eius enarrationem perspicuum facit. *Ascendi. n. à visione mea*, inquit, hoc est, ad meipsum redij. Cùm enim acerbas prædicat pœnas, necessariò ipsarū quoque causas docet, & aspicit in sacro Dei templo columnam imaginis Zeli: Erat enim ibi, præter legem, statutum idolum, quod *Zelum* vocat, per translationem à mulieribus sumptam, quæ adulterium committunt, & viros suos relinquunt, aliisq; commixtæ ad zelotypiam eos adducunt.

Infrà 11.

Idolum zeli.

† GREGORIVS lib. 3. moral. cap. 9. Quid est cincinnus capitis, nisi collectæ cogitationes mentis, vt non sparsæ diffluant, sed per disciplinam constrictæ subsistant? Manus ergo desuper mittitur, & propheta per cincinnum capitis eleuatur: quia cùm nostra mens sese per custodiam colligit, vis superna sursum nos ab infimis trahit. Bene verò inter terram & cælum sublatum se asserit: quia quilibet sanctus in carne mortali positus, plenè quidem adhuc ad superna non peruenit, sed iam tamen ima dereliquit.

Recollectio mentis quæ ad contemplationem subleuetur.

☞ Idolum

NICOLAVS DE LIRA.

Senes Iuda cuius rei gratia ad Ezechielem venerant.

1 Et senes Iuda sedebant coram me. *Hic accipitur sedere propriè, venerant enim ad consolandum prophetam, qui tam diu iacebat, vt languidus, vt dicunt aliqui. Alij verò dicunt, quod venerant ad interrogandum eum de statu Ierusalem. Et hoc videtur probabilius, quia statim subditur reuelatio facta prophetæ de destructione Ierusalem futura propter abominationes ibi factas. Ideo subditur,*

2 Et cecidit sup. me ibi manus. *Eleuans me ad contuendum in spiritu statum Ierusalem.*

3 Et ecce similitudo, *Scilicet hominis.*

4 Quasi aspectus ignis. *Ad designandum incendium ciuitatis futurum. Et propter hoc sic apparebat in parte inferiori, scilicet à lumbis viri & deorsum.*

5 Et à lumbis eius sursum, &c. *Ad designandum, quòd propter ruinas & clades quæ fiunt hic inferius, nulla fit diminutio seu immutatio in splendore maiestatis diuinæ.*

6 Et emissa similitu. *Hic consequenter tangitur huius visionis locus, scilicet, templum Ierosolymitanum: ad cuius conspectum fuit abductus propheta, non in corpore, sed in spiritu. Sciendum tamen propter intellectum sequentium, quòd aliqui expositores dicunt, quòd templum fuit sibi ostensum, non in illa forma, qua describitur 3. Regum de templo Salomonis, sed in illa forma qua describitur infrà 40. cap. Et ad hoc satis potest littera applicari. Alij verò dicunt quòd sibi fuit ostensum in forma templi Salomonis. Et hoc videtur mihi probabilius dictum, quia ad hoc fuit sibi ostensum, vt videret abominationes quæ fiebant in Ierusalem de præsenti, & quæ facta erant de præterito. Templum autem quod describitur infrà 40. capitulo, non fuit sibi ostensum pro aliqua abominatione videnda, sed magis ad videndum restitutionem cultus Dei perfectissimi tempore futuro, vt videbitur ibi, domino concedente. In templo verò Salomonis posita fuerunt idola à tempore Manasse, & adhuc stabat illud templum: propter quod videtur probabilius, quod propheta fuerit ostensum. Sciendum ergo, quod templum Salomonis circa se habuit tria atria. Illud autem quod erat templo propinquius, dicebatur atrium sacerdotum, in quo erat altare holocaustorum: Et in hoc atrio erat tantum vnus ingressus, scilicet in parte orientali, directè contra portam templi. Secundum atrium dicebatur mundorum, quoniam accedebant illuc causa orationis, & etiam oblationis, quam faciebant sacerdotibus in porta atrij sacerdotum. Tertium dicebatur atrium immundorum: Et in istis duobus atrijs erat triplex ingressus: Vnus in parte Aquilonari; Alius in parte orientali; Tertius verò in parte australi, secundum modum hic figuratum. Sciendum tamen quod in plano non possunt figurari nisi fundamenta parietum: Et ideo illud quod erigebatur sursum oportet per imaginationem inspicientis suppleri.*

Templum quod ab Ezechiele visum est in visione huius cap. fuit Salomonicum non illud aliud ab Esdra constructum.

Tria atria templi Salomonis.

Ingressus in prædicta atria.



His autem præmissis sciendum, quod propheta primo fuit adductus intra atrium immundorum prope portam aquilonarem, & ibi vidit idolum Zeli, *Secundo fuit adductus ad portam aquilonarem atrij mundorum, Et ibi iuxta portam, quæ clausa erat, vidit in muro foramen, quod perfodiens transiuit in atrium, & ibi vidit senes thurificantes idolis depictis; Tertiò fuit adductus ad portam atrij sacerdotum, quæ erat in parte orientali: & ibi vidit mulieres plangentes Adonidem; Quartò fuit adductus intra atrium sacerdotum, Et ibi vidit viros adorantes solem orientem. Primò ergo describitur propheta adductio, cùm dicitur,* Et emissa similitudo manus, *Scilicet, Dei, vel angeli in specie hominis apparentis.*

7 Apprehendit me in cincinno, *id est, in floccello capillorum.*

8 Et eleuauit me spiritus in cælum. *Eleuatione scilicet imaginaria, non reali.*

9 Et adduxit me in Ierusalem in visione Dei. *Id est, in visione à Deo facta.*

10 Iuxta ostium, *Scilicet atrij immundorum.*

11 Interius, *ad significandum, quod non fuit positus extra atrium illud, sed intra.*

12 Quod respiciebat ad Aquilonem, *Ad differentiam aliorum duorum ostiorum eiusdem atrij, scilicet Orientalis & Australis.*

a *Idolum zeli ad prouocan.* HIER. lib. 3. com. Quod scilicet ad æmulationem & zelum prouocet dominum: vnde, *Ipsi me prouocauerunt ad zelum in eo quod non erat Deus, & ego prouocabo eos* ad zelum *in Gente quæ non est.* (Deut. 32. d.)

b *Et ecce, &c.* IBID. Vt sui scilicet præsentia, idolum templumque destrueret. Vnde citò subuersio templi sequitur: vnde Isaias dicit, quòd *lectus angustus duos capere non potest, & pallium breue vtrumque operire non potest.* q. d. *Quæ conuentio Christi ad Belial? & templo Dei cum idolis?* (Isaiæ 28. c. 2. Cor. 6. c.)

c *Fili hominis, leua.* HIERONYMVS in com. q. d. Ne me putes immeritò templum destruere, & ciuitatem meam relinquere: aspice quæ faciunt hic. Nec putes in his esse scelerum finem, adhuc maiora videbis.

IBID. Hoc quoque de nostra ciuitate Ierusalem, & de nostro templo potest intelligi: quando sicut Ophni & Phinees idolorum operamur scelera in tabernaculo Dei, & fornicamur cum his, quæ se militiæ & ministerio Dei vouerunt, & sacrificiorum primitiua decerpimus, dantes in vsum clientium & famulorum, & omnia lucri causa facimus. Si autem tanta sunt quę videmus, quantò maiora sunt quæ nostros effugiunt visus. (Personarũ Ecclesiasticarum vitia. 1. Reg. 2. c.)

d *Fode parietem, &c.* IBID. Vt amplius scilicet, facias foramen quod vidisti: quo aperto videas quæ exterius positus non vidisti. In hoc ostenditur tam in ecclesiis, quàm in singulis nobis per parua vitia maiora monstrari, & quasi per foramina ad abominationes maximas perueniri. Ex fructibus enim arbor cognoscitur, sicut *ex abundantia cordis os loquitur:* id est, pro signo sunt interioris hominis verba erumpentia, vnde libidinosum aliquando turpis sermo demonstrat, auaritiam latentem paruulæ rei cupido signat. Minoribus enim maiora monstrantur: vultuque & oculis dissimulari non potest conscientia, dum luxuriosa & lasciua mens lucet in facie, & secreta cordis motu corporis & gestibus indicantur. Vnde, *Heu quàm difficile est crimen non prodere vultu.* (Vitia cordis erumpentia per portas corporis. Matth. 12. c. Ouidius 4. Metamor.)

† GREGORIVS lib. 3. moral. c. 22. *Fode parietem.* Id est, cordis duritiam crebris perscrutationum ictibus rumpe.

---

a ¶ A quo exardescunt mala, à quo olla succensa. ¶ Baal.
1 respiciebat ad Aquilonem, vbi erat statutum idolum zeli ad ¶ Dei. prouocandum æmulationem. **2** Et ecce ibi gloria Dei Israel ¶ Post hæc. ¶ Hieron. vel spiritus qui leuauit me, vel gloria Dei. secundùm visionem quam videram in campo. **3** Et dixit ad me: a ¶ Ibi enim statua est Baal. Fili hominis, leua oculos tuos ad viam Aquilonis: **4** Et leuaui a ¶ Hieron. LXX. Ab Aquilone vsque ad portam orientalem. oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce ab Aquilone portę **5** altaris idolum zeli in ipso introitu. **6** Et dixit ad me: Fili hominis putasne vides tu quid isti faciunt, abominationes magnas, quas domus Israel facit hic, vt procul recedã à sanctuario meo? **7** ¶ Quæ intrinsecus latent. Et adhuc conuersus videbis abominationes maiores. **8** Et in- ¶ In visione. **9** troduxit me ad ostium atrij. Et vidi, & ecce foramen vnum in **10** pariete. **8** Et dixit ad me: Fili hominis, fode parietẽ, & cũ perfodissem parietẽ apparuit ostiũ vnũ. **9** Et dixit ad me: Ingredere & **11** ¶ In visione. vide abominationes pessimas quas isti faciũt hic. **10** Et ingressus **12** vidi, & ecce omnis similitudo reptiliũ & animaliũ abominatio, **13**

---

e *Et ecce omnis, &c.* HIER. lib. 3 comm. Non solum idolum zeli erat in introitu portæ, sed omnes templi parietes diuersis idolorum imaginibus pingebãtur, vt nulla esset bestia, quam nõ parietis pictura mõstraret. Hoc in phanis Gentilium vsq; hodie cernimus, vbi omnia bestiarum genera adorat stulta religio: vnde Virgilius, *Omnigenũmque Deum monstra.* (Idola gentium. Virgilius 8. Æneid.)

f *Ecce omnis.* IBID. In nostri quoq; templi parietibus, idola pingimus, quando vitiis subiacemus, & in corde nostro peccatorũ conscientiam pingimus, & imagines diuersas, de quibus dicitur, *Domine in ciuitate tua imaginem eorum dissipabis.* Et alibi, *Verumtamen in imagine perambulat homo.* Nullus enim homo est, qui aliquam non habeat imaginem, aut sanctitatis aut peccati. Vnde de furiosis dicitur, *Furor illis secundum similitudinem serpent. s. a. s. &c.* De hominibus nequam, *Generatio viperarum quis ostendat vos, &c.* Et de vers. pelli, *Ite, dicite vulpi illi.* Et de amatoribus feminarum, *Equi insanientes in feminas.* De brutis quoque, & vecordibus, *Nolite fieri sicut equus & mulus.* Et multa huius generis. (Idola, bestiæ, serpotius monstra quæ peccatorum corda infidunt. Psal. 72. c. Psal. 38. b. Psal. 58. a. Matth. 3. b. Lucæ 13. g. Ierem. 5. b. Psal. 31. b.)

† THEODORETVS in Ezech. sect. 3. Præter impietatem, ingens stultitiæ exuperantia. Quid enim stultius his, qui venenatorum serpentium, & rationis expertium iumentorum adorant imagines? Illos enim vt noxios occidere consueuimus: Hæc vt nobis seruirent, dominus attribuit. Consideremus igitur quantum à ratione abhorreat, si quis famulorum seruorumq; adoret imagines. (Insania idololatrarum.)

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vbi erat statutum idolum zeli. *In Hebræo habetur:* Accensionis, *scilicet, iræ. Illud enim erat idolum Baal, in cuius cultu prouocabatur ira Dei contra populum.* (Idolum zeli)

2 Et ecce ibi gloria Dei Israel secundum visionem, &c. *Id est, visio Dei gloriosa, similis illi visioni quæ describitur in principio huius libri.*

3 Et dixit. *Hic consequenter ponitur multiplex abominatio. Et diuiditur in quatuor partes, secundum quatuor abominationes prophetæ ostensas. Et patebunt partes prosequendo. Prima ergo abominatio, scilicet de idolo Baal, ponitur, cùm dicitur,*

4 Leua oculos tuos ad vi. Aquil. *Id est, versus portam aquilonarem.*

5 Et ecce ab Aquil. *Dicunt hic expositores communiter, quod hoc erat altare holocaustorum: & dicebatur porta illa, porta illius altaris non quia per portam illam esset ingressus ad altare holocaustorum, sed solum per portam orientalem, vt prædictum est; sed quia altare holocaustorum non erat rectè in medio atrij sacerdotum, sed in parte aquilonari illius atrij, & sic respiciebat directè portam illam: propter quod dicebatur porta altaris. Posset etiam aliter dici, quod dicebatur porta altaris, scilicet idoli zeli quod erat iuxta introitum porta, & illi idolo erat altare constitutum, à quo denominabatur illa porta. Cetera patent ex dictis, vsque ibi,* (Porta altaris.)

6 Abominationes, &c. *Id est, idololatrias.* (Prima abominatio.)

7 Vt procul recedam à sanctua. *Non per loci mutationem, cùm Deus de necessitate sit vbique per essentiam, præsentiam & potentiam; sed per gratiæ & condescentionis meæ subtractionem.*

8 Et adhuc. *Hic ponitur secunda abominatio, cùm dicitur.*

9 Videbis abominationes maiores. *Duplici ratione, quia prædicta abominatio erat tantùm respectu vnius idoli, hæc autem respectu multorum; item quia hæc erat in loco sanctiori, scilicet in atrio mundorum. Ideo subditur,*

10 Et introd. me. ad ost. at. *Scilicet mundorum. Cetera patent vsque ibi,* (Secunda abominatio.)

11 Appar. ostium. *Quasi cuiusdam cameræ existentis intra atrium mundorum.*

12 Et ingressus. *Dictam cameram.*

13 Vidi, & ecce om. similitudo reptilium & anima. &c. *Talia enim adorabant, & colebant, secundum quod dicitur Isaiæ 2. d.* Vt adorarent talpas & vespertiliones.

Et

MORALITER.

† **1** *Vbi erat statutum idolum zeli, &c.* Secundum Hebræos istud idolum erat idolum Baal, quod *deuorator* interpretatur. Propter quod signat ventrem, & est idolum seruientium gulæ, secundum quod dicitur ad Philippenses 3. d. *Quorum Deus venter est.* Quod exponens Hugo de sancto Victore, dicit: *Solent diis templa construi, altaria erigi, ministri ad seruiendum deputari, hostiæ immolari, & thura concremari. Deo ventri, templum est,* coquina; ministri, coquinarij; immolatæ pecudes, coctæ carnes; fumus incensorum, odor saporum. (Gula.)

Idololatria secunda, est multorum simulachrorum, quæ tangitur ibi,

12 *Et ingressus vidi, & ecce omnis simil.* Per quæ signantur homines in potestate constituti, licet sint indigni. Vnde dicit Zachar. 11. d. *O pastor & idolum, &c.* Qui sunt idola ambitiosorum & adulatorum, qui tamquam Deos colunt eos, vt per eos valeant promoueri, licet sint indigni. (Ambitio.)

† Et

a *Et septuaginta viri.* HIERON. in com. lib. 3. Orandum nobis est, A ne seniores domus Israel septenarium numerum (qui sanctus est) septem decadibus multiplicantes, stent in erroribus suis & adorent picturas idolorum, vaporque sacrilegij ascendat resistens Deo.

Et septuaginta viri de senioribus domus Israel. &c. IBID. Signat, quòd non omnes presbyteri hæc faciebant, sed forsitan aliis peccatis subiacebant. HIERON. IBID. Cùm viderimus plebem pessimam congregatã, de qua *Odiui ecclesiam malig.* & peiores plebe præpositos, & principem nequiorem, qui præfectus plebi & presbyteris, dicamus Iechoniam stantem ante picturas: & singulos tenere thuribula, nõ Dei maiestatem, sed proprias sententias adorantes, nec odorem bonum ad Deũ, sed fœtorem ad idola peruenire.

b *Vides fili hominis quæ seniores domus Israel, &c.* HIERO. IBID. Secundum Anagogem possumus intelligere, principes ecclesiarum in tenebris facere, quod turpe etiam est dicere. Hic est absconditus homo, de quo dicitur, *Intra in cubiculum tuum, & qui videt in abscondito, reddet tibi.*

& vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete, in circumitu per totum. [11] Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & * Iechonias filius Saphan stabat in medio eorum stantium ante picturas: & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua, & vapor nebulæ de thure consurgebat. [12] Et dixit ad me: Certè vides fili hominis quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui. Dicunt enim: Non videt dominus nos: dereliquit dominus terram. [13] Et dixit ad me: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quas isti faciunt. [14] Et introduxit me per ostium portæ domus domini, quæ respiciebat ad Aquilonem. Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. [15] Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. [16] Et introduxit me in atrium domus domini interius. Et ecce in ostio templi domini inter vesti-

a ¶ Nominatim quasi princeps sacerdotum designatur, qui religione amissa in templo Dei colebat idola. b ¶ Id est, iudicij, & condemnationis. c ¶ Firmus in scelere. d ¶ In malo obstinatorum. a ¶ Quas adorabant. ¶ Ad sacrificandum. a ¶ Surgens ex thure offerentium sacrilegia demonstrabat. a ¶ Q. Ex istis ostenditur quid vnusquisque faciat in cubili suo. b ¶ Vel audisti. a ¶ Multi putant dominum talia non curare, & ad illum vitia nostra non peruenire.

regi cælestia, & contemni terrena quasi nihil recti iuxta ordinem D geratur in terris.

e *Et dixit ad me.* HIERON. IBID. Post principum & seniorum vitia inducuntur mulieres amatorem plangentes, societate eius priuatæ, & exultantes si potuerint obtinere. Qui verò Gentiles fabulas subtiliter interpretantur, interfectionem & resurrectionem Adonidis planctu & gaudio persequentes (quorũ alterũ in seminibus quæ moriuntur in terra, alterum in segetibus quibus semina mortua renascũtur) ostẽdi putant, Nos quo- E que eos qui ad sæculi bona vel mala vel contristantur vel exultant, mulieres dicimus, molli & effeminato animo, & plangere Thammuz, id est, quæ in mũdo dicuntur pulcherrima.

f *Et ecce ibi mul. se.* Quem scilicet Hebræi & Syri Tammuz vocant: vnde quia iuxta Gentilem F fabulam in mense Iulio amasius Veneris, & pulcherrimus iuuenis, occisus & rediuiuus narratur: eumdem Iulium mensem eodem nomine vocant, & ei anniuersariam solemnitatem celebrant, in qua à mulieribus quasi mortuus plangitur, & quasi reuiuiscens canitur atque laudatur.

c *Non videt, &c.* IBID. Si dominum præsentem & omnia videntem & vindicantem cogitaremus, aut vix, aut numquã peccaremus.

† THEODORETVS in Ezec. Sect. 3. Causa quippe impietatis, Dei obliuio. Qui enim sibi persuaserant, nihil eorum quæ ipsi committerant, inspici à Deo, eò iniquitatis processerunt. Sed à beato Dauid contrà & sentire docemur & loqui: *Prouidebam enim Dominum*, inquit, *in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.*

d *Dereliquit dom. ter.* HIERON. vbi suprà. Hoc etiam Philosophorum est, qui ex siderum cursu atque constantia suspicantur proinde regi

g *Abomi. ma.* IBID. Omnes hæreticos peiores esse prioribus, id est, idolo zeli pictisque in pariete figuris animalium & plangentibus Adonidem mulieribus, per quem idololatria & voluptas monstratur, sciet qui prophetam dicentem intelligit, *Tu autem odisti disciplinam & proiecisti sermones meos retror.* Et alibi, *Verterunt contra me scapulas.* Non ignoramus Martionem & alios hæreticos, qui vetus laniant testamentum, contempto creatore, id est, Deo, alium quemdam nouum Deum colere & adorare, quem de corde suo finxerunt. Omnesque nostri temporis hæretici, qui Dei filium

Marginalia: Negantes Dei prouidentiam. Adonidis festiuitatẽ quomodo apud Gentiles celebrari solitum fuit. * Iechonias. Psal. 25. b. Principes, Rectores, & plebs nequam. Adonidis sacra quomodo apud gentiles celebrari solita sint? Matt. 6. a. Peccandi ideo quia ad Deum non respicimus. Psal. 15. Hæretici idololatris peiores. Psal. 49. c. Marcion Deum veteris Testam. qualem finxerit?

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et septuaginta vi. *Ex quo erat peccatum grauius ratione personarum.*

2 Et Iechon. *Iste, vt dicit Ra. Sa. erat honorabilis, & alios induxerat ad idololatriam. Ideò præ ceteris expressè nominatur.*

3 Certè vides fili hominis quæ seniores, &c. vnus. *Propter hoc ad hoc signandum per foramen intrauit propheta ad thalamum existentem vltra murum.*

4 Dicunt enim. *Id est, facto ostendunt, quasi Deus eos non videat. Vel hoc dicitur, quia inciderant in intellectum erroneum, scilicet quod diuina prouidentia non se extendat ad hæc inferiora, secundùm quod dicitur Iob. 22. b. in persona taliter errantium,* Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat.

5 Et dixit. *Hic sequitur tertia abominatio, quæ etiam dicitur maior præcedentibus, quia erat in porta atrij sacerdotum. Et hoc est quod dicitur,*

6 Et introduxit me per ostium. *Dicebatur autem porta atrij sacerdotum porta domus domini siue templi, quia erat rectè opposita illi portæ, eò quod vtraque in parte erat orientali.*

7 Quæ respi. ad Aquil. *In illa enim porta, quæ erat in porta orientali, erant duo ostia quæ claudebantur in columna media, sicut communiter fit in magnis ecclesiis. Et sic vnum illorum ostiorum erat in parte Aquilonari illius columnæ, & versus Aquilonem aperiebatur: Aliud verò in parte Australi, propheta autem fuit introductus per ostium quod aperiebatur versus Aquilonem.*

8 Et ecce ibi, *Iuxta illud ostium,*

9 Mulieres, &c. *Dicunt enim expositores Latini, quòd iste Adonis dicebatur amasius Veneris, cuius mortem mulieres plangebant, ita quod ritus illius idoli erat in planctu & fletu mulierum. In Hebræo habetur:* Plangentes Thammuz, *quod significat incentionem, eò quod sicut dicit Ra. Sa. idolum illud erat concauum & fiebat ignis intra, cuius calor sursum ascendens, faciebat liquefieri oculos illius idoli qui erant plumbei & sic videbatur plorare: propter quod mulieres in eius cultu flebant.*

10 Et introduxit. *Hic ponitur quarta abominatio, cùm dicitur,* Et introduxit me in atr. &c. *Per quod designatur atrium sacerdotum, quod vocabatur atrium interius, eò quòd erat templo propinquius.*

11 Et ecce in ostio templi, *Id est, ante ostium,*

12 Inter vesti. &c. *Id est, inter porticum templi & altare holocaustorum, quod erat in eodem atrio, vt prædictum est;*

Quasi

Marginalia: Iechonias. Error de Dei prouidentia in quod Iudæi inciderant. Porta Domus Domini quæ dicebatur? Tertia abominatio. Adonidis nomine quid Hebræi intelligunt. Quarta abominatio.

MORALITER.

† 1 *Et septuaginta viri.* Sequitur.

† *Et vnusquisque.* Secundum quod dicit Seneca: *Cùm cuncta vitia cum homine senescant, sola auaritia iuuenescit*; propter quod inter ambitiosos idololatrantes dicto modo ponuntur hic seniores.

Tertia idololatria ponitur ibi,

8 *Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.* Id est, amasium Veneris. Per istas mulieres significantur molles & effeminati luxuriæ dediti; ideò dicitur quòd illæ mulieres sedebant, per quod significatur otiositas vitæ, quæ nutrit vitium luxuriæ. Vnde poeta, *Otia si tollas, perire cupidinis arcus.* Per hoc autem, quod mulieres plangebant amasium Veneris tamquam mortuum, significatur quòd homines in luxuria nutriti valde dolent, quando in eis incipit deficere potentia coeundi

Idololatria quarta ponitur ibi,

11 *Et ecce in ostio templi domi. inter. vest. & altare, quasi vigin. viri dorsa, &c.* Per quos significantur apostatæ à fide vel à religione, maximè quando sunt in sua malitia firmati, quæ significatur per numerum vigintiquinque, qui numerus est quadratus; quia resultat ex ductu quinarij in seipsum.

Marginalia: Auaritia. Luxuria. Apostasia.

filium prædicant creaturam: & tamen eum adorant relicto diuinitatis templo, & post tergum habito, confitentur se adorare creaturam. Nos autem sic adoramus solem iustitiæ, vt Deum adoremus in templo veteris testamenti, vbi lex & prophetæ, vbi Cherubim & propitiatorium.

a *Quasi vigint. viri.* lib. 3. com. Signat vigintiquinque viros (qui in quadrũ solida statione fundati sunt, & quinque sensibus per quinquies quinque figuram efficiunt quadranguli) non solum tẽplum habere post tergum, sed instar idolorum applicare ad nares suas ramum palmarum, scilicet quæ Græcè bàccæ dicuntur, vt per hoc eos idola adorare significet.

a Contemnentes creatorem. b Contra quod dominus orare præcepit vbicumque homines essent, ne more Gentium adorarent contra orientem. Adorantes scilicet creaturam. Pro his omnibus.

a bulum & altare, quasi vigintiquinque viri, dorsa habentes 1 contra templum domini: & facies ad orientem, & adorabant 2 ad ortũ solis. [17] Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis: Num- 3 quid leue est hoc domui Iuda, vt facerent obominationes b istas, quas fecerunt hic: quia replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me? Et ecce applicant ramum ad 4 c nares suas. [18] Ergo & ego faciam in furore, non parcet oculus 5 meus nec miserebor: & cùm clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

placere. Primum horum significat idolum Zeli, in ipso introitu ab Aquilonari parte: Quid enim est idolum Zeli in introitu habere, nisi malum desiderium, quod est in introitu peruersitatis in oculis domini versare? Quid autem cuique ante idolum cum thuribulo in manu habito stare, ita vt vapor nebulæ de thure consurgat, nisi præmeditatum scelus opere perpetrare, ita vt peccati effectũ vsque ad exteriores sensus erumpat? quid deinde est mulieres in planctu Adonidis sedere, nisi effeminatas animas in consuetudine peccati computruisse? Tria hæc primus Psalterij versus complexus est. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum*, id est, qui malũ non cõcepit desiderium,

(Malum desiderium. 2 Operis perpetratio. 3 Consuetudo peccati. Psal. 1.)

RVPERTVS lib. 1. in Ezec. c. 28. Adorare ad ortum Solis, qui vtique creatura est, id nimirum errare est. Dorsum autẽ habere cõtra templũ domini, & ramum applicare ad nares suas, id plane est redarguentẽ dominũ contẽnere, & sibimet in malis suis cõplacere.

(Hæretici.) b *Quia replentes terram, &c.* Hæretici quoque (qui repleuerunt terram iniquitate, & conuersi sunt ad falsi nominis scientiam) vt dominum ad iracundiam prouocarent, idola, quæ finxerunt, adorare non metuunt.

(De eis, qui peccata promouẽt, quæ resecare debuerãt.) THEODORETVS in Ezec. Sect. 3. Ego enim elegi eos, inquit, hoc consilio, vt opera ipsorum alij quoque ab impietate desciscerent: Ipsi verò non modo cum ceteris vtilitatem non communicarunt; sed magis impia ausi sunt facinora patrare, vt in reliquum omnis terra iniquitate compleretur. Propagarunt enim ramos impietatis, meo contraria consilio committentes.

(Amos 1. Gradus peccati.) † RVPERTVS suprà c. 29. Incrementa hæc peccati consideraturi, prophetæ Amos recordemur: *Super tribus sceleribus Damasci, Gazæ, Tyri, siue Edom aut filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum.* Primum scelus est malum in desiderio habere; Secundum opere perpetrasse; Tertium, in consuetudine habere; Quartum, opera mala defendere, & in ipsis sibimet complacere.

quod erat intus habere idolum Zeli ab Aquilonari parte, id est à diaboli suggestione, *Et in via peccatorum non stetit*, id est, ad effectum peccati non peruenit, quod erat ante idolum stare, & de thuribulo in manu vaporem nebulæ producere; *Et in cathedra pestilentiæ non sedit*, id est, qui malæ consuetudinis putore proximos non corrupit, quod erat mulieres sedere & Adonidem plangere. Quartum scelus 4 est, adorando solem dorsum habere contra templum domini, & ramum applicare naribus suis, id est, in ipsa consuetudine peccati superbiæ, contemnere vocem reuocantis domini, lætari in malefactis, & quasi suaue ramusculi odorem exultare in rebus pessimis.

(Superbire de peccato.)

c *Ergo & ego.* HIERONYMVS vbi suprà. Non quod crudeliter agat, sicut mentiuntur hæretici. Simile enim ait Paulus, quem boni Dei cultorem dicunt, *Si venero non parcam.* Qui enim non intelligunt quid sibi prosit, & frequenter deprecantur, expedit eis, vt non exaudiantur, vnde orantes dicimus, *Fiat voluntas tua* non nostra. Magnæ felicitatis est, ad præsens misericordiam non mereri. His ergo qui sunt de domo Iuda, & à confessione ecclesiæ recesserint, non parcet dominus, cum clamauerint voce magna. Vnde: *Clamor eorum peruenit ad me, &c.* non exaudiet eos, vt malis coacti intelligant, quod fecerunt.

(2. Cor. 13. a. Matth. 6. b. Deus ad nostrum bonũ nos non exaudit deprecantes pœnas. 2. Par. 30. d.)

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quasi vigin. *Ex quo comminatio illius idololatriæ dicebatur maior, quia ostendebatur in loco sanctiori, & in contemptu templi Deo consecrati videbatur fieri: eò quod idololatrantes habebant dorsa ad templum.*

2 Et ado. *Adorantes solem tamquam Deum.*

3 Numquid le. *Q. d. Non, immò valde graue.*

(Cur idololatræ ad nares applicarent ramos?) 4 Et ecce. *Quod exponunt doctores nostri dicentes, quòd quia idola erant in alto eleuata, ideò isti idololatræ eleuabant ramos ad tangendum ea, & postea applicabant ad nares suas in reuerentiam idolorum. Hebræi dicunt, quod hæc est littera:* Et ecce ad fœtorem. *Tamen secundum Hebræos prius fuit scriptum:* Ad nasum meum. *Sed quia istud videbatur contra Dei reuerentiam, ideò scribæ mutauerunt istud, sicut & in pluribus locis aliis. Et vocatur apud Habreos* Tikun Sopherim, *id est, adaptatio scribarum hic ponendo,* ad nares suas, *ita quòd fœtor ad idololatras referatur agendo & suscipiendo: tamen in communi modo loquendi de peccato vili dicunt homines, quod fœtet in naribus Dei sed secundum veritatem fœtet in naribus peccantium, inquantum deteriorantur per ipsum & non ipse Deus.*

(Fœtor peccati.)

5 Ergo & ego faciam in furore, *Id est, in vindicta iustitiæ meæ: reddendo eis pœnam debitam pro abominationibus prædictis. Cetera patent.*

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 8. *vbi dicitur in postilla.* In domo mea reclusus iacens super latus dextrum.

(Propheta neque super dextrũ neque super sinistrum latus iacebat cũ visio huius cap. illi fieret.) *Non comprobatur ex littera, an hæc visio facta propheta fuisset ipso iacente super latus dextrum, vel sinistrum, aut sedente tantum. Deductio enim Postil. non videtur ad hoc facere, nam quod fuit præceptum prophetæ de iacendo super latus dextrum vel sinistrum certis diebus, non est necesse vt illi dies intelligantur continui: & sic potuit propheta implere diuinum mandatum intercise per diuersa tempora, vnde quod hic dicitur,* Ego sedebam in domo mea, *intelligendum est illud sedere sicut aliud sedere quod immediatè sequitur scilicet,* Et senes Iudæ sedebant coram me: *Quod intelligitur de existendo, vel manendo, non autem de iacendo. Et sub ista significatione in aliis locis sacræ scripturæ pluries inuenitur.*

ADDITIO II.

In eodem cap. vbi dicitur in postilla: *Mulieres sedebant plangentes Adonidem.*

(Fabella Rabi Moysi Aegyptij de Thammuz propheta, quæ putat illustrari quod hic de Adonide.) *Rabi Moyses Aegyptius in suo libro de directione perplexorum parte tertia, scripsit quod inuenerat in quodã libro antiquo de cultibus idolorum, quod olim quidam de prophetis idolorum nomine Thammuz instabat apud quemdam regem, vt coleret planetas & signa cælestia: quem quidem Thammuz ipse rex ferociter interfecerat, & quod in nocte mortis illius congregata sunt omnia idola de diuersis partibus ad quoddam templum in Babylonia, in quo erat idolum solis aureum pendens inter cælum & terram, quod quidem idolum ceciderat in medio templi, & alia idola in circumitu eius, & quod idolum Solis narrabat ceteris illud quod contigerat Thammuz prophetæ, vnde omnia idola plorabant & lugebant tota nocte: & ideò cùm esset mane, volauerunt idola ad templa sua in diuersis terræ partibus: ex quo inoleuit vsus vt in prima die mensis Thammuz qui est quartus mensis secundũ Hebræos lugerent homines seu mulieres ad idololatriã dediti super Thammuz in quolibet anno. Hæc ille. Quæ quidem narratio posito quod sit fabulosa prout verisimiliter apparet, tamen sufficiens est, vt ex ea sumatur vera expositio huius litteræ scilicet mulieres sedebãt plangẽtes Thammuz. Nam idololatrarum gesta cõmuniter fundantur in falsis & fictitiis narrationibus.* Caput enim idololatrarũ, scilicet diabolus mendax est & pater mendacij. Ioan. 8. f. *Si fortè narratio prædicta sit vera: & hoc quia virtute dæmonum & per magicas artes Deo permittente fiunt miracula plerũque similia illis miraculis, quæ fiunt per seruos Dei, vt Augustinus, dicit lib. 83. quæstionum, intelligendo tamen miracula largè sumpta, non propriè, vt in prima parte, q. 104. art. 3. in cor. q. tunc ex prædicta narratione consurgit quoddam fidei nostræ testimonium. Nam cum ista tam magna & admiranda antiquis temporibus fiebant, quæ tamen post aduentum Christi nullibi similia inueniuntur, signum est manifestum, quod per crucem Christi potestates dæmonum fuerunt valde debilitatæ ipso dicente Ioan. 12.* Iam princeps mundi huius eiicietur foras. *Zach. 13. a.* Spiritum immundum auferam de terra.

(In aliquo vtilis est nobis prædicta fabella.)

CAP. IX.

a ¹ET clamauit in auribus meis voce magna, 1

a ¶ LXX. Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus.
¶ Vicina captiuitate.

dicens: Appropinquauerūt visitationes vr- 2

a ¶ Non habebat sicut LXX. transtulerunt, præsentia enim narrat & futura, non præterita.

b bis: & vnusquisque vas interfectionis habet 3 4

a ¶ Angeli, Dei parentes voluntati. b ¶ Hieron. Ad peccata hominum tollenda, qui sexto die facti sunt.
¶ Ecce tertia porta.

c in manu sua. ² Et ecce sex viri veniebant de via portæ supe- 5 6
rioris, quæ respicit ad Aquilonem: & vniuscuiusque vas in- 7

¶ Septimus scilicet. a ¶ Christus. b ¶ In habitu Pontificis.

d teritus in manu eius. Vir quoque vnus in medio eorum vesti- 8 †

b ¶ Vt omnium peccata scriberet; & sanctorum numerum à peccatoribus segregaret.
a ¶ Hebraicè baddim.

tus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. Et † †

a ¶ Hieron. Duo erant altaria, vnum thymiamatis intrinsecus & aureum. Alterum holocaustorum ante templum æreum.

e ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum. ³ Et gloria do- 9 10 11

a ¶ Singularis numeri, generis masculini. Cherubin pluralis numeri generis neutri.

f mini Israel assumpta est de Cherub, quæ erat super eum ad

a ¶ Christum, qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, & angelus magni consilij.

g limen domus. Et vocauit virum qui indutus erat lineis, & a- 12

CAP. IX.

[illegible]it in au. Sequitur. *Approp. &c.* HIERON. in com. lib. 3. [illegible]tio visitatio est, quasi ægroti medicum expectantis: [illegible] *in virga iniquitates eorum, &c. Misericordiam autem meam*

Psal. 88. c.
Ibidem.

[illegible] IBID. Qui [illegible]os percutit in eo [illegible]d mali sunt, & [illegible]t vasa interfe[illegible]nis, vt occidat p[illegible]mos; minister est Dei.

Ministri Dei in puniēdis malis.

b *Vas inter.* IBID. LXX. *securim* de qua; *Ecce securis ad radicem arboris posita est.*

Matt. 3. c.

B

c *Ecce sex viri venieb.* † THEODORET. in Ezech. sect. 3. Cum enim ab Aquilone & idolum positum esset, & mulieres Thammuz lugerent, necessariò inde supplicium reperit aditū. Et meminisse oportet eorū, quæ supra dicta sunt, quartā videlicet vrbis partē igne consumptū iri. Vide igitur eas potestates, quibus puniendi munus cōmissum est, ad constitutū supplicium paratas. Et profectò Assyriorum multa millia vnus angelus iaculis confecit; & Ægyptiorum primogenitos Angelus vnus iussus est interficere: Hic verò propter impietatis exuperantiam, sex Angelis Iudæorum puniendorum munus est impositum.

Angeli supplicia inferentes.

C

d *Vir quoq.* De quo Ioannes, *In medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis.*

Apoc. 1. c.

HIERONYMVS vbi suprà. Pro *lineis*, quod nos iuxta Symmachum interpretati sumus, LXX. *podere.* Theodotio ipsum verbum Hebræum *Baddim*, aquila *præcipua* interpretati sunt, Vbi nos & atramentarium posuimus. LXX. posuerunt *Zona Saphyrina circa renes eius.* Aquila *rasti scribæ in manu eius.* Aquila *melanodochion*, id est, atramentarium scribæ ad lumbos eius: Symmachus, *tabulas scriptoris* habebat in renibus suis.

Variæ lectiones vers. 2.

D

Atramentarium Græcè calamarium, quia in eo calami reponuntur: Alij significantius *thecas* vocant, quia scriptorum calamos tegant.

Atramentarium, calamarium, theca.

† THEODORETVS vbi suprà. *Vir quoque.* Septimi habitus erat sacerdotis. Non enim ex his erat qui punirent, sed ex his qui supplicarent pro redimendis salute dignis. Nam quia septimam diem coli præcepit necessariò septimam maximè honoratam ostendit.

Sacerdotū est pro plebe Deum orare.

E

e *Et stete.* HIER. suprà. Parati ad iubentis imperium vt cuiuscūque viderent ibi peccata non esse dimissa, sententię domini & interfectioni eum subiacere cognoscant.

F

f *Ad limen do.* IBID. Alij sub diuo atrij domus, quod scilicet tecto non premitur, sed aeris fruitur libertate.

† THEODOR. vt suprà. *Ad limen domus.* Cùm enim sit contra ciuitatem sententiam laturus, extra sancta loca id facit, quæ non supplicia sed salutem suppeditant.

g *Indutus li.* HIEON. vbi suprà. LXX. *podere*, quæ quia ad pedes vsque pertingit, sic appellatur, quæ est vna de octo vestibus pontificis, quæ Latinè dicitur *talaris, de quibus Hieronymus opus luculentum composuit.*

Poder.

☞ a Et

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT IX.

ET clamauit. *Hic consequenter reuertitur propheta ad describendum destructionem ciuitatis & populi cuius in parte causa fuerunt abominationes prædicta. Et diuiditur in duas partes: quia primò describitur destructio populi communiter; Secundò, principalium specialiter, cap. 11. Prima in duas, quia primo describitur plebis excidium; Secundo, ciuitatis incendium, ca. seq. Præsens autem capitulum diuiditur in tres partes, quia primo ponitur visionis modus, Secundo plebis interitus, ibi,* Et vocauit; *Tertio Ezechielis luctus, ibi,* Et cæde completa. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

1 Et clamauit. *Scilicet, ille qui ostenderat Ezechieli Abominationes & personam Dei repræsentabat, vt prædictum est.*

2 Appropinquauerunt. *Scilicet Ierusalem ad puniendum ipsam.*

3 Et vnusquisque. *Aduersariorum eius,*

4 Vas inter. *Id est, instrumentum ad interficiendum, quod statim designatur per hoc quod subditur.*

5 Et ecce. *Id est, angeli in specie virorum. Vtrum autem intelligantur angeli boni vel mali, non habetur ex hoc: quia tales punitiones diuinæ aliquando fiunt & signantur fieri per bonos angelos, aliquando per malos.*

Angeli boni simul & mali ministrant diuinæ iustitiæ.

6 Veniebant, &c. *Illa erat porta Aquilonaris atrij mundorum, quæ dicitur superior, respectu portæ Aquilonaris atrij immundorum; templum enim erat in summitate montis. Et ideò illa atria procedebant versus templum ascendendo, & ex parte Aquilonari non erat aliqua porta superior versus templum, vt patet ex supradictis. De illa ergo parte veniebant ad portam atrij sacerdotum, quæ erat in parte orientali.*

Situs templi & atriorum eius.

7 Et vniuscuiusque vas. *Id est, instrumentum, vt lancea, vel gladius.*

8 Vir quoque, &c. *Ex hoc videtur, quod Angeli in hac visione imaginaria ostensi erant Angeli boni, quia vestis linea mundiciem significat.*

9 Et ingressi sunt, &c. *Ideò subditur,*

10 Et stet. &c. *Quod ibi erat.*

11 Et gloria dom. *Hic vocatur gloria domini effigies hominis sedentis in throno super firmamentum apparens super capita animalium, quæ inferius vocantur Cherubim: & hic vocantur Cherub, accipiendo singulare pro plurali, sicut frequenter fit in scriptura; videbatur ergo ista effigies repræsentans Dei maiestatem recedere de capitibus animalium & transire ad limen templi domini. Et per hoc designabatur recessus Dei de propitiatorio, quod erat intrà sancta sanctorum super alas Cherubim, non tamen per loci mutationem, cùm Deus necessariò sit vbique; sed per subtractionem suæ gratiæ, ita quod non daret inde responsa summo sacerdoti, sicut faciebant ante.*

Recessus Dei de propitiatorio.

12 Et voca. *Hic consequenter ponitur plebis interitus, cuius, primò ponit iniunctionem, cùm dicitur,* Et voca. *Ad signandum illos quibus erat parcendum, & illi erant in minori numero. Ideò subditur,*

1 Et

MORALITER.

† 1 *Et clamauit in aur. meis vo. ma.* Hic ad litteram describitur punitio Iudæorum idololatrantium modo dicto capitulo præcedenti: per quam significatur punitio Christianorum malorum, qui secundum quod dictum est idololatriæ spirituali mancipantur. Et de illa punitione subditur,

5 *Et ecce sex viri, &c.* Per quos significantur angeli boni exequutores diuinæ iustitiæ in malorum punitione. Quòd autem talis exequutio fiat aliquando per bonos angelos, patet per illos angelos quos Abraham suscepit hospitio in forma hominum: Gen. 18. Et certum est, quod fuerunt angeli boni, & tamen duo illorum subuerterunt Sodomam, vt dicitur Gen. 19. Et sic dicitur in proposito, ideò subditur,

Ministeriū Angelorum [illegible] in puniendis malis.

7 *Et vniuscuiusque vas.* Id est, instrumentum ad interficiendum.

† *In manu.* Dicuntur sex viri propter sex ordines angelorum ministrantium, scilicet hierarchiæ mediæ & inferioris.

8 *Vir quoque vnus, &c.* Per quem intelligitur Christus, qui dicitur vnus, quia non habet patrem.

Christus.

† *Vestitus erat lineis, &c.* Ad signandum puritatem mentis & corporis, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

† *Et atramentarium.* Ad designandum quòd Christus in sua notitia creata habet scripta omnium merita & demerita, cum illa cognoscat omnia quæ cognoscit Deus scientia visionis.

a *Et signa Tau.* † THEODORETVS in Ezech. sect. 3. Conducit A consulere peccantibus. Sed cum repugnant & non obediunt, necessaria est lamentatio. Idcircò Paulus dicebat, *Quis infirmatur & ego non infirmor?* Et rursus, *Ne cum venero humiliet me Deus apud vos & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt & non egerunt pœnitentiam.* Pij igitur erant hi qui lugebant, plorabantque populi scelera. Idcircò signo conspicui fiunt, ne pœnarum participes fiant. HIERONYMVS lib. 3. coment. *Tau* quę scilicet, extrema est, viginti duarū litterarū apud Hebræos & perfectam in viris gementibus & dolentibus sententiam monstrat. B Hebræi verò autumant, quia apud eos lex *thora* dicitur, & in principio nominis sui scribitur hæc littera, eos hoc accipere signaculum, qui legis præcepta compleuerunt. *Tau* littera extrema in antiquis Hebræorum litteris, quibus vsque hodie vtuntur Samaritani, crucis habet similitudinem, quæ in Christianorū frontibus frequenter signatur: cuius munitione signamur. Sunt qui putāt, quia in Hebræo C alphabeto ista littera extrema sit, demonstrari in multitudine peccantium superesse reliquias sanctorum. Gementes autem dolentesque saluantur, quia nec peccauerunt, nec peccantibus consenserunt, & aliena peccata planxerunt, sicut Samuel, Saul, & Paulus eos qui pœnitentiam non egerunt. Vnde: *Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus.* Et alibi: *Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.*

(2. Cor. 11. — Ibidem 12. — Lugentes aliena peccata. — * 23. q. 4. c. non potest. *Desseri à bonis peccata debent quæ ab eis corrigi non possunt.* — Quid signet littera Tau? — * supra B. f. — Quæ olim eius figura & sedes in Alphabeto? — 1. Reg. 16. a. — 2. Cor. 5. a. — Rom. 9. a.)

† TERTVLLIANVS lib. 3. contr. Marcion. c. 22. Ipsa enim littera Græcorum *Tau*, nostra autem T. species crucis quam portendebat futuram in frontibus nostris apud veram & catholicam Ierusalem, in qua fratres Christi, filios scilicet Dei, gloriam patris elaturos, Psalmus vigesimus primus canit ex persona ipsius Christi ad patrem, *Enarrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ Hymnum dicam tibi.*

(Signum salutiferum sanctæ Crucis. — Psal. 21.)

b *Senem adolescen.* HIER. suprà. Omnes isti pereunt, si absque Christi signaculo se aliquid esse putant.

c *Et à sanctuario meo incipite.* IBID. Vel sacerdotes significat, qui versabantur in templo & adorabant idola; Vel eos, qui pro sacerdotij merito sancti vocabantur in populo, & qui fuere in populis cau- D sa peccati, primi meruere supplicia.

† THEODOR. vbi supra. Iubet vt à sanctis suis vltrices potestates initium faciant, non re vera sanctos eos nuncupans, sed quia hoc esse existimabantur, quasi ad diuinum cultum selecti: neque enim, vt quidam opinati sunt, de sanctis locis hoc dictum est; sed de hominibus ad diuinum cultum segregatis, quod perspicuum faciunt prophetiæ sequentia.

(Primi pœnas sustinebunt qui pœnæ & peccati aliis causa fuerunt.)

---

tramentarium scriptoris habebat in lumbis suis. † Et dixit dominus ad eum: Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem, * & signa Tau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. ² Et illis dixit audiente me: Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite. * Non parcat oculus vester, neque misereamini. ᶜ Senem adolescentulum & uirginem, paruulum & mulieres interficite vsque ad internecionem. Omnem autem super quem videritis Tau, ne occidatis. * Et à sanctuario meo incipite. * Cœperunt ergo à uiris senioribus ³ qui erant ante faciem domus. ⁷ Et dixit ad eos: Contaminate ⁴ domum, & implete atria interfectis. Egredimini. Et egressi ⁵ ⁶ sunt & percutiebant eos qui erant in ciuitate. ⁸ Et cæde com- ⁷ pleta, remansi ego ruique super faciem meam, & clamans aio: ⁸ ⁹ Heu heu heu domine Deus: Ergo ne disperdas omnes reli- ¹⁰ quias Israel: Effundens furorem tuum super Ierusalem. ⁹ Et di-

(Interlinear: a Virum indutum lineis. — a Secundum illud; Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? — Publicè. — Sex viris. — a Reliquit nobis exemplum vt sequamur vestigia eius. — a Secundum illud, Cani hominis prudentia eius. — b Quia ad bella fidei promptissimus. — c Quæ pudicitiam tota mente seruat. — a Qui lacte potatur infantiæ necdum solidum cibum percipere potest. — b Quæ fragilitatem sexus animæ imbecillitate testantur. — a Qui potest dicere, Signatum est super nos lumen vultus tui domine. — b Qui tenebant thuribula, & sacrificabant. — a LXX. A sanctis meis incipite. — Vnde cœpit peccatum initium inde iudicium. — a Nulla est loci religio offenso Deo. — b Non auderent angeli templum sanguine contaminare, nisi præcepisset dominus recedentis gloriæ. — a In his qui signaculum non habebant.)

---

d *Qui erant ante faciem do.* † THEODOR. IBID. Hos præcipit intus interfici. Iustum est enim, qui ibi legem violarent, ibi quoque pœnas dare.

e *Contaminate domum.* E HIER. suprà. Omnis qui in peccato mortuus est, contaminat atria templi, in quibus viuit qui cum Christo resurgit.

(* Iudic. 1. b. — * 50. d. c. & *Ad pristinum gradum post pœnitentiam reuocari posse penitentes.*)

† THEODOR. vbi suprà. Propterea quod ipsi idolis domū polluerant: iustus iudex iniquorum cæde hoc fieri iubet.

f *Et cæde completa, &c.* HIE. vbi suprà. Quidam arbitrantur ex persona domini, in cuius typum præcessit Ezechiel, de popu- F lo Iudæorum hoc posse intelligi, qui declinauerunt simul inutiles facti sunt. Vnde, *Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus.* Solus enim inuentus est dominus qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius.

(Psal. 13. a. — Psal. 11. a. — 1. Pe. 2. d.)

g *Remansi ego.* HIERON. IBID. De tanta interfectione, nullum me excepto arbitrans remansisse. Notandum tamen quòd non ait, remansi ego solus, sed *remansi ego*, Subaudiendum enim est cum ceteris signatis.

h *Effundens furorem.* IBID. Magnitudinem pœnæ signat: sicut illic, *Effusa est despectio super principes*, Et alibi, *Penè effusi sunt gressus mei.* Et in bono, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum.* Et alibi, *Diffusa est gratia in labiis tuis.*

(Psal. 106. d. — Psal. 72. a. — Rom. 5. a. — Psal. 44. a.)

† THEODORETVS vbi suprà. Humanus propheta & ad misericordiam propensus. Talis fuit Beatus Paulus, qui pro Iudæis optabat anathema esse à Deo, verum dominus prophetam consolatur, & iusta edocet supplicia.

i *Et dixit ad me.* HIERON. vbi suprà. Flentem prophetam consolatur. Q. d. Non iniustè hoc facio, ipsi sibi hoc fecerunt.

a Magna

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et signa Tau. *Tau est vltima littera alphabeti Hebraici. Et est prima in hac dictione* thora, *quæ Hebraicè legem significat. Ideò scribebatur super frontes virorum gementium & dolentium de transgressione legis in abominationibus supradictis.*

(Thau littera.)

2 Et dixit, *Scilicet sex viris habentibus vasa interitus in manibus suis. Cetera patent vsque ibi,*

3 Et à san. *Interficiendo primò sacerdotes & Leuitas ibi ministrantes. Consequenter ponitur interfectionis exequutio, cùm dicitur*, Cœperunt, &c.

4 Conta. do. *Dicebatur aliquis locus contaminari propter causam mortui Num. 19.*

5 Et impl. *Ista sunt tria templi atria, de quibus dictum est cap. precedenti.*

6 Egredi. *Scilicet de atriis templi cæde completa, vt exequamini preceptum per totam ciuitatem. Ideò subditur.* Egressi sunt.

7 Et cæde. *Hic consequenter ponitur Ezechielis luctus, dum dicitur in persona eius.*

8 Remansi, *Quia non fui interfectus cùm aliis.*

9 Ruique super. *Præ timore & admiratione tanti exterminij. Ideò subditur,*

10 Heu. *Et triplicatur ad maiorem exaggerationem. Cetera patent vsque ibi,*

1 Et

MORALITER.

† † *Et dixit.* Sequitur,

1 *Et signa Tau.* Per signum *Tau*, signatur signum crucis quo significantur verè pœnitentes, qui gemunt & dolent de suis peccatis: & isti saluantur. Alij verò qui non pœnitent, damnātur, ideò subditur,

(Pœnitentes. — Impenitentes.)

† *Omnem autem super.* Per hoc autem quod sequitur in persona prophetæ,

7 *Et cæde completa.* Signatur, quòd bonus prælatus luget casum populi sibi subiecti.

† MORA-

xit ad me: Iniquitas domus Israël & Iuda magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione. Dixerunt enim: Dereliquit dominus terrã, & dominus nõ videt.[10] Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor. Viam eorum super caput eorum reddam.[11] Et ecce uir qui indutus erat lineis, qui habebat atramentariũ in dorso suo, respondit verbum, dicens: Feci sicut præcepisti mihi.

(a Decem tribuum. b Duarum. Inculcatio est. Video. a Occisorum. b Hoc ideo, quia ciui. reple. est auer. c A cultu Dei. d Aperitur causa tantorum scelerum, quia scilicet non putauerunt esse prouidentiam Dei. Vt aiunt. a Non curat terrena. vnde, Hic superis labor est, ea cura quietos sollicitat. Nunc & si viderit ante. a Corda scilicet vel principes qui sunt capita populi. a Impleta obedientia. b Christus. c Carne humana multitudine attrita. a Qui signaculo Tau lugentium frontes armaui.)

... lib. 3. ... Pro... dine ... tis, ma... udo sup... ij, non e... vt Stoici ... tant, peccata omnia sunt æqualia, vel pœnæ.

Stoici omnia peccata putant esse æqualia.

b *Et ecce vir qui indutus erat.* HIE-

HIERONY. IBID. Sex viri quibus præceptum erat trãsire per ciuitatem nihil tale renuntiãt, quia non lætitiæ, sed mœroris impleuere sententiam, quæ non sermone sed opere probatur.

Sup. eodé. b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et repleta est terra sanguinibus. *Scilicet innocentum occisorum in ea, & maximè tempore Manasse, de quo dicitur 4. Reg. 21. quod effudit sanguinem innoxium multum nimis.*

2 Et ciuitas repleta est auersi. *Scilicet à Deo per multiplicem idololatriam, vt dictum est cap. præcedenti.*

3 Dixerunt enim: Dereliquit dom. *Hoc expositum est capite præcedenti.*

4 Et ecce vir. *Dicit Ra. Sa. quod erat Gabriel Angelus in specie viri.*

Gabriel Angelus in specie viri.

CAPVT X.

E[1]T vidi, & ecce in firmamento, quod [2] erat super caput Cherubim quasi lapis Saphyrus, & quasi species similitudinis solij apparuit super ea,[2] & dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus Cherubim, & imple manũ tuam prunis ignis quæ sunt inter Cherubim, & effunde super ciuitatẽ: Ingressusque est in conspectu meo.[3] Cherubim autem stabant à dextris domus, cùm ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius.[4] Et eleuata est gloria domini desuper Cherubim ad limen domus, & repleta est domus nube. Et atriũ repletum est splendore gloriæ domini,[5] et sonitus alarum Cherubim audiebatur vsque ad atriũ exterius,

(Vt supra. a Animalium. Throni. Cherubim. a A quo recesserant. b Recapitulatio. Quia præsente domini maiestate non exercentur domini supplicia. a Quæ erat in atrio. b Ideo.)

CAP. X.

a *ET vidi, & ecce.* HIERO. Nota in quibus superior visio, & hæc discordant aut concordant: vt ex vtriusque collatione absque nostro admonitu diuina percipias sacramenta; & quod ante monui quoniam in firmamento, & in throno, & in manu hominis, non veritas sed similitudo dicitur: Non enim facie ad faciem reuelato vultu gloriam Dei contemplamur, sed in similitudine omnia videmus & imagine, dum fragili circumdamur corpore.

Diuinitas in præsenti sæculo quomodo nobis ostẽdatur? 1. Cor. 13. d.

b *Et imple manum tuam.* HIERONYM. IBID. Vt post interfectionem cadauera mortuorum mundet Ierusalem, secundum illud Isa. *Sanctificabit eum in igne ardente, & deuorabit sicut fœni materiam.* Hi sunt carbones, quos in remedium linguæ atque mendacij, desolantes vitia, propheta interrogatus exoptat, *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagitta potentis acuta, cum carbonibus desolatoriis, &c.*

Isa. 10. d. secundum LXX. Psal. 119. a.

IBID. Notandum quod in Isaia, qui tantum in sermone peccauerat, & immunda labia se habere dicebat, ad purgandum vnus forcipe carbo comprehẽditur. Hic verò quia ciuitas est plena iniquitate, & post supplicia, cadaueribus mortuorum, plures assumuntur carbones, nec vna manu sed ambabus: quamuis, & hoc intelligatur, quod nõ ad purgationem, sed ad pœnas atque cruciatus prunæ assumantur & spargantur.

Prunæ assumptæ ad purgandũ, vel ad cruciandum.

c *Cherubim autem.* Vt sanctæ supernæque virtutes dexteram domus Dei partem tenere videantur. Illæ autem quæ mittuntur ad supplicia (de quibus dicitur: *Immissionem per angelos malos*) sinistras partes.

Psal. 77. c.

Ingres-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. X.

ET vidi. *Hic consequenter describitur ciuitatis Ierusalem futurum incendium. Et diuiditur in duas partes, quia primò designatur ista combustio, Secundo, explicatur visio, ibi,* Et apparuit. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

1 Et vidi, *Visione imaginaria & intellectuali.*

2 Et ecce in. *Species enim gloriæ domini quæ recesserat de loco super capita Cherubim, transferens se ad limen domus, vt dictum est cap. præcedenti, redierat ad locum pristinum super firmamentum in capitibus animalium:* Et dixit, *scilicet sedens in throno, Dei maiestatem repræsentans.*

Redit gloria Dei à limine domus ad locum priorem.

3 Ingrede. in medio rotarum. quæ. *Vnde suprà 1. cap. dicitur:* Similitudo animalium & aspectus eorũ, quasi carbonum ignis ardentiũ.

4 Et effunde sup. ciuit. *Scilicet Ierusalem, per quod designatur incendium eius futurum secundum iudicium diuinum.*

5 Ingress. *Scilicet vir indutus lineis.*

6 In cons. *Id est, me vidente, & est verbum prophetæ.*

7 Cherubim. aut. stab. à dextris. i. *Ad dexteram partem templi, tamen in atrio sacerdotum, ideo subditur,*

8 Et nub. *Ad designandum Dei præsentiam, secundum quod dicitur. 2. Paralip. 6. a.* Dominus pollicitus est, quod habitaret in nebula.

9 Et eleua. *Quia species repræsentans Dei maiestatem transiuit de capitibus Cherubim ad limen domus, & significat iste transitus illud quod dictum est c. præc.*

Iterum reuertitur ad limen domus.

10 Et atr. repl. e. splen. *Splendore Dei maiestatem repræsentante.*

11 Et soni. *Per talem motum alarum intelligitur promptitudo angelorum ad exequendum domini mandatum.*

12 Audiebatur. *Sic enim in Heb. habetur, & ideo aliqui male corrigunt dicentes,* interius. *Dicitur autem atrium exterius atrium immundorum, eo quod erat longe remotius à templo.*

Quasi

MORALITER.

1 *Et vidi, & ecce in firmament.* Sequitur.

† *Et dixit ad virum.* Per hoc quod ille vir, per quem Christus significatur, vt dictum est, effudit prunas ardentes super ciuitatem, significata fuit denuntiatio destructionis Ierusalem per Romanos, sicut denuntiauit Christus Lucæ 19. *Videns Iesus ciuitatem sanctam Ierusalem, fleuit super eam amare, &c.*

Ierusalem per Romanos destructa.

9 *Et eleua. est, &c.* Per hoc significatum fuit mystice, quod in aduentu Romanorum contra Ierusalem, recessurum erat ab ea præsidium angelorum, vnde dicit Iosephus in libro de Iudaico bello, quod tunc, cùm sacerdotes in nocte Pentecostes intrarent templum ad diuinas res agendas, audierunt primò quemdam strepitum, & postea voces dicentium, *Migremus hinc,* quæ creduntur fuisse voces angelorum præsidentium templo & populo Iudai- † co.

Præsidium Angelorum ab ea recedens.

☞ a *Ingressus ille stetit.* A HIERO. lib. 3. com. Stupefactus, vel ob tristitiã ciuitatis puniendę vel ob magnitudinem gloriæ, nec manũ ad ignẽ mittit.

Psal. 77.

† THEODORETVS sect. 3. Ordinũ, qui cerni nequeunt, discrimen hinc quoque licet agnoscere; Sex enim imperatum fuit, vt ne prope quidem accederent ad ipsa Cherubim. Hic verò appropinquat quidem, non tamen audet inter ipsa progredi sed ipsi Cherubim porrigunt carbones.

Ordines Angelorũ.

b *Qui accipiens egr.* HIER. vbi supra. Non dicit quid egressus fecerit, quia tristis rei narrationem maluit nobis intelligendam relinquere, quàm oculis subiicere.

c *Et apparuit in Cherubim similitudo manus.*

† THEODORETVS vbi supra. Opera manus significant. Deinde rursus narrat quæ ad rotas pertinent. Omnibus his dictis quæ paulo ante diximus, speciem tantum coloris immutatum se vidisse ait. Illic enim secundum Symmachum, quasi speciem hyacinthi, dixit se conspexisse: hic vero secundũ Septuaginta, quasi carbonis. Et arbitror quia in templo hanc vidit visionem, idcirco præpositam faciem vituli vidisse, quando hoc ad typum sacerdotij sumptum est. Docetque dorsa ipsorum & manus horum & rotas & alas plenas oculis fuisse edoctus vim cognitionis ipsorum, quod significat hoc nomen Galgal.

d *Facies.* HIER. vbi supra. Horum omniũ sensum præteritæ visionis expositio continet. Et sciendum, quod superius dictum est, *facies vituli à sinistris quatuor*, non sic accipiendum est, vt alia sit à dextris, alia à sinistris, sed omnium æqualis ordo describitur. Quatuor enim facies habebat vnumquodque, vt nonlocorum diuersitate dextri & sinistri, sed vno ordine per gradus describantur.

supra 1. c. — Dispositio facierum animalium.

e *Faces sec.* IBID. Hic describuntur alia à dextris, alia à sinistris, sed omnium æqualis ordo, quia quatuor facies habebat vnumquodq;

☞ Spi-

[1] quasi vox Dei omnipotentis loquentis. [2] Cumq; præcepisset viro qui indutus erat lineis, dicens: sume ignem de medio rotarum quæ sunt inter Cherubim: [3] ingressus ille stetit [4] iuxta rotam. (¶ Ideo.) [7] Et extendit Cherub manum de medio Cherubim ad ignem qui erat inter Cherubim: & sumpsit & dedit in manus eius qui indutus erat lineis: [5] qui accipiens egressus est. [8] Et apparuit [6] in Cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum. (a ¶ Vt supra.) (¶ Animalia.) [9] Et vidi, & ecce [7] quatuor rotæ iuxta Cherubim. Rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia iuxta Cherub vnum. [8] Species autem rotarum erat quasi visio lapidis chrysolithi, [10] & aspectus earum similitudo vna quatuor, quasi sit rota in medio rotæ. [11] Cumque ambularent, in quatuor partes gradiebantur, & non reuertebantur ambulantes: sed ad locum ad quem ire declinat quæ prima erat, sequebantur & ceteræ: (¶ In his efficientiam rerum non membrorum imagines significat.) nec reuertebantur. [12] [9] Et omne corpus earum & colla & manus (a ¶ Ferrei scilicet quibus lignorum rotunditas astringitur.) & pennæ & circuli plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum: [13] [10] & rotas istas vocauit volubiles audiente me. [14] [11] Quatuor autem facies habebat vnum. (a ¶ Animal.) (b ¶ Prima.) (c ¶ Idem superius facies vituli. Vnde datur intelligi faciem Cherub esse vituli.) [12] Facies vna facies Cherub [13] & facies secunda facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto facies Aquilæ: [15] & eleuata sunt Cherubim: (¶ Nota quod eadem debemus intelligere in expositione animalis quæ supra.) [14] Ipsum est animal quod videram iuxta flumen Chobar.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Quasi vox. *Q. d. ille sonitus alarum erat magnificus & mirabilis, secundum quod dicitur Psal. 38. a.* Vox domini in virtute, vox domini in mag.

2 Cumque. *Repetitio est eius quod dictum est supra,* Ingredere in medio rotarum, &c.

3 Ingress. *Scilicet vir indutus lineis.*

4 Ste iu. *Vt acciperet ignem per ministerium tamen Cherub. ideo subditur:* Et ex. Che.

5 Qui acci. *Scilicet ad effundendum super ciuitatem, non tamen dicitur hic quod effuderit, ad designandum quod ciuitas tunc non fuit combusta, sed postea per sex annos, quia visio ista fuit anno sexto transmigrationis Ioakim sexto mense quinta die mensis, vt habetur in principio. 8. ca. Ciuitas autem fuit combusta anno 11. Sedechiæ, qui fuit annus vndecimus à transmigratione Ioachim, quia Sedechias ei successit in regno.*

Quando fuit Ierusalem incensa.

6 Et appa. *Hic consequenter explicatur modus visionis, qui in aliquibus, licet paucis, differt à modo visionis posito, suprà 1. ca. Tales enim visiones fiunt ad aliquid significandum, & ideo frequenter fit ibi immutatio ad aliquid significandum, quod de nouo dicitur. Dicit ergo:* Et apparuit. *Illa autem quatuor animalia. 1. c. descripta vocantur hic Cherubim, eo quod erant alata & præsidia angelorum significantia, vt ibidem dictum fuit, angeli vero sunt scientia pleni, & sic interpretatur Cherubim plenitudo scientiæ.*

Cherubim.

7 Et ecce quatuor. *Per hoc patet quod dictum est suprà 1. cap. quod erant ibi quatuor rotæ, & quatuor animalia.*

8 Species. *Suprà 1. ca. dicitur:* Et aspectus rotarum quasi visio maris. *chrysolitus autem lapis est pretiosus habens colorem aureum, & ideo dicitur à chrysos quod est aurum, & per hoc quod ponitur hic quasi visio lap. Chry. datur intelligi, quod propheta erat magis illustratus fulgore diuinæ sapientiæ, quàm à principio: & idem designatur per hoc quod postea subditur.*

Chrysolitus.

9 Et omne corpus, &c. *Quæ tria vltima intelliguntur de animalibus, & non de rotis. Et dicuntur hic plena oculis, primo verò cap. hoc tantùm dicitur de rotis, per oculos autem perspicacitas intelligentiæ designatur, vnde & homines sapientes & astuti secundum modum loquendi communem dicuntur oculati.*

10 Et rotas istas voca. volubiles. *Quia æqualiter volui poterant ad quatuor partes.*

11 Quatuor. *Vnum scilicet animal.*

12 Facies vna. *Id est, prima, sicut Gen. 1. c.* Et factum est vespere & mane dies vnus. *Id est, primus.*

13 Facies Cherub. *Hic occurrit duplex dubium. Primum est quare ista facies dicitur hic facies* Cherub. *quæ in primo cap. dicitur facies bouis. Secundum; quare dicitur hic* prima, *ibi autem* tertia? *Ad primum dicunt aliqui, quod facies bouis siue vituli est multum similis faciei Cherub, & propter hoc sic nominatur. Sed hoc dictum est contra Iosephum, dicentem quod facies Cherub est facies cuiusdam auis, quæ numquam visa est ab hominibus, sed eius similitudo ostensa fuit Moysi in monte vbi fuit sibi ostensum exemplar omnium fiendorum in tabernaculo, secundum quod dicitur Exod. 25. d.* Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. *Est etiam contra dictum Ra. Sa. & aliorum Hebræorum, qui dicunt quod facies Cherub, est quasi facies pueri gratiosi: propter quod taliter communiter depingitur, ideo dicitur, quod facies bouis fuit mutata in faciem pueri, Cuius mutationis ratio potest assignari, quia sicut dictum est supra cap. 1. facies bouis significat regnum Græcorum propter populi communis petulantiam: tunc tamen in Philosophis Græciæ maximè viguit sapientia, propter quod ad hoc denotandum facies bouis qui est animal irrationale, versa fuit in faciem hominis, qui est animal rationale, & in faciem puerilem, quia sapientia non senescit, sed magis iuuenescit etiam in senibus, qui sedatis passionibus clarius vident, secundum quod dicitur. 7. Physic.* Sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens, *propter hoc dicitur. Sap. 6. b.* Clara est & quæ numquam marcescit sapientia. *Ad secundum dicendum, quod propter hoc dicitur hic facies Cherub prima, quia apparebat directius vultui prophetæ quam alia, sicut dictum est supra 1. cap. de facie hominis.*

Quare hic ista facies dicatur Cherub quæ in 1. cap. dicitur facies bouis.

Græcorum indoles.

14 Ipsum est animal quod, &c. *Id est, quodlibet dictorum quatuor animalium, est illud idem quod videram in prima visione descripta supra 1. cap.*

☞ Et

MORALITER.

† co. Residuum autem huius capituli loquitur de dispositione quatuor animalium & rotarum, quorum sensus mysticus positus est, suprà cap. 1.

† MORA-

a *Spiritus enim vitæ.* HIERON. lib. 3. in com. Omnia viuunt Deo, & A suum sentiunt creatorem: non est Deus mortuorum, sed viuentium; vnde, & omnia corpora rotarum plena sunt oculis. Et in Psalm. dicitur, *Cæli enar. glo. Dei & op. ma. e. an. fir. Dies di. eruc. ver. & nox nocti indi. sci.* Sol quoque, & luna, & mare, & flumina, & montes, & colles laudant dominum, & in circulum suum per annos singulos elementa voluuntur. Cælorumque rationem in terris deprehendimus, vt antiquum legis ordinem seruantes voluantur & currant, & nihil nouum cernamus super terram.

Matt. 22. d. supra 1. e. Psal. 18. a. Deus omnis creaturæ dominus. Sap. 1. b.

b *Et egressa gloria.* † THEODORET. sect. 3. Quando enim sumi præcepit carbones, visa est quodammodo recedere, vt is cui fuerat imperatum vt accederet, auderet: Quo facto rursus redire videtur & inuehi; sed Cherubim, inquit, sublimia & facilè per aera ferebantur alarum motu pro pedibus vtentia:

c *Et stetit.* HIERON. vbi supra. Sic paulatim protectio Dei reliquit Israel; primum fuit in templo, post stetit in atrio siue limine: quia recedente de templo, nubes & caligo impleuit ipsius penetralia; rursumque ipsa gloria sedit super Cherubim: & illis statim abeuntibus ad exteriora, subsequutæ sunt rotæ.

Deus paulatim à Iudæis recedens.

d *Et intellexi.* IBID. Plenitudo scientię, notitia sacramentorum Dei, & thronus eius ac requies: vnde, *Qui sedes super Cherubim manifestare, &c.* Semper gloria domini sedet in multitudine scientiæ: Et tunc manifestatur, quando cuncta regi prouidentia monstratur, non fortuito quid B fieri; nec debere dici. *Dereliquit Dominus terram, &, dominus non videt.* Vnde intuitus Cherubim & apperitus eorum, est obliuisci præteritorum, & ad futura se extendere.

Psal. 67. b. Prouidentia Dei super omnia.

¶ Animalia.

[16] Cumq; ambularent Cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea: & cùm eleuarent Cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed & ipsę iuxta erant. [17] Stantibus illis stabant, & cum eleuatis eleuabantur. a Spiritus enim vitę erat in eis. [18] b Et egressa est gloria domini a ¶ Vbi stetit. à limine b ¶ Interioris. templi, & 1 c stetit super Cherubim. [19] Et eleuantia Cherubim alas suas, 2 exaltata sunt à terra corá me: & illis egredientibus a ¶ Interius atrium. rotæ quoque subsequutæ sunt. Et stetit in introitu a ¶ Hieron. Non iam in ianua templi, sed post atrium, & post limen, in introitu portæ. portæ domus domini orientalis, & gloria Dei Israel erat super ea. [20] Ipsum est 3 animal, a ¶ Super quod thronus, super quod gloria. quod vidi subter Deum Israel iuxta fluuiũ Chobar, 4 d & intellexi ¶ Plenitudo. quia Cherubim essent. [21] Quatuor per quatuor 5 vultus vni, & quatuor alæ vni, & similitudo manus hominis 6 sub alis eorum. Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum a ¶ Præteritorum obliuisci, ad futura progredi. ante faciem suam ingredi.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et egressa. *Rediens ad locum suum.*

2 Et stetit. *Dicit Ra. Sa. quod hæc est porta atrij sacerdotum, quæ erat in parte Orientali: Et dicitur porta domus domini, siue templi, eò quod in recta linea opponitur portæ templi, vt dictum est suprà* 8.

Porta Domus Domini.

3 Ipsum est animal. *Id est, quodlibet illorum quatuor.*

4 Quod vidi subter Deum. *Quia firmamentum erat super capita animalium, & desuper effigies Dei sedentis in throno, repræsentans eius maiestatem.*

5 Quatuor per quatuor, *Id est, per singula quatuor animalia quatuor facies erant cuilibet ipsorum.*

6 Et similitu. vul. *Q. d. licet apparentia vnius faciei esset mutata, vt prædictum est, tamen erat idem animal. Cetera autem, quæ non sunt hic exposita de animalibus & rotis, exposita sunt plenius suprà. cap. 1. vbi potest haberi recursus.*

ADDITIO.

C *In cap. x. vbi dicitur in postilla,* Hic occurrunt duo dubia. *Ad hoc duplex dubium motum per Postillatorem videtur dicendum, quòd non solùm primum animal, sed quodlibet quatuor animalium prædictorum in prima visione contentorum, in hoc loco vocatur Cherub; vnde in littera expresse dicitur;* Rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia iuxta Cherub alterum. *Et quia secundum glo. eadem debemus in hoc loco intelligere in expositione animalium, quæ suprà: Hæc enim mutatio nominum non debet referri ad mutationem rerum visarum, sed ad maiorem illustrationem prophetæ; Illa enim quæ prius sub specie animalium quasi inferiorum cognouerat, hic, cognoscit sub specie Cherubim, quæ sunt altioris gradus: vt expresius denotet, quòd mysteria per huiusmodi animalia figurata sunt supra naturam rerum naturalium; vnde non solùm facies bouis dicitur hic Cherubim, sed etiam facies hominis, & facies leonis, & huiusmodi. Et ideo de omnibus animalibus simul sumptis dicit infrà eod. cap.* Intellexi, quia Cherubim essent: *quasi* F *dicat, illa quæ prius videram vt animalia quasi terrena: modo intellexi vt Cherubim, quod plenitudinem sapientiæ importat. Cùm autem dicitur,* Facies vna, facies Cherub, & facies secunda facies hominis, &c. *in sola facie bouis fecit mutationem, quia bos (vt dictum est suprà) secundum expositionem sanctorum significat mysterium passionis, eò quòd est animal immolatitium: & sic habet infirmiorem rationem quam alia animalia. Idcirco imposuit sibi nomen Cherub, quasi à fortiori de omnibus intelligeretur ratio Cherubim: vnde statim de omnibus quatuor animalibus dicit,* Eleuati sunt Cherubim; *& infrà,* Cumque ambularent Cherubim, &c. *Et ratione prædicta potest dici, quòd ante posuit faciem bouis, quæ in prima visione fuit tertia, vt denotaret, quasi per locum à fortiori, æqualitatem animalium in dignitate seu excellentia.*

Vnumquodque animalium dici debere Cherub. Visio huius cap. illustrat illam 1. cap. Alia ratio, cur animal qui in primo cap. dicitur habere faciem bouis, in præsenti dicatur Cherub.

CAP. XI.

a *ET eleuauit me spiritus & introdux.* HIERON. vbi suprà. Per me gloriam sequi non poteram auolantem; tem; vt scilicet, non remanerem in tẽplo ignorantiæ nube confusus: sed *stans in porta domus domini orientalis, quæ re. so. or.* quæ ☞ sequuntur

CAP. XI.

a ET a ¶ Vbi erat gloria. ¶ Christum qui nos ad patrem. [1] T eleuauit me spiritus & introduxit me ad portam 1 domus a ¶ Ecclesiæ. domini orientalem: b ¶ Iustitiæ, scilicet, de quo. Ecce vir oriens, &c. quæ respicit solis ortum. 2

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XI.

ET eleuauit me spiritus. *Superius posita est vastatio plebis communiter, hic ponitur destructio principalium specialiter: & primò sacerdotum; secundò principum. cap. sequ. tertiò falsorum prophetarum. cap. 13. Circa primum sciendum, quòd Ieremias prophetauerat bonum illis qui transmigrauerant, & malum illis qui in Ierusalem remanserant, sub metaphora ficuum bonarum & malarum Ierem. 24. b. Sacerdotes autem qui remanserant in Ierusalem, contrarium asserebant: & ideo ostensio facta est Ezechieli consimilis visioni Iere. potissime quantum ad sacerdotes. Primò ergo describitur vastatio illorum, qui remanserant in Ierusalem; secundò consolatio illorum, qui transmigrauerant in Babylonem, ibi,* Et factum est. *Circa primum sciendum, quod sacerdotes, qui remanserant in Ierusalem parabolicè designabant suam prosperitatem, & ideo primò eorum parabola ponitur; & secundo tollitur ibi,* Idcirco. *Circa primum præmittitur modus visionis, cùm dicitur,*

Diuisio. Pseudoprophetæ contrauenientes prædictis à Ieremia.

1 Eleuauit me spiritus. *Id est, Deus vel angelus Dei minister.*

2 Et introduxit me ad port. *Id est, ad portam atrij sacerdotum quæ sic nominatur, vt dictum est cap. præced.*

☞ sequuntur sacramenta cognoscerem.

A a *Vigintiquinque, &c. Principes populi.* HIERON. lib. 3. commentariorum. Omnia referentes ad quinque sensus corporis; Hic autem numerus aut vix aut numquam in bono reperitur, quamuis in Leuitico ad sacerdotale ministerium à 25. annis eligatur; Hoc enim in Hebræo non habetur, sed in septuaginta: Ibi enim tricenarius est, & in exordio huius prophetę, & in domini ętate, quando baptizatus est à Ioanne. Dicimus tamé quinq; prudentes virgines, quinque fatuas. Sed hic quinarius in medio B positus est: & pro qualitate vtentium, vel ad bonum vel ad malum referri potest.

Mysteria numerorũ 5. & 25.

b *Iechoniam.* HIERONYM. IBID. Dualem, scilicet, numerum qui diuidit vnitatem, & in secundæ diei numero, secundum Hebraicam veritatem, non videtur à domino: vnde in arcam bina & bina in-C troducuntur immunda. Dominus autem vtrumque in vnum coartans, fecit vtraque vnum, & soluit mediũ parietem, inimicitias in carne sua condemnans; vnde, *Ego & pater vnum sumus*, vt, scilicet, à Iudaica dualitate in vnitatem nos reuocaret fidei Christianæ: Pontificatu quoque Iudæorum perdito dominus patitur non sub vno principe sed sub duobus, Anna & Caipha, vt religionis eorum scissum monstraret errorem.

Deus vnitatis auctor diabolus diuisionis.

c *Fili*

a Et ecce in introitu portæ vigintiquinque viri: & vidi in me- 1
b dio eorum * Iechoniã filium Azur, & Pheltiam filium Ba- 2
c naiæ, principes populi: [2] Dixitque ad me: Fili hominis hi sunt 3
(a ¶ Pro scelerum conscientia desperantes & pœnitere nolentes.)
viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessi-
(¶ Parati ad interitum.)
d mum in vrbe ista, [3] dicentes: Nonne dudum ædificatæ sunt 4
(a ¶ Babylonio consumendi ardore, cuius iacula ignita.)
domus? Hæc est lebes, nos autem cārnes. [4] Idcirco vaticinare 5 6
(¶ Illis hoc dicentibus.)
de eis, vaticinare fili hominis. [5] Et irruit in me spiritus domi- 7
(¶ Secundo. ¶ Quia.)
ni, & dixit ad me: Loquere: Hæc dicit dominus: Sic loquuti
(a ¶ Q. Non vos estis carnes perditæ ciuitatis, sed hi quos scandalizastis. b ¶ Probans corda & renes.)
estis domus Israel: & cogitationes cordis vestri ego noui.
e [6] Plurimos occidistis in vrbe hac: & implestis vias eius inter- 8
fectis. [7] Propterea hæc dicit dominus Deus Israel. Interfecti 9
(¶ Scandalizando.)
vestri quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc est 10
(a ¶ Qui putatis vos in hac vrbe morituros. b ¶ Hostium. ¶ Hostium.)
lebes: & educã vos de medio eius. [8] Gladium metuistis, & gla- 11 12
dium inducam super vos, ait dominus Deus, [9] & eiiciam vos 13 14
(¶ Vrbis. ¶ Quasi non immerito.)
de medio eius. Daboq; vos in manu hostiũ, & faciã in vobis †
(a ¶ Quamuis extra vrbem. b ¶ In terminis prouinciæ vestræ.)
iudicia. [10] Gladio cadetis. In finibus Israel iudicabo vos, & 15
(a ¶ Sola vexatio intellectum dabit auditui. b ¶ Non alius. c ¶ Ciuitas, sicut putatis.)
f sciētis quia ego dominus. [11] Hęc non erit vobis in lebetem, & 16 17

** Ieconiam.*

c *Fili hominis.* † THEOD. Sectione. 3. Accusa principes & sub-D iectos illis vt contraria Deo consulentes & prophetis repugnantes, neque eorum dictis volentes habere fidem, fore, scilicet, vt hostibus tradantur.

d *Nonne dudum.* HIERON. vbi suprà. Q. d. Licet, nuper post primam captiuitatẽ ædificatæ sint domus, quæ ante corruerãt: scimus tamen hanc ciuitatem esse instar lebetis, & nos quasi carnes in ea consumendos & cremandos.

e *Plurimos.* HIE. IBID. Q. d. Ego interpretabor quomodo sit ciuitas lebes, & vos carnes: non iuxta sensum quem dixistis, sed quẽ non timetis. Implebitur quidé ciuitas carnibus, quasi lebes, non tamen vestris, sed eorum quos interfecistis.

Retorquet propheta suum telum in ipsos principes.

E † THEODOR. vbi suprà. Quasi dicat, Vos quidé lebetem fecistis vrbem, quam infinitis cadaueribus complevistis; idcirco quę speratis minimè assequemini, neque à mole-F stiis vacuũ sortiemini vitæ finem, verùm hostibus, quos veriti estis, trademini, & illorum gladio peribitis.

f *Et scietis.* HIER. vbi suprà. Secundum illud: *Cùm occideret eos quærebant eum*, vt scilicet, quem per beneficia non senserunt, per tormenta cognoscant.

Psal. 77. d.

† THEOD. vbi suprà. Extra vrbem, inquit, eorum, quæ impiè patrastis, luetis pœnas, & experientiâ, dominum me esse, discetis.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et vidi in medio eorum Iechoniam. *Iste est alius ab illo Iechonia posito suprà 8. c. quia ille dicitur filius Saphan.*

2 Et Pheltiam. *Isti duo erant principales, & alios traxerant ad errorem suum: ideo expressè nominantur.*

3 Hi sunt viri. *Quia informabant populum, vt securè manerent in cultu idolorum, non timentes Ieremiæ comminationes: ideo subditur,*

4 Dicentes: non. dudum ædificatæ sunt. *Quasi dicat, mansit ciuitas à tempore Salomonis, qui eam ampliauit, & triplici muro clausit: sic secura ab aduersariis permanebit.*

5 Hæc est lebes, *Scilicet, Ierusalem,*

6 Nos autem carnes. *Quod exponunt aliqui, dicentes, quòd hac dicebant isti derisoriè, & per consequens negatiuè: eò quòd Ieremias prophetauerat 1. ca. combustionem ciuitatis, sub metaphora ollæ succensæ: & secundum hoc, verbum istud intelligitur negatiuè sic, Hæc ciuitas non erit lebes, siue olla succensa, vt dixit Ieremias, nec nos carnes bullita in ea. Sed hæc opinio non consonat litteræ sequenti, vt videbitur: & ideo Ra. Sa. exponit hoc verbum,* Hæc est lebes, *tamquam assertiuè dictum, vt sit sensus: Sicut carnes conseruantur in lebete, vsque ad perfectam earum decoctionem: sic seruabimur in Ierusalem vsque ad maturam ætatem. Assimilatur autem prolongatio vitæ, decoctioni; quia quamdiu calor naturalis decoquit alimentum conuertendo in membra durat hominis vita: tamdiu enim viuunt animalia, quamdiu nutriuntur 2. de Anima. Quando autem calor naturalis sic debilitatur, quòd non potest hoc facere, deficit vita naturali morte.*

Duplex expositio parabolæ illius: Hæc est lebes, &c.

7 Idcirco, &c. *Hic consequenter remouetur hæc parabola, & patet littera vsque ibi,*

8 Plurimos occidi. &c. *Scilicet, innocentes, quos occidit rex Manasses, & alij reges mali, ad persuasionem sacerdotum; vnde & Ieremiam voluerunt sic occidere, vt habetur Ieremiæ 26.*

9 Interfecti vestri, &c. in medio eius, &c. *Scilicet, Ierusalem.*

10 Hi sunt carnes. *Quia licet non fuerint ibi mortui morte naturali, sed violenta; illa tamen mors fuit optima, secundum quod dicitur Psalm. 115. a.* Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

Prædicitur principibus exitium.

11 Et hæc est lebes, *Quia in Ierusalem fuerunt sepulti.*

12 Et educam vos, &c. *Extra Ierusalem in captiuitatem.*

13 Gladium metuistis, *Scilicet, regis Babylonis, quando pro auxilio ad regem Aegypti misistis:*

14 Et gladium inducam. *Scilicet, regis Babylonis.*

15 In finibus Israel, *In terra aliena, finibus terræ vestræ iuncta.*

16 Iudicabo vos; *Quia fuerunt adducti ad regem Babylonis in terra Emath, & ibi occisi, eò quòd relaxauerant iuramentum Sedechiæ, quod fecerat regi Babylonis, vt dictum fuit Ierem. 39. ideo subditur,*

17 Hæc. *Scilicet, Ierusalem.*

☞ Non

MORALITER.

† 5 *Hæc est lebes.* Secundum sensum litteralem, Ierusalem dicitur hic lebes, & habitatores eius carnes. Per Ierusalem autem, quæ pacifica interpretatur, religio designatur: in qua debet esse pax & tranquillitas à tumultu sæcularium negociorum. Et bene dicitur lebes: nam in lebetibus coquebantur carnes hostiarum pacificarum, quarum adeps offerebatur super altare holocausti in odorem suauitatis; & similiter in religione carnales effectus decoqui debent charitatis igne, ita quòd deuotio mentis, quæ per adipem signatur, coram domino acceptetur. Et quoniam in religionibus, & specialiter mendicantium, aliqui solliciti sunt iuuenes adducere ad suam religionem, qui tamen sunt mali religiosi (propter quod inducti proficiunt aliquando, vbi inductores deficiunt) ideò dicitur talibus inductoribus quod sequitur,

Religio.

8 *Pluri-*

8 *Plurimos occidistis in vrbe hac.* Id est, in hac religione, vbi proficientes mortui sunt mundo, & occisi sunt secundum vitam carnalem; de quibus subditur,

De eis, qui in aliis occiduntur salutem, quam ipsi non consequuntur.

10 *Hi sunt carnes, &c.* Scilicet, decoctæ charitatis igne, & non vos qui malè viuitis in religione.

11 *Et hæc est lebes, &c.* Scilicet, ipsis & non vobis, eò quòd in religione decoquuntur igne charitatis, & non vos qui in ea carnaliter viuitis: quorum pœna subditur cùm dicitur,

12 *Et educam vos de medio eius, &c.* Scilicet, de religione per mortem.

14 *Et gladium inducam super vos.* Id est, sententiam horribilem, vos ab electis diuidentem.

† *Daboque vos in manu hostium, &c.* Id est, dæmonum, vt subiecti sitis eis in pœna, sicut viuentes subiecti fuistis eis in culpa.

† *Propte-*

Et factum est. HIER. lib. 3. com. Mortuo Pharaone ingemuerunt filij Israel, & clamauerunt ad dominum: Ego enim viuente non poterant. Isaias quoque mortuo Ozia rege leproso, vidit dominum sedentem super thronum excelsum, & eleuatum, & Seraphim stantia circa eum: Intelligensque immunda se habere labia, meretur de altari carbonem ad labia sua purganda. Hic autē prophetante fortitudine Dei, princeps, qui à domini declinauerat seruitute, cadit, vt eleuetur à Christo: Dominus enim est resurrectio, diabolus ruina est; vnde, *Ecce hic positus est in ruinam*, eorum scilicet, qui pessimè stabant, *& resurrectionē*, eorum, scilicet, qui ceciderant.

Exod. 1. Isa. 6. a. Luc. 2. c.

b *Pheltias.* IBID. Alter principū seruatur incolumis, * Iezonias, scilicet; qui interpretatur aures eius sonant, animæ, scilicet; filius Azur, quod interpretatur fulcrum siue adiutorium.

* Iechonias

† THEOD. Sect. 3. Videt propheta illorum opera, qui iussi fuerant, nulli parcentes, cædere; & veritus ne funditus intereat, omnibus interfectis (oblitus enim fuerat præ animi mœrore, multos accepisse incolumitatis signa) clemēti domino supplicat, vt misericordiæ medicamēto mitiget iustitiam: doceturque, fore, vt isti quidem hostibus tradantur, propter ingentem improbitatem: qui verò iam captiui adducti fuerant, etiam in externa regione consolationem percipiant, & reditum consequantur.

c *Banaiæ.* HIER. vbi supra. Structoris vel cementarij, qui cadendo à domino declinauit. Filius pessimæ ædificationis meritò cadit prophetante eo, quem dominus confortauit; qui autem obediebat Deo, & illius fulciebatur auxilio, iure permanet in imperio.

d *Et factum.* Ex his discimus non esse insultandum eis, qui Dei iudicio pœnis traditi sunt, nec à peccato conuersis, aut pœnitentibus & de ecclesia egressis, dicendum, longè recedite à domino.

e *Fratres tui, &c.* † THEOD. vbi supra. Aliquos, inquit, bello captos, qui iam pœnas eorum facinorum, quæ ausi sunt, dederunt; seruabo in populum.

f *Longè recedite.* † THEOD. IBID. Deridentes illos, qui nunc habitant Ierusalem, dicere audebant, vos dominus à se procul esse voluit: sed nobis promissionis terram distribuit; Idcirco, inquit, contrà omnia fient, & vos neci tradam, illorum autem curam habebo.

Secunda captiuitas, præsumens se non tradu cendam in Babylonem, insultat primæ.

g *In sanctificationem.* HIER. vbi supra. Quia quidā eorum idololatriæ subiici noluerunt, sed mandatorū Dei memores fuerūt, vt Daniel & tres pueri, & similes eorum. † THEO. vbi supra. Interim ipsos captiuos, & exules, & profugos feci; verumtamē in exilio, expectatione mutationis calamitatum, & spe bonorum, consolationem eis afferam. Hoc enim declarauit, cum dixit, ero ipsis in *sanctificationem paruam*; non multò post autem ipsos restituam, & in patriam terram reducam.

Dan. 3. b.

h *Congregabo vos de.* HIER. vbi supra. Hęc sub Zorobabel, & Iesu filio Iosedech, & Esdra & Neemia tribui Iudæ, & his, qui cum eis reuersi sunt plerique accidisse autumant. Habitatores quoque Ierusalem, qui sub Sedechia rege Iuda capti sunt, vel qui fugerunt cum Ieremia in Ægyptum, in omnes terras esse dispersos & non reuersos in vrbem Ierusalem. Plena autem conuersio eorum, qui captiui erant, & reliquiarum Israel, intelligitur in Christo: quando reliquiæ saluæ factæ sunt, & crediderunt vna die tria millia. Sed & quotidie superbi habitatores vrbis Ierusalem; quorum cor, post offendicula & abominationes suas ambulat, Dei meretur offensam. Qui autem pro lapideo, cor molle accipiūt, per pœnitentiā reuertentur ad ecclesiam.

Iudæi ad Christum conuersi vel in perfidia permanentes. Act. 2. g.

---

a ¶ Quia. ¶ Secundo dicit: in fini. Isr. iu. b ¶ Quia, scilicet, non inter Gentes, sed Christianos. ¶ Ideo vobis hæc. ¶ Proficiendo. ¶ Contra. a ¶ Vt eis essetis in exemplum. ¶ Ruina declinans. ¶ Compatiens affectu. ¶ Fidei ardore. ¶ Tertio. a ¶ Q. te indignante, etiam reliquiæ, quæ videbantur superesse perībunt. a ¶ Sic conquerentem. a ¶ Q. d. Non sunt illæ reliquiæ quæ sunt in Ierusalem, sicut putas: sed qui in Babylone captiui. b ¶ De stirpe tua. a ¶ Sunt. b ¶ Improperando. c ¶ Ac si dicat. Longe recessistis à domino, quia captiui, & cum Iechonia vos tradidistis. a ¶ Sed. a ¶ Dic concaptiuis tuis. b ¶ A terra Israel. c ¶ Parumper, scilicet, ab ecclesia. ¶ Esse. a ¶ Alienis. b ¶ Igitur. c ¶ Vt memores peccatorum suorum, qui per vitia recesserant, per pœnitentiam redeant. ¶ Quia obedierunt mihi. a ¶ Concaptiuis, scilicet, qui sunt in Babylone, propinquis Ezechielis prophetæ.

a b vos non eritis in medio eius in carnes. In finibus Israel iudicabo vos,[11] & scietis quia ego dominus: quia in pręceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia Gentium, quæ in circumitu vestro sunt, estis operati.[13] Et factum est cùm prophetarem, Pheltias filius Banaiæ mortuus est. Et cecidi in faciem meam, clamans voce magna. Et dixi: Heu heu heu domine Deus, consummationem tu facis reliquiarum Israel.[14] Et factum est verbum domini ad mē dicens.[15] Fili hominis fratres tui viri propinqui tui, & omnis domus Israel, vniuersi quibus dixerunt habitatores Ierusalem: longè recedite à domino, nobis data est terra in possessionem.[16] Propterea hæc dicit dominus Deus, Quia longè feci eos in Gentibus, & quia dispersi eos in terris: ero eis in sanctificationem modicā in terris ad quas venerūt.[17] Propterea loquere: Hæc dicit dominus Deus: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboque vobis

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non eritis. *manendo in ea vsque ad maturam ætatem.*

2 In finibus Israel. *Repetitio est eius, quod prædictum est ad maiorem affirmationem.*

3 Sed iuxta iudicia Gen. *imitando idololatriam eorum.*

4 Et factum est, &c. *Dicunt aliqui, quod non fuit tunc sic in re, sed propheta vidit in spiritu mortem sibi de propinquo imminere. Hebræi dicunt, quod tunc mortuus fuit subito diuino iudicio: & hoc fuit scitum per nuntios, qui frequenter mittebantur de Ierusalem ad transmigratos in Babylonem; qui interrogati ab illis, quibus Ezechiel narrauerat suam visionem (vt habetur in fine huius cap.) responderunt, quod eodem tempore, & eadem hora mortuus fuerat, sicut Ezechiel dixerat.*

An mors Pheltiæ acciderit re ipsa an tantum apparenter & interiecto tempore.

5 Et cecidi. *ad deprecandum dominum, ne multiplicaretur exterminium.*

6 Et factum est. *Hic consequenter ponitur consolatio eorum, qui transmigrauerant, cùm dicitur:*

7 Fili hominis fratres tui. *id est, Iudæi tecum in Babylonem ducti:*

8 Viri tui, *quia inter eos erant aliqui, qui erant de genere sacerdotali, sicut ipse Ezechiel.*

9 Et omnis domus Israel. *Quia de regno decem tribuum aliqui euadentes manus Salmanasar, postea venerunt in regnum Iudæ, vt dictum fuit. 4. Regum, quorum aliqui cum Iechonia rege fuerunt in Babylonem ducti.*

10 Quibus dixerunt. *id est, de quibus dixerunt,*

11 Habitatores Ierusalem. *reputātes eos miseros, & se felices, vt dictum est in principio huius cap.*

12 Longè rece. *Reputabant enim eos à domino deiectos, & derelictos.*

13 Nobis data est terra. *quia credebant securè viuere in Ierusalem, vt prædictum est.*

14 Propterea hæc. *id est, propter eorum insultationem ero vobis in consolationem: ideo subditur de transmigratis,*

15 Et ero eis in sanctificat. *quia per Danielem, & socios eius, qui fuerunt positi super negotia regni Babylonis, (vt habetur Da. 2.) Iudæi ibi habitantes fuerunt sustentati in aliquo, & consolati: & postea per Mardochæum tempore Assueri, vt habetur in libro Esther.*

In ipsa captiuitate Deus Hebræis prouidit de patronis.

16 Congregabo vos de populis, *tempore Cyri, qui dedit licentiam redeundi in Iudæam.*

9 Et Et

MORALITER.

† 14 *Propterea.* Hic secundum sensum litteralem dominus per Ezechielem consolatur eos, qui de consilio Ieremiæ transmigrauerunt, ipsis bona promittendo; Comminatur etiam mala illis, qui non transmigrauerant, & transmigratos deridebant. Per hoc autem moraliter signatur, quòd illi qui consilio Christi dimittunt temporalia, religionem intrantes deuotè, ibique viuentes sanctè, consolationem recipiunt à domino, gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Illi verò qui derident eos, & reputant fatuos, grauiter à domino punientur.

De mundū relinquentibus.

clesiam, & in præceptis domini ambulāt, & iudicia eius custodiūt.

a *Et dabo eis.* † THEOD. Sect. 3. His autem non liberi arbitrij euersionem declarauit, sed futurum ab ipso auxilium societatemque ad efficienda bona opera. *Spiritum nouum* vocauit animæ ad honesta impetum: Cùm enim ad contraria propensi ferretur, mutationem in melius nouum spiritū appellauit. Quēadmodum enim cum dixisset *alterum cor*, nō naturæ mutationem significauit, sed mentis in melius propensionem: ita etiam per spiritum hoc idē declarauit.

Spiritus nouus.

b *Et ascendit.* HIER. lib. 3. comment. Paulatim gloria domini recedit ab Ierusalem primum templum deserens, stat in atrio vel in limine domus: post, in introitu portæ orientalis, nouissimè sublatis pennis rotisque sequentibus, stat super montem, qui est ad ori. vrb. montem, scilicet, oliueti, vnde dominus ad patrē ascendit. *Et ascen.* vnde, *Surgite eamus hinc.* Et, *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Iosephusque vocem angelorum dicit in templo auditam: *Abeamus ab his sedibus.*

Templum Iudæorum à Deo & sanctis angelis custodibus derelictum.

Ioan. 14. d. Luc. 13. g.

c *Montem.* HIER. IBID. Oliueti, scilicet, in signum refectionis, & luminis, vt inde perituram arsuramque cerneret Ierusalem.

† THEODORETUS supra. His ita dictis recesserunt de ciuitate Cherubim, gloriam Dei insidentem vehentia, steteruntque super montem è regione Ierusalem. Hic est mons oliuarum, vnde Saluator noster secūdum carnem assumptus est; Meritò igitur eo quoque tempore, cùm in humana figura apparuisset, duasque in vna persona naturas ostendisset; & diuinā quidem per ignem significata, humana verò per electrum declarata; lata contra Ierusalem sententia, in hunc montem proficiscitur, & inde redit in cælum. Etenim post crucem & mortem, lata rursus contra Ierusalem sententia, *quia non relinquetur lapis super lapidem*, in montē illum cum discipulis profectus, ab Intelligentibus, &, quæ cerni nequeunt, potestatibus latus, in cælum assumptus est. Figura igitur futurorum ea quoque erunt, quæ prophetæ ostensa sunt.

Mons Oliuarum, vnde in cælum assumptus est Christus.

humum Israel,[18] & egredientur illuc, & auferent omnes offensiones cunctasq; abominationes eius de illa.[19] Et dabo eis cor vnum & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum,[20] vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciantque ea, & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum.[21] Quorum autem cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit dominus Deus.[22] Et eleuauerūt Cherubim alas suas, & rotæ cum eis, & gloria Dei Israel erat super ea.[23] Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis, stetitq; super montē, qui est ad Orientem vrbis,[24] & spiritus leuauit me, adduxitque in Chaldæam ad transmigrationem in visione in spiritu Dei. Et sublata est à me visio, quam videram.[25] Et locutus sum ad transmigrationē omnia verba domini, quæ ostēderat mihi.

¶ Metaplasmus. a ¶ Ingressi. a ¶ Idola pro quibus Deum offendistis. b ¶ Humo. a ¶ Timoris & seruitutis, vt non diuersis idolis seruiatis. b ¶ Cui simile: Cor mundum crea in me. a ¶ Durum, secundum illud, Dura ceruice & incircumcisi corde. Et, induratum est cor Pharaonis. b ¶ Molle, in quo mandata Dei scribantur in tabulis cordis carnalibus. ¶ Conuersi. a ¶ Qui modo aduersus. a ¶ Sed. b ¶ Peccata quibus Deus offenditur. ¶ Idola. ¶ Vel viam. ¶ Cuius dicere facere est. a ¶ Mirum in modum vsque hodie gloria domini, quæ templum deseruit, stat super montem Oliueti, & in signo crucis rutilans spectat templum in cineres dissolutum. a ¶ Significat se non corpore sed spiritu de Babylone in Ierusalem fuisse translatum. b ¶ Quæ me in spiritu duxerat in Ierusalem, & omnia monstrauerat. a ¶ Hieron. Res. s.

† EVSEB. lib 6. de demonstr. c. 18. Hoc ad verbum completum licet intueri, quādo omnes Christiani concurrunt, non vt quondam festæ cuiusdam lætitiæ gratia, quæ in Ierusalem celebretur; neque vt adorent in eo, quod erat in Ierusalem, sanctuario: sed vt diuersentur cùm ad sciscitandum de expugnatione & solitudine Ierusalem, quā prophetia prædixerat; tum in monte Oliuarum, qui est contra Ierusalem adorēt, vbi gloria domini commutata est, postquā deleuit priorem ciuitatem.

Peregrinatio Ierosolymitana ab olim celebris.

d *Ad transmigrationē, &c.* HIER. Ad eos, scilicet, de quibus supra, *& senes Iuda sedebant iuxta me*, &c. quibus propheta præsens corpore visiones cernebat: Quæ omnia fiebant, vt consolationem reciperent captiui, quòd, scilicet, in Ierusalem redirēt, & in præceptis Dei ambularent.

Supra 8. a.

† THEOD. vbi supra. Huic loco competit illud euangelicū, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Hoc nos abundè docuerunt quæ dicta sunt: Multis enim simul sedentibus, solus tamen propheta visionem illam percepit.

Matth. 5.

NICOLAUS DE LIRA.

1 Et auferent omnes offensiones cunctasque abominationes, *id est, idololatrias, quia post reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur ille populus idololatrasse; nisi aliqui pauci tempore Antiochi, qui ad hoc coegit Iudæos. 1. & 2. Machabæ.*

2 Et dabo eis cor vnum. *scilicet, ad seruiendum vni Deo cæli.*

3 Et spiritum nouum. *auferendo eis voluntatem patrum suorum, qui fuerunt ad idololatriam proni.*

4 Et auferam cor lapideum, *id est, durum ad recipiendum disciplinam domini & prophetarum:*

5 Et dabo eis cor carneum, *id est, tenerum, & dispositum ad recipiendum, vt patet 1. Esdræ, Cuius doctrinam receperunt valde deuotè.*

6 Quorum autem cor post offendicula & abominationes suas ambulat. *id est, paratum ad Deum offendendum, quale erat cor eorum in Ierusalem habitantium, vt patet per prædicta;*

7 Horum viam in capite suo ponam, dicit dominus, *reddendo eis pœnam debitam.*

8 Et eleuauerunt Cherubim alas suas, & rotæ cum eis. *Hic vltimo ponitur visionis huius relatio: præmittitur tamen recessus diuinæ protectionis in Ierusalem, cùm dicitur,* Et eleuauerunt Cherub. alas. *ad volandum extra templum in quo erat, vt patet per prædicta.*

9 Et ascendit gloria domini, *signans subtractionem diuinæ protectionis.*

10 Stetitque super montem, *scilicet, Oliuarum, qui vno miliari distat à Ierusalem, vt habetur Act. 1.*

11 Et spiritus leuauit me: *Visione enim imaginaria videbatur sibi de Ierusalem in Babyloniam reduci.*

12 Et sublata est à me visio, quam videram, *i. raptus mentis: & sic vidit se esse cum senibus sedentibus coram eo, vt habetur supra, 8. c. ideo subditur,*

13 Et locutus sum ad transmigrationem, *id est, ad Iudæos transmigratos in Chaldæam.*

14 Omnia verba domini quę ostēderat mihi. *Retulit enim eis visionem imaginariam prædictam, & eius intellectum, & significationem.*

CAP. XII.

a *ET factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis in medio domus exasperantis.* HIER. scilicet, me ad amaritudinem conuertentis, cùm natura sim dulcis: vnde, *Gustate & videte, quoniam suauis est dominus.*

Psal. 33. a.

CAPUT XII.

a ET factus est sermo domini ad me dicens,[1] Fili hominis in medio domus exasperantis tu ha-

NICOLAUS DE LIRA. CAP. XII.

1 ET factus. *Hic consequenter describitur punitio principum: Et diuiditur in duas partes, scilicet, principalem, & incidentalem; secunda ibi:* Et factus est. *Primum autem fit sub parabola facti, & ideo primò parabola ponitur; secundo exponitur, ibi,* Et factus est. *Parabola verò facti est, quando fit aliquid ad signandum aliud factum: sicut parabola verbi, quando per vnum verbum intelligitur aliud; primò ergo dicitur,*

Diuisio.

Parabola verbi & facti.

2 Fili hominis in me. do. exasper. *quia plures eorum nolebant credere verbis Ieremiæ de destructione Ierusalem futura.*

MORALITER.

1 *Et factus est sermo.* In hoc capitulo litteraliter intellecto ponitur prophetia contra Sedechiam regem & principes & populum eius: quia describitur fuga regis & captio, & aliorum dispersio,

a *Tu ergo fili hominis fac tibi vasa.* Hier. lib. 3. comment. Quidam A volunt captiuitatem Sedechiæ (qui interpretatur iustus dominus) in typum præcedere Saluatoris, qui de cælestibus ad terrena descendens, humanũ corpus assumpsit quasi vasa captiuitatis. Quod non probamus. Non enim rex impius in figuram illius præcedere potest, qui totius pietatis exemplum est.

An dici debeat Sedechias præfigurare Christum?

† Theod. sect. 4. in Ezech. Imitare, inquit, aliquem obsessum, deinde vrbe capta etiam fugere coactum, effodientem parietem, & exitum excogitantem, & faciem tegenté, ne omnibus, B qui viderint, notus fiat. Per te enim hæc facientem volo habitantibus Ierusalem præsignificare futurã captiuitatem.

b *Et transmigrabis.* Hie. vbi supra. Ad litteram Sedechiam captum à Babyloniis atque Chaldæis, & Ieremias propheta & Regũ narrat historia, & ductũ de loco ad locũ, de Ierusalem, scilicet, in Babylonem, & cetera que Ezechiel in sequentibus dicit.

Prophetat de Sedechia.

C Hieronymus Ibid. Qui volunt per Sedechiam Christum intelligi, vasa captiuitatis humanum corpus accipiunt; & perfossum parietem, quia inferni claustra perfregit, & resurgens solis credentibus apparuit. Portatus in humeris, quando cum angelicis potestatibus in cælum ascendit: Absconditur, egreditur, & velat faciem, ne in carne mortali videatur diuinitas, Non videt terram ne eius D oculis illustretur, quæ eius aspectum non meretur: *Oculi enim domini super iustos.* Hæc autem omnia fecit, vt per similitudinem hominis dura Israelis corda ad fidem conuerteret. Et in portentum quoque datus, vnde, *Ecce hic positus in ruinã & in resurrectioné multorum, &c.*

Christi ad infernum descensus, ascensio, &c.

Psal. 33. c.

Luc. 2. c.

c *Perfode tibi parietem & egredieris per eum, &c.* Ibid. Nocte enim Sedechias suffosso muro fugit ad deserta Iordanis, ibique comprehensus est à Babyloniis, & ductus in Reblatha, & ibi filij sui trucidati E sunt coram eo.

4. Reg. 25. b.

Ibid. Illud autem notandum, quod eodem tempore Ieremias prophetabat in Ierusalem & Ezechiel in Babylone; & illius prophetia mittebatur ad captiuos; & huius ad eos qui habitabant in Ierusalem, vt vnius in diuersis regionibus Dei prouidentia probaretur, & intelligerent audientes, quę populo accidunt, non idolorum potestate sed domini fieri iussione. F

Ieremias in Ierusalem prophetat ad Iudæos in Babylone: Ezechielé conuerso.

† Theod. vbi supra. Interrogatus, inquit, ab istis contumacibus & aduersariis, eorum quæ à te facta sunt, causam, apertè dic eis: portentum ego sum vobis & signum, rebus ipsis prophetæ munus obiens, & in me ipso adumbrans, quæ tum regi ipsius Ierusalem, tum omnibus principibus euentura sunt.

Oculis cordis pertinacia priuatis.

bitas: qui oculos habent ad videndum, & non vident, & [1] [2] aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est. [3] Tu ergo fili hominis fac tibi vasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis. [4] [5] Transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum, si fortè aspiciant, quia domus exasperans est. [6] Et efferes foras vasa tua, quasi vasa transmigrantis per diem in conspectu eorum. [7] Tu autem egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans [8] ante oculos eorum. Perfode tibi parietem & egredieris per eum [9] in conspectu eorum. In humeris portaberis, in caligine effereris. Faciem tuam velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Israel. [10] [11] Feci ergo sicut præceperat mihi dominus. Vasa mea protuli, quasi vasa transmigrantis per diem, & vespere perfodi mihi parietem manu, & in caligine egressus sum, & in humeris portatus in conspectu eorum. [12] Et factus est sermo domini ad me mane dicens: [13] Filii hominis, nũquid non dixerunt ad te [14] domus Israel, domus exasperans: quid tu facis? [15] Dic ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Super ducem onus istud, [16] qui est in Ierusalem: & super omnem domum Israel, [17] quæ est in medio eorum. Dic: Ego portentum vestrum. Quomodo

Interlinear glosses: a Non vitio sensuum: vnde, Si cæci essetis, peccatum non haberetis. — a Captiuitas Sedechiæ in hoc signatur capitulo. b Vt imaginibus, non solum auditu, sed & visu oculorum captiuitatem cognoscat. — a De cælestibus ad terrena. — a Facere iubetur in figura, quæ Sedechias fecit reipsa. — a Sarcinas, s. — His gestis. — Vel gradieris. — a Lxx. Portabis. Sarcinulas, scilicet, & quæ in solatium effugientes portare solent. b Ne à quoquam videaris. c In cæcitatis signũ, Cæcatus enim est Sedechias à Nabuchodonosor, vel ne cognoscatur, & maiori terrasetueretur. d Cæcus in Babylonem ductus est, & non vidit eam. — a In figura enim præcesserunt tam prophetarum dicta quam facta. — Scilicet. — Scilicet. — Dulcedinem meam. — Hoc. — a Non homo. b Sedechiam: Christum. c Est. d Quod sustineo. — a Id est, quæ ventura sunt vobis portendo.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui oculos, &c. *scilicet, carnis.*
2 Et non vident, *id est, non intelligunt oculis mentis.*
3 Tu ergo fili hominis fac tibi vasa. *vt per sensibile factum manuducantur ad intelligendum.*
4 Vasa transmigratio. *id est, instrumenta transmigrantibus apta, sicut baculum, peram, & similia.*
5 Et transmigrans per diem coram eis, *Vt sic videant te transire de loco tuo ad alium.*
6 Et efferes foras vasa, *Repetitio est eiusdem sententia ad maiorem assertionem.*
7 Tu autem egredieris vespere coram eis, *Per hoc enim designatur fuga Sedechiæ & bellatorum eius de Ierusalem in ciuitatis captione.*
8 Perfode tibi parietem & egredieris per eum in conspectu eorum. *Per hoc enim designabatur, quod exierunt per locum absconditum, & per viam subterraneam, vt dictum fuit Ieremia trigesimonono. & quarti Regum vltim.*

9 In humeris portaberis in caligine effereris. *Per hoc designatur excæcatio Sedechiæ, qui exoculatus fuit: & sic non poterat incedere nisi appodiando se super humerum ducentis. Et ad idem facit quod subditur,* Faciem tuam velabis. *Et subditur causa,*
10 Quia portentum dedi te domui Israel, &c. *id est, signum futuri mali Sedechiæ, Consequenter ponitur obedientia prophetæ, cum dicitur,*
11 Feci ergo sicut præceperat mihi dominus, &c. *Et patet littera ex dictis.*
12 Et factus est, &c. *Hic cõsequenter exponitur parabola dicta eo modo quo iam dictum est, quantum ad sententiam: aliqua tamen adduntur quæ exponentur.*
13 Numquid non di. &c. *quasi dicat, ita quæsierunt à te.*
14 Quid tu facis? *id est, quid signat hoc factum tuum,*
15 Dic ad eos, *huius facti intellectum.*
16 Super du. onus istud, &c. *id est, super Sedechiam.*
17 Et sup. om. do. Israel, &c. *quia capta ciuitate & duce, non poterat populo bene esse. Cetera patent vsque ibi,*

9 In Pa-

MORALITER.

† sio, & captiuatio. Moraliter autem per regem fugientem, significatur malus prælatus, per principes clerus, & per populũ, laicalis cœtus: & quoniam prælatus malus est aliis causa ruinę, (sicut dicit Greg. in pastorali, *Cum pastor per abrupta graditur, consequens est, vt grex ad præcipitium sequatur)* ideo sequitur postea,
16 *Super ducem onus istud,* id est, peccatorum pondus. Et subditur pœna eius,

Prælatus malus aliis causa ruinę.

† Et

¶ Duci, & suis.
a ¶ Quia. ¶ Christus quoque, & sui captiui in hoc mundo.
A feci, sic fiet illis. In transmigrationem & in ca-
¶ Babyloniam.
ptiuitatem ibunt, [12] & dux qui est in medio †
a ¶ Vel iumentorum, vel comitum suorum. ¶ Angelorum.
b ¶ In cælum.
c ¶ Ignotus incredulis.
B eorum in humeris portabitur, in caligine †
a ¶ Medium inimicitiarum parietem soluentes.
b ¶ Socij eius.
egredietur. Parietem perfodient, vt edu- 1
a ¶ Christi.
b ¶ Vel timore, vel cæcitatis velamine.
cant eum: facies eius operietur, vt non vi- 2
a ¶ Iudæorum. Super corda enim eorum velamen positum est.
¶ Babylonem.
deat oculo terram. [13] Et 3
extendam rete meum su-
a ¶ Concedente domino & dispensante captus est.
per eum, & capietur in sa-
a ¶ Mea est potestas non hostium.
gena mea, & adducam 4
a ¶ Confusionem, s. mundi.
eum in Babylonem in †
a ¶ Qui interpretantur quasi dæmonia, vt dæmonibus mancipatos retraheret ad salutem, & captiuam duceret captiuitatem.
b ¶ Suo visu indignam. c ¶ Cæcus factus.
C terram Chaldæorum: & ipsam non videbit, 5
a ¶ Vt omnes sua morte viuificet.
b ¶ Apostolos & apostolicos viros.
ibique morietur, [14] & omnes qui circa eum 6
b ¶ Coadiutores. s.
sunt præsidium eius, & agmina eius disper- 7 8
a ¶ In omnem terram exiuit sonus eorum. b ¶ Etiam.
c ¶ In manibus hostium.
gam in omnem ventum, et gladium euagi- 9

a *Et exten.* HIE. lib. 3. com. vnde. *Qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum factus,* (2. Cor. 5. d.) Et alibi: *Spiritus vultus nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris.* (Thren. 4. d.)

† THEO. sect. 4. in Ezec. Rete suum vocauit hostes, vt munitionem seu sagenam, obsidionem.

HIE. vbi sup. Periculosum quidem est regis impij captiuitatem & necem sacramento domini coparere.

a ¶ Vt variis coronentur martyriis.
b ¶ Sic tandem. c ¶ Vel ipsi, vel per eos conuersi.
d ¶ Non alius. ¶ Cuius voluntate fiunt omnia.
D nabo post eos. [15] et scient, quia ego dominus,
quando dispersero illos in Gentibus, & disse- †
a ¶ Vt fructum afferant, & fructus eorum maneat.
¶ Tamen.
minauero eos in terris. [16] Et †
10 relinquam ex eis viros pau-
a ¶ Sicut Ioannem Apostolum, qui non fuit martyr.
b ¶ Liberatos.
cos à gladio & fame & pe- 1
a ¶ Relicti. b ¶ Sermone, vel exemplo.
11 stilentia, ut enarrent om- 2
a ¶ Pro quibus tanta sustinuerunt.
b ¶ Iudæorum & Gentium ad quas ingre.
nia scelera eorum in Genti- 3
a ¶ Tunc. vt, scilicet, accepta pœnitentia sciant, quia ego do.
12 bus, ad quas ingredientur, et scient quia ego
13 dominus. [17] Et factus est sermo domini ad me,
14 15 dicens: [18] Fili hominis, panem tuum in con-
turbatione comede: sed & aquam tuam in
festinatione & mœrore bibe, [19] & dices ad po- 4
pulum terræ: Hæc dicit dominus Deus ad †
¶ Habitatores. s. ecclesiæ, qui si Deum offendunt come. pa. su. in. turb.
eos qui habitant in Ierusa-
a ¶ Fame verbi Dei.
lem in terra Israel: Panem 5
a ¶ Famis. ¶ Alias solitudine.
b ¶ Obsessi à Nabuchodonosor & à Chaldæis.
suum in solicitudine come- 6 7
a ¶ Doctrinæ.
dent, & aquam suam in de- 8
a ¶ Sitis. b ¶ Habitatores terræ deleantur.
solatione bibent, vt desole- 9

b *Et relin.* † THEO. vbi supra. Hi autem ipsi inquit, reliquiæ erunt famis & mortis & bellicæ cædis, accusatores propriæ impietatis & iniquitatis erunt, docentes eas E gentes in quibus captiui degent, pœnas eorum dare se, quæ in me deliquerunt.

c *Panem.* HIER. vbi supra. Post principem F & socios eius, venit ad populum. Dicitur autem ad habitatores Ierusalem, quod in malo obsidionis panem suum comedent in egestate & angustia: & aquam non in abundantia,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Parietem perfodient, vt educant eum: *quia introitus via subterranea erat obturatus; vel quia inter illum introitum & regem erat murus quem oportebat perforari antequam possent illam viam subterraneam ingredi.*

2 Facies eius operietur, vt non videat oculo terram: *per quod designatur excæcatio Sedechiæ, vel quia quando fuit captus à Chaldæis velauerunt oculos eius, sicut solet fieri hominibus morte dignis.*

3 Et extendam rete meum super eum, & capietur in sagena mea: *id est, exercitu Chaldæorum qui insequens cepit eum.*

4 Et adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum, *vinctum & captiuum.*

5 Et ipsam non videbit, *Quia ante fuerat excæcatus. quarti Regum vltimo.*

6 Ibique morietur. *Tamen fuit honorificè sepultus, vt habetur Ieremiæ trigesimoquarto.*

7 Et omnes qui circa eum sunt. Præsidium eius & agmina eius. *principes & bellatores.*

8 Dispergam in omnem ventum. *quia pro maiori parte fugerunt eum relinquentes.*

9 Et gladium euaginabo post eos. *hoc dicitur propter Iohannam filium Careæ, & alios qui fugerunt in Aegyptum contra consilium Ieremiæ, vt habetur Ieremiæ quadragesimotertio. Et ibi fuerunt occisi per Chaldæos, qui ceperunt Aegyptum.*

10 Relinquam ex eis viros paucos à gladio & fame & pestilentia. *hoc dicitur propter illos qui in vita fuerunt reseruati, & in Chaldæam ducti.*

11 Vt enarrent omnia scelera eorum in Gentibus, ad quas ingredientur. *Facto & verbo: ex eorum enim miseria apparebat, quod Deum suum offenderant, & multi eorum pœnitentia ducti hoc idem verbo fatebantur.*

12 Et scient quia ego dominus, *per experientiam meæ potestatis & vindictæ.*

13 Et factus est sermo domini ad me dicens. *Hæc est pars incidentalis, in qua post miseriam regis & principum, huius occasione ponitur miseria plebis: & primo denuntiatur hæc afflictio, secundo eius acceleratio, ibi,* Et factus est. *Circa primum dicitur,*

14 Fili hominis panem tuum in conturbatione. *scilicet, mentis & corporis.*

15 Comede, sed & aquam tuam in festinatione & mœrore bibe. *Per hoc enim designatur miseria populi Ierosolymitani futura in obsidione, quia propter defectum victualium vnus rapiebat ab alio cibum, & cum hoc vix habebant tempus comedendi, quia oportebat eos quasi cōtinuè defendere murum.* (Populi Ierusalem obsessi miseria)

1 Et

MORALITER.

† *Et dux qui est in medio eorum in humeris port.* Isti humeri sunt superbia, & temporalis potentia, quibus malus prælatus portatur, & ad casum ruinæ maioris ad præsens eleuatur: ideo subditur,

† *In caligine egredietur*, scilicet, de hoc mundo, à quo egredietur inuolutus caligine peccatorum.

1 *Parietem perfodient, &c.* id est, corpus eius terreum dissipabunt angustiæ malorum. (Mors & damnatio mali prælati.)

2 *Facies eius operietur, vt non videat oculo terram*, Per defectum cognitionis suæ salutis. Augustinus in sermone de innocentibus: *Hac enim animaduersione percutitur omnis peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei.*

3 *Et extendam rete meum super illum & capietur in sagena mea, &c.* laxando super eum potestatem dæmonum.

4 Et

4 *Et adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum.* id est, adduci permittam.

† *In Babylonem in terram Chaldæorum.* id est, ad inferni confusionē.

7 *Et omnes qui circa eū sunt.* id est, omnes sibi in malis administrantes & eum in talibus imitantes. (& officiali eius.)

8 *Dispergam in omnem ventum.* Malignis spiritibus eos dimittendo.

10 *Et relinquam ex eis viros paucos*, ipsis pœnitendi gratiam conferendo, quia pauci de malis clericis respectiu[illegible]uertūtur ad veram pœnitentiam, & hoc propter sui casus grau[illegible]tem.

† *Et dices ad populum terræ.* id est, ad populum sequentem pastorem malum in sua prauitate.

† *Panem suum.* Per istas pœnas corporales & tēporaneas signantur pœnæ spirituales & æternæ.

† MO-

...d in tormēto ...tione bibāt. ...OD.in Ezech. ...Cū enim fruē... ...bonis,quę à me acceptistis, & fructibus terræ delicatè vescentes, ignoraueritis largitorem; & erga eum qui de vobis bene meritus est, ingrati fueritis: ipsa priuatione bonorum, & vrbium solitudine, meam dominationē intelligetis.

Dominum sentient Deum qui patrem cōtempserunt.

a *Propter iniquitatem omnium.* HIER. lib. 4. com. Vel vitio, scilicet, principū, qui capiendi sunt & tradendi Babyloniis; vel nostra duritia sermonem Dei perdimus.

b *Et scietis quia ego dominus.* IBI. Vt cognoscatur Deus offensus, quod quidem in persequutionis tempore videre possumus.

c *Et factus est sermo domini ad me dicens.* IBID. Suprà prophetauerat contra principem, deinde contra populum. Sed multitudo non credens, tritū assumebat prouerbium,

a tur terra à multitudine sua, propter iniquitatem omnium, qui habitant in ea: [20] & ciuitates, quæ nunc habitantur, desolatæ erunt, terraque deserta: & scietis quia ego dominus. [21] Et factus est sermo dñi ad me dicens: [22] Fili hominis, quod est prouerbium istud in terra Israel, dicentium: in longum differetur dies, & peribit omnis visio? [23] Ideo dic ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Quiescere faciam prouerbium istud, neque vulgò dicetur vltrà in Israel. Et loquere ad eos, quòd appropinquauerint dies, & sermo omnis visionis. [24] Nō enim erit vltrà omnis visio cassa, neque diuinatio ambiguā in medio filiorum Israel: [25] quia ego dominus loquar. & quodcumque locutus fuero verbum, fiet. Non prolongabitur amplius, sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum, & faciam illud dicit dominus Deus. [26] Et factus est sermo domini ad me dicens: [27] Fili hominis, ecce domus Israel dicentium: Visio, quam hic videt, in dies multos, & in tempora longa iste prophetat: [28] Propterea dic ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Non prolongabitur vltrà omnis sermo meus. Verbum quod locutus fuero, complebitur: dicit dominus Deus.

(Glossae interlineares: Fidelium. — Non sine causa. — Totius orbis ecclesiæ. — Ab omni cultura. — Q. Cognoscetis sæuientem, quem noluistis miserantem cognoscere. — Comminationis. — Prophetarum. — Qui nescit mentiri. — Ne amplius dicatur. — Ideo. — Captiuitatis. — Res. — Quæ finem habeat incertum, vt alio tempore dicatur, alio compleatur. — Vicinam captiuitatem significat: & Sedechiam cum populo iamiam capiendum. — Differtur. — Cito.)

scilicet, In lōgum differetur comminatio prophetarum: ideo factus est ad eum sermo domini.

d *In longum differentur dies.* IBID. Vsque hodie vulgus incredulum, & dura mortalium corda prophetiam Dei non recipiunt: sed omnia, quæ prophetæ comminātur, & quæ Euangelium, in aliud tempus æstimant differēdum. manifesta perstringimus, vt in obscuris immoremur.

Mali præsōmentes non esse in propinquo Dei vindictam.

† THEOD. vbi suprà. Quando diutinā lenitatem mēdacium vocant: indicatur ipsis mox futurus prophetiæ euentus, & in vestibulis deinceps prędictum supplicium imminere.

e *Non erit vltra omnis visio ca.* † IDEM IBID. Auferā enim, inquit, falsos prophetas vestros, qui meis prophetis contraria prædicere conantur, bonorum abundantiam vobis falsò prænuntiantes.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ciuitates quæ nunc habitantur, *circa Ierusalem in Iudæa.*
2 Desolatæ erunt, *id est, habitatoribus vacuæ.*
3 Terraque deserta, *propter defectum culturæ.*
4 Et factus est sermo domini ad me dicens. *Hic consequenter describitur prædictæ vastationis acceleratio, eo quod increduli dicebant, prophetias Ieremiæ & Ezechielis numquam impleri. Et hoc est quod dicitur,*

Acceleratio prædictorū malorum.

5 Quod est prouerbium istud in terra Israel, *id est, verbum vulgariter dictum.*
6 In longum differentur dies, *id est, tempus impletionis non veniet, ideò sequitur,*
7 Et peribit omnis visio, *frustrata effectu suo.*
8 Ideo dic ad eos, *asserendo contrarium.*
9 Quiescere faciam prouerbium istud, *inducēdo in eorum oculis effectum.*
10 Non erit vltra omnis visio cassa. *Littera sic est ordinanda: Omnis visio non erit vltrà cassa; id est, nulla visio prophetica frustrabitur effectu intento, quia negatio postposita signo vniuersali, facit æquipollere suo contrario: & sic omnis non, & nullus, æquipollent.*

Omnis non & nullus æquipollēt.

11 Neque diuinatio, *id est, denuntiatio futuri ex reuelatione Dei.*
12 Ambigua in medio filiorum Israel, *quia cito implebitur in effectu, ideo sequitur,*
13 Non prolongabitur amplius. *Ex hoc enim tempore non fluxerunt sex anni integri vsque ad destructionem Ierusalem, vt patet ex dictis supra in prin. 8. cap.*
14 Et factus est sermo. *Hic consequenter ostenditur acceleratio impletionis prophetiæ Ezechielis, cuius prophetia erat conformis prophetiæ Ieremiæ de destructione ciuitatis & populi in captiuitate, & patet sententia ex dictis.*

CAP. XIII.

ET factus. Scquitur. Ad pro. HIE. lib. 4. comment. Idioma scripturæ vnumquemque vaticinationis suę & sermonis prophetam vocat; vnde dicūtur prophetę Baal, & idolorum, & prophetæ confusionis. Et Paulus ait, *quidam proprius eorum propheta: Cretenses semper mendaces*, &c. & in Hosee. *Sicut propheta insaniens*, &c. In ecclesia prophetæ boni, Apostoli & Apostolici viri; Pseudoprophetæ, hæretici.

Æquiuocatio in nomine prophetæ.

CAPVT XIII.

[1] ET factus est sermo domini ad me, dicens, [2] Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant, & dices prophe- a tantibus de corde suo, Audite verbum domini, [3] Hæc dicit dominus Deus, Væ

(Glossae interlineares: Hæreticos. — In quo hæreses confinxerunt.)

a *De corde suo, Audite.* † THEOD. in Ezech. sect. 4. Contra falsos prophetas reliquū sermonem conuertit. Et ne æquiuocatio aliquid damni afferret homi-

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XIII.

1 ET factus est. *Hic consequenter Ezechiel prophetizat contra falsos prophetas: & primo contra sexum virilem, secundo contra muliebrem, ibi,* Et tu fili hominis. *Prima in duas, quia primo ponitur pseudoprophetarum culpa, secundo denuntiatur eorum pœna ibi,* Propterea. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

2 Vaticinare ad prophetas, *scilicet falsos: ideo subditur,*
3 Et dices prophet. *id est, de sua fictione, non ex diuina reuelatione, ideo subditur,*

Quasi

MORALITER.

† 1 *Et factus est sermo.* Secundum sensum litteralem Ezechiel in hoc cap. prophetat contra prophetiæ falsitatem: & primò quantum ad homines prophetantes, per quos signantur falsi prædicatores, de quibus subditur.

2 *Et dices prophetantibus,* id est, prædicantibus non secundum scripturæ sacrę sententiam, sed magis secundum suam fictionem propter quæstum temporalem: ideo subditur.

Prædicatores falsi.

† Vi-

minibus (prophetæ enim tam veri quàm falsi nominabantur) subiecit, dicens prophetantibus de corde suo. Hoc est, his qui omnino ope diuina sunt destituti, & mendacia secundum proprias cogitationes loquuntur.

a *Et nihil vident.* HIER. lib. 4. com. Vnde prophetæ dicũtur videntes: vnde dicitur, *Visio Isaiæ, & Abdiæ.* Et alibi, *Leuate oculos vestros & videte.* Et alibi, *Reuela oculos meos: & commi. de le. tua.*

b *Quasi vulpes in des.* HIERON. IBID. De quibus dicitur, *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* Et alibi, *Partes terræ vulpium erunt. Quasi vulpes.* Hæretici, vnde, *Vulpes foueas habent: filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum.*

† THEO. in Ezech. sect. 4. Hæc Symmachus apertius interpretatus est, *Sicut vulpes in ruinis prophetæ tui Israel, non ascendistis ad intercisiones, neque obsepiuistis sepe circa filios Israel vt starent in prælio dicentes in die domini.* Vulpibus enim similes, inquit, prophetæ tui sunt Israel, in ruinis habitãtibus. Nam sicut illæ ruinarum non obsepiunt exitus, per quos cuilibet exire & introire licet: ita isti videntes populi segnitiem, non intercluserunt eis vias ad improbitatem, neque piis verbis obsepiuerunt, vt in die iræ domini superiores hostibus esse possent, imò populi impietate ad proprium quæstum abusi sunt.

c *Non ascendistis ex aduerso.* HIER. vbi supra. Sicut Aarõ, qui ignem populum Israel deuorantem, quasi murus primo medius, prohibuit. Ieremiæ quoque dicitur: ne occurrat domino, neque stet contra irã domini, orationis, sc. perseuerãtia. Domini enim sententia sanctorum precibus frangitur: vnde Moysi dicitur, *Dimitte me & delebo populum istum.*

† GREGORIVS. Ex aduerso ascendere, est quibuslibet potestatibus praue agẽtibus, rationis libera voce planè contraire.

d *In cõsilio populi mei, &c.* THEOD. vbi supra. Meum inquit, erudiam populum; isti verò funditus peribunt, neque eorum memoria litteris prodetur, neque cum populo meo recensebuntur.

e *Ipse ædificabat, &c.* † IDEM. IBID. Populus enim ędificat murum debilem propter improbitatem & impietatem; isti verò bonas prædictiones & pollici-

Marginalia: Ioan. 4. c. — Psal. 118. — Can. 2. d. — Hæretici vulpibus comparantur. — Psal. 62. c. — Ibid. — Matth. 8. c. — Pseudoprophetę non ad meliora & ad deteriora plebẽ cohortantur. — * 46. dist. c. sunt nonnulli. De his, qui peccatoribus adulantur. — Num. 16. g. — Exod. 32. e. — Constantia contra potentium improbitatem.

prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.[4] Quasi vulpes in desertis prophetæ tui Israel erant.[5] Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domini.[6] Vident vana, & diuinant mendacium: dicentes, ait dominus: cùm dominus non miserit eos: & perseuerauerunt confirmare sermonem.[7] Numquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis? Et dicitis, ait dominus: cum ego non sim locutus.[8] Propterea hæc dicit dominus Deus. Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium: ideo ecce ego ad vos, ait dominus Deus:[9] & erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium. In cõsilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur, & scietis quia ego dominus Deus.[10] Eo quod deceperint populũ meũ dicentes: pax pax, & non est pax, & ipse * ædificabat

Interlinear: a Sunt enim alij sapientes. b LXX. Qui prophetant de corde suo. c Non Dei. — a Veri. Quia solem iustitiæ perdiderunt. b Domesticis auibus insidiantes. — a Precibus dimicantes, & Dei sententiæ resistentes. — a Non corrigunt, sicut veri prophetæ, si quando errant. — Ergo. — Secundo. Tamen. — a Mihi imponentes mendacium. — O hæretici. — Ideo. — a In ecclesia, sed in synagoga Satanæ. — b Vnde alibi, Recedentes à te in terra scribentur. — a Viuentium. Promissionis. s. Sed in terra mortuorum. — a Separati à populo Dei. b Hæc patientur: Eo quod de. — a Pro rigore. s. pœnitentiæ prospera nuntiantes. b Non semel. Metaphoricè.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quasi vulpes in deser. *Est autem vulpes animal dolosum, intendens deceptioni ouium, sic isti prophetæ intendebant ad deceptionem simplicium; ideo arguit eos, dicens,*

2 Non ascendistis ex aduerso, *peccata populi arguendo:*

3 Neque opposuistis murum pro domo Israel, *pro peccatoribus feruenter orando;*

4 Vt staretis in prælio in die domini, *percussionem domini vestris meritis auertendo.*

5 Vident vana & diuinant mendacium, *Mutat loquendi modum de secunda parte ad tertiam.*

6 Dicentes ait dominus, *vt in modo loquendi conformarent se veris prophetis ad facilius decipiendum.*

7 Et perseuerauerunt confirmare sermonem. *Idem pluries & pluribus diebus repetendo, & dictum suum falso iuramento firmando.*

8 Numquid non visionem, &c. *quasi dicat, sic.*

9 Propterea hęc dicit dominus Deus. *Hic consequenter ponitur pœna: & primo sic prophetantium; secundo eis credentium, ibi,* Et ipse. *Circa primum dicitur,* Propterea hæc dicit dominus Deus. *id est, propter mendacia prophetica.*

10 Ecce ego ad vos, *scilicet, puniendos,*

11 Et erit manus mea. *id est, vindicta meæ potentia,*

12 Super prophetas. *scilicet, falsos.*

13 In consilio populi mei non erunt, *id est, in cœtu reuertentium de Babylone, scilicet, in personis suis, nec in filiis ab eis procreatis.*

14 Et in scriptura domus. *Redeuntes enim de Babylone, habuerunt genealogias suas descriptas, vt sic singuli redirent ad hereditates patrum suorum, vt habetur 1. Esdræ.*

15 Nec in terram Israel ingredientur, *cùm reuertentibus de Babylone: sic exponitur hæc littera communiter; sed quia redeuntes de Babylone in Iudæam fuerunt in magna afflictione & seruitute, ideò bonum redeuntium non videtur fuisse tantum, quòd illius boni priuatio esset sufficiens istorum falsorum prophetarum punitio: ideo videtur mihi, quod sic debet intelligi, saltem principaliter.* In consilio populi mei, &c. *id est, in societate supernorum ciuium?* Et in scriptura domus Israel non scribentur, *id est, in libro vitæ in quo scribuntur electi;* Nec in terram Israel ingredientur, *id est, in terram viuentium, per quam intelligitur cælestis habitatio, vbi mors locum non habet.*

16 Dicentes pax: & non est pax. *Sic enim dicebant populo, quod nullo modo habebant dubitare de aduentu regis Babylonis super eum: quod tamen erat falsum.*

17 Et ipse. *Hic consequenter ponitur pœna credentium falsis prophetis, cum dicitur,* Et ipse. *scilicet, populus meus,*

18 Ædificabat, *id est, Ierusalem, vt dicit Ra. Sa. in qua populus ædificabat ita securè, ac si deberet ibi semper manere.*

Marginalia: Cuius & qualis boni priuationẽ comminatur hic Deus pseudoprophetis.

Illi

MORALITER.

† 5 *Vident vana & diuinant mendacium,* secundum suas phantasias, quas asserunt reuelationes diuinas.

6 *Dicentes ait dominus,* vt magis eis credatur.

† *Cùm dominus non miserit,* Sed ipsi se ingerunt sine superioris auctoritate, decipiendo simplices in occultis. Et subditur eorum pœna, cùm dicitur,

13 *In consilio populi mei nõ erunt.* id est, in congregatione sanctorum, sed magis in congregatione damnatorum: ideo sequitur,

14 *Et in scriptura domus Israel non scribentur,* id est, in libro vitæ in quo scribuntur electi.

17 *Et ipse ædificabat parietem.* Hic consequenter prophetat contra credentes falsis prophetis: per quos signantur credentes prædicatoribus prædictis, de quibus dicitur, *Ipse ædificabat parietem,* id est, malam doctrinã; Et ponitur hic singulare pro plurali, sicut Exod. 8. *Venit musca grauissima, id est,* multitudo muscarum.

Marginalia: Credentes prædicatoribus falsis.

† Illi

licitationes, veluti A quodam linimētum & vnctionem muro adhibent, cum opus esset debilem ædificationem dissoluere, & operam dare, vt solida fieret.

† GRE. lib. 18. mor. c. 3. Parietis nomine, peccati duritia designatur, Ædificare ergo parietem, est contra se quempiā obstacula peccati cōstruere: Sed pariete liniūt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruersè agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant.

a *Propterea hæc dicit dominus.* HIER. lib. 4. com. Hæc omnia de hæreticis dicere possumus: omnia enim eorum figmenta ira Dei soluuntur.

C † THEOD. in Ezech. sect. 4. Per translationem omnia tāquam de muro dixit, & his omnibus hostiū declarauit impetū. Vincula autem muri, regem & principes appellauit; qui, sicut cōmissuræ ędificium, ita populum constringebant; Imbrem inundantem & ventū auferentem, Chaldæos nuncupauit.

(Margin: Opus fragile. — De eis qui peccant vel peccantibus adulantur. — Hæreticorū figmenta — Respub. Iudæorum muro male compacto comparata.)

a ¶ Per legis mandata, & prophetarum comminationes, vt omnium impetum submoueret, vt conuersi ad Deum hoc quasi muro cingerentur.

b ¶ Puro, scilicet, absque temperamento, & nullius fortitudinis.

cābat parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis. [11] Dic ad eos, qui liniūnt absque temperatura, quod casurus sit. Erit enim imbēr inundans: & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & vētūm procellæ dissipantem. [12] Si quidē, ecce cecidit paries. Numquid non dicetur vobis, vbi est litura quam linistis? [13] Propterea hæc dicit dominus Deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatū in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides prægrandes in ira in consummationem. [14] Et destruam parietē quem linistis absque temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius, & cadet: & consumetur in medio eius & sciētis quia ego sum dominus. [15] Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum absque temperamento, dicamque vobis: Non est paries, & non sunt qui liniunt eum. [16] Prophetæ Israel qui prophetāt ad Ierusalem, & vident ei visionem pacis, & non est pax, ait dominus Deus. [17] Et tu fili hominis, pone faciem tuam cōtra filias populi tui quæ prophetant de corde suo, & vaticinare super eas, [18] & dic: Hæc dicit dominus Deus: * Vę qui cōsuunt puluillōs sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Vt caperent animas populi mei, viuificabant animas eorū, [19] & violabant me

(Interlinear glosses: a ¶ Qui vana, scilicet promittunt. — a ¶ Hostes, s. sæuissimi, Babylonij, Chaldæi. — ¶ Grandines. — a ¶ Vt instabilem materiam subitus turbo subuertat. — a ¶ Auxilium quod polliciti estis. — ¶ Defensionem, s. — a ¶ Opere ipso. — ¶ Qui liniunt. — ¶ Sunt, s. causa malorum. — ¶ Tamen. — ¶ Quam prædicant. — ¶ Vt iram meam significes. — a ¶ Suauem adulationem. — ¶ Metaphora. — ¶ Sicut Epicurus, Iouinianus & Eunomius, quorum vox est: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. — ¶ Requiem, s. pollicentes. — a ¶ Promittebant eis vitam. — b ¶ Persuadentes amare voluptatem.)

veri & falsi prophetæ D fuisse leguntur.

c *Pone faciem.* LXX. *obfirma faciem tuam.* Cui simile, *Vultus domini super facientes mala.* Et alibi, *Sic pereant peccatores à facie Dei.*

d *Contra filias populi tui quæ prophetant de corde suo.* HIER. IBID. s. qui quasi feminæ voluptatem & luxuriam prædicant, sicut Epicurus & huiusE modi. Alij enim quasi viri abstinentiam laudant, vt Pythagoras & Gimnosophistæ, qui quasi liniant parietem, aliquam pollicentur fortitudinem. Sed perit eorum ędificatio, *Nisi enim dominus ædificauerit domum in vanum laborauerunt qui ædificant eam.*

IBID. Falsi prophetæ aduersus veros prophetas, & pseudoprophetissæ aduersus veras prophetissas. Dei prophetissæ Ol- F da, & Delbora, & Philippi Euangelistæ quatuor filiæ: Pseudoprophetissę Prisca & Maximilla. Has aiūt Hebræi maleficis artibus eruditas per necromantiam & pythonicū spiritum diuinare, qualis fuit illa quæ visa est Samuelis animam suscitare.

(Margin: Exod. 32. c. — Psal. 33. c. & 67. a. — Mulieres malæ quæ docent. — qui item Philosophi mundani. — Psal. 126. a. — 4. Reg. 22. Iudic. 5. a. Act. 21. b. * 46. dist. c. sunt nonnulli in prin. — De eis qui peccatoribus adulantur.)

b *Et tu fili hominis.* HIE. vbi supra. Supra ad pseudoprophetas, nunc ad pseudoprophetissas iubetur prophetare: vtriusque enim sexus veri

e *Væ qui consuunt, &c.* † THEODOR. vbi supra. His per translatio-

(Margin: Pseudoprophetissę.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Illi autem, *scilicet prophetæ falsi.*

2 Liniebant eum luto absque paleis, *id est, verbis adulatorijs populo applaudebant. Aliter exponitur, vt per parietem intelligatur congeries peccatorum, & maximè in cultu idolorum, in quo falsi prophetæ suis adulationibus nutriebant populum: & ideo denuntiatur casus ædificij huius, cùm dicitur,*

3 Erit enim imber, *id est, exercitus Chaldæorum abundans in bellatoribus viris, sicut imber in guttis.*

4 Et dabo lapides prægrandes, &c. *id est, exercitus principes,*

5 Desuper irruentes, *id est, fortiter incitantes cuneos suos ad destructionem murorum.*

6 Et ventum. *id est, Nabuchodonosor regem.*

7 Siquidem ecce cecidit paries. *id est, Ierusalem, & altaria idolorum ibi ædificata.*

8 Numquid non dicetur vobis, &c. *improperando.*

9 Vbi est litura quam lini. *Quasi diceret, apparet falsitas in adulationibus vestris.*

10 Et erumpere faciam spiritū tempest. *id est Nabuchodonosor, quem prius vocauit ventū procellæ, Et patent cetera ex dictis. Est enim repetitio eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem vsque ibi,*

11 Et reuel. *Chaldæi enim minauerunt muros Ierusalem in aliquibus locis, vt sic facerent eos ruere.*

12 Et complebo indignationem. *id est, effectum vindictæ meæ.*

(Margin: Nabuchodonosor comparatur vento procellæ & spiritui tempestatis.)

13 In pariete. *& patet ex dictis sententia.*

14 Et tu; *Hic consequenter prophetat contra falsas prophetissas. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur earum culpa, secundo, pœna ibi,* Propter hoc. *Circa primum dicitur,*

15 Fili hominis, *ostendendo diuinam indignationem,*

16 Contra filias, *id est, falsas prophetissas,*

17 Quæ prophetant de corde suo. *& non spiritu diuino.*

18 Væ qui consuunt. *Hoc dupliciter exponitur. Vno modo, vt per puluillos & ceruicalia intelligantur verba adulatoria & mendacia, quæ dicebant istæ mulieres malis hominibus & idololatris. Alio modo intelligendo puluillos & ceruicalia ad litteram. prophetæ enim veri non solum prophetabant verbis, sed etiam factis & sensibilibus signis, sicut Ieremias posuit catenas in collo suo ad signandum captiuitatem futuram. Iere. 27. Et eodem modo prophetæ falsi faciebant, eos imitantes, sicut Sedechias fecit sibi cornua ferrea. 3. Reg. 22. b. Et eodem modo prophetissæ falsæ faciebant puluillos & ceruicalia, facientes homines accumbere super ea dicentes: Sic potestis dormire securè & quietè, non timentes in aliquo de aduentu Chaldæorum.*

19 Sub capite vniuersæ ætatis. *id est, hominum cuiuslibet ætatis.*

20 Ad capiendas animas, *id est, decipiendas suis mendacijs.*

21 Et violabant. *id est, cogebant me ad puniendum ipsum. Nec est intelligendum quod violentia seu coactio cadat in Deo: sed hoc dicitur ad denotandum, quòd non vult per se malum pœnæ, sed per accidens, scilicet, propter ordinem suæ iustitiæ, cum eius proprium sit misereri & parcere.*

(Margin: Puluilli & ceruicalia vtrum metaphoricè hic ponantur an in prophetiā signū. — Quomodo velit Deus malum pœnæ?)

MORALITER.

†1 *Illi autem liniebant eum, &c.* scilicet parietem malæ doctrinæ, hoc enim faciunt malè assentientes & applaudentes.

2 *Luto absque paleis.* Quia sicut paries linitus luto absque paleis non est stabilis: sic nec doctrina carens fulcimento veritatis, ideo subditur pœna cùm dicitur,

(Margin: Infirma est falsitas.)

† *Propterea hæc dicit dominus Deus, &c. Spiritum tempestatū,* id est, dęmonum, ad punitionem falsi prædicatoris, & suorum discipulorū.

14 *Et tu fili hominis.* Hic prophetat Ezechiel contra falsas prophetissas, per quas signātur mulieres sortilegæ, & diuinatrices, quæ per talia decipiunt simplices, & aliquādo pro modico quæstu: ideo subditur,

(Margin: Sortilegæ & diuinatrices.)

lationem molliores ac mitiores innuit sermones. Ceruicalia enim, & puluinaria requietem afferunt membris & molliora verba cum falsa sint, ad tempus aures titillant, sed omnis generis euersiones animis afferunt: ita etiam falsæ vates animo exitiû, sibiipsis pecuniarum lucrum comparabat, ea prophetantes quæ videntur vtilia.

a *Vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo, &c.* HIERONYMVS lib. 4. com. Decurtant testimonia scripturarũ, vt iustos, scilicet, ad mortem trahant, & peccatores vanis promissionibus viuificent.

† GREGORIVS hom. 26. in Euangelia. Iudicare de subditis dignè nequeunt, qui in subditorum causis, sua vel odia vel gratiam sequuntur. Vnde Ezechiel, *mortificabant animas quæ non moriuntur, & viuificabant animas quæ non viuunt.* Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat.

b *Pro eo quòd mœrere fecistis cor iusti mendaciter.* † THEODOR. vbi supra. Quia enim iustos, inquit, perturbabatis, ac veluti fluctus exagitabatis, (ita quippe Aquila interpretatus est) calamitates ipsis prædicentes & audaciores improbos reddebatis, bona eis vaticinantes: ideo omnibus exitiis vos perdam, & finem imponam vaticinio vestro, & ab interitu populum meum vindicabo.

(Margin: * 11.q.3.c. plerumque. *Cuius vita officio non congruit, alios ligatus absoluit.* — Abusus sacrarum scripturarũ. — Non sunt casta eorũ iudicia, qui gratia abripiuntur. — Exitium prædicitur pseudoprophetis.)

a ¶ Quo bruta animalia vescuntur. | ad populum meum, propter pugillum hordei & fragmen[1] | a ¶ Mortuas dicentes, si non datur quippiam in ore eorum. | panis,* vt interficerent animas quæ non moriuntur[2]; & vi- | ¶ Voce. ¶ In re. | uificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo | ¶ Destruendum. | credenti mendaciis.[20] Propter hoc hæc dicit dominus Deus:[3] | a ¶ Liberas. | Ecce ego ad puluillos vestros[4] quibus vos capitis[5] animas | a ¶ Puluillos scilicet, non prophetissas. Nolo enim mortem peccatoris. | volantes[6], & dirumpam eos de brachiis vestris, & dimit- | ¶ Liberas. ¶ Liberas. | tam animas quas vos capitis, animas ad volandum.[21] Et di-[7] | a ¶ Quibus deceptorum capita velabantur, cum vir debeat reuelata facie gloriam domini contemplari. | rumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de | ¶ Id est prædam. | manu vestra, neque erunt vltrà in manibus vestris ad præ- | ¶ Tunc. ¶ Falso timore. | b dandum: & scietis quia ego dominus.[8][22] Pro eo quòd mœrere[9] | ¶ Cui imposuistis timorem. ¶ Falsis promissionibus. | fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui[10]: & | ¶ Pœnitens. | confortastis manus impij[11]; vt non reuerteretur à via sua ma-[12] | a ¶ Visiones falsas. | b ¶ Non enim voco prophetias, de quibus, Non est augurium in Iacob, neque diuinatio in Israel. | la, & viueret[13]:[23] propterea vana non videbitis, & diuinationes[14] | a ¶ Sic. | non diuinabitis amplius: et eruam populum meum de ma- | a ¶ In ipso opere. b ¶ Qui perditos liberaui. | nu vestra, & scietis quia ego dominus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propter pugillum, &c. *id est, propter vilem quæstum talia faciebant.*
2 Vt interficerent animas, &c. *Iustis enim viuentibus in domino, nihil eis dantibus, prophetabant mortem & infortunia: & iniustis (qui per peccatum sunt mortui) prophetabant vitam & prospera, propter eorum dona.*
3 Propter hoc, *Hic ponitur earum pœna, cum dicitur,*
4 Ecce ego ad puluillos ve. *id est, ad facta vestra punienda.*
5 Quibus vos capitis, *id est, decipitis.*
6 Animas volantes, *id est, homines, qui deberent eleuari ad cognitionem diuinorum. Et loquitur de eis ad modum volatilium, quæ attendentia ad instrumenta aucupis, in quibus sunt aliqua attrahentia, vt grana & huiusmodi, illic descendunt & capiuntur retibus suis: sic isti attendentes ad verba prophetissarum, decipiebantur ab eis.*
7 Et dirumpam. *id est, taliter puniam vos quod non poteritis talia facere, nec populum meum decipere.*
8 Et scietis, *per experientiam mea vindicta.*
9 Pro eo quod mœrere fecistis, *quantum in vobis fuit; infortunia sibi prophetando.*
10 Quem ego non contristaui, *id est, non disposui inferre talia sibi.*
11 Et confortastis manus impij, *prophetando sibi bona.*
12 Vt non reuerteretur, &c. *per hoc enim nutriebatur in malo suo.*
13 Et viueret, *scilicet, si à peccatis suis pœniteret.*
14 Propterea vana, &c. *quia auferam vos de vita præsenti, ita quod populum meum decipere non poteritis.*

(Margin: Decepti à pseudoprophetissis.)

MORALITER.

† 1 *Propter pugillum hordei & fragmẽ panis:* tales enim vetulæ aliquando fingunt, quod de nocte vadunt cum animabus defunctorum, & illis qui dant eis aliquid dicunt prospera de animabus parentum suorum, & aliis aduersa.

(Margin: Fabulæ prædictarum.)

CAPVT XIV.

a *Viri isti posuerunt.* † THEODORETVS vbi supra. Apertius hoc Aquila interpretatus est; *viri isti dedicarunt idola in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ posuerunt contra faciem suam:* quæ cum malè excogitarunt, perficiunt, & impudenter neglecta supplicij cõminatione, quam minatus sum peccantibus, ad te venerunt percontari aliquid studentes, & sperantes aliquo se responso dignatum iri.

¶ Post hæc. a ¶ Non omnes, ne omnes videantur errare. | ET venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt co-[1] | a ¶ Vt indicarent quare venissem. | b ¶ Non est enim naturæ hominis etiam sancti cordis arcana cognoscere. vnde de solo dicitur Saluatore, Videns autem cog. eo. | ram me. Et factus est sermo domini ad me, dicens: | a ¶ LXX. Cogitationes, Symmachus & Theod. idolum. | a [3]Fili hominis viri isti posuerunt immunditias suas in cor-[2]

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XIV.

1 ET venerunt ad me viri seniorum Israel. *Supra descripta est Ierosolymitarum vastatio; hic ponitur transmigratorum consolatio; Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur vtilis monitio; & secundo subditur ipsa consolatio, ibi,* Et factus est. *Monitio autem vtilis fuit, quod quæsierant diuinum responsum à prophetis sanctis: & ideo diuiditur in tres partes; quia primo ponitur impedimenti ostensio, secundo subditur eius remotio, ibi,* Propterea; *tertio falsitatis punitio, ibi,* Propheta cum narrauerit. *Impedimentum autem diuini responsi est ipsum, quærere fictitiè, vtpote ad tentandum prophetæ veritatem; vel quia quæritur eius responsum propter curiositatem, non propter vitæ propriæ emendationem: & tales erant de quibus hic dicitur,* Et venerunt ad me viri, &c. *ideo sequitur.*
2 Viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, *id est firmiter proposuerunt perseuerare in eis.*

(Margin: Diuisio. — Diuisio. — Quibus Deus per suos prophetas non dignetur respondere.)

MORALITER.

† 2 *Fili hominis viri isti posuerunt, &c.* Isti namque non venerant ad Ezechielem pro veritate suæ salutis audienda, sed magis causa curiositatis, vt audirent noua: & aliqui causa malignitatis, vt aliquid arguẽdũ caperẽt in verbis suis. Ideo dicitur de ipsis, *Viri isti posuerũt, &c.* MORAL. autem per ipsos signantur illi, qui ad sermonem, vel ad lectionem theologicam vadunt ducti curiositate, vel malignitate, vt bonum prædicatorem vel doctorem capiant in sermone. vnde de talibus infra dicitur à domino.

(Margin: De eis, qui calumniæ ansam quærunt.)

† Ego

dibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam. Numquid interrogatus respondebo eis? [4] Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hęc dicit dominus Deus: Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam interrogãs per eũ me, ego dominus respondebo ei in multitudine immunditiarũ suarum, [5] vt capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt à me in cunctis idolis suis. [6] Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit dominus Deus: Conuertimini, & recedite ab idolis vestris: & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras: [7] Quia homo homo de domo Israel, & de proselytis quicumque aduena fuerit in Israel, si alienus fuerit à me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam, vt interroget per eum me: ego dominus respondebo ei per me, [8] & pōnam faciẽ meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum, & in prouerbium, & disperdam eũ de medio populi mei, & scietis quia ego dominus. [9] Et propheta cum errauerit, & loquutus fuerit verbum, ego dominus decepi prophetam illum. Et extendam manum meam super eum, & delebo eum

(Interlinear glosses: a Nihil de pristinis relinquentes. — Meliora desperantes. — a Qui taliter veniunt. — a Quia s. peruerso corde venerunt. — b Q. Non ex persona tua, ne leuis videretur auctoritas. — a Non aliarum Gentium, quarum error potest habere veniam. — Sic. — Cum tali corde. — Id est decipiatur. — Confidentes. — a Vt austeritate vultus, frontis duritia molliatur. — a Vt illo perdito, alij me dominum esse cognoscant, qui cordis arcana cognosco. — Sic. — a Probans corda & renes. — Pseudopr. — a Non alios. — b Exigentibus peccatis. — Alias decipiam. — a Prophetam. b Similis peccati, pœna consimilis, vt qui interrogat, & qui interrogatur, portet iniquitatem suam.)

a *In multitudine.* HIER. lib. 4. com. id est, secundum quod vult, & credit, & audiat. Non enim meretur correctionem, qui non discendi, sed tentandi animo interrogat.

b *Vt capiatur domus Israel.* IBID. Quasi dicat, Priora scelera non relinquunt, ideo veritatem audire non merentur, sed fraudulento corde decipiendi sunt: vnde, *Quid me tentatis hypocritæ, &c.* & alibi, *Nec ego dico vobis, in qua potestate hæc fa.*

(Marg.: Matt. 22. b. Tentatio Dei. Ibid. 21. c.)

c *Quia homo, &c.* IBID. Secundo homo, homo dicitur vt interior & exterior significetur. Multi enim corporalem hominis faciem habentes, diuersarum bestiarum assumunt imagines: vnde, *Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum re.* Et, *Homo cum in honore esset non intellexit: compa. est iumen. insi. & similis factus est illis.* Hi non sunt homines homines sed homines iumenta. Et in Euangelio, *Genimina viperarum, &c.* non sunt homines homines, sed homines viperæ, & alibi, *Vulpes foueas habent, & volu. cæli nidos.* Et de Herode, *Dicite vulpi illi:* Non sunt homines homines, sed homines vulpes. Qui vero homines homines sunt, si errauerint, per supplicia corriguntur, vt cognoscant quod ipse sit dominus.

(Marg.: Homo interior & exterior. Psal. 72. c. Psal. 48. c. Homo homo. Matth. 23. d. Matt. 8. c. Luc. 13. g.)

† THEOD. sect. 4. in Ezec. Ac si dicat, Omnis quicumque se à mea cura abalienarit, & duce mala cogitatione vsus fuerit, sciensque pœnas, quas malis ego comminatus sum, ea contempta accesserit ad aliquem pseudoprophetam, ab eo cupiens quid facto opus sit, intelligere: respondebo & *permittam* vt propheta vocatus ea respondeat, quæ illius cogitationibus consentanea sint.

(Marg.: A Deo hostibus non petendum consilium.)

d *Ego dominus, &c.* HIERONYMVS vbi supra. Sicut Achab rex Israel vadens ad prælium noluit audire Michæam prophetam pseudoprophetis acquiescens; dixitque Michæas, quod vidit dominum sedentem in solio, & erroris spiritum vltro se obtulisse ad decipiendum regem. Diabolus quoque stat in conspectu domini: & primo in substantiam Iob, deinde in corpus eius à domino accipit potestatem. Balaam ariolus à domino mittitur vt decipiat Balach filium Sephor. Hoc autẽ totum dicitur, ne pseudoprophetarum fortitudini reputetur, quod decipitur populus, & mauult mendacium audire quàm veritati aurem accommodare, sed iræ Dei.

(Marg.: 3. Reg. 22. Diabolus & pseudoprophetæ neq; decipere possunt nisi permittat Deus. Iob 1. Num. 22. b.)

e *Decepi pro.* Vnde, *Delusores ipse deludet.* Et illud, *Si ambulauerint ad me peruersi, & ego ambulabo contra eos in furore peruerso.* Et *Cum peruerso peruer.*

(Marg.: Prou. 3. d. Leui. 26. d. Psal. 17. d.)

† THEODORET. vbi supra. At non est iusti iudicis proprium decipere prophetam, & in errorem inductum punire. Non igitur secundum *efficaciam*, ait, se prophetam in errorem inductum ire, sed secundum *permissionẽ*, hoc est, cum possim ipsius statim mendacium redarguere, sustineo, & diuina lenitate vsus permitto vt dolo vtatur, quem voluntate, non autem necessitate exercet.

(Marg.: Deus in nobis peccatũ non facit sed permittit.)

f *Et extendam manum meam super eum.* HIERON. vbi supr. Magnus do-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et scandalum iniquitatis suæ. *iniquitatem suam, quæ præbet aliis ruendi occasionem.*

2 Statuerunt contra faciem suam, *habentes eam in iugi memoria, ad iterandum eam.*

3 Numquid interrogatus respondebo eis? *q. d. non ad votum suum, quia indigni sunt, eo quod non quærunt intentione recta, sed peruersa. Cetera patent ex dictis vsque ibi,*

4 Ego dominus respondebo ei in multitudine, &c. *id est, secundum demeritum immunditiæ suæ: Et illud meritum est, quod sibi non respondeatur. Aliquando enim ponitur affirmatio pro negatione, sicut cum dicitur alicui male petenti ironice: Ego faciam quod petis: Vel si respondeatur ei, respondebitur ita obscure, quod non intelliget.*

(Marg.: De eis qui nullum aut obscurum merentur responsum.)

5 Vt capiatur domus Israel, &c. *Istud* vt *non tenetur* causaliter: *quia Deus non potest esse causa mali culpæ: sed* consequutiuè, *Ad hoc enim, quod Deus non respondet male petenti: vel obscurum responsum dat ei, sequitur quod remanet in errore suo.*

6 Propterea. *Hic consequenter ponitur huius impedimenti remotio, cum dicitur,*

7 Conuertimini & recedite, &c. *Per veram & perfectam pœnitentiam: & sic, supple, habebitis bonum & clarum responsum.*

8 Quia homo homo, *id est, quilibet homo,*

9 De domo Israel, *inde natiuus,*

10 Et de proselytis, *id est, de Gentilibus conuersis ad Iudaismum.*

11 Si alienatus fuerit à me, *per idololatriam,*

12 Et posuerit idola sua in corde, *firmiter proponens ea colere,*

13 Et venerit ad prophetam, *scilicet verum:*

14 Ego dominus respondebo ei per me, *& non per prophetam, & ista responsio erit suæ iniquitatis punitio: ideo subditur,*

15 Et ponam faciem meam super hom. illum, *ad peccata sua diiudicandum & puniendum, ideo sequitur,*

16 Et faciam eum in ex. *scilicet terroris videntibus eius punitionem.*

17 Et in prouerbium. *ita quod in maledictione alicuius dicetur communiter: Sic faciat tibi dominus, sicut illi.*

18 Et propheta. *Hic consequenter ponitur falsæ prophetiæ punitio; tam ex parte interrogantis, quam ex parte respondentis, cum dicitur,* Et propheta, *scilicet falsus,*

19 Cum errauerit, *à spiritu maligno ex suo demerito deceptus,*

20 Et loquutus fuerit verbum, *scilicet falsum;*

21 Ego dominus decepi, *id est, decipi permisi,*

22 Et extendam manum meam, *id est, virtutem meam,*

23 Super eum, *ad ipsum puniendum: ideo subditur,*

24 Et delebo eum. *in persona propria & posteritate sua.*

MORALITER.

† 4 *Ego dominus respondebo ei, &c.* Dominus autem respondet *per prophetam*, quãdo prædicatori, vel doctori inspirat virtutem doctrinæ, per quam à suis malis reuocat peccatores, *per seipsum* autem respondet peccatoribus obstinatis in morte, quia tunc eis ostendit per effectum, multitudinem & magnitudinem peccatorum suorum & grauitatem pœnarum debitarum.

(Marg.: Deus respondens per prophetam, & per seipsum.)

☞ domini super terram peccatricem extenditur, vt virga vel fortitudo panis conteratur: extenta minatur plagas: nolente eo qui eleuat, percutere peccatores, sed extentione terrere, & territos conseruare.

a *Et si fuerint.* HIER. lib. 4. com. Cum Abraham, Isaac, Iacob, & Moyses, & ceteri Patriarchæ iusti fuerint, horum tantum mentio fit. Diluuium enim cum terræ immineret, Noë differre non potuit, sed filios, qui forsitan virtutis illius erant, in seminarium humani generis conseruatos habuit. Daniel quoque imminentem Iudæorum captiuitatem nullis fletibus mitigauit. Iob quoque non propter peccata percussus, sed ad probationem, nec domum nec filios liberauit. Alij dicunt quia hi tres viri, & prospera & aduersa, & iterum prospera viderunt, ideo simul nominatos, & sic tacenter significari: quia Israel qui prius bonis abundauit, & post captiuitatem sustinuit, ad priorem felicitatem redire possit, si pœnituerit.

(Margin: Genes. 7. b. * 13. q. 2. c. in præsenti. *Damnatis non prodest oratio viuentium.* — Dan. 1. b. Cur Daniel, Iob, & Noe, magis quam alij in exemplum proferantur? Iob. 1. d.)

† THEODORETVS sect. 4. in Ezec. Docet oratio prophetica, sceleribus obstrictos, nullam veniam habituros, & quicumque resipiscere nolint: etiamsi inter iustos degere se glorientur. Ad hæc, ostendere vult Deus, quod erga aliam nationem non fecit, hoc erga Israel se fecisse.

de medio populi mei Israel, [10] & portabunt iniquitatẽ suam. *Iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit, [11] vt non erret vltra domus Israel à me, neque polluatur in vniuersis præuaricationibus suis, sed sit mihi in populum, & ego sim eis in Deum, ait dominus exercituum. [12] Et factus est sermo domini ad me dicẽs: [13] Fili hominis, terra cum peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, extendã manum meam super eam, & conteram virgam panis eius: * immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentũ. [14] Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait dñs exercituum. [15] Quod & si bestias pessimas induxero super terrã, vt vastem eã, & fuerit inuia, eo quod nõ sit pertransiẽs propter bestias: [16] tres viri isti, si fuerint in ea, viuo ego dicit dñs Deus, quia nec filios nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur, terra autẽ desolabitur. [17] Vel si gladium induxero super terrã

(Interlinear: a ☞ Vterque. — ☞ Occasione eorum. a ☞ Qui s. noluit audire verba domini. — a ☞ Diuinationibus huiusmodi. — ☞ Ecclesia. — a ☞ Mandata domini. b ☞ Aggrauando vindictam. — a ☞ Quatuor plagas inducit super terram peccatricem, famem, gladium, pestilentiam, bestias. b ☞ Firmamentum. — a ☞ Verbi Dei. b ☞ Contra quod, homines & iumenta saluabis domine. c ☞ Rationalem. d ☞ Idiotam. — a ☞ Ecclesiæ. b ☞ Ecclesiæ rectores. c ☞ Continentes. — a ☞ Coniugati boni. b ☞ Quorum iustitia prædicatur. ☞ Tantum. — a ☞ Dæmones. ☞ Ne tradas bestiis animas confitentes ti. — ☞ Magistri ecclesiæ. — a ☞ Bonis patribus dissimiles. b ☞ Meritis suis & precibus. c ☞ Iustitia iusti super eum erit, impietas impij super eum. — a ☞ De quo dicitur: Tradentur in manus gladij: Et ad Mariam, Tuam ipsius animam pertransibit gladius.)

b *Quia nec.* HIERON. vbi supr. Si hi tres congregati, non possunt terram peccatricem ab ira Dei protegere: quid putant quidam, virtutibus parentum posse filios peccatores à gehennæ ignibus liberari? Nec peccatorem filium pater vel mater liberare poterit: nec filij vitia nocebunt eis: sed *anima quæ peccauerit ipsa morietur.* Loth vxorem suam, quia retro aspexit, liberare non valuit: sed tantum filias, quæ forsitan non peccauerãt. Iosias vir sanctus, non solum peccantem populum non liberauit, sed ipse in peccatis suis mortuus est. Aliquando tamen propter Abraham & Dauid, in posteros eorum dominus misericordiam suam pollicetur, sed in eos tantum, quorum conuersationem merita patrum adiuuant.

(Margin: Infra 18. a. Gen. 19. d. Quibus prosit & quibus nõ prosit patrum sanctitas. * Supr. 4. & 5. d. 4. Reg. 23. f.)

☞ a Quia

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et portabunt, &c. *scilicet propheta, & interrogans ipsum: ideo subditur.*
2 Iuxta iniquitatem, &c. i. *iniquitas vtriusque punietur: grauius tamen iniquitas prophetæ, quia maior est.*
3 Vt non erret vltra domus Isra. *per talem prophetam decepta.*
4 Sed sit mihi in populum. *cultum latriæ exhibendo.*
5 Et ego sim eis in Deum, *in viam salutis dirigendo.*
6 Et factus est, &c. *Hic consequenter ponitur transmigratorum consolatio. Sciendum tamen, quod expositores Latini communiter exponunt residuum huius cap. contra habitatores Ierusalem & Iudææ, dicentes: quod hic ab eis excluditur remedium speratum: eo quod confidebant liberari à comminationibus Ieremiæ per merita antiquorum patrum: & hoc remouetur ab eis per hoc quod dicitur, quod si Noe, Daniel & Iob qui fuerunt valde iusti, essent inter eos, & pro eis orantes non liberarent eos: sed tantum seipsos. Sed littera non videtur ad hoc concordare in fine cap. sed magis discordare: propter quod Ra. Sa. aliter exponit dicens, quod Deus hic distinguit inter punitionem Gentilium & Iudæorum; scilicet quod si pro peccatis alicuius terræ vel ciuitatis Gentilium Deus inferat vnam de quatuor plagis hic enumeratis ad eius destructionem, si Noe, Daniel & Iob essent ibi, non liberarent populum, sed seipsos tantum; & ciuitas vel terra funditus destrueretur absque reparatione, sicut habetur exemplum Gen. 19. de subuersione Sodomæ in qua fuerunt liberati tantum tres iusti. scilicet Loth cum duabus filiabus suis. Sed si omnes quatuor plagas hic enumeratas inducat super Ierusalem ad eius destructionem, aliqui tamen reseruabuntur in vita ad ciuitatis futuram reparationem, & sic factum est, quia Zorobabel nepos Iechoniæ fuit dux redeuntium de Babylone, sub quo readificatum est templum, & postea ciuitas sub Neemia: & hoc dictum erat ad magnam consolationem transmigratorum; ergo applicando litteram ad hanc sententiam, residuum huius capituli in duas partes diuiditur. Quia primo ponitur modus punitionis terræ Gentilium; secundò Iudæorum, ibi,* Quoniam hæc dicit. *Circa primum dicitur in persona domini.*

(Margin: Reiicit expositionem Latinorum super reliquum huius cap. — & admittit expositionẽ Ra. Sal. — Diuisio.)

7 Terra, *scilicet Gentilium,*
8 Cum peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, *exaggerando peccata peccatis:*
9 Extendam manum meam super eam, *Ad ipsam puniendum.*
10 Et conteram virgam panis, *id est, sustentamentum cuiuslibet cibi, qui nomine panis intelligitur in scriptura. Et hæc prima plaga, scilicet famis.*
11 Noe, Daniel. *Isti tres præ ceteris patribus hic nominantur, quia suis orationibus non saluauerunt alios; Noe enim non saluauit orationibus suis orbem à diluuio: Septem autem personæ cum eo saluatæ fuerunt propter suam iustitiam, & vt per eas multiplicaretur genus humanũ. Similiter Daniel suis orationibus non liberauit Ierusalem à destructione; nec Iob filios suos & filias à morte.*
12 Ipsi iustitia sua li. animas suas, *Id est, personas suas tantum. Consequenter ponitur plaga secunda, cum dicitur,*
13 Quod & si bestias pessimas, *Vt leones, & serpentes, & dracones à quibus nullo modo se possunt homines defendere. Cetera patent ex dictis. Consequenter ponitur tertia plaga, cum dicitur,*
14 Vel si gladium induxero super terram illam, *scilicet Gentilium.*

(Margin: Tres viri in fi.)

☞ Et

MORALITER.

† † *Fili hominis. Terra cum peccauerit.* Hic ad litteram ponuntur quatuor plagæ, quibus aliquando terra vastatur & destruitur.

MORALITER autem per *terram* homo de terra formatus significatur: sic per quatuor plagas, signantur quatuor vitia, quibus homo spiritualiter deuastatur. Prima plaga, quæ ponitur hic est fames, per quam intelligitur subtractio alimenti spiritualis, quod est verbum Dei & Eucharistiæ sacramentum. Plaga verò secunda est bestiarum pessimarum, per quas intelliguntur luxuria & gula: nam vita voluptuosa, quæ consistit in cibis & venereis, (Ethicor. j.) vita dicitur bestialis. Tertia verò plaga dicitur gladius: per quem significatur detractio, per quam tres vno ictu occiduntur, scilicet detrahens, & ille cui detrahitur, & ille qui audiens delectatur; propter quod detrahentibus dicitur Ps. 56. a. *Filij hominum dentes eorum arma, & sagitta, & lingua eorum gladius acutus.* Quarta verò plaga quæ ponitur est pestilentia, quæ communis est mortalitas: per quam significatur mendacium perniciosum, de quo dicitur Psal. 5. b. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.*

(Margin: Quatuor vitia, quibus homo spiritualiter vastatur. — Detractio. — Mendacium perniciosum.)

filium &c. HIERONYMVS lib. 4. com. Nisi opera & fidem A corum habeant. Frustra ergo dicunt Iudæi, Pater noster Abraham est, cum eius opera non habeant. *Maledictus homo qui confidit in homine.* Sint sancti, sint prophetæ. legimus tamen, *Nolite confidere in hominibus.* Et iterum, *Bonum est confidere in domino, quàm confidere in homine: Bonum est sperare in domino, quàm sperare in principibus,* non sæculi tantum, sed ecclesiarũ: qui si iusti fuerint, tamen animas suas B liberabunt, non filios vel filias, quos in ecclesia genuerunt.

Ioan.8.c. Iere.17.a. Psal.145.a. Ibid.117.b.

In propria non in aliena pietate sperandum.

† ORIGENES a hom. 4. in Ezechielem. Quare cum tanti iusti, nunc tantummodo tres nominantur? Audiui quondam à quodam Hebræo hunc locum exponente, ideo hos nominatos, quia vnusquisque eorum tria tempora viderit, lætum, triste, & rursum lætum. Vide Noe ante diluuium, considera mundum integrum; & eumdem post Noe in totius b orbis naufragio solum cum filiis suis & animalibus in arca seruatum. Considera quomodo post diluuium egressus sit & plantauerit vineam, quodammodo secundi rursus orbis creator existens. Talis est iustus, vidit mundum ante diluuium, hoc est ante consummationem; vidit mundum in diluuio, in corruptione & in interitu peccatorum, quæ in die sunt euentura iudicij, rursum videbit mundum in resurrectione omnium peccatorum. Et Daniel ante captiuitatem in patriæ floruit nobilitate; & deinceps in Babylonem translatus, Eunuchus effectus est, vidit & reuersionem in Ierusalem. Sic Iob tria tempora habuit, fuit enim locuples; Deinde diabolus accepit potestatem aduersus eum, vide tempora commutata. Diues in liberis pater, repentè orbus efficitur: Diues in censu dominus, ad vltimam deducitur egestatem, ecce duo tempora. Post hæc apparet ei dominus, & loquitur ei de nube.

Quare ex omnibus iustis hos solos tres nominauit.

Noe Daniel & Iob tria singuli viderunt tempora lętum, triste, & rursum lætum.

illam, & dixero gladio: transi per terram: & interfecero hominem & iumentum de ea: [18] & tres viri isti fuerint in medio eius, viuo ego, dicit dominus Deus: non liberabunt filios neque filias, sed ipsi soli liberabuntur. [19] Si autem & pestilentiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, vt auferam ex ea hominem & iumentum, [20] & Noë & Daniel & Iob fuerint in medio eius, viuo ego dicit dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas.

[21] Quoniam hæc dicit dominus Deus: Quod etsi quatuor iudicia mea pessima, gladium & famem & bestias malas & pestilentiam immisero in Ierusalem, vt interficiam de ea hominem & pecus, [22] tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Ecce ipsi egredientur ad vos & videbitis viam eorum & adinuentiones eorum, & consolabimini super malo quod induxi in Ierusalem in omnibus, quæ importaui super eam: [23] & consolabuntur vos cum videritis viam eorum, & adinuentiones eorum, & cognoscetis quod non frustra fecerim omnia quæ feci in ea, ait dominus Deus.

a ¶ LXX. Mortem, de qua, Mors peccatorum pessima. Et: Anima quæ peccauerit ipsa morietur.
a ¶ Q. Cum ab his singulis non possit liberare tantorum virorum oratio, quid si simul omnia inducam?
a ¶ Hostium, quo trucidentur. b ¶ In obsidione. c ¶ A quibus fugientes in desertis & montibus deuorantur. d ¶ Quæ semper famem sequitur.
a ¶ Vulgata editio mortem. ¶ His plagis simul.
¶ Mea clementia. ¶ In captiuitatem.
¶ Enim. ¶ In Babylonem.

b *Et consolabuntur vos, &c. & adinuen. eorum.* HIERONYMVS vbi supr. Cum videritis scilicet me eos ab his plagis liberasse, vt eorum peruersitate discatis merito subuersam esse Ierusalem, templum incensum, populũ captiuum. Hæc de Ierusalem dicuntur cum Ezechiele apud Chaldæos prophetante instabat captiuitas.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dixero gladio, *Hoc est bellatoribus vtentibus gladio. Cetera patent. Consequenter ponitur quarta plaga, cùm dicitur,*

2 Si autem & pestilentiam immisero, *id est, generalem mortalitatem ex corruptione aeris.*

3 Et effudero indignationem, &c. *id est, effectum vindictæ meæ.*

4 In sanguine, *id est, destructione vitæ generaliter, eò quòd vita consistit in sanguine, secundum quod dicitur Leu. 17. c.* Anima omnis carnis in sanguine est. *Cetera patent ex dictis,*

5 Quoniam hæc dicit. *Hic consequenter ponitur modus punitionis Ierusalem.*

6 Quod & si quatuor iudicia mea pessima, *id est, effectus vindictæ meæ predictos.*

7 Gladium & famem, &c. immisero in Ierusalem *simul sicut & factum fuit in obsidione per Chaldæos, vt dictum est supr. 5. cap.*

8 Tamen relinquetur in ea saluatio *scilicet aliquorum, quorum filij & filiæ reædificabunt ciuitatem & eam habitabunt, sicut factum fuit sub Zorobabel duce, & Neemia, vt prædictum est. Et non fit hic mentio de tribus prædictis patribus Noe, Daniel, & Iob: ad designandum quòd etiam sine meritis patrum Deus hoc faceret, vt dicit Ra. Sa. eò quod elegit ciuitatem illam ad suum cultum: vnde licet bis fuerit funditus euersa, tamen fuit bis ædificata, & adhuc stat.*

Ierusalem bis euersa & bis ædificata.

9 Ecce ipsi egre. *id est, illi qui reseruabuntur viui destructa Ierusalem per Chaldæos, venient ad vos transmigratos, quia ducti fuerunt in Babylonem, vt habetur 4. Reg. vltimo.*

10 Et videbitis viam eorum, *id est, peccata per effectum pœnæ à Deo imposita.*

11 Et con. su. *id est, illud malum erit vobis occasio consolationis contra hoc quod dolebatis vos tradidisse Chaldæis de consilio Ieremiæ, quia per hoc videbitis vos euasisse maius malum sine comparatione.*

12 Et consolab. *dicentes vos fuisse beatos respectu eorum.*

13 Et cognoscetis, &c. *Potio enim amara non dicitur esse frustra, si sequitur sanitas: Similiter nec illa dura pœna à Deo inflicta supra Ierusalem, quia hoc fuit ad declarationem diuinæ iustitiæ, & ad correctionem populi: & quia hoc viderunt prius transmigrati, & ideo fuerunt consolati.*

CAP.

ADDITIO

In cap. 14. *vbi dicitur in Postilla*: Noe, Daniel, & Iob.

Isti tres præ ceteris patribus nominantur, quia licet fuissent tantæ iustitiæ, & tam accepti coram Deo, vt intuitu eorum Deus restaurasset ea quæ propter peccata aliorum destruxerat: tamen non suffecerunt ad amouendum sententiam diuinam. Primum patet de Noe Genes. 8. a. vbi dicitur: Recordatus est dominus Noe, & adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ. *Ex quo patet quod intuitu ipsius Noe Deus restaurauit hunc mundum habitabilem, licet Noe iustitia sufficiens non fuit ad amouendam sententiam diluuij. De Daniele verò similiter patet Dan. x. c. vbi angelus ad eum missus pro restauratione templi & ciuitatis Ierusalem deprecantem, ait,* Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuũ ad intelligendũ, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, &c. *Ex quo patet, quod orationibus ipsius Danielis Deus restaurauit templum & ciuitatem, cum hoc tamen manifestum est, quòd tempore Danielis fuit destructa ciuitas & templum. De Iob verò patet Iob vlti. vbi habetur, quòd per orationem ipsius Iob fuit domus sua restaurata: non tamen diuina sententia pristina de destructione domus suæ & morte filiorum fuit sublata, &c.*

Deus intuitu bonitatis Noe, Danielis, & Iob restaurauit destructa, non abstulit ab ipsa destructione.

CAPVT XV.

A a Qvid fiet de ligno. HIER. lib. 4. com. &c. *Vinea domini Sabaoth domus Israel est*, de qua in Isaia, *Plantaui vineam Soreth*, id est, pulchram & electam. Hac vinea dum fructificat, nihil in omnibus lignis pretiosius est: alioqui cum radice & propaginibus igni traditur. a Alia autem ligna etiam succisa aliquam habent vtilitatem.

Domus Israel viti vel vineae comparata.

HIERON. IBID. Simile in Euangelio: *Si sal infatuatum fuerit, &c.* & oculus qui totum corpus illuminat, si fuerit excaecatus, audit à domino: *Si lumen quod in te est tenebrae sunt: ipsae tenebrae quantae erunt?* Comparatione enim praeuaricatoris, & eius qui prius confessum negat Deum: leuior est poena eorum, qui numquam Deum cognouerunt. Ligna autem syluarum secundum varietatem credentium in domo Dei habent aliquam vtilitatem, in qua non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia.

Mar. 9. g. Matth. 6. c. Resiliens à Deo peior est eo, qui ad eum nunquam accessit.

HIERONYMVS IBID. Possumus per vineam & Ierusalem accipere credentium multitudinem: qui si pristinae religionis culturam amiserit, nec fruges virtutum fecerit, nec vinum (*quod laetificat cor hominis*) attulerit, aeternis ignibus tradetur, & in nihilum reputabitur. *Seruus enim qui scit voluntatem domini sui, & non fa. va. mul.* Simile etiam in Euangelio dicitur, *Ego sum vitis vera, & pater meus agrico. est. Omnis palmes qui manet in me, & non facit fructum tollet eum: qui affert fructum purgabit eũ, vt fructum plus afferat.* Si Saluator vitis est, & E nos palmites, & pater agricola: dum praecepta Dei seruamus, semper excolimur, & cultura nostra, purgatio est. *Non est enim volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.* Quod si afferentes fructum purgamur à patre, vt plus afferamus ostenditur: quia ad finem & fructum plenitudinis peruenimus adiutorio Dei. Palmes, qui non facit fructum tollitur à patre: sed quid post de eo fiat scriptura non dicit. Forte enim separatio à corpore Christi perpetuus est interitus.

Luc. 12. f. Ioan. 15. a. De fructu bonorum operum. Rom. 9. d.

CAP. XV.

ET factus est sermo domini ad me dicẽs: [1] a Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quae sunt inter ligna syluarũ? Numquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus: aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcumq; vas? Ecce igni datum est in escam: vtramque partẽ eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam. Nũquid vtile erit ad opus? Etiam cum esset integrum non erat aptum ad opus, quanto magis cum ignis illud deuorauerit & cõbusserit, nihil ex eo fiet operis. Propterea haec dicit Dominus Deus. Quomodo lignũ vitis inter ligna syluarum, quod dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem, & ponam faciem meã in eos. De igne egredientur, & ignis consumet eos. Et sciẽtis quia ego dominus, cum posuero faciem meam in eos, & dedero terram inuiam & desolatam, eò quòd praeuaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

a Variis similitudinibus euersio vrbis praefiguratur. Vite. a Cum malleoli exciduntur, vtramque partem eorum, cons. ignis. Combustum. Alias &. Alias consumpserit. a LXX. Obfirmabo. a Incensae vrbis. Hostilis gladius. b Qui euaserunt. c Qui euaseritis à pondere miseriarum. a In aeternam, scilicet solitudinem. b Aliud est enim contemnere quod ignores, aliud negligere quod colueris.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XV.

1 ET factus est, &c. *Superius descripta est ipsius Ierusalem & populi vastatio, hic consequenter ponitur dictae vastationis ratio, quae est multiplicatio flagitiorum in Ierusalem & Iudaea: Et hoc describitur sub decem metaphoris. Et secundum hoc diuiditur in nouem partes, quia pars vltima continet duas metaphoras, quae patebunt litteram prosequendo. Prima autem est de ligno vitis. Circa quod notandum, quod multiplicatio peccatorum diminuit libertatem liberi arbitrij ad bonum: & quando talis multiplicatio multum inualescit, videtur homo totaliter inhabilis ad bonum, secundum quod dicitur Prouer. xviij. a.* Impius, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit: *& hoc signatur fuisse in populo Iudae per metaphoram ligni praecisi de vite, quod non est ad aliquod opus vtile, sed tantum ad incendium. Et secundum hoc patet littera huius cap. paucis exceptis quae discurrentur. Diuiditur tamen hoc cap. in duas partes, quia primò parabola praelibatur; secundo ad propositum applicatur, ibi,* Propterea. *Circa primum occurrit exponendum.*

Quo magis peccata crescũt eo minus liberum est homo resistere.

2 Aut fabricabitur de ea paxillus, *id est, cauilla ad suspendendum vas etiam modici ponderis. q. d. non.*

3 Vtramque partem. *id est, statim cum ponitur in igne totum comburitur.*

4 Et medietas eius. *id est, magna pars.*

5 Redacta est in fauillam. *quia non remanent etiam carbones, nisi pauci & modici.*

6 Numquid vtile erit. *scilicet post combustionem. q. d. non quia etiam ante non erat. Sic exponunt aliqui. In Heb. habetur sic,* Duas extremitates eius comedit igni, *& sic patet illud quod dicitur in translatione nostra:* Vtramque partem. *per vtramque partem intelliguntur duae extremitates: quod sic applicant ad propositum expositores Latini, dicentes quòd per medium intelligitur populus melior & fortior qui cum Iechonia translatus fuit in Babylonem, vt habetur Iere. xxiij. Per extrema verò residuum populi quod remansit sub Sedechia rege, quia isti & illi fuerunt in afflictione quae per combustionem intelligitur, sicut quodlibet poenale siue afflictiuum nomine ignis designatur. Ra. Sa. aliter applicat, dicens quod per duo extrema intelliguntur illi, qui primò fuerunt translati in Babylonem, capto Ioakim filio Iosiae, secundum quod habetur Dan. j. & illi qui postea fuerunt translati cum Iechonia eius filio, quia propriè dicuntur transmigratio. Per medium verò ligni quod fortius comburitur quàm extremitates, eo quod est in medio ignis, intelligitur populus qui fuit sub Sedechia, quia fuit grauius afflictus praedictis, scilicet fame, peste, gladio & captiuitate, vt patet per supradicta: & haec applicatio rationabilior videtur quàm prima.*

Quid hic intelligendum est per duo extrema & medium ligni.

7 Propter. *consequenter ponitur applicatio parabolae ad propositum. Et ex dictis patet sententia vsque ibi,*

8 De igne egredien. *id est, si euaserint vnam poenam, incident in aliam: hoc dicitur propter Ioannam filium Careae, & alios, qui post destructionem ciuitatis fugerunt in Aegyptum contra consilium Ieremiae: & hoc timore gladij regis Babylonis, vt habetur Iere. xlij. & gladio regis Babylonis consumpti fuerunt in Aegypto. Caetera patent.*

CAP.

MORALITER.

† 1 Et factus est. Per vitem, Christus significatur: & per lignum vitis, populus Christianus, sicut ipse dixit Ioan. xv. a. *Ego sum vitis ve. &c.* Quamdiu vérò lignum vitis adhaeret viti, fructum facit; quando verò praecisum est, non facit fructum, sed arescit. Sic Christianus adhaerens Christo fide formata charitate fructificat per opera meritoria: sed quando praescinditur per peccatum mortale, infructuosus redditur, & ad ignem gehennę reseruatur, ideo dicit Saluator Ioan. xv. a. *Si quis in me non manserit, mit. fo. &c.*

De eis qui in gratia permanent, vel ab ea exciduntur.

† Mo-

CAP. XVI.

¹ET factus est sermo domini ad me, dicens: ² Fili hominis, notas fac Ierusalem abominationes suas. Et dices: ³ Hæc dicit dominus Deus Ierusalem: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. ⁴ Et quando nata es in die ortus tui,

¶ Quas dissimulat.
a ¶ Datiui casus vel vocatiui.
a ¶ Id est, multo sermone celebratus. ¶ Id est, loquax.
a ¶ Id est, quæ insanit, vel alios ad insaniam mittit. b ¶ De talibus parentibus.
¶ Genitalia feminarum in vmbilico, sicut seminarium virorum in lumbis eorum: vnde, Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris illius.

CAPVT XVI.

A a ET *factus est, &c.* HIERONYMVS lib. 4. com. Vbi breuis est singularum prophetiarum circumscriptio, tota capitula ponimus, quid nobis videtur illico subiicientes. Hîc autem quia longus ad Ierusalem sermo dirigitur, vsque illic, scilicet. *Cum placatus fuero tibi, &c.* dum improperantur ei quòd peccauit, necesse habemus omnem prophetiam per partes ponere, & singulis explanationes debitas coaptare.

b *Fili hominis.* HIERONYMVS. IBID. Multum prodest peccatoribus scire, quid fecerint: vnde pœnitens, *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, &c.* Quatuor modis accipitur Ierusalem, vel quæ Babylonio & Romano igne succensa est; vel cælestis primitiuorum; vel ecclesia quæ interpretatur visio pacis; vel animæ singulorum, quæ fide cernunt Deum. Illud autem, quod * plerique de cælesti Ierusalem interpretantur, ecclesia non recipit: ne omnia quæ in præsenti prophetia dicuntur, ad cælestium fortitudinum ruinas atque cruciatus, & restitutionem in pristinum statum suscipere compellamur.

Ierusalem quatuor modis accipitur.

* Chiliastæ & Origenistæ.

c *Notas fac.* IBID. Sub persona meretricis primum copulatæ consortio viri Ierusalem, & ortus, & educatio, & pubertas, & nuptiæ, & adulterium, & repudium; & rursus reuocatio contexitur; vt clementia viri atque iudicium, & adulteræ atque meretricis scelera cognoscantur.

d *Radix tua.* HIER. IBID. Magna fides, grandis audacia prophetarum. Magnus est Daniel qui ad presbyterum iungentem adulterio homicidium ausus est dicere: *Semen Chanaan & non Iuda:* cum adhuc puer. Et Isaias, qui clamat ad principes & populum Iudæorum: *Audite verbum domini principes Sodomorum, &c.* Magnus quoq; Ezechiel, qui totam vrbem ignobilitatis arguens, ait: *Radix tua, &c.*

Mira libertas in Sanctis. Dan. 13. f. Isa. 1. c.

† THEOD. sect. 5. in Ezech. Valdè gloriabantur Iudæi propter cognationem Abraham; ideo etiam domino in sacris Euangeliis dicebant, *semen Abraham sumus, & nemini seruiuimus vmquam.* Hanc arrogantiam B. quoque Ioannes comprimit, cum dixit, *Genimina viperarum, &c.* Ita hoc loco Deus per prophetam, Chananæam ipsorum D stirpem vocat, &c. quorum enim æmulati fuerant impietatem, eorum merito cognationem contraxere.

Præsumptio Iudæorum de generis nobilitate.

e *Chanaan.* HIER. vbi supr. Quia ex Ægypto vocatus est populus, &c. ibi multo tempore fuit. Cham enim pater Chanaam, princeps Ægyptiorum fuit; vel, iuxta scelerum quoque similitudinem radicem Ierusalem terræ Ægypti esse dicimus.

Genes. 10. a.

f *Pater tuus.* HIER. IBID. Si hoc ad Ierusalem dicitur, quæ est de progenie Abraham, Isaac & Iacob, & patrem habet Deum: quid de nobis fiet, qui de Gentiliũ E sordibus vocati, omnem maculam in lauacro Saluatoris amisimus, si indumentum Christi polluimus, & in conuiuio vestem nuptialem non habemus? *Ligatis itaque pedibus & manibus proiiciemur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.*

Quam incumbat fidelibus de gentibus sanctè viuere!

Matth. 22. b.

g *Mater tua Cethæa.* HIERONYMVS. Quæ. s. insanit, vel alios in amentiam mittit. Omnis enim qui facit peccatum, de diabolo natus est: vnde & in toto orbe huius patris antiqui famosum est vocabulum, & multos vertens in amentiam; vnde ad Ierusalem dicitur: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum.* Et promittitur ei, quòd si ad verum patrem redire voluerit, sicut nata fuit restituetur. F

Ioan. 8. d. Ibid. Diabolus peccantium pater. Psal. 44. c.

h *Et quando.* Signat quòd non statim legem accepit, nec abscisa fuerint exordia pudendæ natiuitatis, qui prius Gentiliter vixit.

i *In die ortus.* HIERONYMVS. Naturale est ortis infantibus, primò vmbilicum præcidi; deinde ad diluendum sanguinem aqua lauari; tertio humorem paruulorum sale siccari; quarto tenera corpora pannis stringi ne defluant vel deprauentur: vnde Barbarorum corpora Romanis sunt rectiora; vsque ad secundum enim & tertium annum semper pannis inuoluuntur, sed nihil horum Ierusalem habuit.

Pueri recèter nati quomodo tractentur: Barbari Romanis corpore erectiores.

† THEOD. vbi supra. Hoc est, adhuc Ægyptiacum hauris alimentum; & generationem ipsius, exitum ex Ægypto vocat.

a Non

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XVI.

1 ET factus est, &c. *Hæc est pars secunda, in qua flagitia populi Iuda describuntur sub metaphora mulieris natæ pauperrimæ, & à viro magno misericorditer educatæ: & tandem ornatæ, & sibi matrimonialiter desponsatæ; quæ tamen omnino ingrata, exponit se omni adulterationi inuerecunda. Et secundum hoc præsens cap. in tres partes diuiditur. Quia primo ponitur paupertas nascentis; secundò pietas educantis & desponsantis*, ibi, Transiens autem; *tertio, vilitas adulterantis, ibi*, Et habens fiduciam. *Circa primum dicitur:*

Diuisio.

2 Notas fac Ierusal. *id est, populo regni Iuda,*

3 Abominationes suas, *sub sequenti metaphora.*

4 Radix tua. de terra Chanaan: *Quod exponunt aliqui dicentes, quòd terra Chananæa dicitur terra Aegypti, quia Misrain à quo denominatur Aegyptus, fuit filius Cham, vt habetur Gen. 10. c. & in Hebræo Aegyptus Misrain nominatur, vbique in veter. test. dicitur autem generatio populi Iuda de Aegypto, eo quod pauci, qui cum Iacob in Aegyptum descenderunt, illic in magna multitudine creuerunt, vt habetur Exod. 1. Sed huic expositioni non videtur bene consonare quod subditur;* Pater tuus Amorrhæus. *quia secundum præcedentem expositionem deberet dici Aegyptius. Et ideo Ra. Sa. aliter exponit, videlicet quod hic ad litteram accipitur terra Chanaan, in qua peregrinatus fuit Abraham pater huius populi. Vnde in Heb. sic habetur*, Mansiones tuæ, vbi nos habemus, Radix tua: *quia Abraham in terra Chanaam transiuit de loco ad locum per diuersas mansiones, sicut aduena & peregrinus, vt patet in Gen. in pluribus locis; ideo subditur,*

Quomodo radix & generatio Israel dicatur esse de terra Chanaan.

5 Pater tuus. *s. Abraham, qui dicitur Amorrhæus, non natione, sed cohabitatione: eò quòd Amorrhæus habitabat in terra illa, & in tempore illo dominabatur.*

6 Et mater tua Cethæa. *i. Sara, eo quod sepulta fuit in terra filiorum Heth, qui erant de Cethæis: & quod dictũ de Abraham patre Iudæorum, potest dici de Isaac & Iacob, qui similiter dicuntur patres eorum, & de vxoribus suis. s. Rebecca & Lia, quæ etiam sepultæ fuerunt in spelunca duplici cum Sara. Sed adhuc hæc expositio non consonat ei quod infra dicitur eo. ca.* Sicut mater ita & filia, *quod secundum omnes Hebræos & Latinos intelligitur de imitatione in idololatria: Sara verò non fuit idololatra, sed fidelis; Et ideo dicendum, quod hic per patrem & matrem intelligitur populus, qui ante filios Israel habitauit in terra Chanaan, cui successit in hereditate, sicut proles parentibus. Modus tamen succedendi fuit violentus. Imitatus etiam fuit Israel populum Chanaam in idololatria, vt patet 4. Reg. in illo vero populo aliqui erant Amorrhæi, & quantum ad hoc dicitur*, Pater tuus; *Et aliqui Cethæi, & sic dicitur*, Mater tua. *Et dicitur pater ratione masculorum, & mater ratione feminarum.*

Hebræi imitabantur idololatria Amorrhæorum & Cethæorum.

7 Et quan. *Tempus natiuitatis huius populi fuit in exitu de Aegypto, quia tunc proprie incepit esse populus. Ante enim ingressum Aegypti fuerunt ita pauci,*

MORALITER.

†1 *Et factus est, &c. Fili hominis notas fac Ierusalem abomin.* In hoc capitulo arguitur malitia Ierusalem sub metaphora mulieris in paupertate & vilitate maxima natæ: & à viro potente misericorditer receptæ & delicate nutritæ & pretiose ornatæ, & tandem ab eo in vxorem assumptæ, quæ tamen omnium istorum oblita per ingratitudinem exposuit se per adulterium cum quocumque.

Mulier sponso.

MORALITER autem per ipsam significatur persona peccatrix, quæ de vilitate peccati recipitur à Deo per gratiam, & in bonis spiritualibus nutritur, & Dei spõsa per fidem efficitur, quæ tamen istorum ingrata reuertitur ad peccata; igitur primo ponitur origo vilis ipsius, & pauperrima, cum dicitur,

Anima Christo ingrata.

5 *Pater tuus Amorrhæus.* Peccato nempe nascitur, qui peccatum mortale facit: & in hac generatione diabolus pater est, qui dicitur Amorrhæus, id est, amare loquens, peccati mortalis amaritudinem inducendo: vnde taliter inductis dicitur Ioan. viij. f. *Vos ex patre diabolo estis.* Mater autem est concupiscentia, quam diabolus mouet ad conceptum & partum peccati; Et subditur vilitas ortus cùm dicitur.

Diabolus & Concupiscentia.

† *In die ortus tui non enim est præci. vmbilicus,* i. affectus maledicendi sed magis dilatatus.

a *Non est præcisus.* HIERONYMVS lib. 4. com. Mater diligens statim A vt nata fuerit infantula, mammillas eius ligat, vt à tenero tumere desistant, & virginalem pulchritudinem custodiant. Cùm ad pubertatem venerit, dicitur ei: *Numquid obliuiscetur sponsa ornatus sui, fasciæ pectoralis suæ?* HIER. IBID. *Non est præcisus.* LXX. *Non alligauerunt mammillas tuas.* Habet scriptura sacra hanc consuetudinem, vt pro corde pectusculum & pectus & mamillas ponat, pro locorum congruentia. Sacerdos de cuius ore doctrinam & legem requirunt, accipit pectusculum. Ioannes supra pectus domini sapientiam hausturus recumbit.

Pectus quid designet?

B

Ioan. 13. c. Ioan. 15. b. secundum aliam litteram.

† GREG. lib. 33. Moral. cap. 11. Quia seminarium luxuriæ feminis in vmbilico est, propheta testatur, qui sub specie feminæ prostitutæ Iudææ petulantiam increpans, ait, *In die ortus tui, &c.* C In die quippe ortus vmbilicum præcidere, est conuersationis tempore carnis luxuriam resecare.

Seminariū luxuriæ in feminis.

b *Et in aqua non es.* HIERON. vbi sup. Cruenta infantium nascentium corpora statim lauātur: Generatio quoque spiritualis lauacro indiget spirituali. Nullus enim mundus, nec infans vnius diei, vnde, *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Secunda natiuitas soluit primam; vnde, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, &c.*

Generatio carnalis, & Regeneratio spiritualis. Psal. 50. a. Ioan. 3. a.

c *In salutem.* IBID. Sunt enim lauacra Gentilium & hæreticorum, sed nōn lauant in salutem. In ecclesia quoque qui non plena fide baptismum accipiunt, aquam accipiunt, sed non spiritum.

d *Nec sale salita.* IBID. Solent infantium tenera corpora, dum adhuc vteri calorem retinent, sale contingi, vt siccentur & stringātur. Sed Ierusalem de malis parentibus nata nihil saporis, nihil diligen- D tiæ consequuta est. Renatis autem in Christo dicitur, *Vos estis sal terræ.* Et Apostolus: *Sit sermo vester in gratia sale conditus*: vnde & vulgo, sapientes salsi, insipientes insulsi dicuntur; omne quoque sacrificium conditur sale. Qui hoc sale conditus fuerit, vltra non dicit, *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ.* Ipse sal dicitur, quo terrena & inferna atque cælestia saliuntur. vnde: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* E

Matt. 5. b. Col. 4. a. Psal. 37. b. Sal quid designet? Luc. 2. b.

c *Vidi te concul. &c.* † THEODORETVS sect. 5. in Ezech. Conspicatus enim te idololatriæ sanguine inquinatam, & sacrificiorū sanguines amplexantem: concessi tibi vt sacrificares, non idolis sed mihi. Quod declarauit cū dixit, in sanguine tuo vita multiplicare innocenter, hoc est, non præter legem, sed secundum legem, non dæmonibus sed Deo sacrificans. Hoc F enim faciens, instar terræ virentis germinabis.

Cur sacrificia Hebræis Deus iniunxerit.

[Interlinear: a Hier. Vmbilicus quo. s. fœtus alitur in ventre, sicut arbores & virgulta per radices humore terræ nutriuntur occulto.]

a non est præcisus[1] vmbilicus tuus, & in aqua non es lota in sa- b

[Interlinear: a Etiam Saluator pannis infantiæ inuolutus est, & omnis qui nascitur protectione Dei indiget. † Ideo. b Deo offenso.]

c d lutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis.[2] [3] Non pepercit su-

[Interlinear: LXX. Tuus. Saltem. Quatuor.]

per te oculus meus, vt faceret tibi vnum de his misertus tui,

[Interlinear: a Pro iniquitate tua. Oremus, ne pro iniquitate abiiciamur super fa. terræ, vbi lata & spatiosa via est, quæ ducit ad mortem.]

sed proiecta es[4] super faciem terræ in abiectione animæ tuæ,[5]

[Interlinear: a Notandum autem, quod nullus quanod nascitur quidquam actuale committere potest, nisi lauacri tempore, quando sapiens generatio, fide credentis assumitur. Tamen. b Ream. s. mortalium criminum]

e in die qua nata es.[6] Transiens autem per te, vidi[7] te conculcari[8]

[Interlinear: Vocaui. s. tribuens pœnitentiam.]

in sanguine tuo.[9] Et dixi tibi, cùm esses in sanguine tuo:[10]

[Interlinear: Conuersa. Quamuis. a Omnium rerum abundantia.]

Viue. Dixi inquam tibi in sanguine tuo:[11] Viue.[12] Multiplica-

[Interlinear: a Quasi benedictione Iacob. de quo: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni.]

tam quasi germen agri dedi te, & multiplicata es,[13] & grandis

[Interlinear: a Vt posses dicere: Introduxit me rex in cubiculum suum. b Tempus pubertatis. c Ornatum.]

effecta:[14] & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem.[15]

[Interlinear: a Honestæ adolescentularum maturitas indicatur. Quamuis nubilis.]

f Vbera tua intumuerūt,[16] & pilus tuus germinauit,[17] & eras nuda[18]

[Interlinear: a Magna clementia peccantem rursus inuisit.]

g & confusione plena.[19] Et transiui per te,[20] & vidi te: & ecce[21]

f *Vbera tua intumuerunt, &c.* † IDEM. IBID. Omnia per translationem à pueris. Moraliter narrat, his ampliorem ostendens affectionem; & vbera vocat, rationalis animæ partis iudicium, cor enim vbera cooperiunt: capillus verò, ornatum illum qui ab ætatis maturitate proficiscitur.

g *Et eras nuda, &c.* HIER. Non protecta scilicet Dei auxilio. Si quis Christi non habet indumentum, nudus est: qui non est indutus viscera misericordiæ, bonitatis, humilitatis, pudicitiæ, mansuetudinis, patientiæ, iacet super faciem terræ, & pulchritudo eius confusione & nuditate turpatur.

Indumentū spirituale.

a Aman-

NICOLAVS DE LIRA.

pauci, quòd non poterant conuenienter dici populus: & post ingressum fuerunt in dura seruitute detenti, quod similiter est contra rationem populi ab alio distincti, eò quòd seruus est res domini sui. In exitu verò de Aegypto fuit datus libertati: Data est etiam lex specialis in monte Sinai, tamquam populo ab aliis distincto.

Israel quando dici potuit populus?

1 Non est præcisus. *Loquitur de illa gente per modum feminæ de nouo natæ: cuius primo præsciditur vmbilicus, per quem fœtus attrahit alimentum à matre quamdiu est in vtero eius; & post lauatur à sanguine, & salitur ad desiccationem & obturationem abscisionis, & inuoluitur pannis: quia pueri de nouo nati aliter non possent nutriri. Dicitur autem hîc, quòd talia non sunt facta populo Iudaico prædicto, in ortu suo. Et per negationem præcisionis vmbilici intelligitur quod ille populus tunc non fuit totaliter ab idololatria separatus. Quod patet ex hoc, quod cito post hoc vitulum conflatilem adorauit. Per negationem autem lotionis, defectus veræ contritionis de præteritis; Per negationem salis, defectus sapientiæ salutaris.*

Infantia populi Israelitici qualis.

2 Nec inuoluta pannis, *scilicet virtutum.*

3 Non pepercit super. *Quia Aegyptij populum illum valde dure tractauerunt in Aegypto, & post exitum persequuti sunt ad mortem, Exod. xiiij.*

4 Sed proiecta es. *Quia ex vna parte conclusi erant deserto, ex altera mari, vt habetur ibi.*

5 In abiectione animæ tuæ. *Ex hoc enim credebant Aegyptij eos faciliter interficere; & ita fuisset, nisi Deus sua misericordia impediuisset.*

6 Transiens autem. *Hîc consequenter ponitur misericordia Dei educantis, ornantis, & desponsantis. Primum ponitur cùm dicitur,* Transiens autem per te: *Non quia in Deo sit motus, sed quia scriptura loquitur de Deo ad modum hominis transeuntis per viam, & puero à matre derelicto compatientis: ideo subditur,*

7 Vidi te, *oculo misericordiæ,*

8 Conculcari in sanguine tuo, *id est, prope effusionem sanguinis tui, modo prædicto.*

9 Et dixi tibi, *cùm esses in tali periculo.*

10 Viue, *Quia seruaui vitam tuam per mare rubrum te deducendo.*

11 Dixi inquam tibi. *Repetitio est eiusdem ad maiorem expressionem.*

12 Multiplicatam qua. germen. *multiplicando in diuitiis & prole.*

13 Et grandis effe. *Loquitur enim de populo Israel ad modum puellæ per nutritionem ad augmentum deducta.*

14 Et ingressa es. *scilicet tempus pubertatis, & facta es nubilis.*

15 Et peruenisti ad mundum, *id est, ad tempus quo solent puellæ nubiles ornari.*

16 Vbera tu. *Tempore enim pubertatis intumescunt vbera & pili germinant. Et ideo subditur,*

17 Et pilus tuus germinauit.

18 Et eras. *Hîc secundo ponitur pietas ornantis & desponsantis: Cuius ornatus ostenditur, primò necessitas, cum dicitur,* Et eras nuda, *virtutibus: Et per consequens,*

19 Confusione plena, *Turpius est enim mulieribus nudas esse, quam viris.*

20 Et transiui, *condescendendo nuditati tuæ.*

21 Et ecce tempus tuum tempus. *Quia ostendi tibi dilectionem sponsi ad sponsam.*

Et

MORALITER.

† *Et in aqua non es lot.* Sed magis maculata per actum peccati.

6 *Transiens autem.* Hîc ponitur Dei misericordia vocantis ad gratiam: ideò subditur,

7 *Vidi te,* oculo clementiæ.

21 *Et ecce tempus tuum.* vbi ponuntur multa generis ornamenta, per quæ significantur virtutes & spiritusancti dona, quæ cum gratia infunduntur; post quæ subditur.

Virtutes & Spiritus sancti dona.

7 Vidi

a *Amantium.* HIER. li. 4. com. Quod de Ierusalem dicitur, ad nostram animam referamus; quæ quamdiu in infantia constituta est, peccato caret: Cum autem ætatis eius tempus aduenerit, multi sunt amatores dæmonum, hæreticorum, peruersorumque dogmatum, qui ad eam cupiunt declinare, qui protectione domini repelluntur, vt nō satellites diaboli, sed ministros Saluatoris suscipiant.

De pueriti innocentia, & ætate qua rationis vsū consequimur.

b *Expandi am.* IBID. LXX. *Expandi alas,* vnde, *Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.* Et, *Quoties volui congregare filios tuos.*

Deut. 32. b. Luc. 13. g.

c *Ignominiam, &c.* HIERONYMVS. IBID. genitale, scilicet, inhonesta enim nostra maiori honore circumdamus: vnde, *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata,* quæ Cham non protexit in patre, & æterna maledictione damnatur.

Psal. 31. a. Gen. 9. d.

d *Iuraui tibi.* HIER. IBID. Iuxta illud, *Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchise.* Et, *omnis controuersiæ inter homines finis est iuramentum.* In tempore igitur nuptiarum iuramentum Dei Israel accepit pro munere dotali.

Psal. 109. a. Heb. 6. c.

a ❡ Quando marito poteras sociari. b ❡ Dei scilicet. c ❡ Misertus tui.

a b tempus tuum, tēpus amantium. Et expandi amictum meū 1

a ❡ Nudam. ❡ Ideo.

c super te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & in- 2

a ❡ Vt mihi potius, quam ceteris iungaris amatoribus. b ❡ Meo coniugio copulata.

d gressus sum pactum tecum, ait dominus Deus. Et facta es mi- 3 4

a ❡ Ideo. b ❡ Vnde Isaias. Si abluerit dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit. c ❡ Baptismatis. d ❡ Sic hemorroissam lauit.

e hi, et laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te. Et 5

a ❡ Non sufficit aqua lauare & mundare sanguinem, b ❡ LXX. varijs. ❡ Quod mulieri, non viro conuenit. c ❡ Vnde. Calciati pedes in præparatione e.p.

f vnxi te oleo & vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacin- 6 7

g h a ❡ LXX. Tricapti, quod nomen & ipsi finxerunt. Sicut sæpe nouis rebus noua finguntur nomina, quod scilicet pilorum tenuitatem habere credantur.

i k tho. Et cinxi te bysso, & indui te subtilibus, & ornaui te 8 9

a ❡ Generale, cuius quasi species supponit. b ❡ Bona opera.

l ornamento. Et dedi armillas in manibus tuis, & tor- 10

m quem circa collum tuum, & dedi inaurem super 11 12

a ❡ Super nares tuas. b ❡ Ne audias iudicium sanguinis, ne inuidis vel detractoribus misciearis. c ❡ Omnipotentis Dei nomen; vnde, Signatum est super nos lumen vultus tui domine. De hac corona dicit Apostolus, Reposita est mihi corona iustitiæ. d ❡ Alias decorum.

n os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in 13

a ❡ Sapientia. b ❡ Eloquentia. c ❡ Ne grauaretur decor coniugis graui pallio.

o capite tuo. Et ornata es auro & argento, & vestita es 14 15

e *Lauite aqua.* † THEODORETVS sect. 5. in Ezech. Sigillatim sua enarrat beneficia: primùm, inquit, aqua doctrinæ laui te, Deinde vnxi te oleo, Hic Sacerdotij genera recenset, Sacerdotes enim oleo sancto vngebantur, ipsique byssinam induebantur, & Hyacinthinam vestem.

f *Et vnxi.* HIERON. vbi supra. Sicut Samaritanus, id est, custos, qui in semiuiuentis vulnera infudit oleum & vinum: Dominus noster oleo vnctus est, non quod dolorem vulnerum mitigaret, sed lætitiam tribueret, vnde, *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Habent & dæmones simulatam olei lenitatem, dulcia per hæreticos pollicentes, quæ in amaritudinem vertuntur, vnde, *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Ab vnctione vnctus. Id est, Christus dicitur: Vide ergo quantum Ierusalem profecerit, quæ vncta oleo spirituali Christi nomen acceperat, vnde de Abraham, *Nolite tangere Christos meos.*

Luc. 10. f. De oleo & vnctione. Psal. 44. b. Psal. 140. b. Psal. 140. f.

g *Et vestiui te discoloribus.* HIER. IBID. Variis ceremoniis legis, secundum LXX. quibus intenta, idola fugeret, hæc sunt varia vestimenta Ioseph, quibus nisi prius nudassent fratres, cum non vendidissent, de quibus, *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate,* vnde, *Induite nouum hominem, &c.* Et alibi, *Induimini ergo visceribus misericordiæ, bonitatis, humilitatis, mansuetudinis, patientiæ.* Quid hac varietate pulchrius? Pontifex quoque semel in anno sancta sanctorum ingressurus variis vestibus vtebatur. Siquidem diuitiæ hāc varietatem vestium non faciunt, sed sanctitas & virturum diuersitas: alioqui Pharao & Nabuchodonosor hæc vestimenta habuisse scriberentur, & non Ioseph peregrini & pastoris filius.

Gene. 37. c. Psal. 44. c. Ephes. 4. f. Col. 3. b. Exod. 19. a. Heb. 9. b. Vestitus virtutis multiplicis.

h *Et calceaui te hya. &c.* HIERON. IBID. Philo. disertissimus Iudæorum hyacinthum in vestibus pontificis aeri comparat: in quo cælestia significari putat, nec prius calceatur, quam aqua lauetur, vnde & Apostolis, quibus præcipitur excutere puluerem de pedibus suis, lauantur pedes. Et in Canticis, *Laui pe. meos, quomodo inqui. il.* Moysi quoq; & Iesu Naue præcipitur, vt soluant calciamenta, quia locus in quo stant sanctus est: vt cum loti fuerint pedes, & ipsi omni sorde purgati, hyacintho calceati (qui est aerij coloris) gradiantur obuiam domino in aera, & festinent ad cæleftia regna.

Supr. 18. e. Hyacinthus Matt. 10. b. Cant. 5. b. Exod. 3. b. Iosue 5. d.

i *Cinxi te bysso, &c.* HIER. IBID. De qua in veste pontificis tenuissima fila texuntur, de qua in prouerbiis mulier duas chlamydes facit, præsentis scilicet sæculi, & futuri. Bysso accinguntur renes, quoties pinguia libidinis incentiua extenuanda sunt, vnde, Apostolus, *State ergo succincti lumbos vestros, &c.* Et dominus in Euangelio, *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in ma. ve.* Nisi enim lumborum fluenta astringamus, lucernas in manibus habere nō possumus, Et dominus ad Iob, *Accinge sicut vir lumbos tuos.* Agnum comesturi calceati pedes, tenentes baculum, stantes in Euāgelij veritate, & ad sanguinē Christi præparati, lūbos succinctos habere dicuntur. Qua zona mortificante lūbos Elias quoq; & Ioannes Baptista accinguntur de quib. *Lumbi mei impleti sunt illu.*

Prou. 31. c. Ephes. 6. c. Luc. 12. e. De præcinctura lumborum qua castitas designatur. Iob 38. a. Exod. 12. b. 4. Reg. 1. b. Marc. 1. a. Psal. 37. b.

k *Et indui te, &c.* IBID. Tenuissimis scilicet. Et pulchre, quia incrassatum erat cor populi: vnde in libro Sapientiæ, Spiritus sapientiæ *tenuis & immutabilis* dicitur, & panis angelorum id est, manna, tenuissimum fuisse memoratur.

Sap. 7. b. secundum LXX. Exod. 16. g.

l *Et torq. &c.* HIERON. IBID. Puto hic torquem appellari, ex variis gemmis in pectus mulierum monile descendens, qui est ornatus pulcherrimus feminarum.

† THEOD. vbi supr. Vnum quoque horum moraliter decet intelligere. Armillas manibus impositas, eam virtutē quæ ad agendū nos excitat, monile collo circumdatum, legis iugum, inaurem naso iniectam, à vitiis dehortationem, quæ per mandata fræni instar adhibetur à translatione taurorum, qui ferreum annulum narib. excipiunt; Inaures verò auribus adhibitæ, bonā significant doctrinam, ornamentum auribus ea vi quæ ad obediendum adducit homines, imponentem, coronam super caput impositam, eam gloriam, quæ à pietate & cultu legis, atque adeo ex omnibus bonis comparata sit.

m *Et de. &c.* HIER. vbi sup. Circulos, s. inauribus similes, qui solent à frontibus mulierum pēdere, & narib. vel ori imminere, inaures pro similitudine vocat, vt. s. *Christi bonus odor sumus Deo,* secure dicat.

1. Cor. 2. g.

n *Et coron. &c.* HIER. IBID. Nomen scilicet Dei omnipotētis, quod quatuor litteris scribitur, & apud Iudæos ineffabile dicitur: quod erat in lamina aurea super caput sacerdotis, quia nomen eius non potest dici, cuius maiestatem etiam Gentilitas non ignorat, vnde in Atheniensium ara scribebatur *ignoto Deo.*

Ineffabile nomen Dei. Act. 17. c.

o *Et ornata es, &c.* THEOD. vbi supr. Non solum ea, quæ sunt spiritus, per mòdo dicta innuuntur, sed etiam beneficia ad corpus pertinentia. Statim enim ex Ægypto egressi ab Ægyptiis vasa aurea & argentea mutuati, eos spoliant, iustam violenti operis mercedem repetentes, & tamen earum quoque gentium quæ Palestinam incolebant, omnes facultates deprædati sunt.

☞ Simi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et expandi ami. *Scilicet nubem contra æstum solis te protegentem.*

2 Et operui igno. *Dando tibi libertatem contra ignominiam seruitutis, quam seruieras in Aegypto,*

3 Iuraui tibi. *Id est, accepi te in vxorem in Sinai, dando tibi legem.*

4 Et facta es. *Obligata & alligata præ ceteris populis.*

5 Et laui te aqua, & mundaui sanguinem tuum ex te, *Mundando te à peccato idolola triæ erga vitulum conflatilem.*

6 Et vnxi te oleo, *Gratia mea.*

7 Et vestiui te discolori. &c. *Per ista ornamenta intelligitur tabernaculum fœderis, quod præcepit sibi fieri, in signum reconciliationis post adorationem vituli conflatilis. Cortina verò tabernaculi erant pluribus coloribus decorata.*

8 Et calceaui te hyacintho, &c. *Per hoc intelliguntur summi sacerdotis ornamenta, qui erat institutus ad orandum pro toto populo.*

9 Et indui te subtilibus, &c. *Ornamenta enim pontificis fuerunt valde subtiliter facta, vt patet Exod. 28.*

10 Et dedi armillas in man. &c. *Quia manus eius fuerunt consecratæ.*

11 Et torq. &c. *Id est, rationale iudicij, quod erat in pectore summi sacerdotis.*

12 Et dedi inau. &c. *Id est, ornamentum legis quod debet esse in ore sacerdotis.*

13 Et circulos, &c. *Id est, duos lapides onychinos in superhumerali existentes sub auribus summi sacerdotis ex vtraque parte.*

14 Et coron. &c. *Id est, mitram in capite sacerdotis.*

15 Et orn. &c. *Omnia enim ista erant in ornamentis, & vestibus pontificis.*

a ¶ Iuxta Symmachum, quod supra subtile, hic polymitum. ¶ De qua. Nisi granum frumenti ca. in ter. &c. b ¶ Post vestimenta cibos procurat. c ¶ Spiritussancti dona dulcia.

a bysso & polymito, & multis coloribus. Similam & mel & [1]

a ¶ Patris gratiam, quæ lassos sustentat & reficit, lumen nutrit, vnde lucernæ accenduntur in tabernaculo Dei. b ¶ Sic. c ¶ Tali cibo. d ¶ Ponderose. ¶ Vt nihil possit addi. e ¶ Post.

oleum comedisti, et decora facta es vehementer nimis. et [2]

a ¶ His donis. b ¶ Quia ciuitas magni regis, de quo, Deus iudicium tuum regi da. &c. Et. Astitit regina à dextris tuis. c ¶ Vt de te omnes Gentes loquerentur.

b profecisti in regnum, [14] & egressum est nomen tuum in Gen- [3] [4]

a ¶ Quam dedi. ¶ Mea largitate. b ¶ Non tuo. ¶ Vnde. Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum labo. qui ædi. eam. Nisi dominus custodierit ciuita. fru. vi. qui custo. eam.

c tes propter speciem tuam, quia perfecta eras in decore meo [5]

a ¶ Grande discrimen, non in Dei clementia, sed in suo decore confidere; quanto quisque sublimior, tanto magis timeat.

quem posueram super te, dicit dominus Deus. [15] Et habens fi- [6]

¶ Ideo.

d duciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo: [7] & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt [8]

a ¶ Non Dei. b ¶ Hier. De Ierusalem, sic potest accipi, omnia scilicet præcepta legis, & diuitias omnium rerum abundantiam idolis deputauit. c ¶ Quæ dedi tibi.

e eius fieres. [16] Et sumens de vestimentis meis, fecisti tibi ex- [9]

a ¶ Ab aliis Gentibus: quæ enim à principio idolis seruierunt, minus reæ sunt.

f celsa hinc inde consuta: & fornicata es super eis, sicut non est g factum neq; futurum est. [17] Et tulisti vasa decoris tui de auro

a ¶ Nos vnum habemus virum, & vnam veneramur imaginem inuisibilis, scilicet & omnipotentis Dei.

h meo & argento meo, quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines [10]

A a *Similam, &c.* HIERONYMVS lib. 4. comment. Vt comedat Ierusalem similam, mel & oleum: vel per partes vt plerique putant: vel commixtione trium dulciorem panem qui de cælo descendit. Et sub tribus nominibus, vt quidam putant, sacramentum signat trinitatis: non quòd alia & alia substantia sit; sed diuersis similæ & mellis & olei nominibus patris & filij & spiritussancti vna dulcedo monstratur. *Sanctissima Trinitas.*

b *Et profecisti in regnum, &c.* IBID. Hoc in LXX. non habetur: quia Alexandriæ in Græcum sermonem B scripturas ex Hebraica veritate vertentes, timuerunt hoc edere, ne regem Ægypti viderentur offendere, si dicerent à Deo regnum Israel debitum esse. Solos tantum Moysi libros magis eruditi ab eis translatos putant. *Quid de veteri Testam. transtulerint 70. Interpretes?*

HIERONYM. IBID. Quod de Ierusalem dicimus, ne in singulis hæreamus, & tædium lectoribus ingeramus, ad ecclesiam semel referamus: Si enim iuxta apostolum Ierusalem mater nostra est, & mater nostra eccle- C sia est, & Ierusalem ecclesia est. *Gal. 4. d.*

c *Perfecta eras, &c.* IDEM IBID. *Non est volentis neque cur. sed do. mi.* Cùm omnia fecerimus, dicamus quia serui inutiles sumus, quæ debuimus facere, fecimus: non quòd ex beneficio Dei liberum tollamus arbitrium, sed ipsa libertas dominum debeat habere adiutorem. *Rom. 9. c. Gratia Dei & liberum arbitrium. Luc. 17. c.*

d *In pulchritu. tua, &c.* HIERON. IBID. Dæmones solitos contemnunt cibos, peregrina desiderant alimenta, vnde, *Escæ eius electæ*, Non vult quemlibet decipere: Saulem regem electum à domino; Iudam apostolum, festinat supplantare; non ergo confidamus in pulchritudine nostra. *In pulchri. tua;* Non Dei liberalitatem putemus esse nostram virtutem, vnde, *Ne glorieris in crastinum, nescis enim quid ventura pa. dies.* *Abac. 1. d. Diabolus optimum quemque impetit. 1. Reg. 9. a. Luc. 6. a. Prou. 27. a.*

† THEOD. sect. 5. in Ezec. Hoc est malorum initium, spem diuinam abiecisse, suisque prosperis gloriari successionibus.

GREGOR. Epist. 126. lib. 7. regist. Fiduciam animæ habere in pulchritudine sua, est in semetipsa de iusta actione præsumere. Quæ *suo nomine* fornicatur, quando in hoc quod rectè egit, non conditoris laudem dilatari appetit, sed suæ opinionis gloriam requirit. D

e *Vt eius fieres, &c.* HIER. lib. 4. com. Non Dei esses, sed eius à quo pollueris: qui cuncta recipit vitia & diuersorum peccatorum spiritum transeuntem suo suscipit gremio, & diuaricat pedes suos omni transeunti: Hic effundit fornicationem suam, & eius incipit sustinere dominatum cuius hospes extiterit. *De effrenata peccandi libidine.*

f *Hinc inde consu. &c.* HIERONYMVS. IBID. Nostra quoque Ierusalem, quæ dicitur visio pacis, ab hæreticis scinditur, quando vnum & alterum testimonium de propriis E carpentes locis, conatur assuere his, quibus nequeunt coaptari; vnde supra, *Væ his qui consuunt ceruicalia sub omni cubito manus.* Quod prohibens dominus ait, *Nemo assumit commissuram panni rudis, &c.* nec mittit *vinum nouum in vtres veteres*, hoc faciunt Nazaræi, qui veteris legis obseruantiam Euangelicæ gratiæ coaptarunt. *Hæretici male consuentes testimonia scripturarum. Supr. 13. c. Matt. 9. b. Exod. 37. a.*

† THEODORET. vbi supra. Noua inquit, & incredibilia tua idololatriæ instituta. Non enim aliorum tantum F æmulata es mala, sed ipsa etiam alia excogitasti idolorum imaginibus è vestibus confectis, diisque nuncupatis, me præsertim omnia tibi istiusmodi per legem interdicente.

g *Et tulisti vasa decoris.* HIER. sup. Dominus præcepit vt fierent thuribula, phialæ, candelabra, arca testamenti; cuncta, vel aurea, vel deaurata, & alia ex argento: quæ omnia conflauit Ierusalem & conuertit in idola Belis siue Baal, Chamos, Astaroth, Melchon.

HIER. IBID. Spiritualiter de auro & argento sanctarum scripturarum idola facimus, quando gratiam sensus & eloquentiæ hæretica prauitate corrumpimus & os nostrum in cælum ponimus. *Ficulnea Hæreticorũ argumenta.*

h *Et fecisti ti. ima.* IDEM IBID. In quibus omnes hæretici fornicantur, dum quisque putat robustissima, quæ fingit, quæ nulla oppugnatione subuerti possunt. De quibus dicitur, *Domine in ciuitate tua imagines eorum dissipabis.* & alibi, *Verumtamen in imagine pertransit homo.* *Psal. 72. c. Ibid. 38. b.*

Imagines scilicet vt omnem cultum, quem acceperat ad vtendum, in blasphemiam verteret.

† THEODOR. vbi supr. Imagines masculinas appellauit, quia fornicationem idololatriam per translationem nominat.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Similam & mel & oleum come. *Omnia enim ista dedit Deus populo in abundantia, introducendo eos in terram promissionis, quæ dicitur manans lacte & melle, Exo. 3.*

2 Et decora facta es, *Superatis Chananæis.*

3 Et profecisti in re. *Tempore Dauid & Salomonis.*

4 Et egressum est nomen. *Omnes enim reges terræ desiderabant videre Salomonem & eius sapientiam audire.*

5 Quia perfecta. *q. d. ista non habuisti ex te, vel ex meritis tuis, sed ex mera gratia mea.*

6 Et habens fiduciam in. *Hic consequenter ponitur vilitas fornicantis. Populus enim Israel ingratus de bonis prædictis, tamquam mulier fornicaria & adultera, exposuit se omnibus idololatriis. Ideo diuiditur in duas partes, quia primò ponitur idololatriæ culpa absolutè; secundò comparatiuè, ibi,* Ecce omnis. *Prima in duas, quia primò ponitur culpa, secundò pœna, ibi,* Ecce ego. *Circa primum dicitur,* Et habens fiduciam in pul. *Id est, nimis confisa & eleuata de bonis prædictis, à me tibi datis.* *Diuisio.*

7 Fornicata es in nomine tuo, *Id est idololatriæ exposita ex tua malitia, non ex defectu meo.*

8 Et exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, *Nullam idololatriam quantumcumque vilem refutans, sed omnem amplectens.*

9 Et sumens de vesti. &c. *Ornamenta diuino cultui deputata idololatriæ applicando & non solummodo ornamenta, sed etiam vasa sacra, ideo subditur,* Et tulisti vasa de, &c.

10 Imagines masculinas. *Id est, idola, quæ vocantur hic* imagines masculinæ, *prosequendo parabolam de meretrice, quæ cum masculis fornicatur. Potest etiam hoc dici pro idolo Priapi, quod figurabatur in magnitudine virilis membri. Fuit enim quidam iuuenis de Hellesponto habens membrum virile valde excessiuum respectu aliorum hominũ, propter quod à Gentilibus fuit inter Deos reputatus, qui omnia insolita credebant aliquid habere numinis, & istud idolum colebant in Ierusalem, vnde 3. Reg. 15. dicitur, quod rex Asa matrem suam amouit, ne esset princeps in sacris Priapi.* *Priapi imago.*

MORALITER.

4 *Et egressum est no. tuum, &c.* Per celebritatem famæ, quæ frequenter est occasio ruinæ: ideò sequitur ingratitudo de omnibus beneficiis diuinis per pollutionem in multiplicibus peccatis, cum dicitur. *Celebritas famæ aliquando est causa ruinæ.*

6 *Et habens fiduciam,* Per mentis elationem.

7 *Fornicata es, &c.* Vbi ponitur multiplex fœdatio, ad expositionem maiorem multitudinis peccatorum, & ingratitudinis erga Deum, quia tamen quamdiu viuit peccator in præsenti, semper potest ad Deum reuerti, inde subditur versus finem capituli, *Et recordabor ego pacti mei, &c.* *Peccator, dum in vita est, semper potest ad Deum reuerti.*

a *Et sumpsisti vestimenta tua.* HIER. lib. 4. comm. Nos quoque idem facimus quoties temperantia, prudentia, fortitudine, iustitia, & aliis virtutibus hæreticam circumdamus prauitatem: & sic simplices decipimus, vt videntes mella virtutum venena non caueant.

Virtutes apparentes hæreticorũ.

† ORIG. hom. 6. in Ezec. Hæretici figmenta quæ ipsi componunt mansuetudine & castitate vestiunt, vt in aures audientium facilius ex vitæ bonitate ornatus sermo subrepat. Et cum hoc fecerint, intellige eos, assumpsisse vestem variam morum, & conuersationis optimæ, & idolis subiecisse quę construxerũt. Ac multò nocentior est hereticus bonæ vitæ, & plus in doctrina sua habet auctoritatis, eo qui doctrinam cõuersatione maculat. Qui enim vitæ pessimæ est, non facile homines ad falsum dogma sollicitat.

Hæreticus pietatem fingens plus nocet aperto nebulone.

b *Similam & oleum, &c.* HIERONYMUS vbi supra. Hæc posuit misera Ierusalẽ in conspectu idolorum suorũ, quæ in natura dulcia sunt atque suauissima: sed dum offeruntur idolis & falsis doctrinis, fiunt amara.

c *Et tulisti filios tu.* HIERONYMUS lib. 5. com. Nostra quoque Ierusalẽ hæretica prauitate supplantata tollit filios suos qui robustiores in fide sunt: & filias, adhuc scilicet in fide infirmas, Aut filios, qui mystica cognoscunt, filias quæ simplicem sequuntur historiam: & tradit dæmonibus deuorandos, & cum interficit, viuificare se credit, & placare simulachra, quæ eorum occisione saturantur: vnde, *Immolauerunt filios suos, & filias suas da.* Et alibi. *Effuderunt sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, &c.*

Crudelitas hæreticorũ.

Psal. 105. f. ibid.

d *Numquid parua est fornicatio tua, &c.* † THEOD. sect. 5. Ex quibus apertum est & maximè perspicuum fornicationem hic, idolorum cultum ab eo vocari.

Fornicatio hic dicitur idololatria.

e *Et dedisti illos, &c.* HIER. vbi sup. Symmachus & Theodotio, *Transtulisti.* Ethnici enim per ignem, vel paruulos transferũt, vel adultos transire compellunt.

f *Non es recordata.* † THEODOR. vbi supra. Non reuocasti inquit, pristina, vt ego te nudam, omni prouidentia orbatam, atque idolorum sanguine pollutam excipiens, ablui, auctorque fui vt viueres, & omni cura te protegi intelligeres.

g *Et ædificasti ti. &c.* HIERONYM. vbi supr. Describit Ierusalem sub persona mulieris, quæ post multa mariti beneficia, fornicata à viro recedit. Sic enim à Deo recedens adhæret idolis.

Ingratitudo vel nequitia populi Israelitici in Deum.

h *Lupanar.* HIERONYMUS IBID. Libera fronte delinquens, vnde, *Peccator, cum venerit in profundum contemnet.*

Prou. 18. a.

† THEODORETUS vbi supra. Hæc apertius cognosci possunt ex historia Iudicum, & ex libro regnorum. Vbique enim, & in domibus, & in foris posuerunt idolorum statuas.

Iudic. 3. g.

i *Aegypti vici.* HIERON. vbi supra. Vnde sanctus paruularum carnium dicitur, quæ in eo quotidie decrescunt, & per virtutes attenuatæ, non dicũtur caro, sed spiritus, vnde, *Sitiuit ad te Deus anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.* Inde Corinthiis fornicator traditur in interitum carnis, vt spiritus saluetur: de hac carne dicitur, *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos, &c.* De hac dicit Apostolus, *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* In Genesi quoque dicitur, *Non permanebit spiritus meus in hominibus, quoniam caro sunt.* Quia in hac *carne sunt, Deo placere non possunt.* Alia est sanctorum caro, de qua dicitur, *Videbit omnis caro salutare Dei.* Ægyptij dicuntur magnarum carnium, vel ob turpitudinis magnitudinem, vel ob peccatorum deformitatem.

Caro & spiritus.

Psal. 62. a.

1. Cor. 5. b.

1. Pet. 1. d.

1. Cor. 15. f.

Gen. 6. a.

Magnæ carnes.

Rom. 8. b.

Luc. 3. b.

† THEOD. supr. Per translationem rursus magnos carne, eos qui supra modum idolorum cultui addicti erant, nominauit, qui hircos & boues, & oues, canesque, & simias, & crocodilos, & ibes, & accipitres adorarunt.

Supra modum idololatrantes.

k *Ec. ext.* HIER. sup. Vt peccata tua puniendo visitem, vnde, *Visitabo* in

Psal. 88. c.

---

a masculinas, & fornicata es in eis. [18] Et sumpsisti vestiméta tua

(a Alias operuisti illas. a Vt supra. b Non tuum. c Alias incensum, de quo: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.)

multicoloria: & vestita es eis. Et oleum meum & thymiáma

(a LXX. Panes propositionis, scilicet quos Deo iubemur offerre.)

meum posuisti coram eis, [19] pánem meum quem dedi tibi,

(a Scripturarum sensum purissimum. b Quod gustauit Ionathas, & illuminati sunt oculi eius, & confortatus est.)

b similãm & oleum & mel, quibus enutriui te, posuisti in con-

(Idolorum. Idolis. Istud aliud.)

spectu eorum in odorem suauitatis. Et factum est, ait domi-

(a De quibus dicitur, Filios enutriui, &c.)

c nus Deus, [20] & tulisti filios tuos & filias tuas quas generasti

d mihi, & immolasti eis ad deuorandũ. Nũquid parua est for-

(a Vnde, Filius meus primogenitus Israel. lxx. tuos, quos, scilicet de fornicatione generasti.)

e nicatio tua? [21] Immolasti filios meos, & dedisti illos conse-

crans eis. [22] Et post omnes abominationes tuas & fornicatio-

f nes, non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras

(a Et te operui. a Et laui & copulaui te mihi.)

nuda & confusione plena, conculcata in sanguine tuo. [23] Et

(a Duplex maledictio, vnde Ioannes, Væ super omnes habitatores terræ.)

accidit post omnem malitiam tuam, væ væ tibi ait dominus

(Quasi meretrix. a Hæc omnia de singulis possunt intelligi si vitiis patuerunt.)

g h Deus. [24] Et ædificasti tibi lupanar & fecisti tibi prostibulum

(a Lata enim & spaciosa via, quæ ducit ad mortem. Omnibus communis. b Vt nulla peccati genera derelinquat. c Quo significetur locus fornicationis.)

in cunctis plateis. [25] Ad omne caput viæ ædificasti signum

(a Animæ scilicet, quem à Deo sortita.)

prostitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorem tuum.

(a Alias diuaricasti. b Suppeditando tentationibus vitiorum.)

Et diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti om-

(Gentilibus.)

i nes fornicationes tuas. [26] Et fornicata es cum filiis Ægypti,

(a Turpitudine superans eos.)

vicinis tuis magnarum carnium: & multiplicasti fornica-

(a q.d. Ideo fecisti.)

k tionem tuam ad irritandum me. [27] Ecce ego extendã manum

f Non

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et sumpsisti vestimenta tua multico. *Ornando te in veneratione idolorum.*

2 Et oleum meum, &c. *Id est, illa quæ debebant mihi offerri, obtulisti eis. Oleum enim offerebatur in templo domini ad continuandum lucernas: & thymiama ad cremandum super altare incensi: & non solum illa, quæ debebant mihi offerri, sed etiam illa vnde debebas nutriri obtulisti eis, subtrahens ori tuo ex vehementi idololatriæ desiderio: ideo subditur.*

3 Similam, *id est, farinam tritici delicatissimam.*

4 Quibus enutri. te. *id est, quæ dedi ad nutrimentum tuum.*

5 Posuisti in conspectu eor. *id est, idolorum, eis offerendo.*

6 In odorem sua, *id est, vt placares eos tibi.*

7 Et tulisti filios tuos, &c. *Quod est grauius prædictis.*

8 Quas gene. mi. *Existens mihi desponsata per legis susceptionem, propter quod debuerunt deputari ad seruiendum mihi.*

9 Et immolasti eis. *id est, idolis.*

10 Ad deuor. *id est, moriendum pro veneratione idolorum. Hoc fiebat enim specialiter idolo Molocho, quod (sicut supra dictum est pluries) erat idolũ æreum interius concauum, in cuius concauitate fiebat ignis, & cum erat bene accensum ponebatur puer in manibus idoli vbi cremabatur: sed tunc sacerdotes percutiebant tympana, propter quod locus ille vocabatur* Tophet, *quod in Latino sonat tympanum, ne parentes puerum offerentes, audirent clamorem pueri & dolerent, sed magis gauderent, credentes puerum sine dolore ad felicem vitam transisse.*

Sacra idoli Moloch.

11 Numquid parua, &c. *id est, idololatria ista, q. d. non: immo horribilis & maxima, ideo eam replicat, dicens,* Immo. fil.

12 Et post om. *Prædictas.*

13 Non es rec. &c. *id est, vilitatis & abiectionis, in qua eras, quando in principio accepi te, sicut expositum est supra eodem cap.*

14 Et ac. post om. mal. t. væ væ. *id est, punitio ab Assyriis, & iterum à Chaldæis.*

15 Et ædific. tibi lup. *id est, templa pro idololatria.*

16 In cunctis plateis, *id est, in locis communibus, vbi plures possunt conuenire.*

17 Et abominab. fec. deco. *Quem ante habebas. Loquitur enim de populo sub metaphora meretricis, quæ ex continuatione & frequentia meretricij turpis redditur & abominabilis.*

18 Et fornic. &c. *Id est, cum Aegyptiis in idololatria cõmunicando cum eis.*

19 Magnarum carnium. *Id est, membrorum virilium, per quam magnitudinem metaphoricè intelligitur idololatriæ magnitudo.*

20 Ecce ego. *Posita idololatriæ culpa, hic consequenter ponitur pœna; Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur pœna succinctè: secundo repetitur culpa idololatriæ ibi,* Et fornicata es, &c. *Tertio resumitur pœna magis diffusè ibi,* Propterea, *Circa primum dicitur,* Ecce ego extendam manum, &c. *Ad te percutiendum.*

Diuisio.

in virga iniquitates eorum. Et notandum, quòd quando manus Dei ad A probationem mittitur, ad pœnas peccantium extenditur, *Mitte manum tuam, &c.*

HIER.lib.5.com. Nostra quoque Ierusalem, si præterierit ceremonias Dei, & extenta fuerit manus eius super eam, ablata legis obseruãtia, traditur filiabus Palestinæ, nõ filiis. Neq; enim prius fortioribus suppliciis tradimur: sed iuxta peccatorum qualitatem minoribus, vt correcti in minoribus maiora cruciatuum tormenta vitemus. Philisthiim, id est, Palestini, prima litterarum parte mutata, interpretatur *cadentes poculo* siue *fractura*; per quod B significatur nos tradendos aduersariis potestatibus qui biberunt de calice Babylonis, & corruerunt, quarum opera peruersa sunt: tantaque miseræ Ierusalem erit correctio, & ignominia, vt erubescant etiam dæmones in nostrorum magnitudine peccatorum. Palestina vicina Ægypto est, vnde dominus ad Abraham, *Dabo tibi omnem terram à fluuio Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratem.* C vt scilicet ex vna parte Ægyptios, ex altera habeat Assyrios, cum quibus in posterioribus dicitur fornicata.

Deus cupit, vt maiora supplicia minoribus redimamus. Palestinæ situs. Gen.15.d.

a ¶ Corrigendam. b ¶ Hic constat Iudæos legis obseruantiam amisisse. ¶ Alias ius tuum. c ¶ Non meam. d ¶ Auferetur à vobis regnum Dei.

meam super te, & auferam iustificationem tuam. Et dabo

a ¶ Vrbes vel oppida Palestinæ.

te in animas odientium te filiarum Palestinarum, quæ eru-

a ¶ Sicut cum Ægyptiis, qui & ipsi vicini tui. b ¶ Ideo vtrisque traditi sunt, quia vtrorumque simulachra coluerunt.

a bescunt in via tua scelerata. [28] Et fornicata es in filiis Assyriorum, eò quòd necdũ fueris expleta. Et postquã fornicata es,

¶ Alias satiata. a ¶ Ingredientes enim Chaldæam, quæ est terra Chanaan, imitati sunt errores eorum, quorum imperio subiacebant.

nec sic es sedata: [29] & multiplicasti fornicationem tuam in ter-

a ¶ Medicamine q d. Quid vltra debui facere tibi? vnde Hosee; Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda.

ra Chanaan cum Chaldæis, & nec sic satiata es. [30] In quo mũdabo cor tuum, ait dominus Deus, cum facias omnia hæc o-

¶ Prædicta. ¶ Scilicet.

pera mulieris meretricis & procacis? [31] Quia fabricasti lupa-

a ¶ q.d. Non in occulto, sed tota libertate idola coluisti. ¶ LXX. Basim, aras sc.

nar tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuũ fecisti in omni

a ¶ Alias, facis. b ¶ Callida. c ¶ Difficilis sc. roganti, vt facilius largiretur.

b platea. Nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium,

a ¶ Gratis. b ¶ Sibi.

[32] sed quasi mulier adultera, quæ super virũ suum inducit alie-

a ¶ Bona quæ tibi dederam.

c nos. [33] Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem de-

a ¶ Hier. Dæmonibus idolis; vnde in Hosee. Hæc non cognouit, quia ego dedi ei triticum, & vinum & oleum & argentum multiplicaui e.

d disti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum. [34] Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in forni-

¶ Quæ tibi comparetur.

cationibus tuis: & post te non erit fornicatio. In eo enim

¶ Quod aliæ non faciunt. ¶ Quod aliæ faciunt.

quòd dedisti mercedes, & mercedes non accepisti: factum

a ¶ Quæ sc. prædicta fecisti. b ¶ Quæ fecisti & quæ passurus sis.

est in te contrarium. [35] Propterea meretrix audi verbum do-

a ¶ Primum fundamentum historiæ ante iaciamus. b ¶ A te. ¶ Vt dares quæ accipere debueras.

e mini. [36] Hæc dicit dominus Deus: Quia effusum est æs

a ¶ Quod acceperas à me.

tuum, & reuelata est ignominia tua in fornicationibus

a *Et fornicata, &c.* † THEODORETVS sect.5. in Ezech. Vnaquæque natio, inquit, propriis seruiuit idolis: Tu verò cum adoraueris Deos omnes, & omnium idolorum, quæ sunt vbique terrarum, cultum complexa sis, nondum tamen, ne hodie quidem, vlla impietatis satietas cœpit.

HIERON. vbi supra. Secundum tropologiam, ab aliis ad alia peccata sæpe transimus, & nec sic satiamur, sed quasi longo fune & corrigia vitulæ peccata trahimus & fornicationem nostram multiplicamus in terra Chanaan (quæ interpretatur *fluctuatio*) cum Chaldæis, qui & ipsi nobiscum sonant quasi dæmonia, & pedes habemus in salo, nec vmquam dicere possumus, *Statuit supra petram pedes meos, &c.* Hæreticorum quoque prauitatibus subiicimur, qui habent similitudinem dæmonum, vel ipsis dæmonibus. De quibus dicit Apostolus: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c.*

De aliis ad alia peccata transeũtes. Psal.39.a. Ephes.6.b.

HIER. IBID. Hoc ad omnem animam potest referri, quæ relicto cultu Dei, vitiis se luxuriæque permittit, nec in sæculari vita, quam D sequitur, feliciter agit, sed & mundi & religionis diuitias perdit, & se vltro amatoribus ingerit. Est & alia fornicatio spiritualis, quãdo deserentes ecclesiam, hæreticis iungimur: & lupanar nostrum in capite omnium viarum ædificauit, quibus dicitur, *State in viis, & quærite semitas domini sempiternas, & videte quæ sit via bona, & ambulate in ea.* Moysi scilicet, Iosue Iudicum & Regum libris Isaiæ quoque & Ieremiæ & aliis prophetis. In omnibus viarum principiis fabricat lupanar suũ, qui doctrinæ testimoniis malè abutitur, dicens, hoc ait Isaias, hoc Hosee, hoc Moyses, hoc Daniel. Et pulchre non in mediis E viis, nec in viarum terminis põnit lupanar, sed in principio. Si enim ad scientiam & profunda venerit librorum, errare non poterit. Excelsũ quoque suum; vel basim facit in omni platea ethnicorum, se impiorum lasciuiæ vitiisque permiscens, etiam inter ipsos hæreticos, cũ ab eis fuerit deturpata, non habens gratiã sed contemptui patẽs: quia facilius fidei perdidit castitatem.

Iere.6. Hæretici corrumpẽtes Scripturas. Hæretici contemnũtur ab eis etiam, quorum scelera imitantur.

b *Nec fa. es.* HIERON. F IBID. LXX. *Non fuisti quasi meretrix congr. merc.* q. d. Dedisti quæ accipere debueras. Dæmonũ enim, quos colis, non protegeris auxilio variis oppressa calamitatibus.

c *Omnib. mere. &c.* HIERONYMVS IBID. Hæc quoque ad ecclesiam & ad animas fidelium sunt referenda, quæ munera maritalia, aurum scilicet in sensu, argentum in eloquentia, & vestes (quibus turpitudo nostra, atque fœditas velatur) dant amatoribus suis, id est, dæmonibus: vel peruersorum dogmatum doctoribus, quando asserunt, nihil nocere luxuriam, & corporis genitalia naturaliter coitum poscere, cibis omnibus indifferenter vti & huiusmodi.

Ita Lutherani.

d *Donabas, &c.* HIER. IBID. Omne genus peccati significat, ne putetur vno cõtenta, sed semper peccandi fame sustineat, & contra iura naturæ omnibus membris turpata vsque ad verticem polluatur.

e *Qu. ef.* HIER. IBID. Secundum Tropol. Omnis anima à domino accipit pecuniam spiritualem: vnde, *Vni dedit 5. talenta, alij duo, alij verò vnum.* Sed si negligenter egerit reuelatur ignominia Ierusalem amatoribus, dæmonibus, scilicet, in die iudicij vel in tempore pœnitentiæ quãdo corripiuntur, & prius solus Deus cernit occulta. vnde. E

Matth.25.b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et auferam iust. tu. *id est, templum, vbi offerebantur sacrificia pro peccatis Iudæorum: quod per Chaldæos fuit incensum 4. Reg. vlti.*
2 Et dabo te in an. od. *id est, ad voluntatem eorum.*
3 Filia. Pal. *id est, Gentium de terra Philistinorum, quæ semper oderunt Iudæos, isti enim cum Chaldæis venerunt ad destruendum Ierusalem.*
4 Quæ eru. &c. *id est, erubescerent facere tam horribilia quæ fecisti.*
5 Et forn. es. *Hic repetitur idololatriæ culpa, cum dicitur,* forn. es, &c. *communicando idololatriæ eorum, sicut patet de rege Achaz 4. Re.18.*
6 Eò quòd nec. fu. exp. *id est, satiata idololatria.*
7 Et mul. for. *id est idololatriam.*
8 In terra Chan. *id est, in Iudæa, quæ ante fuit dicta terra Chanaam.*
9 Cum Chaldæis. *Eorum idola colendo in Iudæa.*
10 In quo mun. cor. tu. *q. d. tanta est immunditia tua, quod non appareat via mundandi te.*
11 Quia fabricasti lupan. *id est, templa pro cultu idolorum, vt dictum est supra.*
12 Nec fa. es. quasi mere. *Frequentis concubitus:*
13 Augens pretium, *Sui concubitus.*
14 Sed quasi mu. adul. *Quia per legem es mihi desponsata.*
15 Quæ super vir. su. ind. ali. *Ad sui concubitum, dando ei premium, quod est contra consuetudinem meretricum: & hoc prouenit ex magna libidine adulterandi, sicut populus Ierusalem, & regni Iuda, dabat dona pretiosa sacerdotibus offerentibus sibi idola Gentium varia.*
16 Propterea mere. *Hic resumitur pœna magis diffuse, cum dicitur:*
17 Quia eff. *id est, diuitiæ tuæ sunt consumptæ in vitio idololatriæ modis prædictis.*
18 Et reuelata, &c. *id est, manifesta est vilitas tua in idololatria, & maxime in filiorum immolatione, vt dictum est supra.*

☞ *Et pater qui videt te in abscondito reddet tibi.* Et alibi, *Scrutans corda & re.*
A *Deus.* Cum autem fuerit impletum, *Nihil occultum quod non reueletur;* Et aliud, *Nolite ante tempus iudicare, quo ad vsque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & ma. con. cor.* Et cum correctionis tempus aduenerit, tunc illud Hoseę implebitur, *Circumdederunt eum cogitationes suæ*, Et illud, *Inter se cogitationibus accusantibus, vel defendentibus in die, quando iudicabit Deus oc. h.* Et illud, *Ecce homo, & opera eius ante faciem eius.*

Matt.6.a. Psal.7.c. Luc.12.a. 1.Cor.4.a. Hoseę 7.d. Rom.2.c.

† Theodoretvs sect.5. in Ezec. Subæratum vocat adulterinum numisma, in quo alia commista sit
B materia. Quãdo igitur meis legibus, inquit, haud mediocrẽ quamdam iniquitatem admiscuisti, imò multum æs effudisti, ita vt ne in reliquum quidem auri appareat natura, sed totum numisma ęreum conspiciatur, deinceps te mea prouidentia destitutam ignominia complebo omnis generis, tuę iniquitatis à te repetens pœnas, sed præ-
C cipue ob iniustam filiorum cædem.

Hier. lib.5. com. Omnia hæc per metaphoram adulteræ & homicidæ, quæ non solum contra virum suum fornicata fuerit, sed & filios interfecerit, dicuntur contra Ierusalem: quodque congregandæ sint omnes Gentes contra eam, quarum adorauit idola, & omnia Dei munera in cultum eorum conuertit, & destruetur templum Baal, & omnes aræ ciuitatis incendio subuertentur, nihilque in ea remanebit.

Per quæ peccant homines, per ea iuste puniuntur.

† Theodoretvs vbi supr. Per ipsos, inquit, amatores vlciscar te. Æmulata es Chaldæorum, Assyriorum, Chananæorum & Ægyptiorum impietatem: his contra te instrumentis vsus, debita tibi infligam supplicia, & cum amatoribus tuis eos quoque quos odisti coniungam.

Hieronymvs vbi sup. Si hæc passa est Ierusalem, quæ cum idolis fornicata est, quid illam passuram putamus, quæ sanguinis Christi rea est?

---

tuis super amatores tuos; & super idola abominationum tua-
a ¶ Quem immolasti dæmoniis. b ¶ Bonarum cogitationum, quas interficit, qui ad mala opera inclinat.
rum in sanguine filiorum tuorum quos dedisti eis. [37] ecce ego congregabo omnes amatores tuos quibus commixta es, & [1] omnes quos dilexisti, cum vniuersis quos oderas: [2] Et congre- [3]
¶ Lege adulterarum.
gabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuam co- [4]
¶ Genitalia.
ram eis & videbunt omnẽ turpitudinem tuam, [38] & iudicabo [5]
a ¶ Magnus est furor viri contra adulteram, & nullo potest pretio redimi.
te iudiciis adulterarum, & effundentium sanguinem. [6] Et dabo te in sanguinem [7] furoris, & zeli, [39] & dabo te in manus eorũ. Et
a ¶ Seminarium fornicationis.
destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulũ tuum. Et [8] denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui, &
a derelinquent te nudam plenamque ignominia, [40] & addu- [9]
a ¶ Sic omnes communiter solent adulteram lapidare.
cent super te multitudinem. Et lapidabũt te lapidibus, & tru- [10] cidabunt te gladiis suis. [11] [41] Et cõburent domos tuas igni & fa- [12]
a ¶ Vt similia timeant. b ¶ Ciuitatum. c ¶ Sic.
cient in te iudicia [13] in oculis mulierum plurimarum. [14] Et desines
¶ Q. Etiam iratus, & vlciscens misereor. Per pœnam tibi prouideo, quia sic desines for. a ¶ Amatoribus.
fornicari, [15] & mercedes vltra nõ dabis. [16] [42] Et requiescet indigna-
¶ Cum te amare desiero. a ¶ Cum à me recesseris, cum te æternæ tradiderim captiuitati.
b tio mea in te, & auferetur zelus meus [17] à te, [18] & quiescã, nec ira- [19]
¶ Hoc scilicet fecisti. a ¶ Beneficiorum quæ dedi tibi in adolescentia.
scar amplius, [43] eò quòd nõ fueris recordata dierum adolescẽ- [20]
a ¶ LXX. contristabas me. ¶ Ad tristitiam, quem de bonis operibus debuisti ad gaudia prouocare.
tiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his. Quapropter & ego [21]
a ¶ Opera tua. b ¶ Tamen. c ¶ Cum subuerti debueras. Maior est enim culpa quam pœna.
c vias tuas in capite tuo dedi, ait dominus Deus: et non feci iuxta scelera tua, in omnibus abominationibus tuis,

---

D

a *Et adducent sup.* † Theodoretvs vbi supra. Hæc captiuitatis tempore euenerunt. Quæ per translationem desumit ab adultera muliere, quæ lapidibus oppressa lapidabatur, comburebaturque. Quamobrem in translatione cõmoratus, subiecit, *Et facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum.* Nõ autem mulieres, mulieres vocat, sed per translationem vrbes ita nuncupat, quandoquidẽ ipsam quoque vrbem mulieris instar, in iudicium adducit.

Ierusalem iudicium adulterarũ portatura.

b *Et au.* † Orig. ho. 9. in Exod. Si Deus zelans requirit & desiderat animam tuam adhærere sibi, si corripit, si castigat, si indignatur, & velut zelotypia quadam erga te vtitur, spem tibi esse salutis agnosce; si verò castigatus non emendaris, discedit à te zelus eius. Vide misericordiam Dei, quando vult misereri, indignari; se dicit & irasci.

E

Deus cũ non punit indicat se cupere nostram conuersionem.

Hier. vbi sup. Quia iam securus ero de castitate tua, secundũ eos, scilicet qui in bonam partem hoc accipiunt. Alij enim in contrarium accipiũt, vt magnæ iræ Dei sit non irasci, cum semel contempserit fornicantem, & illius desperauerit salutem.

F

Hieronymvs ibidem. Si hæretici (qui vetus testamentum non suscipiunt) reprehendunt, quod iuxta LXX. dictum est, *contristabas me*, eò quod Deus non solum iram suscipiat, sed & mœrori & tristitiæ subiaceat: Interrogemus eos, quomodo illud suscipiant, quod certe boni Dei mandatum est, *Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis.* Quidquid enim super hoc nobis dixerint, & nos in defensionem præsentis sermonis, in eos retorquebimus.

Contra hæreticos qui non suscipiunt vetus Testam. Eph.4.g.

c *Et non feci iuxta.* Mõstratur diuina clementia: cùm minores pœnæ maiora dicuntur peccata.

☞ Ecce

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Ecce ego congregabo omnes amato. tuos, *Quibus commixta es, communicando idololatriis eorum.*

2 Cum vniuersis quos oderas, *Id est, cum Philistæis, qui semper fuerunt odiosi Iudæis, & è conuerso.*

3 Et congregabo eos super te vndique, *id est, in obsidione Ierusalem.*

4 Et nudabo ignominiam, *Id est, vilitatem culpæ tuæ manifestabo per euidentiam vindictæ.*

5 Et iudicabo te iudiciis adulterarum. *Quibus secundum legem mors est infligenda.*

6 Et dabo te in sanguinem, *Id est, in effusionem sanguinis passiuam.*

7 Furoris, &c. *Id est, procedentem ex furore iræ meæ, & zelo iustitiæ meæ.*

8 Et denudabunt te ve. tuis, &c. *Id est, omnibus diuitiis tuis.*

9 Et adducent super te mul. *In exercitu regis Babylonis.*

10 Et lapidabunt te lapidibus, &c. *Tunc enim multi de Iudæis fuerunt interfecti lapidibus machinarum.*

11 Et trucidabunt te gladiis suis, *In captione enim ciuitatis multi fuerunt trucidati gladiis.*

12 Et comburent do. tuas, &c. *Vt habetur 4. Regum vltimo vbi dicitur quòd Nabuzardan incendit domum domini, & domum regis, & domos Ierusalem per circuitum.*

13 Et facient in te iudi. *pœnas iuste inferendo.*

14 In oculis mulierum plu. &c. *Id est, plurimarum Gentium, quæ erant in illo exercitu.*

15 Et desines fornicari, &c. *Id est, idololatrare, quia non vacabit tibi præ nimia tribulatione.*

16 Et mercedes vltra non dabis, *Sacerdotibus idolorum. Quia non habebis vnde.*

17 Et auferetur zelus meus, *Id est, amor singularis, qui est viri ad vxorem.*

18 A te. *Id est, sicut repudiata à me.*

19 Et quiescam nec irascar amplius. *Loquitur scriptura de Deo tamquam de homine; qui non irascitur de quocumque malo culpæ vel pœnæ superuenienti vxori repudiatæ, & causa huius repudiationis subditur.*

20 Eò quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, *Id est, beneficiorum, quæ tibi in adolescentia tua feci, prout est expositum supra.*

21 Quapropter & ego vias tuas in capite tuo. *Te puniendo tamen citra condignum, ideo subditur.* Et non feci iuxta scelera tua.

☞ 1 Et

a *Ecce omnis qui dicit vulgo.* HIER. lib. 5. com. Post catalogum vitiorum & correctionem, qua retrahitur ad salutem, aptatur ei tritum vulgo prouerbium: sicut ma. ita & fi.

b *Sicut mater.* IBID. Cethæa, scilicet quæ *insaniens* vel *in insaniam vertens* interpretatur, incentiua scilicet huius sæculi, quæ captiuam animam ducunt ad interitum, & à viro suo diuidunt, id est, Dei verbo.

† THEODORETVS sect. 5. Tibi conuenit, inquit, prouerbium quod circumfertur, matri similem esse filiam, & matrem ipsius supra Cethæam nuncupauit.

c *Sororum, &c.* HIER. vbi supra. Sodomæ & Samariæ quarum altera Gentilem vitam luxuriā designat altera hæreticorum decipulas.

† THEODORETVS vbi supr. His ostēdit, non Iudæorum tantum se esse Deum, sed etiam gentium. Etenim illorum antiquitus Deus appellatus est, antequam idola colerent, quapropter illos quoque, & virum, & filios repulisse dixit, negato Deo, dæmonibusque filiis immolatis.

Non tantū Iudæorum Deus, sed etiam gentium.

a [44] Ecce omnis qui dicit vulgò prouerbium, in te assumet illud [Assimilatio.] b dicens: Sicut mater, ita & filia eius. [45] Filia matris tuæ es tu, quæ [Dei verbum.] c proiecit virum suum & filios suos, d & soror sororum tuarum tu, quæ proiecerunt viros suos, & filios suos. e Mater vestra Cethæa, & pater vester Amorrhæus. [46] f Et soror tua maior Samaria [a Quia prius peccauit, & ab Assyriis prius in captiuitatem ducta est.] ipsa & filiæ eius, quæ habitant ad sinistram tuam, Soror autem [Gentes.] g tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius. [47] Sed nec in viis earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti. [Quia vel pauxillum.] [Ironicè.] Pusillum minus penè sceleratiora fecisti illis in [Operibus, cogitationibus.] omnibus viis tuis. h [48] Viuo ego dicit dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua, ipsa & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ i tuæ. [49] Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia,

d *Quæ proiecerunt viros, &c.* HIER. vbi supr. Dei verbum & doctrinam. Semper enim errantium fluctuant pedes huc illucque discurrentes. Circumferuntur enim omni vento doctrinæ, de alia ad aliam falsitatem, & cùm in prima frustra se sudasse cognouerunt, ad secundam tertiamque transcendunt.

Hæreticorū leuitas & discursus de errore in errorem.

e *Mater vestra.* HIER. IBID. Supra dixit, pater tuus Amorrhæus & mater tua Cethæa, hîc commutato ordine & numero. *Mater vestra.* Cùm enim scelera profecerint, scinduntur in partes, & vnione deserta in multitudinem proficiunt, & in turbam quæ non potest cum Iesu ad montana conscendere. Sorores autem, Ierusalem, Samariam & Sodomam: quarum altera à dextris, altera à sinistris, etiam secundum corporalem intelligentiam, & si de templo Ierusalem ad orientem aspicias, comprobabis.

† THEODORETVS vbi supra. Non secundum tempus, sed secundum impietatis doctrinam appellauit: Tempore enim Sodoma antiquior est. Sed quia Samariæ prius æmulata est instituta, deinde paulatim auxit facinora, ita vt etiam Sodomis assimilari potuerit iunioremque sororem appellauit Sodoma, vt quæ postea cognationem cum ipsa complexa sit. Impietatis enim communionem cognationem vocauit.

Cognatio hic dicitur impietatis cōmunio.

f *Soror tua.* HIER. IBID. Media inter duas sorores Ierusalem, quæ & Iudas dicitur, & à Chaldæis in Babyloniam ducta est: quæ multo sceleratius peccauit, quam Samaria & Sodoma, in templo idolum adorans, & post Dei filium interficiens.

g *Sodoma.* IBID. Quæ refertur ad Gentes: Sodoma enim eo tempore non erat, quæ prius cum Gomorra, Adama & Seboim, diuino fuerat igne deleta.

HIER. IBID. Secundum Tropolo. Samaria & Sodoma, id est, hæretici & ethnici sæpe leuiora committunt, quàm qui putantur Ierusalem, scilicet ecclesiastici; vnde ad Corinthios, *Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter Gentes, &c.* Solent hæretici, qui tantum vetus testamentum suspiciunt, tres naturas in hoc loco intelligere, spiritualem, animalem, terrenam. Et spiritualem ad Ierusalem referunt, animalem ad Samariam. Et terrenam ad Sodomam: quos breuiter interrogamus, quomodo tres naturæ, spiritualis, animalis, terrena, quæ inter se diuersæ sunt, vnam matrem & vnum patrem habeant? quod figmento eorum non congruit. Et quomodo animalis & terrena natura iuxta hunc prophetam restituitur in antiquum statum, id est, spiritualem? hoc enim rationibus eorum contrarium est. Quòd Samaria hæreticos significet, & in Hosee, & in multis aliis, & in hoc præcipue testimonio probatur: *Væ qui despiciunt Sion, & confidunt in monte Samariæ, & vindemiauerunt principia Gentium.* Omnes enim hæretici despiciunt Sion, quæ interpretatur specula, scilicet ecclesiam & confidunt in monte Samariæ, in superbia, scilicet peruersorum dogmatum, quæ putant esse sublimia: quibus vindemiant atque populantur principia Gentium, potentes, scilicet ad errorem pertrahunt.

1. Cor. 5. a. Hæretici tres naturas statuentes. Amos 6. a. Hæreticorū superbia.

h *Viuo ego.* IBID. Absolute dicitur, excellenter. In veteri testamento hoc iuramentum: In nouo, *Amen amen dico vobis*, vnde, *Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Iacob, non est Deus mortuorum, sed viuorum.* Et alibi, *Placebo domino in regione viuorum.* Sicut nemo absolute dicitur bonus, nisi solus Deus, quamuis dicatur arbor bona, homo bonus, pastor bonus, seruus bonus, vnde, *Nemo bonus nisi solus Deus*: Sic angeli & ceteræ virtutes, patriarchæ, & prophetæ, & Apostoli, quamuis viuentes, comparatione omnipotentis Dei mortui dicuntur. *Quis est homo iste, qui viuet & non videbit mortem?* vnde Apostolus de Deo, *Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.*

Num. 14. d. Ioan. 13. b. Matt. 10. Psal. 114. b. Deus bonus & vita per essentiam. Luc. 18. d. Psal. 88. g. 1. Tim. 6. c.

HIER. IBID. Iuramento describens Sodomæ & filiarum eius scelera, primum ponit superbiam, diaboli proprium & primum peccatum, vnde Apostolus, *Ne inflatus superbia in iudicium incidat diaboli*, propter quam scilicet de cælo cecidit: *Superbis enim Deus resistit, humilibus autem dat gratiam.*

1. Tim. 3. b. Iacob 4. b.

i *Superbia.* IBIDEM. Peccatum Sodomiticum est, & propter hoc sequitur Dei obliuio: quæ præsentia bona putat esse perpetua, & numquam sibi indigendum: vnde in lege, *Attende ne comedens & bibens & saturatus ædificatis optimis domibus, habensque oues, & boues, argentum & aurum, obliuiscaris domini Dei tui*, vnde Salomon, *Diuitias & paupertates ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria.*

Deut. 8. c. Prou. 30. b.

HIER. Satu-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce omnis. *Hic arguitur malitia populi Iuda sub nomine Ierusalem & hoc comparatiue, scilicet ad populum Sodomorum, & populum decem tribuum: & diuiditur in duas, quia primò arguitur culpa, secundò subditur pœna, ibi,* Ergo & tu. *Circa primum præmittitur populi Iuda radix prima, quæ hic accipitur pro Gente in terra Iuda habitante, antequam filij Israel ingrederentur terram promissionis, cum dicitur,* Ecce omnis qui dicit vulgo prou. *ad derisionem alicuius.*

2 In te assumet illud. *Te deridendo.*

3 Dicens, sicut mater ita & filia eius, *Id est, sicut Gens, quæ præcessit in terra Iuda, filios Israel, fuit fornicatrix spiritualiter per idololatriam: sic populus Iuda.*

4 Filia matris tuæ es tu, *Per imitationem.*

5 Quæ proiecit virum, *Id est, Deum per idololatriam.*

6 Et soror sororum, *Scilicet Sodomæ, & Samariæ, vt exprimitur infra, per quas intelligitur populus Sodomorum, & populus decem tribuum.*

7 Mater vestra Cethæa, *Et exponitur vbi supra.*

8 Et soror tua maior. *Maior enim fuit populus decem tribuum, quam populus regni Iuda.*

9 Et filiæ. *Id est, aliæ ciuitates & villæ quarum Samaria erat metropolis.*

10 Quæ habitant ad sinistram. *Sunt enim in aquilonari parte respectu Ierusalem, quæ pars Aquilonaris etiam vocatur hic sinistra, eo quod ab Aquilone venerunt super Ierusalem multa mala, Iere. 1. c.* Ab Aquilone pandetur omne malum.

11 Soror autem tua minor. *Quia populus Sodomæ minor fuit quā Iuda.*

12 Quæ habitant à dextris tuis, *Quia declinat versus meridiem respectu Ierusalem, & sic dicitur hic dextera, sicut pars opposita sinistra.*

13 Sed nec in viis earum am. &c. *Sed in peioribus.*

14 Pusillum minus pene, &c. *Quod exponit Rab. Sa. sic. Si fecisses talia mala & non maiora, parum reputarem; aliter autem legitur interrogatiuè.* Pusillum minus, &c. *Q. d. non: imo multò maiora mala fecisti, &c. Et hoc concordat litteræ sequenti, cum dicitur,*

15 Quia non fecit Sodoma. *Et hoc declarat consequenter, cum dicitur,*

16 Ecce hæc, &c. superbia. *De se præsumendo.*

a saturitas panis, & abundantia & otium ipsius & filiarũ eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. [50] Et eleuatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas sicut vidisti. [51] Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis, iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es. [52] Ergo & tu porta cõfusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agẽs ab eis. Iustificatæ sunt enim à te. Ergo & tu cõfundere, & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas. [53] & conuertam restituẽs eas cõuersione Sodomorum cũ filiabus suis, & cõuersione Samariæ & filiarũ eius.

a Non simpliciter, sed comparatione tui. Sicut illud dicitur, Descendit hic iustificatus ab illo.

a Non quod absolute sunt iustæ, sed peioris comparatione.

a *Saturitas panis.* HIERONYMUS lib. 5. comm. Superbiæ seminarium est saturitas panis, abundantia rerum & ocium. Vel secundum LXX. deliciarum luxuriæque abundantia. Diues ille Euangelicus non aliud peccasse memoratur, nisi quod opibus & diuitiis affluẽs, in tantam erupit superbiam, vt manum non porrigeret indigenti Lazaro, conditionis suæ oblitus, vt ne hoc quidem quod proiiciendum erat, daret misero: vnde alibi, *Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.*

[Luc. 16. e. — Periculum quod ex opibus & deliciis imminet. — Luc. 14. c.]

b *Et otium ipsius & filiarum eius: & manum egeno, &c.* HIERONYM. IBID. Alij, *delitiæ*, iuxta illum sensum: *In desideriis est anima hominis otiosi.* Semper enim est aliquid agendum, ne animum nostri pectoris manu cessante malarum cogitationum sentibus occupetur.

[Contra otiositatẽ.]

c *Et Samaria dim.* HIERON. IBID. *Seruus enim sciens voluntatem domini sui, & non faciens, va.m.* Et, *Potentes potenter tormenta patientur.*

[Luc. 12. f. — Sapien. 6. a.]

† THEOD. sect. 5. in Ezec. Hanc autem comparationem facit non secundum solam peccati, sed secundum prouidentiæ qualitatem. Nam tametsi peccasset, & infinita facinora ausa esset Samaria, at procul aberat à Dei tẽplo, & paruam certe quamdã veniam habebat, Cum & sub alius regis imperio degeret, & in sacro Dei templo legitima perficere nequiret; Et Sodoma item neque prophetam habebat, neque legislatorem, sed sola naturalis legis doctrina fruebatur. Tu verò & legem habens, & sacerdotes, & prophetas & sacrum Dei templum, legitimumque cultum, illarum impietatem sectata es. Quare ostendis illas venia dignas.

[Secundum quid peccatum Ierusalem maius fit peccato Sodomorũ & Samariæ.]

d *Porta con.* HIER. vbi supr. Secũda post naufragium tabula est, cùm peccaueris erubescere, ne audias, *Facies meretricis facta est tibi. no. e.*

[Iere. 3. b.]

Porta conf. HIER. IBID. Vt propria scilicet torquearis cõscientia, & nunc voluntate propria sustine cruciatũ, ne sustineas in perpetuum.

e *Quæ vici.* HIER. IBID. LXX. Quæ corrumpis (alias corrupisti) sorores tuas, tuo exemplo, scilicet ad maiora peccata prouocãdo, velut si sacerdos male viuẽs, & opere dignitatem deturpans, exemplo laicos corrumpat, vnde, *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, &c.*

[Matt. 18. a.]

f *Et tu confundere.* HIERONYM. IBID. Post confusionem sequitur ignominia, ignominiam correctio, correctionem consolatio, & eam salus: Iuxta illud, *Tribulatio operatur patientiam, patientia probationem, probatio spem: Spes autem non confundit*, in futuro, scilicet, quia in præsentiarum sua per confusionem peccata deleuerunt, vnde, *Est confusio quæ ducit ad mortem, & est confusio quæ ducit ad vitam.* Spiritus quoque sanctus peccatores hortatur sic: *Confundantur & reuereantur omnes inimici mei, conuertantur retrorsum & confundantur valde velociter.* Et in alio loco. *Dic tu primum iniquitates tuas, vt iustificeris.* Et, *iustus accusator sui est in principio sermonis.* Quid ergo mirum si prouocatur Ierusalem ad cõfusionem, & ignominiam, quæ sorores suas iustificauit peccando?

[Rom. 5. a. — Exod. 4. c. — Psal. 39. c. Confusio salutaris. — Isa. 43. d. secundum LXX. — Prou. 18. e.]

† THEODORETUS vbi supra. Cum aliquis est in honore nil intelligit: ignominia affectus, sensum pristini percipit honoris. Et Ierusalem igitur non cognito honore sibi à Deo concesso, obsidione & captiuitate suum agnouit Deum. Idcirco à Beato Dauid docta exclamat, *confusio faciei meæ cooperuit me.*

[Flagella nobis ostendunt quales simus. — Psal. 43.]

g *Et conuer.* HIER. vbi supr. Grandis profectus post confusionem & ignominiam quam sibi Dei iudicio illatam libenter accepit. Q. d. iram Dei sustinebo, quoniam peccaui ei. Promittitur ei restitutio in antiquum statum. Sed quia comparatione scelerum eius, iustificata est Sodoma & Samaria; primum restituitur conuersio vel captiuitas Sodomorum secundum Aquilam, secundo captiuitas Samariæ secundum eumdem, Nouissima restituitur Ierusalem. Cui enim est dubium quod inter tres, Gentilem, hæreticum, ecclesiasticum: multò maioribus pœnis dignus sit qui maioris dignitatis est, vnde Petrus, *Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei.* Et in hoc propheta, *A sanctis meis incipite*, vt scilicet extra Ierusalem sororibus ante conuersis & restitutis portet ignominiam suam, & confundatur super peccatis suis, & sorores suas consoletur dum grauius punitur. Vel ideo confundatur quia Deum ad iracundiam prouocauit, vnde patet non esse naturalem iram Dei, sed clementem & mansuetum vitiis nostris ad iracundiam prouocari, vnde, *Secũdum duritiam tuam & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ & reue. m. &c.* Et alibi. *Misisti iram tuam, & deuorauit eos sicut stipulam.* Quod enim coniunctum est & in vno corpore copulatum, mitti non potest: sed quod extra est, vt lancea, telum & huiusmodi.

[Status peccantis aggrauat peccatum. — 1. Pet. 4. d. — Ezech. 9. c. — Ira Dei. — Rom. 2. a. — Exod. 15. a.]

☞ a Et

NICOLAUS DE LIRA.

1 Saturitas pa. *Deliciosè viuendo. Nomine enim panis intelligitur omnis cibus in scriptura.*

2 Abundantia. *Diuitiarum male acquisitarum.*

3 Et otium. *à bonis operibus.*

4 Et manum egeno. *Per defectum misericordiæ, non potentiæ: vt patet ex præcedentibus. Et quia ista ducunt ad vitia carnis peiora, ideo subditur,*

5 Et fec. abo. *Exercendo vitium contra naturam, quod est abominabile.*

6 Et abstuli eas. *Subuertendo ciuitates illas Gen. 19.*

7 Sicut vidisti. *Et te exemplo eius non castigasti, quod aggrauat peccatum. In Hebr. habetur:* Sicut vidisti, *Scilicet iuste fiendum: vnde Gen. 18. c. dicit dominus de Sodoma & Gomorra,* Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. *Peccata autem Sodomæ hic enumerata non sunt ita grauia de genere, sicut est idololatria: quæ cum multis aliis vitiis vigebat in Ierusalem, & terra Iuda.*

8 Samaria di. pec. tuo. non pec. *Quia populus habitans in Ierusalem coluit idola in domo domini posita tempore Manasse 4. Reg. 21. Quod fuit grauissimum, sicut turpissimum est mulieri, quod inducat adulterum ad proprium lectum mariti.*

9 Et iustificasti. *Non absolutè, sed in comparatione tua: sicut pallidum comparatum ad nigrum dicitur album, & secundum hoc dixit Iudas Gen. 38. d. de Thamar,* Iustior me est.

10 Ergo. *Reprehensa malitia, hic consequenter subditur pœna: & primo denuntiatur comparatiuè, secundo absolutè, ibi,* Et faciam. *Et in vtraque parte simul ponitur pœnæ comminatio, & sequens liberatio. Circa primum dicitur:* Ergo & tu porta confusi. *Id est, pœnam confusibilem.*

11 Quæ vicisti sorores. *In malis.*

12 Ergo & tu. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem affirmationem.*

13 Et conu. *Ra. Sa. exponit hoc de tempore Messiæ, quem expectant Iudæi, dicens quod terra Sodomorum quæ subuersa igne & sulphure legitur, Gen. 19.* tunc sanabitur, & erit ita pulchra, sicut à principio, *& tamen de ea dicitur Gen. 13. quod tunc irrigabatur sicut paradisus domini. Sed hæc expositio fundatur supra erroneum fundamentum, scilicet quod Christus sit venturus in mundum. Propter quod dicit Hier. quod scriptura loquitur hic metaphorice per conuersionem Sodomorum significans conuersionem Gentilium ad Christum: & per reuersionem Samariæ reuersionem hæreticorum ad vnitatem ecclesiasticam, à qua discesserat, sicut decem tribus à regno Dauid 3. Reg. 12. Per reuersionem vero Ierusalem, conuersionem Christianorum & peccantium, in fide tamen informi manentium, ad bonum. Sed quia ista expositio videtur aliquibus magis mystica quam litteralis, ideo aliter exponunt, dicentes, quia per Sodomam, intelliguntur duæ trib. & dimidia existentes vltra Iordanẽ eo quod erat prope Sodomam, per Samariam, aliæ septem tribus cum dimidia, per Ierusalem, regnum Iudæ. Et hi dicunt, quod omnia ista,* Et conuer. &c. *impleta fuerunt in reditu de captiuitate Babylonica, in qua fuerunt duæ tribus scilicet Iuda & Beniamin, & aliqui de decem tribubus qui effugientes manum regis Assyriorum venerunt ad habitandum in regno Iudæ, & cum illis de regno illo captiuati fuerunt, & cum redeuntibus redierunt. Sed hæc expositio videtur in duobus deficere. Primò quia sors Iudæ fuit magis propinqua Sodomæ, quã sortes vltra Iordanem existentes: quia mare salis, vbi antiquitus fuit terra Sodomorũ habitabilis, clausit terminum sortis Iudæ à parte orientali, & partim à meridionali, quia est in angulo vtriusque lateris, vt patet in descriptione terræ promissionis. Secundò, quia redeuntes de Babylone non recuperauerunt Samariã, & ciuitates ei propinquas, sed tenuerunt eas Gentiles illuc missi à rege Assyriorum vt patet 1. Esdræ & Neemiæ, & etiam in Euangelio & Actibus Apostolorum. Propter quod videtur mihi saluo meliori iudicio, quod hæc littera potest exponi magis litteraliter, quam dicat Hier. Et vitando errorem Ra. Sa. conuenio tamen cum vtroque, inquantum dicunt hanc litteram referri ad tempus Christi. Sed secundum expositionem meam, per Sodomam intelligitur populus Ammon & Moab, eo quod Loth pater eorum habitauit in Sodomis, Gen. 13. Et filiæ Loth matres eorum ibi natæ fuerunt. Per Samariam verò, Gentiles ibi habitantes, vt dictum est, & per Ierusalem populus Iudæorũ. De omnibus istis aliqui fuerunt conuersi ad fidem Christi per prædicationem eius & Apostolorum, sicut patet de Iudæis in Euangelio in multis locis, & in Actibus Apostolorum. Similiter de Samaritanis quorum aliqui crediderunt ad prædicationem Christi, Ioan. 4. & postea ad prædicationem discipulorum. Act. 8. Et similiter de Ammonitis & Moabitis, quorum terra erat propinqua Iudææ: vnde exierunt Christi discipuli ad prædicandum fidem per orbem, & sic primò prædicauerunt in partibus propinquis, & secundùm hoc patet littera ex dictis vsque ibi,*

[Figmentum Ra. Sa. de restitutione Sodomæ tẽpore Messiæ. — Hieronym expositio super hunc passum. — Ponit suam expositionem, qua per Sodomã Moabitas & Ammonitas, per Samariam gentiles ibi habitantes intelligit.]

☞ 1 Vt

a *Et conuertam.* † THEODORETVS sect. 5. in Ezech. Restitutionem hic non in melius, sed in peius appellauit. Rursus enim idioma illud scripturæ, quod de præteritis loquitur, vt de futuris, Sodomis appositum est. Quod autem dicit, est huiusmodi. Quemadmodum Sodoma cum essent clara, & à plurimis habitata, in pristinam formam restitui, feciq; vt prorsus à cultoribus esset vacua, qualia erant antequam ædificarentur: ita & tibi adempto enim decore operam dabo vt in pristinam redeas formam.

Non vulgaris significatio vocis, Restitue.

b *Et soror tua.* HIER. li. 5. com. Iudæi inter alias fabulas dicunt in aduentu Christi sui, id est, Antichristi, & in mille annorum regno Sodomã restituendam, vt sit quasi paradisus Dei, & quasi terra Ægypti, & Samariam in felicitatẽ pristinam, vt scilicet de Assyriis reuertantur in terrã Iudæam. Decem enim tribus captas à Phul & Salmanasar, & Teglathphalnasar regibus Assyriorum legimus, & vsque hodie ibi esse captiuas. Ierusalem quoque tunc esse fabricandam, & omnes filias eius vrbes, scilicet & viculos & castella quæ sub eius fuerãt potestate, vt prius florituras: & ipsam auro & argento & pretiosis lapidibus extruendã, vnde Isaias. *Constituam iudices tuos sicut prius, & consiliarios tuos sicut à principio, &c.* Et Dauid. *Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, ædificentur muri Ierusalem.* Et alibi. *Ædificabuntur ciuitates Iudæ.* Illi ita. Nos autem dicimus, quod Sodoma redit in antiquum statum cum naturæ suæ reddita Gentilis prius & impia anima intelligit creatorem. Samaria quoque recipit antiquam beatitudinem hæreticorum errore contempto, iuncta doctrinæ & fidei Christianæ. Et tunc Ierusalem, id est, ecclesia, reuertetur in statum suum, de qua dicitur, *Factus est in pace locus eius.* Et alibi, *Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, &c.* Et in Apostolo, *Quæ autem sursum est Ierusalem libera est.*

Qualia somnia prædicent Iudæi de suo Messia.

Isai. 1. f. Psal. 50. d. Psal. 68. g. Conuersio infidelium & hæreticorum.

Psal. 75. a. Ibid. 121. a. Gal. 4. d.

c *Non fuit autem.* † THEODOR. vbi supra. Si non didicisses inquit, Sodomorum supplicium, & diuulgatum fuisset in ore tuo illorum exitium, quemadmodum tua nunc obsidio in Syriæ & Palestinæ ciuitatibus: quidnam amplius mali perpetrasses? Neque enim illorum tibi exemplũ profuit, sed nihilominus delinquere perseueras.

a Et conuertam reuersionem tuam in medio earum,[54] vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus quæ fecisti b consolans eas.[55] Et soror tua Sodoma & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam, & Samaria & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam, & tu & filię tuæ * reuertimini ad antiquitatem vestram.[56] c Nõn fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo in diẽ superbiæ tuæ,[57] antequã reuelaretur malitia tua d sicut hõc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circumitu filiarum Palestinarum, quæ ambiunt te per gyrum.[58] Scelus tuum, & ignominiam tuã portasti, ait dominus Deus.[59] Quia hęc dicit dominus Deus: Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, ut irritum faceres pactum:[60] & recor- e dabor ego pãcti mei tecũ in diebus adolescẽtiæ tuæ, & suscitabo tibi pãctũ sempiternũ.[61] Et recordaberis viarũ tuarũ, & cõfunderis, cũ receperis sorõres tuas te maiores cũ minorib. tuis.

a Vt subuersionem eius reduceres ad memoriam, & timeres. a Quando superbe peccabas. b Scilicet. a Reuelata est, scilicet vt fias in opprobrium filiorum præ cunctis vrbibus Syriæ, & Palestinæ. a Ergo. Quo superasti alias in scelere. Ideo vt portes sce. tuum. a Vt recipias quod mereris. b Ad nihilum duceres. a Cum scilicet impletum fuerit, Ego occidam & ego viuificabo, ego percutiam & ego sanabo. b Quod olim habui tecum. c Alias mea. a Non legis quod præteriit, sed Euangelij, quod est sempiternum. Sic. b Operum, cogitationum. Recordata. s. a Samariam, & Sodomam earumque socias.

d *In opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum.* HIERONYMVS vbi sup. Syria in Hebræo dicitur, *Aram*, quæ interpretatur sublimitas, & (iuxta explanationem illius loci Isaiæ, vbi Aram & Ephraim consentiunt contra Iudam & Ierusalem) Ethnicorum arguta sapientia, quæ sibi sublimitatem quærit scientiæ: sicut hæreticus impugnat Iudam, in quo scilicet vera confessio, & non potest præualere. Hic quoque eadem arrogantia Syriæ, id est, Phylosophorum cum filiabus alienigenarum, in quibus multiplex diuersorum, in Gentibus dogmatum error ostenditur: illud & opprobrium habet Ierusalem, cuius vitio superatur.

* so. dist. e. domino. Deteparãdũ est lapsum.

Fides oppugnata ab hæreticis & phylosophis.

† THEODORET. vbi supr. Post pœnam bona quoque pollicetur. Tu enim mea fœdera, inquit, aspernata es, & pacta quæ mecum pepigeras, violasti, sed tamen omnino te non deseram, verum vbi te disciplina instructam, æquitatem edocuero, fœderum illorum recordabor, quæ olim tecum percussi, cum adhuc esses infantula. (Ita enim vocat tempus quo in solitudine est commorata) & statuam testamentum meum, &c.

e *Et suscitabo pactum.* † IDEM IBIDEM. Primum enim Iudæis prædicatum est euangelium, deinde omnibus gentibus: sed etiam per magnum Eliam rursus prædicabitur ante mundi consummationem. Ego igitur, inquit, omnia faciam tuam vtilitatem prouidens.

Quoties & quibus prædicatum Euangelium.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt portes igno. *Ly vt, tenetur hic consequutiue. Ad conuersionem enim Iudæorum ad fidem sequuta est eorum erubescentia & confusio de peccatis præteritis, & maxime in procuratione & consensu mortis Christi per veram pœnitentiam, vt patet Actuum 2.*

2 In omnibus quę fecisti consolans eas, &c. *Quoddam enim solatium est miseris, habere socios in miseria. Vel melius, quia per mortem Christi à Iudæis procuratam, venit consolatio Gentibus per Apostolorum prædicationem. Vnde Actuum 13. Paulus & Barnabas dixerunt Iudæis obstinatis,* Quia indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes: sic enim præcepit nobis Deus.

Per mortẽ Christi venit consolatio gentibus.

3 Et soror tua Sodoma, &c. Ad antiquitatem suam, *scilicet ad fidem Loth, vnius veri Dei cultoris, sicut edoctus fuit ab Abraham, apud quem diu mansit: & sic habuit fidem Christi Abrahæ promissi, Gen. 22.* In semine tuo benedicentur omnes Gentes.

4 Et Samaria & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam. *Id est, ad fidem Iosue & aliorum senum fidelium, qui habitauerunt ibi in principio ingressus filiorum Israel in terram illam, qui habuerunt fidem de Christo venturo.*

5 Et tu & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem vestram. *Quod patet impletum in Apostolis, & aliis de Iudæa ad fidem vocatis.*

6 Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore, *Id est, quamdiu fuisti in gloria potestatis tuæ, ita despiciebas eam, quod dedignabaris de ea aliquid dicere vel audire.*

7 Antequam reuelaretur malitia tua, *Per manifestam Dei vindictam.*

8 Sicut hoc tempore. *Scilicet captiuitatis Sedechiæ & populi sui.*

9 In opprobrium. *Scilicet, actum est,*

10 Filiarum Syriæ. *Quia ciuitates Syriæ & aliarum terrarum circa Iudæam opprobria dicebant de populo Iuda captiuato.*

11 Scelus. *Per vindictam Dei. Et loquitur hic propheta de futuro per modum præteriti, quia Ezechiel ista prophetauit ante destructionem ciuitatis Ierusalem.*

12 Quia hæc di. Dominus. *Cuius verbum non potest esse falsum.*

13 Et fa. *Hic consequenter denuntiatur pœna absolute, & cum hoc futura misericordia tempore Christi. Dicit igitur in persona Dei,* Et faciam tibi. *inferendo pœnam.*

14 Sicut des. iuramentum. *transgrediendo legem, ad cuius conseruationem te obligasti in monte Sinai. Exo. 24. b.* Omnia quæcumque loquutus est dominus, faciemus & erimus obedientes.

15 Et recor. *Tunc enim promisit Deus se eis mittere Christum, secundum quod dicitur Deut. 18. e.* Prophetam suscitabo eis similem tui, &c.

16 In diebus adolescentiæ. *Quod fuit in exitu de Aegypto, & tempore dationis legis.*

17 Et sus. tibi pactum. *Id est, pactum nouæ legis, cui non succedet alia in futurum.*

18 Et record. via. *Pœnitendo de peccatis præteritis, vt prædictum est.*

19 Cum receperis sorores tuas. *Scilicet, alias Gentes intra ecclesiam, quæ inchoata fuit in Iudæis.*

20 Te maiores. *Quia aliquæ Gentes ad fidem Christi conuersæ, erant maiores gente Iudæorum, & aliquæ minores.*

☞ a *Et non sit tibi.* HIERONYMVS lib. 5. comment. Quod sanctorum A est, vnde, *Os nostrum patet ad vos ô Corinthij.* Et de Saluatore. *Aperiens os suum docebat eos.* Et in Psalm. *Aperiam in parabolis os meum*, Peccatori dicitur. [b] *Peccasti, quiesce.* Et, *Peccatori dixit Deus : quare tu enar. iu-* B *stit. meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Et, *non est pulchra laudatio in ore peccatoris.* Sancto dicitur, *Aperi os tuum, & implebo illud.* Vnde debemus etiam, cum per miseri- C cordiam Dei recepimus pristinam gloriã, & pactum Euangelij Dei sempiternum, & cum placatus nobis fuerit dominus in omnibus quæ fecimus, memoriam nos habere peccari, & semper D os claudere, quia non ex operibus nostris, sed ex Dei gratia saluati sumus, &c.

1.Cor.6.c. Matth.5.a. Psal.77.a. Gen.4.b. secundum aliam litteram. Psal.49.c. Eccle.15.b. Psal.80.b.

† THEODORETVS sect. 5. in Ezech. His verbis tres pueri quoque in fornace vsi sunt. Ascitis enim populi sceleribus, supplicantes dicebant, *Et nunc non est nobis aperire os, confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis & colentibus te.* & Daniel, *Tibi domine iustitia, & nobis confusio faciei sicut dies hæc, & regibus nostris, & patribus nostris, & principibus nostris.* E F

Sancti inter peccatores se connumerant.

a ¶ Alij in probationem. Oportet enim esse hæreses, vt, qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.
b ¶ Merito. f. sed ex mea misericordia.
¶ Vt. f. cum pœnas pro sacrilegio sustinueris, veniam, non ex pacto tuo, sed ex clementia consequaris.
¶ Tunc.
a ¶ Recordata beneficiorum meorum.
a ¶ Sicut ille qui dicit, Non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei.

Et dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo: [c2] & suscitabo ego pactum meum tecum: Et scies quia ego dominus, [c3] vt a recorderis, & confundaris: & non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua: cum placatus fuero tibi in omnibus quæ fecisti, ait Dominus Deus.

1 2 3 4 5 6 7 8

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et dabo eas in filias. *Quia omnes sunt filij ecclesiæ in Apostolis inchoatæ.*

2 Sed non ex pacto tuo. *Hoc est ex virtute legis veteris, sed nouæ, ideo subditur.*

3 Et suscitabo ego pactum meum. *Quod dicitur pactum nouum, non secundum pactum in Oreb initum, Ierem.31.*

4 Et scies quia ego do. *Per miracula diuinitatem Christi ostensiua.*

5 Vt recor. & confun. *De peccatis tuis præteritis.*

6 Et non sit tibi vltra aperire os. *Quia non poteris dicere, quod aliquid omiserim de beneficiis patribus promissis.*

7 Cum placatus fuero tibi. *Per carnis assumptionem.*

8 In omnibus quæ fecisti, *Quia passio Christi in carne assumpta sufficiens fuit ad delendum omnia peccata.*

ADDITIO I.

In cap. 16. *vbi dicitur in Postilla.* Pater tuus Amorrhæus.

Hoc quod dicitur hic, Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, *Propriè potest exponi vt sonat. Ad quod sciendum, quod propheta sæpe mutant modos loquendi, sicut & loquutiones personarum: quia quandoque mutant personam primam & secundam & è conuerso, vnde & in hoc loco quandoque loquitur propheta patriæ Ierosolymitanæ, non respectu ciuitatis nec templi: Et de illa dicit,* Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, *quia isti fuerunt de antiquioribus & famosioribus illius terræ habitatoribus. Et secundum istum modum intelligitur illud quod dicitur infr. eo. cap.* Sicut mater ita & filia eius: *quia loquitur de illa terra quæ prius fuit sub idololatris Amorrhæorum & postea sub idololatris Iudæorum. Cùm autem sequitur.* Et quando nata es: *vertit se propheta ad loquendum cum populo Ierosolymitano sibi contemporaneo & exponatur sicut in Postill.*

Alia expositio illius, Pater tuus Amorrhæus, &c.

ADDITIO II.

In eodem cap. *vbi dicitur in Postill.* Transiens autem per te.

Secundum Hebræos hoc quod dicitur, Transiens autem per te, *refertur ad illud quod legitur* in exitu Israel de Ægypto, *quando Deus transiens ad percutiendum primogenita Aegypti, videns sanguinem agni paschalis immolati, non permittebat eos perire, vnde Exod.12.d.* Transibit enim dominus percutiens Ægyptios, cumque viderit sanguinem in superlineari, & in vtroque poste, transcendet ostium domus, & non finet percussorem ingredi domos vestras: *quod propriè videtur huic respondere quod dicitur hic,* Transiens autem per te. *vidi te conculcari in sanguine tuo, scilicet sanguine agni. Et dixi tibi.* In sanguine tuo viue, &c.

Item illius: Transiens autem, &c.

ADDITIO III.

In eodem cap. *vbi dicitur in Postilla:* Propter quod dicit Hieron.

Expositio Beati Hieronymi bene potest dici litteralis. Nam decem tribus recedentes à cultu diuino & à regno Dauid per Deum electo, propriè possunt dici hæretici, per Sodomos autem in scriptura sacra non solum intelliguntur Sodomi natione; sed etiam eorum imitatores, vnde Isa.1.c. dicitur Iudæis, Audite verbum domini principes Sodomorum, auribus percipite populus Gomorræ. *In quo loco manifestè ad litteram accipitur Gens Sodomæ pro populo eos imitante. Dicere autem quod per Sodomam intelligatur populus Ammon & Moab, prout postil. vult, valde remotum videtur à significatione litteræ. Nec credo, quod hoc inueniatur in scriptura sacra in alio loco. Et notandum, quod ex hoc passu Hebræi æstimant habere validum argumentum contra nos qui Christum iam venisse confitemur. Dicunt enim quod ex hoc quod Sodoma & Gomorra non sunt reuersæ ad statum pristinum, prout hic propheta nuntiat, sequitur quod nondum venit Christus de quo agitur. Sed hoc argumentum euacuatur plane per expositionem Hieron. quæ fundatur in sensu litterali modo prædicto.*

Probat opinionem S. Hieronymi per Samaritanos intelligentis hæreticos & per Sodomos infideles.

Argumentum, quo vtuntur Iudæi contra fideles.

CAP. XVII.

CAP. XVII.

a *ET factum est, &c. Aquila.* HIER. lib. 5. comment. Secundum Anagogem (quamuis violenta videatur interpretatio) sicut cetera animantia, & ad bonam, & ad malam partem referuntur, ita & Aquila. De leone in bonam partem dicitur, *Catulus leonis Iuda*, In contrarium, *Aduersarius vester diabolus, tamquam leo rugiens, &c.* De Aquila in bonam partem, quod iustus diues effectus faciat sibi pennas vt Aquila, vt possit reuerti in domum prædecessoris sui. Et in Isa. *Qui sperant in domino assument pennas, vt Aquilæ.* Rectè autem ille qui dixerat. *Fortitudinem faciam & sapientia intelligentiæ auferam terminos Gentium, & vires eorum deprædabor, &c.* nũc sub persona Aquilæ de Libano describitur, qui interpretatur candor, & refertur ad Thymiama, non vult parua & humilia virgulta perstringere, sed summitates cedrorum, & de principibus ac stirpe regia, vnde Habacuc; *Esca eius electa.* Ponit autem testamentum cum his quos ceperit, vt regi Babylonio colla submittant, & illud impleant Apostoli, *Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare.* Et alibi, *Quos tradidi Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit.* Non debemus ergo, si ob aliquod peccatum de congregatione fratrum & de domo Dei ☞ eiici-

Anagoge. Gen.49.b. 1.Pet.5.c. Vna res plures & contrarias designare potest. Prou.15.a. Isa.40.g. Aggæi.2.d. Habac.1.d. 1.Tim.1.d. 1.Cor.5.b.

a ET factum est verbum domini ad me, dicens: [1] Fili ho-

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XVII.

1 ET factum est. *Hæc est tertia pars in qua propheta arguit populi Iudæ flagitia sub metaphora cedri transplantatæ, & vineæ vento vrenti desiccatæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur flagitij punitio, secundò remedij promissio, ibi,* Hæc dicit dominus. *Prima in duas, quia primò parabola ponitur, secundò exponitur, ibi,* Et factum est. *Prima diuiditur in tres partes, quia primò sub parabola describitur Iechoniæ transmigratio & Sedechiæ substitutio, secundò, eiusdem rebellio, ibi,* Et factum est. *tertio, eius captiuatio, ibi,* Dic: *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

☞ Pro-

MORALITER.

1 *Et factum est.* In hoc capitulo secundum sensum litteralem ponitur transmigratio Ioakim regis in Babylonem, & institutio Sedechiæ loco eius, & rebellio Sedechiæ ex confidentia fœderis initi cum Ægypti rege: ex quo sequuta est exoculatio Sedechiæ & eius ductio in Babylonem. Sicut dictum fuit à principio hu- † ius

eiicimur, reluctari, sed æquo animo latam in nos sententiam ferre, & cum propheta domini dicere, *Iram domini sustinebo, quoniam peccaui ei: donec iustificet causam meam, &c.* Et tamen frequenter euenit vt alteri subditi, ad alterum transeamus, qui nobis suum promittit auxilium, nec sinit in pristina sententia permanere. Sed hoc omni ratione vitandum est, ne siccentur palmites nostri & arescant germina, & contra pactum facere credamur.

Mich.7.b. Standum est sententiæ Ecclesiæ vel superiorū.

a *Propone ænigma.* † THEOD. sect. 6. in Ezec. Ænigmaticè iubetur eis prophetare, vt qui audiunt, non intelligentes quæ dicantur, ad ea inquirenda maius adhibeant studium, & per interrogationem à propheta interpretationem percipiant.

b *Aquila.* HIER. lib. 5. comm. Duæ Aquilæ in hoc propheta ponuntur; de prima nunc dicitur, de altera in sequentibus.

† THEOD. vbi supra. Hic Nabuchodonosor innuitur, magnis alis præditus, quia maximè regnum dilatauit, longum extensione; & superbum & arrogantem, & plenū vnguium ipsum vocauit, vt cui suppeditaret multos exercitus, & equitatus & peditatus: vngues enim regis sunt milites, qui extremam corporis obtinent partem, eo quod ducibus subiecti sint, & celeres sint atque validi ad percutiendum, & feræ instar ad dilaniandum eos qui contradicere conentur.

Potentia regis Babylonis.

c *Venit ad Liba.* HIERON. IBID. Vnde Zach. *Aperi Libane portas tuas, &c.* Crebrò enim templum, quod erat inclytum & sublime in scripturis sanctis Libanus dicitur.

Zach.11.a.

d *Chanaan.* HIER. IBID. Id est, in Babylonem, vbi Iechonias consenuit, de cuius postea generatione (sicut Matth. testatur) dominus natus est per Salathiel & Zorobabel.

Matth.1.b.

† THEOD. vbi supr. Babylonem, Chanaan nuncupauit, propter morum cognationem.

(a Obscurum significat esse quod dicitur; parabola enim aliud verbis præfert, aliud sensibus tenet.)

a minis, [1] propone ænigma, & narra parabolam ad domum Isb rael, [2] & dices: Hęc dicit dominus Deus: Aquila grandis, magnarum alarum, [3] longo membrorum ductu, plena plumis & c varietate: venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. [4] Summitatem frondium eius auulsit, & transportauit eam in terram d Chanaan, in vrbe negociatorum posuit illam. [5] Et tulit de see mine terræ, & posuit illud in terra pro semine, vt firmaret radicem super aquas multas. In superficie posuit illud, f [6] Cumque germinasset, creuit in vineam latiorē, humili statura, respicientibus ramis eius ad eam, & radices eius sub illa g erant. Facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & h emisit propagines. [7] Et facta est Aquila altera grandis ma-

(Interlinear: a Nabuchodonosor, de quo Hosee, Quasi Aquila super domum Dei. — a Multis imperans nationibus, & innumerabili vallatus exercitu. b LXX. vnguium. — a Diuersarum Gentium. b Templum. c Iechoniam. s. regem Iuda, cum matre sua & principibus populi, cunctisque opibus Ierusalem & vasis templi. — a In Babylonem. s. quæ est in terra Chanaan. — a LXX. Murata. b Nathaniam patruum Iechoniæ quem, verso nomine vocauit Sedechiam, & regem in Ierusalem præfecit. — a Imperij. b Populos. c Quia non alta radice imperij firmauit. d Patruum eius. — a Quia sub alio. — a Vt præesset populis Iudæorum, sed respiceret ad Babyloniæ imperium. b Subaudi Aquilam. — a A Nathania, qui & Sedechias. — a Pharao rex Ægypti.)

e *Et tulit.* † IDEM. IBID. Propter hoc Sedechiam declarauit. Hoc enim pro Iechonia rege declarato abiit. Neque amplius regem Libanum appellat, sed campum ad serendum aptum.

f *Cumq; germinasset.* † IDEM. IBID. Maximè imbecille fuit nouissimum Iudæorum regnum. Cùm enim ter iam sustinuissent obsidionem, & in seruitutem abducti essent, in paupertatem quoq; compulsi sunt, & multitudine spoliati.

g *Fructificauit in palmites.* IDEM. IBID. Non amplius inquit, extendit (secundum Dauid prophetiam) vsque ad mare & vsque ad flumina, neque operuerunt montes vmbræ eius, & arbusta eius Cedros Dei. Illud autem, *emisit propagines*, non magnitudinem significat, sed erga Ægyptum amicitiam.

Fœdus Sedechiæ cum Ægyptiis.

h *Et facta est Aquila altera.* † THEODORETVS vbi supra. Hic erat Vaphres, rex Ægyptiorum, cuius meminit Ieremias, quo cum Sedechias fœdus percussit violato iureiurando & pactis, quæ cum Nabuchodonosor ipse pepigerat. Illud autem *ramos suos extendit ei*, pecunias à Sedechia regi Ægyptiorum missas significat.

d Cha-   a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propone ænigma, *Verbum habens obscuritatem, quia velatum per parabolam.*

2 Aquila grandis. *Per Aquilam, quæ est rex auium, intelligitur Nabuchodonosor rex Babylonis, imperans multis terris & prouinciis: ideo dicitur grandis.*

3 Longo memb. ductu, plena plumis. *Id est, diuitiis, quæ erant de diuersis regnis superatis aggregatæ.*

4 Venit ad Libanum, *Id est, ad templum, quod erat in Ierusalem: quod in pluribus scripturis veteris testamenti dicitur Libanus, eo quod factum fuit de lignis Libani, vt habetur 3. Reg.*

5 Et tulit medullam. *Id est, quidquid erat in Ierusalem pretiosum.*

6 Summitatem fron. *Id est, Iechoniam regem, principes, & personas notabiles, cum quibus cepit pretiosa quæ reperit.*

An rectè terra Babylonis dicatur terra Chanaan?

7 Et transportauit eam in terram Chanaan. *Id est, in Babylonem; Chanaan enim in Hebræo est nomen proprium & appellatiuum: & prout est nomen proprium significat Iudæam, eò quòd eam inhabitauerunt Chananæi ante filios Israel; prout verò est nomen appellatiuum, sic significat mercationem, & secundùm hoc terra Babylonis dicitur hic terra Chanaan, eò quòd multi mercatores frequentabant eam propter diuitias terræ & populi multitudinem; ideo subditur,*

8 In vrbe negociatorum posuit illam, &c. *In vrbe enim Babylonica fuit positus Iechonias in custodia; Et subditur substitutio Sedechiæ, cùm dicitur,*

9 Et tulit de semine terræ, &c. *Scilicet Sedechiam, qui natus erat de Iudæa, & de stirpe Iuda.*

10 Et posuit in terra, &c. *Quia fecit eum regem in Iuda.*

11 Pro semine, *Iechoniæ nepotis sui.*

12 Vt firmaret radicem super aquas, &c. *Id est, vt regnaret super multos homines, quia non solum tradidit ei Iudæam ad custodiendum sed etiam aliquas alias terras prope eam.*

13 In superficie. *Quia regnum Sedechiæ non fuit firmum, sed parum durauit, scilicet vndecim annis.*

14 Cumque germinasset, *Id est, regnare cœpisset.*

15 Creuit in vineam latiorem, &c. *Per suæ potestatis dilatationem.*

16 Humili statura, *Quia erat sub rege Babylonis, & reddens ei tributa.*

17 Respicientibus ramis eius ad eam, *Id est, ad Aquilam prædictam. Sedechias enim & principes eius seruiebant regi Babylonis, vt dictum est.*

18 Et radices, &c. *Quia firmitas regni Sedechiæ dependet à Babylonis rege.*

19 Facta est ergo, &c. *Quia regnum Sedechiæ multiplicatum fuit in diuitiis & potestate, quamdiu iuramentum factum regi Babylonis seruauit.*

20 Et facta est. *Hic consequenter describitur ipsius Sedechiæ rebellio. Ex multiplicatione enim suæ potestatis eleuatus, voluit negare tributum regi Babylonis: & vt hoc melius faceret, confœderauit se regi Aegypti, qui erat aduersarius regis Babylonis; & hoc est quod dicitur,* Et facta est Aquila altera *Id est, Aegypti.*

21 Grandis, *in dominio.*

22 Magnis alis, *Id est, exercitu multo, vnde acies exercituum alæ nominantur.*

23 Multisque plumis, *Id est, diuitiis.*

10 Et   1 Ecce

MORALITER.

ius operis: Vna & eadem res diuersa mysticè significat, & aliquādo valde disparata propter eius diuersas proprietates, vt leo propter eius constantiam significat Christum. Apocalyp. 5. b. *Ecce vicit leo de tribu Iuda.* Aliquando diabolum propter eius crudelitatem 1. Pet. 5. c. *Aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret.* Sic Nabuchodonosor rex Babylonis quia multos valde crudeliter tractauit, significat diabolum, vt frequenter dictum est supra; Et quia Deum veraciter confessus est (secundum quòd dicitur, Daniel. 4. g. *Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico regem cæli, quia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia*) significat Christum, qui Deum patrem confessus fuit,

Vna & eadē res diuersa mysticè significat, & aliquando valde disparata.

Exemplificatur hoc in Nabuchodonosor.

† Matth.

a *Et non in.* HIER. A lib.5.com. Fugiens enim Sedechias, regis Ægypti auxilio destitutus, à ducibus Nabuchodonosor in cāpis Ierichōtinis comprehensus est, & socij eius huc illucque dispersi, sicut liber Regum & Paralipomenon & Ieremias attestantur.

Sedechias captus.

b *Ecce venit rex Ba.* † THEO. sect.6. in B Ezech. Illud *ecce venit* præsentis temporis, pro ecce venit, præteriti. Interim enim quæ iam facta sunt enarrat, & de Iechonia hæc recensuit, & secundum proprium idioma præterita vt nondum gesta commemorat. Illa verò de Iechonia ab eo dicta fuisse, qui sextum iam reliquū degebat annum captiuus, sequētia docent.

C c *Numquid effugiet.* HIERONYMUS vbi supra. Ex hoc discimus etiam inter hostes fidem sibi seruandam, & non considerandum cui, sed per quem iuraueris. Multum enim fidelior inuētus est ille, qui propter nomen Dei tibi credidit & deceptus est: quàm tu qui per occa-

Fides cuicumque inimico seruanda est.

a ¶ LXX. vnguibus, propter rapacitatem. s. & Gentium plurium vastationem. b ¶ Sedechias rex in Ierusalem à Nabuchodonosor constitutus.

gnis alis, multisque plumis. Et ecce vinea ista quasi mittens [1] (a ¶ Legatos scilicet. b ¶ Aquilam, regem scilicet Ægypti, contra Nabuchodonosor postulando auxilium.) [2] radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, vt irriget [3] eam de areolis germinis sui. [8] In terra bona super aquas [4] (a ¶ Nabuchodonosor.) multas plantata est, vt faciat frondes, & portet fructum, vt sit [5] (¶ Ergo. ¶ Et ô propheta.) in vineam grandem. [9] Dic: Hæc dicit dominus Deus: Ergone [6] (a ¶ Vinea talis? vinea infidelis? b ¶ Prima aquila.) [7] prosperabitur? Nonne radices eius euellet, & fructus eius [8] distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet [9] a & non in brachio grandi neque in populo multo, vt euelleret [10] [11] (a ¶ A Nabuchodonosor, vel, confidens in auxilio Pharaonis.) eam radicitus. [10] Ecce plantata est. Ergone prosperabitur? Nōne [12] [13] cùm tetigerit eam ventus vrens siccabitur, & in areis germinis [14] sui arescet? [11] Et factum est verbū domini ad me, dicēs: [15] [16] [12] Dic ad domum exasperantem: Nescitis quid ista signifi- [17] (a ¶ Hæc parabola præmissa. b ¶ Alias veniet. c ¶ Aquila prima.) cēt? Dic: b Ecce venit rex Babylonis in Ierusalem, & assumet [18] [19] (a ¶ Iechoniam.s.) regem & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Ba- (¶ Sedechiam. ¶ Pacis.) bylonem: [13] & tollet de semine regni, ferietque cum eo fœdus, [20] (a ¶ Tenendi fœdus. b ¶ In Babylonem.) [21] & accipiet ab eo iusiurandum. Sed & fortes terræ tollet, [14] vt sit (a ¶ Iudæorum. b ¶ Contra Nabuchodonosor.) regnum humile, & non eleuetur: sed custodiat pactum eius & (a ¶ Sedechias. b ¶ Nabuchodonosor. c ¶ Postulans auxilium.) seruet illud. [15] Qui recedens ab eo misit nuntios ad Ægy- [22] (a ¶ Contra Nabuchodonosor. b ¶ Sed.) [23] ptum, vt daret sibi equos & populum multum. Nūquid pro- [24] (a ¶ Soluit fœdus. ¶ Id est.) sperabitur, vel consequetur salutem qui fecit hæc? Et qui dis- (¶ Pœnam.) c soluit pactum, numquid effugiet? [16] Viuo ego, dicit dominus (a ¶ In Babylone. b ¶ Nabuchodonosor. c ¶ In Iudæa.) d Deus: quoniam in loco regis qui constituit eum regem, cuius [25]

occasionem diuinæ D maiestatis hosti tuo, imò iam amico insidias molitus es.

† THEOD. vbi supra. Vobis inquit, vsus sum iudicibus, an iustum sit, eum, qui iusiurandum & fœdera violarit, pœnas effugientium cōsequi salutem, quia verò nihil respondistis, ego sententiam profero.

d *Quoniam in loco.* † HIERON. vbi supra. Captus enim Sedechias ductus est in E Reblatha: Ibique, prius interfectis filiis, cæcatus, & quasi fera, cauea clausus, in Babyloniam translatus; vnde cum scriptura videatur contraria in vtroque tamen verissima. Dictum est enim ad Sedechiam, *Et intrabis Babylonem, & non videbis eam*: Intrauit enim, quia ductus; & non F vidit, quia cæcatus est.

4. Re.25.b. Sedechias excæcatur. Iere.34.a.

† THEODORETUS vbi supra. Fretus, inquit, auxilio, meum iusiurandum conculcauit: sed ego veluti quodam rete vsus Chaldæorum exercitu, viuū capiā ipsum, & in Babylone transmittam.

Et

NICOLAUS DE LIRA.

1 Ecce vinea ista. *Id est, Sedechias cum gente sua.*
2 Quasi mittens radices suas ad eam. *Vt posset stare contra regem Babylonis per Aegypti regem.*
3 Palmites suos extendit ad illam. *Mittendo solemnes nuntios ad contrahendum fœdus & amicitiam.*
4 Vt irriga. eam de are. *Ferendo sibi auxilium in bellatoribus suis. est autem Areola locus benè seminatus: & per hoc intelligitur, quod in Aegypto erant multæ ciuitates plenæ viris bellatoribus.*
5 Vt faciat fron. *Id est, vt possit tenere & dilatare regnum suum contra Nabuchodonosor.*
6 Dic. *Hic consequenter describitur ipsius Sedechiæ captiuatio, cum dicitur in persona domini,* Dic tu Ezechiel.
7 Ergone prosperabitur? *Scilicet Sedechias. q.d. non, ideo subditur,*
8 Nonne radices eius euellet, *Scilicet Nabuchodonosor. q.d. sic: potestatem eius totaliter auferendo.*
9 Et fructus eius distringet. *Sanguinem filiorum Sedechiæ effundendo, sicut effunditur vinum de vuis, quando stringuntur. Filios autem Sedechiæ occidit rex Babylonis in oculis eius. 4. Regum vltimo.*
10 Et siccabit omnes palmites. *Principes eius virtute eneruando.*
11 Et arescet, *Scilicet, vinea prædicta, per quam intelligitur Sedechiæ potestas regia.*
12 Et non in brachio grandi. *Sedechias enim fugiens, à paucis Chaldæis insequentibus captus fuit, bellatoribus suis hinc & inde fugientibus. 4. Reg. vlt.*
13 Ecce plātata est. *Potestas Sedechiæ per Nabuchodonosor, vt predictū est.*
14 Ergone prosperabitur. *Q.d. non.*
15 Nonne cum tetigerit eam ventus. *Id est, exercitus Chaldæorum, qui combussit ciuitatem & templum.*
16 Siccabi. *Per totalem defectum suæ virtutis. q.d. sic.*
17 Et fa. est. *Hic parabola posita exponitur eo modo quo dictum est, scilicet de transmigratione Iechoniæ, & substitutione Sedechiæ, & rebellione eius, & iuramenti fractione, & eiusdem captione: & patet littera paucis exceptis, quæ discurrentur.*
18 Dic ad do. *Id est, ad regnum Iuda Deum suum preuaricationibus prouocantem.*
19 Et assumet regem. *Scilicet Sedechiam.*
20 Et tollet de semine regni. *Scilicet Iechoniam.*
21 Ferietque cum eo fœdus. *Instituēdo eum regem sub pacto iuramento firmato, quod seruiret ei fideliter sub tributo.*
22 Qui, *Scilicet Sedechias.*
23 Recedens ab eo. *Tributum denegando.*
24 Numquid prosperabitur? *Q.d. non.*
25 In loco regis. *Id est terra regis Babylonis, vbi ductus fuit Sedechias exoculatus, & ibidem mortuus.*

12 Et — Et

MORALITER.

† Matth. 11. d. *Confitebor tibi domine pater cæli & terræ, &c.* Sic igitur per Sedechiam promotum in regem per Nabuchodonosor, contra quem postea rebellauit, significatur Christianus peccans mortaliter, qui per Christum in baptismo fuit institutus heres cælestis regni. Et sicut in promotione Sedechiæ, illud nomen fuit impositum, quod interpretatur iustitia Dei, ad significandum quod iurauerat fideliter seruire Nabuchodonosor regi: sic in Baptismo imponitur nomen Christianitatis, & obligatur homo ad seruiendum fideliter Christo; sed quando inclinatur ad peccandum mortaliter, quærit inire fœdus cum Ægypti rege, id est, cum diabolo, qui rex est tenebrarum, & sic rebellat contra regem Christum. Ægyptus enim tenebra interpretatur, & si perseuerat in rebellione, venit Christus in eius morte, sicut dicit Greg. † Hom. 32.

De eis qui Christo nomen dant. & postea ad diabolum deficiunt.

fecit irritum iuramentum, & soluit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. [17] Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum prælium Pharao in iactu aggeris, & in extructione vallorum, vt interficiat animas multas. [18] Spreuerat enim iuramentum, vt solueret fœdus: & ecce dedit manum * cum omnia hæc fecerit, non effugiet. [19] Propterea hæc dicit dominus Deus: Viuo ego, quoniam iuramentum quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius. [20] Et expandam super eum rete meum, & comprehendetur in sagena mea, & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum in præuaricatione quia despexit me, [21] & omnes profugi eius cum vniuerso agmine suo gladio cadent. Residui autem in omnem ventum dispergentur, & scietis quia ego dominus locutus sum. [22] Hæc dicit dominus Deus. Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam de vertice ramorum eius, tenerum distinguam & plantabo super montem excelsum & eminentem. [23] In monte sublimi Israel plantabo illud, et erumpet in germen, et faciet fructum, et erit in cedrum magnam. Et habitabunt sub ea omnes volucres: vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit.

Interlinear: a ¶ Nabuchodonosor vel Sedechiam. a ¶ Regi Ægypti se tradens, in Deum sacrilegium committens. a ¶ Quidquid contra Sedechiam fecit Nabuchodonosor, non suis viribus fecit, sed ira Dei, super cuius nomine fuerat peieratum. a ¶ Christi.s.qui dicit: Ego autem constitutus sum rex ab eo. a ¶ Vel germine. a ¶ Defecerat princeps de Iuda, & venit cui repositum est, qui est expectatio Gentium. a ¶ Vnde: suscitabo Dauid germen iustum. b ¶ Mons iste impleuit faciem terræ. a ¶ Sancti cæli. ¶ De qua dicit Habacuc: Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius, qui congregare desiderat quemadmodum gallina con.pul.suos sub alas, &c. ¶ Tropicè.

A a *Et non in exercitu.* HIERONYMVS lib. 5. comm. dupliciter intelligitur. Aut enim rex Ægyptius contra Nabuchodonosor veniens, non poterit præliari, & in paruo exercitu tantæ resistere multitudini: Aut ipse Sedechias expugnabitur à Pharaone, à quo sperauit auxilium, non quod eum expugnauerit, sed quia eum expugnãdi causa fuerit, quia in eo Sedechias sperauit.

(Margin: Duplex expositio illius. Et non in exercitu, &c. — * de pœn. d. 4. c. hæc societatem. & c. si auerterit. — In peccatum prolapsus potuisse esse veros iustos ante lapsum.)

B b *Iuramẽtum.* IBID. Sæcularis sententia est. *Dolus an virtus, quis in hoste requirat?* Sedechias tamen peius fecit, qui non hostem, sed amicum, cui fœdere domini fuerat copulatus, decepit. (Vir. 2. Æn.)

C c *Quia despexit me.* IBID. Qui enim iuramentum despicit, illum despicit per quem iurauit: & ei facit iniuriam cuius nomini aduersarius credidit. (Periurij prauitas.)

d *Et sumam ego de.* HIERON. IBID. Verus Nabuchodonosor sumit de *medulla cedri sublimis & de vertice ramorum eius*, vt sit regnum humile & non eleuetur. Sed Deus pater, qui loquitur ad Ezechielem, de stirpe regia & de genere Dauid, plantat super montem excelsum.

D e *In monte sublimi Israel plantabo, &c.*

E † THEODORETVS sect. 6. in Ezechiel. Montem sublimem, ecclesiæ nobilitatem vocat. Sic enim Isaias & Micheas prædixerunt: *Et erit*, inquit, *in nouißimis diebus conspicuus mons domini, & domus Dei in summitatibus montium, Et suspendam ipsum in monte Israel.* Ipsius enim permissu eius quoque passio absoluta est. (Nobilitas Ecclesiæ. Isa. 2. Mich. 4.)

F Et hoc ipse dominus perspicuum fecit Pilato cum eo colloquens, *Non haberes potestatem in me vllam nisi tibi datum esset desuper.* Vt efficientem causam igitur permissionem applicauit, *Et suspendam in monte excelso.* Mons excelsus Golgotha est, vbi salutaris infixa crux est. (Christus sponte venit ad passionem.)

☞ Hu-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non in exercitu grandi, *Faciet contra eum, id est, contra regem Babylonis.*

2 Pharao, *Rex Aegypti,*

3 Prælium, *Id est, impediendo obsidionem. Est autem agger aggregatio terra & lignorum, ad implendum fossata, vt obsidentes poßint pugnare cum obseßis ad propugnacula.* (Agger.)

4 Et in extructione vallor. *Id est, fossatorum quæ fiunt exterius ante portas, ne obseßi subito poßint irruere super exercitum obsidentem. In istis enim exercitus Chaldæorum non fuit impeditus à bellatoribus Pharaonis: licet enim exierint de Aegypto, vt ferrent auxilium Sedechiæ, tamen territi à Chaldæis eis occurrentibus, redierant in Aegyptum Iere. 37. Cuius causa subditur,* (Vallum.)

5 Spreuerat enim iuramentum. *Scilicet Sedechias, propter quod Deus subtraxit ei omne præsidium.*

6 Et expandam super eum rete meum, *Rete suum & sagenam dicit exercitum Chaldæorum comprehendentem Sedechiam.*

7 Hæc dicit dominus, &c. *Post punitionem flagitij, hic consequenter ponitur promißio remedij, quæ impleta est in Christo: ideo subditur,*

8 Et sumam ego de medulla, *Id est, regem Meßiam, secundum quod dicit Ra. Sa. Et ideo expositores nostri, qui exponunt hunc passum de Zorobabel ad litteram, magis iudaizant in hoc quam Iudæi. Et dicitur de medulla cedri, quia Christus secundum carnem fuit de semine Dauid.*

9 Et ponam, &c. *Quia Christus fuit pietate tenerrimus.*

10 Plantabo super montem excelsum, &c. *Id est, montem Sion, vbi oblatus fuit in templo, & postea pluries prædicauit, & multa miracula fecit, & spiritum sanctum super apostolos misit.*

11 Et erumpet in germ. *Per fidelium multiplicationem.*

12 Et erit in cedrum magnam, *Vnde post resurrectionem suam dixit Matthæi vltimo.d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

13 Et habitabunt sub ea, &c. *Id est, principes potẽtes, sicut videmus impletum maximè à tempore Constantini.*

MORALITER.

† Hom. 32. *Venit dominus, cum ad iudicium properat, pulsat verò, cùm per carnis molestias vicinam esse mortem denuntiat.* Et facit eum exoculari, permissiuè tamen, quia sicut dicit Augustinus in sermone de Innocentibus, *Hac animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei*, & sic exoculatus ducitur in Babylonem, id est, ad inferni confusionem. (Status peccatoris morientis.)

8 *Et sumam ego, &c.* Illud ad litteram exponitur de Christo. Moraliter autem potest exponi de quolibet bono pastore, qui vicarius est ipsius de quo dicitur, *Et assumam*, quia, talis non ingerit se, sed eius promotio fit ex Dei ordinatione.

† *De medulla cedri, &c.* Id est, de meliori clericatus.

† *Sublimis,* Scilicet in scientia & vita. (Boni prælatus.)

† *Tenerum,* Quia talis habere debet teneritudinem pietatis.

10 *Et plantabo super montem,* Id est, super ecclesiam militantem, de qua dicitur Isaiæ. 2. a. *Erit in nouißimis diebus præparatus mons domus domini super verticem, &c.*

† *Et faciet fructum,* Per bonorum operum multiplicationem,

13 *Et habitabunt, &c.* Id est, boni contemplatiui.

† MO-

a *Humiliaui lignum.*
A HIER. lib. 5. com. Vnde Simeon, *Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorū.* Granum quoque synapis minus omnibus seminibus, postquam creuerit in altum, auium habitaculū est.

Luc. 2. c.

¶ Fideles.
²⁴ Et scient omnia ligna regionis, quia ego dominus humi- ¶ Iudæos. ¶ Quondam. ¶ Gentes. a ¶ Iudæos florentes & germinantes in lege & prophetis. liaui lignū sublime, & exaltaui lignū humile, & siccaui lignūm a ¶ Populum nationum, vt quod semper locutus est, opere compleret. viride, & frondere feci lignum aridūm. Ego dominus locutus sum & feci.

semetipsum exinaniuit D *for. serui accipiens*; post resurrectionē ipsum lignum sublimatum est, quod prius virens, morte siccatum est, & postea reuiuiscens pristinum recepit vigorem. Alij referunt ad Israel,

Christus in passione humilis, in resurrectione gloriosus.

IBID. Quidam aliter interpretantes, lignum sublime humiliatum, & humile exaltatum, ad passionem referunt Saluatoris: *Qui* B *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed se-* quod in primo aduentu Dei humiliatus & arefactus, secundo in statum pristinum restituatur; vnde Paulus, *Cum intrauerit plenitudo Gentium, tunc omnis Israel saluus fiet.*

Phil. 2. a. Rom. 11. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et scient omnia ligna. *Id est, omnes gentes.*
2 Quia ego dominus humiliaui lignum subli. *Id est, Romanum imperium sub Christi seruitute.*
3 Et exaltaui lignum, *Id est, Christum, qui dicit Matth. 11. d.* Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.
4 Et siccaui lignum viride, *Id est, populum Iudaicum pro maiori parte manentem in sua infidelitate.*
5 Et frondere feci. *Id est, Gentilium populum fructificare feci per susceptionem fidei, qui prius erat lignum aridum ex carentia humoris gratiæ. Ra. Sa. istud vltimum, exponit de Iechonia & Sedechia dicens, quod per* lignum viride *desiccatum intelligitur Sedechias propter multitudinem filiorum, quos omnes occidit Nabuchodonosor; per* lignum aridum *frondescens Iechonias, qui carens liberis in Babylonem fuit ductus, & ibi genuit Zorobabel, de quo descendit secundum carnem dominus noster Iesus Christus, Matth. 1.* E

Romanum imperium Christo seruiens. Proles Iechoniæ & Sedechiæ.

MORALITER.

† 1 *Et scient.* Id est, boni actiui facientes fructū pietatis, ipsi inquam scient per experientiam bonorum dicti prælati. C
2 *Quia ego do. humil.* Superbum prælatū deiiciendo ad infernum, F quamuis ad tempus ad malum suum fuerit exaltatus.
3 *Et exaltaui.* Hominem humilem ad prælationem promouendo, & ipsum inde ad cælestem gloriam transferendo.

CAP. XVIII.
a *Et factus est, &c.*
Quid est, &c.
HIERON. lib. 6. com. Parabola est enim illud quod in Exodo dicitur, *Ego sum qui reddo peccata patrum in filios vsque ad tertiam & quartam generationem, his qui oderunt me.* Et alibi: *reddens iniquitatem patrum in filios, & filios filiorum vsque in tertiam & quartam generationem.* Hoc enim aliud verbis sonat, aliud sensu continet. Nos vsque nunc putamus duo testimonia, quæ supra posita sunt: non esse parabolam sed simplicem explicare sententiam, & quamquam nō auderemus quidquam dicere sicut nec vas fictile contra figulum: *Quare me ita fecisti?* scandalum tamen patiebamur occultum, quod iniustitia videatur Dei, alium peccare & aliū peccata lugere. Si enim peccata reddit vsque in tertiam, & quartam generationem, iniustum videtur vt alius peccet & alius puniatur, sed addit, *his qui me oderunt.* Non enim ideò puniuntur filij, quia peccauerunt patres eorum, sed quia

Exod. 19. a. Deut. 5. a. An filij pro patrum peccatis puniri debeant?

CAPVT XVIII.

ET factus est sermo domini ad me dicens: ² Quid est quod inter vos para- a ¶ Ego sum qui reddo pec. pa. in fi. bolam vertitis in prouerbium istud in ter- a ¶ Derisoriè. b ¶ q. d. Sicut ridiculum est patres comedere vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescere, ita iniquum est patres peccare, & filios nepotesque cruciari. ra Israel? dicentes: Patres comederunt

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XVIII.

1 ET factus est. *Hæc est quarta pars, in qua arguitur malitia populi ex parabola vuæ acerbæ. Et ad intellectum huius cap. sciendum, quod Iudæi murmurabant contra iustitiam Dei, dicentes quod iniustè eos puniebat pro peccatis parentum: quod in hoc c. ostenditur esse falsum: Pœnæ enim sunt in duplici genere, quia aliquæ sunt corporales, & aliquæ spirituales: Item corporalium aliquæ sunt temporales tantum, aliæ æternæ, sicut pœna gehennæ, Pœnæ verò corporales & temporales sunt quædam medicinæ, vel eis qui puniuntur, vt cum aliquis flagellatur vel incarceratur ad sui correctionem, vel aliis, vt cum aliquis pro malefactis suis occiditur vt alij terreantur, & sic emendentur. Sunt nihilominus tales pœnæ medicinæ illis qui occiduntur si patienter sustineant: quia valent ad bonum animæ suæ, ad quod bona corporis finaliter ordinantur, Et talibus pœnis corporalibus & temporalibus bene puniuntur filij à Deo & ab homine pro parentibus, quia secundum corpus sunt res ipsorum parentum: & sic Deus pro peccato Dauid fecit filium suum de Bethsabee natum mori. 2. Regum 12. Pœnis verò spiritualibus non puniuntur à Deo filij pro parentibus, quia secundum animum non sunt res parentum, quia anima immediatè à Deo per creationem infunduntur. Et in hoc sensu loquitur istud ca. in parte, quia quòd filij non puniantur pro patribus, pro ratione inducit dominus, dicens;* Ecce omnes animæ meæ, &c. *Quia sunt à me creante & infundente: Et quia pœna æterna etiam corporales non infertuntur nisi pro peccato mortali & proprio, ideo talibus pœnis non puniuntur filij pro parentibus. Sciendum tamen, quod filij parentum malorum frequenter imitatores sunt paternorum scelerum, eo quod sunt inter eos nutriti, & facta parentum habent in auctoritate maiori, & sic frequenter puniuntur etiam corporaliter pro peccato parentum, occasionaliter tamen, inquantum accipiunt ab eis exemplum, sed pro peccatis propriis simpliciter: & hoc modo proceditur in hoc ca. quia Iudæi erant imitatores parentum in idololatria & in aliis facinoribus, & sic iniustè contra Deum murmurabant dicentes, quod puniebat eos tantummodo pro peccatis parentum. His præmissis præsens cap. in duas partes diuiditur, quia primo malitia populi arguitur, secundo ad pœnitentiam inducitur, ibi,* Conuertimini. *Prima in duas, quia primo ponitur parabola tamquam falsa, secundo declaratur per exempla, ibi,* Et vir. *Circa primum dicitur in persona Dei,*
2 Quid est quod in. vos. *Inter vos frequēter de mea iustitia murmurando quasi dicat: Malè loquimini.*
3 Dicentes: patres comederunt vuam acerbam. *Id est, commiserunt peccata Deum exacerbantia.*

Murmur Iudæorum contra Dei iustitiam. Pœnæ multiplices. Quibus pœnis puniri possint filij pro parentibus? Diuisio.

MORALITER.

1 *Et factus est, &c.* In hoc capitulo secundum litteralem sensum arguitur malitia populi Israel in hoc, quòd omnem afflictionem eis prouenientem retorquebant in patres præcedentes murmurando dicentes, quod hoc eis prouenerat propter eorum peccata: & sic patet quod sensus litteralis est totus moralis. Nec videtur mihi addendum, nisi quòd in hoc habemus documentum tolerandi mala pœnalia patienter, hæc attribuendo nostris demeritis, & non alienis. Exemplum habetur ad hoc de quodam monacho scabioso, & pediculoso, qui propter hoc frequenter contra primum hominem murmurauit dicens: *Adam tu fecisti mihi ista mala:* Et reprehensus super hoc ab abbate, non cessabat; propter quod abbas accepit vnam auiculam bene viuidam, & posuit eam in arca vacua, & clauem dedit illi monacho inhibens districtè ne illam arcam aperiret: sed recedente abbate, statim ille fuit tentatus aperire. Quod & fecit, & statim auis euolauit; & tunc ille monachus percepit, quòd abbas hoc fecerat ad ipsum de inobedientia conuincēdum: propter quod abbate redeunte statim culpam recognouit, veniam postulando. Et tunc abbas dixit ei: Cessa murmurare de inobedientia Adæ, qui per vnam horam noluisti obedire.

Mala pœnalia patienter toleranda. Aduersa impatienter ferentes ex protoplasti præuaricatione exemplo erudiuntur.

quia eis similes quodam hereditario malo Deum oderunt.

A HIER. lib. 6. com. In Exodo legitur, *Ego sum qui reddo peccata patrum in fi. vsque ad tertiam & quartam generationem*. Sed hic inquiunt hæretici, qui vetus testamentum non recipiunt: Quanta est crudelitas Dei, legis, & prophetarum, qui vsque in tertiam & quartã generationem extendit iram suam? Sed his respondendum est, etiam in hoc Dei creatoris clementiam demõstrari. Misericordia enim est, non statim punire: sed sententiam tenere, vindictã differre. Sunt qui ita edisserunt, Patrem in nobis, leuem punctũ sensuum & incentiua vitiorum dicunt esse; Filium verò si cogitatio conceperit peccatum; Nepotẽ, si quid cogitaueris atque cõceperis, opere compleueris; Pronepotem autem, id est, quartam generationem, si non solum feceris, sed in peccato glorieris, secundum illud, *Impius cum in profundum venerit vitiorum contemnit*. Deus ergo primos, & secundos stimulos cogitationum, quas Græci propatheias vocant, sine quibus nullus hominum esse potest, non punit: sed si cogitata quis facere decreuerit, & ipsa quæ fecerit, noluerit corrigere pœnitentia; *Vnde nullus hominum sine peccato, nec si vnius quidem diei fuerit vita eius*. Et alibi. *Quis gloriabitur castũ se habere cor*? Et, *Astra quoque non sunt munda in conspectu eius*, & aduersus angelos suos peruersum quid excogitauit. Si autem illa sublimis natura peccato non caret, quantò magis fragilis homo qui dicit cũ Apostolo, *Quis liberabit de corpore mortis huius*? Qui cum bona omnia fecerit, dicere debet, *Seruus inutilis sum, quod debui facere, feci*; Et illud, *Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam*; *Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam*. Ad probandum quòd primus pulsus cogitationis, immo paruus mentis instinctus non puniatur à Deo, sed si quod mente conceperis, opere consumes: Illud de Genesi auferendum est. Cham peccauit irridens nuditatem patris, & sententiam non ipse, sed Chanaan filius eius accepit. *Maledictus* (ait) *Chanaan, seruus erit fratrum suorum*. Quę enim iustitia est, vt pater peccauerit & filius punitus sit? Et illud quod è contra ponit Apostolus, Saluam esse scilicet mulierem, si filij eius permanserint in fide, & sanctitate & pudicitia, videtur nõ esse iustum, vt scilicet si boni fuerint filij & nepotes, saluentur parentes. Multi enim sancti parentes habent filios malos, & multi peccatores filios sanctos habent. Secundum hunc sensum ergo, quem diximus, accipiendum est peccata patrum in ramis, non in radice puniri. Hoc de prouerbio vel parabola dixisse sufficiat, quod lex & prophetæ, id est, Exodus & Ezechiel, immo ipse Deus qui & hic & ibi locutus est, in sententiis discrepare non videatur, aut hic corrigere quod ibi maledixerit.

(margin: Exod. 20. — Quomodo & quando proles luat paterna scelera. — De conf. dist. 4. c. quæris. Paruulis baptizatis parentum non nocere perfidiam. — B — Prou. 18. a. De primis motibus, & de consummato peccato. — 1. Ioan. 1. c. Prou. 20. b. Ioan. 15. b. — Rom. 7. d. Luc. 17. c. Psal. 126. a. — Gen. 9. d. — C — 1. Tim. 2. d.)

† THEOD. sect. 6. Quibusdam videtur ad aliud caput digressa esse prophetia, sed cum his quæ ante dicta sunt, quæ modo dicuntur consentanea videre licet. Cùm enim commemoratã Sedechiæ fœderis violatione, futurum ex semine regio orbis terrarum imperium vaticinatus sit: necessario docet populum non esse abutendum eo prouerbio, quod iniustitiæ Deum accuset, videlicet, cum patres vuam acerbam comederint, filiorum dentes obstupescere, vel secundum Symmachum *confringi*. Ecce enim cũ reges illi qui tum regnabunt iniqui fuerint, semen ex ipsis orbis terrarum potietur imperio.

(margin: Aliqui eorũ, de quibus Christus secundum carnem natus est, impij fuerunt.)

a vuam acerbam, & dentes filiorũ obstupescunt.[1] Viuo ego, dicit dñs Deus, si erit vobis vltrà parabola hæc in prouerbium in Israel.[2] Ecce õnes animæ meæ sunt. Vt anima patris, ita & anima filij mea est:[3] Anima quę peccauerit, ipsa morietur.[4] Et b c d e uir si fuerit iustus & fecerit iudicium & iustitiam,[5] [6] in montibus non comederit,[7] & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit, f g h [8]

(interlinear: a Aposiopesis. — a Quamuis in aliis, qui Dei notitiam non habent. — a Natura, non merito, sicut Moyses, & Elias dicitur homo Dei. Homo vero peccati, & filius iniquitatis non vocatur homo Dei. — a Quia non est cum eo qui est vita. — a Pater quicumque. Catalogus virtutum patris, quæ in decem & septem partes diuiduntur. b Prima. c Secunda similis primæ. d Tertia. — a Adorando idola. b Quarta. — a Quinta. Adulterium prohibet.)

a *Vuam acerbam*. GREG. lib. 11. moral. cap. 18. Quidnam vua acerba nisi peccatum est? vua quippe acerba, est fructus ante tempus. Quisquis enim pręsentis vitæ delectationibus satiari desiderat, quasi fructus ante tempus comedere festinat. Qui igitur vuam acerbam comedit, dẽtes eius obstupescunt: quia qui præsentis vitæ di delectatione pascuntur, interni eius sensus ligantur, vt spiritalia mandere, id est, intelligere nequeant; quia vnde in exterioribus delectati sunt, inde in intimis obstupescunt.

b *Anima quæ peccauerit, &c*. HIER. vbi supra. Non abolitione substantiæ, sed ab eo remota, qui dicit: *Ego sum via, veritas & vita*. Et alibi, *Omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum*. Et, *Qui sermonem meũ custodierit, mortem non videbit in sempiternum*. Illud autem quod dicit Balaam, *Moriatur anima mea morte iustorum*: Sic accipiendum est, Moriatur sęculo, & peccato, & viuat cum animabus iustorum, quorum vita Christus. Qui dicere possunt, *Placebo domino in regione viuorum*. *Non est Deus mortuorum, sed viuorum*. Balaam quoque qui interpretatur *vanus populus*, Id est, Gentes quæ desiderant habere consortium cum animabus iustorum, Abraham scilicet, Isaac & Iacob, qui *δὴ θεῖς*, id est, erecti & iusti nuncupantur, vnde & liber Geneseos ex eorum vocabulo nomẽ accepit. *Anima quæ peccauerit*. q.d. Sicut peccata filiorum non nocent patribus: sic peccata patrum in filios non redundant, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

c *Et vir*. IBID. q.d. In hoc potestis scire quod dictum est: *Reddam peccata patrum, &c*. non id sonare quod multi æstimant, nec esse simile huic sententiæ, *Patres comederunt vuam acerbam, &c. Et vir si fuer. iustus*. In prouerbiis dicitur, *Cogitationes iustorum iudicia*. Qui hanc virtutem habet, vt nihil sine iudicio & ratione faciat, illud propheticum securus cantat, *Iudicia domini verã iustificata in sem*. Et, *In iudicio non accipietis personam*. Hic in tantam proficiet beatitudinem, vt Dei iudicia intelligat, quæ sunt abyssus multa.

d *Et iustitiam*. HIER. IBID. Hanc qui habet, habet Christum: qui factus est nobis iustitia & sanctificatio, vt faciat iustitiam veram, nec personam in iudicio recipiat.

e *In montibus non comederit, &c*. IBID. Sicut qui dicebat, *Gratias ago tibi Deus, quia non sum sicut hic publicanus*. Hæretici quoque, qui altiora requirunt, in montibus superbiæ comedunt.

f *Ad idola, &c*. IBID. Simulacra, quæ de corde fingunt hæretici, ad quæ oculos cordis leuant, dum falsitatem atque mendacium putant veritatem.

g *Domus Israel. &c*. IBID. Quia in ecclesia reperiuntur: & occasione falsi nominis scientiæ simplices seducũt, vt, Philosophorum dogmata introducant in domum Israel, id est, eorũ qui mente Deum conspiciunt.

h *Et vxorem proximi sui, &c*. HIERONYMVS IBID. Vxor sancti viri, sapientia est: vnde Salomon, *Ama illam & amplexabitur te, dilige illam & custodiet te*. Hanc contaminat, qui aliorum bene dicta reprehendit, & facibus inuidiæ accensus sancta violat, casta corrumpit. Omnis homo est proximus, Aliter enim inimici tui, vel extranei vxorem liberè pollueres; sed omnis homo proximus tuus est: nihil enim homini homine proximius est. Præterea secundum hanc parabolam, *Homo quidam, descendebat ab Ierusalem in*

(margin: Ioan. 14. a. Ibidem c. & 8. f. — E — Num. 23. b. — Psal. 114. b. Matt. 22. c. — Deut. 5. a. — Iere. 31. e. Prou. 12. a. — Psal. 18. c. Act. 10. c. — F — 1. Cor. 1. d. — Luc. 18. b. — Hæretici — Prou. 4. a. — Omnis homo est proximus tuus.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dentes fi. *Id est, filij pœnam sustinuerunt.*

2 Viuo ego. *Id est, sicut verum est, quod ego viuo, sic verum est, quod hæc parabola non est à vobis rationabiliter dicta, Et accipitur ibi si, pro non, cum dicitur*: Si erit vobis, &c.

(margin: Si pro non.)

3 Ecce omnes animæ, *Exponatur vt supra.*

4 Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, *Morte culpæ & postea morte gehennæ, si perseueret in peccatis.*

5 Et vir si fuerit iustus. *Hic ad propositum inducuntur exempla. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponuntur exempla de perseuerantibus in bono vel in malo; secundo, de non perseuerantibus, ibi,* Si autem impius. *Circa primum ponuntur tria exempla, & est primum de patre iusto in iustitia perseuerante, & patet littera paucis exceptis.* Et vir si fuerit iustus, &c. *In animo*,

(margin: Diuisio.)

6 Et fecerit, &c. *Opera iustitiæ de facto.*

7 In montibus non comederit. *De sacrificiis idolorum ad eorum reuerentiam.*

8 Et oculos suos non leuauerit ad idola, *Sperando ab eis bona consequi.*

Pi-

odo iusto … se habiturus sit?

&c. omnis enim qui benefacit proximus est.

mulierem, &c. HIERON lib. 6.com. Si quis accesserit, Dicuntur concepti fœtus vitium contrahere seminis, vt leprosi & elephantiaci ex hac corruptione nascantur, & fœda in vtroque sexu corpora prauitate vel deformitate membrorum. Sanies enim corrupta degenerat. Præcipitur ergo, vt viri non solum in alienis, sed & in suis vxoribus, quibus lege videntur iuncti (secundum illud *Crescite & multiplicamini & replete terram*) & modum & tempora seruent, vnde, *Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab am.* Caueat ergo vxor, ne illud celet desiderio coeundi; & vir ne vim faciat ei, putans omni tempore subiectam sibi voluptatem coniugij, vnde, *Vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore.* Vnde in Sexti Pythagorici sententiolis, Adulter est, vxoris propriæ amator ardentior.

Luc.10.c. — Vt maritali tempus coeundi obseruent. — Gen.1.d. — Eccle.3.a. — B — 1.Tessa.4.a. — Eccl.10.b.

a & ad mulierē menstruatā nō accesserit,[7] & hominē nōn cōtri-

a ¶ Sexta. ¶ Etiam in tua modum serua. b ¶ Per singulos menses grauia & torpentia mulierum corpora immundi sanguinis effusione releuantur. c ¶ Nolite cōtristare, spiritū s. qui habitat in vobis. ¶ Lxx. oppresserit, vnde Habacuc: Quare impius opprimit iustū?

b c stauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, pa- [1]

a ¶ Octaua. b ¶ Non omni, alioqui multis occasio recipiendorū pignorū fieret materia diuitiarū, sed si manifestè pauper est. c ¶ Nona. ¶ De raptoribus dicit Apostolus: Cum huiusmodi nec cibum sumere. d ¶ Decima. ¶ Quemcumque cibum.

d e nē suū esurieti dederit, & nudū operuerit vestimento,[8] ad vsu-

a ¶ Non de rapina. b ¶ Non saturo, non qui ructant plenitudine, sed qui cruciantur inanitate. c ¶ Vndecima. d ¶ Veste, vel fide & virtutibus. De quo, Nudus eram & cooperuistis me. ¶ Quotquot baptizati estis, Christum induistis.

f g rām non commodauerit, & amplius nōn acceperit, ab iniqui-

a ¶ Duodecima. b ¶ Cuique quodcumque. c ¶ Decima tertia. d ¶ De quacumque re superabundantiam quamcumque.

h i tāte auerterit manum suam, iudicium verum fecerit inter vi- [2]

a ¶ XIIII. ¶ Vt in omni opere fugiat iniquitatem. b ¶ XV. Idem videtur in primo sed hic additur verum. ¶ Similis primæ sed in partes diuisa.

k l rum & virum,[9] in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea

a ¶ XVI. ¶ Præceptum domini lucidum illu. ocu. b ¶ XVII. Iudicia domini vera, iustificata in semetipsa.

m custodierit, vt faciat veritatem, hic iustus est. * Vita viuet, ait [3]

a ¶ Qui hæc non illa fecerit, non morietur pro peccatis patris. ¶ Virtutibus suis.

b *Hominem.* IBID. Ne audiat, *Quid gloriaris terra & cinis?* Vt scilicet oblitus conditionis suæ ponat in cælum os suum, & dicat cùm verò Nabuchodonosor, *Ascendam in cælum super astra cæli, & ponā so. meum.*

Isaiæ.14.d.

c *Pignus debitori reddiderit.* IBID. Et scilicet qui pauper est, & proprium oppignorauit vestimentum, ante solis occasum debet recipere, ne oppressus frigore clamet ad dominum, qui est vltor iniuriæ. Pignus quoque debitori reddimus, quando ei, cui dilectione coniungimur, & qui nobis debet mutuā charitatem, reddimus pignus suum, nihil debiti eius apud nos retinentes.

Redditio pignoris.

d *Per vim, &c.* Omnis rapina violentiæ mixta est. Est & sancta violentia & optabilis rapina, vnde, *A diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim pa. & violenti rapiunt illud.* Aduersariæ autem potestates in rapinam animarum festinant, vnde Iacob, *Bestia mala comedit eum, bestia rapuit Ioseph*, vnde & oues quæ sequuntur dominum, nōn rapiuntur de manibus eius.

Matth.11.b. — C — Gen.37.g.

e *Panem suum, &c.* HIERON. IBID. Hic docemur eleemosynam non esse saturis faciendam, nec his qui eructant plenitudine, sed qui, cruciantur inanitate: In *pane* omnis cibus accipitur. *Suum*, non de rapinis aut de vsuris & alieno malo acquisitum panem, vertamus in misericordiam. *Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ.* Multi clientes, pauperes & agricolas (vt taceam de militantium & iudicum vi) opprimunt per potentiam, vel furta committunt vt de multis pauca tribuant pauperibus, & in suis sceleribus glorientur: & vt diaconus publicè in ecclesiis recitet offerentium nomina, tantum offert ille, tantum ille pollicitus est, placentque sibi ad plausum populi quos torquet conscientia, damusque materiā miseris, vt gaudeant ad ea quæ tribuunt, & non lugeant ea quæ rapiunt. Melius est autem, vt dicamus partem iusti esse eum qui dicit, *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*: De quo in oratione dicimus, *Panem nostrum substantium, vel superuenturum da nobis*: vt quem postea semel accepturi sumus, in præsenti sæculo mereamur accipere. Hunc panem iustum esurientibus tribuit, qui scilicet esuriunt & sitiunt iustitiam. Hic panis non est dandus his qui māducauerunt & biberunt & saturati sunt, & incrassati calcitrauerunt, ne euomant eum: vnde Salomon, *Euomet eum, & contaminabit sermones tuos bonos*: vnde Saluator, *Ne detis sanctum canibus.*

Quibus & de quibus facienda sit eleemosyna. — Prou.13.b. — Contra eos qui multa rapiunt & pauca dant. — Ioan.6.c. — Matth.6.b — Matth.5.a. Panis sanctus. — Prou.23.b. — Matth.7.a.

f *Nudum operuerit vesti.* HIER. vbi supra. Hoc vestimento nudus de conuiuio nuptiali proiectus est: vnde ad Ierusalem, *Tu autem eras nuda & confusionis plena.*

D — supra 14.a.

g *Ad vsuram.* HIERON. IBID. In Hebræo cunctarum specierum vsura prohibetur. LXX. pecuniam suam ad vsuram non de. sicut in Psalmo. *Pecuniam suam non de. ad vsuram.* In quo tantum pecuniæ vsura prohibetur. In lege dicitur: *Fratri tuo non fænerabis: alieno autem fænerabis.* Nota profectum. In principio legis à fratribus tantum fœnus tollitur: In propheta ab omnibus: In Euangelio augmentum est: *Fenerabimini ab his à quibus non speratis accipere.*

Psal.14.b. — Fœnus seu vsura prohibita. — Deut.23.d. — Iere.15.c. Luc.6.c.

h *Et amplius non acc.* HIERONYMVS IBID. Putant aliqui, vsuram tantum esse in pecunia: sed scriptura diuina aufert omnis rei superabundantiam, vt plus non recipias, quam dedisti. Solent in agris frumenti vini & olei ceterarumque specierum vsuræ exigi, velut sermo diuinus non vocet hoc superabundantiam: velut si in hyeme demus decem modios, vt in messe 15. recipiamus, id est, amplius mediam scilicet partem. Qui iustissimum se putat: quartam partem plus accipit; Solent argumentari & dicere: Dedi vnum modium, qui satus fecit decem modios: Nonne iustum est, vt medium modium de meo plus accipiam, cum ille mea liberalitate nouem & semis habeat? *Nolite*, inquit Paulus, *errare*: Deus non irridetur. Respondeat misericors fœnerator, vtrum habenti dederit aut non habenti. Habenti vtique dare non debuit, sed dedit quasi non habenti. Quare ergo plus exigit quasi ab habente? Alij pecunia fœnerata solent munuscula accipere diuersi generis: sed intelligant vsuram vocari superabundantiam quidquid est si ab eo quod dederint plus est.

E — Vsura non est tantum in pecuniis. — * 14.q.3. putant. — Vsuram esse, quicquid supra datum exigatur. — Contra vsuram. — Galat.6.b. — 14.q.4. vsura & c. putant. — Idem quod prius.

i *Ab iniquitate, &c.* HIER. IBID. Vt scilicet, in omni opere fugiat iniquitatem, quæ non solum manu, sed & aliis membris committitur, vnde Salomon: *Iniqua labia sint procul à te.* Et alibi: *Iniquitatem in excelso locuti sunt.* Pes quoque currit ad iniquitatem & oculus, si alienam vxorem viderit, vt concupiscant, non imitator eius, de quo dicitur, *Qui peccatum non fecit, nec in. est. do. in ore eius.*

F — Prouer.4.d. — Psal.72. — 1.Pet.2.d.

k *Iudicium verum fecerit inter virum, &c.* HIER. IBID. Siue proximum suum. Hoc idem videtur esse, si fuerit iustus, & fecerit iudicium: sed addita virtute iudicij epitasim cernitur habere virtutum, vnde & in prouerbiis, post multa præcepta infertur correctio iudicij, & post omnia corrigere iudicium. Ideo Apostolus reprehendit habentes inter se iudicia, quia minimus & contemptus eligitur, qui iuxta Euangelium primus est, *vt iudicet inter vi. & vi.* & qui destruxit ea quæ sunt paruuli, & peruenit ad perfectum virum & tunc maiori sententia indiget, vt possit ad veritatem iudicij peruenire.

De iudicio & iustitia. — 1.Cor.6.a.

l *In præceptis, &c.* HIERONYMVS IBID. Iudicia mea siue iustificationes meas custodierit, vt faciat scilicet & facta custodiat, vnde: *Iustitiæ domini rectæ lætificantes corda, præceptum domini lucidum.* Quæritur autem quomodo in hoc eodem propheta dicit Deus, *Dedi eis iustificationes non bonas, in quibus non viuant.* Sed nō viuunt Iudæi sequentes litteram occidētem, & viuunt Christiani intelligentes spiritum viuificantem.

Psal.18.b. — infra 20.d. — Iudæi litteræ inhærentes, fideles spiritui.

m *Hic iustus est, &c.* HIERONYMVS. Vir iustus est eccle- siasti- … f Nu-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Pignus debitori reddiderit, *Ipsi necessarium, secundū quod præcipitur Exod.22.d. quod si accipiat pro pignore operimentum pauperis necessarium sibi de nocte reddat ante solis occubitum: poterat tamen in mane recipere.*

Lex de pignoribus.

2 Et iudicium. *Quod pertinet ad iudices siue sint ordinarij, siue arbitrarij.*

3 Vita viuet, ait dominus Deus. *Non solum natura, sed etiam gratia.*

siasticus, qui fidem Catholicam prædicat filius eius discipulus, qui si fuerit hæreticorum errore deceptus, pestilens vocabitur: vnde, *In cathedra pestilentiæ non sed*. Iste effundit sanguinem deceptorum, & in se omnia peccata congeminat, comedens in montibus superbiæ, & ecclesiam proximi sui polluens, egenos & pauperes in scientia scripturarum contristans; opprimens & supplantans, rapiens eos, quos de ecclesia seduxit: non reddens pignus quod à magistro acceperat: non implens illud: *Gratis accepistis gratis date*.

a *Pignus non reddentem, & ad idola, &c.*

† AMBROS. li. de Tob. ca. 15. Vide quomodo fœneratorem cum idololatra coæquauit, quasi crimen æquaret. Elige quod dulcius est.

† CLEMENS ALEX. lib. 1. pædagogi. cap. 10. Hæc continent descriptionem institutionis vitæ Christianorum, & conuenientem adhortationem ad beatam vitã, præmium vitæ, vitam æternam.

b *Quod si genuerit filiũ, &c.* HIE. lib. 6. cõ. Hoc etiam in nobis accipi potest: quibus dicitur, *Audi filia & vide, & inclina aurẽ tuam, & obli. populum tu. & do. pa. t. & cõcupiscet rex de. t.* vt qui de Gentium stirpe sumus generati, relinquamus parentum crimina, & faciamus iudicium atque iustitiam & viuamus in ea.

c *Si*

Psal. 1. a. — De discipulo qui male docet, quod bene didicerat. — Matt. 10. a. — * 1. q. c. iam itaque. Non imputantur peccata parentum hu. qui ab illis personaliter diuisi probantur. Psal. 34. c.

¶ Sed. a ¶ LXX. Theodotio pestilentem, sicut enim pestilentia morbos creat, & regiones vastat: sic homo pestilens populatur vniuersa.

dominus Deus.[10] Quòd si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, & fecerit vnum de istis,[11] & hæc quidem omnia nõ facientem, sed in montibus comedentem, & vxorem proximi sui polluentem,[12] egenum & pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, & ad idola leuantem oculos suos, abominationem facientem,[13] ad vsuram dantem & amplius accipientem, numquid viuet? Non viuet. Cùm vniuersa hæc detestanda fecerit, morte morietur. Sanguis eius in ipso erit.[14] Quòd si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, quæ fecit, timuerit & non fecerit simile eis:[15] super montes nõ comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit,[16] & virum non contristauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento,[17] à pauperis iniuria auerterit manum suam, vsuram & superabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit, hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet.[18] Pater eius, quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malũ operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate suã.[19] Et dicitis: Quare non portabit filius iniquitatẽ patris? Videlicet, quia filius iudicium & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, vitã viuet.[20] Anima quę peccauerit, ipsa morietur: * Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum.[21] Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur.[22] Omnium iniquitatum eius quas operatus est, nõ recordabor. In iustitia sua quam operatus est, viuet.[23] Nũquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus Deus: & non vt

(Interlinear glosses: ¶ LXX. Peccata. — a ¶ Sed patris virtutes contaminantem. — a ¶ Quæ de corde suo finxit. — b ¶ Vt errorem magistri augeat diligentia discipuli, & repetit ab his quibus tribuit plusquam dederit. — ¶ Quia. — a ¶ Sed. — ¶ Æterna. — a ¶ Damnatio. — b ¶ Non in alio, non in patre. — c ¶ q.d. Ne miremini, si viri iusti filius declinans ad peccata moriatur, quia è contrario si peccator genuit qui vi. o. p. &c. — ¶ Scilicet. — a ¶ Cui dissimilis. — a ¶ Non aliena. — ¶ Quæstionem proponit. — ¶ Soluit. — a ¶ q.d. Iustus est & patris opera non secutus. — a ¶ Sicut pater iniquus morte morietur. — b ¶ Quia fecit opera vitæ. — ¶ Declina à malo. — ¶ Fac bona. — a ¶ Si ab omnibus pœnituit. — b ¶ Quia ille meminit. — a ¶ Quia omnia præcepta mea custodiuit. — b ¶ Libero arbitrio. — a ¶ Deus vult omnes homines saluos fieri & ad notitiam veritatis venire, vbi seuera & truculenta Dei videtur sententia: sed non homines sed peccata condemnat.)

c *Si autem impius egerit, &c.* IBID. q.d. Intantum filius patris sceleribus non grauatur nec alius alienis sceleribus inuoluitur: vt ipse vnus atque idem, qui prius impius fuit, atque peccator, si pœnitentiam egerit, nõ damnetur pro prioribus peccatis.

d *In iustitia sua, &c.* HIE. IBID. Non tam mea scilicet quã sua, licet iustitiæ meæ sit bona bonis, & mala malis reddere.

e *Numquid vol. &c.*

† THEODORETVS sect. 6. Non mortem, inquit, iniqui, sed pœnitentiam cupio: neque enim vt punirem hominem ipsum creaui, sed cum eo vitam communicarem. Esse autem, quæ dicuntur, non solum verba sed res quæ partim gestæ sint, partim gerantur, testis est diuina scriptura. Ezechias enim ex impio patre Achaz natus, non solum pro parẽte non soluit pœnas, sed etiã propria pietate nobilissimus euasit. Beatissimus autem Manasses omninò contrariam parenti viam ingressus nihil à patria pietate vtilitatis percepit: at vbi eum pœnituit, salutem est cõsecutus. Et Amon huius filius patriam improbitatem æmulatus, non item pœnitentiam, malum habuit vitæ exitum. Cuius filius Iosias patris auersatus impietatem, in sanctorum numerum ascriptus est, nullo ex iniquitate paterna contracto detrimento.

Si

Si pœnitemus nec nostrorum peccatorũ pœnas multò minus alienorum luemus. — * Deu. 24. c. 4. Reg. 14. b. 2. Pa. 25. a. 1. q. 4. c. lu- dei 1. q. 7. c. aduenienti. Perfidiam parentum filiis obesse non debere.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quòd si genuerit. *Hic ponitur secundum exemplum de iniusto filio hominis iusti, patet similiter littera paucis exceptis.*

2 Et fecerit vnum. *Id est, de lege prohibitis.*

3 Hæc quidem omnia non facientem. *Id est, omiserit aliqua de præceptis affirmatiuis. Cetera patent in littera vsque ibi.*

4 Cùm vniuersa. *Hæc detestanda fecerit,* li, vniuersa, *non tenetur hic collectiuè, quia pro singulis incurrit mortem culpæ.*

5 Quòd si genuerit filium. *Hic ponitur tertium exemplum de filio iusto patris iniusti, qui timore ductus paterna scelera non imitatur: patet littera ex supradictis vsque ibi.*

6 Et dicitis: Quare non, &c. *Vbi ponitur quædam quæstio & eius solutio circa prædicta: Et patet littera.*

7 Si autem impius. *Hic consequenter ponuntur exempla de auertentibus se à suo proposito, & primò de auertente se à malo: secundo, de auertente se à bono: ibi,* Si autem, *Circa primum dicitur:* Si impius, &c. *Quia non valet nisi sit integra.*

8 Et custodierit omnia. *Quia transgreßio vnius facit hominem iniustum.*

9 Omnium inqui. *id est, ad puniendum æternaliter, punientur tamen bene temporaliter.*

10 Numquid voluntatis meæ est mors. *id est, vt moriatur in impietate sua. q.d. non. Impietas enim nõ potest esse à Deo volita: punitio autem impietatis bene est ab eo volita, in quantum est iusta.*

Si

...&c. HIER. lib. 6. com. Quasi dicat, Sicut iustum, ...rem, non grauant antiqua delicta; sic peccatorem, ... veteres iustitiæ non adiuuant. Vnusquisque enim in ...itur in eo iudicatur.

...uid via mea non est æqua & non magis, &c. IBID. Quasi dicat, ...e immeritò ... patrum pu... filiis: sed vnus... ...e in peccato ...orietur, & in iu... ...ua viuet. In v... ...e non præteri... ...puniuntur pr... Sententia autem vestra iniqua est, qui putatis non esse parabolam, sed historiam, vt aliorum scelera in aliis puniantur.

† THEODORETVS sect. 6. in Ezech. Non simpliciter dixit, si peccarit, sed *si conuersus fuerit à iustitia sua, & fecerit iniustitiam, secundum omnes iniustitias quas fecit iniquus*; quandoquidem offendunt etiam ex piis aliqui, sed resurgentes, eadem rursus incedunt via, & pœnitentia salutem consequuntur. At qui prorsus ab hac recedunt, contrariæ viæ fructus percipiunt.

c *Cum enim auer.* HIERON. vbi supra. Prius populus Israel auertit se à iustitia sua: quia iustitiæ reliquit auctorem, & fecit iniquitatem, Dei filium denegando. In peccato ergo atque in scelere, quod operatus est, morietur; non in pluribus, sed in vno, heredem interficiens, vt perderet hereditatem.

Deut. 24. c. — Deus qualis simus, non quales fuimus, considerat. — De eis qui peccant nec pœnitent. — *Infra. 33. c. — Cædes Christi à Iudæis procurata.

(Peccata, scilicet pereant, homo saluus fiat.)

a conuertatur à viis suis, & viuat? * [24] Si autē auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatē secundum omnes abominationes quas operari solet impius, numquid viuet? Omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur. In præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. [25] Et dixistis: Nō est æqua via domini. Audite ergo domus Israel: Numquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ prauę sunt? [26] Cùm enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: In iniustitia quam operatus est, morietur. [27] Et cùm auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam viuificabit. [28] Considerans enim & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, vita viuet, & non morietur. [29] Et dicunt filii Israel: Non est æqua via domini. Numquid viæ meæ nō sunt æquæ, domus Israel, & non magis viæ vestræ prauæ? [30] Idcirco vnumquemque iuxta vias suas iudicabo domus Israel, ait dominus Deus. * Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. [31] Proiicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritum nouum. * Et quare moriemini domus Israel? [32] Quia nolo mortē morientis dicit dominus Deus. Reuertimini & viuite.

(Interlinear glosses: Qui mortis filius. — In salutem eius. — Sed. — Non in alienis. — Tamen. — Gentilis. — Idololatria. — Quæ lege Iudæis præcepta sunt. — Prius mortuam. — Se scilicet, interiisse in iniquitatibus. — Credens in eum qui dicit: Ego sum via veritas & vita. — Siue Iudæum siue Gentilem, non est personarum acceptio apud Deum. Vnusquisque in sua fide coronabitur, aut in infidelitate damnabitur. — Iudæi & Gentes ad eum, scilicet, qui potest sanare contritiones vestras. — Vetustatem litteræ relinquentes. — In nouitate spiritus. — Qui estis filii Abraham, Isaac & Iacob, de quibus dicitur: Deus viuorum, non mortuorum. — Qui discessistis. — Per pœnitentiam, mortui per peccata vestra.)

d *Et dicunt.* HIE. vbi supra. Vsque hodie Israel blasphemat Deum, cur populum suum reliquerit, & Gētium multitudinem assūpserit. Hos arguit dominus, quod viæ eorum prauæ sint: Domini autem iusta sententia, vt perditis malis colonis, alios locet vineam suam; Quod intelligentes Iudæi in Euangelii parabola dixerunt, Non erit istud.

e *Conuert.* IBID. Propriè ad Israel sermo iste dirigitur, vt agant pœnitentiam & relinquant iniquitates suas. Melius est hanc exhortationem, *Conuertimini & agi. pœ.* in persona accipi Iudæorum.

f *Et facite vo.* IBID. Cor nouum Israelis, est credere in eum quē prius negauerat: Cor nouum Gentium idola relinquere, & mortuorū cultura contempta credere in eum qui est Deus viuentium.

† AVGVST. lib. de gra. & lib. arb. c. 15. Ne autem putentur nihil facere homines per liberum arbitrium, ideo in Psalmo dicitur, *Nolite obdurare corda vestra.* Et per ipsum Ezechielem, *Proiicite à vobis omnes impietates vestras, quas impiè egistis & facite vobis cor nouum.*

g *Quia nolo mortem morientis.* HIER. vbi supra. Nolo vos mori, quos in salutem genui. *Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* IBID. Quasi dicat. Cur moriemini qui patrum merito, & mea debetis viuere misericordia? *Quia no. mor. pec.*

Iudæi vsque hodie quæruntur contra Dei iustitiam. Luc. 20. b. — * De pœ. dist. 4. c. hac societatem. & c. si auerterit. *Posse hominē auerti ab ea, quæ est vera iustitia.* — Liberum arbitrium. Psal. 84. Ezech. 18. — Deus nō vult mortē peccatoris. Isa. 1. a. * infra 33. c.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si autem. *Hic ponitur exemplum de auertente se à iustitia: & patet littera vsque ibi.*

2 Numquid viuet. *Quasi dicat, non vita gratiæ, quæ statim perditur per peccatum mortale.*

3 Omnes iusti. eius q. fecerat. *In gratia existens.*

4 Non recor. *Ad præmiandum æternaliter, si perseueret in malo, si autem recuperet gratiam, viuificabuntur, & sic præmiabuntur non solum temporaliter, sed etiam æternaliter.*

5 Et dixistis, *Erroneè.*

6 Non est æqua via domini. *In sic puniendo.*

7 Numquid via mea non est æqua. *Quasi dicat, immo, quia sum regula æquitatis.*

8 Cùm enim auerter. se iu. &c. *In tali enim puncto, in quali reperitur in morte, in tali iudicandus est; ideo finaliter concluditur.* Idcirco vnumquemque iuxta vias suas iudicabo, &c.

9 Conuertimini. *Hic post reprehensionem malitiæ ponitur monitio ad pœnitentiam, cum dicitur,* Conuertimini, *ad Deum.*

10 Et agite pœnitentiam. *Detestando peccatum.*

11 Ab omnibus. *Quia non valet pœnitentia, nisi sit integra.*

12 Et non erit vobis in ruinam. *Scilicet, in foueam gehennæ.*

13 Iniquitas. *Per pœnitentiam deleta.*

14 Et facite vobis cor nouum. *Talis nouitas est per gratiam quæ à solo Deo datur: tamen homo ad hoc facit in quantum per liberum arbitrium, cum Dei adiutorio, se ad hoc disponit, ideo subditur.*

15 Reuertimini, *Per pœnitentiam.*

16 Et viuite. *Per gratiam quæ ducit ad vitam gloriæ sempiternam.*

Nouitas cordis.

ADDITIO.

In cap. 18. *vbi dicitur in postilla*: Et dixistis erroneè, non est æqua via domini.

Circa hoc Iudæi etiam moderni vehementer errant. Est enim determinatum apud eos, quod homo iudicatur iustus vel iniustus, apud Deum secundum numerum meritorum & demeritorum, sic quod si aliquis habens plura merita, postea labatur in peccata, dum tamen non fuerint tot peccata numero, sicut fuerint merita, quod talis iudicatur iustus apud Deum, vnde Ra. Moysi in suo. Deu. vbi tractat de pœnitentia ca. 3. dicit sic: Quilibet homo cuius merita sunt plura numero quam peccata, iustus est: & cuius peccata sunt plura numero quam merita, impius est: qui autē habet tot merita sicut peccata mediocris est. *Hæc ille: Quam sententiam falsam & erroneam, omnes communiter tenent, nemine contradicente: Ex qua falsa sententia sequitur, quod si quis habens decem merita, postea committeret nouem peccata, esset iustus etiam non pœnitendo de peccatis; quod est maximè erroneū, & contra litteram huius c. vbi dicitur.* Cùm enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem morietur in ea: *Et infra 33. c.* Et si dixero iusto quod vita viuet, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iustitię eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur. *Quod est manifestè contra errorem prædictum.*

Error Iudæorum in assignando quę sit iustitia.

CAPVT XIX.

a ¶ Omnes, scilicet, qui de Iosiæ stirpe generati sunt. a ¶ Ierusalem. ¶ Metaphoricè omnia. a ¶ Famam eius. a ¶ Ægyptiæ. b ¶ Cruenta fuit victoria. a ¶ Mater Ierusalem, quæ genuerat & nutrierat, regemque creauerat eum. ¶ Deficiente regno. a ¶ Iechoniam filium Ioakim. b ¶ Aliis regibus. c ¶ Regem. d ¶ Viam prædecessoris ingressus. a ¶ Nimia crudelitate. ¶ Desolari. ¶ Exterrita. ¶ Ideo.

ET tu assume planctum super principes Israel, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit? In medio leunculorum enutriuit catulos suos.[3] Et eduxit vnum de leunculis suis: leo factus est, & didicit capere prædam, hominemque comedere:[4] Et audierunt de eo Gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum, & adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti.[5] Quæ cùm vidisset, quoniam infirmata est, & periit expectatio eius, tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eũ.[6] Qui incedebat inter leones, & factus est leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare.[7] Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere, & desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius.[8] Et conuenerunt aduersus eum Gentes vndique de prouinciis, & expanderunt super eum rete suum. In vulneribus earum

CAP. XIX.

A a ET tu assu. &c. HIE. lib. 6. com. Captiuitate vicina propheta non tã vaticinatur futura, quàm narrat præterita. Post sextum enim Sedechiæ regis annum statim in sequentibus legimus, *Et factum est in anno septimo.*

b *Vnum de leun.* HIE. IBID. Ioachaz, scilicet, filiũ Iosiæ, quem Nechao Pharao duxit in Ægyptum, & substituit Ioakim, cui Iechonias filius successit, qui cũ matre & optimatibus ciuitatis à Nabuchodonosor ductus est in Babylonem: de quo natus est Salathiel pater Zorobabel. (4. Reg. 23. f.)

c *Leo factus est.* HIE. IBID. Hæc iam facta fuerant cum propheta dicebat. Postquam enim Ierusalem eduxit Ioachaz filium Iosiæ, de regia stirpe, & regem constituit, tam crudelis in breui extitit, vt tropologicè cepisse prædas, & homines deuorasse memoretur. (Scelera & crudelitas Ioachaz.)

d *Tulit vnum de leun. &c.* † THEOD. sect. 6. in Ezec. Hic Iechoniam Ioachim filium declarauit. De his enim qui captiui fuere, & in externa regione sortiti sunt vitæ finem verba facit. Ideo Ioacim in præsenti mentionem omisit, quia ipse in Ierusalem interfectus. Breuiter igitur recensuit Iechoniæ scelera, qui menses tres, dies insuper paucos cum regnasset, iniustis cædibus vrbem compleuit. (Iechoniæ scelera.)

e *Et expanderunt super eum rete suum.* HIERON. vbi supra. Nõ quòd hoc Iechoniæ factũ sit, qui se tradidit Babylonio regi, & in Chaldæam asportatus est: sed vt leonis seruetur translatio, qui capitur in foueis, constringitur catenis, reseruatur in caueis. Alioqui iuxta historiam, hoc de Sedechia legimus, qui post Iechoniam in regnum promotus est; hoc facit occasio, vt quia catenæ, caueæ, carcer nominantur, Sedechiam potius quàm Iechoniam plerique intelligant. Seruatus autem in carcere est Iechonias, nec interfectus, sublato tantum regno: Sedechiam verò cæcum ductum in Babylonem, & statim occisum narrat historia. (Verum restius de Iechonia, an de Sedechia explicetur vers. 6. huius cap.) (4. Reg. 25. b.)

☞ a Ma-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XIX.

☞ 1 ET tu. *Hæc est pars quinta, in qua arguitur principum malitia sub metaphora leænæ & vineæ euulsæ. Et diuiditur in tres partes secundum tres filios Iosiæ, contra quos loquitur, secunda, ibi.* Quæ cum vidisset, *tertia ibi.* Mater tua. *Circa primum dicitur à domino.* (Diuisio.)

2 Et tu. *Ezechiel. Quod autem subditur in aliquibus libris.* Filii hominis. *Non est in Hebræo, nec in libris correctis.*

3 Assume planctum, &c. *Plangendo eorum culpam & pœnã sequentem.*

4 Quare mater tua, &c. *Id est, domus regia.*

5 Leæna, *Id est, crudelis facta & rapax, cũ tamen Dauid fuerit mitissimus.*

6 Inter leones cubauit, *Id est, consilio crudeliũ & impiorum acquieuit.*

7 In medio leunculorum enutriuit catulos suos. *Id est, pueros de semine regio.*

8 Et eduxit vnum de leunc. &c. *Scilicet, Ioachaz filium Iosiæ.* (Ioachaz.)

9 Leo factus est, *Id est, rex institutus. 4. Reg. 23. Per leonem enim, qui est rex animalium, intelligitur ipsum regnum.*

10 Et didicit capere prædam. *Per rapinas,*

11 Hominemque comedere. *Per homicidia.*

12 Et audierunt de eo. *Quia malitia eius nota facta est Gentibus in circumitu habitantibus.*

13 Et non absque vulnerib. *Quia in captione eius per regem Aegypti fuerunt hinc & inde plurimi vulnerati. In Hebræo habetur sic.* In fossis earum captus est. *Prosequendo perabolam leonis, ad cuius captionem fiunt fouea, & operiuntur paleis in superficie, & leo desuper incedens cadit & sic capitur.*

14 Et adduxerunt eum. *Hoc habetur 4. Reg. 23.*

15 Quæ cum vidisset. *Hic consequenter agitur de Ioakim filio Iosiæ, quem rex Aegypti substituit regem loco fratris sui, vt ibidem habetur.* Quæ cum vidisset, *Scilicet, domus regia.* (Ioakim.)

16 Quoniam infirmata est. *Per captionem Ioachaz.*

17 Et periit expe. *Id est, expectatio defensionis per eum.*

18 Tulit vnum de leunculis suis, &c. *Scilicet, Ioakim.*

19 Leonem constituit eum, &c. *Id est, fecit regem: licet enim rex Aegypti hoc fecerit, tamen hoc fuit ad preces stirpis regiæ.*

20 Qui incedebat inter leones, &c. *Habens secum homines impios & crudeles.*

21 Et factus est leo. *Id est, similis eius in crudelitate.*

22 Et didi. præ cap. *Subditos spoliando, vt inde solueret tributum regi Aegypti. 4. Regum 23.*

23 Et homines. *Vicinas Gentes occidere: Cetera patent vsque ibi,*

24 Et conuenerunt de prouinciis, *In exercitu regis Babylonis.*

25 Et expanderunt sup. e rete. &c. *Id est, multitudinem bellantium.*

26 In vulneribus earum. *In Hebræo habetur:* In fossis earum captus est. *Et exponatur vtraque littera vt supra.*

☞ 1 Ad-

MORALITER.

† 1 *Et tu.* In hoc capitulo secundum sensum litteralem arguitur malitia domus regiæ, scilicet filiorum Iosiæ: & hoc sub parabola duplici, scilicet leænæ, & vineę euulsæ. Moraliter autem per primam parabolam arguitur cupiditas ecclesię, accipiendo ecclesiam pro cupidis pastoribus, & eorum ministris; & sic dicitur. (Clericorum cupiditas.)

4 *Quare mater tua leæna.* Id est, crudelis & rapax, cùm in principio fuerit valde benigna, secundum quod dicitur Act. 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna: nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suũ esse dicebat; sed erant illis omnia communia. Et sequitur ibidem. *Nec quisquam egens erat inter illos.* Sed modo facta est rapax leæna, malitiis exquisitis rapiens subditorũ bona.

7 *In medio leunculorum.* Id est in medio rapacium hominum, quos multi in ecclesiæ dignitatibus constituti tenent secum.

8 *Et edux. &c.* in electionibus enim & promotionibus ecclesiasticis plus attenditur aliquando ad potentiam & astutiam eligendi, quam ad eius scientiam & virtutem.

10 *Et didicit capere prædam.* Nam data sibi potestate incipit magis rapere quam antè.

12 *Et audier. &c.* Id est, dæmones ad vitia Gentilium inducentes.

13 *Et non absque, &c.* Nam propter multa peccatorum vulnera, datur in potestate dæmonum. (Promotiones vitiosæ.)

14 *Et ad.* Nam ipsum peccatis multis incatenatum ducunt dæmones ad fossam inferni.

15 *Quæ cum vidisset.* Scilicet, societas illorũ, quæ promouerat eum.

16 *Quoniam infirmata est & periit expec.* Scilicet consequendi remunerationes ab eo.

17 *Tulit vnum.* Id est, promouit alium loco eius ita malum vel peiorem. Et hoc aliquando contingit, ideo subditur:

18 *Et desolata est terra.* In cura talis hominis posita: propter quod de eo subditur.

† Et

a *Mater tu.* HIER. lib. 4. com. Multis sermonibus, res vna dicitur, A Ierusalem superius, pulchræ mulieri, & post leænæ catulos nutrienti: nunc vineæ pulcherrimæ comparatur. *Vinea.* Quamuis pulchra quamuis longis propaginibus extenta, si hastilia, calamosque subtraxeris, iuncta terræ arescit calore, maxime si ventus vrens, quem Græci καύσωνα vocant, siccauerit fructus eius, vt emarcescat, & quasi ignis crematur ardoribus.

Quæ vinea. Quæ vineæ nocent?

IBID. Babylonem vel Ægyptum signat, ad quam transfugerut, aut ipsam Iudęā, B in qua pauci pauperes remāserunt: quibus præfectus erat Godolias, vt congregaret & regeret reliquias populi, quem Ismael de stirpe regia occidit in Maspha, & hoc est quod dicitur, *Ignis comedit eam.*

HIERONYMVS IBID. secundū anagogē. Hæc ad ecclesiam referimus, quia C in nouissimo tempore multiplicata iniquitate refrigescet charitas multorum, vt probentur si fieri potest etiam electi, & principes eius capiantur in retibus diaboli: qui non vnius regis captione contentus, quotidie reges & principes capere festinat: vnde, *Esca eius electa.* Palmites quoque ecclesiæ, qui dudum floribus & rubori sanguinis æquabantur, vento vrente siccantur, vnde in Euangelio; *Qui germinauerunt orto sole æstuauerunt, & siccata sunt*, vt vix remaneat vnus ex palmitibus qui consurgat in virgam, & dignus populi princeps fiat: vnde Amos, *Inducam famem & sitim super terram, non panis famem neque sitim aquæ, &c.* Vnde debemus plangere & lamentari super principes Israel, quorum vitio & superbia Iudæa capta est & Ierusalem. D

Status Ecclesiæ temporibus nouissimis. Matt. 24. b. Abac. 1. d. Marc. 4. a. Amos 8. d.

b *Et nunc transplantata.* † THEODORETVS sect. 7. in Ezech. Post vrbis & templi incendium omnibus principibus partim interfectis, partim bello captis & abductis, relictis ibi pauperibus, Nabuzardan, Godoliam principem præfecit: & vrbs omninò deserta fuit, immò omnis Iudæa. Idcirco ait, & *nunc plantauerunt eam in deserto.* E

Quid reliquis Iuda contigerit post vrbem captam & incensam?

c *Et egressus est ignis.* † IDEM. IBID. Ismael enim è regio genere oriundus, Godoliæ inuidia adductus, fictaque erga eum amicitia vsus, occultè insidiatur, & eorum plurimos, qui eum sequebantur, interficit. Reliqui omnes Chaldæorum iram veriti, cum Ieremia Propheta in Ægyptum se recepere. Atque hoc declarauit cum dixit, *Egredietur ignis de virgis electorum.* F

d *Planctus est, & erit.* HIERONYMVS vbi suprà. Hinc patet hoc quod superius dictum est, *Quare mater tua leæna, &c.* Et hic, *Mater tua, quasi vinea, &c.* ad Ierusalem pertinere, quę perdidit leones & palmites suos, & non remansit in ea virga, quæ consurgeret in tribum regiam. A planctu enim cœpit & in planctu finitur. *Assume planctum, &c.* hoc in principio, & in fine, *planctus est, &c.* Planctu enim & lamentatione stirpis regia prosequenda est.

Suprà. eo. a. Planctus Ierusalem

captus est, [9] & miserunt eum in caueam. In catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis: miseruntque eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltrà super montes Israel. [10] Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est. Fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis, [11] & factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frondes. Et vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum, [12] & euulsa est in irā in terramque proiecta: & ventus vrens siccauit fructum eius, marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris eius: Ignis comedit eam. [13] Et nunc trānsplantata est in desertum, in terra inuia & sitienti, [14] & egressus est ignis de virgā ramorum eius, qui fructum eius comedit: & non fuit in ea virgā fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

a LXX. Flos in malis granatis. b Rubore florum. c Vbi humore nutritur.
a LXX. In tribum ducum, vt scilicet inde reges fierent. b Superbis Deus resistit.
a Vt superbiret. Aliorum bona videamus, nostra nesciamus.
a In furore domini.
a Ruinas Ierusalem eleganti translatione demonstrat.
Ismael.
a Tam pulchra, tam fructuosa.
a Ismael. b Tribu regia.
Ex tunc. a Aliquis rex qui populum gubernaret, sed cūm Iohanna filio Careæ in Aegyptum transfugerunt.
b Regij generis quod in Iudæa vltra cessauit, donec veniret cui repositum est, qui erit expectatio Gentium.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Adduxerunt eum, &c. *Inceperunt enim Chaldæi ipsum ducere in Babylonem: sed in via mutato consilio reduxerunt eum ante Ierusalem, & ipso interfecto proiecerunt cadauer eius extra portas Ierusalem, vt habetur Ierem. 22.*

2 Mater tua, &c. *Hic agitur de tertio filio Iosiæ scilicet Sedechia, quem rex Babylonis exoculauit, & in Babylonem duxit, & quantum ad hoc dicitur.* Mater tua. *Id est, domus regia.* Sedechias.

3 Quasi vinea. *Ex rebellione enim Sedechiæ contra regem Babylonis sequuta est magna effusio sanguinis. In Hebræo habetur:* Quasi vinea in similitudine tua. *id est, assimilata est vineæ euulsæ, vt habetur infra.*

4 Super aquam plantata est, *Id est, super populum Iuda fluidum sicut aqua.*

5 Fructus eius, *Id est, diuitiæ & filij.*

6 Creuerunt ex aquis multis. *Id est, ex stipendiis à populo multo collectis.*

7 Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra. *Sedechias enim confidens de sua potestate, & robore gentis suæ, voluit dominari absque iugo regis Babylonis.* Qua fiducia fidem fregerit & rebellauerit?

8 Et vidit altitudinem suam. *Considerans ex superbia sua, quod indecens erat ei subesse regi Babylonis: & sic rebellauit, & iuramentum fregit: propter cuius fractionem dominus fuit iratus contra eum & contra suum populum: ideo subditur.*

9 Et euulsa est in ira. *Scilicet Dei, eius enim deiectio, & regni sui, magis fuit virtute Dei, quam hominis.*

10 Et ventus vrens. *Id est, rex Babylonis.*

11 Sicca. fru. *Quia occidit filios eius.*

12 Marcuerunt & arefactæ. *Quia fracta ciuitate viri bellatores eius fugerunt.*

13 Ignis comedit. *Quia Chaldæi intenderunt domum regis, & templum, & totam ciuitatem. 4. Reg. vl.*

14 Et nunc transf. e. in deser. *Quia Sedechias cum multis aliis fuit ductus in Babylonem, vbi frequenter pungebantur verbis & factis iniuriosis, tamquam deserti spinis.* Sedechiæ regis conditio miserabilis.

15 In terra inuia & sitienti. *Quia ibi etiam patiebantur defectum sufficientis alimenti.*

16 Et egressus est ignis, *Id est, Ismael.*

17 De virga ramorum eius. *Quia fuit de semine regio.*

18 Qui fructum eius comedit. *Quia Godoliam interfecit, & filias regis, & populum qui tum eo erant, captiuauit, vt habetur Ier. 41.*

19 Et non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. *Quia Iohannan filius Careæ & bellatores qui cum eo erant, & reliquus populus timore Chaldæorum concussi fugerunt in Aegyptum contra verbum domini ad eos per Ieremiam dictum Ieremiæ 43.* Reliquiæ populi ab Ismael cæsæ & in Aegyptum fugientes.

20 Planctus est, *Id est, materia planctus.*

21 Est, & erit in planctum. *Toti populo, quod dictum est de filiis Iosiæ regis Iuda sancti & iusti.*

CAP.

MORALITER.

†† *Et miserunt.* Quia dæmones talem ducunt ad infernum in consimili vel maiori pœna.

2 *Mater tua, &c.* Hic ponitur secunda parabola de vinea euulsa, per quam moraliter intelligitur prælatus malè promotus, ideò sequitur. Malus prælatus promotus.

4 *In sanguine.* Per quod designatur indignus prælatione, promotus tamen ad eam consanguineorum suorum fortitudine vel timore. potentia consanguineorum.

7 *Et factæ sunt, &c.* Quia per fortitudinem sui sanguinis stabilitur, licet coram Deo eiiciatur, ideò subditur

9 *Et euulsa est in ira.* Scilicet, Dei.

16 *Et egressus est ignis de virga ramorum eius.* Quia frequenter contigit, quod ignis discordiæ accenditur inter amicos eius. Et sic consumuntur eius temporalia bona, & ipse moriens descendit ad inferna, ideo subditur, *Planctus est & erit in planctum.*

CAP. XX.

a Nvmquid ad in. HIER. lib. 6. com. Hanc fuisse consuetudinem populi Israel, vt quidquid dubitarent, à domino per prophetas quærerent, multa exempla testantur: Saul quærens asinas, pergit ad Samuelem: Ægrotante filio Ieroboam, mittitur vxor eius in Silo ad Abiam prophetã; Dauid quoque propheta alium prophetam Nathan interrogat, vtrũ debeat domino domũ constituere. In nouo quoque testamento Agabus, quæ Paulo euẽtura sunt, prænũtiat. Scriptum est in Deuter. *Gẽtes quas dominus perditurus est in conspectu tuo, somnia & diuinationes audiũt, tibi autẽ non sic dedit dominus.*

† THEO. sect. 7. in Ezech. Admodum cõgruit hisce verbis, quod à Deo & saluatore nostro dictũ est. *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cælorũ.* Etenim isti quoque sceleribus addicti pœnitentiæ remediis sanari recusantes, Dominum interrogare tentarunt, non vt ea omnia facerent, quæ sibi imperarentur: sed vt discerent, an suis cogitationibus diuina oracula consentirent.

(Populus per prophetas dominũ interrogat. 1. Reg. 9. a. 3. Reg. 14. b. 2. Reg. 7. a. Act. 21. c. Deut. 18. c. De eis qui malo animo Deum vel eius sermones consulunt.)

b *Viuo ego.* HIER. vbi suprà. Congrua interrogantibus datur responsio. Sancto dicitur, *Adhuc loquente te dicam adsum*: peccatoribus (quales sunt seniores Israel) increpatio pro peccatis. Et additur iusiurandum, vt sit firmior sententia negantis. (Isaiæ 65. d.)

c *Si iudi.* IBID. Non est prophetæ responsio, sed sententia iudicantis pro iniquitatibus, quia patrum iniquitates sunt sequuti.

d *Abominationes.* IBID. Non quod peccata patrum redundent in filios, sed ostenduntur patribus similia fecisse, & hereditario malo longum funem peccatorum contraxisse: vt quorum imitantur peccata pertimescant supplicia.

† THEODORETVS vbi supra. Istis, inquit, propheta, qui ad te adierunt & mea ostendito beneficia, & parentum ipsorum scelera recenseto: narrationem, quemadmodum in Ægypto parentibus ipsorum adhuc impiè viuentibus, & Ægyptiorum idola colentibus, meipsum ostenderim, eosque docuerim esse me Deum ac dominũ.

e *In die qua.* HIER. vbi suprà. Israel cùm esset in Ægypto, intantum Deum ignorabat, vt Moyses missus ad eos diceret: *Si interrogauerint quis misit te, quid dicam eis? Et ait dominus: Qui est misit me.* Ibi ergo notus est eis; * quando leuauit manum suam pro eis contra Aegyptios. (Hebræi in Aegypto in quanta Dei ignorantia vixerint. Exo. 3. c. quoniam)

f *In terra.* HIERONYMVS IBID. Secũdùm litteram, Iudæam inclytam esse & omnibus terris fertiliorem dubitare non potest, qui à Rinocorura vsque ad Taurum montem & fluuium Euphratẽ, omnem considerauit terram, & vrbium potentiam & regionum amœnitatem Palestinam videlicet & Phœnicem, Arabiam, Syriam, Cœlem, Ciliciam, & ceteras regiones quas Israeli si præcepta seruasset, dominus repromisit. Si autem non accepit, vitium incredulitatis fuit: nam & in Palestina, Iudæaque prouincia multæ Gentes remanserunt, quæ eis subiectæ non sunt. Non tamen sponsor reus est mendatij aut criminis, sed qui se sponsione indignum fecit. Præterea hæc est conditio promittentis: *Si volueritis & audieritis me. bo. t. c. Si autem nolueritis, gladius deuorabit vos.* Eliguntur ergo præsentia. Nec statim qui eligitur, tentari non potest aut perire. Saul enim electus in regnum, & Iudas in apostolatum postea vitio suo perierunt. (Terra promissionis beatissima fuit. Cur Iudæi non possederint eam in tanta latitudine quantam Deus promiserat. Isai. 1. c.)

g *Quæ est egreg.* HIERONYMVS. Aquila *firmamentum*: Symmachus, *religio*: Theodotio, *fortitudo*: quia omnium terrarum ista est quasi fundamentum, quia in ea Dei religio, & templum, & ceremoniæ, & notitia Dei.

CAPVT XX.

a ¶ Post vndecim menses, & quinque dies superioris visionis.

1 E T factum est anno 2 septimo, 3 in quinto 4 in decima 5 mensis venerunt viri de senioribus Israel, 6 vt interrogarent do- ¶ Post. a ¶ Antequam dicant, nouit quid quærant. minũ & sederunt coram me. 7 Et factus est sermo domini ad me dicens: 8 Fili hominis, loquere senioribus Israel, & dices ad eos: a Hæc dicit dominus Deus: Nũquid ad interrogandũ me vos venistis? b 9 Viuo ego, quia non respõdebo vobis, ait dominus Deus. ¶ q. d. Ad interrogandum venerunt super his quæ ambigunt, sed tu fili. ho. iudi. eos. c 10 Si iudicas eos: Si iudicas fili hominis. d 11 Abominationes patrum eorũ ostende eis, 12 & dices ad eos: e Hęc dicit dñs Deus: In die qua ¶ Cognitus. 13 elegi Israel, & leuaui manũ meã pro stirpe domus Iacob, & ap- a ¶ Contra Aegyptios. b ¶ Quasi percussurus. f 14 parui eis in terra Ægypti, & leuaui manũ meã pro eis dicẽs: ego dñs Deus vester, 15 in die illa leuaui manũ meã pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti in terrã quam prouideram eis fluẽtem a ¶ Nondum enim erant perfecti, sed nutriendi lacte infantis. g lacte & melle: quæ est egregia inter omnes terras. 21 Et dixi ad

Vnus-

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XX.

1 E T factum est. *Hæc est pars sexta, in qua arguitur populi malitia sub metaphora saltus comburendi. Et diuiditur in duas partes, quia primò malitia populi arguitur: secundo parabola inducitur ibi.* Et factus est. *versus finem cap. Prima in duas, quia primo ponitur senum interrogatio: secundo, domini responsio ibi.* Et factus est *Circa primum dicitur.* (Diuisio.)

2 Et factum est anno septimo. *Scilicet transmigrationis Iechoniæ.*

3 In quinto. *Scilicet mense, propter quod in aliquibus libris, mense, ponitur: sed non est in Hebræo, nec in libris correctis: subintelligitur tamen.*

4 In decima, *Scilicet, die mensis.*

5 Venerunt viri, *Qui regebant populum in terra Babylonis translatum, & ideo in ipsis totus populus quasi virtualiter continebatur.*

6 Vt interrogar. *De agendis per eos: & dicit hic Ra. Sa. quòd venerant ista intentione, quòd si non haberent à Deo responsum de negotiis sibi imminentibus non curarent de obedientia vlteriori ad ipsum: sicut seruus à domino alteri venditus, & vxor à viro repudiata, non curant de ipsis vltrà, sed quærunt sibi commodum alibi, vbi possunt.* (Qua intentione venerint seniores Israel ad Ezechielẽ.)

7 Et factus. *Hic consequenter ponitur domini responsio, & hoc per modum increpationis: Et diuiditur in duas, quia primò increpatur populi malignitas: secundo declaratur domini benignitas, vt opposita iuxta se posita magis elucescant: secunda ibi,* Viuo ego. *Prima adhuc in tres, quia primo arguit malitiam quærentium: secundò patrum precedentium, ibi,* Si iudicas, *tertio filiorum sequentium, ibi,* Propterea dicit. *Circa primum patet littera vsque ibi.* (Diuisio.)

8 Numq. &c. *Quasi dicat. Non venistis ad interrogandũ me de salute animarum vestrarum, sed de negotiis vestris tẽporalibus: & hoc intentione peruersa, scilicet vt si negaretur vobis responsio, haberetis occasionem seruiendi idolis, & non mihi, vt dictum est.*

9 Viuo ego. *Id est, sicut verum est quod ego sum vita per essentiam, ita verum est quod sequitur.*

10 Quia non respon. *Scilicet ad votum vestrum, nec per hoc habebitis libertatem seruiendi idolis, sicut quæritis: sed restringam vos in seruitute mea, vt habetur infra eod. cap.*

11 Si iudi. *Hic consequenter arguitur malitia patrum præcedentium, & hoc secundum tria tempora, scilicet habitationis in Aegypto, in deserto, & in promissionis solo: Et secundum hoc diuiditur in tres partes, secũda ibi:* Eieci ergo, *tertia ibi:* Quamobrẽ. *Circa primũ dicitur,* Si iudicas eos, *videlicet senes Israel à te quærentes. Et accipitur hic iudicare pro rationabiliter arguere: sicut infrà eodẽ c.* Iudicio cõtẽdi aduersus patres vestros in deserto. *Et accipitur etiã hic si pro quia eò quòd ad Ezechielem pertinebat arguere populi vitia.* (Diuisio. Iudicare pro Arguere, si pro quia.)

12 Abomi. *Id est, peccata abominabilia.*

13 Osten. *Vt rationabilius conuincantur.*

14 In die qua elegi Isr. *Hoc fuit quando dominus apparuit Moysi denuntians ei de hac liberatione. Exo. 3.*

15 Et leua. manũ meã. *Id est, potentiã meã ad percutiendum Aegyptum.*

16 Et apparui eis in ter. Aegy. *Ista fuit reuelatio facta Aaron, vt occurreret Moysi venienti, vt habetur Exo. 4. & tunc facta sibi reuelatio de modo liberationis populi, & de sacerdotio sibi futuro, vt habetur. 1. Reg. 2. e.* Hæc dicit dominus: Numquid non aperte reuelatus sum domui patris tui cum esset in Aegypto: *hoc enim dictum fuit Eli de Aaron descendenti.* (Reuelatio facta Aaroni in Aegypto.)

17 Vt educerem, &c. *Per signa & ostenta.*

18 In ter. quam proui. eis. *Tamquam pater filius.*

19 Fluentem la. & mel. *Id est abundantem omnibus bonis.*

20 Quæ est egre. *Audiui ab illis qui fuerunt in Iudæa & in Aegypto, quod Aegyptus est fertilior & amænior: & secundum hoc ista eminentia referenda est ad Christum, qui erat inde nasciturus secundum carnem, & ibi operaturus humanam salutem.* (Aegyptus Iudæa fertilior.)

21 Et dix. *Per Moysem & Aaron.*

Vnus-

MORALITER.

† 1 *Et factum est.* Hic secundũ sensum litteralem sub parabola saltus cõbusti, ponitur punitio Iudæorũ: præmittuntur tamen primò peccata eorum in Aegypto, secundò in deserto, & tertio in promissionis solo. Moraliter autem per peccantes in Aegypto significantur peccantes in sæculo: nam Aegyptus, tenebra interpretatur; sæculum autẽ tenebris ignorantiæ & culpæ inuoluitur; peccantes in deserto significantur peccantes in claustro, quorum peccata sunt ceteris paribus grauiora: quia quanto status altior, tanto casus grauior. Per peccantes in terra promissionis significantur peccantes in statu prælationis, qui sublimior est statu religionis: & per consequens ceteris paribus, eorum peccata sunt grauiora. (Peccantes in sæculo. In claustro. In prælatura.)

2 *Et factum est.* Hic ponitur punitio Iudæorum sub parabola saltus combusti: post eorum peccata commissa in Aegypto, in deserto &

† in

☞ a *Vnusquisque.* HIERONYMVS lib. 6. com. Nobis quoque de A Ægypto exeuntibus præcipitur, vt offensiones oculorum nostrorum abiiciamus, ne ea quæ oblectabant anteà modo nos capiant; ne simulacra Ægypti nos polluant, adinuentiones, scilicet, Philosophorum, Hæreticorum, quæ rectè idola nuncupantur. A spectaculis quoque, immo offensionibus Aegypti remoueamus oculos, arenæ, circi, theatrorum; & ab omnibus, quæ animæ contaminant puritatem, & per sensus ingrediūtur ad mentem; vnde, *Intrauit mors per fene.*

Vt alienemus nos à conuersatione sæculari.

Iere. 9. f.

b *Et feci, &c.* IBID. Quod facere cogitabam propter iustitiā, non feci propter clementiam: ne B pollueretur nomen meum, & viderer non posse complere, quod Israeli promiseram.

c *Eieci ergo eos de terra Aegypti.* HIERONY. IBID. Hucusque quid eis promiserit in terra Aegypti, & quomodo statim offenderint, & quid contra eos cogitauerit, & tamen nō fecerit, propheta descripsit: quæ sequuntur, C egressis de Aegypto loquutus est. Hæc ad eos dicuntur, qui educti sunt de Aegypto in desertum vt Aegyptiorum vitiis liberati, facilius in solitudine præcepta Dei custodirent.

* Exo. 10. b. & 31. c.

† THEODOR. sect. 7. in Ezech. Liberatos, inquit, illos ab amara illa seruitute, in deserto, tamquā in palæstra aliqua, probis & vtilibus legibus, quasi pueros, instruebam; quibus seruandis viam illis moliebar. Leges enim erant vitæ conciliatrices. Præcepta autem ipsa, & iustificationes, appellauit; non enim alia sunt præcepta aliæ D iustificationes sed eadem ipsa diuersis nominibus vocata sunt: Præcepta sunt enim tamquam à Deo & domino scripta, quæ iussi sunt homines seruare; Iustificationes autem non solum vt iure scripta, & quod iustum est continentia, sed etiam vt quæ rectè agentem iustificare possint. Et illud scire necesse est, à præceptis & iustificationibus, quæ possunt ea obseruantibus vitam ministrare, sabbata eum distinxisse. Nam sabbatorum ipsis otium, lege præscripsi, ait; non quod ipsa sufficere ad vitam possent, sed vt hæc ciuilis administrationis ratio peculiaris, à gentium quidem eos distinguat in- E stitutis, sed meorum beneficiorum in memoriam adducat.

Præcepta. Iustificationes.

Cur specialis hic fiat mentio Sabbati præ aliis præceptis.

a ¶ Primo exeuntes de Aegyto. b ¶ Idola, scilicet, quibus longo tempore seruierant, ne vel aspicere dignentur.

a eos: Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiiciat, & [1]
a ¶ Colendo. b ¶ Non Aegyptij, non alia monstra.
in idolis Ægypti nolite pollui. Ego dominus Deus vester.[8] Et [2] [3]
a ¶ Quia. b ¶ Libero arbitrio. c ¶ Facientes, scilicet prohibita & mussitantes contra Moysen.
irritauerunt me nolueruntque me audire. Vnusquisque [4]
abominationes oculorū suorum non proiecit, nec idola Æ-
¶ Ideo. ¶ Decreui. a ¶ Quam mente conceperam.
gypti reliquerunt. Et dixi vt effunderem indignationem [5]
a ¶ Quia nondum exierant, cum vellet effundere iram.
meam super eos, & implerem iram meam in eis in mediò ter-
a ¶ q. d. peperci nomini meo, ne haberent nationes occasionem blasphemandi, inter quas notus factus sum eis.
b ræ Ægypti.[9] Et fēci propter nomen meum, vt non violaretur [6]
coram Gentibus, in quarum medio erant, & inter quas appa- [7] [8]
c rui eis, vt educerem eos de terra Aegypti.[10] Eieci ergo eos de [9] [10]
terra Aegypti, & eduxi in desertum,[11] & dedi eis præcepta [11]
a ¶ Etiam nihil addens sicut in Euangelio.
mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciet homo, & viuet [12] [13]
a ¶ Veri sabbati, & circumcisio signum est veræ circumcisionis, vt à vitiis omnibus purgati, per totam septimanam ei die, & nocte viuamus, vt in æterno sabbato quiescamus.
in eis.*[12] Insuper & sabbata mea dedi eis, vt esset signum inter [14] [15]
me & eos: & scirent quia ego dominus sanctificās eos.[13] Et ir- [16] [17]
a ¶ Etiam.
ritauerunt me domus Israel in desertò, in præceptis meis non [18] [19]
ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens ho-
a ¶ Etiam nihil addens, sicut in Euangelio. b ¶ Non semel. ¶ Non parum.
d mo viuēt in eis: & sabbata mea violauerūt vehementer. Dixi [20]
a ¶ Quando dixi Moysi: Dimitte me, &c.
ergò, vt effunderem furorem meum super eos in deserto, & [21]
a ¶ Parcens Aegyptiis & ceteris Gentibus, ne scandalizarentur & ipsi, quorum misertus est, expectans pœnitentiam eorum.
e cōsumerē eos.[14] Et feci proptēr nomē meū, ne violaretur co- [22]
rā Gētibus: de quibus eieci eos in cōspectu earū.[15] Ego igitur [23]
a ¶ Per Amalechitas, & alios qui dimicauerunt contra eos in deserto.
leuaui manū meā super eos in deserto, ne inducerē eos in ter- [24]
ram, quā dedi eis, fluentē lacte & melle: præcipuam terrarum [25] [26]

d *Dixi ergo, &c.*

† IDEM. IBID. Et hæc quidē diuinus docet Moyses cum ait dixisse Deum, *Et nunc dimitte me, & iratus furore delebo eos, & faciam te in gentem magnam*: Deinde suam deprecationem exponit, & in fine adiicit, *Quia si percusseris eos, audiet Aegyptus, & dicet, eò quòd non potue-* F *rit eos introducere in terram promissam, consumpsit eos in deserto.* Hoc etiam declarauit hoc loco, cum dixit, & feci vt nomen meum omninò non violaretur coram gentibus.

Exod. 32.

Cum Deus Iudæis ignosceret, sui nominis non bonitatis eorum rationem habebat.

Num. 2. 14.

e *Coram Gentibus de qu. &c.* HIERO. vbi suprà. Iam enim eiecti erant de Aegypto. Superius verò ait, *Coram Gentibus in quarum medio erant*, quia nondum exierant.

☞ a Peper-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Vnusquisque offensiones oc. su. abiic. *Per veram pœnitentiam.*
2 Et in id. &c. *Vt sicut sum sanctus, ita & vos sitis sancti; ideò subditur,*
3 Ego dominus, &c. *Cui debetis conformari.*
4 Et irritauerunt me, *In malis perseuerando.*
5 Et dixi, vt effunderem. *Fuerunt enim in illo populo multi, ita mali & duri, quod post visionem signorum in plagis Aegypti, adhuc rebellabant versus Moysē: vt habetur Exo. 14. c.* Nonne iste est sermo, &c. *propter quod Deus voluit eos occidere in Aegypto, vt [illegible] hic propheta spiritu Dei loquens: propter quod tenendum est firmiter, quod sit verum, licet in Exo. non sit scriptum; multa enim tunc facta fuerunt, quæ non fuerunt tunc scripta: sicut & Ioan. vl. g. dicitur de Christo,* Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.

Iudæi eos contra Moysen in ipsa terra Aegypti rebellasse.

6 Et feci. *Scilicet misericorditer cum eis mortem illam non inferendo.*
7 Propter nomen ne violaretur. *Id est, vilificaretur.*
8 Coram Gentibus, in qua. *Id est, coram Aegyptiis: quia dixissent ideò interfecit eos in terra nostra, quia non poterat eos inde educere.*
9 Et inter quas apparui, &c. *Per signa mea potestatis declaratiua in terra Aegypti.*
10 Vt edu. *Post multas plagas Aegyptiis illatas.*
11 Eie. ergo eos. *Hic consequenter arguitur malitia populi quantum ad tempus mansionis in deserto, & primò malitia patrum; secundo filiorum, ibi,* Dixi autem. *Circa primum dicitur,* Eiec. er. &c. *Tantum enim timorem incussit Aegyptiis Deus, quod cogebant filios Israel exire. Exo. 12.*
12 Et eduxi in desertum. *Diuidendo eis mare rubrum, Exod. 14.*
13 Et dedi eis præcepta. *In monte Sinai, & dicit* præcepta *quantum ad moralia & ceremonialia,*

Præcepta.

14 Et iudicia mea. *Quantum ad iudicialia.*
15 Quæ fa. ho. & viuet. *Quia non inferetur sibi mors quæ infligenda est transgressoribus legis.*

Iudicia.

16 Insu. & sabbata. *Vt scilicet quiescerent à seruilibus operibus, sicut & ego sabbato quieui à nouis operibus condendis. Genes. 2.*
17 Vt esset signum, *Scilicet, specialis dilectionis,*
18 Inter me & eos. *Vt scilicet, quiescerent in meipso, vacando diuinis.*
19 Et irritauerunt me. *Per murmurationes suas in Mara & Raphidim, vt patet Exo. 15. & 17.*
20 Et sabb. mea viol. *Quia aliqui de populo contra præceptum Moysi exierunt ad colligendum Manna in die sabbati, Exo. 16.*
21 Di. er. vt effund. *Post fabricationem vituli & eius adorationem; tunc dixit dominus ad Moysen,* Dimitte me, &c. *Exod. 32.*

Israelis murmurationes & alia peccata in deserto.

22 Et feci. prop. nom. meum. *Scilicet, misericordiam, non inferendo pœnam istam, ne violaretur, imponendo mihi falsum; scilicet, quòd ad interficiendum eos eduxissem in desertum; vnde tunc allegauit Moyses coram Deo,* Ne quæ so. dicant Aegyptij, &c.
23 Ego ig. leua. manum, &c. *Id est, vindictam meam.*
24 Su. e. in des. *Hoc fuit quando territi verbis exploratorum voluerunt reuerti in Aegyptum, Nu. 14.*
25 Ne in du. eos in terram, *Scilicet promissionis: nullus enim de illis intrauit nisi Caleb & Iosue & Leuitæ, vt dictum fuit ibi; qui non fuerant cum aliis numerati.*
26 Præcipuam terrarum. *Exponatur hæc eminentia sicut supra.*

☞ 1 Quia

MORALITER.

† in Iudæa. Per saltum autem, qui communiter habet infructuosa ligna, significatur congregatio quæcumque habens homines inutiles ad salutem animarum. In hoc autem saltu cōburitur omne lignum viride, per quod significantur iuuenes accensi libidinis igne; Et omne lignum aridum, per quod significantur senes accensi cupiditate, nam auaritia in senibus iuuenescit. Et quoniam isti postea comburentur igne gehennæ, si perseuerauerint in malis, subditur, *Non extin. flamma succens.*

Quæcumque congregatio inutilis.

Iuuenes luxuriosi.

Senes auari.

a *Pepercit oculus, &c.* HIERONYMVS. Quomodo pepercit A cum praeter Iesum Naue & Caleb filium Iephone nullus terram promissionis ingressus sit? vnde intelligimus, viuere eos, nec aeternis suppliciis reseruatos, nec de libro viuentium deletos, nec consumptos ante faciem domini. Si enim, quia in terram promissionis non intrauerunt, perisse credendi sunt: ergo & Moyses periit, qui vidit tantum, & non intrauit. Moysi quoque preces exauditas esse credimus, qui pro populo interpellans ait: *Si dimittis eis peccatum dimitte. Si autem non vis, & me dele de libro tuo.* Sententiam autem domini in filios & famulos, non perditionem esse, sed emendationem audiamus: *Quem diligit dominus corripit, &c.* Et alibi, *Cùm interficeret eos, quaerebant eum.* Et alibi, *Ego interficiam, & ego viuificabo.*

(Pie creditur, Deum Israelitas, quos ob murmur excluserat à terra promissionis, non exclusisse à terra viuentium. Exod. 32. g. — Heb. 18. b. Psal. 77. d. Deut. 32. f.)

b *Et comminatus sum, vt effunderem.* IBID. C Quia similiter patribus peccauerunt, similem sententiā meruerunt: sed eadem clementia & ob easdem causas reseruati sunt. Idem auctor amborum eadem patientia iram mitigat.

c *Iterum leuaui manum meam.* IBID. Vbi in vet. test. dominus cōtra filios eorum, qui in deserto corruerunt, leuauit manum, volens dispergere, scriptura non dicit: sed ex hoc, quod hic dicitur, factum esse credendum est: vel significat, quia postquam in terram promissionis peruenerunt, peccatis exigentibus, diuersis Gentibus & regibus traditi sunt, & tunc praecepta bona in natura sua facta sunt eis non bona.

omnium, [16] quia iudicia mea proiecerunt, & in praeceptis meis non ambulauerunt, & sabbata mea violauerunt. Post idola enim cor eorum gradiebatur. [17] Et pepercit oculus meus super eos, vt non interficerem eos, nec consumpsi eos in deserto. [18] Dixi autem ad filios eorum in solitudine: In praeceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum polluamini. [19] Ego dominus Deus vester: In praeceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea, [20] & sabbata mea sanctificate, vt sit signum inter me & vos, et sciatis quia ego dominus Deus vester. [21] Et exacerbauerunt me filij, et in praeceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea non custodierūt, vt facerent ea, quae cum fecerit homo viuet in eis: & sabbata mea violauerūt. Et comminatus sum, vt effunderem furorem meum super eos, & implerem iram meam in eis in deserto. [22] Auerti autem manum meam, & feci propter nomen meum vt non violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. [23] Iterum leuaui manum meam in eos in solitudine, vt dispergerem illos in nationes, & ventilarem in terras, [24] eò quòd iudicia mea non fecissent, & praecepta mea reprobassent, & sabbata mea violassent, & post idola patrum suorum fuissent oculi eorum. [25] Ergo & ego dedi eis praecepta nōn bona, &

(Interlinear: Aegypti. — a Omnino. b Filios, scilicet, cum patribus; filios enim induxit in terram promissionis. — Post interfectionem patrum, dat praecepta filiis, in quibus parcit & patribus. — a Ne eorum imitaremini peccata, quorum vidistis tormenta. — a Eadem dicit filiis, quae ante & patribus. — a Sancta ostendite venerando. b Vt supra. — a Sic. b Non alius. c Tamen. — a Patrum scelera imitantes. b Quia. — Corde. Opere. — a Manifesta exponere otiosi est. Ideò. — Vindictam. — a Eis, scilicet: quaeuis in natura bona; facta sunt eis non bona, dum non valent in captiuitate legis praecepta seruare.)

d *Ergo, &c.* HIERONYMVS IBID. Non ait *mala* sed, *non bona*; Non enim statim sequitur, vt, quod non est bonum, malum sit: Apostolus enim ait, *Bonum est homini mulierem non tangere*, quod si fecerit, nec bonum nec malum est; Dedit ergo eis dispersis in Gentibus *praecepta non bona*: quia dimisit eos in desideria sui cordis, vt faciant quae non conueniunt. E

HIERON. IBID. Possumus dicere, quòd ante offensam, decalogum tantum acceperūt: Post idololatriā verò, & blasphemiam, multiplices legis ceremonias, vt Deo potius quam daemonibus offerrēt hostias: & comparatione sacrilegij leuius fieret quod non erat per se bonum, nec tamen malum, quia Deo offerebatur; & non bonum quia boni auctorem offenderant. F

(Omne non bonum nō est malum. 1. Cor. 7. a. — Cur sint praecepta ceremonialia data Iudaeis.)

† THEOD. sect. 7. in Ezech. Quidam haec de idolorū cultu dicta acceperunt, *dedi*, pro *permisi*, intelligentes. Sed perspicuum est, eos

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia iudicia mea proie. *Scilicet legem meam transgrediendo*;

2 Post idola cor eorum. *Erant enim proni ad idololatriam, vt patet in adoratione vituli.*

3 Et pepercit oculus meus, &c. *Quia tunc non fuerunt mortui, (licet meruissent) nisi decem exploratores, qui populum terruerunt: mors autem aliorum dilata est, tamen omnes mortui fuerunt in deserto. Sed huic videtur contrarium quod subditur:* Nec consumpsi eos. *Ad quod dicendum, quod consumptio propriè importat deletionem hominum in se & in posteris suis; remanserunt autem eorum filij, & sic non fuerunt consumpti.*

(Cōsumptio importat deletionem hominum in se & in posteris.)

4 Dixi au. *Hic consequenter arguitur malitia filiorum, cum dicitur.* Dixi autem ad filios eorum, *Per Moysen & Aaron.*

5 In praeceptis patrum vest. *Docebant enim filios suos consimiliter eis viuere.*

6 In praecep. meis ambulate. *Quae sunt sancta.*

7 Et iudicia mea custodite. *Quae sunt aequa.*

8 Et sabb. mea san. *Diuino cultui vos applicando,*

9 Vt sit signum. *Scilicet dilectionis. Per hoc enim apparebit quod me diligitis.*

10 Et exacerbauer. me filij. *In peccato Phegor, vt habetur Num. 25. Illud enim contigit post mortem patrum, vt dicit. Ra. Sa. & hoc idem videtur, quia immediatè populus numeratur Nu. 26. & in fine concluditur:* Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote, &c. *Et subditur:* Inter quos nullus eorum fuit, qui antè numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai.

(A quibus Israelitarū peccatum sit in Phegor.)

11 Et comminatus sum. *Quia pro peccato Phegor meruerunt aliqui mortem, & reliqui dispersionem, ita quòd intrarent dispersionis terram.*

12 Auerti au. manum. *Licet enim tunc aliqui fuerunt mortui, tamen reliqui non fuerunt ab ingressu terrae impediti.*

13 Et fe. pro. no. meum. *Ne Aegyptij reputassent me falsum, non adimplendo promissum filiis Israel factum de introductione in terram Chananaeorum.*

14 Iterum le. manum me. *Ad testificandum per Moysen.*

15 Vt dispergerem. *Non tunc, sed post ingressum terrae promissionis, & post declinationem ad idola, vt patet in libris Iudi. & Reg. propter quod subsequuta est captiuitas decem tribuum primò; & postea duarum, vt patet, 4. Reg. & hoc praedixit Moyses Deu. 31. g.* Congregate ad me omnes maiores natu, *& subditur,* Et inuocabo contra eos caelum & terram. Noui enim quod post mortem meam iniquitatem agetis, & declinabitis citò de via quam praecepi vobis, & occurrent vobis mala in extremo tempore, &c.

(Auersio Israelis à Dei cultu & declinatio ad idololatriam praedicta à Moyse.)

16 Eò quòd iudicia mea non fecissent, & praecepta mea, &c. *Istud refertur ad tempus Iudi. & Reg. quod pro tunc erat futurum: tamen denuntiatur hic per modum praeteriti; tum quia scriptura, maximè prophetarum, frequenter loquitur de futuro per modum praeteriti, vt frequenter dictum est suprà; Tum quia istud erat dictum à Moyse de praeterito, vt dictum est, ad quam praenuntiationem ista littera refertur in parte; Et concluditur in fine,*

17 Ergo & ego dedi eis praecepta non bona. *Quod exponit Rab. Ra. dicens quòd licet essent bona in se, eò quòd erant continentiua iustitiae; tamen non erant bona transgressoribus, qui puniendi erant grauius post agnitam domini voluntatem, vnde: Luc. 12. f. dicitur,* Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, &c.

(Quomodo intelligat Ra. Sa. praecepta non bona.)

a In terra promissionis. Negat se Deus responsurum Israeli secundum eius cogitationem nequissimam.

a ¶ In eis tamen viuere credentes. b ¶ Id est, pollutos monstraui, sicut sacerdos leprosos à populo separans. c ¶ Cum idolis offerrent quæ Deo debentur.

iudicia in quibus non viuent: [26] & pollui eos in muneribus suis cùm offerrent omne quod aperit vuluam propter delicta sua: & scient quia ego dominus. [27] Quamobrem loquere ad domum Israel, fili hominis, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres vestri, cum spreuissent me contemnentes, [28] & induxissem eos in terra, super quam leuaui manum meam, vt darem eis. Viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerunt ibi victimas suas, & dederunt ibi irritationem oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem suauitatis suæ, & libauerunt libationes suas. [29] Et dixi ad eos: Quid est excelsum, ad quod vos ingredimini? Et vocatum est nomen eius excelsum, vsque ad hanc diem. [30] Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit dominus Deus: Certè in via patrum vestrorum vos polluimini, & post offendicula eorum vos fornicamini, [31] & in oblatione donorum vestrorum: cùm traducitis filios vestros per ignem vos polluimini in omnibus idolis vestris vsque hodie, & ego respondebo vobis, domus Israel? Viuo ego, dicit dñs Deus: quia non respondebo vobis, [32] neque cogitatio mentis vestræ fiet, dicentiũ, Erimus sicut Gẽtes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. [33] Viuo ego

(Interlinear glosses: a ¶ Baalim traducentes per ignem. b ¶ Primogenita, scilicet. a ¶ A Deo deserti, & idolis traditi. b ¶ Quem vitio suo ad iracundiam concitauerunt. c ¶ Ad seniores qui venerunt ad te interrogandum. a ¶ Lxx. Adonai dominus. a ¶ Sæpe & multum. b ¶ De quorum stirpe descendistis. ¶ Enim. ¶ Idolis. ¶ Ad me irritandum. a ¶ Antiquus error nomen pristinum possidet. a ¶ In Hebræo Bama excelsum: Bamoth plura excelsa. a ¶ Sceleribus. a ¶ Similem pœnam merentes. a ¶ In tantum scelus prorupistis. a ¶ Non semel sufficit fecisse. b ¶ Tantis flagitiis obligatis. a ¶ Responsione mea indignis. a ¶ q. d. ne putetis me posse complere. b ¶ Hoc, scilicet. c ¶ Nostro viuentes arbitrio. a ¶ Non sub domino. ¶ Vt simus & nos vna de pluribus Gentibus.)

[Left gloss] ... eos nequaquam senserint eorum quæ dicta sunt, percepisse. Impiam enim idolorum religionẽ nemo rectè sentiens non bonam dixerit, sed admodum malã. Aliud igitur innuit oratio. Cum enim dederim, inquit, iustificationes ipsis, quas faciet homo & viuet in eis; & per hæc intelligit decem verba legis, à quibus migrarunt ipsi; aliis eos præceptis obstrinxi, quæ vitam illis nullam ministrare poterant, sed sua obseruatione id efficiebant, vt necessarias leges illas violare desisterent: atque his innuit præcepta de lepra, de ossibus cadaueris, & morticinio & seminis fluxu laboranti, & aliis huiusmodi, & crebràs propter hæc expiationes & sacrificia. In his enim obseruandis occupati, non amplius necessarias illas leges poterant aspernari. Idcircò non dixit, dedisse illis præcepta mala, sed non bona. Neque enim vitium edocebant, neque virtutis ipsa per se erant efficientia, sed crebrò ad sacrum templum aduentare, & Deo præsto esse cogebant. Qui enim se pollutum credebat, ad expiationem accurrebat, ad quam cum peruenisset, in Dei memoriam redibat, ipsa autẽ memoria diuinas leges obseruandas persuadebat.

Præcepta ceremonialia superaddita moralibus, vt moralia possent melius seruari.

† GREGORIVS li. 28. moral. cap. 17. Mala, quasi mala esse desinunt comparatione peiorum; & bona, quasi bona nõ sint cõparatione meliorum. Nam sicut peius delinquẽti Iudeæ de Sodoma atque Samaria dicitur, *Iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis*: ita melioribus noui testamenti præceptis sub sequentibus, præcepta bona quæ rudibus data sunt, non bona esse memorantur.

Præcepta noui Testa. multo præstantiora præceptis veteris. Ezech. 16.

a *Cùm traducitis filios vestros per ignem, vos polluimini in, &c.* HIERONYMVS lib. 6. cõ. Non quòd seniores in captiuitate positi hoc facerent, sed qui Ierosolymis erant, quibus imminebat captiuitas, hoc facere non cessabant.

b *Viuo ego, dicit dominus Deus: quia non respondebo vobis.* IBID. Quasi dicat, hoc totum faciam, vt me regem habeatis, non vt vos dispergam, quamuis dæmonibus seruire elegistis.

† THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et iudicia quibus non viuent. *Id est, morientur: Præcepta enim iudicialia in pluribus casibus dicebant mortem inferendam transgressoribus.*

2 Et pollui eos in muneribus suis, *Id est, pollui permisi, inquantum illa, quæ debebant Deo offerre, offerebant idolis. Aliter exponit Tho. de Aquino in prima secunda, dicens, quòd scriptura loquitur hic de præceptis ceremonialibus, quæ dicuntur præcepta non bona, quia non conferebant gratiam mundantem à peccato: & tamen homines per oblationes sacrificiorum ostendebant se peccatores, ideò dicitur,* Et pol. eos in muneribus sui. *Id est, pollutos ostendi.*

Quomodo Deus polluit Iudæos in muneribus suis.

3 Cum offerrent omne quod aperit vuluam. *Id est, primogenita animalium.*

4 Propter delicta sua. *Quæ tamen non auferebantur per ista sacrificia, quantum est ex se; auferebantur tamen per contritionem & fidem offerentium, inquantum homines verè contriti talia offerebant, habentes fidem Christi venturi, quem huiusmodi sacrificia figurabant.*

5 Quamobrem. *Hic arguitur malitia populi post ingressum terræ promissionis, cum subditur,*

6 In hoc blas. me. &c. *Prius in deserto vt prædictum est.*

7 Et induxissem eos in ter. *Scilicet Chanaam.*

8 Super quam leuaui manum meam, *Iurando ipsi Abraham, Genesis vigesimosecundo,* Per memetipsum iuraui dicit dominus. *Et subditur,* Et possidebit semen tuum portas inimicorum, &c.

9 Viderunt omnem col. excel. &c. *Id est, loca idolorum cultui apta secundum modum Gentilium.*

10 Immola. ibi victi. suas, *Ea colendo.*

11 Et dederunt ibi irri. *Idololatria enim est Dei irritatiua, & prouocatiua.*

12 Et posuerunt ibi odorem suauitatis. *Offerendo thymiama suaue quod soli Deo debebat offerri.*

13 Et dixi ad eos. *Per Samuelem & per alios prophetas.*

14 Quid est excel. *Quasi dicat, nihil, inquantum ibi colitur idolum, quod secundum veritatem nihil est.*

Excelsum.

15 Et vocatum est no. eius excel. *Vnde in libro Regum frequenter dicitur.* Adhuc populus immola. in excelsis.

16 Propterea. *Post malitiam patrum præcedentium, hic consequenter arguitur malitia filiorum sequentium, tempore Ezechielis existentium, cum dicitur,*

17 Certè in via patrum vestrorũ. *Scilicet, per idololatriã & alia vitia.*

18 Cum traducitis fi. *Quæ traductio potest dupliciter intelligi. Vno modo quod offerebant eos idolo Moloch, & cremabantur per modum frequenter dictum superius; Alio modo, quod per transitum inter ignes æstimabantur purgari, quo modo adhuc Tartari dicuntur vti, qui per ignem credunt omnia purgari.*

Traductio per ignem dupliciter intelligitur.

19 Et ego respondebo, &c. *Scilicet, ad votum vestrum, sicut quæsiuistis in prin. cap. quasi dicat, non.*

20 Viuo ego. *Postquam reprehensa est malitia populi, hic consequenter declaratur benignitas Dei, quæ aliquando non permittit peccatores pro suo libito malè agere: sed per flagella eos castigat, & quodammodo cogit ad se redire, & hoc est quod dicitur hic.*

Dei benignitas.

21 Non respondebo vobis, *Ad votum vestrum seu prosperitatem temporalem, quam quæritis.*

22 Neque cogitatio mentis vestræ fiet, *Quia, sicut dictum est prius, intendebant seruire idolis liberè tamquam dimissi à seruitute Dei: si non haberent ab eo responsum ad votum, ideò sequitur,*

23 Dicentium, Erimus sicut gentes. *Liberi ab obseruatione legis Dei, quod excluditur cum subditur,*

12 Et

1 In

☞† THEODORETVS A sect. 7. in Ezech. Hoc speratis, inquit, vigẽte in repub. vestra patria iniquitate & impietate, & omnia ista quæ enarraui audientibus vobis, responsum à me aliquod consecuturos vos esse. Ne fallite vos ipsos. Siquidem fieri nequit, vt ego vestris interrogationibus respondeam, quas audet impietas vestra.

Impiis Deus non dignatur respondere.

a *Et adducam vos in desertum.* † IDEM. IBID. B Desertum populum vocat, gentes olim à Deo destitutas, & per hoc præsignificauit fore, vt pietate in gentes introducta, isti quoque ab idolorum cultu desciscant, earum gentium, quæ impiæ olim fuere, immutationem erubescentes.

b *Sicut iud. content.* HIER. lib. 6. com. C Quasi dicat. Faciam vobis, qui in Babylone idola colitis, quod feci patribus vestris in Ægypto, adducam vos in *desertum po. & iudi. vo. ibi fa. ad fa.* Sicut aduersum illos contendi, quando egressi sunt de Aegypto.

c *Et subiiciam vos.* † THEOD. vbi suprà. Apostolicum chorũ intelligit, & eos qui diuino per eos præconio crediderint.

d *Et de terra incolatus.* † IDEM IBID. Quod post saluatoris nostri crucem ad exitum perductum est, quippe cum Romani ipsos in seruitutem redactos D in omnem terrarum orbem dispersferint, à regia ipsorum vrbe deiectos.

Iudæi per Romanos exterminati.

a ¶ q. d. non despiciam vos sicut seruos fugitiuos Deum negligentes. a ¶ Ad meum regnum reuocabo. b ¶ Non patiar vos esse in æterna captiuitate. a ¶ Hostili necessitate.

dicit dominus Deus quoniam in manu forti & in brachio extento & in furore effuso regnabo super vos.[34] Et educam vos de populis, & congregabo vos de terris, in quibus dispersi estis.

a ¶ Percutiente. b ¶ Velitis nolitis. ¶ In pristinam reuocabo seruitutem vt sentiatis itatum, quem clementem neglexistis. ¶ Ibi scilicet.

1 In manu valida, & in brachio extento, & 2 in furore effuso regnabo super vos,[35] 3 & adducam vos in desertum populorum, & iu4dicabor vobiscum ibi facie ad faciem.[36] 5 Sicut iudicio contendi aduersum patres vestros in deserto terræ Aegypti, sic iudicabo vos dicit dominus:[37] 6 Et subiiciam vos sceptro meo, & in7ducam vos in vinculis fœderis.[38] 8 Et eligam de vobis transgressores & impios, 9 & de terra incolatus eorum 10 educam eos, & 11 terram Israel non ingredientur, & 12 scietis, quia ego dominus.

¶ Postea. a ¶ Quibus ligati ab amore meo non recedatis. b ¶ Ad abiiciendum. a ¶ Qui in malo perseuerant. b ¶ Tamen. c ¶ Exilij. a ¶ Quia in diuersis regionibus peribunt. b ¶ Distinctione malorum & bonorum. c ¶ Qui facio cuncta iudicio. a ¶ Indigni estis meo imperio, nec me cultura vestra delectat.

[39] Et vos domus Israel. Hæc dicit dominus Deus: 13 Singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis. 14 Quod si & in hoc non audieritis me, & nomen sanctum meum pollueritis, vltrà in muneribus vestris, & in idolis vestris,[40] in mõte sancto meo in mõte excelso Israel ait dominus Deus: 15 ibi seruiet mihi omnis domus Israel: Omnes inquam in terra, in qua placebunt mihi.

a ¶ Dum mihi offerre simulatis, quæ tamen offertis idolis, & nomini meo tantam blasphemiam facitis, vt qui idolorum cultores estis, meos tamen vos esse dicatis. a ¶ Hoc scitote. b ¶ Christo vel ecclesia. ¶ Non alibi. a ¶ Seruient mihi. a ¶ Per Christum, vel ecclesiam primitiæ & decimæ & omnis cultura in odorem suauitatis vertuntur.

16 Et ibi quæram primitias vestras, & initium decimarum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris.[41] 17 In odorem suauitatis suscipiam vos cum eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris, in quas dispersi estis: 18 & sanctificabor in vobis in oculis nationum.[42] Et scietis quia ego dominus, cum induxero vos ad terram Israel

a ¶ Quia videbunt populum meum, scilicet, saluatum, glorificabunt me. b ¶ Vos saluati.

e *In monte sancto meo in monte excelso.* HIERONYMVS lib. 6. Sancto, de quo, *Erit mons manifestus in vertice montium, &c.* Et alibi, *Super mõtem excelsum ascende tu qui Euangelizas Sion.*

Mich. 4. a. Isaiæ 40. b.

HIERONYMVS IBID. Quidquid dicitur de populo Israelis, qui liberatus de Ægypto in solitu- E dine multa cõmisit, & dominũ offendit, & in terra promissionis introductus idola coluit, & tamen postea Dei clementia liberatus est: referamus ad eos qui de Aegypto huius sæculi Dei manu liberati sunt, & in vitiorum solitudine suspirãt ad Aegyptũ & faciunt quę pœnis digna sunt, sed tamẽ per pœnitentiam sola Dei clemẽtia con- F seruantur.

De eis qui sæculum relinquunt.

f *Et sanctificabor in vobis in oculis, &c.* † THEODORETVS. Illud (*sanctificabor*) posuit, vt ita intelligatur: Omnes enim videntes & mea beneficia, & vestram animi grati æquitatem, vtilitatem multam percipient, eorum, quos ipsi Deos vocant, imbecillitatem cernentes, & meam ex beneficiis in vos collatis potestatem contemplantes.

Quomodo in conuersione peccatoris sanctificetur Deus?

☞ a Et

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 In manu forti. *Cui non poteritis resistere.*

2 Regnabo super vos, &c. *Cogens vos per flagella ad seruitutem meam. Per talem modum loquendi dicitur Hosee. 2. b. in persona populi Israelis:* Reuertar ad virum meum priorem, quia melius mihi tunc, quam nunc.

3 Et adducam vos, &c. *Quia post afflictiones multas in Babylone, reduxit populum in Iudæam, in quo itinere transierunt per deserta.*

4 Et iudicabor vobiscum ibi, &c. *Id est, per bona, quæ vobis faciam, manifestè videbitis, quod non afflixi vos ex odio, sed magis ex amore, vt reducerem vos ad bonum.*

5 Sicut iudi. &c. *Per beneficia enim diuinitus collata manifestè apparuit, quod afflictio populi, quæ præcesserat in Aegypto, promissa fuerit iusto Dei iudicio.*

Prædicitur liberatio populi è seruitute Babylonica.

6 Et subiiciam vos, &c. *Id est, dominio meo, post reditum enim captiuitatis Babylonicæ non legitur populus Israel fuisse in idololatria, nisi aliqui pauci tempore Antiochi, vt habetur 1. Macha. & tamen hoc magis timore, quam idololatrandi voluntate, quantum ad multos: ideo subditur,*

7 Et inducam vos in vinculis fœderis, *Id est, ad obseruantiam legis, quæ dicitur fœdus domini in pluribus locis ve. test.*

8 Et eligam de vobis, &c. *Sicut eliguntur lapilli de granis.*

9 De terra inco. *Id est, Iudæa.*

10 Educam eos, &c. *In captiuitatem.*

11 Et terram Israel non ingredientur. *Sed in captiuitate morientur.*

12 Et scietis quia ego dominus. *Faciens misericordiam cum pœnitentibus & iustitiam cum obstinatis: de quibus subditur.*

13 Singuli. *Loquitur ad modum hominis irati contra seruum impium eiiciens eum à sua seruitute.*

14 Quod si & in. *Quia aliqui volebant seruire idolis in templo domini, exemplo Manasse, qui in templo domini posuit idola 4. Reg. 21. & subintelligitur, grauius puniemini: quia grauius est idololatrare in templo domini quàm alibi: & est hic modus loquendi qui apud Hebræos dicitur decurtatus, ad cuius intellectum oportet aliquid supplere sicut 2. Reg. 5. Proposuerat Dauid in die illa præmium ei, qui percussisset Iebusæum, Et non dicitur quale præmium, sed subintelligitur quod fieret princeps militiæ, sicut exprimitur 1. Paral. 11. Ratio autem quare hic vtitur tali modo loquendi est, quia sicut dictum est, loquitur ad modum hominis irati, qui præ ira solet truncare verba sua, & subditur de pœnitentibus.*

Modus loquendi truncatus, & vbi locus sit tali locutioni.

15 Ibi seruiet, &c. *Quod impletum fuit in redeuntibus de Babylone, qui reædificauerunt templum in monte Moria, ibi domino seruientes.*

16 Et ibi quæram primitias vestras, &c. *Ad sustentationem sacerdotum & Leuitarum, vt patet Nee. 10.*

17 In odorem suauitatis suscipiam vos, cum eduxero, &c. *Vestras oblationes acceptando.*

18 Et sanctificabor in vobis in oculis, &c. *Id est, sanctus apparebo in liberatione vestra.*

11 Et · ☞ Et-

a *Et recor.* HIERONYMVS lib. 6. com. Non possumus recordari A scelerum nostrorum atque vitiorum, nisi inducti fuerimus in terram Israelis, vbi positi cum apostolo, dicamus, *Non sum dignus vocari apostolus, quoniam per. sum ecclesiam.* (1. Cor. 15. b.)

b *Et dis.* HIERON. IBID. Symmachus. *Paruuli vobis videbimini*, vt scilicet, cum excelsi fuerint humiles se esse credāt: quia dominus humilibus dat gratiam. Et alibi scriptum est, *Ante tribulationem exaltatur cor, & ante altitudinem humiliatur.* Superbiam enim contritio, & humilitatem sequitur altitudo. (De superbia & humilitate. Iac. 4. b. Prou. 18. b.)

B † THEODORETVS sect. 7. in Ezech. LXX. *Et percutietis facies vestras.* Agnitio enim peccati, pudoris est initium: idcirco conscientia stimulāte frōtem percutere cōsueuimus, & hoc etiam hic significauit. Cum enim recesseritis, inquit, à pristina iniquitate, & meum fueritis cultū amplexati, pri- C stinorum scelerū percipietis sensum, & facies percutietis, quātis polluti sitis facinoribus, ratiocinantes. (Percussio faciei quid designet?)

c *Pone faciem tuam.* HIERON. lib. 7. com. Confirmatione vultus & duritia frontis opus est, vt hæc propheta loquatur intrepidus: maximè cum ad totam populi multitudinem tristia nuntiantur.

d *Stilla ad.* HIERON. IBID. Vt scilicet ira Dei non tota videatur effusa. Si autem tanta est stilla, quid de totis imbribus existimas?

HIERONYMVS IBID. Saltum, mūdum istum vocat, non habentem arbores pomiferas, sed habitaculum bestiarum, vnde, *Vox domini præparantis c. & re. c.* Istę sunt syluę & saltus, qui plus deuorauerunt in prælio de exercitu Absalon, quam interfecit gladius. Lignum D viride: qui scilicet in malo viuunt: Aridum, qui iustitiæ mortui sunt: *Comburetur in ea omnis fac. ab. au. &c.* ab his, scilicet, qui feruentes spiritu videbantur, vsque ad eos qui crescente impietate & refrigerata charitate multorum, calorem pristinum perdiderunt: ita vt omnis caro prospiciat flammā domini non extingui. *A, a, a, &c.* Precatur propheta, ne faciat dominus quod minatur, id est, succendatur saltus, ne ligna omnia cōcrementur: sed vel locum pœnitentiæ accipiant, aut sibi non imponatur necessitas nuntiandi; præsertim cum populus non intelligat, & obscuritate dictorum magis ad insaniam prouocetur. (Psal. 28. b. Mundus. Matt. 24. E)

a ¶ Quam illi vitio suo perdiderunt, vos non tam merito vestro quàm mea clementia recepistis.

in terrā pro qua leuaui manū meam, vt dārem eam patribus a vestris.[43] Et recordabimini ibi viarum vestrarum, & omnium [1] b scelerum vestrorū, quibus polluti estis in eis, & displicebitis vobis in cōspectu vestro in omnibus malitiis vestris, quas fe-

a ¶ Pro certo. ¶ Vos saluati. b ¶ Passus pro peccatis vestris.

cistis:[44] & scietis, quia ego dominus cum benefecero vobis: [2]

a ¶ Non meritum vestrum, scilicet, quorum scelera, non misericordiam meruere sed pœnam.

propter nōmen meum non secundum vias vestras malas, ne- [3] que secundum scelera vestra pessima, domus Israel, ait dominus Deus.[45] Et factus est sermo domini ad me, dicēs.[46] Fili ho- [4] c minis pone faciem tuam cōtra viam austri, & stilla ad Aphri- [5] [6] d

a ¶ Metaphoricè: Ierusalem quæ bestiarum & ferocium hominum habitatio est.

e cū, & propheta ad saltūm agri meridiani,[47] & dices saltui me- [7] [8] ridiano: Audi verbum domini. Hæc dicit dominus: Ecce ego [9]

a ¶ Secundum illud. A sanctis meis incipite. ¶ Non arbores, scilicet, sed ligna incendio præparata.

succendam te in ignem, & comburam in te ōmne lignum vi- [10]

a ¶ Quod nihil potest habere vitale.

ride, & ōmne lignum aridum. Non extinguetur flamma suc- [11] f censionis: & comburetur in ea omnis facies ab austro vsque [12]

a ¶ Babylonem. ¶ Vt scilicet, omne iter pergentium in captiuitatem gladio, fame, pestilentiaque compleatur. g b ¶ Noscet. c ¶ Quæ visura est salutare Dei. d ¶ Non alius.

ad aquilōnem:[48] & vidēbit vniuersa caro: quia ēgo dominus [13]

a ¶ Per syluarum incendium & flammam, quæ nullius auxilio extinguatur. ¶ Alias & non. ¶ Hæc intelligens.

succēndi eam nec extinguetur.[49] Et dixi: A, a, a, domine Deus: [14] [15]

a ¶ q. d. Planius loquere, non intelligimus parabolam tuam.

Ipsi dicunt de me: Nūmquid non per parabolas loquitur iste? [16] [17]

e † *Et dices saltui.* THEODORETVS sect. 8. in Ezech. Commoratus est in trāslatione, & cum syluam Ierusalem vocarit, iure etiam hostium exercitum, ignem nuncupat, & ligna combusta eos, qui ab ipsis interfecti sunt; lignūque viride & lignum aridum diuitiis elatos, & paupertate oppressos. Deinde docet interiectas quoq; gentes calamitatis participes futuras cum dixit, *Et comburetur, &c.* F

f *Et comburetur in ea.* HIER. vbi suprà. Sancti, scilicet, & peccatores, vt alij captiuitatis mala morte effugiant, alij supplicijs tradantur æternis.

g *Ab austro.* IBID. Ierusalem, scilicet, quæ his, qui in Babylone sunt ab austro est: quomodo è contrariò olla Ieremiæ, quæ signat Ierusalem à facie Aquilonis, id est, Babylonis succenditur.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et recordab. ibi. *Verè pœnitentes de peccatis vestris præteritis.*
2 Et scietis, quia ego dom. *Per experientiam beneficiorum meorum.*
3 Propter nomen me. *Id est, ex mea misericordia; & non ex vestra iustitia.*
4 Et factus est. *Hic consequenter post reprehensionem malitiæ, ponitur applicatio parabolæ, ad ostendendum dictæ malitiæ punitionem, cum dicitur,*
5 Pone faciem tuam cont. viam austri. *Id est, contra regnum Iuda, quod est in parte australi terræ promissionis.*
6 Et stilla. *Id est, denuntia futuram pœnam.*
7 Ad Aphricum, *Id est, ad Iudæ regnum: Est enim Aphricus ventus flans ex parte meridiei.*
8 Et propheta ad saltum. *Id est, ad templum, quod in pluribus locis saltus dicitur, eò quod fuit factum de lignis saltus libani.* (Templum cur saltus dicatur?)
9 Ecce ego suc. *Quia succensum fuit per Nabuzardan 3. Reg. vlt.*
10 Et comburam in te, &c. *Id est, illud quod non est bene aptum combustioni. Tantus enim fuit ille ignis, quòd comburebantur etiam lapides duri.*
11 Non extin. flam. suc. *Scilicet per studium hominis, sed solum per defectum materiæ combustibilis.*
12 Et comb. *Refugientium illuc pro tuitione.*
13 Et vide. vni. ca. *Omnibus enim apparebit manifestè, quòd illud fuit factum magis ex Dei vindicta, quam potentia hominum.*
14 Et dixi, A, a, a, &c. *In Hebræo est vna dictio, quæ sic sonat aha, & est interiectio dolentis seu admirantis & se excusantis: volebat enim propheta se excusare de tali pronuntiatione, ne à populo derideretur, ideò subditur.*
15 Ipsi di. *Me deridendo.*
16 Numquid non per parabolas. *Id est, per verba obscura.*
17 Loquitur iste? *In hoc enim designabant, quod sic loquebatur quod nec à se nec ab aliis intelligebatur, & per consequens verba sua non essent apprecianda.*

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 20. vbi dicitur in post. Quæ faciens homo viuet in eis.

Hoc quod dicitur hic. Quæ faciens homo viuet in eis, *non solum videtur intelligendum inquantum sibi non infertur mors, quæ infligenda est transgressoribus legis, prout postillator vult; sed etiam inquantum seruanti legis præcepta conceditur vita beata; vnde Saluator Matt. 19.* Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. *vbi glo.* Nota quod iustitia legis suo tempore obseruata non solum bona terræ, sed etiam vitam æternam dabat. *Hæc in glo. & hoc intelligendum est cum fide mediatoris: Nec obstat quod per temporales promissiones & comminationes lex vetus inducebat ad obseruantiam præceptorum: quia hoc erat propter imperfectionem populi, qui puero sub pedagogo existenti comparatur, ad Gal. 3.* (Quę merces seruāte legis Mosaicæ?)

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in postil. Et ego dedi eis præcepta non bona.

Quod præcepta legis, quæ iusta sunt, dicuntur non bona in hoc loco: eò quod non sunt bona transgressoribus prout Ra. Sa. dicit, non videtur consonum litteræ: nam res non denominantur bona vel malæ simpliciter nisi ab eo, quod habent in se; non autem ab eo quod eas sequitur per accidens, Scriptura hic loquitur absolutè seu simpliciter dicens, Dedi eis præcepta non bona, *vnde expositio S. Thomæ videtur vera, & litteræ consona, vt patet intuenti & præsertim quia vbi nos habemus, præcepta non bona Hebraica veritas habet,* Ceremonias non bonas. (In assignando, quomodo legalia præcepta sint non bona S. Thomæ plus deferēdum quam Ra. Sa.)

CAPVT XXI.

¶ Quia apertam quærebant sententiam, quod supra metaphorice dictum est, manifeste aperitur.

ET factus est sermo domini ad me dicens: ² fili hominis pone faciem tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum Israel, ³ & dices terræ Israel: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ad te, & eiiciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te iustum & impium. ⁴ Pro eo autem, quod occidi in te iustum & impium: idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab austro vsque ad Aquilonem, ⁵ vt sciat omnis caro, quia ego dominus eduxi gladium meum de vagina sua irreuocabilem. ⁶ Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisces coram eis. ⁷ Cumque dixerint ad te: quare tu gemis? dices: pro auditu, quia venit, & tabescet omne cor: & dissoluentur vniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ. Ecce venit, & fiet ait dominus Deus. ⁸ Et factus est sermo domini ad me dicens: ⁹ Fili hominis propheta & dices: Hæc dicit dominus Deus: Loquere: Gladius gladius exacutus est & limatus. ¹⁰ Vt cædat victimas exacutus est, vt splendeat limatus est. Qui moues sceptrum

Interlinear: a ¶ Hoc saltum supra appellauit. ¶ Id est. a ¶ Hunc supra flammam vocauit. a ¶ Lignum viride & aridum. Vnde: Si in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet? a ¶ Supra: videbit vniuersa caro, q.e.d. sceam flammam, scilicet, vel syluam, nec ex. a ¶ Quia modico tempore interiecto Ierusalem cum templo suo, Babylonis igne succensa est. a ¶ q. d. Non moderato dolore. b ¶ Vt gemitus tuus eximis visceribus & amaritudine animi proferatur. a ¶ q. d. Cur tanto dolore ingemiscis? Quid tibi mali accidit. ¶ Tunc. a ¶ Vt præteritæ mentes hominum repugnare non audeant. a ¶ Bellatorum. a ¶ Vrinæ. b ¶ Quod sæpe prædixi. c ¶ Opere. d ¶ Non ego. a ¶ Ad gladium. b ¶ Nabuchodonosor. ¶ Diabolus. a ¶ Occidat, scilicet, multos. a ¶ Tu es Nabuchodonosor.

A CAP. XXI. a Pone faciem. † THEODOR. sect. 8. in Ezech. Quando enim parabolam, inquit, & non veritatem esse ea, quæ dicta sunt, opinantur, indicato ipsis aperte saltum meridianum esse Ierusalem.

b Eiiciam gladium &c. † IDEM. IBID. Perspicuũ est ab eo gladium vocari supplicium, vaginam verò longanimitatem appellat: quam cum desinit adhibere, apertum deinceps his qui commeruere, infertur supplicium, iustasque ostendens pœnas, rectè apposuit, *exterminabo ex te iustum & iniquum.* (Gladio vtendum cum non proficit longanimitas.)

c *Et tu fili hominis.* Præcipitur prophetę, vt tacentibus illis nec interrogantibus cur ista vaticinatus sit, faciat per quæ interrogetur, & respondeat quæ dominus loquutus est.

d *Pro auditu.* IBID. Quem scilicet, ante audieram nunc opere complebur, Babylonij, scilicet, furentis exercitus qui iam imminet. † THEODORETVS vbi suprà. Te inquit, suspirantem necessariò interrogabũt cupientes doloris causam cognoscere; percontantibus igitur responde, quia futura prouidens mala, molestosque nũtios, atque hinc omnibus iniectum terrorem, suspiro ac ploro cognatorum meorum calamitates.

e *Et per cuncta.* HIER. vbi supra. Naturale est, vt timore cogente vrinæ vesica laxetur, quod & morborum magnitudine accidere solet. (Vrinam prouocat timor.)

f *Gladius.* IBID. Diabolus, vnde, *Tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis.* (1. Cor. 5. b.) Et in Psal. *Misit in eos iram indignationis suæ per angelos malos.* (Psal. 77. e.) Hunc gladium quidã putãt fuisse in manu angeli sub Dauid, quando percutiebat Ierusalẽ. † THEODORETVS vbi supra. Docet suo permissu hæc fore & non

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XXI.

1 ET factus. *Hæc est pars sexta, in qua arguitur populi malitia sub parabola gladij acuti, per quem intelligitur Nabuchodonosor Iudæorum malitiam puniturus; & diuiditur in duas partes, scilicet, principalem, & incidentalem: secunda ibi,* Et tu. *Prima adhuc in duas, quia primò describitur occisio plebis, secundo deiectio principis, ibi,* Tu autem. *Prima adhuc in duas, quia primò describitur crudelitas Chaldæorum sub metaphora gladij, secundo occasio veniendi, ibi.* Et factus. *Prima adhuc in duas, quia primo denuntiatur plebis occisio, secundo excitatur propheta compassio, ibi,* Et tu. *Circa primum dicitur Ezechieli,* (Diuisio.)

2 Pone faciem. *Ita quod ex modo ponendi faciem tuam, designetur futura punitio per litteram super eam.*

3 Et stilla, &c. *Id est, destructiones eorum denuntia. Vnde dicit hic Ra. Sa. quod dicitur sanctuaria in plurali, ad designandum destructionem primi templi per Chaldæos, & secundi per Romanos.* (Cur Sanctuaria dicat propheta in plurali Vers. 2.)

4 Eiiciam gladi. meum. *Id est, Chaldæorum exercitum, qui dicitur hic gladius domini, eo quod erat exequutor suæ iustitiæ in peccatorum punitione.*

5 De vagina. *Educendo eum de Chaldæa.*

6 Et occidam in te iustum & impium. *In captione enim Ierusalem plures iusti occasione impiorum fuerunt occisi, profuit tamen eis ad meritum inquantum acceptabant iustitiam Dei.*

7 Pro ęo a. q. occidi in te iustum, *Etiam iustis temporaliter non parcendo, multo minus parcam aliis Gentibus idololatriæ deditis, quorum valde multa fuerunt occisa per exercitum regis Babylonis, ideo subditur,*

8 Idcirco egre. vt sciat omnis caro, *Per effectum mirabilem,*

9 Quia ego dominus. *Omnes enim poterant videre manifestè, quod Nabuchodonosor non poterat tantam stragem hominum facere, nisi diuina virtute.*

10 Et tu fili. *Hic consequenter excitatur propheta compassio, cum dicitur:* Et tu, *scilicet Ezechiel.*

11 Ingemisce. *Præ dolore cordis.*

12 In contritione lumborum. *Homines enim multum amaricati deficiunt in robore, qui defectus per contritionem lumborum designatur: Cetera patent vsque ibi,* (Doloris nimij effectus.)

13 Pro auditu. *Scilicet, gladij Nabuchodonosor venientis super populum Iuda.*

14 Et tabescet omne cor. *Id est, deficiet præ timore.*

15 Et dissoluentur vniu. manus. *Quia corde deficiente, à quo procedit ad membra exteriora sensus & motus, redduntur membra trementia, & à sua virtute dissoluta.*

16 Et per cuncta genua fluent aquæ. *Id est, vrina, quia timor facit dissolutionem vesicæ. Cetera patent vsque ibi,*

17 Gladius exacutus, *Quod statim exponitur cum dicitur,*

18 Vt cædat victimas. *Id est, homines ad mortem.*

19 Exacutus. *In quo designatur tanta virtus in exercitu Chaldæorum, quod non poterat ei resistere.*

20 Vt splendeat. *Per hoc intelligitur terror huius exercitus stupefaciens homines. Tunc dirigitur sermo domini ad Nabuchodonosor, cum dicitur,*

21 Qui moues, *Id est, admoues.*

22 Sceptrum, &c. *Regnum Iuda.*

1 Succi-

MORALITER.

† *Et factus.* Hic describitur punitio Iudæorum sub metaphora gladij acuti, per quem ad litteram signatur rex Babylonis, qui fuit in hac punitione instrumentum Dei, licet hoc egerat mala voluntate. Moraliter autem per ipsum significatur diabolus, qui in multis punitionibus exequutor est iustitiæ diuinæ: & dicitur *gladius acutus* propter intentionem voluntatis ad malè faciendum hominibus, secundùm quod dicitur 1. Pet. 5. c. *Aduersarius vester Diabolus tamquam leo rugiens, circumit quærens quem deuoret,* dicitur etiam *gladius limatus,* id est, forbitus propter exercitium suæ malæ voluntatis, sicut ferrum, quod de natura sua est obscurum, per exercitium limatur, & fit fulgidum, & sicut fulgur gladij terribilis est, sic etiam aspectus diaboli. Et de isto gladio dicitur infrà (Diabolus exequutor diuinæ iustitiæ.)

† 11 Dupli-

non propter Babyloniorum potentiam, sed propter suam virtutem, hæc omnia perfectum iri, Tale est quod in Deuteronomio à domino Deo dicitur, *Quoniam acuam vt fulgur gladium meum, & arripiet iudicium manus mea, & vlciscar, & reddam vltionem hostibus, & odientibus me retribuam, inebriabo sagittas meas à sanguine & gladius meus deuorabit carnes.* In his enim gladium quoque & sagittas puniendi facultatē appellauit.

Per gladiū & sagittas puniendi facultas innuitur.

a *Plaude super femur.*
B † IDEM sect. 8. Manuum plausu, inquit, significato calamitatis expectantiam, & admirare iustas pœnas, neque enim mediocris iis, qui relicti fuerint, ab hoc supplicio vtilitas acciderit.

Manuum plausus quid designet?

b *Probat. est.* HIER. lib. 7. com. A domino comprobatur quando Iudam & similes subuertit, C qui postquam buccellam comedit intrauit in illum Satanas.

Ioan. 13. c.

c *Duplicetur gladius ac triplicetur gladius.* IBID. Primò venit Nabuchodonosor regnante Ioakim, Secundò, quando tulit Iechoniā, Tertiò quādo regnabat Sedechias: hic est gladius triplicatus occisionis ma. &c.

† THEODORETVS vbi suprà. Tertium gladium vocat eum exercitum, qui nono regni Sedechiæ anno contra Ierusalem profectus est, verum numero quidem ea profectio quarta est: sed quia ea, quæ regnante Iechonia suscepta expeditio est, incruenta fuit, merito tertium vocat gladium, cum regnante Sedechia gladius est eò profectus.

Quot expeditiones susceperint Chaldæi in Iudæam?

d *Exacuere & vade ad dexteram siue ad sinistram.* HIERONYMVS vbi suprà. Gaudet dominus & exultat & hortator est gladij sæuientis E vt vadat ad dexterā siue ad sinistram, vt interfectis malis, remaneāt boni, vt impleatur illud, *Quid paleis ad frumentum?* dicit dominus.

Iere. 23. f.

e *Quin & ego plaudam manu.* IBID. Vt te scilicet sæuientē in aduersarios meos, quasi fautor instigē, ne timeas quod passus est Sennacherib, meæ minister es voluntatis, F meam comple sententiam.

Memoria cædis Assyriorum sub Sennacherib habuit Nabuchodonosor suspēsum aliquādiu, an expediret ascendere contra Iudam.

f *Et tu fili hominis, pone tibi duas vias.* IBID. Qui egredientur quidē vno itinere de terra Chaldæorum, sed cum venerit per desertum & solitudinem ad biuium terræ Arabiæ quæ appellatur filiorum Ammon: quarum viarum vna Ieru-

† THEO-

a ¶ Israel. b ¶ Populi, scilicet, multitudinem. ¶ Gladium.

filij mei, succidisti omne lignum. [1] [11] Et dedi eum ad leuigan-[2]

a ¶ Nabuchodonosor.

dum, vt teneatur mānu. [3] Iste exacutus est gladius, & iste lima-

a ¶ Ergo. ¶ O propheta. b ¶ Instantia mala lamentatione testare.

tus est, vt sit in manu interficientis. [12] Clāma & vlula fili hominis, [4]

a ¶ In ecclesia scilicet. b ¶ Quia gladius iste nulli pepercit.

quia hic factus est in populō meo, hic in cunctis ducibus Israel: qui fugerant [5] gladio traditi sunt cum populo meo. Id-

a ¶ Id est habitum plangentis assume. b ¶ Mihi. ¶ Gladius.
c ¶ Regnum, scilicet, quod vltra non erit, & in Sedechia rege finietur.

[6] a circò plāude super femur [13] [7] quia probātus est, [8] & hoc cum scē-b ptrum subuerterit: [9] & non erit dicit dominus Deus. [10] [14] Tu ergo fili

a ¶ Sicut prius femur pro stupore & miraculo.
b ¶ Vt soluantur peccata Ierusalem: quia suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis.

hominis propheta, & percute mānum ad manum: & dūplicetur [11]

a ¶ Vt non modo semel, secundo ac tertio veniat gladius ad interficiendum.

c gladius ac triplicetur gladius interfectōrum. Hic est gladius

a ¶ Animo.

occisionis magnæ, qui obstūpescere eos facit, [15] & corde tabescere, & multiplicat ruinas. [12] In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti & limati ad fugiendum, amicti ad

a ¶ O gladie. b ¶ Audacter me duce me adiutore.

d cædem. [16] Exacūere & vāde ad dexteram siue ad sinistram quo-[13]

a ¶ Impetus.

e cumque faciei tuæ est appētitus. [17] [14] Quin & ego plaudam manu ad manum, [15] & implebo indignationem meam. [16] Ego dominus

¶ Post hæc. a ¶ Secundo.

loquutus sum. [17] [18] Et factūs est sermo domini ad me dicens: [18]

a ¶ Qui vis scire, quis sit ille gladius. b ¶ Per illas.

f [19] Et tū fili hominis, [19] pone tibi duas vias, vt vēniat gladius regis Babylonis. [20] De terra vna egredientur * ambo. [21] Et manu cā-

a ¶ Compito.

piet coniecturā, in cāpite viȩ ciuitatis coniiciet. [20] Viam* ponens [22]

* ambæ.
* pones

NICOLAVS DE LIRA.

1 Succidisti omne lignum. *Id est, omnem hominem iuuenem & senem.*

2 Et dedi eum ad leuigandum, *forbiendum. Forbitur enim gladius in præparationem belli, & ista forbitio intelligitur Nabuchodonosor præparatus ad bellum.*

3 Vt teneatur manu. *Scilicet diuina, quæ principaliter fecit stragem ex iustitia sua.*

4 Clama & vlula, *Compatiendo populo tuo.*

5 Qui fugerant, *Gladium regis Assyriorum,*

6 Gladio traditi sunt. *Scilicet Chaldæorum: & loquitur de aliquibus regni decem tribuum, qui effugerant manus regis Assyriorum, & postea habitauerunt in regno Iudæ tempore Ezechiæ, & sic cum illis de regno Iudæ puniti fuerunt per Nabuchodonosor.*

Reliquiæ Israelis qui euaserant manus Assyriorum consumuntur per Chaldæos.

7 Idcircò plaude su. femur. *Id est percute, quod signum doloris.*

8 Quia probatus est. *Id est, approbatus à me gladius regis Babylonis.*

8 Quia probatus est. *Id est, approbatus à me gladius regis Babylonis.*

9 Et hoc cum scept. subuer. *Scilicet Iudæorum.*

10 Et non erit. *Quia post Sedechiam non habuerunt regem propriè loquendo, vsque ad Christum, licet enim Ioannes Hyrcanus à Machabæis descendens imposuerit sibi diadema, tamen ipse & aliqui alij post eum non fuerunt reges propriè, quia non fuerunt instituti per diuinam electionem, & sacram vnctionem. Et excitatur iterum prophetæ compassio, cum dicitur,* Tu er.

An post Sedechiam habuerint Iudæi reges?

11 Et duplicetur gladius. *Id est, à te denuntietur duplicandus & triplicandus, ad designandum multitudinem interficiendorum.*

12 In omnibus portis. *Ita enim Chaldæi obseruauerunt portas Ierusalem, quod nullus absque morte imminente poterat egredi.*

13 Vade ad dex. *Tu Nabuchodonosor, quia pro voluntate tua vbique habebis veram victoriam.*

14 Quin & ego plaudam. *Lugendo populi mei destructionem: dicitur autem Deus plangere, quando facit alios, & maximè iustos, qui sunt eius membra, plangentes, sicut faciebat de Ezechiele, & per talem modum loquendi dicit Gen. 21. ad Abraham,* Nunc cognoui quod timeas Deum, *id est, alios cognoscere feci per tuam obedientiam.*

Deus dicitur facere quod serui eius faciūt.

15 Et fa. est. *Hic consequenter ponitur occasio qua Nabuchodonosor venit directè contra Ierusalem. Ad cuius intellectum sciendum, quod rex Babylonis & suus exercitus venerunt ad quoddam biuium, cuius vna via ducebat ad terram Ammonitarum, alia vero ad Ierusalem, & quia Chaldæi vtebantur diuinationibus & sortilegiis, ideo per diuinationem voluit videre quæ via esset magis sibi eligenda pro victoria futura: quia intendebat vtramque terram impugnare, non tamen simul sed successiue: & diuinatio illa cecidit ad viam quæ ducit ad Ierusalem, & illam tenuit, & hoc est quod dicitur.*

Nabuchodonosor bellum suscepturus Deos suos consulit.

16 Pone tibi. *Id est, pone considerando.*

17 Duas vias. *Concurrentes tamen in vno biuio.*

18 Vt veniat gladius. *Per istam viam vel illam.*

19 De terra vna. *Id est, de Chaldæa.*

20 Egre. ambo. *Scilicet, Nabuchodonosor & eius exercitus qui erit vnicus, vt ad vnum locum veniant.*

21 Et manu capiet coniectu. *Quæ via sit eligenda sibi.*

22 In capite viæ. *Id est, ciuitatum: biuium enim erat caput viæ procedendi ad ciuitatem metropolim Ammonitarum, scilicet, Rabbath, & ad ciuitatem metropolim Iudæ, scilicet Ierusalem.*

Stetit

MORALITER.

† 11 *Duplicetur.* Duplicatur autem, quando non solum per seipsum, sed etiam per malos homines impellit iustos ad peccandum. Triplicatur autem quando primo iustos impugnat per tribulationem temporalem, secundo vero quando per hoc inducit eos ad impatientiam, & tertiò quando per hoc eos inducit ad Dei blasphemam.

Tentatio triplex diaboli.

16 *Pone tibi duas vias.* Per hoc significatur, quod prædicator veritatis qui per prophetā intelligitur, debet diligenter attendere vias per quas diabolus venit ad subuertendum animam rationalem, quȩ

† secun-

Ierusalem ducit ad dexteram partem, sinistra verò ad Rabbath filiorum Ammon, quæ est metropolis, & nunc Philadelphia nuncupatur, memor internecionis quæ accidit regi Assyriorum, quando 185. millia nocte vna cæsa sunt: formidabit ad dextram declinare, & stabit in compito, ritu suæ gentis oraculum consulens.

Rabbath quæ & Philadelphia. 4.Re.19.b.

a *Ad dexteram eius.* † THEODORETVS vbi supra. Illud sciendum oportet, eorum, quæ futura sunt, dæmones scire nihil, sed è rebus præteritis coniecturam capientes, prædicere conantur: & aliquando rectè feruntur, sæpius vero aberrant. Et hoc non solum à rebus ipsis licet intelligere, sed etiam à diuina scriptura docti sumus.

† THEODORETVS sect. 8. Tamquam in imagine, inquit, describito viam vnam in duas partes diuisam quarum altera recta ferat ad Ierusalem altera ad Rabbath filiorum Ammon pertineat. Nam quia Nabuchodonosor à Babylone profectus & contra Iudæam & contra Ammonitas exercitum duxit per prophetam hæc Deus prædicit.

HIERO. lib. 7. cō. Diabolus in biuio stat, suos retinere cupiens, & alios acquirendo inardescens, ad dexteram semper desiderat pergere, id est, ad eos expugnandos, qui in dextera sunt ponendi, vt exultet in cæde, vt arietibus & congestione terrenorum operum miseram capiat Ierusalem. Et primo quidem videtur nihil agere, frustra conari, Sed recordante illo iniquitates eorum, qui in ecclesia sunt, imò malis operibus reducunt dæmones ad memoriam scelerum suorum, & patescunt omnia peccata populi & cogitationes, & ideo capiuntur, quia nouis vetera peccata cumularunt. Hæc alius dixerit, nobis cœpta historiæ veritas prosequenda est.

Diaboli cōsilium in oppugnandis fidelibus.

vt veniat gladius ad Rabbath (a Gentes.) filiorum Ammon & ad Iudam (b Qui sub nomine Christi congregantur.) & Ierusalem munitissimam.[21] Stetit enim rex Babylonis (a Diabolus, qui in omni viarum capite insidiatur in occulto, vnde, Iuxta iter scandalum posuerunt mihi.) in biuio: in capite duarum viarum diuinationem quærens commiscens sagittas (a In pharetra.). Interrogauit idola (b Singulorum nominibus inscriptas, vt videat cuius sagitta exeat, & quam ciuitatem prius debeat oppugnare.), exta consuluit.[22] ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem (c Vt pergeret contra Ierusalem, & oppugnaret eam.), vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde (a Hortando suum exercitum.), vt eleuet vocem in vlulatu (b Exultantis exercitus.), vt ponat arietes contra portas, vt comportet aggerem, vt ædificet munitiones (a Quibus clauderet ciuitatem. Hoc faciens.).[23] Eritque quasi consulens frustra (b Opinione Ierusalem inhabitantium.) oraculum in oculis eorum (a Quasi.), et sabbatorum otium imitans (b Ludens, scilicet, & nihil operis perpetrans.). Ipse (c Nabuchodonosor.) autem recordabitur iniquitatis ad capiendum (Quæ sequuntur.).[24] Idcirco hęc dicit dominus Deus: Pro eo quod (a Id est.) recordati estis iniquitatis vestræ, et reuelastis præuaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra in omnibus (a Omnibus.) cogitationibus vestris. Pro eo inquam, quod recordati estis, manu capiemini (Nabuchodonosor.).

Cum enim per Sedechiam pseudoprophetā ipsi Achab victoriam prædixissent, à veritate exciderunt. Hic verò datam legē Israel non ignorantes, & eos cernentes aliter administrare rempub. quam sibi legibus præscriptum esset, & insuper propheticas præsumptiones exaudientes, diuinam indignationē docebantur. Hanc igitur etiam per vaticinia impio regi præsignificabant, prius esse cum exercitu ad Ierusalē proficiscendum & vallis atque aggeribus vtēdum, aliasq; omnes machinas adhibendas, verum hæc omnia, qui obsidentur, contemnunt, non virtute freti, sed indolentiæ morbo laborantes.

Futuram victoriam prægnoscat diabolus.

b *Eritque quasi consulens, &c.* † IDEM. Ita, inquit, affecti sunt, quasi vaticinia ipsis bona significent. Hoc enim innuit per illud, *in oculis eorum*, hoc est, quasi pro ipsis vaticinia facta sunt.

c *Recordabi. iniquit.* HIER. vbi supra. Non in fortitudine sua, sed in eorum iniquitate confidens, quia sciet eos offendisse dominum, & patrum peccata nouis cumulasse delictis, & prępuaricationes eorum omnibus patuisse.

a Ad

NICOLAVS DE LIRA.

Quomodo fecerit Nabuchodonosor diuinationem?

1 Stetit enim rex. *Quousque completa esset sua diuinatio.*

2 Commiscens sagittas. *Dicunt enim aliqui, quod in vna sagitta scripsit nomen Rabbath, & in alia nomen Ierusalem, & proiecit simul in altum, accipiens pro coniectura, quod deberet ire ad ciuitatem cuius primò caderet sagitta, quod contigit de illa, in qua erat scriptum nomen Ierusalem.*

3 Interrogauit idola. *Quæ secum portabat in exercitu.*

4 Extra consuluit. *Inspiciendo viscera animalis idolis immolati. In talibus enim diuini Gentilium coniecturabant.*

5 Ad dexteram eius facta, &c. *Isti enim tres modi coniecturandi conuenerunt in hoc, quod declinaret ad Ierusalem, quæ erat ad dexteram venientium de Chaldæa, & Rabbath ad sinistram.*

6 Vt ponat arietes. *Ad concussionem murorum.*

7 Vt aperiat os in cæde, *Præcipiendo suis bellatoribus cædem Iudæorum.*

8 Vt eleuet in vlulatu, *Scilicet, pugna, ad bellatores suos exhortandum,*

9 Vt ponat arietes contra portas, *Ad frangendum eas.*

10 Vt comportet aggerem. *Ad implendum fossata.*

11 Vt ædificet munitiones. *Id est, ligneas turres, vnde interiora ciuitatis videri possint & impugnari.*

12 Eritque quasi, &c. in oculis eorum. *Sedechiæ & suorum bellatorum, quia tantum confidebant in sua fortitudine, & etiam murorum ciuitatis, quod videbatur eis per Nabuchodonosor inexpugnabilis, & sic frustra consuluisset idola, & diuinationes quæsiuisset modo prædicto.*

13 Et Sabbatorū otium imitans. *Dabat enim rex Nabuchodonosor insultum ciuitati Ierusalem, & sic mutauit otium diei sabbati, quia Iudæi sumebant arma ad defendendum ciuitatem, sed Sedechias & sui reputabant hoc frustra fieri à Nabuchodonosor, æstimantes quod nec sic ciuitas posset ab eo capi. Alij dicunt, quod hæc est littera,* Sabbatorum otium imitans, *sicut nihil operis fiebat in sabbato, sic Sedechias, & sui æstimabant Nabuchodonosor nihil proficere in suo conatu: & de tali conante frustra, dicitur communiter, quod nihil facit, & in hoc imitatur otium sabbati, quantum ad hoc in Hebræo habetur,* Septies septem: *cui præmittitur, frustra consulens oraculum, quod exponit Ra. Sa. dicens quod Nabuchodonosor 49. vicibus quæsiuit diuinationes pro captione Ierusalem quæ faciunt septem septenas.*

Quid sit Sabbatorum otium imitari?

14 Ipse autem. *Nabuchodonosor, memor* iniquitatis *Sedechiæ, scilicet eo quod fregerat iuramentum, sperabat capere ciuitatem & populum: & sic fuit factum, & quia hoc peccatum cum aliis superadditis fuit causa destructionis ciuitatis, ideo sequitur,*

15 Pro eo quod recordati estis. *Tu Sedechia & populus tuus.*

16 Iniquitatis vestræ. *Peccata vestra reiterando.*

17 Et reuelastis præuaricationes vestras, *Publice & inuerecunde peccando.*

18 Et apparuerunt peccata vestra. *Id est, quæ primò latebant in cordibus vestris.*

19 Manu capiemini. *Id est, potentia regis Babylonis.*

1 Tu

MORALITER.

Vt prædicatores suos discipulos prohibeant à præsumptione & desperatione.

† secundum allegoriam dicitur Ierusalem: & sunt viæ duæ. Vna sub specie leuitatis, per quam nititur diminuere peccati grauitatem, & augere diuinæ clementiæ magnitudinem: vt sic inducat ad peccandi securitatem, Alia via est per oppositū, cum peccatoribus ostēdit peccati grauitatem, & auget secundum apparentiam, & ex altera parte diuinę iustitię seueritatē, vt sic eos labi faciat in desperationē.

Astutia & studium decipiendi in diabolo.

1 *Stetit enim rex, &c.* Per hoc significatur astutia diaboli qua variis modis quærit vias fidelibus nocendi. Vnde Leo papa dicit in sermone de circumcisione domini: *Omnium ventilat curas, omnium disquirit intentiones, scrutatur affectus: & ibi quærit causas nocendi, vbi quemque viderit studiosius occupari.*

...lib. 7. com. Post vrbis subuersionem & po- ...ducem Israel sermo dirigitur. ...uasi dicat, propter te periit sacerdotium, & ...n. Cidaris enim sacerdotis, corona regis.

Cidaris. Corona.

...ER. IBID. Pulchrè Symmachus. *Neque hoc ne-* ...tium ...gnum, ...mque: ...tea fue- ...d Chri- ...riter & ...uerunt, ...yrcanus ...na ca- ...it, qui ...hoc & ...indica- ...num ei ...ur post ...edei cui ...rat. De ...r Mala- ...*Vos Sacerdotes* ...*minastis nomen* ...*Et paulo post,* ...*est voluntas mea in* ...*& victimas non* ...*de manibus* ...*Et paulo post,* ...*Omni loco sacrificatur* *& offertur nomini meo* *oblatio munda*: Quod scilicet in aduentu Christi, quando venit desideratus cunctis Gentibus.

Quis statu sacerdotij & reipub. citra... apud Iudæos post reditum de Babylone.

Mal. 1. b.

Ibidem c.

Agg. 2. b.

d *Cuius est iudicium.* IBID. *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.* Hic est cui repositum est regnum & sacerdotium: vnde Iacob, *Non deficiet sceptrum de Iuda, & dux de fe. eius do. ve. qui mit. est.*

Psal. 71. a.

Gen. 49. b.

† THEOD. sect. 8. in Ezech. Superiorum enim oppugnationem, inquit, hæc grauior erit. Non tamen penitus extinguam regiæ cognationis scintillam, quo ad venerit ad quem attinet, cuique conuenit, & ipsi tradam regnum, hoc enim beatus Paulus ait, *donec veniret semen cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris.*

Semen regium inter Iudæos vsque ad Christi tempora perdurauit.

e *Et tu fili hominis.* HIER. vbi suprà. Gladium Babylonij regis stetisse in compito dextræ & sinistræ, quarũ dextra ducebat in Ierusalem, sinistra in Rabbath filiorũ Ammon, & exisse sortem vt pergeret Ierusalem, supra dictum est, qua expugnata & capta, regnum quoque & sacerdotiũ periisse prænuntiat. Restat ergo & diuisionis ordo exposcit quid de sinistra factum sit, demonstrare. Imperatur ergo prophetæ vt loquatur ad filios Ammon.

a ¶ Sedechia, in quo regum de stirpe Dauid regnum finitum est vsque ad Christum.

a [25] Tu autem prophane impie dux Israel, cuius venit dies in tem- 1 2

¶ Longe ante.

b pore iniquitatis præfinita [26] hæc dicit dominus Deus. Aufer 3 4

a ¶ Et hoc ideo quia hæc est. b ¶ Hiero. Nihil fecit iudicio, sed sicut rex Babylonis quos volebat humiliabat, & quos volebat exaltabat.

c cidarim, tolle coronam. Nonne hæc quæ humilem subleuauit 5 6

¶ Ergo. a ¶ Non semel, non bis, sed tertio iniquitatem ponam. b ¶ Ter scilicet in perpetuum.

& sublimem humiliauit. [27] Iniquitatem, iniquitatem, iniquita- 7 8

a ¶ Non statim tibi reputatum est. b ¶ Christus.

c ¶ Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio.

d tem ponam eam. Et hoc non factum est donec veniret cuius 9

a ¶ Pater Christo regnum & sacerdotium, vel ecclesiam de Gentibus congregatam. 10

e est iudicium, & tradam ei. [28] Et tu fili hominis propheta & dic: 11

a ¶ Quia & ipsi capiendi. 12

Hæc dicit dñs Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorũ. 13

a ¶ Ad eundem gladium sermo dirigitur.

Et dices Mucro, mucro, euagina te ad occidendum, lima te vt 14 15

a ¶ Quamuis. b ¶ A dæmonibus responderentur, quorum omnia vana.

interficias & fulgeas [29] cum tibi viderentur vana & diuinaren- 16 17

a ¶ Filiorum Ammon. ¶ Per te scilicet.

tur mendacia, vt daretis super colla vulneratorum, impiorum 18

a ¶ A Deo. b ¶ Expleto opere. 19

f quorum veniet dies in tempore iniquitatis præfinitâ. [30] Reuer- 20

a ¶ In Babyloniam. b ¶ Scilicet vt in terra na. tuæ iudicem te. 21

tere ad vaginam tuam in locum in quo creatus es. In terra na- 22

a ¶ Quia Medorum & Persarum virtute capieris, vnde Isaias: Ecce ego suscitabo super eos Medos. 23

tiuitatis tuæ iudicabo te, [31] & effundam super te indignationem 24

a ¶ Vt faciam te, scilicet, consumi.

g meam. In igne furoris mei sufflabo in te, daboq; te in manus 25

f *Reuertere ad vaginam.*

† THEODORETVS vbi suprà. Vos autem inquit ô Babylonij, quos gladium voco, qui hæc fecistis quæ præcepi, non hic, sed in propria terra impietatis pœnas à vobis repetam.

Ipsi demum Babylonij cõsumendi.

g *In igne furoris mei.* HIERONYMVS vbi supra. Quia sub persona gladij de rege, immo de regno Babylonio loquebatur, seruat metaphoram.

† THEODORETVS vbi supra. Diuinæ potentiæ facultatem hic declarauit: sicut enim facile est, inquit insufflare; ita prolixum & admodum promptum est, omnis te generis afficere supplicio.

☞ Hom.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tu autem. *Hic consequenter arguitur specialiter malitia Sedechiæ regis, cum dicitur.* Tu autem prophane. *erga Deum.*

2 Impie. *Erga homines.*

3 Cuius venit dies, *Punitionis tuæ à Deo.*

4 Aufer cidarim, tolle coronam. *Id est, propter malitiam tuam auferetur Sacerdotium & regnum. Cidaris enim est mitra summi pontificis; sic accidit, quia Iosedech summus pontifex cum Sedechia fuit captiuatus.*

Cidaris est mitra Pontificia.

5 Nonne hæc est. *Scilicet manus Nabuchodonosor, de qua prædictum est,* Manu capiemini.

6 Quæ humilem sub. *Scilicet Godoliam, quem præfecit terræ, quamuis non esset de regio semine.*

7 Et sublimem humiliauit. *Quia Sedechiam de regno eiecit, sic Hebræi exponunt hanc litteram. Videtur tamen mihi aliter dicendum secundum litteram immediatè præcedentem & sequentem, quia immediatè præmittitur,* Tolle coronam, *Scilicet regni Iudæ, vt dictum est, de qua subditur,* Nonne hæc est, &c. *Scilicet ipsum Dauid.* Et sublimem humiliauit, *Scilicet Sedechiam propter malitiam suam. Ideò subditur.*

Prophetat contra Sedechiam.

8 Iniquitatem, iniquitatem. *Ter ponitur quia Sedechias iniquè egit erga Deum & erga populum suum, & erga regem Babyloniorum.*

9 Ponam eam, *Id est, coronam regni Iudæ deponam pro hac triplici iniquitate.*

10 Et hoc, &c. cuius est. *Id est Nabuchodonosor, qui loquutus fuit iudicia ad Sedechiam, filios eius interficiendo & ipsum exoculando. 4. Reg. vlt.*

11 Et tradam ei. *Sedechiam & eius populum.*

12 Et tu fili. *Hæc est pars incidentalis, in qua agit de destructione Ammonitarum per exercitum Chaldæorum, quia suprà dixerat regem Babylonis stetisse in biuio ad quærendum diuinationem veniendi contra Iudæos vel Ammonitas; primò ergo agit de destructione Ammonitarum, cùm dicitur,*

Ammonitas.

13 Ad filios Ammon. *Fuerant enim in exercitu cum rege Assyriorum in destructione Samariæ, & ex illa victoria de Iudæis, dicebant opprobria eis.*

14 Mucro, mucro, *Id est, tu Nabuchodonosor; & ponitur bis ad maiorem affirmationem, vel quia bis debellauit Ammonitas, vt dicunt aliqui.*

15 Euagina te, *Id est, egredere de terra tua, scilicet de Chaldæa.*

16 Ad occidendum, *Scilicet Ammonitas.*

17 Lima te vt interficias & fulgeas. *Ad terrendum eos. Fulgor enim armorum terret aduersarios.*

18 Cum tibi viderentur vana, &c. *Nabuchodonosor enim procedendo contra Ammonitas, quæsiuit consilium ab idolis & diuinis, sicut fecerat veniendo contra Ierusalem, & responsum sibi fuit, quod securè procederet, quia haberet victoriam, & hoc non fuit mendacium nec falsum, quia sic contigit de facto, verumtamen sacerdotes Idolorum & diuini dicebant sibi quod fieret virtute idolorum & sortilegiorum, & sic credidit Nabuchodonosor, & hæc secundum hoc erant mendacia & falsa, quia victoria illa processit ex Dei sententia ad punitionem malorum.*

Auspicia facit Nabuchodonosor ducturus contra Ammonitas.

18 Vt daretis super colla. *Scilicet Ammonitarum.*

19 Quorum veniet dies. *Scilicet punitionis iustæ.*

20 In tempore iniquitatis præfinita. *Id est, diuina sententia, & non idolorum & sortilegiorum potentia.*

21 Reuertere. *Hic consequenter agitur de destructione Chaldæorum, cum dicitur,* Reuer. ad vaginam. *Id est, in Chaldæam post multarum Gentium stragem.*

23 In terra natiuitatis. *Id est, in Babylone.*

24 Iudicabo te, &c. *Hoc fuit impletum in Nabuchodonosor, quando versus in amentiam inter feras fuit eiectus, & quantum ad posteritatem eius & regnum, tempore Balthazar nepotis sui, qui interfectus fuit à Medis & Persis in Babylone, & ciuitas succensa. Ideo subditur.* In ig. fu. mei.

Prædicitur destructio Chaldæorũ.

25 Daboque te in manus hominum. *Propter hoc enim Medi & Persæ illa victoria fuerunt insipientes reputati, quia contemnebant aurum & argentum vt intenderent interfectioni hominum, vt habetur Isa. 13. ideo subditur.*

a *Hom. insi.* HIE. lib. 7. cõ. Qui nesciunt cudere gladios & acuere, vt, scilicet, non acuaris & limeris & fulgeas ad occidendum, sed sis ignis, cibus, & sanguis quem fudisti potius in te redundet, cunctis spectantibus; & traderis æternæ obliuioni, & pereas in perpetuum, quia ego dominus hæc locutus sum, cuius dicere facere est.

a hominum insipientium, & fabricantium interitum. [1] Igni eris cibus. Sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis, [2] quia ego dominus loquutus sum.

† THEODORETVS sect. 8. in Ezech. Per cæcos innuit Medos & Persas qui in Babylonem inuaserant.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et fabric. interi. *Vel dicebantur insipientes respectu Chaldæorum, eò quod in Chaldæa vigebat astrologia & ars magica.*

2 Obliuioni traderis, quia. *Ciuitas illa facta est inhabitabilis. Isa. 13.*

CAPVT XXII.

CAP. XXII.

a *Et factum est.* † THEODORETVS sect. 8. in Ezech. Traduxit rursus orationem ad Ierusalem, prophetæque præcipit, vt iudicis instar redarguat, quę ipsa scelerate audet facinora.

b *Non iudicas.* HIER. lib. 7. com. Quasi dicat, Ostende ei quia iustè iudicatur & imminentem captiuitatem meritò sustinet, & multis sanguinibus adduxit tempus ruinæ suæ.

c *Adduxisti tẽpus.* IBID. Quod, scilicet multò ante prædicebatur, & differebatur vt ageres pœnitentiam: *Tu autem secundum duritiam tuam & impœni. cor. tu. the. ti. i. in d. i. propterea, &c.* (Roma. 2. a.)

† THEODORETVS vbi suprà. *Adduxisti tempus annorum tuorũ.* Tempus enim certa quadã mensura præfinitum secundum diuinam longanimitatem, iniquitas amplior effecta contrahit; quod factũ tempore Noe videre licet: cum enim centum & viginti annorum tempus hominibus illis, qui tunc viuebant, ad pœnitentiam præfinisset, conspicatus eorum impietatem augescere, præfinitum tempus illud contraxit, & anno centesimo per diluuium supplicium illis inflixit. Hoc etiam innuit cum ait, *Adduxisti tempus, &c.* (Augendo peccata accelleratur diuina vindicta.)

d *Pupillum & viduam contristauerunt.* † IDEM. IBID. Omnia autem contra bonus lege præcipit Deus. *Iudicate*, inquit, *pupillum & viduã*, & in lege, *non iterum vindemiabis vineam tuam, & erat pupillo & viduæ & aduenæ.* (Curam viduæ & pupilli Deus cõmendat.)

Vsuram

a ET factum est verbum domini ad me di- [1] (¶ Alias nonne.) b cens: [2] Et tu fili hominis non iudicas ciuitatem sanguinum, [3] & ostendes ei omnes abominationes suas? Et dices: Hæc dicit dominus Deus: (¶ Hæc, scilicet, est. a ¶ Publicè ¶ Ideo.) Ciuitas effundens sanguinẽ in medio sui, [2] (a ¶ Captiuitatis. b ¶ Idololatria, quasi maxima primo exprobratur.) vt veniat tẽpus eius, [3] & quæ fecit idola cõtra semetipsam [4] (¶ Quem effudisti.) vt pollueretur. [4] In sanguine tuo qui à te effusus est deliquisti, [5] (a ¶ Quia opera manuum tuarum.) & in idolis tuis quæ fecisti polluta es. Et appropinquare fecisti (a ¶ Per hæc omnia.) c dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum. Propterea [6] (¶ Vel Gentibus.) dedi te opprobrium Gentibus in irrisionem vniuersis terris [5] quæ iuxta sunt & quæ procul à te. Triumphabunt de te: (a ¶ Quia munda esse desisti. b ¶ In malo, quæ quondam in bono ceteras vrbes superabas. c ¶ Quanto sublimior tanto grauius ruis. ¶ Quia, c ¶ q. d. vt cetera prætermittam, pauca numerabo.) sordida, nobilis, grandis interitu. [6] Ecce principes Israel [7] [8] (a ¶ Non in iustitia, sed in roboris fortitudine iudicantes.) singuli in brachio suo fuerunt in te ad effundendum san- [9] (a ¶ Innoxium. b ¶ Alij. ¶ Cum scriptum sit: Qui maledixerit patri vel matri, morte morietur. c ¶ Alias maledixerunt.) guinem. [7] Patrem & matrem contumeliis affecerunt in te, (a ¶ Quasi non sufficeret ad angustiam peregrinatio & exilium. b ¶ Quorum omne præsidium in legibus.) d aduenam calumniati sunt in medio tui: pupillum & vi- (a ¶ Alij oppresserunt quod peius est. b ¶ Vt non discerneretis inter sanctum & pollutum: & inter dies consecratos religioni, & permissos operibus & necessitatibus carnis.) duam contristauerunt apud te: [8] sanctuaria mea spreui- [10] (a ¶ Theodotio, & Symmachus; dolosi, qui omnia dolose & violenter agebant.) stis, & sabbata mea polluistis. [9] Viri detractores fuerunt [11] [12]

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXII.

1 ET factum est. *Hæc est pars septima, in qua exprimitur populi Iudæ malitia sub metaphora multiplicis metalli conflati punienda. Et diuiditur in duas partes, quia primò malitia exprimitur, secundo parabola subditur, ibi,* Et factum est. *Circa primum exprimitur primo crimen crudelitatis, cum dicitur,* (Diuisio.)

2 Ciuitas effundens sanguinem. *Scilicet innocentem.*

3 Vt veniat tempus eius. *Id est, destructionis: Secundò crimen idololatriæ, cum dicitur,*

4 Et quæ fecit idola. *Ad malum suum.*

5 In sanguine. *Pro istis enim duobus vitiis cum aliis sequentibus sequuta est destructio ciuitatis.*

6 Propterea dedi te. *Ista enim destructio fuit tanta, quod ad derisionem Iudæorum fuit procul nuntiata.*

7 Sordida. *Ex multo crimine.*

8 Nobilis, *Ex origine, quia primo fuit fundata à Melchisedech, & postea renouata & ampliata à Dauid & Salomone.*

9 Grandis interitu. *Id est, paratus est tibi grandis interitus. Postea subditur crimen contemptus parentum, quod est contra legem naturalem & diuinam, cum dicitur,* Patrem & matrem, &c. *& crimen oppressionis pauperum, cùm dicitur,* Aduenam calumniari, &c. *Et subditur contemptus ipsius Dei, cum dicitur,*

10 Sanctua. mea spreuistis, *Ponendo ibi idola.*

11 Et sabbata mea, &c. *Operando nefanda diebus sacris.*

12 Viri detractores, &c. *Innocentes mendaciter accusando vt morerentur, sicut de Ieremia dicebant:* Iudicium mortis est viro huic. *Ier. 26. c. Consequenter exprimitur crimen nefandæ luxuriæ cùm dicitur.*

Scelus

MORALITER.

1 *Et fa. est ver. do. &c. Et tu fi. ho. non iud.* In hoc capitulo litteraliter intellecto describitur malitia Iudæorum grauiter punienda sub metaphora multiplicis metalli in fornace conflandi. Mysticè verò per hoc significatur punitio malitiæ plebis Christianæ. Ponuntur autem in processu huius capituli quinque metalla in scoriam versa, scilicet, argentum, æs, stannum, ferrum, & plumbum, vt patet in littera. Per argentum verò significatur munditia castitatis, Psal. 11. b. *Eloquia domini eloquia casta argentum, &c.* Per æs, quod est sonorum, eloquium veritatis, Per stannum, quod per sui consumptionem defendit aurum, feruor charitatis, quo quis ponit animam pro amicis suis, Per ferrum, quod domat omnia, fortitudo stabilitatis, Per plumbum, quod de facili liquescit, dulcor pietatis. Ista quinque tempore ecclesiæ primitiuæ fuerunt excellenter in Christianis, vt patet Actuum 4. & in pluribus aliis locis: Sed modo versa sunt in scoriam. Nam argenti munditia versa est in scoriam carnalitatis, & æris sonoritas in scoriam falsitatis, quod maximè patet in aduocatis, & stanni charitas in odium fraternitatis, sicut patet per guerras existentes in Christianis, & ferri fortitudo in molliciem pusillanimitatis, & plumbi pietas in duritiam crudelitatis: propter quod proiicientur in fornacem gehennalis ardoris, non vt purgentur, sed vt æternaliter crucientur, ideo dicitur in fine cap. *in igne ira, &c.*

(Punitio malitiæ plebis Christianæ. Castitas. Veritas. Charitas. Fortitudo. Pietas. Quomodo ista nostris temporibus defecerint.)

a *Vsuram & superabundantiam.* † IDEM. sect. 8. in Ezech. Quod si etiam non extremum, vt grauius positum erat, & coniunctum tamen erat cum his, quæ dicta sunt; idoneum erat ad deterrendos eos qui hoc vterentur, & ad persuadendum, hoc auaritiæ genus fugiendū esse, vtpote sceleratissimis & impiis coniunctū. Cum homicidis enim & idololatris & libidinosissimis atq; intēperatissimis connumeratum est.

Vsura & luxus grauissima sunt peccata.

b *Ego dominus loquutus sum.* † IDEM IBID. dicta confirmat, eius, qui dixit auctoritas: Satis enim est vox, eo cognito, qui locutus est, dictis fidem adhibere.

c *Fili hominis versa est mihi, &c.* HIERON. lib. 7. comm. Consequente captiuitate, iam imminente vrbis excidio, ignis adhibetur, vt sub trāslatione conflationis purum argentum remaneat quod ære, stanno, ferro, plumboque mixtū fuerat & impuratum; quorum tria, æs, stannum, plumbum, confusiles materię sunt & igne soluuntur; Ferrum verò inter incudem & malleū mollescit, tenuatur, diuersasque accipit formas pro voluntate artificis. Sicut igitur argētum (quod supra dicta metalla violant) in fornacem mittitur: *sic congregabo vos.* Sicut argentum, scilicet, quod supra dicta metalla violant, in fornacem mittitur, vt ablatis sordibus & adulterinis materiis purum remaneat: ita congregabo vos i. m. i. & Babylonia obsidione circumdabo vt succendam in vobis ignem ad conflandum.

De purgatione & adulteratione metallorum.

HIERONYMVS. Quod de Ierusalem dicimus, de animarum statu intelligimus, quæ à Deo puræ conditæ sunt. Aurū in sensu atque in sapientia; argentū in sermone & eloquentia susceperūt, vt quod mente conceperint, verbis explicent. De argento dicitur, *Eloquia domini eloquia casta, ar. igne. exa.* De auro simul & argento, *Si dormiatis inter medios cleros penna colum. &c. Omnis enim gloria filiæ regis* intrinsecus, quæ dicit in Canticis, *Introduxit me rex in cubiculum suum.* Quia requieuerit inter duo testamenta, statim assumat pennas columbæ deargentatas, & auri fulgore in cordis thesauro radiabit. Hinc

De anima Dei charismatibus dotata.

Can. 1. a.

a ¶ Innocentem, cum scriptum sit. Innocentem & iustum non interficies. b ¶ Alta sapientes, contra Deum eleuati.

in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te. Scelus operati sunt in medio tui. [10] Verecundiora patris discooperuerunt in te, immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te. *[11] Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem, & socer nurum suam polluit nefariè, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te. [12] Munera acceperunt apud te, ad effundendum sanguinem: a *vsuram & superabundantiam accepisti, & auarè proximos tuos calumniabaris: meique oblita es, ait dominus Deus. [13] Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam quam fecisti, & super sanguinem qui effusus est in medio tui. [14] Numquid sustinebit cor tuum, aut præualebunt manus b tuæ in diebus quos ego faciam tibi? Ego dominus loquutus sum, & faciam. [15] Et dispergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te, [16] & possidebo te in conspectu gentium, & sciēs quia ego dominus. [17] Et factum est verbum domini ad me dicens: [18] Fili hominis versa est mihi domus Israel in scoriam.

a ¶ Vel incestum. b ¶ Publicè. ¶ Quod in angulis quoque rarò fit, dum timent qui faciunt deprehendi. c ¶ Nouercæ, scilicet, contra ius & fas copulati. a ¶ Non parcentes naturæ, nec inducias dantes turpitudini. a ¶ Ad vxorem proximi hinnientes vel intrantes. ¶ Quod peius. a ¶ Nesciens iura sororis, vt non vterinam sed eiusdem patris violaret sororem. a ¶ Necessitatem pauperum verterunt in lucrum, vt vsuram acciperent. ¶ Innoxium. ¶ Amicos. a ¶ q. d. hæc omnia fecisti: quia mei obli. Memoria Dei excludit omnia flagitia. a ¶ Ideo. b ¶ Habitum irascentis assumpsi, vt intelligas, scilicet & mente cognoscas, vtrum vel animo vel manibus possis meam iracundiam sustinere. a ¶ Cum capta fueris. b ¶ O Ierusalem. c ¶ Quasi inutiles paleas huc illucque repelendas. a ¶ q. d. Sæuitia mea vertetur in clementiam, hoc enim faciam vt deficiat immunditia tua, & pristinam puritatem recipias: & sic possi. te. a ¶ Possessa à me. a ¶ Qui reddo vnicuique secundum opera sua. a ¶ Sordes & purgamenta metalli.

* Iere. 5. c.

Hinc est quòd peccatoribus, qui Dei offensam meruerunt, cælum fit æneum, terra ferrea, & maximè terra Ægypti, de qua eduxit dominus filios Israel, quasi de fornace ferrea. In Zacharia quoque, *Iniquitas sedet super talentum plumbi.* Et in Exod. dicitur, *Submersi sunt in aquis vehementibus, quasi plumbum.* Graui enim peccatorum pondere premebantur, vt dicere possent: *Sicut onus graue grauata sunt super me.* Quomodo autem auri speciem æris similitudo mentitur; sic argenti candorem stannū simulat: quod simplex & rusticus non facile dignoscit; & sæpe accidit vt aurum & argentum hęretica prauitate cōmixtum, igne spiritussancti, & domini iudicio separetur, & purum aurum remaneat atque argētum. Vnde propheta, *Dedi eis argentum & aurum: Ipsi verò fecerunt ex eis Baal.* Cui simile est, *Eduxit eos in auro & argento, & non erat in tribus; &c.* Finis autem pœnarum omnium fit, nosse, quod ipse sit dominus.

Zach. 5. Exo. 15. b. De scientia veritatis & falsitatis. 14. q. 3. ei putant. Quicquid supra datum exigatur vsuram esse. Hose. 2. b.

d *Versa est mihi domus Israel in scoriam.* † GREGORIVS in Pastor. part. 3. admon. 14. Ac si apertè dicat, purgare eos per ignē tribulationis volui, & argentum illos vel aurum fieri quæsiui: sed in fornace mihi in æs, stannum & plumbum versi sunt, quia non ad virtutem, sed ad vitia, etiam in tribulatione proruperunt. Æs quippe dum percutitur, amplius metallis ceteris sonitum reddit: Qui igitur in percussione positus, erumpit ad sonitum murmurationis, in ęs versus est in medio fornacis. Stannum vero, cum ex arte componitur, argenti speciem mentitur: Qui vero simulationis vitio non caret in tribulatione, stannum factus est in fornace. Ferro autem vtitur, qui vitæ proximi insidiatur: Ferrum itaque in fornace est, qui nocendi malitiam non amittit in tribulatione. Plumbum quoque ceteris metallis est grauius: In fornace ergo plumbum inuenitur, qui sic peccati sui pondere premitur, vt etiam in tribulatione positus, à terrenis desideriis non leuetur.

De eis qui in tribulationibus positi deteriorantur non meliorantur.

Eo

NICOLAVS DE LIRA.

1 Scelus operati sunt. *Id est scelera quæ magis exprimuntur, cum subditur,*

2 Verecundiora patris, &c. *Nouercas suas carnaliter cognoscendo, & ad mulieres menstruatas accedendo, adulteria indifferenter committendo, ideo subditur,*

3 Et vnusquisque, &c. *Consequenter resumitur vitium cupiditatis & crudelitatis simul, cùm subditur,*

4 Munera acceperunt, &c. *Interficere enim lucri cupiditate, enormius est, quam ex surreptione iræ.*

5 Vsuram & superabundantiam accepisti, *Etiam à fratribus tuis Iudæis.*

6 Et auarè proximos tuos calumniabaris, *Ad extorquendum pecuniam.*

7 Meique oblita es, *Præcepta mea contemnendo.*

8 Ecce complosi manus meas, *Quasi homo dolore afflictus propter vitia.*

9 Numquid sustinebit cor tuum, *Pœnam quam intendo inferre? quasi dicat, non; imo deficiet præ timore: & per consequens manus & alia membra, quæ habent sensum & motum à corde.*

10 Ego dominus loquutus, &c. *Quasi dicat, non est prophetia comminationis tantum, quæ aliquando retractatur; sed cum hoc prædestinationis quæ semper impletur.*

11 Et deficere faciam immunditiam tuam à te, *Multos peccatores occidendo, & alios inter Gentes taliter affligendo, quòd vexatione intellectum dante cogentur per pœnitentiam redire ad me; ideo subditur,* Et possidebo te, &c.

12 Et factum est. *Hic consequenter sub metaphora multiplicis metalli conflati, describitur punitio populi. Et primo hæc punitio exprimitur: Secundo scriptura ad describendum vitia reuertitur, ibi,* Et factum est. *Circa primum dicitur in persona domini,*

Diuisio.

13 Versa est mihi domus Israel in scoriam. *Id est, de munditia in immunditiam: isto modo dicitur Isa. 1. f.* Argentum tuum versum est in scoriam.

a Eò quòd, &c. THEODORETVS sect. 8. in Ezech. Quando scelerum colluuionem admisistis, & argento improbo similes, per omnis generis improbitatem adulterinos vos ostendistis: fornacem vobis constituam ipsam Ierusalem, & carbonum instar hostes iniiciam, meamque vim & voluntatem, veluti quoddam sufflatorium commouebo, & simul vos conflabo; vt eos qui insanabili morbo laborarunt, æquè atque aliam materiam conficiam: eos verò qui curationem admiserint, veluti quoddam purgatum argentum reddam.

Ierusalem in fornacem mittenda, quo purgetur vel cōsumatur.

b *Et conflabo vos.* HIERONYMVS lib. 7. comm. Vnde Malachias, *Quasi ignis conflatorij, & sicut herba lauantium; & sedebit conflans quasi aurum, & quasi argentum, & conflabit filios Leui.* Et Isaias, *Lauabit dominus sordes filiorum & filiarum Sion, &c.* Cui simile, *Proba me domine, & tenta me.* Et post infertur, *Vrere renes meos & cor meum:* vt scilicet, lumborum nostrorū noxij humoris vniuersa pituita siccetur.

Mala. 3. a. Isai. 4. b. Psal. 25. a.

c *Et factus est sermo domini, &c.* IBID. Quia quæreret auditor, quæ esset scoria, quæ argenti violauerit puritatem & ære, plumbo, stanno, ferroque miscuerit; quod ibi sub persona vrbis & fornacis, hic sub specie terræ non rigatæ neque complutæ dicitur.

d *Non compluta.* IBID. Vnde, *Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem:* hanc expectamus, cum datur nobis pluuia temporanea & serotina. Vnde, *Pluuiam voluntariam segregabis Deus he. tuæ.*

Isa. 5. b. Psal. 67. b.

† THEODORETVS vbi suprà. Atqui doctrinæ pluuiam per sanctos ipse prophetas adhibebat: quam cum non exciperent, sed repellerent, veluti saxum quoddam pluuiæ irrigationi haud præbens aditum, meritò ipsam, terram non irrigatam, nominauit.

e *In die furoris.* HIERONYMVS vbi suprà. Quo quisque sibi conciliat multitudinem peccatorum.

f *Coniuratio propheta.* HIERONYMVS IBID. Hæc est, scilicet, scoria vrbis, & terræ durissimæ & sentibus plenæ squalor.

a ¶ Quod aurum mentitur. b ¶ Quod argento simile. c ¶ Pondus iniquitatis. ¶ Quæ omnia argentum violant.

Omnes isti æs & stannum & ferrum & plumbum in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. [19] Propterea hæc dicit dominus Deus: Eò quòd versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem [20] congregatione argenti & æris & ferri & stanni & plumbi in

a ¶ Famis, pestilentiæ.

medium fornacis, vt succendam in ea ignem ad conflan-

a ¶ Vos. ¶ Vt ablatis sordibus purum argentum remaneat. b ¶ Contentus pœnarum vestrarum dolore, vltionem compescam.

dum. Sic congregabo in furore meo & in ira mea & requiescam. Et conflabo vos, [21] & congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius, [22] vt conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in me-

a ¶ q. d. Hæc omnia faciam, vt vel sic sciatis, quia e. do. & iudex omnium & retributor.

dio eius. Et scietis quia ego dominus, cùm effuderim indignationem meam super vos. [23] Et factus est sermo domini ad me, dicens: [24] Fili hominis dic ei: Tu es terra immunda, &

a ¶ Lxx. ducum in medio eius, habentium similitudinem leonis, de quo, Aduersarius vester diabolus, tamquam leo rugiens.

non compluta in die furoris. [25] Coniuratio prophetarum in medio eius, sicut leo rugiens capiensque prædam ani-

a ¶ Diabolus & socij eius, animas non corpora deuorare cupiunt.

mas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt, viduas

a ¶ Occidendo viros.

eius multiplicauerunt in medio illius. [26] Sacerdotes eius con-

a ¶ Cum præsules templi esse debeant, de quorum ore legis notitia requiritur.

tempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea.

a ¶ Miscentes fasque nefasque. b ¶ Nisi pecuniæ.

Inter sanctum & prophanum non habuerunt distan-

a ¶ Differentiam. b ¶ Inconsiderati.

tiam, et inter pollutum & mundum non intellexerunt, &

a ¶ Quantum in ipsis est.

à sabbatis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar

g *Animas deuorauerunt, opes, &c.* IBID. Hæc tunc accidisse populo Iudæorū nulli dubium est. Propter sacerdotes enim & principes & prophetas adduxit dominus super eos malum. In nostris quoque Ierusalem multi sunt, qui animas deuorant, & pretium accipiūt, & multas viduas faciūt, quæ sponsum dominum perdiderunt. Horum autem prophetarum factio & coniuratio est, vt sibi inuicem faueant, & omnia turpis lucri causa faciant.

Homines nequam in Ecclesia.

h *Inter sanctum & prophanum, &c.*

† THEOD. vbi supra. *Profanum* hoc loco non impium vocat; sed id, quod cōmune est, & à rebus diuinis distinctum, *purum & impurū*, quæ secundum legem separata sunt, & quæ secundum legem interdicta. Neque de cibis tantum & sacrificiis loquitur; sed etiam de indumentis, & aliis, quæ tum voluntate tum præter voluntatem accidunt, fluxu seminis & menstruo laborante, & contactu lepræ & cadaueris, &c.

Prophanū, purum & impurum.

i *Et à sabbatis meis auerterunt oculos.* HIER. vbi suprà. Diei requiem, quæ in notitia scripturarum est, non recogitant: nec dicunt cum propheta, *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua;* Nec cum apostolo, *Nos autem reuelata facie gloriam domini contemplamur.*

Psal. 118. c. 2. Cor. 3. d.

k *Et coinquinabar.* HIERONYMVS IBID. De quo, *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis.*

Ioan. 1. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Omnes isti æs, &c. *Habentes similitudinem auri,*

2 Et stannum, *Habentes similitudinem argenti: & tamen non sunt. Et per hoc designantur hypocritæ, quorum aliqui habebant apparentiam maiorem sanctitatis, & aliqui minorem, primi per æs, secundi per stannum intelliguntur.*

Hypocritæ.

3 Et ferrum. *Id est, in vitiis indurati.*

4 Et plumbum. *Carnales & lasciui, quia plumbum statim ad calorem ignis liquescit.*

5 In medio fornacis, *Id est diuinæ arguitionis per Prophetas.*

6 Scoria argenti facti sunt. *Non recipientes correctionem, sed peiorationem. Et sequitur pœna correspondens, cum dicitur,* Eò quòd versi estis. *Subditur,*

7 Congregabo vos in medio Ierusalem, *Vt defendatis eam à Nabuchodonosor, secundum intentionem vestram; sed contrarium eueniet. Ideo sequitur,*

8 Congregatione argenti & æris & ferri, &c. in medium fornacis, *quia capta Ierusalem & succensa, aliqui iusti temporaliter perierunt cum iniustis, vt dictum est cap. præcedenti; qui per argentum hic intelliguntur. De significatione æris & ferri, & stanni & plumbi dictum est.*

9 Et requiescam. Et conflabo vos, &c. *Loquitur Deus de seipso ad modum hominis irati, cuius ira post punitionem quiescit.*

10 Et scietis quia ego dominus, &c. *Per experientiam meæ potestatis.*

11 Et factus est sermo domini ad me dicens, &c. *Hic repetuntur vitia quantum ad diuersos status, cùm dicitur primò generaliter,*

12 Tu es terra immunda, *Ex peccatis præteritis:*

13 Et non compluta in die furoris, *Id est carens operibus bonis, sicut terra non compluta caret fructibus. Et consequenter subditur crimen prophetarum, cùm dicitur,*

Contra pseudoprophetas.

14 Coniuratio prophetarum in medio eius, *Scilicet falsorum.*

15 Sicut leo rugiens, *Quia persequebantur ad mortem prophetas domini, & rapiebant eorum bona.*

16 Viduas eius multiplicauerunt in medio illius. *Occidendo veros prophetas earum maritos. Et subditur crimen sacerdotum, cùm dicitur,*

& malos sacerdotes.

17 Sacerdotes eius contempserunt legem meam, *De eius obseruantia non curando.*

18 Et polluerunt sanctuaria mea, *Idololatriam ibi exercendo.*

19 Inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam, *Indifferenter immolantes animalia munda & immunda:*

20 Et à sabbatis meis auerterunt oculos suos, *Cultum meum negligendo & ad terrena lucra se conuertendo; consequenter ponitur crimen principum, cum dicitur,*

a ¶ De quo: Medius vestrum stetit quem vos nescitis.
b ¶ Prophetæ & sacerdotes leonibus, principes quasi inferiores lupis comparantur.

in medio eorũ. * [27] Principes eius in medio illius, quasi lupi

a ¶ Subiectorum. b ¶ Non corporum, sed animarum. c ¶ Id est.

rapientes prædam ad effundendum sanguinem, et ad perdendas animas, & auare sectando lucra. [28] Prophetæ autem

a ¶ Quia absque commixtione palearum liniebant parietem qui imbribus dissipatur.

eius liniebant eos absque temperamento, videntes vana

a ¶ Non prophetantes. b ¶ Terræ miserabili.

& diuinantes ei mendacium, dicentes: Hæc dicit do-

a ¶ Qualis magister, talis & discipulus. b ¶ Non Dei, sed terrenorum operum.

minus Deus, cùm dominus non sit loquutus. [29] Populi ter-

a ¶ Imitantes principes & sacerdotes, per calumniam & potentiam omnia agentes.

ræ, calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter

a ¶ Non diuitem: Redemptio enim viri propriæ diuitiæ.
¶ De quo scriptum est: Pauper autem non sustinet comminationem vel commutationem.

egenum, & pauperem affligebant, & aduenam opprime-

a ¶ Inter tot & tanta vitia.

bant calumnia absque iudicio. [30] Et quæsiui de eis virum,

a ¶ Intercessionem.

qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni. [31] Et effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi

a ¶ q. d. Non absque iudicio, & absque mensura.

eos. Viam eorum in caput eorum reddidi, ait dominus Deus.

☞ a *Et auare.* HIERON. lib. 7. com. Non eo contenti, *Qui altari seruiunt, de altari viuunt*, sed postquam ad altaris ministerium accesserunt, Cræsi congregant diuitias, & Alcynoi delicias.

(1. Cor. 9. b.) (Diuitiæ clericorum.)

b *Propheta autem.*

† THEODORETVS Sect. 8. in Ezech. Confirmabant, inquit, qui prophetæ vocabantur, ea quæ à principibus perperam fiebant, adulatoriis verbis vsi.

c *Aduenam, &c.* HIER. vbi supra. Qui nondũ ecclesiæ ciuis, sed tantum auditor, habens initia fidei, vt cùm circumierint mare & aridam, vt faciant vnum proselytũ, faciant eum filium diaboli.

(Matt. 23. b.)

d *Interponeret sepem.*

IBID. Qui scilicet iræ meæ posset resistere, sicut Moyses & Aaron & Samuel, vnde Moysi quasi resistenti & renitenti dicitur, *Dimitte me, & deleb. populum istum.*

(Exod. 32. c.) (* Mich. 3. d.)

† THEODORETVS vbi supra. Hæc etiã per Ieremiam docet, cum ait, *Circumcurrite vias Ierusalem, & aspicite, & quærite in plateis tuis si inueneritis vnum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei.* Igitur hic quoque ait. Ex principibus, ex sacerdotibus, & aliis omnibus inquirebam vnũ certe virum, qui posset in intercisione sepis stare, hoc est, cohibere illata supplicia sua iustitia valentem. Hinc percipi potest diuinæ bonitatis exuperantia, & Iudæorum impietas. Nam de Sodomis pollicitus fuit si quinque iustos inueniret, omnem seurbem à supplicio illæsam conseruaturum. Hic vero cum vnum quæsiisset, non inuenit.

(Ierem. 5.) (Paucitas bonorum in Iudæis.)

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Principes eius in medio. *Innocentes iugulantes, & bona eorum rapientes.*
2 Et auare sectando. *Subuertendo iustitiam propter munera.*
3 Prophetæ autem eius, *Scilicet falsi.*
4 Liniebant eos absque temperam. *Id est, indecenter commendantes vitia principum, quæ debebant arguere: colorantes ea pallio falsæ iustitiæ.*
5 Dicentes: hæc dicit, &c. *Quia simulabant se prophetas veros in modo loquendi vt facilius deciperent. Consequenter tangitur crimen populi communis, cùm dicitur:*
6 Populi terræ calumniabantur, *Scilicet simplices.*
7 Calumniam, *Id est, sine causa.*
8 Et rapiebant violenter, *Eorum bona.*
9 Egenum & pauperem affligebant. *Id est, illos qui se defendere non valebant.*
10 Et quæsiui de eis, *Scilicet de omnibus prophetis prædictis, sacerdotibus, principibus & vulgaribus,*
11 Virum qui interponeret sepem. *Id est, precem efficacem.*
12 Et staret oppositus contra me, &c. *Id est, ad impediendum rigorem iustitiæ meæ.*
13 Et non inueni. *Saltem vnum, vt exponunt aliqui. Sed hoc non videtur bene dictum, quia ibi erant Ieremias & Baruch, qui erant iusti & orabant pro salute populi. Et sicut dictum est suprà in captione Ierusalem, plures iusti cum impiis fuerunt occisi, de quibus non est verisimile, quin Deum orarent pro liberatione ciuitatis & totius populi. Et ideo cum dicitur,* Et quæsiui de eis vi. *id est, viros in numero sufficienti, vt pro illis deberem parcere toti ciuitati: vnde & Abraham Gen. xviij. cum quæsiuisset à domino si parceret ciuitati Sodomorum pro decem iustis, non fuit ausus quærere de minori numero vlterius. Et ideo subditur,* Et non inue. *scilicet, viros iustos in numero sufficienti. Iniquitas enim ciuitatis erat nimis grauis ex multiplicitate, enormitate, & diuturnitate, vt patet ex prædictis, & diffusius iv. Reg. & ij. Paralipom. Per talem modum dicitur communiter, Non est vir in ciuitate, quando sunt ibi pauci viriles & animosi. Ideo subditur vindicta, cum dicitur:* Et effudi super eos indignationem meam, &c. *Et patet littera.*

(Paucitas bonorum in Ierusalé.)

☞ CAP.

ADDITIO.

In ca. xxij. vbi dicitur in postil. Virum qui interponeret sepem. *Quod dicitur hic:* Quæsiui ab eis vi. q. &c. non inueni: *bene posset exponi de vno tantum, prout littera sonat planè. Ad quod sciendum, quod non omnes iusti sunt æquales in gradu iustitiæ seu meriti. Vnde licet essent aliqui iusti tempore destructionis Ierusalem vt Ieremias & Baruch, non tamen erant tanti meriti, vt per eorum orationes placaretur, sicut per orationem Moysi placatus fuit Deus erga filios Israel in deserto. Vnde Psalm.* Et dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in cõfractione in conspectu eius. *Vnde hic in littera non dicitur, Et quæsiui de eis virum iustum, & non inueni, sed dicit,* Et quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret contra me oppositus. *q. d. licet essent ibi iusti aliqui, non tamen aliquis eorum erat tanta iustitiæ & meriti, quod posset quasi in oppositum stare contra diuinam iram: & hoc more humano loquendo. Vnde glo. super istud verbum,* Qui interponeret se, &c. qui iræ meæ posset resistere sicut Moyses & Aaron & Samuel. Vnde Moysi quasi resistenti & renitenti dicitur, Dimitte me, & delebo populum istum. *Hæc in glo. Et ideo ex hoc quod talis resistens non inueniebatur sicut Moyses, non sequitur quod ibi non erant aliqui iusti, minus tamen sufficientes. Quod autem dicitur de Abraham, quod non fuit ausus de minori numero quærere quàm decem, non facit ad propositum, prout potest haberi suprà Gene. xviij. capitulo, in additione vltima.*

(Ira Dei maior in Iudã, pro tempore, quo hæc ab Ezechiele dicta sunt, quam cui possit obsistere vnius hominis sanctitas.)

REPLICA. *In ca. xxij. quia à primo ca. vsque ibi. Burg. nihil ponderosi mouet dignum pertractatione vbi Post. illum passum,* Et quæsiui de eis virum, *qui staret contra me oppositus. scilicet ad impediendum orationibus,* & non inueni, *exponit virum, id est, viros singulare pro plurali: viros inquam in numero sufficienti, vt propter illos deberet parcere toti ciuitati & populo, quemadmodum Abraham non fuit ausus petere pro paucioribus quam decem, tamquam sufficientibus, vt patet Genes. xviij. Burg. contradicit dicens debere intelligi singulariter de vno sufficienti, sicut Moyses, de quo dicitur,* Nisi stetisset Moyses in con. &c. *Sed Burg. videtur facere iniuriam Ieremiæ, qui fuit sanctus antequam natus & non legitur Deum grauiter offendisse, sicut Moyses. Magni igitur meriti fuit apud Deum & satis sufficiens ad impetrandum quodcumque impetrabile. Sed quia desolatio de qua hic dicitur, processit ex sententia Dei diffinitiua, & per consequens irretractabili, Tempore autem Moysi fuerunt sententiæ comminatoriæ, quæ erant signa diuinæ voluntatis, non voluntas beneplacens, & ideo irretractabilitas sententiæ in hoc loco non fuit ex defectu intercessoris deficientis, sed ex irrefragabilitate diuinæ voluntatis. Littera igitur ista quæ dicit,* Quæsiui & non inueni virum, *intelligenda est quasi more humano dicta, ex hypothesi impossibili, vt sit sensus, quia impossibile est Dei diffinitionem impediri, & si quem se opponentem quærerem non inuenirem. Et sic fortassis accipi oportet illud. Iere. v. a.* Circumite vias Ierusalem. *Exemplum autem quod hic Postil. ponit de Abraham non placet Burg. Vide illius correctionem, suprà Gen. xviij. secundum distinctionem supradictam sententiarum Dei ex diffinitione vel comminatione, potest dici virum vel viros: quia ita impossibile est pluribus sicut vni, nisi apposita esset conditio in determinatione diuinæ sententiæ: & vnus sufficeret, sicut Christus sufficit tollere Chirographum, vel certus numerus vt decem in casu Sodomorum, prout dicitur Ge. ca. suprà allega.*

(Tertiã postillatoris expositionem, sententiã Postillatoris defendens, & illam Burgensis non reiiciens.)

CAPVT XXIII.

A 1 ET *factus, &c. Fili ho.* HIERONYMVS lib. 7. com. Duodecim tribus Israel, quæ in Ægypto iunctæ fuerunt postea in duas & decem tribus diuisæ sunt, duæ Iuda, decem tribus Israel appellantur. Inde de tribu Dauid regnauit Roboam filius Salomonis in Ierusalē, vbi templum & sacerdotes & magna pars tribus Leui. Decē autē tribubus in Samaria, Ieroboā filius Nabath de tribu Ephraim & Ioseph, quarum Samaria nunc dicitur *Oolla*, quod in lingua nostra sonat *tabernaculum*, B Ierusalem vero *Ooliba*, id est, *tabernaculum meum in ea*. Siquidem & decem tribus erant tabernaculum non Dei, sed idolorum. Aureos enim Ieroboam (vt populum auerteret à cultu Dei) vitulos locauerat in Dan & Bethel. Vnde:

Oolla quæ Samaria.

Oolіba quæ Ierusalem.

Fili hom. duæ. † THEODOR. sect. 9. in Ezech. Asserit eas vnius matris, non solum propter C vnam generis stirpem, sed etiam quia secundum impietatem vnam habuerunt parentem Aegyptum. Etenim superius per translationem, matrem ipsorum Cethæam, & Amorrhæum patrem appellauit.

b *Matris vni.* HIERON. vbi supra. Cethææ, scilicet, de qua suprà. Pater vester Amorrhæus, & mater vestra Cethæa.

c *In adolescentia sua.* † THEODORETVS vbi supra. Patres enim ipsorum Abraham Isaac & Iacob pietate splenduerunt, eorumque filij ita permanserunt, vt idololatriæ mysteriis minimè initiarentur. Verum qui ex illis procreati sunt, cum in Aegypto commorarentur, impietatem didicerunt. Et adolescentiam eorum vocat, initium, vnde tanta creuit multitudo, Corruptionem vero & mammarum casum, impiorum dogmatum doctrinam. Quemadmodum enim violatam virginitatem mammarum laxitas consequitur: ita cum quis à Deo defecerit, sequitur eius partis, quæ in nobis principatum obtinet casus, cuius veluti tegumen- D ta & indumenta sunt mammæ: tum quia per similitudinem mulieres ipsas nominauit, mulierum quoque quarumdam in Ægypto ob intemperantiam insignium, ipsis nomina imponit, Oolla, & Ooliba.

Doctrina impiorum dogmatū.

CAPVT XXIII.

1 ET factus est sermo domini ad me, dicens: [a Samaria & Ierusalem.] 2 Fili hominis duæ mulieres [a Stirps Israel.] filiæ matris vnius fuerunt, 3 & fornicatæ sunt in Aegypto. [a Neque enim eductæ de Aegypto accepissent legem in monte Sinai prohibentem colere idola, nisi in Aegypto idola coluissent.] In adolescentia sua fornicatæ sunt. Ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum. [a Hæc scilicet. b Samaria. c Senior.] 4 Nomina autem earum, Oolla maior, & Ooliba [a Quando ingemuerunt ab operibus Aegypti in luto & latere seruientes. b In solitudine, vel in terra promissionis.] soror eius minor. Et habui eas, & pepererunt filios & filias. [a Hæretici. b Tabernaculum erroris & dæmonum.] Porrò earum nomina, Samaria, Oolla, & Ierusalem [a Contra Deum relinquens fidei veritatisque castitatem.] Ooliba. 5 Fornicata est igitur Oolla super me: & insaniuit in amatores suos, [Scilicet.] in Assyrios propinquantes, 6 vesti-

† GREG. Pastoral. part. 3. admo 29. In Aegypto vbera subiguntur, cum turpi huius mundi desiderio humanæ mentis voluntas substernitur. In Ægypto pubertatis mammæ franguntur, quādo naturales sensus adhuc in seipsis integri, pulsantis cōcupiscentiæ corruptione vitiantur.

De eis quos corrumpit mundus & caro.

d *Ibi subacta sunt, &c.* E HIER. vbi supra. Quādo dicitur, vnusquisque abominationes Ægypti auferat ab oculis suis, significat quod in Aegypto Israel idolis seruierit, & ibi fracta sunt vbera pubertatis eius.

Israel in Aegypto idolis seruierat.

e *Nomina autem, &c.* HIERONYMVS IBID. Quid significet Ioseph, Ephraim, Samaria, Iezrael, & Israel: Et quomodo contrariæ sint domui Dauid & Ierusalem, id est, ecclesiæ, F In expositione Hosee plenè dictum est. De quibus dicitur, *Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, capti sunt in die belli.* Et alibi: *Et repulit tabernaculum Ioseph, & elegit tribum Iuda.* Elegit enim Deus *domum confessionis*, id est, ecclesiam, & repulit tabernaculum Ioseph, quod est, *augmentum*, eos scilicet qui prætermissa lege Dei aureos vitulos adierunt. Et dicuntur Oolla, id est, *tabernaculum*, non Dei, sed erroris & dæmonum: sed soror maior & senior propter multitudinem & captiuitatem ab Assyriis fornicata est contra Deum.

Psalm. 77. b. Ibidem g.

f *Maior, &c.* Propter multitudinem decem tribuum, vel quia post mortem Moysi de tribu Ephraim Iesus filius Naue populo præfuit, vnde & Ieroboam qui scidit eas à domo Dauid.

3. Reg. 11. g.

g *In Assyrios.* † THEOD. vbi suprà. Per ænigma iuuenes electos, indutos hyacinthinis, idola vocat, ita ab ipsis picta & figurata.

Etenim

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXIII.

1 ET factus est, &c. *Hæc est pars octaua, in qua describitur malitia populi sub metaphora duarum sororum turpiter fornicantium: minor post maiorem, per quas intelliguntur Samaria & Ierusalem, vt exprimitur in littera. Et per consequens regnum Israel & regnum Iuda, quorum fuerunt metropoles, quæ fornicatæ sunt enormiter per idololatriam vt patet ex discursu iij. & iiij. Reg. & ij. Paral. igitur præsens capitulum in tres partes diuiditur, quia primò sub dicta metaphora de vtroque regno agitur coniunctim, Secundo diuisim, ibi,* Fornicata est. *Tertio iterum coniunctim, ibi,* Et ait dominus. *Circa primum dicitur:*

Diuisio.

2 Duæ mulieres, *Id est, duo regna prædicta: Quæ dicuntur mulieres, quia erant ad omne bonum effeminata,*

3 Filiæ matris vnius. *Quia tempore Dauid & Salomonis regnum fuit vnum sed duritia verborum Roboam in duo diuisum. iij. Reg. xij.*

4 Et fornicatæ. *Non potest intelligi hoc de duobus regnis diuisis in seipsis, quia ista diuisio regni per quingentos annos facta fuit post egressum de Aegypto. Et ideo exponitur vno modo, inquantum fuerunt originaliter in patribus in Aegypto existentibus, & ad idololatriam Aegyptiorum declinantibus. Alio modo dicit Ra. Sa. quod intelligitur per imitationem, quia ista duo regna ad modum patrum in Aegypto existentium, declinauerunt ad idololatriam.*

Quomodo Israel dicatur fornicatus in Aegypto?

5 In adolescentia. *Quia statim in principio diuisionis regni, Ieroboam rex Israel fecit vitulos aureos à populo suo coli. iv. Reg. xij. Et postea regnum Iuda ad idololatriam declinauit.*

6 Ibi sub. sunt. *Prosequitur metaphoram designando idololatrandi actum per carnalem concubitum.*

7 Et fractæ. *In defloratione enim iuuenculæ mollificantur mammæ.*

8 Nomina autem. *Id est, Samaria, siue regnum Israel, vt exprimitur infrà, quæ dicitur maior, quia regnum illud continebat decem tribus, regnum autem Iuda duas. Et nominatur Oolla, quod in Hebræo sonat* tabernaculum *quia postea fuit ibi templum Baal. iv. Reg. x. Regnum vero Iuda Ooliba, quod interpretatur tabernaculum meum, quia ibi fuit templum domini in Ierusalem.*

Oolla. Oolibæ.

9 Et pepererunt filios. *Multiplicando populum in vtroque regno.*

10 Fornicata est. *Hic consequenter agitur diuisim de vtroque regno. Et primo de regno Israel, Secundo de regno Iuda, ibi,* Quod cum vidisset. *Circa primum dicitur,* Fornicata est igitur. super me, &c. *id est, iniuriam meam, qui sum vir eius.*

11 Oolla. *Id est, regnum Israel sub nomine Samariæ statim à tempore Hieroboam, vt dictum est, colendo vitulos aureos idololatrauit.*

12 Et insaniuit in, &c. *Id est, sibi propinquos in situ, quæsiuit enim regnum Israel cum Assyriis fœdus & amicitiam & ex consequenti recepit ipsorum idololatriam. Et vt dicit Rab. Sal. hoc fuit impletum tempore Manahen regis Israel, qui per regem Assyriorum quæsiuit fulciri in regno suo: propter quod dabat ei in singulis annis magnum tributum iv. Reg. xv.*

Israel concedit in idololatriam Assyriorū.

1 Prin-

MORALITER.

† 1 *Et factus est, &c. Fili ho. duæ, &c.* In hoc ca. describitur malitia Iudæorum punienda sub metaphora duarum mulierum adulterarum, & vnius matris filiarum. Mysticè vero per has mulieres intelligi possunt duæ religiones in generali, quę filię sunt vnius matris ecclesiæ: Vna est religio possessiones habentium, Alia, mendicantium. Per maiorem filiam significatur religio possessiones habentium, quia secundum tempus est prior & fortior. Et ista vocatur Oolla & interpretatur *templum*, quia religio possessiones habentium facit eleemosynas magnas & hospitalitates, & habet vnde. Per minorem vero filiam, quæ vocatur Ooliba & interpretatur templum meum, significatur religio mendicantium, quæ non facit hospitalitatem communiter nisi fratribus eiusdem religionis. Et de vtraque dicitur infrà, quod non reliquit fornicationes Aegypti, id est, mores sæculi, quia plures de mendicantibus & non mendicantibus portant religiosum habitum, & habent mores sæcularium. Et de maiori filia dicitur infrà, quod insaniuit in amatores suos in Assyrios, qui interpretantur *sustollentes vigilias* domini, Et per istos significantur principes huius mundi, qui Priores & Abbates accipiunt pro

Religio possessiones habentium.

Religio mendicantium.

Vitia quæ in priori dominantur.

† consi-

Etenim consueuerant omnes antiquitus impietati dediti, habitus in sua Repub. vsitatos suis diis imponere. Græci siquidem & Romani, Martem secundum propriam sui habitus armant figuram. Sic Persæ, Indi, Æthiopes.

a *Et facta sunt famosæ mul. &c.* HIE. lib. 7. com. Hęretici fiũt famosi inter cuncta sæculi dogmata, vt in exemplo omnium feminarum turpitudo eorum puniatur.

b *Et iudicia per.* IBID. Vt nihil in illa salutis relinquerent. Vsque hodie enim captiui tenentur in mõtibus vrbibusque Mœdorum.

c *Plus quàm.* IBID. quia illa semel, & foris, idola fabricata est in Dan & Bethel: Hęc crebrò, & in excelsis, & in templo Dei adorauit statuã Baalis, & cum Assyriis fornicata est. Idolum enim Baal siue Bel, & vt apertius dicam Belis, Assyriorum religio est, consecrata à Nino Belis filio in honorem

(Gentiles qualem vestitum suis apponerent Diis. — Hæretici. — Israel vsque hodie captiuus. — Bel & Baal.)

tos hiacyntho, principes & magistratus, iuuenes cupidinis vniuersos equites & ascensores equorum. [7] Et dedit fornicationes suas super eos, electos filios Assyriorum vniuersos, & in omnibus in quos insaniuit, & in immunditiis eorum polluta est. [8] Insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Aegypto, non reliquit. Nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia eius, & illi confregerunt vbera pubertatis eius, & effuderunt fornicationem suam super eam. [9] Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insaniuit libidine. [10] Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios & filias eius tulerunt, & ipsam occiderunt gladio. Et factæ sunt famosæ mulieres, & iudicia perpetrauerunt in ea. [11] Quod cum vidisset soror eius Ooliba, plus quàm illa insaniuit libidine, & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ [12] ad filios Assyriorum præbuit impudenter ducibus & magistratibus ad se venientibus indutis veste varia, equitibus qui vectabantur equis, & adolescentibus forma cunctis egregia. [13] Et vidi, quod polluta esset, via vna ambarũ, [14] & auxit fornicationes suas. Cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas

(Glossæ interlineares: a Excelsa & cælestia sibi promittentes. b Non quoslibet de populo. c Hæreticorum. d Non confectos ætate. a Quorum secuta est idola. De quibus: Hi in curribus & hi in equis. b A quibus contra legem Dei auxilium postulauit. a Duces s. ac magistratus qui sibi scientiam & eloquentiam repromittunt. a Idolis. a Id est, antequam crederet. a In adolescentia. b Quia etiam in hæresi exercuit. Ægypti quorum coluit simulacra. c Verecundè concubuerunt. a Deuirginantes & virginitatem quam habuerant in ecclesia perdentes. a Non modo fornicati sunt, sed ef. for. suam. b Vnde Paulus, Tradidi eos Satanæ. a Phul. s. & Theglathphalnasar. & Salmanasar. Tropologicè: Vrbis reuelatio captiuitas est. a Q. mulieris meretricis. a Scientia præditos. b Simplices atque imperitos. c In captiuitatem corporis & animæ. a Spirituali vel corporali. b Quia superius dixerat pluraliter, filios. c In omnium mulierum exemplo, & vt in malum omnium sermone celebraretur. a Plagas s. sororis. b Ecclesia. c Ierusalem, in qua templum Dei, non timuit exemplo illius. a Hæreticorum. s. a Vt ambarum. s. vna fieret fornicatio. b In hoc auxit fornicationes suas. a Qui quasi dæmones interpretantur.)

rem patris.

† THEOD. sect. 9. in Ezec. Eadẽ, inquit, Ierusalem commisit, quæ Samaria, & similiter violato fœdere, quod mecum inierat, Syriorum Deos mihi anteposuit, quorum freta fiducia, opem meam contempsit, nam per ducem & præfectos initam cum illis innuit societatem.

d *Super fornicationẽ, &c.* HIER. vbi supra. Ecclesia superat hæreticam libidinem, quia *seruus sciens voluntatem domini sui & non faciens, &c.* Hæretici quoque foris nefanda committũt, & extra arcam Noe naufragio pereunt. Ecclesiastici autem veram fidem sequẽtes, Assyria & Chaldæa imitantur vitia, & discolores sequuntur imagines peccatorum, & ideo maioribus digni cruciatibus.

e *Cũque.* † THEO. vbi supra. Cõgruenter idolorum imbecillitatẽ reprehẽdit, nihil aliud esse docẽs quã colores, & figuras, & artis opificia.

(Luc. 12. f. — Hæretici propter dogmata, Catholici propter mores pereunt. — Idola)

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Principes & magistratus. *Cum istis enim, qui erant maiores post regem, quæsiuit Manahen ex causa prædicta amicitiam, & secutus est postea idololatriam.*

2 Insuper & forn. &c. non reliquit, *quia cum hoc colebat vitulos aureos ad modum patrum qui fuerant in Aegypto, vt patet Exo. xxxij. de adoratione vituli conflatilis. Rab. Sal. aliter exponit dicens, quod illud fuit impletum tempore Hosee regis Israel, qui nitens rebellare regi Assyriorum, quæsiuit amicitiam regis Aegypti iiij. Reg. xvij. & sic cõmunicauit idololatriis eius, vt maiorem fauorem inueniret apud eum.*

(Quando Israel admisit superstitiones Ægyptiorum.)

3 Propterea tra. eam in ma. &c. *Et qui sint illi subditur:*

4 In manus filiorum Assur. *Isti fuerunt amatores tempore Manahen, vt dictum est tempore Hosee, Salmanasar rex Assyriorum cepit Hosee regem Israel, Samariam & populum captiuauit, vt habetur ibidem.*

5 Ipsi discooperuerunt ignominiam. *regem & populum capiendo, & partim occidendo, & partim captiuando.*

6 Et factæ sunt famosæ, *id est, diffamata per orbem. Et secundum hoc loquitur de Samaria & Ierusalem coniunctim: sed nõ concordat quod subditur,*

7 Et iudicia. *propter quod videtur translatio nostra in aliquo deficere, quia in Hebræo sic habetur,* Et facta est famosa, *id est, diffamata,* Mulieribus, *id est, aliis ciuitatibus & Gentibus, ad quas deuenit confusio captionis dicta.* Et iudicia perpetrauerunt in ea, *scilicet Assyrij, eo quod Hosee & eius populus fregerant pacta cum eis inita.*

8 Quod cum. *Hic agitur diuisim de Ierusalem seu regno Iuda. Et primò exprimitur eius malitia; Secundo subditur pœna, ibi.* Propterea, *Prima adhuc in tres, quia primo exprimitur eius idololatria cum Assyriis, Secundo cum Chaldæis, ibi.* Cumque vidisset. *Tertio, cum Aegyptiis; ibi,* Multiplicauit. *Circa primum dicitur.* Quod cum vidisset soror eius Ooliba. *i. Ierusalem, siue regnum Iuda, punitione regni Israel propter confœderationem sui cum Gentilibus ex diffidentia diuini adiutorij: ex qua confœderatione secuta est communicatio idololatriæ; debuisset regnum Iuda à talibus cauisse, quod non fecit, sed peius operatum est, quia idola fuerunt posita in templo domini tempore regis Manasse iiij. Reg. xxj. quod fuit grauissimum, sicut adulterium carnale quo mulier recipit adulterum cum marito intra lectum. Ideo subditur.*

(Diuisio. — Grauissima idololatria Iuda.)

9 Plus quam. *Et hoc tempore Achaz, vt dicit Ra. Sal. qui quæsiuit familiaritatem Theglathphalnasar regis Assyriorum, mittens ei nuntios & munera, vt præberet ei auxilium iiij. Reg. xvj. Et in fauorem eius abstulit cultum Dei de domo domini, ponens ibi altare peregrinum, vt habetur ibidem.*

10 Ducibus & magi. *Isti erant principales in exercitu regis Assyriorum, de quibus magis confidebat Achaz, quam de auxilio diuino.*

11 Et auxit fornicatio. *Peius faciens quàm regnum Israel.*

12 Cumque vidisset. *Hic consequenter exprimitur eius malitia cũ Chaldæis, quorum audiens victorias quæsiuit cum eis amicitias ex parua confidentia in Deum, & nimia in hominem. Et hoc est quod dicitur:* Cũque vidisset viros depictos in pariete, *quia facta probitatis cito solent depingi in diuersis locis.*

MORALITER.

† consiliis suis & tẽporalibus negotiis: Et sic sustollunt eos de domini vigiliis, & ipsi sic sublati insaniunt post eos, imitãtes pompas eorum in equitaturis & familiis, dedecentes valde statum religionis.

8 *Quod cum vidisset soror.* Hic arguitur malitia religiosorum mendicantium, de qua dicitur,

(Vitia quæ dominantur in posteriori.)

9 *Plus quàm illa insaniuit libidine.* Nam religiosi mendicantes citius declinauerunt, vt videtur, à perfectione patrum suorum quam alij, vnde contigit quod quidam de religione mendicantium arguebat quosdam Monachos de declinatione religionis suæ. Et vnus respondit: Frater, quando moneta vestra tantum cucurrerit sicut nostra, iam erit multum deleta.

† *Ad filios Assyriorum.* Sicut dictum est, per Assyrios, principes intelliguntur: Ad curias autem principum aliqui mendicantium impudenter se ingerunt non vocati; aliqui vt fugiant ordinis paupertatem, & aliqui vt per hoc promoueantur ad aliquam dignitatem: ideo de vtrisque, scilicet mẽdicantibus & non mendicantibus malis concluditur in fine.

(Religiosi mendicantes citius declinauerunt à sua primæua sanctitate quam possessionati.)

a Et misit nuntios ad eos A in Chaldæam. Cumque venissent ad eam, &c.

HIE. lib. 7. com. Ad Chaldæos (qui quasi dæmones interpretantur) nuntios mittimus quando pandimus eis & præbemus frangenda in pectore vbera, vbi mentis hospitium est; & saturati voluptatibus ab aliis ad alias transimus: & non tam fornicationem, quàm meretricum numerum desideramus; & in tantam rabiem peruenimus, vt postquam diu B Deo seruierimus, in Ægyptū reuertamur, & faciamus quæ in sæculo non fecimus, antequam acciperemus nomen fidei.

Is. 47.

De eis qui nequius viuunt post susceptam fidem, quā antea fecerunt.

b *Multiplicauit enim fornicationes suas recordans dies adolescent. &c.*

† THEOD. sect. 9. in Ezech. Obliuioni, inquit, tradideram, quæ tu in Ægypto deliquisti: verum tu eorū memoriam posterioribus tuis institutis reuocasti. Consueuit enim sæpe pristinorum peccatorū reminisci improbitatis similitudo.

Noua peccata refricant memoriam veterum.

C c *Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Aeg. &c.*

† HIER. vbi supra. Nō cessauit scelus scilicet adolescentiæ tuæ postquam facta es mihi: sed in eremo & in terra promissionis suspirasti ad antiquam libidinem, in qua deuirginata es, & confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ.

d *Ecce ego.* HIE. IBID. Hoc de Ierusalem dicitur: sed ad animā refertur quæ virtutibus iuncta Dei complexibus, postea adulterauit in vitia, & ab eo recessit: & patefactis sceleribus suis nudata est & turpata, & omnibus ostensa vt à scelere suo desistat: ne glorietur in nominis dignitate, sed pro mali conscientia, & recordatione Ægypti, vltra ad cælū oculos tollere non audeat; vnde ei nasus præciditur, aures amputantur, quia odorē bonæ fragrantiæ verterat in fœtorem, & audierat iudicium sanguinis. Quod non solum de odore & de auditu, sed de visu quoque intelligimus: quo (quia malè abusi) Sāson & Sedechias sunt priuati. Surdum quoque Deus & mutum facit ne lingua pertranseat vsque ad terram. Et omnis tactus aufertur in his, qui vitam penitus perdiderūt. Et hæc fient vt igni cūcta purgentur, & vt pereat Ægypti fornicatio, nec vltrà ad mala eleuent oculos suos.

Quomodo Deus faciat renem & purget animam ipsam.

e *Nasum tuum & aures tuas præcident, & quæ remanserint gladio, &c.*

† THEO. vbi supra. Alios enim bello captos abducent, inquit, alios in prælio iaculis confodient, aliis extremas partes summo odio & crudelitate amputabūt, & omnia quæ ad te pertinent, prædabuntur, & igne plurimas res tuas cōsumēt.

a Va-

coloribus,[15] & accinctos baltheis renes, & thyaras tinctas in capitibus eorum formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis terræq; Chaldæorum, in qua orti sunt, [16] insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorum, & misit nuntios ad eos in Chaldæam.[17] Cumque venissent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam stupris suis, & polluta est ab eis: & saturata est anima eius ab illis. *[18] Denudauit quoque fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam. Et recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius.[19] Multiplicauit enim fornicationes suas recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Ægypti,[20] & insaniuit libidine super concubitum eorum quorum carnes sunt, vt carnes asinorū, & sicut fluxus equorum fluxus eorum.[21] Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Aegypto vbera tua, & confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ.[22] Propterea Ooliba hæc dicit dominus Deus: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua, & congregabo eos aduersum te in circumitu[23] filios Babylonis & vniuersos Chaldæos nobiles, tyrannosque & principes, omnes filios Assyriorū iuuenes forma egregia, duces & magistratus, vniuersos principes principū, & nominatos, ascensores equorum.[24] Et venient super te instructi curru & rota, multitudo populorū. Lorica & clypeo & galea armabūtur cōtra te vndique. Et dabo corā eis iudiciū, & iudicabunt te iudiciis suis.[25] Et ponā zelū meum in te, quem exercent tecū in furore. Nasum tuū & aures tuas præ-

a Libidine. b Forma eorum vestitúque decepta.

a Auxilium postulans.

Dæmones, hæretici.

a Voluptas omnis breuis, cito affert satietatem.

Ideo recessit ab illorum fœdere. a Vt scortum publicum.

Quia vidit turpitudines eius publicatas, vt quæ sororis scelera viderat, pœnarum quoque magnitudine sororem superaret.

a Etiam in grauiori ætate.

a Cum in Chaldæorum libidine lasciniat.

a Ægyptiorum.

a Seminum. s. vel verenda tam grandia, vt superent equorum deformitatem.

a Quia s. Ægyptiarum carnium recordata es, & imitata turpitudinem Gentis immundæ, quæ omnium bestiarum simulacra veneratur.

a Quorum satiata complexu. s. à quorum fœdere recessisti, vt quantus prius amor fuerat, in tanta tædia verteretur.

a Vel tristatas de quibus in Exod. Electos ascensores tristatas, pro quibus latina simplicitas ternos stratores transtulit. Tristate autem nomen est apud Hebræos, sedere post regiam dignitatem. De quibus, verumtamen ad tres non peruenit, qui principes equitum peditumque erant & tribunorum quos nos magistros vtriusque militiæ & præfectos annonarij tituli nominamus.

a Vt quos reliqueras, & quorum irritum feceras pactum ab his iudiceris.

a Zelus Dei, etiam inter hostes fidei non seruatus est.

a Q. Adulteræ & in stupro deprehensæ, vt deformata placere desistas. Quomodo autem in facie oris pulchritudo, oris in narium decore consistit, & in auribus è quibus feminis vniones & margaritæ dependent, ita dignitas regis iudicumque, quæ in ore auribusque signatur, eorum gladio præciditur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et accinctos baltheis, *id est, militaribus cingulis in signum probitatis.*

2 Et thyaras, *In signum nobilitatis.*

3 Insaniuit super eos, *quærendo eorum amicitiam.*

4 Et misit nuntios. *De istis nuntiis habetur si referatur ad nuntios tempore Sedechiæ, qui à Nabuchodonosor rex institutus mittebat singulis annis nuntios deferentes et tributum & munera vsque ad rebellionis suæ tempus.*

5 Cumque venis. ad eam. *Ra. Sa. hoc exponit de nuntiis regis Babylonis, qui venerunt ad Ezechiam, in quorū aduentu Ezechias nimis gloriatus, ostendit eis omnia secreta regni, vnde dominus fuit iratus contra eum, vt patet iiij. Reg. xx. sed quia hic sequitur,*

6 Polluerunt eam stupris suis. *quod propriè dicitur de idololatriis, quas Ezechias non recepit: imò eas quæ ante erant in regno suo extirpauit. Ideo videtur melius exponendum de Babyloniis tempore Ioachim filij Iosiæ & tempore Sedechiæ venientibus, in Ierusalem: quia vterque rex pluribus annis seruiuit Babyloniis: Et sic Babylonij veniebant ad Iudæam ad quærendum tributa. Et verisimile est, quod Iudæi communicabant eis in idololatria ad captandum eorum beneuolentiam, maximè cum proni essent ad omnem idololatriam.*

Quando & cur venirēt Babylonij ad Iudam?

7 Et recessit anima mea, *id est, dilectio mea ab ea, sicut ipsa discesserat à cultu meo.*

8 Multiplicauit enim. *Hic consequenter describitur eius malitia cum Aegyptiis, cum dicitur,* Multiplicauit enim fo. *id est, idololatrias suas.*

9 Recordans dies. *Quod intelligitur originaliter in patribus, vel per eorum imitationem, vt dictum est supra.*

10 Et insaniuit libidine. *Et hoc fuit tempore Sedechiæ, qui vt liberaretur à tributo regis Babylonis, contra iuramentum suum, amicitiā cum rege Aegypti contraxit, munera ei mittens, & eius idololatriæ communicans.*

11 Quorum carnes sunt, vt carnes asinorum. *Per hoc designatur magnitudo idololatriæ tunc vigentis in Aegypto, sicut hæc animalia sunt excessiuè luxuriosa.*

12 Et visitasti scelus. *Exponatur sicut supra.*

13 Propterea Ooliba, &c. *Hic consequenter subditur correspondens pœna cùm dicitur in persona Dei:*

14 Ecce ego, *id est, illos, cum quibus cōmunicasti in amicitia & idololatria.*

15 Contra te. *vt per eos puniam te.*

16 De quibus satiata. *Sedechias enim rebellans regi Babylonis, in hoc ostendit se satiatum amicitia eius, & etiam attædiatum.*

17 Nobiles, tyran. *id est, potentes & voluntarios ad te destruendum.*

18 Et nominatos ascensores, *id est, famosos equites.*

19 Et venient. *id est, curribus ad portandum exercitui necessaria, & etiam ad pugnandum, quia antiquitus pugnabant aliqui in curribus.*

20 Et dabo. *id est, faciam eos executores meæ iustitiæ in te.*

21 Et ponam. *id est, zelum iustitiæ meæ quantum ad effectum. Ideo subditur:* Quem exercent tecum in furore.

22 Nasum tuum. *id est, deformabunt te. Et hoc fuit potissimè in excæcatione regis Sedechiæ & nobilium occisione iiij. Regum vlt.*

1 Et

a *Vasa gloriæ.* HIER. lib. 7. com. Aurea. & argentea, quæ tibi ad ceremonias templi dedi: de quibus, *Ego dedi eis aurum & argentum, & ipsi fecerunt ea Baal.*

b *Et requiescere.* IBID. Q. d. Hæc omnia feci, vt perdita pulchritudine, & vultu venefico deturpato requiescere faciam scelus tuum.

HIER. IBID. Vniuersa hæc dicuntur sub translatione adulteræ, & propter adulterium deturpatę, vt vltrà non glorietur in decore suo, sed erubescat in fœditate quam meruit voluptatum magnitudine.

c *Ecce ego tradam te.* IBID. Non enim ante traditur, vt postquam pœnituerit veterum peccatorum, purgetur suppliciis, vt perdat omnes labores quos arte meretricia acquisiuit, videatque nuditatem suam & ignominiam; & sciat quia hæc vniuersa non ei fecerit dominus, sed fornicationes suæ quibus post Gentes fornicata est, quas supra enumerauit vt earum coleret simulacra.

d *Dabo calicem.* IBID. Pœnam. s. vnde, *Calix in manu domini vini me. &c.* Qui in Isaia, calix ruinæ & poculum furoris dicitur. Et ad Ieremiam ait dominus: *Accipe calicem vini meri de manu mea, & potabis omnes Gentes, &c.*

Dabo cali. HIERON. IBID. Sicut enim quædam cathartica dantur, vt noxius humor, qui est in corporibus, egeratur: sic & dominus calicem dat tormentorum meracissimum, vt quidquid fellis & amaritudinis inerat peccatoribus, auferatur, & pristinæ sanitati reddantur.

† THEOD. sect. 9. in Ezech. Quæcumque sustinuit, inquit, Samaria, eadem tu quoque subibis. Calicem enim supplicium vocauit, vt qui grauedinem & ebrietatem ingeneret.

e *Profundum & latum.* † IDEM IBID. Profundum calicem vocauit, ob calamitatis magnitudinem; latum autem, propter septuaginta annorum tempus; delectionis verò calicem nuncupauit, propter solitudinem quæ vrbem occupauerat; & illud *epotabis vsque ad feces,* apposuit, quia extremam pertulit obsidionem, testasque ipsam voraturam dixit, propter extrema, in quæ incidit, mala, & vbera laceraturam, propter eam pœnitentiam quam paritura essent mala.

f *Et bibes illum, &c.* HIE. vbi supra. Potest hoc super Ierusalem significatiùs intelligi, quę calicem sororis suæ Samariæ bibit nouissima, & quasi feces tormentorum eius vsque ad fundum epotauit.

g *Proiecisti me post corpus tuum, &c.*

† THEO. vbi supra. Quando, ait, meo cultui corporis voluptates antepofuisti, suscipe intemperantiæ pręmia. Per hæc autem declarat fundamentum impietatis scelera fuisse: inseruientes enim voluptatibus, in idolorũ prolapsi sunt cultum.

h *Vbera tua.* HIE. lib. 7. com. LXX. *Festiuitates & Neomenias eius auferam: quia ego lo. sum,* vt pro solemnitate. s. atque lætitia, æternum planctum habeas, atque mœrorem. Quia Samariæ & Ierusalem adulteria separatim descripserat, consequens erat, vt pariter earum

Osee 2. b. — Psal. 74. b. — Isa. 51. f. — Ierem. 25. d. secundum LXX. — Calix afflictionis salutaris. — Extrema supplicia quæ pertulit Ierusalé. — De mala vita prolabũtur homines ad perfidiam.

cident, & quæ remanserint, gladio concident. Ipsi filios [a ¶ Non meos.] tuos & filias [b ¶ Non meas, quas de adulterio generasti.] tuas capient, & nouissimum [c ¶ Cetera. s.] tuum deuorabitur igni. [26] Et denudabunt te vestimentis tuis, & tollet vasa [¶ Quibus te ornauerunt.] gloriæ tuæ. [27] Et requiescere faciam scelus tuum de te, & fornicationem tuam de terra Aegypti [a ¶ Quam didicisti, scilicet in Ægypto.]. Nec leuabis oculos tuos [a ¶ Verecundia delecta. ¶ Naribus, auribusque truncatis.] ad eos, & Aegypti non recordaberis amplius [a ¶ Amatores tuos. b ¶ Ægyptiorum scilicet libidinis, quorum magnitudine carnium delectaberis.]: [28] Quia hæc dicit dominus Deus [a ¶ Prodest Ierusalem contra Assyrios habere inimicitias, & Ægypti non recordari: Sed ecce ego tra. te. b ¶ Puniendam.]: Ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti, in manus de quibus satiata est anima tua, [29] & agent tecũ in odio. Et tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam & ignominia plenam, & reuelabitur ignominia [¶ Non dominus.] fornicationum tuarum. Scelus tuum & fornicationes tuæ [30] fecerunt hæc tibi [a ¶ Quarum coluisti simulacra.], quia fornicata es post Gentes, inter quas polluta es in idolis earum [a ¶ Samariæ. s.]. [31] In via sororis tuæ ambulasti [a ¶ Cuius peccata secuta es.], & dabo calicem eius in manu tua. [32] Hæc dicit dominus Deus [a ¶ Pœnarum magnitudine. ¶ Tunc.]: Calicem sororis tuæ bibes profundũ & latum [a ¶ Tempore captiuitatis.]. * Eris in derisum & in subsannationem quæ es capacissima: [33] ebrietate & dolore repleberis, calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuę Samariæ. [34] Et bibes illũ & epotabis vsque [a ¶ Intantum. s. vorabis, vt etiam frag. b ¶ Tunc quasi tædebit te fornicationis tuæ. ¶ Igne Ægyptio fracta & ab amatoribus subacta & scissa.] ad feces: & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis, quia ego locutus sum, ait dominus Deus. [35] Propterea hæc dicit dominus Deus: Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum [a ¶ Corporis vitia, vel genitalia, quibus turpitudinis fœditas indicatur. b ¶ Sceleris. s. supplicia.]: tu quoque porta scelus tuũ, & fornicationes tuas. [36] Et ait dominus ad me, dicens: Fili hominis: [a ¶ q. d. Iustam pro me sententiam.] Numquid iudicas Oolam & Oolibã, & annuntias eis scelera [a ¶ Cum idolis. b ¶ Eorum. s. quos immolauerunt idolis. Vnde: Immolauerunt filios suos & filias suas dæmoniis.] earum, [37] quia adulteratę sunt, & sanguis in manibus earũ, et cũ idolis suis fornicatæ sunt: insuper et filios suos quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum? [38] Sed et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et nouissimum. *Quia finaliter ciuitatem, & templum combusserunt Chaldæi, sublatis prius inde omnibus pretiosis: Ideo subditur,* Et denudabunt te vestimentis tuis. Et requiescere faciam scelus tuum de te, *quia non vacabit tibi idololatrare.*

2 Et fornicationem. *id est, communicationẽ in idololatria & amicitia.*

3 Nec leuabis ocu. tuos ad eos. *Sperando ab eis auxilium, vt ex tali spe vana rebellauit Sedechias, & destructa fuit ciuitas.*

4 Ecce ego tradam, &c. quos odi. *id est, Chaldæorum quibus rebellasti. Cetera patent ex dictis vsque ibi,*

5 In via sororis tuæ, *id est, Samariæ.*

6 Ambulasti, *Multipliciter idololatrando.*

7 Et dabo calicem eius. *id est, puniam te consimili pœna, quæ in scriptura nomine calicis designatur.*

8 Bibes profun. *id est, magnam pœnam intensiuè & extensiuè sustinebis.*

9 Quæ es capacissima, *id est, afflictionis & ignominiæ dignissima.*

10 Et epotabis vsque ad feces. *Loquitur metaphoricè, quasi de homine qui potat nimis auide: & sic non solum bibit feces, quæ sunt in fundo, sed etiam videtur, quod velit quodammodo scyphum deglutire, & per hoc designatur magnitudo pœnæ.*

11 Et vbera tua lacerabis, *Præ dolore, sicut homines in magna tristitia existentes trahunt capillos suos, & lacerant se vnguibus.*

12 Proiecisti me post corpus tuum. *Loquitur de Ierusalẽ per modum adulteræ inuerecundæ, quæ à corpore suo elongat virum & currit ad adulterum: sic populus Ierusalem elongauit se à Deo, & idola coluit.*

13 Et ait dominus. *Hic iterum agitur de regno Iuda & Samariæ coniunctim. Et primo ponitur culpa; Secundo pœna, ibi,* Viri ergo. *Circa primum exprimitur culpa coniunctim, cum dicitur,*

14 Numquid iudicas. *q. d. ad te pertinet iudicium condemnationis earum nuntiare.*

15 Quia adulteratæ sunt, *idololatria:*

16 Et sanguis in manibus earum. *Per homicidia.*

17 Insuper & filios suos, *id est, quos debuerunt applicare meo cultui.*

18 Obtulerunt eis, *id est, idolis.*

19 Ad deuorandum, *id est, comburendum per modum superius frequenter*

MORALITER.

†† *Fili hominis.* q. d. sic. Et exponatur, vt sit verbum directum ad Christum, qui dicitur in Euangelio filius hominis, vt sit sensus: *Fili homi.* Id est ô tu Christe: *Numquid iudicas Oolã & Oolib.* id est, condemnas ad inferni pœnas malitiam prædictorum? quasi diceret, sic.

earum supplicia nuntiaret. Omnia autem dicuntur, quasi ad adulteras; & facta Anacephaleosi, breuiter earum scelera proponuntur, vt rectè iuxta legis imperium in adulteras iusta lapidatio populi sequeretur.

Chaldæis, ductæ sunt in captiuitatem, vrbes earum incendio crematæ, populi interfecti, qui pro Deo, dæmonum simulacra venerati sunt.

g *Viri ergo iusti.* IBID. Q. d. Igitur tradam eas his ad puniendum, quibus vltra traditæ sunt ad polluendum.

a *Polluerunt sanctuarium.* HIER. lib. 7. com. q. d. Non hęc fecerunt foris, non in montibus, non in lucis, sicut soliti erant: sed in templo meo statuam Baalis posuerunt.

b *Et sabbata mea.* IBID. vt nec loci nec temporis apud eos seruaretur religio.

c *Miserunt ad vi. &c.* IBID. Vt peregrinis voluptatibus lasciuirent, Assyriorum. s. & Chaldæorum simulacra venerantes.

† THEODORET. sect. 9. in Ezech. Omnia quę dicta sunt, tamquam de muliere meretrice descripsit, significatque initam ab ipsis cũ Assyriis & Chaldæis societatem, & inde introductam impietatẽ. Declarat insuper lascíuos ornatus, quos in dæmonum celebritatibus adhibebant.

Ex occasione commercij amplectuntur Iudæi idololatriam Ægyptiorũ & Chaldæorum.

d *Itaque ecce vener.* HIE. vbi supra. q. d. Cũ venissent, omnem adulteræ habitum implesti super eis, vt & corpus lauares, & stibio oculos linires.

e *Thymiama meum.* IBID. quod mihi specialiter iusseram fieri, & exterminari animã de populo, quæ in priuatos vsus hoc faceret; tu offers idolis, vt congreges frequentiam populorum, & omni genere musicorum canis, vt non solùm visu, sed & auditu, & odoratu, & omnibus sensibus placeres amatoribus.

f *Attrita est.* IBID. sic. s. attriuistis frontem, vt non secreto polluamini, vel mariti vel hominum aspectum vitetis, sed quasi publicæ meretrices prostituamini.

(a Tandem.) hoc fecerunt mihi. Polluerunt sanctuarium meum in die illa, (a Etiam hæc non sufficiunt eis.) & sabbata mea prophanauerunt.[39] Cumque immolarent filios suos idolis suis, & ingrederentur sanctuarium meum in die illa vt pollucrent illud, etiam hæc fecerunt in medio domus meæ. (a Non contentæ præsentibus adulteris.)[40] Miserunt ad viros venientes de longè, ad quos nuntios miserant. (a Ooliba, id est, Ierusalem.) Itaque ecce venerunt quibus te lauisti, & circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri. (a Cultu. s. b Libidini paratior. Cui simile, & quia nuda fui, sum visa paratior illi. c Epulis, quibus fractas ad libidinẽ amatorum vires reparares: sine Cerere enim & Baccho friget Venus.)[41] Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te. Thymiama meum & vnguentum meũ posuisti super eã,[42] & vox multitudinis exultantis erat in ea. Et in viris, (a Non alicuius vrbanæ elegantiæ, rusticorum. s. & latronum habitum præferentes.) qui de multitudine hominum adducebantur & veniebant de deserto, (a Miseræ sorores. b In tantum voluptatum fluxum insaniebant. c Amatorum.) posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum. (a Ideo. b Ierusalem, vel Samariæ, vel vtrique.)[43] Et dixi ei quæ attrita est in adulteriis. Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc. (a Polluere cupientes.)[44] Et ingressi sunt ad eam, quasi ad mulierem meretricem: (Certatim. Scilicet.) sic ingrediebantur ad Oolam & ad Oolibam mulieres nefarias. (a Quia adulteram scilicet & parricidam me iubente cruciabit.)[45] Viri ergo iusti sunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium sanguinem: quia adulteræ sunt & sanguis in manibus earũ, (a Immolatorum idolis.)[46] & cũ idolis suis fornicatæ sunt. Hæc enim dicit dominus Deus. (a O propheta.) Adduc ad eas multitudinẽ, (Monitu vocis tuæ. a Populorum. b Primum. s. diripiatur vniuersa eorum substantia.) & trade eas in tumultum & in rapinam, (a Deinde.)[47] et lapidentur lapidibus populorum, & confodiantur gladiis eorum. Filios & filias earũ interficient, & domus earum igne succendent, (a Hæc omnia scilicet fient vt sic aufe. sce. b Earum. In earum pœnis.)[48] & auferam scelus de terra, et discent omnes mulieres, (a Ne recipiant similia.) ne faciant secundum scelus earum:[49] Et dabũt scelus vestrum super vos, (a Pœnam sceleris. Quæ coluistis.) et peccata idolorum vestrorum portabitis, (Sic. a Sola vexatio intellectum dabit auditui.) et scietis quia ego dominus Deus.

HIERONYM. IBID. Possunt hæc & post aduentum Christi intelligi, quod viri iusti de populis nationum, Samaritanos & Iudæos iudicent comparatione sui, & tradant eos ad deuorandum, quibus dixit, *Relinquetur vobis do. vestra de.* Et, *quando videritis ab exercitu circumdari Ierusalem, scitote quia appropinquat desolatio eius.* Vsque hodie enim adulteræ sunt, & totius orbis lapidibus opprimuntur: quoniam miserunt nuntios ad eos qui erant procul, vt. s. non dicerent, Ego dominus appropinquans & non de longè; & præparauerũt se amatoribus suis. s. dæmonibus: & omnem cultum atque ornatum, quem à Deo acceperant, naturali bono, verterunt in cultum dæmonum, & opera sua, decoremque quæ in armillis & diademate intelligimus, amatoribus præbuerunt: quorum pœna Gentibus timor est, imo his, qui ex Gentibus crediderunt ne similia patiantur, si similia fecerint: à quibus tunc auferentur impietates, cum receperint scelera sua, & velamen quod positum est ante verbum Moysi, abstulerint ab oculis suis, vt cognoscant quod ipse sit dominus Iesus Christus, quem Dei filium negauerunt.

Matt. 23. d. Luc. 21. d.

Iudæi Chaldæorum non discipluntur & cum diabolo sociantur.

† THEOD. vbi supra. Iusti epitheton apposuit, non eorum iustitiæ perhibens testimonium, erant enim iniustissimi, iniquissimi, & admodum impij; sed ex comparatione impiorum istius facinorum, apposuit *iustum.* Hoc est, si tecum conferantur iusti sunt.

HIERON. IBID. hæc omnia tropicos & sub Typo adulterę sunt dicta contra Samariam & Ierusalem, quæ Assyriis traditæ atque Chal-

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

ter dictum de pueris oblatis idolo Moloch.

1 Polluerunt sanctua. *id est, tempore Manasse, quo in templo posita fuerunt idola iiij. Reg. xxj.*

2 Cumque. *Quia post talia nefanda eadem die volebat intrare templum, & Deo seruire vt minus malum esset à sacro loco se retrahere.*

Nimia libido Iudæorũ in amplectenda idololatria.

3 Miserunt ad. *Loquitur de populo ad modum mulieris libidine ardentis, quæ aliquando mittit longè cum laboribus & sumptibus magnis pro adulteris aduocandis, & in aduentu eorum lauat se & ornat, vt eis placeat: sic Iudæi mittebant longè, & cum sumptibus magnis ad adducendum sacerdotes idololatriæ de nouo ab eis auditæ, & illis idolis offerebant bona, quæ Deo debebant offerri. Et patet littera vsque ibi,*

4 Et mensa. *i. altare idoli ornatũ est ornamentis templi mei. Ideo subditur,*

5 Thymiama meum. *De quo præcipitur Exo. 30. quod mihi soli offeratur.*

6 Et vnguentum, *id est, quo vasa mei cultus debent inungi,*

7 Posuisti super eam, *id est, applicasti ad idololatriam:*

8 Et vox multitudinis exult. *Ad laudem idolorum,*

9 Et in viris. *id est, sacerdotibus idolorum.*

10 Posuerunt armillas, *Ornando eos ornamentis sacerdotum domini.*

11 Et ingressi sunt. *Polluendo per idololatriam.*

12 Viri ergo. *Hic consequenter ponitur pœna, cum dicitur: Viri ergo iusti sunt, id est, aliqui viriles & potentes, qui in comparatione Iudæorum sunt iusti. Et per istos intelliguntur Assyrij, qui destruxerunt Samariam, & Chaldei, & alij, qui fuerunt cum eis in exercitu contra Ierusalem: ipsi enim non receperant legem domini sicut Iudæi. Et ideo quamuis essent idololatra, tamen minus in hoc peccabant quàm Iudæi.*

Iudæi gentilibus peiores.

13 Hi iudicabunt, *id est, erunt executores iustitiæ meæ.*

14 Iudicio adulterarum, *quæ secundum legem condẽnantur ad mortem. Et hoc modo Chaldæi iudicauerunt regnum Iuda, & Assyrij regnum Israel, vt frequenter dictum est supra. Ideo subditur,*

Iudicium adulterarũ.

15 Adduc. *s. exercitũ ad eas totaliter disperdendum. Et patet litt. vsque ibi,*

16 Et auferam scelus, *Per captionem vtriusque regni.*

17 Et discent omnes, *id est, aliæ Gentes.*

18 Ne faciant. *s. rumpendo iuramentum, quod fecit Sedechias regi Babylonis, qui adiurauerat eum per dominum ij. Paral. vlt. & Hosee rex Israel regi Assyriorum.*

10 Po-

CAP.

CAP. XXIV.

A ET factum est. HIER. lib. 7. com. Notandum autem, quomodo à principio prophetiæ vsque ad præsentē diem, quo ciuitas cœpit obsideri, per ordinem captiuitas venerit: primum gladius prouocatur; deinde duæ viæ ponuntur, Ammon & Ierusalem, quarum ad dexteram cadit sors Nabuchodonosor. Conflatur in ciuitate argentum, æs, stannum, plumbum & ferrum. Terra quoque non cōpluitur, sed sentibus occupatur, postea sub nomine duarū sororum, Samariæ & Ierusalem peccata narrātur, quomodo illa capta est, ista capiēda. Ad extremum nono anno, decimo mense, decima die mensis, in captiuitate posito Ezechieli, & his qui cum eo erant, & se cum rege Iechonia tradiderant, ostēditur qua die ciuitas cœperit obsideri, & similitudo lebetis ponitur, vt quomodo carnes & ossa in lebete incendio consumantur, sic cuncta ciuitas cum suis intereat ciuibus, & nullus remaneat obsessorum, qui non fame, gladio, pestilentia consumatur, & pars cetera captiua ducatur in Babylonem.

Gradus seu ordo secundum quem captiuitas venit super Iudæos.

CAPVT XXIV.

a ET factum est verbum domini ad me in [1] anno nono in mense decimo, decima die [2] [3] mensis, dicens,[2] Fili hominis, scribē tibi nomen diei huius in qua confir-[4] matus est rex Babylonis aduersum Ierusalem hodie: [5] [3] & di-[6] cēs per prouerbium ad domum irritatricem parabolam, & b loqueris ad eos. Hæc dicit dominus Deus: Pone ollam, po-[7] ne inquam & mitte in eam aquam.[4] Congere frusta eius in [8] ea, omnem partem bonam femur & armum, electa & os-[9] sibus plena.[5] Pinguissimum pecus assume, cōpone quoque [10] [11] [12] strues ossium sub ea. Et efferbuit coctio eius, & discocta [13] sunt ossa illius in medio eius.[6] Propterea hæc dicit dominus [14]

a ¶ Captiuitatis Ioachin, quinto enim anno cœpit prophetare, ac decimo mense eiusdem noni anni, decima die mensis decimi factum est verbum domini ad eum in Babylonis regionibus constitutum.
a ¶ In memoriam.
a ¶ Id est, scitote, quod rex Babylonis hodie obsidere cœperit Ierusalem.
a ¶ q. d. Ipsam obsidionem per parabolam describe. ¶ Metaphoram scilicet & translationem.
a ¶ Lebetem, scilicet.
¶ Scilicet.
a ¶ Cumulos. b ¶ Ad loquendum. c ¶ Lebetis. d ¶ Nimia coctione. ¶ Vel discussa.
¶ q. d. O Propheta vis scire quid sit lebes, quæ carnes aut quæ ossa? loquere. Hæc dicit dominus Deus.

a Et factum est, &c. † THEOD. sect. 10. in Ezech. Docuit quo tempore contra Ierusalem Babylonius cum exercitu est profectus. Illo autem vrbem obsidente, propheta, iis, qui iam bello capti fuerant impendentia mala præsignificat. Idcirco prophetiæ quoque veritatem ostendens dominus, annotari iubet diem qua hostis aggredi cœpit vrbem, vt tum ex tempore, tum ex euentu rerum discant, & hi qui iam in seruitutem redacti sunt, & qui obsidentur, ab initio hæc de ipsis Deum prędixisse, & non propter hostium virtutem se victos esse, sed suorum peccatorum pœnas persoluere.

HIERON. vbi supra. Sunt qui secundum Tropologiam hunc locum vsque ad consummationem mundi transferunt. Nonnumquam numerum qui in scripturis diuinis pœnarum & dolorum est, & semper sequitur iustitiam, decimi mensis & decimæ diei clementia temperant. Idcirco enim adhibentur ægrotantibus pœnæ, vt dolorem sanitas consequatur. Mundus ergo qui in maligno positus est, in die iudicij diuino igne succenditur, & ciuitas sanguinum ponitur super carbones ignis, vt impleatur illud Isa. *Habens carbones ignis sede super eos, hi erunt tibi in adiutorio.* Illud autē difficile, quomodo cum carnes & ossa cōsumantur (quibus pleni sunt etiam Pharisæi, Vnde, *Va vobis scribæ & Pharisæi, qui similes estis sepulchris dealbatis quæ plena sunt ossibus mortuorum*) nunc dicatur quod rubigo sordesque mundi consumptæ non sint sed etiam post iudicij seueritatem malitia remaneat? Quod facile soluitur secundum illud Apostoli: *Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnibus misereatur. Vanitati enim creatura subiecta est,* & ponitur sanguis qui effusus est in propatulo vniuersæ creaturæ, vt omnium scelera pateant. Petra autem limpidissima Christus, quæ sequebatur in solitudine populum Israel, de qua, *Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus,* eò quòd in illo omnia reuelentur, & impleatur illud, *Nihil occultum, quod non reueletur.* Dicit autem dominus se non misereri, nec præterire peccata mundi, neque parcere impiis, neque placari, vt viæ pereant impiorum. Vnde, *Et iter impiorum peribit.*

b *Pone ollam.* † THEODOR. vbi supra. Ollam appellauit vrbem aquam

1. Ioan. 5. d. Dies iudicij. Isa. secundū LXX. Mat. 23. c. Gal. 3. d. Rom. 8. d. Christus petra. 1. Cor. 10. a. Matt. 10. c. Psal. 1.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXIV.

1 ET factum est. *Hæc est pars nona, in qua propter malitiam populi describitur eius tribulatio sub metaphora duplici. Sub vna describitur populi afflictio, Sub secunda, afflictionis aggrauatio; ibi,* Et factum est. *Prima in duas, quia primo ponitur parabola,* Et secundo exponitur, ibi, Propterea. *Circa primum præmittitur tempus, cum dicitur,*

2 In anno nono. *scilicet transmigrationis Ioachin, Et idem fuit annus nonus regni Sedechiæ qui ei successit. Et eodem anno Nabuchodonosor Ierusalem obsedit,*

3 Mense decimo, &c. *vt habetur iiij. Reg. vlt. Et ideo subditur:*

4 In qua confirmatus est rex. *id est, obfirmatus.*

5 Aduersum Ierusalem, *Ad eam destruendam.*

6 Et dices per pro. *id est, parabolam quæ sequitur cum dicitur:*

7 Pone ollam. *id est, dispone ad ignem: & per ollam intelligitur Ierusalem, vt exponitur infra: quia populus fuit congregatus in ea pro refugio, & pro defensione ciuitatis & templi contra Chaldæos. In aliquibus libris subditur, tamen non est in Hebræo, Æneam, sed subintelligitur, vt patet per ea quæ infra sequuntur. Et propter hoc additum fuit ab aliquo expositore, vel forte à translatore, qui non semper transtulit verbum ex verbo, sed aliquando sensum ex sensu.* Pinguissimum pecus assume. *Istud in Hebræo non est in hoc loco, sed postea.*

Diuisio.

An vers. 3. addi debeat Æneam?

8 Congere frusta. *id est, pinguissimi pecoris, de quo postea subditur: per hæc frusta intelliguntur partes populi in Ierusalem congregati ad eius defensionem contra Nabuchodonosor.*

9 Omnem partem bonam. *id est, omnes fortes bellatores.*

10 Electa & ossibus, *id est, omnes viros fortes, qui concurrerunt ibi vndique.*

11 Pinguissimum. *id est, id quod est melius in hominibus de toto regno.*

12 Compone quoque, *id est, facies ignem desubtus de ossibus, qui est fortior quàm de lignis, ita exponunt aliqui. Sed hoc non videtur bene dictum, quia infra vbi de isto igne loquitur vbi translatio nostra sic habet,* Congere ossa quæ igne succendam: *In Hebræo habetur,* Multiplica ligna, accende ignem, *propter quod Ra. Sa. sic exponit: Compone strues ossium sub ea, id est, sic dispone frusta in olla, quòd partes magis osseæ sint desubtus quasi alias sustentantes: per quod designabatur dispositio bellatorum intra Ierusalem per talem modum, quod fortiores præstarent debilioribus fulcimentum.*

Quæ lectio & sensus. vers. 5.

13 Efferbuit coctio eius, *id est, insultus ossium inualuit intantū, quod etiam fortiores bellatores intra Ierusalem existentes, qui per ossa intelliguntur, fuerunt quasi dissoluti virtute: ideo fugerunt fracta ciuitate 4. Re. vlt.*

14 Propterea. *Hic consequenter dicta parabola exponitur, & ad sen-*

MORALITER.

† 1 *Et factum est verbum.* Hic ad litteram describitur malitia populi Iudæ punienda sub Metaphora ollæ æneæ rubiginatæ, per quam moraliter significatur mulier lubrica, quæ dici potest olla Vulcani, id est, ignis concupiscentiæ, Eccl. ix. b. *Propter speciem mulieris multi perierunt.* Et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Et dicitur olla ænea, cum subditur,

Mulier lubrica.

7 *Pone ollam,* Propter malitiam eius ad modum æris induratam.

11 *Pinguissimum pecus.* id est, hominem otiosum, deditum delitiis, & pecuniosum. Qui bene dicitur pecus, quia vita voluptuosa, vita pecudum dicitur j. Ethicorum. Dicitur etiam pecus pinguissimum, propter abundantiam pecuniarum. Vnde & diuites vulgariter dicuntur pingues. Tales autē homines nituntur mulieres lubricę verbis & amplexibus sibi coniungere & illaqueare. Prouerb. vij. d. *Irretiuit illum multis sermonibus & blanditiis labiorum protraxit illum.* Et sequitur ibidem. *Secutus est quasi bos ductus ad vi. &c.*

quos pellicere conetur talis?

aquam effusam, omnis generis calamitates, diuisiones autem partium, & crura, & humeros ex electis pecoribus, abundantia rerum ac diuitiis & opibus affluentes principes & duces ac sacerdotes, eisdem simul calamitatibus affectos; ossa verò succensa paupertate oppressos, primum fame consumptos ignem Babylonium vocat eiusque prælium.

a *Væ ciuitati sanguinum.* HIER. lib. 7. com. Potest hæc prophetia ad tempus dominicæ passionis pertinere, propter quã exercitu circumdata est Ierusalem, & filij eius interfecti, & obsidente Tito Vespasiani filio ad salutem nullus euasit: templumque sub Tito, & post quinquaginta annos sub Adriano ciuitas æterno igne consumpta est. Præsentem autem signat captiuitatẽ, quando Ezechiel in Babylone hæc cernebat, & Ieremias in principio voluminis sui ponit sic: *Ollam succensam ego video, & fa. e. a. fa. a.*

Iudæorum exterminium sub Tito & Adriano.

Ierem. 1. c.

† THEOD. sect. 10. in Ezech. Rubiginem ollæ peccatum vocat, & maxima est accusatio, quod ne tantus quidem calamitatum ignis ollæ rubiginem consumpsit.

b *Super limpidissimam.* Vt omnibus pateret, ne terra operiretur, aut puluere. Natura est vt si sanguis fusus sit in terrã, ebibat humus humorẽ sanguinis, aut paulatim terra operiatur, aut puluere. Si autem super planam petram effusus fuerit, labitur, & latam obtinet sedem. In hoc patet, quia non occulta, sed publica & aperta fecerit homicidia, secundum illud, *Sanguis fratris tui clamat ad me de terra.*

Aperta homicidia in Ierusalem perpetrata. Genes. 4. b.

† GREG. l. 15. mor. cap. 15. Per terram & puluerem, peccatores; per petram verò limpidissimam, iustus signatur, qui grauibus peccatorum contagiis non exasperatur. Sanguis ergo super limpidissimam petram effunditur, quando malitia cruentæ mentis in afflictione iustæ animæ grassatur.

c *Grandem faciam.* † THEODOR. sect. 10. in Ezech. Id est, augebo malorum principium & ligna multiplicabo, hoc est, multas occasiones præbebo, multamque materiam malorum igni, vt hunc incendam & carnes coctas, homines videlicet in vrbe tabescere faciã, ita vt alij fame conficiantur, ossium instar assati; alij omnis generis calamitatibus, veluti coctæ carnes comburantur, multoque ignis impetu, etiam * ius consumatur.

* iusculum

d *Pone quoque eam.* † AVGVST. l. 50. ho. hom. 16. Quanta fuerit peccati materia, tanta & pertranseundi mora. Quantum exegerit culpa, tantum sibi ex homine vendicabit quædam flammæ rationabilis disciplina. Et quantũ stulta iniquitas suggesserit, tantum sapiẽs pœna desæuiet. Et quia sermo diuinus quodã loco æneæ ollæ animam peccatricem comparat, dicens, *Pone ollã super prunas, &c.* Illic sermones otiosi & cogitationes iniquæ vel sordidæ, illic multitudo leuium peccatorum, quæ puritatem nobilis naturæ infecerãt, exundabunt: illic stannum vel plumbum diuersorum subrepentium delictorum, quæ diuinam imaginem obscurauerant, consumentur: quæ omnia hic ab anima separari per eleemosynas & lachrymas compendiosa transactione potuissent.

Purgatoriũ.

e *Multo labore.* † GREG. 3. parte pasto. admo. 4. Ignem tribulationis nobis admouet Deus, vt in nobis vitiorum rubiginem purget, sed nec per ignem rubiginem amittimus, quando & inter flagella vitio non caremus.

[Interlinear glosses: a Ierusalem. b Quæ est lebes. c Malitia nimia. a Quamuis ignis suppositus sit. Perseuerauerunt enim, quiuis capti, quiuis cruciati in pristino scelere. b Sigillatim, vt nemo remaneat in salutem. a Vt alij perirent, alij saluarentur: sed omnibus communis veniet interitus. b Homicidia filiorum neces. a q.d. Ne transiret indignatio mea, sed super apertissimum vltio properaret homicidium. a Alias: Venit sanguis. a Non vnius, sed multorum. a Non solum enim carnes molles & teneras, sed durissima quoque ossa succendam, vt nihil incrematum remaneat. a Cum omnia fuerint consumpta. Et. a Consumatur. a Cum ea. b Malitia. c q.d. Non prodest fecisse, quod iussum est. Ciuitate. Malitia. Etiam. a Apostrophat ad ipsam ciuitatem. a Compleram. b Cuius verba non transeunt.]

a Deus: Væ ciuitati sanguinum,[1] ollæ,[2] cuius rubigo[3] in ea est,[4] & rubigo eius nõ exiuit de ea. Per partes & per partes suas[5] eiice eam. Non occidit super eam sors.[6] [7] Sanguis enim eius in medio eius est super limpidissimam[8] petram effudit illum: non effudit illum super terram, vt possit operiri puluere, vt superinducerem indignationem meã, & vindicta vlciscerer. Dedi sanguinem eius super petram limpidissimam, ne operiretur.[9] Propterea hæc dicit dominus c Deus: Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram,[10] Congere ossa,[11] quæ igni succendam. Consumentur[12] carnes, & concoquetur[13] vniuersa compositio & ossa tabescent.[14] d Pone quoque[15] eam super prunas vacuã, vt incalescat,[16] & liquefiat æs eius, & conflentur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius.[17] e Multo labore[18] sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem.[19] Immunditia tua execrabilis,[20] quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis.[21] Sed nec mundaberis prius,[22] donec quiescere faciam indignationem meam in te. Ego dominus locutus sum.

a Nec sensum iam dictum, sed aliqua superadduntur cum dicitur:

NICOLAVS DE LIRA.

1 Væ ciuitati san. *id est, Ierusalem quæ effudit prophetarum & iustorum multorum sanguinem.*
2 Ollæ. *sic supra nominata est Ierusalem, vt dictum est.*
3 Cuius rubigo, *id est, malitia indurata,*
4 In ea est, *Perseuerans.*
5 Per partes & per. *quia in longa obsidione aliqui de induratis in malis perierunt fame, & alij pestilentia seu aeris corruptione, & in eius captione aliqui sunt gladiati, & reliqui captiuati.*
6 Non cecidit. *Quando enim ponitur sors ad ostendendum qui debeant mori vel dimitti, sors parcit pluribus: sicut Ionas sorte deprehensus ceteris dimissus fuit in mare proiectus: sed hic omnes capti sunt modis prædictis. Et si aliqui euaserunt, vt Ismael, & aliqui alij, fuerunt ita pauci comparatiuè quod quasi pro nihilo computandi erant: qui tamen postea fugientes in Aegyptum cum Iohanna filio Careæ perierunt saltem pro maiori parte, Ierem. xliij.*

Iudæi fere ad internecionem vastati.

7 Sanguis enim eius, *id est, peccatum.*
8 Super limpidissimam, *id est, ita publicum est & manifestum omnibus, quod non potest aliqua tergiuersatione celari: sed iustitia diuina ipsum exigit statim puniri. Ideo subditur,*
9 Væ ciuitati sanguinum. *id est, Ierusalem.*
10 Cuius ego, &c. pyram. *id est, ignitionem: à pyr quod est ignis.*
11 Congere ossa, *in Hebræo habetur ligna.*
12 Consumentur. *id est, fame & peste morientur debiliores.*
13 Et coquetur. *id est, tota congregatio populi in Ierusalem supra modum affligetur.*
14 Et ossa tabescent. *Quia etiam illi, qui sunt fortiores, deficient.*
15 Pone quoque, &c. vacuam. *quia post euacuationem ciuitatis à populo & diuitiis, finaliter incensa fuit à Chaldæis.*
16 Vt incalescat. *id est, materia ædificiorum.*
17 Et consumatur rubigo. *vt sic locus incendatur in detestationem malitiæ in eo diu perpetratæ.*
18 Multo labore sud. est. *Ad amotionem dictæ rubiginis per Ieremiam & alios prophetas populum arguentes, & ob hoc multas iniurias sustinentes.*
19 Et non exiuit de, &c. neque per ignem. *Scilicet tribulationis qua frequenter contigit illi populo ante eius destructionem.*

Iudæi neque per tribulationes emendati.

20 Immunditia tua execrabilis. *quia mundare te volui modis facilioribus, vt per prophetarum correctiones & particulares afflictiones.*
21 Et non es munda. *talibus modis.*
22 Sed nec mundaberis prius donec, &c. *Te totaliter destruendo, sicut indignatio hominis irati quiescit in destructione sui aduersarij.*

1 Et

MORALITER.

† *Conge. fru.* Nam captus à muliere lubrica per partes consumitur, quia corpus eius polluitur, diuitiæ consumuntur, animã iugulatur, virtus naturæ deficit, ingenium hebetatur, & vox iuuenum inraucatur. Vnde versus. *Femina, corpus, opes, animam, vim, lumina, vocem, Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat.* Per hoc autem, quod olla vacua poni iubetur super prunas, cum dicitur,

Mala quæ secũ adfert luxuria.

15 *Pone quoque.* Significatur, quòd meretrix finaliter omnibus bonis euacuata ponitur in gehennam.

a *Nec parcam.* HIE. lib. 7. com. Sicut medicus, qui putribus non A parcit carnibus, vt sana membra seruentur; nō parcit, vt parcat; crudelis est, vt misereatur, nec considerat patientis dolorem, sed vulneris sanitatem. Vnde, *Melius est ad vitam ingredi debilem & claudum, &c.* (Matth. 18.)

b *Et factum est verbum.* IBID. Supra lebetis succensio vrbis obsidionem ostendit, nunc captam atque deletā, & omnem populū, vel gladio interfectum, vel in captiuitatē ductū, prophetalis sermo testatur.

c *Mortuorum luctū.* IBID. Etsi vxor tua moriatur, quæ si bona fuerit, nihil viro amabilius: quæ à Deo homini prouidetur, & lege iungitur, & vnum corpus B efficitur.

d *Corona tua.* HIER. Aiunt Hebræi Babylonios magistros legis præcepta seruantes vsque nunc decalogum scriptum in membranulis circūdare capiti suo; & hoc esse quod iubeantur ante oculos & in fronte pendere, vt semper videant, quæ præcepta sunt. Et quia Ezechiel sacerdos erat, non debere C eum deponere coronam gloriationis, sed ligatam habere in capite. Nos autem iuxta LXX. coronam capillorum intelligimus.

(Magistri Hebræorū, qui in Babylone commorantur, coronati incedunt.)

HIER. IBID. Veniamus ad Anogogē, si tamen violenta visa non fuerit lectoris vigilantiæ: Filius hominis, Christus, qui in vespera huius mundi vxorem pristinam perdidit, nec eam fleuit, nec amictu ora velauit, nec recepit vllam hominum consolationem: Et hæc ventura prædixit mane, quæ completa sunt vespere, & rursum mane in secundo aduentu facta probauit, quæ ventura prædixerat. Sanctuarium Iudæorum & quod desiderabile habuerant in oculis, & super quo tremebant animæ eorum, esse pollutum: filios quoque eorum & filias Romano gladio concidisse.

(Synagoga à Christo diuisa.)

D

e *Ecce ego polluam sanctuarium meū, &c.* † THEOD. sect. 10. in Ezec. Per ipsas res, inquit, vobis propheriam ostēdi, & in meipso, quæ futura sunt, adumbraui. Quemadmodum enim ego mortua coniuge, nihil eorum feci, quæ pro mortuis fieri cōsueuerunt, non lamentatus sum, non ploraui, non lugubrē vestem sumpsi: ita etiam vos filiis & filiabus vestris interfectis, sanctoque tēplo profanato, barbarorum ingressu, & aliis malis oppressi, neque lamentandi facultatem consequemini, neque vsitata vobis faciendi potestas cōcedetur, non capitis detrudendi, non calceamentis pedes exuendi, neque lachrymis dolorem leniendi, neque demum quicquam eorum, quæ vsitata sunt, faciendi.

(Iudæis prohibitum sua mala plangere.) E F

f *Ora amictu non velabitis, & cibos lugentiū non comed.* HIER. vbi supra. Quando consuetudo seruatur in luctu, medius dolor est: Quando autem tanta malorum incumbit necessitas, vt omni ploratu maior sit, vnusquisque de sua nece sollicitus, ad aliorum quamuis proximi sint, non ingemiscit miserias.

g *Coronas habebitis in capitibus vestris.* IBID. Non enim debent lugere, & signa luctus assumere, quia per vmbram receperunt veritatem,

---

a Venit, & faciam, nōn transeam, nec parcam, nec placabor. Iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te, dicit dominus. [15] Et factū est verbū domini ad me, dicēs: [16] Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorū in plaga, & nō plāges neq; plorabis, neque fluēt lachrymæ tuæ: [17] Ingemisce tacens, mortuorū luctum non facies. Corona tua circumligata sit tibi, & calciamenta tua erūt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. [18] Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est vxor mea vespere. Fecique mane, sicut præceperat mihi. [19] Et dixit ad me populus: Quare non indicas nobis, quid ista significent quæ tu facis? [20] Et dixi ad eos. Sermo domini factus est ad me, dicēs: [21] Loquere domui Israel. Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego polluam sanctuariū meum, superbiam imperij vestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & super quo pauet anima vestra, & filij vestri & filiæ vestræ quas reliquistis, gladio cadent. [22] Et facietis sicut feci. Ora amictu non velabitis, & cibos lugentiū non comedetis. [23] Coronas habebitis in capitibus vestris, & calciamenta in pedibus. Non plangetis neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, vnusquisque gemet ad fratrem suum. [24] Eritque Ezechiel vo-

(Interlinear glosses: a ¶ Vrbis obsidio. b ¶ Quæ minatus sum. c ¶ Sicut sæpe. ¶ Scelera tua. d ¶ Etiam si multiplicaueris preces. — a ¶ Cogitationes. ¶ Opera. — ¶ Tamen. — a ¶ Monstrantes dolorem. b ¶ Superatus dolore. c ¶ Ne in verba prorumpas. — a ¶ Quæ tondetur in luctu, & calciamenta habebis in pedibus, quæ lugentes solent abiicere: Vnde Dauid Absalom fugiens, & pœnitens super necem Vriæ nudis pedibus ambulauit. — a ¶ Sicut in luctu fit. — a ¶ Quæ mihi fuerant imperata. — a ¶ Oculorum desiderabile, lumborumque & sanguinis luctu, secundum Lxx. b ¶ Statim. c ¶ Die altera. — a ¶ Dominus. — a ¶ Contra morem omnium. b ¶ Causas quærentes tantæ patientiæ. — a ¶ Respondens illis pro me. — a ¶ Vt incendatur, scilicet, & alienigenis pateat ac prophanis. — a ¶ Confidentiam & spem. b ¶ In quo desiderium vestræ salutis. — a ¶ Cuius scilicet, obsidione. b ¶ Qui, scilicet, fami, & pestilentiæ supererant. — ¶ Tunc. a ¶ Mortua vxore. — a ¶ Consolantibus oblatos. b ¶ Capillorum. — a ¶ Contra morem, vrbe & templo succensis, ad malorum magnitudinem stupebitis. — a ¶ Vix habentes liberum gemitum, ne offendant victorum superbiam si publicè flere videantur.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et factum est verbum domini. *Hic ponitur secunda parabola ad ostendendum doloris augmentum. Et primo parabola ponitur. Secundo exponitur, ibi:* Et dixit, *Circa primum sciendum, quod dolor cordis alleuiatur per fletum & planctum, secundum quod dicit Philosophus secundo Rethoricæ: quia quamdiu tenetur clausus in corde magis pungit, sed per fletum & planctum euaporat & euanescit: sicut & dolor apostematis quādiu est integrum & clausum, magis affligit, mitigatur autem, quando rumpitur & sanies fluere incipit. Ezechieli vero data fuit materia doloris de morte vxoris, & prohibitus fuit eam flere & lugere. Et hoc est quod dicitur hic.*

(Diuisio.) (Dolor cordis alleuiatur per fletū & planctū.)

2 Ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges neque plorabis, &c. *id est, vxorem tuam, quæ est magis diligibilis quam aurum & argentum.*

3 Ingemisce tacens, mortuorum, &c. *Ita quod non appareat signum doloris exterius, sed contineatur interius.*

4 Corona tua, *id est, mitra, seu, cucufa.*

5 Circumligata sit tibi, *Ad compositionem capillorum tuorum, quod est contra modum lugentium.*

6 Nec amictu ora velabis, *trahendo caputium ante oculos, sicut solent facere lugentes.*

7 Nec cibos lugentium comedes. *id est, non viues austere, sicut solent lugentes facere.*

8 Locutus sum ergo ad populum mane. *Nuntiando ista à domino mihi prædicta.*

9 Et mortua est vxor mea vesperè. *Eiusdē diei ad verificationem dicti.*

10 Fecique mane. *Diei sequentis.*

11 Sicut præceperat mihi. *Continendo à luctu.*

12 Et dixit ad me populus. *Hic consequenter parabola exponitur, per hoc enim designabatur, quod Iudæi, qui transmigrati fuerant cum Iechonia in Babylonem, haberent materiam doloris de destructione Ierusalem & templi, & de interfectione, in qua erant amici & consanguinei, & tamen non auderēt lugere existentes in Chaldæa, ne viderentur dolere de regis Babylonis victoria, & sic durius tractarentur. Et secundum hoc patet littera pro magna parte.*

(Iudæis non permissum suas miserias plangere.)

13 Hæc dicit dominus Deus. *qui mentiri non potest.*

14 Ecce ego polluam, *id est, pollui permittam.*

15 Sanctuarium meum, &c. *id est, templum per Chaldæos destruendum.*

16 Superbiam, *id est, gloriam.*

17 Imperij vestri. *sc. Ierusalem, quæ metropolis erat in regno Iuda, vnde translati fuerunt isti.*

18 Et desiderabile, &c. *id est, omne illud quod desideratis videre redeundo in Iudæam, & de cuius destructione timetis.*

19 Et facietis sicut feci, *vos continēdo à gemitu & luctu ratione prædicta.*

20 Eritque Ezechiel vo. *id est, in signum facti vestri futuri, quia sicut non luxit mortem vxoris, sic nec vos audebitis lugere destructionem templi & ciuitatis.*

tem, & Nazaræi quidam facti fuerunt, & vnusquisque à fratre suo consolabitur, vt Ezechiel, quem Deus pater confortauit, sit eis in portentum, ventura prænuntians, & postquam subuersa fuerit Ierusalem, teplumque succensum, & hoc totus mundus audierit, & dispersio Israel, quæ orbis terminos colit, tunc verba domini opere completa habebût libertatem, & polluto sanctuario eius, & lege vetere completa, vel destructa secundum Occidentem littera aperiantur euangelia, & cognoscat Israel, quod ipse sit dominus Deus, qui hæc mane ventura prædixit, vespere, id est, in mundi consummatione essé completa suo probauit aduentu.

Ad Euangelij fulgorem legis vmbræ & Iudæorû respublica disparuerunt.

a Cum eo qui fugit: & loqueris & non silebis vltra, erisque eis in portentum, & scietis. HIERONYMVS lib. 6. com. Non ad ipsum, quia quæ ventura prædixerat, ille nuntiat iam perfecta: & vltra non tacebis, sed argues eos, & dices omnia illis meritò accidisse, vt sis illis in portentum, secundum illud Zachariæ, quo prophetæ viri portendentes dicuntur. Et dominus alibi dicit: In manibus prophetarum assimilatus sum.

Hosee 12. c.

bis in portentum. Iuxta omnia, quæ fecit facietis, cùm venerit istud: & scietis, quia ego dominus Deus.[25] Et tu fili hominis, ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis, & desiderium oculorum eorum, super quo requiescunt animæ eorû, & filios & filias eorum:[26] in die illa cùm venerit, fugiet ad te, vt annuntiet tibi,[27] in die inquam illa aperietur os tuum cum eo, qui fugit: & loqueris & non silebis vltrà, erisque eis in portentum, & scietis quia ego dominus.

(a Vt quæ non fecit in morte vxoris, non faciatis in euersione vrbis & templi. a Adhuc apertius. a Templi confidentiam. a Tollam subauditur à superiori. a De Ierusalem. b Vrbem euersam. a Qui prius tacebas & liberum gemitum non habebas, & tantæ eras patientiæ, vt in vxoris nece & liberorum dolore lachrymam non emitteres.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce in die qua tol. ab. e. fort. *id est, viros bellatores de Ierusalem.*
2 Et gaudium dignitatis. *id est, regnum & sacerdotium.*
3 Et desiderium oculorum, &c. *id est, templum, & alia quæ desiderant iterum videre.*
4 Aper. os tu: *id est, tunc poteris securè loqui de ista destructione, quæ tunc patebit per effectum, de quâ populus tuus non vult modo tibi credere.*
5 Et scietis. *per experientiam vindictæ meæ.*

CAP. XXV.

a ET factum est. HIERONYMVS lib. 8. com. Capta vel obsessa Ierusalem, postquam venit in Babylonem, qui potuit euadere, & nuntiauit vrbem captam, vel iam iamque capiendam, templumque: iuxta consuetudinem omnium prophetarum aduersum ceteras in circûitu nationes, (quæ insultauerunt ruinæ ciuitatis templique incendio) sermo conuertitur; & primum contra filios Ammon.

b *Fili hominis.* HIERONYMVS IBID. A modo supponit increpationem filiorû Ammon & ceterarû Gentium, & vaticinium futurorum.

HIERONYMVS IBID. Possumus per filios Ammon (qui de semine Loth in spelunca & in ebrietate, ex incestu generati sunt) omnes hæreticos intelligere de quibus Ioannes. *A nobis exierunt, sed ex nobis non erant. Si enim fuissent ex nobis per. v. n.* Hi ex declinatione orti sunt. Hoc enim signat Loth, *quia omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui fa. bo.* Aduersus eos ponitur vel obfirmatur facies prophetæ, vt sua eos auctoritate conterat. Et dicit eis: Quia insultatis ecclesiæ in persecutione, & vitiorum oppressione, quòd pollutum esset sanctuarium, vel vitio seruientium, vel crudelitate hostium; Terra quoque Israel, (id est, sensus Deum videntes) desolata à choro virtutum, & filij Iudæ, id est, veri fideles & rectè confitentes ducti in captiuitatem, domino seruire desierunt: Ideo ô omnis insultans, traderis filiis orientalibus, qui à lumine ceciderunt, vt tu quoque dictas confiteri dominum. Per translationem autem dicitur, quòd filij orientis ponant super eos caulas suas, & figant tentoria, & bibant lac, & comedant fruges: & ciuitas quondam superba fiat habitaculum camelorum, qui deposito onere peccatorum possunt intrare per foramen acus, & filios Ammon in cubile pecorum, qui reguntur à pastore bono, vt cum fuerint traditi orientis pastoribus sciant, quod ipse sit dominus. Rursumque exprobrat eis, quod insultauerunt nimio cordis affectu ruinæ populi, & terram Israel putauerunt omnino desertam, pro quo merentur manum vlciscentis Dei, vt qui excesserunt modum insultationis & gaudij super ruina domus Iudæ, non tradantur filiis orientalibus...

Hæretici. De malis ecclesiæ lætantur. Vel subesse debent ecclesiæ pastoribus.

CAPVT XXV.

ET factus est sermo domini ad me, dicens:[1] [2] Fili hominis, pone faciem tuam contra filios Ammon, & prophetabis de eis,[3] & dices filiis Ammon, Audite verbum domini Dei. Hæc dicit dominus Deus: Pro eo quòd dixistis, euge euge super sanctuarium meum, quia pollutum est, & super terram Israel, quoniam desolata est, & super domû Iuda, quoniâ ducti sunt in captiuitatê.[4] Idcirco ecce ego tradâ te filiis Orietalibus in hereditatê, &

(a Alij obfirma. Qui de Loth. Non ego. Insultastis f. gaudentes in ruina templi. a Ingressu hostium. Specialiter. Duas tribus. Nabuchodonosor & exercitui eius.)

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XXV.

1 ET factum. *In præcedentibus à secundo cap. vsque huc prophetauit Ezechiel contra Iudæos, pauca de aliis Gentibus interserendo: hic incipit prophetare contra extraneos: Et diuiditur in tres partes, quia primo prophetizat de Gentibus extraneis, secundo interserit aliqua de Iudæis 33. c. tertio resumit de extraneis cap. 38. Prima in duas, quia primo prophetizat contra quatuor populos succinctè: secundo contra alios duos diffusè ca. seq. Prima adhuc in tres: quia primo prophetizat contra Idumæos & Moabitas, ibi: Hæc dicit. tertio contra Philistæos, ibi: Hæc dicit. Circa primum dicitur.*

Diuisio.

2 Pone faciem tuam. *id est, contra terram eorum, vt non solum ex modo loquendi, sed etiam standi ostendas te contra eos loqui.*
3 Pro eo quod dixistis, Euge. *Interiectio est gaudentis.*
4 Super sanctuarium, *id est, templum.*
5 Quia pollutum est, *id est, destructum per Chaldæos.*
6 Idcirco, &c. filiis orientalibus. *id est, Chaldæis, quorum terra vergit ad Orientem respectu terræ Ammonitarum. Isti enim Ammonitæ descenderunt de Loth nepote Abrahæ, propter quod tristari debebant de Iudæorum afflictione, & ipsi gaudebant odio, & inuidia moti, propter quod meruerunt destrui & captiuari.*
7 Et collocabunt caulas, *id est, ita destruent ædificia ciuitatum, quod ponentur ibi caulæ pecorum.*

MORALITER.

† 1 *Et factum.* Hic ad litteram Ezechiel prophetat contra quatuor Gentes, per quas significantur quatuor vitia vel potius hominum quatuor genera illis vitiis inclinata. De primis Gentibus dicitur.

† *Contra filios Ammon.* Ammonitę verò iniqui populi interpretantur: ideo per istos inuidi significantur, qui lætantur iniquè de malis aliorum, & de bonis tristantur, quod est iniquissimum & punitione graui dignum, ideo subditur.

Inuidia.

3 *Pro eo quod dixistis. Euge* est interiectio gaudêtis: per sanctuarium domini, intelliguntur ecclesiæ ministri, qui frequenter polluuntur incontinentia.

Incontinentia clericorum.

† *Et super terram Israel.* Per terram Israel possunt intelligi religiosi, eo quod Israel videns Deum interpretatur. Ipsi verò debent esse contemplationi diuinorum intenti: sed frequenter ista terra desolatur, scilicet, quâdo religiosi dimissa deuotione circa sæcularia negotia occupantur.

Religiosi sæcularia curantes.

† *Et super domum Iuda, &c.* Per domum Iuda, quæ erat domus regia, principes designantur: Sed hæc domus in captiuitatem ducitur, quando principes & nobiles, serui vitiorum efficiuntur. Et de omnibus istis malis inuidi lætantur, dicentes.

Principes vitiis seruientes.

† *Euge, euge,* ideo subditur pœna.

6 *Idcirco ego tradam te filiis Orient.* id est, dæmonibus, qui à mundi principio per superbiam ciciderunt.

† Hæc

orientis: sed sint in direptionem cunctarum Gentium; & interficiantur de populis & pereant, & cōterantur, & non de stirpe Abrahæ, sed de omnibus nationibus esse credendi sunt: & tunc cognoscant malorum magnitudine, contritione, & populi interfectione, quod ipse sit dominus.

vel confusionem æternam subituri.

HIER. lib. 8. com. Quod generaliter de ecclesia intelligimus, super vnumquemque sanctorum intelligere possumus, ad quorum ruinam gaudent homines huius sæculi & dæmones, si longam perdiderint pudicitiam, dum putāt consolationem suam, si plures habeant cōsortes criminis & supplicij, hoc autem nemo facit nisi filius Ammō, filius, scilicet, populi, qui in declinatione generatus est.

De eis qui de alieno peccato vel pœna gaudent.

IBID. Madianitę & tota eremi vastitas adiacet terræ Arabiæ, qui habent camelorū greges ouiumque & caprarum multitudines: & his opibus vitāt, hoc & terræ Israel in lib. Iudicum accidisse narrat historia quando venerunt Madianei, & depasti sunt vsque ad Gazam omnes regiones eorum. Metaphorice ergò per Madianeos Ismaelitas & Agarenos, qui nunc Saraceni vocantur, assumentes sibi falsò nomen Sarę, vt de ingenua & domina videantur esse generati scriptura signat.

Iudic. 8. d. Populi habitantes in confinibus Arabiæ.

a ❡ Metapho. b ❡ Quasi pastores. c ❡ Immissis gregibus camelorum & omnium populorum.

collocabunt caulas suas in te, & ponēt in te tētoria sua. Ipsi cōmedēt fruges tuas, & ipsi bibent lac tuum. [5] Daboq; Rabbath in habitaculum camelorū, & filios Ammō in cubile pecorū, & scietis quia egō dominus. [6] Quia hæc dicit dominus Deus: Prō eo, quod plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terrām Israel: [7] Idcirco ecce egō extendam manum meam super te, & tradam te in direptionem Gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, conteram, & scies quia egō dominus. [8] Hæc dicit dominus Deus: Pro eo quod dixērunt Moab & Seir: ecce sicut omnes Gentes domus Iuda, [9] idcirco ecce egō aperiam humerum Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus inquam eius, & de finib[9] eius inclytas terræ Bēthiesimoth & Beelmeō & Cāriathaim [10] filiis orietis cum filiis Ammō. Et dabo eām in hereditatem, ut nō sit memoria vltra filiorum Ammō in Gentibus. [11] Et in Moab faciam iudicia, et scient quia egō dominus. [12] Hæc dicit dominus Deus: Pro eo, quod fecit Idumæa vltionem, vt se vindicaret de filiis

(Interlinear glosses:) a ❡ Vbertatem terræ. b ❡ Proprium nomen, vel ob magnitudinem: interpretatur enim maxima. a ❡ Malorum necessitate. b ❡ Qui futura prædixi & impleui. c ❡ Non modo insultasti aut dixisti, euge euge, &c. a ❡ Desolatam. b ❡ Non per angelum, non per quemlibet ministrum. c ❡ Ad percutiendum. a ❡ Non camelorum, aut ouium. a ❡ Eradicando. b ❡ De numero populorum. a ❡ Qui omnia iudico, qui in omnes Gentes potestatem habeo. a ❡ Insultantes domui Iuda, quia à Chaldæis capta. b ❡ Sine auxilio Dei. c ❡ Parens Babyloniæ potestati. a ❡ In præsentiarum. b ❡ Fortitudinem Moab, vt ad ipsos quoque Babylonius introeat. c ❡ Ciuitates. a ❡ Villa deserta. b ❡ Vicus maximus. c ❡ Ciuitas maritima. d ❡ Babylonis. ❡ Tradetur. f. Moab. a ❡ Terram Moab. b ❡ Sicut. f. filiorum Ammon non est memoria vltra in Gentibus, sic in Moab fa. iu. a ❡ Ita. b ❡ Qui tradidi Iudam pro peccato, & in filios Ammon & Moab vindicabo. a ❡ Caro, quæ insurgit aduersus spiritum. b ❡ Prius dominantem modo subditam.

comminatur, aperturum se vel dissoluturum omnem fortitudinem Moabitarum, vt ciuitates habere desistant, & in dialectica arte non confidant; sed cuncti illius termini, quos pro illisione fluctuum vocant promontoria, destruantur: & inclytæ atque electæ terræ Bethiesimoth, id est, domus solitudinis, atque deserta, & Beelmeon. i. habens fontem, vel super fontem, & Cariathaim, quam LXX. ciuitatem maritimam transtulerunt, pereāt: quamuis habeant robur pugnatorum, & inclyti pergāt ad prælium arte pugnandi & vndiq; muniti. Inclyta tamen terræ eorum non est domus habitationis, sed solitudinis: sed, quæ putāt habere fontem scientiæ, & vrbem maritimam, quæ omnes sustinere possint sæculi tempestates, patientiam sibi & fortitudinem promittentes, tunc illuc conuertentur, vt tradantur filiis orientis, veri luminis in Christo, sicut filij Ammō, qui in hæretica multitudine confidebant. Consideremus autem profectum, & in ipsa comminatione clementiam Dei, vt tradantur cum filiis Ammon filiis ori. in hereditatem, vt nulla hæresis nominetur in Gentibus, sed factis in Moab iudiciis & vltionibus, pro arrogantia rerum fine cognoscant, dominum esse qui cuncta dispensat. Quod autem per Moab philosophorum habeatur superbia, de quibus: *Perdam sapientiam sapientium, &c.* Amos ostendit sic: *Super tribus impietatibus Moab, &c.* vsque eo, quod combussit ossa regis Idumææ in cineres. Quicquid enim in sæculo peruersorum dogmatum est, quidquid ad terrenam scientiam pertinet, & putatur esse robustum, hoc dialectica arte subuertitur, & instar incendij in cineres fauillasque dissoluitur vt probetur esse nihili quod putabatur esse fortissimum. vnde Isaias: *Audiuimus contumeliam Moab, contumeliosus est valde.*

Sapientia huius sæculi quæ est in Hæreticis, Schismaticis, Philosophis, logicis.

1. Cor. 1. c. Amos 2. a. Isa. 16. b.

HIER. IBID. Rabbath est metropolis filiorum Ammon, qui post à Ptolemæo Philadelpho, qui Arabiā tenuit, Philadelphia vocata est.

HIERONYMVS. IBID. Ne dubitemus Nabuchodonosor Arabiam subuertisse capta Ierusalem, supra scriptura testatur: *Et tu fili hominis pone tibi duas vias Ammon & Ierusalem, & veniat gladius regis Babylonis.*

a *Pro eo.* HIER. IBID. Fabulantur Iudæi, quia vrbe capta temploque reserato, filij Ammon & Moab & Seir videntes Cherubim obumbrantia propitiatorium dixerunt: Sicut omnes Gentes colunt simulacra, sic & Iudas habet suæ religionis idola, & ideo iratus dominus tradidit eos captiuitati.

Fabella Rabbinorū.

HIER. IBID. Moab ex patre, Seir pilosus & hispidus vsque nunc despicit domum Iuda, in qua vera confessio: & putat tam facile subuerti, quām ceterarum vrbium munimenta, vnde dominus com-

b *Pro eo, quod fecit Idumæa vltionem, vt se vindicaret de filiis, &c.* HIERONYMVS IBIDEM. Cùm supra duo simul posuerit Moab, & Seir, prius de Seir tacens contra Moab loquutus est, deinde ad Seir redit. Sciendum autem, quod idem, Edom, Seir, Esau dictus est. vna Gens Idumæa & Duma, & Edom & Esau & Seir. Seir: quia hispidus pilosi nomen accepit. Edom, quia sanguinarius, qui ob

Idem sunt Edom, Seir, Esau.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Daboque Rabbath, *metropolim terræ Ammon,*

2 In habitaculum camelorum, *id est, sicut destruetur, quod cameli pascentur ibi: Et resumitur causa, cum dicitur.*

3 Pro eo quod plausisti. *id est, ostendisti signa magna lætitiæ pro Ierusalem & templi destructione.*

4 Extendam manum meam, *id est, vindictam meam.*

5 Hæc dicit. *Hic consequenter prophetizat contra Moabitas & Idumæos, cum dicitur,*

6 Pro eo quod dixer. Moab & Seir. *id est, Moabitæ & Idumæi. Idumæa enim & Seir sunt nomina synonima.*

7 Ecce sicut, *id est, regnum Iuda est destructum & captiuatum, sicut alia regna: hoc dicebant insultando & gaudendo, cum tamen deberent compati & condolere. eo quod Moabitæ descenderunt de Loth nepote Abrahæ, & Idumæi de Esau fratre Iacob.*

8 Idcirco, &c. humerum Moab, *id est, fortalitia & munitiones fortes, quæ sustinent pondus aduersariorum, nominantur, cum subditur.*

9 Bethiesimoth, &c. filiis Orientis, *id est Chaldæis, vt dictum est supra.*

10 Vt non sit, &c. *non sint in reputatione vsque ad tempus magnum.*

11 Et in Moab faciam iudicia. *id est vindictas.*

12 Pro eo, quod. *persequendo odiosè filios Iuda, quasi in vltionem benedictionis paternæ, quam obtinuit Iacob ante Esau primogenitum: propter quod Esau persequebatur Iacob fratrem suum, & similiter posteri Esau posteros Iacob, quæ tamen persequutio erat iniusta. Tum quia hoc factum fuit ex ordinatione diuina, Tum quia Esau vendiderat Iacob sua primogenita.*

Cur oderāt Idumæi Iudæos?

1 Et

MORALITER.

† 5 *Hæc dicit.* Hic ponuntur secundi populi, scilicet, Moabitæ, qui interpretantur *ex Patre*, ideo per ipsos significantur superbi, quorum rex & pater est diabolus, sicut dicitur Iob 41. d. *Ipse est rex super omnes filios superbiæ.* & Ioan. 8. f. *Vos ex patre diabolo estis.* ideo subditur:

Superbi quorum pater est diabolus.

6 *Pro eo, &c. ecce sicut omnes gentes.* scilicet, depressa & abiecta: hoc dicunt superbi, qui sunt aliorum contemptiui, & subditur pœna cum dicitur:

8 *Idcirco.* fortitudinem superbi in morte terribili. ideo subditur:

11 Et

11 *Et in Moab faciam iudicia.* primum iudicium est in morte corporali, & aliud erit in examine finali, & vtrumque dicitur iudicium condemnationis.

Duplex iudicium.

† *Hæc dicit.* Hic ponuntur tertij, scilicet, Idumæi, qui interpretantur sanguinei, propter quod interpretantur oppressores innocentum, ideo subditur,

12 *Pro eo, quod fe. Idu. vltionem.* scilicet, iniquam. Oppressores enim innocentum suam nequitiam palliant iustitia, di. quod faciant zelo iustitiæ, quod faciunt inique. Et sequitur pœna, cum dicitur:

Oppressores innocentū.

† 1 Et

ob lenticulæ rufæ coctionem primogenita perdidit: & ab edulio sortitus est hoc vocabulum. Esau quoque factura interpretatur.

a *Extendam.* Sciendum autem quod in Hebræo numquam scribitur Idumæa, sed semper Edom quem Idumeam expressit Græca translatio.

HIER. lib. 8. com. Duæ legiones Dauid, altera Phelethi, altera Cerethi, id est, interfectorum vocabatur. † THEOD. sect. 10. in Ezec. Cùm enim non vt Moabitæ solum, & Ammonitæ lætati sunt, sed etiam factis suam improbitatem indicarint, pristina illa seruata ira, *iratus est enim ipsi Iacob*, inquit, *pro benedictione qua benedixit ei pater eius:* Hanc ob rem nō aliis ipsos hostibus tradam, sed ipsi populo meo ab eo iniuria affecto, vt per solitudinē, qua, penitus deserentur, discant ipsimet domini potentiam.

b *Et dabo.* HIER. vbi supra. In manu Israel ponit gladium, vt subuertatur Edom, & iram domini sentiat & furorem, & intelligat vindictam eius ad hoc profecisse, vt seruiat domui Iudæ. vnde, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Diligit autem Iacob, quia carneum & terrenum supplantat, & benedictiones illius meretur accipere. Prius enim iuxta carnem & postea iuxta spiritum viuimus. Ante sunt vitia, deinde virtutes, quibus vitia subuertuntur. Cor enim hominis appositum est ad malitiam à pueritia: errorésque adolescentiæ matura ætas condemnat, vnde, *Delicta quis intelligit?* Et: *Ignorantias meas ne memineris.* Et notandum, quod Iacob primam accepit benedictionem, Esau secundam, & ad extremum dicitur de eo, *Seruus eris fratris tui*, vt postquam caro spiritui subiecta fuerit & coniuncta illi caro esse desistat: & Idumæa transeat in Iudæam.

c *Pro eo quod fecerunt.* Post filios Ammon & Moab, & Seir (qui & ipsi sicut Idumæi, per Loth & Esau populo Israel & domui Iudæ cognatione sociantur) venit ad Philisthiim, qui sunt in littore & funiculo maris Philisthiim *potione cadentes.* qui de aureo Babylonis calice inebriati sæuiunt & toto animo insultant, veterum inimicitiarum contra Israel recordantes, quibus à Dei populo diuisi sunt. Cumque dominus dicat, *Mihi vindictam & ego re.* ipsi se vlciscuntur, implentes veteres inimicitias.

† THEOD. vbi supr. Palestinis quoq; æque ac Idumæis odium vitio vertit, memores enim iniuriarū à populo meo acceptarū, quasi à victore & proprio regno potito, calamitatis tempus vltionis tempus fecerunt, & in eos inuadentes, infinitis eos malis affecere. Hac de causa ego pœnas odij ab illis exigam, & diuinitus illis plagas infligam, & vna cum principibus subiectos illis interficiam, & in mala, quæ euadere non potuerint, impellam, vt per ea, quæ sustinuerint, mei dominij iura cognoscant.

d *Palestinos.* HIERONYM. vbi supr. LXX. Allophylos, id est, alienigenas transtulerunt, non generali nomine gentium, quæ non sunt de genere Iudæorum, sed speciali gentis suæ, quæ nunc dicitur Palestina mutata, phe, litera iuxta Græcorum consuetudinem in phi, sicut apud nos pro Hebraico fasca Græcum & Latinum Pasca celebratur.

Iudā, peccauitq; delinquens, & vindictā expetiuit de eis. [13] Idcirco hæc dicit dominus Deus: Extendam manum meā super Idumæam, & auferam de ea hominem & iumentū, & faciam eam desertam āb austro: & qui sunt in Dedan, gladio cadent. [14] Et dābo vltionem meam super Idumęam per manū populi mei Israel, & facient in Edom iuxta irām meam, & furorem meū: & scient vindictām meā. Hæc dicit dominus Deus. [15] Pro eo quod fecerūt Palestini vindictā, & vlti se sunt toto animo interficiētes & implentes inimicitias veteres: [16] propterea hęc dicit dominus Deus. Ecce ego extendām manū meam super Palestinos, & interficiā interfectores. Et perdā reliquias māritimę regionis, [17] faciāq; in eis vltiones magnas arguēs in furore & scient quia ego domin⁹ cū dedero vindictā meā super me.

(Interlinear: a Quia à Iacob supplantatus in vtero à quo Iudas. Qui sequuntur spiritum. Ergo. Ego ipse non per alios. a Qui rationalis videtur. b Simplicis fidei. a Alij de Theman, quæ interpretatur deficiens. b Ciuitate, quæ cognationem sonat. c Spiritus. a Cum de Iuda se vlti fuerint. b Non per alium. c In quem exercuerunt vindictam. a Populus meus. b Gentem inimicam. c Meam explentes indignationem. a Iustum, scilicet, fuisse. b LXX. Adonai dominus. a Vt interficiam interfectores. a Quæ falsis tunditur fluctibus. a Qui tamen finem habeat misericordiæ, quia sic scient, &c. a Palestini. b Qui percutit ipse medetur.)

Margin: Genes. 25. c. Reg. 15. d. — Idumæi à Deo traditi in manus Hebræorū. — Mala. 1. a. — Gen. 8. d. — De spiritu super carnē imperium obtinente. — Psal. 18. d. Psal. 24. b. Gen. 27. f. — Palestini veterum inimicitiarum memores infestant Iudæos. — Deut. 32. f. — Quomodo Græci interpretes transferant nomina Hebraica.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et faciam eam desertam ab Austro. *id est, à Iudæis, qui sunt in parte australi respectu Idumææ, ideo subditur.*

2 Per manum populi mei. *hoc fuit tempore Machabæorum, qui Idumæos impugnauerunt. 1. Machabæ. 5.*

3 Hæc dicit dominus. *Hic prophetizat contra Philisthæos, qui semper fuerunt inimici Iudæorum, vt patet ex libris Iosue, Iudicum & Regum.*

4 Et vlti se sunt to. ani. interfi. *Iudæos, ex maxima libidine occidendi.*

5 Et implentes inimici. *id est, addendo ad inimicitias quas habuerunt Philisthæi contra Iudæos à principio ingressus eorum in terram promissionis.*

6 Et perdam reliq. maritimæ. *id est, regionis Philisthinorum, quæ sita est super mare mediterraneum.*

MORALITER.

† 1 *Et faciam eam deser.* scilicet, Idumæam: oppressores enim innocentum erunt à Deo similiter deserti, quando dicet eis illud Matth. 25. d. *Ite maledicti in ignem æternum,*

3 *Hæc dicit.* Hic ponuntur quarti Palestini. s. de quibus subditur.

4 *Et vlti se sunt.* Ideo per ipsos significantur rancorosi, quorum ira quietari non potest, donec vltra modum grauauerint eos, contra quos conceperunt, & subditur pœna cum dicitur,

† *Ecce ego ext. manum.* id est, iustitiā meā eos grauiter puniendo. Sicut dicitur Iacob. 2. c. *Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non miseretur.*

Margin: Rancorosi.

CAP. XXVI.

a *ET factum est.* HIER. li. 8. com. Post Palestinos succedit regio Phœnicis, cuius metropolis Tyrus, quæ Hebraice & Syriace Sor dicitur.

HIER. IBID. Sor interpretatur *angustia*, & signat animam, quæ perturbationibus est occupata, quæ cum viderit vitiis suis subuerti Ierusalem, in qua fuit templū & pacis visio, exultat, & ad se imperium vrbis

CAP. XXVI.

ET [1] factum est in vndecimo anno prima mensis factus est sermo domini ad me dicens: [2] Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus de Ierusalem: euge, confractæ sunt

(Interlinear: Insultans & gaudens. Capta. a q. d. Ego portum habeo tutissimum.)

Margin: Tyrus Hebraice & Syriace Sor dicitur.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXVI.

1 ET factum est in vndecimo. *Hic consequenter prophetizat contra duos populos diffuse. s. contra Tyrios & Aegyptios, qui multas molestias Iudæis intulerunt, quia Tyrij erant propinqui Iudæis à parte Aquilonis, Aegyptij verò à parte Austri. Sic ergo diuiditur in duas partes: Quia primò prophetizat contra Tyrum, secundo contra Aegyptum c. 29. Prima diuiditur in tres secundum tres causas destructionis Tyri, & hoc in isto ca. & duobus sequentibus. Præsens autem capitulum diuiditur in duas partes: Quia primo ponitur causa destructionis, secundo stupor admirationis, ibi,* Hæc dicit dominus. *Prima in duas, quia primo ponitur, Tyri destructionis causa demeritoria, secundo effectiua, ibi,* Quia hæc dicit dominus. *primum sciendum, quod ciuitas Ierusalem fuit valde nobilis & famosa, vt patet ex 3. Regum, quia Salomon nobilissimè eā ædificauit, & ideo postea habitatores Tyri contra Iudæam fuerunt inuidia moti, & destructione ciuitatis & populi gauisi: propter quod meruerunt à Deo puniri, maxime quia Salomon & Hyram rex Tyri fuerunt adinuicem valde amici 3. Reg. 5. Primo igitur ponitur tempus huius reuelationis, cum dicitur,* Et factum est in vndecimo anno, &c. *scilicet, transmigrationis Ioakim.*

2 Prima mensis, *id est, prima die.*

3 Pro eo quod dixit Tyrus. *i. habitatores Tyri,* de Ierusalem. *destructa per Chaldæos.*

4 Euge. *Interiectio est gaudentis.*

5 Confractæ sunt. *id est, portæ Ierusalem, ad quam declinabant populi*

Margin: Diuisio. — Necessitudo inter Iudæos & Tyrios, bina odium.

MORALITER.

1 *Et factum est.* Hic Ezechiel incipit prophetare contra ciuitatem Tyri, & hoc ex causa triplici. Quarum prima ponitur in hoc capitulo: Aliæ vero duæ in duobus sequentibus capitu. Prima vero causa secundum sensum litteralem fuit exultatio Tyri de destructione Ierusalem, & hoc ex maligna cupiditate. Ierusalem enim erat magna ciuitas & potens, & ideo multa mercimonia per portum Ioppe, qui propinquus est ei, deferebantur, propter quod ipsa destructa cogitauerunt, quod illa mercimonia, quæ ad portum Ioppe declinabant, ad Tyri portum applicarent, & sic eorum lucra multipliciter augerentur propter quod destructione Ierusalem lętabantur: & hoc est quod dicitur,

3 *Pro eo quod dixit Tyrus, &c.* Ergo moraliter exponendo per Tyrios quantum ad hoc significantur generaliter illi, qui mortem

Margin: Cur gauderent Tyrij de excisa Ierusalem?

pe, † vel

☞ vrbis quondã inclytæ transferri putat: Hoc & in contrariis dogmatibus accipitur, & in omnibus sęculi, cum viderint aliquem iustũ per negligentiam lapsum, gaudent, & insultãt, quasi aliorum ruina, sua resurrectio sit, vnde sequitur, *Propterea.*

De malis qui gaudent de lapsu bonorum.

† THEODORETVS. Anno vndecimo captiuitatis Iechoniæ, regni verò Sedeciæ mense quarto, quarta mensis, à Babyloniis Ierusalem capta est. Paucis igitur diebus antequam capiatur, iubetur propheta cõtra Tyrum prophetica verba facere. Tyrus enim Sor incolarũ lingua vocatur, ipsa autem obsidione Ierusalem lætata fuerat, & opinata est fore, vt nobilissima illa vrbe euersa ipsa in omnes finitimas gentes potiretur imperio.

Tyrus æmula Ierusalem.

a *Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te Gentes multas, sicut ascendit, &c.*

† IDEM. IBID. Per hæc Babyloniorum cum exercitu profectionem ipsi minatur, aitq; dirutis muris ipsam ita desertam fore, vt quibusdam leuibus lapidibus cõparari possit, quibus explicare sagenas

a ¶ Illa capta. Multitudo. s. quia illius regebatur arbitrio. b ¶ Illa deserta. c ¶ Quæ ante plena.

portæ populorum. cõuersa est ad me, implebor. deserta est: 1 2
a ¶ Quia hæc, scilicet, dixisti. b ¶ q.d. præsens est. ¶ Non per alios, sed ego ipse.

a [3] Propterea hęc dicit dominus Deus: Ecce ego super te Tyre, & 3
a ¶ Babylonios cum multis nationibus.

ascendere faciam ad te Gentes multas, sicut ascendit mare flu- †
a ¶ Oppugnatione. b ¶ Argumentorum munitiones. c ¶ Sophismata.

ctuãs.[4] Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius: Et
a ¶ Vsque ad solum. s. vt etiam puluis radatur. b ¶ q.d. Sic humiliabitur, vt petræ nitidissimæ comparetur exinanita.

rãdam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam pe- 4
a ¶ Vt sagenæ expandantur in vrbe quondam frequentissima. b ¶ Cuius verba irrita esse non possunt.

b tram.[5] Siccatio sagenarũ erit in medio maris, quia ego loquutus sum, ait dominus Deus: & erit in direptionem Gentibus. 5
a ¶ Vrbes, oppida, vici. b ¶ Phœnicis. c ¶ Phœnicis. d ¶ Metapho. quia filias appellauit interfectionem gladij ponit.

c [6] Filiæ quoque eius, quæ sunt in agro, gladio interficientur: & 6
a ¶ Rerum fine. b ¶ Qui hæc fieri præcepi.

d scient, quia ego dominus.[7] Quia hęc dicit domin[9] Deus: Ecce 7 8
¶ Enim. ¶ Diabolum. a ¶ Confusionis.

ego adducam ad Tyrũ Nabuchodonosor regẽ Babylonis, ab 9 10
a ¶ Non solummodò populorum. ¶ Regnorum. s. de quibus dicit: Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.

e f Aquilone regẽ regũ, cũ equis & curribus & equitibus & cœ- 11
a ¶ Vrbes. s. tibi subditas & castella. ¶ Animas in angustia peccati. b ¶ In campo mundi. ¶ In littore.

tu populoq; magno.[8] Filiãs tuas, quę sunt in agro gladio inter-
¶ Post. a ¶ Ne diaboli euadas imperium.

ficiet, & circũdabit te munitionibus, & cõportabit aggerẽ in 12
gyro. Et eleuabit cõtra te clypeũ, [9] & vineas & arietes tẽpera- 13 14
a ¶ Quidquid forte habuerit in dogmatibus. b ¶ Multitudine armatorum suorum.

bit in muros tuos, & turres tuas destruet in armatura sua.[10] Inũ- 15
a ¶ Tanta, scilicet, erit multitudo.

datione equorũ eius operiet te puluis eorũ, à sonitu equitũ & 16 17
a ¶ Opinione.

rotarum & curruum mouebuntur muri tui. Dũ ingressus fue-
a ¶ Securus quasi in campo. b ¶ Tanta erit securitas victorum.

rit portas tuas, quasi per introitum vrbis dissipatæ, [11] vngulis
a ¶ Lata & spatiosa est via, quæ ducit ad mortem.

equorũ suorum conculcabit omnes plateas tuas, populũ tuũ
a ¶ Idola, scilicet, quæ corde finguntur. vnde; Imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

gladio cædet, & statuæ tuæ nobiles in terram corruent. [12] Va- 18
stabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas, & destruent
a ¶ In quibus exultabas. b ¶ In tantam. s. desolationem venies. c ¶ Quibus ædificaueras muros.

muros tuos, & domos tuas præclaras subuertẽt, & lapides tuos 19
& ligna tua & puluerem tuũ in medio aquarum ponẽt. *[13] Et 20

nas consueuêre.

b *Sagenarum erit in medio maris, quia ego loquutus sum, &c.* HIERON. lib. 8. com. Quibus deceptam multitudinem piscabantur, Sagenas faciet siccari, vt subeant alij piscatores, quos dominus misit ad piscandum.

Hæretici è suis cathedris pulsi.

c *Filiæ quoque eius, quæ sunt in agro, gladio, &c.* HIERONYM. IBID. Filiæ, quæ quasi in thalamo seruabãtur, & pro secretioribus doctrinis nulli facilè credebantur, protrahentur in publicum ecclesiastico mucrone trucandæ.

Eorumdem secreta mysteria reuelata.

d *Et scient, quia ego dominus.* HIERONYM. Qui Ierusalem pro peccatis patrum perdendam reliqui, & Tyri pro insultatione & gaudio munimenta destruxi.

e *Ab aquilone regem regum.* IBID. Qui ventus durissimus & sinister nomine dexter vocatur, præsumens sibi nominis dignitatem.

f *Cum equis & curribus & equitibus & cœtu populoque magno.* IBID. De quibus; *Fallax equus ad salutem, & dormitauerunt, qui ascenderunt equos.* Et alibi: *Equum & ascensorem eius proiecit in mare.*

Psal. 6. d. 3. Exod. 15. a.

* Iere. 7. g.

☞ a Nec

NICOLAVS DE LIRA.

☞ populi multi causa mercationis & causa negotiationis.
1 Conuersa est ad me. *scilicet mercatorum multitudo.*
2 Et implebor, *scilicet, mercationibus & lucris, eò quod Ierusalem destructa & deserta est.*
3 Ecce ego super te Tyre, &c. *Ad te destruendum. Et patet littera vsque ibi,*
4 Et radam puluerem eius de ea, &c. *id est, destruam omnia ædificia, ita quod ventus tollet puluerem & remanebunt soli lapides.*
5 Siccatio sagenarum in medio maris. *Hoc dicitur, eo quod Tyrus erat vndique clausa mari: ideo ipsa destructa piscatores siccabant ibi retia sua.*

Tyrus vndique clausa mari.

6 Filiæ quoque eius, *id est, ciuitates & villæ ei subditæ.*
7 Quæ sunt in agro, &c. *id est, in arida sitæ, & non in mari, sicut Tyrus.*
8 Gladio interficientur, *Cadent, interfectis earum habitatoribus.*
9 Quia hæc dicit. *Hic consequenter ponitur huius destructionis causa effectiua, quæ est duplex: Vna principalis scilicet, Deus; Alia instrumentalis, scilicet, rex Babylonis, qui in hoc fuit flagellum Dei; & vtraque tangitur cum dicitur, in persona Dei.*
10 Ecce ego ad. &c. *Per illam enim partem adduxit exercitum ad Tyrum.*
11 Regem regum, &c. *Quia multos reges habebat tributarios: Cetera patent, vsque ibi,*

12 Et

12 Et comportabit aggerem in gyro. *Voluit enim à littore maris vsque ad Tyrum ponere tantam congeriem lignorum terræ & lapidum, quod haberet viam vsque ad ciuitatem, sed complere non potuit: propter quod per nauigium eam cepit.*

Quomodo ceperit Nabuchodonosor Tyrum?

13 Et eleuabit, &c. *id est, clypeos bellatorum suorum ad te inuadendum.*
14 Et vineas & arietes temperabit. *id est, in debita proportione collocabit ad deiiciendum muros tuos. Est autem vinea instrumentum bellicum ad destruendum murum: & in libro qui Catholicon dicitur vinea, quia iungitur muro, & desubtus latent homines murum perforantes, sicut vinea adhæret muro, & sub ea obumbrantur homines.*

Vinea militaris.

15 Inundatione, *id est, ex maxima multitudine eorum.*
16 Operiet te puluis eorum, *id est, tantus puluis eleuabitur, quod ciuitas existentibus extra aliquantulum à longe non videbitur.*
17 A sonitu, &c. mouebuntur muri tui, &c. *id est, videbuntur moueri. Cetera patent vsque ibi,*
18 Et statuæ tuæ, *id est, idola tua. Vel dicuntur hic statuæ nobiles imagines notabilium personarum, quæ antiquitus in ciuitatibus erigebantur ad honorem ipsarum.*

Statuæ.

19 Et puluerem tuum, &c. *quia ventus eleuans pulueres de ruinis proiiciebat eos in mare. Ibi etiam fuit proiecta magna pars lapidum & lignorum, quæ fuerunt in ædificiis.*
20 Et quiescere faciam. *quia non habebis materiam cantandi, sed magis lugendi. Cetera patent ex prædictis vsque ibi.*

☞ i Nec

MORALITER.

† vel casum aliorum desiderant: & de ipsis quando accidunt lætantur, quod est valde malum. Prouerb. 17. a. *Qui ruina lætatur alterius, non recedet malum de domo eius.* Tales autem, vt communiter sunt clerici, quibus prouisum est de præbendis & ecclesiis vel dignitatibus vacaturis. Et similiter illi, qui hereditatem expectant per tenentium mor-

Desiderantes casum vel mortem aliorum.

mortem. Et similiter illi quibus promissa sunt officia in magnatorum curiis vacatura. Et per mala temporalia, quæ comminantur hic Tyriis inferenda, cùm dicitur,

† *Et ascendere faciam ad te Gentes multas, &c.* Significantur mala perpetua desiderantibus mortem aliorum propter commodum temporale inferenda. Et sufficiat pro moralitate capituli præsentis.

Pœna talium.

a *Nec ædificaberis.* HIER. lib. 8. com. in regnum, scilicet, populorum, vt habeat proprium imperium, sicut sub Hyram, sed ceteris regibus vel Chaldæis vel Macedonibus vel Ptolemæis, vel Romanis regibus seruitura.

† THEOD. sect. 11. in Ezec. Illud *nec ædificaberis vltra*, ex beati Isaiæ prophetia cognoscemus. Etenim propheta ille itidem calamitates Tyro vaticinatus est. Verum tempore quodam definito miserias terminauit: *Derelinquetur enim Tyrus*, inquit, *septuaginta annis, sicut tempus regis vnius, sicut tempus hominis, & erit post septuaginta annos speculationem Deus faciet Tyri, & rursus restituetur in antiquum, & erit emporium omnibus regnis orbis terræ, &c.* Illud igitur non ædificatur, morum innuit mutationem, quia secundum pristinam impietatem non ædificabitur, sed aliam & aperte contrariam ædificationem nanciscetur, quæ secundum Isaiam sancta erit domino, vt res testantur, atque ea, quæ nunc viget pietas.

Tyri reædificatio siue restitutio.

b *Exuuias.* HIER. vbi supra. LXX. coronas, quas, scilicet, bonis operibus videbantur possidere.

c *Vestimenta.* IBID. varietatem, scilicet, virtutum.

d *Quæ habitas.* IBID. Tyrus enim prius, vt perhibent, insula fuit, sed iactis aggeribus vel à Nabuchodonosor, vel ab Alexandro de insula peninsula facta est.

Tyrus de insula peninsula facta.

† THEODORETUS. vbi supr. *Quomodo periisti.* Reputantes, inquit, tuam pristinam potestatem, & eam, quæ te in præsenti calamitas occupauit, conspicientes, te quidem lamentis prosequentur, vrbem olim celeberrimam ac nobilissimam, res verò suas per se ipsi cogitabunt, veriti ne in eadem incidant mala.

e *Turbabuntur.* HIER. vbi sup. ne similia sustineant. Aliorum ruinæ aliorum exempla sunt. Nam mea res agitur, paries cum proximus ardet: dum in hoc salo vitæ numquam certa securaque victoria.

Vnius ruina alterius doctrina est.

f *Eo quod.* HIERONYM. IBID. LXX. *in exitu tuo.* Non enim ex præteritis, sed ex præsentibus iudicamur. Cauendumque est & semper timendum, ne veterem gloriam & solidam firmitatem, vnius horæ procella subuertat.

g *Cum de.* HIERONYMUS. IBID. Hoc ad eos referri potest, qui in angustiis sæculi constituti deducuntur ad inferos, & abyssi fluctibus operiuntur, pœnarum scilicet; & trahuntur ad inferiora terræ, & copulantur his, qui in veteri solitudine sunt, vt non habitentur à spiritusancto; de quibus, *Impius cum venerit in profundum, p. non c.* Nec de cetero erunt in terra viuentium, sed peribunt & redigentur in nihilum, ideo esse cessabunt. His testimoniis abutuntur, qui dicunt impiorum pœnas, & non peccatorum esse perpetuas qui quæsiti à Deo nõ sunt inuenti, & in æternum esse cessauerunt, quia suo vitio eum perdiderunt qui dicit, *Ego sum vita.*

Prou. 18. a. *Pœnæ damnatorum sunt æternæ.*

---

a ¶ Ego dominus. b ¶ Quibus in sapientia sæculi confidebas. ¶ Alia littera canticorum tuorum.

quiescere faciam multitudinem cantorum tuorum: & sonitus citharárum tuarũ nõ audietur amplius. [14] Et dabo te in limpi-

a ¶ Piscatio, scilicet, cessabit & eris humilis, vt sis sicca. sa. b ¶ Quia Nabuchodonosor à domino tradita, omnino subuersa est: vnde, Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare.

a dissimam petram, siccatio sagenarum eris, nec ædificaberis vl- 1

tra: quia ego loquutus sum, ait dominus Deus. [15] Hæc dicit do- 2

a ¶ Dum cadit anima diu pudicitiæ & aliis virtutibus dedita. b ¶ In oppugnatione Nabuchodonosor.

minus Deus de Tyro: Nũquid nõ à sonitu ruinæ tuæ, & gemi- 3

a ¶ Virtutum, scilicet.

tu interfectorũ tuorum, cùm occisi fuerint in medio tui, cõ- 4

a ¶ Qui falsis huius sæculi tunduntur fluctibus. b ¶ De throno superbiæ.

mouebũtur insulæ, [16] & descendẽt de sedibus suis omnes prin- 5

a ¶ Opinione. ¶ Qui diuersis imperant insulis. b ¶ Omnem gloriam regnandi. c ¶ Varietate fulgentia.

b cipes maris: & auferent exuuias suas, & vestimenta varia 6

c a ¶ A se. b ¶ Id est humilitate deiecti.

abiicient, & induentur stupore? In terra sedebunt, & attoniti

a ¶ Ex casu tuo nihil putantes in mundo perpetuum.

super repentino casu tuo admirabũtur, [17] & assumentes super te

a ¶ Flebile carmen. b ¶ Et. c ¶ Qui prius saluus eras. d ¶ Huius sæculi.

d lamentum, dicent tibi: Quomodo periisti, quæ habitas in mari 7 8

a ¶ Opinione. b ¶ Contra ignita iacula diaboli. c ¶ Cogitationibus.

vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis,

a ¶ Aduersarij. b ¶ Tunc. c ¶ In casu tuo. d ¶ Qui huius sæculi fluctus transeunt.

quos formidabãt vniuersi? [18] Nunc stupebunt naues in die pa- 9

¶ Fere.

e uoris tui, & turbabũtur insulæ in mari, eò quòd null[us] egredia- 10

f tur ex te. [19] Quia hæc dicit dominus Deus: Cũ dedero te vrbẽ

g a ¶ Metaphoricè, quia ad insulam sermo est.

desolatam, sicut ciuitates, quæ nõ habitantur, & adduxero su- 11

a ¶ Hostium multitudine. b ¶ Populi multi. ¶ De quibus; Introibunt in inferiora terræ.

h per te abyssum, & operuerint te aquæ multæ, [20] & detraxero te 12

a ¶ Inferni. b ¶ Vbi, scilicet, erit fletus & stridor dentium.

cum his, qui descendunt in lacum ad populum sempiternũ, 13

a ¶ In qua draco antiquus. b ¶ Vbi nulla sanctorum recordatio.

& collocauero te in terra nouissima, sicut solitudines vete-

a ¶ De quibus: Introibunt in inferiora terræ. ¶ Inferni.

res cum his, qui deducuntur in lacum, vt non habiteris. Porro 14

¶ Econtra. ¶ Peribis in æternum.

i cùm dedero gloriam in terra viuentium, [21] in nihilum redi- 15

k gam te, & non eris: & requisita non inueneris vltra in sem-

l m piternum, dicit dominus Deus.

---

h *Abyssum.* † THEODOR. vbi supr. Abyssum vocauit Babylonij exercitũ propter multitudinem. Cum enim ipsa quoq; circumflua sit & rotunda insula, & tota intus mari sita, vnum à terra aditum habens, congrua vsus est translatione, aquam multam & abyssum, cum hostiũ vim nuncupauit. Per lacum autem mortem significat, populum sempiternum mortuos nominauit.

i *In terra viuentium.* HIER. vbi supr. De qua, *Credo videre bona domini in terra viuentium.* Et alibi; *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.*

Psal. 26. d. *Matth. 5. a.*

k *Et non eris.* IBID. Vnde; *Remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam, & am. no.* Quod enim in Deo non est, qui solus vere est, non esse dicitur.

Psal. 38. c. *Luc. 19. b.*

l *Et requisita, &c.* IBID. Ab eo; qui venit quærere quod perierat. Nõ est ergo quærentis vitium, sed eius qui boni pastoris fugerit manum.

Ioan. 14. a.

m *In sempiter.* IBID. id est, sæculum; septuaginta, scilicet, annos, quæ est ætas hominis: vnde, *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni:* Ait enim Isaias, *Post septuaginta annos Tyrum restituendam in integrum.*

Sæculum 70. annis cõcluditur. *Psal. 8. c.*

† THEOD. vbi supra. Quamuis inueniamus definitam Tyri solitudinem apud Isaiam, & audiamus Ezechielem Tyro dicentem, non inuenieris vltra in sempiternum: non tamen discæptant prophetæ, sed consueuit scriptura etiam breue tempus sæculum vocare. Tale est illud Dauidis, *sæculum nostrum. & in illuminatione vultus tui.* In sempiternum igitur, id est, in definitum tibi solitudinis tempus, hoc est septuaginta annorum. Si secundum spiritum hunc locum velit aliquis intelligere, sic veram comperiet prophetiam, reperiet Tyrum non illam esse priorem, sed omnino contrariam, diuinæ cognitionis lumine illustratam.

Psal. 84. *Conciliantur Isaias & Ezechiel quorum ille Tyri solitudinem 10. ais hic in sempiternũ duraturam prædicit.*

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nec ædificaberis vltra, *id est, vsque ad magnum tempus post quod tamen fuit readificata & iterum destructa per Alexan. magnum & iterum readificata & postea à Christianis capta anno domini 1125. vt habetur in chronica Halinandi.*

Varia fortuna vrbis Tyri.

2 Hæc dicit dominus Deus Tyro. *Hic consequenter describitur stupor admirationis tantæ ciuitatis, cùm dicitur,*

3 Numquid non à sonitu, &c. *id est, auditis rumoribus ruinæ tuæ.*

4 Commouebuntur insulæ. *id est, habitatores insularum, qui solebant frequentare portum tuum. quasi dicat sic, præ admiratione & stupore.*

5 Et descendent de sedibus suis, *in signum tristitiæ & humiliationis.*

6 Omnes principes maris. *id est, nauigiorum, qui frequentabant portum tuum.*

7 Dicent tibi, *compatiendo.*

8 Quomodo periisti. *q. dicerent, non videbatur possibile fieri virtute humana; & sine dubio ita fuit, quia victoria illa facta est principaliter virtute diuina, vt dictum est.*

9 Nunc stupebunt naues, *id est, portantes mercimonia in nauibus.*

10 Eo quod nullus egrediatur ex te, &c. *qui eos recipiat & merces eorum emat.*

11 Et adduxero sup te abyssum, *id est, omnimodam destructionem.*

12 Et detraxero te, &c. in lacum. *id est, in mortem vel in infernum.*

13 Ad populum sempiternum. *Quia à morte & in inferno non est regressus ad præsentis vitæ statum.*

14 Porro cum. *Electis in iudicio dicendo*: Venite benedicti patris mei, &c.

15 In nihilum, &c. *Quia cessabit status mortalis vitæ.*

CAP.

CAPVT XXVII.

A ET factum est. a *Assume super Tyrum.* HIER. lib. 8. com. Qui plangitur curæ est plangenti: vnde & Samuel plangebat Saul; & Apostoli eos, qui non egerunt pœnitentiam, & Ieremias euersionem Ierusalem quadruplici planxit alphabeto.

Plangimus mala eorũ quos diligimus.

ALLEGORIC. IBID. Quidquid de Tyro dicitur, ad angustias sæculi refertur, quod in maligno positum est, & variis fluctibus, id est, perturbationibus coarctatur, atque concutitur: vnde, *Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis: Ipsi viderunt opera, &c.*

Mundi perturbatio. *Psal. 106. c.*

B † THEOD. sect. 11. in Ezech. Clementiæ Dei exuperantiam significant ea, quæ dicta sunt. Docet autem nos hæc oratio, cùm peccantibus correctionem quamdam adhibemus, non odio aliquo, aut inimicitia id facere, sed commiserantes & admodum dolentes. Etenim ipse iure & iustissime iudicans, propheta præcipit, vt ciuitatem

Quo animo accedendũ sit ad alios puniendos?

CAP. XXVII.

ET factum est verbum domini ad me, dicens: [2] Tu ergo fili hominis assume super Tyrum lamentum, [3] & dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas. Hæc dicit dominus Deus: O Tyre tu dixisti: Perfecti decoris ego sum, [4] & in corde maris sita. Finitimi tui qui te ædificauerũt, impleuerunt decorẽ tuũ, [5] abietibus de Sanir extruxerũt te cũ omnibus tabulatis maris, cedrum de Libano tulerũt, vt facerẽ tibi malum: [6] quercus de Basan dolauerunt in remos tuos, & transtra tua fecerũt tibi ex ebore Indico, & prętoriola de insulis Italię. [7] Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velũ, vt poneretur in malo: hyacinthus & purpura de insulis Elisa facta sũt operimẽ-

Interlinear glosses: a Insula enim fuit, vel quia portus est tutissimus, & de alto venientes excipit naues. — Bonum quod habes tibi attribuens, & decorem qui tibi venit de diuersis regionibus. — a Sed hæc largitate Dei tibi collata sunt. — q. d. Tuum putas quod alienum est. — a Qui & Hermon quem montem alii vocant Samor. — a Libanus candor vel dealbatio quod pertinet ad gratiam aliunde venientem. — a Nimia nauis pulchritudo. — b Artifices domini. — c Mortificantes corpora, vel vsum dentium ad laudem Dei commutantes. — Quæ terra. — In qua maxima nascitur. — a Quæ, scilicet, afferuntur. b Ionii maris insulas sic vocat. c Vmbraculum nautis in calore.

C punitam lamentetur, declarans qua animi affectione illam puniret.

b *Negotiationi.* HIER. vbi supr. Vsque hodie enim omnium fere Gentium ibi exercentur commercia.

Tyrus emporium maximum.

c *Perfecti decoris, &c.* † THEODORETVS vbi supr. Duplex igitur impietas. Non enim solùm bonorum datorem ignorauit, sed etiam his, qui prorsus imbecilles, ne pulchritudinem quidem, quæ sensu percipiatur, sibi vendicare possunt, eorum subministrationem assignare ausa est.

HIERON. vbi supr. Perfecta pulchritudo non est nisi in corpore Christi, quod est ecclesia: vnde, *Tota pulchra es amica mea, &c.*

Cant. 4. b.

d *Et in corde.* IBID. Medio, secundum illud, *Et transferentur montes in cor maris.* Dominus quoque in corde terræ dicitur fuisse, & ad inferos descendisse.

Psal. 45. a.

e *Finitimi.* IBID. Antequam veniat ad eos, qui longe habitant, finitimorum describit auxilia.

f *Abieti. &c.* IBID. Trop. q. d. ad nauem loquens, vrbis pulchritudinem & abundantiam signat, vt quasi naufragium, postea ipsius D euersionem pronuntiet.

HIERONYM. IBID. ALLEGORICE. Abietibus siue cedris de Sanir tabulata cæduntur, quibus nauis texitur, & de cedro siue cyparisso de Libano malus erigitur. Abietibus propter leuitatem iuncturasque tabularum mollius inuicem tenentium sese atque mordentium, siue cedris imputribilibus Sanir *via lucernæ*, vel verius, Deus vigiliarum, quia omnis nauis prosperitas & illuminatio vnit ex lumine vero.

g *Quercus de Basan dolauerunt.* IBID. Vnde, E *Dixit dominus ex Basan conuer. con. in pro. ma.* Basan, ignominia interpretatur. Eos ergo, qui fuerunt in profundo maris & ignominia peccatorũ, conuertit dominus in remos, vt cum Apostolis nauigantes ad littus patriæ perueniant.

Psal. 67. c. *De conuersis ad fidem Apostolicã.*

h *De insu.* IBID. LXX. de insulis Cethim, quod nos in Italiam vertimus ex ea regione, quæ Græciæ propinquior est, omnes Occidentalium insularum partes intelligentes. F

IBID. LXX. Cethim, quæ interpretatur percussa, vt plagis diaboli non tam interfecta, quam probata sit.

i *Byssus va.* IBID. q. d. *Quid habes quod non acceperis? Quid ergo gloriaris quasi non acceperis.*

1. Cor. 4. b.

Byssus. Describitur quid vnaquæque prouincia dederit.

† THEOD. vbi supr. Ægyptus, inquit, tibi varia strata, omnisque generis afferebat. Indicat autem tapetas & alia inde allata. Græcia verò indumenta tibi præbebat; omnis quidem generis purpurea, sed hyacinthino colore tincta. Elisa enim Græciam vocat.

Græcia Elisa vocatur.

k *Hyacinthus.* HIER. vbi supr. Ad aerem, cuius colorem habet, refertur, purpura ad mare, de quo est: sicut byssus ad terram, de qua oritur, quibus addito cocco bis tincto, pontificis vestimenta texuntur, Quæ quatuor elementa significant, terram, aerem, ignem & aquam, ex quibus sunt omnia, quæ sibi assumit Tyrus creatori ingrata, dicens, *Perfecti decoris ego sum.*

Quatuor elementa.

a Ha-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXVII.

1 ET factum. *Hic ponitur secũda causa dictæ destructionis Tyri, quæ fuit nimia opulentia: vnde Tyri fuerunt Deo ingrati, & in superbiam eleuati. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur hæc opulentia, secundo opposita miseria, ibi,* In aquis multis. *vt opposita iuxta se posita magis elucescant. Prima in tres, secundum quod hæc opulentia in tribus ostenditur, primo in apparatu nautico, secundo in exercitu bellico, tertio in excessu mercatiuo, secunda ibi,* Persæ & Lydij, *tertia ibi,* Carthaginenses. *Circa primum dicitur.*

Diuisio. *Opulentia Tyri.*

2 Assume super Tyrum, &c. *id est, describe miseriam lamentabilem sibi superuenturam eo quod abusa est opulentia bonorum.*

3 Et dices. *Quia sicut dictum est erat vndique clausa mari, sed vna pars erat propinqua littori.*

4 Negotiationi. *Qui ex diuersis partibus veniebant ad portum.*

5 O Tyre. *Te iactando.*

6 Perfecti. *In diuitiis, bellatoribus & ædificiis.*

7 Finitimi. *id est, Sidonij in finibus tuis habitantes.*

8 Qui te ædificauerunt. *Apportantes ad ædificationẽ tui ligna & lapides.*

9 Abietibus de Sanir. *Nomen est montis, in quo crescunt abietes magnæ & pulchræ.* 10 Cum omnibus tabulatis. *quia de illis abietibus non solùm fiebant ædificia, sed etiam tabulæ pro nauium constructione.*

11 Cedrum de Libano. *Libanus mons est in quo crescunt cedri altæ, & per consequens malis nauium aptæ.* 12 Quercus de Basan. *Ibi enim crescunt quercus fortes & læues & sic aptæ pro remis faciendis.*

13 Transtra. *id est, sedes remigum, quæ ponuntur ex transuerso nauis ex vtraque parte.* 14 Ex ebore Indico, *id est, de India apportato.*

15 Et prætoriola. *id est, domunculas paruas, quæ fiunt in nauibus ad reponendum necessaria.* 16 De insulis Italiæ. *id est, de lignis inde apportatis: Et dicuntur hic insulæ Italiæ, quæ sunt in mari mediterraneo propinquæ littori Italiæ, vt Corsica, & Sicilia & huiusmodi.*

Prætoriola. *Insulæ Italiæ.*

17 Byssus. *Est autem byssus genus lini candidissimi, de quo fiebant telæ ad faciendum vela nauium.* 18 Hyacinthus & purpura de insulis Elisa *aliàs* Elises, id est, *maris Ionij: de purpura enim & hyacintho crescente* in

Byssus. Elisa.

MORALITER.

† 1 *Et factum.* Hic ad litteram ponitur secunda causa destructionis Tyri, quæ fuit superbia ex opulentia nimia, de qua non egit gratias Deo, sed magis contra eum superbiuit, vnde subditur,

5 *O Tyre tu dixisti*, per superbiam.

Superbia Tyriorum.

6 *Perfecti deco. ego.* Attribuendo tibi quod erat ex dono Dei. Secũdum vero processum cap. de tribus ad litteram superbiuit. s. de apparatu nautico, & de exercitu bellico, & de censu lucratiuo. Circa primum sciendum, quod secundum Platonicos anima mouet corpus, sicut nauta nauem: igitur per apparatum nauis moraliter significatur naturalia * dona corporis. s. robur, agilitas, sanitas, & huiusmodi, de quibus frequenter homines male gloriantur, tamen frequenter talibus ad malum vtuntur, & aliquando febre modica deiiciuntur: propter quod per Tyrios, gloriantes de nautico apparatu, significantur. Per secundum vero, scilicet exercitum bellicum animæ dona naturalia possunt significari, quæ sunt perspicacitas ingenij & viuacitas eloquij & huiusmodi, quibus frequenter Deus, & proximus impugnantur, vt patet in aduocatis per hæc subuertentibus veritatem iustitiæ, & similiter in doctoribus vanis subuertentibus veritatem doctrinæ. Per tertium vero. s. censum lucratiuum, per quem significatur astutia & cautela acquirendi male temporalia, vt patet in vsurariis tempus vendentibus & in mercatoribus intentis fraudibus: & similiter significatur cautela acquirendi male spiritualia sicut faciunt Simoniaci, qui ipsa emunt, propter quod de talibus dicitur Actor. 8. d. *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Et similiter Giezitæ, qui ea vendunt. propter quod sicut Giezi propter hoc incurrit lepram corporis 4. Reg. 5. sic isti incurrunt lepram animæ, per quam sunt abominabiles Deo & Angelis. Et sicut Tyrij propter cupiditatem meruerunt temporaliter destrui, sic isti æternaliter damnari.

** bona* *Superbientes de bonis corporis, &* *de bonis animæ.* *Simoniaci.*

a Habitatores Sidonis. HIERONYMVS lib. 8. com. Sidonij, *venatores*, Haradij, *deponentes*; Dicimus Tyrum superbissimam ciuitatem, quæ vento flante postea conterenda est, habere ciues siue principes venatores, de quibus, *Anima nostra sicut passer erepta de la. ve.* Vbi enim nos legimus *venantium* in Hebræo habetur, Sidoniorum: Hi incautas animas venantur, & remiges efficiuntur, vt deducant eas ad naufragia.

Psal. 123. a

† THEODORETVS. sect. 11. Quasi dicat, Sydonij olim tibi imperantes, nunc vna cũ his, qui Aradum colunt, naualem tuam classem complẽt, tuas remis naues impellẽtes, & qui apud te sapientes sunt, hi gubernatoris obeunt munus.

b *Senes.* HIER. vbi sup. In typum Synagogæ, senes reprobantur, vt Cain, Ismael: In typum ecclesiæ Abel iunior eligitur, Isaac hereditatem accipit. Filiorum quoque Isaac, Iacob iunior domi simpliciter habitat: Esau senior venator est, & vagator in saltibus; vnde, *Iacob dilexi, Esau autem o. ha.* Hi in vtero nihil boni vel mali fecerant quare alter eligeretur, alter abiiceretur: sed in typo synagogæ & ecclesiæ repellitur senior, & assumitur iunior.

Repellitur Synagoga, & assumitur Ecclesia.

Rom. 9. a.

a ¶ Quæ est vicina insula.

a tum tuũ.[8] Habitatores Sidõnis & Haradij fuerũt remiges tui, [1][2][3]

a ¶ De quibus: Filij huius sæculi sapientiores sunt filiis lucis. b ¶ Ad sapientiam enim pertinent gubernacula. c ¶ Inueterati dierum malorum.

b sapiẽtes tui Tyre facti sunt gubernatores tui,[9] senes Biblij, & [4][5]

a ¶ Ad naufragium trahentes.

prudẽtes eius habuerunt nautas ad ministerium variæ su- [6]

c pellectilis tuæ. Omnes naues maris & nautæ earum fuerũt in [7]

d populo negotiationis tuæ.[10] Persæ & Lydij & Libyes erant in [8][9]

a ¶ In prælio fortissimi, famosissimi. ¶ Ad deterrendos hostes.

exercitu tuo, viri bellatores tui clypeum & galeam suspende- [10]

e runt in te pro ornatu tuo.[11] Filij Haradij cũ exercitu suo erant [11][12]

a ¶ Ad bella promptissimi. ¶ Apo tis Pygmes, quæ in certamen vertitur.

super muros tuos in circumitu: sed & Pigmei, qui erãt in tur- [13]

a ¶ Qui sagittarij. b ¶ Murorum propugnaculis.

ribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gy-

a ¶ Quæ est colonia Tyriorum.

f rum. Ipsi cõpleuerunt pulchritudinẽ tuam.[12] Carthaginen- [14][15]

a ¶ Venustate eloquij.

ses negotiatores tui, à multitudine cũctarũ diuitiarũ argẽto,

a ¶ Armis ad pugnandum. b ¶ Impietate grauissima, quæ in Zacharia: Super talentum plumbi sedet. c ¶ Ab Occidentis partibus. d ¶ Iones, qui Hebraice Iauan.

g ferro, stanno, plumboq; repleuerunt nũdinas tuas.[13] Græcia & [16] h

HIERONYM. IBID. Persæ, *tentantes vel tentati*, Lydij, *generati*; Lybies, qui Hebraicè Phutos interpretantur: hi frustra Tyrum nituntur defendere cum tentatione superentur, & generationi ac libidini seruiant, cassaque verba multiplicent, non habentes galeam salutis, neque scutum fidei: sed gloriam tantum strepitumque sermonum prætendant ad ornatum ipsius.

e *Filij Haradij.* IBID. Haradim insula, quæ tota ciuitas, & contra se habet oppidum Antaradum vicinum Tyro.

Aradus & Antaradus.

HIER. IBID. Haradij *deponentes*, qui prætendunt falsi nominis scientiam: & habent in pharetra pectoris sui ignita diaboli iacula quibus deceptorum corda vulnerent & accendant. Hi nituntur deponere eos, qui ad alta nituntur adscendere, & complent pulchritudinem Tyri: de qua in Prouerbiis, *Non decipiat te pulchritudinis desiderium.*

Falsi nominis scientia.

c *Omnes.* HIER. IBID. Omnes naues maris & remiges earum facti sunt in Occidentem Occidentis. Sicut dicitur, canticum canticorũ, opus operum, sæculum sæculorum, maius, scilicet, & prolixius aliis sæculis: sic in hoc loco magnitudinem Occidentalium partium signat. Huiusmodi enim naues & remiges non pergunt ad Oriẽtem, nec ad ortum luminis, vbi sol iustitiæ nascitur, sed ad Occidentem Occidentis, vbi lumen occumbit, vbi tenebrarum exordium.

† THEOD. vbi supra. Vndique, inquit, ad te mercatores confluebant, tum vendentes, tum ementes. Et non solum finitimi tui ad portus appellabantur, sed etiam extremas Occidentis partes incolentes.

d *Persa & Lydij, &c.* HIER. vbi supr. fortissimi, quorum rex Cyrus Isaiæ vaticinio prædicatus, qui subuerso Astyage rege Mœdorum Babylonem cepit: Lydij quoque eo tempore fortissimi quorum rex Crœsus ab eodem Cyro captus. Libyes verò cum Troglodytis & Æthiopibus contra Ierusalem venisse in Paralipomeno legimus.

Persæ Lydij & Libyes.

2. Par. 12. a.

HIE-

f *Carthaginenses negotiatores tui, à multitudine cunctarum diuitiarum argento, ferro.* IBID. LXX. *Tharsis*, quod est *exploratio gaudij*, non in bonam partem sicut exploratores, quos misit Moyses ad explorandum terram promissionis; sed qui subintrant explorare libertatem nostram.

† THEOD. vbi supr. Carthagin. metropolis hæc est illius, quæ olim Lybia, nũc Africa nominatur, & Syrus & Hebræus *Tharsis* appellat, & per metropolim negotiationem earum rerum, quæ ex omni natione afferebantur, è multiplici materia rerum ibi inuentarum declarauit.

g *Stanno, plumboque repleuerunt nundinas tuas.* HIER. supra. similitudine eloquij. Stannum enim argentum mentitur.

h *Græcia, &c.* HIER. IBID. Græcia, id est, Iauan: quod interpretatur *est, & non*, & signat sapientiam sæculi, quæ si rectè aliquid repererit, *est* dicitur, si in contrarium, *non est*. Multi enim bono naturæ differunt de officiis, de continentia, de opibus contemnendis, quod proprie sibi Stoici vendicant: & videntur animas hominum quas deceperunt, lucrifacere, habentque vasa ænea quibus mentiuntur auri similitudinem, quæ ingerunt populis Tyri, vt eos supplantent falsæ doctrinæ opinione.

De Philosophis qui de Ethicis scripserunt.

a Tu-

NICOLAVS DE LIRA.

in illis insulis fiebant panni ad faciendum inde operimenta nauium contra calorem solis & intemperiem aeris: tamen super ista operimenta pretiosa, quæ erant ad decorem habitationis in naui, erant alia de materia vili, exposita ventis & pluuiis, sicut in tabernaculo Moysi super operimentum de cortinis opere vario contextis, erant alia operimenta de pellibus & sagis.

Ornatus nauium.

1 Habitatores Sidonis, *quæ erat ciuitas sub dominio Tyri.*

2 Et Haradij, *sic nominati ab Harado insula Tyro propinqua.*

Haradus insula.

3 Fuerunt remiges tui, *id est, ducentes remos, vnde versus: Est remex ducens, est remus ductus in amne. Isti enim erant assueti à pueritia remigare, & ideo melius sciebant facere.*

4 Sapientes tui Tyre, *id est, valde experti in mari.*

5 Facti sunt gubernatores tui, *Quia ex istis dependet salus nauium. Et qui sint isti subditur,*

6 Senes Biblij, & prudentes, *à Biblos insula dicti, qui per experientiam longam habebant nauigandi scientiam.*

7 Habuerunt nautas ad ministerium, &c. *qui gubernabant naues paruas, in quibus mercimonia portabantur ad littus de magnis nauibus, quæ non possunt tantum appropinquare terræ.*

8 Omnes naues maris & nautæ earum fuerunt, &c. *Hyperbole est ad designandum multitudinem nauium & nautarum portum Tyri frequentantium.*

9 Persæ & Lydij, & Libyes erant in exercitu. *Hic consequenter ostenditur opulentia Tyri in exercitu bellico. Ciuitates enim & regna diu durare non possent, nisi haberent validos bellatores, qui inuadentibus resisterent. ideo dici-*

Militia Tyriorum.

dicitur: Persæ & Lydij, &c. *isti erant optimi sagittatores.*

10 Clypeum & galeam, *vt in promptu possent se armare.*

11 Pro ornatu tuo. *Hoc enim erat ad gloriam ciuitatis & terrorem aduersariorum.*

12 Filij Haradij cum exercitu. *id est, homines de Harado insula.*

13 Sed & Pigmæi, qui erant in turribus tuis, &c. *homines sunt cubitalis magnitudinis. Dicunt tamen hic expositores aliqui, quod erant optimi sagittatores, licet essent parui & ideo ad defensionem ciuitatis in turribus ponebantur: sed hoc non est verisimile, quod in tam paruo corpore esset virtus ad efficaciter sagittandum; maxime quia de eis dicitur, quod pugnant contra grues, & vix se possunt ab eis defendere; ideo melius dicitur, quod ibi ponebantur ad declarationem fortitudinis Tyri. q. d. si non essent ibi alij pugnatores, possunt tamen resistere aduersariis, sicut 2. Reg. 5. secundum vnam opinionem, cæci & claudi supra portas Ierusalem fuerunt positi, ad insultandum Dauid, ac si diceretur: isti soli possent defendere ciuitatem contra te, ideo subditur:*

Pigmæi.

14 Ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam, *id est, completam ostenderunt tuam fortitudinem.*

15 Carthaginenses negotiatores tui, &c. *Hic ostenditur opulentia Tyri in excessu mercatiuo. Vbi nota, quod per mercatores illa, quæ abundant in vna terra, & viliter emuntur, ad aliam deportantur, vbi care venduntur: & sic intelligendum est de terris inferius nominatis, quod bona ibi abundantia portabantur ad nundinas Tyri vbi mercatores de diuersis nationibus concurrebant: ideo dicitur,* Carthaginenses negotiatores tui, *portantes diuersa metalla ad nundinas Tyri. Erat autem Carthago ciuitas magna Africa capitanea.*

Commercij necessitas.

16 Græcia & Tuba. *id est, Hispania.*

1 Et

Tubal & Mosoch, ipsi institores tui. Mancipia & vasa ærea adduxerūt populo tuo [14] de domo Thogorma, equos & equites & mulos adduxerunt ad forū tuum. [15] Filij Dedan negotiatores tui. Insulę multæ negotiatio manus tuæ. Dētes eburneos & hebeninos commutauerunt in pretio tuo. [16] Syrus negotiator tuus, propter multitudinem operum tuorum, guttam, & purpuram & scutulata & byssum & sericum, & chodchod proposuerunt in mercatu tuo. [17] Iuda & terra Israel ipsi institores tui in frumento primo: balsamum & mel & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis. [18] Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi. [19] Dan & Græcia, & Mozel in nundinis suis proposuerūt ferrū fabrefactū, & stactē, & calamus in negotiatione tua. [20] Dedan institores tui in tapetibus ad sedendū. [21] Arabia & vniuersi principes Cedar ipsi negotiatores manus tuæ cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui. [22] Venditores Saba & Regma ipsi negotiatores tui, cū vniuer-

a Qui pretiosum fecere mercatum tuum. a De Corintho. b Phrigia, quæ quondam his maxime abundauit. Quæ maris fluctibus tunduntur. a Ligna nigri coloris pretiosa. b Aliis mercibus. a Cui ingenitus negotiationis ardor. a Optimi odoris. b Regiæ dignitatis. c Arte dialectica. d Terræ operibus deditos. a Aiunt Hebræi omnes pretiosas merces hoc nomine significari, vel speciem mercium, quam noster sermo non exprimit. b Quæ nunc dicitur Palæstina. a Quibus terra Iuda, quæ nunc Palestina dicitur, abundat. a De Damasco enim deferebatur vinum pinguissimum, & lanæ præcipuæ. b Tyrus enim propria indumenta non habet. a De his regionibus hæc ad Tyri nundinas afferuntur. a Dialectica arte constructum. a Quibus vehuntur, & requiescunt. Sermonum pulchritudine. a Regio Saracenorum, quæ his animalibus abundat. a Qui immolabantur. Qui Dei mentiuntur agnum. b Qui aquas conturbant, oues impingunt, cornibus dimicant. c Qui ad sinistram stabunt. a Conuersio, sed hic in malo. b Arabia.

a Tubal. HIER. lib. 8. com. Iberi scilicet, vel orientales, vel de occidentalibus partibus Hispani, ab Ibero flumine dicti.

b Mosoch, &c. id est, Cappadoces, quorum metropolis, quæ ab Augusto Cæsare post Cæsarea dicta est, vsque hodie lingua ipsorum Mazaca dicitur: Peregrinus & aduena interpretatur, qui scilicet, non comedit carnes agni, de quibus aduena & mercenarius non comedent exeo.

c *Equos & equites & mulos adduxerunt.* IBID. De quibus, *Fallax equus ad salutem.* Et ibi, *Dormitauerunt qui ascenderunt equos.* Et, *Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus.* Vnde Doeg accusator & interfector sacerdotum præfectus mulorum fuit.

d *Filij Dedan negotiatores tui.* proprium nomen loci quod interpretatur cognatio, vt similitudinem diuinorum dogmatum in hæreticis cognoscamus. Est autem Dedan Indiæ regio, vel Idumæorum.

e *Dentes eburneos.* IBID. ex India, candorem scilicet eloquentiæ promittens, sed hebenini & nigri coloris sunt, secundum illud, *Si mutabit Aethiops pellem suam.*

f *Syrus Negotiator tuus.* IBID. Haran. s. quod interpretatur *excelsus*, qui tumet superbia, promittens sibi scientiam falsi nominis.

g *Guttam & purp.* † THEOD. sect. 11. in Ezec. Habebas item præter ea quæ dicta sunt, alia à Carthagine bona, quæ non solùm vestibus te exornarent, & variis indumentis induerent, sed etiam vnguenta multam tibi odoris suauitatem afferentia; guttam enim nominat id, quod balsamum vocatur.

h *Sericum & cho.* HIER. vbi supr. pro quo in Hebræo Ramoth, quod interpretatur visio mortis, Omnia enim opera terrena ad interitum properant.

i *Iuda & ter.* † THEOD. vbi supr. Tanta enim erat, inquit, ex Iudaica negotiatione, quæ ad te afferebatur abundantia, vt indigenæ tui & hospites & coloni, comportatis bonis fruerentur, aliis ad vsum edendi, aliis ad odoris delitias.

HIER. Ecclesia scilicet, quæ & confitetur & cernit Deum, non debet frumentum primum, id est, Dei verbum (de quo, *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*) deferre Tyro.

k *Balsamum*, quod nascitur in vineis Engaddi, siue vnguentum, de quo dicitur, *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.*

l *Et mel.* de quo, *Mel inuenisti, comede quantum satis est.*

m *Oleum.* De quo lucerna in tabernaculo domini accenditur, ne nobis dicatur, Oleum in Ægypto venumdabas. de quo, *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.*

n *Resinam propo. in nundinis, &c.* IBID. læsis apta corporibus, pro medicina accipitur. vnde in Ieremia, *Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi?*

IBID. Vt manifestius sciamus quid sit, hæc omnia deferre ad mercatum Tyri; audiamus, *Nolite sanctum dare canibus, &c.* Et illud, *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Mulier tamē Chananæa, quia exiens de finibus Tyri & Sidonis appropinquabat terræ Ierusalem, & quod rogauit, consequuta est.

o *Damascenus negotiator tuus.* IBID. sanguinem bibens, quia secundum Hebræos ibi campus est, vbi Abel à Cain interfectus est. De talibus Tyri nundinæ congregantur.

† THEODORETUS. A multitudine, inquit, omnium opum tuarū, quæ apud te gignebantur, emebat Damascus; negotiabaris igitur cum ipsa quoque ei vendens, quæ tibi superabant, & inde aurum cogens.

p *Dan.* HIERON. Ex nomine Patriarchæ Dan, & tribus & locus in quo habitauit, nomen accepit; vbi hodie Paneas, quæ quondam Cæsarea Philippi vocabatur, vnde Iordanis, id est fluuius Dan, qui fluit de Libano.

q *Ferrum fa. &c.* HIERONYMUS. Græcia iactat se omnia iudicio & ratione proferre, vocalemque sonum, qui significauit in calamo, & stacten odoris optimi.

r *Arabia & vni.* HIERON. Arabia, *vespera*; Cedar, *tenebræ*. quæ deferunt Tyro & arietes, & agnos, & hœdos quos immolent altaribus, quæ de iniquo & rebelli corde simularunt.

† THEOD. Cedar ab Ismaele oriundos vocat; & Dedan Idumææ vrbem, sicut iam etiam paulo ante diximus.

ſ *Saba & Regma.* IDEM. Saba & Regma à Chus genus ducunt, Chus autem Cham primogenitus fuit, Æthiopiæ igitur hæ & Iudææ gentes.

Marginalia: Tubal. Mazaca. Exo. 11. g. Psal. 32. d. Psal. 75. Psal. 31. c. 1. Reg. 21. Hæretici habent aliquid simile vero. Dedan. Ebur Indicum. Ierem. 13. d. Gutta. Psal. 132. a. Prou. 25. c. Hosee 12. a. Psal. 140. b. Resina. Iere. 8. g. Matt. 7. b. ibid. 15. c. Ioan. 4. a. Abel à Cain occisus in agro Damasceno. Dan. Græcia de quibus glorietur? Cedar. Dedan. Saba. Regma.

NICOLAUS DE LIRA.

1 Et Mosoch, *id est*, *Cappadocia.*
2 Ipsi, *id est*, *homines de istis terris nati.*
3 Institores, *id est*, *mercatores sic dicti, quia instant mercibus vendendis & emendis.*
4 Mancipia, *id est*, *seruos & ancillas venales.*
5 De domo Thogorma. *id est*, *de Phrygia.*
6 Equos & equites. *vt essent ibi stipendiarij.*
7 Filij Dedan. *ciuitas est Idumææ, vt dictum est supr. xxv.*
8 Dentes ebur. *id est*, *dentes elephantorum, de quibus fiunt opera eburnea.*
9 Et hebeninos. *Est autem hebenus arbor quæ cæsa durescit in modum lapidis, & habet lignum nigrum: ideo frequenter coniungitur in operibus curiosis cum ebore, vt album iuxta nigrum magis appareat & econuerso. Dicuntur autem dentes hebenini, portiones ligni dicto modo indurati.*
10 Syrus negotiator tuus, *id est*, *ad vtilitatem tuam.*
11 Prop. multitudinem operum. *in te fiendorum.*
12 Guttam. *id est tincturam pretiosam,*
13 Et purpuram. *id est*, *pannos varie contextos ad modum scutorum.*
14 Et sericum & chodchod. *nomen est Hebraicum: & dicunt Hebræi, quod est nomen lapidis pretiosi: quis autem non dicunt in speciali.*
15 In frumento primo, *id est*, *optimo quod crescit in Iudæa. Cetera patent vsque ibi,*
16 In vino pingui. *In Heb. habetur* In vino albo & lana alba *Vinum enim album assimilatur pinguedini in colore, color albus etiam tenet supremum gradum in coloribus.*
17 Dan & Græ. & Mo. *nomina sunt regionum orientalium, vt dicunt aliqui.*
18 Proposu. ferrum fabrefactū. *id est*, *formatum in diuersa instrumēta.*
19 Stacten, *id est gutta myrrhæ.*
20 Et calam. *species aromatica, quæ crescit iuxta Libanum, cetera patent vsque ibi,*
21 Cum vni. pri. aro. *id est*, *præcipuis.*

Marginalia: Mosoch seu Cappadocia. Thogorma id est Phrygia. Hebenus. Chodchod.

a *Haran.* HIER. lib. 8. LXX. Charan. id est foramina, quæ carneos scilicet sensus significant, per quos tota sæculi hominum præparatio est, qui solas delicias putant si augeant Tyri commercia.

b *Chelmad.* IBID. quod vineas sonat, Sodomorum, scilicet, veniũt ad mercatum Tyri, vt praua dirigant, immo vt arguant pœnis & corrigant deprauata: vnde, *Vt destruas inimicum & vltorem, &c.* (Psal. 8. a.)

c *Cedros quoque.* IBID. Nihil scilicet tibi defuit, quod pertineret ad diuitias insularum, Sed hæc glorificatio est tibi aggrauatio, quia non potes moderate ferre diuitias. Paupertas quoq; tentatio est: vnde Salomon, *Diuitias & paupertatem ne dederis mihi.* (Prou. 30. b.) In altero enim superbia, in altero impatientia, & mendacium subrepit. (*Periculum est tam in copiis quam in egestate.)

d *Et repleta es, &c.* † THEODORETVS. sect. 11. in Ezec. Satietas, inquit, te ad exultandum induxit, perceptisq; bonis auctorẽ beneficiorũ ignorasti. Hoc quoq; nomine Israel accusauit. *Comedit,* inquit, *Iacob & expletus est, & recalcitrauit dilectus.* (Nimia temporalium affluentia facit vt Dei obliuiscamur.)

e *Remiges tui.* HIER. vbi sup. Qui supra Sidonij & Haradij, id est, venatores & deponentes: Venantur enim in huius sæculi fluctibus animas ad mortem, quas in profunda deponunt.

f *Ventus Au. &c.* HIERONYM. IBID. Hoc vento Iacob exustus erat, non tamen contritus, qui ait, *Fui per diem exustus æstu & gelu noctis.* (Gen. 31. f.) Illi quoque qui ab hora prima conducti sunt, totius diei calorem & æstus pertulerunt, & tamen denarium accipiunt, quia (Matt. 20. a.) exusti, non contriti: vnde, *Nigra sum sed formosa; quia decolorauit me sol.* (Cant. 1. b.)

g *In corde ma. di. tu. &c.* IBID. id est, fluctibus sæculi, vbi nihil stabile, nihil perpetuum: vnde, *Stulte hac nocte auferetur anima tua à te.* (Luc. 12. c.) Et illud Apostoli, *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, &c.* (1. Tim. 6. b.)

a ¶ Quæ mentiuntur odorem optimum. b ¶ Quo peruersitatis ecclesias extruuntur. c ¶ Sensu.

sis primis aromatibus, & lapide pretioso, & auro quod propo-

a ¶ Nihil enim gratis faciunt, cùm reges Arabum & Saba gratis Christo munera offerunt. ¶ Turpis lucri gratia. b ¶ Præparatio. c ¶ Deliciæ.

a fuerunt in mercatu tuo. [23] Haran, & Chenne & Eden negotia- 1

a ¶ Venditores. ¶ Dirigens. ¶ Vel Cherma.

b tores tui: Saba Assur & Chelmad venditores tui: [24] ipsi nego-

a ¶ Habentes. s. supellectilem. ¶ Astricta.
b ¶ Funibus aeriarum potestatum, qui thesauros suos sæculi nundinis largiuntur.

tiatores tui multifariàm inuolucris hyacinthi & polymito- 2

rum, gazarumque pretiosarum quæ obuolutæ & astrictæ 3

¶ Peccatorum. a ¶ LXX. Cyparissos.

c erant funibus: cedros quoque habebant in negotiationib[us] 4

a ¶ In Heb. Tharsis.

d tuis. [25] Naues maris, principes tui in negotiatione tua, & reple- 5 6

¶ Quia delitias tuas ferre non potes.

ta es & glorificata nimis in corde maris. [26] In aquis multis ad- 7 8

a ¶ Hebraicè Cadim, Græcè Kaicon, quem vrentem dicimus; de quo, Per diem sol non vret te, neque lu. per no. 9

e duxerunt te remiges tui. Ventus Auster contriuit te. In corde 10

f maris [27] diuitiæ tuæ & thesauri tui, & multiplex instrumẽtum 11

g a ¶ Sidonij & Aradij. b ¶ Iuxta LXX. consiliarij Biblij, quod Hebr. dicitur Gebal.

tuum. Nautæ tui, & gubernatores tui, qui tenebant supelle- 12

¶ Persæ, Lydij, Lybies. 13

ctilem tuam, & populo tuo præerant: viri quoque bellatores 14

a ¶ Vulgi. ¶ LXX. commixtione.

tui, qui erant in te cum vniuersa multitudine tua, quæ est in

a ¶ Quasi nihili. b ¶ In medio. c ¶ Mundi. d ¶ Iudicij. e ¶ Malorum. f ¶ In casu tuo. 15

medio tui, cadent in corde maris in die ruinæ tuæ. [28] A sonitũ 16

¶ Hi episcopi sunt hæreticorum. a ¶ Deceptorum. 17

clamoris gubernatorum tuorum conturbabũtur classes, [29] &

a ¶ In quibus gloriabantur. b ¶ Putatiue.

descendent de nauibus suis omnes qui tenebant remum. 18

a ¶ Iactati fluctibus. ¶ In stabili loco.

Nautę & vniuersi gubernatores maris in terra stabũt, [30] & eiu- 19

a ¶ Quam locupletauerunt mercibus. b ¶ Mentis amaritudinem clamore signantes. 20

h labunt super te voce magna, & clamabunt amare. Et superia- 21

cient puluerem capitibus suis, & cinere cõspergentur, [31] & ra- 22

i a ¶ Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij.

k dent super te caluitium, & accingentur ciliciis. Et plorabunt 23

HIER. IBID. Manifesta est historia, ideo singulis pene versiculis breues sententiolas coaptamus.

HIER. IBID. Mixta prophetia est inter vrbem & nauem, vt ex altero alterum intelligas, & vtrumque ad consummationem sæculi pertinet atque naufragium. (Consummatio sæculi.)

h *Et superiacient, &c.* IBID. Pro terrenis operibus agentes pœnitentiam, vel cinere vitulæ conspergentur secundum legem vt purgentur; vel substernent sibi cinerem: vnde, *Cinerem substerne tibi, & fac planctum.* (Iere. 6. g.) Et illud, *Si in Tyro & Sidone fa. fu. vir. quæ, &c. pœnitentiam egissent in sacco & cinere.* (Luc. 10. c.) Et, *Cinerem tamquam panem man. &c.* (Psal. 101. b.)

i *Radent super.* IBID. Quod in luctu solet fieri, cum exclusa fuerit omnis lætitia. Apostolorũ capilli numerati sunt, quia crinem suum sicut Nazaræi domino consecrarunt. (Matt. 10. d.) Samson dum crines habuit, habuit & fortitudinem; ablata cæsarie, captus est ab Allophylis. (Iudic. 16. c.)

k *Et accin.* HIERON. IBIDEM. Vetus libido damnatur, vt, qui vixerant in deliciis, pœnitentes viuant in austeritate & duritia. (Pœnitentiæ austeritas.) Niniuitæ in saccis pœnitent. Et ad Ierusalem dicitur, *Plange ad me quasi virgo accincta cilicio.* (Ionæ 3. b. Iohel. 1. b.)

HIER.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Haran & Che. *nomina sunt regionum vnde veniebant mercatores ad Tyrum.*

2 Inuolucri. *id est fardellis.*

3 Hiacynthi & po. *quia in eis pretiosi panni hyacinthini coloris, & panni multicoloris, qui dicuntur hic polymiti, à polys quod est pluralitas, & mitos gutta.*

4 Cedros quo. *quia ad nundinas Tyri non tantum apportabantur per mare panni & cetera supra dicta, sed etiam ligna cedrina.*

5 Et repl. es. *multis diuitiis.*

6 Et glori. &c. *id est, eleuata in superbiam, propter situm difficilem & quasi inexpugnabilem.*

7 In aquis multis. *Hic consequenter ponitur ipsius Tyri sequens miseria, & diuiditur in duas partes: quia primò ponitur ipsius Tyri destructio, secũdo aliorum compassio,* A sonitu. *Circa primum describitur destructio Tyri sub metaphora nauis in medio maris existentis quæ tempestate surgente conteritur, & diuitiæ ibi existentes perduntur, & homines submerguntur: & hoc est quod dicitur,* In aquis mul. *id est, tribulationibus magnis.* (Tyrus naui naufragæ comparatur.)

8 Adduxerunt, &c. *[illegible]tores tui per ingratitudinem eorum & superbiam vt dictum fuit in princi. ca.*

9 Ventus Auster. *id est, exercitus Chaldæorum, qui comparatur Austro, eo quod ventus est tempestuosus.*

10 Contri. te. *id est, conteret te loquendo de futuro per modum præteriti propter prophetiæ certitudinem.*

11 In cor. *quia Chaldæi quidquid pretiosum erat ibi, absorbuerunt rapientes sibi.*

12 Nautæ tui & gu. &c. *populi.*

13 Qui tenebant supellect. tuam. *id est, ciuitatis regimen.*

14 Viri quoque bellatores, *ad tui defensionem.*

15 Cadent in corde maris, *absorpti à Chaldæis.*

16 A sonitu, &c. *Hic consequenter describitur aliorum compassio, multi enim populi audientes destructionem Tyri, dolebant: Tum quia lucrabantur ibi per mercationes, vt dictum est; Tum quia timebant similia, vel maiora pati à Chaldæis, ideo dicitur,* A sonitu. *i. rumoribus auditis de deiectione maiorum tuorum.* (Compassio aliarum gentium de Tyro destructa.)

17 Conturba. classes. *id est, aliæ ciuitates.*

18 Et descendent de. *id est, humiliabuntur & timebunt,* omnes qui tenebant remum. *i. ciuitatum gubernaculum.*

19 Nautæ, &c. *id est, alii minores præsidentes sub maioribus.*

20 Et eiula. *i. pro tua destructione, rationibus prædictis.*

21 Et superiacient puluerem. *in signum tristitiæ & humiliationis.*

22 Et radent. *id est propter te.*

23 Caluitium. *capillos proprios tondendo, sicut dicitur de Iacob in amaritudine posito,* Et tonso capite corruit in terram. *Cetera patent vsque ibi,* Quæ

11 Con-

HIERONYMVS lib.8. com. Omnia hæc ad hæreticos referimus, A qui in contritione Tyri atque naufragio sentient errorem suum, & in medio maris positi liberare animas suas concupiscent, plangentque male congregatas diuitias, quibus multos ditauerunt reges. i. hæresiarchas suos & vulgus ignobile, quorum opes in medio corruent mari.

a *Quæ in exitu, &c.*

B† THEOD. sect. 11. Satis hoc est ad docendos omnes homines, ne superbia efferantur propter eam, quæ videtur felicitatem, propterea quod mutatio consequitur.

b *Nunc contrita es.*

† IDEM. IBID. Considera vt nihil tibi negotiationis labor profuit, neque ad te gentium omnium concursus; instar enim nauigij demersi malorum C deformitate cooperta es, quam ob rem omnes insulani maritimique cum suis te regibus lugent, conspicati nobilissimam olim vrbem repente deletam, & ad nihilum D redactam.

c *Non eris.* HIER. vbi supra. vnde. *Ne tradas sceptrum tuum his qui non sunt*: Et alibi, *Prius quam abeam, & amplius non ero.* Esther 14. c. Psal. 38. c

d *In perpe.* IBID. i. in æternum. Hebræum in hoc loco vtrunque significare potest, & vnum sæculum. s. & æternitatem.

† THEOD. vbi supr. E Sæpe in scriptura fert Deus sententiam & latam antiquat, neque veritas mentitur. Fert enim sententiam contra non pœnitentes, in his vero qui pœnitentiæ remedium exceperunt nullum habet locum. F Hoc accidit Niniuitis quos damnauerat exitio, cum dixit, adhuc tres dies & Niniue subuertetur, verum facti pœnitentes excepit, sententiamque dissoluit.

Hæretici. — De temporali felicitate non superbiendum. — De veritate prophetiarum comminatoriarum.

a ¶ Vt plangant Tyrum, & carmen lugubre congeminent.

te in amaritudine animæ ploratu amarissimo,[31] & assument super te carmen lugubre, & plangent te. ¶ Dicentes. Quæ est vt Tyrus,[1] quæ[2] a obmutuit in medio maris? a ¶ Secundum illud, Obmutesce & tace. Et peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas. b ¶ Q. Quid tanto labore profecisti. [33] Quæ in exitu[b] negotiationum[3] tuarum de mari implesti populos multos[4] in multitudine diuitiarum tuarum, & populorum tuorum ditasti reges terræ. a ¶ De quibus, Astiterunt reges ter. & prin. con. in v. ad. do. &c. a ¶ Autem. b ¶ Secundum illud, Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Et alibi, Submersi sunt quasi plumbum in aquis validis. c ¶ Vt dicas. s. Veni in altitudinem maris, & t. m. d.

b [34] Nunc cōtrita es à mari,[5] in profundis aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua quæ erat in medio tui, ceciderūt.[35] Vniuersi[6] habitatores insularum obstupuerunt super te, a ¶ Qui huius sæculi fluctibus verberantur. & reges[7] earum, a ¶ Scientes interitum suum, cordis mœrorem fletu & lachrymis indicantes. & omnes tempestate percussi mutauerunt vultus.[8] a ¶ Imitantes vocem colubri, vel stuporis magnitudinem admiratione & sibilo testantes. [36] Negotiatores populorum sibilauerunt super te.[9] Ad nihi- a ¶ Deo, qui vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt: vnde Isa. Erunt omnes aduersarii eius tamquam non sint. b ¶ Alij sæculum, vnius. s. hominis ætatem, lxx. scilicet, annos. c lum deducta es, & non eris[d] vsque in perpetuum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quæ est vt Tyrus, *id est, similis ei in diuitiis & fortitudine.*
2 Quæ obmutuit in. *Non potens resistere Chaldæis.*
3 Quæ in exitu nego. &c. *id est, de bonis apportatis in te per mare, & ibi venditis diuersis Gentibus, & sic de te exeuntibus.*
4 Implesti populos multos, *eorum indigentias supplendo.*
5 Nunc con. es à mari. *i. à Nabuchodonosor, qui comparatur mari propter eius tempestuositatem: vel hoc dicitur, quia per nauigium cepit ciuitatem.*
6 Vniuersi, &c. obstupuer. super te, *id est, pro tua destructione.*
7 Et reges. *timentes ne similiter sibi contingeret.*
8 Mutauerunt vultus, *præ tristitia & timore.*
9 Negotiatores populorum sibilauerunt, *Sicut super rem perditam solent homines sibilare in signum totalis destructionis.*

CAPVT XXVIII.

a *ET factus est. &c.* Fili hominis. HIER. lib. 9. comment. Sicut supra Tyri sub figura nauis primum diuitiæ & deinde ruina & luctus describitur, sic principis Tyri, & superbia & ruina ordinatur.

b *Hæc dicit.* HIER. IBID. Nabuchodonosor in Isaia in tantum elatus est, vt dicere auderet, *Super sidera cæli ascendam, & ero similis altissimo*: & præcipitatus de solio meruit audire, *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris*; Et Pharao dicit in hoc propheta, *Mea sunt flumina, & ego feci ea.* Et princeps Tyri, *Deus ego sum, &c.* Quæ omnia, quamuis non hominum sint, sed insanientium dæmonum; hyperbolice tamen debemus accipere, quòd in tantum de felicitate tumuerunt, vt se homines esse nescirent, & æternum imperium sibi præsumerent, licet sub typo regum & principum & singularum vrbium & prouinciarum contrariæ potestates demonstrentur, de quibus, *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c.* Et alibi, *Non sapientiam principum mundi huius.* Et iterum, *Quam nullus principum huius mundi cognouit.* In Daniel quoque legitur, *Michael princeps Iudæorum & princeps Græciæ, princepsque Persarum.* Et in Deuteronomio, *Quando diuidebat altissimus Gen. &c.* Nec mirum in figura dæmonum pessimos principes præcessisse, sicut in figura Christi optimi præcesserunt.

† THEOD. sect. 11. Execranda quidem omnia peccatorum genera, sed omnium maxime detestabilis superbia. Omne enim excelsum, ait, abominatio est coram Deo, & superbis Deus resistit, & d. Apostolus, *non neophytum*, inquit, *ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.* Hoc morbo laborabat etiam princeps Tyri, tum is qui videbatur, tum is qui cerni non poterat, id est, diabolus. Contra vtrumque igitur oratio; sed neque in hunc neque in illum omnia conueniunt, quædam autem in vtrosque, & alia in alterum tantum.

Isaiæ 14. c. — Mirus tumor & superbia Regum Babylonis, Ægypti, & Tyri. — Eph. 6. b. 1. Cor. 2. b. Ibidem. Dan. 10. c. Deut. 32. a. Angeli apostatæ. — Superbia detestabilis.

CAP. XXVIII.

a ET factus est sermo dñi ad me, dicens,[1] Fili hominis, b dic principi Tyri: Hæc dicit dominus Deus:[2] Eò quòd a ¶ In cælum. eleuatum est cor tuum, †[3] & dixisti: deus ego sum, & a ¶ Id est cum insulæ tenearis angustiis. b ¶ Fragilis. c ¶ Christus homo est & Deus. in cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis[b] homo[4] & non

¶ Sa-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XXVIII.

1 ET factus est. *Hic ponitur tertia causa destructionis Tyri, quæ fuit nimia superbia, primo describitur Tyri deiectio, secūdo Israelis erectio, ibi,* Et non erit vltra. *Sicut enim dictum est supra vna causa destructionis Tyri fuit, quòd gaudebat de destructione Ierusalem, ideo econuerso post destructionem Tyri ponitur subleuatio populi Israelitici. Prima in duas, quia primo describitur destructio metropolis: secundò, sibi subditæ Sidonis, ibi,* Et factus. *Prima in tres, quia primo circa Tyrum ponitur excessus elationis; secundo casus destructionis ibi,* Propterea; *tertio modus lamen. ationis, ibi,* Et factus. *Circa primum sciendum, quòd aliqui istud ca. exponunt de casu diaboli, sed hæc expositio videtur magis mystica quàm litteralis: ideo alij exponunt ad litteram de rege Tyri, cui dicitur,*
2 Eo qu. eleuatum est cor, *præ nimia superbia excessu.*
3 Et dixisti: Deus ego, *id est, potens in terra sicut Deus in cælo: & est hyperbole, sicut communiter dicitur de aliquo multipotente in aliqua patria vel ciuitate, Talis est Deus talis ciuitatis vel patriæ. Vel forte hoc quod dicitur quia rex Tyri ex nimia elatione faciebat sibi exhiberi diuinos honores sicut Ioas rex Iuda ij. Paral. xxiiij. & Nabuchodonosor Dan. iij. & Caius Imperator.*
4 Cum sis ho. *fragilis & mortalis: deberes humiliari, & te non facere tamquam Deum adorari.*

Diuisio. — An & quomodo possit hoc cap. exponi de casu diaboli. — Homines qui Deos se haberi voluerunt.

¶ Ecce

MORALITER.

1 *Et factus est.* Hic ad litteram ponitur tertia causa destructionis Tyri, quæ fuit effrenata elatio, in tantum quòd rex eius æquiparabat se Deo: Et hoc in duobus scilicet, In potentia, ideo subditur,
† *Eleuatum est, &c.* Et in scientia, ideo sibi dicitur,

Effrenata elatio regis Tyri.

† Et

Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei.[3] Ecce sapientior es tu Daniele, omne secretum non est absconditum à te.[4] In sapientia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem, & acquisiuisti aurum & argẽtum in thesauris tuis[5] in multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem, & eleuatum est cor tuũ in robore tuo.[6] Propterea hæc dicit dominus Deus: Eo quod eleuatum est cor tuum quasi cor Dei,[7] idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos Gentium, & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, & polluent decorem tuũ.[8] Interficient & detrahent te, & morieris in interitu occisorum in corde maris.[9] Numquid dicẽs loqueris Deus ego sum corã interficientibus te, cum sis homo, & non Deus? In manu occidentium te[10] morte incircũcisorũ morieris in manu alienorum: quia ego locutus sum, ait dominus Deus.[11] Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, leua planctum super regem Tyri[11] & dices ei, Hæc dicit dominus Deus. Tu * signaculum similitudinis, plẽnus sapiẽtia & perfectus decore,[13] in deliciis paradisi Dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuũ

(Interlinear: a Vt etiam regni tui homines ænigmatibus Salomonem prouocarent. b Q. Ponamus hoc. a Capta vrbe. a In qua confidis. Multis confossum vulneribus. a Et tunc. Turpissima. s. a Immundorum. Potestate. a Expressum. a Vbi similitudo Dei, ibi plenitudo sapientiæ, & perfectus decor. a Hebraicè, Eden. Ostenditur ei quicquid perdiderit.)

a *Sapientior es tu Daniele.* Hier. lib. 9. com. qui omnem Ægypti vicit sapientiam, vel, etiam si sis eo sapientior, & magnitudini Dei cupias te coæquare, tamen capieris, & vltra non dices, Deus ego sum; doctus interitu, hominem te esse, non Deum.

b *In sapientia.* † Theod. sect. 11. Ipsis, inquit, rebus disce, non tua sapientia, sed me subministrante fuisse tibi hanc negotiationem bonorumque abundantiam; nam si voluero, ego te omnibus his orbabo, magistramque tibi rerum experientiam præficiam. (Temporalium abundantia à Deo venit.)

c *Propterea.* Hier. vbi supr. Vbicumq; iuxta Lxx. secundo ponitur *dominus*, primum nomen Tetragrammaton est, quod propriè ad Deum pertinet, & ineffabile dicitur; secundum, commune, quod sæpe & in hominibus inuenitur. (De voce Dominus apud 70. duplicata.)

Hieronym. Ibid. Si volumus principem Tyri eamdem dicere potestatem, cui à Deo credita est ipsa ciuitas, siue prouincia, hoc testimonium assumamus: *Ego dixi, dij estis & filij excelsi omnes, Vos autem sicut homo. & s. v. de p. ca.* Illis enim traditæ sunt ad regendum prouinciæ, quasi iudicibus ab imperatore, qui obliti honorem suum eriguntur contra dominum suum, vt in toto orbe dispersi sub nominibus idololatriæ deorum sibi nomina assumerent, & inflati superbia in iudicium & laqueum diaboli inciderent, de quo, *Vidi Sata. quasi ful. de c. ca.* (Psal. 81. a. Luc. 10. c.)

† Theodoretus vbi supra. Quando te, inquit, regia potestate priuabunt ij, quos contra te hostes misero, teque interficient, num fremens & arrogantia insolens rursus Deum teipsum nominabis, quasi eos Dei appellatione perterrefaciens. Verum hoc fieri nequit. Rerum enim commutatio, superbiæ quoque mutationem afferet: dicesque hominem esse te, non Deum, cum vulneratus & cæsus occideris. Hæc etiam dæmoni conueniunt. (Mala nostra docent nos mortales esse.)

d *Leua pla.* Hieronym. lib. 9. Quia didicimus quis sit princeps Tyri & quomodo per superbiam corruerit, lamentationem super pristinam gloriam cognoscamus, primum commonet quod fuerit, vt doleat se perdidisse quod habuit.

e *Tu sig.* Ibid. quod de Saluatore dicitur, *hunc signauit Deus pater.* Et in Psalm. *Signatum est super nos lumen vultus tui domine.* Et alibi, *Charissimi, scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus.* Et alibi, *Quis similis tibi,* Aliud est enim similitudo, aliud æqualitas: vnde sæuissima hæresis quæ in Christo tantum patris similitudinem confitetur, aufert naturam. (Psal. 4. b. 1. Ioan. 3. a.)

Tu signa. Hieron. Ibid. Alij resignaculum, eo quod rex Tyri imaginem Dei, ad quam factus est, resignauerit. i. destruxerit. Et notandum, quod imago tunc tantum facta sit, similitudo, cum in Christi baptismate compleatur. (Deut. 32. d. Hæresis quæ dicit Christum patris similitudinem non naturam habere.)

† Theod. vbi supr. Hæc aliquis de principe Tyri dicta acceperit, propriè tamen & verè conueniunt dæmoni, qui in illo suam vim exercebat. Si de principe Tyri accipiamus, ita intelligemus, *Tu signaculum, &c.* ad imaginem Dei conditus est homo, rationis capax, & oratione instructus, rationis expertibus præstans, &c. *in delitiis paradisi fuisti,* à primo siquidem parente genus ducis, qui in paradiso deliciarum positus est, vt operaretur & custodiret illum. Et iure etiam Ierusalem quæ sacra & diuina vrbs vocabatur, paradisum vocat habentem & Dei prophetiæ & pontificatus maximi labores, vitamque salutemq; ministrantes. Olim verò Tyriorum regi cum rege Israelitarum intercedebat amicitia & mutuũ commerciũ. Illud autem, *Omnem lapidem pretiosum indutus.* i. infinitis bonis te instructum curaui. Si ad diabolum referatur illud, *Tu es signaculum similitudinis,* de regno ipsi olim tradito & potestate concessa dictum accipiemus. Ait enim Apostolus, *Secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ,* vt perspicuum sit antiquitus huius aeris administrationem illi commissam fuisse, sed propter superbiam principatu deiectum, in his qui non credunt preconij verbo suam vim patefacere. *Plenus sapientia, & perfectus decore, in delitiis paradisi Dei fuisti,* pristinam per hæc illius innuit virtutem; per lapides autem qui connumerati sunt, omnis generis sapientiam scientiamque significat. (Quomodo ab eis exponatur hoc cap. qui illud ad litteram de rege Tyri intelligi volunt. De pot. di. 1. c. principium. Vbi agitur de pulchritudine primi Angeli ante lapsum. Ephes. 2. a.)

f *Paradisi Dei.* Hier. vbi supr. Est enim paradisus non Dei, apud eos qui veritatem mutant in mendacium, & paradisum se habere iactant, hic demonstrat non hominem esse, sed contrariam fortitudinem, quæ in paradiso commorata est, quamuis Iudæi per tropum qui dicitur hyperbole, de Hyram rege Tyri æstiment prophetari.

g *Omnis lapis pre.* Ibid. Non dicitur omni lapide pretioso regem Ty-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce sapientior es Dani. *secundum æstimationem tuam præsumptuosam, vel hoc dicitur derisorie.*

2 In sapien. & prudentia tua, *terrena, animali, & diabolica.*

3 Fecisti tibi fortitudinem, *aggregando tibi bellatorum multitudinem. Cetera patent in littera.*

4 Propterea. *Hic consequenter ponitur casus deiectionis, qui iuste infertur excessui elationis; ideo subditur,*

5 Ego adducam, &c. alienos robustis. *id est, Chaldæos quorum linguam non intelliges.*

6 Robustissimos Gen. *ideo non poteris resistere, & tunc cognosces fragilitatem tuam, ideo sequitur,*

7 Numquid di. lo. Deus ego. *q. d. non; quia deijcietur superbia tua.*

8 Morte incircumcisorum. *id est, non solùm morte corporali, sed æterna. Et loquitur hic scriptura de incircumcisis idololatriæ deditis, quod tunc erat commune per orbem; Incircumcisi tamen, qui non tenebantur ad legem Moysi, & erant cultores vnius veri Dei, sicut Iob & plures alij moriebantur in statu saluandorum.* (Duo genera incircumcisorum.)

9 Factus est sermo. *Hic consequenter ponitur modus lamentationis, cum dicitur,*

10 Leua planc. *Et quia sicut dicit Boetius j. de cons. infelicissimum infortunij genus est, fuisse felicem: ideo in hoc planctu primo recolitur felicitas regis Tyri præterita cum dicitur,*

11 Tu signaculum, *scilicet, Dei; bona enim à Deo data, etiam naturalia, vt claritas ingenij, potentia & huiusmodi, sunt quædam impressiones bonitatis diuinæ, quæ multum abundanter fuerunt regi Tyri & suis principibus concessa, ideo subditur.*

12 Plenus sapientia. *i. claritate ingenij, per quam acquiritur sapientia de facili, si applicetur ad diuina, sed ista fuit magis applicata ad curiosa & terrena: ideo subditur,*

13 Perfecti decoris, *in domibus, & vestibus curiosis, & thesauris, & iocalibus pretiosis.*

14 In deliciis Paradisi, *hyperbole est ad designandum multitudinem & magnitudinem deliciarum, in quibus viuebant Tyrij. Per talem modum dicitur Gen. xiij. de regione circa Iordanem, quod irrigabatur sicut paradisus domini.*

15 Omnis lapis pretiosus. *In vestibus enim suis habebant lapides pretiosos ad ornatum insertos, quorum nominantur aliqui, cum dicitur.*

MORALITER.

†† *Et dedisti cor tuum q. cor Dei,* scilicet, in scientia, ideo subditur,

1 *Ecce sapien. es tu Da. &c.* Per primum autem quod est æquipa-ratio potentiæ, moraliter significatur quilibet potens prælatus vel princeps, qui sicut Deus, vel plus aliquando vult revereri, † sicut (Moraliter quorũ principum & prælatorum superbia.)

Tyri fuisse circumdatum, sed omnem lapidem quem habuit, fuisse A pretiosum. Multi sunt enim lapides pretiosi, quos hic non commemorat, Calcidonius, Sardonyx, Chrysopassus, Chrystallus, & alij.

a *Sardius, &c.* HIER. lib. 9. comm. Hi sunt lapides, quos in rationali descriptos in pectore portat pontifex, qui est sacerdos in æternum. s.or. Mel. Hi sunt lapides viui, de quibus in Apocalypsi Ioannis ciuitas ædificatur, hæ Margaritæ prophetarum & Apostolorum, quæ omnes vendútur, ematur vt pretiosum Margaritum, quod habet, 7. oculos, i. 7. gratias spiritusfancti.

b *Topazius.* IBID. ardens, sanctorum contemplatio.

c *Chrysolithus.* IBID. quod quasi aurū fulgeat, scintillas ardentes habet, in quo sancti significantur, qui sapientia fulgent, & prædicationis verba, & virtutum signa aliis præbent.

d *Onyx.* IBID. niger significat humilitatē, candidus puritatem, rubeus passionem.

e *Beryllus.* IBID. virens & pallens. Sancti verò fide virent, humilitate pallent.

f *Smaragdus.* IBID. virens nimium, qui herbas, & aerem circa se virore inficiens, fideles significat; qui ad hereditatem immarcessibilem spe ascendunt, & in proximos verbis & exemplis spargunt.

De his lapidibus Plinius in tricesimoseptimo naturalis historiæ plene disserit.

(margin: Apoc. 21. d. — Matt. 13. f. Topazius. — Chrysolithus. — Onyx. — Beryllus. — Smaragdus, cui fideles comparantur. — Plinius li. 37.)

a [Puniceus, in quo crucis cruor. b Viror fidei.] a Sardius, topazius & iaspis, chrysolithus, & onyx & beryllus, [1] b [Quorum conuersatio in cælis est. b Spiritu ferventes. c Sapientia.] c saphirus & carbunculus & smaragdus. Aurum opus decoris [2] d [Mentis capacitatem significat. b Diuinis sacramentis accipiendis.] e tui, & foramina tua in die qua cōditus es, præparata sūt. [14] Tu [3] f [Ierusalem cælestem significat. In paradiso, tertio cælo, ad quod Paulus raptus est.] g Cherub extentus, & protegens: & posui te in monte sancto [4] [Q. d. Iniquitas tua voluntatis est, non naturæ, omnis creatura bona & perfecta condita est.] h Dei. In medio lapidum ignitorū ambulasti [15] perfectus in viis [5] [A Deo.] [6] [In thesauro pectoris tui, per superbiam & abusionem potestatis.] tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. [7] [8] a [Id est, dum multa quæris, non contentus beneficio conditoris.] [9] b [Pectoris, vt saturatus & incrassatus recalcitrares, & Deum derelinqueres.] i [16] In multitudinē negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua [10] a [Quia de corde tuo procedunt cogitationes pessimæ. b Paradiso.] iniquitate, & peccāsti, & eieci te de mōnte sancto Dei, & [11] a [Multò magis ergo nobis timendum est, si ille tantus eiectus est.] k perdidi te ô Cherub protegens de medio lapidum ignitorū. [Quia.] a [Dum tuum putas esse, quod Dei est.] [Dum plus esse vis, quam conditus es.] [17] Et eleuatum est cor tuum in decore tuo. Perdidisti sapientiā [12] a [Vt pro pulchritudine & sapientia, deformitas te, & stultitia possideat.] b [A monte Dei. Vade, Quomodo cecidisti Lucifer.] l tuam in decore tuo: in terram proieci te ante faciem regum [13] dedi te, vt cernerent te. [18] In multitudine iniquitatum tuarū a [Quam habuisti in monte Dei.] m & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationē tuā. [14] a [Accensum ignitis iaculis diaboli: de quo, Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum, de quo Isaias, Ambulate in lumine ignis vestri, &c.] b [Foras egrediens.] n Producam ergo ignēm de medio tui, qui comedat te, & dabo [15] o te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium † te. [19] Omnes qui viderint te in Gentibus, obstupescent super † [16]

i *In multitudine, &c.* † IDEM. IBID. Hæc item Isaias, *Quomodo cecidisti de cælo lucifer qui mane oriebaris. contritus est in terram qui mittebat ad omnes gentes.* Cum enim omnes subditos haberet, per salutarem crucem à tyrannide deiectus est.

k *Et perdidi.* HIERONYMVS. IBIDEM. Cherub generis masculini, numeri singularis, Cherubim plurale, qui interpretantur multitudo scientiæ, in quibus requiescit & sedet Deus, vnde, *Qui sedes super Cherubim m. c. E.* Et alibi, *Ascendit super Cherubim, & v.*

l *Ante faciem regum.* HIERONYMVS. IBID. vt scilicet tuo terreantur exemplo; vel, bonorum regum, quorū cor in manu Dei est: vel, malorum, quorū regna ostendit diabolus Saluatori, qui occurrerunt regi Babylonio dicentes, *Et tu captus es sicut & nos, &c.*

Ante fa. re. IBID. vnde, *Videbam Satanam sicut fulgur. d. d. c.* vnde Ierem. *Quomodo obscurauit dominus in ira sua filiam Sion & proiecit de cælo terram gloriosam Israel.*

m *Polluisti sanctificationem.* † THEODORETVS vbi sup. Hæc de impio Tyri rege dici non possunt, sed de diabolo.

(margin: Isaiæ 14. — Luc. 11. f. Cherub & Cherubim. — Psal. 79. a. Ibid. 17. b. — Prou. 21. — Luc. 10. c. — Thren. 2.)

g *Tu Cher. ex. & pro.* IBID. arcam. s. & propitiatorium, vel vrbem Tyri, cui quondam sancta & præcipua potestas imposita est.

h *In me. lapidum.* De quibus; *Qui facit angelos suos spiritus, & mi. i. v.* Vt non solum Deus, qui vocatur ignis consumens quod fœnum, stipulam, lignaque consumat; sed & angeli, qui vocantur igniti lapides, vnde, *Ignem veni mittere in ter.*

† THEODORETVS sect. 11. Lapides ignitos sanctissimas potestates vocat. Horum nihil in Tyriorum principem conuenit, etiam si millies litigiosi quidam dixerint, lapides ignitos Iudæos esse & Tyriorum cum ipsis commercium. Neque enim Iudæi lapides igniti, diuinam legem violantes, & præter illius sententiam cum gentibus commercia instituentes.

(margin: Psal. 103. a. Deut. 4. d. — Per lapides ignitos intelligendi sunt Sancti Angeli non Iudæi.)

n *Qui co.* HIERON. vbi supra. vnde Isaias, *Deuorabit sicut fœnum materiam in die illa, &c.* Hunc ignem, qui alienus dicitur, Nadab & Abiu ad altere domini obtulerunt, & ideo diuino igne consumpti sunt: vnde Moyses, *Hoc est verbum quod dixit dominus, In his qui appropinquant mihi, sanctificabor.* Sanctificatio enim domini est pœna peccantium.

o *Et dabo te.* IBID. vt omnia quæ ædificasti malæ conscientiæ tuæ ignis absumat. Qui cùm deberes in requie, & in sabbato nihil facere seruile, ligna in sabbato collegisti, vt haberet quod in pectore tuo deuoraret ignis. Prodest autem omnia mala opera conuerti in cinerem, vt ignis noxius omnino extinguatur.

HIERON. IBID. Solent Hebræi inter cæteras fabulas hæc contra Hyram regem Tyri dicta intelligere, cum à Salomone vsque ad Ezechielem anni fuerint plurimi, quos eo tempore homines non superuixisse perspicuum est, & sic pronuntiare quasi ironiam ad

(margin: Isa. 5. & 9. Leui. 10. a. — Ibidem. Sanctificatio Domini est pœna peccantiū. — Fabulæ Hebræorum de Tyram rege Tyri quem mille annis vixisse dicunt.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sardius, Topazius, *per quos intelliguntur etiam alij non nominati.*

2 Aurum opus decoris tui. *quia gemmæ istæ erant auro inclusæ ex vna parte, & ideo in auro fiebant quædam fossæ, quæ dicuntur hic foramina, vt ibi gemmæ includerentur ex parte vna.*

3 Tu Cherub extentus. *Cherubim existentes in templo extendebant alas suas; ita rex Tyri extendebat potentiam & gloriam ad regiones per famā diffusionem.*

4 Et posui te in monte sancto, *in honore regio firmo. Sanctum enim in vna significatione, idem est quod firmum.* (margin: Sanctum pro firmo.)

5 Dei, *quia omnis potestas à Deo est.*

6 In medio lapidum ignitorum. *id est, ad modum ignis radiantium.*

7 Ambulasti. *talibus ornatus, vt dictum est.*

8 Perfectus in viis tuis. *i. prospere incedens in temporalibus bonis.*

9 Donec inuenta est iniqui. *Per quam demeruisti deiici* [illegible] *ignitate.*

10 In multitu. &c. repleta s. interiora tua. *fraudulenter acquirendo.*

11 Et eieci te de mon. *id est de sublimitate regni à me tibi dati. Cetera patent ex dictis vsque ibi.*

12 Perdidisti sapi. *Ex decore enim diuitiarum & potentiarum eleuatus fuit in superbiam, quæ obnubilat intellectum, & sic destruit sapientiam.*

13 Ante faciem regum. *id est, in exemplum, vt caueant à malis tuis.*

14 Polluisti sanctificationem tuam, *id est regni tui firmitatem.*

15 Producam ergo ignem de me. tui. *Quia dissensio fuit in Tyro, propter quam aliqui exierunt latenter, euntes ad regem Babylonis, & incitauerunt eum vt veniret contra Tyrum ad eam incendendam.* (margin: Dissensio seu seditio in Tyro.)

16 Omnes qui viderint, &c. obstupescent *ex tuo casu repentino.*

MORALITER.

† sicut sunt illi, vt videtur, qui grauius puniunt transgressionem suorum statutorum, quàm Dei mandatorum; & qui molestius portant verbum dictum contra honorem ipsorum, quam Dei blasphemiam. Per secundum autem quod est æquiparantia scientiæ, significatur elatio vanorum doctorum: qui non sunt contenti sententiis per prophetas & apostolos traditis, & per doctores sacros diuinitus illuminatos, sed vlterius ad sui * ostentationem diuina curiosius perscrutantur, & sic opprimuntur à gloria; frequenterque sic inuoluuntur, quod nesciunt exire, & alios inuoluunt periculose vnde dicitur Prou. xxv. d. *Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria*, ideo talibus dicitur, quod infra dicitur,

(margin: Elatio vanorum doctorum. * obstinationem)

15 *Producam ergo ignem de medio tui.* i. de præsumptuosis tuis meditationibus & curiosis.

† *Qui comedat te.* per indiscretam sollicitudinem.

† *Et dabo in cinerem.* id est, infernalem: nam frequenter tales dubij fiunt in fide, & ex hoc corruunt in errorem.

ad ipsum propheta loquatur. Numquid tu es signaculum simili. A &c. cum econtra peccaueris & in cinerem soluendus sis. Adduntque fabulæ suæ miraculum, vt sine scripturæ auctoritate dicant Hyram mille annis vixisse.

† THEOD. sect. 11. Hoc item vtrisque conuenit. Etenim homo in sua terra lapsus, puluis factus est; & diabolus qui orbi terrarum imperare videbatur, à Deo & Saluatore nostro euersus, cineris instar, ab impiis conculcatur.

a *Fili hominis, pone faciem tuam contra Sidonem.* B HIER. lib. 9. com. Sidonij, venatores, De quibus, *Anima nostra sicut passer e. est de laque.* (Psal. 123. a.) Et alibi, *De laqueo venantium, & à verbo aspero.* (Ibid. 90. a.) (Boni & mali venatores.) In Prouerbiis quoque, *Oculus meretricis laqueus est peccatoris.* (Prou. 23. c.) Sunt autem & boni venatores, vnde Ieremias, *Ecce ego mittam piscatores & venatores, qui venentur vos de omni colle*; (Iere. 16. c.) Hi de piscatoribus piscium, facti sunt C piscatores animarum. Vnde viculus Petri & Andreæ Bethsaida. i. *domus venatorum* dicitur; (Matth. 4. c.) Imperatur quoque prophetæ vt ponat faciem suam contra Sidonem, vt firmiter consistens tales venatores interficiat. *Ecce ego ad te*, veniam. s. *glorificabor in te*, cum te interfecero, *& scient* omnes qui vixerint, quòd ego sum dominus, qui reddo tibi quod mereris. *Mittam ei pestilentiam, &c. Lata enim & spatiosa est via, quæ ducit* D *ad mortem.* (Matth. 7. b.)

b *Quando congregauero domum Israel de populis.* HIERON. IBID. Omnia autem hæc dicuntur contra aduersarias potestates, quòd. s. in extremo tempore deleantur, & sit æterna securitas, quando congregauerit dominus domum Israel, eos. s. qui sensu cernunt Deum, & sanctificatus fuerit in eis, eo cōpleto, quod scriptum est, *Sancti estote*, quia ego sanctus sum. (Leu. 19. a.)

HIERONYMVS IBID. Hæc multi ad tempus Zorobabel, E Esdræ, & Neemiæ referunt, quando reuersus est populus Israel, & habitauit in terra sua; Alij in vltimo tempore, & in mille annis sperāt esse complendum.

† THEODORETVS sectione 11. Non æque peccantes omnes Deus corripit, sed sibi amicos adhibita, medici more, curatione; alios verò more iudicis, cōdemnatione. (Discrimen inter diuinas correptiones.) F Quamobrem propheta supplicans ita dicebat, *Corripe nos domine, verumtamen non in iudicio.* (Ierem. 10.) Hoc discrimen etiam videre licet in his quæ paulo ante interpretati sumus. Aliis enim interim nihil pollicitus est boni, sed Israel ab exilio reuocationem, & reditum in patriam, & Dei cognitionem.

[Interlinear: Quia. — a Secundum illud, Non parcam tibi neque miserebor. — b Post Tyrum, fit sermo ad Sidonem, quia vnius prouinciæ sunt.]

te. Nihili factus es, non eris in perpetuum. [1][2] [10] Et factus est [3] a sermo domini ad me, dicens: [11] Fili hominis, pone faciem tuā contra Sidonem, & prophetabis de ea, [12] & dices: Hæc dicit

[a Veniam. — b Cum à Babyloniis capta fueris.]

dominus Deus: Ecce ego ad te Sidō, & glorificabor in medio [4][5]

[a Malorum pondere conuicti.]

tui. Et scient, quia ego dominus, cùm fecero in ea iudicia, & [6][7]

[Puniendo eam.]

sanctificatus fuero in ea. [23] Et immittam ei pestilētiam, & san- [8][9]

[a Qui male steterant.]

guinem in plateis eius, & corruent interfecti in medio eius

[a Quem venit dominus mittere in terram vt male iuncta separaret. — b Ita. c Qui remanserunt.]

gladio per circumitum, et scient quia ego dominus. [24] Et non [10]

[a Cum illi cessauerint. — b Sicut ante, cùm impugnarent eos.]

erit vltrà domui Israel offendiculum amaritudinis, & spina [11]

[Populo Dei.]

dolorem inferens vndique per circumitum eorum qui aduersantur eis: & scient quia ego dominus Deus. [25] Hæc dicit do- [12]

[a Scilicet cum hoc fuerit factum. — b Ante dispersam.]

minus Deus: Quando congregauero domum Israel de popu- [13]

[a Non vt in Sidoniis in malo, sed in bono: scilicet, cum misertus eis fuerit, & habitauerint in terra quam dedit patri eorum Iacob.]

lis in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram Genti- [14]

[a De qua, Credo videre bona domini in ter. viuen. quam dedit Iacob, qui priorem supplantauit fratrem, & primitiua eius meruit accipere.]

bus, & habitabunt in terra sua quam dedi seruo meo Iacob, [15]

[a Supra firmam petram, vnde, Nisi dominus ædificauerit domum in va. la. qui ædi. &c.]

[26] Et habitabunt in ea securi. Et ædificabunt domos, & plāta- [16]

[Securi.]

bunt vineas, & habitabunt confidenter, cùm fecero iudicia in [17]

[Tunc. — a Cuius firma promissa, cuius vera iudicia.]

omnib[9] qui aduersantur eis per circumitum: & sciēt quia ego [18] dominus Deus eorum.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nihili factus es. *Ciuitas enim ita fuit destructa, quod quasi nihilum erat reputanda.*

2 Et non eris, &c. *s. readificata, vsque ad tempus magnum: vnde in Hebr. habetur,* Et non eris in sæculum, *quod non importat perpetuitatem simpliciter.*

3 Et fa. est. *Hic consequenter describitur destructio Sidonis, quæ erat de regno Tyri, cum dicitur,*

4 Ecce ego ad te, *id est, ad te puniendam.* (Sidonis excidium.)

5 Et glo. in *id est gloriosius apparebo per effectum meæ potestatis.*

6 Cum fecero in ea. *puniendo eam secundum sua demerita,*

7 Et sanctificatus fuero. *quia dicar sanctus pro eius punitione iusta.*

8 Et immittam ei pestil. *id est, mortalitatem ex longa obsidione.*

9 Et san. *effusionem multi sanguinis in eius captione.*

10 Et non erit vltra do. Is. *Hic post deiectionem Tyri & Sidonis, quæ multa mala intulerunt Iudæis, ponitur Iudæorum consolatio, cum dicitur,* Et non er. &c. offendiculum. *Per Tyrios & Sidonios, spoliantes Israel bonis suis.*

11 Et spina dolorem inferens. *quia non solum bonis suis filios Israel spoliabant, sed etiam in corporibus lædebant vulnerando & occidendo.*

12 Et scient q. ego. *per experientiam bonorum quæ conferam eis: & hoc fuit impletum in reditu Babylonicæ captiuitatis, ideo subditur,*

13 Quando congre. domum.

14 Sanctificabor in. *id est sanctus apparebo in eorum liberatione mirabili.* (Restitutio Iudæ.)

15 Et habitabunt in ea. *Readificata Ierusalem per Neemiam. Tunc enim Samaritani, & alij eorum aduersarij cessauerunt eos molestare.*

16 Et ædifi. do. *quia post readificationem murorum, ædificauerunt domos intra ad habitandum.*

17 Cum fecero iudicia. *i. punitiones debitas.*

18 In omnibus qui ad. *Ante enim tempus reuersionis de Babylone Tyrij & Aegypti & Assyrij & ceteri, qui molestauerant Iudæos, fuerunt captiuati per regem Babylonis, & postea Babylonij per Cyrum & Darium, Daniel. 5. Et post hoc per duos annos quibus regnauit Darius, & Cyrus ei succedens, dedit populo Iudæorum licentiam redeundi in Iudæam, vt habetur 1. Esdræ.*

CAP.

ADDITIO.

In ca. xxviij. vbi dicitur in Postilla, Circa primum sciendum, quod aliqui capitulum istud exponunt de casu diaboli.

(Hoc capitulum litteraliter exponi de Rege & de casu diaboli.) *Istud capitulum litteraliter exponitur de casu diaboli, secundum septimam regulam Isidori de summo bono, quam etiam Postillator recitat in secundo prologo super Gen. & sumitur illa regula de diabolo & de eius corpore, quia cum diabolus omnium iniquorum sit caput, iuxta illud Iob. xlj. d.* Ipse est caput super omnes filios superbiæ, *cuius capitis membra sunt omnes iniqui: Ideo propter connexionem capitis ad membra, scriptura loquens de vno, in eodem contextu transit ad loquendum de alio; sicut Isa. xiiij. loquēs de rege Babylonis, qui erat diaboli membrum, transit ad loquendum de principe dæmonum, cum subditur ibi.* Quomodo cecidisti de cęlo Lucifer qui mane oriebaris? *Et Ezech. xxviij. loquens de principe Tyri transit ad loquendum de diabolo, cum dicit,* Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti. *Hæc ille. vnde hoc capitulum litteraliter de vtroque prædictorum scilicet, capite & membro exponendum est, transeundo de vno ad aliud modo prædicto.*

CAP. XXIX.

a ¶ Captiuitatis Ioachin.

a IN anno decimo, duodecimo mense, vna [1]

a ¶ Post Sidonem, quæ & ipsa in Phœnicis littore posita est.

die mensis, factum est verbum domini ad [2]

me dicens: [2] Fili hominis, pone faciem [3]

a ¶ Quemlibet regem Ægypti.

b tuam contra Pharaonem regem Ægy-

a ¶ Quæ illi ventura.

b ¶ Quæ ex alia parte Iudææ in eodem littore constituta.

pti, & prophetabis de eo, & de Ægypto vniuersa [3] loquere, &

a ¶ Ipse, non angelum mittam. b ¶ Veniam. c ¶ Potestas magna, cui regenda traditur Ægyptus.

dices: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ad te Pharao rex [4]

a ¶ Iuxta situm terræ dicitur ei quod in fluminibus confidat.

b ¶ Nili. ¶ Hæresum. ¶ Non modo vnius.

Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuo- [5] [6]

a ¶ Non desideras pluuias de cælo. b ¶ Mea factura. c ¶ Nilus quo Ægyptus irrigatur.

¶ Non alius.

rum, & dicis: Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. [4] Et [7] [8] [9]

¶ Cum venero. a ¶ Quibus magnifice loqueris.

b ¶ Et vt vnum corpus efficiantur, sicut qui adhæret Deo vnus spiritus est. c ¶ Socios, & duces.

c ponam frænum in maxillis tuis, & agglutinabo pisces flumi- [10] [11]

a ¶ Quibus ad alta superbe festinas. b ¶ Ne in eis cubes. c ¶ Cum illis.

d num tuorum squamis tuis. Et extraham te de medio flumi- [12] [13]

¶ Hæretici. a ¶ Erroris similitudine, vel supplicij.

¶ Pro qualitate vitiorum per totum corpus draconis, vel capiti, vel caudæ, & extremis partibus.

num tuorũ, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebũt. [5] Et [14]

a ¶ Vt non habeas quos decipias.

proiiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui, super

a ¶ Ad quam de cælo, præcipitatus. b ¶ In hæreticorum ecclesiis. ¶ In sepulchro.

c ¶ In his qui tibi crediderant, cùm à te fuerint liberati.

faciem terræ cades. Non colligeris, neque congregaberis.

CAPVT XXIX.

A a IN *anno deci*. HIER. lib. 9. comm. in Ezech. Quem locum habet inter decem, dies vna? Vnde in principio Geneseos non dicitur dies prima, sed vna: vt eamdem diem reuolui semper doceat, eumdem ordinem inter decem decadas, hoc est, decimus numerus centenarium habet: quod ad victimam agnus assumitur, vt quartadecima dieimmoletur, & sic vsque ad mille & x. millia, &, c. millia, & vltra per decades suas numerorum ordo procedit. Post x. annum mensis duodecimus ponitur, vt perfectus xij. Apostolorũ B & prophetarum, qui in vno volumine cõtinentur, numerus demonstretur.

Quorumdã numerorũ mysteria.

b *Cont. Pha.* IBID. Apud Ægyptios hoc nomine regia dignitas significatur; sicut apud Romanos, Cæsares & Augusti reges eorum dicuntur: & apud Syrios Antiochi; apud Persas Arsacidę; apud Philisthiim Abimelech; & post Alexandrum in Ægypto Ptolemæi vsq; ad Cleopatram, qua victa apud Accium, Ægyptus facta est Romana prouincia.

Nomina officij non personarũ.

C HIER. Pharao, *lacerator*, cuncta gladio concidens & diuidens, significans contrariam potestatem, cui subiecta est Ægyptus. Homo enim dicere non audet, *Mea sunt flumina, & ego feci ea & huiusmodi*. Ægyptus, Hebraicè mizraiim מצרים i. *coangustãs* & tribulans subditos, nec permittens oculos ad cælum leuare, exemplo mulieris Euangelicæ, decem & octo annis à diabolo incuruatæ.

HIERON. IBID. Hæc per metaphoram dicuntur, quasi ad regem Ægypti, quia illa non fuit aduersaria Israel, sed magna promittens, eos à Deo separauit; Draconem secundum anagogem diabolum vocat, qui & Pharao dicitur, eò quod à Deo *separet* & diuidat. Ægyptus, id est mizraiim *tribulantes* & affligentes significat, eos. s. quos sibi potest subiugare. De hoc dracone Iob plenissimè loquitur. Et Dauid, *Tu confregisti capita draconis*. Hic draco magnus ad comparationem minorum draconum dicitur, De quibus, *Confregisti capita draconum in aquis*. Et alibi. *Illic reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis*. Hic draco est rex omnium qui sunt in aquis. Sedet autem & cubat in medio fluminum, id est hæresum, per quas fluxit in Ægyptum huius sæculi, & irrigauit animas seductorum non pluuiis de cælis, sed aquis turbidis de terra; vnde Ierem. *Quid tibi & via Aegypti, vt bibas aquas Geon*, pro quo in Hebræo Syor, quod significat *aquas turbidas & cœnosas*. His sunt contrariæ aquæ de quibus dicitur, *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*. Et alibi, *Qui biberit aquam, quam ego dedero, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. Hæc flumina de cælo veniunt. vnde *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus*.

Diabolus. — D Iob 30. & Psal. 73. c. Ibid. Ibid. 10. c. — Diabolus assidet doctrinis hæreticorum. — Iere. 2. d. 3. — E Ioan. 7. f. Ibid. 4. b. Doctrina salutis. — Psal. 45. a.

† THEODORETVS sect. 12. in Ezechielẽ. Terribilia sunt quæ minatus est, & horroris plena. Non solùm enim ipsum, sed illius F quoque subditos minatus est se neci daturum. *Pisces* quippe *agglutinatos*, subiectos appellauit; & quemadmodum de Tyro loquens, translationis occasionem à mari sumpsit, maritima enim vrbs erat: ita hic translatione à flumine sumpta vsus est. *Squamas* autem eius & *alas* imperium & potestatem nuncupauit, quibus necessario regi subiecti, illius supplicij participes fuere.

Rex Ægypti cum suo populo cæsus.

c *Et ponã frænum in maxillis tuis*. HIER. vbi supr. per ecclesiasticos viros. s. imponam tibi silentium, vt vniuersa dogmata tua dissoluãtur.

d *De medio fluminum tuorum*. IBID. Non vnum flumen habet draco iste Aegyptius sed multa, quibus irrigat Aegyptum humilem atque deiectam non habentem montes, non aquas Siloe quæ vadunt cum silentio, sed turbidas & cœnosas.

Et

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XXIX.

IN anno. *Hic Ezechiel prophetat contra Aegyptum, & diuiditur in duas partes; quia primo destructionem Aegypti denuntiat: secundò, super hoc carmen lugubre decantat, ca. xxxij. Prima in duas, quia primò hanc destructionem prædicit; secundo ad hoc similitudinem adducit, ca. xxxj. Prima adhuc in duas, quia primò prophetat contra regem Aegypti & eius bellatores; secundo contra eorum auxiliatores, cap. se. Prima in duas, quia primo denuntiatur Aegypti destructio, secundo populi Iudaici reductio, ibi*, In die illa. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur causa destructionis demeritoria; secundo, effectiua, ibi*, Et factum est. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur Aegypti destructio; secundo eiusdem reparatio, ibi*, Quia hæc dicit. *Prima in duas secundum duplicem causam destructionis Aegypti: secunda ibi*, Pro eo quod fuisti. *Prima autem fuit nimia superbia, cui tamen præmittitur tempus reuelationis huius destructionis, cum dicitur,*

Diuisio.

1 In anno decimo, *scilicet, transmigrationis Ioachin regis Iuda.*

2 Vna die. *id est, prima die mensis, sicut. Gen. i. d. dicitur*, Factum est vespere & mane dies vnus, *id est, primus.*

Vnus pro primus.

3 Pone faciem tuam, *ad pronuntiandum miseriam ei & populo suo futuram.*

4 Ecce ego ad te, *scilicet, destruendum.*

5 Draco, *propter dolositatem,*

6 Magne, *propter potestatem.*

7 Qui cubas, *id est, secure habitas secundum tuam æstimationem.*

8 In medio fluminum tuorum, *i. in Aegypto, quæ Nilo irrigatur, & Nilus propter eius magnitudinem & terræ fœcundationem in pluribus alueis diuiditur.*

9 Et dicis, *præ nimia superbia.*

10 Meus est fluuius. *i. dominor in Aegypto, nec superiorem aliquem aliqualiter recognosco.*

11 Et ponam frænum. *i. instinctum exeundi in prælium contra regem Babylonis.*

12 Et agglutinabo pisces. *i. omnes bellatores Aegypti in hoc assentient tibi.*

13 Et extraham, &c. *quia iuit obuiam regi Babylonis, vsque ad fines regni Aegypti.*

14 Et proiiciam te in desertum. *Quia ibi fuit interfectus, & maior*

pars

MORALITER.

† 1 *In anno deci*. Hic Ezechiel incipit prophetare contra Aegyptum, Quam primo prophetat absolutè in hoc ca. & seq. postea comparatiuè, cap. xxxj. Circa primum dicitur,

3 *Fili hom*. Per nomen Pharaonis; quod interpretatur *dissipans virum*, significatur carnalitatis vitium, quod dissipat mores viriles. Per officium regni, potentia designatur. Et per hoc, quod dicitur infra *draco magnus*, malitia, Quia sicut dicit August. *leo aperte irascitur, draco autem occulte insidiatur*, Et ideo per Pharaonem regem Aegypti significatur MORALITER homo potens, qui ex potentia atque malitia vltra modum in superbiam eleuatur, cuius deiectio designatur, cum subditur,

Carnalitatis vitium. — Magnatum superbia.

11 *Et ponam fræ. ma. tu*. auferendo à te potentiam nocendi hominibus bonis.

13 *Et extraham te de flu*. id est carnalium deliciarum, & sequitur;

† Be-

a *Et volatilibus cæli.* HIER. lib. 6. com. in Ezec. *Volucres cæli comederunt illud*: & à domino dicuntur esse diaboli. Non solum enim princeps malitiæ, sed & discipuli eius diaboli, nominantur, vnde, *Vnus ex vobis diabolus est.*

A Matt. 13. a. Ioan. 9. g.

b *Pro eo quod fuisti.* IBIDEM. Hæc tibi fient, scilicet quia populum meum tuo auxilio decepisti, vt magis in te, quàm in creatore suo confideret.

† THEOD. sect. 12. Tyro igitur & alienigenis, de quibus superius diximus, minatus est se calamitates illaturum; vt qui lætarentur his malis, quæ Israel euenissent. Sed Ægyptum non ob hanc causam reprehendit, sed omnia potius cõtra. Quia cum operam dedisset, vt populus confideret suo nixus auxilio, diuina eum prouidentia priuauit, nihilque ipsum sua ope iuuit; quod per arundineam virgam declarauit, cõtritam propter imbecillitatem. Ita etiam Sennacherib apud Isaiam Ægyptiorum auxilium appellauit. Confisus est enim inquit, *super virgam arundineam fractam.*

* 23. q. 3. c. Belligerantes in Deo principaliter sperare debere.

B Ægyptij magnam de se spem Iudæis excitarunt, & obsessos demũ prodiderũt.

C c *Arundineus.* HIER. vbi supr. Vacuus, inanis, cùm dicatur, *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Huius contrarius est, de quo dicitur, *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Hanc virgam habuit Aaron, quæ dracones Ægyptios deuorauit: hęc floruit & amygdala germinauit; vnde, *Vultis, in virga veniam ad vos?* Qui Pascha celebrant, baculos tenent in manibus, sine quibus humanam imbecillitatem sustinentibus carnes agni comedere non possunt: Vnde, *Egredietur virga de radice Iesse.*

Exo. 23. b. Psal. 22. b. Exo. 7. b. Baculus quid designet? Num. 17. c. 1. Cor. 4. d. Exo. 12. b.

d *Ecce ego adduc.* HIERON. IBID. ALLEG. Diuinæ misericordiæ est, vt mundi huius pereat abundantia, & Aegypti fluenta siccentur, & terra desoletur, & sententia Dei dissipetur à turre Syenes, quæ interpretatur Gyrus, vt nihil in se recti habeat, vsque ad terram Æthiopum, qui humiles dicuntur, vt scilicet omnis superbia, quæ se contra Dei sententiam erexerat, destruatur, & humilietur in salutem.

D

a ¶ Quæ nihil habent misericordiæ. b ¶ Quæ feruntur omni vento doctrinæ. ¶ De quibus dicitur, Ne tradas bestiis animas confi.ti.

a Bestiis terræ & volatilibus cæli dedi te ad deuorandum,[6] & †

a ¶ His visis. b ¶ Huius mundi. c ¶ Qui sic vindico.

b scient omnes habitatores Ægypti, quia ego domin⁹. * Pro †

a ¶ Frustra promisisti auxilium. b ¶ Fragilis, nullius sustentationis.

c eo quod fuisti bacul⁹ arundineus domui Israel[7] quãdo ap- 1 2

a ¶ Illico. b ¶ Pro auxilio, vulnera inflixisti.

prehenderunt te manu, & cõfractus es, & lacerasti omnem 3

a ¶ Fortitudinem. b ¶ Qui securi in te.

humerũ eorum, & innitẽtibus eis super te cõminutus es, & 4

a ¶ Ne accinctis lumbis Pascha celebrent. b ¶ Quia fuisti baculus arundineus, &c.

dissoluisti omnes renes eorum.[8] Propterea hæc dicit domi-

a ¶ De quo, Inebriatus est in cælo gladius meus.

d nus Deus, Ecce, ego adducã super te gladium meum, & in-

a ¶ Vt tibi pereant, non omnino. b ¶ Rationalem, opinione s. c ¶ Simplices.

terficiam de te hominẽ & iumentum.[9] Et erit terra Ægypti

a ¶ Vt non habeat pessimum hospitem. b ¶ Ita perditi. c ¶ Vnde, cum occideret eos, quærebant eum. Omnis enim qui quærit, inuenit.

in desertum, & in solitudinem, et scient quia ego dominus.

¶ Secundo. a ¶ Q. d. Non hoc ero fine contentus, sed, eò quòd dixe. &c.

Pro eo quod dixeris fluuius meus est, & ego feci eum:[10] id-

a ¶ Veniam. s. puniendum, qui dixisti esse creatorem.

circo ecce ego ad te & ad flumina tua. Daboq; terram Æ- †

e gypti in solitudinẽ gladio dissipatam à turre Syenes, vsque 5

f ad terminos Æthiopiæ.[11] Nõ pertransibit eã pes hominis, 6

g neque pes iumenti gradietur in ea, & non habitabitur qua- 7

draginta annis.[12] Daboq; terram Ægypti desertã in medio

a ¶ Palestinos, Idumæos, Moabitas, aliasque regiones significat, contra quas prophetæ vaticinati sunt. b ¶ Ædificata de paleis & lateribus, non de lapidibus viuis.

terrarum desertarũ, & ciuitates eius in medio vrbium subuersarum, & erunt desolatæ quadraginta annis. Et dispergã 8

a ¶ Male constructos. b ¶ Vt frumentum à paleis separetur.

Ægyptios in nationes, & vẽtilabo eos in terras.[13] Quia hæc 9

¶ Patiens, & multum misericors.

dicit dñs De⁹, post finẽ quadraginta annorũ cõgregabo Ae- †

gyptũ de populis in quib⁹ dispersi fuerãt,[14] & reducã capti-

e *Turre.* LXX. *Magdalo.* IBID. nomen loci, scilicet turris Syenes, vsque hodie permanet, castrum Romanis subditum, vbi sunt Nili cataractæ, vsque ad quem locum Nilus de nostro mari nauigabilis est. Totam ergo Ægyptum dicit esse populandam vsque ad terminos, è quibus extrema Aegypti regio iungitur.

Magdalo. E

f *Non pertr. eam pes hominis, &c.* HIER. IBID. rationale quidpiam; *nec pes iumenti*, vt nec simplices in ea remaneant, quos dimissis hominibus Pharao in Ægypto retinere cupiebat: Moyse contradicente & volente, iumenta quoque de captiuitate Ægypti liberare.

g *Et non ha. quadr. annis.* IBID. Qui numerus afflictionis & pœnæ est. Vnde Moyses & Elias & ipse Christus quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauerunt; & populus erat in solitudine per xl. annos, vt post circumcisus in Galgalis, opprobrio & ignominia Ægypti liberaretur. Huius numeri sacramento Ezechiel xl. diebus dormiuit in dextro latere, & cccc. annis populus in Ægypto seruiturus significatur, qui faciunt xl. decades vel quatuor ecatontadas. Pluuiæ quoq; diluuij xl. diebus inferunt orbi naufragium. Iustum enim erat, vt qui per quatuor elementa mũdi (quibus omnia constãt) Deum offenderat, ipso numero puniretur; & Israel qui peccauerat in sabbatum, vij. decadum id est, lxx. annorum supplicium sustineret.

Exod. 14. d. 3. Reg. 19. b. Matth. 4. a. Num. 14. f. F Numerus quadragenarius afflictionis est & pœnæ. Supr. 4. b.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

pars sui exercitus, & eorum cadauera remanserant insepulta.

Pharao Sedechiam prodit, cum magnam illi de se spem excitasset.

1 Pro eo. *Hic ponitur causa secunda demeritoria, quæ fuit falsa confidentia, quam dedit Sedechiæ regi Iudæ, promittens ei auxilium contra regem Babylonis, ex quo Sedechias fuit motus ad rebellandum regi Babylonis, quo cum populo suo fuit captus & captiuatus, rege Aegypti non præstante ei auxilium, vt habetur Iere. xxvij. & hoc est quod dicitur,* Pro eo quod fuisti baculus arundi. *falsam confidentiam ei præbendo.*

2 Quando apprehenderunt te ma. *confidentes de tuo auxilio.*

3 Et confractus es, *eis deficiendo.*

4 Et lacerasti omnem. *id est fuisti occasio occisionis & destructionis eorum, Et subditur pœna, cum dicitur,* Propte. &c. *patet littera ex prædictis, vsque ibi.*

5 A turre Syenes, *quæ est in vno termino Aegypti.*

6 Vsque ad termi. *qui sunt in opposita parte.*

7 Non pertransibit, *id est, ita pauci erunt ibi, quod quasi pro nihilo erunt computandi, sicut dicitur communiter, Nullus est in foro, quando sunt ibi pauci comparatiue respectu numeri, qui solet ibi esse; cetera patent vsque ibi.*

8 Et dispergam. *quia plures eorum fuerant in captiuitatem ducti, & multi in seruitutem venditi Gentibus & nationibus diuersis.*

9 Quia hæc. di. *Hic consequenter describitur Aegypti reparatio, cum dicitur,* Post finem xl. annorum.

Et

MORALITER.

† *Bestiis.* id est, dæmonibus, qui dicuntur bestiæ, propter crudelitatem; & aues propter superbiam.

† *Dedi te.* Nisi per veram pœnitentiam emenderis: quod semper potest fieri, quamdiu viuit homo in vita præsenti, & ad hoc designandum subditur postea,

† *Daboque ter.* per quos significatur debita pœnitentia, accipiendo diem pro anno. Moyses enim xl. diebus naturalibus ieiunauit in monte, Exod. xxiiij. & Elias iij. Regum xix. Et Christus Matthæi 4. propter quod numerus quadragenarius institutus est ad perfectam pœnitentiam designandam, per quam peccator Deo reconciliatur; ideo subditur,

Pœnitentia.

† *Post finem*, per hoc autem quod subditur,

† Dabo

† Et

Et non habitabitur quadraginta annis. HIER. li.9.com. Parcitur Aegyptiis: & quia quondam fuere hospites Israel breuiori tempore condemnata est. Tyrus sabbatizauit sabbata sua per lxx. annos, & tandem restituta est; captiuitas Iudææ templique subuersio vsque ad Cyrum regem lxx. annos compleuit. Potentes enim potenter t.p.

Indulgentia Dei erga Ægyptios. Sap.6.b.

† THEOD. sect.12. Ineffabilis est clementia Dei, quæ mẽsura quadam & põdere infert supplicia, & rursus ea sanat, quæ percussit. Hic igitur captiuitatẽ Aegyptiis minatur, & dispersionem & solitudinem, quam breui tempore definit, Quadraginta enim annos erit eiusmodi, ad quam nemo accedat, neque omnis Aegyptus; sed à Magdalo & Syene vsque ad terminos Aethiopũ, statimque fore promittit vt reuocentur.

a Phatures. HIERON. vbi supra. Quæ interpretatur panis cõculcatus, vbi scilicet, panis de cælo descendit, ab hæreticis conculcatus est, vt cum venerint ad ecclesiam, habitent in pane conculcato.

a uitatem Ægypti, & collocabo eos in terra Phatures, in terra natiuitatis suæ. Et erunt ibi in regnum humile[15] inter regna cetera, erit humillima. Et non eleuabitur vltra super nationes, & imminuam eos ne imperent Gentibus, [16] neque erunt vltra domui Israel in confidentia, docentes iniquitatem, vt fugiant, & sequantur eos, & scient quia ego dominus Deus. [17] Et factum est in vicesimo & septimo anno in primo in vna mensis factum est verbum domini ad me dicens: [18] Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum. Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est. Et merces non est reddita ei, neque exercitui eius de Tyro pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam. [19] Propterea hęc dicit

(Interlinear glosses: a Vrbs metropolis. a Vbi orta, vnde profecta. b Ita scilicet vt amittant antiquam superbiam. c In imo. Ecclesiæ. a Sciens in quem peccauerit. b Restituta. a Ecclesias toto orbe diffusas. b Ne se extollant multitudine deceptorum: vnde, Da illi domine vuluam sterilem & vbera arentia. a Ecclesiæ. b Vt deserto scilicet Dei auxilio in Ægyptum confidant. a Ecclesiæ disciplinam. b Aegyptias voluptates. a Mense. b Alias vicesima. a Mihi in oppugnatione Tyri vt impleret voluntatem. a Gestantium cophinos terræ & lapides. a Vel exercitui, quia nihil pretiosum inuenit in Tyro.)

cessasse, & arcam Noe super montes Ararath, id est, Armeniæ sedisse: vnde habemus hunc numerum & ad bonum, & ad malum referri, cum in eo & ira Dei per diluuium incipit, & clementia redit. Et quia apud Hebræos mẽsis, qui apud nos kalendis, nonis, idibusque deuoluitur, secundum lunæ cursum computatur, vnde Græcè, μήνη mene, id est, luna à mense nomen accepit: Hoc numero dictum est in xxvij. die lunæ parum quid luminis remansisse, ne penitus ira Dei absq; misericordia sit. Quãdo autem totus lunæ orbis impletur, tunc Pascha, & omnes maximæ solemnitates celebrantur. In hoc ergo numero, & bona & mala pariter continentur: Bona Nabuchodonosor; mala Aegyptiis, quorum vastitas nuntiatur.

Mysterium numeri 27. Ratio temporũ apud Hebræos.

e Fili ho. HIER. IBID. Nabuchodonosor cũ oppugnaret Tyrum, & arietes, & machinas, vineasque, (quia cincta erat mari,) muris non posset adiungere, infinitam exercitus multitudinem, iussit saxa & aggerem comportare, & explere to medio mari, immo freto angustissimo vicinum littus facere insulæ continuum. Quod cum viderent Tyrij iamiamq; perfectum, & percussione arietum murorum fundamenta quaterentur, quicquid pretiosum habuerunt, nauibus ad insulas asportauerunt, vt capta vrbe nihil dignum inueniret Nabuchodonosor tanto labore. Et quia Dei in hac parte obediuit voluntati, post aliquot annos data est ei Aegyptus. Multoque sæuior Tyrus Aegypto. Illa enim oppugnabat Ierusalem hæc vanum promittebat auxilium. Aliud est autem spe imbecillitatem decipere, aliud aduersus populum Dei pugnare, & hoc est, Nabuchodonosor rex Babylon. seruire fecit exer. suum.

Oppugnatio Tyri. 32.q.5.c. fina. Aliquando puniri peccata per populos diuino iussu excitatos. Tyrij imminente vrbis excidio, impositis pretiosis finis quibusque in naues, nouas sedes quærunt.

b Et erunt. IBID. Semper recolentes quod in Aegypto extruxerunt lateritias ciuitates.

c Et scient. IBID. Hæc omnia fient, vt tertio sciant Aegyptij, quia ego do. d. Quod ideo videtur dici, vt cognitio prima Aegyptiorum in carne sit, secunda in anima, tertia in spiritu, primo super terram, secundo huius mundi conuersatione finita, tertio post resurrectionem.

d Et factum est in vices. IBID. Quæritur quomodo post annum x. superioris sermonis statim vicesimus & septimus annus ponatur, & in sequentibus decimus & duodecimus, & in extrema descriptione templi vicesimus quintus? Sed facilis solutio est. Quia enim de Aegypto & superior, & hæc prophetia est, licet diuersis sit facta temporibus, tamen quia de vna sunt prouincia, iunctæ sibi sunt: quod in Ieremia crebrò legimus, vt scilicet præpostero ordine tempora describantur. Prius enim Sedechiæ in quibusdam gesta referuntur, post Ioachin qui ante eum fuit. In Psalmis quoque (quia carmen est lyricum,) historiæ ordo non quæritur.

Cur prophetæ seriẽ propheticæ temporum ordini non accommodarint. Ierem.34.& 36.

Et fact. est. IBID. In Genes. legimus xxvij. die mensis secundi super faciem terræ aquas diluuij inundasse, & xxvij. die septimi mensis cessasse

Gen.7.d.

HIER. IBID. Cum Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis, intelligimus, Ethnicis, si quid boni fecerint, mercedem reddi. vnde in Iere. Nabuchodo. columba Dei dicitur, quod contra populum peccatorem voluntati Dei seruierit: vnde, Adducam seruum meum Nabuchodono. Condemnamur ergo comparatione Gentilium, qui legem naturaliter faciunt, nos etiam scriptam negligimus: de quo Pau. ad Ro. plenissimè disputat.

Quæ merces bene factorum ab infidelibus. Ierem. 25.g. ibid.b.

† THE. in hunc loc. sect.12. Propter longã obsidionẽ omne caput caluũ factũ esse ait, omneq; humerum depilatũ. Cõmoratio.n. diutina sub

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et collocabo eos in terra Phatures, *quæ est in optimo Aegypti loco.*

2 Et erunt ibi in regnum, *ita quod non reuertentur ad pristinam pompam & superbiam.*

3 Neque erunt vltra domui Israel in confidentia, *scilicet falsa, sicut fuerunt tempore Sedechiæ.*

4 Docentes ini. *Induxerunt enim Sedechiam ad frangendum iuramentum, quod fecerat regi Babylonis: ideo subditur,*

5 Vt fugiant. *i. de dominio Nabuchodonosor.*

6 Et sequantur eos, *Aegyptios de eis confidendo.*

7 Et sci. *per experientiam potestatis & vindictæ meæ.*

8 Et fa. *Hic ponitur destructionis Aegypti causa effectiua: Quæ est duplex vna principalis, scilicet Deus, & alia instrumentalis, scilicet rex Babylonis & eius exercitus & vtraque tangitur in hac parte, præmittitur tamen tempus huius reuelationis factæ Ezechieli, cum dicitur:* Et factum est.

Duplex causa destructionis Aegypti.

9 In primo *scilicet mense.*

10 In vna. *id est, prima die mensis: vt supra expositum.*

11 Nabuc. *s. in exequutione iustitiæ meæ.*

12 Aduersus Tyrum. *quæ propter suam superbiam destrui meruerat secundum diuinam iustitiam.*

13 Omne ca. *in exercitu Nabuchodonosor.*

14 Decaluatum, *ex deportatione bacineti ferrei vel galeæ.*

15 Et omnis humerus, *ex deportatione lapidum & lignorum quibus Nabuchodonosor voluit facere viam vsque ad Tyrum, vt prædictum est.*

16 Et merces non est reddita. *quia habitatores Tyri videntes appropinquare eius captionem, omnia pretiosa quantum potuerunt, miserunt ad insulas, longe per nauigium, & residuum absconderunt in terra vel proiecerunt in mare; ne aliquid inde haberent Chaldæi.*

Vnde contigerit quod Nabuchodonosor nullam in Tyro prædã inuenerit.

17 Propterea, *id est, faciam eum ibi habere victoriam.*

MORALITER.

† 2 *Et erunt ibi in regnum humile inter regna cetera, &c.* significatur, quod Deo reconciliatus per pœnitentiam veram, humilior debet esse quàm ante.

sub dio talia facere consueuit, æstu sæpe cutem distrahente partibus illis quæ nudæ membris corporis propositæ sunt. Pollicetur autem Nabuchodonosor se mercedem daturum Ægyptum, pro laboribus ad oppugnationem Tyri susceptis: non quia animo diuinæ ministrans voluntati, hæc molitus fuit, suo enim conatu cōtra omnes has gentes adduxit exercitum: verum per hæc declarat, nihil se inuito factum iri; *Duo enim passeres*, inquit, *asse veneunt, & vnus ex illis non cadet sine patre vestro qui in cælis est*, quem nihil latet eorum quæ fiunt. Verum alia quidem ipse moderatur, alia verò fieri permittit, modo libero hominis cedens arbitrio, modo eos qui digni sunt per alios puniri concedens.

Nabuchodonosor nescius diuinæ obsequitur voluntati.

Matt. 10.

a *Ecce.* HIER. lib. 9. com. Hoc quidam dicunt sub Nabuchodonosor completum esse: alij sub Cambyse filio Cyri, qui Ægyptum vsque ad Æthiopiam vastauit, vt Apim quoque interfecerit, & omnia eorum simulachra deleuerit. Quam ob causam putant eum versum in amentiam casu equi, & proprio pugione confossum. Plenissime narrat hanc historiam Herodotus, vbi & omnis Aegyptus per pagos & vicos & castella describitur, & Nili origo, Gentisque & populi, & mensura terræ per circumitum vsq; ad desertum Æthiopiæ, & littora magni maris, Lybiæque & Arabiæ confinia demonstrantur. Causa autem iræ Dei est contra Æpyptios, quòd poulum Dei suo deceperunt auxilio, ne in Deum sperauerit, & illum ad iracundiam prouocauerit.

Quid profani auctores & maxime Herodotus.

Tradant de bello à Chaldæis contra Ægyptios gesto.

a dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Aegypti, & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius & diripiet spolia eius: & erit mer- ¶ Tyrum. ces exercitui illius,[20] & operi quo seruiuit aduersus eam. Dedi ei terram Aegypti pro eo quod laborauerit mihi, ait dominus a ¶ Quo Ægyptus capta fuerit. ¶ Christus. ¶ Tunc. b Deus.[21] In die illo pullulabit cornu * domus Israel, et tibi a ¶ O propheta. b ¶ Vaticinium tuum completum. c ¶ Q. hæc fient, vt qui audierint, scient quoniam ego do. dabo apertum os in medio eorū, & sciet quia ego dominus.

b *Cornu.* IBID. Id est, regium genus, quod alij putant Zorobabel filium Salathiel, qui per Iechoniam de stirpe Dauid descendit: Alij ad vltimum tempus referūt, quando putant Eliam venturum: nos autem *cornu* domini super Christo intelligentes, præsentem carpimus historiam.

Prophetia de Christo

* domui

† THEODORETVS sect. 12. in Ezech. *Cornu* diuina scriptura aliàs pietatem vocat, aliàs potentiam, aliàs regnum. Aegypto euersa inquit, meus populus efflorescet, pietateque potietur, non habens sibi magistram improbitatem. Præbebunt autem propheticis verbis aures, quod me Dominum esse perceperint. Hoc enim declarauit cum dixit: *Et dabo tibi os apertum in medio eorum*: nam per Ezechielem omnem propheticum chorum significauit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et deprædabitur manubias eius, *id est, quæcumque pretiosa; & dicuntur manubiæ quasi manu capta. Cetera patent ex dictis. Sed quæritur hic, quomodo bona Aegypti data fuerunt à Deo Nabuchodonosor & eius exercitui pro destructione Tyri; Ad quod dicendū si Nabuchodonosor fecit hoc intuitu iustitiæ, vtpote propter malitiam habitantium in Tyro, bene meruit ex hoc retributionem temporalem, quamuis esset idololatra & infidelis. Si autem non fecit hoc intuitu iustitiæ, sed dominationis & cupiditatis libidine, sicut videtur tex. sonare ex præcedentibus; sic non meruit inde mercedem aliquam, etiam temporalem; & secundum hoc scriptura loquitur hic de eo, sicut & in multis aliis locis, more humano. Apud homines enim ille, cuius aduersarius debellatur ab aliquo, gratus est debellanti, quamuis non fecerit hoc intuitu eius, sicut dicitur ij. Reg. viij. quod Thou rex Emath misit iocalia pretiosa Dauid, eo quod percusserat Adarezer regem Syriæ eius inimicum, licet hoc non fecisset aliqualiter propter ipsum.*

Manubiæ.

An potuit Nabuchodonosor mercedem mereri expugnatæ Tyri.

2 In die. *Hic consequenter describitur populi Iudaici reductio in Iudæam, cum dicitur:* In die illo. *i. in tempore à Deo præuiso.*

3 Pullula. cornu do. Isr. *Quod fuit impletum tempore Cyri, qui sub Zorobabel duce dedit Iudæis licentiam redeundi.*

4 Et tibi dabo os. *quia omnibus apparebit, quòd tua prophetia fuerit impleta: & sic poteris constanter dicere, quod hoc habuisti ex diuina reuelatione. Sicut etiam Mardochæus & Daniel post reditum captiuitatis vixerunt per aliquod tempus, vt patet ex lib. Esther & Dan. quia Assuerus cum quo fuit Mardochæus, regnauit post reditum captiuitatis Babylonicæ, Mardochæus autem & Ezechiel ducti fuerunt in Babylonem simul cum Iechonia rege; & sic potuit tantum viuere sicut Mardochæus.*

Quidam de captiuis Iudæ viderunt suæ gentis restitutionem.

CAP. XXX.

a *Et factū est.* HIER. lib. 9. Post xx. & vij. annum captiuitatis Ioachin, reuertitur ad præsens tēpus, quando contra Ægyptum cœperat prophetare, id est, ad annum x. mensem xij. in vna mensis.

b *Fili ho.* IBID. *Leo rugiet quis non timebit? dominus loquutus est, quis non prophetabit? Fi. ho.* Hoc in diuinis scripturis semper in bonam partem accipitur, numero singulari: sed in plurali in malam, *Filij hominum dentes eorum ar. &c.* Et alibi: *Fi. ho. vsquequo gra. c.*

Amos 3.

Psal. 56. a. Psal. 4. a.

CAP. XXX.

¶ Quod erat in principio apud Deum.

[1] ET factum est verbum domini ad me di- a ¶ Omnibus nationibus & specialiter ad Ægyptios. cens:[2] Fili hominis, prophēta & dic: Hæc a ¶ Quia. b ¶ Corporis & animæ. dicit dominus Deus: Vlulate, væ væ diei, a ¶ Cuiusque in morte, vel, omnium in generali. [3] quia iuxta est dies, & appropinquat dies a ¶ Non claro sole rutilans Babyloniam afferens tempestatem. b ¶ Omnium, non tantummodo Ægypti, in quo certum est de cunctis Gentibus prophetari. c ¶ Flammeus & versatilis sermo diuinus, qui bonos à malis diuidat, & pessimos suo igne consumat. domini, dies nubis, tempus Gentium erit.[4] Et veniet gladius ¶ Tunc. a ¶ Quæ vicina Ægypto. b ¶ Id est, quia. c ¶ Qui male steterant. in Aegyptum, & erit pauor in Aethiopia, cum ceciderint vulnerati in Ægypto...

felicitate lætamur. Omnia enim sicut vmbræ.

† THEODORETVS sect. 12. His omnibus terrorem incutit, lamentari & lugere iubens. *Diem* autem vocat, supplicij tempus; *nubem*, offensas à calamitate tenebras; & *tempus gentium*, supplicium gentibus illatum nuncupauit. Non solum enim meus inquit, populus in hæc incidet mala, sed etiam gentes impietatis pœnas dabunt.

c *Iuxta.* HIERONYM. IBID. Omne tempus æternitati comparatum breue est. Vnde Iacob centum & xxx. annos quibus vixerat, paucos & pessimos vocat. Et Dauid, *Dies nostri sicut vmb. præ.* Hæc reputantes nec potentia erigimur, nec diuitiis incumbimus, nec felicitate lætamur.

Gen. 47. Psal. 143. c. Omne tempus æternitati comparatum breue est.

d *Dies domi.* HIERON. vbi sup. Quando omnis sæculi conuersatio destruetur, & errore sublato vna veritas apparebit.

e *Et erit.* IBID. In eis, scilicet, qui trans Aegyptum in nocte erroris & tenebris commorantur, quorum nigredo in candorem aut vix, aut numquam conuertitur.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXX.

1 ET factum est. *Hic consequenter Ezechiel prophetat non solum contra Aegyp. sed etiam contra eorum auxiliarios. Et diuiditur in duo, quia primo prophetat contra vtrosque coniunctim: secundo contra Aegyp. separatim, ibi,* Hæc dicit. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

2 Vlulate, *præ dolore.*

3 Væ diei. *s. destructionis Aegypti, quæ propinqua est: ideo subditur,*

4 Et veniet gladius, *scilicet Chaldæorum.*

5 In Aegyptum, *& etiam super auxiliatores eorum: ideo subditur,*

6 Et erit pauor. *quæ erat Aegypto confœderata.*

MORALITER.

1 *Et fa.* Hic Ezechiel prophetat contra Pharaonem, & eius auxiliatores. Per Pharaonem verò significatur homo potens carnalis & malitiosus, vt prædictum est: auxiliatores eius in malis suis notantur cum dicitur,

† *Aethio-*

a *Et destructa.* HIER. lib. 9. com. vt nihil pristinæ firmitatis remaneat: vt destructis pessimis fundamentis, ponatur fundamentum Christi, super quod ædificatur ecclesia: *Omnis enim plantatio, quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur*: vnde, *Vt euellas & destruas, & dissipes & disperdas, & adif. & plantes.*

Matt. 15. b. Iere. 1. b.

b *Aethiopia.* IBID. LXX. *Persæ & Cretenses, & Lydij, & Lybies, & omnes commixti & filij testamenti mei in ipso gladio cadent.*

Aethiopia & Libya. HIE. IBI. Quasi dicat. Hi omnes peribunt in Ægypto. Hos omnes pro diuersitate vitiorum, & interpretatione nominum (quæ in visione Tyri posuimus) diuersas possumus intelligere nationes: vnde Apostol. *Vos Gentes in carne qui dicimini præputium.* Nũquã enim dixisset *Gentes in carne*, nisi essent *Gentes in spiritu.* Et alibi, *Videte Israel secundum carnem.* Caueamus ergo ne corde reuertamur in Ægyptũ, vnde semel exiuimus: ne inter Gentes inuenti, gladio Dei pereamus.

Modo plus fis, non refert de qua sis gente. Ephes. 2. b. 1. Cor. 10. d. Num. 11. a.

c *Fœderis.* IBID. alij testamenti. Si autẽ gẽtes trucidantur in Aegypto, quanto magis filij testamẽti Dei, qui contemnentes panem angelorum, Aegypti peponum, ceparum ac porrorum & cucumerũ recordati sunt.

† THEOD. sect. 12. Quæ Aegypto inquit, euentura sunt, perturbationem quoque Aethiopiæ afferent: quæ finitima illius, sollicita erit, ne eadem patiatur. Deinde narrat Aegyptiorum adiutores cum Aegyptiis interfectum iri, &c. *Filios* verò *fœderis* Iudæos ipsos vocat, qui post obsidionem Ierusalem in Aegyptum assumpto secum Ieremia descenderunt: & his similiter pœnas minatur, quandoquidem præter suam voluntatem relicta Iudæa contenderunt in Aegyptum, quod & per eundẽ Ieremiam illis denuntiatum legimus.

Aegyptij fœderatos populos secũ in ruinam trahunt. Ierem. 4.

d *A turre Sienes.* HIE. vbi supra. Vbi Nilus innauigabilis, & cataractarum fragor, & omnia inuia plena serpentibus & venenatis animalibus. Si autẽ *Magdalus* magnificentiã, & *Siene* gyrum sonat; patet quod Aegyptiæ opes & contumeliosa fortitudo à magnificentia & exaltatione sui pereat vsque ad gyrum Aegypti, vbi stabile nihil, sed incerto voluitur lapsu, & peruenit ad ruinam.

Turres.

e *Nuntij.* IBID. De quibus, *Angeli eorũ sẽper vident faciem patris.* Hi sunt messores, qui *colligũt de regno Dei omnia scandala vt mittant in caminũ ignis, vbi erit fletus & stridor dentium.*

Matt. 18. b. Matt. 13. E.

† THEO. vbi suprà. Spem Aethiopiam ipsã vocauit, eo quod Aegyptij eorum ope confiderent. *Sin* autẽ Græca lingua, in robore declaratur. Hæc autem Aegyptiis inquit, sustinẽtibus perturbabuntur adiutores Aethiopes, nõ solum propter ea mala quæ illos inuaserint, sed propter sibiipsis imminẽtes calamitates, quæ eos occupabunt per nũtios quosdam à me missos festinantesque imperata perficere.

Æthiopes Aegyptiorum socij.

f *In manu Nabuchodonosor regis Babylonis.* HIERONYMVS vbi supra. cui. s. traditi sũt ad puniendum. Ipse enim inimicus & vindex, qui etiam mercedem accepit, eo quod seruierit in expugnatione Tyri Aegypti multitudinem, vt multi in Aegypto esse desistant, qui semper in ea sunt. Quod autem dicitur in Deuteronomio. *In septuaginta animabus* descen-

Deut. 10. d.

---

a ¶ Lata & spatiosa est via, quæ ducit ad mortem, & multi ingrediuntur per eam. b ¶ Malorum. Multi vocati, pauci verò electi. c ¶ Etiam.

a neratì in Aegypto: & ablata fuerit multitudo illius: et de- [1]

a ¶ Ita. s. vt si quis in Ægypto reperiatur, de Æthiopia & Libya, & Lydia, & generaliter de vniuersis populis, gladio cadat.

b structa fundamẽta eius. [5] Aethiopia & Libya, & Lydij & om- †

a Lxx. Hibridæ, vel mixti. b ¶ Arabia secundum Symmachum. ¶ Iudææ. ¶ Dei.

c nẽ reliquum vulgus, & Chub & filij terræ fœderis cum eis [2] [3] gladio cadent. [6] Hæc dicit dominus Deus: Et corruent ful-

a ¶ Dialectica arte, & huiusmodi. b ¶ Qui erant in auxilium Aegypto. c ¶ Quæ ecclesiæ simplicitatem despicit. d ¶ Quæ sita in extremis finibus Ægypti, siue à Magdalo vsque ad Sienem secundum Lxx.

d cientes Aegyptum, & destruetur superbia imperij eius. A tur- [4] re Sienes gladio cadent in ea, ait dominus exercituum. [7] Et [5]

a ¶ Ciuitates Ægypti. b ¶ Vt nihil firmitatis remaneat in Ægypto. c ¶ Congregationes.

dissipabuntur in medio terrarum desolatarum, & vrbes eius

a ¶ Rerum fine. ¶ Cum ignis Chaldæorum omnia vastauerit.

in medio ciuitatum desertarum erunt: [8] & scient quia ego do-

a ¶ Qui comburat lignum, fœnum, stipulam, quæ super fundamentum Christi ædificata sunt. ¶ De quo, Ignem veni mittere in terram, &c.

minus Deus, cum dedero ignem in Aegypto, & attriti

a ¶ Scilicet scientia falsi nominis, de quibus dicitur, Dissipa Gentes quæ bella volunt. b ¶ Ad præceptum complendum.

e fuerint omnes auxiliatores eius. [9] In die illa egredientur nun- [6]

a ¶ Aquila & Theodotio secundum quos Symmachus, festinantes, dicit. b ¶ Ad summum malitiæ verticem peruenerunt.

tij à facie mea in trieribus ad conterendam Aethiopiæ con- [7] [8]

a ¶ Vastata vicina prouincia. b ¶ Æthiopibus. c ¶ In euersione Ægypti. ¶ Vltionis Aegypti, qua fugantur tenebræ peccatorum, & lux virtutum subintrat.

fidentiã, & erit pauor in eis in die Aegypti, quia absque du- [9] [10] bio veniet. [10] Hæc dicit dominus Deus: Et cessare faciã multi- [11] [12]

a ¶ Cuius gladius vastat Aegyptum, & Aethiopiam terret.

f tudinem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylo-

a ¶ q. d. Non solus veniet. b ¶ Angeli. c ¶ Super multitudinem Aegypti.

nis. [11] Ipse & populus eius cũ eo fortissimi Gentiũ adducentur

a ¶ Vltionem.

ad disperdendã terrã. Et euaginabũt gladios suos super Aegy-

¶ Sic. a ¶ Tanta. s. erit ira domini, vt siccetur alueus Nili. b ¶ Flumina eloquentiæ quibus irrigabantur.

ptũ, & implebũt terrã interfectis, [12] & faciam alueos fluminũ [13]

a ¶ Tortorum.

aridos, & tradã terrã in manus pessimorũ, et dissipabo terram

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et destructa fundamenta. *ciuitatum & fortaliciorum Aegypti.*

2 Et Chub. *i. Arabiæ Aegypto confœderata.*

3 Et filij terræ fœder. *Iudæi, qui post mortem Godoliæ fugerunt in Aegyptum, & ibi cum Aegyptiis fuerunt partim occisi, & partim captiuati à Chaldæis, vt habetur Iere. xliiij. Dicitur autem hic Iudæa* terra fœderis, *quia promissa fuit Abrahæ & semini eius in* fœdere *quod iniit cum eo dominus, Genesis decimoquinto.*

Iudæa terra fœderis.

4 A turre Sienes, *quæ est in termino terræ Aegypti.*

5 Gladio ca. &c. *Et in hoc innuitur destructio totius terræ. Cetera patent vsque ibi,*

6 In die illa eg. nuntij. *id est, Chaldæi procedentes ex ordinatione mea.*

7 In trieribus. *id est, nauibus habentibus tres ordines remorum.*

8 Ad conterendam Aethiopiæ confidentiam. *Post destructionem enim Aegypti iuerunt illuc Chaldæi per mare.*

9 Et erit pauor in eis. *id est, in Aethiopibus.*

10 In die Aegypti. *id est, in tempore quo destruetur Aegyptus.*

11 Quia absque du. veniet. *s. vtriusque terræ destructio.*

12 Et cessare faciam multitudinem, *quia non poterit resistere Nabuchodonosor regi.*

13 Et faciam alueos fluminum aridos. *Sicut dictum est supra Nilus transiens per Aegyptum, in plures alueos diuiditur, qui tamen per Chaldæos ad hoc fuerunt subdiuisi, vt equites & pedites transire possent faciliter per totam terram Aegypti.*

Aluei plures Nili fluminis.

Hæc

MORALITER.

†† *Aethiopia, &c.* Per Aethiopes, qui *tenebrosi* interpretãtur, dæmones significantur, peccatis contenebrati, Et quia frequenter leguntur apparuisse in Aethiopum effigie, & ipsi adiuuant hominem carnalem & malitiosum ad suas nequitias peragendum. Per Libyas, qui *introeuntes* interpretantur; consiliarij, qui admittuntur ad interiora, significantur, & ipsi similiter adiuuant prædictum carnalem & malitiosum in malis suis: nam dant ei consilium secundum formam suæ voluntatis. Per Lydios, qui interpretantur *nati*; consanguinei significantur & propinqui. qui similiter adiuuãt prædictum: quia de rapinis suis sperant consequi temporale lucrum. Per reliquum vulgus significantur adulatores eius, attribuentes eius mala iustitiæ vel probitati. Per *Chub*, quod *grauitas* interpretatur, eius ministri significantur, qui frequenter mandatum hominis mali, peius quàm dixerit exequuntur. Per *filios fœderis* significantur illi qui prædicto confœderati sunt in malis: & omnes isti dicuntur cum eo puniri, sicut participes criminis.

Dæmones. Consiliarij mali. Cognatio praua. Adulatores. Ministri & socij nequitiæ.

descenderunt patres vestri in Aegyptum. Nunc autem facti estis sicut stellæ cæli in multitudine; non exemplum terrenæ multitudinis posuit, sed cælestis quæ virtutibus fulget.

a *Et disperdam.* HIE.lib.9.com. Diuinæ clementiæ est malefacta subuertere, vt nulla similitudo, quę mētiatur imaginē veritatis, remaneat in Aegypto.

b *De Memphis.* IBID. Quæ vsque hodie metropolis est superstitionis Aegypti.

HIE. IBID. Memphis, *ex ore.* Hi sunt qui dicunt, *frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo,* cum ipsi trabē habeant. (Luc.6.f.)

c *In Taphnis.* IBID. His ciuitatibus conciliabula hæreticorum signantur. (Conciliabula hæreticorum.)

d *In Alexan.* IBID. Quæ in Hebræo *No,* hic secundum prolepsim, id est, anticipationem, Alexandria dicitur secundum illud Virgilij, *Lauinaque venit littora,* quæ.s. postea sic vocata sūt, quādo Aeneas in Latium venit. (Prolepsis. Vir. in primo Æne.)

Alexan. HIE. IBID. In Heb. *No,* quæ interpretatur requies. In eis enim fiunt iudicia, qui in deliciis quiescunt (secūdum illud, *Homo quidam erat diues: & ind. pur. & by.*) Et tentationibus inseruiunt, quorum vnus Iob expetit tētandum, tētationem namque *Sain* dicunt. (Homines delicati. Luc.16.c.)

e *Alexan.* IBID. quę Hebraicē *No.* & dicitur requies. Multi enim sunt qui requiem quærunt, & iacere super lectos eburneos, & comedere lactantes agnos.

f *In Memphis.* IBID. vnde Nilus diuiditur, vbi Apis templum, & consulta respondent oracula.

g *Iuuenes.* HIE. IBID. Hebraicē *on,* quæ interpretatur dolor; Bubastus lingua Aegyptiaca *oris experimentum.* Omnes isti qui dolorem sæculi ferre non poterant, sed delicias Diospoleos sectabantur, & confidebāt sibi in volubilitate sermonum, & aduersum cetera dogmata disputantes, habuerant experimenta victorię, gladio sermonis domini concident. (Philosophi fusi à sacris doctoribus.)

h *Et in Taphnis.* HIE. IBID. Taphnis, *cedentes ori,* subaudi diaboli, cui cedentes amittent lumen veritatis, & diem nocte mutabunt, & sceptra Aegypti atque omne imperium sentient in Taphnis, esse contritum.

† THEOD. sect. 12. *Et in Taphnis nigrescet dies.* Significat tenebras à calamitatibus profectas. quod idem rursum significauit, cūm dixit, *Et ipsam nubes operiet.* Qui enim in mala inciderunt, haud æquè lumen vident, sed omnibus obscuriorem diem opinantur. Deinde eorum, quæ fiant, propositum sibi finem declarauit. (Tenebræ pro aduersitate.)

i *Iudicia in Aegypto & scient.* HIERON. vbi supra. multa, non vnum. Sicut enim *in domo Dei mansiones multæ sunt:* sic Ægypti diuersa supplicia: vt cum hæc omnia facta fuerint, scient Ægyptij, quod ipse sit dominus, cuius *indicia vera iustificata in semetipsa.* (Ioan.14.a. Psal.18.c.)

k *Et factum est in vndecimo anno, in primo mense, in septima mensis, &c.* HIER. Reuertitur ad ordinē prophetiæ post vicesimū & septimum annum; & nunc ponit vndecimum, quæ quæstio etiam in superioribus continetur. Cum enim sermo domini contra Tyrum factus sit in anno vndecimo, qui prius positus est, in sequētibus loquuntur ad Pharaonē anno decimo. Rursumque ponit vicesimum septimum vt diximus, & nunc vndecimum. Sed vt cetera prætermittam, quæ in Psalmorum ordine continentur, quomodo hi psalmi, in quibus mutauit faciem suam Dauid coram Abimelech, & de Doeg Idumæo, & quādo inuētus est in spelunca, & quinquagesimus Psalmus pœnitentiæ, in cuius titulo demōstratur, quod introierit ad Bethsabee vxorē Vriæ, priores sint Psalmi tertio, in quo fugere notatur à facie Absalō filij sui? Sed in Psalmis facilis responsio est. Carmen enim lyricum est in quo non quæritur ordo historiæ, sed factorum carmina singulorum. In historia verò illud dicendum est, ea quæ de vna re diuersis dicta sunt temporibus non debere ratione diuidi, sed vnius loci narratione concludi: verbi gratia, vt quæ de Aegypto dicta sunt alio atque alio tempore vno lectionis ordine cognoscantur. Cum hoc dixerimus manet adhuc quęstio, cur in hoc eodem loco primum factus sit sermo domini ad Pharaonem anno x. & postea in xxvij. & deinceps, xj. secundum enim ordinem primum, decimus, secundò vndecimus, tertio vicesimusseptimus annus singulis prophetiis debuerant prænotari? Sed respondere possumus: *O altitudo diui. sa. & s. d. &c.* Et alibi: *Abyssum & sapientiam quis inuestigabit?* Possumus quoque hoc dicere, quod in prophetis ordo historiæ non seruatur nisi in aliquibus locis. Non enim narrant præterita sed prænuntiant futura, prout fuerit spiritus sancti voluntas. In historia verò non præposteratur narratio. (Quid dicendum de ordine, qui in Psalmis & prophetis videtur nullus aut perturbatus. Aliud historiæ, aliud prophetiæ proprium. Ro.n.d. Eccl.1.a.)

a ¶ Quæ malè creuerat. b ¶ A Deo non enim boni angeli, sed mali tortores sunt. c ¶ Cuius verba irrita esse non possunt. ¶ Hoc sæpe repetitur vt Dei verba sciamus esse, quæ fieri est necesse. ¶ Ideo necesse est fieri.

& plēnitudinem eius in manu aliēnorum. Ego dōminus locutus sum: [13] Hæc dicit dominus Deus: Et disperdam simulacra, & cessare faciam idōla de Mēmphis, & dūx de terra Aegypti non erit amplius. Et dabo terrorem in terra Aegypti, [14] & disperdam terram Phatures. Et dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia in Alexandria. [15] Et effundam indignationē meā super Pēlusium robur Aegypti, & interficiam multitudinem Alēxandriæ, [16] & dabo ignem in Aegypto. Quasi parturiens dolebit Pēlusium, & Alexandria erit dissipata, & in Memphis angustiæ quotidianæ. [17] Iuuenes Heliopoleos, & Bubasti gladio cadent, & ipsæ captiuæ ducētur. [18] Et in Taphnis nigrēscet dies, cum contriuero ibi sceptra Aegypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eius. Ipsam nūbes operiet, filiæ autē eius in captiuitatem ducētur. [19] Et faciā iudicia in Aegypto, et sciēnt quia ego dñs. [20] Et factū est in vndecimo anno, in primo men-

a ¶ Ad hoc proficiet indignatio mea. a ¶ LXX. abominationes. b ¶ Ex ære quo idola conficta. c ¶ Vt magistris quasi capitibus truncatis, alij non seducantur. ¶ Sic. a ¶ In terrore. b ¶ Conculcatio panis interpretatur, terram eorum scilicet, qui conculcant panem qui de cælo descendit. ¶ Ciuitas regni. c ¶ Quæ est mandatum humile quod ad cælum non ducit. a ¶ Alij Sam. i. tentatio, quæ est robur Ægypti. b ¶ Quod est. s. c ¶ Quia portum habet tutissimum, & negotiationes maris ibi exercentur, vnde poeta vocat Pelusiacam lentem. a ¶ Quæ etiam eo tempore populosa. b ¶ Regem. i. Babylonis, qui sicut ignis cuncta vastat. ¶ Qui verbositatem atque delicias suo ardore consumat. a ¶ Omnis tentatio. b ¶ Lxx. Diospolis. c ¶ Vt omnis pessima congregatio dissipetur. d ¶ Quæ interpretatur ex ore. a ¶ Quia de omni verbo otioso reddent rationem. b ¶ Quæ Hebraicē On. c ¶ Ciuitas. a ¶ Vrbes. s. habitatores vrbium, vel mulieres qui sexus iniuriæ citius subiacet. ¶ Vnde: Non iuuenes, sed mulieres, imbecillitate mentis. b ¶ Quæ regia ciuitas. c ¶ Cum caligine tenebrarum omnia complebuntur. ¶ Nube mœroris & luctus. a ¶ Genus regium. s. a ¶ Ne solis iustitiæ radij in ea luceant. b ¶ Non mulieres tantum ¶ Oppida. a ¶ Tunc. s. cum me iudicem demonstrauero.

Bra-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hæc dicit, &c. *Hic prophetat cōtra Aegyptios separatim, & primo contra multitudinem plebis generaliter; secundo, contra personam regis principaliter, ibi,* Et factum est. *Circa primum dicitur,* (Diuisio.)

2 Et disperdam. *quia Chaldæi inde accipiebant aurum & argentum, & destruebant residuum.*

3 De Memphis, &c. *Ciuitas est Aegypti, quæ nunc dicitur Dammiata.*

4 Et dux. *id est, rex.*

5 De terra. *id est, vsque ad magnum tempus, quia post finem xl. annorum in Aegypto fuit regnum, humile tamen, vt habetur ca. præce. Cetera vbi nominantur diuersæ ciuitates Aegypti, patent vsque ibi,*

6 Iuuenes Heliopoleos, *id est, homines ad prælium de istis ciuitatibus.*

7 Gladio cadent. *in prælio.*

8 Et ipsæ. *s. ciuitates.*

9 Capti. *id est, reliquus populus in eis habitans.*

10 Et in Taphnis. *Metaphorica est locutio, ad designandum tribulationis superuenturæ magnitudinem. Cetera patent in littera.*

11 Et factum est, &c. *Hic consequenter prophetat principaliter contra personam regis, & primo ponitur tempus huius reuelationis, cum dicitur:* Et fa. *Sic enim computat Ezechiel qui fuit de transmigratis cum eo, vt dictum est.*

Fili

a *Brachium.* Hie. lib. 9. com. Robur fortitudinis, vnde *contere brachiū peccatoris & maligni.* Hoc cōteritur in aduersariis nostris dū nos persequentes non possunt opprimere, & pro salute seruorum Dei sæpè aduersus Pharaonem rex Babylonis consurgit, vt potentem opprimat potentior, & mali tradātur peioribus, confortante domino brachia pessimorum, vt sciat qui liberatur, quòd ipse sit dominus.

† Theodoretus sect. 12. Mediocre inquit, supplicium ipsi intuli, neque pœnitentiæ remediis vti voluit, vt pristinam rursus potentiam recuperaret. Ideo maximis eum pœnis afficiam, omnique eum robore priuabo, vt ne bellicis quidem instrumentis vti queat, omnique robore & virtute imbuam Babylonium. Per *brachia* siquidem vires indicauit, quandoquidem brachiis res bellicæ perfici consueuere.

Psal. 9. g. — Deus per malos à vi malorum bonos liberat. — brachiis vires intelliguntur.

se, in septima mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: [21] Filii hominis brachium Pharaonis regis Aegypti confregi, & eccè non est obuolutum, vt restitueretur ei sanitas, vt ligaretur pannis, & fasciaretur linteolis, & recepto robore possit tenêre gladium. [22] Propterea hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ad Pharaonem regem Aegypti, & comminuam brachium eius forte sed confractum, & deiiciam gladium de manu eius. [23] Et dispergam Aegyptum in Gentibus, & ventilabo eos in terris. [24] Et confortabo brachia regis Babylonis, daboque gladium meum in manu eius: Et confringam brachia Pharaonis, & gement gemitibus interfecti coram facie eius. [25] Et cōfortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis concident. Et scient, quia ego dominus, cùm dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum super terram Aegypti. [26] Et dispergam Aegyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & scient quia ego dominus.

a ¶ Metapho. secundum illud, Non est malagma imponere, nec oleum, nec alligaturas.
a ¶ Vel vt acciperet malagma.
b ¶ Si hoc factum fuisset. s. ideo enim clemens & misericors dominus rursum comminuit brachium eius, vt penitus cadat gladius de manu eius, & Ægyptus in Gentes dispergatur, vel dissipetur.
a ¶ Procedere ad bellum.
¶ Prius. ¶ Iam. ¶ Tunc. ¶ Vel, Sic.

Hier. vbi supra. De rege Babylonio in hoc capite nulla fit mentio, ne videatur cōtra captiuum populum in Chaldæa positum dominorum iracundiam prouocare. Sed dicitur de rege Assyriorum, qui eo iam tempore captus fuerat à Chaldæis, & omne robur Assyriorum Babylonio subiacebat imperio: vnde & decē tribus, id est, Israel Assyrij capiunt, duas autem, id est, Iudam & Beiamin, Chaldæi superant, & Ierusalem subuertunt.

Assyrij à Chaldæis debellati.

b *Et sci.* Ibid. Profectus virtutis est, scire quòd ipse sit dominus: vnde per contrarium de filiis Eli, *Filij pestilētes nescientes dominum.* De regibus autem qui rectum fecerunt in conspectu Dei, scriptum est, quòd nouerunt dominum.

1. Reg. 2. c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Fili hominis brachium Pharaonis. *id est, potestatem eius.*
2 Confregi, *id est, de proximo confringam.*
3 Et ec. non est ob. *s. pannis & ligaturis, eò quod fractura est insanabilis. Cetera patent vsque ibi,*
4 Et disper. *captiuando populum eius in diuersis terris & nationibus.*
5 Et con. bra. re. Ba. *id est, virtutem eius, & bellatorum suorum.*
6 Daboque gla. me. in ma. *hoc dicitur, ad insinuandum, quòd victoria quam habuit in Aegypto, fuit magis virtute diuina, quam humana. Cetera patent.*

CAP. XXXI.

a Et fact. est. Hier. lib. 10. com. Inuehitur hic contra eumdē Pharaonem, qui comparatur regi Assyrio: & post longissimam prophetiam lamentatio super eodem assumitur, & deinceps cōtra omnem Ægyptum.

b *Vndeci.* Alleg. Ibid. Nondum enim venerant ad duodecimum, qui numerus plenæ consummateq; virtutis est. Vnde & xij. fuere filij Iacob, à quibus postea xij. dicuntur tribus; Et xij. nomina prophetarum vno volumine continentur. Et Apostoli xij. sunt quorum vnus Iudas proditor, cuius in locum Matthias eligitur. Et Archisynagogi filia annorum xij. à domino suscitatur. Emorroissa quoque anno xij. recipit sanitatē. Sed quia corripitur Pharao, & postea plangitur, tertius mensis & vnus dies vndecimo annorum numero copulantur: vnde in sequentibus xij. anno, mense xij. vna mensis, fit verbum domini ad Ezechielem dicens; *Fili hominis, assume planctum super Pharaonem re. Aegypt. & d. ad e.* Qui enim plangitur, ideo plangitur, vt intelligat quanta bona perdiderit; & tamen quia Pharao erat, & brachium eius nondum fuerat colligatum, nec pristinam receperat fortitudinem, ideo in anno & mense xij. viginti & nouem dies remanent, xij. vt annorum numerus cōpleatur. Vna igitur mensis die fit sermo domini ad prophetam.

Mysterium numeri duodecimi. — Gen. 35. d. Luc. 6. c. Act. 1. d. — Mar. 5. d. Matt. 9. c.

CAP. XXXI.

Et factum est in vndecimo anno, tertio mense, vna mensis, factum est verbum domini ad me dicens: [2] Fili hominis, dic Pharaoni

a ¶ Antichristo, quo corruente & alij rectores tenebrarum harum & principes mundi facilius corruunt

Cui

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXXI.

Et fac. est. *Postquam Ezechiel prophetauit contra Aegyptum, hic ad hoc adducit exemplum: quod primo declaratur; secundo ad propositum adaptatur, ibi,* Cui assimilatus es. *Circa primum sciendum quod exemplum ponitur hic de rege Assyriorum qui fuerat potentior rege Aegypti, & tamen debellatus fuerat ex ordine diuina iustitia à Nabuchodonosor: propter quod rex Aegypti nō debebat confidere se posse ei resistere. Igitur pars ista in duas diuiditur, quia primo ponitur regis Assyriorum sublimatio, secundo eiusdem deiectio ibi,* Propterea. *Circa primum ponitur tempus huius reuelationis, cum dicitur,*
1 Et fa. est vndecimo anno, *s. transmigrationis Ioachin.*
2 Tertio. *s. mense.*
3 Vna mensis, *id est, prima die mensis, & sic patet quod hæc reuelatio facta est post præcedentem per duos menses sex diebus minus.*
4 Dic Pharaoni Re. Aegyp. & populo *eos coniungit in prophetia, quia coniungendi erant in pœna.*

Assyriorum imperium deletum à Babylonijs.

Cui

MORALITER.

†1 *Et factum est in vndecimo an.* Hic Ezechiel prophetat cōtra regem Ægypti comparatiuè, ostendens ad litteram eius præsumptionem; quia rex Assyriorum eo potentior non potuit resistere Babylonio: Et iste ex sua præsumptione restitit, propter quod fuit turpiter debellatus. Per regem Aegypti Moraliter potest hic significari quilibet præsumens de sua virtute, propter quod debellari non timet à mundo, carne vel hoste, & propter suam præsumptionem Deus permittit eum enormiter cadere, sicut dicit gl. Hebraica de Salomone super illud Prou. xxx. a. *Stultissimus sum virorum.* Ipse enim Salomon sciebat esse dictum Deut. xvij. d. quòd rex Israel non debebat sibi multiplicare equos nec immensa pondera auri & argenti, ne per hoc in superbiam eleuaretur, nec accipere sibi vxores alienigenas, ne per hoc à Dei cultu auerteretur. Et ipse præsumens de sua stabilitate virtutis contrarium fecit, propter quod Deo permittente turpiter lapsus fuit. Et simile contingit de multis, qui de sua virtute nimis confidentes, fœdantur enormiter peccatis. Vnde dicit Hie. ad Nepotianum. Non in præterita castitate confidas, nec enim Samsone fortior esse potes, nec Dauid sanctior, nec Salomone sapientior, memēto semper quod paradisi colonum de sua possessione mulier eiecit. Et similiter contingit de aliis vitiis, hominibus præsumptuosis, qui occasiones cadendi negligunt.

Præsumentes de sua virtute. — Cuiusmodi fuit Salomon.

a *Cuisimi.* HIER. lib. 10. com. Quasi dicat. Non mireris si Babylonij te vincant atque subuertant, & imperium tuum & opes Ægyptias destruant cum Assur multò te fortior ab eis deletus sit.

† THEODOR. sect. 12. Quando longanimitate cùm opus erat, vti noluit, sed fastu superbiaque insolescere perseuerauit: per interrogationem cum eo colloquitur. Dic inquit, ô rex Ægypti, quibus teipsum comparas, & cuinam regum esse te similem censes, qui tanta superbia abuteris? Deinde subiicit.

b *Ecce Assur quasi cedrus, &c.* † THEOD. IBID. Translationis vsus charactere, ait, Assyriorū regem cypresso in Libano natæ similem fuisse, & magnitudine celsitatis, & copia sibi subiectorum, & decore prætorum & ducum: hos enim propagines vocauit.

Ecce. HIERON. vbi supra. Pulchritudo illius prædicatur, quę in turpitudinem praua voluntate mutata est. vnde, *Confringet dominus cedros Libani.* vt excelsus, scilicet in altissimo montium Libano constitutus, quantò fuerit sublimior, tantò fortius caderet, vnde sensus magnus dicitur.

IBID. Sciendū autem, quia quæcumque dicuntur de rege Assyriorum futuro tempore, à LXX. quasi transacta memorantur: & sic vel ad arborem vel ad principem loquitur Assyriorum, vt tam in masculino quam femineo genere in vna persona vtatur, dum & arbor refertur ad Assyrium, & Assyrius in arbore nominatur.

Assur cedro comparatus. Psal. 28. a. Psal. 76. d.

c *Aquæ.* s. abundantissimæ. *Abyssus enim multitudo sonitus aquarum.*

d *Aby.* HIER. IBID. ad quam in Euangelio dæmones rogant ne mittantur.

† THEOD. vbi supra. Aquam & abyssum infinitas gentes ab eo in seruitutem redactas appellauit, quas vectigal & tributum quasi quamdam irrigationem exercitui afferentes, veluti arbores quasdam enutriuit, effecitque vt eius cœtus, id est, ordines militares ad omnia ligna campi mitterentur, hoc est, ad eos qui nondum subiecti, neque in seruitutem redacti essent, vt illi etiam subiicerentur: quod ipsi arrogantiæ & superbiæ causa fuit.

Gentes ab Assyriis deuictę. Iere. 2. d. Isa. 8. b.

e *Flumi.* De quibus. *Quid tibi & via Assyriorum vt bibas aquam fluminis*; Et alibi, *Ecce dominus inducet super vos aquam fluminis fortem & multam, in regem Assyriorum, & omnem gloriam eius.*

f *Infra.* HIERON. Nota, in ipsa habitatione diuersa conditio est, Alij habitant in ramis, quasi volatilia, scientiam sibi in Philosophia & in hæreticorum dogmatibus pollicentes; Alij quasi bestiæ feræ, immites atque crudeles, Alij quasi multitudo Gentium plurimarum commixti diuersis diuitiis.

g *Volatilia.* IBID. Quæ iuxta viam comedere sementem: Vel, *quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*, vnde *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt*: ideo in ramis eius fecerunt nidos.

Rom. 3. c. Ibidem b.

a ¶ Alij multitudini. Multi enim sunt vo. pau. verò ele. b ¶ Alij altitudine. Omnis qui se exaltat humiliabitur.

a regi Aegypti & pópulo eius: [1] Cui similis factus es in magnitu- a ¶ Sub figura arboris describit potentiam Assyrij regis. **b** dine tua? [2] Ecce Assur quasi cedrus in Libano [3] pulcher ramis, [4] & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine, [5] & inter con- a ¶ Q. Ideo tantum concreuit, quia: Aquæ nu. il. ¶ Non Siloe quæ vadunt cum silentio, sed aquæ Rasim & Ægypti. **c** densas frondes eleuatum est cacumen eius. [7] Aquæ nutrierunt a ¶ Super quam in principio mundi tenebræ ferebantur. **d** illum, abyssus exaltauit illum. **e** Flumina eius manabant in circumitu radicum eius, a ¶ Socios illius. s. & riuos suos emisit ad vniuersa ligna a ¶ Vnde, Hæc omnia tradita sunt mihi. regionis. [8] Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis, & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati a ¶ Irrigati sc. aquis abyssi. b ¶ Vt omnes subiiceret suæ ditioni. sunt rami eius, præ aquis multis. Cumque extendisset vm- a ¶ Omnis qui facit peccatum, de diabolo natus est, & in ramorum eius numero computatur. **f** bram suam, [9] in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæ- a ¶ Quæ Christi mansuetudinem perdiderunt. **g** li, [10] & sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuum, & a ¶ Vt nullus esset qui non eius tegeretur vmbraculo præter eum qui dixit, Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. b ¶ Hæc sunt volatilia, hæ bestiæ. s. sub vmbraculo illius habitabat cœtus Gentium plurimarum. Eratque pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione arbustorum suorum. Erat enim radix illius iuxta aquas multas. [11] Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei. ¶ Alij pini. Abietes non adæquauerunt summitatem eius, [12] & plata- a ¶ Vt singulas arbores colligam. **h** ni non fuerunt æquæ frondibus illius. Omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius, [9] quoniam

† THEOD. vbi supra. Per volatilia cæli prudentiores homines, & veluti mente volátes ac celeres indicauit: & per bestias saltuum barbaras gẽtes significauit, & ferinas, & humilia sentientes, quod ipse quoque interpretatus est. Hæc Nabuchodonosor ipse vidit in somnis, & Daniel arboris interpretatus est sōnium. Docet autem nos ramorum multitudinem beatus Daniel, qui dixit centum viginti satrapas Dario fuisse. Nemo ex his qui tunc per orbẽ terrarum regnabant, illustrior illo fuit. Paradisum quippe hoc loco orbem terrarū nuncupauit: omnia per translationẽ narrans.

Magnitudo imperij Babylonici. Dan. 4. Dan. 6.

h *Omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius, quoniam, &c.* † THEOD. IBID. Pulchritudinem illā dicit, quæ circa corporis ornatum conspicitur, purpuream vestem, coronas, sedes lapidibus ornatas, hastatos, scutatosque satellites, & alia omnia quæ consueuerunt coram inspectantibus reges illustrare.

† GREGORIVS lib. 32. mor. c. 24. Qui accipi in cedris, abietibus, & platanis possunt, nisi illa virtutum cælestium propriæ altitudinis agmina in æternæ lætitiæ viriditate plantata; Quæ quamuis excelsa sint condita, huic tamen primo angelo, nec prælata sunt nec æquata. Qui speciosus factus in multis condensisque frõdibus esse dicitur, quia prælatum ceteris legionibus, tanta illum species pulchriorem reddit, quanta & supposita angelorum multitudo decorauit.

Lucifer fuit primus angelorum & pulcherrimus.

HIERON. vbi supra. Per hoc multi intelligunt non de rege Assyriorum hoc dici sed de contraria fortitudine quæ in sermone Tyri inter Cherubim dicitur esse generata & pretiosis distincta lapidibus, & postea ad terrena suo vitio concidisse, qui cadens lucifer dicitur. vnde, *Videbam Satanam quasi ful. de cæ. ca.* Sed nos hæc omnia vt sequamur historiam, hyperbolicos dicta intelligimus, quod tantæ potentiæ Assyrius fuerit, & sic cũctas nationes oppresserit, vt se angelorum altitudini compararet.

Luc. 10. c. Magnitudo imperij Assyriorum.

☞ HIER.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cui si. *q. d. quantumcumque sis potens, adhuc tamen non ascendisti ad potentiam regis Assur; ideo subditur,*

2 Ecce As. *altior ceteris regibus, sicut Cedrus aliis arboribus.*

Imperij Assyriorum magnitudo.

3 Pulcher ramis. *in pulchritudine prolis.*

4 Et frondibus. *id est, principibus & militibus copiosus.*

5 Et inter condensas. *id est, per multitudinem principum, & bellatorum suorum.*

6 Eleuatum est cacumen eius. *id est, dominium eius super multa regna.*

7 Aquæ nutrierunt illum. *Per aquas & abyssum intelligitur copia diuitiarum, per quam habuit fortes bellatores ex diuersis nationibus collectos: ideo subditur,* Et riuos, *Et quia per hoc eleuata est & dilatata potestas sua: ideo subditur,* Propterea, &c.

8 Cumque extendis. *per potentiæ suæ dilatationem.*

9 In ramis. *id est, reges magni acquieuerunt subiici sibi.*

10 Et sub frondibus, &c. bestiæ saltuum. *id est, homines qui videbantur indomabiles fuerunt subiecti per eum. Cetera patent vsque ibi,*

11 Cedri non fue. *id est, omnes reges in terra, quantumcumque bona & amœna, non erant ei æquales in potentia neque in multitudine bellatorum: ideo subditur,*

12 Et platani non, &c. Omne lignum, *id est, omne regnum, quantumcumque pulchrum & amœnum in diuitiis & potentia, non fuit ei adæquatum.*

Et

☞ HIER. lib. 10. com. Ideo nulla arbor in paradiso adæquatur ei, A quia omne lignum non est assimilatum illi & pulchritudini eius, quia non erecta in superbiam, sed nouerunt humilitatem suam, nec similitudinem Dei sacrilego ausu affectarunt.

a *Et æmul.* IBID. Quantos enim Assur cupit habere in perditionem, tantos cupiunt in salutem.

b *Pro eo quod sublimatus est, &c.* † THEOD. sect. 11. Quando non contentus fuit in hominibus imperio, sed etiam contra me superbia abusus est, tradidi eum in manus principis Gentium; Cyrumque intelligit, qui materno B genere Medus, paterno Perses erat, & à duabus nationibus profectus Assyriorum & Babyloniorum regnum obtinuit. Secundum historiam hæc Nabuchodonosor accidere, qui tantæ crudelitatis superbiæque morbo laborauit. Si verò hæc accuratè aliquis velit inspicere, comperiet etiã communem hominum pestem diabolum per hæc indicari, qui cum se Deum fore somniasset, excidit. Hunc C autem rex gentium Christus superauit & perdidit.

Cyri genus & de Babyloniis victoria.

c *Fortis.* HIE. vbi supra. Alij. s. detestabili potestati, cui traditur ad puniendũ Antichristi, id est, Satanæ.

d *Et succident eum alieni.* † THEOD. vbi supra. Cum enim dominus illum vicisset, & principatu ac tyrannide deiecisset, qui olim pestilentes erant, & à Deo alieni ex gentibus, & diuino præconio crediderunt, ij prorsus eum exterminauerunt, & radicitus eius tyrannidem extirparunt, & deiecerunt eum in montibus, vbi prius habebat delubra, arasque, erectis D philosophiæ columnis. Ramos autem & stipites omnis generis idolorum templa nuncupauit: quæ à montibus & campis omnino deleta sunt, per eos qui pridem pestilentes erant, sed postea fideles fuere gentes.

Princeps huius mundi eiectus foras per Christum.

speciosum feci eum, & multis condensisque frondibus. Et 1
a æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis quæ erant in pa- 2
a ¶ Metaphoricos.
b radiso Dei. [10] Propterea hæc dicit dominus Deus: Pro eo quod 3
¶ Vel sublimata.
sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suam vi-
a ¶ Vt diceret: Ero similis altissimo. b ¶ Antichristi.
rentem atque condensam, & eleuatum est cor eius in altitu-
a ¶ Babylonij. s. regis, vt quod vicit Assyrium, Dei potentiæ esse intelligatur.
b ¶ Secundum domini imperata.
c dine sua, [11] tradidi eum in manus fortissimi Gentium. Faciens 4
a ¶ Occultè Babylonium monet, ne populum Dei crudeliter opprimat qui sibi traditus est, ne similia Assyrio patiatur, qui crudelis fuit & impius.
b ¶ Interficient. ¶ Securis ad radicem arboris posita est.
d faciet ei. Iuxta impietatem eius eieci eum, [12] & succident eum 5
a ¶ Vt corruat in superbia sua. 6
alieni & crudelissimi nationum. Et proiicient eum super 7
a ¶ Vt ad Tartarum omnes deducantur qui fuerunt in comitatu eius, participes pœnæ sicut culpæ.
montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius, & con-
e fringentur arbusta eius in vniuersis rupibus terræ, & rece- 8
a ¶ Quo tegebantur, ne viderent solem. b ¶ Volatilibus cæli & bestiis terræ comparati.
dent de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent 9
eum. [13] In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cæli & in 10
a ¶ Visa perditione tua. 11
ramis eius fuerunt vniuersæ bestiæ regionis. [14] Quamobrem 12
a ¶ In superbiam, nec se aliquid æstimabunt, nec irrigatione aquarum suarum proprias æstimabunt diuitias.
non eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum, ne-
a ¶ Metu confusa.
que ponent sublimitatem suam inter nemorosa atque fron-
a ¶ Quæ erant sub imperio Assur.
dosa, nec stabunt in sublimitate sua omnia quæ irrigantur a-
a ¶ Quæ per metaphoram dixit, aperit. b ¶ Reges. c ¶ Vnde, Cadent omnes qui descendunt in terram.
d ¶ Infernum, vnde, Ingredientur ad extrema terræ.
f quis, quia omnes traditi sunt in mortem ad terram vltimam 13
a ¶ Non arborum. ¶ Non cum angelis Dei. b ¶ Alij in foueam sempiternam. ¶ Inferni. 14
g in medio filiorum ad eos qui descendunt in lacum. [15] Hæc di- 15
cit dominus Deus: In die quando descendi ad inferos 16
a ¶ Sociis eius, vel sanctis fortitudinibus, quæ illum dolebant ad inferos descendisse.
b ¶ Per translationem, secundum illud, Veni in altitudinem maris, & tem. de. me.
c ¶ Cuius aquis antè irrigabatur. d ¶ Nationes.
induxi luctum, operui eum abysso, & prohibui flumi- 17
a ¶ Abyssi. b ¶ Ne irrigarent eum sed opprimerent. 18
h na eius, & coercui aquas multas. Contristatus est super 19
a ¶ Assyrium, vel eam, arborem. s. b ¶ In quo fuerat exaltatus. c ¶ Idem sibi timentia.
d ¶ Apertè ostendit se de Assyrio metaphoricè loqui. Cuius enim arboris ruina commoneret omnes Gentes? 20
i eum Liban⁹, & omnia ligna agri concussa sunt. [16] A sonitu rui- 21

e *Et recedent de vmbraculo eius omnes, &c.* † THEODO. IBID. Cognita eius fraude, non solum eius dominium effugerunt, sed etiam vsque ad ipsum solum prostrauerunt, Domini mandatum illud exequentes, *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & super omnem virtutẽ inimici.* E

Luc. 10.

f *Quia omnes traditi sunt in mortem, &cet.* † THEOD. IBID. Ad historiam redeuntes, ait ipsum Nabuchodonosor, & omnes qui cũ eo fuerint morituros, atque eadem, quæ alij homines, perpessuros.

Babyloniũ cum suis principibus delendum prędicit.

g *Hæc dicit dominus Deus, in die quando, &c.* † THEOD. IBID. Abyssum vocat subiectas illi gentes, quæ cũ eo militaria munera F exequebantur, lugebantque non illius cędem, sed suam cladem & euersionem. Illum enim non luxisse eos abundè declarauit, cũ dixit: *Probibuit multitudinem aquæ*, hoc est, non mittent tibi amplius tributa.

h *Contristatus est super eũ Libanus, &c.* IBID. † Libanum non montem vocat, sed regni densitatem: & ligna agri, principes qui sub eo erant, præfectis inferiores, veluti in agro quodam consitos.

i *A so. ru.* HIER. vbi supra. Interfecto Babyloniorum rege, fama quæ circumquaque ☞ perua-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et æmula. *id est, omnes reges inuidebant ei propter eius excellentiam.*

2 Quæ erant in paradiso Dei. *Reges enim solent delitiosè viuere, & ideo dicuntur esse in regnis suis quasi in paradiso. Dicitur tamen paradisus Dei, quia dignitas regia à Deo conceditur, Proue. viij. d.* Per me reges regnant, &c.

Dignitas regia à Deo est.

3 Propterea. *Hic consequenter describitur regis Assur deiectio, cum dicitur,* Propterea, *id est, quia propter potestatem à Deo sibi concessam eleuatus est in superbiam.*

4 Tradidi, *id est, Nabuchodonosor.*

5 Iuxta impietatem. *Impietas est propriè peccatum contra Deum, sicut pietas est cultus diuinus. Rex autem Assyriorum ex nimia superbia protuperat in diuinam blasphemiam, & contemptum dicens. iiij. Regum 19. scribens Ezechiæ:* Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam, &c. *& ideo meruit deiici à regno.*

Superbia regis Assyriorum.

6 Et succident eum alieni, *id est, Chaldæi.*

7 Et proiicient eum super montes, *id est, in montibus & vallibus debellabunt eum Chaldæi interficiendo populum eius.*

8 Et rece. de vm. eius. *id est, de dominio ipsius.*

9 Omnes populi terræ, *quos sibi subiecerat armorum virtute.*

10 In ruina eius, &c. *quia comparauerat regem Assur cedro, ideo deiectionem eius designat sub similitudine casus cedri.*

11 Habitauerunt omnia, &c. *id est, in cedro illa antequam rueret habitauerunt volatilia, &c. Et exponatur vt supra,*

12 Quamobrem non eleuabuntur in altitudi. &c. *id est, illi qui remanebunt de Assyriis non ascendent de cetero ad consimilem potestatem. Et subdiuiditur causa cum dicitur,*

13 Quia omnes traditi sunt in mortem, &c. *corporalem.*

14 Ad terram vltimam, *id est, ad infernum, quantum ad animam, qui à doctoribus dicitur esse in profundis terræ. Et eodem modo intelligitur quod subditur.*

Locus inferni

15 Ad eos qui descendunt in lacum, &c. *id est, qui ante mortem Christi descenderant in gehennam, prout exponit Rab. Sa.*

16 In die quando descendi ad inferos induxi luctum, &c. *amicis eius.*

17 Operui eum abysso. *id est, absorbui eum exercitu Chaldæorum.*

18 Et prohibui flumina eius, &c. *id est, diuitiæ eius, & potentia non potuerunt eum liberare.*

19 Contristatus est super eum Libanus, &c. *id est, regnum Assyriorum.*

20 Et omnia ligna agri, &c. *id est, vinitores & agricolæ.*

21 A sonitu ruinæ eius commoui Gen. *præ stupore & admiratione de ruina tanti regis.*

☞ persuaserat, subiectas illi gentes perturbauit: & diabolo profligato, commotæ sunt gentes, & à pristina fraude ad salutarium dogmatum veritatem discinere.

Gentium vocatio expugnato per Christū diabolo.

a *Omnia.* HIE. lib. 10. vel, omnia ligna quæ quōdam fuerunt bona, & irrigabantur aquis, & in Libani altitudine morabantur, accipient consolationem, quādo principē suum viderint similia sustinere tormenta.

b *Cui assimila. es.* IBI. Id est, ô Pharao, scilicet cui dictum est in principio, cui similis factus es in altitudine tua, &c. Assyrio, scilicet qui corruit.

c *Ipse est Pharao, &c.* IBI. LXX. *Sic est Pharao & om. mul. e.* vt quomodo, supra Assyrius succisus est & corruit: sic & Aegyptius. *Ipse est.* IBID. Anterioribus extrema coniungit, quia supra dixerat, *Cui similis factus es in magnitudine. t. Ecce Assur quasi ce. in li. & cæ.* Nunc infert: *Sic est Pharao & om. mul. eius.* Quasi: Sicut Assyrius, cedrus & cypressus, Babylonio succidēte deiecta est, sic & Pharao & populus eius, id est, ipsa arbor & rami illius à Babylonio succidentur.

Supra co. 2.

† THEOD. sect. 12. Cum supra dixerit, *Cui assimilasti teipsum,* & narrauerit quæ pertinerent ad Assyrium siue Babyloniū, subiecit: ita Pharao & omnis multitudo roboris eius. Nam si ille, inquit, multo te maior & illustrior, hæc patietur, tu quoque idem expectato supplicium, eadē præditus impietate.

Clades, quã iam Assyrij acceperant, imminet Ægyptijs.

(a ¶ Vt omnes scirent perditionem eius. b ¶ Hoc quoque arbori non conuenit.)
næ eius cōmmoui Gētes, cum dedūcerem eum ad infernum [1]
(¶ Sociis suis. ¶ Alias descendunt. a ¶ Inferni. b ¶ Dum vident mala malis, bona bonis retribui. c ¶ In corde terræ.)
cum his qui descendebant in lācum. Et consolāta sunt in terra [2]
(a ¶ Paradisi. ¶ Hebraicè Eden.)
a ra infima omnia ligna voluptātis, egregia atque præclara in [3]
(¶ Sicut ipse. ¶ Dei.)
Libano vniuersa quæ irrigabantur aquis. [17] Nam & ipsi cum [4]
(a ¶ Arbore, vel, eo, Assyrio. s. b ¶ Ligna non interficiuntur gladio & ita insinuatur metapho.)
eā descēdent ad infernum ad interfectos gladio, & brachium [5]
(¶ Requiescet. ¶ Pœna. a ¶ Non syluarum, sed Gentium. ¶ Quæ in inferno erunt.)
vniuscuiusque sedebit sub vmbraculo eius in medio natio- [6]
(a ¶ Postremo apostropham facit ad ipsum Assyrium. ¶ Q. Nullus tibi similis, omnes reges superasti.)
b num eius. [18] Cui assimilatus es ô inclyte, atque sublimis inter li- [7]
(¶ Tamen. ¶ Regibus qui erant in comitatu tuo.)
gna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad [8]
(a ¶ Inferos. s. vnde, Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gla. partes vulperum. [9] b ¶ Immundorum. ¶ Hæc sunt ligna quæ cedros vel cyparissos vocauit. c ¶ Non in requie.)
terram vltimām. In medio incircumcisorūm dōrmies cum [10]
(a ¶ Domini. b ¶ Cui dicitur. Cui assimilatus es ô incl. &c.)
c eis qui interfecti sunt glādio. Ipse est Pharāo & omnis multi- [11]
tudo eius, dicit dominus Deus.

NICOLAVS DE LIRA.

Gentes gaudentes Assyriis obtigisse casum, quem ipse pertulerant ab eis.

☞ 1 Cum deducerem eum ad infernum, &c. *quantum ad animam.*

2 Consolata sunt in terra infima, &c. *id est, in inferno, qui dicitur esse in terra profundo: quia illi qui prius ibi descenderant, receperunt consolationem aliquam de eius descensu. Solatium est misero habere socium in pœna, & maximè illorum qui occisi fuerant per reges Assyriorum. Per talem modum dicitur Isaia xiiij. de rege Babylonis.* Vniuersi respondebunt, & dicent tibi, Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es, *sicut ibidem expositum fuit.*

3 Omnia lig. *id est, reges & potentes in hoc mundo qui in hoc mundo vixerunt delitiosè.*

C 4 Nam & ipsi cum ea descendent ad infernum, &c. *ad eumdem locum.*

5 Et brachium vniuscuiusque, &c. *id est, fortitudo eius ad infernum deducta.*

6 Sedebit sub vmbra. eius, &c. *id est, aliquam consolationem in eius descensu habebit modo prædicto sicut vmbraculum facit consolationem calefacto.*

7 Cui assimilatus es ô inclyte atque subli. &c. *Hic consequenter exemplum de rege Assur positum applicatur ad propositum, scilicet ad regē Aegypti, de quo supra dictum est in principio capituli.* Cui similis factus es, &c. *Et subditur.* Ecce Assur, &c. *Et eodem modo hic intelligitur:* Cui assimilatus es ô inclyte atque subli. &c. *quasi diceret regi Assur in deiectione, Licet non fueris ei æqualis in potestate, vt supra dictum est, tamen fuisti valde magnus inter alios reges.*

8 Ecce deductus es cum lig. vo. ad. *id est, cum regibus iam defunctis.*

9 Ad terram vltimam, *id est, in gehennam.*

10 In me. incircumcisi. &c. *qui cum hoc erant idololatriæ dediti.*

11 Ipse est Pharao. *istud ponitur vltimo, ad denotandum, quod ea quæ dicta sunt in hoc cap. dicta sunt propter eius deiectionem & populi sui.*

6 Se-

CAP. XXXII.

E T factum est duodecimo anno, in mense duodeci- [1]
(¶ Prima.)
mo, in vna mensis, factum est verbum domini ad me dicens: [2] Fili hominis assume lamentum super

CAP. XXXII.

a *ET fac. est.* HIER. lib. 10. In multis exemplaribus iuxta LXX. duodecimus annus & mensis decimus ponitur. Iuxta alios autem interpretes, decimus annus & duodecimus mensis: Vt vel iam capta sit Ierusalem, & gaudium Pharaonis malis sibi imminentibus auferatur. Vel certè capienda, suis magis miseriis doleat, quàm aliorum captiuitate lætetur.

Draco diabolum, leo Christum designat. Gen. 49.

† THEODORETVS sect. 12. Pharaonis arrogantiam rursus & factum accusat, aitque æmulatum eum fuisse draconis, qui est in mari, superbiam. Docti sumus autem istum esse diabolum, qui in fastu Gentium & amara superbia commoratus est. Leonem verò gentium regno potentem, Dominum esse didicimus. *Recumbens,* inquit, *requieuit vt leo, &c.* Hoc igitur dicit: Quia tentasti similis fieri gentium leoni, perinde atque draco qui est in mari, & contra auctorem omnium rerum Deum superbia inflatus es, fluuio fretus eiusque fossis, vt qui non indigeres neque nubibus, neque pluuia, neque superna prouidentia & cura: verum pedibus aquam conturbans eam deriuares ad agros irrigandos, hac de causa, expandam super te rete meum, &c. Congruenter fluuio, & admodum appositè hamum commemorauit & rete, quæ interpretatus est cum dixit, in cœtu multorum. Nam veluti quodam rete adhibito hostium exercitu, & quasi quodam hamo, mea voluntate capiam te, & piscis instar venabor.

Ægyptiorū in Nilo fiducia.

☞ Leoni.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXXII.

Diuisio.

E T fact. est. *Postquam propheta denuntiauit regis Aegypti deiectionem, hic consequenter assumit super hoc lamentationem. Et diuiditur in duas partes, quia primo planctus incipit, secundo, iterum resumitur, sicut solet fieri in carmine lugubri, Secunda ibi:* Et factum est. *Prima in duas: quia primo recolitur eius præcedens sublimitas, secundo ponitur ipsius sequens calamitas, quia infelicissimum infortunij genus est fuisse felicem. j. de consolatione. Secunda ibi,* Propterea. *Circa primum præmittitur tempus reuelationis, cum dicitur,*

Boetius.

1 Et factum est, duodecimo. *scilicet transmigrationis Ioachin. Cetera patent vsque ibi.*

☞ Leoni.

MORALITER.

De lapsu cuiuscumque hominis magni in scientia vel virtutibus.

1 *Et fac.* Hic Ezechiel prophetat ex præcepto domini, planctum assumit super deiectionem regis Ægypti. MORALITER autem per regem Ægypti ratione dignitatis regiæ significari potest homo magnus in scientia vel virtutibus, qui ex donis gratuitis nimis erigitur. Et sic Deo permittente, & diabolo procurante, in enormia vitia labitur, & talis casus est multum plangendus. Tum ratione personæ, Tum ratione status & ratione grauitatis culpæ, quæ ex his aggrauatur: quia quantò status altior, tantò est culpa grauior; & per cōsequens pœna sequens. Item plangendus est propter scandalum multorum, occasionem ruinæ ex hoc accipientium, & propter status infamiam, & propter dæmonum lætitiam, qui magis lætatur de deiectione modica personæ talis, quam de multis & maioribus malis in aliis personis. Vnde refert Gre. in Dial. quod quidam Iudæus transiens per Lombardiam, nocte superueniente intrauit quoddam antiquum ædificium factum antiquitus ad idoli cultum. Et circa mediam noctem venit turba dæmonum, inter quos vnus sedebat quasi princeps, quærens à singulis quid fecissent. Et illis referentibus: dissensiones, homicidia, & alia mala quæ procurauerant. Ille videbatur parum curare. Tunc vnus dixit se frequentasse domum cuiusdam episcopi deuoti, & eum tentasse de quadam muliere deuota ibidem manente. Et ad hoc dictum demum episcopum adduxisse, quod die præcedenti terga mulieris percusserat blandiendo. Tunc ille princeps incœpit illū commendare, & eum inducere ad prosequendum quod inceperat, quousque negotium perfecisset.

De Iudæo qui vidit concilium dæmonum.

a *Leoni.* HIER. lib. 10. De quo, *Insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua,* Ierem. *Leo de sylua percussit eos.*

b *In fluminibus.* Hæreseos principibus, qui imitantur ecclesiasticos viros, dicentes domino, *In te inimicos nostros ventilabimus cornu:* sed non ventilant ad salutem, vt de terra ad cælum leuent, sed vt in profundum abiiciant.

Psal. 9. f. Iere. 5. b. Psal. 43. b.

c *Et conturbat, &c.* HIERONYMVS. IBI. *Non vult bibere aquas Siloë, quæ vadunt cum silentio,* sed aquas Ægypti turbidas & cœnosas, quæ antequam pedibus draconis cõculcarentur, puræ erant, & suo fluentes ordine, postea autem quàm turbatæ sunt, cursus sui ordinem perdiderunt. Non enim vtuntur hæretici testimoniis scripturæ cohærentibus, sed omnia conturbant. Quoniam autem est inimicus & vltor, nõ solum aquas alienas conturbat, sed etiam cõculcat flumina sua, nec parcit etiam suis: vnde, *Miserere mei do. q. concul. m. ho.* de quo; *Non magnificetur homo super terram.*

Isa. 8. b. Quomodo tractentur ab hæreticis testimonia sacræ litteræ. *Super Psal. 55. a. Ibidem 9. g. Matt. 13. f.

d *In sagena mea.* IBI. De qua, *Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti:* quorum *bonos elegerunt in vasa sua malos autem foras miserunt.*

* Isa. 13. b. Ioel. 3. c. Mat. 24. c.

e *Bestias vniuersæ terræ.* IBID. Quæ vitiis efferatur, per bestias autem & volatilia etiam hæretici significari possunt. Vel per volatilia cæli & bestias terræ, populos deceptorum & crudelitatẽ Gentium intelligamus.

Hæretici & Gentiles & decepti ab vtrisque.

f *Montes.* IBID. Principes scilicet hæreticorum, vel potestates contrarias, quæ per aera discurrunt, vallesque ad inferna penetrant æternis mancipatæ suppliciis. Hæc omnia translatiuè, vt scilicet cùm volatilia cæli & bestiæ carnibus eius fuerint saturatæ, id est, exercitus eius & vniuersa multitudo, cetera pars in vermes & saniẽ conuertatur: tunc cæli tenebris obuoluentur.

Diabolus.

g *Et irrigabo.* HIER. IBID. Superbia enim & arrogans timor hæreticorum non tam vitali & puro, quàm putrido & fœtenti sanguine complebitur, vnde, *Pone eos vt stercus terræ;* Et alibi, *De stercore eriges pauperem.*

Psal. 82. b. Ibidẽ 112. a.

h *Valles.* Nimium depressas mentes, aut inferna, aut humilem hæreticorum sensum pro terrenis omnia facientium.

† THEODORETVS sect. 12. Quando, inquit, ab hostibus captus & interfectus eris, insepultus permanebis, bestiarumque & volucrum ventres implebis; sanguinisque viui, & putrefacti cruores (hoc enim stercora vocauit) & agros & montes complebunt.

i *Et operiam.* HIER. vbi supra. vnde, *Lux impiorum extinguetur.*

Iob. 18. a.

k *Cælos.* De quibus; *Contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.*

Ephe. 6. b.

l *Et ingref.* HIER. IBID. Ad litteram intelligi non potest, numquam enim hoc factum est, vel faciẽdum est.

m *Stellas, &c.* De quibus Iudas, *Sydera errantia, quibus caligo tenebrarum in æternum reseruatur.*

Iudæ d.

† THEOD. vbi supra. Non natura hæc ait accidisse, sed propter eorum, qui cruciabantur, affectionẽ. Si quidem calamitatibus oppressi nocte obscuriorem Deum opinantur: quod quidem dicens ait, *Et dabo tenebras super terram non super omnem terram.* Quod si quis reuera dicat, tenebras in Aegypto fuisse bellitempore, ipso Deo ostendente se Babyloniis ad Aegyptios puniendos vsum fuisse, à pia mente nõ aberrabit.

An diei possit etiam ad litteram, tenebras pro Deo & Chaldæis militasse contra Aegyptios.

n *Solem nube.* HIER. vbi supra. Cui scilicet contrarius est sol iustitiæ. *Solem nube, &c.* dominum, scilicet qui descendit in Aegyptum super nubem leuem, nullo peccati pondere pregrauatam, vel prophetis & Apostolis, de quibus, *Mandabo nubibus meis ne pluant super eum imbrem.* Et in Psalmo, *Veritas tua vsque ad nubem.*

Isa. 5. b. Psal. 35. b.

o *Luna.* IBID. Id est, hæreticorum ecclesia, nõ dabit lumen suum nec decipiet credentes falsi nominis scientia.

p *Omnia luminaria.* IBID. Quidquid videtur in hæreticis esse doctrinæ, extincto dracone necabitur, & ipse dominus terram hæreticorum operiet tenebris ignorantiæ, *Vt cæci cæcos ducant in foueam.*

Pereunt hæreses cũ suis magistris. Luc. 6. f.

q *Super terras bonas.* IBID. Scilicet quas Pharao nescit, quando scilicet captiuitas Pharaonis alia captiuitate mutatur, de qua, *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem.*

Psal. 67. d.

---

a Pharaonem regem Aegypti: & dices ad eum: Leoni Gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari: Et ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina earum. [3] Propterea hæc dicit dominus Deus: Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in sagena mea, [4] & proiiciam te in terram. Super faciem agri abiiciam te, & habitare faciam super te omnia volatilia cæli, & saturabo de te bestias vniuersæ terræ. [5] Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua. [6] Et irrigabo terram fœtore sanguinis tui, * insuper montes & valles implebuntur ex te. [7] Et operiam cum extinctus fueris, cælos, & nigrescere faciam stellas eius. * Solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum. [8] Omnia luminaria cæli mœrere faciam super te, & dabo tenebras super terram tuam, dicit dominus Deus: cum ceciderint vulnerati in medio terræ, ait dñs Deus. [9] Et irritabo cor populorũ multorum, cũ introduxero contritionẽ tuã in Gentibus super terras quas nescis, [10] & stupescere faciam super te populos mul-

Interlinear: a ¶ Potestatem, cui Ægyptus commissa est; vel vna prouincia; vel Aegyptus totius mundi. b ¶ Qui circumit quærens quem deuoret. c ¶ Non vnius. f. a ¶ Vitio proprio, non factus es à principio; vnde, Homo cum in honore esset non intel. compa. est iumen. &c. b ¶ Diabolo, qui dixit: Mea sunt flumina, & ego feci ea. c ¶ Vt terram. f. aquamque possideas. d ¶ Quasi. ¶ Erectus in superbiam irrigatione fluminum. a ¶ Multitudine exercitus. b ¶ Vnde Apostolus: Qui autem conturbat vos, por. iudicium quicumque est ille. a ¶ Vetus. f. & nouum testamentum. b ¶ Diabolus semper in multitudine delectatur & turbis. a ¶ Qui quasi coluber multis fucis spinis inuolutus. b ¶ Cuius insidiæ latebant in mari huius mundi. a ¶ Qui in cælum posuisti os tuum, & te similem altissimo iactabas. a ¶ Deuorandum. b ¶ Secundum illud: Dedisti eum escam populis Aethiopum. ¶ Quæ sementem comedunt secus viam. c ¶ Non solum volatilia. a ¶ Reliquias. f. ¶ Minores. a ¶ Hæreticorum. b ¶ Cum omnia vermibus scatebant. a ¶ Inferiores fideles. a ¶ Qui transfigurabas te in angelum lucis. b ¶ Super te, & nihil tibi lætum erit, & ad interitum tuum omnes populi & reges nimio horrore formidabunt. c ¶ Cæli, vel draconis. a ¶ Id est, habitatores terræ mittam in tenebras vbi erit fletus & stridor dentium. a ¶ Vt qui prius Pharaoni seruierant, irascantur contra eum, videntes captiuitatem eius ad aliam terram, quam draco nesciebat, esse perductam. a ¶ Casu. f. tuo. b ¶ Qui tuam prius mirabantur potentiam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Leoni Gen. assimilatus. *In fortitudine & crudelitate.*
2 Et draco. *Id est, cete. vnde Genes. 1. vbi nostra translatio habet:* Cete grandia. *in Hebræo habetur:* Dracones magnos.
3 Et ventilabas. *Id est, potestate tua eleuatus.*
4 In fluminibus tuis. *Hoc dicitur, quia terra Aegypti est fluuialis ex diuisione Nili, vt supra dictum est.*
5 Et conturbabas aquas. *Tyrannicè regendo.*
6 Propterea. *Hic consequenter ponitur eius calamitas, & primo describitur hæc miseria; secundo eius causa effectiua, ibi,* Quia hæc dicit. *Circa primum dicitur in persona Dei,* Propterea. *Id est, quia abusus es potestate à me tibi concessa.*

Diuisio.

7 Expandam super te rete meum. *Id est, exercitum Chaldæorum.*
8 Et extraham te. *De loco præsentis vitæ.*
9 Super faciem agri abiici. *Quia cadauera sua & suorum bellatorum remanserunt insepulta, bestiis & auibus laceranda.*
10 Et imple. *Id est, in quocumque loco fugeris, occisus eris.*
11 Et operiam. *Hoc dicitur ad designandum magnitudinem tribulationis Aegyptiorum, quæ designari solet per tempus obscurum & tenebrosum, Vnde Ouidius in primo de tristibus dicit,* Tempora si fuerint nubila solus eris.

Ouidius.

12 Solem. *Id est regem calamitate deiiciam.*
13 Et luna. *Id est, regina.*
14 Non dabit lumen. *Id est non incedet ornata, sed magis captiuata.*
15 Omnia luminaria. *Id est, sapientes Aegypti, tunc enim vigebat ibi sapientia, vt habetur 1. Metaph.*
16 Mœrere faciam. *Propter regis & reginæ deiectionem.*
17 Et irritabo. *Id est, contra te prouocabo.*
18 Cùm induxero contritionem tuam in Gentibus, *id est, cum populum tuum contritum captiuabo inter Gentes extraneas & longinquas.*
19 Et stupescere fa. *Id est, propter tui & populi tui tantam deiectionem.*

a *Gladius meus.* HIER. lib. 10. com. De quo, *Viuus est sermo Dei & efficax, &c.* qui volat, discurrit, perstringit cernentiũ oculos, vultusque deterret, vt obstupescentes super ruinam Pharaonis, se in illo videant esse deiectos. *Gladius.* De quo, *Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel,* vt scilicet iacentes eleuet, & malè erectos humiliet.

Heb. 4. c. Luc. 2.

b *Inexpugnabiles.* IBID. Omnes hi tradentur puniendi peioribus, de quibus, *Immissionẽ per angelos malos.* Et Apostolus, *Quos tradidi,* inquit, *Satanæ.*

c. 77. e. 1. Tim. 1. d.

c *Super aquas.* IBID. Si beatus qui seminat super aquas, vbi bos & asinus calcãt; è contra infelix est, qui nec simplices quidem suo vltra potest errore detinere, ita vt pes hominis non calcet in eis, vt nec signum quidem sapientiæ & rationis aquæ Ægyptiæ in se habere videantur.

De eis qui tam absurda docent vt etiam à simplicibus explodantur.

† THEODORET. sect. 12. Cum captus fueris, inquit, alij quidem pristinæ tuæ recordati audaciæ, se immites erga te & absque misericordia præbebunt: alij verò lugebũt, cruciabunturque, ex iis, quæ tibi acciderint impendentia sibi mala cõiicientes. Tum docet Babyloniorum exercitũ venturum cũ antesignanis optimatibus quibusdã (hoc enim gigantes vocauit) vt qui etiam sint omnibus gentibus crudeliores. Pœnas inquit, à te ô Ægypte, superbiæ exiget. Namque hanc contumeliam nuncupauit, contumeliosus enim superbus & arrogans, aitque fore, vt ipsorum robur destruant, & eos captiuos abducant, iumẽtaque diripiant, ac diutius imperturbatum fluminis permaneat fluẽtum, neque iumento, neque homine eo perturbante solitudinem quam captiuitas attulerit.

Quis vicinarum gentium animus fuerit debellata Ægypto?

Contumelia pro superbia.

Ægypti solitudo.

d *Et scient quia ego dominus.* HIE. vbi supra. Experientia enim malorum, & suam docebunt tenuitatem, & meum dominium agnoscẽt.

e *Et factum est, &c.* HIERONYMUS. IBID. Supra, vna die mensis, hic quintadecima die. In prima die, id est, in calendis, mensis principium est: In quintadecima, id est, quando totus lunæ orbis impletur; Et si quidem primus mensis fuerit, azymorum est prima dies: Si autem septimus, scenophegiarum; quando figuntur tabernacula, quæ solemnitates apud Hebræos maximæ sunt.

Festa azymorum & scenophegiarum.

IBID. Fit autem planctus super fortitudinem Ægypti, vt in malo fortis esse desistat, & infirmitatem recipiat: Quãtò enim infirmior, tantò fortior. In Hebræo, *multitudinem.* *Lata*, enim & *spatiosa est via quæ ducit ad mortem, & multi ingrediuntur per eam.* Ad Israel è contra dicitur, *Vos pauci estis super omnes Gẽtes.* Virtus enim rara, *& arcta & angusta via, quæ ducit ad vitã, & pauci ingrediuntur per eam.*

Fortitudo & multitudo in malis non in bonum cedit. Deut. 18. g. Matth. 7. b.

f *Filias Gentium robustarum.* † THEOD. vbi supra. Filias rursus vrbes, & viros vocat, quas ait interfectum iri, *foueam* enim mortẽ, à sepulchro imposito nomine, nuncupauit.

Mors fouea nuncupatur.

g *Cum his.* HIE. vbi supra. Animalibus, scilicet in hoc sæculo mortuis, quæ perdiderunt eum, qui dicit, *Ego sum vita;* & in peccatis mortuę põdere eorum ad inferos detrahuntur, vnde, *Sicut onus graue grauata sunt super me.* Et alibi. *Introibunt in infer. ter. Qui enim fodit foueam, incidit in eam:* vnde, *Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.*

Ioan. 14. a. Peccata ad infernum trahunt. Psal. 37. a. Ibid. 62. c. Eccl. 10. b. Psal. 7. b.

(Interlinear: a ¶ Quorum regna diabolus domino ostendit, & de quibus, Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.)

tos. Et reges eorum horrore nimio formidabunt super te ¹ (a ¶ Hoc. s. fiet. b ¶ Huc & illuc nulli parcens.) propter vniuersas iniquitates, quas operatus es: cùm volare ² (a ¶ Regum. s. b ¶ Similem sibi ruinam timentes.) cœperit gladius meus super facies eorum: & obstupescent re- ³ pente singuli pro anima sua in die ruinæ suæ. ¹¹ Quia hæc di- ⁴ cit dominus Deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi, ¹² in ⁵ (a ¶ Alij gigantum. b ¶ Quæ te sectabatur. c ¶ Gigantes qui Babylonij regis tenebantur exercitu.) gladiis fortium deiiciam multitudinem tuam. Inexpugnabi- ⁶ les omnes Gentes hæ. Et vastabunt superbiam Aegypti, & (a ¶ Talibus ministris. b ¶ Non solum homines. ¶ Qui comparati sunt iumentis insipientibus.) dissipabitur multitudo eius. ¹³ Et perdam omnia iumenta eius, ⁷ (a ¶ Tanta erit solitudo.) quæ erant super aquas plurimas, & non conturbabit eas ⁸ (a ¶ Vt limpidas faciat turbidas & cœnosas.) pes hominis vltra, neque vngula iumentorum turbabit eas. ⁹ (a ¶ Ego non alius. b ¶ Draconis dominatione turbatas. c ¶ Tunc.) ¹⁴ Tunc purissimas reddam aquas eorum, et flumina eorum (a ¶ Vt sint. s. veri luminis nutrimentum. ¶ Purissima. s. & nitentia, nullo turbante. b ¶ Hæc fient propter Ægypti solitudinem.) quasi oleum adducam, ait dominus Deus, ¹⁵ cum dedero terram Aegypti desolatam. Deseretur autem terra à plenitudine (a ¶ Vel sic. b ¶ Qui remanserunt.) sua, quando percussero omnes habitatores eius, et scient quia (a ¶ Solus. b ¶ Ergo. ¶ Pharaonis. c ¶ Non spe salutis, sed quia de tanta potentia vitio superbiæ suæ deiectus sit in æterna supplicia. d ¶ Animæ ab eo oppressæ, vel etiam aliæ quæ iam non morabantur in Ægypto, sed in regione viuorum.) ego dominus. ¹⁶ Planctus est, & plangent eũ: filiæ Gentiũ plan- ¹⁰ (a ¶ Draconem. b ¶ Deleta à domino.) gent eũ: super Aegyptum, & super multitudine eius plangent (a ¶ Eodem. s. anno & mense. b ¶ Non in vna, vt supra.) eum, ait dñs Deus. ¹⁷ Et factũ est in duodecimo anno, in quinta- ¹¹ decima mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: ¹⁸ Fili (a ¶ Alij fortitudinem. ¶ Non super Pharaonem.) hominis, cane carmen lugubre super multitudinem Aegypti. ¹² (a ¶ Superbia sua. ¶ Quia.) Et detrahe eam ipsam & filias Gentium robustarum, ad ter- ¹³ (a ¶ In profundum inferni. b ¶ O rex es.) ram vltimã cum his qui descendunt in lacũ. ¹⁹ Quò pulchrior es ¹⁴ ¹⁵ (a ¶ Vt merearis euadere mortem. b ¶ Id est immundis, circumcisi enim mundi sunt. vnde, Nos sumus circumcisio, qui spiritui Deo seruimus.) descende: & dormi cum incircumcisis: ²⁰ In medio interfectorũ ¹⁶ (¶ Alias eam.) gladio cadent. Gladius datus est. Et attraxerunt eum, & om- ¹⁷

h *Quò pulchrior es, &c.* IBID. q. d. Quò melior es ô rex Ægypti, vt debeas euadere, cùm Assur & Elam, & alij pereant.

i *Gladius, &c.* IBID. Ei scilicet contrarius, quem *Dominus venit mittere in terram.* Sicut Christi gladius bonos à malis separat, dicens, *Non veni pacem mittere super terram, sed gladium.* Sic hæreticorum gladius omnes populos truncat, & vulneratos deducit ad inferna.

Matt. 10. d. Plures sunt gladij.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et reges eo. *Id est, non solum vulgares, sed etiam reges & potentes timbunt, ne simile eis accidat.*

2 Cum volare cœp. gladius meus. *Id est, vindicta mea iustitia.*

3 Super facies eor. *Videntes appropinquare Chaldæorum exercitum, qui dicitur hic gladius domini, eo quod erat executor diuinæ iustitiæ. Et hoc modo rex Hunorum dixit sancto Lupo episcopo Trecensi se esse flagellum Dei.*

Ministri diuinæ iustitiæ dicuntur gladius vel flagellũ Dei.

4 Quia hæc dicit. *Hic consequenter ponitur causa effectiua dictæ deiectionis instrumentalis, tamen quia rex Babylonis in hoc erat instrumentum Dei, vt dictum est, ideo dicitur,*

5 Gladius regis Ba. ve. tibi. *Id est, ad destructionem tuam.*

6 Inexpugn. omnes gentes hæ. *Existentes cum rege Babylonis.*

7 Et perdam. *Quia Chaldæi non solum interficient homines, sed etiam prædabuntur animalia.*

8 Quæ er. super aquas. *Terra. n. Aegypti pascualis est propter irrigationem Nili.*

Ægyptus est terra pascualis.

9 Et non con. *Id est: ita pauci erunt homines & animalia in terra Aegypti, quod ex transitu eorum non turbabuntur aquæ sed erunt purissimæ.*

10 Et planctus. *Id est, mulieres in diuersis terris cantabunt super eum carmen lugubre magis ad derisionem quàm compassionem.*

11 Et fact. est. *Hic resumitur carmen lugubre ex noua reuelatione. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur miseria Aegyptiorum absolutè, secundo, comparatiuè, ibi,* Loquentur ei. *Circa primum præmittitur tempus reuelationis factæ, cum dicitur,* Et fact. est in duodec. anno, *Scilicet transmigrationis Ioachin, & sic facta est in eodem anno quo & præcedens & eodem mense, tamen alia die, quia præcedens facta fuit prima die mensis, hæc autem decimaquinta vt patet in littera.*

Diuisio.

12 Cane carmen. *Magis ad derisionem Aegypti quam ad compassionem.*

13 Et detrahe. *id est, dic eam detrahendam in gehennam.*

14 Et filias Gentium. *id est, Gentes venientes in eius auxilium.*

15 Quò pulch. est, &c. *In potestate & diuitiis.*

16 Descende. *In profundiorem locum inferni, quia quantò gradus altior, tanto casus grauior.*

17 Gladius da. &c. *Regis Babylonis ad te interficiendum & populũ tuum.*

a Loquentur ei, &c. † THEODORETVS sect. 12. Hæc item A beatus Isaias de Babylonio ait, *Et dicent tibi principes qui à sæculo sunt, Et tu captus es, sicut & nos, &c.* Et hic quoque dicent tibi qui fuerunt potentia illustres, & olim mortui sunt, hos gigantes vocauit, sis similis nobis, id est, mortuus. Quo enim præstantior es, qui tentaris fieri immortalis? Descende igitur, & fini vitam, & cum his qui eadem, quæ tu, ausi sunt, simili cæde perimaris. Tum commemorat eos, qui potentia illustres fuere. Quis inquit, fuit adeo celeber, vt Assyriorum rex? Verumtamen iste quoque sortitus est vitæ finem, & omnis eius exercitus mortis illius particeps fuit.

Isai. 14.

Nulla potentia terræ dominos morti subducere potest.

B b *Ibi Assur, &c.* † GREGORIVS lib. 9. mora. cap. 50. Quamuis angelorum atque hominum longè sit natura dissimilis, vna tamen pœna implicat, quos vnus in crimine reatus ligat. Quod bene insinuat propheta cùm ait: *Ibi Assur, &c.* Quis namque Assur superbi regis nomine, nisi ille per elationem cadens antiquus hostis exprimitur, qui pro eo quòd multos ad culpã pertrahit, cum vniuersa multitudine sua ad inferni claustra descendit.

Quamuis hominum damnatorũ & dæmonũ natura sit dissimilis, vna tamen vtrorũque est pœna.

C HIERON. lib. 10. cõ. Assur, princeps hæreticorũ diabolus: Multitudo eius synagoga, vnde in Apocalypsi, *Qui sunt synagoga Satana.*

Apoc. 2. c.

c *In nouissimis laci.* HIERON. IBID. Non vt est lacus Tyberiadis, & Larios & Benacus & multi alij; sed cisternæ. Hos. n. lacus, qui aquas refrigerant, & omnem ab eis spiritus calorem auferunt peccatores & omnes hæretici fodiũt; & quantum in mea memoria est, nullus sanctorum cisternas fodisse scribitur, sed peccatores: sicut Ozias rex leprosus, de quo dicitur, quod fuit terræ operibus incumbens, & lacus foderit. Ad iustum autem dicitur, *Fons aquæ tuæ sit tibi perennis.* Et alibi, *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi lacus*, id est cisternas.

Boni puteos & fontes, mali cisternas dissipatas fodiunt sibi.

2. Pa. 26. b.

Prou. 5. c. Iere. 2. c.

a ¶ Alij gigantes, ponentes in cælum os suum, qui quanto se sustollunt, tanto ad inferna detrahentur.

a nes populos eius.[21] Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt, & 1

a ¶ Hos scilicet socios.

b dormierunt incircumcisi interfectique gladio. [22] Ibi Assur 2

a ¶ Deceptorum scilicet ab eo.

& omnis multitudo eius, in circumitu illius sepulchra eorum 3

a ¶ Ideò. ¶ Quia interfecti.

omnes interfecti, et qui ceciderunt gladio, [23] quorum data

a ¶ Inferni, vnde, Cum his qui descendunt in lacum.

c sunt sepulchra in nouissimis laci. Et facta est multitudo eius

a ¶ Qui non possunt audire. Qui statis in domo domini.

per gyrum sepulchri eius, vniuersi interfecti cadentesque

a ¶ Ecclesia.

d gladio, qui dederant quondam formidinem suam in terra vi- 4

¶ Id est Persæ.

e uentium. [24] Ibi Elam & omnis multitudo eius, per gyrum se- 5

¶ Dei.

pulchri illius. Omnes hi interfecti ruentesque gladio, qui

a ¶ Licet in excelso posuerint os suum. b ¶ Immundi.

c ¶ Quanto sublimius eleuati, tanto fortius ceciderunt.

f descenderunt incircumcisi ad terram vltimam. Qui po-

¶ Non semel.

suerunt terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt

¶ Alij tormentum.

ignominiam suam cum his qui descenderunt in lacum. [25] In

a ¶ Quos suo mucrone iugularunt.

g medio interfectorum posuerunt cubile eius, in vniuersis

¶ Assyriis scilicet. ¶ Quamuis circumcisos se iactent.

populis eius, in circumitu eius sepulchrum illius. Omnes hi

¶ Secundò.

incircumcisi interfectique gladio: Dederunt enim terrorem

¶ Tormentum.

suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam

a ¶ Fraudibus suis.

cum his qui descendunt in lacum: in medio interfectorum

a ¶ LXX. Assyrium. ¶ Cappadoces. b ¶ Insania. c ¶ Quos alij Iberos, alij Italos putant.

h positi sunt. [26] Ibi Mosoch & Tubal & omnis multitudo eius, in 6 circumitu eius sepulchra illius. Omnes hi incircũcisi interfe- 7

a ¶ Etiam tertio. b ¶ Cunctis Gentibus.

ctique, & cadentes gladio, quia dederunt formidinem suam

a ¶ Ecclesia. b ¶ Ideo, peiora enim meruerunt supplicia. c ¶ Alias gigantibus. d ¶ A principio.

in terra viuentium, [27] & non dormient cum fortibus cadenti- 8

a ¶ Ideo. b ¶ Non acta erroris pœnitentia. c ¶ Adhuc contra Deum & ecclesiam rebellantibus etiam animis post mortem. 9

busq; et incircumcisis qui descenderunt ad infernum cum 10

a ¶ De quibus, Filij hominum dentes eorum arma, & lingua eorum gladius acutus.

b ¶ Emphaticoteron, id est emphaticè loquitur ad expressionem.

i armis suis. Et posuerunt gladios suos sub capitibus suis, 11

d *Qui dederant.* His scilicet qui erant in terra viuentium, præpositis D scilicet ecclesiæ, & simplices deceperunt, vnde, *Timeo ne sicut serpens seduxit Euam, ita corrumpantur sensus vestri per simplicitatem.* Sed hunc timorem dominus mitigat, de quo, *Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo?*

2. Cor. 11. a.

Psal. 26. g.

e *Elam.* IDEM. IBID. Ascensus eorum. Qui enim contempta humilitate Christi in superbiã diaboli ascendunt, falsi nominis sciẽtia, Elamitæ sunt, & regis Assyrij sepulchrum ambiunt.

f *Qui pos. ter.* IBID. Quis enim ecclesiasticorũ ad huiusmodi errorem securus est? Quis non aliquem perdidit è gregè Christi? Ecclesia, terra viuentium: hæreticorum conciliabulũ, mortuorum terra.

Ecclesia est fidelium, Cõciliabulum hæreticorum.

E † THEOD. vbi suprà. Mos erat in bellis, vt secundũ gentes struerẽtur sepulchra, propinquos. n. coactos cognati vni sepulturæ mandabant. Hoc igitur indicauit hic quoque gẽtem Elam fecisse, quæ Assyriis proxima est, docetq; etiã incircũcisos periisse, cùm ab impietate nequaquam recesserint. Deinde cũ rursus dixerit eos, qui formidabiles olim omnibus fuere, proprio tormento punitos, & æquè atque alios mortuos esse, adiecit.

Mos priscorum sepeliẽdi cæsos in bello.

F g *In medio interfe.* HIE. vbi sup. Aliasq; gẽtes enumerat, quæ hac cæde sunt interfectæ Thubal vocatur Iberes; Mosoch, Cappadoces. Eisdemque repetitis, quę de Elamitis dixerat, subiicit.

h *Tubal.* IDEM IBID. Conuersio, in malum scilicet, siue vniuersa, vt ostẽdat omnes hęreticos insanire, & pari studio ad peiora conuerti. Nec mirum si insanientes & coaceruati in malos habeant multitudinem, cùm Ægypti regis socij sint, qui gaudent multitudine.

Omnes hæretici insaniunt.

i *Posuerunt gladios suos sub cap.* † THEODOR. vbi suprà. Superuacua enim arma sunt iis interfectis, qui ipsis vterentur. Narrat etiam cædis causam, *Et posuerunt gladios suos sub capitibus suis.* Requiescentes

d Qui

NICOLAVS DE LIRA.

1 Loquentur ei. *Hic consequenter describitur miseria Aegypti comparatiuè & primò ponitur duplex damnatorum gradus; secundò ostenditur in quo Pharao sit ponendus, ibi,* Et tu ergo. *Prima diuiditur in duas, secundum duos gradus; Secunda ibi,* Et non dormient. *Primus autem gradus est illorum, qui descendunt ad infernum morte violenta, cum dicitur:* Loquentur ei, &c. *Insultando ei quod sic deiectus est in infernum morte violenta sicut & ipsi.*

Diuisio.

2 Ibi Assur, &c. *Qui debellatus fuerat antè regem Aegypti, vt dictum est suprà ca. praced.*

3 In circumitu, &c. *Id est interfectorum cum eo, ita quod sicut fuerant socij in morte, ita & etiam in pœna gehennæ; Et pœna istorum dicuntur hic sepulchra, eo modo loquendi, quo dicitur Luca 16. f.* Mortuus est diues & sepultus est in inferno.

Infernus sepulchrum damnatorum.

4 Qui dederant, in terra viuentium, *Id est, in Iudæa: vt dicit Ra. Sa. Illam enim afflixerunt reges Assyriorum, vt patet 4. Reg. Potest etiam cum hoc intelligi de aliis terris multis, quibus formidabilis fuerant reges Assyriorum, vt patet. 4. Reg. 19.*

5 Ibi Elam. *Id est, Elamitæ: qui similiter per gladium descenderunt ad infernum, Et ex dictis patet littera vsque ibi.*

6 Ibi Mosoch. *Id est Cappadoces.*

7 Et Tubal. *Id est Iberi, qui similiter morte violenta descenderunt ad infernum, ideò concluditur,* Omnes hi incircumcisi interfectique, &c.

8 Et non dormient. *Hic ponitur secundus gradus damnatorum morte naturali morientium, seu corruptione aeris, & non violentia gladij à quibus separantur pradicti, cùm dicitur,* Et non dormient. *Videlicet supradicti.*

9 Cum fortibus cad. &c. *Id est, morientibus per se sine gladio.*

10 Qui descenderunt, &c. cum armis suis. *Id est arma non sunt eis ablata per violentiam.*

Arma sua cũ dominis sepulta.

11 Et posuerunt gladios suos sub capitibus. *Antiquitus enim in*

tes studio & animo bellandi, & pro summa victoria sententiarum A suarum iacula complexantes in tantum scilicet vt fuerint iniquitates eorum in ossibus eorum.

a *Et fuerunt iniquitates, &c.* † THEODOR. sect. 12. Pœnas, inquit, impietatis persoluerunt. Deinde etiam impietatis genus declarat.

b *Quia terror, &c.* † IDEM IBID. Tantũ inquit, crudelitatem adhibuere atq; temeritatem, vt omnibus terrorem incuterent, non solum tenuibus, sed iisquoque qui robore & potentia gloriabantur. Idcircò, B inquit, simili cæde peribis, qua ij, quos ipse occidisti. Hæc autem sustinuere aliæ quoque gentes.

Reponetur crudelibus sua crudelitas in inferno.

c *Ibi Idumæa & reges eius.* HIER. lib. 10. cõ. Omnes qui terrenis operibus seruierunt, vel sanguine delectati sũt. Idumęa enim terrenã vel sanguinariã sonat, & reges eius & C omnes duces eius terrenis operibus incubantes & effundentes quotidie sanguinem eorum, quos fraude deceperunt.

De hominibus mundanis & sanguinis effusoribus.

d *Vidit eos.* IBID. Habens adhuc malitiam suam multos pœnæ suæ socios videns consolatus est.

e *Gladio.* IBID. Pharaonis, scilicet vel sociorum, præcipuè regis Assyrij & Mosoch & D Tubal & Idumæorum & principum Aquilonis & Sidoniorum, qui omnes dederunt terrorem suum in terra viuentium.

f *Quia dedit terrorem suum, &c.* IBID. Quod quinto dicitur, vt huiusmodi nationes summoperè caueamus quæ cunctis nos sensibus deceperunt, & horribiles esse sciamus, nec facilè posse vitari, nisi omni custodia cor nostrum seruemus.

Custodia cordis.

† THEODORETUS vbi suprà. His perceptis, cùm cognouerimus ex diuinis oraculis quales E pœnas luant, qui animam non circumcidunt, accipiamus, (hortor) sanctissimi spiritus haud manufactam circumcisionem, de qua beatus Paulus: *Circumcisio cordis in spiritu, &c.* Peccati videlicet ablationem, & improbarum mentis affectionum amputationem. Hoc docebat F dominus cùm dicebat, *Si oculus tuus scandalizat te, excide & proiice abs te.* Ita enim ab aduersarij cõmunione alieni erimus, & Dominum beneficiorum auctorem in nobis habitantem excipiemus.

Exhortatio ad cordis circumcisionem. Philip. 3. Matth. 18.

a ¶ Id est fortissima figmenta, & erroris dogmata posséderunt. b ¶ Gladiis. c ¶ Quartò.

a b & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum quia terror 1

a ¶ Habentium scilicet scientiam scripturæ, & qui erat de regione viuorum. ¶ Cùm sic descendunt ad infernum cum armis sub capitibus & gladiis. b ¶ Alij in vita sua. c ¶ q. d. Tu non poteris eadem sustinere.

fortiũ facti sunt in terra viuentiũ. [28] Et tu ergo in medio incir- 2

¶ Pharao, vel contraria fortitudo, vel Aegypti multitudo. a ¶ Secundum illud. Deus conteret Satan sub pedibus vestris. b ¶ Somno perpetuo. c ¶ Cum Assyrio, cum Aegyptiis.

cũcisorum contereris, & dormies cum interfectis gladio. [29] Ibi 3 c Idumæa & reges eius & omnes duces eius, qui dati sunt cum

¶ Immundis.

exercitu suo cum interfectis gladio, & qui cum incircumcisis dormierunt, & cum his qui descenderunt lacum. [30] Ibi prin-

a ¶ A quo exardescunt mala super terram. b ¶ Sidonij, de quibus: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.

cipes Aquilonis omnes & vniuersi venatores, qui deducti 4 sunt cum interfectis, pauentes & in sua fortitudine confusi, quia dormierunt incircumcisi cum interfectis gladio, & por- 5

a ¶ Supplicium quorum ignis non exting. & vermis non morietur. b ¶ Alias descendunt. c ¶ Inferni.

tauerunt confusionem suam cum his qui descenderunt in lacum.

a ¶ Omnes. b ¶ Leuiora existimans multis communicata tormenta.

d cum. [31] Vidit eos Pharao, & cõsolatus est super vniuersa multi- 6 e tudine sua, quæ interfecta est gladio: Pharao & omnis exer- 7

¶ Quintò.

f citus eius, ait dominus Deus, [32] quia dedit terrorẽ suum in terra

¶ Somno mortis æternæ.

viuẽtium, & dormiuit in medio incircumcisorum cum inter-

a ¶ Socij eius. ¶ Quæ per latam & spaciosam viam tendit ad mortem.

fectis gladio, Pharao & omnis multitudo eius, ait dominus Deus.

NICOLAVS DE LIRA.

in sepulchris talium ponebantur eorum gladij ad caput sepulchri, in signum quod non fuerant in bello deuicti, ita exponit Rab. Sal.

1 Et fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum. *Id est, quamuis non fuerunt puniti morte corporali, tamen pro iniquitatibus suis puniti sunt pœna gehennæ, quæ est latens viuentibus, sicut ossa sub carne.*

Diuisio.

2 Et tu ergo. *Hic consequenter ostenditur in quo gradu sunt Aegyptij reponendi, scilicet in primo, cum illis qui per gladium descenderunt in infernum, ideò dicitur,* Et tu, *Scilicet Pharao, cum exercitu tuo,*

3 Dormies cum inter. gla. *Et consequenter subditur de pluribus aliis sic punitis, cùm dicitur,* Ibi Idumæa. *Et patet littera vsque ibi,*

Venator pro tyranno.

4 Et vniuersi venat. *Id est, homicidæ & tyranni, eo modo loquendi quo dicitur, Genes. 10. b.* Quasi Nemroth venator robustus corã domino.

5 Et portauer. confusionem. *In gehenna, quæ est valdè confusibilis pœna.*

6 Vidit eos. *In pœna gehenna.*

7 Et cons. *Videns, quod alij reges cum exercitibus suis erant in simili pœna. Quoddam enim solatium miseri est, habere socium in pœna, vt prædictum est. Cetera patent ex prædictis. Sed contra dicta de hac consolatione videtur esse, quod in Euangelio Lucæ dicitur de diuite epulone, qui in inferno positus, petebat Lazarum mitti ad fratres suos viuentes, ne venirent in locum tormentorum. Ad quod dicendum, quod sicut in dæmonibus remanserunt naturalia integra, secundùm Dionys. ita in damnatis hominibus: ideò iste diues ex pietate naturali poterat eis compati. Item, quia suo malo exemplo, & fortè verbo induxerat eos ad peccandum, & sciebat pœnam suam aggrauandam ex damnatione eorum, & timore huius mali petebat Lazarum mitti. Istæ verò causæ non sunt in proposito, quia hæc consolatio procedebat ex consortio in pœna respectu extraneorum, qui non attinebant sic Pharaoni, nec fuerat eis occasio delinquendi.*

An habeant damnati aliqualem cõsolationẽ vel quasi consolationem ex cõsortio aliorum secum damnatorum.

ADDITIO.

In cap. 32. *vbi dicitur in Postilla.* Et Tubal, id est, Iberi.

Tubal est Hispania.

Tubal Hispaniam significat secundùm communem intelligentiam historiographorum: & sic Postilla. eam exposuit super Ieremiam; tamen quandoque aliter transtulit, vnde Isa. vlt. f. Vbi dicitur, Mittam in eis, *scilicet Apostolis qui saluati fuerunt,* ad Gentes in mari in Africam, in Lydiam, tenentes sagittam in Italiam & Græciam. *Et vbi dicitur* Italia, *in Hebræo habetur,* in Tubal, *quæ significat Hispaniam, & sic fuit in re, quia Iacobus maior fuit missus in Hispaniam ad prædicandum, & postea ibidem in morte gloriosè & miraculosè sepultus.*

S. Iacobus apostolus in Hispania prædicauit & sepultus est.

CAP. XXXIII.

CAPVT XXXIII.

a *ET factum est ver.* HIER. lib. 10. cõ. Rursum ad prophetã fit sermo domini, qui aliquo siluerat tẽpore, quia non potest propheta, vel humana natura continuum sustinere vaticinium, &

a ET [1] factum est verbum domini ad me dicens: [2] Fili 1 hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXXIII.

1 ET factum est. *Postquam Ezechiel prophetauit de extraneis, hic iterum prophetat de Iudæis; quibus primò prophetat aduersa, secundò prospera. 36. cap. prima adhuc in duas: quia primò prophetat contra Iudæos generaliter; secundò contra eorum pastores specialiter cap. seq. Prima adhuc in tres, quia primò prophetat de Iudæis existentibus in Chaldæa; secundò de existentibus in Iudæa, ibi,* Et factum

Diuisio.

MORALITER.

† 1 *Et factum est.* Sequitur. *Terra, &c.* MORAL. Per speculatorem istum intelligitur superior in spiritualibus, aut temporalibus per electionem institutus, qui debet esse de nouissimis. † Nouis-

Princeps vel prælatus.

☞ & loquitur eadem quæ ſuperius: *Fili hominis ſpe. dedi te. Iſrael, &c.*
A Quæ ſi diligenter inſpicias, ſimilia quidem ſunt, ſed non eadem, dum in pleriſque diſcordant, & hoc in omnibus ſcripturis ſanctis obſeruare debemus, vbi videtur aliqua ſimilitudo eſſe ſententiæ, non in omnibus eadem dici, ſed vel ſubtrahi pleraque vel addi, vel ſingulorum inter ſe verborum diſcrepantium habere rationem.

Quid iudicandum de locis S. Scripturæ, vbi videtur eadem repeti.

† THEODORETVS ſect. 13. Beneuolus Deus populũ ſuum, populum vocat, ſed propter ſcelera eum auerſatus, non amplius domeſtico nomine vſus eſt, quod erga Moyſen feciſſe B conſpicere licet. Siquidẽ ante ſcelus admiſſum, dixit Pharaoni, *Dimitte populũ meum*, ſed poſt vituli cultum, Moyſi dicit, *Peccauit populus tuus*, Ita hic quoque non populum ſuum, ſed prophetæ populum vocat: Gladium autẽ dicit bellum, ſpeculatorem vero exploratorem, Docetque nos oratio, ipſum eſſe, qui pacem homi- C nibus præbet propter bonitatem, & bellum fieri permittit propter hominũ ſcelera, quæ ad calamitates trahunt.

Populus Dei eſt, qui Deo ſeruit.

Exod. 5. & 32.

A Deo ſunt pax & bellum.

a *Terra cùm indux.* HIERONYMVS lib. 10. cõ. Vel, terra, anima credentis quæ mẽtem atque rationem præponit turbæ cogitationum, ne omnia earum incentiua ſuſcipiat, ſed iudicet & diſcernat, quæ ſectanda, quæ fugienda.

Ratio eſt quaſi animæ clypeus.

b *Speculatorem.* IBID. Speculator, Iudææ rex, vel propheta, eccleſiæ Epiſcopus, presbyter à populo electus diuina electione, cognoſcens & præuidens futura annuntiat populo, corrigit delinquentem. Formidandum ſummoperè officium, ne accedamus in- D digni, ne aſſumpti à populo negligentes ſimus, & ventri & otio ſeruiamus, ne honorem nos accepiſſe, non onus putemus. *Filius enim hominis venit miniſtrare, non miniſtrari:* pedes diſcipulorum lauit, oſtendens à magiſtris omnes diſcipulorum ſordes debere purgari.

Periculum eorum qui animas ſuſceperunt regendas. Matt. 20. d. Ioan. 13. a.

c *Quod ſi ſpe. vi.* IBID. De huiuſmodi dicit Salomon, *Sapientia abſcondita & theſaurus occultus, quæ vtilitas in vtriſque?* Et dominus in Euangelio, *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & in mare, &c.* quàm E in ſpecula ſcilicet cõſtitutus plurimis noceat.

Eccl. 20. d.

Matt. 18. a. De eis qui poſiti ad lucrandum Deo animas, magis illas perdũt.

HIERONYMVS IBID. Ex his diſcimus poſſe hominẽ, quamuis iniquum & impium, ſi magiſtri verba audierit, & pœnituerit à ſua impietate, ſaluari: nec minus magiſtrum damnari, ſi non docuerit, vel timore diſcriminis, vel deſperatione peccantis: cùm reus eſt etiã F ſanguinis eius, qui potuit liberari, & in vtroque liberum ſeruari arbitrium, dum & in magiſtri voluntate eſt vel loqui vel tacere: & in auditoris vel audire & facere, & ſaluari, vel contemnere & contemptu perire, Nec ſtatim ſequitur, vt quia propheta prędicit, veniat quod prædixit. Non enim prædicit, vt veniat, ſed minatur ne veniat: Nec quia Deus loquitur, neceſſe eſt fieri quod minatur, ſed ideo comminatur, vt pœniteat cui minatur, & non fiat, quod futurum eſt, ſi verba domini contemnantur.

* ſuprà 3. d.

Periculum quod imminet prælato ſi non docuerit, & diſcipulo ſi non obedierit.

a ¶ Vel Iudæa, vel eccleſia, quæ ſæpe de nouiſſimis populi, ſpeculatorem eligit, quem Apoſtolus ad Corinthios vocat iudicem. b ¶ Electione. c ¶ Sine cuius petitione fieri non debet.

a eos: Terra cùm induxero ſuper eam gladium, & tulerit pô- 1 2

a ¶ Prælatum. b ¶ Etiam. ¶ Non eſt perſonarum acceptor Deus. c ¶ In his quæ ſunt ad Deum.

pulus terræ virũm vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit 3

a ¶ Prælatum. b ¶ Prælatus. c ¶ Iram domini.

b eum ſuper ſe ſpeculatorem, ³ & ille viderit gladium venientem

a ¶ Aperte nuntiauerit. b ¶ Id eſt.

ſuper terram & cecinerit buccina, et annuntiauerit populo, 4

a ¶ De ſubiectis. b ¶ Prædicationis.

⁴ audiens autem quiſquis ille eſt ſonitum buccinæ, & non ſe

a ¶ Præuidendo, pœnitendo. b ¶ Interfecerit corporaliter vel ſpiritualiter.

obſeruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum, ſanguis

a ¶ Vnuſquiſque ex officio iudicatur: epiſcopus ſi loquutus non fuerit, populus ſi contempſerit.

ipſius ſuper caput eius erit. ⁵ Sonum buccinæ audiuit, & non

a ¶ Secundum vocem præpoſiti.

ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit. Si autem ſe cuſto-

a ¶ Admonitus.

c dierit, animam ſuam ſaluabit. ⁶ Quod ſi ſpeculator viderit gla-

a ¶ Ignorans venturum gladium.

dium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe 5

non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam,

a ¶ Ignorans ignorabitur. ¶ Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt.

ille quidem in iniquitate ſua captus eſt: ſanguinem autem

a ¶ Qui debuit præmunire. b ¶ Non populus terræ, ſed ego.

eius de manu ſpeculatoris requiram. * ⁷ Et tu fili hominis, 6

a ¶ Non terra, non populus terræ, ſed ego. b ¶ q. d. Licet generale ſit quod dico, ad te hoc potiſſimum ſpectat. c ¶ Mente. d ¶ Filio.

ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. Audiens ergo ex ore meo

a ¶ Non ex te.

ſermonem, annuntiabis eis ex me. ⁸ Si me dicente ad impium

impie, morte morieris, non fueris locutus vt ſe cuſtodiat im-

a ¶ Quam prius commiſerat, de qua te annuntiante potuit liberari.

pius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinẽ autẽ eius de manu tua requirã. ⁹ Si autem annuntiante te ad impium, vt à viis ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua,

☞ † THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

☙ factum eſt, *tertio iterum de exiſtentibus in Chaldæa, ibi,* Et tu fili hominis. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur populi monitio, ſecundo eiuſdem obſtinatio, ibi,* Tu ergo. *Circa primum præmittitur parabola de ſpeculatore, cum dicitur.*

1 Terra cùm, &c. *Exercitum cum gladiis ad puniendum iniquitates in ea habitantium.*

2 Et tulerit nouiſſi. vnum de. *Id eſt, de inferiori populo, vt dicunt expoſitores aliqui. Sed hoc non videtur bene dictum, quia hæc parabola ſpeculatoris applicatur ad Ezechielem, qui erat de excellentioribus, non ſolum ratione prophetica cognitionis, ſed etiam ſanguinis, quia fuit de tribu ſacerdotali, vt patet in prologo, quæ commixta erat regiæ, & ideo cum dicitur hic,* De nouiſſimis ſuis. *intelligendum eſt, id eſt, de excellentioribus: Ita enim poteſt accipi nouiſſimum, vel vltimum in aſcendendo, ſicut in deſcendendo, & hoc modo dicitur Geneſ. 47. quod Ioſeph extremus fratrum ſuorum quinque viros conſtituit coram rege, & ad hoc concordat quod ſubditur hic.*

Nouiſſimus hic accipi debet non de abiecta, ſed de nobiliori perſona.

3 Et conſt. eum ſuper ſe. *ly.* ſuper. *importat eminentiam.*

4 Et cecinerit. *Nihil omittendo de pertinentibus ad officium ſibi impoſitum. Cetera patent vſque ibi.*

5 Et non in. *Omittendo de hoc quod ſpectat ad eius officium, ideo ſibi imputatur homicidium. Conſequenter parabola ad propoſitum applicatur, cùm dicitur,*

6 Et tu fili hominis, ſpeculatorem, &c. *Et patet ſententia ex ſupradictis. 4. cap. vbi ponuntur quaſi eadem verba.*

☙ Tu

MORALITER.

† Nouiſſimum autem dupliciter accipitur, aliquando pro ſuperiori quod eſt nouiſſimũ in aſcendendo, aliquando pro inferiori quod eſt nouiſſimũ in deſcendendo, vtrumque vero cõuenire debet prælato, ſcilicet vt ſit inferior per humilitatẽ, exemplo Chriſti dicentis, Luc. 22. *Ego autem in m. ve. ſum ſicut qui mi.* Et ſuperior aliis, quantum ad virtutem, quia ponitur medius inter populum & Deum.

Nouiſſimũ dupliciter accipitur.

4 *Et cecin.* Annuntiando diligenter virtutes ad proſequendum, & vitia ad fugiendum, pœnas ad timendum, & præmia ad deſiderandum: & ſi negligens fuerit, culpandus eſt & puniendus, & ſi diligens fuerit, commendandus & præmiandus: & hoc patet ex textu, debet etiam conſolari deſperantes, quod nota.

Officium prælati.

† Tu

A † THEODORETVS sect. 13. in Ezech. Quod in hostibus obseruandis facere speculator consueuit, hoc te facere ô Propheta, decet, & quæ à me dicuntur omni animi alacritate renuntiare.

† AVGVSTINVS lib. 1. ciuit. cap. Ad hoc speculatores, hoc est, populorum præpositi, constituti sunt in ecclesiis, vt non parcāt obiurgādo peccata. Nec ideo tamen ab huiuscemodi culpa penitus alienus est, qui, licet præpositus non sit, in eis tamen vitæ huius necessitate coniungitur, multa monenda, vel arguenda nouit, & negligit deuitans eorum offensiones, propter illa quibus in hac vita, non debitis vtitur, sed plusquam debuit delectatur.

De correptione peccantiū quæ priuatis & non tātum prælatis mandata est.

B † GREGORIVS hom. 11. in Ezech. Notandum quod eum, quem Dominus ad prædicandum mittit, speculatorem esse denuntiat. Cui enim aliena cura committitur, speculator vocatur: vt in mentis altitudine sedeat, atque vocabulum nominis ex virtute actionis trahat. Non est enim speculator, qui in imo est: speculator quippe, semper in altitudine stat, vt quidquid venturum est longe prospiciat. Et quisquis speculator populi ponitur, in altum debet stare per vitam, vt possit prodesse per prouidentiam. Hinc propheta alius speculatorem admonet dicens, *Super montem excelsum ascende tu qui* C *euangelizas Sion*. Pensandum est quam connexa sunt peccata subditorum, atque præpositorum, quia vbi subiectus ex culpa sua moritur, ibi is qui præest, quoniam tacuit, reus mortis tenetur. Pensate ergo fratres charissimi, pensate, quia & quod nos digni pastores non sumus, etiam ex vestra culpa est, quibus tales prælati sumus. Et si quando vos ad iniquitatem defluitis, etiam ex nostro hoc reatu est, quod obsistentes atque reclamantes in prauis desideriis non habetis. O quam liber à commissorum sibi sanguine fuerat, qui dicebat, *Mundus sum à sanguine omnium*.

Vita superiorum debet esse cōmuni eminentior.

Isa. 40.

Connexa sunt peccata subditorum & præpositorum.

Act. 20.

a *Tu ergo fili hom. &c.* HIER. lib. 10. com. Negligentibus videtur hæc prophetia eadem ei in qua dicitur, *Numquid volens cupio mortem iniqui, dicit dominus, nisi conuerti eum à via mala & viuere?* Et in fine eiusdem supra dictum est, *Conuertimini & redite ab vniuersis impietatibus vestris, &c.* Sed ibi ad eos sermo, qui volunt agere pœnitentiam, & D iustitia peccata delere, vt confidenter conuertantur. Hic ad eos qui impietatum magnitudine desperant.

b *Nolo mortem, &c.* † THEODORETVS vbi suprà. Quis pro dignitate admirari poterit domini bonitatem? qui neglectus ab iis, quos beneficiis affecit, sibi admodū ingratis, tamen ingratissimi animi crimine execrandos omni prouidentia prosequitur, vt eorum cōspiciat mutationē.

Mira Dei bonitas.

† AVGVST. lib. de conflict. virt. & vitior. c. 15. Si de criminibus & delictis agitur, ecce David adulterij simul & homicidij reus, de inferni faucibus Domini misericordia describitur liberatus, Manasses sceleratissi- E mus per pœnitentiam ad vitam de morte rediit, Magdalena innumeris peccatorum sordibus inquinata ad fontem pietatis anxia currens ablui promeruit, Petrus negationis vinculis astrictus, lachrymis nodos infidelitatis resoluit, latro seditione simul, & fraterni sanguinis effusione obnoxius, vnius horæ momento, de cruce ad paradisum transiit, Saulus ecclesiam Dei persequens Apostolus factus, in vas electionis est commutatus. Vbi ergo tot tantaque F procedunt exempla, dent locum desperationis mala colloquia, cùm & scriptum sit, *In quacumque die peccator conuersus ingemuerit, saluus erit*. Et rursum: *Nolo mortem peccatoris, dicit Dominus.*

* sup. 18. g. 26. q. 6. c. agnouimus.

Pœnitentiā morientibus non esse denegandam.

17. q. 1. c. finali.

Eandem gratiam nec versifragis in morte negandam.

Exempla per pœnitentiam saluatorum.

Ezech. 18. & 33.

Pro.

ipse in iniquitate sua morietur. Porrò tu animam tuam liberasti. [10] Tu ergo fili hominis, dic ad domum Israel: Sic loquuti 1

(a A morte negligentiæ.) (a Inexpiabiles. In alios. b In nos.)

estis dicentes: Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos 2 3

(a Aggrauata. b q. d. Nulla iam vulneribus nostris superest medicina.) (c Saltem præsente vita fruamur, qui futuram perdidimus, manducemus & bibamus, cras enim moriemur.)

sunt, & in ipsis nos tabescimus: Quomodo ergo viuere poterimus? [11] Dic ad eos: Viuo ego dicit dominus Deus: * Nolo 4 5 6 7 8 9

(a q. d. Nolite desperare, conuertimini de venia securi.) (a In regione viuorum.)

mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat, 10

(a Apostropham facit ad impios desperantes. b Morte æterna.) (c Hi sunt impij, ad quos loquitur.)

Conuertimini à viis vestris pessimis. Et quare moriemini do-

(a Non mei. b Præterita.)

mus Israel? [12] Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui: Iu-

(a Cuiuslibet.)

stitia iusti non liberabit eum in quacumque die peccauerit,

(a Antiqua. b Ad salutem scilicet.) (c Pœnitenti & bene agenti, dominus enim in vtroque non præterita, sed præsentia iudicat.)

& impietas impij non nocebit ei * in quacumque die conuersus fuerit ab impietate sua, & iustus non poterit viuere

(a Præmia iustitiæ pollicens.)

in iustitia sua in quacumque die peccauerit. [13] Etiam si dixero 11 iusto, quod vita viuat, & confisus in iustitia sua fecerit iniqui-

(a Pristinæ, non tamen Dei mutata est sententia, qui non potest in eodem homine peccatori reddere quod iusto promisit.)

tatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniqui-

(a Sicut illud, Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur.)

tate sua quam operatus est, in ipsa morietur. [14] Si autē dixero

(Sicut Niniuitæ.)

impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, [15] & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ

(a Quæ est Christus.)

ambulauerit, nec fecerit quidquam iniustum, vitā viuet, & non morietur. [16] Omnia peccata eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei. Iudicium & iustitiam fecit, vita viuet.

c *Moriemini, &c.* HIER. vbi supra. Secundum illud, *Anima quæ peccauerit ipsa morietur.*

Supra. 18. d.

d *Iustitia iusti, &c.* IBID. A speciali admonitione qua domui Israel loquebatur, transiit ad generalem disputationem.

e *Si autem dixero impio, morte morieris, &c.* IBID. Comminatio peccatoris, iustum punire non debet. Simile loquitur sermo diuinus ad Ieremiam, quando descendit in domum figuli & audit, vel promissa, vel comminationem Dei id agere, vt vel homines prouocent ad salutem, vel deterreant à peccato: vnde qui dicunt, *Non est æqua via domini*, arguuntur, quod ipsorum sit iniqua sententia.

Ierem. 18. a.

Cur Deus minetur & promittat.

f *Vita viuet, & non morietur.* † AVGVST. li. de vera & fals. pœn. ca. 18. Sed

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tu ergo fili hominis, &c. *Hic consequenter ostenditur populi obstinatio, Et hoc ex duobus: Secundum ponitur ibi*, Et dixerunt, *Primum autem est, desperatio, quæ est causa obstinationis in peccato. Quando enim homines desperant consequi veniam, non agunt pœnitentiam, & sic erat de Iudæis quantum ad multos, qui erant cum Ezechiele in Chaldæa, ideo dicitur ei*, Tu ergo fili hominis dic ad domum Israel, *id est, ad Iudæos tecum existentes*,

Desperatio Iudæorum in Chaldæa existentiū.

2 Sic loquuti estis, dicentes, *Vnus ad alterum.*

3 Iniquitates nostræ, &c. *Erga proximum.*

4 Et peccata nostra, &c. *Erga Deum.*

5 Super nos sunt. *Id est, tam grauia, quod non possumus ea expiare.*

6 Et in ipsis nos tabescimus. *Desperati posse in Iudæam reuerti.*

7 Quomodo ergo viuere poterimus. *Vita gratiæ.*

8 Dic ad eos, *Errorem istum improbando nomine meo.*

9 Viuo ego. *Id est, sicut verum est, quod sum vita per essentiam, ita verum est quod sequitur.*

Erigit desperantes.

10 Nolo mortem impij, *Exponatur sicut suprà. 18. cap. hoc excepto quod subditur.*

11 Etiam si dixero iusto, quod vita viu. &c. *Quia talis promissio Dei intelligitur sub conditione, scilicet si in iustitia perseueret.*

4 Et Et

MORALITER.

† 1 *Tu ergo fili hominis, dic ad domum Isr.* Et subditur.

8 *Dic ad eos, viuo ego, dicit Dominus Deus: Nolo mortem impij, sed vt conuertatur.* Debet etiam reprimere blasphemantes, quod notatur ibi.

8 Dic † Et

☞ Sed si etiã sic cõuersus euadat, vita viuat, & non moriatur: non tamẽ A promittimus quòd euadat omnem pœnam. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud sęculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis etsi æternus non sit, miro tamen modo est grauis: excellit enim omnem pœnam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita.

Ignis purgatorij.

a ¹⁷ Et dixerunt filij populi tui: Non est æqui ponderis via domini, & ipsorum via iniusta est: ¹⁸ Cùm enim recesserit iustus à iustitia sua, feceritq; iniquitates, morietur in eis. ¹⁹ Et cùm recesserit impius ab impietate sua, feceritque iudicium & iustitiam, viuet in eis.* ²⁰ Et dicitis: Nõ est recta via domini. Vnumquemque iuxta vias suas iudicabo de vobis domus Israel. ²¹ Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis vestræ, venit ad me qui fugerat de Ierusalem dicens: Vastata est ciuitas. ²² Manus autem domini facta fuerat ad me vespere, antequam veniret qui fugerat, aperuitque os meum, donec veniret ad me mane, & aperto ore meo non silui amplius. ²³ Et factum est verbum domini ad me dicens: ²⁴ Fili hominis, qui habitant in ruinosis his, super humum Israel

(Interlinear glosses: Id est, Sed. — Qui hoc dicunt. — Via sua. — Sicut suprà. — Diu clausum. — Pauperes qui relicti in Ierusalem, vt Ieremias ait: vt vineas agrosque colerent. — Incensæ vrbis.)

a *Non est æqui ponderis, &c.* † THEODOR. sect. 13. in Eze. Tanta inquit, à me proposita bonitate atque clementia, accusare meas administrandi rationes, vt minus rectas audent: atqui oportebat eos à rebus ipsis intelligere, mea quidem omnia & recta & iusta esse, B sua verò peruersa.

Nequissimũ est Dei reprehendere iudicia. — * sup. 18. g.

b *Cùm enim recesserit iustus, &c.* HIERON. lib. 10. com. His omnibus demonstratur, nec peccatorem de salute desperare debere, si pœnitentiam agat, nec iustum in sua confidere iustitia, si negligentia perdiderit, quod magno labore quæsierat.

Nec desperãdum nec præsumendum.

† GREGORIVS hom. 34. in euangelia. Diuina misericordia pollicetur, *Gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente:* Et tamen per prophetam Dominus dicit, *Quacumque die iustus peccauerit, omnes iustitia eius in obliuione erunt coram me.* Pensemus si possumus, dispensationem supernæ pietatis, quæ stantibus si ceciderint minatur pœnam: lapsis verò vt surgere appetant, promittit misericor- C diam. Illos terret, ne præsumant in bonis: istos refouet, ne desperent in malis. Iustus es, iram pertimesce, ne corruas: peccator es, præsume de misericordia, vt surgas.

Iusti habent cur timeãt, mali cur sperent.

HIERONYMVS vbi suprà. Manifesta transcurrimus, vt in obscurioribus immoremur.

c *Et factum est, &c.* HIERONYMVS IBID. in quibus autem præsens prophetia differat à præterita, & in quibus dicat similia collatio vtriusque poterit iudicare. *Et factum est in duodecimo anno, &c.* Vndecimo anno regni Sedechiæ, quinto mense capta est Ierusalem: Hæc autem prophetia fit 12. anno, decimo mense, quinta mensis captiuitatis siue transmigrationis, quando captus est Iechonias. Ex quo ostenditur post vnum annum & quatuor menses & vigintiquinque dies, capta Ierusalem, venisse in Babylonem vnum ciuium Ierusalem, qui nuntiauit vrbem captam atque vastatam. Ante autem vnum diem quàm veniret, vespere facta est manus domini ad Ezechielem, quæ aperuit os eius, D quod diu clausum fuerat, & quidquid erat ille dicturus, hoc factum antè, replicauit, nec siluit amplius, videns prophetiam suam opere completam, & non dubitare populum qui erat in Babylone vel eos qui captiui erant, de vaticinio prophetali.

Impleta sua prophetia prodit Ezechiel confidentior.

Tunc enim aperitur os prophetæ, quando quod prænuntiauit, opere ostendit: & tota libertate proclamat, cum non futura sed præsentia, vel transacta demonstrat.

HIERONYMVS IBID. Ezechiel interpretatur fortitudo Dei, Christus autem, *Dei virtus est & Dei sapientia.* Intelligitur ergo quòd capta Ierusa- E lem & euersa, quicumque perfidiam Iudæorum poterit euadere (quales fuerunt apostoli & reliquiæ, quæ saluæ factæ sunt) ipse Christo nuntiat omnes cęremonias Iudæorum subuersas, quas illi vsque hodie seruandas putant: Non audientes illud Apostoli, *Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis.* Capta ergo Ierusalem atque subuersa, aperitur os domini per apostolos, & eos qui dicere possunt, *Os meum apertum est ad vos ò Corinthij; & experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* Et illud, *Os meum aperui & attraxi spiritum*, Scilicet numquam tacere poterit, nec audire cum Israel, Audi Israel & tace, sed in omnem terram exiuit sonus eius. Vnde secundum hunc sensum vndecimus annus ad 12. tribus refertur, decimus mensis ad tempus Iudaicæ propitiationis: & quinta dies men- F sis, ad quinque sensus, quæ omnia capta Ierusalem, & Euangelio succedente deleta esse demonstrantur: & vespere, id est, in consummatione mundi, facta est manus domini ad Ezechiel, qui futuras ruinas vrbis cecinerat per prophetas, & mane impletas esse monstrauit.

1. Cor. 1. d. — Cessatio legalium. — Gal. 5. a. — 2. Cor. 6. c. — Designata per vrbis & templi priini subuersionem.

d *Qui habitant.* HIERON. vbi suprà. Omnis hæreticus in ruinosis habitat, & putat se possidere terram Israel, dicitque sibi: Abraham vnus homo, fide sua meruit semen suum multiplicari sicut arena maris & astra cęli, quantò magis nos populares terram Israel, id est, cernentium Deum & Iudæam confessionis dominicæ possidebimus? Quibus dominus: Ille inquit fidei merito possedit, vestra autem infidelitas immo blasphemia terram Israel, id est, ecclesiam possidere non poterit.

Iudæi Abrahæ fidem minime imitantur.

☞ Vnus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dixerunt. *Hic ponitur secundum, ad ostendendum obstinationem populi, & est iniusta murmuratio contra Deum, & est effectus obstinationis: Ex hoc enim, quòd homines sunt in malis obstinati prorumpere solent in blasphemiam Dei, & sic erat de istis, ideò dicitur.* Et dixerunt filij populi tui, *Quasi dicat, non sunt iam de populo meo secundum meritum.*

Murmurãt Iudæi contra Deum.

2 Non est æqui ponderis. *Id est, iusta: quod est impossibile, cum sit regula iustitiæ. Cetera patent ex dictis, suprà, 28. cap.*

3 Et factum. *Hic prophetat de Iudæis existentibus in Iudæa: & primò ponitur destructio Ierusalem, cum dicitur,* Et factum est in 12. anno, *Scilicet transmigrationis Ioachin.*

4 In decimo mense. *Et sic patet, quòd hoc fuit post reuelationes positas in præcedenti cap. ferè per decem menses, quia illa facta sunt 12. anno primo mense.*

5 Manus autem domini. *Id est eius potentia.*

6 Facta fuerat, &c. *Reuelando quod factum fuerat in Ierusalem.*

7 Ante quàm. *Hoc nuntiaret qui fugerat.*

8 Aperuitque os. *Dando mihi constantiam loquendi de impletione prophetiæ meæ de destructione Ierusalem, quam ipsi reputabant antè friuolam. Consequenter ponitur prophetia de remanentibus in terra post destructionem Ierusalem cum dicitur,*

9 Qui habitant in ruinosis, *Id est, in Iudæa plena ruinis.*

☞ Vnus

MORALITER.

†1 *Et dixerunt filij populi tui, non est æqui ponderis via domini.* Flagellati namque à Deo iustè, & hoc per semetipsum, vel per ministrum suum, scilicet iudicem iustum: communiter tamen dicunt se grauatos esse vltra debitum modum; quod tamen est falsum: & hanc falsitatem debet prædicator ostendere & arguere, nam est quædam blasphemia diuinæ iustitiæ.

Blasphemãtes diuinam iustitiam.

3 *Et factum est in 12. anno.* Sequitur.

† *Venit ad me qui fuge. de Ierusalem di. va.* Per ipsum qui fugit ad Ezechielem significatur iste, qui considerans pericula vitæ præsentis, refugit ad consilium prudentis & boni confessoris, qui debet ipsum in domino consolari; & quantum potest in bono proposito roborare, ideò subditur in persona confessoris.

De eis qui ad confessores confugiunt, vel ab eis refugiunt.

† *Et aperto ore meo non silui amplius.* Scilicet, à bonis exhortationibus. Sed de illis qui non timent pericula propter quod non refugiunt ad consilia bona, subditur,

† *Fili hominis, qui habitant in ruino.* Id est in occasionibus peccatorum, illi supple, ruunt, de peccato in peccatum, præsumentes saluari sine meritis, eò quod susceperunt baptismi sacramentum, deinde de ipsis subditur,

† Lo-

a *Vnus erat Abraham, &c.* † THEODORETVS sect. 13. in Ezech. A Stultitiæ morbo ita laborant, vt nihil supra possit, qui post magna tantaque supplicia adhuc temerarij sunt, & solitudinem Iudææ conspicientes dicere audent: Si solus cum esset Abraham, hanc terram possedit, multo magis nos, qui plures sumus, ipsius compotes erimus. Oportebat autem simul nouisse Abrahæ virtutem, suumque vitium; neque multitudine confidere, sed iustitiam inquirere. Quare etiam dominus hanc ipsis adhibet correctionem.

Iudæi Abrahæ pares volunt esse in præmio, cum contrarij sint in opere.

b *Idcirco dices ad eos, &c.* HIERON. lib. B 10. com. Propriis inquit, cõfidentes operibus, speratis patria vos terra potituros, & tamen scelerata est vita vestra; facitis enim quæ lege vobis interdicta sunt; sanguinem quippe comeditis, quod legem ferens ipsi Noe interdixi, & per Moysem in terrã effundi præcepi; & idolorũ cultum plurimi facitis, C & cædes atque adulteria patrare perseueratis. Hæc igitur audentes, ne sperate terram vos hereditate possessuros.

Per nequitias volunt Iudæi possidere terrã.

Idcirco dices, &c. HIERONYMVS IBID. q.d. vnus Abraham terram pro fide possedit, vnde, *Credidit Abraham Deo, & re. est ei ad iu.* vos crudelitate & scelere amittetis.

Gen. 15. b.

c *Stetistis in gladiis vestris.* Non in superioribus contenti, quotidie parati ad occidendum, sicut Esau, qui stetit, & vixit in gladio suo.

Gen. 17. f.

Stetistis in gladiis vestris. HIERONYMVS IBID. Perseueratis scilicet, in prauitate sententiæ parati ad cædem, & fecistis abominationes, agentes scilicet ea in cubiculis, quæ turpe est etiam loqui. D

d *Viuo ego.* † THEODORETVS vbi suprà. Eorum quæ dicta sunt obsignatio est, *Viuo ego, &c.* & asserit eos, qui muro munitas incoluerint vrbes, quique in speluncis & desertis locis degent modo dictas pœnas persoluturos. Causam ostendens subiicit.

---

a ¶ Cum debeant agere pœnitentiam super his, pro quibus captiuitas accidit. ¶ Se vana spe decipientes. b ¶ Pater noster, scilicet. c ¶ Tamen. d ¶ In semine, scilicet, non in se.

a loquentes aiunt: Vnus erat Abrahâm, et hereditate possedit terrâm. Nos autem multi sumus: nobis data est terra b in possessionem. [25] Idcirco dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros leuatis ad immunditias vestras, et sanguinem funditis: numquid c terram hereditate possidebitis? [26] Stetistis in gladiis vestris, fecistis abominationes & vnusquisque vxorem proximi sui polluit, & terram hereditate possidebitis? [27] Hæc dicẽs ad d eos: Sic dicit dominus Deus: Viuo ego, quia qui in ruinoe sis habitant, gladio cadent, & qui in agro est, bestiis traf detur ad deuorandum: qui autem in præsidiis & in speluncis sunt, peste morientur. [28] Et dabo terram in solitudig nem & in desertum, et deficiet superbia & fortitudo eius, & h desolabuntur montes Israel, eò quòd nullus sit qui per eos transeat. [29] Et scient, qui ego dominus cum dedero terram eorum desolatam & desertam propter vniuersas abominatioi nes suas, quas operati sunt. [30] Et tu fili hominis, filij populi

a ¶ Promissionis. b ¶ q.d. Nos plures, multo magis multiplicabitur, vt plura possideamus. ¶ Iudæa. ¶ HIERON. Sex generibus peccatorum Deum offenderant. a ¶ Primum. b ¶ Eorum quos scandalizatis. c ¶ Secundum. a ¶ Quas de corde fugitis. ¶ Idola non ad Deum qui habitat in cælis. b ¶ Tertium. c ¶ Seductorum. d ¶ Homicidium, scilicet, facitis. a ¶ Qui tales estis. b ¶ Quartum. a ¶ Quintum. b ¶ Libidinum turpitudines. c ¶ Sextum. d ¶ Ecclesiasticam, scilicet, conuersationem. e ¶ Amici. f ¶ Quod sceleratius. a ¶ Quotidie de complexu Christi aliquos rapere nitentes. b ¶ Qui tales. c ¶ Verbis meis. a ¶ q.d. In memetipso iuro. b ¶ Hæreticorum conciliabulis. a ¶ Meo. b ¶ De quibus, Ne tradas bestiis animas confitentium tibi. a ¶ Alij mutatis. b ¶ Vnde, Vos autem fe. illam spe. latro. a ¶ Iram Dei, scilicet, vitare non possunt, sed fame morientur & pestilentia. b ¶ Hæreticorum. a ¶ Sic. b ¶ Fracta, Superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. a ¶ Superbia, scientia. b ¶ Tanta erit solitudo, vt non confidant in multitudine; pauci qui remanserint. a ¶ Sic. ¶ Cum hæc passi fuerint.

---

e *Gladio cadent.* HIERONYMVS vbi suprà. Gladio cadent, ecclesiastico, scilicet, de quo scriptum est, *Et gla. anci. in ma. e.* Et alibi. *Non veni mittere pacem sed gladium.*

Gladius ecclesiasticus. Psal. 149. b. Matt. 10. d.

f *In præsidiis, &c.* IBID. De quibus: *Ciuitates firmissimas ascendit iustus, & destruxit munitiones earum.* E

Prou. 21. c.

g *Et deficiet superbia & fortitudo, &c.* IBID. His omnibus & illi, & nos edocti sumus, qui scelerate viuimus, ne multis quidem & innumerabilibus nos confidere oportere hominum millibus: sed solis pœnitẽtiæ remediis.

Pœnitentia fortissimũ est præsidium.

h *Desolabuntur montes Israel.* HIERONYMVS IBID. Montes Israel dicũtur, quia sub Christi nomine deceptos quosque supplantant. F Nullus sit qui per omnes tran. ve. scilicet, dicant cum Moyse, *Videbo transiens visionem hanc magnam.* Habitatores enim sunt montium peruersorum, non peregrini, sed accolæ.

Exod. 3.

i *Et tu fili hominis.* IBID. Eodem die, eodem tempore, id est, duodecimo anno, decimo mense, in quinta mensis, fit sermo domini ad prophetam, vt arguat eos qui verba sua audire desiderant, non ad animæ salutem, sed ad aurium voluptatem.

† THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vnus erat Abraham. *Id est, si ille, qui erat vnus, tantum habuit promissionem terræ pro suo semine, nos qui multi sumus multò fortius debemus eam possidere. Ra. Sa. aliter exponit & melius, vt videtur, dicens,* Vnus erat Abraham. *Id est, in vno præcepto Deo confœderatus scilicet in præcepto circumcisionis, Gene. 17.*

2 Nos autem multi sumus, *Id est Deo confœderati in multis præceptis vt patet in donatione legis, quæ continet multa præcepta moralia, ceremonialia, & iudicialia, & ideo melius debetur nobis terra, Sic enim inter se loquebantur, sed hic error tollitur cum dicitur,*

Iudæi impudenter sibi vindicant plus iuris in terrã quam Abraham.

3 Qui in sanguine comedi. *Id est, viuitis de alieno, per rapinam & homicidium rapto.*

4 Et oculos leuatis ad im. &c. *Id est, ad idololatriam vel ad sodomiam vt exponit Ra. Sa.*

5 Et sang. &c. *Innocentem, vt patet de Ismaele, & sociis eius, qui interfecerunt Godoliam & plures alios innocentes, vt habetur Ierem. 41.*

6 Numquid terram. *Q. d. quia non estis filij Abrahæ per imitationem vitæ.*

7 Stetistis. *Parati ad homicidia.*

8 Fecistis abominationes. *Id est, turpia vitia,*

9 Et vnusquisque vxorem proximi sui pollu. *Per adulteria: ideò subditur pœna, cum dicitur,*

10 Quia in rui. *Quia Godolias & plures alij post ruinas ciuitatis fuerunt in Iudæa occisi, vt dictum est: & post mortem eius alij fugerunt in Aegyptum timore Chaldæorum, & ibi cum Aegyptiis occisi fuerunt à Chaldæis.*

11 Et qui in agro est. *Insidians transeuntibus,*

12 Bestiis tradetur, *Ad deuorandum.*

13 Qui autem in præsi. *Pro sua tuitione,*

14 Peste. *Id est, corrupto aere & fame.*

15 Et dabo terram. *Scilicet, Iudææ.*

16 In solitudinem. *Per defectum habitantium & cultorum.*

17 Et scient. *Per experientiam meæ potestatis & vindictæ.*

18 Et tu. *Hic iterum resumitur prophetia de Iudæis existentibus in Chaldæa, cum Ezechiele, cum dicitur,*

19 Filij. *Derisoriè.*

Iuxta

MORALITER.

† *Loquentes aiunt: Vnus erat Abraham, & hereditate possedit.* Per Abraham, qui pater multarum Gentium interpretatur, homo Christus signatur, qui iam possedit terram viuentium: Et quia baptizati dicuntur eius filij, ideò dicunt terram viuentium sibi deberi, licet sint mali, dicentes quod subditur,

De eis qui solum baptisma ad salutem sibi sufficere putant.

† *Nobis data est terra.* Sed hæc falsitas reprobatur cum dicitur:

† *Dices ad eos, &c. in sangui. comeditis.* De rapina viuendo.

4 *Et oculos vestros leuatis ad immunditias vestras.* Impudicè respiciendo.

5 *Et san. funditis.* Innocentes occidendo.

6 *Numquid terram.* Scilicet, viuentium,

† *Hereditate possidebitis.* Quasi dicat, non, sed magis terram tenebrarum, scilicet, inferna.

† THEODORETVS sect.13. Hæc de iis qui iam captiui adducti A fuerant, & Babylonem incolebant, qui audire quidem studebant Prophetarum oracula; sed iis, quæ dicerentur, non item obtemperare. Verùm in suis conciliis se mutuo hortati vt ad Prophetam accurrentes, quæ Deo iuberentur, discerent: repugnare perseuerabant. Idcirco neque facient ea inquit, quia non consentit lingua cum corde: Iucunda tantum, non vtilia verba audiunt, quare cõgruenter adiecit.

Nequitia captiuorũ primæ captiuitatis.

a † *Et est eis quasi carmen musicum, &c.* IDEM. Sicut musicum quoddã instrumentum cõcinnam vocẽ reddẽs, audiẽtes inde oblectãtur, non tamen sonoram percipiunt disciplinam: ita etiam verba tua ô Propheta aures tantum ipsorum delectatione afficiunt, animam verò improbitati addictam minimè demulcent. D

b *Et audiunt ver.* HIERON. lib. 10. com. Tales hodie sunt multi in ecclesia qui aiunt: Venite audiamus illum vel illum mira prædicationis suę verbo voluentem; plausúsque ei cõmouent, & vociferãtur, & iactant manus, & quę prius neglexerãt, amplectũtur, cũ aduenisse cognouerint. Necesse est enim euenire quod propheta Dei sermone prõnũtiat, tũc incipiet approbare, & nosse quòd ea quę audierãt nõ fuerãt hominis verba, sed domini, qui per prophetã & virũ ecclesiasticũ loquutus est.

De eis qui ad cõciones currunt dicendi non proficiendi studio.

a ¶ In Babylone tecum conuersantes. b ¶ Non in sensum prophetæ intrare cupientes.

tui qui loquuntur de te iuxta muros & in ostiis domorum, & [1] dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum suum, loquentes: [2] venite & audiamus quis sit sermo egrediens à domino. [3] Et ve- [4] a ¶ Ecclesiam Dei. niunt ad te, quasi si ingrediatur populus, sedent coram te a ¶ Verbo. b ¶ Non faciunt. ¶ His similes sunt qui theatralibus delectantur carminibus, tragœdos audiunt vel comœdos, & audientes delectantur, & egressi replicant ea. populus meus, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: [5] quia in canticum oris sui vertunt illos: Et auaritiam suam [6] a sequitur cor eorum, [7] & est eis quasi carmen musicum, quod b suaui dulcique sono canitur. Et audiunt verba tua, & non faciunt ea: [8] & cum venerit quod prædictum est (ecce enim venit) tunc scient quia prophetes fuerit inter eos. [9] [10]

B E

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iuxta muros in ostiis domorum. *In talibus enim locis solent conuenire homines ad confabulandum.*
2 Dicunt, *Derisoriè,*
3 Venite, *Ad Ezechielem.*
4 Et audia. *Ac si venirent ad te ex verbi Dei desiderio & deuotione, quod tamen est falsum; ideò subditur,* Et audiunt sermones tuos, & non faciunt: *Cuius causa subditur,*
5 Quia in cantic. oris. *Sicut cantilenas fabulosas Ogeri.*
6 Et auari. *Ponendo ibi totam cordis sui attentionem.*
7 Et est eis, *Scilicet, verbum tuum modo prædicto.*
8 Quasi car. mus. quod suaui dulcique. *Id est, ad aliquam delectationem, sicut cantilenæ etiam fabulosæ, audiuntur ad delectationem, & non ad ædificationem.*
9 Et cum venerit, *Malum à te prædictum.* Ecce enim ve. *Scilicet de propinquo.*
10 Tunc scient quia Prophetes fue. *Quia videbunt prophetiam tuam impletam.*

ADDITIO I.

Iudæi vsque hodie accusant diuinã iustitiam.

In cap. 33. *Vbi dicitur in Postilla:* Et dixerunt filij populi tui. *Error Iudæorum circa regulam diuinæ iustitiæ iudicando homines iustos vel iniustos, durat in eis vsque hodie, prout fuit ostensum in additione supra capitulo 18.*

ADDITIO II.

In eodem cap. *Vbi dicitur in Postill.* Vnus erat Abraham. *Abraham non solum vnum præceptum Dei seruauit, sed multa & varia, pro quibus Deus ei promisit terram promissionis & benedictionem Gentium in semine eius; vnde, Gen. 26. a. Ipsi Isaac à Deo dicitur,* Daboque posteris tuis vniuersas regiones has, & benedicentur in semine tuo omnes Gentes terræ, eò quod obedierit Abraham voci meæ & custodierit præceptum & mandata mea, ceremonias legesque seruauerit: *Quo patet quòd non solum propter præceptum circumcisionis fuit Deo confœderatus: sed etiam propter alia plurima, & forte maiora sicut immolatio Isaac Genes. 22. vnde prima expositio videtur verior.*

Abraham in multis & variis præceptis Deo seruiuit.

F

C CAP. XXXIV.

a *ET factum, &c.* HIER. lib. 11. com. Post captã Ierusalem, quod annũtiauit in Babylone, qui fugerat, loquutus est de his, qui habitant in ruinosis Ierusalem: deinde ad eos qui in captiuitate positi, nihilominus in nequitia perseuerabant, prophetæ verba audire nolentes; nunc ad pastores, id est, principes sermonem dirigit, quorum vitio oues, id est, populi dissipati sunt: Et notandum quòd à duodecimo anno 10. mense, quinta mensis captiuitatis Iechoniæ, & qui cum eo capti fuerant vsque ad vicesimum, & quintum annum, quando super montem vrbis ædificatæ templum extruitur & incredibilia ecclesiæ sacramenta panduntur, nullus in medio annus, nullumque tempus positum est, sed simpliciter dicitur, *Et factus est sermo domini ad m. d. Loquere ad illos,* vt intelligamus omnia quæ leguntur per 13. annos, diuersis dicta temporibus, & tamen inter se certa spatia temporũ non habere. Ad pastores autem Israel factum est verbum domini, id est, reges & principes, vel scribas & Pharisæos & magistros Iudaici populi; & in Euangelio ad episcopos & presbyteros, & diaconos, vel ad angelos ecclesiarum singularum, ad quos scribit Ioannes in Apocalyp.

*Iere. 23. a.

Contra socordiam Sacerdotum.

Apocal. 1. a.

CAPVT XXXIV.

a [1] ET factum est verbum domini ad me dicens: [1] ¶ Principibus. [2] Fili hominis propheta de pastoribus Israel, propheta & dices pastoribus: Hæc dicit do- a ¶ Principibus. minus Deus: * Væ pastoribus Israel, qui pas- [2] [3] a ¶ Luxuriæ suæ studentes, non salui gregis prouidentes. cebãnt semetipsos. Nonne greges pascuntur a ¶ Omnes intellige opes. b ¶ Multiplici vestium varietate. à pastoribus? [3] Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & [4] † a ¶ Diuites scilicet, adulando, laudando, peccata fouendo lucri causa; vnde, Populus meus, qui beatum te dicunt, ipsi te seducunt. quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non [5] [6]

† THEODORETVS sect. 13. Hinc ad pastores transfert orationem, vocatque pastores non solum reges, sed etiã sacerdotes: quorum accusat impudentiam, segnitiem, & omnium perditionem.

† CYPRIANVS. Nonne nobis vel negligentia segnis, vel duritia crudelis adscribetur in die iudicij, quod pastores creditas & commissas nobis oues, nec curare in pace nec in acie voluerimus armare? Nonne nobis ingeretur à Domino quod per prophetam suum clamat, *Lac comedebatis?*

Contra Ecclesię pastores qui segniter suum munus obeunt.

CHRY-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXXIIII.

1 ET factum. *Hic prophetat specialiter contra pastores Israel: & primò declarat malitiam ipsorum, secundò denuntiat consolationem subditis eorum, ibi:* Propterea pastores. *Circa primum dicitur,*
2 Væ pastoribus. *Id est, principibus & falsis prophetis.*
3 Qui pasceb. semet. *Intenti carnalibus deliciis, & non curantes de suis subditis.*
4 Lac comedebatis. *Bona eorum rapiendo ad victum vestrũ & vestitum.*
5 Et quod crassum er. occid. *Diuitibus crimina capitalia imponendo, vt sic haberetis bona eorum, vt patet de Naboth. 3. Reg. 21. Et scilicet creditur de pluribus aliis esse factum.*
6 Gregem autem meum non pascebatis. *Exemplo bonæ vitæ, & verbo sanæ doctrinæ.*

Quod

MORALITER.

† 1 *Et factum, &c. proph. de pastoribus.* Scilicet malis, ideo subditur:
2 *Væ pastoribus.* Per malos pastores Iudæorum mysticè significantur mali principes & prælati Christianorum; de quibus dicitur,
3 *Qui pasceb. semet.* Nimis carnaliter & pompatice viuendo.
4 *Lac comedebatis.* Per carnalitatem exquisitam.
† *Et lanis operiebamini.* Per excessiuum apparatum exteriorem.
5 *Et quod craf. er. occid.* Diuitibus imponendo crimina ad rapiendum eorum temporalia bona.

Mali principes & prælati.

† Quod

☞ † CHRYSOSTOMVS hom.59.in Ioan. Magnum, magnum, est, A inquam, Ecclesiæ prælatio, & quæ multa indiget sapientia & fortitudine: qualem Christus proposuit, vt numquam oues deseramus, vt lupo generosè resistamus. Hæc enim inter pastorem est & mercenarium differentia. Alter propriæ, contemptis ouibus; alter sua contempta, ouium semper saluti inuigilat. Pseudo pastores Ezechiel his verbis insectatus est, *Væ pastoribus, &c.*

Quomodo differant pastores veri & mercenarij.

Ioan. 10.

† AVGVSTINVS tom.9.lib.de pastoribus cap. 2. Videamus quid loquatur Dominus pastoribus seipsos pascentibus, non oues: *Ecce lac consumitis & lanis vos, &c.* Propter quod ergo dicit B Apostolus, Quis pascit gregem, & de lacte non percipit? Inuenimus esse lac gregis quicquid à plebe distribuitur præpositis ad eorum sustentandum victum temporalem. Et quidem Apostolus, quamquam elegerit manibus suis laborare, ne ipsum lac quæreret ab ouibus; tamen lactis potestatem percipiendi habere se dixit, & sic dominum disposuisse, vt qui euangelium annuntiant, de euangelio viuant: Et dicit alios coapostolos suos vsos fuisse hac potestate, non vsurpata, sed data. Plus ille fecit, vt nec quod debebatur acciperet; ipse donauit & debitum: sed alius non exegit indebitum. Qui ergo non possunt facere quod Paulus, accipiant de lacte ouium, sustentent suam necessitatem: sed non negligant ouium infirmitatem. Quid ergo isti increpantur? Vnde arguuntur? Quia cùm lac sumerent, & lanis C se tegerent, oues negligebant. Sua ergo tantum quærebant, non quæ Iesu Christi.

* 46. di.c.1. *Arrogantes nescire inferre humiliter qua docent.*

1. Cor. 9.

Populus pastoribus carnalia, pastores populo spiritualia mipistrare debent.

† IDEM ibi.cap.3. Quæramus quid sit, lanis se tegere? qui præbet lanam, honorem præbet. Etenim vestimentum propterea bene intelligitur in honore, quia nuditatem tegit. Qui præest, mortalis est, manducat, dormit, surgit, natus est, moriturus est, homo est: tu autem honorando eum velut Angelum, contegis quod infirmum est. Huiusmodi indumentum acceperat à bona Dei plebe, idem Paulus cum diceret, *Sicut angelum Dei suscepistis me, &c.* Sed numquid propter ipsum honorem pepercit errantibus? Si hæc fecisset, esset inter illos, qui seipsos pascunt, non oues. Accepit itaque de lacte ouium, & indumentum ex lanis: sed oues non neglexit. Non enim sua quærebat, sed quæ Iesu Christi.

Obligatio pastoris victum à populo habentis.

† IDEM ibi.cap.4. Parum est quod mali pastores, languentes, infirmas, & perditas oues non curãt: sed fortes & pingues necant quantum in ipsis est; occidunt enim malè viuendo, & malum exemplum D præbendo: contra quod dictum est, *Teipsum præbe exemplum bonorum operum, Forma est fidelium.* Qui in conspectu populi malè viuit, quantum in illo est, eum à quo attenditur, occidit. *Quod crassum est*, inquit, *interficitis.*

Pastores malæ vitæ exemplo gregem occidentes.

a pascebatis. [4] Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis. * Quod confráctum est, non b alligâstis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis: sed cum austeritáte imperabatis eis & c cum potentia.* [5] Et dispersæ sunt oues meæ, eò quòd non esset pâstor, & factæ sunt in deuorationem omnium bêstiarum agri, & dispersæ sunt. [6] Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso, & super omnem faciem terræ

a ¶ Criminali peccato. a ¶ Correctione. ¶ Errore hæresi.

a ¶ Magis enim qui præsunt in ecclesia, cupiunt deuorare, quam perditos saluare.

b ¶ Hoc propriè de supercilio episcoporum, qui operibus dedecorant nominis dignitatem, pro humilitate assumentes superbiam, qui honorem se assecutos putant, non onus.

a ¶ Vitiis, hæresibus.

a ¶ Bonus scilicet, qui ponit animam suam pro ouibus suis; sed tantùm mercenarij, vnde: Mercenarius autem & qui non est, &c.

b ¶ De quibus: Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.

a ¶ Qui eleuantur contra scientiam Dei, qui per hæreticam superbiam despiciunt ecclesiæ simplicitatem.

a ¶ Terrena, scilicet, non cælestia quærentes.

a *Quod infirmum.* HIERON. lib.11.com. De quo, *Infirmum in fide assumite*; Et alibi, *Suscipe infirmos.* Ad quos, scilicet, sanandos mittitur sermo domini, vnde, *Misit verbũ suum, & sanauit eos.*

Ro.14.1. 1.Thes.5.c. 23.q.4.c. displicet. & q.6.c. quod errauerat. *Hæretici etiam inuitos ad salutẽ trahendos.* Psal.106.b.

HIERONYMVS IBID. Magnopere cauendum, & illud nobis est timendum, *Ne quæras iudex fieri, ne forte non possis auferre iniquitates.* Et illud, E *Quanto maior es, humilia te in omnibus.* Et, *ducem te constituerunt, ne eleueris: esto inter eos, quasi vnus ex illis*, vnde & apostolus, Quasi paruulum & lactantem inter discipulos se esse ostendit.

Eccl. 7.a. Ibi.3.c. Ibi.32.c. 1.Cor.3.a.

b *Et quod abiectum est, &c.* † AVGVST. ibi.cap.7. Ecce vnde inter hæreticos periclitamur. Hic inter manus latronum, & dentes furentium luporum vtcumque versamur: & pro his periculis nostris vt oretis, oramus. Et contumaces sunt oues, quia, quæruntur errantes, & alienas sese à nobis dicunt errore suo & perditione sua. Eas quærimus, quia errant & pereunt. Audio dicentem Apostolum, *Prædica verbum, insta opportunè, importunè*: Opportunè vtique volentibus, importunè nolentibus. Reuocabo errantem, requiram perditum, velis nolis id agam. Et si me lanient inquirentem vepres sylF uarum: per omnia angusta me coarctabo, omnia peragrabo, reuocabo errantem, requiram pereuntem, &c.

2. Tim. 4.

Imago boni pastoris.

c *Et dispersæ sunt.* † THEODORETVS sect.13. Per translationem rursus vocauit bestias: quandoquidem hac ratione oues quoque nuncupauit. Appellat autem bestias intelligentia quidem præditos dæmones, animarum interfectores; sensibiles verò feras vndique in ipsas hostes aduentantes.

† AVGVSTINVS ibi. cap. 8. Audi quid sequitur de negligentia pastorum, *Et dispersæ sunt oues, &c.* Furantur lupi insidiantes, rapiunt leones frementes, cùm oues non hærent Pastori. Nam præsens est pastor, sed malè agentibus non est pastor: & inhærent pastoribus, non oues, sed seipsos pascentibus, & læthalis error consequitur. Eunt in bestias deprædantes se, & de illarum morte se satiari cupientes. Donatus superbus mons est, Parmenianus illius confirmans errorem, collis est.

Grex domini ab hæreticis dissipatus & deuoratus.

☞ Viuo

NICOLAVS DE LIRA.

1. Quod infirmum fuit non consolid. *Pronos ad vitia impediendo.*
2. Et quod ægrot. non sanastis. *Assuetos in malis reuocando.*
3. Quod confractum. *Per impatientiam.*
4. Non alligastis. *Benignè consolando.*
5. Quod abiectum, *De cultu diuino per idololatriam.*
6. Non reduxistis. *Ad latriam.*
7. Quod perierat, *Per desperationem.*
8. Non quæsistis. *Promittendo eis ex Dei misericordia veniam.*
9. Sed cum austeritate imperabatis. *Imponentes eis onera grauia & importabilia.*
10. Et dispersæ sunt oues meæ, &c. *Per diuersa vitia propter defectum boni regiminis & doctrinæ.*
11. Et factæ sunt in deuorationem, &c. *Id est, dæmonum vel aduersariorum crudelium, scilicet, Assyriorum & Chaldæorum, vt patet per prædicta in pluribus locis.*
12. Errauerunt greges mei in cunctis mon. *Id est, in locis omnibus, vbi colebantur diuersa idola.*

Propte-

MORALITER.

† 1 *Quod infirmum fuit.* Per pronitatem ad peccandum,
† *Non consolidastis*, Firmando exhortationibus vestris in bonum.
2 *Et quod ægrotum.* Per culpam,
† *Non sanastis.* Inducendo ad pœnitentiam.
3 *Quod confractum*, Per impatientiam.
4 *Non alligastis.* Per debitam consolationem.
5 *Quod abiectum.* Per excommunicationem.
6 *Non reduxistis.* Procurando eorum absolutionem.
7 *Quod perierat*, Per desperationem.
8 *Non quæsistis.* Reducendo eos ad spem salutis. Affirmationes autem contrarias negotiationibus istis faciunt boni prælati in spiritualibus & boni principes in temporalibus. Et subditur adhuc de malis.
9 *Sed cum austeritate imperab.* Dando afflictionem afflictis.
10 *Et dispersæ sunt oues.* Id est, Christiani, per diuersa vitia, propter defectum boni regiminis; ideò subditur.
† *Eò quòd non est pastor.* Non enim prælatus vel princeps malus potest dici pastor, sed magis lupus.
11 *Et fa. &c. om. bestiar.* Id est, dæmonum, qui potestatem accipiunt super homines propter deuia vitiorum; & subditur pœna malorum pastorum ibi,

Malus prælatus vel princeps non potest dici pastor.

† Ecce

a ¶ Qui enim delicias procurant, gregis dominici damna non curant.

ræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret. Non

a ¶ Nomine, non ex re. b ¶ Quia scilicet [illegible] fecistis, scilicet quæ enumero vel enumeraui.

erat inquã qui requireret. [7] Propterea pastores audite verbum domini. [8] Viuo ego dicit dominus Deus, quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eò quòd nõ esset pastor (neque enim quæsierunt pastores gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant) [9] propterea pasto-

¶ Nomine non re.

res audite verbum domini. [10] Hæc dicit dominus Deus: Ecce

a ¶ Quibus expedit vt sus. mola. asi. in collo eorum, &c. quam vt scandalizent vnum de populo Dei.

ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eo-

a ¶ Hæc scilicet erit eis maxima pœna vt non sub occasione ouium seipsos pascant, opes congerant.

rum, & cessare eos faciam, vt vltrà non pascãt gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos. Et liberabo gre-

a ¶ Quem auidis faucibus deuorant.

gem meum de ore eorum, non erit vltra eis in escam, [11] quia

a ¶ Dispersas.

hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oues meas,

a ¶ Ægras, macilentas. b ¶ Hæc omnia translatiuè.

& visitabo eas. [12] Sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus disper-

a ¶ Vnde Ioel. Dies tenebrarum & caliginis.

sæ fuerant in die nubis & caliginis. [13] Et educam eas de popu-

a ¶ Congregatas. b ¶ Viuentium.

lis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram

a ¶ De quibus, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. b ¶ In domo patris mei mansiones multæ sunt.

suam, & pascam eas in montibus Israel, in riuis & in cunctis sedibus terræ. [14] In pascuis vberrimis pascam eas, & in monti-

a ¶ Dicentes, Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me col. Super aquas refectionis edu. m. a. m. con.

bus excelsis Israel erunt pascua earum. Ibi requiescent in herbis virentibus & in pascuis pinguibus pascentur super

a ¶ Magna spes beatitudinis, dominus ipse promittit. Ego pa. o. m.
b ¶ Non committam aliis, malis pastoribus. c ¶ Vt requiescant in sinu Abrahæ, Isaac & Iacob.

montes Israel. [15] ego pascam oues meas, & ego eas accubare

a ¶ In populis Gentium.

faciam, dicit dominus Deus. [16] Quod perierat requiram,

a *Viuo ego dicit dominus, &c.* † AVGVSTINVS suprà c. 9. Videte vnde cœpit: Tamquam iuratio est Dei testificatio vitæ. Videamus ergo quid dicat Dominus, qui se dicit viuere: vtrum ablaturũ se dicat oues à pastoribus malis, & daturum se eas pastoribus bonis.

† THEODORETVS sect. 13. Significauit Dominus & regni Iudæorum, & sacerdotij finẽ. Liberabo, inquit, oues meas à mala istorũ cura, qui nulla eas vmquam prouidentia gubernarunt: sed tantum eas comedere perseuerabãt. Deinde per Saluatorem nostrum salutem pollicetur.

Christus eiectis Iudæis pastoribus Euangelicis gregẽ suum committit.

b *Ecce ego ipse requiram oues meas, &c.* † IDEM ibid. Nubem hic & caliginem iustitiæ tenebras appellauit, quæ per orbem terrarũ antequam Saluator noster homo fieret, diffusæ erant. Ita igitur asserit instar diligentis pastoris ouium maximam curam habentis, cùm imminentem nubem conspexerit, quæ lupis ac furibus securitatem præbet: ego quoque satagam ouium mearum, easq; dissipatas cogam, & vnum ouile efficiam: talis est ex Iudæis & Gentibus coacta ecclesia.

Quam curæ sit bonis pastoribus grex Domini.

c *Et pascam.* † AVGVSTINVS vbi suprà c. 11. 12. 13. 18. 21. Quomodo dicit, Petro dixit, *Pasce oues meas.* Non dicit ibi, Ego pascam, non tu; sed, *Pasce oues meas.* An fortè quia modo nõ inuenitur Petrus? Iam enim assumptus est in requiem Apostolorum & martyrum: Non est cui dicat, *Pasce oues meas,* & quodammodo quasi necessitate descendit ad officium pascendi oues suas, non habẽs quibus eas commendet. Addit,

Successores Petri in prima gregis cura.

d *Ego pascam.* IDEM ibid. Cum iudicio. Vnde quia sic solus pascit *cum iudicio,* dispertiẽs propria propriis: hæc istis, illa illis, debita eis quibus debetur hoc aut illud. Nouit enim quid agat, cum iudicio pascit, quos iudicatus redemit. Quis enim homo iudicat de homine? Temerariis iudiciis plenã sunt omnia. De quo desperauimus subito conuertitur & fit optimus: de quo multum præsumpsimus, subitò deficit, & fit pessimus. Quid sit hodie quisque homo vix nouit ipse homo: tamen vtcumque ipse quid hodie; quid autem cras, nec ipse, &c. Inuenio omnes pastores bonos in vno pastore. Non enim boni pastores desunt, sed in vno sunt. Multi sunt, qui diuisi sunt: hic vnus prædicatur, quia vnitas commendatur. Multi erant apostoli, & vni dicitur, *Pasce oues meas,* vt in vno Petro vnitas commendetur, Christus pascit, cùm ipsi pascunt: & dicit, *Ego pasco.* Quia in illis vox ipsius, in illis charitas ipsius.

Temerariis iudiciis plena sunt omnia.

Petrus pastorum post Christum primus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propterea. *Hic consequenter promittitur subditis consolatio: Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur necessitas huius consolationis; Secundò consolationis actus ibi,* Hæc dicit; *Tertiò modus, ibi,* saluabo. *Circa primum dicitur,* Propterea pastores, *id est, propter defectum vestri regiminis.*

Diuisio.

2 Audite verbum domini. *Compatientis miseriæ populi sui.*

3 Pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, *Modis prædictis.*

4 Eò quòd non esset pastor, *Scilicet, bonus, sed magis in lupum mutatus, ideo subditur,*

5 Neque enim quæsierunt pastores gregem meum, &c. *Et patet littera ex dictis.*

6 Hæc dicit dominus Deus, &c. *Hic consequenter promittitur consolationis actus, cùm dicitur in persona Dei,*

7 Requiram gregem meum de manu eorum, *Id est, malorum pastorum auferendo, & hoc fuit impletum tempore Christi, vt magis patebit infrà, tunc enim sacerdotes & scribæ aliis* onera grauia imponebant, & importabilia, *vt habetur Matthæi 23. de quibus liberati sunt fideles per libertatem Euangelij, secundum quod declarat Apostolus in epistola ad Gal. diffusè.*

Christus aufert à sacerdotibus & scribis suum gregem.

8 Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, *Per assumptionem carnis humanæ.*

9 Sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic visitabo oues meas, *Misericorditer & benignè.*

10 Et liberabo eas de omnibus locis, &c. *Congregando eas in vnitate fidei & charitatis.*

11 Et inducam eas in terram suam, &c. *Id est, in ecclesiam militantem, & postea in triumphantem, quæ est terra viuentium.*

12 Et pascam, &c. *Id est, in ecclesia militante per dona gratiæ, & in triumphante per dona gloriæ, quæ designatur hic per pascua vberrima & cetera corporalia: quia spiritualia sub similitudinibus corporalium in scriptura veteris ac noui testamenti frequenter designantur, vt secundum quod dicit Gregorius hom. 37.* Surgat animus ex his quæ nouit ad ea quæ non nouit: ac per hoc quod nouit diligere, discat & incognita amare.

Sub similitudinibus corporaliũ designantur spiritualia.

13 Quod perierat, *Per defectum regiminis.*

14 Requiram. *Reducendo ad me per gratiam.*

Et

MORALITER.

†8 *Ecce ego ipse requiram, &c.* Scilicet pœnam debitam inferendo.

† *Hæc dicit dominus.* Istud vsque ad finem capituli litteraliter exposui de primo aduentu domini Iesu Christi, propter quod de alia expositione spirituali supersedeo quoad præsens.

a *In iudicio.* HIERONYMVS lib. 11. com. Diuersæ enim mansiones A apud patrem sunt, *Et pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.* (Ioan. 14. a.)

b *Ecce ego iud.* IBID. Superius ad pastores, nunc ad oues, id est, ad populum loquitur, & ad vtriusque pecoris gregem, id est, ouium & caprarum etiam ad arietes & hircos, id est, ad principes.

† AVGVST. lib. de ouib. cap. 2. Quanta felicitas est esse gregem Dei, si quis cogitet etiam in istis lachrymis & tribulationibus, magnum gaudium concipit. (Magna felicitas est esse de grege Domini.) B Gregi enim huic dictum est, *Non dormiet neque dormitabit, qui custodit Israel.* (Psal. 120.) Vigilat ergo super nos ille vigilantibus nobis, vigilat & dormientibus nobis. Si ergo de pastore homine securū est pecus hominis, quanta debet esse nostra securitas pascente Deo, non tantum quia pascit nos, sed etiam quia fecit nos.

Ecce ego iudic. &c.

†IDEM ibi c. 5. Quid hic faciunt hirci in grege Dei? In iisdem pascuis, in iisdem C fontibus? & hirci tamen destinati sinistræ dextris miscentur, & prius tolerantur quàm separabuntur: & hic exercetur ouium patientia ad similitudinem patientiæ Dei. (Mali cum bonis in Ecclesia iuncti sunt.)

† THEODOR. sect. 13. com. Sicut pastores, & oues iudico: ita etiam ouium iudex ero, & peccantes puniam.

c *Nonne satis erat vobis, &c.* † THEODOR. ibid. Contra locupletes hæc habetur oratio, qui diuitiis ad lasciuiam abutebantur: neque id solum, quod sibi vsui esset, ex ipsis percipiebant, sed etiam vltra eorum, quibus opus haberent, fines egrediebantur. (Contra diuitum lasciuiam.)

AVGVSTINVS lib. de ouibus c. 8. Quid est hoc? Pascua Dei bona sunt, & fontes Dei puri sunt. Qui sunt ergo qui turbant aquam, vt hanc oues bibant? Sunt multi qui tranquillè discunt, perturbatè D dicunt, & cùm habeant doctorem patientem, sæuiunt in discentem. Tranquillè docet ipsa scriptura, venit aliquis, legit, & capit tranquillus de tranquillo bibens; velit aliquis audire, indignatur, perturbatur, turbatam facit minus intelligere quod potuit audire tranquillus.

d *Et cùm purissimam.* HIERONYMVS vbi suprà. Hoc omnes hæretici faciunt, sed & catholici, qui dogmatum non custodiunt veritatem, sed de corde suo confingunt, & habent magistram præsumptionem suam. Similiter E rore bacchantur, qui cum populo persuaserint vera esse quæ fingunt, & in theatralem modum plausus concitauerint, & clamores immemores imperitiæ suæ adducto supercilio suo, libratis sermonibus atque trutinatis, magistrorum sibi assumunt auctoritatem. (Contra præsumptuosos magistros.)

e *Pro eo quod lateribus, &c.* † THEODORETVS vbi suprà. Omnia hæc, vt de ouibus dixit, humeros, & cornua, & latera, & his omnibus, eorum qui in imperio constituti sunt, iniustam potentiam redarguit: attamen ouibus securitatem pollicetur. (Ioan. 10. b.) F

---

a ¶ Ab hæreticis. b ¶ Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. ¶ Vnde: Qui alligat contritiones eorum, & sanat infirmitates eorum. Et alibi, Sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

[1] & quod abiectum erat reducam, [2] & quod confractum fuerat [3] alligabo, & quod infirmum fuerat [4] consolidabo, & quod [5] pin-

a ¶ Ne voretur à bestiis. b ¶ Cui oui, quæ pascua debeantur, discernens

a gue & forte, custodiam & [6] pascam illas in iudicio. [17] Vos autem

a ¶ Audite scilicet.

b greges mei hæc dicit dominus Deus: [7] Ecce ego iudico [8] inter c pecus & [9] pecus, & [10] arietem & hircum. [18] [11] Nonne satis erat vobis,

a ¶ Scripturarum. b ¶ Non, subaudi, sed, Insuper.

[12] pascua bona depasci? Insuper & [13] reliquias pascuarum vestra-

a ¶ Eloquij mei.

d rum conculcastis pedibus vestris, & cùm purissimam aquam

a ¶ Cùm per se bonæ, vitio vestro corruptæ.

biberitis, reliquam pedibus vestris turbabatis, [19] & oues meæ

a ¶ Scriptura sancta & cibus est & potus.

his quæ conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur, & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant. [20] [14] Propterea hæc

a ¶ Alias ad vos. b ¶ Pastor bonus. c ¶ Qui omne iudicium accepit à patre. ¶ Iudex verus. d ¶ Inter pecus scilicet & pecus.

dicit dominus Deus ad eos: [15] Ecce ego ipse iudico inter pecus

a ¶ Cùm bos cornupeta secundum legem puniebatur.

e pingue & macilentum. [21] [16] Pro eo quòd lateribus & humeris

a ¶ Quasi fortiores.

impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma

a ¶ Sicut hodie superbia præpositorum multi ab ecclesia iniustè pelluntur. b ¶ Sed. Pastor bonus.

pecora, dònec dispergerentur foras, [22] [17] saluabo gregem meum,

a ¶ Prælatorum. b ¶ Non iuxta nomina dignitatum quibus tument, sed inter hominem & hominem, iuxta opera, id est, iuxta quod vterque seruus domini est.

& non erit vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus.

a ¶ Singularem. Vnde, Magister vester vnus est Christus. b ¶ Secundum hominem, qui de Dauid.

f [23] [18] Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas [19] seruum

a ¶ Qui manu fortis interpretatur. b ¶ Pane angelorum. c ¶ Filius iuxta assumptam carnem. d ¶ Pater & filius & Spiritus sanctus.

meū Dauid; [20] ipse pascet eas, & ipse erit in pastorē. [24] [21] Ego autem

---

f *Pastorem.* HIERONYMVS vbi suprà. Qui scilicet dicit: *Ego sum pastor bonus.*

† THEODORETVS vbi suprà. Quis est hic pastor? An perspicuum eum esse Dominum Christum ex semine Dauid secundum carnem natum? Et propterea tamquam homo ipse *seruus* est, idque secundum naturam, non secundum dignitatem. Hic cùm in forma Dei esset, formam serui accepit. (Philipp. 2.) Isaias ex persona ipsius exclamat: Sic formauit me Dominus, *qui formauit me ex vtero seruum sibi, &c.* (Isaiæ 49.)

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et quod abiectum erat, *Per pastorum tyrannidem.*
2 Reducam, *Per benignam consolationem.*
3 Et quod infirmum fuerat, *Per pronitatem ad malum, exemplo malorum pastorum.*
4 Consolidabo, *firmando in bono.*
5 Et quod pingue & forte custodiam. *In suo bono statu. In Hebræo autem habetur,* Et quod pingue & forte, consumam, *id est, diuites & potentes, qui iniquè oppresserunt pauperes, puniam; ideo subditur,*
6 Et pascam illas in iudicio. *Secundum demerita iustè puniendo, eo modo quo dicitur* 3. Reg. vlt. Tollite Michæam, &c. *Et subditur,* Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ. *Et huic expositioni magis concordat littera sequens, vt videbitur,*
7 Ecce ego iudico, *Id est, distinguo quantum ad pœnam & præmium.*
8 Inter pecus, *Mansuetum.*
9 Et pecus, *Ferox: Id est, inter simplices homines & feroces, ideo subditur,*
10 Arietem & hircum, *Id est, bonorum & malorum, hoc modo dicitur, Matthæi 25. cap.* Statuet oues à dextris, hœdos autem à sinistris.
11 Nonne satis vobis, &c. *Id est, sufficere debebat vobis potentibus.*
12 Pascua bo. depasci, &c. *Id est melioribus bonis in præsenti vita vti.*
13 Insuper & reliquias pa. ve. conculca. *Id est, illa, vnde deberent pauperes viuere, dedistis satellitibus vestris.* *Et eodem modo exponendum est quod dicitur,* Et cùm purissimam aquam, &c.
14 Propterea hæc dicit dominus, *Id est, propter talem iniuriam simplicibus illatam.*
15 Ecce ego. *Exponatur vt suprà.*
16 Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis, *Fortitudine vestra & potentia simplices impugnando.*
17 Et saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, &c. *Hic incipit versus in Hebræo, vbi ostenditur, per quem fieri debeat ista salus ouium, scilicet per pastorem Christum, cùm subditur,*
18 Et suscitabo super eas pastorem vnum, &c. *Scilicet Christum, secundum quod ipsemet dicit Ioan. 10. cap.* Et fiet vnum ouile, & vnus pastor.
19 Seruum meum Da. *Id est, regem de semine Dauid, vt dicit Ra. Sa. per quem intelligit Messiam venturum secundum errorem suum, nos autem Christum, qui iam venit in mundum, factus ex semine Dauid secundum carnem, vt patet Matth. 1.*
20 Ipse pascet eas. *Verbo Euangelico, virtutis exemplo.*
21 Ego autem domi. ero. *Per Christianæ religionis cultum.*

a Et faciam cum eis pactum pacis, &c. † THEODOR. sect. 13. Huius rei Paulus interpres est, cùm de Christo exclamat, *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum*. Vnus enim tum eos qui ex gentibus, tum qui ex Iudæis credidère, pascit. Cessare autem facit malas bestias de terra, quando malorum dæmonum cœtus, & feritatis morbo laborantes homines partim de sententia deducit, & ad rationem redactos liberat, partim verò morte consumit.

Ephes. 2.

Christus princeps pastorum.

b *Et dabit lignum agri*. HIERONYMVS lib. 11. comm. Lignum scilicet sapientiæ, de qua dicitur, *Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam*.

Prou. 3. c.

HIERONYMVS ibid. Alij: ligna regionum, plurima sanctorum multitudo.

† THEO-

a ¶ Idem filius secundùm deitatem. b ¶ Proficientibus scilicet pecudibus in rationale animal, non iam pastor, sed princeps vocabitur. c ¶ Vnde, Medius vestrum stet quem vos nes.

dominus ero eis in Deũ, & seruus meus Dauid princeps in me- 1

a ¶ Cuius verba non transeunt. ¶ Tunc.

dio eorum. Ego dominus locutus sum. [25] Et faciam cum eis pa- 2

a ¶ Non belli, non discordiæ; quia in pace factus est locus eius, sed pactum pacis, quæ exuperat omnem sensum, pacis Christi, qui ait, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.
b ¶ Dæmones, animi perturbationes. c ¶ Viuentium.

ctum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra: & qui 3

a ¶ Dominus illuminatio mea & sa. mea quem ti. ¶ Eiectis bestiis & desolata terra ab eis. 4
b ¶ Quia dominus reuelabit condensa syluarum, & in templo eius omnes dicent gloriam. 5

habitant in deserto, securi dormient in saltibus, [26] & ponam eos 6
in circuitu collis mei benedictionem, & deducam imbrem in 7

a ¶ Quas in Deuteronomij benedictionibus pollicetur. b ¶ Vitæ, scilicet. 8

tempore suo, & pluuiæ benedictionis erunt. [27] Et dabit lignum 9

a ¶ De quo: Ecce odor filij mei sicut o.a.p. b ¶ Eodem scilicet tempore. ¶ Veritas de terra orta est. 10
c ¶ Viuentium mitiumque, de qua, Beati mites, quoniam ipsi p.t. 11

agri fructũ suum, & terra dabit germen suum, & erunt in terra 12

a ¶ Rerum omnium felicitate.

sua absque timore. Et scient, quia ego dominus cùm contri-

a ¶ Quo quasi grauissimo premebantur imperio. ¶ Dæmonum.

uero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium

a ¶ Vitiis. b ¶ De quibus, Ne tra. be. ani. confi. ti. Et alibi, Omnes be. agri. ludunt ibi.

sibi. [28] Et non erunt vltra in rapinam Gentibus, neque bestiæ

a ¶ In terra viuentium. b ¶ Qui confidunt in domino, sicut mons Sion.

terrę deuorabunt eos, sed habitabunt confidenter absque vllo

a ¶ Vnde, Suscitabo Dauid germen iustum.

terrore. [29] Et suscitabo eis germen nominatum, & non erunt 13

¶ Verbi Dei. a ¶ Vnde, Propter vos nomen meum blasphematur in Gentibus. 14

vltrà imminuti fame in terra, neque portabũt amplius oppro- 15

¶ Sic. a ¶ Cùm erit Deus omnia in omnibus.

bria Gentium. [30] Et scient, quia ego dominus Deus eorum cum 16

a ¶ Scilicet. b ¶ Quibus dictum est, Noli timere pusillus grex.

eis, & ipsi populus meus domus Israel, ait dominus Deus. [31] Vos

a ¶ De qua, In loco pascuæ ibi me collocauit. b ¶ Solus.

autem greges mei greges pascuæ meæ homines estis, & ego

a ¶ q.d. Non Ezechiel, non homo, quem audire despicitis.

dominus Deus vester, dicit dominus Deus.

† THEODORETVS vbi suprà. Hi qui animo terreni sunt, id est, ex gentibus profecti, & Iudæi, instar arborum sterilium infœcundi, ad fidem accedentes, & huiusmodi irrigatione fruentes, mihi præbebunt pietatis fructum.

Ecclesia Christo applicata fructificauit in immensum.

† TERTVLLIANVS lib. aduer. Iud. Non illud lignum in paradiso, quod mortem dedit protoplastis: sed lignum passionis Christi, vnde vita pendens à vobis credita non est.

Lignum crucis.

c *Et suscitabo eis germen nominatum*. † THEODORETVS vbi suprà. Hoc item & Isaias prædicit; *Egredietur virga de radice Iesse, &c.* quod interpretans Dominus dixit, *Ego sum vitis vera, &c.* Igitur hic quoque suscitabo, inquit eis, plantam pacis in nomen, id est, nobilissimam, gloriosam, celeberrimam.

Isaiæ 11.

Ioan. 15.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et seruus meus Da. *Id est Christus, qui dicitur seruus Dei ratione humanitatis assumptæ, in qua minor est patre, secundum quod dicitur Ioan. 14. d.* Pater maior me est.

2 Et faciam cum eis pactum pacis, *id est, legem euangelicam, quæ est lex amoris, & per consequens pacis.*

3 Et cessare faciam be. pessi. *Diminuendo dæmonum potentiam, quæ per mortem Christi sunt diminutæ.*

4 Et qui hab. in deserto, *Religionis.*

5 Securi dormient, *à perturbatione dæmonum.*

6 In saltibus, *Id est, locis religiosis separatis à sæcularibus.*

7 Et ponam eos in circ. collis mei, *Id est, ecclesiæ militantis.*

8 Benedictionem, *Benedictos præ ceteris.*

9 Et deducam imbrem. *Scilicet gratiæ.*

10 In terra sua. *Hoc potissimè fuit in primitiua ecclesia, quando Spiritus sanctus descendit super Apostolos in signo visibili, Act. 2. & postea dabatur aliis per impositionem manuum, Act. 8.*

11 Et dabit lignum agri. fr. suum. *Quia ad hoc sequebatur multiplicatio bonorum operum in ecclesia.*

12 Et erunt in ter. *Quia in contumeliis hominum gaudebant, & dæmonibus imperabant, vt patet in Actibus Apostolorum pluribus locis.*

13 Et susci. eis germen nominatum. *Id est, Christum de semine Dauid nasciturum, in lege & prophetis præsignatum, & apertè nuntiatum.*

14 Et non erunt vl. imm. fam. &c. *sc. spirituali, ex defectu verbi diuini.*

15 Neque por. am. *Quia Gentiles ad fidem conuersi non inferunt opprobria Christi discipulis, sed magis honorem.*

16 Et sci. quia e. do. Deus eo. cum. *Per experientiam bonitatis meæ in beneficiis sibi collatis.*

CAP. XXXV.

a ET *factus est*. HIERONYMVS lib. 11. comm. Tota prophetia huius cap. est contra montem Seir, id est, filiorum Esau & Edom, (qui Grȩca lingua & nostra Idumæi vocantur) quia in tempore necessitatis & angustiæ, quando Iudas capiebatur à Babyloniis, insultauerunt eis & cuncto populo Iudæorum, & sibi putauerũt terram traditam ad possidendum: & nõ modo nõ susceperũt filios suos, id

Contra Idumæos.

Quomodo peccarint Idumæi in Iudam?

CAPVT XXXV.

a ET [1] factus est sermo domini ad me, dicens: [2] Fili 1

a ¶ Alij conuerte ab illa scilicet prophetia. b ¶ Animi scilicet, vnde Apostolus: Nos reuelata facie gloriam domini contempla. c ¶ Idumæos. f.

hominis: pone faciem tuam aduersum montem

a ¶ Diabolum. Seir diabolus, quia Seir hispidus & pilosus interpretatur, hic præsidet genti filiorum Esau, & se contra Iudam, id est, populum confessionis & veræ fidei erexit.

Seir, & prophetabis de eo, & dices illi: [3] Hæc dicit

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXXV.

1 ET fact. *Hæc est pars incidentalis, in qua post consolationem fidelium, recolit destructionem Idumæorum, qui semper fuerunt infesti Iudæis colentibus Deum: Et diuiditur in duas partes, secundum duas causas huius destructionis: secunda ibi,* Eò quòd dixeris. *Prima causa est, fraternum odium, quia sicut Esau odio habuit Iacob fratrem suum viuentem, vt habetur Genesis 27. Sic Idumæi descendentes*

MORALITER.

1 *Et factus est sermo domini ad me dicens, Fili hominis pone faciem tuam aduersus montem Seir, &c.* Denuntiando deuastationem. Per *montem*, significatur terrena potestas, per *Seir* qui interpretatur hispidus, intelligitur feritas. Et istæ duæ conditiones frequenter in eodem homine

id est, Iacob, fratris sui, sed persequentes concluserunt in manus gladij. Quod Symmachus dicit apertius, *Sanguinem tuum odisti, & sanguis tuus persequetur te.*

HIERONYMVS lib. 11. Si semper in prophetis esset sermo domini, & in pectore eorum continuum haberet hospitium, non Ezechiel tam crebro diceret: Factus est sermo domini ad me, sed ob humanã fragilitatem, & vitæ huius necessitates sæpè recedit: vnde, *Super quem videris spiritum descendentem & manentem in eo, ipse est, &c.* Non enim hoc Christo proprium esset si semper in aliis maneret. Ad Moysen quoque dicitur, *Auferam de spiritu qui in te est*, quem vtique non haberet nisi ad eum à domino descẽdisset.

HIERONYMVS ibid. Montem Seir, non mirum si in hoc loco *Seir*, id est, hispidus & pilosus in malam partem intelligitur, cùm Elias quoque vir pilosus dictus sit: Esau enim rufus fuit, & quasi pellis hispidus, Elias tantum pilosus describitur. In Esau, qui & sanguinarius & cruentus pelli hispidæ comparatur, mortalium operum & ipsius mortis indicium est: In Elia virilitatis argumentum; cuius habitatio in solitudine & vitæ austeritas non modo virum, sed & fortissimum demonstrat. Porrò Iacob qui supplantauit Esau, & primogenita eius accepit: quia simpliciter habitabat domi, & non erat venator sicut gigas Nemroth, lenis vocatur & nitidus.

Spiritus Prophetiæ non continuo manet in prophetis. — Ioan. 1. c. — Num. 11. d. — Gen. 25. d. 4. Reg. 1. d. — Pilositas quid designet? — Gen. 10. b.

a ¶ Ipse, non mittam angelos, non vtar ministris. b ¶ Qui diu sustinui. ¶ Habitum percutientis assumam.

a dominus Deus: Ecce ego ad te mons Seir, & extendam ma- 1

a ¶ Qui plurimos socios impietatis habebas, ita etiam vt vrbes construeres, & proprium tibi imperium vendicares. 2

num meam super te, & dabo te desolatum atque desertum. 3

a ¶ Munitiones malas, vt ædificem bonas. b ¶ Rerum fine. c ¶ Non alius. ¶ Quem ante solitudinem nosse non poteras.

[4] Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris, & scies quia ego do-

a ¶ Hæc est causa. b ¶ Contra quod dicitur, Irascimini, & nolite peccare; vt scilicet cito conciliemur inimicis, & odium charitate mutemus. c ¶ Insuper.

b minus. [5] eò quòd fueris inimicus sempiternus, et concluseris 4 5

a ¶ Cùm affligerentur à Babyloniis.

filios Israel in manus gladij in tempore afflictionis eorum, & 6

a ¶ Quo dies mali sunt & mundus in maligno positus est, & multiplicata iniquitate refrigescit charitas multorum. b ¶ Tuæ vel Babyloniorum.

in tempore iniquitatis extremæ. [6] Propterea viuo ego, dicit 7 †

a ¶ Vltioni scilicet effusi sanguinis. b ¶ Tuus, scilicet quem odisti.

dominus Deus quoniam sanguini tradam te, & sanguis te 8

a ¶ Vnde, sub altari Dei omnes sancti clamant, vindica sanguinem nostrum, &c. & alibi, Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. b ¶ Consanguineos tuos, scilicet.

c persequetur. Et cùm sanguinem oderis, sanguis te persequetur. [7] Et dabo montem Seir desolatum atque desertum: & au- 9 10

a ¶ Omnes scilicet habitatores, vel homines & iumenta; de quibus, Homines & iumenta saluos facies domine, eos, scilicet qui aliquid videntur habere rationis, vel simplici fide contenti sunt. b ¶ Qui ad impietatis verticem peruenerunt.

feram de eo euntem & redeuntem, [8] & implebo montes eius

a ¶ Discipulis. b ¶ Quæ in ima depressæ.

occisorum suorum. In collibus tuis & in vallibus tuis, atque

a ¶ Qui turbidas habent aquas hinc inde collectas, venientesque de superbia. ¶ LXX. Campis scilicet qui inter montes & valles sunt. b ¶ Hi sunt omnes. c ¶ Domini & manus extentæ.

in torrentibus, interfecti gladio cadent: [9] In solitudines sempi- 11

a ¶ Conciliabula prauæ habitationis.

d ternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur. Et scietis, 12

a ¶ Non solum supradicta. b ¶ Idumæorum, scilicet & Iudæorum, vel Iudæ & Israel, id est, duarum & x. tribuum.

quia ego dominus Deus, [10] eò quòd dixeris: duæ Gentes & 13

† THEODORET. sect. 14. Seir mons est Idumææ: Idumæi verò ab Esau oriundi inimicè admodum & hostiliter erga Iudæos affecti erant: quare etiam illatis ipsis calamitatibus gauisi sunt. His minatur auctor omnium extremam solitudinem. Illud verò, a *Extendam manũ, &c.* IBID. Per translationem eorum qui manibus percutiũt, posuit, iræ vehemẽtiam ostendens. Nouimus tamen diuinam naturam omnis affectionis expertem.

b *Eò quòd fueris inim. &c.* † THEOD. ibid. Docet igitur nos prophetica oratio, non insultandũ esse in eos, qui propter peccata puniuntur: sed cum flentibus secundum Apostolicam admonitionem flendum.

c *Et cùm sanguinẽ oderis, &c.* IDEM. ibid. Sãguinem hoc loco, nõ bellũ, sed cognationẽ nominat. Quãdo enim generi tuo bellum prætulisti, meritò ab ipso debellaberis, & cognati quos odisti excitabũt hostes. Cognati autem Iudæorum sunt Idumæi, qui à duob. fratribus genus ducunt.

d *Non habitabuntur.* HIER. lib. 11. comm. Vt desinant in malam partem habere consensum, & diuidantur linguæ eorum, ne turrem blasphemiæ contra Deum possint extruere, & redacta in solitudinem atque desertum

Compatiendum non insultandũ afflictis. — Sanguis bellum significat & item cognationem.

NICOLAVS DE LIRA.

tes ab Esau, Iudæos à Iacob descendentes, & hoc est quod dicitur in persona domini.

1 Ecce ego ad te mons Seir, *Id est, Idumæa, quæ est montuosa.*

2 Et extendam manum meam, *Id est, potentiam.*

3 Super te, &c. *Id est, ad te destruendam.*

4 Eò quòd fueris inimicus sempiternus, &c. *Populi Israel.*

5 Et concluseris filios Israel, &c. *Fuerunt enim Idumæi in obsidione Ierusalem cum Chaldæis.*

6 In tempore afflictionis eorum, &c. *Id est, destructionis ciuitatis & templi, de quo fuerunt summe afflicti.*

7 In tempore iniquitatis extremæ, &c. *Id est, extremæ punitionis Iudæorum pro suis iniquitatibus: Et accipitur hic extremum pro maximo propter destructionem ciuitatis & templi, vt dictum.*

8 Sanguini tradam te, & sanguis te persequetur. *Id est, filiis Israel tibi consanguineis: & hoc fuit impletum tempore Machabæorum, quando Iudas expugnauit filios Esau, 1. Machab. 5.*

9 Et cùm sanguinem oderis. *Id est, quia odio habuisti Iudæos tibi consanguineos.*

10 Sanguis te persequetur. *Id est, Iudaicus populus tibi consanguineus. Cetera patent vsque ibi.*

11 In solitudines sempiternas. *Id est, longas.*

12 Tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur. *Quia postea terra illa fuit habitata; sed non citò. Aliter exponitur ista littera, vt per sanguinem hic intelligatur homicidiũ, vt sit sensus, quòd sicut Idumæi crudeliter occiderunt Iudæos, vt dictum est suprà: ita propter hoc peccatum effusus est crudeliter sanguis eorum à Chaldæis, & terra eorum destructa vsque ad longum tempus. Et hæc expositio magis consonat præcedentibus.*

13 Eò quòd dixeris, duæ Gentes. *Hic ponitur secunda causa destructionis Idumæorum, quæ est cupiditas ambitiosa. Cupiebant enim hereditare terram Iudæ, quæ erat eis propinqua, & ideo iuuerunt Chaldæos in obsidione Ierusalem, per hoc sperantes obtinere terram, & hoc est quod dicitur,* Eò quòd dixeris duæ Gentes, &c. *Id est, duo regna, scilicet Iuda & Israel erunt mea.*

Iniquitas pro punitione, extremum pro maximo. — Sanguis pro cognatione. — Sanguis pro homicidio. — Idumæi laborant occupare terras Iudæorum.

MORALITER.

† homine coniunguntur: cuius destructio ex causa duplici nuntiatur. Prima ponitur cùm dicitur,

4 *Eò quòd fueris inimicus sempiternus, &c.* Ad litteram Idumæi descendentes de Esau, qui alio nomine dicitur Seir, semper inimici fuerunt populi Israel, sicut Esau ipsius Iacob. Et eodem modo potestas terrena crudelitati coniuncta, semper Deo seruientibus (qui per Israel significantur) est inimica. Et subditur pœna,

† *Propterea viuo ego dicit dominus Deus, quoniam sanguini tradam te.* Id est, dæmoni de quo dicitur Ioannis 8. f. *Ille homicida erat à principio.* Secunda causa ponitur ibi,

13 *Eò quòd dixeris, duæ Gentes & duæ terræ meæ erunt, &c.* Ad litteram hoc dicebant Idumæi de Iuda & Israel, per quas mysticè significari possunt duæ religiones in generali, quæ habent possessiones, scilicet monachi & canonici regulares: quorum temporalia bona frequenter vsurpare nititur terrena potestas crudelitati coniuncta; eò quòd à prædecessoribus suis fuerunt monasteriis donata; quod tamen est falsum, quia sicut per venditionem vel donationem homini factam ius rei transfertur, sic & magis per donationem factam monasteriis, quia fit principaliter ipsi Deo, ideo subditur,

Potestas terrena crudelitati cõiuncta. — Monachi bonis suis spoliari non possunt.

a ¶ Idumæa.f.& Iudæa, id est, hæreticos pariter & ecclesiasticos possidebo. b ¶ Quamuis. c ¶ Qui suo populo præsidebat.

duæ terræ meæ erunt, & hereditate possidebo eas, cùm dominus esset ibi.[1] Propterea viuo ego, dicit dominus Deus, quia

a ¶ Qua sæuiebas in populum Dei. b ¶ Quo persequebaris familiam Christi.

faciam iuxta irâm tuam, & secundum zêlum tuum quem fecisti odio habens eôs, & notus efficiar per eos, cùm te iudicauero,[3] & scies quia egô dominus. Audiui vniuersa opprobria tua,

a ¶ Quos possidere cupiebas. a ¶ Non alius retulit. ¶ Contra. ¶ Montes.

quæ locutus es de montibus Israel, dicens: Deserti nobis dati sunt ad deuorandum.[6] Et insurrexistis super me ore vestro & derogastis aduersum me. Verba vestra ego audiui.[8] Hæc dicit dominus Deus: Lætânte vniuersa terra in solitûdinem te redigam,[11] sicuti gauisus es super hereditatem domus Israel, eô quòd fuerit dissipâta, sic faciam tibi. Dissipatus eris mons Seir & Idumæâ omnis, et scient quia ego dominus.

a ¶ q.d. Hæc iniuria redundat in me. b ¶ Non super montes vt putatis. c ¶ De quo, Disperdat dominus vniuersa labia dolosa, & lin.ma. ¶ Ipse. ¶ Ergo. a ¶ Reddito pristino statu. b ¶ Conuersa ad seruitutem Dei. c ¶ Sempiternam. ¶ Sanctorum virorum. ¶ Dissipatam. a ¶ In toto orbe persecutionibus. b ¶ Hispide pilosæ. a ¶ Opera terræ & sanguinis. b ¶ Sic. c ¶ In hoc proficit ira Dei. ¶ Solus.

☞ sertum cognoscant, A quod ipse sit dominus.

Ephesa. a *Audiui vniuersa opprobria, &c.* † THEOD. sect. 14. Verba maledica ne commemorare quidem sustinet: docens nos, aliorum male dicta minimè lingua proferre, meminisse verò dicti illius, *Vt non loquatur os meum opera hominum.* His autem nô solum ipsorum odium, & iniuriarum memoriam ostendit; sed etiam arrogantiam, & contra Deum rabiem & insaniam. Et vtilissimè opposuit: *Multiplicasti super me verba tua.* Vt doceat nos, nihil esse quę vel dicuntur, vel aguntur à nobis, quod ipsius videndi vel audiendi vim latere possit.

Verba maledicentiæ nec commemoranda quidem esse.

b *De mont.* HIER. lib. 11. com. Moyse, prophetis, & Apostolis, quos hæretici & eorum particeps diabolus, sibi putant traditos ad deuorandum, quando aut rarus aut nullus in ecclesia reperitur, qui possit pugnare pro montibus domini, & eorum liberationem sua voce defendere.

Gloriatio hæreticorũ. *quasi Catholici cedant ipsis possessione scripturarũ.*

c *Et dero.* IBID. q.d. Preces vestræ contra me blasphemiæ sunt.

d *Lætante vniu. &c.* † THEOD. vbi suprà. Supplicium minatur, cui remedium adhiberi non possit. Intulit autẽ cùm Nabuchodonosor non solum ipsos, sed etiã Tyrios & Sydonios & Palæstinos atque Ægyptios inuasisset. Attamen adhæc pollicetur per supplicia beneficium. Cognoscent enim quia ego sum Dominus. Vtilitatem igitur adfert disciplina, quæ secundum Isaiam, nostras aures aperit, efficitque vt proprium Dominum agnoscamus percutientem & sanantem.

Flagella faciunt nos Dei recordari.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cùm dominus esset ibi. *Quia in Ierusalem colebatur in templo, in quo erat propitiatorium quod dicebatur sedes Dei, vt dictum fuit diffusè Exod. 25.*
2 Quia faciam iuxta iram tuam, *id est, debite te puniendo de ira & inimicitia contra Iudæos.*
3 Et notus effi. per eos. *eorum liberatione de Babylonica captiuitate, te in captiuitate remanente.*
4 Audiui vn. &c. *De destructione Iudæ.*
5 Deserti. *Scilicet sunt montes Israel.*
6 Nob. &c. *Quia comedemus bona ibi crescentia.*
7 Et insurrex. in me. *Dicentes, quod non poteram defendere Iudæos à rege Babylonis.*
8 Verba vestra, &c. *id est, blasphemias vestras punire disposui.*
9 Lætante vniuersa terra. *Scilicet Israel.*
10 In solitudinẽ, &c. *Quia post reditum Iudæorũ de Babylone, Idumæi remanserũt in captiuitate, & sic Idumæa remãsit desolata propter defectũ culturæ.*

MORALITER.

†1 *Cùm dominus.* Scilicet principalis possessor. Et istorum potentum crudelium pœna concluditur in fine capituli, cùm dicitur, † *Dissipatus eris mons Seir & Idumæa omnis.* Tales enim dissipantur in morte per separationem animæ à corpore, & tunc caro tradetur vermibus corrodenda, & anima dæmonibus crucianda.

CAPVT XXXVI.

¶ Supra posuit faciem contra montem Seir propheta, hic filius hominis loquitur ad montes vel super montes.

a ¶ Apostoli, prophetæ, hi enim audierunt verbum domini.

TV autem fili hominis, propheta super montes Israel, & dices: Môntes Israel audite verbum domini.[2] Hæc dicit dominus Deus: Eô quòd

CAP. XXXVI.

a *TV autem.* † THEODORETVS sect. 14. Tristibus atq; molestis Idumæis prænuntiatis, ad montes Israel verba transfert: ipsisque bona pollicetur, iubetq; bono animo esse, quòd quæ ab inimicis dicta sint, ea falsa sint ac vana. Non enim diutius, inquit, solitudo permanebit, sed gentium quæ vobis finitimæ sunt opprobria redarguam: ipsarumq; contra vos audaciam ita comprimam, vt non amplius vestras enarrẽt calamitates. Sigillatim autem montium, & vallium, & collium, & vrbium meminit, vt eos qui animum propter solitudinem desponderant, consoletur.

Restitutio Israeli promittitur.

HIER. lib. 11. com. Hæ antiphrasticos more Iudaico, dicuntur quæ illi expectãt in mille annorũ regno, quãdo ciuitatẽ Ierusalẽ asserũt extruendã, & templũ illud quod in fine voluminis describitur, & rerum omnium felicitatẽ; alij sub Zorobabel cõpleta, sed sequentia non patiuntur: Tunc enim nõ tãta bona habuerũt, quãta à principio nedũ maiora.

Millenarij.

HIERONYMVS ibid. Prophetiæ totius ad montes Israel breuiter hic sensus est. Quia insultauit vobis, inimicus, id est, mons Seir, & putauit vos in perpetuum possidere, & altitudines quondam domini nunc desertas, cessisse sibi in hereditatem, & aliquanto ☞ tempore

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXXVI.

1 TV autem fili, &c. *Superius Ezechiel prophetauit Iudæis aspera, adiunxit tamen in fine 34. cap. consolationem de liberatione eorum per Christum fienda; hic prophetat eis prospera: & primo facit hoc simplici sermone, secundo prophetica visione cap. seq. Circa primum agitur de liberatione populi Iudaici. Et diuiditur in duas partes, secundum duas causas huius liberationis, Secunda ponitur, ibi,* Et factum est. *Prima autem causa est, releuatio populi à miseria. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur aduersantium deiectio; Secundo populi Iudaici erectio, ibi,* vos autem. *circa primum dicitur,*

Diuisio.

2 Propheta super montes Israel. *Prospera nuntiando.*
3 Eò quòd dixerit inimic. &c. *Gaudendo de vestra destructione.*

Euge,

MORALITER.

1 *Tu autem, &c.* Superius Ezechiel prophetauit Iudæis aspera, hic prophetat eis consolabilia: & hoc propter duo, s. ad leuandũ eorum miseriam & ad tollendum diuini nominis blasphemiam. Circa primum sciendum, quod Iudæorum nomen secundum veritatem significati translatum est ad Christianorum gentem, Rom. 2. d. *Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non littera.* Igitur per afflictionem Iudæorũ sub monarchia Chaldæorum, fuit mysticè significata Christianorum afflictio sub monarchia Romanorum: vnde & Roma figuraliter Babylonia nominatur, 1. Pet. 5. d. Persecutio verò Christianorũ incepit tempore Neronis vsque ad tempora Constantini. Qui Christianorum afflictionem releuauit: ponens edictũ, vt si quis molestiam inferret alicui Christiano grauiter puniretur. Igitur de hac releuatione exponitur mysticè quod dicitur,

Iudæorum nomen secundum veritatem significati translatum est ad Christianos. *Persecutio Christianorum à quibus inchoata & à quibus sublata.*

2 *Propheta super, &c.* id est, super prælatos principes Christianos. Et posita breuiter afflictione Christiana, quæ præcessit Constantini tempora, cùm dicitur, 3 *Eò quòd dix. mi. &c.* Vocabant tyranni,

tempore possidebit: A propterea hæc dicit dominus montibus & collibus,&c.

a *Coll.* HIER. lib. II. com. Inferioribus in monte ecclesiæ constitutis per singulos gradus, vnde, *Non potest abscondi ciuitas super montem posita.* (Matth. 5. b.)

b *Torrentibus.* HIERONYMVS ibid. Quorũ scilicet hyeme persequutionum B & tempestate pressuræ augetur fides, vallibus his scilicet qui humilitate depressi sunt.

c *Quoniam in igne zeli, &c.* † THEODORETVS sect. 14. Me validè inquit, irritauit Idumææ & aliarum gentiũ audacia, C quæ contra meam terram ipsius solitudine exultantes abusi sunt: cùm sperarent, ea se potituros, & animas, quæ in ipsa incolerent, se in seruitutem redacturos. Quamobrem contra eos sententiam tuli.

d *Idcirco vat.* † IDEM. Opprobrium contra vos illatum, inquit, causa fuit vt contra eos, qui probris lacesserunt, sententia lata sit: & illi quidem impie-

dixerit inimicus de vobis, euge altitudines sempiternæ in he-[1]reditatem datæ sunt nobis:[2] [3] Propterea vaticinare & dic: Hæc dicit dominus Deus: Pro eo quòd desolati estis, & conculcati † per circumitum, & facti in hereditatem reliquis Gentibus, & ascendistis super labium linguæ, & opprobrium populi,[4] propterea montes Israel audite verbum domini Dei.[5] Hæc dicit a dominus Deus montibus & collibus, torrentibus, vallibusque b & desertis parietinis & vrbibus derelictis quæ depopulatæ sunt, & subsannatæ à reliquis Gentibus per circumitum.[5] Propterea hæc dicit dominus Deus: Quoniam in igne zeli mei c[6] locutus sum de reliquis Gentibus, & de Idumæa vniuersa,[7] qui dederunt terram meam sibi in hereditatem cum gaudio,[8] & toto corde & ex animo, & eiecerunt eam vt vastarent:[9] [6] idcirco vaticinare super humum Israel, & dices montibus & col-d libus, iugis & vallibus: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego in zelo meo & in furore meo locutus sum, eò quòd confusionem Gentium sustinueritis:[7] Idcirco hæc dicit dominus Deus: Ego[10] leuaui manum meam vt Gentes quę in circumitu vestro sunt,[11] [12] ipsæ confusionem suam portent.[8] Vos autem montes Israel[13] e ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis po-† f pulo meo Israel.[14] Propè est enim, vt veniat.[9] Quia ecce ego ad[15]

Interlinear glosses: a Mons Seir. Diabolus insultans de vobis. Quondam Dei. b De quibus dicitur, Montes in circuitu eius. — a Persecutionibus & angustiis. — a Non solum enim dixit, sed aliquamdiu possedit. b Dum multi labuntur. c Quasi vile lutum. — a Omnium nationum vel Gentium. b Persecutoribus, vitiis, dæmonibus. — a Ab omnibus blasphemati. b Estis scilicet. — a Non tantum montibus Seir, sed & montibus eius & collibus, &c. b Conculcatis. — a Ecclesiis sc. sub Diocletiano & Maximiano in toto orbe dissipatis. — a A Gentibus, ab hæreticis. Vbique terræ. — Contra. a Præcipuè. b Quæ terrenis operibus volebat omnes, posita imagine cælestis, portare imaginem terreni. — a Ecclesiam. b In gladio possederunt. — Tam materiali quam spirituali. a De sedibus suis. b Habitatores. — a O Propheta. q. d. Nihil proderit Gentibus, nihil hæreticis, ecclesiam persequi. — a LXX nemorosis, quæ amœnitate paradisi virebant. — a q. d. Opprobrij vestri vltor existam. b Contra aduersarios qui ecclesiam persecuti sunt. — a Leuabo. b Potentiam. Alias in. — a Qui vos confunderint. b Apostoli & apostolici viri. — a Aduersariis interfectis, pace reddita ecclesiæ. b LXX. vuas, quibus s. populus meus saturetur. — a Ne putetis post longum tempus futurum. b Ne vobis videatur difficile.

impietatis in me, & D memoriæ iniuriarum vestrarum atque audaciæ fructus feret.

e *Fructum.* HIERONYMVS lib. II. LXX. Vuas calcandas scilicet in prælo domini, de quibus musta funduntur, quæ inebriant, & vinum exprimitur, *quod lætificat cor hominis,* (Psal. 103. b.) vt omnis fructus montium (de quibus cõficitur panis de cælo descendens) comedatur à E populo Dei Israel: & ne desperemus in persecutionibus addit, *Propè est, &c.*

f *Quia ecce ego, &c.* † THEODORETVS vbi suprà. Hæc ad exitum post reditum è Babylone perducta F sunt, & res ipsæ testantur. Incolis enim refertę sunt Palestinę vrbes, omnesque ita instauratæ sunt, vt nobilitate splẽdeant, illa autem sola deserta permansit, in qua contra Dominum rabie perciti Iudæi, crucis audax facinus patrarunt, omnibus quidem hominibus salutem, sibi verò exitum machinati.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Euge, &c. *Interiectio est gaudentis.*

2 Altitudines sempiternæ, &c. *id est, terra Iudæa montuosa.*

3 In hereditatem datæ sunt nobis, &c. *Sic enim ducebant Idumæi, vt dictum est cap. præcedenti.*

4 Et ascendistis super la[bium] linguæ, & opprobrium populi, &c. *Quia extranei loquuntur de vobis deridendo & improperando. Cetera patent vsque ibi,*

5 Propterea hæc dicit dominus Deus. *id est, propter talia improperia & vituperia.*

6 Quoniam in igne zeli mei. *id est, in effectu vindictæ meæ.*

7 Locutus sum de reliquis Gentibus, & de Idumæa vniuersa. *Sententialiter earum punitionem determinando.*

8 Qui dederunt terram meam sibi in hereditatem. *id est, Iudæam quæ dicebatur specialiter terra Dei, eò quòd in Ierusalem vigebat cultus Dei.*

9 Cum gaudio, & toto corde, & ex animo eiecerunt eam vt vastarent. *Aliqui libri habent,* Cum gladio; *sed in Hebræo & in libris correctis est,* Cum gaudio, *quia cum magna libidine occiderunt populum Iudaicum, & captiuauerunt, & terrã vastauerunt. Cetera patent ex dictis vsque ibi.*

10 Idcirco hæc dicit dominus. *id est, propter confusionem quam vos Iudæi sustinuistis.*

11 Ego leuaui manum meam. *id est, potentiam meam ad faciendum vindictam.*

12 Vt Gentes quæ in circumitu. *Quæ ex odio erga vos regem Babylonis super vos adduxerunt, & cum eo in vestra destructione fuerunt.*

13 Ipsæ confusionem suam portent. *Quia partim occidentur, & partim captiuabuntur.*

14 Vos, montes Israel, ramos germinetis. *Hic consequenter ponitur populi Iudaici erectio. Circa quod sciendum, quòd ista erectio incepit in reditu captiuitatis Babylonicæ, qui fuit figura liberationis per Christum fiendæ: propter hoc, quantum mihi videtur, littera sequens de vno tempore transit ad aliud: sicut Isaias 14. loquendo de rege Babylonis, qui fuit figura dæmonis, transit ad loquendum de lucifero. Dicit ergo,* Vos autem Israel, ramos vest. *Redeunte enim populo de Babylone in Iudæam, terra cœpit melius fructificare propter aduentum colentium.* (Liberatio è captiuitate Babylonica figura liberationis facta per Christum.)

15 Propè est enim. *Scilicet populus de Babylone, qui intendit culturæ vestræ.*

Et

MORALITER.

† (Infidelium in Christianos sarcasmi.) tanni, & eorum ministri (ironicè tamen) Catholicos altitudines sempiternas, eò quòd contemnebant transitoria & prædicabant cælestia & æterna, quam prædicationem friuolam reputabant. Et fidelium subditur consolatio cùm dicitur infrà, *Idcirco vaticinare super humum Israel.* Per iuga, quæ sunt capita montium, intelligi possunt Episcopi, quorum status est summus in ecclesia Dei, cùm sint Apostolorum successores: Per *montes* verò, sacerdotes curati, qui sunt sub Episcopis: Per *colles* verò religiosi, per *valles* verò simplices Christiani. (Episcopi, sacerdotes curati, religiosi, & plebs.) De statibus istis multi fuerunt afflicti per Noronem & alios tyrannos sequentes, aliqui per mortem, aliqui per exilium, & aliqui per seruitutem, quæ est mors ciuilis, & alij modis pluribus, sicut patet ex sanctorum gestis, ideo subditur,

† *Pro eo quòd desolati.* Sed à tempore Constantini valdè sunt honorati, ideo subditur,

14 *Vos autem montes Israel ramos vestros germinetis.* Per dilationem fidei Christianæ.

† *Et fru.* Pascentes ipsum verbo & exemplo, & quantum ad pauperes temporali subsidio.

a *A principio, bo. &c.* HIER. lib. 11. com. Quando duæ tribus & semis trans Jordanem Moyse duce acceperunt possessionem; & sub Iosue tribus aliæ terram Iudæam.

b *Pro eo quod dicunt.* IBID. Q. Non vltra persecutorum patieris opprobria, nec insultabunt iugulatum populum tuum sicut oues occisionis, pace enim reddita omnia opprobria cessarunt.

† THEODOR. sect. 14. Hæc item ad exitum peruenissent, si Iudæi voluissét: Quia verò quasi canes rabie furentes in dominum insanierunt, ipsi auctores fuêre, vt quæ propheta prædixit, minimè perficerentur, atque ita mendacij expers est prædictio. Anteuertens quippe Deus per Ieremiam prophetã dixit, *Finem loquar super gentem, & super regnum, vt iterum ædificetur, & plantetur, & faciant mala coram me, vt non audiant vocem meam: & pœnitentiam agant de bonis, quæ locutus sum vt facerem eis.*

c *Fili hominis.* HIER. vbi suprà. Reddit dominus causam manifestiùs, quare populum Israel captiuitati tradiderit: & propter clementiam suam se reducturum pollicetur, & multò ampliora tributurum.

† THEOD. vbi suprà. Rursus iustũ ostendit supplicium. Collegerunt, inquit, quos seuêre fructus. Sanguinem autem hoc loco vocauit, non solùm alias cædes, sed etiam filiorum sacrificia, quæ cruda vorantibus, & improbis dæmonibus exhibebant. Non enim contenti fuere inquit, sceleribus ante captiuitatem admissis, sed etiam postquam bello capti exules fuere, in eisdem facinoribus permansere.

Fili ho. &c. HIERONYMVS vbi suprà. ALLEG. Quicumque est de domo Israelis & cernit pacẽ Christi, quæ exuperat omnem sensum, habitat in terra sua, id est, ecclesia, vel carnis hospitio, quod ei à domino traditum est. Si autem vtraque polluerit, & immunditiæ menstruæ fuerit comparatus, effundet Deus indignationem suam super eum pro sanguine vel suo, vel eorum, quos scandalizauerit.

d *Pro sanguine.* IBID. Prophetarum & aliorum iustorum: vnde, *Ierusalem, quæ occidis prophetas, & la. eos qui ad te m. s.* Et, *Sanguis, qui effusus est, requiretur à generatione hac, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ.*

HIERONYMVS ibid. Alij Iudæorum referunt hęc ad tempus Zorobabel, quãdo sub Cyro rege multi de Iuda & Beniamin in Iudęam reducti sunt: Alij ad regnum mille annorum, quando sub Christo (quem putant venturum) & ciuitas Ierusalem extruetur, & templum, de quo in vltima parte huius prophetiæ agitur.

a ¶ Veniam. s. in auxilium. b ¶ Quia auersus eram. c ¶ Christi vomere. ¶ Priorem culturam recipiatis. d ¶ Virtutem.

vos & conuertar ad vos & arabimini, & accipietis semẽntem,

a ¶ Sic. b ¶ De semente.

[10] et multiplicabo in vobis homines, omnemque domum Israel. Et habitabuntur ciuitates, & ruinosa instaurabuntur,[11] & [1]

a ¶ Redeuntibus turbis. b ¶ Ecclesiæ. ¶ Quæ ante destructæ.

a ¶ Qui pollent scientia scripturarum. b ¶ Non solùm hominibus. ¶ Simplicibus. c ¶ Iumenta.

replebo vos hominibus & iumentis, & multiplicabuntur &

a ¶ Ecclesiæ. ¶ Ante persecutionem.

a crescent. Et habitare vos faciam sicut à principio, bonisq; [2] [3]

a ¶ Martyrum victoriis. b ¶ Antequam captiuitates varias sentiretis. c ¶ Tunc.

donabo maioribus quàm habuistis ab initio: et scietis quia

a ¶ Qui restituo plebem meam quæ possideat ecclesias, & ipsa sit ecclesiarum hereditas.

ego dominus. [12] Et adducam super vos homines, populum [4] [5] meum Israel, & hereditate possidebunt te. Et eris eis in here- [6]

a ¶ Quos in persecutione perdideras. ¶ Vel liberis.

ditatem, & non addes vltra vt absque eis sis. [13] Hæc dicit do- [7] [8]

b minus Deus: Pro eo quod dicunt de vobis: deuoratrix ho- [9] minum es: & suffocans gentem tuam: [14] propterea homines [10]

¶ Quasi deuoratrix. ¶ Sicut improperant.

non comedes amplius, & gentem tuam non negabis vltrà, ait dominus Deus. [15] Nec auditam faciam in te amplius confu- [11] sionem gentium, & opprobrium populorum nequaquam

¶ Vnde insultant tibi. ¶ Sedata persecutione. a ¶ q. d. Veritas promissionis ipso domino loquente firmata est.

portabis, & gentem tuam non amittes amplius, ait dominus

c Deus. [16] Et factum est verbum domini ad me dicens: [17] Fili ho- [12]

a ¶ Populus Iudæorum. b ¶ Quando educti de Ægypto. c ¶ Iudæa. s.

minis, domus Israel habitauerunt in humo sua, & polluerunt [13] [14]

¶ Idololatria. ¶ In tantum polluti.

eam in viis suis, & in studiis suis, iuxta immũditiam menstrua- [15]

¶ Cui omnia aperta.

tæ facta est via eorũ coram me: [18] & effudi indignationẽ meam [16]

¶ Insuper. a ¶ Peruersis cogitationibus.

d super eos pro sanguine quem fuderunt super terrã. Et in idolis

Iudæi suo demerito priuantur bonis, quæ Deus illis per prophetas promiserat.

Ierem. 18.

Iudæi etiam in captiuitate immolant idolis suos liberos.

Phil. 4. b.

De studio pacis & incorruptione corporis.

Matth. 23. d.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ruinosa. *Zorobabel enim, & alij cum eo existentes, instaurauerunt templum: & Neemias & qui cum eo erant, muros ciuitatis, & similiter populus habitationes suas in diuersis locis.*

2 Et habitare vos fa. sicut à princ. *Quando populus intrauit terram sub Iosue duce.*

3 Bonisque donabo maioribus quàm habuistis ab initio, &c. *In Hebræo habetur,* Antè, *& istud videtur mihi debere referri ad tempus Christi, in quo maxima bona data fuerunt credentibus, quorum primi fuerunt Iudæi. In toto enim tempore à reditu captiuitatis de Babylone vsque ad tempus Christi, non legitur populus Iudaicus fuisse in tanta prosperitate de multo, sicut fuerat ante captiuitatem Babylonicam.*

Gratiæ, quæ hic Iudæis promittuntur non alio quam tempore Christi ipsis contigisse putandæ sunt.

4 Et adducam super vos, *O montes Israelis,*

5 Homines, *Vos colentes,*

6 Et eris eis, *Tu terra Israel montuosa,*

7 In hereditatem, non addes vltrà. *Id est, non captiuabuntur vltrà de te, & quia postea fuerunt captiuati à Romanis, dicunt expositores aliqui quòd hoc est referendum ad terram, viuentium, figuratam per terram Israel: de qua nullus eicitur, qui intrauerit ad eam. Potest tamen exponi de terra Israel ad litteram, dicendo quòd per* ly vltrà *non importatur semper duratio perpetua à parte post, sed etiam aliquando non multùm longa, sicut declaratum fuit diffusius, Isaiæ 2. b. super illud verbum,* Et non exercebuntur vltrà ad prælium. *Post aduentum enim Christi facta sunt multa prælia in terra.*

Significatio vocis, Non vltra.

8 Pro eo quod dicunt de vo. *Scilicet montibus Israel vituperando.*

9 Deuoratrix hominum es, & suffoca. Gen. tuam. *Quia in Iudæa fuerunt multæ occisiones per reges Assyriorum & Babylonis, & à pluribus aliis, ideo dicebant Gentiles improperando, quòd illa terra deuorabat habitatores suos.*

Multæ cædes in Iudæa factæ.

10 Propterea homines non comedes amplius, *Id est, talis occisio non erit in te vltrà.*

11 Nec auditam faciam in te amplius confusionem Gen. *Id est, improperium prædictum contra te à Gentilibus.*

12 Et factum est. *Hic ponitur secunda causa liberationis Iudæorum, scilicet vt per hoc tollatur blasphemia contra nomen diuinum. Et diuiditur in duas partes quia primò huius blasphemiæ modus ponitur; secundò tollitur, ibi,* Et peperci. *Circa primum sciendum, quòd ad captionem Iudæorum inter Gentiles secuta est blasphemia nominis diuini: quia aliqui eorum erant valdè mali, quam malitiam Gentiles retorquebant in Deum, improperando ei, quòd haberet ita malum populum; Alij autem erant valdè boni, de quibus dicebant etiam Gentiles, quod Deus eorum non potuerat eos saluare, licet viuerent iustè. Præmittitur tamen hic malitia populi, propter quam fuit eiectus de Iudæa, cùm dicitur,*

Gentes occasione Iudæorum Deum blasphemant.

13 Domus Israel habitauerunt in humo sua, *Id est, in Iudæa.*

14 Et polluerunt eam in viis suis, *Id est, peccatis idololatriæ, & luxuriæ, & effusione sanguinis innocentis, vt patet ex supradictis.*

15 Et in stu. su. iuxta immunditiam menstruatæ facta est, &c. *Ex quo patet, quod talia fecerunt ex magna libidine peccandi, quia ad hoc studiosè intendebant.*

16 Et effudi indignationem meam super eos, *Puniendo pro peccatis.*

a *Et ingressi sunt ad* A *gentes,&c.* † THEODORETVS sect. 14. In improbitate, inquit, degentes, auctores fuerunt, vt in me maledicta coniicerentur; primum siquidem opinatæ sunt gẽtes propter meam imbecillitatem istos victos fuisse, & in hostium potestatem redactos: deinde experientia cognita ipsorum improbitate, contra me conuitia congessêre, vt qui talibus institutis gauderem, & adeo sceleſtos homines meum populũ nominarim. B
b *Non propter vos ego faciam,&c.* † THEODORETVS ibid. Non vos inquit, salute digni estis, sed decet gentes, quæ à vobis in me maledicti occasionem accepêre, consequi remedium. C Vestra autem salute, qua mea virtus indicabitur, hoc ipsorum maledictum opprimetur. Nam cùm dixerint quodãmodo meum magnum esse nomen, & idoneum ad opem domesticis suis ferendam, meam potentiam laudabunt & celebrabunt.

Gentes cur Deum Israel blasphemarent.

Quo excussa est ab ore ipsorum prædicta blasphemia.

*Sup. 11. d.

---

a ¶ Vt incredulis Gentibus comparentur. ¶ Babylonica captiuitate vel Romana, quoniam effuderunt sanguinem Christi. b ¶ Tamquam paleæ à frumento ecclesiæ.

suis polluerunt eam, [19] & dispersi eos in Gentes, & ventilati sunt in terras. Iuxta vias eorum & adinuentiones iudicaui 1

a ¶ q.d. Si nec senserint peccatum suum, sed polluerint nomen domini, dicetur, Ecce po.do.&c. b ¶ Captiui.

a eos: [20] Et ingressi sunt ad Gentes ad quas introierunt, & pol-

¶ Per irrisionem. a ¶ Qui se solum iactabat cultum Dei nosse.

luerunt nomen sanctum meum, cùm diceretur de eis, popu- 2

a ¶ Ecclesia. b ¶ Non propter eos, creator enim omnium sum.

lus domini iste est, & de terra eius egressi sunt. [21] Et peperci 3 4

nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in Gentibus, ad quas ingressi sunt. [22] Idcirco dices domui Israel: Hæc 5 6

a ¶ Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.

b dicit dominus Deus: Non propter vos ego faciã domus Israel, 7 sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis in Genti-

¶ Sanctum demonstrabo.

bus ad quas intrastis. [23] Et sanctificabo nomẽ meum magnum 8

a ¶ Coram omnibus.

quod pollutum est inter Gentes, quod polluistis in medio earum: vt sciant Gentes, quia ego dominus, ait dominus

a ¶ Reducendo vos in pristinam gloriam.
¶ Scilicet si egerint pœnitentiam, tunc omnis turba Gentium cognoscet, quod ego tollam eos, &c.

exercituum, cùm sanctificatus fuero in vobis coram eis. [24] Tollam quippe vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuer- 9

a ¶ Scilicet ecclesiam.

c sis terris & adducam vos in terram vestram. * [25] Et effundam 10

a ¶ Credentes. s. & ab errore conuersos. ¶ Baptismi salutaris. b ¶ Doctrinæ sermonis Dei.

super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus in-

¶ Peccatis. a ¶ Quæ in corde simulastis.

quinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo

a ¶ Credendi in filium Dei. ¶ Vnde Dauid, Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua, &c.
¶ Tunc. ¶ Quod per peccatum perdidistis.

d vos. [26] Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam 11

a ¶ Omnem duritiam. ¶ Incredulum.

in medio vestri. * Et auferam cor lapideum de carne vestra, 12

a ¶ Quod præcepta Dei suscipiat.
¶ Molle, tenerum, quod possit in se recipere Spiritum sanctum inscriptum litteris salutaribus.

& dabo vobis cor carneum, [27] & spiritum meum ponam

---

peccata hominis, qui D baptizatur, abluere: quia per Ezechielem prophetã Dominus dicit, *Aspergam super vos aquam mundã, &c.* † THEOD. vbi suprà. *Aquam mundam* regenerationis aquã nuncupauit, in qua baptizati remissionem peccatorum accepimus. Deinde mentis mutationem significauit per *cor nouum.* Illud verò, *dabo,* nequaquam libera læditur voluntate: Verbis enim, & operibus E & adhibitis miraculis, non illis tantum, sed etiam omnibus gentibus, vt ad pietatem accederent, persuasit, non coëgit; & tamen quamuis non coegerit, sed persuaserit, se ait dedisse animis ad meliora propensionem. † AVGVSTINVS l. 3. de doct. Christ. c. 34. Hoc de nouo testamento est prophetarum, ad quod pertinent non solùm reliquiæ Iudæorum, verum etiã ceteræ gentes: & lauacrum regenerationis hinc esse promissum, quod nunc videmus omnibus gentibus redditum. F

Aqua baptismalis.

Mentis mutatio.

Gratia Dei & liberum arbitrium.

De con. dis. 4. cap. nec quemquã. *Vnde asperſionis sanctificatio exordium sumpserit.*

Vocatio gentium.

c *Et effundam super vos,&c.* CYPRIANVS epist. 12. Oportet aquam mundari prius & sanctificari à sacerdote, vt possit Baptismo suo peccata

d *Spiritum nouum ponam in medio vestri.* HIER. lib. 11. com. Nota quod spiritum nouum & cor nouum dat post effusionem aquæ.

☞ THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dispersi eos in Gen. &c. *Captiuando in diuersis terris.*

2 Et polluerunt nomen sanctum me. &c. *In quantum occasione eorum dictæ sunt blasphemiæ contra eum modis prædictis; ideo subditur,*

3 Cùm diceretur de eis. *à Gentibus.*

4 Populus domini iste est, &c. *Et ideo ex malitia aliquorum dicebatur dominus malus: & ex bonitate aliorum impotens, vt prædictum est; ideo quantum ad malos dicitur derisoriè,* Populus domini iste est, *& de bonis quod subditur,*

5 De terra eius egressi sunt; *Quasi diceret: Non potuit ibi eos seruare.*

6 Et peperci nomini sancto meo, &c. *Hic consequenter ponitur ablatio huius blasphemiæ per reductionem populi de Babylone, & ablata fuit Gentibus occasio dictæ blasphemiæ, Et hoc est quod dicitur in persona Dei:* Et peperci nomini sancto meo, *Occasionem dictæ blasphemiæ subtrahendo.*

Deus liberat Israelem, ne blasphemetur nomen suum.

7 Non propter vos ego faciam, &c. *id est, propter iustitiam vestram, sed propter nominis mei reuerentiam.*

8 Et sanctificabo nomen, &c. *id est, sanctum ostendam in liberatione vestra mirabili; ideo subditur,*

9 Tollam quippe vos de gentibus. *Per Cyrum.*

10 Et effundam super vos aquam mundam, &c. *id est, peccata vestra præterita remittam. Doctores autem nostri litteram istam exponunt de reductione populi ad fidem Christi, & de ablutione baptismali qua tollitur culpa & pœna. Et huic etiam expositioni concordat quod dicitur in quodam libro Iudaico apud Hebræos autentico, qui dicitur Ioma Ierosolymitanum.* Quemadmodum pelagus mundificat pollutos: ita Deus sanctus & benedictus erit mundans in futuro Israel, & sic est dicens Ezechielis 36. Aspergam super vos aquas, &c. *Quod autem dicitur in futuro, in originalibus & glossis Hebræorum semper refertur ad tempus Messiæ.*

Quæ relatio Iudæorũ hic prædicatur vtrum illa Cyri an alia Christi.

11 Et dabo vobis cor nouum, &c. *id est, voluntatem benefaciendi, & hoc referendo ad tempus reditus de Babylone, quia postea melius vixerunt quàm ante. Melius tamen exponitur referendo ad tempus Christi de datione Spiritus sancti Apostolis & aliis credentibus.*

12 Et auferam cor lapideum, &c. *id est, in peccatis obstinatum: dando veram contritionem de peccatis.*

Et

MORALITER.

† 2 *Et polluerunt nomen sanctum meum cùm diceretur, &c.* Hic ponitur secunda causa dictæ releuationis, quæ fuit vt Christi blasphemia tolleretur. Circa quod sciendum, quòd Christianorum, qui fuerunt tempore tyrannorum, aliqui fuerunt mali: & eorum malitiam Gentiles retorquebant in Christum, eò quòd talem populum elegisset, & hoc notatur cùm dicitur, *Et polluerunt nomen sanctum meum,* Cùm diceretur de eis, *Populus domini iste est,* scilicet ironicè, ad significandum, quòd non esset populus domini, sed magis diaboli; Alij erant valdè boni pro fide Christi grauissima sustinendo, & de illis dicebant aliqui Gentiles, quòd Christus non poterat eos liberare, vt patet in legendis plurium sanctorum, & ad istas & consimiles blasphemias tollendum subleuati sunt Christiani per Constantinum; ideo subditur, *Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel, &c.* Et quod subditur post: *Et sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum est.*

Scandalum gentium ne Christo nomen daret.

Christiani per Constantinum subleuati.

☞ † THEODORETVS A sect. 14. Ne hæc quidem ante Christi aduentum facta sunt: Cùm enim tres duntaxat post reditum prophetas habuissent, Aggæum, Zachariam, & Malachiam; post ipsos statim prophetico munere spoliati sunt. Sed postquam Saluator noster homo factus, ad cælos ascendit, aduenit super Apostolos Spiritus B sanctus, per quos gratia non Iudæis solis, sed etiam omnibus his qui ex gentibus ad fidem conuenêre, subministrata fuit. *Lapideum* autem *cor* vocat aduersariû & rebelle, *carneum* verò obediês, quodque diuinarum litterarum figuras possit excipere.

Prophetæ quando cessarunt esse in Iudæis.

Cor lapideû & cor carneum. *Rom. 6. d.

a *Et faciam vt in præceptis meis, &c.* † THEODORETVS ibid. Hoc Spiritus gratiæ proprium est, quæ nostrum adiuuans liberum arbitrium efficit, vt rectè procedant quæ dicta sunt.

Gratia cum libero arbitrio.

C † AVGVSTINVS lib. de grat. & lib. arbitr. c. 15. Ne putentur nihil facere homines per liberû arbitrium, dicitur, *Nolite obdurare corda vestra.* Et per Ezechielem, *Proiicite à vobis impietates vestras, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum, & facite omnia præcepta mea.* Quomodo ergo quod dicit, *facite vobis*, hic dicit, *dabo vobis?* Quare iubet, si ipse daturus est? Quare dat, si homo facturus est? nisi quia dat quod iubet, &

Psal. 94. *Ezech. 18.*

(¶ Tunc. a ¶ De virtute in virtutem.)
a in medio vestri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, &
(a ¶ Quæ prius neglexistis. ¶ Corde. b ¶ Confessionis.)
iudicia mea custodiatis, & operemini: [28] & habitabitis in terra [1]
(a ¶ Magistris. ¶ Abraham, Isaac, & Iacob, & omnibus sanctis & prophetis. b ¶ Sic. c ¶ Rursum. d ¶ Quem offendistis.)
quam dedi patribus vestris, et eritis mihi in populum & ego
(a ¶ Hoc præsenti tempore comprobatur.)
ero vobis in Deum, [29] & saluabo vos ex vniuersis inquinamen-
(a ¶ De quo efficitur cælestis panis. b ¶ Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ip. s. m.)
tis vestris, & vocabo frumentum & multiplicabo illud, & non [2]
(a ¶ Verbi Dei, quam passus est filius prodigus, qui dissipauit substantiam suam, & fame cogente porcorum siliquis pastus est. b ¶ Sapientiæ, de qua, Lignum vitæ est omnibus his qui ap. e.)
imponam vobis famem: [30] & multiplicabo fructum ligni &
(a ¶ In similitudinem Iacob, cuius odor erat sicut odor a. p. c. b. d. b ¶ Quod vsque hodie Iudæorum patitur incredulitas: sed postquam beatitudinem fuerint consecuti, dicent cum Apostolo: Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei.)
genimina agri: vt non portetis vltrà opprobrium famis in
(a ¶ Scientes vbi fueritis dispersi.)
Gentibus, [31] & recordabimini viarum vestrarum pessimarum
studiorumque non bonorum, & displicebunt vobis iniqui-
(a ¶ Quæ ante placebant. b ¶ Quia proprio errore peristis. c ¶ Supradicta. ¶ Sed propter clementiam meam, subaudi.)
tates vestræ, & scelera vestra. [32] Non propter vos ego faciam, [3]
(¶ Super prioribus vitiis, & vestrum intelligite creatorem. a ¶ Ergo.)
b ait dominus Deus, notum sit vobis. * Confundimini, & eru- [4]
bescite super viis vestris, domus Israel. [33] Hæc dicit dominus
Deus: In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitati-
(a ¶ Ecclesias. b ¶ Quæ in vobis corruerunt. c ¶ Quæ in synagogis conciderant.)
bus vestris, & habitari fecero vrbes, & instaurauero ruinosa,
(a ¶ Confessionis. b ¶ Pristinis ceremoniis. ¶ Ceremoniis Dei. c ¶ Videbatur. s. omnibus sanctis, qui terrenæ conuersationis opera prætereunt.)
[34] & terra deserta fuerit exculta, quæ quondam erant desolata
(a ¶ Sanctorum mundana transeuntium. b ¶ Admirantes. ¶ q. d. Quomodo factum est hoc. c ¶ Olim. d ¶ Nunc.)
in oculis omnis viatoris: [35] dicent: Terra illa inculta, facta est vt [5]
(a ¶ Similis paradiso Dei. b ¶ Quondam in qua omnes periere virtutes. ¶ Iudææ. c ¶ Quæ Deum hospitem non habebant. d ¶ A Spiritu sancto.)
hortus voluptatis, & ciuitates desertæ & destitutæ, atque
(a ¶ Sua incredulitate. b ¶ Confessione & Saluatoris nomine. ¶ Fide Christi. ¶ Sic. c ¶ Omnis creatura. s. & angeli, qui ambiunt terram Israel.)
suffossæ, munitæ sederunt. [36] Et scient Gentes, quæcumque
derelictæ fuerint in circumitu vestro, quia ego dominus
(¶ In eis. a ¶ Omnium virtutum arboribus. b ¶ q. d. Impleui quod per prophetas prædixi.)
ædificaui dissipata, plantauique inculta: ego dominus loquu-
(a ¶ Quod verbo promisi. b ¶ Admonentur pœnitentes, vt etiam cùm regressi fuerint in ecclesias, semper requirant dominum, vt multiplicentur redeuntium turbis greges domini.)
tus sim, & fecerim. [37] Hæc dicit dominus Deus: Adhuc in hoc
(a ¶ Quæsitum diu, & non inuentum. b ¶ Tunc. c ¶ Non solum in prædictis sentient liberalitatem meam.)
inuenient me domus Israel, vt faciam eis. Multiplicabo eos [6]
(a ¶ Non brutorum animalium. b ¶ Qui. s. rationis & confessionis sint pleni & fidei.)
sicut gregem hominum, [38] vt gregem sanctum, vt gregem Ie- [7] [8]
(a ¶ In qua propriè Dei cultus & visio pacis. b ¶ Quas domini clementia receperunt.)
c rusalem in solemnitatibus eius. Sic erunt ciuitates desertæ
(a ¶ Tunc. b ¶ Solus. c ¶ Nolens mortem peccatoris.)
d plenæque gregibus hominum, & scient quia ego dominus.

D & adiuuat vt faciat, cui iubet.

† IDEM lib. de præd. San. cap. 11. Ideo & hæc præcipiuntur nobis, & dona Dei esse monstrantur, vt intelligatur, quod & nos ea faciamus, & Deus facit vt illa faciamus: sicut per prophetam Ezechielé apertissimè dicit. Quid enim apertius, quàm vbi dicit: *Ego faciam vt faciatis?* Locum ipsum Scripturę attédite, & videbitis illa Deum promittere facturum se vt faciant, quæ iubet E vt fiant.

Contra eos qui cooperationem liberi arbitrij cum gratia tollunt.

b *Confundimini, &c.* HIER. lib. 11. comm. Cohortatur errátes, vt confundantur in viis suis, & restituantur in vrbes ecclesiæ.

c *In solemnitatibus.* IBID. Quibus comeditur Azymum sinceritatis & veritatis, & agni caro & sanguis, & in septé hebdomadibus: & in tabernaculis huius sæculi domini festa celebramus, vt ciuitates quondam desertę F plenæ fiant gregibus hominum, & ratione cognoscát quod ipse sit dominus qui omnia præstitit.

d *Et sciet quia ego dom.* IBID. Dissimulás peccata hominum propter pœnitentiam, † THEOD. vbi suprà. Cognita igitur Domini nostri bonitate & potentia; propter eam amemus, propter hanc metuamus: vt & amantes & timentes ipsius mandata obseruemus, & promissa bona consequamur in Christo Iesu domino nostro.

Deus timendus & amandus.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et habitabitis in terra quam dedi patribus ve. &c. *Id est, in Iudæa, referendo ad populum de Babylone redeuntem; vel in Ecclesia triumphante & militante, referendo ad populum in Christum credentem.*

2 Et vocabo frumentum & multiplicabo. *Quod intelligitur ad litteram de multiplicatione terra nascentium post reditum de Babylone, Vel per ista metaphoricè intelliguntur bona spiritualia tempore Christi data, vt Eucharistia quæ conficitur de frumento, & alia Christi dona, quæ frequenter in scriptura signantur per corporalia.*

Dona spiritualia à Christo data & maximè Eucharistia.

3 Non propter vos. *Quia reditus de Babylone, & aduentus Christi processerunt ex mera bonitate diuina.*

4 Confundimini, & erubes. super viis vest. *Id est, malis præteritis. Cetera patent vsque ibi,*

5 Terra illa in. *Referendo ad reditum captiuitatis Babylonicæ, intelligitur de terra Iudæa, quæ tempore captiuitatis fuit deserta propter cultorum absentiam: sed in reditu captiuitatis facta fuit fructifera & amœna per cultorum præsentiam & diligentiam. Referendo autem ad tempus Christi, intelligitur de Gentilitate, quæ ante aduentum Christi fuit quasi terra inculta, quia non habuit doctores legis diuinæ, nec prophetas, qui eam excolerent ad fœcundationem bonorum operum: sed post aduentum Christi per prædicationem Apostolorum & aliorum discipulorum facta est fructifera & amœna per susceptionem fidei & morum. Et huic expositioni consonat quod subditur postea.*

Fructus Euangelij prædicati inter gentes.

6 Multipli. eos sicut gre. hominum. *Quantum ad bonos mores, qui prius erant bestialiter viuentes.*

7 Vt gregem sanct. *Per susceptionem fidei iustificantis.*

8 Vt gregem Ie. *In quo designatur multitudo credentium de Gentilibus, sicut in solemnitatibus, maximè Paschæ, Pentecostes & Tabernaculorum, conueniebat in Ierusalem populus multus.*

ADDITIO.

In cap.36.*vbi dicitur in Postilla*, Et sanctificabo nomen meum.

Ea quæ in hoc cap. principaliter continentur, non possunt rationabiliter intelligi ad litteram de liberatione à Babylonica captiuitate. In illa enim liberatione non leguntur aliqua miracula facta manifestè, pro quibus posset dici, Sanctificabo nomen meum, *id est, sanctum ostendam in liberatione mirabili, prout dicit Postillator. Licentia enim data per Cyrum, licet fuerit à Deo voluntatem ipsius mouente, non tamen fuit miraculosè facta, imò secundum cursum communem reges huius sæculi contradicunt ea quæ fuerunt facta per inimicos quos debellauerunt. Vnde Cyrus, qui deuicit Chaldæos, rationabiliter detestatur destructionem Ierusalem per eos factam. Nec hoc debet inter miracula reputari, licet hoc sit à Deo misericorditer factum. Item hoc quod dicitur,* Effundam super vos aquam mundam, &c. *Omnes Hebræi antiqui referunt ad tempus Messiæ, in quo debebant purgari peccata. Similiter quod dicitur,* Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum, & auferam cor lapideum, *propriè refertur ad tempus Christi, non ad tempus reditus de Babylone, quia licet postea melius vixerunt quàm ante, vt dicit Postillator, non tamen propriè diceretur, dedit Deus illis redeuntibus cor nouum, & spiritum nouum. Nam multi existentes in captiuitate Babylonica habebant spiritum rectum & cor mundum, vt Ieremias, Daniel, & Ezechiel, & huiusmodi, quorum similes non multi leguntur post reædificationem templi.*

Nullum miraculum in reductione Israelis de Babylonica captiuitate.

Cor nouum & spiritus nouus quido & quibus Iudæis tum probetur datus.

CAPVT XXXVII.

CAP. XXXVII.

A a F*Acta est super.* † THEODOR. sect.15. *Manum* diuinam vim vocat. Spiritualis autem hæc contemplatio est. Neque enim oculis corporis ea cernebat, quæ sibi ostendebantur: sed sanctissimi Spiritus reuelationem percipiebat. B Consentaneas verò rebus accipit reuelationes. Cùm enim propter perfidiam meliora desperassent Iudæi captiui: suam ipsis Deus potentiã ostendit, & mortuorum resurrectionem illorum in pristinum statum C restitutione longè difficiliorem indicat prophetæ; per quem docet omnia sibi esse facilia volenti.

Deus potentiam suam manifestat.

a ¶ Filius, per quem pater operatur; omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

a ¶ Non in corpore, sed extra.

a ¶ Non passa quiescere.

a ¶ Non operta humo. b ¶ Arida temporis vetustate.

¶ Poterint viuere.

a ¶ Qui plenam habes scientiam futurorum.

a ¶ Mirum, quòd ad ossa arida loquitur, quæ ante neruos, carnes, & cutem & spiritum viuificantem Dei, non possunt audire sermonem.

a ¶ Vt coniungamini.

[1] F Acta est super me manus domini, & eduxit me in spiritu domini, & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus, [2] & circumduxit me per ea in gyro: Erant autem multa valdè super faciem campi siccaque vehementer. [3] Et dixit ad me: Fili hominis, putasne viuent ossa ista? Et dixi: Domine Deus tu nosti. [4] Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis. Et dices eis: Ossa arida audite verbum domini: [5] Hæc dicit dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis; [6] & dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes & super

† AMBROSIVS lib. de fide resur. Magna domini gratia, quòd futuræ resurrectionis propheta testis adhibetur: vt nos quoque ea oculis videremus.

HIERONYMVS lib.11.com. Per resurrectionis parabolam de restitutione Israel agitur. Quomodo enim videtur incredulum, quod ossa arida & multa vetustate confecta resurgant: sic restitutio populi mei Israel in captiuitatem ducti & toto orbe dispersi; sed his qui non nouerunt Dei potentiam, sed tamen futura est: quia ego, inquit, dominus, locutus sum, & faciam quæ pollicitus sum. D Denique & prior prophetia, in qua montibus Israel antiquus status promittitur, quibus dicitur, *Conuertar ad vos, & arabimi. &c.* ad hoc pertinet, quod nunc E sub parabola dicitur, ad ossa arida; impleto eo quod in Euangelio dicitur, *Quæ apud homines impossibilia sunt, apud Deum possibilia sunt.* Educti sunt autem de sepulchris captiuitatis, & vinculis, quibus in seruitute Babylonica tenebantur astricti. Iudæi hæc sub Zorobabel completa mentiuntur, quando commotio F magna facta est: & regnum Chaldæorum in Medos Persasque translatum; vel in præsentia Christi sui quem expectant. Nos autem spiritualiter post crucem Saluatoris, & quotidie fieri in his, qui instar Lazari, peccatorum suorum fasciis colligati, ad vocem domini suscitantur. Et verè sunt domus Israel arens quondam, & nullam spem habens salutis: sed intrante in se spiritu gratiæ, & porrigente domino manum, de profundo inferni liberantur; & qui prius dixerant, *Domine Deus tu nosti hæc*, postea audient liberati, *Modicæ fidei quare dubitasti?*

Resurrectio carnis.

Matth. 10.d

Falsa expositio quam attingunt huic capiti Iudæi.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXXVII.

FActa est, &c. *Hic consequenter describitur liberatio populi imaginaria & prophetica visione. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur liberatio populi capti; secundo vnio dispersi, ibi,* Et factus est. *Prima in duas, quia primò ponitur imaginaria visio, secundo eius expositio, ibi,* Et dixi. *Circa primum dicitur,*

1 Facta est sup. me manus. *Videbatur enim propheta imaginaria visione quòd per manus cuiusdam effigiei Deum repræsentantis portaretur in campum plenum ossibus mortuorum.*

2 Et circumduxit me per, &c. *Ita quòd non intrabat inter ossa, sed circumibat extra. Erat enim Ezechiel sacerdos, qui non debebat contaminari ex tactu ossium alicuius mortui.*

3 Siccaque vehementer. *Quasi hominum iam diu mortuorum.*

4 Domine Deus tu nosti. *Qui habes scientiam non solùm præteritorum, sed etiam futurorum.*

5 Ossa arida audite verb. domini. *Qui potest imperare vobis sicut viuentibus creaturis.*

6 Ecce ego intromittam in vos spiritum. *Licet hoc ponatur primò tamen fuit vltimum: quia præcessit coniunctio ossium ad iuncturas debitas, & extensio neruorum & carnium & cutis desuper, vt postea subditur,* Et dabo super vos neruos, &c. *& vltimo ponitur,* Et dabo vobis spiritum, & viuetis.

MORALITER.

† 1 *Facta est sup. me.* In hoc capitulo litteraliter intellecto significatur subleuatio Iudæorum per visionem prophetæ significata, & per eandem visionem mysticè potest intelligi subleuatio populi Christiani ad cognitionem & amorem Dei, ideo subditur, *Facta est super me.* Quia talis eleuatio fit virtute Spiritus sancti.

Eleuatio populi Christiani ad cognitionẽ & amorem Dei.

† *Et dimisit me in medio campi.* Per campum, qui est locus segregatus à tumultu sæcularium, significatur religio, siue claustrum, ideo subditur,

† *Qui erat pl. ossi. &c.* Religiosi namque mundo mortui debent esse.

† *Erant autem multa valdè super faciem.* Quia religiosi præ ceteris debent esse ab humiditate voluptuositatis carnalis desiccati, & subditur,

5 *Ossa arida.* Illi namque, qui sunt desiccati à carnalis voluptatis cupiditate, sunt dispositi ad percipiendum veritatem reuelationis diuinæ, Isaiæ 28.c.i. *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum, ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus.* Id est, à carnalibus voluptatibus.

Qui ad prædicationis eleuationẽ dispositi sunt.

6 *Ecce ego introm. in vos spiritum.* Id est, gratiæ augmentum.

† *Et dabo super vos neruos.* Id est, fortitudinem constantiæ.

† *Et succrescere fa. su. vos car.* Id est, teneritudinem misericordiæ.

† *Et super, &c.* Conuersationis honestæ.

Et

Factus

† Et

a ¶ Pro pulchritudine, vt ſ. nudarum carnium operiat fœditatem. b ¶ Tunc. c ¶ In eo.

extendam in vobis cutem, et dabo vobis ſpiritum, & viuetis: †

¶ Poſt hæc.

a & ſcietis quia ego dominus. [7] Et prophetaui ſicut præceperat † mihi. Factus eſt autem ſonitus prophetante me, & ecce commotio: Et acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturam ſuam. [8] Et vidi, & ecce ſuper ea nerui & carnes aſcende-

a ¶ Iacebant tantum humana corpora ſpiritum non habentia.

b runt, & extenta eſt in eis cutis deſuper, & ſpiritum non habebant. † [9] Et dixit ad me: Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare fili ho-

¶ Scilicet plagis mundi.

c minis, & dices ad ſpiritum: Hæc dicit dominus Deus: A quatuor d ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant. [10] Et prophetaui ſicut præceperat mihi. Et ingreſ-

a ¶ Sic. b ¶ Vnde, Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.

ſus eſt in ea ſpiritus, et vixerunt: ſteteruntque ſuper pedes ſuos,

a ¶ Congregatio mortuorum.

e exercitus grandis nimis valdè. [11] Et dixit ad me: Fili hominis, oſſa hæc vniuerſa domus Iſrael eſt. Ipſi dicunt: Aruerunt

¶ Quaſi compulſus ab his, qui hoc dicunt.

oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra, & abſciſi ſumus. [12] Propterea

a ¶ Tertio.

f vaticinare & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Ecce g ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris

a ¶ q.d. Non in toto orbe reſurgant, ſed terram Iſrael illam dicunt de qua dicitur, Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Et iterum, Placebo domino in regione viuorum.

veſtris populus meus, & inducam vos in terram veſtram Iſrael,

a ¶ Tunc. ¶ Educti de tumulis.

[13] et ſcietis, quia ego dominus cùm aperuero ſepulchra veſtra, & eduxero vos de tumulis veſtris, populus meus: [14] & dedero ſpiritum meum in vobis, & vixeritis, & quieſcere vos faciam

a ¶ Per hæc omnia. b ¶ Qui promiſſa opere compleo.

ſuper humum veſtram & ſcietis quia ego dominus loquutus

a *Et prophetaui ſicut præceperat, &c.* † THEODOR. ſect. 15. Miniſtro A propheta, ac veluti quodam reſurrectionis in viſione vſus eſt inſtrumento, & linguæ verbo illis inanibus & prorſus mortuis oſſibus, præcipit, vt carnes producant, & neruos, &c. Et fuerunt hæc non ſolum reuocationis in priſtinum ſtatum Iudæorum, ſed etiam reſurrectionis omnium hominum figura: *Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti.* (1. Cor. 15.) Propheta diuino inſeruiente præcepto, opus eſt ſubſecutum: *Commotio,* Dei aduentum declarabat; *vox* verò angelorum diuinæ voluntati miniſtrantium munus. (Reſurrectio generalis.)

B b *Et ſpiritum non habebant.* HIER. lib. 11. com. Sicut Adæ corpus prius effectum fuit, deinde in ipſum anima inſpirata: ita hic quoque vtraque conuenère ad propriam compagem.

c *A quatuor ventis, &c.* † AMBROSIVS lib. 3. de Spir. ſanct. c. 20. Vtique cùm ſpiritum *ſuum* dixerit, numquid alium præter Spiritum ſanctum nuncupauit? Neque enim flatilem ſpiritum ſuum diceret, C nec hic ſpiritus à quatuor mundi poſſet venire cardinibus: quia ventorum flatus quem videmus, partis, non vniuerſitatis eſt. (Spiritus ſanctus.)

d *Et inſuffla ſuper interf. &c.* HIERONYMVS vbi ſuprà. Vt quomodo in prima conditione hominis inſufflauit Deus in faciem eius, & factus eſt homo in animam viuentem: ſic & ſecunda conditio, id eſt, reſurrectio D mortuorum, inſufflante ſpiritu viuificetur.

e *Fili hominis.* IBID. Videtur facere quæſtionem, cùm non de generali, ſed de reſurrectione domus Iſrael hæc dicantur, quæ dicit, *Aruerunt oſſa n. &c.* Quid enim neceſſe fuit ſpecialiter dici? Sed qui de generali reſurrectione hoc capitulum legunt, hoc ad ſanctorum referunt reſurrectionem, de qua, *Beatus qui habet partem in reſurrectione prima, ſuper eum ſecunda mors non habet poteſtatem:* (Apoc. 20. b.) quia alia ſanctorum, alia peccatorum, vnde & in Pſal. *Non reſurgent impij in iudi. &c.* (Pſal. 1. b.) (Reſurrectio ſanctorum. Reſurrectio peccatorũ.) E

f *Ecce ego ape.* IBID. Hic quoque quæritur; Si aperiuntur tumuli, quomodo erunt oſſa ſuper faciem campi, & ſicca vehementer?

g *Et educam vos de ſepulchris veſtris popul.* IBID. Secundum illud, *Venit hora, quando, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei, & exibunt qui bona egerunt in reſurrectione vitæ.* (Ioan. 5. c.) Et alibi, *Qui audierint viuent.* (Ioan. 5. d.) F

† THEODORETVS vbi ſuprà. Si id quod vobis multo difficilius videtur, admodum facile à me fieri poſſe oſtendi: ſanè perſpicuum eſt, hoc item me facillimè, ac nullo negotio facturum, qui vos è captiuitatis vinculis, veluti è quibuſdam ſepulchris eductos, in propriam patriam reducam. (Potentia Dei in ſuo populo liberando.)

¶ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Factus eſt autem ſonitus. *Quia ex commotione oſſium ad ſuas iuncturas appropinquantium videbatur imaginariè ſonitus procedere. Cætera patent ex dictis vſque ibi,*

2 A quatuor. *Id eſt, à quatuor mundi plagis, vnde flant venti principales: non quia habeant virtutem viuificandi, ſed quia flantibus illis videbatur imaginariè à Deo dari eis ſpiritus vitæ.*

3 Et dixit. *Hic conſequenter ponitur huius viſionis intellectio; & dicunt aliqui, quòd viſio iſta intelligenda eſt de reſurrectione generali tempore iudicij: ſed ſaluo meliori iudicio non videtur hoc mihi, quia ſtatim exponendo dicitur,* (Liranus nõ vult intelligi hoc de reſurrectione generali.)

4 Oſſa hæc. *Reſurrectio autem generalis non ſolùm erit filiorum Iſrael, ſed omnium generaliter. Item quia ſubditur,* Ipſi dicunt, Aruerunt oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra. *Si autem intelligeretur de reſurrectione generali iſtud dictum ita ſe extenderet ad prius defunctos, ſicut ad viuentes & futuros: iuſti autem defuncti à principio mundi vſque ad tempus Ezechielis, & vſque ad reſurrectionem Chriſti, habebant certam ſpem reſurgendi in parte electorum: impij etiam exiſtentes in inferno ſciunt ſe eſſe reſurrecturos ad augmentum ſuæ pœnæ, quia tu 1c punientur in anima & corpore. Et ideo videtur quòd hæc viſio intelligenda ſit ad litteram de liberatione populi Iſrael à Babylonica ſeruitute, quæ eſt mors ciuilis: & ideo talis liberatio conuenienter dicitur viuificatio, & loca in quibus detinebantur ſerui, eorum ſepulchra & tumuli. Sic igitur exponenda eſt hæc littera.* (ſed de reuocatione Iſraelis à captiuitate Babylonica.)

5 Ipſi dicunt, *Scilicet Iudæi captiuitate detenti.*

6 Aruerunt oſſa noſtra. *Id eſt, virtus noſtra defecit, quæ per oſſa deſignatur, in quibus conſiſtit robur corporis.*

7 Et pe. ſpes, *Redeundi in Iudæam.*

8 Et abſciſi ſumus, *A terra natiuitatis noſtræ.*

9 Propterea, *Ad auferendum ab eis hanc deſperationem.*

10 Ecce ego ape. tumulos veſtros, *Id eſt, loca in quibus eſtis ſerui, & carceres in quibus aliqui erant ligati.*

11 Et educam vos, *Per licentiam regis Cyri, qui dedit populo licentiam redeundi, 1. Eſdræ 1.*

12 Et dedero ſpiritum, *Id eſt, conſtantiam redeundi in Iudæam, & propoſitum meliorandi vitam veſtram.*

Et

MORALITER.

† † *Et dabo vobis ſpiritum,* Repetitio eſt eius, quod dictum eſt, ad maiorem aſſertionem.

† *Et ſcietis quia ego domi.* Per meæ bonitatis experientiam; ſequitur,

† *Et ſpiritum non habebant.* Scilicet ex ſe: propter quod conſequenter oſtenditur, cùm dicitur,

2 *A quatuor ventis veni ſpiri.* Id eſt, à quatuor orbis partibus, per quas ſignificantur quatuor Chriſti myſteria, per quæ venit in bonis hominibus Spiritus ſanctus, ſcilicet eius natiuitas, quæ dicitur oriens, & eius paſſio quæ dicitur occidens, & eius aſcenſio quæ eſt auſter propter lucis & caloris augmentum, & eius aduentus ad iudicium, qui dici poteſt Aquilo, eò quòd ex conſideratione ipſius peruenit timoris ſpiritus. (Quatuor Chriſti principalia myſteria.)

2 A † Et

a *Et tu fili hominis, &c.* † THEODORETVS sect. 15. Regnante Roboam diuisæ fuere tribus, & decem in Samaria regem sibi constituerunt: tribus verò Iuda & suæ & Beniamin tribui imperauit. Verum, post reditum sub vno omnes imperio degêre; Idcirco Prophetæ Deus vt duas virgas caperet, præcepit, & alteram inscriberet Ephraim, alteram Iuda; deinde virgas simul coniungeret, vt in posterum finita diuisione, futuraque vnitate: tum prophetæ præcipit, vt percontanti populo interpretatione aperte renuntiet.

Reunitæ 10. tribus cum Iuda & Beniamin.

b *Sume tibi lignum vnum, &c.* HIER. lib. 11. com. Decem tribus, quæ dicuntur Israel, vsque hodie montibus & vrbibus Mœdorum seruiunt captiuæ; duæ autem, quæ Iudas dicuntur, à Chaldæis captiuatæ, post 70. annos in terram suam rediere; dominus autem hic pollicetur, quòd suo imperio subiiciat vtrosque.

10. tribus vsque hodie in captiuitate.

HIERONYMVS ibid. Quòd abiecerit dominus tribum Ephraim, & elegerit tribum Iuda, Dauid dicit sic, *Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit, sed elegit tribum Iuda*, de qua dicitur, *Non deficiet sceptrum de Iuda, &c.* In aduentu autem Saluatoris duæ virgæ, & secundum Hebraicum, duo ligna in vnum imperij sceptrum iuncta sunt; & in baptismo Christi dudum separata sociantur in vnum nouum hominem, & in vnam gentem, ne polluantur vltra in idolis & abominationibus, sed lauacro mundi sint populus Dei, & imperet eis Christus & habitent super terram viuentium, quam dedit seruo suo Iacob, qui populum Israel in matris vtero supplantauit. Sin autem voluerimus iuxta prophetiam Osee (quæ penè omnis ad decem tribus dirigitur, id est, ad Ioseph & Ephraim & Samariam & Israel) intelligere falsi nominis scientiam, & diuersas turmas hæreticorum, hoc dicimus, quod in vltimo tempore, quando subintrauerit plenitudo Gentium, & omnis Israel saluus fuerit, tunc dicemus quod aduersarij populi Dei, qui contra domum Iudæ, & confessionem ecclesiæ pugnauerunt, tradant se ecclesiasticæ fidei, & vniuersis erroribus relictis, & principibus mundi huius, qui destruuntur, & patriarchis suis, qui eos in barathrum demerserunt; consurgant, & relinquant idola sua, & abominationes suas, quas de corde finxerunt: & de cunctis sedibus suis, in quibus peccauerunt, transeant ad ecclesiasticam fidem & mundetur, & sint populus Christi, & ipse Deus eorum.

Psal. 77. g. — Gen. 49. b. — Christus duos populos in Christi ouile congregat. — Rom. 11. d. — Iudæos & totum mundum ad Christi fidem conuertendum in fine sæculi.

sum & feci, ait dominus Deus. [15] Et factus est sermo domini ad me, dicens: [16] Et tu fili hominis sume tibi lignum vnum, & scribe super illud Iudæ et filiorum Israel & sociis eius. Et tolle lignum alterum, & scribe super illud Ioseph lignum Ephraim, & cunctæ domus Israel, sociorumque eius. [17] Et adiunge illa, vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manu tua: [18] Cùm autem dixerint ad te filij populi tui loquentes, nonne indicas nobis quid in his tibi velis? [19] Loqueris ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego assumam lignum Ioseph quod est in manu Ephraim, & tribus Israel quæ sunt ei adiunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum & erunt vnum in manu eius. [20] Erunt autem ligna super quę scripseris in manu tua in oculis eorum, [21] & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum ad quas abierunt, & congregabo eos vndique & adducã eos ad humum suam: [22] Et faciam eos in Gentem vnam in terra, in montibus Israel: & rex vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltrà duæ Gentes,

a Nomen. Duarum tribuum. b Id est. c Nomen. d Cum. e Duo enim regna fuerunt diu sibi contraria. a Propheta iubetur hoc facere in typo domini, qui dicit, In manibus prophetarum assimilatus sum. b Qui de Ioseph. i. decem tribuum. a Vt non sint duo, sed vnum, nec vocentur Iudas & Israel, sed vno nomine Iudæi, & non teneantur duabus manibus, sed vna manu Saluatoris. Numquid non. Decem tribuum. a De quo Ieroboam filius Nabath. a Duabus tribubus. a Metaplasmus. Expositio superiorum. a Sub vnius regis imperio. b De quibus supra dictum est. c Christus, de quo, Et regni eius non erit finis.

c *Ecce ego assumam fili. Israel.* THEOD. vbi suprà. Hæc exitum cõsecuta sunt, secundum figuram in Zorobabel: accuratè autem, & verè in domino Christo; neque enim rex fuit Zorobabel, sed populi atque exercitus ductor. Docet autẽ prophetica oratio impietatẽ extinctum iri, & colendorum idolorum errorem, regnorumque diuisionem vno tandem imperio terminandam, sub quo degẽtes ij, qui etiam ab vno pastore significantur, suum & Deum & dominum agnoscent.

Christi aduentus in carne quid effecerit in terra.

HIERONYMVS vbi suprà. Si Iudæi & Christiani Iudaizantes ad mille annorum regnum hæc referre voluerint, necessitate cogentur, vt suscipiant omnes qui salui fuerint, inhabitaturos in terra Israel, ad ædificandum Ierusalem, extruendum templum, omnes legis ceremonias obseruandas, & sabbatum, & circumcisionis iniuriam, manducandum & bibendum; & diuitiarũ abundantiam pro summa beatitudine & cunctis opibus æstimandum; cùm Apostolus dicat, *Esca debetur ventri, & ventri esca; Deus autem & hunc & hanc d.* Quomodo autem in Typo resurrectionis superior prophetæ sermo restitutionem Iudaici populi demonstrauit, non carnalem, sed spiritualem, sic & hic non ad carnis, sed ad animæ pertinet felicitatem, & ad Christi fidem, qua mundamur in baptismo, cuius regnum perpetuum est.

Fabellæ Iudæorum & millenariorum. — 1. Cor. 6.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et factus est sermo domini. *Hic consequenter describitur vnio populi dispersi. Et diuiditur in duas partes, quia primo signum sensibile ponitur; secundo exponitur, ibi,* Cùm autem dixerint. *Circa primum sciendum, quòd prophetæ ad magis mouendum corda audientium, aliquando prophetabant non solum verbis, sed etiam sensibilibus signis, sicut iuit Isaias nudus & discalceatus, Isaiæ 20. a. & Ieremias portauit catenas ligneas in collo suo, Iere. 27. a. & eodem modo præcipitur hic Ezechieli, cùm dicitur,*

Prophetia per signa sensibilia.

2 Sume tibi lignum vnum, & scribe super illud Iudæ. *In Hebræo, ly Iudæ est datiui casus.*

3 Et filiorum Israel sociis eius, *Id est, tribu Beniamin quæ in diuisione regni adhæsit Roboam, sicut & tribus Iuda, propter quod illud regnum dicebatur duarum tribuum, tribus etiam Leuitica fuit illi adiuncta eò quòd Ieroboam primus rex Israel cultor vitulorum aureorum sacerdotes & Leuitas domini eiecit de regno suo, & sic venerunt in regnum Iuda.*

4 Et tolle li. *Quia primus rex Ieroboam fuit de tribu Ephraim filij Ioseph.*

5 Et cunctæ do. &c. *Id est, aliarum tribuum.*

6 Et adiunge illa vnum ad alt. *Contiguatione, ita quod videantur lignum vnum.*

7 Cùm autem di. *Hic consequenter ponitur expositio dicti signi, cùm dicitur,*

8 Ecce ego ass. *Per hoc enim designabatur futurum, quod regnum Israel erat coniungendum regno Iuda sub vno rege Christo: non enim potest exponi ad litteram de Zorobabel, seu quocumque alio, vsque ad Christum, quia de semine Dauid non fuit aliquis rex vsque ad ipsum; ideo subditur postea,*

Israel cum Iuda coniungendus in regno Christi.

MORALITER.

† 1 *Et factum est ser. do. ad me di. Et tu fili ho. su. &c.* Per Ezechielem, cui dictum est suprà 3. d. *Speculatorem dedi te domui Israel*, significatur bonus prælatus stans iugiter super custodiam domini; per duo ligna in sua manu coniungenda, sicut dicitur post,

† *Et erunt in vnio.* Significari possunt scientia & bona vita, quæ in prælato debent esse iuncta; nam scientia sine vita aut parum aut nihil reputatur.

Bonus prælatus in quo debet esse coniuncta scientia cũ bona vita.

GREGOR. hom. 38. *Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur;* Vita verò sine scientia de facili potest errare, ideo dicit Hieron. in Epistola ad Paulinum, *Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest.* Et quantum ædificat ex vitæ merito ecclesiam Christi: tantum nocet si destruentibus non resistat: sed vtrumque simul iunctum multum fructificat ipsi prælato & populo sibi subiecto.

a Et seruus meus. A HIER. lib. 11. com. de quo, *Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius, &c. Qui cùm in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est, &c. sed se. exin. formam serui accipiens factus est obe. vsque ad mortem.* (Lucæ 1. c. Phil. 2. a.)

B † THEODOR. sect. 15. Dicant Iudei, quis sempiternus ipsorũ rex sit, qui Dauid appelletur? Nequaquã enim Zorobabeli huiusmodi appellationes conuenire, ipsi quoque confitebuntur. Primùm non regnauit ille, sed populi ductor fuit; deinde, C illud ipsum imperiũ morte finitum est. Ergo necesse est vel falsam prophetiam opinari, vel domini Christi ex Dauid secundum carnem nati regnum adorare. (Prophetia vers. 14. de Christo est, non de Zorobabel.)

b *Fœdus pacis.* HIER. vbi suprà. Non certaminis vel belli, sicut in vet. test. sed pacis, quæ exuperat omnem

(¶ Sed vnum ouile, & vnus pastor.) nec diuidentur amplius in duo regna, [23] neque polluentur vltra (a ¶ q. d. Ab omnibus vitiis emundabo.) in idolis suis, & abominationibus suis, & cunctis iniquitatibus suis, & saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis, in quibus (a ¶ Dum adhuc captiui.) peccauerunt, & mundabo (b ¶ Mundati.) eos. Et erunt mihi populus & (a ¶ Sed non tantum rex, sed & pastor. Magna indignatio, superbum nomen imperij mitigat pastoris nomine.) a ego ero eis Deus, [24] & seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. 1 (a ¶ Vniti in terra sua.) 2 In iudiciis meis ambulabunt, 3 & mandata mea custodient (a ¶ Corde.), & facient (b ¶ Opere.) ea. [25] Et habitabunt 4 super terram (a ¶ Viuentium.) quam (b ¶ Non aliam.) dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt 5 patres vestri (a ¶ Non soli, scilicet.), 6 & habitabunt super eam ipsi, & filij eorum, & filij filiorum (a ¶ Quasi & nati natorum, & qui nascentur ab illis.) eorum vsque in sempiternum: & Dauid (¶ Christus.) seruus meus 7 b princeps eorum in perpetuum (¶ Non breui tempore. ¶ Cùm sub tali rege fuerint.). [26] Et percutiam illis fœdus pa- 8 c cis, pactum sempiternum erit eis (a ¶ In ecclesia, vt dicere possint, Statuit supra petram pe. me. b ¶ Numero fidelium vel virtutum.). Et fundabo eos, & multiplicabo, & dabo sanctificationem meam in medio eorum in 9 (a ¶ Secundum Iudæos, templum, quod sub Zorobabel constructum est, sed illud Romano igne succensum est. Omnia ergo referenda sunt ad ecclesiam & ad tempora Saluatoris, quando tabernaculum eius positum est in ecclesia, vbi factus est Deus noster, & nos populus eius.) perpetuum, [27] & erit tabernaculũ meum in eis, & ero eis Deus, 10 & ipsi erunt mihi populus (a ¶ Hic est profectus omnium.), [28] et scient Gentes quia ego domi- 11 nus (¶ In spiritu.) sanctificator Israel, cùm fuerit sanctificatio mea in medio eorum (a ¶ Fidelium.) in perpetuum.

nem sensum: de qua, D *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* (Ioan. 14. d.) Et alibi, *Factus est in pace locus eius.* (Psal. 75. a.)

c *Et fundabo eos.* † THEODORETVS vbi suprà. Atqui desertum templum, & ea quæ antiquitus sancta erant. Quomodo igitur promisit se positurum sancta sua in medio ipsorum in sæculum? E Habemus nos rerum ipsarum testimonium. Neque enim solum sanctæ domus Dei, sed etiam diuina altaria omnibus hominibus, donata sunt, ne- F que solùm iis, qui ex Gentibus: verum & iis qui ex Iudæis crediderè: & vnus idemque & horum & illorum Deus nuncupatur, *Ipse enim dominus omnium, ducens omnes qui inuocant illum.* (Templa & altaria populi Christiani.)

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et seruus meus Dauid. *Per quem intelligitur Messias, siue Christus, in lege & prophetis promissus: sicut fuit declaratum diffusius Ierem. 30. & Osee 3. etiam secundum doctores Hebræorum.*

2 Et pastor vnus. *Scilicet, Christus, secundùm quod dicitur Ioan. 10. c.* Et fiet vnum ouile & vnus pastor. *Et sciendum quod per regnum Israel non solùm hic intelliguntur decem tribus, sed etiam omnes vocati ad fidem de Gentibus, qui colebant idola ante susceptionem fidei, sicut & regnum Israel coluit à principio regni sub Ieroboam: vt habetur 4. Reg. 12. Vnde & conuersi de Gentibus nomen Israel assequuntur, secundum quod dicitur Isaiæ 44.* (Israel vocantur conuersi de gētibus.)

3 In iudic. meis ambul. *Seruando legem Euangelicam.*

4 Et habitab. sup. terram. *Scilicet, viuentium.*

5 Quam dedi. *Id est, daturum promisi. Iudæa enim non fuit terra principaliter promissa Abraham, Isaac, & Iacob, quia præmium à Deo datum principaliter non est minus bonum, quàm meritum, sed maius. Opera autem virtutum, propter quæ facta fuit promissio patribus, sunt maiora bona, quàm quæcumque materialis terra, & ideo in promissione materialis terræ intelligebatur principaliter promissio terræ viuentium, vt dictum fuit Gen. 15. magis diffusè, & sic intellexerunt patriarchæ, secũdum quod declarat Apostolus Heb. 11. dicens,* Nunc autem meliorem appetunt. *Scilicet patriam, & subditur,* id est, cælestem. (Iudæa non fuit terra principaliter promissa patriarchis, sed potius terra viuentium.)

6 In qua habitauer. patres vestri. *Mente, per fidem, eo modo loquendi quo dicitur Phil. 3. d.* Nostra autem conuersatio in cælis est, *& habitatio corporalis ipsorum in materiali terra erat, huius habitationis figura. Vel potest dici,* In qua habi. *id est, habitabunt, loquendo de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Et tali modo loquendi vtuntur frequenter prophetæ, vt supra visum est in multis locis, ideo subditur:*

7 Et Dauid. *Quod non potest intelligi de persona Dauid, nec de aliquo sermine eius, nisi de Christo, cuius regnum est æternum.*

8 Et percutiam illis fœdus pacis. *Quod hic inchoatur in obseruantia legis Euangelicæ, quæ est lex amoris, & perficitur in patria, vbi pax & amor consummatur.*

9 Et dabo sanctificationem. *Id est, faciam eos sanctos.*

10 Et erit taber. *Id est, habitabo cum eis in præsenti in terra per gratiam, & in cælo per gloriam.*

11 Et scient, &c. sanctificator Israel, *Id est, cuiuslibet fidelis, qui nomine Israel nominatur vt supra dictum est.*

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 37. vbi dicitur in Postil. Et dixit. Hic ponitur huius visionis intellectio.

Quod hæc visio Ezechielis exponatur de liberatione populi à Babylonica captiuitate, videtur inconsonum litteræ. Tum quia licet seruitus sit mors ciuilis, non tamen loca, vbi serui sunt, dicuntur sepulchra, in tantum quod cum liberantur serui, dicantur tumuli aperiri, & huiusmodi, quæ in littera de hoc dicuntur, Tum quia licet fuerunt liberati à seruitute Babylonica, remanserunt tamen sub seruitute Persarum & Mædorum, vnde post redemptionem à Babylonica captiuitate 1. Esd. 1. c. legitur Esdras dixisse, Serui sumus & in seruitute nostra non dereliquit nos Deus noster, etiam inclinabit super nos misericordiam, *& sic adhuc remanebant mortui ciuiliter. Tum quia quod dicitur hic,* Et dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & extendam in vobis cutem, *non videtur pertinere ad eductos ad libertatem, vnde manifestum videtur, quod hæc visio pertinet ad resurrectionem generalem, in qua omnia prædicta requiruntur, prout littera planè sonat, secundum suam primariam significationem: à qua numquam est recedendum secundum sensum litteralem, nisi necessitas cogat. Si autem dicatur, quod necesse est, vt non intelligatur de resurrectione generali propter obiectiones allegatas per Postillatorem quarum prima est ex hoc quod dicitur,* Ossa hæc vniuersa domus Israel est, *cùm tamen resurrectio prædicta non solum sit filiorum Israel, sed generaliter. Secunda est de hoc quod dicitur,* Aruerunt ossa nostra & periit spes nostra, *prout in Postilla. Ad primum dicendum, quod licet resurrectio generalis sit omnium generaliter, tam iustorum quam reproborum, quia tamen reprobi ad maius supplicium resurgunt non dicuntur propriè resurgere. Vnde Psal. 1. b.* Ideo non resurgunt in iudicio. *Prout Postillator ibidem exposuit, & ideo propheta non fecit mentionem hic nisi de filiis Israel, sub quorum nomine omnes iusti intelliguntur, prout in multis aliis locis. Ad secundum sciendum, quod hoc quod dicitur,* Aruerunt ossa nostra, &c. *intelligitur de iustis defunctis, quia licet habuerunt certam spem resurrectionis, quia tamen,* Spes quæ defertur affligit animam, *vt Prou. 13. b. ideo propheta dicit eos sic loquentes, quasi secundum cursum hominum communem hoc dicere potuissent.* (Quod visio huius cap. exponatur de liberatione populi è Babyl. captiuitate videtur litteræ inconsonum. — Nec valent Postill. argumenta quæ probãt prædictam expositionem.)

REPLIC. *In cap. 37. vbi Postill. motus duabus rationibus exponit visionem huius cap. ad litteram de liberatione à captiuitate Babylonica, quam quidam exponunt de resurrectione generali futura, fortassis bene secundum allegoriam: huic Bur. valdè contrarius persequitur secundam expositionem motus debilibus rationibus. Prima quia dicuntur hic liberati,*

à sepulchris, quod non videtur habere locum in illa captiuitate. Sed respondetur, quòd sicut seruitus est mors ciuilis, ita loca talium seruorum, præsertim carceres, meritò dicuntur sepulchra, ad instar eius quo à philosophis otium dicitur viui hominis sepultura. Secundò Bur. mouetur, quòd licet fuerunt liberati à seruitute Babylonica, remanserunt tamen sub Persarum, Medorum, Græcorum, & Romanorum seruitute. Ad quod dico, quod quamuis remanserunt tributarij, non tamen captiui. Aliud enim est seruire sub tributo, & aliud sub captiuitate. Seruiens enim sub tributo est totaliter sui iuris, non autem captiuus. Et propter defectum hunc, captiui dicuntur ciuiliter mortui & sepulti. Nec Bur. bene respondet ad motiua Postil. Cùm enim Postil. primò mouetur ex eo, quia ex littera non innuitur nisi de domo Israel: ideo inconuenienter dicitur de domo Israel, quod est, omnibus hominibus generale, scilicet, resurrectio mortuorum. Ad hoc respondet Bur. quod per domum Israel intelliguntur electi, qui solum propriè resurgent, iuxta illud Psal. 1. b. Non resurgent impij in iu. Et dicit Postillatorem sic circa auctoritatem allegatam sentire. Sed vtrumque falsum est, primum, quia absolutum articulum fidei, omni carni communem, appropriat vni plus quàm alteri, nam omnes secundùm Apostolum propriè resurgemus. Nec huic obstat illud Psal. allegatum, quia hoc allegatum non dicit resurrectionem impiorum teneri secundum quid, & non propriè quemadmodum glossat Bur. Quod patet ex eo quia dicitur in iudicio, scilicet sessuri iudicantes, quemadmodum in hac vita, in cathedra pestilentiæ sedere consueuerunt. Et patet etiam ex eo quod sequitur, Neque peccatores in consilio iustorum: Quod patet totum dicere secundum quid, non propriè, quia argumentum tale: peccatores non resurgent in consilio iustorum: igitur non resurgent, tenet à secundum quid ad simpliciter. Etiam falsum est, quod Postillatori imponit, quia Postil. glossat locum Psal. allegatum, quod non resurgunt iniusti ad suam exaltationem: ex quo etiam non sequitur propriè, sed solum secundum quid, Igitur iniusti non resurgent. Secundò Postil. mouetur, quia dicitur, Spes nostra periit, quod de iustis maximè locum non habet: nam ipsi omnes habuerunt ab initio spem certam futuræ beatitudinis. Ad quod dicit Bur. quod quamuis habuerunt spem, spes tamen quæ differtur affligit animam iustorum. Prou. 13. b. sed hoc non soluit: quia non sequitur, spes differtur, igitur periit: praua enim est, expositio. Nec verum est, dilationem resurrectionis iustorum esse afflictiuam, quia afflictio non stat cum perfecta beatitudine, vt patet 12. b. super Gen. ad litteram: quamuis enim aliquo modo sperata retardatur, vt ibi dicitur, non tamen affligit.

Carceres captiuorum possunt dici eorum sepulchra. *Resurrectio est omniū.* *Verè & propriè resurgent mali.* *Beati non affliguntur.*

CAPVT XXXVIII.

E T factus est sermo domini ad me dicens: [1] Fili hominis ¶ Al. obfirma. pone faciem tuam ª ¶ Græcè doma, Latinè tectum. contra Gog, & terram [2] ¶ Amentia. ¶ Tota vel omnia. Magog, principem capitis Mosoch & Thubal: & vaticinare de eo, [3] & dices ad eum: Hæc dicit dominus Deus:

CAP. XXXVIII.

A a ET factus est. HIERON. li. 11. com. Hic sciendum est, quod hic vltimus sermo ad Ezechielem fit. Neque enim post hunc simile aliquid possumus inuenire, præter illud quod in 25. anno scriptum est transmigrationis Iechoniæ, Facta est super me manus domini & adduxit me illuc. id est, in terram Israel, quando ædificatio templi describitur, & ceremoniarum eius ordo narratur.

Visio huius cap. penultima omniū Ezechieli factarum.

C b Pone faciem. IBID. Multa consideratione, vel obfirmatione vultus opus est, vt quæ dicuntur, reuelata facie possimus agnoscere.

c Contra Gog & Magog. HIERONYMVS ibid. Gog & Magog, contrariæ sunt Gentes & inimicæ sanctorum, quæ egrediuntur ab angulis terræ, rectam scilicet lineam relinquentes. Hæc caput superbientis amentiæ & omnium malorum, Iuxta illud, Mundus in maligno positus est.

1. Ioan. 5. d. *Hæretici & eorum sequaces.*

HIERONYMVS ibid. Gog, tectum: Magog, de tecto. Tectum hæreticorum principes: De tecto qui illorū suscipiunt doctrinas. Et pulchrè post multas mysticas in hoc volumine prophetias, extremam cōtra Magog & Gog dirigit. Si enim tempus iudicij est (secūdum Petrum, vt incipiat à domo Dei: & Ezechielem qui ait, A sanctis meis incipite, & nouissimus inimicus destruetur mors. In Isaia quoque primus sermo fit contra Iudæam, in qua confessio domini est, & extremus contra quadrupedes, quæ in deserto sunt) rectè & hic nouissimus sermo fit contra Gog & Magog, qui pugnant contra ciuitatem Dei, id est, ecclesiam de qua, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Et, Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas.

1. Pet. 4. d. *supra 9. a.* *Isaiæ 1. a.* *Hostes Ecclesiæ.* *Psal. 45. a.* *Matth. 5. b.* *Psal. 121. a.*

IBID. Magog de tecto. Omnis superbia & falsi nominis scientia quæ erigit se contra notitiam veritatis his nominibus demonstratur: De talibus tectis Isaias ait, In visione contra vallem Sion ascendisti in tecta.

Isaiæ 22. a.

† AV-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXXVIII.

1 E T fa. Postquam prophetauit prospera & aduersa de Iudæis, hic conuertitur ad prophetandum de extraneis, scilicet, contra Gog & Magog. Circa quod sciendum, quod Hebræi dicunt, quod sunt Gentes, quæ venturæ sunt ad pugnandum contra Ierusalem, & debellabuntur per regem Messiam, quem expectant adhuc venturum. Sed hoc dictum est erroneum: quia aduentus Christi transiit in præteritum. Ideo aliqui doctores nostri dicunt, quod Gog & Magog non est aliqua gens determinata, sed generaliter significat persecutores ecclesiæ: Sed hæc expositio videtur nimis mystica; Propter quod saluo meliori iudicio, videtur mihi per Gog intelligi Antichristus, Dicitur enim Gog à Gag quod significat tectum in Hebr. quia licet Antichristus sit futurus homo, inhabitabitur tamen totaliter à diabolo, & sic erit quasi eius tegumentum sub specie humana. Magog autem significat de tecto, per quod intelliguntur adhærentes Antichristo tamquam de eius familia seu populo. Huic autem expositioni concordat quod dicitur Apoc. 20. c. Soluetur Satanas de carcere suo, & exibit seducere Gentes super quatuor angulos terræ Gog & Magog, &c. Quod exponitur de persecutione Antichristi, quem diabolus primò seducet, & postea alios ad adhærendum sibi. Huic etiam dicto consonat dictum Apostoli, si referatur ad secundum aduentum Christi 2. Thessal. 2. b. Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Similiter & dictum aliorum expositorum, in quantum tempore Antichristi erit maxima persecutio fidelium. Et secundum hanc sententiam primò agitur de persecutione ecclesiæ ab Antichristo, & secundò de Antichristi destructione cum exercitu suo, ibi, Conuocabo. Prima in duas, quia primo ponitur huius persecutionis præparatio, secundò eius executio, ibi, Post dies, Circa primum dicitur,

Gog & Magog. *Antichristus.* *Diuisio.*

2 Pone faciem tuam, Id est, dispone te ad prophetandum de aduentu Antichristi & eius destructione.

3 Principem capitis Mosoch, Quia isti reges subiicientur ei, scilicet Cappadociæ & Iberiæ.

Et

MORALITER.

† 1 Et factum est. Fili hominis pone faciem tuam contra Gog, &c. Capitulum istud litteraliter exposui de persecutione Antichristi futura. Dicitur autem 1. Ioan. 4. a. Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Inter alios autem hæreticos Arrius videtur magis ipsum soluisse, negans eius deitatem, asserens Verbum esse creaturam. Similiter soluit humanitatem negans Christum habere animam humanam, & asserens locum animæ, ipsum verbum tenere, ideo secundum sententiam beati Ioannis debet Antichristus nominari. Ipse verò inter alios hæreticos maximè persecutus est ecclesiam: Tum quia plures & fortiores habuit sectatores; Tum quia persecutus est ecclesiam non solum verbis, sed etiam gladiis adhærentium sibi, vt scribitur in chronica Hieronymi. Et Rufinus dicit: Eo tēpore Lucius Arrianæ partis episcopus post fugas ciuium & exilia, post cædes & tormenta flammasq; quibus innumeros condemnauit, ad monasteria furoris sui arma conuertit, vastat eremum, & bella quiescentibus inducit, tria millia simul vel amplius viros per totam eremum secreta & solitaria habitatione

Arrij hæresis. *Arriani fero vsi sunt ad suam heresim dilatandam.*

† dispersos

† AVGVSTINVS lib. 20. de ciuit. cap. 11. Gentes istæ, quas appellat A Gog & Magog, non sic sunt accipiendæ, tamquam sint aliqui in aliqua parte terrarum barbari constituti, siue quos suspicantur Getas & Massagetas, propter litteras horum nominum primas, siue aliquos alios alienigenas, à Romano iure seiunctos. Toto namque orbe terrarum significati sunt isti esse, cùm dictum est, *Et seducent gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog & Magog.*

Gog & Magog non sunt aliquæ gentes determinatæ. Apocal. 20.

† THEODORETVS sect. 15. Mog & Magog sunt Scythicæ gentes, Mosoc autem Cappadoces esse aiunt, & Thobel B Iberos, Rhos verò Hebræorũ lingua interpretata est caput.

Gog & Magog sunt gentes Scythicæ secundum alios.

a *Ecce ego ad te Gog, principem ca. &c.* HIERONYMVS l. 11. com. Iudæi, & nostri Iudaizantes, putant, Magog & Gog Scythicas Gentes esse innumerabiles & immanes, quæ trans Caucasum montem & Meotidem paludem, & propter Ca- C spium mare ad Indiam vsque tenduntur: & has post mille annorum regnũ esse à diabolo commouendas, vt veniant in terram Israel, vt pugnent contra sanctos Gentibus secũ multis coniunctis. Primum Mosoch, quos Iosephus Cappadoces dicit. Deinde Tubal, quos idem Iberos vel Hispanos, Hebræi Italos suspicantur: habentes secum Persas Æthiopes & Lybies. Gomer quoq; & Thogorma quos Galathas & Phrigas dicũt. Sabæos quoque & Dædan & Carthaginenses siue Tharsis: & hoc esse quod Ioannes ait, *Et cùm finiti fuerint mille anni, soluetur Satanas vt seducat Gentes quatuor angulos terræ, Gog & Magog, &c.* Non intelligentes, totum librum Ioannis, qui reuelationis titulo prænotatur, esse mysticum. Alij verò terrenum sensum relinquen- D tes, & Iudaicas atque aniles fabulas (quæ noxiæ sunt, & acquiescentes sibi detrahunt in profundum) nimium ad alta conscendunt, & multo peiores fingunt nænias, vt in cælesti Ierusalem diaboli & exercitus eius bella describant, & sub etymologiis Gentium singularum interpretentur spirituales nequitias in cælestibus.

Iosephus. *Apoc. 20. c.* *Iudæorum fabulæ de Gog, Magog, &c.*

a Ecce ego ad te Gog, principem capitis Mosoch & Tubal. ⁴ Et

a Principis. b Amentiæ. c Omnium. — a Primum à sententia tua fluctuare te faciam. In salutem. Dispersum.

b circumagam te, & ponam frenum in maxillis tuis & educam

a Qui imitantur armaturam Dei, & loricas iustitiæ habere se iactant.

te, & omnem exercitum tuum, equos & equites vestitos lori-

a Qua feriant. b Quo se tegant.

cis vniuersos, multitudinem magnam, hastam & clypeum ar-

a Contra ecclesiam. b Gentes, scilicet eruditionæ & inimicæ Israel, quarum contra populum Dei bella leguntur.

ripientium & gladium. ⁵ Persæ, Æthiopes & Lybies cum eis, omnes scutati & galeati. ⁶ Gomer & vniuersa agmina eius, do-

a Scilicet ab aquilone venientes, qui frigidissimus & nomine dexter vocatur. Magog.

mus Thogorma latera aquilonis, & totum robur eius, popu-

Subiecti. Ironia. Subdita tuo imperio.

lique multi tecum. ⁷ Præpara & instrue te, & omnem multitu-

a Præceptorem.

dinem tuam quæ coaceruata est ad te, & esto eis in præce-

a Visitabo in virga iniquitates eorum, &c. b Vnde Ioannes: Nouissima hora est, & populus Gentium vndecima hora ducitur ad colendam vineam.

ptum. ⁸ Post dies multos visitaberis. In nouissimo annorum

a Expugnandam. Sanctorum, quæ affert fructus centenos & sexagenos, & tricenos. b Vt in pace consistat. c Contempto errore Gentium.

c venies ad terram quæ reuersa est à gladio, & congregata

a Patriarchas, prophetas. b Sine lege & præceptis Dei. Vnde possidebitur: Plures filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum.

est de populis multis ad montes Israel, qui fuerunt deserti

Terra. Alias habitabunt.

iugiter. Hæc de populis educta est, & habitauerunt in ea

a Gog, diabolus princeps hæreticorum. b Vt omnia tenebris & errore confundat non enim habet imbrem temporaneum & serotinum.

confidenter vniuersi. ⁹ Ascendens autem quasi tempestas ve-

a Verborum. b Quantum in te est. c Credentium.

nies, & quasi nubes vt operias terram, tu & omnia agmina tua,

a Temporibus nouissimis. b Vnde, si spiritus potestatem habens ascendere voluerit super te, locum tuum ne dimiseris, dominus autem ascendit in cor iusti, qui ascensiones disponit in corde suo.

& populi multi tecum. ¹⁰ Hæc dominus Deus: In die illa ascen-

† b *In maxillis tuis, & educam te & omnem exercitum tuum, equos.*

† THEODORETVS vbi suprà. His docet nos diuinæ efficaciæ potestatem, & istiusmodi nihil absque E diuina fieri voluntate, quæ vel propter bona res administrat, vel propter ante commissa peccata calamitates permittit accidere. *In chamo & freno maxillas eorum constringe.* vt indomitus equus & lasciuus, & corruens per præcipitia, freno domini teneatur: vnde, *Ascendes super equos tuos, & equitatio tua salus.* Ta- F les equos & equites vidit Ioannes in cælo.

Diuina prouidentia. *Hieron. Psal. 32.* *Abac. 3. d.* *Apoc. 6. a.*

HIERONYMVS vbi suprà. Illud quoque breuiter notandum, quòd in Ezechiele Gog princeps terræ Magog dicitur: In Apocal. verò Gog & Magog nationes quæ egrediuntur de quatuor angulis terræ. Et quomodo à Iacob qui primus dictus est Israel, omnis populus Hebr. Israel vocatus est, Et ab Aram Syria, Mesraim Ægyptus, quorum in Genesi scripta sunt nomina: sic & à principe Gog omnes qui ei subditi sunt Magog appellantur.

Apoc. 20. c. *Genes. 21. f. Ibidem 10.*

c *Quæ reuersa est à gladio, & congregata est de populis multis ad montes.* HIER. *Dissipa Gentes quæ bella volunt.* *Psal. 67. g.*

☞ a De-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et circumagam te. *id est, discurrere permittam ad fidelium impugnationem.*

2 Et ponam frenum in maxillis tuis, &c. *Quia Antichristus nihil poterit facere, nisi quantum Deus permittet.*

3 Vestitos loricis. *id est, armis ad sustinendum, & etiam ad inuadendum. ideo sequitur,* Hastam & clypeum arripientium, &c.

4 Gomer & Thogorma. *Nomina sunt populorum Antichristo adhærentium.*

5 Præpara & instrue. *id est, præparabis te ad vastationem ecclesiæ.*

6 Et esto eis in præceptum, *id est, multitudo tibi coaceruanda tibi obediet ad nutum.*

7 Post dies. *Hic consequenter ponitur executio persecutionis. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur executio: Secundò eiusdem prænuntiatio, ibi,* Hæc dicit. *Circa primum præmittitur tempus, cùm dicitur,* Post dies multos visitaberis, *id est, punieris, quia finaliter Antichristus à Deo fulminabitur, vt infrà dicetur.*

8 In nouissimo annorum venies. *id est, circa finem mundi.*

9 Ad terram quæ reuersa est à gladio. *id est, ad ecclesiam dissipandam, quæ primò fuit sub gladio Iudæorum & tyrannorum: sed à tempore Constantini habuit pacem: & sic reuersa est à gladio.*

10 Et congregata est de populis multis. *Quia de omnibus Gentibus aliqui crediderunt Christo.*

11 Ad montes Israel, *id est, ad Iudæam montuosam. Licet enim veniat ad vastandum vbique ecclesiam, tamen specialiter veniet in Ierusalem,* vt in templo Dei sedeat, tamquam sit Deus, *vt dicitur 2. ad Thessal. 2. b.*

12 Qui fuerunt deserti iugiter, *id est, frequenter, quia primò per Chaldæos, & postea per Antiochum nobilem: Et iterum per Romanos: postea per Saracenos.*

13 Hæc de populis educta est, & habitauerunt in ea confidenter vniuersi. *Quia ante aduentum Antichristi Christiani de pluribus terris venient in Iudæam, & capient eam, & ibi pacificè habitabunt ad tempus, & postea quasi subito veniet Antichristus: ideo subditur,*

Christiani terram sanctam recipient antequam veniat Antichristus.

14 Ascendens aut. quasi tempestas. *id est, subito in magna multitudine, ita quod fideles non poterunt tibi resistere.*

15 In die illa, &c. *Quia,* extolletur supra omne illud, quod Deus dicitur, aut quod colitur, *2. Thessal. 2. b.*

9 Ad — Et

MORALITER.

† *dispersos oppugnare pariter & aggredi transmittit armatam equitum peditumq; manum. Et illi è contra gladiis obiectabant ceruices, & nihil aliud dicebant nisi: Amice ad quid venisti:* ideo subditur,

† *Ecce ego.* id est, ad te ô Arri.

† *Principem.* Per populos hic & inferius expressos, significantur populi ab Arrio & ab eius sequacibus decepti, de quorum multitudine dicit Hieron. (Et habetur in Decretis 24. q. 3. ca. secandæ.) *Arrius in Alexandria vna scintilla fuit. Et quia non cito fuit oppressus, eius flamma totum orbem depopulata est.* Ideo sequitur post.

15 *In die illa ascendent sermones, &c.* Arrius enim & sui discipuli erant instructi philosophia: Catholici verò erant simplices in solo domino confidentes; propter quod Arrius credebat eos sibi resistere non posse, sicut ciuitas absque muro resistere non potest exercitui forti & magno: ideo subditur;

Arriani sapientia gentium inflati.

† Vt

A dent sermones super cor tuum & cogitabis cogitationem pessimam, [11] & dices: Ascendam ad terram absque muro: veniam ad quiescentes habitantesque securè. Hi omnes habitant sine muro, vectes & portæ non sunt eis. [12] Vt diripias spolia, & inuadas prædam, vt inferas manum super eos, qui deserti fuerant, & postea restituti, & super populum qui est cōgregatus ex Gentibus, qui possidere cœpit & esse habitator vmbilici terræ. [13] Saba & Dædan & negotiatores Tharsis, & omnes leones eius dicent tibi: Numquid ad sumenda spolia tu venis? Ecce ad diripiendam prædam congregasti multitudinem tuam, vt tollas argētum & aurum, & auferas supellectilē atq; substantiā, & diripias manubias infinitas. [14] Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog: Hæc dicit dominus Deus: Numquid non diē illo cùm habitauerit populus meus Isrāel confidēter, scies? [15] & venies de loco tuo: à lateribus aquilonis, tu & populi multi tecum, ascēsores equorū vniuersi, cœtus magnus & exercitus vehemens, [16] & ascendens super populum meum Israel, quasi nubes vt operias terram. In nouissimis diebus eris, & adducam te super terram meam, vt sciant Gentes meæ cùm sanctificatus fuero in te in oculis eorum ô Gog. [17] Hæc dicit dominus Deus: Tu ergo ille es de quo locutus sum in diebus antiquis in manu seruorum meorum prophetarum Israel, qui prophetauerunt in diebus illorum temporum vt adducerem te super eos. [18] Et erit in die illa in die aduentus Gog super terram Israel, ait dominus Deus: Ascendet indignatio mea in furore meo [19] & in zelo meo. In igne iræ meæ locutus sum, quia in die illa erit commotio magna super terram Israel, [20] & commouebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cæli, & bestiæ agri, & omne reptile quod mouetur super humum, cunctique homines qui sunt super faciem terræ: & subuertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet in terram.

Interlinear: a Dei auxilio, vel dialecticorum argumentatione. b Rex noster pacificus, quia in pace factus est locus eius. a Inquit ille. a Sæculari scientia: quæ stultitia est apud Deum. Ecclesiæ. a Christianos. a Ante à Dei notitia. b Per Christum, qui ait, Pater reuelaui nomen tuum hominibus. Id est. a Hereditatem Christi. a Vnde, operatus est salutem in medio terræ; veritas enim de terra orta est, quæ dicit, Ego sum via, veritas & vita. a Carthaginis, vel maris, qui inter huius sæculi fluctus bonis operibus quærunt mercimonia. Sancti. O Gog. Ecclesiæ. a Vt Christi possessio fiat tua hereditas. a Eloquentiæ. b Intelligentiæ. a Virtutum. b Christi victoriis congregatas. a O Ezechiel, qui in typo Christi diceris filius hominis. a Totius mundi errore sublato. b In ecclesia. a Qui mente cernit Deum. Id est. a Qui omnem calorem credentium refrigerare conatur. a De quibus, Equum & ascensorem proiecit in mare. a In tempore Euangelicæ prædicationis. a Oportet esse hæreses, vt qui probati sunt ma. f. a Id est, cùm penitus me intellexerint iudicem. Iohel quoque in valle Iosaphat dicit populos congregandos. Et Isaias & omnes prophetæ in quorum bonis operibus sermo domini fit. a Cùm venerit super terram. a Contra te. a Pro populo meo. b Quo vitiorum tuorum ligna consumam. a Adueniente, (alias adnitente) diabolo, scilicet, magna persecutio contra ecclesiam. a Commotione parata. a Qui se eleuant contra scientiam Dei. a Munimenta hæreticorum cùm apparuerit fortitudo ecclesiastici sermonis.

a *Deserti fuerāt, & postea restituti.* HIER. lib. 11. com. Hæc sunt deserta & inaquosa, (in quibus diabolus locū inuenire non potest) qui vocati sunt ad salutem.

B b *Saba & Dædan. &c.* † THEODOR. sect. 15. Saba natio est Æthiopica & Indica; Dædan Idumææ finitima: & Tharsis ipsa est Carthago. Omnes, inquit, hæ gentes cùm te inuasisse conspexerint, pecuniarum cupiditate istam tuam cum exercitu profectionem fuisse intelligent. [Saba. Dædan. Tharsis.]

c *Seruorum meorum prophetarū Israel.* HIERONYMVS vbi suprà. Moysi scilicet, qui (iuxta septuaginta) in libro Numer. ait, *Egredietur homo de semine eius, & dominabitur Gentium plurimarum & leuabitur Gog regnum.* [Num. 24. b. secundum LXX.]

E d *Pisces ma.* IBID. Habitatores, scilicet, ecclesiæ, quorum alij vt pisces, alij vt volucres cæli & bestiæ agri, & omne reptile, alij vt retinentes hominis dignitatem. Vnde Apostolus etiam post resurrectionem dicit, fore *Alia corpora cælestia, alia vt pisces, alia vt volucres, &c.* In Actibus quoque Apostolorum vas Petro ostensum varietatem monstrat animarum quę in arca quoque diluuij continentur. [Varietas statuum in Ecclesia. 1. Cor. 15. e. Act. 10. b.] F

e *Sepes,* quæ imitantur ecclesiam Dei, de cuius sepibus dicitur: *Qui destruit sepem mordebit eum coluber.* [Eccl. 10. b.]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dices, *præ nimia elatione.*
2 Ascendam, &c. *id est, ita faciliter capiam, ac si non esset ibi murus vel munitio, vel aliqua belli suspicio.*
3 Vt diripias spolia, &c. *Christo credentium.*
4 Vt inferas manum super, &c. *Quia sicut dictum est, tempore tyrannorum, fideles videbantur deserti à Deo, tempore pacis secutæ restituti. Vel, quia fideles eiecti de terra promißionis per Saracenos, ibi restituentur ante aduentum Antichristi, vt dictum est.*
5 Qui possidere cœpit vmb. terræ. *id est, Ierusalem & terra promißionis quæ est in medio terræ habitabilis, quia est in quarto climate.*
6 Saba & De. &c. *Nomina sunt Gentium Antichristo adhærentium.*
7 Et omnes leones eius, *id est, feroces contra Christianos.*
8 Dicent tibi, *Adulando & contra fideles incitando.*
9 Numquid ad sumenda spol. *q. d. sic. Et ideo ad hoc est intendendum. Cetera patent in littera vsque ibi,*
10 Numq. non in die. cum pop. meus. *id est, vniuersitas fidelium.*
11 Confidenter. *Recuperata terra promißionis ab eis.*
12 Scies, & venies. *Tunc, ad ipsum inuadendum cum satellitibus tuis.*
13 Et asce. *id est, subitò, quia nubes aliquando surgunt ex insperato.*
14 Vt operias terram. *Multitudine adhærentium.*
15 Et adducam te super terram meam. *id est, super terram promißionis, quæ dicitur Dei modo spirituali, quia ibi operatus est salutem in medio terræ in assumpta pro nobis humanitate.*
16 Vt sci. Gentes cum sanctificatus. *id est, sanctus appanuero.*
17 In te, &c. *Ibi te interficiendo cum exercitu tuo, vt postea dicetur.*
18 Hæc dicit. *Hic consequenter ponitur dictæ persecutionis prænuntiatio cùm dicitur in persona Dei.*
19 Tu ergo, &c. *Quia Isaias & Ieremias, & alij prophetæ locuti sunt de hac persecutione, vt patet hic, & in pluribus aliis locis, sicut exposui in libro Psalmorum & aliorum librorum prophetalium.*
20 Vt addu. te. *Ad purgandum electos, & puniendū reprobos: ideo subditur,*
21 Ascendet indignatio mea in furore meo. *id est vindicta.*
22 Quia in die illa erit commotio. *Quia multi fideles erunt vacillantes, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi, Matth. 24.*
23 Et commoueb. *id est, vacillabunt in fide.*
24 Pisces maris. *id est, existentes in ecclesia in quolibet statu, quorum aliqui sunt voluptuosi, ideo comparantur piscibus existentibus in mari, & aliqui superbi, alta petentes, vt volucres cæli, & aliqui simplices, vt bestiæ agri, & aliqui cupidi super terram reptantes: & aliqui homines rationabiliter viuentes.* [Quos decepturus sit vel victurus Antichristus.]
25 Et sub. montes. *id est, multi de prælatis & principibus.*
26 Et ca. se. *id est, multi de religiosis & doctoribus. Vel, per montes, sepes & muros, intelliguntur fortalicia in montibus sita, & muris & clausuris munita, quæ non poterunt resistere potentiæ Antichristi.*

MORALITER.

† 3 *Vt diri.* Id est, vt defensiones catholicorum annihiles secundum æstimationem tuam, & eos inducas ad tuum errorem. Cetera verò de facili possunt ad propositum applicari.

ADDITIO.

In cap. 38. *Vbi dicitur in postill.* Propter quod saluo meliori iudicio, *Exposito Postillatoris de Gog & Magog, quod intelligatur de persequutione Antichristi, videtur vera, propter rationes quas ipse dicit. Sed eius expositio de istis nominibus Gog & Magog pertinet ad etymologiam valde remotam. Vnde melius videtur dicendum, quod Gog sit nomen ipsius Antichristi, multi enim fuerunt nominati per prophetas per magna tempora ante eorum natiuitatem, sicut patet de Cyro, Iosia & aliis. Magog autem est nomen secundi filij Iapheth. vt patet Gene. 10. Et sic potest accipi pro sua propria significatione, vt intelligatur quod illa Gens descendens à Magog sit de principalibus adhærentibus Gog siue Antichristo. Et huic concordat auctoritas Apost. per Postilla. allegata. Nam Gens descendens à Magog dicitur esse in angulo aquilonari terræ, versus quam partem (vt dicitur) adhærentes Antichristo adorabunt: eò quod Christiani adorant ad orientem, Hebræi ad occidentem, Saraceni verò ad meridiem. Restat ergo plana aquilonaris, ad quam adorabunt Antichristiani, à qua pandetur omne malum super omnes habitatores terræ Iere. cap. 1.*

Gog proprium nomen Antichristi.

Magog gens eidem adhærens.

REPLIC. In capitulo 38. *De Gog & Magog dicit Burgen. satis concorditer Postil. Præterquam quod restringit Magog ad Gentem descendentem à Iapheth, cuius primogenitus dictus fuit Magog, dicens quod illa gens erit de principalibus adhærentibus Antichristo. Sed illa expositio Burg. videtur Christianitati exprobratiua. Nam Iapheth cum sua prole occupauit Europā, secundum omnes communiter historiographos. In sola autem Europa, vt plurimum, viget Christianismus, vt dicit idem Burg. circa 6. cap. Zachariæ infra. Et sic Christiani secundum illam Burg. expositionem essent futurus exercitus & principalis Antichristi, quod est Christianis dedecus audire: ideo Burgen. cum quibusdam alijs debuit opinari, quòd perfidi Iudæi, specialiter decem tribuum translati per Salmanasar & per Alexandrum inclusi in montibus Caspiis, qui tempore Antichristi soluentur, & Antichristum recipient, pro Messia infideliter expectato, & ei in ecclesia (quæ est in Europa) potissimum persequutione, adhærebunt, quod fortassis genti suæ affectus Burgen. noluit intelligere.*

Sequaces Antichristi non erunt de stirpe Iapheth sed Iudæi perfidi.

Suspicio quissima Thoringi.

CAP. XXXIX.

A ET conuoca. &c. *Tu autem.* GRE. lib. 11. cō. Quę in hoc capitulo dicūtur, aiunt Iudæi, post mille annorum regna futura, interficiendumque Gog principem Mosoch Ros & Tubal in B finibus Israel: & ab omnibus volatilibus, & bestiis deuorādum, & habitatores vrbiū Israel septem annis lignorum vsum, non de syluis, sed de armis Gog habituros: ipsumque sepeliendum in valle C quæ Hebraicè dicitur Gē. Et nomen sepulchri illius vocandum Polyandrion, vbi scilicet multitudo hominum sit sepulta. Septem autem mensibus eum sepeliendum à domo Israel, vt terra mundetur, & inclytam futuram diem qua interficiatur Gog, constituendosque qui ossa diligenter inquirant, D rant, & sepeliant, ne quidquam remaneat insepultum. Post mēses autem septem peragranda est terra vt aiunt, & si quod os hominis inuētum fuerit, titulo superposito demonstrandum, vt postea sepeliatur ab eis, qui tali E officio præpositi fuerint. Nomen autem ciuitatis appellandū Amona, quæ Græcè dicitur Polyandrion, hoc est multitudo hominum sepultorum, & sic terram esse mūdandam. Nos F autem cœptæ explanationis sensum tenentes singula quæ proposuimus, disseramus.

Iudæi quomodo exponant hoc caput.

CAPVT XXXIX.

ET conuocabo aduersus eūm in cunctis mōtibus meis gladium, ait dominus Deus. Glādius vniuscuiusq; in fratrem suum dirigetur. Et iudicabo eum peste & sanguine & imbre vehemēti & lapidibus immensis. Ignem & sulphur pluam super eūm, super exercitū eius, & super populos multos qui sunt cum eo. Et magnificabor & sāctificabor, & notus ero in oculis Gētium multarū, & scient quia ego dominus. Tu autē fili hominis vaticinare aduersū Gog, & dices, Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego super te Gog principē capitis Mosoch & Tubal & circumagā te & seducā te, & ascendere te faciā de lateribus aquilo-

a Hæreticorum principem. Gog scilicet. ¶ Simplicium. a ¶ Vt hæreticus pugnet contra hæreticum, quorum inter se dimicatio ecclesiæ victoria est. ¶ Sua. a ¶ Quem effudit. b ¶ Sermonibus eruditi & perfecti viri. a ¶ Testimoniis scripturarum. b ¶ Pœnam scilicet sempiterni iudicij. a ¶ Diabolum. b ¶ Socios impietatis, quorum multitudine circumdatur. a ¶ Omni errore sublato, punitis principibus. b ¶ In fidelibus. a ¶ Quæ illi crediderunt. b ¶ Beatitudine sua & pœnis aduersariorum. a ¶ Spe inani scilicet lactabo, qua seductus, ad prælium festines occidendus, victoriæ spe frustratus. b ¶ Nouissimis. c ¶ A quo exardescunt omnia mala super terram.

b *Super te.* IBID. Habet Gog & ipse trinitatem suam: Ros, Mosoch & Tubal, caput scilicet, & insaniam, & vniuersa; vt non sit scilicet vitium quod non possideat.

Manu

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXXIX.

ET conuocabo aduersus. *Hic incipit capitulum in Hebræo, in quo agitur de destructione Antichristi & sui exercitus. Et primò circa hoc ponitur Antichristi deiectio; Secundò deiecti spoliatio, ibi,* Hæc est dies; *Tertiò spoliati tumulatio ibi,* Et erit in die; *Quartò concluditur intenta conclusio, ibi,* Et ponam. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

1 Et conuocabo aduersus eum. *Id est, Antichristum & eius exercitum.*

2 In cunctis montibus meis. *Id est, in Iudæa quæ est montuosa.*

3 Gladium, ait dominus. *Ad interficiendum ipsum.*

4 Gladius vniuscuiusque, &c. *Quia fulminato Antichristo in monte oliueti & magna parte exercitus sui, erit dissensio inter residuos imponētes ad inuicem, quòd incitauerunt eos ad sequendū Antichristū, & sic inter eos erit bellum.*

Fulminato Antichristo seditio erit inter populos eius.

5 Et iudicabo, &c. *Quia aliqui de eius exercitu morientur pestilentia, aliqui gladio, & aliqui tempestatibus descendentibus de cælo.*

6 Et magnificabor & sanctif. *Id est, magnus & sanctus apparebo in deiectione mirabili superbi & exercitus sui. Consequenter resumitur modus eius veniendi, cùm dicitur,*

7 Ecce ego super te. *Quasi dicat, nihil poteris facere nisi quantum tibi permittam.*

8 Principem capitis, *Exponatur vt suprà. Consequenter resumitur deiectio sua, cùm dicitur,*

Per-

MORALITER.

†† *Tu autem, &c.* Capitulum istud litteraliter exposui de morte Antichristi & destructione exercitus sui.

Moraliter autem potest exponi de mala morte Arrij & suæ sectæ destructione, continuando ad capitulū præcedens. Sic ergo dicitur,

† *Vaticinare, &c.* Id est, aduersus Arrium.

† *Et circumagam, &c.* Arrius enim in principio propter suam obstinationem in errore suo fuit in exilium missus; sed postea ad persuasionem cuiusdam presbyteri de sua secta fuit ab Imperatore reuocatus, vt dicit Vincentius in speculo historiali: & sic fuit actus in exilium & reductus.

Arrius actus in exilium & reductus.

† *Et ascendere te faciam.* Permissiuè tamen.

† *De lateribus aquil.* Id est, ex persuasione diaboli per aquilonem significati, eò quòd dicitur Ierem. 1. c. *Ab aquilone pandetur omne malum.* Tunc enim Arrius fecit maxima mala, ecclesiam subuertendo pro parte magna, sicut dictum est supra.

Mala quæ fecit Arrius ab exilio reductus.

a *Manu sinistra tua, & sagittas tuas, &c.* † HIERONYMVS lib. II. com. Quia ad interficiendos eos quos deceperit, imitatur eos qui habent arma à dextris & à sinistris, per bonam & malam famam de quibus, *Ecce enim peccatores intenderunt arcum, &c.* Hęc ignita diaboli iacula scuto fidei refrigeranda sunt, alias restringenda sunt.

Psal. 10. a.

Arma diaboli.

b *Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel.* IBID. Septimus annus est remissionis, quo seruis Hebræis libertas datur, debita cuncta soluuntur, & ad dominos redit antiqua possessio,

Quæ celebritas septimi anni apud Hebræos.

a ¶ Apostolos & apostolicos viros. ¶ Tunc.

nis, & adducam te super montes Israël: [1] & percutiam arcum tuum in manu sinistra tua, & sagittas tuas de manu dextera

¶ Qui est. a ¶ Qui ascenderas. b ¶ De quibus, Montes in circumitu eius. c ¶ In ipsis montibus.

tua deiiciam. [4] Super montes Israël cades tu & omnia agmina

a ¶ Aduersariis, scilicet potestatibus, quæ iuxta viam comedêre sementem.

tua, & populi qui sunt tecum. Feris, auibus, omnique volatili, & [2]

a ¶ Sanguinariis. Quomodo enim dicitur, Dedisti eum escam populis Aet. de dracone scilicet: sic decepti ab hæreticis, dæmonum cibus sunt. b ¶ Qui colitur ab agricolis Dei.

bestiis terræ dedi te ad deuorandum: [5] super faciem agri cades,

a ¶ Cuius non possunt verba frustrari. b ¶ Vt suscipiat doctrinam.

quia ego loquutus sum, ait dominus Deus. [6] Et immittam ignem [3]

¶ Ignem veni mittere in terram, &c. a ¶ Qui sæculi fluctibus transitis se esse securos putant.

in Magog, & in his qui habitant in insulis confidenter, & [4] scient, quia ego dominus, [7] & nomen sanctum meum notum [5] [6]

a ¶ Qui non auctoritate Gog. seductus. b ¶ Occasione falsi nominis scientiæ in hæreticis.

faciam in medio populi mei Israël: & non polluam nomen [7]

a ¶ Quæ in circumitu.

sanctum meum amplius: & scient Gentes, quia ego dominus

a ¶ Dies scilicet iudicij, qui veniens veniet & non tardat. b ¶ Iam.

sanctus Israël. [8] Ecce venit & factum est, ait dominus Deus. Hæc [8]

a ¶ Pœnarum scilicet vindictæ. ¶ In prophetis. ¶ Credentes.

est dies de qua loquutus sum. [9] Et egredientur habitatores de [9] [10]

a ¶ Ecclesiæ rectæ fidei. b ¶ Vnde: Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni.

ciuitatibus Israel, & succendent, & comburent arma, clypeum, [11] [12]

¶ De quibus supra. a ¶ In quibus peruersum pascha celebratur. ¶ Quibus lata & insanabilia vulnera inferebant doctrinæ.

& hastas, arcum & sagittas, & baculos manuum

sessio, & quies terræ tribuitur, & omnes fruges pauperibus donantur, quod scilicet in septem annis, numero sacrato & perfecto hæreticorum dispereat armatura.

HIERONYMVS IBID. Non possumus plenam habere pacem & habitationis confidentiam, nisi cunctam aduersariorum supellectilem deprædemur, vt pereant omnia & crementur in cinerem; vt deprædemur eos qui ante nos fuerant deprædati, & vastemus eos qui ecclesiam vastauerant.

Quomodo quærenda sit plena pax.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Percutiam arcum tuum in ma. &c. *Id est, deiiciam sagittarios tui exercitus, ita quod non poterunt tenere arcum in sinistra manu, nec sagittas in dextra.*

2 Feris, auibus. *Per aliquot tempus remanebunt cadauera, saltem multorum, insepulta.*

3 Et immittam ignem in Mag. &c. *Quia magna pars exercitus Antichristi fulminabitur.*

4 Et in his qui. *Sub Antichristi confidentia, confidentes de eius potentia.*

5 Et scient, &c. *Per experientiam vindicta mea.*

6 Et nomen sanctum meum. *Populi Christiani, qui nomine Israel nominantur, vt suprà dictum est.*

7 Et non polluam. *Id est, pollui permittam per blasphemias Antichristi, & sibi adhærentium.*

8 Ecce venit & factum est, ait dominus Deus, &c. *Quasi dicat ita certum est de futuro, ac si iam transisset in præteritum.*

9 Hæc est dies. *Hic consequenter describitur exercitus Antichristi spoliatio cum dicitur,* Hæc dies, *scilicet destructionis Antichristi & exercitus sui.*

10 De qua locutus sum. *Per prophetas, vt dictum est cap. præcedenti.*

11 Et egredientur. *Ad colligendum spolia. Expositores autem nostri dicunt communiter, quòd per habitatores de ciuitatibus Israel, intelliguntur ciues cælestes in diuersis mãsionibus habitãtes, secundũ illud, Ioan.* 14. In domo patris mei multę mãsiones sunt, *Id est, diuersi gradus beatitudinis; qui cum Christo egredientur ad iudicium, & cum eo iudicabunt impios approbando eius iudicium, & maximè de Antichristo & damnandis cum eo, de quibus subditur,*

Sancti cum Christo venturi ad iudicium.

12 Et succendent, & com. *Id est, Antichristum & eius exercitum condẽnabunt ad ignem æternũ modo dicto; qui vocatur hic arma, eò quòd armis impugnauerũt fideles eos crudeliter occidendo; quod erit causa dãnationis ipsorũ.*

MORALITER.

† *Et adducam super te.* Ad disputandum cum maioribus catholicis, quos credebat statim confutare rationibus philosophicis, sed non fecit. Ideo sequitur.

1 *Percutiam arcum.* Quia dum Arrius multitudine populorum fretus ire vellet ad disputandum, prius diuertit ad locum secretum, & ibi emisit sua cum fecibus intestina: quod audientes sui fautores confusi turpiter recesserunt

Arrij mors turpissima.

† *Super montes Israel cades tu & agmina tua, &c.* Sicut enim Arrius fuit turpiter confusus, sic sectatores sui. Vnde dicit Ruffinus, quòd in disputatione catholicorum cum Arrianis erat vnus de parte Arrianorum valde eloquens & litteratus, qui catholicorum dicta celeriter & faciliter exufflabat. Tunc quidam catholicus valde simplex petiit locum loquendi, quem cùm obtinuisset (tamen cum difficultate propter simplicitatem) sic incepit: In nomine domini nostri Iesu Christi audi Philosophe quæ vera sunt; Deus vnus est, qui omnia quæ videntur, virtute verbi sui creauit, & spiritus sui sanctificatione firmauit, hoc verbum quod nos filium Dei dicimus, humanos miseratus errores, ex virgine natus est: & morte sua nos à morte perpetua liberauit, quem expectamus iam resuscitatum omnium iudicem, quem speramus esse venturum. Credis hæc ita Philosophe? At ille, ac si numquam vllum sermonem contradicendi didicisset, ita obstupefactus virtute dictorum, mutus ad omnia, hoc solum potuit respondere; Ita sibi videri, nec aliud verum esse quàm quòd dixerat. Tunc Senior: Si hæc inquit ita credidisti, Surge & sequere me, & huius fidei signaculum suscipe. Ille autem conuersus ad discipulos suos, vel ad eos qui audiendi gratia conuenerant: Audite inquit ô eruditi viri, donec verbis mecum gesta res est, verba verbis * explosi, & quæ dicebantur, dicendi arte subuerti; Vbi verò pro verbis virtus accessit ex ore dicentis, non potuerunt resistere verba virtuti, nec homo Deo potuit aduersari. Et ideò si quis vestrum potuit in his quæ dicta sunt sentire quæ sensi, credat in Christum & sequatur hunc senem, in quo loquutus est Deus. Itaque Philosophus Christianus effectus, tandem se victum fuisse gratulabatur. Item dicit Cassiodorus in historia tripartita: Volentibus quibusdam Philosophis cum Alexandro Constantinopolitano episcopo disputare, iussit Imperator vt certamen susciperet, qui quamuis simplex esset, suscipiens, iussit omnes præter vnum tenere silentium. Cui & ait: In nomine domini nostri Iesu Christi in primis præcipio tibi ne loquaris. Qui statim mutus factus est.

Arrianorũ confutatio à quodam simplice.

* oppositi.

Alexander episcopus Constantinopolitanus.

3 *Et immittam ignem, &c.* Sicut in expositione litterali dixi per Magog significari exercitum Antichristi: sic in ista per Magog significantur sectatores Arrij, in quos misit dominus ignem, id est, spiritum diuisionis per multas sectas, & tandem defecerunt, nam aliqui mortui sunt, & aliqui ad veritatem fidei redierunt, de quibus subditur,

Quomodo dissipata sit Arrianorũ factio.

5 *Et scient, quia ego dominus, &c.* Recognoscentes verè Christi diuinitatem, quam Arrius & eum sequentes negabant.

11 *Egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, &c.* Quia doctores catholici scripturas Philosophicas quibus Arrius & eius sequaces erant armati, ad impugnandum fidem Christi, conuerterunt in obsequium fidei Christi per virtutem spiritussancti qui ignis nominatur.

† MORA-

☞ a Et erit in die illa, A dabo, &c. HIERONYMVS lib. 11. cõ. Sepulchrum enim Gog non erit in montibus, sed in depressis vallibus, & confragosis locis, Hebraicè Gen dicuntur, quæ hæretici, cùm in B occidente sint, in oriente esse fingunt, vt decipiant viatores, eos, scilicet, qui sæculum istud pertranseunt, non habitatores, sed peregrini, sicut ille C qui dicebat: *Aduena ego sum ad te & peregrinus.* Quis enim prætereuntiũ (de quibus dicitur, *Et non dixerunt qui præteribant, benedictio domini super vos, & cetera.*) non miratur & obstupescit, cùm vallem videat viatorum quæ habitatoribus mons videtur.

Deceptiones hæreticorum.

b *Septem mensibus. Sepeliet autem eum, &c.* IBID. Sicut & septem annis arma succendent. A primo enim mense, quando E domini Pascha celebramus, & exterminatorem Ægypti, agni cruore vitamus, vsque ad exitum anni (id est vsque ad septimum mensem, quando tabernacula figimus, & inter ceteras frondes, palma- F rum quoque ramis protegimus, vt perfecta contra hostes victoria demonstretur) festiuitates omnes complemus in populis.

Quod anni tempus Hebreis solemnissimum.

a ¶ Viri ecclesiastici.

& contos, & succendent eam igni septem annis. [10] Et non portabunt ligna de regionibus, neque succident de saltibus, quoniam arma succendent igne, & deprædabuntur eos quibus prædæ fuerant, & diripient vastatores suos, ait dominus Deus. [11] Et erit in die illa, dabo Gog locum nominatum sepulchrum in Israel vallem viatorum ad orientem maris, quæ obstupescere facit prætereuntes, & sepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog, [12] & sepelient eos domus Israel, vt mundent terram septem mensibus. [13] Sepeliet autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies in qua glorificatus sum, ait dominus Deus. [14] Et viros iugiter constituent lustrantes terram, qui sepeliant & requirant eos qui remanserunt super faciem terræ, vt emundent eam. Post menses autem septem quærere incipient, [15] & circumibunt peragrantes terram. Cumque viderint os hominis statuent iuxta illud

a ¶ Gentium quas malunt saluare quam perdere scilicet hæreticorum quos vicerunt. a ¶ Quibus Ecclesiam impugnabant. b ¶ Spiritusſancti; sermone scilicet ecclesiastico, quem qui habuerint, dicere poterunt. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobiscum in via & aperiret nobis scripturas. a ¶ In claro lumine. a ¶ Hæreticos. b ¶ Qui semper gaudent. ¶ Gen Hebraicè, Polyandrion Græcè, id est, sepulchrum plurimæ multitudinis. ¶ Sordibus hæreticorum. a ¶ Ne liberum aerem capiet. a ¶ Non solum magistri. ¶ Anniuersaria. a ¶ Ecclesiasticos, scilicet, qui hoc habeant officij, ne quid in terra Israel sordidum remaneat aut morticinum. ¶ Sepulto Gog. a ¶ Ecclesiam. b ¶ Mortuos vt mundetur terra ecclesiæ. a ¶ Quando debent omnia esse purgata. a ¶ Quibus hæc cura incumbit. a ¶ Superesse. b ¶ Duritiam hæreticæ prauitatis. c ¶ Vt cum notati fuerint qui sunt huiusmodi, vel emundentur, vel sepeliantur cum Gog.

☞ Tu

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et succendent eam igni septem annis. *Id est, æternaliter, quod per septem annos intelligitur, eò quod vniuersitas temporis septenario numero designatur.*

2 Et non portabunt ligna de regionibus, &c. *Id est, non condemnabunt iustos fructum pietatis facientes, sicut ligna regionum.*

3 Neque succident de saltibus, &c. *Id est, non condemnabunt eos qui habitant in saltu pœnitentiæ.*

Spolia exercitus Antichristi cesi.

4 Quoniam arma succendent igne, &c. *Id est, condemnabunt ad ignem æternum impios tantummodo, & non iustos. Sed hæc expositio videtur magis mystica, quam litteralis, ideo absque præiudicio potest aliter dici, quod interfecto Antichristo, & eius exercitu, egredientur Christiani, qui remanebunt viui de locis, vbi erant absconditi, ad colligendum spolia, & ea quæ erunt apta ad incendium, vt clypei, hastæ & huiusmodi applicabunt igni, ideo subditur.* Et succendent, &c. *Et aliqui eorum tantum congregabunt, quod sufficiat eis ad magnum tempus, quod exprimitur hic per septem annos. Et ideo non erit eis necesse aliunde ligna colligere. Et deprædabuntur eos quibus prædæ fuerant, arma & spolia eorum colligendo. Sed hoc dictum videtur esse contra illud quod dicitur communiter à doctoribus, quod post mortem Antichristi dabuntur quadragintaquinque dies ante iudicium, vt decepti ab eo habeant locum pœnitendi, & accipitur de Daniele. 12. d. vbi dicitur sic.* Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies 1335. *Iste enim numerus excedit numerum ibidem supra positum de regno Antichristi in 45. diebus, & sic inter mortem Antichristi & iudicium spatium 7. annorum non erit. Ad quod dicendum, quod licet hoc dictum sit satis commune, tamen non est omnino certum: quia non determinatur per scripturam vtrum illi dies sint vsuales, scilicet continentes tantum vnam diem & vnam noctem, vel annales sicut dicitur sup. 4. cap.* Diem pro anno dedi tibi. *Et ideo de illis 45. diebus post mortem Antichristi non habetur certum, vtrum sint 45. dies naturales, vel 45. anni. Et dato quod esset determinatum de diebus vsualibus, non tamen est determinatum vtrum statim post illos 45. dies immediatè sequatur iudicium, immo videtur quod sit maius spatium temporis intermedium per illud quod dicitur Matt. 24. de aduentu Christi ad iudicium.* Sicut enim erant in diebus Noë ante diluuium comedentes & bibentes & nubentes & nuptui tradentes vsque ad eum diem, quo intrauit Noë in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. *Et istud referunt aliqui doctores nostri ad tempus quod erit inter mortem Antichristi & diem iudicij. Talis autem pax & securitas in qua conuiuia & connubia absque timore exercentur, non videtur esse tam parui temporis sicut 45. dierum, sed maioris.*

Interfecto Antichristo quantum tempus ad iudicium.

5 Et erit in die illa. *Hic consequenter agitur de sepultura Antichristi & suorum. Et primò ponitur propositum, Secundò remouetur dubium, ibi.* Tu autem. *Circa primum sciendum, quod sicut pars immediatè præcedens exponitur à doctoribus communiter de sanctis, qui cum Christo adiudicabunt impios igni gehennæ, ita etiam hæc pars intelligitur de sepultura eorum in inferno eo modo loquendi quo dicitur Lucæ 16. f.* Mortuus est diues, & sepultus est in inferno, *qui vocatur hic vallis viatorum, quia* lata est via quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam, *Matth. 7. b. Et dicitur hæc sepultura fieri septem mensibus, quia æternaliter ibi erunt sicut supra dictum est de septem annis. Quod autem ibi dicitur de ossibus remanentibus super terram, quod statuent iuxta illa titulum, donec sepeliant: per hoc intelligitur, quod si post mortem Antichristi inueniantur aliqui de secta sua obstinati, ab aliis per excommunicationem separabuntur, donec per mortem sepeliantur cum aliis in inferno. Sed quia hæc expositio, sicut præcedens, videtur multum mystica; Ideo potest exponi de sepultura corporali, non propter Antichristi & suorum honorem, sed ad terræ purgationem, vt dicitur in littera. Sic ergo exponitur,* Et erit in die illa. *Scilicet notabili, propter deiectionem Antichristi.*

Diuisio.

Sepultura damnatorũ in inferno.

6 Dabo Gog. *Id est, Antichristo & eius exercitui.*

7 Locum. *Scilicet sepulturæ.*

8 Nominat. sepulchrum. *Id est, famosum ex tanta multitudine ibi sepulta.*

9 Vallem. *Quia ibi erit strata publica.*

10 Ad orientem maris, *Id est versus mare mortuum, quod est in parte orientali Iudææ.*

Sepulchrũ Antichristi.

11 Quæ obstup. facit prætereuntes. *Admirari ex tali & tanta deiectione Antichristi & suorum ibidem sepultorum.*

12 Vt mundent terram. *A cadaueribus.*

13 Septem mensibus. *Tantum enim apponent tempus illi, qui ad hoc statuentur.*

14 Et erit eis nominata dies. *Id est celebris.*

15 In qua glorificatus sum, ait Dominus Deus, &c. *Interficiendo Antichristum, & eius exercitum. Dies enim victoriæ solent haberi celebres.*

16 Et viros iugiter constituent. *Qui sint diligentes ad hoc opus perficiendum.*

17 Cumque viderint os hominis statuent iuxta illud titulum, donec, &c. *Id est notabile signum, vt de facili possit inueniri, vt sic multa ossa sic inuenta simul per signa de facili colligantur & sepeliantur.*

a ¶ Vbi sepultus est cum multitudine sua.

titulum, donec sepeliant illud polynctores in valle multitu- 1

a ¶ Vbi victoria seruorum Dei, vbi iacent aduersarij & omnis inimicorum multitudo. b ¶ Vel Polyandrion, vt finis omnium restitutio puritatis fit.

dinis Gog. [16] Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabunt 2

terrã. [17] Tu ergo fili hominis. Hęc dicit dominus Deus: Dic omni 3 4

a ¶ Dæmonibus qui celeriter currunt omnia perscrutantes. b ¶ Dæmonibus crudelissimis, quibus traduntur aduersarij in interitum carnis vt s. sal. fit & discant non blasphemare.

volucri & vniuersis auibus cunctisque bestiis agri: Conuenite, 5

¶ Hæreticorum principes. a ¶ Deuorandam.

properate, concurrite vndique ad victimã meam quam ego im-

a ¶ Comedendam scilicet. b ¶ Apostolos, prophetas, sanctos viros: In illis enim contrariorum dogmatum magistri corruunt, & ab illis vulnerati pereunt, super quos ædificatur ecclesia.

molo vobis victimam grande super montes Israel, vt comedatis

a ¶ Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. b ¶ Vel gigantum. ¶ Qui contra Dei scientiam pugnabant.

carnes & bibatis sanguinem. [18] Carnes fortium comedetis, & san-

a ¶ Qui terrena sapuerunt. b ¶ Non cæli. c ¶ Hæc animalia Deo immolantur, & hæretici Dei sacrificia imitantur, sed oblatio eorum cibus est dæmonum.

guinem principum terræ bibetis; arietum, agnorum & hirco- 6

a ¶ Impinguantur enim sanguine deceptorum vsque in ebrietatem, hos ergo immolat dominus per ecclesiasticos viros pessimis conuiuijs vt bibant vsque ad vomitum & ebrietatem.

rum taurorumque & altilium & pinguium omnium. [19] Et comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem

a ¶ Cum viri scripturis sanctis imbuti, tales equos & equites truncabunt.

de victima quam ego immolaui vobis, [20] & saturabimini super 7

a ¶ De quo, Equum & ascensorem proiecit in mare.

mensam meam de equo & de equite forti, & de vniuersis viris

¶ Sic.

bellatoribus, ait dominus Deus. [21] Et ponam gloriam meam in 8

a ¶ Fidelibus scilicet. b ¶ Tunc. c ¶ Intelligent. d ¶ Ecclesiæ sanctorum.

Gentibus, et videbunt omnes Gentes iudicium meum quod

a ¶ Super aduersarios. ¶ Opprimendos.

fecerim, & manum meam quam posuerim super eos. [22] Et scient 9

a ¶ Victoriæ. b ¶ In perpetuum.

domus Israel, quia ego dominus Deus eorũ à die illa & deinceps. 10 11

a ¶ Ab hæreticis.

[23] Et scient Gentes, quoniam in iniquitate sua capta sit domus 12

a ¶ Opposuisti nubem tibi ne transeat oratio.

Israel, eò quòd dereliquerint me, & absconderim faciem meam 13

a ¶ Hæreticorum.

ab eis, & tradiderim eos in manus hostium, & ceciderint in

¶ Traditi.

gladio vniuersi. [24] Iuxta immunditiam eorum & scelus feci eis,

a ¶ Propter hæc omnia. b ¶ Oportet esse hæreses, vt qui probati sunt in fi. &c.

et abscondi faciem meam ab illis. [25] Propterea hæc dicit domi-

a ¶ In terram viuentium.

nus Deus: Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor 14 15

A a *Tu ergo fili hominis.* HIERO. lib. 11. com. Hæc vsque ad ędificationem templi, Iudæi & nostri Iudaizantes referunt ad vltimum tempus, quo carnibus Gog & omnis exercitus eius (quasi pinguissimis bestiis volucres bestiæque) saturentur, & restituantur filij Israel in pristinum statum, & à Gentibus vltrà non expugnentur, & effundat spiritum suum super eos Deus, vt habitent in terra sua omnes Gentes, sed propriè domus Israel. Nos autem cœptam tropologiam sequimur.

Iudæorum & Iudaizantium expositio super reliquum huius cap.

B † THEOD. sect. 15. Ego admiror non solum Iudæorum inscitiam, sed etiam quorumdam Christianorum Iudaicas fabulas attendentium, qui Gog atque Magog inuasionem non factam asserunt, sed futuram expectant, Quos intellexisse oportuit, primùm huius prophetiam cum reuocatione à Babylone coniunctã fuisse; Deinde per hæc dixisse gentes Dei potentiam cognituras. Qua autem doctrina nunc gentes indigent ad hanc cognoscendam, quæ credere in nomen patris, & filij, & Spiritus sancti doctæ sunt celebrant & adorant diuinam naturam, ab idolorum errore liberatæ. Quam verò doctrinam interitus Gog afferre potuit, qualem sanctorum Apostolorũ continet præconium? Hoc enim edocet quæ ad trinitatem & vnitatem pertinent, & mortuorum resurrectionem, & iudicium, & præmium bonorum & malorum, cælorum regnum, supplicium in gehenna, virtutis disciplinas, Philosophiæ documenta, &c. Si autem ea nondum accidere quæ spectant ad Gog, verùm nouissimis diebus euenient, & per illum discent gentes auctorem omnium rerum Deum colere, maiora sunt salutari cruce, & morte illa quę mortem destruxit, & diuinis apostolis, qui cognitionis Dei lumine orbē terrarum illustrarunt. Ita apertè Iudæis fauent qui hæc fabulantur.

Expletane sit an adhuc explenda huius cap. prophetia?

Doctrina Apostolica.

Indignatur contra eos qui implendam prophetiam prædictam exspectant.

C D E F

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Polynctores. *Id est, cadauerum curatores.*

Polynctores.

2 Nomen autem ciuitatis. *Id est, loci vbi fiet sepultura.*

3 Amona, *Id est, populosa, secundùm proprietatem Hebraici sermonis propter multitudinem populi ibi sepulti.*

4 Tu ergo fili hominis. *Hic remouetur dubium: quia hic actum est de sepultura cadauerum. Ideo posset aliquis credere, quod non fuissent ab auibus & bestiis corrosa, quod est contra illud quod dictum est suprà breuiter,* omni volatili & bestiis terræ dedi te ad deuorandum. *Ideo de ista deuoratione hic dicitur plenius, cum dicitur,* Dic omni volucri & vniuer. &c.

An Antichristiani carituri sint sepulchro?

5 Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam, &c. *Id est, ad corrodendum cadauera immolatorum à me in exercitu Antichristi. Antequam enim sepelirentur cadauera, aues & bestiæ fuerunt de eis saturatæ.*

6 Arietum, agnorum, & hircorum, taurorumque, &c. *Id est, ita comedetis principum carnes & bibetis sanguinem, ac si essent arietes & agni pingues occisi.*

7 Et saturabimini super mensam meam, &c. *Id est, super locum à me vobis paratum.*

8 Et ponam gloriam meam, &c. *Hic ponitur intenta conclusio. Ad hoc enim fiet Antichristi & sui exercitus deiectio, vt Deus glorificetur, & de eius oppressione populus Christianus liberetur. Et hoc est quod dicitur in persona Dei.* Et ponam gloriam meam in Gentibus & videbunt omnes Gentes iudicium meum, &c. *Quia omnes Gentes remanentes videbunt in hoc potentiam meam gloriosam.*

Cur deiiciendus sit Antichristus?

9 Et scient domus Israel. *Id est, populus Christianus.*

10 Quia ego dominus Deus eorum, &c. *Per specialem protectionem.*

11 A die illa & deinceps. *Quia post mortem Antichristi non habebit tribulationem.*

12 Et scient Gentes, quoniam in iniquitate sua capta sit domus Israel. *Id est, quod populus Christianus fuerit oppressus ab Antichristo pro suis iniquitatibus: quia secundum quod dicit Saluator: Ante tempus Antichristi* abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum *in ecclesia Dei, à qua iniquitate purgabitur per tribulationem Antichristi.*

Status Ecclesiæ ante tempus Antichristi.

13 Et absconderim faciem meam ab eis, & tradiderim eos in manus hostium, &c. *Tempore enim tribulationis Antichristi videbitur Deus abscondere faciem suam Christianis, dimittendo eos in acerbitate tribulationis, sicut homo auertit faciem suam ab illo, quem non vult à miseria releuare. Sed quia tempus illius persequutionis erit breue, vt dicitur Matthei vigesimo quarto, Ideo subditur,*

Tempus persecutionis Antichristianæ breue erit.

14 Nunc. *Id est, in breui.*

15 Reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel. *Id est, populi Christiani eum liberando ab oppressione Antichristi.*

a Ecclesiæ scilicet in qua habitant videntes Deum. b Qui visus sum negligere hucusque.

omnis domus Israel. Et assumam zelum pro

a Quod blasphematur in Gentibus propter hæreticos. b Liberati. c Confundantur & erubescant valde velociter.

nomine sancto meo:[26] & portabunt confusionem suam, & omnem præuaricationem quam

a Vnde Apostolus. Continuus dolor est cordi meo, quoniam persequutus sum ecclesiam Dei.

a Derelicta catholica fide. b Viuentium, scilicet mitium.

præuaricati sunt in me, cum habitauerint in terra

a Hæreticorum. b Hæreticorum insidias.

ra sua confidenter nemine formidantes,[27] & reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorum suorum, & sanctificatus

a Quæ & ipsæ domino credituræ.

tus fuero in eis in oculis Gentium plurimarum.

a Hic est finis beatitudinis.

[28] Et scient quia ego dominus Deus eorum, eo quod transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quemquam ex eis ibi:

a Iudæam terram confessionis, viuentium mitium.

Hæreticis.

[29] Et non abscondam vltra faciem meam ab eis, eo quod effuderim spiritum meum super omnem domum Israel, ait dominus Deus.

a Gratiam, notitiam. b q. d. Gratia est, non meritum.

a Gratiæ de quo Ioel. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. b Mansio Dei sunt qui Deum cernunt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et assumam zelum, *Scilicet vindictæ meæ contra Antichristum.*

2 Pro nomine sancto meo, *Quod ipse blasphemauit.*

3 Et portabunt confusionem suam, *Id est, Christiani post mortem Antichristi in seipsis erunt confusi de peccatis præteritis, propter quæ traditi fuerunt persequutionibus Antichristi.*

Christianis lapsis sub Antichristo dabitur pœnitentiæ spatium.

4 Et reduxero eos de populis, *Id est, de erroribus populorum, quibus assenserant decepti ab Antichristo & sibi adhærentibus: quia sicut dictum est, dabitur eis pœnitendi tempus.*

5 Et congregauero de terris inimicorum suorum. *Ad vnionem veræ fidei & charitatis.*

6 Et scient quia ego dominus Deus eorum. *Per experientiam vindictæ meæ in Antichristi persecutione. Ideo subditur,*

7 Eo quod transtulerim eos in nationes, *Subiiciendo eos oppressioni & seruituti Antichristi & suorum, qui erant diuersarum nationum, vt dictum est supra. Et per experientiam gratiæ meæ. Ideo subditur,*

8 Et congregauerim eos super terram. *Id est, in terra promissionis, quæ est terra fidelium, à qua timore Antichristi aliqui erunt fugitiui, & aliqui in captiuitatem ducti, qui eo mortuo ibi reuertentur. Vel, super terram, id est, in ecclesia militante per gratiam, & triumphante per gloriam, quæ est terra viuentium.*

9 Et no. re. quem. *Id est, ex prædestinatis.*

10 Et no. ab. vl. *Quia in patria videtur facie ad faciem.*

11 Eo quod effu. spi. *Id est plenitudinem gratiæ in ecclesia militante, & gloriæ in triumphante.*

CAPVT XL.

CAP. XL.

a IN *vicesimo & quinto anno.* HIERONYMVS lib. 12. com. *In exordio anni decima mensis, &c.* Theodotio. *In nono anno.* Nonus annus apud Heb. dicitur mensis septimus, qui apud eos dicitur Theri; vt calendæ mensis septimi sit tubarum clangor, & eiusdem decima die, dies ieiunij & placationis; quintadecima verò quando totus lunæ orbis expletur, dies Scenophegiarum; datur intelligi quod decima die placationis dominicæ monstratum sit Ezechieli ædificium ciuitatis.

* Sup. 19. d.

Quando ostensum est Ezechieli in visione templi ædificium?

a Hier. Ezechiel in prima captiuitate cum Ioachin rege traductus est in Babyloniam.

a Grego. Tempus simpliciter exprimit, vt in corde audientium historiæ radicem figat, deinde spirituales fructus proferat.

IN[*] vicesimo & quinto anno transmigrationis nostræ in exordio anni decima mensis,

In vicesimo, &c. HIERONYMVS. Si in quinto anno transmigrationis Ioachin in quarto mense, & in quinta mensis, aperti sunt cæli Ezechieli iuxta fluuium Chobar, & vidit visiones Dei. Nunc autem quod in vicesimo & quinto anno transmigrationis eiusdem, in exordio anni decimi mensis domini manus facta sit super eum, &c. patet, quia

Tempus quo completa est prophetia Ezechielis.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XL.

Materia reliqui prophetiæ huius.

IN vicesi. *Hæc est vltima pars principalis libri, in qua agitur de remuneratione bonorum vsque ad finem libri. Hæc tamen remuneratio secundum aliquos intelligitur de bonis fortunæ; secundum alios de bonis gratiæ; secundum alios partim de bonis gratiæ, & partim de bonis gloriæ, prout in fine libri magis videbitur domino concedente. Sciendum igitur, quod in parte vltima est aliquid in quo conueniunt Iudæi & Christiani, videlicet, quod illa, quæ dicuntur hic vsque ad finem libri fuerunt ostensa Ezechieli in imaginaria visione, cuius tamen significationem intellexit, aliter non esset visio prophetica. Et est ibi aliquid in quo dissentiunt, videlicet in significatione huius visionis. Primò igitur exponetur littera vsque ad finem libri quantum ad primum. Et quia hæc visio imaginaria ponitur hic satis obscurè, ideò circa descriptionem imaginariæ etiam visionis, & eius expositionem, non solum variant Hebræi & Latini, sed Hebræi adinuicem, quia Ra. Moy. & Ra. Sa. ipsam variè describunt & exponunt. Similiter Latini, quia magister Richardus de sancto Victore, & dominus Hugo Cardinalis de ordine prædicatorum, & frater Girardus de Pruuiuo ordinis fratrum minorum, circa dictam descriptionem & expositionem multipliciter variant. Nec est mirum de dictis variationibus; quia descriptio huius ædificij valde obscurè traditur in textu. Et etiam translatio nostra in multis discrepare videtur ab Hebraica veritate. Omnia verò eorum dicta repetere, & vbi deficere videntur improbare, esset negotium valde prolixum, & per consequens legentibus tædiosum; maximè, quia in descriptione imaginaria, & eius expositione non consistit principaliter vtilitas prophetica visionis, sed in intellectu eius quod per visionem imaginariam designatur, sicut ex dictis in principio huius libri patet: quia in descriptione imaginaria quatuor animalium & rotarum non consistit principaliter vtilitas visionis illius, sed in intellectu eius, quod per rotas & animalia designatur, quod fuit reuolutio quatuor regnorum, quæ populum Israel successiuè afflixerunt, sicut ibidem plenius fuit dictum. Omissis igitur descriptionibus prædictis intendo ponere modum vnum, qui videtur mihi magis consonus litteræ, & descriptioni Ra. Sa. in pluribus conuenire, dicta etiam aliorum, quæ à veritate magis discrepare videntur exponendo litteram, improbare, secundum hoc igitur residuum huius libri in duas partes diuiditur, quia primò præmittitur breuis præfatio; Secundò subditur visionis imaginariæ descriptio, ibi, Et mensus est. Prima in tres, quia primò ponitur huius visionis tempus; Secundò locus, ibi, Et adduxit me illuc. Tertiò fructus, ibi, Et ecce vir; Circa primam partem sciendum, quod transmigratio Babylonis incipit propriè à Ioachin rege Iuda, qui dictus est Iechonias, & tunc transmigrauit Ezechiel & Mardochæus: & post istam transmigrationem regnauit Sedechias 11. annis, & in 11. eius anno destructa fuit ciuitas Ierusalem & templum, vt habetur 4. Reg. 25. & 14. anno post destructionem vidit Ezechiel hanc visionem, vt habetur hic in littera. Et sic patet, quod à tempore transmigrationis vsque ad tempus huius visionis fluxerũt vigintiquatuor anni completi, & in principio vigesimiquinti anni facta est hæc visio. Et hoc est quod dicitur,*

Mira omnium doctorum in exponendo dissentio.

Quid maximè vtile cognitu in hac visione?

Diuisio.

Tempus quo facta est hæc visio.

1 In vicesimo & quinto, &c. *Et patet ex dictis littera paucis exceptis quæ sequuntur.*

2 Decima. *Scilicet die,*

3 Mensis. *Primi.*

MORALITER.

†1 *In vicesimo & quinto anno, &c.* Ab isto loco vsque ad finem libri huius in expositione litterali posui breuiter sensum mysticum, propter quod hic repetere non intendo.

quia 19. annis, & 9. mensibus & 5. diebus anni vicesimi completis, A omnis eius prophetia contexta sit.

In vigesimo & quinto. HIERONYMVS lib. 12. com. Hæc & quæ sequũtur vsque ad finem voluminis melius arbitramur tacere quàm parum de eis dicere.

† THEODORETVS sect. 15. Vaticinatus ipsis reditum à captiuitate, ostensaque per aridorum ossium resurrectionem sua potentia, prædicit vrbis ac templi ædificationem: neque verbis tantum vsus est, sed etiam talem indicat visionem propheta B diuini Spiritus efficacia mentis illius acie illustrata. Ait igitur in visione Dei, hoc est, spiritus, non corporis visione suam mentem in terram Israel abductam fuisse: vidisseque in monte quodam excelso ædificium, & quemdam humana forma præditum, calamum & funiculum ad ædificandi vsum confectum afferentem, sibique præcipientem, vt quæ conspiceret & audiret, renuntiaret domui Israel, &c.

Restitutio vrbis & templi ostensa Ezechieli in visione.

a ❡ Secundo. b ❡ Qua luce enim iustitiæ superbos percutit, eadem afflictos & pœnitentes viuificat.

a quartodecimo anno, postquam percussa est ciuitas, in ipsa b

a ❡ Virtus potestatis. b ❡ In spiritu. c ❡ Qui corpore in Babylone eram. d ❡ In contemplatione, nihil enim de hac ciuitate ad litteram dicitur.

hac die facta est super me manus domini, & adduxit me illuc 1

a ❡ Non visione. ❡ Id est.

in visionibus Dei.² Et adduxit me in terram Israel, & dimisit 2 3

a ❡ De quo: Venite ascendamus ad montem domini, de quo Isaias: In montem excelsum a. t. q. e. Sion. ❡ Christum. b ❡ Ad comparationem montium ceterorum, de quibus: Leuaui oculos meos in montem, vnde veniet auxilium mihi, & alibi: Montes in circumitu eius. c ❡ Christum. d ❡ Similitudo enim est, non res ipsa.

b me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi 4 5

a ❡ Ecclesiæ, de qua: Gloriosa dicta sunt de te ci. Dei. Et alibi: Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas. Et alibi. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et non potest ciuitas abscondi supra montem posita. b ❡ Id est humiliantis se ad austrum spiritus sancti afflatu. c ❡ Non ad aquilonem vt synagoga. d ❡ Vt cuncta quæ intus erant ostenderet.

c ædificium ciuitatis vergentis ad austrum, ³ & introduxit 6

a ❡ De quo: Ecce vir oriens nomen eius. ❡ Idem qui mons. b ❡ Non electri, vt in principio voluminis dicitur, neque erat accinctus Zona aurea, vt in Apoca.

d e f me illuc. Et ecce vir, cuius erat species quasi species æris, 7 8

GREGORIVS homil. 13. in Ezech. Dicturus mystica, historiam præmittit, vt sciatur ex tempore quod credatur in reuelatione: In C exordio libri, quo anno prophetare cœperit, indicauit; in fine, quo extremam visionem vidit.

Conferuntur tempora primæ & secundæ visionis Ezechielis.

a *Quartodecimo anno, &c.* GREGORIVS IBID. Vndecim enim annis Sedechias post captiuitatem primam in Ierusalem regnauit, post cuius captiuitatem, quæ secunda est, quarto decimo anno, propheta vltimam visionem vidit 11. verò & 14. 25. sunt. Vidit autem primam visionem 5. prioris captiuitatis anno, hanc vltimam in 25. anno. Patet itaque ad vltimam visionem 20. annos interfuisse. Superius vicesimi septimi anni mentionem fecit, sed tempus describit regis de quo prophetare cœpit.

HIERONYMVS vbi supra. Allego. Quatuordecim generationes significat, quibus completis vsque ad Dauid, & ab eo vsque ad transmigrationem, inde vsque ad natiuitatem Christi, vrbis reparatio promittitur; vnde, *Ipse ædificauit ciuitatem meam, &c.* Et alibi, *Vt prædicarem captiuis remissionem, &c.* Quomodo restitutionem populi, imo viuificationem ossibus campi sub resurrectionis imagine D monstrauit, sic instaurationem vrbis, quæ ante annos 14. Babylonio igne desolata est, sub descriptione eius dominus pollicetur, vt sicut captiuitatem & euersionem in olla succensa ab aquilone significauit & prophetia in opere vera patuit, ita ex fide præteritorum futuræ ædificationis veritas vaticinio præparaetur.

Promittitur reparatio vrbis Ierusalem.

Non de illo tempore hoc dicitur, sicut Iudæi delirant, quo sub Zorobabel & Iesu templum extructum est. Hoc enim multo dignius Salomonico, illud quasi nihil comparatione eius.

Templum secundum priori ignobilius.

b *Super quem erat.* E GREG. hom. 13. in Ezech. Quia mores & culpas omnium solus sustinet, vnde, *Laboraui sustinens.* Iere. 7. c.

c *Ad austrum, & introduxit, &c.* HIERONYMVS vbi supra, vnde, *Surge aquilo & veni auster, &c.* Fugatur enim aquilo ventus durissimus, ne in horto Dei refrigeretur dilectio floresq; marcescat. *Ad austrum.* Vbi lumen plenum & sol iustitiæ in summo cæli vertice positus, vnde: *Surge aquilo & veni auster perfla hor. &c.* Cant. 4. d.

Quid designet Auster & quid Aquilo?

d *Illuc.* IBID. Id est, ad ædificium ciuitatis, ille intrat qui sanctorum vias, quas imitetur, considerat.

e *Species æris.* HIERONYMVS IBID. Hæc enim materia vocalior est omnibus metallis, & tinnitu longè resonat: vnde in Dan. statua regnum Græcorum pro domestica ipsis eloquentia in æris similitudine monstratur, per quam manifestum est adhuc eos F indigere doctrina, qui templi spiritualiter ædificandi nondum plena nouere mysteria.

Dan. 2. Aes quid designet?

f *Aeris.* IBID. Scilicet, Quod durabile & sonorum, & *Christus resurgens à mortuis, &c.* Per cuius assumptionem humanitatis, gloria sonuit maiestatis.

Rom. 6. b.

Funiculus. HIERONYMVS hom. 14. in Ezech. De quo dicit Zacharias quòd funiculum geometricum in manu habuerit, vt latitudinem & longitudinem ciuitatis mensuraret. *Funiculus, &c.* Subtilis, id est, spiritualis prædicatio, quæ synagogæ non conuenit. *Funiculus lineus.* Alij, *cementarium*, angelorum scilicet qui Dei imperio ministrant, vel Moysi & omnium prophetarum & apostolorum, qui ædificant ciuitatem Dei.

Zach. 2. a.

In

NICOLAVS DE LIRA.

1 Facta est, &c. ma. *Id est, virtus eius eleuans me ad visionem sequentium.*

2 Et adduxit me. *Hic consequenter ponitur huius visionis locus, qui est duplex: Vnus subiectiuè, qui tangitur cum dicitur,* Et adduxit me illuc in visionibus Dei. *Non enim Ezechiel fuit eductus de Babylone corporaliter, sed tantum in visione prophetica, quæ est in vidente subiectiuè, & ideò locus huius visionis subiectiuè fuit Babylonia, in qua fuit Ezechiel. Alius est locus obiectiuè, qui tangitur cum subditur,*

Locus duplex.

3 Adduxit me in terram Israel, *Quam imaginariè videbat propheta.*

4 Et dimisit me super montem excelsum nimis, *Sic imaginariè videbatur propheta.*

5 Super quem erat quasi ædificium ciuitatis, *Et dicitur,* quasi, *quia non erat ædificium reale, sed similitudo repræsentans.*

6 Vergentis ad austrum, & introduxit me illuc. *Dicunt autem expositores nostri communiter, quod nomine ciuitatis & ædificij idem importatur; nam templum, cuius ædificium infra describitur, habet multas mansiones, sicut ciuitas, & muri eius erant cum propugnaculis ad modum ciuitatis, mons tamen in quo erat ædificium templi, aliquantulum erat demissius in parte australi magis quàm aquilonari, ideo dicitur,* Vergentis ad austrum. *Sed quod isti dicunt de propugnaculis, non habetur, nam in tota descriptione templi sequente nulla fit mentio de propugnaculis; tamen est satis probabile, quia propugnacula faciunt ad decorem & fortitudinem ædificiorum. Sed quod dicunt nomine ciuitatis & ædificij templi idem significari, non videtur verum: nam in fine libri describitur ciuitas separatim à templo; Et ideo Hebræi dicunt (& melius vt videtur) quòd propheta duo vidit, scilicet ciuitatem & templum, & quòd templum erat in parte aquilonari, ciuitas autem in parte australi: & per ædificium significauit templum, & nomine ciuitatis, ciuitatem vergentem ad austrum. Et ad hoc reducuntur doctores nostri prædicti in fine libri in descriptione terræ tribubus Israel diuidendæ, saltem aliqui, situantes templum in parte aquilonari illius terræ, & ciuitatem in parte australi, vt ibi videbitur plenius domino concedente.*

Nomine ciuitatis & ædificij idemne importetur?

Templum quod vidit Ezechiel in visione habueritne propugnacula?

7 Et ecce vir. *Hic consequenter ponitur visionis fructus, qui consistit in hoc quod angelus ostendit Ezechieli descriptionem & mensuram eorum quæ sequuntur, vt annuntiaret filiis Israel (per quos vniuersitas fidelium intelligitur) vt studiosi per orationem & exercitium studij quærerent intellectum visionis sibi aperiri, sicut dictum fuit Danielis 12. b.* Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum, pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. *Et sic intelligendum est de aliis visionibus propheticis, quarum intellectus per prophetam non aperitur. Ponitur tamen aliquid vnde habetur aliqualis via studiosis ad intelligendum, sicut dixi in Apocalypsi, quantum spectat ad librum illum, & in fine huius visionis similiter dicam quantum ad ista, domino concedente. Dicit igitur,* Et ecce vir, *Id est, angelus in specie viri,*

Fructus huius visionis.

8 Cuius erat species quasi species æris, *Id est, similitudo æris. Aes enim est durabile & sonabile, & per durabilitatem significat immortalitatem spiritus angelici; & per sonabilitatem promptitudinem eius ad resonandum laudes diuinas, secundum illud Iob. 38. a.* Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei; *& ad reuelandum hominibus secreta Dei.*

Angelorum durabilitas & promptitudo ad perfonandas laudes diuinas.

Et

a *In manu eius, &c.* GREGORIVS hom. 13. Id est, in potestate Christi, vel, in opere fecit, quæ docuit.

b *Calamus mensuræ.* GREGORIVS IBID. Scriptura scilicet sancta, in qua omnem vitæ nostræ actionem metimur.

Calamus mensuræ. IBID. gratia prophetalis, de qua, *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Et de Ioanne dicitur, *Quid existis in desertum videre? calamũ vento agitari?* quem calamum imitari cupiunt, qui scribentes scribunt iniquitatem, quibus imprecatur Dauid, *Increpa feras calami.*

Psal. 44. a. Luc. 7. d. De doctrina vel scriptura bona & mala. Psal. 67. f.

c *Stabat autem in porta.* HIERONY. lib. 12. quia per eum ad patrem ingredimur, sine quo in ciuitatem intrare non possumus, vt dignos suscipiat, indignos excipiat. In porta quoque iudiciũ est, vnde, *Oderunt arguentes in porta.* Et alibi, *Non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta.*

Porta quid designet? Isa. 29. g. Psal. 126. a.

GREGORIVS vbi supra. Qui stat in porta, parte foris, parte intus est, partim videtur, partim absconditur; & Christus per humanitatem visibilis, per diuinitatem inuisibilis.

d *Idem vir.* HIERONYMVS vbi suprà. Verus, scilicet architectus quem imitatur Paulus dicens, *Vt sapiens architectus fundamentum posui*; ad distinctionem scilicet illius, qui stultus est & in Zacharia *pastor insipiens* vocatur.

1. Cor. 3. b. Zach. 11. d.

GREGORIVS hom. 14. in Ezech. Vir, qui propheta, quem in ædificium introduxerat, in porta stans loquitur, facie interius, tergo exterius stetit: propheta verò faciem ad portam tenebat, vnde verba loquentis audiebat. Oculi enim domini semper in ædificium suum aspiciunt, & qui verba Dei audit, incessanter quando de hac vita exeat, debet oculis cordis semper intueri; vnde, *Cupio dissol. & esse cum Christo.*

Philip. 1. c.

e *Fili hominis, vide oculis tuis.* GREGORIVS IBID. Q. Spiritualia spiritualiter aspice, sed carnalis infirmitatis tuæ memorare. Sæpe enim contingit, vt qui in contemplatione leuatur, eo amplius tentatione fatigetur.

Sæpe contemplatiui habent grauiores tentationes.

f *Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi.* GREG. ho. 24. in Eze. Spiritualibus. Huic simile: *Leuate oculos vestros, &c.* Et, *Qui habet aures audiendi audiat.* Videtur autem ædificatio ciuitatis, auditur ordo ceremoniarum & sacerdotij, & terræ descriptio. Ostendit nihil theoria & scientia dulcius: vnde, *Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluntatem domini.* Et addit, *Domine dilexi decorem domus tuæ, &c.*

Ioan. 4. e. Luc. 8. b. Psal. 26. b. Voluptas quam percipimus in domo Dei.

(Interlinear glosses:) a Linea qua omnia in ordine ponuntur. b Quæ fecit, docuit. c Scriptores in occulti Dei iudicij dispensatione. a Insuper, nihil enim prodest vidisse & audisse, nisi commendes memoriæ. Primum. Post. b Considera. a Intentum facit auctorem vt memoriter teneat. b Grego. Q. Ideo adductus es, vt videas: ideo vides, vt annunties. a Vt qui per se videre non possunt, per te discant. b His scilicet, qui mente Deum conspiciunt: De quibus erat Nathanael, qui studiosissime quærebat Christum; & audiuit; Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. a Hoc primum vidit. b Secundum humanitatem, intus enim diuinitas. a Non solus funiculus geometricus. Qui est scilicet. b In quibus actiua vita. c Qui rectius Græcè palestes, id est, sexta pars cubiti.

a b c d & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Stabat autem in porta, [3] & loquutus est ad me idẽ vir: [1] [2] [3] [4]

e f Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, et pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi, quia vt ostendantur

g h tibi adductus es huc. Annuntia omnia quæ tu vides domui

i k l Israel. [5] Et ecce murus forinsecus in circumitu domus vndiq;

m n & in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo. [5] [6] [7]

g *Annuntia omnia, &c.* GREGORIVS IBID. vnde alibi, *Qui audit dicat, veni.*

Apoc. 22.

h *Et ecce murus.* HIER. lib. 12. Symmachus & LXX. peribolus, qui scilicet ex omni parte domũ, id est, templũ domini circumdabat.

Peribolus.

GREGORIVS hom. 14. in Ezech. Murus ipse Saluator, vnde, *Saluator ponetur in ea, murus & antemurale.* Prophetæ, scilicet, qui priusquàm dominus appareret in carne, ad construendam fidem prophetando missi sunt.

Isa. 26. a. Ante Christi tempora prophetæ res Ecclesiæ administrabant.

i *Forinsecus.* IDEM IBID. Probat verus architectus viuos lapides, qui apti fundamento, qui in medio muro, qui locis superioribus, qui inferioribus, qui extra templum in circumitu periboli collocati.

k *In circumitu domus vndique.* GREGORIVS vbi suprà. hominum scilicet & angelorum.

GREGORIVS. Hoc ædificium iuxta litteram accipi non potest, quod prius dicitur mensurari calamo sex cubitorum & palmo, post quatuordecim cubitis, cuius portæ frontes, sexaginta cubitorum. Minus enim est quod continetur, maius quod continet.

Possitne ædificium iuxta litteram hic accipi?

l *In manu viri.* Scilicet in potestate Christi, vel, in opere fecit quæ docuit.

m *Calamus mensuræ.* GREGORIVS vbi suprà. Scilicet scriptura sancta, in omnem vitæ nostræ actionem metimur. *Calamus,* Qui significat notam esse conuersationem nostram, quæ in sex diebus in quibus factus est mundus, & rationem operum singulorum, vt scilicet aliud ad opera pertineat, aliud ad mentem, vnde & latitudo æqua est altitudini, quorum latitudo ad opera, altitudo ad animum, qui ad alta festinat.

Nota Deo sunt & nostra mens & opera.

n *Palmo.* GREGORIVS IBID. Qui iam de septenario est, sed cubitus non est. Actiuam enim opere perficimus, de contemplatiua vix parum aliquid attingimus, etiam cùm cor tendimus, vnde: Nunc

Vita actiua & contemplatiua.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et funiculus lineus, &c. *In ædificiis enim rectè erigendis funiculus, in cuius extremitate pendet plumbum, deseruit.*

2 Et calamus mensuræ, *id est, aptus ad mensurandũ; per ista duo designabatur ædificiorum sequentium quantitas & rectitudo.*

3 Stabat autem in porta, *muri exterioris.*

4 Et loquutus est, &c. *& patet ex dictis sententia vsque ibi,*

5 Et in manu viri, *id est angeli,*

6 Calamus mensuræ sex cubitorum. *Hebræi dicũt: Sex vlnarum; sed est eadem sententia:*

Vna mensura erant Hebræis cubitum & vlna.





nam vlna illa erat parua, habens quasi longitudinem cubitalem, vt postea videbitur.

7 Et palmo, *Dicunt autem expositores nostri communiter, quòd palmus erat pars calami, qua tenebat eum Angelus, & residuo calami quod continebat sex cubitos siue vlnas mensurabat, & erant isti cubiti sex signati distinctè sicut in vlnis quibus mensurantur panni, signantur distinctè medietates & quarta; ideo angelus aliquando mensurabat secundum partem calami, scilicet secundum vnum cubitum tantùm, vel duos vel tres. Hoc autem vltimum dictũ de signatione cubitorũ, vel vlnarum in calamo satis apparet verum. Primum autẽ, scilicet quòd nõ mensurabat secundum quantitatem palmi, non videtur verum, quia mẽsurantes pannos cum vlna breui vel longa, ita mensurant secundum quantitatem vlnæ quam tenent in manu sicut secundum alias eius partes. Ideo ad intellectum huius partis sciendum, quòd apud Hebræos pondera & mensuræ sanctuarij, maiores erant quàm in aliis rebus communibus, sicut habetur manifestè in libris, Exodi.* Leui-

Quomodo & quibus instrumentis metiebatur Angelus?

☞ *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.* Et re- A ctè prius sex cubiti, post palmus ponitur, quia actiua præcedit, contemplatiua succedit. 2.Cor.13.d.

a *Et mensus est latitudinem.* GREGORIVS vbi suprà hom.14. Omnipotens Deus, qui nec in magnis tenditur, nec in minimis angustatur: Sic de tota ecclesia simul B loquitur, ac si de vna anima loquatur, & econuerso; sicut in hoc loco: *& mensus est latitudinem ædificij.*

Scriptura loquitur de Ecclesia ac si de vna anima loqueretur.

b *Latitudinem ædificij.* GREGORIVS.IBID. C Charitatem, scilicet, proximi. Latitudo enim in æqualitate est. vnde, *Latum mandatum tuum nimis.* Et alibi: *Diligite* D *inimicos vestros.* Altitudo (quæ in sublimitate tendit) ad cognitionem respicit contemplatoris. Psal.119.a. Luc.6.d.

c *Calamo vno.* GREGORIVS IBID. Quia antiqui patres, qui redemptorem nostrum & prophetando & bene viuendo prædicarunt, tamquam sex cubitos in E perfectione operis, & palmum in inchoatione contemplationis habuerunt. Perfectio antiquorũ patrum.

HIER.lib.12.cõ. Sciendum omnia propè verba Hebraica F & nomina quæ in Græca & Latina translatione sunt posita, ☞ nimia

a ¶ Etiam altitudinem. Latitudo & altitudo vnius calami, id est, sex cubitorum & palmi. b ¶ Vna mensura.

I a b Et mensus est latitudinem ædificij calamo c vno, altitudinem quoque calamo vno.

a ¶ Vna mensura, quia vnaquæque anima quantum dilatatur in amore proximi, tantum exaltatur in cognitione Dei.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *Leuitic. Nume. & Deuter. & similiter erat de vlna, quæ maior erat in sanctuario, quæ mensurabantur tela, ex quibus fiebant vestes sacerdotum & Leuitarum, & cetera simili modo mensurabilia. Vlna enim communis continebat quinque palmos: vlna verò sanctuarij sex palmos. Et accipitur hic palmus non secundum quantitatem manus extensæ sed clausæ, ita quòd continet quantitatem quatuor digitorum ex transuerso. Et nam aliqui Gentiles ex deuotione ad templum veniebant ad adorandum illuc, vt habetur 3. Reg. 8. & Ioan. 12. Sciendum tamen, quod istud spatium quadratum partim erat in summitate montis in plano, partim in montis pendulo, vt magis videbitur infrà, & hæc gibbositas spatij seu inæqualitas quantum ad latitudinem situs non potest in plano figurari, propter quod debet per imaginationem suppleri. Ad maiorem autem dictorum & dicendorum intelligentiam posita est in præcedente pagina huius dispositionis figura.*

Pondera & mensuræ sanctuarij communibus maiora. Gentilium locus in templo.





vocatur hæc quantitas Gallicè tour. *Hebraicè* cophac, *& sic vlna vel cubitus sanctuarij continebat vnum palmum vltra communem. Quinque verò palmi dicto modo accepti faciunt quasi magnitudinem cubitalem, ideo dixi quòd vlna communis Hebraica & cubitus sunt quasi eadem mensura: & sic patet, quòd vlna, vel cubitus sanctuarij continebat cubitum siue vlnam communem & palmum; & hoc probatur per illud quod dicitur, infrà 43. cap.* Istæ autem mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum & palmum. Verissimum *cubitum siue vlnam verissimam vocat vlnam vel cubitum sanctuarij, & habet vltra vlnam communem vel cubitum vnum palmum prædicto modo acceptum. Est igitur sensus huius litteræ: Et in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum, & palmo, id est, sex cubitorum communium, & palmo, scilicet addito cuilibet sex cubitorum; tales enim sunt cubiti sanctuarij, vt dictum est, secundum quod angelus mensurabat: & hoc clarius apparet in littera Hebraica, quæ talis est:* Et in manu viri calamus mensuræ sex vlnarum in vlna & palmo, *id est, loquendo de vlnis quæ continent vlnam communem & palmum: ita quòd hoc,* & palmo, *non refertur ad partem calami quæ angelus calamum tenebat, sed est determinatio quòd sex cubiti debent intelligi de cubitis vel de vlnis sanctuarij.*

Vlna vel cubitus sanctuarij.

I Et mensus est latitudinem ædificij calamo. *Posita præfatione hic consequenter describitur ipsa visio & diuiditur in tres partes: quia primò describitur templum & ædificia ad ipsum pertinentia; secundò terra populo diuidenda, cap. 45. tertiò ciuitas ædificanda, vltimo cap. ibi,* Et ibi gressus. *Prima adhuc in duas: quia primò describitur templum & pertinentia ad ipsum; secundò, leges ministrantium, cap. 44. ibi,* Et adduxit me. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur descriptio tẽpli; secundò altaris holocausti: cap. 43. ibi:* Istæ autem mensuræ altaris. *Ad intellectum primæ partis notandum, quòd totum templi ædificium erat situm in spatio quadrato, cuius vnum latus erat directè ad orientem & oppositum latus ad occidentem, alia duo, vnum ad aquilonem alterum ad meridiem: & in hoc spatio erat triplex murus vnus exterior, secundus medius, & tertius interior, & spatium contentum inter murum medium & interiorem dicitur atrium exterius, & spatium contentum inter murum medium & exteriorem dicitur ab aliquibus vulgi locus: Hac forsitan ratione, quia Gentiles admittebantur ad locum illum ratione orationis: nam*

Diuisio. Ædificium situm in spatio quadrato.

Sciendum tamen, quod illa figura & hæ sequentes non semper sunt protractæ præcisè in illa proportione quæ dicitur hic, quia hoc est difficile fieri, sed supponatur sic esse: Sicut ad intelligendum conclusiones geometricas protrahuntur aliqua figura quæ non semper sunt facta in illa proportione quæ à doctore dicitur, sed ab ipso & ab audientibus sic facta supponuntur. Item, qui vult intelligere ea quæ dicuntur hic de ædificio Ezechielis, non negligat habere dictas figuras & inspicere, nam aliter parum aliquid in tali posset intelligere nisi cum tædio & capitis sui fractione.

Quis vsus & quæ vtilitas figurarum hic descriptarum?

Prima pars diuiditur in duas partes, quia primò describitur pars anterior totius ædificij, secundo posterior. Et dicitur hic pars anterior, quæ incipit à latere orientali muri exterioris, & protenditur vsque ad murum occidentalem atrij interioris, ita quòd linea imaginariè protracta à finibus illius muri versus aquilonem & versus austrum diuidit partem anteriorem à posteriore, quia posterior est versus occidentem. Secunda pars incipit in fine præsentis cap. ibi: Et introduxit me. *Prima adhuc diuiditur in tres partes, quia primò describuntur porta muri exterioris; secundò porta medij, ibi,* Et venit ad portam; *tertiò porta muri interioris, ibi,* Et introduxit me in atrium interius. *Circa primum sciendum quod in orientali parte muri exterioris in medio eius erat quædam apertura decem cubitorum latitudinis, in qua erat porta. Et similiter in secundo & tertio muro, directè se respicientes. Quantum igitur ad primum murum dicitur,* Et mensus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno, *& secundum Hebræos ædificium hic vocatur murus exterior, cuius spissitudo dicitur hic latitudo, & sic est æqualis altitudini. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, nam intentio prophetæ est describere ædificium decenter dispositum: non est autem decens dispositio muri, cuius spissitudo est æqualis altitudini: Et ideo melius videntur dicere expositores alij dicentes quod nomine ædificij hic intelligitur quædam domuncula super portam ædificata, cuius latitudo est vnius calami secundum spissitudinem muri, ista tamen mensura vnius calami accipienda est intra parietes domunculæ: sicut infrà dicetur de thalamis & porticibus, & similiter altitudo. Longitudo autem eius secundum latitudinem portæ, scilicet decem cubitorum: Sed non fit hic mentio de ista longitudine, quia tres portæ prædictæ se respicientes ab omnibus ponuntur* ☞ *eiusdem*

Pars templi anterior & posterior. Portæ murorum. Domuncula supra portã muri exterioris.

☞ nimia vetustate esse corrupta & scriptorum vitio deprauata.

A a *Et venit ad portam.* GREG. hom. 15. Ipse vir, ipse porta: Ipse intrat per se dum membra intrant per ipsum; & quisquis nobis ianuam aperit cæli, porta est.

Qui nobis sint porta cæli?

b *Ad portam quæ respiciebat, &c.* Noluit per alias intrare, cùm essent plurimæ.

c *Per gradus.* HIER. lib. 12. com. Gradus, merita virtutũ. Nemo enim repente fit summus.

B *Per gradus.* HIE. IBI. Plures. s. quorum siletur numerus, vt ascẽsionis appareat difficultas; & quotcũque gradus tibi proposueris, scias minus esse ab eo quod dubium relinquitur.

C

d *Portæ.* GREG. hom. 15. in Ezech. id est, sanctæ scripturæ, duo limina: id est interius allegoria, exterius littera. De exteriori, id est, littera, peruenimus ad interius, allegoriam scilicet; vtraque enim suo modo ædificant.

De littera & allegoria scripturæ.

e *Limen vnum.* GREGOR. IBID. Porta à limine surgit, vt porta sit. Limen itaque portæ patres, ex quibus Christus secundum carnem.

D

f *Et thalamum.* IBID. Corda eorum, scilicet, in quibus anima per amorem sponso inuisibili iungitur.

g *Vno calamo in longum, &c.* Quantum enim amat, tantum proximum longanimitate tolerat: si desinit tolerare, desinit amare.

Iudicium amoris est tolerantia.

E h *Et inter thalamos quinque cubi.* GREG. vbi supra. Sunt enim in huiusmodi thalamis quidam qui adhuc subtilia non valent penetrare, quinque adhuc sensibus depressi. Hi non thalami, sed inter thalamos, quia per eos qui Deum perfectè diligunt ad profectum mentis ducuntur.

F

De eis qui non sunt, nituntur tamen esse perfecti.

Et inter thalamos quinque cubitos. HIE. vbi supra. Quæ scilicet exterius sunt, nondũ enim Christi secreta penetrauerũt, nec dicere possunt: *Introduxit me rex in cubiculum suum.* Vnde alibi; *Omnis gloria filiæ regis intrinsecus.* Sed discipulis cum Christo domi commorantibus, ☞ alij

Cant. 1. a. Psal. 44. c.

a ¶ Vir, scilicet, cuius nomen oriens, vt illuminet eos quos in prima parte vestibuli reperit, vel in ipso introitu portæ. Hæc est porta domini, iusti intrabunt per eam. b ¶ Scripturam, fidem. c ¶ Ego sum via veritas & vita. ¶ In membris. d ¶ Nobis proficientibus.

a [6] Et venit ad portam, quæ respiciebat viã orientalẽ, & ascendit per gradus eius. Et mensus est limen portæ calamo vno latitudinem id est limẽ vnũm calamo vno in latitudine [7] & thalamũ vno calamo in longũ, & calamo vno in latũ, & inter tha- [margin: a b c d e f g h; 1 2 3 4 5 6 7]

a ¶ Quia locus non erat æqualis, & ipsa ædes in excelsioribus. b ¶ Portæ. c ¶ Id est, sanctæ scripturæ. ¶ Id est. ¶ Vt scias omnia patere notitiæ Dei, limen in latitudine dicitur vnius calami. Et de altitudine siletur & longi. via enim est & introitus, & per eam ad interiora pergendum. a ¶ Est enim aliud. b ¶ Vel cubiculum. ¶ Vt interiora. s. cubitorum plenam habeant mensuram calami, id est, sex cubita & palmum, dum opus ratioque conueniunt.

NICOLAVS DE LIRA.

☙ *eiusdem latitudinis: portæ autem muri medij & interioris describuntur infra decem cubitorum latitudinis, & per consequens ista. Item secundum Hebræos in muro exteriori describitur vna porta tantum, scilicet in latere orientali: & tamen in muro medio & interiori ponunt duas portas, scilicet in latere aquilonari, & similiter in australi, quæ videntur pro nihilò poni, nisi in muro exteriori sint portæ correspondentes ad introeundum; propter quod alij videntur melius dicere, dicentes quod in latere muri exterioris aquilonari & australi sunt duæ portæ consimiles portæ orientali. Ad capiendum verò facilius quæ dicta sunt & dicenda, ponitur † hic talis figura.*

Quot portas haberet murus interior & exterior.

* in præcedenti pagina.

1 Et venit ad portam. *Hic consequenter describuntur portæ muri medij. Et diuiditur in tres partes: quia primò describitur porta orientalis; secundo aquilonaris, ibi,* Porta quoque; *tertio australis, ibi,* Et eduxit me. *Prima adhuc in duas, quia primo describitur orientalis porta; secundo, quædam extra illam portam existentia, ibi,* Et eduxit me ad atrium. *Ad intellectum primæ partis considerandum, quod porta hæc describitur habere vestibulũ, porticum, frontes, thalamos & gradus. Gradus autem sunt propter decliuitatem montis, & ideo à loco vulgi erat ascensus ad portam istam per septem gradus. Vestibulum autem est quoddam spatium ante aperturam muri medij. v. cubitorum in latum, scilicet, ab oriente in occidentem, & xxv. in longum ab aquilone in austrum; Porticus autem est ædificium situm super aperturam muri medij, & ex parte interiori ipsius muri transiens vltra murum medium per octo cubitos intra atrium exterius & à terra vsque ad summitatem huius porticus sunt cubiti quinquaginta, & iuxta postes ostij sunt duæ turres, quarum altitudo describitur lx. cubitorum, sicut in portis castrorum, & notabilium ædificiorum, fiunt duæ turres, vna ex vna parte ostij, altera ex altera, & vocantur frontes, quia sunt ad decorem portæ & ad eius defensionem, sicut fortalicia in extremitatibus terrarum dicuntur frontariæ; & in summitatibus istarum turrium erant pomelli & super pomellos rami palmarum celati, sicut communiter videmus in pomellis turrium, quod habent desuper folia celata, vel ramos arborum, & istæ tres erant ædificatæ in spissitudine muri, tamen excedebant illam spissitudinem aliquantulum ex vtraque parte. Iuxta turres istas describuntur sex thalami pro portariis, tres iuxta vnam & tres iuxta aliam, qui in Hebræo vocantur appenditia, qui describuntur adhærentes muro medio ab exteriori tamen parte eius, & ostia thalamorum describuntur ad vestibulum portæ, ita quod ostia thalamorum ex vna parte sunt directè contra ostia thalamorum existentium in alia parte per modum hic figuratum, prout potest in plano figurari, scilicet, secundum situm fundamentorum, & ante thalamos ex vtraque parte ostij describitur quoddam sedile latitudinis vnius cubiti, quod in textu vocatur margo. Item sciendum, quod porta accipitur hic dupliciter: Vno modo largè, pro apertura ostij, & ædificiorum in lateribus portæ & desuper existentium, sicut dicimus communiter, quod porta ciuitatis est bene turrita & desuper bene ædificata; Alio modo strictè pro ipso ostio sicut dicimus, quod porta ciuitatis est clausa, quando ostium est clausum, & aperta quando est apertum. Item sciendum, quod licet vestibulum propriè sit ante portam muri, & porticus post, tamen vtrumque spatium scilicet anterius & posterius aliquando vestibulum, aliquando porticus nominatur. Item istæ tres portæ sunt omnino similes, & ideo quod in descriptione vnius omittitur, & in descriptione alterius exprimitur, intelligendum est esse in omnibus. Et idem dicendum de tribus portis tertij muri, exceptis illis in quibus differunt à portis muri medij, quæ inferius exprimentur. Hoc autem dico propter vestibulum quinque cubitorum latitudinis, quod solum exprimitur in descriptione portæ australis tertij muri, quod similiter intelligendum est esse in aliis. Ad magis intelligendum quæ dicta sunt & dicenda posui hic * præsentem figuram cuius prima pars repræsentat sitũ portæ, porticus & vestibuli, frontium & thalamorum secundum lineas fundamentales: tamen intelligendum, quod fundamenta frontium nõ incipiunt à terra, ne impediant spatium inter thalamos, sed quasi per centẽ cubitos in altitudine muri, prout exprimitur in figuræ secunda parte. Secunda vero pars repræsentat altitudinem portæ, porticus & frontium secundum spatium à porta orientali. thalami vero non possunt sic conuenienter figurari secundum altitudinem suam propter murum secundum cui iunguntur: sed de facili possunt imaginari tamquam eleuati super sua fundamenta iuxta frontes: quanta tamen sit eleuatio, non habetur ex textu. His præmissis reuertamur ad expositionem litteræ.*

Gradus. Vestibulũ. Porticus. Frontes. Thalami. Margo. Duplex acceptio vocis porta. Quomodo differant porticus & vestibulum. * Pagella præcedenti.

Et venit ad portam. *Hæc est porta secundi muri, ad quam venit de porta orientali primi muri siue exterioris.*

2 Et ascendit. *Ex hoc patet quod gradus isti erant extra portam in loco vulgi: quia prius ascendit dictos gradus, & postea occurrit sibi limen portæ mensurandum. Si enim essent isti gradus intra portam, vt dicit magister Richardus de sancto Victore, vel in spissitudine muri portæ, vt dicunt aliqui, propheta dixisset, mensus est limen portæ, & ascendit per gradus eius, quia limen prius occurrisset mensuranti, quàm gradus ascensus.*

Gradus ante portam non in ipsa porta.

3 Et mensus est limen portę, *secundum muri medij spissitudinem: tamen in Hebræo sic habetur,* Et mensus est postem portæ, *& dicitur postis ostij pars muri ascendens sursum secundum latitudinem ostij ex vna parte, cuius latitudo est secundum spissitudinem muri sicut & liminis.*

4 Id est limen vnum. *Hic videtur littera corrupta per scriptores ponentes,* id est, *pro,* &: *nam in Hebræo sic habetur.* Et postem vnum: *nam ostium quod dicitur hic porta, habet duos postes, dextrum & sinistrum æqualis mensuræ, & similiter duplex limen, scilicet, inferius & superius & eiusdem mensuræ: propter quod non variatur mensura si dicatur* limen *secundum translationem nostram, vel* postem *secundum Hebræos.*

Variatio textus Hebraici & nostri.

5 Et thalamum. *id est, quemlibet sex thalamorum: quia frequenter accipitur hic singulare pro plurali.*

6 Vno calamo. *Istud spatium quadratum intelligendum est intra parietes thalamorum, ita quod muri claudentes & diuidentes thalamos sunt extra mensuram istam: ideo subditur,*

7 Et inter thalamos quinque cubitos. *Dicunt hic communiter expositores, quod quilibet murorum diuidentium inter thalamos habebat quinque cubitos in spissitudine, cuius mensura hic ponitur: nam spissitudo muri diuidit inter thalamum & thalamum; sed non est verisimile quod spissitudo muri diuidentis esset tanta, cum spatium cuiuslibet thalami sit tantum sex cubitorum in quadrum, vt dictum est: & ideo melius videtur quod per hoc quod dicitur hic,* Et inter thalamum, &c. *intelliguntur duo muri diuidentes tres thalamos ex vna parte, & spissitudo cuiuslibet sit duorum cubitorum & dimidij, &* ☙ idem

Murus interiacens inter thalamos.

alij qui mysteria eius audire non possunt, foras ad se sermonem Dei exire cupiunt. Ideoque quinque cubitorum in eis mensura ponitur, vt ad quinque sensus omnia referre doceantur.

a *Et limen portæ, &c.* GREG. vbi sup. hom. 15. Limen exterius patres veteris testamenti, per quorum prædicationem opera peruersa punita sunt. Per limē interius, doctores noui Testamēti accipimus, quorum prædicatione ab illicitis cogitationibus animus coercetur. Illi extrinsecus fuerūt, quia Christum in carne non viderūt, sed à sancta ecclesia diuisi non fuerunt, quia mente, opere, prædicatione ista fidei sacramenta tenuerunt. Sicut enim nos in præterita passione Christi, ita illi per fidem in eadem ventura sunt saluati. Illi ergo foris non extra mysterium, sed extra tempus.

Conferuntur patres veteris & noui Testamenti.

IBID. Quia in sacra scriptura & doctrina perfectæ operationis, & initium inuenitur supernæ contemplationis: si porta prædicator accipitur: limen exterius est vita actiua, interius contemplatiua; per illam enim ambulatur in fide, per hanc festinatur ad spem.

Operatio & contemplatio.

c *Vestibulum.* non id quod suprà, vnde additur, *Vestibulum autem portæ erat intrinsecus.*

d *Porro thalami.* HIER lib. 12. com. Ne putaremus duos tantum esse thalamos, ternos ex vtraque parte posuit, vt senariū demonstraret, qui in Euāgelicis hydriis demonstratur, in quibus aquæ in vinū mutatæ, & quotidie Iudaici latices vertuntur in vinum, quod lętificat cor hominis, & fit dulcius cruore Christi.

Ioan. 2. a.

GREG. hom. 16. in Ezech. Via orientalis inter tres hinc, & tres inde thalamos, Dei filius, qui inter veteres & nouos patres in carne apparuit. Vel, tres thalami tres virtutes, fides, spes, charitas, sine quibus qui aliquid operari possunt, saluari non possunt: quæ eadem tam in nouis Doctoribus, quā in veteribus fuerunt.

3. Virtutes theologicæ.

a ¶ Superius thalamum posuit, sed multi faciunt vnum sicut multæ ecclesiæ vnam.
b ¶ Per limen portam quisque ingreditur. Sunt autem duo limina, patres veteris & noui Testamenti.
¶ Aliud. c ¶ Alterius. d ¶ De quo prius. e ¶ Christi, hanc portam intrat qui credit.

a lamos quinque cubitos:[8] & limen portæ iuxta vestibulū portę [1] [2]

a ¶ Quia aliud extrinsecus. b ¶ Tertio. c ¶ Atria æternæ beatitudinis.
d ¶ Quæ ad resurrectionis & dominicæ diei pertinent sacramentum.

b intrinsecus calamo vno. Et mensus est vestibulū portæ octo [3] [4]

a ¶ Præsentis vitæ meritum.
b ¶ Dilectione Dei & proximi, propter vtrumque testamentum. vel litteram & spiritum vel mysterium forcipis: qua in Isaia carbo de altari comprehenditur, vnde labia prophetæ purgantur.
c ¶ Per quod venimus ad templum Dei.

c cubitorum, & frontem eius duobus cubitis. Vestibulum au- [5] [6] [7]

a ¶ Non extrinsecus.
b ¶ Cubicula quæ post portam orientalem ædificata in vestibulis respiciebant ad viam orientalem.
¶ Corda feruentium in amore Dei, qui & in veteri & in nouo Testamento amore Trinitatis accensi sunt.

d tem portæ erat intrinsecus.[10] Porrò thalami portæ ad viam [8] [9] [10]

a ¶ Ad septentrionem, scilicet, & meridiem respicientes ad orientalem viam.

e f orientalem, tres hinc, & tres inde: mensura vna trium, & [11] [12]

a ¶ Idem replicatur. b ¶ Veteris & noui Testamenti.

g h mensura vna frontium ex vtraque parte.[11] Et mensus est [13] [14]

b *Vestibulum portæ octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis.* GREG. ho. 16. in Ezech. Interius vestibulum æternæ vitæ latitudo, quæ modo intra angustias vitæ præsentis iam per spem mente conspicitur: vnde, *Intrate portas eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi.* Dum enim peccata nostra per lachrymas confitemur, angustæ vitæ portam ingredimur: sed cum ad æternam vitam perducimur, portæ nostræ atria intramus; vnde, *Intrate per angustam portam.* Vestibulum ergo cubitis mensuratur: Ibi enim omnes recipiendi sunt, qui ea, quæ septem diebus voluuntur, sic disponunt, vt per hæc attingant ad regnum cælorum. Dum enim modo caute agimus, ad diem iudicij, quæ octaua est, intenti properamus; vnde, *Da partes septem necnon & octo.* Sed [illegible] nemo ad illam peruenit, nisi qui dilectionem Dei & proximi deuotè tenuerit, sequitur, *Et frontem eius duobus cubitis.* Sicut enim per vestibulum intrinsecus æterna requies; sic per frontem portæ necesse est qualitatem visibilis vitæ significari, cuius mensura est dilectio Dei & proximi, quæ est coccus bis tinctus.

Psal. 99. a. Vita præsens & futura. Matt. 7. b. Eccl. 11. a.

Vel quia tres distinctiones patrum veterum fuerunt, tresque nouorum: Patres enim fuerunt ante legem, & in lege, & postmodum prophetæ. In nouo populo prius Hebræorum primitiæ crediderunt, & subsecuta est plenitudo Gentium, accedent in fine reliquiæ Iudæorum. In vtroque etiam testamento tres ordines sunt, prædicatorum, continentium, coniugatorum. Vnde idem propheta tres viros liberatos vidit, *Noe, Daniel, & Iob.*

3. Ordines patrum & prædicatorum. Supra 14. c.

e *Tres hinc, &c.* vnde: *In circumitu eius tabernatulum eius.*

Psal. 17. b.

f *Mensura vna trium.* IBID. Fides eadem quamuis diuersa merita & vitæ qualitas; vel, quamuis omnibus eadem dignitas non sit, erit tamen omnibus vna vita beatitudinis: vnde, *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* Inde quoque omnes vnum denarium in vinea accipiunt, quamuis diuersis horis veniunt, quia & si alium plus, aliū minus omnes tamen vnum gaudiū de conditoris sui visione lætificat.

Quomodo vna sit beatitudo omnium Sanctorum. Ioan. 14. a. Matt. 20. b.

g *Frontium ex vtraque parte.* IBID. scilicet patrum veteris & noui testamenti: Qui per hoc quod bona eorum nobis innotescunt merito frontes dicuntur; per hoc quod intus latet, vestibulum, Vnde, *Sicut cortex mali punici gena tua absque occultis tuis.*

Exempla sanctorum patrum. Cant. 6. b.

h *Et mensus est.* GREG. vbi supra. Prius vno calamo limē portę, post decem

NICOLAVS DE LIRA.

idem intelligendum est in tribus thalamis ex parte altera.

1 Et limen portæ, &c. *sic habetur in Hebræo. Ex quo patet, quod supra non mensurantur duo limina: nam sic in eadem porta essent tria limina, quod est falsum; sed mensurantur ibi duo postes vt dictum est, hic autem limina; & accipitur hic singulare pro plurali, nam mensurato vno limine, habetur mensura alterius, quia sunt eiusdem mensuræ vt prædictum est.*

2 Iuxta vestibulum portæ intrinsecus, *In Hebræo habetur,* Iuxta porticum portæ intrinsecus: *quia porticus est intra portam in atrio exteriori, vestibulum autem extra in loco vulgi vt supra dictum est.*

3 Calamo vno, *Hæc est mensura liminis, cuius latitudo est secundum spissitudinem muri medij.*

4 Et mensus est vestibulum portæ. *Hebræus sic habet:* Et mensus est porticum portæ octo cubitorum. *Tantum enim occupabat de atrio exteriori vltra portam procedente ab oriente in occidentem.*

5 Et frontem eius duobus cubitis. *De frontibus portæ dicit Ra. Sa. quòd sunt pilarij rotundi adhærentes muro medio à parte exteriori, vnus ad dexteram portæ, & alius ad sinistram, eleuati sursum vltra totum portæ ædificium, & spissitudo cuiuslibet sui diametri est duorum cubitorum: & sic exponit quod dicitur hic,* Et frontem eius, *id est, quamlibet duarum frontium.*

Frons portæ quid dicatur?

6 Duobus cubitis, *scilicet, spissitudine; Sed hoc non videtur verum. nam infra dicitur, quod in frontibus erant fenestræ obliquæ ad dandum lumen interius, quod non esset, nisi esset intra frontes concauitas aliqua, in qua saltem fieret ascensus sursum per cochleam, quæ Gallicè dicitur* vicht *hoc autem non potest fieri intra circulum, cuius diameter est duorum cubitorum tantum; Et ideo melius dicitur, quod frontes istæ sunt duæ turellæ ex vtraque parte portæ, vt prædictum est tantæ latitudinis, quod intra concauitatem sit ascensus per modum cochleæ, & murus circumdās spissus duobus cubitis. In talibus autem turrellis fiūt fenestræ obliquæ, id est, strictæ exterius, & latæ interius ad diffusionem luminis, & Gallicè vocantur* archires. *Et sic dicitur,* Et frontem eius, *id est, quamlibet duarum frontium,* duobus cubitis, *in spissitudine muri modo dicto. De istis verò frontibus dicunt expositores catholici irrationabilius & magis confusè quam Hebræi, quod propter prolixitatem repetere & improbare hic omitto.*

Turriculæ ex vtraque parte portæ.

7 Vestibulum autem portæ. *Hebræus sic habet,* Porticus autem portæ.

8 Erat intrinsecus, *id est, intra portam in atrio exteriori, vt supra dictum est.*

9 Porrò thalami. *Hebræus habet* Appenditia ad viam orientalem; *Illa enim parte mensurabat, vt prædictum est.*

10 Tres hinc, & tres inde, *scilicet, tres ex vna parte, & tres ex altera.*

11 Mensura vna trium, *quia quilibet est sex cubitorum.*

12 Et mensura vna frontium, *Quia murus cuiuslibet est spissitudinis duorum cubitorum.*

13 Ex vtraque parte, *scilicet ostij portæ.*

14 Et mensus est latitudinem liminis portæ, *Supra mensurata est spissitudo liminis, quæ est procedendo ab oriente in occidentem: hic autem mensuratur latitudo eius, quæ est ab aquilone in austrum, cum dicitur,*

☞ decem cubitis mensus est latitudinem, longitudinem xiij. quia sancti patres, quos per sacram scripturam ante legem fuisse cognoscimus, vnum quidem omnipotentem Deum, sanctam scilicet, Trinitatem esse nouerunt, sed eam apertè non prædicauerunt, qui vitæ munditiam seruantes, quasi in sex cubitis calami habuerunt perfectionem operis, & sæpè angelos videntes palmum contemplationis. Lege autē data populus Hebræorum mādata decalogi seruauit.

Fides in nouo testamēto explicatior quam in veteri.

a ¶ Qui numerus perfectus & decalogi & quatuor euangeliorum continet sacramenta, qui ab vno incipiens, ita ad quatuor peruenit vt denarium impleat. b ¶ Altitudinem, scilicet. ¶ Sub lege.

a latitudinem liminis portæ decem cubitorum, & longitudi-

a ¶ Sub gratia. b ¶ Eo enim mandata legis perficit, qui Trinitatem esse omnipotentem Deum credit. c ¶ Fidem quæ antecedit charitatem.

b nem portæ tredecim cubitorum, [11] & marginem ante thala-

a ¶ Ne diuidatur in errores & schismata. b ¶ In vnum cubitum extrema arctabantur. ¶ Dum vetus & nouum testamentum vna Christi mensura complectitur & latitudinem xxx. cubitorum in area Noe vnus cubitus includit. c ¶ Christus in quo vtrumque testamentum completur, vnde, Finis legis Christus. d ¶ Id est, vtrorumque.

c d mos cubiti vnius, & cubitus vnus finis vtrimque. Thalami

a ¶ Ex vtraque parte. b ¶ De Iudæis. s. & Gentibus. ¶ In Christum enim omnes electi in synagoga & in ecclesia crediderunt. c ¶ Scripturam.

e autem sex cubitorū erant hinc & inde. [13] Et mensus est portam

a ¶ Quia adhuc feruor amoris in occulto. ¶ Aliàs pariete b ¶ Charitatis. c ¶ Aliàs parietem. ¶ Quia scriptura partim operta est, vnde, Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius, altiora. s. multitudine angelorum. d ¶ Quia inter scientiam & charitatem testis est bona operatio, quæ defuerit, certum est nec portam sacri eloquij, nec thalamū esse. e ¶ Tantum. s. erat spatium inter ostium & ostium, siue portam & portam.

f à tecto thalami vsque ad tectū eius, latitudinē vigintiquin-

¶ Fidei. a ¶ Rei. ¶ Opera, scilicet, quę videntur & perfecta sunt, senarius enim perfectus est.

g h que cubitorum, ostium contra ostium. [14] Et fecit frontes per

a ¶ Greg. Perfectio operum secundum decalogum exprimitur. b ¶ Iuxta. c ¶ Latitudo operum ex charitate: vnde, Latum mandatum tuum nimis. d ¶ Cæli. ¶ Vt vbique charitas.

i sexaginta cubitos, & ad frontem atrium portæ vndique per

Et mensus est latitudinem liminis portæ decem. Greg. hom. 16. Quia antiquus ille populus subtilitatem fidei ignorabat, mandatis decalogi seruiebat.

B *Et longitudinem portæ tredecim cubitorum.* Ibid. quia per testamentum nouum in corde fidelis populi super mandata decalogi cognitio Trinitatis creuit.

Et mensus est latitudinem liminis portæ. Gre. Ibid. Plus Moyses quàm Abraham & prophetę quàm Moyses, & Apostoli quàm prophetæ Dei scientia eruditi sunt.

Ioan. 10. b. a *Liminis portæ decem.* Ibid. Limen portæ, Christus, qui dicit: *Ego sum ostium.* In quo sacratus numerus veteris & noui testamenti. Vel sancti, per quos ingredimur ad notitiam Dei.

Matt. 14. b. Ioan. 4. c. b *Tredecim cubitorum, & marginem, &c.* Hier. lib. 12. com. Tredecim cubiti post octonarium librorum Moysi continent sacramentum, quod & in quinque panibus monstratur, & in Samaritana,

C quæ arguitur quòd quinque viros habuerit, & sextum quem se putabat habere, non habebat. Octonarius tamē & quinarius vno cubito, id est, quartodecimo consummatur, quia in Christo omnia recapitulantur, vnde, *Et cubitus vnus finis vtrimque.*

De veteri & nouo testamento.

c *Et cubitus vnus finis, &c.* Greg. vbi supra. Portæ. s. & liminis vel marginis & thalamorum: quia cùm maiestas domini apparuerit, fides finietur vt non sit, charitas vt perfectè sit.

d *Thalami autem sex cubitorum.* Hie. vbi supra. Non habebant palmum, nec rationem desuper additam, quæ præsentem conuersationem ad futuram beatitudinem prouocaret. sed tantum sex cubita: vnde sequitur,

e *Et mensus est portam à tecto thalami.* Hie. Ibid. cogitationes fidelium, in quibus castæ animæ suo conditori amore iunguntur. Sed superius thalamum vno calamo qui habet sex cubitos & palmum, mensuratum dicit: quia sunt qui Deum amantes solummodo bonis operibus exercētur, quod in senario designatur: & sunt qui palmum contemplationis possident.

A tecto thalami vsque ad tectū. Greg. ho. 17. in Ezech. Quia per occulta scripturæ humilitas nostra probatur, per ea autē, quę de charitate nostra nos loquimur in cōspectu Dei verius comprobamur.

De humilitate & charitate.

f *Latitudinem.* Greg. hom. 17. in Ezech. Quinarius in se extensus xxv. facit; & quinque sensus in se multiplicantur, dum id quod per ipsos agitur in bono augmentatur.

D

g *Vigintiquinque.* Hie. vbi supra. Qui numerus quamuis quadratus, tamen refertur ad quinque sensus. Quinquies enim quinque fiunt vigintiquinque, qui est inter rectum Thalamorum, & tectum, & tamen quinque vtrimque è regione sui positum, à summis partibus habet ostium contra ostium.

Mysteria numerorū 5. & 25.

h *Et fecit frontes, &c.* Hie. Ibid. Per hoc ostenditur in introitu portæ, statimque, ingredientibus murum, lx. occurrere cubita cum variis ornamentis, quæ referuntur ad conditionem mundi, vt ex creaturis creator intelligatur. Et omnia ordine & ratione currentia ostendāt mundi varietatē, qui apud Grecos κόσμος ab ornatu nomen accepit, & sex diebus factus est, vt per singulos dies decades singulæ supputentur, quem perfectum numerum supra diximus. Post hoc ingredientibus nobis atrium interius, occurrunt ante ipsum vestibulum portæ interioris thalami cum fenestris obliquis. qui 50. cubitorum tenent spatium, qui & ipse sacratus est numerus. Et post septem hebdomadas plenas festiuitatis & gaudij, ogdoadis prima incipit dies quæ est resurrectionis, & introducit nos ad victimam templi. Cùm enim omnia fecerimus, agentes prioris erroris pœnitētiam, tunc vicini & proximi efficimur Deo, vt in exteriori atrio notitiam creatoris, creaturarum ordo nos doceat, atque constantia: & in interiori verus iubileus, in quo nobis omnia debita dimittuntur, veram nos instruat theologiam, & introducat ad sancta sanctorum.

E

De mundi creatione & ornatu.

Profectus in bona vita & scientia.

F

Hieronymus Ibid. Notandum quoque, quod exterius atrium plures habebat fenestras non directas & æquales, sed obliquas & angustas interius, & se intrinsecus dilatantes, vt per parua quædam foramina possimus ad interiora penetrare, & ad clarissimi luminis, quod versatur in templo, plenitudinem peruenire.

Fenestræ atrij exterioris.

Et fecit frontes per se, &c. Hie. Ibid. Puto inter murum templi extrinsecus per circumitum & ipsam ædem in atrio, id est, in medio, quædam fuisse in ornamentum posita, quæ Symmachus vocat circumstantias, id est, stantia quædam de solo in sublime erecta.

Ornamenta quædam ædificij inter exteriorem & medium murum.

i *Atrium portæ vndique per circumitum, & ante faciem portæ, &c.* Greg. vbi supra. Per portam fides, per atrium charitas. Per locum, qui ad faciem vestibuli portæ interioris propinquat, spes signatur, sine quibus quisquis iam ratione vti potest, cæleste beneficium ingredi non potest.

Fides, spes, charitas.

☞ a Quin-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Decem cubitorum. *& tanta est apertura ostij inter duos postes.*

2 Et longitudinem portæ. *id est, altitudinē ostij portæ, quæ vocatur hic longitudo, eo quod est maior dimensio eius,*

3 Tredecim cubitorum. *& tanta est altitudo postium ostij.*

4 Et marginem ante thalamos cubiti vnius. *id est, sedile pro portariis.*

5 Et cubitus vnus finis vtrimque. *nam illud sedile non est ante ostium thalamorum: quia impediret ingressum, sed ex vtraque parte ostij procedens vsque ad finem muri.*

6 Thalami autem sex cubitorum erant hinc & inde. *hoc patet ex dictis.*

7 Et mensus est portam à tecto, &c. xxv. cubitorum. *Tantum est enim spatium à tecto thalami primi existentis ex vna parte portæ vsque ad tectum thalami primi existentis ex altera parte portæ, ita quod apertura portæ tenet x. cubitos, & spatium ex vna parte portæ inter aperturam & thalamum vij. cubitos cum dimidio & tantum ex altera parte portæ, qui simul iuncti sunt xxv. cubiti, & notabiliter dicit:* A tecto thalami vsque ad tect. &c. *nam à pede thalami vsque ad pedem oppositi thalami sunt tātum xxiij. cubiti: nam margo siue sedile ante thalamos occupabat vnum cubitum ex parte vna, & alterum cubitum ex parte altera, ab ostio tamen vnius thalami vsque ad ostium alterius sunt xxv. cubiti, quia non est ibi sedile vt prædictum est.*

8 Ostium contra ostium. *Sic enim est dispositum ostium thalami ex vna parte, quod secundum rectam lineam opponitur ostio thalami ex altera.*

9 Et fecit frontes, *id est mensurauit.*

10 Per sexaginta cubitos, *Tantum enim sunt eleuatæ à terra.*

11 Et ad frontem, *id est, ante frontem, à parte tamen interiori muri medij.*

12 Atrium portæ vndique, &c. *& hoc est atriū exterius, & est quædam platea quadrata.*

1 Et

a ¶ Locus interior ante portam describitur. b ¶ Interioris scilicet.

circumitu,[15] & ante faciem portæ quæ pertingebat vsque ad

a ¶ Id est, quod respiciebat portam interiorem. b ¶ Spatij. ¶ Quinquaginta cubitorum.s. c ¶ Ibi.

a faciem vestibuli portæ interioris quinquaginta cubitos,[16] et

a ¶ LXX. absconditas. b ¶ Singulis.s. cubiculis. ¶ Vbi sponsus delectatur. c ¶ In maioribus. ¶ Porticibus quæ ante cubicula. d ¶ Greg. quia qui cor intus habet, lumen contemplationis videt.

b fenestras obliquas in thalamis & in frontibus eorum quæ

c a ¶ Greg. Summis enim & minimis gratia contemplationis datur, quam sæpe habet etiam coniugatus.

erant intra portam vndique per circumitū. Similiter autem

a ¶ Quæ in imo, id est, in minoribus. b ¶ Animus enim circumit vt inueniat quæ quærit.

d erant & in vestibulis fenestræ per gyrum intrinsecus: & ante

a ¶ Porticuum: scilicet. b ¶ Alias cælatura. c ¶ Victoriæ. d ¶ Quia in hoc mundo non est res sed vmbra. e ¶ Vir præfatus. ¶ Posthæc.

frontes pictura palmarum cælata.[17] Et eduxit me ad atrium

a ¶ Greg. de quibus, Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. ¶ LXX. thalami, Aquila, cellaria; Symmachus, exedræ, quæ habitationi Leuitarum atque sacerdotum fuerant præparatæ. b ¶ Humilitas auditorum. c ¶ Fortitudine fidei.

e exterius, & ecce gazophylacia & pauimentum stratum la-

f a ¶ Latitudine charitatis, qua inuicem subiecti sunt sibi. b ¶ Gazophylaciorum. c ¶ Vbi denarius ter ducitur, vt vita & lingua doctoris in Trinitate solidetur. d ¶ Vt doctores sibi subiectos custodiant & ab eis ad meliora accendantur.

g pide in atrio per circumitum. Triginta gazophylacia in

☞ a *Quinquaginta cubitos.* GREG. hom. 17. Per quinquaginta, requies æterna significatur. Habet enim septenarius perfectionem suam, quia in eo dierum numerus completur. Et per legem sabbatum in requiem datur. Qui per se multiplicatus in xlix. surgit, cui si monas additur, ad quinquagenarium peruenitur: quia omnis nostra perfectio in illius vnius visione erit, in cuius visione salutis & gaudij perfectio erit. Hinc & iubileus, id est, quinquagesimus annus in requiē datus, quia quisquis ad gaudia æterna peruenerit, laborem & gemitum vlterius non habebit.

De mysterio numerorum 7. & 50.

b *Fenestras obliquas.* GREG. IBID. Quarum pars exterior angusta est, interior lata; quamuis enim sancti aliquid tenuiter de vero lumine videant: in se tamen dilatantur.

HIER. lib. 12. com. Fenestræ obliquæ siue τοξικαὶ ideo à sagittis vocabulum perceperūt, quod instar sagittarum angustum in ædes lumen imitatur, & intrinsecus dilatatur: omnia autem per circumitum plena erant huiusmodi fenestris.

Fenestræ obliquæ.

GREG. vbi supra. Fenestræ obliquæ, per quas lumen intrare potest, fur non potest.

c *Et in frontibus eorum, &c.* GREG. IBID. Frontes, summos viros, qui aliis videndi proponuntur.

d *Et ante frontes pictura palmarum cælata, &c.* HIE. vbi supra. Post sexaginta & quinquaginta cubita, & thalamos, & porticus, & frontes porticuum, & fenestras plurimas per circumitum, palmarum nobis pictura monstratur, vt de mundo victoriam possidentes, digni efficiamur palmas videre virtutum.

Victoria de mundo.

e *Gazophylacia.* GREG. hom 18. in Ezech. Doctorum corda, sapientiæ & scientiæ diuitiis plena. Ductus autem propheta ad atrium exterius, gazophylacium foris vidit, quia alia est contemplatio quæ quantum videt, dicere non valet: Alia verò scientia atque doctrina, quæ tantum videt quantum per linguam exprimere potest, φυλάσσειν Græcè seruare. Gaza Persicè, diuitiæ.

De contemplatione sublimiori & humiliori.

HIER. vbi supra. Gazophylacia, quæ diuitiis spiritualibus plena sunt (de quibus dicitur, *Redemptio animæ viri propria diuitiæ.* Et Apostolus gratulatur quòd discipuli sui *pleni sunt omni verbo & omni scientia.* Gaza Persica lingua diuitiæ vel thalami quæ Græce pastophoria) ostendunt sponso cubilia præparata, quæ sunt xxx. vt perfectam ætatem habitantium demonstrent.

Prou. 13. b. Philip. 1. b. Diuitiæ spirituales.

f *Et pauimentum stratum lapide.* HIE. vbi supra. Siue inter colūnas vt ostendatur atrium habere ante fores ordinem columnarum & pauimentū in fronte portarū; siue porticus post tergum portarum, in quibus porticibus puto columnas ordine fuisse dispositas, vt ante gazophylaciū essent porticus, & in frontibus porticuum columnæ porticus sustentantes.

Columnæ porticuum.

Pauimentum stratum. HIE. IBID. Ne luto, scilicet, & terra, & puluere peccatorum habitantium polluantur vestigia, sed super viuos incedant lapides quibus ædificatur templum Dei. Siue intercolumnia erant ante fores thalamorum, quæ impositum desuper ædificium sustentarent. de quibus, *Dexteras dederunt mihi & Barnabæ, Petrus & Ioannes qui videbantur esse columnæ.* Et alibi, *Columna & firmamentum veritatis.* Et Ioan. in Apo. *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei.*

Columnæ quos designent. Gal. 2. b. 1. Tim. 3. d. Apo. 3. c.

g *Triginta.* GREG. hom. 18. in Ezech. Denarius numerus pro perfectione accipitur, quia in decem præceptis legis custodia continetur. Actiua enim vita & contemplatiua in decalogo coniuncta est: in quo & amor Dei, & proximi seruari iussus est, quæ vt doctor habeat, in sanctæ Trinitatis fide proficiat.

Triginta gazophylacia centum cubitos ad orien. HIERONYMVS vbi supra. Huic vaticinio illud Euangelicum conuenit. *Semen cecidit in terram bonam, & attulit fructum, aliud xxx. aliud lx. aliud c.* Hinc enim xxx. & lx. & c. ponuntur, vt in his quasi gradibus ad perfectam scien-

Matt. 13. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ante faciem portæ. *In Hebræo habetur*, Et super faciem portæ. *& est eadem sententia, dum tamen ly ante, significet locum eminentiorem.*

2 Quæ pertingebat, &c. *In Hebræo habetur,* Vsque ad faciem porticus: *& sic patet, quod in translatione nostra vestibulum ponitur pro porticu. Ad huius litteræ intellectum sciendum, quod porticus est ædificiū supra portam ædificatum, tamen transiens vltra portam in atrio exteriori, vt supra dictum est, & habet duas mansiones: scilicet superiorem & inferiorem, & inferior incipit à pede portæ, & inde vsque ad summitatem superioris mansionis* 50. *cubitis. Dicitur autem hæc porta interior respectu portæ claudentis vestibulum, quæ est in loco vulgi, vt dictum est supra.*

Porticus.

3 Et fenestras obliquas in thalamis, *nam in thalamis sunt fenestræ magis strictæ exterius, & magis latæ interius ratione supra dicta.*

4 Et in frontibus eorum, *sunt similiter fenestræ obliquæ; & dicuntur hic frontes portæ & frontes thalamorum, nam habebant portam ex vno latere, & thalamos ex alio, vt patet in figura.*

5 Quæ, *scilicet fenestræ,*

6 Erant intra portam, &c. *nam sunt in ædificiis adhærentibus portæ vndique.*

7 Similiter autem erant. *Hebræus habet,* Et in porticibus: *dicitur in porticibus per gyrum, quia sicut sunt fenestræ in porticu orientalis portæ, sic sunt fenestræ in porticibus portarum aquilonaris & australis.*

8 Et ante frontes pictura palmarum cælata. *In Hebræo habetur,* Et in frontibus palmæ: *nam in superiori parte frontium quæ tendit in acutum, est similitudo palmæ cælata, vt dictum est supra. Et eamdem sententiam continet translatio nostra, cum dicitur:* Et ante frontes pictura palmarum cælata. *si ly ante denotet eminentiam, sicut dicitur Ioannis primo d.* Qui post me venit ante me factus est. *id est, superior mihi vel prælatus.*

De significato vocis ante.

9 Et eduxit me ad atrium exterius. *Hic describuntur aliqua quæ sunt vltra portam secundi muri, cum dicitur,* Et eduxit me ad atrium exterius. *quod est inter murum medium & tertium.*

10 Et ecce gazophylacia iuxta. *Hebræus habet,* Cameras.

11 Et pauimentum stratum lapide. *Est enim quædam platea sub dio, pauimentata tamen.*

12 Triginta gazophylacia in circumitu, *excepto tamen spatio à porticu portæ atrij exterioris occupato, & similiter spatio occupato à porticu & vestibulo & thalamis portæ atrij interioris quæ omnia sunt situata in atrio exteriori, vt videbitur infra. De longitudine vero & latitudine istorum gazophylaciorum nihil dicitur in textu, nec de eorum æqualitate vel inæqualitate; sed de eorum situ dicitur, quod sunt in circumitu pauimenti, non tamen accipitur circumitus pro toto eius ambitu, vt prædictum est: & sicut frequenter accipitur circumitus in descriptione huius ædificij, vt infra videbitur. Debent igitur gazophylacia situari circa pauimentum orientale decentiori modo quo potest fieri, saluis tamen debitis situationibus aliorum quæ in textu exprimuntur. Quæ videtur mihi talis esse, scilicet, quod ad latus aquilonare pauimenti ponantur decem quæ occupant centum cubitos, vnum iuxta aliud, & ad latus australe similiter ponantur decem quæ occupant centum cubitos, vnum iuxta aliud. Ad latus autem orientale octo, quatuor ex vna parte portæ atrij exterioris, & quatuor ex alia parte eiusdem portæ, quæ cum ipsa occupant centum cubitos; duo vero residua gazophylacia ponuntur iuxta thalamos portæ orientalis atrij interioris, vnum ex vna parte, & alterum ex altera, quæ cum ipsa & eius thalamis occupant centum cubitos per modum inferius figuratum. Et ad maiorem distinctionem à thalamis, gazophylacia sunt rubei coloris. Sciendum etiam, quod in angulis circa pauimenta ponuntur aliqua gazophylacia, quia non possent habere ostia super pauimentum, quod tamen esse debet.*

Significatū vocis circumitus. Gazophylaciorū situs.

scientiam perueniamus. Ita dumtaxat, vt ad interiorem ædem nos A quinquagenarius perducat, qui finito septenario hebdomadarum sabbato, in diem resurrectionis euadit.

a *Erat inferius.* HIE. lib. 12. com. Semper enim quæ inferiora sunt in altioribus collocantur, vt scilicet, ad mystica atque secreta, & diuitiis spiritualibus plena ascensu & gradibus peruenire possimus. Plenusque numerus atque perfectus in decem decadarum numero est, qui & sementem Isaac centena fruge multiplicat. Sed quia in terra erat & adhuc dicere poterat, *Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei:* hordeum seuisse, B & centesimam frugem messuisse narratur. Necdum enim granum tritici mortuum erat in terra, quod multas fruges faceret, & famem Iudaici populi, audiendi scilicet verbũ Dei, saturaret pane, qui de cælo descendit.

Mysterium numeri decarij.

Sub lege semen verbi parce seminatum.

b *Mensus est latitudinem à facie portæ, &c.* GREG. hom. 18. Quia redemptor noster quotidie in mensura perfectionis metitur vitam fidelium, vel in spem boni operis per fidem, vel in sanctis desideriis per contemplationem.

a ¶ Alias, porticus post tergum portarum, quæ habitatores thalamorum ab imbribus defendebant. b ¶ In ascensione porticus. c ¶ Doctorum. ¶ Sunt enim gazophylacia in circumitu pauimenti & econuerso.

circumitu pauimenti,[18] & pauimentum in fronte portarum [1]

a ¶ Quia ipsam spem & fidem, quam habent doctores, debent habere & auditores. b ¶ Doctorum. c ¶ Quia subiectorum merita doctoribus non æquantur. d ¶ Per magistros ecclesiæ. ¶ Longanimitatem.

a secundum longitudinem portarum erat inferius.[19] Et mensus [2] [3]

a ¶ Charitatis amplitudinem, quam proximis ostenderunt per operationem. b ¶ Fidei. s. quæ nobis adhuc in terra positis aperit cognitionem Dei. c ¶ Actiuæ vitæ. d ¶ Signa quibus ostendit quantum intus videat.

b est latitudinem à facie portæ inferioris vsque ad frontem [4] [5]

a ¶ Contemplationis. b ¶ Quia à fructibus exterioribus cognoscitur. c ¶ Decies decem, centum fiunt, vnde per centum magna perfectio signatur: vnde, Centuplum accipient, id est, perfectionem, vt nihil in mundo velit. d ¶ Hoc in sequenti capitulo patebit.

c d atrij interioris extrinsecus, centum cubitos ad orientem, & [6] [7]

a ¶ LXX. Et introduxit me ad aquilonem, & ecce porta respiciens atrium exterius. b ¶ Cognoscendo, annuntiando. c ¶ Vitam. ¶ Prædicatorum. s. d ¶ Peccatoris.

e f aquilonem.[20] Portã verò quæ respiciebat viam aquilonis atrij [8] [9] exterioris mensus est, tam in longitudine quàm in latitudi- [10]

a ¶ Q. Tam littera quàm spiritus: tam historia quàm tropologia ad Trinitatis sacramenta pertinent. b ¶ Visibilia opera.

g ne,[21] & thalamos eius tres hinc, & tres inde: & frontem eius

a ¶ Fidem, quæ prius insinuatur, per quam ad opera venitur. b ¶ Orientalis. s. c ¶ Merito, non ordine. d ¶ Vt supra. ¶ In quibus post septem hebdomadas æterna requies signatur: tenditur enim per diem resurrectionis ad regna cælorum in quibus vera requies est.

h & vestibulum eius secundum mensuram portæ prioris, quin- [11]

a ¶ Proximi charitatem.

i k quaginta cubitorum: longitudinem eius & latitudinem vi- [12]

a ¶ Cuncta enim bona quæ corporaliter fiunt, per quinque sensus exhibentur. b ¶ Contemplationis. ¶ Greg. Omnia vt supra. c ¶ Humilitatis.

l m gintiquinque cubitorum.[22] Fenestræ autẽ eius & vestibulum

peruenire virtutem, id est, ad portam orientalem, in qua oritur sol D iustitiæ, per quam solus ingreditur pontifex.

HIERONYMVS vbi supra. Notandum autem quod cùm quatuor plagæ sint, de occidentali porta tacetur, de qua, *Iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen illi:* vt, scilicet, præparantes iter domino, secundum illud, *Parate viam domini, rectas facite semitas Dei nostri*, Possumus audire quod in fine Psalmi dicitur, *Qui ascendit super cælum cæli ad orientem.*

Psal. 67. a. Psal. 40. Psal. 67. g.

f *Atrij exterioris, &c.* GREG. ho. 19. in Ezec. Vitæ præsentis, in qua omne quod corporaliter videtur, tam in longitudine, quàm in latitudine mensuratur; quia cum ad fidẽ peccator ducitur, necesse est vt eius doctor cõsideret quãtũ in longitudine spei, & latitudine charitatis eius admonitione proficiat. Hæc prædicatoris sunt, quia per eum in subiectis sunt. E

Prædicator in quibus debeat examinare pœnitentes.

g *Et thalamos eius tres hinc, & tres, &c.* GREG. vbi supra. Portæ scilicet tres hinc & tres inde, scilicet sanctas auditorũ animas, Dei sponsas per admonitionem prædicatoris proficientes in fide Trinitatis, audita prædicatione veteris & noui testamenti.

De eis in quibus prædicatum verbum fructificat.

c *Ad orientem.* IBID. propter Iudæos, de quibus ortus est sol iustitiæ.

d *Et aquilonem.* IBID. Propter Gentes perfidiæ frigore torpentes, in C quibus regnabat ille qui dixit, *Ponam sedem meam ad aquilonem.* Vel per orientem iusti signantur, qui sicut in luce fidei nati sunt in innocentia perstiterunt; Per aquilonem verò peccatores, qui in mentis frigora dilapsi, sub peccati sui vmbra torpuerunt. Sed hi quoque per pœnitentiam ad perfectionem veniunt.

Esa. 14. d. De iustis & peccatoribus.

e *Portam verò quæ respiciebat viam aquilonis.* HIER. vbi supra. In quo considerandum est quid primum introducatur per portam aquilonis, secundò per portam austri, tertiò per portam orientalem. *Ab aquilone enim exardescunt mala super habita. terra.* Qui enim habitator terræ est, & non aduena, atque peregrinus, patet iaculis eius qui ab aquilone venit, cuius ignita iacula scuto fidei extinguuntur, & ad aquilonem exterius atrium nominatur, ad meridiem verò interius. Dicit enim: Et introduxit me ad atrium interius, ad portam australem, quod & in orientali atrio scriptum similiter inuenitur. Primus enim ad virtutem ingressus est, aquilonem calcare pedibus, & per l. & xxv. ad summitatem centenarij peruenire; deinde introduci ad australem plagam, & aquilonis frigus expellere; tunc ad perfectam per-

Ierem. 1. d.

Recessus à vitiis & processus virtute in virtutem.

h *Quinquaginta cubitorum.* GREG. IBID. Quia ad æternam requiem peruenire non potest, nisi qui ad eam modo spem suam tendere longanimiter potest. F

i *Et latitudinem.* IBID. Quinarius numerus per seipsum ductus ad vicesimumquintum peruenit, quia bona opera cum agi cœperint; per feruorem animum ad augmentum excitant, & per semetipsa multiplicantur: vnde & latitudinem in mente faciunt, vt non sint angusta per torporem, sed extensa per charitatem.

Bene operando dilatatur anima.

k *Vigintiquinque cu.* Quia d quinque sensus referuntur, per quinque ordines quadranguli, quorum alterum longitudini coaptatur, alterum latitudini. In lõgitudine requies & dilectio sacratioris scientiæ; In latitudine præsentiũ quæ ad sensus pertinent ratio demõstratur.

l *Fenestræ au.* GREG. ho. 19. in Ezech. Habet porta quæ est ad aquilonem fenestras & vestibulum & sculpturas, quia cum peccator ad vitam reducitur, sæpè contemplationis lumen accipit, & de memoria iniquitatis suæ gratiam & efficaciam bonæ operationis, vt omne quod fieri præcipitur, in vita eius sculptum videatur.

Gratia contemplationis data cõuersis.

m *Et vesti.* IBID. Quia quicumque in introitu virtutum positus, tres & tres thalamos fuerit ingressus, frontemque & vestibulum men-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et pauimentum in fronte portarum. *In Hebræo habetur,* Ad latus portarum: *& ponitur singulare pro plurali, scilicet latus pro, latera.*

2 Secundum lon. &c. *in recta distantia earum ab oriente in occidentem. q. d. non solum est pauimentum ad latera portarum declinando ad austrum & aquilonem: sed etiam inter duas portas rectè procedendo ab oriente in occidentem.*

3 Erat inferius. *Hoc additur ad ostendendum, quod non loquitur de pauimento alicuius superioris mansionis, vel solarij; & quanta sit dimensio pauimenti inter duas portas prædictas, ostenditur cum subditur.*

4 Et men. est la. *id est, porta atrij exterioris.*

5 Vsque ad fro. *In Heb. habetur,* Vsque ad faciem.

6 Atrij inte. *id est, porta atrij interioris; dicuntur autem hic facies portarum, parietes ipsarum ex opposito se mutuo respicientes.*

7 Extrinsecus centum. *per quod ostenditur quod quantitas portarum non includitur in istis centum cubitis, sed excluditur.*

8 Ad ori. *Id est, procedendo ab oriente in occidentem sunt centum cubiti inter duas portas.*

9 Et aqui. *id est, procedendo ab aquilone in austrum sunt similiter centum cubiti, & dicitur:* A facie. p. infe. vsque ad fron. *ad designandum, quod in lateribus portarum maior est dimensio pauimenti ab oriente in occidentem, quàm inter duas portas. s. quantum porta atrij interioris plus intrat atrium exterius quàm eius thalami, quod est per septem cubitos vel circiter.*

10 Portam vero. *Hic consequenter describitur porta aquilonaris quæ similis est omnino porta orientali: propter quod ex dictis in descriptione illius patet hæc littera vsque ibi.*

11 Quinquaginta cu. lon. eius. *id est, altitudinem, quæ dicitur hic longitudo, eo quod est maior dimensio: A pede enim porta vsque ad summitatem ædificij supra ipsam sunt. l. cubiti, sicut dictum est de porta orientali.*

12 Et latitu. xxv. cu. *quæ hic accipitur à tecto thalami ex vna parte, vsque ad tectum thalami ex altera, quod spatium est xxv. cubitorum: Tantum enim spatium occupabat porta cum frontibus suis ab oriente in occidentem.*

A mensuræ portæ prioris agnouerit, ad ea quoque perueniet, illaque conspiciet quæ in porta orientali plenissimè suscepturus est.

a *Septem graduum.* Greg. hom. 19. quia per septem gradus hebdomadis, & ollæ, quæ à facie aquilonis accenditur, & ceremonias Iudæorum quibus dedit Deus præcepta non bona, & iustificationes in quibus non viuant, scandamus ad altiora, & ad vestibulum portæ.

Pædagogia legis.

b *Et vestibulum ante eam.* Greg. vbi supra. Vestibulum ante gradus est, quia qui prius credit, postea virtutum gradibus ad portæ aditum ascendit. Per fidem enim venit Cornelius ad operationem, sed per opera solidatus est in fide.

Opera sunt fidei adiungenda.

B *Et vestibulum ante.* Greg. Ibid. Quia nisi quis prius humilitatem habuerit, ad hos gradus spiritualium donorum non ascendit. Vnde, *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum?* Et, *Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, &c.* Et alibi, *Qui emittit fontes in conuallibus.*

Humilibus dat Deus sua dona. Isa. 66. a. secūdū lxx. Psal. 83. b. Ibid. 103. b.

currat, quousque ad gaudia secreta perueniat. D

e *Et eduxit me ad viam australē.* Hie. vbi supra. Per singulos introitus Ezechiel (quem Deus confortauit, hoc enim nomen eius interpretatur) ducitur, & de porta aquilonis transit ad portam australē.

Greg. vbi supra. Notandum, quia in spirituali ædificio aditus est ad orientem, & ad aquilonem & ad austrum. Patet via ad orientem, vt qui sacramenta fidei bene inchoarunt, & in nulla vitiorum profunditate mersi sunt, ad gaudia æterna perueniāt. Porta patet ad aquilonē, vt post inchoationē caloris & luminis qui in peccatorum frigora & obscuritatē lapsi sunt, per pœnitentiam ad veniam redeant, & quę sit internæ retributionis vera lætitia cognoscāt. Patet via ad meridiē, vt qui sācto desiderio in virtutibus feruēt, spirituali intellectu quotidie interni gaudij mysteria penetrent.

Tres portæ salutis. E

a ¶ LXX. Palmæ. ¶ Erant. b ¶ Boni operis.
¶ Quia sicut iustos, sic & pœnitentes post peccatum recipit. vnde: Cinerem tanquam panem manducabam.
c ¶ Erat, scilicet.

& sculpturæ secundum mensuram portæ quæ respiciebat

a ¶ Id est, per septiformem spiritum, à timore enim qui est initium sapientię, ad pietatem scandimus, deinde ad cetera. Isaias autem, quia de cælestibus loquebatur descendendo, posuit, spiritus sapientiæ & intellectus, &c.
b ¶ Portæ s. per quam aditus vitæ aperitur.

a ad orientem: & septem graduum erat ascensus eius. Et ve- 1

a ¶ Portam. b ¶ Aditus æternæ beatitudinis. c ¶ Vel interius.
d ¶ Greg. contra hic non pro aduersitate ponitur, sed pro rectitudine. ¶ Per directum.

b stibulum ante eam[23] & porta atrij interioris contra portam 2

c a ¶ Quia recipit peccatores & iustos. ¶ Exteriori s. aquilonis. b ¶ Inchoationis.

d aquilonis & orientalem. Et mensus est à porta vsque ad por- 3 4

a ¶ Interiorem eiusdem aquilonis b ¶ Greg. Perfectionis & consummationis ingressum, ad quam curritur per viam perfectionis, quæ per centum significatur. 5
c ¶ Vt his quasi gradibus recedentes, à porta exteriori ad interiorem perueniamus. 6
¶ Vt supra.

e tam centum cubitos.[24] Et eduxit me ad viam australē, & ecce 7

a ¶ Simili mensura. b ¶ Hęc in porta orientis & aquilonis superius exposita sunt.

porta quæ respiciebat ad austrum. Et mensus est frontem

a ¶ Cuncta. s. erant plena luminis, ad partes referatur.

f eius & vestibulū eius iuxta mensuras superiores[25] & fenestras 8 eius, & vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras, quinquaginta cubitorum longitudinem, & latitudinem vigintiquinque cubitorū:[26] Et in gradibus septem ascendebatur ad eā. Et

a ¶ A dextris ne extollatur in prosperis, quod fit per timorem.

g vestibulū ante fores eius & cælatæ palmę erāt, vna hinc & al- 9 10

Et vestibulum ante eam. Greg. vbi supra. Fides, scilicet. Per fidem enim venitur ad bona opera. Cornelius quoque per fidem venit ad opera, Deum enim vnum credebat, sed filium eius nesciebat incarnatum. Per fidem placuerunt Deo eius opera, *Sine fide enim impossibile est pla. Deo.*

Act. 10. c. Fides & bona opera. Hebr. 11. c.

c *Et porta atrij inte.* Hie. lib. 12. com. Non solùm vna porta est aquilonis, quæ supra porta appellatur exterior, sed altera quæ habet similitudinem portæ orientalis, vt manifestius dixêre LXX. Et porta atrij interior respiciens portam aquilonis, sicut erat porta quæ respiciebat ad orientem.

C Greg. hom. 19. in Ezech. Porta atrij interioris posita contra portam orientis & aquilonis dicitur, quod de australi non dicitur hîc: Quia per orientem, inchoantes, per aquilonem, lapsos accipimus. Dignum igitur fuit, vt inchoātibus & lapsis atrij interioris intrandi fortitudo daretur. De his autem qui feruore spiritus in virtutibus permanent, nemo dubitat, certū est enim quòd eis introitus cæli pateat.

Quibus pateat introitus cæli?

d *Et mensus est à porta, &c.* Greg. Ibid. Ideo à porta vsque ad portam centum sunt cubiti, vt quasi eundi quædam mora sit ipsa dilatio viuendi, per quam quotidie virtutibus crescitur, vt ad interiorem aditum perfectius veniatur.

Vita nobis prolongatur vt crescamus in virtutibus.

Et mensus est à porta vsque ad portam, &c. Greg. vbi supra. Mensuratur atrium interius, quod à portis exterioribus vsque ad portam interiorem tenditur. c. cubitis, vt qui intrare amando cœperit, latitudinem perfectionis habeat in mente, & per atrium perfectionis cur-

Greg. vbi supra. Cùm sint quatuor mundi plagæ, tres tātum portæ ponuntur in exteriori ædificio, quod spirituale est, sancta, scilicet, ecclesia, quibus peruenitur ad gaudia æterna, fides, spes, charitas. In oriente est fides, per quam lux vera nascitur in mente; Ad aquilonem spes, quia peccator, si de Dei misericordia desperat, omnino perit: vnde necesse est, vt qui per suam iniquitatem extinctus est, per spem misericordiæ reuiuiscat; Ad meridiem charitas, quia igne amoris ardet: In meridiana etenim porta sol in altū ducitur, quia per charitatem lumen fidei in Dei & proximi dilectione subleuatur, his tribus portis ad interius atrium, id est, ad gaudia secreta peruenitur.

Fides, Spes, Charitas.

F f *Et fenestras eius.* Hie. lib. 12. com. Per quas. s. ad animam videntis lumen ingreditur, præsertim si longitudo vitæ eius quinquagenarij anni, id est, iubilei mysterio fuerit protelata, & ad diuiniores sensus latitudinem potuerit peruenire. In qua latitudine & plateis agit sapientia confidenter, & sublimi voce clamitat, & septem gradibus ingreditur vt perueniat ad vestibulum, & per palmas propositi sui atque conatus, victoriam teneat sempiternam.

g *Et cælata palma.* Greg. ho. 19. in Ezech. Superius dixit, pictura palmarum, quod est ostensio signorum: nunc cælatæ palmæ dicuntur, in quo bonorum operum demonstratio signatur; vnde, *Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, &c.* Qui in vita sua impressa esse sancta opera demonstrant, palmas in fronte cælatas portant, quia quanta illos in posterum victoria sequatur in operibus demonstrant. Vel in orientis porta pictura est, in porta aquilonis & austri cælatura, quia signum victoriæ quod inchoantibus ostenditur, in reuertentibus atque feruētibus solidius & robustius tenetur.

Matt. 5. b. Vita bonis operibus ornata.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et septem graduum, &c. *Et idem numerus graduum intelligendus est in porta orientali prius descripta, de quibus loquitur ibi scriptura, sed non exprimitur ibi numerus.*

2 Et porta atrij interioris contra, &c. *Hæc littera apud Hebræos vocatur decurtata, id est, indigens suppletione, sicut est in multis locis sacræ scripturæ, & est sensus:* Et porta atrij, *scilicet aquilonaris.*

3 Atrij interioris, *id est, per quam intratur atrium interius,*

4 Contra portam aquilonis, *id est, contra portam aquilonarem atrij exterioris:*

5 Et orientalem, *id est, similiter in parte orientali porta atrij interioris est contra portam orientalem atrij exterioris. Istæ enim portæ secūdum lineam rectam sunt opposita in parte orientali & aquilonari & australi sicut dictum fuit in principio huius ædificij.*

6 Et mensus est à porta. *Hæc est mensura pauimenti ab aquilone in austrum inter duas portas: In lateribus autem istarum portarum est maior dimensio pauimenti ab aquilone in austrum, quam in lateribus portarum orientalium, eo quod circa istud pauimentum non ponuntur aliqua gazophylacia, vt dicitur infra, mensura autem huius pauimenti ab oriente in occidentem hic tacetur, quia supponitur esse c. cubitorum: sicut est dimensio pauimenti orientalis ab aquilone in austrum.*

7 Et eduxit me. *Hic consequenter describitur porta australis atrij exterioris, quæ similis est aliis duabus prædictis propter quod ex dictis patet littera paucis exceptis.*

8 Et vestibulum eius iuxta mensuras. *i. porticū: Sic enim est in Hebræo.*

9 Et vestibulum. *id est, porticus in plurali, quod dicitur eo quod tota porticus habet duas mansiones, scilicet, superiorem & inferiorem, vt dictum est supra de porticu portæ orientalis.*

10 Et vestibulum ante fores eius. *Hic accipitur propriè vestibulum pro spatio vacuo, quod est ante portam inter thalamos ex vna parte & thalamos ex altera, vt dictum est supra.*

In

a ¶ A sinistris, ne frangatur in aduersis, quod fit per spem. b ¶ Ne putemus vnum tantum atrium esse.
¶ Vt post hebdoadis & instrumenti veteris sacramentum ad terram bonam, & Euangelij gratiam perueniret.

tera indè in frõte eius,[27] & porta atrij interioris in via australi. Et mensus est à porta vsque ad portam in via australi cen-

a ¶ Non solum secundum atrium in porta australi est. b ¶ Tertium.s. c ¶ Iudæam.

tum cubitos.[28] Et introduxit me in atrium interius ad portam

a ¶ Hæc omnia superius dicta & exposita sunt:

australem, & mensus est portam iuxtà mensuras superiores, [29] thalamum eius & frontem eius & vestibulum eius iisdem mensuris, & fenestras eius & vestibulum eius in circumitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti-

a ¶ Hoc nondum est dictum.

quinque cubitos,[30] et vestibulum per gyrum longitudine vi-

a ¶ Quia per vitam simplicem, quæ quinque sensibus ducitur, circa amorem proximi dilatantur.

gintiquinque cubitorum, et lâtitudine quinque cubitorum.

a ¶ Intro sunt per amorem, Sed quia quidam adhuc secundum sensus corporeos viuunt, foris per simplicitatem respiciunt. b ¶ Hoc supra expositum est.

[31] Et vestibulum eius ad atrium exterius, et palmas eius in

a ¶ Hoc quoque restat dicendum.

fronte: et octo gradus erant, quibus ascendebatur per eam.

¶ Quod de orientali porta hic dicitur, de australi supra dictum est.

[32] Et introduxit me in atrium interius per viam orientalem,

¶ Dominum.

et mensus est portam secundum mensuras superiores,[33] thalamum eius, et frontẽ eius, et vestibula eius sicut suprà: et fenestras eius, et vestibula in circumitu, longitudinem quinquaginta cubitorum, et latitudinem vigintiquinque cubitorum.

☞ *Et celata palma erant*. HIER. lib. 12. com. De quibus in septentrio- A nalis plagæ porta dictum est. Hoc tantum admonuisse sufficiat, quod ea quæ dicuntur ibi iuxta litteram, in meridionali porta, spiritualiter intelligimus, eisdem enim lineis & historia currit & tropologia; sed illa humilior, ista sublimior; illa hęret terræ, ista ad cælestia subuolat. (Historia & tropologia.)

a *Et introduxit me in atrium interius*. GREG. hom. 20. in Ezech. Ea in tribus portis interioribus replicantur, quæ secundo iam vel tertio de exterioribus dicta sunt.

GRE. IBID. Hic rursum tres portæ describuntur, per quas sicut superius, prædicatores accipimus. B Vna autem ecclesia est in prædicatoribus veteris & noui testamenti. (Prædicatores noui & veteris testamenti.) Portæ superius septẽ, hic octo gradus habent: quia spiritussanctus septiformẽ gratiam cõcorditer prędicant, & retributionis æternæ gaudia annuntiãt, vnde; *Da partes septem, necnon & octo*, (Eccl. 11. a.) Exteriores portæ, antiqui patres: qui per præcepta legis, opera populi magis quàm corda custodiebant: Interiores prædicatores ecclesię, qui spiritualibus monitis auditorum corda custodiũt. Illæ portæ 7. graduum, istæ 8. quia in veneratione legis dies septi- C mus, & in nouo testamento octauus à conditione, qui septimum sequitur; Si verò portarum nomine solos accipimus apostolos, qui primi ecclesiæ prædicatores, qui fidem spem & charitatem, nos summopere tenere docuerunt: Ipsi in his virtutibus portæ sunt, qui nos per easdem virtutes ad interiorem intellectum sapientiæ æternæ perducunt. (Apostoli & eorum doctrina.) Ipsi exteriores, inchoantibus enim exteriora, perfectis mystica loquuntur, vnde, *Lac vobis potum dedi, non escam. Sapientiam loquimur inter perfectos*. Et alibi, *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus*. (1. Cor. 3. a. Ibid. 2. b. 1. Cor. 3. a.) Ipsi nos in primo aditu, fidei, spei & charitatis instituunt. Ipsi proficientibus cælestis regni mysteria prædicant, & per subtiliorem sensum nos ad interiora perducunt: vnde prius septem gradus earum, postmodum 8. dicuntur.

b *In atrium*. HIE. vbi suprà. Singula atria habent mensuras & ordines suos, & in eisdem mensuris diuersa gratia est, dum easdem res aliter in principio, aliter in profectu, aliter in fine cognoscimus.

c *Ad portam australem*. GREG. vbi suprà. In prima descriptione, orientalis porta est ante portam aquilonis & austri: In secunda, inter portam austri & aquilonis: quia Christus ex diuinitate antecessit omnia, & humanitate venit inter omnia, (Christus Deus & homo.) qui decedentis Iudææ finis factus est, & subsequentis Gentilitatis initium; Superius portam aquilonis portæ australi præposuit, quia Gentilitas ante synagogam fuit; Heber enim, à quo Hebræi, Gentilis fuit. D (Gen. 10. b.)

d *Et vestibulum per gyrum*. GREG. ho. 20. Si enim octo triplicamus 24. facimus, cui vnus additur, vt 25. impleatur. Auditores enim boni, qui vestibula sunt portarum, æternæ spei longanimitatem tenẽt: & octauam diem in trinitatis fide, quæ vnus Deus est. Octo itaque per tria ducuntur, sed vnius Dei confessione solidantur. (De bonis discipulis.) Plana sunt vestibula, quia talium humilia sunt corda. Habent longitudinẽ, quia in spe longanimiter perseuerant. Vigintiquinque cubitis longitudo mẽsuratur, quia resurrectionem carnis in octaua per trinitatem credunt, & eamdem Trinitatem vnum esse Deum fatẽtur. E Potest per vestibulum, quod est interius, perfectorũ fides accipi: Per illud verò quod respicit exterius, fides inchoantiũ. (Fides perfectorum & inchoantium.) Vel per vestibulum interius, præcepta altiora: per id quod exterius, respicit, minima. (Præcepta maiora & minora.) Per vestibulum enim itur ad gradus, & portam, & per præcepta ad virtutes & aditũ gratiæ cælestis.

e *Longitudine vigintiquinque cubitorum, &c.* HIE. vbi supra. Vt prioris atrij latitudinem, id est, 25. cubitos, exterioris atrij possideat longitudo, & latitudo 5. cubitos teneat, quas mensuras, id est, 20. & 5. ad quinque sensus referimus: quos si ad altiora ascendimus, duplicamus quinquies, & de carnalibus sensibus facimus spirituales: (Sensus carnales & spirituales.) vnde, *Leuate oculos, &c. quoniam mes. al. sunt*. F Et: *Qui habet aures aud. aud. &c*. Et: *Gustate & vi. quoniam, &c*. Et: *Christi bonus odor sumus Deo*. Et: *Manus nostra contrectauerunt de verbo vitæ*. (Ioan. 4. c. Luc. 8. b. Psal. 33. b. 2. Cor. 2. d. 1. Ioan. 1. a.) Et ad extremum nequaquam, vt de septemtrionali plaga 7. tantum gradus efficiunt; sed post septenarium octonarius adest numerus, vt de synagoga ad ecclesiam, de veteri testamento ad nouum, de terrenis ad cælestia transeamus.

f *Et introduxit*. HIER. De septemtrionali plaga, ad cuius atrium 7. tantum gradibus ascenditur, transit ad australem portam, & ad atrium eiusdem portæ: Ad quod non solum 7. sed 8. gradibus ascenditur. s. vt per vetera transeamus ad noua. i. per patriarchas & prophetas veniamus ad apostolos, vt in altero hebdomada, in altero ogdoada sit. (Lex nos ducit ad Euangelium.) Nunc autem venit ad summum, & introduxit prophetam per viam portæ interioris, siue per atrium, ad quod itur per viam orientalem. Via iuxta. Lxx. in hoc habetur loco, in septẽtrionali & australi plaga omnino tacetur: vt intelligamus in orientali plaga viam illam esse, quæ dicit, *Ego sum via, veri. & vita*, Per ipsum enim venimus ad patrẽ, de quo, *Beati immaculati in via*, qui, scilicet, nihil sinistrum de Christo sapiunt, sed fides eorum pura, nulla est hæresi polluta. (Ioan. 14. b. Psal. 11. a. Integra fides.)

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 In fronte eius, *id est, in vtraque frontium eius, quia super vtramque est celata similitudo palmæ, vt prædictum est.*

2 Et porta atrij, *id est, porta atrij interioris australis est directè opposita portæ australi atrij exterioris.*

3 Et mensus est. *Hæc est mensura pauimenti australis ab austro in Aquilonem.*

4 Et int. *Postquam descriptæ sunt portæ muri medij cingentis atrium exterius, hic consequenter describuntur portæ tertij muri cingentis atrium interius. Et diuiditur in tres partes, secundum tres portas, partes patebũt prosequendo. Circa primum dicitur:* Et introduxit me. *s. angelus mensurans ædificium.* (Diuisio.)

5 In atrium. *mensurando enim portas atrij exterioris, vltimo mensurauerat portam australem, vt patet in parte immediatè præcedenti: ideo mensurando portas atrij interioris, incipit à porta australi, quæ directè respicit portam australem atrij exterioris, vt supra dictum est.*

6 Et men. e. por. iuxta mens. superi. *nam portæ atrij interioris sunt omnino similes portis atrij exterioris, exceptis aliquibus quæ infra exprimuntur.*

7 Thalamum, *id est, thalamos.*

8 Et frontem, *id est, frontes.*

9 Et fen. eius. *id est, porticum.*

10 Quinquaginta cu. lõgitudinis. *id est, altitudinis, quæ dicitur hic longitudo eo quod est maior dimensio: Tot enim cubiti sunt in pede portæ vsque ad summitatem porticus suæ, vt supra dictum est de aliis portis.*

11 Et latitudinis, *Et accipitur hic latitudo à termino frontis portæ à parte orientali, vsque ad terminum frontis portæ à parte occidentali.*

12 Et vestib. *Hic accipitur propriè vestibulum pro spatio vacuo, quod est ante portam, cuius longitudo est vigintiquinque cubitorum accipiendo longitudinem ab ostio thalami ex vna parte vsque ad ostium thalami ex parte opposita, quod est vigintiquinque cubitorum, eo quod ostia thalamorum non habent margines siue sedilia ante se occupãtia duos cubitos hinc & inde: & ideo æqualis est distantia inter ostia sicut inter tecta, quæ supra dicta est 25. cubitorum. Et accipitur hæc longitudo ab oriente in occidentem.*

13 Et vestibul. *id est, porticus.*

14 Ad atrium. *id est, in atrio exteriori: & hoc est vnum in quo differunt portæ atrij interioris, quia non sunt in atrio interiori, sicut portæ atrij exterioris sunt in atrio exteriori, vt prædictum est.*

15 Et pal. eius. *id est, in frontibus modo supra dicto.*

16 Et octo gra. *hoc est secundum in quo differunt portæ atrij interioris à portis atrij exterioris. nam ista habent octo gradus, illæ vero septem tantum, vt prædictum est. Sunt enim ædificia ista in pendulo montis, & ideo de loco inferiori ad superiorem describitur ascensus per gradus.*

17 Et introduxit me in, &c. *Hæc est secunda pars, in qua describitur*

a *Et vestibulum eius, id est, atrij exterioris.* Hie. li. 12. com. Vt orientali A lumine omnia videantur inclusa, secundum illud, *Nec est qui se abscondat à calore eius.* (Psal. 18. b.) Si autem exterius & interius accipimus atrium, sic intelligimus quod Deus & circumfusus, & infusus sit: vnde, *Qui tenet cælos palmo, & terram pugillo,* (Isa. 40. c.) vt omnia ab illo videantur includi. Et, *Cælum mihi se. est, ter. autem sca. pe. meorũ:* (Ibid. 66. a.) vt, scilicet, intra omnia esse credatur, vnde, *Principio cælum ac terras camposque liquentes. Lucentemque globum lunæ, B Titaniaque astra, Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agitat molem, &c.* (Virgilius 6. Æneid.) Cùm autẽ transierimus, *Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignominiam, per bonam & malam famam,* Per laudes & vituperationes, & victoriam de isto sæculo ceperimus, tũc palmæ nobis dantur ex vtroque latere, quos nec gaudia mutauere, nec mœror; nec prospera nec aduersa fregere. Et non per C septem gradus, sicut in plaga aquilonis, nec per 7. & 8. sicut in meridie, sed per octo tantum gradus ad summa ascendimus: quia sufficit nobis octonarij sacramentum, id est, Euangelium, vt dicamus, *Et si nouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus eum secundum carnem, sed secundum spiritum.* (2. Cor. 5. d.)

b *Et introduxit me.* Gre. ho. 20. Quæ de porta australi & orientali superius dicuntur, eisdẽ verbis de porta aquilonis hic replicantur.

c *Vestibulum eius.* Ibid. Vestibulum portæ, prædicationis verba, quæ prius humiliter accipimus, vt, scilicet, ad sacri eloquij intelligentiam veniamus. Sit ergo nobis porta interior, nouũ testamentum; vetus, exterior, quia hoc spiritualem intelligentiam aperit, illud rudibus sacri eloquij historiam custodit. (Nouum & vetus Testamentum.) Habet autem porta interior duo latera, dilectionem Dei & proximi. D

Greg. vbi supra. Quid exteriori atrio, quid thalamo, quid frontibus, quid vestibulo, quid fenestris, quid longitudine, quid latitudine, quid palmarum cælatura signetur, supra dictum est.

Greg. Ibid. Quid sumus de mysticis sensibus Ezechielis prophetæ loquuntur, qui ipsa verba historiæ eius vix capimus.

d *Et in octo.* Greg. Ibid. Septem gradus habent portæ spiritualis ædificij, quia timorem, pietatem, E scientiam, fortitudinem, consilium, intellectum & sapientiam auditoribus suis prædicant, Sed cum iam omnia dimitti præcipiunt, & ad contemplationem cœlestis patriæ intendi, & in eius mysterijs delectari: gradum octauum addunt, & ad interiora traiiciunt; vnde ei qui se legis præcepta seruasse à iuuentute dicebat, adiunctum est, *Adhuc vnum tibi deest, Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, &c.* (Matt. 19.) Per F octonarium quoque dies æterni iudicij, & carnis resurrectio signatur, vnde Psalmus, qui pro octaua inscribitur, à pauore iudicij inchoatur, *Domine ne in furore tuo arguas, &c.* (Psal. 6.) In quo omne hoc tempus finitur, quod septem diebus voluitur, & qui post septem dies sequitur, iure octauus dicitur, in quo & caro nostra resurget ex puluere. Vnde per legem quoque octaua die circumcisio fit. Nam per membrum, quod circumciditur, mortalis generatur propagatio, decedentium & succedentium numerus augetur: quod post resurrectionem non erit, quia *neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cælo.* (Status præsentis vitæ & futuræ. Matt. 22. c.) Octauo ergo die præputium præciditur, quia ibi iam locum carnis propagatio non habet, vbi resurgens caro perseuerantiã æternitatis habet.

a [34] Et vestibulum eius, id est, atrij exterioris, & palmæ cælatæ [1] in fronte eius hinc et inde, et in octo gradibus ascensus eius. [2]

a ¶ Rursum. sed non vt supra ad atrium exterius, sed interius: vnde in sequentibus, Vestibulum respiciebat ad atrium exterius, in quo profectus ingredientis ostenditur, dũ in singulis locis nomina mensuręque sunt propriæ, & fenestræ per circumitũ scientiæ lumine vniuersa plena monstrantes. ¶ Gentes.

b [35] Et introduxit me ad portam quæ respiciebat ad Aquilonem [3] & mensus est secundum mensuras superiores [36] thalamum eius, et frontẽ eius, et vestibulum eius, et fenestras eius per circumitũ, lõgitudine quinquaginta cubitorũ, et latitudine vi-

a ¶ In quibus sacramenta remissionis.

a ¶ In quibus diuini sensus.

b ¶ Vt per hoc. s. in vestibulo atrij interioris positi exteriora videamus: & præteritorum & præsentium notitiam contemplantes, per quam veniamus ad duplices palmas atque victorias, & octo graduũ mysteria cognoscamus, & introgressi gazophylacia in quibus tẽpli diuitiæ continentur, & orationes nostræ ab omni sorde peccati lauẽtur.

c gintiquinque cubitorũ. [37] Et vestibulũ eius respiciebat ad atriũ exterius, et cælatura palmarũ in frõte illius hinc et inde; et in

a ¶ Doctorum corda quę diuitias scientiæ seruant. [4]

d octo gradib. ascensus eius. [38] Et per singula gazophylacia ostiũ [5]

☞ In

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *bitur porta orientalis atrij interioris. Et patet littera ex dictis in descriptione portarum præcedentium vsque ibi.*

1 Et vestibulum eius, id est atrij. *In Hebræo habetur,* Et porticus eius ad atrium exterius, *scilicet, vergens, quia ponitur in atrio exteriori, sicut dictum est de porta australi in parte immediatè præcedenti: & ideo littera nostra videtur esse corrupta per scriptores, vel ignaros correctores. Nam in porta australi iam descripta, & aquilonari immediatè post describenda, non ponitur,* Et vestibulum eius, id est, atrij exterioris; *sed sic,* Et vestibulum eius ad atrium exterius, *vt patet ex textu. Et accipitur hic vestibulum pro porticu. Potest tamen littera nostra sic exponi, licet aliquantulum extortè,* Et vestibulum eius, *id est, porticus portæ orientalis,* (Vestibulum an porticus legi debeat vers. 34.)

2 Id est, atrij exterioris, *quasi dicat, cuius situs est in parte atrij exterioris. Cetera patent ex dictis in descriptione aliarum portarum.*

3 Et introduxit me. *Hæc est tertia pars, in qua describitur aquilonaris porta interioris atrij. Et patet littera ex dictis in parte præcedenti.*

4 Et per singula gazophylacia, &c. *Occasione huius litteræ magister Richardus de sancto Victore, & dominus Hugo cardinalis dicunt, quod sicut in parte orientali sunt gazophylacia, sic in parte aquilonari: iungentes hanc litteram litteræ immediatè præcedenti, & similiter in parte australi. Ad hoc etiam videtur facere quod supra dixi, scilicet, quod illud quod exprimitur in descriptione vnius portæ, intelligendum est esse in alijs portis, exceptis his quæ per textum excluduntur, sicut est numerus graduum, qui est alius in portis atrij interioris, & situs porticuum, vt sup. dictum est.* (Richardi de S. Victore & Hugonis Cardinalis opinio ponentium gazophylacia in parte aquilonari.) *Rab. Salom. Hebræus non ponit gazophylacia nisi in parte orientali, quia si essent in parte aquilonari & australi sicut in orientali describendo portas aquilonares & australes, fieret aliqua mentio de gazophylaciis saltem breuiter tangendo, sicut fit de porticibus, vestibulis, frontibus, thalamis & fenestris, quæ omnia simul iuncta & multo magis quodlibet eorum per se sumptum, sunt quid satis minus quam gazophylacia, quorum quindecim simul iuncta secundum latitudines suas occupant centum cubitos in longitudine, & alia quindecim tantum ex parte opposita in atrio exteriori in parte orientali secundum dictos doctores.* (Ra. Sal. contra sentit.) *Quod autem in descriptione portarum australium & aquilonarium fiat replicatio de minimis respectiuè modo prædicto, & non fiat de multo maioribus, scilicet gazophylaciis si essent ibi, non est verisimile, nec rationabile videtur. Quod autem ad oppositum inducitur de similitudine portarum, non valet, quia hoc intelligitur de pertinentibus ad portas, sicut sunt porticus, frontes & huiusmodi. Gazophylacia verò non sunt huiusmodi, cũ portæ sint propter gazophylacia, magis quàm è conuerso, & etiam, separata in situ secundum descriptiones dictorum doctorum. Item ipsi non abseruãt in hoc similitudinem quam pro ratione inducunt: nam in parte orientali ponunt triginta gazophylacia, vigintiquinque ex vna parte pauimenti, & vigintiquinque ex altera. In parte verò aquilonari ponunt vigintiquinque tantum ex vna parte pauimenti, & similiter in australi.* (& conuellit fundamenta prioris sententiæ.) *Quod autem obiicitur de textu, cum dicitur,* Et per singula gazophylacia ostium in frontibus: *non valet, Nam in Hebræo sic habetur,* Et gazophylacium & ostium eius in frontibus portarum. *Quod exponit Rabbi Salomon sic:* & gazophylacium erat ibi, scilicet, in atrio interiori, *vt patebit ex sequentibus.*

5 Ostium eius in frontibus portarum. *i. versus frontes illius portæ, quæ frontes aliquantulum transeunt in atrium interius, vt supra dictum est. Porticus autem illius portæ est ex altera parte muri interioris in atrio exteriori, vt supra dictum est: & ideo ostium dicti gazophylacij non respicit porticum, sed frontes portæ aquilonaris, quæ ponitur hic in plurali, cũ dicitur,* In frontibus portarum; *nam in illa porta largè sumpta sunt tria ostia, scilicet, muri interioris, & porticus, & vestibuli, quæ ostia portæ dicuntur strictè accipiendo portam, vt supra dictum est. Potest etiam iste passus exponi secũdum translationem nostram, cum dicitur,* Et per singula gazophylacia ostium in frontibus, *nam in atrio interiori, sunt plura gazophylacia, vt patebit ex littera sequenti, & ostia eorum non possunt respicere porticus portarum, quæ porticus sunt in atrio exteriori, sed respicere possunt frontes non solum*

☞ portæ

a in frontibus portarum, & ibi lauabant holo-
b caustū.[39] Et in vestibulo portæ duæ mensæ hinc
c & duæ mensæ inde, vt immoletur super eas ho-
locaustum & pro peccato, & pro delicto.[40] Et
d ad latus exterius quod ascendit ad ostium por-
e tæ, quæ pergit ad Aquilonem duæ mensæ, &
ad latus alterum ante vestibulum portæ duæ
mensæ.[41] Quatuor mensæ hinc: & quatuor
f mensæ inde. Per latera portæ octo men-

a ¶ In ostio, scilicet, quod est in fronte portarum admoniti verbis & operibus patrum.
b ¶ Lachrymis compunctionis.
a ¶ Seipsos quos domino consecrarunt, sed tamen quia in multis offendunt lachrymis lauant, vt holocaustum pingue fiat medullatum. b ¶ Populo, scilicet.
c ¶ Id est, prædicatoris, qui porta interior.
d ¶ Dum populus humili mente verba prædicationis suscipit, in eo mensæ ad sacrificium ex virtutibus construuntur.
a ¶ Quod totum sacer ignis absumat.
¶ Cum totus homo Deo vouetur, & omnia terrena dimittit.
a ¶ Quod scienter commissimus. ¶ Quod est malefacere. ¶ In opere.
b ¶ Ignoranter. ¶ Cogitatione. ¶ Quod est bona facienda prætermittere.
a ¶ Quia in exteriori custodia litteræ, lex data tenebatur.
b ¶ Historicum intellectum legis.
a ¶ Quia sub timore minarum frigida Iudæorum corda construxit.
a ¶ Fides, vita, doctrina & prophetia in mentibus bonorum.
¶ Ex vtraque parte quatuor.
b ¶ Cum proficientibus populis sancta prædicatio patientiam & benignitatem seruat, quæ prius in carnalibus circumcisionem, & sacrificium custodiuit.
a ¶ Omnes simul.
b ¶ Hieron. aliæ, scilicet, & sunt simul xvj. mensæ quo numero prophetarum mysteria demonstrantur, vt quidquid in nouo testamento offerimus, prædictum eorum vaticinio approbemus.

a *In frontibus, &c.* GREGORIVS IBID. Verbis & operibus prædi-
A catorum, quibus eos foris agnoscimus, qualiter apud se viuant. Est autem ostium per singula gazophylacia in frontibus portarum, quia vnusquisque doctorum in corde auditoris intellectum aperit in dictis & operibus patrum, alioqui in frontibus portarum ostium non habet, & spiritualis ędificij gazophylacium dici non debet.

Prædicatoris est ad Sanctorum patrum exempla auditores excitare.

b *Et in vestibulo portæ.* GREG. hom. 21. in Ezec. Dum quaternæ mensæ per latera describuntur, & in summa conclusionis dicitur, Octo mensæ erant super quas immolabant, patet, quia non de singulis sex portis quæ dicta sunt hoc dicitur, Simul enim omnes non octo sed quadraginta octo mensas haberent. De vna quoque dici non potest. Nam post descriptum portæ vestibulum, vbi
B duæ mensæ hinc, & duæ inde narrantur, adhuc ad latus exterius quod ascendit ad ostiū portæ quæ per. ad aqui. duæ mensæ esse memorantur, atque subiungit, & ad latus alterum ante vestibulum portæ duæ mensæ, inter quas etiam porta, quæ respicit viam aquilonis, esse memoratur; vnde patet aliud vestibulum esse intrinsecus, & aliud extrinsecus, quia & prius interior, & post exterior Aquilonis porta describitur. Nam cum tres portas superius descripsisset, tres quoque alias interioris atrij esse memorauit, & extremam aquilonis portam. Nunc ergo cum duæ mensæ hinc in portæ vestibulo describuntur, & duæ inde, adhuc de eadem interiori porta sermo contexitur: quia subditur, quia ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ, & ad latus ante vestibulum portæ, duæ mensæ. Porta ergo interior binas per latera in vestibulo mensas habere descripta est, & porta exterior similiter binas, quatuor autem hinc, &
C quatuor inde mensæ pariter fiunt: dum per latera singula binæ in vestibulo portæ interioris, & binæ hinc & inde, exterius in vestibulo Aquilonis portæ describuntur, quæ simul omnes octo sunt in quibus immolatur.

De numero mensarum.

GREG. vbi supra. *Et in vestibulo portæ duæ mensæ hinc.* Allegor. Porta nostra in interiori vestibulo 4. mensas habet, quia sancta ecclesia ad eruditionem fidelium 4. accepit ordines regentium: vnde ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios euangelistas, alios pastores & doctores, qui vnus ordo sunt, ille enim vere pascit qui docet. Habet & porta exterior mensas quatuor, synagoga, scilicet, principes sacerdotum, seniores populi, Scribas & Pharisæos, qui Pharisæi legis doctores vocati sunt. In vtraque porta duæ mensæ sunt hinc, duæ inde, quia in exordio sancta ecclesia apostolos, & prophetas habuit, qui, scilicet, post apostolos orti sunt: nunc autem habet Euangelistas atque doctores: Euangelistæ sunt, qui gaudia cælestis patriæ annuntiant, apostoli verò & prophetæ sublati sunt. Itaque hæ binæ mensæ quasi in alio latere fuerunt.

Allegorice. Quatuor ordines regentium.

c *Vt immoletur super eas holocaustum.* GREGOR. IBID. Recte in interioris portæ quatuor mensis immolatur holocaustum & pro peccato, & pro delicto: Qui enim mundum plene contemnit, & seipsum holocaustum Deo tribuit, hic iam perfecte nouit plangere peccata & operis & cogitationis; vel, malum quod fecit, vel bonum quod debuit & non fecit.

D *Mundi & sui ipsius contemptus.*

d *Et ad latus exte.* GREG. vbi supra. Habet & porta quæ pergit ad Aquilonem duas mensas hinc, & duas mensas inde; principes, scilicet, sacerdotum, & seniores populi in maiori auctoritate regiminis: Scribasque & Pharisæos, qui minori loco populo præfuerunt. Sed hæ mensæ iuxta portam quæ pergit ad Aquilonē sunt, quia cum populo præessent, synagoga in persequutione redemptoris nostri sæuiens ad torporem perfidiæ prorupit; quæ tamen mensæ sacrificium habuerunt, quod, scilicet, iuxta litteram tenuerunt: vnde & ad torporem lapsi sunt, qui flamma spiritus succensi non sunt.
E Interioris autem portæ mensæ holocaustum habent, quia siue in cordibus apostolorum atque prophetarum, siue in mente euangelistarum atque doctorum, ignis spiritus exarsit & ardet, qui quia omnem cogitationem in bono opere absumit, flammá amoris Dei, quasi holocaustum, totum simul quod inuenit incendit. Mensæ verò hæ ex quadris lapidibus factæ sunt, quia dum quotidie sacri eloquij verba meditantur, ad offerendum domino orationis holocaustum, quasi ex quadris lapidibus construuntur: verba enim sanctæ scripturæ lapides quadri sunt, quæ vbique firmiter stant nusquam reprehenduntur. Nam in omne quod præteritum narrant, in omne quod venturum prædicant, in omne quod spiritualiter sonant, in omne quod moraliter annuntiant, quasi in diuerso latere statum habent, quia reprehensionem non habent. Corda itaque sanctorum mensæ Dei sunt, ad holocaustum quadris lapidibus constructæ, quia qui semper verba Dei cogitant, semetipsos à carnali vita mactant. Vnde, *Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius.* Et alibi, *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.*

Perfidia Principum, sacerdotū, seniorum, Pharisæorū & Scribarū.

Feruor charitatis in Christi Apostolis & discipulis.

Dei mensa cor hominis est.

F *Psal. 36. f. Psal. 118. b.*

e *Duæ mensæ, & ad latus alterum.* GREGORIVS IBID. Binæ mensæ hinc & inde, quia in dilectione Dei necessaria est fides, & vita: vnde, *Sine fide impossibile est placere Deo.* Et alibi, *Fides sine operibus mortua est.* In dilectione proximi patientia & benignitas: vnde, *Charitas patiens est, benigna est*, vt scilicet, illata mala æquanimiter sustineat, & sua benigne impendat. Habet quoque exterior porta, id est, lex, duo latera, id est, spirituales patres, & carnalem populum, in quibus mensæ sunt, in spiritualibus doctrina & prophetia: in carnalibus circumcisio & sacrificium.

Fidei bona opera adiungenda. Ibidem. Hebr. 11. b. Iacob. 2. b. 1. Cor. 13. b.

f *Octo mensæ erant super quas immolabant.* GREG. IBID. Quia quidquid fides credit, quidquid vita exemplo bonis operibus ostendit, quidquid patientia humiliter tolerat, quidquid benignitas largiter ministrat, quidquid doctrina salubriter docet, quidquid prophetia promouet, quidquid circumcisio ad mandatum exterius legauit, quidquid sacrificium ex deuotione offerentis egit: in omnipotentis Dei

Externum opus decorat deuotio interna.

NICOLAVS DE LIRA.

porta Aquilonaris sed etiam aliarum quarum frontes partim sunt in atrio interiori modo supradicto. Et ideo melius dicetur, quod in hac parte describuntur aliqua quæ sunt in atrio interiori, sicut dictum est supra in diuisione. Dicit igitur, Et per singula gazophyl. *intra atrium exterius existentia.* Ostium in fronti. *diuersarum, vt magis videbitur.*

1 Ibi lauabant holocaust. *id est, carnes crematas in altari holocaustorum, quod ab omnibus expositoribus ponitur in atrio exteriori.*

De mensis.

2 Et in vestibulo portæ duæ mensæ hinc. *Hic interseritur de mensis quarum aliquæ sunt in atrio exteriori, scilicet, mensæ quæ deseruiunt immolationi victimæ holocausti, eo quod immediate loquutus est de holocausto. Dicit igitur.* Et in vestibulo portæ, *scilicet, aquilonaris: Et accipitur hic vestibulum pro porticu, quæ est in atrio exteriori, vt frequenter dictum est.*

3 Duæ mensæ hinc, *id est, in vno latere,*

4 Et duæ mensæ inde, *scilicet, in altero.*

5 Vt immoletur super eas holocaustum, *id est, victima totaliter cremanda.*

6 Et pro peccato & pro delicto, *id est, victima pro peccato commissionis, & pro peccato omissionis, quod dicitur delictum, quasi derelictum.*

7 Et ad latus exterius, *id est, extra porticum, iuxta tamen eius parietem.*

8 Quod ascendit, *id est, vnde ascenditur ad ostium portæ Aquilonaris existentis in muro interiori: nam ad illam est ascensus per octo gradus, vt patet ex præcedentibus, & illi gradus sunt ante porticum.*

9 Ante vestib. portæ, &c. *id est, porticum. Cetera patent ex prædictis vsque ibi.*

Dei oculis hoc esse victimam ostendit. In lege enim quę est exterior porta, etiam per carnale sacrificium, populus deuotionem sui cordis immolabat.

a *Quatuor autem mensæ.* GREGOR. IBID. Quia & hi qui in sancta ecclesia fidem, vitam, patientiam atque benignitatem custodiunt, summis iam virtutibus pollent: & qui in synagoga doctrinam & prophetiam circumcisionem & sacrificium cognouerunt, alia offerendo, alia retinendo deuotionis suæ victimam offerunt.

Victima grata Deo.

b *De lapidibus quadris.* GREG. Sanctis scilicet, quorum vita in prosperitate & in aduersitate fortiter stat, in prosperitate non extollitur, in aduersitate non frangitur, suasionibus ad mala non trahitur, vituperationibus à bono non reuocatur.

Constantia Sanctorum.

GREGORIVS. *De lapidibus quadris.* De his lapidibus quadris dicitur. Lateres ceciderunt, id est, Iudæi, sed quadris lapidibus ædificabimus, i. apostolis, martyribus, & doctoribus ecclesiæ, de his vestibulum. i. populus mensas habet iiij. constructas, quia fidem, vitam, patientiam, benignitatem, de vita sanctorum in exemplum sumunt.

Quid doceant nos vitæ sanctorum?

c *Longitudine cubiti.* HIERON. Longitudo & latit. cubiti vnius & dimidij, scilicet, per quadrum, quæ simul iuncta tres cubitos faciunt, qui tres cubiti habent in altitudine cubitum vnum, vt mysteria Trinitatis vnius cubiti, id est, diuinæ maiestatis, mensura conseruet. vnde: *Baptizate eos in nomine patris & filij & spiritussancti.* Nomen autem Dei quasi vnius altitudinis cubitus est, qui tres complectitur proprietates & holocausta oblationum nostrarum semper absumit.

Matth. 28.d

d *Super quas ponant.* Animas, scilicet, fidelium. vnde: *Vas electionis mihi est iste.* Et alibi: *Mundamini, qui fertis vasa domini.* vasa, scilicet, pastores & doctores.

Act. 9.c. Isa. 52.d. Deut. 5.b.

e *Holocaustum.* GREG. hom. 21. in Ezech. Totum incensum, & lex quidem Deum & proximum diligi, diuina mandata custodire præcepit, ab alienarum rerum concupiscentia compescuit, non tamen iubet omnia dimitti. In nouo test. dicitur: *Nisi quis renuntiauerit omnibus quæ pos. non potest meus esse dis.* Et, *Qui vult venire post me, &c.* Mensæ ergo interioris portæ holocaustum habent, quia in virtutibus noui testamenti, quasi pro holocausto omnia incendimus, quando omnino rebus mundanis abrenuntiamus. Mensæ verò portæ exterioris sacrificium habent non holocaustum quia præcepta legalia decimas offerri iubent, non omnia dimitti.

Perfectio præceptorũ Euangelicorum præ legalibus. Luc. 14. g. Ibid. 9. c.

f *Et labia earum.* Quia per prædicationem doctorum tenduntur opera auditorum. In palmo enim manus tenditur, in qua opera signantur. In palmo maior digitus & minimus tenditur, vt admonitione doctoris auditor sic magna faciat, vt parua non omittat.

Prædicatores ad bona opera exhortari auditores debent.

g *Palmi vnius.* GREG. IBID. Vt ex doctorum prædicatione sicut vnitas in fide, ita seruetur in opere: ne per bonum quod alter agit, alter ad malum discordiæ prorumpat.

h *Reflexa, &c.* GREGORIVS. Id est, vt quod ore dicunt, opere compleant, conscientiam suam vndique circumspicientes, ne eorum messem famelicus comedat. vnde Salomon: *Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum porrigit eam.* Mensa enim Dei est prædicator, holocaustum & victimam portat vt currus, regit vt auriga. Vnde: *Pater mi, currus Israel & auriga eius.*

Prou. 19. d. Prædicatores curribus & aurigis comparantur. 4. Reg. 2. b.

---

a sæ erant super quas immolabant. [42] Quatuor

a ¶ Vestibuli inferioris.
b ¶ Quia aliæ quatuor ad sacrificium exterioris, scilicet.
c ¶ Hi sunt lapides viui qui voluuntur super terram, & habent secum angularem lapidem quo veteris & noui testamenti parietes continentur, quatuor autem Euangelica sacramenta demonstrat.

b autem mensæ ad holocaustum de lapidi-

a ¶ Vt ex omni latere æque stent. b ¶ Spei.
c ¶ In se enim sunt perfecti quantum in hoc mundo possunt.

c bus quadris extructæ, longitudine cubiti

a ¶ Quia quædam diuina mysteria ab homine in hac vita plene comprehendi non possunt: ex parte.n. cognoscimus, & ex parte prophetamus.
b ¶ Charitatis quantum ad proximum.

vnius & dimidij, & latitudine cubiti vnius

a ¶ Quia Deum nec plene scire nec diligere possunt.
b ¶ Fidei quæ inuisibilium est.
¶ Quia vnus Deus, vna fides, vnum baptisma.

d & dimidij, & altitudine cubiti vnius: su-

a ¶ Animas quæ pietatis capiunt verba, vt ex eis holocaustum vitæ & orationis immoletur.

per quas ponant vasa, in quibus immolatur

a ¶ Martyres, de quibus: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.
¶ Quia omnino mundum relinquunt, & seipsos incendunt igne amoris domini, in odorem suauitatis.
b ¶ Qui mundo adhuc licite vtuntur, quasi partem sui retinent.
¶ Eorum, scilicet, qui continentia & corporis sanctitate animas immolant domino.

e f holocaustum & victima, [43] & labia earum

g palmi vnius, reflexa intrinsecus per cir-

a ¶ Quia pro carnalibus prædicatione eorum conuersis preces offerunt domino.

h i cumitum. Super mensas autem carnes ob-

k lationis. [44] Et extra portam interiorem

---

i *Super mensas, &c.* HIERON. Mensarum autem istarum nomina puto in Matthæo & Marco & Luca & Ioanne contineri, quarum reflexa corona desuper intrinsecus per circumitũ marginis ambiebat, vt holocaustum contineret intrinsecus, nec passim fluere permitteret, & carnes oblationis teneret. Ignosce lector difficultati locorum, aut si melius quid inuenire potes doce: libenter discimus quod nescimus.

Quatuor Euangelia.

GREG. vbi sup. Habuit sinagoga spirituales patres in doctrina atq; prophetia, ex quibus exemplum vitæ in virtutibus traheret, sed rudis populus ibi magis per timorem quam per amorem seruiẽs, noluit imitari virtutes quas vidit: & ideo porta exterior, quę ad Aquilonem pergit, mensas non habet ad holocaustum.

Moraliter. Synagoga habuit quos in exemplũ suis proponeret.

k *Extra portam.* HIER. Scilicet, post murum: quẽ LXX. transtulerunt peribulum, qui totũ templum per quadrum ambiebat in circumitu. Introductus est propheta in atrium interius, & ad Aquilonem & ad Austrum & ad portam Orientalem, & rursum ad Aquilonem, de quibus supra dictum est. Quorum sensum Saluatoris testimonium breuiter ostendit: *In domo patris mei mansiones multæ sunt,* quibus expletis ingreditur templum, id est, sancta sanctorum.

Ioan. 14. a.

GREG. hom. 22. in Ezech. *Extra portam inte. ga. cantorum.* Quia adhuc sunt electi quique extra secreta gaudia interioris vitæ, qui omnipotenti Deo desiderium suum per magni amoris ardorem cantant, & hic, & intra sunt & extra. *Ambulant enim per fidem & non per spem.* Hi sunt cantores qui mandata Dei cantando faciunt, id est, amore non timore. Vnde *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Et alibi: *Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine.* Iudicium cantat, qui ad illud venire non trepidat.

De deuotis Dei seruis. Psal. 118. a. Ibid. 100. a.

GREG. IBID. *Extra por. in ga. can. in atrio.* Porta interior, sancta ecclesia. Extra hanc atrium interius quantum ad portas sequentes, Aquilonis, scilicet, & Austri Orientis. Exterius autem respectu interioris portæ. Sancta enim ecclesia duas vitas habet, vnam qua laborat in terra, alteram qua remuneratur in cælo. In vtraque autem offert hic sacrificium compunctionis, de quo: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Illic sacrificium laudis, de quo, *Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes & holocausta, &c.* In vtroque sacrificio carnes offeruntur, hic dum macerantur corpora, ibi dum resurgunt in gloria. Porta ergo interior habet interiora sua illam, scilicet, vitam quã nemo nostrum adhuc vidit. Habet exterius atrium, id est, vitam præsentem, in qua omne bonum agitur, vt ad bonum sine fine veniatur.

Ecclesia militans & triumphãs. Psal. 50. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Super quas immolabant. *id est, immolationem disponebant, nam quatuor sunt pro ipsa immolatione, & quatuor pro vasis immolationis, de quibus subditur.*

2 Quatuor autem mensæ ad holocaustum. *quarum materia & forma describitur, cum dicitur:* De lapidibus quadris. *& trina dimensio, cum subditur:* Longitudine cubiti vnius & dimidij, &c.

3 Super quas ponant vasa in quibus immolatur. *id est, instrumenta immolationi deseruientia: secundum enim modum loquendi Hebraicum, instrumenta cuiuslibet artis vocantur communiter vasa. vnde Genesis xxvij. a. vbi dicitur: Sume arma tua, pharetram, &c. in Hebræo habetur: Sume vasa tua.*

Vas pro quolibet instrumento.

4 Et labia earum palmi vnius. *Hic accipitur palmus, non secundum longitudinem manus, sed secundum latitudinem: & vocatur Gallice* dour, *& est dimensio quatuor digitorum ex transuerso.*

5 Reflexa intrinsecus per circumitum. *Versus partem superiorem, sicut est in scacariis, & sunt ad hoc hæc labia vt vasa super mensas posita, scilicet, cultelli & bacini ad recipiendum sanguinem & huiusmodi ibi melius reponantur.*

6 Super mensas autem carnes oblationis. *id est, offerenda in altari holocaustorum.*

7 Et extra portam. *Hic reuertitur ad plenius describendum gazophylacia prædicta in atrio interiori existentia, dicens:* Et extra portam interiorem. *id est, atrij interioris.*

a *In atrio interiori, &c.* HIER. lib. 12. comment. Quod, ſcilicet, reA ſpiciebat ad Aquilonem & ad auſtrum & ad meridiem & ad orientem, vt ſemper meminerint cantores domini, & qui angelorum officio detinentur, per quos gradus ad ſumma peruenerint, & myſteria ſingulorum locorum diligenter agnoſcant.

Nota pro cantantibus diuinas laudes.

b *Portæ reſpicientis ad aquilonem, & fa. &c.* GREG. vbi ſupr. Sunt autem gazophylacia intra portam aquiloB nis & orientis, & auſtralem viã reſpiciunt; quia corda ſanctorum inter fidem & ſpem poſita, ad auſtralem viam reſpiciunt, quæ ſanctæ charitatis ignibus inardeſcunt.

Fides, Spes, Charitas.

a ❡ Quibus dicitur: Cantate domino canticum nouum, qui cum angelis clamant, Gloria in excelſis Deo.

a gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in la- 1

a ❡ In qua ſpes ſignatur.

b ❡ Amborum, alterum tamen quaſi ad auſtrum & aquilonem reſpiciebat. 2

b tere portæ reſpicientis ad Aquilonem, & facies eorum con- 3

a ❡ In qua charitas. b ❡ Quæ eſt fides.

c tra viam auſtralem, vna ex latere portæ orientalis quæ reſpi- 4

d a ❡ Vbi torpor peccati. b ❡ Vir, ſcilicet, qui introduxit. 5

ciebat ad viam Aquilonis. ⁴⁵ Et dixit ad me: Hoc eſt gazo- 6

a ❡ Solam. b ❡ In qua lux pleniſſima. c ❡ Maiorum, ſcilicet.

e phylacium, quod reſpicit viam meridianam ſacerdotum, 7

GREG. IBID. Portæ C reſpicientis ad aquilonem. Per aquilonis portam, ſignificatur gentilitas, quam ille in frigore torporis poſſidebat, qui ait, *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis*; Per auſtri viam, Iudæa, in qua ſpirituales patres cæleſti amore ferbuerunt; per orientis portam ipſe dominus: de quo dicitur, *Ecce vir oriens nomen eius*; Et, *viſitauit nos oriens ex alto*. Sunt ergo gazophylacia cantorum ex latere portæ aquilonis, quia non ſolùm in Iudæa fuerunt corda ſanctorum ſpiritualiter accenſa, ſed etiam in Gentilitate ad fidem conuerſa: Sed exempla huius ardoris à ſpiritualibus ſynagogæ patribus acceperunt, vnde gazophylacia in latere aquilonis poſita ad viam auſtri aſpiciunt. Notandum autem, quod gazophylacia inter portam aquilonis & orientis ſunt: quia poſt incarnationem domini multitudo Gentium ad fidem venit, atque inter ipſos fideles & ſacramenta dominicæ incarnationis quæ medullitus diligunt corda D amantium ſurgunt. Habent ergo ſancta gazophylacia, hinc portam aquilonis, inde orientis: quia inter ipſa redemptionis ſuæ myſteria, quæ ſequuntur; & carnales quos intra ſanctam eccleſiam tolerant, multi in Deum forti amore proficiunt; & inter illa, quæ amant & quæ tolerant, quaſi quædam gazophylacia diuitias ſpiritus in mente ſeruant; nec inter hæc deficiunt, ſed ad auſtralem viã oculos mentis tendunt. E Quid enim patimur, quod pro amore Dei patres noſtri non pertulerũt? Inter portam auſtri & aquilonis orientalis eſſe deſcribitur, quia dominus de F Iudæa natus, mox in fidem ſuam eccleſiam de Gentibus traxit. Orientalis quoque porta ad aquilonis portam reſpicit, quia dominus ſynagogam deſeruit, & Gentium multitudinem collegit.

Iſa. 14. d. Gentes. Iudæi. Zach. 6. d. Chriſtus. Sancti patres noui ac veteris Teſtamenti. Vocatio gentium abiectis Iudæis.

c *Contra viam auſtralem.* id eſt, vna via eſt omnibus quæ dicit: *Ego ſum via, &c.*

Ioan. 14. a.

d *Portæ orientalis quæ, &c.* GREG. vbi ſupra. Quia poſt peccata in baptiſmo dimiſſa, poſt fidem acceptam in multis offendimus omnes: Ad viam ergo auſtri oculos mentis leuemus, vt ex ſancta charitate ferventes, calor amoris nos liberet à culpa * torporis & frigoris.

Charitas extinguit peccatum. * teporis

e *Sacerdotum, qui excubant in, &c.* HIERONYMUS vbi ſup. Hi enim ſolam meridianam viam reſpiciunt, qui ſolis ſpiritualibus occupati, ſemper in his quæ amoris Dei ſolliciti ſunt.

NICOLAUS DE LIRA.

1 Gazophylacia cantorum in atrio interiori. *Ex hoc & ſequentibus videtur manifeſte, quod Richardus de ſancto Victore, & Hugo cardinalis & alij eos ſequentes, non dicant bene, dicentes quod nullum ædificium, niſi ſolum altare holocauſtorum, eſt in atrio interiori: nam gazophylacia cantorum dicuntur hic eſſe ibi. Nec contra hoc eſt quod dicitur hic,* Et extra portam interiorem, &c. *Nam illud quod eſt vltra portam, vel circa, poteſt dici extra eam, licet communius dicatur de eo quod eſt circa, propter quod ad excludendum hunc intellectum, ſubditur,* In atrio interiori, *& ad oſtendendum in qua parte atrij ſunt, ſubditur,*

Reijcitur eorum opinio qui dicunt quod nullum ædificium niſi ſolum altare holocauſtorum erat in atrio interiori.

2 Quod erat in latere portæ reſpicietis ad aquilonem, 

Id eſt, portæ aquilonaris.

3 Et facies eorum, *id eſt oſtia,*

4 Contra viam auſtralem; *id eſt, contra auſtrum: vt melius apparebit in figura præſenti.*

5 Vna ex latere portæ orientalis, quæ reſpiciebat ad viam aquilonis. *Hæc littera videtur falſificata per ſcriptores, vel imperitos correctores, nam ſic debet eſſe:* Vnum ex latere portæ orientalis: *Ibi. n. vnum eſt gazophylaciũ.* Quod reſpiciebat, *&c. & ſic habemus quatuor gazophylacia in atrio interiori exiſtentia, duo pro cantoribus, & vnum ſupra poſitum ſecundum litteram Hebraicam, & hic alterum: & pro quibus ſint iſta duo ſubditur,*

Quatuor gazophylacia in atrio interiori.

6 Hoc eſt gazophylacium, quod reſpicit viam meridianam, *Ex transuerſo.*

7 Sacerdotum qui excubant in cuſtodiis, &c. *ſupple, eſt.*

Qui

A a *Sacerdotum erit qui excubant.* GREG. hom. 21. Qui corrigendis & discutiendis peccatis præsunt, & ad Aquilonis viam oculos reflectunt, vt in mente peccantium quæ sunt frigora corporis videant, & tamen inde charitatis flamma calescant.

b *Filij Sadoch.* HIER. lib. 12. com. Iusti vel iustificantis, scilicet, omnipotētis Dei, de quo: *Iustus dominus & iustitias dilexit.* vi. vul. e.

B c *Qui accedunt de fi.* HIER. IBID. Qui interpretatur *assumptus*, & ipsi assumuntur à domino, vt accedāt ad eum, ne de solo Moyse dicatur, *Moyses accedebat ad dominum*; sed omnes qui ministrant Deo, appropinquare dicuntur.

d *De filiis Leui ad.* IBID. De his filiis dicitur, *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

C e *Atrium.* Ipsum in quo erāt duæ exedræ, vel gazophylacia custodum templi siue altaris habitaculis delegata.

f *Longitudine centum cubitorum.* GREG. hom. 22. in Ezech. Longitudo spei, & latitudo charitatis in cordibus fidelium vacua non sunt: nam per fidem quidquid valent, operantur. In Christo enim Iesu tantummodo valet fides, quæ per dilectionem operatur. Si ergo in vita fidelium iuxta modum suum per singulos perfecta est longanimitas spei, & latitudo charitatis, & certitudo fidei, & studium operis atrium templi per quadrum centum cubitos habet, in quo omnia latera æqualia; dum enim in hac vita viuimus, omnes has virtutes apud nos æquales inuenimus. Quantum enim amamus, tantum de spe præsumimus, & quantum credimus, tantum amamus. De fide autem & operatione dicit Ioannes, *Qui se dicit Deum nosse, & mandata eius non custodit, mendax est.* Notitia enim Dei ad fidem, custodia mandatorum pertinet ad operationem. Charitas tamen maior fide & spe dicitur, quia cū in futuro illa cessabunt, hæc perficietur.

g *Altare ante faciem templi.* Erat, scilicet, in ipso atrio vt numquam sanctorum ad dominum cesset oratio.

Appropinquare Deo. — Exod. 19. a. — Ioan. 1. a. Filij Dei. — Fides, Spes, Charitas. — 1. Ioan. 2. a.

D E F

a Greg. orando, prædicando, benefaciendo, malis resistendo, ecclesiam defendendo. b Quod nos sumus. c Sed. d Quia eos qui veniunt ab Aquilone, qui offerunt victimas pro peccatis, suscipere & saluare cupiunt.

qui excubant in custodiis templi.[46] Porro gazophylaciū, quod 1

a Et meridianam subaudis. b Minorum. s. qui dum maiores maioribus intendunt, vitam carnalium corrigendo aptam sacrificio reddunt, vt in conspectu omnipotentis Dei carnes eorum in odorem suauitatis incendant.

a respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit qui excubant 3

a Exterioris. In quo victimæ offeruntur pro peccato. b Vtrique pro officio suo domino seruientes.

b ad ministerium altaris. Isti sunt filij Sadoch, qui accedunt 4

c a Electi. b Id est, fidelis populi, per sacra fidei assumpti, & à perfidis segregati. c Ambulans in via immaculata, hic mihi mi. d Non sibi. e Id est, qui introduxit me: scilicet sanctasanctorum.

d de filiis Leui ad dominum, vt ministrent ei. [47] Et mensus est 5

a Amplitudinem fidelium populorum. b Spei. c Quia perfecta. d Charitatis. e Vt sacerdotes domini ministerio seruientes, qui per arctam & angustam viam intrauerant, habeant deambulatoria, latissima, & in perfecto consummatoque virtutum numero commorentur.

e atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum f

a Vt via fidelium in quatuor virtutibus æqualiter perficiatur, in iustitia. s. fortitudine, temperantia, & prudentia. b Maiores, hostia viuens, sancta, Deo placens. c In exemplum conspiciendum. d Minorum, qui tamen templum Dei.

g cubitorū per quadrū, & altare ante faciem templi.[48] Et intro- 6

Hinc,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui excubant in. *ne aliquid indecens fiat ibi.*

2 Porro gazo. *frontes porta aquilonaris, vt dictum est supra, qua porta est via intrandi atrium interius ab aquilone, sicut meridiana ab austro.*

3 Sacerdotum erit qui excubant, &c. *i. ad hoc vigilant: Sicut enim habetur 1. Pa. 24. b. Dauid amplius cultum diuinum instituit 24. sacerdotes maiores aliis, tamen sub summo pontifice, qui ministrarent per hebdomadas successiue: & ideo proportionabiliter fuit ordinatum de minoribus sacerdotibus & cantoribus propter quod in atrio interiori ponuntur quatuor gazophylacia, duo pro cantoribus, & duo pro sacerdotibus, vt manerent ibi tempore hebdomadæ suæ ministrationis. Vel aliter potest dici, quod non manebant ibi de nocte, nec comedebant sed sacerdotes manebant & comedebant in ædificiis aquilonari & australi existentibus in lateribus templi, vt infra dicetur: Cantores autem cum aliis Leuitis in gazophylaciis existentibus in atrio exteriori in parte orientali; Dicebantur tamen dicta quatuor gazophylatia cantorum & sacerdotum, quia conseruabantur ibi instrumenta eorum ministerio necessaria, vt cithare, cymbala & huiusmodi pro cantoribus: Acetabula verò & phialæ, thuribula & huiusmodi pro sacerdotibus; ne bis in die pro sacrificio vespertino & matutino oporteret talia ex portare & reportare, sicut in ecclesiis nostris remanent frequenter calices, libri & vestimenta; & ministri in aliis locis comedunt & iacent.*

Vices sacerdotum. — Quid agerēt sacerdotes & cantores in gazophylaciis sibi assignatis.

4 Isti sunt filij Sadoch. *Hoc dicitur, quia Salomon 3. Reg. 2. abiecto Abiathar de summo sacerdotio instituit Sadoch loco eius, & sic summum sacerdotium fuit reductum ad progeniem Eleazari filij Aaron, sicut dictum fuit plenius ibidem. Consequenter ponitur mensura atrij interioris, cum dicitur;*

Summum sacerdotiū ab Abiathar ablatum traditur Sadoch.

5 Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum. *Et patet littera: Et in hoc terminatur descriptio partis anterioris ædificiorum templi, quæ incipit ab exteriori muro orientali, & terminatur in latere occidentali atrij interioris: & linea exinde imaginarie protracta vsque ad muros exteriores aquilonarem & australem. Ad prædicta vero facilius capiendum, posui hic figuram prædicta repræsentantem, quantum ad lineas fundamentales.*

Pars anterior ædificiorum templi.

FIGVRA TRIVM PARTIVM TEMPLI.



6 Et introduxit. *Descripta parte anteriori ædificiorum templi, hic consequenter describitur posterior, in qua secundum doctores Latinos sunt quinque ædificia principalia: scilicet, porticus templi, ipsum templum, ædificium aquilonare ex vno latere templi, & ædificium australe ex altero, & ædificium separatum ab occidentali parte templi. Hebræi verò non ponunt istud vltimum ædificium, dicentes quod ædificium in textu dictum separatum est ipsum templum cum sua porticu. Quod rationabiliter potest dici, nam accipiendo sic templum cum sua porticu, inter ipsum & alia ædificia est spatium, & sic est ab eis separatum in situ, similiter in altitudine: nam à terra in sursum excedit alia ædificia in quadraginta cubitis vel circiter: similiter dignitate, quia dignius est ceteris ædificiis. Sic igitur pars ista*

Pars posterior ædificiorum templi. — Ædificium separatum ab occidentali parte templi an positū sit ipsum templum.

duxit me in vestibulum templi, & mensus est vestibulum 1
a ¶ Quoniam qui ingressus fuerat diuinis sensibus erat eruditus, & nec dextera nec sinistra, sed via regia ingrediebatur. b ¶ Qua intratur ad vestibulum templi.
a quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudi- 2
a ¶ Mysterium Trinitatis, quod porta est ad dominum, dum & pater in filio, & filius in patre, & spiritussanctus in vtroque: Qui numerus vna porta est eorum qui post fidem Trinitatis perueniunt ad salutem. 3
nem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum in-
b de: longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum, & la- 4
¶ Sacro, scilicet, numero.
titudinem vndecim cubitorum. Et octo gradibus ascende- 5
a ¶ Scilicet interiorem portam. b ¶ Vnde: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. ¶ Petrus & Ioannes columnæ ecclesiæ dicuntur. c ¶ Non dicit duæ, ne dualem incurrat numerum, sed vna & vna qui numerus est perfectus. ¶ Hic numerus in vnione Dei sumitur.
c batur ad eam. Et columnæ erant in frontibus, vna hinc & al- 6
tera inde.

a *Hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum.* Hier. li. 12. commet. Eleganter dictum est, non à dextera nec à sinistra, ne videretur in sanctis sanctorum aliquid esse sinistrum. b *Viginti cubitorum, & latitudinem vndecim, cubitorum.* Ibid. Vigenarius numerus, sicut dualis, propter duas decades in malo solet accipi; sicut vndenarius, qui vno indiget, vt sacrum expleat numerum, scilicet, duodenarium: & tamen in vestibulo templi esse dicuntur, quia quamuis sint sancti sacerdotes, & in templi ministeriis collocati, & quotidie victimas offerant Christo: tamen quia in fragili corpore & subiecto vitiis commorantur, & xx. habent, & xj. vnde; *Miser ego homo, quis me liberabit de lege mortis huius.* c *Et columnæ erant in frontibus, vna, &c.* Hier. Ibid. Sancti columnæ ecclesię. Petrus & Ioannes columnæ duæ, per quas ingredimur ad sanctasanctorum, & quorum doctrina ad Christum noster introitus est.

Mysterium numerorum 11. & 20. — Rom. 7. a. — SS. Petrus & Ioannes.

NICOLAVS DE LIRA.

Ista in tres partes diuiditur, quia primo describitur porticus templi, secundo templum ipsum, in principio sequen. cap. tertio ædificium aquilonare & australe, ca. 42. Ad maiorem intelligentiam dicendorum sciendum, quod accipiendo templum cum porticu, Templum habet tres partes: Prima est porticus, habens 11. cubitos in latitudine, quæ accipitur ab Oriente in Occidentem, & 20. cubitos in longitudine, secundum latitudinem templi ab Austro in Aquilonem; Secunda est sanctum, vel sancta, habens 20. cubitos in latitudine, scilicet, ab Austro in Aquilonem: & 60. in longitudine, scilicet, ab Oriente in Occidentem; Tertia pars templi est sanctumsanctorum habens viginti cubitos in longitudine & viginti in latitudine: Et accipiuntur ista mensuræ intra parietes per modum hic figuratum. His præmissis ad litteram accedamus: Et introduxit me in vestibulum templi, *id est, in eius porticum, ita quod hic vestibulum pro porticu sumitur, & similiter in littera sequenti,*

Templum habet tres partes.

1 Et mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, *id est, parietem vestibuli ex vna parte ostij.*

2 Et quinque cubitis inde, *ex altera ostij parte; & ostium est latitudinis decem cubitorum, sicut dictum est de aliis portis atriorum. Et hæc est longitudo porticus iuxta latitudinem templi, vt prædictum est.*

3 Et latitudinem portæ trium cubitorum hinc, &c. *Hic accipitur porta pro postibus existentibus ex vtraque parte ostij, in quibus sunt quædam celaturæ; & similiter in limine superiori; & qualibet celatura est trium cubitorum latitudinis per modum in margine figuratum.*

4 Longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum, & latitudinem vndecim cubitorum. *Hoc patet ex prædictis.*

5 Et octo gradibus ascendebatur ad eam. *Ly octo, non est de textu, quia non est in Hebræo, vbi sic habetur,* Et gradibus ascendebatur ad eam, *templum enim cum sua porticu est in summitate montis, & ideo de atrio interiori est ascensus per gradus ad porticum templi, sed numerus graduum non ponitur hic, sed probabiliter potest dici, quod sint xv. sicut in templo Salomonis.*

Quot gradus habuerit ascensus ad porticū templi.

6 Et columnæ erant in frontibus. *Frontes hic dicuntur partes duæ parietis existentes ex vtraque parte ostij: quarum qualibet dicitur superius v. cubitorum, & ante illos parietes in porticu erant duæ columnæ, vna hinc & altera inde, sicut fuit in templo Salomonis, vt habetur tertij Regum septimo.*

CAP. XLI.

¶ Tandem post multa mysteria variosque introitus in locis singulis proprietates.

a Et introduxit me in templum, & men- 1
b sus est frontes, sex cubitos latitudinis 2
hinc, & sex cubitos latitudinis inde, la- 3 4
titudinem tabernaculi. Et latitudo por- 5 6
a ¶ Qui sacratus & perfectus numerus: In quo mense septimo, decima die mensis ieiunium propitiationis est. b ¶ Alias, humeri: vnde, supposuit humerum ad laborandum: in veste quoque pontificis humerale cum rationali stringitur, vt ratione opera compleantur: vnde, à mandatis tuis intellexi.
c tæ decem cubitorum erat, & latera portæ quinque cubitis 7
d hinc, & quinque cubitis inde. Et mensus est longitudinem 8

CAP. XLI. a *Et introduxit me in temp.* Sequitur. b *Sex cubitos latitu.* Hier. lib. 12. com. Sacramentum omnium creaturarū. Sex enim diebus mundus est conditus, per quorum notitiam causasque conditionis atque rationem, intramus in templum Dei, & ex creaturarū ordine atque constātia cognoscimus creatorem. c *Decem cu.* Hieron. Ibid. Die decima mensis primi, qui appellatur Nisan, ad immolationem & præparationem Paschæ agnus assumitur. Septimo igitur mense decimæ offeruntur in Dei horrea, vel vt scriptura dicere consueuit, torcularia: vnde, *Dilatamini & vos*, vt cum per x. cubitos portæ templum quis fuerit ingressus, ex vtraque parte ipsius latera, siue (vt in Hebræo proprie dicitur) humeri mensurentur, qui ad opera referuntur. Qui humeri portæ ex vtraq; parte quinos habent cubitos, vt per terrenos sensus atque diuinos, (de quorum differentia supra dictum est) * adyta templi ingrediantur. d *Longitudinem eius quadragin.* Ibid. Vigies xl. octogenta faciunt, qui numero octonario vicinus est: Vnde, *Date partes septem, necnon & octo*, Vel quia per tribulationes & angustias huius sæculi intramus in sanctuarium Dei. Quadraginta enim, numerus laboris est. Vnde Moyses & Elias hoc numero ieiunant, & Israel vexatur & probatur in solitudine, & post multos labores terram

Creatura nos ducit in cognitionē creatoris. — 2. Cor. 6. c. — * abdita — Eccle. 11. a. — Deut. 9. b. — 3. Reg. 19. b. — Deut. 29. a.

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XLI.

Et introduxit me. *Hic consequenter describitur ipsum templum, & primo quantum ad partem, quæ dicitur sanctum vel sancta; secundo quantum ad illam, quæ dicitur sanctumsanctorum ibi,* Et introgressus; *tertio, quantum ad aliqua templo adiuncta, ibi,* Et mensus est. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

1 Et introduxit. *Ex hoc quod dicit,* Introduxit, *patet quod ista mensuræ accipiuntur intra parietes, vt prædictum est, ita quod spissitudo parietum non includitur.*

2 Et mensus est fron. *id est, exteriores superficies parietum existentium ex vtraque parte aperturæ ostij, quæ frontes nominantur, eo quod venientibus ad ostium statim patent, interiores autem superficies latent.*

3 Sex cubitos, *quantum ad vnam frontem.*

4 Et sex cubitos, *quantum ad alteram; aliqui libri hic habent altitudinis, & male: nam Hebræi & libri bene correcti habent latitudinis.*

5 Latitudinem tabernaculi, *id est templi, quod frequenter in scriptura vocatur tabernaculum, q.d. duæ frontes dictæ cum apertura muri pro ingressu à parte exteriori continent præcise latitudinem templi: sed hoc videtur falsum: quia statim subditur,*

6 Et latitudo portæ. *Decem autem & bis sex faciunt xxij. cubitos. latitudo vero templi intra muros est xx. cubitorum tantum, vt dictum est supra: Ad hoc dicendum est, quod porta accipitur pro ostio. Ostij vero latitudo excedit latitudinem aperturæ ingressus tantum, quanta est spissitudo ostij, vt patet ad sensum in ostiis domorum. Et per hoc insinuatur, quod spissitudo istius ostij est vnius cubiti, & sic latitudo eius excedit latitudinem huius aperturæ, vno cubito hinc, & altero inde: & sic apertura exterior in muro est tantum viij. cubitorum, quæ cum xij. cubitis frontium faciunt 20. cubitos præcise. Et quod iste sit intellectus, patet littera sequenti cum dicitur,*

Latitudo templi.

7 Et latera portæ. *nam ab extremitatibus latitudinis ostij vsque ad parietes templi sunt tantum 5. cubiti ex vna parte, & 5. ab altera, vt patet ex dictis. Nec mirandum, quod spissitudo ostij dicta est vnius cubiti, quia de porta templi per Romanos combusti dicit Iosephus 7. lib. de Iudaico bello, quod erat tanti ponderis, quod vix à viginti viris claudebatur.*

Spissitudo portæ templi.

8 Et men. *s. templi quātum ad illam partem quæ dicitur sanctū vel sancta.*

a ¶ Portæ de cuius latitudine & humeris tantum supra dixit.

a eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubito-

a ¶ Quantumuis proficiamus, semper nobis maior profectus aperitur: vnde post introitum templi, rursum ingreditur intrinsecus.

rum. [3] Et introgressus intrinsecus mensus est in fronte portę b duos cubitos, & portam sex cubitorum, & latitudinem portæ septem cubitorum. [4] Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum ante faciem templi. Et dixit ad me: Hoc est sanctumsanctorum.[5] Et

a ¶ Sanctisanctorum.
b ¶ Pro fabrica mundi, & omni visibili creatura, quæ sex diebus condita est.

mensus est parietem domus sex cubitorum, & latitudinem

ram promissionis ingreditur. Et dominus noster secundum assumpti corporis fragilitatem tentatur, 40. diebus in solitudine, vt post victoriam accedant angeli & ministrent ei. (Matt. 4. a.)

a *Et latitudinem viginti cubi.* HIERON. lib. 12. comment. Cum post tribulationes & angustias dicemus cum Apostolo, *In omnibus tribulati, sed non coangustati,* (2. Tessa. 1. c.) Et cum propheta, *In tribu. dilatasti mihi:* (Psal. 4. a.) Tūc nobis latissimus aperitur introitus, qui viginti cubi. habet latitudinem. Quia & ipse dualis est numerus, vt superatis mundi certaminibus atq; terrenis, ingrediamur templi penetralia, & audiamus cum discipulis, *Confidite, ego vici mundum.* (Ioan. 16. g.)

De eis qui victo mundo transmittuntur ad cælos.

b *Duos cubitos.* IBID. Iuxta superiorem sensum per dualem numerum ingredimur ad eum locum vbi sunt sanctasanctorum, vnde, & ipsa porta sex cubitorum, per quos ingressi æternam requiem possidemus, quæ in septenario demonstratur.

Requies æterna.

c *Longitudinem eius, &c.* IBID. Quia ante faciem templi & in ipso introitu eius pręteriti laboris atque certaminis nobis mensura semper occurrit, quam enim rationem in singulis numeris * duplex (* simplex) possidet, duæ decades habent eamdem.

d *Hoc est sanctumsanctorum, &c.* HIERONYMVS IBID. Nota, quod in descriptione tabernaculi dicuntur sanctasanctorum pluraliter; hic sanctumsanctorum singulariter: vt & post sancta veniamus ad sanctum, sicut post multa cantica ad Canticum cāticorum, quod omnium carminum carmen est, quod canentes sponsi copulamur amplexibus. Si ante faciem templi sanctumsanctorum est, quantam beatitudinem in templi interioribus æstimare debemus? vnde, *Hoc labor est in conspectu meo, Donec intrem in sanctuarium Dei, & intell. in nouissimis eorum.* (Psal. 72. c.)

Sanctum sanctorum & sancta sanctorum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quadraginta cubitorum. *hoc patet ex dictis.*

2 Et introgressus. *Hic consequenter describitur pars templi, quæ dicitur sanctumsanctorum, cùm dicitur,* Et introgressus intrinsecus, *id est, sanctum sanctorum, quod dicitur interius templum, sicut in tabernaculo Moysi dicebantur interius tabernaculum.*

3 Mensus est in fron. *id est, in pariete ex vtraque parte ostij existente.*

Paries inter sanctum & sanctumsanctorum.

4 Duos cubitos. *Hæc est spissitudo parietis siue frontis, paries enim iste non est multum altus, nec sustinet super se aliud pondus, quia solum diuidit inter sanctum & sanctumsanctorum in inferiori māsione templi, & ideo non describitur tantæ spissitudinis sicut alij parietes templi, propter quod doctores nostri videntur male dicere, quia dicunt eius spissitudinem 6. cubitorum sicut alij parietes claudentes templum.*

5 Et portam, *id est, aperturam ingressus exteriorem,*

6 Sex cubitorum, *in latitudine.*

7 Et latitudinem portæ, *id est, ostij,*

8 Septem cubitorum, *Nam eius latitudo excedit latitudinem aperturæ dictæ dimidio cubito hinc, & dimidio cubito inde, sicut dictum est de cubito integro in descriptione portæ immediate præcedentis.*

9 Et mensus est. *Hoc patet ex dictis supra vbi describitur sanctumsanctorum quadrum æquilaterum.*

10 Ante faciem templi, *id est, partis anterioris templi.*

11 Et dixit ad me, *scilicet, angelus hæc ostendens.*

12 Hoc est sanctumsanctorum, *scilicet, quod est vltimo descriptum.*

Adiuncta templo.

13 Et mensus est. *Hic consequēter describuntur quædam adiuncta templo. Et diuiditur in partes quatuordecim secundum numerum adiunctorum, quæ patebunt prosequendo. Circa primum sciendum, quod templum stricte & proprie accipitur pro spatio inter parietes incluso: & secundum hoc parietes sunt quædam adiuncta, de quibus agitur primo cum dicitur:* Et mensus est parietem domus, *id est, parietes templi, accipiendo singulare pro plurali, sicut frequenter fit in descriptione huius ædificij.*

An ipsi parietes circumdantes templum ipsum templum dici possint?

14 Sex cubitorum, *scilicet in spissitudine: non enim potest aliter intelligi: nam longitudo parietum templi est centum cubitorum, & altitudo centum viginti cubitorum, vt plenius infra dicetur: Et dicit parietem domus, id est templi, quia paries anterior porticus secundum Hebræos non est tantæ spissitudinis, vt inferius dicetur.*

15 Et latitudinem lateris. *Hæc est secunda pars in qua describuntur quædā adiuncta templo, quæ vocantur hic latera de quibus dicit Richardus de sancto Victore, quod sunt deambulatoria, & infra dicuntur bis xxxiij. id est lxvj. secundum ipsum & alios doctores Latinos: quorum sex ponit intra murū in inferiori mansione templi, tria in vno latere eius, & tria in altero, & primum distat à pauimento per sex cubitos, secundum per xij. tertium per xviij. & hoc est in vna parte tēpli: & similiter in altera. Sed hoc dictum est irrationabile: quia sic impedirent illuminationem templi per fenestras, & aspectum pulchritudinis parietum templi, qui describuntur interius deaurati cum pulcherrimis cælaturis. Item contradicit sibiipsi, vt videtur, quātum ad latera, quæ ponit extra templum, scilicet xxx. in vno latere, & xxx. in altero: nam inferius latus siue deambulatorium distat à terra per sex cubitos, & secundum à primo per alios sex, & sic consequenter de alijs in altitudine muri templi: ex quo sequitur quod hæc altitudo habet tricesies sex cubitos vel sexies xxx. quod idem est: & sic altitudo murorum templi est, clxxx. cubitorum: Ipse vero dicit, quod est tantum cxx. cubitorum, sicut de templo Salomonis dicitur ij. Paral. iij. cui assimilat istud templum. Propter quod dominus Hugo Cardinalis dicit, quod ista latera sunt sedilia iuxta latera templi, interius tamen posita pro sacerdotibus diuinas laudes cantantibus. Et quia quodlibet latus dicitur esse iiij. cubitorum, istam latitudinem ponit producendo à parietibus templi versus medium. Secundum autem dimensionem aliam, scilicet producendo secundum longitudinem parietū templi, quodlibet latus siue sedile habet duos cubitos tantum. Ex quo sequitur, quod 20. latera implent longitudinem anterioris partis templi ex vna parte quæ est xl. cubitorum, & similiter xx. latera ex parte opposita: decem autem latera implent similiter sanctumsanctorum ex vna parte, & decem ex altera: nam eius longitudo est 20. cubitorum. Sex verò latera quæ remanent collocat ex vtraque parte ostij templi per modum infra figuratum. Licet autem hoc dictum habeat apparentiam prima facie: tamen non videtur posse stare. Primo quia sanctumsanctorum ingreditur solus pontifex summus & semel in anno, vt patet ex veteri & nouo testamento: & non sunt ibi ponenda sedilia pro sacerdotibus, nam hoc esset frustra, quod non est dicendum. Item dimensio sedilium secundū quam homines sedent lateraliter iuxta longitudinem parietis non est minor sed maior communiter quàm illa dimensio quæ procedit à parte parietis versus medium chori vel templi. Ipse vero ponit eam minorem de medietate, vt patet ex dictis: & sic dicta sedilia reddit inutilia & inepta ad sedēdum, vt de facili potest imaginari. Item contradicit sibiipsi, quia ponit in anteriori parte templi xl. sedilia totam eius longitudinem ex vtroque latere complentia, & tamen cum hoc ponit vnum ostium ad orationem in quolibet latere, & per consequens contra aperturam illorum ostiorum non potest aliquod sedile poni: nam impediret trāsitum, maxime cum quodlibet sedile iuxta parietem templi ascendat per sex cubitos secundum ipsum: propter quod non solum impediret transitum, sed etiam totaliter obturaret. Oportet etiam dicere, quod quodlibet ostium sit ad minus duorum cubitorum latitudinis, & sic tollitur vnum sedile ex vno latere, & vnū ex altero, propter quod non remanent nisi 34. ad plus: & sic secundum eius dicta sunt xl. & non xl. Plura etiam alia inconuenientia ad eius dictum sequuntur, quæ propter prolixitatem omitto. Propter quod dico cum Hebræis, quod ista latera sunt appenditia lateribus templi exterius adhærentia: propter quod latera nominantur, sicut iij. Reg. vj. circa templum Salomonis fuerunt appenditia secundum Hebræos, prout plenius ibi dixi. Latera verò de quibus hic loquimur ponenda sunt in tribus lateribus huius templi, scilicet Occidentali, Aquilonari, & Australi. In Orientali vero non sunt ponenda, eo quod ex illa parte est ingressus templi. In latere verò Occidentali quod est breuius ponuntur sex appenditia siue latera. In latere verò Aquilonari quod est multo longius ponuntur 30. & similiter in Australi quod est æqualis longitudinis: & sic habetur numerus laterum siue appenditiorum, scilicet, lxvj. Modus autem ponendi talis est. In templo namque isto describuntur inferius pilarij prominentes extra parietes ad ipsos fortificandum, sicut fit communiter in notabilibus & arduis ædificiis. Igitur in parte Occidentali ipsius templi ponuntur tres pilarij, duo in eius extremitatibus, & vnus in medio eius: nam ex parte Occidentis non est aliquis ingressus vel egressus, & dicti pilarij prominent extra parietem templi v. cubitis ex hoc prominentia pilariorum perforatur in tribus locis vno super alium, & in foraminibus figuntur trabes de pilario in pilarium, super quas situantur ligna quæ Gallice dicuntur* solluem, *ex vna parte: & ex altera parte figuntur*

Reiicitur opinio Richardi de S. Victore de lateribus templi.

Opinio Hugonis Cardinalis de prædictis lateribus.

Reprehenditur eius opinio. 1. col. 1403. 2. 3.

Opinio Hebræorum de prædictis lateribus quam Liranus probat.

De loco numero & modo prædictorum laterum seu adiunctorum.

Pilarij tēpli.

NICOLAVS DE LIRA.

Tectum tabulatorum.

solluem, *in pariete claudente appēditia in parte exteriori ad portandum tria tabulata vnum super aliud: ita, quod primum tabulatum tectum est appenditiis inferioribus, & pauimentum mediis, & secundum est tectum mediis & pauimentum superioribus; Tertium verò tectum est tantum superioribus: nam hac tecta ponuntur plana, & sunt hac tabulata sic disposita, quod primum distat à terra per sex cubitos, & secundum à primo per alios sex, & similiter tertium à secundo. Et sic patet quod iuxta murum templi ascendunt per octodecim cubitos, non computata spißitudine tabulatorum, qua ponitur duorum cubitorum: Et sic appenditia ascendunt vsque ad vicesimum cubitum inclusiue parietum templi: & tanta est altitudo parietis claudentis appenditia exterius. Et quia inferior mansio templi vsque ad primum tabulatum seu cœnaculum ponenda est tredecim cubitorum, sicut in templo Salomonis 3. Regum 6. ideo super appenditia remanet paries templi liber sine obstaculo per decem cubitos ad recipiendum lumen per fenestras ad sufficientem illuminationem inferioris mansionis templi. Si verò mansionis huius ponatur altitudo quadraginta cubitorum, sicut dicunt aliqui, sic adhuc erit conuenientior illuminatio. Et quia mihi videtur hac dispositio decentior, quia per hoc seruatur vniformitas trium mansionum, ideo sic inferius figuratur. Ex dictis sequitur, quod in latere Occidentali templi sunt sex latera seu appenditia, duo prope terram distincta per pilarium medium, & protensa vsque ad pilarios in extremitatibus existentes. Et cùm spatium totum inter duos extremos pilarios sit viginti cubitorum, secundum latitudinem templi, sequitur, quod quodlibet appenditium sit decem cubitorum ab Aquilone in Austrum, comprehensa tamen spißitudine pilarij medij. Et super duo appenditia inferiora sunt duo alia media, & super illa duo superiora in omnibus similia. Et similiter dicendum est, de appenditiis in latere Aquilonis existentibus: nam ibi ponuntur vndecim pilarij in longitudine parietis Aquilonaris, qui cum muro claudente appenditia in parte Occidentali faciunt decem intercapedines, in quibus ponuntur decem appenditia inferiora, & super illa decem media, & iterum super illa decem alia superiora, sicut dictum est de appenditiis Occidentalibus. Licet autem appenditium vnum triplicatum secundum infimum & medium & supremum modo dicto claudatur ex vna parte, pariete Occidentali claudente appenditia Occidentalia, & ex altera parte claudatur pariete Aquilonari, claudente*

Altitudo & spißitudo tabulatorũ.

Quomodo inferior mansio templi conuenienter cōcipi possit recipiens illuminationem.

In latere occidentali templi sunt sex latera seu appenditia.

De reliquis lateribus.

FIGVRA ÆDIFICII TEMPLI.



dente appenditia Aquilonaria, & sic computari posset cum istis appenditiis, & cum illis, tamen ne itidem bis computetur, hic tantum computatur cum Aquilonaribus. Et eodem modo dicendum de angulari appenditio in parte Australi. Item à dicto appenditio angulari inclusiue vsque ad nonum cubitum à fine oppositoparietis Aquilonaris templi exclusiue, vt magis videbitur, sunt centum cubiti: & sic decem appenditia in hac longitudine collocata occupant centum cubitos, & per consequens quodlibet eorum est decem cubitorum ab Occidente in Orientem, inclusa tamen spißitudine pilariorum inter ipsa diuidentium, & spißitudine parietis claudentis exterius à parte Occidentali. In nouem autem cubitis remanentibus de Aquilonari longitudine templi ponitur cochlea ad ascendendum sursum in cœnaculum templi primum & secundum, & similiter ad appenditia media & superiora. Nam ibi ponuntur ostia ex vna parte ad ingressum appenditiorum, & ex altera ad ingressum cœnaculorum: propter quod hac cochlea ascendit vsque ad summitatem templi, vt per eam sit ingressus ad templi tectum, quod ab omnibus expositoribus ponitur planum. Quod autem dictum est de appenditiis & cochlea in Aquilonari latere templi, idem per omnia intelligendum est in eius latere Australi. Et si dicatur, quòd vna cochlea sufficit ad predicta, & per consequens alia superfluit, dicendum est, quod nõ. Nam hac duplicatio valet ad securitatem, vt si immineat periculum ignis vel aliquid aliud per plura loca sint ascensus sursum: propter quod in ecclesiis magnis fiunt tales cochlea cõmuniter in earum frontibus ex vtraque parte. Circa vero duo latera tẽpli, scilicet, Aquilonare & Australe ab omnibus expositoribus ponuntur duo adificia à muris templi per viginti cubitos distantia, & quodlibet duorum adificiorum est longitudinis centum cubitorum, & latitudinis quinquaginta cubitorum, de altitudine vero non fit mentio in textu: probabile tamẽ est, quod est septuagintaquinque cubitorum, ita quod quãlibet trium mansionum, qua ponuntur ibi vna super aliam sit vigintiquinque cubitorum, sicut dictum est supra de mansionibus porticuum: verumtamen quia latitudo istorum adificiorum ponitur in pendulo montis, ideo dua superiores mansiones tantum eleuata sunt super terram, ad tertiam vero descẽditur per gradus sicut in cellariis: propter quod & earum ostia describuntur in lateribus eorum versus vulgi locũ. Reliqua vero circa templum & adificia ista dicenda, dicam litterã exponendo.

Ad capiendum vero facilius, qua dicta sunt & dicenda, posita est quam cernis figura.

Cochlea.

Opusne erat duabus cochleis.

Duo ædificia vnum ad latus Aquilonare, aliud australe, disiũcta ab ipso templo.

a *Quatuor cubitorum.* HIERONYMVS lib. 12. comment. Quæ quatuor monstrant elementa, ex quibus vniuersa sunt compacta, & maxime humana corpora: contra quæ sancti dimicantes, & animæ potestati subiicientes, merentur interiora introire, & domini arcana cognoscere.

Quatuor elementa.

b *Latera autem, &c.* HIERON. IBID. Ipsa latera, quæ in circuitu domus erant, & quatuor cubitis à templi pariete separabantur, iuncta sibi erant: ita vt vnũ latus aliud latus contingeret, & haberet in longitudine non 30. & tres cubitos, sed bis 30. tres, id est, 66. In Leuitico dicitur. In ortu masculi post vnam hebdomadam, & illam, quæ genuit, & illam, qui genitus est 33. implere dies, vt veniant ad purificationem: Si autem genuerit feminam, duplicem obseruare numerum, id est, 66. Et quia vt veniamus ad sancta sanctorum, non solùm prima indigemus natiuitate, sed & secunda, vt nati in carne, renascamur in spiritu, ideo non 66. sed bis 33. ponuntur, vt vtraque natiuitas Deo auctori debeantur, & clementiæ eius, & duplici numero circumeant latera domus, quæ templi fulciunt ædificium.

Leui. 12. a.

Generatio carnalis & regeneratio spiritualis.

a lateris quatuor cubitorum vndique per circumitu domus. b [¶ Alias trium.] ⁶Latera autem latus ad latus bis triginta tria. c Et erant eminentia, quæ ingrederentur per parietem domus in lateribus per circumitum, vt continerent & non attingerent parietem templi.⁷ d Et platea erat in rotundum ascendens sursum per co- e chleam, & in f cœnaculum templi deferebat per gyrum. Idcirco latius erat templum in superioribus, & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora & in medium.⁸ Et vidi in domo altitudinem per circumitum fundata latera ad mensuram calami g sex cubitorum spatio,⁹ & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum. Et erat interior domus in lateribus domus.¹⁰ Et inter [¶ Symmachus, exedras.] gazophylacia latitudinem viginti

[¶ Non ex vno latere.]

c *Et erant eminentia, quæ ingrederentur per parietem domus, &c.* HIER. IBID. Sancti enim viri in multitudine credentium erumpunt per parietem templi: Per omnia, scilicet, latera in circumitu; & continent ecclesiæ fundamentum, & tamen non attingunt parietem templi, tantum vidisse contenti, & de longe inenarrabilia adorasse mysteria. *Videmus enim nunc per speculum in ænigmate,* & plenissime tangere atque comprehendere non possumus veritatem.

Viri sancti.

d *In rotundum ascendens, &c.* HIERONYMVS IBID. Quæ pulcherrima figura etiam apud Philosophos, dum cælum, sol, luna, &c. sidera & punctum terræ, & in humanis corporibus oculi quasi altera sidera, & figura capitis (quod omnium sensuum receptaculum est) teretesque digiti & femora & brachia, hac rotunditate insigniuntur.

Rotundum figurarum pulcherrima.

e *Per cochleam.* IBID. Quæ deorsum sunt, super angustiora sunt in ieiuniis, & victus vnius continentia, paulatimq; dum ad summa conscendimus, latior nobis via aperitur: vnde, *In tribulatione dilatasti mihi.*

Psal. 4. a.

f *In cœnaculum templi deferebat, &c.* HIERONYMVS IBID. In Regum volumine hoc cœnaculum habuit Elisæus & Elias: Et in apostolorum actibus Thabita, id est, dorcas, & damula nostra, quæ bonis operibus ad summa conscenderat. Petrus quoque super quem dominus ecclesiæ fundamenta constituit, transcendit cœnaculum & venit ad tectum (quod Græce doma, id est, tecti solarium) & incognita prius sæculo ecclesiæ sacramenta cognouit. Saluator quoque *in cœnaculo magno & lato,* & ab omni sorde purgato strato & spirituale conuiuium parato, Pascha fecit: mysterium corporis sui & sanguinis discipulis tradidit, & æternam nobis agni immaculati festiuitatem reliquit.

Præclara quæ in cœnaculis contigerunt.

3. Reg. 17. d. 4. Reg. 4. b.

Act. 9. g.

Fundamentum ecclesiæ super Petrum.

Marc. 14. b.

g *Sex cubitorum spatio, &c.* HIERONYMVS IBIDEM. His significatur, quod de hoc mundo, & de terrenis sensibus, & de duali duarum decadarum numero, qui refertur ad 20. non solum in sancta sanctorum, sed & in cœnacula eorum meremur ascendere; & semper habere in memoria, quod per sex dies conditionis nostræ, & per 5. sensus, & per 20. cubitos latitudinis ascenderimus cœnaculum templi, & terrenam humilitatem sensumque litteræ relinquentes transierimus ad summitatem ecclesiæ, spiritusque sancti consortio gaudeamus.

Beneficia Dei quæ semper in memoria habere debemus.

NICOLAVS DE LIRA.

His præmissis ad expositionem litteræ reuertamur: Et latitudinem lateris, *id est, appenditij.*

1 Quatuor cubitorum, *cum manifestum sit per supradicta, quod hic accipitur cubitus humanus, & non geometricus, patet quod si latitudo cuiuslibet appenditij esset quatuor cubitorum tantum, nulla posset ibi esse conueniens habitatio, quod non est dicendum, cum describatur hic valde decens ædificium. Et ideo dicendum, quod loquitur hic scriptura de spatio existente inter terminos pilariorum, & parietem exterius claudentem appenditia, in quo ponitur quidam murus à termino cuiuslibet pilarij vsque ad parietem exterius claudentem appenditia, cuius longitudo est quatuor cubitorum, & latitudo eadem cum spissitudine pilarij, quæ potest poni duorum cubitorum vel trium ad plus: nam tales pilarij in altis ædificiis, sicut est in proposito, sunt minus spissi de medietate vel circiter quàm lati, accipiendo latitudinem pro eorum progressu extra parietem templi. Cum igitur progressus sit 5. cubitorum, vt supra dictum est, & murus ei coniunctus quatuor: sequitur quod spatium quod est inter murum templi cui adhærent appenditia, & murum ipsa claudentem exterius sit 9. cubitorum. Alia verò dimensio appenditiorum est 10. cubitorum vt supra dictum est, comprehensa tamen pilariorum & murorum diuidentium appenditia spissitudine. In tali enim spatio potest esse habitatio conueniens.*

Appenditiorum magnitudo quæ?

2 Vndique per circumitum domus. *id est, templi. Et quia in parte Orientali non sunt appenditia, patet, quod circumitus non accipitur hic pro ambitu ex omni parte, sed ex tribus partibus tantum: Nec tamen adhuc integre, nam appenditia Aquilonaria & Australia non procedunt vsque ad terminum Orientalem murorum templi, sed remanent 9. cubiti pro cochleis, vt prædictum est. Nec mirum de tali acceptione circumitus, nam alibi in hoc ædificio accipitur circumitus pro ambitu ex duabus partibus tantum.*

Circuitus pro ambitu ex aliquibus tantum partibus.

3 Latera autem latus, *id est, appenditia sic sunt disposita, quod vnum est coniunctum alteri, vt dictum est supra, & patet in figura.*

4 Et erant eminentia. *sic iungatur hæc littera,* Et erant eminentia, *id est, pilarij eminentes vltra murum templi.*

5 Per parietem domus. *id est, dispositi proportionabiliter secundum longitudinem parietis templi.*

6 Quæ ingrederentur, *spatium vltra murum templi.*

7 In lateribus per circumitum, *id est, pro lateribus seu appenditiis sustinendis modo supradicto. Et est iste modus loquendi, quo ponitur hæc præpositio in, pro ista præpositione pro, satis frequens in Hebræo.*

In pro pro

8 Vt continerent. *id est, vt pilarij sustinerent appenditia media & superiora per trabes in eis positas modo supradicto.*

9 Et non attin. pari. tem. *i. ligna dictorum appenditiorum non figerentur in pariete templi, sicut ex opposita parte figuntur in parte claudente exterius appenditia: vnde in Hebræo sic habetur,* Et non tenerentur in pariete templi. *Ex quo patet, quod* non attingere, *hic accipitur pro non infigi.*

Attingere pro infigi.

10 Et platea. *Hæc est tertia pars in qua describit cochleas templi, cum dicitur,* Et platea erat in rotundum, *id est, quædam vacuitas rotunda intra quadraturam murorum, in qua tamen ponuntur gradus circulariter ascendendo, quæ Gallice vocatur* vic.

Platea pro concauo.

11 Et in cœnacu. tem. *id est primum solarium & secundum, nam hoc templum ponitur habere tres mansiones, sicut & templum Salomonis.*

12 Deferebat per gyrum, *id est, per circularem ascensum.*

13 Idcirco latius erat templum, *quia in templo ponitur duplex solarium, scilicet, vnum super aliud, vt dictum est. Idcirco templum dicitur latius in duabus superioribus mansionibus quàm in inferiori, nam immediate post tabulatum primum restringuntur parietes à parte inferiori, sicut apparet in ædificiis habentibus solaria, sic secunda mansio est latior quàm prima, quia parietes magis distant, & similiter tertia mansio est latior quàm secunda.*

Mansiones templi, quo altiores, eo latiores.

14 Et vidi in domo: *Hæc est quarta pars, in qua reuertitur ad scribendum aliqua de dictis appenditiis, quæ dimiserat, dicens,* Et vidi in domo, *in latere templi,*

15 Altitudinem per circumitum fundata latera, *id est, appenditia.*

16 Ad mensuram calami sex cubitorum, *Tantum enim distat tabulatum (quod est tectum inferiorum appenditiorum) à terra, & similiter tabulatum secundum quod est tectum mediorum appenditiorum, & pauimentum superiorum tantum distat à primo tabulato, & similiter tectum superiorum à tabulato secundo.*

17 Et latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum. *Tanta enim spissitudinis describitur paries claudens appenditia in parte exteriori, ex opposita verò parte clauduntur muri templi.*

18 Et erat interior domus, *id est, templum.*

19 In lateribus domus, *id est, circumdatum appenditiis in tribus partibus, vt supra dictum est.*

20 Et inter gazophyla. *Hæc est quinta pars, in qua describitur distantia inter murum templi & ædificium Aquilonare ex vna parte, & inter murum templi & ædificium Australe ex altera, quæ est 20. cubitorum hinc, &*

a Et ostium. HIERONYMVS li. 12. comment. Pulchre in ostio contra Aquilonem locus orationis est, vt secundum Apostolum *sine intermissione oremus*: & cum Ieremia dicamus, Non taceat pupilla oculi mei; vel præsentia mala vitare cupientes, vel pro præteritis gratias agentes. In tabernaculo enim huius corporis semper ingemiscimus, dicimusque, *Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?*

1. Thes. 5. d. Thren. 2. f. Rom. 7. d.

b *Ostium vnum ad viam, &c.* HIERON. IBID. Post frigus enim Aquilonis transimus ad Australem calorem, & tamen rursum orationis quærimus locum in Aquilonis ostio, vt euadamus pericula in Australi, vt agamus gratias pro præteritis, & sit nobis victoriæ secura possessio. Quinque autem cubiti & in hoc loco diuinos indicant sensus, per quos de terrenis ad altiora ascendimus.

Oratio non est omittenda neque in prosperis neque in aduersis.

a cubitorum in circumitu dom⁹ vndique,[1] & ostium lateris ad

a ¶ A quo exardescunt mala super terram.

b orationem: ostium vnum ad viam Aquilonis, & ostium vnum ad viam Australem: & latitudinem loci ad oratione quinque c cubitorum in circumitu.[1] Et ædificium quod erat separatum versumque ad via respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum, paries autem ædificij quinque cubitorū latitudinis per circumitum, & longitudo eius nonaginta cubitorum.[13] Et mensus est domus longitudinem centum cubitorum, & quod separatum erat ædificiū & parietes eius lon- d gitudinis centū cubitorum.[14] Latitudo autem ante faciē domus, & eius quod erat separatum contra Orientem, centum cubitorū.[15] Et mensus est longitudinem ædificij contra faciē

¶ Erat, scilicet.

a ¶ Sanctisanctorum.

c Et ædificium quod. IBIDEM. Vt scilicet, post labores & pericula & sæculi istius fluctus atque naufragia (de quibus Ieremias scribit, & Daniel & Zacharias) verum & legitimum 7. decadarum sabbatum consequamur, & sit nobis æterna requies; & per quinque cubitorum latitudinem veniamus ad longitudinem nonaginta cubitorum: In quâ ætate, de repromissione Sara filium genuit, quæ nonaginta annorum, id est, nouem decadarum peperit Isaac, iuncta Abraham centenario, id est, decem decadarum habenti mysterium. Qui numerus quid significet, sequēs scriptura monstrabit.

Gen. 21. a. De numerorum aliquorum mysteriis.

d *Cētum cubito.* HIER. Qui numerus perfectus est decem decadarum, vt & mente & sermone & operibus domino seruiamus, recordantes illud Apostoli: *Vt possimus scire, quæ sit latitudo & longitudo, profundum & altitudo.*

Ephe. 3. d.

c Et

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

20. cubitorum inde. Hæc autem ædificia vocantur hic gazophylacia, sicut plenius exprimitur cap. seq. vbi principaliter agitur de istis duobus ædificiis, hic autem non agitur de eis, nisi ratione distantiæ à templo.

1 In cir. do. vndi. *i. ex duobus lateribus. Sicut enim supra dictum est, circumitus non semper dicit totalem ambitum in descriptione huius ædificij, nec etiam in communi modo loquendi.*

2 Et ostium. *Hæc est sexta pars, in qua agitur de loco orationis, in quo secundum omnes expositores, orabant illi, qui templum ingredi non debebant: & ideo cum dicitur:* Et ostium lateris, &c. *Non potest intelligi, quod istud ostium sit in muro templi, vt aliqui exponunt, quia sic non possent ingredi locum orationis, nisi prius ingrederentur templum, & sic sequeretur contradictio scilicet quod ingrederentur templum, & non ingrederentur, vt patet ex dictis.* Lateris *igitur hic accipitur pro appenditiis, sicut in præcedentibus. Et accipitur singulare pro plurali, id est, laterum siue appenditiorū. Et est sensus,* Et ostium lateris ad orationem, *id est ostium per quod intratur in locum orationis est versus appenditia quibus immediate coniungitur locus orationis.*

Ostia per quæ intratur ad locum orationis.

3 Ostium vnum ad viam Aquilonis, &c. *Ab angulo enim Orientali ipsius templi protenditur vnus murus vsque ad angulum Orientalem ædificij Aquilonaris, in quo ponitur istud ostium per modum superius figuratum, & eodem modo ex alia parte templi vsque ad Australe ædificium: ideo subditur,*

4 Et ostium vnum ad viam Australem, *id est, ad partem Austri.*

5 Et latitudinem loci ad orationem quinque, &c. *Et hæc latitudo intelligitur sub diuo.*

6 In circumitu, *id est, circa tres partes templi & eius ædificia. Iste enim locus circumit totum templum & eius ædificia, parte Orientali excepta.*

7 Et ædificium quod erat. *Hæc est septima pars. Partem istam expositores Latini communiter exponunt de quodam ædificio quod dicunt situatum inter Occidentalem partem templi & locum vulgi. Hebræi vero non ponunt hoc ædificium, vt dictum est supra, & merito, vt videtur: nam in textu non dicitur pro quo deseruiat, cum tamen de aliis ædificiis hoc dicatur; propter quod cum ipsi exponam textum de templo & aliquibus sibi adiunctis. Et describitur hic latitudo templi cum suis appenditiis, & locus orationis in latere Occidentali, tum dicitur,* Et ædificium quod erat, &c. *Secundum quod dicit Ra. Sa. per* ædificium *hic intelliguntur illa, quæ sunt templo adiuncta, & per* separatum *ipsum templum ratione supradicta 40. cap. & hoc patet per litteram Hebraicam quæ sic habet:* Et ædificium quod erat coram hauguisera versus mare. *Et dicitur, quod hauguisera significat ædificium valde notabile, propter quod dicit, quod intelligitur de templo. Et potest etiam dici* separatum *propter eius eminentiam respectu aliorum ædificiorum. Et ideo sic debet habere nostra translatio:* Et ædificium quod erat separatum. *i. adiunctum ipsi templo. Nomina enim Hebræa sunt indeclinabilia: sicut cornu & gelu: propter quod in transferendo positus fuit nominatiuus casus pro datiuo, vel forte factum fuit hoc scriptoris vitio.*

Ab aponi de-... hoc ædificium quod inter occidentalem partem templi & locum vulgi.

8 Versumque ad viam, &c. *i. ad Occidentem: quia mare mediterraneum claudit Iudæam ab Occidente, in qua describitur situs huius templi: vt patet supra, in principio 40. cap.*

9 Latitudinis septuag. cubitorum. *In quibus includitur quod subditur.*

10 Paries autem ædificij quinque cubitorum, &c. *Et similiter quinque cubiti de loco orationis supradicti. Numerus autem iste sic intelligitur: Latitudo templi inter parietes 20. cubitorum; Duo parietes 12. cubitorum, vt patet ex supradictis in textu, Prominentia pilariorum vltra parietes hinc & inde 10. cubitorum; Latitudo appenditiorum hinc & inde 8. cubitorum; Paries claudens appenditia hinc & inde decem cubitorum: Et latitudo loci orationis similiter 10. cubitorum, vt patet ex dictis in textu, Isti vero numeri simul iuncti faciunt 60.*

Mensura ædificij separati respicientis mare.

11 Et longitudo eius nonaginta cubitorum, *quia sicut supra dictum est, à termino Occidentali appenditiorum procedendo versus Orientem vsque ad locum cochleæ vbi terminatur appenditia, sunt 100. cubiti, de quibus rescinduntur hic 10. scilicet, appenditiorum angularium clausorum ex vna parte, scilicet, pariete Occidentali, & ex altera parte, scilicet pariete Aquilonari: propter quod illud spatium potest computari ex vtraque parte, vt supra dictum est: hic autem computatur in Occidentali parte, & ideo rescindendum est à parte Aquilonari: aliter idem bis computaretur. Et idem dicendum est de angularibus appenditiis in parte Australi.*

12 Et mensus est domus. *id est, templi,*

13 Longitudinem centum cubitorum. *Et qualiter istud sit intelligendum, exponitur cum subditur,*

14 Et quod separatum erat, &, pro, id est, quod separatum erat ædificium, &c. *id est, templum quod dicitur separatum cum ædificio appenditiorum.*

15 Et parietes eius, *scilicet, ædificij appenditiorum.*

16 Longitudinis centum cubitorum. *Tot enim sunt cubiti ab illo loco templi, vbi incipiunt appenditia versus Orientem, vsque ad eorum terminum in Occidente: & sic non mensuratur hic tota longitudo templi, sed remanent nouem cubiti versus Orientem, à quibus exclusiue incipiunt appenditia.*

17 Latitudo autem. *Hæc est pars octaua in qua describitur quædam platea existens inter templum & atrium interius. Ad cuius intellectum sciendum, quod platea dicitur à platos quod est latum vel latitudo, propter quod latitudo ponitur pro platea aliquando, & econuerso: & sic est in Hebræo, & adhuc magis: nam dictio Hebraica, quæ ponitur hic est æquiuoca ad latitudinem & plateam: & hic ponitur pro platea, & similiter latitudo cum dicitur,* Latitudo autem ante faciem domus. *Et quæ sit ista domus, subditur,*

Platea quæ hic latitudo dicitur.

18 Et eius, &c. &, pro, id est, eius quod erat separatum, *per quod significatur templum, vt supra dictum est.*

19 Contra Orientem, *id est, contra atrium interius quod est in Orientali parte respectu templi.*

20 Centum cubitorum, *scilicet, longitudinis secundum longitudinem atrij interioris intra parietes, quæ supr. 40. cap. dicitur centum cubitorum. Et hæc longitudo plateæ accipitur ab Aquilone in Austrum, spatium autem eius ab Oriente in Occidentem, scilicet, inter atrium interius & templum 10. cubitorum, vt magis videtur ca. sequent. Et isti decem cubiti à termino pilariorum Orientalium templi vsque ad murum Occidentalem atrij interioris accipiuntur.*

21 Et mensus. *Hæc est pars nona in qua describitur mensura templi tota secundum longitudinem & præcise, scilicet, sine appenditiis, sicut supra posita est, partialiter tamen cum appenditiis. dicit igitur:* Et mensus est longitudinem, &c. *sequitur.*

1 Hecthe-

A a *Et fenestras obliquas.* HIERONYMVS lib. 12. comment. Ignosce lector difficultati, & veniam tribue confitenti. Per fenestras enim obliquas, & in modum retis factas, & quæ semper clausæ sunt, aspicimus: & vix vsque ad interiorem domum cordis nostri oculum possumus intromittere; vt omnia, quæ cernimus, & in vmbra videamus & imagine; vt cum Apostolo clamemus, *O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, &c. Quis cognouit sensum domini*; nisi magni consilij angelus? qui sua potest dignis aperire mysteria. (Rom. 11.)

B b *Hecthecas.* Quas Romæ vocant solaria de cœnaculorum parietibus eminentia, vel mœniana ab inuentore, quæ nonnulli Græcorum ἐζώσας vocant.

C c *Faciem hominis iuxta palmam, &c.* HIERONYMVS. In principio enim subiacemus concupiscentiæ, quæ refertur ad vitulum: propter terrena opera. Et alia sunt carnalia, alia spiritualia, quorum extremum Aquilæ deputatur. Cum

eius quod erat separatum ad dorsum hecthecas ex vtraque parte c[illegible]tum cubitorum: & templum interius & vestibula atrij, [16] a limina & b fenestras obliquas hecthecas in circumitu

a ¶ Ipsum templum. b ¶ Sapientiæ & vitæ quod est in paradiso.

per tres partes contra vniuscuiusq; limen stratumque ligno per

a ¶ Vsquequo veniat quod perfectum est.

gyrum in circumitu. Terra autē vsque ad fenestras, & fenestræ clausæ super ostia, [17] & vsque ad domum interiorem & forinsecus per omnem parietem in circumitu intrinsecus, & forinsecus ad mensurā, [18] & fabrefacta Cherubim & palmæ: et palma inter Cherub & Cherub: Duasq; facies habebat Cherub,

a ¶ Nihil enim absque mensura & ratione in templo Dei. b ¶ In lignis. s. quæ à pauimento vsque ad fenestras pertingebant. c ¶ Multitudo scientiæ. d ¶ Signum victoriæ. e ¶ Post scientiæ multitudinem.

a ¶ Vt vnum duarum palmarum lateribus vallaretur.

b ¶ Non quatuor vt supra: hominis, scilicet, & leonis, vituli & Aquilæ.

a ¶ In quo ratio. b ¶ In quo furor, qui significantius Græce thymos, non ille, qui perturbationi & vitio proximus, sed qui mentis consolidat molliciem, & animum dimicantis facit fortiorem.

c [19] faciē hominis iuxta palmā ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte expressam; per omnē [illegible]mū in circuitu [20] de terra vsq; ad superiorem partem Che[illegible]m, & palmæ cælatæ erant in pariete tēpli. [21] Limen quadrangulū, & facies

D Cum autem intrauerimus sancta sanctorum & possederimus interiora templi, nihil indigemus nisi ratione & fortitudine: quorum alterum ad sensum atque prouidentiam, alterum ad animi refertur perseuerantiam. Omnis igitur paries per circumitum templi à pauimento vsque ad laquearia, Cherubim habebat & palmas mira arte cælatas. Post quæ aperiebatur sanctuarium per quatuor angulos contra faciem sanctorum. Prius enim habemus scientiæ multitudinem, per quam de hoste victoriā consequimur: & postea nobis sanctuarium aperitur & templum, quod habet quatuor angulos, id est, stationem firmissimam, quę in nullam vergat partem. Quadrangulus enim stabili firmatur basi, & in mystico numero quatuor elementa (ex quibus cōstant omnia solida & perpetua) significat. (De prudentia & constantia.) E F

Cuncta vero contra faciē sanctuarij aspiciebant ante quod [22] sanctuarium erat species altaris lignei.

a Altaris

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hecthecas, *&c. Ad intellectum huius partis sciendum, quòd expositores Latini dicunt, quod hecthecæ sunt ante solaria: sed hæc significatio non habetur ex aliqua deriuatione Græca vel Latina, propter quod videtur simpliciter ficta, & maxime quia dictio Hebraica hic posita significat pilarios, qui inseruntur parietibus magnorum ædificiorum ad ipsa fortificandum, sicut dicit Ra. Sa. in glo. super locum istum: cui quantum ad hoc videtur esse credendum, cum fuerit peritissimus in Hebræo. Dicit igitur propheta.* Et mensus est longitudinem ædificij contra faciem eius quod, &c. *Quia separatum ædificium intelligitur templum, vt dictum est, supra, per faciem eius pars prima, & per dorsum vltima. Est igitur sensus, quod angelus mensurauit longitudinem templi à principio vsque ad finem. Et ne aliquis crederet, quod pilarij Orientales & Occidentales non includerentur in hac longitudine, eo quod prominent vltra muros claudentes ab Oriente in Occidente, ideo remouet hoc, di.* Hecthecas ex vtraque parte, *id est, pilarios prominentes ex parte Orientis & ex parte Occidentis simul includendo.* (Hecthecа.)

2 Centum cubitorum. *Hic autem numerus sic colligitur, prominentia pilariorum à parte Orientis 5. cubitorum paries claudens longitudinem porticus templi 5. cubitorum. Porticus enim non tantum ascendit in altum quantum ipsum templum: propter quod paries iste ab Hebræis ponitur minoris spissitudinis vno cubito quam paries sit templi. Latitudo vero porticus 11. cubitorum vt habetur supra in fine 40. c. Paries Orientalis templi sex cubitorum, vt patet supra, circa principium huius capituli. Longitudo templi quantum ad partem, quæ dicitur sanctum vel sancta 40. cubitorum, vt patet ibidem. Paries diuidēs inter sanctum & sanctum sanctorum, duorum cubitorum. Paries enim iste ascendit in altum per 20. cubitos tantum, nec portat aliquod pondus, propter quod minoris spissitudinis est ponendus: longitudo sancti sanctorum 20. cubitorum, vt patet supra, circa principium huius cap. Paries Occidentalis templi 6. cubitorum. Prominentia pilariorum vltra parietem 5. cubitorum, qui simul iuncti faciunt 100. cubitos.* (Colligitur numer. 100. cubitorum qui ponitur vers. 15.)

3 Et templum. *Hæc est pars decima, in qua supplet aliqua superius dimissa: nam superius non fecerat mentionem de hecthecis siue pilariis, qui tamen sunt in aliquibus aliis ædificiis à templo; ideo dicit,* Et templum. *Ibi est, punctus, propter quod per templum hic significatur pars anterior templi, quæ etiam alibi nominatur templum exterius.*

4 Interius, *id est, sanctum sanctorum, quod dicitur templum interius.*

5 Et vestibula atrij, *id est, porticus atriorum: nam hic accipitur singulare pro plurali.*

6 Limina & fenestras, &c. *q. d. sicut dictum est supra, quod hæc tria habent limina & fenestras obliquas, sic similiter habent hecthecas siue pilarios ista ædificia fortificantes.*

7 Per tres partes. *In Hebr. habetur,* His tribus, *scilicet, templo interiori & exteriori & porticibus atriorum insunt pilarij sicut limina & fenestræ obliquæ. Et ad eumdem sensum trahenda est littera ista,* Per tres partes, *i. per tria ædificia dicta dispositi sunt pilarij sicut limina & fenestræ.*

8 Contra vniuscuiusque. *Hæc est pars 11. in qua describitur ornatus parietum templi à parte interiori. Circa quod sciendum, quod parietes templi Salomonis fuerunt interius operti lignis, vt habetur 3. Reg. 6. ad hoc, vt cælaturæ & picturæ aureæ melius fierent & conseruarentur in ligno quàm in lapide. Et idem dicitur hic de isto templo, licet inuolute, nam translatio nostra videtur in pluribus defectiua. Dicit igitur,* Contra vniuscuiusque limen, *Ly* vniuscuiusque *non est de textu, quia non est in Hebræo. Similiter quod subditur.* (Interiora templi Salomonis.)

9 Stratumque, *Ly* quod *non est de textu: Hæc est enim littera Hebraica,* Contra limen. *s. templi, Asser ligni, id est, asseres lignei cooperientes vndique interius parietes templi ratione præmissa, Quod exprimitur altius magis per partes, cum dicitur,*

10 Terra autem. *id est, à terra vsque ad fenestras erat talis coopertura lignea. Et tali modo loquendi frequenter vtuntur Hebræi & Latini, scilicet, subintelligendo hanc præpositionem à.* (Propositio à subintelligenda sæpius in Latinis & Hebræis.)

11 Et fenestræ clausæ. *In Hebræo sic est,* Et fenestræ opertæ, *scilicet, asseribus ligneis. q. d. non solum parietes vsque ad fenestras erant operti asseribus ligneis, sed etiam aperturæ parietum pro fenestris erant sic opertæ in circumitu fenestrarum.*

12 Super ostia. *Similiter erant cælaturæ & picturæ infra scriptæ, vt sit vniformitas ostiorum & parietum.*

13 Vsque ad domum inte. *id est, in sancta sanctorum erat talis ornatus.*

14 Et forinsecus. *id est, in alia parte, quæ dicitur templum exterius.*

15 Per omnem pa. in cir. *s. ante & retro, & à dextris & à sinistris.*

16 Intrinsecus & fo. *Ex hoc dicunt aliqui expositores Latini, quod iste ornatus cherubim & palmarum non solum erat in templo à parte interiori, sed etiam exteriori. Sed non est verisimile, quod talis ornatus sit exterius ad ventum & pluuiam: Nec habetur ad hoc simile de tabernaculo Moysi, nam exterius fuit opertum de pellibus arietum sagis cilicinis, interius autem fuit ornatum cortinis diuersorum colorum & tabulis deauratis. Similiter templum Salomonis habuit talem ornatum interius tantum: & ideo sicut dicunt Hebræi, & melius, vt videtur,* Intrinsecus & forin. *intelliguntur de sancto sanctorum, & de alia parte, quæ dicitur sancta, sicut dictum est ante immediate.* (Interiora templi multo ornatiora exterioribus.)

17 Ad mensuram. *i. æque proportionabiliter factus est talis ornatus in anteriori parte templi, quæ dicitur templum exterius, sicut in sancto sanctorum.*

18 Et fabrefacta. *id est, artificialiter facta.*

19 Duasque fa. ha. *In visione verò, quæ describitur in principio huius libri, Cherubim dicuntur habere quatuor facies. Cetera patent vsque ibi,*

20 De terra vsque, &c. *Ex hoc dicunt aliqui expositores nostri, quod talis ornatus non solum erat in mansione inferiori ipsius templi, sed etiam in medio & superiori. Sed hoc non videtur esse verum, quia talis ornatus est pro reuerentia cultus diuini, ad quem deputatur tantum inferior mansio. Media verò & superior ad reponendum cortinas & alia vtensilia & iocalia ad templum pertinentia. Et ideo cum dicitur:* De terra vsque ad superiorem partem, *subintelligendum est inferioris mansionis, & sic exponunt Hebræi.* (Similiter inferior mansio superioribus.)

21 Limen qua. *In Heb. habetur,* Postis. *i. postes (accipiendo singulare pro plurali, sicut frequenter fit in descriptione huius ædificij) & sic fuit in templo Salomonis, sicut dicitur 3. Reg. 6. d.* Fecit in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos.

22 Et facies san. &c. *Hæc est 12. pars in qua breuiter secundum Hebræos describitur vna visio facta prophetæ: & secundum hoc translatio nostra videtur esse*

a *Altaris lignei*. HIER. li. 12. comment. In quo ignis succenditur, id est, mensa thymiamatis, quæ nihil ab igne patitur, sed in igne fit purior, sicut sanctorum opera, de quibus dicitur; *Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit*, Non pereunt, sed igne puriora & clariora fiunt. Sic altaris ligna, quæ de lignis sunt paradisi, igne vitiorum non cremantur, sed puriora redduntur. Non mirum hæc de sanctuario & interioribus templi & altari thymiamatis credi, cũ etiam *ἀμίαντου* quod genus est ligni, vel lini habens similitudinem, cum plus arserit mundius fiat.

b *In duobus ostiis, &c.* HIERON. IBID. Solent enim in maioribus tricliniis bina ostia hærere sibi atque coniungi, vt maior introitus, non à duabus & ingentibus, sed quatuor minoribus claudatur, vel aperiatur foribus.

c *Grossiora ligna, &c.* IBID. Vt firmitatem haberent, & cælaturam possent recipere. Iuxta intelligentiam spiritualem firmiora & cælata sunt ostia, vt firmitatem habeant & pulchritudinem, ne quis sanctasanctorum similis Oziæ possit irrumpere, & sibi sacerdotium vendicare.

d *Super quæ fenestræ obliquæ*. HIER. IBID. Vel absconditæ, vt ipsum quoque lumen quod præbebatur intrinsecus, non haberet perfectam scientiam, nec clarum lumen & cunctis patens sed multis ex parte esset absconditum: *quia vidémus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*. Et nondum nouimus, sicut oportet nos scire. *Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.*

e *Hinc atque inde, &c.* IBIDEM. Pulchre non posuit dexteram & sinistram, ne quid sinistrum in his, quæ magna sunt & arcana dicere videretur, sed *hinc atque inde*: vnde, *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram*. In sancto enim viro vtrumque perfectum est.

Ignis purgans non consumens. Ostia magnorum tricliniorũ. 1.Cor.3.c. 2.Par.26.d. De scientia viatorum & beatorũ. 1.Cor.13.d. Ibidem. Matth.5.f.

a aspectus sanctuarij contra aspectum [22] altaris lignei triũ cubitorum altitudo, & lõgitudo eius duorum cubitorũ, & anguli eius & lõgitudo eius & parietes eius lignei. Et loquutus est ad me: Hæc est mensa corã domino. [23] Et duo ostia erant in templo b & in sanctuario: [24] & in duobus ostiis ex vtraq; parte bina erant ostiola, quæ in se inuicem plicabantur. Bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum. [25] Et cælata erãt in ipsis ostiis templi Cherubim: & sculptura palmarum sicut in parietibus quoque expressa erant. Quamobrem c & erant grossiora ligna d in vestibuli fronte forinsecus, [26] super quæ fenestrę obliquę & e similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis vestibuli, secundum latera domus latitudinemque parietum.

a ¶ Vir scilicet, qui in abdita templi me introduxerat. a ¶ Altare ligneum quod & angulos habet & cornua, quod. f. in similitudine rubi ardens non comburitur, de qua, parasti in conspectu meo. men. aduer. eos, qui tri. me. b ¶ Vtriusque testamenti sacramenta. a ¶ Vt in historia spiritualem habeamus intelligentiam, & in tropologia historiæ veritatem, alterum enim altero indiget. a ¶ De quibus supra dictum est. b ¶ Vt post scientiæ plenitudinem intrantibus victoria præbeatur. a ¶ Postibus superliminaris. a ¶ Nihil enim in templo Dei absque mensura & sapientia.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

esse corrupta, cum dicitur, Et facies aspectus sanctuarij contra aspectum altaris lignei: *nam littera Hebraica talis est*, Et facies sanctuarij visio sicut visio. *Et est sensus, quod propheta vidit in sanctuario visionem similem illi quam viderat super flumen Chobar, quæ describitur in principio huius libri, & hic terminatur versus in Hebræo, & sequens immediate sic incipit*, Altare ligneum trium cubitorum altitudo eius: *vbi describitur mensa propositionis, vnde postea subditur*, Et loquutus est ad me, *scilicet angelus*, Hæc est mensa coram domino. *Potest autem translatio nostra sic exponi*, Et facies sanctuarij aspectus contra aspectum altaris, *scilicet, incensi, secundum expositores Latinos, quod altare describitur situatum ante parietem sanctisanctorum, vt patet Exod. 30. & 3. Reg. Et sic ex opposito mutuo se respiciunt.*

Mensa propositionis.

1 Lignei trium cubi. *Contrarium videtur: nam Exod. 30. & in pluribus aliis locis vocatur altare aureum. Dicendum, quod mensa propositionis, de qua loquitur hic scriptura secundum Hebræos, & altare incensi, de quo loquitur hic secundum Latinos, vtrumque dicitur in Exo. ligneum interius, & aureum exterius: sed de auro hic tacetur, nam alibi satis exprimitur:*

2 Et duo ostia. *Hæc est pars 13. in qua describitur forma ostiorum templi, cum dicitur*, Et duo ostia erant in templo, *scilicet exteriori.*

3 Et in sanctuario, *id est, in templo interiori, non sic intelligendo, quod in quolibet essent duæ aperturæ: sed vna tantum, & per consequens vnum ostium tantum, tamen quodlibet habebat duas portiones, ideo subditur*,

4 Et in duobus ostiis, &c. *scilicet, principalibus.*

5 Bina erant ostiola, *Sic adinuicem copulata, vt vnum posset claudi & aperiri sine alio: sicut apparet in ostiis, quæ dicuntur fracta, & similiter in fenestris.* Bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum. *Quod exponitur dupliciter: Vno modo, quod in quolibet ostio principali sint duæ valuæ, quæ claudatur in medio apertura; & quælibet valua sit fracta modo dicto, Alio modo, quod vna valua claudat totam aperturam, sed vna claudat à parte interiori parietis, altera vero à parte exteriori, ita quod quando clausæ sint valuæ istæ, appareat paries iste vniformis interius & exterius, & quasi continuus, quia similis pictura dicitur fuisse in ostiis sicut in parietibus, vnde subditur*,

Ostia quæ dicuntur fracta.

6 Et cælata erant in ostiis, &c. *Et tamen istæ valuæ intelligendæ sunt fractæ, sicut dictum est.*

7 Quamobrem erant grossiora li. in vesti. *id est, porticus.*

8 Fronte forinsecus. *Quod exponunt aliqui Latini, dicentes, quod in fronte porticus erant cælaturæ maiores & magis prominentes quam in templo, ad quod requirebatur maior grossities lignorum. Sed hoc non videtur verũ, quia sicut dictum est supra, talis ornatus non erat in templo exterius, & multo minus in fronte porticus exterius: hic autem dicitur*, Erant grossiora ligna in vestibuli fronte forinsecus, *& dato, quod essent ibi; non tamen est aliquo modo verisimile, quod essent magis prominentes cælaturæ, & per consequens magis notabiles, quam in templo, propter quod translatio nostra videtur hic esse corrupta. Nam in Hebræo non habetur* quamobrem, *& ideo littera sequens non continuatur litteræ præcedenti de cælaturis, sed incipit alia sententia, cuius talis est littera in Hebræo*, Et spissum lignum super faciem porticus extrinsecus, & fenestræ obliquæ, & palmæ hinc & inde in humerulis porticus & lateribus domus & trabibus. *Dicendum igitur, quod hæc est pars 14. in qua post descriptionem ornatus templi quantum ad sanctum & sanctumsanctorum, describitur ornatus quantum ad templi porticum, præmittitur tamen vnum de fortitudine huius ædificij, cum dicitur*, Et spissum lignũ, *id est, grossum.* Super faciem porticus exterius, *ad retinendum ædificium fortius ex transuerso parietum, sic enim solet fieri in frontibus ædificiorum. Et subditur de ornatu*, Et fenestræ obliquæ, *supple sunt in porticu ad eius illuminationem sicut in templo*, Et palmæ, *scilicet, cælatæ, hinc & inde in ipsa porticu, ex parte tamen interiori.* In humerulis, *porticus & lateribus domus. Dicuntur autem hic humeruli claudentes porticum ex vtraque parte ostij. Et nominantur humeruli, quia sunt breuiores quam alij, scilicet 5. cubitorum, vt dictum est supra, in fine 40. cap. Latera vero dicuntur muri claudentes porticum ab Oriente in Occidentem, qui sunt 40. cubitorum secundum latitudinem porticus, sicut dictum est in fine 40. cap. Dicuntur etiam latera domus, quia continuantur muris claudentibus longitudinem templi, & in trabibus, scilicet, interioribus sunt similiter palmæ cælatæ ad ornatum. Licet autem littera nostra discrepet ab Hebraica, potest tamen exponi secundum eamdem sententiam sic:* Quamobrem, *quæ subintelligitur, licet non exprimatur, & illa est fortificatio ædificij. Et est similis modus loquendi 2. Reg. 5. a. Qui percusserit Iebusæum, subintelligitur, fiet magister militiæ, licet ibi non exprimatur, sicut plenius fuerat declaratum ibidem.* Erant grossiora ligna, &c. *ex causa dicta. Super quæ obliquæ fenestra, quia sunt in altiori situ quàm hæc ligna. Et similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis vestibuli, id est porticus. Hæc littera exponitur sicut prius, & similiter sequens. Secundum latera domus, &c. quasi dicat. Similiter parietes porticus contiguati parietibus templi lateralibus sunt similiter ornati.*

Erantne cælaturæ maiores in fronte porticus quam in ipso templo? Porticus templi. Humeruli. Latera.

CAP.

ADDITIO.

In cap. 41. vbi dicitur in postilla: Decima, scilicet, die mensis. *Principium huius cap. in littera habetur sic*: In 25. anno transmigrationis nostræ in exordio anni decimi mensis. *Et sic est in Hebræo. vnde quod in postil. dicitur*, mensis primi, *est error, qui potuit contingere ex vitio scriptoris. Dicunt Hebræi, quod mensis iste erat 7. cuius decima dies erat teleberrimus, scilicet, dies expiationis, vt habetur Leuit. 16. Dicunt etiam quod annus iste erat annus iubilæus. Quod probant ex hoc, quod licet anni communiter incipiebant à p[illegible] die mensis, annus tamen iubilæus incipiebat a. 10. die mensis. Vnde Leui. 25.* Clanges buccina mense 7. 10. die mensis propitiationis tempore in vniuersa terra vestra, sanctificabisque annum quinquagesimum. *Et quia hic in littera habetur, in exordio anni, 10. die mensis, ideo dicunt, quod iste dies erat dies expiationis, & prima anni iubilei: quod satis bene concordat cum contentis in hac visione, nam vt infra tractatur per Posti. hæc visio principaliter significat ædificationem ecclesiæ spiritualem, in qua est vera expiatio peccatorum. Similiter apparitio angeli ad Zachariam, in qua exordium redemptionis fuit denuntiatum, facta fuit die expiationis, vt ibidem in additione dictum fuit.*

De anno quo præsens visio ostensa fuit Ezechieli.

CAPVT XLII.

A a ET eduxit me in atrium exterius, HIERON. lib. 13. comment. Volueram desperatione & magnitudine rei præsens testimonium in secreto præterire, sed melius arbitratus sum quodcumque dicere, quam omnino nihil dicere, assumens illud Socraticum, Scio quod nescio, pars enim scientiæ scire quod nescias.

Humilitas sancti interpretis.

b *Viam ducentem ad Aquilonem.* IBID. Hoc & supra viderat antequam interiora penetraret, sed aliter videmus perfectam habentes scientiam, aliter in principio disciplinæ. Et necesse est, vt qui interiora conspexerit, secundum eamdem formam atque mensuras & recondita sacramenta, & quæ exteriora sunt videat. *Ducentem ad Aquilonē.* Respicientem, scilicet, Aquilonis partes: sed non in Aquilone positum, vt facilior esset transitus his, qui Aquilonis frigora relinquebant, à quo exardescunt mala super terram. Legimus in Numerorum libris, Dan & Nepthali & Aser tribus, filiorum ancillarum Rachel & Liæ, ad Aquilonis plagam castra tenuisse. Nsc quoque in facie longitudinis centum fuisse cubitos ostij Aquilonis & lateris quinquaginta, vt ex decem decadibus, quadrangulus numerus atque perfectus, & ex 7. hebdomadibus, qui remissionis est numerus, & in principium ogdoadis quasi vnionis erumpit, sacerdotalia in templo Dei spatia monstrentur.

B De scientia inchoantiū & perfectorum.

Num. 2. d.

c *Contra viginti cubitos atrij interioris.* IBID. Significat, quod exterioris atrij centenarius & quinquagenarius eamdem vim habeant, quam vigenarius atrij interioris. Si enim quatuor quinquies supputes, in vicenario vtrumque reperies testamentum, vt & lex teneatur in Euangelio, & Euangelium à legis non recedat radice.

d *Et contra pauimen. str. la.* HIERONYMVS IBID. Significat autem quod pauimentum atrij exterioris lapide viuo fuerit stratum, vt nec puluere æstatis, nec luto hyemis sacerdotum vestigia polluantur: vnde & dominus ascensurus ad patrem, apostolorum pedes lauit, vt scandant regna cælorum mundis purgatisque vestigiis. Qui & ait, *Excutite puluerem de pedibus vestris*, vt, scilicet, munerum terrenorum ab illis apud se nihil remanere patiantur.

Ioan. 13. a. Pedes mundi. *Matt. 10. b.*

e *Vbi erat porticus iūcta por. tri.* HIER. IBID. In quo monstratur mysterium trinitatis: quod cum in patris & filij & spiritussancti nomina diuidatur, vna tamen sibi diuinitate coniungitur.

Mysterium sanctissimæ Trinitatis.

f *Decem cubitorum latitudinis.* Perfecti numeri, scilicet, vel propter legis decalogum, vel Euangelij sacramentum. Si enim ab vno per duos & tres ad quartum venias, denarius & Euangeliorum numerus efficitur, in cuius latitudine deambulant sacerdotes ante singula gazophylacia gradientes.

g *Ad interiora respiciens, &c.* HIER. IBID. Semper debent sacerdotes ad interiora viæ eius respicere, quæ ducit ad cubitum vnum, id est, vnius deitatis cultum: vnde, *Reuelaui nomen tuum hominibus*, Ipsa est enim via, interiora respiciens, quæ dicit, *Ego sum via, veritas & vita. Nemo enim venit ad patrem, nisi per me.*

Nota pro sacerdotibus. *Ioan. 17. c.* *Ibid. 14. a.*

CAP. XLII.

¶ Postquam interiora diligentius contemplatus sum.

ET [1] eduxit me in atrium exterius, per viam ducentem (a ¶ Vel introduxit.) ad Aquilonem. Et induxit me in gazophylacium (a ¶ LXX. exedram, Theodotion, pastophorium, id est, thalamum. b ¶ Eos scilicet, suscipiens, qui ab Aquilone veniebant.) quod erat contra separatum ædificium, & contra ædem vergentem ad Aquilonem, [2] in facie longitudinis (¶ Habet.) centum cubitos ostij Aquilonis, & latitudinis quinquaginta cubitos [3] contra viginti cubitos atrij interioris, & contra (a ¶ Ab imbre & æstu protegens sacerdotes.) pauimentum stratum lapide atrij exterioris vbi erat porticus (a ¶ Alij exedras, alij thalamos.) iuncta porticui triplici. [4] Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens viæ cu-

a In

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XLII.

ET eduxit me. *Post descriptionem templi quantum ad tres partes eius, scilicet, porticum, sanctum, & sanctumsanctorum, & quantum ad appenditia sibi adiuncta, hic consequenter describuntur duo ædificia à muris templi per 20. cubitos distantia, vnum in parte Aquilonari, alterum in Australi. Et diuiditur in duas partes, quia primo describitur hoc duplex ædificium, secundo, scriptura reuertitur ad murum exteriorem totius ædificij describendum, ibi,* Cumque complesset. *Prima in tres, quia primo describitur ædificium Aquilonare, secundo, Australe, ibi,* Et erāt, *tertio vsus vtriusque, ibi.* Et di. ad me, *Circa primum primo describitur situs, cum dicitur.*

Duo ædificia à muris templi distantia.

1 Et edu. me &c. *Sicut dictum est supra, & patet ex textu, quod templum & ædificium Aquilonare & Australe sunt in atrio exteriori. Igitur quomodo potest dici, quod propheta sit eductus de templo ad atrium exterius: Dicendum, quod frequenter circa ecclesias nostras est cœmiterium, & similiter totum spatium ecclesiæ siue templi est cœmiterium, & tamen aliquis dicitur exire de ecclesia in cœmiterium, & econuerso, ita similiter est in proposito.*

2 Et induxit me in ga. *Ædificium enim Aquilonare secundum totalitatem suam habet centum cubitos in longitudine ab Oriente in Occidentem, & secundum hoc dicitur gazophylacium in singulari, est tamen diuisum per parietes interiores ex transuerso totius ædificij transeuntes, & secundum hoc inferius dicitur gazophylacia in plurali propter plures diuisiones, & quodlibet gazophylacium est longitudinis 50. cubitorum secundum latitudinem totius ædificij.*

Cur ædificia separata gazophylacia dicātur nunc in singulari nunc in plurali.

3 Quod erat contra sepa. ædificium. *id est, contra templum.*

4 Et contra ædem. *id est, appenditiorum ædificationem.*

5 Vergentem ad Aqui. *Latus enim Aquilonare templi & appenditiorum sibi adhærentium, est contra latus Australe Aquilonaris ædificij.*

6 In facie, &c. *Tantum enim protenditur longitudo talis ædificij.*

7 Ostij Aquilonis, *q. d. quamuis latus Australe huius ædificij sit contra templum, tamen eius ostia sunt in eius latere Aquilonari: vnde in Hebræo ponitur ostium in nominatiuo, & ponitur etiam singulare pro plurali nam ibi sunt plura ostia, vt exprimitur infra.*

8 Et latitu. quinqua. cu. *includendo non solum spatium inter parietes, sed etiam parietes, & pilarios: nam cap. præcedenti dicuntur esse in porticibus atriorum, quæ sunt ædificia multo minora.*

9 Contra vigin. cub. atrij inte. &c. *id est, vna pars iustorum 50. cubitorum est sita ex opposito 20. cubitorum atrij interioris, & reliqua pars contra pauimentum Aquilonare atrij exterioris. Et sic patet, quod illa pars, quæ est contra atrium interius est 20. cubitorum: nam 20. cubiti vnius correspondent 20. cubitis alterius, & reliqua pars eius 30. cubitorum. Sciendum etiam, quod in istis 20. cubitis atrij interioris includitur spissitudo muri claudentis atrium interius à parte Aquilonis, quæ spissitudo est 6. cubitorum.*

Spissitudo muri claudentis atriū interius à parte aquilonis.

10 Vbi erat porticus iuncta por. tri. *Secundum Hebræos hæc est littera,* Exedra contra exedram in triplicibus. *Est autem exedra idem, quod camera, vel gazophylacium. Igitur sicut diuisiones ædificij Aquilonaris dicuntur gazophylacia, ita & exedræ. Est igitur sensus, exedra contra exedram, id est, diuisiones ædificij Aquilonaris, & diuisiones ædificij Australis (quæ per omnia sunt similes) mutuo correspondent, & ex opposito situantur, templo tamen intermedio,* In triplicibus, *Dicuntur autem ædificium Aquilonare & Australe triplicia, & similiter eorum diuisiones, eo quod sunt ibi tres mansiones vna super aliam.*

Exedra.

11 Et ante ga. *Hic secundo describitur quædam via existens inter alia gazophylacia per 20. cubitos, & inter atrium interius protensa ad oppositam partem vsque ad 20. cubitos ædificij Australis, cum dicitur,* Et ante gazophylacia. à parte Orientali.

12 Deambulatio. *i. via.*

13 Decem cubitorum lati. *Et hæc via ca. præced. dicta est platea centum cubitorum longitudinis.*

14 Ad interiora respiciens, *id est, versus templum.*

15 Viæ cubiti vnius. *Secundum enim Richardum de sancto Victore, & Hugonem cardinalem, ibi ponitur quædam via latitudinis vnius cubiti, per quam sacerdotes vadunt ad templum. Sed hoc non videtur verum, nam secundum ipsos oportet dicere, quod ista via sit longitudinis 30. cubitorum ad minus. Talis autem via deseruiēs transitui sacerdotum, debet esse sic lata, quod duo homines ad minus sibimet obuiantes, possint transire vnus iuxta alium: hoc autem est impossibile in via vnius cubiti latitudinis, nam accipitur cubitus humanus, vt patet ex præcedentibus, in cuius latitudine non posset transire vnus homo grossus, nec vnus satis tenuis per tantam via longitudinem. Ideo dicendū, quod via vnius cubiti dicitur hic quidam introitus strictus de atrio interiori ad viā 10. cubitorum ductam ex transuerso, & inde intratur porticus tēpli, antequam transit ista 10. cubitorum via. Et per talem modum oblato sacrificio in altari holocaustorum, quod est in atrio interiori, procedit sacerdos ad consummandū sacrificium in templo per oblationem incensi. Dicitur autem dictus introitus ita strictus, vt ea, quæ sunt in templo, minus paterent existentibus in atrio exteriori, propter quod etiam post transitum sacerdotis, ille introitus est claudendus. Sciendum etiam, quod iste introitus ex parte templi est vnius cubiti: sed ex parte atrij interioris est maioris latitudinis, vt expeditior sit transitus sacerdotis, sicut videmus in fenestris turrium, quæ vocantur Gallice archiers, quod à parte exteriori habent latitudinem quasi vnius palmi, & ex parte interiori duorum vel trium pedum. Ex dictis patet, quod via cubitorum 10. procedendo de gazophylaciis Aquilonaribus versus templum, recte venit ad introitum vnius cubiti: & eodem modo procedendo ex parte opposita, scilicet, de gazophylaciis Australibus ad templum.*

Reijcitur opinio Richardi de S. Victore & Hugonis Card. de via vnius cubiti.

Ponit suam sententiam de viis vnius & decem cubitorum.

1 Et

a *In superioribus, &c.* HIERON. lib. 12. comment. cœnaculis. Vnde in Psal. *Rigans montes de cœnaculis suis.* Nisi enim quis mons fuerit, & ad altiora surrexerit, pluuiis domini non irrigabitur. Qui pro vniuersitate meritorum, de primo secundoque & tertio irrigantur cœnaculo.

Psal. 13. b.

b *Eminebant de inferioribus, &c.* IBID. Vt secundum pauimento inferioris domus cœnaculum eminentius esset, & tertium secundo excelsius: Et quanto quis ad superiora conscenderet, tanto altiori vteretur cœnaculo, quod ab humilitate crescebat: vnde, *Qui vult inter vos esse maior, fiat omnium minimus.*

Quo maiores sumus, eo oportet esse humiliores.

Mar. 9. a.

c *Tristega.* HIERONYM. IBID. de quibus, *Describe ea tripliciter consilio & scientia, vt respondeas sermones veritatis.* Inferiora & exteriora columnis indigent, altiora & interiora, columnarum, id est, alieni auxilij vsum non habent.

Infirmiora magis auxilio indigent.

a ¶ Exedrarum, vel gazophylaciorum, quæ erant in superioribus humiliora: vnde, Quanto maior es humilia te in omnibus. Sicut Paulus ait, Non sum dignus vocari Apostolus. b ¶ Thesauri gazarum domini.

a ¶ Quæ scilicet, fruebantur libero aere. ¶ Ædificij. a ¶ Numerus remissionis omnium debitorum. ¶ Vt supra. a ¶ Quæ erant inter templum & Aquilonarem domum. ¶ Atrij interioris.

biti vnius. Et ostia eârum ad Aquilonē,[1][2] vbi erant gazophyla-[3]cia in superioribus humiliora:[4] quia supportabāt porticus,[5] quę ex illis[6] eminebāt de inferioribus, & de mediis ædificij.[7][8] Tristega enim erant,[9] & non habebant columnas[10] sicut erant columnæ atriorum.[11] Propterea eminebant de inferioribus, & de mediis[12] à terra cubitis quinquâginta.[7] Et peribolus[13] exterior[14] secūdum gazophylacia,[15] quæ erāt in via[16] atrij exterioris[17] ante gazophylacia.[18] Longitudo eius[19] quinquaginta cubitorū,[8] quia longitudo erat gazophylaciorum[20] atrij exterioris quinquaginta[21] cubitorum, & longitudo ante faciem templi centum cubitorum.[22] [9] Et erat subter gazophylacia[23] hæc introitus ab Oriente ingredientium[24] in ea de atrio exteriori [10] in latitudine periboli[25]

d *Peribolus.* IBID. Murus exterior, qui cingit gazophylacia cantorum custodientium altare, quorum erat talis latitudo quam longitudo centum quinquaginta.

e *Centum cubitorum.* IBID. Non quinquaginta, vt gazophylaciorum vt post omnium peccatorum, scilicet, remissionem, perfecta præmia in centenario numero præstolemur.

f *Et erat subter gazo.* HIER. IBID. Oportet enim nos Dei possidere diuitias, & de atrio exteriori sub gazophylacio orientis introitum reperire, & per altitudinem periboli, qui respicit viam orientis, venire ad ædificium, quod sanctis est separatum, ante quod sunt gazophylacia, & in ipsa via similitudo gazophylaciorum quæ erant in via Aquilonis. Licet enim ad orientis perueniamus introitum, tamen similitudo maiorum est in minoribus: & non possumus ad orientis lumen peruenire, nisi per viam aquilonis, id est, per minora & hu-

Per humiliora ascendimus ad altiora.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ostia. *Hæc est tertia pars, vbi agitur de situ ostiorum & altitudine gazophylaciorum, cum dicitur,* Et ostia eo. *s. gazophylaciorum aquilonarium.*

2 Ad aquilonem. *supple, respicientia. Dicunt autem doctores Latini, quod ex parte altera istorum gazophylaciorum, sint etiam ostia versus templum, quod est in australi parte respectu aquilonarium gazophylaciorum. Sed hoc non videtur verum. Tum quia scriptura de hoc nullam fecit mentionem. Tum quia terra versus templum est altior xvj. cubitorum quam ex parte altera, & ideo versus templum non possunt sic esse conuenienter ostia. Item per illa ostia esset ingressus ad locum orationis, & sic inquietaretur à transeuntibus per ostia illa, cùm tamen debeat esse quietus. Propter quod sicut dicit scriptura, in parte aquilonari tantum sunt hæc ostia ponenda. Quot autem ibi sint ostia præcise, non habetur ex scriptura, sed habetur quod sunt plura, ex hoc quod dicitur,* Ostia. *Et secundum Hebræos duo sunt, quia communiter plurale positum sine adiectione, significat numerum binarium, & secundum hoc totum ædificium aquilonare diuiditur in duas portiones ex transuerso: & qualibet portio est 50. cubitorum longitudinis, & 50. cubitorum latitudinis, comprehensa tamen spißitudine parietum.*

Ædificium aquilonare non habebat ostia versus templum.

Quot ostia habuerit versus aquilonem.

3 Vbi erant gazophyl. in superio. *mansionibus.*

4 Humiliora. *In Heb. habetur, strictiora. i. minus spissa, & est eadem sententia cum translatione nostra: quia sicut superbus dicitur gressus, ita humilis potest dici strictus. Et subditur causa cum dicitur,*

5 Quia support. porticus. *i. inferiores mansiones gazophylaciorum, quæ dicuntur hic porticus, quia per illas est ingressus ad superiores, sicut per porticum est ingressus ad domum.*

6 Quæ ex illis *sc. medias & superiores mansiones, ideo subditur,*

7 De inferioribus & de mediis ædificij. *aquilonaris.*

8 Tristega enim. *id est, habentes tres mansiones vnam supra aliam.*

9 Et non habebant columnas. *sustentantes.*

10 Sicut erant columnæ atrio. *id est, gazophylaciorum in atriis existentium. Sicut enim dictum est sup. 40. cap. in atrio exteriori in parte orientali sunt 30. gazophylacia, & in atrio interiori sunt gazophylacia sacerdotum & cantorum hebdomadariorum, & in illis sunt columnæ sustentantes. In istis autem gazophylaciis, quæ sunt maioris altitudinis & ponderis, non ponuntur tales columnæ sustentãtes, sed murus spissus & fortis cum bonis pilariis: iste tamen murus est spißior, in inferioribus mansionibus quam in mediis, & in mediis quam in superioribus, secundum magnitudinem maioris ponderis supportati, & propter hoc dicitur supra quod gazophylacia sunt in superioribus humiliora, id est strictiora, quia murus mediarum mansionum est minus spissus, quia retractus est à parte exteriori, & per consequens est strictior quam inferior mansio. Et eodem modo dicendum est de superiori respectu mediæ.*

Murus præstans in ędificio aquilonari quod columnæ in minoribus gazophylaciis.

11 Propterea eminebant, &c. *superiores mansiones.*

12 De inferioribus & de mediis. *i. quia murus inferiorum mansionum est ita fortis, ideo mansiones superiores possunt tantum eleuari.*

13 Et peribolus. *Hæc est quarta pars, in qua describitur murus claudens ædificium aquilonare ab orientali parte, secundum quod dicit Ra. Sa. & hoc quia ex illa parte est via veniēdi ad gazophylacia in ædificio aquilonari cōtenta. Dicit igitur.* Et perib. *id est, murus claudens à parte orientis. Et dicitur à peri quod est circum, & ambulo as: quia iuxta murum illum est deambulatio siue via per quam sacerdotes de templo & atrio veniunt ad gazophylacia aquilonaria, & econuerso.*

Peribolus.

14 Exterior. *Hoc dicitur ad differentiam muri diuidentis totum ædificium australe per medium ex transuerso: propter quod est interior murus, & ex parte occidentis habet tria gazophylacia, vnum super aliud, & tria similiter ex parte orientis.*

15 Secundum gazoph. *id est, protensus est iste peribolus secundum longitudinem huiusmodi gazophylaciorum, quæ accipitur ex transuerso totius ædificij aquilonaris.*

16 Quæ erant in via. *id est, iuxta viam sacerdotum prædictam.*

17 Atrij exterioris. *Sicut dictum est supra templum & ista gazophylacia sunt in atrio exteriori, & per consequens ista via.*

18 Ante gazophylacia. *id est, ex parte orientali, quæ est anterior respectu istorum gazophylaciorum, sicut & totius ædificij, pars orientalis dicitur anterior, & pars occidentalis posterior, vt dictum est sup. cap. 40.*

Ædificij aquilonaris pars anterior & posterior.

19 Longitudo eius, *id est, dicti periboli.* Quinquaginta cubitorum. *Et subditur ratio.*

20 Quia longitudo erat gazophylaciorum. *in ædificio aquilonari contentorum.*

21 Quinquaginta cubitorum. *quia tanta est latitudo totius ædificij aquilonaris, secundum quam accipitur longitudo istorum gazophylaciorum, eo quod eorum ostia sunt in latere aquilonari totius ædificij, vt dictum est supra. Dicuntur etiam ista gazophylacia atrij exterioris, eo quod sunt in ipso sita., vt dictum est supra.*

22 Et longitudo ante fa. *Ista est platea quæ sup. 41. cap. dicitur latitudo centum cubitorum, de qua fit iterum mentio: quia per illam est via sacerdotum de templo ad ista gazophylacia per magnam partem.*

23 Et erat subter gazophylacia, *nam eorum ostia sunt in inferioribus mansionibus, & in parte aquilonari vbi est terra demißior propter pendulum montis.*

24 Ab Oriente ingredientium. *Licet enim venientes de templo ad hæc gazophylacia, irent rectè contra aquilonem vsque ad angulum ædificij aquilonaris clausum muro orientali & aquilonari: tamen ex illo angulo ad ostia gazophylaciorum est processus ab oriente in occidentem, vt in figura patet, & de facili sine figura potest imaginari. Et propter hoc non dixit propheta ab oriente venientium ad ea, sed* ab oriente ingredientium *in ea de atrio exteriori. Similis modus loquendi est, sicut cum dicitur apud nos aliquis in ecclesiam ingredi de cæmiterio, quamuis ipsa sit in cæmiterio, vt dictum est supra.*

25 In latitudine. *Post descriptionem aquilonaris ædificij hic consequenter describitur ædificium australe, quod est per omnia aquilonari simile. Et quia descriptionem prædictam terminauit in via veniendi & intreeundi gazophylacia in ædificio aquilonari contenta, ideo describendo gazophylacia australia, quasi continuans se præcedentibus incipit à via veniendi de atrio interiori ad ipsa: quæ est eadem cum via veniendi de templo ad ipsa, eo quod hæc via continetur ex vna parte inter templum*

Ædificium australe obuersum prædicto aquilonari.

☞ humiliora, ad maiora & altiora suspiremus.

A a *Ad Nothum.* Hier. lib. 13. com. Per Orientem quippe Aquilonis frigora relinquentes peruenimus ad Austrum, in quo *sponsus recubat in meridie*, id est, in pleno versatur lumine.

b *Ostium in.* Ibid. Quod nisi apertum fuerit ab eo, qui dicit, *Ego sum ostium*, & qui habet clauem Dauid, ad vestibulum sanctorum virtutibus separatum, & quod ab Aquilone venientes suscipit, non possumus peruenire.

B c *Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri.* Hieron. Ibid. Puto autem esse, quæ vel historiæ contineat simplicitatem, vel intelligentiam spiritualem, vt per Aquilonem veniamus ad Meridiem. Neque enim sic legenda est littera & historiæ iacienda fundamenta, vt non veniamus ad culmina, nec ita pulcherrimo ædificio desuper tecta ponenda, vt non sint solida fundamenta.

C d *In quibus vescuntur.* Ibid. Hinc discimus, multas esse ciborum diuersitates, quibus vesci sacerdotibus licet, vel non: & quos licet cibos sumere, non in omnibus sumuntur locis, vel ab omnibus, vel omni tempore.

e *Sacerdotes, qui, &c.* Hieronymus Ibidem. Socerdotes autem, qui vescuntur in cellariis, in quibus sunt multæ diuitiæ, ipsi sunt, qui appropinquant ad dominum: de quibus scriptum est, quod Moyses appropinquauerit ad dominum, alij non potuerunt. In D ædificatione mystici templi, & ecclesiæ sacramento, multi sunt sacerdotes & apostolici viri, qui accedunt ad dominum, & non in quemlibet locum, sed in sanctasanctorum: *Ibi ponent sanctasanctorum, &c.*

Ioan. 10. b. — Litteræ veritas substernenda allegoriæ. — Ciborum discrimen. — Exo. 24. a. Appropinquantes ad Dominum.

atrij, quod erat contra viam Orientalem in faciem ædificij separati. Et erant ante ædificium gazophylacia,[1] & via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophylaciorũ quæ erant in via Aquilonis. Secũdum longitudinem eorum sic latitudo eorum. Et omnis introitus eorũ & similitudines & ostia eorum[11] secundũ ostia gazophylaciorũ, quæ erant in via respiciente ad Nothum. Ostium in capite viæ, quæ erat ante vestibulum separatum per viam Orientalem ingredientibus.[13] Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis & gazophylacia Austri quæ sunt ante ædificium separatum: hæc sunt gazophylacia sancta, in quibus vescũtur sacerdotes, qui appropinquant ad dominum in sancta sanctorum. Ibi ponẽt sancta sanctorũ, & oblationes pro peccato & pro delicto. Locus enim sanct9 est. [14] Cùm autẽ ingressi fuerint sacerdotes, nõ egredientur de sanctis in atriũ exterius. Et ibi reponent vestimẽta sua, in quibus ministrãt: quia sancta sunt, vestienturq; vestimentis aliis & sic

a ¶ Id est, longitudo erat similis latitudinis, id est, eadem mensura per quadrum.

a ¶ Eamdem habebant mensuram & similitudinem quam & gazophylacia, quæ erant in via respiciente ad Austrum.

a ¶ Ductor meus, id est, qui duxit in atrium exterius & supradicta monstrauit, gazophylacia quoque vel exedras, de quibus multa dicta sunt. b ¶ Quæ. s. sunt ad Aquilonem & Austrum.

a ¶ Victimam holocausti. b ¶ Ignorantiæ.

a ¶ Intrinsecus. b ¶ In penetralibus templi.

a ¶ Ideo ad eos, qui perfectam non habent sanctitatem, non debent proferri.

f *Et oblationes, &c.* Ibid. Vt nõ modo iuge offerant sacrificiũ, sed pro diuersitate temporum & qualitate peccati & ignorantiæ, sciant placare dominum: locus enim sanctus est, & in eo sacerdotalis dignitas commoratur.

E g *Non egredientur de sanctis in atrium, &c.* Hieron. Ibid. Ad eos, scilicet, qui non possunt templi * adyta penetrare, nec diuinæ scientiæ arcana cognoscere, cum vestimentis quibus intus indui erant, viscera, scilicet, misericordiæ, & dominum saluatorem, vnde, *Induimini dominum Iesum Christum.* Nec his vtuntur sermonibus, de quibus loquitur Deus, Mysterium

F meum mihi & meis, ne dent sanctum canibus & margaritas porcis.

h *Et sic procedent ad populum.* Hieronymus Ibidem. Sic loquentur ad populum, quomodo potest audire populus; vnde est illud, *Lac potum dedi vobis, non escam, scilicet, solidum cibum: nondum enim capere poteratis.* Et illud, *Filioli mei quos iterum parturio,* ☞ donec

Sacerdotis officium est offerre sacrificium & pro peccatis Dominum orare. — * abdita. — Vestis spiritualis sacerdotum. — Rom. 13. d. — Matth. 7. a. — 1. Cor. 3. a. — Gal. 4. c.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *& atrium interius ex altera: Dicit igitur,* In latitudine pe. *id est, in spissitudine muri,*

1 Atrij, *scilicet, interioris quod dicitur atrium antonomastice propter altare holocaustorum, vbi offerebantur sacrificia.*

2 Quod erat contra. *respectu templi: ideo subditur,*

3 In faciem ædi. se. *id est, templi cuius ingressus, qui hic dicitur* facies *est versus Orientem: & supplendum est, quod in peribolo atrij est ostium, per quod est exitus ad viam ducentem ad gazophylacia Australia, & istud ostium supra dicitur via vnius cubiti.*

4 Et erant ante ædi. *In Hebræo habetur,* Ante templum. *Ideo per ædificium hic intelligitur templum.*

5 Gazophyla. *scilicet, Australia, sicut dictum est, de Aquilonaribus ex parte altera.*

6 Et via. *id est, veniendi ad gazophylacia.*

7 Ante fa. *id est, ante murum Orientalem ipsorum.*

8 Iuxta simi. *nam in omnibus sunt similia, propter quod ex dictis supra patet littera vsque ibi,*

9 Et ostia eo. &c. *id est, ad Austrum. Videtur quod deberet dicere ad Aquilonem, quia loquitur de similitudine gazophylaciorum Australium ad Aquilonaria. Dicendum, quod hæc similitudo est mutua & ad hoc exprimendum loquitur hic de ostiis gazophylaciorum Aquilonarium, assimilando ea ostiis gazophylaciorum Australium; ac si dicat, sicut Australia sunt similia Aquilonaribus, sic econuerso. Potest etiam aliter exponi de ostiis gazophylaciorum Australium sic,* Et ostia eo. *scilicet gazophylaciorum Australium,*

10 Secundum ostia. *& supplendum est,* Aquilonarium, *eo quod de ipsis supra loquutus est, quod subditur.*

11 Quæ. *s. ostia refertur ad ostia gazophylaciorum Australium.*

12 Erant in via. *id est, sicut ostia gazophylaciorum Aquilonarium respiciunt ad Aquilonem, sic ostia gazophylaciorum Australium respiciunt ad Austrum.*

13 Ostium in. *supple est, quia supra dictum est quod in spissitudine muri Occidentalis est introitus strictus, propter quod dicitur via vnius cubiti, & non est supra in textu expressum, quod ibi sit ostium: ideo hic exprimitur, cum dicitur,* Ostium in. *Dicitur autem caput viæ locus vnde est processus ad diuersa loca, sicut dicitur supra 21.* Stetit rex Babylonis in capite duarum viarum. *A loco vero, qui est inter ostium istud & porticum templi incipit progressus versus gazophylacia Australia ex parte vna, & versus Aquilonaria ex parte altera: ideo vocatur caput via.*

14 Quæ via erat ante vestibulum. *id est, ante porticum templi, quod dicitur ædificium separatum. In Hebræo habetur,* Ante clausuram organizationis: *& redit in eamdem sententiam, tamen par alium modum; ad cuius intellectum sciendum, quod sic, vt supra dictum est ab atrio interiori est ascensus per 15. gradus sicut in templo Salomonis, in quibus stabant cantores tempore Salomonis: propter quod & 15. Psalmi vocantur cantica graduum; ad huius similitudinem ponuntur gradus in hoc ædificio. In summitate vero horum graduum est ostium latitudinis cubiti vnius prædictum, & vocatur* clausula organizationis, *quia claudit inter gradus vbi est organizatio cantorum, & viam, quæ inter ipsum & templi porticum; propter quod ista eadem via est ante templi porticum ex vna parte, & ante clausuram organizationis ex altera: Verumtamen quia hæc clausura organizationis est à parte Orientali huius viæ, ideo subditur,* Per viam or.

Psalmi graduales. — Clausura organizationis.

15 Et di. *Post descriptionem gazophylaciorum Aquilonarium & Australium, hic consequenter describitur vsus eorum cum dicitur,* Et dixit, *Angelus hæc ostendens,*

16 Gazophylacia aqu. & gaz. *prædescripta.*

17 Quæ sunt ante ædificium se. *i. ex vtraque parte templi sita.*

18 Hæc sunt gazo. sancta, *id est, sanctis vsibus deputata.*

19 In quibus vescun. *alias,* vestiuntur. *Ad ministrandum.*

20 Ibi. *id est, gazophylaciis dictis,*

21 Ponent, *scilicet, sacerdotes,*

22 Sanctasanctorum, *id est, ea quæ sunt necessaria ad ministeria in sanctosanctorum.*

23 Et obla. pro peccato & pro deli. *id est, partes de istis oblationibus, quæ cedunt in vsum sacerdotum: nam secundum legem comedi debent in loco sancto.*

24 Cum autem ingres. fue. sacer. *gazophylacia dicta.*

25 Non egredientur de sanctis, *in atrium exterius. Atrium exterius hic non potest accipi generaliter, nam sic accipiendo gazophylacia ista sunt in atrio exteriori, sicut frequenter dictum est supra; sed accipitur partialiter pro illis locis ad quæ admittebatur populus, vt magis patet ex sequentibus.*

Atrium exterius.

26 Et ibi. *id est, in dictis gazophylaciis.*

27 Reponent vesti. sua in quibus ministrant, *Domino.*

28 Vestientur, &c. *Et sic procedent ad populum, scilicet, ad loca atrij exterioris, ad quæ admittitur populus.*

☞ 1 Cum-

☞ *donec formetur Christus in vobis.* Paruulis enim atque lactantibus, non A solum non prodest solidus cibus, sed eos interficit, qui perfectæ ætatis hominibus congruit.

Per circumitum. HIER. lib. 13. com. Alij similitudinem, non ipsam domum: *quia videmus nunc per speculum in ænigmate, cum autē venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Vnde & Moyses in tabernaculo, & Salomon in templi ædificio, non veritatē tentorij & templi, sed similitudinē figuramque fecerunt, vt per minora & terrena, cœlestia intelligamus & spiritualia.

1.Cor.13.c.

De figuris transeundū ad veritatē.

a *Cumque complesset.* HIER. IBID. Ostendit omnia quæ supra dicta sunt in forinsecis & interioribus templi. i. sanctasanctorum, proprie ad templi ædificium pertinere, & templi interioris. Vnde sequitur,

a ¶ Vir supradictus. a ¶ Non in atrium exterius, sed per vi. por. &c. a ¶ Primum. b ¶ Id est, similitudinem domus per circumitum in ordine. ¶ Plagam scilicet.

procedent ad populum. [15] Cumque complesset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portæ, quæ respiciebat ad viam orientalem, & mensus est eam vndique per circumitum. [16] Mensus est autem contra ventum orientalem calamo mensuræ quingentos calamos, in calamo mensuræ per circumitum. [17] Et mensus est contra ventum aquilonis quingētos calamos, in calamo mensuræ per gyrum. [18] Et ad ventum australem mensus est quingentos calamos, in calamo mensuræ per circumitum. [19] Et ad ventum occidentalem mensus est quingētos calamos, in calamo mēsuræ. [20] Per quatuor ventos mēsus est murū eius vndiq; per circumitū, lōgitudinem quin-

C *Eduxit me per viam por. quæ resp. ad viam orienta. & men. est, &c.* HIER. Primo mensus est contra orientalem plagam quingentos calamos per gyrum; Secundò ad aquilonem; Tertiò ad austrum; Quartò ad mare. i. occidentē: per quatuor. s. ventos murum in circumitu tam in longitudine quā in latitudine per quadrum. Qui murus habebat simul duo millia calamos. Si autē calamus sex cubitorum erat & sextę partis cubiti, perspicuum est murum exteriorem habuisse per circumitum calamos duo millia: qui faciunt cubitos duodecim millia ccc.xxxiij. & trientem de duobus millibus calamorum. In libro autē Iesu Naue in suburbanis hæc mensura diligenter seruatur. Legio quoque dæmonum hunc numerum eligit in suffocationem porcorum, corum, vt qui à seruientibus Deo præcepto domini se paratus est, D in contrariam partem referretur, ad perditionem eorum qui vitam cœno dignam & sordibus ducunt. Omnis autem murus, qui est exterior, & habet spatiosam longitudinem & latitudinem per quadrum, apostolorum continet numerum. i. xij. millia, vt singulis apostolis millenus numerus imputetur: & tamen *ad mensuram plenitudinis Christi & perfecti viri* non veniat, nisi iungatur ei & palæste; qui trecentos xxxiij. facit cubitos & tertiam partem cubiti: per quæ mysterium Trinitatis demōstratur quæ cingit & vallat omnia, & habitatores templi sui præstat tutissimos. Vnde arca Noe trecentorum cubitorum habet longitudinem, & triginta cubitorum altitudinem, quæ vno cu- E bito consummatur. Quod autem ibi adduntur quinquaginti cubiti in latitudine, remissionis sacramentum est: Vnde & dominus xxx. annorum venit ad baptismum, Et Ezechiel in principio voluminis annum posuit trigesimum; qui tricentesimus trigesimus numerus tribus additis & tertia parte completur. Illud autē quod LXX. habent & nostra translatio, dum celeritate dictandi minus caute prospicimus. s. murum eius vndique per circ. longitudin. quingent. cubit. veritas Hebraica non habet, sed simpliciter, longitudin. quingentorum & latitud. quingentorum, vt subaudiatur calamorum. F

Mensura muri exterioris.

Luc.8.c.

De mysteriis aliquorum numerorum.

παλαιστή mensura 4. digitorum.

Gene.6.c.

Luc.3.c.

b *Longitudinem quingentorum.* IBID. Quingentesimus, qui vicinus est quinquagenario ad remissionem omnium pertinet peccatorum: *Vnde vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta.*

Luc.7.f.

☞ a Di-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cumque complesset, &c. *Superius descripta sunt interiorum mensura, hic consequenter describuntur exteriorum mensuræ. Sciendum tamen, quod expositores Latini dicunt, quod hic describitur mensura muri medij, qui diuidit inter atrium exterius, & locū vulgi: & mensura cuiuslibet lateris est quingentorum cubitorū, quod probant per hoc quod ponitur in fine huius ca.* Per quatuor ventos mensus est murum eius vndique per circumitū longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum, diuidentem inter sanctuarium & vulgi locum. *Sed contra hoc est quod præmittitur de mensura eiusdem muri expressius & magis diffuse, quod enim in fine ca. dicitur,* Per quatuor ventos mensus est, *&c. est recapitulatio breuis sententiæ præcedentis, de qua dicitur,* Mensus est autem contra ventum orientalem calamo mensuræ quingentos, *&c. Calamus verò continet vj. cubitos, vt dictum est supra xl. ca. quinquies verò sex faciunt xxx. & sic latus orientale muri qui mensuratur hic, habet tricesies c. cubitos, qui faciunt tria millia cubitorum. Ad hoc autem respondent, quod sicut qualibet pars panis est panis, ita qualibet pars calami est calamus: & sic quantitas vnius cubiti in calamo signata dicitur hic calamus. Ad hoc etiam probandum inducunt quod dicitur in textu,* In calamo men. *q. d. non in totali calamo, sed in vna eius parte, quæ continet cubiti quantitatem. Dicunt enim, & verum est, quantum ad hoc, quod sex cubiti sunt distincte signati in calamo totali: nam mensuræ supra descriptæ aliquæ dicuntur vnius cubiti, aliæ duorum, aliæ trium, aliæ quatuor, &c. Sed dictum eorum. s. vt cubitus dicatur calamus, non potest stare cum veritate Hebraica, vt magis patebit in fine huius ca. vbi translatio nostra est corrupta. Nec etiam potest stare cum ratione, nam hoc nomen calamus æquiuocum est ad significandum rem naturæ, & ad significandum quantitatem mensuræ, quæ est sex cubitorum. Et hoc secundo modo accipitur calamus in tota ista descriptione vt patet ex supradictis xl. ca. Nunc autem ita est, quod licet qualibet pars calami sit calamus inquantum calamus est res naturæ, non tamen sic est vt signat quantitatem mensuræ. Ad hoc autem est exemplum sensibile, in Normania vlna vocatur virga: Et sic virga æquiuoce dicitur de re naturali & de vlna; & licet qualibet pars virgæ sit virga, prout dicitur de re naturali, nō tamen qualibet pars virgæ est virga, vt est nomē vlnæ, sed sola vlna integra dicitur virga, & medietas eius dimidia virga, & quarta pars vnū quartarium. Quod autē inducunt illud quod sequitur,* In calamo mēsuræ, *non est pro eis, sed magis contra eos: nam per hoc ostenditur manifeste quod calamus non accipitur hic prout est res naturæ, sed prout est determinata quantitas mensuræ, scilicet sex cubitorum. Et sic patet propositum, scilicet quod calamus non posset dici vnus cubitus, nec econuerso; Item si hic acciperetur, eo quod qualibet pars calami potuit dici calamus, vt dicunt, eadem ratione posset dici de dimidio cubito, & de duobus cubitis, & de tribus, &c. & sic in tota descriptione huius ædificij vbicumque exprimitur mensura nomine calami, nihil esset certum, eo quod indifferenter posset accipi pro toto calamo & singulis eius partibus: & per consequens dictum istorum destruit ipsorum dicta superiora pro magna parte. At textum autem quem pro se inducunt de fine huius capituli dicetur ibi. Dico igitur cum Ra. Sa. Quod hic describitur mensura muri exterioris totum ædificium claudentis: Et hoc patet ex modo loquendi, cum dicitur,* Cumque complesset mensuras domus, &c. *s. angelus in specie viri.*

Vtrum quod hic mensuratur sit murus medius.

De calamo & cubito.

Nomen calamus est æquiuocū.

Calamus non potest dici vnus cubitus nec econuerso.

Describitur hic mensura muri exterioris totū ædificiū claudentis.

2 Mensuras domus. *Ex quo videtur, quod includit omnia prius mensurata, inter quæ continentur plura extra murum medium existentia. s. thalami portarum atrij exterioris, & vestibula earum, & domuncula ædificatæ super portas muri exterioris pro excubiis sicut ex præcedentibus patet.*

3 Eduxit me, *Extra totum ædificium.*

4 Per viam por. *i. per portam orientalem primam.*

5 Et mensus. *s. spatium latitudinis portæ & muri orientalis ex vtraque eius parte.*

6 Per circumitum. *i. à parte exteriori quæ longior est interiori 12. cubitis propter spissitudinem murorum quæ est sex cubitorum: & sic pars interior restringitur sex cubitis in qualibet eius extremitate.*

7 Mensus est. *i. partem muri orientalem: Quatuor enim venti principales frequenter accipiuntur in scriptura, & etiam in communi modo loquendi pro quatuor partibus mundi. s. oriente, occidente, aquilone & austro.*

8 Quingentos calamos, &c. *qui faciunt tria millia cubitos, vt dictum est supra.*

Et hoc modo exponatur littera de tribus aliis partibus vsque ibi:

9 Per quatuor ventos mensus est, &c. *vbi ponitur recapitulatio breuis dictorum.*

10 Longitudinem. *Latera enim muri exterioris sunt æqualia. Ex hoc autem quod ponitur hic cubitorum in aliquibus libris, arguunt expositores Latini communiter, quod per calamos prædictos intelliguntur cubiti, vt prædictum est, & male; nam in Hebræo non ponitur cubitorum, sed absolute ponitur,* Longitudinem quingentorum & latitudinem.

Quatuor venti principales pro quatuor mundi partibus.

Ex

a *Diuidentem inter, &c.* HIER. A lib. 13. comm. Ex hoc habeamus omnem supra tépli descriptioné a sacerdotū, qui sunt filij Sadoch, ministeriis fuisse delegatā. Hunc D murum altè tanto spatio dilatatum, vt vniuersa contineat, separare sanctuarium, & vulgi locū.

gentorum & latitudinem quingentorum diuidentem inter sanctuarium & vulgi locum. 1

NICOLAVS DE LIRA.

Ex quo patet, quòd iste numerus refertur ad calamos prædictos, propter quod Hier. super Ezech. retractat quantum ad hoc translationem dicens, quod ex celeritate transferendi male posuit hic cubitorum: propter quod libri Latini benè correcti non habent cubitorum. (Neutram habet nostra littera.)

1 Diuidentem inter sanctuarium. *In Hebræo verò sic habetur,* Diuidentem inter sanctum & vile: *Quidquid autem est intra murum exteriorem dicitur sanctum, etiam spatium inter murum exteriorem & medium contentum, quia diuino cultui deputatum, nam ibi est orationis locus, vt supra dictum est xl. ca. propter quod dominus de illo loco eiecit vendentes & ementes, Ioan. ij. tamquam de loco sancto. Quod autem est extra murum exteriorem dicitur vile, quia non est diuinis vsibus applicatum. Notandum quod magister Richardus de sancto Victore quidquid nititur probare de mensuris atriorum, & murorum ipsorum, fundat super hoc quod medius murus sit cccc. cubitorum in quadro, prout dicitur hic secundum suam opinionem, quæ videtur falsa, vt dictum est: propter quod non videtur valere quod dicit de dictis mensuris excepta mensura atrij interioris quæ dicitur in textu centum cubitorum per quadrum.* (Sanctior pars templi.) (Contra Richardum de S. Victore.)

ADDITIO.

In cap. xlij. vbi dicitur in postil. Diuidentem inter sanctum & vile, *Vbi nos habemus,* Diuidentem inter sanctum & vile, *in Hebræo habetur,* Diuidenter inter sanctum & prophanum: *quod videtur magis propriè dictum, quia vile pretioso opponitur, prophanum autem sancto.*

CAPVT XLIII.

a *ET duxit me ad portā, quæ respiciebat, &c.* HIER. li. 13. com. Sequitur. B b *Per viam.* Per quam egressa fuerat, quando ciuitas domini furore percussa est. Ingreditur autem, imo regreditur ad eam, quia templum domini in monte monstrauerat, & tamen multo plus est quod in sequentibus dicitur, *Leuauit me spiritus, &c.* Hic enim tātum gloria Dei Israel ingreditur, ibi dicitur quòd plenitudo gloriæ domini fuit in templo: vnde Isaias, *Vidi dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum, & plena domus gloria eius*, quod est quādo reuelata facie gloriam domini contemplantes, reformamur in imaginem creatoris. (Plenitudo gloriæ.) (Isa. 6. a.)

C c *Et vox erat.* IBID. Vna, propter vnum in laudem Dei consensum, quamuis aquarū multarum. Geminatur autem vox canentium Deo patri & filio & spiritui sancto, *Sanctus sanctus dominus Deus saba. &c.* (Isa. 6. b.)

HIER. IBID. Et terra splendebat à maiestate eius. Quod in aduentu Christi propriè factum est, quando *in omnem terram exiuit sonus apostolorum, & in fines orbis ter. ver. eorum.* Et quotidie impletur in credentibus, & perfectè complebitur, quando corruptibile hoc induet incorruptionem. (Rom. 10. d.)

† THEOD. sect. 15. Declarat secundam visionem, qua contemplatus est & eos qui afferebant secures, & ciuitatem cædebant: & illum qui carbones per omnem vrbem dissipauit. Quando etiam signum illud impositum vidit iis, qui populi scelera deplorabant.

d *Chobar.* HIERONYM. vbi supra. Quod onus pondusque significat. Quid enim grauius est fluminibus Babylonis? De quibus: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* De quibus scriptum est, *Præterit enim figura huius mundi:* Nihil enim in huius sæculi confusione perpetuum, sed omnia prætereūt & fluunt. E Qui autem hæc considerat, cadit super faciem suam, intelligens, quam procul sit à maiestate Dei, & flectit genua ad patrem in nomine Iesu Christi. (Psal. 136. a. Flumina Babylonis.) (1. Cor. 7. f.)

† THEOD. vbi supra. Neq; dixit dominum ingressū esse; Diuina enim natura eiusmodi est, quæ circumscribi nequit: sed domini gloriam, id est, conspectam visionem.

e *Et leua.* † THEOD. IBID. Cum eo tépore, F quo beatus Moyses fixit tabernaculū, gloria Domini ipsum repleuerit, & quando Salomon absoluta tépli ædificatione encæniorum celebritaté peregit, rursus eadem domini gloria domum impleuerit, necessario etiam hac ædificatione ostensa, & Dominus apparet, & propria gloria implet domum, ostendens fore vt non solum ædificetur, sed etiam diuina vi compleatur. (Deus gratià sibi esse ostendit sacrorum locorum dedicationem.)

f † *Et vir.* IBID. Ostendit angelum fuisse, qui ædificationem mensus est; & verisimile est ipsum sanctum Michaelem esse, cui populi cura commissa fuerat. Etiam beatus Dauid scabellum Dei, templum nominat d. *Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.* (Fuisse S. Michaelem qui visiones ostenderit Ezechieli.) (Psal. 98.)

g *Et locus.* HIER. vbi supr. *Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius,* Et pulchrè dicitur, *Apostoli steterunt.* In ecclesia enim stant pedes domini: In synagoga ambulant & prætereunt. (Psal. 131. b.)

CAP. XLIII.

a 1 ET duxit me ad portam, quæ respiciebat 2 ad viam orientalem. [2] Et ecce gloria Dei 3 Israel ingrediebatur per viam orientab lem, & vox erat ei quasi vox aquarum 4 c multarum, & terra splendebat à maie- 5 state eius. [3] Et vidi visionem secundum 6 speciem quam videram, quando venit vt disperderet ciuitatem, & species secundum aspectum quem videram iuxta 7 8 d fluuium Chobar. Et cecidi super faciem meam. [4] Et maie- 9 10 stas domini ingressa est templum, per viam portæ quæ re- e spiciebat ad orientem. [5] Et leuauit me spiritus, & introduxit 11 12 me in atrium interius. Et ecce repleta erat gloria domini do- 13 f mus. [6] Et audiui loquentem ad me de domo. Et vir qui stabat 14 15 g iuxta me, [7] dixit ad me: Fili hominis, locus solij mei, & locus 16 17 vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum

(interlinear:) ¶ Deo. — a ¶ Aquæ multæ, populi multi. — a ¶ Cum corruissem. — a ¶ Quia iacens pergere non valebam. — b ¶ Quia foris cecideram. — a ¶ q. d. Qui prius conspexeram gloriam domini Israel venientem per viam orientalem, vidi repletam domum gloria domini. — a ¶ Non dicitur quid, nisi forte illud Apostoli: Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui. — b ¶ Interiori. c ¶ Scilicet, dominus cui soli conuenit, quod sequitur locus so. m. &c. — a ¶ Ecclesia. — ¶ Factus est in pace locus eius, quæ exuperat omnem sensum.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XLIII.

ET duxit. *Postquam descripta est ædificiorum mensuratio, hic ponitur propheta quædam specialis visio, & secundo propheta informatio, ibi,* Et audiui. *Circa primum dicitur,* (Diuisio.)

1 Et duxit. *hæc est porta orientalis atrij interioris.*

2 Et ecce gloria domini. *i. Cherubim & rota, &c. In primo ca. descripta maiestatem Dei repræsentantia.*

3 Ingrediebatur, *atrium interius.*

4 Et vox, *signans diuinæ virtutis magnitudinem,*

5 Et terra splendebat. *Videbatur enim propheta imaginaria visione quod claritas huius visionis illuminabat totam terram.*

6 Et vidi visionem. *i. similem illi visioni.*

7 Quem videram. *Hæc visio descripta est supr. x. ca. & xj.*

8 Et species. *Quæ visio describitur supr. j. ca.*

9 Et ceci. *Ex humana fragilitate iuxta apparitionem maiestatis diuinæ.*

10 Et maiestas domi. *De atrio interiori.*

11 Et leuauit. *i. angelus, quia propheta ceciderat, vt dictum est.*

12 Et introduxit. *De porta eius.*

13 Et ecce. *i. templum. De atrio enim interiori videbatur in templo per ostium existens in spissitudine muri contra ostium templi. Notandum autem, quod sicut supr. x. & xj. ca. vbi describitur destructio ciuitatis & tépli, propheta vidit gloriam domini exeuntem de templo & atrio per portam orientalem, & postea de ciuitate tota, in quo designabatur recessus protectionis diuinæ à templo & ciuitate: Ita hic per portam orientalem vidit propheta gloriam domini intrantem atrium interius & templum, ad significandum assistentiā diuinæ virtutis, ad protegendum templum & ciuitatem, quæ ibi describuntur: vnde in fine libri dicitur,* Et nomen ciuitatis ex illa die, dominus ibidem, &c. (Redit gloria Domini quæ à templo & vrbe recesserat.)

14 Et audi. *Hic consequenter ponitur propheta instructio de domo descripta, cum dicitur:* Et audiui lo. ad me de do. *Dicunt aliqui expositores, quod* de domo *significat terminum à quo procedebat ista loquutio, & sic loquens intelligitur esse in domo, quem audiebat propheta existens in atrio: & per consequens iste loquens est alius ab angelo stante iuxta prophetam in atrio. Hebræi vero dicunt & melius vt videtur, quod ly de, tenetur hic materialiter: & est sensus,* Et audiui loquentem ad me de domo. *i. instruentem me de conditionibus domus, & secundum hoc iste loquens est angelus stans cum propheta. Et hoc patet per hoc quod subditur,* (Quomodo intelligendū illud, De domo.) (vers. 6.)

15 Et vir, &c. *id est, angelus in specie viri.*

16 Qui stabat. *Instruendo me de conditionibus domus prædictæ, ideo subditur:*

17 Fili h. *Dicitur autem templum descriptum locus sessionis & habitationis diuinæ propter speciales effectus ibidem diuinæ virtutis & gratiæ.*

a *Et non polluent, &c.* † THEOD. sect. 15. Hoc si quis de Israel simpliciter accipiet, falsum comperiet, quos etiam post reditum multæ impietatis, & Esdras accusat, & Machabæorum historia: & non solum alios Israelitas, sed etiam sacerdotes, & principes sacerdotum. Rabies verò contra dominum cuinam impietatis istius exuperandæ locum relinquit? Hæc igitur iis etiam conueniunt, qui pura mentis acie præditi sunt, ac videre Deum possunt, quique spiritualem cultum complectuntur.

b *Qui fabricati sunt.* HIER. lib. 13. com. Audiant ad litteram mulierculæ oneratæ peccatis, *quæ circumferuntur omni vento doctrinæ, semper discentes & numquam ad scientiam veritatis peruenientes*: mentem iunctam Deo, non vicinitatẽ ecclesiarum & proximam habitationem, Dei in se prouocare clementiã; sed potius Dei indignationem commoueri, quando in consecratis locis habitant indigni.

c *Et postes suos.* IBID. Vt vnus sacerdotum & laicorum esset introitus. Vnde Apostolus, *Probet autem seipsum homo*, & sic accedat ad corpus & sanguinem domini.

d *Et murus erat inter.* IBID. Vt sacerdotalia sacrificia, & loca sacramentorum corporis & sanguinis domini breuissimus murus diuideret.

e *Et pollu. no. sanctum.* HIER. IBID. Quid prodest habitationis vicinia, & medius inter cellulam nostrã & altare domini paries: cum his quæ secretò facimus; & quæ turpe est etiam dicere, contaminetur & polluatur nomen domini? Ego arbitror, quod non polluat nomen domini, nisi ille qui visus est nomini eius credere, & ex illius censeri vocabulo. Et quomodo tollit membra Christi, vt faciat membra meretricis, qui prius Christo credidit: sic ille polluit nomen domini, qui prius fidem nominis eius suscepit; alioqui Ethnicus & Iudæus cum sint polluti, & contaminatio ipsa atque pollutio nomen domini polluere & contaminare non possunt. Quod polluunt, ad quos dicitur, *Per vos nomen meum blasf. in Gen.*

Margin: Iudæos gratuibus peccatis fuisse inuolutos etiam post reditum è Babylone. — Monitum pro mulierculis. — 1. Cor. 11. f. — Quis polluat nomen domini. — Rom. 2. b.

(Interlinear glosses: a Dominum cernentium. b Non ad tempus sicut in templo Salomonis. c Hi sunt qui sanctè & purè in ecclesia conuersantur.)

a Israel in æternum. Et non pollúent vltra domus Israel no- 1
(a Tam populus quam reges eorum. Polluerunt. s. b Quibus à Deo fornicati.)
men sanctum meum, ipsi & reges eorum in fornicationibus 2
(a Qui frustra sibi regium nomen assumebant. b Arrogans enim offendit Deum, humilis ad misericordiam prouocat. c Per superbiam.) 3
b suis & in ruinis regum suorum & in excelsis, [8] qui fabricati 4
c sunt limen suum iuxta limen meum, & postes suos iuxta
(a Vt nihil esset inter sanctum & prophanum. Quod prius.)
d postes meos, & murus erat inter me & eos. Et polluerunt 5
e nomen sanctum meum in abominationibus quas fecerunt:
(Causas. s. superiores. a q. d. dominus prophetę, præcipe tamen vt amoueant for. suam, &c.)
propter quod consumpsi eos in ira mea. [9] Nunc ergo repel- 6
lant procul fornicationem suam & ruinas regum suorum
(a Quia talia abominor. b Non ad tempus, quod in synagoga.)
f à me, & habitabo in medio eorũ semper. [10] Tu autem fili ho- 7
(a Eorum. s. qui animo Deum conspiciunt. b Viso templo. c Mente.)
g minis ostende domui Israel templum, & confundantur ab 8
h (a Visis fabricæ mensuris, & rationibus.)
iniquitatibus suis, & metiantur fabricam, [11] & erubescant ex
omnibus quæ fecerunt. Figuram domus & fabricæ eius exi-
(a Eorum. s. qui egrediuntur ad eos qui foris sunt. b Eorum. s. qui per magisterium disciplinam ad alta & interiora penetrant. c Lxx. Substantiam. i. supellectilem diuitias. s.)
i tus & introitus & omnem descriptionẽ eius, & vniuersa præ- 9
cepta eius, cunctúque ordinẽ eius, & omnes leges eius osten- 10 11
(a Qui confusi sunt super iniquitatibus suis. b Ideo ostendes, vt custodiant, aliter nihil prodest scire descriptionem.)
de eis, & scribes in oculis eorum, vt custodiant omnes descri-
(Opere. a Quæ est scilicet.)
ptiones eius, & præcepta illius, & faciat ea. [12] Ista est lex domus
(a Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, de qua: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. i. ecclesiã. b Qui vertex montium, à quo vulneratus est princeps Tyri. c Termini. d Domus.)
k in summitate montis. Omnes fines eius in circuitu sanctum- 12
(a Dicta scilicet vel dicenda.)
l sanctorũ est. Hęc est ergo lex domus. [13] Istę autẽ mẽsurę altaris 13

f *Et habitabo in med.* Boni operis, statim præmium pollicetur. *Et habitabo in me. eorum.* vnde, *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis*: Non paruo tempore vt in synagoga, sed semper, quod in Christi ecclesia comprobatur.

g *Ostende domui, &c.* HIE. IBID. Non parui operis est, quod oculis carnis vel mente conspexeris audientibus demõstrare, vt ipsi tecum videatur vidisse.

h *Templum.* HIER. IBID. Quod in monte, imo in summitate mõtis, quod nõ illam domum putemus quæ à Salomone in Regũ & in Paralipomenon libris constructa narratur. Illa enim alterius ordinis atque mensuræ est, & in singulis magnam diuersitatem habens. Tãtò inferior templo quod nunc ostenditur Ezechieli, vt non solũ cultores eius & æditui, sed & ipse fabricator eius Salomon peccauerit, & Deũ offenderit, licet postea pœnitentiam egerit, scribens Prou. in quibus ait, *Nouissimè ego egi pœnitentiã, & respexi vt eligerem disciplinam.* Ista autẽ quæ per Ezechielẽ domui Israel ostenditur, talis est, vt quæ in mente conspexerit, cesset ab iniquitatibus suis præ desiderio illius. Vnde, *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis tuæ.* Et, *Vnam petij à domino, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.* Cùm cœpero scilicet viuere, & esse cum Christo, qui est vita credentium.

i *Descriptionem. In domo patris mei mansiones multæ sunt.* Et alibi: *Statuit terminos gentium iuxta numerum filiorum Israel vel filiorum Dei.*

k *Sanctum sanct.* HIER. IBID. In tabernaculo quod fabricatum est à Moyse, & in templo quod à Salomone, interiora tantum, vbi erant Cherubim, & propitiatorium, & arca testamenti, & mensa thymiamatis appellabantur sanctasanctorũ: sed in hac domo omnes termini reputantur in sanctasanctorum.

l *Ista autem mensura altaris in cubito ver.* HIERON. IBID. *Abyssum*

Margin: Ioan. 1. d. — Templum Ezechieli ostensum in visione illustrius illo Salomonico. — Salomon egit pœnitentiam. — Prou. 24. d. — Psalm. 25. b. — Ibidẽ 26. a. — Ioan. 14. a. — Deut. 32. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non pol. *Per idololatriam, sicut,*

2 Ipsi & reges eorum. *Fecerunt multipliciter, vt patet iij. Reg. & iiij.*

3 In fornica. *Dicitur autem idololatria fornicatio spiritualis, eo quod anima ibi fornicatur cum diabolo. Dicitur etiam fornicatio corporalis, eo quod in aliquibus idololatrijs exercebatur fornicatio corporalis. s. in idololatrijs Veneris & Priapi.*

4 Qui fabricati. *Quod exponunt aliqui de regibus habitantibus iuxta templum, sicut dicitur de Salomone iij. Reg. ij. & de Athalia iiij. Reg. xj. Sed quoniam sancti reges leguntur ibidem habitasse, sicut Dauid, Ezechias, & Iosias; & illud quod dicitur hic,* Fabricati sunt limen suum. *Dicitur tamquam quid illicitum & pertinens ad idololatriam: ideo melius dicitur* limen suum, &c. *quod ly suum refertur ad idolum; nam aliqui reges iiij. Reg. leguntur posuisse idola iuxta templum, & aliqui etiam in atrijs templi, vt dicitur de Manasse iiij. Reg. xxj.*

5 Et murus erat inter me & eos. *id est, Deos alienos, qui per parietem modicum erant diuisi à sanctosanctorum, vbi erat propitiatorium tamquam sedes Dei.*

6 Propter quod cõsu. eos. *Per regẽ Babylonis. Cetera patent vsque ibi,*

7 Tu autem fili, &c. *id est, formam templi supra descripti per me ædificandi.*

8 Et confundantur ab iniquitatibus suis. *Propter quas templum Salomonis est destructum. Cetera patent vsque ibi,*

9 Et vniuersa præcepta. *s. qualiter custodiri debeant & officiari.*

10 Cunctumque ordinẽ. *i. ordinẽ sacerdotum, Leuitarum & cantorũ.*

11 Et om. leges. *id est, ceremonias diuini cultus. Cetera patent vsque ibi.*

12 Omnes fi. eius in cir. *id est, omnia ædificia & loca circa templum existentia vsque ad murum exteriorem inclusiuè, quæ dicuntur sancta ratione sanctisanctorum, quod est in templo: & ideo supra dictum est, quod murus exterior diuiditur inter sanctum, & vile.*

13 Istæ autem men. *Post descriptionem templi, hic consequenter ponitur descriptio altaris holocausti. Et diuiditur in tres partes, Nam primo describitur eius dimensio; secundo, eiusdem dedicatio, ibi,* Et dixit ad me; *tertio offerentium in illo varia conditio, in principio 44. c. Ad intellectum primæ partis sciendum, quod altare holocaustorum describitur hic quadrum æquilaterum, & ex partibus nouem compositum. Prima pars iuxta terram vocatur sinus siue fundamentum, & eleuatur super terram per cubitum vnum; Secunda, crepido minor: nam ibi incipit discrepare ædificium altaris à fundamento, restringendo à latitudine fundamenti per vnum cubitum & ascendit sursum per duos cubitos; Tertia, crepido maior, ibi iterum restringitur ædificium altaris per vnum cubitum modo prædicto, & eleuatur sursum per quatuor cubitos: propter quod dicitur maior respectu præcedentis, quæ ascendit per duos cubitos tantum; Quarta, vocatur* ariel *& ascendit sursum per quatuor cubitos, & eius superficies superior est locus vbi crematur holocaustum, & sic altitudo altaris super terram est 11. cubitorum, & super altare in quatuor eius angulis quatuor cornua, de quorum altitudine non fit mentio nec in textu nec in glossa. Sciendum, quod ista quatuor cornua distant ab extremitatibus altaris, facientibus eius angulos, & locus cremationis holocausti: & sic circa locum cremationis vnus cubitus additur in circumitu. Ex quo sequitur, quod tota superficies superior altaris habeat in quadro 24. cubitos, quia locus cremationis est xij.* cu-

Margin: Idololatria cur fornicatio dicatur? — Idola in templo posita. — Diuisio. — Altaris holocausti pars 1. 2. 3. 4. — Cornua altaris holocausti.

sum & sapientiam quis inuestigabit? O profundum sapientiæ & scientiæ Dei, A *&c.* In Exodo altare quinque cubitorum in longitudine & v. in latitudine, hic recedens à sensibus quinque tendit ad vnionem, in quo cubitus verissimus cui iungitur palmus, id est, palæste, sextam habens cubiti partem.

Eccl.11.a. Rom.11.d. Exod.38.a.

a *Et cubitus in, &c.* HIE. lib. 13. cō. Vt & interiora. i. secreta & spatia altaris, quæ in latitudine demonstrantur, vno cubito finirentur.

b *Et diffinitio eius vsque ad labium eius, &c.* †† HIER. IBID. Pro B quo Aquila, Symmachus & Theodotio transtulerunt *termini*, 70. γεῖσον interpretati sunt, cuius verbi nō possum scire rationē, nec cuius linguæ sit dicere cōfidenter: nisi hoc admonere lectorem, quod vbi nunc *definitionem* interpretatus sum, *coronam* trāstulerim. Illudque breuiter demonstratur, quod in circumitu ipsius altaris in margine. s. & in circulo ipsius altaris repandum fuerit labiū, & quasi corona in modū lilij aspectu decora.

¶ Perfecto.

in cubito verissimo, qui habebat cubitum & palmum. In

a ¶ Altaris. b ¶ Qui scilicet ea quæ igne consumebantur suscipiebat. ¶ Alius. ¶ Alias terminus.

a sinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine, & diffinitio b eius vsque ad labium eius, & in circumitu palmus vnus.

a ¶ Pro quo supra coronam posuit Hieronymus. ¶ Altitudo cauaturæ.

c Hæc quoque erat fossa altaris. [14] Et de sinu terræ vsque ad crepidinem nouissimam duo cubiti & latitudo cubiti vnius,

a ¶ Propitiatorium maximum.

a ¶ LXX. A propitiatorio minori vsque ad propitiatorium maius.

d & à crepidine minori vsque ad crepidinem maiorem quatuor cubiti & latitudo cubiti vnius. [15] Ipse autem ariel qua- e tuor cubitorum, & ab ariel vsque sursum cornua qua-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

c *Hæc quoque.* HIER. IBID. Inferiora enim & profunda & terræ C cohærentia duali numero, qui immundis animalibus cōgruit, continentur. Superiora autem ad crepidinem siue ad propitiatorium peruenientia, vnius cubiti habent latitudinem, vt dualis numerus transeat ad solitarium, & bonum nuptiarum quod inferius est, ad vnionis perueniat beatitudinem.

Mysteria numerorū 1. & 2.

d *A crepidine, &c.* HIERONYMVS IBID. LXX. A propitiatorio minori, &c. Propitiatorium minus, *lapis excisus de monte sine manibus*: Propitiatorium magnum, *ipse lapis qui creuit in montem magnum, & impleuit orbem vniuersum.* Vel propitiatorium minus, *quando se exinaniuit formam serui accipiens*; Propitiatorium magnum quando recepit *gloriam quam habuit apud patrem antequam mundus fieret.* Prius enim Christi humilia agnoscimus, & sic ad diuinitatis alti- D tudinem peruenimus. Et tamen vtriusque naturæ propitiatorium ad vnius altaris pertinet sacramentum. Inter duo autem propitiatoria quatuor cubita, quatuor mundi elementa significātia, quæ & ipsa perueniunt ad vnius cubiti latitudinem. Et notandum, quod in mensura altaris primus cubitus in latitudine nulli copulatur, sed sua vnione perfectus est: Secundus autē latitudinis cubitus post duos cubitos crescit ad summum; Et tertius post propitiatorium minus, & maius per quatuor elementa ad E vnius cubiti mysteriū tendit; & vnus & alter & tertius cubitus in altari domini, non primus secundus & tertius, sed vnus & vnus, & vnus esse dicantur.

Dan.2.c. Phil.2.b.

Nota. Quatuor mundi elementa.

e *Ipse autem ariel.* ex HIER. vbi supra. *Lux mea Deus*, secundū quosdam, secundum Hier. leo vel fortis Dei. Quod ad altare propriè dicitur, in quo vel illuminatio Dei est vel leo & fortitudo eius: vnde, *Catulus leonis fili mi Iuda, &c.* Cubitorum autem quatuor est, & quatuor cornua habet, siue superiora quatuor cornuum vno cubito finiuntur, vt euangeliorum mensura, & in totum orbem fortitudo discurrens sub illuminationis Dei & leonis fortitudine demōstren- F tur, ad vnumque cubitum * perueniant diuinæ confessionis.

Gen.49. Quatuor sancta Euāgelia. * pertineat

† THEO. sect. 15. Ariel Hebræorū lingua *montem Dei* significat, vel secundum aliam interpretationem, *lumē Dei.* Vocat autem sic altaris basim; atque hic numerus cubitorū cum sacris apostolis consentit, qui bases & crepidines gratiæ fuerunt, & ecclesię fundamenta: *Tu es Petrus*, inquit, *& super hanc petram ædifi. &c.* Et ipsum altare duobus cubitis asserit maius esse Ariel & longitudine & latitudine: Neque enim sola diuinitate, sed etiam assumpta humanitate infinito interuallo maior est seruis dominus.

Sancti Apostoli. Matt.16. Matth.5.

a Qua-

NICOLAVS DE LIRA.

cubitorum in quadro. Item in extremitatibus altaris est quædam erectura sursum eleuata per vnum palmum, sicut fit in scacariis: & illa vocatur labium altaris, sicut describitur in figura.

Sciendum tamen, quod cum altare sit quadratum æquilaterum, non potest totum figurari in plano, sed vnum latus tantum: alia vero tria sunt per imaginationem inspicientis supplenda. His ita visis prima pars in duas diuiditur: quia primo describitur altaris dimēsio generaliter; secundo particulariter, ibi, Hæc quoque. *Circa primum dicitur,* Istæ autem mensuræ altaris, *supple, sunt, quæ inferius describuntur.*

Figura altaris holocausti.



1 In cubito verissimo, *id est, in cubito sanctuarij.*

2 Qui habebat cubitū. *nam vltra communem cubitum continet vnū palmum: sicut dictum est supra xl.*

3 In sinu eius. *Hebræi dicunt,* In fundamento eius, *potest tamen fundamentum dici sinus similitudinariè: quia recipit ea quæ superponuntur, sicut sinus ea quæ in ipso reponuntur.*

Sinus altaris.

4 Erat cubitus. *quia per vnum cubitum ascenditur super terram.*

5 Et cubitus. *Tantum enim excedit fundamentum siue sinus ædificium altaris quod superponitur.*

6 Et diffinitio. *id est, altaris terminatio, vnde in Hebræo ponitur:* Et terminus vsque ad labium, *id est, altitudo altaris terminatur in superiori superficie quæ habebat labium in circumitu, vt prædictum est: Et subditur quantitas huius labij, cum dicitur,*

Labium.

7 Et in circumitu palmus vnus, &c. *vnus sursum ascendendo, & sic habetur dimensio altaris in generali, quia descripta est pars inferior & superior*

8 Hæc quoque erat fossa altaris. *Hic consequenter describitur altaris dimensio particulariter, cum dicitur,* Hæc quoque erat fossa altaris. *Sciendum quod dictio Hebraica hic posita aliquando accipitur pro fossa, vel profunditate, aliquando pro eleuatione sursum, sicut in Latino hoc nomen altitudo licet communiter accipiatur pro eleuatione sursum, tamen aliquando accipitur pro profunditate per oppositum sicut Psal. lxviij. a.* Veni in altitudinem maris, *id est, in profundum; ideo subditur,* Et tempestas demersit me. *Et Ioannis iiij. b.* Puteus altus est, *id est, profundus: & ideo vbi translatio nostra habet* fossa, *debet dici altitudo, & hoc patet per litteram sequentem, cum dicitur,*

Altum pro profundo. Fossa pro alto.

9 Et de sinu terræ. *id est, de fundamento altaris, quod immediatè adhæret terræ.*

10 Vsque ad crepidinem. *In Hebræo habetur,* Paruam, *& hoc patet per litteram sequentem, vbi vocatur* crepido minor.

11 Duo cubiti. *scilicet altitudinis huius crepidinis: & sic omittitur hic vnus cubitus altitudinis fundamenti, & in fine resumitur.*

12 Et latitudo cubiti. *& accipitur hic latitudo spatium secundum quod extenditur hæc crepido in latitudine vltra ædificium immediatè supra positum eo quod ibi discrepat ædificium immediatè supra positum ab eo quod supponitur. Et eodem modo exponendum est quod subditur,*

13 A crepidine minori. *id est, ab eius parte superiori,*

14 Vsque ad crepidinem. *id est, vsque ad terminum eius superiorem.*

15 Quatuor cubiti. *Propter quod dicitur maior crepido, quia ascendit per quatuor cubitos, alia per duos tantum.*

16 Ipse autem Ariel. *id est, superior pars altaris, quæ vocatur Ariel, eo quod in superiori superficie est locus cremationis holocaustorum, vt supradictum est: & sic deuorat illas carnes siue adipes, sicut leo fortis deuorat carnes.* Ariel *autem leo fortis interpretatur.*

Ariel.

17 Quatuor cubitorum, *ascendendo sursum.*

18 Et ab ariel, *id est, ab eius angulis.*

19 Cornua quat. Et ariel xij. cubitorum in longitudine, &c. *quia locus cremationis est.*

1 Duo-

a *Quadrangulum æquis lateribus.* HIER. lib. 13. com. Per quatuor latera vndique duodecim cubiti simul efficiunt xl. & octo cubitos sacerdotalium ciuitatum, vt his, quasi fundamentis in toto orbe diuisis ecclesiæ fortitudo solidetur.

b *Et crepi. qua. cubi.* IBID. Significat, quod dominus noster, qui verè propitiatorium est, non solum pro peccatis nostris, sed omni mundo per quatuordecim generationes venerit ab Abraham vsque ad Dauid, & rursum per alias quatuordecim vsque ad captiuitatem Iechoniæ & eiusdem numeri sacramento ad terrena descenderit, vt in tertia tesseredeca de diuini numeri sacramento saluaret quatuor angulos mundi; de quibus dicitur, *Multi venient ab oriente & occidente aquilone & austro, & recumbent cum Abraham Isaac & Iacob in regno cælorum.*

Genealogia Christi secundum carnem. Matt. 8. b.

c *Dimidij cu.* IBID. Pro peccatoribus, qui tantum saluantur misericordia creatoris: vnde, *Pro nihilo sal. facies il.*

Psal. 55. b.

d *Vnius cubit.* IBID. In quo iusti saluantur numero. s. solitario atque perfecto, & imitante vnam diuinitatē: vnde Apostolus, *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*, cuius propitiatione, & peccatores & iusti reconciliantur.

2. Cor. 5. d.

e *Gradus autem eius.* HIER. IBID. Hi sunt xxiiij. libri veter. Testamenti, qui habebāt in Apocal. Ioann. citharas, & in capitibus coronas. Vel sacramenta patris & filij & spi. sancti, in quo nobis datur vera propitiatio, Et propter hoc graduum numerus incertus relinquitur, vt quantocumque studio ad altiora conscenderimus, putemus nos esse in inferioribus, cogitantes illud. *Ibunt de virtute in virtutem.*

Libri veteris testamenti. Apoc. 4. b. Psal. 83. b.

f *Et dixit ad me.* IBID. His ostensis docet vir supradictus, quomodo opere perfecto altare debeat expiari & consecrari, primum. s. offertur victima & datur sacerdotibus.

g *Holocaustum.* HIER. IBID. Nota, quod vitulus totus offertur & crassitudo corporis eius diuino igne consumitur: *Et si enim nouimus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus.* Hircus autem secundo die offertur quidem in victimam, sed holocaustum domini præstanti reseruatur. Notandum quoque iuxta Hebraicum, ipse Ezechiel quasi sacerdos vitulum iubetur assumere & holocaustū facere & sanguinem eius in circumitu aspergere tam altaris quam angulorum & coronæ siue basis. Septuaginta autem, alios sacerdotes, hoc facere demonstrant: Sed & ipse Ezechiel de numero sacerdotū est.

Quem designet Deus ministrum sacrificij hic descripti.

h *Hircum ca.* HIER. Quod est animal semper ad excelsa festinans & in præcipitiis nihil periculi sustinens, illic inuenit viam, vbi alia animalia ruinam, vnde Græcè caprarum grex sublimium conuersatio dicitur; Pascha facturi assumunt de grege agnum & hœdum. Et qui primo facere pascha non potuerūt, in secundo mense faciunt quorū alterum ad pœnitētes, alterum ad iustos pertinet.

Caprarum. Pœnitentes. Iusti.

i *Vitulum de.* HIER. IBID. Moyses & Elias videntur in monte cū domino, id est, lex & prophetæ, quia nunciabant ei quod passurus esset in Ierusalem. Postquā altare & mēsuræ eius in vertice montis demonstrata sunt, & consecratio, & expiatio per vnum vitulum immaculatū & hircum, siue duos hœdos (secundum Lxx.) quorum vitulus ad Christum sequentes ad apostolos ministrosque pertinent, ne in consecratione spiritualis altaris, & propriè ad ecclesiam pertinentis lex & prophetæ videantur exclusi: ideo consecrato altari, vitulus immaculatus assumitur & aries, & offeruntur in conspectu domini. Et filij Sadoch. i. iustorū sacerdotes aspergunt sal super capita eorum, vt lex. s. & prophetæ sapore euangelij condiantur, nec illum sacrificium est iuxta legis imperium, & Apostolum (qui ait: *Sit autē sermo vester sale cōditus*) quod sale careat. Vtrūque autem offertur in holocaustum domino, quod corpus pinguis litteræ, quod significatur in lege, & prophetiæ nubilum, igne domini. i. spiritusancto (de quo dicitur *Spiritu ferventes*) in spiritualem & tenuem substantiam conuertantur.

Lex & prophetæ sapore euangelij condiantur. Col. 4. b. Rom. 12. c.

Paulatim manifestat. a *Propter duodecim tribus, & apostolos duodecim.*

tuor. [16] Et ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis, quadrangulum æquis lateribus.

a *Lxx. propitiatorium: Symmachus, circumitum.*

[17] Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius:

Lxx. Sison. a *Propitiatorij.* b *Symmachus, consummatio.*

& corona in circumitu eius dimidij cubiti, & sinus eius

a *Propitiatorij.*

vnius cubiti per circumitum. Gradus autem eius versi ad orientem. [18] Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit dominus Deus: Hi sunt ritus altaris, in quacumque die fuerit fabricatum, vt offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis. [19] Et dabis sacerdotibus & Leuitis qui sunt de semine Sa-

Id est, iusti.

doch, qui accedunt ad me, ait dominus Deus, vt offerant

a *Qui pro nobis immolatus est.*

mihi vitulum de armento pro peccato. [20] Et assumens de san-

a *Quo redempti sumus.* b *Quia in hoc sanguine purificantur quatuor plagæ mundi.* *Altaris.*

guine eius pones super quatuor cornua eius, & super qua-

a *Vt vniuersa purgentur, & fit firma propitiatio.* b *Propitiatorij.*

tuor angulos crepidinis, & super coronam in circumitu,

a *Altare Christi expiatur sanguine, vt orationes sanctorum mundæ perueniant ad Deum.*

& mundabis illud & expiabis. [21] Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato, & combures illum in separato loco domus extra sanctuarium. [22] Et in die secunda offeres hircum

In hirco.

caprarum immaculatum pro peccato, & expiabunt altare sicut expiauerunt in vitulo. [23] Cumque compleueris expians

a *Moysem mitissimum.* b *Eliam similem Moysi, vnde audet dicere: Ego relictus sum solus.*

illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum, [24] & offeres eos in conspectu domini. Et mittent sacerdotes super eos sal, & offerent eos holocaustum domino.

Sermonem.

[25] Septem diebus facies

Operationem.

hircum pro peccato quotidie, & vitulum de armento,

k *Hircum pro.* IBID. Vt per hæc sacrificia septē diebus ad perfectū expietur altare. In vij. sabbatismus significatur, quo populo Dei reseruatur, in quo veram requiem speramus, nec facimus seruile opus peccati.

HIE. IBID. In hirco & vitulo & ariete tria generalia delicta mōstrantur, quibus humanum subiacet genus: aut cogitatione enim, aut sermone, aut opere peccamus. Cogitatio ad arietem, quæ prima est omnium peccatorum, & ex qua cetera duo genera nascūtur. Hœdus & hircus, ad sermonē, qui de excelsioribus disputat. Opera in vitulo signantur qui vomeri & labori & terrenis operibus mancipatur. Hæc igitur & immaculata per dies septem veri sabbati atque perfecti Deo offerre debemus, & expiare altare, vt oratio nostra munda ad Deum perueniat.

Tria genera peccatorū.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Duodecim cub. &c. *Per quadrum.*

2 Et crepido, *scilicet, ipsius Ariel.*

3 Quatuordecim. *s. per quadrum, quia vnus cubitus in quatuor lateribus altaris protenditur vltra cornua, vt prædictum est, & sic tota superficies superior altaris est xiiij. cubitorum in quadrum. Et vocatur ille cubitus crepidi altaris, quia ibi discrepat altare ab eo quod est inferius per vnum cubitum vltra se extendens, & spissitudo illius crepidinis est dimidij cubiti: ideo subditur,*

Crepido seu corona altaris.

4 Et corona. *In Hebræo habetur:* Et crepido. *potest tamen dici corona, quia superiorem partem altaris circumdat.*

5 Et sinus eius. *id est, fundamentum altaris.*

6 Vnius cubiti, *Super terram; & sic resumitur altitudo fundamenti quæ supra fuit omissa, vt prædictum est.*

7 Gradus autem. *s. altaris.*

8 Versi ad ori. *id est, positi in parte orientali altaris, vt sic sacerdos offerēs super altare habeat faciem versam ad templum, quod est in parte occidentali.*

9 Et di. ad. *Hic consequenter describitur dedicatio altaris per sacrificia septem diebus & octauo die & deinceps fient ibi sacrificia & oblationes rite, & patet littera paucis exceptis quæ discurrentur.*

Dedicatio altaris.

10 Et dabis sacer. *id est, dandum in futuro denuntiabis.*

11 Qui sunt de. *Exponatur sicut supra in fine xl. cap.*

12 Et mundabis. *id est, aptabis ad faciendum ibi oblationes.*

13 Et combures. *id est, intra clausuram totius ædificij: tamen extra atrium interius & templum.*

14 Septem die. *id est, offeres eum & cetera animalia.*

a Et implebunt. HIER. lib. 13. com. Donis. s. sacrificij propotifice, pro sacerdotibus, pro populo, vt nemo stet vacuus coram domino. (Deut. 16. d.)

b In die. IBID. Vt dicat cum Apostolo resurreximus cum Christo; & vltra octauam tendant (Rom. 6. d.)

a ¶ Cogitationem.

& arietem de pecoribus, immaculatos offerēt [26] septem diebus, & expiabunt altare & mundabunt illud, & implebunt [1] a manum eius. [27] Expletis autem diebus septem, in die octaua b & vltrà facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & quæ pro pace offerunt, & plācatus ero vobis, ait dominus Deus.

a ¶ Lxx. Manus suas. b ¶ Altaris. a ¶ His delectatus.

dant ad cælestia, & offerant pro nobis holocaustum, siue quæ pro pace peccatorum & salute nostra sunt, vt per ignem sancti spiritus omnia quæ cogitamus, loquimur & facimus, in spiritualem substantiam conuertātur. (Ignis spiritus sancti.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et implebunt. *Id est, locum cremationis dictis sacrificiis & dicitur* manus, *eo quod superposita sacrificia. Cetera patent ex supradictis.*

ADDITIO.

In ca. 43. vbi dicitur in postil. Implebunt manum, &c. *Hoc quod dicitur,* Implere manum *alicuius, in scripturis sacris intelligitur supplere ea quæ sunt necessaria, seu requisita ad tale officium, seu ad talem dignitatem: vnde, Exodi xix. dicitur: In consecratione sacerdotis,* Implebis manum Aaron & filiorum eius, *id est, administrabis eis necessaria seu opportuna ad huiusmodi officia seu dignitates, Similiter hoc cum dicitur,* De altari implebunt manum eius, *intelligitur quod administrent seu suppleant ea quæ requiruntur ad eius mundationem seu expiationem.* (Quid sit implere manum?)

CAPVT XLIV.

a ET conuertit. HIER. lib. 13. com. Multæ sunt portæ in descriptione templi tam intus quam foris: altaris quoque figura & consecratio & sacrificia sermo præteritus percurrit, quo finito, venit ad portam sanctuarij exteriorem, quæ respicieb. ad orien. & erat clau. vnde, *Et conuertit me.*

b *Porta san.* IBI. De qua: *Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, & væ vobis legis doctoribus, qui tollitis clauem scientiæ: Ipsi non ingredimini, &c.* Hic est liber signatus in Isaia. Hic est liber natus. *nemo potest soluere & aperire signacula nisi leo de tribu Iuda.* (Matt. 23. b. Luc. 11. g. Isa. 29. d. Apoc. 5. a.)

c *Porta hæc.* HIE. IBID. priusquam Saluator humanum corpus assumeret, & se formam serui accipiens humiliaret, clausa erat lex & prophetia, & omnis scientia scripturarum, clausus erat paradisus. Postquam autem ille pependit in cruce, & ait latroni, *Hodie mecum eris in paradiso*: statim *velum templi scissum est*, & omnia aperta sunt, ablatoque velamine dicimus, *Nos autem reuelata facie gloriam domini contemplantes, &c.* Si in Christo reuelata sunt omnia, quomodo porta clausa erit, & non aperietur? Sed quamuis ad summam scientiam venerimus, comparatione diuinæ scientiæ, *nunc ex parte scimus, ex parte cognoscimus. Cum autem peruenerit quod perfectum est, eua. quod ex par. est.* Vnde & Paulus nunc perfectum se, nunc imperfectum dicit. Est enim comparatione aliorum perfectus, comparatione diuinæ scientiæ imperfectus. (Phili. 2. a. Christus incarnatus aperuit scripturas & cælum. Luc. 23. f. 2. Cor. 13. d. 1. Co. 13. c. Discrimen inter scientias viatorū & beatorū. Philip. 3. c.)

HIERONYMVS IBID. Quod autem porta orientalis extra terminos mundi semper clausa sit, Ioannes aperit cum dicit, *Deum nemo vidit vmquam, sed vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit.* Quasi aliis verbis dixerit, *Eritque clausa principi: & princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem* perfectæ & consummatæ scientiæ. *Nemo autem nouit filium nisi pater, & nemo nouit patrem nisi filius, & cui filius voluerit reuelare.* (Ioan. 1. b. Matt. 11. d)

† THEOD. sect. 15. Ostendit portam clausam, præcepitque hanc continenter claudi, & attribui ipsi actori omnium rerum domino: non quod porta indigeret, qui vbique interest: Verùm, imbecillioribus auribus sese accommodans hæc designat. Et par est per hæc nobis virginalem aluum innui, per quam nec ingressus est, neque egressus alius aliquis, quàm solus ipse dominus. (Vterus B. Virginis per portam clausam designatur.)

CAPVT XLIV.

a b [1] ET conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris [2] quæ respiciebat ad Orientem, & erāt clausa. [2] Et dixit dominus ad me. Pōrta hæc clausa erit, & non c aperietur, & uir non transiet per eam, [3] d quoniā dominus Deus Israel ingrēssus est per eā, eritq; clau- [4] [5] sa prīncipi. [3] Princeps ipse sedebit in ea, vt cōmedat pānem [6] [7]

a ¶ Virgo Maria, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. a ¶ Scripturarum scientia. a ¶ Ad plenum. b ¶ Quamuis perfectus comparatione aliorum. ¶ Solus. a ¶ Qui clausis ingressus est ostiis. ¶ Vnde spiritus sanctus superueniet in te, & vir. al. obum. ti. a ¶ Lxx. Duci. ¶ Verbi Dei. ¶ In cuius aduentu reserabitur. ¶ Ad vsum eius. b ¶ Christus. s. qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, ipse est hostia. c ¶ Nobiscum. d ¶ Cælestem: & vinum de quo: Non bibam amodo de hoc genimine vitis: nisi in regno patris mei: illo. s. regno de quo dicitur, Regnum Dei intra vos est.

† CHRYS. ho. de Ioā. Bapt. Da potentiæ Dei, quia de virgine Christus natus sit, & tamen ipsa virgo fuerit post partum, vt legimus in Ezechi. *Porta hæc, &c.*

† EVSEB. EMIS. ho. 8. de nat. dom. Eadē nunc potentia mūdi istius ianuam per partū inuiolatæ matris intrauit, qua postmodum ad discipulos clausis foribus penetrauit.

† AMB. epist. 81. Quę est illa porta sanctorū, illa exterior ad orientem quæ manet clausa? *Et nemo* inquit, *pertransibit per eam*, nisi solus Deus Israel: Nonne est Maria, per quam in hunc mundum intrauit?

† RVFFINVS in Symb. Quid tam euidens dici de consecratione virginis potuit? Clausa fuit in ea virginitatis porta. Per ipsam introiuit dominus Deus Israel, & per ipsam processit, & in æternum porta virginis clausa, seruata virginitate permansit.

† AVG. l. de eccle. dogm. ca. 66. & li. de hęre. c. 84. Integra fide credendum est, beatam Mariam Dei Christi matrem, & virginem concepisse, & virginem genuisse, & post partū virginem permansisse. Nec est blasphemiæ Eluidij acquiescendum, qui dixit, Fuit virgo ante partum, non virgo post partum. (Mater Christi virgo ante partum & virgo post partū.)

d *Eritque.* HIER. vbi supra. Nemo enim potest passionis, corporisque & sanguinis domini pro maiestate rei sacramenta cognoscere. Tantæ autem bonitatis & clementiæ est princeps noster, vt cum solus sedeat in porta, quæ clausa est, & panem coram domino comedat, velit tamen plures mensæ suæ habere consortes & dicat: *Ecce ego ad ostium sto & pulso, si quis mihi ape. in. ad ill. & cœnabo cum ipso, & ipse mecum.* Solus autem comedit panem coram domino, quia substantia eius diuinaque natura ab omnibus separata est. (Apoc. 3. d)

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XLIV.

ET conuertit. *Post descriptionem dedicationis altaris, hic consequenter agitur de oblationibus ibi fiendis, & diuiditur in duas partes: quia primo de hoc agitur quantum ad principes: secundo, quantum ad ministros, & sacerdotes, ibi,* Et adduxit me. *Circa primum sciendum, quod princeps erit vicarius Dei in temporalibus, & ideo describitur hic habere prærogatiuam in modo veniendi ad offerendum: tamen per manus sacerdotum, & etiam quantum ad comedendum. Nam de oblatione pacifica vna pars cedit in vsum offerentium, quam debent comedere coram domino, vt diffusè dictū fuit in Leuitico. Quantum igitur ad primum, sc. viam veniendi ad offerendum dicitur.* (Diuisio. Oblatio principis.)

1 Et conuertit. *sc. angelus me deducens.*

2 Ad viam por. *Id est, atrij interioris, quod dicitur hic sanctuarium exterius. Nam ibi offerebatur sacrificium sub dio in altari holocaustorum, sed consummabatur per oblationem incensi intra templū. Cetera patent vsque ibi.*

3 Et vir non tran. *id est, homo de communi populo, & subditur ratio.*

4 Quoniam dominus. *propter quod debet esse maioris reuerentiæ, & minus communis quàm alia. De hoc autem ingressu domini per eam habetur supra in principio praeced. cap.* (Porta principis.)

5 Eritque clau. *Hic est finis versus in Hebræo, & est sensus, quod erit clausa communi populo: & sequitur principium sequentis versus,* Princ*ipem, & subintelligitur: excipio. sicut ij. Reg. v. a. dicitur.* Qui percusserit Iebuseū, *& subintelligitur erit princeps militiæ, sicut ibidem fuit declaratum, & sic est in proposito, ideo subditur,*

6 Princeps. *ideo non solum poterit ibi intrare, sed etiam sedere: Et ad quid subditur.* 7 Vt comedat panem. *id est, hostiæ suæ partem. nam*

a *Et ecce.* HIER. lib. 13. com. In consummatione tabernaculi & A in ædificatione templi Salomonis apparuit gloria domini, quæ postea Euangelicæ gloriæ comparatione destructa est: vnde Paulus, *Etenim non est glorificatum quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam.* Non autem destructionem prioris gloriæ abolitionem putemus, Sed *cum venerit quod perfectum est, destruitur quod ex parte est*, velut si solis radiis lampadem compares vel lucernam, vnde, *Ille erat lucerna ardens & lu. &c.* Postquam vero sol iustitiæ venit, lumen lucernæ absconditum est, vnde, *Illum oportet crescere, me autem minui.*

2. Paral. 7. a. — 1. Cor. 5. c. — Christus legem perfecit non euertit. — Ioan. 5. f. — Ibidem. 3. d.

B b *Et cecidi in faciem meam.* HIER. IBID. Ne dum plus cernere cupiat, quam quod humana potest infirmitas, ipsum oculorū lumen amittat: vnde familiarius vocat eum dominus, filium hominis.

*supr. 43. a.

c *Ceremoniis, &c.* HIERON. IBID. Nota quod in mundi huius plaga, *qui in maligno positus est*, & in aquilonis frigore constitutis, cælestiū nobis ceremoniarum ordo monstratur.

1. Ioan. 5. d. — Per quæ viatores sint instruendi.

d *Sufficiant vobis.* IBI. C Ad pœnitentiam peccatorum priorū hortatur, ne peccata peccatis addamus, materiam præparantes futuro incendio.

† THEOD. sect. 15. Dicere iubetur exacerbanti populo, vel litigioso, & contentioso (ita enim alij interpretati sunt) vt contenti sint pristinis facinoribus, quæ patrare ausi sunt, alienigenas & incircumcisos in sacrum Dei templum introducentes: & quod maximum criminum est, quia non solum carnem incircumcisam habebant, sed etiam mentem ipsam, ita vt perspicuum sit cordis circumcisionem iustitiæ perfectionem esse, carnis vero circumcisionem circumcisionis mentis argumentum esse & signum.

Circumcisio carnis & cordis.

[Interlinear: a Quia intus est omnibus infusus. b Vt eos qui per se intrare non possunt, introducat. c Quia foris est omnibus circumfusus.]

coram domino. Per viam vestibuli portæ ingredietur, & per [1][2] [Interlinear: a Vt alios introducat, & loquatur eis qui difficiliora non capiunt. b Vir prædictus.] viam eius egredietur.[4] Et adduxit me per viam portæ aquilo- [3] [Interlinear: Templi. s.] a nis in conspectu domus, & vidi, & ecce impleuit gloria do- [4][5][6] [Interlinear: Templum. s. a Maiestatem ferre non sustinens.] b mini domum domini. Et cecidi in faciem meam.[5] Et dixit ad [Interlinear: Quia humiliter cecidit confortari meruit. a Primum. b Animam. c Secundo. d Interioribus: de quibus dicitur Abrahæ: Leua oculos tuos & vide stellas cæli.] me dominus: Fili hominis, pone cor tuum & vide oculis tuis, [Interlinear: a Tertio. b Qui habet aures audiendi, audiat.] & auribus tuis audi omnia quæ ego loquar ad te de vniuersis c ceremoniis domus domini, & de cunctis legibus eius. Et [7][8] [Interlinear: a Tandem. b Quia multi introitus significant ordinem ceremoniarum. c Procemium. s. est, & præparatio prophetæ est ad intelligenda ea quæ postea super templi ordine cogniturus est.] pones cor tuum in viis templi per omnes exitus sanctuarij:[6] & [9] dices ad exasperantem me domum Israel: Hæc dicit do- d minus Deus: * Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus [10] [Interlinear: a Hoc est primum peccatum.] e Israel,[7] eo quod inducitis filios alienos incircumcisos cor- [11] f de, et incircumcisos carne, vt sint in sanctuario meo, et pol- [12] g [Interlinear: a Propositionis. s. in omnibus ecclesiis de vno pane pullulantes. b De quo. Adipe frumenti sa. eos.] luant domum meam: et offertis panes meos, adipem et san- [Interlinear: a Qui in Christi passione fusus est. b q. d. Cum tales in sanctuarium meum inducatis, & domum meam polluatis, quomodo audetis offerre panes? &c. Mystica. s. sacramenta, & non intelligitis quod solueritis pactum meum, &c.] guinem, et dissoluistis pactum meum in omnibus sceleribus vestris,[8] et non seruastis præcepta sanctuarij mei, et po- [13] suistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo [Interlinear: a Non mihi. s. Qui vobis seruiant, & ob vestra refrigeria meum polluistis sanctuarium.] h vobismetipsis.[9] Hæc dicit dominus Deus: Omnis alienigena [14][15] [Interlinear: a Quamuis cum populo Israel esse videatur.] incircumcisus corde, et incircumcisus carne, nō ingredietur sā- [16] [Interlinear: a A Deo. b Corpore.] ctuarium meum: omnis filius alienus, qui est in medio filio-

D e *Eo quod inducitis.* HIER. vbi supra. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* In quibusdam exemplaribus habetur, *Ne introducas impium in tabernaculum iustorum.*

1. Cor. 5. b.

f *Alienos.* HIE. IBID. Alieni nisi circumcisi corde, carne, auribus, labiis, oculis, gustu, odoratu, in sanctuarium non debet introduci. Audiant hoc episcopi presbyteri, ne tales introducant: vnde, *Nemini citò ma. im.*

Nota pro Episcopis ne temere cuiquam manus imponant. — 1. Tim. 5. d.

g *Incircumcisos corde.* IBID. Cultello Dei cor nostrum circumcidimus, & præputiū auferimus: cum turpes cogitationes de corde nostro non exeunt, Ne de nobis illud dicatur, E *Incrassatum est cor populi huius.* Caro similiter circumciditur, si non luxuriæ, sed necessitati tantum mancipatur in victu, in vestitu & ceteris, vt audiat, *Hodie abstul. opprobrium Aegypti à vobis*, Ægyptij enim magnarum carnium sunt.

Act. 28. g. — Iosue 5. c.

h *Omnis alienigena.* HIER. IBID. Quamuis filius, quamuis cognatus, quamuis antiqua consuetudine vel necessitudine deuinctus, si circumcisus corde vel carne est, nō introducamus in sanF ctuarium domini, nec ministros Christi nostros faciamus ministros, & pro carnalibus refrigeriis altare domini polluamus.

Non respicienda est caro & sanguis dum ministros Dei eligimus.

† THEOD. vbi supra. Præcipit Deus eos qui animo incircumcisi erant, & corpore alienigenas, & externos, procul à diuinis septis morari: Leuitas autem, qui scelerum populi participes fuêre, & idolorum cultum amplexi à proprio ordine defecerunt, neque parentum officio fungi, neque holocaustum iugulare, aut sacrificium pro peccato, neque sacris appropinquare: sed suæ impietatis fructum ignominiā percipere.

Qui à sacris arcendi.

a Sed

NICOLAVS DE LIRA.

nomine panis intelligitur in scriptura omnis cibus, vt frequenter supra dictum est.

1 Per viam vestibuli portæ, &c. *id est, porticus orietalis interioris atrij.*

2 Ingredietur. *ad offerendum.*

3 Et per viam eius. *& in hoc quadā prærogatiua principis tangitur. nam infra xlvj. cap. dicitur quod populus ingrediens per viam aquilonarem, egrediatur per australem, & è conuerso. Ad dictam sententiam inducitur etiam per expositores Latinos translatio nostra, vbi dicitur,* Et erit clausa princi. *id est, pro reuerentia principis per eam ingredientis, sicut si diceretur, hoc cellarium est sigillatum ori regis, id est, appropriatum vsui eius.*

4 Et adduxit me per viam. *Hic consequenter agitur de oblationibus quantum ad ministros & sacerdotes. Et diuiditur in duas partes, quia primo agitur de malis ministris, secundo de bonis, ibi,* Sacerdotes autem & Leuitæ. *Prima in duas, nam primo arguitur extraneorum institutio, secundo intraneorum destitutio, ibi,* Sed & Leuitæ. *Prima pars patet, paucis exceptis quæ discurrentur.*

Oblatio ministrorum & sacerdotum. — Diuisio.

5 In conspectu domus, *id est, templi.*

6 Et ecce impleuit gloria domini. *sicut suprà expositum est in principio præcedentis capituli.*

7 De vniuersis ceremoniis domus domini, &c. *id est, oblationibus & sacrificiis.*

8 Et de cunctis legib. *id est, de modis viuendi ministrorum & sacerdotum.*

9 Et pones cor, &c. *ad retinendum in corde, sicut supra sunt descriptæ.*

10 Sufficiant vobis omnia. *id est, amodo debetis cessare ab eis & erubescere.*

11 Eò quod inducitis. *id est induxistis, dum adhuc staret templum Salomonis. Dicit tamen* inducitis, *in præsenti: nam aliqui habebant voluntatem hoc faciendi, si possent.*

12 Filios alienos. *Aliqui enim reges, & etiam sacerdotes eis consentientes, non solum posuerunt idola in Ierusalem, sed etiam in atriis templi, & ad cultum illorum admittebant sacerdotes Gentiles cultum idolorum scientes, & cum eis sacrificabant Iudæorum sacerdotes, & postea offerebant sacrificia domini: ideo subditur,* Et offertis panes meos, &c.

Sacerdotes idolorū.

13 Et posuistis, &c. in sanctuario. *id est, in atriis meis & templo.*

14 Vobismetipsis. *ad quæstum vestrum, & non honorem meum. Et subditur sapientia domini,*

15 Omnis alienigena, *quantum ad Iudæos malos.*

16 Et incircumcisus carne, *quantum ad Gentiles.*

a *Sed & Leuitæ.* HIERON. lib. 13. com. significat secundum LXX. A quod Leuitæ sacerdotalis gradus, qui errauerunt postquam recesserint iniquitates suas, stent in sanctuario, & mactent holocausta, & ibi stent vt ministrent eis, &c. Quod si ita est, quomodo stare poterit, vt Leuitæ qui recesserunt post idola, ipsi ministrent in domo, & mactent holocausta? Quid enim amplius facturi sunt sacerdotes filij Sadoch, qui custodierũt ceremonias Dei? Hebraicũ hũc habet sensum. Leuitæ mali, portabũt iniquitates, eo quod fuerint in sanctuario meo ministrãtes in officio portarũ. Ipsi enim offe- B rebant holocausta & victimas, & stabãt in conspectu eorum vt ministrent pro eis. Quia ergo ministrauerunt pro illis in cõspectu domini, &c. Symmachus lectionis ordinẽ & sensum considerans rectius interpretatus est di. *Posuerã eos custodes ianuarum domus, & vniuersi ministerij eius, & omnium quæ fiunt in ea,* vt non ad eos pertineant, qui futuri sunt C in templo, sed ad eos qui fuerunt.

Quam hic pœnã imponat Deus Leuitis & sacerdotibus lapsis? *Suprà 47. d.*

b *Et errauerunt à me.* HIER. IBID. Si qui in tempore erroris vel persecutionis, idola secuti sũt, quę de corde suo confinxerunt, & nõ solum voce, sed manus subscriptione, Dei filium creaturam cõfirmauerunt: quomodo pontificale vel sacerdotale retinent fastigium, qui redacti in laicos pristina debuerunt scelera deplorare? Sed quidquid à multis peccatur, inultum est.

Clerici in hæresim lapsi.

c *Et dabo eos ianito.* HIER. IBID. Q. Pro sacerdotali officio quo holocaustum & victimas & omne sacrificium offerre consueuerant, D in vltimum conuertentur gradum.

d *Vestibus lineis.* HIER. IBID. Vestibus lineis vtuntur Ægyptij sacerdotes non solum intrinsecus sed extrinsecus. Religio autem diuina alterum habet habitum in ministerium, alterum in vsum.

Vestes sacerdotum Ægyptiacorum & Hebræorum.

HIER. IBID. Vestibus lineis, id est, *cum mortale hoc induet immortalitatem: corruptibile incorruptionẽ.* Hæc vestimenta proprio nobis labore conficimus, quæ desuper texta sunt, qualem tunicam dominus habuit, quæ scindi nõ potuit: his induimur quãdo secreta & arcana domini cognoscimus, & spiritum habemus, E qui etiam alta & profunda scrutatur, quæ non sunt populo mõstranda, qui non est sanctificatus, nec domini sãctitudini preparatus, ne si maiora se audierit, maiestatẽ scientiæ ferre nõ possit, & quasi solido suffocetur cibo, qui adhuc lacte nutriendus est. Sunt & pessima vestiméta, Vnde, *Induit maledictionem sicut vestimentum,* Et paulo F post, *Fiat sicut vestimẽtum, quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur.* Vnde & dominus, qui peccata nostra portauit, in Zacharia sordida dicitur habere vestiméta: *Et Iesus erat sordidis indutus vestibus.* Sed postea deponit: vnde, *Aufer ab eo sor. vest.*

1. Cor. 15. g. *Vestis munda.* *Ioan. 18. d.* *Doctrina discipulis pro modo suæ capacitatis ministranda.* *Psal. 108. c.* *Vestis sordida.* *Zachar. 3. a.* *Ibidem.*

e *Vitta lineæ erunt in capitibus eorum, &c.* IBID. In sanctis capita operiunt sacerdotes, quia non iustificatur in conspectu domini omnis viuens. Et ab infantia cor hominis appositum est ad malitiam.

Psal. 142. a. *Gen. 8. d.*

a ¶ Sacerdotalis gradus.
a rum Israel.[10] Sed & Leuitæ qui longè recesserunt à me in erro- 1 2
b re filiorum Israel, & errauerunt à me post idola sua, & por- 3
¶ Alias portabunt. i. accipient. a ¶ Lxx. Erunt in sanctis meis ministrantes.
tauerunt iniquitatem suam,[11] erũnt in sanctuario meo æditui & ianitores portarum domus & ministri domus. Ipsi mactabunt holocausta & victimas populi, & ipsi stabunt in conspectu eorum, vt ministrent eis.[12] Pro eo quod ministrauerunt illis in conspectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis, idcirco leuaui manum meam super eos, dicit dominus Deus, & portauerunt iniquitatem suam.[13] Et non appropinquabunt ad me, vt sacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum, sed portabunt confu- 4–16
a ¶ In sempiternam ignominiam, vt ab omni intrante & exeunte videantur degradati.
c sionem suam & scelera sua quæ fecerunt.[14] Et dabo eos ianitores domus in omni ministerio eius, & vniuersis quæ fiunt
a ¶ Id est, iustorum vel iusti Dei.
in ea.[15] Sacerdotes autem Leuitæ filij Sadoch, qui custodierũt ceremonias sanctuarij mei, cum errarent filij Israel à me, ipsi accedant ad me vt ministrent mihi. Et stabunt in con- 17–21
a ¶ Pinguissimam hostiam, viuam. s. & Deo placentem.
spectu meo, vt offerant mihi adipem & sanguinem, ait dominus Deus.[16] Ipsi ingredientur sanctuarium meum, & 22 23
a ¶ Accendunt. s. thymiamata.
ipsi accedent ad mensam meam, vt ministrent mihi, &
a ¶ In omnem ritum. s. sacrificiis.
custodient ceremonias meas:[17] Cumque ingredientur por- 24
a ¶ Non laneis. b ¶ Vnde, Induimini dominum Iesum Christum. Et alibi, Induite vos viscera misericordiæ & bonitatis, humilitatis, mansuetudinis & patientiæ. Et iterum, Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est.
d tas atrij interioris, vestibus lineis induentur: nec ascendet super eos quicquam laneum, quando ministrant in 25 26
a ¶ i. in abditis sanctisque sanctorum. b ¶ Corona gratiæ, vnde, Coronam gratiarum excipiet vertex tuus. ¶ Alij cidares.
e portis atrij interioris, & intrinsecus.[18] Vittæ lineæ erunt in 27

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sed & Leuitæ. *Hic consequenter describitur intraneorum destitutio, scilicet sacerdotum malorum Leuitici generis, quorum describitur hic destitutio à sacerdotij officio, & reductio ad officia vilia & minora. Dicit ergo.* Sed & Leuitæ. *id est, sacerdotes Leuitici generis.*

2 Qui longè recesserunt. *Per idololatriam.*

Mulctantur Leuitæ qui lapsi fuerãt.

3 In errore. *sequentes in hoc reges & populum.*

4 Et portauerunt. *quia propter hoc erant dispersi in captiuitatem.*

5 Erunt in sanctuario. *id est, custodes & seruitores in ædibus. s. aliis à templo, & interioribus gazophylaciis à quibus excludentur, vt patebit infra, & ideo sanctuarium accipitur hic largè, prout se extendit ad loca intra murum exteriorem inclusa.*

6 Et ministri domus. *in officiis minoribus: ideo subditur,*

7 Ipsi mactabunt holocausta, *Interficere enim animalia & excoriare & lauare intestina à fecibus, scopare domos & consimilia, ista sunt vilia, quibus isti deputantur.*

8 Ipsi stabunt in conspectu eorum. *s. sacerdotum & Leuitarum officia maiora facientium.*

9 Vt ministrent eis. *in officiis vilibus prædictis, sicut serui dominis suis. Et subditur ratio huius cum dicitur,*

10 Pro eo quod ministrauer. illis. *id est, idololatris, de quibus supra dictum est.*

11 Et facti sunt domui. *Licet enim sacerdotes assenserint primo regibus & maioribus de populo in idololatriam vt prædictum est, tamen multi qui borrebant idololatriam, videntes sacerdotes idololatrare, tracti fuerunt exemplo eorum ad idololatrandum.*

Plebs sacerdotes sequitur in præcipitia.

12 Idcirco leuaui manum meam, *id est, virtutem iustitiæ meæ.*

13 Super eos. *Puniendo ipsos per regem Babylonis.*

14 Et portauerunt iniquitatem, *id est, iniquitatis suæ pœnam.*

15 Et non appropinquab. ad me. *tamquam degradati à dignitate pristina.*

16 Neque accedent. *Ex hoc patet, quod per sanctuarium hic intelliguntur gazophylacia sacerdotũ, quæ sunt à dextris & à sinistris templi, & atrium interius, quod est in facie eius. Cetera patent ex dictis.*

17 Sacerdotes autem. *Hic consequenter agitur de sacerdotibus bonis. Et primo describitur eorum approbatio, cum dicitur,* Sacerdotes autem & Leuitæ. *id est, generis Leuitici.*

18 Filij Sadoch, *hoc dicitur, quia tempore Salomonis Sadoch fuit positus in summo sacerdotio, Abiathar inde deiecto, vt habetur 4. Reg. iij.*

Honorat Deus bonos sacer dotes.

19 Qui custodierunt ceremonias. *id est, debitum cultum templi.*

20 Ipsi accedent ad me, &c. *in interiori atrio & in tẽplo, ideo subditur.*

21 Et stabunt in con. &c. *Ista enim offerebantur in atrio interiori, in altari holocaustorum.*

22 Ipsi ingre. san. m. *id est, templum.*

23 Et ipsi acce. *ad ponendum ibi panes propositionis. Vel, per mensam hic intelligitur altare incensi, vt dictum est supra xlj. c. in quo sacerdotes consummabant sacrificia offerendo thymiama.*

24 Cumque. *Hic secundo describitur eorum inductio, cum dicitur,* Cumque ingre. *ad ministrandum.*

25 Vestibus li. *quod intelligitur de vestibus exterioribus, non interioribus, vt dicunt aliqui. sed hoc videtur excludi per hoc quod subditur:*

Interiores an exteriores vestes sacerdotum essent lineæ.

26 Nec ascendet. *Nec valet argumentum eorum. s. quod sacerdotes aliter affligerentur nimis frigore. nam de lino possunt fieri vestes contra frigus sufficientes.*

27 Vittæ lineæ. *Debent enim sacerdotes vti mitris, vt habetur Exo. xviij. mitris de bysso, quæ est genus lini candidissimi.*

a *Et fe.li.erunt in lum.eorum.* HIER.lib.13.60. ne in conspectu domini vlla pollutæ * conscientiæ & operis nuptialis appareat turpitudo: vnde, *Sint lumb.vestri præcin.* Et Apostolus ait, *State ergo accin. lum.ve.in veritate*; Et imitatores Christi audiant illud, *Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.*

* concupiscentiæ

Luc.12.c. Eph.7.c. Isa.11.a.

Nazaræorum, qui in die consecrationis suæ tondebantur, vt scribitur Num.6.

† BEDA. l.5.hist. Angli.c.22. Ad exprimendam imaginem spineæ coronæ Christi, par erat vt clerici & monachi, qui specialius Christum patientem imitari vellent, speciali tonsuræ signo ornarentur.

Cur tondebantur monachi & clerici.

b *Et non ac.* IBID. Ne inuiti bonum continentiæ obseruare videantur, & in sudore vultus sui comedere panem: sed præceptū domini implere voluntate.

c *Cumque egrede. &c.* HIER. IBID. Graue est multitudini onus vltra vires suas suscipere, dicente Salomone, *Laqueus est viri, cito quid de suis sanctificare: cum enim votum fecerit surrepit pœnitentia.* Nazaræi sponte se offerunt, & quicumque aliquid vouerit, & non impleuerit, voti reus est: Vnde de viduis, *Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Melius est nō promittere, quàm promissa non perficere. Anna obtulit Samuelem, qui in æterna sanctitate permansit; Manue obtulit Samsonem filium, sed sanctificationem capillorum eius Dalilæ libido turbauit, & dominus ab eo recessit, & cæcitate damnatus est; nisi quod postea crescentibus capillis pristinum robur accepit, & in typo Christi multo plures alienigenarum mortuus, quàm viuus cecidit.

Eccl.7.d. Vota Deo facta. Num.6.d. 1.Tim.5.b. *Leui.21.c. 1.Reg.1.d. Iudic.13.c.

a ¶ Vt honestas decorque seruetur, ne. s. gradus ascendentes altaris, & in ministerium discurrentes, reuelent turpitudinem.

a capitibus eorum, & feminâlia linea erunt in lumbis eorū, & 1

a ¶ Arctè, atque constrictè, ne in ministeriis sacerdotalibus & leuiticis inhabiles fiant; & tenere & cædere victimas, attrahere atque discurrere nequeant.

b non accingentur in sudore.[19] Cumque egredientur atriū ex- c d terius ad populum, exuent se vestimētis suis, in quibus mini-

a ¶ Vbi diuitiæ domini conseruantur.

b ¶ Alia doctrina ad vulgus procedat ignobile, ne sanctificetur populus in stolis eorum.

strauerant, & reponent ea in gazophylacio sanctuarij, & vestient se vestimentis aliis, & non sanctificabunt populum in 2 3

a ¶ Capilli capitis apostolorum omnes numerati sunt; de hoc capite dicitur, Oculi sapientis in capite eius: caput autem viri Christus.

b ¶ Vt nec rasis capitibus sint, sicut sacerdotibus, & cultoribus Isidis & Serapidis mos est; nec rursum comam dimittent, quod propriè luxuriosum est, & Barbarorum, & militantium: sed sit honestus habitus sacerdotum.

e vestibus suis.[20] Caput autem suum non radent, neque co- 4 5

a ¶ In quo est luxuria: de quo, Bonum est vinum non bibere, & carnem non manducare. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Timotheo vinum concedit Apostolus, sed propter infirmitatem.

f mam nutrient, sed tondentes attōdent capita sua.[21] Et vinum 6 non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium in- 7

a ¶ Synagogam, quæ dominum non recepit, vnde iure eiecta est.

b ¶ Hæreticorum frequentiam, qui à nobis exierunt, sed ex nobis non erant.

terius.*[22] Et viduam & repudiatam non accipient vxores, sed 8

b ¶ Quæ nutritæ in domo Dei, in lege, & prophetis: vnde, Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. De hac virgine dicitur, Ama illam & seruabit te; sapientiam, scilicet.

b ¶ Scientiam. s. quam aliùs Dei cultor inuenerit, neque enim noua tantum doctrina contenti esse debemus, sed & veterem excolere, & nostro comitatui iungere, si tamen sacro cultu fuerit erudita.

virgines de semine domus Israel. Sed & viduam quæ fuerit

a ¶ Hoc est officium sacerdotis.

b ¶ Dogmatizando.

vidua à sacerdote accipiet,[23] & populū meum docebunt quid 9 sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immun-

† AVG. epist. 147. Per coronā nostram nos adiurant vestri (populares Donatistæ) per coronam vestram vos adiurāt nostri, id est, catholici.

† IDEM. l. de opere mon. c.31. Quo pertinet quæso, tam apertè contra Apostoli præcepta (quosdā monachos) comari? An ita vacandum est, vt nec tonsores operentur. An quia euangelicos volucres imitari se dicunt, quasi depilari timent, ne volare non possint? Vereor in hoc vitio plura dicere, propter crinitos quosdam fratres, &c.

1.Cor.11.b. Act.18.c. Magna capillatura monachum dedecet.

† HIE. epist. ad Aug. Fratres tuos dominū meum Alipiū, & dominum meum Euodium, vt meo nomine salutes, precor coronam tuam.

† DYON. Areop. l. eccl.hie.c.6. Sacerdos signo crucis monachū consignatum tondet, omnique veste detracta eum alia induit. Signat autem illa nudatio capitis, vitam putam & apertam, nō fucatā vlla specie, quam monachus exhibere debet.

Monachi institutio.

† CLEM. Rom. l.1. Constit. apost. c.4. Capillū comæ ne nutrias, sed potius illum detōdens adimas, &c. fidelis cum sis, & homo Dei, non licet tibi nutrire capillum, & in vnum complicare, &c.

† ANIC. epist. ad Episc. Galliæ. Prohibete fratres per vniuersas ecclesias, vt clerici comam non nutriant, sed desuper caput in modum sphæræ radant, &c.

Clericis nō sunt nutriendi capilli.

†† CONCILIVM quartum Toletanum can.40. statuit, vt omnes clerici vel lectores, sicut Leuitæ & Sacerdotes detonso superius capite, inferius solam circuli coronam relinquant.

HIER. vbi supra. Vult dominus sacerdotes suos capillos sanctificationis habere perpetuos; & operiri capita eorum, non aliquo extrinsecus velamento, sed sua naturali cæsarie, non ad ornatum atque luxuriam, sed ad honestatem: vnde; *Et capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* De quo capite legitur, *Oculi sapientis in capite eius. Caput viri Christus est.* quod peccator conculcat & despicit, & radit nouacula, & aufert eius pulchritudinem. Quod & filij Ammon fecerūt his quos Dauid legatos miserat. Si autem legis præuaricator Deum inhonorat: qui legis præcepta conseruat, honorat eum, vt omnes honorificēt sicut ho.pa.

Capilli quid designent. Mat.10.b. Eccl.2.c. 1.Cor.11.a. 2.Reg.10.a. Rom.2.d. Ioan.5.d.

HIE. IBID. *Non radent.* Rasa capita habet superstitio Gentilis.

f *Et vinum.* Quia ebrietate status mentis euertitur, quod in omnibus vitiis intelligitur, & omnibus negotiis sæcularibus, quibus mens inebriatur & fluctuat, & statum tenere potest. Et quia fragili carne circumdamur, & cogimur pro victu atque ve-

De ebrietate mentis.

C d *Exuent se.* HIER. IBID. Ne, si sanctas vestes habuerint, sanctificent populum foris positum, qui necdum fuerat sanctificatus nec se præparauerat in sanctificatione templi, vt Nazaræus domini sit: vnde discimus non quotidianis & quibuslibet pro vsu vitæ communis pollutis vestibus nos ingredi debere sancta sanctorū, sed munda conscientia, & mundis vestibus tenere domini sacramenta.

e *Caput non radent.* † THEOD. sect.15. Quod facere consueuerant idolorum sacerdotes. *Et comes suas non nudabunt.* Hebræus verò & Syrus, *non nutrient*, dixêre. Neque enim radi ipsos, inquit, oportet: sed tonsuræ mediocritatem obseruare. Hoc enim significauit, cum dixit, *Cooperientes cooperient capita sua.*

De sacerdotum & Monach. corona.

† GREG. Pastoralis 2. par. ca.7. Sollicitudo, quæ subditis exterius impenditur, sub certa necesse est mensura teneatur. Vnde ad Ezechielem dicitur, *Sacerdotes caput suum non radant, &c.* Capilli in capite exteriores, sunt cogitationes in mente: qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, curas præsentis vitæ exprimunt, quæ ex sensu negligenti prodeunt, quasi nobis non sentientibus. Quia igitur qui præsunt, habere quidem sollicitudines exteriores debet, nec tamen vehementer eis incumbere, sacerdotes rectè & caput prohibentur radere, & comam nutrire; vt cogitationes carnis de vita subditorum nec à se funditus amputent, nec ad crescendū minis relaxent.

Vt clerici parcè curēt secularia.

† ISIDO. l.2. off. diuin. c.4. Monachi tondentur ad imitationem Na-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non ac. in su. *id est, sub ascellis, in quibus homines sudant de facili, sed in loco demissiori, vt exponunt Hebræi.*

2 Et non sancti. po. *alloquendo eum in atrio exteriori.*

3 In ve. su. *in quibus ministrauerant domino.*

4 Caput autem. *Hæc est tertia pars, in qua describitur eorum conuersatio cum dicitur,* Caput autem su. non ra. *Nam hoc faciebant aliqui sacerdotes idolorum.*

5 Neque comam nu. *sicut per oppositum faciebant aliqui sacerdotes aliorum idolorum dimittentes crescere capillos suos, sicut mulieres. Diuersorum enim idolorum erat varius cultus, & aliquando contrarius. sicut in sacris Veneris colentes erant nudi, & in sacris Martis erant armati.*

Habitus sacerdotum idolorum.

6 Sed tondentes attondent capita sua, *& sic capita non radant nec comam nutriant.*

7 Et vinum non bi. *vt discretius se habeant in ministerio domini.*

8 Et viduam, &c. *excipitur tamē vidua à sacerdote relicta, scilicet, quando moriebatur sine herede: tunc enim frater suus tenebatur eam accipere ad suscitandum heredem defuncto.*

An sacerdos potuit viduam ducere.

9 Et populum meum doceb. *Hæc est quarta pars in qua agitur de sacerdotum doctrina, cum dicitur,* inter sanct. & pollu. *vnum ad tenendum, aliud ad vitandum.*

vestitu & corporis necessariis facere quæ non debemus, hoc saltem à nobis exigitur, vt quando in nos reuertimur, & scimus cur nati sumus, & interiora templi ingredimur, recedamus à vitiis, & ne minima quidem peccata faciamus, per quæ ostenditur & peccare nos pro carnis necessitatibus leuia peccata, & rursum esse tẽpus quando atrium ingredientes, vlterius ab omni ebietate mundi & alieni esse debeamus.

Vt quam minime peccemus.

a *Stabunt.* HIE. lib. 13. com. Memores illius elogij, *Deus stetit in synagoga deorũ, in medio autem deos diiudicat:* Deos, dicit qui habẽt de hominibus iudicãdi potestatem, qui in quo iudicio iudicauerint, iudicabitur de eis.

Psal. 81. Iudices à Deo iudicãdi.

b *Leges meas.* HIER. IBID. Prima virtus est sacerdotis, non tantũ docere, quæ nouerit; sed omnes Dei festiuitates custodire, vt possit aliis custodienda præcipere, cum ipse studeat obseruare. Sacerdotis autem officium est, legis habere notitiam: Vnde Malachias, *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, &c.*

Sacerdotis est populũ docere. Mal. 2.

c *Et sabbata.* IBID. scilicet, quæ relinquũtur, scilicet, populo Dei. vnde, *si intrabunt in requiem meam*, quæ Hebraicè nominatur sabbatum. Hoc sanctificat, qui non portat onus peccati in sabbato, nec dicit, *Sicut onus graue grauata sunt super me.* Qui talis est, non colligit ligna in sabbato, *nec superædificat fundamento Christi lignum, fœnum, stipulam.* Nec accendit ignem, qui inutilem consumat materiam, & die sabbati in vno permanet loco, nec foris egreditur, sed quasi columna in templo Dei positus permanet. Vnde, *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius.*

Custodia sabbati spiritualis. 1. Cor. 3. Apoc. 3.

† THEOD. sect. 15. Præcipit quomodo immundus emundandus sit, ita vt possit ad obeundũ munus accedere: non quia reuera execrandum esset mortuos aspicere, si enim verè hoc læsisset, læsisset etiam mortui patris, aut matris, aut fratris spectaculum; sed per hæc ostendere vult, maiore obseruantia dignum apud Iudæos, qui parua extollere didicerant, esse Sacerdotem.

Cur prohibeat Deus ad mortuũ ingredi.

d *Nisi ad, &c.* HIER. vbi supra. Super hoc naturæ probatur affectus, vt ordine charitatis (sicut scriptum est, *Ordinauit in me charitatem,*) Post omnium patrem Deum, Carnis quoque pater diligatur, & mater & filius & filia, frater & soror, ita dumtaxat, si de domo non exierit nec in alterius transierit potestatem.

Ordinata charitas.

e *In qui. co.* IBID. Contaminãtur in patre mortuo, qui relinquunt creatorem suum, & in matre qui ecclesiam.

HIER. IBID. Sciendum, quod omnia quæ per prophetam hic loquitur dominus, per Moysen quoque prædixerat. Sed quæ in mentibus hominum, vel negligentia legendi, vel contemptu audiendi & obliuione deleta erant, in viua voce innouãtur: quæ non sunt scripta calamo & attramento, sed spiritu & verbo Dei. Vnde & Saluator nullum volumẽ doctrinæ reliquit, (quamuis hoc mentiantur apocryphi,) sed patris & suo spiritu quotidie loquitur in corde fidelium. Hæc quoque causa est, cur quæ in Pentateucho dicuntur, in prophetis replicantur.

Cur Ezechiel repetat quæ Moyses scripserat? Cur à Christo nihil in litteris mãdatum.

a ¶ Operando. b ¶ Super qualibet re. c ¶ Vt. s. non accipiant personam vel pauperis vel diuitis.

a dum ostẽdent eis.[24] Et cùm fuerit controuersia, stãbũt in iu- [1]

a ¶ Vt sciant quomodo nobis Christus Pascha sit immolatus, quomodo septem hebdomadas implere debeamus gaudij & lætitiæ, & humiliare animas nostras in ieiunio, clangoremque tubarum intelligere, & scenophegias spirituales, in quibus dicimus, Aduena ego sum, & peregrinus sicut omnes patres mei.

b diciis meis, & iudicabunt. Leges meas & præcepta mea in o- [2]

a ¶ Non de quibus dicitur, Neomenias & sabbata vestra odit anima mea; Et alibi, Sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine culpa sunt, sabbatum, scilicet Iudæorum quod rectè violant, qui sunt genus electum, sacerdotium regale.

c mnibus solemnitatibus meis custodient, & sabbata mea san-

a ¶ Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
b ¶ Non est sacerdotis morticinum tangere, qui pro aliorum vitiis deprecaturus mundus debet accedere ad altare.

ctificabunt.[25] Et ad mortuum hominem nõ ingredientur, ne [3]

a ¶ Cogitationem. b ¶ Operationem.

d polluantur, nisi ad patrem, & matrem, & filium, & filiam, & [4] [5]

a ¶ Qui eodem renatus est spiritu, si mortuum putauerit, contaminatur.
b ¶ Ra. Si virgo permanserit nullius viri maculata complexu: vnde intelligimus priuilegium virginitatis, quod s. cuiuslibet viri contactus perfectam auferat puritatem.

e fratrem, & sororem, quæ alterum virum non habuit; in qui-

a ¶ Secundum Mosaicam legem.

bus contaminabuntur.[26] Et postquam fuerit emundatus, sep- [6]

a ¶ Qui est perfectus numerus plenitudinis, vt post consummationẽ mundi, quando ad veram transiens ogdoadem, introeat sanctasanctorum.

tẽm dies numerabuntur ei,[27] & in die introitus sui in sanctua- [7]

a ¶ Sanctasanctorum.

rium ad atrium interius, vt ministret mihi in sanctuario, of- [8]

feret pro peccato suo, ait dominus Deus.[28] Non erit autẽ eis [9]

¶ Ideo.

f hereditas: ego hereditas eorum. Et possessionem non dabi- [10]

a ¶ In vulgo. b ¶ Dominus pars hereditatis meæ. c ¶ Vnde peccata populi mei comedant.

g tis eis in Israël: ego enim possessio eorum.[29] Victimam & pro [11] [12]

h peccato & pro delicto ipsi comedent, & omne votum in Is- [13]

a ¶ Animantium & inanimantium quæ prima nascuntur, quæ primò terra gignit.

i raël ipsorum erit.[30] Et primitiua omnium primogenitorũ, & [14] [15]

f *Possessionem non da.* HIE. IBID. Qui talis erit, vt ministret in sanctuario, & atrium interius ingrediatur, & offerat domino semper sacrificium (imitator veri sacerdotis, *qui est sacerdos in æter. s. or. Mel*) nullam habebit hereditatem, nisi Deum, qui est hereditas eius. Nec accipiet possessionem in Israel inter vulgus ignobile, sed sacerdotalẽ, quia ipse dominus hereditas eius.

Ipse dominus hereditas sacerdotum. Psal. 109.

g *Victimam.* IBID. Conscientiæ; nec vllum tẽpus sit quo non recordetur maculatũ se fuisse super patre & matre & filio & filia, fratre & sorore. Multa enim facere compellimur in huius sæculi angustiis vel conditione carnis, vel fragilitate naturæ.

Multæ sunt peccandi occasiones.

h *Pro de.* HIE. IBID. Non tantum gaudendum ad oblationem munerum, quantum ad honoris condemnationem timendum, si abutimur.

i *Et primitiuæ.* IBID. Grandis dignitas sacerdotum, sed si peccant grauis ruina. Lætemur ad ascensum sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris de excelsis cecidisse, non enim solum pro nostris peccatis rationem reddemus, sed pro omnium quorum donis abutimur.

Grandis dignitas sacerdotum, & ideo, si peccant grauis ruina.

RAB. Aliter. Hæc omnia ad ecclesiam, quæ in mundo laborat, & ad cælestia festinat, referenda sunt: vt, scilicet, de vniuerso mundo eligantur, Alij in possessionem Dei, qui sanctum possideant; Alij, qui ad maiora profecerunt, teneant sancta sanctorum. In ministris quoque ordo diuersus est, id est, sacerdotum & Leuitarum quorum alij orationibus suis & virtutibus Deo quotidie sacrificia offerant. Alij in secundo & minori gradu, vt his ministrent, & per eos qui ad virtutum culmina conscenderunt proficiant. Et ad extremum fit dux, vel princeps, qui tantum possit, vt contra vnam tribum possessionem accipiat, vt vniuscuiusque meritum compenset merita plurimorum. Et primum dum versatur in sæculo de mari vsque ad mare latitudinem possideat: Deinde ab occidente, siue à mari vsque ad orientem, vt præsentia relinquens ad futura festinet. Et habeat certam possessionem suam, & non præceps aliena desideret. Et vnaquæque tribus suam partem teneat, quod propheta ad * episcopos & ad presbyteros respicit, quibus dicitur vt non vastent & depopulentur populum Dei,

Ecclesiæ militantis ordines seu status. * apostolos.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cum fu. *inter iudices vrbium longinquarum.*

2 Stabunt. *id est, determinabunt controuersiam illam: dicitur enim Deut. xvij. quòd de aliis ciuitatibus & villis debent venire ad sacerdotes in ciuitate electa ad cultum Dei, vt per eos determinentur dubia, & firmiter teneatur eorum sententia. Cetera patent.*

Iudicia sacerdotibus commissa.

3 Et ad. *Hæc est pars quinta, in qua describitur eorum mundatio ratione mortui cum dicitur,* Et ad. m. &c. *passim sicut ceteri homines.*

4 Ne p. *& per consequens sint inhabiles ad ministrandum coram domino. Excipiuntur tamen aliquæ personæ propinquitatis cùm dicitur,*

5 Nisi ad pa. *in quibus contaminabuntur. id est, poterunt ingredi ad plangendum & sepeliendum; tamen ex hoc contrahent immunditiam ab ingressu sanctuarij retardantem, ideo subditur,*

6 Et postquam fuerit emu. *per aquam expiationis de qua habetur Nu. xix.*

7 Septem dies. *antequam possit sanctuarium ingredi. Cetera patent vsque ibi.*

8 Offeret, &c. *scilicet oblationem determinatam in Leuitico.*

9 Non e. a. *Hæc est sexta pars in qua describitur eorum sustentatio cum dicitur,* Non erit aut. eis hered. *sicut aliis tribubus, tamen assignanda sunt eis loca pro habitationibus suis & pecoribus alendis, vt habetur Ios. xxj. & etiã infrà. vl. c. in quibus debent succedere heredes eorum: & propter hoc dictum est supra, quod sacerdos tenebatur accipere vxorem fratris defuncti sine herede.*

Hereditas Leuitarum & sacerdotum.

10 Ego he. *id est, de oblatis mihi, erit sustentatio eorum, ideo subditur,*

11 Victimam, *scilicet, pacificam, cuius vna pars erat sacerdotum, & alia offerentium.*

12 Et pro peccato. *scilicet commissionis.*

13 Ipsi c. *in quibus offerentes nihil habent.*

14 Et omne votum. *id est, promissum voluntariè Deo factum.*

15 Et o. *Ista sunt oblationes de liquidis, vt vino & oleo.*

Dei, nec terram Israel hereditate possideant, sed vnusquisque habeat possessionem suam, quæ gradui illius constituta est.

a *Omne mor.* HIER. li. 13. com. Et iuxta litteram, omni genere electo regali & sacerdotali, id est, Christiano quod vnctum oleo spirituali, (vnde, *Vnxit te Deus tuus oleo læ. præ. consor. tuis*) hæc præcepta cóueniunt, vt morticinum non comedant, tam de auibus quam de pecoribus, cuius sanguis effusus non est quod in Actibus apostolorum dicitur suffocatum: quæ necessario obseruanda apostolorum de Ierusalem epistola monet: & captum à bestia, quia & ipsum similiter suffocatum est. Et condemnat sacerdotes qui in turdis, ficedulis, gliribus, & ceteris huiusmodi, hæc auiditate gulæ non custodiunt.

Psal. 44. Act. 15. Gula dedecet sacerdotem.

HIER. IBID. Morticinum est in quo animæ sanguis emortuus est. Et imitatur Nabal Carmelum, qui interpretatur stultus, qui audita ira Dauid contremuit pauore, & emortuum est cor eius in eo. Captus autē à bestiis (quarū ne morsibus lanietur propheta suspirat di. *Ne tradas bestiis animas confitentium tibi*) ille dicitur, qui leonis, id est, aduersarij morsibus deuoratur, & pardi, qui non suam mutat varietatem, & vrsæ quæ sæuit raptis catulis, & luporum, & reliquarum bestiarum, quas in varietate dæmonum accipimus.

1. Reg. 25. Psal. 73.

a ¶ Ciborum nostrorum vt nihil gustemus, nisi quod ante sacerdos gustauerit, nouarum scilicet frugum.

omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, sacerdotum erunt. Et primitiua ciborum vestrorum[1] dabitis sacerdoti,[2] vt reponat benedictionem domui suæ.[3] a Omne morticinum,[4] & captum à bestia[5] de auibus & de pecoribus, non comedent sacerdotes.

a ¶ Absque sanguinis effusione.

a ¶ Quæ ponunt in cælum os suum. b ¶ Quæ prona in terram & ventri obedientia.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et primitiua cibor. *Id est, frugum vestrarum terræ nascentium, de quibus sunt cibi hominum.*

2 Vt reponat benedictionem. *Id est, donum abundans.*

3 Domui suæ. *Ita quod sufficiat ad sustentationem sui & familiæ suæ.*

4 Omne morticin. *Id est, animal quod languore moritur.*

5 Et captum à bestia. *Sicut sunt carnes ouis à lupo strangulatæ, & consimiles carnes non debent sacerdotes comedere.*

ADDITIO I.

In cap. xliv. vbi dicitur in Postilla. Et viduam.

Omnes sacerdotes poterant secundum legem accipere viduas quascumque in vxores, licet antea non fuissent vxores sacerdotum seu fratrum suorum, excepto summo sacerdote, qui non poterat cum vidua contrahere, vt habetur Leuitici xxj.

Sacerdotibus omnibus, excepto summo, licebat viduas ducere in vxores.

ADDITIO II.

In eodem cap. vbi dicitur in postill. Vt reponat benedictionem.

In Hebræo habetur. Reponat benedictionem domui tuæ, *& est sensus, quod ex debita solutione decimarum & primitiuarum, sequitur quod Deus remunerando reponit benedictionem offerenti, vt in pluribus locis sacræ scripturæ habetur. Item ex hoc quod dicitur,* Omne morticinum & captum à bestia non comedent sacerdotes, *non intelligitur quod alij Israelitici talia possent comedere: prohibetur enim esus talium omnibus Israeliticis, vt habetur Leuitici 22. & in aliis locis. Vnde & in Actibus Apostolorum habetur, quod etiam in primitiua ecclesia, quando aliqua legalia permittebantur custodiri ab apostolis, prohibebatur comedi suffocatum. Fit tamen hic mentio de sacerdotibus tantum, eo quod ipsi magis cauere debent immunditias vt in gloss.*

Debita decimarum & primitiarū solutio facit vt maioribus affluamus benedictionibus. Act. 15. Nulli Israelitæ licebat vesci morticino.

CAPVT XLV.

CAP. XLV.

a *Vmque cœ. &c.* HIER. vbi sup. Post ceremonias sacerdotū cultumq; eorū, & cibum quem debeant sumere, quem vitare, terræ sanctæ facit descriptionem. Et antequam in tribubus diuidat, de cunctis tribubus iubet eligi

a CVmque cœperitis terram diuidere sortitò,[1] separate primitias domino[2] sanctificatum de terra, longitudine[3]

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XLV.

CVmque cœperitis. *Superius posita est templi & altaris descriptio, hic consequenter describitur terræ possidendæ diuisio. Ad cuius euidentiam considerandum, quod hæc diuisio differt à diuisione, quæ facta fuit tempore Iosue; nam de illa fuit præceptum quod pluribus daretur portio maior, & paucioribus minor: hæc autem diuisio fit per portiones æquales inter duodecim tribus. Item quantum ad situm: nam tribus Iuda, quæ fuit bellicosior, accepit sortē in termino terræ versus austrū: & tribus Ephraim quæ post illam fuit bellicosior, versus aquilonem, vt sic resisterent melius aduersariis volentibus ingredi terrā promissionis: Hæc autem fit aliter, vt ex sequentibus apparebit. Item sciendum, quod longitudo terræ promissionis accipitur ab aquilone in Austrum: latitudo vero ab oriente in occidentem, sed in portionibus assignandis diuersis tribubus & populis, fit econuerso, quia longitudo accipitur ab oriente in occidentem, & latitudo ab Aquilone in Austrum. Describitur ergo hæc diuisio primo per tres partes, quarum vna est versus Aquilonem, & diuiditur in septem portiones incipientes ab oriente, & terminantur in occidentem, pro septem tribubus: Alia pars est versus Austrum & diuiditur similiter in quinque portiones, pro quinq; tribubus residuis, Tertia vero pars, quæ est media inter istas duas, diuiditur in tres portiones: Prima versus Aquilonem est portio sacerdotum, in qua situatur templum: Secunda vero est Leuitarum, & quælibet istarum est xxv. millium calamorum longitudinis, & latitudinis x. millium calamorum: Tertia vero est portio ciuitatis habens 25. millia calamorum in longitudine, & * quinque millia calamorum in latitudine, & sic patet quod istæ tres partes simul iunctæ faciunt quadratum æquilaterum xxv. millium calamorum. Licet autem longitudines istarum trium partium dictarum accipiantur secundum dimensionem ab Oriente in occidentem sicut aliæ prædictæ, non tamen tantum extenduntur versus orientem, & versus occidentem, quantum illæ: nam supradictæ incipiunt à termino orientali totius terræ, & terminantur ad mare mediterraneum, quod est eius terminus occidentalis: Terra vero promissionis à termino orientali vsque ad terminum occidentalem, multo plus extenditur, quàm sint xxv. millia calamorū: & ideo iuxta tres portiones vltimo dictas ab orientali parte vsque ad terminum orientalem terræ remanet magna portio terræ, & similiter versus occidentem, cuius latitudo ab Aquilone in Austrum est xxv. millium calamorum sicut & latitudines simul sumptæ sunt xxv. millium calamorum. Et hæc portio terræ ad orientem & ad occidentem dicitur portio principis. Ad quod facilius capiendam ponitur hic figura.*

Quomodo differat hæc terræ diuisio ab illa quæ facta tempore Iosue. * xxv.



His præmissis ad litteram reuertamur, Cumque cœperitis, &c. *Circa terræ diuisionem sic proceditur quia primo descriptio huius diuisionis inchoatur: secundo, quædam incidentia interponuntur, ibi,* Statera iusta: *tertio descriptio dictæ diuisionis resumitur & consummatur xlvij. ibi,* Hæc dicit dominus. *Prima in duas, quia primo describuntur portiones sacerdotum & Leuitarum, secundo ciuitatis & principis, ibi.* Et possessionem ciuitatis. *Prima adhuc in duas, quia primo describitur portio sacerdotum & Leuitarum, secundo ostenditur quid in eis debeat fieri ibi.* Et in ipso. *Circa primum agitur primo de portione sacerdotum, cum dicitur,*

Diuisio.

1 Cumque cœperitis terram di. sortitò. *Id est mensurabiliter: non enim potest accipi sortitò pro sortuito euentu, quia certus modus diuidendi præficitur in sequentibus.*

2 Separate pr. do. *Portio enim sacerdotum dicitur specialiter quid sanctificatum, & primitiæ domino, eo quod ipsi principaliter seruiant domino.*

3 Longitudine xxv. millia, *scilicet calamorum, vt dictum est, & patet in figura.*

Portio sacerdotum specialiter quid sanctificatum dicitur.

gi locum qui in longitudine habeat vigintiquinque millia, & in latitudine decem millia. Et quia non addit cubitorum aut pedum aut vlnarum, subintelligi datur significari calamum, qui erat in manu viri, & habebat mensuræ sex cubitos & sextam partem vnius cubiti, id est, Palæstini. Diligens autem lector supputet quot calami passus faciant mille. Et quàm multa millia in longitudine & latitudine fuerint.

† THEOD. sect. 15. Iubet terrā quandā in suburbanis definiri Sacerdotibus, ab oriente sole ad occasum decem millia cubitorum, & ab aquilone ad meridiem vigintiquinque millia: vt habentes ipsi decimas, & primitias, & primogenita, & sacrificiorum præparatas partes, & à terra consolationem, id quod iustum est amplectātur, nec amplius concupiscant, neque populo noceant, eo fruentes quo contenti esse queant.

Sacerdotibus cur designetur terræ portio?

a *Et erit ex omni, &c.* HIERONYMVS lib. 13. com. Post primam descriptionem scilicet præcipit, vt eligatur ad ædificandum sanctuarium, id est, templum alia terra intrinsecus quingentorum calamorum per circumitum, id est, duum millium.

b *Et à mensura ista.* HIER. IBID. In priori templo, quod dicitur sanctuarium, quingenti per singula latera calami describuntur. Et rursum l. cubiti, quibus omnis possessio sacerdotum separatur. In secundo autem sanctuario, vbi sunt sancta sanctorum, latitudo templi & spatium non describitur, sed incertus numerus est quod & in possessione principis inuenimus, qui absque vllo numero habet possessionem in populo Israel, dum profectus vniuersorum redundat ad principem, & discipulorum salus ad doctorem.

Cur non præfigatur templi spatiū & principis possessio.

c *Vigintiquinque autem mi.* HIERON. IBID. Vigintiquinque ad v. corporis sensus referuntur, quæ quater posita sunt; Decem millia ad perfectam scientiam, vt in altero simplex tantum teneatur historia, & in altero etiam de Theologia & supernis virtutibus disputetur. Denarius enim perfectus est. Notandum autem, quòd sacerdotes qui in maiori gradu sunt xxv. millia possideant in longitudine, & x. in latitudine: Leuitæ autem, qui inferioris gradus sunt, eumdem quidem habebāt numerum in longitudine, id est, xxv. millia, Latitudo autem quinario finiatur. Vnde & xx. tantum tenent gazophylacia, in quo numero offeruntur munera Esau. Princeps autem, qui vere princeps in populo est & meretur ducis nomen accipere, hinc & inde accipit possessionē sanctuarij, id est ex omnib⁹ qui ex voluntate subiecti sunt, & vrbis habitator est, multorumque salutē mercedē suam facit.

Nota quare sacerdotes plus habere debent.

Principis officium.

(a Calamorum.) vigintiquinque millia, & latitudine decē millia. Sanctificatū [1] (Terræ.) erit in omni termino eius per circumitum.[2] Et erit ex omni (a De terra Sacerdotum ad ædificandum templum.) (Ne ædificationi templi aliæ ædes iungerentur.) parte sanctificatū quingentos per quingentos quadrifariā per [3] (a Vt terra sit vacua.) circumitū, & quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrū. [4] (a Hac descriptione finita, alia ex integro separandæ sanctificationis mensura præcipitur.) b [5] Et à mensurā ista mensurabis longitudinem vigintiquinque [6] (Mensurato.) millium, & latitudinem decem millium. Et in ipso erit templū [7] [8] (a Id est, non modo templum, sed sanctum sanctorum.) sanctūmque sanctorum,[9] sanctificatum erit de terra sacerdoti- [10] (a q. d. Habitabunt in eo sacerdotes, sed tunc tantum, cum sacerdotali funguntur officio.) bus ministris sanctuarij qui accedunt ad ministerium domini. (a Hic scilicet. b Sacerdotum.) c Et erit eis locus in domos, & in sanctuariū sanctitatis.[11] Viginti- [12] (a Habebit hæc possessio. b Calamos, scilicet.) quinq; autē milliā longitudinis, & decē millia latitudinis erunt [13] [14] (a Sed. b Qui sacerdotibus seruiunt & habent propria ministeria.) d Leuitæ ministrant domui, ipsi possidebunt viginti gazophy- [15] [16] (Scilicet. Calamorum.) lacia.[17] Et possessionē ciuitatis dabitis, quinq; millia latitudinis, [18] e & lōgitudinis vigintiquinq; millia secūdū separationē sactua- [19]

d *Ipsi possidebunt vi. ga.* IBID. Accipient scilicet locum ad ædificanda gazophylacia, vel Exedras iuxta Aquilam: Thalamos iuxta Symmachum, iuxta Theodotionem vel Lxx. ciuitatem. Vnde intelligimus quemdam locum separatum in habitationem Leuitarum vrbis vocabulo nuncupari.

Habitatio leuitarum.

e *Secundum se. sanct.* IBID. Hæc omnia, scilicet sanctuarium, & alterum sanctuarium, sanctumque sanctorum, habitacula sacerdotum, domus Leuitarum, qui ministrant sacerdotibus, dicuntur separata loca & consecrata in ministerium & in sanctificationem domus Israel.

a Prin-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sanctificatum erit in omni termino, &c. *Id est, tota portio sacerdotum dicitur sancta.*

2 Et erit ex omni parte san. *Id est, ex portione sacerdotum accipietur vna portio quæ sanctior dicitur, eo quod est pro ædificatione tēpli, ideo subditur.*

3 Quingentos per quingentos. *Scilicet calamos. Murus enim exterior est quingentorum calamorum in quolibet latere, sicut dictum est diffusè supra in fine xlij. cap. & ideo male dicunt illi, qui dicunt, quod hic describitur mensura exterioris atrij, cuius quodlibet latus est quingentorum cubitorum, vt dicunt, sed fundant se super falsum fundamentum, prout xlij. c. fuit dictum.*

Non hic accipitur mēsura atrij exterioris.

4 Et quinquaginta cubitis in suburbana eius. *Ex primo errore dicunt hic consequenter, quod isti quinquaginta cubiti sunt spatium, inter murum exteriorem, & medium contentum: quod est falsum, quia secundum eos dicitur locus vulgi, & sic plures personæ conueniunt ad locum istum quam ad atrium exterius, & sic inconueniens videtur, quod sit ita parua latitudinis respectu atrij exterioris, cuius spatium inter secundum murum & tertium est secundum eos quadragintorum cubitorum. Item iste locus dicitur suburbium vel suburbana, quod nomen non dicitur in veteri Testamento de aliquo loco clauso, nec etiam secundum communem modum loquendi. Vnde & Ra. Sa. dicit hic, quod dictio Hebraica hic posita significat locum discoopertum, id est, non clausum nec ædificatum, & ideo isti quinquaginta cubiti accipiendi sunt extra murum exteriorem circa quem in omni latere est spatium quinquaginta cubitorum latitudinis, sic dimissum propter reuerentiam templi & ædificiorum apparentiam.*

Spatium vacans extra murum exteriorem.

5 Et à mensura, &c. *Hic consequenter describitur portio Leuitarum, cum dicitur.* Et à mens. ista. *Id est iuxta portionem sacerdotum mensuratam.*

6 Mensurabis longitudinem vigintiquinque millium, & latitudinem decem millium, *scilicet, calamorum: hæc est portio Leuitarum, vt patet ex præmissis.*

7 Et in ipso. *Hic ostenditur quid in dictis portionibus sit agendum, & primo in portione sacerdotum, cum dicitur,* Et in ipso. *Scilicet spatio sacerdotibus deputando.*

8 Erit templum. *Quantum ad primam partem templi.*

9 Sanctumque sanctorum. *Quantum ad secundam partem: Et per ista duo, quæ sunt principalia, intelliguntur omnia alia ædificia, etiam murus exterior.*

10 Sanctificatum erit de terra sacer. &c. *q. d. ratione templi, terra sacerdotum dicitur sancta, eo quod ad templi ministerium sunt deputati.*

11 Et erit eis locus in domos. *Ex quo patet, quod excluditur spatium quinquaginta cubitorum prædictum vbi non est ædificandum.*

12 Et in sanctuarium sanctitatis. *q. d. ideo terra sacerdotum dicitur sancta, eo quod ministrant in sanctuario. Et est repetitio sententiæ prædictæ ad maiorem expressionem. Consequenter agit de portione Leuitarum dicens,*

Terra sacerdotum sancta.

13 Vigintiquinque autem millia longi. & decem millia, &c. *supra mensurata iuxta portionem sacerdotum.*

14 Erunt. *Scilicet Leuitarum: vnde subditur,*

15 Leuitæ qui ministrant domui, *Id est, templo.*

16 Ipsi possidebunt viginti gazophylacia. *In sua portione construenda, vt exponunt aliqui. Videtur autem mihi, quod melius exponitur de xxx. gazophylaciis existentibus in atrio exteriori quorum xx. deputantur hic pro tempore suæ ministrationis, vnde & præmittitur,* Leuitæ, qui ministrant domui.

Quæ gazophylacia hic assignētur leuitis.

17 Et possessionem, &c. *Hic consequenter describitur portio ciuitatis, cum dicitur,* Et possessionem, &c. *Id est pro loco ad ciuitatem ædificandam, & pro seruientibus ciuitati, vt habetur infra cap. xlvij.*

18 Quinque millia latitudinis, &c. *Hoc patet ex præmissis, & figura.*

19 Secundum separationem. *Sicut portio sacerdotum, in qua est sanctuarium, habet xxv. millia calamorum in longitudine, sic & ista.*

7 Et

Omni

Principi quoque hinc. HIERON. lib. 13. com. Post quadruplicem terræ sanctæ diuisionem, ponitur quinta, vt princeps siue dux accipiat hinc & inde, &c. & in vrbe versetur.

b Sufficiat vo. HIERO. IBID. Quia accepistis possessionem vestram, & tanta est potentia vestra, vt vnius tribus partem possessio vestra æquauerit. Sufficiat vobis prin. Israel ini. &c. HIER. IBID. Nostris quoque principibus, potest præceptum hoc coaptari, qui in morem Pharaonis & Ægyptiorum opprimūt filios Israel, cōtra hoc quod scriptum est, Ducem te constituerunt, ne eleueris, sed esto inter eos quasi vnus ex illis. Sed aiunt, Moram facit dominus meus venire, & percutiunt seruos & ancillas, comedunt, bibunt, inebriantur. Cum scriptum sit, Reges Gentium dominantur eorum, & qui maiores & potentiores sunt, potestatem exercent in eos; Sed qui voluerit inter vos primus esse, fiat sicut mi. i. sicut filius hominis, qui non venit ministrari sed ministrare, &c.

c Statera. HIER. lib. 14. cō. Vnde, Non erit in marsupio tuo mensura grandis & minor. Statera vera & iusta erit vobis: quod non solum in commerciis, sed in omnibus obseruandum est: vnde, Sermonibus tuis facies stateram.

(Principum superbia & tyrannis. — Eccle. 32. a. — Luc. 12. c. — Matt. 20. f. — Matt. 20. d. — Leui. 19. g. — Exo. 30. b. — Leui. 27. e. — Nu. 3. g. — Eccl. 28. d.)

d Ephi. IBID. Hebraicè epha, Græcè ephi corruptum, ad mensuram pertinet aridarum frugum, tritici, hordei, leguminis.

e Batus. IBID. Hebraicè bath, eadem mensura quæ ephi, sed solum in liquidis vini, olei, & huiusmodi.

f Cori. IBID. Qui xxx. modiorum. Et in vtraque mensura, id est, tam aridorum quàm liquentium tenet principium. Decima pars cori in his quæ modio mensurantur, appellatur epha, id est, tres modij; & decima pars cori in speciebus liquidis, vocatur batus. (Mensuræ Hebræorū.)

g Obolos. In quo signatur minima portiuncula: vnde, Eius qui fidelis est totus mūdus diuitiarum est: Illius autē qui infidelis est, neq; obolus, id est, nihil in mūdo possidet, etiā minima portione indiget; De qua: Non egredietur inde nisi reddat nouissimum quadrātem, extremū, scilicet, nummum & minutū. (Auari non possunt esse vere diuites. — Matt. 5. d.)

h Porro viginti sicli, & xxv. sicli. HIERON. IBID. Legimus decem mnas ad negotiandum datas, & alibi, inter seruos talenta diuisa; & debitores quingentorum denariorum & quinquaginta; Et operarios vineę qui singulos accipiunt denarios; Et, mulierem quæ drachmam perdit: & accensa lucerna vix reperit. (Luc. 19. b. — Matt. 25. b. — Luc. 7. f. — Mat. 20. c.)

d Ephi. ☞ Mina

a rij omni domui Israël.[7] Principi quoque hinc & inde in separationem sanctuarij, & in possessionem ciuitatis, & cōntra faciem separationis sanctuarij, & contra faciem possessionis vrbis à latere maris vsque ad mare, & à latere orientis vsque ad orientem. Longitudinis autem iuxta vnamquāmque partem à termino occidentali vsque ad terminum orietalem,[8] de terra erit eis possessio in Israël. Et non depopulabuntur vltrà principes populum meum, sed terram dabunt domui Israël secundum tribus eorum.[9] Hæc dicit dominus Deus. Sufficiat vobis principes Israël: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iustitiam facite. Separate confinia vestra à populo meo, ait dominus Deus.[10] Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis.[11] Ephi & batus æqualia, & vnius mensuræ erunt, vt capiat decimā partem cori batus, & decimam partem cori ephi. Iuxta mensuram cori erit æqua libratio eorum. *[12] Siclus autem viginti obolos habeat. Porrò viginti sicli, & vigintiquinq; sicli, & quindecim sicli mnam faciunt.

(Interlinear glosses: Dabitis scilicet. — Ex vtraque parte sanctuarij. — Respiciat scilicet possessio eius. — Ab occidente scilicet. — Ad alterum latus maris. — Habens, scilicet, latitudinem, quam inferius in descriptione tribuum singulorum propheta describit. — Quam singulæ tribus accipiunt, id est, termino oc. &c. — Maris, scilicet. — Qui vbi finiatur in tribuum descriptione nescimus. — Supradicta. — Hucusque peccasse. — Ergo. — Dum aliena rapitis. — Declina à malo. — Fac bonum; non sufficit abstinere à malo. — Ne lædatis humiliorem, qui maioris & potentioris supercilium tenere non potest. — In his quæ appenduntur. — Qui Græcè stater dicitur.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Omni domui Israel. Q. d. portio ista cedit in bonum totius populi Israel.

2 Principi quoque. Hic consequenter describitur portio principis, cùm dicitur, Principi quoque hinc & inde, id est ad orientalem & occidentalem partem trium portionum prædictarum, supple dabitis portionem: ideo subditur, (Portio principis.)

3 In separationem sanctuarij, Id est iuxta portionem sacerdotum & Leuitarum sanctuario deseruientium.

4 Et in possessionem, &c. Id est iuxta possessionem ciuitatis.

5 Et contra faciem. Facies hic nominatur latus occidentale trium portionum prædictarum, scilicet portionis sacerdotum, & portionis Leuitarum, quæ nomine sanctuarij intelliguntur, cùm dicitur, Separationis sanctuarij: nam istæ duæ portiones distinctæ sunt ab aliis pro ministris sanctuarij; & portionis vrbis, ideo subditur, Et contra faciem possessionis vrbis. (Facies pro latere.)

6 A latere maris, Id est, à latere occidētali trium portionum prædictarum.

7 Vsque ad mare. Quod est terminus occidentalis totius terræ; supple, erit de possessione principis.

8 Et à latere orientis, Id est à latere orientali trium dictarum portionum.

9 Vsque ad orientem. Id est, vsque ad terminum orientalem totius terræ, erit similiter de principis portione.

10 Longitudinis autem, Scilicet portionis principis.

11 Iuxta vnamquāque partem, Id est, inclusis tribus portionibus dictis.

12 A termino occidentali, totius terræ.

13 Vsque ad terminum orientalem, similiter totius terræ; & hæc patent in figura. Et subditur causa portionis principis, cùm dicitur,

14 Et non depopulabuntur principes vltra populum meum, sed terram dabunt domui Israel secundùm, &c. Id est, principes non spoliabunt populum bonis suis & hereditate sua, sed erunt contenti portione propria; ideo subditur, (Reprimitur principum capacitas.)

15 Sufficiat vobis principes Israel, Supple portio vestra.

16 Iniquitatem & rapinas inter. Aliter non essent principes, sed tyranni.

17 Et iudicium & iustitiam facite, Ad hoc enim tenentur ex officio suo.

18 Separate confi. vestra à populo meo, Id est, non transcendatis limites possessionis vestræ, aliorum hereditatem defalcando.

19 Statera iusta. Inchoata diuisione terræ, hic interponuntur quædam incidentia, antequam dicta diuisio terminetur. Primum est de legalibus mensuris quibus vti debet populus, cùm dicitur, Statera iusta, quæ est instrumentum ponderandi, & ideo debet esse iusta. (Statera.)

20 Et ephi iustum, Est autem ephi mensura aridorum, vt hordei, tritici, farinæ, & similium. (Ephi.)

21 Et batus. Qui est mensura liquidorum, vt vini, olei, & similium. (Batus.)

22 Æqualia & vnius mensuræ erunt. Id est æqualiter capiunt ephi in aridis & batus in liquidis. Et quantum capiunt determinatè subditur,

23 Vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi. Est autem corus nomen mensuræ in liquidis & aridis, sicut apud nos hoc nomen sextarium vini & sextarium bladi. Et capit corus xxx. modios, & per consequens batus, qui est decima pars cori, continet tres modios in liquidis, & similiter ephi in aridis. Isti tamen modij sunt parui. Probabile enim est quod scriptura loquatur hic, sicut in aliis libris vete. te. Ruth. verò iij. cap. dicitur, quòd ipsa portauit sex modios hordei simul & semel de area Booz vsque ad domum socrus suæ. Et quoniam moneta est medium & mensura rerum venalium, ideo de eius quantitate subditur, (Corus. — Modium.)

24 Siclus autem. Genus est monetæ, (Siclus.)

25 Viginti obolos habet. Sicut determinatur in Exo. & Leuitico.

25 Porrò xx. sicli. & xv. sicli & xxv. sicli, Qui faciunt lx. siclos simul iuncti.

26 Mnam faciunt. Quòd est genus fortioris monetæ. Dicunt autem aliqui, qui diligentius viderunt dicta Isidori & Papiæ de monetis, quòd obolus tantum valet de argento, quantum vnus paruus turonensis, & secundum hoc siclus valet xx. turonenses paruos. Mna verò c. solidos turonensium paruorum. Sed melius videtur dicendum, quòd valor istorum est nobis incertus, quia valor monetarum mutatur, non solum secundum differentiam materiæ, vt auri, argenti, & similium, sed etiam secundum varietates terrarum. (Mna. — Obolus.)

17 Et ☞ 1 Et

Minam quæ Græcè mna, quæ lx. siclos habet, id est, obolos mille ducentos. Ideo autem difficultas ponitur in numeris, vt intentum faciat animum auditoris, sicut & hic, *Qui habet aures audiendi audiat*. Omnis enim prophetia, & veritatem, & obscuritatem habet, vt discipuli intrinsecus audiant, vulgus ignobile & foris positum nesciat quid dicatur.

Luc. 8. a. Nota quare prophetæ obscuri.

a *Et hæ sunt primitiæ*. HIER. lib. 14. cõ. Iuxta litteram decadas, id est, decimam partẽ frugum omniũ Leuiticæ tribui ex lege debebat populus; Rursum ex ipsis decimis Leuitæ, id est, inferiores ministri decimas dabant sacerdotibus; Erant quoque & aliæ decimæ, quas vnusquisque de populo Israel in suis horreis separabat, vt comederet eas cum iret ad templum in vrbe Ierusalem, & in vestibulo templi & sacerdotes & Leuitas inuitaret ad conuiuia. Erant autem & aliæ decimæ quas recondebant pauperibus. Sed primitiua quæ offerebant de frugibus, non erant speciali numero definita, sed offerentium arbitrio derelicta. Traditionemque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, sed magistrorum arbitrio inolitam, qui plurimum quadragesimam partem dabat sacerdotibus, qui minimum, sexagesimã. Licebat autem offerri inter quadragesimam & sexagesimam quodcumque voluissent. Quod igitur in Pentateucho dubium relictum est, hic specialiter diffinitur propter sacerdotum auaritiam, ne plus à populo exigant, id est, vt sexagesimam partem offerant eorum quæ gignuntur ex terra. Si enim chorus (qui Hebraicè dicitur omer. & à Lxx. gomer) xxx. habet modios tam in aridis quàm in liquidis; epha quoque & batus decima pars est cori; præcipiturque vt sexta pars tam ephi quàm bati detur sacerdotibus in primitiuis offerendis (quæ de tribus modiis dimidium facit modium) perspicuè supputatur sexagesimam partem primitiarum sacerdotes accipere debere.

Decimæ leuitis debitę. decimæ decimarum sacerdotibus. Tertiũ decimarum genus. Item quartum. Primitiarũ quæ lex? Ephi, batus, corus, modium.

b *De coro hordei*. IBID. Hordei primitias damus, cùm simplices historiã docemus: vnde, *Homines & iumẽta saluabis domine*. Et tũc dicimus, *Dominus pascit me, & ni. mi. dee.* Quando frumento rationalia pascimus, securè dicimus *Parasti in cõspectu meo men. aduer. eos qui tribulãt me.*

Psal. 35. b. Ibidẽ 22. a. Ibidem. b. Ibidem.

HIER. IBID. Qui vini & olei offert primitias, dicat *Impinguasti in oleo caput me. & calix meus ine. quam præcla. est.* Effectus quoque oliua cum propheta dicat, *Ego autem sicut oliua fru. in do. domini*. Vinum autem est de vera vite, quæ dicit, *Ego sum vitis vera, & vos palmites, pater meus agricola*. Hoc in torcularibus Christi redundat, vnde Psal. intitulantur qui referuntur ad sacramenta ecclesiæ.

Psal. 51. b. Ioan. 15. b.

HIERON. IBID. In vete. testa. absque mensura erant primitiæ & numero, Non enim ad mensuram dat Deus spiritum: In secunda autem ædificatione templi Ezechielis certa mensura est sexagesimus, numerus scilicet quo mũdus complectur; Et dicitur nobis, *In qua mẽsura men. fue. reme. vobis.*

Ioan. 3. d. Primitiarũ mensura & numerus.

a ¶ Quas scilicet offerimus, dum quidquid boni habemus, Deo attribuimus, non nobis qui tribuit fruges virtutis.

a [13] Et hæ sunt primitiæ quas tolletis, sextam partem ephi de [1]
a ¶ Dum homines, id est, rationale animal, scripturæ mysteria docemus.
b coro frumẽti, & sextam partem ephi de coro hordei. [2]
a ¶ Spiritus sancti.
b ¶ Hoc est oleum, quod mundissimum, ad lucernas præparatur.
¶ Vnde, Christus vnctus præ participibus suis.
[14] Mensuram quoque olei. Batus olei, decima pars cori est, [3] & decẽ bati corum faciunt: quia decem bati implent corum.
a ¶ In Hebræo, quodlibet animal. b ¶ De simila, polenta, & oleo.
c [15] Et ariẽtem vnum de grege ducentorum, de his quæ nutriunt [4] [5]
a ¶ Quod totum comburitur igne sacro.
b ¶ Quando reconciliamur Deo, vnde precamur, pro Christo, reconciliamini Deo. Et, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.
Israël in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait dominus Deus. [16] Omnis populus terræ d tenebitur primitiis his principi in Israël. [17] Et super principem e erunt holocausta & sacrificium & libamina in solemnitatibus, f & in calendis, & in sabbatis, & in vniuersis solemnitatibus [6] [7] [8] [9] [10] [11] [12] [13] [14] [15]

c *Et arietem vnũ*. IBID. Suprà dixit, quota pars eorum, quæ appenduntur, mensuræ tam aridorum quàm liquentium specierũ, debeat offerri principi; nunc eumdem primitiarum in animantibus ordinem tenet, vt vnũ de grege ducentorum arietum iubeat offerri.

Le. 27. d. De deci. c.

HIER. IBID. *Arietem vnũ de gre.* Ostenditur præcepto legis populum esse subiectum, vt offerat duci siue principi, vt per illum scilicet holocausta, & sacrificia, & libamina, singulis solemnitatibus offerantur à populo, & expietur domus Dei. Princeps enim inuicem debitor est populi, vt offerat pro eo victimas. Hic allegoricè Christus est: hic animal suscipit, vel arietem, qui nutritus est in locis irriguis, id est, scripturis, secundum Symmachũ. Et potest dicere, *Dominus pas. me, & nihil mihi deerit, in loco pa. &c. Super aquas refectionis educauit me.* Hæc erant irrigua, imo hi canales ad quos Iacob ducebat pecora sua, vt in his biberent, & conciperent, & iuxta virgarum colorem fœtus facerent domino.

Psal. 22. a. Ibidem. Gene. 30. f.

d *Princi.* IBID. Hic est rex qui in titulo crucis demonstratur litteris Hebraicis, Græcis & Latinis. Hunc titulum triumphalem cum conarentur auferre Iudæi, audierunt, *Quod scripsi scripsi.*

Ioan. 19. d.

e *Et super.* HIER. IBID. Dignitas sacerdotalis admonetur, cui subiecta sit officio, vt sciat se sacrificium & libamina quæ offeruntur ex vino, pro populo offerre debere in cunctis solemnitatibus, & in calendis, id est, Neomeniis, quando scilicet tenebris cuncta operientibus lunaris luminis exordium est, & in sabbatis, id est, requie.

Sacerdotũ officium.

f *In sabbatis, & in vn. solem. &c.* HIER. IBID. *Solemnitates vestras odit anima mea.* Qui solemnitates odit Iudæorum, suas diligit; sabbatum, scilicet, quod relinquitur populo Dei, vt videamus quæ à Deo donata sunt nobis. In præsenti enim sæculo, quod in maligno positum est, videre dies bonos non possumus: sed in nouo; vnde, *Memento dierum antiquorum*; Et alibi, *Annos æternos in mente habui*; Vnde Isaias, *Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato.*

Isa. 1. d. Deu. 32. a. Psal. 76. b. Isa. 66. g.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et hæ sunt primitiæ. *Hic ponitur secundum incidens scilicet de primitiis summo sacerdoti reddendis. Et diuiditur in duas, quia primo describitur primitiarum redditio; secundo, redditionis ratio, ibi,* In sacrificium. *Circa primum sciendum, quod licet in lege præcipiantur sibi dari primitiæ, tamen ibi non determinatur quota pars debeat dari: hic autem determinatur ne sacerdotes ex cupiditate plus exigant, & populus ex auaritia & indeuotione det minus. Et hoc est quod dicitur,* Et hæ sunt primitiæ quas tolletis, *id est, separabitis ab eo quod remanebit vobis.*

Definitur quota pars cedat sacerdotibus in primitiis.

2 Sextam partem ephi de co. fru. *Et hæc est sexagesima pars chori, & eodem modo dicendum est de aliis aridis, & similiter de rebus liquidis; ideo subditur,*

3 Mensuram quoque olei. Batus olei, &c. *Et patet ex dictis in littera vsque ibi,*

4 Et arietem vnum. *Vbi taxatur quota primitiarum de animalibus, cùm dicitur.* Et arietem vnum de gre. *Id est, de ducentis arietibus dandus est vnus summo sacerdoti pro primitiis.*

5 De his quæ nu. Israel. *Similis portio datur de aliis animalibus nutritis à filiis Israel. Si autem quæratur, quare minor portio datur de animalibus, scilicet ducentesima, quàm de terra nascentibus, de quibus datur sexagesima? responderi potest, quod nutritio animalium fit cum maioribus laboribus curis & sumptibus, & ideo maior pars debet manere nutritoribus animalium, quàm cultoribus terræ nascentium.*

Quare minor portio de animalibus quam de terræ nascentibus cedat in primitias?

6 In sacrificium. *Hic ponitur ratio redditionis primitiarum scilicet vt princeps sacerdotum de ipsis offerat Deo pro se & pro populo. Et diuiditur in tres partes, nam primò agitur de oblatione principis in spiritualibus; secundo, huius occasione de oblatione principis in temporalibus, sequen. cap. tertio de iugis sacrificij obseruationibus, se. cap. ibi,* Et agnum, *Prima adhuc in duas, quia primò describitur hæc oblatio in generali; secundò magis in speciali, ibi,* Hæc dicit, *Circa primum dicitur,* In sacrificium, *quasi diceret, ad hoc dantur primitiæ, prædictæ, vt inde fiat sacrificium quod partim comeditur à sacerdotibus.*

Diuisio.

7 Et in pacifica, *Hostiæ verò pacificæ vna pars comburitur, & alia à sacerdotibus comeditur, tertia ab offerentibus.*

Hostia pacifica.

8 Ad expiandum pro eis, ait dominus Deus, *Id est, pro filiis Israel.*

9 Omnis po. ter. ten. primitiis his. *Soluendis.*

10 Prin. in Israel. *Id est, summo sacerdoti, qui est princeps in spiritualibus.*

11 Super principem erunt holocausta, &c. *Debet enim ea facere de his quæ accipit à populo.*

12 Et libamina, *Quæ sunt oblationes de liquidis, vt vino & oleo.*

13 In solemn. *Quæ semel fiunt in anno, vt Paschæ, Pentecostes, & Tabernaculorum.*

14 Et in calendis. *Id est, Neomeniis quæ fiunt in principio cuiuslibet lunationis.*

15 Et in sabbatis & in vniuer. solemnitatib. *Quæ fiunt in qualibet hebdomada. Cætera patent.*

a ¶ Quæ est ecclesia Dei viuentis, quæ indiget expiatione peccatorum. b ¶ Princeps.

domus Israel. Ipse faciet pro peccato sacrificium, & holocaustum & pacifica, ad expiandū pro domo Israel. [18] Hęc dicit do-

¶ Nisan. a ¶ Prima scilicet die. b ¶ Non domi nutritum.

a minus Deus: In primo mense, vna mēnsis, sumes vitulum de

a ¶ Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: vitulus nouellus cornua proferens & vngulas, in quo mundetur sanctuarium.

armento immaculātū, & expiabis sanctuarium. [19] Et tollet sa-

a ¶ In quo mundus redimitur.

b ¶ Vituli, qui aliis verbis agnus vocatur, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, cuius carnibus alimur, cruore potamur.

b cerdos de sanguine, quod erit pro peccato: & ponet in posti-

a ¶ Alias templi secundum alios, vt significetur domus & altare: vniuersa enim mundi elementa hoc sanguine sanctificantur, vt cùm quis expiatus fuerit atque mundatus, ingrediatur portam atrij interioris.

bus domus, & in quatuor angulis crepidinis altāris, & in po-

a ¶ Hæ duæ solemnitates, primi scilicet mensis prima dies, & eiusdem septima in Hebræo non habentur. b ¶ Eiusdem scilicet.

stibus portæ atrij interioris. [20] Et sic faciet in septimā mēnsis, pro vnoquoque qui ignorauit, & errore deceptus est, & ex-

c d piabis pro domo. [21] In primo mense, quartadecima die mēsis,

¶ Phase.

erit vobis Paschæ solemnitas. Septem diebus azyma come-

a ¶ Humano genere scilicet Saluator. Est enim omnium hominum, & maximè fidelium, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non solum pro nobis, sed pro omni mundo.

dētur. [22] Et faciet princeps in die illa pro se, & pro vniuērso po-

e pulo terrę vitulum pro peccato. [23] Et in septem dierum solem-

f nitate faciet holocaustum domino septem vitulos, & septem

a ¶ Septem diebus scilicet.

arietes immaculatos, quōtidie, septem diebus: & pro peccato

g hircum caprarum, [24] & sacrificiū ephi per vitulum, & ephi per

h arietem faciet, & olei hin per singula ephi. [25] Septimo mense quintadecima die mensis in solemnitate faciet, sicut suprà dicta sunt, per septem dies, tam pro peccato, quàm pro holocausto, & in sacrificio, & in oleo.

a *In primo mense, &c.* HIER. lib. 14. com. Vnde Isaias, *Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato.* Et veniet omnis caro adorare dominū, quando scilicet veri adoratores non in monte Garizim, neque in Ierusalem, *sed in spiritu & veritate adorabunt*, quando *erit cælum nouum & terra noua*, & liberabitur *omnis creatura à seruitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei, & sol septies lumen accipiet, & luna soli comparabitur.* Sic sunt solemnitates spirituales, sunt & victimæ spirituales. (Isa. 66. g. Ioan. 4. c. Rom. 8. d. — Beatitudo patriæ.)

b *Et ponet in po.* HIER. IBID. Vt mundatus scilicet possit arcana domini cognoscere, & consequenter venire ad septimum diem mensis primi, & consequi requiem, & domino offerre sacrificium, tam pro ignorantia (de qua dicitur, *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memin.*) quam pro paruulo, qui cùm ad perfecti viri mensuram venerit, dicet confidenter, *Cùm essem paruulus loque. vt par. &c.* Siue pro eo qui errore deceptus est, & non tam voluntate quam bona opinione peccauit. (Bona quæ mundos corde manent. — Psal. 24. b. — 1. Cor. 13. c.)

c *In primo mense, &c.* HIER. IBID. Completis duabus solemnitatibus primi mensis, id est, primæ diei & septimæ eiusdem, venit ad quartumdecimum diem mensis, in quo Paschæ solemnitas: Vnde, *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.* Tunc comedemus septem diebus Azyma in requie & securitate eorum omnium, quando fermentum malitiæ & nequitiæ destruentes, manducamus Azyma sinceritatis & veritatis, Principe nostro pro nobis cuncta offerente, & primum pro seipso; Suscepit enim corpus humanum, *& de peccato damnauit peccatum*, pro nobis doluit, *& infirmitates nostras portauit*, deinde pro domo sua, quod in LXX. scriptum est sed in Hebræo non habetur, id est pro ecclesia. (1. Cor. 5. b. — Pascha nostrum immolatus est Christus. — Rom. 8. a. Isa. 53. g.)

† CHRYSOS. Ser. 1. de Iob. & Abrah. Scito igitur quare pascha perficias. Non fermentes azyma, ne hæretica malitia permisceris, habe pura azyma, in azymis enim sinceritatis & veritatis festa celebramus. Festa autem non intellige relaxationē solam, sit & ieiunium bene sensatę animę festum, sint & afflictiones & castigationes festa. (Festa quid sint?)

d *Quartadecima die, &c.* HIER. vbi supra. Hoc Moyses præcepit, quando septem diebus Azyma comedimus: Quartam vero solemnitatem, de qua dicit, *mense septimo, quintadecima die mensis, &c.* videtur significare Scœnophegiam, quam hic sine nomine posuit. (Exo. 12. c. — Quarta solemnitas quæ hic dicatur?)

e *Et in septem dierum, &c.* IBID. Oblato scilicet vitulo pro vniuerso populo terræ, Id est, septem diebus reliquis dominicæ passionis, septem vituli & septem arietes immaculati offeruntur quotidie, vt in holocausto, & in igne domini concrementur.

f *Septem vitulos, &c.* HIER. IBID. Septem vituli, & septem arietes sunt, qui configurantur dominicæ passioni, vt imitentur verum vitulū, & verum arietem, & sanguinem martyrum, per septem dies totius mundi peccata mundentur. (Emundatio peccatorū totius mūdi.)

g *Et sacrificium ephi.* HIER. IBID. Notandū diligenter, quod in sacrificio ephi per vitulum, & ephi per arietem, & olei hin offeruntur, quæ in lege præcepta sunt. In oblatione autem hirci nec ephi, nec (sicut LXX. transtulerunt) coctio ponitur, ipsi enim ephi, coctionem interpretati sunt. Hin vero (quæ olei certa mensura est) assumitur in sacrificio vituli & arietis, vt fomentum luminis sempiterni, quod laboris requiem & lassitudinis sanitatem post placationem peccatorum accipere mereamur. (De mensura olei quæ sacrificio apponi debet.)

h *Septimo men.* HIERONYMVS IBID. In septimo quoque mense quintadecima die mensis in solemnitate Scœnophegiarum, idem oblationis & sacrificiorum ordo seruandus est, tam pro peccato quàm pro holocausto, & in sacrificio & in oleo, vt festiuitatem domini fugatis tenebris & orto lumine olei consequamur, clarioresque habeamus solemnitates in quibus nobis omnia peccata condonantur.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hæc dicit. *Hic consequenter describitur oblatio principis sacerdotum magis in speciali. Et primo describitur eius oblatio fienda mense primo, secundo, fienda mense septimo, ibi,* Septimo mense. *Circa primum dicitur,* (Diuisio.)

2 In primo mense, *Qui incipit apud Hebræos à prima lunatione propinquiori æquinoctio vernali, siue sit ante, siue post, siue sit in ipso æquinoctio, sicut diffusius fuit dictum Exo. xij.* (Primus mēsis apud Hebræos.)

3 Vna mensis. *Id est, prima die mensis, sicut Gene. j. a. dicitur,* Factum est vespere & mane dies vnus, *id est, primus.*

4 Sumes vitulum, *Id est sumendum à summo sacerdote describes, ideo subditur,*

5 Et tollet sacerdos, &c. *Id est de sanguine animalis oblati pro peccato.*

6 Et ponet in postibus domus. *Id est, templi.*

7 Et in qua. an. *Ista loca sunt superius descripta.*

8 Et sic fa. *Id est faciendum describes.*

9 In septima mensis, &c. *Sicut dictum est de prima. Et ista duo sacrificia non sunt in lege posita, sed istud quod sequitur ibi ponitur,*

10 In primo mense, &c. xiiij. die mensis, *A vespera enim huius diei incipit apud Hebræos solemnitas Paschalis, vt habetur Exo. xij. & xiij.* (Victima Paschalis.)

11 Et faciet princeps. &c. *Id est, offeret.*

12 Vitulum pro peccato. *Suo & populi.*

13 Et in septem dierum solemnitate, *Id est, in solemnitate Paschali, qua durat per septem dies.*

14 Faciet holocaustum domino, &c. *Id est, offeret.*

15 Et olei hin. *Genus est mensura, & est tertia pars* bati, *cuius quantitas est superius descripta eodem capitulo.* (Hin.)

16 Per singula ephi. *Simila, qua est farina de tritico delicatissima. Ad hoc enim offerebatur oleum, vt cum ista farina misceretur.*

17 Septimo men. *Hic ponitur oblatio fienda mense septimo de sumptibus summi sacerdotis, cum dicitur,*

18 Quinta. die. *Tunc enim à vespera præcedentis diei incipiebat solemnitas Tabernaculorum, & durabat per septem dies, in quibus fiebant similes oblationes, sicut in solemnitate Paschali prædictum est. Et sic secundum hoc patet littera.*

☞ CAP.

CAP. XLVI.

A a Haec dicit domi. HIERON. lib. 14. com. Primum paraphrasticos verba pandenda sunt.

b *Sex diebus.* HIERONYMVS IBID. Porta orientalis atrij nobis clausa. Postquam autem venerimus ad sabbatum, in quo est requies, vel ad diem calendarum quãdo post cæcam noctẽ & horribiles tenebras lucis exordium est, aperitur nobis porta orientalis.

Apertio portæ orientalis.

c *In die calendarũ aperietur.* IBID. Completis scilicet triginta diebus, die Neomeniæ, qui alterius principiũ est, vt quod priuilegium habet septimus dies in hebdomada, hoc habeat mensis exordium.

Neomenia.

B d *Et intrabit princeps.* HIERONYMVS. Qui nomen ducis scilicet & dignitatem fuerit assequutus.

Princeps.

e *Per viam vestibuli portæ deforis.* IBID. Id est, per mundi huius labores, & portam ecclesiæ, quæ adhuc in terrenis finibus sita est: non ingredietur autem interius atriũ, sed ad limen portæ C interioris, & stabit in ea.

f *Stabit in limine portæ, &c.* HIER. IBID. Si princeps in præsenti scriptura non ingreditur atrium interius, sed stat in limine portæ eius: patet, quia nunc ex parte potest videre, & ex parte cognoscere, & nondum reuelata facie gloriam contemplari domini.

Scientia viatorum.

g *Holocau. eius.* IBID. Indigemus enim misericordia Dei, & omnis creatura ad comparationem creatoris immunda est, diuino igne purganda. Vnde Isaiæ purgata.

Isaiæ 6.b.

h *Et adorab.* IBID. Vt postquam hostia principis sacro igne fuerit concremata, ipse reconciliatus Deo, tunc adorare possit super limen portæ interioris atrij, in quo steterit, & postea egrediatur.

i *Et adora.* HIER. Vt postquàm per sacrificium pacem receperit, tunc in limine constitutus adoret omnipotentiam Dei, & se atrij interioris ingressu fateatur indignũ, & statim egrediatur. Postquã autẽ qui primus est fuerit egressus, non claudetur vsq; ad vesperã huius sæculi ipsa porta interioris atrij, sed aperta erit, vt populus quoque D terræ sit ad ostiũ, & adoret, non omni tẽpore, sed quando requieuerit à peccatis, & fugatis tenebris, fidei & cõscientiæ lumẽ acceperit.

k *Holocaustum autem hoc.* HIER. IBID. Holocaustũ autẽ, quod offert princeps per sacerdotes in die sabbati, sex agnorum immaculatorum erit: pro sex, scilicet, diebus, quibus operamur in mũdo. Et aries immaculatus, qui princeps gregis est, ita vt per singulos arietes offeratur in sacrificio ephi, id est, decima pars chori: In agnorũ autem sex sacrificio certa mẽsura nõ ponitur, sed quantumcumque dederit manus E eius qui offert, id est pro operũ qualitate & mensura.

Oblatio principis.

l *Et olei hin per singula ephi.* HIER. IBID. Olei autẽ hin offeret per singula ephi (hoc est oleum, quod sibi quinq; virgines præpararunt) vt similam vngat, siue commisceat, & omnis oblatio Dei plena sit lumine veritatis, & exhilaretur facies offerentis in oleo.

Matt. 25.a. *Qualis debeat esse offerens & ipsa eius oblatio.*

m *In die autem calendarum vitulum de armento immaculatum.* F IBID. Neomeniarũ, scilicet, dies hoc habet priuilegium amplius à die sabbati, vt vitulus immoletur de armento, siue (vt alij transtulerunt) Taurus immaculatus. Cetera autem, id est, sex agni immaculati, & aries immaculatus, & sacrificia eorum ritum sabbati possidebunt. Ita, scilicet, vt in ariete ephi offertur sacrificium, id est, similæ & hin olei, ita offeratur & in vitulo.

Neomeniarum priuilegium amplius à die Sabbati.

In die autem calend. IBID. Tricesimo scilicet quando primogenita & Leuitæ numerantur in lege propter omnem Israel offertur vitulus de armento immaculatus (super quo plenius in priori capitulo disseruimus) & agni sex & arietes immaculati, & cetera quæ offeruntur in sabbatis, vt scilicet, æternam requiem consequamur & audire mereamur, *Euge serue bone & fidelis, &c.* Et non solum ad portam atrij interioris peruenire, sed intrare possimus vt plantati in domo domini, in atriis domus Dei nostri floreamus.

CAPVT XLVI.

H[1] Æc dicit dominus Deus: Porta atrij [a Vnde oritur sol iustitiæ.] [a] interioris quæ respicit ad orientem, erit [a Vnde, sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.] [b Septimo scilicet in quo requies.] [b] clausa sex diebus in quibus opus fit. Die [a Per singulas hebdomadas.] [c] autem sabbati aperietur. Sed & in die calendarum [Causa quare aperiatur.] [d] aperietur,[2] & intrabit princeps [a Atrij scilicet exterioris.] [b Interioris atrij, scilicet quæ respicit ad orientem, nec respicit atrium interius, sed illo stante facit sacer. holo. &c.] [e f] per viam vestibuli portæ deforis, & stabit in limine portæ.[3] Et [a Angelicæ virtutes.] [b Pro eo scilicet.] [g] facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius, & ado- [a Post egressionem principis.] [b Sed aperta erit.] [h] rabit super limen portæ, & egredietur. Porta autem non clau- [a Ideo non claudent, vt populus post principem adoret.] [i] detur vsq; ad vesperã.[3] Et adorabit populus terræ ad ostiũ por- [a Quando aperietur porta.] [b Quia superius holocaustorum humerum non posuerat, hic ponit.] [k] tę illius in sabbatis & in calẽdis corã domino.[4] Holocaustũ au- [a Per sacerdotes.] tem hoc offeret princeps domino in die sabbati, sex agnos [a Quæ Hebraicè epha.] immaculatos, & arietẽ immaculatũ,[5] & sacrificium ephi per [a In sacrificio scilicet arietis.] [Erit.] [b Id est, quod offerre potuerit manus eius qui offert.] arietem. In agnis autem sacrificium, quod dederit manus eius, [l Mensura.] [Erit.] [m] & olei hin per singula ephi.[6] In die autem calẽdarum vitulum de armento immaculatum, & sex agni, & arietes immaculati erunt,[7] & ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet sa-

In

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XLVI.

1 HÆc dicit domi. *Postquam descripta est oblatio principis in spiritualibus, hic consequenter describitur oblatio principis in temporalibus. Et diuiditur in duas partes. Nam circa oblationem principis primò describitur modus veniendi, Secundo actus offerendi, ibi,* Holocaustum autem. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

2 Porta atrij in. *Et patet littera ex prædictis vsque ibi,*

3 Et intra. &c. *Id est, porticum portæ deforis. Tota enim porta illa est extra atrium interius, vt supra descriptum est.*

4 Et stabit in limine portæ. *Ita quod non intrabit atrium interius.*

5 Et facient sacerdotes, *Id est offerent.*

6 Et adorabit super limen portæ. *Ipse princeps.*

7 Et egredietur. *Per eamdem viam, per quam venit facta prius oratione.*

8 Porta autem non claudetur vsque ad vesperam. *Et subditur ratio, cum dicitur,*

9 Et adorabit populus terræ ad ostium portæ illius in sabbatis. *Ex quo patet, illud quod dictum est supra xliv. cap. quod hæc porta aperietur principi ad offerendum & comedendum, sed ad eam admittitur populus ad orandum in sabbatis & calendis.*

Vsus portæ atrij interioris ad orientem.

10 Holocaustum. *Hic consequenter describitur actus offerendi. Et primò quantum ad oblationem obligatoriam, Secundo quantum ad voluntariam, ibi,* Cùm autem fecerit princeps spontaneum. *Circa primum dicitur,* Holocaustum autem offe. *Quod totum incenditur ad honorem diuinum.*

Diuisio.

11 Sex agnos immaculatos. *Id est, sine defectu alicuius membri. Nam macula non accipitur hic pro pellis varietate, sed pro alicuius membri debilitate.*

Oblatio principis.

12 Et sacrificium ephi per arietem, &c. *Id est, cum ariete offeret ephi similæ.*

13 In agnis autem sacrificium, &c. *Id est, cum sex agnis dictis offeret de simila quantum sibi videbitur, scilicet vnum ephi aut plura, ita tamen vt quot ephi similæ offeret, tot hin olei offeret ad commiscendum cum simila. Consequenter agitur de obligatione principis in calendis, cum dicitur,*

14 In die autem calendarum vitulum de armento. *Et ex dictis patet littera vsque ibi.*

15 Et arietes imma. *Scilicet, duos. In Hebræo namque nomen pluarale sine additione positum signat binarium. Cetera patent ex dictis vsque ibi,*

Cum-

☞ a *Ingress.* HIER. lib. 14. com. Liberi enim arbitrij est, & potestatem habet ponendi animam & resumendi eam; tam ad nos veniens, quàm ad cælestiá conscendens, eadem maiestatis suæ vtitur libertate. Denique non quærit nundinas vel solemnitates, nec differentiam vllam obseruat dierum: quia omne tempus ei festiuitas.

& plenam perfectionem ex gratia, non ex merito possidere.

d *In medio.* HIER. IBID. Vnde Apostolus, *An ignoratis quoniam Christus in vobis est?* Si autem in ignorantibus, quanto magis in scientibus? Sed cùm inter scientes steterit, corpus mortuum fiet propter peccata, spiritus viuet propter iustitiam.

Ioan. 10. d. — 2. Cor. 13. b

b *Qui ingreditur per.* HIER. IBID. Præcipitur populo, vt si ingressus fuerit per portam aquilonis vt adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ. Hic est populus Gentiū, qui relinquēs portā aquilonis (à quo exardescunt omnia mala super terrā) si templū fuerit ingressus, non debet egredi nisi per viā portæ meridianæ, id est, luminis & caloris, in qua cubat sponsus in meridie: Vnde, *Surge aquilo, et veni auster. Qui verò ingreditur per viam portæ meridianæ, &c.* hic est Iudæorū populus, qui relinquens viā portæ luminis, transit ad portam aquilonis: De quo dicitur; *Aquilo ventus durissimus*; Et olla Ieremiæ à facie aquilonis accenditur. Aliter: Per portam aquilonis ingreditur qui peccata dimittit: Egreditur per portā meridianā, qui virtutes sequitur. Econuersò, si iustus lapsus fuerit, ingreditur quidem per portam meridianam, sed egreditur per viam portæ aquilonis.

Gentes intrant in domum Dei vnde exeūt Iudæi. — Iere. 1. c. — Cant. 4. d. — Iere. 1. c.

crificium. De agnis autem sicut inuenerit manus eius, & olei
a ❡ Prædictus.
a hin per singula ephi. [8] Cumque ingressurus est princeps per viam vestibuli portæ ingrediatur, & per eamdem viam exeat. 1
a ❡ Populus in nundinis tantum, & in solemnitatibus ingreditur, & egreditur, & non per eamdem viam, sed per alteram & alteram.
[9] Et cùm intrabit populus terræ in cōspectu domini in solemb nitatibus, qui ingreditur per portā aquilonis, vt adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ. Porrò qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ aquilonis.
c Non reuertetur per viam portæ, per quam ingressus est, sed è
a ❡ Vtrorumque, scilicet, virtutis vel peccati testis assistens.
b ❡ Ingredientium, scilicet, & egredientium, vnde, In medio vestrum stetit quem vos nescitis.
d regione illius egredietur. [10] Princeps autem in medio eorum 2 cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egre- 3
❡ Ergo. a ❡ Sabbatorum, scilicet, & calendarum.
dietur. [11] Et in nundinis & in solemnitatibus erit sacrificium 4
e ephi per vitulum, & ephi per arietem. In agnis autem erit sa- 5 6
crificium, sicut inuenerit manus eius, & olei hin per singula 7
a ❡ Lxx. confessionem.
f ephi. [12] Cùm autē fecerit princeps spontaneum holocaustum, 8
g aut pacifica voluntaria domino, aperietur ei porta quæ respi-
a ❡ Quia spontaneum est, non alij pro eo. b ❡ Lxx. salutaria, quia reconciliatio pacificorum salus offerentis.
h cit ad orientem, & faciet holocaustum suum & pacifi- 9
a ❡ Postquàm obtulerit statim.
ca sua, sicut fieri solet in die sabbati, & egredietur clau- 10
a ❡ Alias claudet ianuam vt, scilicet seruetur principi priuilegium suum, ne sacrificia eius populo misceantur. 11
b ❡ Quod sit holocaustum determinat.
i daturque porta postquam exierit. [13] Et agnum eiusdem 12

e *Ephi per vitu.* IBID. Singula ephi per vtrūque offeruntur in sacrificio. In agnis vero non est certus numerus, nec voluntati dimissum arbitriū, sed viribus quisque vtitur bonæ conscientiæ, vt quantum potest non quantum vult, offerat: & super omnia olei *hin*, per singula ephi: vt vngatur simila, & lucerna accendatur in cōspectu domini, & qui eo vtuntur, dicant, *Ego autem sicut oliua fructifera in domo domini.*

Oblatio de agnis. — Psal. 51. b.

f *Princeps.* IBID. LXX. *Dux.* vnde Isaias, *Ecce test. in Gen. dedi eū: prin. &c.* Et Ezechiel: *Dauid princeps in medio eorum.* Qui, scilicet, sponte facit dicens, *Voluntaria oris mei beneplacita fac domine,* & holocaustum vt totum offerat Deo.

Isa. 55. b. — Eze. 34. f. — Psal. 118. b.

g *Pacifica voluntaria domino.* IBID. Quod non suprà. Scriptum est enim, *Et facient sacerdotes hololaustum eius, & pacifica eius.* De spontaneis & voluntariis omnino reticetur. Post holocaustum offerat pacifica & reconcilietur Deo. Vnde & virginitas maior nuptiis, quia non exigitur nec redditur, sed offertur. Dum hoc fecerit princeps, aperietur ei porta quæ respicit ad orientem, de qua, *Hæc porta domini, iusti intrabunt in eam. &,* vnde oritur sol iustitiæ.

Suprà eodem a. — 1. Cor. 7. c. — Virginitas maior nuptiis. — Psal. 117. c. — Mal. 4. a.

c *Non reuer.* IBID. Non enim solùm his, qui egrediuntur de Sodomis, præcipitur, vt non respiciant retrorsum, neque his qui mittunt manum ad aratrum, vt non respiciant post tergum: sed etiam in domo domini constitutis, ne, scilicet reuertantur ad infirma & egena elementa, & incipientes spiritu, carne non consumentur; sed de spiritualibus ad maiora procedant (vnde, *præteritorum obliuiscens ad futura vel priora me extendo*) vt, scilicet, non ex parte cognoscant, sed veniant ad perfectum, quantum potest humana fragilitas; vt, scilicet, cùm omnia fecerint, dicant, *serui inutiles sumus*: vnde quasi imperfectus, *non quod iam acceperim aut iam perfectus sim.* Et alibi quasi imperfectus ait: *Quotquot perfecti, &c.* Hinc perspicuum est omnem hominem & vniuersam creaturam quamuis ad perfectionē venerit, indigere misericordia Dei, &

Gen. 19. d. — Phili. 3. c. — Ne relabamur in vitia, sed magis in virtutibus crescamus. — Luc. 17. c. — Philip. 3. c. — Ibidem.

h *Et faciet.* HIERONYMVS IBID. Non sacerdotes pro eo, sicut solet fieri in die sabbati. Omni ergo tempore holocaustum & pacificum (quod offertur voluntariè) apertam habet portam domini, nec obseruat sabbatum; sed omnes dies reputantur in sabbatum, id est, requiem.

i *Et agn.* HIERONYMVS IBID. Vnde Isa. *Sicut agnus obmutescet, & non aperiet os suum.* Et Ioannes, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Qui, scilicet, immolatur in Ægypto, de cuius sanguine armantur postes fidei, & exterminator excluditur.

Isa. 53. c. — Ioan. 1. d. — Exod. 12. d.

☞ HIER.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Cumque ingre. *Vbi describitur differentia inter principem & populum in modo veniendi ad orationem & redeundi. Et patet littera vsque ibi.*

2 Princeps autem in. *Nam via portæ orientalis per quam ingreditur & egreditur princeps, media est inter viam portæ aquilonaris, & viam portæ australis.*

3 Cum ingre. *Id est, simul tempore: nam ingressus eius & egressus non impediunt ingressum & egressum populi, eò quod sunt per diuersas vias.*

4 Et in nundinis. *Id est, festiuitatibus, in quibus congregatur populus ad sacrificandum, sicut in nundinis ad mercandum: vnde in Hebræo hic habetur:* In festiuitatibus.

Nundinæ pro festiuitatibus.

5 Sacri. ephi. *Id est, cum quolibet vitulo offertur ephi similæ. Et similiter, cum quolibet ariete.*

6 In agn. *Scilicet, similæ cum ipsis oblatæ.*

7 Sicut inuenerit manus. *Id est, pro sua voluntate, sicut dictum est suprà.*

8 Cum autem. *Hic consequenter describitur oblatio principis voluntaria, & patet littera vsque ibi:*

9 Et faciet. *Id est, offeret non tantum per se, sed per manus sacerdotum ad quorum spectat officium, sicut fieri solet in die sabbati modo supradicto.*

10 Et egredict. *Scilicet princeps, eius oblatione facta.*

11 Claude. por. *In hoc differt oblatio principis spontanea ab eius oblatione in sabbatis & calendis, quia non dimittitur porta aperta vt populus veniat ad orandum, sicut dictum est in oblatione principis in sabbatis & calendis.*

12 Et agn. *Istam litteram continuat Hieronymus & eum sequentes, ad litteram immediatè præcedentem, in qua loquitur scriptura de sacrificio principis spontaneo, & non dicitur ibi de quo debeat fieri, propter quod hic consequenter exprimitur quod fiat de agno anniculo immaculato, cum certa mensura vini & olei. Et secundum hoc patet littera. Sed hoc non videtur mihi benè dictum propter duo. Primum est, quia oblatio non est simpliciter spontanea, in qua determinatur offerendi materia; Et ideo sicut offerre est in eius voluntate, ita videtur de animali, scilicet, quod offerat quod placet sibi dum tamen sit animal immolatitium. Plura verò animalia sunt immolatitia præter agnum, sicut hircus, bos, capra: & plura alia animalia. Secundum est, quia sacrificium spontaneum potest interrumpi & omnino prætermitti, de isto verò dicitur, quòd fiat quotidie, & quòd est sacrificium domino legitimum iuge atque perpetuum. Et ideo dico, sicut diuidendo suprà dixi, quòd post oblationem sacerdotis summi & principis populi: hic consequenter agitur de oblatione iugis sacrificij quæ in lege præcipitur omni die fieri. Et hoc est quod dicitur,* Et agnum eiusdem anni. *id est, natum eodem anno, quo sumitur ad immolandum.*

Contra S. Hieronymū & eum sequentes. — Iuge sacrificium.

HIER. lib. 14. com. *Eiusdem anni.* Alij, *Anniculum*, quia prædicauit annum domini acceptabilem, & retributionis diem.

A

a *Semper ma. &c.* IBID. Non qualibet hora, sed quando orto sole lucis exordium est, de quo Dauid, *Mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi, & vi.* Et alibi, *Ad vesperam demorabitur fletus, & ad ma. lætitia.* Et alibi, *Deus Deus meus, ad te de luce vigi.*

Psal. 5. a. Ibi. 29. b. Ibi. 62. a.

HIER. IBID. Ne miretur lector, si idẽ & princeps est, & sacerdos, & vitulus, & aries, & agnus; cum in scripturis pro varietate causarum, legamus eundem dominum, & Deum, & hominem, prophetam, virgam & radicem, & florẽ, & principem, & iudicem, & regem, iustum, & iustitiam, apostolum, & episcopum, brachium, seruum, vnigenitum, filium, pastorem, & primogenitum, ostium, viam, angelum, sagittam & sapientiam, & multa id genus.

B

Diuersa nomina, quæ Sacra Scriptura Christo attribuit.

b *Hæc di.* HIER. IBID. Hucusq; de principe, nũc de eius heredibus sermo est, quibus dare debeat & quorum sit, vel ad tẽpus, vel in perpetuum possessio.

C

c *Vsq; ad* IBID. Septimũ qui dicitur decor, vel donec iubileus, id est, quinquagesimus adueniat, quãdo omnis emptio vel donatio reuertitur ad priores dominos. Seruus enim habet vsum pro tempore, proprietatem possessionis filius principis.

d *Et non.* HIERONYMVS IBID. Suggillat non solùm illius temporis sacerdotes vel principes, sed nostros quoque, qui ditiores fiunt quàm antè essent, dignitatis occasione; ne tollant pauperibus per violentiam, vel sub honoris nomine spolient; & diuites filios suis quibus debetur paterna hereditas, nihil relinquant, nisi quod à parentibus sibi derelictum est. Ergo qui ditior est sacerdos cum venerit ad sacerdotium, quidquid plus habuerit, non filiis debet dare, sed pauperibus, & sanctis fratribus, domesticis fidei, qui vincunt merita liberorum, vt reddat ea quæ domini sunt domino, qui ait: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Ipse enim in pauperibus suis suscipitur hospitio, in carcere visitatur, nudus tegitur, sitiens bibit, esuriens saturatur.

Auaritia in sacerdote detestanda.

D

Matt. 25. d.

e *Disp. &c.* IBID. In partes, qui in nomine domini fuerat congregatus, vel, iuxta legem alterius hereditas transeat ad alium, & pereat funiculus diuisionis, per quem sorte ad vnumquemq; venit hereditas. Dispergit autem populũ Dei & aufert fidei possessione sempiternã, qui aliena bona, vel rapina, vel adulatione, vel blanditiis, vel prætextu religionis filiis, fratrib⁹ & consanguineis relinquit.

De rapina bonorum alienorum.

(a Non certis diebus.)
[1] anni immaculatum faciet holocaustum [2] quotidie domino.
(Lxx. Manaa.)
a [3] Semper mane faciet illud, [14] & sacrificium faciet super eo [4]
(a Iuxta mane, scilicet diluculo. b Dimidium, scilicet, modium. Ephi enim decima pars cori est, tres modij, scilicet. Subaudi similæ)
catamãne, sextam partem ephi, & de oleo tertiam partem hin, [5] [6]
(a Alij conspergatur. b Hoc est. c Nullo die intermissum.)
vt misceatur similæ sacrificium domino legitimum iuge atque perpetuum. [7]
(a Omni tempore offerendum mane orto solo. Sic. Dux.)
[15] Faciet agnum & sacrificium, & oleum catamane mane, holocaustũ sempiternum. [8]
b [16] Hæc dicit dominus [9]
(Hereditatem.)
Deus. Si dederit princeps domum alicui de filiis suis, he-
(a Iure successionis, nec ad alium ab alio transibit.)
reditas eius filiorum suorum erit, possidebunt eam hereditariè. [17] Si autem dederit legatum de hereditate sua vni seruo-
(Septimum, scilicet. Tunc.)
c rum suorum, erit illius vsque ad annum remissionis, & reuer-
d tetur ad principem. Hereditas autem eius filiis eius erit. [18] Et
(a Si potuerit, scilicet, princeps vel accipere, vel rapere, vel sub figura honoris tenere, quæ non sunt sua, & liberis relinquere.)
non accipiet princeps de hereditate populi per violentiam, & de possessione eorum, sed de possessione sua hereditatem
e dabit filiis suis, vt non dispergatur populus meus vnusquisque à possessione sua.
(a Vir qui calamum manu tenebat, & funiculum cæmentarij quo ædificium metiretur.)
[19] Et introduxit me per ingressum qui [10] [11]
(a Post tergum. b Non dicit orientalis, scilicet, australis, vel cuiuslibet. c Cubicula sacerdotum. Scilicet:)
erat ex latere portæ in gazophylácia sanctuarij ad sacerdotes,
f quæ respiciebant ad aquilonem, & erat ibi locus, vergens ad [12] occidentem. [20] Et dixit ad me: Iste est locus, vbi coquent sacerdotes pro delicto & pro peccato, vbi coquent sacrifi- [13]
g cium, vt non efferant in atrium exterius, & sanctificetur po- [14] [15]

f *Et erat ibi locus vergẽs ad occidentẽ.* HIER. IBID. Alij mare. Scriptura enim sancta situm Iudææ describens, sæpe mare occidentem vocat. Notandũ, quòd locus sacerdotum, qui pro delicto siue pro ignorãtia & pro peccato coquũt sacrificia, ne crũda offerãtur, in atriũ exterius ad occidẽtẽ & aquilonẽ positus sit, vnde ventus frigidissimus oritur, & vbi solis lumẽ occũbit. Ex quo ostẽditur quidquid ad eduliũ pertinet, vel pro errore esse, vel pro peccato. Si autẽ pro ignorantia offertur sacrificium, quãtò magis pro delicti conscientia? vnde Iob, *Ne fortè peccauerint filij mei, per ignorantiam.*

E

Sacrificium pro delicto, peccato, seu ignorãtia.

F

Iob. 1. b.

g *Et san.* HIERONYMVS IBID. Qui, scilicet, sanctificationi non fuerat præparatus, ne facilè non sanctificatis sancta tribuamus, nec margaritas ante porcos mittamus, nec canibus sanctum demus. Vnde Moyses tribus diebus ab omni immunditia, etiam ab vxorum complexu populum vult sanctificari, vt accedat ad montem Sina & sanctificatus sancta suscipiat. Si autem accessuri ad audienda verba Dei & suscipienda sanctificari iubentur ab vxoribus, manifestum est in lege illud apostolicum contineri, *Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex con. ad tem. vt va. ora.* Et ex consensu abstinendum ab vxoribus, vt vacemus orationi.

Matt. 7. a. Exod. 19. c.

Præparatio ad suscipienda sancta per continentiam.

1. Cor. 7. a.

a Atrium

NICOLAVS DE LIRA.

1 Faciet. *Scilicet, sacerdos hebdomadarius.*

2 Holo. do. *Id est, totum incensum ad honorem diuinum. Et dicitur ab holon Græcè quod est totum Latinè, & cauma quod est incendium.*

3 Quot. *Quia nulla dies poterat transiri absque oblatione iugi sacrificij.*

4 Semper ma. *Quia nullum sacrificium poterat fieri ante illud.*

5 Et sa. fa. *Id est, cum eo vel consequenter ad ipsum.*

6 Catama. *Est autem catà propositio Græca, & aliquando accipitur pro trans, vt catagrapho, id est, transcribo: Aliquando pro per, vt, catatiphrasim, id est, per antiphrasim. Et hoc modo accipitur hic catamane, id est, per mane.*

Catamane.

7 Sextam par. *Scilicet, similæ. Cetera patent ex dictis.*

8 Faciet ag. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem. Notandum autem hic quòd iuge sacrificium veteris legis præcipitur fieri bis in die, scilicet vespere & mane, vt patet in Exo. & in Leuit. Hic autem non fit mentio nisi de mane: Et per hoc innuitur, quod hæc prophetia loquens de futuro, loquitur principaliter de iugi sacrificio nouæ legis, scilicet, Eucharistia, in quo offertur quotidie agnus immaculatus Iesus Christus, nec offertur in vespere: quia tunc non celebratur missa nisi ex aliqua necessitate, vt in ordinibus, & potissimè sabbato sancto, propter protractionem officij & aliorum agendorum transit hora nona ante consecrationem hostiæ: Et similiter in natali domini celebratur missa de nocte, eò quòd tunc dominus fuit natus de virgine. Sed contra istud dictum videtur esse quod dicitur suprà.* Agnum eiusdem anni, &c. *Christus autem non fuit immolatus primo anno quo fuit natus. Ad quod dicendum, quod veritas Hebraica non habet eiusdem anni, sed sic habet,* Agnum anni sui. *Omnis autem annus est ipsius Christi sicut & omne tempus, Heb. xiij. b. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula, maximè tempus gratiæ, cuius anni dicuntur anni Christi.*

De sacrificio nouæ legis scilicet Eucharistia.

9 Hæc di. *Hic ponitur tertium incidens, quod est de donationibus principis, quia si dederit portionem suæ hereditatis vni de filiis suis, remanebit illi filio & heredibus suis. Si autem det alteri, durabit donatio vsque ad annum iubileum, & non vltrà. De possessionibus verò populi sibi subiecti non poterit accipere & filiis suis dare. Ex his dictis patet littera, cum dicitur,* Si ded. prin. do. ali. &c.

De donationibus principis.

10 Et int. *Hic ponitur quartum incidens, quod est de coquinis: & primò de coquinis pro sacerdotibus, cum dicitur:* Et intro. me. *scilicet, angelus apparens in specie viri.*

11 Per ing. &c. *Sicut suprà descriptum est cum ageretur de gazophylacijs australibus & aquilonaribus habitationi sacerdotum deputatis.*

Coquinæ sacerdotũ.

12 Et er. ibi lo. *Quo erant coquinæ pro sacerdotibus. Ideo subditur,*

13 Vbi co. sacer. &c. *Istorum enim sacrificiorum vna pars erat domini, scilicet, adeps, qui in altari holocaustorum comburebatur, & sanguis qui ad crepidinem altaris effundebatur; carnes verò cedunt in vsum sacerdotum, ideo sancta dicuntur.*

14 Vt non efferant in atr. ext. *Id est, ad loca vbi admittuntur laici.*

15 Et san. po. *Tangat rem sanctam, vel communicet cum sanctis, id est, sacerdotibus, quod non debet facere: Et sic,* sanctificetur, *magis hic accipitur per oppositum. Consequenter agitur de coquinis pro popularibus, cum dicitur:*

1 Et

a *Atrium exte.* HIER. lib. 14. com. Illud de quo egressus est, patet fuisse interius, & multa esse atria in scripturis sanctis, vnde, *Qui statis in do. domini, in atriis domus Dei nostri.* Et Iesus ait: *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc atrio, & illas oportet me adducere, & fiet vnum atrium & vnus pastor.* Sic enim in Græco habetur, quod Latinus vno verbo plenè explicare non valens, in ouile transtulit. Quando enim dicit ex hoc atrio, ostendit esse aliud, quod vel in Gentium turba ad distinctionem Israel, vel in cælis ad differentiam terreni atrij demonstratur: quo qualitate enim meritorum vnicuique officio atrium delegatur.

Psal. 134. a. Ioan. 10. c. Plura sunt atria.

b *Quadr.* HIER. ibid. Quo numero, iciunat Moyses & Elias & ipse Christus: Vbi cibi ibi & angustia, atque tentatio, quibus parantur. Vbi autem venitur in perfecti viri ętatem, ibi calcanda sunt omnia: Et dicendum, *Habentes victum & vestitum, his contenti simus.* Et, *Si dederit mihi dominus panem ad vescendum, & ve. qua op. &c.* Vel illud, *Esca ventri & venter escis, Deus autem, &c.* Neque enim in futuro manducabimus, & bibemus, sed illo pane vescemur, de quo dicitur, *Panem angelorum ma. homo, &c.* Et, *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me.*

De cibo corporis, & cibo animæ in cælo. 1. Tim. 6. b. Gen. 18. d. 1. Cor. 6. c. Psal. 77. c. Ioan. 4. c.

a ¶ De loco sacerdotum, qui vergebat ad aquilonem. ¶ Vir prædictus, scilicet.

a populus.[21] Et eduxit me in atrium exterius, & conduxit me per quatuor angulos atrij. Et ecce atriolum erat in angulo atrij, atriola singula per angulos atrij. [22] In quatuor angulis atrij b atriola disposita, quadraginta cubitorum per longum & tri- c gintâ per latum. Mensuræ vnius quatuor erant. [23] Et paries per circumitum ambiens quatuor atriola, & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrum. [24] Et dixit ad me: Hęc est do- d mus culinarum, in qua coquent ministri domus domini victimas populi.

a ¶ Per singulos angulos scilicet, habebat atriola. a ¶ In quo numero labores & tribulationes significantur. a ¶ Hic numerus perfectam significat ætatem, quæ ad sacerdotale officium peruenitur: vnde dominus triginta annos habens venit ad baptismum. ¶ Vnus. a ¶ Vbi cibi & mensarum præparatio. a ¶ q. d. Non ignoras quæ cernis.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

c *Mensuræ vnius quatuor erant.* HIER. ibid. In mensura vna, quæ quatuor maiores angulos possidebat, quatuor mundi plagas significat, quibus *in sudore vultus nostri comedimus panem nostrum:* & omnis labor noster ventri stercorique proficit.

Sollicitudo in comparando victu.

d *Coquent min. do. do. victimas populi, &c.* IBID. Quæ offeruntur pro peccato, vel pro delicto, vel pro ignorantia: sed tamen in alimenta & refrigeria sacerdotum, vt meminerint se nihil aliud debere appetere, cùm etiam in templo carnes eorum refrigerio præparatæ sint.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et eduxit me in atrium exter. *Cuius figura descripta est superius.*

2 Et ecce atriolum, &c. *Quoddam spatium quadratum erat in quolibet angulo exterioris atrij, ita quod murus medius cingens atrium exterius claudebat quodlibet atriolum in duobus lateribus, & murus bassus alia duo latera opposita.*

Atriola.

3 Quadraginta cubi. per longum, & triginta per, &c. *Et ideo ista atriola quadrata sunt non æquilatera, sicut atrium interius describitur æquilaterum, & murus exterior totius ædificij, vt patuit ex præcedentibus. Sed de muro medio cingente atrium exterius non habetur aliqua certitudo ex textu, nec ponunt Hebræi ipsum æquilaterum.*

4 Et culi. *id est, coquinæ: secundum Hebræos verò culinæ sunt fornelli, super quos ponuntur caldariæ, & se subtus ignis, & sic in idem redit.*

5 Subter por. *scilicet, atrij interioris: nam porticus istæ sunt fabricatæ in superiori parte atrij exterioris, Istæ verò culinæ in inferiori eius parte.*

6 Per gyrum, *id est, in quatuor angulis. Ex quo videtur, quod expositores Latini ponentes istas culinas in lateribus porticuum malè dicunt: sic enim ponuntur in æquali situ montis cum porticibus; hic autem dicuntur expressè esse subter porticus. Item thalami porticuum orientalium secundum descriptionem eorum lumen habere non possunt, sicut & ipsimet concedunt, nisi ex illa parte, in qua secundum eos ponuntur coquinæ. Et sic si super coquinas sit ædificium dicti thalami, nullo modo lumen habere possunt. Si autem dicatur, quod sint sub diuo, tamen fumus & fœtor ascendentes de coquinis reddunt habitationem thalamorum ineptam: propter quod dicendum, quòd coquinæ siue culinæ ponendæ sunt in atriolis, propter quod immediatè post atriola loquitur de coquinis, quod etiam exprimitur cùm subditur,*

Locus culinarum.

7 Hæc est domus, *id est, locus.*

8 Culinarum, in qua coq. min. *id est, Leuitæ ad hoc dispositi & instituti.*

9 Victimas po. *id est, illam partem victimarum pacificarum, quæ cedit in vsum offerentium: pars autem quæ cedebat in vsum sacerdotum coquebatur in gazophylaciis sacerdotum, vt suprà dictum est.*

CAP.

ADDITIO.

In cap. xlvj. vbi dicitur in postill. Et agnum. Istam litteram continuat Hieron.

Hoc sacrificium, de quo hîc fit mentio, non potest exponi de iugi sacrificio, de quo agitur Numer. xxviij. Nam ibi præcipitur cum eo offerri decima pars ephi similæ, hîc autem sexta pars ephi, ibi etiam quarta hyn olei, hîc verò tertia; Ibi etiam præcipitur fieri cum eo libamen, quarta pars hyn, hîc verò nulla fit mentio de libamine vini. Constat autem, quod Ezechiel non poterat mutare ea, quæ præcepta erant in lege Mosaica, præsertim in sacrificiis: vnde ij. Paral. viij. Tunc obtulit Salomon holocausta domino super altare domini, quod extruxerat ante porticum, vt per singulos dies offeretur in ea iuxta præceptum Moysi. *vnde expositio Hieron. videtur vera, scilicet, quod hoc sacrificium est aliud ab illo iugi sacrificio, de quo suprà Numer. xxviij. cap. prædicto, sicut etiam in sabbatis & calendis determinauerat sacrificia per principem offerenda alia à sacrificiis sabbatorum & calendarum, quæ Numeri prædicto cap. præcipiuntur. Ad primum autem quod obiicit Postillator, dicendum, quod hæc oblatio est simpliciter spontanea. Poterat enim princeps eam prætermittere sine peccato: sed si eam voluisset facere, determinatur sibi materia & tempus, quæ quidem determinatio non tollit spontaneitatem, cùm in eius libera voluntate licitum fuerat ei facere & non facere. Ad secundum dicendum, quod istud sacrificium poterat omnino prætermitti, quia multa de istis quæ traduntur ab Ezechiele non imponebant necessitatem præcepti, prout infrà, Deo dante, dicetur: sed istud sacrificium non poterat interrumpi, nam si princeps acceptasset spontaneè, hoc facere tenebatur quotidie continuare. Et propter hoc dicitur de eo quod fiat quotidie, &c. scilicet, acceptante principe.*

Defenditur opinio S. Hieronymi de sacrificio quod describitur hic vers. 13. & sequent. Non fuisse illud iuge sacrificium. Soluuntur quæ opponit Postill.

REPLICA. *In cap. xlvj. vbi dicitur*, Et agnum eiusdem anni, &c. *quod beatus Hieron. exponit de materia oblationis principum. Postillator autem de oblatione sacerdotis, quæ dicitur iuge sacrificium. Burgen. autem pro beato Hieron. dicit Postillatoris expositionem stare non posse: quia Numer. xxviij. auctoritate Dei ponitur forma, quantitas, & qualitas offerendorum in iugi sacrificio. Constat autem Ezechielem legem Mosaicam non posse mutare. Ad quod respondeo, quod præcepta hîc data, non sunt Ezechielis, sed Dei, cuius est condere legem & interpretari, secundum quantitatem & qualitatem, imò secundum substantiam sacrificiorum, vt patet Christo totaliter ceremonialia auferente, & legem in multis mutante: Nec valet expositio quam Burg. in adiutorium suæ opinionis assumit: quia cùm de hoc sacrificio dicitur in littera, quòd debeat fieri quotidie & semper mane, Burgens. exponit, id est, principe acceptante quasi à principis voluntate debeat & oporteat domini præceptum & eius executio dependere, quod falsum videtur: quia si princeps non acceptauerit, interrumpitur, & non fit quotidie semper mane: & ita non meretur dici iuge, legitimum & sempiternum, quæ omnia de hoc sacrificio dicuntur in littera. Nec bene respondet Burgens. rationibus Postill. Non prima, quia videtur, quod non fuit illa oblatio spontanea. Nam iuge legitimum & sempiternum non potest dici spontaneum. Et sic fingit Burgens. illud quod dicit. Ad secundam rationem, quod videlicet possit interrumpi, quia tunc non esset semper mane iuge, &c. quæ in littera dicuntur de hoc sacrificio. Burgens. autem vsque ad finem huius libri aliqua dicit valdè dubia, sed non probat. Et quia non sunt directè contra Postillatorem, non est præpositi negotij circa ea amplius immorari. Sequitur.*

Defendit Postill. Non diluuntur à Burgensi eius rationes.

CAPVT XLVII.

H[1]T conuertit me ad portam domus, & ecce [2] aquæ egrediebantur subter limen domus [3] ad orientem. [4] Facies enim domus respiciebat ad orientem. [5] Aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiem [6] altaris. [7] Et eduxit me per viam portæ aquilonis, & conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ respiciebat ad orientem. [8] Et ecce aquæ redundantes à latere dextro, [9] cùm egrederetur vir ad orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam vsque ad talos. Rursumque mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad genua. Rursumque mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad renes.

Interlinear: ¶ Scilicet templi. — a ¶ Non ad aquilonem, vel occidentem. — a ¶ Id est. b ¶ Ex hoc patet sacras esse aquas, & Saluatoris significare doctrinam. — a ¶ Non cuiuslibet loci. ¶ Vbi sponsus conuiuas suos pascit, & accubat. — ¶ Baptismi. — a ¶ Easdem aquas. b ¶ Peccata quæ nobis per aquas baptismi remittuntur, hæc sunt initia profectuum. — a ¶ Post mille cubitos, qui perueniunt ad talos. — a ¶ In qua, scilicet. b ¶ Cubitos.

CAPVT XLVII.

A a ET conuer. &c. *Aqua autem*. HIER. lib. 13. com. Sunt aquæ & amaræ & pessimæ, vnde, *Quid vobis & via Aegypti, vt bibatis aquas Gyon*, quæ Hebraicè Sior dicuntur, id est, turbidæ & cœnosæ. Vnde, *Dabo eis potum aquam fellis*, id est, in qua draco habitat qui dixit, Mea sunt flumina, &c. Vnde, *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam*. Et alibi, *Forsitan aqua absorbuisset nos*. Hæc aqua alio nomine dicitur Marath, id est, amaritudo, in qua signum crucis immittitur, & amara in dulcia vertuntur. Lex enim Moysi, si carnis sensu intelligatur, amara est, effodiens oculum pro oculo, dentem pro dente. Vide in Thamar fornicationem, & Osee iunctũ fornicariæ, Ieremiæ perizoma, Moysi vxorem Æthiopissam, interfectionem Ægyptij, & huiusmodi, quæ iuxta occidentem litteram amara sunt, & lectorem non tam ædificant quàm destruunt.

(Marg.: Ierem. 2. d. Ierem. 9. c. Ezech. 29. a. Psal. 68. a. Ibid. 123. a. Amaritudo legis nisi ei Euangelium iungatur. B Exod. 21. Deut. 19. d. 2. Reg. 23. c. Osee 1. a. Ierem. 13. a. Exo. 2. c. & d. C)

b *Aqua autem*. IBID. Viuæ, s. Spiritus sanctus: vnde, *Super aquam refectionis educauit me*. De quibus dicitur, *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris*. Et alibi, *Benedicite Deo domino de fontibus Israel*. Et alibi, *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ*, quæ scilicet sunt aquæ doctrinæ.

(Marg.: Psal. 22. a. Isaiæ 12. a. Psal. 67. f. Ierem. 2. c.)

c *Ad meridiem altaris, &c.* Non ad aquilonem, non ad occidentem. HIER. ibid. Nota, quod aquæ istæ, quæ egrediuntur per portam orientis, in tantum læuas partes fugiunt, vt à dextris altaris ad meridiem pergant.

d *Et eduxit me, &c.* IBID. Significat, quod statim ad portam orientalem peruenire non possumus, nisi per viam portæ aquilonis longo circuitu perueniamus ad eam. Nisi enim ventum frigidissimũ calore fidei vicerimus, & eius regiones calcauerimus (secundum illud, *Deus autem conteret satanam sub pedibus nostris*) portam, per quam egrediuntur aquæ, & sunt à latere dextro, ingredi non possumus.

(Marg.: Rom. 16. c. Non nisi deuicto mundo datur nobis cælum.)

e *Mille cubitos*. HIERONYMVS ibid. Quod genere masculino cubitos, non neutro cubita dicimus: non ex grammaticæ imperitia, sed propter simplices & idiotas (quorum in congregatione ecclesiæ maior pars est) facimus.

D f *Traduxit me per a*. HIERONYMVS ibid. Post remissionem siquidé peccatorum, & initia profectuum, quando paululum ad altiora de terrenis conamur ascendere: domino genua flectimus dicente Apostolo, *vt omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in glor. Dei, &c.*

(Marg.: Quid post remissa peccata agendum. Phil. 2. d. E)

g *Vsque, &c.* HIER. ibid. Qui plantæ & calcaneo vicini, qui patent morsibus colubri: Vnde, *Ipse obseruabit calcaneum tuum*. Et de Iuda proditore, *Magnificabit super me calcaneum suum*.

(Marg.: Psal. 55. b. Psal. 40. c.)

h *Vsque ad renes*. IBID. His gradibus peruenimus ad sublimia, quæ tamen ipsa sublimia vsque ad lumbos & renes perueniunt, vt omnis libido in nobis truncetur, & possideamus corporis sanctificationem, sine qua nemo videbit Deum. Vnde, à pedibus vsque ad lumbos Deus cernitur igneus, Indigent enim igne & purgatione lumborum opera. Vnde, *Lumbi mei impleti sunt illusionibus*. Per hoc enim nocte & die fantasiis illudit inimicus. A lumbis verò vsque ad caput & verticem pretiosissimo metallo electri fulgore resplenduit, vt nihil in se sordidum, nihil habeat vilitatis.

(Marg.: Corporis sanctificatio. Ioan. 13. d. Ezech. 1. F Psal. 37. a.)

† THEODOR. sect. 15. in hoc cap. Secundum figuram docetur, animarum veram expiationem ex aqua & Spiritu fieri. videt autem hanc aquam à portis domus exeuntem, & per altare transeuntem, ad orientem procedere: Ex Iudæis enim salus gentibus; Et Christus ex Dauid secundum carnem, ex virginali vtero, velut à quibusdam diuinis vestibulis apparens, per aquam & Spiritum regenerationem orbi terrarum est impertitus. Hoc Samaritanæ ☞ dicitur:

(Marg.: Animarum expiatio.)

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XLVII.

ET conuertit me. *Hic ponitur quintum incidens, quod est de aquis egredientibus de templo. Et diuiditur in tres partes, nam primò describitur earum ortus; Secundò progressus, ibi*, Et conuertit me. *Tertiò, ornatus & effectus, ibi*, Et eduxit me. *Circa primum dicitur:*

(Marg.: Diuisio.)

1 Et conuertit me ad portam domus, *id est, templi.*

2 Et ecce aquæ egre. *per modum fonticuli scaturientis.*

3 Subter limen domus. *id est, fluentes inde ad orientem.*

4 Facies enim domus, *id est, ostium templi. Dicunt autem expositores Latini quod limen, vnde dicuntur hic aquæ oriri, est limen porticus templi; sed textus sequens videtur contradicere, cùm dicitur,*

(Marg.: De limine vnde dicuntur hic aquæ egredi.)

5 Aquæ autem descendebant in latus. *Hoc autem esse non potest, si oriri dicantur subter limen porticus templi: quia fluunt ad orientem, vt dictum est, templum autem est ad occidentem respectu porticus. Et ideo dico cum Hebræis, quod limen, vnde dicuntur egredi, est limen sanctisanctorum, vnde infrà dicitur de istis aquis, quòd egrediuntur de sanctuario quod propriè dicitur de sanctosanctorum: & inde transibant per templum declinando aliquantulum ad latus dextrum, & inde ad porticum templi, & postea ad atrium interius, fluendo semper versus orientem inter altare holocausti & latus meridionale atrij. Et ideo subditur:*

6 Ad meridiem altaris. *Dicitur autem hic pars meridionalis dextera, quia fluxus istarum aquarum est ab occidente in orientem, vt patet ex dictis. Homo verò procedens ab occidente in orientem habet partem meridionalem ad partem dexteram, vt patet ad sensum.*

7 Et con. me. *Hic consequenter describitur istarum aquarum progressus. Circa quod sciendum, quòd expositores Latini dicunt, quod istæ aquæ ante suum egressum de atrio interiori diuiduntur in quatuor riuulos, quorum vnus vadit ad coquinas porticuum australium; Alius ad coquinas porticuum aquilonarium; Alij duo ad duo latera porticuum orientalium, vbi similiter secundum eos ponuntur coquinæ. Et isti quatuor riuuli post eorum egressum de porta orientali exterioris muri reflectuntur & conueniunt in vnum. Sed hæc diuisio videtur contraria textui, cùm dicitur,* Et conuertit me ad viam fo. po. tam ex. &c. *Quia sequitur:*

(Marg.: Opinio eorum qui tenent prædictas aquas in quatuor riuulos diuidi.)

8 Et ecce aquæ redundantes, *id est, egredientes.*

9 A latere dextro, *scilicet, portæ orientalis exterioris muri. Si autem esset dicta diuisio aquarum sicut ipsi dicunt, ita egrederentur à latere sinistro sicut à dextro. Nam secundum eos egrediuntur per quatuor loca, quorum duo sunt ad dexteram portæ & duo ad sinistram. Item ponunt dictam diuisionem propter duplicem causam, Vna est, vt aquæ seruiant coquinis porticuum, & hæc est nulla, nam coquinæ non sunt ibi ponendæ vt ostensum est suprà; Alia causa est, vt Leuitæ lauent ibi hostias, & hæc similiter videtur nulla: quia, sicut patet ex textu sequenti, aquæ istæ quanto plus protenduntur versus orientem, sunt maiores. Et sicut dicitur in textu post egressum earum de muro exteriori mensurantur mille cubiti: & tamen ibi adhuc aqua est parua: ita quod attingit solum vsque ad talos seu cauillas pedum secundum Hebræos. Et oportet vlterius dicere, quod sint multo minores prope locum originis, scilicet in atrio interiori: si ibi diuidantur in quatuor partes: & sic non apparet qualiter in illis possint hostiæ lauari. Item ista causa magis est ad oppositum, quia non diuisa melius deseruiret dictæ lotioni quàm diuisa: propter quæ dicta diuisio videtur fictitia, maximè quia textus hoc non dicit, sed magis contrarium. Et ideo dico cum Hebræis, quod aquæ istæ per vnum riuum procedunt de loco originis vsque ad exitum de muro exteriori. Et adhuc iste riuus secundum Hebræos est valdè paruus: nam vbi translatio nostra habet,* Et ecce aquæ redundantes à latere dextro: *in Hebræo habetur*: Et ecce aquæ phialantes, &c. *id est, ita tenues sicut aqua exiens de ore phialæ, vt exponunt Hebræi.*

(Marg.: Motiua eorum quæ nulla sunt.)

Et

☞ dicitur: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo, &c.* Et alio loco, *Si quis sitit,* A *veniat, &c.* Hanc Ezechiel vidit profluentem à vestibulis domus: per legem enim & propheras fuere prædicta nostra bona. Et transeuntem per altare, quia per Iudæos dumtaxat transiit, qui vbi non credentes, fidei fructus reddere noluerunt, transiit ad gentes, & maximũ atque pulcherrimum ecclesiarum irrigat paradisum. Ait deinde se conspexisse quemdã, qui transiit vsque ad talos, deinde transiit vsque ad genua, tertiò vsque ad lumbos, at vbi quartum impleuit numerum torrens inquit, factus est maximus, quem pertransire non potuit.

Ioan. 4. Ioan. 7. Salus à Iudæis non recepta transit ad Gentes.

B Docuit nos per hæc, fore, vt initio euangelicum præconium paucos ad salutem adducat, deinde eos duplicet, ac triplicet, ac postea totum impleat orbem; secundum illud, *Replebitur vniuersa terra cognitione Domini, sicut aqua multa operiens maria.* Scire quoque operæpretium est, quater illum dimensum fuisse, & diuinis euangeliis æqualem numero mensuram adhibuisse, Existimo verò quartam mensuram diuini Ioannis Euangelium indicare, quod theologiam cõtinet inaccessam, & ad quam hominibus aspirare minimè liceat. Quæ enim mens vltra illud, *In principio,* poterit penetrare? Et quæ ad illud, *erat,* transcendere?

Quomodo creuerit Euangelium? Isaiæ 11. Inter quatuor Euangelia profundissimũ est Ioannis. Ioan. 1.

a ¶ Cubitos. b ¶ Cogitationum. s. vel incentiuorum. c ¶ Mille quartos cubitos, Dauid tamen dicit, Torrentem pertransiuit anima nostra. Sed in Hebræo habetur, Torrens pertransiuit animam nostram.

a Et mensus est mille, torrentẽ, quem non potui pertrãsire: quo- 1

a ¶ Torrentis. b ¶ De quo, De torrente in via bibit. Et, Conuerte domine capti. nostram sicut tor. in austro.

niam intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui non potest

a ¶ Vir prædictus ductor Ezechielis, monet in singulis prophetam, vt diligentius intueatur, vt videat occulta mysteria.

trãsuadari. [6] Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis. Et eduxit 2

¶ Alij fluminis.

b me & conuertit ad ripam torrentis. [7] Cumq; me conuertissem, 3 4

a ¶ Alias arbores. ¶ Quæ in paradiso variis pomis abundant. b ¶ Ductor præuius.

c ecce in ripa torrẽtis ligna multa nimis ex vtraque parte. [8] Et di- 5

a ¶ Baptismi gratia, vel euangelica doctrina. b ¶ De limine templi domini.

d xit ad me: Aquæ istæ quæ egrediũtur ad tumulos sabuli orien- 6

a ¶ Orientale. i. mortuum, in quo nihil viuere poterat, & amarissimum, quod Græcè asphaltim. i. stagnum bituminis vocant.

talis & descendũt ad plana deserti, intrabunt mare, & exibunt, 7

e & sanabuntur aquæ. [9] Et omnis anima viuens, quæ serpit quo- 8

cumque venerit torrens viuet, & erunt pisces multi satis, post- 9 10

quam venerint illuc aquæ istæ. Et sanabũtur, & viuent omnia 11

a ¶ Euangelicus. b ¶ Quibus dicitur, Faciam vos fieri pisca. homi. 12

ad quæ venerit torrens [10] & stabũt super illa piscatores. Ab En- 13

a ¶ Oculo. s. vel fonte hœdi, qui pro peccatis semper offertur. b ¶ Fontem vitulorum qui dominó mactantur, & vitulum cornua producentem & vngulas imitantur, qui in typo domini saluatoris mactantur.

f gaddi vsque ad Engallim siccatio sagenarũ erit. Plurimæ spe-

g a ¶ In mari quondam mortuo. b ¶ Mundi, scilicet. c ¶ Humani generis.

cies erunt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitudinis 14

a ¶ Qui enim in arca Noe non fuerit, diluuio peribit, similiter non saluantur quos hic fluuius non attingit.

nimiæ. [11] In littoribus autẽ eius & in palustribus non saluabun- 15 16

C † GREG. Papa l. 22 Mor. c. 22. Vir qui apparuit, mille cubitos metitur, & propheta per aquas vsque ad talos ducitur; quia Redemptor noster cum nobis ad se conuersis boni exordij plenitudinem tribuit, dono spiritualis sapientiæ prima operis nostri vestigia infundit. Rursum per aquam vsque ad genua ducitur, quia cum boni operis plenitudo tribuitur, ad hoc vsque nostra sapientia augetur, vt in prauis actibus iam minimè flectatur. Aqua verò vsque ad renes venit, cùm dulcedo sapientiæ etiam incentiua carnis interimit, vt ea, quæ vrere mentẽ poterant, delectationis incendia frigescant. Ad aquam autem peruenit quam non pertransit, quia ad contemplationem sapientiæ cum ad extremum ducimur, eius immensitas humano animo denegatur: vt hanc & tangendo amet, & tamen pertranseundo non penetret.

Quomodo per gradus ad perfectionem ducat nos Christus.

a *Quem non po. &c.* HIER. lib. 14. com. Nec propheta enim, nec humana natura post lumbos torrentem cogitationum transire potest, vel incentiua vitiorum, Vir autem ille indutus Baddim ductor prophetæ liquido potest transire, *qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Quis potest gloriari mundum se habere cor, Mundus enim in maligno positus est, & à pueritia appositum est cor hominis ad malum, vt ne homo vnius diei à natiuitatis exordio sine peccato sit.* Vnde, *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Non. s. in iniquitatibus matris meæ, vel meis, sed humanæ conditionis. Vnde, *Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen.*

Christi impeccabilitas. Isaiæ 53. c. 1. Ioan. 5. d. Gen. 8. c. Psal. 50. a. Rom. 15. c.

Fi. ho. HIER. ibid. In figura. s. Saluatoris. Ezechiel enim interpretatur, *fortitudo Dei*, vel imperium; vel, filius hominis dicitur, ad D commonitionem fragilitatis humanæ, ne obliuiscatur conditionis suæ, dum ei monstrat magna.

Cur dicitur Ezechiel, Fili hominis?

b *Ad ripam.* HIER. ibid. Vt qui mediam partem profunditate transire non poterat, saltem ea quæ in ripis sunt, recognoscat.

† THEOD. sect. 15. super hoc cap. Apud ripam aquæ omnes arbores omnis generis fructus producũt. Neque fide tantum in Deum, sed etiam actionem secundum Deum hæc aqua, vt homines producerent, effecit.

Fides & bona opera.

c *Tor.* HIER. vbi suprà. Torrẽs iste (qui præ aquarum abundantia fertur more torrentis, & suscipit de cælo pluuias) à lxx. dicitur fluuius, eò quòd perpetuas aquas habeat, non de pluuiis hinc inde collectas, sed viuo & perpetuo fonte manantes. De quo, *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Et alibi: *Flumen Dei repletum est aquis.* Et, *Eleuauerũt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam.*

E Aquæ Euangelicæ. Psal. 45. a. Ibid. 64. b. Ibid. 92. a.

d *Aq. ist. &c.* HIER. ibid. Vt steriles frugiferos faciant, irrigantes plana & deserta, & Ierichontini fontis sacramentum exprimentes, quem Elisæus euangelico & apostolico curauit sale, vt vbi prius sterilitas fuerat & mors, ibi esset vbertas & vita.

e *Et sa* † THEOD. vbi suprà. Quicumque salutaribus his aquis souetur salutem consequetur. HIERON. vbi suprà. Miro modo aquis euangelicis aquæ sanantur mortuæ, in quibus nihil potest viuere, quæ non nouerunt eum qui dicit, *Ego sum vita*: cuius torrentes habent curare pisces plurimos & viuunt omnia ad quæ perueniunt, vt F piscatores stent super ripas ab Engaddi vsque ad Engallim.

4. Reg. 2. d. Ioan. 14. a.

f *Engaddi.* IBID. Fons vel oculus, Engallim in principio est maris mortui, vbi Iordanis ingreditur, Engaddi vbi finitur mare mortuum: illud puto esse de quo Zacharias, *In die illa egredietur aqua viuens de Ierusalem & medium eius in mare primum.* Et Daniel. *Quatuor venti cæli immittebantur in magnum mare.* Et Dauid, *Mirabiles elationes maris.* Et alibi, *Veni in profundũ maris, & t. d. m.* Rex quoque Ægyptius draco dicitur, qui cubat in mari, & vẽtilat fluminibus quasi cornibus suis. *Et hoc mare magnũ & spatiosum manibus.* Quod nisi suscipiat in se aquas fluminis, siue torrentis Dei, quod in se habet, mortificat. Hoc mare salsissimum & nimia amaritudine mortuum Christus sua morte curauit. Vnde, *Spiritus domini super me, eò quòd vnxerit me, euãgelizare pauperibus misit me, vt mederer contritis corde, &c.* Et Iere. *Sana me domine & sa. &c.* Angeli quoque qui Iudæis præerant, cùm clamarent, *Sanguis eius super nos, &c.* Et velũ tẽpli scissum est. Et omnia Hebræorũ sacramẽta reserata, domino præcipienti respõderunt, *Curauimus Babylonem, & non est sanata: relinquamus eam,* scilicet, vrbẽ confusionis & vitiorum.

Engaddi. Engallim. Zachar. 14. b. Daniel. 7. a. Psal. 92. a. Ibid. 68. a. Ibid. 103. c. Num. 34. a. Christi fides est mundi sanitas. Ierem. 17. b. Matth. 27. c.

g *Plurimæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ.* HIER. ibid. Hos pisces ad dexteram partem domino iu-

☞ ben-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et men. &c. *Describitur hic progressus aquæ secundum eius augmentationem, Et patet ex dictis littera vsque ibi,*

2 Et dixit ad, *scilicet, angelus.*

3 Cer. vi. *id est, sicut vidisti, sic certitudinaliter fiet: secundum tamen sanum prophetiæ intellectum, de quo dicetur in fine.*

4 Et ed. *Hic consequenter describitur ornatus fluminis & effectus & primo tangitur ornatus cùm dicitur,*

5 Ec. in ri. *id est, arbores fructiferæ & pulchræ. Consequenter tangitur effectus, cùm dicitur,*

6 Aq. ist. q. egred. ad tumulos sabuli. *i. ad Iordanem, qui est in parte orientali terræ sanctæ. & cursu suo trahit arenam, & sic facit tumulos sabuli alueo suo per loca. In Hebræo habetur,* Ad terminum orientalem, *& redit in eamdem sententiam: nam Iordanis fluuius est terminus orientalis terræ promissionis. Quod enim filij Israel habuerunt possessionem vltra, hoc fuit per accidens, eò quòd habitatores illius terræ noluerunt eis concedere transitum pacificè, sed mouerunt contra eos bellum, quibus deuictis filij Israel iure belli possederunt terram eorum.*

Tumuli sabuli.

7 Intra. ma. *s. mortuum, siue salsis.*

8 Et exi. *nam Iordanis fluuius transit per illud mare, sicut Rhodanus per lacum Losanæ,*

9 Et sanabuntur aquæ, *à salsedine & amaritudine.*

10 Et om. ani. *i. omne animal.*

11 Quæ ser. *Serpere dicuntur animalia quæ mouentur sine pedibus, inter quæ sunt pisces.*

12 Quo. &c. *Illud enim mare dicitur mortuum, eò quòd animal nullum ibi viuit, vt dicitur ij. Metheo. Sed per aquas istas ibi descendentes dulcorabitur illud mare, & viuent ibi pisces in magna multitudine. Et sic patet littera vsque ibi:*

Mare mortuum.

13 Ab Eng. *duo sunt loca super quæ piscatores siccabant retia sua.*

14 In lit. au. eius. *vbi crescant cannæ.*

15 Et in. *vbi aquæ egredientes de ripis stant per modum stagni.*

16 Non sanabuntur, *à salsedine. Et subditur causa:*

a tur, quia in salinas dabuntur. [11] Et super torrētem orietur in ripis
b eius ex vtrâque parte omne lignum pomiferum. Nōn defluet fo-
lium ex eo, & non dēficiet fructus eius. Per singulos menses affe-
c ret primitiua: quia aquę eius de sanctuario egredientur. Et erunt
d fructus eius in cibū, & foliā eius ad medicinā. [13] Hæc dicit domi-
nus Deus: Hic est terminus, in quo possidebitis terrā in duode-
e cim tribubus Israel, quia Iōseph duplicē funiculū habet. [14] Possi-
f debitis autē eam singuli æquè vt frater suus, super quam leuaui
manum meam, vt darem patribus vestris. Et cadet terra hæc vo-
g bis in possessionē. [15] Hic est autem terminus terræ ad plagam se-

(Interlinear: a ¶ Ex omni parte. b ¶ Vnde, Folium eius non defluet, & o. quæ fa. s. pro. a ¶ Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fr. su. d. in tem. suo. a ¶ q. d. Ideo hæc fient, quia aquæ eius, &c. ne putemus riparum esse vel arborum, aut messium tantarum frugum abundantiam, sed quia aquæ e. &c. Non est enim volentis neque currentis, sed Dei miserentis. a ¶ Diuinorum librorum sacramenta monstrat, quorum alterum pertinet ad litteram, alterum ad spiritum. b ¶ Quæ moralem doctrinam continent tribuunt sanitatem, vt peccantium curent vulnera. a ¶ Quasi duæ tribus.)



[153. piscium genera.] bente traxit Petrus centum quinquagintatres, vt præ multitudine eorum retia rumperentur. Aiunt autē, qui de animantium scripsere naturis, cliij. esse piscium genera, quæ omnia capta sunt ab Apostolis, dum nobiles & pauperes & diuites, & omne genus hominum de mari sæculi extrahunt ad salutem. [Omnes ordines ad Christum traxerunt Apostoli.]

a *In salinas. Pestilente flagellato stultus sapientior erit.* HIER. lib. 14. com. [Prou. 19. d.] Erudiunt enim bonos exépla peiorum. Vel iuxta euangelicum illud, *Bonum est sal.* [Marc. 9. g.] Si autem infatuatū fuerit, ad nihil est vtile. Vt in perpetuum frugibus careat & virore, quod & vrbs post ruinam sale conspersa demōstrat.

b *Omne lignum pomi.* HIER. ibid. Horum omnium lignorum principatum tenet lignum vitæ, id est, sapientia: De qua dicitur, *Lignum vitæ est his qui ap. e.* [Lignum vitæ id est sapientia.] [Prou. 3. c.]

c *Primitiua.* LXX. *fructus eius.* IBID. In renouatione sui, primitiua dabit, vt, scilicet, omnes credentiū fructus primitiæ sint, & singuli menses singulis Apostolis deputentur.

d *Et folia eius, &c.* HIER. ibid. LXX. *Ascēsio eius ad sanitatem,* vt scilicet, post cibos fructuum, verborum monitis ad cælestia conscendamus.

e *Quia Ioseph duplicem fu.* HIER. ibid. Subtracta tribu Leui, quę domini mācipata est seruitio, tribus Ioseph diuisa est in duas, Ephraim & Manassen, [Domus Ioseph in duas diuisa tribus.] Quæ dixit ad Iosue: [Iosue 17. d.] *Quare dedisti mihi possessionem sortis & funiculi vnius, cùm sim tanta multitudinis? &c.*

f *Possi.* IBID. Æqua spatia terræ, scilicet, secundū multitudinē suam, quod nec arbitrio diuidentis, sed sorte, quæ domini potestate consistit. Ipse quoq; Iosue diuisor terræ non propriam sibi separauit, ne terram optimā sibi elegisse videretur: [Ibid. 19. d.] sed ab omniū tribuum principibus accepit. Inter descriptionem terrę xij tribuum Iosue filij Nun, & quę nunc per Ezechielem fieri imperatur, hoc interest, [In quo differat diuisio terræ Ezechieli monstrata ab illa quæ facta est à Iosue.] quod ibi in tribubus sorte terra diuiditur, hic imperio domini delegatur. In Numerorum quoque libro [Num. 34. b.] omnis terra promissionis in quatuor plagas breui sermone diuiditur.

g *Hic.* HIER. ibid. Septentrionalis plaga incipit à mari magno, & per viā Ethalō quod interpretatur *incunabula mæroris,* per pœnitentiam scilicet venit ad Sadada, [De eo quo ducimur ad vitæ emendationem.] vbi est ex latere declinatio. Intelligimus enim impendentem nobis Emath, indignationem scilicet domini, siue Emath veritate comperta aperiuntur nobis putei Berotha, quos foderunt principes, Abraham, Isaac & Iacob, longoque circumitu peruenimus ad montes Sabarim, qui positi sunt inter Damascum, id est sanguinem cilicij & confinium Emath, id est veritatis. Sicut enim per mœrorē declinamus mala imminentia & ex latere deuitamus: Sic post sanguinē & cilicium vitæ sanguinariæ antequam veniamus ad confinia Emath, circumimus & peruenimus ad montes, de quibus dicitur: *Montes in circumitu eius,* [Psal. 124. a.] qui locus dicitur atriū Thicon. [Conuersio sancti Pauli Apostoli.] id est, medium iuxta terminos Aurā, id est iracundiā, vt dicamus, *Iram domini sustinebo, quoniā peccaui ei.* [Mich. 7. a.] Et à mari vsque ad terminos damasci: In quo & Paulus à furore Iudaico, & effusione ecclesiastici sanguinis lumen cæcitate cōspexit. [Act. 6. a.] Et assum- pto

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia in sal. da. *pro condimento ciborum & pulmentorum. Consequenter resumitur ornatus fluminis, cùm dicitur,*

2 Et su. &c. *Et patet littera vsque ibi:*

3 Per sin. men af. p. *id est, fructus sufficienter maturos ad esum. Cetera patent. Et quoniam completa sunt omnia ad dispositiones templi & ædificiorum pertinentia, hic ponenda est figura repræsentans simul* * *tantum ædificium, quod per partes est superius figuratum. Ista tamen repræsentatio erit secundum lineas fundamentales tantum.* [*totum]

4 Hæc dicit do. *Superius à principio xlv. cap. inchoata fuit descriptio terræ diuidendæ: & descriptis quibusdam incidentibus interpositis, hic scriptura reuertitur ad describendum dictam diuisionem prius inchoatam. Et primò ponuntur huius terræ termini: Secundò modus diuidendi, ibi,* Et diuidetis. [Diuisio.] *Prima in quatuor secundum quatuor terminos huius terræ. Et primò describitur terminus aquilonaris, Secundò, terminus orientalis, ibi,* Porro plaga orientalis, *Tertiò australis, ibi,* Plaga autem australis. *Quartò occidentalis, ibi,* Et plaga maris. *Circa partes istas quatuor consideranda, quod ciuitates hic nominatæ & loca non semper attingunt fines terminorum, sed sunt propinqua sicut si diceretur, quod villa Vernonensis est terminus Normanniæ versus Parisias, eo quod inter ipsam & riuum diuidentem à Francia Normanniam non est aliquis locus notabilis, nec spatium magnum terræ: sed quasi dimidia leuca. Et patet littera paucis exceptis, quæ discurrentur.*

5 Quia Io. du. *Et hoc fuit ex ordinatione Iacob qui adoptauit in filios Manassen & Ephraim filios Ioseph Genes. xlviij. vt essent capita duarum tribuum, & haberent possessiones in terra promissionis sicut aliæ tribus.* [Domus Ioseph in duas tribus diuisa.]

6 Su. quam leuaui manum, *per modum iurandi.*

7 Vt da. &c. *quod patet de Abraham, Gen. xxij. c.* Per memetipsum iuraui, dicit dominus, &c. 8 Hic est. *id est, determinans latus aquilonare.*

Et

a ¶ Incunabula mœroris. b ¶ Latus eius.
ptentrionalem à mari magno via Ethalon venientibus Sadada,
a ¶ Furor. ¶ Quæ nunc Epiphania ab Antiocho Epiphane. b ¶ Putei. c ¶ Circuitus montium. d ¶ Id est, confinium. e ¶ Sanguinis, facci, & osculi siue poculi.
[16] Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter medium Damasci,
a ¶ Symmachus atrium medium. b ¶ Medium.
& confinium Emath domus Thicon, quæ est iuxta terminos
a ¶ Quæ interpretatur iracundia. b ¶ Alij Aserenon, id est, atrium fontis.
Auran. [17] Et erit terminus à mari vsque ad atrium Enon terminus Damasci: & ab aquilone ad aquilonem, terminus Emath plaga septentrionalis. [18] Porrò plaga orientalis de me-
a ¶ Quæ est oppidum Damasci in solitudine.
dio Auran, & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel, Iordanis disterminans ad mare orientale metiemini plagam orientalem. [19] Plaga autem australis meri-
¶ Incipit. s. a ¶ Quæ est vrbs in solitudine, quæ hodie dicitur Palmira. Hebraicè Thamar, id est, palma. b ¶ Quæ est in deserto maris rubri.
diana à Thamar, vsque ad aquas contradictionis Cades, &
a ¶ Quod Ægypti & Palestinæ clauditur littoribus. ¶ Scilicet. ¶ Vsque.
torrens vsque ad mare magnum: & hæc est plaga ad meri-
a ¶ Occidentalis. s. Est.
diem australis. [20] Et plaga maris mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc est plaga maris. [21] Et diui-
a ¶ Non est enim distinctio Iudæi & Græci, omnibus æqua debetur hereditas, vnaque possessio Israeli & aduenæ.
detis terram istam vobis per tribus Israel, [22] & mittetis eam in
a ¶ Suggillatur supercilium Iudæorum, qui gentes despiciunt.
hereditatem vobis & aduenis, qui accesserint ad vos qui ge-
a ¶ Bona opera. s. b ¶ Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.
nuerint filios in medio vestrum, & erunt vobis sicut indi-
a ¶ Concorporales, & coheredes. b ¶ Deum videntes.
genæ inter filios Israel. Vobiscum diuident possessionem in
a ¶ Secundum opera sua. s. recipient.
medio tribuum Israel. [23] In quacumque autem tribu fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait dominus Deus.

pro cilicio persecutionis veteris Euangelium prædicauit, vt perueniret ad atrium fontis æterni, & in aquilone quondam positus, apprehenderet terminum veritatis.

a *Porrò.* HIERONYMVS lib. 14. com. Post terminos aquilonis longo circumitu per Ethalon & Sadada & Berotha, Sabarim quoque & Thicon & Auran & Damascum & atrium Enon, ad Emath vsque peruenitur. Peruenit orientalis plaga de medio iracundiæ, scilicet, Auran; & de medio Damasci, sanguine, s. pœnitētiæ; & de medio Galaad, id est, reuelationis, vel tumuli testimonij; vt post iram & pœnitētiam, spem salutis ostendat; & de medio terræ Israel, quæ visionem continet pacis, vsque ad dulcissima Iordanis fluenta pertingat, quæ longè separato mari lumen orientis consequitur, vt fluuio Iordanis (qui interpretatur riuus iudicij) & termino torrentis finiatur.

De pœnitentia ad spem, de spe ad gloriam transmittimur.

b *Gal.* IBID. Qui est mons Libani collibus copulatus, in sorte Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse, terminus Phœnicis & Arabiæ: ad quem perueniens Iacob de Carram, à Laban comprehensus est. Finis autem huius plagæ Iordanis fluuius, & mare orientale, scilicet mortuum quod in hoc loco, non lingua maris rubri intelligitur.

Mons Galaad. Gen. 31. c.

c *Plaga.* HIERONYMVS ibid. Post plagam aquilonis & orientis, cùm ortus fuerit nobis sol iustitiæ, accipimus meridianam plagam, cùm totum nobis desuper lumen infunditur: & cum Abraham inimus conuiuium, & vino inebriamur (*quod lætificat cor hominis*) cum Ioseph & fratribus suis. Incipit autem ista possessio à Thamar, id est, à palma victoriaque vitiorum, vsque ad aquas pertingens contradictionis. Semper enim virtutibus contradicitur. Vnde & prædicationi Euangelicæ Iudæi contra Paulum differentes & in toto orbe asserunt contradici. Et alibi, *In signum cui contradicetur.* Omnis autem contradictio sanctitatis est, quod interpretatur Cades. vnde, *Commouebit dominus desertum Cades,* quod, scilicet, primū non habebat domini sanctitatem, sed concussum est atq; commotum, vt reciperet hospite domini, qui dicit, *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem sermonem meum?* Post desertum Cades vsque ad mare magnum in meridie plagæ australis torrens est supradictus, qui non de terra, sed de cælo habet aquas, diuersarum virtutum varietate collectas.

Gen. 19. a. Psal. 103. b. Pietati & sanctitati vbique contradicitur. Act. 15. a. Luc. 2. c. Luc. 18. b. Esa. 66. a. De eo qui est hospitium Spiritus sancti. secundum LXX.

d *Plaga ma.* HIER. ibid. Occidens semper in mari, est, semper in salo, semper in fluctibus, vbi quotidie naufragia suscitantur & miserorum neces, & diuitiarum & mercium amissio. Et tamen cum hæc omnia sapientia fregerimus venimus per directum ad Emath, id est, domini veritatem, qui victis persequutionibus æterna nobis præmia repromisit.

Mare mundum designat.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erit terminus à mari. *Id est, incipiens à mari mediterraneo versus occidentem vsque ad atrium Enon, id est, procedens versus orientem, vsque ad locum istum.*

2 Termin. *id est, terminus huius ciuitatis: Emath enim, & istud atrium sunt in confinio Damasci & sub eius dominio, ideo quasi pro eadem terminatione accipiuntur.*

3 Et ab aquil. ad aqui. *non intelligitur per hoc distensio versus aquilonem vltra terminum prædictum, sed terminatio lateris aquilonaris quod habet duos terminos, vt dictum est. Et vterque nominatur hic aquilo.*

4 Porrò pla. *Et sic incipit plaga orientalis à loco in quo terminatur septentrionalis, cùm dicitur,* De medio, *id est, de confinio vtriusque quod est idem.*

5 Et de med. *Quia latus orientale transit per confinia terræ Galaad quantum ad terram acquisitam modo supradicto.*

6 Et de medio terræ, *id est, promissæ Israel.*

7 Iordanis disterminans, *latus orientale.*

8 Ad mare orien. *id est, ad mare mortuum siue salis, quod est in termino plagæ orientalis terræ promissionis.*

9 Et torrens. *qui dicitur torrens Aegypti, ij. Paral. vij.*

10 Vsque ad mare mag. *Latus enim australe terræ promissionis incipit à ciuitate Thamar, & procedit vsque ad torrentem Aegypti, & ad mare mediterraneum terminatur.*

11 Et plaga maris. *scilicet, occidentalis, nam mare mediterraneum claudit totum latus occidentale terræ promissionis: Et dicitur mare magnum, respectu maris mortui, quod est quidam lacus. Et quia coniungitur oceano in termino occidentali terræ habitabilis.*

12 Donec v. Em. *Ista Emath, est alia à supradicta, quæ longè est à mari mediterraneo: ista verò iuxta mare: aliter enim non terminaret latus occidentale illius terræ.*

13 Et diuidetis. *Hic consequenter describitur modus diuidendi terram dicto modo terminatam. Et primò quantum ad extraneos; Secundò, quantum ad intraneos in principio seq. cap. Circa primum dicitur,* Et diuidetis ter. *Sequitur,*

14 Et aduenis qui acce. *De Gentilitate conuersis ad Iudaismum.*

15 Qui genuerint filios in medio, &c. *Post suam conuersionem. Et sic ad eos pertinet hereditas patrum.*

16 Et erunt vobis sicut. *Habendo hereditatem sicut ipsi.*

17 In quacumque autem tri. *id est, quacumque tribus conuerterit Gentilem ad Iudaismum, dabit illi possessionem in sorte sua, vt sic nutriat eum in cultu vnius Dei sicut adduxit eum ad cultum diuinum.*

CAPVT XLVIII.

A a ET haec no. HIER. lib. 14. com. Descripta sanctae terrae possessione, singularum tribuum à plaga Orientali, vsque ad plagam Occidentis, id est, maris possessio describitur. Et primum fines accipiunt ab aquilone iuxta viam Ethalon pergētibus Emath atrium sitte Aserenon terminum Damasci ad aquilonem, iuxta Emath. Incipit autem primum tribus Dan; Secunda, Aser; Tertia, Nephthali; Quarta, Manasse; Quinta, Ephraim; Sexta Ruben; Septima, Iudae, hoc à sinistra parte, & complerur septenarius. Deinde primitiae sacerdotum & Leuitarum, & sanctuarium domini in medio, sanctumque sanctorum. Vrbs quoque ipsa describitur per singula latera in quadrum quatuor millia & quingentos habens calamos. Suburbana quoque sacerdotum & Leuitarū & possessio principis. Rursumque à parte dextra succedūt quinque tribus, à plaga similiter Orientis vsque ad plagam Occidētis. Quarum prima est Beniamin; Secunda Symeon suam specialiter habēs possessionē, nec vt prius cum Iuda mixtam; Tertia Isachar; Quarta Zabulon; Quinta Gad; portaeque ciuitatis ternae per singulas plagas & nomen ciuitatis, quod in fronte pontificis auri lamina continetur.

Recapitulatio eorum quae sunt in hoc cap.

* ad aquilonem

B

C

HIER. ibid. Notandum, quòd xlviij. ciuitatum (quae in lib. Num. tribui Leuiticae dantur ad habitandum cum suis suburbanis) hîc nomina reticentur, & ciuitates fugitiuorum quarum tres trans Iordanem, Bosor. s. & Ramoth & Gaulon in duabus tribubus & dimidia tribu, & tres citra Iordanē* Cedes. s. & Sichem & Cariatharbe. Non enim in descriptione mystica & habitatione sanctorum & conuersatione perfecta opus erat fugitiuorū describi auxilia, quibus Israel indiguit, adhuc positus in terra, & per multos labores atque pericula ad hanc ciuitatem festinus veniens, in singulis sanctis loquitur, *Aduena ego sum, & peregri.* Et, *Habitaui cū habitātibus Cedar, multū inco. fuit anima mea.*

Exod. 18. g. Num. 35. a.

D Ios. 20. c. * Cades

Iudaei properantes ad Ecclesiam.

Psal. 38. c. Psal. 119. a.

CAPVT XLVIII.

a ET haec nomina tribuum à finibus aquilonis iuxta viam Ethalon pergentibus Emath ¶ Qui est. atrium Enon terminus Damasci,* ab aquilone iuxta viam Emath. Et erit ei plaga Orientalis mare, Dan vna. [1] Et à termino Dan à plaga Orientali vsque ad plagam maris, Aser vna. [2] Et super terminum Aser à plaga Orientali vsque ad plagam maris, Nephthali vna. [4] Et super terminum Nephthali à plaga Orientali vsque ad plagam maris, Manasse vna. [5] Et super terminum Manasse à plaga Orientali vsque ad plagam maris, Ephraim vna. [6] Et super terminum Ephraim à plaga Orientali vsque ad plagam maris, Ruben vna. [7] Et super terminum Ruben à plaga Orientali vsque ad plagam maris, Iuda vna. [8] Et super terminum Iuda à plaga Orientali vsque ad ¶ Domino. plagam maris, erunt primitiae quas separabitis vigintiquin- a ¶ Cuius incertus numerus, neque enim in singularum tribuum descriptione mensura certa est, sed semper longitudo latitudine maior est. que millibus calamis latitudinis & longitudinis, sicut sin- a ¶ Tribuum. b ¶ Ab Oriente vsque ad mare. gulae partes à plaga Orientali vsque ad plagam maris. Et erit sanctuarium in medio eius, [9] primitiae quas separatis domi- a ¶ Quod ad quinque sensus refertur: vnde, Diuinum sensum possidebitis. b ¶ Calamorum. c ¶ Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo, longitudo sub. & pro. &c. no; longitudo vigintiquinque millibus, & latitudo decem millibus. [10] Hae autem erunt primitiae sanctuarij sacerdotum, ad aquilonem longitudinis vigintiquinque millia, & ad ¶ Occidentem. mare latitudinis decem millia. Sed & ad Orientem latitudinis decem millia, & ad meridiem longitudinis vigintiquinque millia. a ¶ Templum domini. b ¶ Primitiarum sacerdotalium. ¶ Sed Et erit sanctuarium domini in medio eius. a ¶ Non vulgo. b ¶ Non passim. ¶ Tantum non de aliis. c ¶ LXX. Saduc. ¶ i. iusti, de quo, Iustus dominus & iust. dilexit, hic ait, Non enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: de quo, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam fil. &c. [11] Sacerdotibus sanctuarium erit de filiis Sadoch, qui custo-

b c d e

b *Et super.* HIER. ibid. Post septem tribuum terminos ab Oriente vsque ad Occidētem describūtur primitiae.

E

c *Latitudo.* HIER. ibid. Consummatam perfectamque virtutem significat, quae decalogo vet. testam. ad Euangelicum peruenit sacramentum. Si enim ab vno addēs sequētem numerum ad quatuor peruenias, denarium complebis: & vetus test. constringitur in nouo, & nouum in veteri dilatabitur.

Consummata perfectaque virtus.

F

HIER. ibid. Haec relegens tantum dicere possum: *O altitudo diuitiarum, sapientiae & scientiae Dei.*

Rom. 11. d.

d *Hae autem erunt primitiae sanctuarij.* IBID. Iuxta terminum Leuitarum describuntur primitiarum sanctuarij quatuor plagae, quae non ad populum, non ad vulgus ignobile, neq; ad Leuitas pertinent inferiorum graduum, sed propriè pertinent ad cultum sacerdotum.

e *Ad aq.* HIER. ibid. Vt aquilonis frigora relinquentes, ad Occidentem

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XLVIII.

1 ET haec nomi. *Hic describitur terra diuisio quantum ad intraneos. Et diuiditur in tres partes, quia primò describuntur sortes septem tribuum; Secundò sortes sacerdotum, & Leuitarum, ciuitatis, & principis, ibi,* Et super terminum Iuda; *Tertiò describuntur sortes quinque tribuum, ibi,* Et reliquis tribubus. *Circa primum sciendum, quòd sicut suprà dictum est sortes tribuum incipiunt à termino orientalis totius terrae, & terminantur ad mare mediterraneum, quod est terminus occidentalis. Inter istos autem duos terminos accipitur longitudo cuiuslibet sortis, & latitudo ab aquilone versus austrum procedendo. Et prima sors incipiendo à parte aquilonari est ipsius Dan; Secunda, Aser; Tertia, Nephthali; Quarta, Manasse; Quinta, Ephraim; Sexta, Ruben; Septima, Iuda; secundū modum superius figuratū xlv. c. & hoc est quod dicitur,*

Diuisio.

Sortes tribuum.

2 A finibus aqui. *Incipiendo latitudines sortium.*

3 Iuxta viam Ethalon. *Istae ciuitates sunt in termino aquilonari totius terrae, vt patet ex praedictis.*

4 Et erit ei. *id est, sors Dan secundum suam longitudinem continebitur inter orientalem terminum totius terrae, & mare mediterraneum quod est terminus occidentalis terrae.*

5 Et à. *id est, iuxta terminum Dan.*

6 A pla. ori. *Id est, ab orientali termino terrae.*

7 Vsque ad plagam maris, *id est, vsque ad occidentalem eius terminum continebitur longitudo sortis Aser. Et sic exponatur littera de aliis sortibus.*

8 Et super. *Hic consequenter describuntur quatuor portiones. Et diuiditur in quatuor partes secundum quatuor portiones quae patebunt prosequendo. Notandum autem quòd consideratis his, quae suprà dicta sunt xlv. cap. & inspecta figura, patent pro magna parte ea quae dicuntur hic de istis quatuor portionibus. Primò igitur determinatur eorum spatium, cùm dicitur,* Et su. *id est, iuxta sortem eius.*

Quatuor portiones.

9 A pla. Ori. *i. à termino Orientali vsque ad occidentalem: non tamen totius terrae, sed trium portionum. s. sacerdotum, & Leuitarum, & ciuitatis.*

10 Erunt primitiae, *quia in istis est templum.*

11 Quas separabitis, *à portionibus aliis.*

12 Viginti, &c. *Tres enim portiones dictae simul iunctae faciunt spatium quadratum aequilaterū, cuius quodlibet latus est vigintiquinque milliū calamorū.*

13 Sicut sin. *i. sicut portiones tribuum incipiunt ab Oriente, & terminantur in Occidentem secundum longitudinē suam: ita & istae tres ab inuicem diuisae, sed in hoc est differentia, quòd sortes tribuum incipiunt à termino Orientali totius terrae, & in eius Occidentalem terminum finiuntur. Istae verò tres portiones non sic, nisi cum eis ponatur portio principis versus Orientem & Occidentem, vt patet in figura superius posita xlv. c. Consequenter describit portionem sacerdotum, dicens,*

Conferentur praedictae portiones cum fortibus tribuū.

14 Et erit. *i. templum in portione sacerdotum, vt patet ex sequentibus.*

15 Primitiae quas. *i. sacerdotibus ministris domini.*

16 Longi. vi. *s. calamis ab Oriente in Occidentem.*

17 Et la. de. *ab aquilone in austrum. Consequenter describit quatuor latera huius portionis sacerdotum, di.*

18 Ad aqui. *i. latus aquilonare.*

19 Longitu. vi. *quia mensurat longitudinem huius portionis. Et idem est de latere Meridionali, quod ex opposito similiter mensurat secundum longitudinem. Latus autem Occidentale, quod est versus mare, est tantum decem millium calamorum. Et similiter Orientale, quia mensurat ex opposito latitudinem huius portionis. Et sic patet littera vsque ibi,*

Portio sacerdotum.

20 De fil. *q. d. Sacerdotes ministrantes in hoc sanctuario erunt iusti & mundi ab idololatria.*

tem veniamus, quo occidant nobis vitia & intereant. Inde ad orientem transeamus, & orto nobis sole iustitiæ ad meridiem veniamus, in quo clarissimum nobis iustitiæ lumen est atque perfectum. Et tam ab Aquilone vsque ad mare quam ab oriente vsque ad Meridiem vigintiquinque millia longitudinis, & decem millia latitudinis vt vbique eadem longitudinis & latitudinis mensura seruetur.

a *Filij.* HIER. lib. 14. com. De quibus suprà, qui, scilicet, non offerūt victimas, sed priuilegio nominis & erroris sui humilitate contenti semper in corde suo loquuntur, *Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatū meum cōtra me est semper.* Sufficit enim Arrianis & huiusmodi, si non expellantur de templo, si * pristini nominis vmbram quamdam & imaginem teneant.

Psal. 50. a. — * pristinam

b *Sed & Leuitis.* HIERON. ibid. Describitur Leuitarum possessio, quæ vicina quidem est finibus sacerdotū, & eadem habet spatia in longitudine & latitudine pro multitudine Leuitarum, quæ habet paucitas sacerdotum: sed tamen propriis terminis vtitur, & intelligit se à sacerdotali gradu esse disiunctam, ad reprimendam superbiam ministrorum, qui ignorantes humilitatem status sui, vltra sacerdotes intumescunt.

Leuitarum possessio. — Leuitæ sacerdotibus inferiores.

a dierunt ceremonias meas: & non errauerunt cùm errarent filij Israel, sicut errauerunt & Leuitæ: [12] Et erunt primitiæ, de

¶ Sicut decimæ decimarum. ¶ Vt habeant Leuitæ confinium sacerdotum, sed vmbilicum, id est, medium eius, & ipsam possessionem tenere non valeant.

b primitiis terræ sanctum sanctorum iuxta terminum Leuitarum. [13] Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotum vigintiquinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo vigintiquinque millium, & latitudo decem

c millium. [14] Et non venundabunt ex eo neque mutabunt, nec transferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ sunt domino.

¶ Non homini. ¶ Subaudi longitudine.

[15] Quinque millia autem quæ supersunt in latitudine per vi-

a ¶ Laica, scilicet.

d gintiquinque millia prophāna erūt vrbis in habitaculum & in

a ¶ De qua: Fluminis impetus læ. ci. Dei. Et: Non potest ciuitas ab. supra montem posita. b ¶ Terræ. ¶ Ciuitas.

e suburbana. Et erit ciuitas in medio eius, [16] & hæ mensuræ eius.

f Ad plagam septemtrionalē quingenti & quatuor millia, & ad plagam meridianam quingenti & quatuor millia, & ad plagam orientalem quingenti & quatuor millia, & ad plagam

g occidentalem quingenti & quatuor millia. [17] Erunt autem

h suburbana ciuitatis ad Aquilonem ducenti quinquaginta. Et ad meridiem ducenti quinquaginta. Et ad orientem ducenti

i quinquaginta. Et ad mare ducenti quinquaginta. [18] Quod autem reliquum fuerit in longitudine secundùm primitias sanctuarij, decem millia in orientem, & decem millia in occiden-

¶ Calamorum. ¶ Calamorum.

tē, erunt sicut primitiæ sanctuarij: Et erūt fruges eius, in panes

c *Et non, &c.* HIER. ibid. Vt permaneat Leuiticæ distributionis æterna possessio, nec meritum dignitatis vincatur pretio, nec ab alio transferatur ad alium: quia quę sanctificata sunt domino, non sunt eorum quibus data sunt, sed eius cuius nomine possidentur.

Sanctificata Domino repeti non possunt.

d *Prophana.* HIERONYMVS ibid. Laica, scilicet, quæ passim populo liceat habitare, non quod immunda sint, aut aliqua inhabitatione sanctæ terræ contaminata putentur: sed quia omnibus præter sacerdotes habitare permissum sit; per quem intelligimus, cuncta, quæ ad sensus referimus, id est, ad corporis voluptates, quæ visu, & auditu, tactu, odore, & sapore, capimus, esse prophana, & templi sanctimoniam non habere, nec sacerdotalis esse priuilegij, sed laicæ vtilitatis.

Sensibilium ignobilitas.

c Et

e *Et hæ.* HIERONYMVS ibid. Cùm recesserimus ab Aquilone vento frigidissimo, transimus ad meridiem, & post ortum in nobis lumen scientiæ, occasum fortitudinis formidamus, non præterita, sed futura considerantes, nec habentes certam virtutis possessionem, sed quotidie in oratione dicentes, *Ne inducas nos in tentationem*: quam scilicet ferre non possumus.

Quod ad perfectiora tendendum sit. — Matth. 6. b.

f *Ad plagam.* HIERONYMVS ibid. Singula latera ciuitatis habent quatuor millia, & quingentos calamos, qui faciunt 11. millia passuum, & 75. (aliàs) 85. vt simul omnis vrbs (sicut in fine huius voluminis scribitur) per circumitum habeat 18. millia calamorum, qui faciunt 44. millia passuum & trecentos 40. Et quadragesimus quartus Psalmus inscribitur, *In fine pro his qui commutabuntur, & pertinet ad Ididam*, id est, amabilem domini. Vel secundùm Aquilam, *pro liliis*; Symmachus, *pro floribus ecclesiæ.* quæ vrb sdomini est. Et continet sacramenta, de qua, *Astitit regina à dextris tuis in ve. deau. cir. va.* Et, *Omnis gloria filiæ regis ab intus*, id est, intrinsecus, vt non sit similis, *sepulchris forinsecus dealbatis*, sed intus & foris omnia lauet paropsidis.

Vrbis pomœria. — Ciuitas Dei. — Psal. 44. c.

g *Erunt.* Hæc spatia per circumitum ambiunt muros ciuitatis, vt inter vrbem, & ea quæ reliqua sunt, diuidant. Ex quo ostenditur nullum de his spatiis exercentium opera ciuitatis, capiendorumq; fructuum habere licentiam: sed vacare ab vsu & opere hominum, vt circum muralia vrbis sponte nascentium virgultorum atque herbarum, & ceterorum quæ terra gignit habeant amœnitatem.

Ager vrbi proximus, qui vacare debet.

h *Ducenti.* IBID. Calami. s. qui sena cubita habent & vnum palmum, & singula latera faciunt passus sexcentos decem & septem paulominus, & in communi mille calamos, habentes passus duo millia quadringentos sexaginta octo.

i *Quod au.* HIERONYMVS ibid. Post descriptionem sanctæ vrbis & suburbana eius, Dicit cetera delegari operariis ciuitatis, reliquam partem primitiarum sanctuarij.

Ex

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sed & Leuitis. *Hæc est secunda pars in qua describitur portio Leuitarum quæ similis est omnino in longitudine & latitudine portioni sacerdotum, & sic patet littera.*

2 Quinque millia. *Hic consequenter agitur de portione ciuitatis, cuius longitudo est 25. millium calamorum, & latitudo 5. millium calamorum, & hoc est quod dicitur,* Quinque millia autem quæ supersunt in latitudine. *Scilicet, totius spatij trium portionum dictarum, quæ latitudo est 25. millium calamorum, vt dictum est suprà. Huius autem latitudinis portio sacerdotum capit decem millia, & portio Leuitarum 10. millia, & sic non restant nisi 5. millia, quæ faciunt latitudinem portionis ciuitatis.*

3 Per vigintiquinque millia. *Id est, quinque millia latitudinis dicta protensa per 25. millia longitudinis, faciunt portionem ciuitatis. Quæ diuiditur in tres partes. s. in ciuitatem, & eius suburbana, & agros pro seruientibus ciuitati, vt patet in figura suprà 45. c. Quod autem istæ partes dicuntur hic prophana, hoc est largè accipiendo, scilicet, prophanum pro communi vel laico, quia deputantur vsibus laicorum. Consequenter describitur mensura illarum trium partium & primò ciuitatis, cùm dicitur,*

Prophanū pro communi vel laico.

4 Et hæ mensuræ eius. *Vbi describitur hæc ciuitas in quadro æquilatero, cuius quodlibet latus continet quatuor millia calamorum & quingentos, & sunt quatuor latera contra quatuor partes orbis, & patet littera. Consequenter describuntur suburbana, cùm dicitur,*

5 Erunt autem suburbana. *Et sicut dicit hic Rab. Sal. Suburbana dicuntur loca in circumitu ciuitatis, in quibus non possunt domus ædificari, nec cultura fieri vinearum, vel segetum & huiusmodi: sed sunt ad recreationem ciuium, quorum latitudo iuxta murum ciuitatis describitur, cùm dicitur,*

Suburbana.

6 Ad aquilonem ducenti quinquaginta. *Scilicet, calami, & similiter ad alias tres partes, & patet, Consequenter describitur portio seruientium ciuitati, cùm dicitur,*

7 Quod autem reliquum fuerit. *Scilicet, portionis ciuitatis, secundum totalitatem, & dicit:* In lon. *quia ciuitas cum suis suburbanis occupat 5. millia calamorum in quadrum, vt patet ex prædictis, & sic de latitudine totius portionis nihil remanet versus aquilonem & versus austrum, sed de longitudine eius versus orientem remanent 10. millia calamorum, & tantum versus occidentem, de quibus subditur,*

8 Et erunt fruges eius. *Quia colebantur.*

9 In panes. *Id est, pro panibus faciendis.*

a *Ex omnibus.* HIERONYMVS lib. 14. com. Hoc & in tabernaculo factum est pro varietate virium, alius dat aurum, alius argentum, coccum byssum purpuram, &c. Et cùm sint dona diuersa qualitate substantiæ, vnum donantium est præmium, imò maius est eorum qui offerunt quidem pro viribus maiora quamuis parua, vt Euangelica paupercula. (Matth. 12. d.)

b *Omnes.* IBID. Breuiter perstringimus, quòd omnes primitiæ sanctuarij & possessio ciuitatis pariter supputata per quadrum contineat millia ducenta *46. & per tertiã. Si enim 25. millia calamorũ, qui senos cubitos habent & palmũ vnum, faciunt nostra, id est Romana 60. & vnũ millia, & sexceptos 77. passus, nulli dubium est hæc in quadruplum supputata superiorem efficere numerum. Ex quo perspicimus omnia intelligẽda spiritualiter, & ecclesiæ possessionem multo latiorem esse quam quondam fuit in Iudæa Leuitarum, qui nec accipere quidem partes sanctæ terræ, sed ex singulis tributus 49. & 8. ciuitatum, non ex pleno possessionem, sed habitationem & hospitium susceperunt; vt ipsi quoque, qui videntur laici, nec peruenisse ad sacerdotalem & Leuiticum gradum, tamen si operentur in domini ciuitate vescantur de terra sancta, terra mitium & viuorum, vnde, *Credo videre bona do. in ter. vi.* (Psal. 26. d.)

(Quantum spatij occupet primitię sanctuarij & possessio ciuitatis. *lxxvj. — Ecclesia latius dilatata quàm synagoga.)

c *Principis.* HIERONYMVS ibid. De quo suprà, qui tantum accipit quantum vna tribus. Hinc autem discimus, quòd ex cunctis tribubus quidquid reliquum fuerit, hic solus accipiat, vt nulla tribus sit quæ principi dona non offerat: non aliunde; sed ex primitiis quæ templo & sanctuario, & delegatis vrbis partibus seruiunt; & hoc est è regione 25. mil. vt sint primitiæ inter septem & 5. tribus & in primitiis ciuitatis & suburbana eius & in medio ciuitatis sanctuarium templi. Sed & de possessione ciuitatis quidquid relictum fuerit, principi deputabitur: eritque pars extrema septem tribuum vicina primitiis & ciuitati & templo in tribu Iuda, & pars extrema 5. tribuum eodem iure quo suprà in tribu Beniamin: ipsaque extrema pars ad principem pertinebit.

(Amplissimus honor principis in assignatione portionis ipsius.)

(a ¶ Qui vrbis muros extruunt, interrupta & ruinosa resarciunt.) his qui seruiunt ciuitati.[1] [19] Seruientes autem ciuitati operabun- (a ¶ Nullus se putet immunem ab operibus ciuitatis, certatim omnes extruant ciuitatem.) (¶ Sanctuarij.) tur ex omnibus tribubus Israel.[2] [20] Omnes primitiæ vigintiquinque millium per vigintiquinque millia in quadrum[3] separabuntur in primitias sanctuarij & possessionem ciuitatis. [21] Quod autem reliquum fuerit,[4] principis erit ex omni parte primitiarum sanctuarij,[5] & possessionis ciuitatis, è regione vigintiquinque millium[6] primitiarũ vsque ad terminum orientalem:[7] sed & à mari è regione[8] vigintiquinque millium vsque ad terminum maris,[9] similiter in partibus principis erit.[10] Et erunt primitiæ[11] sanctuarij, & sanctuarium templi in medio (¶ Ciuitatis.) eius. [22] De possessione autem Leuitarum[12] & de possessione ciuitatis[13] in medio[14] partium principis erit:[15] inter terminum Iuda,[16] & inter terminum Beniamin, & ad principem[17] pertinebit. (¶ Quidquid reliquum est principi deputabitur.) [23] Et reliquis tribubus à plaga orientali vsque ad plagam occi-[18] (¶ Pars vel possessio.) dentalem, Beniamin vna. [24] Et contra terminum Beniamin,[19] à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Symeon vna. [25] Et super terminum Symeonis, à plaga orientali vsque[20]

d *Et ad principem.* HIERONYMVS ibid. Eodem iure ipsa quoque pars extrema ad principem pertinebit, ex quo sanctæ scripturæ sacramenta miranda sunt & cogitanda magis quàm proferenda. In priori enim diuisione trans Iordanem per Moysen duabus tribubus Ruben (Miranda sanctæ Scripturæ Sacramenta. Iosue 13. a.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 His qui seruiunt ciuitati. *Dicit hic gloss. Hebraica, quod isti sunt Gabaonitæ quos Iosue deputauit ad seruitium communitatis, Iosue 9. Sed hoc non videtur verum, quia Iosue non deputauit eos nisi ad seruiendum de aquis & lignis in domo domini, vt patet ibidem: Ciuitas autem hic describitur separata à templo per totam portionem Leuitarum, cuius latitudo est 10. millium calamorum: & iterum per magnam partem latitudinis portionis sacerdotum, vt patet ex prædictis; Item de istis seruientibus statim subditur,* (Qui sint qui hic ciuitatis seruientes dicuntur?)

2 Ex omnibus tribubus Israel, &c. *Id est, homines ad hoc apti assumentur ex omnibus tribubus Israel indifferenter & sine acceptione: de quibus tribubus non sunt Gabaonitæ.*

3 Omnes primitiæ. *Recapitulatio est mensuræ spatij continentis portionem sacerdotum Leuitarũ & ciuitatis, quæ est 25. millium calamorũ in quadrum.*

4 Quod autem. *Hic consequenter describitur portio principis, cuius latitudo est 25. millium calamorum, sicut & spatium trium portionum prædictarum. Longitudo verò eius à latere orientali trium portionum prædictarum vsque ad terminum orientalem totius terræ supra determinatæ: & similiter à latere occidentali earumdem vsque ad terminum occidentalem eiusdem terræ: & hoc est quod dicitur:* 4 Quod autem reliquum. *In Hebræo habetur:* Hinc & inde. *Quia in parte orientali & occidentali tantum respectu trium portionum est portio principis: ideo subditur,* (Portio principis.)

5 Primitiarum sanctuarij. *In istis primitiis intelligitur portio sacerdotum, & etiam Leuitarum, & similiter ciuitatis. Ideo subditur,*

6 Et possessionis ciuitatis è regione vigintiquinque mil. *Tres enim portiones prædictæ lateraliter iunctæ faciunt 25. millia calamos per quadrum, vt suprà dictum est.*

7 Vsque ad terminum orientalem. *Id est, à latere orientali dictarum primitiarum vsque ad terminum orientalem totius terræ, est supple portio principis.*

8 Sed & à ma. *Id est, à latere occidentali dictarum primitiarum, quod vocatur hic mare, eò quòd versus mare mediterraneum.*

9 Vsque ad terminum maris. *Id est, vsque ad littus maris totam terram terminantis.*

10 Similiter in partibus principis. *Id est, de possessione eius.*

11 Et erunt primitiæ. *Id est, possessionis principis: nam ab oriente & occidente includit dictas primitias, vt dictum est. Consequenter ostenditur quid sit à latere australi & aquilonari, cùm dicitur,*

12 De possessione autem Leuitarum. *Hæc præpositio de, vno modo tenetur materialiter, & sic exponit Hugo Cardinalis, vt sit sensus, illud quod pertinet ad possessionem Leuitarum, sub quo nomine intelliguntur sacerdotes hic, eò quòd sunt de tribu Leui.*

13 Et de pos. *Id est, illud quod pertinet ad possessionem ciuitatis,*

14 In medio, *Supple, existens, nam vna pars principis includit prædicta ab oriente, altera ab occidente.*

15 Erit. *Ab aquilone.*

16 Inter terminum. *Ab austro. Et sic littera ista loquitur de limitatione portionis sacerdotum Leuitarum & ciuitatis à parte aquilonari & australi. Sed hæc expositio videtur esse contraria litteræ immediatè præcedenti, quæ loquitur de limitatione portionis principis, & similiter litteræ immediatè sequenti: cùm dicitur,* (Examinatur expositio Hugonis Card. super vers. 22.)

17 Et ad princip. *Quod ipse exponit extortè sic, id est, ad portionem attinget principis, nam ad ipsam terminatur ab oriente & occidente. Item hæc expositio non est solum extorta, sed etiam falsa: nam vbi translatio nostra habet,* Et ad princip. *In Hebræo habetur,* Et principis erit. *Ex quo patet manifestè, quòd loquitur de principis portione. Dicendum igitur, quod hæc præpositio* de, *aliquando tenetur localiter terminatiuè, vt cùm dicitur, talis recessit de domo, ly de, significat, terminum à quo recessit; & sic tenetur hic cùm dicitur,* De possessione autem Leuitarum, &c. *Id est, de termino istarum possessionum ab oriente & occidente procedit possessio principis, vsque ad terminum orientalem & occidentalem totius terræ: & terminatur ad sortem Iuda ex parte austri, & ex eodem modo terminantur tres portiones prædictæ, vt patet in figura. Sed scriptura loquitur hic de possessione principis.* (De vi propositionis De.)

18 Et reliquis tribubus à plaga orientali vsque ad plagam. *Hic consequenter describuntur sortes quinque tribuum existentes à parte australi terræ, ita quòd sors Beniamin secundum suam longitudinem situatur iuxta portionem principis & ciuitatis. Et consequenter aliæ quatuor procedendo versus austrum: & sors Gad est in fine australi totius terræ, sicut describitur in figura suprà posita quadragesimoquinto capitulo quæ diligenter inspecta patet littera paucis exceptis.* (Sors Beniamin. — Sors Gad.)

19 Et contra terminum Beniamin, à plaga orientali. *Id est, iuxta sortem eius.*

20 Et super terminum Symeonis, à plaga, *Id est, iuxta sortem eius.*

Et

Ruben & Gad & dimidiæ tribui Manasse terra diuisa est. Infra A Iordanem autem per Iosue filium Nun, & Eleazarum filium Aaron, Iudas possedit ab austro, & Ephraim & Manasse tribus dimidia ab aquilone. Postea verò de Sylo missis exploratoribus per singulas tribus, descriptione terræ allata ad Iosue & ad Elezarum Beniamin iuxta Iudam ab austro; & iuxta Ephraim & dimidiam tribum Manasse accepit possessionem. Secunda tribus Symeon hereditatem accepit in tribu Iuda, vt impleretur illud, de Leui & Symeon, *& diuidam eis in Iacob, & dispergam eos in Israel.* Tertia Zabulon Galilæam accepit in qua est mons B Thabor. Quarta Isachar vbi est Iezrahel vsque ad Iordanem. Quinta Aser vsque ad montem Carmelum, qui imminet mari magno vsque ad Tyrum & Sydonem. Sexta Nephtalum in Galilæa vsque ad Iordanem, vbi est Tyberias, quæ olim appellabatur Zenereth. Septima Dan vsque Ioppem, vbi sunt vrbes Ahilon & Selebi & Emaus quæ est Nicopolis. Licet sicut legitur postea ceperint sibi transcẽsis aliis tribubus vrbem Laesenim tribus Dan, quæ est Paneas. Cùm hæc ita se habeant, & inter priorem tribuum descriptionem, & quæ nunc habetur in manibus tanta diuersitas C sit, considerandum est quomodo & in præterito inter tribuum Iuda Beniamin vrbs & templum collocatum sit: Et in priori quidem descriptione Iudas erat ab austro, & Beniamin ab aquilone: Hic autem è conuerso vt Iudas sit ab aquilone, & Beniamin ab austro: Post quem secundus est Simeon, tertius Isachar, quartus Zabulon, quintus Gad, vna videlicet tribus, vnde & reliquis *tri. a pla. ori. &c.*

(Marg.: Iosue 15. a. Iosue 18. a. — Descriptio sortium quæ facta est sub Iosue. — Gen. 49. b. — Sortes tribuum pro ut ostensæ sunt prophetæ in visione.)

ad plagam Occidentis, Isachar vnum. [26] Et super terminum Isachar à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Zabulon vna. [27] Et super terminum Zabulon à plaga orientali vsque ad plagam maris Gad vna. [28] Et super terminum Gad ad

a ¶ Nota quam Iudas prius tenuit.

a plagam austri in meridie: & erit finis de Thamar vsque ad 1

a ¶ Nota locum, sed aquas significat, in quibus populus domino contradixit & Moyses offendit.

b aquas contradictionis Cades: hereditas contra mare ma- 2 3
c gnum. [29] Hæc est terra quam mittetis in sortem tribubus Israel 4

¶ Portæ exitus.

d & hæ portiones earum ait Dominus Deus. [30] Et hi egressus ci- 5 uitatis. A plaga septemtrionali quingentos & quatuor millia mensurabis, [31] & portæ ciuitatis in omnibus tribubus Israel.

a ¶ Qui primogenitus. b ¶ Qui regiæ stirpis auctor.

Portæ tres à septemtrione. Porta Ruben vna, porta Iuda vna,

a ¶ A quo sacerdotes.

e porta Leui vna. [32] Et ad plagam orientalem quingentos &

¶ Duo filij Rachelis.

f quatuor millia, & portæ tres. Porta Ioseph vna, porta Beniamin vna,

a ¶ Filius Balæ ancillæ.

porta Dan vna. [33] Et plagam meridianam quingentos & quatuor millia metieris.

¶ Tres filij Liæ.

Porta Symeonis vna, porta Isachar vna, porta Zabulon vna. [34] Et plagam occidentalem quingentos & quatuor millia. Et portæ eorum tres:

a ¶ Hi duo filij Zelphæ ancillæ Liæ. b ¶ Filius Balæ ancillæ Rachelis.

porta Gad vna, porta Aser vna, porta Nephthali vna. [35] Per

Palmira. a *De Thamar.* HIER. lib. 14. com. quæ nunc Palmira à Salomone constructa, palma enim Hebraicè Thamar dicitur: quæ nunc forte quia ibi palmera sunt, Palmira vocatur.

b *Contradictio.* HIERONYMVS. Omnis terræ sanctæ hereditas ab australi plaga iuxta terminos Ægypti & Rinocoruræ torrente finitur. Et quia Gad interpretatur tentatio in possessione, de palmyra transimus ad aquas contradictionis, vsque ad Cades, quod interpretatur sancta: vt intelligamus nos etiã post victoriã mundi debere esse sollicitos, & semper in metu illius versiculi memores, *Tentatio est vita hominis super terram*, ad sanctitatem aduersariis repugnantibus peruenire, sicque opportune victoriam obtinere, & è vicino torrentem plenum imbrium contemplemur.

(Marg.: Ne post devictũ mundum negligentius agamus. Iob 7. a.)

c *Cades: hereditas con. ma.* IBID. Eadem vox in Hebr. est quæ & torrentem sonat, & hereditatem, sed hic magis torrentem, qui ingreditur mare magnum Rinocoruræ. *Cades* autem *barne* in deserto D est quæ extenditur vsque ad vrbem Petram.

d *Et hi egressus, à plaga septemtrionali quingen. &c.* HIERONYMVS ibid. De ambitu ciuitatis (qui per latera singula in quadrum, quatuor millia quingentos calamos habuit) præteritus sermo prædixit, qui faciunt decem & octo millia calamorum. In præsenti quoque capitulo positum est, id est 44. millia passuũ, & 340. passus. Nunc scribitur per singula latera, id est, 11. millia passuum & octoginta quinque passus per ternas fuisse portas.

e *Et ad plagam.* IBID. *Quis sapiens intelliget hæc? quia recta viæ domini, & iusti ambulabunt in eis.* Præuaricatores verò corruent E in illis.

(Marg.: Osee 14. d.)

f *Et porta ciuitatis.* HIERON. ibid. Has duodecim portas vel exitus pro qualitate meritorum atq; virtutum singulis tribubus sub Apostolis & patriarcharum nominibus arbitror cõiugatas. De quibus in Apocalypsi Ioannis apertius scribitur. Et intra diuinarum scripturarum sacramenta testantur. Et necesse est, vt talis ciuitas decem & octo millia per circumitum teneat calamorum, sub quo numero in duodeuigesimo Psalmo, lex naturalis & gratia Euangelij describitur: quibus ecclesia, id est, vrbs Saluatoris extruitur.

(Marg.: De Apostolis, qui sunt quasi duodecim portæ Ecclesiæ. — Apoc. 21. d.)

HIER. ibid. Hoc breuiter admonendum, easdem tribus in circumitu tabernaculi sic castrametatas, vt ad orientem fuerint Iudas F Isachar & Zabulon filij Liæ. Ad meridiem Ruben Symeon Gad, duo filij Liæ, & tertius filius Zelphæ ancillæ Liæ. Ad occidentem verò Ephraim, Manasses & Beniamin duo scilicet filij Rachelis, quia Ioseph pro tribu Leui (quæ sacrificiis deputata est) in duas tribus Ephraim & Manassen diuisa est. Ad aquilonem autem Dan & Nephthali & Aser, quorum primus & tertius filij sunt Balæ ancillæ Rachelis, secundus filius Zelphæ ancillæ Liæ ignobiles & ad aquilonem positi, quippe ex ancillis inter se dissidentibus generati. Sed hoc iuxta Numerorum librum & descriptionem tabernaculi, quæ iubente Deo Moysi ore dicta est. Nostra verò vrbs, quæ est ciuitas regis magni (cuius artifex & conditor Deus, de qua dicitur, *Ipse fundauit eam altissimus*) aliam habet tribuum in terra sancta descriptionem & mensuram, & possessionis ordinem, & plagas tribuum singularum. Primùm, plagæ aquilonis opponuntur tres portæ, &c. quorum primogenitus Ruben, Iudas, regiæ stirpis auctor, & Leui. Super cuius nomine tabernaculi & castrorum descriptione nihil dictum est, vt primogenita possidentes quasi genus regale & sacerdotale aquilonis frigora contemnamus.

(Marg.: Quomodo sub Moyse consederint 12. tribus circa tabernaculum. — Num. 2. — Hebr. 11. Psal. 86. a.)

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erit finis. *Id est, terminus sortis Gad, & per sequens terminus australis totius terræ.*

2 De Thamar. *Nomen est ciuitatis existentis in termino australi terræ inter terminos terræ orientalem & occidentalem, ideo subditur,*

3 Vsque ad aquas. *De quibus aquis habetur Numer. 20. & sunt versus orientem.*

4 Hereditas contra mare magnum, &c. *Id est, sors Gad protenditur versus occidentem vsque ad mare mediterraneum, quod dicitur hic mare magnum respectu maris mortui: consequenter ponitur recapitulatio breuis dictæ diuisionis, cùm dicitur,* Hæc est ter. &c. *& patet.*

5 Et hi egressus, &c. *Hæc est vltima pars, in qua describitur ciuitas ædificanda in quadro æquilatero cuius latera sunt disposita versus quatuor partes orbis principales, & quodlibet latus habet in longitudine calamos quatuor millia quingentos, & tres portas à tribus tribubus denominatas, Dicit igitur:* Et hi, *id est, latera & portæ per quas fit egressus, Cetera patent inspecta figura hic inferius posita vsque ibi.*

(Marg.: Ciuitas ædificata in quadro æquilatero.)

Et

circumitum decem & octo millia.

a ¶ Nunc Ierosolyma visio pacis.

a 1 Et nomen ciuitatis ex illa die, Domi- 2 3 b nus ibidem. Amen. 4

a Et nomen ciuitatis. †THEODORETVS A sect. 15. in fine. Non quod alterum post ædificationem nomen inuenerit: Ierusalem enim etiam post Zorobabel vocata fuit: sed insignem eam denuo futuram per hæc indicauit. Consueuit siquidem scriptura, nomen, ipsam gloriam nominare.

Ioan. 14. d. Matth. 23. d.

b Ibidem. HIERONYMVS lib. 14. com. D Numquam recedamus ab ea, sicut à priori: Vnde, *Surgite abeamus hinc.* Et, *Reli. vo. domus vestra deserta*: sed æternam habet possessionem, & sit ei ipse possessio secundum illud, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.*

Ibid. 18. d. Deus numquam Ecclesiam deseret.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et nomen ciuitatis, *Supple erit.*
2 Ex illa die, *Qua erat ædificata.*
3 Dominus ibidem, *non solum per essentiam, potentiam & præsentiam, sicut est, aliis locis: sed etiam per specialem suorum beneficiorum influentiam.*
4 Amen, *Id est, fiat.*

NIC. DE LIRA.

Sequitur figura.



Completa expositione visionis imaginariæ procedendum est ad inquirendum quid per B *dictam visionem imaginariam designetur. Nam hic est intellectus principalis prophetiæ, sicut ostensum fuit suprà in principio capituli quadragesimi. Sciendum igitur, quod circa hoc variè dixerunt DD. Hebræi similiter & Latini.*

Quid per prædictam visionem imaginariã designetur?

Antiqui verò Hebræi dixerunt, quod imaginaria visio ædificationis templi & ciuitatis, quæ prædicta est, significat readificationem templi post reditum captiuitatis Babylonicæ per Zorobabel & socios eius, & readificationem ciuitatis Ierosolymitanæ per Neemiam & populum Israel ad hoc adiuuantem. Dixerunt tamen quod hæc ædificatio non fuit completa C *tempore Zorobabel & Neemiæ, sed plures reges Persarum deuoti addiderunt ad ædificia ista, potissimè circa templum vt satis haberi potest ex j. Esdræ & 2. Machabæorum. Dicit etiam Iosephus antiquitatis Iudaicæ libro 15. quod Herodes Ascalonita Rex Iudææ, cuius tempore natus fuit Christus, fecit magna & sumptuosa ad fortificationem ciuitatis & decorem templi. Dicit etiam quod ad altitudinem templi addidit 60. cubitos. Nam Zorobabel & alij adiutores eleuauerunt ipsum per sexaginta cubitos tantum, & ipse addidit sexaginta, & sic esset eiusdem altitudinis sicut fuerat templum Salomonis per Chaldæos destructum, & tanta descripta est suprà altitudo huius templi imaginariæ visionis. Ad hoc autem inducunt argumentum ex principio visionis capituli quadragesimi, vbi fit mentio de destructione ciuitatis per Chaldæos, cùm dicitur* 14. anno postquam percussa est ciuitas. Facta est super me manus domini, &c. *Et consequenter describit ædificationem ciuitatis & templi vsque ad finem libri. Ex quo videtur, quod ad consolationem populi adhuc in captiuitate detenti, propheta loquatur de materiali readificatione ciuitatis & templi, quam dicunt completam modo prædicto.*

Opinio antiquorum Hebræorum quod sit instauratio templi secundi & vrbis.

Templum à regibus alienigenis & maximè ab Herode auctum.

Sed hoc dictum stare non potest: quod ostendo primò de ciuitate & templo simul. Secundò de quolibet per se. De templo namque per Zorobabel inchoato patet primo Esdræ 3. quod fuit ædificatum in eodem loco, in quo fuerat templum Salomonis. Et similiter de readificatione ciuitatis per Neemiam, patet Neemiæ secundo, quod fuit in eodem loco in quo prius fuerat, nam readificata fuit reparando interruptiones & ruinas murorum per loca dissipata. Certum est autem ex 3. & 4. Regum, quod templum Salomonis ædificatum fuit in ciuitate Ierusalem, & per consequens templum readificatum fuit per Zorobabel, & in hoc conueniunt omnes historiographi Iudæi & Latini. Templum autem & ciuitas quæ imaginariè suprà describuntur, distant ab inuicem per 28. milliaria & plus: ergo impossibile est (vt videtur) quod visio imaginaria de ædificatione ciuitatis, & templi post reditum de Babylone intelligatur. Quod autem tantum distent declaratur sic: Nam inter ciuitatem suprà descriptam cum suburbanis suis, & inter templum cum omnibus ædificiis sibi adiunctis, est tota latitudo portionis Leuitarum continens 10. millia calamorum, & de latitudine portionis sacerdotum 4. millia calamorum & plus, sed illud plus dimitto: Ista verò 14. millia calamorum faciunt 28. milliaria: quod sic declaratur. Nam quinque pedes faciunt vnum passum: passus 125. vnum stadium, octo stadia faciunt vnum milliare sic nominatum, quia continet mille passus, quod patet ex dictis, nam octies 125. faciunt mille, vnde versus: Quinque pedes passum faciunt, passus quoque centum. Vigintiquinque stadium: si des milliare, Octo facis stadia: duplicatum sit tibi leuca. *Hoc igitur supposito videndum est de quantitate calamorum. Ex dictis autem suprà 40. cap. patet, quod vnus calamus continet sex cubitos, de cubitis sanctuarij, quorum quilibet continet vnum cubitum vsualem & palmum, vt ibidem fuit ostensum. Cubitus autem vsualis continet pedem & dimidium, & sic calamus continet nouem pedes, & cum hoc sex palmos, qui faciunt vnum pedem & plus, sed illud plus dimitto,* E *& sic patet quod calamus vnus continet duos passus. Igitur cùm mille passus faciunt milliare vnum, vt prædictum est, sequitur quod mille calami faciunt duo milliaria: & per consequens 14. millia calamorum faciunt 28. milliaria, & sic patet propositum.*

Reiicitur prædicta opinio. 1

Templum secundum in eodem loco constructum quo primũ.

Distantia inter vrbem & templum Ezechieli ostensa.

2 *Secundò separatim ostenditur de templo & ciuitate inchoatis per Zorobabel & Neemiam: & primo de templo & ciuitate, quia suprà describitur murus exterior longitudinis quingentorum calamorum* F *in quolibet quatuor laterum suorum. Quingenti verò calami faciunt vnum milliare: & sic circumitus muri est 4. milliaria. Circumitus autem templi per Zorobabel inchoati numquam fuit tantæ continentiæ, imò nec etiam cum tota ciuitate Ierusalem in qua fuit, ergo, &c. Item propheta vidit aquas egredientes de templo & procedentes vsque ad mare mortuum ad sanandum illud de sua amaritudine, vt possent pisces ibi viuere, vt habetur suprà 47. cap. Certum est autem quod in templo per Zorobabel inchoato, & postea per Romanos destructo numquam fuerunt tales aquæ, nec mare mortuum factum est dulce. Item idem potest argui de lignis fructiferis suprà dictas aquas existentibus, & primitiua facientibus quolibet mense, quia numquam ita factum est, ergo, &c. propter hæc & multa in visione Ezechielis præscripta, quæ verificari non possunt de templo post captiuitatem readificato, patet falsitas opinionis prædictæ. Item idem ostenditur de ciuitate per se: quia suprà vltimo cap. describitur in quadro æquilatero, cuius quodlibet latus continet calamos quatuor millia & quingentos quæ faciunt nouem milliaria, vt patet ex dictis suprà. Et circumitus ciuitatis ibi describitur 10. & 8. milliũ calamorum qui faciunt 36. milliaria, ciuitas autem inchoata per Neemiam numquam habuit tantam capacitatem, nec etiam decimam partem, propter quod dicta opinio reprobatur non modo solum à Latinis, sed etiam ab Hebræis.*

Circumitus templi ostensi in visione Ezechieli, & templi conditi à Zorobabel.

3

Item vrbis ab hoc viũ & ab illo conditæ.

Dicunt igitur Hebræi moderni, quod hæc vltima visio Ezechielis est intelligenda de ædificiis ciuitatis & templi in aduentu Messiæ construendis: quem expectant venturum tamquam hominem purum, prophetam tamen sanctissimum, etiam Moyse sanctiorem: Dicunt etiam, quod regnabit temporaliter super omnes Gentes, quas sibi subiiciet & Iudæis, & ædificabit ciuitatem & templum materialiter, sicut hic describitur ab Ezechiele propheta. Hunc autem errorem quantum ad hoc quod negant Christum in lege & prophetis promissum esse Deum, & quantum ad hoc quod dicunt eius aduentum adhuc futurum, ego satis improbaui per scripturas vet. testam. in quadam quæstione de quolibet annis pluribus iam elapsis: tamen adhuc repetam pauca de illis, & primò ad ostendendum quod Christus in lege & prophetis promissus sit verus Deus & verus homo. Dicitur enim Isaiæ 9. de ipso, Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. *in quo exprimitur manifestè eius humanitas: Per hoc autem quod subditur,* Et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis, *exprimitur eius diuinitas. Item Ierem. 23. a.* Ecce dies veniunt dicit dominus & suscitabo Dauid germen iustum, *vbi translatio Chaldaica apud Hebræos autentica habet.* Statuam Dauid Messiam iustum & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra, *sequitur,* Et hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster: *Per hoc autem quod dicitur,* Suscitabo Dauid germen iustum, *apparet eius humanitas: per hoc autem quod sequitur:* Et hoc est no. quod voca. eum dominus iustus iustus noster, *exprimitur eius diuinitas, nam pro hoc nomine* dominus, *Hebraica veritas habet nomen domini Tetragramma-*

Opinio Hebræorum modernorum.

Qualem sibi fingãt Messiam Hebræi moderni.

Quod Christus in lege & prophetis promissus sit verus Deus & verus homo.

grammaton, quod secundùm Hebræos est nomen summi Dei creatoris omnium: vnde dicit R.1. Moyses in libro directionis dubiorum parte prima c.60. quod hoc nomen domini Tetragrammaton significat diuinã essentiam significatione perfecta & immixta. Cetera verò nomina videntur deriuata ab operibus diuinis, vt creator, dominus, Saluator, & huiusmodi. Item Mich.5.a. dicitur: Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te enim egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Quod autem hæc auctoritas etiam secundùm Hebræos intelligatur de Christo, patet Matth.2. quia sapientes Iudæorum eam allegauerunt, coram Herode quærenti natiuitatis Christi locum, & per egressum eius de Bethleem exprimitur eius natiuitas temporalis in humana natura, per egressum autem ipsius ab initio à diebus æternitatis, exprimitur eius natiuitas æternalis in natura diuina.

Nomen Dei Tetragrammaton.

Natiuitas Christi temporalis, & æternalis.

Quod autem secundò dicunt Christum adhuc venturum, est falsum, quia Dan.9. describitur tempus aduentus ipsius sub certo numero annorum, scilicet sub septem hebdomadibus annorum quæ faciunt quadringentos 90. annos. Iste verò numerus annorum completus fuit tempore passionis Christi, sicut diffusè declaraui scribendo super Danielem, propter quod hic causa breuitatis omitto. Item Dan.2. de tempore aduentus Christi dicitur, In diebus regnorum illorum suscitabit Deus regnum quod in æternum non dissipabitur, quod secundum Hebræos intelligitur de regno Messiæ: & sicut patet, ibi loquitur propheta de quatuor regnis sibi succedentibus, scilicet Babyloniorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum: & ideo regnum Christi incepit tempore quo vltimum, scilicet regnum Romanorum, fuit in sua potestate, quod maximè fuit tempore Augusti Cæsaris, quo tempore Christus de virgine fuit natus, vt patet Luc.2.a. Exiit edictum à Cæsare Augusto, &c. Item Aggæi 2.b. Adhuc vnum modicum, &c. sequitur, Et veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit dominus exercituum, sequitur, Adhuc magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ. Per hoc autem quod dicit, Veniet desideratus cunctis Gentibus, intelligitur aduentus Christi etiam secundùm Hebræos: Per hoc autem quod promittitur, Adhuc vnum modicum est. apparet quod est præteritus, nam à tempore quo Aggæus hoc dixit vsque nunc, scilicet vsque ad annum domini 1332. in quo hæc scripsi plus quàm mille & sexcenti fluxerunt anni, qui non videntur posse dici rationabiliter vnum modicum. Item certum est quod Aggæus loquebatur de templo per Zorobabel inchoato, dicens, Veniet desideratus cunctis Gentibus, & implebo domum istam gloria. Ex quo patet, quod stante illo templo Christus venit & ipsum impleuit gloria, quando ibi oblatus fuit, propter quod sanctus Symeon tunc exclamauit, Lumẽ ad reuelationẽ Gentium, & gloriã plebis tuæ Israel. Hoc etiam patet per hoc quod subditur, Magna erit gloria huius domus nouissimæ plus quàm primæ: Prima namque dicitur templũ Salomonis, quod fuerat destructum, Non potest autem dici, quod templum per Zorobabel & suos sequaces reædificatum, quod respectu templi Salomonis fuit quasi nullius reputationis in ædificiis & ornatibus & consimilibus, fuerit magis glorificatum in aliquo, nisi per præsentiam Christi, qui oblatus ibidem fuit, & in eo pluries prædicauit, & plura miracula fecit, vt habetur in Euangeliis. Illud enim templum stetit vsque ad 42. annum post passionem Christi, in quo destructum fuit per Romanos.

Christum iam venisse.

Ætas D.N. Lirani.

Stante secundo templo venit Christus.

Templum secundum illustratum præ primo Christi præsentia, prædicatione & miraculis.

Quod autem tertiò dicunt Iudæi Christum in primo aduentu suo venturum ad regnandum temporaliter in potestate magna, patet manifestè falsum, per illud quod dicitur Zachar.9.c. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: Ecce rex tuus veniet tibi iustus & Saluator, & ipse pauper & sedens super asinam & pullum filium asinæ, quod exponitur etiam à doctoribus Hebræis de aduentu Messiæ, vt declaratum fuit ibidem: & sic patet, quod eius aduentus primus prædicitur à propheta futurus in paupertate & humilitate, & non in terrena gloria seu potestate. Item Isa.52.c. de Christo dicitur, Ecce intelliget seruus meus, &c. Quod intelligitur de Christo etiam secundum Hebræos antiquos, & etiam totum capitulum sequens, sicut ibidem fuit dictum: & ibi subditur de ipso, Inglorius erit inter viros aspectus eius, & ibidem subditur, Et desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, scientem infirmitatem quasi absconditus vultus eius & despectus. Et postea, Sicut ouis ad occisionem ducetur, &c. Ex quibus patet, quod primus aduentus Messiæ non fuit prænuntiatus futurus in potestate & gloria, sed humilitate & paupertate magna: Nec ad temporaliter regnandum, sed ad patiendum, & per suam passionem nos misericorditer redimendum, vnde ibidem dicitur, Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.

Primus Christi aduentus debuit esse in paupertate & humilitate non in gloria terrena seu potestate.

Quod autem dicunt Iudæi quod Messias in aduentu suo ædificabit eis templum materiale, sicut prædicitur ab Ezechiele, & ex hoc sumunt argumentum contra nos ad probandum, quod Iesus Nazarenus non fuit Messias verus, quia non ædificauit templum, sicut per prophetas fuerat promissum, non valet: quia prophetæ magis dicunt contrarium. Nam Aggæi 2. in auctoritate superius allegata dicitur de templo per Zorobabel inchoato, Magna erit gloria domus istius nouissimæ: Ex quo patet, quod non est alia materialiter ædificanda per Messiam, nam ista, de qua loquitur propheta, non esset nouissima. Item Iere.3.c. dicitur de aduentu Christi primo, Assumam vos vnum de ciuitate & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. In quo prædixit propheta paucos valdè de Iudæis respectiuè ad fidem Catholicam conuertendos, Et subditur ibidem, In diebus illis ait dominus, non dicent vltra arca testamenti domini, nec ascendet super cor, nec recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet vltrà. Nunc autem ita est quod tabernaculum Moysi fuit factum ad reponendum arcam testamenti domini, vt patet Exod. 25. & similiter templum Salomonis ad hoc fuit factum, vt patet in pluribus locis 2. & 3. Reg. & 2. Paral. & ideo si arca vltra non fiet per consequens nec templum: propter quod Iudæi, vt consequenter dicant, sicut dicunt quod Messias in aduentu suo ædificabit eis materialiter templum, sic restituet eis arcam testamenti, propitiatorium & cetera pertinentia ad veteris legis cultum. Cùm igitur Ieremias propheta dicat, quod arca materialis testamentum non fiet vltra, nec erit in recordatione, vel memoria, scilicet ad construendum, per consequens prædicit templum materiale vlterius non reædificandum. Item ad hoc potest induci quod dicitur Iere.7.a. Nolite cõfidere in verbis mendacij, dicentes: Templum domini, templum domini est. In Hebræo habetur, Templum domini, templum domini, templũ domini, tria, in plurali. q.d. Mendacium est dicere quod tria templa sint successiuè ædificanda: & ideo post templũ Salomonis quod fuit primũ, & templum per Zorobabel inchoatum, & per Romanos destructum quod fuit secundum, non reædificabitur Iudæis tertium. Argumentum autem de Iesu Nazareno non valet, quia templum per ipsum ædificatum, est ecclesia siue congregatio fidelium charitate formata, quæ est spirituale templum, de cuius ædificatione dicit Matth.16.c. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Cauillationes autem Iudæorum, per quas nituntur scripturas vet. testam. præallegatas peruertere propter prolixitatem vitandam hic omitto, quia illas posuit diffusè in quadam quæstione de quolibet, de qua suprà mentionem feci. Et quia cauillationes illas exponendo libros veteris testamenti replicaui saltem pro m[illegible]a parte in locis in quibus exponuntur auctoritates prædictæ. Expositionem autem vltimæ visionis Ezechielis ex causa exponendam reseruaui post expositionem librorum omnium veteris ac noui testamenti.

Numquam prædixisse prophetas templum materiale à Messia ædificandum.

Tabernaculum à Moyse & templũ à Salomone exstructum fuit ad reponendam arcam.

Tertium templum materiale non exspectandum.

Templum à Christo ędificatum est Ecclesia.

Opinio Catholicorum.

Reprobatis dictis Hebræorum secundum gratiam à domino mihi datam, consequenter videndum est, quid visione prædicta dixerunt doctores catholici: Et sunt tres modi dicendi. Nam aliqui, vt beatus Hieron. & beatus Greg. dixerunt per visionem Ezechielis imaginariam, ædificationem ecclesiæ in sacramentis & moribus esse significatam: & hunc sensum exponendo secuti sunt expositionem imaginariæ visionis prout superius est descripta, quasi totaliter dimittentes, cùm tamen ab illa sit inchoandum, sicut dictum fuit suprà in principio 40. cap. Dicit etiam vlterius beatus Greg. hom.1. super hanc visionem, quod ille sensus visionis imaginariæ est totaliter relinquendus, eo quod visio illa continet impossibilia, quod arguit ex eo quod dicitur suprà 40. cap. Et mensus est latitudinem ædificij calamo vno, per hoc autem quod dicit ædificij absolutè, loquitur de toto ædificio secundum Greg. & postea subditur, Et mensus est portam à tecto thalami vsque ad tectum eius, latitudinem 25. cubitorum, & fecit frontes per 60. cubitos. Ex quibus sic arguit. Frontes sint in porta in ædificio, & sic maius continetur in minori scilicet 60. cubiti in 25. & 25. in vno: hoc autem est impossibile: ergo, &c. Dicit etiam, quod hoc factum est ex ordinatione diuina, vt legentes dictam visionem relicto sensu imaginario, tamquam nullo, mysticum quærerent intellectum. Sed magister Richard. de sancto Victore reputans in hoc dictum Gregor. minus verum processit quasi via opposita, declarans in expositione sua possibilitatem totius ædificij superius descripti, de sensu alio nihil dicendo. Si autem alibi de hoc aliquid dicit ignoro: Soluit autem argumentum beati Gregorij per hoc quod omnia templi ædificij simul sumpta dicuntur vnum ædificium, & nihilominus quodlibet per se dici potest vnum ædificium sicut totum manerium regis Parisius dicitur domus regia, & tamen sunt ibi multæ domus, scilicet palatium, camera causarum, capella, & sic de aliis: & ideo cùm dicitur suprà 40. cap. Et mensus est latitudinem ædificij calamo vno, &c. ædificium ibi accipitur pro muro exteriori secundum aliquos, vel pro domuncula supra portam ædificata secundum alios, vt dictum fuit ibidem, Dominus Hugo Cardinalis processit quasi media via declarans possibilitatem ædificij imaginariæ visionis & cum hoc de ædificio ecclesiæ per aliqua loca immiscuit: hoc tamen fecit incompletè & etiam intercisè, eamdem etiam sententiam sub diuersis similitudinibus pluries repetendo: & propter eamdem causam expositio beati Gregorij videtur minus apta: nam per montem, supra quem propheta dicitur dimissus supra 40. cap. dicit signari Christum. Item per virum mensurantem ædificium. Item per portam, & etiam alia plura, licet autem dictum beati Gregorij non intendã in aliquo reprobare, tamen aliquibus videretur conuenientius exponi visio prædicta si per diuersas partes & similitudines significarentur diuersa. Item beatus Gregorius de dicta visione exposuit tantum primum capitulum, scilicet 40. & adhuc incompletè: nam illo tempore obsessa fuit Romana ciuitas

Prima opinio Doctorum Catholicorum.

S. Gregorius quid senserit de prædicta visione.

Richardus de S. Victore directè se S. Gregorio opponit.

Hugo Cardinalis media via incedit.

Reuerenter S. Gregoriũ declinat.

Roma obsessa, dum S. Gregorius super Ezech. commentaretur.

ciuitas & multum afflicta: propter quod se excusat de vlteriori prosecutione, ibi terminans dicta visionis expositionem, decem tamen homil. continentem.

ADDITIO.

Post capitulum 48. in Mistificatione, vbi dicitur in Postilla: Nam aliqui vt beatus Hieronymus.

Duo consideranda in prophetia Ezechielis. 1 Parabolæ frequentissimę in Ezechiele.

Circa plurima quæ continentur in prophetia Ezechielis duo sunt consideranda. Vnum est, quod inter ceteros prophetas iste pluribus vtitur parabolis, vt patet in processu suæ prophetiæ, in quo quàm plurimas metaphoras inducit, vnde, ipse Deo dicebat suprà 20.g. A,a,a, domine Deus, ipsi dicunt de me: Numquid non parabolas loquitur iste? Quasi dicant, Omnes sermones istius sunt parabolici: ex qua consideratione habetur, quod istæ visiones ædificationum quas Ezechiel tradit, communiter, sunt metaphoricè intelligendæ: & ideo processus Græc. exponendo huiusmodi visiones censeri debet proprius & litteralis, & secundùm modum loquendi ipsius prophetæ: sicut in his quæ parabolicè dicuntur, sensus litteralis est, non ille qui per litteram significatur, sed qui per res ipsas quas littera significat intelligitur, prout dictum est in prologo super Genesim. Secundum est, quod hic propheta aliqua proponebat per modum præcepti, quæ tamen non debent intelligi vt præcepta, scilicet, vt imponant necessitatem obseruandi, sed quasi consilia quæ non habent vim obligandi ad pœnam, si non seruentur: vnde suprà c.45.f. dicitur: Hæc dicit dominus Deus in primo mense in prima mensis: Sume vitulum de armento immaculatum, & explebis sanctuarium, &c. Et ponit aliqua circa sacerdotes & circa principes in sacrificiis & ornamentis & ingressu templi & aliis, quasi intelligerentur vt præcepta, esset manifestè contra illud quod legitur Deut.4.a. Non addetis ad verbum quod loquor vobis, nec auferetis ex eo. Vnde in veteri testamento sicut nullus potuit auferre aliquod præceptum his quæ Deus præcipiebat per Moysen: ita nullus poterat addere aliquod præceptum vltra illa, & similiter posset dici de ædificatione templi & ciuitatis hic posita, scilicet, quod significabat reædificationem templi aliquando necessariò fiendam secundum ædificationem quæ de consilio prophetico fieri debebat, propter sanctificationem spiritualem illius ædificij quam propheta principaliter intendebat. Et notandum, quod prædictæ considerationes quæ in hac littera, vt patet, fundantur, sunt validæ ad euacuanda argumenta Iudæorum, quæ ex his visionibus Ezechielis communiter sumunt, quæ quidam argumenta credunt esse efficacissima contra nos, qui Christum iam venisse confitemur: cùm tamen prædicta non fuerunt hactenus completa, nec profitemur ipsa complenda, sed prædictis consideratis patet manifestè, quod ista possent & debent intelligi parabolicè dicta, seu per modum consilij, non autem præcepti, vt dictum est.

2 In eodem multa videntur præcepta, quæ non sunt.

Ex prædictis concluditur contra Iudæos.

Expositio visionis imaginariæ secundùm Postillatorem.

Humilis protestatio Postillatoris.

His igitur præmissis intendo dicere, quid mihi videtur de significato visionis imaginariæ: non tamen ad satisfaciendum mihi vel aliis, cum respectu præcedentium doctorum sim nullius momenti, sed ad excitandum animos studiosorum & deuotorum, vt per exercitium studij & orationis quærant dictæ visionis intellectum ab eo, qui sua mysteria reuelat humilibus & deuotis, & abscondit à prudentibus & sapientibus in oculis suis. Credo namque quod nullus possit dictam visionem sufficienter exponere, nisi hoc habuerit ex diuina reuelatione. Dico igitur, quod significatum suprascriptæ visionis potest dupliciter accipi. Vno modo, vt per illam significetur reædificatio templi materialis post reditum Babylonicæ captiuitatis, non tamen illo modo quo dixerunt antiqui Iudæi, quem suprà reprobaui; Alio modo, quod per illam significetur ædificium ecclesiæ per Christum Saluatorem nostrum, sicut communiter dicunt doctores catholici. Ad euidentiam primi modi considerandum, quòd frequenter in scriptura sacra & maximè vet. testam. promissiones diuinæ de bonis futuris, & comminationes de pœnis infligendis, intelliguntur sub conditione, licet scribantur absolutè. De promissionibus patet 1.Reg.2.c. vbi dicitur: Venit autem vir Dei ad Eli, & ait ad eum: Hæc dicit dominus: Numquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cùm esset in Ægypto in domo Pharaonis, & elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem? Scilicet, summum, vt patet per litteram sequentem, & postea subditur: Propterea ait dominus Deus Israel: Loquens loquutus sum, vt domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum: nunc autem dicit dominus: Absit hoc à me, sed quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ex his patet, quod promissio absolutè facta de summo sacerdotio ante exitum filiorum Israel de Aegypto, postea per quadringentos annos vel circiter, scilicet, tempore Eli, ostendit dominus quod illa promissio intelligenda erat sub conditione, scilicet si sacerdotes summi debitè ministrarent, aliter non. Similiter idem patet de comminationibus pœnarum, Ionæ 3.b. vbi de præcepto domini dixit Ionas absolutè: Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur: Et tamen eius subuersio tunc non fuit sequuta: & hoc quia Niniuitæ egerunt pœnitentiam de malis suis ad verbum Ionæ, vt exprimitur ibidem. Ex quo patet, quod comminatio subuersionis Niniue quæ prolata fuerat absolutè intelligenda erat sub conditione, scilicet, si Niniuitæ in malis suis persisterent obdurati: aliter non. Item de promissionibus & comminationibus similiter patet Ierem.18.a. vbi dicitur ex persona domini, Repentè loquar aduersum gentem & aduersus regnum vt eradicem & destruam & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. Ex quo patet manifestè, quod in comminatione facta absolutè intelligitur conditio si illi, quibus fit, perseuerent in malo: Et statim ibidem subditur de promissionibus: Et subitò loquar de gente & de regno, vt ædificem & plantem illud: si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono quod loquutus sum, vt facerem ei. Ex quo patet quod in promissione de bono conferendo, intelligitur hæc conditio, sed si illi quibus fit, steterint in bono. Ad hoc est etiam ratio naturalis, quia si aliquis rex vel princeps promitteret alicui militi equum & arma, & ante completionem promissionis miles auerteret se à rege vel principe ad eius inimicos se conuertendo, numquid teneretur adimplere promissum? Certè non fuit intentio eius, nec debet esse, quod ei daret equum & arma ad impugnandum se, sed magis ad seruiendum sibi. In omni vero peccato mortali homo à Deo auertitur, & ad dæmonem conuertitur: ergo, &c. Item ad hoc potest induci exemplum de filiis Israel, quibus multa terra & alia multa bona promissa fuerunt, quæ numquam obtinuerunt, eò quòd erga Deum suum debitum non fecerunt, sicut patet in libro Iosue, quod filij Israel in suis fortibus cupiditate ducti dimiserunt Gentes idololatras habitare cum eis sub tributo contra præceptum domini, propter quod filij earum succedentes non solum partem terræ tenuerunt, sed etiam populum Israel multipliciter afflixerunt. Similiter in proposito potest dici rationabiliter, quod per visionem imaginariam Ezechieli significata fuit ædificatio ciuitatis & templi materialiter post reditum captiuitatis Babylonicæ futurum, secundùm formam superius descriptam, & sic in re factum fuisset, si populus Israel suum debitum fecisset: nam hæc conditio intelligebatur in promisso, sed non fecit, propter quod templum & ciuitas non fuerunt tunc ædificata secundum modum Ezechieli ostensum: tamen propter aliquos bonos de filiis Israel fuit ciuitas reædificata & templum, minoris tamen capacitatis & nobilitatis quasi incomparabiliter quam fuerat promissum, propter quod Ezechiel in fine dictæ visionis videtur dixisse suprà 48. Amen, quasi dicat, Vtinam sic fiat, & non impediatur per peccata nostra. Quod autem filij Israel non fecerint debitum suum ad obtinendum integrè dictum promissum, patet: quia data generali licentia per Cyrum quod omnes Iudæi de regno suo possent in Iudæam liberè reuerti, & ibi Deo seruire: multi tamen capti amore vxorum quas ibi acceperant, & filiorum quos ibi genuerant, & possessionum quas ibi acquisierant, noluerunt inde reuerti, sed magis elegerunt inter idololatras commorari. Similiter illi qui de captiuitate redierunt in Iudæam, vxores suas Hebræas legitimas contempserunt, & alienigenas contra Dei præceptum duxerunt, & non solum vulgares de populo hoc fecerunt, sed etiam maiores, scilicet, principes & sacerdotes, vt habetur 1.Esd.9. Item postea tempore Machabæorum multi de populo Israel & de sacerdotibus ad vitium contra naturam & idololatriam se conuerterunt, ædificantes in Ierusalem ephebiam, id est, prostibulum iuuenum, & palestram, id est, scholam ad docendum ritus & leges Gentilium, vt dictum fuit 2.Machabæorum. Similiter postea verum Christum eis promissum ex inuidia & malignitate contempserunt, & ipsum coram Pilato negantes per manus militum eius occiderunt, propter quod eorum ciuitas & templum, quæ reædificata fuerant, per Romanos destructa fuerunt, sicut prædixerat Christus Luc.19.f. Videns Iesus ciuitatem sanctam Ierusalem fleuit super eam, &c. Sic igitur patet vna expositio quantum ad significatum visionis imaginariæ superius descriptæ. Sed contra dictam expositionem possent argui. Primò de aquis egredientibus de templo sanantibus mare mortuum à sua salsedine & amaritudine. Secundò de lignis super ripam fluminis facientibus nouos fructus singulis mensibus, hæc enim videntur aliquibus impossibilia. Et per consequens si Iudæi redeuntes de Babylone fecissent erga Deum debitum suum, non tamen ista fuissent eis facta, cùm fuissent impossibilia, vt aliquibus videtur. Et secundum hoc expositio dicta non videtur vera. Ad ista dicendum, quod aliqua sunt possibilia naturæ scilicet, illa quæ naturali cursu peraguntur, & aliqua sunt impossibilia naturæ, possibilia tamen Deo. Et ista sunt in duplici gradu, nam aliqua sunt supra naturam quantum ad suum principium, non tamen quantum ad sequens exercitium, sicut quod cæcus videat, nam eius illuminatio est supra naturam, sed exercitium oculi dati per miraculum est naturale, sicut oculi dati per generationem naturalem. Aliqua verò sunt supra naturam vtroque modo, sicut conuersio panis in corpus Christi, & permanentia eiusdem corporis sub specie panis. Posset igitur dici, vt videtur, quod dulcoratio maris mortui sit possibilis secundum naturam. Nam aquæ maris colatæ per venas terræ fiunt potabiles, & hoc modo de aquis procedentibus à mari oriuntur alibi fontes dulces, & ideo non videtur inconueniens quod aquæ egredientes de templo haberent virtutem naturalem dulcorandi

Significatū supradictæ visionis dupliciter potest accipi.

Promissiones & comminationes sub conditione sunt, licet sonent absolutè.

1 Patet exemplo Heli.

2 & Niniuitarum.

3 testimonio ex Ieremia.

4 ratione naturali.

5 exemplo filiorum Israel.

Ciuitas & templum fuissent materialiter ædificata prout ostensa sunt prophetæ in visione nisi obstitissent peccata Iudæorum.

Quid opponi contra dictam opinionem possit.

Quomodo ad litteram verificari potuisset quod de

randi aquas maris prædicti: nam in diuersis partibus mundi oriuntur fontes A *diuersas virtutes & mirabiles habentes.* Hoc etiam confirmatur per *scripturam: dicitur enim Exodi 15.d. quod aqua Marath in dulcedinem versa sunt per immissionem ligni quod videtur habuisse ad hoc virtutem naturalem, vt dictum fuit ibidem. Similiter dicendum de lignis quolibet mense fructificantibus, videmus enim quòd aliqua ligna & terra nascentia fructificant bis in anno, & forte pluribus vicibus in aliquibus terris, & sic forsitan posset hic dici de fructificatione quolibet mense, & dato quod non sit aliqua talis arbor, non est tamen negandum, quin Deus posset facere, ita quod productio arboris esset supernaturalis, tamen fructificatio sequens naturalis esset: & si hoc ab aliquo negetur, non tamen negari potest, quin Deus posset etiam de qualibet arbore fructum producere quolibet mense miraculose: & ideo si prædicta via non sufficiunt, potest dici, quòd hoc beneficium diuinum fuisset Iudæis continuatum, si erga Deum debitum suum fecissent, sicut per 40. annos pauit eos manna in deserto, & Christianis per orbem qualibet die dat corpus suum & suum sanguinem in sacramento Eucharistiæ.*

Aquis è sanctuario emanantibus ostensum est prophetæ.

Idem quæritur de arboribus singulis mensibus fructificantibus.

ADDITIO.

Post cap. vlt. *In mysticatione, vbi dicitur in Postilla.*

Propter quod Ezechiel in fine visionis dictæ. *In Hebræo neque in translatione Chaldaica, non habetur in hoc loco,* Amen; *vnde non debet ex hoc sumi aliquod argumentum.*

Alia expositio Postillatoris.

B *Aedificatio spiritualis Ecclesiæ.*

A*Lia verò expositio potest accipi, vt per visionem imaginariam supradictam non intelligatur aliqua ædificatio materialis, sed solum ædificatio spiritualis ecclesiæ in montibus fidei & sacramentis. In ecclesia verò, quæ est congregatio fidelium, duplex est regnum, Vnum quantum ad spiritualia, & hoc designatur per ædificium templi: Aliud autem quantum ad temporalia, & hoc designatur per diuisionē terræ & ædificium ciuitatis circa finem libri; vtrumque tamen regnum est à Deo: Ideo dico cum beato Greg. quantum ad hoc, quod per montem in quo propheta dicitur dimissus vel positus suprà 40. c. intelligitur Christus, de quo scribitur Dan. 2. e.* Lapis qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram, *quod exponitur de Christo à doctoribus Hebraicis & Latinis. Super istū autem montem fundatur ecclesia, sicut ipse dicit Matth. 16. c.* Super hanc petram ædif. ec. me. *id est, super me; & hoc quantum ad duplex regimen ecclesiæ prædictum. Et sicut patet ex præcedentibus, primò agendum est de ædificio spirituali, quia primò describitur in præcedentibus ipsum templum circa cuius ædificium describitur triplex murus, scilicet, exterior, medius, & interior. Per exteriorem verò qui circumdat omnia ædificia, intelligitur protectio seu custodia diuina omnia complectens: De quo muro dicitur Isaia 26. a.* Vrbs fortitudinis nostræ Sion, Saluator ponetur in ea murus, &c. *Per murum verò medium intelligitur custodia seu protectio angelica, quæ includitur sub diuina, vnde dicitur Psal. 124. a.* Montes in circuimitu eius. *Id est, angeli, vt dicit gl. Aug. qui sunt in circumitu ecclesiæ per modum muri. Per murum autem interiorem qui est minoris ambitus, intelligitur protectio seu custodia humana, per prælatos ecclesiæ & eorum ministros, quæ minoris efficaciæ est quàm angelica. De hoc autem muro contra malos prælatos dicitur suprà 13. a.* Non opposuistis vos murum pro domo domini. *Intra muros istos est ingressus ex tribus partibus per quas intelliguntur tres partes terræ habitabilis, Asia, Aphrica, & Europa, ex quibus ingressi sunt Ecclesiam multi per susceptionem fidei & sacramentorum, & ingrediuntur de præsenti, & ingredientur de futuro. De istis verò tribus terræ partibus dicitur Ierem. 22. g.* Terra, terra, terra, audi sermonem domini. *de quibus tribus terræ partibus plures audierunt sermonem Apostolorum aliorumq; Christi discipulorum cum effectu credendi. Ex qualibet autem parte trium partium dictarum sunt tres portæ in tribus muris ex opposito se respicientes per quas significantur tres gradus vel status venientium ad fidem. s. incipientium, qui designantur per portam exteriorem, siue primam; proficientium, qui significantur per mediam vel secundam; perfectorum, qui designantur per tertiam vel interiorem. De portis istis dicitur Psal. 86. a.* Diligit Dominus portas Sion, super omnia taber. Iacob. *Per tabernacula Iacob intelligitur status vel gradus fidelium tempore legis Mosaicæ, per portas Sion status vel gradus fidelium tempore legis Euangelicæ, quæ dicitur lex amoris; lex autem vetus, lex timoris; propter quod portæ Sion bene dicuntur prædilecta. In portis autem exterioribus non sunt ædificia magna, sed quædam domunculæ super eas ædificata, vt suprà dictum est, per quod designatur, quod status incipientium est adhuc notabiliter imperfectus. In portis autem mediis & in interioribus sunt ædificia pulchra ad designandum quod proficientes & perfecti, habent maiorem perfectionem, perfecti iam actu, proficientes in potentia actui propinqua: ad quod designandum ad portas medias est ascensus per 7. gradus tantum, ad interiores verò, seu tertias est ascensus per octo gradus. Habet autem qualibet sex portarum vestibulum, porticum, duas frontes, & sex thalamos. Per vestibulum præcedens porticum intelligitur gratia præueniens, de qua dicitur Psal. 58. b.* Misericordia eius præueniet me. *misericordia namque Dei & eius gratia sunt idem. Per porticum verò gratia subsequens, de qua dicitur Psal. 22. b.* Misericordia eius subsequetur me. *Vel aliter potest dici, quod per vestibulum & porticum designatur voluntas bona & operatio sancta, de quibus dicit August. super Ioannem:* Præcedet velle, subsequetur perficere. *Per duas frontes, quæ sunt ad decorem & fortitudinem portarum (propter quod facta sunt ad modum duarum turrellarum ex vtraque parte cuiuslibet portæ) designatur patientia in aduersis, quæ stabilit hominem ne per impatientiam frangatur: & modestia in prosperis, quæ tenet hominem ne per superbiam eleuetur. De istis duabus turrellis dicitur Psal. 121. b.* Fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus tuis: *nam per patientiam in aduersis & per modestiam in prosperis acquiritur & conseruatur abundantia omnium diuinorum beneficiorum in nobis. Per thalamos autem, in quibus homines dormiunt & quiescunt, intelligitur pax. vnde Psal. 4. b.* In pace in idipsum dormiam & requiescam. *Est autem duplex pax, scilicet interna & fraterna, ideo dicuntur thalami esse hinc & inde ex vtraque parte portæ, & tres ex vna parte, quia pacem internam tria faciunt: Primum est conscientia munda, Eccl. 44. a.* Homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis, *Id est, in conscientiis propriis; Secundum est amicitia diuina. August. lib. confessionum,* Inquietum est domine cor meum, donec requiescat in te. *Et Psal. 118.* Pax multa diligentibus legem tuam, *quæ est lex diuini amoris; Tertium est sufficientia modesta, per quam aliquis est contentus his quæ habet, & sic in se pacificatus, de quo potest exponi quod dicitur Matth. 5. a.* Beati beatifici, quoniam filij Dei vocabuntur. *Tales enim filij Dei quodammodo Deo assimilantur, qui non indiget aliquo extra se, sed est sibi sufficientissimus. Similiter ex altera parte portæ sunt tres thalami, quia tria faciunt pacem fraternam: Prima est humilitas vera, quæ intantum pacifica est,* E *quod facit pacificè habitare cum suo contrario: & hoc est speciale in hac virtute; nam castus non habitat pacificè cum luxurioso, nec iustus cum iniquo: sed humilis habitat pacificè cum superbo, quia sicut superbus vul dominari: ita verè humilis subiici, & sic vterque habet quod quærit, & per consequens quiescit. Ideo dicitur Psal. 119. a.* Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. *Id est, cum superbis, de quibus dicitur Prouerb. 13. b.* Inter superbos semper iurgia sunt; *Secundum est æquitas iusta, sine qua nulla societas potest esse pacifica, sicut patet de societate latronum, qui sunt aduersarij iustitiæ; nisi enim inter se iustè diuiderent spolia, statim inter eos oriretur discordia, ideo dicitur Isaia 32. d.* Erit opus iustitiæ pax; *Tertium est, taciturnitas debita, quæ tenet os clausum, ne prorumpat in verba discordiæ seminatiua, vnde per oppositum dicitur Ecclesiast. 28. b.* Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. *De quolibet autem dictorum thalamorum potest dici quod scribitur Deuter. 33. b.* Amantissimus domini habitauit confidenter in eo, Quasi in thalamo morabitur tota die; *qui enim Deum verè diligit, in dictis thalamis iugiter commoratur. Post expositionem portarum procedendum est ad expositionem gazophylaciorum, quæ supra describuntur esse circa pauimentum orientale, & dicuntur esse 30. per quæ designatur impletio 10. præceptorum temporibus tribus necessaria, scilicet, tempore legis naturæ, & tempore legis Mosaicæ, & tempore legis Euangelicæ. Denarius autem numerus multiplicatus per ternarium, consurgit in tricesimum. Et bene dicuntur gazophylacia à gaza & Phylace, quod est seruare: nam per impletionem decem præceptorum conseruantur diuitiæ virtutum. Post expositionem gazophylaciorum sequitur expositio mensarum, quæ suprà dictæ sunt octo: per quas designantur quatuor partes veteris testamenti, & quatuor noui, de quibus tamquam de mensis spiritualibus reficitur totus populus Christianus, secundum quod dicitur Deut. 9. a.* Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. *Quod autem vetus testamentum in quatuor partes diuidatur, dixi plenius in principio Genes. Diuiditur enim in libros legales, historiales, prophetales & sapientiales.* F *Et consimiliter diuiditur nouum testamentum. Nam libris legalibus correspondent Euangelia, historialibus Actus Apostolorum, sapientibus epistolæ Pauli & epistolæ canonicæ, prophetalibus autem Apocalypsis. De qualibet autem dictarum mensarum potest dici quod scribitur Prouerb. 9.* Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum & proposuit mensam suam. *Scriptura namque sacra est mensa sapientiæ. Post expositionem mensarum sequitur expositio atrij interioris, in quo secundum Hebræos quatuor ponuntur, scilicet, altare holocaustorum, gazophylacia sacerdotum hebdomadariorum, & gazophylacia cantorum similiter hebdomadariorum, & transitus aquarum à latere altaris. Et quoniam ædificatio ecclesiæ spiritualis non solum consistit in moribus & refectione de mensa sacræ scripturæ, sed etiam in sacramentis, ideo per altare holocaustorum intelligitur Eucharistiæ sacramentum, in quo quotidie immolatur agnus qui tollit peccata, vnde dicit August. in lib. sententiarum Prosperi:* Semel immolatus est Christus in semetipso, & tamen quotidie immolatur *in sacramento, in quantum per hoc sacramentum efficimur quotidie participes fructus dominicæ passionis, vnde & in quadam dominicali oratione secreta dicitur: Quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. De hoc autem altari dicitur Hebræorum 12. b.* Habemus altare de quo non habent edere potestatem hi qui taberna-

Duplex regnum in Ecclesia. — *Ecclesia fundatur in Christo.* — *Ecclesiam muniunt Deus, Angeli, & Prælati.* — C *Veniunt ad fidem ex omni gente & statu.* — *Status incipientium, proficientium, & perfectorū.* — *Gratia præueniens & subsequens.* — D *Voluntas bona & operatio sancta.* — *Patientia in aduersis & modestia in prosperis.* — *Pacem internam tria faciunt.* 1 2 3 — *Similiter & fraternam.* 1 2 3 — *Impletio præceptorū tribus temporibus necessaria.* — *4. partes Veteris Test. & 4. Noui.* — *Sanctissimū Eucharistiæ Sacramentum.*

A bernaculo deſeruiunt. Id eſt, ceremonias legis veteris obſeruantes. Et quoniam Euchariſtiæ Sacramentum cum diuinis laudibus eſt conficiendum, ideo prope altare ſcilicet in atrio interiori ponuntur gazophylacia ſacerdotum hebdomadariorum & ſimiliter cantorum, per quæ deſignantur merita celebrantium & eis miniſtrantium. Per aquas verò egredientes de templo & tranſeuntes ad latus altaris ſignificatur Sacramentum Baptiſmi, de quo dicitur Ioel.3.d. Fons egredietur de domo Domini & irrigabit torrentem ſpinarum. Dicuntur autem aquæ iſtæ egredientes de templo, per quod templum ſignificantur duo principales noſtræ fidei articuli ſcilicet articulus ſanctæ Trinitatis, & articulus Incarnationis vt poſtea plenius dicetur: quia Baptiſmus ſecundùm communem eccleſiæ formam confertur in nomine ſanctæ Trinitatis, ſecundùm quod dicitur Matth.vlt.d. Euntes docete omnes Gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Et quia in primitiua Eccleſia fuit collatus in nomine Chriſti, vt habetur in Actibus Apoſtolorum in pluribus locis, quod eſt nomen ſuppoſiti, in quo vniuntur natura diuina & humana. De duobus autem iſtis Sacramentis loquitur ſpecialiter Ezechiel Propheta, quia ſunt ſpeciali modo Sacramenta nouæ legis, in quantum Chriſtus per ſe ea inſtituit, & eis vſus fuit in ſeipſo; & hoc patet de Sacramento Baptiſmi in quatuor Euangeliis quantum ad vtrumque ſcilicet inſtitutionem & vſum: & ſimiliter de Sacramento Euchariſtiæ quantum ad eius inſtitutionem. Quantum autem ad eius vſum non habetur in Euangeliis expreſſè, ſed hoc tenet communitas Eccleſiæ quæ dicitur Act.1.a. Cœpit Ieſus facere & docere, & ideo ſicut prius baptizari voluit, & poſtea Baptiſmum aliis impoſuit, ſic in cœna primò corpus ſuum & ſanguinem ſumpſit, & poſtea diſcipulis ſumendum tradidit. Vnum dicit Hieron. ad Lesbiam, Domi-

Euchariſtiæ Sacramentum cum diuinis laudibus eſt cōficiendum.

Aqua Baptiſmalis.

Cur iſta duo Sacramenta ſpecialiter commemorentur?

B ne Ieſus ipſe conuiua & conuiuium, ipſe comedens & qui comeditur: vnde verſus, Rex ſedet in cœna turba cinctus duodena, Se tenet in manibus, ſe cibat ipſe cibus. Per hæc autem duo Sacramenta, quæ principalia ſunt, alia intelliguntur. Poſt expoſitionem atrij interioris procedendum eſt ad expoſitionem templi: Et quoniam ædificatio Eccleſiæ ſpiritualis non ſolum conſiſtit in moribus & refectione per ſacram Scripturam, & Sacramenta, ſed etiam in fidei articulis: ideo per templum ſignificantur ſequentia, quod diuiditur in tres partes ſcilicet porticum, ſanctum, & ſanctumſanctorum. Per porticum autem eſt ingreſſus ad alias partes, & ideo per ipſam intelligitur articulus vnitatis diuinæ eſſentiæ, & articulus ſuæ prouidentiæ quantum ad præmiationem boni, & punitionem mali. Fides enim iſtorum articulorum ſemper fuit neceſſaria ad ſalutem, & eſt prima ad aliorum credulitatem, vnde dicitur Hebr.11.a. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt & inquirentibus ſe remunerator ſit. Per ſanctumſanctorum intelligitur articulus ſanctæ Trinitatis ſecundùm tres manſiones, vna ſuper aliam ibidem exiſtentes: Licet autem non ſit ibi ſuperioritas nec inferioritas propriè, tamen Filius eſt à Patre, & Spiritus ſanctus ab vtroque & ſecundùm hoc dicit Hilarius quod auctoritas eſt in Patre, & ſubauctoritas in filio. Per partem templi quæ dicitur ſanctum intelligitur articulus Incarnationis benedictæ, per quam tres naturæ in ſuppoſito filij ſunt vnitæ, ſcilicet natura diuina, anima rationalis, & caro Chriſti puriſſima: quæ ſignificatur per tres manſiones vna ſuper aliam exiſtentes. Diuina namque natura ſuperior eſt ad animam, & anima ad carnem. De iſtis verò duabus templi partibus poteſt accipi quod dicitur Apocal.21.g. Et templum non vidi in ea,

Vnitas diuinæ eſſentiæ, & diuina prouidentia.

Sanctiſſima Trinitas.

Incarnatio.

C ſcilicet materiale: quia ſecundum iſtum vltimum exponendi modum, per viſionem Ezechielis non intelligitur aliqua ædificatio materialis, ſed tantum ſpiritualis; ideo ſequitur ibidem, Dominus enim Deus omnipotens, trinus in perſonis, templum eius eſt, quantum ad ſanctumſanctorum, & agnus, id eſt, Filius incarnatus, quantum ad illam templi partem, quæ dicitur ſanctum. Per pilarios autem templi ſignificantur miracula confirmantia fidem Chriſti: vnde dicitur Marci vlt.d. Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Per Cochleas verò quibus aſcenditur ſurſum, poſſunt intelligi notitiæ creaturarum, quibus aſcendimus in cognitionem diuinorum, ſecundum quod dicitur ad Rom.1.c. Inuiſibilia ipſius, id eſt, Dei, à creatura mundi, id eſt, ab homine, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas; Per appendicia verò circa templum exiſtentia intelliguntur omnia alia ad fidem pertinentia, eò quòd ad prædictos articulos annectuntur, Et quoniam fides informis mortua eſt, niſi fuerit charitate formata: ideo ex vna parte templi ponitur ædificium auſtrale, ex qua parte prouenit æſtus caloris, ideo ædificium auſtrale ſignificat feruorem dilectionis. Ex altera verò parte ædificium aquilonare, ex qua parte venit horror frigoris: propter quod ædificium aquilonare ſignificat donum timoris filialis: Timor enim cauſatiuus eſt infrigidationis & tremoris, vt patet ad ſenſum, Dictum eſt autem ſuprà quod in his duobus ædificiis eſt habitatio ſacerdotum, quia ſacerdotes eſſe debent in continuo timore, ne Deum offendant, & in feruore dilectionis, vt ei deuotè deſeruiant. De iſtis ædificiis aquilonari & auſtrali poteſt accipi id quod ſcribitur Can.4.d. Surge aquilo & veni auſter, perfla hortum meum & fluent aromata illius. Per ſpiritum enim timoris & dilectionis fluunt aromata chariſmatum in horto eccleſiæ militantis. Per quatuor autem atriola poſſunt intelligi quatuor virtutes cardinales, de quibus atriis dicitur Pſal.83.c. Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. Nam commorari in exercitio virtutum cardinalium eſt optimum. Per culinas verò ſeu coquinas poſſunt intelligi doctores ſacræ Scripturæ, deuoti, qui ſuis meditationibus decoquunt cibum ſacræ Scripturæ, vt alij poſſint inde refici, ſecundum illud Pſal.38. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Iſtæ verò coquinæ ſunt in atriolis ſituatæ, quia doctores ſacri eloquij debent prius in quatuor virtutibus cardinalibus eſſe exercitati. Dicitur enim 1.Ethi. quòd moralis philoſophiæ non eſt conueniens auditor ille, qui eſt ſecutor paſſionum; & multò minus eſt conueniens auditor theologiæ; & adhuc multò minus conueniens eius doctor; propter quod in ſacræ Scripturæ doctoribus præexigitur exercitium in virtutibus moralibus. vnde dicit philo.7. Phyſic. quòd ſedendo fit anima ſciens & prudens, quia ſedando turbationes paſſionum & quieſcendo ab impulſionibus earum, quod fit per virtutū moralium exercitium, acquiritur ſanctarum notitia Scripturarum. Poſt expoſitionem templi & ædificiorum circa ipſum, dicendum eſt quid ſignificetur per ſacerdotes in ipſo miniſtrantes. Circa quos 5. ſunt ſuperius deſcripta ſcilicet eorum genus, habitus, modus, victus & actus. Circa primum dicitur quòd ſint filij Sadoch, qui interpretatur iuſtus: & per hoc deſignatur quòd Eccleſiæ miniſtri debent eſſe per imitationem ſpecialem filij Chriſti, qui dicitur antonomaſticè iuſtus, Iſa.45.b. Rorate cæli deſuper, & nu. &c. vnde Ioannes Apoſtolus de ſe ſibi & ſimilibus dixit 1.canonic. 3.a. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater vt filij Dei nominemur & ſimus. Quantum ad ſecundum dicitur quòd habeant veſtes lineas, per quas in miniſtris Eccleſiæ deſignatur mentis & corporis puritas, & ſubditur, Quod femoralia linea operiant turpitudinem carnis ſuæ, per quod ſignificatur, quòd in miniſtris Eccleſiæ nihil turpitudinis aut diſſolutionis in verbo, geſtu, vel facto debeat apparere: vnde dicitur Exod.19.d. Sacerdotes qui accedunt ad me, ſanctificentur, ne percutiam eos. Dicitur etiam ſuprà de ſacerdotibus, quòd in aliis veſtibus miniſtrent in templo & in aliis habitent cum populo, quod impletum videtur in nouæ legis ſacerdotio. Quantum ad tertium dicitur quòd ſacerdotes comam non nutriant, ſed attondentes tondeant: per quod ſignificatur tonſura clericalis in miniſtris no. le. Quantum ad quartum verò dicitur quòd ſacerdotes non comedant captum à beſtia, nec per ſe mortuum, per quod deſignatur quòd miniſtri Eccleſiæ non debent de rapina vel alio illicito viuere. Item de ſacerdotibus dicitur quòd vinum non bibant quando ingreſſuri ſunt templum, per quod intelligitur quòd in miniſtris Eccleſiæ eſſe debet ſobrietas, & potiſſimè quando debent celebrare, tunc enim in eis requiritur non ſolum ieiunium Eccleſiæ, ſed etiam naturæ. Quantum ad quintum dicitur, quòd celebrent diuinum officium, & quòd doceant populum, quod ſit mundum & immundum, & quod in dubiis determinent quod ſit tenendum: per quod deſignatur quod in miniſtris Eccleſiæ debet eſſe deuotio ad debitè celebrandum diuina, & ſacræ Scripturæ cognitio ad docendum populum quæ ſunt licita & quæ illicita: & ad determinandum quæ in dubiis ſint tenenda, iſta tamen cognitio maior requiritur, ſecundum quod aliquis in Eccleſiæ gradu maiori conſtituitur, propter quod de ignorantibus dicitur Oſee 4.b. Quia repuliſti ſcientiam repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi.

Miracula fidem confirmantia.

Scientiæ phyſica.

Fidei adiungendus eſt feruor charitatis & timor filialis.

4. virtutes cardinales.

D

Doctores ſancti.

Miniſtri Eccleſiæ debent eſſe filij Chriſti.

E

puri mente & corpore.

Tonſura clericalis.

Sobrietas ſacerdotem decet.

F

ADDITIO.

In myſticatione, vbi dicitur in Poſtill. Per aquas verò egredientes de templo.

De iſtis aquis egredientibus de templo plura ponuntur in littera, quæ Poſtill prætermiſit in exponendo: vt cùm dicit, Menſus eſt mille cubitos, & traduxit me per aquam vſque ad talos. Ruſumque mille menſus eſt, & traduxit me per aquam vſque ad genua, &c. quæ omnia non eſt intelligendum ſuperfluè fuiſſe dicta, vnde in gloſſ. ſub quolibet particularium hîc contentorum myſterium traditur, & ideo ſi quis de his quæ hîc continentur, plenius vult informari, ad illam recurrat.

NICOLAVS DE LIRA.

POſtquam dictum eſt de ſpirituali ædificatione Eccleſiæ quantum ad ſpirituale regimen ſeu ſtatum clericalem, hîc conſequenter agitur de ædificio eodem prout ſpectat ad regimen temporale, ſeu ſtatum laicalem. Circa quod tria ſunt ſuperius deſcripta, ſcilicet diuiſio terræ, conditio principis, & ciuitatis ædificium. Ad intellectum iſtorum ſciendum quod nulla communitas populi poteſt conuenienter ſtare ſine conſeruatione iuſtitiæ. Eſt autem duplex iuſtitia, vt dicitur 5.Ethic. ſcilicet commutatiua & diſtributiua. Prima propria eſt inter populares in emptionibus & venditionibus & aliis iuſtis commutationibus: & hæc iuſtitia loca habet in bonis mobilibus & etiam in bonis immobilibus. Quantum autem ad immobilia dictum eſt ſuprà quod debet tribubus 12. diuidi terra per æqualia, per quod intelligitur quod populi Chriſtiani debent ad inuicem vti iuſtitia commutatiua, cuius medium attenditur ſecundùm æqualitatem quantitatis, vt habetur 5. Ethic. & hoc fit in bonis immobilibus, quando quilibet hereditate propria eſt contentus, & non accipit per violentiam ſeu fraudem de poſſeſſione alterius, vnde dicitur Deut.27. Maledictus qui trāsfert terminos proximi ſui, dicet omnis populus,

Eccleſiæ ſtatus laicalis.

Iuſtitia eſt duplex.

populus, Amen. *Similiter in bonis mobilibus debet vti iustitia commutatiua populus Christianus, & quantum ad hoc dicitur super 45.d.* Statera iusta & ephi iustum: & batus iustus erit vobis, &c. *De principibus autem dicitur, quod sint contenti terminis suæ possessionis, per quod intelligitur, quod principes Christiani debent esse contenti suis reditibus, & nullo modo grauare populum exactionibus indebitis, vnde dicitur Deuter.17.d. de rege:* Cùmque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec habebit vxores plurimas, quæ alliciant animam eius, neque auri & argenti immensa pondera, *per grauamen, scilicet populi congregata: propter quod de facientibus contrarium dicitur Isaiæ 1.f.* Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, causa viduæ non ingreditur ad eos. *Principes igitur vtuntur iustitia commutatiua, quando sunt contenti propriis reditibus, & similiter regni sui limitibus, ita quòd non vsurpent indebitè sibi aliorum regna in toto, vel in parte. Iustitia verò distributiua propriè pertinet ad superiores qui sunt honorum & onerum debitorum subditis impositores: & hæc iustitia non attenditur secundum æqualitatem quantitatis, sed proportionis, vt quilibet honoretur plus vel minus sicut valet, & puniatur plus vel minus, sicut debet. Et de ista iustitia quantum ad sacerdotes, qui sunt superiores in spiritualibus, iam dictum est, quod debent determinare dubia, & quod teneatur eorum sententia, per quam vna pars iustificatur & alia condemnatur. Quantum ad principes autem dicitur in textu, quod faciant iudicium & iustitiam in populo per quod designatur, quod ad hoc tenentur principes Christiani plus quàm principes tempore vet.test. quia totus ille status fuit figuralis respectu no.test. sicut dicitur 1.ad Cor.10.c.* Omnia in figura contingebant illis. *Figura autem deficit à perfectione illius rei cuius est figura: propter quod principes Christiani debent esse multo perfectiores, quàm principes Iudæorum tempore vet.test. Circa tertium scilicet ædificium ciuitatis, patet ex fine libri Ezechielis, quòd in quadro describitur. Per ciuitatem verò, quæ dicitur ciuium vnitas, intelligitur vnitas populi Christiani in fide & sacramentis ecclesiæ, vnde dicitur Ephes.4.b.* Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. *Per hoc autem quod in quadro describitur, significatur quod populus Christianus exerceri debet in quatuor virtutibus cardinalibus. Dicitur enim 10.Eth. quod intentio legislatoris est ciues facere bonos seu virtuosos. In quolibet autem latere ciuitatis describuntur tres portæ, & à 12. tribubus nominatæ & ad 4. orbis partes æqualiter respicientes, per quod intelligitur, quod ad principem Christianum, ad cuius officium spectat præesse communitati ciuium, omnes Christiani sibi subditi tam minores quàm maiores ex qualibet parte regni sui liberum ad eum habeant accessum, tamquam ad conseruatorem & defensorem omnium. Et quoniam in hoc sunt Dei ministri & eius vicarij, secundum quod dicitur Rom.13.a.* Principes non sunt timori boni operis, sed mali; *& subditur,* Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes. *Ideo subditur in fine libri,* Et nomen ciuitatis ex illo die, dominus ibidem: *quia ciuitas non nominatur à vicario, sed à principali domino: & sic communitas populi Christiani denominatur à Christo. Circa verò prædicta, scilicet ædificium templi diuisionem terræ & ædificium ciuitatis, descripti sunt multi numeri determinati cubitorum & calamorum: de quibus probabiliter potest dici in generali, quod per ipsos intelligitur certa quantitas meritorum secundum conditiones & opera personarum: sed quoniam ista certa quantitas soli Deo nota est quantum ad omnia, aliis verò quantum ad aliqua, quibus & quantum sibi placuit reuelare, ideo circa expositionem dictorum numerorum in speciali & particulari descendere nolui: sed hoc aliis relinquere, quibus reuelare voluerit ille: de quo dicitur Dan.2.d.* Ipse reuelat profunda & abscôdita & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. *Cui est laus, honos & gloria, &c.*

Marginal notes: Principum rapacitas. — Principes tenentur facere iudiciũ & iustitiam. — Officium plebis Christianæ. — Principes debent rebus populi vacare. — Cur non fiat de numero cubitorum & calamorum mysticationem.

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES AD PROLOGVM S. HIERONYMI IN DANIELEM PROPHETAM.

PRologus hic est inter Epistolas S.Hieronymi numero 120. scriptas ad Paulam & Eustochium: & quinque habet partes: in prima rationẽ reddit, cur Ecclesia Dei Danielem non legat iuxta editionem septuaginta Interpretum, sed iuxta translationem Theodotionis. In secunda de difficultate huius translationis agit, ibi, *Sciendũ quippe.* In tertia, de quibusdam partibus Danielis, quæ in Hebræo non habentur, iudicium & argumenta interponit: incipit hæc pars Prologi ab illis verbis; *Hac idcirco refero.* In quarta parte, ibi, *Super qua re lectoris arbitrio iudicium relinquens*, Iudæorum, & Porphyrij sententias de huius auctoritate Prophetæ adducit. In quinta parte, ibi, *Vnde obsecro vos Paula, &c.* postulat orationibus sanctarum feminarum, ad quas scribit, in studiorum suorum laboribus adiuuari.

1 *Danielem Prophetam.* Docet prophetiam hanc Danielis legi in Ecclesiis Christi, non ex translatione septuaginta Interpretum, sed ex editione Theodotionis. Et causam reddit, quia editio illa, quæ attribuebatur septuaginta Interpretibus, valdè corrupta sit, atque ideo meritò ab Ecclesiis repudiata siue reiecta, ne in sacris conuentibus fidelium ad officia diuina congregatorum legeretur.

Marginal note: Cur Ecclesia legat Danielem iuxta editionem Theodotionis.

De assertione hac, nimirum quòd Danielis prophetia iuxta editionem Theodotionis in Ecclesiis legatur; notanda sunt tria. Primum est, (quod aliquoties in aliis procemiis S.Hieronymi monuimus) ipsum perpetuò & constanter tribuere septuaginta Interpretibus, non solius Pentateuchi Mosaici, sed plerorumque etiam aliorum librorum veteris instrumenti translationem. Atque adeò eos, qui mordicus asserunt solos libros Mosis ab eis fuisse in Græcam linguam deriuatos, habere contra se auctoritatem Hieronymi, quæ hac in re maximi momenti est. Nam cùm ipse passim ferè se contra æmulos defendat obiicientes tamquam magnum piaculum, quod ab auctoritate septuaginta Interpretum in translatione sua in libris historicis & prophetalibus dissentiret: & facillimè potuisset illam obiectionem diluere, negando vllos libros à LXX. Interpretibus fuisse translatos, præter libros Mosis; numquam tamen sic respondet, sed eorum auctoritatem sic verecundè eleuat, vt dissensum potius in corruptos codices seu exemplaria deprauata reiiciat, quàm in ipsos interpretes; adeoque ipsorum expositionem simul cum sua translatione sæpius ponit, & differit: non facturus proculdubiò, si eos solum Pentateuchum Mosis transtulisse putasset.

Marginal note: 70. non solum Pentateuchum transtulerunt.

2 Alterum est, in illis verbis, *Domini Saluatoris ecclesiæ*; Nempe inde apparet in Ecclesiis omnibus Orientis & Occidentis, officia ecclesiastica, & orationem publicam fidelium, lingua Græca, aut Latina fuisse: non autem vlla alia vulgari. Certum est enim Hieronymum hic loqui, aut de libro Danielis à Theodotione in Græcam linguam translato; seu de Græco contextu Prophetæ; aut de Latino contextu qui ex Græco Theodotionis fuerat expressus. Quare frustra & indoctè tamquam abusum aut corruptelam Ecclesiæ Romanæ obiiciunt nouatores, vsum linguæ vulgò ignotæ in Ecclesiasticis officiis: cùm ille semper fuerit totius Ecclesiæ vsus, iam ante tempora S.Hieronymi, quibus non audent isti dicere Ecclesiam Romanam in corruptelas similes incidisse. Nam quod tunc temporis prouinciæ omnes præter linguam Latinam & Græcam doctioribus notas, vsurparent quoque linguam seu Dialectũ sibi propriam, quam solam intelligentes indocti, Latinam Græcamque ignorarent, notius est, quam vt debeat argumentis aut testimoniis ostẽdi.

Marginal note: Preces publicæ Ecclesiæ in linguis vulgo ignotis.

INCIPIT PROLOGVS S. HIERONYMI IN DANIELEM PROPHETAM.

DAnielem Prophetam iuxta septuaginta Interpretes, Domini Saluatoris Ecclesiæ non legunt, vtentes Theodotionis editione, & hoc cur acciderit nescio:

3 Tertium est, auctoritas Ecclesiæ in diiudicandis & admittendis editionibus sacræ Scripturæ; ex illis verbis, *Vtentes Theodotionis editione.* Erant septuaginta Interpretes, viri fideles, & sancti, & Spiritu Dei pleni, vt omnes admittunt: erat Theodotion apostata Iudaizans, infidelis, & hostis Christianæ veritatis, vt nemo nescit; & tamen huius in hoc libro editionem prætulit Ecclesia editioni illi, quæ

Marginal note: Auctoritas Ecclesiæ in sacris Scripturis discernendis.

quæ septuaginta Interpretibus est attributa. Et præualuit auctoritas Ecclesiæ, non propter consuetudinem imperitorum; vt Erasmus & alij ei similes loqui amant; sed propter Spiritus sancti assistentiam, quæ illam in omnem inducit veritatem. Et rectissimo iudicio, non sola consuetudinis violentia, hoc factum fuisse, docet S. Hieronymus in sequentibus.

4 Siue enim quia sermo Chaldaicus est, & qui- 5 busdam proprietatibus à nostro eloquio discre- 6 pat, noluerunt LXX. Interpretes easdem linguæ 7 lineas in translatione seruare; siue sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis Chaldæam 8 linguam sciente editus est liber; siue aliud quid causæ extiterit, ignorans; hoc vnum affirmare 9 possum, quòd multum à veritate discordet, & 10 11 recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe, Danielem maximè & Esdram Hebraicis quidem litteris, sed Chaldaico sermone conscrip- 12 13 tos: & vnam Ieremiæ pericopem; Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere societa- 14 tem. Denique & ego adolescentulus post Quintiliani & Tullij lectionem, ac flores rhetoricos, 15 cùm me in linguæ huius pistrinum reclusissem, 16 & multo sudore multoque tempore vix cœpissem anhelantia stridentiaque verba resonare,

Editio 70. in Daniele reiecta.

4 *Siue enim quia sermo.* Reddit causam, cur Ecclesia vti voluerit potius editione Theodotionis in Danielis libro, quam translatione septuaginta Interpretum: nemque quia editio seu translatio (quæ tunc circumferebatur) septuaginta Interpretum, corrupta valdè sit, & multum à veritate Hebraica discordet. Hoc vt ostêdat, coniecturas duas adfert, huius in septuaginta editione deprauationis, seu dissensionis ab Hebræo contextu. Prima coniectura est, à sermone Chaldaico, quo liber Danielis maxima ex parte scriptus est: qui

Chaldææ linguæ ab Hebræa diuersitas.

5 *Quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat*; hoc est, quia viderant Interpretes, idioma Chaldæum aliam formam loquutionis habere, quam habeat sermo Hebręus; ac proinde si transferrent Danielis Chaldaica, iuxta proprietatem illius linguæ, appareret difformitas quædam in translatione Græca, cuius aliqua pars responderet Chaldaismis, alia Hebraismis; atque ita confunderetur legêtis animus, qui assuetus Hebraismo, fluctuaret cùm occurreret Chaldaismus; ideoque, propter hanc Hebraismi & Chaldaismi discrepantiam, fortasse (inquit sanctus doctor)

6 *Noluerunt 70. Interp. easd. linguæ lineas in translatione seruare.* Hoc est noluerût Chaldaica Danielis, iuxta proprietatem linguæ Chaldææ in Græcam transferre, sed suam translationem ad proprietatem potius linguæ Hebrææ accommodarunt: vt eumdem quasi stylum, & modum sermonis lector inueniens, non distraheretur à consueta sibi intelligentia. *Easdem lineas linguæ*, vocat, verbum è verbo exprimere; iuxta proprietatê ipsius linguæ: sicut pictor alicuius vultum ad viuum exprimere volens, omnia lineamenta seruat iuxta proprietatem naturalem vultus, quem proponit sibi exprimendum. Est enim hæc metaphora à pictoribus desumpta.

Sed quia vidit hanc coniecturam non plenè satisfacere, quia ex ea sequeretur tantum diuersitas in verborum seu idiotismorum expressione, non autem in ipsa sententia; quam tamen ea septuaginta virorum editio Danielis, quæ tunc circumferebatur, habuisse videtur, addit secundam coniecturam:

7 *Siue sub nomine eorum* (septuaginta Interpretum) *ab alio nescio quo* (obscuro videlicet aliquo & ignoto auctore) *non satis Chaldæam linguam sciente*, (atque ideo sententiam Prophetæ valdè deprauatè exprimente,) *editus est liber*, tamquam si ab ipsis septuaginta fuerit translatus. Hæc est coniectura secunda, nempe, ideo valdè imperfectam esse illam translationem, quia fortè non est à septuaginta Interpretibus Chaldaicè peritis facta: sed ab aliquo illius linguæ imperito supposita & falsò attributa septuaginta interpretibus, vt auctoritatem ab eorum mutuato nomine haberet. Sed quia nec hæc coniectura satis valida visa est doctori sancto, addidit,

8 *Siue quid aliud causæ extiterit ignorans*: id est, aut si illæ coniecturæ non sunt veræ, cùm ignorem quæ alia causa mouerit Ecclesiam, vt istam interpretationê reiiceret; sufficit, quod non sine magna causa putanda sit eam reiecisse. Et subiicit ipse causam abundè sufficientê.

9 *Hoc vnum affirmare possum*; tametsi reliquas illas coniecturas non affirmem certas esse, certum tamen habeo & indubitatum,

Editio tributa septuaginta viris, ab Hebræo Danielis discordat in multis.

10 *Quod multum à veritate discordet*. hoc est, cum valdè multis dissentiat ab ipso originali Hebręo & Chaldæo Danielis contextu, quem hîc *veritatem* appellat, ad quam translationis auctoritas debet examinari. Atque adeò, sequitur vt

11 *Recto iudicio repudiatus sit*: non ob imperitorum consuetudinem, sed solido iudicio, perspecta nimirum tanta eius ab originali contextu varietate. Repudiatum autem dicit, non quasi omnino damnatum, sed vt non habentem auctoritatem, quæ digna esset in fidelium conuentibus legi.

Industria Hieronymi in addiscendo.

Sciendum quippe. Hæc est secunda Prologi particula, qua eloquentiæ exaggerat difficultatem, quam in huius prophetiæ translatione adornanda passus fuit, ob linguæ Chaldaicæ obscuritatem, quam non ita peritè callebat, vt Hebræam. Primò ergo docet quæ partes huius libri, & aliorum in Scriptura sacra, Chaldaicè scriptæ fuerint; Deinde quomodo post graues labores in Hebræa lingua perdiscenda susceptos, occasione Danielis transferendi coactus fuerit denuo in Chaldæa lingua fieri discipulus. Dicit igitur, *Danielem maximè & Esdram*, libros ab istis sanctis editos, *Hebraicis quidem litteris*, seu characteribus, sed Chaldaico *sermone conscriptos*. Eædem enim formę seu figuræ litterarum & characterum communes sunt vtrique linguæ; sicut Latina, Italica, Hispanica, apud nos, tametsi inter se proprietatibus diuersæ, iisdem tamen formis characterum excudi solent.

De lingua Hebræa & Chaldæa.

12 *Et vnam Ieremiæ pericopem*; id est, vnam sectionem Ieremiæ, κόπτω enim Græcis est *scindo*, & περικόπτω abscindo, περικοπή, abscissio, sectio; pars aliqua tractatus ab aliis diuisa.

An in libro Iob sint Arabismi.

13 *Iob quoque*, historiam, siue ab ipso, siue à Mose conscriptam; *cum Arabica lingua plurimam habere societatem*; seu vicinitatem, aut propinquitatem. Cùm enim Iob fuerit Idumæus, Idumæi autê & Madianitę vel sint Arabes, vel Arabû origo; ipse Iob suam historiam scripsisse putatur sua lingua Arabica; è qua Moses (qui & ipse in Idumæa, & Madianitide terra quadraginta annos vixit, sacerdotis Madian. filia in vxorem ducta) ad solatium Israelitarum in Ægypto seruientium, eamdem Iobi historiam in Hebræum idioma transtulit, & suo stylo digessit: retentis, (vt solet fieri ab iis qui diu peregrinæ linguæ assueuerunt) non paucis Arabicæ, hoc est, Madianiticæ, & Idumææ linguæ Idiotismis; quos non ita aduertimus nos, qui earum linguarum plenam notitiam non habemus: benè autem nouerat Hieronymus, qui in illis ipsis regionibus Arabum, Iudæorum, Idumæorum, Madianitarum diu viuens, sermonem incolarum plenius dignoscere potuit. Ad hoc autem dixit, hos libros, præsertim, Danielem, Chaldaicè scriptum esse, vt ostenderet, quantum in iis transferendis debuerit laborare; quæ est secunda pars Prologi, qui artificiosè sic inducit:

14 *Denique & ego adolescentulus.* Summa huius periodi hæc est: multum me oportuit laborare, vt Hebræam linguam addiscerem; quam mediocriter callens, ad sacrarum Scripturarum translationem adornandam accessi: sed auctus est mirè labor hic, cùm ad Danielem veniens, perspexi me insuper Chaldæam linguam debere addiscere, quam etsi multum laborauerim, non tamen ita plenè noui, vt Hebræam.

Non immorandum nimis studiis humanis.

Ego adolescentulus. Innuit sese citò à litteris profanis, studiisque oratoriis, ad sacrarum litterarum studia, pietatisq; exercitationem transtulisse: non autem (sicut multi faciunt) in humanis nugis versandis consenuisse. *Post Quintiliani, & Tullij lectionem.* Duo enim hi sunt præstantissimi Latinæ linguæ auctores: quibus quo quis est proximior, eo proculdubio est & latinior. Vnde Quintilianus de Cicerone dicit: *Ille se profecisse sciat* (in stylo & eloquentia Romani sermonis) *cui Cicero valdè placebit*; id est, qui se maximè ad Ciceronis eloquium conformabit. *Et flores rhetoricos.* Eloquentia enim humana, multum habet floridæ amœnitatis, parum solidæ vtilitatis & veræ sapientiæ.

Pistrinum.

15 *Cùm me in linguæ huius pistrinum reclusissem.* Pistrinum, officina pistorum, in qua frumenta molebantur, & panes pinsebantur: quo in labore plerumque serui seu mancipia cogebantur, tamquam supplicij loco, occupari: vnde senex iratus apud Comicum, dicit procaci seruo, *In pistrinû te Daue dedam, ea lege. vt si te inde exemerim, ego pro te molam*; tamquam maximum & durissimum supplicij genus comminatur, reclusionem in pistrinum. Similem huic supplicio molestiam dicit S. Doctor se suscepisse, cùm se addiscendæ linguæ Hebrææ dedisset. Præsertim, post faciles & amœnos flores eloquentiæ. Sed vt ad solidos & veros fructus diuinæ sapientiæ in sacris litteris clausos perueniret: putauit sibi durum hunc laborem tolerandum, & quasi in pistrino seruis, sic sibi in linguæ huius difficultate superanda laborandum; qua lingua diuina eloquia conscripta fuerant originaliter.

16 *Et multo sudore, multoq; temp. vix cœp. anhelantia stridentiaq; verba resona-*

Est enim linguæ Hebrææ, & idiomatum ab ea proxime deductorum proprium, abundare litteris aspiratiuis, & stridulum sonum habentibus: quibus pleræque occidentalium nationum linguæ carent, Latina maxime: ideoque nulla occidentaliũ linguarum potest vllis suis litteris Hebræorum aspiratiuas, ain, hheth, & caph raphatum exprimere; quas hic vocat *anhelantes*, quia non nisi anhelitu per nares educto pronuntiari potest *ain*, nec nisi ad palatum prope guttur alliso, & quasi ipsum radente, caph raphatum; nec nisi spiritu siue anhelitu ab imo pectoris accersito, more ex cursu fatigati pronuntiatur *hheth*; Et tamen hæ litteræ sunt omnium frequentissimæ in lingua Hebræa: Stridentes autem litteræ sunt *thade*, & *thau*, & *shin*, quas Latina lingua numquam agnouit, licet nunc Hispani & Itali & Galli, & Germanicæ gentes agnoscant tsade & shin; *thau* autem stridorem Hispani, Itali, Galli, assequi nequeunt. Recte ergo Hieronymus Latinæ linguæ cultor, ista Hebræorum vocabula, litteris sibilantibus, stridentibus, anhelantibus constantia, vocauit anhelantia, & stridentia.

17 & quasi per cryptam ambulans rarum desuper lumen aspicerem; 18 impegi nouissime in Danielem: & tanto tædio affe- 19 ctus sum, vt desperatione subita omnem laborem veterem 20 21 voluerim contemnere. Verum adhortante me quodam He- 22 bræo, & illud mihi sua lingua crebrius ingerente, labor om- nia improbus vincit: 23 qui mihi videbar sciolus inter Hebræos, 24 cœpi rursum discipulus esse Chaldaicus. 25 Et vt verum fatear, vsque in præsentem diem magis possum sermonem Chal- 26 daicum legere & intelligere, quam sonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Danielis ostenderem, qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec hymnum trium 27 puerorum, nec Belis, draconisque fabulas; 28 quas nos (quia toto orbe dispersæ sunt,) 29 veru apposito, easque iugulante, 30 subiecimus: ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse. 31 Audiui ego quemdam de præceptoribus Iudæorum, cùm Susannæ derideret historiam, & à

17 *Et quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem.* Crypta est subterranea speluca, aut subterraneum ambulacrum, à κρύπτω, quod est abscondo. Christiani fideles téporibus persequutionum sæuarum, multas cryptas sibi variis in locis cõstruebant subterraneas, in quibus & synaxes seu conuentus sacros agebant, & reliquias martyrũ, sacros codices, ornamenta ecclesiastica absćondebant. In quibus cryptis per certa interualla ex desuper apertis fenestellis, seu foraminibus secretis, lumé affundebatur; quod quia per interualla distincta fiebat, non erat magna luminis copia, sed quantum ægrè sufficiebat ad discernendas actiones, ideo vocat hic Hieronymus, *rarum lumen*; nam vbi magna est luminis copia, quasi condensatum aut inspissatum lumen dicimus. Itaque significat Hieronymus modestè, ex diligenti industriaque animi contentione tantum se profecisse in studio sacræ linguæ, vt saltem in ea tantum haberet peritiæ, quantum luminis habere solebant in cryptis ambulantes, quantum nimirum sufficeret ad necessariũ & obuium scripturæ sensum discernendum; Qua eius modestia de se loquentis, non obstante, fatendum est ipsum præ omnibus aliis in ecclesia, dono gratiæ diuinæ, & indefesso studio plenissimam eius linguæ peritiã assequutum fuisse, vt parem illi ea in re posteriora non tulerint sæcula: quæ nec tantam sanctitatem cum tali iudicio & eruditione, tanto cum studio & industria, tanto cum audiutorio doctorum Hebræorum, quibus adhuc erat lingua Hebræa penè natiua & vernacula, quibuscum quis posset versari; simul inquam, hæc omnia non potuerũt exhibere; quæ præparata voluit Deus huic sancto Doctori, quem (vt ait ecclesia in eius festo) in exponendis scripturis, hoc est in linguas nostras transferendis, doctorem maximum prouidit.

18 *Impegi nouissime in Danielem.* Impingere est, in aliquod offendiculum, lapidem, aut quid simile, nec opinatum, nec præuisum ita incidere ambulando, vt propterea haud procul à lapsu sit, qui sic impegit. Quasi putasset Hieronymus, adepta Hebrææ linguæ tanta peritia, securè & inoffenso pede posse se per omnia scripturæ volumina spatiari: sed impegisse in Danielis Chaldaismum, cũ existimasset forsitan, se in libris veteris testamenti, non inuenturum tantam ab Hebræo idiomate diuersitatem, quantam in Danielis libro offendit.

19 *Et tanto tædio affectus sum.* Sub iisdem characteribus, & eadem fere dictionum analogia, tantam inueniens significationum, & idiotismorum diuersitatem.

20 *Vt om. lab. vet. voluer. contemnere.* Quem videlicet eousque in transferendis reliquis veteris instrumenti voluminibus exantlauerat: omnem enim illum laborem facilem illi effecerat adepta iam Hebrææ linguæ peritia: quæ licet prima fronte aditum illi facilem ad Chaldaismi intelligentiam promittebat; tamen progressu lectionis, inuenit adeo non sufficere, vt iam tum primum sibi videretur laborare; & antea minimè laborauisse. Hoc est enim veterẽ laborem contemnere, eum vix laboris nomine dignum iudicare, si ad tędium cum ignoto Chaldaismo deuorandum compararetur.

21 *Verum adhortante me quodam Iudæo.* Habuit S. Doctor conductum magna mercede Rabinum Iudæum, qui nocte; (ob metum suorum contribulium) ad eum docendum linguæ penitiora ventitabat; à quo etiam secretiora ipsorum volumina, quæque non nisi suæ perfidiæ cultoribus communicare solebant, accipere se solitum alibi insinuat.

22 *Illud mihi sua lingua crebrius ingerente.* Prouerbio Hebraico eum animabat ad studium linguæ Chaldææ, quod sensu conueniebat cum illo Virgiliano, labor omnia vincit Improbus;

23 *Qui mihi videbar sciolus inter Hebræos.* Sciolus est qui licet non attigerit ad perfectam alicuius scientiæ comprehensionem, eam tamen habet in illa promptitudinem, vt de ea & intelligenter iudicare, & perite loqui posse & sibi, & aliis non planè perfectis existimetur.

24 *Cœpi rursum discipulus esse Chaldaicus.* Post tantum & temporis & laboris consumptum in addiscẽda Hebræa lingua, iterum idem tædium laboris & expensam temporis in Chaldæa lingua perdiscenda subiui.

25 *Et vt verum fatear.* vsque, &c. *legere & intelligere, quam sonare*; id est, pronuntiare; longe enim aliud est, linguæ alicuius sermonem scriptum legere oculis, & animo sententiam eius capere; ab eo quod est ipsum debito & natiuo accentu efferre; quod passim experiuntur viri politici in linguis vulgaribus; multi enim Gallica, Hispanica, Italica, sibi satis legere, & intelligere possunt, nec tamen ita possunt pronuntiare, vt ab earum linguarum hominibus loquentes intelligerentur.

26 *Hæc idcirco refero.* Conclusio est partis scadæ, & transitio simul ad tertiam partem prologi: in qua profert argumenta Hebræorum contra quasdam partes Danielis, quæ non habentur in contextu Hebraico, nimirum, historiam Susannæ, Belis, & Draconis, & hymnum trium puerorum; licet in editione Græca habeantur.

27 Vocat autem Belis & Draconis *fabulas*, non quia ipse fabulosas narrationes omnino existimaret: sed quia ita ab Hebræis iudicari sciret;

28 *Quas nos, quia toto orbe dispersæ sunt.* Hoc est, quia in omnibus ecclesiis orbis Christiani legebantur vt partes sacræ scripturæ,

29 *Veru apposito, easque iugulante.* Veru seu obelum iam antea indicauimus notam esse, quæ indicabat id, cui esset præfixum, non haberi in Hebræo contextu; atque adeo iugulari; hoc est abiici tamquam superfluum respectu contextus Hebræi, (quem solum repræsentare satagebat Hieronymus) non aliter ac mactatur aut abiicitur animal, quod veru transfoditur.

30 *Ne videremur apud imperitos.* Videlicet, qui cum Hebrææ linguæ periti non essent; ac propterea existimarent illas historias, quæ in ecclesiis legi solebant, ex Hebræo haberi; possent etiam putare D. Hieronymum has historias omittendo, magnam partem libri Danielis omisisse. Ne igitur hoc de ipso iudicarent, retinuit quidem historias, sed & notis præfixis, & ordine collocationis, post ea quæ habebantur in Hebræo ponens, indicauit hoc ipso non haberi in originali volumine Danielis Hebraico.

31 *Audiui ego quemdam de præceptoribus Iudæorum.* De Rabbinis, seu magistris aut doctoribus eorum; Proponitur hic argumentum Iudæorum contra adiectiones (vt vocant) Danielis, & speciatim primo contra historiam Susannæ; tamquam non à Daniele scriptam, sed à Græco aliquo confictam, qui sub nomine Danielis suum figmentum ausus fuerit obtrudere. Est autem argumentum huiusmodi. Daniel duos senes, qui Susannam accusauerunt de adulterio, rogauerat separatim sub quanam arbore vidissent flagitium commissum: & cum illi diuersas arbores nominassent, ex eo conuicit ipsos mendacij. Vnus dixit, sub lentisco, qui Græcè dicitur σχῖνος, ad quam arborem alludens Daniel, dixit, σχίσει σε μέσον, scindet te medium seu in duas partes Deus; alter dixit, sub prino, (quod genus

Græco nescio quo eam diceret esse confictam, illud oppo-
32 nere, (quod Origeni quoque Aphricanus opposuit,) etymo-
logias has, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, de Græco sermone
33 descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possu-
mus dare, vt verbi gratia dicamus, de arbore ilice dixisse
eum, illico pereas, & à lentisco, in lentem te comminuat
angelus: vel non lentè pereas; aut lentus, id est, flexibilis du-
caris ad mortem, siue aliud quid ad arboris nomen conue-
34 niens. Deinde tantum fuisse otij tribus pueris cauillabatur,
vt in camino æstuantis incendij metro luderent, & per

nus est ilicis) & respondit Daniel, πρίσει σε, secabit te Deus, ob mendacium. Itaque cum hæ allusiones Græcæ sint, quibus nihil simile in Hebræa lingua respondet; videntur à Græco confictæ, non ab Hebræo Daniele prolatæ.

32 *Illud opponere, quod Origeni quoque Aphricanus opposuit*. Aphricanus erat vir doctus & nobilis, qui Origenis studia suis fouebat sumptibus: eius extat epistola ad Origenē, qua quærit ab eo solutionem ad hanc obiectionem Hebræorum cōtra huius historiæ veritatem.

33 *Cuius rei nos intelligentiam*. Quia illa Danielis allusio ad nomina arborum, quæ est in Græco, non est ab interprete Latino seruata, vel simili allusione expressa: ideo exemplis Latinæ loquutionis, eam ostendit S. Hieronymus: *vt v.g. dicamus*, ad senem qui sub *prino* seu ilice flagitium commissum mentitus fuerat, Danielem *de arbore Ilice dixisse*, ad nomen arboris alludendo, *illico pereas* ob falsum testimonium; & ad eum qui dixerat id factum sub *schino*, seu lentisco, dixisse Danielem simili allusione, *in lentem te comminuat angelus*, id est secet in minutas partes; *lens* enim minutissimi seminis vocabulum est; aut *lentus ducaris ad mortem*, lenta & prolixa morte puniaris; siue aliud quid ad arboris nomen conueniens; id est siue quam aliam similem allusionem, desumptam à nominibus duarum arborum, sub quibus senes mentiti fuissent Susannam peccasse.

Erasmi iudicium refellitur. Hoc argumentum, quod commouit Hieronymum vt incertam seu apocrypham putaret hanc historiam: conuicit Erasmum, vt simul cum Iudæo illo Rabino, sub cuius persona hoc argumentum profert Hieronymus, & historias illas derideret, & ecclesiasticum vsum, in quo retinentur, taxarit. Et vnum facit Erasmus in eo quod Hieronymus, cultores huius fabulæ vocat *imperitos*; additque Nouatoris lingua illud venenatum epiphonema: *sic vbi commodum est, quiduis apud nos valet Hieronymi auctoritas: vbi non est commodum, ne tantulum quidem valet; ac postea nos vt parum credulos damnauit, cum nulli minus rectè credant, quàm isti qui quiduis credunt*. Hæc Erasmus in notis ad hunc prologum, & inuidiosè, & impiè exaggerans, & falso calumnians Catholicam ecclesiam. Neque enim apud nos quiduis valet Hieronymi auctoritas, etiam cum loquitur ad mentem nostram commodissimè; sed auctoritatem habet sancti Doctoris, suo in gradu, infra communem sensum ecclesiæ, & longe infra auctoritatem diuinam; *Quo iudicio Catholici Patres antiquos venerentur.* Nec vbi aliquid nostro iudicio minus rectè sentit Hieronymus (vt aliquando videtur fecisse in quæstione de libris apocryphis) tunc nihili est nobis eius auctoritas; sed etiam tunc magnus est nobis Hieronymus, & eius auctoritas tanta, vt putemus illum pro suo tempore, non solum innoxiè, & sine culpa, verum etiam prudenter, ita existimasse; quod non dicemus de Erasmo, aut similibus, siquid voluerint contra iudicium ecclesiæ sapere. *Et quo Erasmus & ei similes.* Imo rectissime in ipsum Erasmum retorquetur hoc eius inuidiosum dilemma: nimirum vbi quid ad Erasmi saliuam scribit Hieronymus, ibi quiduis apud eum valet Hieronymi auctoritas; vt cum declamat in corruptos cleri & monachorum mores; quod valde titillat Erasmi aures, qui temere vestem religiosam abiecit; Vbi vero aliquid vehementer vrget, quod Erasmo displicet, vt cùm virginitatem præfert matrimonio, cùm monasticæ vitæ decantat præconia, ibi nimirum Erasmo Hieronymi auctoritas plusquam vilescit. Nobis semper magna est Hieronymi auctoritas, etiam cum alicubi à nobis dissentit; quia tunc ei dissentire licuit, cum res nondum iudicio ecclesiastico essent decisæ; Erasmo numquam magnus est Hieronymus nisi quando taxat clerum, aut indoctos arguit. Nec nos Erasmo similes tamquam parum credulos damnamus; sed tamquam omnino incredulos vrgemus; nec apud nos viget illa stultitia, vt quiduis cuilibet, etiam Erasmis, aut vero Hieronymis & Augustinis credamus: sed ea sola credimus quæ ecclesia, & Hieronymus atque Augustinus cum ecclesia, credenda esse docuerunt. Et hæc de Erasmo; cui eatenus respondemus, quatenus deuiauit diu; alioquin scimus eum in senili ætate resipuisse, & hæc sua audacula delyria, (vsque ad mortem in ecclesiæ Catholicæ gremio morientem) condemnasse. *Pro allusionibus in historia Susannæ.* Sed ad argumentum, Primo dicendum est, Iudæum illum non potuisse negare, quin scriptura vetus delectetur paronomasiis seu allusionibus: vt vel in ipso initio Genesis crebro occurrit, de nominibus Adæ, Heuæ, Kaini, Sethi, ad quæ sacra ibi historia allusiones à Deo, & ab Heua factas fuisse narrat: Quidni igitur potuerit Daniel alludere ad nomina arborum aliquarum? quam allusionem quia Græcus interpres non potuit seruare, si ipsas arbores Hebræis nominibus vocasset; alias earū loco subiecit, ad quarum nomina allusionem Danielicæ similem exprimeret. Latinus autem interpres religiose transtulit, quod inuenerat in Græco, atque ita allusionem non expressit: quod si Græcus interpres obseruasset, si nimirū verbatim Hebraica transtulisset, neglecta allusionis elegantia, periisset Rabino, & Erasmo hoc argumentum. Deinde, tametsi arborum schini & prini nomina apud Hebræos non sint apta fundandæ illi allusioni, quā Græcus posuit: aliarum tamen arborum nomina similem, & æquè commodam paronomasiam fundare poterunt. vt si vnus dixisset, sub arbore fici (quam Hebræi שָׁקֵד *shaked* vocant) recte Daniel potuisset alludendo dicere, rectè mentitus es in caput tuum, ecce enim angelus domini שׁוֹקֵד *shoked* vigilac super te, vt te castiget in mendacio tuo deprehensum. Nam talis est paronomasia qua vtitur ipse Deus ad Ieremiam in prima visione contra populum Iudaicum: Quid vides Ieremia? virgam vigilantem ego video. Et dominus: bene vidisti, vigilabo enim ego super verbo meo contra populum istum. Vbi noster interpres, vt seruaret paronomasiam, noluit transferre, *virgam amygdalinam video*, sicut omnes fatentur Hebraicè haberi; sed quia ipsum nomen amygdali arboris, *shaked*, deducitur à verbo *shakad*, quod vigilare significat, illam significationem, vnde nomen arbori datum, assumpsit Hieronymus, vt allusionem seruaret. Rursus si alter dixisset, se vidisse peccantem Susannam sub arbore moro, quam בכא *baca* vocant, potuisset Daniel alludendo dixisse, recte & tu mentitus es in caput tuum, quia ecce tu בכה *bochè* plorabis & flebis, extremo supplicio ob iniquitatem tuam plectendus. Si istas arbores nominassent illi, & ad eas sic allusisset Daniel: interpretes Græci aut Latini, non potuissent forte verbatim transferentes arborum illarum nomina, etiam festinam allusionem seruare; ideo tales arbores nominarunt, quæ allusioni aptæ essent; nec tamen falso traduxissent, quia non in eo erat vis conuictionis à Daniele illatæ, quod vnus v. g. amygdalum, alius morum nominasset. Sed quod quascumque arbores nominassent, non conuenissent in eiusdem arboris nomen, quod necessarium erat ad testimonij veritatem. *Græci interpretes ex Hebræo has historias transtulerunt.* Tertio reponemus Rabino illi argumentum longe fortius; nam si hæc historia Græce est ab vllo Græculo excogitata, vnde eam Theodotion & Symmachus, & Aquila, & septuaginta, non Græci, sed Iudæi transtulerunt? neque enim illi ex Græco, sed vel ex Hebræo, vel ex Chaldæo Danielis transtulerunt; nec credibile est, voluisse eos tanto consensu in mendacio conuenire, vt quod nec in Hebræo, nec in Chaldæo inueniretur, id illi in sua translatione ponerent, in qua nihil, nisi ex Hebræo fonte deriuandum pollicebantur. Quare non est dubitandum, quin hæc historia fuerit à Daniele, vel aliquo alio viro sancto de Daniele scripta, Hebraicè, vel Chaldaicè; & amissa casu, (sicut accidit Euangelio Hebræo Matthæi) dum fidelibus satis visum fuisset Græca vti translatione. Et hæc de obiectione ista contra Susannam: cuius historia accidisse videtur Daniele adhuc puero siue adolescente: ac propterea tam apud Græcos, quam Arabes primo loco ponitur, tamquam prima eius prophetia; & inscribitur in aliquibus libris κρίσις Δανιήλ; iudicium Danielis; in aliis, Susanna, quia eius innocentiam Daniel declarauit.

34 *Deinde tantum fuisse otij tribus pueris cauillabatur*. Hic iam profert argumentum Rabini sui cōtra hymnum trium puerorum; *Pro cantico trium puerorum.* Quod recte sanctus Doctor vocat cauillum, seu ineptam calumniam, dum arbitratur vix esse credibile, quod in mediis flammis, *in camino æstuantis incendij* in fornace quantum fieri poterat succenso, *metro luderent*, id est, carmine, seu versibus (qui non nisi à sereno & tranquillo animo proueniunt) Deo canerent, *& laudem Dei elementa prouocarent omnia*; nam in hymno trium puerorum, omnes creaturæ in cælo & terra ad benedicendum Deo prouocantur. Quasi vero non eadem facilitate posset illis Deus animi summam tranquillitatem concedere in camino, qua concessit illis immunitatem ab incendio ignis: aut quasi non sit æque probabile, Deum illis inspirasse, vt canerent eius laudes, etiam metro eleganti, atque illis rorem ac refrigerationē in mediis flammis affudisse, & angelum comitem dedisse? Imo proculdubio, cum Rex Babylonius eminus, & procul à forna-

...ace sedens, dicatur in textu stupefactus, oportet dicere ipsum ...nc stuporem primo prouocatum fuisse, ex auditu laudum & ...dictionum, quas tres pueri in camino canebant, & deinde propius accedentem vt rem videret clariùs, inspexisse in ipso fornace illæsos, solutis vinculis, ambulantes, & cum angelo cantantes. Et quomodo non erat istis sanctis satis otij ad Deum carmine benedicendum, qui nihil læsionis ab igne sensissent: si Machabæo iuuenculo in mediis tormentis sæuissimi carnificis, orium fuit bene longa & eleganti oratione tyrannidem Antiochi Regis increpare.

que hoc voluit Rabbinus iste, non posse ostendi in scriptura veteri, aut hominem vllum in mortali corpore ab Angelis ita de loco in locum fuisse transportatum: aut tam breui puncto temporis, tanta terrarum spatia pertransita fuisse. Ideoque hanc historiam non esse verisimilem. Sed est argumentum valde infirmum. Primum enim, propositio est falsissima: si enim nihil est asserendum, cuius simile aliud alicubi in scriptura non narretur; neganda est historia rubi ardentis, & vxoris Lot in statuam salis commutatæ, & Eliæ raptus in curru igneo, & aliæ fere omnes mirabiles scripturarum narrationes, quæ semel tantum inueniuntur positæ; quod quis nisi infidelis admittat? & tamen hac propositione negata, ruit tota vis huius argumẽti. Deinde assumptio etiam est euidenter falsa; Nam & iuxta communiorem sententiam ipsorũ Rabbinorũ Enoch & Elias graui & mortali corpore rapti sunt, & translati in loca longe dissita, vnde etiam ipsi Iudæi expectant in extremis temporibus venturos, vt dent gentibus pœnitentiam. Et si quis inter eos proteruiens, cum nostræ ætatis hæreticis, negaret illam horum sanctorum trãslationem

Exempla biblica eorum qui corporaliter ab Angelis transportati fuerunt.

ordinem ad laudem Dei elementa prouocarent omnia; aut, 35 quod miraculum, diuinæque aspirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas, quæ magis prudentia solertis viri, quàm 36 prophetali essent spiritu perpetrata? * Cùm verò ad Habacuc 37 veniret, & de Iudæa in Chaldæam raptum discophorum le-38 ctitaret, quærebat exemplum, vbi legissemus in toto veteri 39 testamento quemquam sanctorum graui volasse corpore, & 40 in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse. Cui cum qui-41 dam è nostris, satis promptulus ad loquendum, Ezechielem adduxisset in medium, & diceret, eum de Chaldęa in Iudęam 42 fuisse translatum; derisit hominem: & ex ipso volumine demonstrauit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum; 43 Denique & Apostolum nostrum, videlicet vt eruditum vi-44 rum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse, * Siue in corpore,

Pro Belis & Draconis historia. *Dan. 14. 8.* *1. Cor. 12. 2*

35 *Aut quod miraculum, diuinæque aspirationis indicium.* Profertur argumentum Iudæorum contra historiam Belis & Draconis; Daniel Beli sacerdotes, non Belis idolum comedisse cibos, qui ipsi quotidie apponebantur, ingenioso stratagemate indicauit; & Draconem, quem vt Deum viuum Babylonij colebant, offa ex pice aliisque tenacibus & glutinosis materiis confecta, disrupit. Hęc eius facta isti derident, tamquam indigna prophetica narratione: quia nullũ hic miraculũ, nulla diuina inspiratio apparet: sed tantum prudens quædam solertia, detegens & Draconis animalitatem, mortalem; *sacerdotum Belis machinas deprehendens*, hoc est, artificiosas & secretas latebras, quibus illi in abscondito dapes Beli appositas ita ab idolo assumi apparenter fecerant, vt tamen ab ipsis deuorarentur. Quia igitur hic non apparet aliqua prophetalis virtus, sed talis dumtaxat solertia, quæ in alio vero prudente, non propheta, poterat inueniri; reiiciebant isti has historias. Quasi omnia in aliis prophetis narrata, sint miracula, aut afflatus spiritus diuini: & non multa merè historica; aut quasi prudens depręhensio stropharum & fraudum, non deceret magnum prophetam, præsertim præpositum reipublicæ, qualis extitit Daniel. Eadem certe ratione poterant isti cauillari factum Isaiæ, curantis regem Ezechiam ab vlcere, applicata ei ficuum massa: tamquam non ita mirandum, quod non potuerit à prudenti medico fieri.

Volatus Habacuc.

36 *Cum verò ad Habacuc veniret.* Proponit Rabbini sui argumentũm contra historiam Danielis in lacu leonum ab Habacuc prandio pastum: Non ab illo, qui est in numero prophetarum minorum, qui longe ante captiuitatem Babylonicam vixit, post quam tamen hæc historia contigit (quamuis forte non repugnet illum ipsum prophetam, longæuum fuisse, & ad hæc vsque tempora vitam produxisse,) sed videtur alius eiusdem nominis vir sanctus fuisse. Propter quod septuaginta interpretum translatio (referente Hieronymo) hanc narrationem, prophetiam Habacuc scripsit; tamquam ipse, quem Angelus ad Danielem pascendum asportauit è Iudæa in Babyloniam, hanc mirabilem historiam in litteras retulerit, ac *prophetiam* propterea inscripserit; more Hebræorum, qui res mirandas & diuinitus factas, prophetica gesta nominant.

Discophorus.

37 *Et de Iudæa in Chaldæam raptum discophorum lectitaret.* Discophorum vocat, Habacuc, quem ferentem messoribus suis prandium in disco, Angelus domini rapuit, & in Babyloniam longissimè distantem deportauit.

Argumentum Iudaicum.

38 *Quærebat exemplum.* Quasi ita formaret argumentum: Non est asserendum aliquid mirum & incredibile factũ, cuius exemplum, aut simile non possit in sacra scriptura ostendi: At non potest inueniri in alia vlla scriptura veteris testamenti,

39 *Quemquam sanctorum graui volasse corpore.* Quomodo Habacuc iste ab Angelo deportatus, quasi volatu quodam vti videtur.

40 *Et in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse.* Nimirum breuissimo spatio Habacuc Angelus è campo Iudææ portauit ad lacum leonum in Babylonia, valde procul distanti regione à Iudæa. Itaque

in mortali corpore: at certe filij prophetarum non solum possibile, verum etiam probabile putabant, Eliam fuisse ab Angelo raptum, & alio terrarum translatum, ideoque dimiserunt multos de fratribus suis, vt eum inquirerent. Nec ipsi exemplo Ezechielis hic adducto, satis respondit Rabbinus ille:

41 *Cui cum quidam è nostris.* Exceptio est alicuius è contubernio S. Hieronymi, contra dictum Iudæi; is ergo, *satis promptulus ad loquendum*; notatur, quasi nimis propere responsum imprudens attulisset; nimirum, *Ezechielem adduxisset in medium*, hoc est in exemplum, & quasi instantiam contra Iudæi assertionem, *& diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuisse translatum*; nam cap. 8. suæ prophetiæ, narrat Ezechiel, hominem electrinum, seu visionem illam hominis ex electro, ipsum prophetam manu apprehendisse, & in Ierusalem transtulisse, vt ibi intueretur scelera & idololatriam Iudæorum adhuc ibi derelictorum.

Ezechiel, an vere corporaliter trãslatus è Chaldæa in Ierusalem?

42 *Derisit hominem.* Rabbinus scilicet derisit illum, qui hanc exceptionem de Ezechielis translatione protulerat; *& ex ipso volumine*, nempe prophetiæ Ezechielis, *demonstrauit*, *Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum*, seu transportatum, visione videlicet imaginaria spiritus non vero & reali motu corporis; sedebant enim ante eum corporaliter in eodem loco præsentem seniores Iudæorum, dum ista spiritu, alienatus à sensibus, diuinitus intueretur. Sed quamuis hoc verum sit; tamen eadem facilitate, qua illa Ierosolymitarum facta exhibuit prophetæ spiritui in Babylone præsentia: potuit Deus angelico ministerio ipsum corporaliter iisdem ita scelerate idololatrantibus præsentem sistere.

An Apostolus corpore translatus in paradisum.

43 *Denique & Apostolum nostrum.* Dicebat hic Rabbinus, tamquam nostris nos telis impugnans, *videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset*, Doctore Gamaliele, vt Paulus ipse fatetur, (quem rursus Paulus, vel Stephanus, aut aliquis alius Apostolicus vir, docuit fidem Christi, vt patet ex historia nobili inuentionis reliquiarum S. Stephani protomartyris:)

44 *Non fuisse ausum affirmare, se raptum in corpore.* (2. Cor. 12. quando in paradiso audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui,) *sed dixisse, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit:* hoc est; nesciuit Paulus, an reuera corporaliter fuerit ad paradisum raptus, an solum spiritu præsens arcanis felicis illius status fruitus fuerit; At hinc non constat id quod Rabbinus voluit inferre: nam quamuis Paulus non affirmauit se corpore translatum fuisse ad tertium cælum: non tamen negat; & dum dubitat an fuerit corpore raptus, satis

ſatis clarè indicat, non habuiſſe hoc pro impoſſibili, aut improbabili negotio. Quod ſi Iudæus ſatisfactum ſibi fateri voluiſſet ſi ex noſtro teſtamento vera corporis grauis tranſlatio de loco in locum facta oſtenderetur: in promptu eſt exemplum Chriſti ipſius, quem corporaliter tranſportauit Diabolus in montem excelſum, & in pinnaculum templi: aut ſi hoc alio modo poterit explicari; (vt non improbabiliter multi exponūt) at certe Philippus diaconus in actis apertiſſimè legitur poſt baptiſmum Eunuchi, ab Angelo ad alium locum ſubito motu aſportatus. Quod autem obiecerat Iudæus, de tantis terrarum ſpatiis in puncto horæ pertranſitis; facile oſtenditur infirmum eſſe, ſi Angeli transferentis virtutem ſpectemus: cum intelligentias fateantur philoſophi ampliſſimos cælorum orbes longe breuiori temporis mora, per ſpatia non interualla incomparabiliter maiora mouere. Sic ergo apparet, nullius ponderis eſſe argumenta iſtius Rabbini, contra harum hiſtoriarum veritatem: quod vidit Hieronymus; ideoque, quamuis ipſe hiſtorias has in numero ſacrarum ſcripturarum non haberet, (quia nondum eccleſia peremptorio decreto ſic definiuerat) tamen, argumenta iſta non magni facienda inſinuat, nec propter ea taxandum eſſe eccleſiæ receptum vſum; cum ita concludit:

Philippus diaconus vere transportatus ab Angelo.

45 ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit. His & talibus argumentis, apocryphas in libro eccleſiæ fabulas arguebat.

45 *His & talibus* (id eſt, aliis ſimilibus) *argumentis*, Rabbinus ille, *apocryphas in libro eccleſiæ fabulas arguebat*, id eſt, conabatur probare; has hiſtorias in libro, quem eccleſiaſticus vſus frequentabat, inuentas; eſſe fabulas apocryphas, auctore certo, & auctoritate ſufficienti carentes. Sed dum dicit Hieronymus hæc in libro eccleſiæ inueniri, & Iudæo aſcribit ſententiam eas hiſtorias vt apocryphas fabulas damnantem; opponens vſum eccleſiæ, iudicio Iudæi infidelis, ſatis inſinuat, ſe premi magis auctoritate eccleſiæ, quam numquam non venerabatur Hieronymus vt ſacroſanctam; quam iudicio iſtius increduli, quod in rebus fidei nullius eſſe momenti debet. Alioquin hiſtoriam Suſannæ, videtur aperte inſinuare Ieremias 29. v. 22. 23. *Ponat te dominus ſicut Sedechiam, & ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne, pro eo quod fecerint ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum, & loquuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter.* Hunc enim locum Lyranus, Rabbanus, Hugo, S. Thomas, & Hebræi communiter teſte Hieronymo, de iſtis ſenibus, qui Suſannæ caſtitati inſidiati ſint, merito exponunt, & immerito Pererius, Maldonatus, & alij reiiciunt eam expoſitionem. Primò, quia cum conſenſus iſte Iudæorum non ſit pro aliquo illorum errore, ſed pro hiſtoriæ Canonicæ veritate valde faciat; & alioqui probabilibus nitatur indiciis; non rectè faciunt qui telum hoc, quo liber iſte defenditur, eneruare nituntur. Deinde non apparet vlla improbabilitas huius ſententiæ: nam vtrique hi ſenes, de quibus Ieremias, & de quibus Daniel erant in Babylone tempore Nabuchodonoſor; vtrique mendaces, vtrique cæſi ob adulteria: vtriſque dicit Deus, *ego ſum iudex & teſtis*. Quidni ergo iidem eſſe cenſeantur: aut cur ſine cauſa multiplicabimus ſenes, incertoſque & innominatos admittemus, cum notos & nominatim receſitos in propheta habeamus? Tandem, quia argumenta contraria potius probant hanc Hebræorum ſententiam, quam conuellunt: Obiicitur primò, quia ſenes Ieremiæ fuerint prophetæ; Danielis vero, fuerint iudices populi. Reſpondetur hæc non repugnare, nam pſeudoprophetæ fuerunt contra Ieremiam, propterea que prædicit illis mortem infamem; at in Babylonem ducti, cum eſſent magnæ auctoritatis, à populo facti ſunt iudices; Et nonne Samuel iudex & propheta? nonne ipſe Daniel iudex & propheta? fuit enim præpoſitus operum Babylonis, inter primos Satrapas Chaldæorum. Obiicitur ſecundo; ſenes Ieremiæ occidit Rex Babylonis; ſenes Danielis occidit populus. Reſpondetur, aut occidit eos populus ex ſententia Regis Babylonis, abſque qua forte in iudices & præpoſitos ſuos populus nihil auſus fuiſſet; vt etiam credibile eſt, non niſi regis aſſenſu eos factos fuiſſe populi iudices; atque ita recte rex dicitur eos occidiſſe, quia mandauit occidi; neque enim alia ſententia dicet Regem ipſum perſonaliter (vt dicimus) eos occidiſſe; ſed per miniſtros iuſtitiæ. Aut populus eos tam enormis criminis reos Regi detulerunt, vt eius ſententia occiderentur; & recte tunc dicetur populus eos occidiſſe; ſicut nemo dicit falſo accuſari Iudæos, quod Chriſtum Dominum crucifixerint, tametſi Romani lictores ipſum crucis ligno immediate confixerint; non enim niſi vrgentibus & poſtulantibus Iudæis id Romani fecerunt. Obiicitur tertio: ſenes Ieremiæ Rex Babylonis frixit in igne: at ſenes Suſannæ populus lapidauit. Reſpondeo primum hoc non dici in hiſtoria Suſannæ: ſed ſolum populum cōſurrexiſſe contra eos, & eis ſecundum legem feciſſe, eoſque interfeciſſe: quæ omnia vera ſunt, tametſi non eos lapidaſſet populus, ſed delatos regi, & tanti criminis conuictos, igne conſumi curaſſet. Deinde, potuerunt primo à populo lapidari; deinde regio iuſſu (in honorem iudicij Danielis qui Regi charus erat) corpora eorum igne conſumi: prout Achani factum legitur Ioſue 7. vbi eſt decretum Dei, v. 15. *Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehenſus, comburetur igni cum omni ſubſtantia ſua.* & executio decreti v. 25. *lapidauitque eum omnis Iſrael, & cuncta, quæ illius erant, igne conſumpta ſunt*; nimirum vt ſuperius decreuit dominus, vnà cum ipſo ſeu corpore ipſius. Itaque mihi videtur certum illos ſenes Ieremiæ, eſſe ſenes iſtos Danielis; eoſque (vt nunc ſolent Apoſtatæ) à falſa doctrina quam ſibi prophetico nomine arrogarint, progreſſos ad fœda adulteria; propter quæ Ieremias illis prædicit pœnam mortis in Babylone infligendam mandato regis, v. 21. eiuſdem capitis 29. *Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & percutiet eos in oculis veſtris.* Et certe Daniel hic obiicit eis eadem crimina, quæ Ieremias, nec ſolum hoc flagitium contra Suſannam, ſed varia cum aliis adulteria. Adeo vt ex illo Ieremiæ loco auctoritatem capiat hæc Danielis hiſtoria, quæ Ieremiæ prophetiam in horum ſenum ſupplicio completam fuiſſe oſtendit. Eamdem vt veram, ſacramque hiſtoriam agnoſcunt, Ignatius in epiſtola ad Magneſianos, Cyprianus in ep. 40. ad plebem vniuerſam; & lib. de bono pudicitiæ; & lib. de ſingularitate clericorum. Origenes in epiſtola bene longa ad Africanum, quæ huius hiſtoriæ auctoritatem defendit. Ambroſius lib. 1. de officiis c. 18. & lib. 3. c. 14. & lib. 3. de Spiritu ſancto c. 7. & lib. 2. epiſt. epiſt. 7. & lib. 8. epiſt. 64. & lib. de fuga ſeculi c. 9. & lib. 2. de Abraham c. 6. & in commentario ad Pſal. 37. Auguſtinus etiam lib. 2. de ſermone Domini in monte, c. 14. & ſerm. 13. de verbis Apoſtoli & ſer. 242. de tempore. & Chryſoſtomus integra homilia de Suſanna; hiſtoriamque hanc tamquā Danielis citant. Et eccleſia totam eam ad Miſſæ ſolemnia legi mandat in ſabbato ante Dominicam 4. quadrageſimæ. Canticum vero trium puerorum profert Cyprianus in ſermone de lapſis & in lib. de oratione Dominica. Ambroſius etiam à Daniele ſcriptum aſſerit in præfatione in Pſalmos; eiuſdemque meminit lib. 6. in Lucam c. 2. Chryſoſtomus quoque homil. 12. & 51. in Geneſin. & homilia in Pſal. 96. multiſque aliis in locis; Patres etiam quarti Concilij Toletani, & tota denique eccleſia in officio eccleſiaſtico Miſſarum. Belis hiſtoriam recitat Cyprianus epiſt. 51. quæ eſt exhortatio ad martyrium; & libro eiuſdem argumenti; & in lib. de ieiunio & tentationibus; & in lib. de opere & eleemoſynis; & in lib. de oratione dominica. Et videtur Paulus ipſe ad hanc hiſtoriam reſpexiſſe, cum ait Hebr. 11. ſanctos *obturauiſſe ora leonum*; proculdubio enim de Daniele hoc intelligitur in lacum leonum dimiſſo, & ab eis illæſo. Quin ad deſtructionem Belis idoli, hic à Daniele detectis ſacerdotum fraudibus obtentam reſpexiſſe puto Ieremiam cap. 51. cum ait, *viſitabo ſuper Bel in Babylone, & abiiciam quod abſorbuerat, de ore eius.* vt hæc hiſtoria prophetiam Ieremiæ completam fuiſſe doceat; & illa prophetia hanc hiſtoriam confirmet.

Hieronymus hic iudicium eccleſiæ præponit Iudæorum ſententiæ.

Ex Ieremia probatur hiſtoria Suſannæ.

Et ex patribus.

Canticum trium puerorum probatur ex Patribus.

Hiſtoria Bel & Draconis probatur ex Scriptura & Patribus.

Sed quid ad D. Hieronymum, qui toties has hiſtorias vocat fabulas; & nuſquam eas citat, niſi addito fabulæ vocabulo? Ipſe contra Rufinum ſcribens ſe excuſat, quod non ſuam ſed Hebræorum ſententiam citauerit in illis locis. Nam alioquin ab his hiſtoriis honorifice citandis non abſtinuit, quod indicium eſt eum non pro fabulis habuiſſe; nec pro humanis tantum aut vulgaris auctoritatis hiſtoriis, ſed ſacris, & indubitatæ fidei. Citat autem 2. lib. aduerſus Iouinianum, in argumento ſatis ſerio: *Qui Deo* (inquit) *miſerabilis apparuerat*, poſt ieiunium leonibus in lacu fuit horribilis. *Mittitur ad eum* (*licet hoc in Hebraicis voluminibus non inuenerimus*) *Habacuc meſſorum prandium portans*; *talem enim diſcophorum inedia meruerat hebdomadis.* Vbi parentheſis interiecta facit aperte hunc ſenſum, veram & ſacram eſſe illam hiſtoriam, quamuis nunc in Hebraicis codicibus non inueniatur; & vocabulum *diſcophori*, quod Iudæo quaſi per ironiam attribuit, hic veluti corrigens Rabbini ſui audaciam, vſurpat in bonum ſenſum, quaſi præmium ſancti ieiunij fuerit, talem habuiſſe diſcophorum, ab Angelo ſcilicet tam mirabiliter adductum. Quin & in prologo ad prophetiam Habacuc, docet, illum eſſe

Hieronymus cum ex ſuo ſenſu loquitur, has hiſtorias approbat vt ſacras.

esse discophorum, qui attulit Danieli prandium; quod est proculdubio non damnantis, sed admittentis huius historiæ sanctitatem. Et scribens in cap. 3. Ezechielis, v. 14. *Transfertur* (inquit) *propheta, non (vt quidam existimant) in spiritu, sed in ipso corpore; quod & de Habacuc iuxta Theodotionem legimus.* Ecce, hoc loco admittit sanctus Doctor, ex sua plane sententia loquens, exemplum sancti *graui corpore volantis*, id est, translati corporaliter de loco in locum per angelicam aut diuinam virtutem; quamuis Hebræi aliter sentirent; nam illi sunt, quos per parenthesin notat Hieronymus. Vt quamuis locum ex 8. Ezechielis admittat cum Iudæo non de corporali, sed imaginaria in spiritu translatione intelligi debere: hic tamen de vera translatione corporali intelligendum prophetam censeat. Verum est ergo, Hieronymum in hoc proœmio, non ex sua sententia, sed ex Hebræorum loqui, quasi fabulas nominans, tamquam si expressius dixisset, historias quas fabulas appellant Iudæi.

libros. Ex hoc loco aperte constat, diuisionem librorum hanc, non esse Rabbinicam, seu à Masoretis, aut recentioribus adinuentam: sed vere ab antiquis patribus à tempore Esdræ acceptam. *Quinque* libri, sunt Mosis Pentateuchus Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. *Octo*, sunt quatuor prophetæ *priores*, Iosue, Iudices, Samuel, & Reges seu Melachim; (nam Samuelis pro vno libro, Melachim etiam pro vno ponebantur; (quos postea in duos libros distinxerunt) & quatuor *posteriores*, Esaiam, Ieremiam, Ezechielem, & δωδεκαπρόφητον seu duodecim prophetas, qui in vnum librum, propter breuitatem prophetiæ coniecti sunt, ne distracti & separati propter paruitatem perirent. Hinc illud actuum 7. v. 42. *sicut scriptum est in libro prophetarum*, intelligendum est, de libro prophetarum minorum, locus enim ibi citatus, est in propheta Amos cap. 5. v. 25. *Vndecim libri*, sunt Hagiographa, nimirum, Ruth, Psalmi, Iob, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica, Threni, Daniel, Esther, Esdras, Paralipomena.

Antiqua diuisio testamenti veteris, in legem, prophetas, & Hagiographa.

46 Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud 47 admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter pro- 48 phetas: sed inter eos qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis scriptura diuiditur, in legem, in prophetas, & in hagiographa, id est, in quinque, & octo, & in vndecim libros, de quo non est huius temporis differe- 49 re. Quæ autem ex hoc propheta, imò contra hunc librum, Porphyrius obiiciat, testes sunt, Methodius, Eusebius, & Apollinaris, qui multis versuum millibus eius vesaniæ re- 50 spondentes, nescio an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos ô Paula & Eustochium, fundatis pro me ad dominum preces, vt quamdiu in hoc corpusculo sum, scribam 51 aliquid gratum vobis, vtile ecclesiæ, dignum posteris. Præsentium quippe iudiciis oblatrantium non satis moueor, qui 52 in vtramque partem aut amore labuntur, aut odio.

46 *Super qua re.* Quarta pars prologi, qua iudicium Hebræorum & Porphyrij de tota Danielis prophetia adducit. *Lectoris arbitrio iudicium relinquens*, velitne cum Hebræo isto sentire, necne; Quod tunc quidem licuit, cũ ecclesia nondum interposuisset decretum suum; Nunc autem post Tridentini Concilij definitionem, non est vlli fas de harũ historiarum sacra auctoritate dubitare.

Daniel est verus propheta etiam apud Hebræos.

47 *Illud admoneo, non haberi Danielem inter proph. sed inter eos qui hagiographa scripserũt.* Hebræi non negant Danielem esse prophetã qui in Spiritu sancto prædixerit ventura: sed (vt antea in alio prologo docuimus) prophetales libros solùm vocant, quos alienati quasi à communi modo loquendi, & rapti à spiritu edebant prophetæ, ex officio ad populum missi; Qualem Danielem non fuisse asserunt; quomodo etiam libros Salomonis, & Dauidis, non collocant inter prophetica scripta, sed inter hagiographa, quæ tamen æqualis auctoritatis cum ipsis propheticis existimant, & æquè à Spiritu sancto dictante profecta. Quamuis negari non potest recentiores Iudæos ideo libentius hos libros extra numerum propheticorum, maximè Danielem collocatos gaudere, vt ita facilius, tamquam inferioris gradus libros, habentes, prædictiones de Christo in illis contineri negent. Nam alioquin nullus prophetarum apertius de rebus Christi prophetauit, quam Daniel.

Antiqua diuisio testa-

48 *In tres siquidem partes, &c. in quinque & in octo, & in vndecim libros.*

49 *Quæ autem ex hoc libro.* Porphirij blasphemi Apostatæ scripta contra Danielem docet exactè à Methodio, Apollinario, Eusebio Cæsariensi fuisse refutata: idque *multis versuum millibus*; versus pro periodis vsurpat: sed illa præclara tantorum virorum opera iam perierunt. *Nescio an curioso lectori satisfecerint*; quasi diceret; tam doctè illi scripsere contra Porphyrium, vt etiam curiosis ingeniis, quibus fere nihil satis est, potuerint satisfacere; certe modestis & prudentibus lectoribus omnino satisfecerunt; vt nobis ea de aliquid scribere, sit superfluum.

50 *Vnde obsecro vos.* Vltima pars prologi, qua precum suffragia à sanctis feminis postulat; vt posteris prodesse possit scribendo vtilia: nam de præsentium iudicio sibi non magnopere curandum esse.

51 *Præsentium quippe iudiciis.* Eorum qui tunc viuebant, ipsi Hieronymo coætanei, *oblatrantium*, reprehendentium sancti Doctoris labores; *non satis moueor*, id est omnino non commoueor; sed ea contemnenda iudico. Et rationem subiicit:

52 *Qui in vtramque partem.* Hoc est, siue approbent, siue reprobent scripta doctorum, *aut amore labuntur, aut odio*; eorum quos amant, scripta nimio affectu deprauati, plus iusto extollunt; eorum verò quos odio habent, labores, nimis inuidiose deprimunt aut vituperant.

A

HIERONYMVS in procem.com. Sciendum autem nullum prophetã tam apertè de Christo scripsisse vt iste, nam & tempus notauit aduentus, & reges per ordinem, & annos enumerat, & manifesta signa. Quæ quia Porphyrius vniuersa vidit completa, & transacta negare non poterat, veritate superatus, in hanc prorupit calumniam, vt quæ in consummatione mundi de Antichristo futura dicuntur, pro similitudine quadam gestorum sub Antiocho Epiphane impleta contendat. Sed eius impugnatio testimonium veritatis est. Tanta enim dictorum fides fuit vt propheta incredulis hominibus non videatur futura dixisse, sed præterita narrasse.

Porphyrij calumnia contra Danielem.

B

IBID. Danielem non iuxta LXX. interpretes, sed iuxta Theodotionem Christi legit ecclesia, qui post aduentum Christi incredulus fuit, licet eum quidam dicant Hebionitam; qui altero genere Iudæus est, quia ex parte matris.

Daniel legitur iuxta Theodotionem.

IBID. Susannæ autem & Belis ac Draconis fabula non habetur in Hebræo, sed pars est ibi prophetiæ Habacuc filij Iehu de tribu Leui, sicut iuxta LXX. interpretes in titulo eiusdem Belis fabulæ ponitur: *Homo quidam erat sacerdos nomine Daniel filius Abda, conuiua regis Babylonis.* Danielem autem & tres pueros de tribu Iuda fuisse scriptura testatur. Contra Danielem 12. librum scripsit Porphyrius, nolens eum ab ipso, cuius inscriptus est, nomine esse compositum, sed à quodam qui tempore Antiochi Epiphanis in Iudæa fuit, nec tam ventura dixisse, quam præterita narrasse, & quod vsque ad Antiochum dixerit veram historiam esse, si quid vltrà opinatus fuerit mentitum esse, quia futura nescierit. Sed Eusebius Cæsariensis & Apollinaris & Methodius sufficienter ei responderunt.

C

Porphyrius librum Danielis ab alio aliquo scriptum delirabat.

HIERONYMVS initio commentarij. In anno tertio regni Ioakim, qui & Eliachim, qui regnauit in Iudæa & Ierusalem annis 11. cui successit Ioachin filius suus cognomento Iechonias, qui tertio mense regni sui captus est à ducibus Nabuchodonosor, & ductus est in Babylonem: cui successit patruus suus Sedechias filius Iosiæ, cuius anno 11. capta est Ierusalem & subuersa. Fuit autem Ioakim pater qui scribitur per kim, & filius per chin. Inde in Matthæo, vbi minus videtur vna generatio, vbi secunda thessera decas inuenitur desinere in Ioakim filio Iosiæ, & tertia incipit à Ioachin filio Ioakim quod ignorans Porphyrius Matthæum nititur arguere falsitatis.

D

Calumnia Porphyrij in Euangelium S. Matthæi.

IDEM. Ioakim filius Iosiæ frater Sellum à Nabuchodonosor captus est, & in Babylonem ductus, & cum eo Daniel, Misael, Ananias & Azarias, & ab eodem Nabuch. Ioakim interfectus & cadauer eius canibus & volucribus cæli datum est, & in eo impletum est illud propheticum, *Sepultura asini sepelietur.* Ipse est etiam Ioakim qui & Eliachim. Quarto igitur regni eius anno Nabuch. cœpit regnare in Babylone, sicut legitur in Iere. propheta: *Verbum quod factum est ad Ieremiam in anno quarto regis Ioakim filij Iosiæ regis Iuda. Ipse est primus annus Nabuch. regis Babylonis.* Anno verò octauo regni Ioakim, & quarto Nabuc. idem Ioakim potestati Nabuch. se dedit, & in eadem deditione tribus tantum annis perseuerans rebellis existens ab ipso Nabuchodonosor captus & in Babylonem ductus & interfectus est. Idcirco dicitur in exordio Danielis prophetæ. *Anno tertio regni Ioakim regis Iuda ascendit Nabuch. in Ierusalem, &c.*

E

Ioakim qui & Eliachim & Sellum. Iere. 25. c. Ibidē 52. a.

Daniel interpretatur *iudicium*, siue quia in presbyterorum iudicio sententiam diuinæ examinationis exhibuit, dum reperta eorum falsitate Susannam ab interitu liberauit; Siue quia visiones & somnia, quibus per singula quædã ænigmata futura monstrabantur, sagaci mente discernens aperuit; Siue quidem & desideriorum vir appellatus est, quia panem desiderij non mãducauit, & vinum concupiscentiæ non bibit. Hic de Christo, cunctorum manifestior prophetarũ, in prophetia sua claro sermone regna orbis pronuntiauit, & tempus aduentus Christi manifestissima prædicatione annotat.

F

Danielis nomen & prophetia.

Postilla Nicolai de Lira super Danielem prophetam & primo eiusdem præfatio.

DAnieli autem dedit Deus intelligentiam omnium visionum. Dan. 1. *In verbo proposito tanguntur 4. causæ li. Dan. quem præ manibus habemus, scilicet causa subiectiua, effectiua, finalis & formalis. Ad cuius intellectum sciendum, quòd tres istarum causarum in idem concurrunt in tota sacra scriptura & in partialibus eius libris sub alia tamen ratione. Sicut enim in philosophia naturali corpus mobile est subiectum sub ratione absoluta, & in partialibus libris sub rationibus contractis, vt in li. de gene. corpus mobile ad formam, & in li. cæ. & mun. corpus mobile ad situm, & sic de aliis libris partialibus consequenter: sic in tota sacra scriptura Deus sub ratione absoluta est subiectum, vnde theologia dicitur quasi sermo de Deo; & sub contractis rationibus est subiectum in partibus sacræ scripturæ, vt in ve. testa. subiectum est, vt rex, creator, & gubernator; & in nouo vt humani generis redemptor & glorificator: & sic procedendo magis contractè in partialibus libris vtriusque testamenti. Similiter Deus est causa effectiua sacræ scripturæ generaliter, quia tota sacra scriptura procedit per eius reuelationem, in libris partialibus est causa effectiua, vt reuelator notitiæ in quolibet libro specialiter contentæ. Similiter est causa finalis totius sacræ scripturæ loquendo de vltimo fine, quia tota sacra scriptura ordinatur finaliter ad supernaturalem beatitudinem consequendam, quæ consistit in Deo obiectiuè, & in partialibus libris sub contracta ratione. Igitur in li. Danielis, Deus est causa subiectiua, effectiua, & finalis sub rationibus contractis: quod notatur in verbo præassumpto, cum dicitur,* Dedit Deus, *quod ex principio clausulæ resumitur. Deus enim vt rex supereminens est hic subiectum, quia vt patebit ex processu li. in eo declaratur supereminentia regni Dei, ad regna terrena, de quo dicitur Psal. 94. a.* Deus mag. do. & rex ma. &c. *Et Psal. 46. a.* Rex ma. su. omnem ter. *Est etiam causa effectiua in hoc li. prout reuelauit Danieli notitiam huius regni. De quo potest accipi quod scribitur Sap. 10. c.* Ostendit illi reg. Dei, &c. *Est etiam Deus causa finalis huius li. in quantum facit nos participes huius regni, vnde dicitur Apoc. 5. c.* Fecisti nos Deo nostro reg. & sa. &c. *Causa verò instrumentalis effectiua tangitur in verbo proposito, cum dicitur Dani. infrà 10. b.* Daniel vir desideriorum intellige verba quæ ego loquor ad te. *Intellexit enim Daniel ea quæ scribit in hoc li. vnde infrà 12. cap. dicitur.* Tu autem Daniel claude sermones tuos, & sig. li. &c. *Causa verò formalis huius li. tangitur cum dicitur,* Intelligentiam omnium visionum. *Circa quod sciendum, quòd duplex est forma libri scilicet forma tractatus & forma tractandi. Forma tractatus est diuisio huius libri, qui diuiditur secundum 10. visiones, vt patebit prosequendo. Duæ verò historiæ quæ ponuntur in fine li. non sunt de eius integritate, quia nec apud Heb. habentur; Forma verò tractandi est modus agendi, qui in li. isto est visionum intellectio, quia visio non est prophetica nisi sit intellecta, & hoc siue sit in somno, siue in vigilia; sicut Pharao vidit spicas Gen. 41. a. & Balthasar vidit manum scribentem in pariete, Da. 5. g. ille dormiens, iste vigilans; neuter tamen fuit propheta: quia non intellexit visionem; sed Ioseph fuit propheta, quia intellexit visionem Pharaonis: & Daniel similiter, quia visionem Balthasar intellexit, vnde dicitur Dan. 10. a.* Intelligentia opus est in visione. *Scilicet ad hoc quòd prophetica dicatur.*

Quatuor causæ libri Danielis.

Subiectum totius sacræ Scripturæ & singularum eius partium.

Idem de cæteris causarum generibus quæritur.

Non est propheta, qui videt visionem, sed qui intelligit.

Sciendum tamen quod hæc visio dicitur triplex, scilicet imaginaria, sensibilis & intellectualis. Sensibilis visio est quando aliquid videtur exterius & intelligitur significatum ipsius, sicut Daniel vidit scriptum in pariete regis, mane thetel phares, *& intellexit Dan. 5. Imaginaria vero visio est, quando in virtute imaginatiua formantur imagines virtute diuina ad aliquid occultum significandum, sicut Dan. vidit 4. bestias ascendentes de mari significantes 4. regna, & hoc intellexit Dan. 7. Visio vero intellectualis est quando sine aliquibus imaginibus seu figuris menti prophetæ veritas reuelatur, sicut Danieli cogitatio Nabuch. fuit reuelata, Dan. 2. d.* Tu rex cogitare cœpisti in strato tuo quid esset futurum post hæc, &c. *Licet enim somnium Nabuch. fuerit Danieli reuelatum visione imaginaria, quia somnium regis vidit somnio suo vt infrà dicetur, tamen cogitatio regis non potuit sic reuelari, sed sola visione intellectuali. Item in talibus visionibus prædictis aliquando apparet aliqua persona docens, & sic frequenter legitur Gabriel angelus apparuisse ad docendum Danielem, vt infrà videbitur persequendo. Item visiones propheticæ aliquando fiunt in somno, aliquando in vigilia, sicut dictum fuit in primo li. Psal. diffusius de propheticis visionibus propter quod plura circa visiones huiusmodi alias à me dicta in prin. huius li. ad præsens omitto, quia posita sunt in prin. li. Psal. vbi melius habent locum: cum sit primus liber prophetalis secundum Latinos Doctores. Et vtroque modo scilicet in vigilia & somno facta sunt visiones Danieli, vt iam in parte patet ex prædictis, & magis in sequentibus apparebit, & ideo meritò dicitur in verbo præassumpto,* Danieli autem dedit Deus intelligentiam omnium visionum. *Propter quod in eo fuit impletum quod dominus dicit Hoseæ 12. c.* Ego visionem multiplicaui *scilicet in Daniele, cui dedi intelligentiam omnis visionis propheticæ modo prædicto, & tandem à Deo data est sibi visio clara diuinæ essentiæ in patria ad quam nos perducat qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum.*

Visio triplex.

Visiones fiunt vel in somno vel in vigilia.

Daniel vtraque habuit.

CAP.

CAP. I.

Anno tertio. HIERONYMVS in com. Occiso Iosia à Pharaone Nechao, populus Ioachaz filium eius regem statuit, quem Pharao vinctum duxit in Ægyptum imposita mulcta terræ, & pro eo Eliachim fratrem verso eius nomine Ioakim in regnum promouit, vt Regum & Paral. testatur historia. Huius tertio anno venit Nabuchodonosor & abstulit eum, & in loco eius Sedechiam posuit, de quo dictum est, *In Babylonem duceris, & non videbis eam.* Viduatus enim fuit oculis à Nabuchodonosor.

4.Reg.23.B. Reges qui post Iosiam regnarunt. Iere.20.b.

Patri Ioakim per m. Ioachin (qui & Iechonias dictus est) successit in regnum.

† THEODORETVS in hunc locum. Quod regum qui tunc erat, Daniel initio meminerit, propheticus character indicatur. Ita enim alios quoque prophetas fecisse comperimus: *Visio, inquit, quam vidit Isaias filius Amos in diebus Oziæ, & Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda.* Sic Ieremias, & Ezechiel, & alij omnes prophetæ vt plurimum hoc procemio vsi sunt. Et hoc igitur ad conuincendam Iudæorum iniquitatem, & Danielem reuera prophetam ostendendum satis est.

Prophetæ in fronte suorum librorum meminisse solent regum sub quibus prophetarunt.

b *Et tradidit dominus, &c.*

† THEODORETVS IBID. Docet Dei permissu, propter populi & regis scelera, tum vrbem captam, tum sacrorum vasorum partem in hostium potestatem concessisse; adiecit, *Dedit dominus, &c.* ne quis suspicaretur propriis viribus vsum Nabuchodonosor vrbem Deo dedicatam superasse omnesque intelligant propterea quod Deus eam gratiam quæ ciuitatem primùm custodiebat ademerit, idcirco subiectam hostibus fuisse: & his nos admonet, se hominibus inferre supplicia, & instrumentis ad hoc idoneis vti.

† AVGVSTINVS lib. 2. de mirab. sacræ script. cap. 29. Nechao rex Ægypti cũ exercitu copioso post tres menses ex quo Iosias occisus est, Ierusalẽ reuertitur vnde inconsulto ordinatus rex Ioachaz. Iosię filius inuentus, Ioachim fratre suo in loco eius constituto, catenis vinctus in Aegyptum secum trahebatur. Sed mortuo Nechaone tertio anno Ioacim regis Iudę, qui hucusque Nechaoni adhæserat Nabuchodonosor rex Babylonis per exercitum Ierusalẽ velut Aegypti coloniã obsidebat. Cui se Ioacim sponte tradens, datis obsidibus Daniele, Anania, Azaria, Misaële & parte vasorũ tẽpli domini, adhuc in regno suo relinquitur donec grauissimę seruitutis onere depressus ad Aegyptiorũ regem diuertẽs, misso rursum de Babylone exercitu, cõprehensus & tractus, priusquam ad vrbẽ veniret, in cãpo Babylonis, vndecimo anno regni sui interficitur, &c.

Daniel, Ananias, Azarias, & Misael dati obsides regi Babylonis.

Incipit Propheta Daniel.

CAPVT I.

¶ Ex quo cœpit tributum reddere, in vndecimo captiuatus est Nabuchodonosor.

a ¶ Filij Iosiæ, cuius tertiodecimo anno cœpit prophetare Ieremias, sub quo & Olda mulier prophetauit.

a ANNO tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem & obsedit eam. [2] Et tradidit dominus in manu eius Ioakim regem

a ¶ Cuius voluntate factum est, non viribus hostium scilicet Nabuchodonosor & aliorum.

a Et

Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lira super Danielem prophetam.

CAP. I.

1 ANno tertio. *Liber Danielis diuiditur in tres partes, in partem procemialem, & partem exequutiuam siue principalem, in principio secundi capituli,* In anno secundo; *& partem incidentalem, in prin. 13. cap.* Et erat vir. *Circa primum describitur sapientia collata diuinitus auctori huius libri, scilicet Danieli, vbi sic proceditur: quia primo præmittuntur quædam ad sapientiam disponentia; secundò describitur collata ei sapientia, ibi,* pueris autem; *Tertiò ponuntur quædam ad hoc sequentia, ibi,* fuit autem. *Prima adhuc in tres, secundum quod in Dan. describuntur tria ad sapientiam disponentia, primum est humilitas status; secundum nobilitas ortus, ibi,* Et ait rex Asphanez; *tertium sobrietas victus, ibi,* Proposuit autem Dan. *Circa primum notandum quòd dicitur Prou. 11. a.* Vbi humilitas, ibi & sapientia: *ideò dominus qui præuiderat Danielem diuina sapientia decorari, permisit eum prius humiliari, quia cum esset de semine regio, vt dicetur infrà, permisit tamen eum captiuari per regem Babylonis, qui venit contra Ierusalem, & spoliauit eam, & hoc est quod dicitur.* Anno tertio. *Et patet vsque ibi,* Et partem vasorum domus Dei. *Ex quo patet, quod ille Nabuchodonosor fecit reuerentiam Deo cæli qui colebatur in Ierusalem, quia non abstulit inde omnia vasa ministerij, sed aliqua reliquit ad cultum Dei. Item quia illa quæ asportauit, non applicauit humanis vsibus, sicut fecit Balthasar nepos*

Diuisio. Tria ad sapientiam disponentia. Nabuchodonosor facit reuerentiam Deo vero in non abutendo vasis sacris.

MORALITER.

† 1 *Anno tertio.* sequitur, *Et ait rex.* Per istum regem de quo dicitur in ca. se. *Rex regum, &c.* potest significari Christus, de quo scribitur Apoc. 11. c. quod *habet in femore suo scriptum: Rex regum, &c.* Per Asphanez præpositum eunuchorum significatur bonus episcopus, qui præpositus est ecclesiæ ministrorum, & hoc sonat nomine episcopi, quia dicitur ab *epi* quod est super & *scopos* intentio, quasi super alios intendens: ipsi verò præcipitur à rege regum, id est, Iesu Christo, vt introducat in ecclesiam pueros non sensu, sed malitia.

De Christo, & de bono Episcopo.

a *Et partem vasorum.* † THEODOR. in com. huius loci. Curnam A cùm homines peccarint, sancta vasa Deo dedicata impiis hominibus tradita sunt? Hinc non Iudæis tantum, sed etiam ipsis barbaris allata est vtilitas. Primum enim docti sunt Iudæi eiusmodi esse diuinam naturam, quæ nulla re prorsus indigeat; accipit autem quæ ab hominibus offeruntur, vt illos gratos esse doceat, & sui colendi, & gratiæ referendæ offerat occasioné. Docet rursum B Iudæos à Babyloniis nihil differre: æquè enim atque illi impiè agunt. Babylonij autem dum vasa illa in honore habuerunt, neque ad humanos vsus ea adhibuere, nihil malorum experti sunt. At vbi Balthasar illis in conuiuio vti ausus est, statim debitas pœ- C nas luit, suoque supplicio omnes docuit, quanta esset illorum vasorum vis: Deumque ipsum non inuitum suis rebus priuatum fuisse, sed volentem propter ingentia populi scelera ea tradidisse. Hoc itidem de arca olim fecit.

Curnam cum homines peccarint vasa sancta impiis tradita sunt?

1.Reg. 4.

HIERONYMVS in com. Si enim cunctos reuoluas philosophorum libros, necesse est vt in eis reperias aliquam partem vasorum domus Dei, quæ intelligenda sunt, dogmata veritatis: vt apud Platonem, fabricatorem mundi Deum; apud Zenonem D Stoicorum principem, inferos, & immortales animas, & vnum bonum honestatem: Sed quia mendacium iungunt veritati, non omnia vasa, sed partem habere memorantur.

Philosophi gentiles aliqua vera tradiderút.

b *Sennaar, in do.* HIERONYMVS IBID. Vbi campus Duran, vbi turris quam qui ab oriente mouerát pedes suos, vsque ad cælum ædificare conati sunt, vnde à cófusione linguarú lo- E cus Babylon, id est, confusio dicitur: Gigantes enim turrim facere satagebant, montem monti apponétes quam Deus destruxit: vnde dicta est Babylon, id est confusio.

Turris Babel.

Gen. 11. b.

a Iudæ, & partem vasorum domus Dei: & asportauit ea in b terram Sennaar, in domum Dei sui, & vasa tulit in domum c thesauri Dei sui. [1] Et ait rex Asphanes præposito eunucho- [2] d rum suorum, vt introduceret de filiis Israel, & de semine [3]

¶ Ecclesiæ. a ¶ Fœtor dentium, vel mendacium. ¶ Duran quidam fluuius esse dicitur, iuxta quem gigantes turrim Babel fecerunt. b ¶ Animas, sententias veras: quas hæretici habent. c ¶ Diabolus vel philosophus vel hæreticus. d ¶ Mundum, conuenticula hæreticorum. a ¶ Idoli. ¶ Hæresis. b ¶ Nabuchodonosor. c ¶ Hiero. id est, equorum domitor. a ¶ Id est.

c *Et vasa.* IBID. Aliquam reuerentiam Deo exhibuit, cuius vasa in loco religionis suæ posuit, & non omnia asportauit.

d *Et de.* IBID. Hinc arbitrantur Hebræi Danielem & socios suos F fuisse eunuchos, secundùm quod Isaias dicit Ezechiæ. *De semine tuo tollent & facient eunuchos in domo regis.* Si autem de semine regio fuerunt, constat quia de semine Dauid, sed fortasse non cohæret quod sequitur, & Tyrannorum pueros, in quibus nulla esset macula, quia si essent eunuchizati nullæ eis grates, si nulla in eis macula.

Isa. 39. d. Opinio Hebræorum Danielem & eius socios Eunuchos fuisse.

a In

NICOLAVS DE LIRA.

nepos suus, propter quod fuit punitus à domino, vt dicetur infra 5. cap. sed posuit ea in loco sacro secundum suam æstimationem, scilicet in templo Dei sui, & hoc est quod dicitur hic: Et aspor. ea in Sennaar, *Id est, in Babyloniam quæ primò vocata est Sennaar, & postea dicta est Babylonia, à turre ibi ædificata à filiis Noe, vt habetur Gen. 11. b.* In domum Dei sui, &c. *& patet. Circa istam partem tria sunt hic dubia. Primo quis fuerit iste Nabuch. quia plures leguntur fuisse sic nominati. Secundo quis iste Ioakim eadem ratione. Tertio quare Nabuch. venit contra eum in prælium. Ad primum dicendum, quòd iste Nabuch. fuit magnus, & dicitur à magnitudine operum, quia regnum Chaldæorum, quod ante ipsum erat paruum, valde ampliauit, & monarchiam fecit. Sic Karolus magnus dicitur sic à magnitudine operum, quia primus de regibus Francorum adeptus est Romanum imperium. Dicitur autem in aliquibus historiis, quòd Nabuch. iste primo vocatus est hoc nomine, & hoc ab euentu, quia quando de nouo fuit natus, fuit in syluam proiectus & dimissus, sed ex diuina ordinatione venit capra syluestris puerum lactans, quia scriptum est in Psal.* Custodiens paruu. dominus. *Bubo etiam aduolauit super arborem iuxta puerum, quem leprosus per nemus transiens vidit & cœpit admirari: quia illa auis parum apparet de die, propter quod diligentius attendens vidit capram lactantem puerum sub arbore, quem assumens nutriri fecit, & eum Nabuch. ab euentu vocauit. Nabuch. enim bubo dicitur in illa lingua, Chodo: capra, nosor: leprosus. Et patet quod non fuit ille Nabuchodonosor sub quo historia Iudith dicitur fuisse, quia ille fuit post istum per magnum tempus, & communiter dicitur quod fuit filius Cyri, quia historia Iudith fuit post reditum captiuitatis Babylonicæ, vt patet ibidem.*

Babylonia primo vocata Sennaar.

Quis fuerit iste Nabuchodonosor?

Psal. 11. b. 4.

Fabella de infantia Nabuchodonosor.

Ad secundum dicendum, quod iste Ioakim fuit filius Iosiæ regis Iuda, qui captiuato fratre eius Ioachaz per regem Aegypti, ab eodem rege Aegypti constitutus est rex Iuda, mutato nomine ipsius qui prius Eliachim vocabatur, vt patet 4. Reg. 23. & regnauit ibi 5. annis, cui successit filius eius Ioachin per N. scriptus in fine, & vterque captus est à Nabuch. Rege Babylonis & eodem anno, vt videbitur. Propter quod dubium est de quo scriptura hic loquatur, sed patet solutio in Hebræo, quia primus scribitur per Coph & Mem quibus in Latino respondet, C. & M. secundus scribitur per Caph & Nun. quibus in Latino respondet Ch. & n. iste autem Ioakim de quo loquitur hic Daniel, scribitur in Hebræo per Coph & Mem, & apud nos debet scribi per C. & M. Ex quo patet, quod iste Ioakim fuit filius Iosiæ. Secundo hoc patet, quia secundus Ioachin, qui fuit nepos Iosiæ, regnauit solum per tres menses vt habetur 4. Reg. 24. De isto autem Ioakim dicitur hic: Anno tertio Ioakim. *Sed istud dictum videtur repugnare prædictis, quia prædictum est quod Ioakim filius Iosiæ regnauit 11. annis: hic autem captus dicitur tertio anno regni sui. Ad quod dicendum, quod non accipitur hic tertius annus regni Ioakim absolute, sed ab illo tempore quo cœperat esse tributarius regi Babylonis, & iste fuit vndecimus annus regni sui. Ad tertium dicendum quod causa huius belli habuit initium à tempore Ezechiæ regis Iuda, quando ostendit omnia secreta domus suæ nuntiis regis Babylonis, & tunc prædixit ei Isaias vt habetur Isa. 39. c.* Ecce dies venient in quibus thesauri domus tuæ portabuntur in Babylonem, & de filiis tuis erunt eunuchi in aula regis Babylonis. *Quod tempore Ioakim filij Iosiæ impletum est. Rex enim Aegypti constituerat eum regem amoto fratre eius Ioachaz, vt visum est; & ideo fauebat regi Aegypti contra Nabuchodonosor regem Babylonis, qui habebat bellum contra regem Aegypti: propter quod rex Babylonis venit contra Ioakim, & fecit eum tributarium, & sibi iurauit contra regem Aegypti. Iste tamen Ioakim tertio anno post rebellans à rege Babylonis captus est, vt dictum est, & vasa Dei deportata, & pueri de semine regio sunt ducti in Babylonem, & interfectus est iste Ioakim, & proiectum est cadauer eius extra muros Ierusalem, & impletum est quod de eo dixerat Ierem. 22. e. Sepultura asini sepelietur, & constitutus est filius eius Ioachin per N. scriptus rex Iudæ per regem Babylonis, qui post tres menses misso exercitu contra eum, tradidit se cum matre & multis aliis consilio Ieremiæ: & hoc propriè dicitur transmigratio Babylonis: & iste ductus est in Babylonem & incarceratus 37. annis vsque ad regnum Euilmerodach, qui eum amouit de carcere, & fecit sibi commensalem, vt dicitur 4. Regum vltimo. Sic igitur patet tertium, scilicet causa belli regis Nabuchodonosor contra Ioakim regem Iuda: Sed hæc causa accipitur ex parte regis debellantis eum. Causa autem ex parte Dei fuit, quia reges Iuda & populus erant pessimi & idololatriæ dediti, vt habetur 4. Reg. & 2. Para. Propter quod dominus permittebat eos talia facere: vnde rex Aegypti & rex Babylonis mouerunt bellum contra eos successiuè.*

Quis fuerit iste Ioakim?

Discrimen inter Ioakim & Ioachin.

Quot annis regnarit Ioakim?

Quæ illi belli causa cum Nabuchodonosor?

Ioachin.

1 Et ait rex. *Hic ponitur secundum disponens Danielem ad diuinam sapientiam, scilicet nobilitas ortus, qui secundùm quod dicit Boetius, 2. de consol.* Nobilitas generis est quædam laus proueniens homini de probitate parentum, *& ideo vt ipse dicit ibidem:* In nobilitate generis hoc bonum est, quia per ipsam quædam necessitas ipsis nobilibus imponitur, ne à maiorum suorum probitate degenerent; *homines autem bene morigerati sunt dispositi ad sapientiam, quia sedatis passionibus fit anima sciens & prudens, vt dicitur 7. Phys. Propter quod* hic introducitur natiuitas Danielis, qui nobilis existens genere, nobilior fuit moribus: *& ideo dicitur hic inter nobiles positus, edoctus & nutritus & nomine regio decoratus, quia impositum est ei nomen Balthasar, quod est regium, vt patebit infra 5. cap. Hoc est igitur quod dicitur hic:* Et ait rex. *scilicet Nabuchodonosor.*

Nobilitas generis.

2 Asphanes præpo. *Id est, magistro seruientium in domo regis. Antiquitus enim illi qui in domo regia seruiebant ad interiora domus castrabantur propter securitatem à mulieribus, vt dicunt aliqui. Alij vero dicunt, quod dicebantur eunuchi, propter castitatem & morum honestatem, quod verius videtur. Homines enim inhonesti non permittebantur seruire in domibus regum, & inde est, quod seruitores generaliter dicti sunt postea eunuchi: vnde in actibus Apostolorum 8. vocatur eunuchus ille vir qui erat super Gazas reginæ Aethiopum, sequitur,*

Eunuchi non semper accipiuntur pro castratis.

3 Vt introduceret de filiis. Et *pro* id est, *quia volebat habere in aula sua aliquos de semine Dauid.*

1 Et

☞ a *In qui.* HIER. in com. Non videntur abſciſi qui ſine macula ſunt, quidam enim eunuchizantur aut vi aut infirmitate. Quidam autem ſe caſtrant pro cæleſti curia vel patria, & hi non abſciſi niſi ſola voluntate, & hi ſunt ſine macula.

Superbia Nabuchodonoſor.

† THEODORETVS. Hoc regis ſuperbiam declarat, quod non ſolum alios captiuos ſibi miniſtros aſciſcere voluit: ſed etiam eos qui è regio genere eſſent oriundi. Attamen hic perficitur quod Iſaias Ezechiæ regi prædixerat Iſa. 39.

De Chaldaica lingua & Hebræa.

b *Vt doceret eos litteras.* HIER. vbi ſuprà. Scilicet liberales artes & linguam Chaldæorũ, quæ quadã proprietate diſtat ab Hebręa, licet Abraham inde venerit. Philo arbitratur linguam Hebræorum eſſe Chaldęam: quia Abraham de Chaldæis. Sed quomodo pueri linguam quam nouerãt, docerentur? Forte ſecundum quorundam opinionem Abraham Chaldæorum & Hebræorum linguã habuit. Et in tantum eos charos habuit, quòd eumdem cibum, eumdem potum quem ſibi eis præparari præcipiebat.

¶ Dauid. ¶ Nobilium. a ¶ Mentis vel corporis.

a regio & tyrannorum, [4] pueros, in quibus nulla eſſet macula, 1

¶ Propria verba ponit. ¶ Quod plus eſt. 2

decoros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia 3

a ¶ Diſciplina eſt ordinata morum cognitio. b ¶ His inſigniti digni ſunt regio aſpectu. 4

b & doctos diſciplina, et qui poſſet ſtare in palatio regis, vt do- 5

a ¶ Syram: quia vna eſt cum Chaldæa lingua. 6

c ceret eos litteras & linguam Chaldæorum. [5] Et conſtituit eis 7

a ¶ Refectionem. ¶ Propriis. b ¶ Non de quolibet, ſed. 8

rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino vnde 9

a ¶ Anticipatio: quia iam dicit eos enutritos: & dicturus eſt quomodo nutriti ſunt. 10

b ¶ Et quia præcepit ergo factum eſt.

bibebat ipſe. Et enutriti tribus annis poſtea ſteterunt in con-

a ¶ Pueros. b ¶ Fuerunt enim alij multi. c ¶ Iudicium vel iudicat me Deus.

ſpectu regis. [6] Fuerunt ergo inter eos de filiis Iudæ, Daniel, 11

d Ananias, Miſael, & Azarias. [7] Et impoſuit eis præpoſitus 12

a ¶ Hiero. id eſt, capillus capitis. b ¶ Id eſt gratia domini. 13

eunuchorum nomina, Danieli, Balthaſar: Ananiæ, Si-

a ¶ Decor meus. b ¶ Populus Dei. c ¶ Id eſt, qui ſcit riſus vel de gaudio.

d ¶ Auxilium domini. e ¶ Seruiens taceo.

☞ ¶ Conſtituit ei rex Annonam per ſingulos dies, &c. propoſuit autem Da. &c.

e drach: Miſaeli, Miſach: & Azariæ, Abdenago. * [8] Propo- 14

a ¶ Non dictis, intentio enim præualet verbis. b ¶ Contra legem.

c ¶ q. d. idolothito vel crapula.

ſuit autem Daniel in corde ſuo ne pollueretur de menſa

bere vocabula Iudææ, vnde, *Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena.* Dominus autem in bonum mutabat antiqua nomina, & ex rebus imponit virtutum vocabula, vt Abram & Sarai quos vocauit Abraham & Saram. Et in euangelio dominus Simoni, Petri nomen impoſuit: Simon enim obediens dictus eſt: ſed poſtea in fide Chriſti confirmatus eſt, & ad paſſiones tolerandas: Et filios Zebedei, non Boanerges, vt quidã putant, ſed Beneraham, id eſt filios tonitrui appellauit.

Pſal. 136. a. Gen. 17. a. Ibidem b. Ioan. 1. f. Chriſtus ſuorum nomina mutat. Marc. 3. b.

† THEODORETVS vbi ſuprà. Et hoc domini ius apud quoſdam eſt in more, qui ſeruos ementes eorum mutant nomina, vt nominis mutatione ſeruitutem agnoſcant. Sic demptis hic Hebraicis nominibus, Chaldaica illis eunuchus impoſuit, ſiquidem & rex iuſſerat, vt Chaldæorũ linguam iuuenes illi perciperent.

Seruis mutata nomina.

e *Propoſuit autem Daniel in corde, &c.* HIER. vbi ſuprà. Qui de menſa regis non vult comedere ne polluatur: ſi ſapientiam atque doctrinam Aegyptiorum ſciret eſſe peccatum, numquam didiciſſet: didicit autem, vt non ſequatur, ſed vt iudicet atque conuincat. Si enim quis imperitus huius artis, aduerſus mathematicos ſcribat, aut expers philoſophię, contra philoſophos agat, quis etiam ridendus, vel ridendo non rideat? Hac ergo intentione diſcunt pueri Chaldaicam doctrinam, qua Moyſes Aegyptiorum ſapientiam.

* 37. diſt. c. legimus §. è contra & cap. qui de menſa. Vbi quæritur an ab Eccleſiaſticis legi debeant libri profani? Scire oportet errores, vt poſſimus eos auferre.

c *Et conſtituit es rex annonam.* † THEODOR. vbi ſuprà. Hic nos edocet regis munificentiam, qui non vt bello captis, vilia quædam & qualia ſeruos decent præbuit alimenta, ſed eos regia menſa frui iuſſit: ac paulò pòſt ſuam Daniel & ſociorum continentiam, philoſophiamque declarat, non gloriæ cupiditate id faciens, ſed vtilitatem perſequentibus vtilitatis doctrina propoſita. Licet autem illius intueri modeſtiam. Cùm enim ſupra dixerit electos è ſtirpe regia iuuenes formoſos & decoros, & hic perſonarum nomina poſuerit, tribus Iudæ ſimpliciter mentionem fecit, & regiam cognationem occultauit.

Temperantia & modeſtia Danielis.

d *Et impoſuit.* HIER. vbi ſuprà. Quos diabolus captiuat, alio nomine vocat: iuſtum vocat iniuſtum, caſtum incaſtum & huiuſmodi. Sicut Pharao Ioſeph. Noluit enim in terra captiuitatis eos habere

Diabolus ſuorum nomina mutat. Gen. 41. f.

† THEODORETVS vbi ſuprà. Pij homines Deum non in vno loco quærunt, ſed quocumque peruenerint eodem illum cultu venerantur, & cum rebus aduerſis affliguntur. Ingens autem hoc loco licet nobis reperire miraculum. Pueri apud Iudæos educati doctique Deum in certo loco colendum, deinde externam regionem incolentes, ſeruire compulſi, iuuenili ætate, patriam pietatem retinere ſtudent. Et quia videbant Babylonios idolorum imploratione obſonia inquinantes, conculcata

Mira in puerili ætate ſanctitas.

☞ regij

NICOLAVS DE LIRA.

Tyranni.

1 Et tyranno. *Id eſt nobilium, qui virtute armorum erant magnificati. Hoc faciebat Nabuchodonoſor ad magnificentiam ſuam & memoriam ſuæ victoriæ, quod tales nobiles captiuauerat. Sequitur,*

2 Pueros, in quibus. *Id eſt, defectus membrorum, vnde & in lege dicitur:* Animal ſine macula, & immolatitium, *quod non eſt cæcum aut claudum & huiuſmodi, non propter pulchritudinẽ pellis. Et ex hoc patet, quod Daniel, & ſocij eius non dicuntur hic eunuchi, quia fuiſſent caſtrati per abſciſionem membrorum genitalium, vt arbitrantur aliqui Iudæi, quia non fuiſſent ſine defectu membrorum, nec pulchri aſpectus: quia taliter caſtrati ſunt communiter male gratioſi etiam in facie.*

Daniel & eius ſocij non fuerũt Eunuchi.

3 Decoros forma. *Propter pulchritudinem coloris & aſpectus, vnde & in Hebræo dicitur:* Bonæ viſionis.

4 Et eru. omni ſap. *Quantum ad philoſophiam naturalem,*

5 Cautos ſcientia. *Quantum ad ſcientiam rationalem, cuiuſmodi eſt grammatica, logica, rhetorica.*

6 Doctos diſciplina. *Quantum ad philoſophiam moralem, ſeu quantum ad diſciplinam morum.*

7 Et qui poſſent ſtare. *Id eſt, miniſtrare.*

8 In palatio regis. *Hoc dicit quantum ad robur corporis & agilitatem membrorum.*

9 Vt doceret eos litteras & ling. &c. *Volebat enim Nabuchodonoſor habere in palatio ſuo aliquos de qualibet lingua, qui cum lingua materna ſcirent linguam Chaldaicam, vt poſſent ſibi interpretari & legere litteras omnium Gentium, Patet etiam ex hoc quod Philo Iudæus deceptus fuit, credens eamdem linguam eſſe Chaldaicam & Hebraicam: Quod credebat ex hoc quod Abraham fuit oriundus de Chaldæa: quod non valet, quia non eſt inconueniens, imo multum probabile Abraham plures linguas ſciuiſſe, ſequitur,*

Philo Iudæus deceptus, eum dicit linguã Hebraicam eamdem eſſe cum Chaldaica.

10 Et conſtituit eis rex annonam, &c. *Vt ex bona nutritione eſſent magis gratioſi & apti in corpore & in mente: quia bona diſpoſitio corporis bene facit ad bonam diſpoſitionem mentis, quantùm eſt de ſe: & maxime quando cum hoc eſt bona diſciplina, ſicut fuit in iſtis iuuenibus, vt patet in littera.*

11 Fuerunt ergo inter eos. *Id eſt, inter iuuenes electos de diuerſis nationibus.*

12 De filiis Iudæ, Daniel, &c.

13 Et impoſuit eis præpoſitus eunuch. nomina. *Quia nomina Hebraica erant Babyloniis abominabilia & malè nota, quod eſt inconueniens in illis qui ſtabant in palatio regis.*

14 Propoſuit autem. *Hic ponitur tertium diſponens Danielem ad* ☞ ſapien-

MORALITER.

Quos promouere ad Eccleſiæ miniſteriũ debeant epiſcopi.

† 2 *In quibus nulla eſ. mac.* Id eſt ſine infamiæ nota.

3 *Decoros forma:* Per honeſtam conuerſationem.

4 *Et eruditos, &c.* Id eſt cognitione diuinorum.

5 *Cautos ſcientia.* Id eſt cognitione humanorum.

6 *Et doctos diſciplina.* Id eſt qui conſueuerunt obedire mandatis ſuperiorum.

7 *Et qui poſſent ſtare.* Id eſt in eccleſia militante ad ſeruiendum ibidem regi Chriſto: & cum dicitur. *Et qui poſſent ſtare.* Hic accipitur &, pro *id eſt*: quia tales ſunt ad miniſtrandum in eccleſia Dei. Et tales aſſumere debent & promouere eccleſiæ prælati. Sequitur poſtea,

regij conuiuij voluptate, supplicant, regiorum ciborum expertes esse. Sequitur autem voluntates eorum diuina cura, & simul atque diuina persequi instituerunt, statim diuino fouentur auxilio. Hoc item Ioseph vsu venisse comperimus, &c. Hinc docemur credentium neminem vmquam à Deo neglectum & derelictum fuisse. *Interrogate*, inquit, *generationes quæ fuerunt ante vos, quis sperauit in Domino, & confusus est?*

Gen. 39. Deus semper adest se quærentibus. Eccles. 2.

a *Dedit autem Deus.* HIER. in com. Qui pro peccato maiorũ ductus est in captiuitatem, virtutum suarum recipit mercedẽ. Proposuit enim in corde suo ne pollueretur de mensa regis, & viles cibos præposuerat regis epulis: ideo gratiam in conspectu principis, à Deo promeruit. Vnde datur intelligi, si quando diliguntur sancti ab infidelibus, non eorum bonitatis esse, sed Dei misericordiæ.

Deus facit vt vel infideles pios ipsius seruos colant.

b *Timeo ego dominum meum regem, &c.* † THEOD. in cõ. Non bonus eunuchi metus erat. Homo enim qui spiritualem gratiã non gustarat, opinatus solo sumptuosorum ciborum alimento corpora nutriri atque florescere, veritus est ne cùm illi opiparè alerentur, hi parcè victitarent, in eorum vultu discrimen aliquod appareret, & subire supplicium cogeretur.

Similiter quia Pilatus plus Cæsarem timuit quàm Deum, pœnas gehennales meruit, prius manus suas abluit dicens: *Mundus ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis.* Et iterum: *An nescis quia potestatem habeo dimittere te?*

Matt. 27. c. Ioan. 19. b.

regis, neque de vino potus eius, & rogauit præpositum eunuchorum ne contaminaretur. [19] Dedit autem Deus gratiã Danieli, & misericordiam in conspectu principis eunuchorum. [10] Et ait princeps eunuchorum ad Danielem: Timeo ego dominum meum regem, qui constituit vobis cibum & potum, qui si viderit vultus vestros macilentiores præ ceteris adolescentibus coæuis vestris, cõdemnabitis caput meum regi. [11] Et dixit Daniel ad Malassar, quem constituerat princeps eunuchorum super Daniele, Ananiã, Misaelem & Azariã. [12] Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum, [13] & contẽplare vultus nostros, & vultus puerorum qui vescuntur cibo regio: & sicut videris, sic facias cum seruis tuis. [14] Qui audito sermone huiuscemodi, tẽtauit eos diebus decẽ. [15] Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. [16] Porrò Malassar tollebat cibaria & vinum potus eorum, dabatq; eis legumina. [17] Pueris autem his dedit Deus scientiam

(Interlinear: ¶ Ideo. — a ¶ Ne cogeretur eum contaminari cibis alienigenarum. — b ¶ Danieli dico sicut & Ioseph, qui magis pro alienis peccatis capti, id est, captiuati sunt; Ioseph pro fratrum peccatis: Daniel pro populo Ierusalem. — ¶ Ideo. — a ¶ q. d. Facerem quod precaris, sed timeo. — a ¶ Regio vescentibus cibo. — a ¶ Quibus debetis sicut ætate, & corpore & pulchritudine comparari. — b ¶ Reum capitis me facietis. — a ¶ Quia eunuchorum princeps non acquieuit, non tamen diffidit, alium precibus inuadit, pulsat vt aperiatur ei. — b ¶ Ex hoc potest facere quod petitur. — a ¶ Ideo poterat facere quod petebatur. — b ¶ Caute ambiit, beneuolentiam quærit. — a ¶ Quæ lex nostra non prohibet. — ¶ Post hæc. — a ¶ Comparatione habita, si videris nos æque corpulentos & pulchros, concede nobis legumina. — a ¶ Quos panis satiabat qui de cælo descendit. — b ¶ Decore. — c ¶ Pinguedine. — ¶ Sibi. — a ¶ Ne quis hoc perciperet. — ¶ De cælestibus.)

Coæuis. Ideo coæuis apposuit. Solent enim iuniores maioribus pulchriores esse.

c *Tenta nos.* † THEODORETVS vbi suprà. Fide in Deum validius nihil est, quod præcipuè ex his verbis Danielis percipi potest. Nam quod crediderit fore, vt ope diuina subleuaretur, & delicatè viuentibus magis decorus videretur, euenit. Rectè autem persuasioni preces commiscuit, *Tenta nos*, inquit, &c. Tantam habuit à puero diuinus Daniel & diuinorum legum curam, & erga Deum fidem, vt hæc diceret: & Amalasar precibus eius consensit. Assecutus est quæ voluit diuinus iste propheta.

Danielis fides valida.

HIERO. vbi supra. Admirabilis fidei magnitudo: non solum sibi corpulẽtiã viliori esu, vt per legumina, promittit, sed & tempus statuit: non temeritate, sed fidei magnitudine, qua regias dapes contẽpsit. Cõueniens probationi spatium, nec breue nimis, nec nimis longum, quod citò possit impetrare.

d *Porrò Malassar, &c.* † THEOD. vbi supra. Hic duplicem quęstũ tulit. Primùm enim didicit posse aliquem vel ieiunio corporis robur & decorem sibi comparare: deinde alimenta quæ illis præbebantur accipiens, promptius eis concupita semina suppeditabat.

e *Pueris autem dedit, &c.* † THEOD. IBID. Non Chaldæorum inquit, institutio intelligentes eos fecit, & omni sapientia imbuit, verum diuina gratia, intelligentia & sapientia & omni scientia imperiti, præstantiores omni visi sunt.

Diuinitus Daniel & sociis eius confertur sapientia.

Coæuis. Danieli

NICOLAVS DE LIRA.

sapientiam, scilicet sobrietas victus, secundum quod dicitur Ecclesiast. 2. a. Proposui à vino abstrahere carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam. *Sic fecit iste Daniel cum sociis suis: & hoc est quod dicitur hic,* Proposuit autem Daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis, *Hoc est de cibis eius. Erat enim consuetudo antiquorum, quod de immolatis idolis ponebatur aliqua portio in mensa magnorum, sic similiter ibi erant aliqua lege Moysi prohibita, sicut carnes porcinæ & huiusmodi. Similiter erant ibi aliqua prohibita Iudæis ex traditionibus paternis, sicut modo prohibitum est eis bibere vinum pressum à Christianis, licet in lege non sit eis prohibitum. Et quia à talibus voluit abstinere Daniel ne pollueretur, aliqua peccata contra prædicta faciendo: ideo voluit abstinere à cibis & potibus regiis. Hoc modo fecit Iudith quamdiu fuit cum Holoferne, nolens comedere de cibis eius: sed tantum de his quæ secum attulerat, vt habetur Iudith 12. Sequitur,*

Sobrietas victus disponit ad sapientiam.

Cur Daniel noluerit cibis regiis vesci?

1 Dedit autem Deus gratiam Da. & mise. in conspe. principis eunuchorum. *Quasi dicat, Licet princeps eunuchorum multum diligeret Danielem, tamen noluit acquiescere, timens ne in corpore detrimentum pateretur, & per consequens præpositus puniretur à rege tamquam agens contra mandatum eius, & patet littera: sequitur,*

2 Et dixit Daniel ad Malassar, &c. *Quod enim non potuit impetrare à maiori: quærit impetrare à minori, qui erat constitutus ad ministrandum eis necessaria specialiter.*

3 Tenta nos obsecro ser. tuos diebus decem. *Conueniens spatium probationi petit: quia nec nimis longum, vt de facili possit illud impetrare; nec nimis breue, ita quòd possit veritas apparere.*

4 Et dentur nobis le. &c. *Ista numquam fuerunt prohibita Iudæis: nec ante legem, nec sub lege paternis traditionibus; nec idolis fiebat oblatio de talibus: & ideo poterant vti talibus sine aliqua suspicione peccati. Propter hoc dicit Apostolus ad Ro. 14. a.* Qui infirmus est, olus manducet. *Et non loquitur ibi de infirmitate corporis, sed de infirmitate conscientiæ illorum, qui timebant peccare comedendo idolatica, vt ibidem patet. Sequitur,*

Cur Daniel legumina in cibos petierit.

5 Post dies autem, &c. vultus eor. mel. *Id est, magis viuidi in colore.*

6 Et corpulen. *Id est, magis carnosi.*

7 Præ omnibus pue. qui vesc. cibo regio. *Hoc autem factum est diuina virtute propter iuuenum deuotionem,*

8 Porrò Malassar tolle. ciba. *Id est, occultè portabat pro se & familia sua: ne ab aliquo perciperetur & puniretur.*

9 Pueris. *Hæc est secunda pars principalis huius cap. in qua posita multiplici dispositione ad sapientiam, vt visum est: hic consequenter ponitur eminentia sapientiæ collata Danieli & sociis eius. Et primò quantum ad intelligentiam seu sapientiæ habitum; secundò quantum ad eloquentiam seu experimentum, ibi:* Completis. *Prima adhuc in duas, quia primò ostenditur sapientia collata omnibus generaliter: secundò Danieli specialiter, ibi.* Danieli autem. *Dicit igitur primò sic:* pueris his, *id est, Danieli & sociis suis.*

Diuisio.

10 Dedit Deus scien. &c. *Ex hoc patet quod non solum habuit scientiam per humanam inuestigationem & doctrinam, sed etiam per diuinam infusionem: & dicit,*

11 Scientiam. *Quo ad speculabilia.*

Et

MORALITER.

† 9 *Pueris autem his dedit Deus scientiam, &c.* Quia mundis & honestis & abstinentibus à cibis carnalibus & delicatis, dat Deus sacræ scripturæ notitiam, Isa. 28. c. *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum:* Et respondetur ibidem, *Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus.*

Quibus detur sacrarum litterarum notitia.

a *Danieli autem, &c.* † THEODORETVS in cõ. A puero quæ sibi diuinitus reuelabantur videbat, non in somnis tantum, sed etiam vigilans: & poterat, quæ aliis ostenderentur, interpretari. Hinc etiam docemur auctorẽ omnium rerum Deum nullam ætatis rationem habere, sed pietatem tantum ac religionis studium requirere, qua in iuuene comperta, multis eum natu maioribus anteponit. Hoc idem erga Ioseph & Samuelẽ factum comperimus.

Deus deuotos pueros indeuotis senibus præfert.

b *Cumq; eis loquutus, &c.* † THEODORETVS IBID. Non tantum Amalasar, verum ipse quoque rex non mediocrem percepit vtilitatem, dum comperit ipsos omnibus aliis pulchritudine & magnitudine corporis præstantiores, sapientia verò & prudentia animi ac verborum eloquentia peritiores. Neque simpliciter facta collatione, sed adhibitis interrogationibus experientiam cepit, veritatis magistram. Tum didicit esse Iudæos aliis omnibus nationibus sapientiores.

Innotescit regi puerorũ insignis indoles.

a & disciplinam in omni librô & sapientiâ. Danieli autem intelligentiam omnium visiõnum & somniorum. [18] Completis itaque diebus post quos rex dixerat, vt introducerentur, introduxit eos præpõsitus eunuchorum in cõspectu Nabuchodob nosor. [19] Cumque eis loquutus fuisset rex, non sunt inuenti tâles de vniuẽrsis, vt Daniel, Ananias, Misael, & Azarias. Et stẽterunt in conspectu regis: [20] Et omnẽ verbum sapientiæ & intellẽctus quod sciscitatus est ab eis rex, inuenit in eis dec cuplum super cunctos ariolos & mâgos qui erant in vniuerso d regno eius. [21] Fuit autem Daniel vsque ad annum primum e Cyri regis.

¶ De terrenis. a ¶ Vel discendo. b ¶ Discenda vel docenda. c ¶ Extra alios, quia quod alij in phantasmate, hic mentis oculis aspiciebat. a ¶ Aenigmatum quibus futura monstrantur. b ¶ Triennio secundum præceptum regis. ¶ Pueri. a ¶ Arphanar alias Arfaxat. ¶ Tentando eorum sapientiam. a ¶ In sapientia. b ¶ Pueris. ¶ Quos panis vitæ & sapientiæ pauerat & docuerat. ¶ Ideò. a ¶ Q. Seruituti. b ¶ q. d. Merito stant in conspectu regis, quia omne ver. sa. &c. c ¶ De diuinis. a ¶ De mundanis. ¶ Abaris. a ¶ Magi sunt qui de singulis philosophantur. a ¶ In Chaldæa in honore. In sequentibus enim tertio anno Cyri regis visionem vidisse dicitur, defuncto enim Dario, cum Cyro fuit.

c *Ariolos, &c.* HIER. vbi supra. Alij sophistas & Philosophos non iuxta hanc Philosophiam & sophisticam disciplinam quã Græci pollicentur, sed doctrinam Gentis Barbaræ, qua vsque hodie Chaldæi philosophantur.

Chaldæorũ philosophia.

d *Fuit autem.* IBID. Dicendum est in sequentibus quomodo vsque ad primum annum Cyri hoc fuisse dicatur, postea tertio anno eiusdem, & primo Darij fuisse legatur.

e *Fuit autem Daniel.* † THEODORETVS in comm. Non sine causa hoc adiecit; sed quia voluit omnis prophetiæ tempus indicare. Nos enim & prophetiæ suæ principium edocuit, & finem addidit, vt regum qui intercessêre annos recensentes, omne prophetiæ tempus ediscamus. Adhæc, nobis ostendit vt captiuos à Cyro dimissos conspexit, & præsentem vitam contribulium suorum libertate consolatus est.

Cur ponantur anni ætatis Danielis?

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et disciplinam. *Quo ad moralia.*
2 In omni libro. *Discendo.*
3 Et sapientia. *Discenda vel exponenda.*
4 Danieli. *Hic consequenter ostenditur quid collatum sit Danieli in speciali, & hoc est quod dicit:* Danieli autem dedit, *supple Deus.*
5 Intelligen. *Id est, occultorum quantum ad ea quæ in vigilia videntur, secundùm quod Balthasar vidit manum scribentem, quod Daniel intellexit, vt habetur infrà 5. c. Per hoc etiam intelligitur cognitio illorum quæ videntur auersis sensibus, vt in raptu, & extasi, & consimilibus, quorum notitiam habuit Daniel.*

Intelligentia omnium visionum & somniorum.

6 Et somniorum. *Quantum ad ea quæ videntur in somno, sicut patet infrà quod intellexit somnium Nabuchodonosor de statua magna, & lapide ipsam conterente 2. c. Et somnium eius de arbore magna, & vigili sancto præcipiente eam incidi 4. c. Vtrum autem talis intelligentia occultorum fuerit collata ipsi Danieli per aliquem habitum sibi infusum, est dubium. Et dicunt aliqui quod sic, quia non est dubium quod scientia data sibi & aliis sunt habitus, & eadem ratione videtur de ista intelligentia occultorum, quæ fuit data specialiter ipsi Danieli, quia vtrumque eodem modo dicitur hic datum à Deo, nisi quod vnum fuit datum generaliter tribus, aliud specialiter vni tantum. Item 2. Et hic, dicit philosophus, quòd in anima non sunt nisi tria, potentiæ, passiones, & habitus. Talis autem intelligentia occultorum non potest dici potentia, quia inesset omnibus. Nec passio: quia passiones propriè dictæ sunt in parte sensitiua, in qua non potest esse talis intelligentia. Passiones autem largè dictæ, sicut intelligere & velle sunt actus qui transeunt & sic non diceretur aliquis propheta quando dormit: ergo videtur quod talis intelligentia sit habitus. Et confirmatur ratio, quia Daniel propositis sibi somniis, vel aliis occultis, statim intelligebat: quod non videtur esse nisi habentis habitum. Alij dicunt contrarium, dicentes, quod non est per aliquod lumen habituale impressum menti prophetæ, sed per quamdam illustrationem ad modum passionis transeuntis, quod probant ex dicto Greg. in prologo super Ezech. vbi dicitur quod spiritus prophetiæ aliquando prophetis deest, nec semper eorum mentibus præsto est: habitus autem inest semper, quia est qualitas de difficili mobilis. Ad hoc etiam inducitur illud 4. Reg. 3. de Elisæo, qui non potuit dare responsum regi, nisi prius vocato psalte:* Et cum caneret psaltes, factus est spiritus domini super eum, &c. *quia per melodiam diuinæ laudis, quam psaltes canebat, exercita est mens Elisæi ad deuotionem, & sic mens eius fuit disposita ad recipiendum diuinam illustrationem. Considerandum, quod licet lumen propheticum non sit habitus secundum istam opinionem, est tamen gratia gratis data, sicut est gratia miraculorum, de qua certum est quod non dicit aliquid manens in ipso homine, sed diuinam assistentiam ad agenda miracula ad preces hominis & à tali gratia aliquis dicitur propheta. Per hoc patet solutio ad argumenta quæ sunt pro alia opinione. Si quis autem vult tenere aliam opinionem, potest de facili soluere istas auctoritates inductas, quia duo requiruntur in cognitione actuali, scilicet, lumen intellectus agentis, & species rei cognoscibilis, sicut patet in cognitione naturali intellectus, in qua requiritur lumen intellectus agentis, & species abstracta à phantasmatibus. Potest igitur dici quod lumen propheticum est aliquid permanens per modum habitus, datum tamen à Deo. Ad hoc tamen quod propheta per hoc lumen actualiter aliquid supernaturale cognoscat, requiritur cum ipso speciei acceptio per aliquam visionem imaginariam in se vel in alio, vel etiam aliquo alio modo, sicut est in cognitione prophetica, siue tali visione imaginaria, quia tunc talis species intelligibilis fit immediatè à Deo intellectu prophetæ. Et quantum ad hoc dicit Greg. quod spiritus prophetiæ aliquando deest prophetis, quia non semper habent talem speciem, sed oportet quod de nouo fiat in prophetante actu: & per hoc patet de Elisæo.*

An prædicta intelligentia in Daniele fuerit habitus?

Lumen propheticum non est habitus, sed gratia gratis data.

In quo prædictum lumen assimiletur habitui.

7 Completis. *Hic ostenditur sapientia collata Danieli & sociis eius quantum ad experimentum & eloquentiam cum dicitur,* Completis itaque diebus, *Id est trium annorum.*
8 Post quos, &c. *Id est, conspectu suo scilicet, vt ibi probarentur, vnde sequitur postea,*
9 Cumque eis loquutus fuis. *Tentando in diuersis quæstionibus sapientiam eorum.*
10 Non sunt, &c. de vni. *Qui edocti fuerant cum eis: sequitur,*
11 Et omne verbum sapientiæ. *Respectu diuinorum.*
12 Et intellectus. *Respectu humanorum. Vel aliter intellectus dicitur quantum ad apprehensionem bonam: Sapientia, quantum ad iudiciũ certum.*
13 Quod sciscitatus. *Hic accipitur numerus determinatus pro indeterminato, id est, multo plus.*
14 Super cunctos ariolos. *Isti sunt qui vaticinantur de occultis per sacrificia in aris idolorum immolata.*

Arioli.

15 Et magos. *Isti sunt astrologi qui per constellationes iudicant de futuris & occultis, vnde & illi qui visa stella venerunt adorare Christum dicti sunt magi, vt habetur Mat. 2.*

Magi.

16 Qui erant. *Quia tales artes diuinandi tunc vigebant in Chaldæa.*
17 Fuit autem. *Hæc est vltima pars in qua ponuntur quædam consequentia ad sapientiam collatam Danieli, quæ sunt honor & gloria ipsius Danielis in regno Chaldæorum & Persarum: vnde dicitur Sap. 8. c.* Propter hanc, *id est sapientiam,* habebo claritatem ad turbas, & honorem apud seniores: iuuenis & acutus inueniar in iudicio; & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum admirabuntur me. *Hæc autem omnia fuerunt in Daniele propter sapientiam à Deo sibi collatam: & hoc est quod dicitur.* Fuit autem Daniel in honore, *scilicet, & gloria in Chaldæa, Mœdia & Perside: vt patebit ex libri prosequutione à tempore Nabuchodonosor magni vsque ad tempus Cyri: qui destruxit regnum Chaldæorum: propter hoc sequitur.*

Daniel ob sapientiam honoratus.

18 Vsque ad annum primum Cyri regis. *Ex hoc patet defectus illorum qui exponunt litteram istam de tempore vitæ Danielis sic exponentes:* Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri regis, *id est, tantum vixit, & non plus: quia decima visio Danielis facta est sibi anno tertio Cyri: vt habetur infrà 10. cap. Ex quo patet quod terminus vitæ Danielis non potest accipi pro primo anno Cyri, ideo expone vt prius.*

Vixit Daniel vltra primũ annum Cyri.

CAP.

CAP. II.

A a IN *anno secundo*, HIER. in cō. Si post tres annos pueri ingressi sunt in conspectu regis: quomodo secundo anno hęc somniasse nunc dicitur? Hoc ita soluunt Hebræi. Secundus annus hic dicitur: quo omnibus Barbaris Gentibus imperauit Assyriis, & Ægyptiis, Moabitis & reliquis nationibus, non tantum Iudæis & Chaldæis, vnde Iosephus: Post annum secundum Ægyptiacæ captiuitatis, Nabuchodonosor vidit mirabile somnium, & fugit ab eō. b *Somnium eius*. HIERONYMUS IBID. Vidit rex impius somnium, vt Daniele interpretante glorificetur Deus: & captiui Deo seruientes inde habeant solatium: sic & Pharao, non quia meruerunt, sed Ioseph & Daniel digni fuerunt, qui interpretatione omnibus præferrentur.

An recte assignetur tēpus somnij huius cap.

Iosephus lib. 10. antiq. cap. 11.

Cur mirabilis visio impio regi data fuerit.

CAPVT II.

¶ In anno autem Sedechiæ, &c. ¶ Postquam subdidit sibi exteras Gentes. a ¶ Non sibi sed Danieli & captiuis Dei.

[1] IN anno secundo regni Nabuchodonosor vidit

a ¶ Moraliter, quia carnalis non potest sustinere spiritualia.

[2] Nabuchodonosor somnium, & [3] conterritus est

a ¶ Vt per eius inquisitionem virtus Dei ostenderetur, & sancti eius aliquantulum refrigerarentur.

spiritus eius, & [4] somnium effugit ab eo. [5] Præcepit ergo

Magi.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. II.

1 IN anno secundo, &c. *Hic ponitur secunda pars principalis huius libri, in qua intendit auctor exponere potentiam regni Christi per comparationem ad regnum mundi vel diaboli, & hoc per decem visiones hic consequenter positas. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponuntur quinque visiones ad primum aduentum Christi principaliter pertinentes. Secundò, aliæ quinque ad secundum aduentum Christi principaliter pertinentes, licet tam in istis quàm in illis fiat aliquando mentio de vtroque. Secunda incipit cap. 7.* Anno primo Balthasar. *Prima diuiditur in quinque partes secundum quinque visiones. Prima visio est de lapide abscisso sine manibus, statuam grandem conterente: In qua figurata est Christi conceptio diabolum conterentis. Secunda de angelo, filio Dei assimilato in fornacem descendente: In qua figurata est natiuitas Christi in nostram pœnalitatem descendentis. Tertia de vigili sancto clamante præcisionem arboris: In qua figurata est prædicatio Christi vitia rescindentis. Quarta de manu scribentis in pariete terminationem regni Balthasar: In qua figurata est passio Christi regnum diaboli exterminantis, & chirographum decreti cruci affigentis. Quinta de inclusione Danielis in lacum, & liberatione eius per angelum. In qua figurata est resurrectio Christi infernum spoliantis. Partes patebunt in quinque capitulis per ordinem sequentibus. Circa primum aduertendum, quod causa effectiua principalis huius visionis est spiritus sanctus, Causa impetratiua est oratio Danielis & sociorum eius, Causa finalis est, vt Dei potentia panderetur, & Daniel exaltaretur, & rex superbus humiliaretur, Causa autem materialis est continentia huius visionis quæ ostendit discursum mundi per quatuor regna principalia sibi succedentia vsque ad tempus Christi omnia regna terrena sibi subiugantis. Causa autem formalis est diuisio huius cap. Notandum quod in qualibet visione ponuntur hæ quatuor causæ vt positæ sunt in ista, quia qualibet visio est quasi quidam specialis tractatus, ergo circa causam formalem huius, ostenditur primo reuelatio, secundo inquisitio visi, ibi:* Præcepit ergo rex, *Tertio reseratio mysterij, ibi,* Tunc Daniel. *Quarto magnificatio Dei, ibi,* Tunc rex Nabuchodonosor. *Circa primum considerandum, quis fuit iste Nabuchodonosor, quia enim dicitur:* In anno secundo, &c. *Ideo dicunt aliqui quod fuit Nabuchodonosor iunior, & filius magni Nabuchodonosor, & quod regnauit ante fratrem suum Euilmerodach immediatè post patrem, & hoc ex ordinatione patris, propter malitiam Euilmerodach qui erat promogenitus: Magnus enim Nabuchodonosor iam regnauerat per 7. annos integrè quando Daniel de Iudæa in Babylonem fuit ductus, & iterum per tres annos fuit Daniel nutritus & edoctus antequam ei præsentaretur: vt visum est cap. præced. Cum ergo in hoc cap. dicatur quod Daniel vt aliis sapientior exposuit somnium Nabuchodonosor, & cum dicatur quod hoc somnium vidit secundo anno regni sui: ideo concludunt quod non potest intelligi de magno Nabuchodonosor: propter quod dicunt alium fuisse Nabuchodonosor, filium prædicti, qui Nabuchodonosor secundus regnauit post patrem: & secundo anno regni eius facta sunt ista quæ hic narrantur. Sed Hebræi & Berosus historiographus Chaldæorum (quibus magis credendum est) dicunt Euilmerodach immediatè regnasse post patrem, & hoc est quod dicit quædam glos. quæ sic incipit:* Non filius, *quæ habetur infra supra principium 5. cap. Hoc etiam videtur per dictum Ierem. 27. a. vbi ponitur verbum domini loquentis sic.* Dedi regi Babylonis terras istas, *sequitur*, Et seruient ei, & filio eius, & filio filij eius. *Et non ponuntur plures. Certum est autem secundum omnes, quod Euilmerodach fuit filius* Nabuchodonosor *magni: & Balthazar erat filius filij sui, scilicet, Euilmerodach, & non dicitur quod fuerit ibi alius intermedius qui vocatus fuerit Nabuchodonosor. Historiographi tamen aliqui ponunt duos filios inter Euilmerodach & Balthasar scilicet, Regusar & Labozardach. Sed quia auctoritas Ieremiæ videtur discordare & Annales Hebræorum, posset dici quod isti duo sunt idem in numero cum Euilmerodach & Balthasar quia vterque eorum fuit binomius, ita Euilmerodach alio nomine dictus est Reguzar, & Balthasar Labozardach. Item expositio illorum qui dicunt, quod iste Nabuchodonosor, de quo hic agitur, fuit filius magni Nabuchodonosor, & regnauit post mortem eius, includit contradictionem: quia secundum eos illa visio quæ ponitur 5. cap. exponitur de magno Nabuchodonosor, qui versus est in amentiam: & eiectus ab hominibus 7. an. Et ibi dicitur quod Daniel fuit familiaris ei: & collega &, famosissimus in reserando occulta & secreta diuina. In hoc autem cap. dicitur quod per expositionem huius somnij Daniel fuit primò cognitus esse tantæ sapientiæ: & à rege primo promotus, & socij eius ad sui petitionem: ergo istud factum non potuit esse post mortem magni Nabuchodonosor. Et ideo dicendum quod iste Nabuchodonosor, qui hoc somnium vidit, fuit magnus Nabuchodonosor. Et quod dicitur hic,* In anno secundo, &c. *non accipitur annus secundus regni sui simpliciter, quando factus fuit rex Chaldæorum, sed accipitur annus secundus regni sui postquam factus est monarcha quia multa regna acquisiuit: & potissimè post vnum annum subiectionis Aegyptiorum, vnde & Iosephus dicit de magno Nabuchodonosor 10. l. ant. Iudaicæ.* Post vnum annum Aegyptiacæ captiuitatis vidit Nabuchodonosor somnium. *Hoc etiam apparet, per visionem istam, vbi significatus est per caput aureum: in quo designatur regnum eius primum inter quatuor regna maxima. Hoc est igitur quod dicitur,* In anno secundo, &c. *Id est, monarchiæ.*

2 Nabuchodonosor, &c. *Specialis enim Dei prouidentia est circa principes magnos, inquantum ab eis dependet respublica, & propter hoc aliqua ostenduntur eis magis quàm aliis quibuscumque, sicut Pharaoni fames futura & abundantia, fuit tamen eius visio exposita per Ioseph, sicut visio Nabuchodonosor per Danielem.*

3 Et conterritus. *Ex insolita visione.*

4 Et somni. *Obliuio enim causatur ex motione humorum. Propter hoc enim pueri & multum senes sunt immemores secundum philosophum in libro de memoria & remi. Terror autem facit magnam humorum commotionem, & ideò causauit somnij obliuionem. Hoc etiam factum est ex diuina ordinatione, vt occasione huius obliuionis vocaretur Daniel ad Dei gloriam & populi Israelitici releuationem per ipsius Danielis sublimationem, sicut patebit inf. e. cap.*

5 Præcepit ergo. *Hæc est secunda pars in qua describitur inquisitio visionis. Et diuiditur in duas quia primo coniectores vocantur: secundo interrogantur, ibi.* Qui cum veni. *Circa primum aduertendum, quod homines* anti-

Visiones 10. de regno Christi.

Causæ visionis præsentis cap.

Diuisio.

Somnium quod hoc cap. narratur cui ostēsum fit Nabuchodonosor seniori an iuniori?

Non fuit nisi vnus Nabuchodonosor.

De Regusar & Labozardach regibus Babyloniis.

Quoto & cuius regni anno vidit Nabuchodonosor somnium quod in hoc cap. narratur.

Specialis Dei prouidentia circa principes magnos.

MORALITER.

† 1 *In anno secundo regni, &c.* Secundum sensum litteralem, per statuam, quam vidit significata fuerunt quatuor regna populum Israel affligentia successiuè. Secundùm verò sensum mysticum per ipsum significari potest Antichristus, qui populum Dei grauius ceteris est afflicturus. Ad hoc autem faciendum vtetur Antichristus quatuor inter cetera. Primum est rerum opulentia, quæ per aurum significatur: ideò caput huius statuæ dicitur de auro optimo: Secundum, est verborum eloquentia quæ bene per argentum significatur, Prouerb. 10. cap. *Argentum electum lingua iusti*. Propter quod huius statuæ pectus & brachia dicuntur esse de argento: Tertium, est simulationum fraudulentia, quæ per æs significatur, eò quòd æs esse videtur aurum & non est, ideò huius statuæ venter & femora dicuntur de ære: Quartum est armorum violentia, quæ bene per ferrum significatur, eò quòd ferrum domat omnia: propter quod huius statuæ dicuntur tibiæ ferreæ, per hoc autem quod dicitur.

Quatuor per quæ affliget

Antichristus populum fidelem.

a ¶ Abaris. ¶ Allj incantores qui verbis agunt. ¶ Astrologicj, id est, mathematici.

a rex vt conuocarentur arioli & magi, & Chaldæi & malefici, [1]

a ¶ Non sederunt, quia audire parati. [2]

b c vt indicarent regi somnia sua. Qui cum venissent, steterunt [3]

a ¶ Vmbram, & quasi auram, & vestigia somnij retinebat, vt aliis referentibus, posset quæ viderat reminisci, neque à mentientibus decipi. [4]

coram rege, [3] & dixit ad eos rex: Vidi somnium, & mente con- [5]

d fusus ignoro quid viderim. [4] Responderuntque Chaldæi regi [6]

e f Syriacè: Rex in sempiternum viue. Dic somnium seruis tuis, & [7] [8]

interpretationem eius indicabimus. [5] Et respondens rex, ait [9]

¶ Somnium vel visio. ¶ Prius. [10]

Chaldæis: Sermo recessit à me. Nisi indicaueritis mihi som- [11]

a ¶ Post. b ¶ Interpretationem, quid scilicet portendat.

g nium et coniecturam eius, peribitis vos: & domus vestræ [12]

a ¶ Confiscatæ scilicet de fisco erunt. b ¶ Si non terret pœna, alliciant præmia. [13]

publicabuntur. [6] Si autem somnium & coniecturam eius nar- [14]

a ¶ In præsenti. b ¶ In futuro. c ¶ Inter vicinos & amicos.

raueritis, præmia & dona & honorem multum accipietis à me. Somnium igitur & interpretationem eius indicate mihi.

a ¶ Iterum beneuolentia alliciunt eum.

[7] Responderunt secundo, atque dixerunt: Rex somnium dicat seruis suis & interpretationē eius indicabimus. [8] Respondit [15]

a ¶ Spatium vitæ. b ¶ Ambage verborum. [16]

h rex & ait: Certe noui, quia tempus redimitis, scientes quod à me [17] [18]

☞ a *Magi.* HIER. in com. Consuetudo autem & sermo communis, A magos pro maleficis accipit. Magi qui de singulis philosophantur.

b *Chaldæi.* IBID. Philosophi Chaldæorum, mathematici scilicet, quia hanc artem etiam reges & principes illius Gentis omnes plurimi faciūt, vnde & in natiuitate domini primi ortum eius notauerunt, & Bethleem venientes puerum adorauerunt.

Chaldæi mathematicæ studiosissimi.

c *Et malefici.* IBID. Qui victimis vtuntur, & sanguine: & sæpe cōtingunt corpora mortuorum.

Malefici.

d *Ignoro quid viderim.* B † THEODORETVS in com. Cum diuina prouidentia vellet ab amico suo propheta somnium patefieri regi, vt inde bonas ac salubres acciperet admonitiones, somnij ademit recordationem. Et quemadmodum Dei prouidentia perspicua fuit, ita piis omnibus cognita est C etiam regis insania. Quomodo enim nō extremæ dementiæ est, ex aliis quærere somnij recordationem?

Diuina prouidentia. *Irrationabile regis postulatum.*

e *Responderuntque.* IBID. Hucusque Hebraicè: ab hinc vsque ad visionem tertij anni regis Balthasar, quam Daniel vidit in Susis, Hebraicis quidem litteris, sed lingua scripsit Chaldaica, quam Syriacam vocant.

Pars libri Danielis scripta Chaldaice.

f Dic

f *Dic somnium, &c.* †† THEODORETVS vbi supra. Quod petierunt te consentaneum erat: sed eorum promissum arrogans; neque enim humani ingenij erat, quæ diuinitus reuelata fuerant, absque auxilio supernæ virtutis interpretari. Et Syriacè loquuti sunt Chaldæi, vt qui ex diuersis nationibus coacti, propriam singuli linguam haberent, cōmuniter Syriorum lingua vterentur. D

Chaldæi Syriace cur loquerentur?

g *Peribitis.* HIER. vbi supra. Minatur pœnam, proposuit præmia: vt si potuerint somniū dicere, cuius nō poterat recordari, credat etiā somnij E expositionem; aliter interpretatio eorū non habeat fidem. † THEODORETVS vbi supra. Hæc non solū regis temeritatem ac feritatem, sed etiam summā stultitiam indicāt. Extremæ enim dementiæ est opinari, vel comminatione malorū, vel bonorum pollicitatione, maiorē in F Chaldæis cognitionem ingeneratū iri: Seruituri, inquiunt, illi fatemur, verum etiā humani ingenij vires nouimus, &c.

Minæ non faciunt scientiorē.

h *Certe noui quia tempus, &c.* † THEODORETVS IBID. Horum verborum procax quidem & insana est efflagitatio: sed accusatio admodum vera.

☞ Non

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *antiquitus multum innitebatur auguriis somniorum. sicut patet de Pharaone Gen. 40. & de ministris eius incarceratis cum Ioseph, Gen. 40. c. & infra de isto rege 4. cap. propter quod fuit sollicitus de inquisitione somnij, secundum quod dicitur hic,* Præcepit autem rex vt conuo. arioli. *Qui in hostiis de animalibus immolatis diuinant.*

Homines antiquitus multū innitebantur auguriis.

1 Et magi. *Qui arcanis incantationibus vtuntur, vt habetur* Exo. 8.

2 Et malefici, *Quia auertunt sensus humanos per aliquod factum, vel dictum circa eos, & sic auersis sensibus aliqua occula eis reuelantur à dæmonibus, sicut de illis qui dormiebant in Sardos insula, vt dicit expositor Thomas super quartum physicorum, cap. de tempore. Chaldæi autem per considerationem astrorum diuinant: vnde tempore Ezechiæ, rex Babylonis, quæ est in Chaldæa, misit litteras & munera Ezechiæ, ad inquirendum de illa Solis retrocessione, quæ facta est tempore suo, vt habetur 4. Reg. 20.*

Arioli. Magi. Malefici. *Quid contingere solitum sit dormientibus in insula Sardos.* *Chaldæi.*

3 Vt indicarent regi somnia sua, &c. *Per artes suas prædictas. Sed quæritur hic, quare non fuit vocatus Daniel & socij eius, quia supra dictum est, quod erant sapientiores ariolis & magis. Dicendum quod hoc fuit ex inuidia, quia cum essent Iudæi, dolebant Babylonij quod magis appreciarentur à rege. Similiter ex cupiditate, quia per expositionem credebant dona & honorem consequi, sicut patet ex regis promissione ad eos facta, si somnium & eius interpretationem possent dicere. Et licet fuissent inuenti sapientiores ariolis & magis in verbis sapientiæ & intellectus, quando probati sunt à rege (vt dictum est c. 1.) tamen non erat adhuc Daniel cognitus quantum ad donum prophetiæ, & intelligentiam visionum, de quo erat hic quæstio: & ideo alij, qui iam erant famosi in arte diuinandi, erant magis vocati.*

Cur nō sint vocati Daniel & socij eius ad indicandum regi somniū suum?

4 Qui cum venissent, steterunt coram rege. *Hic coniectores de somnio interrogantur, & ponitur hic triplex interrogatio, Prima est cum simplici denuntiatione, Secunda cum forti comminatione & præmij promissione, ibi,* Et respondens rex dixit Chaldæis; *Tertia cum falsi impositione, & suspicione, ibi,* Respondit rex & ait. *Et cuilibet interrogationi additur sua responsio. Igitur primò dicitur sic,* Qui cum venissent, steterunt cum rege, *quasi parati ad respondendum.*

Diuisio.

5 Et dixit ad eos rex, vidi somnium, &c. *Ex terrore enim insolitæ visionis phantasmata sunt facta confusa, & sic non remansit memoria visionis distincta: quæ fit per hoc, quod imagines distinctæ remanent in memoria, recordabatur tamen in confuso: sicut aliquando contingit etiam in actibus humanis, quod aliquis recolit in communi se comedisse optima cibaria in aliquo festo, vel vidisse pulchra spectacula, & tamen nescit determinate dicere.*

Vnde fiat vt somniorum obliuiscamur?

6 Responderuntque Chald. *Isti erant principales inter coniectores, quia diuinatio eorum erat aliquo modo per viam rationis, scilicet per considerationem astrorum, aliorum autem diuinatio erat per viam superstitionis, vt visum est. Et ideo isti principaliter inter omnes responderunt.*

Chaldæi reliquis sapiētibus præponuntur.

7 Regi Syriace. *Hoc additur, quia ab isto loco Chaldaice vel Syriace, (quod est idem idioma quantum ad litteratos, licet vulgare aliquo modo discordet) liber iste descriptus est, vsque ad octauum cap. Chaldaicè, Hebraicis tamen litteris, quæ non distinguuntur à Chaldæis in sono; sed tantum in charactere, vt dicit Hieron. in prologo super libros Reg.*

Litteræ Hebraicæ & Chaldaicæ.

8 Rex in sempi. viue. *Hoc dicunt ad captandum eius beneuolentiam: Et quia credebant homines virtuosos post vitam istam transferri ad vitam deorum æternam, vt habetur 2. Macha. 11. c. vbi dicitur sic,* Patre nostro inter Deos translato, *& sunt verba Antiochi adolescentis, loquentis de Antiocho patre suo mortuo.*

9 Dic somnium seruis tuis. *Rationabiliter respondent: quia per artem non potest aliter somnium interpretari. Dicit enim Philosophus lib. de som. & vigi. Ille est artificiosus iudex somniorum, qui similitudines visas perpendere scit, & partes adinuicem comparare, & etiam per comparationem ad dispositionem cæli, & passiones & sollicitudines somniantis, & mores eius, & complexionem. Omnia enim ibi attendenda sunt, vt ibidem dicit magnus Albertus. Talis autem interpretatio somnij supponit somnium præscitum.*

Quis optime somnia interpretetur?

10 Et respon. *Hic ponitur secunda interrogatio, & fit cum adiunctione pœnæ & præmij & hoc est quod dicitur hic,*

11 Nisi indi. mihi somnium. *Prius & postea* coniecturam;

12 Peribi. vos. *Id est, moriemini.*

13 Et do. ve. *Id est, possessiones & bona.*

14 Publica. *Id est, fisco vel bursæ regiæ applicabuntur: Quod sequitur patet in littera.*

15 Respon. rex. *Hic ponitur tertia interrogatio, quæ fit non solum cum pœnæ comminatione & præmij promissione, sed etiam falsi suspicione, seu impositione, & hoc est quod dicitur hic,*

16 Certè noui, quia temp. redim. *Id est, detinetis in verbis, vel sic.*

17 Tem. re. *Id est, spatium vitæ vestræ vultis retinere per ambages verborum. Et subdit causam,*

Tempus redimere.

18 Scientes quod à me recess. sermo. *Propter quod non possum vobis somnium indicare,*

☞ Si

a Non est homo super terram, &c. † THEODORETUS in com. Humana, aiunt, à nobis requirito, nó ea quæ sunt supra naturam omnium. Siquidem regibus conuenit iustè regnum administrare, & ea quæ fieri possint, à subiectis requirere.

Qualia subditis imperare debeat Principes.

b Quo audito, &c. † THEODORETUS IBID. Tyrannicus & non regius conatus, apertissimè iniustus, expersque iustitiæ: siquidem arrogantia & superbia potestate nacta subuersis Iudæis perniciem machinatur. Ceterum, sanctissimus Daniel iniustam hanc cædem conspicatus, de Arioch, percontatur.

Præceptum Nabuchodonosor tyrannicũ non regiũ.

c Sapientes interficiebantur. HIER. in com. Quærunt Hebræi, cur Daniel & tres pueri non ingressi sunt ad regem cum aliis sapiẽtibus, & cum eis iubentur perire, & sic soluũt: Cum rex dona maxima & summum honorem promittebat eis, ire noluerunt, ne dignitatem & diuitias viderentur ambire. Aut fortè Chaldæi inuidentes sapientiæ eorum & gloriæ, ingressi sunt soli, quasi soli præmia recepturi, sed postea pœnę voluerunt habere consortes, Daniel autem & socij eius non venerunt, ne præmia ambire viderentur, vel propter inuidiam: ne fortè Chaldæi inuiderent sapientiæ eorum.

Cur cum reliquis sapientibus non fit ingressus Daniel.

Reliqui sapientes Danielem & socios eius in pœna nõ in præmio comites habere volũt.

d Tunc Daniel requisiuit, &c. † THEO. vbi supra. Ignorabat enim, vtpote qui in cœtũ sapientum Babylonis non aduocatus fuisset. Nondũ enim tres illi anni præterierant, quibus illos cibo regio nutritos, constituto postmodum tempore ad se iusserat rex introduci. Quod si antea narrauit eos ingressos fuisse & aliis prælatos, nemo miretur. Cum enim vellet narrationem illam absoluere, omnia quę tunc accidęre apertè docuit: deinde ad ea narrãda redit, quæ interiecto tempore gesta sunt.

Quando primum ante regem comparuit Daniel.

e Vt tempus daret. HIER. IBID. Nõ vt sagacitate mẽtis occulta perquireret, sed vt dominum occultorũ obsecraret. Alios sibi in preces adiungit, ne videatur præsumere de priuilegio sui meriti: & quorũ est commune discrimen, fiat communis oratio.

[a Remanebat enim in eo aliquod somnij vestigium, vt si quis diceret illud, agnosceret statim.] recesserit sermo.[9] Si ergo somnium non indicaueritis mihi, [a Firma. Sola.] [b Mihi.] [c Non aliquis pro vobis intercedet.] [Hoc scilicet.] vna est de vobis sententia, quod interpretationem quoque fallacem & deceptione [Fingendo.] plenam composueritis, vt loquamini mihi [a Hæret in proposito, stat in sententia, idem replicat.] donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi, vt sciam quod interpretationem quoque eius veram loquamini.[10] Respondentes ergo Chaldæi coram rege dixerunt: Non [a Tandem compulsi, Deum creatorem omnium recognoscunt.] [b Super cælum enim est, indicare qui hoc potest.] est homo super terram qui sermonem tuum rex possit implere, sed neque regum [a Ne dum serui regum possunt soluere.] quisquam magnus & potens verbum huiuscemodi sciscitatur ab omni ariolo & mago & Chaldæo.[11] Sermo enim quem tu quæris rex, grauis est, nec reperietur [Confitentur arioli, & omnis scientia secularis, præscientiam futurorum esse solius Dei, non hominum, vnde probatur prophetas spiritu Dei locutos, qui futura prædixerunt.] quisquam qui indicet illum in conspectu regis, exceptis diis, quorum non est conuersatio cum hominibus.[12] Quo audito [a Non de vno tantum præcepit.] [b Non de stultis & peccatoribus.] rex in furore & ira magna præcepit vt perirent omnes sapientes [a Non de extranea patria.] [A rege.] Babylonis,[13] & egressa à rege sententia, sapientes interficiebantur. [a Præparabantur occidi, vnde post, Sapientes ne perdas.] Quærebaturque Daniel & socij eius vt perirent. [a Nesciens causam sui periculi. Celauerant enim Chaldæi quæstionem regis, ne Daniel & tres pueri præferrentur eis in expositione visionis.] [b Id est ad solutionem redigens.]

[14] Tunc Daniel requisiuit de lege atque sententia ab Arioch principe militiæ regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis.[15] Et interrogauit eum, qui à rege [Hanc s.] potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sententia [Secreto.] à facie regis esset egressa. Cum ergo rem indicasset Arioch Danieli,[16] Daniel ingressus rogauit regem, vt tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi.

NICOLAUS DE LIRA.

1 Si ergo somnium non indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia, *Scilicet firma & irreuocabilis de morte vestra.*

2 Quod interpretationem quoque fallacem, *Quasi dicat eodem modo peribitis, si talem fallaciam feceritis, & est hic truncatio sententiæ, sicut solent irati facere in loquendo, & ideo quod dictum est, est supplendum. Ad hanc vero fallaciam remouendam subdit,* Somnium, *Meum. Vel nisi prius dixeritis,* Erit de vobis sententia. *Id est, certissime teneo, quod interpretatio quam dixeritis sit conficta.*

Truncata sententia.

3 Somnium itaque dicite, *Integre & perfecte.*

4 Vt sciam, *Per hoc, supple,*

5 Quod interpretationem quoque eius veram. *Et non confictam.*

6 Respondentes ergo Chaldæi coram rege dixerunt. *Hoc dicunt quia ponebant animam à corpore separatam, esse maioris intelligentiæ, & maximè diis coniunctã, sicut dicitur, 2. Macha. 11. e.* Patri nostro inter Deos translato, *ideo dixerunt,*

Anima à corpore separata maioris est intelligentię.

7 Non est homo super terram, *Id est, in præsenti vita,*

8 Qui sermonem tuum possit. *Quia non potest fieri per artem humanam, vt iam visum est. Declarant hoc etiam per facta regum præcedentium dicentes,*

9 Sed neque re. *Id est, quantumcumque fuerit magnus & potens.*

10 Verbum huiuscemodi sciscitatur, *De præterito scilicet.*

11 Ab omni ario. *Id est, à quocumque diuinatore, quasi dicant, per consequens nec tu debes quærere, cuius causa subditur,*

12 Sermo enim, &c. grauis est. *Id est, excedens virtutem intellectus humani.*

13 Exceptis diis quor. conuers. non est cum ho. *Posuerunt etiam aliqui Platonici, quod dæmones habent corpora aerea, vt patet per dictum Apulei discipuli Platonis, dicentis quod dæmones sunt animalia corporea aerea, mente rationabilia, tempore æterna, animo passiua, & sic per consequens quodammodo conuersantur cum hominibus, vnde & secundum doctores catholicos habitant hic nobiscum in hoc aere caliginoso vsque ad iudicium, & ab illis per artes magicas possunt aliqua quæri. Sed dij, quorum cum hominibus nõ est conuersatio, vocantur hic ab istis Chaldæis substantiæ totaliter separatæ, quarum scientiam dixerunt Platonici, & etiã alij Philosophi, maiorem quam sit scientia dæmonum, sed ars magica vel diuinatiua quæcumque, non se extendit ad aliquid requirendum ab eis.*

Sententia Platonicorum de dæmonibus: & aliis substantiis à materia magis alienis.

14 Quo audito, Rex in furore, &c. *Quod dicitur: quia irrationabiliter mouebatur, cum se excusarent sufficienter.*

15 Et præcepit vt perirent omnes sapient. *Id est, studentes philosophiam, & cognitionem occultorum. Ille enim dicitur sapiens, qui vltra communem cognitionem hominum transcendit.*

16 Et egressa à rege sententia, *irreuocabiliter,*

17 Sapientes interficiebantur, *Id est, de eorum interfectione disponebatur, quia non fuerunt interfecti, vt habetur infra.*

18 Quærebaturque Daniel. *Quia eidem sententiæ subiacebat cum sociis suis. Sed quæritur hic, quare tam duram sententiam dedit rex contra sapientes Babylonis? Dicendum, quod vacantes philosophiæ, & coniecturis futurorum & similibus, habebant à rege victum & vestitum, & sumptus magnos (vt supra est habitum de Daniele, & sociis eius) Similiter & Gen. 47. dicitur, quod sacerdotes Aegyptij non fuerunt compulsi vendere terram eorum, sicut alij, tempore famis: quia ipsi recipiebant victum ex horreis regis, & ipsi primo vacauerunt philosophiæ, vt habetur 1. Metaph. Igitur quia rex Babylonis multa expenderat pro sustentatione sapientum, fuit nimis iratus, quando non responderunt secundum eius voluntatem: & ex tali ira dedit sententiam tam duram & irreuocabilem.*

Quare tam duram sententiam dedit rex contra sapientes Babylonis.

Magi & sapientes à regibus ali solebãt olim.

19 Tunc Daniel re. *Hic ponitur tertia pars huius ca. vbi ponitur reseratio mysterij. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur reuelatio facta Danieli, Secundo interpretatio facta regi, ibi,* post hæc Daniel ingressus, *Circa primum Daniel primo quærit regis definitionem, secundo petit dilationem, ibi,* Cum ergo rem indicasset, *tertio recurrit ad mentis deuotionem, ibi,* Et ingressus est domum suam, *quarto recipit diuinam inspirationem, ibi,* Tunc Danieli. *Quinto assurgit ad gratiarum actionem, ibi,* Et benedixit. *Circa primum dicitur,* Tunc Daniel requi. &c. *Quæstio enim regis fuerat sibi celata ab aliis ex inuidia & cupiditate, vt dictum est supra, & ideo ignorabat causam sententiæ regis. Sequitur:*

Diuisio.

20 Et inter. eum q. à re. potest. habeb. *Exequendi sententiam regis, de interfectione sapientum. Cetera patent.*

21 Cum ergo, &c. *Hæc est secunda pars vbi Daniel petit dilationem ad soluendum quæstionem regis, & per hoc executio sententiæ regis, de sapientium interfectione dilata est, & patet littera.*

a *Tunc Danieli mysterium,&c.* HIER. in com. Somnium regis didicit suo somnio: imo & somnium & interpretationem eius, Dei reuelatione cognoscit; quod dæmones ignorabant, sapientia sæculi scire non poterat, Daniel, quod fuerat cunctis ignotum retroactis generationibus, cognoscit, Deo reuelante, mysterium.

Reuelatur Danieli somnium regis.

† THEODORET. in com. Inter veritatē & mendacium multum interest. Nam mendacij opifices à Deo deserti, solisque humanis rationibus innitentes, omnia tum dicunt, tum faciunt, vt homines seducant: At veritatis alumni absque superno auxilio nihil neque dicere, neque facere sustinent, sed petitiones suas ad diuinam prouidentiam referentes, constantes permanent & incolumes. Hoc diuinus Daniel testatur, qui tempus concessum, non in ratiocinando, sed in precibus consumpsit: non se solo fretus, sed æqualibus ad communiter supplicandum asciti.

Discrimen inter vere & ficte sapientes.

b *Deum cæli, & locutus ait, &c.* † HIER. vbi supra. Dij enim qui non fecerunt cælum & terram peribunt.

† THEOD. vbi supra. In omnibus propriam grati animi præ se fert probitatem, hymnumque connectit, argumētum nactus somnij inuentionem.

¶ Moraliter, ne sis sapiens tibi soli, omnibus proficere debes, & alios tecum docere.

[17] Et ingressus est domū suam, Ananiæque & Misaeli, Azariæ & sociis suis indicauit negotium, [18] vt quæreret misericordiā à facie Dei cæli super sacramēnto isto: & non periret Daniel & socij eius cum cęteris sapientibus Babylonis. [19] Tūc Danieli mysterium per visionem nocte reuelātum est. Et benedixit Daniel Deūm cæli, [20] & locutus ait: * Sit nomen domini benedictum: à sæculo vsque in sæculum, quia sapiēntia & fortitudo eius sunt, [21] & ipse mutat tempora & ætates. Transfert regna atque constituit: dat sapiēntiā sapiētibus, & sciēntiā intelligentibus disciplinā. [22] Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris cōstituta, & lūx cum eo est.

¶ Secum. a ¶ Occulto somnio, quo sacra futura signantur. ¶ Quo inuento. a ¶ Diligit inimicos, benefacit odientibus, orat pro persequentibus. a ¶ A Deo. ¶ Ideo. ¶ Non ingratus est, ideo imputet non sibi. a ¶ Ad differentiam eorum Deorum qui versantur in terra, & dæmoniacis artibus & præstigiis terrenos deludunt. a ¶ Qua cognoscuntur mysteria. a ¶ Regnorum. b ¶ Non hominum, non dæmonum, non regum. ¶ Non alius. ¶ Nota quia generali disputatione, præparat auditorem, iam innuens somnium esse de mutatione regnorum. a ¶ Vnde: Audiens sapiens sapientior erit. Et, Qui habet dabitur ei, & qui non habet etiam quod videtur habere auferetur ab eo. a ¶ Diligentibus correctionem morum. ¶ Ignorantia. a ¶ Sapientia atque scientia.

c *Et ipse mutat tempora & ætates, &c.* HIER. vbi supra. Ne miremur ergo si quandoque cernimus reges regibus, & regnis regna succedere: quæ omnia fiunt Dei arbitrio, qui causas omnium nouit, qui condidit omnia, & malos reges patitur suscitari, vt puniant malos, & emendent bonos.

Omnia Dei arbitrio fiunt.

d *Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus, &c.* IBI. Sapientia de cælestibus; scientia de terrenis; disciplina ordinatā morum correctio. Prius per disciplinam corrigimur, deinde scimus, & post sapimus.

Sapientia, Scientia, Disciplina.

e *Ipse reuelat profunda & abscōdita.* IBID. Cui reuelat Deus profūda, admiratur & dicit: *O altitudo diuitiarum sapientiæ & sci. Dei.* Iste inhabitante in se spiritusancto scrutatur profunda Dei, & in profundo animæ suæ altissimos puteos fodit: & terram egerit, quæ aquas cooperit: bibit aquam de vasis suis, & de fronte puteorum suorum.

Psal. 21. d. Rom. 11. d.

f *Nouit in tenebris.* HIERONYMVS IBID. Tenebræ ignorantia; lux scientia atque doctrina: Deum enim peruersa non latent, recta ambiunt & adhærent. Vel, tenebræ, mystica & profunda, Vnde in parabolis, *Intelligit parabolam & tenebrosum sermonem.* Et in Psal. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris, præ fulgore*

Lux & tenebræ. Prou. 5. c. secundū alia litteram Psal. 17. b.

c Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ingressus est domum suam. *Hic Daniel recurrit ad mentis deuotionem: vt possit scire somnium regis & eius interpretationem. Vnde patet quod hic non quæsiuit tempus ad soluendum, confidens de proprio ingenio, nec per viam superstitionis, sicut auguratores & diuinatores, quod est illicitum & lege diuina prohibitum, sed confidens de adiutorio diuino; & hoc est quod dicitur,* Et ingressus est domum suam, *vt sic sequestratus ab exteriori tumultu, melius vacaret orationi & contemplationi.*

Recurrit Daniel ad preces vt scire possit somnium.

2 Ananiæque & Misaeli, &c. *Adiungit enim sibi socios in orando, quia oratio multorum, & maximè bonorum, est multum exaudibilis.*

3 Super sacramento, &c. *Id est, secreto sacro: quia ibi fit mentio de regno Christi per lapidem abscisum de monte sine manibus, vt videbitur.*

Sacramentum, id est, secretum sacrum.

4 Et non periret Daniel & socij eius, &c. *Id est, ipsi & ceteri sapientes: In quo apparet oratio eorum charitatiua, quia non solum orat pro vita sua conseruanda, sed etiam pro vita aliorum sapientum, qui eis inuidebant, vt visum est.*

Charitas Danielis.

5 Tunc Danieli mysterium. *Hic describitur Danielis inspiratio, & hoc est quod dicitur,* Tunc mysterium, *Scilicet somnium regis occultum & eius interpretatio.*

6 Per visionem nocte reuelatum est, *à Deo scilicet. Non dicitur hic qualis fuerit ista reuelatio, vtrum in somno vel in vigilia. Sed probabiliter videtur quod vidit in somnis consimilem visionem visioni regis, & vltra hoc, intellectum ipsius. Et hoc etiam dicit glossa, quod somnium regis didicit somnio suo. Hoc etiam videtur per hoc quod dicitur,* Nocte, *quia tales reuelationes magis natæ sunt fieri, quietis sensibus ab exterioribus tumultibus, vnde dicitur Iob.* 33. *b.* Per somnium, in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens instruit eos disciplina.

Daniel suo somnio didicit somniū regis.

7 Et benedixit. *Hic pro prædictis ponitur gratiarum actio. Iste enim erat mos antiquorum in beneficiis perceptis laudare Deum sicut grati. Hoc autem fecit Daniel hic, propter quod dicitur,*

Et benedixit Daniel Deum cæli. *Id est, laudauit,*

8 Et locutus ait, &c. *Vsque in sæculum, Id est, in æternum; quia vbicumque duplicatur hoc nomen in vete. Testam. importat æternitatem communiter.*

9 Quia sapientia. *Ad disponendum & ordinandū in creaturis, quia opus sapientis est ordinare, vt dicitur.* 1. *Metaph.*

10 Et fortitudo, *Ad exequendū quod disponit, quia nullus potest impedire.*

11 Eius sunt, *Quia dispositio & executio effectus in omnibus aliis dependet ab ipso, & potest per ipsum impediri.*

12 Ipse mutat temp. *Quia ipse est primus motor cælestium corporum quorum motum sequitur tempus, vt habetur* 4. *Physi.*

13 Et ætates, *Id est, periodos rerum mutabilium & corruptibilium, & maximè hominum: maior enim fuit periodus vitæ humanæ ante diluuium quam post, vt patet in Gen.*

14 Transfert regna. *Et hoc contingit frequenter propter peccata hominum sicut patet Gen.* 15. *vbi dicitur quod filij Israel acceperunt regnum Chananæorum propter peccata eorum. Similiter Romani acceperunt regnum Iudæ post mortem Christi.*

Mutantur regna propter peccata populorum.

15 Atque constituit: *Quia aliquando etiam malos homines in regnum eleuat ad punitionem aliorum peccatorum: sicut patet de Cyro, qui ex ordinatione Dei eleuatus est in regnum ad destructionem Chaldæorum, & liberationem Iudæorum, secundū quod dicitur Isa.* 45. *a.* Hæc dicit dominus Christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram, &c. *Aliquando hoc etiam fit ad exercitium & flagellationem sanctorum: Exemplum habemus de Attila rege Hunnorum qui dixit sancto Lupo Trecensi, cum obsideret eius ciuitatem; Interrogatus à Lupo sancto quis esset, Respondit, Ego sum flagellum Dei. Cui ille respondit: Ego sum lupus qui debeo flagellari, & præcepit ciuitatem aperiri.*

Quid egerit S. Lupus Trecensis obsessa ab Attila sua vrbe?

16 Dat sapientiam sapientibus, *Id est, notitiam de diuinis illis quorum mentes eleuantur ad cælestia, quia tales sunt propriè sapientes, dicti à sapore.*

17 Et scientiam intelligentibus discipl. *Id est, notitiam de humanis, hominibus bene morigeratis. Vnde.* 1. *Ethicorum dicitur, quod passionum secutor est inanis auditor politicæ.*

18 Ipse reuelat profunda & abscōdita. *Ad quæ intellectus creatus non potest attingere propria virtute.*

19 Et nouit in tenebris constituta, *Scilicet ignorantia, respectu aliorum ab ipso. Vel aliter,* In tenebris constituta, *Id est, peccata quantumcumque occulta ipse nouit.*

20 Et lux cū eo est, *Quia ipse est propriè lux, vt habetur Ioan.* 1. *a.* Deus lux est, & tenebræ nō sunt in eo vllæ. *Et hoc est intelligendum, secundum quod nomen lucis extensum est ad significandum manifestationem, quia Deus est lux vera, quæ illuminat omnem hominem, vt dicitur Ioan.* 1.

Deus est lux vera.

10 Et

1 Tibi

☞ *gore in conspectu eius.* Qui enim terrena deserit, & ad excelsa conscendit, quasi auis tenuissimum aerem ætheraque desiderat, & nubes efficitur, ad quam veritas Dei peruenit, quę per sanctos pluere consueuit. Hic talis repletus multitudine scientiæ habet multas aquas tenebrosas & caligine inuolutas, quam solus Moyses & sui conformes ingreditur: & facie ad faciem Deo loquitur, de quo, *Posuit tenebras latibulum suum.* Nouerat illud, quod patriarchæ fodiebant puteos, & Allophyli nocte terram ingerebant: & patriarchæ iterũ fodiebant, vsque ad inuentam aquam. Sic quælibet fidelis anima vigilare debet propter insidias diaboli, vt ad aquam viuam, Christum scilicet, possit peruenire. Somnolentiam quarum, scilicet, animarum increpat propheta Dauid, dicens, *Filij hominum, vsquequo graui corde.* Memores enim esse debemus scintillulæ diuinæ, & imaginis nobis impressæ; de qua idem Dauid, *Signatũ est super nos lumen vultus tui domini.*

Exod.33.b. Psal.17.b. Gen.26.a. Exhortatio ad animam fidelem vt super se vigilet, nec socordiæ se det. Psal.4.a. Psal.4.b.

¶ Ergo. a ¶ Ne videatur sui meriti, refert hæc ad patrum iustitiam & Dei veritatem, qui seminis eorum etiam in captiuitate miseretur.

a [23]Tibi Deus patrum nostrorum confiteor atque laudo, quia
a ¶ Exponendi. ¶ Patiendi.
sapientiam & fortitudinem dedisti mihi: & nunc ostendisti
¶ Soli. a ¶ Nos quatuor. Arrogantiam fugit, ne solus impetrasse videatur. Et gratias agit quia mysterium somnij solus intelligit.
mihi quæ rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis. [24]Post hæc Daniel ingressus ad Arioch, quẽ constituerat rex vt perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est: b Sapientes Babylonis ne perdas: c introduc me in conspectu regis & solutionem narrabo regi. [25]Tũc Arioch festinus intro-
a ¶ Quantum ad laudem. b ¶ Ad quem nihil.
d duxit Danielem ad regem, & dixit ei: Inueni hominem de fi- e liis transmigrationis Iudæ, qui solutionem regi annuntiet. [26]Respõdit rex & dixit Danieli, cuius nomen erat Balthasar:
¶ Ordinem somnij seruat.
f Putasne verè potes indicare mihi somnium quod vidi & interpretationem eius? [27]Et respondens Daniel coram rege ait:
a ¶ Nota omne occultum posse vocari mysterium. ¶ Admirabilis simplicitas: innocentes ostendit qui eius mortem quærebant, nec enim nocendum est nocentibus.
g Mysterium quod rex interrogat, sapientes, magi, & arioli &
a ¶ Quia exta inspiciunt, & ex his futura prædicant. b ¶ Q. Frustra quæris ab hominibus in terra quia solus Deus nouit in cælo.
h aruspices nequeũt indicare regi, [28]sed est Deus in cælo reue-
a ¶ Absque adulatione veritati associata blanditur ei vt regi.
i lãs mysteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor quæ ve-

(1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19)

d *Inueni ho. &c.* HIER. IBID. Dei gratiam ad suam refert diligentiam, & se inuenisse dicit, cum Daniel se vltro obtulerit: & morem nuntiorum ostendit, qui cum bona nuntiant, sua volunt videri.

Nuntij bona, quæ narrant, sua volunt videri.

e *De filiis transmig.* IBID. Nota quod de filiis Iudæ, id est, de regali stirpe iuxta LXX. fit Daniel, non sacerdos, sicut in fine continet Belis fabula.

f *Putasne verè.* IBID. Seruat ordinem quæstionis: prius somniũ quod magi ignorabant, post interpretationem somnij quærit: vt cum quæ viderat recognouerit, credat interpretationem somnij: quę variam recipit coniecturam.

Deo confitetur regis.

g *Mysterium quod rex.* IBID. Aufert regi prauã suspicionem; ne existimet inueniri posse humana solertia, quod solius Dei habet notitia.

a *Tibi Deus patrum, &c.* † THEOD. in cõ. Tales piorum animæ agnoscentes Deum esse, qui ad necessarios vsus opportuna subministrat; & ad eius portus confugientes, memores beneficiorum eius, & laudem ei reddentes. Operæ pretium est autem diuini huius viri notare modestiam, nam & precibus petens socios obsecrationis asciuit: & pro iis quæ consecutus erat, laudem contexens, rursus eorum mentionem fecit; neque enim dixit, indicasti mihi quæ petij te, sed quæ rogauimus à te.

Daniel de se humilia sentit.

b *Sapientes.* HIE. in com. Imitatur domini clementiam, pro persecutoribus orans. Nec vult eos perire, pro quibus erat ipse periturus, si occiderentur.

† THEODORETVS vbi supra. Hæc misericordia prophetam decet. Neque enim tulit solus cum amicis ab iniusta cæde liberari, sed etiam Chaldæis incolumitatem molitur, hoc miraculo confidens eos ab impietate, ad omnium rerum auctorem Deum se abducturum.

Daniel Chaldæorũ etiam saluti consulit.

c *Introduc.* HIER. vbi supra. Arrogantiam vitat: quia ipse recto itinere posset ire; & ideo vult introduci.

h *Sed est Deus.* IBID. Non dij, vigilanter retrahit à multorum Deorum opinione.

THEOD. vbi supra. Admirabiliter doctrinæ fecit initium, Eiecto enim insipientium illorum choro, Deũ esse asseruit arcana reuelandi magistrum: & adiecit, *in cælo*, diis qui deorsum coluntur eiectis.

Veri Dei primo ingerit Daniel cognitionem.

† TERTVL. lib. cont. Psychicos. Solus Daniel Deo fidens quid ad demerendam Dei gratiam faciet, spatium tridui postulat, cum sua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus commendatis, & ordinem & significationem somnij per omnia instituitur, tyranni sophistis parcitur, Deus glorificatur, Daniel honoratur, non minorem Dei gratiam ei postea relaturus.

i *Quæ vent.* HIER. IBID. Aut ex quo Danieli somniũ reuelatũ est vsque ad consummationẽ mundi; aut certa vniuersa interpretatio ☞ somnij

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tibi Deus patrum nostrorum confiteor. *Facit mentionem in oratione de Abraham & aliis patribus, quia ex merito eorum multa bona facta sunt filiis Israel, & reuelationes prophetis.*

2 Teque laudo. *Et causam subdit*, Quia sapientiam, *Ad intelligendum.*

3 Et fortitudinem, *Ad pronuntiandum*, Dedisti mihi, &c. *Vnde sequitur,*

4 Quia sermonem regis. *Id est, illud quod requirit.*

5 Aperuisti mihi. *Misericorditer reuelando.*

6 Post hæc Daniel. *Hic consequenter ponitur interpretatio facta ipsi regi. Et diuiditur in tres, quia Daniel primo exprimit regis indignationem; Secundo excitat eum ad mentis attentionem, ibi,* Et respondens Daniel, *Tertio, aperit regi visionem, ibi,* Somnium tuum. *Primum facit per hoc quod impedit magistrum militiæ ab executione sententiæ regis, dicens,*

Diuisio.

7 Sapientes Babylonis ne perdas, *Per hoc quod paratus est regi satisfacere, dicens,* Introduc me in consp. re. &c.

8 Tunc Arioch fe. introd. Da. ad re. *Sciebat enim eum esse in desiderio sciendi: propter quod festinauit introducere Danielem ad eum, sciens hoc regi esse placitum.*

9 Et dixit ei, *Scilicet Arioch, regi.*

10 Inueni hominem de filiis transmigrationis Iudæ. *In qua scilicet terra solent esse prophetæ: propter hoc sequitur,*

11 Qui solutionem regi annun. *Id est, potens sit annuntiare: cum sit de illis, apud quos solent esse prophetæ. Et nota cum dicit,* Inueni hominem de filiis transmigrationis, &c. *Ipse mentitur: quia non quæsierat Danielem, nec inuenerat, sed se obtulerat. Sed hic est modus illorum qui adsistunt regibus, fingere se fecisse illa, quæ sciunt eis placere. Quod autem sequitur patet in littera.*

Parasiti aulici.

12 Respondens Daniel coram rege, &c. *Hic consequenter excitat Daniel regis attentionem, ostendens rei quæsitæ difficultatem, dicens,*

13 Mysterium, *Id est, occultum*, quod rex interrogat,

14 Sapientes magi & arioli, &c. *Exponantur hæc nomina sicut prius.*

15 Et aruspices, *Id est, aurarum inspectores, & per talia diuinant de futuris.*

16 Nequeunt indicare, *Id est, non potest dissolui quacumque arte humana vel magica, sed à Deo solo; & hoc est quod subditur,*

17 Sed est Deus in cælo reuelans mysteria. *Quia ipse solus habet certam scientiam futurorum contingentium; cuiusmodi erant contenta in illa reuelatione.*

18 Qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor. *Diuina enim prouidentia est principaliter erga rectorem multitudinis, quia ab ipso dependet directio multitudinis, sicut bona dispositio corporis dependet à capite.*

Diuina prouidentia est principaliter erga rectores multitudinis.

19 Quæ ventura sunt in nouissimis temporibus, *Quia in illa reuelatione fit mentio de regno Christi, quod est vltimum regnorum. Vnde & 1. Io. 2. dicitur de tempore Christi.* filioli nouissima hora est.

☞ somnij ad finem tendit, in quo imago & statua, quæ videretur, A conterenda est.

Somniorũ species sex.

a *Somnium tu.* HIER. in com. Sex sunt somniorum materiæ. Duo sunt quæ etiam nemo sanctus vitare potest, ex nimia ventris inanitate, & nimia ingurgitatione; Tertium, ex illusionibus nocturnis, inimici. Quartum, præmissa cogitatione, illusione secuta. Quintum per reuelationẽ spiritussancti, quæ multis fit modis. Sextũ ex cogitationibus premissis, vel ex curis ad caput nostrum Christum, vel ecclesiam vel ad membra pertinẽtibus reuelatione subsecuta.

b *Cap.* IBID. Mentis, scilicet, de quo B cogitatio, vel caput Christus, nos membra: iste pastor, nos grex. Vnde scriptum est, *Illuc perueniat infirmitas gregis quo præcessit pastoris firmitas.* *Capitis tui.* Non dicit oculorum, ne quid putaremus esse corporeum, sed capitis: Vnde in Para. *Oculi sapientis in capite*, Id est, in principio cordis, vnde, *Beati mundo corde, &c.* Et, *Quid cogitatis mala in cordibus vestris.* Alij hac occasione secundum Platonem in cerebro suspicantur esse sapientiam.

Eccl. 2. c. Mat. 5. a. Sapientia in cerebro secundum Platonem.

c *Tu rex.* IBID. Indicat causam somnij: quia scilicet Deus regi futura mysteria reuelauit, quia scire futura voluit. Et vt diuinæ inspirationis miretur gratiam: non modo quod in somnio viderit, sed C quod ante cogitauerit, exponit; *Tu rex.* Considerandum est quod somnia quibus futura significantur, & quasi per nubilum * veritas demonstratur, non patent coniectoribus, & mundi sapientibus, sed solius Dei notitiæ reseruantur.

* veritatis demonstratur.

† THEOD. in com. Cogitabas inquit, in lecto cubans an semper victurus esses, an verò humanæ naturæ lege moriturus: cupiebasque ea quæ nondum accidêre, cognoscere: & is qui arcana reuelat, indicauit tibi quæ oporteat euenire. Vbique autem vnum Deum prædicat, vt multitudinis Deorum excludat errorem.

Matt. 5. g. Dei clementia.

d † *Et qui re.* HIER. Qui scilicet *facit solem suum oriri super bonos & malos*: cuius tanta est clementia, vt etiam Nabuchodonosor dispensationis suæ, qua mundum regit, mysterium reuelaret per Danielem.

HIERONYMVS IBID. Interrogemus eos qui diuersas asserunt esse naturas, cuius Nabuchodonosor naturæ intelligant aut bonæ aut malæ? Si bonæ cur impius dicitur? Si malæ, quod verum est, secundum illos qui dicunt naturas bonas & malas, sed omnes bonæ in quantum creaturæ Dei sunt, cur malo atque terreno Deus sua mysteria reuelauit?

Nulla natura est mala.

e *Mihi quoque.* IBID. Q. d. Non putes futurorum notitiam humana solertia posse comprehendi. *Mihi. q.* Sapientes Babylonis excu- D sat, & inuidiam euitat: ne putet eum quæ dicturus est ex propria habuisse sapientia.

† THEOD. vbi supra. Mentis suæ modestiam præ se fert, dicens, Assecutus sum, vt hoc mihi reuelaretur, non quia sim sapiẽtior omnibus hominibus, sed vt cognoscas, quæ discere cõcupisti; meque, vt proprio famulo, huius cognitionis Deus vsus est ministro.

Humilitas Danielis.

a ¶ Complenda, modo cœpta, & horum omnium in fine erit generalis completio.
b ¶ Somnia & visiones pro eodem accipit.

a tura sunt nouissimis temporibus. Somnium tuum & visiones 1

a ¶ Locum designat vt magis credatur.

b capitis tui in cubili tuo huiuscemodi sunt: [29] Tu rex cœpisti co- 2
c gitare in stratu tuo, quid esset futurum post hæc: & qui re-
d e uelat mysteria ostendit tibi quæ futura sunt. [30] Mihi quoque,
non in sapientia quæ est in me plus quam in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est; sed vt interpretatio

a ¶ Regem honorat, quasi dicat, huius reuelationis desiderium tuum causa est, quia voluisti futura cognoscere.
b ¶ Ecce somnium Nabuchodonosor.

f regi manifesta fieret, & cogitationes mẽtis tuæ scires. [31] Tu rex 3

a ¶ Quasi phantasia. b ¶ Alij, imaginem quasi similitudinem futurorum. c ¶ Ad totum pertinet hoc.

g videbas: & ecce quasi statua vna grandis. Statua illa magna, 4

a ¶ In conspectu tuo. b ¶ Vultus. c ¶ Vel eam videre erat terribile.

h & statua sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terri- 5 6

a ¶ Chaldæorum regnum. ¶ Propter diuitias. ¶ Mœdorum atque Persarum signat imperium.

i bilis. [32] Huius statuæ caput erat ex auro optimo, pectus au- 7
k tem & brachia de argento, porro venter & femora ex ære,

¶ Regnum Romanorum. ¶ Quia regnum erat diuisum.

[33] tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars ferrea erat, quæ- †

f *Tu rex videbas, &c.*

† THEODOR. vbi supra. Exorditur narrare, ac primum ipsum affert somnium. Quadruplicem autẽ materiam significauit per aurum, argentum, æs, E ferrum: nam testam non per se, sed ferro commixtam dixit, ac per hæc maxima regna declarat, quæ cũ sibi deinceps successissent, maximam orbis terrarum partem obtinuere. Alia regna viguisse, & impræsentiarum vigere perspicuum est, non tamen omnibus aut pluribus, sed vni aut duabus solum nationibus imperantia licet videre. Primum autem omnium asseruit fuisse Assyriorum, quod idem est ac Babyloniorum, de quo, *Caput aureum, &c. rex.* Et Ieremias, *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, &c.* Testatur etiam Moses hæc ita se habere, dicens, *Nembroth gigantem venatorem coram Domino*, Babylonem habuisse principium regni. Externi quoque scriptores Babylonios Assyrios appellant, & vsque adhuc Assyriam ipsam Persæ F nominant. Igitur prima materia quæ aurum est, Assyriorum & Babyloniorum significat regnum.

Quatuor monarchiæ. Ierem. 15. Gen. 10. Babylonia Assyria vocata.

g *Grandis*, Totum, * ad magnum & sublime, &c.

* i. vox grãdis, communis est, ad magnũ, sublime, latum, &c.

h *Statua, &c.* † THEODORETVS. Quærendum qua de causa in imagine multiplicis materiæ vidit compositionem, cùm nihil temere à Deo reuelatur. Imago, figuras, non res habet. Talis est & præsens vita, que nihil habet perpetuum neque stabile. Quare Paulus exclamabat, *Præterit figura huius mundi*: Et alibi, *Nolite conformari huic sæculo.* Et Dauid humanæ tranquillitatis arguit vanitatem, *Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens*; *In imagine pertransit homo, &c.* Quãdo itaque præsens vita celerrimas habet mutationes, omnia fluxa sunt & caduca, & imago rerum vim non continet: solas regum ac subiectorum figuras ostendit. Ad hæc, ipsa quoque figura facillimè dissolui potest: ideo auctor omnium Deus superbum illum regem docere voluit, quam facilem habeant res humanæ mutationem, & se solum imperio perpetuo potiri, &c.

1. Cor. 7. Rom. 12. Psal. 38. Res mundi fluxæ sunt & mutabiles.

i *Huius sta.* † HIE. vbi sup. Diuidit regna sicut regnata sunt à regibus.

k *Ex ære.* Macedonum quod famosissimum virtute Alexandri & comparatur æri, quod resonat plus quam cetera metalla.

Monarchia Macedonũ.

☞ Ab-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Somnium tu. *Hic consequenter Daniel aperit regi visionem. Et diuiditur in duas, quia primo eam repetit; secundo, expositionem subiungit, hoc enim petierat rex coniectoribus, vt patuit supra, secunda ibi,* Interpretationem quoque eius, *Circa primum sic procedit, quia primo repetit causam visionis, quæ fuit cogitatio regis de futuris, & ex hoc apparet reuelatio mirabilior, quia non solum reuelata est Danieli visio regis, sed etiam cogitatio regis præcedens, quæ soli Deo nota erat; & hoc est quod dicit.*

Diuisio. Reuelatur Danieli visio regis & cogitatio eiusdem præcedens.

2 Tu rex, &c. *Ex hoc etiam patet quod sollicitudo præcedens in vigilia bene est causa somniorum sequentium in somno. Sed hoc est dupliciter: Vno modo naturaliter, quando phantasmata, quæ fuerunt in vigilia, reuertuntur in somno, vel similia eis, sed non fuit hic sic: quia talia somnia non sunt signa futurorum, sed magis præcedentium; Alio modo supernaturaliter, quando ex sollicitudine circa aliquid futurum disponitur homo, vt de talibus fiat sibi aliqua ostensio à Deo in sequenti somno: quia talia conuenientius fiunt in somno, quam in vigilia, vt supra dictum est, & hoc fuit hic. Cetera patent vsque ibi,*

Sollicitudo est causa somniorũ.

3 Tu rex vi. *Vbi secundo repetit ipsam visionem, dicens,*

4 Et ecce quasi statua vna grandis. *In lõgitudine scilicet & latitudine.*

5 Stabat contra te, *Sic enim erat disposita in situ respectu regis, quasi aspiceret regem, & ipse eam.*

6 Et intui. eius erat terribilis. *Quia illa statua significabat mutationem regnorum, vt videbitur, quæ mutatio per bella & occisiones fit, & ad hoc denotandum, terribile erat videre illam statuam, vnde & supra dictum est, quod rex territus oblitus est somnium.*

7 Huius statuæ caput. *Ista non oportet hic exponere, quia exponuntur in parte sequenti.*

Inter

MORALITER.

† *Pedum quædam pars.* Significatur quod adhærentium Antichristo aliqui adhærebunt sibi firmiter, qui per partẽ ferream; alij qui timore mortis tantum, qui per partem fictilem designantur.

Affectus adhærentium Antichristo.

a *Abscisus est.* † † Hier. in com. Christus *lapis quem reprobauerunt ædificantes*, Id est, Iudæi, *hic factus est in caput anguli.*

1.Petr.2.b. Psal.117.c.

b *Et impleuit vniuers.* Vt per Constantinum, qui licentiam dedit toti orbi vt Deo seruirent.

c *Tu rex regum, &c.* † Theod. in com. Non adulans hoc dixit, sed consueta vsus est appellatione: etenim in omnes, qui tunc gentibus imperabāt imperium obtinebant. Tu, cui Deus cæli regnum forte, validum, ac gloriosum dedit in omni loco, Non enim humanis viribus omnibus superior euasisti, sed quia Deus supercæleste regnum obtinēs istam tibi concessit potestatem, Bestias agri vocat ferino more viuentes barbaros; volatilia autem, prudētia prę ditos & aliis præstātiores, horū, inquit, omnium te regem declarauit. *Tu itaque es caput aureum*, hoc est, tuum regnū. Neque enim de persona, sed de ipso regno loquitur.

Imperium orbis à Deo datum Babylonio.

d *Et post te consurget regnum aliud, &c.* † Theodoretus Ibid. Non filiorum ipsius regnū indicat, sed Persicū, quod minus vocat, non vt imbecillius, sed vt secundum. Cyrus namque Persis, & Medis præfectus, materno genere à Medis, paterno à Persis oriundus, Assyriorum regnum euersum transtulit ad Persas. Pectus ipsum & brachia vocauit Daniel, vt ostēderet cum duabus gentibus cognationem: per dextram enim paternum, per sinistram maternum significat genus.

Persicum imperium. Cyri genus.

e *Et regnum tertium.* † Hier. vbi supra. Alexandrum significat & regnum Macedonum & successorum, quod iure æneum, quia inter omnia metalla æs vocalius, & tinnit clarius, & sonus eius longè lateque diffunditur: quod non solum potentiam regni, sed etiam eloquentiam Græci sermonis ostendit.

Græcorum eloquentia.

† Theodoret. vbi supra. Per ventrem statuæ, Alexandri principatum significauit; per femora, eam quę post ipsius obitum facta est regni diuisionem. Alexander autem Philippi dominatus est omni terræ duodecim regni sui annis, omnibus hominibus in suā ditionem redactis.

Monarchia Macedonū ab Alexandro erecta.

f *Et regnum quartum, &c.* † Theodoretus Ibid. De Romano regno loquitur, quod robustissimum fuit, omnesque nationes superauit, & ab omnibus tributum ac vectigal exegit. Ipsi tibias assignauit, vt potè quæ ad finem totius corporis sitæ totum etiam corpus ferre valeāt, pedumque bases & ipsas ferreas, sed testæ cōmixtas, & hac re non aliud innuit regnum, sed ipsum seipso imbecillius futurum, & testæ imbecillitati commixtum. Materiæ autem differentiam apposuit, non vt honoris, sed vt virium discrimen ostenderet, auro enim densius est argentum, argento æs solidius, & ferrum etiam ipso ære multis partibus robustius, differentia itaque non in honore, sed in viribus potentiaque consistit; illud autem,

Romanum imperium. Roma sua mole cecidit.

g † *Comminuet & conteret, &c.* Idcirco ascripsit, vt indicaret obedientiam, ordinem, ac legitimam reipublicæ administrationem.

a dam autem fictilis. 34 Videbas ita: donec abscisus est de monte

a ¶ Bene in pedibus primum, quia quando natus est dominus imperabant Romani, in quibus omne terrenum imperium confregit.

lapis sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. 35 Tunc contrita sunt pariter, ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento, nullusque locus inuentus est eis. Lapis autem, qui percusserat

¶ Et ita. a ¶ De plenitudine enim eius nos omnes accepimus.

b statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. 36 Hoc est somnium. Interpretationem quoque eius di-

a ¶ Rex sapiens tacitus omnia auscultat veritatem recognoscens.

c cemus coram te rex. 37 Tu rex regum es, & Deus cæli regnum

a ¶ Cui omnia debes non idolis vanis & surdis.

& fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi: 38 et omnia

a ¶ Contra inimicos. b ¶ In subditos. c ¶ Apud extraneos. d ¶ In terra ista. e ¶ Vt breuiter omnia comprehendam.

in quibus habitant filij hominum et bestiæ agri: et volucres cæli dedit in manu tua, et sub ditione tua vniuersa

a ¶ Vt boues, asini. a ¶ Aeris. b ¶ Non meritis tuis, sed gratis. c ¶ Potestate. d ¶ Quia non contradicunt aliqui tibi.

d constituit. Tu ergo es caput aureum: 39 et post te consurget

a ¶ Primum regnum scilicet Babyloniorum, auro pretiosissimo comparatur.

e regnum aliud minus te argenteum, et regnum tertium

a ¶ Medorum atque Persarum: quod argento comparatur, priore minus, sequente maius.

f aliud æreum, quod imperabit vniuersæ terræ, 40 & regnum quartum erit velut ferreum. Quomodo ferrum comminuit

a ¶ Romanorum quod comminuit scilicet, & domat omnia, tandem domatur.

g et domat omnia, sic comminuet et conteret omnia hæc.

¶ Prædicta omnia.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Interpretationem. *Hic ponitur expositio prædictæ visionis, & hoc est quod dicit Daniel.*

2 Tu, *Scilicet Nabuchodonosor,*

3 Rex regum es, *Quia multos reges deuicerat, & sibi tributarios habebat. Et quia maior rex erat de toto mundo tempore suo; sed vnde venerit sibi tanta magnitudo subditur,*

4 Et Deus cæ. regnum, *Scilicet Chaldæorum primo,*

5 Et fortitudinem, *Ad debellandum inimicos & reges alios.*

6 Et imperium, *Id est, monarchiam,*

7 Dedit tibi, *Quia de infimo statu per diuinam dispositionem eleuatus es ad omnia ista, vt visum est 1. cap.*

8 Et omnia in quibus habitant filij ho. *Hoc dicit quantum ad ciuitates.*

9 Et bestiæ agri, *Quantum ad loca campestria.*

10 Volucres quoque cæli; *Quantum ad syluas, vbi habitant aues communiter.*

11 Dedit in ma. tua. *Hoc est sub potestate tua. Et accipitur hic pars pro toto, per synecdochen, quia non omnis terra habitabilis fuit ei subiecta, sed magna pars ipsius. Est etiam ibi alia figura, quæ dicitur hyperbole. Id est, sermo multum expressiuus ad expressionem excessiuæ magnitudinis suæ, ex quo concludit.*

Non totus orbis sed magna illius pars Babyloni subiecta.

12 Tu ergo, &c. *Hoc est, regnum tuum significatur in statua illa, quæ tibi apparuit, per caput aureum: & hoc significatur conuenienter per aurum, propter maximas diuitias illius regis quas congregauerat in Babylone de vniuersis regnis ab eo subiugatis.*

13 Et post te consurg. regnum. *Hoc fuit regnum Mædorum & Persarum, quod successit regno Chaldæorum; vt habetur infra 5. c. Significatum autem est illud regnum per argentum, quia in illo regno multum vacabāt sapientiæ & eloquentiæ, quæ significantur per claritatem argenti & eius sonoritatem. Et quia regnum Mædorum & Persarum, primo fuerunt duo regno & in vno regnabat Darius, & in alio Cyrus, ideo significata sunt per duo brachia, verumtamen quia fuerunt coniuncta simul tempore Cyri, mortuo Dario eius auunculo, (vt dicetur infra 5. ca.) & tempore Darij cui in honore successit Cyrus, (vt dicitur infra 6. c.) ideo illa brachia erant iuncta in pectore vno, ideo de illa statua dictum est, quod habebat brachia & pectus de argento.*

Sapientia & eloquentia Persarum.

14 Et reg. tertium, &c. *Hoc fuit regnum Alexandri magni & Græcorum, quod successit regno Persarum, & dicitur æreum, propter sonoritatem Græcæ eloquentiæ: quia æs inter alia metalla est magis sonorum.*

Græca facunditas.

15 Quod impe. vni. *Hoc est quod Alexander fere ab omnibus regnis recepit tributa & munera. Multi enim reges audientes crebras & maximas victorias eius, ex timore ne veniret super eos miserunt sibi munera.*

16 Et reg. quart. &c. *Istud fuit regnum Romanorum, & cum subditur,*

17 Quom. fer. &c. *Ita regnū Romanorū subiugauit sibi omnia regna prædicta, & hoc ex tribus per quæ Romani deuicerunt totum orbem. s. sapientia, exercitio armorum, & bono regimine. Omnem enim hominem vndecumque ve-*

Studia Romanorum.

MORALITER.

† † *Videbas ita donec absci. e. de monte lapis.* Per quam significatur Christus de excellentissima virgine sine humano opere natus,

Christus destruet Antichristum.

† *Et percussit statuam*, Nam destruet Antichristum, & magnam partem sui exercitus: sicut dicitur secundo Thessal. 2. *Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.*

† *Lapis autem qui percusserat statuam factus est mons magnus.* Nam Antichristo fulminato cum magna parte sui exercitus: omnes remanentes ipsi Christo firmiter adhærebunt.

a ¶ Quod hodie impletum est: Sicut enim in principio, Romano Imperio nil fortius fuit aut durius: ita in fine nihil debilius.

[41] Porrò, quia vidisti pedum & digitorum partem testeam figuli, & partem ferream, regnum diuisum erit: quod tamen de plantario ferri orietur. Secundum quod vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, [42] & digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum. [43] Quòd autem vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testæ. [44] In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem & consumet vniuersa regna hæc, et ipsum stabit in æternum. [45] Secundum quod vidisti quòd de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam & ferrum, & æs, et argentum, et

a ¶ Quia à principio forte & durum. b ¶ Iuxta quod. c ¶ Debilius.
a ¶ Id est, homines erunt ex priori semine descendentes vt testa & lutum.
a ¶ Quia discordes: nec tantæ virtutis quantæ priores, & ab illis degeneres.
¶ Pater. ¶ Filij sui & ecclesiæ.
a ¶ Et regni eius non erit finis. b ¶ Vnde: Et gloriam meam non dabo alteri.
a ¶ Comparatione sui regni.
a ¶ Vt. ¶ Cetera transitoria. ¶ Q. Hoc in visione tibi significatum est.
a ¶ De superba Gente Iudæorum. b ¶ Materiali carne.
c ¶ Christus, de quo, Lapidem quem reproba. ædifi. &c.
d ¶ Absque viri semine genitus de virgine, qui contritis omnibus regnis factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram; de quo Isaias: Venite ascenda. ad mon. do. Dei Ia.
a ¶ Primum Romanum imperium sub quo natus est Christus.

a *In diebus.* HIERON. in com. His regnis præcurrentibus regnum Christi & prænuntiatum est & venit.

b *Comminuet.* IBID. Regnum mundi ideo conteret Christus, vt ibidem ædificet: vnde Petro dictum est, *Macta & manduca*; scilicet incorpora tibi, id est, omnes fac tibi conformes. Cùm Moyses descendisset de monte, & inuenisset Iudæos, qui fecerunt vitulum cõflatilem, precibus hoc consecutus est, ab eis, vt destrueretur, & combussit eum intãtum, quòd puluis factus est: & postea dedit omnibus aquam vt biberet; quod significat baptismum & pœnitentiam. Aqua enim in baptismo abluimur igne conscientiæ vel materiali purgamur, vel spiritusancto, qui verus ignis dicitur.

(Margin: Actu.10.b. Exod.32.d. Aqua Baptismalis.)

† THEODORETVS in com. Hæc apertè ostendunt præsentium rerum finem; regnum autem cælorum fine carens. Cùm enim ferreum regnum imbecilliter affectum fuerit, tunc apparebit lapis sine manibus excisus, & in nihilum omnia rediget, regnumque sempiternum iis, qui eo digni fuerint, præbebit.

(Margin: Regnum æternum Christi quod excellat regna mortalia.)

c *Lapis sine manibus, &c.* HIER. vbi supra. Hæc impius Porphyrius & Iudæi ad populum referunt Iudæorũ: quem in fine sæculorum volunt esse fortissimum, & omnia regna comminuere, & regnare in æternum.

(Margin: Matth.21. Act.4.)

† THEOD. vbi supra. Quæramus quisnam sit hic lapis, prius paruus visus, mox maximus euadens, & orbem terrarum contegens: Audiamus ipsum Deum per Isaiam dicentem, *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretiosum, &c.* Audiamus & beatum Dauid clamantem, *lapidem quem reprobauerunt ædificantes, &c.* Hoc testimonium Christus Iudæis de seipso protulit; & Petrus ad Iudæos concionem habens, adducta in medium prophetia, *Hic est*, inquit, *Lapis qui reprobatus est à vobis, &c.* Beatus quoque Paulus Eph.2. 1.Cor.3. & 1.Cor.5. Petram vocat Christum. Hic excisus est à monte sine manibus, id est, natus de virgine absque nuptiali cõmercio.

(Margin: Isa.28. Psal.117. Christus lapis Angularis reprobatus à Iudæis.)

† IREN. l.3. c.28. Lapis præcisus sine manibus hoc significabat, quod non operantibus humanis manibus, id est, non operante in eum Ioseph, sed sola Maria cooperante dispositione veniret Christus.

† IDEM l.4. cap.37. Aliquando filius Dei visus est cum his qui erant in camino, liberans eos de igne: aliquando autem lapis à monte abscisus sine manibus, & percutiens temporalia regna, & ventilans ea, & ipse replens vniuersam terram.

† AVGV. in psal. 47. fuit quidam lapis angularis cõtemptibilis, præcisus de quodam monte sine manibus, hoc est de regno Iudæorũ, veniens sine manibus, quia humanum opus non accessit ad Mariam, de qua natus est Christus.

(Margin: Dei genetrix virum nesciens.)

† IDEM tract.4. in Io. Quare lapis ille præcisus est sine manibus? quia sine opere virili Virgo peperit Christum: is ante oculos Iudæorum humilis erat, quia nondum impleuerat orbem terrarum, quod ostẽdit in regno suo, quod est Ecclesia, quæ impleuit totam faciem terræ.

† IDEM tract.9. in Io. Daniel vidit lapidem creuisse & impleuisse totam faciem terræ: lapis præciditur de monte Iudæorum, vnde dominus noster Iesus Christus secũdum carnem natus est; Et præcisus est sine manibus, quia sine opere humano, sine amplexu maritali de virgine exortus est. Mons ille, vnde præcisus est, nõ impleuerat vniuersam faciem terræ: non enim tenuerat regnum Iudæorũ omnes gentes; at regnum Christi omnes gentes & vniuersum orbem terrarum cernimus occupare.

(Margin: Christus ex Iudæis secundum carnem.)

☞ Deus

NICOLAVS DE LIRA.

veniret ad eos, honorauerunt secundum valorem suum: siue in militia, siue in scientia, siue in arte mechanica, seu quacumque excellentia alia. Et propter hoc excellentes viri de omnibus partibus mundi propter magnam pacem iungebant se eorum politia. Quia tamen postea regnum fuit diuisum in imperium Constantinopolitanum, & Romanum, ideo hoc fuit signatum in statua per duas tibias ferreas. Vel alia ratione. s. quia ille, qui erat principalis imperator, accipiebat vnum socium ad administrandum imperium, sicut patet de Augusto, & Antonio; & de Diocletiano & Maximiano, & pluribus aliis.

(Margin: Virtus in pretio apud Romanos. Imperium orientis & occidentis. Collegæ imperij.)

1 Porro, quia vidisti pe. & partem testeam. *Id est, de terra factam.*

2 Et partem ferream. *Per hoc signatur fortitudo illius regni in principio, & postea debilitas ipsius per diuisiones intraneas: propter ambitiones ex quibus regnum Romanorum quasi ad nihilum deductum est: vt patet ad sensum.*

3 Quod tamen de plantario ferri orietur. *Sic enim erant pedes illius statuæ dispositi, quod planta pedis erat tota de ferro, digiti autem exeuntes de planta erant partim testei, & partim ferrei, & per hoc significatur quod diuisiones illæ, quæ ortæ sunt in Romanis, processerunt ex robore diuitiarum & potentiæ sæcularis. Quod autem sequitur,*

(Margin: Ciuilia bella Romanorum.)

4 Commiscebuntur quid. *Significat quod ad tollendum istas diuisiones regnum Romanorum debilitantes, facta sunt multa connubia.*

5 Sed non adhærebunt sibi. *Quia per talia non potuerunt amoueri diuisiones animorum. Aliter exponunt quidam doctores Hebræorum ab illo loco.* Porro quia vi. *de societate Iudæorum & Romanorum: quæ incepit tempore Iudæ Machabæi: vt habetur. 1. Macha. 8. & renouata est, tempore Ionathæ & Simonis fratrum suorum. 1. Macha. 12. Et Iudæorum debilitas significata est per testam, fortitudo autem Romanorum per ferrum. Quod autem sequitur,* Commiscebuntur quidem humano semine. *Exponunt de Herode Ascalonita: cui regnum Iudæorum datum est à Romanis: Et cum non esset Iudæus natione, voluit sibi puellam de genere Machabæorum copulare, vt filius eius teneret regnum; sed illa præ dolore se interfecit: Herodes autem propter suam luxuriam & puellæ pulchritudinem ea mortua abusus est, vt dicunt: & hoc est quod dicitur hic.* Commiscebuntur humano semini: *non dicitur femineo. Sed non adhærebunt sibi, quia Herodes numquam dilexit Iudæos, nec ipsi eum.* In dieb. a. regnor. illor. *Scilicet, quando Romanum imperium in sua fortitudine erit: Quod dicitur regna in plurali: quia multa regna continebat sub se.*

(Margin: Iudæi Romanorum socij. Herodes Ascalonita.)

6 Suscitabit Deus cæli regnum quod in æternum non dissipabitur. *Istud est regnum Christi quod est æternum: secundum quod dicitur Lucæ 1. c.* Regni eius non erit finis. *Quod regnum inchoatum est regno Romanorum existente in maxima fortitudine sua: quia subiectis omnibus nationibus descriptus est orbis de mandato Augusti Imperatoris: quo tempore natus est Christus: vt patet Lucæ 2. Sequitur,*

(Margin: Regnum Christi.)

7 Et regnum eius alteri pop. non trade. *Quia regnum Christi potissime est in cælo: vbi ciues sunt immortales.*

8 Commin. au. &c. *Q. In iudicio finali omnis potestas terrena auferetur: & omnis creatura perfectè Christo subiugabitur: & iam multa regna supposuerunt iugo fidei Christi colla. Sequitur,*

9 Secundum quod, &c. *In hoc ostenditur modus nascendi ipsius Christi, qui natus est de virgine: quæ significatur per montem propter excellentiam vitæ; De hoc monte abscisus est lapis, id est, Christus formatus, qui per lapidem significatur, vt patet in Psal. 108. c.* Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus, &c.

(Margin: Christus de virgine natus.)

10 Sine ma. *Id est, sine humano opere, sed spiritus sancti virtute.*

11 Et comminuit. *Quia omnia regna mundi pro maiori parte subiecta sunt Christo per fidem: & perfectissimè subiicientur tempore iudicij: vt dictum est.*

a *Deus magnus, &c.* † THEOD. in com. Operę pretiū est admirari A Dei erga omnes homines curam: neque enim impię viuentes propria destituit prouidentia, sed ipsos etiam omni diligētia dignatur, sicut barbarum istum agrestem & impium non neglexit: sed ei pręsentis vitæ felicitatem fluxam ostendit, & regnum ipsius mutationi obnoxium, ac nihil quod ad humanam tranquillitatem pertineat stabile. Atque hæc idonea erāt ad illius arrogans supercilium sedādum, eique persuadendum vt humana cogita- B ret & vitæ regnique finem expectaret.

Deus etiam impiorum curam gerit.

b *Tunc rex.* HIER. in com. Hoc superbus calūniatur Porphyrius: quod rex superbissimus captiuum adorauerit, tāquam & Licaones populi ob magnitudinem signorum Paulo & Barnabæ C voluerunt hostias immolare: ergo error Gentilium, qui omne quod super se est, Deos putāt, scripturæ non debet imputari: quæ simpliciter refert vniuersa quæ gesta sunt.

Actu. 14. b. Calumnia Porphyrij qua hūc & alium locū Act. 14. onerat.

c *Cecidit in faciem.* IBID. Qui cadit in faciem, videt quo vadat: qui autem retro cadit, nescit quo vadat. Vnde creditur quod Eli sacerdos domini perditus sit qui retro cecidit.

1. Reg. 4. c.

† THEOD. vbi supra. Considera autem quanti sit, arrogantem illum & miserum, qui etiā Deum esse se existimauit, qui omnes homines in ditionem suam redegerat, eo adductum esse, vt captiuum adoret Iudæum, sibique persuadeat, per ipsum ipsius Deum adorare. Hac de causa Manaa & bonum odorem libare ei, hoc est thus & suffimentum ei offerri mandauit: atque per hoc innuit historia, hoc illum præcepisse eis, qui sacerdotes haberentur: qui enim adorauerat, etiam incensum attulisset, si Sacerdotis officio fungi consueuisset. Et ne frustra videretur hominem adorare, dicit, *Verè Deus* D *vester Deus Deorum est, &c.* Tantum & ex somnio, & ex somnij obliuione ei attulit vtilitatis Deus. Primum enim suam agnouit humilitatem, deinde Deorum quos colebat didicit imbecillitatem, ad hæc doctus est quanta sit Dei veri virtus.

Quot bona perceperit Nabuchodonosor ex somnio & eius obliuione.

a ¶ Item reuelationem somnij, non meriti sui esse dicit: sed vt manifestum fieret regi solum Deum esse colendum.

a aurum: Deus magnus ostendit regi quæ ventura sunt postea: b & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius. [46] Tūc rex [1]
a ¶ Potuit fieri vt nouitate rerum percussus nesciens caderet.
c Nabuchodonosor cecidit in faciem suam: & Danielem ado- [2]
¶ Præparari vel portari.
rauit, & hostias & incensum præcepit vt sacrificarent ei. [47] Lo- [3]
¶ Non nostri. ¶ Omnium. [4]
d quens ergo rex ait Danieli: Verè Deus vester Deus Deorum [5]
¶ Quasi cæli & terræ. a ¶ Quia. b ¶ Hoc in te probatur.
est, et dominus regum reuelans mysteria, quoniam tu po- [6]
¶ Hæc est causa somnij.
e tuisti aperire sacramentum hoc. [48] Tunc rex Danielem in su- [7]
blime extulit et munera multa et magna dedit ei. Et consti- [8] [9]
tuit eum principem super omnes prouincias Babylonis, et [10]
præfectum et magistrum super cunctos sapientes Babylonis. [11] [12]
¶ Rex.
f [49] Daniel autem postulauit à rege et constituit super opera [13]
prouinciæ Babylonis Sidrach, Misach, et Abdenago. Ipse [14]
a ¶ A latere regis non recedens, honoratus familiaris.
autem Daniel erat in foribus regis.

d *Vere Deus, &c.* HIE. vbi supra. Possumus dicere quod ipse rex aperit quare Danielem adoret & hostias immolari præcipiat & quē & cui, dicens, *Vere Deus,* Non tā scilicet, Daniele, quam in Daniele Deū adorat, qui mysteria reuelat: Quod etiam E Alexandrū magnum in pōtifice Ioiade fecisse legimus. Vel fortè rei magnitudine, confusus stupore, ignorat quid faciat: & qui verum Deum non intelligit, seruum eius adorat.

Ioseph. lib. 11. antiq. c. 8. Alexander adorat summum sacerdotē.

e *Tunc rex Danielem.* IBID. Hoc quoque Porphyrius reprehē- F dit quod. s. Daniel munera non recusauit: & honorem Babylonium suscepit: nec considerat regem ideo somnium vidisse, & interpretationem Danieli reuelatam esse, vt Daniel hac occasione cresceret, & in captiuorum consolationem, princeps omnium fieret Chaldæorum, & Dei potentia fieret manifesta. Sic exaltatus est Ioseph apud Pharaonem; Mardocheus apud Assuerum: vt scilicet, captiui aliquod haberent solatium, videntes hominem suæ gentis principem Ægyptiorum vel Chaldæorum.

Altera Porphyrij calumnia retorquetur: Danielem quod honores à Babylonio acceptaret. Genes. 41. c. Hester. 8. a.

† THEOD. vbi supra. Hoc item Diuinæ curæ proprium est. Maximam subiectis populis pietas principis affert vtilitatem, quod etiam erga Ioseph Dominus fecit, vt diuinus Dauid refert Psal. 104.

f *Daniel autem, &c.* HIER. vbi supra. Non obliuiscitur in mercede quos socios habuerat in prece, & in periculi anxietate.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc rex. *Hic ponitur pro dictis magnificatio Dei: Et diuiditur in tres partes, quia primo superbia regis reprimitur, secundo Dei potentia panditur, ibi,* Loquens ergo rex; *Tertio Danielis sapientia erigitur, ibi,* Tunc rex Danie. *Primum patet per hoc quod dicitur,* Tunc rex Nabuchodonosor cecidit, *Se humiliando.*

Diuisio.

2 Et Danielem adorauit. *Ei reuerentiam exhibendo.*

3 Et hostias. *Ex hoc loco Porphyrius arguit hunc librum esse confictum: quia non est verisimile (vt dicit) quod rex tam magnus & superbus adoraret Danielem in captiuitate detentum, & multo minus est credibile, quod cultum diuinum vellet sibi impendere: vt dicitur hic, & dato quod vellet facere, non est credibile quod Daniel permisisset hoc, vnde Actu. 14. dicitur quod Paulus & Barnabas non permiserunt se adorari à Licaonicis, sed sciderunt vestes suas in signum doloris. Dicendum est ad ista, quod adoratio ibi accipitur pro reuerentia: sicut de Nathan propheta dicitur. 3. Reg. 5. Quod adorauit regem Dauid pronus in terra. Nec est mirandum regem prius superbum, hoc facere ex admiratione diuinæ sapientiæ quam in eo percepit. Quod autem arguit de hostijs & incenso Danieli offerendis: dicendum quod bene dicitur hic quod rex hoc præcepit: sed non dicitur quod fuerit factum, & ideo credendum est quod Daniel impediuit fieri, vel quod induxit regem ad hoc, quod ista offerrentur ad honorem Dei, qui mysterium reuelauerat ei, & hoc patet ex parte sequenti in qua panditur potentia Dei, cum dicitur,*

Ficulneum Porphyrij argumentū quo eleuare nititur huius historiæ auctoritatem.

4 Loquens ergo, &c. verè Deus vest. *Quem colitis, & non dij nostri.*

5 Deus Deorum. *Et causa subditur.*

6 Quoniam tu potuisti aperire sacr. *Id est, sacrum secretum per ipsius reuelationem, & sic patet quod Nabuchodonosor honorem prædictum impendebat Deo principaliter.*

7 Tunc rex Danielem. *Hæc est tertia pars in qua Danielis sapientia erigitur ad Dei gloriam, & populi Israel, qui captiuus erat in regno Babylonis, releuationem, & hoc est quod dicitur hic:* Tunc rex Danielem in sublime extulit. *Id est, in magna dignitate posuit, vt statim patebit.*

8 Et munera multa. *Quæ accepit Daniel, non ex cupiditate, sed vt de illis Israel pauperibus posset benefacere. Patet etiam ex hoc quod licet non sit licitum aliquid accipere ex pacto pro spiritualibus, tamen licitum est ab eis quibus spiritualia ministrata sunt dona temporalia accipere: sicut Daniel accepit à rege, cui secreta diuina reuelauerat per spiritum prophetiæ.*

An liceret Danieli munera à rege accipere.

9 Et constituit eum principem super omnes. *Principem, ad iustitiam exercendam.*

10 Et præfectum, *Ad causas magnas determinandum.*

11 Et magistrum, *Ad facta ardua ordinandum.*

12 Super cunctos sa. Baby. *Vt talia sine eius consilio non agerent, & ei rationem redderent.*

13 Daniel autem postulauit à rege. *In hoc ergo ostendit fidelitatem suam: quia promotus ad honorem non dedit obliuioni socios suos, sed de eorum promotione fideliter cogitauit: & hoc fecit non solum propter eos, sed propter consolationem filiorum Israel, qui erant per prouincias dispersi. Et quia sciebat socios suos aptos ad tale officium: quia erant sapientes & fideles.*

Daniel socios suos in partem bonorum adsciscit.

14 Ipse autem Daniel erat in foribus, &c. *Vt enim teneret regem in amicitia: ideo non recedebat de latere eius, ne aliqui inuidi in eius absentia seminarent odium. Ex hoc etiam loco arguit Porphyrius contra istum librum dicens: quod Daniel sanctus non accepisset talem honorē à rege infideli. Ad quod dicendum Porphyrius ignoranter loquitur: quia Ioseph sanctus similia à Pharaone accepit. vt habetur Gen. 14. e. & Mardocheus ab Assuero: vt habetur Esther 8. a. Considerandum etiam, quod talem honorem accepit Daniel, & isti hic dicti à regibus infidelibus non ex ambitione honoris, sed ad consolationem populi sui & ad honorem Dei, videntes quod per hoc regna melius regerentur secundum Deum & iustitiam. Circa istud capitulum moraliter exponendo, potest dici quod per statuam intelligitur vita simulata in qua caput est aureum, id est, operatio de genere bona, Pectus de argento, quia locutio sancta, Venter & femora ex ære, Id est, simulatio ficta, quia prædicta fiunt ad apparentiam, æs enim componitur ex aurichalco, quod est auro simile: & stanno, quod est simile argento, Tibiæ ferreæ sunt obduratio fixa: quia quod talis concipit corde, vult omnino tenere. Pedes ferrei & fictiles sunt petulantia delectationis, & pertinacia excusationis, Hanc autem simulationem nequeunt indicare Arioli, id est sacerdotes simoniaci, Magi, id est, philosophi vani, Malefici, id est, iurisperiti: quia scientia sua isti communiter vtuntur ad malè faciendum: Sed Daniel, id est, confidentia veritatis, Sidrach, id est, continentia puritatis, Misach, id est, consistentia probitatis, Abdenago, id est, conscientia paruitatis, seu humilitatis, merentur fictionē cognoscere ac etiam euitare.*

Alia calumnia Porphyrij priori similis.

Virtus simulata à quibus deregi possit.

☞ CAP.

☞ CAP. III.

A a *Nabuchodonosor rex fecit.* HIER. in cō. Veritatis præceps obliuio; qui seruum Dei quasi Deum adorauit: vt adoraretur, statuam sibi fieri iussit auream, & infiniti ponderis, vt stuporem ingereret cernentibus, & adoraretur facilius. Datur B etiam Barbaris salutis occasio: vt qui in somnij reuelatione per Danielem vnius Dei potentiam cognouerant: in trium puerorum fortitudine discant mortem debere contemnere, & idola non colere.

Nabuchodonosor ad priorem superbiam reuertitur.

C IBID. Quisque auaritiam suam colit: *Quod idolorum seruitus est*: Quia iste argentum & aurum colebat, & auaritia erat, & idolorum seruitus.

Col. 3. a. Auaritia.

CAPUT III.

¶ q.d. Non fuit memor beneficij à Deo habiti.

a ¶ Beneficij memoria fugax, maleficij quasi lappa tenax.

[1] NAbuchodonosor rex fecit statuam auream 1 altitudine cubitorũ 60. latitudine cubito- 2

a ¶ Theodotio Dorcas: Symmachus, Duran. Lxx. Perhibolon. Latinè vsuarium vel conclusum.

rum sex, & statuit eam in cāpo Duran pro- b uinciæ Babylonis: [2] Itaque Nabuchodonosor rex misit ad 3

a ¶ Principes lingua Philistinorum, vel allophylorum.

4 congregandos satrapas magistratus & iudices, duces, & ty- 5

a ¶ Quibus regi consentientibus facilè consentit populus.

6 rannos, optimates & præfectos, omnesque principes regio- 7 8

¶ Adoratio...m.

num vt conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexe- 9 10

¶ Sicut præceptum est.

rat Nabuchodonosor rex. [3] Tunc congregati sunt satrapæ ma- 11 gistratus & iudices & tyrāni, & optimates qui erāt in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionũ, vt conuenirent

¶ Ad orationem.

ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor

a ¶ Congregati admirantes.

rex. Stābant autem in conspectu statuæ quam posuerat Nabu-

prium vomitum, & D construxtam ex auro statuam in plano campo statuit, vt æqualiter omnes superaret, & ab omnibus æquè cerneretur, & à cunctis in ea adoraretur. Non simplex autem hic superbię modus fuit. Nam quia Deus in somnis maximam E illi ostenderat imaginem per quam quatuor regnorum successiones declarauit: proprium fastum quasi castra Deo opponens, ipsique apertè repugnans, ipse quoque statuam con- F struit, tantæ magnitudinis quantam potuit ars humana præbere. Nec ex diuersis metallis, sed ex vna auri materia conficiendam curat: ratus infelix iste falsas ostensurum se Dei prædictiones. Et quia beatus Daniel ipsum esse aureum caput dixit, omnem ex auro statuam molitur.

Prou. 16. 1. Pet. 1.

Cur sui cultum proponens instituere, per statuam auream hoc efficere voluerit Nabuchodonosor?

† THEODORETUS in com. Cum rerum omnium auctor Deus erga superbum hunc regem immensa clementia vsus esset, & post infinita scelera remedium ei adhibuisset, indicassetque & præsentis sæculi vanitatem, & virtutis præstantiam: breui interiecto tempore ad ingenium suum rediit, quemadmodum canis ad pro-

b *Itaque Nabuchodonosor rex misit.* HIE. vbi supra. Excelsa periculosius stant & citius corruunt. Principes congregantur ad adorandũ ☞ sta-

Principes citius cadunt.

NICOLAUS DE LIRA.
CAP. III.

☞ 1 NAbuchodonosor rex fecit statuam. *Hic ponitur secunda visio consequenter se habens ad primam: quia sicut per primam Babylonij sunt inducti ad cognoscendum Dei potentiam omnia regna conterentem; ita per istam inducuntur agnoscere, quod metu mortis non est alius nisi Deus adorandus per latriam. Considerandum etiam quod licet hæc visio sit historica, tamen cum hoc etiam est prophetica propter eius finem, scilicet, propter apparitionem angeli filio Dei assimilati, pueros de fornace liberantis: in quo hæc visio tangit personam Christi, tamquam regis eminentis, ciues suos de manu cuiuscumque temporaliter potētis liberantis. Circa hoc considerandum, quod materia huius visionis est de statua aurea facta, & de puerorum constantia, de fornace ardente, & de angelo pueros liberante; Causa finalis est, vt Christi incarnatio panderetur, cultus Dei ampliaretur, & populus Dei consolaretur, vt patet in fine; Causa efficiens est spiritus sanctus, habitus ex puerorum humilitate patientia & tribulatione; Causa formalis est modus scribendi hanc visionem, quæ describitur ad modum cuiusdam sententiæ iudicialis iniquæ, & ideo habet tres partes, primo quia ponitur puerorum condemnatio indigna, secundo eorum liberatio benigna, ibi,* Et ambulabant; *Tertio eorum exaltatio condigna, ibi,* Tunc Nabuchodonosor obstupuit. *Circa primum tanguntur tria, primum est causa litigij inter regem & pueros; Secundum est forma iudicij, ibi,* Statimque in ipso tempore, *Tertium pœna supplicij, ibi,* Tunc Nabuchodonosor repletus. *Circa primum, scilicet, causam litigij, quæ fuit ex hoc, quod tres pueri non adorabant statuam regis, duo tanguntur: Primum est, statua constitutio; secundum eius dedicatio, ibi,* Itaque Nabuchodonosor. *Circa primum considerandum quod Nabuchodonosor per superbiam propter monarchiæ adeptionem voluit sibi vsurpare honorem diuinum: & ideo fecit statuam magnam auream in qua adoraretur. Simile legitur de Caio imperatore Romano, qui (vt dicit Iosephus lib. antiquitatum 18.) misit statuā suam per totum imperium suum vt in ea adoraretur. Ad faciendum autem talia credibile est quod homines inducebantur per aliqua responsa dæmonum & promissa, qui nituntur homines inducere ad idololatriam. Dicit igitur,* Nabuchodonosor rex fecit statuam auream. *Exterius tantum erat aurea, quia non est credibile, quod sibi esset tanta moles auri: vel fortè erat interius concaua.*

Secunda visio. Historica ne sit an prophetica. Eius causæ quatuor. Diuisio. Nabuchodonosor & Caius Cæsar vsurpantes sibi diuinos honores. Iosephus l. 18. c. 19.

2 Altitudine cubitorum sexaginta, *In hac altitudine computatur altitudo basis supra quam erat posita, aliter non responderet sibi latitudo quæ dicitur esse sex cubitorum tantum. Cetera patent. Si autem quæratur: quare Daniel, qui erat familiaris regi, (vt visum est) non prohibuit eum à tali insania, dicendum quod fortè erat absens in extremis finibus regni propter magna negotia, supra quæ erat positus, vt visum est, vel infirmitate fuit impeditus, vel aliqua alia causa consimili, quod videtur ex hoc quod non accusatur cum sociis suis: & tamen certum est quod non adorasset si ibi fuisset. Vel, dicendum, quod vidit regem obstinatum in malitia sua, & ideo tacuit videns se nihil proficere in reprehensione sua, sed magis regem ad peiora excitare: & hoc videtur glossa interlinearis dicere infra eo. ca. super illum locum:* Præcepit vt adducerentur Sidrach, Misach, &c. *Vbi dicitur sic: De Daniele non fit mentio: quia regi assistebat, qui propriam statuam non adorabat.*

Quare Daniel non prohibuit regem ab ista insania? Cur Daniel ipse non deferatur propter non adoratam statuam.

3 Itaque. *Hic consequenter describitur statuæ dedicatio: Voluit enim Nabuchodonosor, quod prima adoratio suæ statuæ, quæ vocatur hic dedicatio, fieret cum magna solemnitate, propter magnitudinē superbiæ suæ: & hoc est quod dicitur hic,* Itaque Nabuchodonosor rex misit, *Nuntios solemnes, scilicet.*

4 Ad congregandos satrapas, *Id est, nobiles barones. Et dicuntur satrapæ quasi satis rapientes: quia solent bona inferiorum rapere.*

Satrapæ vnde dicti?

5 Magistratus, *Id est, consiliarios.*

6 Et iudices, *Qui sunt constituti ad audiendum causas.*

7 Duces, *Scilicet, exercitus.*

8 Et tyrannos, *Id est, exactores tributorum regalium.*

9 Optimates, *Id est, optimos existentes: isti sunt honorabiliores post regem.*

10 Præfectos. *Id est, præpositos.*

11 Principes, *Sicut sunt balliui, qui habent plures præpositos sub se. Isti igitur prædicti primo sunt vocati ad adorandum statuam, vt regi consentientes, ceteri timore mortis, & exemplo maiorum facilius inducantur ad regis voluntatem, Cetera patent vsque ibi,*

☞ Vobis

MORALITER.

† 1 *Nabuchodonosor autem rex fecit statuam auream.* Per statuā auream significatur malus & inutilis prælatus, qui statua dicitur. Zach. 11. d. *O pastor & idolum derelinquens gregem.* Hæc autem statua, quam fecit rex, fuit tātum aurea exterius: nam principes terreni sanctitatis apparentia, vel aliter decepti, procurant aliquādo ad prælationis statum inutiles promoueri: propter quod de ista statua dicit, est *alta*, scilicet, per superbiam, & *lata* per ambitionem, & *sita in campo Duran*, qui interpretatur loquela, ideo significat verbositatem sine veritatis substantia. In huius statuæ dedicatione dicuntur esse instrumenta omnis generis musicorum, per quæ significantur, quod in electione & confirmatione talis electi fiunt falsæ commendationes, quæ ad eius confirmationem, vel electionem possunt operari.

Prælatus malus & inutilis. Per quas artes consequatur talis dignitatem.

statuam, vt postea subditi non renuāt: Diuites autē & potentes, ne diuitias aut potentiam perdant, obedire non tardant; quorum exemplū subditi sequi non dubitant.

Et eorum exempla plus mouent.

† THEOD. in com. Horum etiā vnumquodque summam superbiam declarat. Nō enim quoslibet promiscuè ex subiectis ad hanc solemnitatem accersiuit, sed toparchas, & præfectos, & si quod aliud magistratus genus apud illos habebatur. Et statim quidem videbatur simplex quædam conuocatio, mox verò per cōuocationem illam tyrannicum imperium deprehensum est. Vbi enim conuenerant omnes.

a † *Præco clamabat valenter, &c.* Ita vsurpauit infelix diuinum honorem. Neque satis ipsi fuit à subiectis sibi populis adorari, quin etiam eodem adorationis cultu statuam coli sanciuit, & omnes materia, arte, & magnitudine statuæ perterrefacit: delinit autem musicorum instrumentorum sono, & alios fornacis minis deterret. Et minimè à proposito fine excidit. Videbat enim omnes

Studium Nabuchodonosor in sui & statuæ cultu persuadendo.

a ¶ Magna voce. b ¶ Non quod in campo Duran omnes populi omnium nationum potuerunt congregari, sed in principibus cunctarum Gentium creduntur omnes adorasse.

chodonosor rex, [4] & præco clamabat valenter: Vobis dicitur populis tribubus, & linguis: [5] in hora qua audieritis sonitum tubæ & fistulæ & cytharæ, sambucæ & psalterij & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes adorate statuam

¶ Præcepto pœnam si quis non fecerit addit.

auream quam constituit Nabuchodonosor rex: [6] Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis.

a ¶ Quia præcepit & minas addidit.

[7] Post hæc igitur statim vt audierunt omnes populi sonitum tubæ & fistulæ & cytharæ, sambucæ &

a ¶ In principibus.

a ¶ Tam mente quam corpore, qui autem in Apocalyp. Deum adorant, in faciem cadunt.

psalterij & symphoniæ, & omnis generis musicorum, cadentes omnes populi, tribus et linguæ adorauerunt statuam auream, quam cōstituerat Nabuchodonosor rex. [8] Statimque et in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos: [9] dixeruntque Nabuchodonosor regi: Rex in æternum viue. [10] Tu rex

a ¶ Quod non licet violare.

¶ Neminem excepisti. ¶ Hæc omnia flebant vt statuam honorarent & populus citius seduceretur.

posuisti decretum, vt omnis homo qui audierit sonitum tubæ, fistulæ et cytharæ, sambucæ et psalterij et symphoniæ, et vniuersi generis musicorum, prosternat se, et adoret statuam auream. [11] Si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis.

¶ q. d. Etiam pœna prædicta non mouentur illi.

a ¶ Quos nobis præposuisti.

[12] Sunt ergo viri Iudæi quos cōstituisti super opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Misach, et Abdenes imperata faciences qui & metu & voluptate seruire consueuerat.

b *Cadentes.* HIER. in com. Nemo Deū cadens adorat, dæmones autē & idola adorant cadētes: sicut hic & in euangelio, *Hæc omnia tibi dabo si ca. adora. me.*

Matth. 4. b.

Sciendum quoque hæreticos, qui fulgore eloquentiæ secularis falsa dogmata componunt, auream statuā facere: & quātum in eis est persuasione alios compellunt idolū falsitatis adorare.

Hæretici ad idola persuadent.

c *Iudæos.* IBI. Quos sibi præpositos inuidebant, & offendebantur religione eorū, & auersione idolorū. Nacti ergo occasionē criminātur eos apud regem. Non statim dicunt vt eos interficiat: sed eos primū in odium contra reges protrahunt.

d *Sunt er.* IBID. Inuidiosè. Q. quos captiuos & seruos principes fecisti id est nobis præposuisti, in superbiam elati præcepta tua contempserunt.

† THEOD. vbi supra. Impij Chaldæi omnes impietatis participes habere studebant. Verbis autem suis & propriam inuidiam de-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vobis dicitur. *Non quod omnes populi possunt in campo Duran collocari, sed quia in principibus, qui sunt capita aliorum, intelliguntur omnes adorare.*

2 Tribubus. *Quia ibi erant homines diuersarum nationum & linguarū.*

Tuba. 3 In ho. qua. aud. so. tubæ. *Forma huius instrumenti nota est & communis, & ea vtuntur homines in bellis & festis, & in populi congregatione vt habetur lib. Num.*

Fistula. 4 Fistulæ, *Instrumentum de ligno habens multa foramina per quæ emittitur sonus, & eo vtuntur pastores.*

Cythara. 5 Cytharæ. *Instrumentum est figuræ triangularis ad modum dimidij scuti: & tangitur digitis.*

Sambuca. 6 Sambucæ. *Quæ fit de arundine perforata, & dicitur sambuca à sam quod est sol & bucca quod est parua buccina: quia solum potest fieri in æstate: vt dicit Hier. in epistola ad Dardanum, de instrumentis musicis quæ in sacra scriptura reperiuntur.*

Psalterium. 7 Psalterij. *Instrumentum notum est & tangitur cum penna.*

Symphonia. 8 Symphoniæ. *Aliquando accipitur pro melodia in communi, sed hic accipitur symphonia pro instrumento determinato oblongo, quod solent portare cæci, & digitis tangitur.*

Cur adhibita sint instrumenta musica in hac solemnitate. 9 Et vniuersi generis, &c. *Hoc additur, quia multa erāt ibi alia instrumenta quæ non exprimuntur hic. Talibus autem vtebantur in adoratione statuæ ad incitandum homines: quia ex diuersis melodiis excitantur in hominibus diuersæ passiones, vt patet ad sensum: & habetur 8. Politi.*

10 Cadentes adorate statuam auream, *Id est, humiliter & reuererter.*

11 Quam constituit, *Vt in ipsa adoraretur.*

12 Si quis autem non prostratus, &c. *Vbi pœna nuntiatur non obedientibus. Cetera patent ex prædictis.*

Diuisio. 13 Statimque in ipso tempore. *Hæc est secunda pars principalis huius capituli vbi ponitur forma iudicij: circa quam ponitur primò Chaldæorum accusatio, secundo puerorum citatio, ibi,* Tunc Nabuchodonosor in furore; *tertio citatorum inquisitio, ibi,* Pronuntians, *& quarto inquisitorum responsio, ibi,* Non oportet nos. *In prima parte dicitur sic,* Statimque in ipso tempore, *dedicationis statuæ.*

14 Accedentes, *Ad regem.*

15 Accusauerunt, *Moti inuidia ex hoc quod Iudæi erant eis præpositi in negotiis regni, vt patet in fine præce. cap.*

16 Dixeruntque Nabuchodonosor. *Hoc dicunt ad captandum eius beneuolentiam, vt melius impetrarent voluntatem suam.*

Decretum. 17 Tu rex posuisti decretum. *Quod est lex firma & irreuocabilis, & non est licitum illud præterire.*

18 Vt omnis homo qui audierit sonitum tubæ, &c. *Quasi dicant, nullum hominem excepisti ab hac lege: hoc autem dicebant vt non pateret modus liberationis puerorum. Hoc autem modo in proposito formāt accusationem suam, dicentes,*

19 Sunt ergo viri, &c. *Quasi dicant, captiui sunt, & serui ex conditione: propter quod & humiliores deberent esse.*

20 Quos constituisti, &c. Sidrach, Misach, & Abdenago. *Et ideo deberent esse grati pro beneficiis acceptis, & per consequens contemptus eorum est grauior.*

MORALITER.

† Hanc autem statuam sic confirmatam adorant satrapæ, id est, satis rapientes: quia prælatum malum vel inutilem venerantur & commendant illi, qui sub eius vmbra quærūt bona rapere subditorum: & magistratus, id est, consiliarij qui sub eo volunt dominari; & iudices, id est, officiales ei assistentes; & duces tyranni, & præfecti: Isti sunt qui disponunt bona temporalia prælati, ex quibus quærūt magis ditari.

De raptoribus qui huiusmodi prælato adstant.

10 *Cadentes.* Nam inferiores videntes prælatum inutilē siue malū, à maioribus venerari, idē faciunt timore magis quā amore virtutis.

Delatores nequam. 13 *Statimque in ipso tēpore accedentes viri Chaldæi accusa. &c.* Per istos significantur illi qui iustos & innocentes accusant superioribus cupidis, vt inde trahatur pecunia sine causa.

† *Quod*

declarant, & regis accendunt iram. Dicunt enim: Vide quosnam A nobis prætuleris, quibus Babyloniorum commiseris imperium qui honoris sibi habiti præstantiam animo æstimare noluerunt, neque ei se gratos præbere, à quo sunt honore affecti; imò honoris excellentiam occasionem ignominiæ fecerunt, tuis aperte legibus contradicentes, tuaque decreta exequi recusantes, &c.

Chaldæi regem contra pueros exstimulant.

a *Deos tuos non co.* †† HIER. in com. Patet quod alij sunt dij Nabuchodonosor, aliud statua quam in cultum sui iussit erigi; Alij dicunt, scripturæ sacræ esse consuetudinem, vt B vnum idolum pluraliter appellet, vnde, *Isti sunt dij tui Israel, qui te edux. de terra Aegypti.* Et in li. Reg. Ieroboam ponens aureum vitulum in Bethel idola fecisse memoratur; è contra, multa dæmonia singulariter, sicut in euangelio legio dicuntur.

Exod. 32. a. Numerus pluralis pro singulari & econuerso. 3. Reg. 12. g. Mar. 5. a.

b *Quod si non ador.* † THEODORETUS in com. Adductos homines in medium interrogat, an re vera C participes cultus Deorum esse nolint, & statuam recusent adorare. Deinde præcipit, & consulit vt id faciant, ignis eos minis deterrens. Tum nefarium, ferinum atque illud impium audet maledictum proferre,

a ¶ Quos honorasti, te inhonorant, ingrati, immemores beneficij.
b ¶ q. d. Etiam in Deos redundat iniuria.

a nago: uiri isti contempserunt rex decretum tuum. Deos[b] tuos non colunt, & statuam auream quam erexisti non adorant. [1] [2]

¶ Pessimis consultoribus.

[13] Tũc Nabuchodonosor in furore & in ira præcepit vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago. Qui confestim adducti sunt in cõspectu regis: [14] Pronuntiansq; rex Nabuchodonosor, ait eis: Verè ne Sidrach, Misach, & Abdenago, Deos meos non colitis, & statuam auream quam constitui non adoratis? [15] Nunc ergo si estis parati, quãcumq; hora audieritis sonitũ tubæ, fistulæ, citharæ, sãbucæ, & psalterij, symphoniæ, omnisque generis musicorũ: prosternite vos & adorate statuam quã feci: quod si nõ adoraueritis, eadẽ hora mittemini in fornacem ignis ardentis: Et quis est Deus qui eripiet vos de manu mea? [16] Respõdentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respondere tibi: [17] Ecce enim Deus noster quẽ colimus potest nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ô [3] [4] [5] [6] [7] [8] [9] [10] [11] [12]

¶ Sicut dicitur. ¶ Vt supra.
¶ Obedire. a ¶ Quamuis in furore præceperit adduci, dat tamen spatium corrigendi, & quod charos eos habebat ostendit.
a ¶ Mira obliuio, Ille potest eripere, cuius seruum paulò ante adorasti, quem Deum verum & dominum regum esse prædicasti.
a ¶ Qui verus, non tui, qui falsi.
a ¶ Quæcumque tormenta inferas.

millia ab angelo interfecta sunt, & ipse ab iis, quos genuerat. D

d *Sidrach, Misach.* †† HIER. in com. De Daniele non fit mentio: quia regi assistebat qui propriam statuam non adorabat.

e *Non oportet.* IBID. Q. Non necesse est audire verba: quorum iam rebus ipsis fortitudinem probatis, atque constantiam, & in bonis Dei virtutem.

f *Ecce enim Deus.* IBID. Efficitur materia fortitudinis quod putabatur esse erroris: Non in longum differtur; in præsentiarum pollicentur sibi auxilium, *Ecce enim Deus, &c.*

g *Potest nos, &c.* IBID. Q. Si non eripit, iustæ E permissionis est, non eius infirmitatis. q. d. benè potest facere vt eripiamur: sed si non vult eripere, non meruimus liberari; & nostris præcedentibus meritis permittit nos flagellari.

Deus noster potest eripere, &c. THEODORETUS. Non pro mercede illi seruimus, sed beneuolentia & amore stimulati, omnibus Dei F nostri cultum præferimus. Quare ne ab his quidem malis temere liberari petimus, sed Domini prouidentiam amamus, & illi, quod futurum est ignari, gubernatori, quocumque libuerit nauem dirigendam committimus. Pro certo nobis compertum est illum posse, vtrum verò id velit facere ignoramus. Cum sapiens sit, ei rerum nostrarum moderationem committimus. Siue igitur nos liberabit, siue nolit, Deos tuos adorare recusamus. Cùm animis tibi certamen est, quos neque honoribus delinies, neque minis deterrebis. Deus noster omnium nobis amabilissimus, & maximè formidabilis. Quid hisce verbis sublimius?

Tres pueri gratum habent quicquid Deo libuerit de se disponere.

c *Et quis est Deus qui eripiet vos, &c.* † Tam citò quem cõfessus fuerat, & Deum Deorum vocauerat, ei detraxit; ipsumque homine imbecilliorem esse opinatus est: quem Dominum regum appellarat, eum vincere se infelix iuueniliter gloriatus est. A maioribus autem suis tales illi audaces conatus accessere. Etenim Sennacherib ille, qui maximas contra Ierusalem copias adduxit, per nuntios talia locutus est Ezechiæ. Verum, statim maledicti supplicia tulit, & multa millia

Fastus & blasphemia Nabuchodonosor. Isai. 37. 4. Reg. 18.

Rex

NICOLAUS DE LIRA.

1 Viri isti contemse. rex decre. tuum. *Q. d. ex prædictis patet quod nullo modo est eis parcendum.*

2 Deos tuos non colunt. *Scribit autem hoc Daniel more Iudæorum, qui vnum idolum vocant Deos in plurali, vt habetur Exod. 32. a. de vitulo aureo,* Hi sunt dij tui Israel: qui eduxerunt te de terra Ægypti. *Dicuntur autem hi dij Nabuchodonosor: non quia ipsam statuam adoraret, vt dictum est, sed quia illam fecerat, vt in ipsa adoraretur.*

Cur vna statua dicatur in plurali Dij Nabuchodonosor?

3 Tunc Nabuch. in fu. *Hic ponitur puerorum citatio, cùm dicitur:* Tunc Nabucho. in fu. & in ira. *Ex contemptu sibi facto secundum suam æstimationem, non tamen secundum veritatem: & sic irrationabiliter; Ideò dicitur,* In furore & in ira.

4 Præcepit. *Illis pessimis accusatoribus.*

5 Vt addu. *Coram eo.*

6 Sidrach, Misach, &c. *De Daniele non fit mentio, & causa supra dicta est.*

7 Pronuntiansque. *Hic ponitur citatorum inquisitio, & patet littera ex dictis hoc excepto.*

8 Deos meos non co. &c. Et *pro* id est.

9 Statuam aur. quam consti. *Quam vocat Nabuchodonosor Deum suum, non quia ipsam adoraret, vt dictum est, sed quia ipsum repræsentabat, cui diuinos honores exhiberi volebat.*

10 Et quis est Deus qui eri. vos. *Hæc fuit mira excæcatio: quia ipsum Deum Hebræorum omnipotentem vocauerat in præced. cap. quia superbia mirabiliter excæcat hominem.*

Superbia mirabiliter excæcat Nabuchodonosor.

11 Respondentes Sidrach. *Hic ponitur requisitorum responsio, vnde dicitur:*

12 Non oportet nos de hac re responde. ti. *Q. quæstio tua est ita irrationabilis quod non est digna responsione, quia euidens est, quod est dare vnum primum infinita potentia, & sic potest nos liberare, quia ipsum colimus; & hoc est quod subditur,* Ecce enim Deus noster quem co. &c. *Sequitur.*

Quod

MORALITER.

†† *Quod si non ado. ea. bo.* Per istos tres qui statuam noluerunt adorare, sed magis periculum mortis subire, significantur illi, qui Deo firmiter adhærentes per fidem sanctissimæ trinitatis, nullo modo volunt assentire alicui, quod sit in offensam maiestatis diuinæ; & isti semper saluantur, vel per diuinam potentiam eos mirabiliter à mortis periculo liberante, sicut fuit in proposito; vel per Dei misericordiam ipsis in tormentis constantiam tribuentem, & ista liberatio maior est quam prima sicut dicit Aug. in ser. quodam: *Machabei multò melius liberati sunt ab illis tribus viris, contra quos homo sæuiebat, & flamma parcebat; nam illi ab vna tentatione liberati, sunt iterum cùm diabolo certaturi, isti verò sunt ab omni tentatione supplicij liberati; illos Deus visibiliter liberat, istos autem inuisibiliter coronat.*

De eis qui nolunt assentiri alicui quod sit in offensam diuinæ maiestatis.

Maius Dei beneficium est mori in tormentis in causa Dei, quam ab illis liberari per miraculum.

a *Rex liberare.* † HIE. in com. In Hebræo non habetur rex, ne impio adulari, aut regem credantur vocare, qui ad iniqua compellit; vel, ne videantur regem ad sanguinis sui effusionē procaciter prouocare, sic debitum honorem reddunt ei, ne lædatur cultus Dei.

† CYPRIAN. li. 4. epist. 1. Cum se crederent, & pro fide sua scirent, posse etiam de præsenti supplicio liberari, iactare hoc tamen & vindicare sibi noluerunt, docentes quod non minor eis esset confessionis virtus sine testimonio passionis. Addiderūt posse omnia Deum facere, sed tamen non in hoc facere vt liberari in præsenti vellent: sed illam libertatis & securitatis æternæ gloriam cogitarent.

Tres pueri Dei potentiam, non suum aliquod meritum commendant.

† CHRYS. ho. 4. in Matth. Non verbis despicere regē, atque inhonorare voluerunt, sed suam tantummodo erga Deum monstrare pietatem.

† THEOD. Quis non iure admiratus obstupescat beatorū iuuenum fortitudinē, sapientiam, pietatem, erga leges iustitiam, omnibus in rebus continētiam? Quod non sunt veriti tantum tyrannum, neque maximam illam pyram, non tantum verbis ad terrorem, sed re vera propositam & conspectam; hoc adamante robustiorem illorum fortitudinem testatur. Quod verò diuinas leges præsenti vitæ antepostuerint, cuinam iustitiæ quidquam reliquum facit? Ipsorum cōtinentiam id maximè commendat, quod neque audacibus erga regem verbis vsi sunt, neque metu rursus genas dedecorarunt. Prouidentiam & sapientiam impiis & nefariis maledictis opposita pietas ostendit; ille enim dicebat: *Quis Deus qui eruet vos de manibus meis?* At ipsi clamabant, *Est Deus noster qui in cælis est.* Quæ autem postea dicta sunt, nullam fortitudinis ac religionis exuperantiam reliquam faciunt.

Magna, multiplex, & insignis virtus triū sanctorum puerorum.

b *Quia Deos tuos non col. &c.* HIE. in cō. Ordine præpostero, quòd ad vltimum sic responderit. *Non oport. &c.* Q. Certū est quod habemus Deum, qui potest liberare; demū responderunt sic ad primum & secundum, *Deos tuos non colimus, & statuam tuam non adoramus.*

c *Aspectus fa.* † HIER. in com. Immutatus dicitur in malum. Est enim commutatio in bonum, vnde quidam psalmi intitulantur, *Pro his qui commutabuntur*; quod tamen quidam accipiunt in malum; De Anna etiam legitur, *Et vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati.* 1. Reg.

† THEOD. in com. Ferox & insanissimus tyrannus furore plenus, ita vt vultu etiā præ se ferret animi perturbationem, amplius accendi fornacē præcepit, cōpedibusque vinciri sanctos, & vt nulla interponeretur pœnæ mora, dum vestis & calceamenta detraherētur, vna cum ipsis, in pyram eos cōiici iussit.

Nabuchodonosor ferox & crudelis.

d *Et præce. vt succen.* HIER. in com. Q. Simplex ignis non sufficiat: sed furor & ira insaniæ proxima modū tenere nō potest: putat multiplicis pœnæ cōminatione terrere, quos cōstanter videt resistere.

e *Viros.* IBID. De quibus scilicet præmissū est. *Et viris for. de exerci.* Nō fortuito quoscūque perdidit, sed fortissimos & ad bella promptissimos: vt nō solū de miraculo pertimesceret, sed etiam exercitus sui cladem sentiret.

Aduersus à sanctis pueris ignis sæuit in carnifices.

a ¶ Vigilanter, non contrarium ponunt. f. si non potuerit, sed si noluerit, vt non impossibilitatis, sed voluntatis Dei sit si perierint.

a rex liberare.[18] Quod si nōluerit, notum sit tibi rex, quia Deos 1 2
a ¶ Dij coluntur, statuæ adorantur.
b ¶ Qui veri Dei sumus cultores & adoratores, vnde hi principes & iudices mundi, ideo placent Nabuchodonosor, imperatorum verò statuas adorantes Deo displicent.

b tuos non cōlimus, & statuam auream quam erexisti non ādoramus.[19]

¶ Ideo.

c Tunc Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago, 3 4

¶ Vt magis terreat.

d & præcepit vt succenderetur fornax septuplum quam succendi consueuerat:[20] e & viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis.[21] Et confestim viri 5

a ¶ Theodotio dixit sarabailis, quod Chaldæum est, & significat crurium & tibiarum tegmina, brachas scilicet.
b ¶ Græcum est: genus palliolii est, vel pilei.

illi vincti cum brāchiis suis & thiaris, & calciamentis, & 6

a ¶ Vincti & vestiti, nam iussio regis vrgebat nec licebat spoliare eos.

vestibus missi sunt in medium ignis ardētis.[22] Nam iussio re- 7

a ¶ Anticipatio est, quia hoc in sequenti plenius dicetur.

gis vrgebat. Fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago interfecit flamma ignis.[23] Viri tamen hi tres, id est, Sidrach, Misach, & 8

a ¶ Præcipites quia ligati, sed ardent vincula, & vinctos flamma non tangit.

Abdenago cēciderunt in medio camino ignis ardentis colligati.

Quæ sequuntur in Hebræis voluminibus non reperi.

a ¶ Soluti exustis vinculis, ignis beneficij obsequium contulit, iniuriam non intulit.
b ¶ Liberatorem suum.

f [24]Et āmbulabant in medio flāmæ laudātes Dēum & benedi- 9

† HIER. in com. Grande miraculum, vincti mittuntur in fornacem, & cadunt in medium ignis præcipites, ardent vincula quibus ligati sunt, vinctorum corpora timens flamma non tangit.

† THEOD. in com. Circumiecta ipsis ferrea vincula vsitato more ignis natura dissoluit, indumenta autem, quæ admodum facilia ad comburendum essent, integra conseruauit. Sanctorum virorum accusatores & impios ministros qui foris stabant flamma consumpsit, verum iis qui intus erant, terga vertens contra proprios adoratores procedebat, quasi pœnas ab ipsis pro domini cultoribus exigens. Tanta autem pietatis præcones securitate fruebantur, vt per ignitos carbones, quasi per quasdam rosas incederent.

f *Et ambulabant.* HIER. hoc loco. Ab hinc quæ sequuntur vsque ad finem cantici trium puerorum, non habent Hebræi.

THEOD.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quod si no. *Quia aliquando Deus non liberat seruos suos temporaliter, vt melius saluet eos, inuisibiliter ad requiem transferendo: vt dicit Augustinus in quodam sermone sanctorum martyrum septem fratrum.*

2 Notum tibi sit rex, &c. *Ex quo patet quod illud factum est tribus pueris materia fortitudinis quod ab impiis credebatur esse causa terroris.*

3 Tunc Nabuchodonosor. *Hic describitur pœna supplicij, vbi primo ponitur regis indignatio, cum dicitur,* Repletus est furore. *Secundo indignationis manifesta ostensio, cum subditur,*

4 Et aspectus faci. il. immu. est, &c. *Quia passiones cordis citius apparent in oculis, quàm in aliis partibus corporis; tertio, sententiæ pronuntiatio, ibi,* Et præcepit vt succenderetur fornax, &c. *Quarto sententiæ executio, ibi,*

5 Et confestim viri illi, *Id est, tres pueri,*

6 Vincti, *Vt nullo modo possent euadere.*

7 Cum brachiis suis, &c. *Secundum aliquos thiara est pallium quo Persæ vtuntur: secundum alios est mitra quæ in capite ponitur; vnde dicitur, Exo. 29. a. Aaron,* Pones thiaram in capite eius. *& inde trahitur ad significandum genus pilei quod portabant nobiles secundum quod dicitur Ezechiel. 23.* Cum vidisset viros depictos & thiaras in capitibus eorum. *Quinto ponitur Dei vindicatio, ibi,*

Thiara.

8 Porrò viros il. &c. *Sciendum tamen quod hoc dicitur hic per anticipationem: quia dicitur infra eo. cap. quod viri illi qui miserant pueros in fornacem succendebant eam, & ideo interfectio istorum per flammam ignis intelligenda est facta quando angelus domini descendit cum pueris post orationem Azariæ, & excussit flammam de fornace, & combussit eos qui erant extra: vt sic rex non solum de miraculo viso miraretur, sed & per combustionem fortissimorum virorum de suo exercitu puniretur vt hic videtur.*

Quando flamma fornacis corripuit carnifices.

9 Et ambulabant in medio flāmæ. *Hæc est tertia pars principalis huius cap. Sciendum tamen, quod non est in Hebræo, tamen eā exposui, quia est in medio cap. Igitur hic ponitur liberatio puerorum benigna: vbi tria notātur quæ solent accidere in tribulatione iustorum. f. commendatio supernæ æquitatis, condescensio diuinæ bonitatis, ibi,* Et non cessabant; *Collaudatio diuinæ maiestatis, ibi,* Tunc hi tres; *Circa primum aduertendum quod primo* po-

Tribulationum triplex diuina consolatio.

a centes domino. [25] Stans autem Azarias orauit sic. Aperiensq;
b os suum in medio ignis ait. [26] Benedictus es domine Deus pa- 1
trum nostrorum, & laudabile & gloriosum nomen tuum in 2
c sęcula: [27] quia iustus es in omnibus quę fecisti nobis, & vniuer- 3 4
sa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. 5 6
[28] Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia quæ induxisti super 7
nos & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Ierusa-
lem: quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hæc pro- 8
d pter peccata nostra. * [29] Peccauimus enim & iniquè egimus, 9 10
recedentes à te: & deliquimus in omnibus, [30] & præcepta tua 11
non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus, sicut præce-
e peras nobis, vt bene esset nobis: [31] Omnia ergo quæ induxisti
super nos & vniuersa quæ fecisti nobis in vero iudicio feci-
f sti. [32] Et tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum ini- 12
quorum pessimorum præuaricatorumque: & regi iniusto & 13
g pessimo vltra omnem terram. [33] Et nunc nō possumus aperire 14
os, Confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his qui 15 16

(Interlinear glosses:)
a ¶ Fortis in aduersis: stare enim fortium est.
b ¶ Quasi sapientiæ thesaurum: sicut etiam dominus aperiens os suum thesaurum absconditum.
a ¶ Vbi alij timore morerentur.
a ¶ Humilitas tua & iustitia.
b ¶ Duo sunt iudicia, vnum occultum in vita scilicet, alterum apertum in die magni iudicij.
a ¶ In nos. ¶ In proximos.
a ¶ Iam in eis per spiritum sanctum reuelata erant Dei mandata.
¶ Inde patet quod in eorum persona non dicitur.
a ¶ Et si aliquo modo fecimus.
a ¶ Corpore & anima. b ¶ Facientibus.
a ¶ Iustus es domine, & rectum iudicium tuum. ¶ Sic.
a ¶ Non ipsi tradiderunt nos. ¶ In nos.
¶ In te. a ¶ Nabuchodonosor.
a ¶ Terrenos. b ¶ Contra iustitiam tuam, vel contra hostes.
a ¶ Id est, illis qui te colunt, scilicet bonis infertur confusio, & opprobrium, propter nos. ¶ Sed.

A † THEODORETVS in com. Hæc præstantissimę illorum Philosophiæ apertam significationem habent: neque enim petebant à molestijs liberari, sed laudibus eum celebrabant, qui eos hac confessione dignatus fuerat. Sic beati Apost. Petrus & Ioannes à Pharisæis flagris cæsi, exierunt gaudentes, *quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*. Paulus cum Syla post plagas, vincula & compedes, in carcere circa mediam noctem orantes laudabant Deum.

Act. 5. Philosophia Christiana est laudare Deum in ipsis tormentis. Act. 16.

a *Stans autem Aza.* † THEODOR. IBID. Azarias os commune effectus, & à flammæ fluctibus circum-B census, *aperiens os suum dixit, &c.* Quis pro dignitate procemij huius sapientiam poterit admirari? Neque enim in tranquillitate constitutus, neque in prospero vitæ cursu; sed in fornace, & huiusmodi fornace, auctorem omnium celebrat Deum, & mentis præ se fert modestiam, cum etiam patrum prædicat virtutem.

*3. Re. 8. c. Eucomion Azariæ specialiter.

b *Benedictus es domine* C *Deus.* HIER. in com. Duę sunt benedictiones. Vna de nobis ad Deum quod est eum laudare; & altera de Deo ad nos, quod est dare remissionē peccatorum, & multiplicationem bonorum, & hæc est ros matutinus. *Benedic. es.* IBID. Quibuscumque premamur angustiis, hoc toto cordis affectu dedicamus: & quidquid nobis aduersi acciderit, iustè nos sustinere non dubitemus; vnde, *Exultauerunt filiæ Iudæ in omnibus iudiciis tuis domine.*

Duplex est benedictio. Psal. 96.

c *Quia iustus es, &c.* † THEODORETVS vbi suprà. Laudamus, inquit te, iustum tuum iudicium agnoscentes. Recta enim & iusta de nobis lata sententia, in seruitutem nos redigi, & procul à patria captiuos abduci præcepisti. Nec temerè, & quam consecraueras vrbem, & nos bello captos hostibus tradidisti: sed quia peccauimus recedentes à te. Multam emphasim habet illud, *à te*, quasi pro, à te factore & opifice, bono hero, nutritore, & custode, qui D ab Ægyptiorum seruitute nos liberasti, qui mare secuisti, qui de petra arida fontes dedisti, &c.

Confitetur Deo Azarias.

d *Peccauimus.* HIERO. IBID. Nec peccauerunt, nec eius ætatis erant quando abducti de Ierusalem fuerunt; quod sic pro vita anteacta punirentur. Hæc ergo ex populi personā dicuntur: sicut illud Apostoli, *Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odio malum, illud facio.* Q. Nec pro ipsis adultis hoc dici potest, quia mandata implebāt eis per spiritum sanctum reuelata.

Sancti pueri peccata populi in se transferūt. Rom. 7. c.

IBID. Qui propter peccata nostra captiuātur, improperatur E eis Deus eorum, tamquā impotēs liberare.

IBID. Quidā hunc locum ad cælestem Ierusalem referūt. Q. animæ de cælo ad terram delapsæ in loco lachrymarum, & confusionis antiqua peccata plangant: Sed hoc non recipit ecclesia.

Error de animarum præexistentia ante corporum formationem.

e *Vt bene nobis esset, &c.* † THEODORETVS in com. Et hinc rursus pietatis ac sapientiæ præstantiam ostē- F dit, legum enim & mandatorum obseruatio inquit, tibi nihil præbebat, nobis autem bonorū abundantiam conciliabat. Hac igitur de causa, & leges illas posueras, vt nobis subministrares causam salutis.

Cur Deus hominibus leges posuit?

f *Et tradidisti nos in manibus, &c.* † THEODORETVS in com. Nam quia te non coluimus regem nostrum, verùm bonitatē tuam contempsimus, meritò nos crudelissimo, & infestissimo, & omnis iuris prorsus ignaro seruire coëgisti, regi, cui sunt etiam subiecti eidem improbitati consentientes.

g *Et non possumus aperire os, &c.* † IDEM. Omnem loquendi libertatem amisimus, & præ pudore tibi supplicare prohibemur. Obturat nobis os multitudo scelerum. Sed tamen quamuis ridiculi, & opprobriis hostium expositi: nos qui serui tui vocamur, tibi sup- plica-

Peccatum suo auctori confusionē conciliat.

NICOLAVS DE LIRA.

ponitur commendatio Dei ab istis tribus pueris in generali: & patet, secundò ipsius Azariæ in speciali, ibi, Stans autem Azarias: *vbi primò Azarias commendat diuinam iustitiam, secundò, implorat eius clementiam, ibi,* Ne quæsumus, *Tertiò allegat consuetam Dei misericordiam, ibi,* Et nunc sequimur te; *Quartò inuocat eius liberatricem potentiam, ibi,* Et erue nos. *Circa primum in commendatione diuinæ æquitatis, Azarias attribuit Deo iustitiam, & sibi ipsis culpam, dicens,*

Diuisio.

1 Benedictus es, &c. *Et facit mentionem de antiquis patribus, vt meritis ipsorum eius oratio sit magis exaudibilis. Et hoc modo fecit Moyses in oratione ad placandum iram domini contra populum de vituli fabricatione.*

2 Et gloriosum nomen tuum. *Gloria enim est clara notitia cum laude, vnde importat quamdam diffusionem laudis: propter hoc dicitur nomen Dei gloriosum, quia debet laudari vbique terrarum, & in omni differentia temporum; ideo subditur,*

Gloriosum Dei nomen.

3 In sæcula, quia iustus es. *Reddens pœnam pro peccatis, & hoc est quod subitur.*

4 In omnibus quæ fecisti nobis. *Permittendo nos sic tribulari.*

5 Et vniuersa opera tua vera, *Quia conformia sunt diuinæ sapientiæ, quæ falli non potest.*

6 Et viæ tuæ rectæ. *Id est, processus tuus in mundi gubernatione.*

7 Et omnia iudicia tua vera, *Dicit iudicia in plurali: quia vnum est iudicium eius occultum in præsenti, de quo dicitur* Ioan. 12. g. Nunc iudicium est mundi; *Aliud erit apertum in futuro. Cetera patent vsque ibi,*

8 Indu-

8 Induxisti omnia hæc propter peccata nostra. *Vbi considerandum, quod peccatum populi Israel vocauit suum, quia erat pars illius populi. Daniel enim, & socij eius, erant innocentes & sancti, & maximè quando fuerunt de Ierusalem translati, & ideo non fecerunt illa peccata, propter quæ destructa est ciuitas Ierusalem, de qua fit hic mentio.*

Azarias populi sui peccatum vocat suum.

9 Peccauimus enim. *Contra proximum.*

10 Et iniquè egimus. *Contra Deum, & hoc dupliciter peccato commissionis, quod notatur cum dicitur,* Recedentes à, &c. *Et peccato omissionis,*

11 Et præcepta tua non audiuimus, &c. Vt benè nobis esset *ex te. Ex decursu enim veteris Testamenti patet quod filij Israel fuerunt in prosperitate quamdiu fuerunt obedientes Deo.*

12 Et tradidisti nos. *Quia quandoque punit Deus bonos per malos, vt dictum est cap. præc. vnde & dæmones sunt exequutores diuinæ iustitiæ in inferno.*

13 Et regi iniusto, *Scilicet Nabuchodonosor: quia occidebat innocentes, vt hic patet.*

14 Et pessimo. *Quia cogebat homines idololatrare, vsurpando sibi diuinos honores.*

15 Vltra omnem terram. *Scilicet supra omnes terrenos, quia propter magnitudinem suæ potestatis malitia eius habebat maiorem effectum & euidentiam.*

16 Confusio, &c. *Quia eis infertur pro opprobrio miseria nostra cum eodem ritu colimus te sicut & ipsi.*

plicamus, vt propter illud nomen tuum, quod nos tuetur, quo te A Dominum, agnouimus, aduersariis ostendas potentiam tuam, & ne prorsus nos tua prouidentia destituas.

a *Propter Abraham, &c.* † THEODORETVS in com. Tum etiam patrum nomina commemorat, vt memoria iustorum bonum

quotidie nobis est plorandum, qui propter peccata nostra riam patimur verorum pastorũ, & innumeris afflicti persequ nibus, dignum Deo sacrificium non reddimus.

e *Sed in anima, &c.* IBID. Hac occasione & ex eo quod sequitur, *Benedicite spiritus & anima iustorum domino*, & huiusmodi; volunt quidam, excepto spiritusancto, alium spiritum, & aliam animam esse in homine: sed laborandum eis est, quomodo absque carne & spiritusancti gratia duæ substantiæ & duo interiores homines in vna dicantur esse substantia.

Sancti pueri, vt patrũ merita sibi auxilientur orant.

Dominum prouocet ad misericordiam. Illis inquit, pollicitus es Domine, quos amasti, vt arenæ numero compararetur, eorum genus, stellis verò vt æquè splendidum & excelsum esset. Deinde res cum pollicitationibus cõfert.

B b † *Imminuti sumus. &c.* IBID. Et ne pollicitationes mendacij argueret, adiecit,

c † *Propter pec. no.* IBID. Nõ enim inquit, Domine, mentitus es, sed nos fœdera violauimus: & cum multi essemus, secundum pollicitationem, propter peccata nostra ad paucitatem redacti sumus. Deinde ostendit Deo calamitatem qua detinebatur, non C quasi ignarum doces, sed calamitatum cõmemoratione ad clementiam eum prouocans. Omnia nobis, inquit, contra votum successere, & neque regem habemus secundum ordinem à te præfinitum, neque Vates numine afflatus nobis est, qui futura prædicat, neque magistratus, qui communium rerum administrator sit; neque sacerdos, qui sacrificiis diuinum imperium agnoscat, pro peccatis offerat; neque est, qui suauem odorem veluti honorem debitum Deo reddat.

Suam & suę gentis magnas & varias Deo proponunt calamitates.

a ¶ Quia propter nos Deus eorum blasphematur. b ¶ Hostibus. c ¶ Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.

te colunt. [34] Ne quæsumus tradas nos in perpetuum propter

a ¶ Legem: Lex enim dissipatur, quando cultores Dei cruciando lacerantur.

nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum, [35] neque aufe-

a ¶ Hominem pro homine offert.

a ras misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum

a ¶ Scilicet, Iacob qui postea Israel, id est, vir videns Deum vocatus est.

tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum, [36] quibus

¶ Pro homine rem. a ¶ q. d. Quomodo imples promissionem.

loquutus es, pollicens quod multiplicares semen eorum si-

a ¶ In bonis. b ¶ In infructuosis. c ¶ q. d. Quorsum hæc.

cut stellas cæli: & sicut arenam quæ est in littore maris: [37] quia

a ¶ Numero, afflicti corpore.

b domine imminuti sumus plus quam omnes Gentes: sumus-

¶ Viles. ¶ Iustè scilicet.

c que humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra.

¶ Quia.

d [38] Et non est in tempore hoc princeps, & propheta, & dux, ne-

¶ Totum incensum. ¶ Partim incensum. ¶ Ita manifestum vt primum.

que holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque

¶ Per hoc sicut ante.

incensum, neque locus primitiarum coram te, [39] vt possimus

e inuenire misericordiam tuam; sed in anima contrita & spiri-

a ¶ Spiritusancto qui est dator humilitatis. b ¶ Id est suscipiamur, tamquam si nobis sint boni prælati nos boni filij. c ¶ Hoc solum poscimus. d ¶ Prælatorum.

tu humilitatis suscipiamur. [40] Sicut in holocausto arietum &

a ¶ Quorum cornibus ventilantur inimici, de quibus: Tauri mei & altilia mea occisa sunt. b ¶ Filiorum arietum. c ¶ Charitate & sapientia, vnde, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.

taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat sa-

An alius spiritus in homine quam spiritus anima.

Sed in anima. IBID. E Quidam dicebant in corpore esse duas animas: animam, & spiritum.

† THEODORETVS vbi supra. Cum enim tua lex, inquit, consueta sacrificia tibi offerri vbique non permittat, pro arietibus, tauris, & agnis, contritum tibi & humiliatum cor offerimus; & supplices pe- F timus, vt hæc tibi sint omni sacrificio gratiora, siquidem consueuisti in te cõfisos ab omni ignominia vindicare. Hæc dixit sanctus vir à propheta Dauid eruditus, qui Psalm. 50. ait, *Sacrificium Deo spiritus contribul.* Et rursus, *Immola Deo sacrificium laudis, &c.* Quod & Baruch dixit, *Spiritus in angustiis, & in anima mœrore affecta clamauit ad te.* Pro pulchro illo ordine, inquit, qui tuo in templo seruatur, accipe nostram cum humilitate supplicationem, recipiens corporum nostrorum sacrificium, pro hostia quæ de brutis animalibus offertur.

Sacrificium contriti cordis.

Psal. 50. Psal. 49. Baruch. 3.

d *Et non est in tempore hoc princ. &c.* HIERO. in com. Hoc hodie & quoti-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ne quæsumus. *Hic Zacharias implorat Dei clementiam: allegans promissionem factam sanctis patribus, dicens:* ne quæsumus tradas nos hostibus.

2 In perpetuum. *Licet ad tempus puniamur pro peccatis nostris.*

3 Propter nomen tuum. *Q. d. licet hoc non mereatur nostra iustitia: fiat tamen hoc ad gloriam nominis tui, vt nomen tuum glorificetur in liberatione nostra.*

4 Et ne dissi. testa. *Id est, legem, quæ dissipatur quando tenentes eam occiduntur.*

5 Neque auferas miseric. t. a. n. propter Abraham. *Quia fuit primus à Deo electus ex idololatris: & primò factæ sunt ei promissiones aperte de Christo, propter quod dicitur hic specialiter dilectus.*

Obedientia Isaac.

6 Et Isaac seruum tuum. *Et dicitur seruus, quia fuit verè obediens: Et patet hoc, cum pater voluit eum immolare, quia iam erat 30. annorum & per consequens fortis: pater autem eius erat senex & debilis, noluit tamen resistere, sed ad immolationem voluntariè accessit, vt dicit Iosephus lib. 1. antiqui.*

Sanctitas Iacob.

7 Et Israel sanctum. *Id est Iacob, qui dicitur hic sanctus specialiter, quia speciali cultu se vouit colere Deum, vt dicitur Gen. 28. d.* Erit mihi dominus in Deum, &c. *Illud autem propriè dicitur sanctum, quod applicatur diuino cultui.*

8 Quibus loquutus es, pollicens. *Id est, promittens, ideò non potest frustrari promissio tua.*

9 Quod multiplicares semen eorũ. *Promissum est hoc Abrahæ Gen. 22.*

10 Quia domine imminuti sumus, &c. *Quia multi de filiis Israel fuerunt occisi per bella & multi captiuati.*

11 Sumusque humiles. *Id est, viles in conspectu aliorum.*

12 In vniuersa terra hodie propter peccata, &c. *Quia iam dispersi erant in multis terris per captiuitatem Assyriorum & Chaldæorum & Aegyptiorum.*

13 Et non est in tempo. hoc prin. *Super filios Israel, qui posset eos defendere, quia Sedechias iam erat captus;*

14 Et propheta. *Qui denuntiet futuram consolationem.*

15 Et dux; *Scilicet, ex populo nostro quasi dicerent, virtute humana non possumus saluari de manibus inimicorum. Similiter eis non erat via ad placandum Deum per viam sacrificiorum, & hoc est quod postea dicit,*

Holocaustũ, Sacrificium, oblatio.

16 Neque holocaustum. *Quæ erat oblatio tota incensa ad honorem diuinum.*

17 Neque sacrificium. *Quod partim incendebatur, & partim ad vsum sacerdotum reseruabatur.*

18 Neque oblatio. *Quæ offertur ex deuotione.*

Incensum thymiama.

19 Neque incensum. *Hoc est, thymiama odoris suauissimi, quod offerebatur super altare thymiamatis ad consummationem sacrificij: vt habetur ad Hebræos 9. Ratio omnium istorum est, quia non erat ipsis licitum talia offerre, nisi in Ierusalem, quæ iam erat destructa, & hoc est quod dicitur,*

20 Neque locus primitiarum coram te. *Quia iam erat destructum vt visum est.*

21 Vt possimus inue. misere. tuam, &c. *Supple per talia sacrificia & oblationes.*

Gratiores sunt Deo tribulationes quam sacrificia.

22 Sed in anima contrita, &c. *Q. d. loco sacrificiorum suscipias illud, quod possumus tibi offerre: scilicet cor contritum & humiliatum. Psal. 50. describitur:* Sacrificium Deo spiritus contribu. *Vnde super illud Genes. 25. d. Isaac amabat Esau, dicit Ra. Moyses: dilecta sunt magis tribulationes quam sacrificia, quippe quia sacrificia fiunt de diuitiis hominis, tribulationes vero de corpore ipsius tribulati, quod est magis charum sibi, secundum quod dicitur Iob. 2.* Pellem pro pelle & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua.

23 Et sicut in millibus agnorum, &c. *Quia tribulatio, in qua isti erant propter Deum, est magis accepta Deo quam sacrificia, vt dictum est.*

13 Et Quo-

☞ *Et nunc sequimur te, &c.* † THEODORETVS in com. Multitudo calamitatum, ex aliis, alios nos fecit, & qui mandata tua violauimus, vt toto corde & timeremus, & quæreremus te, effecit. Faciem autem Dei hoc loco, beneuolentiam vocauit, & libertatis recuperationem: qua potiti, & sacrum templum poterant videre, & sacrificia peragere, per quæ Deum, qui oculis cerni non potest, aspicere se cogitabant, &c.

Facies Dei.

a *Da gloriam nomini tuo, &c.*

† THEODOR. IBID. Hac erga nos à te adhibita clementia, aduersariorum infringetur audacia, rabies extinguetur, superbaque cogitatio eorum conteretur, cognoscentque te solum Deum ac dominum esse, & qui nunc multos adorāt Deos eorum cognita imbecillitate, tuam adorabunt potentiam. Omnes ex ipsis rebus discent, idolorum cultum stolidū esse: te autem omnium rerum Dominum, superiores periculis faciētem eos qui in te spem ponūt.

Deus sanctorū suorum confessione glorificatus.

b *Et non cessabant, &c.*

† THEODORETVS IBID. Illi igitur intus in fornace choros

crificium nostrum hodie in conspectu tuo, vt placeat tibi, quoniam non est confusio confidentibus in te. [41] Et nūnc sequimur tē in toto corde & timēmus te, & quærimus faciem tuam. [42] Nē confundas nos, sed fac nōbiscum iuxta mansuētudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ, [43] et eruē nos in mirābilibus tuis, et dā gloria nomini tuo domine, [44] & cōfundantur omnes qui ostēdunt seruis tuis mala. Confundantur in omnipōtentia tua, & robur eorum conteratur, [45] & sciēnt quia tu es dominus Deus solus & gloriosus super orbem terrarum. [46] Et non cessābant qui miserāt eos ministri regis succendere fornacem naphtha, & stupa, & pice, & malleolis, [47] & effundebatur flammā super fornacē cūbitis quadraginta nouem, [48] & erupit & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis: [49] Angelūs autem domini

¶ Luce conscientiæ. ¶ Expositio. ¶ Christo. ¶ q. d. Ita fiet. Quoniam. a ¶ Quod ante non. a ¶ Iubentem. b ¶ Pœnitentes. c ¶ Sicut filii. d ¶ Misericordiam & gratiam non aliud. a ¶ Ab expectatione nostra. b ¶ Quia & nos tecum; Deus operatur nobiscum vt operemur. c ¶ Non merita nostra. a ¶ Contra multa peccata miseriæ nostræ. a ¶ Sic. b ¶ Ab inimicis. c ¶ Qui facis mirabilia. d ¶ Sic. e ¶ Non nobis domine non nobis, &c. ¶ Nobis liberatis. a ¶ Cui nullus resistit. b ¶ In quo confidunt. c ¶ Contritione. a ¶ Contriti. ¶ Non alius. ¶ Tamen. a ¶ Viminibus, vel sarmentis arentibus, vt aiunt. b ¶ Forti vento impulsa. a ¶ Quod geometrica regula deprehensum est. a ¶ Aspiratio diuina. ¶ Verbum Dei.

Alij, ossa oliuarum arefacta cum amurca, vnde Græcum πυρήνη dicitur, eo quod ignem nutriat, qui Græcè πῦρ dicitur. Plinius dicit eam circa Babylonem modo liquidi bituminis profluere, & nutriendis ignibus amicam esse, vt etiā longe admota, ignē corripiat.

Naphtha quid sit.

d *Angelus autem do.* † THEODORETVS in com. Nemo hæc contemplans sanctorum certamen extenuet, sed sacra illa reminiscatur, *Est Deus in cælis potens eripere nos, &c.* Angelus itaque flammam dissipabat, & mediam fornacis partē ignis carbonibus nudans: auram quamdam frigidam, ac mediocriter humidam, quæ sanctis adferret voluptatem, parabat; atque hanc in sanctorū corpora immittebat.

Angelus ignem dissipans & sanctis pueris refrigerium præstans.

† AVGVSTINVS li. 2. de mir. sac. script. ca. 31. Angelus Dei in fornacē cum missis ea hora pariter in ignem cōdescēdit, qui foras ignis ardores & flāmas de fornace excussit: & intus manentes velut placido rore superfusos sine vlla molestia incolumes conseruauit, atq; in circumitu fornacis quoscumq; proditionis & interfectionis reos reperit, ignis ille consumpsit.

ducebant, regis autem ministri, & sanctorum accusatores, non desinebant flammæ materiam subministrare, & vitium sarmenta, ac stupam, naphthamque (id autem genus est idoneum ad accendendum ignem) tantumque pyræ suppeditabatur alimentum, vt ad quadraginta nouem cubitos diffusus sit ignis, & Chaldæorum complures combusserit.

c *Naphtha.* † HIER. in com. Salustius scribit in historiis esse quoddam genus fomitis apud Persas, quo maxime nutriantur incendia. Alij,

† CHRYSOST. hom. 5. de incomp. Dei nat. Vis orationis vim ignis extinxit, leones cohibuit, bella composuit, prælia remouit, tempestates sustulit, cæli fores aperuit, vincula mortis disrupit, languores eiecit, offensas repressit, &c.

Virtus orationis.

HIER. in cō. Anima oppressa & variis perturbationibus occupata, cū desperat auxiliū humanū, scilicet, & tota mēte conuertitur ad Deū: descendit ad eā angelus domini, id est, diuinus sermo, & extinguit ardētes sagittas diaboli, & incendia cordis nostri ne extinguamur.

Deus adest suis cum deficit ipsis auxilium humanum.

☞ GREGO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quoniam non est confusio, &c. *Quod est verum de confusione vera quæ est coram Deo per peccatum in conscientia mala: licet sancti bene sustinicant confusionem coram hominibus, sed ista non est vera confusio, vnde dicit Chrysost. super Matthaum,* Leuis est consolatio, si homo in seipso confusus sit, non tamen coram hominibus. Per contrarium leuis est confusio, id est, modica vel nulla: si tantum confusus coram hominibus est, & non coram Deo.

Quæ sit vera confusio.

2 Et nunc sequimur te. *Hic consequenter Azarias allegat in sua oratione consuetam Dei misericordiam, quam inueniunt reuertentes ad ipsum: & hoc est quod allegat,* Et nunc sequimur te, &c. *Qualitercumque autem peccauerimus,*

3 Ne confundas nos. *Id est, confusibiles in conspectu hominum dimittas.*

4 Sed fac nobiscum iuxta mansuet. *Quia proprietas tua est misereri & parcere.*

5 Erue nos, &c. *Hic consequenter Azarias inuocat liberatricem Dei potentiam, quæ solet assistere in casibus desperatis secundum viam humanam: & hoc est quod dicit,* Et erue nos in mirabilibus, *Hoc est per opera supra virtutem naturæ fienda, quod factum est in liberatione eorum de fornace.*

Dei potentissima assistentia in casibus desperatis secundum viam humanam.

6 Et da gloriam nomini tuo, *vt infideles videntes potentiam tuam mirabilem, glorificent nomen tuum.*

7 Confundantur omnes, &c. *Et loquitur hic de confusione per pœnitentiam, qua homo confunditur coram Deo de peccato perpetrato: & hoc est quod subditur,*

8 Et scient quia tu es dominus, &c. *Hoc factum est per hoc, quod Nabuchodonosor viso miraculo glorificauit Deum per totum regnum suum.*

9 Et non cessabant, &c. *Descripta commendatione diuinæ æquitatis: Hic consequenter ponitur condescensio suæ bonitatis, incendens noxios, & liberans innocentes. Circa quod quatuor tanguntur, Primum est fornacis incendium, cùm dicitur,* Et non cessabant, &c. qui miserant eos *in fornacem, scilicet, & isti erant fortissimi de exercitu regis, vt dictum est supra.*

Diuisio.

10 Succendere fornacem naphtha, *Quod est genus bituminis inuentum circa Babyloniam, & maximè nutrit ignem, vt dicit Salustius, secundum alios sunt ossa oliuarum arefacta cum amurca.*

Naphtha.

11 Et stupa & pice & mal. &c. *Id est, sarmentis. Secundo subditur Chaldæorum excidium, cùm dicitur,* Et effundebatur, *& patet littera. Tertio angelicum præsidium subditur, cum dicitur,* Angelus autem domini descendit, &c. *Quarto puerorum remedium cum dicitur,* Et non tetigit eos, &c. *Et patet littera.*

Sed quæritur hic quomodo isti pueri non sunt læsi in fornace, & dicunt aliqui quod hoc factum est per hoc, quod angelus excussit flammam de fornace, vt hic dicitur, & apposuit aliqua refrigeratiua interius: vnde dicitur hic quod fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & tunc secundum hanc viam oportet dicere quod non erat ardor in fornace, nec secundum effectum, nec secundum rem vel actum primum. Sed hoc non videtur verum: quia supra dictum est quod fuerunt positi in fornace ligati, tamen ignis consumpsit vincula eorum: quia ambulabant in camino & non consumpsit eorum corpora, & sic patet quod pueris existentibus in fornace, erat ibi ardor ignis, non solummodo secundum rem vel actum primum, sed etiam quantum ad effectum, vel actum secundum, quod est comburere, ex quo combussit vincula eorum. Item infra eo. cap. dicitur quod ambulabant in medio ignis ardentis. Dicendum igitur quod salus puerorum facta est diuina virtute suspendente actum secundum ignis, id est, effectum: manente tamen actu primo: quia cum creatura obediat creatori in omnibus possibilibus, fieri potest, per virtutem diuinam conseruari ardor ignis in actu primo sine secundo, quia prius potest absolui à posteriori. Et sicut potest virtus diuina suspendere actum ignis simpliciter, ita potest suspendere circa vnum obiectum, absque hoc quod suspendat circa aliud: & sic suspendit actum ignis circa corpora puerorum, & non circa vincula eorum, nec circa eos qui fornacem incendebant. Sed contra prædicta potest sic arguí,

Quæstio, quomodo ignis non combussit tres pueros.

☞ GREGORIVS. Antiquus hostis licet innumeras ciborum concupiscentias nostris obtutibus opponat, quibus libidinis feruor in his crescat: bonis tamen mentibus superni gratia spiritus insibilat, & à carnalis concupiscentiæ æstibus illæsæ perdurant; vt & si vsque ad tentationem cordis flamma ardescat, vsque ad cõsensum tamen tentatio non exurat.

Spiritus sanctus rore suæ gratiæ extinguit ignem concupiscentiæ.

a *Tunc hi tres quasi.* † CYPRIANVS in orat. Do. Loquebãtur quasi ex vno ore, & nondum illos Christus orare docuerat: & idcirco orantibus fuit impetrabilis & efficax sermo, quia promerebatur dominum pacifica, simplex, & spiritualis oratio. Sic & apostolos inuenimus orasse vnanimes, cum mulieribus, & Maria matre Iesu, &c.

Vnanimis oratio.

† THEODORETVS in cõ. Optimam simphoniam suam, & admirabilem cantum, ei concentui, qui statuæ adhibebatur opponentes: simulque ostẽdentes, quanto non adorasse præstantius esset, hymnum exordiuntur.

descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, [50] & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantẽ, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiæ intulit. [51] Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & glorificabant & benedicebãt Deo in fornace, dicẽtes: [52] Benedictus es domine Deus pãtrũ nostrorũ, & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sęcula. Et benedictũ nomẽ glorię tuæ sãctũ & laudabile & superexaltatũ in omnib⁹ sęculis. [53] Benedict⁹ es in tẽplo sãcto glorię tuę, & superlaudabilis & supergloriosus in sæcula. [54] Benedict⁹ es in throno regni tui, & superlaudabilis, & superexaltat⁹ in sæcula. [55] Benedictus es qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim & laudabilis & superexaltat⁹ in sæcula. [56] Benedictus es in firmamẽto cæli, & laudabilis & gloriosus in sęcula.

Interlinear: ❡ Cordis. ❡ Diaboli. a ❡ Suauem aspirationem. b ❡ Refrigerantem eos, vel animam. c ❡ Rationem, Dicunt enim, Non mea voluntas, sed tua fiat. ❡ Vnanimiter. a ❡ Quorum meritis, non nostris liberamur. ❡ Omnia. ❡ In cælo. ❡ Puro corde. ❡ Cui omnia secreta nuda. a ❡ Plenitudinem scientiæ, scilicet charitatem, plenitudo enim legis est dilectio. ❡ Ostendunt se congaudere Dei laudibus, quem admirantur & laudant in omnibus.

tum vocantes & superlaudabilem. Neque ipsum solum, sed etiam nomen gloriæ ipsius: & rectè vbique dominum ac Deum patrum suorum appellant, seipsos indignos hac appellatione confitentes. Hymnis tu dignus es, inquiunt, qui promissionem patribus factam non fefellisti, sed eos elegisti, tuam opem ad posteros vsque transmittens.

Dei consentur misericordiam & sua peccata.

c *Benedictus es, &c.* † THEODORETVS IBID. Indelebilem sancti templi memoriam retinent, & perfecti legis obseruatores secundum legis preceptum deprecantur. Dicunt autem: Et si millies combustum esset templũ vbi gloria tua apparere consueuerat, tuæ tamen sanctitatis est particeps.

d *Et sedes super Cherubim.* † THEODOR. IBID. Et quia templũ illud etiã ipsorũ Cherubim in sanctis sanctorum habebat imagines, ne vllum hinc auditoribus detrimẽtum accideret, qui Deum circũscriptum esse ęstimarent, ipsi auditori remediũ afferentes occurrunt his verbis,

e *Benedictus es in firma.*

Tunc hi tres. † HIER. *Vbicumque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, &c.* Sine fide trinitatis nemo auditur.

Matth. 18.c.

b *Benedictus es, &c.* † THEODORETVS IBID. Amoris ardentissimi hæc verba sunt, quo vulnerati nomina quærunt, quibus possint illius, quem celebrant, declarare dignitatem: quibus non inuentis, superlatiuis ea præpositionibus contexunt, superexaltatum

† IDEM. IBID. Vbique omnia comples aiunt, & omnem contines creaturam. Vel hæc clausula, *Sedes super Cherub.* significat, qui dominaris etiam supernis potestatibus, quæ à nobis non videntur, & omnia sub cura tua habes: Thronum autem regni cælum dicit, secundum illud, *Cælum mihi sedes est.*

Isa. 66.

Cherubim. HIERO. in com. Plenitudo scientiæ interpretatur.

☞ Bene-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *argui, quia administratio rerum, & conseruatio, sunt idem realiter secundum aliquos: Administratio autem importat applicationem rei ad effectum, ergo conseruari non potest in actu primo ignis, quin exeat in secundum actum apposito combustibili. Item calefacere per se inest igni: illud autem quod per se inest alicui, non potest ab eo separari, ergo impossibile est, quod ignis maneat in actu primo, & non comburat apposito combustibili. Ad primum dicendum quod administratio rerum & conseruatio possunt dupliciter accipi: Vno modo ex parte causæ, inquantum sunt actiones Dei in ipso manentes, & sic sunt idem realiter, quia in Deo non est nisi vnica actio intrinseca, quæ est idem quod sua substantia: Alio modo ex parte effectus, qui est in creatura, & sic differt administratio à conseruatione. Sicut enim in artificialibus videmus, quod aliud est instrumentum constituere in esse, & aliud ipso constituto vti, vt patet de securi: Ita intelligendum est in proposito: quia creaturæ sunt Dei artificiata, & ideo aliud est creaturam in esse producere seu tenere, quod est conseruare, & aliud ipsam ad operationem applicare, quod est administrare: & hoc est posterius ad ipsum conseruare: vt patet. Licet autem posterius non possit esse sine priori, tamen prius potest esse sine posteriori: & ideo potest ignis conseruari absque hoc quod agat, non tamen è conuerso: Et eadem ratione potest sic conseruari quod agat in vnum, & non in aliud, vt dictum est. Ad secundum dicendum quod calefacere inest per se igni, sed hoc in tertio modo perseitatis, & tale potest separari. Illud autem quod per se inest primo modo, non potest ab aliquo separari, etiam virtute diuina, quia ponitur in eius diffinitione, ideo non valet argumentum. Quod autem dicitur quod angelus fecit medium fornacis quasi ventum, &c. Dicendum est quod licet miracula fiant sola virtute diuina principaliter, tamen angeli circa hoc habent aliquando aliquod ministerium, Sic hic, quod flamma effusa est extra fornacem, factum est virtute angeli, sed quod pueri existentes intra fornacem non sunt læsi, hoc factum est diuina virtute: igitur propter tale ministerium prædictum dicit scriptura hoc fecisse angelum.*

An ignis manere possit in actu primo suspenso eius actu secundo?

Aliud atque aliud est creaturæ productio & conseruatio.

1 Tunc hi tres quasi, &c. *Posita condescensione bonitatis diuinæ circa pueros, consequenter ponitur collaudatio diuinæ maiestatis ab ipsis: Et diuiditur in duas partes, quia primò isti pueri Deum laudant; Secundo, ad laudem Dei creaturas inuitant, ibi;* Benedicite omnia ope. *Prima adhuc in sex, quia primò laudant Deum in se; Secundo in appropriato sibi nomine,* Et benedictum nomen, &c. *Tertio in assumpta humanitate,* Benedictus es in templo: *Quarto, in beata virgine,* Benedictus es in throno; *Quinto, in angelorum distinctione,* Benedictus es qui intueris. *Sexto, in cælo empyreo omnia continente,* Benedictus es in firmamento cæli; *Et nota quod in omnibus istis modis quatuor nominibus communiter vtitur: Quia Deus Benedictus dicitur ratione creationis, Laudabilis ratione conseruationis, Gloriosus, ratione consummatæ fruitionis, Superexaltatus, ratione incomprehensæ perfectionis, quia excedit omne quod de ipso dicimus & cogitamus. Vel aliter sit, quia Deus dicitur, benedictus ratione bonitatis, Gloriosus, ratione sapientiæ, vnde dicit Ambrosius, Gloria est clara notitia, Superexaltatus, ratione potentiæ, Laudabilis, inquantum ex istis deriuatur perfectio in creaturis. Dicit ergo primo,*

Diuisio.

Deus Benedictus, Laudabilis, Gloriosus, & Superexaltatus.

2 Benedictus es do. Deus pa. no. *De patribus fit mentio: quia ex meritis patrum procedebat eorum liberatio, sequitur,*

3 Et benedictum nom. glo. tuæ san. *Hoc est nomen domini Tetragrammaton, quod est Deo appropriatum, & nulli alij attributum, quia, secundum quod dicit Rab. Moyses, illud nomen significat diuinam proprietatem intrinsecam, omnibus aliis separatis. Alia autem nomina diuina imponuntur ab operibus diuinis, sicut patet de hoc nomine* Elohim *in Hebræo, vel Deus in Latino quod imponitur à generali prouidentia, & propter hoc communicatur aliis, per quamdam participationem; vnde & iudices dicuntur* Elohim *vel dij, vt habetur Exod. 22. b.* Si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, *id est, ad iudices, &c. & multo magis alia nomina diuina hoc modo communicantur. Nomen autem domini tetragrammaton nulli alij communicatur: sed de solo Deo dicitur.*

Nomina Dei.

4 Benedictus es in templo, &c. *Istud templum est humanitatis Christi, quia in Christo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, vt dicit Apostolus ad Colos. 2. Propter hoc dicitur Apocalyp. 21.g. de cælesti Ierusalem,* Templum non vidi in ea: dominus Deus ipse est templum eius & agnus.

5 Benedictus es in throno. *Hoc est in beata virgine, quæ speciali modo coniuncta est Deo ratione maternitatis: & dicitur propriè ipsius thronus, quia in gremio eius sedit, quando recepit munera à regibus, vt Mat. 2.*

B. virgo thronus Dei.

6 Benedictus es qui intueris abyssos. *Id est angelos damnatos de cælo deiectos.*

7 Et sedes super Cherubim. *Præsidens angelis sanctis.*

8 Benedictus es in fir. *Et accipitur hic firmamentum pro empyreo cælo, quod describitur immobile à sanctis, quia est locus proprius beatorum, ideo dicitur firmamentum. Considerandum etiam quod in istis creaturis prædictis dicitur Deus specialiter benedici & glorificari: quia sunt coniuncta Deo speciali coniunctione, vt patet ex prædictis.*

Cælum empyreum.

☞ Bene-

a Benedicite omnia opera domini domino. HIERONYMVS in com. Nos, pro omnibus: quia cùm videmus aliquid in mundo pulchrum & honestum: inde Deum laudare & ei referre gratias debemus.

Creatura inuitat nos ad creatoris laudem.

† HIERONYMVS in hunc locũ. Generali laudatione præmissa, quod omnis creatura debeat laudare dominũ, in consequentibus per partes singulas cohortatur angelos & cælos, aquas atque virtutes, solem & lunam, imbrem & rorem, spiritum, ignem & æstum, & frigus, & cauma, &c. Omnis auté creatura non voce, sed opere laudat dominum: quia ex creaturis consequéter creator intelligitur, & in singulis operibus atque effectibus Dei magnificẽtia demóstratur. Benedicite om. op.

Quomodo inanimata Deum laudent?

† THEODORETVS in com. huius loci. Hic est sensus. Meum os satis nõ est ad laudes Dei prosequendas: quodlibet igitur opus à Deo cõditum, eum celebret. Et

Inuitatio creaturarũ

a ¶ Generaliter. ¶ Primo generaliter.

[57] Benedicite omnia opera domini domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [58] Benedicite angeli domini domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [59] Benedicite cæli domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. * [60] Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [61] Benedicite omnes virtutes domini domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [62] Benedicite sol & luna domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [63] Benedicite stellę cæli domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [64] Benedicite omnis imber & ros domino, laudate & superexaltate eũ in sęcula. [65] Benedicite omnes spiritus Dei domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [66] Benedicite ignis & æstus domino, laudate & superexaltate eum in sęcula. [67] Benedicite frigus & æstas domino, laudate & superexaltate eũ in sæcula. [68] Benedicite rores & pruina domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [69] Benedicite gelu & frigus domino, laudate & superexaltate eũ in sęcula. [70] Benedicite glacies & niues domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [71] Benedicite noctes & dies domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [72] Benedicite lux & tenebræ domino, laudate & superexaltate eum in sęcula. [73] Benedicite fulgura & nubes domino, laudate & superexaltate eum in sęcula. [74] Benedicat terra dominum, laudet & superexaltet eum in sęcula. [75] Benedicite montes & colles domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [76] Benedicite vniuersa germinantia in terra domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [77] Benedicite fontes domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [78] Benedicite maria & flumina domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [79] Benedicite cete & omnia quæ mouentur in

(Interlinear glosses: a ¶ Particulariter. — a ¶ Vnde: Aquæ quæ super cælos sunt laudent nomen domini. — a ¶ Inferiores & superiores. — ¶ Specialiter.)

Et ne singula interpretans infinita orationis vtar longitudine, ad hanc choream & cantum inuitant & cælum, & aquas, & virtutes, &c.

vt adiuuent nos in Dei laude.

b Benedicite sol & luna domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. † THEODORETVS IBID. Hæc non solum potẽtiam Dei ostendũt, sed etiã benignitatem & curam: oportet namque vt vnusquisque ipsum laudibus extollat. Sic enim omnia pulchra sunt, vt omnes pro ipsis dominum laudare debeamus.

* Psal. 14. a.

Deus à nobis laudandus.

c Benedicat terra dominum, laudet & superexaltet eum in sæcula. † THEODORETVS IBID. Cõmemoratis quæ in cælo degũt, & in aere fiunt iussisque singulis Deum celebrare: ad communem matrem orationem conuertentes, eam quoque ad celebrandum Deum inuitant. Deinde sigillatim partes illius. Et quia partis inferioris maria sunt & flumina, necessariò etiam horum mentionem fecerunt.

☞ † THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Benedicite omnia opera, &c. *Hic consequenter tres pueri inuitant creaturas ad laudandum Deum cæli. Et primò creaturas in generali, dicentes,* Benedicite omnia opera domini domino. *Et considerandum quod in omnibus istis sequentibus, vtuntur istis verbis, benedicite, laudate, & superexaltate eadem ratione qua vsi sunt in præcedentibus nominibus his, benedictus, laudabilis, & superexaltatus.*

Diuisio.

2 Benedicite angeli domini domino, *Hic inuitant creaturas in speciali: & primò creaturas purè spirituales, secundo corporales, ibi,* Benedicite cæli, *tertio creaturam compositam ex spiritu & corpore, ibi,* Benedicite filij hominum. *Dicitur igitur primo.* Benedicite angeli, &c. *Primo enim inuitant creaturam angelicam, tamquam Deo propinquiorem. Vnde dicit Aug. lib. 11. confessi.* Duo fecisti domine: vnum prope te, scilicet naturam angelicam: *aliud prope nihil, scilicet materiam primam.*

Angelica natura Deo propinquior quam res materiales.

3 Benedicite cæli. *Hic inuitant creaturas corporales: & primo corpora cælestia, secundo ea quæ pertinent ad elementa, ibi,* Benedicite imber. *Circa primum dicitur sic:* Benedicite cæli. *vbi inuitant cælum sidereum, cum spheris septem planetarum, & cælum crystallinum: ideo dicitur,*

4 Benedicite aquæ om. q. su. cælos. *Illud enim cælum dicitur aqueum, propter quamdam similitudinem: quia conuenit cum aqua in diaphaneitate. Tertio inuitant angelos inquantum mouent orbes, quia ex motu eos cognoscimus: quia ex tali motione ministrant, & hoc est quod dicitur,*

5 Benedicite omnes virtutes. *Quarto inuitant ea quæ faciunt ad ornatum cæli, scilicet solem & lunam & alia luminaria, cùm dicitur,* Benedicite sol & luna, *& patent in littera prædicta.*

6 Benedicite imber. *Hic inuitant ea quæ pertinent ad elementa: Et primo inuitant ipsa elementa; Secundo ea quæ faciunt ad ornatum elementorum, ibi,* Benedicite cete. *Prima in duas, quia primo inuitant elementa superiora; secundo inferiora, ibi,* Benedicat terra. *Considerandum autem in omnibus istis, quod ista inanimata & ratione carentia dicuntur benedicere Deum, & laudare, per quamdam similitudinem, inquantum perficiunt ea ad quæ ordinantur à Deo: Et iterum inquantum ex cõsideratione talium creaturæ rationales assurgunt ad benedicendum & laudandum Deum. Primo igitur inuitant elementum aeris, tangendo tres impressiones quæ fiunt in aere multum vtiles ad vitam hominum & fructificationem terræ nascentium: quæ sunt imber, & ros, & spiritus, id est, ventus, & hoc est quod dicitur,* Bened. imber & ros domino. *Secundo tangitur elementum ignis & eius effectus, qui est æstus, cùm dicitur,* Benedicite ignis. *Tertio tangitur alternatio temporis causata ex motu solis in obliquo circulo, scilicet hyems & æstas: quia sole existente in signis australibus causatur hyems, eo autem existente in signis septentrionalibus causatur æstas, & hoc est quod dicitur,*

Quomodo res inanimatæ benedicant & laudent Deum?

7 Benedicite frigus. *Id est, hyems, &c. Quarto inuitant impressiones quæ fiunt in oppositis temporibus, scilicet in vere & autumno, cùm dicitur,*

8 Benedicite rores, &c. *Quia ros plurimum fit in vere, pruina in autumno, vt dicit philosophus 2. Meteorum. Quinto inuitant impressiones quæ fiunt in hyeme, ibi,* Benedicite gelu. *Sexto inuitant ea quæ fiunt in motu solis diurno in duobus hemispheriis: quæ sunt nox & dies lux & tenebræ: quia sole existente in hemispherio nostro causatur dies & lux: Quando autem est in hemispherio opposito causatur nox & tenebra, & hoc est quod dicitur,* Benedicite no. *Septimo inuitant duas impressiones notabiles quæ sunt fulgura & densitas nubium, ibi:* Bened. ful. &c.

9 Benedicat terra. *Hic inuitat elementa inferiora, scilicet, terram & aquam. Et primo inuitant terram secundum se, ibi,* Benedicat terra, &c. *Secundo quantum ad partes eius, ibi,* Benedicite montes & colles, *Tertio quantum ad ea quæ germinantur ex terra & adhærent ei, propter quod pertinent propriè ad ornatum terræ, ibi,* Benedicite vniuersa germinantia. *Consequenter inuitant elementum aquæ, & primo quantum ad originem fluminum, cùm dicitur,* Benedicite fontes. *Secundo quantum ad id quod est terminus fluminum, quæ flumina in mari congregantur, ibi,* Benedicite maria, &c.

10 Benedicite cete & omnia, &c. *Hic inuitant ea quæ pertinent ad ornatum elementorum, cuiusmodi sunt animalia in elementis viuentia & mouentia seipsa, & primo quæ pertinent ad elementũ aquæ cuiusmodi sunt pisces: & hoc est quod dicitur,* Benedicite ce, &c. *& exprimuntur hic cete, quia sunt pisces maximi & mirabiles multum inter creaturas Dei. Secundo inuitant ea quæ pertinent ad ornatum aeris, cùm dicitur,*

Cete.

1 Bene-

a *Benedicat Israel.* † THEODORET. in com. Inuitato humano genere ad hymnum concinendum, principes omnium filios Israel ad id faciendum hortantur, quos etiam multifariam diuidunt: Ac primo loco ponunt sacerdotes, quippe quibus diuinum commissum fuerit ministerium. Deinde, ne existimarentur solis sacerdotibus hoc munus præscribere, subiiciunt.

b *Benedicite serui, &c.* IBID. Resurrectionẽ quoque suo præconio commendant.

c *Benedicite spiritus.* IBID. Id est, animæ iustorum humanis perturbationibus superiores effectæ, quæ spiritus gratiam accepere. Tum quoque eos qui virtutis quodam genere præditi sunt.

d *Benedicite sancti.* † HIERO. IBID. Humilitatem cordis habere, & præsens versiculus docet; & illud quod in euangelio dicitur, *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* Cordis autem illa est humilitas, quæ in alio loco paupertas spiritus appellatur: vt non erigamur superbia, nec ficta gloriam humilitate quæramus, sed toto corde inclinemur.

Paupertas spiritus seu humilitas cordis.

e *Benedicite Anania, &c.* † THEODORETVS in com. Ita seipsos vltimos eorũ omnium quæ creata sunt existimabant, & omnium hominũ abiectissimos. Talis etiã Paulus fuit, *Mihi* inquit, *omnium [s]anctorum minimo, &c.* Et alibi, *Peccatorum se primum vocat.* Admiranda sunt ô dilecti, quæ à tribus pueris in camino dicta sunt. Quomodo ex rebus creatis nihil reliquerunt, vt ostenderent nihil sui iuris esse, sed omnia Deo subiecta esse. Omnia ergo Deo subiecta sunt, qui omnia per verbum creauit, ne quis glorietur aliquid esse increatum, vel sine principio.

Humilitas trium sanctorum puerorum. *Ephes. 3.* *1. Tim. 1.* *Omnia Deo subiecta.*

f *Qui eruit vos de, &c.* Si enim morerentur quantumcumque boni essent ad inferos descenderent.

aquis domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [80] Benedicite omnes volucres cæli domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [81] Benedicite omnes bestiæ & pecora domino,

a ¶ Pro his omnibus. ¶ Omnium.

laudate & superexaltate eũ in sæcula. [82] Benedicite filij hominũ

¶ Supereminere credentes omni creaturæ. ¶ Specialiter.

a domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [83] Benedicat Israel dominum, laudet & superexaltet eum in sæcula. [84] Bene-

a ¶ Excellentes, quia sunt & sacerdotes Baal. b ¶ Credentes supereminere omni creaturæ.

dicite sacerdotes domini domino, laudate & superexaltate

b eum in sæcula. [85] Benedicite serui domini domino, laudate &

a ¶ Quibus discernimus. b ¶ Quibus viuificamur. c ¶ Non est speciosa laus in ore peccatoris.

c superexaltate eum in sæcula. [86] Benedicite spiritus & animæ iustorum domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. [87] Be-

a ¶ Beati pauperes spiritu. b ¶ Corde, non hypocrisi, vnde; Discite à me: quia mitis sum & hu. cor. c ¶ Omnia. d ¶ In vobis, verbis & factis & exaltatum prædicate.

d nedicite sancti & humiles corde domino, laudate & super-

a ¶ q. d. Omnes benedicant: sed vos præcipuè præsenti beneficio.

e exaltate eum in sæcula. [88] Benedicite Anania, Azaria, Misael

f domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. Qui eruit

a ¶ Ne mortui descenderetis ad inferos. b ¶ De potestate.

vos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit de medio ardentis flãmæ, & de medio ignis eruit vos. [89] Con-

a ¶ Ergo. ¶ Exemplo nostro.

g fitemini domino quoniam bonus, quoniam in sæculum mi-

h sericordia eius. [90] Benedicite omnes religiosi do[m]ino Deo deorum, laudate & confitemini ei, quia in omnia sæcula misericordia eius.

Hucusque in Hebræo non habetur, & quæ posuimus de Theodotionis editione translata sunt.

a ¶ Viso tanto miraculo. b ¶ Punitis Principibus, rex corripitur, vt viuens glorificet Deum.

[91] Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè

a ¶ Quorum suggestione hoc fecerat. ¶ Fortissimis exercitus, de quibus suprà scriptum est. ¶ Tantum.

& ait optimatibus suis: Nonne tres viros misimus in medio ignis cõpeditos? Qui respondentes regi, dixerunt: Verè rex.

a ¶ Vt hoc subinferret interrogabat. b ¶ Cùm tamen tres miserim & ligatos.

[92] Respondit rex, & ait: Ecce ego video viros quatuor solutos

† THEODORETVS IBID. Inferos & manum mortis vocat caminum. Sicut enim fieri non potest vt aliquis iam sepultus resurgat absque Dei opera, sic fieri non poterat secundum hominum naturam, vt qui in tantam incendij flammam fuerant coniecti incolumus inde euaderent.

g *Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.* † THEODOR. IBID. Quid probius, quid benignius eo, qui rebus nostris tantam adhibuit misericordiã? Cùmque talem præ se tulerint virtutem, misericordia se salutem cõsecutos fatentur. Deinde quia filios Israel tantum suprà memorauerant, eos quoque qui inter gentes piè viuerent, diuini cultus studiosos vocant.

Suam liberationem Dei misericordiæ assignant tres pueri.

h † *Benedicite omnes religiosi, &c.* IBID. Infinitam eius bonitatem ostendere summè cõtendentes, & in ea re victi, sæpe sæculorum nomen repetunt. Talis hic fuit sanctorum hymnus, qui cùm agrestem & immitem perculisset regem, obstupefactus è throno regio surrexit, atque vltrò currere festinauit, & pro tribus, quatuor in fornace tripudiantes conspexit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Benedicite omnes volucres cæli. *Et accipitur cælum impropriè pro cælo aereo. Tertiò inuitant ea, quæ pertinent ad ornatum terræ, cum dicitur,*

2 Benedicite omnes bestiæ. *Quantum ad animalia syluestria: vnde dicuntur bestiæ quasi vastiæ,*

Bestia vnde dicatur?

3 Et pecora domino, *Quantum ad animalia domestica.*

4 Benedicite filij. *Hic inuitant creaturam compositam ex spirituali, & corporali, scilicet naturam humanam, & primò generaliter, cùm dicitur,* Benedicite filij hom. *Secundò populum Israel specialiter, cum dicitur,*

5 Benedicat Israel dominum, laudet & superexaltet eum, &c. *Et hoc est quod ille populus speciali cultu dicebatur peculiaris Deo, tertio adhuc specialius, sacerdotes, cùm dicitur,*

6 Benedicite sacerdotes. *Et hoc quia debent pollere speciali sanctitate in populo, Quartò ministros sacerdotibus adiunctos, ibi,* Benedicite serui. *Et quia laus non est accepta à Deo, nisi fiat ex spiritu & sanctitate & humilitate: ideo subditur,* Benedicite spiritus, &c. *Vltimò terminant laudem istam in seipsis, sicut à seipsis inchoauerunt, cùm dicitur,*

7 Benedicite Anania. *Et hoc est quia specialem rationem laudandi habebant, quæ tangitur, cùm subditur,*

8 Qui eruit vos de inferno. *Quia illuc descendissent animæ eorum, nisi præseruati fuissent de incendio ignis virtute diuina.*

9 Benedicite omnes religiosi. *Istud vltimum additur: quia non solùm in populo Israel, sed etiam in aliis populis erant aliqui, qui speciali cultu colebãt dominũ, sicut fuit Iob & Melchisedech, & consimiles, qui dicuntur hic religiosi.*

Religiosi qui hic dicantur?

10 Tunc Na[bu]chodonosor, &c. *Hæc est tertia pars principalis huius capituli, in qua ponitur puerorum exaltatio condigna: vbi scriptura notat quatuor, Primum est [ap]paritio angeli, quia apparuit quartus cum tribus pueris: & hoc est quod dicitur,* Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, *Ex combustione subita robustissimorum virorum sui exercitus, vt prædictum est, & de puerorum saluatione in fornace.*

11 Et surrexit properè, *Ad videndum miraculum.*

12 Et ait optimatibus suis. *Id est, primis principibus post regem.*

13 Nonne tres viros. *Scilicet, & non plures.*

14 Misimus in medio ignis. *Quasi dicat, Sic: & idem affirmant principes, & patet.*

15 Respondit rex, & ait: Ecce ego video viros, &c. *Et ideo admirabatur de quarto.*

16 Solutos. *Quia admirabatur quod ignis combussisset eorum vincula & non corpora: & hoc est quod dicitur,* Et ambulantes in medio ignis.

a Quam sapiens ignis: vincula combussit, corpora seruauit.
& ambulantes in medio ignis & nihil corruptionis in eis est,
a Angeli secundum LXX. vel vt alij arbitrantur, Christi; quamuis quæratur, quomodo rex impius videre Dei filium potuerit. Ob hoc dicitur visio. b Non præmittit nuntios.
a b & species quarti similis filio Dei. [93] Tunc accessit Nabucho- 1 2
a Orat humiliter vt exeant, quos superbè intrusit, hæc est mutatio dextræ excelsi.
donosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrach 3
a Non idolorum surdorum & mutorum. b Soluti, qui ligati missi.
Misach & Abdenago serui Dei excelsi viui, egredimini & ve- 4 5
a Nec reluctantur mittendi: nec contradicunt exituri.
nite. Statimque egressi sunt Sidrach, Misach & Abdenago
de medio ignis. [94] Et congregati satrapæ & magistratus & iu- 6
a Admirati.
dices & potentes regis, contemplabantur viros illos, quo- 7
niam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & 8
Brachæ.
capillus capitis eorum non esset adustus: etiam sarabella 9
Nedum vsta. Etiam.
eorum non fuissent immutata: & odor ignis non transisset 10 11
a Etiam. In laudem Dei.
c per eos: [95] Et erumpẽs Nabuchodonosor ait: Benedictus Deus 12
a Angelum vocat, quem supra similem filio Dei dixit.
eorum, Sidrach, Misach & Abdenago, qui misit angelum 13
Ad supplicia.
suum & eruit seruos suos qui crediderunt in eum, & verbum 14
regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua, ne serui-
a Alias solo.
d rent & adorarent omnẽ Deum, excepto Deo suo. [96] A me er- 15
go positum est hoc decretum, vt omnis populus, & tribus &
linguæ, quicũque loquutus fuerit blasphemiã contra Deum
Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, et domus eius va-
e stetur, neque enim est Deus alius qui possit ita saluare. [97] Tunc 16
rex promouit Sidrach, Misach et Abdenago in prouincia
Babylonis.

a *Et species quarti.* HIERO. in com. Iuxta Symmachum, *Species autem quarti similitudo filiorum Dei*, in quo angeli significantur: qui & dij, & Dei filij nuncupantur. Iste angelus, siue Dei filius, Christus est, qui ad inferni fornacem descendit, in quo sanctorum animæ tenebantur, nec vrebantur: vt ab inferis liberaret, qui angelus magni cõsilij dicitur. *Limbus patrum.*

b *Tunc accessit, &c.* † THEOD. in cõ. Didicit miser, qui dixerat, *Quis est Deus qui eruat vos? &c.* esse Deũ ineffabilis potestatis, igni imperantem, vt contrariã sanctis ostẽderet qualitatẽ: quem Deũ ille appellabat, Deum esse cognouit, & celsissimum Deum.

c *Et erumpẽs.* Ex HIER. in cõ. Rursum Deum cõfitetur, idola dãnat, pueros laudat, qui verum Deum adorant, & illi soli seruiunt.

† THEODOR. in cõ. Miser semper experimento Dei percipiens virtutẽ, obliuioni tradit miracula. Hoc erga sanctissimum Danielem itẽ fecit. Surgens enim eum adorauit, & nunc, conspecta sanctorum salute, Deum laudat, & viros admiratur, quod regis verbum mutarint, & iniquæ vitæ piã mortem anteposuerint.

d *A me ergo positum.* HIE. in cõ. Quidã hoc pessimè ad diabolum refert, asserẽtes quod in consummatione seculi etiã ipse recipiat veram Dei notitiam, & omnes cohortetur ad pœnitẽtiam: & hunc volunt esse regẽ Niniuæ, qui nouissimè descendat de throno superbiæ suæ, & humilitatis præmia consequatur, & pœnitentiam agat. *Error de pœnitentia & conuersione dæmonum.*

† AVGVSTINVS epist. 48. Si facta præterita in propheticis libris figuræ fuerunt futurorum: in rege Nabuchodonosor tempus figuratum est, quod nunc habet Ecclesia; Conuersus enim ad honorandum Deum verum, decreuit in regno suo, vt quicũque blasphemaret Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, pœnis debitis subiaceret: Hoc significauit tempora posteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis. *Regum edicta contra hæreticos.*

† IDEM epist. 50. Quomodo reges domino seruiunt in timore, nisi ea quæ contra domini iussa fiunt, religiosa seueritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter etiam quia rex est. Quia homo est seruit ei viuendo fideliter: quia verò etiam rex est, seruit, leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes sanciendo. Sic seruiuit Ezechias templa idolorum & excelsa destruendo; Iosias talia & ipse faciendo. Rex Niniuitarum vniuersam ciuitatem ad placandum dominum compellendo; Darius idolum frangendum in potestatẽ Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerendo; Nabuchodonosor omnes in regno suo positos à blasphemando Deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo seruiunt domino reges, cùm ea faciunt ad seruiendum illi, quæ non possunt facere nisi reges. *Psal. 2. 4. Reg. 18. 4. Reg. 23. Ioan. 3. Dan. 6. & 14 Dan. 3. Reges debent pro posse Dei cultũ promouere.*

† IDEM. Epist. 146. Nabuchodonosor miraculo cõmotus atque mutatus, pro veritate cõtra errorẽ edictũ proposuit: & non vultis (ô Donatistę) vt tale aliquod cõtra vos iubeant Imperatores Christiani? *Iure statuũtur leges contra hæreticos.*

† IDEM. Tract. 11. in Ioan. Si Nabuchodonosor dedit gloriam Deo, quia liberauit de igne tres pueros, vt decretum mitteret, *quicumque blasphemauerit, &c.* Quomodo Christiani reges non mouebuntur, quos liberauit de gehenna, quando vident hæreticos? Sempiternas mortes faciunt: & temporales se perpeti conqueruntur. *Hæretici morte sunt digni.*

† IDEM. Cùm viuatis vt latrones, mori vos iactatis vt martyres lib. 2. cont. litteras Petiliani, cap. 83.

e *Tunc rex promouit Si.* HIER. in com. Qui dicunt supra tres pueros non iudices prouinciarum, sed præfectos fuisse singulorum operum, hic primò volunt eos prouinciarum iudices constitutos.

† THEODORETVS in com. Tanta prouidentia sui cultus studiosos dominus gubernat, vt merito exclamauerint hi sancti adolescentes, *Quia non est confusio iis qui in te confidunt.* Etiam nos itaque tantam adepti spem, omni creaturæ simul opificem & gubernatorem præferamus; sintque nobis hi adolescentes vtilitatis exemplum, pietatis exemplar, duces ad Deum, & ad ea quæ à Deo suppeditantur. Quæ vtinam nos omnes consequamur gratia domini nostri Iesu Christi. *Exhortatio ad imitandum tres sanctos pueros.*

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et species quarti. *Quia propter irradiationem vultus in corpore assumpto bene apparebat quod angelus non erat filius hominis, sed magis aliquid supra hominem & quid diuinum. Secundum quod ponitur ibi, est approbatio miraculi, cùm dicitur,*

2 Tunc accessit. *Ex quo patet eius deuotio: quia non mittit nuntium.*

3 Et ait, Sidrach, &c. serui Dei. *Non idolorum multorum, quæ coluntur in terra.*

4 Egredimini de *fornace.*

5 Et venite, *Ad me securè: Sequitur,*

6 Et congre. *Qui dicuntur satrapæ & huiusmodi suprà expositum est.*

7 Contemplabantur. *Admirantes de miraculo, quod probatur per id quod subditur,* Quoniã nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum: *Et quod plus est.*

8 Et capillus capitis. *Qui tamen de facili incenditur.*

9 Sarabella. *Id est, brachæ æstiuales & breues.*

10 Non fuissent immutata. *Quia non solùm non erant adusta, sed nec fumo denigrata.*

11 Et odor ignis. *Quia non erant immoderatè calefacti. Tertium quod ponitur hic est acclamatio Dei, cùm dicitur,*

12 Et erumpens Nabuchodonosor. *In laudem Dei, scilicet,*

13 Ait, Benedictus. Qui misit angelum suum: *Per hoc enim quòd erat aliis dissimilis & quòd subitò disparuit aliis egredientibus de fornace, cognouit, quòd fuerat angelus; sequitur,*

14 Et verbum regis immutauer. *Obediendo Deo & non regi. Et quia non solùm Nabuchodonosor in se, sed etiam in toto regno, voluit laudare Deum: ideò sequitur,*

15 A me ergo positum est hoc decretum. *Id est, lex firma, & patet. Quartum quod ponitur hic, est exaltatio populi Israelitici per puerorum promotionem, & hoc est quod dicitur,*

16 Tunc rex promouit Si. &c. *Amplius quàm antè: quia prius erant præfecti operum, sed nunc fecit eos iudices prouinciarum, & patet littera. Et in isto capitulo potest assignari quadruplex moralitas, quia in statua est nota simulationis; in adorantibus, æmulationis; in ministris vel instrumentis, adulationis; in fornace, tentationis. Statua igitur notat simulationem potentiæ, scientiæ seu cuiusque excellentiæ: Hæc statua est* ficta, *quia vita simulata habet meram falsitatem;* Aurea, *quia habet falsam honestatem;* Alta, *quia habet falsam dignitatem;* Lata, *propter falsam pietatem;* Sita, *propter falsam potestatem,* Dedicata, *propter falsam famæ celebritatem;* Adornata, *propter falsam maiestatem. Hæc omnia simul concurrentia faciunt simulatorem, statuam, non hominem. In adorantibus est nota æmulationis: Adorant primo* satrapæ, *id est, nobiles, aspirantes ad nobilitatem generis;* Magistratus, *id est, consiliarij, aspirantes ad familia[illegible] principis;* Iudices, *aspirantes ad auctoritatẽ;* Duces, *scilicet exercitus, aspirantes ad nominis celebritatem;* Tyranni, *aspirantes ad potestatem;* Optimates, *aspirãtes* *Simulatio. Aemulatio seu ambitio.*

ad

NICOLAVS DE LIRA.

ad regiam dignitatem. Hi omnes adorant sæculi dignitatem, ne potentiam, honores, vel diuitias perdant: quorum exemplo subditi faciliter inducuntur, impulsi à maioribus per potentiam; A doctoribus per falsam doctrinam; A religiosis per falsam vitam. In ministris, vel instrumentis notatur adulatio. Quidam enim adulantur superioribus ratione timoris: & hoc significatur per tubam quia terret; quidam ratione consequendi honoris, vt ambitiosi: & hoc significatur per fistulam; quidam ratione fauoris habendi in causis: & hoc significatur per citharam; quidam ratione valoris temporalis, vt pauperes: & hoc significatur per sambucam, quidam ratione affectus carnalis amoris, sicut sunt propriè diligentes: & hoc significatur per psalterium; quidam ratione decoris, vt lasciui, & hoc significatur per symphoniam; quidam ratione liuoris, vt sic per superiores possint se vindicare de aliis: & hoc designatur per omne genus musicorum, quia tales per omnem viam quærunt adimplere suum propositũ. Quarto in fornace & pueris notatur tentatio & tribulatio, in fornace actiuè, & in pueris passiuè. Fornax enim tribulationis septuplum succenditur contra iustos antequam liberentur. Per aduersitatem in insidiis hostilibus; Per asperitatem, in afflictionibus corporis exterioribus; Per anxietatem, in conflictibus mentis interioribus; Per arduitatem, in operibus difficilibus; Per auctoritatem, in præceptis fortioribus; Per austeritatem, in victu & aliis necessitatibus corporalibus; Per calamitatem, in infirmitatibus & languoribus. Fornax autem tentationis similiter septuplum succenditur, quia septem sunt differentiæ tentationis: quia quædam est tentatio dubia; quædam occulta; quædam fraudulenta sub specie boni; quædam subita & periculosa, quia in repentinis difficile est se bene habere; quædam importuna, sicut est tentatio carnis, quæ impugnat omnibus horis; quædam perplexa; quædam violenta ex intentione periculi vel mortis. Hæ tentationes succenduntur naphta, id est, concupiscentia peccati originalis, Stupa, id est, cõcupiscentia superbiæ & vanitatis; Pice, id est, cõcupiscentia luxuriæ carnalis; Malleolis, id est, cõcupiscentia mundanæ cupiditatis, quæ desiccat auarum hominem, sicut malleoli sarmenta sunt desiccata. Ex hac fornace eripiuntur pueri, id est, innocentes; Vincula cõsumuntur, id est, difficultas ad bonum, & pronitas ad malum; Seruantur autem illæsa sarabella, id est, bona, quæ honestant, quia tegunt membra pudibunda; Thiara, id est, bona quæ delectant, quia ponuntur in capite; Calciamenta, id est, bona quæ sustentant; Vestes, id est, bona quæ conseruant; Flamma autem quæ diffunditur per cubitos 49. & quinquagesimum non attingit, significat pœnam inferni quæ numquam consequitur remissionem iubilei, id est, requiem æternam, quæ per remissionem iubilei significatur in scriptura, quia in inferno nulla est remissio.

Adulatio. — *Tentatio & tribulatio.* — *Septem differentiæ tentationis.* — *Pœna inferni.*

CAP. IV.

a NAbuchodonosor. HIER. in com. Epistola Nabuchodonosor in prophetæ volumine ponitur, vt non fictus ab alio postea liber, sicut sycophanta mentitur, sed ipsius Danielis esse credatur. Videtur hæc epistola post visionem arboris missa, & mutationem 8. anno.

b *Ego Nabuchodonosor.* HIER. IBID. Historia est manifesta, nec magna indiget expositione. Ad offensam enim Dei dicitur Nabuchodonosor in amentiam versus septé annis inter bruta animalia: herbis & radicibus vixit; & postea in regnum restitutus laudauit & glorificauit regem cæli, quia omnia opera eius iusta, & omnes viæ eius iudicia, qui superbos humiliat. Sed quia volunt quidam per Nabuchodonosor contrariam intelligere fortitudinem, de qua, *Videbam Sathanam sicut ful. &c.* Et in Apoc. *Draco cadens in terram, tertiam partem stellarum secum trahit.* Et: *Quomodo cecidisti lucifer qui, &c.* asserunt non potuisse fieri, vt homo nutritus delitiis, septem annis fœno vixerit, & absque corporis laceratione inter bestias tamdiu fuerit. Quærunt autem obiiciendo, si alter ei successit, cuius vecordiæ fuerit, si ci ab imperio cessit, quod tantum possedit; aut quomodo per tantum tempus imperium illi seruatum sit, & sine rege fuerit, cùm præsertim nihil tale contineant historiæ Chaldæorum, nec possint hæc silentio præteriisse, qui minora scripserint? Hæc omnia ingerunt, vt cum historia non steterit, per Nabuchodonosor significetur diabolus: quod nos non recipimus, ne omnia quæ legimus vmbra & fabulæ videantur. Quis enim amentes, quasi bruta animalia, in agris & syluestribus locis nesciat viuere? & multo incredibiliora hominibus accidisse, & Græcæ & Romanę tradunt historiæ, cum Scillā quoque & Chimeram, Hidram, & Centauros, & multa huiuscemodi narrent fabulæ, quid mirum si ad ostendendam Dei potentiam, & regum humiliandam superbiam, Nabuchodonosor hæc pertulerit?

† THEOD. in cõ. Non sine causa suum nomen posuit, sed vt ipsum verbis quasi testimoniũ faceret. Cùm enim illustrissimus esset, quippe omnium qui in Asia, Ægypto, & Æthiopia erant, imperium adeptus,

Nabuchodonosor versus in insaniam. — *Luc. 10. c. Apo. 12. a. Isa. 14. c. Contra eos, qui moti coniecturis leuissimis,* — *nituntur euertere huius historiæ litteram.* — *Amentes in syluestribus locis degunt.*

CAPVT IV.

a [98] NAbuchodonosor rex, omnibus populis Gentibus & linguis qui habitant in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur. [99] Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare [100] signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia, & regnum eius regnum sempiternum, & potestas eius in generationem & generationem. b [1] Ego Nabuchodonosor in domo mea quietus eram,

a ¶ Mundo, secundum eos, qui per Nabuchodonosor diabolum intelligunt, qui dicit, Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Et alibi dicitur: Mundus in maligno positus est.

¶ Hoc totum est de Epistola.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. IV.

1 NAbuchodonosor. *Hæc est tertia visio, significans Christi prædicationem contra humanam prosperitatem. Materia autem huius visionis est factum Nabuchodonosor, qui propter offensam Dei septem annis versus fuit in amentiam, herbarum radicibus inter animalia nutritus, & post per Dei misericordiam ad regnum restitutus, & sic humiliatus regem cæli laudare cœpit: in quo ostenditur mysterium dominicæ prædicationis, scilicet, humanæ prosperitatis finem laudabilem ostendentis. Causa finalis est pronuntiatio Christi prædicantis, trepidatio Dei omnipotentis, humiliatio regis superbientis, exaltatio Danielis interpretantis, consolatio populi seruientis. Causa efficiens est spiritus sancti instinctus, quem habuit Daniel tamquam vir sobrius & deuotus, humilis & subiectus, interpretationi assuetus. Causa autem formalis consistit in modo scribendi hanc visionem, quæ scribitur per modum epistolæ: quia est epistola regis Nabuchodonosor missa per totum regnum suum ad laudem Dei in memoriam huius facti, quæ à Daniele posita est in serie huius libri; & ideo diuiditur per modum epistolæ: quia primo ponitur salutatio; secundo subiungitur narratio, ibi,* Signa; *tertio, infertur conclusio, ibi* Nunc igitur. *In salutatione autem præponitur persona salutans, quia est maior, cùm dicitur,* Nabuchodonosor rex, *postea subduntur personæ salutatæ, cùm dicitur,*

2 Omnibus populis. *Quia erat monarcha orientis, vt dictum est. Tertio describuntur bona optata personis salutatis, cùm dicitur,*

3 Pax vobis multiplicetur, *Quia bonum pacis debet rex optare subditis, quia ad hoc eis præponitur.*

4 Signa & mi. *Hic ponitur consequenter epistolæ narratio: & primò ponitur in generali; secundo in speciali, ibi,* Ego Nabuchodonosor. *Circa primum considerandum, quod hic in generali narratur factum Nabuchodonosor, quomodo propter superbiam suam in amentiam versus est, & humiliatus: & per consequens à Deo in regnum restitutus; propter quod fuit motus ad Deum laudandum, & per epistolam ad laudem Dei suos subditos inuitandum, & hoc est quod dicitur hic,* Signa, *id est, opera diuinitus facta ad inducendum homines ad Dei reuerentiam,*

5 Et mirabilia. *Quia excedunt intellectus humani facultatem:*

6 Fecit ap. me. *Id est, in persona mea; & sunt verba Nabuchodonosor.*

7 Deus excel. *Hoc dicitur ad differentiã illorũ, qui in templis colebantur.*

8 Placuit ergo mi. prædicare. *Id est, solemniter per epistolam diuulgare.*

9 Signa eius. *Id est, opera super naturam facta.*

10 Quia magna sunt. *Id est, talia, quod nullus potest similia facere:*

11 Et mirabilia eius, *Cui nullus potest resistere, vel etiam impedire.*

12 Et regnum eius, regnum sempiternum, *Id est, sine fine.*

13 Et pot. e. in gene. & generationem. *Id est, in omnem nationem.*

14 Ego Nabuchodonosor. *Hic describitur narratio epistolæ in speciali, vbi præmittitur quoddam exordium respectu sequentium, in quo in generali tanguntur persona videns, & persona interpretans, & status vtriusque. Secundo autem ponitur persequutio istorum determinatè, ibi,* Visio capitis mei. *Primò ergo describitur persona videns, cùm dicitur,* Ego Nabuchodonosor, *monarcha orientis,*

15 Quietus, *Scilicet, à præliis, subiugato mihi oriente:*

16 In domo mea. *Id est, Babylone, quam fecerat caput suæ monarchiæ, vt dicetur infrà eod. cap.*

Tertia visio. — *Causa finalis.* — *Efficiens.* — *Formalis.* — *Diuisio.* — *Diuisio.* — *Diuisio.*

MORALITER.

† 14 *Ego Nabuchodonosor.* In hoc capitulo sub specie arboris succisæ, cuius radices dicuntur remansisse, secundum sensum litteralem significatur deiectio Nabuchodonosor propter suam elationem: Moraliter, autem per arborem istam significatur homo, vnde Iudicum 9. b. dicitur: *Ierunt ligna, vt vngerent super se regem.* † Ibi

De homine.

ptus, nomen suum præposuit, quod idoneum eorum quæ dicerentur esset testimonium, dicit ergo:

a *Somnium vidi quod, &c.* † Theod. in com. In tanta enim felicitate somnium vidi mihi molestum, ac vehementer perterritus sum ea specie, sed multo magis perturbabar, quod quæ per somnium significarentur non possem intelligere: quare interpretandi peritos accersiui.

b *Tunc ingredi. arioli, &c.* † Hieron. Ibid. Non simpliciter hæc posuit, sed comparate, vt ipsa comparatione omnibus prophetæ sapientiam declararet, quare sapientes Babylonis connumerat, vt ostendat illos quidem nihil omnino scire, hunc vero diuino spiritu illuminatum.

c *Donec.* Hier. Lxx. nescio qua ratione hæc præterierūt. Hac ergo de causa & similibus translatio eorum est repudiata, & Theodotionis vulgo celebrata, quæ & Hebraicæ veritati & cæteris translationibus conuenit. Quæramus ab eis, qui in hac visione historiam non recipiunt, quis sit iste Nabuchodonosor, qui somnium viderit? quis Daniel qui somnium exposuerit & ventura prædixerit? & quomodo Daniel, qui secundum eos sancta intelligitur fortitudo mea, à Nabuchodonosor princeps ariolorum constituitur, & collega illius appellatur.

d *Balthasar princeps ariolorum.* † Theodoretus. Plerosque hominum prosperi successus faciunt eorum qui de se bene meriti sunt obliuisci, necessitates vero quibus premuntur eos illis in memoriam reuocant. Cùm aliquis prospera corporis vtitur valetudine, medicæ artis minime recordatur, cùm vero in morbum inciderit, memoria repetit se alicuius medici ope refectum. Ita etiam Nabuchodonosor, &c.

e *Videbam, & ecce arbor, &c.* † Theod. in com. Per arborem, ipsum significari dixit beatus Daniel, altitudinem vero ait vsque ad cælum peruenisse, non arboris naturam significans, sed cogitationes, & quæ ille sibi animo fingebat. Dixerat, *super astra ponam thronum meum*, idcirco proceritatem arboris videt vsque ad cælum peruenisse.

f *Et altitudo eius, &c.* Hier. in com. De huiusmodi propheta, *Vidi impium superexaltatum, & c. si. ce. li.* Qui non virtutum magnitudine, sed superbia eleuantur, ideo exciduntur & corruunt.

g *Aspectus illius erat vsque ad terminos vni.* Hier. Ibid. Theodotion, dominatio, quod contemptores historiæ calumniātur, quia Nabuchodonosor orbem terrarum minime possederit, qui orientis tantum prouincias tenuit, sed nos hæc omnia hyperbolice dicta accipimus, & ob superbiam regis impij, qui in Isaia tantum gloriatur, vt iactet se tenere cęlum & orbem terrarum quasi nidum, & oua volucrum.

Alterius somnij interpretationem petit Nabuchodonosor à Daniele.

Translatio Theodotionis 70. translationi prælata.

Aduersa reducunt nobis in memoriam multa, quæ in prosperis obliuioni tradideramus.

Isa. 14.

Psal. 36. g.

Superborū casus.

Hyperbole.

a ¶ Respondeant quod somnium vidit diabolus, nisi forte quidquid in mundo est, vmbra videtur & somnium.

a & florens in palacio meo.[1] Sōmniū vidi, quod perterruit me, [2] & cogitationes meæ in strato meo, [3] & visiones capitis mei conturbauerunt me. [4] Et per me propositum est decretum vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionem somnij indicarent mihi.[4] b Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldæi & aruspices, & somnium narraui in conspectu eorum, & solutionem eius non indicauerunt mihi, c donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Balthasar secundum nōmen Dei mei, qui hābet spiritum deorum sanctorum in semetipso, & somnium coram eo loquutus sum. [6] d Balthasar princeps ariolōrum quem ego scio quōd spiritum deorum sanctorum habeas in te, & omne sacramentum non est impossibile tibi: visiones somniorum meorum quas vidi, & solutionem earum narra mihi.[7] Visiō capitis mei in cubili meo. e Videbam f & ecce arbōr in medio terræ, & altitudo eius nimia: [8] & magna arbor & fortis, & procēritas eius contingens cælum. g Aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ.

a ¶ Mentis, non oculorum. Ad gloriam enim seruorum Dei reuelantur mysteria illi.
a ¶ Quia solius Dei est hoc. ¶ Familiaris.
a ¶ Sic enim vocabatur Deus Nabuchodonosor.
a ¶ Non mirum si errat Nabuchodonosor more Gentilium, & quidquid super se cernit, non Deum, sed deos arbitratur.
a ¶ Alij incantatorum. Non mirum si princeps ariolorum omnium constitutus sit, qui ad præceptum regis sapientiam didicerat Chaldæorum, & decuplum sapientior inuentus est.
¶ Secretum. ¶ Id est. a ¶ Nabuchodonosor. a ¶ Excellentia regis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et florens in palacio meo, *quia omnia successerant sibi ad libitum: fortuna enim prospera dicitur floritio metaphorice.*
2 Somnium vidi. *diuinitus immissum.*
3 Quod perter. me. *diuina virtute hoc faciente. sequitur,*
4 Et per me. *Hic incipit personam interpretantem tangere,* Vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes, &c.
5 Tunc ingre. ario. *supra expositum est qui dicebantur arioli & ceteri hic nominati.*
6 Et solutionem eius, *quia hoc est solius Dei: Ex quo patet eos falsum respondisse in prima visione, quando dixerunt,* Rex dicat somnium seruis suis & solutionem indicabimus: *quia hic dicitur expresse, quod rex narrauit somnium in conspectu eorum tamen nescierunt interpretari.*
7 Donec collega. *id est, familiaris.*
8 Ingressus est in conspectu. *Quæritur ergo quare non fuit primo vocatus cum alijs, & maxime quia alias ei somnium exposuerat, vt dictum est ca. ij. Dicendum, quod erat absens pro aliquo arduo regni negotio: propter quod rex non præcepit interfici sapientes, sicut prius præceperat in simili casu, quia expectabat Danielē, & hoc videtur sonare littera cum dicitur,* Solutionem eius non indicauerunt mihi, donec ingressus est Daniel, &c.
9 Cui nomen Balth. *quia tali nomine vocabatur Deus Nabuchodonosor.*
10 Qui habet spiritum deorum san. *ad interpretandum somnia: propter hoc ars interpretandi somnia dicebatur scientia diuina, vnde & Albertus magnus super librum de somno & vigiliis, dicit, Socratem exclamasse Athenienſibus laudantem scientiam diuinationis somniorum dicentem, Absit à me, vt hanc vestram, quam experti estis per somnia, dicam esse falsam scientiam, sed hanc vt diuinam me ignorare profiteor, humana me scire exiliter protestatus sum, Et vt verum fatear hoc solum me scire arbitratus sum, quod ignoro, eo quod scientiam deorum vel sanctorum non sum adeptus, sequitur,*
11 Balthasar. prin. *id est, diuinatorum: & hoc ratione diuinæ sapientiæ, quam habebat, & non alij, & hoc est quod subditur,*
12 Quem e. s. quod spi. *Dicit deorum sanctorum ad differentiam demonum, à quibus magi & arioli & huiusmodi quærebant responsa: loquitur etiam in plurali de Deo, secundum morem Gentilium. Sequitur,*
13 Et omne sa. *i. secretum.*
14 Non est impos. *quasi di. omne secretum potes aperire.*
15 Visiones som. me. q. v. *Non petit hic Nabuchodonosor narrationem sui somnij, quasi ignoraret sicut in prima visione: quia hoc somnium narrauit primo alijs coniectoribus, & secundo Danieli, vt hic dictum est, sed petit narrationem per modum expositionis, in qua oportet repeti somnium ab expositore, applicando partes singulas visionis ad partes solutionis.*
16 Visio capi. *Posito exordio narrationis & interpretationis, hic procedit ad vtrumque in speciali: & primo ad narrationem, secundo ad eius interpretationem, ibi,* Tu ergo Balthasar. *Prima in tres, quia primo narratur visio prout significat regis eminentiam, secundo prout significat contra eum diuinam sententiam, ibi,* Videbam, *tertio, prout exprimit sententiæ causam, ibi,* In sententia. *In prima ergo parte dicitur sic:* Visio capitis mei, *quia tales visiones fiunt in parte imaginatiua, quæ viget in capite.*
17 In cubili meo. *quia in somno est facta ista visio quietatis sensibus exterioribus, hæc est. s. quæ sequitur.*
18 Videbam, &c. *per arborem Nabucho. significatur, quia secundum Philosophum homo est quasi arbor inuersa habens radices sursum. i. capillos vel os, quia radices sunt ori similes 2. de anima.*
19 In med. ter. *quia Babylon, vbi regnabat Nabucho. est in medio climate terræ habitabilis scilicet, in quarto secundum Alfraganum.*
20 Et altitudo, &c. *propter potentiam Nabuchodonosor & eius superbiā.*
21 Magna. *propter regni extensionem.*
22 Et fortis. *propter magnam militiam & peritiam armorum.*
23 Et proceritas, &c. *propter Nabuchodonosor excellentiam, qui de infirmo statu ad tantam potentiam deuenerat, vt supra dictum est.*
24 Aspectus illius, &c. *quia ab habitantibus in remotis partibus timebatur, ne nos inuaderet.*

Mentiuntur sapientes Babylonis.

Quare non fuit Daniel primo vocatus cum aliis somniorum interpretibus?

Dictum Socratis de scientia diuinationis somniorū.

Huius secundi somnij petit expositionē, nō narrationē.

Diuisio.

Homo arbor inuersa.

MORALITER.

† Ibi namque per ligna homines intelliguntur. Et de hac arbore subditur,
19 *Ecce arbor in medio terræ.* i. in medio terrestrium hominum, quorum status variabilis est secundum fortunæ motum.
20 *Et altitudo, &c.* per superbiā ex fortunæ prosperitate causatam.
21 *Magna arb.* propter statum eminentiam.
22 *Et fortis.* propter potentiam mundanam.
23 *Et proceritas.* id est, elatio nimis excessiua propter impensam sibi reuerentiam.
24 *Aspectus illius.* per nominis sui diffusionem.

a *Folia eius pulcherrima.* † Theod. in com. Folia vocat decus illud, A quod conspiciebatur in veste, & throno, & regiis, & scutatis, hastatis, satellitibus, ac stipatoribus corporis. Fructum vero, tributum, quod vndique ei afferebatur: Idcirco autem multum fructum, non autem pulchrum dixit, neque enim iuste impositum erat.

b *Esca vniuersorum in ea, &c.* † Theodor. Ibid. Si quidem & agricolæ ipsius procuratione pace fruentes, è terra fructus percipiebant: & milites ab B ipso commeatus percipientes in armis vitam degebant.

Populi sub imperio Nabuchodonosor degentes.

c *Subter eam, &c.* Ibid. Nam & ferino more viuentes barbari, & ratione magis vtentes, ac mitiores, & acuto ingenio homines, & alta mente prædit, sub ipsius imperio vitam traducebant.

C d *Vigil.* Hier. in com. Theodotion *angelus.* Vigilant enim angeli, semper ad Dei officium parati: Nos quoque crebris pernoctationibus eos imitamur, De ipso quoque dicitur, *Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.* In sequentibus quoque dicitur, *In senten. vigilum.* id est angelorum, decretum.

Psal. 120.a.

† Theodor. in com. עיר *Ir* vocat vigilantem, sic enim Græce interpretatur, Vigilantem autem vocat angelum, vt significet corporis expertem: qui enim corpore indutus est, somno obnoxius est, qui vero somno præstantior est, is est liber à corpore: Descendit autem de cælo, vt discat, Deum ipsum esse, qui contra se sententiam D tulit: docetur autem quis ei regnum tradiderit, amittens regnum. Videt enim arborem excisam, & ramos separatos, hoc est, principes ac præfectos, & satrapas, & magistratus, folia autem excussa, quam sibi gloriam comparauerat, foliorum instar fluentem & tabescentem, fructum vero dispersum, quia qui tributum exigebant, ad seipsos in reliquum sine vllo metu lucrum conuertebant.

Vigil hic dicitur Angelus.

Regnum Nabuchodonosor turbatum & dissipatum.

E e *Fugiant bestiæ, &c.* † Theod. Ibid. Qui enim præter voluntatem ei seruire coacti fuerant, inuenta occasione, regis mutatione, ab eius imperio desciuerunt.

f *Et alligetur vinculo.* Ibid. Vt is enim qui demẽtiæ morbo correptus erat, & Corybantum more furore agitatus, contra omnes rabie insaniebat, F necessariis vinculis cõstrictus fuerat, quæ tamen haud idonea erant, vt ipsum detinerent, sed vagabundus desertis in locis morabatur, sub diuo infelix iumentorum instar depascens herbam.

Nabuchodonosor in rabiem versus.

g *Et septem tempora.* † Theod. Ibid. Hoc Dei longanimitatem declarat: Breui enim tempore supplicium desinit, expectans eam pœnitentiam, quam sit paritura disciplina.

Quidam mentiuntur, quod septem anni in septem menses mutati sunt oratione Danielis.

Septem anni non in septem menses, sed dura uit regis insania.

(*Decus regni. — Diuitiæ. — Quos alebat.*)

a [9] Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vni- b uersorum in ea. Subter eam habitabant animalia & bestiæ, c & in ramis eius conuersabantur volucres cæli, & ex ea vescebatur omnis caro.[10] Videbã in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil & sanct⁹ de cælo descendit, [11] & cla- d mauit fortiter, & sic ait: Succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiãt e bestiæ quæ subter ea sunt, & volucres de ramis ei⁹. [12] Verumtamen germen radicum eius in terra sinite, & alligetur vinculo ferreo & æreo, in herbis quæ foris sunt, & rore cæli tin- f gatur, & cum feris pars eius in herba terræ.[13] Cor ei⁹ ab humano commutetur, & cor feræ detur ei, & septem tempora mu- g

(Interlinear: *Simplices. — Feroces. — Leues mendaces. — Notat regem deponendum, sed illi seruandum regnum. — Tentatione durissima, vel sicut insanus. — Anni. — Anniuersario cursu.*)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Folia eius pulcherrima. *hoc dicit quantum ad eius ornatum & iocalia, quæ diuersis regnis superatis congregauerat:*

2 Et fructus eius nimius. *propter multitudinem diuitiarum artificialiũ.*

3 Et esca vniuer. &c. *propter multitudinem diuitiarum naturalium.*

4 Subter eam habitabant animalia, *id est, simplices,*

5 Et bestiæ, *id est, feroces quia nullus audebat resistere ei.*

6 Et in ramis, &c. *per volucres intelliguntur garruli & mendaces ad alta tendentes, quia tales solent principibus esse laterales.*

7 Videbam. *Hic consequenter narratur visio inquantum continebat sententiam Dei: vnde dicitur sic,* Videbam. *scilicet, prosperitatem status mei.*

8 In visione capitis, *quia prosperitas præsentis vitæ non est nisi quasi somnium, scilicet, vnde dicitur in Psal.* Dormierunt somnium suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

Prosperitas huius vitæ. Psal. 75.a.

9 Et ecce vigil. *id est, angelus: quia angeli vigilant ad custodiam nostram, & ad exequenda Dei mandata, & quia numquam cessant ab actu intelligendi, sicut nos cessamus oppressi somno.*

Vigilia seu custodia angelica.

10 Et sanctus, *Hoc dicitur ad differentiam dæmonum, quia Philosophi Gentiles dicebant dæmones corpora habere aerea, vt dictum est supra, angelos autem esse intelligentias omnino separatas.*

Opinio priscorũ Philosophorũ de Angelis & dæmonibus.

11 De cælo descendit, *quia à Deo mittuntur angeli ad hæc inferiora administranda.*

12 Clamauit for. *ad insinuandum auctoritatem diuinæ sententiæ.*

13 Succidite arborem, *quia Nabuchodonosor de regno abiectus est ad tempus, vt dicetur infr. eod. cap.*

14 Et præcidite ramos. *id est, filios eius vel posteros, qui deiecti sunt & interfecti per Medos & Persas, vt patet cap. seq.*

15 Excutite fo. *id est, decorem regni, quia multum deperiit in infirmitate longa regis Nabuchodonosor.*

16 Et dispergite fructus. *quia illo tempore quilibet rapiebat sibi diuitias illius regni.*

17 Fugiant, &c. *quia multi recesserunt de dominio Nabuchodonosor tempore amentiæ suæ, tam de simplicibus, qui significantur per bestias, quam de principibus, qui designantur per volucres ad alta tendentes.*

Multi recedunt de dominio Nabuchodonosor versi in rabiem.

18 Verumtamen germen, &c. *id est, spem certam reuertendi ad regnum post amentiam.*

19 Et alligetur vinculo ferreo. *id est, infirmitate inducta ex diuina sententia quæ infrangibilis est.*

20 In herbis, &c. *quia tempore amentiæ habitabat in campis cum bestiis.*

21 Cor eius ab humano, &c. *quia perdidit vsum rationis per amẽtiam, & sic factus est quasi bestia: quia vita hominis non differt à vita bestiali, nisi per vsum rationis, non quia fuit mutatus in bouem, vt dicit Iosephus, qui licet veraciter narrat historiam veteris testamenti: tamen quando vult exponere, turpiter deficit, sicut de nuditate Adæ in statu innocentiæ, dicit Iosephus quod nõ erubescebat, & exponendo rationem assignat, quia Adam vixit tunc in simplicitate bestiali, sicut pueri ante vsum rationis non erubescunt de sua nuditate; sed hoc est manifeste falsum, quia sic per peccatum melioratus fuisset status primi hominis, quia per hoc adeptus fuisset vsum rationis, & eodem modo dicit hic Iosephus, dicendo quod Nabuchodonosor fuit mutatus in bouem.*

Iosephus sæpe errauit.

Nabuchodonosor non fuit mutatus in bouem.

22 Et septem tempora, &c. *id est, septem anni, per tempus enim intelligitur annus in scriptura, vt dicitur, 12. cap. cum dicitur,* Per tempus & tempora & dimidium temporis. *Ex quo patet falsum, quod aliqui dicunt 7. annos fuisse mutatos in 7. menses oratione Danielis, vt dicit glossa super locum istum.*

Per tempus intelligitur annus.

MORALITER.

1 *Folia eius, &c.* per exterioris apparatus ostentationem in familiis & equitaturis, in vasis aureis argenteis & similibus.

2 *Et fructus eius nimius,* per opulentiam.

3 *Et esca vniuersorum in ea.* id est, multorum: quia sicut dicitur Eccles. 5. c. *Vbi multæ sunt opes, ibi multi qui comedunt eas.*

4 *Subter eam, &c.* id est, simplices in humilibus officiis existentes, sicut sunt famuli coquinæ, & stabulorum, & huiusmodi.

5 *Et bestiæ,* quod nomen est proprie ferocium animalium, vnde dicuntur bestiæ quasi vastiæ à vastando: ideo per eas significantur ministri feroces in leuandis exactionibus & grauaminibus inferendis.

Ministri feroces.

6 *Et in ramis eius conuers. volucres.* id est, garruli adulatores, & mimi.

6 *Et ex ea vesceb. omnis caro.* i. homines carnales & non religiosi vel pauperes.

9 *Et ecce vigil. & sanctus.* i. spiritussanctus qui numquam dormit.

11 *De cælo des.* spiritussanctus enim inspirans prophetas sanctos, fortiter clamat contra tales superbos in nouo ac veteri testamento.

13 *Succidite arborem, &c.* nam in morte præscinduntur tales superbi & in inferno puniuntur, nisi per veram pœnitentiam ante mortem ad Deum humiliter reuertantur: quod semper potest fieri durante vita præsenti. Ideo subditur,

18 *Verumtamen germen radicum.* Per hoc autem germen significatur liberum arbitrium reuerti potens ad bonum. Quia tamen hoc est difficile in hominibus assuetis ad malum, ideo subditur,

Liberum arbitrium.

19 *Et alligetur vinculo ferreo.* Per quod significatur habitus malus faciens difficultatem in dicta reuersione: Quia tamen non facit impossibilitatem, ideo sequitur,

† De-

a Et cogitationes, &c. A HIER. in com. Quia intelligebat somnium regi contrarium esse, & cordis timorem pallore vultus signabat: pro rege enim non ingratus dolebat, qui ei plurimum detulerat, & ne videatur insultare ei ait, *Domine mi, &c.*

Hærentem Danielem rex iubet audacter eloqui.

B b *Balthasar.* IBID. Videns eum perterritum, nec contra se velle dicere aliquid sinistrum: cohortatur vt vere & simpliciter quod intelligit eloquatur.

c *Arborem quam vidisti, &c.* † THEOD. in com. Operæ pretiũ est Danielis admirari sapientiam. Neq; enim simpliciter dixit, *arbor magna*, sed magnificata & C corroborata. Hoc est, nõ ab initio fuisti magnus, sed paulatim factus es: & potentiam non ab ortu adeptus es, sed sensim eam tibi comparasti: Subiicit,

d *Qui magnificatus es.* IBID. Et hæc apte admodum & opportune cælo & terræ accõ- D modauit. Dominationem enim dixit peruenisse ad fines terræ: ad cælum vero non item dominationem, sed magnitudinem, hoc est, cogitationis phantasiam.

e *Quod autem vid. &c.* IBID. Et fidem orationi faciens necessario subiecit, *Decretũ altis-* E *simi est, quod perueniet super dominum meum regem.* Hinc plane discere licet, apostolicę doctrinæ vtilitatẽ, *Omnis anima*, inquit, *potestatibus sublimioribus subdita sit.* Beatus quoq; Daniel, dominũ, impium regem vocat, & legis potestati obediens congruis vsus est appellationibus.

Principes etiamsi sint impij reuerenter tam compellandi sunt. Rom. 13.

f *Vinciatur ferro, &c.* F HIER. in comment. Quærunt à nobis qui historiæ contradicunt quomodo ferro & ære vinctus fuerit, aut quis eum ligauerit, cum perspicuum sit omnes furiosos ne aliquos occidant catenis religari. ☞ *Hæc*

a ¶ Quia sic oportet fieri. b ¶ Angelorum quorum Gentes opprimebat, quorũ sermo & petitio erat, vt deponeretur.

tentur super eum,[14] & in sententia vigilum decretũ est, & ser- [1]

a ¶ Eorum apud Deum. b ¶ In eo.

mo sanctorum & petitio donec cognoscant viuentes, quo- [2] niam dominatur excelsus in regno hominum, & cuicumque [3] voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet su- [4] per eum.[15] Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex. Tu [5] [6] ergo Balthasar interpretationem narra festinus: quia omnes [7] sapientes regni mei non queunt solutionẽ edicere mihi. Tu [8] autem potes: quia spiritus deorũ sanctorum in te est.[16] Tunc [9] Daniel cuius nomen Balthasar, cœpit intra semetipsum taci- a tus cogitare, quasi vna hora, & cogitationes eius conturba- [10] b bant eum. Respondens autem rex ait: Balthasar somnium & interpretatio eius non conturbent te. Respondit Balthasar & dixit: Domine mi, somnium his qui te oderunt, & inter- [11]

a ¶ Absque regis iniuria explicat veritatem, & ne videatur superbe arguere exponit altitudinem potentiæ. ¶ Id est, arbor.

c pretatio eius hostibus tuis sit.[17] Arborem quam vidisti subli- [12]

a ¶ Præsumptione tua.

mem atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cęlum, &

a ¶ Principes.

aspectus illius in omnẽ terram,[18] & rami eius pulcherrimi & fructus eius nimius, & esca omnium in ea, subter eam habitantes bestiæ agri & in ramis eius cõmorantes aues cæli:[19] tu d es rex qui magnificat⁹ es & inualuisti, & magnitudo tua cre-

a ¶ Hyperbole.

uit & peruenit vsque ad cælum, & potestas tua in terminos e vniuersæ terræ.[20] Quod autem vidit rex vigilem & sanctum descendere de cælo, & dicere: Succidite arborem & dissipate f illã: attamẽ germẽ radicũ eius in terra dimittite, & vinciatur

NICOLAVS DE LIRA.

1 In sententia. *Hic narratur visio, quantum ad diuinæ sententiæ causam cum dicitur,* In sententia vigilum decretum est, *id est, ad petitionem sanctorum, qui sunt in terra quam angeli præsentant coram, Deo decretum est hoc à Deo in conspectu angelorum, qui dicuntur vigiles rationibus prædictis, & causa subditur.*

2 Donec cog. *id est, homines.*

3 Quoniam dominatur, &c. *Transferendo regna secundum voluntatem suam.*

4 Et humillimum hom. *id est, Christum.*

Humillimus quis hic dicatur?

5 Constituet su. eum. *secundum quod ipsemet dicit Matth. 45. d.* Data est mihi omnis pot. in cælo & in ter. *Vel secundum litteram per hoc intelligitur Nabuchodonosor, qui de humili statu primo fuit ad regnum eleuatus, sed propter superbiam ad tempus deiectus, & per humilitatem iterum restitutus.*

6 Hoc somnium vidi. *per hoc patet falsitas illorum, qui dicunt, quod ea quæ dicuntur in hoc cap. non sunt intelligenda ad litteram de Nabuchodonosor, sed de diabolo, qui in consummatione sæculi consequetur maiorem gloriã quam illi angeli qui non peccauerunt. Quod autem non intelligatur ad litteram de Nabuchodonosor, arguunt primo, quia nõ est verisimile quod rex fuisset dimissus currere per campos cum bestiis, sed magis fuisset ligatus & inclusus. Similiter nec quod per tantum tempus vixisset nudus & sub diuo. Tertio impossibile videtur, quod ita diu vixisset tali cibo, quia infra dicitur,* Fœnum quasi bos comedes. *Quarto quia in tanto tempore bestiæ deuorassent eum, vt videtur. Quinto quia non est verisimile, quod per 7. annos tantum regnum fuisset sine rege, & non legitur alius institutus, & si fuisset institutus nõ est verisimile, quod ei cessisset post furiam; ideo dicunt quod Daniel ad litteram loquitur hic de diabolo sub metaphora de Nabuchodonosor. Sed dictum istorum est erroneũ, quia peccatum dæmonis est irremediabile, sicut diffusius tractatur 2. sententiarum & contrarium dicere error est Origenis, cuius improbationem omitto hic propter prolixitatem vitandam, & quia habetur in scriptis communibus. Item falsitas istorum patet ex littera vbi dicitur, quod Daniel erat collega huius Nabuchodonosor, de quo est hic sermo. Quod autem esset familiaris ipsi diabolo est falsum, cum hic dicatur quod habebat spiritum deorum sanctorum. Item somnium nõ potest inesse diabolo sicut nec somnus. Item quomodo exponeret Daniel somnium diabolo, cum in dæmonibus vigeat acumen intellectus magis quam in hominibus: & ideo dicendum est, quod hæc est vera historia & non loquutio parabolica, quod patet ex hoc quod personæ sic determinate nominãtur. s. Daniel, Nabuchodonosor & alij & eorum officia. Item per hoc quod factum notatur sic celebre quod scribitur toti regno in regia epistola. Ad primum igitur, quod in contrarium obiicitur, dicendum, quod sicut dicit Hieron. & experientia docet, multa sunt impossibilia homini sano, quæ tamen sunt possibilia homini furioso: furia enim facit hominem multa agere, & pati quæ alias non posset; videmus enim amentes diu sub diuo morari, crudis sustentari, quibus etiã videtur quod sint bestiæ bestiarum etiam ferocium, & cum talibus amicitiã contrahunt. Hæc Hier. Ratio autem istorum quæ dicit hic Hieron. potest assignari breuiter, quia furia naturam hominis deordinat & quasi bestialem facit, & ex hoc sequitur quod aliqua sunt eis delectabilia & possibilia quæ ante non erant propter transmutationem naturæ, sicut mulieribus prægnantibus carbones vel terra fit cibus delectabilis propter naturæ deordinationem, quæ tamen alias sunt eis abominabilia. Ex hoc etiam sequitur aliud. s. quod cum bestiis contrahunt familiaritatem propter quamdam assimilationem ad eas, & propter hoc bestiæ non deuorabãt Nabuchodonosor, sicut & experimẽto videtur, quod canes ferocissimi nõ nocent fatuis naturaliter vel amentibus. Potest tamen dici quod à bestiis fuit diuinitus præseruatus: & sic patet ad quartum. Prima autem causa quare non fuit ligatus vel inclusus tempore furiæ, fuit, quia per hoc infirmitas fuisset aggrauata: patet enim ad sensum quod furiosi cum ligantur magis infirmantur: & sciebant homines sui per reuelationem Danielis, quod in campis non moreretur, sed finaliter in regnum restitueretur. Ad quintum dicendum, quod regnũ tempore illo fuit gubernatum per principes, & maxime per Danielem, qui diligebat regem: Et quia per Danielis reuelationem sciebant regem restituendum, ideo nullum alium audebant interim statuere, ne Nabuchodo. postea restitutus puniret eos tamquam reos criminis læsæ maiestatis. Item quia Nabuch. multum regnum ampliauerat & glorificauerat, ideo cum maiori patientia principes eũ expectabant. Vel aliter potest dici, quod filius eius Euilmerodach. illo tẽpore regnauit. Quomodo autem postea cessit patri, dicendum quod hoc fecerunt principes qui eius malitiam odiebant: vnde vt dicunt aliqui propter mala quæ fecit tempore infirmitatis paternæ, fuit postea incarceratus à patre cum Ioachin rege Iuda: ex quo cum eo amicitiam contraxit, & eum de carcere extraxit, vt habetur 4. Reg. 45.*

Argumenta, quæ aliqui adducunt, vt probẽt hoc cap. non de Nabuchodonosor ad litteram, sed de diabolo exponendum.

Respondetur ad prædicta argumenta.

Multa sunt possibilia homini furioso, quæ sano non essent possibilia.

Quare non fuerit rex in furiam actus à suis ligatus?

Quis interim regnũ administrarit?

7 Tu ergo Bal. *Hic consequenter ponitur visionis interpretatio. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur ipsa interpretatio; secundo interpretationis impletio, ibi:* Omnia hæc. *In prima parte dicitur sic, Tu ergo Balthasar. i. Daniel.*

8 Narra fe. *q. d. non indiges temporis dilatione ad cogitandum propter diuinam sapientiam, quæ est in te.*

9 Tunc Dani. *cœpit intra semetipsum tacitus cogitare: quia nolebat cito procedere ad denuntiandum regi mala.*

10 Et cogitationes, &c. *quia rex honorauerat eum multum & socios eius, & ideo quasi gratus conturbabatur de malo eius futuro. vnde sequitur post.*

11 Domine mi. *quia licet veritas contra superiores sit dicenda, tamen cum reuerentia debet dici.* 12 Arborem. *hic incipit exponere visionem eo modo quo superius est exposita: & ideo patet ex dictis sententia vsque ibi.*

Quam-

M O R A L I T E R.

† 2 *Donec cogno.* s. in superbia.

3 *Quoniam domi. ex. in re.* & sic sub eo veraciter humilientur, & de beneficiis sibi collatis ei debite regratientur. Quod si fecerint eis maiora in cælestibus donabuntur, propter quod in huius figura dicitur in fine capituli, *Et magnificentia mea amplior reddita est. m.*

ferro & ære in herbis foris, & rore cæli conspergatur, & cum feris sit pabulum eius, donec septem tempora mutentur su-
a per eum. [21] Hæc est interpretatio sententiæ altissimi, quæ peruenit super dominum meum regem. [22] Eiicient te ab hominibus, & cum bestiis ferisque erit habitatio tua, * & fœ-
b num vt bos comedes, & rore cæli infunderis. Septem quo-
c que tempora mutabuntur super te, donec scias, quod dominetur excelsus super regnum hominum, & cuicumque voluerit det illud. [23] Quod autẽ * præcepit vt relinqueretur ger-
d men radicum eius, id est, arboris, regnum tuum tibi manebit postquam cognoueris potestatem esse cælestem. * [24] Quam-
e obrem rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis paupe-
f rum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis. [25] Omnia hæc venerunt super Nabuchodonosor regem. [26] Post finem mẽsium duodecim in aula Babylonis deambulabat. [27] Respondit que rex & ait: Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego

(Interlinear glosses: a ¶ Vel eam. ¶ Non meæ. ¶ Qui omnia potest. — a ¶ Homines. b ¶ Insanum. — ¶ Anni. ¶ Euoluti. — a ¶ Præscientia. — ¶ Annum, scilicet. — a ¶ His quæ secum in animo voluebat, ob ea quæ sibi dicta fuerant à Daniele.)

☞ a *Hæc est interpretatio.* Hier. in commen. Austeritatem sententiæ, A verborum temperat blandimentis, & mala releuat promissis: vnde, *Regnum tuum tibi manebit.*

Quot annos egerit Nabuchodonosor in insania?

b *Septem quoque tempora, &c.* † Theod. in com. Alij septem annos dixerunt, alij tres cum dimidio, neque enim in quatuor conuersiones diuina scriptura annum diuidit, sed in duas generales partes hyemem & æstatem. Septẽ igitur huiuscemodi partes tres annos cum dimidio perficiunt, ac tantum temporis, inquit, in calamitate deges.

c *Donec scias, &c.* Ibid. Quando somnias inquit, te Deum esse, immo superiorem B Deo; adimet tibi Deus etiam humanam cogitationem, efficietque vt similis bestiis feris euadas, vt experientia percipias, quid homo, quid Deus, quid humana felicitas, & quid regnum diuinum: & fieri non posse vt quis illud cõsequatur inuito Deo.

* De pœ. di. 1. c. quamobrẽ in textu & in glossa. *Peccata eleemosynis redimenda.* * Eccl. 3. d.

d *Regnum tuum tibi.* Hier. in com. Hoc quoque calumniatores accusant, mirantes quod post efferationem, post tanta tormenta, post fœni & herbarum alimenta Deum confiteatur: & sit qui fuerat. Sed respondeant quomodo congruat vt angeli, qui numquam corruerunt, eum habeant principem, qui per pœnitentiam sit reuersus.

Quæstionẽ, quæ nulla est, soluit, reponendo veram.

e *Quamobrem.* Ibid. Quamuis Deus prædixerit, cuius præscientia non potest mutari: hortatur tamen ad eleemosynam & pauperum C misericordiam, quia nesciebat an esset Dei comminatio; quia & Ezechiæ, & Niniuitarum sententia mutata est, non iudicij vanitate, sed eorum mutatione, qui conuersi veniam meruerunt. Ieremiæ quoque dicit dominus, se, *mala super gentem inferre, & si bona fecerit, minas clementia commutare*; insuper bona terrena se daturum promittit, sed si mala fecerit, dicit se, suam mutare sententiam, non in homines, sed in opera quæ mutata sunt. Neque enim Deus hominibus irascitur, sed vitiis, quæ cum in homine non fuerint, non quod mutatum est punit. Intendit enim peccata punire, homines saluare.

Iere. 18. b. Deus ideo comminatur pœnas, non vt pœnas inferat sed vt per pœnitentiã pœnas declinemus.

† Theod. in com. His inexplebilem illius crudelitatem declarat, quam in sibi subiectis exercuerat. Vis inquit, clementiæ fructum percipere? Hanc eamdem erga eos ostendito, qui vnam tecum sortiti sunt naturam. Ita enim iudici persuadere poteris, vt minas extinguat, neque sinat eas ad exitum perduci.

Satisfactio pro peccatis.

† Tertul. Li. de patien. Rex Babylonius offenso domino, cùm squalore & pedore septenni ab humana forma exulasset, immolata patientia corporis sui, & regnum recuperauit, & quod optabilius homini est, satis Deo fecit.

† Cyprian. ser. de eleemos. Danieli rex non obtemperans, aduersa quæ viderat & infesta perpessus est, quæ euadere & fugere potuisset, si peccata sua redimere eleemosynis voluisset.

Ecclesi. 3. & 19.

† Augustin. serm. 33. Scriptum est, *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum*; Item, *Include eleemosynã in sinu pauperis, & ipsa pro te deprecabitur dominum*; Item scriptum est; *Consilium meum audi rex, & peccata tua eleemosynis redime.* Et alia multa sunt eloquij diuini D documenta, quibus ostenditur multum valere eleemosynam ad extinguenda & delenda peccata. Proinde illis, quos vel damnaturus, vel coronaturus est, solas eleemosynas imputabit.

Matt. 25. Multum valet eleemosyna ad delenda peccata.

† Chrysost. homil. 26. in Matth. op. imp. Si ille rex idolorum cultor poterat eleemosynis peccata redimere, cui non proderunt eleemosynæ? Sed audi mysterium, quod Petrus apud Clementem exposuit: Si fidelis fecerit opus bonũ, & hîc ei prodest liberans eum à malis; & in illo sæculo ad percipiendum regnum cæleste; magis autem ibi, quam hic.

S. Chrysost. citat opus Clement. * Infr. 5. f. Fructus boni operis.

† Ambros. lib. ad virg. laps. ca. 8. Si peccator sibi ipsi non pepercerit, à Deo illi E parcitur: Et si futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo vitæ spatio compensauerit, seipsum ab æterno iudicio liberat. Grandi plagæ alta & prolixa opus est medicina. Grãde scelus grandem habet necessariam satisfactionem.

Exhortatio ad pœnitentiam. Nota verbum, compensauerit.

† Idem. ser. 15. Magna est eleemosyna, quæ ardentium criminum globos beneuolentiæ suæ fonte refrigerat; & quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorũ: vt quamuis offensus Deus, quamuis criminibus prouocatus, cogitur liberare eleemosynis, quem disposuerat punire peccatis. Ait enim sanctus propheta, *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.*

Eleemosynæ commendatio. Eccle. 3.

† Hier. in Epit. Paulæ. Affligendum est corpus quod multis vacauit deliciis; longus risus perpeti compensandus est fletu; mollia linteamina asperitate cilicij commutanda.

† Idem. in Malach. Qui peccator est, cilicio pœnitentiæ accinga- F tur, & plangat vel propria delicta, vel populi; & ingrediatur Ecclesiam, de qua fuerat egressus, & cubet in sacco, vt præteritas delicias, per quas Deum offenderat, vitæ austeritate compenset.

† Greg. hom. 34. in Euang. Qui illicita meminit cõmisisse, à licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, vt qui commisit prohibita, sibimetipsi abscindere debeat etiam concessa.

† Bern. li. de modo bene viuendi, ca. 27. Prorsus horreo incidere in manus Dei viuentis. Volo vultui iræ iudicatus præsentari, non iudicandus. Iudicabo mala mea, iudicabo & bona mea. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lachrymis, punire ieiuniis, ceterisque sanctæ laboribus disciplinæ.

Hier. in com. Fecit Nabuchodonosor, iuxta Danielis consilium, misericordias in pauperes: & idcirco vsque ad mensem 12. dilata est sententia; sed quia gloriatur dicens, *Nonne hæc est Babylon, &c.* bonum misericordiæ perdidit malo superbiæ. Propter humilitatem adhuc per annum mansit in regno; & quia benefecerat pauperibus secundum consilium Danielis; sed elatus in superbia, statim eiectus versus est in insaniam.

Superbia destruit, quod custodierat misericordia.

Ibid. In Ieremia præcipitur populo Iudæorum, vt orent pro Babyloniorum pace, quia in pace eorum est pax captiuorum.

Iere. 29. b.

f *Forsitan ignoscet.* Ibid. Daniel præscius futurorum de Dei sententia

☞ du-

NICOLAVS DE LIRA.

Daniel hortatur regem ad pœnitẽtiam & opera misericordiæ.

1 Quamobrem. *vbi posita expositione, ponitur monitio Danielis monentis regem ad pœnitentiam & opera misericordiæ: vt per hac auertatur pœna futura ab eo; quia nesciebat propheta vtrum hæc prophetia esset dicta per comminationem tantum, quia tales comminationes frequenter intelliguntur sub conditione. s. si illi contra quos dicuntur perseuerant in malo: vnde dicit dominus Iere. 18. a.* Repente loquar adu. gen. & adu. reg. &c. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei.

2 Omnia hæc. *Hic ponitur interpretationis impletio: Et diuiditur in duas, quia primo ponitur visionis impletio, quantum ad ipsius Nabuch. deiectionem; & secundo, quantum ad eius restitutionem, ibi,* Igitur post finem. *Circa primum considerandum, quod licet ad verbum Danielis Nabuchodonosor aliquam pœnitentiam egerit, & aliqua opera misericordiæ fecerit, tamen ad pristinam superbiam rediit, propter quod pœna prædicta fuit ei inflicta, & hoc est quod dicitur,* Omnia hæc, &c.

3 Post finem mensium, &c. *id est, post annum: quia per annum facta est dilatio pœnæ propter opera misericordiæ: sed quia vt dictum est, reuersus est ad superbiam, ideo tunc ei inflicta est.*

4 In aula Babylonis. *Fretus multitudine militum.*

5 Responditque. *non dicitur hic quod aliquis loqueretur cum, & ideo dicendum, quod respondit suæ cogitationi: quia tunc cogitabat de abiectione sua, quam prædixerat sibi Daniel, & reputabat falsum & impossibile, quia iam annus transierat, & propter magnitudinem potentiæ & superbiæ suæ.*

6 Et ait, Nonne hæc est, &c. *q. d. quis posset me deiicere? dicitur autem Babylon magna, quia secundum quod dicit Hieron. super Isa. Ipsa erat ædificata in quadro, & quodlibet latus quadri habebat 16. milliaria, id est, octo leucas: nec est mirum: quia tunc sic ædificabãtur ciuitates, quod quilibet secundum statum suũ habebat iuxta domum suã hortum & vineam, vbi terræ nascentia crescebant: vnde diu posset viuere in obsidione cũ familia sua. Capitolium autẽ vel fortalitiũ illius ciuitatis erat turris ædificata à filiis Noe vt habetur Gen. 11.*

Ciuitates priscorum nostris maiores.

7 Quam ego ædificaui in domum regni, *Non enim ædificauerat*

3 Post

dubitabat; in quo apparet eorum intolerabilis temeritas, qui audacter peccatori veniam pollicentur (nemini tamen desperandū, quia & Nabuchodonosor si fecerit bona, indulgentia promittitur.

Audacia intollerabilis.

a *Cumque sermo adhuc.* HIER. in com. Arrogans gloriario statim punitur: & sententia differtur, ne misericordia in pauperes minime profuisse videatur. In superbia statim regnū perdidit, quod aliquādiu in misericordia detinuit: quia de magnitudine operis sui tumuit vltra homines, factus est infra homines.

Superbia clementiam repellit.

† GREG. li. 5. Moral. c. 6. Sæpe qui in potestate sunt, ea quę recte faciunt, quia elate cogitant, amittunt: dumque se ad cuncta vtiles æstimant, etiam impensæ sibi vtilitatis meritum damnant. B Hinc est quod rex Babyloniæ dū elata mēte apud se tacitus voluet, *Nonne hæc est Babylon, &c.* in irrationale animal protinus versus est. Quod enim factus fuerat, perdidit: quia humiliter noluit dissimulare quod fecit. Et quia elatione cogitationis se super homines extulit, ipsum, quem cum hominibus cōmunem habuit, sensum amisit.

Dum inordinate maiora affectamus amittimus etiam quæ possidemus.

* 17. q. 4. c. minor. Hominem ab Ecclesia non rapiendum.

† THEOD. in com. Intuere mentis fastū, inspice arrogātię exuperantiam. Ego enim C ipsam, inquit, regiam vrbem feci in honorem gloriæ meæ, & hæc feci potentia maxima præditus, omniumque potitus. Verum, hæc glorians & fremens locutus est: At Dominus statim supplicium intulit. Nam qui in cælum ascendere se somniauit, illinc sententiam de se latam sensit. Et quia non satis ei fuēre ædes regiæ in terris deorsum, sed simul etiam superiores dementer appetiit: iis etiam priuatur quas deorsum obtinebat; Et qui cælum rapere voluerat, è terra expellitur.

Condignas superbiæ pœnas sustinet Nabuchodonosor.

b *Eadem hora sermo completus est, &c.* † THEOD. IBID. Expulsus primum est propter ipsum morbum: furore enim & rabie correptus infinita mala perpetrasset, si facultas data fuisset; Deinde etiam propter odium, quod in illum omnes habentes, cum valebat, occultare conabantur.

Cur à suis eiectus sit?

c *Et fœnum vt bos comedit.* IBID. Proprium est desipientium non solum dicere ac facere ea quæ ratione & ordine careant, sed omnia etiam in quæcumque inciderint comedere: quod etiam cerni potest in iis qui à dæmonibus vexantur. Deinde sub diuo defatigatur nudoque corpore cum gelu & ęstu confli̇ctans, necessario alium colorem accepit.

Furiosorum mores.

D

d *Donec capilli eius.* † THEOD. in com. Non detonsus vsitato more, neque resectis vnguium excremētis, necessario tamdiu eiusmodi habuit capillos & vngues. His autem significat neglectum ipsum, & nullæ curæ alicui fuisse. Diuina enim prouidentia destitutus, ne propinquorū quidem cura potitus est, cùm ipsi essent vxor, liberi, & cognati: sed instar feræ deserta loca peragrabat. *Cum homo esset non intellexit, ideo comparatus est iumentis insipientibus, &c.*

Nabuchodonosor suis exosus & ab eis expulsus.

Psal. 48.

E

ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ: & in gloria decoris mei.[28] Cumque sermo adhuc esset in ore rēgis, vox de cælo rūit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnū tuum trāsibit à te,[29] & ab hominibus eiiciēt tē, & cum bēstiis atque fēris, erit habitatio tua: fœnum quāsi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, dōnec scias quod dominētur excelsus in regno hominum, & cuicumque voluerit det illud.[30] Eādem hora sermō completus est super Nabuchodonosor, * & ex omnibus abiēctus est, & fœnum vt bos comedit, & rore cēli corpus eius infectū est, donec capilli eius in similitudinem aquilarū crescerent, & vngues ei⁹ quasi vngues auium.[31] Igitur post finēm dierū, ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui: & sensus meus redditus est mihi, & altissimō benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui, & glorificaui: quia potestas eius, potestas sempiterna, & regnum eius in gēneratione & generationem,[32] & omnes habitatores terræ apud eum in nihilū reputati sunt. Iuxta voluntatē enim suam facit, tam in virtutibus cæli, quàm in habitatoribus terræ: & nō est qui resistat manui eius, & dicat ei: quare fecisti? In ipso tēpore sensus meus reuersus est ad me,

a Qui per se regnare voluit. a Quasi pondus. Non alij. Vox aperta præmittitur, vt à domino vindicta immissa sciatur. a Tamquam insanum. b Domesticis. a Natura. b Non vere. a Magna miseriæ consolatio. a Super omnes gentes, sine cuius nutu nec folium arboris cadit. b Omnis potestas à Deo est. a Vt sciret esse superbiæ pœnam. b Dei. a Mente captus. a Quia cælo tantum tegebatur. Alarum. a Septem annorum. b Prædictorum à domino. a Mentis & corporis. b Vbi Deus est, vnde, Fiat voluntas tua sicut in cælo, &c. Ideo. a Qui dominatur in regno hominum. Experto credite. a In omnia tempora, vel legis vel euangelij; potuit enim Nabuchodonosor sensu primo recepto etiam hoc non ignorare. a Potentiæ eius. a Quo cognoui eum. s. b Quem amiseram.

e *Ego Nabuchodonosor, &c.* † THEOD. IBID. Non sine causa adiecit, *ego*, sed vt omnes doceret, quasi dicat, Ille ego, qui tāta olim arrogantia dixeram, *quis est Deus qui vos eruat, &c.* qui somniauerā fore vt in cælum ascenderem, experiētia didici quid deceat, meo supplicio sapere didici, meam seruitutem agnoui.

f *Et sensus meus red.* Ostendit sensum se amisisse, non formam humanam; quod quidā putant ex eo quod sequitur, *figura mea reddita est mihi.*

Sensum amiserat nō formam humanam.

† THEOD. in com. F Tantum vtilitatis ex calamitatibus percepit Nabuchodonosor vt prophetæ instar de Deo & sentiat & loquatur.

g *Et omnes habitatores terræ, &c.* † THEODORETVS IBID. Hæc etiam alterius prophetæ doctrina est: Etenim beatus Dauid, *omnia*, inquit, *quæcumque voluit Dominus, fecit, in cælo, & in terra, &c.* Cum itaque didicerimus quantum superbia & fastus hominibus afferat detrimenti, parentem bonorum humilitatem adipiscamur. Hanc Dominus quoque possessionem beatam censet, quasi eam quæ prouentum habeat regnum cælorum, *Beati*, inquit, *pauperes spiritu, &c.* Et seipsum exemplar proponens, *Discite à me*, inquit, *quia mitis sum. &c.*

Psal. 134. Fructus humilitatis.

Matth. 5. & 11.

h *Iuxta voluntatem.* HIER. in com. In hoc sicut homo loquitur, tamquam non secundum iustitiam agat, sed secundum voluntatem, vt dum potentiam Dei prædicat, iustitiam eius videatur arguere, quasi immerito pœnas sustinuerit.

a Opti-

NICOLAVS DE LIRA.

rat simpliciter illam ciuitatem, sed fecerat eam metropolim suæ monarchiæ, & eam amplia uerat & fortificauerat ad robur regni sui & decorem, propter quod reputabat dictum Danielis trufaticum.

1 Cumque sermo adhuc esset, *vt ei ostenderet Deus quod propter superbiam suam punitus est, ideo ipso loquente superbe, subditur inflictio pœnæ, cum dicitur,*

2 Vox de cælo ruit, *quasi quoddam pondus deiiciens eius superbiam, & vox facta est in aperto, vt Dei vindicta intelligatur à populo, quia non ambulabat solus per aulam suam, sed multi erant cum eo, qui vocem de cælo audierunt.*

Deiicitur superbia Nabuchodonosor.

3 Tibi dicitur Nabuchodon. *Sensus patet, ex prædictis.*

4 Fœnum quasi bos com. *Ex hoc patet, quod non fuit mutatus in bouem, vt dicit Iosephus quia non dicitur hic bos, sed quasi bos, simili modo viuendo, vt habetur in decretis 24. q. 4. remittuntur.*

5 Et rore cæli. *quia cælo tantum tegebatur.*

6 Donec capilli ei. in simil. aquil. *i. secundum longitudinem alarum aquilæ, quia non tondebatur.*

7 Et vngues. *eadem ratione.*

8 Igitur, *hic ponitur visionis impletio quantum ad Nabuchodonosor restitutionem, & diuiditur in duas partes, quia primo describitur eius restitutio, secundo infertur intenta conclusio, ibi,* Nunc ergo. *Circa primum dicitur sic,* Igitur post finem. *i. septem annorum prædictorum à domino.*

9 Ego Nabuchodonosor oculos me. *corporis. s. & mentis.*

10 Ad cælum leuaui, *i. potentiam Dei cognoui.*

11 Et sensus, &c. *quia furia transierat.*

12 Et altissimo be. *corde.*

13 Et viuentem in sempiternum lau. *ore.*

14 Et glorificaui, *confitendo virtutem eius & bonitatem publice.*

15 Quia potestas eius, *quantum ad durationem.*

16 Et regnum eius, *quia se extendit ad omnem gentem.*

17 Et omnes habitatores ter. ap. e. in nihilum rep. *quia de nihilo sunt, & in nihilum redigerentur, nisi manutenentia Dei conseruarentur.*

18 Iuxta voluntatem, &c. tam in virtut. cæli. *i. in angelis.*

19 Et non est qui resistat manui eius. *i. potentiæ.*

20 Et dicat ei: quare fecisti? *i. dicere possit: quia iudicia eius incomprehensibilia sunt à nobis, nec errare potest in factis suis. Sequitur,*

Nabuchodonosor dat laudem Deo.

a Optimates mei & magistratus mei requisierunt me, & in regno. HIER. in comment. Secundum eos qui historiæ contradicunt, omnes angeli requirent diabolum in regnum restituendum: & maior fieret eius gloria, qui contra dominum

Error quod restituetur malignus spiritus priori gloriæ, & quod sanctis Angelis præponendus sit.

a ¶ Reformatio sensus. ¶ Humana, quam insanus visus est amisisse.

& ad honorem regni mei, decoremque perueni: & figura mea reuersa est ad me, & optimates mei & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum, & magnificentia mea amplior addita est mihi.[34] Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico regem cęli, quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

a ¶ Intellexit se pro superbia punitum, & iuste humiliatum.

num superbiuit, quam eorum qui obedierunt ei, & fecit mala, vt haberet bona. Tanta erat nequitia Euilmerodach, quod omnes requirebant patrem: Vnde & postea positus est à patre in carcere.

Euilmerodach ob male administratum regnum iniustis suis & abiectus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Figura mea reuersa est ad me. *Non est per hoc intelligendum, quod de figura bouis reuersus sit ad figuram hominis, vt dicit Iosephus & male, vt visum est; sed figura hic accipitur pro exteriori compositione, quia fuit tonsus & vestitus, & sic quodammodo in figura mutatus, Vel aliter intelligendum est hoc secundum æstimationem, quam habebat in furia, quia tunc sibi videbatur quod esset bestia.*

Quomodo sua figura dicatur hic Nabuchodonosor restituta?

2 Et optimates, &c. *secundum tempus prædictum à Daniele, & propter nequitiam Euilmerodach, cuius dominium erat eis odiosum. Cetera patent.*

3 Nunc igitur. *hic ponitur conclusio, cum dicitur:* Nunc igitur ego Nabuchodonosor lau. *ore.*

4 Et magnifico. *corde.*

5 Et glorifi. *opere.*

6 Regem cæ. *cuius regnum solum est stabile.*

7 Quia omnia opera eius vera, *quia procedunt secundum regulam suæ sapientiæ, qua non potest errare.*

8 Et omnes viæ eius, *modi faciendi.*

9 Iudicia. *i. recti.*

10 Et gradientes in superbia. *Hoc cognoscebat per experientiam. Dubitatur à quibusdam, vtrum iste Nabuchodonosor fuerit saluatus: propter hoc quod dicitur de eo Isa. 14. c.* Detracta est ad inferos superbia tua, cõcidit cadauer tuum. *& infra.* Verumtamē ad infernum detraheris in profundum laci: *& multa quæ ibi dicuntur; ex quibus aliquibus videtur, quod sit damnatus. Dicendum quod est saluatus, quia scriptura terminat historiam eius in sui humiliatione & diuinæ virtutis & fidei confessione, vt hic patet: quod non fit in scriptura, nisi de his qui sunt in statu salutis, hoc etiam dicit decretum xxiiij. q. iiij. Nabuchodonosor. Ad illud quod dicitur in contrarium in Isa. dicendum, quod dictum est per comminationem, intellecta conditione, s. si non pœniteret: quia tamen pœnituit, ideo ad infernum damnatorum non descendit, sicut Isa. 38. a. per Isaiam dictum est Ezechiæ,* Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues, *quia tamen pœnituit, ideo sententia mutata fuit, & additi sunt vitæ eius 15. anni, vt habetur ibidem.*

An Nabuchodonosor fuerit saluatus.

MORALITER.

† Moraliter exponendo per arborem intelligere possumus quemcumque statum prosperum temporalem vel spiritualem. Si accipitur quantum ad temporalem tantum, sic arbor ista est homo quantum ad personam, homo enim est arbor inuersa, vt supra dictū est, Ista arbor est in medio terræ, quia sita est inter orientem natiuitatis, & mortis occidentem; Alta, per excellentiam inter alias creaturas: Magna quantum ad scientiam. Fortis, quantum ad potentiā. Procera, quantum ad apparentiam. Ramosa, quoad generis lineam. Fructifera, per opulentiam, sed non quantum ad charitatem: sed carnem nutriendam. Lata vel diffusa, quantum ad famam. Subter eam animalia, id est, simplices. Bestiæ, id est, feroces. In ramis eius volucres, id est, in domo eius vel curia sunt leues superbi, mendaces, garrulosi. Ex ea vescitur omnis caro, id est, carnales eius bona consumunt, quia totum dat mundo, nihil Deo. Super hanc arborem est sententia quam clamat Vigil. i. Christus, vel angelus, vel prędicator, vel prælatus. quæ sequitur, *Succidite arborem* per mortem. Eiicite quantum ad vilitatem extremam inter animalia, quia in aliis animalibus post mortem remanet aliquid vtile, nihil autem huiusmodi in homine. *Præcidite ramos eius*, id est, parentelam. *Excutite folia*. i. exteriorem apparentiam. *Dispergite fructus*, id est, opulentiam, quia in morte quilibet rapit quod potest de bonis talium. *Fugiant animalia*, &c. propter familiæ dispersionem. *Eiiciatur exterius*, id est, ad societatem infernalem. *Cor eius ab humano commutetur*, quantum ad obstinationem: *septem tempora mutentur super eum*, quantum ad damnationem perpetuam quæ per septenarium designatur. Ecce arbor humanæ prosperitatis, & contra eam sententia diuinæ vltionis. Secundo potest exponi de prosperitate seu excellentia spirituali, & sic per arborem intellige hominem virtuosum. Hæc arbor est alta, per iustitiam. Fortis, per constātiam. Frondosa, per eloquentiam. Magna, per prudentiam quæ dirigit omnes virtutes. Diffusa, per misericordiam. Fructifera, per deuotionis exuberantiam. Omnes pascuntur ex ea per fraternam ædificationem. Subter eam bestiæ, per sensuum exteriorum refrenationem. In ramis eius volucres cæli, per motuum exteriorum moderantiam. Hic homo si in peccatum cadat, contra eum inclamat Vigil. i. Christus in euangelio, prædicator, vel prælatus prædicando: *Succidite arborem*, quantum ad desertionem charitatis, quæ est vita animæ. *Præcidite ramos*, quantum ad ablationem voluntatis bonæ. *Excutite folia*, quantum ad defectum bonæ locutionis. *Dispergite fructus*, quantum ad subtractionem bonæ operationis. *Fugiant animalia*, quæ subter eam sunt, quantum ad defectum debitæ subiectionis. *Alligetur vinculo*, quantum ad generationem malæ consuetudinis. *Ferreo*, propter duritiam obstinationis. *Eiiciatur foris*, quantum ad inuerecundiam in omnibus malis, quia tunc facta est ei frons meretricis. *Cor eius ab humano commutetur*, quantum ad omnem modum crudelitatis. *Septem tempora commutentur super eum*, quantum ad peruersam opinionem totius legis. Huius arboris sententias percipiunt in somniis reges, principes, nobiles, diuites, quia frequenter in prædicationibus audiunt diuinam sententiam, sed non curant, ac si esset tantummodo somnium.

Arboris expositio. Arbor humanæ prosperitatis, & contra eam sententia diuinæ vltionis. Arbor prosperitatis seu excellentiæ spiritualis. Iudicium Christi de eo si in peccatum labatur. Iere. 3. g. Contemptus prædicatorum.

CAP. V.

a Balthasar rex fecit, &c. HIERON. in comment. Non filius Nabuchodonosor vt vulgo creditur: sed (vt ait Berosus qui Chaldæam scribit historiam, & qui eum sequitur Iosephus) post Nabuchodonosor qui regnauit annos 44. successit Euilmerodach filius eius, de quo scribit Ierem. quod in primo anno re-

Reges Babylonis. Berosus li. 3. hi. Chaldaicæ. Iere. 5. b.

CAP. V.

a ¶ Alij, Bibebat ipse rex vinum coram cunctis principibus, quos vocauerat.

Balthasar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille, & vnusquisque secundum suam

a ¶ Quia secundum ætatem erant in conuiuio ordinati; vel nemo vltra vires bibere cogebatur.

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT V.

1 Balthasar rex. *Hic ponitur quarta visio, vbi ostenditur eminentia regni Christi & iustorum ad regnum Antichristi & malorum. Causa materialis est destructio regni Chaldæorum per Medos & Persas, quæ quidem destructio per digitos scribentis in pariete est dictata, per Danielem interpretata: in quo designatur destructio regni diaboli per mortem Christi & eius passionem. Causa finalis est ad ostendendum iustitiam Dei, & Danielis prudentiam extollendam. Causa efficiens est instinctus spiritussancti de re imminente vnde fit reuelatio, non somniū. Causa formalis consistit in diuisione: & diuiditur in quatuor partes: quia primo tangitur visionis occasio, secundo videntis perturbatio, ibi*, Tunc facies; *tertio turbati responsio, ibi*, O rex altissimus, &c. *quarto visionis expositio ibi*, Idcirco ab eo. *Circa primum quatuor ponuntur. Primum est conuictus lasciuia, cum dicitur*, Balthasar rex fecit grande conuiuium. *Ierem. 29. prædictum erat quod in 70. annis terminaretur dominium Chaldæorum, vt rediret captiuitas Iudæorum. Balthasar autem credebat illud tempus transisse, & per consequens Ieremiam dixisse falsum, propter quod vt dicunt Hebræi, fecit tale festum.*

Quarta visio. Eius causæ quatuor. Quid mouit Balthasar ut instrueret conuiuium.

2 Optimatibus suis mille. *omnes enim magni principes sui imperij conuenerant in Babylone, vt defenderent ciuitatem contra Cyrum & Darium, qui obsederant eam, vt patet ex fine huius capit.*

3 Et vnusquisque. *Quod exponitur dupliciter. Vno modo, quia secundum*

MORALITER.

† 1 *Balthasar rex fecit grande conuiuium.* Per Balthasar qui interpretatur absorbens diuitias, significatur quilibet magnus & potens in vitiis, maxime carnalibus, bona sua consumens, ideo subditur,

De nepotibus.

2 *Optimatibus suis mille.* ad sui ostentationem: Et non dicitur hic quod fecerit grande conuiuium pauperibus ad peccatorum suorum remissionem, & diuinæ gratiæ impetrationem.

† Præ-

gni sui leuauerit caput Ioachin regis Iuda & eduxerit eum de domo carceris. Huic successit filius eius Regasar qui habuit filium Labosordachum, patrem huius Balthasar, quo à Medis & Persis occiso, destructum est regnum Chaldæorum, & Darius successit. Hoc Xenophon in Cyri maioris scribit infantia, & Pompeius Trogus, hunc Darium, alij Astyagen, alij Astyagis filium putant.

Xenophon Trogus Pompeius.

† THEOD. in com. Post Nabuchodonosor Euilmerodach regnat; post quem Balthasar. Illius autem memoriam reliquit Daniel, quandoquidem non simpliciter historiam, sed prophetiam conscribit: quamobrem nec omnia quidem quę à Nabuchodonosor gesta sunt, conscripsit: sed illa dumtaxat quorum necessaria vtilitatis ergo erat memoria. Quando itaque maximum etiam in Balthasar ostēdit Deus miraculum, quodque idoneum esset ad ingenerandum timorem cum pietate, non solum iis qui tunc viuebant, sed etiam posteris: non existimauit æquum esse tantum beneficium silentio occultare.

Quæ de Nabuchodonosor & Balthasar tradiderit Daniel.

a bibebat ætatem. [1] Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Ierusalem, vt biberent in eis rex & optimates eius, vxoresque eius, & cōcubinæ. [2] Tunc allata sunt vasa aurea quæ asportauerat de tēplo quod fuerat in Ierusalem: & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & cōcubinæ eius. [4] Bibebāt vinū, & laudabāt deos suos aureos & argenteos & æreos, ferreos ligneosque & lapideos. [5] In eadē hora apparuerūt digiti quasi manus hominis scribētis cōtra candelabrum in superficie parietis aulæ regię. Et rex

a ¶ Proauus. a ¶ Insultantes Deo Iudæorum. b ¶ Quibus victoriam, præbentibus bibebant in vasis domini. ¶ Erroris. a ¶ Philosophicos sensus. b ¶ Eloquij venustate. c ¶ Carmina Poetarum. d ¶ Inanes Gentilium inuentiones. a ¶ Vt melius appareat, & manus, & quod scribitur. b ¶ Vt ad regem pertinere dicatur.

bibebat. Hoc est, ebrietatis instrumenta, fecit diuini ministerij instrumenta: præcepitque vt quæ suam explebant lasciuiam, per hæc vino fruerentur.

† HIER. in commen. TROPOL. Quicumque hæreticus, vel alius, verba prophetarum assumit, & ad sensum suum abutitur scripturæ sacræ testimoniis, & dat bibere his quos decipit, & cum quibus à Deo recedens fornicatur: vasa templi tollit, & inebriatur in eis, & non Deum cuius vasa sunt, sed deos laudat aureos, id est, sæculari scientia compositos, argenteos eloquij venustate, & rethorica arte constructos, æreos, ferreos, quos, scilicet fabulę tradunt, & carmina poetarum multam elegātiam vel stultitiæ habentes differentiam, de quibus quia penitus inepta traduntur, lapidei vel lignei meritò dicuntur. Hos omnes Deuteronomium in duas partes diuidit, *Maledictus qui facit sculptile & conflatile, scilicet, opus manuum artificis, & ponit illud in abscondito*: abscondunt enim omnes hæretici mendaciorum suorum dogmata, *vt sagittent in obscuro rectos corde.*

De hæreticis & magistris errorū.

Deut. 17. e. Psal. 10. Sup. 4.

a *Præcepit ergo.* HIER. in com. Tradunt Hebræi quod irritam putans Dei promissionem, qua Ieremias captiuitatem Iudæorum dixerat relaxandam (cuius & Zacharias in principio meminit) quasi spei vanæ insultans captiuorum, fecit grande conuiuium, & attulit vasa in medium, in quo statim diuinum apparuit iudicium.

Zach. 1. c.

b *Temulentus.* IBID. Et ideo oblitus eorum quæ contigerant Nabuchodonosor.

† THEOD. in com. His autē docet nos propheta non solū impietatis exuperantiā, sed etiam damnum ab intēperantia vini profectum. Obruit enim rationem ebrietas, & incontinentia peperit insaniam.

Malum ebrietatis.

c *Tunc allata sunt vasa, &c.* † THEOD. IBID. Hæc vasa inquit, non aliquibus ex iis qui solum videntur, & solum nomen habent deorum, sed ipsi qui præest omnibus Deo, dicata erant, qui Ierusalem elegit, & templum eius gloria compleuit: verum hæc, quæ nefas erat attingere, impius rex in medium afferri iussit, & in ipsis bibe-

Vasis sacris abutitur Balthasar.

d *In eadem hora.* IBID. Sic supra dictum est de Nabuchodonosor, *Cum adhuc esset sermo in ore regis, vox de cælo ruit.* Ne ob aliud videantur illata supplicia. Cum vasa fuerunt in idolio Babylonis, non iratus est dominus, quia videbantur secundum opinionem suam ea cultui consecrasse diuino: Sed postquam humanis vsibus diuina contaminantur mox sacrilegium pœna consequitur.

† THEODORETVS in comment. Quando enim ab omni efficacitate vacua laudauit simulachra, & omnium Deum contempsit: docet ipsum omnium rerum opifex, suam naturam eiusmodi esse, quæ cerni nequeat, & corpore carentem; Solos enim digitos ipsi scribentes ostendebat: erudiens item ne sic quidem hos ab illo conspici potuisse, nisi ipse huius rei præbuisset occasionem. Maximam item conuiuæ hinc percipiebant vtilitatem, qui docebantur Dei potestatem, & intelligebant eum corporis ex-

Vtilitas quā rex & conuiuæ percipere potuissent ex digitorum apparitione.

NICOLAVS DE LIRA.

dum etates suas erant in conuiuio ordinati, seniores in primis locis, & alij consequenter in aliis. Alio modo exponitur, quia nullus cogebatur bibere vltra vires suas, sicut fit apud aliquos quantum ad hoc moribus incompositos, & propter hoc non erat decens hoc fieri in aula regali. Secundum quod hic ponitur est contemptus blasphemia, exponendo vasa Deo consecrata vsibus humanis: & hoc est quod dicitur,

Duplex expositio illius: Et vnusquisque secundum suā bibebat.

1 Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur vasa. *de templo vbi fuerant reposita à Nabuchodonosor venerabiliter, secundum suam æstimationem.*

2 Quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius. *Id est, auus eius, secundum eos qui dicunt Balthasar fuisse filium Euilmerodach: quæ opinio videtur probabilior, vt supra dictum est 2. cap. Sequitur.*

3 Et biberunt in eis rex, &c. *propter hunc contemptum fuit punitus, & maxime quia illa vasa exposuit suis vxoribus & concubinis, vt hic dicitur. Tertium quod hic est positum, est actus idololatriæ, cum dicitur,*

4 Laudabant deos suos, *insultando Deo Iudæorum in cuius vasis bibebant.*

5 Aureos & argenteos, &c. *Idola enim fiebant de diuersis metallis secundum proprietatem illorum, pro quibus fiebant, vt idolum Martis de ferro, Solis de auro, Luna de argento: vnde dicitur Actu. 19. e.* quod ædes Dianæ fiebant argenteæ. *Ratio autem huius est, quia probabile est quod tales imagines fiebant per astrologos. In talibus autem fiendis duo attenduntur: determinata constellatio ex parte virtutis influentis, & determinata dispositio ex parte materiæ recipientis. Quartum quod hic ponitur, est conspectus diuinæ sententiæ cum dicitur,*

Materia vnde fiebant idola.

6 In eadem hora, &c. *Eadem hora dicitur, vt ostendatur manifeste propter quid erat Dei vindicta, scilicet, propter contemptum Dei in abusu vasorum sacrorum, & laude idolorum. Ex hoc etiam patet, quòd temerarium est res Deo sacratas applicare vsibus humanis, propter quod in ecclesia statutum est, quod calix in propria forma non vendatur, nisi alteri ecclesiæ.*

Abusus rerū sacrarum.

7 Et rex aspiciebat. *Hic non dicitur, quod alij viderunt, ex quo videtur, quod non erat ibi manus scribens secundum existentiam, quia talia communiter videntur ab omnibus assistentibus, sed solùm erat talis apparitio in oculis regis & sententia in pariete scribebatur diuinitus, ministerio tamen angelico, quia eorum ministerio talia fiunt.*

Scriptio in pariete erat-ne secundū rei veritatē, an vero secundum apprehensionem solius regis?

MORALITER.

† 1 *Præcepit ergo iam temulentus vt afferrentur vasa.* Ex hoc patet, quod ebrietas & comessatio inducunt ad maiora mala: nam iste rex non processit ad contemptum Dei, eius vasa humanis vsibus applicādo, donec fuit in conuiuio temulētus; & per hoc significatur, quòd potentes consumptis bonis suis in toto vel in parte in ebrietatibus & conuiuiis, frequenter se conuertunt ad spoliandum ecclesias iocalibus & aliis bonis, in Dei contemptum; Et quoniam *abyssus abyssum inuocat*, ideo frequenter ad dicta vitia sequitur Dei blasphemia, ideo subditur,

Ebrietas & comessatio inducūt ad maiora mala.

4 *Et laudabant deos suos aureos & argenteos.* Magna namque Dei blasphemia est, diuinitatem attribuere idolis.

6 *In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis, &c.* Hic fertur sententia diuina contra prædictos peccatores in scripturis, vt firmior ostendatur; in qua conscriptione scribens est Deus pater; manus filius, nam per filium omnia operatur, Ioan. 1. a. *Omnia per ipsum facta sunt*; Digiti, spiritus sanctus. Vnde dicitur Exod. 8. *Digitus Dei est hic.* Et de ipso cantat ecclesia: *Tu septiformis munere, dextra Dei tu digitus, &c.* De scriptura verò dicitur infra,

Diuina sententia cōtra heluones.

expertem & oculis a cerni minime posse: deorum verò, quos laudauerant, imbecillitatem, cùm ex sola inanima materia constarent. Hoc autem miraculo ingentem metum omnibus incussum fuisse testatur propheta, dicens.

a *Tunc facies regis, &c.* † THEOD. in com. Quod si digitorum scribētium species ita perterruit eū, vt etiā articulorum cōpages dissoluerentur: quid non sustinuisset Deo infestus, si præsteras, (id est, fulminis genus) aut fulmina cōspexisset, aut angelos torue intuentes, quorum conspectum ne magnus quidem Daniel absque metu ferre potuit? *Superbit terra & cinis*; Tanto itaque terrore perculsus,

b *Exclamauit fortiter, &c.* IBID. Metus enim vocem excutiebat, & animi perturbatio stimulabat vt sententiam intelligeret, tum præmium scripturam legenti, eiusque interpretationem afferenti proponit.

c *Purpura vestietur.* HIER. in com. Apud Iudæos reges vnctio facit; apud gentiles quatuor insignia, scilicet, purpura, fibula, annulus, & diadema. Vnum

Horror inuadens Balthasar. — Eccl. 10. — Insignia regum.

aspiciebat articulos manus scribentis. [6] Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. [7] Exclamauit itaque rex fortiter, vt introducerent magos Chaldæos & aruspices. Et proloquens rex, ait sapientibus Babylonis: Quicumque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & auream torquem habebit in collo, & tertius in regno meo erit. [8] Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt scripturam legere, nec interpretationem indicare regi. [9] Vnde rex Balthasar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est. Sed & optimates ei⁹ turbabantur. [10] Regina autē pro re quæ acciderat regi & optimatibus eius, domū conuiuij ingressa est, & proloquens ait: Rex in æternum viue. Non te conturbet cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur. [11] Est vir in regno tuo qui spiritum deorū sanctorū habet in se, et in diebus patris tui scientia & sapientia inuentæ sunt in eo. Nam & rex Nabuchodonosor pater tu⁹ principem magorū incantatorū Chaldæorū & aruspicum constituit eum. Pater inquam tu⁹, O rex: [12] quia spiritus amplior & prudentia intelligentiaque & interpretatio somniorum, & ostensio secretorū ac solutio ligatorū inuentæ sunt in eo, hoc est in Daniele, cui rex imposuit nomen Balthasar. Nūc itaq; Daniel vocetur, & interpretationē narrabit. [13] Igitur introduct⁹ est Daniel corā rege. Ad quem præfatus rex ait: Tū es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, quem adduxit rex pater meus de Iudæa? [14] Audiui de te, quoniam spiritum deorum habeas: & scientia intelligentiaq; ac sapientia ampliores inuentæ sunt in te. [15] Et nūc introgressi sunt in conspectu meo sapientes

Interlinear glosses: a Verbum commutationis etiam in malo accipitur. — a Nimio terrore. — a Oblitus eorum quæ Nabuchodonosor acciderant, antiquum suæ gentis sequitur errorem, magos vocat & Chal. & auru. non Dei prophetam. — a Quod summæ dignitatis erat. — b Post me, vel vnus de tribus principibus. Tertiam partem regni habens. — Quia. — a Præter Symmachum qui veritatem Chaldaicam sequutus est, ceteri spiritum Dei interpretati sunt. — b Vbique sunt virtuti sua præmia; vnde, Danielem femina Barbara tantis laudibus prædicat. — a Huius rei gratia. — a Proauus more scripturæ quæ auos & deinceps patres appellat. — a Argumentum à natura. Quasi: Tu es de illis qui futura prædicere consueuerant. b Cui vera dixisti. — a In quo potes. — a Secularium. b Occultorum. c Diuinorum. d Quam in aliis.

Vnum horum sine aliis concessum non dabat honoris plenitudinem, sed participium.

d *Regina autem.* Iosephus, *auia*; Origenes, *mater Balthasar*: vnde potest nosse præterita quæ rex ignorabat; erubescat ergo Porphyrius, qui eam regis vxorem somniauit, & eam plus scire quam maritum illusit.

† THEOD. in com. Videtur mihi mater ipsius esse: vxores enim cum pellicibus conuiuij participes erāt. Ipsa autem post perturbationem ingressa est, & verisimile erat eam, vt senio confectam, neque ebrietati, neque lusibus, aut saltationibus cum aliis tunc indulsisse.

e *Rex in æternum viue.* † THEOD. IBID. Hæc erat præfatio, qua subiecti regibus, eos tunc salutabant, & ad hoc vsque tempus hic mos inualuit.

f *Igitur introductus est Daniel, &c.* † THEOD. IBID. Videtur iste propter multa impietate, post patris obitum, Danielis cōsuetudinem fugisse, quare statim terrore perculsus magos quidem vocat, sed prophetæ memoriam etiam ab animo abiecerat.

Quæ hic regina dicitur non vxor sed vel auia vel mater regis erat. — Protoquiū compellantium regē. — Danielem non ita iusperat Balthasar vt fecerat Nabuchodonosor.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc facies. *Hæc est secunda pars principalis, in qua ponitur videntis perturbatio. Et diuiditur in duas, quia primo describitur eius perturbatio ratione visionis; Secundo propter defectum interpretationis, ibi,* Vnde rex Balthasar. *Circa primum dicitur sic,* Tunc facies regis commutata est, *quia ex timore, recursus factus est sanguinis ad cor: Et per consequens factus pallor in facie, & tremor in membris exterioribus, vnde sequitur:* Et compages renum eius, &c.

2 Exclamauit itaque. *quia non solum fuit turbatus in corde, sed turbationem ostendit voce.*

3 Vt introdu. ma. &c. *Expone sicut supr. Sequitur,*

4 Quicumque legerit. *Apud gentiles quatuor erant insignia regalia, purpura, fibula, vel torques aurea, annulus, diadema. Hæc quatuor simul concurrentia designabant honorem regium: singula autem per se assumpta, vel plura designabant participationem honoris regij, & hoc designatur hic. Vnde sequitur,*

5 Et tertius in regno meo erit, *Id est, tertius à me erit in honore.*

6 Tunc ingressi omnes, &c. *quia erat scripta Hebraice, & ipsi illas litteras ignorabant, & dato quod scirent legere, tamen non poterant scire intellectum eius; quia in tribus verbis, scilicet,* Mene, Thekel, Pheres, *continebatur tanta sententia, quod non poterant intelligi nisi domino reuelante. Et hoc est proprie legere, quando non solum cognoscuntur littera, sed etiam intellectus.*

7 Vnde rex Balthasar. *Hic describitur regis perturbatio propter defectum interpretationis, cum dicitur,* Vnde rex Balthasar satis, &c. *hoc est multum.*

8 Et vultus illius immu. *quia propter vehementiam timoris, iræ & turbationis frequenter mutabatur color eius in facie.*

9 Sed & optimates eius turbab. *ex regis perturbatione; & quia à Deo erant percussi cum essent participes criminis.*

10 Regina autem. *i. mater Balthasar secundum Origenem, sed secundum Iosephum erat eius auia, quod videtur probabilius. Et ideo poterat scire præterita quæ rex ignorabat, quæ scilicet, facta fuerant tempore Nabuchodonosor aui regis.*

11 Domum conuiuij ingressa est, *Ad consolandum regem & ei consulendum. Et patent eius verba vsque ibi,*

12 Est vir in regno tuo, qui, &c. *Loquitur de Deo cæli in plurali ad modum gentilium. Cetera patent ex dictis in aliis capitulis vsque ibi.*

13 Spiritus amplior, *quantum ad multitudinem cognitorum.*

14 Prudentia, *quantum ad cognitionis claritatem.*

15 Intelligentiaque & interpretatio somniorum. Intelligentia *dicitur quantum ad cognitionem occulti:* Interpretatio, *quantum ad expressionem verbi.*

16 Et ostensio secretorum, *quia multa sunt alia secreta quam in somniis, sicut est in proposito de scriptura in pariete quæ nota fuit Danieli.*

17 Ac solutio ligatorum. *quantum ad intellectum scripturarum aliis occultarum, quæ dicuntur eis ligata: quia non possunt videre interius intellectum; Hoc modo loquitur Philosophus 2. Metaphi. vbi dicit, quod sicut nodum non potest soluere, qui non nouit intricationem nodi: ita nec quæstionem dubitabilem soluere, qui ignorat intricationes rationum ex vtraque parte.*

18 Inuentæ sunt in eo. *hoc est in Daniele,* cui rex imposuit nomen Balthasar. *Primo capitulo dictum est quod præpositus eunuchorum imposuit hoc nomen Danieli: ergo rex non imposuit. Dicendum, quod præpositus imposuit de mandato regis: & ideo rex principaliter fecit hoc, vt hic dicitur. Sequitur,*

19 Igitur introductus est Daniel, &c. *Ex quo habetur, quod consilium mulieris sapientis non est contemnendum, maxime quando non habetur aliud, sicut in proposito erat. Sequitur,*

20 Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ. *q. d. Tu es de illis apud quos consueuerunt esse prophetæ? quia alibi quam apud Iudæos raro leguntur fuisse prophetæ.*

21 Quem adduxit rex pater meus, *Id est, auus meus, cui vera respondisti de occultis. Cetera patent ex dictis vsque ibi,*

Timoris effectus. — Quatuor insignia regalia. — Non legit proprie nisi qui intelligit. — Iosephus li. 10. c. 13. — Quæstio intricata nodo comparatur. — Quis Danieli nomen Balthasar imposuerit. — Mulierum consilia nō sunt contemnenda.

1 Respon-

a *Munera tua.* HIER. in com. Imitemur Danielem, regis dignitatem & munera contemnentem, iam tunc illud euangelicum sequentem, *Gratis accepistis, gratis date*: Alioquin tristia nuntiantem, indecens erat dona suscipere.

† THEOD. in com. Beatus Daniel irrisis impij regis pollicitationibus dixit ei, *Munera tua.* Apostolica re uera prophetarum vox est. Etenim illos Dominus præcones mittēs, hortatus est, *Gratis accepistis, &c.* Neq; diuina inquit, vendere didici, neque humanam mercedem pro diuinis mysteriis accipere. Gratis itaque accipe, eorum, quæ tu ignoras cognitionem.

Daniel munera regis recusat.

b *O rex, Deus, altissi.* HIER. in com. Proaui sui exemplum ponit, vt Dei iustitiam doceat, & ob similem superbiam, etiam pronepotem similia sustinere ostendat.

c *Quos volebat, &c.* IBID. Si quod volunt reges faciunt, vbi prouidentia Dei, vbi pręceptum vbi illud: *Cor regis in manu Dei, &c.* Sed regem sanctum quemque dicimus, in cuius mortali corpore non regnat peccatum, & cuius cor seruatur, quia in manu Dei est. Quod autem in manu patris est, *non rapiet quisquam ex ea*: quod rapitur, intelligitur in ea non fuisse.

Prou. 21. a. Sanctus quisque rex est. Ioan. 10.

d *Quando autem eleuatum est cor eius, &c.*

† THEODOR. IBID. Quemadmodum inquit, quos volebat extollebat, & quos volebat humiles reddebat, non iusto id omnium suffragio faciens: ita omniū rex & dominus dedit vt voluit patri tuo regnum. Sed cùm vidisset ipsum animo immodice elatum, arroganter regnū administrare, & regiis thronis eum spoliauit, & honore ademit, &c.

e *Tu quoque filius.* HIERONYMVS in comment. Hæc quidam referunt ad Antichristum, dicentes quod imitans superbiam patris sui diaboli, contra Deum erectus sit. Sed quærimus ab eis quis sit Daniel, qui ei scripturam Dei interpretatus sit? qui Medi & Persæ, qui eum occiderunt & in regnum successerunt? Nulli enim dubium est, quin post Antichristum sancti regnaturi sint.

Historia Balthasar ad litteram non potest exponi de Antichristo.

† THEOD. in com. Parentis tui malis haudquaquam resipuisti, neque ex iis, quæ ille perpessus est, discere voluisti diuinam potentiam.

f *Sed aduersum, &c.* † THEOD. IBID. Recte docet præsentes, ne ea quæ videntur, sed ipsorum opificem ac Dominum adorent: & simul etiam regis reprehendit fastum, docetque maximum cælum opificem habere Deum, qui oculis cerni nequeat. Tu autem inquit celsius ostendisti cor tuum, non cælo, sed Deo cæli. Neque enim vasa domus eius, nisi tanto fastu elatus esses, tibi afferri præcepisses.

Deus cælos fecit.

g *Deos quoque argenteos.* † THEOD. IBID. Atqui potuisti illorū imbecillitatē tum ex materia, tum ex arte cognoscere: & præterea ex partibus omni sensu carentibus, siquidem cognitione, visu, & auditu orbatæ sunt, & nuda tantum sunt simulacra. Tu verò ne ita adduci quidem potuisti, vt quid deceret, intelligeres: imò Deos qui nihil prodesse possunt, laudare non desinis. *Porro Deum qui habet, &c.* Recte cum comparasset idola cum vero Deo propter audientium vtilitatem, ostēdissetque illa neq; videre, neque audire, de vero Deo quod omnium maximum est addidit, quia *vita tua, & via tua in manu eius.* Id enim vita maius est, aliis etiam vitam præbere, & rursum, ipsam quando velit, adimere. Attamen hunc inquit, talem, ac tantum cui vitæ necisque potestas est, reges eligentem, eosdemque regno abdicantem, non solum celebrare omittis, sed potius ludibrio habere perseueras, dedicatis ipsi vasis insultans.

Idolorum vanitas ex multis conuincitur.

Deus verus vitæ mortisque dominus.

h *Idcirco ab eo missus est.* † THEOD. IBID. Neque dixit, ipse scripsit: sed, *missus est à facie eius, articulus manus*, hoc est, scribi iussit. Neque cum totum qui scripsit, ostendit tibi, verum cum tuum redarguere vellet fastum, solis te digitis percussit, ac tanto metu compleuit. Disce nunc scripturam, & scripturæ interpretationem.

magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi, & nequiuerunt sensum sermonis huius edicere.[16] Porro ego audiui de te, quod possis obscura interpretari, & ligata dissoluere. Si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris.[17] Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege: a Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da: scripturam autem legam tibi rex, & interpretationem eius ostendam tibi. b [18] O rex, Deus altissimus regnum & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo,[19] & propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguæ tremebant & metuebant eum. Quos volebat, interficiebat, & quos volebat, percutiebat: quos volebat, exaltabat: c & quos volebat, humiliabat.[20] d Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est,[21] & à filiis hominum eiectus est. Sed & cor eius cum bestiis positum est, & cum onagris erat habitatio eius. Fœnum quoque vt bos comedebat, & rore cæli corpus eius infectum est, donec cognosceret quod potestatem haberet altissimus in regno hominum, & quemcumque voluerit suscitabit super illud.[22] e Tu quoq; filius eius Balthasar nō humiliasti cor tuum, f cum scires hæc omnia,[23] sed aduersum dominatorem cæli eleuatus es. Et vasa domus eius allata sunt coram te, & tu & optimates tui, & vxores tuæ, & cōcubinæ tuę vinum bibistis in g eis. Deos quoq; argēteos & aureos & æreos, ferreos, ligneosq; & lapideos, qui nō vidēt neque audiunt neq; sentiūt, laudasti. Porro Deū qui habet flatū tuū in manu sua, & omnes vias tuas h nō glorificasti.[24] Idcirco ab eo missus est articulus manus, quæ

Interlinear glosses: a Gratis acceperat, gratis dabat. a Gratis. — a De Nabuchodonosor, cuius exemplo corrigi debuisti sciens quod Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiā. — a Quæ Nabuchodonosor in templo Dei sui reuerenter posuerat. — a Non tu solus. b Quod peius est. — a Diuinis visibus consecratis. — a Bibens in vasis veri Dei. — a Spiritum. Potestate. b Opera, cogitationes.

a Mene,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Respondens Daniel, &c. *quia ex pacto nō erat aliquid accipiendum pro reuelatione diuini secreti: sed post factum potest aliquid accipi ex liberalitate dantis, sicut fecit Daniel infra eod. cap.*

2 O rex. *Hæc est tertia pars huius capituli, vbi datur regi responsio à Daniele. Ex quo patet quod vitia principum tempore debito non sunt tacenda, & vt Daniel melius ipsum arguat, ponit exemplum aui sui, qui propter superbiam suam fuit deiectus à regno ad tempus, vt patuit cap. præcedenti. Et ideo grauius peccauit: qui non fuit correctus exemplo eius. Nec valet, si dicatur, quod iste non habebat adhuc discretionem quando auus eius mortuus est. Et sic posset excusari per ignorantiam facti: non valet, sicut dictum est, quia facta regum. s. notabilia scribebantur in annalibus historiis, & depingebantur in imaginibus vt magis memoriæ commendaretur ad exemplum aliorum. Et ideo iste potuit scire aui sui factum. Hoc est igitur quod dicitur,* O rex, Balthasar.

Balthasar aui exēplo non melioratus.

3 Deus altissimus regnum, &c. dedit patri tuo. *quia de infirmo statu eleuatus est ad monarchiam, vt dictum est supra.*

4 Et magnificentiam, *propter expensas magnas quas faciebat, quod est proprium magnifici, vt dicitur iiij. Ethic.*

5 Et gloriam. *quantum ad diffusionem famæ suæ magnitudinis.*

6 Et honorem. *qui ei ab vniuersis impendebatur, quia aliqui eum honorabant ex amore. s. illi qui erant ab eo exaltati, aliqui ex timore. s. illi qui erant ab eo depressi. Et quæ sequuntur in littera, patent ex dictis vsque ibi.*

7 Quando autem eleua. est cor eius. *per superbiam nimiam.*

8 Et spiritus illius obfirmatus. *i. obstinatus quia non statim ad primum peccatum percussit eum dominus, sed expectauit correctionem, quod sequitur vsque ibi,*

9 Cor eius, *quia subtracto vsu rationis homo non differt à bestiis, vt habetur. j. Metaph. quod fuit in Nabuchodonosor per amentiam, vt visum est, quod sequitur patet ex dictis vsque ibi,*

10 Tu quoque filius eius. *i. nepos. q. d. grauius peccasti, quia exemplum in auo tuo habuisti.*

Increpat Daniel regem.

11 Sed aduer. *per superbiam.*

12 Et vasa, &c. *Ecce contumelia quam non fecerat Nabuchodonosor.*

13 Deos quoque ar. *Ecce blasphemia quia laudando deos suos, Deum cæli qui in Ierusalem colebatur blasphemabat.*

14 Porro Deum qui habet flatum tuum. *i. spiritum tuum, vel virtutem respirandi in quo conseruatur vita.* 15 In manu sua. *id est, potestate.* 16 Et omnes vias tuas. *i. cogitationes & opera.* 17 Non glorific. *Reddendo sibi gratias pro beneficiis acceptis.* 18 Idcirco. *Hæc est quarta pars principalis huius cap. in qua ponitur visionis expositio.* Idcirco. *i. propter prædicta tua mala.*

19 Missus est articulus. *i. digiti manus more Hebraici sermonis, qui frequenter ponit singulare pro plurali, vt Exo. 8. f. Venit musca grauissima. i. multitudo muscarum: quia plures apparebant digiti. Sequitur.*

Singulare pro plurali.

7 Quan-

1 Mene,

a *Mene, Thekel.* HIERON. in comment. Primum pertinet ad terminationem regni. Secundum ad terminationem vitæ regis. Tertium ad translationem regni.

†† THEODORETVS. Docuit autem per hæc non illum solum, sed nosipsos, etiam propheta, nihil esse, quod apud Deum non ponderetur: quia etiam misericordiam ac diuinam lenitatem mensura quadam & pondere hominibus adhiberi. Quando itaque transgressus es, inquit, clementiæ fines, accipe diuinam sententiam. *Diuisum est regnum tuum.*

Deus facit omnia in pondere & mensura.

b *Tunc iubente.* HIER. in com. Accepit Daniel insignia vt sic successuro Dario notus fieret & ab eo honoratus, populo Dei subuenire posset. *Tunc iubente.* Non mirum, si quamuis audiens tristia præmium soluerit: cum ventura quæ audierat, non statim credidit, Dei enim prophetam honorando, se putauit veniam promereri, non tamen obtinuit, quia sacrilegium maius fuit, quã veneratio hominis Dei.

Tristia audiens rex, non tamen abstinet ab honorando Daniele.

c *Eadem nocte.* HIER. Iosephus dicit, obsessa Babylone à Medis & Persis, Balthasar regem Babylonis venisse in tantam obliuionem sui, vt celeberrimum conuiuium iniret, & in templi biberet vasis, & obsessus epulis vacaret: vnde potest stare historia, quod eadem nocte sit captus & iugulatus, dum omnes aut visionis interpretationisque miraculo territi, aut celebritate, aut ebrietate conuiuij occupati essent. *Eadem nocte,* Hinc Isaias, *Ecce ego suscitabo super eos Medos, &c.* Et Ieremias, *Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius. Adhuc modicum & veniet tempus messionis eius.* Quod autem in conuiuio capta sit, Isaias aperit sic, *Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum: pone mensam, contemplare in specula, comedentes & bibentes, surgite principes arripite clypeum.*

l. 10. anti. c. 1. — Babylonij, licet immineat hostis conuiuiis indulgent. Isa. 13. d. Iere. 51. d. Isa. 21. b.

† AMBROS. l. ad virg. lapsꝰ Balthasar ille rex, qui in vasis Domini, quæ de templo Ierosolymis fuerant à patre eius ablata, bibere cum suis amicis & concubinis vsurpauit, ipsa nocte angeli manu percussus, crudeli morte punitus est.

† THEODORETVS. Inquirendum cur Nabuchodonosor Deus in regnum reduxerit, istum vero statim & regno priuarit & vita? Primo, quia Nabuchodonosor alterum impietatis pœnas luisse non conspexerat, idcirco dignum venia iusto Dei iudicio existimamus. Alioquin omnia futura prȩuidẽs Deus, & ea cognoscens atque iam præterita, præcognita illius pœnitentia, quæ ad cum pertinebant ita moderatus est, istius autẽ præcognoscens perpetuam impietatem, morte sedat impietatis incrementum. Re uera autem horrendum est incidere in manus Dei viuentis, horrendum diuitias bonitatis, patientiæ, & lõganimitatis eius contemnere. Idcirco beatus Dauid prȩcipit, *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Consueuit enim peccatum voluptatibus nos demulcens, vt stultum hunc regem per ebrietatem, ita cor nostrum durum reddere, vt etiam impietatis morbum facile excipiat. Fugiamus itaque diaboli dolos, stabilemque virtutem peccato breui cum voluptate coniuncto anteponamus; &c.

De iudicio Dei, quo Nabuchodonosor in regnũ reduxit, Balthasar vero regno simul & vita priuauit. Psal. 94.

† TERTVLL. l. de idololatria. Purpura tantum honoris nomine conferebatur his qui familiaritatem regum merebantur. Vnde & purpurati regum vocabantur à purpura, sicut apud nos à toga candida, candidati: sed non vt suggestus ille sacerdotiis quoque aut aliquibus Idolorum officiis adstringeretur. Nam si ita esset, vtriq; tantæ sanctitatis & constantiæ viri (Ioseph & Daniel) statim habitus inquinatos recusassent. Simplex igitur purpura erat ingenuitatis apud barbaros insigne. Quemadmodum igitur hi ciuitatem Babyloniam & Ægyptum sunt consequuti per habitum barbaricæ ingenuitatis: sic penes nos fideles quoque, si necesse fuerit, poterit & pueris prætexta concedi, & puellis stola, natiuitatis insignia, non potestatis, ordinis non superstitionis.

Quis infidelium vestitus licite à fidelibus vsurpari possit?

a ❡ In pariete.

scripsit hoc, quod exaratum est. [25] Hæc est autẽ scriptura quæ

a ❡ Numerus. b ❡ Appensio. c ❡ Diuisio.

a digesta est.* Mene, Thekel, Pheres. [26] Et hæc interpretatio sermonis.

a ❡ Cum mane, numerum; thekel, appensionem; pheres, diuisionem sonaret, non solum fuit opus lectione, sed & interpretatione. b ❡ Finiuit expositionem.

monis. Mene, numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud. [27] Thekel, appensus es in statera, & inuentus es minus

a ❡ Iudicij Dei vel statera iustitiæ. b ❡ Quam putares.

a ❡ Vt ante gladius occidat quàm natura dissoluat: vnde, Viri impij non dimidiabunt dies suos.
b ❡ In Medos & Persas. Cyrus enim rex Persarum adiuncto Dario auunculo suo, subuertit imperium Chaldæorum.

habens. [28] Pheres, diuisum est regnum tuum, & datũ est Medis b & Persis. [29] Tunc iubente rege indutus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea collo eius, & prædicatum est de c eo, quod haberet potestatem tertius in regno suo. [30] Eadem

a ❡ Veneratione ætatis & propinquitatis regni.

nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus, [31] & Darius Me-

a ❡ Maius Medorum quam Persarum regnum, & Cyri auunculus, qui prior erat iure naturæ, successor esse debuit.

dus successit in regnum, annos natus sexagintaduos.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mene, Thekel, Pheres. *Primum pertinet ad finem regni.*
2 Mene *enim, idem est, quod numeratio: propter quod subditur,*
3 Numerauit Deus, *i. finiuit. Secũdum pertinet ad finem vitæ Balthasar.*
4 Thekel, *idem est quod appensio stateræ, propter quod subditur.*
5 Appensus es in statera. *Diuini iudicij. s. in quo põderata sunt facta tua.*
6 Et inuen. *id est, minus in vita quam putares, diuino iudicio hoc exigente, propter mala tua. Tertium pertinet ad translationem regni.*
7 Pheres *enim idem est quod diuisio, & hoc est quod subditur,*
8 Diuisum est regnum tuum, &c. *à te, scilicet, & à posteris tuis.*
9 Et datum est Medis & Persis. *quia ei immediate successit Darius Medus, & postea Cyrus rex Persarum nepos Darij.*
10 Tunc iubente. *Sed quæritur quare talem honorem sibi exhibuit, cum diceret ei contraria. Dicendum, quod hoc fuit ne coram hominibus mendacij argueretur, quia talem honorem promiserat legenti scripturam & interpretanti, vt patet ex prædictis. Secundo, quia credebat per hoc iram Dei placare, exhibendo honorem eius prophetæ. Sequitur:*
11 Eadem nocte. *In hoc apparet interpretationis impletio, & secundum aliquos Balthasar à suis cubiculariis fuit interfectus, & ciuitas proditione eorum Cyro tradita, Secundum glo. interfectus est ab exercitu Medorum & Persarum, qui audita visione de diuina sententia contra Balthasar per exploratores suos, fecerunt insultum audacter contra ciuitatem, & viri bellatores ciuitatis non potuerunt eis resistere: Tum quia erant attoniti & in stuporem conuersi ex prædicta visione per Danielis interpretationem, Tum quia fatigati erant à conuiuio & vino. Quod autem existente conuiuio deberet Babylon inuadi & capi prædixerat Isa. 21. b.* Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum: pone mensam, contemplare in specula, hostes. *s. insurgentes, Sequitur,* Comedentes & bibentes, surgite principes arripite clypeum. *q. d. magis esset tempus præliandi quam festiuandi. Sequitur,*
12 Et Darius Medus. *Licet enim Cyrus obsideret ciuitatem cum Dario, tamen cessit ipsi Dario qui erat antiquior, & eius auunculus: ita tamen quod post eum regnaret. Et ita factum fuit, quia Cyrus Dario in regnum successit.*

Cur honorarit Balthasar Danielem sibi dura prædicentem? — Rex cæsus. Babylon capta.

MORAL. *exponendo dicendum, quod in hoc c. contra vitium carnalitatis & cupiditatis datur iudicium æquitatis. In Balthasar nota superfluitatẽ, quia interpretatur capillus capitis, qui nascitur ex superfluitate, In conuiuio gulam, In vino ineptam lætitiam, In vxoribus indebitam accedendi licentiam, In concubinis manifestam luxuriam, In optimatibus adulatorum applaudentiam, In vasis aureis superbiam, Nam tales homines finaliter in superbia vitã consumunt, quia quæritur superfluitas propter superbiam. Ideo probat Orig. quod omnis diues est superbus. Hoc de vitio carnalitatis. Quantum ad vitium cupiditatis nota, quod cupiditas* est idolorum seruitus *secundum Apo. quia vnusquisque rem, quam præ ceteris diligit, ponit Deum suum, secundum Hier. Igitur in diis aureis, notatur opulentia, In argenteis apparentia, quia argentum est sonorum, In æreis fraudulentia, quia videtur esse aurum, & non est, In ferreis violentia, quia ferrum domat omnia, sic isti in omnibus sunt sine misericordia. Contra duo vitia prædicta notatur hic iudicium æquitatis, quod est processus & dictamen diuinæ sententiæ. Scribens, est pater, Manus est filius, Digitus, est spiritussanctus: Sicut enim digitus & manus sunt à brachio, ita spiritussanctus à patre & filio, Vnde de ipso dicitur Exo. 8. e.* Digitus Dei est hic. *In pariete notatur plenitudo assumpti hominis, In aula vterus virginalis, In candelabro, contra quod scripsit, certitudo naturalis dictaminis, quia defecit in omnibus his perscrutandis, In scriptura, articulum extremi examinationis: quod erit tale, Mene, numeratio, Thekel, statera appensio, Pheres, diuisio: quia in finali examine Deus omnes actiones numerabit, omnes circumstantias ponderabit, omnes factiones separabit. Et tunc sequitur terror affectionis, quod notatur in faciei mutatione, Error cognitionis, quod significatur in cognitionum perturbatione, Mæror afflictionis, in rerũ dissolutione, Tremor desperationis, in genuum collisione. Ecce iudicium terribile contra vitium carnalitatis & auaritiæ.*

Superfluitas & luxus. — Omnis diues est superbus. — Cupiditas. — Iudicium terribile contra vitia carnalitatis & auaritiæ.

MORALITER.

†† *Hæc est autem, &c.* Per *Mene* quod significat numerationem, significatur, quod Deus certissime numerat omnia mala peccatoris. Per *Thekel*, quod significat appensionem stateræ, significatur quod Deus diligentissime ponderat peccatorum grauitatem & circumstantiarum. Per *Pheres* quod significat diuisionem, significatur separatio animæ à corpore, & à bonis terrenis per mortem, & corpus datur vermibus ad corrodendum, anima vero dæmonibus ad torquendum, & bona temporalia exactoribus ad rapiendum. Et exactores isti ex vna parte sunt heredes peruersi, ex alia executores cupidi, & ex tertia superiores iniqui, qui partem suam volunt habere de bonis defuncti.

Deo nota sunt peccatorum numerus & grauitas. — Quis sit peccatorum exitus.

CAP. † Pla-

CAPVT VI.

a Placuit Dario. HIER. in com. Quod autem ordo præposterus est, vt ante sub Dario quàm sub Balthasar narretur historia (quod in sequentibus aperitur, cum Balthasar à Dario sit occisus) hæc est causa, quod statim historiam historiæ copulauit. In fine enim superioris dixit visionis, *& Darius Medus successit in regnũ annos natus lxij.* Sub hoc igitur Dario hæc gesta sunt.

An recte historia huius cap. præponatur historiæ sequentis.

B b *Daniel superabat.* † THEOD. in com. Nihil reuera potest obscurare pietatem, quæ vbicumque fit, proprios emittit radios, siue in seruo, siue in captiuo reperiatur: quod ex his quę beato Danieli vsui venerũt, perspici potest; Qui cum seruus esset bello captus, & in externa regione incoleret, C utrosque barbaros versaretur, regnante Nabuchodonosor splenduit, ab horribili rege adoratus est; regnante item Balthasar floruit; nec minus illustris fuit Dario tenente sceptra, regumque successiones nihil de eius honore immutarunt, illis morte extinctis. Consueuerunt reges minime confidere iis qui priorum regum intimi fuerint, hic apud omnes eamdem nactus est loquendi libertatem, æquale honoris præmium consecutus.

Virtus clarescit in quocumque sit.

Omne solũ forti patria.

c *Quia Spiritus Dei, &c.* † THEOD. IBID. Causam adfert cur alios vinceret. Discimus autem ex hoc loco, magistratibus etiamsi pietatis expertes fuerint, quoddam sapientiæ munus ad subiectum sibi populum gubernandum diuinitus concedi: idque innuit beatus Daniel cum dixit, *quia Spiritus amplior erat in eo.* Hoc est, gratiam D pietati proportione respondentem acceperat.

Deus principibus sæculi, licet sint infideles, prudentiam moralem ministrat.

HIERON. Iosephus dicit de huiusmodi. Darius, qui Babyloniorum destruxit imperium, iuuante & pariter dimicante Cyro, propinquo suo, annum vitæ agebat lxij. quando cepit Babylonem. Eratque filius Astyagis, qui alio nomine Asuerus apud Græcos. Tulitque secum Danielem prophetã, & vnum fecit in tribus principibus qui præerant regno eius. Ex quo patet Darium, secum Daniele in Mediam abduxisse, & eo honore quo Balthasar eum præfecerat habuisse; nec dubium eum signum audisse, quod acciderat Balthasar & interpretationem Danielis: & quomodo regnum Medorum & Persarum prædixerat.

Iosephus antiquitatis iudaicæ lib. 10.

Daniel in Mediam cũ Dario concedit. E

CAPVT VI.

a ¹ Placuit Dario & constituit super regnum satrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo, ² & super eos principes tres: ex quibus Daniel vnus erat, vt satrapæ illis redderent rationem, & rex non sustineret molestiam. ³ Igitur Daniel superabat omnes principes & satrapas, quia spiritus Dei amplior erat in illo. ⁴ Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum. Vnde principes & satrapæ quærebant occasionem vt inuenirent Danieli ex latere regis: nullamque causam & suspicionem reperire potuerunt, eò quòd fidelis esset, & omnis culpa & suspicio non inueniretur in eo. ⁵ Dixerunt ergo viri illi: Non inuenie-

a ¶ Duo, cum quibus tertius præpositus erat. b ¶ Centum viginti. a ¶ Inuidia stimulante. ¶ Alia littera, quærebant vt inuenirent occasionem Danieli ex latere regis. ¶ In omnibus. a ¶ Felix conuersatio in qua inimici culpam non reperiunt, nisi in lege quam custodit.

d *Ex latere regis.* quia scilicet, familiarem & collegam fecerat eũ. HIER. in commen. *Et* F *late.re.* Hebræi suspicantur latus regis, esse reginam, vel concubinas quæ ex latere dormiunt, quærebant ergo vt aiunt occasionem in sermone, tactu, nutu, internuntio, *Nullamque causam,* quia eunuchus erat, hoc illi dicunt, qui vnius verbi occasione longas fabulas texere consueuerunt.

Nugæ Hebræorum.

† THEODORETVS in com. Honoris magnitudo inuidiam excitauit. Innocentiæ verò testimonium datum est Danieli, non ab his tantum qui eum diligebant, sed etiam à vitæ illius insidiatoribus. Pietatem enim obseruans erga Deum, multum quoque sibi regum beneuolentiam conciliarat.

Daniel ab ipsis hostibus agnoscitur bonus.

☞ a Tunc

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT VI.

1 Placuit Dario. *Hæc est quinta visio, quæ licet sit historia, tamen dicitur visio: quia hic fit mentio de angelo in lacum descendente, & ora leonum mirabiliter concludente, & Danielem liberante; in quibus notatur mysterium Christi resurgentis, vt supra dictum est. Causa igitur materialis huius visionis est æmulatio principum contra Danielem, & reclusio eius in lacum & liberatio eius per angelum; Causa finalis, vt Danielis innocentia cerneretur, Dei iustitia panderetur, & mœstitia plebis Israelitæ leniretur; Causa efficiens est angelica apparitio, hoc merente Danielis innocentia cum deuotione & patientia. Causa formalis in modo procedendi consistit. Proceditur autem hic per modum fraternæ inuidiæ & explorationis contra vitam innocentis. Et habet quatuor partes: quia primo ponitur honor exaltationis ex parte Danielis; Secundo, liuor æmulationis ex parte principum, ibi.* Vnde & principes; *Tertio, rigor condemnationis ex parte regis, ibi,* Quod verbum cum audisset; *Quarto tenor liberationis ex parte Dei, ibi,* Et tunc primo diluculo. *Circa primum notantur tres gradus honoris Danieli exhibiti: Primus est positiuus, quem tenuit Daniel in dignitate, quia à Dario, qui Balthasar successit, fuit constitutus vnus de tribus principalibus regni principibus; Audito enim quod præcedentem visionem exposuerat, duxit eum secum in Mediam honorifice propter eius sapientiam, & tenuit eum in simili honore in quo posuerat eum Balthasar, qui fecerat eum tertium in regno suo, vt dictum est ca. præ.i. vnum de tribus principalibus regni sui. Et hoc est quod dicitur hic,* Placuit Dario Me. *id est, filio Astyagis, ad differentiam alterius Darij qui fuit filius Assueri, quem debellauit Alexander magnus.*

Quinta visio.

Causæ eius.

Diuisio.

Daniel in gratia apud Darium.

2 Et constituit super re. *sicut supra dictum est; Satrapæ dicuntur quasi sapientes satis. Isti igitur erant constituti per totum regnum in diuersis partibus ad pecunias colligendas.*

3 Et super eos principes, *scilicet post regem. Sequitur,*

4 Et rex non sustineret molestiam. *Duplici de causa: Vna, quia iam erat antiquus; Alia, quia erat monarcha nouus. Et in principio talium solent aliqui magis rebellare. Ideo curam regni alis tradiderat, vt ipse posset magis vacare circa hostes reprimendos, si insurgerent.*

5 Igitur Daniel. *Hic secundo ponitur gradus comparatiuus honoris ipsius Danielis, quia non solum satrapas superabat, sed etiam alios duos principes qui erant constituti cum eo super totum regnum, vt visum est. Et causa subditur.*

6 Quia spiritus Dei, *id est, virtus à Deo data ad cognoscendum quæ agenda sunt & exequenda.*

7 Amplior erat in illo, *id est maior intensiue & extensiue.*

8 Porro rex, *Hic ponitur gradus superlatiuus honoris, quem rex voluit sibi exhibere propter eminentiam suæ sapientiæ, quia rex voluit eum aliis duobus maioribus præponere, vt sic esset super totum regnum immediate post ipsum.*

Reliqui principes inuident Danieli.

9 Vnde. *Postquam descriptus est honor ex parte Danielis: hic consequenter ponitur liuor æmulationis ex parte principum, qui solet vigere in curiis magnatorum. Et quia inuidus semper quærit occasionem contra innocentem, ideo primo quærunt occasionem contra Danielem circa conuictum carnalem, Secundo circa ritum legalem, ibi,* Dixerunt ergo. *Tertio, circa contemptum regalem, ibi,* Viri ergo illi. *In prima parte dicitur sic.* Vnde. *id est, propter excellentiam Danielis quem rex volebat præponere omnibus.*

Diuisio.

10 Principes, & satrapæ. *Moti à principibus.*

11 Quærebant occasionem, *i. amouendi eum à familiaritate regis. Vel aliter,* A latere, *imponendo Danieli, quòd æqualitatem regis ambiret, secundum Hebræos. Vel,* A latere, *i. ex vxore regis, quæ dormiuit ad latus eius imponendo Danieli, quod haberet familiaritatem suspectam cum ea.*

Quid sit vers. 4. à latere regis?

12 Nullamque causam, &c. *Ex quo patet eminentia virtutis Danielis, quia inter extraneos & æmulos existens non potuit notari etiam à diligenter considerantibus de aliquo crimine certo: Nec in facto, quod notatur cum dicitur,* Nullamque cauſ. *Nec in signo, quod notatur ibi,* Et suspicionem. *Suspicio enim est quando aliquis incipit dubitare de fama vel bonitate alicuius ex aliquo leui signo.*

Danielis summa innocentia.

13 Dixerunt ergo. *Hic quærunt secundo occasionem contra Danielem circa ritum legalem. Et hoc est quod dicitur.*

14 Non inuenimus Dan. huic aliq. occasionem. *Accusandi eum. s. erga regem.*

☞ 1 Nisi

MORALITER.

† 1 *Placuit Dario.* Sequitur, 5 *Igitur Daniel quia sp. Dei amplior erat in illo. Porro rex cogitabat, &c.* Per hoc docentur principes constituere post se maiores qui præcellunt aliis in sapientia & bonitate vitæ.

Principes de bonis officialibus prouidere sibi debent.

9 *Vnde prin. &c. i.* elongandi eum à regis amicitia & familiaritate. Scribitur enim Eccl. x. b. *Initium peccati superbia:* Propter quam principes isti indignabantur Danielem eis præponi: Et ex hac indignatione processerunt ad iniqua contra Danielem; Primò suggerendo regi legis iniquæ constitutionem; Et secundo insidiando Danieli, vt possent contra eum probare legis transgressionem: vt per hoc condemnaretur ad mortem. Istis autem similes sunt cupidi principum & prælatorum consiliarij, qui suggerunt eis statuta grauia & iniqua fieri, vt ex eorum transgressione innocentes accusare valeant, & in rebus vel personis damnificare.

Parasiti & nebulones qui mala consilia principibus suggerunt.

† Quod

a *Tunc principes surripuerunt regi, &c.* † Theod. in com. Nihil est inuidia sceleratius, quæ & istos impios coegit esse, & impium fecit edictum proponi. At non intellexerunt ipsi, quorum mentis aciem perstrinxerat inuidia, regem non posse omnia præbere petentibus, neque bonam valetudinem, neque vitam, neque liberos, neq; pluuiarum vim, neque alia omnia, quæ à solo Deo accipimus. Verum beatus Daniel parum impias istas leges curauit.

A — *Nihil inuidia sceleratius.*

b *A Medis.* Hieron. in com. Perspicuum est vnum regnũ fuisse sub Dario & Cyro Medorum atque Persarum, quia Cyrus nepos erat Darij ex filia: vnde Daniel modo sub hoc, modo sub illo fuisse dicitur.

Vnum regnum Persarum atq; Medorum sub Dario & Cyro. B

c *Quod cum Daniel.* Ibid. Hinc discimus, ne periculis temere nos offeramus; sed quantum in nobis est insidias declinemus: Daniel enim non passim contra regis imperium agebat, sed domi & in abscondito veri regis obsequitur imperio.

Non passim caput periculis obiiciendum.

mus Danieli huic aliquam occasionem, nisi fortè in lege Dei [1]

a ¶ Quod veritate non poterant mendacio moliuntur. b ¶ Falsa latenter suggesserunt.

a sui.[6] Tunc principes & satrapæ surripuerunt regi, & sic lo- [2]

¶ Celantes enim cogitationes suas, quasi honorando regem Danieli moliuntur insidias.

quuti sunt ei: Dari rex in æternum viue.[7] Consilium inierunt [3] cuncti principes regni tui, magistratus & satrapæ, senatores [4] & iudices, vt decretum imperatorium exeat & edictum, vt [5] omnis qui petierit aliquam petitionem à quocumque Deo [6] & homine vsque ad dies triginta, nisi à te rex mittatur in la- [7] cum leonum.[8] Nunc itaque rex confirma sententiam, & scri- [8] [9]

¶ Vel edictum.

b be decretum, vt non immutetur quod statutũ est à Medis & [10]

¶ Persæ, id est, tentantes.

Persis, nec præuaricari cuiquã liceat.[9] Porro rex Darius pro- [11] posuit edictũ & statuit.[10] Quod cum Daniel cõperisset, id est, [12]

c cõstitutam legẽ, ingressus est domum suã, & fenestris apertis [13]

d

tamquam legem obseruans 3. Reg. 8. 2. Paralip. 6. D

† Hier. in com. de horis canonicis. Tria sunt tempora quibus Deo flectenda sunt genua: tertiam horam, sextam, & nonam, Ecclesiastica traditio intelligit.

† Idem. Epist. ad Lætam de instit. filiæ. Assuescat exemplo matris ad orationes & psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona h[...]stare in acie quasi b[...]atricem Christi, accensaque lucerna reddere officium vespertinum.

† Idem. Episto. ad Eustoch. Quamquam Apostolus orare nos semper doceat, tamen diuisas orandi horas debemus habere, vt si forte fuerimus aliquo opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat, horam tertiam, sextã, nonam, diluculum quoque & vesperam. E

Horæ determinatæ quibus orant pij.

d *Domum.* Hier. Ibid. Domata Latine dicuntur mœniana vel tecta vel solaria & ἀνώγαια, vel cœnacula. Dominus in cœnaculo Pascha celebrat, Super. cxx. animas Spiritussanctus descendit in cœnaculo, Daniel quoque regis iussa contemnens, non in humili, sed in excelso orat: & secundum præceptum Dei & consilium Salomonis, qui contra templum orandum esse dicit.

Mar. 14. b. C *Act. 1. c.* *3. Reg. 8. c.*

† Theodor. in comment. Hæc oratio simul innuit beati Danielis pietatem & fortitudinem. Primum vbi cognouit statutum decretum *ingressus est in domum suam* legem vehementer contemnens, aperte contraria facere perseuerabat. Deinde aliud addit quod illius animi magnitudinem indicat, *Fenestræ*, inquit, *erant apertæ.* Neque enim clam precabatur, sed palam, omnibusque inspectantibus, nõ ambitionis studio, sed impiam legem contẽnens. Addit, *in cœnaculo suo*, non enim in plano, sed quasi in quadam specula preces Deo offerebat, omnibus conspicuus, & quod in excelso loco staret, & quod fenestras apertas haberet. *Orabat*, inquit, *contra Ierusalem*, quod non solum accusatores prouocans faciebat, sed etiam tam-

Daniel legẽ Dei præfert regiæ.

† Idem. in Epitaph. Paulæ. Paula cum Eustochio & aliis filiabus, mane hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio, per ordinem psalterium cantabant.

† Tertul. lib. adu. Psych. c. 20. Cùm in Commentario Lucæ, & tertia hora orationis demonstretur, & sexta qua Petrus ascendit in superiora, & nona qua templum sunt introgressi, cur non intelligamus tres horas istas vt insigniores in rebus humanis, solemniores fuisse in orationibus diuinis? Hoc etiam suadet Danielis argumentum ter die orantis, vtique per aliquarum horarum exceptionem, non aliarum autem quam insigniorum, exinde Apostolicarum, tertiæ, sextæ, nonæ.

Act. 2. Act. 10. Act. 3. F *Tertia, Sexta, & nona hora.*

† Clem. Rom. lib. 8. Constit. Apo. c. 34. Precationes facite mane, tertia hora, ac sexta, & nona, & vespere, atque ad galli cantũ. Mane gratias agentes, quod illuminarit nos, nocte sublata, & reddito die, Tertia, quod ea hora Pilatus iudiciũ aduersus Dominum pronuntiauit, Sexta, quod ea hora in crucem actus est, Nona, quod tũ omnia mota, & tremefacta sunt Domino crucifixo, Vespere, quod noctem dederit ad requiescendum à diurnis laboribus, Ad galli cantum, quod ea hora nuntiet aduentum diei ad facienda opera lucis.

Tempora orandi.

a Tri-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nisi forte in lege Dei sui, *quia sciebant, quod ipse magis vellet facere contra edictum regis, quàm contra mandatum diuinæ legis: & ideo cogitauerunt qualiter rex faceret aliquod edictum, quod non posset seruari sine transgreßione legis Iudæorum, vt sic caperent Danielem mandato regis non obedientem. Et hoc est quod subditur,*

2 Tunc principes & satra. sui ripuerunt. *Surripere, est aliquem verbis fallere, quasi commodi sui gratia, cum tamen sit contra eum, & sic factum est in proposito, quia induxerunt regem ad faciendum edictum, per cuius occasionẽ occideretur Daniel, qui erat maxime sibi vtilis & fidelis: videbatur tamen prima facie illud edictum esse pro regis vtilitate. Et hoc est quod dicitur hic.*

Surripere.

3 Rex in æternum. *q. d. nos optamus salutem tuam.*

4 Consilium inierunt, &c. *pro bono statu regni conseruando.*

5 Vt decretum, *id est, lex firma & irreuocabilis.*

6 Vt omnis qui petierit aliquam petitionem, &c. *Hoc dicunt, vt postea non poßit Danielem aliquo modo excusare.*

7 Vsque ad dies triginta, nisi à te rex. *Tantum temporis ponunt, vt Daniel non posset euadere, quin caperetur in oratione: quia in vno paruo tempore posset sic Deum secrete orare quod alios lateret.*

8 Mittatur in lacum leonum. *quia condemnati ad mortem, illuc proiiciebantur. Hoc enim edictum videbatur facere ad firmitatem regni & monarchiæ, inquantum per hoc homines inducerentur ad tantam reuerentiam & timorem regis, quod non auderent petere aliquid ab alio, etiam à Deo. Et ideo rex, qui erat nouus monarcha, consensit: nesciens eorum fraudem. Simile edictum fecit Assuerus ad suggestionem Aman, vt habetur Esther iij. & iiij. quia quasi zelans pro pace regni impetrauit fieri edictum de destructione Iudæorum: & cum hoc impetrauit aliud edictum fieri, ne aliquis accederet ad regem infra triginta dies, in hoc simulans zelare pro regis magnitudine, ex cuius reuerentia nullus auderet ad eum accedere in tanto tempore: sed hoc faciebat ne aliquis infra hoc tempus ad regem accederet, qui liberationem Iudæorum impetraret. Hoc modo familiares principibus aliquando inducunt eos ad faciendum aliqua statuta peßima sub specie quod zelent pro principibus, cum tamen aliud intendant. Sequitur,*

Quam prætensam vtilitatis habebat lex rogata à principibus? *Similis lex ab Assuero condita rogatu Aman.*

9 Nunc itaque rex confir. sent. *q. d. libenter debes facere, quia est pro regni vtilitate.*

10 Et scribe de. vt non immu. *q. d. quod tot & tantorum sapientum consilio ordinatum est, non debet immutari per vocem vnius hominis.*

11 Quod statutum est à Medis & Persis. *Ex hoc videtur, quod vnum erat regnum Medorum & Persarum: quia Cyrus nepos Darij ei in honore successit, vt prædictum est.*

12 Quod cum Daniel comperisset, id est, constitutam legem, ingressus est domum suam, *vt occulte oraret Deum cauens de periculo insidiarum, ne tentaret Deum exponens se mortis periculo sine causa, si hoc faceret in aperto.*

13 Et fenestris apertis, &c. *Hoc habetur ex iij. Reg. viij. vbi dicitur, quod filij Israel ducti in captiuitatem debent orare versa facie contra Ierusalem, vt ex memoria templi, vbi Deus colebatur, oratio eorum esset magis deuota & exaudibilis.*

Iudæi orabant facie versa cõtra Ierusalem.

1 Tribus-

MORALITER.

† 12 *Quod cum Daniel comperisset.* Hic ponitur occursus malitiæ inuidorum, quod maxime fit per recursum ad Deum in oratione deuota. Ideo sequitur,

† *Ingressus est domum suam.* Per quod ostenditur, quod oratio debet esse secreta, sicut dicitur Matt. vj. a. *Ora patrem tuum in abscondito, &c.* Debet etiam esse multum intenta: quod notatur cum dicitur,

Oratio debet esse secreta, intenta,

13 *Et fenestris apertis in cœnaculo suo, contra Ierus.* scilicet, cælestem, vbi Deus videtur facie ad faciem; debet etiam esse perseuerans & continua, quod notatur, cùm dicitur,

perseuerans & continua.

† Tri-

a ¶ Vbi visio pacis. b ¶ Tertia, sexta, nona.

a in cœnaculo suo contra Ierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, & confitebatur coram Deo suo, sicut & ante facere cōsueuerat.[11] Viri ergo illi curiosiꝰ inquirentes inuenerunt Danielem orantē & obsecrantem Deū

a ¶ Generaliter inducunt, vt rex propria concessione teneatur, ne aliter super Danielem statuat, quam fuerat ante loquutus.

suum,[12] & accedētes loquuti sunt regi super edicto. Rex, nūquid non constituisti, vt omnis homo qui rogaret quemquā de diis & hominibus vsque ad dies triginta, nisi à te rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos respondens rex, ait: Verus

a ¶ Sæpius est notandum vnum esse regnum Medorum atque Persarum, vt saluemus quod Daniel nunc sub Dario nunc sub Cyro fuisse memoratur.

est sermo iuxta decretum Medorum atque Persarum, quod præuaricari non licet.[13] Tunc respondentes dixerunt corā rege:

a ¶ Quod magis intolerabile. b ¶ Captiuus. c ¶ Quæ omnibus veneranda. d ¶ Etiam regis.

Daniel dē filiis captiuitatis Iudæ non curāuit de lēge tuā, & de edicto quod constituisti: sed tribus temporibus per diē

a ¶ Deum suum. ¶ Vidit se propria voce captum, & inuidiam causam esse insidiarum.

ōrat obsecratione sua.[14] Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus est,

a ¶ Totam intentionem. b ¶ Non auctoritate sua, ne contra legem facere diceretur, sed ratione atque consilio vult Danielem liberare.

& pro Daniele posuit cōr, vt libēraret eū: & vsq; ad occasum solis laborabat, vt erueret eū.[15] Viri autem

a ¶ Quod vellet eum eripere. b ¶ Quasi dicant: Noli frustra laborare, quod constituisti non potes immutare, lex vniuersalis falli non potest.

illi intelligentes regēm, dixerunt: Scitō rex, quia lex Medorum atque Persarum est, vt omne decretum quod constituerit rex,

a ¶ Cuiquam. ¶ Famulis.

non liceat immutari.[16] Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielem & miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli: Deus tuus quem colis semper, ipse libera-

a *Tribus temporibus.* HIER. in com. Hora tertia descendit super apostolos spiritus sanctus, sexta volens Petrus comedere, ad orationem in cœnaculum ascēdit, & Petrus & Ioannes *ascendebant in templum ad horam orationis nonam.* His tribus temporibus orabat Daniel.

Act. 2. b. Ibid. 10. b. Tria tempora orādi, quę & olim Daniel obseruauit, modo quoque obseruat Ecclesia.

B b *Et vsque ad oc.* IBID. Tanta regi liberādi eū cupiditas erat, vt quāuis potentissimus, vsque ad occasum solis, cibum non capiat: Tanta illis in malo pertinacia, vt nec voluntate regis moueantur nec iniuria.

Studium regis in liberando, accusatorum vero in perdendo Daniele.

C c *Deus tuus, &c.* IBID. Cedit multitudini, & aduersariis consentiētibus, non audet negare mortem amici, & quod ipse obtinere nō potuit, potentiæ Dei committit: Non ambigue loquitur, audacter affirmat, *Deus tuus, &c.* Audierat tres pueros, quamuis inferiores, flammas vicisse Babylonias, & Danieli

Rex credit virtute diuina Danielem liberandum.

D li mysteria multa reuelata.

† THEOD. in com. Piū verbū & pristinis minime consentaneum. Si enim attestaris tantam esse Dei virtutem, quomodo lege sanxisti, ne quis ipsi triginta dierum spatio supplicaret. Sed videtur Darius probus quidē fuisse, & moribus æquus, meticulosus tamen, & facilis decepru: neque enim regnum administrans, quibus dux esse deberet subiectis sibi, ab iis duceretur.

Darius probus quidē, sed nimium facilis.

E † TERT. Scorp. aduer. Gnost. c. 8. Danielem nulliꝰ præter Dei supplicē, idcirco à Chaldæis delatū ac depostulatum statim vtiq; cōclusa & vsitata feritas leonū deuorasset, si Darij digna præsumptio de Deo falli debuisset. Ceterum, pati oportebat omnē Dei prædicatorē atq; cultorē qui ad idololatriā prouocatus negasset obsequium, secundū illius quoq; ratio-

Conueniens fuit liberari Danielem. F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tribus tem. in die. *i. hora matutinali, quia lotis manibus Iudæi tunc benedicunt Deum, & hora sexta ante comestionem, exemplum habetur Actu. decimo. a. vbi dicitur,* Ascendit Petrus in superiora domus, vt oraret circa horam sextam, *Et hora vespertina, secundum quod dicitur Act. iij. a.* Petrus & Ioannes ascenderunt in templum ad horam orationis nonam, *quæ accipitur circa tempus vesperarum, vt patet in ecclesiis maioribus, vbi tunc dicitur nona.*

Tria tempora quibus orabant Iudæi.

2 Fle. g. *quantum ad actum latriæ exteriorem.*

3 Et adorabat, *quantum ad actum interiorem.*

4 Confitebatur, &c. *s. peccata populi Israel, & sua, quia* oratio humiliantis se nubes penetrat, *vt habetur in Ecclesi. xxv.*

5 Viri ergo illi. *Hic tertio quærunt occasionem contra Danielem circa contemptum regalem, & hoc est quod dicitur hic,* Viri ergo illi curiosius inquirē. *i. cum magna sollicitudine per occultas vias, & per occultos modos.*

6 Inuenerunt Danielem. *contra regis edictum,*

7 Orantem & obsecrantem Deum suum. *Obsecratio est oratio quæ fit per inuocationem alicuius rei sacræ, per quam oratio fiat magis exaudibilis: vnde dicitur obsecratio, quasi ob aliquid sacrum deprecatio: sicut cum dicitur,* Per crucem & passionem tuam libera nos domine: *& consimilia. Et ideo in omnibus orationibus ecclesiæ ad hoc, quod fiant magis exaudibiles dicitur,* Per dominum nostrum Iesum Christum, &c. *vbi est inuocatio sanctæ Trinitatis. Sequitur,*

Obsecratio.

8 Et accedentes. *inuidi exploratores.*

9 Locuti sunt regi super edi. &c. *Hoc est de regis sententia firma & irreuocabili prius facta, hoc faciunt ne rex habeat viam liberandi Danielem. Et hoc est quod subditur.*

10 Rex numquid non constituisti, vt omnis homo, &c. *Et sic loquuntur tacito nomine Danielis, vt cum rex responderit generaliter, quod omnis transgrediens statutum sit morte puniendus, non posit postea excipere Danielem: quo responso habito à rege, vt patet in littera, proposuerunt accusationem suam dicentes,*

11 Daniel. *Ipsum nominant nomine Iudaico, tacito nomine Balthasar, quod erat nomen regium. Addunt etiam conditionem seruilem, vt magis prouocent regem, cum subditur,*

Sinistre illi accusant Danielem.

12 De filiis captiuitatis, *Iste namque deberet esse humilis.*

13 Non curauit de lege, *quæ ab omnibus est veneranda.*

14 Et de edicto. *quod peius est, quia illa lex erat posita sub præcepto, quod contempsit transgrediendo: quod probant per hoc quod subditur,* Sed tribus temporibus per diem orat.

15 Quod verbum cum audisset rex. *Hæc est tertia pars principalis huius capituli, vbi describitur rigor condemnationis ex parte regis, vbi tria notantur. Primum est malitia hostis impellentis, Secundum, est miseria hominis innocentis, ibi,* Tunc rex præcepit. *Tertium est mœstitia regis imperantis, ibi.* Et abiit rex. *Circa primum dicitur sic:* Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus, *quia percepit fraudem eorum, & non audebat de plenitudine potestatis frangere edictum in principio [illegible] monarchiæ: quia reges de nouo creati solent iurare quod seruabunt consuetudines regni. Et ideo si contra consuetudinem frangerent tale edictum, immineret periculum de seditione, quæ de talibus solet accidere. Et ideo alio modo conatus est rex Danielem liberare, propter quod subditur,*

Diuisio.

Cur vereretur rex agere contra suum edictum?

16 Et pro Daniele posuit cor. *i. intelligentiam & conatum.*

17 Vt liberaret eum. *Interpretando. s. edictum, & se multipliciter excusando. Et licet modus hic non exprimatur, tamen intelligitur per hoc, quod in talibus detinuit accusatores vsque ad occasum solis, vt dicitur in littera & patet: Sequitur,*

Accusatores sui Danielis perstruunt omnem salutis viam.

17 Viri autem illi. *s. accusatores pessimi.*

18 Intelligentes regem, *quod s. vellet modis variis liberare Danielem.*

19 Dixerunt. *ad contrarium arguendo.*

20 Scito rex, quia lex Medorum & Persarum est. *Ideo reducunt edictum regis ad memoriam, quia ita erat expressum, quod nullo modo poterat Danielem excusare, quin fecisset contrarium. Non enim poterat excusare ex parte legis, quia erat firmata irreuocabiliter vt visum est. Nec ex parte orantis, quia in ea sic dicitur,* Omnis homo qui petierit, &c. *Et sic in ea includitur Daniel sicut & alij. Nec ex parte orati, quia dicitur ibi,* A quocumque Deo & homine.

21 Tunc rex præcepit. *Hic describitur miseria hominis innocentis, s. Danielis. Et hoc est quod dicitur.* Adduxerunt. *Videns ergo rex, quod non poterat liberare Danielem, nisi frangendo decretum, quæ fractio erat sibi periculosa, & toti communitati ratione prædicta, ideo tamquam minus malum secundum æstimationem suam elegit eis tradere Danielem, & maxime quia firmiter credebat quod Deus eum liberaret: sicut audierat de tribus sociis suis liberatis de camino. Et hoc est quod sequitur post:*

Rex licet inuitus permittit Danielem supplicio.

22 Deus tuus, quem colis semper ipse liberabit te. *quia secundum quod dicit glo. non loquitur dubitatiue, sed affirmatiue.*

14 Et ... Al-

MORALITER.

† 1 *Tribus temporibus in die.* scilicet mane, meridie, & vespere. Per mane significatur ætas iuuentutis, Per meridiē, ætas media; Et per vesperā, ætas senectutis. Debet etiam esse cum reuerentiā, quod notatur ibi,

Qualis debeat esse oratio.

2 *Flectebat genua sua.* Et etiam deuota: Ideo subditur,

3 *Et adorabat.* s. adoratione latriæ. Debet etiam esse cum humilitate: Ideo subditur,

4 *Et confitebatur co. do.* s. peccata populi, quæ reputabat sua, eo quod erat de populo illo. Et secutus est effectus orationis, s. orantis liberatio ex Dei benignitate, ibi,

3 Et ... † Deus

tionis statum, quia & præsentibus tunc & posteris deinceps commendari veritatem oportebat, pro qua fidem diceret passio ipsorum defensorum eius, quia nemo voluisset occidi nisi compos veritatis.

a *Ne quid fieret*. HIER. in commen. Qui de leonibus securus est, de hominibus pertimescit, ne quid contra Danielem moliantur inimici.

b *Et abiit rex*. IBID. Quanta beneuolentia, nec nocte nec die cibum capit, nec dormit: cum propheta periclitante quasi vno pendet affectu, nos ergo pro peccatis propriis quanto magis debemus vigiliis & ieiuniis Deum ad misericordiam flectere, cum rex Deum nesciens, hoc facit pro eo, quem vult à periculo liberare.

HIER. IBID. Lacus Latine aquarum dulcium congregatio, vt Benacus lacus & alij quod Græci λίμνην id est stagnum vocant.

c *Putasne*. HIERON. IBID. Non dubitat, qui superius dixit, Deus tuus liberabit te: sed in ambiguo sententiam temperat, vt cum Daniel incolumis apparuerit, quanto res incredibilior, tanto aduersus principes iustior sit indignatio.

† THEOD. in com. Vnumquodque eorum quæ dicta sunt, religiosum ostendit regem, qui propter pietatem ex Daniele gaudium perciperet. Primum enim non suum, sed Dei seruum appellat: deinde Danielis Deum viuentem nominat tum pietatem commendans, *cui tu (inquit) seruis continue*, hoc est, qui nec propter eam quidē vim, qua cogebaris à lege, impeditus es ab hoc cultu: Illud vero, *an potuit liberare te*, significat, an voluit superiorem te leonibus ostendere? Neque enim impotentem Deum vocasset, quem viuentem Deum nuncupauit.

d *Deus meus*. HIER. in com. Idem dicat qui eruitur à faucibus inuisibilium leonum. i. de lacu leonum inferni.

e *Et conclu*. IBID. Nō mutata est feritas aut rabies leonum, sed ab angelo conclusa: quia præcesserant prophetæ bona opera, vt non tam gratia, quam iustitiæ retributio in hac liberatione notetur.

†† THEOD. Iustus enim cum sit Deus, inquit, & iuste omnia moderetur: quia vidit impiis legibus cultum illius à me antelatum fuisse, atque in tuum regnum nihil vnquam me admisisse: præstantiorem me ostendit, quam cui possent leones nocere, potiusque leonū imagines, quam leones mihi obtulit.

f *Tunc rex gauisus est, &c*. THEODOR. IBID. Gauisus & supra modum lætitiæ plenus dicitur, quippe cum & Dei virtutem cognouisset, & illius quem diligebat salutem didicisset.

g *Et non peruenerūt, &c*. † THEOD. IBID. Hoc quoque iustitiæ diuinæ opus est & sapientiæ, ne dicerent, propter satietatem leones à Daniele abstinuisse, & inuidia extenuaret factum miraculum, iniecti eo testimonium perhibuere leonum crudelitati. Quod igitur dignas pœnas persoluerint, iustitiam Dei commendant, quod autem ita facillime consumpti fuerint à feris, sapientiam indicant.

h *Tunc Da*. HIE. in cō. Sicut per Nabu. ita in hoc loco quidā per Dariū contrariā interpretātur fortitudinē, quæ omnes vocet ad pœnitentiam.

Margin: Magna pietas regis. — Vt de peccatis nostris pœniteamus. — Lacus. — Non dubitat Darius Deum posse suum seruū liberare. — Multiplex commendatio Danielis. — In iustum leones non sæuiunt. — Salutiferum est Dei leges humanis præponere. — Accusatores Danielis à leonibus discerpti.

bit te.[17] Allatusque est lapis vnus, & positus est super os laci, quē obsignāuit rex anulo suo, & anulo optimātum suorū, ne quid fieret contra Danielem.[18] Et abiit rex in domum suam, & dormiuit incœnatus, cibique non sunt allati coram eo: insuper & somnus recessit ab eo.[19] Tūnc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lācum leonum perrexit,[20] appropinquansque lacui Danielem vōce lachrymabili inclamauit, & affatus est eum: Daniel serue Dēi viuentis, Deus tuus cui tu seruis semper, putāsne valuit te liberare à leonibus?[21] Et Daniel regi respondens ait: Rēx in æternum viue:[22] Deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonū, & non nocuerūt mihi: quia coram eo iustitia inuenta est in me, sed & coram te rex delictum non feci.[23] Tunc vehementer rex gauisus est super eum, & Danielē præcepit educi de lacu, eductusque est Daniel de lacu, & nulla læsio inuēta est in eo, quia crēdidit Deo suo.[24] Iubente autē rege, adducti sunt viri illi qui accusauerunt Danielem, & in lacum leōnum missi sunt ipsi & filij & vxores eorū, & nō peruenerunt vsque ad pauimentum laci, donec arripērēt eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt.[25] Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis & tribubus & linguis habitantibus in vniuersa terra: Pax vobis multiplicetur.[26] A mē ergo constitutū est de-

Interlinear: a Credit eum potentiæ Dei. b Ne quid suspicionis contra eos habere videretur, & quasi non confidens de Dei potentia, pro amico aliquid machinaretur, & vt clarius eluceat virtus liberantis. — a Quia credidit eum viuere, qui Deo viuo crediderat. — a Depressam in alto foueam, vel arentem cisternam. b Oblitus regij fastus victor ad captiuum, dominus currit ad seruum. — a Affectum cordis & voce indicat & lachrymis. b Cum lachrymis. — a Ad differentiam deorum Gentilium, qui sunt simulacra hominum mortuorum. — a Honorantem se honorat, & ei vitam æternam orat. — a Fides vincit mundum. — a Neque enim lex æquior vlla est, Quam necis artifices arte perire sua. b Forsitan ibi erant ascensionis gradus. — a Vnde patet Danielem seruatum esse Dei potentia, non leonum voluntate vel segnicie. — a Vt pax vobis multiplicetur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Allatusque est lapis vnus. *magnus scilicet & ponderosus,*

2 Et positus est super os laci. *Ne aliquis posset ingredi, quia magis timebat rex de crudelitate hominum contra Danielem, quam de ferocitate leonum. Et hoc est quod subditur.*

3 Quem obsignauit rex, &c. *Ne aliquis intraret sine scitu suo: Cuius causa subditur*, Ne quid fieret contra Danielem.

4 Et abiit rex. *Hic ponitur mœstitia regis ex condemnatione Danielis. Et hoc est quod dicitur,*

5 Et dormiuit incœnatus, *id est abiit ad dormiendum, ita quod non dormiuit: Vnde sequitur,*

6 Et somnus recessit ab eo. *Tum ex tristitia, tum ex defectu cibi.*

7 Tunc rex. *Hæc est quarta pars principalis, vbi describitur tenor liberationis ex parte Dei: vbi tria notantur, innocentia liberata, inuidia lacerata, ibi,* Iubente autem rege, *Et Dei magnificentia prædicata: ibi,* Tunc Darius. *Circa primum dicitur sic,* Tūnc rex primo diluculo, &c. *id est summo mane transacta illa nocte,*

8 Consurgens: *Ex magno enim desiderio liberandi Danielem, rex, qui per noctem vigilauerat, vt dictum est, etiam mane non dormiuit: quod tamen solet esse remedium maximum contra vigiliam noctis.*

9 Appropin. *Ex affectu enim cordis lachrymatus est: quod tamen reges solent cauere quantum possunt maxime coram populo, ne muliebres esse videantur.*

10 Daniel serue Dei viuentis. *Hoc dicit quantum ad differentiam idolorum, quæ non viuunt:*

11 Deus tuus, &c. putasne, &c. *Non dicit hoc dubitando de Dei potentia, sed vt cum Dan. contra opinionem humanam illæsus apparuerit, iustior appareat indignatio regis contra accusatores Danielis. Sequitur,*

12 Deus meus misit angel. *quia opera mirabilia facit ministerio angelorum.*

13 Et conclu. ora leonum. *q. d. natura feritatis leonum non est mutata, sed ab angelo prohibita, quod patuit ex effectu sequenti in accusatores suos.*

14 Iubente aut. rege. *Hic describitur inuidia lacerata, cum dicitur,*

15 Adducti sunt viri illi. *Hoc erat iustum secundum pœnam talionis, quæ maxime habet locum inter æquales, sicut erat in proposito.*

16 Et non perue. *Iosephus dicit, quod accusatores dixerunt, leones fuisse satiatos carnibus, & ideo Danielem non tetigisse: & tunc rex iussit, vt ipsi darent carnes leonibus: quod cum vellent facere, leones eos decerpserunt antequam venirent ad pauimentum. Et ex hoc patet manifeste, quod Daniel ex sua iustitia fuerat liberatus.*

17 Tunc Dar. *Hic describitur Dei magnificentia prædicata per regem Darium propter visum miraculum. Et patet sententia ex prædictis in principio quarti c. & in fi. c. præsentis.*

Moraliter exponendo processus æmulationis describitur in hoc cap. quia in æmulis primo notatur ambitio, ex hac secuta est elatio, ex hac æmulatio-

Margin: Mœstitia regis ex condemnatione Danielis. — Diuisio. — Iosephus li. 10. ca. 11. Quid ex dicto referat Iosephus de liberatione Danielis. — Moraliter.

MORALITER.

† 12 *Deus meus, &c.* inuidorum destructio ex eius seueritate, ibi,

14 *Iubente, &c.* Et sic impletum est illud Prouer. j. xxv. d. *Qui fodit foueam, incidet in eam.*

tentiam. Et quæritur, vtrum in isto mundo futurum sit an in altero, vel post alios mundos? Sed hoc deliramentis imputantes, dicimus, apud Barbaras nationes per seruos dei signa fieri, vt prædicetur cultus & religio vnius Dei.

a *Porro Da.* HIER. in com. Quod superius in fine primæ visionis legitur, *Fuit autem Daniel vsque ad primum annum Cyri regis*; non vitæ eius tempus accipiendum est, cum in vltima visione legamus, *Anno tertio Cyri regis Persarum; verbum reuelatum est Danieli cognomento Balthasar*: Sed hoc significatur, quod vsq; ad primum annũ Cyri regis, qui Chaldæorum destruxit imperium, Daniel potens fuerit in Chaldæa, post à Dario in Mœdos translatus est.

† THEOD. in com. Daniel in vtroque regno floruit, & omnibus conspicuus, & illustris fuit honoribus. Nos autem decet percepta pietatis vi, hanc eligere, & omnibus rebus ipsam anteponere, ac nullis periculis territos, nulloque discrimine ab ea desciscere. Imo etiam si omnes homines simul propter ipsam contra nos pugnent, alacriter eorũ impetum excipere huiusce vi fretos. Ita enim beatorum apostolorum chorus à cuncto orbe terrarum obsessus, inexpugnabilis permansit, atque hostes sibi dicto obedientes fecit. Talia itaque habentes exempla, synceram erga Deum beneuolentiam conseruemus; vt eius auxilio continenter perfruamur.

(Deliramentis cuiusdam exclusio. — Annus Danielis. — Pro pietate & iustitia vsque ad mortem certandum.)

cretum, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscant & pauean Deum Danielis. Ipse est enim Deus viuens & æternus in sæcula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in æternum. [27] Ipse liberator atque saluator, faciens signa & mirabilia in cælo & in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum. [28] Porro Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darij, regnumque Cyri Persæ.

(a Hic est miraculorum fructus: vt nomen Dei exaltetur. a Alij mortui. b Alij transitorij. Honor. a In quo probatur verus Deus. a In Chaldæa in summo honore.)

NICOLAVS DE LIRA.

latorum insidiatio; ad vltimum istorum deiectio. Et hæc omnia patent in littera. Ad euadendum autem æmulationem, exemplo Danielis recurrendum est ad orationem: & in modo orandi considera, quod Daniel ingressus est domum, in quo notatur consideratio mortis; Orabat apertis fenestris, in quo notatur attentio legis; In cœnaculo, in quo notatur excessus contemplationis; Tribus temporibus, in quo notatur ordinatio temporis; Flectebat genua, in quo notatur confessio oris; Ad ista sequuntur liberatio eius, in quo apparet æquitas Dei; & æmulorum perditio, in quo apparet Dei seueritas.

(Modus declinandi æmulationem. — Deuotæ orationis conditiones.)

CAPVT VII.

a *ANno primo.* HIERONYMVS in comment. Hæc pericope & sequens, priores sunt iuxta historiam, quam superiores. Hæc enim & sequens, primo & tertio anno Balthasar regis accidisse memorantur. Illa autem quæ ante superiorem lecta est, nouissimo die regni eius: & hoc non solum in Daniele, sed in Ieremia quoq; & in Ezechiele legimus. Sed in superioribus visionibus historiæ ordo sequitur: quid sub Nabuc. & Balt. & Dario siue Cyro mirabilium signorumque acciderit. In his verò narrantur somnia, quæ singulis visa temporibus, quorum solus propheta conscius, & ideo nullam habent apud Barbaros signi vel reuelationis admirationem. Scribuntur autem, vt apud posteros eorum memoria perseueret.

(Iere. 39. a. Ezech. 7. d. An ad temporum seriem recte discriminentur capita prophetiæ Danielis?)

† THEOD. in com. Superioribus velut historice percursis, deinceps exponere incipit Daniel eas prædictiones, quas per reuelationes doctus est; ac primum quatuor bestiarum reuelationem ponit, Nabuchodonosoris somnio admodum simile. Ille etenim in vna imagine quadruplicem vidit materiam: & hic ab vno mari quatuor bestias ascendentes; Cum autem sit illa etiam quæ interdiu vidit, conscripturus, merito nos docet & quæ in somnis, & quæ vigilans vidit: neque enim sustinuit sibi diuinitus ostensa occultare, sed ad omnium vtilitatem ea conscripsit. Itaque mare cernit, quo præsentis vitæ fluctus edocetur, discitque vitæ procellas ac tempestates. Deinde quatuor bestias videt, quibus comprehendit quatuor illa terribilia regna, quæ omnibus hominibus metum incuterent, finem tandem habitura; solum verò sine fine regnum quod sanctis parauit Deus sanctorum. Mare itaque vitam vocat, vt-

(Visio huius cap. comparatur cum primo somnio Nabuchodonosor.)

C A P. V I I.

ANno primo Balthasar regis Babylonis Daniel somnium vidit. Visio autem capitis eius in cubili suo, & somnium scribens breui sermone comprehendit, summatimque perstringens ait: [2] Videbam in visione mea nocte, & ecce

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT VII.

1 ANno primo Balthasar. *Supra posuit propheta quinque visiones, quæ respiciunt Christi primum aduentum; hic consequenter ponit alias quinque quæ respiciunt eius aduentum secundum. Prima est de quatuor animalibus monstruosis, & de aduentu iudicis, & designat vltimæ tribulationis totalem processum; Secunda de pugna Persarum, & Græcorum sub specie arietis & hirci, quæ designat eiusdem tribulationis principalem conflictum; Tertia, de hebdomadibus abbreuiatis vsque ad mortem Christi, quæ designat eiusdem tribulationis solatium, quia tempore persecutionis Antichristi maximũ solatium erit fidelibus de memoria passionis Christi. Quarta, de apparitione viri liberationem populi pronuntiantis, quæ designat eiusdem tribulationis terminum; Quinta, de pugna Christi, & victoria finali, sub signo regis aquilonis & austri: & designat eiusdem tribulationis triumphum. Partes etiam patebunt in quinque capitulis sequentibus per ordinem positis. Circa primam visionem considerandum, quod causa materialis est de quatuor regnis mundi principalibus fideles successiuè affligentibus: & de regno Christi perfecte obtento in iudicio finali omnia regna conterente. Causa finalis est prouidentia & cautela contra futuram tribulationem: quia minus feriunt iacula quæ præuidentur; & vt ostendatur, quod vsque ad finem mundi peruersorum violentia est fideles impugnatura, & iustorum modestia tandem victura, & Antichristi molestia finaliter peritura, & Christi militia æternaliter regnatura. Causa efficiens principalis est spiritussanctus animo desideranti & deuoto infundens cognitionem regnorum, temporum & factorum. Daniel autem est causa efficiens instrumentalis sub quadam breuitate describens. Causa formalis in diuisione consistit: & diuiditur in duas partes: quia primo præmittitur quædam præfatio respectu sequentium: secundo describitur ipsa visio, ibi,* Videbam in visione mea. *Circa primum tria ponuntur. Primum est tempus, in quo ista visio facta est, cum dicitur,* Anno primo Balthasar. *Ex quo patet, quod Daniel non posuit visiones secundum ordinem historiæ, vel temporis, in quo factæ sunt Danieli, quia illa quæ scripta sunt in c. præcedenti fuerunt facta post illam visionem quia facta fuerunt sub Dario. Darius autem successit Balthasar, vt visum est in fine, &c. Ratio autem huius ordinis est, quia ista visio est pure prophetica, & ideo ponitur cum visionibus sequentibus, quæ sunt eiusdem conditionis: præcedentes autem visiones vel sunt pure historicæ, vel sũt partim propheticæ & partim historicæ. Alia ratio est, præcedentes enim pertinent ad Christi primum aduetum, vt dictum est sup. 5. c. hæc autem cum sequentibus pertinet ad aduentum Christi secundum, s. ad iudicium, vt magis videbitur prosequendo. Secundo tangitur modus videndi, cum subditur,* 2 Daniel som. &c. *Ex quo patet quod vidit in somno, & non in vigilia, Tertio subdit modum scribẽdi, cum subditur,* Et som. scri. bre. &c. 3 Videbam, &c. *hic consequenter describitur ipsa visio; secundo ipsius visionis interpretatio, ibi,* Horruit spiritus meus. *Prima in duas, quia primo ponitur visio in generali, secundo, explicatur, magis in speciali, ibi,* Prima quasi leæna. *In prima parte dicit sic Daniel,* Videbam. *i. intelligebam,* 4 In visione mea, *quia sensum visionis imaginariæ intellexit.* Intelligentia enim opus est in visione, *vt dicitur inf. x. c.* 5 Nocte, *quia tunc quietatis sen-*

(Altera pars libri Danielis, & eius diuisio. — 4. Causæ visionis ca. 7. — Diuisio. — Visiones cur à Daniele non sint positæ secundum ordinem historiæ seu temporis? — Diuisio.)

M O R A L I T E R.

† 1 *Anno primo Balthasar regis.* In hoc cap. describitur visio quatuor bestiarum secundum sensum litteralem quatuor regna significantium. Moraliter autem significant quatuor vitia, bonum virtutis vastantia. Bestiæ namque proprie dicuntur, quæ sæuiunt dentibus vel vnguibus, vel vtrisque: ideo dicuntur bestiæ quasi vastiæ, à vastando, v mutata in b. Prima bestia significat sæuitiam tyrannorum: ideo dicitur,

(Sæuitia Tyrannorum.)

† *Prima*

a ¶ Quia quisque angelus pro eo regno orat, vel agit, quod ei commissum.
quatuor venti cæli pugnabant in mari magno, [2]& quatuor
a ¶ Pro regia crudelitate. ¶ Quid hæ bestiæ significent angelo exponendum seruamus.
¶ Regnorum, feritas atque crudelitas bestiarum nominibus significatur.
bestiæ grandes ascendebant de mari diuersæ inter se.[4] Prima
a ¶ Regna subiecta quibus imperabat & volitabat. b ¶ Vt leo inter bestias, sic aquila inter aues regnum tenet; & regnum Assyriorum diu durauit, sicut aquila inter aues multo tempore viuit.
quasi leæna, & alas habebat aquilæ. Aspiciebā donec euulsæ
a ¶ Leænæ vel aquilæ. b ¶ Subuerso imperio Chaldæorum, vnde sequitur, & su. pe. q. ho. &c.
sunt alæ eius, & sublata est de terra & super pedes quasi homo stetit, & cor eius datum est ei.[5] Et ecce bestia alia similis vr-

vtpote quæ infinitas habeat & maximas procellas; ventos autem ipsius, impellentes rerum mutationes. Sicut enim austro flante, ad arcticam partem fluctus occurrunt; & borea mare concitante, rursus vnda ad austrum impellitur: ita quando Assyrij imperabāt, omnes populos ad se trahebant; translato autem ad Persas regno, translatus est etiam statim subiectorum ad illos concursus. Sic & de Macedonum, & Romanorum imperiis contigit.

Victori semper populi noui adiunguntur.

a *Quatuor ven.* HIER. in commen. Quatuor angelicæ potestates, quæ regnis in quadripartito mundo positis præsunt, potestates scilicet cōtrariæ: quia secundum vniuscuiusque gentis meritum potestas vel bona vel mala præponitur; sicut in Daniele, *Michael dicitur princeps Hebræorum*; Et in Isaia de principe Babylonis, *Quod cecidisti de cælo*; In Ezechiele de principe Tyri, *Tu Cherub extentus & protegens*; De principe Ægyptiorum, *Draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum.* Generaliter de malis potestatibus dicitur, *Non est nobis colluc. aduer. car. & sang. sed aduer. p. & p. &c.*

Angeli regionibus præpositi. Dan. 10. c. Isa. 14. c. Eze. 28. d. Ibid. 29. a. Ephe. 6. b.

b *Pugnabant.* IBID. inter se: quia regna sibi promissa faciunt pugnare. Regna vocat bestias, pro crudelitate diuersas: quia locis, moribus & potentia distant.

c *Pugnabant in ma.* HIER. IBID. in mundo. s. salsis & amaris fluctibus redundante: vnde, *Simile est regnum sagenæ missæ in mare*, vnde & draco rex dicitur omnium, quæ in aquis sunt, Et Dauid dicit, *Tu confregisti capita draconum in aquis*; Et Amos propheta, *Si descenderit in profundum maris, ibi mandabo draconi & mordebit eum.*

Matt. 13. a. Psal. 73. c. Amos 9. a.

d *Quatuor be.* IBIDEM. de bonis angelis, qui & malos monent bene agere, angelicæ potestates, quibus principalia regna commissa sunt: vnde, *Quando diuidebat altissimus gentes q. s. f. a. com. ter. p. i. nu. f. i. pars autem domini populus eius, Iacob f. h. e.*

Deut. 32. a.

e *Prima quasi le.* IBID. Nota ordinem, quòd in imagine caput aureum, dicitur hic leæna.

IBID. Regnum Babylonium propter sæuitiam, vel luxuriam non leo sed leæna dicitur: Aiunt enim qui de bestiarum scripsere naturis, leænas ferociores esse, maxime si catulos nutriant, & semper in coitum gestire.

Leænæ.

f *Et alas ha. a.* IBID. propter superbiam regni potentissimi, cuius princeps ait in Isaia, *In cælum conscendam. Super astra cæli ponam thronum meum, & similis ero al.* Vnde dicitur ad eum, *Si alte vt aquila feraris, inde detraham te in abyssum.*

Isa. 14. d. Abdiæ b.

g *Et super pe.* IBID. Si de Nabuch. legitur, clarum est quia postquam perdidit regnū, & potentia ei sublata est, rursum in pristinum statum restitutus est; sed non leænam, sed hominem se esse didicit, & cor quod amiserat recepit. Si generaliter de regno Chaldæorum, sentiendum est, quod occiso Balthasar & Medis, Persisque succedentibus, Babylonij homines se & humiles fragilisque naturæ esse senserunt.

† THEOD. in com. Assyriorum regnum, quod primum maximam obtinuit partem orbis terrarum, per leænam significauit: Hoc etiā animal regium est; & alas similes aquilæ habet, quia hoc etiam animal volucribus omnibus imperat. Verumtamen alas euulsas vidit, hoc est, ab omni sibi subiecto populo destitutum, & pristina potestate priuatum: *Sublata est*, inquit, *leæna de terra*, hoc est, regnare desiit; *Et in pedibus hominis stetit*, quia æqualis suis subiectis euasit; *Cor hominis datum est ei*: quoniam experientia didicit humana cogitare, neque mentis cogitatione naturæ terminos transgredi.

Imperium Assyriorum euersum.

h *Et ecce be. alia.* HIER. IBID. Id est regnum Persarum, quod ob duritiam & ferocitatem vrso comparatur: rigidum enim & victu parcum in morem Lacedæmoniorum fuit, ita vt in pulmento sale vteretur & cardamo.

i *Bestia similis vrso.* IBID. in visione statuæ, pectus & brachia habet de argento.

† THEOD. in com. Persicum innuit regnum, vrso simile, propter suppliciorum crudelitatem: nam barbarorum omnium crudelissimi Persæ in puniendo, vel coria hominibus detrahentes, & singulorum

Sæuitia Persarum in puniendo.

NICOLAVS DE LIRA.

sensibus exterioribus, facilius cognitio supernaturalium accipitur, vt supra habitum est.

1 Ecce quatuor ven. cæ. pug. *i. quatuor angeli, qui propter similitudinem venti, dicuntur spiritus: ventus enim inuisibilis est propter suam subtilitatem, propter quod vocatur spiritus, sicut & angelus. Potest autem hic locus exponi dupliciter. Vno modo de angelis malis, & sic dicuntur pugnare, quia excitant homines ad pugnam; Alio modo de angelis bonis, qui præsunt diuersis regnis, & sic dicuntur pugnare pro subditis, quando proponunt coram domino eorum merita, quæ aliquando sunt contraria: Tamen angeli ista merita contraria proponendo coram domino non habent voluntates contrarias, sed quærunt super hoc beneplacitum diuinum de futuris; vt quod tale regnum dominetur tali vel econuerso: scita tamen super hoc diuina voluntate accepta est vtrique angelo, siue sit pro exaltatione gentis cui præest, siue pro depressione; ista autem diffusius tractantur ij. sententiarum.*

Angeli in quo ventis comparentur. Angeli quomodo corā Deo causas agant gentium sibi commissarum.

2 In mari magno. *i. in hoc mundo, qui dicitur mare, propter instabilitatem & variabilitatem regnorum quæ sicut mare agitantur, & procella ibi oriutur.*

3 Et quatuor bestiæ. *id est quatuor regna magna: Et dicuntur bestiæ propter ferocitatem.*

4 Grandes, *propter superbiam & potentiam.*

5 Ascendebant. *i. oriebantur successiue.*

6 Diuersæ inter se. *i. moribus & legibus differentes.*

7 Prima. *Hic explicatur visio particularis & diuiditur in quatuor partes, secundum quatuor regna: secunda incipit ibi,* Et ecce; *tertia ibi,* Post hæc aspiciebam; *quarta ibi,* Post hæc. *Prima igitur bestia signat regnum Chaldæorum, & maxime quantum ad regem eius Nabuc. ideo dicitur.*

8 Quasi leæna, *propter ferocitatem & luxuriam, quæ in Chaldæis vigebat. Leæna enim inter bestias est ferocior, & maxime si catulos nutriat & semper gestit in coitum.*

9 Et alas habebat aquilæ. *Ala vna, est abundantia & diuitiæ, quibus abundabat illud regnum: vnde supra significabatur per caput aureum, vt supra dictum est; Altera est peritia armorum, propter exercitium bellorum, quibus Nabuchodonosor debellauit, & subiugauit sibi regna multa. Istis duabus alis, s. peritia armorum, & diuitiis, ferebatur in altum per superbiam, intantū quod faciebat se adorare sicut Deum, vt visum est supra cap. iij. propter hoc de ipso scribitur Isa. xiiij. d.* Supra astra cæli conscendam, & similis ero altissimo. *Dicuntur autem istæ alæ aquilæ, quia aquila est rex auium, in quo signatur Monarchia Nabuch.*

Assyrij excellebant in diuitiis & armorum peritia.

10 Aspiciebam donec euulsæ sunt alæ eius, *quia quando in furiam versus est Nabuchodonosor, quilibet rapiebat diuitias eius, similiter potentia eius omnino defecit ad tempus.*

11 Et sublata est de terra, *quia ab hominibus deiectus est, vt dictum est supra.*

12 Et super pedes quasi homo stetit, *quia quando restitutus est ei sensus, recognouit se hominem fragilem.*

13 Et cor eius datum est ei. *id est cor humanum: quia primo reputabat se quemdam Deum. Potest etiam hoc exponi de toto regno. Et alæ huius regni id est diuitiæ & potentia Chaldæorum, ablatæ sunt per Cyrum & Darium, qui subuerterunt Babylonem: Et quasi homo stetit, quando Chaldæi Medis & Persis subiecti facti sunt; quia tunc cognouerunt se esse homines fragiles.*

14 Et ecce bestia alia. *Hic significatur regnum Medorum & Persarum: ideo dicitur,*

15 Similis vrso, *quia vrsus est leone mitior: vel magis proprie loquendo minus crudelis, sic regnum istud erga Iudæos fuit mitius respectu præceden-*

Persæ mitiores Chaldæis.

MORALITER.

† 8 *Prima quasi leæna.* per quam significatur ferocitas tyrannica, quia leæna ferocior est leone.

9 *Et alas habebat aquilæ.* Vna ala significat versutiam consiliariorum ipsius tyranni; & alia significat nequitiā ministrorum eius iussa facientium. Et istæ duæ alæ faciunt ipsum volare ad crudelitatis actū.

Tyrannorū consiliarij & ministri.

10 *Aspiciebam donec euul. sunt alæ eius.* nam aliquando contingit, quod mens tyranni mutatur in mansuetudinem ex bonitate Dei, ideo subditur,

11 *Et sublata est de terra*, per pœnitentiam veram, secundum illud Prouerb. xij. *Verte impios, & non erunt*, scilicet, impij, sed in pietatem mutati.

12 *Et super pedes quasi homo stetit*, scilicet mansuetus: nam homo est animal mansuetum natura; ideo subditur,

13 *Et cor eius datum est ei*, id est cor humanum & benignum.

14 *Et ecce bestia alia similis vrso*: per quam significatur perfidia hæreticorum, quia sicut vrsus habet debile caput, sic hæretici debile fundamentum.

Hæretici vrsis comparantur.

☞ lorum artuum sectione longas pœnas machinati, amara eos qui punirentur, morte multabant. Tria latera in ore, tres sunt orbis terrarum partes quibus imperauerût oriens, aquilo, auster. Cyrus enim omnem orientem vsque ad Hellespontum in suam ditionem redegit, Cambyses subacta Ægypto, Æthiopas quoque sibi subiecit, Darius Scytharum Nomadum potitus est. Et quia non omnino regnû illud deletum fuit, in vnam partem bestiam stetisse dixit. Hoc est, cùm trium orbis terrarum partium potitum esset, maxima parte spoliatum est, vniusq; tantum partis imperium obtinuit. Nam Ægyptû, Æthiopiã, Palæstinam, Phœniciam, Syriam, Pontum Euxinum amisit, & solam Persidem, Mediam, & Assyriam, & paucas finitimas nationes obtinet.

Victoriæ Persarum. Imminutû Persarum imperium.

a ☞ Qui victu parcissimus, fortis, seuerus. b ☞ Tria regna adunata, Medorum, Persarum Chaldæorum. ☞ Alij versus.

a b c d e f

sto in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei: Surge comede carnes plurimas. [5]Post hæc aspiciebã, & ecce alia quasi pardus & alas habebat quasi auis quatuor super se. Et quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. [7]Post hæc aspiciebã in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atque

a ☞ Aman & amici eius. b ☞ Assuere. ☞ Iudæos. a ☞ Qui præceps fertur in sanguinem, & saltu ruit in mortem. a ☞ Successores eius significat. Ptolemæum, Seleucum, Philippum, & Antigonum. a ☞ q. d. Non fortitudo Alexandri, sed Dei voluntas hoc fecit. b ☞ A Deo.

a *In parte stetit*. HIER. in com. Quia vt aiunt Hebræi, contra Israel nihil crudele gessit: vnde in Zacharia dicuntur equi albi.

Zachar. 1. 6.

b *Et tres ordines*. HIER. ibid. Tres principes, sicut, Balthasar, & Darius tres principes habuerunt, qui cxx. satrapis præfuerunt, Alij, tres reges Persarû post Cyrum fuisse autumant, sed non nominant: nos verò post Cyrum, qui regnauit annis xxx. scimus regnasse Cambysem filium eius, & fratres Magos, deinde Darium, cuius secundo anno reædificari cœptum est templum, quintum Xerxem Darij filium, vj. Arthabanum, vij. Artaxerxem qui Longimanus cognominatus est, viij. Xerxem, ix. Socdianum, x. Darium cognomento Nothum, xj. Artaxerxem, qui & Memnon, xij. Ochum, xiij. Arsen Nothi filium, xiv. Darium Sarsante filium, qui superatus est ab Alexandro rege Macedonum. Quomodo ergo tres reges Persarum fuisse dicimus nisi fortè ex his aliquos eligamus fuisse sæuissimos, quos ex historiis non habemus. Ergo tres ordines in ore regni Persarum, & in dentibus, tria regna accipiamus Babyloniorum, Medorum, atque Persarum quæ in vnum redacta sunt.

Reges Persarum.

c *Surge comede, &c.* HIER. ibid. Tempus illud significat quo ab Assuero, (quem LXX. Artaxerxem vocant) ad suggestionẽ Aman Agagitæ vna die omnes Iudæi iussi sunt trucidari. Et pulchrè non ait, deuorabit eos, sed sic, dicunt ei: *Surge co. car. plu.* vt tantum fuerit conatus, sed non secutus rei exitus.

Esther 3. d. Internecio Iudæis intentata ab Aman.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

d *Quasi par.* IBID. Regnû Macedonum, de quo in statua, *Venter & fœmora eius ex ære*.

e *Et alas*. HIER. ibid. Alexandri enim victoria nihil velocius fuit, qui ab Illyrico & Adriatico mari vsque ad Indicum Oceanum & Physon fluuium, non tam bellis quàm victoriis cucurrit, & vij. annis Europæ partem & totam sibi Asiam subiugauit. Pardus quoque varij coloris, regna diuersa significat Alexandro subdita.

Celeritas Alexandri in domando orbe.

† THEOD. in com. Macedonicum regnum per hæc designat, & Alexandrum rectè cum pardali comparat, propter celeritatem, acumen ingenij, & varietatem. Quatuor autem alæ, quatuor sunt orbis partes in quibus imperauit, & per quatuor capita diuisionem imperij significauit, quæ post Alexandrum facta est. Potestatem autem datam dixit fuisse bestiæ, quando ea etiam, quæ superiores reges non obtinuerunt, obtinuit ipse. Verumtamen illud quoque regnum finem habuit.

De Alexandro & imperio eius.

f *Et ecce be. quart.* HIER. in com. Romanum, s. imperium de quo in statua, *tibiæ ferreæ, & pedum quædam pars ferrea, quædam fictilis*, ferri autem nunc meminit dentes f. h. &c.

Et ecce be. q. t. Mirum quod supra leænam, vrsum, & pardum in tribus regnis posuerit, & Romanum nulli bestiæ comparauit, nisi ☞ fortè

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *cedentium: quod patet, quia Cyrus captiuitatem Iudæorum remisit, & templum readificare præcepit, vt habetur Esdræ j. Item alia ratione comparatur vrso, quia vrsus est potentissimus ad labores & verbera, & paruo contentus cibo, ita quod pro magna parte anni nihil sumit: sic Persæ infrangibiles erant laboribus, & insuperabiles bellis, & adeò parci victus, vt penè sicco pane vterentur, nisi gratia hospitum vel festi, vt dicit Trogus Pompeius historiographus.*

Persarum victus tenuis.

1 In parte stetit, *quia illud regnum non venit contra Ierusalem ad bellandum, vt dicunt Iudæi: sed historia Iudith dicit contrarium, quod Cambyses filius Cyri, (qui alio nomine dictus est Nobuchodonosor) misit Holofernem ad debellandum filios Israel, sed illam historiam non accipiunt Iudæi, nec (vt dicunt) habet apparentiam veritatis, quia illo tempore erant ita subiecti Iudæi Persis, quod non audebant ædificare templum sine licentia regis, & ideo non est verisimile, quod auderent exercitui tanto resistere, quem habebat Holofernes dux illius exercitus.*

An Iudæi vnquam habuerint Persas infestos?

2 Et tres ordines erant in ore eius. *id est, tria regna simul iuncta virtute Persarum, scilicet regnum Chaldæorum, Medorum & Persarum.*

3 Et sic dicebant ei. *id est, cuidam regi illius regni, scilicet Assuero.*

4 Surge & comede ca. plu. *quia Aman & socij eius suaserunt regi Assuero interfectionem Iudæorum, vt patet Esther iij. Notandum, quod de Iudæis magis loquitur propheta, quàm de aliis gentibus, quia propter eos hæc visio & aliæ prius ostendebantur Danieli: quia tamen persuasio iniqua Aman non habuit effectum, vt patet Esther vij. ideo non dicitur hic quod bestia comederit, sed quia suadebant ei comedere.*

Aman parat Iudæis exterminium.

5 Post hæc aspiciebam, & ecce alia. *scilicet bestia, per quam designatur regnum Alexandri & Græcorum: ideo subditur,*

6 Quasi pardus. *Pardus enim est animal velocissimum: & ipse Alexander mira celeritate totum orientem sibi subiecit, quia in septem annis partem Europæ & totam Asiam obtinuit, vt dicit hic glos. Varietates autem Pardi signant diuersa regna & potestates, quæ sibi subiecit: vnde dicitur j. Machab. j.* Quod obtinuit reges terræ & tyrannos, & siluit terra in conspectu eius.

7 Et alas ha. quasi auis quat. super se. *Istæ quatuor alæ sunt robur corporis, animositas, largitas, & industria tam ex naturali ingenio quàm ex studio armorumq́; exercitio, quæ omnia fuerunt excellenter in Alexandro. Istis autem quatuor alis quasi volabat ad victorias propter velocitatem debellandi aduersarios.*

Quatuor in quibus excelluit Alexander.

8 Et quat. ca. erant in be. *Quia Alexander habuit quatuor successores, quibus diuisum fuit regnum eius: Ptolemæus enim successit sibi in Aegypto, Seleucus in Syria, Antigonus in Asia, Philippus in Græcia.*

9 Et potestas data est ei. *q. d. Victoriæ prædictæ non sunt factæ virtute Alexandri, sed virtute à Deo sibi data: vnde legitur in Scholast. hist. quod cùm Alexander cogitaret sibi subiugare orbem, existens adhuc in Macedonia, Deus sibi apparuit in similitudine summi sacerdotis Iudæorum, induti pontificalibus ornamentis sibi victoriam promisit, propter quod Alexander veniens contra Ierusalem, cùm populus ei obuiaret, & summus sacerdos pontificalibus indutus, Alexander de equo descendit, & Deum qui sibi apparuerat adorauit in homine, qui eius similitudinem gerebat, & ideo ciuitati pepercit.*

Alexander Iudæis fauet.

10 Post hæc. *Hic describitur regnum quartum. s. Romanorum: & diuiditur in duas partes, quia primò describit fortitudinem huius regni, secundò ostendit ex ipso ortum Antichristi, ibi,* Considerabam cornua. *Circa primum considerandum, quod hæc bestia quarta non nominatur proprio nomine, sicut aliæ præcedentes, quia non habuit aliquod proprium nomen alicuius bestiæ, per quod posset ferocitatem huius regni designare, propter quod in glossis Hebraicis dicitur regnum Romanum nequam. De sæuitia huius regni contra fideles patet manifestè in persecutione Martyrum, & in occisione præcipuorum apostolorum Petri et Pauli: & hoc est quod dicitur,*

Cur nulli determinatæ bestiæ comparetur Romanum imperium?

11 Bestia quarta, *Id est, Romanum imperium.*

12 Terribilis, *propter crudelitatem prædictam.*

☞ 1 Mira-

MORALITER.

† 1 *In parte stetit*. Nam hæretici sunt ab ecclesia per excommunionem præcisi.

2 *Et tres ordines erant in ore eius & in dentibus eius*. Principes tres, Hæretici namque tribus dentibus Catholicos mordent, scilicet potentia sæculari, vt patuit tempore Arrij, sicut dictum est supra Ezechiel. xxxviij. & rationibus Sophisticis, & etiam sacris scripturis peruersè intellectis.

Tres dentes quibus hæretici fideles impetunt.

5 *Post hæc aspi. & ec. a. q. par.* Per quam significatur fraudulentia simulatorum. Sicut enim pardus est totus varius in colore, sic simulatores in corde, ore & opere.

Simulatores.

7 *Et alas ha. quasi au. quat. super se & quat. c.* Caput in sacra scriptura frequenter accipitur pro principio: principium autem in agilibus est finis. Fraudulentiæ verò simulatorû finis est quadruplex, honor mundanus, fauor humanus, bonum vtile, & bonû delectabile: nam propter ista, vel aliquod istorum, operatur malitia simulatorum, & sic quatuor capita sunt in ista bestia, similiter quatuor alis vtitur ad propositum cõsequendum: scilicet simulatione sanctitatis, adulatione potestatis, collatione munerum, & simulatione operum.

10 *Post hæc aspiciebam in visione, &c.* Per quam significatur mali- † tia

forte vt formidolosam faceret bestiam, vocabulum tacuit, & quidquid in bestiis ferocius cogitamus, hoc Romanos intelligamus, Hebræi autumant, quia quod hic tacitum est, in Psalm. dictum est, *Vastauit eam aper de sylua, & sin. fe. de. &c.* Pro quo in Hebræo habetur, *Omnes bestiæ lacerauerunt illam*: quia in imperio Romanorum fuerunt omnia simul regna quæ prius fuerunt separata.

Cur imperium Romanū nulli bestiæ comparetur? Psal. 76. d.

a *Et habebat cor.* HIERON. in com. Porphyrius duas posteriores bestias Macedonum & Roman. in vnum Macedon. miscet regnum, & diuidit, pardum volens intelligi Alexandrum ipsum, bestiam autē dissimilē ceteris quatuor Alexandri successores, & deinceps vsque ad Antiochum cognomēto Epiphanem x. reges sæuissimos enumerat, quos non vnius ponit regni, verbi gratia Macedoniæ, Syriæ, Ægypti, Asiæ, sed de diuersis regnis vnum regnum efficit per ordinem, vt s. quod scriptum est *Os loquens ingentia*, non de Antichristo, sed de Antiocho accipiatur.

Falsissima expositio huius visionis, quam adfert Porphyrius.

b *Et ecce cor.* HIER. ibid. Frustra Porphyrius hic Antiochum Epiphanem suspicatur quod post x. cornua ortum est, & de decem tria euulsa, vj. Ptolemæum Philometorem, & vij. Ptolemæum Euergetem, & Artasiam regem Armeniæ, quorum Ptolemæus prior multò antequam Antiochus nasceretur mortuus est. Contra Artasiam verò Antiochus dimicauit: sed ille in regno pristino permansit. Dicamus ergo quod in consummatione mundi, quando Romanorum regnum destruetur futuri sunt decem reges, qui inter se diuidant orbem Romanum, & vndecimum surrecturum esse regem paruulum & tres reges de decem superaturum, id est, Ægyptium, Aphricanum, Æthiopum: sicut in sequentibus clarius patebit, quibus interfectis septem alij victori colla submittent.

Antichristus tria regna expugnabit.

(a Principes fortissimos.)

1 mirabilis & 2 fortis nimis. 3 Dentes ferreos habebat magnos,
(a Quia omnes nationes ab eis interfectæ, vel tributo, vel seruituti subiectæ.)
4 comedens atque comminuens, 5 & reliqua pedibus suis conculcans:
(a Exactione tributorum. In prioribus bestiis singula fortitudinum signa, in hac omnia fuerunt.)
6 Dissimilis autem erat ceteris bestiis, quas videram ante eam,
(a Dicunt in aduentu Antichristi decem reges orbem Romanorum esse diuisuros.)
(b Quia ipse auctor transgressionis est.)
7 a & habebat cornua decem. 8 Considerabam cornua, &
(a Antichristus ignobilis, obscuro natus loco.)
9 b ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum: &
(a Tres reges primo Antichristus humiliabit, regem Ægypti, Aphricæ, Æthiopiæ.)
(b A præsentia potestatis eius.)
10 c tria de cornibus primis euulsa sunt à facie b eius. Et ecce oculi
11 quasi oculi hominis erant in cornu isto, 12 & os loquēs ingentia.
(a Simile Ioannes in Apocal. Post hæc statim fui in spiritu, &c. vsque quæ sunt septem spiritus Dei.)
(b Seuerus iudex & verus.)
13 d 9 Aspiciebam 14 donec throni positi sunt, 15 e & b antiquus dierum se-

c *Et ecce ocu. &c.* HIER. ibid. Ne putemus eum secundum opinionem quorumdam, vel diabolum esse vel dæmonem, sed vnum de hominibus, in quo totus Satanas corporaliter est habitaturus. *Est enim homo filius perditionis, qui extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, vt in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus.*

2. Thes. 2. a. Apocal. 4. b. Matth. 15. d.

† THEOD. in com. Hîc Antichristum innuit, qui inter decem cornua exoritur, & significat illū, ex decem tres reges euersurum. Et ipsum *paruum cornu* vocat, vt à parua Iudæorū tribu natum, *conspicuum* autem, vt qui deinde futurus sit illustris. Per oculos verò, prudentiam astutiamq; designauit, qua ille plures decipiet. Quin etiam *os*, inquit, *loquēs magna*, hoc est, arrogantia atq; superba. Id apertè Paulus nos docet, cùm ait, *Nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut colitur, &c.* Faciet bellum cum sanctis, omnes homines cupiens improbitatis & pœnarum socios & participes accipere. Verùm, haud diutius perseuerabit, sed quàm celerrimè destruetur.

Antichristi mores & gesta.

d *Throni po. sunt.* HIER. in com. Angelicæ virtutes. Vel xxiiij. seniores quos Ioannes describit. Vel, sicut dominus Apostolis ait, *Sedebitis super sedes xij. iudicantes xij. tribus Israel*, Angeli enim domini, & omnes electi dominum in iudicio comitabuntur, & erunt throni Dei, quia in illis sedebit. *Throni.* Quos Ioannes xxiv. thronos dicit, de quibus Paulus: *Siue throni, siue dominationes.* Et in Euangelio: *Sedebitis super sedes iudic. tribus Israel.*

Apoc. 4. b. Colos. 1. c. Luc. 22. d. Apoc. 20. a.

e *Antiquus dierum.* IBID. Qui apud Ioannem solus in throno sedet. Antiquus dierū: pater scilicet, licet enim persona filij in iudicio appareat, nō deerit tamē pater & Spiritus sanctus, pater est à se, filius à patre, & quidquid habet imputatur ei, à quo est. Sedēs autē & vetustus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mirabilis, *propter humanam sapientiam, quæ vigebat in Romanis in tantum, quod per eam deuicerunt orbem, magis quàm per fortitudinem.*

Romani prudentes & fortes.

2 Et fortis nimis, *propter potentiam.*

3 Dentes ferreos habebat magnos, *quia sicut ferrum domat omnia, ita regnum Romanum domauit omnia alia regna, sicut suprà dictum est cap. ij.*

4 Comedens atque com. *aliquos occidendo.*

5 E reliqua pedibus suis conculcans, *ceteros tributo subiiciendo.*

6 Dissimilis autem erat ceteris bestiis, *quia potestatem & ferocitatem præcedentium regnorum multum excessit.*

7 Et ha. cor. x. *id est, decem reges, sicut enim in cornibus est defensio animalium, ita reges debent defendere populum sibi subiectum. Considerandum autem, quod isti decem reges non intelliguntur hic per successionem vnius post alterum, sed intelliguntur simul existentes, vt patet infra eodem per expositionem Angeli loquentis cum Daniele, quia futurum est, quod Romanum imperium diuidatur in x. regna simul existentia imminente tempore Antichristi, vt habetur Apocal. xvij.*

Romanum imperium in x. regna diuidēdum imminente tempore Antichristi.

8 Considerabam cornua. *Hic describitur aduentus Antichristi ex prædictis regibus oriundi: Et diuiditur in duas partes, quia primò facit quod dictum est, Secundò describit aduentum Christi ad iudicium, omnem potestatem terrenam auferentis, ibi,* Aspiciebam donec throni. *Circa primum dicitur sic,* Considerabam cornua. *i. diligenter intuebar decem reges prædictos.*

Diuisio.

9 Et ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, *id est Antichristus, qui erit rex vndecimus respectu illorum decem prædictorum, qui erit homo paruus quantum ad potestatem in principio, sed postea crescet diaboli adiutorio.*

10 Et tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. *quia rex Aphricæ, Aegypti, & Aethiopiæ subiicientur imprimis Antichristo: Per ista patet falsitas Porphyrij exponentis hoc de Antiocho Epiphane, quia non fuit decimus ab Alexandro Magno, nec inuenitur quod tres reges occiderit: & septem alios sibi subiecerit, vt hic dicitur. Item bestia quarta ab Angelo dicitur hic regnum quartum, vt patet hic infrà eodem cap. regnum autem quartum ab omnibus dicitur esse Romanum regnum de quo non fuit Antiochus, sed de regno Grecorum.*

Porphyrij error.

11 Et ecce oculi quasi oculi ho. erant in cornu isto. *q. d. Licet Antichristus faciat tanta mirabilia, vt ab aliquibus credatur Deus, tamen erit homo purus.*

12 Et os loquens ingentia, *quia promittendo & comminando multos decipiet, & de multis iactabit se quæ facere non potest.*

13 Aspiciebam. *Hic ponitur aduentus Christi, ad iudicium venientis, & regnum Antichristi conterentis. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur eiusdem iudicialis præsidentia, ratione deitatis, secundò eius triumphalis victoria ex parte humanitatis, ibi,* Aspiciebam ergo in visione noctis. *In prima igitur parte dicitur sic,* Aspiciebam, *id est, considerabam illud cornu paruulum, quod significat Antichristum.*

Christus iudex. Diuisio.

14 Donec throni positi sunt. *Dicit throni in plurali, quia non solus Christus iudicabit, sed Apostoli & viri perfecti ei assistent in iudicio super thronos sedendo.*

Matth. 19.

15 Et antiquus dierum sedit. *hoc dicit quantum ad iudicem principalem, qui*

MORALITER.

† tia æmulatorum, & ideo non dicitur quæ bestia sit in speciali, eò quòd æmulatorum malitia non potest vno nomine vel etiam pluribus explicari. Dicitur tamen in textu, quod habebat dentes ferreos magnos, scilicet ad deuorandum famam innocentum, vel saltem ad diminuendum, ideo dicitur,

Malitia æmulatorū.

4 *Comedens atque com. &c.* per pedes autem intelliguntur malæ voluntates æmulatoris ad conculcandum innocentem, si possit, & ad despiciendum si plus non possit.

7 *Et ha. cor. decem.* per quæ significantur decem modi detractionis. Primus est peccatum fratris occultum indebitè reuelando, Secundus est peccatum reuelatum male verbis indebitis aggrauando, Tertius est falsò peccatum fratri imponendo, Quartus est bonum fratris cognitum tacendo, quando debet dici, Quintus est bonum fratris auditum diminuendo, Sextus est dicendo quod bonum fratris factum est intētione peruersa, Septimus octauus & nonus sunt se iustificando, scilicet quod malum fratris dicit motus conscientia, vel amicitia ad fratrem vt corrigatur, vel ex reuerentia prælato debita, cùm tamen nullo istorum, sed sua malitia moueatur. Decimus est fratrem signis vel nutibus de culpa ignorata notando.

Decem modi detractionis.

☞ tustus dierum dicitur, Deus, vt æterni iudicis habitus demõstretur. A Senex quoque describitur, vt maturitas sententiæ comprobetur.

† AVGVST. lib. 2. de Trin. c. 18. Si Danieli & Pater dans regnum, & filius accipiens apparuerunt in specie corporali: quomodo isti dicunt, Patrem numquam visum esse prophetis, & ideo solum debere intelligi inuisibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre potest?

† THEOD. in com. Nos scire par est, Deum corporis expertem, simplicemque, ac nulla forma præditum, persæpe vtilitatis nostræ causa, perinde ac vult, visiones figurare: licetque nobis intueri B illum alia se forma videndum Abraham obtulisse, alia Moysi, & alia Isaię, Ezechieli similiter aliã ostendit speciem. Quando itaque videris reuelationũ varietatem, ne multiforme numen opineris: Contemplare capillos puros, & vestimentorum splendorem, indeque inculpatam & sanctam diuinam naturam intellige.

Subvariis formis apparet Deus. *Apoc. 5. d.*

a ¶ Excellentia deitatis. b ¶ Purum ostenditur sincerumque iudicium, & nullam personam in iudicando recipiens.

a dit. Vestimentum eius quasi nix candidum, & capilli capitis [1, 2]

a ¶ Vt malos puniat, bonos purget. b ¶ Velocitas iudicij in peccatores.

b eius quasi lana munda. Thronus eius flammæ ignis, rotæ eius [3]

a ¶ Seueritas iudicij. b ¶ Vt peccatores traheret in gehennam.

c ignis accensus: [10] fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius. [4] * Millia millium ministrabant ei, & decies millies [5, 6]

¶ Ordo iudicantium. a ¶ Ordo iudicij.

e centena millia assistebant ei. Iudicium sedit, & libri aperti [7, 8]

a ¶ Antichristi.

f sunt. [11] Aspiciebam propter vocem sermonum grandium quos [9]

¶ Contra Deum.

g cornu illud loquebatur. Et vidi quoniam interfecta esset [10, 11]

a ¶ Omnes mali. ¶ Sicut Christus est caput omnium bonorum, ita Antichristus omnium malorum. b ¶ Gehennæ.

bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset ad comburen- [12]

a ¶ Tunc enim omnia regna finientur.

dum igni, [12] aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, & [13, 14]

mauit in circumitu inimicos eius. Rotæ eius, prędicatores, Apostoli, & D eorum successores, qui summa celeritate mundum prædicando peragrauerunt, qui bene ignis accensus dicuntur & igne ardentes: de quo dicitur, *Ignem veni mittere in terram, & quid v. n. a.*

Apostoli & sancti prædicatores. *Lucæ 12. f.*

d *Millia mi.* HIER. ibid. Non quod tantus numerus sit seruorum Dei, sed quia humanus sermo maiorem exprimere non potest, *Millia millium.* Hæc sunt millia, & hæ myriades, de quibus in Psalmo, *Currus Dei decem millibus multiplex, &c.* Et alibi: *Qui facit angelos suos spiritus, &c.* Duplex Angelorum officium Alij præmia iustis tribuunt, Alij singulis præsunt cruciatibus.

Psalm. 67. d. Ibid. 103. a. *Duplex Angelorum officium.* E

Millia milliũ. † TERTVLLIANVS lib. adu. Praxeam, cap. 3. Si Monarchia diuina per tot legiones & exercitus angelorum administratur, sicut scriptum est, millies centies centena millia adsistebant ei, &c. nec ideo vnius esse desiit, vt desinat monarchia esse: quale est vt Deus diuisionem pati videatur in Filio & in Spiritu sancto, tam consortibus substantiæ Patris, quam non patitur in tot angelorum numero, & quidem tam alienorum à substantia Patris?

Vna in tribus personis natura diuina.

GREG. hom. 34. in Euang. Supernorum ciuium numerus & infinitus, & definitus est. Deo numerabilis, & nobis innumerabilis: quamuis aliud est assistere, aliud administrare. Assistunt enim alij, proculdubio potestates, quæ ad quærendam hominibus pacem & nuntiandum non exeunt. Ministrant verò hi qui ad explenda officia nuntiorum veniunt, sed tamen & ipsi contemplatione ab intimis non recedunt. Et quia plures sunt qui ministrant, quàm qui principaliter assistunt: assistentium numerus quasi definitus, ministrantium verò infinitus ostenditur.

Angeli assistentes & ministrantes. F

a *Vestimentum eius.* HIER. in com. Saluator transfiguratur in monte, & gloriam diuinę maiestatis assumens in candidis vestibus videtur.

Marci 9. a. 2. Cor. 3.

b *Thronus eius.* HIER. Vt peccatores tormentorum magnitudine pertimescant, & iusti saluentur, *sic tamen quasi per ignem.* Thronus Dei, Moraliter, vt ait Greg. sunt Monachi & Eremitæ & alij qui in vno loco degentes Deo militare student, nec per loca discurrunt quorum quietis cordibus insidet Deus: qui bene flamma ignis di- C cuntur, quia dilectione Dei & proximi, & desiderio patriæ cælestis inflammantur.

Monachi. *De purgatorio.*

† AVGVST. lib. 50. homil. hom. 16. Euseb. Emis. hom. 3. de Epiph. Hi, qui temporalibus pœnis digna gesserunt, de quibus Apostolus dicit, *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem*; per fluuium igneum, de quo propheticus sermo commemorat, *Et fluuius igneus currebat ante eum*, per fluuium igneum, & vada feruentibus globis horrenda transibunt. Quanta fuerit peccati materia, tanta & transeundi mora.

† ORIGENES hom. 9. in Leuit. hom. 3 in Psal. 36. hom. 24. in Luc. Qui non sunt tales vt Aaron & Isaias, (de quibus etiam meipsum computo,) igne purgabuntur, de quo scriptum est, *fluuius ignis currebat ante ipsum.*

Ezech. 1. a.

c *Rotæ eius.* HIER. in com. Alij, *currus.* Ezechiel quoque dominum sedentem quadrigæ inducit, & omnia Dei flamma sunt: de quo alibi, *Deus noster ignis consumens est*, vt ligna, fœnum, & stipulam arsura in die iudicij nouerimus. Et in Psal. *Ignis ante ipsum præcedet & inflammauit*

Deut. 4. d. 1. Cor. 3. c. Psalm. 96. a.

e *Iudicium sed. &c.* HIER. in com. s. verum propter humiliandam superbiam, Ideo Romanum regnum delebitur, quia cornu illud loquebatur grandia.

f *Et libri aperti.* IBID. Conscientiæ & opera singulorum in vtraque parte, vel bona vel mala, omnibus reuelantur. Bonus liber est viuentium: malus, qui in accusatoris manu, qui est inimicus & vindex, de quo, *Accusator iste fratrum nostrorum.* Liber iste terrenus est, de quo propheta, *In terra scribentur.*

Apoc. 12. c. Ierem. 17. b.

g *Et vidi.* IBID. In vno imperio, propter Antichristum blasphemantem, omnia regna simul delata sunt: & non erit terrenũ imperium, sed sanctorum conuersatio, & aduentus filij Dei triumphantis, de quo dicitur, *Et ecce cum nubi. ca. q. fi. ho. ve.* qui. s. in somnio Nabuchod.

Daniel. 2. e.

☞ lapis

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *qui dicitur antiquus propter æternitatem.*

1 Vestimentum eius candidum quasi nix. *In hoc notatur excellentia deitatis, quæ est lux inaccessibilis, quia candor inter alios colores plus habet de luce.*

Excellentia deitatis.

2 Capilli capitis eius quasi lana munda. *Hoc dicitur propter maturitatem iudicantis, quia sententia Dei non est festina, sed maturè prolata.*

3 Thronus eius flam. ignis, &c. *Hoc dicitur propter zelum veritatis: istæ conditiones prædictæ debent esse in vero iudice.*

4 Fluuius igneus rapidusque. *Per hoc designatur pœna infernalis trahens peccatores in infernum.*

5 Egrediebatur à facie eius, * *quia tolletur impius ne videat faciem Dei.*

**Isa. 26. b. secundum LXX.*

6 Millia millium ministrabant ei. *Ecce duplex Angelorum officium: scilicet Angelorum ministrantium nobis ex Dei ordinatione, cùm dicitur,* Ministrabant ei, *& officium Angelorum assistentium, qui vacant contemplationi diuinæ, cùm subditur,*

7 Et decies millies centena millia assistebant ei. *Et notandum, quod hic ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato: quia Angeli sunt in maximo numero nobis indeterminato, videmus enim sensibiliter, quod corpora cælestia quasi incomparabiliter excedunt elementa, quia vna stella visu notabilis in firmamento, maior est tota terra. Cùm igitur Angeli videantur sic se habere respectu hominum, sicut corpora cælestia respectu elementorum, & nec Angeli possint excedere homines in continua quantitate: ideo ex hoc arguunt sancti & doctores, quod eos excedunt quasi incomparabiliter in numerositate.*

Angeli sunt in maximo numero.

8 Iudicium sedit, & lib. aper. sunt. *i. libri conscientiarum, quia conscientia cuiuslibet patebit omnibus, vt sententia iudicis appareat omnibus recta. Similiter liber vitæ aperietur, qui tenebitur in manu Dei, & liber mortis, qui tenebitur in manu accusatoris.*

Libri conscientiæ, vitæ, & mortis.

9 Aspiciebam. *i. considerabam, quæ sententia daretur de bestia. s. de regno Antichristi: qui, vt visum est, quodammodo pertinet ad quartum regnum.*

10 Propter vo. &c. *propter blasphemias ab Antichristo prolatas contra Deum.*

11 Et vidi q. &c. *quia interficietur Antichristus virtute Dei, secundùm quod dicit Apostol. ad Thess. ij. b.* Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus, &c.

Interfectio Antichristi.

12 Corpus eius, *id est, homines mali, qui sunt corpus Antichristi, sicut Christus est caput omnium bonorum.*

13 Aliarum quoque best. &c. *id est, vidi. s. quod omnis potestas tunc cessabit.*

14 Et tempora vitæ consti. essent eis. *à Deo præordinante.*

☞ 1 Vsque

☞ lapis scribitur *abscisus de monte si. ma.* qui comminuit testam, ferrum, A æs, argentum, & aurum, Nunc sub persona filij hominis introducitur, vt assumptio carnis humanæ in filio Dei significetur, vnde, *Viri Galilæi, &c.* [Act. 1. b.]

† LACTANTIVS lib. 4. c. 12. Quomodo igitur Iudæi & confitentur & sperant Christum Dei, qui hunc idcirco reprobauerunt, quia ex homine natus est? Nam cùm ita sit à Deo constitutum, vt idē Christus bis veniat in terram, semel vt vnum Deum gētibus nuntiet, deinde rursus vt regnet: quomodo in B secundum eius aduentum credunt, qui in primum non crediderunt. [Contra Iudæos primũ Christi aduentum nõ recipientes.]

† THEOD. in com. Verè in Iudæos ea dici possunt, *Facies meretricis facta est tibi, &c.* Quid enim his Danielis verbis apertius? Euangelicè enim potius quā prophetice, hęc propheta diuulgauit. Quod enim in Euangeliis Dominus dicit, *Videbitis filium hominis venientem in nubibus, &c.* & Paulus, *Ipse Dominus in iussu, & in voce* C *archangeli descendet de cælo, &c.* hoc apertè nos beatus Daniel docuit, secundum Saluatoris aduentum. Vaticinans, filium quidem hominis vocans apertè propter eam, quam sibi asciuit, naturam, venientem autem in nubibus, secundum id quod ipse pollicitus est, vt ostendat illum potestatem accipientem, & honorem, & principatum, & regnum ab antiquo dierum, tamquam hominem. Hoc enim in secundo Psalmo ex ipsius domini persona Dauid ait, *Postula à me & dabo tibi gentes heredit. tuam, & possess. tu. termi. terræ.* [Ierem. 3.] [Iudæi apertissimis prophetarum de Christo testimoniis non credũt.] [Matth. 24.] [1. Thess. 4.]

a *Aspiciebam ergo.* HIERONYMVS in com. Totum hoc iuxta illud Apostoli accipiendum est, vnde Apostolus, *Qui cùm in forma Dei esset, non rap. &c. In similitudinem hominum fa. & ha. inuen. vt homo, humiliauit* D *semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Quæ si hæresis Arrianorum pio vellet aduertere sensu, nequaquam filio Dei calumniam inæqualitatis moueret. [Phil. 2. c.] [Hæresis Arrianorum.]

a ❡ Quibus viuant sub Antichristo. b ❡ A Deo. c ❡ Electis. d ❡ Quamdiu durabit persecutio: Breuiati enim sunt dies illi propter electos.

tempora vitæ constituta essent eis vsque ad tempus & tempus. 1

a ❡ Qui apud Ioannem leo de tribu Iuda, ra. da. dicitur. ❡ A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. b ❡ Per omnia æqualis patri.

[a] [13] Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli, 2 3 quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum 4

a ❡ In cruce. b ❡ Pater.

peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. [14] Et dedit ei 5 6

a ❡ Data est mihi omnis potestas. ❡ Nomen quod est super omne nomen. ❡ Omnes Gentes seruient ei.

[b] potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & 7 8 9

a ❡ Potestati eius quis resistit?

linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna, quæ nõ au- 10

a ❡ Et regni eius non erit finis. b ❡ His visis.

feretur: & regnum eius quod non corrumpetur. [15] Horruit spi- 11

❡ Hominis. ❡ Quia. ❡ Mentis.

ritus meus. Ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis

a ❡ Ergo. b ❡ Cuius videram imaginem.

mei conturbauerunt me. [16] Accessi ad vnum de assistentibus, & 12

a ❡ Intelligentiæ. ❡ Visis.

veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi

❡ Expositionem.

interpretationem sermonum, & docuit me. [17] Hæ quatuor be- 13

a ❡ Quia terrena.

[c] stiæ magnæ quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra.

a ❡ Post regna mundi finita, post mortem Antichristi. b ❡ Machabæi non obtinuerunt regnum in perpetuum.

[18] Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi, & obtinebunt 14 regnum vsque in sæculũ & sæculum sæculorũ. [19] Post hoc volui 15 16 diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valdè ab 17 [d] omnibus, & terribilis nimis. Dentes & vngues eius ferrei.

b *Et omnes populi, tribus, &c.* IDEM. Respondeat Porphyrius, cui hoc possit hominũ conuenire, aut quis sit is tam potens quod omnes Gentes seruient ei, qui cornu paruum quod Antiochum interpretatur, confregerit atque contriuerit? Si dicit quod à Iuda Machabæo sit superatus, doceat quomodo cum nubibus cæli veniat, quasi filius hominis, & vsq; ad antiquum dierum E perueniat, vt detur ei *potestas & honor & regnum:* & quomodo *omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei:* & quomodo *potestas eius potestas æterna sit,* quæ nullo fine claudatur? [Insania Porphyrij exponentis hæc de Antiocho dēuicto à Iuda Machabæo.]

c *De terra.* quia terrena. Omne autem terrenum reuertitur in terram. Sancti non accipient terrenum regnum sed cæleste. F Cesset ergo mille annorum fabula. [Millenarij.]

† THEODOR. Hæc regna, inquit, delebuntur, & verum ac sempiternum regnum sanctis tradetur. Illud itaque expetens, inquit pro nihilo existimato hominum regna in præsenti vita, quæ haud multo post habitura sint finem. [Terrena regna merito ob Christi regnum contemnuntur.]

d *Dentes & vngues eius ferrei, &c.* † THEODOR. Notandum dentes ferreos dici & vngues æreos. Romanorum enim regnum ab omnibus accepit tributum, ideò dentes dixit ferreos: Et quia Ameti ex Macedonico regno præfecti in militiam ascribuntur: & quod sunt vngues bestiis, id regi milites. Iure vngues æreos appellauit, quandoquidem tertium quoque regnum æreum vocauit.

☞ Bestia

NICOLAVS DE LIRA.

[Quid sit, Tempus, & tempus, & dimidium temporis.]

1 Vsque ad tempus & tempus. *i. quamdiu durabit persecutio bonorum à malis. Et per primum tempus intelligitur persecutio, quæ fuit ante primum Christi aduentum, per secundum tempus persecutio fidelium vsque ad aduentum Christi secundum, scilicet ad iudicium, vel secundum aliquos hoc est referendum ad tempus persecutionis Antichristi, sed prima expositio melior videtur, quia persecutio Antichristi durabit per tempus & tempora & dimidium temporis, vt habetur infrà xij. cap.*

2 Aspiciebam. *Hic describitur Christi triumphalis victoria quantum ad eius humanitatem: & hoc est quod dicitur,* Aspiciebam, *id est, considerabam cui potestas, ablata ab Antichristo, daretur.*

3 Et ecce cum nubibus cæli. *Sicut enim Christus ascendit in cælum secundum humanitatem obsequio nubium: ita etiam veniet ad iudicium, vt habetur Act. j. b. vbi dicitur,* Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic vehiet, &c.

4 Quasi filius hominis. *Dicitur quasi, quia non solum est filius hominis, sed plus: quia est filius Dei: & hoc est quod subditur,*

5 Et vsque ad antiquum dierum per. *i. ad æqualitatem Dei Patris in vna diuina essentia.*

6 Et in conspectu eius ob. eum. *Angeli. s. qui in iudicio erunt ei obsequentes.*

7 Et dedit ei po. *quia tunc erunt subiecta plenè ipsi Christo, vt habetur Hebr. ij. Et nota quod dicit hic potestatem. s. coercendi, in quantum se extendit ad punitionem malorum.*

8 Et regnum, *in quantum propriè respicit salutem electorum: Rex enim propriè dicitur, qui præsidet ad bonum subditorum.*

9 Et honorem. *s. latriæ: qui sibi impenditur, non solum ab electis, sed etiam à damnatis, secundum quod dicit Apostolus ad Philip. ij.* In nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorũ. *Sequitur,*

10 Potestas eius potestas æterna, quæ non auf. & regnum eius quod non cor. *quia regni eius non est finis, vt patet Luc. j. Et patet ex istis falsitas Porphyrij exponentis hoc de Iuda Machabæo, & eius fratribus: quia omnes populi & linguæ non seruierunt eis, vt hic dicitur, sed solummodo pauci de Iudaico populo & lingua Hebraica, nec regnum eorum fuit æternum, sed fuit ablatum per Herodem Ascalonitam, Item Iudas non venit in nubibus vt hic dicitur: & ideo ista non possunt exponi nisi de Christo.* [Ista non nisi de Christo exponi possunt.]

11 Horruit spiritus meus. *Hic ponitur visionis interpretatio: & primo in generali, secundo in speciali, quantum ad regnum Christi, ibi,* Post hoc volui. *Dicit ergo primo sic Daniel,* Horruit spiritus meus, &c. *propter mala quæ videbat fieri in futurum: & propter blasphemias contra Deum, & propter insolitam visionem. sequitur,* [Diuisio.] [Cur sit Daniel horrore correptus.]

12 Accessi ad vnum de assistentibus. *s. Angelis, qui assistebant iudici. iste tamen accessus fuit in imaginaria visione.*

13 Hæ quatuor bestiæ, &c. consurgent, *successiuè, scilicet, sicut patet ex prædictis.*

14 Suscipient autem regnum, *post ista quatuor regna.*

15 Sancti Dei altissimi, *Et hoc erit in iudicio finali, quia tunc cum Christo regnabunt illi, qui modo propter ipsum opprimuntur.*

16 Et obtinebunt reg. in sæculum, & sæculum sæculorum, *id est, æternaliter. Vbi enim istud nomen sæculum sic duplicatur, intelligitur æternitas, vt suprà dictum est.*

17 Post hoc volui diligenter discere, &c. *Hic ponitur interpretatio visionis in speciali, de quarta bestia, & paruulo cornu eius. Et patet sententia ex his quæ dicta sunt de quarto regno, vsque ibi,*

☞ 1 Et

a *Bestia quarta.* † THEODORETVS in com. Hæc illi per ænigmata discebant; nos verò ipsa experientia didicimus, qui videmus prædictionis euentum, exactionem tributorũ, paupertatẽ complures opprimentem, & alia quotidie.

Romanum imperium bestia voracissima.

b *Decem reges erunt.* † IDEM ibid. Non dixit, fore, vt singuli exurgant, alius alij deinceps succedẽtes; sed eodem tempore omnes exurrecturos: atq; hęc ita se habere sequentia testantur.

c *Et alius consurget.* † IDEM ibid. Prędicit decem reges exurrecturos; & postremò Antichristus exorietur, regnumq; obtinere contendet, qui non contentus obtenta contra tres reges victoria.

Romanum imperium in 10. regna diuidendũ, quo tempore surget Antichristus.

d *Sermones contra excelsũ loquetur.* † IDEM ibid. Tanta rabie & insania concitabitur, vt superba verba & maledicta cõtra Deũ coniiciat, omneque supplicij genus inferat iis, qui Deo grato animo inseruientes, sanctitatis participes fuerint: Opinabiturque se posse pietatem funditus euertere, optimamq; ipsius rempublicam commutare.

Blasphemiæ & sæuitia Antichristi in sanctos.

Et sermones contra. HIER. in com. Symmachus: *Sermones quasi Deus loquetur*, vt qui assumit Dei potentiam, verba quoque diuinæ maiestatis assumat.

e *Et sanctos altissimi conteret, &c.* Superabit enim sanctos, in tantam elatus superbiam, vt leges & ceremonias mutare conetur, *extollens se super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.*

2. Thes. 2. a.

(Ergo.) comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat. [20] Et de cornibus decem quæ habebat in capite, & de alio quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua, & de cornu illo quod habebat oculos, & os loquens grandia, & maius erat ceteris (Antichristus). [21] Aspiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos (a Corporibus vexandis), & præualebat eis, [22] donec venit antiquus dierum (a Venerandus iudex), & iudicium (b Victoriam iudicij) dedit sanctis excelsi (c Iudicij), & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti (In æternum). [23] Et sic ait: Bestia quarta (a Romanorum) regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis (b Præcedentibus), & deuorabit vniuersam terram (a Gladio), & conculcabit (b Tributo) & comminuet eam (a A potentia). [24] Porro cornua decem ipsius regni decem reges (b Tempore Antichristi) erunt, & alius consurget (Antichristus) post eos, & ipse potentior erit prioribus (a Ægypti, Æthiopiæ, Lybiæ), & tres reges humiliabit (Sibi). [25] Et sermones contra excelsum loquetur & sanctos altissimi conteret. Et putabit quod possit mutare tempora (a A Deo) & leges (Puniendi), & tradentur (Sancti) in manu eius (b Potestate) vsque ad tempus (a Annum) & tempora (b Duos annos iuxta proprietatem Hebraicam, habent enim dualem numerum) & dimidium (c Sex menses) temporis. [26] Et iudicium (d Iudicantes) sedebit, vt auferatur potentia (a Antichristo, id est, cornu paruulo), & conteratur (b Amisso regno), & dispereat vsque in finem (c In perpetuum). [27] Regnum autem & potestas & magnitudo regni, quæ est subter (a Aliàs super) omne cælum (a Quasi regnum cæleste), detur populo (b Commune bonum) sanctorum altissimi (c Christi), * cuius regnum regnum sempiternum est: & omnes reges seruient ei, & obedient (a Sancti, vel reges quicumque, velint, nolint. Omnis enim potestas à Deo est). [28] Hucusque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar, & facies mea (a Corporis & mentis) mutata est in me, verbum autem in corde meo conseruaui (a Similiter illud in Euangelio, Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo).

*Luc. 2. c.

f *Mutare tempora & leges.* Temporalia, scilicet vel ordinem & cursum temporum.

g *Et tradentur in manu eius.* THEOD. in com. Hoc est, permittet diuina prouidentia; ostendensque deformitatis malorũ illorum tẽpus, *neque enim patientia pauperũ peribit in finem*; adiecit,

Tempora calamitosissima sub Antichristo.

Psal. 9.

h *Vsque ad tempus, &c.* † IDEM. Tres annos cum dimidio dicit, quibus cornu illud magna loquens imperabit: Idq; apertius in fine prophetię docuit; à tempore enim mutationis, & vt data fuerit abominatio desolationis, dies mille ducẽti nonaginta qui faciunt tres annos cum dimidio.

† AVGVST. li. 20. de de ciu. c. 23. Tempus & tempora & dimidium temporis, annũ vnum esse, & duos, & dimidiũ; ac per hoc, tres annos & semissem, etiã numero dierum posterius posito dilucescit; aliquando in scripturis & mensium numero declaratur.

Quamdiu regnabit Antichristus.

i *Dimidium temporis.* HIER. vnde: *Nisi abbreuiati essẽt dies illi, nõ fieret salua omnis caro.*

Matth. 24. d

k *Ego Daniel.* IBIDEM. Hactenus liber Danielis Chaldęo Syroque sermone scriptus est: Quæ sequuntur vsque ad finem voluminis, Hebraicè.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et de cornu illo, *Id est Antichristo.*
2 Quod habebat oculos, *Quod signat eius nimiam astutiam.*
3 Et os loquens grandia, *Id est, blasphemias contra Deum.*
4 Et maius erat ceteris, *Quia regnum Antichristi erit maximum secundum extensionem: licet sit paruum secundum durationem.*
5 Aspiciebam, *Id est considerabam.*
6 Et ecce cornu, *Id est Antichristus.*
7 Faciebat bel. *Quia tunc erit maxima persecutio sanctorum.*
8 Do. ve. an. *Quia ante aduentum iudicis interficietur Antichristus.*
9 Et iudi. *Id est, victoriam iudicis dedit eis contra oppressores eorum, secundum quod dicitur Sapien. v. a.* Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. *Vel quia perfecti cum Christo iudicabunt.*
10 Et tempus aduenit. *Scilicet iudicij finalis.*
11 Et reg. obti. san. *Id est, potestatem contra eos qui iniuste ipsos afflixerunt.*
12 Et sic ait. *Scilicet, Angelus, qui loquebatur Danieli.*
13 Bestia quarta, regnum. *Scilicet regnum Romanum, vt prædictum est. Quod autem sequitur supra expositum est vsque ibi,*
14 Porrò cornua decem, &c. *Scilicet simul regnantes imminente tempore Antichristi, qui sibi diuident regnum Romanorum.*
15 Et alius consurget post eos, *Scilicet Antichristus. Quod sequitur, patet ex prædictis vsque ibi:*
16 Et putabit. *Id est, cursum & modum viuendi, & hoc ex nimia eius superbia procedit.*
17 Et leges. *A Deo datas, quia cultum Dei auferet pro posse suo, & sibi illum cultum vsurpabit, ostendens se tamquam sit Deus, vt dicit Apostolus ij. ad Thes. ij. Sequitur,*
18 Vsque ad tempus. *Id est, vsque ad tres annos & dimidium, quia tantum durabit persecutio Antichristi.*
19 Et iudicium sedebit. *Vt Dei sententia auferatur malorum potentia, vt dicitur in littera.*
20 Regnum autem. *Quia omne quod includitur infra ambitum cæli vltimi, scilicet empyrei, dabitur sanctis, quia cedet totum ad gloriam eorum. Et ex verbis istis patet, quòd loquitur Daniel non tantum de regno terreno, sed etiam de cælesti.*
21 Hucusque finis verbi, *Angeli loquentis cum Daniele, & docentis eum de prædicta visione. Sequitur:*
22 Ego Daniel mul. cogi. *Propter Dei blasphemias futuras & oppressiones sanctorum.*
23 Et facies mea. *Quia ex vehementi cogitatione & abstractione à corporis sensibus multum immutatur hominis vultus.*
24 Verbum autem in cor. *Vsque ad tempus debitum descriptionis & denuntiationis. Vel aliter.*
25 Conseruaui. *Id est, memoriter tenui, sicut rem dignam memoria.*

Moraliter exponendo possumus dicere, quòd prima bestia signat sæuitiam tyrannorum; secunda perfidiam hæreticorum; tertia fraudulentiam simulatorum; quarta malitiam æmulatorum. Prima habet corpus leonis, in quo denotatur crudelitas principis, quæ est efficacissima ad malè agendum; Habet autem duas alas, scilicet nobilitatem generis & potestatem regiminis, hæc enim duo maximè

Sæuitia tyrannorum.

A NICOLAVS DE LIRA.

maximè crudelitatem supportant: Sed si alæ istæ auferantur, stat super pedes suos sicut homo, id est fit humanus, qui ante erat crudelis & durus Et cor datur ei per recognitionem sui & dilectionem Dei. Secunda bestia est Vrsus, qui habet debile caput: quia hæretici habent debile fundamentum; Et in parte stetit, quia præcisi sunt ab ecclesia; Tres ordines dentium in ore eius, quia tribus modis se muniunt hæretici, scilicet per auctoritates canonicas malè intellectas, per rationes sophisticas, & per rationes veræ scientiæ malè tamen applicatas: propter hoc dicitur Apocal.xvj.c. De ore pseudoprophetæ procedebant tres spiritus immundi in modum ranarum. Tertia bestia est Pardus, qui est totus varius, ita simulatores sunt varij corde, verbo, & facto, vt decipiant quocumque modo. Quatuor capita huius bestiæ sunt quatuor intentiones malæ, scilicet vanitas superbiæ, voluptas lasciuiæ, cupiditas auaritiæ, libertas insolentiæ. Intentione enim assequendi ista, vel aliquod istorum, procedit communiter fraudulentia simulatorum. Quatuor autem alæ quibus nituntur consequi prædicta, sunt amicitia ficta, vel pruriens; beneficentia largiens; apparentia mentiens, scilicet sanctitatem; applaudentia blandiens, scilicet superiores. Quarta bestia innominabilis, & terribilis, continens in se omnem ferocitatem aliarum bestiarum, est malitia æmulatorum, quia malitia æmulatorum continet in se malitiam prædictorum vitiorum: Habet enim æmulator sæuitiam tyrannorum, ideo dicitur terribilis; perfidiam hæreticorum, ideo mirabilis; fallaciam simulatorum, ideo fortis; Describitur etiam per hoc quòd scit dentibus vorare, pedibus conculcare, cornibus pugnare: Per dentes intellige seductores; per pedes sectatores; per cornua detractores. Ad alios attrahendum & seducendum habet cornua decem, quia decem sunt modi detractionis, & septem eorum diabolo subiiciuntur, tres verò destruuntur seu comminuuntur. Primus modus detractionis est in absentia detrahere, secundus malum fratris inquirere, tertius inquisitum diuulgare, quartus nutibus despicere, quintus bonum denigrare, sextus innocentem decipere, septimus deceptum accusare. Alij tres modi detractionis residui omnino destruuntur: Primus est conscientia sui, secundus amicitia proximi, tertius reuerentia prælati, quando enim æmulator detrahit dicit falsè quòd conscientia eum incitat ad talia dicendum; Vel quia diligit eum quem accusat; vel quia faceret contra reuerentiam prælati si talia taceret: cùm tamen dicit sola voluntate detrahendi, & non propter aliquod istorum trium.

[Margin: Hæresis. — Hypocrisis. — D Æmulatio. — Decē modi detractionis.]

ADDITIO.

In cap.vij. vbi dicitur in Postilla: Ecce quatuor venti cæli pugnabant. Circa declarationem visionis quatuor bestiarum in hoc loco contentæ; Similiter & visionis statuæ, de qua suprà in cap.ij. agitur, obstinatio Hebraicæ infidelitatis multa quærit subterfugia, vt veritas occultetur. Et ideo licet Postilla eas sufficienter exposuit iuxta Catholicam veritatem, tamen vt impugnationes aliorum aduersantium præter Rab.Sal. de quo solo mentionem facit Postill. B euacuentur, & catholica veritas magis elucescat, sequentem moueo in hac materia quæstionem, scilicet, Vtrum in ordine regnorum Danieli in prædictis cap. scilicet ij. & vij. reuelatorum, regnum Christi seu ecclesiæ sit vnum? Et videtur quod non.

[Margin: Iudæi studiose nituntur eleuare visiones huius cap. & 2. — Quæstio. Vtrum in ordine regnorum, Danieli in prædictis cap. reuelatorum, regnum Christi seu Ecclesiæ sit vnū.]

1 Primo sic. Nam vnum regnum à Daniele traditum habebat conterere seu comminuere regnum Chaldæorum; & alia tria regna sibi succedentia, vt patet Daniel.ij. vbi expressè habetur quòd lapis abscisus sine manibus (quod est quintum regnum) habebat comminuere testam, ferrum, æs, argentum & aurum, quæ significant regna præcurrentia quintum regnum: sed constat quod regnum ecclesiæ non comminuit regnum Chaldæorum, quod per aurum significatur, cùm iam per magnum tempus ante ortum regni ecclesiæ fuerat destructum per Medos; ergo regnum ecclesiæ non est regnum vnum in ordine prædictorum.

[Margin: Argumenta pro parte negatiua.]

2 Præterea in hac numeratione regnorum principalium mundi contineri debet, vt videtur regnum Saracenorum, tamquam vnum de magnis: Est enim magnum in extensione, quia occupat ferè totam Aphricam, & magnam partem Asiæ, & aliquas prouincias in Europa; Similiter est magnum regnum in duratione, cùm iam fluxerunt circiter dcccc. anni à suo initio, quod excedit tempus durationis regni Medorum & Græcorum prædictorum & vltrà; Similiter est magnum in persecutione fidelium, vt satis est notum: vnde secundum quosdam figuratur in visione statuæ per tibias ferreas, & in visione bestiarum per quartam bestiam, quæ per regnum Christi est occidenda: sed regnum Christi seu Ecclesiæ de quo agitur, numquam comminuit seu contriuit hoc regnum ferreum, seu hanc quartam bestiam, vt notum est; ergo regnum † Christi C non est quintum de quo Daniel loquitur.

[Margin: Magnitudo regni Saracenici. — † Ecclesiæ]

3 Præterea secundum omnes expositores tam Catholicos quàm Hebræos, regnum Græcorum est tertium: sed regnum Græcorum & Romanorum videntur esse vnum regnum, nam Romani sunt filij immediati Græciæ, vt patet Gen.x. vbi inter filios Iauan, quæ sonat Græciam, in Hebræo Cethim nominatur, qui sunt Romani in eadem Hebraica lingua. Et sic patet, quòd regnum Græcorum & Romanorum sunt vnius & eiusdem nationis secundum originem: vnde non debent dici regna diuersa, sed vnum, quod per successionem quasi hereditariam à Græcis in Romanos venit. Vel sicut Persæ & Medi non duo regna, sed vnum hîc computatur, & per consequens regnum Romanorum est tertium, cùm sit idem cum regno Græcorum. Sed constat quòd regnum ecclesiæ immediatè successit regno Romanorum, vt communiter tenetur, ergo regnum Christi seu ecclesiæ est quartum, & per consequens non quintum.

[Margin: Vnum videri regnum Græcorum & Romanorum.]

4 Præterea posito quòd regnum Romanorum sit quartum, adhuc videtur quòd regnum Christi seu ecclesiæ non sit quintum: est enim regnum ecclesiæ idem cum regno Romanorum, nam regnum ecclesiæ principaliter videtur sumpsisse potestatem atque initium à Romano imperio, scilicet à Constantino, qui imperialem potestatem & auctoritatem tribuit Siluestro summo Pontifici & eius successoribus. Etiam (vt quidam dicunt) compulit seu coegit plurima regna, vt acciperent fidem ecclesiæ: & sic regnum ecclesiæ est quartum sicut & Romanum cum quo est idem, & per consequens non quintum.

[Margin: Vnum videri regnum Romanum & Ecclesiæ.]

5 Præterea Daniel.ij. legitur, In diebus regum seu regnorum istorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non corrumpetur, &c. In quo manifestè denotatur, quòd alia quatuor regna debebant existere seu durare, cùm regnum quintum à Deo suscitaretur, sed regnum ecclesiæ fuit suscitatum tempore vnius regni tantum, scilicet Romani, cùm alia præcedentia iam essent suppressa; ergo regnum ecclesiæ non est quintum.

[Margin: Defecerant tria priora regna cùm oriretur regnum Ecclesiæ.]

6 Præterea cornu paruulum, quod apparuit in quarta bestia, propriè videtur figurare regnum ecclesiæ: Tum quia habuit initium valdè infirmum seu humile, scilicet à Christo, qui vitam pauperem gessit & humilem, quod notatur cùm dicitur paruulum; Tum quia fixum in quarta bestia, quod denotat E ipsius colligationem cum imperio Romano & eius deriuationem ab eo, vt factum est in Constantino; Tum quia de eo dicitur in hoc vij. cap. Et sermones contra excelsum loquetur, & putabit quòd possit mutare tempora & legem, quod exponitur ab Hebræis de Christo nostro, in quantum docuit multa denotantia pluralitatem in diuinis; Similiter & docuit identitatem personalem Dei & hominis, & etiam voluit mutare legem secundum eos, in quantum multa docuit contra Pharisaicam doctrinam: Pharisæi enim erant doctores principales Mosaicæ legis, vt dicitur Matth.xxiij.a. Super cathedrā Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, &c. Sed potestas illius cornu paruuli est destruenda per regnum quintum, vt patet in e.c. ergo regnum Christi non est quintum.

[Margin: Regnum Christi videtur denotari per cornu paruum.]

Sed contrarium habetur Daniel.ij. vbi narratis quatuor primis regnis subdit: In diebus autem regum seu regnorum istorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur. vbi Gl. Pater suscitabit regnum filij sui & ecclesiæ: & sic patet quod regnum Christi & ecclesiæ est quintum in ordine prædictorum.

[Margin: Asseritur affirmatiua.]

Nunc dicendum, quòd secundùm catholicam veritatem necesse est dicere, quòd regnum quintum de quo Daniel facit mentionem in vtraque visione prædicta, sit regnum Christi. Nam in vtraque visione de quatuor regnis præcurrentibus dicit, quòd sint temporaliter terminanda, de quinto verò regno dicit, quòd stabit in æternum, vt patet in vtroque cap. prædictorum: Sed constat quòd ad regnum Christi propriè pertinet durare in æternum, & sine fine, iuxta illud Luc.j.b. Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit F finis. Sed ad maiorem euidentiam contentorum in prædictis duobus capitulis, & eorum aduersantium exclusionem, attendendum est, quòd licet in vtraque visione prædicta de regno Christi agatur: differenter tamen in vtroque cap. de hoc tractatur. Quod sic patet: nam regnū Christi licet sit vnum & idem secundùm se, dupliciter tamen potest considerari secundū duplicem sui aduentum, ex quibus diuersi effectus erant producendi specialiter circa rempublicam mundanam. In primo enim aduentu diuulgata ipsius fide, idololatria erat extirpanda, vt habetur Isaiæ ij. & in aliis locis, quod fuit singularissimum in regno Christi & ecclesiæ, cum hactenus tempore Moysi & aliorum prophetarum licet magnalia virtute diuina operabantur, non tamen hoc vitium potuit extirpari, ne dum à Gentilibus, sed etiam ab ipso populo Israelitico, in cuius præsentia illa tam magna fiebant, vt patet Exod.xxxij. & iiij. Reg. in multis locis. Sed constat quod post primum aduentum Christi, & suæ fidei diuulgationem, exclusa est idololatria simpliciter à tota republica mundi, licet fortè in aliquibus regionibus extremosis aliqua eius vestigia remaneant, de quibus non est mentio facienda: quia vt ait Philo, Quod modicum est, pro nihilo reputatur. De isto igitur aduentu Christi, scilicet primo, & de eius effectu circa idololatriam agitur in prima visione prædicta, vbi quatuor regna præcedentia quintum regnum, quod est Christi, figurantur per statuam; nam statua communiter significat idololatriam, prout etiam Hebræi sentiunt: simulacra etiam dæmonum communiter per statuas idololatricas colebantur, vt patet suprà Dan.iij. de statua quam fecit Nabuchodonosor. Et quia omnia regna mundi ante aduentum Christi primum, licet inter se multum differebant, tamen in hoc conueniebant, vt cultum Deo debitum creaturis impenderent: idcirco propriè designabantur omnia regna principalia in vnica statua, quæ idololatriam designat, propter ipsorum conuenientiam in cultu idolorum; licet particularia membra statuæ essent de diuersis materiis & formis, sicut & ipsa regna inter se erant diuersa in varietate idolorum & in aliis.

[Margin: Regnum Christi quintum & æternum. — Differenter tractatur de regno Christi in 2. & 7. cap. Danielis. — Vnum & solum regnum Christi potens fuit ad eurtendam idololatriam.]

In secunda verò visione agitur de regno Christi, prout in secundo suo aduentu totam mundanam potestatem habet amouere, subiiciens omnia imperio patris & suo, de quo j. Corinth. xv. cap. Deinde finis cùm tradiderit regnum Deo patri, cùm euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem, cum quo etiam sancti conregnabunt: prout in vij. cap. g. dicitur, Magnitudo regni detur populo sanctorum. De isto igitur aduentu Christi, scilicet secundo, & huiusmodi suo effectu circa mundanam potestatem penitus auferendam, agitur in secunda visione, in qua quatuor regna præcedentia seu præcurrentia conuenienter figurantur per varias bestias feroces, designantes variam ferocitatem & tyrannicam ipsorum regnorum, prout expositores communiter tradunt. Prædictis etiam consonat quòd quintum regnum, in prima visione per lapidem abscissum sine manibus, designatur; quod denotat natiuitatem Christi secundum carnem non ex virili semine productam, prout communiter traditur. In secunda verò visione, quintum regnum per filium hominis in nubibus cæli venientem, designatur. Quod propriè pertinet ad aduentum secundum, iuxta illud Actuum j. b. Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum, &c. Et notandum, quòd sicut prima bestia secundum magistrum historiarum incepit in secunda ætate, scilicet à Saruch abauo Abrahæ, vel fortè melius (vt quidam dicunt) à Nemroth qui fuit primus oppressor hominum, & primò regnauit in Babylonia seu Chaldæa, vt habetur Genes. x. (Quæ quidem potestas tyrannica continuata est per Assyrios & alios vsque ad Nabuchodonosor, licet per interualla habuit multas interpolationes:) sic quarta bestia continet totam tyrannicam potestatem & mundanam, incipiendo à regno Romanorum vsque ad finem mundi, seu vsque ad secundum aduentum Christi, prout patet in littera.

Effectus secundi aduentus Christi. *Conferuntur primus & secundus Christi aduentus.*

Ad primum ergo dicendum quòd licet regnum Christi seu ecclesiæ non comminuit regnum Chaldæorum seu Persarum & huiusmodi quantum ad eorum mundanam potestatem, comminuit tamen omnia regna mundana quantum ad cultum idolorum, prout diuulgata fide Christi in orbe per discipulos eius & eorum successores, euacuata est cultura dæmonum à toto ferè mundo, vt dictum est: vnde percutiente lapide abscisso sine manibus, id est absque humana potentia, statuam, id est idololatriam, ipsam comminuit, tam antiquam scilicet Chaldæorum, quàm alias succedentes, vt dictum est. Regnum enim Romanorum, vt dictum est, quod est quartum, omnia simulachra Gentium colebat, vt patet in eo quod legitur de Phano Pantheon, & sic tota statua, id est idololatria, erat in sua integritate cùm percussa fuit per lapidem abscissum sine manibus.

Respondet ad obiect. 1. *Romani omnium gentium idolis seruiebant.*

2 Ad secundum dicendum, quòd regnum Saracenorum licet sit magnum & potens, non tamen de eo fieri debuit aliqua mentio in prima visione, cùm ante primum Christi aduentum & diuulgationem suæ fidei nondum fuerat ortum, vt est manifestum. Nec etiam in secunda visione debet de ipso regno mentio fieri per se, tamquam de vno quatuor regnorum prædictorum principalium, nam quodlibet eorum se extendit ad totum orbem, sic quòd quodlibet prædictorum quatuor, in sua valetudine existente, non erat aliud regnum quod sibi resistere valeret. Regnum verò Saracenorum numquam ad tantam potentiam deuenit, quod sibi resistere non valeret aliud maioris potentiæ vel saltem æqualis: vnde non debet inter monarchias computari. Posset tamen in secunda visione intelligi seu significari per aliqua cornua quartæ bestiæ: quæ quidem bestia totam tyrannicam potestatem à Romanis vsque ad vltimam ætatem continere videtur, prout tactum est in responsione.

Numquam defuerunt qui Saracenicum imperium potenter impugnarent.

3 Ad tertium dicendum, quod quidam expositor Hebræorum de magis famosis, qui dicitur Rabbi Abenhezra Hispanus, ostendere vel exponere intendens, quod regnum Christi & ecclesiæ non sit quintum in ordine regnorum horum Danieli reuelatorum, & exinde inferre quod non sit regnum cæleste & æternum; sed adhuc spectet aliud quintum à Deo in æternum suscitandum: finxit identitatem specificam inter regnum Græcorum & Romanorum, cuius motiua tanguntur in argumento prædicto, quæ tamen identitas à nullo alio expositorum Hebræorum tenetur. Sed falsitas huius fictionis est manifesta. Nam Græci & Romani sunt diuersarum nationum similiter & linguarum, maximè distinctarum: Lingua enim Græca manifestè differt à Latina sicut & Hebræa; Vnde & titulus sanctæ crucis in his tribus linguis tamquam inter se valdè differentibus fuit scriptus Hebraicè, Græcè & Latinè Ioan. xix. Diuersitas autem linguarum principalium, nationum diuersitatem manifestat: vnde Genes. x. d. Ex istis dispersæ sunt insulæ Gentium vnusquisque in linguam suam, &c. Nec solum hoc, sed etiam omnino diuersis characteribus vtuntur in scribendo quod non competit vni nationi, prout est manifestum. Item regnum Romanorum successit regno Græcorum, eos debellando, eo modo quo Persæ successerunt Chaldæis, vt historiographi tradunt: vnde talis successio non facit identitatem regnorum, alias pari ratione dicerentur Persæ & Chaldæi vnum & idem regnum, & sic de aliis, quod est falsum, prout patet in littera. Nec valet illud allegatum Genes. x. de Iauan, &c. quia in scriptura sacra nomen alicuius patris multorum quandoque appropriatur vni tantum, sic vt distinguatur ab aliis fratribus seu condescendentibus. Hebræi enim dicuntur ab Abraham seu ab Heber: & tamen Ismael, qui ab Abraham descendit, & per consequens ab Heber, vt habetur Genes. xvj. non dicitur Hebræus, vnde & similiter Cethim, qui dicuntur Romani in Hebræo, licet descendant à Iauan, qui in Hebræo dicitur Græcus, non tamen ex hoc sequitur quod natio Romana & Græca sint eiusdem speciei.

Refellitur figmentum Rab. Abenhezræ quod regnum Romanorum & Græcorũ idem sit?

4 Ad quartum dicendum, quod Hebræi communiter tam simplices quàm periti fictè, vel saltem falsè asserunt regnum Romanorum de quo agitur in Daniele, & regnum Christi seu ecclesiæ esse vnum & idem: In quam quidem æstimationem erroneam seu fallaciam inciderunt principaliter ex hoc, quòd credunt regnum ecclesiæ esse mundanum, seu terrenum, sicut vnum de ceteris regnis huius mundi; quod est euidenter falsum, testante veritate Ioan. xviij. Regnum meum non est de hoc mundo, quæ quidem auctoritas sola sufficit ad cogendum fideles, vt ponant differentiam inter regnum ecclesiæ & cetera regna suprà dicta; in hoc scilicet, quod regnum Christi & ecclesiæ non est mundanum, sed cæleste, seu diuinum, prout à præcursore Christi primò fuit prædictum Matth. iij. Appropinquabit enim reg. cæ. Quod sæpe confirmauit Christus in sua doctrina, vocando regnum suum regnum Dei & regnum cælorum. Sed infideles qui has sacras auctoritates non recipiunt, ratione possunt de hoc conuinci. Ex multis enim patet euidenter differentia notissima inter regna mundana & regnum Christi seu ecclesiæ: sed vnum inter cetera sufficit, quod sumitur ex potestate tradita summo principi ecclesiæ, nam vt dicit Philos. iij. politic. Ordinatio populi præcipuè dependet ex maximo principatu. Constat autem quòd maximus principatus ecclesiæ consistit in potestate pontificali, scilicet ligandi animas, atque soluendi: secundum quam summus pontifex & ecclesia creditur habere claues regni cælorum prout Matth. xvj. sed constat quòd talis potestas non est mundana, nec similis potestati aliorum regnorum, sed omnino ab eadem separata. Si autem dicatur, ab infidelibus, quòd licet hoc asseratur in Euangelio, non tamen ab ipsis creditur: Ad hoc dicendum, quòd siue credatur ab infidelibus siue non, adhuc tenet ratio maxima differentiæ inter regnum Romanorum (quod in virtute armorum & legum sæcularium dominabatur orbi) & inter regnum ecclesiæ, quod per hanc pontificalem potestatem regit subditos suos: & hoc sufficit ad ponendum distinctionem latam inter potentiam Romanam Cæsaris, & summi pontificis, in tantum quòd non possunt dici vnum & idem regnum, vt patet rectè intelligenti. Differentia etiam inter regnum Romanorum & ecclesiæ satis est euidens per persecutiones tyrannicas Romanorum, quas exercuerunt in ecclesia seu in martyribus Christi ferocissimè à tempore Neronis vsque ad conuersionem Constantini. Ad illud autẽ quod dicitur de Constantino, quòd per compulsionem fecit venire Gentes ad fidem Christi, hoc est falsum & fictitium. Contrarium enim patet in historia sua, vbi sic legitur quòd Constantinus inuitans populos ad fidem Christi in præsentia totius populi Romani & senatus, ista publicè dixit quæ sequuntur: Inter diuina & humana seruitia hoc interest, vt humana seruitia coacta sunt, diuina autem voluntaria. Deus enim, quia quieta mente colitur, & sincero affectu ab hominibus honoratur, spontanea debet esse eius cultura. Sit ergo omnibus notum non necessitate coactos, sed suo iudicio liberos posse fieri Christianos. Quæ omnia & multa similia ex gestis beati Siluestri & in aliis authenticis historiis concorditer traduntur, ex quibus potius elucidatur veritas catholica: cum Christus qui in sua conceptione & natiuitate fuit lapis abscisus sine manibus, similiter sine manibus percussit statuam, scilicet idololatriam, nam absque potestate humana seu temporali Cæsarem percussit lepra, ex qua percussione & sanatione miraculosa tota statua idololatriæ fuit verè virtualiter dirupta præcipiente Cæsare, vt omnia phana idolorum destruerentur, vt in veris historiis patet. Quæ quidem destructio vsque in hodiernum diem durat, non Cæsaris virtute, cùm etiam in locis non obedientibus Cæsari, hoc remanet immobile; sed potius diuina virtute hoc præordinante in aduentu primo filij sui & eius fide diuulgata. Si autem negetur ab infidelibus contigisse miracula in conuersione Constantini, respondetur secundum August. quod adhuc maius miraculum esset, si tam maxima mutatio, & tam generalis, & diuturna circa cultum idolorum contigisset, nullo superueniente miraculo euidenti.

Regnum Ecclesiæ nõ est aliquod regnũ mundanum. *Differentia inter regnũ mundanum & specialiter Romanum & regnum Ecclesiæ.* *Constantinus inuitanit non coëgit gentes ad suscipiendam Christi fidẽ.*

5 Ad quintum dicendum, quòd licet quando suscitatum fuit regnum Christi & ecclesiæ, suppressa essent tria regna prima quantum ad potestatem mundanam, non tamen quantum ad cultum idolorum: Idololatria enim remanebat in vigore suo in qualibet gente, etiam destructis principatibus regnorum, prout dictum est. Et quia Daniel in illa visione de statua, habet specialem respectum ad destructionem idololatriæ per aduentum Christi primum, & diuulgationem eius fidei, idcirco dixit, In diebus regnorum istorum: quia existentibus quatuor prædictis quoad idololatriam, prout patet de Romanis, qui omnia idola ceterarum nationum colebant, suscitauit Deus regnum cæleste, quod totam ferè idololatriam in republica destruxit.

Tribus prioribus regnis destructis, mansit tamen eorum idololatria vsque ad Christi tempora.

6 Ad sextum dicendum, quòd bene verum est quod initium ecclesiæ fuit humile, imò & totius ecclesiæ fundamentum in humilitate consistit, dicente Christo Matth. xj. d. Discite à me quia mitis sum & humilis, &c. Et nisi efficiamini sicut paruulus iste, &c. Matth. xviij. a. Sed hoc est vnum de principalibus signis veri Christi promissi: vnde Isaias liij. loquens de Christo ad litteram ait, Et ascendet sicut virgultum coram eo; Et ibidem, Vidimus eum despectum & nouissimum virorum: in quo loco & in aliis quamplurimis satis præmonstratur humilitas Christi promissi. Sed in hoc quod

Humilitas Christi.

quod dicitur de regno ecclesiæ, quod deriuatur à regno Romano, vel in eo fundatur; præsupponitur falsum, vt ex dictis patet, imò inter ista duo regna, scilicet ecclesiæ & Romani imperij est tanta distantia potestatis, sicut cælum à terra distat in altitudine, vt iam dictum est. Vera enim potestas ecclesiæ est merè spiritualis, tamquam in clauibus regni cælestis fundata: Potestas verò Romani imperij est merè temporalis, vt manifestum est, vnde & posito quod regnum ecclesiæ aliquod dominium temporale à Romano imperio suscepisset, ex hoc non suscepit ecclesia aliquod augmentum essentiale in sua potestate, sed potius quoddam adiacens & accidentale, quod potest adesse & abesse præter subiecti corruptionem. Ita enim erat verus monarcha in regno ecclesiæ Cletus vel Clemens, qui nullam habebant potestatem temporalem, saltem in executione; sicut Siluester vel eius successores, qui patrimonium ecclesiæ temporale integrè possederunt. In hoc autem quod dicitur ab Hebræis de Christo, quod locutus est contra Deum, in quantum docuit pluralitatem in diuinis, similiter & diuinitatem in seipso: & etiam quod locutus est contra legem, in quantum docuit multa contra Pharisaicam doctrinam, præsupponunt falsum & erroneum, sequendo obstinationem suæ cæcitatis circa cognitionem veri Christi: sed de hoc non est hic discutiendum, sed domino concedente fortè in alio tractatu videbitur.

Quale sit regnum Ecclesiæ.

REPLICA. *In Danielem circa visionem statuæ cap. ij. & quatuor bestiarum cap. vij. Burg. commendat Postillatoris expositionem, & addit vnius quæstionis determinationem per quam vult ostendere regnum Christi & ecclesiæ esse quintum, post quatuor hic signata. Et vnum de fundamentis illius determinationis est, quod per primum Christi aduentum statua est comminuta, id est, idololatria penitus destructa, quia etsi in quibusdam mundi partibus remanserit modicum, hoc pro nihilo reputatur, secundum Philoso. Sed timeo, quod vbi Burg. pro fidei fauore disputat, fidem lædat, nam Iudæus supposito dicto Burg. principio potest formare tale argumentum contra fidem, & pro suo errore. In aduentu Messiæ debet cessare idololatria simpliciter vel pro maxima sui parte, sed hoc hodie non videtur factum, igitur Messias nondum venit, sed est expectandus qui est formalis error Iudæorum. Maior huius argumenti est Burg. Minor patet, nam hodie Asia, Aphrica, & pars Europæ seruiunt idolis, imò & hi, qui Christiani dicuntur sine cultura idolorum non sunt in Europa, nam seruiunt ventris ebrietati, fornicationi & auaritiæ præ cunctis nationibus, quæ omnia secundum Apost. ad Ephes. v. & Philip. iij. idolorum sunt seruitutes, cui sententiæ concordat Burg. circa cap. xij. Zachar. Quapropter securius est cum Postillatore sentire, quod in primo aduentu Christi statua idololatriæ sit percussa, in secundo autem aduentu sit totaliter comminuenda. Nec allegatum de Philos. locum habet de comparatione modici & nihili. Quilibet enim intelligens videre poterit si modica terra infidelium ad comparationem Christianitatis est referenda: Nec multum concludit Iudæis quod Burgens. in huius quæstionis disputatione interserit historias Siluestri & Constantini, quia sicut Canonem Bibliæ pro sui erroris defensione in multis corrumpunt & falsificant; ita Historias citra & extra Bibliam faciliter contemnunt.*

Profectò auctor hic ostendit se magis voluntate contradicendi, quam veritatem inueniendi impugnare Burgensem. An non omnes patres signum aduentus veri Messiæ ponunt extirpationem idololatriæ? timet hic vbi nō est timor, sicut sæpissimè impugnat vbi non est error. Et qualem idololatriam ponit hîc? spiritualem & metaphoricam; scilicet.

CAP. VIII.

a *Anno tertio regni Bal.* HIERON. in com. Præcedens visio prior, quia in primo anno regni Balthasar, hæc in tertio: vnde, *post id quod videram*, in principio.

b *Cùm essem in Susis.* IBID. Susis metropolis est regionis Elamitarum, in qua Daniel secundùm Iosephum turrem extruxit excelsam, quadrato lapide ædificatam, tantæque magnitudinis ac pulchritudinis, vt vsque in præsens noua esse videatur, & in ea regum Persarum ac Medorum conduntur reliquiæ, & custos siue ædituus, & sacerdos Iudæus est.

Lib. 10. antiq. c. 14.

De turre à Daniele in Susis extructa.

† THEODORETVS in com. Susa olim metropolis erat Persarum. Quando itaque Persici regni discit euersionem, necessario in illa vrbe sibi videtur inspicere reuelationem. *Et vidi*, inquit, *in visione*, hoc est non vigilans, neque interdiu hæc conspexi, sed in somnis mihi auctor rerum omnium Deus ostendit.

Susæ.

CAP. VIII.

a ANno tertio regni Balthasar, visio apparuit mihi. 1 Ego Daniel post id quod videram in princi- b pio, 2 vidi in visione mea, cùm essem in Susis castro, 3

Anteriorem visionem, scilicet primo anno regni Balthasar.
Scilicet. a *Id est, equitatio vel reuertens.*
b *Quia metropolis tantæ firmitatis erat, vt castrum esse videatur.*

a In

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT VIII.

1 ANno tertio regni Bal. *Hic ponitur septima visio, & est secunda de pertinentibus ad aduentum Christi secundum. Sicut in præcedenti visione habitus est processus generalis vltimæ tribulationis, sic in ista explicatur conflictus præcedens vltimam tribulationem. Causa materialis huius visionis est pugna regni Græcorum & Medorum sub similitudine arietis & hirci, & pugna Antiochi Epiphanis inde orti sub similitudine cornu modici. Finis huius visionis est exponere principium præcedentis visionis, quia sequentes visiones sunt quasi expositiones ipsius, vnde in præcedenti visione dictum est circa finem illius, quod Daniel fuit edoctus de illa visione ab vno angelorum assistentium: verumtamen illud de quo fuit edoctus non expressit totum in cap. præcedenti, & ideo expressit magis in sequentibus capitulis. Finis enim est ostendere magnitudinem tribulationis tempore Antichristi & suorum membrorum ipsum præcedentium, & robur sanctorum contra eos, & terminum laborum. Causa autem efficiens est instinctus Spiritus sancti factus Danieli propter affectum deuotionis & conatum attentionis. Causa formalis in diuisione consistit. Notandum ad euidentiam sequentis litteræ, quod in sacra scriptura aliquandò est duplex sensus litteralis, quia ea quæ sunt facta in veteri testamento sunt figuræ eorum, quæ fiunt in nouo, dicente Apostolo j Corinth. x. c.* Omnia in figura contingebant illis: *& ideo quando in veteri testamento prædicitur aliquid esse impletum in aliqua persona veteris testamenti, verius tamen & perfectius in aliqua noui testamenti; tunc est ibi duplex sensus litteralis, vnus minus principalis, & alius principalior, de illo scilicet in quo perfectius impletur verbum prædictum, verbi gratia ij. Paralip. viij. cap. dicitur,* Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium: *Quod est verbum Domini loquentis de Salomone, qui fuit filius Dei per adoptionem in principio regni sui, propter quod amabilis domino dictus est, vt patet ij. Reg. xij. & sic verbum illud impletum est ad litteram in Salomone; perfectius autem impletum est in Christo, qui est filius Dei per naturam, cuius figura fuit Salomon, & ideo illa auctoritas ad litteram intelligitur de Salomone & de Christo: de Salomone minus principaliter, & de Christo principalius, propter quod Apostolus ad Hebr. j. allegat prædictam auctoritatem tamquam de Christo dictam ad litteram. Sic est in proposito: quia sub similitudine arietis & hirci tractat Daniel de pugna regni Græcorum & Medorum: principalis tamen eius intentio est tractare de pugna Antichristi, vel membrorum eius & Christianorum: & ideo est ibi duplex sensus litteralis, vt patet ex prædictis. Propter quod sciendum, quod sicut in prima visione egit de quatuor regnis subuertendis per quintum, quod est Christi regnum: ita hîc, & quod ibi intelligitur per statuam & lapidem, intelligitur hîc per bestias & filium hominis seu iudicem. Igitur circa causam formalem considerandum, quod primò ponitur visionis ostensio, secundò expositio, ibi,* Factum est autem cùm viderem. *Circa primum tria tanguntur, quia primò tangitur decursus arietis, id est, regni Medorum; Secundò concursus hirci, id est, regni Græcorum, ibi,* Ecce autem hircus; *Tertiò, incursus cornu modici, id est, Antiochi in populum Iudæorum, ibi,* De vno autem ex eis. *Per simile autem potest exponi de Christianis & Antichristianis, vt in ariete intelligatur potestas ecclesiæ & sanctorum, Per hircum potestas malignorum, quia scriptum est Matth. xxv. c.* Statuet oues à dextris, hircos autem à sinistris; *Per cornu paruum intelligatur potestas Antichristi & suorum contemporaneorum. Reuertendo autem ad sensum, qui primò intelligitur, licet non principaliter, scilicet de regibus Medorum & Græcorum: considerandum, quod circa quemlibet regem vel regnum tangit triplicem statum regni, scilicet initialem, medium, & finalem. Circa primum dicit Daniel:* Anno tertio regni Balthasar regis visio apparuit mihi. *Ex quo patet, quod hæc visio facta est per duos annos post præcedentem: & tangitur cùm subdit:*

2 Post id quod videram in principio, *Quia præcedentem visionem vidit Daniel primo anno regni Balthasar.*

3 Cùm essem in Susis castro, *Hic tangit locum huius visionis. Dicitur autē in Susis castro, quia illa ciuitas erat clausa fortibus muris ad modū castri.*

Secunda visio de pertinentibus ad Christi aduentum secundum. Causa eius materialis.

Finalis.

Efficiens.

Formalis.

Aliquando in sacra scriptura est duplex sensus litteralis.

Patet ex 2. Paralip. c. 8. & ex hoc c.

Diuisio.

Triplex cuiuslibet regni status.

1 Quod

MORALITER.

† 1 *Anno tertio regni Balthasar visio apparuit mihi.* Sequitur,

† 1 Et

a *In Elam.* In com. vel (vt Symmachus ait) ciuitate à qua regio nomen accepit, & ab Elam Elamitæ, vt à Babylone Babylonia, pro qua LXX. Elemaidam regionem interpretati sunt. In ciuitate autem Elam omnia loca quæ ad eam pertinent esse dicuntur.

Elam vrbs fit an regio.

b *Super por. Vlai.* HIER. ibid. Pro quo Aquila, *super Vbal Vlai.* Theodotio, *super Vbal.* Symmachus, *super paludem Vlai.* LXX. *iuxta portam Vlai.* Est autem Vlai nomē portæ siue loci: vt in Troia, σκαιά porta, & apud Romanos, Carmentalis.

Porta Vlai.

c *Et leuaui oculos.* IBID. Quamuis in visione, in vmbra scilicet & imagine hæc videantur, tamen nec ipsa quidem videre possumus, nisi oculis eleuatis.

d *Et ecce aries vnus.* IBID. Scilicet Darius auunculus Cyri, qui post Astyagen patrē regnauit in Medis.

(a Id est, sæcularis vel sempiterna.) quod est in Elam regione: vidi autem in visione esse me super portam Vlai, (a Eiusdem castri. b Id est, palus à palude siue dolor femoris aut vmbraculi.) & leuaui oculos meos, & vidi. Et ecce aries vnus stabat ante paludem, (a Regnum Medorum, & Persarum. b Vlai vel portam quæ Hebraicè Vbal. c Darium & Cyrum.) habens cornua excelsa, & vnum excelsius altero, atque succrescens. (Cyrus, qui regnum circumquaque dilatauit.) Postea vidi arietem cornibus ventilantem contra occidentem & contra aquilonem & contra meridiem: (a Caput agitantem, & ventum mouentem.) & omnes bestiæ non poterant resistere ei, neque liberari de manu eius: (a Alexandro. b Potentia.) fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est. Et ego (a Daniel.) intelligebam. (a Regnorum mutationem, priori visione prouocatus. b Regnum Græcorum.) Ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente (a Macedonia. b Quia pro situ illius terræ plaga est occidentalis. c Nimia velocitate, quia magis victoris cucurrit quàm bellis.) super faciem totius terræ, & non tangebat terram.

† THEODOR. in com. Persicum regnum arieti simile intuetur, tamquam diuitiis suis laborans, multarumq; facultatum obtinens abundantiam. Duo autem genera regum per duo cornua significantur, & ambo quidem excelsa intuetur, excelsius autem priore posterius: Amplius enim Dario & Xerxe sceptra tenentibus regnū fuit. Nam Cyrus Pontum Euxinum, & Asiam sibi subegit. Darius etiam Scythas Nomadas cum reliquis sibi subiectis coniunxit. Xerxes quoque Europæ regni iugum imponere conatus est.

Magnitudo imperij Persici.

e *Et vnum excel.* HIER. in com. Cyrus, s. qui post Astyagen auum maternum cum auunculo Dario Medis imperauit & Persis.

f *Postea vidi.* IBID. Non ipsum arietem Cyrum vel Darium, sed eiusdem regni arietem, id est Darium alterum, qui vltimus rex Persicæ potentiæ fuit, quem Alexander Philippi superauit. Quòd autem Darius iste potentissimus fuerit, Græcæ & Latinæ & Barbaræ testantur historiæ.

Darius alter qui ab Alexandro superatus est.

† THEODOR. in com. Omnia & ad aquilonem, & ad austrum sita sibi subiecta habebat Persa, & itidem ea quæ ad occidentem vsque ad ipsum mare, & plurimas insulas itē in suam potestatem redegit. Statim itaque cum Xerxe Græcis bellum inferente & Cyprij, & Rhodij, Samij, & Lesbij, & Chij, & Cyclades omnes inita societate pugnabant. Hac de causa vidit arietem cornupetentem contra mare & aquilonem, & austrum.

Auxiliares Xerxis.

g *Intelligebam.* HIERONYMVS in com. Ex superioribus visionibus in quibus secundum regnum per argentum significatum est, etiam nunc intelligitur quòd Medorum & Persarum corruat imperium.

h *Ecce autem hircus.* HIER. Alexander rex Græcorum, qui subuersis Thebis, in Persas arma corripuit, & apud Granicum fluuium inito certamine, Darij duces superauit, & tandem ipsum percussit arietem, & duo eius cornua confregit, Medos scilicet & Persas, misitq; eum sub pedibus suis, & vtrumque cornu suo subiugauit imperio.

Darius fusus ab Alexandro.

† THEODOR. in com. Macedonicum regnum hoc in loco significatum est, quod propter celeritatem, agilitatemque hircum appellauit: ariete enim velocior est hircus. Cornu conspicuum, insigne, & illustre, ipsum vocat Alexandrum, & inter hirci oculos natum asserit, illud cornu, propter ingenium & prudentiam, & sagacitatem mentis ipsius.

Celeritas notabilis Græcorum in expediendis bellis.

a Cumq;

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quod est in Elam re. *Ab Elam dicitur regnum Elamitarum, & metropolis illius regionis erat Susis, quia multa regna & multæ regiones erant sub rege Medorum.*

2 Vidi autem in visione, *Imaginaria s.*

3 Esse me super portam Vlai. *Vlai est proprium nomen euiusdam portæ prædictæ ciuitatis, & interpretatur palus, quia ante illam portam sunt paludes, à quibus illa porta est denominata.*

4 Ecce aries, *Per quem signatur regnum Medorum, quod non fuit multum infestum Iudæis, vt dicunt Hebræi: propter quod signatur per animal mansuetū.*

5 Stabat ante paludem, *Per hoc signatur instabilitas regni eius, sicut palus non est locus firmus.*

Regnum Persicum.

6 Habens cornua. *Id est, duos reges magnos inter alios, s. Darium filium Astyagis, & Cyrum eius nepotem.*

7 Et vnum excel. *Quia Cyrus fuit potentior Dario.*

8 Atque suc. *Quia ferè totam Asiam sibi subiugauit.*

9 Postea vidi arietem cor. vent. *Quia reges Persarum & Medorum ad omnes istas partes dilatauerunt regnum illud. Vnde in historia Iudith 1. cap. scribitur, quod Cambyses filius Cyri misit Holofernem ad subiugandum sibi omnia regna occidentis.*

10 Et omnes bestiæ non po. *Quia nulli reges quantumcumque fortes poterant ei resistere. Sequitur,*

11 Et magnificatus est. *Quia illud regnum obtinuit monarchiam, & Græcia ei seruiebat sub tributo, vt patet tempore Philippi patris Alexandri magni, qui reddebat tributum Dario regi Persarum & Medorum.*

12 Et ego, *scilicet, Daniel.*

13 Intelligebam, *Quid significaret visio, & mutationem regnorum futuram, quia regnum Græcorum huic regno successit.*

14 Ecce autem hircus ca. *Hic ponitur discursus regni Græcorum, quod regnum signatur per hircū, quia Græci fuerunt luxuriosi, sicut hircus est animal luxuriosum & fœtidum, & maximè Alexander qui fuit primus rex, vt dicitur: propter quod missa sibi fuit puella veneno nutrita, vt sic per incontinentiam suam accedens ad eam intoxicaretur, sed Aristoteles per gestus & aspectus oculorum illius puellæ perpendit eam sic esse nutritam, & prohibuit Alexandrum ab eius concubitu, vt scribitur libro de secretis secretorum.*

Alexander quomodo veneno intoxicatus.

15 Venie. ab. oc. *Quia Macedonia vbi prius regnauit Alexander, & vnde mouit exercitum contra Darium regem Persarum, est in occidentali parte respectu regni Persarum & Medorum.*

16 Et non tangebat ter. *Quia Alexander tanta festinatione venit contra Darium, quod videtur magis volasse quàm iuisse, secundùm communem modum loquendi, ad experimendum velocitatem. Aduertendum,* quòd

MORALITER.

†† *Et leuaui oculos meos.* Per arietem, qui dux est ouium, significatur bonus prælatus, qui dux est fidelium.

Bonus prælatus.

6 *Habens cornua.* Quæ sunt scientia & bona vita.

7 *Et vnum excelsius altero atque suc.* Scilicet bona vita, quæ melior est scientia.

9 *Postea vidi arietem cor.* Id est, bonum prælatum per scientiam suam & vitam extirpantem vitia per omnes suæ diœcesis partes.

10 *Et omnes bestiæ.* Id est, homines bestialiter viuentes.

† *Non poterant resistere ei.* Impediendo suam debitam correctionem.

† *Neque liberari de ma.* Euadendo debitā pœnā donis, vel precibus.

11 *Et magnificatus est.* Talis prælatus coram Deo & angelis eius.

12 *Et ego intelligebam.* Quia talia sunt consideranda ad imitandum. Sed quia contra tales bonos prælatos aliquando diabolus excitat satellites suos, sicut contra sanctum Thomam excitauit Angliæ regem, ideo sequitur:

14 *Ecce autem hircus caprarum,* Qui est animal fœtidum, ideo significat principem tyrannum infamiæ fœtore abominandum.

15 *Veniebat ab occidente super fa.* Id est, ex defectu lucis gratiæ. Sequitur:

16 *Et non tangebat,* Id est, amatores terrenorum, quibus non nocet tyrannus, sed magis fauet.

Tyrannus.

11 Et † 1 Porrò

a ¶ Alexander qui regnum Medorum atque Persarum in Dario ditissimo Arsami filio impetu quodam destruxit.
Porrò hircus habebat cornu insigne inter oculos suos, [6] & ve-
a ¶ Darium filium Arsami in quo Medorum atque Persarum regnum destructum est. b ¶ Quasi immobilem.
nit vsque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem
ante portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ.
a ¶ Darium scilicet.
[7] Cumque appropinquasset prope arietem efferatus est in
a ¶ Medos & Persas.
eum, & percussit arietem & comminuit duo cornua eius, &
a ¶ Alexandro. b ¶ Victum.
a non poterat aries resistere ei. Cumq; eum misisset in terram,
a ¶ Amicorum.
conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius.
a ¶ Subiugato orbe. ¶ Subito.
[8] Hircus autem caprarum magnus factus est nimis. Cumque
a ¶ Morte. b ¶ Ipse Alexander.
b creuisset fractum est cornu magnum, & orta sunt cornua
a ¶ Per quatuor climata mundi. b ¶ Seleuco.
c quatuor subter illud per quatuor ventos cæli. [9] De vno
a ¶ Antiochus Epiphanes filius Seleuci, qui & Philometor, qui nesciente senatu per dolum cepit imperium, cum obses fuisset Romæ & contra Ptolomæum Philometorem dimicauit, & contra Ægyptios, scilicet, hoc est contra meridiem.
autem ex eis egressum est cornu vnum modicum, & fa-
a ¶ Ægyptios. ¶ Eos scilicet qui in Perside res nouas moliebantur ad extremum contra Iudæos dimicans.
ctum est grande contra meridiem, & contra orien-
a ¶ Populum Dei qui in ipso fortis est. ¶ Dei.
b ¶ Dum capta Iudæa ingressus est Ierosolymam & in templo Iouis Olympij simulacrum posuit.
d tem & contra fortitudinem. [10] Et magnificatum est

a *Cumq; eum misisset* A *in terram.* † THEOD. in comm. Alexander primùm congressus cum Darij ducibus in Asiæ regionibus, omne ipsis imperiũ ademit: deinde cùm Darius in Cilicia ingenti cum exercitu occurrisset, alterum prælium committi- B tur, & Darius in fugam vertitur, multis militibus interfectis, captiuas Darij filias Alexander accepit. Tum rursus post reditum ex Ægypto, ad Babylonem instructa acie ipsum Darium occidit, & Persicum euertit regnum.

Victoriæ Alexandri de Persis.

b *Et orta sunt.* HIER. C in com. Ipso in Babylone mortuo xxxij. ætatis suæ anno, surrexerunt pro eo quatuor duces eius, Ægyptum tenuit Ptolemæus Lagi filius; Macedonas Philippus qui & Arideus frater Alexandri; Syriam & Babyloniã & omnia regna Orientis Seleucus Nicanor; in Asia regnauit Antigonus.

Duces Alexandri imperium eius inter se diuidunt.

c *De vno autem ex eis egressum.* † THEOD. in com. Antiochum dicit illustrem, id est, Epi- D phanem, qui Antiochi illius, qui magnus vocabatur, filius fuit. Hic potens effectus superauit Ægypti regem, & nationes ad orientẽ sitas in suam redegit potestatem: & cum exercitu profectus, Iudæis quoq; bellum intulit, & sanctã Metropolim sub- E egit. Virtutem enim ipsã appellauit, propter diuinã gratiam, quæ id temporis in templo florebat.

Gesta Antiochi Epiphanis.

d *Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli.* † THEOD. ibid. Hæc nos apertius edocent primus & secundus Machabæo- F rum libri, & Iosephus historiographus hæc accuratè conscripsit. Omnibus enim omnino sacris vasis templi direptis, aram Dei Ioui construxit, vrbem idolis compleuit, & ipse etiam suem in diuina ara mactauit. Magnus factus est vsque ad virtutem cæli, id est, insania contra ipsum Deum concitatus est, cui & populus & templum dicatum erat.

Iudæorum sacra ab eo dissipata.

¶ a Et

NICOLAVS DE LIRA.

quod iste Darius non fuit filius Astyagis, de quo dictum est, nec fuit ille Darius filius Hystaspis, sub quo consummatum est templum, & hoc secundum opinionem communem Latinorum & etiam Iosephi, sed fuit Darius filius Arsami, sub quo secundum communem dictum Latinorum defecit regnum Persarum per Alexandrum qui debellauit eum, secundùm verò Rab. Sal. fuit filius Assueri & Esther reginæ. Et hoc dictum videtur mihi rationabilius, & scripturis magis consonum, vt diffusius dixi in principio libri Esther & j. Esdræ iiij. & adhuc dicam inferius xj. cap.

Cuius filius fuit Darius qui ab Alexandro deuictus est?

1 Porrò hircus, *Id est, regnum Græcorum habebat cornu insigne inter oculos. Istud cornu significat Alexandrum primum regem, & dicitur insigne, quia fuit nobilissimus princeps in armis, vt patuit cap. præcedenti: sed dicitur istud cornu situm inter oculos, quia dirigebatur per Philosophos, & potissimè per Aristotelem Philosophorum principem.*

Aristoteles Alexandri præceptor.

2 Et venit vsque ad arie. *Quia Alexander inuasit Darium.*

3 Quem videram stan. *Quia Darius aduentum Alexandri pro nihilo reputabat: & ideo ei non occurrit, sed stans in loco suo misit aliquos de principibus suis præcipiens eis, vt adducerent sibi Alexandrum ligatum & flagellatum.*

4 Et cucurrit ad eum. *Quia Alexander primò occurrit principibus Darij prædictis, & deuicit eos iuxta fluuium Granicum.*

5 Cumque appropinquasset. *Quia deuictis principibus Darij, venit contra ipsum Darium.*

6 Efferatus est in eum, *i. ferino more eum inuasit.*

7 Et percussit arietem, *s. Darium regem Persarum,*

8 Et comminuit duo cornua eius. *i. robur regni Medorum & Persarum. Sequitur,*

9 Cumque eum misisset, *i. gloriam illius regni deiecit.*

10 Et nemo quibat liberare arietem. *Quia nullus amicorum suorum, vel coniunctorum poterat sibi ferre auxilium contra Alexandrum.*

11 Hircus autem capra. *Quia magnitudo Alexandri & eius fama creuit supra modum subiugata sibi tota Asia & Aphrica pro magna parte.*

12 Cumque creuisset. *Quia immediatè post illas victorias mortuus est Alexander anno xij. regni sui, ætatis autem suæ xxxij. anno in Babylone, nec potuit redire in terrã natiuitatis suæ, vt diffusius dicitur in Scholastica historia.*

13 Et orta sunt cornua. *i. quatuor regna in quibus diuisum est imperium Alexandri.*

Imperium Alexandri in quatuor regna diuisum.

14 Per quatuor ventos cæli. *i. per quatuor principales partes mundi vnde oriuntur venti, quia Ptolemæus Lagi filius regnauit in Aegypto, Philippus frater Alexandri in Macedonia, Seleucus in Syria & Babylone, Antigonus in Asia, secundum quod dicit hic glossa.*

15 De vno autem. *Hic describitur incursus Antiochi Epiphanis orti ex prædictis contra Iudæos, cùm dicitur,* De vno autem ex eis, *i. de Seleuco rege Syriæ.*

16 Egressum est cor. *i. Antiochus Epiphanes, qui descendit de Seleuco, tamen plures fuerunt intermedij: & dicitur istud cornu modicum, quia prius fuit Romæ obses, vt dicitur j. Machab. j.*

17 Et factum est grande. *Scilicet quia Antiochus ignorante senatu exiit de Roma, vt occuparet regnum Syriæ vt dicitur j. Machab. j. Et priuauit filium fratris sui primogeniti, s. Seleuci Philometoris regno sibi debito.*

Gesta Antiochi Epiphanis.

18 Contra meridiem. *Quia Ptolemæum regem Aegypti fugauit de campo & Aegyptum obtinuit, vt habetur j. Machab. j. Aegyptus autem est in situ meridionali respectu Syriæ.*

19 Et contra orientem. *Quia in Perside, quæ est in oriente respectu Syriæ multos deuicit, & sub tributo tenuit, vt ibidem dicitur in ij. cap.*

20 Contra for. *i. contra Ierusalem, vbi Deus, qui est fortitudo colebatur.*

21 Et magnificatum. *i. contra filios Israel qui angelorum antiquitus custodia vallabantur.*

¶ 1 Et

MORALITER.

† 1 *Porrò hircus habebat cornu.* Id est, potestatem valdè notabilem ex malis adhærentibus sibi.

2 *Et venit vsque ad arietem.* Id est, prælatum bonum.

4 *Et cucurrit ad eum impe.* Sicut fuit de rege Angliæ & sancto Thoma, & in multis aliis regnis facta sunt similia.

8 *Et comminuit duo cornua eius.* Scilicet scientiam & vitam non quantum ad rei existentiam, sed quantum ad efficaciam in diœcesi propria, quam fuit compulsus exire, & non potuit ibi proficere.

10 *Et nemo quibat.* Per regem enim Franciæ & Papam constituti fuerunt dies pacis plurimi, sed inutiliter, & finaliter in fauorem Regis sanctus Thomas fuit crudeliter occisus, sed à Deo gloriosè susceptus.

Martyrium S. Thomæ Cantuariensis.

a *Et deiecit de fortitu.* HIER. Sub Antiochi specie de principe tenebrarum dicitur, *Deiecit de fortitudine & de stellis:* quod fit cùm nõnullos luce iustitiæ resplendentes, & virtute operum robustos frangit. GREG. 32. Mor. c. 14. Qui *vsque ad principem for. magnificatur,* quia contra ipsum auctorem virtutis extollitur. Iuge, scilicet sacrificium tollit, id est, quia studium conuersationis ecclesiæ in eis quos ceperit interrumpit.

Strages quã facit diabolus in Ecclesia.

HIER. in com. Anno cxliij. à Seleuco qui primus post Alexandrum regnauit in Syria, ingressus est Antiochus Ierosolymam & vniuersam vastauit, ac tertio post anno reuersus, in templo Iouis statuam posuit.

Ierusalem direpta ab Antiocho.

b *Conculcauit de stellis.* † THEOD. in com. Plurimi ex populo violata Dei lege, ex ordine cælestium exciderunt, & ab istius tyrannide conculcati sunt. Stellas ipsos nominauit propter nobilitatem, splendoremque pietatis; innuens quod olim Abrahæ promissũ fuit, *faciam semen tuum sicut stellas cæli.*

Gen. 22.

c *Et vsque ad principem forti.* † HIER. in com. Hoc significat quod erectus sit contra Deum, & Sanctos illus persecutus sit: & tulerit ἐνδελεχισμὸν, id est, iuge sacrificium quod mane offerebatur & vespere, & polluerit atque deiecerit locum sanctificationis eius. Atque ita factum est, vt veritas prosterneretur in terram, & cultu idolorum florente, Dei religio conquiesceret.

d *Robur autem datum.* GREG. 32. Mor. c. 14. Quia nisi pereuntium merita exigerent, eos qui rectè credebant, obtinere aduersarius nequaquam posset.

Veritas in ter. GREG. ibid. Quia fides tunc rerum cælestium ad desiderium vitæ temporalis inclinatur.

Et prospera. & fa. GREG. vbi suprà. Quia tunc non solùm in reproborum mentibus, sed etiam in electorũ corporibus crudelitate inæstimabili, sine qualibet obiectione grassatur.

a vsque ad fortitudinem cæli, & deiecit de fortitudine & de b stellis, & conculcauit eas. [11] Et vsque ad principem fortitudi- c nis magnificatum est, & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit d locum sanctificationis eius. [12] Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata, et prosternetur veri- e tas in terra, & prosperabitur & faciet. [13] Et audiui vnum de sanctis loquentem, & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquen- f ti: Vsquequo visio & iuge sacrificium & peccatum desolationis quæ facta est, & sanctuarium & fortitudo conculcabitur? g [14] Et dixit ei: Vsque ad vesperam & mane dies duo millia tre- h centi, et mundabitur sanctuarium. [15] Factum est autem, cùm viderem ego Daniel visionem: & quærerem intelligentiam,

a ¶ Id est, filios Israel, qui angelorum vallabantur custodia. b ¶ Plures enim sanctorum idololatriæ subiecit, & quasi stellas cæli conculcauit pedibus suis, populum quoque & vrbem vastauit.
a ¶ Ipsum Deum, cuius sanctos persecutus est; vel Iudam Machabæum.
a ¶ Opinione sua & hominum. b ¶ Quod mane offerebatur & vespere.
a ¶ Ierusalem & templum, ponens in templo statuam Iouis Olympij. b ¶ q.d. Non sua virtute, sed Dei. c ¶ A Deo. d ¶ Antiocho.
a ¶ Facit Deus regnare hominem propter p.p. b ¶ Populi. c ¶ Ita. d ¶ Cultu idolorum crescente, religio Dei decreuit.
¶ Vt etiam legem Dei comburendam quæreret, & circumcisionem prohiberet. a ¶ Opinione sua. b ¶ Secundum cor suum. c ¶ Angelum quemlibet tacito nomine.
a ¶ Angelo.
a ¶ Hæc scilicet complebitur, id est, quanto spatio complebitur ex quo cœperit compleri. b ¶ Templi in quo simulachra.
a ¶ Sub Antiocho rege Syriæ Dei iudicio. ¶ Dei. ¶ Sanctorum.
a ¶ Noctis dieique successionem significat, id est continuè. b ¶ Id est, sex anni & menses tres & dies xx.
a ¶ Tunc. b ¶ A Iuda Machabeo qui Antiochi duces superauit. c ¶ Templum.
a ¶ Quasi picturam & imaginem. b ¶ Non enim omnis, qui videt, intelligit scripturam sanctam: sæpe oculis videmus, & corde non intelligimus.

c *Et audiui vnũ de sanctis.* † THEOD. in com. Perspicuum est illum vidisse angelos inter se colloquentes ac discere cupientes, quantum futurum sit temerariæ impietatis & desolationis templi tempus, ac tyrannidis illius, qua populus opprimetur.

f *Vsquequo.* HIER. in com. Quidam hoc ad Antichristum referunt, & quod sub Antiocho in typo factum est, sub illo dicunt esse cõplendum.

g *Et dixit ei, Vsque ad vesperam.* IBID. Vesperam vocauit calamitatis initium, & manè calamitatũ finem: quia quę dolorẽ afferunt, ea morti ac tenebris comparantur. Computati dies hi secundum Hebræorum rationem, sex annorum & sex mensium numerum perficiunt: tamdiu enim grassata est Iudæorum calamitas.

Quamdiu sacrorum desolatio ab Antiocho inducta durauerit? Mach. 4. c.

h *Duo millia.* HIER. in com. Ab Antiochi, s. ingressu Ierusalem, i. cxl. tertio anno regni Græcorum vsque ad emundationem & restaurationem templi à Iuda Machabęo factam anno cxlix. quoniam ipsorum dierum numerus completus est iuxta propheticam veritatem.

☞ a Spe-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et deiecit de for. *Quia plures eorum idololatriæ subiecit.*
2 Et de stel. *Quia multos stabiles in cultu Dei occidit, vt patet ij. Machab. vj. & vij.*
3 Et vsque ad prin. *Id est, vsque ad Deum qui colebatur in Ierusalem, quia ad tempus abstulit cultum eius, & dicitur sic ei præualuisse per quamdam similitudinem. Vel aliter, per principem fortitudinis, intelligitur summus sacerdos, quia tunc regebat ciuitatem & templum, contra quem præualuit Antiochus.*
4 Et ab eo tulit iuge sacri. *Quod dicebatur agnus, qui immolabatur vespere & mane: quia figurabat immolationem corporis Christi, quod quotidie immolatur in altari.*
5 Et deiecit locum sanctificat. *Quia Antiochus prophanauit templum ponendo ibi abominandum idolum, vt dicitur j. Machab. verumtamen quia ista non fecit Antiochus propria virtute, sed Deo permittente propter peccata populi punienda, ideo subditur,*

Deo permittente præualet Antiochus contra sancta.

6 Robur autem datum est ei. *Id est Antiocho.*
7 Contra iuge sac. *Populi Israel & maximè sacerdotum, qui (vt dicitur ij. Machab. iiij.) iam non erant dediti circa altare, sed contempto templo & sacrificiis neglectis, festinabant participes fieri palestræ, & sic dicitur ibidem, quod fecerunt prostibula iuuenum iuxta templum.*
8 Et prosternetur ve. in ter. *i. verus Dei cultus.*
9 Et prosperabitur, & faciet. *s. Antiochus, secundum voluntatem suam.*
10 Et audiui vnum de sanctis, *i. Angelis.*
11 Et loquentem, &c. alteri nescio. *Hoc dicitur, quia Daniel non habebat intellectum huius visionis ad plenum, vt infrà patebit.*
12 Vsquequo visio. *i. lex quæ illuminat intellectum, & quæ per diuinam reuelationem habita est.*
13 Et iuge sacrificium. *i. quotidianum.*
14 Et peccatum desolationis. *i. desolatio templi facta propter peccata populi, per positionem idoli in templo.*
15 Et sanctuarium, *i. templum, cuius vna pars dicebatur sanctum, altera sanctum sanctorum.*
16 Et fortitudo, *Sanctorum s.*
17 Conculcabitur? *Et refertur hoc verbum ad omnia prædicta excepto peccato desolationis, de quo non quæritur quamdiu conculcabitur, sed quamdiu durabit: & hoc est verbum truncatum, quia loquitur ad modum dolentis hominis, qui aliquid in loquendo omittit. Et notandum, quod ista quæstio facta est ab vno Angelo quærenti ab alio Angelo, vt patet in littera. Ex quo patet quod Angeli superiores illuminant Angelos inferiores.*

Angeli superiores illuminant inferiores.

18 Et dixit ei, *s. Angelus superior inferiori.*
19 Vsque ad vesperam & mane dies, *i. per successionem diei & noctis erit tantum temporis, quod sequitur:*
20 Duo millia trecenti, *i. sex anni, q.d. Per tantum tempus conculcabuntur prædicta.*
21 Et mundabitur sanctuarium, *scilicet completo tempore prædicto à pollutione facta ibi per Antiochum, quod factum legitur à Iuda Machabæo & fratribus eius j. Machab. iiij. Considerandum tamen, quòd tantum tempus fuit ab ingressu Antiochi in Ierusalem vsque ad emundationem templi: Idolum tamen fuit positum in templo per tres annos post ingressum Antiochi in Ierusalem, quia idolum non stetit in templo nisi per tres annos, vt videbitur infrà xij. cap.*

Idolum in templo positum.

22 Factum est autem. *Hic ponitur prædictæ visionis expositio. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur visionis expositio; Secundò infertur quædam conclusio, ibi,* Et ego Daniel. *Prima adhuc diuiditur in tres, Quia primò exponitur mysterium arietis, secundò hirci, ibi,* Porrò hircus, *tertiò cornu modici, ibi,* Et post regnũ eorum. *Prima adhuc diuiditur in duas partes, Quia primò notatur desiderium sciendi in Daniele, & modus reuelandi in Gabriele: quia hoc fecit per mandatum Angeli superioris, s. Michaelis; Secundò, ponitur expositio Gabrielis, ibi,* Aries quem vidisti. *Dicit igitur,* Factum est autem cùm viderem ego Daniel visionem, *s. imaginariam.*

Diuisio.

23 Et quærerem intel. *Cum magno desiderio, quia licet eam intelligeret in parte, vt prædictum est, non tamen in toto.*

15 Et — 1 Ecce

a *Species viri. Et au.* HIER. in com. Non enim sunt Angeli viri, sed A videntur: sicut ab Abraham ad quercum Mambre tres viri visi sunt, qui vtique non erant, è quibus vnus adoratur vt dominus: vnde, *Abraham vidit diem meum, & gauisus est.*

Angeli apparentes in specie humana. Gen. 18. a. Ioan. 8. g.

b *Et audiui vo.* HIER. ibid. Hunc virum Iudæi Michaelē autumant: Et quia visio de præliis regumque certaminibus, imò de regum successoribus erat, conuenienter Gabriel huic officio mancipatur, quia & præliis præpositus est, Gabriel autem interpretatur fortitudo vel robustus B Dei: vnde eo tempore quo dominus erat nasciturus, & bellum dæmonibus indicturus, & de mundo triumphaturus, Gabriel venit ad Zachariam & ad Mariam. Et postea de triumphāte legitur, *Quis est iste rex gloriæ? d. f. & potens in prælio ipse est rex gloriæ.* Vbicumque autem medicina & sanatio necessaria est, sicut Tobię Raphael mittitur, qui interpretatur curatio, vel C medicina Dei, Vbi autē propitiatio vel expiatio necessaria est, Michael mittitur, qui interpretatur, quis vt Deus, qui nomine suo significat quod in Deo sit vera medicina. Ex officiis, Angeli sortiti sunt vocabula.

* istum

Officium trium Archangel.

Sanctus Gabriel. Luc. 1. a.

Psal. 23. a.

Tob. 5. a. Sanctus Raphael.

Sanctus Michael.

Ex officiis Angeli sortiti sunt nomina.

c *Pauens corrui in fa.* HIER. ibid. Qui stabat ante, corruit: Ne elatus in superbiam angelicæ naturæ vel dignitatis esse sibi videatur, fragilitatis suæ admonetur.

† THEODOR. in com. Hæc sunt idonea ad conuincendum Eunomij fastum, qui ipsam se cognoscere Dei essentiam arroganter iactitat, Si enim angelorum contemplationem, eamdemque contemplantis viribus dimensam, tacitus propheta non tulit, quid magis impium aut detestabilius iis qui gloriantur diuinam se nouisse substantiam.

D Eunomij impudentissima arrogantia.

a ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. [16] Et audiui vo- 1
b cem viri inter Vlai, & clamauit, & ait: * Gabriel fac intelligere 2 3
* istam visionem. [17] Et venit, & stetit iuxta vbi ego stabam. 4 5
c Cumq; venisset, pauens corrui in faciem meam, & ait ad me: 6
Intellige fili hominis, quoniā in tēpore finis cōplebitur visiō. 7 8
[18] Cumq; loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram. Et 9 10
tētigit me & statuit me in gradu meo, [19] dixitq; mihi: Ego ostē- 11 12 13
dam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis, quoniā 14 15
habet tēpus finem suum. [20] Aries quē vidisti habere cornua, rex 16
Medorū est, atque Persarum. [21] Porrò hircus caprarū rex Græ- 17
corum est, & cornu grande quod erat inter oculos eius, ipse est
rex primus. [22] Quod autem fracto illo surrexerunt quatuor pro 18
eo, quatuor reges de gente eius consurgent, sed non in forti- 19 20
tudine eius. [23] Et post regnum eorum, cùm creuerint iniquita- 21 22 23
d tes, consurget rex impudens facie, & intelligens propositio- 24
e nes, [24] & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis: 25
f & supra quam credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabi- 26

Interlinear glosses: ¶ Michaelis. — ¶ Michaelis. — a ¶ Ad quem pertinet. — b ¶ Danielem scilicet. — a ¶ q. d. Hominem te esse memento. — b ¶ Non statim. — c ¶ Consummationis. — a ¶ Vt sine formidine videret & intelligeret quæ dicuntur. — b ¶ Quasi collapsus & quadrupes iacebat in terra. — a ¶ Tempore, quando hæc maledictio implebitur super populum Iudæorum, & super ipsum Antiochum, vel in fine mundi sub Antichristo, & super ipsum. — a ¶ Visionis. — b ¶ Completionis. — c ¶ Darius, scilicet filius Arsami. — a ¶ Alexander. — ¶ Mortuo. — a ¶ Quia Alexandro nullus æquiparari potuit. — a ¶ Antiochus præceps in omnia. — b ¶ Intelligere faciens & aperto actu demonstrans quæ nunc proponuntur. — ¶ Opere complens vel faciens. — c ¶ Has visiones. — a ¶ Imò Dei, à quo omnis potestas. — a ¶ Antichristus, de quo & quartum quod incedet feliciter.

d *Consurget rex impudens facie.* † THEOD. ibid. Antiochi versutam malitiam per hæc innuit, & præter malitiam, potētiam, quam ille sibi comparauerat. Deinde docens eum hæc facturum, Deo permittente, necessariò E subiecit, *sed non viribus suis.* Assyrio quoque ait Deus per Isaiam, *Numquid gloriabitur securis sine incidente in ea? Aut exaltabitur serra sine trahente eam?* Ità & hic, audebit hæc inquit, Antiochus, non vt potens, sed Deo permittente.

* infrà 9. f.

Antiochus permissus grassari in sanctos.

e *Et roborabitur for.* GREGORIVS lib. 32. F moral. cap. 14. Illius hominis fortitudo non in suis viribus roboratur, quia Sathanæ virtute in gloria perditionis attollitur.

f *Et supra quam credi potest.* † THEODOR. in com. Nihil ipsi erit impedimento, quin omnia faciat quęcumque voluerit. De talibus beatus Dauid præcipit, *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, &c.* Persæpe enim accidit, vt impietati addictis hominibus res prosperè succedant.

Impiis sæpe prosperè succedunt res huius mundi.

† HIERON. Antiochus Ἐπιφανὴς frater Seleuci, capta Iudæa, ingressus

† THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce stetit. *Quia non erat vir, sed Angelus in specie viri scilicet Michael, qui erat princeps synagogæ, vt patebit infrà x. c. & ideo erat sollicitus, vt mysterium Danieli reuelaretur.*

2 Et audiui vo. *Id est Michaelis in specie viri apparentis.*

3 Inter Vlai. *Id est, apparentis in tali loco.*

4 Et cla. *Scilicet loquendo Angelo inferiori.*

5 Gabriel fac intellig. *Danielem. Ex quo patet, quod in ministeriis Angelorum ordo est.*

In ministeriis Angelorum ordo est.

6 Et venit. *Scilicet, Gabriel.*

7 Et stetit iuxta. *Ad loquendum mecum.*

8 Cumque venisset, pa. *Hoc factum est, vt Daniel existens inter Angelos, cognosceret fragilitatem humanam.*

9 Et ait ad me: Intell. fili hominis. *Scilicet corruptibilis: eadem ratione qua prius, scilicet, vt cognoscat suam fragilitatem.*

10 Quoniam in tem. *Ex quo patet, quod licet visio aliquo modo sit impleta in Antiocho, tamen perfectius complebitur in Antichristo in fine mundi: & ideo de ipso est principalis sensus litteralis, vt prædictum est.*

11 Cumque loqueretur ad me. *Bis ad terram cecidit loquente Angelo, vt magis cognosceret fragilitatem suam.*

12 Et tetigit me, *Confortando.*

13 Et statuit me in gradu meo. *Erigendo me, quia prius iacebam sicut quadrupes ad terram.*

14 Dixitque mihi: Ego ostendam tibi quæ fut. sunt in nouissimo maledictionis. *Id est, tempore, illius maledicti hominis qui propter abundantiam malitiæ dicitur maledictio in abstracto. Et hic est Antichristus propriè, & Antiochus Epiphanes aliquo modo, in quantum fuit figura Antichristi persequendo cultum Dei, vt visum est.*

Antiochus figura fuit Antichristi.

15 Quoniam habet finem. *In quo scilicet ista complebuntur.*

16 Aries quem vidisti. *Positis quibusdam præambulis ad expositionem visionis, hic Gabriel incipit visionem exponere in quantum tangit regem Medorum & Persarum. Et patet littera ex prædictis. Vlterius exponit eam in quantum tangit regnum Græcorum, dicens,*

17 Porro hircus caprarum. *Et patet vsque ibi.*

18 Rex primus, *Scilicet Alexander, vt prædictum est, quia ante tempus Alexandri reges Græciæ erant quasi nullius momenti. Et ideo dicitur primus inter notabiles.*

19 Quod autem fracto illo. *Id est, mortuo ante finem naturalem vitæ suæ, quia per venenum mortuus est adhuc iuuenis existens, scilicet xxxiij. annorum, vt patet ex prædictis, & hoc significatur per fractionem.*

Mors Alexandri.

20 Surrexerunt quatuor. *Scilicet cornua: Hoc significat, quod quatuor reges de gente eius consurgent simul regnantes, & imperium tenentes Alexandri secundum diuersas partes.*

21 Sed non in forti. *Quia nullum istorum regnorum potuit æquiparari regno Alexandri in fortitudine, licet plus durauerit: quia regnum Alexandri valdè parum durauit, vt suprà dictum est.*

22 Et post regnum. *Hic consequenter ponit expositionem cornu modici, id est Antiochi & Antichristi, cuius figura fuit Antiochus, & hoc est quod dicitur,* Et post regnum eorum, *scilicet regnum præcedentium.*

23 Cum cre. &c. con. rex im. *Id est Antiochus qui permissus est regnare ad puniendum iniquitates filiorum Israel, quæ creuerant nimis illis temporibus, vt visum est. Dicitur autem Antiochus impudens facie, quia nullam turpitudinem verebatur facere, etiam in loco sancto, vbi statuit idolum: qui locus erat etiam repletus immunditiis scortantium cum meretricibus, vt dicitur ij. Machab. vj. & hoc factum est per Antiochum.*

Antiochus quare dicitur impudens facie.

24 Et intel. propo. *Quia Antiochus callidus erat & præueniens alios calliditate sua. Vel aliter:* Intelligens proposi. *Id est, intelligere faciens. q. d. Daniel, quia per ea quæ faciet intelligetur ista visio quæ modo est occulta.*

Intelligens propositiones.

25 Et roborabitur for. eius, sed non in viribus suis. *q. d. Licet sic crescat fortitudo Antiochi ad faciendum ista, non tamen hoc erit ex viribus suis, sed propter peccata populi sic dimittetur à Deo agere: quia sicut frequenter dictum est, Deus aliquando vtitur malis ad puniendum bonos.*

26 Et supra quam credi potest, vniuersa. *Quia non erat credibile hominibus, quod ille qui erat Romæ obses, deberet sic prosperari, & tam ardua facere.*

1 Et

a tur & faciet. Et interficiet robustos & populum sanctorũ [25] secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius, & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet b plurimos. Et contra principem principum consurget, & sine manu cõteretur. [26] Et visio vespere & mane, quæ dicta est vera c est. Tu ergo visionẽ signa, quia post multos dies erit. [27] Et ego Daniel langui & ægrotaui per dies. Cumq; surrexissem faciebã d opera regis & stupebã ad visionẽ, & nõ erat qui interpretaretur.

¶ Neque. a ¶ Ad nutum eius. b ¶ Opere.
a ¶ In superbia magnus in oculis suis.
a ¶ Sanctorum. b ¶ Deum qui dicit, Per me principes regnant.
c ¶ Ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tamquam sit Deus.
d ¶ Spiritu labiorum suorum interficiet impium. ¶ In Elimaide Dianæ templum spoliare cupiens, vbi amisso exercitu sine manibus contritus est, id est, tristitia & morbo periit.
a ¶ Successione temporum. b ¶ Completa. c ¶ Finita vastatione & emundatione veniente.
a ¶ In corde, vel littera.
a ¶ His visis. Simile dicit Abraham viso domino: Loquar ad dominum, cùm sim puluis & cinis.
b ¶ Factus omnibus omnia, illud Euangelicum complens: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.
¶ Tamen. a ¶ Nomina regum, & cuncta tempora regnorum, quia hæc non audiuit.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

gressus est Ierosolymam, in templo Dei simulacrum Iouis Olympij statuit: *& vsque ad fortitudinem cæli*, id est, filios Israel, qui angelorum vallabantur auxilio, erexit magnificentiam suam, ita vt de sanctis plurimos idololatriæ subiiceret, & velut stellas cæli pedibus conculcaret.

Antiochus crudeliter tractat Iudæos & eorum sacra.

A

a *Et interficiet robust.* GREG. lib. 32. Moral. cap. 14. Robustos interficiet, cùm eos, qui mente inuicti sunt, corporaliter vincit; vel, cùm eos qui sancti & robusti credebantur ad nutum suæ voluntatis trahit; in cuius manu dolus dirigitur, quia in illa fraus per opus adiuuatur: quod enim fallendo dicit, hoc mira faciendo asserit. Nam quidquid mendax lingua simulat, hoc quasi verum esse manus operis ostentat.

B C

b *Sine manu conteretur.* HIER. in com. Antiochus audiens in Perside, duces suos à Iuda Machabæo fusos, amissis pretiosis donariis ibique amisso exercitu, sine manibus contritus est, id est, tristitiæ morbo periit.

Mors Antiochi.

Et sine manu. IBID. Non angelorũ bello, non sanctorum certamine, sed per aduentũ iudicis solo oris spiritu æterna morte ferietur. D

c *Tu ergo signa.* HIER. ibid. Gabriel exposita visione addit: *Tu ergo signa*, visionis obscuritatem signans, nec patere multis, nec, nisi opere compleatur, posse intelligi.

d *Interpretaretur.* IDEM. ibid. sicut angelus. Vel quia reges audierat, & eorum nomina nesciebat, futura cognouerat, sed quo essent tempore, nesciebat. Stupebat ergo quod solum facere poterat & Dei scientiæ omnia committebat.

E

† THEOD. in com. Cùm didicissem, inquit, ea mala quæ rursus populũ meum essent oppressura tãto mœrore affectus fui, vt in ægritudinẽ inciderim: Nouerat cum Paulo dicere, *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et flere cum flentibus.* Hanc eamdem charitatem decet nos cognatis & conseruis præstare, idemque mutuo sentire, membrorum mutuam, qua sibi compatiuntur, cognationem imitari; siquidem membra alter alterius vocati sumus, ac digni effecti qui Christi corpus appellemur.

2. Cor. 11. Rom. 12.

Alienis malis compatiendum.

1. Cor. 11. F Rom. 12.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et interficiet robu. *scilicet septem fratres, qui cum matre fuerunt robustissimi, ad tenendum legem Dei, vt patet ij. Machab. vij. Et quia non solum illi sunt interfecti ab Antiocho, sed etiam multi alij, qui noluerunt derelinquere legem Dei, ideo sequitur,*

7. fratres Machabæi & alij pij ab Antiocho interfecti.

2 Et populum sanctorum secundum. *interficiet, scilicet.*

3 Et dirigetur dolus in manu eius, *id est, ad finem intentum ab eo perducetur per opera eius.*

4 Et cor suum magnifi. *quia Antiochus in tantum erat elatus per superbiam, quasi crederet habere terram ad nauigandum, & mare ad ambulandum, vt dicitur ij. Machab. v.*

5 Et in copia rerum omnium occi. pluri. *quia talem occisionem sanctorum fecit per temporalem potentiam à Deo sibi permissam.*

6 Et contra principem principum consurget, *quia contra Deum surrexit auferendo cultum eius quantum ad tempus.*

7 Et sine manu conteretur, *quia Antiochus rediens de Perside percussus à Deo morbo intestino mortuus est, prout habetur ij. Machab. ix. Quoniam autem sicut dictum est, Antiochus fuit figura Antichristi, ideo littera ista quæ exposita est de Antiocho, iterum melius exponitur & perfectius de Antichristo, ab illo loco vbi incipit scriptura loqui de Antiocho cùm dicitur,* Et post regnum eorum, *scilicet Græcorum: quia regnum Antichristi pertinet quodammodo ad regnum Romanum, de quo orietur, vt prædictum est; quod quidem regnum Romanum est post regnum Græcorum: de quo fit mentio in parte immediatè præcedenti, vt patet,* Cùm creuerint iniquitates, *quia secundum testimonium Saluatoris Matth. xxiiij. b. imminente tempore Antichristi* abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorum. Consurget rex impudens facie, *quia Antichristus ad omne malum erit inuerecundus;* Et intelligens propositiones, *quia Antichristus erit calidissimus ingenio naturali & auxilio diaboli familiaris sibi, quia habebit dæmonem principem;* Roborabitur fortitudo eius, *quia excedet omnem terrenam potentiam tempore suo;* Sed non in viribus suis, *quia non erit hoc virtute humana, sed diabolica, in cuius virtute faciet illa mirabilia, Deo tamen permittente,* Et supra quam credi potest vniuersa vastabit, &c. *quia potestas Antichristi sic subito apparebit, quod omnibus admirabilis erit.* Et interficiet robustos, &c. *id est, illos qui inuenientur firmi in lege Dei nolentes ei obedire;* Et dirigetur dolus, &c. *id est, ad finem intentum ab eo perducetur, licet ad tempus breue;* Et cor suum magnificabit, *quia extolletur super omne illud quod dicitur Deus, aut quod colitur, vt dicit Apostolus ij. Thess. ij. b.* Et in copia omnium rerum occidet plurimos, *quia per fortitudinem militiæ, & thesauros diuitiarum naturalium & artificialium multos interficiet;* Et contra principem principum consurget, *id est, contra Deum, cultum eius auferens, & sibi vsurpans: quia in templo Dei sedebit, ostendens se tamquam sit Deus, vt dicitur ij. ad Thess. ij. b.* Et sine manu conteretur, *quia Dominus Iesus Christus eum interficiet spiritu oris sui, vt ibidem dicitur. Sequitur,*

De Antichristo, moribus, & gestis eius.

8 Et visio vespere & mane, &c. *id est, per successionem temporis apparebit veritas visionis ipsius in quantum pertinet ad Antiochum, & in quantum pertinet ad Antichristum. Vel aliter exponitur, vt per* mane *intelligatur tempus Antiochi, quod fuit primum respectu temporis Antichristi, vt sit sensus, Visio prædicta, secundum quod refertur ad* mane, *id est, ad tempus Antiochi;* Et vespere, *id est, ad tempus Antichristi, vera est, quia in vtroque sensu habet veritatem, vt visum est. Sequitur,*

9 Tu ergo, *Daniel,*

10 Signa visionem, *id est, memoriæ commenda, eam scribendo, vt postea possit sciri à posteris.*

11 Quia post multos dies erit, *id est, complebitur.*

12 Et ego Daniel langui & ægrotaui per dies. *Hîc ponitur quædam conclusio respectu præcedentium, cùm dicitur,* Et ego Daniel langui, *concussus timore visionis, & admiratione. Sequitur,*

13 Cumque surrexissem, faciebam opera regis, *id est, negotia regni, quia super ipsa erat positus Daniel, vt visum est suprà.*

14 Et stupebam ad visionem, *propter horrorem malorum futurorum.*

15 Et non erat qui interpretaretur. *Quia licet visio esset ei interpretata in generali, non tamen omnino in speciali, quantum ad nomina regum, & determinatarum personarum. Ex quo patet, quod Spiritus sanctus non semper reuelat prophetis sensum plenarium visionis: sed solum quantum expediens est pro loco & tempore & personis, pro quibus fit reuelatio. Et propter hoc prophetæ non ita clarè scripserunt mysteria Christi de futuro, sicut Euangelistæ scribentes historiam de præterito.*

Spiritus sanctus nõ semper reuelat prophetis sensum plenarium visionis.

Videretur fortè alicui, quod hæc visio non posset litteraliter exponi de Antichristo, Primò, quia tribulatio quæ hic describitur, dicitur durare per sex annos vt dictum est; quod non potest dici ad litteram de persecutione Antichristi, quæ durabit tantum ad tres annos & dimidium vt dicetur infrà x. cap. & xij. Secundò, quia hic dicitur, quod in hac tribulatione, quæ hic describitur, debet auferri iuge sacrificium: Iuge autem sacrificium nunc est sacrificium altaris, quod non cessabit vsque ad iudicium finale, secundum quod dicitur Matth. vlt. d. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. *Ad primum dicendum, quod persecutio Antichristi aliquando accipitur strictè pro tempore in quo Antichristus persequitur fideles in persona propria: & sic non durabit, nisi per tres annos & dimidium; Aliquando largè accipitur, in quantum cum hoc accipitur aliquid de tempore præcedenti in quo per ministros Antichristi fiet quædam dispositio ad ipsum per deceptiones & malas persuasiones: & sic accipitur hic duratio illius persecutionis. Ad secundum dicendum, quod sacramentum altaris tempore Antichristi cessabit quantum ad solemnitatem, quia tunc Missæ non celebrabuntur publicè, sed tantùm occultè propter rabiem illius persecutionis: & sic intelligitur hic cessatio iugis sacrificij.*

An hæc visio possit litteraliter exponi de Christo.

CAP.

CAP. IX.

A a IN *anno primo.* HIER. in com. Ne putemus eum qui filius Hystaspis, cuius secundo anno templum ædificatum est, quod Porphyrius suspicatur, vt annos Danielis extendat, vel eum qui ab Alexandro rege Macedonum superatus est; & nomen patris, & victoriā addidit, quia primus de semine Mœdorum subuertit regnū Chaldæorum, vt auferat propter similitudinem nominis errorem.

Plures reges Persarum vocabantur Darij.

B b *Ego Daniel.* HIER. ibid. Prædixit Ieremias lxx. annos desolationis tēpli, post quos rediret populus in Iudæam, & ædificaretur templū: quę res non facit Danielem negligentem, sed promouet in precem, vt quod Deus per suam promisit clementiam, per suam impleat precem, ne superbia negligentiam faceret, & negligentia offensam pariat. Legimus in Genes. cxx. annos pœnitentiæ constitutos ante diluuium. Sed quia centum annis filij hominum pœnitere neglexerunt, non expectat Deus vt xx. compleantur, sed ante infert quod postea fuerat comminatus. Vnde & ad Ieremiam dicitur ob duritiam Iudæorum, *Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te.* Et ad Samuel, *Vsquequo luges super Saul? Ego abieci eum.* Igitur in sacco & in cinere postulat impleri quod Deus promisit, non quòd sit incredulus futurorum.

Ierem. 25. c. & 29. c.

Orare cōuenit etiā pro eis quæ promisit Deus.

Gene. 6. a. Ierem. 11. c. 1. Reg. 16. a.

c *Et posui faciem meam, &c.* † CYPRIANVS serm. 5. de lapsis. Daniel post fidei ac innocentiæ suę multiplicem gratiam, post dignationem Domini circa virtutes ac laudes suas sæpe repetitam, ieiuniis adhuc Deum promereri nititur, in sacco & in cinere volutatur, exomologesin faciens dolenter, &c.

Ierem. 25. c & 29. c.

☞ CHRY-

CAP. IX.

a ¶ Qui supra dicitur Balthasar successisse, qui primum captum Israel soluit, deinde Cyrus. ¶ Non illius, qui in Esther legitur. ¶ Qui & Astyages. a ¶ Primus.

a [1] IN anno primo Darij filij Assueri de semine Mœ-[2]dorum, qui imperauit super regnum Chaldæo-[3]rum [4] anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in [5] (¶ Ieremiæ.) libris [6] numerū (¶ Numero.) annorum, * de quo factus est sermo domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur (a ¶ Templi.) desolationis Ierusalem (¶ Non ingratus promissionis Dei.) septuaginta anni. [7] Et posui (b ¶ Mentis.) faciem meam ad dominum Deum meum, [8] rogare (a ¶ Charitatis priuilegio.) & [9] deprecari in [10] ieiuniis (¶ Hæc sunt arma pœnitentium.), [11] sacco & [12] ci-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT IX.

IN anno primo. *Hic ponitur octaua visio, quæ fuit facta in anno primo Darij, qui occidit Balthazar. Postquam Daniel descripsit vltimæ tribulationis totalem decursum & principalem eius conflictum, vt visum est in duobus præcedentibus capitulis: Hic consequenter describitur eiusdem tribulationis solatium, quod maximè erit ipsis fidelibus ex consideratione passionis Christi. Igitur causa materialis est de lxx. hebdomadibus determinatis & præfixis vsque ad passionem Christi, quæ maximè erit imitanda tempore Antichristi. Causa finalis vt ostendatur tempus expiationis peccati per mortem Christi; & per hoc detur consolatio Christi fidelibus in tribulatione Antichristi existentibus. Causa efficiens est instinctus Spiritus sancti factus Danieli confitenti peccatum suum, & desideranti & postulanti remedium. Causa formalis in diuisione consistit, quæ talis est, quia primò ponitur meritum orationis: secundò modus reuelationis, ibi,* Cumque adhuc loquerer. *Primum est ex parte Danielis: Secundum ex parte Angeli reuelantis, Circa primum tria notantur: Primum est, debita conditio orantis; Secundum, confessio pœnitentis, ibi,* Et orauit Deum. *Tertium, intentio petentis, ibi,* Et nunc domine, *Circa primum considerandum, quod debita conditio orantis est quod attendat debitum tempus orandi: hoc facit Daniel hic, quia intellexit quod appropinquabat tempus à Deo promissum de liberatione populi: & hoc est quod dicitur,*

Octaua visio. Eius causa materialis. Finalis. Efficiens. Formalis. Diuisio. Debitum tempus orandi.

1 In anno primo Da. filij Assueri. *Aduertendum est quòd iste Assuerus non est iste sub quo historia Esther facta est: quia ille fuit pòst per magnum tempus; sed iste Assuerus est ille, qui suprà dictus est Astyages; & hoc est quod subditur,*

2 De semi. Mœdo. *quia Darius victo Balthasar transtulit regnum ad Mœdos.*

3 Qui imperauit super regnum Chaldæorum, *Primus non simpliciter & absolutè, sed primus, de prædicto semine scilicet Mœdorum.*

4 Anno vno. *i. primo secundum modum loquendi Hebraicum: vnde dicitur Genes. j. a.* Factum est vespe. & mane dies vnus. *i. primus.*

5 Ego Daniel intelle. in libris, *Ieremiæ,*

6 Numerum anno. &c. *Et nota, quòd iste, cui reuelabantur diuina secreta, nihilominus tamen scripturam Ieremiæ, & aliorum prophetarum legebat, contra illos qui confidentes de proprio ingenio, dedignantur videre dicta aliorum. Scriptura autem illa, de qua fit hic mentio, habetur Ierem. xxix. a.* Cùm cœperint impleri in Babylone, lxx. anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, & reducam vos ad locum istum, &c. *Completionem autem annorum appropinquantem intellexit per tempora regum, qui remanerent à principio desolationis Ierusalem, vsque ad tempus illud, in quo fuit ostensum, Esdræ j. quod hæc desolatio fuit completa anno iij. Cyri; ante Cyrum verò Darius Mœdus regnauit duobus annis, & sic complementum desolationis distabat tantum quinque annis, & principio sexti, quia Cyrus de quarto anno suo regnauit tantum in principio ante dictum complementum: vt ibidem dictum fuit.*

Non confidendum proprio ingenio.

Completio annorum desolationis primi tēpli.

7 Et posui fa. meam, &c. *id est, attentionem mentis & faciem corporis, quoniam versa facie versus Ierusalem orabat, vt dictum est suprà vj.*

8 Rogare, *feruenter.*

9 Deprecari, *perseueranter.*

10 In ieiuniis, *vt simul fieret Deo sacrificium per spiritus orationem, & per carnis eius macerationem; quia scribitur Tobiæ xij. b.* Bona est oratio cum ieiunio.

11 Sacco, *id est cilicio.*

12 Et cinere, *id est, recordatione fragilitatis humanæ. Hic erat modus Iudæorum quando erant in afflictionibus positi, ponere cinerem super caput in signum humiliationis: quia dicitur Eccles. xxxv. c.* Oratio humiliantis se nubes penetrabit. *Sed videtur hic, quod Daniel peccauerit orando pro liberatione populi: quia talis oratio videtur procedere ex quadam dubitatione, ne impleretur verbum Dei dictum per Ieremiam de liberatione populi tempore determinato; & hoc videtur importare defectum fidei. Dicendum, quod Daniel orabat pro diuinæ promissionis impletione, non quia dubitaret de Dei fidelitate, sed vt ostenderet se gratum Deo de promissione prius facta; Item Daniel sciebat promissiones diuinas impleri per orationes bonorum: quia sicut Deus ordinat aliquid futurum, ita etiam & modum eueniendi, quia vtrumque cadit sub diuina ordinatione, scilicet res & suus modus, & ideo orabat impleri promissionem à Deo factam. Item promissiones diuinæ in sacra scriptura semper intelligendæ sunt sub conditione, scilicet nisi ponatur impedimentum ex parte illius, cui promissio fit, Deum offendendo: vnde dicitur Ierem. xviij. b.* Subitò loquar de gente, & de regno, vt ædificem & plantem illud: si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum, vt facerem ei. *Timebat autem Daniel ne filij Israel per peccata sua posuissent impedimentum diuinæ promissioni: & ideo orabat Dominum ad tollendum illud impedimentum, si esset. Per prædicta patet argumentum, quia oratio Danielis non procedebat ex aliqua infidelitate, sed magis ex bonis causis.*

Modus ociū in afflictione.

An Daniel peccauit orando pro populi liberatione?

☞ 1 Et

MORALITER.

† 1 *In anno primo Darij filij Assueri, &c.* Sequitur,

5 *Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, &c.* Iste Daniel fuit perfectus in vita contemplatiua: Quod patet ex hoc quod dicitur supra cap. j. *Danieli autem dedit Deus intelligentiam omnium visionum atque somniorum.* Fuit etiam perfectus in actiua vita, quod patet ex hoc, quod Darius rex cogitauit eum constituere super omne regnum, propter suam industriam ad regendum, sicut dictum est suprà vj. cap. Igitur per Danielem significatur Episcopus bonus, qui debet esse perfectus in vtraque vita, Per hoc autem quod Daniel sic perfectè studebat in libris Ieremiæ, ostenditur quod Episcopus quantumcumque litteratus, debet studere in libris sacræ scripturæ.

Daniel perfectus in vita actiua & contemplatiua.

7 *Et posui faciem meam ad dominum Deum, &c.* Nam Episcopus, qui medius est inter Deum & populum, debet pro populo suo deuotè deprecari dominum.

10 *In ieiuniis sacco & cinere.* Debet enim Episcopus austeram vitam ducere, exemplo Pauli dicentis, j. Corinth. ix. d. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar:* vnde & Episcopi ecclesiæ primitiuæ fuerunt austerissimæ vitæ.

Episcopi officium.

† Et

† CHRYSOST. orat. 2. ad Iudæos. Non ausus fuit preces admouere Deo, ante tempus præfinitum, ne frustra temereque admouens, audiret quod Ieremias, *Ne rogaueris pro populo isto.* Verum vbi vidit vaticinium esse completum, simulque tempus vocare ad reditum, tunc orat: non simpliciter, sed ieiunio, sacco, & cinere.

Ier. 7. 11. 14. Confessio peccatorum necessaria.

a *Confessus sum, &c.*

† CHRYSOST. vbi suprà. Vna siquidem solaq; purgatio peccatoribus reliqua est post peccata videlicet, vt sua commissa confiteantur.

Baruch 1. a † BASIL. in Psal. 29. Qui prius fuistis in profundo malitiæ, & carnis impuritate contaminati, in propitiationem remissionemque admissorum, confitemini de his, quæ à vobis non rectè prius nec sobriè facta sunt.

Delebit Deus peccata, si ea humiliter confiteamur.

† IDEM in Psal. 32. Vult tui misereri iudex, teq; miserationibus suis complecti, si modo post admissa humilem te factū & contritum inueniet. Insuper si quæ clam ceteris & in arcano designasti, prodideris & euulgaueris fratri citra pudorem vllum.

a nere, ⁴ & oraui dominū Deum meum, & confessus sum, & dixi: b Obsecro domine Deus magnē & terribilis, custodiēns pactum & misericordiam diligēntibus te, & custodientibus mandata c tua. * ⁵ Pēccauimus, iniquitātem fecimus, impiē egimus & rec d cessimus & declinauimus à mādatis tuis ac iudiciis. ⁶ Nōn obediuimus seruis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo, regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, ōmnique e populo terræ. ⁷ Tibi dōmine iustitia, nobis autē cōfusiō faciei, sicūt est hodie, virō Iuda & habitatoribus Ierusālem, & ōmni Israel, his quī propē sunt, & his qui procul in vniuersis terris ad quas eiēcisti eos propter iniquitātes eorū, in quibus peccaue f runt in tē domine. ⁸ Nobis cōfusio faciei, regibus nostris, prin g cipibus nostris, & patribus nostris qui peccauerūt. ⁹ Tibi autē domino Deo nostro misericordia & propitiatio, quia reces-

a ¶ Cuius nos serui. b ¶ Cuius nos creatura. c ¶ Nos minimi. d ¶ Contemptoribus. e ¶ Non ergo quod pollicetur Deus, statim futurum est: sed eis promissa complet, qui mandata eius custodiunt. a ¶ Si diligitis me, mandata mea seruate. a ¶ Peccata populi in sua persona enumerat, quia vnus ex eis, sicut Paulus in epistola sua ad Romanos. b ¶ In alios. c ¶ In nos. a ¶ Quia. a ¶ Qui vos spernit, me spernit. ¶ Non suo. a ¶ Nemo ergo excusabilis. a ¶ Quia iustè patimur quæ meremur. b ¶ Confusio faciei meæ cooperuit me. a ¶ Patet. b ¶ Ducibus, quia duces de Iuda: vnde, Non deficiet princeps de Iuda, &c. ¶ Secundum iustitiam tuam. c ¶ Similes in pœna sicut in culpa. a ¶ His qui fuerunt duces & habitantes Ierusalem: modo enim nulli tales erant. ¶ Dispersi. a ¶ A te. ¶ A terra tua. b ¶ Q. te non accuso, sed me, & meos accuso. a ¶ Contra. ¶ Mirum quia serui contra dominum. ¶ Ergo. a ¶ Sibi confusio. ¶ Qui supra dixerat: Tibi Domine iustitia, ne tantum iustus computetur addit: Tibi autem do. Deo no. &c. vt iudicis sententiam flectat ad misericordiam.

1 violet, seipsum indignum tuis pollicitationibus reddit.

c *Peccaui.* † THEOD. ibid. Cùm admodū conuenienter admirabilia illa nomina Deo imposuisset: cōtraria & penitus aduersa sibi imposuit. Neque contentus dixisse, *peccauimus*, adiecit, *iniquitatem fecimus*, ingrati erga tua beneficia fuimus: *impiè gessimus*, aliisdiis animo sensuq; carētibus, ac nullà vi prēditis, tibi prælatis.

Daniel sua & populi sui peccata Deo confitetur:

d *Non obediuimus.* † THEOD. ibid. Ostēdit eam curam qua se Deus continenter tuebatur; & ingentem populi stultitiā subiicit: Neq; destitit tua nos gratia tueri, & per prophetas colloqui, modo cum regibus & principibus, modo cum sacerdotibus & doctoribus, (hos enim patres vocauit,) & sæpe etiam cum populo. Sed quamuis hæc ita fierent, nos tamen contradicere perseurauimus. Ideo iure addit,

& diuinam prædicat misericordiam.

Matth. 3. 1. Cor. 4. Sacerdoti peccata sunt aperienda. Matth. 3. Act. 19.

† IDEM in Reg. breuior. interr. 288. Quoniam conuersionis modus accommodatus esse debet ei qui peccat, & præterea, opus est fructibus dignis pœnitentiæ: necessario ij peccata aperiri debent, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei. Siquidē rationem hanc in pœnitētia etiam veteres illos cernimus secutos fuisse, quando & in Euangelio scriptū est, quod Ioanni confitebantur peccata sua, & in Actis, apostolis ipsis, à quibus etiam baptizabātur cuncti.

† AMBROS. in Psal. 37. Plurimum suffragatur reo verecunda confessio, & pœnam quam euitare non possumus, pudore subleuamus.

† AVGVST. lib. 50. hom. hom. 41. Non solum post pœnitentiam à vitiis se homo seruare debet, sed & ante pœnitentiam; quia si ad vltimum vitæ steterit, nescit si ipsam pœnitentiam accipere, ac Deo & sacerdoti peccata sua confiteri poterit.

b *Obsecro Deus magne, &c.* † THEODOR. in com. Magnum atque admirabilē vocat vt qui magna & mirabilia possit efficere. Ab actionibus enim & efficacia diuini viri diuina imponere nomina consueuere. Et custodire ipsum dixit testamentum, admonens eorum quæ Abraham, Isaac & Iacob olim promissa sunt: omnique studio orans docet non simpliciter illum custodire, sed diligentibus eum, & custodientibus mandata eius. Si quis enim tua, inquit, mandata violet, seipsum indignum tuis pollicitationibus reddit.

Deus fidelis est his qui diligunt eum.

e *Tibi domine iustitia, &c.* † THEODOR. ibid. Quæ à te facta sunt, tuam iustitiam commendant; nos verò propter ingentia nostra scelera pudore perfusi, ingrati animi nostri crimen accusamus. Tibi enim ex nostra impietate damni accidit nihil, nos autem seminum fructus tulimus.

f *Nobis confusio faciei, &c.* † IBID. Vnumquodque horum satis est ad flectendum & inducendum vel crudelissimum ad misericordiam; nedum mitissimum & humanissimum.

g *Tibi au.* † IBID. Decet enim mitem & clementē misericordia erga nos commoueri; Et commorans in accusandis peccatis (audiuit quippe Deum dicentem, *Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris*) asciscens sibi populi scelera, ea accusat, diuinam prouocans misericordiam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et oraui dominum, &c. *Hic consequenter describitur confessio pœnitentis: vbi notandum, quod Daniel assumit in se personam populi Israel, quia non erat talis ætatis nec conditionis, quod talia mala egisset, quando fuit translatus, quia erat puer sanctus, sed peccatum populi Israel dicit peccatum suum, in quantum erat populi illius membrum. Procedit autem sic, quia confitendo primo narrat malitias deprauantes, secundo remouet circumstantias excusantes, ibi,* Non obediuimus. *Tertio exaggerat conditiones aggrauantes, ibi,* Et stillauit. *Et nota, quòd in omnibus istis attribuit Deo iustitiam, & sibi & populo Israel, iniustitiam. Circa primum notandum, quòd malitia deprauantes sunt contra bonos mores omittendo præcepta, & faciendo prohibita. Dicit igitur præponens Dei magnitudinem & clementiam, vt per hoc peccatum populi grauius appareat.*

Daniel se inter peccatores connumerat. Diuisio.

2 Obsecro domine, Deus magne, *quia supereminet omnibus quæ possumus de Deo cogitare vel dicere:*
3 Et terribilis, *Transgressores puniendo.*
4 Custodiens pactum, *Promissa implendo.*
5 Misericordiam, *vltra promissa addendo, sed quibus hoc fit subditur,*
6 Diligentibus te, &c. *Corde & opere. Vlterius incipit peccata confiteri dicens,*
7 Peccauimus, *In omni genere peccati scilicet quod explicat consequenter.*
8 Iniquitatem fecimus, *Contra homines.*
9 Impiè egi. *Contra Deum, Pietas enim est cultus diuinus: & ideo impietas est recessus à debito cultu diuino.*

Pietas & impietas.

10 Et recessimus à mandatis tuis, *ea totaliter deserendo.*
11 Et declinauimus. *Primò paulatim contrarium agendo, quia non statim decidit homo in profundum peccatorum: Dicit autem,*
12 A mandatis tuis, *Propter præcepta moralia.*
13 Ac iudiciis, *propter iudicialia.*
14 Non obediuimus, *Hic consequenter remouet circumstantias excusantes, quæ sunt ignorantia, & infirmitas. Primum remouetur per hoc, quod populus Israel fuit inobediens verbis prophetarum ex ore Dei loquentium, Secundum remouetur per hoc quod non solus vulgares homines peccauerunt, imò etiam illi qui credebantur esse viri perfecti in populo, & hoc est quod dicitur,* Non obediuimus seruis tuis qui loq. in nom. tuo, *non ex capite proprio.*

Circumstantiæ [illegible] excusantes quas remouet Daniel.

15 Regibus nostris, & principibus nost. &c. *Id est, sacerdotibus qui quasi patres habebantur.*
16 Omnique populo terræ. *Hoc addit, vt nemo appareat excusabilis.*
17 Tibi domine iustitia, nobis autem confusio. *Quia ista mala incurrimus propter peccata nostra, sequitur:*
18 Tibi autem domino Deo nostro misericordia, &c. *Quia citra*

MORALITER.

1 *Et dixi: Obsecro domine Deus magne & terribilis.* Hîc ponitur orationis processus, qui totus est moralis ad litteram: sicut patet in expositione mea litterali, propter quod hîc omitto.

a *Stillauit super nos maled. & detest. &c.* † THEODORETVS, in com. Iusiurandum vocat, quod Deus iurauit Deut. 32. *Leuabo in cælum manum meam, &c. Acuam vt fulgur gladium meum. Reddam vltionem hostibus meis. Inebriabo sagittas meas sanguine, &c.* Execrationem verò eam dicit, quæ à sex tribubus facta est in monte Gebal, Deut. 27.

b *Vt superinduceret super nos mala, &c.* †CHRYSOSTOMVS orat. 2. ad Iudæos. Quæ tandem istæ Matres liberos suos comederunt. Et hoc sanè prædicit Moses, (Deut. 28.) *Attinget impiam mensam, & suos ipsius filios comedet.* Ieremias autem declarat hoc euenisse, dicens, (Thren. 4.) *Manus mulierum miserabilium aggressæ filios suos.*

c *Et vigilauit dominus, &c.* HIER. in com. (Quid est vigilare & dormire Dei?) Quando propter peccata corripimur, vigilat super nos Deus: Quando hoc non facit, dormire dicitur nobis. Vnde in Psal. (Psal. 77. a.) *Surrexit tamquam dor. dominus, tamquam potens cra. à vino.* Malitia enim & nequitia nostra inebriat eum, quæ quādo in nobis corripitur euigilare dicitur, & de ebrietate consurgere,

---

a ¶ Qui dicit, Attendite popule meus legem meam. b ¶ Proiicientes.

simus à te: [10] & non audiuimus vocē domini Dei nostri, vt ambu-

a ¶ Non aliis. b ¶ Quibus credendum.

bularemus in lege eius, quā posuit nobis per seruos suos pro-

a ¶ Quod mirum. b ¶ Omnes declinauerunt simul in. f. f. c ¶ A te inclinante.

phetas, [11] et omnis Israel præuaricati sunt legem tuam, & decli-

a ¶ Non tota in nos effunditur ira, quam ferre non possumus.

a nauerunt, ne audirent vocem tuam, & stillauit super nos ma- 1

a ¶ In Deuter. maledictiones, & benedictiones legimus quæ postea dictæ sunt in monte Garizim & Gebal super iustos & peccatores.

ledictio & detestatio, quæ scripta est in libro Moysi serui Dei,

¶ Effectum scilicet.

quia peccauimus ei. [12] Et statuit sermones suos, quos locutus 2

¶ Opprimendos. a ¶ Non secundum Deum.

est super nos, & super principes nostros qui iudicauerunt nos:

¶ Hyperbole.

b vt superinduceret in nos malum magnum, quale numquam 3 fuit sub omni cælo, secundum quod factum est in Ierusalem, [13] sicut scriptum est in lege Moysi. Omne malum hoc venit

a ¶ Tamen. b ¶ Grandis duritia etiam flagellati non rogant, vel si rogant, non auertuntur ab iniquitate.

super nos: et non rogauimus faciem tuam Domine Deus no- 4

a ¶ Ad te. b ¶ Id est.

ster vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, et cogitaremus 5

a ¶ Nostram.

c veritatem tuam. [14] Et vigilauit dominus super malitiam, & 6 adduxit eam super nos. Iustus dominus Deus noster in omni- 7 bus operibus suis quę fecit. Non enim audiuimus vocem eius.

a ¶ Antiquum recolit beneficium, vt ad simile prouocet Deum.

d [15] Et nunc domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum 8

a ¶ Gloriæ.

de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundū 9

a ¶ Sicut in hac die. b ¶ In nos. c ¶ In proximos.

diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus, [16] domine in 10 omnem iustitiam tuam. Auertatur obsecro ira tua, & furor 11

a ¶ Pro homine rem inducit rhetorice. ¶ Sion.

tuus à ciuitate tua Ierusalem, & à monte sancto tuo. Propter 12

a ¶ Reddam peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem.

peccata enim nostra & iniquitates patrum nostrorum Ierusa- 13 14

¶ Gentibus.

lem & populus tuus in opprobrio sunt omnibus per circumi-

e tum nostrum. [17] Nunc autem exaudi Deus noster orationem

a ¶ Imple quod promisisti.

serui tui, & preces eius, & ostende faciem tuam super san- 15

a ¶ Templum. b ¶ Non nos, qui indigni.

f ctuarium tuum, quod desertum est. Propter temetipsum 16 17

---

surgere, vt nos ebrios euigilare faciat iustitiæ.

d *Qui eduxisti populum tuū, &c.* † THEODORETVS in com. Pristina commemorat beneficia, vt grati animi significatione, (Commemoratione prioris beneficij Deus ad nouum prouocatur.) misericordiam sibi conciliet; & ait, Facilè est tibi Domine, libertatem nobis gratificari: etenim infinitis iam editis miraculis & pœnis Ægyptiis illatis, ab amara illa seruitute in libertatem populum tuum vindicasti, &c. Et quia nos indignos tua clementia præstitimus, supplices petimus, vt ciuitatem tuam tua venia dignam censeas, ac montem illum, quem sanctum, eò quòd ibi apparueris, ostendisti.

e *Nunc autem exaudi Deus noster orationem.* † THEOD. Accipe, inquit, serui tui preces Domine, & inspice quàm desertus sit locus ille, quem tu sanctū fecisti, ipsumque tua gratia comple. Et quia indignus erat populus, qui hęc obtineret, opportunè subiecit,

f *Propter temetipsum.* IBID. † Ea quæ tecentfac Domine, & ne scelera nostra tecum reputaueris, sed perennes tuæ clementiæ fontes.

a Incli-

NICOLAVS DE LIRA.

(Modus iudicem mouendi ad clementiā.) *tra condignum punisti nos. Et nota quod frequenter hic repetit eamdem sententiam sub aliis verbis, ostendendo Dei iustitiam & misericordiam, & populi Israel iniquitatem: talis enim est conditio loquentis ex affectu, & persuadentis iudicem, vt ipsum magis moueat ad clementiam.*

1 Et stilla. *Hic describit conditiones aggrauantes, quæ sunt obstinatio in peccato, & ingratitudo de beneficiis acceptis; quę patent ex hoc quod licet dominus percuteret eos paulatim ad eorum correctionem, & mitteret Prophetas ad reuocandum eos: non sunt tamen reuersi ad rogandum dominum, & regratiandum de paterna correctione; sed obstinati sunt in malis suis: propter quod finaliter venerunt maledictiones super eos scripta in lege Moysi, Deuter. xxvij. vbi maledicuntur transgredientes legem domini, & hoc est quod dicitur hic,* Et stillauit super nos maled. &c. *Et bene dicit stillauit, quia non simul vno impetu descendit super eos Dei punitio: sed primò passi sunt aliquas persecutiones particulares ad eorum reuocationem & correctionem, antequam totaliter captiuarentur per Nabuchod. vt patet ex decursu quarti libri Reg. & ij. Paral. Sequitur,* (Correptio Dei flagellantis non reuocat Iudæos.)

2 Et statuit ser. &c. *Id est, stabiles ostendit in punitione nostra iusta. Sequitur,*

3 Vt superindu. &c. *Figura hyperbole est ad designandum magnitudinem suæ tribulationis. Vel secundum veritatem historiæ potest hoc exponi de templi combustione, in quo Deus colebatur: & tale malum non fuit factum alicubi, quia in nullo alio loco erat templum Deo cæli dedicatum.*

4. Et non rogauimus faciem, &c. *In quo ostenditur eorum obstinatio.*

5 Et cogitaremus veritatem tuam, &c. *in puniendo nos.*

6 Et vigilauit dominus super malitiam, *scilicet super malitiam culpæ.*

7 Et adduxit eam, &c. *puniendo nos iustè. Cetera patent.*

8 Et nunc domine, &c. *Hic consequenter declaratur intentio postulantis: & primò quantum ad petitionis materiam; secundò quantum ad impetrandi fiduciam, ibi,* Propter temetipsum; *tertiò, quantum ad petentis instantiam & deuotionem, ibi,* Exaudi domine. (Distinctio.) *Circa primum considerandum, quod materia suæ petitionis est duplex, scilicet amotio mali, & collatio boni. Ad impetrandum primum reducit ad memoriam malum seruitutis Ægyptiacæ ab eis amotum per dominum, quia modus magnifici est dare citius beneficium postulatum, quando præcedens beneficium ad memoriam reducitur, vt habetur iiij. Ethicorum. & hoc facit Daniel in proposito, di.* Et nunc domine Deus noster qui eduxisti, &c. *Pharaonem percutiendo, & mirabilia pro populo tuo faciendo, quæ non poterant fieri nisi virtute infinita.* (Officium magnifici.)

9 Fecisti tibi nomen, *Quia per illud factum, nomen domini publicatum fuit, quasi per vniuersam terram.*

10 Secundum diem hanc. *vt patet hac die, quia filij Israel tunc dispersi per orbem, narrabant ea quæ dominus pro eis fecerat in Aegypto. Sequitur,*

11 Auertatur obse. ira tua, &c. *Metaphorica est locutio. Deus enim dicitur irasci, quando punit: quia ad modum hominis irati se habet; & sic Daniel petit punitionis amotionem.* (Ira Dei.)

12 A ciuitate tua Ierusalem, *in qua vigebat cultus diuinus ex diuina electione.*

13 Et à monte sancto tuo, *in quo erat templum, quia illa pars ciuitatis Ierusalem, in qua erat templum, erat montuosa. Sequitur,*

14 Ierusalem & populus tuus in opprobrio sunt omnibus, &c. *quia non solummodo Babylonij captiuauerunt filios Israel, sed etiam Assyrij, & alij populi qui erant in circumitu eorum, multos detinebant captiuos de filiis Israel.*

15 Et ostende faciem tuam. *Hic ponitur secundum, quod est materia suæ petitionis, scilicet collatio boni.*

16 Super sanctuarium tuum, &c. *q. d. Restitue ciuitatem & templum in statum pristinum.*

17 Propter temetipsum. *Hic secundò tangitur impetrandi fiducia, quia*

a ❡ Anthropotaros. Quando exaudimur, inclinare Deus aurem videtur: Quando respicit, videtur nos dignanter respicere oculis: Quando auertit faciem, & oculis & auribus videmur indigni.
b ❡ Fac nos dignos visione tua, & auditione.

a [18] inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, &

a ❡ Si non nos, saltem ciuitatem.

vide desolationem nostram, & ciuitatem super quam inuoca-

a ❡ Da gloriam nomini tuo. b ❡ Quia indigni.

tum est nomen tuum. Neque enim in iustificationibus nostris

a ❡ Humiliter. b ❡ De quibus præsumimus.
c ❡ Secundum multi. miserationum tuarum dele iniquitatem nostram.

prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus

a ❡ Seruos tuos. b ❡ Etsi iratus. c ❡ Etsi auersus. d ❡ Quod petimus.

b tuis multis. [19] Exaudi domine, placare domine, attende & fac. 1

a ❡ Velociter exaudi nos. b ❡ Quo nihil maius, quid ergo propter semetipsum rogatus potest negare? 2
c ❡ Ideo. d ❡ Ne des alienis honorem tuum. 3

Ne moreris propter temetipsum Deus meus, quia nomē tuum 4

a ❡ Affectuose. b ❡ In protectionem. c ❡ Tuere quod tuum est. d ❡ Adhuc te loquente dicam adsum. 5

inuocatum est super ciuitatem, & super populū tuum. [20] Cum- 6

a ❡ Endiadis. b ❡ Quia est confessio laudis, determinat. c ❡ Non tantum populi, quia in multis offendimus omnes: vel ex humilitate, & si non peccauit, se populo adiungit, vt veniam consequatur.

que adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & 7
peccata populi mei Israel, vt prosternerem preces meas in con- 8

a ❡ Vnde: Adhuc eo loquente dicam: ecce adsum.

c spectu Dei mei pro monte sancto Dei mei: [21] adhuc loquente 9

a ❡ Non sexum, sed virtutem significat honorabiliori sexu. 10

me in oratione mea, * ecce uir Gabriel quē viderā in visione à 11

a ❡ In præterita visione quam hic exequitur. b ❡ Quia à sacrificio matutino vsque ad vesperam oratio durauit, & ideo Deum ad misericordiam flexit. vnde, Multum valet deprecatio iusti assidua.

d principio cito volans tetigit me in tempore sacrificij vesperti- 12

a ❡ Tam obscura est visio, vt etiam propheta doceri egeat. b ❡ O. c ❡ Non à facie Dei, vt ab eo recederem, qui vbique est, sed vt te docerem. ❡ Ab inuisibilitate factus tibi visibilis. 13 14

ni, [22] & docuit me, & loquut⁹ est mihi, dixitq;: Daniel nūc egres- 15

a ❡ Ex quo rogare incepisti, impetrasti. b ❡ A Deo. 16

sus sum, vt docerē te & intelligeres. [23] Ab exordio precū tuarū e- 17

a ❡ Sententia b ❡ Qui ignoras. c ❡ Siue, Deo amabilis, & Dei amore dignus vt Salomon, Idida dicitur, vel vir desideriorum, vt pro desiderio tuo secreta audias conscius futurorum. 18 19

e gress⁹ est sermo. Ego autē veni vt indicarē tibi, * quia vir desi- 20

a ❡ Si hoc Danieli dicitur, quid nos facere oportet, quorum oculi ignorantiæ tenebris & caligine vitiorum cæcati sunt.

deriorū es. Tu ergo animaduerte sermonē & intellige visionē. 21

a *Inclina aurem tuam.*
A † Theod. in com. Idem est ac si diceret: Ne auerseris preces meas, sed amice & beneuole audi deprecationem meā. Nouit enim, numen corporis expers esse: aliter tamen, cum homo esset, cum Deo colloqui nesciuit; sed quādo quilibet homo oculis videt, auribus audit, hæc eadem B corpore carenti Deo attribuit, ita ea vocans, quæ ab illo efficiuntur.

Vnde contingit vt Deo tribuamus quæ hominis sunt.

Ordo artificiosus in oratione Danielis.

b *Exaudi domine, placare, &c.* Theodor. Ibid. Admirari operæ pretium est eorum quæ dicta sunt ordinem. Supplicat enim Deo primum vt audiat deprecationem, deinde vt cum audierit C propitius fiat, & propitius factus benigne attendat, tum id perficiat quod petitur. Adhæc, addidit, *ne moreris*, hoc est, ne quod precamur in aliud tēpus dilatum velis, sed mox dignos nos censeas; quibus teipsum ostendas. Finis autem deprecationis dignus est Danielis humilitate, *Propter te*, inquit, *Deus meus*, neque enim ego dignus sum, qui hanc à te gratiam exorem; sed *Quia nomen tuum inuocatum est super populum tuum.*

c Ad-

c *Adhuc loquente me.* D † Evsebivs lib. 8. demon. Cùm Iudaicæ gentis septuagenaria apud Babylonios seruitus iam ad finem tenderet, Danieli oranti vnus ex sanctis Dei ministris visus, Gabriel archangelus, renouationem vrbis Ierusalem primo quoque tempore & sine mora futuram canit, & tempus vsque ad eam renouationem numero annorum determinat, E prædicitque quod post definitum illud temporis spatium rursus euerteretur.

Gabriel futura Danieli prædicit.

d *Tetigit me tempore sacrificij vespertini, & docuit me & loquutus.* † Theodoretvs. in comment. Hoc est circiter tempus vespertini cultus: vel tantum temporis spa- F tium, quantum vespertinus occupat cultus.

e *Quia vir desiderio. es.* † Theodor. Ibid. Virum desideriorum vocat, vel vt cum qui ieiunio & afflictioni deditus contra corporis cupiditates viriliter decertet; vel, vt expetentem cognosceret quæ templo sint euentura; vel quia iucundus est & admodum amabilis tales virtutis splendores emittens.

Daniel cur vocetur vir desideriorum.

*Sup. 8. c.

* Infr. 10. b.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ quia innititur diuinæ bonitati & clementiæ, & non propriæ iustitiæ: & hoc est quod dicit, Propter temetipsum, *id est, propter bonitatem tuam*, Inclina Deus meus, &c.

1 Exaudi domine, *Hic describitur orantis instantia, cum dicitur*; Exaudi domine, *preces benigne audiendo*;

2 Placare, *offensam remittendo.*

3 Attende & fac. *nobis consolationem perfectam tribuendo.*

4 Ne moreris, *quia tempus instat, in quo promisisti consolationem dare nobis.*

5 Propter temetipsum, *vt scilicet veritas tua cunctis appareat, & bonitas; & vt cultus tibi debitus persoluatur: propter quod subdit*, quia nomen tuum est inuocatum super ciuitatem, &c.

Diuisio.

6 Cumque adhuc loquerer. *Descripto merito orationis ex parte Danielis, hic consequenter ponitur modus reuelationis ex parte Gabrielis. Et diuiditur in duas partes: Quia primo ponitur Danielis excitatio; Secundo, ei facta reuelatio, ibi*, Septuaginta hebdomades. *Circa primum dicit sic*, Cumque adhuc loquerer, *confitendo Dei iustitiam & potentiam*;

7 Et orarem, *inuocando eius clementiam*;

8 Et confiterer peccata, &c. *ad impetrandum indulgentiam:*

9 Adhuc loquente me, *In quo ostenditur velocitas exauditionis diuinæ.*

10 Ecce vir Gabriel. *quia in specie viri Angelus apparebat.*

11 Quem videram in visione à principio, *id est, visione descripta cap. præcedenti.*

12 Cito volans, *in quo exprimitur promptitudo Angelorum ad exequendum Dei mandatum.*

Oratio Danielis durat à mane vsque ad vesperam.

13 Tetigit me, *excitando & confortando.*

14 In tempore sacrifi. vespe. *Ex quo patet, quòd à mane vsque ad vesperam orauerat Daniel. Patet etiam, quod prædicta verba orationis prolata fuerunt magno tractu temporis & meditationis: & talis oratio est Deo acceptabilis, non autem illa in qua sunt multa verba multiplicata sine attentione animi & deuotione: qualis erat oratio Ethicorum, vt dicitur Matth. vj.*

Quæ oratio Deo placeat?

15 Et docuit me, & loquutus est mihi. *de futuris ad consolationem populi Israel.*

16 Dixitque, Daniel nunc egressus sum, &c. *Dicuntur autem Angeli egredi, quando mittuntur ad nos à facie Dei, non quod ab eius contemplatione recedant, sed quia ad nos qui sumus remoti, accedunt.*

Egressus Angelorū.

17 Ab exordio precum tuarum, *hoc dicit, vt ostendat orationem Danielis acceptam coram Deo.*

18 Egressus est sermo, *id est, Dei sententia de futuris:*

19 Ego autem veni vt indicarem tibi, *scilicet Dei sententiam.*

20 Quia vir desideri. es, *scilicet Deo amabilis: Vel aliter*, Desideriorum, *id est, desiderans scire secreta diuina, ad Dei laudem & populi liberationem.*

21 Tu ergo animaduerte sermonem, & intellige, *frequenter excitat eum Angelus ad ostendendum magnitudinem & altitudinem diuini secreti sibi reuelandi, quia aduentus Christi apud Hebræos habebatur pro maximo secreto. Ad quod denotandum Lxx. interpretes illud Isa. ix. b.* Vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, &c. *sic transtulerunt.* *Vocabitur nomen eius magni consilij Angelus, & in hoc officium ecclesiasticum sequitur translationem eorum, quia sic accipitur in introitu Missæ maioris in natiuitate domini.*

Aduentus Christi apud Hebræos habebatur pro maximo secreto.

Septuaginta hebdomades. *Hic consequenter ponitur reuelatio facta Danieli. Et diuiditur in duas partes: Quia primo ponitur ipsa reuelatio, secundo, ipsius reuelationis expositio, ibi*, Scito ergo & animaduerte. *Circa primum considerandum, quod Daniel motus ex consideratione prophetiæ Ieremiæ, orabat pro consolatione populi Israel & liberatione eius de captiuitate Babylonica, vt visum est in principio capituli. Et dominus qui plus dat, quam*

Diuisio.

☞ *ab*

MORALITER.

† 9 *Adhuc loquente me in oratione mea, ecce vir Gabriel, &c.* Sequitur:

16 *Dixitque Daniel*: nunc egressus sum, vt docerem te. Hominibus enim carnales motus per austeritatem vitæ reprimentibus, & per orationem feruidam spiritum roborantibus, reuelantur secreta diuina: ideo subditur,

20 *Tu ergo animaduerte.* Nam in talibus requiritur attētionis conatus.

Quibus reuelentur secreta diuina.

A

NICOLAVS DE LIRA.

Daniel quærens de liberatione fienda per Cyrum, edocetur ex abũdãti de liberatione fienda per Christum.

ab eo petatur, ex abundanti, non solum sibi hoc futurum reuelauit, sed etiam liberationem fiendam per Christum, cuius erat figura illa liberatio de captiuitate Babylonica: & sic dominus reuelauit Danieli plenum intellectum prophetiæ Ieremiæ; quia in illis 70. annis, in fine quorum liberatio captiuitatis Babylonicæ facta est, figuratus fuit numerus septuagenarius hebdomadarum, in cuius fine erat fienda liberatio perfecta per Christi passionem.

Ad intellectum autem dicendorum duo sunt hic præmittenda. Primum est qualiter accipienda est, hic hebdomada: Secundum est, quantum continent 70. hebdomadæ. Circa primum sciendum est, quod hebdomada idem est quod septimana, vel septena: & ideo aliqui dixerunt; quod hic accipitur septena, vel hebdomada Iubilæorum, quarum quælibet continet quinquaginta annos. Alij autem dixerunt quod hic accipitur hebdomada centenariorum, quarum quælibet continet centum annos. Sed vtrumque patet falsum: primo quia adhuc nõ esset ablatum sacrificium & hostia de Ierusalem; nec ciuitas Ierusalem destructa per ducem populi Romani, quia illa hebdomada non essent impleta: Contrarium autem manifeste apparet verum, quia ante ista multis temporibus ciuitas Ierusalem destructa est per Romanos, & per consequens sacrificium ablatum est inde, & hostia & oblatio, quia non est licitum Iudæis talia offerre alibi. Item numquam inuenitur in scriptura hebdomada Iubilæorum vel centenariorum,

Duæ opiniones de hebdomadibus Iubilæorum & centum annorum reiicitur.

B sed bene inuenitur hebdomada dierum, Leui. 33. vbi agitur de Iubilæo: & ideo exponere hunc passum de hebdomadibus Iubilæorum, vel centenariorum est ficticium, cum talis hebdomada vel septena non inueniatur alibi in scriptura. Item Iudæi numquam accipiunt hebdomadam centenariorum, vel Iubilæorum, nec aliqui eorum vmquam exposuerunt sic istum locum: & ideo Christiani, qui sic volunt exponere, magis Iudaizant in hoc quam ipsi, per hoc concludentes quod per locum istum non potest probari, Christi aduentum esse completũ. Alio modo potest accipi hebdomada vel septena dierum, sicut accipitur communiter, & hoc modo non potest accipi hic, quia totum tempus 70. hebdomadarum non contineret vltra annum & dimidium, & sic quod hic prædicitur impletum in illis 70. hebdomadibus fuisset impletum inf. annum & dimidium. Tertio modo accipitur hebdomada vel septena annorum, quarum qualibet continet septem annos, & hoc modo oportet quod accipiatur hic per locum à diuisione: quia nullo prædictorum modorum potest accipi: nec alius modus potest rationabiliter dici ab eis cum non inueniatur hebdomada aliter dici in scriptura, nec etiam in vsu communiter loquentium.

Tertia similiter de hebdomadibus dierum.

Quarta probatur de hebdomadibus annorum.

Sed adhuc restat dubium qualiter accipiatur hic annus quia (vt dictum est) istæ hebdomadæ sunt annorum, & sic etiam acceperunt omnes expositores tam Hebræi quam Catholici. Sed dubium est vtrum isti anni intelligantur lunares, vel solares, qui distinguuntur ab inuicem, quia annus lunaris est breuior anno solari 11. diebus. Dicit igitur Beda, & Aphricanus, & expositores catholici communiter ipsos sequentes, quod istæ 70. hebdomadæ sunt annorum lunarium. Mouentur autem ad hoc dicendum, quod Iudæi sic computant, vt dicunt. Item per hoc quod in littera istæ hebdomadæ dicuntur abbreuiatæ, & sic videntur intelligi de hebdomadibus annorum lunarium, quæ sunt breuiores quam hebdomadæ solarium. Sicut enim annus solaris excedit annum lunarem in 11. diebus,

Vtrum ex annis lunaribus an solaribus constari debeat prædictæ hebdomadæ.

C sic hebdomada vna annorum solarium excedit hebdomadam annorum lunarium in 77. diebus.

Sed hoc dictum non videtur verum. Primo quia Iudæi non computant per annos lunares, sed tantum solares: aliter sequeretur quod Pascha eorum iam circumisset totum annum, ita quod celebratum fuisset in quolibet tempore anni; quia tenentur facere Pascha de mandato legis 14. luna primi mensis: Si igitur computaretur per annos lunares, sequeretur quod reuoluto anno Pascha eorum celebraretur per 11. dies ante solemnitatem Paschalem præcedentis anni & sic consequenter de aliis solemnitatibus Paschalibus. Ex quo patet, quod infra satis breue tempus celebraretur in omnibus temporibus anni, quod manifeste patet falsum ex vsu eorum. Et ideo dicendum, quod licet Iudæi incipiant annum à prima luna propinquiori æquinoctio vernali: tamen per embolismos fit æquatio temporis apud eos, quia tertius annus apud eos habet 13. lunationes. Item quod dicitur, quod hebdomadæ dicuntur hic abbreuiatæ, non valet: quia in Hebraico dicitur præcisæ, & sonat ac si diceretur, quod illud tempus est determinatum & taxatum à Deo: ita quod illa abbreuiatio non sonat hic diminutionem, sed magis determinationem temporis & præfinitionem. Item expositores Iudæorum super locum istum numquam fecerunt mentionem de annis lunaribus, sed tantum de solaribus. Ex quo patet, quod hic accipiendi sunt anni solares: aliter non haberemus argumentum contra Iudæos, cum nullus eorum modo prædicto accipiat. Item in toto veteri testamento fit computatio per annos solares & omnes sic computant, sicut manifeste patet in Genesi & aliis libris Ex quo patet quod dictum Bedæ & Aphricani & aliorum eos sequentium supponit falsum. Sic igitur patet primum, scilicet qualiter hebdomades hic sunt accipiendæ, sci-

Computus temporum apud Hebræos.

Hebdomadæ prædictæ sunt annorum solarium.

D scilicet hebdomades annorum solarium. Annus autem solaris continet 365. dies: annus autem lunaris minor est 11. diebus vt dictum est.

Secundum quod præmittendum est, quantum tempus continent istæ 70. hebdomades: & patet de facili quod continent 490. annos solares; quia quælibet hebdomada continet septem annos; si vero multiplicentur lxx. per septem resultant 490.

Quantum temporis cõtineant 70. hebdomadæ annorũ solarium.

His visis accedendum est ad exponendum litteram, & circa hoc primo ponenda est & reprobanda quædam expositio, quæ apud Iudæos est communior & celebrior: & est expositio Rab. Sa. Iste igitur Ra. Sal. incipit computationem 70. hebdomadarum à destructione templi facta per Nabuchodonosor & dicit eas completas in destructione secunda templi per Titum & Vespasianum; ita quod tempus medium inter istas duas destructiones secundum ipsum non continet nisi 490. annos: in quibus licet populus Israel sustinuerit aliquas aduersitates, tamen cum hoc habuit aliquas prosperitates, quia rediit de captiuitate Babylonica, & templum fuit reædificatum, & Ciuitas Sacerdotes & Principes in populo propriis legibus vti permissi sunt. Sed post destructionem secundam per Titum & Vespasianum completis hebdomadibus prædictis, sunt in perfecta captiuitate, in qua dimittit eos Deus, vt dicit Rab. Sal. vt per hoc desistant à peccatis & puniantur pro præteritis & mereantur, quod visiones prophetarum de Christo impleantur: & ista captiuitas durabit vsque ad aduentum Christi. Sic igitur adaptat litteram. Variat tamen litteram aliquo modo accipiendo in aliquibus locis aliter, quàm habeat translatio nostra, vt videbitur exponendo litteram. Dicit igitur sic: Septuaginta hebdomades, id est, septuaginta septenæ annorum quæ continent tempus prædictum, præcisæ sunt; Hæc est littera Hebraica secundum eum, id est, cum præcisione diffinita à Deo, ita quod non sunt plures nec pauciores; Super populum tuum, scilicet Israel, Et super vrbem sanctam tuam, scilicet Ierusalem, à prima destructione quæ facta est per Nabuchodonosor, vsque ad secundam quæ futura est: ad hoc vt perfecte puniantur de malefactis suis: propter quod sequitur, Vt consummetur præuaricatio, id est, vt desistant à præuaricationibus suis, & per hoc mereantur apud Deum quod deleatur iniquitas eorum, Et adducatur iustitia sempiterna, id est, vt in sempiternum iusti fiant, & tunc finaliter impleatur visio & prophetia, id est, promissiones factæ per prophetas de Christo. Et vngatur sanctum sanctorum; Vbi enim nos dicimus, Sanctus, Ra. Sal. dicit Sanctum, & in Hebraico non est distinctio, quia eodem modo scribitur & pronuntiatur in neutro & in masculino. Sic igitur exponit, Vngatur sanctum sanctorum, id est, templum quod reædificabitur per Messiam, & Arca testamenti & alia vasa sanctuarij. Scito ergo & animaduerte. Hic ponitur explicatio prædictæ visionis magis in particulari, quod sic exponit Ra. Sa. Scito ergo & animaduerte, verba sunt angeli Danielem excitantis ad attendendum, De exitu sermonis, ita quod vbi dicimus, ab exitu, dicit de exitu: vt per præpositionem coniunctam non designetur terminus, à quo incipienda sit computatio: sed denotetur materia, de qua angelus vult loqui; quia supra dixerat Danieli, Ab initio precum tuarum egressus est sermo. Vt sit sensus, Tu Daniel scito & animaduerte de exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem, id est, intellige diligenter qualiter sermo egressus à Deo de ædificatione Ierusalem sit intelligendus. Quia vsque ad Christum ducem hebdomades 7. id est, vsque ad Cyrum qui dictus est Christus Isa. 45. a. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, &c. Ipse enim fuit dux Iudæorum, inquantum præcepto

Quando rit Ra. Sa. incepisse & desiisse prædictas hebdomadas.

Expositio Rab. Salo.

E

F eius reducti fuerunt de captiuitate Babylonica, & à destructione templi & ciuitatis facta per Nabuchodonosor vsque ad primum annum Cyri fluxerunt 52. anni qui faciunt 7. hebdomades annorum, id est 49. annos & adhuc vltra tres annos: sed angelus non numerabat nisi hebdomades perfectas. Tres autem annos qui pertinent ad hebdomadam sequentem dimisit, quia numerantur cum hebdomadibus sequentibus. Et hebdomadibus 62. reuertetur: quod vbi dicimus hebdomades 62. in nominatiuo, ipse ponit in ablatiuo: & hoc fit sine mutatione litteræ Hebraicæ, quia omnia nomina Hebraica sunt indeclinabilia, ita quod non est variatio ibi per casus sed tantum per plurale & singulare: & vbi dicimus, Et iterum, ipse dicit. Reuertetur, quia in Hebraica satis consimiliter scribuntur. Sic ergo exponit: Et hebdomadibus 62. id est, in tempore quod fuit à licentia data per Cyrum reuertendi vsque prope destructionem factam per Titum, Reuertetur, scilicet populus de captiuitate, Et ædificabitur platea, id est, ciuitas, Et muri in angustia temporum, quia in tempore illo toto habuerunt aliqua prospera, vt patet in reditu captiuitatis & reædificatione templi & consimilibus, & etiam aliqua aduersa. Et post hebdomades 62. occidetur Christus, id est, Agrippa rex, de quo legitur Act. 26. a. quod fuit rex in Iudæa, & sic dicitur Christus propter hoc quod reges inungebantur, sicut de Saule dicitur 2. Re. 1. c. Quare non timuisti mittere manum in Christum domini? Iste autem Agrippa (vt dicit Rab. Sal.) occisus est circa illa tempora, in quibus destructa est ciuitas per Titum & Vespasianum. Et non illi, sic enim est in Hebraico, vbi dicimus: Et non erit illi populus qui eum negaturus est, sic ergo exponit, Et non illi, id est, ipse Agrippa non erit quia per mor-

Christum interpretatur Ra. Sa. nunc Cyrũ, nunc Agrippam.

A

NICOLAVS DE LIRA.

mortem tolletur de medio. Alij autem Iudæi moderni hoc addunt sic, Et non ei, id est, non Agrippa nec aliquis rex de cetero de gente Iudæorum quousque veniat Christus promissus in lege & prophetis. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo. hoc exponit sicut & nos de destructione Ierusalem & templi facta per ducem populi Romani: Et finis eius vastitas, id est, finis populi Romani: quia ille populus & omnes aduersarij Iudæorum finaliter vastabuntur per regem Meßiam. Et vsque ad finem belli statuta desolatio, ita quod vbi dicimus, Post finem, &c. ipse dicit, vsque ad finem, &c. quod exponit sic continuando prædictis, quod licet omnes aduersarij Iudæorum vastentur finaliter per Meßiam, vt dictum est, tamen statuta, id est, à Deo diffinita desolatio ciuitatis Ierusalem & regni Iudæorum, erit vsque ad finem belli, scilicet Gog & Magog, de quibus loquitur Ezech. xxxviij. a. Et deuincetur per regem Meßiam, & tunc restituetur ciuitas Ierosolymitana & regnum Iudæorum, vt dicit iste Rab. Sal. Confirmabit autem pactū multis hebdomada vna, &c. quia in vltima septena annorum fuerunt treugæ inter populum Romanum & Iudæos, quas treugas vocat hic pactum scilicet pacis, sed Iudæi cito fregerunt treugas & rebellauerunt: & sic in medio illius hebdomadis, scilicet in quarto anno, venit exercitus Romanus & dissipauit ciuitatem & templum, & captiuauit populum: & sic defecit hostia & sacrificium Iudæorum, quia non est eis licitum talia facere extra Ierusalem; & hoc est quod

Somnia Ra. Sa. de suo futuro Messia.

B dicitur; Et in dimidio hebdomadis, scilicet in vltima eius medietate, Deficiet hostia & sacrificium, In templo, id est, in loco vbi fuerat templum, Et abominatio desolationis, quia ibi fuit statua Adriani imperatoris posita in loco vbi steterat arca, & vsque ad consummationem, & finem belli Gog scilicet & Magog Perseuerabit desolatio Iudæorum, quia deuictis Gog & Magog per Meßiam restituetur regnum Iudæorum: vt dicit.

Confutatio expositionis supra positæ.

Contra istam expositionem arguitur primo de numero annorum, quia à destructione Ierusalem per Nabuch. vsque ad destructionem eius per Titum & Vespasianum, non posuit iste Rab. Sal. nisi ccccxc. annos præcise: quia secundum omnes historiographos sunt multo plures; sed hanc obiectionem omitto, quia in computatione annorum secutus sum Rab. Sa. tamquam rationabilius dicentem super librum Esther & in aliquibus aliis locis. Item quod exponit, Vt cōsummetur præuaricatio, id est, vt desistant à præuaricationibus & peccatis, patet esse falsum eo quod à tempore destructionis factæ per Romanos non destiterunt Iudæi à peccatis, imo sunt augures, & periuratores, & multis aliis peccatis irretiti, quæ maxime prohibentur in lege Moysi. Item contra id quod exponit, Et deleatur iniquitas, id est, mereantur apud Deum per captiuitatem modernam, vt iniquitas eorum deleatur apud Deum. Quæro ab eis quæ sit ista iniquitas delenda, quia ante captiuitatem Babylonis fuerunt Iudæi idololatræ maximi, & occisores prophetarum, vt patet ex quarto lib. Reg. & multis aliis peccatis irretiti, & tamen pro omnibus istis delendis non sustinuerunt captiuitatem nisi lij. annis: secundum Ra. Sal. A tempore autem Titi sustinuerunt captiuitatem per Mcc. annos & amplius, & adhuc nesciunt terminum capti-

Grauissima peccata modernorū Iudæorum.

C uitatis: ergo oportet quod illa iniquitas, quæ per hanc captiuitatem deletur, sit maior quasi incomparabiliter, quam illa, quæ præcessit captiuitatem Babylonicam; sed non potest aliqua aßignari, nisi illa, qua interfecerunt Christum, quæ fuit maxima iniquitas. A reditu enim captiuitatis Babylonicæ non leguntur Iudæi fuisse idololatræ, vel occisores prophetarum [illegible] actores consimilium criminum, sicut ante: propter quod nulla alia causa huius captiuitatis potest aßignari rationabiliter, nisi occisio Christi, secundum quod prædixit saluator Luc. xxix. f. Videns Iesus ciuitatem sanctam Ierusalem, &c. & sic non est expectādus Christus de futuro, vt dicit iste expositor. Item contra illud quod dicit, Et impleantur visio & prophetia, id est, per meritum Iudæorum in hac captiuitate implebuntur visiones & prophetiæ de Christo, quia Aggæi ij. b. dicitur: Adhuc vnum modicum & mouebo cælum & terram, &c. Sequitur: Et veniet desideratus cunctis gentibus, & replebo domum istam gloria. Secundum omnes expositores Catholicos & Hebræos iste desideratus cunctis gentibus intelligitur Christus: Cum ergo dicat propheta, quod post vnum modicum debeat venire, non potest adhuc intelligi venturus de futuro; quia à tempore Aggæi vsque ad destructionem factam per Romanos fluxerunt 400. anni & plus secundum communem computationem: secundum vero computationem Hebræorum fluxerunt anni 420. Et iterum à destructione facta per Titum vsque nunc, fluxerunt anni 1253. scilicet vsque ad annum domi-

Nulla alia causa captiuitatis Romanæ aßignari potest nisi occisio Christi.

Ætas domini Lyrani.

ni 1328. inclusiue in quo hæc postilla fuit vltimate correcta: Tantum autem tempus non potest dici modicum.

D

Item in eadem auctoritate dicit propheta in persona domini, Replebo domum istam gloria: & loquitur propheta de templo reædificato post captiuitatem Babylonicam; ergo stante isto templo venit desideratus cunctis Gentibus, id est, Christus. Item contra id quod dicit, Et vngatur sanctumsanctorum, per hoc intelligens arcam testamenti, & alia vasa sanctuarij, quæ per Meßiam debent recuperari: contra id quod dicitur Ierem. iij. cap. Cùm multiplicati fueritis & creueritis in terra. In diebus illis ait Dominus: Non dicent vltra arca testamenti domini, neque ascendet super cor, neque fiet vltra, &c. ergo non sunt per Meßiam recuperanda.

Item quod hic Christum vocat Cyrum, & postea Agrippam: cum subditur, Occidetur Christus, patet falsum ex mutatione personæ, quia per seriem textus patet quod loquitur de eodem Christo.

Item quod dicit Agrippam occisum circa tempora destructionis ciuitatis per Titum & Vespasianum, videtur esse manifeste falsum, quia hoc non habetur in aliqua historia autentica; imo Iosephus lib. de Iudaico bello dicit eum confœderatum fuisse Romanis tempore istius belli.

Agrippa quando & an omnino occisus sit.

Item quod postea subdit, Vsque ad finē belli, Gog & Magog, statuta, id est, definita est à Deo desolatio ciuitatis Ierusalē: hoc patet falsum, quia ciuitas Ierosolymitana reædificata fuit postea per Adrianum imperatorē.

Item quod subditur, Confirmabit autem pactum multis, &c. quod exponit de treugis factis inter Iudæos & Romanos circa tempus destructionis ciuitatis, videtur manifeste falsum; quia Iosephus de hoc non loquitur, nec in lib. antiquitatum, nec in lib. de Iudaico bello, vbi diligenter describit omnia quæ fuerunt facta inter populum Iudaicum & Romanum tempore illo: hoc etiam patet per hoc quod dicitur in littera, Multis, quia si esset verum fuisset factum cum omnibus Iudæis, & non cum aliquibus tantum. Ex omnibus prædictis patet expositio prædicta falsa & irrationabilis.

E

An inducias fecerint Romani cū Iudæis.

His visis ponenda est expositio Catholicorum, dicentium istas hebdomadas impletas in Christi passione. Circa quod sciendū quod est vna communis expositio quam sequuntur communiter expositores catholici & est expositio Bedæ: sed illam ad præsens omitto duplici de causa: Vna est, quod hæc expositio ponitur multum expresse in gloss. super Danielem in loco isto, & in Scholastica historia, & ideo ibi potest recurrere, qui vult eam ibi videre; Alia causa est, quia illa expositio videtur mihi falsa, quia computat per annos lunares supponendo, quod hoc modo computant Iudæi quod est supra improbatum, vt visum est. Et ideo aliter expono computando per annos solares.

Bedæ expositio communior.

Ad cuius euidentiam sciendum, quod computatio annorum solarium dupliciter potest accipi: Vno modo secundum Iosephum, secundum quem à reditu captiuitatis Babylonicæ, vsque ad principatum Machabæorum, fluxerunt anni 413. vt habetur in lib. antiquitatis Iudaicæ; Principatus vero Machabæorum durauit 127. annis; antiquitatis Iudaicæ lib. 14. c. vltim. Ex tunc Herodes Ascalonita, cuius tempore natus fuit Christus, vt habetur Matth. 2. regnauit in Iudæa 28. annis vsque ad natiuitatem Christi: Nec obstat quod aliquæ historiæ dicunt Christum natum 31. anno regni Herodis: quia computant ab anno quo fuit ei datum regnum per Imperatorem Romanum, quod fuit per tres annos antequam haberet illud occiso Antigono, qui vltimus regnauit de Machabæis, & inde fluxerunt 29. anni & principium 30. vsque ad baptismum Christi Lu. 12. e. Iesus erat incipiens 30. annorum, &c. & inde fluxerunt 7. anni vsque ad 3. annum post passionem eius.

Computatio annorū solarium dupliciter potest colligi.

F

Isti vero anni simul iuncti faciunt 505. annos, à quibus si rescindantur 115. anni qui fluxerunt à reditu captiuitatis Babylonicæ accipiendo à primo anno Cyri, qui ex tunc dedit populo licentiam redeundi de Babylone vsque ad 20. annum exclusiue Artaxerxis, qui tunc misit Neemiam ad reædificandum ciuitatem Ierusalem, Neemiæ 2. remanent 490. anni qui faciunt 70. hebdomades annorum solarium. Et sic numerus 70. hebdomadarum incipit à 20. anno inclusiue regni Artaxerxis, & terminatur in quarto anno post passionem Christi.

Modo restat ostendere, quod à primo anno Cyri vsque ad 20. annum Artaxerxis fluxerunt 115. anni, quod ostenditur per chronicas Latinorum, secundum quas Cyrus regnauit 30. annis; Cambyses filius eius 8. duo Magi. 7. Mensibus, qui pro vno anno computantur, quia sunt maior pars anni, Darius Hystaspis 36. Xerxes filius eius 20. Arthabanus mensibus septem, qui computantur pro vno anno, Artaxerxes 19. vsque ad missionem Neemiæ. Anni vero isti simul iuncti sunt 115.

His visis accedendum est ad litteram, cum dicitur.

a *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt.* HIER. in com. Hebræi exponunt ita: Q. D. Daniel scito ab hac die, qua tibi nunc loquor, (Erat autem Annus primus Darij qui occidit Balthasar & regnum Chaldæorum in Persas Medosque transtulit,) vsque ad lxx. annum hebdomadarum, id est annos ccccxc. hæc populo tuo per partes accident. Primum propitiabitur tibi Deus sicut precaris, & delebitur peccatum, & finem accipiet præuaricatio: nunc enim vrbe & templo destructis in luctu est populus sed in breui restaurabitur; & nō solum hoc fiet in his lxx. hebdomadibus, sed nascetur Christus id est, iustitia sempiterna, & signabitur visio & prophetia, vt propheta non inueniatur in Israel; & vngatur sanctussanctorum, de quo, *Propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ, &c.* qui dicit, *Sancti estote, quia ego sanctus sum. Scito ergo quia ab hac die*, qua nunc tibi loquor, & Dei sermonem promitto *quod reuertatur populus, & Ierusalem instauretur, vsque ad Christum, & desolationem templi, hebdomades numerentur lxij.* & aliæ vij. in quibus iuxta ordinem suum, duæ res fient, de quibus ante dixi, quod reuertatur populus, & reædificetur platea à Neemia & Esdra sub Artaxerxe xx. anno regni eius. In fine ergo hebdomadarum complebitur Dei sententia in angustia temporum, quando rursum destruetur templum & capietur ciuitas. *Nam post lxij. hebdomades occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est*: siue (vt illi dicunt) non erit illius populi imperium quod putabat se tenturum. Et quid dico de Christo occidendo, & negaturo populo penitus deserendo, cum & ciuitatem & sanctuarium dissipaturus sit populus Romanus cum duce venturo, id est Vespasiano quo mortuo transactis vij. hebdomadibus, id est, annis xlix. Ælius Adrianus, (à quo postea de ruinis Ierusalem vrbs Ælia condita est) rebellantes Iudæos Timo Ruffo magistro exercitus pugnante superauit, & tunc defecit hostia & sacrificium, & vsque ad consummationem mundi continuabitur desolatio.

Psal. 44. b. Leu. 21. b.

Exterminiū Iudæorum sub Adriano Cæsare.

a ¶ Hier. Quasi cito respiciet Deus populum tuum, pro quo rogasti qui tamen non eius est sicut dixisti ibi: quia nomen tuum inuocatum est super nos, & super populum tuum, sed tuus est pro quo supplicasti.
b ¶ Annorum, id est, ccccxc. ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem.
c ¶ Non numero scilicet vt non sint ccccxc. anni, sed quantitate: non enim vt aiunt, secundum annum solarem computatur, qui habet dies ccclxv. sed secundum lunarem annum qui habet dies cccliiij. superat enim solaris lunarem diebus xj.
d ¶ Non meum vt dixisti: Simile loquitur Deus in Exodo ad Moysen: Descende quia peccauit populus tuus, quasi non meus quem deseruit.

24 Septuaginta [a] hebdomades [b] abbreuiatæ [c] sunt super populū tuū [d]

Tertullianus apud Hieron. in com.

Tertullianus in libr. contra Iudæos hæc ad verbum ait. Vnde ergo ostendimus, quia Christus vedit intra lxij. hebdomades? Numeremus à primo anno Darij, quoniam eo tempore ostenditur Danieli visio hæc. Dicit enim: *Intellige & conijce à prophetatione sermonis respondere me tibi hac*: Vnde à primo anno Darij debemus computare. Tunc enim hanc visionem vidit Daniel. videamus igitur quomodo anni compleantur vsque ad aduentum Christi. Darius regnauit annis xix. Artaxerxes xl. Ochus qui & Cyrus annis xxiiij. Argus vno anno, alius Darius qui & Melas xxj. Alexander Macedo annis xij. post eum regna. Sother in Alexandria annis xxxv. cui succedens Philadelphus regna. annis xxxviij. Post hunc Euergetes annis xxv. deinde Philopater xvij. post hunc Epiphanes xxiiij. Item alius Euergetes, annis xxix. Post Sother annis xxxviij. Ptolomæus xxxvij. Cleopatra annis xx. & mensibus quinque. Item Cleopatra conregnauit Augusto annis xiij. post Cleopatrā Augustus aliis annis xliij. imperauit. Nam omnes anni Augusti fuerunt numero lvj. Scimus autem quod in xl. anno, primo imperij August. qui post mortem Cleopatræ imperauit, natus est Christus, & superuixit Augustus ex quo natus est Christus, annos xv. Et erunt reliqua tempora annorum in die natiuitatis Christi in annum Augusti xli. post mortem Cleopatræ, anni ccccxxxvij. & menses v. vnde implentur lxij. hebdomades & dimidia, quæ faciunt annos ccccxxvij. & menses vj. in die natiuitatis Christi: *Et manifestata est iustitia æterna, & vnctus est sanctus sanctorum*, id est, Christus: *& signata est visio & prophetia, & dimissa sunt peccata* per fidem nominis Christi. Quid est autem quod dicit: *signare visum & prophetiam*? quoniam omnes prophetæ venturum annuntiabant & passurum. Quia ergo impleta est prophetia Christi per aduentum eius signari dicebat visionem & prophetiam quoniam signaculum est omniū prophetarum: implens omnia quæ retro de eo annuntiabant prophetæ, quia post aduentum & passionem eius iam non visio neque prophetia est, quæ Christum nuntiet esse venturum. *Et paulo post inquit*; Videamus quid aliæ vij. & dimidia hebdomades, quæ supersunt diuisæ in abscisione priorum hebdomadarum, in quo anno vel actu sint impletæ. Post Augustum enim qui superuixit post natiuitatem Christi, anni xv. efficiuntur, cui successit Tyberius Cæsar annis xxij. & men. vij. die xxvij. anno xv. Imperij eius baptizatur Christus habens annos quasi xxx. Item Caius Caligula annis tribus men. oct. diebus xiij. Nero annis xiiij. men. vij. die xiij. Galba mensibus vij. diebus xxviij. Otto imperator viij. mensibus, diebus tribus. Vitellus mensibus viij. diebus xxviij. Vespasianus anno primo imperij sui debellauit Iudæos, & fiunt anni numero lij. & menses sex. Nam imperauit annis xi. atque ita in die expugnationis Iudæi impleuerunt septuaginta hebdomadas prædictas à Daniele.

Reges Persarum.

Reges Ægypti post Alexandrum.

In Christū omnes prophetiæ sol. liminabant.

Septuaginta. BEDA. in lib. de natura rerum. Hæc verba Christi incarnationem designant, qui legem & prophetas impleuit, *& vnctus est oleo lætitiæ præ participibus suis*: hebdomadæ lxx. per septenos annos distinctæ cccc. & xc. annos lunares insinuant. Sed notandum, quòd easdem hebdomadas non simpliciter annotatas, sed abbreuiatas asserit occulte, commonens vt breuiores solito annos nouerimus indicatos,

Psal. 44. b. Supputatio lxx. hebdo. secundum Bed.

Scito ergo, inquit, & animaduerte ab exi. ser. vt iterum ædificetur Ierusalē vsque ad Christum du. hebdo. vij. & heb. lxij. erunt: & rursus ædificabitur platea, & muri in angustia. IBID. Esdra narrāte didicimus, quod Neemias pincerna regis Artaxerxis xx. anno regni eius, mense Nisan, impetrauit ab eo restaurari muros Ierusalem, templo multo ante (Cyro permittente) cōstructo, & quod ipsum quoque opus (vt dictū est) *in angustia temporis perfecerit*, adeo scilicet à finitimis gentibus impugnatus, vt structores singuli gladio renes accincti, vna manu pugnasse, altera murum recuperasse narrentur. Ab hoc igitur tempore vsque ad Christum ducem lxx. hebdomades computantur, id est, anni duodenorum mensium lunarium ccccxc. qui sunt anni solares cccclxxv. Siquidem Persæ à præfato xx. anno regis Artaxerxis vsque ad mortem Darij regnauerunt annis cxviij. Ex hinc Macedones vsque ad interitum Cleopatræ annis ccc. Inde Romani vsque ad xviij. Tiberij Cæsaris annum monarchiam tenuerunt annis lvij. qui sunt simul vt diximus, anni solares cccclxxv. Et continentur circulis decennoualibus xxv. Decies enim nouies xxv. fiunt cccclxxv. Et quia in singulis circulis embolismi vij. accrescunt, multiplica xxv. per vij. & fiunt clxx. qui sunt menses embolismi. cccclxxv. annorum. Si ergo vis scire quot annos lunares faciant isti menses, diuide per duodecim clxxv. menses, & faciunt annos xiiij. & menses septem. hos iunge ad prædictos cccclxxv. annos, erunt cccclxxxix. anni, & vij. menses: & hos superfluos menses adde ad partem octaui decimi anni imperij Tyberij, sub quo dominus passus est, & inuenies præfinitas hebdomadas vel præfinitum terminum, id est, ab exitu sermonis quo præceptum est vt reædificarentur muri Ierusalem, vsq; ad eius passionem lxx. hebdomadas abbreuiatas, id est, annos lunares ccccxc. Ad eius vero baptismum quando vnctus est sanctussanctorum, descendente super eum spiritu sancto sicut columba non solum hebdomadas vij. & lxij. fuisse completas, sed & partem iam septuagesimæ hebdomadæ inchoatam.

Esdr. 2. a.

Muri Ierusalem per Neemiam instaurati.

Et post hebdomades, inquit, lxij. occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est. Non statim post lxij. & vij. hebdomadas, sed in fine lxx. hebdomadæ occisus est Christus, quam ideo

NICOLAVS DE LIRA.

1 Septuaginta hebdomades. *vbi primo ponitur hebdomadarum reuelatio, cum dicitur,* Septuaginta hebdomades, *quæ continent ccccxc. annos, vt supra dictum est.*

2 Abbreuiatæ sunt, *id est, sunt registrata in Dei præscientia.*

3 Super populum tuum, *scilicet Iudaicum.*

1 Et

MORALITER.

† 1 *Septuaginta hebdomades.* Septuagesimus numerus resultat ex ductu denarij per septenarium, denarius autem significat impletionem decalogi, septenarius verò septiformem gratiam spiritussancti. Per ista Christus, qui est sapientia Dei patris venit spiritualiter in mentem humanam, sicut corporaliter venit in virginem. Qui quidem aduentus per decursum septuaginta hebdomadarum fuit hic litteraliter significatus; ideo sequitur,

Christus veniens spiritualiter in mentem humanam.

† 2 Vt

stus; quam ideo (quantum conijcere possumus) segregauit à cęteris hebdomadibus, quia de hac re erat plura relaturus. Nam & Christus in illa crucifixus à populo perfido non modo in passione, verum continuò ex quo à Ioanne prædicari cœpit, negatus est. Quod autem sequitur,

Et ciui. sanctuarium dissipat. popu. cum duce vent. & finis eius vastitas & post fi. belli sta. desola. IBID. Nō ad lxx. hebdomadas pertinet. Prædictum enim fuerat, quod ipsę hebdomades vsq; ad Christi ducatum pertingerēt: sed scriptura prędicto aduentu & passione ipsius, quid etiam post hanc populo qui eum recipere nollet, esset euenturum, ostendit: Ducem enim venturum Titum dicit; qui scilicet xlij. anno dominicæ passionis ita cum populo Romano ciuitatem & sanctuarium dissipauit, vt non remaneret lapis super lapidem. Vnde his per anticipationem prælibatis, mox ad exponendum hebdomadæ quam omiserat euentum redit.

Iudæi exterminati per Titum.

Confirmabit autem pa. fidei, multis hebdo. vna. IBID. id est ipsa nouissima, in qua vel Ioannes Baptista, vel dominus vel apostoli prædicando, multos ad fidem conuerterunt.

Et in dimi. hebdo. deficiet hostia & sacrifi. Dimidium hebdomadis huius quintusdecimus annus Tyberij Cæsaris erat: quando inchoato Christi baptismate, hostiarum purificatio fidelibus paulatim vilescere cœpit. Item quod sequitur.

In templo erit abo. desola. & vsque ad consumma. & finem perseuerabit desolatio. IBID. ad sequentia tempora respicit. Cuius prophetiæ veritatem historiæ veterum, & nostrorum temporum euentus testatur. Totum ideo testimonium prophetæ ponentes, quantum facultas suppeterebat, exposuimus: quia hoc & à plerisque lectoribus ignorari, & speciale genus hebdomadæ flagitare cognouimus. Falluntur enim qui putant Hebræos talibus annis vsos, alioquin tota veteris instrumenti series vacillat, nec vllius ætas tanta quanta scripta est debet intelligi, sed ad lunæ cursum stringi.

Iudæos non numerasse tempora per annos lunares.

Sciendum sane quod Aphricanus hebdomadarum cursum (quem nos in decimum septimum vel decimum octauum Tyberij Cæsaris annum quo dominum passum credimus, iuxta chronicam Eusebij perduximus) ab eodem quo nos incipiens exordio, quinto decimo eiusdem imperatoris anno, quo eum passum credidit, putat esse completum, ponens annos regni Persarum cxv. Macedonum ccc. Romanorum lx. Sed diligens lector quod magis putauerit sequendum eligat.

Aphricani opinio apud Hieron. in comment.

APHRIC. apud HIER. Vicesimo anno Artaxerxis regis Persarum processit sermo, quando Neemias eius pincerna (sicut in Esdra legitur) rogauit & impetrauit vt reædificaretur Ierusalem: & hic est sermo qui egressus est, qui extruendæ vrbis dedit licentiam, quæ vsque ad tempus illud vicinarum gentium patebat incursibus. Siquidem ad Cyri regis imperium, qui volentibus reuerti in Ierusalem dederat potestatem, Iesus & Zorobabel & Esdras sacerdos, & qui cum eis proficisci voluerunt, templum & vrbem & muros eius ædificare conati sunt prohibentibus in circumitu nationibus ne impleretur opus, quasi hoc fieret regis iniussu. Pendebat ergo opus interruptum vsque ad Neemiam, & xx. Artaxerxis annum, quo tempore, regni Persarum centum xv. anni fuerant euoluti captiuitatis autem Ierusalem clxxxv. Tunc primum Artaxerxes iussit muros extrui, & Neemias præfuit operi. Tunc ædificata est platea & muri circūdati: Ex illo tempore si numerare velis lxx. annorum hebdomadas vsq; ad Christum inuenire poteris. Si vero harum hebdomadarum principium sumimus ab alio tempore, & tempora nō occurrunt, & multa contraria inuenimus. Nam etsi à Cyro & prima eius indulgentia, qua Iudæorum laxata est captiuitas lxx. hebdomadas numeramus, centum annos & eo amplius inuenimus, qui istum hebdomadarum excedunt numerum: & multo plures si ex quo Danieli locutus est angelus: additurque amplior numerus, si captiuitatis principium habueris hebdomadarum exordium. Permansit enim regnum Persarum vsque ad initium Macedonum annis ccxxx. & Macedones regnauerunt annis ccc. atque exinde vsque ad annum xv. Tyberij Cæsaris, quo Christus passus est, anni sunt xl. qui omnes faciunt dxc. ita vt centum supersint anni. A vicesimo autem anno Artaxerxis vsque ad Christum, complentur hebdomadæ lxx. iuxta lunarem supputationem Hebræorum, qui menses non iuxta solis, sed lunæ cursum numerant. Nam à centesimo & xv. anno regni Persarum, quando Artaxerxes eiusdem regni vicesimum imperij sui agebat annum, & erat octogesimæ & tertiæ Olympiadis annus quartus, vsque ad ducentesimam & secundam Olympiadem, & secundum eiusdem Olympiadis annum Tyberiique Cæsaris annum xv. colliguntur anni ccccLxxv. qui faciant annos Heb. ccccxc.

Neemias muros Ierusalem quando cœperit instaurare.

Nota Aphricanum & Bedam in summa conuenientes, in hoc solo dissentire, quod Aphricanus dicit regni Romani sexaginta annos fuisse vsque ad xv. annum Tyberij Cæsaris, quando dicit passum Christum. Beda vero lvij. annos vsque ad xviij. annum regni Tyberij Cæsaris quando dicit Christum passum. Licet ergo dicat lvij. annos fuisse vsque ad annum xviij. Tyberij Cæsaris, in quo innuit non nisi lvij. annos fuisse vsque ad xviij. annum Tyberij Cæsaris, tamen cum Aphricano in summa conuenit, quia quod Aphricanus in regno Persarum minus ponit, in regno Romanorum plus ponit. Sed sequamur Bedam, qui dicit Christum xvij. anno Tyberij passum fuisse quia secundum Lucam statim post xx. annum, qui fuit xv. annus Tyberij Cæsaris, Christus est baptizatus. Deinde post tres annos passus, & sic xviij. non xv. Tyberij Cæsaris.

Concordantia scribentium.

a *Scito ergo, & animaduerte, &c.* HIERONYMVS in comment. Non nos moueant Hebræi, & si post numerentur vij. Hebdomades, & postea lxij. & rursus vna in duas partes diuiditur. Est enim hoc idioma Hebræi sermonis, & antiquæ Latinitatis, vt ante minorem numerum supputent, post maiorem, verbi gratia, Nos iuxta proprietatem linguæ nostræ nunc dicimus Abra-

Minor numerus maiori præponitur.

---

a Non meam. In passione Christi qui tulit peccata mundi. b Deleta.

& super vrbem sanctam tuām, vt cōsummetur præuaricatio, 1 & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctussanctorum. 25 Scito ergo, & animaduerte, ab

a Expositio. Tempore gratiæ. a Euangelij. b Quæ legis iustitiam vincat. c Lex & prophetæ vsque ad Ioannem: quia ante aduentum Christi hæc omnia magis sperabantur, quam tenebantur. a Attentum reddit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et super vrbem, *scilicet Ierusalem.*

2 Et consummetur præuaricatio, *id est terminetur: ideo subditur,*

3 Et finem accipiat peccatum, *per Christi passionem.*

4 Et adducatur iustitia sempi. *per eius prædicationem.*

5 Et impleatur visio & prophetia, *de Christo prædicta.*

6 Et vngatur sanctussanctorum, *id est Christus, qui in humanitate vnctus est oleo gratiæ præ consortibus suis.*

7 Scito ergo. *Hic consequenter ponitur dictæ reuelationis expositio. Ad cuius intellectum considerādum, quod angelus diuidit lxx. heb. in tres partes scilicet in 7. & 62. & vnā: quia in istis partibus specialia opera facta sunt in populo Iuda. Nam in primis septem, populus cum labore magno reædificauit Ierusalē, & eam tenuit contra aduersarios, nam* vna manu faciebant opus, & altera tenebant gladium. *Neemiæ 4. propter aduersarios insurgentes in ædificatione, & post in aliis 62. populus aliquando habuit prospera, aliquando aduersa, in vltima vero Christus prædicauit & passus fuit, & fides Christi multū fuit dilatata per prædicationem apostolorum post Christi mortem, vt patet in actibus apostolorum. Dixit igitur angelus.* Scito ergo & animaduerte tu Daniel, *qualiter hebdomades sunt intelligendæ. Ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem, scilicet à 20. anno Artaxerxis, tunc mittentis Neemiam ad eius reædificationem,* vsque ad Christum ducem, *id est vsque ad Christi baptismum, in quo fuit declaratus dux fidelium per patris & spiritussancti testimonium, Matt. 3.* Hebdomades septem, *in quibus populus tuus cum labore magno ciuitatem reædificabit & tenebit.* Et hebdomades 62. *in quibus nunc aduersa, nunc prospera sustinebit.* Et rursum ædificabitur platea, & muri, &c. *hoc dicit ad ostendendum quid futurum erat in septem hebdomadibus primis.* Et post hebdomades 62. *cum septem primis, quæ faciunt hebdomades 69.* occidetur Christus. *s. in vltima hebdomada, quæ incipit à Baptismo Christi quia post baptismum prædicauit tribus annis cum dimidio, & tunc passus fuit in medio illius hebdomadæ.* Et non erit populus eius, qui eum negaturus est: *quoniam Iudæi negantes eum coram Pilato, ex tunc non fuerunt eius populus.* Et ciuitatem & sanctuarium, *id est Ierusalem & templum.* dissipabit populus cum duce venturo, *id est exercitus Romanus cum principe Tito. Sciendum itaque, quod hæc dissipatio non fuit impleta infra* dictas

Expositio reuelationum.

M O R A L I T E R.

† 2 *Vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum.* Sicut enim per aduentum Christi in carnem ablatum est mundi peccatum generale: ita per aduentum eius in mentem, tollitur peccatum hominis personale.

☞ Abraham vixit annos A clxxv. Illi econtra: vixit

a ¶ Annorum id est ccccxc. ab exitu sermonis vt respondeatur ab Artaxerxe, & ædificetur Ierusalem. ¶ Ducum.

a exitu sermonis, vt iterum ædificetur Ierusalem vsq; ad Christũ 1 2

xit v. lxx. cap. Non D igitur vt legitur ita ☞ ad-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ dictas hebdomades 70. sed postea per 39. annos secundum istam expositionem: quia tamen fuit facta in pœnam mortis Christi, vt habetur Luc. 19. ideo hic immediate ponitur post mortem Christi, de qua ante immediate fit mentio. Et finis eius, scilicet ciuitatis Ierusalem, Vastitas, per exercitum Romanorum: Et post finem belli, scilicet Romanorum contra Iudæos, Statuta desolatio, id est desolatio ciuitatis, vel Iudæorum, à Deo præfinita. Confirmabit autem, Quia occasione mortis Christi exierat terminos 70. hebdomadarum in pœnam dictæ mortis, vt dictum est: ideo reuertitur ad ostendendum quid amplius debeat fieri in vltima hebdomada, de qua inceperat dicere, & non perfecerat, dicens, Confirmabit autem pactum multis, id est legem Euangelicam, quæ dicitur pactum nouum, Ierem. 31. Hebdomada vna, scilicet vltima, qua Christus tribus annis & dimidio prædicauit legem Euangelicam, & B eam confirmauit per miracula & mortem suam, & in tribus annis residuis cum dimidio per prædicationem apostolorum, vt prædictum est. Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, quia in medio illius hebdomadis passus est Christus, vt visum est, & tunc sacrificia legis cassa & mortua fuerunt. Et in templo erit abominatio desolationis, Istud fuit diu post 70. hebdomadas, quando Adrianus imperator suam statuam fecit poni in loco, vbi steterat arca domini. Et quia posset quæri, quantum durabit captiuitas siue desolatio Iudaici populi? Respondet dicens, Et vsque ad consummationem, scilicet mundi. Tunc enim secundum doctores Catholicos conuertentur Iudæi ad fidem Christi.

Dissipatio ciuitatis & sanctuarij non venit numeranda in ipsis 70. hebdomadibus.

Quid debeat fieri in vltima 70. hebdomadarum.

Relectio Lirani de 70. Hebdoma.

Hunc autem exponendi modum secutus sum alias, quando primò scripsi supra Danielem. Sed quia postea confidens de Dei adiutorio, aggressus sum scribere super totam sacram scripturam: & cum venissem ad Libros Esdræ & Ester: visum mihi fuit, & adhuc videtur (saluo meliori iudicio) quod enumeratio annorum, quæ posita est in expositione ista non bene consonat sacræ scripturæ: quia in magna parte sui procedit secundum Chronicas Latinorum, scilicet à destructione ciuitatis Ierusalem per Nabuchodonosor vsque ad 20. annum Ar- C taxerxis exclusiue quod tempus secundum Chronicas Latinorum fuit 185. annorum. Secundum hanc computationem Mardochæus fuisset 259. annorum, quando per Assuerum fuit exaltatus, Non est autem verisimile quod tantum vixerit; Et dato, quod vixisset, tamen facere non potuisset illa, quæ de eo scribuntur in li. Esther scilicet regere domum reginæ, & regis palatium, & equitare per ciuitatem, & similia. Quod autem sequatur ad dictam enumerationem, Mardochæum tunc fuisse tantæ ætatis, ostenditur, quia ductus fuit in Babylonem cum Iechonia rege Iuda, vt habetur Esther ij. & tunc fuit ad minus decem annorum. Post Iechoniam Sedechias regnauit 10. annis 4. Regum 24. Deinde secuta est captiuitas 70. annorum, secundum Chronicas Latinorum scilicet à destructione per Nabuchodonosor vsque ad primum annum Cyri, à quo vsque ad 19. annum Artaxerxis inclusiue fuerunt anni 115. vt prædictum est, & remanent adhuc de eius regno 21. anni, & quia regnauit 40. annis Xerxes secundus, mensibus duobus; Sodianus mensibus vij, & computantur isti duo pro vno anno; Darius nothus 19. Assuerus 12. ante exaltationem Mardochæi, Esther 3. Si vero prædicti anni similiter coniungantur, faciunt annos 259. sicut alias dixi in principio libri Esther. Ideo pono alium modum computandi 70. hebdomades prædictas, consonum magis scripturæ secundum quæ Mardochæus 12. anno regni Assueri fuit tantum 94. annorum, vt ostendi in principio libri Esther, & adhuc in sequentibus ostendetur. Modus etiam iste quem intendo ponere, procedet partim secundum sacram scripturam, partim secundum Hebræorum dicta, propter quod non poterit ab eis rationabiliter impugnari, tamen in vno non intendo eos sequi, in quo ostendam eos deficere manifeste.

De ætate Mardochæi.

Primo igitur videndum est, à quo incipit computatio 70. hebdomadarum: secundo vbi terminatur; quia in his duobus iacet vis negotij, tertio ad expositionem litteræ accedetur. Quantum ad primum dirigit nos verbum angeli dicentis Danieli, Ab exitu sermonis, vt iterum reædificetur Ierusalem, &c. Et in Heb. habetur: Ab exitu sermonis ad reuertendum & ædificandum Ierusalem, &c. Ex quo videtur quod à primo verbo ex reuelatione domini procedente de reditu populi in Ierusalem, & per consequens reædificandi ibi templum, & habitacula ministrorum, & populi ibidem habitantis (licet adhuc non esset data licentia reædificandi muros ciuitatis & fortalicia) debeat hebdomadarum computatio inchoari. Illud autem verbum habetur Ierem. 29. c. vbi dicitur: Cùm cœperint impleri in Babylone 70. anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, & reducam vos ad locum istum, Sed quo tempore fuit hoc dictum patet ex cap. 28. Ierem. vbi dicitur, quod anno quarto Sedechiæ regis, mense v. Ieremias reprehendit Ananiã falsum prophetam. Iste enim asserebat Iechoniam, & qui cum eo translati fuerant in Babylonem, redire in Ierusalem post duos annos, & iugum regis Babylonis confringi, & consequenter cap. 29. ponitur epistola Ieremiæ ad transmigratos in Babylonem, vt non confiderent verbis falsorum prophetarum, in qua scribitur hoc verbum ex reuelatione domini. Cùm cœperint impleri in Babylone lxx. anni, &c. Et sic patet, quod hoc verbum dixit dominus per Ieremiam anno quarto Sedechiæ circa finem, propter quod computatio lxx. hebdomadarum debet incipi ab anno quinto Sedechiæ inclusiue. Quantum ad secundum dico, quod terminatur in anno passionis domini inclusiuè. Nam incipiendo ab anno quinto inclusiue regis Sedechiæ habentur sex anni integri de regno eius: quia 11. anno regni sui, mense quarto fuit captus & captiuatus 4. Regum 25. propter quod ille 11. annus ratione maioris partis computandus est in tempore destructionis ciuitatis, ne vnus annus bis computetur. A dicta vero destructione vsque ad primum annum Cyri fluxerunt 52. anni secundum Hebræos. Cyrus vero tribus annis regnauit secundum eos post monarchiam acceptam: à E quo tempore debet hic fieri computatio. Illi verò qui dicunt eum regnasse 30. annis, incipiunt computare à principio regni sui in Perside tantum. Principium verò anni quarti, quo regnauit Cyrus, computandum est in tempore Cambysis filij sui, ne vnus annus bis computetur. Cambyses verò sex annis regnauit. vt dicit Iosephus libro antiquitatis Iudaicæ 11. cap. 3. post quem secundum Hebræos regnauit Assuerus maritus Esther, & in hoc supra secutus sum eos in principio libri Esther: sed in hoc quod dicunt eum regnasse 14. annis tantum, videntur mihi deficere manifeste. Nam Assuerus cepit Esther vxorem anno 7. regni sui mense 10. vt habetur Esther 2. Cum igitur secundum ipsos Darius filius Assueri & Esther reginæ post Assuerum regnauerit immediate, oportet consequenter eos dicere, quod in principio regni sui fuit tantum quinque vel sex annorum: nam à desponsatione Esther vsque ad natiuitatem Darij transit octauus annus Assueri, vel maior pars ipsius ad minus. Non est autem verisimile, quod talis puer scriberet sic autentice & seriose ædificationem templi, sicut exprimitur de ipso 1. Esdræ 6. Sed ad hoc posset responderi, quod Esther mater sua, quæ Iudæa erat, & mortuo Assuero superuixerat, in fauorem Iudæorum fecit scribi illam epistolam, & sigillari nomine filij sui existentis adhuc pueri. Propter hoc hæc responsio remouetur ibi per litteram sequentem, vbi dicitur, quod de sumptibus regis si necesse fuerit, ministrentur sacrificia, & offerant oblationes Deo cæli, orentque pro vita regis & filiorum eius. Ex quo patet, quod erat tantæ ætatis quod filios F habebat.

Posterior Lirani sent. de hebdom. A quo incipit computatio lxx. hebdomadarum.

Computatio 7. Hebdom. debet incipere ab anno 5. Sedechiæ inclusiue,

& terminare anno passionis Domini inclusiue.

Iosephus antiqu. libro xj.

Quot annis regnauerit Assuerus maritus Esther.

Quoto anno ætatis suæ licentiauerit Darius Iudæos vt possent cõsummare intermissã ædificationem tépli.

Et ideo dico cum aliis historiographis, quod Assuerus regnauit 40. annis & sic Darius filius eius quando cœpit regnare post patrem immediate, fuit 32. annorum, vel circiter secundum prædicta. Anno verò secundo Darij resumptum fuit opus templi secundi, & consummatum sexto anno regni eius mense 12. 1. Esdræ 6. Sciendum tamen, quod idem annus fuit quadragesimus Assueri, & primus Darij, nam ei successit immediate: & sic oportet de numero annorum ipsorum vnum subtrahere, aliter vnus bis computaretur: & sic Assuerus & Darius regnauerunt 45. annis, vsque ad secundi templi consummationem. Et inde vsq; ad eius destructionem per Romanos fluxerunt anni 420. secundum Ra. Sa. & alios Hebræos, quibus si iungantur anni prædicti ab anno quinto Sedechiæ inclusiue sunt simul anni 532. à quibus si rescindantur 42. anni qui post annum passionis Christi fluxerunt vsque ad destructionem templi secundi, secundum omnes historiographos, remanent anni 490. qui faciunt 70. hebdomades annorum præcise. Et sic patet secundum, scilicet terminatio 70. hebdomadarum in anno passionis Christi inclusiue.

Ex prædictis patet, quod supra dictum est de ætate Mardochæi: nam si accipiantur anni hic enumerati ab anno quinto Sedechiæ vsque ad 12. Assueri, sunt simul anni 79. quibus si adiungantur quatuor primi regni Sedechiæ, & 10. quos ad minus habuit tempore translationis suæ, inuenientur anni 92. sicut supra dicebatur.

Concludit de ætate Mardochæi.

His dictis accedendum est ad expositionem litteræ, quæ diuiditur in duas partes. In prima ponitur reuelatio, in secunda vero reuelationis expositio, ibi, Scito ergo. Prima pars exponatur sicut in expositione hebdomadarum immediate præcedenti, nam in hoc conueniunt hæc & illa, Scito ergo. Hic consequenter ponitur reuelationis expositio, & diuiditur in duas partes, quia primo ponuntur 70. hebdomades generaliter, secundo exponitur aliquid pertinens ad vltimam specialiter, ibi: Confirmabit autem. Circa primum dicit angelus Danieli, Scito ergo & animaduerte, qualiter hebdomades sint incipiendæ & intelligendæ.

Diuisio.

Diuisio.

1 Ab exitu, &c. id est à quinto anno Sedechiæ inchoandæ sunt, vt ostensum est supra.

2 Vsque ad Christum ducem, protendendæ sunt.

☞ 1 Heb-

adimpletur, sed vt totum pariter supputatur, ita finē accepit: Nec A ignorandum quosdam illorum dicere, quod vna hebdomada, de qua dicitur, *Cōfirmabit pactum multis hebdomada vna* diuidatur in Vespasianum, & Adrianum, vt iuxta historiā Iosephi, Vespasianus & Titus tribus annis & septem mensibus pacem cū Iudæis fecerint. Tres autē anni & sex menses sub Adriano cōputentur, quando Ierusalē omnino subuersa est, Iudæi cateruatim cęsi, ita vt à Iudææ quoque finibus propellerentur: Hoc aiunt Hebręi nō magno curātes à primo anno Darij regis Persarum, vsque ad extremam euersionem Ierusalem quæ sub Adriano accidit, cōputari Olympiades clxxiiij. D id est annos dcxcvj. qui faciunt hebdomadas Hebraicas xcix. & annos tres, quando Cochebas dux Hebręorum est oppressus, & Ierusalem vsque ad solum diruta est.

In quorum Principum tempora coniiciant Iudæi eam quæ hic dicitur Hebdomada vna? Iosephus.

Iudæi sub Adriano Cæsare exterminati.

a ¶ Nouissimam videtur separare, quasi de ea plura locuturus, de qua subditur. Et confirmabit pactum mult. hebdo. vna.

ducem hebdomades septem: & hebdomades sexaginta duæ 1 2

a ¶ A Neemia. b ¶ Ierusalem. c ¶ In breui.

erunt, & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia tem- 3 4

a ¶ Subaudis & vij. b ¶ Non statim eis impletis sed postea in fine lxx.

porū. [26] Et post hebdomades sexagintaduas occidetur Christ⁹, 5 6

a ¶ Sed Cæsaris vel diaboli, vnde, Partes vulpium erunt.
b ¶ Non habemus regem nisi Cęsarem. Et alibi, Hunc nescimus vnde sit.

& non erit eius populus qui eum negaturus est: & ciuitatem 7 8

¶ Templum. ¶ Romanus. ¶ Vespasiano.

& sanctuariū dissipabit populus, cū duce venturo: & finis eius 9 10 11

a ¶ Sub Vespasiano. b ¶ A Deo in æternum.

vastitas, & post finem belli statuta desolatio. [27] Cōfirmabit autē 12 13 14

a ¶ Non iam tres anni preterierant nouissimæ hebdomadæ, quando dominus baptizatus est, id est cccclxxvj. quibus adiiciuntur tres anni & sex menses, & pars xviij. anni Tiberij, & sunt ccccxc.

pactū multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis de- 15 16 17

a ¶ Abominata desolatio. ¶ Abominanda sacrificia post mortem Christi.

ficiet hostia & sacrificiū, & in tēplo erit abominatio desolatio- 18 19

¶ Mundi. ¶ Iudæorum.

nis, & vsque ad cōsummationē & finē perseuerabit desolatio. 20 21

a *Confirmabit autem pactum.* IBID. Ioannē scilicet & Christo, & apostolis prędicantibus multi saluati sūt, & cœpit vetus hostia in cordibus fidelium vel electorum vilescere.

Confirmabit autem pactum, &c. IBI. Hoc F de tribus annis intelligēdum est & dimidio, quibus Christus prædicauit, & quod patribus promiserat confirmauit.

Tres anni cum dimidio quibus prædicauit Christus.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hebdomades 7. & hebdom. 62. *vsque ad vltimam hebdomadam, in qua Christus dux populi Christiani baptizandus est, & legem Euangelicam prædicaturus, & pro salute humani generis moriturus & resurrecturus & in cœlum ascensurus. Distinguit autem septem hebdomadas & vltimam ab aliis, propter specialia opera facta in ipsis. Nam in vltima facta est generis humani reparatio, vt dictum est. In septima verò templi primi destructio, vsque ad primum annum Cyri, qui dedit licentiam reædificandi. A destructione enim secundi templi vsque ad primum annum Cyri, qui dedit hanc licentiam fluxerunt anni 52. vt dictum est supra, qui faciunt septem hebdomades annorum: & cum hoc tres annos, qui computantur cum tempore 62. hebdomadarum, eo quod non faciunt per se hebdomadam: & eadem ratione sex anni de tempore Sedechiæ præcedentes templi destructionem.*

Cur distinguat septimam hebdomadam & vltimam ab aliis.

2 Et rursum ædificabitur platea, *scilicet templi,*

3 Et muri, *ciuitatis Ierusalem in tempore 62. hebdomadarum per Zorobabel & Neemiam & alios patres.*

4 In angustia temporum, *quia per gentes circumstantes fuerunt multum impediti & afflicti, & etiam postea, vt patet in Esdra & Neemia, & lib. Machabæorum.*

Infestatio reædificantium Ierusalem.

5 Et post hebdomades 62. *& 7. alias præcedentes supple.*

6 Occidetur Christus, *in vltima hebdomada, vt prædictum est.*

7 Et non erit populus eius, qui eum negaturus, *id est Iudæi coram Pilato ipsum negaturi, dicentes,* Non habemus regem nisi Cæsarem, *Ioan. 19. c. non erunt amplius eius populus, scilicet Christiani in ipso regenerandi & ab eo denominandi.*

Iudæorum abiectione fit populus Dei.

8 Et ciuitatem & sanctuarium, *id est templum secundum.*

9 Dissipabit populus, *id est exercitus Romanus,*

10 Cum duce venturo, *id est cum Tito venturo contra Ierusalem. Istud non fuit factum infra tempus 70. hebdomadarum, sed postea per 40. annos, vt prædictum est. Sed quia hoc factum fuit in pœnam mortis Christi, ideo hic ponitur immediatè postquam locutus fuerat de Christi occisione.*

11 Et finis eius, *scilicet ciuitatis Ierusalem.*

12 Vastitas, *quia fuit vastata per Romanos.*

13 Et post finem belli, *Romanorum contra Iudæos,*

14 Statuta desolatio, *id est desolatio ciuitatis & templi, quæ combusserunt Romani, & Iudaici populi, quem partim occiderunt, & partim captiuauerunt: sicut statutum erat & ordinatum à Deo in pœnam mortis Christi. Sciendum autem quod littera Hebraica sic habet.* Et vsque ad finem belli statuta desolatio, *& multum mutatur sententia. Ex hoc enim dicunt Hebræi, quod desolatio & captiuitas in qua sunt, duratura est vsque ad finem belli Gog & Magog, quos Messias venturus debellabit, & tunc regnabunt in Iudæa temporaliter. Et secundum hoc possent Iudæi dicere, quod littera nostra sit falsa, & expositio ipsius similiter. Ad quod excludendum sciendum, quod in Hebræo sunt duæ dictiones quarum vna significat idem quod* adhuc*: alia idem quod* vsque *quæ eisdem litteris scribuntur, scilicet* Ain *&* deleth*: & distinguuntur istæ duæ dictiones solum per punctationem, quæ de facili mutari potest manentibus litteris: Hæc autem dictio* adhuc*, aliquādo accipitur in scriptura pro* post*, sicut Ionæ 3. b.* Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur. *id est post 40. dies subuertetur. Et secundum hunc sensum primo fuit facta punctatio dictionis Hebraicæ in hoc loco & sonat* od*: & sic transtulit translator noster; Sed postea mutata est punctatio per Iudæos ad significandum* vsque*: & sic sonat* ad*, & consimiliter fecerunt in pluribus aliis locis veteris testamenti, prout in præcedentibus libris declaraui. Acceperunt autem occasionem hoc faciendi ex 70. interpretibus, qui vbi inuenerunt aliquid de mysterio trinitatis & incarnationis, tacuerunt, vel aliter transtulerunt, secundum quod dicit Hier. in prologo super Pentateuchum. Et idem ego ostendi in pluribus locis veteris testamenti, specialiter Isa. c. 9. pro eo enim quod ibi habetur de Christo:* Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis, *transtulerunt,* Et vocabitur nomen eius magni consilij angelus.

Quousque duraturam dicant Iudæi captiuitatem suam modernā?

Littera textus Hebraici corrupta per Iudæos.

Translatio 70. interpretum qualis?

15 Confirmabit autem pa. mul. *Hic reuertitur Angelus ad loquendum de vltima hebdomada, de qua inceperat dicere quantum ad mortem Christi, & non perfecerat, interponēs pœnam huius mortis, vt dictum est; Dicit igitur,* Confirmabit autem pa. multis. *id est legem Euangelicam, quæ dicitur pactum & fœdus nouum. Iere. 31.*

Lex Euangelica.

16 Hebdomada vna, *Nam in vltima hebdomada Christus prædicando, mirabilia faciendo, moriendo, resurgendo, ascendendo in cœlum, & mittendo spiritum sanctum, legem Euangelicam confirmauit, & anno suæ passionis per prædicationem Apostolorum notabiliter dilatauit, vt patet Actu. 2. & 4.*

17 Et in dimidio hebdo. *id est in vltima eius medietate in qua passus est Christus.*

18 Deficiet hostia & sa. *quia sacrificia veteris legis cessauerunt per passionem Christi non habentia vltra vim obligandi.*

19 Et erit in templo abo. deso. *Hoc refertur ad tēpus sequens 70. hebdomades, in quo Adrianus Imperator fecit poni statuam suam in loco templi, vbi steterat arca: quæ statua apud Hebræos vocatur abominatio, sicut & quodlibet aliud idolum, & erat desolationis Iudaicæ signum manifestum.*

Statua Adriani, quæ hic abominatio dicitur statuta in loco arcæ.

20 Et vsque ad consum. & finem, *scilicet sæculi.*

21 Perseuerabit desolatio. *Prope enim finem mūdi detecta falsitate antichristi per Eliam & Enoch, Iudæi ad Christum conuertentur & multi eorum constanter sustinebunt martyrium, prout dicunt communiter doctores nostri.*

Conuersio Iudæorum in fine mūdi.

CAP.

ADDITIO I.

In ca. 9. vbi dicitur in postil. His visis accedendum est ad litteram exponendam. *In hac reuelatione Danieli per angelū facta, quæ inter cetera prophetica de primo aduentu Christi tractātia efficacior videtur ad confutandam Hebræorum perfidiam, asserentium nondum impletum esse tempus huiusmodi aduentus, vltra illa quæ in postilla ponuntur, tria videntur addenda.*

Huius cap. prophetia efficacissima ad conuincendos Iudæos.

1 *Primum cuius auctoritatis sit hæc expositio Rab. Sa. inter Hebræos, vt videatur si sufficit illam tātum impugnare, & ex ea contra eos arguere, vel oporteat inquirere de aliis expositionibus eorum in hoc loco.*

2 *Secundum, qualiter præter rationes postillatoris quibus reprobari videtur*

☞ detur prædicta expositio, sunt alia valida quibus rationabiliter posset euacuari. Tertium, quomodo ex ipsa expositione Ra. Sa. licet falsa, tamen cum quibusdam veris & ab eis receptis, veritas nostra, scilicet quod aduentus Christi iam longè transiuit in præteritum, posset concludi contra eos.

Circa primum sciendum, quod hæc reuelatio pluribus & variis modis exponitur ab Hebræis, non tamen expedit singulorum opiniones, seu erroneas enarrare expositiones. Nam secundum philoso. j. Ethi. Omnes quidem perscrutari opiniones inane fortasse est: sufficiens autem maximè quæ superficie tenus appareant vel æstimentur habere aliquam rationem. Constat autem quod hæc expositio Ra. Sa. est, seu debet esse tantæ auctoritatis apud Hebræos, quod non possunt ab ea deuiare iuxta fundamenta Pharisaicæ doctrinæ: secundum quam illa quæ in Thalmud determinata habentur seu definita circa sacræ doctrinæ expositionem, non licet eis qualitercumque ab eisdem recedere, sed tenenda sunt tamquam in textu sacræ scripturæ contenta, prout Ra. Molarge tradit in principio sui Deuter. & in pluribus aliis locis habetur. Cuius est ratio: quia auctoritas Thalmudica in huiusmodi determinationibus apud eos est in eodem gradu, sicut auctoritas vniuersalis Ecclesiæ apud nos: sed constat quod Ra. Sa. non fuit primus inuentor huius expositionis de qua hic agitur. sed expresse hæc expositio ponitur in Thalmudica doctrina specialiter in duobus locis, scilicet in libro qui intitulatur: De ordine mundi, quod Hebraicè dicitur Ceder holam. Similiter & in libro qui dicitur Abodazara. j. cap. In quibus locis concorditer habetur, quod 70. hebdomadæ Danielis incipiunt à destructione primi templi, & terminantur in destructione secundi. Quas auctoritates sequitur Ra. Sa. in hoc passu tamquam inuiolabiliter tenendas apud Hebræos prædicta. Ex quibus sequitur, quod licet multi Hebræorum attendentes, quod prædicta expositio per suos magistros determinata non solum non poterat rationabiliter teneri seu sustineri, sed ex eadem cum aliis quibusdam veris concludebatur Christum iam venisse, (vt infra patebit) inuenerunt quasdam varias & confusas expositiones, vt saltem per vias obliquas & tortuosas veritatem luce clariorem subterfugerent prout de eis vaticinatur Ezechiel 13. ca. Sicut vulpes in deserto sunt prophetæ tui Israel: exclusa tamen hac expositione Thalmudica quam sequitur Ra. Sa. non est facienda alia mētio de aliis expositionibus eorum multipliciter fictis. Oportet enim illos adhærere prædictæ expositioni, ac si esset in littera contenta, & hoc de primo.

Auctoritas Ra. Sa. quæ concurrit cum Thalmud.

Quanta religione inerent Hebræi in verba Thalmud.

quod tamē ab eis eneruatur dum insaniunt contra Christianos.

Circa secundum, præter illa quæ postil. ponit contra prædictam expositionem Thalmudicam seu Ra. Sa. quæ sunt satis valida, adhuc possunt vlterius contra illam fortiter obiici. Et primo potest sumi contra eos validissimum argumentum de numero annorum inter vtramque destructionem contentorum. Nam licet computatio Hebræorum in huiusmodi historialibus sit in multis quæ nobis sunt incerta, tenenda seu sequenda, præsertim contra eos, contra quos per sua propria testimonia rationabiliter posset procedi: vbi tamen euidenter deficiunt, vel sibiipsis contradicunt in computatione, nullo modo sunt eorum dicta admittenda, sed contra eos de talibus fortiter est dimicandum; Constat autem quod in proposito manifestè deficiunt; Plures enim anni secundum eos fluxerunt inter vtramque destructionem quam 70. hebdomadæ, quæ faciunt 490. annos. quod sic patet: Nam ipsi diuidunt has septem hebdomadas in duas partes principales. scilicet in 10. hebdomadas, quæ faciunt 70. annos, qui fluxerunt secundum eos à destructione templi per Nabuchodonosor vsque ad consummationē ædificationis templi secundi, quibus adaptant illud Ieremiæ 29. c. Cum impleti fuerint in Babylone 70. anni visitabo vos, &c. Et in 60. hebdomadas quæ faciunt 420. annos quibus dicunt durasse templum secundum, vt patet in lib. Abodazara præallegato ca. 1. vbi habetur quod regnū Persarum tempore templi secundi durauit 34. annis cōsequenter regnum Græcorum tempore prædicti templi 170. consequenter regnum Machabæorum 103. consequenter, regnum Herodis seu Herodianorum 103. annis. Hæc omnia sunt in textu libri præallegati. vbi glossa Rab. Salomon. habet 420. annos durationis templi secundi qui si cum 70. annis qui fluxerunt à destructione templi primi vsque ad consummationem secundi iungantur, habes scilicet septuaginta hebdomadas Danielis. hæc Rabbi Salomon. Sed prima pars istius computationis continet falsum etiam secundum eos. Potest enim ex auctoritatibus suis deduci, quod à destructione primi templi vsque ad eius consummatam ædificationem 78. anni fluxerunt. Quod sic patet: nam Nabuchodonosor regnauit 45. annis, vt in lib. magnila. cap. 1. ex verbis sacræ scripturæ probatur. In anno autem 19. Nabuchodonosor destructum est templum in mense 5. vt habetur Ierem. 52. & in 4. Regum. Ex quibus sequitur, quod Nabuchodonosor regnauit à destructione templi 27. annis, quorum primus licet imperfectus, computatur pro anno, vt sæpe habetur in scripturis: & etiam in Thalmud frequenter legitur, quod vna dies computatur pro anno. Consequenter Euilmerodach regnauit 23. annis, prout ipsi profitentur haberi ex traditionibus antiquis lib. præallegato. Balthasar verò regnauit tribus annis, vt habetur ex textu. Darius verò primus regnauit duobus annis, quod similiter habetur ex textu. Consequenter Cyrus secundum Hebræos (licet minus verè, vt patebit cum de vera expositione agetur) regnauit tribus annis. Assuerus verò qui dicitur Arphaxat regnauit 14. annis, quorum 12. habentur ex textu Esther 3. cap. & duo habentur ex traditione secundum eos licet secundum Latinos 40. regnauit. Darius verò vsque ad consummationem templi, vt habetur ex textu sex annis. Ex quibus sequitur, quod à destructione templi primi vsque ad consummationem secundi, etiam secundum computum ipsorum fluxerunt anni 79. licet secundum alios multo plures. Et sic patet quod prima pars huius computationis est falsa, etiam secundum eos, deficit enim per vnam hebdomadam & vnum annum. Similiter in secunda parte computationis per amplius deficiunt, subtrahendo plures annos, vt patebit in littera in hoc cap. cum de vera expositione harum hebdomadarū agetur: vnde manifestum est, quod hæc expositio præsupponit falsum, etiam secundum eorum computationem. Præterea vt littera sonat euidenter, in his hebdomadibus Danieli reuelatis implenda erant illa quæ in littera principaliter continentur scilicet consummatio præuaricationis, & deletio iniquitatis, & adductio iustitiæ sempiternæ, & huiusmodi quod expresse littera testatur dicens: Septuaginta hebdomadæ scissæ sunt seu definitæ, vt consummetur preuaricatio, & finem accipiat peccatum & deleatur iniquitas &c. Non enim dixit angelus quod post 70. heb. hoc erat implendum sicut in sequentibus dixit, post heb. 62. occi. Christus, &c. sed septuaginta heb. scissæ sunt, vt talia fiant, hoc est, durante tempore 70. hebdomadarum, vt patet manifestè sanè prædicta verba intelligenti: sed secundum prædictam expositionem manifestum est, quod nihil illorum quæ in prima propositione angelica continentur fuit impletum secundum eos durante tempore 70. hebdomadarum, sed totum illud remanet apud eos futurum, ita quod non implebitur vsque ad aduentum Messiæ inaniter expectati ab eis, quod est manifestè contra sensum litteræ, vt dictum est. Si autem dicatur, quod illa quæ continentur in prima propositione angelica licet non fuerunt impleta durante tempore hebdoma. quo ad perfectam assecutionem, fuerunt tamen impleta per modum meriti hoc est quod durante tempore hebdomadarum populus ille meruit, vt cōsummaretur præuaricatio &c. in aduentu sui Messiæ futuri. Hoc non valet. Tum quia non est consonum litteræ, quæ simpliciter dicit, vt consummetur præuaricatio & adducatur iustitia sempiterna, &c. huiusmodi: Non enim dicit vt mereantur talia habere, sed vt habeant: Magna enim differentia est inter mereri aliquid, & habere illud, nam multi merentur vitam æternam, qui tamen non habent eam. Tum etiam quia Rabbi Salomon profitetur, quod populus ille non meruit prædicta, infra tempus hebdomadarum, sed finitu hebdomadibus tēpore huius diuturnæ & interminabilis captiuitatis illa habebat mereri, vt patet ex dictis suis quæ in postilla continentur. Ex quo sequitur, quod infra tempus hebdomadarum nihil fuit impletum secundum eos de contentis in prima propositione angelica, nec per modum meriti nec assecutionis, vnde littera secundum prædictam expositionem remanet simpliciter falsa. Præterea captiuitas Babylonica tolerabilior & mitior fuit Hebræis incomparabiliter magis quam captiuitas hodierna. Quod patet ex tribus. Primo, ratione durationis: illa enim durauit per septuaginta annos, ista vero durauit vltra 1000. & 400. annos: & adhuc in suo vigore consistit. Secundo respectu diuinæ prouidentiæ: In illa enim fuerunt à Deo prouisi de dono prophetiæ & miraculorum, Erant enim inter eos quamplurimi prophetæ domini, vt Ieremias, Ezechiel, Zacharias & Daniel; In ista vero nullus legitur fuisse propheta. Similiter & in illa Deus fecit pro eis multa miracula, vt patet de liberatione Danielis & trium puerorum, & de Mardochæo, & huiusmodi: In ista vero sicut nec fuerunt prophetæ, ita nec miracula diuina pro eis leguntur facta. vnde & ipsi de seipsis in statu hodiernæ captiuitatis, in quo neutrum prædictorum habuerunt, intelligunt illud prophetæ Psalmo septuagesimotertio. Signa nostra non vidimus, & iam non est propheta, &c. Tertio, respectu dignitatum seu bonorum sæcularium. In illa enim quidam eorum bonorum habuerunt honores regios & multas dignitates vt legitur de Ioachim Iere. vlt. cuius thronus fuit sublimatus ab Euilmerodach super thronos aliorum regum per totam viam suam Similiter Daniel fuit sublimatus habens potestatem super prouinciam Babylonicam. Similiter & socij eius, vt habetur Dan. 2. Mardochæus etiam fuit constitutus quasi secundus regi Assuero, Esther vltimo. Zorobabel habuit dignitatem comitatus vt patet Aggei 2. & sic de quibusdam aliis. In ista vero captiuitate omnes sunt in vilissimo statu carentes honoribus seu dignitatibus huiusmodi vbicumque sint, vt est notum. Ex quibus sequitur, quod Daniel qui vehementer anxiebatur & dolebat de prima leuiori & breuiori captiuitate, dicit in hoc capite in sua oratione: Populus tuus est in opprobrium omnibus qui in circumitu nostro sunt. Similiter, Aperi oculos tuos & vide delationem nostram, &c. Incomparabiliter amplius doluisset de captiuitate hodierna, si eam cognouisset populo Dei futuram. Constat autem quod secundum prædictam expositionem angelus nuntiauit Danieli in hac reuelatione captiuitatem hodiernam, quæ acerbissima & longissima est incomparabiliter super primam, & per consequens angelus non prænosticabat ei grata seu consolatoria, sed potius molesta & summè

Succenturiatur Burgensis postillæ in cōfodendo perfidiam Iudæorum.

Quantum tempus interponant Iudæi inter primam & secundam templi destructionē.

Confutatur eorum opinio.

Quomodo iidem Hebræi tem-

pora à tempore primi destructione ad ciuitatis reædificationem per reges Babylonis & Persiæ distribuant

Vanissima euasio Iudæorum, rum constringitur, tempus aduentus Messiæ iam transisse in præteritū.

Prædicta euasio ab ipso Ra. Sa. euersa.

Ætas domini Burgēsis.

Captiuitas Babylonica incomparabiliter mitior Hebræis fuit, quam sit hodierna.

Qualia cōueniebat prædici Danieli ab Angelo

☞ *mè afflictiua, cuius oppositum apparet in littera: nam angelus Gabriel* cito volans *quasi bonus nuntius, & in hora accepta scilicet* tempore sacrificij vespertini, *& in verbis suis annuens, quod preces suæ erant exauditæ, dicebat ei:* Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. *Similiter vocat eum* virum desideriorum. *q. di. quod indicaret ei suorum desideriorum impletionem. Cuius oppositum totaliter est secundum prædictam expositionem: nam Danieli non expedito de prima captiuitate prænosticabat crudelissimam secundam. Similiter dolenti & se affligenti de longitudine primæ captiuitatis lxx. annorum, & super hoc petenti liberationis accelerationem dicendo,* Placare domine accelera & fac. *angelus prænuntiabat captiuitatem venturam, cuius terminum ei minime propalabat, de quo peramplius & fortius debuisset anxiari. Vnde si hæc bene aspiciantur, manifestum est quod tota consolatio Danielis continebatur durante tempore hebdomadarum, quod totaliter euacuat prædictam expositionem: vt patet sane intelligenti.*

Daniel edocendus erat de Babylonicæ captiuitatis relaxatione nó de Romanæ aggrauatione.

Præterea in hac expositione exponitur illud, Vsque ad Christum ducem, *de Cyro: Quod patet esse falsum ex tribus. Primo, quia non est verum, quod à destructione prima vsque ad Cyrum fluxerunt septem hebdomadæ tantum, cum etiam secundum computum suum ab eadem prima destructione vsque ad Balthasar exclusiue fluxerunt xlix. anni, qui faciunt hebdomadas septem integras. Nam vt dictum est suprà in prima obiectione, Nabuchodonosor regnauit post destructionem templi xxvij. annis, & consequenter Euilmerodach filius eius regnauit xxiij. annis, qui faciunt l. annos. Et sic patet quod septem hebdomadæ & plus vnus annus transierunt, antequam cœpisset Balthasar regnare: quibus si addantur quinque anni, quibus successiue regnauerunt Balthasar & Darius primus, vt supra dictum est, sequitur quod septem hebdomadæ supradictæ, & plus sex anni transierunt ante regnum Cyri: vnde patet esse falsum Cyrum fuisse Christum ducem, de quo Daniel loquebatur. Nec valet dicere, quod quia hebdomada octaua est imperfecta: ideo non computatur cum septem prædictis, sed reseruatur computanda cum lxij. sequentibus, Tum quia cum sex sunt maior pars & notabilior hebdomadæ, quam vnus, potius debuisset computari cum septem primis quàm cum lxxij. sequentibus, cum quibus vnus annus tantum illius hebdomadæ includebatur; Tum quia in hac reuelatione angelica descenditur vsque ad dimidium hebdomadæ computandum, vt patet in hoc cap. circa vltimam hebdomadam, & sic sex anni non erant demittendi, qui faciunt plusquàm dimidium hebdomadæ; Tum quia in quinque annis huius octauæ hebdomadæ regnauerunt duo magni monarchæ, scilicet Balthasar & Darius, quorum quilibet accedit magis ad terminum septem hebdomadarum quàm Cyrus, vnde de quolibet eorum debuisset potius intelligi quàm de Cyro qui longius distat. Secundo, quia nusquam in sacra scriptura legitur, quod aliquis dicatur Messias seu vnctus simpliciter nisi vnctus fuerit corporaliter sacro oleo quo sacerdotes & reges vngebantur, vel spirituali, scilicet oleo gratiæ prophetalis, de quo in Ps.* Vnxit te Deus Deus tuus oleo, &c. *Similiter & ibi:* Nolite tangere christos meos. *Quod secundum expositores Hebræos intelligitur de Abraham & aliis patriarchis, qui fuerunt prophetæ. Neutro istorum modorum potest attribui vnctio Cyro, vt Messias dici posset. Nam non fuit propheta, vt est manifestum; nec etiam sacro oleo vnctus, quod patet ex hoc, nam oleum vnctionis sacrum numquam fuit in templo secundo, vt habetur expresse in lib. qui dicitur Sanhedrin. & in aliis locis. Si autem obiiciatur de hoc quod legitur Isa. xlv. a.* Hæc dicit dominus Messiæ suo Christo suo Cyro; *non valet: nam secundum magistrum Hebræorum, vt Ra. Sa. testatur, Messias non accipitur in prædicta auctoritate Isaiæ, nisi pro vero Messia qui ab eis expectatur, & non pro Cyro: Idem Rab. Sa. Abenhazra. Tertio quia posito & non concesso quod Messias posset dici Cyrus in sacra scriptura, cum tamen sibi adiungitur hæc dictio* nagid, *prout est in hebraica littera, nullo modo potest intelligi de Cyro, nec de aliquo alio Messia seu vncto, nisi de rege Messia tantum: de quo omnes principaliter prophetæ loquuntur. Cuius ratio est: nam proprius & verus sensus huius dictionis* nagid, *est princeps seu principalis vt patet Prouerb. 8. vbi dicitur:* Audite quia principalia loquor. *Vbi enim nos habemus principalia; in hebræo habetur* nagidim *quod est plurale istius singularis* nagid: *& sic de multis aliis. Nullus autem sanæ mentis posset dicere, nec etiam ipsimet Hebræi in tantam prorumperent insaniam, quod assererent vt aliquis in sacris scripturis Messias principalis dicatur, nisi ille qui inter ceteros Christos principatum tenet, vel tenebit secundum eos. In cuius etiam signum Isaiæ lv. vbi de vero Christo ad litteram agitur, etiam secundum Hebræos ibidem legitur:* Ecce testem populis dedit eum nagid: & præceptorem gentibus. *Ecce qualiter concordat Isaias cum angelo reuelante Danieli, nominando verum Christum seu Messiam* nagid. *id est principem seu principalem. Et sic patet quod expositio Rab. Sa. asserens quod Christus in hoc loco accipiatur pro Cyro, est omnino falsa. Et notandum quod Rab. Abenhazra, qui magnæ auctoritatis reputatur inter eos in expositione litterali, & etiam alij moderni attendentes quod Cyrus in scripturis non possit dici Christus seu Messias, cupientes tamen quod hæc auctoritas nullo modo applicaretur Christo nostro, idcirco prædictus Rab. Abenhazra attribuit prædictum verbum scilicet* vsque ad Christum, *Neemiæ; alij vero Zorobabel. Sed diligenter intuenti nihil eis prodest hæc varietas & astutia: nam eisdem rationibus excluduntur ab isto loco Neemias, Zorobabel & Agrippa, sicut & Cyrus. Et hæc de secundo principali.*

Illud: Vsque ad Christum ducem non posse de Cyro exponi.

Qui in sacris litteris Christi vel vncti dicantur. Psal. 44. b. Psal. 104. b.

Ly nagid additum ly Messiæ in Hebræo.

Iesus Christus princeps Christorum.

Frustra Rabbini aliquot ly Christum in prædicto loco aliis atque aliis personis affingunt.

Circa tertium principale supponendum est, quod iustitia sempiterna, quæ continetur in verbis angeli secundum traditionem Thalmudistarum, est ipse Christus seu Messias, vt habetur in lib. de ordine mundi supra allegato, vbi quidam doctor eorum de antiquis qui dicitur Rab. Barachia exponens illud Isaiæ lxvj. vbi dicitur: Proxima est saluatio mea ad veniendum, & iustitia mea ad reuelandum, *Dicit expresse, quod per illud quod dicitur,* Et iustitia mea, *intelligitur Messias de quo scriptum est in Daniele ix. f.* Vt adducatur iustitia sempiterna, *Similiter præsupponendum est, quod sanctum sanctorum, quod continetur in prædictis verbis angelicis, intelligitur ipse Christus seu Messias promissus. Vnde Rab. Moy. Barnahamam, recolligens multa quæ de hac materia in libris Thalmudicis leguntur, & exponens prædictum verbum in sua glo. super Dan. sic dicit: Sanctuarium sanctuariorum, vel sanctum sanctorum, non nisi ipse Messias est sanctificatus de filiis Dauid. Præsupponitur etiam quod infra tempus lxx. hebdomadarum, implenda erant illa quæ in verbis angelicis principaliter continentur, scilicet consummatio præuaricationis, & adductio iustitiæ sempiternæ, & vnctio sancti sanctorum prout in secunda ratione supra contra expositionem Rab. Sa. fuit deductum. Ex quibus sequitur, quod ante tempus destructionis templi secundi adducta est iustitia sempiterna, & vnctus est sanctus sanctorum, scilicet verus Messias promissus. Consequentia tenet per expositionem Ra. Sa. supra dictum, secundum quam lxx. hebdomadæ terminantur in tempore destructionis templi secundi, vt dictum est. Et sic infra illud tempus (quod iam per magna tempora transit in præteritum) Christus venit quod est intentum. Nec mirandum si ex falsa expositione concludatur veritas. Tum quia ex falsis sæpe sequitur verum: Tum quia ad conuincendum aduersarios, ipsorum propria confessio est efficax argumentum. Et nota quod non solum secundum Ra. Sa. Talmudicam doctrinam vt dictum est, sed etiam secundum omnes fere expositores eorum lxx. hebdomadæ terminantur in tempore destructionis templi secundi. Et hoc de tertio principali.*

Iustitia sempiterna.

Sanctum sanctorum.

Per quæ duo Messias intelligitur.

Argumentū ex concessis Hebræorum non attendēdo qualia sint.

ADDITIO II.

In eo. cap. ix. vbi dicitur in postil. Quod autem sequitur ad dictam enumerationem Mardochæum tunc fuisse tantæ ætatis, ostenditur, quia ductus fuit in Babylonem cum Iechonia rege Iuda, vt habetur Ester. ij. a. *Non est necessarium ex textu allegato Ester. ij. concedere, quòd Mardochæus fuisset ductus in Babyloniam cum Iechonia rege Iuda. Ibi enim legitur sic.* Erat enim vir Iudæus in Susan ciuitate vocabulo Mardochæus filius Iair, filij Semei, filij Cis de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Ierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda transtulerat, &c. *Secundum quam litteram si illud relatiuum* qui, *contentum in hoc dicto,* qui translatus fuerat, *referatur ad Cis proauum Mardochæi, & non ad Mardochæum: sequeretur ex littera, quod Cis ductus fuit in transmigratione cum Iechonia, non autem Mardochæus pronepos suus: & sic non oportet concedere, quòd Mardochæus fuisset cclix. annorum, quando per Assuerum fuit exaltatus, vt dicit postil. quia forte per magnum tempus post transmigrationem Mardochæus fuisset natus in Susis, vel alibi. Quod autem relatiuum prædictum scilicet,* qui translatus fuerat, *posset referri ad Cis, patet per exemplum, nam si quis diceret, quòd Dauid fuit filius Iesse, filij Obed, filij Booz qui contraxerat cum Ruth Moabitide verum dixisset, nam illud vltimum relatiuum* qui, *posset referri tantum ad suum immediatum antecedens: vnde similiter posset intelligi in proposito. Et hoc modo accipiuntur relatiua grammaticalia in genealogia saluatoris Lucæ iij. scilicet quòd quodlibet illorum relatiuorum debet referri ad suum immediatum antecedens, non autem ad remotum, vt patet intuenti. Ex quibus sequitur, quòd expositio prima postillatoris non esset reprobanda propter illam inconuenientiam quam allegat de ætate Mardochæi. Est tamen alia ratio potior ad impugnandum illam expositionem: Quæ quidem reprobatio sumitur ex initio hebdomadarum, prout patebit infrà, quando de vera expositione tractabitur.*

Dici potest Mardochæū non ductū in captiuitatem sed natum in ipsa.

ADDITIO III.

In eodem cap. vbi dicitur in postil. Primò igitur videndus est terminus à quo incipit computatio lxx. hebdomadarum. *In expositione huius visionis est maxima varietas non solum inter Catholicos & Hebræos qui ex diuersitate fidei circa aduentum Christi diuersimode eam exponunt; sed etiam inter Catholicos ex varietate opinionum atque historiarum multiplex interuenit varietas. Idcirco vt planior sensus magis elucescat, de tribus per ordinem videtur aliquid declarandum. Primo scilicet de terminis harum hebdomadarum, scilicet de initio & fine, qualiter sint inquirendi seu inuestigandi. Secundo qualiter sit procedendum in computatione ab vno extremo ad aliud. Tertio qualiter de hac reuelatione secundum eius catholicam expositionem cum aduersariis est agendum.*

In computandis 70. hebdom. variant & inter se catholici Doctores.

☞ Circa

70. Hebd. dici non debent cœpisse post annum primum Darij.

Circa primum præsupponendum est, quod initium huiusmodi hebdomadarum non potest rationabiliter assignari in aliquo tempore, sequente tempus, quo hac reuelatio fuit facta Danieli; scilicet post annum primum Darij; Cuius ratio est, Nam ex hoc sequeretur quod Daniel, per hanc reuelationem sibi factam non esset certificatus de tempore, quo ea quæ petebat, & sibi reuelabantur, debebant impleri: sed penitus ignoraret quantum temporis distabat à tempore reuelationis, vsque ad tempus in quo implerentur ea quæ sibi fuerant reuelata, quod est inconueniens, cum in huiusmodi notitiam suum desiderium principaliter intendebat, & ipse Daniel non legitur petiuisse ab angelo super hoc vlteriorem cognitionem, vt patet litteram intuenti. Præsuppositum autem patet per palpabile exemplum. Nam posito casu quod vnus dominus habeat vnum seruum cui ex misericordia vel liberalitate promiserat libertatem à seruitute, nullum tempus ei assignans & consequenter ex aliqua occasione illum seruum incarcerauit, seu posuit in custodia, qui quidem seruus maxime anxiatus à longa seruitute & carcere, instanter domino suo supplicans vt misereatur ei de tam diuturna & acerba afflictione vt concedat ei libertatem à seruitute promissam, similiter & à carcere; à domino suo accipit tale responsum, scilicet quod à die in qua haberet licentiam exeundi de carcere vsque ad annum continuum, perfectam libertatem vt promiserat ei, daret. In quo casu manifestum est, quod seruus ille nullam certitudinem habebat de tempore suæ liberationis. Cum enim tempus primum à quo pendebat tempus secundum, est sibi penitus ignotum, consequenter & secundum similiter est ei ignotum. Quod quidem exemplum totaliter applicatur casui nostro. Nam si initium hebdomadarum tempore reuelationis erat futurum nec fuerat Danieli reuelatum quantum distabat à præsenti tempore reuelationis, adhuc facta reuelatione remanebat dubius Daniel de propinquitate seu prolixitate temporis, in quo reuelata debebant impleri, quod principaliter ab eo intendebatur. Ex quibus sequitur quod exponere ab exitu sermonis. de anno * primo Cyri, vel de viginti Artaxerxis, est omnino inconueniens. Daniel enim tempore reuelationis nesciebat si Cyrus habebat illam licentiam dare, similiter si Artaxerxes; & multo minus quando hoc erant facturi, cum quodlibet illorum erat futurum & mere contingens, nec fuerat sibi reuelatum per angelum, vt est manifestum in littera: vnde sanctorum seu doctorum reuerentia semper salua, ly, exitu sermonis, per angelum prolatum non debet applicari alicui tempori sequenti tempus reuelationis sed præsenti tempori, scilicet primo anno Darij (vt quidam volunt) vel alicui præterito tempori Danieli noto, vt inde haberet notitiam certam quando reuelata erant adimplenda.

Exemplo sensibili probatur.

* secundo

Ly Exitu sermonis cui tempori applicari debeat.

Quid de necessitate fidei Catholicis sit credendum de termino 70. Hebd.

Secundo præsupponendum est: quod cuilibet catholico verba angeli sane consideranti debet esse certus vltimus terminus hebdomadarum. Cuius ratio est. Nam huiusmodi terminus concurrit cum tempore passionis Christi. Quod patet ex hoc, nam deletio iniquitatis, consummatio præuaricationis, & huiusmodi, quæ in prima propositione angelica continentur, sunt proprij effectus passionis Christi, cuius liuore sanati sumus. Isaiæ liij. ca. De qua passione Angelus fecit expressam mentionem dicens, Post lxxij. hebdomadas occidetur Christus. Cum igitur tempus passionis Christi est notum nobis, quod fuit xviij. anno Tyberij Cæsaris, sequitur de necessitate quod vltimus terminus hebdomadarum est nobis notus ex fide qui est idem cum prædicto tempore passionis. Ex quo consequenter est nobis notum, quod initium harum hebdomadarum præcessit annum vigesimum septimum Tyberij per ccccxc. annos ex auctoritate angelica. Sed cum quo anno alicuius regis Iudæorum vel Chaldæorum vel Persarum huiusmodi initium concurrit, hoc diligentem requirit indaginem. Cuius ratio est, Nam historiæ concurrentes cum tempore lxx. hebdomadarum, non traduntur perfecte seu integre in sacris scripturis, nec in aliis authenticis annalibus: imo historiæ illorum temporum præcipue regum Persarum & Medorum sunt plenæ diuersitatibus & contradictionibus, intantum quod non solum variantur in tempore durationis quorumdam regum, sed etiam quædam historiæ nominant quosdam reges Persarum, de quibus alij historiographi minime faciunt mentionem. Nam post Xerxem qui potenter sibi subiugauit regnum Graciæ vsque ad Alexandrum magnum, fuerunt in Perside secundum Latinos vndecim reges: secundum vero Hebræos à Cyro qui præcessit prædictum Xerxem vsque ad prædictum Alexandrum fuerunt tantum quatuor reges in Perside, vt postillator ponit infra vndecimo cap. vnde per historias huiusmodi non est locus inueniendi initium harum hebdomadarum certitudinaliter modo prædicto scilicet cum quo anno alicuius regis de prædictis concurrit tale initium, dato quod notitiam habeamus vltimi finis earum cum quo concurrat, vt dictum est.

Quid item opinatiue de inchoatione.

Gesta & tempora Persarum nobis valde dubia sunt & incerta.

In colligenda inchoatione prædicta 70. Hebd.

Sed ad inuentionem huiusmodi initij, duo sunt facienda. Primum scilicet ponderare verba angeli ad quod debet tempus magis aptari. Secundum, quod de quibus non habetur historia sacræ scripturæ, recurratur ad historias authenticas, specialiter Hebræorum: & secundum eas procederetur in hac computatione: à tempore passionis Christi ascendendo per ccccxc. annos, & ibi assignare initium. Quod quidem initium per talem computationem inuentum, si non concurrat cum tempore adaptato verbis angeli, credendum est hoc contingere ex defectu seu corruptione Historiarum, vel potius ex malitia aduersariorum volentium occultare (vt consueuerunt) mysteria Christi, & tunc recurrendum est cum cautela ad alias historias Gentilium, vt talis error vel defectus per verisimiliores historias talium corrigatur vel suppleatur. Ratio autem quare historiæ Hebræorum sunt prius requirendæ seu prosequendæ quam aliæ, est duplex. Prima, quia ipsi magis sunt authentici in his quæ ad intellectum sacræ scripturæ litteralem faciunt, quam aliqui alij; Secunda, quia cum eis potius debemus agere de hac materia, iuxta illud 1. Petri iij. cap. Parati reddere rationem cuicumque petenti, &c. Ex quibus bene consideratis, initium harum hebdomadarum ponendum est, prout magister Raimundus Martini solemniter tradit in prima parte sui pugionis, capite 2. in quarto anno Sedechiæ: vel in xij. Nabuchodonosor, quod vnum & idem est: quam sententiam in hoc sequitur postillator, vt patet in postill. Ratio autem per prædictos magistros assignata est, quod in prædicto tempore exiuit sermo domini primo & principaliter de visitatione populi & impletione verbi diuini boni super eos. Qui quidem sermo comprehendit non solum bonum reædificationis templi & reductionis populi, sed etiam bona spiritualia tempore Christi implenda, vt patet Ieremiæ xxix. Confirmatur autem hæc ratio, quia illa tempora in quibus exiuit sermo de reædificatione, vt est primus annus Cyri & xx. Artaxerxis: sunt rationabiliter exclusa, eo quod erant futura tempore huius reuelationis, vt dictum est. Nec etiam in tempore primæ destructionis templi, vt Hebræi volunt, posset assignari, vt patet per ea quæ dicta sunt supra in hoc cap. Nec etiam in tempore huius reuelationis rationabiliter debet assignari huiusmodi initium, Tum quia eo tempore non primo exiuit sermo de reædificatione, Tum quia iam exierat ad Ieremiam, Tum quia Daniel cum orasset tempore huius reuelationis, diligenter considerabat circa illum exitum sermonis diuini ad Ieremiam, vt patet in principio huius capitis, vnde conuenientius videtur ibi assignari initium, vbi versabatur intentio prophetæ quam alibi. Sed quod maxime hanc assignationem confirmat, est quod computatio annorum ab vno extremo hebdomadarum ad aliud conuenientius concordat cum prædicto initio quam cum ceteris per alios expositores assignatis, vt satis patebit diligenter intuenti. Et hoc de primo.

quæ Chronica primas, quæ item secundas obtinere debeant.

Concl. prædictum initium ponendum est 4. in anno regni Sedechiæ, vel in 12. Nabuchodonosor.

Quare procedendum in computatione de vno extremo in aliud.

Circa secundum attendendum, quòd licet isti duo magistri concordent in initio & fine istarum hebdomadarum, in processu computationis tamen discordant in aliquibus. Nam postil. tenet illum modum quem habes in postilla. Magister verò Raimundus computat sic, scilicet quod à xij. anno Nabuchodonosor inclusiuè (qui idem est cum quarto anno regni Sedechiæ, in quo egressum est verbum domini prædictum ad Ieremiam) vsque ad finem xlv. anni regni ipsius Nabuchodonosor fluxerunt anni xxxiiij. Quod autem xij. annus Nabuchodonosor sit idem cum quarto Sedechiæ potest haberi iiij. Regum vltimo. Quod autem à xij. anno Nabuchodonosor vsque ad finem regni eius fluxerunt anni xxxiiij. patet ex hoc. Nam Nabuchodonosor regnauit lxv. annis prout Hebræi tradunt in libro magnila. j. cap. à quibus si subtrahantur xj. anni primi, restat quod à xij. anno Nabuchodonosor inclusiuè vsque ad finem regni eius fluxerunt xxxiiij. Consequenter si prædictis addantur xxiij. anni Euilmerodach & tres anni Baltasar: qui tot annis regnauerunt secundum omnes Hebræos, sic habentur de regibus Chaldæorum ab egressu verbi prædicti lx. anni, quibus si addantur duo anni Darij, & xxx. anni Cyri nepotis eius similiter: & xiiij. Assueri filij Cyri & mariti Esther, similiter & sex anni Darij secundi vsque ad consummationem templi secundi, prout habetur in textu sic faciunt lij. annos de regibus Persarum post Chaldæos vsque ad consummationem templi secundi, quibus additis x. primis Chaldæorum: constat quod ab egressu verbi domini ad Ieremiam vsque ad consummationem templi secundi fluxerunt cxij. anni: quibus si addantur ccccxx. anni durationis templi secundi secundum omnes Hebreos, sic ab egressu prædicti verbi ad Ieremiam vsque ad destructionem ciuitatis & templi vltimam fluxerunt dxxx. à quibus si rescindantur xlij. anni: quibus præcessit passio Christi vltimam destructionem templi secundum omnes de hac materia loquentes: restat quòd ab egressu verbi ab ore Dei ad Ieremiam vsque ad annum passionis Christi prædictum fluxerunt ccccxc. anni, qui sunt lxx. hebdomadæ per Gabrielem annunciatæ. In qua quidem computatione in omnibus concordat cum Hebraica & Thalmudica historia, excepto tantum tempore durationis regni Cyri, qui secundum Hebræos regnauit tribus annis tantum. Secundum verò Latinos, quos in hoc sequitur magister prædictus, regnauit annis triginta, vt prædictum est. Computatio verò postillatoris concordat etiam cum Hebraicis historiis in tempore regni Cyri, & in omnibus aliis, excepto tantummodo in tempore durationis regni Assueri mariti Esther. Durauit enim secundum Hebræos quatuordecim annis tantum, secundum verò Latinos, quos in hoc loco sequitur postillator, durauit xl. vnde differentia inter istos duos magistros in hac computatione totaliter consistit in duratione temporis regni Cyri & Assueri.

Raimundus quomodo colligat tempora ab euersione primi templi ad euersionem secundi.

In quo conueniat Postill. Raimundo & Hebræis in prædicta collectione.

Assueri, nam magister Raimundus sequitur Hebræos in Assuero, & Latinos in Cyro, Postillator vero per oppositum, Concordat enim cum Hebræis in Cyro & cum Latinis in Assuero. In aliis vero quæ ad hanc pertinent computationem omnino similiter se habent. Attendendum est ergo quæ istarum computationum rationabilius procedat, ne cum de hac materia cum aduersariis disputari contingat appareat perplexitas seu claudicatio in nostro modo exponendi: vnde, sub correctione melius sentientis, processus magistri Raimundi validior videtur ex duobus.

Raimundi sententia præfertur. 1

Primo quia Cyrum regnasse 30. annis, prout magister Raimundus præsupponit, non solum Græci & Latini, prout Eusebius, Paulus Orosius, Beda super Esdram 4. cap. Ieronymus super Zachariam glossa 1. Esdræ v. a. magister historiarum in fine Danielis hæc testantur. Sed etiam Iocefon Hebræus abbreuiator Iosephi. qui large de hoc tractat de gestis Cyri hoc concludit in fine. In quo igitur Græci & Latini cum aliquo de famosis Hebræorum Historiographis concordant, potius tenendum est, quam illud in quo aliqui Hebræi tantum & non omnes conueniunt. Secundo quia Assuerum regnasse 40. annis nemo Hebræorum testatur, sed solum Latini; vnde Hebræi cauillando possunt dicere, quod hoc fuit inuentum ficte ex parte nostra, quod non possunt circa annos Cyri similiter cauillare, cum etiam aliquis de suis hoc fatetur, vt dictum est. Ad obiectionem vero postillatoris de hoc quod legitur Esdræ vj. Orentque pro vita regis & filiorum eius. Ex quo arguitur, quod Darius erat tantæ ætatis circa tempus consummationis templi quod filios habebat: Dicendum, quod non sequitur. Possunt enim illa verba intelligi de filiis regis si quando eos habuisset. Simili enim modo legitur Deuter. 17. d. vbi de rege tractans ait. Vt longo tempore regnet ipse & filij eius super Israel. Quæ quidem verba non est necesse, vt intelligantur de filiis regis in rerum natura existentibus, sed de filiis quos habere posset in futuro, vt patet litteram intuenti: & hoc de secundo.

2

Obiectio Postillæ contra eius sententiam soluitur.

Circa tertium attendendum est secundum sanctum Thomam 1. parte quæstione 32. articulo primo in corpore quæstionis cum quis ad probandum aliqua quæ fidei sunt, inducit rationes quæ non sunt cogentes, cedit in derisionem infidelium. Credunt enim, quod huiusmodi rationibus innitamur, & propter eas credamus. Et idem dicendum est de auctoritatibus: vnde licet hæc expositio inter ceteras Catholicas, saluo meliori iudicio potior videatur, non tamen ex ea contra aduersarios sumi posset efficax argumentum. Possunt ergo declinare aliqua de his quæ præsupponuntur in processu computationis prædictæ ex historiis, quæ ab eis non traduntur, nec continentur in sacra scriptura vt est de duratione Cyri vel Assueri, prout dictum est. Nihilominus tamen hæc expositio perutilis est in duobus: Primo in eruditione Catholicorum, qui præsupposita fide, omissa veritate & confusione ceterarum expositionum, informabuntur de sano & plano intellectu huius reuelationis. Secundo, quia etiam contra aduersarios, etsi non arguendo, tamen defendendo possunt eam proponere & absque rationabili calumnia sustinere. Ad arguendum tamen contra eos de hac reuelatione satis sufficit principium sumere ex expositione Rabbi Salomo. supradicta, quæ est communis Hebræorum expositio, prout deductum est supra in prima additione huius cap. circa tertium principale. Et hoc de tertio.

Quomodo omnibus quæ dicta sunt vti possimus contra Iudæos?

ADDITIO IV.

In eodem 9. cap. vbi dicitur in postilla. Distinguit autem septem hebdomadas & vltimam ab aliis propter specialia opera facta ipsis & cet.

Confutatur ratio quam assignat Postill. pro distinctione septem hebdomadarū ab aliis.

Hæc ratio quam assignat postillator pro distinctione septem hebdomadarum ab aliis, non videtur sufficiens. Nam secundum veram expositionem quam sequitur, prædictæ 70. hebdomadæ incipiunt quarto anno Sedechiæ vt dictum est: qui quidem annus præcedit templi destructionem per sex annos. Nam destructio illa fuit 11. anno Sedechiæ, vt habetur Ieremiæ vlti. & 4. Regum vlti. Constat autem quod idem est initium septem hebdomadarum, & 70. hebdomadarum, cum huiusmodi septem hebdomadæ sint prima pars huius tripartitæ distinctionis. Ex quo sequitur, quod à principio septem hebdomadarum vsque ad primum annum Cyri dantis licentiam reædificandi, fluxerunt 59. anni, qui faciunt octo hebdomadas integras & insuper tres annos vnde dato quod tres annos prætermisisset, eo quod non faciunt per se hebdomadam integram, nulla videtur ratio quare prætermisisset octauam hebdomadam quæ integra est & perfecta: vnde melius videtur dicendum secundum magistrum Raimundum vbi supra, qui assignat aliter distinctionem harum hebdomadarum dicens, quod in qualibet parte huius tripartitæ distinctionis quædam fuerūt facta seu ostensa ad reuelationem mysteriorum Christi pertinentia, Nam infra tempus septem hebdomadarum reuelatum fuit Nabuch. qui monarchiam pro tunc vniuersalem tenebat mysterium incarnationis Christi, quo ad vtramque naturam ipsius diuinam scilicet & humanam. Humanam scilicet supra Daniel. 2. g. in lapide abscisso sine manibus, &c. quod communiter exponitur de Christo secundum humanam naturam, secundum quam natus est de matre sine patre, prout ibidem fuit expositum; Diuinam vero supr. 3. cap. in quarto viro, qui similis erat filio Dei, vt ibidē etiam fuit declaratum. Similiter infra tempus 62. hebdomadarum sequentium circa principium earum fuit reuelatum Danieli per angelum sub certo numero tempus aduentus Christi cum suis pertinentiis & qualitatibus sub compendio expressiori modo quam antea, vt patet in reuelatione de qua agitur. Consequenter etiam circa finem harum hebdomadarum, per eumdem angelum virgini gloriosæ fuit perfecte annuntiatus aduentus Christi & effectualiter impletus. Consequenter in tempore harum 62. hebdomadarum templum fuit reædificatum in quo templo Christus oblatus fuit Deo patri: & sic honor prædicti templi secundi iuxta prophetiam Aggei multo maior quam prioris templi effectus est præsente ibidem Christo, qui numquam antea ibidem corporaliter visus fuerat. Similiter in vltima hebdomada ab aliis distincta fuit impletum mysterium redemptionis humanæ, in quo omnes expositores Catholici conueniunt.

Reponitur alia melior ratio ex Raimūdo.

Sed contra hoc possent aduersarij ex duobus contradicere. Primo quia visio illa de lapide abscisso fuit secundo anno regni Nabuchodonosor, vt in principio secundi cap. prædicti expresse dicitur: ex quo sequitur quod hoc fuit infra tempus septem hebdomadarum, quæ postea incipiunt, scilicet à 12. anno Nabuchodonosor vt dictum est. Secundo quia prædictæ duæ reuelationes qualitercumque sumantur, fuerunt tempore Nabuchodonosor ante eius alienationem, vt patet in littera, sed istæ septē hebdomadæ se extendunt vsque ad magnam partem durationis Euilmerodach: vnde remanet magna pars harum septem hebdomadarum, in qua nulla legitur fuisse facta reuelatio: ergo non debuissent assignari septem hebdomadæ propter rationem prædictam, sed tres seu quatuor prout fuerunt. Similiter possunt arguere contra secundam distinctionem scilicet 62. hebdomadarum quia non in principio earum hæc reuelatio fuit facta Danieli, sed postquam transiuerat de eis vna hebdomada integra & quasi dimidia de secunda; vt patet computanti à principio hebdomadarum vsque ad annum primum Darij primi, in quo hæc reuelatio fuit facta.

1 Argumentum contra prædictam rationem.

2 Contra eamdem.

Sed ad primum istorum dicendum est, quod vbi dicitur supra Danie. 2. ca. In secundo anno regni Nabuchod. non intelligitur de secundo anno quo Nabuch. super Chaldæos primo regnauit, sed intelligitur de secundo anno regni eius ab eo tempore quo super Iudæos regnauit, & simul super alias nationes imperauit, prout supra in postilla in 2. cap. habetur in quo etiam concordant Ra. Abraham Abenhazra in eodem loco. Alij vero expositores Hebræorum dicunt quod ly secundus annus regni Nabuchodono. intelligitur secundus annus ante mortem suam. Constat autem, quod secundum vtramque expositionem ly, secūdus annus regni Nabuch. continetur infra tempus septem hebdomadarum, quod est propositum. Ad secundum verò dicendum, quod hæc distinctio hebdomadarum non est intelligenda sic punctualiter quod à primo tempore cuiuslibet distinctionis vsque ad finem fiant seu continuentur illa quæ illi parti applicantur, sed sufficit quod in aliqua parte notabili cuiuslibet distinctionis impleantur: nam Gene. xv. a. legitur: Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent 400. annis. Constat autem, quod semen Abrahæ non fuit afflictum seu seruiliter subiectum per omnes 400. annos; sed tantum per 210. prout ibidem exponitur: & tamen scriptura hoc attribuit illis 400. annis, vnde & in proposito, licet non per totum tempus septem hebdomadarum fuerunt factæ reuelationes prædictæ, sufficit quod in aliqua parte sui circa principium fuissent factæ. Similiter est dicendum de secunda distinctione: quod non sic distincte punctualiter est accipienda sed sufficit quod circa principium & medium & finem eius impleantur per interualla ea quæ illi parti applicantur, vt dictum est. Si quis autem voluerit omnino huius distinctionis rationem numeraliter habere, oportet recurrere ad mysticum sensum. Nam secundum Greg. in 3. lib. moralium, cum rationem litteræ defecisse cognoscitur, restat vt ad mysticum sensum sine dubitatione recurratur: vnde in proposito posset assignari ratio mystica numeralis huic distinctioni satis propria.

Respondet ad 1

Respondet ad 2

Ad cuius intellectum sciendum, quod antiqua lex septenaria dicitur propter præceptum Sabbathi & aliorum quæ ei concordant. Similiter & noua lex octonaria dicitur, propter mysterium Dominicæ resurrectionis. vnde super illud Ecclesiast. xj. a. Da partes septem nec non & octo. Glossa. Da partes septem id est, vetus testamentum, cuius septima dies. i. Sabbathum præcipue honoratur, necnon & octo quod est nonum, vbi glossa interlinearis. Nonum propter Dominicam dicit. Vnde ad propositum, vt Gabriel ostenderet Danieli quod iustitia sempiterna quæ adducenda erat, perfecte debebat adimplere veterem legem: Idcirco primam partem huius distinctionis in vij. hebdomadas determinate includit, vt etiam ei innueret quod octonaria lex. i. noua prædicta legi habebat succedere

Mystica septem hebdomadarū expositio.

Lex vetus & Noua.

dere per Christum & cum ea incorporari, ideo subiunxit numerum 62. nam 8. in 7. deducto faciunt numerum 56. quod denotat legem nouam per octo, & legem veterem per septem & ex deductione vnius in alterum innuit earum virtualem coniunctionem. Nam vt dicitur in glo. allegata, sine altero toto non valet alterum. De sex enim hebdomadibus quæ restant ex numero 72. secundum hunc sensum, qui non ex toto litteram sequi debet, non est facienda mentio cum non faciant integram hebdomadam. Nam Leuit. 23. a. dicitur: Numerabitis ergo ab altera die sabbati 7. hebdomadas plenas, *id est integras. Ex quo patet, quod vbi de hebdomadibus agitur non est facienda mentio nisi de integra hebdomada, nisi forte vbi expressa sit mentio de aliqua parte hebdomadæ, sicut in hoc cap. specialiter memoratur dimidium vltimæ. Et hæc ratio huiusmodi distinctionis sufficere debet fidelibus qui præsupposita fide desiderant habere rationem scripturarum.*

Vbi de hebdomadibus agitur non est facienda mentio nisi de integra hebdomada.

REPLICA. *In cap. 9. 70. hebdomadarum materiam, satis concorditer tractant postillator & Burgensis. Sed tamen Burgensis in quibusdam contra postil. se cauillatorem ostendit, sumens occasionem ex quadam computatione, quam reprobat ex eo, quia Mardochæus videtur esse nimis excessiuæ ætatis iuxta illam computationem: & hoc dicitur sequi ex eo quod dicitur Esther 2. quod Mardochæus fuit translatus cum Iechonia in Babylonem. Sed Burgen. mouens difficultatem grammaticalem de relatiuo & antecedente, proximo & remoto dicit id ex littera allegata Esther 2. non haberi quod Mardochæus fuisset translatus cum Iechonia, sed Cis, quia dicitur in littera allegata:* Erat vir in ciuitate Susis vocabulo Mardochæus filius Iair filij Semei, filij Cis de stirpe Iemini qui translatus fuit de Ierusalem cum Iechonia. *referendo inquit Burgen. ly qui, ad proximum antecedens significat ipsum Cis translatum non Mardochæum. Sed non insistendo grammaticæ quæ sæpe & propriè refert remotum antecedens sicut proximum, videtur Burgensis deficere: quia si ad proximum antecedens debet fieri vt ipse vult, relatio, tunc Iemini translatus est, quod falsum est, quia Iemini fuit vnus de primogenitoribus Saul, vt dicit 1. Regum 9 Nec videtur verum de Cis qui fuit pater Saul, & per tempora omnium Regum durare non poterat vt transferretur cum Iechonia: nisi Burgen. fingat alium qui vocetur nomine Cis: & quia hoc non habet scripturæ auctoritatem, ea facilitate contemnitur qua probatur: & ad rem, si à transmigratione Iechoniæ computarentur anni Cis proaui Semei aui, & Iair patris Mardochæi fortassis Mardochæus non reperietur natus quando dicitur Esther 2. ipsam Esther in filiam adoptasse & curiam eius rexisse, vel saltem inueniretur valde iuuenis qualis ad huiusmodi officia fuisset ineptus, &c.*

Mardochæû ipsum traductum in captiuitatem.

Deficit hic Thöring scrutans scrutinia inepta.

Item Burgen. eodem cap. notat postilla. in eo quod recedit à computatione Raimundi, qui computat annos secundum cumputum Latinorum quo ad regnû Cyri & regnum Assueri mariti Ester computat secundum computationem Hebræorum, & postilla. facit per oppositum. vnde Burgensis præfert factum Raimundi in hoc postilla. debilibus rationibus. Prima quia factum Raimundi quo ad Cyrum concordat vt dicit Græcis & Latinis & vni Hebræorum qui fuit abbreuiator Iosephi. Secunda ratio, quia soli Latini dicunt Assuerum regnasse quadraginta annis. Possunt igitur Iudæi cauillare, quod hoc sit confictum: Sed quo ad primam rationem videtur allegatio Burgensis modicum valere: nam allegare pro auctoritatibus in computo præsenti eos qui in computatione 70. hebdomadarum multipliciter deficiunt, & inter se non concordant, puerile est: quia etiam scriptura sacra perderet auctoritatem si in ea reperiretur discordantia vel defectus, vt scribit beatus Augustinus ad beatum Ieronymum epistola prima & 8. transsumitur 9. dist. ego & cap. si ad scripturas. Nunc autem Beda & alij à Burgense allegati sunt diuersi, quia quidã eorum computant secũdum annos lunares, quidam solares, quidam à primo anno Cyri, &c. quæ omnia nec à Raimundo, nec postilla. nec Burgen. sunt recepta. Non igitur sequitur, concordant cum Raimundo in vno puncto, igitur standum est eorum dictis. Nec Iocefon abbreuiator Iosephi potest allegari pro auctoritate, quia à communi computatione Hebræorum & suorum magistrorum sine ratione recedit, ex scriptura nihil probans. Nec secunda ratio sua valet, quia calumnia Iudæorum non sunt curanda vbi sine auctoritate scripturæ ea quæ nostræ fidei sunt, impugnant. Nec remanet Iudæis excusatio ex diuersitate computationum, cum tempus 70. hebdomadarum, de quo hic agitur qualitercumque computetur per mille annos transierit in præteritum & amplius. Sola igitur obstinatio malitiosa tenet eos in perfida expectatione Messiæ. Nec valet responsio Burgensis ad id quod postillator pro suæ intentionis confirmatione adduxit de Esdra vj. quia dicit Burgensis fieri orationem pro filiis nondum existentibus. Sed contrarium videtur quia Esdræ vi. dicitur. Orent pro vita regis & filiorum eius, *præsupponitur igitur in littera vita filiorum, pro qua orandum dicitur. Illusoria etiam oratio videtur pro nondum existentibus in rerum natura. Fit quidem bene pro defunctis, sed non pro futuris, nisi prophetice, qualiter non est in Esdra dictum. Nec est simile quod Burgensis adducit Deut. 26. Ibi enim non dicitur quis orare pro rege & filiis eius, sed prænostice dicitur de rege nondum existente & filiis futuris. Si rex iustus fuerit diu regnabit, & filij eius post eum, & regnum eius transibit ad posteros. Potest enim de non existentibus propriè quis prænosticare, sed non pro eis orare specialiter pro vita eorum qui non viuunt. Reliqua quæ in Daniele notat Burgen. non sunt magni ponderis, sed stant in verbis & computis secundum Burg. non punctualiter accipiendis.*

Indignatur Thöring quod Burgensis præferat Raimundum Postillæ.

Quod auctoritas sententium cû Raimundo non debuit mouisse Burgensem ad eius sententiã amplectendã.

Oratio fieri potest pro defunctis sed non pro futuris.

CAPVT X.

a ANno tertio. HIERON. in comment. In fine primæ visionis legimus, quia *fuit Daniel vsque ad annum primum Cyri regis*: Quod sic accipiendum est, quod fuerit apud Chaldæos in pristina dignitate vsque ad annum primum Cyri regis, & post in Medos translatus: vbi anno primo Cyri regis lxx. hebdomadarum, sacramenta cognouit. Nunc tertio anno regis Cyri hæc vidisse narratur.

Quomodo intelligendũ sit, Danielem fuisse vsque ad annum primum Cyri?

b *In diebus illis.* Anagoge. Qui in luctu est, & sponsi luget absentiam, non comedit panem desiderabilem, qui de cælo descendit, neque solidum cibum capit, qui per carnem intelligitur; nec vinum bibit quod *lætificat cor hominis*, nec exhilarat faciem in oleo. hoc autẽ ieiuniũ impetrabiles facit lachrymas sponsæ, si quando fuerit sponsus ab-

Desiderium sponsi absentis.

CAPVT X.

1 a ANno tertio Cyri regis Persarum verbum reuelatum est Danieli, cognomento Balthasar, 2 3 a Dei qui hoc facturus est, & prophetæ qui intellecturus. & verbum verum & fortitudõ magna, in- 4 5 a Nos quoque litteras frustra videmus aut legimus, nisi intelligamus. tellexitque sermõnem. 6 Intelligentia enim 7 est opus in visione. b 8 In diebus illis ego Da-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT X.

1 ANno tertio Cyri. *Hic ponitur noua visio Danielis, & secundum opinionem communem ista visio quæ hic ponitur, differt ab illa, quæ ponitur in duobus ca. sequentibus: sed mihi videtur, quod est vna tantum, vt magis patebit legendo litteram. Diuiditur ergo sic: quia primo describitur excellentia huius visionis; secundo exprimitur continentia ibidem reuelatæ veritatis: & hoc duobus capitulis sequentibus. Prima in duas, quia primo tangitur magnitudo huius visionis in generali; secundo magis in speciali, ibi,* In diebus illis. *In prima parte primo tangitur tempus quo facta est reuelatio Danieli, cum dicitur,* Anno tertio Cyri regis Persarum. *Secundo reuelationis magnitudo, cum dicitur,*

An visio huius ca. sit alia ab ea quæ est in duobus ca. sequẽtibus.

Diuisio.

2 Verbum reuelatum, *id est veritas quæ verbo exprimitur,*

3 Danieli, cognomento Balthasar. *hoc dicit quia Balthasar erat nomen eius secundarium, vt patet cap. primo huius libri.*

4 Et verbum verum, *ad intelligendum,*

5 Et fortitudo magna, *ad implendum; quia non poterat impleri nisi diuina virtute & ordinatione, quia hæc visio continet persecutionem Antiochi & Antichristi & destructionem eorum, & resurrectionem mortuorum vt videbitur.*

Excellentia visionis huius & sequentium cap.

6 Intellexitque sermonem, *quia non tantum habuit visionem imaginariam, sed etiam intellectualem: propter quod subditur.*

7 Intelligentia, &c. *ad hoc scilicet quod aliquis dicatur propheta, sicut supra declaratum est in principio libri Psalmorum, vel potest exponi,* Intelligentia opus est, &c. *quasi dicat oportet intellectum hominis à Deo eleuari ad hoc, quod talia possint intelligi & capi: & in hoc patet arduitas visionis in generali.*

8 In diebus illis ego Daniel lu. *Hic ponitur excellentia huius visionis magis in speciali: & hoc dupliciter, primo ex parte Danielis videntis, secundo, ex parte angeli apparentis, ibi,* Die autem 24. *Magnitudo autem visionis ex parte Danielis ostenditur in deuota præparatione ipsius ad hanc visionem, & hoc per luctum, ieiunium, & orationem, & hoc est quod dicitur hic,* In diebus illis ego Daniel lu. *peccata & miseriam populi Israel.*

5 Et — 1 Trium

…tus ab ea, nec Daniel quoque aliter audet dominum deprecari.

† THEOD. in comment. Necesse est huius prophetæ luctus causam inquirere. Cùm rex omnibus, quicumque cuperent, libertatem, ac reditum in patriam concessisset: complures qui sibi in Babylone domos cõstruxerant, earum vinculo deuincti, neglecto in patriam reditu, externam regionem patriæ prætulerant. Soli veræ pietatis amatores legumq; custodes, patriam solitudinem, vel ipsi regnò anteponendã duxere. Hoc itaque beato Danieli maximum attulit luctum. Sed iure aliquis quæsierit, curnam reditũ aspernantes lugeret, ipse in patriam nõ reuersus? Cum iis qui in Babylone remanere decreuerant degere compellitur, vt ne spirituali cura prorsus destituti, in impietatem penitus labantur. Hac de causa nullam inuenit consolationem, sed ipsum valde angit populi contumacia & sanctæ ciuitatis obliuio: quare ieiunat, nullam corpori curam adhibet, non vnguentum extrinsecus, non intrinsecus alimentum.

Luget Danielis eos qui potiti licentia redeũdi in patriam ea vti nolebant.

† AMBROS. lib. 3. de virg. Escis quoque omnibus, quæ gignant membris calorem, parce vtendum puto. Carnes enim etiam aquilas volantes deponunt.

De ciborum delectu.

† IDEM. Epist. 82. Helias, quem Dominus ad virtutis erudiebat perfectionem, ad caput suum collyridam & vas aquæ reperit; in virtute escæ illius 40. diebus ieiunauit. Patres nostri cum mare trãsirent pedibus, aquam, non vinum bibebant. Daniel & Hebræi pueri patrio cibo & aquæ potu, ille leonũ furorem repressit, illi ardentem ignem. Iudith solitudo sobrietatis desperatum lacertis virilibus reportauit triumphum. Anna 84. annos in viduitate sua ieiuniis & obsecrationibus in templo seruiens, Christum agnouit. Hunc Ioannes abstinentiæ magister nouus in terris angelus nuntiauit. Helisæus siluestribus ramis & amaris pascebat prophetas. Pau-

3. Reg. 81. Exod. 14. Dan. 1. 3. 6. 10. Iudit. 11. Luc. 2. Matth. 3. 4. Reg. 4. 1. Cor. 11.

a ¶ Conuertimini ad mé in toto corde vestro in ieiunio & fletu & plan. b ¶ Pro mysterio trinitatis. c ¶ Ne transitoria & fortuita videatur deprecatio. d ¶ Cælestem. e ¶ q.d. A cibis delicatioribus abstinui; quod nobis multo magis faciendum tempore ieiunij, qui enim illicitis vtuntur, abstinere debent etiam à licitis.

Daniel lugebam trium hebdomadarũ diebus, [1] [2] panem deside-

a ¶ Perfecte. b ¶ Corpus Christi. c ¶ Sanguis.

rabilem non comedi, [3] & caro & vinum non introierunt in os

a ¶ More Persarum & Medorum, qui vsque hodie pro balneis vtuntur vnguentis.

meum. Sed neque vnguento vnctus sum, [4] donec comple-

a ¶ Finis, non pugna coronat. b ¶ Pro mysterio trinitatis.

rentur trium hebdomadarum dies. [5] Die autem vigesima & quarta mensis primi eram iuxta fluuium magnum qui est [6] [7] [8]

a ¶ Eleuatione opus est oculorum, vt mystica videamus. b ¶ Mentis. c ¶ Sic. d ¶ Symmachus, quasi vir; non enim vir erat, sed viri habebat similitudinem. ¶ Angelus eius qui & totius populi captiuati. Michael enim populo qui in Iudæa remanserat, præerat.

Tigris, [9] & leuaui oculos meos et vidi. Et ecce vir vnus vestitus [10]

a ¶ Alij Orphat: Aquila, colore Orphaz. b ¶ Erat.

lineis, [11] & renes eius accincti auro obryzo, [12] & corpus eius quasi

Paulus gloriatur ieiuniis. Quomodo non prosunt ieiunia, quibus vitia purgantur? Quæ si deferas cum humilitate, cum misericordia, vt Isaias Spiritu diuino locutus est, ossa tua pinguescent, & eris sicut hortus irriguus.

Isa. 58.

† AVGVST. li. de Eccle. dogm. Pro amore castigandi corpus, abstinentibus à vino vel carnibus nihil credere meriti accrescere, non hoc Christiani sed Iouiniani est.

Iouinianus hæreticus ieiunia oderat.

† IDEM. l. de hæres. ca. 82. Iouinianus hæreticus dicebat nihil prodesse ieiunia, vel à cibis aliquibus abstinentiam.

† IDEM. lib. 3. cont. Faust. ca. 5. Christiani edomandi corporis causa propter animã ab irrationalibus motibus amplius humiliandam, nõ quod illa esse immunda credãt, nõ solum à carnibus, verum à quibusdam etiam terræ fructibus abstinent; vel semper sicut pauci: vel certis diebus atque temporibus, sicut fere omnes, quando magis quisque vel minus seu voluerit, seu potuerit.

Abstinentia à quibusdã cibis laudabilis.

† BASILIVS Orat. de laudibus ieiunij. Daniel vir ille desideriorum, cum tres hebdomadas panem non comedisset, nec aquam bibisset, etiam leones ipsos in lacum immissus ieiunare docuit. Nam quasi ex lapide, aut ære, aut aliqua re solidiore conflatus fuisset, leones ei dentes infigere non poterant.

Ieiunij virtus.

a *Iuxta*. HIER. in com. Ezechiel iuxta fluuium Chobar vidit visionem; Ioanni Baptistæ super fluenta Iordanis aperti sunt cæli; Taceant ergo deliramenta eorum, qui vmbras & imagines in veritate quærentes, ipsam conantur euertere, vt flumina, & arbores, & paradisum allegoriæ legibus metiantur.

Ezech. 1. a. Ioan. 1. d.

b *Qui est*. IBID. Tigris fluuius, nimia sui velocitate, à tigride velocissima bestia nomen acquisiuit.

Tigris vnde.

c *Vestitus lineis*. HIER. IBID. Theodotio βάδδιν posuit 70. *Bissina*. i. præcipua.

d *Et re*. SYMMACHVS. ἐζώσμένος. In expositione Ieronymi super Ezechielem hæc plene exposita inuenies. THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Trium hebdomadarum, *In quo ostenditur magnitudo austeritatis ex parte temporis;*

2 Panem desider. *i. cibum delicatum, quia nomine panis in scriptura intelligitur omnis cibus.*

3 Non comedi, & caro. *Et sic patet magnitudo austeritatis ex parte cibi & potus. Per hoc autem quod dicitur quod in tribus hebdomadibus non comedit talia ex deuotione, innuit scriptura quod aliis temporibus talibus vtebatur. Ex quo etiam vlterius patet, quod tunc non tenebat tantam austeritatem in victu, quantam tenuerat in iuuentute sua, quando bibebat solum aquam & comedebat legumina, vt dictum est 1. ca. Cuius ratio est, quia Daniel iam erat in tanta auctoritate, quod poterat habere victualia in quibus non essent aliqua sibi illicita. Et iterum quia iam erat senex, cum à tempore suæ transmigrationis in Babylonem iam pertransissent 69. anni, & esset in 70. vt magis explicabitur infra. Tanta autem austeritas non est seruanda in senectute, quando passiones sunt edomitæ & corpus debilitatum, sicut in iuuentute quando vigent passiones.*

Cur de priore austeritate in victu remiserit Daniel?

4 Sed neque vnguento, &c. *Vnguentum hic accipitur pro lachryma alicuius arboris aromaticæ; quia talibus vngebantur in terra illa contra intemperiem caloris, & ad conseruandum bonam dispositionem corporis.*

5 Die autem 24. *Hic consequenter exprimitur excellentia visionis ex parte angeli apparentis: & primo describitur ipsius angeli apparentis insolitus fulgor; secundo, videntium terror, ibi,* Vidi autem ego Daniel. *In prima parte dicitur sic,* Die autem 24. &c. *vbi designatur tempus determinatum huius visionis, non solum quantum ad annum, sicut in principio huius capituli dictum est, sed etiam quantum ad diem determinatum. Notatur etiam consequenter locus, cum dicitur,*

Diuisio.

6 Eram iuxta, &c. qui est Tigris. *Hic est vnus de quatuor fluminibus paradisi, & nominatus sic à velocitate cursus à tigride, quæ bestia velocissima.*

Tigris fluuius.

7 Et le. oculos. *Corporis s. & mentis,*

8 Et vidi, *Visione intellectuali & corporali:*

9 Et ec. vir vnus, *i. angelus apparens in specie viri,*

10 Vestitus lineis, *Vbi primo describit eum quantum ad extrinseca quo ad vestimentum album vel lineum, quo designatur puritas angelica, & quo ad cingulum, cum dicit,*

11 Et renes eius accincti auro obryzo. *i. mundissimo: vnde dicitur obrizum ab ob & radio as: quia propter radiationẽ sic nominatur. Per zonã auream & radiantẽ intelligitur feruor charitatis, quo angeli indissolabiliter ligãtur cum Deo. Secundo describit angelum quantũ ad intrinseca, cum dicitur,*

Obryzum.

12 Et corpus eius quasi Chrysolithus. *Est autem Chrysolithus lapis coloris marini, & habet scintillas aureas. Per tale igitur corpus intelligitur cælum, quod est proprie mobile angelorum, quia corpus angeli nõn informatur ab eo, sed tantum mouetur. Color autem maris, qui est in Chrysolitho, similis colori cælesti. Per scintillas aureas intellige stellas quæ sunt in cælo. Tertio describit angelum apparentem quantum ad extremitates dicens,*

Chrysolithus.

Et

MORALITER.

† 9 *Et ecce vir.* Id est, angelus apparens in specie viri, secundum sensum litteralem, per quem significatur bonus episcopus, qui nominatur angelus, Malach. 1. c. *Angelus domini exercituum est.* Et bene dicitur hic *vir*, à virtute; & *vnus* virtutis singularitate, quia super populum suum pollere debet singulari sanctitate. Grego. in pasto. *Tantum transcendere debet actionem populi actio præsulis, quantum distat à grege vita pastoris.*

Vita Episcopi perfectior esse debet communi.

10 Ve-

10 *Vestitus lineis.* i. ornatus sanctitate conuersationis.

11 *Et renes eius accincti auro obrizo.* i. mundissimæ castitatis cingulo. Greg. homil. 32. *Renes præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.*

12 *Et corpus eius quasi Chrysolithus.* Qui est coloris marini, & habet scintillas aureas: per primum, significatur rigor disciplinæ, per secundum, rectitudo intentionis debitæ, s. vt fiat zelo iustitiæ; ideo subditur,

Rigor disciplinæ, & zelus iustitiæ.

† Et

a ¶ Alij Tharsis quia lapis ille marini coloris est.

Chrysolithus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens, & brachia eius, & quæ deorsum vsque ad pedes, quasi species æris candentis, & vox sermonum eius vt vox multitudinis. [7] Vidi autem ego Daniel solus visionem: porro viri qui erant mecum non viderunt, sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum. [8] Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc & non remansit in me fortitudo: sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quidquam virium. [9] Et audiui vocem sermonum eius, & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. [10] Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum, [11] & dixit ad me: Daniel vir desideriorum, intellige verba quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo. Nunc enim sum missus ad te. Cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens, [12] & ait

a ¶ Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. b ¶ Bestia, si tetigerit montem, lapidabitur.

a ¶ Audiui domine in paradiso vocem tuam & abscondi me. ¶ Qui male agit odit lucem.

a ¶ Visa fortitudine Dei.

a ¶ Simile ait Moyses, & exterritus sum & tremebundus. Et Abraham: Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis.

a ¶ Mente. ¶ Alias constratus.

a ¶ Sciens quia cinis es, & in cinerem reuer.

b ¶ In figura hominis videtur angelus, & humanam manum mittit ad prophetam, vt generis sui corpus aspiciens non paueat: similis enim similem quærit.

a ¶ Quia precum instantia, & afflictione corporis, & ieiuniorum duritia, cupit scire ventura & Dei secreta.

† THEOD. in comment. Baddin. Græca lingua significantur byssina. Ait itaque, illius, qui visus est, indumentum se byssinum conspexisse; Zonam verò, Ophaz, hoc est, auro nitidissimo, & maxime puro; corpus autem quasi Tharsis, id est, simile erat auro probatissimo è Tharsis allato. Etenim illinc Salomoni rude afferebatur aurum.

Angeli Danieli apparentis aspectus & vestitus.

a *Vidi aut.* HIER. in com. Simile Paulus in actibus Apostolorum passus est, vt ceteris non videntibus visionem solus aspiceret: alij sonum audierunt, sed vim vocis non intellexerunt.

Act. 9. a.

b *Et audiui vocem sermonum eius, &c.*

† GREGOR. lib. 22. Mora. c. 21. Dum positionem nobis sui corporis insinuare studuit, meritorum incrementa signauit. Hæc enim nequaquã tanta cura exprimeret, si à mysteriis vacare cognouisset. In scriptura enim sacra iusti viri, nõ solum quod dicunt prophetia est, sed etiam plerumq; quod agunt. Verba ergo Dei iacentes cum Daniele audiuimus, cùm in peccatis positi, terrenæ pollutioni coniũcti, sanctorum voce spiritalia præcepta cognoscimus. Ad quæ præcepta quasi super genua & manuum articulos erigimur, quia à terrenis cõtagiis recedẽtes, quasi iam infimis ventrem leuamus. Ad extremum voce dominica erecti quidẽ, sed trementes assistimus, cùm à terrenis desideriis subleuati, verba Dei quo plenius cognoscimus, plus timemus. Iam verò ad verba Dei erectus assistit, qui perfectè mentem ad sublimia erigit. Bene autem trementem se stetisse indicat, quia examen subtilitatis internæ, quo plùs ad illud proficitur, amplius formidatur.

In Scriptura sacra prophetiæ sunt etiã aliquæ iustorum hominum actiones.

Gradus quibus ab imis vitiorũ ascendimus ad summũ virtutis.

c *Desi.* HIER. in com. Symmachus, *desiderabilis*, quia omnis sanctus habens in se animæ pulchritudinem amatur à Deo.

Vnde Daniel vir desideriorum dicatur?

† THEODORETVS in com. Attende inquit diligenter quæ à me dicuntur, siquidem vt ea te docerem missus sum, quando corporis cupiditates odisti, ac diuinarum rerum amator effectus, & beneuolentia quadam naturali erga populum affectus, quæ ei ventura sunt percipere concupisti.

☞ Quia

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et facies eius velut species fulguris, *In quo notatur excellentia gloriæ angelicæ:*

2 Et oculi eius vt lampas ardens, *In quo notatur perspicacitas;*

3 Et brachia eius & quæ deorsum, &c. quasi spe. æris. *In quo significatur fortitudo angeli ad operandum per brachia, & ad mouendum se de loco ad locum per pedes.*

4 Et vox sermonum eius, vt vox multitu. *In quo designatur efficacia virtutis eius ad docendum homines de occultis, & reuelandum veritatem, quia vnus angelus potest plus docere quam multitudo hominum seu doctorum. Ad euidentiam autem maiorem prædictorum considerandum, quod angeli apparent hominibus in corporibus assumptis ad instruendum eos familiarius de occultis, & ideo per proprietates corporis assumpti significantur proprietates angeli spirituales, vt dictum est.*

Angeli specie humana mortalibus apparentes vt eos doceant de occultis.

5 Vidi autem ego Daniel. *Hic consequenter ponitur videntium terror, & primo ponitur eorum trepidatio. Secundo angeli confortatio, ibi,* Et ecce manus. *Dicit igitur primo sic.* Vidi autem ego Daniel solus visionem, *Perfecte. s. quia non solum vidit angelum apparentem, sed audiuit eum loquentem, & intellexit. Alij enim viri qui erant cum Daniele viderunt solum angelum apparentem, ex cuius visione territi fuerunt, & ideo dicuntur hic non vidisse visionem: quia angelum loquentem non audierunt, nec intellexerunt ea quæ fuerunt reuelata Danieli: & hoc est quod dicitur hic:* Porro viri qui erant mecum, &c. *Et patet ex dictis vsque ibi.*

6 Et non remansit in me fortitudo. *Quia terror reddidit membra exteriora frigida & trementia: propter recursum spirituum & sanguinis ad cor, quia talis recursus fit in passione timoris.*

7 Sed & species mea immutata est in me. *Quia ex timore, pallor causatur in facie propter recursum sanguinis ad cor ab exterioribus membris.*

8 Et emarcui, &c. *Quia per timorem nimium homo fit aliquando stupidus, & quasi impotens se mouere.*

9 Et audiens iacebam consternatus super; *Quia ex timore non poterat stare.*

10 Et ecce ma. *Hic ponitur angeli confortatio, & hoc dupliciter, quia primo confortat eum imperfecte, postea perfectius, quia processus est debitus de imperfecto ab perfectum. Secunda pars incipit, ibi,* Cumque loqueretur mihi. *Primum autem facit tangendo ipsum & eleuando aliquantulum, & hoc est quod dicitur hic,* Et ecce manus. *s. angeli,*

Angelus Danielem confortat.

11 Tetigit me. *Confortando:*

12 Et erexit me super genua mea, & super articulos, *Aliquantulum eleuando:*

13 Et dixit ad me, *Verbo confortando.*

14 Daniel vir desi. *Quare autem Daniel dictus est vir desideriorum dictum est 9. capitulo.*

15 Intellige verba mea, &c. *In quo confortat eum quantum ad mentem; similiter quantum ad corpus, cum dicitur,*

16 Et sta in gra. tuo. *i. rectus, & recta facie versus cælum, hic est enim gradus hominis: alia autem animalia stant super pedes facie inclinante ad terram.*

17 Cumque dixisset mihi sermonem istum, steti trem. *Quia immutatio facta in corpore ex præcedenti timore nondum adhuc transierat.*

18 Et ait ad me. Noli me. Da. *Quia non apparui ad male faciendum tibi, sed magis ad docendum te illa quæ desideras scire, & hoc est quod subditur,*

MORALITER.

† 1 *Et facies eius velut species fulguris*, Quia per feruentem zelum iustitiæ est terribilis malignis.

2 *Et oculi eius vt lampas ardens.* Per claritatem cognitionis.

3 *Et brachia eius & quæ deorsum vsque ad pedes, quasi species æris candentis.* Id est igniti, per brachia, virtutis operatiua; per pedes motiua significantur: nam eius motus & opera debent esse ignita feruore Charitatis.

Opera charitatis.

4 *Et vox sermonum eius vt vox multit.* Per quod significatur efficacia doctrinæ, Sequitur,

9 *Et audiens iacebam con.* Per hoc significatur, quod considerans tanti viri perfectionem resilit ad considerandam respectu ipsius propriam paruitatem.

12 *Et erexit me super genua mea, & super.* Nam Dei manus deprimit superbientes & exaltat humiles. Luc. 1. a. *Deposuit potentes de sede, & exal. humiles.*

Deus deprimit superbos, & erigit humiles.

4 Et

a ¶ Vigesima quarta die mensis primi, Id est, Nisan, expletis tribus hebdomadibus, viginti & vno scilicet diebus, cernit hanc visionem, & audit ab angelo, quia ex quo orare cœpit, & se affligere in conspectu domini, exaudita sunt verba eius.

a ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die[a] primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei [1] [2]

a ¶ Vt captiuus populus sub Dario relaxetur. b ¶ Qui orationes tuas Deo offerebam.

b tui exaudita[a] sunt verba tua, & ego[b] veni propter sermones [3] [4]

¶ Angelus.

c d tuos. [13] Princeps autē regni Persarū restitit mihi viginti & vno [5]

a ¶ Qui præest Iudæis. b ¶ Angelis.

c ¶ Resistente Persarum principe precibus tuis, & meæ legationi, qui orationes tuas Deo offerebam.

diebus, & ecce Michael[a] vnus de principibus[b] primis, venit[c] in [6]

a ¶ Iuxta Michaelem qui contra Persarum principem loquebatur. b ¶ Angelum.

adiutoriū meū, & ego remansi ibi iuxta rēgē[b] Persarū. [14] Veni [7] [8]

¶ Quæ precabaris. a ¶ Non in vicino sed in consummatione sæculi.

autem vt docerem quæ ventura sunt populo tuo in nouissi[a]- [9]

a *Quia ex die primo, quo posuisti cor tuum.* HIER. in comment. Statim A est auditus, sed non statim missus est angelus: datur in mora occasio amplius deprecandi, & desiderandi, vt amplius possit mereri. Quod autem ait: *ego ingressus sum ad verba tua*, hoc significat; postquam cœpisti lachrymis, & ieiunio, & orationibus inuocare misericordiam Dei, ego occasionem accepi, vt pro te oraturus ingrederer in conspectu Dei.

b *Ego veni.* † THEODOR. Hinc docemur, B quantum nobis voluntaria prosit afflictio. Etenim beatus Daniel cum voluntario seipsum ieiunio afflixisset, & Dominum quæsisset, statim exorauit, & voti sui compos factus est: quod is qui se ei in visione obtulerat, declarat.

Quantum nobis prosit voluntaria afflictio?

GREGORIVS lib. 17. Mor. c. 7. Quasi dicat, Precum tuarum merita exigunt, vt Israeliticus populus à iugo seruitutis suæ exuatur; sed C est adhuc quod in eodem populo Persarum domino purgari debeat, vnde ereptionem illius princeps Persarum iure mihi contradicit; quamuis preces tuæ eorumque lachrymæ, qui in Iudæa sunt relicti, adiuuent, vnde, *Et ecce Michael vnus, &c.*

Princeps Persarum Iudæos retinere vult captiuos.

c *Princeps autem regni.* HIERONYMVS in comment. Videtur mihi hic angelus, esse, cui Persis credita est, iuxta illud, *Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, statuit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei.* Isti sunt principes de quibus Paulus, *Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nemo principum huius sæculi cognouit: Si enim cognouissent numquam dominum gloriæ crucifixissent.*

Deut. 32. a. secundo.

1. Cor. 2. b.

† THEODORETVS in com. Ex his & multis huiuscemodi aliis docemur, singulis angelis vniuscuiusque nostrum creditam esse curam, vt custodiant, tueantur, & à praui dæmonis nos liberent insi- D diis. Archangelis verò illud munus impositum, vt gentium sint præfecti; sicut Beatus Moyses docuit, cuius dictis Daniel consentit, cum dicit, regni Persarum principem, & principem Græcorum, Michaelem quoque principem Israel vocat. Sed qua de causa regni Persici princeps resistere videbatur ei qui pro populo patrocinium susceperat? Nam perturbationi- E bus naturam angelorum non esse obnoxiam cuius perspicuū est: & diuinis eos nutibus obtemperare sine vlla controuersia licet intelligere Persarum & Græcorum principes erga eos beneuolentia affecti, quorum tutelam habebant, cernentes Israelis iniquitates ægre ferebant: siquidem videbant ipsos maioris prouidentiæ fructus ferre. Neque enim noue- F rant in Deo occultum mysterium, quod postea innotuit principibus & potestatibus per Ecclesiam. Hoc itaque mysterium ignorantes, & multam Dei erga Israel prouidentiam cernentes, ij quibus aliarum nationum cura credita fuerat, indignabantur, quod aspicerent eos maxime post legem & prophetas tantamque doctrinam, & curam, peius affectos iis, qui à se regerentur, vel pluribus malis oppressos. Hoc Danieli angelus apparens dicebat. *Princeps regni Persarum restitit.* Hoc est tot diebus ei persuadere studebam, iure eos ac prouidentia dignos censeri opitulante mihi Michaele, & ipsum inquit, reliqui ibi cum principe regni Persarum.

Angelorum custodia.

Deut. 3.

Angeli populi sibi cōmissi bonū procurantes.

Ephes. 3.

d *Restitit mihi viginti.* HIER. in com. Faciens pro commissa sibi prouincia, ne captiuorum populus dimitteretur. Et forsan cum ex quo ora-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia ex, &c. ad intelligendum, *Illa quæ prius videras ca. 8. & non intellexeras ad plenum; vt dictum fuit super illud verbum in fine 8. cap.* Stupebam in visionem, & non erat qui interpretaretur. *Vel aliter,* Ad intelligendum; *s. voluntatem Dei circa ea, quæ sunt ventura populo, & quasi in idem redit.*

2 Vt te affl. in conspe. Dei tui; *Vt per hoc oratio tua citius exaudiretur coram Deo, & per consequens diuina veritas tibi reuelaretur.*

3 Exaudita sunt verba tua, &c. *Scilicet de reditu populi de captiuitate Babylonica. Sed contrarium videtur, quia licentia redeundi iam erat data primo anno Cyri: Ista autem oratio Danielis & afflictio de qua hic loquitur angelus, facta fuit anno tertio Cyri, vt patet ex dictu in isto capitulo, ergo tunc non fuit exaudita oratio Danielis de reditu populi, sed ante per duos annos. Dicendum quod Iudæi fuerant in Babylone per 46. annos quantum ad illos, qui cum Iechonia translati fuerunt. Illi verò qui in subiectione Ioachim patris eius fuerunt translati obsides, vt de Daniele & aliis de semine regio dicitur, fuerant iam 60. annis. Illi verò qui cum Sedechia fuerunt translati, fuerant ibi. 56. annis, secundum illam computationem quam secutus sum tamquam iudicio meo veriorem supra cap. 9. & sic per consequens illi qui tunc viuebant, fuerant nati in Babylone pro maiori parte, propter quod afficiebantur ad remanendū in terra Babylonis, & propter possessiones quas ibi acquisierant, ipsi, vel patres eorum, & propter vxores quas ibi acceperant, & filios quos ibi genuerant. Et ideo post licentiam datam à Cyro remanserunt in terra Babylonis bene per duos annos & plus, vt dicitur in Scholastica Historia, propter quod timebat Daniel ne totum negotium de reditu eorum in Ierusalem impediretur. Et ideo orabat Daniel tertio anno Cyri, vt hoc impedimentum tolleretur, & fuit exauditus, & hoc est quod dicit angelus,*

An verum sit quod dicit Angelus Danieli: Exaudita sunt verba tua.

Aliqui Iudæorum exiliū plus amant quā patriam.

4 Et ego veni propter sermones tuos, *Annuntiare s. tibi, quod tua petitio sit exaudita.*

5 Princeps autem regni Persarum, &c. *Ad euidentiam huius considerandum, quod angeli, qui præsunt diuersis prouinciis, dicuntur principes illarum, & hoc rationabiliter: quia sunt solliciti de bono earum ideo nominatur ordo ipsorum, sic, s. ordo principatus. Considerandum etiam, quod sicut vni toti prouinciæ præest vnus angelus bonus, quasi princeps ad procurandum bonum illius prouinciæ: ita præest vnus angelus malus quasi princeps ad inducendum homines illius prouinciæ ad malum. Dicunt igitur aliqui, quod iste princeps Persarum fuit angelus malus, qui filios Israel incitabat ad remanendum in Babylone ex carnalitate quadam, rationibus prædictis, & ideo dicitur hic, quod restitit 21. diebus orationi Danielis, qui orabat pro reditu populi in Ierusalem, & per consequens restitit angelo bono qui præsentabat orationem Danielis coram Deo, & hoc est quod angelus loquens Danieli dixit,* Princeps regni Persarum restitit mihi 21. diebus, *tantum enim temporis durauit oratio Danielis, & afflictio, vt patet ex prædictis. Beatus autem Greg. 16. libro moralium dicit, quod fuit bonus angelus, qui præerat regno Persarum, qui videbat ex mansione filiorum Israel in Perside multos de Persis & Medis conuerti ad cultum & fidem vnius Dei, & ideo interpellabat Deum vt remaneret in Perside, ostendens in conspectu Dei bona quæ ex hoc deuenirent, & sic angelus sanctus dicitur resistere angelo sancto qui repræsentabat Danielis orationem de contrario coram Deo. Non tamen inter angelos sanctos est contrarietas voluntatum simpliciter, quia voluntates eorum sunt conformes diuinæ voluntati: quia tamen de futuris ignorant quid Deus velit, ideo aliquando consulendo Deum de aliquo futuro circa populos quibus præsunt, allegant merita contraria, & sic dicuntur resistere adinuicem, sed quando reuelatur eis super hoc diuina voluntas, simpliciter concordant in ea.*

Angeli principe prouinciarum.

Vtrum qui hic dicitur princeps Persarum fuerit Angelus bonus vel malus?

Quomodo Angeli sancti dicatur resistere inuicem.

6 Et ecce Michael vnus de principibus, &c. *Quia erat superior angelus angelo qui loquebatur, quia erat princeps totius Synagogæ, sicut est modo princeps totius ecclesiæ, & ideo non solum præerat filiis Israel qui erant in Perside, sicut ille qui loquebatur Danieli, sed etiam præerat omnibus filiis Israel vbicumque essent, & ideo procurabat bona filiorum Israel vbicumque; propter quod adiuuit illum angelum, qui præerat vni parti eorum, scilicet, eorum qui erant in Perside, & hoc est quod subdit de Michaele,* Venit in adiutorium meum. *Sequitur,*

Michael princeps olim Synagogæ, nunc Ecclesiæ.

7 Et ego remansi ibi, *i. coram Deo offerens preces tuas.*

8 Iuxta regem Persarum, *i. iuxta angelum qui præerat Persis mihi resistentem modo prædicto. Hoc autem dixit angelus Danieli ad ostendendum, quare tantum tardauerat ad denuntiandum exauditionem suæ orationis.*

9 Veni autem vt docerem. *Ex quo patet, quod non solum venerat ad denuntiandum Danieli reditum captiuitatis, nec solum ea quæ facta sunt tempore Antiochi Epiphanis: sed etiam quæ ventura sunt in fine mundi tempore Antichristi, vt patebit capitulo sequenti, propter quod sequitur,*

Quo-

orare cœpit, propheta exauditus sit, non statim ei missus est angelus, qui Dei indulgentiam nuntiaret, quia viginti & vno diebus restitit ei princeps Persarum, enumerans peccata Iudæorum quibus iuste captiui tenerentur, nec dimitterentur.

Greg. li. 17. moral. c. 8. Angelicos spiritus recte Dei milites dicimus, dum certare eos contra potestates aëris non ignoramus: quæ tamen certamina non labore, sed imperio peragunt: quia quidquid agendo contra immundos spiritus appetunt, ex adiutorio cunctipotentis possunt.

Angeli Dei milites.

a *Cumque loqueretur mihi, &c.* † Theod. in com. Cum audissem angelorum quoque principes ægre ferre eam curam, quæ haberetur erga populum, tristitiæ rursus plenus deiecto in terram vultu stabam, nec sursum aspicere poteram.

b *Domine mi, in vi.* † Theodor. Ibid. Nemo autem existimet, qui ab eo visus est, illum esse Dominum, propterea quod Daniel ipsum *Dominum* appellet: Dominum enim illum vocat, non vt Deum, sed honorem illi debitum tribuens.

† Iustinus Martyr. Apolog. 2. Non sumus hostes verissimi Dei, vt calumniantur ethnici, sed & eum, & ab ipso missum filium, reliquumque huius bonorum Angelorum, ductum ipsius sequentem, exercitum veneramur.

† Avgvstinvs lib. de vera relig. c. 55. Non inuidemus Angelis, quod paratiores, quod nullis molestiis interpellantibus Deo perfruuntur: sed magis eos diligimus, quoniam & nos tale aliquid sperare à communi Domino iussi sumus. Quare honoramus eos charitate, non seruitute.

Angeli sunt honorandi. Psal. 120. a. Psal. 44. c.

Hier. in com. Alij: *Domine in visione tua conuersa sunt interiora mea in me*; vnde, *Benedic anima mea domino, & o. q. in me sunt. n. s. e.* Prius enim quam Dei visionem mereamur, interiora nostra foris sunt & aspiciunt: post autem conuertuntur & tuti illis sumus, vnde alibi, *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, &c.*

c *Cum enim egre.* Ibid. Reuoluendæ sunt veteres historiæ, & considerandum, ne forte tempus illud significetur, quando Persæ à Græcis superati sunt.

Hieronymvs Ibidem. *Cum enim.* Ac si dicat, Egrediebar à conspectu Dei, vt quæ ventura sunt populo tuo nuntiarem tibi, licet securus non sim, stante ibi Persarum principe, & contradicente precibus tuis, & meæ legationi: & ecce princeps Græcorum, Id est, angelus Macedonum, veniebat, & ingressus est in conspectu Dei, vt accusaret principem Persarum atque Medorum, vt in eorum locis regnum Macedonum succederet. Mira Dei sacramenta. Laxato enim de captiuitate Iudæorum populo, Persarum regnum atque Medorum interfecto Dario subuertit Alexander rex Macedonum, & princeps Græcorum vicit principem Persarum. Hic & regnum Medorum, & Persarum, & cum eis Iudæos in regnum suum transferre cupiebat, vult enim suorum potestatem in terrenis crescere.

Princeps Græcorum intercedit pro gente sibi subdita.

Ibid. Quia Alexand. subuersa Græcia & potestati suæ subiecta, in Persas arma corripuit, & ideo nil mirum si princeps Macedonum dicitur princeps Græcorum.

d *Verumtamen.* Ibid. Q. Res adhuc in dubio est. Te enim precante dominum, & me offerente orationes tuas, stat è regione princeps Persarum, qui non vult de captiuitate laxari populum tuum; quia tamen princeps Græcorum impugnat principem Persarum, habens Michaelem in adiutorium, annuntiabo tibi quod *expressum est in scrip. verit.*

e *Et nem.* † Theod. in com. Curnam inquit, vnum aut duo dicam, Persarum principem, & Græcorum? Cum nulla virtutum cælestium velit populum vestrum boni alicuius compotem fieri, propter multa scelera, nisi solus Michael, cui vestra tutela credita est? Est autem verisimile eum qui disserebat, sanctum esse Gabrielem qui iam alias etiam reuelationes ipsi interpretatus est.

Greg. lib. 17. Mor. ca. 7. Quæ pax in sublimibus esse potest, si inter ipsos quoque angelicos spiritus præliando certamen agitur, qui semper veritatis conspectui assistunt? sed quia * cuncta angelorum ministeria dispensandi singulis quibusque gentibus sunt prælata, cum subiectorum mores aduersus se, vicissim præpositorum opem spirituum merentur, ipsi, qui præsunt, spiritus contra se venire referuntur. Is namque angelus qui Danieli loquebatur, captiuis Israeliticis populis in Perside constitutis prælatus agnoscitur: Michael autem his qui in Iudæa remanserant, ex eadem plebe præpositus inuenitur. Vnde ibi ab eodem angelo Danieli dicitur, Nemo

* certa.

Quomodo angeli inuicem pugnant.

(¶ Protelatur.) [a] mis diebus, quoniam adhuc visio in dies.[15] Cumque loqueretur mihi huiusmodi verbis, deieci vultum meum ad terram, & tacui.[16] Ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea, & aperiens os meum loquutus sum, & dixi ad eum [b] qui stabat contra me: Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium.[17] Et quomodo poterit seruus domini mei loqui cum domino meo? Nihil enim in me remansit virium, sed & halitus meus intercluditur.[18] Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis & confortauit me,[19] & dixit: Noli timere, vir desideriorum: pax tibi, confortare, & esto robustus. Cumq; loqueretur mecum (a ¶ Aliter sacramenta Dei audire non poterat. q. d. Tu fecisti, vt audire & sentire possim quæ loqueris.) conualui, & dixi: Loquere domine mi: quia confortasti me,[20] & (a ¶ q. d. Ideo veni, vt docerem te exauditas esse preces tuas.) ait: Numquid scis quare venerim ad te? Et nunc reuertar vt (a ¶ In conspectu Dei. b ¶ Angelum. ¶ Qui non vult à captiuitate relaxari populum tuum.) [c] prælier aduersum principem Persarum. Cum enim egrederer, [d] apparuit princeps Græcorum veniens.[21] Verumtamen annun- (¶ Præscientia Dei.) [e] tiabo tibi, quod expressum est in scriptura veritatis, & nemo

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quoniam adhuc visio in dies, *Scilicet, multos differtur implenda totaliter.*

2 Cumque loqueretur mihi huiusmodi verbis. *Hic ponitur consolatio perfecta ipsius Danielis. Et diuiditur in duas partes: quia primo facit quod dictum est; secundo subiungit causam sui recessus à Daniele, ibi:* Et nunc reuertar. *Circa primum dicitur,* Cumque loqueretur mihi, *Angelus. s.* huiuscemodi verba.

3 Deieci vultum meum ad terram, & tacui. *Quasi non potens sustinere aspectum fulgoris angeli apparentis, & hoc factum est, vt Daniel cognosceret fragilitatem hominis respectu virtutis angelorum.*

4 Et ecce quasi similitudo filij hominis. *Quia non erat homo, sed angelus apparens in specie hominis.*

5 Tetigit labia mea. *Vt possem loqui, propter quod sequitur.* Et aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum, &c. *Sequitur,*

6 Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, &c. *i. iunctura membrorum meorum propter defectum sanguinis & spirituum recurrentium ad cor, & ex passione timoris propter visionem insolitam angeli apparentis. Sequitur,*

Terror incussus ex apparitione Angeli.

7 Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis. *Quia tunc angelus sibi apparuit in forma humanæ speciei aliter quam ante. In potestate enim angelorum est speciem corporum assumptorum transmutare de facili. Sic autem apparuit ei angelus ad ipsum magis confortandum, propter quod subditur,*

8 Et confor. me. *Et patet littera. Sequitur,*

9 Cumque loq. me. conualui. *s. perfecte confortatus. Sequitur,*

10 Et ait angelus, *s. Danieli.*

11 Numquid scis, &c. *Q. d. ego veni ad ostendendum tibi orationem tuam exauditam, & ea quæ sunt futura temporibus nouissimis, vt iam dictum est & magis patebit infra.*

12 Et nunc, &c. *Hic exprimitur causa, quare oportet, eum cito recedere à Daniele, vt. s. rediret ad interpellandum coram Deo pro populo Israel, ne reditus eius de Babylone impediretur per angelum qui præerat Persis & hoc est quod dicit,* Et nunc reuertar, *s. in conspectu Dei.*

13 Vt prælier, &c. *Quod quidem prælium est per hoc, quod angeli, qui præsunt diuersis gentibus, offerunt coram Deo contraria merita ipsorum, vt dictum est.*

Prælium Angelorum.

14 Cum enim egr. ap. pri. *i. angelus Græcorum, hoc autem interponit angelus loquens Danieli, quia in principio se. c. faciet mentionem de bellu Persarum & Græcorum ad inuicem.*

15 Verumtamen. *i. antequam reuertar recedendo à te.*

16 Annuntiabo t. quod ex. in sc. verit. *i. in præsentia Dei mei reuelata, quia reuelatio est quædam impressio diuinæ scientiæ. Annuntiabo inquam tibi illa quæ desideras scire.*

17 Et nemo est adiutor meus, &c. *Scilicet quæ spectant ad* pro-

☞ *Nemo est adiu. m. &c.* GREGOR. Supra eo. c. Et suprà, *Ecce Michael vnus de principibus primus venit adiutor mihi*, quasi aliis detentus tenebatur, sed venire ad adiutorium dicitur. Cumque, vt aduersus principem Persarum præliaturus egrederetur, Græco. sibi princeps apparet, qua ex re innuitur quia aduersum quoque Græcos Iudæa aliquid commiserat, quorum profectò causa illius ereptioni resistebat: prophetæ igitur preces angelus exaudit, sed Persarum princeps resistit; quia etsi iam vita iusti deprecantis ereptionem eiusdem populi exigit, tamen eadem populi vita contradicit. Michael adiuuat, sed Græcorum princeps ad prælium venit; quia mereri veniam tam longa oppressorum captiuitas poterat, sed ereptioni quoque eorum, hoc quod in Græcos deliquerant, obuiabat. Sublimes spiritus gentibus principantes nequaquam pro iniustè agentibus decertant, sed eorum facta iustè diiudicantes examinant, Cumque vniuscuiusque gentis iustitia culpa ad supernæ curiæ consilium ducitur, eiusdem gentis præpositus vel obtinuisse in certamine, vel non obtinuisse perhibetur. Quorum tamen omnium vna victoria, est sui super se opificis, voluntas summa, quam dum semper aspiciunt, quod obtinere non valent, numquam volunt.

Causa Iudæorum captiuorum ante Dei tribunal.

Per Angelos accusantes & patrocinantes agitur.

a ¶ In orationibus pro vobis ad Deum. b ¶ Qui sum angelus ille qui offert orationes tuas.
c ¶ Cui creditus est populus Iudæorum, & ego & princeps Græcorum nunc communi labore pugnamus contra principem Persarum.

est [a]adiutor [b]meus in omnibus his nisi [c]Michael princeps vester. 1

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *promotionem populi Israel.*

1 Nisi Michael princeps vester: *Quia sicut dictum est, Michael erat princeps totius synagogæ generaliter.*

CAP. XI.

a Ego autem ab an. pri. HIERON. in cō. Iuxta editionē vulgatam vsque ad finem libri, vna putatur visio, quę præcessit, & quæ anno tertio regis Persarū apparuit Danieli, sed iuxta Hebraicam veritatem separata sunt quæ sequūtur, & scripta ordine prępostero, de cuius causa suprà dictum est. Non enim sub Cyri anno tertio, sed sub Darij primo, (qui occidit Baltasar.) narratur quæ scripta sunt. *Ego autem ab. &c.* Consueuerunt prophetæ repente personas introducere sine vlla verborum præfatione, vt est hic, *Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me, exultatio mea, erue me à circum.me*; Et repente persona domini respondentis introducitur, *Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac qua gradie. firma. super te ocu. me.* Ergo & hic dicente propheta, *Ab anno primo Darij Medi*, &c. dominus repente respondet. *Et nunc veritatem an. tibi.* Q. Quia vis nosse de regibus Persarum quid futurum sit, audi ordinem rerum, & ausculta quæ quæris.

b *Stabam vt confortaretur.* HIER. IBID. In conspectu domini, scilicet rogans eius clementiā, pro eo qui me diligebat, vt confortaretur & corroboraretur, vel ipse, vel regnum eius, & cum in oratione persisterē; hæc domino respondente cognoui,

c *Ecce adhuc tres, &c.* HIERON. in com. Id est. Cambyses filius Cyri, Smerdis Magus qui Pātaptē filiā Cambysis duxit vxorem, qui cum à septem Magis fuisset occisus in locum eius Dario succedenti eadem Pantaptes nupsit & ex eo Xerxem filium genuit, qui potentissimus rex & ditissimus contra Græciam innumerabilem duxit exercitum, & ea gessit quæ Grecorum narrant historię. Succendit enim Athenas sub principe Callia, & bellum eo tempore gestum in Thermopylis, & apud Salaminam nauale certāmen quando Sophocles & Euripides clari habebantur, & Themistocles in Persas fugiens, hausto tauri sanguine periit. Frustra ergo quidam Darium quartum regem, qui ab Alexandro superatus est scribunt, qui non quartus, sed quartusdecimus post Cyrum rex Persarum fuit, quem septimo imperij sui anno superauit & occidit Alexāder. Et notandum quod quatuor post Cyrum regibus Persarū enume- ☞ ratis

Venit & visio ab hoc loco ad finē libri.

Psal. 31. b.

Ibidem c.

Consueuerunt prophetæ repētè personas introducere sine vlla verborum præfatione.

Bellum à Xerxe Græciæ illatum.

CAPVT XI.

¶ Daniel. a ¶ Qui subuertit Chaldæos & me de manu inimicorum quantum in se fuit liberauit, & annulo suo lacum leonum, ne me aduersarij interficerent, signauit.
¶ Ego Dominus.

Ego autem ab anno primo [a]Darij Medi stabam, vt confortaretur & roboraretur. ² Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimis super omnes, & cum inualuerit diuitiis suis concitabit omnes aduersum regnum

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XI.

☞ 1 Ego autem. *In cap. præcedent. ostensa est eminentia visionis, vt dictum est; hic consequenter circa istam visionem declaratur continentia veritatis. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostenditur futura violentia peruersorum contra electos; secundò finalis victoria electorum contra reprobos c. s.* In tempore autem illo. *Prima diuiditur in duas, quia primò explicatur processus regni Persarum in breui; secundò ortus regni Græcorum, & hoc vt sic perueniat ad Antiochum Epiphanem qui fuit de regno Græco, Fuit etiam figura Antichristi, de quo est principalis intentio vt videbitur, secunda, ibi,* Surget verò. *Dicit ergo primò sic,* Ego autem à pri. an. Da. Me. *Qui interfecit Baltha. vt supra dictum est in fi. v. c.*

Diuisio.

2 Stabam, vt confortaretur, *Regnum eius.*

3 Et roboraretur. *Aliqui exponunt dicentes, quod ista sunt verba Danielis, qui orabat pro Dario, qui eum multum honorauit, & eum de lacu leonum liberauit, vt dictum est supra 6. ca. & hoc etiam dicit glossa interlinearis. Sed hoc non videtur verum, quia verba immediate præcedentia sunt verba angeli loquentis Danieli, vt visum est. Similiter verba, immediate sequentia, quæ copulantur ad ista per dictionem copulatiuam, vt videbitur. Et ideo dicendum est, quod ista sunt verba angeli loquentis cum Daniele, qui offerebat preces Danielis coram Deo, vt visum est, & ideo sicut Daniel stabat pro confirmatione Darij orando pro ipso, ita similiter angelus preces Danielis offerendo, & etiam aliis modis, quia efficacior est virtus angeli quàm hominis.*

Cuius verba sint ista: Ego autem ab anno, &c.

4 Et nunc veritatem annuntiabo tibi. *Danieli, Scilicet, de regno Medorum & Persarum. Sequitur,*

5 Ecce adhuc tres reges stabunt, &c. *Primus fuit Cyrus qui successit prædicto Dario auunculo suo; Secundus fuit Cambyses filius Cyri; Tertius fuit Darius filius Hystaspis; in cuius anno 6. consummatum est templum, vt habetur 2. Esdræ 7. secundùm computationem Latinorum suprà positam cap. 9. & improbatam. Vocantur autem hic reges Persidis, quia licet esset vnum regnum Medorum & Persarum, tamen Cyrus qui tunc regnabat transtulerat caput monarchiæ ad Persas, à quibus primò fuerat promotus. Ista autem visio facta est Danieli anno tertio Cyri, vt visum est in principio 10. ca.*

Sedes imperij Persicæ.

6 Et quartus, &c. *Iste fuit Xerxes filius Darij secundum Latinos, qui fuit potentissimus respectu præcedentium, & vi armorum subiugauit Græciam regno Persarum, & hoc vsque ad tempora Alexandri Magni qui propter hoc postea contra regem Persarum bellauit, & hoc est quod dicitur hic.*

Xerxes belli causam Græcis præbuit.

7 Et cum inua. &c. *Prædictus Xerxes Rex Persarum.*

8 Et concit. om. bel. *Scilicet quos poterit inuenire.*

9 Aduersum reg. Græciæ. *Quod sibi subiugauit. Licet autem post istum Xerxem fuerint plures alij reges in Perside secundùm Latinos, scilicet 9. vsque ad Alexan. Magnum, qui interfecto Dario monarchiam* ☞ *Persa-*

MORALITER.

† 1 *Ego autem à prim. an. Dar. &c.* In hoc ca. secundum sensum litteralem describitur pugna regis Aquilonis contra regem Austri: quæ diu durauit & aliquando vnus, & aliquando alius superabat. Moraliter autem per istam pugnam signatur illa, de qua dicit apostolus Gal. 5. c. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* Per austrum verò, vnde prouenit feruor caloris, significatur feruor deuotionis: Per Aquilonem verò, vnde venit stridor frigoris, multiplicatio transgressionis, Mat. 24. *Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Ergo per regem Austri significatur ratio, quæ ad optima deprecatur, per regem Aquilonis significatur fomes, per quem homo ad vitia inclinatur: vnde dicitur Ier. 1. ca. *Ab aquilone pandetur omne malum.* Et aliquando superat ratio, aliquando verò fomes è conuerso, & hoc dupliciter: Vno modo in hominibus diuersis, nam in iuuenibus communiter magis viget fomes, in senibus autem ratio. Alio modo in eodem homine, in cuius iuuentute magis viget fomes communiter, & ratio in senectute. Aliquando tamen fit aliter per eruditionem & assuefactionem ad bonum vel ad malum ei oppositum.

Pugna carnis & spiritus.

ratis nouem præterierit, & ad Alexan. pertransierit. Non enim curauit spiritus propheticus historiæ ordinem sequi sed præclara quæque perstringere.

a *Rex for. & do.* HIER. in com. Alexander qui Illyricis Thracibusque superatis, victa Græcia, Thebisque subuersis, transiuit in Asiam, & fugatis Darij ducibus, vrbem Sardis cepit, posteaque capta India, & vrbe Alexandria condita, cum 30. duos haberet ætatis annos, & duodecimo anno imperij, in Babylone veneno interiit.

Gesta & mors Alexandri.

Græciæ. [3] Surget vero rex fortis, & dominabitur potestate multa, & faciet quod placuerit ei. [4] Et cum steterit, cōteretur ¶ Regnum eius. regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli, sed non in (a ¶ Quia liberos non habuit. b ¶ Quia diuisum regnum factum est debilius, dum successores etiam aduersum se intestino furore debacchantur.) posteros eius neque secundum potentiam illius, qua domi- (a ¶ Obscuriores & minores, scilicet Perdiccam, Crateron, Lysimachum.) natus est. Lacerabitur enim regnum eius etiam in externos (a ¶ Quatuor successoribus scilicet. ¶ Ptolemæus Lagi filius.) exceptis his. [5] Et confortabitur rex austri, & de principibus (¶ Ptolemæus Philadelphus.) eius præualebit super eum. Et dominabitur ditione. Multa

b *In quatuor ven.* HIERON. IBID. Orientem scilicet & occidentem, meridiē, septētrionem. In Aegypto enim, quæ est ad meridiem, primus regnauit Ptolemæus Lagi filius; In Macedonia, Philippus, qui & Arideus, frater Alexandri, id est, ad occidentem; Syriæ & Babylonis & superioribus locis, quæ sunt ad orientem, Seleucus Nicanor; Asiæ, & Ponto, & ceteris in eadem plaga prouinciis, Antigonus ad septentrionem: & hæc secundum totius orbis plagas dicimus. Qui autem in Iudæa est, ad Aquilonem Syriam, ad meridiem Aegyptum habet.

Laceratum Alexandri imperium.

c *Lacerabitur, &c.* HIER. IBID. Nam Cappadocia, & Armenia, Bithynia, Bosphorus, Eracliaque & aliæ prouinciæ de potestate Macedonum recedentes, diuersos sibi reges constituerunt.

† THEOD. in com. Non solùm in hos quatuor inquit, diuidetur Alexandri imperium, sed etiam aliis præter hos tradetur. His enim regnantibus, Arsaces Persa bello victor adeptus est regnum, & partem quamdam Persici imperij recuperauit: ex quo ad hoc vsque tempus, Persarum reges Arsacidæ vocantur, cùm super[iores] non Arsacidæ, sed Chamænides appellarentur. Romanis [a] Macedonico diuiso regno, maior fuit potentia, qui deniq[ue] his eisdem regibus tributum exegerunt. Duorum autem regnorum mentionem prætermittit, propterea quod nihil ab his calamitatis accidit Iudæis, aliorū verò duorum meminit, per quę difficiles calamitates experti sunt.

Persę sui imperij partē aliquam recuperant sub Arsace.

Macedones Romanis seruiunt.

d *Rex austri.* HIER. in cō. Ptolemęus Lagi filius, qui primus in Aegypto regnauit, vir prudentissimus, fortissimusque, ac ditissimus; adeò vt Pyrrhū regem Epirotarū expulsum restituerit in regnum, Cyprumque & Phœnicē obtinuerit, & deuicto Demetrio filio Antigoni, Seleuco regni sui partem quam Antigonus abstulerat restituerit. Cariam quoque & Phœnicem insulas multas, & vrbes & regiones sibi subiugauit.

Ptolemæi Lagi præclara gesta.

† THEOD. Ptolomæum Philopatorem dicit, qui non contentus Aegypti regno, etiam Phœnicem, & Samariam, Iudæamque sibi asciuit. Vnum autem de principibus eius corroboratum Scopam intelligit, cuius etiam Iosephus meminit. Qui multa eorum quæ extra Ptolomæi regnum erant, in eius ditionem redegit.

Ptolemæus Philopator & Scopas vnus ducū eius.

e *Et de principibus.* HIERŌN. in com. Ptolomæus Philadelphus secundus rex Aegypti filius Ptolomæi superioris sub quo LXX. Alexandriæ scripturam sanctam in Græcum dicuntur vertisse sermonem, qui & Eleazaro pontifici & templo multa dona misit, cuius bibliothecæ præfuit Demetrius Phalereus apud Græcos orator & philosophus. Hic tantæ potentiæ fuisse narratur, vt patrem Ptolomæum

Ptolemæus Philadelphus litteratus & potens.

NICOLAVS DE LIRA.

Persarum transtulit ad Græcos: tamen Angelus loquens Danieli illos omittit, quia iste Xerxes dedit occasionem Græcis bellandi contra Persas. Secundum verò opinionem Hebræorum, quam supra secutus sum. 9. cap. tamquam iudicio meo veriorem, primus quatuor regum Persidis de quibus fit hic mentio fuit Cyrus. Secundus verò Cambyses filius eius; Tertius Assuerus maritus Esther; Quartus verò Darius filius Assueri, quem debellauit Alexander magnus, eò quòd repetebat ab eo tributum, confidens in potentia sua & diuitiis. Et sic non oportet dicere, quòd Angelus omiserit aliquem de regibus Persarum à tempore Cyri vsque ad Alexandrum magnum: secundum enim computationem Latinorum Mardochæus fuisset 217. annorum quando fuit exaltatus ab Assuero, vt ostensum est supra 9. ca. quod videtur impossibile, vt ibi dictum est.

Quot reges regnarint in Persia à Cyro ad Darium quem deuicit Alexander.

1 Surget verò rex fortis. *Hic consequenter ponitur ortus regni Græcorum quantum ad monarchiam, quia ante erat regnum, de qua monarchia processit* Antiochus illustris radix peccati, *qui fuit figura Antichristi. Et diuiditur in duas partes, quia primò tractat de regno Alexandri, qui fuit primus rex, vt supra dictum est cap. 8. secundò de regnis duorum posterorum eius, scilicet Syriæ, & ægypti, ibi,* Et confortabitur rex Austri. *Dicit ergo sic,* Surget verò, *in Græcia.*

Diuisio.

2 Rex fortis, *Scilicet, Alexan. magnus.*

3 Et dominabitur, &c. *Quia multa regna sibi acquisiuit.*

4 Et faciet, &c. *Contra regnum Persarum.*

5 Et cum steterit. *Scilicet in robore potentiæ suæ & ætatis suæ.*

6 Contereretur regnum, &c. *Quia mortuus est veneno, cùm esset adhuc in flore iuuentutis suæ & potentiæ, vt suprà visum est 8. c.*

7 Et diuidetur. *Scilicet regnum eius,*

8 In quatuor ventos, &c. *Id est, in quatuor regna, quæ sita sunt ad quatuor principales partes mundi respectu Ierusalem; quia sicut suprà dictum est, Ptolomæus Lagi filius successit sibi in ægypto, quæ est ad meridiem respectu Ierusalem, propter hoc in sequentibus rex ægypti vocatur* rex Austri; *Seleucus successit sibi in Syria, quæ est magis ad Aquilonem respectu Ierusalem, propter quod in sequentibus rex Syriæ vocatur* rex Aquilonis; *Philippus autem frater Alexandri successit sibi in Macedonia & Græcia quæ est magis in occidente; Antigonus autem successit sibi in Asia, quæ est magis in oriente. Ex istis autem quatuor partibus mundi oriuntur quatuor principales venti, ideo regnum Alexandri dicitur hic diuisum in quatuor ventos cæli.*

Regnum Alexandri diuisum in quatuor vētos cæli.

9 Sed non in posteros. *Scilicet in filios eius, quia Alexander non habuit filios, & si habuit, non regnauerunt post eum.*

10 Neque secundum potentiam, &c. *Quia nullus de successoribus Alexandri fuit æqualis sibi in potestate, vnde sequitur,*

11 Lacerabitur enim regnum eius. *Quia multæ nationes recesserunt ab eius monarchia ipso mortuo, & multi etiam alij, quàm isti quatuor prædicti, imposuerunt sibi diademata: & hoc est quod dicit,*

12 Etiam in externos. *Hoc est, minores quàm sunt quatuor prædicti, diuidetur regnum eius; sed quia nulla regna istorum steterunt exceptis quatuor prædictis, ideo subditur,*

13 Exceptis his. *Scilicet prædictis quatuor.*

14 Et confortabitur rex austri. *Hic consequenter agitur de processu duorum regnorum, scilicet Ægypti & Syriæ, post mortem Alexandri. De aliis autem duobus regnis, scilicet Asiæ, & Macedoniæ non fecit Angelus mentionem: ratio huius est, quia regnum ægypti, & regnum Syriæ erant propinqua terræ Iudæ; quia Iudæa erat posita in medio, habens ægyptum ad Austrum, & Syriam ad Aquilonem, vt dictum est. Post mortem autem Alexandri magni regnum Ægypti & regnum Syriæ, habuerunt bellum ad inuicem sub multis regibus sibi succedentibus, vt videbitur. Filij autem Israel in medio positi, erant parua virtutis respectu istorum: & aliqui de populo Israel fauebant aliquando regi ægypti, aliquando regi Syriæ; ideo occasione huius rex ægypti aliquando debellabat filios Israel, quia fauebant suo aduersario; & eadem ratione aliquando rex Syriæ debellabat eos, & modo subiiciebantur vni, modo alteri: ideo de istis duobus regibus populum Israel successiuè affligentibus loquebatur angelus Danieli, qui desiderabat scire statum populi sui. De aliis autem duobus regibus scilicet Asiæ & Macedoniæ tacet: quia parum aut nihil habuerunt cum Iudæis agere. Ad maiorem autem euidentiam litteræ sequentis describuntur hic in figura subscripta reges Syriæ ex vna parte, & reges ægypti ex altera vsque ad tempus Antiochi Epiphanis: propter cuius regnum ista præmittuntur hic, quia fuit figura Antichristi, de quo principaliter hic intenditur.* Et confor. *sicut dictum est in hac parte tangitur processus regnorum ægypti & Syriæ. Et diuiditur in tres partes: quia primo tangit historiam istorum regum vsque ad Antiochum magnum, qui fuit pater Antiochi Epiphanis; secundo exinde tangit historiam de regno Antiochi magni, ibi,* Filij autem eius, *tertio describit Antiochi Epiphanis regnum, ad quod principaliter intendit venire, ibi,* Et stabit in loco eius despectus. *Dicit ergo primo sic.* Et conf. rex austri, &c. *Id est, ægypti: quia primus rex, qui ibi successit Alexandro, scilicet Ptolomæus Lagi filius, fuit vir prudens & fortis & multum dilatauit regnum suum.*

Cur de regnis Syriæ & Ægypti nō autem de regnis Asiæ & Macedoniæ fecit Angelus mentionē.

Diuisio.

Ptolemæus Lagi.

15 Et de princi. e. *Quod est sic intelligendum,* De principibus eius, *id est, de principibus ab eo descendentibus aliquis erit potentior eo, quia Ptolemæus Philadelphus filius eius fuit eo potentior & ditior & sapientior, vnde tempore eius LXX. Interpretes transtulerunt sacram scripturam in Alexandria, & tantus amator sapientiæ fuit, quod libros omnium gentium in sua bibliotheca congregauit; sequitur,*

Ptolemæus Philadelphus.

11 Lace- Et

lemæum vicerit. Ptolemæum Philadelphum narrant historiæ habuisse peditum 200. equitum 20. millia; curruum duo millia; elephantorum (quos primus duxit ab Æthiopia) 400. naues longas, quas Liburnas vocāt, mille quingentas; alias ad cibaria militum deportāda mille; auri quoque & argenti grande pondus, ita vt de Aegypto per singulos annos 14. millia octoginta taletā argenti acciperet, & frumēti artabas (quę mēsura tres modios & tertiā modij partē) quinquies & decies centena millia.

Eius opes immensæ.

a *Et post finem annorum fœderabuntur, &c.* † THEODORETVS in com. Post Ptolemæi Philopatoris obitum, regnauit Ptolemæus filius eius, Epiphanes appellatus; Regem verò Aquilonis appellat Antiochum, non Epiphanem, sed illū qui vocatus est Magnus, Antiochi Epiphanis patrem. Hic enim fuit Ptolemæis illis æqualis.

Antiochus magnus.

b *Filiaq; regis.* HIERON. in cō. Ideo cetera regna dimittens Macedoniæ scilicet & Asiæ, tantum de Syriæ & Aegypti regibus narrat, quia Iudæa in medio posita nunc ab his, nunc ab illis regibus tenebatur; & scripturæ sanctæ propositum est, non externam historiam texere, sed eam quæ Iudæis copulata est. *Filiaque regis Austri veniet ad regem aquilonis, &c.* Berenice filia Ptolemæi Philadelphi veniet nuptura ad Antiochum post bella diutina.

Cur nihil de regno Asiæ & Macedoniæ prædicatur?

c *Et tradetur ipsa, & qui adduxer. &c.* HIERON. in com. A Laodice priore vxore Antiochi, quem ipsa prius veneno occidit, quāuis amore eius victus in honorem restituisset eam, cum prius præposita Berenice haberet eam quasi concubinam, sed timuit mentem viri dubiam.

Antiochus à priore vxore Laodice veneno sublatus.

d *Et veniet [illegible] exercitu, &c.* † [illegible] DORET. in [illegible] tertius nos Ma[illegible] eorum liber edocuit, Ptolemæum, præter omnem spem deuicto Antiocho magno, ad Hierosolyma peruenisse, Deoque sumptuosa obtulisse sacrificia, conatumque ingredi in adyta tēpli, sacerdotibus, qui supplicantes eum arcebant, cum non obtemperasset, inuisibilibus flagellis percussum fuisse. Tum ille interminatus Iudæis, Alexandriam se recepit, & illa facere aggressus est, quæ historia docet.

Quià Ptolemæus deuicto Antiocho Ierosolymis egerit?

e *Obtine.* HIER. in com. Quia in Aegypto seditionem moueri audiuit, tulit de Aegypto Seleuci 400. millia talentorum argenti & vasa pretiosa, simulacraque duo millia & quingenta, in quibus & illa quæ Cambyses ex Ægypto capta in Persas portauit: & Syriam quidem ipse obtinuit, Ciliciam amico suo Antiocho tradidit, & Xanthippo alteri duci prouincias trans Euphratem.

Alia eiusdē gesta.



a ¶ Multorum quibus pugnarunt. b ¶ Amici fient.
¶ Ptolemæus Philadelphus & tertius in Syria Antiochus, qui & theos, id est, Deus.

a enim dominatio eius. [6] Et post finem annorum fœderabuntur. 1

a ¶ Beronice. b ¶ Ptolemæi Philadelphi. c ¶ Post diutina bella. ¶ Nuptura. d ¶ Antiochum.

b Filiaque regis austri veniet ad regem aquilonis facere ami- 2

a ¶ Inter patrem & maritum. b ¶ Beronice. c ¶ In regno Syriæ. 3

citiam: & non obtinebit fortitudinem brachij, nec stabit se- 4

a ¶ Filius qui ex Antiocho natus est ei. b ¶ Antiochiæ principibus Eacleoni & Genueo occidenda cum filio. 5

c men eius. Et tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam adoles- 6

¶ Per quem poterat præualere. ¶ Ipse Antiochus veneno occisus, qui scilicet tertius regnauit in Syria, primus enim regnauit Seleucus, qui & Nichanor, secundus Antiochus Sother. a ¶ In regno. 7 8

centes eius, & qui confortabat eam in temporibus. [7] Et stabit 9

a ¶ Ptolemæi Philadelphi. b ¶ Ptolemæus Euergetes frater Beronice qui regnum Syriæ abstulit Galerico quem Laodice Antiocho patri surrogauit. 10

d de germine radicum eius plantatio. Et veniet cum exer- 11

a ¶ Syriam.

citu & ingredietur prouinciam regis aquilonis, & 12

a ¶ Subuertet. b ¶ Matre & filio. c ¶ Iure victoris intantum vt Syriam caperet & Ciliciam, & superiores partes trans Euphratem, & prope vniuersam Asiam. 13

e abutetur eis, & obtinebit. [8] Insuper & Deos eorum 14 15

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et post finem an. fœde. *Quia iste Ptolemæus Philadelphus multum depresserat regem Syriæ, sicut & pater eius: sed voluit finem ponere bello, & sibi fœderare regem Syriæ, dando sibi suam filiam vxorem nomine Berenicem; vt sic regnum Syriæ acquireret nepotibus suis, & hoc factum est tempore tertij regis Syriæ, scilicet Antiochi Theos, & hoc est quod subditur hic.*

Fœdus & affinitatem ineunt reges Syriæ & Aegypti.

2 Filiaque regis austri, *Id est, Aegypti.*

3 Veniet ad regem aquilo. *Id est, Syriæ.*

4 Facere amicitiam. *Inter patrem & maritum per matrimonium prædictum:*

5 Et non obtinebit fortitudinem. *Id est, filia regis prædicti non tenebit fortitudinem regni Syriæ.*

6 Nec stabit semen. *Id est, filij ex ea nati non obtinebunt regnum, sicut cogitauerat rex ægypti Ptolemæus Philadelphus, vt dictum est: Ratio autem eius fuit, quia Antiochus Theos rex Syriæ habebat aliam vxorem nomine Laodicen, & ex ea filium nomine Seleucum Callinicum; Ista autem Laodice quæ fuit prima vxor Antiochi Theos, reputata est quasi ancilla, postquam copulata est ei Berenice filia regis ægypti; sed tamen postea recepta fuit ab eo in gratiam: & ipsa timens ne iterum à marito expelleretur cum filio suo pro Berenice & filiis suis, ideo maritum suum veneno interfecit, & Berenicen cum filiis suis occidi procurauit, & sic filius eius Seleucus Callinicus patri suo in regnum successit. Et hoc est quod dicitur,*

Antiochus Theos ab altera vxore sublatus.

7 Et tradetur ipsa, *Scilicet Berenice filia regis Aegypti, quæ tradita fuit ad mortem, vt visum est;*

Berenice filia Ptolemæi Philadelphi occisa.

8 Et qui adduxerunt eam adolescentes eius, &c. *Id est, domicelli qui venerant cum ea de ægypto in Syriam, & erant in comitiua eius, quia tota familia eius interfecta est cum ea.*

9 Et qui confortabat eam in temporibus. *Id est, maritus eius, qui interfectus est cum ea, veneno tamen, vt visum est.*

10 Et stabit de germine radicum eius plantatio. *Quia Ptolemæus Euergetes frater prædictæ Berenicis, & filius Ptolemæi Philadelphi, qui processit ex eadem radice cum ea, regnauit post patrem in ægypto: & sic stetit in regno loco patris sui.*

Ptolemæus Euergetes.

11 Et veniet cum exercitu, &c. *Quia [illegible] vindicandum mortem sororis suæ Berenicis, congregauit exercitum magnū [illegible] fortem, & ingressus est regnum Syriæ: & interfecit Seleucum Callini[illegible] gnantem cum matre sua, & hoc est quod dicitur hic,*

12 Et ingredietur prouinciam regis aquilonis. *Id est, Syriæ.*

13 Et abutetur eis. *Id est, Seleuco Callinico & matre eius, quibus opprobria intulit.*

14 Et obtinebit. *Quia iure victoriæ eos occidit. Quia tamen habita hac victoria, etiam audiuit dissensionem ortam in ægypto ideo festinanter reuersus est de Syria portans secum idola auri & argenti & alia pretiosa iocalia illius regni, & hoc est quod dicitur hic,*

15 Insuper & Deus eorum & sculptilia, *Obtinebit, supple.*

a *Et ve. pro.* HIERON. in com. Occiso Seleuco maiore fratre tertio anno imperij sui in Phrygia per dolum Nicanoris Apaturij venit Antiochus magnus de Babylone in Syriam, quam tunc tenebat Ptolemæus Philopator filius Euergetis. qui quartus regnauit Ægypto. *Et veniet pro.* Cum enim aduersus duces Ptolemæi proditione Theodotij obtinuisset Syriam (quæ per successionem à regibus iam Ægypti tenebatur) in tãtam venit audaciam, contempta luxuria Philopatoris, & [illegible] artibus quib[illegible] seruire dicebat[illegible] tro Aegyptiis [illegible] m inferre conaretur.

Antiochus magnus exturbat Aegyptios Syria.

b *Conuertetur, &c.* HIERON. in com. Antiochus magnus audita Philopatoris luxuria, vel morte, cum Philippo Macedone cõmuni manu eius regnum aggreditur facta pace cum Agathocle & Ptolemæo Epiphane cũ quibus antea dimicabat: hac conditione, vt proximas ciuitates de regno Ptolemæi regni suo iungeret: & hoc est, *multi con.* &c.

Parat bellũ inferre Ptolemæo Philopatori.

c *Filij quoque præ.* HIERON. IBID. Pugnantibus contra se magno Antiocho ducibus Ptolemęi, Iudæa in medio posita in contraria studia scindebatur, aliis Antiocho, aliis Ptolemæo fauentibus. Denique Onias quoque sacerdos domini, assumptis plurimis Iudæorum fugit in Aegyptum, & à Ptolemæo honorificè susceptus, accepit eam regionem quæ Heliopoleos vocabatur, & cõcedẽte rege, tẽplum extruxit in Aegypto simile Iudęorum templo quod permansit vsque ad imperium Vespasiani an. ducentis quinquaginta. Ipsa autẽ vrbs quæ vocabatur Oniæ, dimicantibus postea aduersum Romanos Iudæis, vsque ad solũ * deleta est, vt neque vrbis neque templi vllum restaret vestigium. Sub occasione igitur Oniæ pontificis infinita Iudęorũ agmina in Aegyptum confugerunt. Eo tẽpore & Cyrene eorum multitudine repleta est: asserebat enim se Onias Isaiæ implere vaticinium scribentis. *Erit altare domini in Aegypto, & titulus eius in terminis eius*, & hoc est; *Filij quoque præuaricatorum populi, &c.*

Iosephus li. 13. ant. c. 6. & li. 7. belli Iud. c. 39.
Iudæi ad Aegyptum fugiunt ad Heliopolin.
* dirutæ.
Templum ab Onia Põtifice ibi constructũ.
Isa. 19. c.

& sculptilia, vasa quoque pretiosa auri & argenti captiua ducet in Ægyptum. Ipse præualebit aduersus regem aquilonis. [9] Et intrabit in regnum rex austri, & reuertetur ad terram suam. [10] Filij autem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum. Et veniet properans & inundans & reuertetur, & concitabitur, & congredietur cum robore eius. [11] Et prouocatus rex austri egredietur, & pugnabit aduersus regem aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam: & dabitur multitudo in manu eius, [12] & capiet multitudinem, & exaltabitur cornu eius, & deiiciet multa millia, sed non præualebit. [13] Conuertetur enim rex aquilonis, & præparabit multitudinem multo maiorem quam prius. Et in fine temporum annorumque veniet properans cum exercitu magno & opibus nimiis. [14] Et in temporibus illis multi consurgent aduersus regem austri. Filij quoque præuarica-

¶ Scilicet Euergetes. ¶ Scilicet Callinicum.
a ¶ Seleucus, Ceraunus, & Antiochus magnus. b ¶ Callinici Seleuci. c ¶ Spe victoriæ in parentis vltionem. d ¶ Ambo fratres. e ¶ Aduersus Ptolemæum Philipatorem.
¶ Regna orientis. a ¶ Antiochus magnus.
a ¶ Amissa Syria proditione Theodotij. b ¶ Philopator. c ¶ Congregata multitudine.
a ¶ Antiochum magnum, quem nunc regem aquilonis, nunc regem austri vocat, secundum situm Aegypti & Iu[dææ]. Idem enim locus pro qualitate loci alteri ad aquilonem est, verbi gratia. Si de Iudæa dic[illegible] Aegyptiis ad Aquilonem, Syriis ad Austrum est.
a ¶ Inito certamine iuxta oppidum Raphiæ quod est in foribus Aegypti, vbi omnem Antiochus amisit exercitum, & per desertum fugiens pene captus est.
a ¶ Potestas. b ¶ Philopatoris. c ¶ Antiochi.
a ¶ Capere aduersarium, quia tandem quibusdam conditionibus pugna finita est. b ¶ Antiochus.
¶ Solito.
¶ Rupto fœdere.
a ¶ Ptolemæum, scilicet Epiphanem mortuo Philopatore patre eius, qui tunc erat quatuor annorum.
b ¶ Relinquentes legem volentes contra præceptum in alio loco domino immolare.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vasa quoque pretiosa auri & argenti captiua ducet in Aegyptum, *Ipse scilicet Ptolemaus Euergetes.*

2 Ipse præualebit aduersus regem aquilonis, *Id est, aduersus regem Syria Seleucum, vt visum est.*

3 Et intrabit in regnum. *Scilicet, suum,*

4 Rex austri, *Id est, Aegypti.*

5 Et reuertetur ad terram suam. *Deuicta tamen & spoliata Syria, modo prædicto.*

6 Filij. *Hic consequenter agit de regno Antiochi magni, qui fuit filius Seleuci regis Syria. Et diuiditur in duas partes, quia primo ostenditur qualiter pugnauit contra Ptolemaum Philopatorem; secundo qualiter pugnauit contra filium eius Ptolemaum Epiphanem, ibi,* Conuertetur enim rex aquilonis. *Circa primum considerandum, quòd mortuo Seleuco rege Syria vt prædictum est, duo filij eius, qui tunc erant paruuli, creuerunt scilicet Seleucus Ceraunos qui erat primogenitus, & Antiochus magnus qui erat secundus natus. Mortuo autem Ptolemao Euergete, qui patrem eorum interfecerat & matrem, vt visum est, regnante Ptolemao Philopatore in Aegypto loco patris sui Ptolemai Euergetis, duo fratres prædicti mouerunt contra eum prælium ad vindicandum mortem parentum, sed infra breue tempus Seleucus Ceraunos mortuus est, & sic Antiochus magnus solus iuit ad pugnandum contra Ptolemaum Philopatorem: tamen Antiochus victus fugit de campo, & hoc est quod dicitur,* Filij autem eius, *id est, Seleuci Callinici.*

Diuisio.

Filij Seleuci Callinici bellum Aegyptio inferũt in vltionem paternæ necis.

7 Prouocab. *Scilicet ad vindicandum mortem patris & matris ipsorum.*

8 Et congrega. mul. exer. plu. *Ad pugnandum contra Ptolemaum Philopatorem.*

9 Et ve. properans. *Quia antequam committerent bellum cum rege Aegypti, Seleucus Ceraunos frater senior mortuus est, & audita morte, frater eius Antiochus magnus festinanter venit de Babylone, vt cum exercitu pugnaret aduersus Ptolemaum, & hoc est, quod dicitur,* Et ve. prope. & inun. reuer. *Scilicet de Babylone audita fratris morte.*

10 Et con. cum. ro. eius. *Id est, cum forti exercitu veniet ad pugnandum contra Ptolemaum regem Aegypti.*

11 Et prouo. rex au. *Id est, rex Aegypti.*

12 Egred. *Obuiam Antiocho magno.*

13 Et pugna ad. re. aqui. *Id est, contra Antiochũ magnum regem Syria:*

Vincuntur Syrij ab Aegyptiis

14 Et præparabit mult. nimiam. *Id est, multo maiorem, quàm sit multitudo exercitus Antiochi.*

15 Et dabitur mul. in ma. eius. *Quia exercitus Antiochi deuictus fuit à Ptolemao Philopatore.*

16 Et capiet mul. *Quia multos de exercitu Antiochi cepit viuos.*

17 Et exaltabitur cornu eius, *Id est, cor Ptolemai Philopatoris propter victoriam habitam.*

18 Et deiecit multa. *Scilicet de exercitu Antiochi.*

19 Sed non præua. *Scilicet quia non potuit capere Antiochum sed euasit per figuram.*

20 Conuertetur. *Hic consequenter describitur pugna Antiochi magni contra Ptolemaum Epiphanem. Et diuiditur in tres partes, quia primo facit quod dictum est; secundo ponit quoddam incidens ibi,* Filij quoque; *Tertiò reuertitur ad propositum, ibi,* Et veniet. *Circa primum considerandum quod Antiochus magnus deuictus à Ptolemao Philopatore, vt visum est, vt posset vindicare opprobrium suum, insurrexit contra Ptolemaum Epiphanem regnantem in Aegypto loco patris sui defuncti, scilicet Ptolemai Philopatoris. Et hoc est quod dicitur,* Conuertetur, *Id est, Antiochus magnus rex Syria.*

Instaurat Antiochus magnus bellũ contra Aegyptios.

21 Et præpa. *Scilicet in pugna, quam habuerat contra Ptolemaum Philopatorem.*

22 Et in fine temporum annorumque. *Id est, post magnum tempus, mortuo Philopatore prædicto.*

23 Veniet pro. *Scilicet iste Antiochus magnus,*

24 Cum exer. ma. *Ex multitudine bellatorum,*

25 Et opibus ni. *Ex abundantia pecuniarum & victualium:*

26 In temporibus, &c. *Id est, contra Ptolemaum Epiphanem regem ægypti: quia Philippus rex Macedonum confœderatus Antiocho magno, inuadebat ægyptum cum eo tali pacto, quòd quilibet eorum haberet ciuitates propinquiores regno suo quas possent acquirere in ægypto.*

27 Filij quoque. *Hic ponitur quoddam incidens illius tẽporis, quia tempore Ptolemai Epiphanis, Onias qui erat summus sacerdos in Iudaa fugit in ægyptũ, dicens se velle implere prophetiã Isai. 19. c.* In die illa erit al. do. in me, &c. *Et ideo honorificè susceptus est à Ptolemao Epiphane, & fecit ei templum simile templo Ierosolymitano, & hoc est quod dicitur Danieli, hic,* Filij quoque præuaricatorũ populi tui. *Id est, populus Israel de quo erat natus Daniel.*

Onias in Aegyptum fugiens erigit ibidem templum & altare.

13 Et

Extol-

a Et veniet Rex aquilonis, & comportabit, &c. HIER. in com. Cùm Antiochus teneret Iudæam, missus Scopas dux Ptolemæi cōtra eum, fortiter dimicans cepit Iudæam, & in Ægyptum reuersus est.

Scopas Ptolemæi Dux occupat Iudæam.

b Et consurgent ele. eius. IBID. Antiochus magnus volens recuperare Iudæam, & Syriā, & vrbes plurimas, Scopam ducem Ptolemæi iuxta Iordanem (vbi nūc Paneas condita est) fugauit, & cum 10. milibus armatorum Sidonem obsedit: ad cuius liberationem misit Ptolemæus duces inclytos, sed obsidionē soluere non potuit, sed fame superatus Scopas manus dedit, & nudus cum sociis dimissus est.

Ab Antiocho magno superatur.

c Et filiam fe. &c. IBID. Septimo anno regni, adolescenti Ptolemęo filiam despondit, & tredecimo tradidit, dataque est ei dotis nomine Syria & Iudæa.

d Conuertet faciem suam ad insulas, &c. † THEODORETVS in com. Multis insulis in suam ditionem redactis, illarū principes imperio abdicatos ludibrio exposuit. Verum nec ipse opprobrij expers mansit. Romani enim illi ad Thermopylas debellato, compressaque eius ingenti audacia, mille imposuerunt talentorum tributum, quod sibi singulis annis eum afferre coëgerunt: filiumque eius Antiochum cognomento Epiphanem, acceptum obsidem Romæ custodiebant, quod nos edocet primus liber Machabæorum.

Antiochus Magnus à Romanis victus.

---

torum populi tui extollentur, vt impleant visionem, et corruent.[15] Et veniet rex aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas, & brachia austri non sustinebunt. Et consurgent electi eius ad resistendum, & non erit fortitudo.[16] Et faciet veniens super eum iuxta placitum suum: & non erit qui stet contra faciem eius. Et stabit in terra inclyta, & consumetur in manu eius,[17] & ponet faciem suam, vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius, & recta faciet cum eo. Et filiam feminarum dabit ei vt euertat illum. Et non stabit, nec illius erit[18] & conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas, & cessare faciet principem opprobrij sui. Et opprobriū eius cōuertetur in eū.[19] Et cōuertet faciem suā ad imperiū terræ suæ, & impinget & corruet, & non inuenietur.[20] Et stabit in loco eius vilissimus & indignus decore regio, & in paucis

In superbiam, iactantes se præceptum domini implere. a Isaiæ. b Sed. c Et vrbe & templo dirutis.

a Antiochus magnus volens recuperare Iudæam. b Ad oppugnandum præsidium Scopæ in arce Ierosolymorum quem & cepit.

a Quas prius Ptolemæus tenebat. b Fortitudo. c Aegypti. d Eum.

a Duces Ptolemæi. b Vt liberetur Scopa ab obsidione.

a Iudæa, propriè Ierusalem, in qua honorificè susceptus partes Scopæ persecutus est.

a Non solum Syriam & Ciliciam & alias prouincias quæ Ptolemæi erant.

a Cleopatram. b Pleonasmos, vt est illud: Sic ore locuta est vocemque his auribus hausit, Superflua dictio. c Ptolemæum (alias, illud) regnum scilicet. d Fraus eius scilicet, quia Ptolemæus & duces eius sentientes dolum cautius egerunt, & Cleopatra magis viri quam parentis partes fouit.

a In Asiam. b Nauali pugna.

a Rhodum, Samum, Colophonam & alias multas. Sed occurrit Scipio Nasica cum fratre Publio Scipione Aphricano qui Annibalem vicerat. Victus ergo Antiochus intra Taurum regnare * iussus est, & inde fugit ad Apamiam & Susan & vltimas regni sui penetrauit ad vrbes. Cumq; aduersus Elymeos pugnaret, cum omni exercitu deletus est. b Epiphanem quem impugnabat inuadendo Romanorum imperium, quiescere permisit. c Victi & expulsi à Romanis.

a De Asia fugiens.

Locus eius.

a Seleucus Philopator magni Antiochi filius qui in Syria nihil digni gessit vel patris imperio, & sine vllis præmiis inglorius periit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Extollentur, vt imp. vi. *Scilicet Isaiæ prædictam. Dicuntur autem isti filij præuaricatorum, id est, de numero præuaricatorum, quia non erat eis licitum templum ædificare & hostias offerre extra Ierusalem, & propter hoc in pœnam peccati eorum subditur,*

2 Et corruent. *Quia à Romanis postea destructum est illud templum & ciuitas in qua erat, quæ vocabatur tunc ciuitas Oniæ.*

3 Et veniet. *Hic reuertitur ad propositum, scilicet ad describendum pugnam Antiochi magni contra Ptolemæum Epiphanem, & hoc est quod dicitur,* Et ve. rex aquil. *Id est, Antiochus magnus rex Syriæ cum alio rege prædicto.*

Antiochus magnus exturbat Ptolemęum Epiphanem tota Syria.

4 Et compor. ag. *Id est, faciet comportari per multitudinem exercitus sui.*

5 Et capiet vrbes munitissimas, *Id est, ciuitates quas reges ægypti ceperant prius in regno Syriæ & eas munierant, vt melius possent eas tenere contra regem Syriæ.*

6 Et brac. au. non su. *Id est, fortes milites ægypti positi in prædictis ciuitatibus ad eas custodiendum non potuerunt eas tenere.*

7 Et consurgent ele. *Quia magni principes de ægypto voluerunt succurrere illis, qui erant obsessi ab Antiocho in ciuitatibus prædictis.*

8 Et non erit for. *Quia non poterunt eis succurrere.*

9 Et fac. veniens super eum. *Id est, contra Ptolemaum.*

10 Iuxta placitum suum. *Quia ciuitates prædictas recuperauit.*

11 Et non erit qui stet contra fa. *Scilicet regis Syriæ.*

12 Et sta. in ter. incly. *Id est, in Ierusalem & Iudæa, quæ dicitur inclyta propter cultum diuinum ibi existentem, quia Antiochus ibi honorificè susceptus est.*

13 Et consumetur in manu eius. *Quia inde abstulit præsidium Ptolemæi regis ægypti, & eos qui fauebant sibi.*

14 Et ponet faciem suam, *Id est, totam attentionem,*

15 Vt ve. ad tenen. vniuer. regnum eius. *Id est, regis ægypti, quia non sufficit Antiocho magno recuperare ciuitates, & loca prædicta, sed voluit obtinere totum regnum ægypti: verumtamen quia perpendit, quod hoc non poterat virtute armorum, ideo simulauit facere pacem cum Ptolemæo Epiphane, & quærere bonum eius, propter quod dedit ei filiam suam Cleopatram in vxorem, vt sic melius posset ingredi ægyptum, & hoc est quod dicitur hic.*

& pacis studium fingēs Aegyptum occupare parat.

16 Recta fa. cum eo. *Quia Antiochus magnus fecit recta cum Ptolemæo secundum apparentiam tuam.*

17 Et filiam fe. *Id est, de numero feminarum,*

18 Dabit ei. *Scilicet, Cleopatram.*

19 Vt euertat illum, *Id est, decipiat, occasione filiæ habens ingressum familiarem intra ægyptum, vt sic posset capere eum.*

Non succedit ei prædicta machina.

20 Et non stabit. *Scilicet fraudulentia Antiochi.*

21 Nec illius erit. *Scilicet regnum ægypti, vt cogitauerat, quia duces ægypti perceperunt fraudem Antiochi & cautius se habuerunt circa eum, Similiter filia eius Cleopatra magis fauit marito suo regi Aegypti, quàm patri suo Antiocho.*

22 Et conuer. faciem suam ad insu. *Quia Antiochus magnus videns se defraudatum à spe obtinendi regnum ægypti, conuertit se ad debellandum insulas Asiæ.*

23 Et capiet multas. *De illis insulis.*

24 Et cessare fa. prin. oppro. sui. *Id est seipsum, quia hoc faciendo prouocauit opprobrium suum. Insulæ enim Asiæ erant confœderatæ Romanis, ideo ab eis missus est Scipio Aphricanus contra Antiochum, qui deuicit eum; & de campo fugauit, propter quod subditur,*

Antiochus magnus à Romanis superatus.

25 Et opprobrium eius con. in eum. *Id est, in Antiochum. Hæc autem expositio videtur esse contraria textui, quia per hoc Antiochus non fecit opprobrium suum cessare, sed magis augeri, propter hoc recurrendum est ad litteram Hebraicam, quæ talis est,* Et reducet dominus opprobrium suum super eum, *quia propter blasphemias cōtra Deum incurrit dictum opprobrium,* Et absque opprobrio suo reddet ei, *quia nihil deperiit ipsi Deo propter blasphemias Antiochi.*

26 Et conuertet faciem suam ad imperium ter. suæ. *Quia fugiens de Asia voluit ad terram redire.*

27 Et impinget. *Quia in ipso reditu occisus fuit in templo Namneæ 2. Machab.*

28 Et non inueniet. *Quia ipse, & qui cum eo erant, diuisi fuerunt membratim, ita quod eius cadauer non fuit cognitum nec sepultum. Dicunt tamen aliqui quod in dicto reditu occisus fuit pugnans contra Elymeos, & quod primum capitulum secundi Machabæorum loquitur de Antiocho Epiphane eius filio.*

29 Et sta. in lo. eius vi. *Id est, Seleucus filius eius senior, qui propter inertiam dicitur hic vilissimus.*

Seleucus filius Antiochi magni.

30 Et indi. de. re. *Id est, honore regali.*

31 Et in pau. die. conte. *Quia parum regnauit.*

a Et stabit in loco, &c. HIER. in com. Antiochus Epiphanes scilicet frater eius primò omnibus vilis & despectus, sed quasi mansuetus & lenis fraudulenter regno potitus est, Hunc locum & quæ sequuntur, quidam tantum ad Antiochum referunt: nostri quædam ad eum, quędam ad Antichristū, cuius ille prętulit typum, quædā ad vtrumque, sicut 70. Psalmo Salomonis nomine intitulato, quædam ad eū, quędam referuntur ad Christum, quædam vtrique couenіunt. Et stabit in lo. e. desp. Hucusq; de ordine historiæ inter Porphyrium & nostros nulla contentio est: quæ sequuntur vsque ad finem voluminis, ille interpretatur super Antiochum Epiphanem, Seleuci fratrem, Antiochi magni filium, qui post Seleucum 11. annis regnauit in Syria obtinuitque Iudæam, sub quo legis Dei persequutio, & Machabæorum bella. Nostri hæc omnia de Antichristo prophetari dicunt, Et sta. in lo. e. desp. Antichristus scilicet, qui in fine mundi consurget de Gente modica, id est, de populo Iudæorum, tam humilis atque despectus, vt ei non detur honor regius, sed fraudulenter obtineat principatum.

Vtrum littera ab hoc loco de Antiocho Epiphane an de Antichristo exponi debeat.

Antichristi genus.

b Et brachia pu. HIER. in com. Populi Romani expugnabuntur ab eo & conterentur, & hoc faciet, quia simulabit se ducem esse fœderis, id est, legis & Testamenti Dei; & ingredietur, vrbes ditissimas, & faciet quæ non fe. pa. eorum, &c. Nullus enim Iudæorū, præter eum, in toto vmquā orbe regnauit. Hic contra firmissimas cogitationes, sanctorum scilicet, inibit consilium Antiochus Antichristi typus, in quo quæ ex parte præcedunt: in Antichristo omninò sunt complenda, sicut Salomon typus Christi. Est enim mos scripturæ sanctæ, vt futurorum præmittat veritatem in typis. Sic in Psal. qui intitulatur nomine Salomonis, non omnia conueniunt ei: vt hoc, Et permanebit cum sole & ante lunam, &c. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & cetera huiusmodi. Et sicut hic, Benedicentur in ipso omnes tribus terræ, &c. Ex parte autem & quasi in vmbra & imagine veritatis in Salomone præmissa sunt, quæ in Saluatore perfectè implentur.

Psal. 71. a. Ibidem. b. Ibidem. d.

(a Virtus Romani populi ab eo contereretur, id est, Antichristo. b Antiochus Epiphanes.)

a diebus contereretur, non in furore nec in prælio. [21] Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius, Et veniet clàm & obtinebit regnum in fraudulentia. [22] Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius & con-

(a Seleuci fratris. b Ab his qui in Syria seruiebant Ptolemæo. a Clementiam simulans. b Fortitudo, vnde & manus appellatur exercitus magnitudo. a Ptolemæi scilicet Philometoris. b Philometoris duces. c Antichristi.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non in fu. nec in præ. *Quia non fuit homo bellicosus nec militaris.*

2 Et stabit in loco eius, &c. *Hic consequenter agit de regno Antiochi Epiphanis, qui fuit figura Antichristi, vt dictum est, de quo principaliter agitur hic. Ad euidentiam autem eorum, quæ sequuntur, sciendum, quod illud, quod est figura alicuius vel signum, oportet quod sit res aliqua: Illud enim quod nihil est, non potest esse signum alicuius vel figura, & ideo illud quod est figura vel signum alicuius potest dupliciter considerari quo ad præsens: Vno modo vt est figura tantum vel signum, Alio modo vt est res quædam in se, & tamen figura alicuius, sicut circulus pendens ante tabernam, potest considerari vt est signum vini existentis in cellario tantum, vel prout est signum vini, & cum hoc vt est res aliqua in se. Illa autem quæ dicuntur de figura vel signo primo modo, intelliguntur vera tantum esse de his, quorum sunt signum vel figura: quia figura inquantum figura ducit tantum in cognitionem alterius. Illa autem quæ dicuntur de signo vel figura secundo modo, verificantur de vtroque, scilicet de re quæ figura est, & de eo cuius est figura. Simili modo est in sacra scriptura: quia si aliquid dicatur de aliquo vt est figura alterius tantum, tunc sensus litteralis est vnus tantum, scilicet de illo cuius est illa figura: sicut de Salomone vt est figura Christi tantum, dicitur illud Psal. 71. b.* Et dominabitur à mari vsque ad mare & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, *& ideo solum verificatur de Christo ad litteram, non de Salomone, cuius regnum solum fuit in Iudæa, Sed illud quod dicitur de aliquo secundùm se, & vt est figura alterius, illud verificatur ad litteram de vtroque, tamen principaliter de illo cuius est figura: sicut de Salomone dicitur* 1. Paralipom. 22. c. Ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem, *Quod verificatur de Salomone, & Christo cuius Salomon erat figura: Sed principaliter de Christo, qui est filius naturalis Dei, Salomon autem fuit filius eius per adoptionem gratiæ, saltem in principio regni. Similiter dicendum est in proposito, quod Antiochus illustris, qui est figura Antichristi, potest dupliciter considerari. Vno modo vt est figura Antichristi tantum, & sic ista quæ dicuntur de Antiocho verificantur tantum ad litteram de Antichristo, Alio modo potest accipi vt est figura Antichristi, & cum hoc vt secundum se est aliquid: & sic illa quæ dicuntur de ipso verificantur de vtroque, De Antiocho tamen imperfectiùs, & perfectiùs de Antichristo cuius est figura, sicut dictum est suprà 8. cap. quia ea quæ ibi dicta sunt verificantur de vtroque. In hoc capitulo autem aliqua dicuntur de Antiocho prædicto, isto duplici modo, & ideo diuiditur in duas partes, quia primo ponuntur ea quæ dicuntur de Antiocho secundum se, & vt est figura Antichristi, & sic verificantur de vtroque, secundo ea quæ dicuntur de Antiocho, vt est figura Antichristi tantum, & sic verificantur de solo Antichristo, ibi.* Et faciet rex secundum voluntatem suam. *Prima in tres, quia primo ostendit qualiter obtinuit regnum Syriæ fraudulenter, secundò, agit de pugna Antiochi, contra Ptolemæum nepotem suum, ibi,* Et brachia, *Tertiò qualiter pugnauit contra filios Israel, ibi,* Et reuertetur in terram suam. *Circa primum sciendum, quod Antiochus magnus, de quo dictum est, duos filios habuit, vnum qui vocatus est Seleucus Philopator, & fuit primogenitus, alius autem vocatus est Antiochus Epiphanes, vel illustris, quod idem est, & ille traditus est Romanis obses pro patre suo, ne à fidelitate Romanorum recederet. Mortuo igitur Antiocho magno vt prædictum est, successit ei in regnum Seleucus filius eius primogenitus, de quo dictum est hic, quod fuit vilissimus & indignus honore regio, propter inertiam suam, igitur Antiochus Epiphanes qui erat Romæ obses, audita morte patris sui, & sciens inertiam fratris sui regnantis: occultè recessit de Roma sine scitu senatorum, vt communiter dicunt historiographi. Aliqui autem dicunt (licet pauci) quod recessit de licentia senatorum, non tamen est vis qualiter recesserit, siue sic, siue sic, veniens igitur in Syriam vbi regnabat frater suus, cœpit simulare benignitatem erga ciues, & audaciam contra hostes, & per hoc attraxit multos ad se: propter quod fratre eius mortuo, qui parum regnauit, vt dictum est, obtinuit regnum eius, & nepotem suum, scilicet filium fratris sui, priuauit regno sibi debito, & hoc est quod dicitur hic:* Et stabit in loco eius, *Id est, Seleuci.*

Describit quid sit figura, & signum.

Vnde deprehendere possumus vnam scripturam sufficere duos sensus litterales?

Diuisio.

Quomodo Antiochus Epiphanes Romæ datus obses occultè infugerit & Syriam occupauit.

3 Despectus. *Id est, Antiochus Epiphanes qui dicitur hic despectus quia fuit Romæ obses.*

4 Et non tribuetur ei honor regius. *In principio, quia pater suus Antiochus magnus declarauit in testamento suo sibi succedere in regno Seleucum, quia tunc erat consuetudo quod pater præferebat in regno suo de filiis suis quem volebat.*

5 Et veniet clam. *Id est occultè, quia de Roma occultè recessit vt iam dictum est.*

6 Et obtin. reg. in frau. *Quia obtinuit regnum post fratrem suum per simulationes prædictas.*

7 Et brach. *Hic ostendit qualiter pugnauit contra Ptolemæum Philometorem nepotem suum, filium Cleopatræ sororis suæ prædictæ, & Ptolemæi Epiphanis regis ægypti. Et diuiditur in duas partes secundum duas inuasiones, quas fecit contra ægyptum, secunda, ibi,* Et concitabitur. *Circa primum sciendum, quod Antiochus Epiphanes rex Syriæ simulauit se zelare pro nepote suo rege ægypti adhuc tamen puero, & ideo quasi sub titulo tutoris, accepit ciuitates, quas reges ægypti prope regnum ægypti acquisierant, quas cùm principes ægypti nomine pueri repeterent Antiochus negauit reddere, & ideo inter ipsum & regem ægypti adhuc puerum guerra mota est: sed duces Ptolemæi regis ægypti venientes contra Antiochum deuicti sunt, & per consequens puer pro quo pugnabant, tamen postea Antiochus simulauit totum fecisse amore pueri, tamquam sibi magis propinquus, vtpote ipsius auunculus, & hoc fecit fraudulenter, vt posset melius ingredi ægyptum, & obtinere diuitias illius regni, & hoc est quod dicitur hic,* Et brach. pugn. *Id est, duces Ptolemæi Philometoris qui pugnabant pro eo,*

Diuisio.

Quomodo tutelam Ptolemæi pueri regis Aegypti sibi omni arte acquirere laborauerit.

8 Expugnabuntur à facie eius, &c. *Quia deuicti sunt ab Antiocho.*

a *Dux fœderis.* HIER. in com. Iudas Machabæus, quem fraude superauit: vel ipse dux fœderis qui obtulit pacem Ptolemæo (& fuit dux fœderis) non Epiphani, qui quintus regnauit in Aegypto, sed Philometori filio Cleopatrę, sororis Antiochi, cuius hic auunculus, & cum post mortem Cleopatræ Eulalius eunuchus Philometoris nutritius, & Lemęus Aegyptum regerent & repeterent Syriam, quam Antiochus fraude occupauerat, ortum est prælium inter auunculum, scilicet Antiochum, & puerum Ptolemæum. Cumque inter Pelusium montē Cassium cōflixissent, victi sunt duces Ptolemęi. Antiochus verò parcēs puero, & amicitiam simulans, ascendit Memphim & regnū Aegypti accipiens, puerique rebus se prouidere dicens, cum modico populo omnem Aegyptū subiugauit, quę non fecerunt patres eius. Nullus enim regum Syriæ ita Aegyptum vastauit.

Belli quod fuit Antiocho Epiphani cum Ptolemæo Philometori quæ causa & quis exitus?

(a Dolis Antichristi. b Ptolemæus Philometor. Tribulabitur scilicet. c Antichristus simulans se ducem fœderis regnum Aegypti primum inuadet.)

terentur. Insuper & dux fœderis. [23] Et post amicitias cum eo
(a Regnum eius inuadens. b Memphim. c Aegyptum. Paulatim.)
faciet dolum, & ascendet & superabit in modico populo, [24] &
(a Antiochus, vel Antichristus.)
abundantes & vberes vrbes ingredietur. Et faciet quæ non
(a Quilibet de populo Iudæorum. b Aegypti.)
fecerunt patres eius, & patres patrum eius, Rapinas & præ-
(a Quia astutissimus.)
dam & diuitias eorum dissipabit, & contra firmissimas co-
(a Ducem pueri. Sanctorum. b Callidius consilium. c Faciat, id est. d Non semper quæcumque volet. Donec Dei voluntas permiserit.)
gitationes inibit, & hoc vsque ad tempus. [25] Et concitabitur
(a Secundum Porphyrium, Antiochi. b Ptolemæum sororis suæ filium.)
fortitudo eius, & cor eius aduersum regem Austri in exerci-
(a Duces Ptolemæi, vel rex Aegypti. b Contra Antiochum, vel Antichristum.)
tu magno. Et rex Austri prouocabitur ad bellum multis au-
(a Non poterunt resistere fraudulentiæ Antiochi, qui simulabit pacem cum Ptolemæo, & comedet panem cum eo, & postea occupabit Aegyptum.)
xiliis, & fortibus nimis: & nō stabunt, quia inibunt aduersus eū
(a Philometore. b Ptolemæum.)
consilia. [26] Et comedentes panē cum eō conterent illum: exer-
(a Regis Austri vel Aegypti.)
citusque eius opprimetur, & cadent interfecti plurimi. [27] Duo-
(a Inuicem sibi insidiantes; sic ars deluditur arte.)
rum quoque regū cor erit, vt malè faciant, & ad mensam vnā

c *Insuper & dux fœderis, &c.* † THEODORETVS in com. Hic præsignificat seditionem concitatam contra Oniam principem sacerdotum à Iasone, & Onia filio Menelai, ex quibus Iason, cùm prius ad Antiochum contendisset, fratrem suum Pontificatu eiecit. Menelaus verò muneribus Antiocho missis, & ad se rursus reuocato Pontificatu, expulit Iasonem. Hinc graues & molestæ calamitates Iudæorum nationes inuasēre. Hæc ante Beatus Daniel doctus audiuit, *Brachia pugnantis, &c.* Loquitur de Ptolemæo Philometore, qui Ptolemæo Epiphani successit. His subiecit.

Summum sacerdotiū Antiochus hastæ subiicit.

Et dux fœderis. † IDEM IBID. Principem sacerdotum intelligi v[illegible]pium Iasonis fratrem, præmonetque fore, vt [illegible] etiam abdicet Pontificatu maximo. Deinde docet quomodo & *à commissionibus erga illum faciet dolum*; vtetur enim ministris, qui se idem habere glorientur genus, adhibitoque dolo, in nationem infinita mala patrabit.

b *Et ascendet & superabit, &c.* † THEODORETVS IBID. Deceptis enim Ierosolymorum incolis, quasi pacificus ingressurus, primùm in sacri templi adyta ingredi ausus est; Deinde ablato omni ornatu, & vasis diuino cultui dedicatis, egressus est: rursusque adducto ad vrbem exercitu, octuaginta hominum millia occidit.

Crudeliter tractat Antiochus Epiphanes Iudæos & eorum sacra.

c *Et cōcitabitur fortitu.* HIER. in cō. Nostri secundum superiorē sensum hæc omnia de Antichristo interpretantur, qui nasciturus est de populo Iudæorum, & de Babylone venturus, vnde vrbes & regē Aegypti primū superabit, qui est vnus de tribus cornibus, de quibus suprà dictum est.

d *Duorum quoque re.* † THEODORETVS in cō. Iosephus docet Romanos audita eius cum exercitu profectione, per legatos denuntiasse, vt recederet ab Aegypto. Quare percusso fœdere pacem fecit, & societatem cum Ptolemæo iniuit. Simulatam verò amicitiam docens angelus, qui cum Daniele loquebatur, & vtique inquit, reges corda eorum in improbitatem, & in mensa vna mendacium loquentur, & non erit stabilis pax illa.

Bellum Aegypto inferens & à Romanis recedere iussus simulat amicum se fore Aegyptiis.

HIERON. in com. Nulli dubium quin Antiochus pacem cum Ptolemæo fecerit, & cum eo conuiuium inierit, & dolos intenderit, non proficiens, quia non potuit regnum eius obtinere; sed eiectus est à militibus Ptolemæi; sed quòd dicitur duos fuisse reges, quorum cor fraudulentum, vt sibi mutuo malefacerent, secundum historiam stare non potest, Ptolemæus enim paruus erat ætate, & deceptus est fraude Antiochi, quid enim malè cogitare potuit? vnde nostri hęc omnia ad Antichristum referunt, & ad regem Aegypti quem primum superabit. Et

Antichristus Aegyptum primum occupabit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Insuper & dux fœderis. *Id est, Ptolemæus Philometor, cum quo Antiochus eius auunculus simulabat facere fœdus principaliter, contritus est ab eo: scilicet quia vt dictum est, deuictis principalibus pueri, & puer quodammodo deuictus est.*

2 Et post amicitias cum eo faciet dolum. *Quia vt dictum est simulauit prædicta fecisse amore nepotis sui, quasi posset melius custodire res suas, quàm homines extranei: hoc tamen dolosè simulabat, vt posset ingredi ægyptum ad ipsum spoliandum, & hoc est quod dicitur,*

Antiochus dolo malo Aegyptios superat.

3 Et ascendet. *Scilicet in ægyptum,*

4 Et superabit in modico populo. *Quia ægyptij non timebant sibi ab eo, credentes quòd intrasset pro bono nepotis sui regis ægypti.*

5 Et abundantes & vberes vrbes ingredietur. *Spoliando eas.*

6 Et faciet quæ non fecerunt patres eius. *Quia prædecessores sui, scilicet reges Syriæ, non asportauerunt spolia terræ ægypti, licet aliqua extrinseca illius regni deprædati fuissent, sicut fecit Antiochus magnus, vt visum est,*

7 Et contra firmissimas cogitationes inibit. *Scilicet consilium: quia astutia sua & fraude decepit sapientes ægypti, vbi tunc vigebat sapientia.*

8 Et hoc vsque ad tempus, *Quasi dicat, non diu durabit: quia inde fuit postea turpiter expulsus. Vel aliter,* Vsque ad tempus, *scilicet antichristi, in quo complebuntur ista perfectius, quia Antiochus fuit figura antichristi.*

9 Et concitabitur fortitudo eius, & cor eius. *Hic describitur secunda inuasio, quam fecit Antiochus contra ægyptum, quia Ptolemæus puer creuit, & sic præparauit se ad prælium contra auunculum suum. Iste tamen Antiochus semper dolosè agebat, & ideò videns nepotem suum habere fortem exercitum, propter quod timens deuinci, traxit ad se muneribus aliquos de Gente Ptolemæi, per quod impedita fuit victoria Ptolemæi contra Antiochum, & fecerunt pacem, simulatam tamen: quia vnus cogitabat malum contra alium, & hoc est quod dicitur hic,* Et concitabitur fortitudo eius & cor eius, *id est, Antiochi regis Syriæ.*

Instaurat Ptolemæus bellum cōtra auunculum suum Antiochū.

10 Aduersum regem Austri. *Id est, ægypti nepotem suum. Sequitur,*

11 Et rex Austri, *Id est Ptolemæus rex ægypti iam factus adultus,*

12 Prouocabitur ad bellum, &c. *Contra Antiochum auunculum suum.*

13 Et non sta. quia inibunt ad. *Quia aliqui de Gente Ptolemæi non steterunt fideliter cum eo, sed induxerunt eum ad faciendum pacem, conducti ad hoc ab Antiocho, vt dictum est: & hoc est quod dicitur,*

14 Et comedentes pa. *Quia occasione huius pacis simulatæ, multi de exercitu regis ægypti posteà fuerunt interfecti.*

15 Duorum quoque regum cor erit, vt malè fa. *Quia vt dictum est pax fuit tantum simulata: & ideò vnus contra alterum malum cogitabat in corde suo.*

Simulatam pacem faciunt.

16 Et ad mensam vnam, &c. *Quia ad simulationem maioris pacis comedebant inuicem, & verbis mendacibus nitebantur se mutuo decipere.*

a *Et non profi.* HIER. in com. Quia à ducibus Ptolomæi expulsus est ab Ægypto: & postmodum à duorum nepotum suorum obsidione, & Romanorum iussu, qui eis amici erant, exclusus est.

b *Testamentum sanct.* HIER. IBID. De Antichristo nullus ambigit quin pugnaturus sit aduersus testamentum sanctum, & primum contra regem Ægypti dimicans, Romanorum terreatur auxilio, hæc sub Antiocho Epiphane in imagine præcesserunt: vt rex nequissimus, qui populum Dei persecutus est, præsignaret Antichristũ, qui populum Christi persecutus est. Multi autem nostrorum putant ob seuitiæ & turpitudinis magnitudinem Neronem Antichristum fuisse. Et Græca & Romana narrat historia quod Antiochus expulsus ab Ægyptiis venit in Iudæam, scilicet terram sanctam & spoliauit templũ, & auri tulit quamplurimum, positóque in arce præsidio Macedonum, reuersus est in terram suam, & euoluto biennio rursum contra Ptolemæum exercitum congregauit, & ad Austrum venit. Cumque duo fratres Ptolomæi Cleopatræ filij, quorum auunculus erat Antiochus, obsiderentur Alexandriæ: venerunt duo legati Romanorum, quorum vnus erat Marcus Popilius Lenas, cum eum stantem in littore inuenisset, & ex parte senatus dixisset, quòd iuberetur ab amicis populi Romani recedere, & suo imperio contentus esse, & ille responsum ad amicorum consilium distulisset: orbem fecit in arena baculo quem manu tenebat, & regem circumscribens ait: Senatus & populus Romanus præcipiunt, vt in hoc loco respondeas quid consilij geras: vnde ille perterritus ait, Si hoc placeat senatui & populo Romano, recedendum est: & statim mouit exercitum.

Aliqui putarunt Neronem fuisse Antichristum.

M. Popilij legati populi Romani mira libertas & constantia.

c *Et indigna.* HIER. IBID. Hoc plenius in libro Machabæorum, quia postquam de Aegypto pepulerunt eum, scilicet Antiochum Romani, indignans venit contra testamentum sanctuarij, & ab his inuitatus est, qui legem Dei dereliquerant & ceremoniis Ethnicorum se miscuerant; Quod plenius cõplendum est sub Antichristo, qui indignabitur contra testamentum Dei, & cogitabit aduersus illos, quos vult legem Dei derelinquere: vnde Aquila, *Et cogitabit vt deseratur pactum sanctuarij.*

1. Mach. 1. b. Reuersus ab Aegypto diuertit Antiochus Ierosolymã.

d *Et brachia ex eo, &c.* HIERONYMVS IBID. Iudæi hæc nec de Antiocho Epiphane nec de Antichristo, sed de Romanis intelligunt, de quibus, *Et venient trieres, siue Itali, atque Romani & humiliabuntur.* Post multa inquiunt tempora de ipsis Romanis, qui Ptolemæo in auxilium venẽre, & Antiocho comminati sunt, consurget rex Vespasianus, & surgent brachia eius, & semina feminæ, scilicet Titus filius eius cum exercitu, & polluent sanctuarium, auferentque iuge sacrificium, & templum tradent æternæ solitudini. Zizim & Cethim quos nos trieres & Romanos interpretati sumus, Hæbræi Italos volunt esse atque Romanos. Alij semina, progenies, scilicet, volunt. Alij autem eos significari qui ab Antiocho missi sunt post biennium, quàm templum spoliauerat, vt tributa exigerent à Iudæis, & auferrent cultum Dei, in templo Iouis Olympij simulachrum, & Antiochi statuas ponerent, quas nunc abominationem desolationis vocat, quando ablatum est holocaustum & iuge sacrificium, quæ omnia in Typo Antichristi, nostri præcessisse contendunt, qui *sessurus est in templo Dei, tamquam sit Deus.* Antichristus in templo sedebit, quasi Deus vt legem Dei auferat. Iudæorum quidam simulauerunt se legem Dei custodire, & postea cum Gentibus fuerunt: alij verò in religione permanserunt, quod in Antichristi tempore futurum est, *Quando refrigescet charitas mu.* vnde, *Putasne filius hominis veniens, &c.*

Supra eo. Num. 14. d. *Romani.* *Vespasianus & Titus.* *Antiochi sacrilegium immane.* *2. Thes. 2. b.* *Matt. 24. b. Luc. 18. b.*

† THEODORETVS in comm. Brachia vocat duces Antiocho seruientes, & instar brachiorum iussa regis exequentes. Mittet itaque aliquos, inquit, qui sanctuarium polluant, hoc est, Deo omnipotenti dedicatum templum, ara in qua colantur idola

Antiochi duces.

---

a ¶ Antiochus & principes eius.

a mendacium loquentur: & non proficient, quia adhuc finis

a ¶ Pugnæ, quia non perficient cogitata. b ¶ A ducibus Aegypti repulsus.

in aliud tempus. [28] Et reuertetur in terram suam cum opibus

a ¶ Iudæam, Dei testamentum colentem.

b multis: & cor eius aduersus testamentum sanctum, & faciet

a ¶ Iussu Romanorum.
b ¶ Quia iterum collectis viribus venit in Aegyptum, & obsedit duos nepotes suos, Ptolemæum Philometorem cum fratre suo, quando Romanorum iussu amotus est: Antichristus quoque arma sentiet Romanorum.

& reuertetur in terram suam. [29] Statuto tempore reuertetur &

a ¶ Non ita succedet ei, sicut prius quando venit in Aegyptum.

veniet ad austrum, & non erit priori simile nouissimum. [30] Et

¶ Itali. a ¶ Non morte, sed humiliatione superbiæ.

venient super eum trieres et Romani et percutietur et

a ¶ Peius enim fecit, cum secundo venisset Ierosolymam. Et hoc est, Et indig. contra test. sanct.

c reuertetur. Et indignabitur contra testamentum sanctuarij,

a ¶ Quomodo scilicet remuneret eos qui ad idola cõuersi sunt.

et faciet et reuertetur, et cogitabit aduersus eos, qui dere-

d liquerunt testamentum sanctuarij. [31] Et brachia ex eo stabunt, et polluent sanctuarium fortitudinis, et aufe-

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non profic. *Quia vnus non potuit alium totaliter subuertere, sicut cogitabant.*

2 Quia adhuc finis. *Scilicet negotij inter ipsos.*

3 In aliud tem. *Vel aliter,* Quia adhuc finis, *id est, fraudulentia vel malitia Antiochi magis implebitur in Antichristo, cuius Antiochus est figura.*

4 Et reuertetur. *Hic consequenter ostenditur qualiter Antiochus Epiphanes impugnauit filios Israel: & diuiditur in duas partes secundum quod duplex fuit ipsius impugnatio contra eos; Secunda ibi,* Statuto tempore. *Circa primum sciendum, quòd Antiochus reuertens de Aegypto post primam inuasionem Aegypti intrauit Ierusalem, Menelao ductore, & alijs qui ei fauebant, & fecit ibi multa mala: sed non tanta quanta fecit postea, & hoc est quod dicitur hic,*

Diuisio. *Primus aduentus Antiochi ad vrbem Ierosolymã.*

5 Et cor eius. *Scilicet Antiochi,*

6 Aduersus te. sanctum. *Scilicet Iudæam & Ierusalem, vbi Dei testamentum seruabatur.*

7 Et faciet. *Ibi multa mala.*

8 Et reuerte. in terram suam. *Hoc est in Syriam,*

9 Statuto tem. *Hic describitur secunda eius impugnatio contra filios Israel. Ad cuius euidentiam sciendum, quod Antiochus Epiphanes alio tempore volens intrare Aegyptum, inde repulsus est per Marcum Popilium missum ad hoc à senatu Romanorum, quibus rex Aegypti erat confederatus, qui quidem Marcus Popilius cum inuenisset Antiochum in littore maris, præcepit sibi vt discederet ab amicis Romanorum, & esset contentus regno suo. Tunc Antiochus petiit super hoc consilium & deliberationem: & tunc Marcus Popilius fecit circulum in arena, cum baculo quem tenebat, in circuitu Antiochi dicens: Senatus præcipit vt respondeas antequam exeas de hoc circulo. Tunc Antiochus non audens præterire mandatum senatorum, dixit ei esse obediendum: & sic tristis reuertens in Ierusalem fecit illa mala quæ dicuntur 1. & 2. Mach. & hoc est quod dicitur hic,* Statuto tempore reuertetur & veniet. *Antiochus scilicet.*

M. Popilius quomodò recedere fecit Antiochum ab obsidione Alexandriæ.

10 Ad Austrum. *id est, ad Aegyptum capiendum.*

11 Et non erit priori si. no. *Quia tunc non spoliauit Aegyptum sicut in prima vice, vt suprà dictum est, sed magis inde repulsus est turpiter per legatum Romanorum. Et hoc est quod dicitur hic,*

12 Et veniẽt super eũ trieres & Roma. *i. exercitus Romanus in nauibus.*

13 Et percu. *Non morte, sed quia deiectus fuit à sua intentione, vt visum est.*

14 Et reuerte. *Ab Aegypto scilicet.*

15 Et indign. con. test. san. *Id est, contra Ierusalem.*

16 Et faciet. *Ibi multa mala.*

17 Reuerteturque. *Hoc dicit: quia iam fuerat ibi alias.*

18 Et cogitabit aduer. eos qui derelique. te. *Quia etiam illos Iudæos, quorum consilio venit in Ierusalem, qui erant legis transgressores, interfecit Antiochus, motus cupiditate thesaurorum qui erant in templo.*

Mala pessima, quæ Antiochus secundo Ierosolymam adueniens perpetrauit.

19 Et brachia ex eo sta. *Quia posuit Macedones in arce quæ erat in Ierusalem, vt habetur 1. Machab. 1. ne ciuitas posset rebellare contra ipsum.*

20 Et polluent sanctua. fortitu. *Id est, templum in quo dominus qui est fortitudo colebatur, quia ibi præcepto Antiochi factæ sunt aræ idolorum, & facta sunt prostibula.*

21 Et aufe. iu. sa. *Quia per sex annos sacerdotes Iudæorum non poterant offerre sacrificium consuetum.*

Et

idola in ipso iecta. Hoc enim vocat abominationem desolatam; A Hoc etiam nos docet secunda Machabæorum historia.

1.Mach.5. a *Et impij in testamentum,&c.* † THEODOR. in com. Nam impios & iniquos ita parabunt, vt palam impiè agere non vereantur, dolosis verbis vtentes, *Populus autem, &c.* Eos hic innuit, qui beatum Mathatiam sequebantur. Qui cum primus Antiochi decretis restitisset, seque cum filiis in deserta loca recepisset, parua manu illius duces debellauit.

Mathatias recedens ab Antiocho.

rent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem. [32] Et impij in testamentum simulabunt fraudulenter. Populus autem sciens Deum suum, obtinebit & faciet. [33] Et docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio & in flamma & in captiuitate, & in rapina dierum. [34] Cumque corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo, & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. [35] Et de eruditis ruent, vt conflentur et eligantur et dealbentur, vsque ad tempus præfinitum, quia ad-

¶ Templi. ¶ Hoc quoque in libro Machabæorum. a ¶ Mathathias cum filiis & huiusmodi. ¶ Legem.f. a ¶ In lege. b ¶ Resistere,& legem Dei custodire. c ¶ Sancti. d ¶ Antiochi vel antichristi. a Sub Antichristo. b ¶ Sancti resistentes Antichristo. c ¶ Diuina confortatione aduersus Antichristum. a ¶ Ministri Antiochi vel Antichristi. b ¶ Vt seducantur, si fieri potest etiam electi. c ¶ q.d. Hæc omnia ideo fi. vt confl.&c. ¶ Sancti, quasi in fornace vasa figuli pro.f. &c. a ¶ Probatiores facti. ¶ De numero hominum. b ¶ Secundum illud, Et super niuem dealbabor. c ¶ Omnis potestas à Deo, & omnia tempus habent. ¶ Non semper. d ¶ A Deo.

B b *Et docti in po. &c.* † THEOD. in com. Nam qui opportune vtentur (inquit) ea scientia, quam sibi Deus suppeditarit, vehementer illius leges aspernabuntur & mortem pro lege diuina impiæ vitæ anteponent.

Et docti in populo. IBID. Quanta Iudæi passi sunt sub Antiocho, Machabæorum libri referunt, & triumphi eorum testimonio sunt, qui pro custodia le- C gis Dei, flammas & gladios & seruitutem & rapinas & pœnas vltimas sustinuerunt, quæ pro certo sub Antichristo futura sunt, multis resistentibus potentiæ eius & diffugientibus. Hebræi hæc in vltima euersione templi quæ sub Vespasiano & Tito accidit interpretantur, dicentes fuisse plurimos qui scirent Deum suum, & pro custodia legis eius morerentur.

Machabæorum virtus.

1.Mac.2.g. c *Et ruent in glad.* HIER. IBID. Mathatias de vico Modin, qui aduersus duces Antiochi rebellauit, conatus seruare legem Dei, sed occisus est, & filij eius, hostium fraude quidam decepti, sicut Machabæorum liber testatur.

† THEOD. in com. Quæ à beato Mathatia & filiis sustinenda erant prædicit.

d *Cumque cor.&c.* † IDEM IBID. Diuinæ siquidem gratiæ fructum percipient, & tunc hostes superabunt, non tamen pace suis diebus fruentur, aut à malis vindicabuntur: idcirco paruum auxilium interpositum inter bella inducias vocauit.

D e *Et applicabuntur eis,&c.* THEOD. IBID. Hoc enim strenuum eorum facinus intuentes ex iis, qui lapsi fuerint multi pœnitentia adducti ad ipsos accurrent.

Cumque corruerunt,&c. HIER. in com. Quidam Iudæorum, & de Seuero Antonino principibus hæc intelligunt, qui Iudæos dilexerunt simulatoriè. Alij de Iuliano imperatore, quod quãdo oppressi fuerint à Caio Cæsare, & in captiuitate E multa passi, ille consurgat, Iudæos amare se simulans & in templo eorum se immolare,* in quo paruam spem auxilij habebunt, & applicabuntur illis Gentilium plurimi, sed fraudulenter, pro cultu enim idolorũ simulabunt se amicos, & hoc ideo vt qui probati sunt manifesti fiant: Tempus enim veræ salutis eorum est sub Christo, quem falsò venturum putant cùm Antichristum suscepturi sunt.

Fabulæ Iudæorum de Seuero, Antonino, & aliis Cæsaribus.

*promittet.

1.Cor.11.d.

F f *Vt conflentur,&c.* † THEODORETVS in com. Neque hæc inquit lædent futuros homines. Hinc enim docebuntur non esse fidendum pristinis prosperis successibus: sed semper esse metuendum secundum Pauli admonitionem, *Qui se existimat stare videat ne cadat.* His dictis de Antiocho Epiphane, trãsit ab imagine ad exemplar. Exemplar autẽ Antiochi est Antichristus, & Antichristi imago Antiochus. Quemadmodum enim ille impiè agere Iudæos cogebat, & contra legem suam rempublicam administrare: ita homo peccati, & filius perditionis omnia molietur vt pios in fraudem impellat: modò dolosis miraculis decipere conatus, modò vi adhibita. Quod si quis prophetiæ seriem inquirens, hæc non ita se habere credat, is euangelicam doctrinam mente repetat, vbi dominus semel, & quæ ad communem, & quæ ad ipsius Ierusalem consummationem pertinent, prædicit.

1.Cor. 10.

Antiochus Antichristo, quem præfigurabat, comparatus.

Matth.24.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dabunt abo. in desol. *Quia ibi posuerunt idolum Iouis. Idolum autem apud Hebræos nominatur abominatio, & hæc fuit occasio maximè desolationis ipsis Iudæis quando positum fuit in templo.*

2 Et impij in te. fi. *Quia aliqui pessimi de Iudæis simulantes se zelare pro cultu Dei, populum Iudæorum deceperunt, sicut de Alchimo & suis sociis dicitur. 1. Machab. 7. b.* Homo sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos, *& tamen statim rupit iuramentum, vt ibidem dicitur, & fecit peius Iudæis quam Gentiles fecerant.*

3 Pop. au. &c. *Hic consequenter ostenditur Machabæorum constantia in sustinendo tormenta ne facerent contra legem, vt patet de septem fratribus & matre eorum, & multis aliis, vt habetur 1. Machab. 7. & in debellando aduersarios, vt patet de Iuda Machabæo & fratribus & sociis eorum, & hoc est quod dicitur:* Populus autem sciens Deum su. *Scilicet fide formata charitate,*

Machabæorum constantia.

4 Obtinebit, *Id est, perfectè tenebit legem.*

5 Et faciet. *Multa contra aduersarios, vt patet de Iuda Machabæo & sociis eius.*

6 Et docti in popu. doce. plu. *Resistere aduersariis, & tenere legem vsque ad mortem, sicut fecit Matathias: vt habetur 1. Machab. 2. quoniam docuit filios suos certare vsque ad mortem pro defensione legis.*

7 Et ruent in gla. & in fla. *Quia illo tempore multi de filiis Israel interfecti sunt gladio, & aliqui igne, & aliqui ducti sunt captiui, & aliqui bonis suis spoliati, vt manifestè patet 1. & 2. Mach.*

8 Cumque corr. suble. auxilio paruulo. *Quia Matathias & filij eius in persecutione Antiochi aliquam consolationem populo fecerunt.*

9 Et applicabun. eis plu. frau. *Sicut de Alchimo iam dictum est, & sicut de Nicanore: vt dicitur 1. Mach. 7. Qui fecit amicitias cum Iuda Machabæo & postea volebat eum capere.*

10 Et de erud. ruent. *Sicut patet de Iuda Machabæo & fratribus eius. qui in defensione legis & patriæ mortui sunt.*

11 Vt conflentur & eligantur & dealbentur, *per tribulationes, quæ sunt magis accepta Deo, quam sacrificia, vt supra dictum est ca. 4. & hoc.*

12 Vsque ad tempus præfinitum, *Scilicet à Deo, & hoc est vsque ad finem mundi, quia vsque tunc sancti sustinebunt tribulationes malorum.*

13 Quia adhuc aliud tempus, *erit, in quo scilicet omnia ista perfectius complebuntur, scilicet tempus persecutionis Antichristi qui erit caput omnium malorum, & cuius figura fuit Antiochus. Et quia dictum est, quod ea quæ sunt de Antiocho dicta vsque huc, non solum sunt dicta de eo secundum se, sed cum hoc vt est figura Antichristi: ideo est ibi duplex sensus litteralis; vnus de Antiocho, qui dictus est Epiphanes: Alius de Antichristo ad quem prædicta possunt de facili applicari. De Antiocho enim tria dicta sunt in generali, Primum est qualiter obtinuit regnum fraudulenter, ibi,* Et stabit in loco suo despectus, &c. *& hoc perfectius verificatur de Antichristo, qui maius dominium obtinebit, non propter nobilitatem generis, sed magis per fraudulentiam, & sic potest applicari illa littera; Secundum quod dictum est de Antiocho, qualiter pugnauit contra regem Aegypti, hoc notatur, ibi,* Et brachia pugnantis &c. *contra quem pugnauit duplici via, scilicet fraudulentia, & armorum potentia, vt visum est. Et istud perfectius complebitur in Antichristo, quia rex Aegypti erit vnus de tribus, qui primo superabuntur ab eo, vt dictum est supra 7. c. Non est dubium quod contra eum vtetur maiori fraude & maiori potentia quam Antiochus fecerit, & propter hoc tota illa littera potest de facili applicari Antichristo & maximè illud quod ibi dicitur,* Et faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius; *quia nullus de regibus totius mundi fecit, vel faciet talia, qualia facturus est Antichristus: sed multi reges qui præcesserunt Antiochum fecerunt etiam maiora, quam Antiochus fecerit, vt patet de Alexandro magno à quo descendit regnum Antiochi, vt supra dictum est; Tertium autem quod dictum est de Antiocho est qualiter pugnauit contra filios Israel, ibi,* Et reuertetur in terram suam, &c. *vbi dictum est quomodo filios Israel multipliciter afflixit, & à cultu veri Dei inquantum potuit auertit, & quo-*

Antichristus quomodo obtenturus sit regnum.

& alias regiones ad illud adiecturus.

a ¶ Victoriæ veræ in aduentu Christi. ¶ Quietis post tribulationem.

a huc aliud tempus erit: [36] Et faciet rex iuxta voluntatem suam. 1

a ¶ Porphyrius & sequentes eum. De Antiocho Epiphane hæc dici autumant. ¶ Contra cultum Dei. 2
b ¶ In superbia, vt etiam simulachrum suum in templo iubeat poni.
c ¶ Vnde, Qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se t. sit. d.

Et eleuabitur et magnificabitur aduersus omnem Deum: 3

a ¶ Blasphemias.

Et aduersus Deum Deorum loquetur magnifica, et diri- 4

a ¶ Prosperabitur vterque. b ¶ Finiatur. s. sæuitia eorum. ¶ Super eum. 5
c ¶ Dei. d ¶ Apud Dei præscientiam. ¶ Alias, In ipso erit consummatio. 6

b getur donec compleatur iracundia. Perpetrata quippe est 7

a ¶ Quanto. s. tempore sæuiat vterque. b ¶ Abraham, Isaac & Iacob, de quorum progenie nascetur Antichristus in Babylone, sicut aiunt, de tribu Dan.
c ¶ Iudæorum. s. Deum Deorum scilicet.

c diffinitio: [37] Et Deum patrum suorum non reputabit, et erit in 8

a ¶ Ego dixi: dij estis. ¶ Elatus super omne quod dicitur Deus. 9

d concupiscentiis feminarum nec quemquam Deorum cura- 10

a ¶ Deum & homines. b ¶ Aquila, Deum fortitudinum.
LXX. Deum fortissimum: Porphyrius ridiculosè Modin putat, quia Antiochi duces dicuntur in Modin vico Matathiæ, Iouis statuam posuisse, compellentes Iudæos ei victimas immolare.
c ¶ Diabolum, vel, seipsum quem prædicabit esse Deum.

e bit, quia aduersum vniuersa consurget. [38] Deum autẽ Maozim 11

a ¶ Hoc magis conuenit Antichristo. Antiochus enim idola Græciæ coluit, & Iudæos & Samaritanos ad Deorum suorum cultum compulit. 12

in loco suo venerabitur, & Deum quem ignorauerunt patres 13

A a *Et fa. rex.* Hier. in com. Ab hoc loco Iudæi de antichristo dici putant quod surgat post paruulum Iuliani auxilium, sicut nos quoque hæc intelligimus de eo.

b *Donec compl. iracun.* Hier. Ibid. Id est, irascatur ei Deus vt pereat. Polibius enim & Diodorus, qui bibliothecarum scribunt historias, narrant eum non solum contra Deum Iudæorum fecisse, sed auaritiæ facibus accensum templum Dianæ ditissimum, quod in Elymaide erat, spoliare conatũ, oppressumque à custodibus tẽpli & viciniis circũeuntibus, & quibusdam phãtasiis atque terroribus, versum in amentiam, ad vltimũ morbo interiisse: & hoc ei commemorãt accidisse, quia templum Dianæ ditissimũ conatus sit spoliare. Nos autem dicimus, quod ideo accidit, ei, si quid accidit, quia in sanctos Dei nimiam crudelitatem exercuit & tẽplum eius polluit: non enim quia conatus est facere & pœnitendo cessauit implere, sed pro eo quod fecit punitus est.

Quare Antiochus punitus.

B

C c *Deum patrum suorum non reputabit.* † Theodoretus in com. Inuenimus Antiochum aris in quibus idola colerentur, & Ierusalem & omnem Iudæam compleuisse; & in templo Dei Ioui sacrificasse, & Iouis hospitalis nuncupasse templum Garizim. Quomodo igitur Deum patrum non reputauit? Nequaquam itaque in Antiochum hæc congruunt, sed in ipsum exemplar Antiochi, de antichristo igitur hoc dicit.

Ea quæ sunt in hoc cap. à vers. 36. non posse conuenire Antiocho.

d Et

D d *Et erit in concupiscentiis feminarum.* Hieronymus in com. Ambiguè in Hebraico, teste Aquila, qui verbum ex verbo expressit, dicit, *Super Deum patrum suorum non intelliget, & super concupiscentias feminarum, & super omnem Deum non intelliget*; Quibus verbis intelligi potest, & habere concupiscentiam, scilicet quod magis Antiocho conuenit; & non habere, quod antichristo; qui castitatem ideò simulabit, vt facilius decipere possit.

Antichristus castitatem simulabit.

E *Et erit in con.* Ibid. LXX. *Et concupiscentiis feminarũ* * *subiacebit*, Antiochus enim luxuriosissimus fuit, vt etiam mimis & scortis, publicè & populo vidente misceretur.

* *non*

F † Theod. in com. Hoc quoque Antiochi institutis apertè contrarium est, Hic enim non modo legitimo sibi matrimonio coniunctis vxoribus non erat contentus, sed etiam cum lasciuis pellicibus coibat, & vnius ex ipsis secunda Machabæorum mentionem facit historia. Errant igitur qui hæc ad Antiochum referre conantur.

2. Mach. 4.

e *Deum au. Ma.* Hieron. in com. Diabolum, scilicet, in seipso vel vbicumque fuerit antichristus, vel in membris suis; omnium enim malorum caput est diabolus, (sicut Christus bonorum) qui in ipso venerabuntur diabolum. *Maozim.* Præsidium, scilicet quod antichristus in Ierusalem constructurus est. Antiochus enim præsidia ibi & idolum constituit ad insidias sanctificationis. Vterque autem diaboli cultor erit.

Maozim.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

quomodo multi de populo Israel constanter mortem & tribulationes sustinuerunt. Et hoc multo fortius implebitur de antichristo, quia erit sine comparatione maior persecutor ecclesiæ, quam ille fuerit synagogæ; & multo plures per eum à fide auertentur, & multo plures in fide stantes cruciabuntur, quam per Antiochum; & ideo tota ista littera potest de facili ad ipsum applicari: sed propter prolixitatem vitandam omitto per singula verba discurrere.

Persecutio quam Antichristus excitabit contra Ecclesiam.

1 Et faciet. *Hic consequenter ponuntur ea, quæ dicuntur de antichristo prout fuit figura antichristi tantum, quia non verificantur de eo ad litteram, sed tantum de antichristo: Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur processus antichristi contra Deum; secundo, contra colentes ipsum, ibi,* Et multiplicabit gloriam. *Primum ostenditur dupliciter, scilicet in contemptu blasphemiæ, & in cultu idololatriæ, ibi,* Deum autem Maozim. *Primo igitur dicitur sic continuando litteram littera immediatè præcedenti, vbi dictum est,* Adhuc aliud tempus erit, *scilicet tempus antichristi, vt dictum est.* Et faci. rex, *Id est, antichristus,*

Diuisio.

2 Iuxta vo. suam, *Quia malitia sua perducetur ad effectum.*

3 Et eleuabitur, *Secundum quod dicitur. 2. ad Thess. 2. a.* Nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ostendens se tamquam sit Deus: *& ideo ista littera non potest exponi nisi de eo. Antiochus enim Epiphanes non eleuauit se contra omnem Deum, immo idolum Iouis coluit: in templo Ierosolymitano posuit, & Iudæos ad cultum illius, quantum potuit induxit, vt legitur 1. Machab. & 2.*

Antichristus contra Deum se eleuabit.

4 Et aduersus De. *Quia antichristus contumeliã loquetur contra Deum cæli: quia ostendet se tamquam sit Deus, vt dicit Apostolus, & iam allegatum est.*

5 Et dirige. *Quia ad effectum intentum eius perducetur malitia, quia sedebit in templo tamquam sit Deus: non tamen diu, propter quod subditur,*

6 Donec compleatur iracundia. *Scilicet Dei super eum, quando virtute eius morietur subito, vt dicunt sancti, & Apostolus 2. ad Thess. 2. b.* Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, &c.

7 Perpetrata quippe est diffini. *Q. d. Ita determinatum est in Dei præscientia, ideo ita certum est de futuro: ac si iam esset factum de præterito.*

8 Et Deum patrum. *Quia antichristus nascetur de Iudæis vel Christianis, qui Deum cæli adorant, & antichristus eius cultum auferet & vsurpabit sibi, vt dictum est. Patet etiam, quod ista littera non potest exponi de Antiocho, qui idola Græciæ coluit, sicut patres sui: & ad ipsa adoranda Iudæos induxit in Ierusalem, vt dictum est: & similiter Samaritanos, quia templum quod erat in monte Garizim Ioui dedicauit vt habetur 2. Machab. 6.*

9 Et erit in concu. femin. *Quia licet antichristus fingat castitatem exterius, vt facilius decipiat: tamen non erit verè castus, vt dicunt aliqui, quia erit plenus omnis malitiæ, & per consequens erit luxuriosus: propter quod significatur per bestiam ascendentem ab abysso, Apoc. 17. In bestia autem significatur carnalis lasciuia, propter quod Philosophus 2. Ethicorum vitam carnalem seu voluptuosam vocat bestialem vitam.*

Antichristus erit luxuriæ deditus.

10 Nec quemquam Deorum cur. *Hoc patet verum de antichristo ex prædictis, & falsum de Antiocho: causa subditur,*

11 Quia aduer. *Id est contra Deum & homines: quia antichristus consurget contra omnes homines eos sibi subiiciendo, & contra Deum eius cultum sibi vsurpando: sed neutrum verificatur de Antiocho, qui Iouem coluit, & Romanis subiectus fuit, vt patet ex prædictis, & ideo non surrexit contra vniuersa.*

12 Deum autem Maoz. *Hic ponitur processus antichristi contra Deũ per cultum idololatriæ, quia licet se faciat adorari sicut Deum in palam: vt omnem talem cultum auferat ab aliis, vt dictum est, tamẽ dæmonem priuatum, quem habebit, occultè adorabit: cuius virtute & auxilio faciet illa mirabilia quæ facturus est, Deo tamen permittente, & hoc est quod dicitur hic.* Deum au. Mao. *Maozim interpretatur præsidium, sic enim vocabitur dæmon eius priuatus, quia ab eo habebit præsidium & auxilium. Vel aliter, præsidium dicitur locus construendus ab antichristo vbi colet illum dæmonem occultè.*

Colet occultè diabolum.

13 Et Deum quem ignorauerunt patres eius. *Ibi accipitur & pro, id est,* Deum quem ign. *Iudæi vel Christiani ex quibus descendet antichristus.*

Co-

¶ Antichristus.

eius colet auro & argento & lapide pretioso, rebusque pre- 1

a ¶ Quacumque fraude. b ¶ Id est, vnum faciat se & diabolum quem elegit. 2

c ¶ Ioue. d ¶ Approbauit. 3

a tiosis. [39] Et faciet vt muniat Maozím cum Deo alieno, quē cō- 4

a ¶ Pretio precibusque minisque. b ¶ Suis. 5

gnouit: & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in 6

a ¶ Super bonos. b ¶ Sanctorum possessiones. c ¶ Satellitibus suis.

d ¶ Secundum Porphyrium, vndecimo anno regni sui Antiochus rursum contra Ptolemæum dimicauit.

b multis, & terram diuidet gratuito. [40] Et in tempore præfinito 7

a ¶ Irruentem. ¶ Antiochum vel Antichristum. 8

b ¶ Ptolemæus Philometor vel rex Ægypti vnum de decem cornibus Romanorum. c ¶ Sed. 9

præliabitur aduersus eum rex austri, et quasi tempestas 10

a ¶ Furibundus. ¶ Vterque. b ¶ Antiochus, vel Antichristus. c ¶ Hæc in Ægypto faciet.

veniet contra illum rex aquilonis in curribus, & in equiti-

a ¶ Plurimas.

bus, & in classe magna: & ingredietur terras, & conteret & 11

a ¶ Id est, pertranseundo vastabit. ¶ Iudæam.

c ¶ Huc secundum Aquilam, vrbes subaudis vel regiones vel prouincias.

pertransiet. [41] Et introibit in terrā gloriosam & multi corruēt. 12

a ¶ Dei miseratione. 13

c Hæ autem solæ saluabuntur de manu eius, Edom & Moab, & 14

d principes filiorum Ammon, [42] Et mittet manū suā in terras, & 15 16

a ¶ Quia capietur. b ¶ Antiochus vel Antichristus.

terra Aegypti nō effugiet. [43] Et dominabitur thesaurorū auri &

a ¶ Hoc verius Antichristo congruit.

argēti & in omnibus pretiosis Aegypti. Per Libyam quoque & 17

a ¶ Hæc sunt tria cornua quæ à facie Antichristi tollentur, rex Ægypti, rex Libyæ, rex Æthiopiæ.

¶ Bellorum. b ¶ Timore.

c ¶ Antichristum pugnantem contra Ægyptios, & alias Gentes, vel Antichristū.

e Aethiopiā trāsibit, [44] et famā turbabit eū ab oriēte et ab aquilo- 18

a *Et faci. vt mu.* HIER. in com. THEODOTIO. *Et aget hoc vt muniat* A *præsidia cum Deo alieno, & cum eis ostenderit, multiplicabit honorem & dominari eos multis faciet*, & secundum Theodotionem hoc exponit Porphyrius: Et faciet hæc omnia vt muniat arcem Ierusalem, & in ceteris vrbibus ponat præsidia: & Iudæos doceat alienum adorare **Deum**, scilicet **Iouem, quem** cum illis **ostenderit**, & adorandum esse persuaserit: deceptis dabit honorem & B gloriam, & faciet ceteris qui in Iudæa fuerint dominari, & pro præuaricatione possessiones diuidet, & dona distribuet. Antichristus quoque deceptis multa donabit & terras suo exercitui diuidet, quos enim suo terrore subiugare non poterit, auaritia subiugabit.

Porphyrij expositio super vers. 39.

Antichristus dabit dona multa.

b *Et in tem.* HIER. IBID. Nostri ad Antichristum hæc referentes, dicunt, quod primum pugnaturus sit contra regem austri, id est, Ægypti; & C postea Lybies & Æthiopes superaturus, quæ de 10. cornibus tria cornua contrita legimus supra, & quod venturus sit in Iudęam, & multæ ei vrbes vel prouinciæ daturæ sint manus.

Tres reges debellandi per Antichristum.

c *Hæ autem so.* † THEODORETVS in com. Neque hæc Antiocho conueniunt, etenim cum hoc subegisset, duces ipsis præfecit ex quibus vnus erat Timotheus dux Ammonitarum. Hoc impio duce verisimile est istos effugisse, quippe ne probè quidem & serio pietatem colentes: omnibus enim probis prorsus impius bellum facit.

HIERON. in com. Antiochus contra Ptolemæum festinans Idumæos & Moabitas & Ammonitas qui ex latere Iudæ erant non tetigit, ne occupatus alio prælio, Ptolemæum redderet fortiorē. Antichristus quoque Idumæos & Moabitas & filios Ammon, Arabiā, D scilicet, relinquet intactam, quia illuc sancti ad deserta confugient.

Idumæos, Moabitas & Ammonitas quomodo habuerit Antiochus.

& habiturus sit antichristus.

d *Et mittet manum.* † THEODORETVS in com. Hæc item minimè conueniunt Antiocho, qui neque Libya, neque Æthiopia, neque etiam ipsa Aegypto potitus est. Iussus enim à Romanis reuersus est inde. Tres autem has nationes maximas Antichristus destruet & in suam rediget potestatem.

Ægyptum, Libyam, & Æthiopiam, sibi subiiciet antichristus.

HIER. in cō. Hoc Antiochum ex parte fecisse legimus, sed E quod sequitur per Libyas & Æthiopiā transibit, magis Antichristo quam Antiocho cōuenit. Antiochus enim Libyā, quā plerique Aphricam Æthiopiamque dicunt, non tenuit; nisi fortè quia in ipso climate sunt prouinciæ Ægypti, & lōgè per deserta * vicinæ captis Ægyptiis etiam hæ prouinciæ conturbatæ sunt, vnde nō dicit quod eos F ceperit, sed pertrāsierit.

An Antiochus egerit aliquid cōtra Libyam & Æthiopiam?

* diffusæ

e *Et fama turbabit.* † THEODORETVS in com. Ne hoc quidem in Antiochum conuenit, quem non fama ita conturbauit, vt ab Ægypto recesserit, sed Romanorum decretum, ab occidente, non ab oriēte missum. De Antichristo verò ait fore, vt capta Aegypto, Libya Aethiopiaque reuertatur & multo furore percitus veniat, vt deleat multos.

HIER. in com. Hoc quoque Porphyrius de Antiocho somniat. Pugnans inquit, contra Aegyptios & Libyas Aethiopasque pertransiens, audiet sibi ab oriente & occidente pręlia concitari, vnde & regrediens capiet Aradios sibi resistentes, & in littore Phœnicis omnem vastabit prouinciam: confestimque pergens ad Arthaxiam regem Armeniæ, qui de oriētis partibus mouebatur, & interfectis plu-

Multa falsò affingit Porphyrius Antiocho.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Colet auro, &c. *Quia in loco illo reponet antichristus diuitias pretiosas, tamquam in loco secretissimo, & fortissimo. vnde sequitur,*

2 Et faciet. *Scilicet, hoc quod dictum est.*

3 Vt muni. *Id est, locum illum vbi adorabit dæmonem occultè, ideo dicitur,*

4 Cum Deo, &c. *Per familiaritatem & pacta cum eo inita: quia habebit pactum cum illo dæmone, scilicet, priuato, qui tamen alienus debet esse ab omni homine.*

5 Et multi. *Hic consequenter ponitur processus antichristi contra colentes Deum, qui erit in exaltatione malorum qui ei obedient, & in persecutione bonorum qui ei resistent, & hoc est quod dicitur hic:* Et multi. g. *s. sibi obedientibus eos exaltando.*

Processus Antichristi contra Christianos.

6 Et dabit eis, &c. *Et non dicit in omnibus, quia nullum faciet sibi æqualem.*

7 Et terram, &c. *Id est, pro voluntate sua familiaribus suis, hoc autem non potest dici de Antiocho, qui parum aut nihil vltra regnum Syriæ tenuit, quia aliqua alia ad tēpus tenuit inde deiectus fuit, quia fuit repulsus de Aegypto, vt supra visum est, & similiter de Perside, vt habetur 1. Macha. 6. Similiter homines sui fuerunt deiecti de Iuda per Iudam Machabæum & fratres eius.*

8 Et in tempore præfinito. *Hic describitur persecutio bonorum per antichristum, quia in principio subiiciet sibi regem Aegypti, vbi tunc vigebit fides, & hoc est quod dicitur,* Et in tempore præfinito. *Scilicet à Deo qui futura præuidet & ordinat.*

9 Præliabitur rex austri, *Id est, Aegypti.*

10 Et quasi temp. v. c. il. rex aquil. *Id est, antichristus hic designatus per Antiochum, qui fuit figura eius, vt dictum est, & sequitur,*

11 Et ingredietur, &c. *Quia rex Aegypti erit vnus de primis contritis ab Antichristo, vt visum est supra 8. cap.*

12 Et introibit terram gloriosam, &c. *Id est, Iudæam, quæ dicitur gloriosa propter mirabilia ibi facta à Deo, & propter opera nostræ salutis ibi facta à Christo.*

Terra gloriosa.

13 Et multi corruent. *Id est, multæ terræ, & vrbes, & Gentes subiicientur antichristo.*

14 Hæ autem solæ. *Aliàs.* principum filiorum Ammon. *Hoc autem fit propter diuinam misericordiam, quia sancti habebunt illuc aliquod refugium tempore antichristi, quod fiet propter minus perfectos, qui non auderent se opponere antichristo. Ex ista etiam littera patet, quod non potest exponi de Antiocho, quia omnes Gentes & terræ nō fuerunt ei subiectæ exceptis his tribus.*

15 Et mittet manum, &c. *Quia ad illas terras, vbi antichristus personaliter non accedet nuntios mittet.*

16 Et terra Aegypti. *Quia illa erit de primo subiecta antichristo, vt visum est.*

17 Per Libyam quoque & Aethiopiā, &c. *Quia ista duo regna similiter subiicientur antichristo: hoc autem non potest dici de Antiocho, quia istas terras non legitur intrasse.*

18 Et fama turbabit eum ab oriente & ab aquilone. *Quia fama sanctorum nolentium antichristo obedire turbabit eum: vel fortè fama aliquorum regum fidelium ei resistere volentium. Sequitur,*

10 Et

Et

plurimis de exercitu eius, ponet tabernaculum suum in loco Adapno qui est inter duo flumina latissima, quæ sunt Tigris & Euphrates; Cumque hucusque processerit, in quo monte inclyto & sancto sederit, dicere non potest. quamquam & inter duo maria eum sedere probari non potest, & stultum est duo Mesopotamiæ flumina, duo maria interpretari; Montem auté inclytum ideò præterit, quia sequitur Theodotionem, qui ait, inter media maria super montem Saba sanctum: Cumque Saba nomen montis vel Armeniæ, vel Mesopotamiæ putet: quare sit sanctus, dicere non potest. Sed eadem licentia mentiendi possumus dicere quod idolis sit consecratus.

Refutat sanctus Hieronymus plura insulsa figmenta Porphyrij.

a *Et ve.* HIERON. in com. Ad summitatem montis. s. in Elimayde, prouincia, quæ est vltima regio Persarum ad Orientem; ibique volens templum Dianæ expoliare, quod habebat infinita donaria, fugatus est à Barbaris, qui mira veneratione Phanum illud colebant, & mortuus est mœrore, consumptus in Tabes oppido Persidis. Hæc ille in sugillationem nostri artificiosè composuit. Sed si etiam approbet hæc de Antiocho, non de antichristo dicta, quid ad nos, qui non ex omnibus locis scripturarum Christi probamus aduentum, vel antichristi mendacium? Dimittat dubia, discat manifesta. Quis est *lapis excisus de monte*, &c. Quis *filius hominis*? Quis *venturus in nubibus*, &c. Quæ sunt manifesta præterit, & de Iudæis asserit prophetari, quos vsque hodie seruire cernimus. Et dicit eum, qui sub nomine Danielis scripsit librum, ad refocillandam spem suorum fuisse mentitum: qui non omnem historiam futuram nosse potuit, sed præterita memorauit. In vltimæ autem visionis immoratur calumniis, flumina ponens pro mari, & montem inclytum & sanctum Apadno præterit, quem vbi legerit nullam potest proferre historiam.

b *Et figet tabernaculum suum Apadno.* † THEODORETVS in com. Neque hoc comperimus ab Antiocho factum. Alioquin dicant, quisnam locus iste vbi tentorium suum fixerit Antiochus: inter duo maria situs? Verum non poterunt ostédere. Igitur nihil horum adhuc peruenit ad exitum, sed hæc omnia à communi hominum peste Antich. proficiscentur. Saba autem rursus Deo dicatam terram vocat, & Apadamum locum quemdam ita nominatum, nec procul à Ierosolymis positum, vbi exitio perdetur.

a ¶ Ideo. b ¶ Metuens audita bella contra se moueri.

a ne, et veniet in multitudine magna, vt conterat & interficiat 1
a ¶ Id est, solij sui scilicet & thronum.
b ¶ Apadno positum est. i. solij sui. q. d. figet tabernaculum & thronum suum inter m. incly. & s.
¶ Iuxta Nicopolim. c ¶ Mare mortuum. s. ab oriente, & magnum in cuius littore Cæsarea & Ioppe quæ prius Emaus vocabatur, vbi etiam incipiunt Iudææ prouinciæ montana consurgere.

b plurimos.[45] Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria 2 3
a ¶ Olíueti. b ¶ Inde se erigens cum prius sub radicibus montanæ prouinciæ fixerit tabernaculum.
c ¶ Verticem montis Olíueti qui inclytus: quia ex eo Christus ascendit ad patrem.

super montem inclytum, & sanctum, & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei. 4 5 6
a ¶ Domino irascente contra eum. Asserunt autem, quod ibi sit periturus, vnde Dominus ascendit in cælum.

HIER. LXX. Et statuet tabernaculum suum tunc inter maria, & montem voluptatis sanctum, & veniet hora consummationis eius. Theodotio sic. *Et figet tabernaculum suum in Apadno inter maria in monte Saba sancto, & veniet vsque ad partem eius.* Aquila ita: Et plantabit tabernaculum tentorij sui (alias prætorij) Apadno inter maria: & montem gloriosum & sanctum & veniet vsque ad finem eius. Symmachus ita: *Et extendet papiliones equitatus sui inter maria super montem fortitudinis sanctum, & inde veniet vsque ad verticem montis.*

Variæ lectiones vers. 45.

Sciendum autem, quod p. litteram sermo Hebræus non habeat sed pro ea phe vtitur, cuius vim Græcum, φ. sonat. In hoc autem loco tantum apud Hebræos scribitur phe, & legitur pe. Quod autem antichristus veniat vsque ad summitatem montis sancti & inclyti, & ibi pereat, Isaias ostendit sic: *Et præcipitabit dominus in monte sancto faciem dominatoris vel principis tenebrarum, &c.*

Antichristus fulmine deiiciendus. Isa. 25. c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et veniet. *Quia habebit exercitum maximum.*

2 Vt conterat, &c. *Omnes scilicet, nolentes ei obedire.*

3 Et figet, &c. *Secundum Hier. Apadno idem est quod Emaus, qui locus est inter mare mortuum & mare mediterraneum.*

Apadno.

4 Super montem. *Id est, monte Oliueti, vel montem Sion. Quando enim antichristus ponet tabernaculum suum in Emaus, ponet ipsum quodammodo super montem Oliueti, vel montem Sion: qui sunt montes propinqui distantes tantum per miliare, quia ab Emaus incipiunt montana Ierusalem.*

5 Et ve. *Quia antichristus veniet in montem Sion in loco vbi fuit templum, vt ibi sedeat, & adoretur tamquam sit Deus, vt dicit Apostolus. Similiter veniet vsque ad summitatem montis Oliueti vnde ascendit Christus in cælum, tamquam inde ascensurus in altum virtute dæmonis ipsum portantis.*

Antichristus veniet ad montes Sion & Oliueti.

6 Et nemo. *Quia virtute diuina ibi subitò interficietur, secundum quod dicit apostolus 2. ad Thess. 2. b.* Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. *Ex hoc autem loco patet similiter, quod hoc non potest exponi de Antiocho: quia non fuit mortuus inter Maria, nec super montem sanctum, sed redeundo de Perside, vt habetur 1. Mach. 6. & 2. Mach. 9. Porphyrius tamē extortè & fictitiè exponit hoc de ipso Antiocho dicens, quod mortuus est in quodam mōte qui nominatur Apadno: & est situs inter duo magna flumina, scilicet Euphratem & Tigrim quæ dicuntur hic Mariá. Similiter mons ille dicitur inclytus, & sanctus, quia Gentiles ibi colebant deos suos. Hoc autem patet fictitium, quia non inuenitur in scriptura aliquis mons sic vocatus in Perside. Similiter quod flumina dicantur Maria, est contra consuetudinem scripturæ: licet aliquando scriptura nominet stagna magna habentia magnam congregationem aquarum maria. Similiter, quod mons, vbi colebantur idola dicatur inclytus & sanctus ab angelo qui loquebatur Danieli, est manifestè falsum, imo magis diceretur prophanus: Hic igitur patet quod licet in littera præaccepta vsque ad locum illum.* Et faciet rex secundum voluntatem suam, &c. *sint aliqua quæ possent applicari Antiocho, tamen multa interseruntur quæ non possunt verificari de eo, vt visum est: & ideo per hoc cogimur exponere de antichristo totam litteram sequentem à loco supradicto.*

Inconcinnè adaptat Porphyrius hunc locū Antiocho.

CAPVT XII.

CAP. XII.

a IN *tempore autem illo.* HIER. Quid in hoc c. Porphyrius dicat non inuenit, in quo mortuorū resurrectio describitur, vnde: *Et multi de his qui dor. in terra pul. eui. &c.* Non potest dicere, quod fuerint sub Antiocho fulgentes quasi splen. firm. & alij quasi stel. in perpe. ætern. Sed quid non tentat pertinacia? Contritus coluber caput leuat, &

Deficiunt Porphyrio calumniæ.

a ¶ Antichristi.

a IN tempore autem illo 1

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XII.

1 IN tempore autem illo. *Postquā descripta est violentia antichristi cōtra electos, hic consequenter ponitur finalis victoria contra reprobos. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur principalis intentio, secundo subiungitur vi-*

Diuisio.

MORALITER.

† 1 *In tempore autem illo.* Secundum litteralem sensum agitur in hoc cap. de persecutione ecclesiæ per antichristum futura: & sicut dicitur 1. Ioan. 2. c. *Nunc antichristi multi sunt,* ideo per tribulationem antichristi tempore, potest intelligi persecutio quælibet ecclesiæ, per Michaelem autem potest intelligi moraliter quilibet bonus prælatus, & interpretatio nominis congruit: nam Michael interpretatur *quis vt Deus,* & hoc conuenit bono prælato qui vicarius est Dei in spiritualibus: & ideo tempore persecutionis debet consurgere ad protectionem sui gregis, etiam vsque ad mortem si oporteat, Ioan. 10. b. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.* † Et

De bono Prælato, persecutionem sustinente.

& moriturus in morituros venena euomit. Inquit enim. Et hoc de Antiocho dicitur, qui vadens in Persidem, Lysiæ (qui Antiochiæ & Phænici præerat) reliquit exercitum, vt aduersus Iudæos pugnaret & Ierusalem subuerteret, quæ narrat Iosephus; & quod fuerit tribulatio talis qualis numquam fuit ex quo cœperunt homines esse super terram. Reddita autē victoria, & cæsis Antiochi ducibus, ipso quoque in Perside mortuo, saluatus est populus Israel, & omnes, qui scripti erant in libro Dei, scilicet qui legem Dei fortissimè defenderant; & è contra deleti sunt, qui legis præuaricatores fuerunt, & Antiocho fauerunt. Tunc, ait, Hi qui in terræ puluere erant, & malorum pondere oppressi erant, & operti, quasi in sepulchris miseriarum ad insperatam victoriam de terræ puluere surrexerunt, custodes legis resurgētes in vitam æternam, præuaricatores in opprobrium. Magistri autem, & qui legis notitiam habuere, fulgebunt quasi cælum, & qui minores exhortati sunt ad custodiam legis, instar astrorum fulgebunt in per. æter. Ponit quoque historiam de Machabæis, in qua dicitur, multos Iudæorum sub Matathia & Iuda Machabæo ad eremum confugisse, & in speluncis latuisse, & cauernis petrarum, & post victoriam processisse, & hoc metaphoricè quasi de resurrectione mortuorum prædictum esse.

Et tamen vim sibi facit commiscendo nouas. — *1.Mac.2. d.*

a ¶ Vt sancti refrigerentur. b ¶ Fideliter agens ¶ Vt reliquias saluet c ¶ Iudæorum. d ¶ Quasi adiutor. e ¶ Vt saluentur prædestinati, & quasi stellæ maris. a ¶ Iudæorum. b ¶ Quia. ¶ Antichristi. a ¶ Extincto Antichristo spiritu Saluatoris.

a consurgēt Michael princeps magnus: qui stat pro filiis populi tui, et veniet tempus quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt vsque ad tempus illud. Et in tempore illo 1 2 3

†† IDEM IBID. Tempore autem Antichristi talem tribulationem fore, qualis numquam fuit ex eo quo gentes esse cœperunt, verius intelligitur.

a *Qui stat pro filiis, &c.* HIER. in 3. cap. Habac. versus finem. Michael cui cōmissus est populus Iudæorum, Dominum deprecatur, & dicit, domine, da eis spatiū pœnitentiæ, & noli eos subuertere.

† GREG. l. 7. mo. c. 7. Michael eorum qui ex plebe Iudæorum in terra Iudææ remāserant, præpositus inuenitur, Vnde & ab alio angelo Danieli dicitur, *Nemo est adiutor meus, nisi Michael princeps vester.*

† AVG. l. de diligendo Deo c. 3. De excelso cælorum habitaculo ad consulendos, visitandos, & adiuuandum nos, attrahit supereminens charitas angelos, propter Deum, propter nos, propter seipsos. Propter Deū vtique, cuius tanta erga nos pietatis viscera ipsi quoque vt dignum est, imitantur. Propter nos, in quibus nimirum propriam similitudinem admirantur. Propter seipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis toto desiderio præstolantur.

Angelorum custodia & inuocatio.

† AMBROS. de viduis. Obsecrandi sunt angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt.

† IDEM. lib. 1. de virgini. Helisæus propheta exercitus angelorum præsidio sibi adesse monstrauit. Sic Iesus Naue ducem militiæ cælestis agnouit. Possunt igitur angeli in nobis fructum custodire, qui possunt etiam militare pro nobis.

4. Reg. 6. Iosu. 5.

b *Et veniet tempus.* HIER. in com. Etiam si ponamus Lysiam vicisse Iudæos, sicut vult Porphyrius, qui tamen victus est, non fuit tanta tribulatio quāta cum Ierusalem capta est à Babyloniis, templum subuersum, & populus captiuatus est, hæc tamen maior: vnde non hæc possunt ad Antiochum referri.

Et veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex. &c. † LACTANTIVS l. 7. c. 16. & 17. Consurget hostis potentissimus, qui insuperabili dominatione vexabit orbem, diuina & humana miscebit, infanda dictu & execrabilia molietur, noua consilia in pectore suo volutabit, vt proprium sibi constituat imperium, contaminabit, deripiet, spoliabit, occidet. Rex ille teterrimus, & mendaciorum propheta, seipsum constituet ac vocabit Deum, & se coli iubebit vt Dei filium: eruere templum Dei conabitur, & iustum populum persequetur, & erit pressura, & contritio qualis numquam fuit à constitutione mundi. Tunc lachrymæ, luctus & gemitus perpetes, & ad Deum cassæ preces; nulla requies ad formidinem, aut somnus ad quietem. Dies cladē, nox metus augebit semper.

Tempora sub Antichristo qualia.

† EPHREM. Syrus sermone de Antichristo. Cuiusmodi Antichristus iste futurus est? Scelestus, atrox, impurus, subdolus. Sanctis tamen maximè viris atrocior, infestiorque imminebit, qui illius artes vincere poterunt, præstigias nudare, figmenta detegere. Hos requirere non desinet in terra, & in mari, se iam existimans omnes ditioni suæ subditurum. Perturbabit terram, cunctaque replebit formidine, per fallacia signa & magicas artes. Non erit illo tempore vlla in terris requies, sed tribulatio magna, turbatio, atque confusio, mortesque & fames in cunctis finibus terræ. Nam dominus noster ita fore prædixit. Sancti tunc profundent lachrymarum flumina, ad deserta confugiēt, in montibus & vallibus occultabuntur, puluere ac cinere capita sua adspergent, orantes vt à dracone liberentur. Lugebunt montes & colles, & ligna syluarum, lugebunt & cæli luminaria, quod homines defecerunt à Deo sancto, & tyranno crediderunt; pro cruce Saluatoris, characterem impuri hostis suscipientes. Lugebunt ecclesiæ Dei luctu ineffabili, quia vltra non offertur oblatio diuina, & sanctificatio, &c.

Mat. 24. Dan. 11.

† HYPPOL. martyr. orat. de consum. sæculi. Lugebunt plurimi eo quod defecerunt à sancto Deo, & crediderunt impostori, suscepto charactere impuri hostis, loco viuificæ crucis Saluatoris. Lugebūt etiam ecclesiæ luctum magnum, quia nec oblatio, nec suffitus fiat nec cultus Deo gratus. Sed & ecclesiarum ædes sacræ instar tugurij erunt, pretiosumque corpus & sanguis Christi non extabit in diebus illis. Liturgia extinguetur, Psalmorum decantatio cessabit, &c.

Publicus Dei cultus cessabit tēporibus Antichristi.

c *Et in tempore illo sal. &c.* † THEOD. in com. Hoc est, salute digni, Heliæ prædicationi obtemperaturi, quos Deus iam inde à principio præcognoscit. Dei quippe cognitionem, librum nuncupauit.

†† HIE. in com. Oppresso igitur Antichristo, & spiritu Saluatoris extincto, saluabitur populus qui scriptus fuerit in libro Dei: & pro diuersitate meritorū alij resurgent in vitam æternam, & alij in opprobrium sempiternum. Magistri autem habebunt similitudinem cæli, & qui alios erudierunt stellarū fulgori comparabuntur: Non enim sufficit scire sapientiam nisi & alios erudias; tacitusque sermo doctrinæ alium non ædificans, mercedē operis recipere nō potest.

† AVG. l. 20. de ciu. c. 29. Per Eliā magnū mirabilemque prophetam, exposita sibi lege, ante iudicium, Iudæos in Christum verū esse credituros, celeberrimū est in sermonibus cordibusque fidelium.

† AMBROS. com. in c. 11. Apoc. Constat Iudæos in fine mundi prædicatione Eliæ & Enoch ad fidem Christi esse conuertendos.

Iudæi in fine mundi per prædicationem Eliæ ac Enoch in fine sæculi conuertendos.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

Vtilis institutio, ibi, Tu autem Daniel. *Circa primum duo facit, quia primo ostendit conatum angelorum ad tuitionem fidelium; secundo, describit conditionem & gradus resurgentium, ibi,* Et multi de his qui dormiunt. *Circa primum considerandum, quod conatus angelorum circa fideles tempore Antichristi erit necessarius ad duo, scilicet, ad fidelium defensionem, & aduersarij destructionem, quia licet antichristus verbo Christi ex Dei sententia interficiatur, vt dictum est, hoc tamen erit auctoritatiuè; sed per Michaelem (qui est princeps ecclesiæ, sicut fuit antiquitus princeps synagogæ) hoc fiet executiuè, & hoc est quod dicitur hic,* In tempore illo, *id est, antichristi, quando. s. angeli mali conabuntur omnes corrumpere, & à fide subuertere etiam electos si fieri potest, vt dicitur in euangelio.*

Angeli adiuuantes fideles tempore persecutionis.

1 Consurget Michael prin. *ad fortificandum electos, per se, & per angelos sibi subditos. Sequitur,* 2 Et

2 Et veniet tempus, &c. *propter magnitudinem tribulationis quæ ventura est sub antichristo,* qualis numquam fuit à principio mundi vsque tunc, *vt dicitur Matth. xxiiij. Per hoc patet quod malè exponit Porphyrius hunc locum de persecutione Iudæorum sub Antiocho, quia maior fuit illa quæ sub Nabuchodonosor fuit, intensiuè & extensiuè: Intensiuè, quia destruxit ciuitatem & templum, & magnam partem populi occidit, reliquam verò cum rege Sedechia captiuam duxit, exceptis quibusdam personis* pauperibus & vilibus quas dimisit ad colendam terram, *vt patet. iiij. Reg. v. Similiter extensiuè, quia durauit per 70. annos. Illa autem quæ facta sunt sub ab Antiocho, tantummodo per sex annos. De afflictione autem quæ facta est populo Israel per Titum & Vespasianum non est dubium quin fuerit maior, quam illa quæ fuit sub Antiocho.*

Persecutio sub Antiocho leuior fuit Iudæis, quam vel ea, quam passi sunt sub Nabuchodonosor, vel alia, quam sub Tito.

3 Et in tempore il. *Illi dicuntur esse de populo eius, qui sunt verè Israelitæ*

MORALITER.

† 2 *Et ve. tempus.* Sicut enim de quolibet confessore canit ecclesia, *Non est inuentus similis illi,* sic de qualibet ecclesiæ persecutione dici potest, quod non fuit tempus talis persecutionis, & maximè quod cuilibet persecutionem patienti videtur quod sua tribulatio sit maior aliis.

3 *Et in tempore illo.* Omnis enim saluatio corporalis vel spiritualis procedit ex ordinatione Dei.

a *Et multi de his qui dormiunt, &c.* † THEOD. in com. Dicant qui hæc Antiocho aptare conantur, quinam resurrexerint illo regnante, ex quibus vitam æternam alij consecuti sint, alij opprobrium & dedecus sempiternum percipient? Igitur communem hinc mortuorum resurrectionem, & iudicium discamus. *Multi* autem pro *omnes* dixit, sicut & Apostolus dicens, *Si vnius delicto multi mortui sunt*, &c.

Multi pro omnes. Rom.5.

† AMBR. lib de fide resur. Bene autē *dormientiū* dixit vt intelligas mortem nō esse perpetuā, quæ somni vice initur ad tēpus, & ad tempus excluditur: melioremque profectum vitæ eius ostēdit, quę post mortem futura est, quam eius quæ ante mortem mœrore, atque dolore transigitur.

De vita duplici.

b *Qui autem docti.* † HIER. in cō. Theodotio * Vulgata editio ita, *Et intelligentes fulgebunt, quasi splen. fir. & de iustis plurimi quasi stellæ in æternum & vltra*, Secundum Theodotionem tantum interest inter eruditam sanctitatem, & sanctam rusticitatem, quantum distant cælum & stellæ; qui doctis, similitudinem cæli, iustis absque doctrina stellarum fulgorem tribuit singularum.

* Vulgata intelligit κοινὴν, communem Græcam ab Origene & Luciano martyre emendatam. Nota.

Erudita sanctitas præferenda rusticitati sanctæ.

† RABBA. in 24.c. Ecclesi. Doctor ecclesiasticus verba Dei scribēdo, & docendo, non solum sibi laborat, sed & aliis: quia sibi laborat pro æterna mercede; aliis autem pro vera salute, & perpetua requie.

Sancti Doctores multis prosunt.

c *Et sig. li.* HIE. in cō. In Isaia quoque liber signatus est; Et in Apoc. sigillis septem: Vnde subditur, *Vicit leo de tribu Iuda ra. Da. ape. librum.* Librū autem hunc potest aperire, qui scripturarum sacramenta cognouit, & intelligit ænigmata, & verba tenebrosa, & occidentem litteram transfert ad spiritum viuificantē. Legimus in Machabæorum libris, & Iosephus in eadem opinione cōsentit, quod tribus annis templum pollutum fuerit in Ierusalem, & in eo Iouis idolum steterit sub

Isa.29.d. Apoc.5.b. 1.Mach.1.f. Ioseph.lib.12.c.10. Sacrorum desolatio quamdiu sub Antiocho durauit.

a ¶ Pro quo oras. b ¶ Q.d. propter electos breuiabuntur dies tyrannidis eius. c ¶ Patebit. d ¶ Prædestinatus.

saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus

a ¶ Dei. b ¶ Omnes. c ¶ In puluerem redacti.

in libro.[2] Et multi de his qui dormiūt in terræ puluere, euigi-

a ¶ Resurgentes. b ¶ Pro diuersitate meritorum. ¶ Damnationis.

labunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant

a ¶ Magistri, scilicet, aliorum, non modo prędicando, sed scriptis confirmando. b ¶ Similes cæli.

semper.[3] Qui autē docti fuerint, fulgebūt quasi splendor fir-

¶ Sol & Luna, vel sicut firmamentum cum omnibus stellis. a ¶ Simpliciter verbo vitæ & exemplo.
b ¶ Aliter non valet scientia, Tacitus & otiosus sermo doctrinæ mercedem non habet.

mamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi

a ¶ Fulgebunt iusti & tamquam scin. in arun. dis. b ¶ Q. Multa reuelaui tibi, Tu autem, &c. c ¶ Inuolucris.

stellæ in perpetuas æternitates.[4] Tu autē Daniel, claude ser-

a ¶ Visiones. b ¶ Obscuritatis magnitudinem significat. ¶ Obscuritatibus.
c ¶ Completionem. d ¶ Legendo, quærendo historiæ veritatem.

mones, & signa librū vsque ad tēpus statutū. Plurimi pertrā-

a ¶ Diuersi diuersa opinabuntur.

sibunt, & multiplex erit scientia.[5] Et vidi ego Daniel, & ecce

a ¶ Angeli, Princeps Persarum & Princeps Macedonum.
b ¶ Babylonij, quod quamuis hic non nominetur, secundum præteritam visionem potest esse Tigris, qui Hebraicè Hiddekel iuxta quem vidit visionem.

quasi duo alij stabant, vnus hinc super ripā fluminis, & alius

a ¶ Non duobus angelis, qui nec interrogatione digni videntur, vnde intelligimus illos angelos esse Persarum atque Græcorum. ¶ Hic angelus clementissimus, qui orationes Danielis obtulerat in conspectu Dei, quando ei. xx. & vna die angelus Persarum resistebat.

inde ex altera ripa fluminis.[6] Et dixi virō qui indutus erat li-

NICOLAVS DE LIRA.

raelitæ habentes veram fidem ipsius Iesu Christi, & isti sunt omnes prædestinati, quia nullus saluabitur, nisi per fidem Christi. Et hoc est quod subditur.

1 Omnis qui inuen. &c. *qui quidem liber non est aliud, quàm conscriptio electorum in mente diuina, & isti verè saluabuntur de tribulatione antichristi, quia* propter electos breuiabuntur dies *persecutionis antichristi, vt habetur Matth. xxiiij.*

Liber vitæ.

2 Et mul. *Hic consequenter describitur conditio & gradus resurgentium. Et diuiditur in duas partes, quia primo tangit diuersitatem resurgentium, quantum ad electos & reprobos; Secundo, tangit diuersos gradus electorum, ibi,* Qui autem docti. *Circa primum sciendum, quod licet omnes resurgent tam boni quàm mali, tamen diuersimode: quia aliqui resurgent ad gloriam, scilicet electi; alij ad pœnam scilicet reprobi; Et hoc est quod dicit,* Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, *resurgentes à morte, non enim loquitur de dormitione somni, sed mortis, quod patet per hoc quod dicit.*

Diuisio.

3 Qui dor. in ter. *Per hoc autem quod dicit,* Multi, *intelliguntur omnes, vt dicit Aug. Et hic modus loquendi bene inuenitur alibi in sacra scriptura. Vel aliter dicit,* Multi, *propter pueros damnatos qui licet resurgant, non tamen dicuntur propriè euigilare, quia non sunt habituri sensum pœnæ vel gloriæ, vigilia autem est solutio sensus.*

Pueri damnati.

4 Alij in vitam æternam, *scilicet electi:*

5 Alij in opprobrium, *scilicet reprobi, quod op[illegible]um erit etiam sempiternum: propter quod subditur,*

6 Vt videant semper. *scilicet opprobrium suæ damnationis. Hunc etiam locum exponit Porphyrius, & malè de illis Iudæis, qui se absconderunt in speluncis propter persecutionem Antiochi, & audita Iudæ victoria venerunt ad ipsum quasi euigilantes de puluere terræ. Alij in vitam, quantum ad obseruatores legis: Alij in opprobrium, quantum ad præuaricatores. Ista expositio patet manifestè falsa, quia omnes qui se absconderūt & venerunt ad Iudam Machabæum modo prædicto, erant zelatores legis, aliter non venissent ad ipsum sed obediuissent Antiocho. Et tamen de istis dicitur, quod aliqui euigilabunt ad opprobrium; ergo eius expositio est falsa, quia dicit quod illi qui euigilauerunt ad opprobrium erant præuaricatores legis. Similiter illi qui erant obseruatores legis, qui secundum eum dicuntur euigilasse ad vitam, & postea mortui sunt, & sic non possunt dici euigilasse ad vitam æternam, secundum quod dicitur hic. Ex quibus patet, quod ista littera non potest exponi nisi de resurrectione futura post persecutionem antichristi.*

Insulsa expositio Porphyrij super vers. 2.

7 Qui autem doct. *Hic consequenter tanguntur diuersi gradus electorum, qui erunt quasi diuersæ charitates stellarum secundum quod dicitur. j. ad Cor. xv. f.* Stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorū, &c. *& illi tamen qui supereminent aliis hic in vita & doctrina, habebunt speciale præmium, scilicet, aureolā doctorum, & ideo dicuntur hic fulgere quasi* splendor firmamenti; *Alij autem qui per exempla bonæ vitæ inducunt alios ad iustitiam, quamuis non sint doctores, tamen dicuntur fulgere* quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Gradus electorum diuersi. Aureola Doctorum.

8 Tu autem Da. *Hic consequenter ponitur vtilis instructio ipsius Danielis, & instruit eum angelus de duobus: Primo de clausione visionis; Secundo de duratione persecutionis, ibi,* Et vidi ego Daniel. *Circa primum aduertendum, quod diuina secreta non sunt omnibus reuelanda: propter quod dicebat saluator Matth. vij. a.* Nolite sanctum dare canibus, &c. *id est, obstinatis. Similiter nec vulgaribus hominibus, qui non possunt talia capere: propter quod Christus loquebatur turbis in parabolis, sed discipulis exponebat omnia, vt dicitur Matth. iv. quia talia sunt maioribus reuelanda. Daniel autem erat vir desideriorum, vt supra dictum est capitulo nono: Et ideo dignum erat vt sibi multa diuina secreta reuelarentur, quæ tamen aliis occultabantur. Et hoc est quod dicitur hic,* Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum: *quasi dicat, diuina secreta tibi reuelata ænigmatibus inuolue, & inexposita dimitte, & hoc vt maligni non habeant materiam deridendi, & studiosi habeant materiam se exercendi. Sequitur,*

Diuisio. Diuina secreta non sunt omnibus reuelanda.

9 Vsque ad tempus statutum, *quasi dicat, tunc erunt perfectè manifesta, quando implebuntur.*

10 Plurimi pertransibunt, *legentes, scilicet librum istum aliqui malignantes, aliqui deuotè tractantes.*

11 Et multiplex erit scientia. *Id est, expositio circa ista.*

12 Et vidi ego. *Hic secundo angelus instruit Danielem de duratione persecutionis antichristi. Et diuiditur in duas partes, quia primo instruit eum de summa durationis; Secundo de eius terminis, ibi,* Et cum completa fuerit, *Tertio infert, quamdam conclusionem ex prædictis ibi,* Tu autem Daniel claude sermones. *Ad euidentiam primæ partis aduertendum, quod Daniel vidit hanc visionem iuxta fluuium* Tigris *vt dictum est capitulo decimo; Apparuerunt autem sibi tres angeli, duo stantes ex vtraque parte fluminis: Et isti duo erant angelus Persarum, & angelus Græcorum, quia Græcia est ab occidentali parte illius fluminis, regnum autem Persidis magis in Oriente. Tertius autem angelus apparebat quasi stans super fluuium. Et ille erat Gabriel, qui loquebatur Danieli instruens eum de duratione persecutionis antichristi. Et hoc est quod dicitur hic.* Et vidi ego Daniel & ecce quasi duo alij. *Dicit* quasi *quia non erant homines sed angeli, apparentes in specie virorum. Sequitur,*

Diuisio. Tres angeli Danieli apparentes ad fluuium Tygrim.

13 Et dixi viro. *id est, Gabrieli apparenti in specie viri.*

Qui

MORALITER.

† 2 *Et multi de his.* Isti sunt qui in terrenorum cupiditate sunt consopiti quorum aliqui euigilant, quādo terrenorum vanitates considerant, & sic ab eorum immoderata concupiscentia retrahuntur. Ideo subditur, *Alij in vitam æternam alij in opprobrium, &c.*

7 *Qui autem docti fue.* non solum ad vitam propriam dirigendam sed etiam aliorum per sanam doctrinam.

† *Quasi splendor firmamenti,* Qui sunt maioris meriti quàm illi qui dirigunt alios ad bonum per exemplum vitæ bonæ tantum.

7 Qui

sub Antiocho Epiphane. cxlv. anno regni Græcorum à Seleuco, mense eiusdem anni nono, vsque ad nonum mensem. cxlviij anni, qui faciunt annos tres. Non autem sub Antichristo tres, sed tres & semis, id est, mille ccxc. dies desolationis tẽpli & euersionis dicuntur esse futuri.

& sub Antichristo durabit.

quibus se ostendunt. Iurauit autem, quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis, significans tres annos cum dimidio.

c *Et cum completa fuerit, &c.* † THEOD. IBID. Deinde cognoscent sanctum. Magnum Heliam hic innuit. Nam circa finem illius imperij, cùm apparuerit magnus Helias, secundum Saluatoris nostri prædicans aduentum. His subiicit,

a *Vsquequo finis horum mirabiliũ, &c.* † THEO. in com. Ego enim, inquit, tacitus stabã, neque interrogare audebam, sed duo alij ripis fluminis vtrimque assistentes, eum qui byssina veste indutus erat, & in aquæ superficie vehebatur, interrogabant, Quamdiu durabunt hæc terribilia & horroris plena? Et quando ab his erit liberatio?

b *Et audiui virum, qui indutus erat lineis.* † THEOD. IBID. Hinc planè didicimus, qui tunc loquebatur, non fuisse ipsum dominũ, dominus enim nõ habens alium, per quem iuret se maiorem, per semetipsum iurat: hic autem iurat per viuentem in æternum. Manus autem ipsum habere dicit Daniel, quia ita videbat. Nouit tamen esse expertem corporis angelicam naturam, qui visiones ad videntium vtilitatem figurant, & sæpè mansuetiores videntur sese accommodantes, sæpè etiam terribiliores, quo diligentiores eos reddant, qui-

Deus per semetipsum alij per se maiorem iurant.

Heb. 6. Deut. 32.

Ezech. 18.

Aspectus Angelorum hominibus apparentium.

neis, qui stãbat super aquãs fluminis, Vsquequo finis horum mirãbilium.[7] Et audiui virũ, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum eleuasset dexteram & sinistrã suam in cælum, & iurãsset per viuentẽm in æternum, quia in tẽmpus & tẽmpora & dimidium tẽmporis.[8] Et cũ cõmpleta fuerit dispẽrsio manus populi sancti, cõplebuntur vniuẽrsa hæc.[8] Et egõ aũdiui, & nõ intẽllexi. Et dixi, Domine mi quid erit post hęc?[9] Et ait, Vãde Daniel, quia clausi sunt signatique sermõnes, vsque ad tempũs præfinitũ.[10] Eligẽntur & dealbãbũtur, & quãsi ignis probabũtur mũlti. Et impiẽ agent impij, neque intẽlligent omnes impij. Porrò dõcti intẽlligent [11] & à tempõre cum ablatum fuerit iuge sacrificiũm, &

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

a ¶ Quasi pede conculcans. b ¶ Signans violentiam Persarum iam comprimendam. c ¶ Babylonij. d ¶ Quo tempore complebuntur.
a ¶ Quæ sub Antichristo, secundum Porphyrium, sub Antiocho.
a ¶ Adiecit hoc aliud scilicet. b ¶ Hoc spatio dicitur desolatio futura sub Antichristo.
a ¶ Vnius anni. b ¶ Duorum. c ¶ Vnius anni. d ¶ Ab Antichristo secundum nostros, vel ab Antiocho secundum Porphyrium.
a ¶ Id est, cum dispersus fuerit populus Dei. b ¶ Quæ vidisti.
a ¶ Daniel. b ¶ Futura, regum scilicet diuersa bella, & multiplicem historiam, sed non audierat: nomina singulorum. c ¶ Quomodo ergo disserere præsumunt alij.
a ¶ Viam vniuersæ carnis. b ¶ Multis obscuritatibus.
a ¶ Visiones. b ¶ Consummationis. c ¶ De massa generis humani. ¶ Sancti. d ¶ Vt appareant iusti.
a ¶ Quasi aurum in fornace. b ¶ Fideles. c ¶ Qui in sordibus est, sordescat adhuc. ¶ Cum finis venerit.
a ¶ In maleuolam animam non, &c. ¶ Ad probationem sanctorum hæc fieri. b ¶ Disciplina Dei. c ¶ Hæc. s. & libenter sustinebunt.
a ¶ Cum Antichristus orbem poss[illegible] Dei cultum interdicet vsque ad mortem eius. b ¶ Cum se. s. colendum persuaserit.

d *Et ego audiui, & non intellexi, &c.* † THEODOR. IBID. Non intelligens id quod dictum fuerat de tempore, coactus fui apertius discere cupiens, desiderabã enim, quę deinceps cõsecutura essent, percipere. Ille autem ait:

e *Vade Daniel, quia clausi, &c.* † IBID. Non sine causa, inquit, hęc obscurius dixi, & veluti sigilla verbis obscuritatem imposui. Neque enim temerè omnibus diuina sunt proponenda. Ait enim Dominus: *Nolite sanctum dare canibus.* Sic beatum sanctumque Dei famulum Danielem sanctus angelus docet Antichristi tyrannidis tempus.

Non omnia omnibus vulgo propalanda.

Matth. 7.

f *Et à tempo.* HIER. in com. Repetit de tempore Antichristi, sed aliis verbis, id est, cum ablato Dei cultu & desolato, Antichristus abominabiliter exhibebit se adorandum, tunc erunt dies tot, id est, tres anni & semis.

Dies

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui indutus erat lineis, &c. *Ad denotandum angelicam puritatem.*

2 Qui stabat super aquas, &c. *Ad designandum quod potestas terrena est finaliter conculcanda. Aquæ enim populos significant, secundum quod dicitur Apocalip. xvij. d.* Aquæ multæ, populi multi.

3 Vsquequo finis horum mirabilium: *id est, quanta erit duratio persecutionis Antichristi prædicta:*

4 Et audiui virum qui indutus erat, &c. *id est, Gabrielem in specie viri apparentem.*

5 Cum eleuasset dexteram & sinistram suam, &c. *Ad maiorem affirmationem dicti sui.*

Tempus, tempora, & dimidium temporis.

6 Quia in tempus & tempora & dimidium temporis, *id est, tantum durabit illa persecutio, scilicet, per tres annos & dimidium. Tempus enim sumptum in singulari significat vnum annum, vt supr. habitũ est ca. iiij. Tempus autem acceptum in plurali sine numero determinato stat pro binario annorum secundum communem modum loquendi Hebraicum, & liber iste scriptus est Hebraice ab octauo capitulo vsque ad finem. Dimidium autem temporis significat dimidium annum. Et sic patet quod persecutio antichristi durabit per tres annos & dimidium, quantum durauit prædicatio Christi. Porphyrius autem exponit tempus istud de persecutione Antiochi, sed hoc patet manifestè falsum. Quia aut accipit persecutionem Antiochi à principio, quo intrauit Ierusalem, vsque ad tempus in quo mundatum est sanctuarium per Iudam Machabæum: Et tunc patet falsitas eius, quia illud tempus continet sex annos, vt supra habitum est. viij. ca. vbi dicitur sic,* Vsquequo sanctuarium & fortitudo conculcabitur? *Et dixit angelus, scilicet, angelus respondens ad hanc quæstionem,* Vsque ad vesperam & mane dies duo. M. ccc. & mundabitur sanctuarium; *hoc etiam potest probari ex. j. Macha. j. f. vbi dicitur quod Antiochus Epiphanes ingressus est Ierusalem anno cxliij. regni Græcorum prope finem illius anni: & ibidem 4. c. dicitur quod sanctuarium mundatum est anno cxlviij. prope finem illius anni, nono mense, xxv. die illius mensis, vt ibidem dicitur: & sic tempus intermedium fuit quasi sex annorum. Si autem Porphyrius accipiat persecutionem Antiochi non à primo ingressu eius in Ierusalem, sed à die qua posuit idolum Iouis in templo, (& sic videtur Porphyrius intelligere) Adhuc falsum dicit, quia idolum non fuit in templo per tres annos & dimidium, sed fuit ibi per tres annos præcisè. vt dicit Iosephus xij. li. antiqui. c. x. Primo autem lib. Macha. videtur, quod ibi fuerit per decem dies vltra tres annos. Quod probatur sic, quia in anno cxlv. mense ix. die xv. mensis, positum est idolum prædictum in templo, vt dicitur j. Macha. j. f. & anno cxlviij. mẽse ix. die xxv. mensis purificatum est templum, vt habetur j. Macha. iv. & sic tempus intermedium fuit trium annorum & x. dierum; Dicendum quod xxv. die mensis ix. obtulerunt sacrificium in templo purificato, vt dicitur j. Macha. iv. sed per x. dies ante amouerant idolum, quia bene posuerunt tantum temporis ad purificandum templum. Iouis autem idolum fuit amotum à principio quo cœperunt templum purificare. Et sic patet quod reuolutis tribus annis præcisè eodem die amotum est idolum quo fuerat positum.*

Mach. 4. f.

Erratum Porphyrij exponentis hoc de duratione persecutionis sub Antiocho quod intelligi debet de duratione persecutionis Antichristianæ.

7 Et cum comple. *Postquam angelus instruxit Danielem de summa durationis persecutionis antichristi, hic instruit eum de terminis ipsius durationis: Et diuiditur in duas partes, quia primo instruit eum de termino ad quem; Secundo de termino à quo, ibi,* Et à tempore. *Terminus autem ad quem finietur duratio persecutionis antichristi, erit fulminatio, seu interfectio: Dicit igitur angelus loquens Danieli,* Et cum comple. fuerit dispersio manus po. san. *id est, Christiani, quod erit quando propter atrocitatem persecutionis antichristi nullus Christianus audebit apparere in publico;*

Diuisio.

8 Complebun. vniuersa hæc. *id est, fulminabitur antichristus, & veniet resurrectio mortuorum, & iudicium.*

9 Et ego audiui, & non intellexi, *quia licet intelligeret veritatem in generali & in speciali quantum ad multa; non tamen quantum ad omnes circumstantias, & determinatas personas, quia (sicut supra dictum est) veritas de futuris non reuelatur prophetis, nisi secundum quod expediens est, secundum diuinam ordinationem.*

Datur Prophetis illuminatio seu reuelatio ad mensuram.

10 Et di. Do. mi quid erit post hæc: *Volebat enim Daniel plus scire, quia volebat scire finem mundi determinatè.*

11 Et ait, *scilicet, angelus respondens sibi:*

12 Vade Da. *id est, vades viam vniuersæ carnis per mortem,*

13 Quia c. *q. d. non modo scies, nec ad te pertinet. Hoc etiam modo respondit Saluator Apostolis Actu. j. a.* Non est vestrum nosse tempora vel momenta, &c. *Apostoli autem fuerunt magis illuminati quam prophetæ, & ideo si scire finem mundi determinatè non pertinebat ad apostolos (vt dicit Saluator) nec per consequens hoc competebat Danieli. Ex hoc apparet fatuitas illorum, qui voluerunt finem mundi prædicere determinatè, & omnes qui hoc attentauerunt mendaces inuenti sunt. Sequitur.*

Fatuitas eorum qui finem mundi determinatè prædicere audent.

14 Eligentur & dealbabuntur, *scilicet, electi in persecutione antichristi & membrorum su[illegible]um vsque ad finem mundi.*

15 Et imp. a. im. *secundum quod dicitur Apoc. xxij. c.* Qui in sordibus est, sordescat adhuc.

16 Neque in. o. im. *quia præcludunt sibi viam intelligendi, secundum quod dicitur Sap. j. a.* In maleuolam animam non introibit sapientia.

17 Porro docti intel. *s. reuelationem prædictam, quantum expedit. Isti docti intelliguntur Apostoli & Euangelistæ & alij deuotè exercentes se in scriptura, qui sunt docibiles Dei. Per hoc patet quod intellectus huius prophetiæ non est interclusus bonis & deuotis, quantum tamen expedit; sed tantum maleuolis, & impiis.*

Quando incipient tẽpora Antichristi.

18 Et à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium. *Hic consequen-*

a *Dies mille.* HIER. in com. Hos dies Porphyrius vult sub Antiocho in desolatione templi esse completos; & Iosephus & Machabæorum liber tribus tantum annis hoc fuisse commemorant: vnde patet tres istos & semis annos de Antichristo dici, qui tribus & semis annis, id est, mille ccxc. diebus sanctos persequetur, & postea corruet in monte sancto.

Ioseph. 12. li. antiqui. cap. 10. 1. Macha. 1. f. & 4. c. 2. Thess. 2. b.

b *Beatus qui expectat.* † THEOD. in cō. Declarat fore, vt Antichristo diuina plaga percusso permaneat magnus Helias reliquos quinque & quadraginta dies prædicans; tũ appareat dominus veniens in nubibus cæli, qui coronabit eos, qui incorruptam perseuerātiæ possessionem seruarint. Quod & dominus asserit, d. *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.*

Prædicatio Eliæ ante consummationem seculi.

Matt. 10. & 24.

HIER. in com. Interfecto Antichristo, supra præfatum numerum dies quadragintaquinque præstolatur, post quos dominus in maiestate venturus est. Quare autem post mortem Antichristi quadragintaquinque dierum silentium sit, Dei scientiæ est, sed fortè regni dilatio, sanctorum patientiæ est probatio.

Regni dilatio sanctorum probatio.

IBID. Porphyrius hunc locum ita exponit, vt quadragintaquinque dies, qui supra mille cccx. sunt, victoriæ contra duces Antiochi tempus significent, quando Iudas Machabæus fortiter dimicauit, & templum mundauit, idolumque contriuit, & in templo victimas obtulit. Sed liber Machabæorum tribus tantum annis templum dicit fuisse pollutum.

1. Mach. 4.

Refutatur Porphyrius.

c *Tu autem Da.* HIER. in com. Theodotio. *Tu autem* [...] *& requiesce, & resurgens in ordine tuo.* id est, in consummat[...]rum, in quo patet prophetiam hanc esse resurrectionis mortuorum, quando propheta resurrecturus est.

HIER. I[...] stra ergo Po[...] quæ in typo An[...] chi de Antichristo [...]cta sunt, vult re[...] ad Antiochum; plenè respondet [...] sebius Cæsariensis, & Appollinaris Laodicensis, & ex parte disertissimus vir & martyr Methodius.

† THEODORET. in com. Nos ex diuina Danielis prophetia didicimus, Iudæos lamentari ac lugere, qui extra prophetarum catalogum diuinum hunc prophetam audent constituere, Saluatoris nostri aduentus manifestum testimonium inficiatione prophetiæ obumbrare conantes. Antiquos verò Iudæos beatum Danielem prophetam vocasse maximũ, testis locuples est Iosephus Hebræus, qui veritatem occultare non sustinuit. Nos verò à propheta Dei percepta futurorum cognitione, nosmetipsos ad horribilem diem illam ita comparemus, vt ne in dedecus sempiternum, sed in vitam resurgamus æternam, quam vtinam omnes consequamur gratia domini nostri Iesu Christi, cum quo & patri, & spiritui sancto gloria, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Liber Danielis à quibusdam Iudæorum non recensitus.

Lib. 10. & 11. antiq.

a Cultus Antichristi. Scilicet, templo desolato. b Legis Dei & sanctorum. Tres anni & semis.

1 a posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti b nonaginta. a Dies quietis & pacis post mortem Antichristi, quadragintaquinque superioribus adduntur ad refrigerium sanctorum, & ad pœnitentiam subuersorum. 2 Beatus qui expectat, & peruenit ad dies mille & a Moriendo. Vnde, Euntes ibant & flebant mittentes se. &c. Id est; vades. c trecentos quinquagintaquinque. 3 Tu autem Daniel vade ad a Vitæ. a In spe. b In numero sanctorum resurgendo, & ibi videbis quæ nunc operta sunt. præfinitum, & requiesces, & stabis in sorte tua in fine dierũ.

Hucusque Danielem in Hebræo volumine legimus. Cetera quæ sequuntur vsque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

sequenter angelus instruit Danielem de termino, à quo incipiendi sunt prædicti tres anni cum dimidio, dicens, Et à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, &c. *id est, à tempore illo, quo sacrificium altaris cessabit celebrari solenniter.*

1 Et posita fuerit abominatio in desolationem, &c. *id est, antichristus exhibitus hominibus ad adorandum. Ab illo inquam tempore* dies mille ducenti nonaginta *qui faciunt tres annos cum dimidio & duodecim dies, vt patet consideranti, quia vnus annus habet trecentos sexagintaquinque dies. Et sic illud idem spatium temporis, quod prius expressit per tres annos cum dimidio, hic exprimit per dictos dies. Sic igitur patet quod tres anni cum dimidio persecutionis antichristi non sunt incipiendi ab illo tempore, quo se incipiet ostendere & aliquos ad se attrahere; sed ab illo tempore quo iam erit tanta potestatis, quòd se exhibebit adorandum hominibus, & quo fideles non audebunt in palam sacrificium altaris conficere propter timorem eius. Sequitur,*

Per tres annos cum dimidio durabit persecutio Antichristi.

2 Beatus qui expe. &c. *quia hic ad numerum præcedentem adduntur quadragintaquinque dies, qui post mortem antichristi dabuntur à Deo ante iudicium, vt decepti in persecutione antichristi possint pœnitere. Et ideo dicit,* Beatus qui peruenit vsque, &c. mille trecentos, &c. *id est, beatus est, qui in tribulatione antichristi stabit, quæ durabit per tres annos cum dimidio, siue per dies M.290. & adhuc vltra viuet per 45. dies: quia si non fuerit deceptus per antichristum, vt perfectus coronabitur; Si autem fuerit deceptus poterit pœnitere in illis 45. diebus sequentibus mortem antichristi, quia tunc eius falsitas erit omnibus manifesta & sua potestas ablata. Licet autem hoc dictum sit satis commune, tamen per hoc non dicitur, quod aduentus Christi ad iudicium sit futurus immediatè post 45. dies naturales computandos à morte antichristi: Etiam non est certitudinaliter determinatum, quod illi quadraginta quinque dies sint vsuales vel annales, secundum illud Ezech. 4. b.* Diem pro anno dedi tibi. *Et dato quod esset determinatum de vsualibus, tamen per hoc non habetur quod post illos immediatè sit aduentus ad iudicium, imo videtur quod futurum sit tunc maius spatium tēporis intermedium per illud quod dicit Matth. xxiiij. d.* Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes vsque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes; ita erit & aduentus filij hominis. *Et istud referunt aliqui doctores nostri ad tempus quod erit inter mortem antichristi & diem iudicij. Talis autem pax & securitas in qua conuiuia & connubia exercentur non videtur esse per tam parui spatium temporis sicut quadragintaquinque dierum, sed maioris, & maximè si hoc esset determinatum. Et hoc plenius dixi super Eze. xxxix. Ex dictis patet falsitas quorumdam Iudæorum dicentium, quod ponitur hic tempus pro quo debent expectare Messiam futurum, & accipitur hic dies pro anno, vt dicunt, ita quod debent expectare per mille trecentos xxxv. annos, incipiendo computationem istorum annorum à tempore quo positum est idolum in templo. Contra hoc autem arguitur sic, quia positio idoli in templo, aut accipitur ab eis de idolo posito tempore Antiochi Epiphanis, quod oportet dici secundum illos Iudæos qui prædicta exponunt in hoc ca. de Antiocho, & tunc apparet falsitas istorum manifestè, quia ab illo tempore vsque nunc fluxerunt plus quàm M. cccc. anni, & tamen adhuc non habent Messiam, vt dicunt; Aut accipitur de idolo posito per Imperatorem Roman post destructionem factam tempore Titi, & tunc oporteret quod prædicta in hoc capitulo exponerentur de Imperatore Romano, & hoc non potest esse, quia illud quod prædictum est,* Nec quemquam deorum curabit, &c. *non potest exponi de eo, quia Romani deos omnium Gentium colebant.*

Quantum temporis intercessurum sit inter mortē Antichristi & aduentũ Christi ad iudicium.

Contra Iudæos qui ridiculam temporis determinationē assignant quo veniat ipsorum Messias.

3 Tu autem Da. va. *Ex hoc patet quod euigilatio dormientium in puluere, de qua dictum est circa principium huius capituli, intelligenda est de resurrectione vera in fine mundi, & non accipitur pro exitu de cauernis tempore Machabæorum, vt dicit Porphyrius, quia Daniel tunc non surrexit hoc modo.*

Resurrectio generalis.

Vltima duo capitula non sunt de canone, propter quod ad præsens illa dimitto. Sed expositis libris canonicis, ad alios non canonicos intendo manum mittere. Et tunc exponam ista duo capitula illo auxiliante sine quo nihil boni possumus facere, Cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Nota post Concilium Tridentinũ etiam illa duo cap. habenda sunt pro canonicis.

In-

CAPVT XIII.

A a ET erat vir,&c.Erudierunt filiam suam. HIER.in com. Tradunt Hebræi,quia mulieres in hoc decipiebantur,quod Christum de semine suo nasciturum affirmabant, quia de semine Iuda & de stirpe Dauid erant.

b *Parentes enim illius,&c.* † HIER. ibid. Hoc vtendum est testimonio ad exhortationem parentum, B vt doceant iuxta legem Dei,sermonemque diuinum non solum filios, sed & filias suas.

Vt parentes doceāt suos liberos.

* 33.q.5.c. quod Deo, in fin. De continentia coniugali.

† AVGVST.ser.242. de temp. Susanna illustris,decus pudicitiæ, vicit impudentiam iudicum, petulantem seniorū compressit audaciam, ne castitas in ea pateretur iniuriam.

C † CLEM.Alex.lib.3. Pædag.c.2.Formoso Narcisso non rectè successit, quod suæ fuerit contemplator imaginis, adulteria incitat pulchritudo, Græciā euertit barbarum sui ornandi studium.

Forma corporis sæpe obest,

† TERTVL.lib.de cultu fem.Nam etsi accusandus decor non est,vt felicitas corporis, vt diuinæ plasticæ accessio, vt animæ vestis aliqua vrbana: timendū tamen est vel propter iniuriam & violentiam spectatorum, quæ etiam pater fidei Abraham in vxoris suæ specie pertimuit,& sororē mentitus Saram,salutem contumelia redemit.

& habet secum periculum.

D † CYPRIAN.lib.de bono pudic. Fuit Susanna filia Helchiæ,vxor Ioachim pulcherrima,pulchrior moribus. Hanc multū ad decorē ornabat species,simplex erat,excoluerat pudicitia & sola natura.

Incipit historia Susannæ, Belis, & Draconis, quæ non est in canone Hebræorum.

CAPVT XIII.

a ET * erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioachim,[2] & accepit vxorem nomine Susannam, filiam Elchiæ, pulchram

a ¶ Origen.in decimo Stromatum,Susannæ & Belis fabulam ponit.

b nimis & timentem Deum.[3] Parentes enim

a ¶ Hic parentes monentur,vt secundum legem Dei,non tantum filios,sed etiam filias edoceant.

illius, cùm essent iusti erudierunt filiam

a ¶ Negotij opportunitas & concurrentia.

suam secundùm legem Moysi.[4] Erat autem Ioachim diues valdè, & erat ei pomerium vicinum domui suæ, & ad ipsum confluebant Iudæi, eò quòd esset honorabilior omnium. c [5] Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quibus locutus est Dominus, quia egressa est iniquitas de Babylone

a ¶ Non regebant,sed regere videbantur,quia malè præerant.

à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.[6] Isti frequentabant domum Ioachim, & veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia.[7] Cùm autem populus

† HIERONYMVS Com. in 29. Ierem. Hebræi putant quod duo hi senes iudices miseras mulierculas, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ, sic deceperint, quod dicerent eis, quia de tribu erant Iuda, Christum de suo semine esse generandum,quæ illectæ cupidine præbebant corpora sua, quasi matres futuræ Christi.

E Quomodò deciperent mulierculas isti duo presbyteri.

F c *Et constitu. sunt duo senes.* HIER.ibid. Dicebat Hebræus quidam, hos esse Achab & Sedechiam de quibus Ieremias, *Ponat te dominus sicut Achab & Sedechiam,quos frixit rex Babylonis in igne, propter iniquitatē quam fecerant in Israel,& adulterabant vxores ciuium.* Potuit enim fieri vt populus accepta licentia à rege lapidauerint eos, quod frictio potest vocari pro magnitudine pœnæ; vel coniunctos tradiderunt puniendos.

Ierem.29.c. Hebræorum opinio quod duo isti presbyteri fuerint Achab & Sedechias de quibus fit mentio Ierem.29.

Incipit postilla Venerabilis Fr. Nicolai de Lira super historiam Susannæ,Belis,& Draconis.

HIstoria Susannæ contigit ante captiuitatem Babylonicam, vel cito post, quia Daniel erat adhuc valdè iuuenis, secundum quod dicitur infrà j.cap. Cumque duceretur ad mortem suscitauit Deus spiritum pueri iunioris cui nomen Daniel.*& tamen translatus fuerat in Babylonem ante dictam captiuitatem xj.annis quibus regnauit Sedechias, propter quod hæc historia inter libros Bibliæ non canonicos situari debet post librum Baruch: de quo certum est quod vna pars eius fuit scripta ante dictam captiuitatem,vt ibidem plenius fuit dictum.*

Aliter nunc statuit ecclesia in Concilio Trident.

CAP. XIII.

1 ET erat v. *Hæc historia diuiditur in quatuor partes,quia primò,describitur Susannæ nefaria tentatio: Secundò ipsius maligna accusatio, ibi,* Exclamauerunt autem. *Tertiò eius iniqua condemnatio,ibi,* Credidit eis mul. *Quartò,ipsius digna liberatio,ibi,* Exaudiuit dominus. *Prima adhuc diuiditur in quatuor partes: quia primò describitur persona tentata virtus, Secundò tentantium status,ibi,* Et constituti sunt. *Tertiò tentationis ortus, ibi,* Cùm autem populus re. *Quartò tentationis modus, ibi,* Et factum est. *Circa primum describitur persona tentata, s. Susanna à nobilitate generis,quia erat de tribu Iuda, vt dicetur infrà. Et quia erat Ioachim copulata in matrimonio,qui erat honorabilior omnium Iudæorum,vt hic dicitur. Describitur etiam à pulchritudine corporis; vnde dicitur,* Pulchra nimis,*& à pulchritudine mentis,quia dicitur* timens Deum. *Cuius causa exprimitur,quia erat erudita à parentibus secundum legem Moysi. Et ideo bene nominata erat secundum proprietatem rei Susanna, id est,lilium, propter quod senes erant magis inflati de ea, quàm de vili persona. His dictis patet littera,*

Diuisio.

Susannæ genus, forma, & mores.

2 Et consti.sunt. *Hic consequenter describitur tentantium status quia erant senes maturitate ætatis, iudices sublimitate auctoritatis, presbyteri (vt dicitur infrà) apparentia sanctitatis,& ideo de facili poterant mulieres seducere. Dicit hic gloss.quod Hebræi dicunt ipsos decepisse mulieres, per hoc,quod dicebant Christum de semine eorum nasciturum, cum essent de tribu Iuda, eò quòd tribus sacerdotalis & tribus regia coniuncta erant, cuius natiuitas maximè desiderabatur.Sequitur,*

Impostura insignis duorum presbyterorum.

3 De quibus locutus est dominus. *Ierem.xxix.e.vbi dicitur sic,* Ponat te dominus sicut Sedechiam & Achab, quos frixit rex Babylonis in igne,pro eo quod fecerunt stultitiam in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorum suorum, & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter,quod non mandaui eis. *Dicunt enim Hebræi,quod isti senes erant à domino prædicti, Ierem. xxix. Sed contrarium videtur,quia dicuntur frixi in igne per regem Babylonis: Duo autem senes qui tentauerunt Susannam,fuerunt lapidati,vt dicit hic glossa.Item fuerunt lapidati à populo,non à rege. Dicendum,quod pœna mortis quæcumque aliquando significatur per ignem in scriptura,& ideo eorum lapidatio potest vocari frictio in igne Item sciendum quod de licentia regis Babylonis pœna debita iudicabatur per Iudæos secundum legem Moysi,quia iudices regis legem Iudæorum ignorabant, sed executionem mortis non poterant inferre nisi ex speciali mandato regis & auctoritate, & ideo quod populus eos lapidauit fuit de præcepto regis; propter quod rex fecit principaliter & auctoritatiuè,populus autem executiuè.Cetera patent.*

Qui fuerint & quo supplicio interierint prædicti senes.

4 Cùm autem populus reuertisset per meridiem, &c. *Hic ponitur tentationis ortus quæ orta est in istis senibus, sicut communiter oritur tentatio carnis in aliis hominibus, Primò,ex impudico aspectu, quia dicitur*

Tentationis ortus in senibus.

MORALITER.

† 1 *Et erat vir.* Capitulum istud & sequens non sunt de canone,sed quia non faciunt librum per se distinctum, ideo non expecto ponere eorum moralitatem cum moralitate librorum qui non sunt de canone, quorum moralitatem intendo ponere in operis huius fine. Hic autem istorum duorum capitulorum moralitatem intendo ponere satis breuem. In hoc autem capitulo ipsius Susannæ falsa ponitur accusatio. Et in casu simili, accusatio habet aliquam veritatis apparentiam ex duobus. Primum est nobilitas generis, quæ dat aliquando audaciam malè agendi. Secundum est venustas corporis, qua alios allicit ad concupiscentiam mulierum, & difficile custoditur quod à pluribus impugnatur. Sed primum excluditur, quando cum nobilitate generis concurrit nobilitas virtutis; & sic contingit in Susanna,quia fuit de tribu regia,scilicet de tribu Iuda, sicut dicitur infrà, *Sed fi.Iu.&c.* Fuit etiam nobilis moribus, ideo dicitur de ea, *Parentes enim,&c.* Secundum autem excluditur, quod Dei timore venustas corporis roboratur, sicut fuit in Susanna, de qua dicitur, *Pulchram nimis,&c.* In tantum, quod magis voluit incurrere mortis iudicium, quàm offendere Deum suum, dicens, *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras,quàm peccare in conspectu domini.*

Duo quæ apparentē faciunt cōditionem criminis.

Per quæ diluatur prædicta apparentia.

a *Et deambulabat*. HIER. in com. Hūc locū (inquit Origenes) de LXX. editione nunc posui, in quo ostendit se cetera iuxta alios posuisse.

b *Et exarserunt*. Quod Græcè πάθος, nos perturbationem melius quàm passionem dicimus. Hæc perturbatio & cupido libidinis percussit corda seniorum, vt in animis iaceret fundamentum, vt cogitarent desideria complere.

† CYPRIANVS. Aculeus peccati facta est forma feminea, & mortis conditio non aliunde surrexit, nisi de muliebri substantia, quod memorat Sapiēs. A muliere factum est initium peccati. Longè satis, longè sit pestis ista, & lues, & clandestina pernicies. (Ruina multis facta est forma feminea.)

† IDEM lib. de bono pudicitiæ. In hanc ex senioribus duo cœperūt deperire, nihil memores nec diuini timoris, nec suę annis iam marcescentis ætatis: ita illos in flagrantia transactæ iuuentutis incendia rediuiuæ libidinis flāma reuocabat. Pudicitiæ latrones amorem profitentur, sed oderant. (Libido in senibus summè est odibilis.)

c *Et tunc in commune statuerūt*. † BERNAR. serm. 3. de annuntiat. B. Virg. Senes in horto Ioachim abscondūtur, Susannam vxorē eius quærunt. Sequamur eos; nam iniqua cogitatione pleni sunt cōtra eam. *Consentire nobis*, aiunt senes, hirci, lupi, pharisæi. Nunc suadent adulterium, nunc corā Christo accusant. Hæc est Pharisaica iustitia, quæ agūt in occulto, arguūt in publico. Gloriantur in lege, & per præuaricationē legis Deum inhonorant. (Pharisaica iustitia seu potius nequitia.)

d *Surrexerunt duo senes, &c.* † CYPRIANVS lib. 1. epist. 8. Nec ætas vos eorum (hæreticorum) nec auctoritas fallat, qui ad duorum presbyterorum veterem nequitiam respondentes, sicut illi Susannam pudicam corrumpere & violare, conati sunt, & hi adulterinis doctrinis Ecclesiæ pudicitiam corrumpere, & veritatem Euangelicam violare conantur. (Heretici adulteri sunt in sacris.)

e *Ecce ostia pomerij clausa sunt, & nemo nos videt, &c.* † AVGVST. lib. 2. de serm. Dom. in monte, to. 4. Non oramus vt non tentemur, sed vt non inferamur in tentationem: tamquam si quispiam, cui necesse sit igne examinari, non oret vt igne non contingatur, sed vt non exuratur. Vasa enim figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Ioseph tentatus est illecebra stupri, sed non est illatus in tentationem. Susanna tentata est, nec ipsa inducta vel illata in tentationem. Multique alij vtriusque sexus, sed Iob maximè, &c. (Orandum non vt omnino non tentemur, sed vt tentationi non succumbamus.)

f *Ingemuit Susanna & ait, Angustiæ, &c.* † CHRYSOT. hom. de sancta Susanna, to. 1. Audiuimus de Susanna lectionem. Ædificetur pudicitia coniugalis, & tam firmo fundamento innitatur muroque valletur, vt & inuidiantes repellat, & falsos testes conuincat. Remanserat casta mulier moritura, nisi adesset qui videbat, quod iudicantes latebat. Conscripta sunt verba eius, *O angustiæ mihi sunt vndique, si enim hoc fecero, &c.* Contemnebat quod audiebat quia timebat eum, quem nihil latebat. Expectabat eum qui saluam faceret, à pusillanimi tempestate falsorum testium, tamquam ventum malorum. In illis tamen ventis & fluctibus castitas naufragium non fecit, quia dominus gubernauit, affuit precanti, exaudiuit quam nouerat, nec deseruit ne moreretur, cui subuenit ne adulteraretur. (Proponitur Susanna in exemplum matronis castis.)

Cypria-

pulus reuertisset per meridiem ingrediebatur Susanna, & de-

a ¶ Hic ostenditur quod rectè quis ad vegetandum corpus deambulet.

ambulabat in pomerio viri sui. [8] Et videbant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem, & exarserunt in concupiscentia eius. [9] Et euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. [10] Erant enim ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum. [11] Erubescebant enim sibi indicare concupiscentiam suam volentes concumbere cum ea. [12] Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. Dixitq; alter ad alterum: [13] Eamus domum, quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à se. [14] Cumq; reuertissent, venerunt in vnum, & sciscitantes ab inuicē causam confessi sunt concupiscentiam suam. Et tunc in cōmune statuerunt tēpus, quando eam possent inuenire solam. [15] Factum est autem cùm obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri & nudiustertius cum duabus solis puellis, voluitq; lauari in pomerio: Æstus quippe erat, [16] & non erat ibi quisquā præter duos senes abscōditos, & contemplātes eam. [17] Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum & smigmata, & ostia pomerij claudite vt lauer. [18] Et fecerunt sicut præceperat, clauseruntque ostia pomerij, & egressæ sunt per posticum vt afferrent quæ iusserat. Nesciebatq; senes intus esse absconditos. [19] Cùm autem essent egressæ puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt: [20] Ecce ostia pomerij clausa sunt, & nemo nos videt, & in concupiscentia tui sumus. Quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscū. [21] Quod si nolueris, dicemus testimoniū contra te, quod fuerit tecum iuuenis: & ob hanc causam emiseris puellas à te. [22] Ingemuit Susanna, & ait, Angustiæ sunt mi-

b ¶ Auerte oculos meos ne videant vanita. c ¶ Alias seniores.

¶ A recto. a ¶ Cælestia non cogitarent. b ¶ Quamuis iudices.

a ¶ Siue Dei, siue honestatis, siue naturæ quæ omnibus ad bonum insita sunt.

a ¶ Timore mortis, humanum quippe est mortem timere, vel opprobrij vel ignominiæ quam illi minabantur.

NICOLAVS DE LIRA.

citur quod videbant eam quotidie, Secundò, ex inordinato affectu, cùm subditur, Et exarserunt. *Et consequēter excæcato intellectu, cùm dicitur,* Et auerterunt sensum suum, &c. *quia inordinata affectio excæcat oculum rationis. Et consequenter ex nefario conatu ad implendum propositum cùm dicitur,* Dixitque alter ad alterum, &c. *Dicit igitur primò, &c.* Cùm autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomerio viri sui, &c. *Susanna tantum erat verecunda, & præsente frequentia populi stabat clausa cum puellis suis intra domum. Sed cùm populus exisset, & senes aliquantulum remanerent ad conferendum insimul de auditis in iudicio: Tunc Susanna exibat cameram, & intrabat hortum causa recreationis & lauationis, nec cauebat tantum à senibus propter ætatem & sanctitatis apparentiam in eis, quantum cauebat ab aliis. Cetera patent ex dictis vsque ibi,* (Quomodo veniret Susanna in conspectum senum.)

1 Dixitque alter ad alterum, Eamus domum, quia hora prandij est, &c. *Hoc fecerunt, quia quilibet volebat se expedire de alio, vt posset solus reuerti ad loquendum cum Susanna, & ad decipiendum eam: Sequitur,*

2 Cumque reuertissent, *prope domum Ioachim, per diuersas tamen vias.* Venerunt in vnum, &c. *Sequitur,*

3 Et tunc in commune statuerunt tempus, &c. *quia firmati fuerunt in suo malo proposito.*

4 Factum est autem. *Hic consequenter ponitur tentationis modus, vbi ponuntur ista per ordinem. Primum est, fraudulentia & insidiatio in hoc, quod obseruauerunt tempus aptum. s. post populi discessum, & locum congruum, scilicet pomerium vel hortum. Et hoc est quod dicitur hic,* Factum est autem cùm obseruarent diem aptum, &c. *Modus loquendi est ad significandum frequentiam faciendi aliquid, quia Susanna frequenter illum hortum intrabat. Sequitur,*

5 Et non erat ibi quisquam præter duos senes absconditos & contemplantes eam, *Ex ardore desiderij.*

6 Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleum. *Hic oleum accipitur pro lachryma arborum aromaticarum, qua vtuntur in terra illa contra æstum.* (Oleum.)

7 Et smigmata, *secundum Hieron. smigma est aqua de hordeo, & palea facta ad lauandum faciem & refrigerandum.* (Smigma.)

8 Et ostia pomerij claudite, *propter securitatem, ne aliquis posset venire ad eam.*

9 Vt lauer, *Ex illis, scilicet, quæ debebant apportare puellæ prædictæ, & forte erat ibi irriguum fontis, vel aliquid aliud. Sequitur,*

10 Cùm autem essent egressæ puellæ, &c. *Hic ponitur secundum quod fuit in ista tentatione, scilicet maligna suggestio. Primò Susannam assecurando ad perpetrandum rem illicitam, cùm dicitur,* Ecce ostia pomerij clausa sunt, & nemo, &c. *Secundò ei mortem minando, nisi consentiat, cùm subditur,* Quod si nolueris, dicemus testimonium contra te, &c. *Tertium quod in hac tentatione ponitur est Susannæ virtuosa electio, quia magis elegit mori quàm Dei mandatum prætergredi. Et hoc est quod dicitur hic,* (Diuisio.)

11 Ingemuit Susanna, *Ex dolore cordis propter periculum imminens.*

12 Angustiæ sunt mihi vndique, *Angustiosum est mori, & angu-*

☞ † CYPRIANVS lib. de bono pudicit. Resistenti minantur calumnias, adulterij se dicunt accusatores, voto adulteri. Inter duos libidinis scopulos auxilium de domino petebat, quia viribus corporis repugnare non valebat. Bis victrix, & in periculo suo toties tam funeste concepto, & libidinem euasit, & mortem. magna erat exclamatio eius Deo, quæ ab hominibus non audiebatur. Magna vox erat, non aeris percussione & faucium, sed pudicitiæ magnitudine, per quam clamabat ad Dominum. Vnde & *sancta scriptura* in exclamatione seniorum non apposuit magnam vocem.

Nota Hieronymum hic vocare hanc historiam sanctã scripturam.

† BERNARDVS ser. 3. de Annunt. B. Virg. Angustiæ sunt mihi, quia vndique mors, hinc quidem corporea, inde spiritualis. Vestras Pharisæi, manus nec adultera effugit, nec pudica. Dissimulatis peccata vestra, vbi inuenitis aliena. Si quis fortè suum non habet, vestrum ei impingitis crimen. Sed quid fecit inter mortem & mortem angustiata? *Melius est*, inquit, *incidere*, *&c.* Homines tantùm occidunt corpus: Ille timendus est, qui potest corpus & animam perdere in gehennam.

Deus plus timendus quàm sit homo.

a *Et exclamauit voce magna, &c.* † BERN. vbi suprà. Fit clamor & concursus luporum, & ouiculæ balantis inter eos. Contemnit propter Deum mortem corporis, periculum famę, opprobrium generis, luctum inconsolabilem amicorum.

(a ¶ Peccatum, quotiens peccamus morimur, quotiens bene facimus viuimus.)
hi vndique. Si enim hoc egero mors mihi est: si autem non
(a ¶ In Græco non habetur melius, sed bonum, eleganter, ne ex comparatione peccatum videatur dicere bonum.)
egero, non effugiam manus vestras. [23] Sed meliùs est mihi absque opere incidere in manus * hominum, quàm peccare in
(a ¶ Cui omnia nuda. b ¶ Non aëris percussione, sed pudicitiæ magnitudine.)
a conspectu domini. [24] Et exclamauit voce magna Susanna, ex-
(a ¶ Sed non voce magna.)
clamauerunt autem & senes aduersus eam. [25] Et cucurrit vnus, & aperuit ostium pomerij. [26] Cùm ergo audissent clamorem famuli domus in pomerio, irruerũt per posticum, vt viderent quidnam esset. [27] Postquam autem senes locuti sunt, erube-
(a ¶ Nedum factus.)
runt serui vehementer: quia numquã dictus fuerat sermo huiusmodi de Susanna. Et facta est dies crastina. [28] Cumq; venisset
(¶ De more.)
populus ad Ioachim virum eius, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, vt interficerent eam. [29] Et dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam filiam Helchiæ vxorem Ioachim. Et statim miserunt. [30] Et venit cum parentibus & filiis, & vniuersis cognatis suis. [31] Porrò Su-
(¶ Pulchrior moribus.)
b sanna erat delicata nimis, & pulchra specie. [32] At iniqui illi ius-
(a ¶ Extrema linea, amare non nihil est.)
serunt vt discooperiretur: erat enim cooperta, vt vel sic satiã-
(¶ Id est visu. ¶ Propinqui.)
rentur decore eius. [33] Flebant igitur sui, & omnes qui nouerant eam. [34] Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi,
(a ¶ Quasi diceret, Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis.)
c posuerũt manus suas super caput eius. [35] Quæ flens suspexit ad

b. *At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur, &c.* † TERTVLL. lib. de corona mil. c. 4. Si Susanna in iudicio reuelata, argumentum velatæ præstat, * vestras possum dicere: Et hic velamen arbitrij fuit. Vt rea venerat, erubescens de infamia, meritò abscondens decorem, vel quia timens iam placere. Ceterum in stadio mariti non putem velatam deambulasse, quæ placuit. Legem habitus requiro, si hanc nusquam reperio, sequitur, vt traditio consuetudini morem hunc dederit.

Mos vt velatæ prodirent mulieres.

c *Quæ flens suspexit ad cælum, &c.* † AVGVSTINVS serm. 14. de verbis Apost. Accepistis *Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater.* Clamor iste cordis est, non faucium, intus sonat, auribus Dei sonat. Clauso ore, labiisque immotis Susanna ista voce clamabat.

Clamor cordis.

† HIERONYMVS in com. Cordis effectus, & mentis pura confessio, & bonum conscientiæ vocem eius fecerant clariorem. Vnde magna

† AMBR. l. 1. offic. c. 3. Est magnũ & negotiosum silentium, vt erat Susannæ, quæ plus egit tacẽdo, quàm si esset locuta. Tacendo enim ☞ apud

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *stiosum est dignum morte fieri, propter quod sequitur,*

1 Si enim hoc egero, *Quod persuadetis legem Dei transgrediendo.*

2 Mors mihi est, *scilicet, debita, quia in lege Moysi præcipitur adultera lapidari.*

3 Si autem non egero, non effugiam manus vestras, *mortem incurrendo, licet indebitam.*

4 Sed melius est mihi absque, &c. *quia puniri non est malum simpliciter, quia hoc est malum pœnæ, sed fieri pœna dignum est simpliciter malum, quia est malum culpæ.*

Puniri non est malum simpliciter, sed fieri pœna dignum.

5 Et exclama. &c. *ne fortè senes ex vehementia concupiscentiæ qua erant inflammati in ipsam irruerent, & ipsam, licet inuitam, impudicè tangerent.*

6 Exclamauerunt, &c. *Hic consequenter ponitur Susannæ maligna accusatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò accusatur extra iudicium; Secundò, in iudicio, ibi,* Et facta est dies. *In prima dicitur sic,* Exclamauerunt, &c. *vt notarent eam ream coram familia accurrente ad clamorem Susannæ, quia si tacerent, redderent se suspectos.*

7 Et cucur. *Ad simulandum quod vir de quo falso eam accusabant exiisset, antequam famuli venissent, quia si ostium inuentum fuisset clausum, & tamen iuuenis non fuisset inuentus, testimonium eorum fuisset suspectum. Sequitur,*

8 Postquam autem senes locuti, &c. *Accusantes Susannam de crimine adulterij.*

9 Erubuerunt, &c. *quia diligebant Susannam, tamquam in domo eius nutriti. Cuius causa subditur,*

10 Quia numquam, &c. *In quo apparet bonitas eius non solum in vita, sed etiam in fama.*

11 Et facta est, &c. *Hic consequenter ponitur accusatio in iudicio. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur Susanna citatio, Secundò accusantium iuratio, ibi,* Consurgentes autem; *Tertiò, iuratorum testificatio, ibi,* Et dixerunt presbyteri. *In prima parte dicitur sic,*

Diuisio.

12 Cumque venisset populus, &c. *scilicet, ad locum iudicij.*

13 Venerunt, &c. *Comparendo in loco iudicij ad implendum nequitiam suam.*

14 Et dixe. co. po. mittite ad Suſ. *Et sic apparet Susannæ solemnis citatio.*

15 Et venit cum pa. &c. *quia non poterat sola sufficere ire ad iudicium, amici autem eius venerunt cum ea; ipsi compatientes propter sanctitatem eius, quam nouerant. Sequitur,*

16 At iniqui illi iusserunt, *quia fortè volebant inducere populum ad suspicandum malè de ea ex rubore vultus eius, sciebãt enim ipsam esse verecundam.*

17 Erat enim cooperta, &c. *Hoc potest intelligi dupliciter: Vno modo referendo ad præceptum senum, qui iusserunt eam discooperiri, vt sic reficerentur eius aspectu, ex quo non poterant sibi copulari nefario actu. Alio modo potest intelligi referendo ad ipsam Susannam & amicos eius, qui cooperuerunt eam, vt sit sensus,* Erat enim cooperta, *scilicet, amicorum suorum consilio.*

Cur operta facie esset Susanna?

18 Vt vel sic satia. decore eius. *id est, vt non videntes eius pulchritudinem, minus inflammarentur de ea, & sic non accusarent eam crudeliter, quia amici eius scilicet Susannæ sciebant causam accusationis per reuelationem Susannæ.*

19 Flebant igitur sui, &c. *scilicet, ex pietate cognoscentes innocentiam Susannæ.*

Accusantiũ iuratio.

20 Consurgentes autem duo presbyteri. *Hic ponitur accusantium iuratio, ex quo habetur argumentum, quod de crimine, vnde aliquis debeat mori, non est credendum alicui simplici verbo suo cuiuscumque auctoritatis & sanctitatis sit. Et hoc est quod dicitur hic,* Consurgentes autem duo presbyteri, &c. *qui erant iudices & sacerdotes populi.*

21 Posuerunt manus suas super caput eius. *Iste enim erat modus* ☞ *iurandi*

MORALITER.

Circa testes duo sunt attendenda, scilicet, eorum conditio, & examinatio. Quantum ad primum obseruandum est, quòd quantumcumque sint senes ætate, iudices auctoritate, sacerdotes officij sanctitate, (sicut contingit in casu Susannę) tamẽn non est eis assentiendum sine debita examinatione, aliter posset error magnus contingere, sicut contingit in Susannæ condemnatione.

Testium conditio.

apud homines, locuta est Deo, nec vllum maius indicium suæ castitatis inuenit, quàm silentium. Conscientia loquebatur, vbi vox non audiebatur, &c.

a *Cùm deambularemus in pomerio, &c.* † AVGVST. serm. 242. de temp. Stabat Susanna in iudicio falsorum, mendacibus oppressa testimoniis damnatorum, stabat non tamquam rea, sed pro castitate fortiter moritura. Ibat pudica ad supplicium, non adulterorum corpus in quo extrema libido exarserat, & diabolus inflammauerat. Egregium portabat caput, cuius vultum integra cõscientia sublimabat ad cælum. Propter damna pudoris saluris vota compressit, & cui fuerãt chara præmia castitatis, vitæ gaudiũ non amisit. Contempsit vnũ & consecuta est totum. Et quæ mori voluit, cũ gloria castitatis euasit. Propriam virtutem animi seruauit, & iudicium populorum constanter excepit. Conflantur de innocente falsa crimina, sed ille munitus est, qui habet Deum defensorem.

Susanna eripitur à morte & habet castitatis præmium.

C † IDEM. Deus dixit, *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.* Veritas quæritur per duos testes? Ita planè, sic se habet humani generis consuetudo, sed tamen fieri potest, vt mentiantur, Susanna casta duobus falsis testibus vrgebatur. Numquid quia duo erant, ideo falsi testes non erant? Quomodo ergo accipiendum est, *In ore duorum, &c.* nisi quia hoc modo per mysterium Trinitas commendata est, in qua est stabilitas perpetua veritatis? Vis habere bonam causam? Habeto Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum tuæ causæ testes.

Deus verax est, homines verò mendaces.

b. *Credidit eis multitudo, &c.* † CHRYS. hom. de Susanna. Putatis fratres ad magnum meritum pertinere, si falsi testes non præualeant super innocentem. Non est magnum meritum, si aduersus dominum non præualeret. Ipse dominus noster Christus per linguam falsorum testium est crucifixus. Sed etiam si ad horam præualuerunt, resurrecturo quid nocuerunt? Demonstrauit ergo seruis exemplum, ne falsos testes perhorrescant, & cùm creduntur, non timeant.

Falsi testes.

cęlum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino) [36] Et dixerunt presbyteri: Cùm deambularemus in pomerio soli, ingressa est hæc cum duabus puellis, & clausit hostia pomerij, & dimisit à se puellas, [37] venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea. [38] Porrò nos cùm essemus in angulo pomerij videntes iniquitatem cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri. [39] Et illum quidẽ non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis hostiis exiliuit. [40] Hanc autẽ cùm apprehendissemus interrogauimus quisnam esset adolescens, & noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. [41] Credidit eis multitudo quasi senibus, & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. [42] Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit: Deus æterne qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequã fiant, [43] tu scis quoniã falsum tulerunt cõtra me testimoniũ, & ecce morior, cùm nihil horum fecerim quę isti maliciosè cõposuerunt aduersum me. [44] Exaudiuit autẽ dominus vocem eius. [45] Cumq;

(Interlinear: a Ne alius testis quæratur. a Coniecturas innectunt. a q.d. Quod vidimus testamur. a Omnis populus. b A natura. a Ab officio. b Quasi ream. a Cordis affectu, confessione pura, conscientia bona. Hæc est vox magna hominibus occulta, Deo audita. Innocentem tamen. Tamen. a Cuius aures in preces iustorum.)

meant. Possunt enim facere malam famam, sed non possunt interficere conscientiam.

c *Exclamauit autem, &c.* † AMBROS. lib. de fuga sæculi cap. 9. Plorauit Susanna cùm crimen obiiceretur, cùm sibi de pudica & casta adulteri iudicium vindicarent. Non mortem deplorans, sed castitatis calumniam.

† NAZIANZENVS orat. in S. Cyprian. Iustina virgo omnibus aliis omissis, ad Deum confugit, ac sponsum suum contra cupidinem execrandam protectorem facit, qui & Susannam liberauit, & Teclam seruauit; hãc quidem à senibus amarulentis, illam à Proco tyranno, & patre magis etiam tyranno.

De Iustina virgine sancta.

† AMBROS. l. 3. off. c. 14. Sancta Susanna denuntiato falsi terrore, cùm hinc se videret vrgeri periculo, inde opprobrio, maluit honesta morte vitare opprobriũ, quàm studio salutis turpem vitam subire. Itaq; dum honestati intendit, etiam vitam reseruauit: quæ si id, quod sibi videbatur ad vitam vtile, præoptauisset non tantam reportasset gloriam, imò etiam id quod non solum inutile, sed etiam periculosum foret, pœnam criminis forsitan non euasisset.

Susanna castitatem vitæ corporali præponit.

d *Cumq; duceretur, &c.* † HIER. in comm. Humanæ fragilitatis est mortem timere quæ infertur pro iustitia, nisi fortè angustiam interpretabimur non imminentis mortis, sed opprobrij & ignominiæ, qua perfusa erat.

† CHRYSOST. hom. de Suf. Susanna religiosa mulier, & pudica coniunx, erat vtique quandoque moritura. Et si tunc esset mortua, pudicitiæ quid obesset, dum caro conderetur sepulchro, & castitas redderetur Deo?

Nihil Susannæ nocuisset supplicium si falsò condemnata obiisset.

† AVG. ser. 242. de temp. Quam sententia praua deiecerat, illustris conscientiæ integritas erigebat, metusq; Dei & imminentis iudicij indubitata crudelitas. O amor honestatis & legis! Susanna adulterij conscientiam grauiorẽ iudicauit, quam pœnã. Cùm duceretur, non dolebat de supplicio, quoniã gaudebat de testimonio fatidico. Innocens damnatur per sentẽtiam, sed nutu Dei suspenditur pœna, vt iudi-

NICOLAVS DE LIRA.

iurandi contra personam condemnandam ad mortem, vt testes in iurando & testimonium proferendo ponerent manus super caput eius, vt habetur Leuit. xxiiij. Quæ flens, &c. *quia videbat quod criminaliter agebant contra eam.*

1 Suspexit ad cælum, *quia aliunde non poterat habere auxilium, & proprium est diuinitatis succurrere in casibus desperatis.*

2 Et dixerunt presbyteri. *Hic ponitur iuratorum testificatio.*

3 Cùm deambularemus, &c. *Hoc dicunt, ne requiratur alius testis cum eis. Sequitur,*

4 Clausit ostia po. & dimisit, &c. *Hoc dicunt in argumentum sui dicti, quod sequitur,*

5 Venitque ad eam adolescens. *Quia aliter non poterant ostendere Susannam morte dignam, nisi allegarent factum turpe: pro peccato enim voluntatis vel concupiscentia non statuitur aliqua pœna in lege.*

6 Porrò nos cùm essemus in ang. pomerij. *Hoc dicunt ad colorationem dicti sui, quia si fuissent in palam, dictum eorum non habuisset aliquam probabilitatem, scilicet, quod Susanna vellet tale quid committere ipsis videntibus.*

7 Cucurrimus ad eos, & vidi. eos pari. commisceri, *quia de facto non creditur testimonio alicuius, nisi dicat se vidisse.*

8 Et illum quidem nequi. comprehendere, &c. *tamquam iuuenis existens, nos autem senes.*

9 Hanc autem cùm apprehendissemus interrogauimus quisnam esset, &c. *Hoc autem dixerunt, ne quæreretur ab eis quis esset adolescens, & per hoc possent deprehendi.*

10 Credidit eis multitudo. *Hic describitur ipsius Susannæ iniusta condemnatio. Quæ ostenditur ex duobus, scilicet ex populi ignorantia, qui credidit senibus propter ætatem & auctoritatem eorum absque diligenti examinatione: propter quod de hoc infrà reprehenduntur à Daniele: vbi dicitur,* Sic fatui filij Israel, &c. *Ex hoc ducitur argumentum quod pro nulla ætate vel auctoritate seu sanctitate debent applicari testes in causa criminali, maximè sine diligenti examinatione. Secundò ostenditur condemnatio iniusta ex Susanna innocentia, cùm dicitur,*

Susannæ condemnatio.

11 Exclamauit autem, &c. *Ex cordis affectu & conscientia pura.*

12 Deus æterne qui abscon. es. *quia ipse solus nouit secreta cordiũ, diuina enim scientia æternitate mensuratur, ideo ita cognoscit futura sicut præsentia.*

13 Exaudiuit. *Hic ponitur Susannæ digna liberatio. Et diuiditur in quatuor partes: quia primò ponitur Danielis appellatio à sententia iniqua; Secundò testium diligens examinatio, ibi,* Reuersus est populus; *Tertiò, ipsorum condemnatio, ibi,* Exclamauit itaque; *Quartò, pro prædictis gratiarum actio, ibi,* Helchias autem. *In prima parte dicitur sic,* Exaudiuit autem dominus vocem eius, *id est, cum affectu audiuit.*

Diuisio.

14 Cumque duceretur, &c. *Ex quo patet, quod Daniel hoc non fecit ex humana industria, sed ex diuino instinctu.*

MORALITER.

† Circa secundum, scilicet, examinationem testium obseruandum est quòd separentur, ne inuicem falsum confingant, sicut Daniel fecit testes contra Susannam ab inuicem separari: & quod increpentur vel terreantur, vt sic concussi veritatem facilius recognoscant, & quod interrogentur, vt videatur si deuient, & sic de falsitate reprehensi iustè puniantur, vt liberetur innocens, & mali terreantur, sicut processum fuit in liberatione Susannæ.

Quomodo examinandi sint testes.

iudicantium falsitas denudaretur,& innocens purgaretur. Infirmus A sexus contra viros surgit fortior, expugnat libidinem castitas & honestas, impulsu luxuriæ horrenda prosternitur improbitas.

a *Suscitauit Dominus Spiritum sanctum pueri iunioris, &c.* † CHRYS. hom. de Susan. Excitauit Deus Spiritum sanctum Danielis, adhuc nouelli ætate, sed robusti fide. Et quia erat in eo propheticus Spiritus, continuò nequissimorum seniorum vidit fallaciam. Sed quod ille intuebatur, prouidendum erat quomodo ceteris monstraretur. Falsi, inquit, testes sunt, redite in iudicium. Quid pluribus? Apparuit B falsitas.

Daniel à Deo excitatur ad Susannæ liberationem.

† AVGVST. serm. 242. de temp. Daniel instinctu Dei commonitus, Redite in iudicium, exclamauit. Stupet populus pro iudicio repentino, reuocatur ad dicta, falsos testes pauor inuadit, gemit diabolus quod ipsius commenta nudantur, gaudent angeli de pudoris integritate comperta, & quod defendatur in terris veritas fatigata.

† IDEM serm. 118. de C tēp. Susanna mulier tacuit & inimicos suos vicit. Non enim apud Daniele in sermone tutio est, sed in sancta femina tacente lingua, pro ea castitas loquitur. Castitas enim Susannæ affuit in iudicio, quæ Euę defuit in paradiso. Susannę castitas & presbyteros impudicos conuicit in horto, & in iudicio falsos accusatores obtinuit, bisque victrix reos facit testimonij, quos reos facit adulterij: atque tandem iudicem meretur castitas Danielem puerum iuniorem, necdum pubescentis ætatis. Multum igitur de Deo pudicitia consequitur, cùm iudicem virginem promeretur. Secura est de victoria castitas, cui iudicatura est virginitas: Pudicitiæ autem causas nisi vir pudicus audire non debuit. Talem enim arbitrum meretur castimonia, apud quem non periclitetur verecundia. Cognito igitur Daniel Susannæ negotio, cùm eam falsis accusationibus vellet plebs imperita damnare, ait,

Castitatis & pudicitiæ præconiū.

(a Non dedit, quia iam in eo erat, sed propter ætatis infirmitatem quiescebat, nec opera demonstrabat, sed occasione data suscitauit pro sancta femina.)

a ducereturad mortem, suscitâuit dominus spiritum sanctum (a Spiritu suscitato & suggerente. b Vix in scripturis sanctis vox peccatoris magna dicitur.) pueri iunioris, cuius nomen Daniel: [46] & exclâmauit vóce ma- [1] (a Quasi, non consentio.) b gna: Mundus êgo sum à sanguine huius. [47] Et conuersus omnis [2] (Quid sibi vult?) populus ad eum dixit: Quis est iste sermo, quem tu locutus es? (Indiscreti.) [48] Qui cùm staret in medio eorum ait: Sic fatui filij Israel, non iudicantes, neque quod verum est cognoscentes, condemna- (Ergo.) stis filiam Israel? [49] Reuertimini ad iudicium, quia falsum testi- (Presbyteri.) monium locuti sunt aduersus eam. [50] Reuersus est ergo popu- [3] (Danieli.) c lus cum festinatione. Et dixerunt ei senes: Veni & sede in me- [4] (a Si non ætatem.) dio nostrum, & indica nobis, quia tibi dedit Deus hónorem [5] [6] (a Ne mendacium simul confingant.) senectutis. [51] Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicem [7] d procul, & diiudicabo eos. [52] Cùm ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis: & dixit ad eum: Inueterate dierum [8] malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris prius, [9] [53] iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens & dimittens noxios, dicente domino, *Innocenté & iustum nó interficies. [10] [54] Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos col- [11] [12] (a Ilice Latinè, & fortè Hebraicè, à Schino scissio & à prino quod Latinè lentiscum dicunt sectio vel serratio, quod si non potest horum etymologia apud eos inueniri, cogimur Hebræis consentire, qui hanc pericopen Græcam esse contendunt. Lentiscus est arbor humilis cuius foliorum succus scissuras labiorum vel manuum solidat.) loquentes sibi? Qui ait: Sub Schinô. [55] Dixit auté Daniel: Rectè [13] [14] méntitus es in caput tuum. Ecce enim angelus domini accepta [15] sententia ab eo, scindet te medium. [56] Et amoto eo iussit venire [16] (a Sicut mentiris. Pulchritudo.) alium, & dixit ei: Semen Chanaam, & nó Iuda, species decepit [17] [18] (Aliis.) te, &·concupiscentia subuertit cor tuū. [57] Sic faciebatis filiabus [19] [20]

b *Mundus ego sum à sanguine huius.* AMBR. serm. 49. † Quo dicto, peccantis populi reuocauit errorem. Hac voce circa Susannam Daniel vtitur, qua circa Dominum Pilatus, d. *Innocens ego sum à sanguine iusti huius.* Sed Daniel meliusquàm Pilatus: Ille pudicum sanguinem [illegible]rat; hic iusti sanguinem confitetur, & tradit; ille peccantis populi reuocauit errorem; hic furentis synagogæ sacrilegiū confirmauit.

c *Veni & sede in medio nostrum, & indica, &c.* † BASIL. hom. in princ. prouerb. Senior secundum animam est, qui prouidentia perfectus est, qualis erat Daniel, E quamquam corpore iuuenis, sapientiam ac grauitatem omni canitie præstantiorem pręse ferens. Idcirco ei dicunt, *Huc accede, sede in medio, &c.*

De eis qui moribus senes sunt.

d *Cùm ergo diuisi essent alter ab altero, &c.* † AVGVST. ser. 242. de temp. Interrogatum est, quo in loco Susanna facinus admisit. Hic sub lentisco dicit, ille sub prino. Cùm ergo eorum discrepant responsa, sic repugnantia dictorum facta F nudantur, vt vigore métis increpato populo, testibus confusis veritas ostenderetur. Gaudet populus de pudoris integritate, triumphat maritus quod fidam inuenerit coniugē. Lætatur familia quod nihil inuenerit in ea quod puniat, quod adulterij factum non inuenerit, nec homicidium diabolus quod procurabat impleuerit.

Conuictis falsi testimonij senibus absoluitur Susanna. *Exod. 23. a.

† HIERONYMVS in comm. Parentes Susannæ dignè laudant Deum, non quia filia liberata est de manu presbyterorum (hoc enim non satis laudabile est, nec magni discriminis si non esset liberata) sed quia non est inuenta in ea res turpis.

† ATHANASIVS in Synopsi. Ipse Daniel causam Susannæ iudicauit, & seniores tamquam sycophantas condemnauit.

† IRENAEVS lib. 4. c. 44. Qui seruiunt suis voluptatibus, & non præpo-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Exclamauit voce magna, *vt posset ab omnibus audiri.*

2 Mundus ego sum à san. h. *hoc est dictum, non assentio huic sententiæ: sed magis ab ea appello, tamquam ab iniqua, vt patet per verba sequentia.*

3 Reuersus est ergo pop. *Ad locum, scilicet iudicij.*

4 Et dixerunt ei se. *Non illi duo qui accusabant Susannam, sed alij senes populi Israel;*

Veni & se, &c. *in loco iudicij.*

5 Et indica nobis, *qualiter possit veritas aperiri.*

6 Quia tibi de. &c. *id est, sapientiam, qua solet esse in antiquis, vt dicitur Iob xij.* In antiquis est sapientia, & in multo tempore inuenitur prudentia.

7 Et dixit ad eos Da. Separate, &c. *ne confingant aliud mendacium simile præcedenti. Sequitur,*

8 Inueterate dierum ma. *Ex hoc patet, quod testes falsi sunt increpandi & terrendi, vt ex hoc magis appareat eorum fraudulentia.*

9 Nunc venerunt, &c. *id est, ostendentur per pœnam tibi à Deo inferendam. Sequitur,*

10 Dicente do. Inno. *hoc dicitur Deut. xxvij.*

11 Nunc ergo si. vi. &c. *Ex hoc patet, quod testes sunt interrogandi de circumstantiis: quia per hoc apprehenditur eorum falsitas & contradictio.*

12 Videris eos colloquentes si. *Curialiter loquitur sicut homo castus & verecundus, non sicut senes impudici qui dixerant:* Vidimus eos pariter commisceri.

13 Qui ait: sub schi. *nomen est arboris, & est idem quod lentiscus arbor humilis: cuius succus foliorum consolidat labia, vt dicit hic glos.*

Schinus.

14 Dixit autem Da. Rectè menti. es in cap. tuum. *i. ad damnationem capitis tui, qua ex hoc sequitur.*

15 Ecce enim angelus, &c. *i. iudex, quia iudices populi & sacerdotes aliquando nominantur angeli, sicut patet Malach. ij. b.* Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: angelus enim domini exercituum est. *Vel angelus verè accipitur ibi pro angelo Susannæ, qui damnationem senum erga Deum procurauit.*

Iudices & sacerdotes Angeli vocati.

16 Et amo. *prius enim amouit quàm alter veniret, ne posset alteri significare, quid diceret.*

17 Et dixit, &c. *licet enim esset de tribu Iuda secundum rem, tamen imitabatur mores Chananæorum; increpat autem ipsum Daniel sicut primum, & eadem causa, vt territus citius deprehendatur.*

18 Species de. *i. pulchritudo Susannæ.*

19 Et concu. *id est, mentem tuam auertit à rectitudine rationis & legis diuinæ.*

20 Sic facie. *eas per terrores decipiendo.*

A preponunt timorem Dei in cordibus suis, sed cōtumeliis agunt reliquos. & in abscōsis agūt mala, redarguetur à verbo, & audient eas Danielis voces: *Semen Chanaam, & non Iuda, species seduxit te, &c.*

a *Feceruntq; eis sicut, &c.*

† AMBROS. serm. 50. Susannam seniores deferunt, Dominum Iudas accusat. Illam doctores sui, hunc discipulus criminatur. Susannam pseudopresbyteri arguunt, prodit pseudoepiscopus Saluatorem. Susanna in paradiso circumuenitur, Dominus in hortuli paradiso à traditoribus circūdatur. Illa ibi insidiatores patitur, iste hic sustinet

Susanna à presbyteris Christus à suo discipulo quæsitus ad necem.

B

Israel: & illæ timentes loquebantur vobis. Sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram. [58] Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi? Qui ait: Sub prino. [59] Dixit autem ei Daniel: Rectè mentitus es & tu in caput tuum, manet enim angelus domini gladium habens, vt secet te medium, & interficiat vos. [60] Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum, qui saluat sperantes in se. [61] Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros. Conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium. a Feceruntque eis sicut malè egerant aduersus proximam, [62] vt facerent secundum legem Moysi, & interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. [63] Elchias autem & vxor eius laudauerunt Deum pro filia sua Susanna cum Ioachim marito eius, & cognatis omnibus: quia non esset inuenta in ea res turpis, [64] Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa & deinceps.

a ¶ Christi qui de Iuda.

a ¶ In damnationem capitis tui.

¶ Ambos.

a ¶ Interficiendos tradiderunt Babylonio regi, alioquin non stabit quod dictum est istos Achab fuisse & Sedechiam secundum Ieremiam; sic & Iudæi dominum occiderunt clamando, Crucifige, crucifige eum.

¶ Non quia liberata, hoc enim parum est, nec à perfectis laudabile.

net proditorem. Susannæ accusatores tamquam falsi testes prophetica sententia feriuntur & eiusdem criminis puniuntur rei, cuius damnare innocentis sanguinē gestiebant: Domini autem traditorē inuenio seipsum condemnasse, & cessante iustitia iudicasse.

D

† CHRYSOSTOMVS homil. de Susanna. Qui liberauit Susannam mulierem castam, coniugem fidelem, & ipse liberauit virginem Mariam à suspicione falsa. Sicut pro Susanna affuit in Daniele Spiritus, sic pro Maria angelus. Gaudebant coniugatę ad Susannam, gaudent virgines ad Mariam.

E

Deus famæ B. Virginis Mariæ, vt olim Susannæ, defendit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et illæ tim. loqueb. *consentiendo vobis in opus nefarium.*

2 Sed non filia Iuda. *Nobilis. s. genere & moribus.*

3 Sustinuit iniq. vest. *vobis assentiendo.*

4 Nunc er. *Curialiter loquendo de actu carnali, vt iam dictum est.*

Prinus.

5 Qui ait, sub Prino. *Nomen est arboris, nec est arbor eadem cum lentisco, vt dicunt aliqui & male, quia tunc non esset discordia in testimonio eorum, cuius contrarium exprimitur in littera, aliter non essent conuicti sicut testes falsi. Et ideo dicendum quod prinus idem est quod pinus, vt dicitur in lib. de proprietatibus rerum.*

C

6 Dixit autem. *eodem modo exponitur sicut prius.*

7 Vt secet. *separando. s. animam à corpore per mortem: quia non fuerunt interfecti gladio, vt suprà dictum est.*

8 Exclama. *quia videbat contradictionem eorum.*

9 Et consur, &c. *faciendo eis secundū legem talionis scriptam in lege Moysi.*

10 Et interfe. &c. *i. sicut dignos morte regi tradiderunt, qui habebat aliam iustitiam: & ipse fecit eos comburi secundum modum illius terræ, vt dicitur Ierem. xxix. & supra allegatum est in eo. cap. Vel aliter:* Interfe. *quia de voluntate regis speciali permissum est Iudæis vt eos interficerent secundum legem Moysi. Et sic fuerunt lapidati, quæ lapidatio potest dici frictio in igne: vt suprà dictum est.*

Supplicio afficiuntur senes.

11 Elchias. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio pro liberatione innocentis. Et hoc est quod dicitur,* Elchias autem & vxor, &c. *Sequitur,*

12 Quia non esset inuen. &c. *licet enim laudarent Deum de liberatione Susannæ à morte, tamen magis laudabant eum de liberatione suæ innocentiæ, quia innocentia est maius bonum, quàm sit corporalis vita.*

F

13 Daniel autem factus est, &c. *Quia ex hoc facto innotuit populo, quod Spiritus erat in illo & zelus legis diuinæ. Patet etiam ex hoc sollicitudo eius circa populum, quia licet esset in domo regis, tamen sollicitus erat de his quæ fiebant apud filios Israel.*

Sollicitudo Danielis circa populū.

CAP. XIV.

a ET *rex Astya. &c.* † THEOD. in c. 12. Dan. Astyages fuit Cyri maternus auunculus, quo vita functo, cùm Cyaxares eius filius regnum administrare non potuisset, Cyrus Assyriorum & Chaldæorum demolitus regnum, Medorum imperium transtulit ad Persas.

CAPVT XIV.

a b ET [65] rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius. [1] Erat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius.

b *Erat conuiua regis, &c.* † THEOD. ibid. Id est, contubernalis, omnibusq; familiaribus prælatus. Hac enim prædictus loquendi libertate, & quæ in ipsum à Deo per Isaiam prophetam prædicta fuerant ostendit: & ei dimittendi populi auctor fuit.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIV.

1 ET rex Astya. *Hic consequenter historia Belis & historia draconis ponitur. Et diuiditur in duas partes, quia primo tempus quo historia accidit exprimitur: Et secūdo historia describitur ibi,* Erat quoque idolū. *Circa primum aduertendum quod aliqui dicunt istam partem pertinere ad cap. xiij. ita quod notatur per hoc tempus quo accidit factum Susannæ. s. quando mortuus est Astyages rex & Cyrus ei successit: non tamen est intelligendum, quod Astyages regnauerit in Babylone, quia numquam: imò fuit rex Medorum & Persarum, vt habetur in Scholastica historia, sed quia Cyrus multa bona fecit populo Israel, ideo secundum istos hic notatur tempus quo Cyrus accepit Astyagis regnum. Ad euidentiam autem huius notandum quod sicut scribitur in Scholastica historia: Astyages vidit in somnis de genitalibus suæ filiæ vitem procedere quæ occupabat totam Asiam, & responsum est ei à coniectoribus, quod illa filium pareret, & Asiam sibi subiugaret & Astyagem debellaret; quo audito dedit filiam suam cuidam plebeio militi, ne filius ex ea nascens nobilis & potens fieret: fecit etiam obseruari tempus partus filiæ suæ & puerum natum fecit occidi. Illi vero quibus hoc præceptum est horrentes facinus istud, puerum viuum in nemore proiecerunt, quem pastor inueniens secum portauit, nutriuit & in filium adoptauit: qui adultus factus, electus est è pastoribus in regem suum: & delinquentes grauiter puniebat, in tantum quod clamor venit in regem Astyagem, qui accersito iuuene, quæsiuit quare talia faceret. Et ille constanter respondit, quod poterat, cùm esset ab eis electus in regem. Astyages autem vultum iuuenis & eius constantiam considerans, cognouit ipsum esse de semine regio, & non filium pastoris, & inquirens diligenter inuenit veritatem, quod ipse erat nepos suus quem occidi mandauerat: & diuina virtute mutatus est animus eius, & iuuenem recepit in gratiam, credens quod somnium suum fuisset impletum in regno prædicto puerorum, & nepotem suum tradidit ad custodiendum & nutriendum cuidam de principibus: postea verò rebellantibus Persis contra Astyagem, missus est ille princeps contra eos, & recordatus cuiusdam iniuriæ quam fecerat sibi Astyages, suasit occulte Persis vt Cyrum in regem sibi eligerent, & ipse partem eorum adiuuaret contra Astyagem, & sic factum est. Quod audiens Astyages congregauit exercitum vt debellaret Cyrum nepotem suum, ipse tamen finaliter à Cyro deuictus est, Cyrus tamen eum humane tractauit, & ei regnum Hircanorum dimisit, Dario autem filio Astyagis regnum Medorum: ipse autem regnum Persarum sibi retinuit, ita tamen quod regnum Astyagis & Darij ipsis morientibus ad Cyrum deueniret: & ideo Cyrus Astyage mortuo ei successit, vt hic dicitur. Sed quod dicunt aliqui, quod tunc accidit historia Susannæ, vt dictum est, non videtur esse verum: quia Cyrus post Darium regnauit annis triginta vt dicunt historiographi: & tamen quando mortuus est adhuc erat fortis & procedens ad bellum, quia pugnans contra Massagetas mortuus est. Item quando successit Astyagi iam ad minus erat vigintiquinque annorum vel circiter, quia iam ante ipsum in bello deuicerat, vt dictum est. Et sic non videtur quod Cyrus ante mortem Darij succederet Astyagi per * decem annos vel circa.*

Astyages rex Medorum non Babyloniorum.

Astyagis somnium.

Narratur ex historicis prophanis historia Astyagis & Cyri.

Nota.

** viginti*

a *Erat quoque idolum,&c.* † AMBROS. in 1. cap. Rom. Primò enim Babylonij Deum vocauerunt figmentum Beli cuiusdam, quondam hominis mortui, qui principatum in eos dicitur primus egisse.

Bel Deus Babyloniorum.

† HIER. in cap. 23. Ezech. Idolum Baal siue Bel, & (vt apertius dicam) Belis, Assyriorum religio est, consecrata à Nino Belis filio in honorem patris.

† IDEM in c. 46. Isa. Post vocationẽ gentium cecidit, seu cõfractus est Bel, quem Græci Belum, id est, Saturnum vocant. Cuius tãta fuit apud veteres religio, vt ei non solum humanas hostias captiuorum ignobiliumq; mortalium, sed & suos liberos immolarent.

Sacra Belis.

b *Quia non colo idola manufacta,&c.* † CYPRIANVS epist. ad Rogatia. Spiritus Dei patris à confidentibus non discedit, neque diuiditur, ipse in nobis & loquitur & coronat. Sic Daniel cùm compelleretur adorare idolum Bel, quem tunc rex & populus colebant, ad asserendum Dei sui honorem plena fidei libertate prorupit dicens, Nihil colo, nisi Dominum, &c.

† IDEM lib. de exhort. martyrij c. 10. Daniel Deo deuotus, & Spiritu sancto plenus, exclamat, *Nihil colo nisi,&c.*

† ATHANASIVS in illud, Qui dixerit verbum, &c. Daniel ita ad Darium ausus est dicere, *Non veneror idola,&c.*

† IDEM in Synopsi. Daniel in lacum leonum secundò abiectus est, quod sub Cyro rege Bel destruxerat, & draconẽ interemerat, &c.

† IRENAEVS l. 4. c. 11. Quis enim est viuorũ Deus, nisi qui est super omnia Deus, & super quẽ nõ est alius Deus, quẽ & Daniel propheta (cũ dixisset ei Cyrus rex Persarũ, Quare non adoras Bel?) annuntiauit dicens, *Non colo idola manufacta, sed viuũ Deum? &c.*

c *Nonne videtur tibi esse Bel viuens Deus,&c.* † IOSEPHVS Hebr. lib. 1. histor. Iud. c. 9. Factum est vt Darius celebraret solemnitatem Bel Dei Babyloniorum, pararetque munus quod offerret illi: Seruauit autem

per omnes amicos eius.[1] ^a Erat quoque idolũ apud Babylonios nomine Bel, & impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, [2] vinique amphoræ sex.[3] Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum. Porro Daniel adorabat Deum suum. [4] Dixitque ei rex: Quare non adoras Bel? [4] ^b Qui respondens ait ei: Quia [5] non colo idola manufacta, sed [6] viuentem Deum: qui [7] creauit cælum & terram, & habet potestatem omnis carnis. [8] ^c [5] Et dixit rex ad eum: Nonne videtur tibi esse Bel viuens

a ¶ Id est, vetustas.

NICOLAVS DE LIRA.

circa. *Quando autem Darius mortuus est, Daniel iam erat octoginta annorum secundùm Latinos, secundùm Hebræos septuaginta trium: quia à tempore quo fuerat transmigratio in Babylonem iam transierant septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ secundùm Latinos, secundùm Hebræos autem quinquaginta duo anni. Item vndecim de regno Sedechiæ ante captiuitatem dictam, & post transmigrationem Danielis in Babylonem. Et Daniel quando ductus est in Babylonem probabile est, quod esset decem annorum vel circiter ad minus, qui simul sunt anni septuagintatres. Et sic non potest dici, quod Daniel esset iuuenis illo tempore quo Astyages mortuus est: ergo non fuit tunc historia Susannæ, quia tunc iuuenis erat, vt dicitur in littera:* Suscitauit Deus spiritum iunioris cui nomen Daniel,&c. *Item in littera dicitur, quod Daniel à die illa & deinceps factus est magnus coram omni populo. Et sic patet, quod erat iuuenis ætate, quia à iuuentute sua fuit notus in sapientia, vt patet, j. cap. Dan. & ideo non valet solutio aliquorum dicentium, quod Daniel hic dicitur iuuenis non simpliciter, quia iam erat magnæ ætatis: sed dicitur iuuenis respectu senum qui accusauerant Susannam, quia iam erat Daniel 80. annorum, vt patet ex prædictis. Senes autem illi non videntur tunc fuisse maioris ætatis, cùm adhuc in eis vigeret tanta concupiscentia carnalis, quia iam ante per multos annos dixerat Dauid de vita hominis,* Si autem in potentibus octoginta anni & amplius eorum labor & dolor. *Sic igitur patet, quod historia Susannæ non accidit tempore quo Cyrus successit Astyagi. Et ideo dicendum est, quod per mortem Astyagis, quæ hic notatur, cùm dicitur,* Et rex Astya. *designatur tempus historiæ sequentis, quæ facta est sub Balthasar vel Euilmerodach patre suo, secundùm quod dicitur in Scholastica historia: & ideo est principium xiv. c. libri Danielis. Tunc autem Daniel erat prouectæ ætatis & amicus regis Babylonis propter sapientiam suam frequenter ostensam, vt patet ex dictis in libro Danielis, nec adhuc erat destructum illud regnum Babylonis per Cyrum & Darium, propter quod hæc historia ponitur inter scripturas non canonicas post historiam Susannæ, & ante historiam Iudith, quæ contigit post destructionem Babylonis.*

Quando contigisse putanda est historia Susannæ? — Aetas Danielis.

1 Erat quoque. *Hic describitur historia Belis & draconis, in qua ostenditur Daniel extirpator idololatriæ sicut in facto Susannæ ostensus est persecutor luxuriæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostenditur Danielis audacia ad aggrediendum ardua ex fidei zelo; Secundò, eius constantia ad sustinendum aduersa in mortis periculo, ibi:* Quod cùm audissent Babylonij. *Prima adhuc in duas, quia primò ostenditur audacia Danielis obligando se ad talionem mortis in Belis destructione, Secundò ingerendo se periculo intoxicationis in draconis interfectione, ibi,* Et erat draco. *Circa primum quatuor tanguntur. f. erroris accusatio, Secundò, erroris accusati disquisitio, ibi,* Et iratus rex. *Tertiò, disquisiti inuentio, ibi,* Occidit ergo illos. *Circa primum considerandum, quod idola habuerunt ortum à tempore Nini regis Assyriorum, qui mortuo patre suo Belo nomine, fecit imaginem patris ad sui consolationem, & ei deferebat tantum honorem & reuerentiam, quod confugientibus ad ipsam parcebat, & ex hoc homines cœperunt diuinum honorem impendere illi imagini. Ad huius autem similitudinem in diuersis locis fecerunt imagines amicorum suorum mortuorum, & eis impendebant honores: & sicut idola fabricata sunt ad exemplum idoli Beli prædicti, ita etiam ex eo nominata sunt, quia primum idolum vocatum est Belus, sicut vocabatur ille, pro quo factum est idolum. Alij consimiliter nominauerunt, quia aliqui vocauerunt idolum suum Bel, aliqui Beel, aliqui Beelzebub, & aliqui Baal. Apud Babylonios autem vocabatur Bel. Et hoc est quod dicitur hic,* Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel. *Similæ, est farina delicatissima: Artaba est genus mensuræ continens tres modios: sed cuius quantitatis sit modius hic acceptus non habetur per certitudinem, quia quantitas modij variatur secundum diuersas ciuitates & terras, sed possumus hic aliquid coniecturare per litteram sequentem. Illæ enim duodecim artabæ continebant trigintasex modios farinæ: & tantum faciebant de pane quantum sufficiebant sacerdotibus Belis & familia eorum qui dicuntur fuisse septuaginta infra eodem cap.*

Quando contigit historia Belis & draconis. — Diuisio. — Epiphanius. — Quomodo cœperit idololatria? — Simila, Artaba, Modius.

2 Vinique ampho. sex. *Amphora est vas quadratum habens duas ansas ad modum aurium, vt dixit Isid. xvj. etymol. amphora autẽ continet apud Græcos pedem quadratum de vino, & tunc non accipitur solum pro vase in generali, sed etiam pro certa mensura: quantum autem amphora teneat apud Babylonios de quibus est hic sermo, non habetur per certitudinem in littera: sed solum per coniecturam secundum sufficientiam personarum quibus ministrabatur illud vinum, sicut dictum est de farina.*

Amphora.

3 Rex quoque colebat eum,&c. *Credens aliquid diuinum esse in eo ex tanta comestione: omnes enim Gentes semper æstimauerunt Deum esse aliquid magnum supra hominem, & ideo omnia mirabilia excedentia virtutem humanam vel secundum rem vel secundum opinionem colebant vt Deos.*

4 Porrò Daniel adò. Deum su. *id est, Deum cæli, qui licet sit Deus omnium per creationem, dicitur tamen Deus Danielis specialiter per cultum specialem. Sequitur,*

Deus Danielis.

5 Non colo idola manufa. *quia in talibus nihil potest esse diuinitatis, cùm sint infra hominem sicut quædam opera humana.*

6 Sed viuentem Deum, *quia ipse est formaliter vita, cùm Deus sit suum intelligere quod est nobilissimum viuere, vt habetur duodecimo metaphysicæ. Est etiam Deus vita effectiuè, causans in aliis vitam & motum, vt dicitur Act. xvij. f.* In ipso viuimus mouemur & sumus.

Deus viuens.

7 Et ha. *quia potest omnia ad nihilũ redigere, sicut de nihilo creauit omnia.*

8 Et dixit rex ad eum, &c. *Argumentum [illegible]tem sumit, quod viuat ex comestione, quia nihil carens vita comedit, cùm sit actus vegetatiuæ animæ.*

Et

MORALITER.

1 *Erat quoque idolum nomine Bel, & impendebantur in eo per dies singulos,&c.* Per istud idolum, quod vt Deus viuens colebatur, eò quòd multa comedere credebatur, significatur gulæ vitium, & ex consequenti luxuriæ. Dicit enim Hieron. *Venter & genitalia sunt membra propinqua, & ex vicinitate membrorum designatur vicinitas vitiorum.* Igitur Bel vel Deum ventrem colunt gulosi & luxuriosi, sicut dicitur Phil. iij. d. *Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt.* Et de cultu istius Dei dicit Bern. *Diis solent templa construi, altaria erigi, ministri ad seruiendum deputari, immolari pecudes, & thura concremari: Deo ventri templum est coquina: altare, mensa: ministri, coquinarij; immolatæ pecudes, coctæ carnes: fumus incensorum, odor saporum.* Cultores autem Belis deprehensi fuerunt per sapientiam Danielis, sicut dicitur infrà.

De vitiis gulæ & luxuriæ. — Quibus vẽ(ter Deus sit).

autem ritum istum in sacrificio suo. Parauit iuuencum vnum, & decem arietes, centum pullos columbarum, & septuaginta panes subcinericios pro mẽsa eius, atque decem amphoras vini. Et ait rex ad Danielem: Vtinam & tu crederes in gloriosum & magnificum Deum nostrum Bel, qui comedit ea quæ in mensa sunt parata. Respondit Daniel. Ne quæso, incitet te, neque seducat cor tuum ô rex, istud quod putas fieri in Bel, quoniam mendacium & vanitas est, nec est spiritus in eo, sed est opus manuum artificis. Sacerdotes eius comedunt ea quæ parantur in mensa eius, & certè imponunt tibi & populo tuo.

Deus? An non vides, quanta comedat & bibat quotidie? [f]Et Daniel arridens: Ne erres [1] rex. Iste est enim intrinsecus luteus, & forinsecus æreus, neque comedit aliquãdo.[7] Et [2] iratus rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi quis comedat impensas has, moriemini.[8] Si autẽ ostenderitis quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel: [i]quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbũ tuum.[9] Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus & paruulis & filiis. Et venit rex cum Daniele in templũ Belis,[10] & dixerunt sacerdotes Belis: Ecce nos egredimur foras, & tu rex pone [3] escas & vinum misce, & claude ostium & signa [4] annulo tuo.[11] Et cùm ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mẽtitus est aduersum nos.

¶ Alias, confidebant.

[12] Contemnebant autẽ, quia fecerant sub mensa introitum absconditum, & per illum ingre- [5] [6] [7] diebantur semper & deuorabant ea.[13] Factum est [8] igitur postquam egressi sunt illi, & rex posuit ci- [9] bos ante Bel: præcepit Daniel pueris suis, & attu- [10] lerunt cinerem & cribrauit per totum templum coram rege & egressi clauserunt ostium: & signantes annulo regis, abierunt.[14] Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & vxores & filij eorum, & comederunt omnia & biberunt.[15] Surrexit rex *summo diluculo & Daniel cũ eo,[16] & ait rex: Saluane sunt si- [11] gna Daniel? Qui respõdit: Salua rex.[17] Statimq; [12] cùm aperuisset ostium: intuitus rex mensam, ex-

a ¶ Videtur hic falli quod solet dici, Magnam vocem non esse nisi in sanctis tantum, sed hæc pericope apud Hebræos dicitur non haberi.

* primo

[13] clamauit vocẽ magna: Mag-[a] [14] nus es Bel, & non est apud te [15] dolus quisquã.[18] Et risit Daniel [16] & tenuit regẽ ne ingrederetur [17] intro, & dixit: Ecce pauimen- [18] tum: animaduerte cuius vestigia sunt hæc.[19] Et dixit rex: Video vestigia virorum & mu- [19] lierum & infantium. Et iratus [20] est rex.[20] Tunc apprehẽdit rex sacerdotes & vxores & filios [21] eorum, & ostẽderunt ei abscõdita ostiola, per quæ ingredie- [22] bãtur, & cõsumebãt quæ erãt super mensã.[21] Oc- [23] cidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem

a Mag. es Bel. Ios E. Heb. vbi suprà. Aperientes portã, oculos verterũt ad mensam, & ecce deuoratum erat quidquid impositum fuerat ei, à pane vsque ad carnem, sed & vinum epotatum erat. Quod videns rex cecidit in terrã coram Bel & ait: Magnum est nomen tuum ô Bel, & quis est similis tibi in omnibus diis gentium in fortitudine? Cui Daniel, Non loquaris sic. Inspice quæso cineres, &c.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ait Da. & intrinsecus lu. *& per consequens non habens vitam nec viscera nec huiusmodi membra cibum recipientia, & sic patet primum. s. erroris accusatio per Danielem.*

2 Et iratus rex. *Hic consequenter ponitur erroris accusati disquisitio, Et hoc est quod dicitur,* Et ira. rex. *Ratio fuit, quia illa expensæ fiebant de bursa regis, & alia necessaria sacerdotum dabantur à communitate populi: & sic erant in grauamen regni; hoc enim fuit obseruatum apud omnes Gentes quasi de iure Gentium, quod sacerdotes vacantes diuino cultui recipiebant necessaria à communitate populi; vel ab illo qui praerat communitati, vnde dicitur Gen. xlvij.* Quod sacerdotes Ægypti non sunt compulsi vendere possessiones suas tempore famis, quia eis victualia præbebantur ex horreis publicis. *Quod sequitur, patet in littera vsque ibi,*

Sacerdotes vbique gentium de publico alebantur.

3 Tu rex pone escas. *i. tempera aqua, secundum modum illius terræ in qua propter vini fortitudinem non bibitur sine aqua admixtione.*

4 Et claude ostium. *Hic enim erat modus sigillandi antiquitus, vt habetur Esther viij. Et in annulo isto erat imago regis sculpta. Sequitur,*

5 Contemnebant autem. *Hoc est, pro nihilo habebant facere talem obligationem. Et causa subditur,*

6 Quia fe. &c. int. ab. *Ad quem veniebant per viam subterraneam de domibus in quibus manebant extra templum, quod de leui poterat fieri in ciuitate Babylonica qua non erat habitata nisi valde diffuse: quia vt dictum est suprà Dan. iiij. ciuitas Babylonica tenebat octo leucas in quadrum, ita quod intra ciuitatem erant agri, vineæ & similia, in quibus crescebant terræ nascentia de quibus poterant homines d[illegible]iuere obsidionis tempore.*

Babylon vrbs vastissima.

7 Factum est igitur. *Hic ponitur inquisiti erroris inuentio, quia,*

8 Postquam egressi sunt, *Scilicet, sacerdotes de templo,*

9 Præcepit Daniel pueris suis, *id est, seruis.*

10 Et attulerunt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege. *Ad hoc vt videret rex manifestè quod nulla vestigia erant ibi, quando exiuit de templo & signatum est ostium vt deprehenderentur sacerdotes per viam aliam intrasse. Quod patet in littera vsque ibi,*

11 Statimq; cùm aperuisset, &c. *Ad videndum si cibaria erant comesta.*

12 Exclamauit voce magna. *Ad laudandum Deum suum.*

13 Magnus es Bel. *In virtute qui tanta comedisti, vidit enim mensam vacuam, quod totum comedisset.*

14 Et non est apud te dolus quisquam, *id est, illa fraudulentia quam Daniel affirmabat.*

15 Et risit Daniel, *Ex regia simplicitate.*

16 Et tenuit regem, ne ingrederetur intro. *donec vidisset vestigia illorum, qui de nocte intrabant ad comedendum ea quæ erant posita super mensam; propter quod sequitur,*

17 Et dixit, *scilicet Daniel,*

18 Ecce pauimentum, animaduerte cuius vestigia sunt hæc. Et, &c. *Vestigia infantium à vestigiis virorum distinxit per quantitatem pedis quæ minor est in pueris quàm in viris. Vestigia autem mulierum distinxit à vestigiis virorum per figuram, quia mulieres habent calceamenta alterius figuræ quàm viri in terra illa.*

19 Et iratus est rex. *Quia per euidens signum cognouit, scilicet, falsitatem sacerdotum.*

20 Tunc apprehendit rex sacerdotes, *Tamquam conuictos.*

21 Et ostenderunt ei abscondita ostiola. *Quia fuerunt positi in quæstionibus & tormentis ad talia reuelandum.*

22 Occidit ergo illos. *Hic consequenter ponitur erroris inuenti extirpatio per mortem sacerdotum, & destructionem idoli & templi. Et hoc est quod dicitur hic,* Occidit ergo illos rex, *id est, occidi fecit.*

23 Et tradidit Bel in potestatem Danielis, *Ad faciendum quidquid vellet.*

Qui

MORALITER.

† 18 *Animaduerte cuius vestigia.* Et sic fuerunt puniti morte sicut ibi dicitur,

22 *Occidit*

22 *Occidit ergo illos.* Daniel autem interpretatur iudicium Dei. Et sic per eius factum significatur, quod cultores ventris, scilicet gulosi & luxuriosi per Dei iudicium condemnabuntur, & igni gehennæ tradentur.

Damnatio gulosorum & luxuriosorum.

† Et

a Danielis, qui subuertit eum & templum eius. [21] Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij. [22] Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere, quia iste non sit deus viuens. Adora ergo eum. [24] Dixitque Daniel regi: Dominum Deum meum adoro, quia ipse est Deus viuens. Iste autem non est deus viuens, [25] Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconē absque gladio & fuste. Et ait rex, Do tibi. [26] Tulit ergo Daniel picem & adipem & pilos & coxit pariter, fecitque massas & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit: Ecce quem colebatis. [27] Quod cùm audissent Babylonij indignati sunt vehementer, & congregati aduersum regem dixerunt, Iudæus factus est rex. Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. [28] Et dixerunt cùm venissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam. [29] Vidit ergo rex, quod irruerent in

a *Et erat draco magnus, &c.* † Iosephus Hebr. lib. 1. hist. Iud. c. 10. Fuit quoque in diebus illis Deus quidam apud Chaldæos, & hic erat draco magnus habitans in spelunca quadam. Et cùm præparassent ei munus veniebant sub noctem & proiiciebant illud apud draconem. Ille autem egrediens in occursum muneris, distendebat rictum oris sui, & tunc iniiciebant allatum munus in os eius, & is deuorabat ipsum. Dixeruntque principes ad regē, Putasne quod Daniel possit illudere huic Deo, qui est viuus, sicut Belo? Quare non est tam audax in Deum istum? Certè si ipsum aggrederetur, draco sumeret vltionem, vindicaretq; propter nos Belum & templum eius, & sacerdotes eius. Ait ergo rex ad Danielem, Putasne quod possis versutum aliquid excogitare contra draconem Deum istum, Nonne est Deus viuus & robustus; Ait ad regem. Non erret quæso rex, etiam in isto, quandoquidem sit bestia subiecta manibus hominum, & non sit in ea spiritus Dei. Nunc itaque si permiseris mihi, ego percutiam quoque draconem hunc, & interficiam absque gladio & lancea. Nam Deus nōster posuit timorem hominis super omnem animam reptantis & serpentis in superficie terræ, vt metuat eum atque reformidet faciem eius. Nam in imagine Dei creatus est homo, quam[illegible]s timor sui esset super omnia. Ad quem rex, Vade, & age si quidquam potes. Lætati sunt plurimum principes, dicentes, Nunc interibit Daniel, & non poterit stare contra draconem. Abiens verò Daniel, parauit instrumenta ferrea instar pectinum, quibus lina repurgantur, & coniunxit ea interius, tergum coniungēs tergo, aculei autem eorum prominebant per circuitum limati & acuti, quibus vndique adhibuit varias ciborum species, præsertim adipem, & alias res pingues, lituram quoque sulphuris & picis apposuit ei, quibus fomentis absconditi sunt aculei ferrei, habuit formam dimensi. Cumque Daniel proiecisset illud in rectum draconis, suscepit ipsum draco, & deuorauit cum desiderio. At vbi descendit in interiora ventris eius, dissoluebatur adeps & pinguedo à ferreis aculeis, & ingrediebantur viscera draconis, atque perforabant ea: & illico cœpit draco sentire ingētem dolorem, corruensque mortuus est sequenti die, &c.

Narrat Iosephus historiam huius cap. suis verbis.

† Prosper lib. de prædict. part. 2. c. 35. Draconem sine gladio & fuste peremit Daniel, quemadmodum sciebat corruptibilem posse corrumpi: docens & ostendens vnum & solum verum Deum esse colendum, relictis vanis superstitionibus, quibus non tantum Babylonios, quantum etiam totum mundum sub potestate dæmonum captiuum teneri propheta cernebat.

b *Tulit ergo Daniel, &c.* † Eusebius Emiss. hom. 11. de Pasch. Daniel horrendum draconem, id est, qui spiritum diaboli præ se ferebat, solutioris cibi virtute conficit faciens de pice & adipe, id est, de duabus substantiis vnam offam: quæ assumpta, quod putabatur cibus, interitus fuit. In pice homo intelligitur, Deus adipe demonstratur, qui totius puritatis candor & pinguedo est bonitatis.

† Ambrosius in 1. cap. Rom. Coluerunt Babylonij & serpentem draconem, quem occidit Daniel homo Dei, cuius similitudinem habent.

☞ Porrò

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui subuertit eum. *idolum comminuendo,*

2 Et templum, *Ipsum destruendo.*

3 Et erat dra. ma. *Hic ostenditur Danielis audacia in inuasione draconis venenosi. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur inuasionis ratio; Secundo, ipsa inuasio, ibi,* Tu autem Da. *Ratio autem inuasionis fuit, quia rex volebat vt Daniel draconem coleret. Et hoc est quod dicitur hic,* Et erat draco magnus in loco illo, *id est, in Babylone in quodam templo, in quo locus subterraneus erat vbi ille draco erat.*

Diuisio.

4 Et colebant eum Babylonij, *quia sicut dictum est, quando homines videbant insolitum quid & mirabile excedens hominis virtutem, reputabant illud tamquam Deum. Modus autem colendi, vt dicunt aliqui erat per quædam instrumenta facta de corio vitulino plena aqua, & ideo dicebantur hydraulia, ab hydros quod est aqua. Sacerdotes igitur illius templi percutiebant illa hydraulia virgis, & sic reddebant sonitum terribilem ad quem excitatus draco emittebat aliquando fumum, aliquando ignem: quod homines vulgares videntes istud reputabant quasi sacrum. Et sic inclinati ad terram adorabant, quia in hoc decepti erant à sacerdotibus colentibus illum draconem propter quæstum temporalem quem inde reportabant. Et similiter aliquando fit in ecclesia maxima deceptio populi in miraculis fictis à sacerdotibus vel eis adhærentibus propter lucrum temporale. Et talia. s. sunt extirpanda à bonis prælatis, sicut ista extirpata sunt à Daniele.*

Vnde draconi isti cōtigit cultus diuinus.

Miracula ficta.

5 Et dixit rex Danieli: Ec. &c. quia iste non sit Deus viuens. Adora ergo eum. *Excusauit se Daniel, vt visum est de adoratione Belis, per hoc quod non erat Deus viuens, non poterat autē dicere de dracone, quin haberet vitam.*

6 Dixitq; Daniel regi, Domi. Deum me. a. *Non enim negauit Daniel draconem habere vitā simpliciter, sed negauit vitam diuinā: quia solus Deus est vita per essentiam, à quo omnia alia viuificantur, vt suprà dictum est eod. cap.*

7 Tu autem rex da mi. *Hic ponitur ipsius draconis inuasio, & primo Daniel petit huius inuasionis licentiam, dicens,* Tu autem rex da mihi pote. *i. licentiam talem, quòd nullus me impediat.*

8 Et inter. draconem absque gla. *Quod videtur impossibile nisi diuina virtute, propter hoc sequitur,*

9 Et ait rex, Do tibi. Tulit ergo Daniel picem & adipem, &c. *Propter odorem enim pinguedinis calefacta libenter accepit draco ille massam illam sibi proiectam.*

10 Et diruptus est draco. *Quia cùm momordisset massam illam, dentes eius inuoluti sunt propter picem & pilos, sic quod non potuit os aperire & massam illam masticare: & per consequens non potuit respirare: & est animal valdè calidum: quod patet per effectum, quia aliquando per os emittit fumum, aliquando ignem, ideo diruptus est venter eius propter defectum respirationis.*

Rumpitur draco.

11 Et dixit: Ecce quem colebatis. *q. d. Per effectum patet, quòd non erat Deus, nec aliquid diuinum erat in eo.*

12 Quod cùm audissent Babylonij. *Hic describitur Danielis constantia in sustinendo aduersa. Et diuiditur in duas partes. Quia primò describitur magnitudo pœnæ sibi inflictæ; Secundò, modus liberationis diuinæ, ibi,* Erat autem Habacuc. *Circa primum aduertendum, quod duplex pœna fuit inflicta Danieli, Vna fuit pœna mortis, quia missus est in lacum leonum, vt ab ipsis deuoraretur, Secunda fuit pœna famis, quia subtractus est ei omnis cibus, vt si leones non tangerent eum, saltem fame periclitaretur: & hoc est quod dicitur hic,* Quod cùm audissent Babylonij. *s. Belis destructionem & draconis interfectionem per ipsum Danielem.*

13 Indignati sunt vehe. *Quia fuerunt decepti & incitati per sacerdotes qui pro illo cultu zelabant, quia inde viuebant: Nec fuit mirum si cito fuerunt indignati contra Danielem qui erat alienigena & alterius legis: cùm esset natione Iudæus.*

14 Et congre. aduer. re. *Quia facta est seditio & commotio populi contra eum pro prædictis.*

15 Dixerunt, Iudæus fa. est rex. *Quasi dicant: Apostata est à lege, & ritu nostro, & Regum præcedentium, quod probant per factum.*

16 Bel destruxit, draconem interfecit, *quia dedit potestatem hoc faciendi Danieli, qui erat Iudæus. Sequitur,*

17 Trade nobis Danielem, *s. vt moriatur.*

18 Alioquin inter. te & domum tuam. *i. familiam tuam.*

19 Vidit ergo rex, quod irruerent in eum vehemen. *Quia furor multitudinis concitatæ est valdè irrationabilis & periculosus.*

9 Et ☞ Et

MORALITER.

† 3 *Et erat draco magnus in loco illo.* Per draconem, de quo dicit August. in sermone quodam *(leo apertè irascitur, draco occultè insidiatur)* fraus & malitia designatur: & ideo draconem colunt, illi qui per fraudem & malitiam veritatem subuertere quærunt, cuiusmodi sunt detractores, adulatores, aduocati cupidi, & iudices iniqui & consimiles. Per sapientiam autem Danielis draco fuit interfectus, sicut dicitur infrà.

Fraus & malitia.

† *Fecitq; massas & dedit in os draconis, &c.* Sic per Dei iudicium condemnatur æternæ mortis fraus, & malitia prædictorum.

Vtramque damnat Deus.

 † Erat

cum vehementer, & necessitate cõpulsus tradidit eis Danie- 1 lem.* [30] Qui miserũt eum in lacum leonum,& erat ibi diebus 2 a sex. [31] Porrò in lacu erant leones septẽ, & dabantur eis quotidie 3 duo corpora & duæ oues,& tunc non data sunt eis,vt deuorarent Danielem. [32] Erat autẽ Habacuc propheta in Iudęa,& ipse 4 coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in 5 campũ,vt ferret messoribus. [33] Dixitq; angelus domini ad Ha- 6 b bacuc: Fer prandium quod habes in Babylonem Danieli,qui est in lacu leonũ. [34] Et dixit Habacuc: Domine Babylonem nõ 7 c vidi, & lacum nescio. [35] Et apprehẽdit eum angelus domini in 8 9 vertice eius,& portauit eum capillo capitis sui:posuitq; eum in 10 Babylone super lacũ,in impetu spiritus sui. [36] Et clamauit Ha- 11 d bacuc,dicens:Daniel serue Dei,tolle prãdium quod misit tibi Deus. [37] Et ait Daniel: Recordatus es mei Deus,& non dereli- 12 quisti diligentes te. [38] Surgensq́ue Daniel comedit. Porrò an- † 13 gelus domini restituit Habacuc confestim in loco suo. [39] Venit ergo rex die septimo, vt lugeret Danielem, & venit ad la- 14

A a *Porrò in lacu erant leones,&c.* CHRYSOST.homil.de Iona. Cum ieiunio Daniel in lacum leonum ingressus est, & eorum tantam mansuetudinem sensit,vt simplicitatem ouium arbitraretur.Nam bestiæ in illa feralis ardoris rabie, furoris sui natura lenita, oblato sibi cibo parcebant.Et aliquanto tempore fame defectæ,præparatam satietatis copiã respuebant.

Virtus ieiunij.

† IDEM homil.25.in Gen. Vide quid Danieli euenerit. Hic cùm à leonibus circumdaretur, quasi ab hominibus stiparetur, sic intrepidè viuebat. Quando quidem iusti fidentia ferarum naturã frenabat, nec sinebat vt agerent ea quæ feræ solent.

Fiducia iustorum.

B b *Fer prandium quod.* † CYPRIANVS de orat.dominica.Quærentibus regnũ Dei, & eius iustitiam, Omnia Christus promittit apponi. Nam cùm Dei sint omnia, habenti Dominum nihil deerit, tantum nisi Deo ipse desit. Sic Danieli in leonũ lacum iussu regis incluso prandium diuinitus procuratur, & inter feras esurientes homo Dei pascitur.Sic alitur Helias in fuga;atque C ò humanæ malitiæ detestanda crudelitas; feræ parcunt, aues pascunt,homines insidiantur & sæuiunt.

Matth.6.

Homines feris & auibus crudeliores.

† TERTVL.lib.adu.Psyc.c.9.Danieli in lacum leonum esurienti, prandium metentium exhibitum est, quia constitui oportebat exemplum docens in tempore pressuræ, & persecutionis, & cuiuscumque circumstantiæ xerophagiis esse viuendum.

c *Et apprehendit eum angelus,&c.* † CYPRIAN.Ser.de ieiun. & tent. domini. A multis ambigitur,an translatio domini à deserto in pinnam templi, fuerit corporalis, & sic de loco ad locum, quomodo Habacuc de Iudæa in Chaldæam delatus est,& Philippus de Azoto,in occursum Eunuchi.

Act.8.

CHRYSOST.hom.5.in Matth.oper.imperf. Si Habacuc homo constitutus à nullo est visus, quando ab angelo per comam capitis D portabatur de Iudæa in Babyloniam: quanto magis est credibilius de Christo, non fuisse visum,cùm volens à diabolo assumeretur?

Diabolus potuit inuisibiliter assumere Christum in montem excelsum. Matth.4.

IOSEPHVS Hebr.lib.1.hist.Iud.cap.7. Angelus tulit Habacuc in cincinno capitis eius, habentem refectionẽ in manu sua, & posuit eum intra foueam ad Danielem. Cumque Daniel comedisset & bibisset cum eo, extraxit eum angelus,& restituit eum in locum suum. Daniel autem exultans laudabat atque celebrabat Dominum, quia sperauerat in salute eius, orans ad Deum suum. E

*supra 6.c.

d *Daniel ser.Dei, &c. tolle prandium.* † BASIL.hom.in diu.auar. Ingredere vetus ac nouum testamẽtum, in vtroque inuenies permultos diuersis nutritos Dei prouidentia modis. Carmelus mons sublimis ac desertus. Heliam item desertũ habuit, viaticum cibusque ei speserat in Deo. Hinc auium rapacissimi & voracissimi corui cibum ei attulêre, qui alienas solebant escas inuadere. Lacus item Babylonius Israelitam, ca- F ptiuum quidem casu, animo vero ac proposito liberum : Ad hunc leones esurientes immissi præter naturam abstinuêre. Pauit eum Habacuc,ab angelo cum obsoniis longè deportatus. & ne vir sanctus inedia premeretur, temporis momento tantum veniendo penetrauit,quantum à Babylonia distat Iudæa.

Deus victũ Eliæ & Danieli miraculosè misit.

† IOSEPHVS Hebr.lib.1.hist.Iud. Rex audiens vocem exultantis Danielis & iubilum laudis eius, non potuit loqui cum eo, quia fletus intercepit vocem eius. Confortans tamen semetipsum clamauit : *Daniel,&c.* Respondit Daniel : Vtique eripuit me Deus de ore leonum, & sic clausit os eorum coram me, vt exultantes occurrerint mihi, sicut facere solent domestici mei. Sic enim præcepit eis Deus meus in quo speraui.

☞ *Porrò*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et necessitate com.tra.eis Da. *Non enim poterat rex ita cito congregare exercitum ad cohibendum multitudinis concitata impetum: & ideo oportebat,quòd traderet eis Danielem, vel quod moreretur cum tota familia sua. Item videbat, quod ipso mortuo Daniel non euaderet mortem, quia propter ipsum insurgebat multitudo contra regem; minus autem malum videbatur prima facie, quod solus Daniel traderetur morti,quam quod ipse & rex & familia sua morerentur. ideo tamquam minus malum secundum æstimationem tradidit eis Danielem : & maximè quia confidebat ipsum per diuinam potentiam liberari:sicut audiuerat liberationem sociorum Danielis de camino ignis.*

Quid mouit regem vt permitteret Danielem furenti populo.

2 Qui miserunt eum in la.leonum,& erat ibi sex diebus,&c. *Ex hoc patet quod missio Danielis in lacum est alia ab illa quæ facta est tempore Darij,vt dictum est suprà cap.vj.quia tunc non fuit in lacu nisi per vnam noctem, vt patet ibidem:hic autem dicitur fuisse in lacu per sex dies,Similiter patet hic alia de causa, quia fuit positus in lacum tempore Darij, eò quòd fuit imposita sibi transgressio regij edicti,qui (vt ibidem dicitur) posuerat edictum vt nullus peteret aliquid à Deo vel homine nisi à rege vsque ad triginta dies. Daniel autem infra istud tempus inuentus est adorare Deum: propter quod missus fuit in lacum leonum; causa autem quare dicitur hic positus in lacum leonum est, alia, scilicet destructio Belis, & interfectio draconis.*

Daniel bis in lacum leonum coniectus.

3 Porro in lacu,&c. *Hic tangitur pœna famis. Dimissus est in lacu per sex dies naturales sine cibo, & interim denegatus est leonibus cibus,consuetus, vt citius deuorarent Danielem.*

4 Erat autem Habac. *Hic consequenter ponitur ipsius Danielis liberatio, & primo ponitur liberatio eius à pœna famis; secundò à pœna missionis in lacum,ibi,* Venit ergo rex. *In prima parte dicitur sic:* Erat aut. Habac.pro. in Iud. *Hic est vnus de duodecim prophetis, vt videtur Hieronymus sentire in prologo.*

Liberatio Danielis. Diuisio.

Habacuc Propheta.

5 Et ipse coxe.pul.&c. *Nomen est vasis facti ad reponendum cibos,& dicitur ex similitudine alui, id est, ventris, vbi cibi reponuntur, & inde alimentum ad singula membra virtute caloris naturalis defertur.*

Alueolus.

6 Dixitque angelus domini ad Habac. Fer pran. quod hab. in Baby.Da. *q.d.Ipse indiget.Cibus est ei denegatus.*

7 Et dixit Habac.Do.Baby.non vidi. *Et ideo nescirem illuc ire.*

8 Et lacum nescio. *Et ideo dato, quod iam essem in Babylone nescirem Danielem inuenire.Ista dixit se excusando.*

9 Et appreh.eum ange.do. in ver.eius. *Angelus autem apparebat in corpore assumpto, & ideo dicitur apprehendisse caput, quia posuit manum in caput eius.*

10 Et por.eum capi.cap.sui. *Non est sic intelligendum,quod virtus angeli solummodo tangeret capillos eius, sed totum corpus secundum quod hic dicit: quia posuit manum super caput eius,vt dictum est.*

11 Posuitque eum in Baby.super la.in impe.spi.sui. *id est,virtutis suæ. Nec est mirum, si angelus portauerit hominem per tantum spatium terræ in modico tempore,quia vnus angelus reuoluit orbem circulariter in vno die: ad quem tota terra comparata non est nisi punctum.Sequitur,*

Angelorum motus citissimus.

12 Et ait Daniel: Recordatus es mei Deus. *Prius enim benedixit Deum, quàm sumeret cibum.Hæc est enim consuetudo laudabilis.*

13 Venit ergo. *Hic ponitur liberatio Danielis de lacu cùm dicitur:* Venit ergo rex die sep. *Quia Daniel erat condemnatus ad hoc,quod staret ibi per sex dies naturales.*

14 Vt lugeret Danielem, & venit ad,&c. *Quia probabiliter credebat ipsum mortuum.*

Et

MORALITER.

† 4 *Erat autem Habacuc pro.in.Iu.* Habacuc autem interpretatur fortis luctator, & significat hominem sapientem ratione prophetiæ & constantem pro defensione iustitiæ ratione interpretationis. Et sicut Habacuc consolatus fuit Danielem, missum in lacum iniustè, sic iste consolari nititur omnem qui iniustè patitur.

Homo sapiens & constans.

† *Porro angelus do. &c.* Per quod significatur, quod defensor iustitiæ & oppressorum consolator, angelico ministerio ad locum sibi præparatum in empyreo deducetur, quod nobis concedat,&c.

Cælum debetur iustitiæ vindicibus & oppressorum consolatoribus.

⁴¹ Porro illos qui perditionis,&c. †CHRYSOST. homil.57.in Genes. Danielem leones sicut oues circumdabant, & superna gratia, retusa eorum ferocitate, nihil illum incommodabant. Nam quod ferocitatem non exercerent feræ, hi qui feris truculentiores erant, reipsa discebant. Hoc autem ad maiorem ipsorum accusationem factum est, quia ratione insigniti, crudelitate bestias ratione carentes vincebant. Tandem dicerunt, cùm in lacum coniecti fuerũt, quod non esset apparentia vana, quod leones iusto pepercerant quasi reueriti eum, non audentes eius contingere corpus. Nam in illo imitabantur ouium mansuetudinem, & naturæ obliuiscebantur, in istos autem ferociam suam declarabant. Sic quando superna gratia munimur, non solum effugimus inimicorum insidias, sed & si in bestias incidimus, nihil patiemur graue. Dei enim manus potentior est omnibus, ipsa nos vndequaque satis munit & inuictos facit: id quod & in iusto hoc declaratum est.

Gratia Dei plus munit quàm omnia arma carnalia.

† IDEM serm.6.de martyribus. Daniel cultor Dei, amator iustitiæ, veritatis defensor, dum in asserendo Deo regis edicta contemnit, & leonum rabiem vicit, & de inimicorũ interitu exultauit.

cum & introspexit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. ⁴⁰ Et exclamauit voce magna, rex dicens: Magnus es domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. ⁴¹ Porrò illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum: & deuorati sunt in momento coram eo. ⁴² Tunc rex ait: Paueant habitantes vniuersam terram Deum Danielis: quia ipse est saluator & liberator faciens signa & mirabilia in cælo & in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum.

† IOSEPH. Hebr. lib. hist. Iud. cap.7. Sæuierunt leones in Babylonios antequã peruenerunt in fundum foueæ (nihil enim discerpserant ab heri & nudius tertius) deuorauerunt que eos veluti placentas gratas, comminuentes etiam ossa eorum, & rugierunt super eos: vt etiam vox sonitus eorum in longinquum diffunderetur. Expauerunt autem ad vocem eorum omnis populus, dixeruntque: Egressi sunt leones de fouea.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ecce Daniel sedens. *viuus & sanus.*

2 Et exclamauit rex vo. ma. di. Magnus es domine Deus Dani. *Viso enim miraculo magnificauit diuinam potentiam.*

3 Et extraxit eum. *Iam enim transierat seditio populi, & maximè quia videbant per effectum virtutem Dei ipsius.*

4 Porrò illos qui perditionis eius causa fuerunt, *incitando multitudinem populi ad clamorem prædictum & seditionem.*

5 Intromisit in lacum. *Istud enim fuit iustum secundum legem talionis, ex quo declarata fuit iustitia Danielis.*

6 Et deuorati sunt in momen. *in quo apparuit saluatio Danielis magis miraculosa.*

7 Tunc rex ait: Paueant ha. *Viso enim miraculo prædicto rex voluit magnificare diuinam potentiam, non solùm in Babylone, sed in toto regno sibi subdito: & hoc est quod dicitur hic*, Paueant, *id est, timeant blasphemare*, Habitan. in vniuer. ter. *Hyperbole est ad exprimendum magnitudinem sui regni, quia non omnis terra erat sibi subiecta.* Deum Danielis, *licet enim sit Deus omnium, dicitur tamen hic Deus Danielis per cultum specialem, & quia ipsum Danielem specialiter saluauerat per euidens miraculum; & hoc est quod subditur*, Quia ipse liberator & saluator fa. sig. *id est, opera super naturam quæ homines inducunt ad cognoscendum diuinam excellentiam, quia diuina potentia & misericordia cognita est in liberatione Danielis, & sua iustitia in suorum accusatorum deuoratione: & per hoc rex gentilis & populus ei subiectus fuit inductus ad laudandum Deum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.*

Deus Danielis.

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES IN PROLOGOS HOSEÆ PRÆFIXOS.

In primum Prologum.

HIc Prologus totus est sancti Hieronymi, toti libro duodecim Prophetarum inseruiens: solusque habetur in correctis exemplaribus vulgatæ editionis: & est inter epistolas Hieronymianas 131. ad Paulam & Eustochium; in qua docet sanctus doctor, primò, quomodo iuxta Hebræorum codicum auctoritatem duodecim Prophetarum ordo disponitur; secundò, quales in stylo dicendi fuerint, ibi, *Hosea commaticus est.* Tertiò, quare in vnum librũ coniecti fuerint, ibi, *Et quia longum est.* Quartò, quo tẽpore prophetauerint, ibi, *Et Hosea synchronõ.*

1 *Non idem est ordo.* Ordo duodecim Prophetarũ, nec apud Hebræos, nec apud Septuaginta, dispositus est omnino secundum tempora Prophetarum: nam Abdias & Ionas omnium primi prophetarunt, & tamen in medio Prophetarum ponuntur; nec iuxta dignitatem Prophetarum aut prophetiarum; quum ea in omnibus sit æqualis, vtpote quæ à Spiritu sancto, qui in illis loquitur, desumatur. Ordo igitur, quem nunc habet vulgata editio, idem est qui apud Hebræos seruatur, ab Esdra (vt probabiliter existimatur) in synagoga magna constitutus: cuius ordinis rationem alij aliam coniiciunt; ego partim voluntariam, partim ex ratione temporum desumptam arbitror.

Ordo duodecim Prophetarum.

2 *Qui est apud nos.* Hoc est, apud fideles Latinæ Ecclesiæ tempore D. Hieronymi, quo sacram scripturam secundum translationem septuaginta Interpretum vsurpabant. Vnde cessat Mariana admiratio, cur Hieronymus neget eumdem ordinem esse horum Prophetarum apud Hebræos, qui apud nos: *Nos* enim dixit Hieronymus, non qui nunc sumus, & ordinem ab Hieronymo ex Hebræis sumptum sequimur: sed fideles occidentales sui temporis, qui adhuc sequebantur septuaginta Interpretes, Hieronymiana versione nondum in plenam auctoritatem recepta.

3 *Vnde secundum id quod ibi legitur.* In Hebræis nempe codicibus, quos sanctus Doctor interpretabatur; *Hic quoque dispositi sunt*, in hac nimirum versione, quam sanctus Hieronymus adornauit, & nunc Ecclesia vniuersalis in vsum admisit fidelium.

4 *Hosea commaticus est.* Secunda pars Prologi, in qua aliquid interserit stylo Prophetarum minorum. Hoseam, qui primus est, *commaticum* esse dicit; id est per breuia membra, seu concisas sententias (quæ commata vocantur) prophetiam suam enuntiare: non per lõgas periodos & circumductiones, vt Isaias, Ieremias, & Ezechiel fecerunt: quod legenti hunc Prophetam statim est manifestum.

Hosea commaticus scriptor.

5 *Et quasi per sententias loquens.* Quia nempe singulis fere commatis plenam & à reliquis separatam sententiam absoluit; qualis est sermo eorum, qui gnomas morales scribunt, vt Salomonis & Ecclesiastici: & apud prophanos Senecæ, & similium sapientum.

Incipit Prologus S. Hieronymi in librum duodecim Prophetarum.

¹ NOn idem ordo est duodecim Prophetarum apud Hebræos qui est ² apud nos. Vnde secundũ id quod ³ ibi legitur, hic quoque dispositi sunt. ⁴ Hoseæ commaticus est, & ⁵ quasi per sententias loquens; ⁶ Iohel planus in

6 *Iohel planus in principiis.* Hoc est in primo & secundo capite apertiorẽ habet prophetiam de Chaldæorum aduentu ad captiuandum populum: *In fine obscurior*, id est, in postremo capite, in quo agit de aduentu Messiæ, & solutione captiuitatis spiritualis, quæ quia longinquius aberãt, ideo etiã obscuriora dictionis serie prænũtiantur.

Ioelis stylus.

7 *Et vsque ad Malachiam.* Id est, omnes reliqui, etiam ipso Malachia cum reliquis computato; *habent singuli proprietates suas*, aliquid nimirum particulare & illustre quoad argumentum, modumque tractandi, quo ab aliis omnibus differat.

Esdras non est Malachias.

8 *Quem Esdram.* Hebræi Rabbini putant illum, qui in duodecim Prophetis est vltimus, vocaturque Malachias, eumdem esse cum Esdra scriba doctissimo, legisque doctore, quippe qui totam scripturam veterem recensuit, & in canonem biblicum redegit, populoque (vt in eius libro habetur) quantum opus fuit, explicuit. Et hanc Hebræorum sententiam, aliquoties recitat Hieronymus tamquam probabilem; nec tamen propterea eam tamquam suam & veram vllibi asserit. Eam tamen vt veriorem recepit Ribera; vt minus probabilem reiicit Castrius; & argumentis Riberæ non improbabiliter respondet.

7 principiis, in fine obscurior: & vsque ad Malachiam habent singuli proprietates suas: quem 8 Esdram scribam legisque doctorem Hebræi 9 autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere, hoc tantum vos ô Paula & Eustochium admonitas scire volo, vnum librum esse 10 duodecim Prophetarum, & Hoseæ σύγχρονον synchronon Isaiæ: Malachiam verò Aggæi & Za- 11 chariæ fuisse temporibus. In quibus autem 12 tempus non præfertur in titulo, sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi qui ante eos habent titulos, prophetauerunt.

9 *Et quia longum est nunc de omnibus dicere.* Id est, ostendere, quænam sint illa singularia & illustria, in quibus à se inuicem omnes hi duodecim Prophetæ differant. Hæc est tertia pars Prologi: in qua decet, hos omnes duodecim Prophetas, quamuis singuli suam scripserint prophetiam; in numero tamen librorum biblicorum, vnicum tantum librum constituere, qui à Græcis vocabatur δωδεκαπρόφητος, ab Hebræis vocabulo Chaldaico, Tereasar; hoc est duodecim Prophetarum liber. Quia enim singulorum prophetiæ, etsi sensibus prægrandes, verborum tamen paucitate perbreues essent; nec propterea iustæ magnitudinis volumen separatim conficere possent, quemadmodum prophetiæ Isaiæ, Ezechielis, Ieremiæ, ac Danielis conficiebant; ideo in vnum omnes librum sunt coniectæ.

Duodecim Prophetarum liber vnus.

10 *Et Hosea σύγχρονον esse Isaiæ.* Quarta pars, in qua insinuat tempora, quibus prophetarunt. Et primò, dicit Hoseam esse σύγχρονον, hoc est coæuum, seu eiusdem temporis Prophetam, cuius erat & Isaias. Deinde, tres vltimos Prophetas, Malachiam, Aggæum, Zachariam eisdem têporibus prophetasse, nempe sub captiuitate secunda. Reliquos verò illis temporibus prophetasse, quæ in titulis earumdem propheticarum signantur.

Tempora duodecim Prophetarum.

11 *In quibus autem tempus non præfertur in titulo.* Hoc est, eos Prophetas qui in titulo suarum prophetiarum non meminerunt quo tempore, vel quibus sub regibus prophetauerint;

12 *Sub illis eos regibus prophetasse.* Eorum regum temporibus, *sub quibus & hi qui ante eos habent titulos*, hoc est, sub quibus alij proximè præcedentes Prophetæ se prophetasse in titulis suarum prophetiarum significarunt.

Item alius Prologus.

Quomodo dignosci possit quando ad regnû 10. tribuum, quando ad Iudam & Beniamin, & quando ad omnem populum Hebræorum loquantur Prophetæ?

REgulæ sunt hæ sub quibus significationibus nominum ad quas tribus per prophetas sermo Domini dirigatur. Quotiescumque ad decem tribus tenditur prophetia, sub his nominibus designantur: id est, Ephraim, Samaria, Israel, Ioseph, Iezrahel, Bethel, Bethauem, & interdum Iacob. Quando autem ad duas loquitur tribus, sub his nominibus sermo profertur: id est, Iuda, Ierusalem, Beniamin, domus Dauid, & interdum Iacob. Aliquotiens Israel ad totas duodecim tribus refertur. Duplex est apud Hebræos sententia de his quatuor versibus, qui in capite sunt prænotati. Plerique enim dicunt, quod ab Esdra scriba in omnibus prophetis sic fuerit titulatû, vt præscripto vniuscuiusque nomine, prophetia cuius sit sequens noscatur. Ipse est autem Esdras, qui vltimus prophetarum Malachiæ nomine scribitur. Alij verò dicunt, quod ab ipsis prophetis per Spiritum sanctum, vt cetera sunt scripta.

A quo appositi sint primi Prophetiarum versus.

In Prologum secundum.

Nomina, quibus regnum Israel & regnum Iuda in Prophetis innuuntur.

DVo sequentes Prologi, videntur non esse Hieronymi; vnde nec ei ascribuntur in vllis quæ viderim exemplaribus; & probabile est esse à Rabbano præfixos, aut à Strabone collectore glossæ ordinariæ. In hoc autem Prologo duo traduntur. Primo, quibus sub nominibus discerni possint prophetiæ quæ contra decem tribus eduntur, ab illis quæ contra regnûm Iuda pronuntiatæ sunt. Secundo, quis apposuerit Prophetis titulos prophetiarum initiales, ibi, *Duplex est apud Hebræos.* In primo nihil est difficultatis: in secundo notandum est, sententiam quam secundo loco ponit, esse certam, & ab omnibus nunc receptam. Nempe titulos qui in textu ipso proponuntur, ab ipsis Prophetis per Spiritum sanctum fuisse præfixos.

Prophetæ suis vaticiniis ipsi titulos præposuerunt.

In Prologum tertium.

1 PRologus peculiariter agit de tempore & argumento vaticinij Hoseæ. Primò tempus ponit, sub Achaz rege Iudæ, & Ieroboam eius nominis secundo, rege Israel, qui iisdem temporibus regnabant, quamuis Achaz prius regnare cœperit. Deinde ostendit argumentum prophetię, nempe prædictionem iræ diuinæ erga Israelis regnum, & misericordiæ erga Iudæ regnum, & vtriusque diuersitatis causam seu occasionem: ibi, *De memorato itaque numero regum.*

2 Vbi etiam priore loco quasi tacitam præoccupat obiectionem quum vtriusque regni reges, Achaz & Ieroboam, suo imperio populum vtrumque ad apostasiam à Dei cultu abduxerint: quare ergo vni populo iram denuntiat, alteri verò misericordiam? & soluit illam illis in verbis: Hinc factum est.

3 *Etiam Israel idololatriæ crimen potest. sua adm. coëgerunt.* Ecce quantum damni adfert Rex à vera fide alienus: quem tolerare populus Israeliticus ex lege Dei prohibebatur; nam si alienigenam non debebant sibi præficere, ne eum à Dei cultu abduceret: certè nec contribulem ferre, qui eodem eos crimine vi potestatis suæ obstringere nitebatur.

Rex infidelis noxa populi.

Incipit Prologus in librum Hoseæ Prophetæ.

1 TEmporibus Oziæ, & Ioathæ, Achaz & Ezechiæ regum Iuda, & Ieroboam filij Iohas regis, Hosee filius Beeri ad prophetiam dicendam Spiritu sancto re- 2 pletus est. De memorato itaque numero regum, Achaz rex Iuda, & Ieroboam rex Israel dominû derelinquen- 3 tes (vt historiæ Regû & Paralipomenon indicant) etiam Israel

4 Propter

4 *Propter quod.* Id est, propter hoc crimen apostasiæ à Regibus perpetratum, à populo non solum toleratum, sed etiam auide acceptatum: Deus Prophetam suscitauit, qui illis iram suam & impendens flagellum captiuitatis prænuntiaret, nisi resipiscerent.

Vxor Hoseę verè ante matrimonium cum illo fuerat meretrix.

5 *Fornicariam itaque non elocati corporis meretricem.* Elocat corpus suum ad quæstum meretrix: pecunia accepta ab amatoribus, vt ab iisdem flagitium libidinis patiatur. Est hæc quidem multorum sententia, & inter eos S. Hieronymi, non præcepisse Deum Prophetæ, vt vxorem acciperet meretricem, sed quæ vel gentilis esset, vel ad gentilismum defecisset. At verius est & communius receptum, Prophetæ à Deo iniunctum vt sibi copularet matrimonio mulierem, quæ ante matrimonium fuisset meretrix vulgati corporis; sed post matrimonium tamen sanctè & castè cum Propheta marito viueret; cuius filij ex Propheta suscepti, filij essent fornicationum, non quia in fornicatione nati, sed quia ex ea geniti, quæ aliquando, ante matrimonium scilicet, fuerat fornicaria. Per quod tamen matrimonium, occasionem sumit Propheta exprobrandi synagogæ spiritualem fornicationem, seu idololatriam, quæ est animæ adulterium, derelinquentis verum Deum, pro falsis idolis & dæmoniis; quod est ad alterum Deum ire.

Idololatria est fornicatio spiritualis.

tropolis erat. Non hoc dixisset Hieronymus. Erat fortè locus curiæ siue palatij regij: sed metropolis erat Samaria; nisi fortè ideò vocat metropolim, quia ob regis assiduam habitationem, ciuitas inter reliquas præcipuæ dignitatis fuerit. *Quem Iezabel Achab regis Isr. vxor interemerat*: misso nimirum ad iudicem populi mandato, vt falso colore quæsito Nabothum innocentem impietatis & maiestatis reum facerent, & subornatis testibus conuictum lapidari iuberent.

10 *Is cùm grauiter, &c. desæuisset.* Fuit quidem crudelitatis magnæ species, in eo quod non solum ipsum Achab, & Iezabelem; verum etiam in filios eius innocentes sæuisset; sed reuera non tam erat crudelitas quàm iustitia, Dei iussu vindictam exequens. Quamuis forsitan Iehu vel in modo, vel in ipsa etiam intentione exequendi diuinum mandatum à Propheta sibi insinuatum offenderit: nam sicut in simulatione qua Prophetas Baal decepit, peccauit; quamuis ipsa Baalitarum occisio Deo placuerit: ita etiam potuit in vindicta Dei de Achabitis sumenda, aliquid sinistræ intentionis immiscendo, peccauisse. At non propter hæc peccata domui eius hic ira Dei denuntiatur: sed quia

Iehu, ob quod peccatum punitus.

11 *Hoc peracto*, nempe sumpta de Achabitis iuxta Dei mandatum vindicta; *Dominum dereliquisse inuenitur*; ideo dilata pœna, quam meruit, vsque ad pronepotem eius Ieroboam; vt dilatio pœnæ, esset quædam merces eius obedientiæ, quam in Achabitis & Baalitis iuxta Dei verbum puniendis ostenderat: deletio autem domus eius in pronepote, esset pœna desertionis, qua ipse cum domo sua cultum Dei dereliquisset. Baalis quidem idololatriam destruens, sed Ieroboami primi vitulis adhærens.

idololatriæ crimen imperio ac potestate sua admittere coegerũt. 4 Propter quod Deus ad Hosee hæc locutus est, dicens: * Accipe tibi vxorem fornicariam, siue fornicationum, & fac filios fornicationis. 5 Fornicariam itaque non elocati corporis meretricẽ, sed Gentilem Deum ignorantem appellat, quæ Dei creatoris sui amore contempto, 6 simulacrorum se subiecit desideriis. 7 Sed cum Dei præcepto Propheta in hac re paruisset, conceptum ex ea filium Iezrahel præcepit nominare, Deo pollicente post breue tempus sanguinem Iezrahel in domo Iehu vindicare. 8 Cuius promissionis hæc causa est, 9 Iehu per Elisæum in regem inuncto ad defendendum sanguinem Naboth, ciuis Iezrahel (quæ tunc temporis metropolis erat) quem Iezabel Achab regis Israel vxor interemerat, sicut Regum historia exponit. 10 Is cùm grauiter iuxta diuinum præceptum vindicandi sanguinis causa in omnem memorati domum desæuisset, 11 hoc peracto 12 dominum dereliquisse inuenitur: cuius pronepote Ieroboam (qui lectione comprehensus est) originis suæ facta imitante, ac contra Dei præcepta & religionem cum populo Israel agente: 13 sanguis Naboth, qui in loco certo Iezrahel fuerat profusus in domo Iehu patris memorati Ieroboam pro peccato redundaturus significa- 14 tur. Hinc factum est, vt ira Dei populo Israel per denuntiationem prophetæ processura debere-

*Infr. 14. d.

6 *Simulacrorum se subiecit desideriis.* Rectè vsus est plurali numero: tum quia idololatricus cultus omnia genera libidinum & carnalium ac iniquorum desideriorum inuehebat: tum quia cultus vnius Dei, vnit desideria animæ, ita vt non plura, sed vnum solum desiderium efficiat, nempe soli Deo placere, quod est vnum necessarium à Christo laudatum, cui soli quia intendebant, aut intendere debent religiosi, primum vocabantur monachi, quasi μονάζοντες monadi, vnitate, soli Deo vnitrino seruiẽtes. At cultus idololatriæ dissipat animi affectus ad varia desideria, & ad varia idola; nec enim vmquã fuit idololatrica natio, quæ non pluribus idolis inseruierit.

Simulacrorum idololatria quam perniciosa.

7 *Sed cum Dei præc. Proph. in hac re paruisset.* Nimirum mulierem fornicariam in legitimam vxorem sibi accipiens; *Conceptum, &c. Deo pollicente post breue tempus sanguinem Iezrahel, &c.* Ex huius pueri conceptu occasionem ministrauit prophetæ, prædicendi domui Iehu, & pronepoti eius Ieroboam, fore vt sanguis domus Achab, quem Iehu fuderat, in domũ ipsius Iehu refunderetur.

8 *Cuius promissionis hac causa est.* Hic post narratam occasionem prophetiæ huius, incipit tacitam obiectionem inde natam formare: ac si diceret quis: Cum Iehu sanguinem domus Achab effuderit iussu Dei in vindictam Naboth, quem impia Iezabel curauit occidi vt eius vinea potiretur: quare iam punitur, & illius sanguinis effusi pœna in ipsam Iehu domum reflectitur? Causam reddit, quia quum domini Dei voluntatem in Achabi sanguine fundendo, & Baalitis interficiendis compleuisset: non tamen perstitit in cultu Dei, sed ipsum etiam, non secus atque Achabitæ fecerant, derelinquens, in idololatriam incidit: atque ideo eodem modo sanguis domus eius prædicitur effundendus, quo ipse sanguinem domus Iacob effuderat.

9 *Iehu per Elisæum.* Nota est historia, ex lib. 3. Regum cap. 21. quo innocentis Naboth mors narratur; & 4. Reg. c. 9. ac 10. quibus vindicta Dei per Iehu de domo Achab sumpta describitur.

Ad defendendum sanguinem Naboth. Ad vindicandum; Ea enim fuit occasio cur Deus statuerit Iehu contra Achabum in regem vngere; vt innocentem sanguinem vlcisceretur. *Iezrahel quæ tunc temporis metropolis*

12 *Cuius pronepote Ieroboam.* Suum asserunt enim Iehu in regno Israel, filius eius Ioachaz, & ex eo filio nepos Ioas, & ex illo pronepos Ieroboam eius nominis secundus. *Qui lectione comprehensus est*, hoc est, cuius nomen in ipsa lectione Prophetæ, seu in titulo prophetiæ huius comprehenditur, seu ponitur. *Originis suæ facta imitante*, hoc est, proaui sui Iehu idololatriam in vitulorum aureorum cultu eadem cum impietate sectante; Pater est origo filij, & Iehu proauus, origo totius familiæ ab eo descendentis, vsque ad pronepotem, in quo defecit, Deo iustè eam exscindente. *Ac contra Dei præcepta & religionem cum populo Israel agente*; id est, cùm rex Ieroboam, & vna cum eo totus populus Israeliticus eius auctoritatem & nequitiam secutus, Deum eiusque religionem deseruisset, & Ieroboami vitulos coleret:

13 *Sanguis Naboth,* (quem ob vineæ cupiditatem falsis testimoniis obrutum Iezabel curauerat occidi) *qui in loco certo Iezrahel fuerat profusus*, nimirum extra ciuitatem, in agro; *In domo Iehu, patris memorati Ieroboam*; qui nimirum Iehu fuit pater, quia proauus Ieroboami; & pater totius familiæ. *Redundaturus significatur*; nomen Iezrahel, quo vocari iubetur filius Prophetæ, dat occasionem prædictionis, vt sanguis fusus in Iezrael, in punitione Achabitarum, ob Nabothi cædem, redundaret, & simili modo profunderetur in domo Iehu, quia dominum Deum pari modo ipse & tota eius familia, & populus cum eo deseruerant.

14 *Hinc factum est.* Inducit rationem, quare Deus Israeli iram, domui Iuda misericordiam denuntiaret per Prophetam; quia nimirum Reges & populus Israel in peccato idololatriæ perseuerabant pertinaciter: Ezechias autem filius impij Achaz, rex Iuda sublatis idolis, populum suum ad Dei cultum reuocauit: *Vt ira Dei pop. Israel per denuntiationem prophetæ*, hoc est, per eius prædictionem denuntiata,

tiata, *processura deberetur*; ex iustitiæ diuinæ quasi debito processura prædicitur. *Domui autem Iuda*, regi & regno populoque, *misericordia lectione comprehensa*, hoc est in verbis Prophetæ quæ in eius prophetia legimus, insinuata; *promissa est* per hûc Prophetam; *quia Ezechias rex Iuda filius Achaz, sublatis idolis*, tam è delubris ipsorum, quàm etiam è veneratione communi populi, quam prorsus sustulit. *Quæ tam pater eius quàm ceteri reges*, qui ante ipsum in Iuda regnauerāt, *consecrauerunt* erigentes eis templa & sacerdotes, cultumque solemnem; *templum Dei purgasse* ab idolorum cultu; *& purificasse*, restituto vero cultu Dei, *monstratur*.

tur: Domui autem Iudæ misericordia lectione comprehensa ob hoc promissa est,* quia Ezechias rex Iuda filius Achaz sublatis idolis, quæ tam pater eius, quā ceteri reges consecrauerunt, templum Dei purgasse, & purificasse mōstratur.

*4. Reg. 18. a

Argumentum in eumdem.

HOseæ crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrael, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri viri ad se reditum præstolari.

De Argumento.

HOc argumentum est ἀποσπασμάτων, seu fragmentum, deceptum ex epistola ad Paulinum, quam initio Pentateuchi præposuimus, quia in ea de singulis libris sacræ Scripturæ aliquod breue & vtile elogium sanctus Doctor inseruit: vbi etiam huius fragmenti explicationem posuimus; ibi eam quærat Lector, qui ea opus habuerit.

Incipit postilla Venerabilis Fratris Nicolai de Lira super librum duodecim Prophetarum, Primò eiusdem Præfatio.

DVodecim Prophetarum ossa pullulant de loco suo, *Eccl. xlix. Sicut in libro Psalmorum Psalmi à diuersis auctoribus compositi in vno libro complectuntur, qui dicitur liber Psalmorum, vt ibidem fuit plenius declaratum: sic prophetia xij. Prophetarum in hoc libro reponuntur, qui dicitur liber xij. Prophetarum: de quo potest accipi verbum propositum*, Duodecim Prophetarum, &c. *In quo duo notantur in generali, scilicet, auctorum qualitas, cùm dicitur*, Duodecim Prophetarum ossa pullulant; *& libri huius vnitas, cùm dicitur*, De loco suo, *quia hic coarctantur quasi in vno loco. Circa primum in xij. Prophetis quatuor fuisse notantur, scilicet, Numerus conueniens, ibi*, Duodecim; *Visus inspiciens*, Prophetarum; *Virtus stabiliens*, Ossa; *Et fructus prosiliens*, pullulant. *Circa primum satis patet ex nomine, quòd numerus duodenarius ex denario & binario componitur. Per denarium verò decem præcepta decalogi, per binarium autem dilectio Dei & proximi designantur: Isti Prophetæ decem præcepta decalogi ex dilectione Dei & proximi seruauerunt, & alios ad hanc obseruantiam efficaciter induxerunt, vt patet ex processu huius libri: propter quod sub numero duodenario conuenienter colliguntur, & ideo in duodecim patriarchis figurantur, quia tamquam patres fideles populi ipsum ad obseruantiam decalogi ex charitate Dei, & proximi verbis & operibus inuitauerunt. ideo de ipsis potest dici illud Gen.* 35. Erant autem filij Iacob duodecim. *Per Iacob (qui supplantator interpretatur) ipse Deus omnibus præsidens & sub pedibus suis tenens intelligitur, cuius filij per adoptionis gratiam fuerunt isti xij. Prophetæ: & sic patet primum. Circa secundum considerandum, quòd, sicut visus corporalis stat ad superficiem visi corporis, & vltra non progreditur, sic intellectus naturali cognitione stat ad illud quod ex sensibilibus potest cognosci, nec vltra potest progredi. Sed intellectus propheticus lumine diuino confortatus progreditur vltra. s. ad cognoscendum futura contingentia, cordium occulta, & similia: sicut plenius fuit declaratum in principio libri Psalmorum. & ideo Prophetæ antiquitus appellabantur videntes, quia videbant illa quæ aliis erant occulta, secundum quod dicitur j Reg. ix.* Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. *verum tamen, quia hoc fiebat virtute diuina, ideo dicitur ij. Petri j. d.* Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. *& sic patet secundum. Circa tertium sciendum quod dicit Greg. hom. 7.* Quis patrisfamilias rectius similitudinem tenet quàm conditor noster, qui eos quos condidit sic possidet, sicut dominus subditos in domo, qui habet vineam vniuersalem. s. ecclesiam quæ à primo Abel iusto vsque ad vltimum electum qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit quasi tot palmites misit; *& sicut est vna ecclesia, sic est vnum ecclesiæ corpus. Huius autem corporis robur tempore vet. test. constitit in sanctis Prophetis, propter quod merito dicuntur huius corporis ossa, & ideo in persona huius corporis dicit Mysticè sanctus Iob x. c.* Ossibus & neruis compegisti me. *Quia corpus ecclesiæ vet. test. comparatum fuit & fortificatum, per sanctos prophetas, qui pro veritate fidei & morum constanter steterunt contra idololatras: & plures eorum per martyrium transierunt, vt Amos & Isaias & plures alij: & ideo merito dicuntur ossa propter actuum fortitudines: & etiam nerui propter connexionem charitatis, & sic patet tertium. Circa quartum considerandum, quod xij. Prophetæ non solum ita verbis & exemplis fecerunt fructum optimum, sed etiam post mortem: & facient vsque ad finem mundi per doctrinam eorum in hoc libro contentam, propter quod merito dicuntur continuè* pullulare. *propter quod de quolibet eorum potest dici illud Eccles. l. b.* Quasi oliua pullulans, & quasi cypressus in altitudinem se extollens. *Per pullulationem oliuæ intelligitur fructificatio pinguedinis gratiæ in vita præsenti, & per altitudinem cypressi consecutio beatitudinis in futuro: & vtrumque consequuntur fideles vitam eorum imitando & doctrinam implendo, & sic patet quartum, & per consequens tota pars prima princ. Circa secundum in quo notatur libri vnitas, considerandum quod isti xij. Prophetæ vno spiritu fuerunt inspirati, & ad vnum finem similiter ordinati, & ad inuicem charitate vniti, propter quod decenter sunt in eodem libro collocati quantum ad eorum doctrinam: quod notatur in vnitate loci, cùm dicitur*, De loco suo, *de quo potest exponi quod dicitur Iob xxxviij. a.* Auro locus est in quo conflatur. *In sacra scriptura per aurum intelligitur sapientia diuina, quæ fuit in istis Prophetis, & sicut minera auri pluribus portionibus colligitur, & in vna fornace ad conflandum ponitur, & sic in vnam massam redigitur: sic sapientia diuina in istis pluribus Prophetis refulgens in hoc libro colligitur ad instructionem fidelium, vt in præsenti cognoscant Deum per fidem, & in futuro per apertam visionem: Ad quam nos perducat qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.*

12. Prophetę minores pro vno libro reputati.

Quid significatur per 12. Prophetas.

De intellectu puro naturali & de intellectu illustrato lumine prophetico.

Robur synagogæ in sanctitate Prophetarū constitit.

Fructus quē ex eisdem amplissimū decerpit.

12. Prophetæ mineris auri comparantur.

ADDITIO.

In Prologo 12. Prophetarūm. *Vbi dicitur in Postilla*, Sicut in libro Psalmorum Psalmi à diuersis auctoribus compositi, &c.

Secundum sententiam beati Augustini omnium Psalmorum in Psalterio contentorum auctor fuit ipse Dauid, licet quidam Psalmi ab aliis intitulentur, vt ab Asaph & filiis Chore, & huiusmodi: Quæ quidem sententia, licet ei ab aliquibus contradicatur, nihilominus probabilior videtur & verior, prout sufficienter fuit declaratum in additione super Psalmum primum.

Omnes Psalmi ab vno Dauid compositi.

REPLICA. *In præfatione xij. Prophetarum Postillator dicit: Sicut Psalmi à pluribus editi continentur in vno libro Psalmorum, ita istæ prophetiæ ponuntur in vno libro Prophetarum. Contra Burg. dicit omnium Psalmorum Dauid fuisse auctorem secundùm opinionem beati Augustini. Quid autem mihi videatur ad concordandam opinionem sanctorum Doctorum August. & Hieron. vide suprà circa primum Psalmum in correctorio.*

Ordo

Ordo prophetarum.

ORdo duodecim Prophetarum secundùm LXX. talis est: *Hoseæ, Amos, Micheas, Iohel, Abdias, Ionas, Naum, Abacuk, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Secundum verò Hebræos quos & Hieronymus sequitur, talis est ordo: Hoseæ, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuk, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Hic autem exponitur translatio secundum Hebraicam veritatem à Hieron. facta & composita.*

Nomina Regum 10. tribuum: Hieroboam, Baasa, Zamri, Achab, qui & Acha, Ioram, Ioachaz, Ieroboam, Sellum, Phaceia, Hoseæ, Nadab, Hela, Amri, Hozias, Iehu, Ioas, Zacharias, Manahem, Phacea vltimus.

Ordo regũ Israel & Iudæ.

Nomina Regum duarum tribuum: Roboam, Asa, Ioram, Athalia, Amasias, Ioatham, Ezechias, Amon, Ioachas, Iechonias, qui & Ioachin, Abia, Iosaphat, Ochozias, Ioas, Ozias, Achaz, Manasses, Iosias, Eliachim, Sedechias.

INCIPIT LIBER DVODECIM PROPHETARVM ET PRIMO HOSEÆ.

CAPVT I.

a VErb. d. HIERONYMVS in com. Materia Hoseæ triplex est. Alia est enim secundum historiam, alia secundum Tropologiam, alia secundum Allegoriam. Loquitur enim secundum Histor. de 10. tribubus quæ vocantur Israel & Ephraim & Ioseph & Samaria & Iezrael propter diuersas causas, quæ ex sequentibus patebunt. In quo intendit per increpationem 10. tribuum duas tribus Iudam & Beniamin in mandatis Dei stabilire. Secũdum Tropologiam, Materia sunt hæretici scripturam sacram deprauantes, in quo intendit ecclesiasticos viros contra eorum prauitatem munire. Vnde apparet, quod quęcumque Hoseę cõtra Ephraim loquitur, ad personam hæreticorum referuntur. Secundum Allegor. Materia, sunt ecclesia & ecclesiastici viri. Prophetauerunt autem eisdem temporibus Hoseæ & Isaias & Ioel & Amos & Abdias & Ionas & Micheas, de captiuitate decem tribuum; & destructionem illius regni quidã eorum viderunt: Quod inceptum à Ieroboam filio Nabath vsque ad Hoseæ annis 250. permãsit.

Materia Hoseæ triplex est. 1 2 3

HIER. ibid. Hoseæ interpretatur Saluator. Factus est autem sermo domini ad prophetam, vt prophetam quodammodo inspirando Deum faceret, & Saluatorem populi sui, annũtiando illi verba Dei, & præbendo exempla benè viuẽdi. Sancti autem, ad quos fit sermo domini, sunt dij & Saluatores per gratiam: cùm sit vnus Deus & Saluator per naturam, qui per omnes illos præfiguratus est. Significat ergo Hoseæ filius Beeri Christum filium eius putei, qui de seipso dicit, *Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas quæ aquas non valent continere:* Habet enim puteus aquas de viuo fonte manantes, Cisterna verò exterius aduentitias, quas & refrigerat.

De nomine Hoseæ. Ierem. 2. c.

b *In dieb. Oziæ.* HIER. ibid. Hi reges regnabant in populo Dei, cuius nomen est confessio: sed in Israel, qui sibi idola fecerat, regnabat Ieroboam, qui interpretatur χρόνισμος, id est, temporalitas vel mora, quia mundum amauit, & in ipso ipsius amore morari studuit, non inquirens futuram.

HIER. ibid. Ozias, qui & Azarias, regnauit in Ierusalem super duas tribus 52. annis, cui succedens Ioathan filius regnauit annis 16. post quem filius eius Achaz similiter annis 16. cuius anno 11. decem tribus captiuatæ sunt à Salmanasar rege Assyriorum, alias Chaldæorum, & in montibus Mœdorum locatæ. Post Achaz regnauit Ezechias filius eius annis 29. Vnum patet, Hoseæ & ante captiuitatem prophetasse sub Ozia, & Ioathan, & ipsum ingruentem sub Achaz luxisse, & præterita propter emendationem Iudæ retexuisse sub Ezechia rege. Eo autem tempore, quo Ozias cœpit regnare super Iudam, regnabat 12. anno super Israel Ieroboam pronepos Iehu: cui Iehu dominus promiserat, quod vsque ad quartam sobolem filij eius regnarent eò quòd interfecisset Iezabel & duos impios reges, Ioram regem Iudæ, & Achab regem Samariæ cum 70. eius fratribus.

Reges Iuda ab Ozia ad Ezechiam. Tempus quo prophetauit Hoseæ. 4 Reg. 9. a.

HIER. ibid. Hoseæ de tribu Isachar fuit ortus in Bethsemez: hic prænuntians dedit signum, *Veniet dominus in terra sicut quercus est in Silo. &c.* Hic in terra sua sepultus placita quiete dormiuit. Gerit autem figuram Christi, qui ex fornicatione gentium accepit in corpore suo ecclesiam: prophetauit verò contra decem tribus, pauca de duabus loquẽs. Prophetauit autem historialiter, Iudæos in vltimo tempore ad Christum rediturus. Tertium quoque diem dominicæ resurrectionis prædixit.

De Hosea & prophetia eius.

HIER. ibid. Mirum videtur secundum superficiem historiæ: cur vel dominus iusserit, vel cur propheta iussus accipere fornicariam paruerit. Sed neque dominus rem turpem præcepit, nec propheta obediendo peccauit: sed potius fornicariam ad pudicitiam reuocauit, & manens in bonitate sua de mala fecit bonam. Quod autem in eo fit carnaliter, in Deo fit spiritualiter, qui accepit Synagogam viri sui immemorem, & cum multis diis gentium fornicantem. Et notandum, quod & in hoc propheta, & in aliis, ita de aduentu Christi & de vocatione gentium prænuntiatur, vt radix historiæ, secundum hoc quod littera sonat, penitus non deseratur: sed quæ dicuntur à propheta suo tẽpori conueniant, ne concionem cui propheta loquitur, non docere de his quæ æstimat, sed de incertis & futuris ludere videatur. Duæ ergo mulieres, quas Hoseæ accepit, scilicet, Gomer meretrix quæ tres filios peperit, & alia quæ 15. argenteis conducitur, & vocatur adultera, referuntur ad Israel & Iudam.

Quomodo Hoseę videtur ducere fornicariã. Litteræ prima ratio habenda.

HIER. in com. Tradunt Hebræi omnes patres, vel auos, vel propinquos

Incipit liber Hoseæ Prophetæ.

CAPVT I.

¶ Hoc est; & est quasi titulus libri.

a ¶ Verbum quod erat in principio apud patrem factum est. i. locutum est, vel factum vt loqueretur ad prophetam.

1 VErbum Domini quod factum est

a ¶ Saluator. b ¶ Putei mei.

2 ad Hoseæ filium Beeri in diebus

a ¶ Fortitudo domini. b ¶ Domini consummatio. c ¶ Virtus. d ¶ Imperium domini.

3 4 Oziæ, Ioathan, Achã, Ezechiæ regum Iuda, & in

Incipit Postilla Venerabilis P. F. Nicolai de Lira super librum Hoseæ Prophetæ.

CAP. I.

1 VErb. dom. *Liber iste in duodecim partes diuiditur secundum duodecim prophetas: & sunt partes notæ. Prima autem pars, in qua continetur prophetia Hoseæ, diuiditur in proœmium & tractatum, qui incipit ibi,* Principium loquendi. *In proœmio primò ostenditur prophetæ genus, cùm dicitur,*

Diuisio generalis libri.

2 Ad Ho. fi. Be. *Et fuit iste Beeri propheta sicut & filius, licet eius prophetia non habeatur: sicut nec de multis aliis, qui tamen in scriptura prophetæ nominantur; habent enim Hebræi pro regula, quod quãdo in principio alicuius prophetiæ patris nomen exprimitur, prophetam fuisse intelligitur: Secundò ostenditur prophetiæ tempus, cùm dicitur,*

Pater Hoseę propheta.

3 In dic. Ozi. Io. *Temporibus enim istorum quatuor prophetauit.*

4 Et in di. &c. *Iste enim Ieroboam fuit rex Israel, & nominatur hic, quia regnauit cum Ozia rege Iuda 14. annis.*

1 Prin-

MORALITER.

† 1 *Verbum do. quod fact. est, &c.* Sequitur, *Et di. do. ad Hoseæ: Vade sume ti. vxo. for. &c.* Per Hoseæ prophetam, qui de mandato domini accepit vxorem Gentilem, & eius filios adoptauit, significatur homo bonus & litteratus, qui de voluntate domini suscepit ecclesiam regendam sæcularem, vel religiosam, moribus tamen deformatam, & † eam

De suscipiente curam animarum.

A pinquos prophetarum, quorum nomina in principiis illorum præponuntur, prophetas extitisse, licet eorum non legantur vaticinia. Vnde patet, quod & Beeri pater Hoseæ propheta fuit.

[Regula Hebræorum qua patres & reliquam cognationẽ prophetarum, quæ in principiis extantium prophetarũ ponitur, prophetas fuisse putãt.]

HIER. ibid. Notandum, quod ad Hosee locutus est dominus inspirando ei prophetiam, & in Hosee locutus est, id est per Hosee aliis proponens doctrinam. *Prin. lo. in Ho.* Quia etiam alij prophetæ sub Ozia, Ioathan, & Achaz prophetauerunt, & B nomina eorum in suis titulis posuerunt, potest dici, quod primum ad Hosee sit locutus, & postea ad ceteros; vel ad Hosee primum sit hæc locutus quæ sequuntur de fornicaria, postea verò cetera.

a diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. [1] Principium loquendi b dómino in Hosee: Et dixit dominus ad Hosee: * Vade, sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum: c quia fornicans fornicabitur terra à domino. [3] Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim, & concepit, & peperit ei filium.

a Non ad eum, sed per eum ad alios. b Pater ad filium.
a Non tantum fornicariam, sed quæ multas fornicationes fecit, quia tanto patientior propheta, quanto fordidiorem ducit. b Quia de meretrice.
a q.d. Non tam dicuntur hæc in te quàm in significatione.
b Iuda, vel propriè Samaria & Israel, id est, 10. tribus, quæ recesserant à domino, quando hæc dicebantur. c Recedens.

† EPIPHANIVS lib. de prophet. vita & interitu. Osea propheta filius Beeri, in Belomoth, de tribu Isachar progenitus, signum dedit, dominum videlicet venturum cælitus in terram: ceterum hoc fore indicium aduentus eius, si quercus illa in Silom findatur à seipsa in partes bis senas, & fierent totidem quercus, & accidit ita. Ceterum de fornicatione & stupro gentis suæ vaticinatus est haud parum: Vitam cùm posuisset in pace, propria terra humatus est.

[De vita, prophetia, & morte Hoseæ.]

C a *Principium loquendi, &c.* † THEODOR. in com. Hoc est, nihil ante hoc ipsum mihi præcepit dominus, sed simul ac ad me verborum initium fecit, statim iussit me vxorem fornicationis ducere, & filios fornicationis procreare; & addit causam, *Quia fornicans fornicabitur terra, &c.* Ad ista adiungit, quemadmodum sine dubitatione imperatum fecerit: atque edidit nomen meretricis, & explicat ex qua nata sit, & partus nomen ostendit, qui etiam matrimonium instituit.

[Hosee de præcepto ducit vxorem fornicariam.]

b *Vade, sume tibi vxor* † ATHANASIVS in Synopsi. Ex quo Hosee mulierem meretricem accepit, acceptam resipiscere fecit, & ad se subduxit, significauit Ecclesiam ex gentibus colligendam.

† AVGVST. lib. 18. ciuit. c. 28. Hosee propheta quanto profundius loquitur, tanto operosius penetratur: Sed aliquid inde sumendum est, & hic ex nostra promissione ponendum.

† IDEM lib. 3. de doct. Christ. cap. 12. Quod in aliis personis plerumque flagitium est, in diuina, vel prophetica persona magnæ cuiusdam rei signum est: Alia quippe est in perditis moribus, alia in Hoseæ prophetæ vaticinatione coniunctio meretricis.

† IDEM lib. 22. contra Faust. c. 80. Restat in maledicis & sacrilegis reprehẽsionibus Fausti, quibus nunc respõdeo. dominus ad Hosee D dixit, *Accipe tibi vxorẽ fornicariam, &c.* Quid enim aduersum clementiæ veritatis, quid inimicum fidei Christianę, si meretrix relicta fornicatione, in castum coniugium commutetur? Et quid tam incongruum, & alienum à fide prophetæ, quam si non crederet omnia peccata impudicæ dimissa esse, in melius commutatæ? Itaque cùm meretricẽ propheta fecit vxorem, & ad vitam corrigendam mulieri consultum est, & figuræ sacramentũ, de quo mox loquemur.

[Meretricem quam duxerat propheta, ad honestioris vitæ rationẽ traduxit.]
[23. q. 1. c. pen. & vlt. Non esse peccatum meretricem ducere vxorem.]

E † AMBROS. Apolo. Dauid c. 10. Dominus iubet eum ea, quæ fornicaria fuerit, esse coniugium: cuius coniugij fructus est Christus. Namque filio, qui ex fornicaria est natus, à domino nomen impositum est Iezrahel, quod est, diuina generatio.

† IDEM lib. de Salomone c. 5. Raab meretrix Ecclesiæ typum habuit, quæ per sanguinem Christi, ruinam mundi istius secura non metuit: Sic enim ait propheta, *Accipe tibi vxorem forn. &c.* Vbique enim cultura idolorum fornicatio nuncupata est, vt & in Apocal. *Finis fornicari seru. me. &c.* [Apoc. 2.]

† THEODOR. in com. Postquam Deus ad homines ex inueterato morbo laborantes verba faciens, non verbis persuasit; rebus adumbratis futura ostendit, visorumque admirabilitate ad speculationem eos, qui ad peccata obduruerant & percalluerant, trahit. F Esaiam nudum conspicientes, ad insolitæ rei spectaculum accurrerunt, illiusmodi causam incessus cognoscere studentes. Qui Ezechielem omnia illa facientem viderunt, factorum causam sciscitabantur. In hunc modum Dominus beatum Hosee ornat & comparat ad ducendam vxorem impuram, vt hoc genere facti, populi impietatem coarguat, & suam tolerantiam incredibilem ostendat. Itaque non libidini seruiens, sed nutui diuino, accepit meretricem. Omnibus autem nuptiis grauior & laudabilior hæc societas fuit, & quod ex Dei arbitrio facta fuerit, & quod Deum expresserit, & designatione quadam retulerit vt sanctus ille sponsum se fecit contaminatæ multitudinis Israelitarum.

[Prophetia vel mysterium aliquando designatum per signum sensibile.]

HIER. in com. LXX. *Tolle tibi vxorem fornicationis & filios fornicationis.* Iubetur autem sumere fornicariam, & sumere filios eius: vt quos illa de fornicatione genuerat, iste de meretrice generet liberos.

c *Terra à do.* IBID. Potest ex eo, quod non additur omnis terra, non Iuda,

NICOLAVS DE LIRA.

[Iudæi in fine sæculi ad fidem conuertendi.]

1 Principium lo. *Hic incipit tractatus, & diuiditur in duas partes: quia primò prophetat non solum verbis, sed etiam sensibilibus factis, secundò simplicibus verbis c. 4. Circa primam partem, in qua virtualiter continentur illa, quæ postea sequuntur; considerandum, quod sicut dicit Apostolus ad Rom. 11. c.* Cęcitas ex parte contigit in Israel, vt plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret: *quod implebitur circa finem mundi quando Iudæi conuertentur ad Christum generaliter, deiecta falsitate Antichristi; & secundum hoc propheta tria facit, Primò enim denuntiat futuram Iudæorũ excæcationem; Secundò Gentium illuminationem, ibi,* Et erit; *Tertiò Iudæorum finalem conuersionem, cap. 3. Prima adhuc in duas. Quia primò tangitur Iudæorum captiuitas præcedens Christi aduentum; Secundò eorum cæcitas in eius aduentu, ibi,* Et concepit. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur captiuitatis ratio; secundò ipsa captiuitas, ibi,* Et abiit, & accepit Gomer. *Circa primum dicitur,* Prin. lo. do. in Hos. *i. ad ipsum Hosee. Et dicunt expositores aliqui, quod dicitur hic,* principium loquendi, *ad denotandum quod dominus locutus est prius ad Hosee, quàm ad reliquos prophetas sequentes; Sed hoc non videtur bene verum, quia Abdias est vnus de sequentibus, & tamen ipse fuit homo perfectus à tempore Achab regis Israel, cuius fuit dispensator secundum omnes doctores Hebraicos & Latinos: à fine verò vitæ Achab, vsque ad principium regni Oziæ, sub quo Hosee cœpit prophetizare, prout dicitur in textu, fluxerunt 102. anni, vt potest de facili videri in 4. Reg. numerando tempora regum intermediorum; & ideo non est verisimile quod Abdias inceperit post istum prophetare, sed magis ante, propter quod dicit Rab. Sal. quod istud principium loquendi refertur ad litteram sequentem, cùm dicitur,*

[Diuisio.]
[Non prius locutus est Dominus ad Hosee quàm ad reliquos prophetas.]

2 Vade, su. tibi. *Ita quod istud fuit primum, quod dominus locutus fuit ad Hosee.*

3 Vxo. for. *Dicunt aliqui quod ista mulier, quam duxit propheta in vxorem, prius erat meretrix publica: & quamuis vile esset eam accipere, propheta tamen se humiliauit, in hoc volens Deo obedire: sicut Isaias, quamuis esset de genere regio, iuit tamen nudus & discalceatus, vt obediret Deo, Isa. 20. Dixit tamen Hieron. in prologo quod hæc mulier non fuit fornicata fornicatione corporis, sed fornicatione mentis: quia erat idololatra & Gentilis: & hoc videtur verius, quia per hoc signum magis respondebat signato. s. idololatrationis populi futuræ, quæ per hoc significabatur, secundum quod subditur,* Quia for. for. ter. à do.

[Qualis fuerat fornicatio mulieris, quã duxit Hosee vxorem, carnalis an spiritualis.]

4 Et fac fi. for. *In Hebræo habetur sic:* Accipe tibi vxorem fornicationum, & filios fornicationum. *i. accipe cum matre filios, quos ante habuit, ita quod accepit matrem in vxorem, & filios eius adoptauit: filij enim quos genuit in ea postquam fuit eius vxor, non poterant dici filij fornicationum fornicatione corporali, quia legitimi erant; nec fornicatione idololatriæ, quia propheta non permisisset; & ideo quod dicitur in translatione nostra,* Fac filios fornicationũ, *sic est exponendũ: filios fornicationũ fac tuos per adoptionem.*

5 Quia for. for. ter. *scilicet, decem tribuum & duarum.*

6 A do. *Per idololatriam quæ est spiritualis fornicatio, & dicitur:* Forni. for. *Reduplicando, ad denotandum multiplicationem idololatriæ, quæ facta fuit illo tempore in vtraque parte terræ: propter quod regnum decem tribuum primò fuit captiuatum sub Hosee, 4. Reg. 17. & postea regnum duarum tribuum sub Sedechia, 4. Reg. vlt. Et sic patet, quod in hac parte ponitur captiuitatis ratio, scilicet, idololatria multiplicatio.*

[Iudæis captiuitatis causa fuit multiplex idololatria.]

7 Et abiit. *Hic consequenter ponitur decem tribuum captiuatio, quæ fuit prima: postea subditur de captiuatione duarum tribuum, quæ fuit secunda. Hæc tamen prima pars diuiditur in duas, quia primò ponitur captiuitas; secundò eius diuturnitas, ibi,* Et concepit. *Circa primum dicitur,* Et abiit. *promptè Deo obediens.* [Diuisio.]

8 Et acce. Go. *Nomen est mulieris, quam accepit in vxorem.*

9 Fi. De. *Vna dictio est Debelaim, ita quod de non est hic præpositio, vt aliqui dicunt; & est nomen proprium patris huius mulieris, vel loci, vnde fuit nata, sicut frequenter in scriptura dicuntur filiæ Israel, mulieres inde natæ.*

10 Et concepit, *De propheta.*

Voca

MORALITER.

[Ecclesia moribus deformata]

eam cum adiutorio Dei in moribus reformat, & eius filios moribus deformatos per sanã doctrinã in filios adoptat. Vnde subditur,

7 *Et abiit & ac. Go.* Quæ interpretatur fouea, quia fouea latronum est ecclesia moribus deformata, sicut dicitur Matth. 19. & Ioan. 2.

[Spelunca est latronum.]

† *Voca*

Iuda, sed decem tribus intelligi.

A HIER. in com. *Gomer* interpretatur consummata & perfecta: *Debelaim*, palata, id est, massa, caricarum pinguium, quas in modum laterum figurantes, vt diu illæsæ permaneant, calcant atque compingunt quæ Ezechiæ vlceri appositæ sunt. Vel *Debelaim*, voluptas dicitur, promissus verò Saluator ex gente Iudæorum, eamdem gentem Israel in fornicatione & voluptate, quæ dulcis videtur fruentibus, abominatam iubetur accipere vxorem, & filium ex ea genitum vocat Iezrael, id est, semen Dei, in figuram sui carnaliter ex ea geniti.

Interpretatio nominũ Gomer, Debelaim, & Iezrael.

a ⁴Et dixit Dominus ad eum: Voca nomen eius Iezrael, Quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael super domum Iehu & quiescere faciam regnum domus Israel. ⁵Et in illa die conteram arcum Israel in valle Iezrael. ⁶Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius absque misericordia: quia non addam vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum. ⁷Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in domino Deo suo, & nõ saluabo eos in arcu & gladio & in bello, & in equis & in equitibus.

a ¶ Dei semen vel filius. a ¶ Occisionem populi mei. a ¶ Quæ tunc regnabat. b ¶ Vt non sit. ¶ Nec mirum, quia etiam quiescere faciam. a ¶ Quando vlciscar Iezrael super domum Iehu; & regnum Israel, Assyrio vincente, deleuero. ¶ Robur. b ¶ Postquam confractus est Israel, & regnum eius destructum, non iam Iezrael, id est, semen Dei, nec masculus; sed fœmina imbecillis sexus nascitur, qui vitiorum pareat iniuriæ, & habeat fœmineum animum, Deum relinquens, & idola colens, vnde & obliuioni data, quia vsque hodie seruit Persarum regibus. a ¶ In memetipso vel filio meo. ¶ Armis bellicis.

B a *Voc. no. eius.* HIER. IBID. Quantum ad litteram, Iezrael est metropolis in regno 10. tribuum, in qua occisus est Naboth, ad quem vindicandum suscitatus est Iehu, qui deleuit Achab & Iezabel. Sed quia ipse & filij eius post conuersi sunt ad idololatriam, regnum quoque eius subuertendum dicitur. Sub cuius pronepote Ieroboam, cœpit prophetare Hoseæ, quo Ieroboam mortuo, filius eius Zacharias successit, quem sexto mense imperij sui occidit Sellum de alia stirpe genitus: statimque reges Assyrij ceperunt Ruben & Gad & dimidiam tribum Manasse: quæ erant trans Iordanem deinde Neptalim: ad extremum omnes reliquas tribus, fueruntque à Zacharia pronepote Iehu vsque ad Hoseæ, sub quo omnes tribus captiuantur, anni 49. Typus autem seminis Dei & vltio sanguinis eius, refertur ad domini passionem, propter quam & domus Iuda, & regnum totius Israel dicitur subuertendum. *Voca nomen, &c.* Idem valet ac si dixisset: Voca nomen eius Naboth, cuius sanguis erat vindicandus: Sed Naboth designatur nomine loci, in quo sanguis eius effusus est, vt ibidem significetur vindicans; quasi dixisset, Voca Iezraelitem: Et hoc in figura Christi, cuius sanguis contra crucifixores & irrisores erat vindicandus.

3. Reg. 21. d. 4. Reg. 9. g. Declinatio & totalis subuersio regni 10. tribuum.

C HIERON. IBID. Iezrael est metropolis in regno Samariæ, iuxta quam sunt campi latissimi, & vallis vasta, plus quam 10. millibus tenditur passuum. In hac commisso prælio ab Assyriis cæsus est Israel, id est, 10. tribus: Quæ dictæ sunt Ephraim propter Ieroboam de Ephraim genitum, qui prius fecit schisma in populo; Dicuntur & Ioseph, quia & Ioseph pater Ephraim: Dicuntur & Samaria quæ & ipsa altera metropolis fuit decem tribuum, quæ postea ab Augusto dicta est Augusta. i. Sebaste, in qua ossa Ioannis Baptistæ condita sunt. Post diuisionem verò decem tribuum à duabus, propter maximam multitudinem quæ Ieroboam secuta est, pristinum nomẽ Israel remansit in 10. tribubus, & propter tribum Iuda, quæ regnauit in Ierusalem duæ tribus dicuntur Iuda.

Varia nomina quæ regno 10. tribuum tribuuntur. 3. Reg. 12. d. Ossa Ioannis Baptistæ vbi sint condita.

D b *Sup. do. Ie.* HAYMO. Iehu super quem sanguis Naboth fusus in Iezrael dicitur visitari: significat Iudæos à quibus sanguis Christi requiritur, quando à Romanis occisi & per totum mundum sunt captiuati.

E HIERON. in com. In omnibus prophetis, per decem tribus significantur hæretici, quorũ maxima multitudo: sed præcipue in Hoseæ duæ tribus, in quibus est rex de Dauid, ad ecclesiæ personam referuntur: Arcus ergo. i. fortitudo hæreticorum (quibus dicitur, *Filij Ephraim mit. ar. conuersi sunt in die belli*) confringetur in valle seminis Dei, id est, Christi de quo humilia & terrena senserunt, Quia *pater non iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio.*

Sanguis Christi per Romanos à Iudæis requisitus. Hæretici & Catholici. Ioan. 5. d. Psal. 77. b.

c *Voca no. eius absque.* HIER. IBID. Qui, propter sanguinem seminis Dei, vocantur absque misericordia; Iudæi sunt, qui dixerunt: *Sanguis eius super nos & super filios nostros.* Domus autem Iuda. i. qui de Iudæis confessi sunt Christum, non in fortitudine exercitus, sed euangelica prædicatione saluantur: incredulis de eodem populo perpetua per Romanos seruitute damnatis.

Matth. 27.

F IBID. Quod in Israel & Iuda secundum historiam dicitur: ad hæreticorum conciliabula, & ad ecclesiam refertur: quia illis absque misericordia relictis, & regno priuatis, ecclesia Dei virtute superat.

d *Et domui Iu.* HIER. IBID. Quando decem tribus captiuatæ sunt ab Assyriis, Iuda saluatur de manu Sennacherib, non humana virtute, sed solo Dei robore, qui misit angelum suum & percussit vna nocte de exercitu 185. millia.

4. Reg. 19.

e *Saluabo eos in Domino Deo suo, &c.* TERTVLL. lib. de Trin. cap. 12. Cur dubitemus dicere, quod scriptura nõ dubitat exprimere? Ecce enim Hoseæ prophetes ex persona patris: Iam non saluabo eos in ar-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Voca no. eius Ie. *Quia captiuationem regni decem tribuum per ipsum volebat significare, eo quod Iezrael erat ciuitas regia: quia tamen ista punitio incepit à Zacharia abnepote Iehu, ideo subditur,*

2 Et visitabo. *id est, puniam seu vindicabo.*

3 Sanguinem Ie. *id est, sanguinem innoxium effusum in Iezrael, quod exponunt aliqui de sanguine Naboth ibi effuso, vt habetur 3. Reg. 21. Sed huic dicto obuiat quod subditur.*

4 Super do. Iehu. *Quia domus eius non fuit punita propter sanguinem Naboth, sed magis exaltata: eo quod Iehu in vindictam sanguinis Naboth deleuit domum Achab: propter quod & propter occisionem sacerdotum Baal, dominus dixit ad eum 4. Reg. 10. f.* Quia studiose egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab: filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel: *Sed quia Iehu postea fecit malum coram domino, vt ibidem habetur, & filij eius post eum: ideo istud malum dicitur hic, sanguis Iezrael: Et quia isti, vel eorum aliqui innocentes occiderunt, & illud dicitur hic vindicari super domum Iehu: quod fuit impletum in Zacharia eius abnepote, vt habetur 4. Reg. 15. & ex tunc multum fuit afflictum regnũ Israel, quousque fuit captiuatum per reges Assyriorum, scilicet Theglatphalnasar, & Salmanasar, ideo subditur,*

In cæde domus Achab & sacerdotum Baal bene agit Iehu; quamuis in aliis peccauerit.

5 Et quiescere fa. reg. do. Isr. *Hoseæ eius rege captiuato.*

6 Et in il. die. *id est, illo tempore.*

7 Conteram ar. Is. *Quia tunc debellati fuerunt ab Assyriis.*

8 Et concepit. *Hic consequenter denuntiatur captiuitatis diuturnitas, per nomen filiæ natæ, cum dicitur,*

9 Voca no. eius absque miseric. *ideo subditur,*

10 Quia non addam vltra misereri. *Vltra differendo eius captiuitatem.*

11 Sed obl. obli. eo. *Dimittendo in captiuitate, sicut dimittitur res data obliuioni, vnde etiam secundum Hebræos illa captiuitas non est adhuc reuocata.*

12 Et do. Iuda misereb. *Eius captiuitatem differendo, quia propter merita Ezechiæ, qui regnauit tempore Hoseæ, populus Iuda fuit saluatus de manibus Sennacherib miraculose: ideo subditur,*

13 Et salu. eos in do. Deo suo. *id est, in virtute domini, qui misit Angelum & interfecit in castris Assyriorum 185. millia bellatorum 4. Reg. 19. ideo subditur,*

12 Et non salu. eos in ar. *Et non solum misertus fuit dominus regni Iudæ, captiuitatem differendo vsque ad tempus Sedechiæ: sed etiam inductam relaxando, inspirando Cyro regi dare licentiam populo redeundi vt habetur Esdræ 1.*

Captiuitas 10. tribuum durat vsque modo. Misericordia Dei in regnũ Iuda.

Et

MORALITER.

†1 *Voca nomen eius Ie. &c.* Sequitur.

9 *Vo. no. eius absque mi.* Secundum litteralem sensum, per ista nomina significauit propheta punitionem decem tribuum in idolatria obstinatorum. Et per hoc moraliter significatur, quod bonus prælatus seu prædicator, qui per prophetam intelligitur, sicut pœnitentibus debet Dei misericordiam ostendere: sic etiam obstinatis eius, seueritatem in obstinatorum punitione. Quæ quidem seueritas tripliciter ostenditur. Primo in deiectione eorum de regno cælesti, quod notatur cum dicitur: *Et quiescere faciam regnum domus Israel.* Id est, videntium Deum ab obstinatis, quia iam sunt ab illo deiecti in præscientia Dei. Secundo, in elonga- † tione

Seueritas triplex quæ in obstinatorum punitione ostenditur.

arcu, neque in equis, neque in equitibus, sed saluabo eos in Domino Deo ipsorum. Si Deus dicit se saluare in Deo, non autem saluat nisi in Christo Deus: cur ergo homo dubitet Christum Deũ dicere, quem Deum à patre animaduertit positum per scripturas esse? Immo si non saluat nisi in Deo pater Deus, saluari non poterat à Deo patre quisquam, nisi confessus fuerit Christum Deũ; in quo se, & per quem se promittit pater salutem daturum: vt merito quisquis illum agnoscit esse Deũ, salutem inueniat in Deo Christo; quisquis non recognoscit esse Deum, salutem perdiderit, quam alibi nisi in Christo Deo inuenire non poterit.

Christus est Deus.

¶ Alij, non dilecta, sed hoc verius.

a [8] Et ablactauit eam, quæ erat absque misericordia. Et concepit & peperit filium.[9] Et dixit ei. Voca nomen eius non populus meus, quia vos non populus meus, & ego non ero Deus vester.

a *Et ablacta.* HIER. in comment. Qui vocabatur semen Dei, versus in feminam, & propter imbecillitatem virium, offensamque Dei, ductus in captiuitatem: quia Dei misericordiam non habebat, non ablactatus, sed ablactata dicitur, quia iam robur viri amiserat.

4. Reg. 9. g.

HAYMO. Qui verò ablactatur non vtitur lacte matris, sed alienis sustentatur alimentis; Sic Israel à Domino proiectus, & captiuatus in Babylone, cibis sustentatur Gentilium, comedens idolothyta, nec iam vtitur lacte legis, quo viuebat in terra sua. Vnde sic immisericorditer dicitur ablactata, vt nec legis superficiem intelligat.

Israel à lege Dei alienus filiquis vescitur porcorum.

b *Non populus meus.* † TERTVLL. lib. 4. aduer. Marc. ca. 26. Quamdiu intra Israelem erat sacramentum, merito in solos fratres Deus misericordiam mandabat: at vbi Christo dedit gentes *hereditatem, & possessionem terminos terræ*, & cœpit expungi quod dictum est per Hosee, *Non populus meus, populus meus*: Et, *non misericordiam consequuta, misericordiam consequuta*, Natio, scilicet; exinde Christus in omnes legem paternæ benignitatis extendit, neminem excipiens in miseratione, sicut in vocatione.

Christus omnes accepit in suam Ecclesiam.

† CYPRIANVS lib. 1. aduer. iud. cap. 19. Quod duo populi sint maior & minor, id est, vetus Iudæorum, & nouus ex nobis futurus, in Genesi dicitur, Rebeccæ; *duæ gentes in vtero tuo sunt, &c.* Item apud Hosee, *Vocabo non populum meum, populum meum: & non dilectam, dilectam.*

Gen. 25.

HAYMO. Hoc ad eos potest referri, qui tunc temporis ab Assyriis sunt captiuati; & maxime ad eos, qui post aduentum Christi, ipsum Christum negando & occidendo, perdiderunt locum & gentẽ: Et dicuntur *non populus Dei*, sed filij diaboli, quia qui non habet filium, nec habet patrem. potest & ad hæreticos referri, qui de Deo male sentientes, ab eo repellũtur, ne sit Deus pars hereditatis eorũ.

Iudæi & hæretici non sunt populus Dei. Ioan. 11. f.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ablac. *Id est, à lacte amouit: & per hoc designatur, quod omnis consolatio esset regno Israel subtrahenda.*

2 Et conce. *Postquam egit de captiuitate regni Israel, quæ præcessit Christi aduentum: hic in aduentu Christi describitur cæcitas Iudæorum, & hoc per nomen filij nati, cùm dicitur,*

Cæcitas Iudæorum.

3 Voca nom. *Quia negauerunt ipsum ante Pilatum dicentes*, Non habemus regem nisi Cæsarem. *Et tunc proprie facti sunt non populus eius, secundum quod prædixerat Daniel. 9. g.* Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est, *& de illis dicitur hic*, Quia vos non populus meus.

Ioan. 19. c. Iudæi facti non populus Dei.

MORALITER.

† tione diuinæ misericordiæ ab eis quæ fit in morte corporali, quia tunc cessat tempus merendi: & hoc notatur cum dicitur, *Voca nomen eius, &c.* Tertio in prolatione sententiæ finalis iudicij quando dicetur eis illud Matth. 25. d. *Ite maledicti in ignem, &c.* & hoc notatur cum dicitur,

3 *Voca nomen eius non pop.* Quia tunc simpliciter erunt à Dei populo separati. Per hoc autem quod interponitur, *& domui Iuda miserebor*, significatur quod vere pœnitentes Dei misericordiam consequentur, eo quod Iuda confitens interpretatur.

ADDITIO I.

In cap. 1. Hoseæ. *Vbi dicitur in Postilla.* Et fuit iste Beeri propheta sicut & fi. &c.

Vt dictum fuit in additione super Ieremiam primo cap. licet in dictis cuiusdam doctoris Thalmudici reperiatur, quod quando nomen patris alicuius prophetæ exprimitur in principio prophetiæ filij, pater etiam intelligitur fuisse propheta: non tamen hoc dictum reputatur vt regula apud eos, sed tamquam dictum, quod eadem facilitate contemnitur, qua approbatur, cùm nullum fundamentum habeat in sacra scriptura, nec etiam in ratione, nam manifestum est, quod Deus indifferenter dat donum prophetiæ cui vult, etiam si non sit filius prophetæ. Item ad nostram eruditionem non videtur pertinere posse, vt Beeri pater Hoseæ fuerit propheta vel non, cum prophetia Beeri non inueniatur. Si enim prophetia Beeri inueniretur, oportet nos cognoscere, quod esset propheta, vt eius prophetiam reciperemus: sed cum talis prophetia non inuenitur, curiosum videtur magis quam vtile, scire ipsum fuisse prophetam vel non. Idem dicendum de aliis patribus prophetarum, quorum nomina in prophetiis filiorum explicantur, quæ quidem nominatio patrum (vt dicunt quidam Hebr. expositores) fit eo, quod tales patres erant suis temporibus famosi, qua ratione & nominantur in aliquibus prophetiis non solum patres, sed etiam aui & proaui, vt de Zacharia & aliis.

Non probatur quod patres prophetarum qui ponuntur in principiis prophetiarum fuerint prophetæ.

ADDITIO II.

In eo. cap. *vbi dicitur in Postilla.* Et in diebus Ieroboam filij Ioas.

Si quæratur quare in prophetia Isa. qui prophetizauit temporibus quatuor Regum Iuda hic nominatorum, non nominatur Ieroboam, qui regnauit cum Ozia rege Iuda. 14. annis, vt dicitur in postill. & tamen nominatur hic in proœmio Hoseæ? quid ad hoc dicendum sit, habetur in additione prima super primum cap. Isaiæ.

ADDITIO III.

In eo. cap. *Vbi dicitur in Postilla*, Vxorem fornicationum.

Secundum translationem Ionathæ, scilicet Chaldaicam, illud quod hic dicitur: Sume tibi vxorem fornicationum, Et abiit & accepit Gomer filiam Debelaim, & concepit, &c. *similiter & illud quod in 3. ca. dicitur:* Adhuc vade & dilige mulierem tuam dilectam amico, &c. *totum intelligitur in visione prophetica factum, non autem in re; quod licet deuiet à communi expositione doctorum nostrorum, & etiam Hebræorum: videtur tamen aliquam partem veritatis habere; Primo ex hoc, quod accipere mulierem fornicariam mentis, seu corporis, dato quod postquam eam accepit propheta, neutro modo esset fornicaria, tamen adhuc habet speciem mali, quod Deus non præciperet facere, præsertim prophetæ, cuius vita cederet aliis in exemplũ. Item istud factum nullo modo correspponderet rei figuratæ: illa enim Gomer erat fornicaria tantummodo antequam eam acciperet propheta, sed post acceptionem erat vxor legitima, & casta coniugali castitate, secundùm communem expositionem: sed constat quod regnum Israel, & etiam regnum Iuda, postquam Deo fuerunt coniuncti, per legis acceptionem, fornicati sunt à Deo. Secundùm autem expositionem Chaldaicam propheta accepit illam fornicariam, & fecit filios fornicationum, quod proprie correspondet rei figuratæ: sed quia secundum istam expositionem hoc solum fuit secundum visionem propheticam & non realiter, ideo nullam rationem habet peccati nec mali exempli. Similiter exponunt aliqui illud quod habetur Genes. 15. b.* Sume tibi vaccam triennem & arietem trium an. &c. *Quod totum fuit factum in visione prophetica, quod satis sufficiebat ad certificationem Abrahæ de his quæ ibidem continentur, iam enim modicum ante de ipso dixerat*, Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam: *& sic videtur quod iam non oportebat ostendere sibi signa visibilia ad credendum; cuius simile potest dici in proposito.*

Opinio paraphrastis Chaldaicæ, quod acceptio fornicariæ hic & cap. 3.

transacta fit tantum in visione imaginaria ostensa Hoseæ.

REPLICA. *Circa primum Hosee Burgen. mouetur contra Postillatorem dicentem, quod patres prophetarum in exordiis nominati, fuerint etiam prophetæ, secundum regulam Hebr. de hoc vide correctorium circa primum ca. Iere. Etiam circa idem ca. Burg. vt Ismael manum mouet contra omnes, Dicit enim illum passum*, Accipe fornicariam, &c. *non debere intelligi secundum rem, sed secundum propheticam visionem; non realiter, quia habet speciem mali, quam Deus non præciperet, vt propheta cederet aliis in malum exemplum; Huius correctionem vide Gen. 12. in cor. pe. sed quod Burg. hic arguit, quod factum nullo modo correspondet rei signatæ, non valet, quia secundum materiam subiectam vtique correspondet, quamuis non oportet figuram & figuratum per omnia correspondere, vt patet per totam legem veterem: imo & Burg. infr. 11. cap. cum gloss. dicit*, Typus partem indicat, quod si totum præcedat in Typo, iam non est Typus, sed veritas. *Corespõdet autem secundum materiam fornicariæ, vt terra fornicans sit figurata: sed non oportet si fornicaria sumpta in matrimonium fuit emendata, quod igitur Israel figuratus debuit esse emendatus. Et dicuntur legitimi filij, filij fornicationum à denominatione matris, quando fuit posita in exemplo figurali, quia tunc Deus etiam Synagogam reciperet in vxorem legitimam, si auferret fornicationes suas à facie eius, &c. prout etiam Burg. exponit.*

Reiicit opinionem Paraphrastæ Chaldaici positam in tertia additione.

CAPVT II.

A a ET erit. HIER. in com. Licet Iudæi, vel tunc per Assyrios, vel nunc per Romanos sint captiuati: tamen hominibus sunt innumerabiles, ad vtilitatem credentium modo reseruati, & vt in extremo intret plenitudo ex eis.

Cur Deus reseruet Iudæos?

b *Et erit in loco vbi.*

† THEODORETVS in com. Reuocationem à Babylone prædixit, & quod post inde reditum non amplius habebūt reges diuersos, sed in idem & vnum consentientes & coartati habebunt regē vnum. Hoc enim finem inuenit tēporibus Zorobabel. Diem vero Iezrael appellauit calamitatem, quam populo Israel attulerunt Assyrij in valle Iezrael. Deinde eos adhortatur & consolatur, mutatis rebus se immutaturum nomina, & vocaturum non populum, populum: non dilectam, dilectam.

B Respublica Hebræorū reuersorum de captiuitate Babylonica.

C †† HIER. in com. Beatus apostolus ad Rom. hoc Oseæ prophetæ testimonium assumens, & exponens illud super vocatione gentium, & eorum fide qui ex Iudæis credere voluerunt: omnem nobis difficultatem interpretationis abscidit; asserens Christi temporibus esse completum, vt sc. in Israel eligantur duodecim tribus, hoc est omnis populus Iudæorum, & in Iuda hi qui ex gentibus Iesum dominum confitentur.

Ecclesia Christi congregata ex Iudæis & gentibus.

HAYMO. In Gentibus: quia in omnibus Gentibus, non dicuntur Iudæi, serui Dei, sed diaboli: sed quando credent prædicantibus Eliæ & Enoch, ab omnibus filij vocabuntur Dei. Vel, locus Ierusalem, vbi longo tempore Iudæi colentes idola, dicebantur non populus Dei; sed tempore Incarnationis Christi apostolis aliisque fidelibus inde assumptis datur potestas eis filios Dei fieri.

D Conuersio Iudæorum ad prædicationem Apostolorū tempore Christi, vel Enoch & Eliæ in fine sæculi.

CAPVT II.

¶ Quia. a ¶ Vbique dispersorum sicut modo est.

a 10 ET erit numerus filiorūm Israel, quasi arena 1
a ¶ Præ multitudine.
maris, quæ sine mensura est, & non numerā- 2
b bitur. Et erit in loco vbi dicetur eis, non popu- 3
a ¶ Cum idola surda & muta abiicient. 4
b ¶ Cum Gentibus in vnam fidem. 5
c lus meus vos: dicetur eis, filij Dei viuentis. 11 Et congregā- 6
a ¶ Conuersi ad fidem de duabus tribubus. b ¶ Decem tribuum. c ¶ Omnes. 7
buntur filij Iuda & filij Israel pariter, & pōnent sibimet ca- 8
a ¶ Christum. ¶ Vnde Ezechiel. Et princeps vnus in medio, Dauid seruus meus. 9
b ¶ Iuda & Israel, quasi ab inferis, quia in infidelitate mortuus. 10
c ¶ In qua Iuda & Israel vnum principem habebunt. ¶ Ideo. 11
d ¶ Hæc est dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea. 12
e ¶ Seminis Dei, qui est Christus, in quo vere impletur quod per sanguinem in Naboth Iezraelitæ præfiguratur.
d pūt vnū, & ascēndēt de tērra: quia magnus dies Iezrael. 1 Dici- 13 14
a ¶ O tribus Iuda. b ¶ Decem tribubus, ne desperetis de salute eorum. 15
tē fratribus vestris populus meus, & sorori vestræ misericor- 16

c *Et congregabuntur filij Iuda & filij Israel.* HAYMO. Per Iudam signantur duæ tribus illi coniunctæ, scilicet, Beniamin & tribus sacerdotalis, id est, Leuitica. Per Israel, decem aliæ. Tempore vero Incarnationis Christi, & de duabus & de decem tribubus, qui reuersi erant de captiuitate, morabantur in Iudæa: de quibus multi crediderunt in Christum. Vel, per Israel hæretici, per Iudam Catholici viri, qui omnes ponent Christum sibi caput, & ascendent de terrenis sensibus, & humilitate litteræ occidentis, ad spiritualem intelligentiam.

E

d *Quia magnus dies Iezrael.* IDEM. Quia tempus ab incarnatione domini vsque ad finem sæculi magnæ est claritatis, vbi remissio peccatorum datur, & aditus regni cælorum aperitur.

HIER. in com. Quia tāta claritas est in die Christi & efficacia homines

F

HAY-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT II.

1 ET erit. *Hic incipit secundum cap. secundum Heb. in quo post excæcationem Iudæorum, ponitur illuminatio gentium. Circa quod sciendum quod ideo hic incipit nouum ca. ad denotandum, quod hic incipit alia sententia à præcedenti. Et diuiditur in duas partes, quia primo describitur Gentilitatis vocatio; secundò, vocatæ consolatio, ibi,* Propter hoc. *Prima in duas, quia primo ponitur dicta vocatio, secundo, interponitur regni Iudæ captiuatio, ibi,* Iudicate. *Sciendum etiam, quod Gentiles conuersi ad fidem Christi, nomine Israel nominantur, sicut fuit declaratum Isa. 44. super illud.* Iste dicet, domini ego sum & ille inuocabit in nomine Iacob. & hic scribet manu sua domino, & in nomine Israel assimilabitur; *Ideo dicitur hic,* Et erit numerus, &c. *Id est, multitudine maxima: sicut videmus impletum in conuersione gentium.*

Discriminatio huius ca. & prioris.

Populus fidelis venit intelligēdus nomine Israel.

2 Et erit in loco. *Hanc auctoritatem allegat apostolus ad Ro. 9. dictam ad litteram de conuersione gentium, propter quod exponentes hanc partem aliter, videntur ab eo discordare propter quod, sicut dixi à principio, intelligitur de illuminatione gentium. Dicit igitur,* Et erit in lo. *id est, in orbe vniuerso, vbi habitant Gentiles.*

3 Vbi dicetur non, &c. *Quia vsque ad aduentum Christi fuerunt idololatriæ dediti.*

4 Dicetur eis, filij Dei viuentis. *Per susceptionem fidei, secundum quod dicitur Ioan. 1. a.* Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. *Et quia conuersi sunt per prædicationem apostolorum & aliorum discipulorum, qui fuerunt Iudæi, ita quod ex Iudæis & Gentilibus facta est vna ecclesia; ideo subditur,*

5 Et congregabun. *Id est, apostoli aliique discipuli natione Iudæi.*

6 Et filij Israel. *Id est, Gentiles conuersi, qui sic nominantur, vt prædictū est.*

7 Pariter, *Id est, in vna ecclesia.*

8 Et ponent sibimet, *Id est, vnanimiter confitebuntur,*

9 Caput vnum, *Scilicet, Christum.*

10 Et ascendent de terra, *Id est, multiplicabuntur fideles per orbem, sicut illa quæ pullulant de terra; vnde & de magna multitudine populi conueniente ad inuicem dicitur vulgariter, Videbatur populus de terra pullulare.*

11 Quia magnus dies Iezrael. *Id est, magna congregatio seu multiplicatio fidelium, eo quod Iezrael interpretatur* semen Dei: *& hoc modo exponit Ra. Salicet vertat ad alium intellectum. Non enim potest conuenienter exponi pars ista de populo redeunte de Babylone, vt volunt aliqui dicere: quia ille populus redijt in Ierusalem, Esdræ 1. & non in Israel, quia Samariam & alias ciuitates propinquas decem tribuum, de quibus erat Iezrael, tenebant Gentiles ibi adducti de Assyriis, vt habetur 4. Reg. 18. c. & 1. Esdr. 4. b. Et quia, sicut dictum est, per fideles de natione Iudæorum facta est prima conuersio Gentilium, ideo alloquitur eos dominus dicens,*

Contra eos qui initium huius cap. interpretantur de reditu ex Babylone.

12 Dicite, *Vos apostoli & alij fideles de Iudæis,*

13 Fratribus vestris, *Id est, conuersis de Gentibus, qui facti sunt fratres vestri per susceptionem fidei.*

14 Populus meus, *Id est, quod sunt populus meus, sicut & vos, sicut dicit apostolus Ro. 10. c.* Non est distinctio Iudæi & Græci: nam idem dominus omnium, &c.

Gentium vocatio.

15 Et sorori vestræ, *Scilicet, Gentilitati conuersæ.*

16 Misericordiam consecuta. *Cum enim esset ab antiquo idololatriæ dedita: iam per misericordiam Dei meram, & non per merita patrum, vocata est ad fidem, sicut Iudæi per merita Abrahæ & aliorum sanctorum antiquorum.*

5 Et — Iu-

MORALITER.

† 1 *Et erit numerus, &c.* Hic incipit secundum cap. secundum distinctionem Hebræorum, in quo propheta secundum sensum litteralem iuxta reprobationem Iudæorum ostēdit vocationem gentium illuminatarum, propter quod nomen Israel sortiuntur, sicut dicitur Ro. 2. d. *Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circumcisio: sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non littera.* Ideo dicitur de eis ad litteram. *Et erit numerus filiorum.* Per hanc autem multitudinem gentium vocatarum ad fidem moraliter significatur multitudo peccatorum ex Dei misericordia reuocatorum ad gratiam. De quibus subditur,

Peccatorū ex Dei misericordia reuocatio ad gratiam.

2 *Et erit in loco vbi dicetur eis.* Quia sic reuocati efficiuntur populus Dei, qui prius erant populus diaboli.

8 *Et ponent sibi caput vnum.* Scilicet, dominum Iesum Christum, ipsum fideliter confitendo.

10 *Et ascendent de terra.* Scilicet, morientium ad terram viuentium, propter quod despici non debent à iustis qui non peccauerunt: sed magis reuereri & fratres vocari, quia sunt ad eamdem gloriam vocati; ideo dicitur,

12 *Dicite fratribus ve. populus meus, &c. Iudicate ma. ve. &c.* Hic arguitur malitia clericorum, qui per vitam malam sunt in scandalum laicorum. Circa quod sciendum, quod licet ecclesia generaliter sumpta sit clericorum & laicorum, tamen spirituali modo est tantum clericorum, eo modo loquendi quo communiter dicitur, quod clerici sunt ecclesia: & hoc modo ecclesia dicitur mater laicorum, quia debent à clericis in fide & moribus educari: & sic dicitur laicis.

Quomodo specialiter dicatur clerici esse de Ecclesia.

mines de tribu Iuda non desperent de salute 10. tribuū, sed verbo, & voto, & litteris ad pœnitentiā prouocent; quia frater appellatur, ex eo quod dicitur, *Populus meus & soror*. Ex eo quod dicitur: misericordiam consecuta. Potest hoc & ad omnes credentes referri. Ita: Vos qui in Christum creditis tam Iudæi quam Gentiles, dicite fratris ramis, id est, populo priori, qui abiectus est, *populus meus*: quia frater tuus est; & *misericordiam consecuta*; quia soror tua est. Cum enim plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. Hoc dicitur, ne de hæreticis penitus desperemus.

Nō ex desperatione deserendum est studium conuertendi Iudæos & hæreticos.

Rom. 11. d.

a *Iudicate matrē*. HAYMO. in hunc loc. Ostēdite synagogæ, quod ipsa quæ abiecit me, iam non est vxor legitima; & ego abiiciam eam, ne sim vir eius. Sed vt eam mihi possim cōiungere, qui sum vir animæ, pœniteat saltem post aduentum meum in carne, de immunditia & fornicatione, quam cum idolis exercuit. Remoueat ergo culturam idolorum ab amore & præsentia sua, quia multorum parebat libidini, Deos omnium gentium colens.

a ¶ Quia talis mater vestra est; vos autem filij redarguite.
¶ Quia de meretrice vxor facta pristinos mores non dereliquit.
b ¶ Nota patientiam & clementiam viri, iam repudiatam, iam abiectam præcepit filiis ad pœnitentiam reuocare quasi matrem, non insultare quasi à patre dimissæ.
a ¶ Hoc dicite.
a ¶ Quando erat in Ægypto absque Deo & viro. b ¶ Si noluerit conuerti. c ¶ Sicut fecit in solitudine, vt ducatur in captiuitatem patiens sitim omnium bonorum; & ad patriam redire non valeat, vnde: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

diam consequutæ: [1] Iudicate matrē vestram iudicate: quoniam ipsa non vxor mea: & ego non vir eius. Auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum, ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ. Et ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti, & filiorum illius non miserebor: quoniam filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum.

C † THEODOR. in com. Vos qui salutem estis adepti, & qui Babylone reuertistis, *iudicate matrem* vestram, hoc est, maiores vestros, qui contra me peccauerunt. Repudium factum est, ex illa causa. Tale quippiam inuenimus in Isaia, *Nunc domus Iuda, & habitatores Ierusalem, iudicate inter me & vineam meam, quoniam expectabam vt faceret vuas, & fecit labruscas.* Cùm autem ostendit hoc diuortium non factum fuisse ad eam perdendam, subiungit,

b *Et auferam fornicationem eius, &c.* † THEODORETVS IBIDEM. Eiusmodi est à Beato Dauid dictum, *Bonum mihi quoniam humiliasti me, vt addiscam iustitias tuas.* Hanc autem se eruditurum, & fornicatione liberaturum pollicetur neque id leuiter, sed radicitus hoc è medio vberum reuulsurum. Cor autem designat sub vberibus situm, ex quo proficiscuntur cogitata mala. Maximam itaque opem fert Dei institutio, & disciplina, quæ fornicatione eruditos liberat.

Per correptionem salutarem eradicat Deus vitia. Matt. 15. d.

HA. *Auferat etiam adul. de me. vbe.* i. de corde in quo prius malum opus concipitur. Cor quippe inter vbera est, de quo cogitationes exeunt, quæ postea vsque ad opera perueniunt: hortatur itaque, ne propter scelera priuetur gratia diuinitus concessa. Post admonitionem. *Ne fo.* supponit comminationem. Vestis qua tegebatur illa plebs, intelligitur, Dei auxiliū, doctrina legis & prophetarum, & tutela angelorum, quę omnia minatur auferre nisi pœniteat à scelere, vt redeat ad diē natiuitatis suæ; id est, ethnicis cōparetur. Post aduentum veritatis, etiam cultura legis in idololatriam reputatur.

Cogitatio est seminariū operis.

e *Auferat fornica.* HIERON. in comment. Fornicaria, est quæ pluribus copulatur, adultera, quæ vno viro dimisso alteri coniungitur. Vtroque modo peccauit synagoga.

Fornicaria, adultera.

IBID. Hæc omnia aptantur Iudæis Christum negantibus, & hæreticis varia dogmata corde & opere sequentibus, quorum fornicatio est inter vbera, id est, in artificiis idolorum & variorum dogmatum corde versatur, qui nisi pœnituerint, infidelibus comparantur, & expoliati virtutibus quas in ecclesia perceperunt, vt etiam quod falso habere videbantur, in nihilum redigatur.

Perfidia Iudæorum & hæreticorū.

d *Et ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram.*

F † THEOED. in comment. Diem natiuitatis vocat, in Ægypto viuendi consuetudinem, & conuersationem hanc desertam, & mea prouidentia destitutam constituam, & vt Assyriis seruiant, quemadmodum seruierunt Ægyptiis, efficiam. Deinde per sitim, non aquæ penuriam innuit, sed diuinæ prouidentiæ priuationem. Malitiam autem hic idolorum cultum vocat.

Comparatio seruitutis Ægyptiacæ cum captiuitate Babylonica.

HAYMO. in com. hoc etiam plus faciam, quia quando eduxi eos de Ægypto, occisis patribus in deserto, filij eorum intrauerunt in terram promissionis: Sed nunc filij cum patribus captiuabuntur, & extra terram natiuitatis morientur, quia sunt filij filiorum, qui geniti sunt in cultura idolorum, qualem fidem habebant patres, talem tradebant filiis. Vnde sequitur,

e *Quia fornicata est mater, &c.* IBID. Vipera viperam generabat, quæ adeo impudens facta est, vt gloriam quærat in scelere, dicens, Vadam

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iudicate. *Hic denuntiatur captiuitas duarum tribuum, quæ supra fuerat omissa, eo quod captiuationi decem tribuum, quæ sunt Israel secūdum carnem, iungebatur vocatio seu illuminatio gentium, quæ sunt Israel secundum spiritum. Et diuiditur in duas partes: quia primo denuntiatur captiuitas ratione culpæ, secundo ratione ignorantiæ, ibi,* Et hæc nesciuit. *Circa primum, alloquitur iustos qui erant in regno Iuda, vt Ieremiam, Baruch & alios, dicens,* Iudicate matrem vestram, *id est, Ierusalem, quæ erat metropolis in regno: & sic erat mater aliarum ciuitatum, & totius populi, sicut 2. Reg. dicitur de Abela:* Cur quæris subuertere matrem ciuitatum in Israel.

Diuisio.

Mater nobis dicitur patria.

2 Iudicate. *i. ex malitia eius perpendite.*

3 Quoniam ipsa non vxor mea, *Et hoc propter idololatriam, per quam à me recessit: & maxime tempore Manasse, qui idola posuit in templo domini.*

4 Et ego non vir eius, *Quia vir & vxor correlatiue dicuntur: & ideo remoto vno remouetur reliquum.*

5 Auferat for. &c. *i. idololatrias.*

6 A facie sua, *Ita quod ad eas amplius non attendat, sed magis retro dorsum proiiciat.*

7 Et adulteria, &c. *Loquitur de Ierusalem per modum meretricis, quæ inter vbera sua ponit fragrantia aliqua, vt magis placeat adultero, sic habitatores Ierusalem offerebant idolis fragrans Thymiama.*

8 Ne forte expoliem eam nudam, *Per Chaldæos, qui ciuitatem postea spoliauerunt omnibus bonis; Et dicitur hic forte, non propter aliquod dubium existens in Deo respectu futurorum, quæ sunt sibi certissima, sed ad denotandum libertatem arbitrij, per quam, si perfecte pœniteret, Deus parceret de pœna.*

Liberum arbitrium.

9 Et statuam eam secundum diem natiuitatis suæ, *i. in magna confusione & vilitate, secundum quod dicitur Ezech. 16.* In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & in aqua non es lota. *Et sequitur,* Proiecta es super faciem terræ in abiectione.

10 Et ponam eam quasi solitud. *Destructis muris & combustis ædificiis.*

11 Et statuam eam velut terram inuiam, *Propter multiplicationem serpentum, & aliarum ferarum ex longa vastatione terræ.*

12 Et interficiam eam siti, *Deficiente potu in obsidione.*

13 Et filiorum illius non mi. *Sed partim occidentur, & partim captiuabuntur; Et omnia ista passa est Ierusalem postea per Chaldæos.*

14 Quoniam filij fornicationum sunt. *i. multæ idololatriæ, sicut viri sanguinum dicuntur multi sanguinis effusores. Genitiuus enim pluralis habet virtutem huius duplicis singularis.*

Filij fornicationum.

Vadam

MORALITER.

† 1 *Iudicate matrem vestram.* Id est, mali cleri congregationem.

Clericorum malitia.

3 *Quoniam ipsa non vxor mea.* Quasi dicat, dominus: ex eius operibus malis potestis perpendere, quod non est vxor mea fidelis.

5 *Auferat, &c.* Id est, vitia quæ vigent in ea: & sic erit vxor mea.

8 *Ne forte expoliem eam.* Bonis temporalibus, sicut ipsa se nudauit virtutibus: ideo subditur,

† Quia

A a *Vadam post amatores.* HAYMO. Qui dant necessaria ad victum & vestitum. Hoc dixerunt Iudæi dum colerent Deos Gentium, quod dona quæ à Deo habebant à dæmonibus haberent. Potest etiam referri ad eos, qui Dei filium negantes auctorem seditionis elegerunt. Ideo confusi sunt vt non solum se, sed etiam posteros damnarent, dicendo, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Potest referri & ad hæreticos, qui dicuntur *mater*, quia generant alios in errore, qui cum suis sequacibus confunduntur, quando in errore deprehenduntur, quia proposuerant sequi varia dogmata hæresis.

Matt.27.d.

De hæreticis & per eos deceptis.

B † THEODORETVS in comment. Vt planius eius perfidiam damnet, inducit eam loquentem. *Vadam post amatores, &c.* Hoc est, idolis seruiam, à quibus omnium necessariorum abundantia mihi est. Et quoniam omnium bonorum datorem ignorauit, merito adiungit, *Propterea ego sepiam, &c.*

Deus quo in se vno speremus alia auxilia excludit.

a ¶ Obstupuit, versa est in admirationem sceleris. b ¶ Fecit diaboli filios. c ¶ Fide & dilectione sequar Deos, vel imitabor Gentes, quarum Deos colo. d ¶ Dæmones, idola.

a Confusa est quæ concepit eos, quia dixit: Vadam post ama- b tores meos qui dant panes mihi, & aquas meas: lanam meam c & linum meum, oleum meum & potum meum. [6] Propter

a ¶ Ne possis ire quo volebas.

hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam

a ¶ Quas sæpe pede triuisti. b ¶ Multo studio. c ¶ Assyrios vel Caldæos quærens ab eis in tribulatione auxilium.

d maceria. Et semitas suas non inueniet, [7] & sequetur ama-

a ¶ Ad hoc vt ferant auxilium, sed ab eis captiuabuntur.

e tores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos & non

a ¶ Sibi propitios. b ¶ Hac compulsa necessitate. c ¶ Quanti mercenarij in do pa. mei a. pa. d ¶ Deum, quia per legem me sibi desponsauit.

f inueniet. Et dicet: Vadam, & reuertar ad virum

a ¶ Quando præceptis eius obediui.

meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quam

a ¶ Quando pro idololatria miseriis affligor. b ¶ Secundum partem illam, quæ non reuertitur, vel etiam secundum partem illam, quæ prius reuersa, post deterius peccat. c ¶ Quod confirmat cor hominis.

g nunc. [8] Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum

a ¶ Quod lætificat. b ¶ Quod illuminat. c ¶ Igne examinatum p.t.p.

h & vinum & oleum, & argentum multiplicaui ei, & au-

a ¶ Sapientiam. b ¶ Vel quod. c ¶ Idolum Babyloniorum.

i rum quæ fecerunt Baal. [9] Idcirco conuertar, & sumam

† 1 † 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Hæc sane vltio misericordiæ plena est, quæ impietatem cessare faciat: quæ vt cognouit malorum experientia idolorum debilitatem (nam implorauit ea in auxilium in tempore tribulationis) & adiumentum ab eis non consecuta, quæret, & non inueniet.

† GREG. li.34. mor. c.2. *Spinis electorum via sepiuntur*, dum dolorem punctionis inueniunt in hoc quod temporaliter concupiscunt.

C Quasi interposita maceria vis eorum obuiat, quorum desideria difficultas perfectionis impugnat. Horum animæ amatores suos quærunt, & non inueniunt, dum sequendo malignos spiritus, nequaquam sæculi voluptates apprehendunt, &c.

Temporalia cum quærimus fatigamur, cum habemus pungimur.

b *Qui dant panes mihi, & aquas meas: lanam, &c.* HIER. in com. Panis hæreticorum, luctus perpetuus; Aqua, cœnosa doctrina, quæ etiam baptizatos suffocant; Lana & linum, simulata sanctitas & munditia, quia veniunt in vestimentis ouium; Oleum, adulatio, vnde dicitur, *Oleum peccatoris non impinguet caput meum*; Potus, sacra scriptura, quam illi peruertunt.

Hæretici. Matth.7.c. Psal.140.b.

c *Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, &c.* Per spinas, punctio dolorum: per murum, obstaculum; vias ergo, id est, actiones tuas duris laboribus implicabo, & ponam obstaculum, ne ad hoc quod vis peruenias.

d *Et semitas suas*, More prophetæ de alia ad aliam subito transit

D sit personam, vt ab imitatione istius auditores deterreat.

e *Et sequetur amatores suos.* HIERONYMVS in com. Prouidentia Dei sæpe subtrahit nobis quod cupimus; Insuper & affligit, vt sic ad eum redire cogamur; vnde, in libro Iudicum filij Israel sæpe pressi malis ad dominum clamant, qui suscitat eis saluatorem. Sequuntur etiam hæretici amatores, à quibus sæpe deserti ad sinum matris ecclesiæ reuertuntur: quia flagella per omnia erudiunt Israel.

Iudic.3.b. De eis, qui lassati in malis, ad Deum redeunt.

f *Vadam & reuertar, &c.* † THEODORET. in com. Ecquis Dei erga homines studium & amorem intuens, non iure stupescit? Qui cùm Deus sit, factor, & dominus, virum se & sponsum vocat, non dominum. Et quia vxoris erga virum amor, & seruorum erga dominum, multus & vehemens esse solet, hunc affectum inducere cupiés hominibus, seipsum virum, & sponsum appellat. Verumtamen crudeliter ingratos, & peruersis animis homines non hæc ad rectum, & gratum animum erga Deum habendum mouent, vnde fit vt de illis dicat,

E Dei amor erga suos seruos.

g *Et hæc nesciuit, &c.* † Quæ à Deo dona accepit, ea ad Dei hostes detulit. Ideo offensus Deus, minationibus agit, se eos frumento & vino esse priuaturum.

F *Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentum.* HAYMO. Ad hoc respicit quod supra dixerat, quod populus Israel temporalia quæ à Deo acceperat idolis deputabat: & quia nesciuit Deum esse auctorem horum ex illo auro & argento fecit sicut Baal sibi idolum Sidoniorum. Mystice: Per vinum lætitia spiritualis signatur: quam non in hoc sæculo, sed in Deo habere debuerunt; Per frumentum, lex, qua pasci debuerunt; Per oleum, sensus illuminatio; Per argentum, nitor eloquij; Per aurum, præceptum dilectionis Dei & proximi: In quibus omnibus non Deum sed dæmones venerabantur.

Abutuntur Israelitæ donis Dei.

h *Oleum.* quod *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Hæc omnia quia potius ad idololatriam, quam ad culturam Dei referebant, decepti & alios decipientes: Ideo hæc omnia Deus aufert eis, vt qui non senserunt ex copia, sentiant ex inopia.

Ioan.1.a.

i *Quæ fecerunt.* HIERON. in com. *Baal* singulari numero, *Baalim* plurali masculino genere, eadem idola nominantur. Vbicumque enim

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, &c. *Id est, post idola, quibus victum & vestitum & alia necessaria attribuebant.*

2 Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, &c. *Id est, Chaldæis obsidentibus Ierusalem in circumitu cum gladiis ad interficiendum.*

3 Et semitas suas non inueniet, *Id est, vias per quas possit effugere.*

4 Et sequetur amatores suos, *Id est, desiderabit aduentum Aegyptiorum, qui promiserant ei auxilium.*

5 Et non apprehendet eos, *Quia non fuerunt ei in auxilium, sed magis in nocumentum.*

6 Et dicet, vadam & reuer. &c. *Quia ciuitas Ierusalem videns se in arcto positam, & in puncto captionis & destructionis, percepit quod male fecerat colendo idola, & quærendo humanum auxilium ex Dei diffidentia: sed hoc fuit nimis tarde.*

7 Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frum. &c. *Hic consequenter denuntiatur dicta captiuitas culpabilis ratione ignorãtiæ, quæ causatur in anima ex peccatorum multiplicatione, secundum quod dicitur Sapientiæ 2. d.* Excæcauit illos malitia eorum. *Et secundum hoc dicitur hic,* Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentum & vinum & oleum. *Id est, cibum & potum & indumentum, quæ sunt diuitiæ naturales.*

Ignorantia culpabilis.

8 Et argentum multiplicaui ei, *Id est, diuitias artificiales: Magna enim cæcitas fuit attribuere talia idolis surdis & mutis.*

9 Quæ fecerunt Baal. *Et sacrificia offerendo, & pretiosis eum ornando.*

10 Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore, &c. *Id est, auferam ab ea omnia bona ad victum & vestitum pertinentia.* Et

MORALITER.

† † *Quia dixit, vadam post ama. meos.* Id est, post vitia consueta quæ per consuetudinem efficiuntur, quasi connaturalia & amicabilia, licet sint odibilia.

Consuetudo peccãdi.

† *Qui dant panes mi.* Gloriantur enim de vitiis suis, quæ sunt fraus, & dolus: attribuentes eis acquisitionem bonorum temporalium, de quibus laute viuunt, & nihil attribuunt diuinæ bonitati; ideo subditur in persona domini.

10 *Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum, &c.* scilicet auferendo ab eis bona temporalia saltem in morte.

enim in fine Hebraici sermonis, *im*, syllabam legimus, numeri pluralis est masculini generis, vt Cherubim Seraphim. Vbi autem *oth*, legitur, numeri pluralis est in feminino genere, vt sabbaoth, quod interpretatur militiarum, exercituum, virtutum. Quia verò Baal in multis locis colebatur: ideo Baalim pluraliter enumeratur.

De numeris singulari & plurali apud Hebræos.

IBID. Baal interpretatur *superior*, quia superiora dogmata putant se habere, quàm ecclesia; vel *deuoratio*, quia in ipsa falsæ opinionis scientia deuoratur.

† THEODORETVS. in commen. Et ne quis ex infœcunditate terram laborare arbitretur, apposite addidit.

a *Idcirco conuertar, & sumam frumentum, &c.* Hoc est, simul ac primum maturuerit in messis ac vindemiarū tempore. Minatur etiā se eam adeo veste denudaturum vt vestimentis etiam necessariis indigeat. Eius vero inquit, amatores hæc inspicientes non ei adiumento esse poterunt. Cessationem item se illaturum ne festos dies agere possit, omnemque immoderationis & libidinis opportunitatem restincturum, ficus & vineas corrupturum ore prophetico minatus est. Postquam inquit, hæc se ab idolis dixit accepisse, me autem ignorauit horum largitorem, ponam ea in testimonium. A feris enim & volucribus, & serpentibus perdita, & corrupta & vestram impietatem coarguent & testimonium adferent meæ disciplinæ & correctioni.

Multiplices minas infert Deus ingrato populo.

b *Liberabo lanam meam.* Cum ipsi sunt serui diaboli, sub illa seruitute tenent lanam linum, sed liberat Deus ne ab iniquis dominis possideantur.

c *Quæ operiebant.* HIER. in com. Ignominiam quam operiebant, idola ipsorum sunt, quorum altaria variis vestibus decorabant. Spiritualiter vestimenta sunt auxilium Dei & custodia angelorum, quæ aufert dator Deus ab ingratis, vt relicti in sua iniquitate tradantur diabolo ad æternam pœnam.

Ablatio diuini auxilij & custodiæ angelicæ.

d *Et nunc reuelabo.* Idola quæ colebant Chaldæi amatores & Assyrij cum quibus Iudæi diu pacem habuerant. In quorum verò oculis stultitia Iudæorum reuelatur, quando capta Ierusalem & templo subuerso, viderunt hostes Cherubim imagines & idolum Baal & dicebant. Quia Iudæi, sicut aliæ gentes, idola venerabantur, pro iniquitate sua nobis subiiciuntur.

e *Et cessare faciam, &c.* † TERTVL. li. 1. aduer. Mar. c. 20. Circumcisionem sistens Apostolus, illas quoque vetustates ceremoniarum dissuadebat, de quibus conditor earum quandoque cessaturis profitebatur per Osee: *Et auertam omnes iucunditates eius, & dies festos eius, & neomenias & sabbata, &c.*

Cessatio legalium.

† THEOPH.

† THEOPH. comment. in hunc locum. Iudæi captiui ducti in Babylonem neque in ceteris rebus exhilarandi sese, neque festa sua celebrandi opportunitatem habebant. *Quomodo cantabimus*, inquiunt, *canticum Domini, in terra aliena?* Quandoquidem neque Deo seruiebant, neq; idolis, sed quoquouersum inclinabantur. Hæc patiuntur etiamnum Christi domini interfectores. Nec enim impiis gaudere licet. Vbi enim hodie ipsis sunt feriæ vel neomeniæ, vel sabbatum secundum legem? Præterea, peccantes, qui lugere debebant, ac lauare in lachrymis stratum, spiritali lætitia orbantur, neque neomenias habētes, hoc est, principium quoddam illustrationis spiritualis. Conscientia enim non sinit eos bonam de rebus futuris spem habere.

Psal. 136.

Iudæorum captiuitas Babylonica comparatur cum moderna.

a ¶ Messis, vel areæ, quia tunc maior erit dolor, cum quodammodo rapientur tanta è manibus. ¶ Vindemiæ vel torcularis.

a frumentum tēmpore suo, & vinum meum in tempore suo
b & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant [1]
c

a ¶ Liberata lana & lino. b ¶ Vt quam velatam amabant, nudatam contemnant.

d ignominiam eius. [10] Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis [2]

a ¶ Nullius fortitudo poterit eruere à potestate mea, sed iusto iudicio faciam captiuari ab hostibus.

e amatorum eius, & vir non eruet eam de manu mea: [11] Et [3]

a ¶ Cum fuerit in Babylonica seruitute. b ¶ Pascha, Pentecostes, Tabernaculorum. [4] c ¶ Kalendas. [5]

cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, neo- [6]

a ¶ In quo epulis & ocio vacabant.

f meniam eius, sabbatum eius & omnia festa tēpora eius. [12] Et [7]
corrumpam vineam eius & ficum eius. De quibus dixit: [8] [9]

a ¶ Ideo auferam, quia dixit, id est, putabat hæc non à Deo quasi à coniuge dari, sed à diabolo, quia colebat eum. [10]

g Mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei.

HIER. in com. Hæc Iudæa historialiter & allegorice passa est, quæ & primum ab Assyriis & Chaldæis, tandem à Romanis irreparabiliter captiuata, solemnitates secundum ritum suum cum lætitia non celebrat: quæ omnia ab eis ablata, in ecclesia à fidelibus spiritualiter celebrantur; vnde. *Auferetur à vobis regnum Dei, & d. g. f. f. e.* Hæc referuntur ad hæreticos, qui doctrinam & scientiam permutantes egressi de ecclesia deseruntur à Deo: quorum turpitudo patet amatoribus, quos prius deceperant, & traditi bestiis, id est, diabolis eorum morsibus relinquuntur.

Iudæis solemnitates publicæ defecerunt.

Mat. 21. d.

Hæretici.

f *Et corrumpam vineam eius.* Historialiter grandine, gelu, & ariditate, vt nullam habeant arborem fructiferam. Mystice, per vinum lætitia cordis, per ficum, dulcedo temporalis iucunditatis, quæ auferuntur ab ingratis quasi à meretrice.

g *Mercedes hæ meæ sunt, &c.* THEOPHYLACT. com. in hunc loc. Dixit Synagoga, Ab idolis accepi vitæ meæ commodantia, vt quæ præmium dederunt mihi cultus & adorationis, vt delitias percipiam ex hisce bonis. Perdam ergo, ait Dominus, ista: quandoquidem ea non mihi, sed idolis suis accepta referunt. A volucribus, bestiis, & serpentibus deuorata bona hæc, eo quod sit solitudo hominum, testimonium dicent contra ipsos, quod non digni fuerint horum fructu. Ac propterea quidam illic interempti à Babyloniis, alij vero captiui abducti, reliquerunt ea bestiis. Vel, bestias Babylonios appellat, qui excedebant in agris bona, Israelitis propter obsidionem in vrbibus conclusis, & fame laborantibus. Poterunt etiam per vineam & ficum Lex & Prophetæ intelligi. Nam gentibus data est vinea legis, vnde & Dominus, *Vineam suam elocabit aliis agricolis.* Vitis etiam est Dominus, qui dicit, *Ego sum vitis vera.* Ficus item, ceu dulcedo, totius mundi desiderium.

Bonis Iudæorum potiuntur hostes.

Matt. 21. Ioan. 14.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et liberabo lanam meam & linum meum, *De seruitute, qua seruit idololatris, eorum ignominiam operiendo.*

2 Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, *Id est, coram idolis, quibus seruiebat, & scientibus Aegyptiis, quibus confœderata erat.*

3 Et vir non eruet eam de man. *Aegyptij enim non poterant eam iuuare, sicut promiserat.*

4 Et cessare faciam omne gaudium eius, *Ciuitatem & populum destruendo.*

5 Solemnitatem eius, *Id est, solemnitates, ponendo singulare pro plurali, sicut Exo. 8. f.* Venit musca grauissima. *Et quæ sint illæ solemnitates, explicat magis, dicens,*

6 Neomeniam eius, *Quæ fiebat in principio cuiuslibet mensis.*

7 Sabbatum eius, *In fine cuiuslibet hebdomadæ.*

8 Et omnia festa tempora eius, *Id est festa temporalia quæ fiebant semel in anno, scilicet, paschæ & pentecostes, & similium.*

9 Et corrumpam vineam eius & ficum eius, *Id est, vineas & alias arbores fructiferas, quas præsciderunt Chaldæi in terris circa Ierusalem existentibus.*

10 De quibus dixit, mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt, &c. *Quia non solum bona mobilia attribuebat beneficio idolorum, sed etiam bona immobilia.*

Et

MORALITER.

2 *Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, &c.* Id est, dæmonum, quos dicuntur dilexisse, eorum suggestionibus acquiescendo.

4 Et

4 *Et cessare faciam omne gaudium eius*, In tristitiam permutando.

5 *Solemnitatem eius.* Per hoc significantur inepta festa, quæ prælati faciunt & clerici præbendati de bonis ecclesiæ, quæ deberent pauperibus dare, vel potius vt sua reddere.

Inepta festa.

† Pro-

a *Et ponam eam.* HIERON. in comment. Ne habeat arbores pomiferas, sed in solitudinem redigatur, quod & priùs ab Assyriis, & Chaldæis, & tandem à Romanis completum est, vnde sequitur, *Et comedet eam bestia agri*, exercitus Romanorum, vel bestia, est diabolus, qui hos comedit trahendo ad culturam suam, pro qua in æternum exterminantur.

Fructus culturæ dæmonum.

b *Et visita.* † THEOPHYL. in comment. Hæc faciam ipsi propter dies illas, in quibus sacra fecit ipsis Baalim, id est, idolis Baal, illorumque festiuitates celebrabat omnigeno ornatu.

HIER. in com. Seruat personam meretricis, quæ vt placeat amatoribus, ornat se auro & gemmis: & pulchritudinem quã natura non habet, arte exquirit. Inauris, doctrina, qua aures ornantur; Monile colli, prædicatio, quæ aliis emittitur, *Hæc misit ante porcos, & sanctum dedit canibus*, iuxta illud, *Circulus aureus in naribus suis, mulier p. & fa.* Sed & hæretici immolant Baalim incensum, dum dogmata, quæ quasi idola sibi finxerunt, sequuntur: Ornant aures quibus verba audiuntur, & collum quo proferuntur, vt eloqui venustate placeant. Non enim dignãtur ecclesiæ rusticam simplicitatem, quæ meretricia ornamenta abiicit, sed artificij & eleganti mendacio amatoribus suis hominibus vel dæmonibus placere intendunt.

Matt. 7. a. Pro. 11. c. Quomodo hæretici idola, id est errores suos, depingant.

c *Propter hoc.* Quia misericors sum, blandiar illi, vt ad me conuertatur; promissio enim bonorum mala mitigat, vnde, *Venite ad me qui laboratis.* Et sicut prius de Ægypto eduxi & in deserto ab hostibus protexi, sic faciam cum eos de terra captiuitatis ad proprium solum reduxero. In aduentu enim filij aperiet spem salutis, & dabit locum pœnitentiæ & blandietur ei.

Matth. 11. b.

d *Et loquar, &c.* † THEOPH. in comment. Hoc est, efficiam vt ipsa sensum percipiat gloriæ & potentiæ meæ, propriorumque suorum delictorum. Daboque ipsi reuersæ à captiuitate, possessiones suas, id est, regiones aut terras quas antea possedit, eiectis Chananæis. Aperte etiam hic gratiam per Christum communicandam promittit, quando loquitur *in cor eorum*, quos antea reiecerat Deus, perinde ac alio in loco ait, *Dans leges meas in cor ipsorum, &c.* Impertit autem eis filiorum adoptionem, gratiam, & gloriam vtque secum regnent. Porro cuiuslibet in Christum baptizati facultates, sunt ipsa peccatorum remissio, supernæque in cælis mansiones, quas sibi quispiam acquirit, qualibet via per hanc ad illam ducente.

Dona quæ nobis per Christi fidẽ conferũtur. Isa. 54. Opes fidelis populi quæ.

a Et ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri. [1] Et [2] b visitabo super eam dies Baalim, [3] quibus accendebat incensum: [4] ornabatur inaure sua, & monili suo: & ibat post [5] amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit dominus. c [14] Propter hoc ecce ego lactabo eam, † & ducam eam in [6] d solitudinem, [7] & loquar ad cor eius, [15] & dabo ei vinitores [8] e f eius ex eodem loco, [9] & vallem Achor ad aperiendam spem. [10] [11]

a ¶ Cum visitare frequentius in bono soleat accipi, hic in malum ponitur pro afflictione. b ¶ Id est, pro diebus quibus coluit Baal affligam. c ¶ In ipsis solemnitatibus, quibus immolabat dæmonibus, pœnis affligetur. ¶ Non Deo sed dæmonibus. a ¶ Oblita mariti legitimi, adeo vt nec memoriam eius haberet. a ¶ Non tamen desperes, licet superius minatus sim. a ¶ Sicut in exitu Ægypti Moysen & Aaron. a ¶ Vbi interfectus est Achor. ¶ Subauditur dabo.

HIERONYMVS. in comment. Loquitur verba mollia, & consolatoria, vt tristitiam temperet gaudio. Ad cor loquitur, qui corde tristato ex annuntiato gaudio satisfacit. Hoc impletum est, quando Christus discipulis dixit: *Iam non dicam vos ser. sed amicos*; & iterum, *Filioli adhuc mul. ha. vo. di.*

Consolatio diuina. Ioan. 15. b. Ibid. 16. c. Isaiæ 5. b.

e *Et dabo ei vinitores.* HIERON. IBIDEM. *Vinea domini sabbaoth domus Israel* est. Huic dati sunt principes de eodem populo, primum Moyses & Aaron, postea Zorobabel, Iesus, Neemias, & Esdras tandem apostoli.

f *Et vallem.* HIER. IBID. Cùm filij Israel cepissent Hiericho, Achor furatus est de anathemate, quo peccato Israel non potuit resistere hostibus suis, sed ipso Achor interfecto in valle, quæ ex ipso nomen habet, mœror Israelitarum in gaudium conuertitur, & desperatio in spem: & sicut punito illo Israelitæ habuerunt spem vincendi, sic destructa Ierusalem & templo per Romanos ex punitis his, qui peccauerunt in Christo, quasi destructis figuris, iam apostoli habent gaudium & spem, quòd totum mundum Christo subiiciet. Achor, conturbatio, quia turbauit Israel, & ipse postea turbatus est.

Iosu. 7. a. Gaudium quod fugatis vmbris nascitur ex veritate Christi.

† THEOD. in comment. Cùm Achor dona Deo consecrata furto violasset, Deo pœnas dependit, nam populus eum lapidatione necauit. Post illius necem, cùm agnoscerent quantas turbas legis diuinæ transgressio aduehat, luctu & plangore Deum placabant. Hoc propheta hic indicat. Nam vt illi tum ex mente Achor cognouerunt, quàm ingens malum sit legis violatio; sic etiam ex captiuitate

Achor.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ponam eam in saltum. *Ierusalem enim destructa longo tempore fuit sine habitatoribus, & sic creuerunt ibi spina & fruteta.*

2 Et comedet eam. *i. bona eius,*

3 Bestia agri, *i. Nabuchodonosor, qui versus in amentiam,* eiectus fuit ab hominibus, & cum feris fuit habitatio eius, *vt habetur Dan. 4. c.*

Nabuchodonosor hic dicitur bestia.

4 Et visitabo super eam dies Baalim, *i. in quibus seruiuit Baalim, debite puniendo.*

5 Et ornabatur. *Ad reuerentiam enim idolorum ornabant se habitatores Ierusalem, sicut Catholici in festis sanctorum.*

6 Propter hoc ecce ego. *Partem istam exponit Ra. Sa. de captiuitate Babylonica, & eius relaxatione, vsque ad finem cap. & aliqui expositores Catholici eum sequuntur in parte, exponentes de reductione captiuitatis Babylonica. Sed contra hoc obuiat littera, in pluribus locis, & potissime in fin. cap. quia ab Apostolo ad Rom. 9. allegatur dicta littera de conuersione gentilium ad fidem, vt videbitur: & secundùm hoc in parte ponitur gentilitatis vocata diuina consolatio, vt supra dictum est in diuisione. Propter hoc istud non copulatur ad litteram immediate præcedentem, sed ad illud quod supra positum est,* Dicite fratribus vestris, populus meus & sorori vestræ, *id est, gentilitati,* Misericordiam consequuta, &c. Propter hoc ecce ego lac. eam. *Consolationibus spiritus sancti, vnde Act. 10. g. legitur, quod* prædicante Petro cecidit spiritus sanctus super Cornelium, & alios Gentiles, *qui erant cum eo & loquebantur linguis.*

Reprobatur opinio Ra. Sa. ab hoc loco exponentis caput de reditu à captiuitate Babylonica.

7 Et ducam eam in solitudinem, &c. *Quia à tempore apostolorum multi conuersi ad fidem transferebant se ad loca solitaria, vt melius vacarent contemplationi, & reficerentur consolatione diuina, ideo subditur,*

8 Et loquar ad cor eius, *Quod fit in secretorum reuelatione, & spiritus sancti consolatione.*

9 Et dabo ei vinitores eius, &c. *Isti sunt apostoli qui vinum doctrina Christi fidelibus propinauerunt: propter quod saluator dicit de seipso Ioan. 15. a.* Ego sum vitis vera, &c. *Et istud vinum,* germinat virgines, *Zach. 9. Et isti vinitores fuerunt ex eodem loco, quia nati in Iudæa, sicut & Christus.*

10 Et vallem Achor. *Non est nomen loci, secundum quod dicit Ra. Sa. quia Achor non est nomen proprium, sed appellatiuum, & turbationem significat, vt probatum fuit Iosu. 7. & ideo per vallem Achor intelligitur humilis contritio de peccatis, sicut dicit idem Ra. Sa. propter quod Andreas & alij sequentes eum dicentes, quod vallis Achor est hic nomen loci iuxta Iericho, quem primo intrauerunt redeuntes de Babylone, magis Iudaizant quantum ad hoc quã ipse Ra. Sa.*

Vallis Achor.

11 Ad aperiendam spem, *Humilis enim contritio de peccatis aperit spem salutis.*

Humilis contritio de peccatis.

MORALITER.

† 6 *Propter hoc, &c.* Hoc non refertur ad litteram immediate præcedentem, sed ad vocationem Gentium ante positam, per quam, sicut dictum est, moraliter significatur reuocatio peccantium ad gratiam, qui sunt diuinis consolationibus nutriendi: ideo dicitur in persona domini,

Reuocati ad gratiam de peccato.

† *Lactabo eam, &c.* Et quia dominus non solum per seipsum consolatur pœnitentes, sed etiam per suos ministros, ideo subditur,

9 *Dabo ei vinitores, &c.* Quia tamen sic consolati, debent de peccatis præteritis contristari, ideo subditur,

habent opus consolatione.

10 *Et vallem Achor*, quæ turbatio interpretatur,

11 *Ad aperiendam spem,* Scilicet vitæ cælestis, quæ per hæc aperitur,

tate hi percipient sensum suorum delictorum. Hoc explanatius ostendens apponit, *Et humiliabitur iuxta dies infantiæ, &c.* Non Assyriis secus, inquit, seruient, atque Ægyptiis seruierunt. Eius infantiam vocat in Ægypto diuersationem, & vitæ exactionem in seruitute. Attamen seruitus eis bono erit, & planè pietatis erit conciliatricula. Etenim idola colere obliuiscetur in captiuitate, me tum virum & coniugem nominabit.

Status synagogæ ex Ægypto egressæ.

a ¶ Quia Ierusalem est in montibus: Ægyptus in humili loco, de qua spiritualiter dicitur, Væ qui descendunt in Ægyptum propter auxilium.

a ¶ Postquam in me veraciter crediderit.

Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti:[16] Et erit in die illo, ait dominus vocabit

a ¶ Et si rectè posset dici, tamen propter similitudinem nominis idoli, debet vitari.

me vir meus: et non vocabit me vltra Baalim. [17]Et auferam nomina Baalim de ore eius & non recordabitur vltra nominis

a ¶ Cum abstulerim nomina idolorum: vnde Isaias, Habitabit lupus cum agno. Petro dicturus est, vt omnes bestias mactet & manducet.

eorum. [18]Et percutiam eis fœdus in die illa, cum bestia agri, &

a ¶ Omnem rebellionem, quæ erat inter Iudæos & Gentes: quia Christus veniens vtraque fecit vnum, duos parietes coniungens in spe futuræ resurrectionis.

cum volucre cæli, & cum reptili terræ. Et arcum & gladium

a ¶ De ecclesia. b ¶ Vel modo quiescunt animæ sanctorum in spe futuræ resurrectionis.
¶ Securè quiescere in mea fide & pace. ¶ Hanc septimam ætatem quiescentium fecit Christus veniens in carne.

& bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducia-

a ¶ Circumcisio data Abrahæ fuit signum sempiternum inter Deum & semen illius.

liter. [19]Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te

a *Et canet ibi.* HIER. Quando egressa est de Ægypto, quo tempore plebs illa in fide Dei crescebat, ab idololatria Ægyptiorum cōuersa, & ad meliora ascendebat. Sic nunc canit & lætatur ecclesia, per baptismum à diabolo liberata, & dicit: *Cantemus domi. gl. e. m. e.*

Ecclesia per Christum liberata.

Exo. 15. a.

b *Et erit.* Ex HIER. in com. In memoriam belli consecratum est idolum, quod Bel dicitur: & hoc nomine à prophetis idolum Babylonis sæpe vocatur. Hunc Sidonij sæpe בעל dicunt vel בעלים Et interpretatur Baal, habens, בעלי Baali habens me. Vnde & mulieres vocant maritos suos Baali, id est, vir meus. f. habens me in coniugio. Hebræa verò lingua vir, dicitur איש Is: & vxor אשה Issa. Vnde hic dicitur, Plebs credens, volens me ostendere virum suum vocabit me ISCH, id est, vir, non Baali quod similiter interpretatur, vir meus: quia etsi secundum Etymologiam posset dici, tamen idolorum odio non debet, ne in cultu Dei recordemur nominis idolorum; ne dum virum nominet, idolum cogitet: quod potest esse propter ambiguitatem verbi. Ex hoc habemus ex solis vocibus inordinate prolatis hæresim posse incurri.

De vocibus Hebræis Baali, & Isch.

c *Et auferam nomina, &c.* † THEOPH. comment. in hunc locum. Non amplius nomen meum, vel vocem illam Deus, idolis suis apponent: neque Baal Deum esse dicent in tempore afflictionis: sed me agnoscent Deum, & sponsum suum. Abstulit autem nomina Baalim, dum iniecit eos in calamitates: & cum Sol iustitiæ Christus effulsit. Vniuersa nempe idololatria sublata est, cùm ab Iudæis, tum ab Gentibus, verique Dei cognitio omnibus communicata. Præterea, impœnitentibus, quando lumen verbi Dei refulgens diem fecerit, omnia simulachra, id est, peccatorum spectra auferuntur, ne vlterius Deus sit venter, auaritia, prauæ cupiditates, &c.

Christi gratia idololatriam carnalem & spiritualem dissipat.

d *Cùm bestia.* Ex HIER. in com. Nomine bestiarum & volucrum Gentiles signantur, qui hæc pro Deo colebant: Vnde purgati non eisdem nominibus, sed rationales vocantur; In his iam *confregit Deus potentias, arcum f. & gla. in d. bel.* quibus armis fractis iam securè dormiunt, credentes sub vno pastore Christo.

Psal. 75. a.

e *Et sponsabo.* HIER. IBID. Ter ponitur sponsabo; Primo despondit eam de Ægypto, vt vxorem habeat sempiternam; Secundo in monte Sina, dās eis pro sponsalibus legis iustitiam, & iudicium, & iunctam legi misericordiam, vt si peccauerit, captiuetur: & si pœnituerit, reuocetur; Tertio in aduentu filij, quod est in fide Trinitatis: in qua fide credētes statim sciunt, quia ille est Deus quem prius negauerunt. Hæc ergo meretrix, quæ ita fuerat coniuncta, in æternos viri complexus, quia in Ægypto idola coluit, iterum per legem assumitur; quam quia præterit, prophetis quasi sponsi sodalibus interfectis, tertio venit filius: quo crucifixo & à mortuis resurgente desponsatur non tam in iustitia legis, sed in fide & gratia Euangelij & cognitione veritatis.

Christus tertio populum sibi desponsat.

HIERON. IBID. Nota misericordiam viri Dei; Meretrix diu fornicata ad virum reuertitur, nec conciliari viro, sed sponsari dicitur, & vide distantiam inter Dei & hominum coniugia: homines de virgine non virginem faciunt; Deus iunctus meretricibus virgines reddit.

Distantia inter Dei & hominum coniugia.

† BERN. serm. 5. in dedicat. Sed quomodo fieri potest, vt rex tantus in sponsum transeat, ciuitas promoueatur in sponsam? Sola hoc potest, quæ nihil nō potest, Charitas fortis vt mors. Quomodo non facile istam leniet, quæ illum iam inclinauit? Verum hinc tibi nullatenus consulenda prior illa, quam diximus, consideratio tui. Hic quam potissimum fidei magnanimitas exercetur. Denique & ipse ait, *Desponsaui te mihi in fide, desponsaui te in iudicio, desponsaui te in iustitia,* Eius, non tuam intellige. Si non fecit ille quod sponsus, si non tamquam sponsus amauit, si non zelatus est tamquam sponsus, noli acquiescere sponsam te arbitrari.

De Christo sponso.

† IDEM. ser. 67. in Cant. O fatuam sponsam synagogam, quę contemnens Dei iustitiam, id est, gratiam sponsi sui, & volens suam constituere, iustitiæ Dei non est subiecta, ob hoc misera repudiata est,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et canet, *Deum laudando.*

2 Iuxta dies, *Et qui sint illi dies subditur,* Et iuxta, *&*, *pro, id est,* iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti. *Tunc enim ascendens de mari rubro cecinit,* Cantemus domino gloriosè, &c. *Exo. 15. a. Sic primitiua ecclesia valde fuit diuinis laudibus intenta, vt patet in actibus apostolorum in pluribus locis.*

3 In die illo, *i. tempore noui testamenti.*

4 Vocabit me, &c. *Dicunt hic aliqui, quod Baali idem significat quod vir meus, tamen redeuntes de captiuitate vitabant hoc nomen, eo quod erat simile nomini idoli, scilicet, Baal. Rab. Sa. hoc exponit magis catholicè, quantum ad hoc, dicens, quod vir meus hic accipitur, id est, sponsus meus, quæ est nominatio amoris. Baalim vero secundum proprietatem Hebraici sermonis, idem est quod dominus meus, quæ nominatio est timoris: secundum illud: Malach. 1. b.* Si ego dominus, vbi est timor meus? *Et sic est sensus, quod ex familiaritate cum Deo, populus eius vocabit eum sub nomine amoris, & non timoris: & hoc propriè conuenit statui nouæ legis, quæ est lex amoris, secundum quod dicit August.* Breuis differentia legis & Euangelij, timor & amor. *Sic igitur timori successit amor.*

Lex & Euangelium per timorem & amorem differunt.

5 Et auferam nomina Baalim. *Sicut patet impletum per prædicationem apostolorum & aliorum credentium, quod cessauit idololatria quasi per totum mundum.*

6 Et percutiam eis fœdus in die illa, *i. tempore gratiæ.*

7 Cum bestia, *i. cum crudelibus tyrannis.*

8 Et cum vol. *i. cùm regibus superbis.*

9 Et cum reptili terræ, *i. cum eorum ministris: quia & isti, qui in principio persequebantur fidem Christi, ad fidem sunt conuersi in magna parte totius mundi, & maximè à tempore Constantini.*

Filij Ecclesiæ fiunt, qui hostes erãt.

10 Et arcum & gladium & bellum conte. *Quia Christianorum persecutores facti sunt eorum defensores, ideo sequitur,*

11 Et dormire, *i. quiescere,*

12 Eos faciam, &c. *Sedata persecutione.*

13 Et sponsabo. *Quia ecclesiæ Christi sponsæ non succedit nisi status gloriæ.*

14 Et sponsabo te mihi in iustitia. *Quia fides sine opere mortua est.*

MORALITER.

† 1 *Et canet ibi iuxta dies, &c.* Id est, baptismalis gratiæ, quæ per pœnitentiam recuperatur, quantum ad culpæ dimissionem.

3 *In die illo, &c.* Quia recognoscet me Deum suum, tamquam illum à quo est omnis virtus eius.

est, & iam non est sponsa: sed ecclesia, cui dicitur, *Desponsaui te mihi in fide, &c.* Nec tu me elegisti, sed ego elegi te: nec vt te eligerem, tua inueni merita, sed præueni: Ita ergo in fide desponsaui te mihi, & non in operibus legis: desponsauique in iustitia, sed iustitia quæ est ex fide, non ex lege.

Ecclesia Christi sponsa.

† AVGVST. ser. 22. de temp. Ad Mariam virginem Dominus sic loquitur per prophetam, Desponsabo te mihi in æternum. Semper ergo virgo est, quæ semper sponsa est, & quæ vocabulo sponsæ non caruit, in æternum virgo permansit. Et *desponsabo te* inquit, *mihi in æternum*: quia quæ sponsa æterna dicitur, æterna virgo probatur.

B. Virgo Maria recte sponsa dicitur.

35.q.1.§. hac itaque; *Quare constitutum sit ne consanguineas ducamus vxores.*

† THEOPH. com in hunc locum. Quid est, *Desponsabo te mihi ipsi?* Vel quoniam non per angelum, neque magnum natu aliquem, sed per se ipse dominus nos seruarit. *Patribus enim locutus est per prophetas, nobis autem per Filium*; Vel quia veterem illam Synagogam Moysi desponderit, vnde & ad ipsum, *Populus inquit tuus inique egit.* Credentes autem incarnati filij aduentui, ecclesiam sibi ipse despondit, quemadmodum Paulus testatur. Nec in æternum sibi Synagogam desponderat, nam temporaria erat legis seruitus: nunc verò in æterna sæcula despondet credentes.

Christus Ecclesiæ sponsus.

Exod. 32. Eph. 5.

a ❡ Vt iuste viuas. b ❡ Discretione inter bonum & malum.

mihi in iustitia & iudicio & in misericordia & miserationibus [20] sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego dominus.

a ❡ Quando te mihi in fide spondeo.

[21] Et erit in die illa, & exaudiam, dicit dominus, & exaudiam

a ❡ Apostolos. b ❡ Vt illam cælesti pluuia irrigent. c ❡ De qua, Veritas de terra orta est, in qua paterfamilias seminat bonum semen.

cælos, & illi exaudient terram, [22] & terra exaudiet triticum & vinum & oleum, & hæc exaudient Iezrael, [23] Et seminabo

a ❡ Bonam. ❡ In filium credentis synagogæ, quæ erat sine misericordia dum idola colebat.

eam mihi in terram, & miserebor eius quæ fuit absque mise-

a ❡ Mutabo nomina quibusdam assumptis. b ❡ De hoc populo dictum est, Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus m. & e. d. mi. p. m. regnum.

ricordia. * [24] Et dicam non populo meo, populus meus es tu:

a ❡ Conuersus ad fidem. b ❡ Tu es Christus filius Dei viui.

& ipse dicet, Deus meus es tu.

a *Et erit in die.* HIER. in com. Secundum litteram potest intelligi, quod in aduentu Christi bona temporalia promittuntur credentibus, vt propter ipsum, qui semen Dei est, omnia suo ordine currant, sicut ab initio sunt condita, & vtilitati hominum deseruiant: & tamen Iudæi adhuc post tanta bona corporaliter Antichristum expectant. Spiritualiter, Cæli (*qui gloriam Dei enarrant*) exauditi sunt, rogantes pro muliere Chananæa, quod pro socru Petri. Et cæli audiût terram, id est, homines qui sunt in ecclesia. Terra audit triticum, id est, ita præbet spiritualem intelligentiam veteris & noui testamenti, vt lætificet corda audientium, modificando doctrinam secundum capacitatem audientium, Et hæc omnia, id est, cælum & terra apostoli scilicet & vniuersalis ecclesiæ, audient Iezrael, id est, semen verbi Dei perducent ad effectum operis, vt faciat aliud semen fructum centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.

Bona quæ dedit aduêtus Christi.

Psal. 18. a. Matt. 15. e. Luc. 4. f.

HIER. IBID. Asserunt Iudæi tempore sui Messiæ hæc adimplêda, quæ vt omnia suo ordine currant, seruiet suo creatori, creatura.

Matth. 13. b.

b *Et exaudiam cælos, &c.* † THEOPHILAC. in com. Post cælestiû bonorum prædictionem corporalia etiam illis dona pollicetur; Annuam, inquit, cælo, atque permittam ipsi vt pluat, quod etiam si naturam habeat vt isthuc faciat, per iram tamen meam prohibetur. Cælum vero obaudiet terræ, pro, implebit desiderium ipsius sitibundæ, ac pluuia indigentis, veluti ipsa clamet propter siccitatem sui, quod conueniat solui squalorem suum. Terra verò placabitur frumentis.

Terræ bonitas à bonitate cæli pendet.

c *Et hæc exaudient.* HIER. in com. Hoc spiritualiter ad apostolos pertinet, qui incipiendo ab Ierusalem, sua prædicatione & miraculis corda audientium vbique fructificare faciunt. Qui sunt semen, dum audiunt à domino, seminatores dum in omnem terram exiuit sonus eorum.

Apostoli.

d *Et seminabo eam.* HIER. IBID. Meretrix quæ Deo copulata fuerat, & tres ediderat, primum, Iezrael, secundum absque misericordia, tertium non populus meus, iam videt propter fidem Dei & semen Dei mutata nomina: Et possunt hæc omnia referri spiritualiter ad decê tribus, quæ Israel dicuntur, quæ sub nomine meretricis tres liberos ediderunt. Generaliter ad omnes Israelitas qui crediderunt.

e *Et miserebor, &c.* † THEOD. in com. Hæc typice sub Zorobabel acciderunt, expresse verò & veritate ipsa, vbi Christus se hominem fecit, cùm sibi Ecclesiam despondit in æternum. Tum qui in eum crediderunt, populus fidelis verè extiterunt, ipse vero eorum, qui ex animo crediderunt, vocatus fuit Deus, post bonorum promissa & sponsiones.

De Christo & eius Ecclesia.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erit, &c. *s. per preces fidelium, & subditur modus.*

2 Et, *Pro, id est.*

3 Exaudiam, &c. *Quod intelligitur de multiplicatione bonorum temporalium & spiritualium in ecclesia. Dicuntur enim cæli exaudiri, quando Dei voluntate rorem & pluuiam salutiferam infundunt: & terra, quando humectatur & fœcundatur sic diffusa & terra nascentia, quãdo terra profert ea in abûdantia. Quandoque verò ad abundantiam bonorum spiritualium cæli dicuntur exaudiri, quando angeli, qui sunt ciues cælestes, impetrant apud Deum etiam bona pro regnis & personis suæ custodiæ commissis, & terra, i. habitatores eius, quando exaudiuntur ab angelis, & bona spiritualia per triticum, vinum & oleum designata quando multiplicantur in fidelibus populis, ideo sequitur,*

Multiplicatio bonorû temporaliû & spiritualium in Ecclesia.

4 Et hæc exaudient Iezrael. *i. semen Dei, cuiusmodi sunt fideles, sicut supr. dictum est ca. 1. propter quod Ra. Sa. dicit hic, quod per Iezrael. intelliguntur filij captiuitatis in sua reuersione, quod non potest intelligi de ciuitate Iezrael, ad quam non redierunt, vt dictum est supra: Ista autem completa sunt in ecclesia fidelium, quæ ex Dei beneficio bonis spiritualibus & temporalibus est fœcunda.*

5 Et miserebor, &c. *Translatio LXX. habet:* Et diligam non dilectam, &c. *i. gentilitatem, quæ ante vocationem non erat dilecta, & in hoc sensu allegat hanc scripturam Apostolus ad Rom. 9. propter quod sic est intelligenda pars ista, vt prædictum est.*

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 2. vbi dicitur in postilla. vallem Achor non est, &c.

Secundum gloss. Achor est nomen proprium, & significat illum transgressorem, de quo fit mentio Iesue 7. a. quo vallis illa in qua fuit interfectus, vallis Achor nominatur, & est sensus, quod sicut punito illo Achor, Israelitæ habebant spem vincendi; sic destructa Ierusalem & templo per Romanos, & punitis his qui peccauerunt in Christo, quasi destructis figuris, iam habent apostoli gaudium, & spem, quod totum mundum Christo subiicient, vt in gloss.

Achor hoc loco nomé est propriû.

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in post. Et sponsabo te mihi in sempiternum.

Ter repetitur hic desponsatio. Primo cum dicitur, Desponsabo te mihi in sempiternum; *Secundo cum dicitur,* Et desponsabo te mihi in iustitia & in iudicio & in misericordia & miserationibus; *Tertio cum dicitur,* Et desponsabo te mihi in fide, & scias quia ego dominus. *Vnde secundum gloss. primo sponsauit Deus ecclesiam antiquorum in Abraham, vel cùm eduxit eum de Aegypto, vt vxorem haberet sempiternam; Secundo, in monte Sinai, dans eis pro sponsalibus legis iustitiam & iudicium & iunctam sibi misericordiam, vt si peccauerit, captiuetur, si pœnituerit, renouetur; Tertio sponsauit eam in aduentu filij, quod est in fide Trinitatis, in qua fide credentes statim sciunt, quod ille est Deus, quem prius negauerunt. Hæc in glo. vnde subditur:* Et scies quia ego Dominus.

Cur ter repetatur desponsatio.

REPL. In c. 2. vbi dicitur: Et vallem Achor. *Postillator dicit Achor non esse proprium nomen, sed appellatiuum, significans* turbationem, *& clarius exposuit Ios. 7. Ibi Burg. ei non contradixit, hic autem propter quamdam glo. Burg. se opponit: sed videtur gl. minus authentica, quæ litteræ contradicit. Nam Ios. 7. ille transgressor, de quo hunc locum exponit, non est dictus, Achor, sed Acham & 1. Par. 2. dicitur Achar, & in gl. interlineari Ios. 7. dicitur hoc idem sentire Be. Hierony. Cum igitur in nulla correcta Biblia nominetur ille transgressor Achor. Non est igitur verum quod vallis ista sit ab illo transgressore dicta vallis Achor, sed est dicta à transgressione, & sic est appellatiuum nomen, non proprium, quæ significat turbationem, prout etiam innuit gloss. in hoc loco.*

Achor hoc loco nomé est appellatiuum.

CAPVT III.

A a ET *dixit ad me. Adhuc vade.* † THEOD. in com. Rursus prophetam Deus hortatur, vt mulierem adulteram, & in sceleribus versantem diligat, vt iterùm per res ostendat imaginem, & effigiem summi erga indignos diuini amoris.

† AMBROSIVS. In propheta Osee legisti, *Conduc tibi fornicariam quindecim denariis*, eo quod gemino ære veteris & noui testamenti, hoc est, integro fidei pretio, mulier illa vago quodam & meretricio gentium conuenarum comitatu fulta conducitur. Et *conduxit*, inquit, *eam Gomor hordei, & semi Gomor*. Per hordeum significat, quia imperfectos vocaret ad fidem, vt perfectos redderet: Per *Gomor* intelligitur plena mensura, per semi-Gomor semiplena. Plena mensura in euangelio est, semiplena in lege, cuius plenitudo nouum est testamentum. Siquidem dominus ait, *Non veni legem soluere, sed implere.*

B Vocatio omnium gentium ad Christi fidē.

C † THEOPH. in com. Prior vxor, quam accepit propheta, figura fuit generationis prioris Iudæorum, fornicantis à Deo ad idolorum culturam. Posterior hæc, figura est captiuitate pressorum. Intelliges etiam hic, prius scortum typum esse Synagogæ ante Christi aduentum, quæ & idolis dedita erat; at eam, quæ nunc accipitur, esse figuram Synagogæ post Christi aduentum, quæ & ipsa quidem à Deo assumitur, propter eos qui ex ipsa secundum electionem gratiæ credituri sunt. Hæc ipsa etiam adultera est, Pharisæis doctrinas hominum docentibus se prostituens. Conducit hanc Vates quindecim argenteis, hoc est, quinque legalibus libris, ac decem præceptis. Præterea hordeum irrationalem ipsorum alimoniam adumbrat, qua vescuntur, nihil spirituali neque dignum intelligentes animabus rationalibus.

De synagoga prout fuit ante legem Euangelicam, & prout modo est sub illa.

HAIMO. in commen. Sicut per fornicariam decem tribus; ita per hanc adulteram Iudæam specialiter intelligimus, cui propheta iungi præcipitur. Potest tamen & per illam & per istam vniuersaliter Israeliticus designari populus.

D

b *Vinacia.* IBID. Per vinacia dæmones, qui creati sunt in magna pinguedine spiritus sancti, sed per superbiam arefacti de cælo sunt proiecti: quos colunt Iudæi. Vel, vinacia traditiones Iudæorum ab omni veritate vacuæ, pro quibus Iudæi traditiones Dei derelinquunt. Signat enim hæc adultera præsens tempus Iudæorum, quos diligit Deus, qui omnium expectat salutem, & aperit ianuam pœnitentibus: Sed illi, relicto Deo, inutiles res sequuntur.

Angeli mali. Traditiones Iudaicæ. E

c *Coro hordei.* HIER. in comment. i. triginta modiis, & dimidio; id est, quindecim, qui reddunt 45. modios: hac mercede conducitur: Quintadecima die mensis Nisan, qui est Martius, percussa sunt primogenita Ægyptiorum, & Israel eductus est de Ægypto: & hac mercede in Dei seruitute conductus & pro primogenitis Israel, qui plagam non senserunt, 15. sicli argentei in templi donario offeruntur. Quadragesima quinta die ad montem Sina peruenit populus, & statim altera die præcipitur vt abstineant à coitu feminarum, & per triduum sanctificati præparent se ad accipiendam legem: & quinquagesimo die Moyses accepit decalogum. Bene ergo 45. modiis hordei dicuntur conducti, qui post aduentum Christi sedent & expectant aduentum viri sui; *donec plenitudo gentium introeat & sic omnis Israel saluus fiat*, qui interim nec Deum habet, nec idolis seruit, nec vtitur cibo hominum, sed hordeo iumentorum, quia nil spirituale in lege habet, sed litteram sequitur.

F Status synagogæ prior & posterior. Rom. 11. d.

IDEM. Nisan dicitur mēsis, in quo pascha, siue martius siue aprilis. Nisan.

CAPVT III.

a ¶ Iuxta litteram tu eam adulteram diligis, sed ipsa non diligit te, sed te spreto alium plus quam te diligit: Et ad quid hoc pertinet, subdit: Sicut dominus diligit multum filios Israel, sed ipsi spreto eo colunt alienos Deos.

a [1] ET dixit dominus ad me. Adhuc vade & [2] dilige mulierem dilectam amico & adulteram, [3] sicut diligit dominus filios Israel, [4] & ipsi respiciunt ad Deos alie-

a ¶ Acina. b ¶ Vt vineam. ¶ LXX. conduxi eam mihi pretio quasi mulierem vt mercede suscepta cessēt adulterare & cum propheta dormiat.

b nos & diligunt vinacia vuarum. * [5] Et fodi eam mihi

a ¶ Triginta modiis. b ¶ Quindecim modiis.

c [6] quindecim argenteis, & [7] choro hordei & dimidio choro

a ¶ Quod est cibus iumentorum, quia erat sicut mulus, in quo non est intellectus.

b ¶ Pro hac mercede. c ¶ LXX. sedebis.

[8] hordei. [9] Et dixit ad eam, Dies multos expectabis me.

* 31. q. 1. c. Non est peccatum maritū recipere, &c. vel, Non est peccatum recipere maritū reuertentem.

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT III.

1 ET dixit. *Post vocationem Gentilium hic consequenter denuntiatur finalis conuersio Iudæorum. Circa quam primo ponitur Iudæorum ingratitudo, & tandem eorum excæcatio; Secundo eorum finalis conuersio*, ibi, Et post hæc. *Prima in duas, quia primo ponit signum propheticum; secundo signatur, ibi*, Quia dies mul. *Circa primum dicitur propheta à domino,*

Diuisio.

2 Adhuc va. &c. dilectam amico, &c. *In Heb. habetur* socio. *Ex quo patet, quod amicus hic dicitur eius sponsus vel maritus, sub quo tamen, vt ingrata adulteratur, & sic iuste à marito dimittitur: ideo subditur.*

3 Sicut diligit. *Eos de Aegypto educendo, & legem diuinam aliaque beneficia specialiter tribuendo, secundum quod dicitur* Psal. 147. b. Non fe. ta. omni na. & iu. &c.

4 Et ipsi. &c. *Eos colendo, statim enim post legem datam adorauerunt vitulum conflatilem Exod. 32. b. & postea temporibus iudicum & regum idola coluerunt, vt patet ex decursu illius temporis.*

5 Et diligunt vinacia, &c. *In Heb. habetur, dolia vel cyphos, ex quo patet, quod per vinacia hic intelliguntur vasa vinorum contentiua, quæ tamen diliguntur propter vinum contentum, & sic notantur hic de ebrietate, quæ ducit ad alia vitia.*

Vinacia.

6 Et fo. &c. *In Heb.* Et conduxi eam mihi, *s. adulteram à marito dimissam, secundum autem translationem nostram loquitur de plebe Iudaica per modum vineæ, eo quod dicitur vinea domini sabbaoth, Isa. 5. a.* Vinea autem colitur cum fossione.

7 Quin. ar. *Quia secundum doctores Heb. & Latinos eos sequentes, per hoc designatur eductio populi de Aegypto, quam fecit Deus 15. die mensis 1. Exo. 12.*

8 Et cho. *Chorus autem 30. modios continet: & sic chorus & dimidius continet 45. modios, ad designandum 45. dies, qui fluxerunt à 15. die mensis primi exclusiue, vsque ad primam diem mensis tertij inclusiue, in qua populus exiens de Aegypto venit ad montem Sinai, vbi recepit legem à Deo, secundum quod dicitur Exo.* 19. Mense autem tertio egressionis Israel de terra Ægypti in die hac, id est, prima die mensis, *secundum quod exponunt omnes catholici & Hebræi*, venerunt in solitudinem Sinai: *Quod autem fuerunt ibi. 45. dies præcisè, sic patet: quia Iudæi faciunt menses per lunationes, Vna verò lunatio habet 29. dies cum dimidia, propter quod Iudæi faciunt primum mensem 30. dierum, & secundum 29. & sic consequenter combinando. Ex quo patet, quod à 15. die mensis 1. exclusiue, vsque ad primam tertij inclusiue fuerunt dies 45. Videtur autem mihi, quod per istos numeros possunt conuenientius designari prophetæ sancti, personæ, per quas plebs Iudaica vsque ad Christum fuit deducta: Ita quod per 15. argenteos intelliguntur 15. prophetæ, quorum habentur prophetiæ, s. Isaias, Ieremias, Ezechiel, & 12. prophetæ. Daniel enim apud Hebræos non reponitur inter prophetas, sed inter agiographa, vt patet per Hier. in prologo galeato. Per 45. modios personæ in genealogia Christi contentæ, quæ Matt. 1. ponuntur 42. s. secundum tres quaterdenas ibidem positas, quibus si addantur tres reges qui omittuntur inter Ioram & Oziam, (secundum quod declarat Hier. super Matth.) habemus 45.*

Quando venit Israel ad montem Sinai & quamdiu ibi mansit.

9 Et di. &c. *In signum quod plebs Iudaica expectaret Messiam multis temporibus, adhuc enim expectat.*

MORALITER.

† 1 *Et dixit.* Per hoc moraliter ostenditur, quod bonus prælatus, qui per Hosee significatur, debet diligere personam peccatricem, non quantum ad culpam, sed quantum ad naturam, ad imaginem Dei factam, exemplo Christi, qui se peccatoribus ostendit familiarem, Luc. 15. a. *Hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Cuius causam addit Matth. *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.*

Boni prælati officiū est souere non abijcere subditos etiam cū peccant.

6 *Et fo. eam.* In Heb. habetur: *Et conduxi eam mihi, &c.* Ad litteram enim tantum dedit Hosee illi mulieri adulteræ pro sua familiaritate habenda, & per hoc moraliter significatur, quod bonus prælatus debet diligere peccatores, non solùm eorum salutem affectando, sed etiam ad hoc efficaciter operando verbo & exemplo, & etiam quantum ad pauperes subsidio temporali, propter quod Petro dictum fuit à domino Ioan. 21. c. *Pasce oues meas*, ter replicando.

& succurrere ipsis subsidio temporali quātum possunt.

9 *Et dixit, &c.* Osee sic loquens, in persona domini loquebatur, qui sua misericordia expectat peccatores ad pœnitentiam & similiter ex sua misericordia procedit, quod peccatores non desperant, sed per Dei misericordiam expectant.

a *Ego expectabo te.* HIER. in com. Ne putes me tibi inferre iniuriam, par pari refero: Ego vir tuus sedeo animo, & expecto adulteræ pœnitentiam, vt saltem in fine Israel credat, & fiat vnus pastor, & vnus grex.

b *Quia dies multos sedebunt, &c.* † THEOD. in com. Nam, inquit, vt mulier cum prioribus amatoribus diuortium faciens, hospitiumq; renuntians, societate Prophetæ & hospitio vti voluit: sic vos abducti atque abstracti captiui in terram alienam, non à regibus, neq; à sacerdotibus curabimini; Cum non erit altare, quo sacra obiri & cōfici poterunt? Neque per sacerdotes aut prophetas ostendi & præsignificari petentibus solita erunt, vnde quid agendum non premonstrabitur, omnique pene eorum curatione vacabo.

Iudæorum captiuatorū status.

a ¶ Cum idolis. b ¶ Nec mihi à quo conducta es legitime coniungeris.

a Non fornicaberis, & non eris viro, sed & ego expectabo te. 1 2 3

a ¶ Vsque ad iudicij diem. b ¶ Contracti. c ¶ Pasti hordeo. d ¶ Christo, qui constitutus est rex super Sion. c ¶ De Iacob. Id est, sine ipso Christo saluatore & sacerdote quia non veniet Christus donec deficiet princeps de Iuda, & regnet Herodes alienigena.

b 4 Quia dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine Teraphin. 4 5 6 7 8 9

a ¶ Quia subuerso templo & Ierusalem incensa, nec sacrificium nec sacerdotium exercere possunt. b ¶ Superhumerali.

a ¶ Cum finitum erit tempus cæcitatis, quæ ex parte contigit in Israel, reuertentur fide per prædicationem Eliæ & Enoch.

c d e f Et post hæc reuertentur filij Israel, & quærent dominum Deum suum, & Dauid regem suum, & pauebunt ad dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. 10 11 12 13 14 15 16

a ¶ Patrem. b ¶ Christum de stirpe Dauid, qui manu forti soluit compeditos captiuitate populi sui.

a ¶ Conuersi. b ¶ Nos sumus in quos fines sæculorum deuenerunt.

† THEOPH. in comment. Sedent Iudæi, qui Christo non adhibuerunt fidem, in sua incredulitate; neque Regem habentes, cuius præsentiam & administrationem sentiant, neque principem. Quin etiam ne iuxta animi considerationem quidem, vel spiritualiter Regem habent: In ipsis enim mens non sceptra tenet, neque dominatu fungitur. Neque perspicuitas aut veritas in ipsis est, verum cæci vere in tenebris sedent, neque ipsi veritatem intelligentes, neque aliis ipsam manifestare valentes. Interemerunt enim Dominum, qui dicit, *Ego sum via veritas, & vita.*

Iudæorum anarchia & cæcitas. Ioan. 14.

c *Et sine Ephod.* HIER. in comment. Ephod proprie superhumerale, sed hic pro omni vestimento sacerdotali accipitur: potest poni & pro lineis vestimentis, sicut Samuel Ephod lineo indutus legitur. Hæc omnia Iudæi ad LXX. annos captiuitatis referunt; sed melius intelligitur, vel de præsenti tempore; vel de vltima Iudæorum conuersione. Modo enim sedent Iudæi perdito loco, absque omnibus istis: sed nos habemus Christum sacerdotem; & corpus eius & sanguinem; & vestem innocentem; & Theraphin id est, signum & memoriam domini expressam in cordibus nostris.

Ephod.

d *Et sine Tera.* Teraphim dicuntur figuræ & simulachra, quæ hic intelligimus, Cherubim & Saraphim, vel quælibet alia templi ornamenta.

Teraphim.

e *Et post hæc reuertentur, &c.* † THEODOR. in com. Cùm decem tribus, quæ à regibus profectis à Dauid defecerant, proprium regem sibi elegissent, post reuersionem è Babylone coniunctæ & coactæ, vnum habuerunt ducem Zorobabel, ex Dauidica tribu procreatum, ex quo diuinitus bonorum datorum fructum ceperunt. Hæc omnia priusquam fierent, plane sciens, prophetica voce prænuntiat.

Israel & Iuda reuniti sub vno principe.

† THEOPHYLACT. in com. Quoniam autem & post completionem gentium omnis Israel seruabitur, exquirent filij Israel per fidem regem Dauid, hoc est, Christum manu validum, qui æreis portis confractis, fortem sane ligauit mortem, & spolia eius, nos videlicet, diripuit. Referto etiam hæc ad inferiorem hominem. Est enim adultera ipsa sensibilitas, &c.

Iudæorum in fine mūdi conuersio ad Christum.

f *Pauebunt*, Stupebunt ad dominum patrem & ad bonum filium de bono patre: cum viderint in sua & patris maiestate regnantem; vel ad bona de quibus dicitur, *Credo videre bona domini in terra viuentium*; Vel, ad bonum, id est, ad spiritum sanctum, qui cum patre & filio vnus est Deus.

Psal. 26.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non fornicaberis. *Quia non seruiuit idolis,*

2 Et non eris viro, *Id est, Christo, à quo est modo separata propter suam incredulitatem.*

3 Sed & ego expe. te. *Loquitur in persona Dei, qui expectat Iudæorum finalem conuersionem.*

4 Quia dies mul. *Hic consequenter ponitur signatum per prodigiale factum, cum dicitur,* Quia dies multos. *Quasi dice. factum prædictum designat quod dies multos,*

5 Sede. *Id est, manebunt,*

6 Fi. Israel si. rege, &c. *Sicut videmus modo impletum, quia de suis non habent regem vel principem, sed aliis regibus & principibus seruiunt.*

7 Et sine sacrificio, &c. *Quia non possunt sacrificare extra Ierusalem, à qua sunt repulsi, & templum est destructum.*

8 Et sine Ephod, *Id est, sine veste sacerdotali, quia sublatis sacrificiis cessat vsus vestis sacerdotalis.*

Summa solitudo politiæ ciuilis & Ecclesiasticæ apud Iudæos.

9 Et sine teraphim. *Id est, imaginibus, in quibus dæmones solent dare responsa, & apud Iudæos non sunt talia,*

10 Et post hæc. *Hic vltimo ponitur Iudæorum finalis conuersio, cum dicitur,*

Et post hæc, *Id est, post Iudæorum abiectionem & excæcationem.*

11 Reuertentur, *Ab errore suo,*

12 Et quærent dominum Deum suum, *Deuote,*

13 Et Dauid regem suum, *Id est, filium Iesum Christum. Et quod sic debeat intelligi, patet per translationem Chaldaicam apud Hebræos autenticam, quæ sic habet.* Post hæc reuertentur filij Israel, & quærent cultum Dei sui, & obedient Messiæ filio Dauid regi suo.

Christus filius Dauid secundum carnem.

14 Et pauebunt ad dominum, *Ipsum reuerendo,*

15 Et ad bonum eius, *Timendo declinare ab eo, quod bonum est in oculis eius. Et subditur tempus,*

16 In nouissimo dierum, *Id est, circa finem mundi implebitur illud vt dictum est supr. 1. ca.*

CAP.

MORALITER.

† 4 *Quia dies multos sedebunt filij Israel sine.* Quasi dicat, ista expectatio diuinæ misericordiæ in præsenti, figura est existentium in purgatorio, quia nullum auxilium habent ab intrinseco eo quod sunt extra statum merendi.

Purgatorij.

10 *Post hæc re.* Scilicet ab illa pœna ad Dei claram visionem, & eius fruitionem dulcissimam consequentur.

† MO-

ADDITIO.

In cap. 3 *Vbi dicitur in Postill.* Et post hæc. Hic vltimo ponitur Iudæorum finalis conuersio.

Hoc quod dicitur hic, Et post hæc reuertentur filij Israel, & quærent dominum Deum suum, *Secundum Hebræos refertur ad tempus, in quo spectant falso Messiam venturum, in quo tempore dicunt quod reuertentur ad Deum per pœnitentiam, & erunt sub obedientia sui Messiæ. Et sic tenent, quod ex isto loco non est argumentum efficax contra eos. Sed bene inspicienti manifeste patet, quod ex hoc quod dicit,* Reuertentur filij Israel, & quærent dominum Deum suum, & Dauid regem suum: *plane intelligitur quod ille* Dauid, *scilicet de quo ibi loquitur, iam venerat, nisi quod ipsi non quærebant eum. Non enim dicitur,* Reuertentur filij Israel, & quærent dominum Deum suum, *& veniet Dauid rex suus, sed,* Et quærent Dauid regem suum, *quasi diceret, quærent illum, qui iam venerat; vnde & hæc prophetia impletur de his, qui quotidie conuertuntur ex eis, respectu quorum dicitur,* In nouissimo dierum, *etiam si non sit in tempore circa finem mundi. Nouissimi enim dies dicuntur tempus nouæ legis, cui non succedit alia lex, vt habetur infr. Michea 4. in postil. vnde bene aspicienti hæc auctoritas plane facit contra eos.*

Falso exspectant Iudæi Messiam venturum, qui iam venit.

Dies nouissimi.

CAPUT IV.

A a Vdite verbum domini, &c. HIERON. in comment. A principio prophetiæ vsque ad hunc locum, sub meretricis descriptione & adulteræ (quarum post graues pœnas & longam relictionem postea fit restitutio in pristinum vel meliorem statum) numerantur peccata decem tribuum, vel duarum tribuum, & in commune omnium: nunc conuertitur sermo ad decem tribus, exponens Deum, non frustra iratum tam grauia comminari & inferre supplicia, ne cui videatur, non ex veritate iudicij, sed ex potentia B Dei in eos, qui non peccauerunt, iniuste illata sententia. Maxime referuntur hæc omnia ad eos, qui Christum in carne noluerunt suscipere, & ad eorum posteros.

Iustissima est Iudæorũ punitio.

† THEOD. in com. Rursus in scelera commissa accusationem instituit. Veritate inquit, & misericordia priuabimini Dei notione destituti, multũ apud vos viget mendacium, impune cædes fit, aliena expetentes, in vestram rem conuertitis; vxoribus alter alterius insidiamini. Itaque quoniam omnis terra vestra his sceleribus redundat, tantam hostium multitudinem immittam in vos, vt funditus pereant, non solum viuentes ferarum ac C volatilium more in pauperes inuadentes, & veluti quibusdam alis suo robore & potentia vtentes; verumetiam omnes alij, qui vt pisces nauigant in vitæ pelago. Tropice reptilia & volatilia potentes prædixit, pisces verò inopes homines appellauit: Cùm id fiet, terra iudicantibus & in ius vocantibus destituta erit.

Grauissimis sceleribus graues pœnas statuit Deus.

b *Cum habitat.* HIER. Id est, cum Iudæis terrena amantibus, agit dominus iudicium damnans eos, quia non est in eis ille, qui dicit, *Ego sum veritas.*

† THEOPHYLACTUS comment. in hunc locum. Dicendo, *Non est veritas, &c.* Docet qui fiat, quòd hæc desint: inde nimirum, quod non sit agnitio Dei, *Dixit enim insipiens in corde suo, non est Deus.* Fortasse aliquis è contrario opponat, quod eam ob causam non adsit cognitio & scientia Dei, quia non sit veritas neque misericordia. *Longe enim à peccatoribus abest Deus.* Nec immerito. Qui enim animæ suæ oculis multum puluerem iniecerit, eosque excæcarit, quomodo videbit lumen? Execrationem autem habet, & conuitium, & calumniam. Nam cum veritas non sit præsto, conuitium, calumnia, & mendacium adsunt. Quia verò non adsit misericordia, cædes adest, vt sanguinem sanguini misceant. Et D quia cognitio Dei abest, furtum & adulterium, præter iam commemorata flagitia, præsentia cernuntur.

Vnum vitiũ alterius est causa.

† IDEM. IBID. Qui mendaces diuitias amat, veritatem non habet: vnde neque misericordiam à Deo suscipit: Sic cruorem ad cruorem miscent hæretici qui seipsos per hæresim occidunt, aliosque occidunt ab se institutos.

Hæretici & suos sequaces perdunt.

CAPUT IV.

a Quia vult dominus cum populo suo iudicari, & aperire causas suæ indignationis, scilicet, quia, Non est veritas.

[1] Vdite verbum domini filij Israel: quia iudicium domino cũ habitatoribus terræ. Non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia domini in terra. [2] Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. [3] Propter hoc d lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat

a Veritas sine misericordia non potest sustineri: Misericordia sine veritate (alias iustitia) negligentes facit; & qui his caret, nec scientiam Dei habet, sed è contra pro veritate mendacium, & pro misericordia, maledictum & homicidium.

a Abundanter fiunt.

a Peccatum peccato, noua veteribus addunt.

a In captiuitate x. tribuum. Lugere videtur terra cum remanet inculta.

b Naturale est vt habitatore sublato, bestiæ quoque & volucres & pisces deficiant, & iram Dei etiam muta sentiant animalia, quæ in vsus hominum à creatore alebantur.

1 † CYPRIAN. lib. ad 2 Demetriadem. Merito incursantibus plagis, non desunt Dei 3 flagella, nec verbera: quæ cum isthic nihil 4 promoueant, nec ad 5 Deum singulos con- 6 uertant, manet post- 7 modum carcer æter- 8 nus, & iugis flamma, 9 nec audietur illic ro- 10 gatium gemitus, quia 11 nec hic Dei indignan- 12 tis terror auditus est: 13 qui per Prophetam 14 clamat & dicit, *Audite sermonem Domini filij Israel, quia iudicium est Domini aduersus incolas terræ, eo quod neque misericordia, neque veritas, neque agnitio Dei sit super terram, &c.*

Punitio obstinate mentium in peccatis. E

c *Et non est misericordia.* HIERONYMUS in comment. Nec pupillo nec viduæ nec ipsi Christo miserentur & in mentibus eorum non habitat scientia, Id est, fides & cognitio Dei, vel ipsa sapientia patris: *Maledictum*, ad eos pertinet qui dicebant, *Dæmonium ha. Mendacium*, ad eos qui dicebant; *Reus est mortis. Homicidium* ad eos, qui ipsum & prophetas occiderunt; *Furtum* ad eos, qui se & filios suos F Deo furantur, dicendo, *Sanguis eius super nos & super filios nostros; Adulterium*, ad immunditiam vel idololatriam refertur; *Sang. sang tetigit*, cum peccatum peccato additur: Nomine enim sanguinis peccatum signatur.

Ioan. 7.c. Matt. 26.g. Ibid. 27.c.

IBID. Habitatores terræ, Id est, non aduenæ & peregrini, sed incolæ terræ dicuntur qui ad iudicium prouocantur: Qui autem vt aduena & peregrinus pertransit mundum, ille sequitur veritatem & misericordiam, & sic scientiam Dei, ne maledictis & aliorum peccatorum inundatione obruatur.

Homines terreni.

d *Lugebit terra.* IBIDEM. Id est, amatores terræ, cum perdent ea in quibus gloriabantur carnales Iudæi. Qui infirmati sunt, comprehensi ab hostibus, qui & bestiæ fuerunt, Id est, feroces; & volucres, Id est, de meritis se efferentes; pisces, id est, in profundis vitiorum demersi, & aerem liberum non videntes.

Ve-

NICOLAUS DE LIRA.

CAPUT IV.

A Vdite verbum. *Supra Hosee prophetizauit non solum verbis, sed etiam sensibilibus factis: hic consequenter prophetizat simplicibus verbis, explicando magis præmissa: quæ sunt duo in generali, scilicet Dei iustitia in peccatorum punitione; & eius misericordia in pœnitentium susceptione. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur explicatio; secundo, explicationis promulgatio cap.* 8. *Prima in duas, quia primo explicatur Dei iustitia in punitione peccatorum; secundò, eius misericordia in reuersione eorum cap. 6. Prima in duas, quia primo explicatur iustitia erga populum indistinctè; secundo, magis distinctè cap. sequenti. Prima adhuc in duas, quia primo explicatur Dei iustitia in punitione peccatorum contra proximum; secundo in punitione peccatorum contra Deum, ibi,* Secundum multitudinem. *Circa primum dicitur,*

Dei iustitia in peccatorum punitione & misericordia in pœnitentium susceptione.

Diuisio.

1 Audite verbum, *Quod debetis intelligere,*
2 Quia iu. domino cum ha. *Id est, vult ostendere, quod iuste procedit in eorum punitione: propter quod subditur,*
3 Non est enim veritas, *Ad proximum in verbis.*
4 Et non est misericordia, *Erga pauperes in affectu cordis:*
5 Et non est scientia Dei, *Directiua in agendis,*
6 In terra; *Id est, in Iudæa.*
7 Maledictum, *Id est, detractio proximi & vituperium:*
8 Et mendacium. *Nocendo ei in verbis,*
9 Homicidium, *Inferendo nocumentum corporis.*
10 Et furtum. *In rebus possessis.*
11 Et adulterium. *In persona coniuncta, & per consequens in heredibus falsis qui per adulterium submittuntur.*
12 Inun. *Id est, vltra modum abundauerunt, sicut aqua inundantes proprias ripas exeunt.*
13 Et san. san. te. *Ex prædictis enim vitiis secuta est tanta effusio sanguinis, quod homines mutuo sanguine fœdabantur.*
14 Propter hoc lugebit terra, &c. *Id est, desolabitur; sicut è contrario dicitur ridere metaphoricè, quando floribus & fructibus repletur.*
15 Et infirma. omnis qui ha. in ea. *Non solum homines, sed etiam bestiæ & aues, quæ deseruiunt hominibus ad solatium & cibum per venationem & aucupium; & ideo eo puniuntur homines in morte eorum, quando pestilentia moriuntur.*

Sed

MORALITER.

† 1 *Audite verb. do. &c.* In hoc ca. secundum sensum litteralem ostenditur Dei iustitia in punitione Iudæorum propter multitudinem peccatorum; mystice vero per hoc significatur punitio malorum Christianorum, & primo propter peccata contra proximum, cum dicitur,

Punitio malorum Christianorum

7 *Maledictum & menda. &c.* Hæc enim peccata multum abundant inter Christianos, & maxime temporibus istis propter guerras multiplices inter ipsos.

propter peccata.

13 *Et sang. sang. teti.* Quia consanguineus consanguineam polluit per adulterium vel fornicationem; & subditur pœna cum dicitur,

14 *Propter.* Id est, homines terrenis cupiditatibus & delectationibus immersi.

† In

a *Verumtamen.* HIER. in com. Q. d. Prouocauit ad iudicium, vt scirent, non per potentiam Dei, sed propter peccata se hostibus traditos, Sed quia neglecta correctione, in sceleribus impudenter permanent, indigni sunt qui arguantur.

b *Populus enim tuus, &c.* † THEODORET. Sacerdoti reprobato, & qui ex sua dignitate excidit, similes eritis, mea prouidentia deserti; ac per multos dies in hanc meam disciplinam trademini, vna cum vestris prophetis mendacia denuntiantibus. Prophetam vocat pseudoprophetam à consuetudine, quæ apud eos inualuerat.

Propheta pro pseudopropheta.

a ¶ Subaudi infirmabitur.

in ea. In bestia agri, & in volucre cæli, sed & pisces maris con-

a ¶ Subaudis in mortem, vnde alia translatio, pisces maris deficient. b ¶ Iustus. c ¶ Iniustum.

gregabuntur. [4] Verumtamen vnusquisque non iudicet: &

a ¶ A pio. b ¶ Implus. c ¶ Quia. ¶ Quem vocabam ad iudicium.
d ¶ Sicut plebecula non obedit sacerdoti, sic populus tuus non obedit ori meo.

non arguatur vir. Populus enim tuus sicut hi qui contradi-

a ¶ Ideo. b ¶ Prius ad prophetam de x. tribubus, nunc ad ipsas loquitur. c ¶ In præsenti.

cunt sacerdoti, [5] et corrues hodie, & corruet etiam propheta

a ¶ Et tam graue erit hoc malum, quod in hac nocte, Id est, in tenebris, angustia captiuitatis, non audebit quisquam proferre malum suum coram hostibus, sed populus comprehensus silentio tabescet non audens resistere hostibus, & hoc ideo, quia non habuit scientiam legis Dei vt impleret. Et merito os quod clausum fuit à laude Dei clauditur à deflendis malis suis.

tecum. Nocte tacere feci matrem tuam. [6] Conticuit popu-

a ¶ Domini. b ¶ Domini.

lus meus, eo quod non habuerit scientiam. * Quia tu scien-

a ¶ Adorando idola, vnum in Dan, aliud in Bethel. b ¶ Scilicet vel in delubris idolorum.

tiã repulisti, repellã te ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita

a ¶ Quia. b ¶ Quæ prohibet idola adorari. c ¶ Ideo.
¶ Tradens æternæ captiuitati, nec miserebor sicut olim in deserto, qui enim ignorat, ignorabitur.
d ¶ q.d. quotquot homines habuit, tot aras extruxit hominibus.

es legis Dei tui, obliuiscar filiorũ tuorũ & ego. [7] secundũ mul-

a ¶ Contra me. b ¶ Idolum, in quo gloriabantur.

titudinem eorum sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in

c *Hodie.* HIER. in com. Non fraude vel insidiis, sed aperta luce, vt omnes sciant te pro peccatis captiuatam.

d *Et corruet etiam pro.* Seu pseudop. vel omnis gratia prophetãdi, quia ante captiuitatem x. tribuum habuerunt prophetas Eliam, & Elisæum, & alios, qui in Samaria prophetauerunt, sed post captiuitatem in x. tribubus non legitur fuisse propheta, vnde Amos qui erat de tribu Iuda, cogitur redire in patriam, ne in Samaria, quasi in alieno regno prophetaret.

Decem tribus quos prophetas habuerunt. Amos 8. c.

e *Nocte ta.* † THEOD. Docet quam matrem vocat, & assimilatus est populus meus quasi scientiam non habens. Nam cum in tenebras ignorantiæ seipsos tradidissent, vt ne exiguam quidem lucem hominis ad Dei notitiam perducentis suscipere vellent, proprie comparantur nocti tali caligine oppressi. Matrem vocat synagogam, populum vero vocat, ex hac profectos: quod etiam apud Isaiam inuenimus, *Quis est hic liber repudij matris meæ.*

De eis qui lucem veritatis repellunt. Isa. 50.

● HIER. in com. Omnia quæ dicuntur de decem tribubus possunt referri ad hæreticos, quia relinquunt regnum Dauid & Ierusalem, id est, Christum & ecclesiam, & ideo nocte cooperti tacent à laude Dei. Et quia non habent scientiam, id est, veram fidem Christi, repelluntur plerumque immatura morte à sacerdotio, ne indigni tractent corpus & sanguinem domini, & ne diu viuendo corrumpant alios doctrina vel exemplo: & qui à talibus generantur, cum ipsis æterna damnatione prementur.

De hæreticis.

f *Matrem.* Iudæa generaliter mater, singuli filij.

g *Quia tu scientiam repul. &c.* † THEODORETVS. Explicatius ostendit suam benignitatem & eorum animum ingratum.

† BERN. ser. 36. in Cantica. Non ignoro quantum ecclesiæ profuerint, & prosint litterati sui, siue ad refellendos eos, qui ex aduerso sunt, siue ad simplices instruendos. Denique legi, *Quia tu repulisti scientiam, &c.* Legi. *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti*: Sed & scio vbi legerim, *Scientia inflat.*

Dan. 12. De litteratura. 1. Cor. 8.

h *Secund. mul.* HIER. in com. Hæretici quanto plures, tanto magis delinquunt Deo, & iuxta numerum suum ampliant dogmata errorum. Quorum gloria, id est, dignitas Christianitatis, mutatur in ignominiam, quando pro peccatis præteritis in ampliora labuntur, & inde in pœnam. Qui comedunt peccata populi, dum per dulces sermones decipiunt corda, & deuorant domos viduarum, dicendo, Deus nihil aliud quærit, nisi veritatem fidei, quam si custodieritis, non curat quid agatis. Et sic subleuant animas eorum in peccatis, vt non pœniteant, sed in sceleribus gaudeant. Vnde & populus qui docetur, & sacerdos qui sic docet, pariter peribunt. Vel, sacerdotes, adulantes hominibus in peccatis, peccata eorum assumunt sibi, vnde Isa. *Popule meus qui beatum te di. &c.* Hi sacerdotes non erant de tribu Leui. sed ex quacumque tribu, dantes munera regibus decem tribuum, fiebant sacerdotes in templis idolorum.

* 38. distinc. c. omnes, de renunc. c. nisi. Quid oportet scire eũ, qui Episcopus est ordinandus. Contra solam fidem. Hæretici vel mali sacerdotes, qui demulcent capita peccatoribus. Isa. 3. a.

Secundum multitudinem, &c. † THEOPH. comment. in hunc loc. Non possum inquit, inuenire mensuram vel numerum delictorum ipsorum, vnde dico, quod quemadmodum ipsi innumerabiles sunt, astrorum instar, sic & ea quæ peccauerunt mihi sub numerum non cadunt. Ingratitudinem ipsorum hic pariter in medium confert. Sic in anima contingit, vbi vnius ducis præsidio repulso, perturbationes copiosæ factæ peccant in Deum.

Synagoga tota effusa in peccatũ.

i *Gloriam eorum, &c.* † THEOPHYLAC. Ipsi inquit, suam sibi numerositatem gloriæ ducunt, at ego bello cõsumptos eos imminuã, pau-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sed & pisces maris congregabuntur, *Hebræi dicunt* finientur, *Verbum enim Hebraicum hic positum æquiuocum est ad congregari, & finiri, & ex circumstantia litteræ videntur Hebræi melius dicere.*

2 Verumtamen vnusquisque non iudicet, &c. *Id est, nullus arguat peccatores huius populi: quia faceret frustra, ideo subditur,*

3 Populus enim tuus. *Et ostenditur eius incorrigibilitas.*

4 Et cor. ho. *Id est, cito. Et mutatur hic modus loquendi de tertia persona ad secundam.*

5 Et corruet etiam propheta. *Scilicet falsus,*

6 Tecum. *Qui te nutriuit in vitiis, adulationibus & mendaciis suis,*

7 Nocte tacere feci matrem tuam, *Id est, Ierusalem quæ de nocte capta fuit 2. Para. vlt. & sic confusa conticuit.*

8 Conticuit populus meus eo quod non habuit scientiam, *Scilicet diuinæ legis, attendens magis falsis prophetis, ideo subditur,*

9 Quia tu scientiam repulisti, *Scilicet diuinam, prophetis reuelatam.*

10 Repellam te ne sa. fun. mi. *Sacerdotes enim sanctos prophetas persequebantur, vt patet de Ierem. 26. ideo merito fuerunt partim occisi, & partim captiuati in captione Ierusalem.*

11 Et ob. es le. Dei tui. *Legis studium dimittendo & mendaciis pseudoprophetarum intendendo.*

12 Obli. fi. tu. *In necessitate eis non succurrendo.*

13 Secundum multitudinem. *Hic consequenter declaratur diuina iustitia in punitione populi de peccatis contra Deum, scilicet idololatria multiplici. Et diuiditur in duas partes, quia primo circa hoc arguitur populus decem tribuum, secundo monetur populus duarum ibi,* si fornicaris. *Circa primum dicitur,* Secundum multitudinem, *Peccata multiplicando.*

Diuisio.

14 Glo. eo. *Id est, regiam dignitatem.*

In

MORALITER.

† *In bestia.* Per quam significantur feroces, vel potius ferocitas, bestia namque dicitur quasi vastia à vastando.

Feroces.

† *Et in volucre cæli.* Per quam significantur superbi.

† *Sed & pi.* Id est, aquis voluptatum demersi.

† *Congregabuntur.* In sagena diaboli. Et bene dicuntur voluptates aquæ maris, quæ sunt amaræ. Dicit enim Boetius 2. de consolatione, *Tristes vero voluptatum esse exitus intelliget, quisquis libidinum suarum reminisci volet.* Et subditur obstinatio, cum dicitur,

Amaritudo voluptatũ carnalium.

3 *Populus enim tuus, &c. Sacerdo.* Id est, sacram scripturam danti, tales enim rebellant vera prædicanti.

7 *Nocte tacere feci, &c.* Mater peccatorum est concupiscentia, nam omne peccatum contra proximum oritur ex concupiscentia mundi, vel ex concupiscentia carnis, vel ex superbia vitæ, quæ est concupiscentia excellentiæ indebitæ: hanc autem concupiscentiam dominus tacere facit in mortis nocte.

Concupiscentia.

13 *Secundum.* Hic ostenditur Dei iustitia in punitione peccatorum, quæ sunt contra ipsum, ideo subditur, *Sic pec.* & hoc ostendit in speciali, primo quantum ad clerum, ideo subditur,

† Pec-

a ¶ Quando pro scelere hoc sacerdotes & populi captiuabantur. b ¶ Quia. ¶ Id est, oblata pro peccatis populi. c ¶ Sacerdotes, quorum est sacrificia comedere.

a ignominiam commutabo.* [8] Peccata populi mei comedent, [1]

a ¶ Quia non solum non corrigunt, sed etiam laudant & impunitatem promittunt, vnde illi ad peccandum subleuentur.

& ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum.* [9] Et [2] [3] [4]

a ¶ Quia æqualiter peccant, æqualiter punientur. b ¶ Puniam. c ¶ Sacerdotem, populum. d ¶ Mala opera.

b erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum vias eius, [5]

a ¶ Non solum pro operibus, sed etiam pro cogitationibus punientur. b ¶ Id est. Mala opera exercebunt.

& cogitationes eius reddam ei. [10] Et comedent & non satura-

a ¶ Vires fornicantium deficiunt, sed desiderium ardescit. ¶ Id est, decem tribus cum idolis Ieroboam. b ¶ Subaudit fornicari. c ¶ Non valentes duobus dominis seruire. ¶ Qui dicit: Dominum Deum tuum adorabis.

c buntur. Fornicati sunt & non cessauerunt, quoniam domi- [6] [7] [8]

a ¶ Mandata eius.

num dereliquerunt in non custodiendo: [11] fornicatio & vi- [9] [10]

d num & ebrietas auferunt cor. [11] Populus meus in ligno suo in- [11]

a ¶ Id est, diabolus, qui se in simulachris facit adorari, principium fornicationis idolorum inuentio. [12]

e f terrogauit, & baculus eius annuntiauit ei. Spiritus enim [13] [14]

☞ paucioresque reddam, & iam inde ad ignominiam transferentur. A Vel, tempus veniet, quando ignominiæ suæ opera cognoscent, eosque illorũ pudebit. Gloria eorum itidem in contumeliam alterata est, quando ipsi filij regni habiti, ducti sunt foras. Deinde, quando accepto à Deo dono male vtitur quisquam, vt opibus, vel eloquentia, ideoque relinquit eum Deus: ad ignominiam hoc illi vertitur. Hanc ad rationem sapiẽtes Græcos in reprobam mẽtem tradidit, eos deserẽs. Sic opulentus ille acrius torretur, ceu in sartagine gehennæ, propter diuitias.

Abusum suorum donorum seuere vindicat Deus. 2. q. 2. c. pastor & 5. q. 1. c. nulli. Modicum pro victu sufficere debere clericis.

a *Come.* † BERN. ser. de verbis euang. Dixit Simon Petrus ad Ies. Ecce nos reliq. B Qui per Christum in sortem ministerij intrasse videtur, quemadmodum ei seruiat, quemadmodum pascat gregem Domini sollicita secũ excussione discutiat. Indignus enim lacte & lana conuincitur, si non pascit oues. Si non vigilat in custodia gregis, iudicium sibi manducat & vescitur. Væ tibi clerice, mors in olla. Mors in ollis carniũ, mors in huiusmodi deliciis est: ob id maxime, quia populi constat esse peccata quæ comedis. Sumptus ecclesiasticos gratis habere te reputas? Cantando (vt aiunt) tibi prouenire videntur: sed bonum erat magis fodere, aut etiam mendicare. Peccata enim populi comedis: ac si propria tibi minus sufficere viderentur. Sollicitus esto tamquam redditurus rationem pro eis gemitus fundere, dignos pœnitentiæ agere fructus. Alioquin tibi, ea noueris imputanda, quę modo inter delitias comedis, & paruipendis, & dissimulas, tamquam nihil attinentia tibi.

Contra clericos, qui de bonis Ecclesiæ laute viuunt, & in nullo populo prosunt.

C † THEODORETVS in com. *Peccata populi mei comedent*, id est, metent quæ seruerunt, & suorum peccatorum fructum vindemiabunt. Quidam dicunt per hæc designari Sacerdotes, qui cum ex sacrificiis oblatis pro peccatis certam quamdam portionem secundum legem acciperent, hoc beneficio constricti, peruerse & scelerate viuentes accusare nolebant. Quamobrem offensus Dominus ait, Quoniam in sacrificiis pro peccatis oblatis delicate & dissolutè versamini, & congruam curationem labentibus non admouetis, horum delictorum pœnas dabitis, alienis gentibus ad cædem vestram traditi. Hoc docet manifestius cum adiungit,

Contra sacerdotes populi peccata non redarguentes.

b *Et erit sicut populus, sic Sacerdos.* IBID. Id est, Similiter vt populus pœnam vestri sceleris sufferetis, quia populi curationem cum recepissetis, in summa inertia vitam traducentes, omnem male habentium curam abiecistis. Nec solum pro iniquis operibus sed & cogitationibus malis pœnas sumam.

Populi peccata in sacerdotes refunduntur.

D HIERONYMVS in comment. Hæretici suo errore non saturantur, nec cessant à turpitudine suæ fornicationis, & non custodiendo legem derelinquunt Deum, insaniunt & inebriantur, & perdita mente adorant idola, quæ in corde suo finxerunt, & spiritu fornicationis possidentur. Voluptas insatiabilis est, & habita famem, non satietatem parit. Contra, *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur*, quia iustitia substantia est quæ satiat: Iniquitas nõ habet substantiam, & ideo ventres deuorãtium vacuos relinquit.

Hæretici. Voluptas insatiabilis. Matth. 5. a. Isa. 14. a. Ezech. 11. c. Iustitia & iniquitas.

c *Fornicati sunt, & non cessauerunt, &c.* E † THEOPHYLAC. Duabus in rebus populo diem dicit: quarum prior, quod scortati sint, ab ipso ad idolorum cultum deuoluti, vsque adeo vt custodirent hanc fornicationem, & permanerent in ea firmiter. Posterior, quod ebrietatibus sese dediderint, quod est, ad nullas non delitias sint effusi. Feruntur hæc quoque de Iudæorum sacerdotibus, siue iis qui tum duxère spiritum, siue de his qui post Christum vixère, quod ipsi doctores existentes, populi fornicationem custodiebant, quam eradicatam deletamque oportuit. Temulentia est impetus seu furor animi, ebrietas est mœror. Hoc affectu languens omnes mortales metuit, qualis & ambitiosus est, qui vel à vilissimo quoque vix tribus obolis valente, reprehensionem horret.

Duo, quæ in Israel redarguit Dominus.

d *Et vinum & ebrietas aufe. cor.* HIERON. Sicut ebrietas vini peruertit mentem bibentis, ita fornicatio corporalis vel spiritualis de rationali homine quasi brutum animal efficit, vt lupanaria sectentur, F & ligna & lapides quasi Deum adorent, vnde quasi admirans subditur propheta,

Fornicationis malum.

e *Populus meus.* IBIDEM. Qui quondam nomine meo vocabatur.

f *In ligno suo interrogauit, &c.* HIERONYMVS IBID. Id est, genus erat diuinationis quod fiebat in ligno & baculo, quo futurorum captabantur auguria. Vnde in Ezechiele legitur, quod pergens Nabuchodonosor contra Amon & Ierusalem, inter ceteras diuinationes commiscuerit sagittas, & exierit virga contra Ierusalem: Forte sic isti quæsierunt quid vtilius esset, Deum an idolum colere? vnde iusto iudicio Dei per responsionem baculi seducti sunt à diabolo, vnde sequitur, *Spiritus enim fornicationum decepit eos.*

Diuinatio per lignum & baculum.

☞ Super

NICOLAVS DE LIRA.

☙ 1 In ignominiam commutabo, *Regem cum populo captiuando.*

2 Peccata populi mei comedent, *Scilicet idolorum sacerdotes, quia recipiebant oblationes factas pro peccatis. Vel potius, quia ex populi idololatria, ex qua consequebantur quæstum, sustentabantur.*

3 Et ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum, *Inducendo eos ad idololatrandum ad maiorem quæstum consequendum.*

4 Et erit sicut populus sic sacer. *Id est, similes in punitione: ideo subditur.*

5 Et visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. *Scilicet pœnam debitam inferendo.*

6 Fornicati sunt. *Idololatrando.*

7 Et non cessauerunt. *Idololatriam continuando:*

8 Quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo, *scilicet legem eius. Cuius causa subditur,*

9 Fornicatio. *Scilicet corporalis & spiritualis.*

10 Et vinum, & ebrietas auferunt cor. *Ista enim auertunt intellectum & voluntatem à studio legis diuinæ.*

11 Populus meus in ligno suo, *Id est, in idolo ligneo,*

12 Interrogauit. *Euentum de futuris,*

13 Et baculus eius annuntiauit ei. *Erat enim quidam diuinandi modus per proiectionem baculi. Et omnia ista & similia ad idololatriam & superstitionem pertinent, ideo sequitur,*

14 Spiritus enim fornicationum decepit eos, *Id est, malignus spiritus tentans de idololatria, & pertinentibus ad eam.*

☙ Su-

MORALITER.

† 2 *Peccata populi mei comedent.* Quod faciunt palliantes peccata diuitum pro quæstu, & similiter dicentes peccata purgari oblationibus, sine alio satisfactionis actu, & ideo subditur,

4 *Et erit sicut populus, &c.* Scilicet condemnabilis ante Deum, eiusque sanctos. Secundo quantum ad populum vulgarem, cum dicitur,

11 *Populus meus in ligno suo interrog.* Isti sunt recurrentes ad sortilegos, per lignum & baculum designatos, quia sicut in ligno sicco, vel baculo, non est aliqua virtus germinandi, sic nec in sortilegis occulta reuelandi.

Sortilegi.

14 *Spiritus enim fornicationum decepit eos.* Id est, diabolus de idololatria tentans. Talia namque pertinent ad idololatriam.

† Super

a *Super cap.* HIER. lib. I. comment. In lege præcipitur, vt in loco, quem dominus elegerit, sacrificetur; & iuxta templum lucus & arbores non plantentur, nec voluptuosa loca religionem emolliant: E contra Israel excelsum relinquens Deum, in excelsis locis diligebat sacrificare; & quia perdiderat veritatem, quærebat vmbram, vnde in libris Reg. legitur; *Verumtamen excelsa non abstulit, quia adhuc populus immolabat in excelsis.*

IBID. Hæretici sublimitatem dogmatum sibi repromittunt, & sacrificant sub. quær. & po. & te. arbores. s. infructuosas, quia ficum & vineam non habent, sub quibus sanctus requiescere dicitur.

b *Ideo fornicab. &c.* † THEOPHYLACT. Captiuæ filiæ vestiæ, vxoresque filiorum vestrorum; captiuantium iniuriæ exponetur: egoque non visitabo ipsas, hoc est, deseram & permittam eas talia pati; visitat & alia ratione peccantes Deus, quando eorum miseretur, impediens ipsorum ad vitia impetuosum iter, iuxta illud, *Visitabo in virga peccata eorum, &c.* Quem diligit castigat tamquam filium.

HIER. vbi supr. Filiæ & sponsæ hæreticorum, sunt animæ quas errore genuerunt, & suis dogmatibus desponsauerunt. Huiusmodi indigni sunt correctione Dei, quoniam omnis cultus eorum fornicatio est, & turpes turpibus commiscentur; ideo vapulabunt, vt aliquando per plagas intelligant, quoniam reliquerunt Deum.

c *Non vi.* HIERON. IBID. Vt qui aliter intelligere non vultis, ex dolore & opprobrio vestro intelligatis dolorē & iniuriā Dei, cuius vxor & filij esse debuistis: qui intantum in vestro peccato irascitur, vt nec peccantes arguat, nec non per extremam captiuitatem puniat grandis miseria, vt quia desperatur emendatio, non adhibeatur correctio. Quæ colebant Beelphegor, quem Priapum possumus dicere ob magnitudinem obscœni membri, vnde dicitur quod, *Asa fecit rectum in conspectu domini, & abstulit effeminatum, & amouit matrem suam Maacham, ne esset princeps in sacrificiis Priapi.*

d *Et cum effeminatis.* IBID. Effeminati sunt sacerdotes in antris, non deorum, sed dæmonum: qui galli dicuntur, quia de hac gente captos Romani effeminabant, vt qui Romam ceperant hac ignominia ferirentur.

e *Si fornicaris.* HIER. IBID. Si decem tribus cum meretricibus idola colunt, ita vt quicumque impleret manum suam, vel offerendo, vel regi munera dando, fieret idolorum sacerdos: saltem tu Iuda, qui possides Ierusalem, & ex lege habes sacerdotes, leuitas & ceremonias templi, ne idola colas cum domino.

IBID. ALLEGORICE. Si tu hæretice fornicaris; *saltem Iuda*, id est, ecclesia, non fornicetur, & *ne ingrediatur Galgal*, id est hæreticorum conciliabula, vbi peccata omnium reuelantur (*Galgal* enim, reuelatio, vel volutabrum interpretatur) & ad instar porcorum volutantur in cœno vitiorum. *Et ne ascendas in Bethauen*, id est, ad superbas falsorum dogmatum factiones: Non est enim domus Dei sed domus idoli; Nec iuret per nomen Christi, cuius maiestatem de Deo male sentiens polluit. Sicut enim vacca percussa asilo, percussi sunt hæretici ardentibus diaboli sagittis, & legis notitiam reliquerunt: ideo pascentur in lata via, quę ducit ad mortem, & patientia boni pastoris eos ad mortem nutrit.

f *Galgala.* IBID. Locus in quo Saul in regem vnctus, vbi & populus de deserto veniens primum castrametatus est, secunda circumcisione purgatus. Ex quo tempore aduersæ religionis in loco celebri error inoleuit.

† THEOPH. *Galgala* ciuitas erat vehementer idolis studens, in qua Iosue circumcidit lapideis cultris Hebræos, ac duodecim lapides ex Iordane acceptos huc reposuit, vt essent memoriale tam admirandi beneficij. Valde igitur absurdum erat, ciuitatem illam, in qua tot diuini beneficij signa reposita erant, impietatis metropolim demonstrari per ascensum eo, idolisque sacrificantes.

g *Ne ascende. in Betha.* HIER. supra. Quæ quondam Bethel dicebatur, sed postquam aurei vituli à Ieroboam ibi sunt positi, nō domus Dei, sed domus inutilis, & domus idoli dicitur. Forsitan & populus Israel ideo in solitudine fecit sibi caput vituli, quod coleret; & Ieroboam vitulos aureos: vt seruarent in sua superstitione quod didicerant apud Ægyptios, qui sub figura boum deos colunt.

h *Quoniam sicut vacca, &c.* † THEOPHYLACTVS. Oestrum paruæ cuiusdam muscæ species est, quæ simul atque vitulam momorderit, adeo eam in rabiem adigit, vt sursum ac deorsum cursitans interdum per præcipitium feratur, dicit igitur ad Iudam, Quo-

Marginalia: Excelsa. — B — Visitatio Dei duplex. — Decepti per hæreticos. — C — Priapus. — 3. Reg. 15. b. — Effeminati. — D — Exhortatio ad fideles ne post hæreses & peccata declinent. — E — F — 1. Reg. 10. c. Iosue 5. b. 1. Reg. 11. g. — Galgala metropolis impietatis, cū tamen multa haberet memorialia religionis. — Bethauen. — Cur Israel fingeret Deos suos in formam vitulorum seu boum? Oestrum.

Textus:

a fornicationum decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. [13] Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiama: subtus quercum & populum & terebinthū, b quia bona erat vmbra eius. Ideo fornicabuntur filiæ vestræ c & sponsæ vestræ adulteræ erunt. [14] Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, et super sponsas vestras, cum adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersa- d bantur, & cum effeminatis sacrificabant. Et non intel- e ligens populus vapulabit. [15] Si fornicaris tu Israel, non f delinquat saltem Iuda. Et nolite ingredi in Galgala, & ne g ascenderitis in Bethauen, neque iuraueritis, viuit dominus. h [16] Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israel.

Interlinear glosses: a ¶ Per idololatriam recesserunt. — ¶ In amœnis locis. — ¶ Subaudis, sacrificabant. — ¶ Id est placebat exequendis voluptatibus. — b ¶ Quia fornicati estis à Deo. — a ¶ Quia vos filij mei fornicati: & quod mihi patri, & sponso fecistis, in vxoribus & in filiabus patiemini. — a ¶ Vos sponsa mea. — a ¶ Quid turpius, quam viros cultui meretricum copulari, & cum abscisis immolari hostias suæ libidini. — b ¶ Deum vel peccatum suum. — a ¶ Per captiuitatem, vel plagis afflictus, per dolorem recipiat disciplinam. — ¶ Tamen. — a ¶ Vt ibi adoretis idola. — a ¶ Ne per os vestrum, (quod pollutum est) recordatione idolorum, fiat mentio nominis mei. — a ¶ Abiiciens iugum; sic 10. tribus à iugo legis recesserunt & dæmoniaco spiritu agitatæ latam arripuerunt viam quæ ducit ad mortem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Super capita montium sacrificabant, *In talibus locis arduis & vmbrosis idololatriam exercebant.*
2 Et populum. *Nomen est arboris vmbram magnam facientis.*
3 Ideo fornicabuntur filiæ vestræ, *Id est, permittentur sic decipi, & iuste ad vestram punitionem.*
4 Non visitabo super filias vestras, &c. *Impediendo eas à malis suis per punitionem. Cuius causa subditur,*
5 Quoniam ipsi. *Id est, patres eorum & mariti,*
6 Cum meretricibus conuersabantur, *In fornicando & adulterando corporaliter.*
7 Et cum effeminatis, *Id est, cultoribus idolorum eunuchizatis. Eunuchi enim, sicut virgines deputabantur ad cultum Deæ Vesthæ.*
8 Sacrificabant. *Fornicando spiritualiter.*
9 Et populus non intelligens, *Id est, intelligere nolens, quod ista sunt pessima,*
10 Vapulabit, *Id est, verberabitur plagis à Deo immissis.*
11 Si fornicaris, *Hic monetur duarum tribuum populus talia cauere, cum dicitur,* Si fornic. tu Israel. *Ponitur hic si pro quia, vt patet per prædicta.*
12 Non delinquat saltem Iuda, *Quia habebat templum Dei in Ierusalē.*
13 Et nolite ingr. in Galgala, &c. *Locus est vbi Iosue circumcidit filios Israel, vt habetur Iosue 5. propter quod locus venerabilior reputabatur propter quod idololatræ postea ibi posuerunt idola.*
14 Et ne ascen. in Betha. *Ibi enim positus fuit vnus de vitulis aureis Ieroboam.*
15 Neque iura. &c. *Applicando idolis modum iurandi per Deum.*
16 Quoniam sicut vacca lasciuiens, *Quæ rumpit iugum,*
17 Declinauit Israel. *A iugo legis diuinæ.*

Nunc

Marginalia: Sacerdotes Vestæ Eunuchi erant.

MORALITER.

† 1 *Super capi. mon. &c.* Per montes & colles significantur mundi potentes, quibus adulatores sacrificant, quando diuinos honores eis exhibent: sicut legitur 2. Parali. 24. de Ioas rege Iuda.

† *Subtus quer.* Per istas arbores frondosas & vmbrosas, significantur habentes diuitias, quæ transeunt sicut vmbræ. Sap. 5. d. *Diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia velut vmbra.* Istis arboribus diuinos honores impendunt cupidi pro quæstu temporali. De hoc habetur exemplum Act. 12. de Herode Agrippa, cui populus acclamauit, *voces Dei & non hominis*; eo quod alerentur regiones eorum ab illo, vt dicitur ibidem.

Marginalia: De eis qui adulantur potentibus. — De auaritia, quæ est idolorum seruitus.

Quoniam Ephraim, siue decem tribus, vitulæ deuianti similes sunt, eo quod æstu idololatriæ sint morsæ. At enim dominus tradens eum in captiuitatem pascet ipsum, non amplius veluti inobedientem, sed tamquam agnum mansuetissimum. Namque captiuitas humiliabit eum. Anima quoque vbi ad præcipitium peccati delata fuerit, lapsa præciditur vt se dominus regat, veluti agnum, qui non litiget neque vociferetur nec propriam voluntatem habeat.

a Nunc pascet eos dominus quasi agnum in latitudine.

a ¶ Quia. ¶ Factus est. a ¶ Ergo. ¶ O Iuda. b ¶ Impietatem eius. c ¶ Quia. ¶ A tuo conuiuio.

b c [17] Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum. [18] Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. [19] Ligauit eum spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificiis suis.

a ¶ Cultus, religio, cibus. b ¶ Idolis & dæmonibus. Immolabat primum vitulis Ieroboam, postea idolis omnium gentium.

a ¶ Idolorum. b ¶ Rationis. c ¶ Israelis.

4. Reg. 17. a. a *Nunc pascet, &c.* HIER. lib. 1. com. Id est, nō multo post: sed dum spiritus reget artus prophetantium, ducentur ab Assyriis in captiuitatem, & in latitudinem terræ Medorum dispersi, longo tempore ibi morabuntur.

Idololatria Iudæ. b *Part. idol.* THEOPH. Ad Iudam hæc adhuc videtur dicere quoniam particeps est factus idolorum, vaccas adorans quæ offendicula ipsi fuerunt, animorumque retia. Chananæos quoque æmulatus est, idolo ipsorum Beelphegor inseruiens, hinc ignominiam habuit. Qui diligit ignominiam proximi, videat quibusnam idolorum participibus coniunctus sit, aliaque id genus, quæ in medium promit vates.

HIER. supra. Ideo nomine Ephraim decem tribus temperantur: quia de illa tribu fuit Ieroboam, qui primus vitulos aureos, vnum in Bethel, alterum in Dan constituit.

3. Reg. 12. g. c *Dimit.* HIER. IBID. Hortatur propheta ecclesiasticum virum, vt contemnat hæreticum, qui amicus est dæmonum: & fructiferam suæ doctrinæ vbertatem promittit: cuius sacrificia ab ecclesia *separata sunt*, dum non recte colebat mysterium corporis & sanguinis Christi, & ideo varios errores & immunditiam sequitur; Et *affert ignominiam*, id est, superfluas traditiones; & *ligat* eum diabolus, ne valeat stabilis manere, sed omni vento doctrinæ circumferatur, & confundetur, scilicet, quia retributio eius erit luctus. Hæretici.

d *Prote.* IBID. Reges, qui populum erudire & defendere debuerunt inducunt ad idololatriam: & tam reges quàm populum, immundus spiritus ligat, nec libere volitare patitur sed in obumbrationibus errorum excæcat, & ideo confundentur, cum fuerint capti ab hostibus, intelligentes pœnam pro idololatria illatam.

e *Ligauit eum, &c.* † THEOP. Vt aues motu alarum quodam sonitu aera dissecant, sic ipsa synagoga decem tribuum, ceu alata, in alienam terram captiua abducetur, mea ira ipsam eo impellente ac trahente, veluti quodam turbine, eo quod idolis sacra fecerit. Vel sic. O Iuda, tu causa es decem tribuum regno, cur ad idolorum cultum deflexerit: Nam vbi te conspexisset idola colentem, qui templo assidebas, celerior & ipsa ad idola cucurrit. Hac ratione Iudæorum doctores ad eos respicientes, proselytos faciebant filios gehennæ, quod necessum est obseruare; postquam qui offenderit vnum ex minimis, prodest ei *vt ex eius collo mola asinaria suspendatur*, &c. Habet & anima duas alas, naturalem legem & doctrinalem, per quas mota ad honestum, sursum ad cælum fertur. Iudas suo exemplo confirmat Israelem in idololatria. Matth. 18.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunc pascet eos dom. quasi agnum. *Quando enim agnus debet occidi, lautius pascitur. Et per hoc designatur, quod decem tribus cito essent gladio tradendæ.*
2 Particeps idolorum Ephraim, *Id est, deditus idololatriæ.*
3 Dimitte eum, *Tu Iuda, ne consortio eius corrumparis.*
4 Separa. est. *Id est, excommunicatum.*
5 Dilexerunt afferre ignominiam, *Id est, idololatriam.*
6 Protector. eius. *Id est, reges & sacerdotes.*
7 Ligauit eum spiritus. *Scilicet malignus.*
8 In alis suis. *Id est, in intellectu per obstinationem, in affectu per executionem.*
9 Et con. *Id est, propter sacrificia sua idolis & dæmonibus oblata.*

CAP. V.

a *Audite sacerdot.* † THEOPHY. Quia in superioribus accusauit populum, & vanos sacerdotes regiamq; tribum per Ephraim: nunc iterum omnes veluti sopitos excitat & expergefacit ad audiēdum. Ad vos inquit est iudicium, hoc est, ad vos pertinet hæc increpatio & reprehensio, quam facio. Quale autem hoc iudicium est? Quod prophetis meis omnes vos facti estis laqueus, quippe quibus laqueum meditabamini. Ipsi velut speculatores fuerūt annuntiantes ventura populo, & quemadmodum venatores retia expandunt super per Itabyriam (mons est Galilææ syluosus, vnde & omnis generis feras venatoribus præstat) sic & vos insidias vestras contra prophetas statuentes, mactatis eos. Audiamus & qui animas perdimus, cuius rete simus: Nec enim Dei, etiam si in specula stemus. Propheta contra populum insidias prophetis Dei struentem. Ezech. 3. Mons Itabyria.

CAPVT V.

a ¶ Aure corporis. ¶ Mentis intellectū retinete.

a [1] Audite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel & domus regis auscultate, quia vobis iudicium est. Quoniam laqueus facti estis speculationi & sicut

a ¶ Iusto iudicio agit Deus vobiscum, dum pro peccato hostibus tradit.

a ¶ Vos, quos posui prouisores populi, vt errantes regeretis, facti estis laqueus captiuitatis & interfectionis, vt vestro exemplo & doctrina mortem irritetis.

HIER. li. 1. com. *Sacerdotes.* qui nō de tribu Leui, sed qui à populo ita vocabantur, & reges eorū, & subiectū populū, omnes nullo excepto vocat ad iudicium, vt simul omnes audiant, cur tradantur inimicis.

IBID. Iuxta Tropologiam accusatur populus, ne se excuset per hoc

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT V.

Audite hoc sacerdo. &c. *Hic consequenter declaratur diuina iustitia in punitione peccatorum magis distincte: & diuiditur in duas partes, Quia primo declaratur culpa; secundo determinatur pœna, ibi,* Et respondebit. *Circa primum exprimuntur distincti status populi cum dicitur,* Diuisio.
1 Audite hoc sac. *Qui debebant præesse in spiritualibus,*
2 Et atten. do. Isr. *Qua tenebatur Deo vero seruire ex legis susceptione.*
3 Et dom. regis. *Quæ per potentiam debebat mala cohibere.*
4 Quia vo. iu. est. *Id est, condemnatio iusta: & subditur causa,*
5 Quo. la. fa. e. spe. *Id est, animabus quæ deberent per contemplationem in Deum eleuari.*
6 Et si. *Ibi enim reges Israel ponebant custodiam militum ad capiendum illos, qui ibant in Ierusalem ex deuotione ad offerendum.*

MORALITER.

1 *Audite hoc sacerd. &c.* Istud cap. litteraliter intelligitur de sacerdotibus & principibus qui temporibus Hoseæ fuerunt. Mystice vero potest exponi de sacerdotibus Iudæorum & Romanis principibus qui fuerunt Christi temporibus & Apostolorum, qui conati sunt extinguere Christi fidem, vt patet in Actibus apostolorum, & in gestis Imperatorum; propter quod eis dicitur, Sacerdotes Iudæorum & principes Romanorum.
4 *Vobis iudicium est*, Scilicet, Dei, ad vestram condemnationem.
5 *Quoniam laque. facti estis spe.* Id est, legi nouæ quæ docet cælestia speculari. qui nomen Christianū extinguere conabantur.
6 *Et sicut rete expansum super montem Thabor.* Qui interpretatur *lux veniens*, propter quod significat nouum testamentum, de quo dicitur, Rom. 13. d. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.*

☞ hoc quod inductus sit à regibus & sacerdotibus quos hæreticorum principes intelligimus, Principes etiam accusantur, quod positi speculatores ad errorem illaqueent, & in pulchro monte (qui interpretatur *veniens lumen*) ponunt insidias, vt trahant in profundum ad immolandum dæmonibus, & victimas in barathrum declinant, ne decepti ad ecclesiam quandoque respirent. Secundum quosdã Thabor lacus est, id est, cisterna dicitur, & hæretici lacum fodiunt in quem incidunt.

Populus & Principes inuicem accusantes. *Thabor.* *Thabor mons.*

a *Super Thabor &c.* HIER. lib. 1. com. Thabor mons est in Galilæa rotundus & sublimis, in quo aues laqueis solebant capi.

b *Et victi.* IBID. Vt nullus ageret pœnitentiam, nec occisus eleuaret caput. Siquidem reges & sacerdotes ire populũ ad templum Ierusalem prohibuerant.

c *Et ego eruditor om.* † THEOP. Quia tales fuistis, castigationem vobis inducam, captiuitatem nimirum, cum eximiis vestris: quos per Ephraim intellexit; cum omni populo, quos per Israelem signauit. Noui enim opera ipsorum, eò quod eos non ita à me constituerim, vt longè ab illis absim, nec in eos intuear, verum enim Deus appropinquans ego sum. Forsan quod omnis castigatio Dei ex dilectione fiat, *noui* pro *dilexi*, hoc loco positum est, perinde ac si dicat: *Ego castigo eos eo quod dilexerim, &c.* Quis ergo non amore prosequatur talem præceptorem, non indignatione quadam & furore castigantem, sed charitate? Hæc doctrinæ loco esse debent cuique principum, vt suos non ad iracundiam puniat, verum ad castigationem & commoditatem.

Principes Deum imitari debent in puniendis peccatoribus.

d *Ego scio Ephraim* HIER. supra. Nomine Ephraim, Ieroboam signat, & omnes reges qui eum dignitate & scelere secuti populum deceperunt: Nomine Israel, decem tribus deceptas. Q. Ego creaui reges & subiectum pópulũ, & super opera mea semper intueor, ne desperent, sed pœniteant.

Ego scio Ephraim, & Israel non, &c. HIER. IBID. Principes peruersorum dogmatum. i. hæreticos, & subiectũ populum scit dominus: non quod approbet, sed quia non possunt latere eum cogitationes vel opera eorum; quia non cogitant de pœnitentia, sed vt in peius proficiant, quia spiritus per quem fornicantur in ecclesia, & à vero matrimonio recedunt, aufert cognitionem Dei à cordibus eorum.

Nouit Deus hæreticos, quamuis ipsi eum vicissim non cognoscăt.

e *Non dab.* † THEOPHYLACTVS. Deliberatoria per hæc, adeoque voluntaria ipsorum demonstratur vitiositas. Non enim dederunt, inquit, cogitationes suas omninò ad veram Dei cognitionem, quandoquidem spiritum fornicationis cum idololatricæ, tum corporalis in sese receperint, eamque ob causam dominum non agnouerint. *Quæ enim communicatio lucis ad tenebras?* Quomodo *duobus* quispiam *dominis inseruire* potest? Ita & in rebus animarum fit: Non potest illic adesse affectus miserans, pauperibus impertiens aliquid, & diuitiarum amor, seu voluptas, & temperãtia; seu animus fastuosus, & spiritus humilia respiciens; seu veritas, & studium quo hominibus placeamus.

Non possunt in vna mente residere virtus & vitium illi oppositum.

a rete expansum super Thabor: [1] & victimas declinastis b in profundum. Et ego eruditor omnium eorum.[2] Ego scio c Ephraim, & Israel nõ est absconditus à me. Quia nũc fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel.[4] Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorum: & dominum non cognouerunt.[5] Et respondebit arrogantia Israel in faciẽ eius, & Israel & Ephraim ruent in iniquitate sua. Ruet etiã Iudas cũ eis.[6] In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quæren-

a ¶ Quamuis ita omnes & principes & populi, deliquistis: non tamen puteris vos penitus à me abiectos, quia adhuc nolo vos perdere, sed docere quid agere debeatis.
a ¶ Id est, in præsenti tempore reges cœperunt à Deo recedere, adorando vitulos aureos, & fornicante rege, populus secutus est pari studio, & ideo pari pœna dignus.
¶ Et hoc scio.
a ¶ Qui eos excæcat.
a ¶ Vt vel sic cogantur redire ad Deum. b ¶ Quia superbè agunt contra Deum colendo idola. ¶ Sed non impunè quia. c ¶ Ne sit impunitus.
a ¶ Populus. b ¶ Princeps. c ¶ Qui exaltabantur.
d ¶ Nec tantum 10. tribus & principes eorum captiuabuntur, sed etiam duæ sequentes scelera eorum, pariter infirmabuntur.
¶ In hostiis maiorum & minorum animalium. Hoc factum est, quando pressi ab hostibus placare Deum intendebant, sera moti pœnitentia, sed non vera. a ¶ Non tantum Israel & Ephraim, sed & Iudas.

HIER. Supra. Obstinati in malo non cogitabunt reuerti ad Deum suum, vt pœniteant; sed, quod malè cogitauerunt, perficient: & hoc ideò, quia spiritus malignus incentor vitiorum, vel idololatriæ est in cordibus eorum, nec sinit reuerti, & ideo obliti sunt creatoris sui, ne eum, sicut decet, adorent.

f *Et respondebit.* † THEOPHYL. Iniuriam, Dei contemptum appellat, & ab ipso defectionem, quæ captiuis quadamtenus obtigit; vel arrogantiam, qua laborabant rerum abundantia luxuriantes. Apertè itaque videbunt qualisnam sit impietatis fructus & superbiæ. Hoc enim indicat quod ait, *in faciem eius.* Iniuria est nec minima Israeli idolorum seruitus. Quid enim vanius, quam hominem ratione præditum, ligna, vel lapides Dei loco colere? Porrò animæ diuinis bonis cum iniuria vtenti, deiectio prodest, maximè si in faciem eius fiat, hoc est, si humiliationis suæ causam simul cernat, ac sensu quodam eam percipiat.

Bonum est aliquando humiliari.

HIERONYMVS suprà. Hæretici superbiam habent quasi matrem suæ iniquitatis, quia semper se iactant scire altiora, & in ecclesiæ contumeliam semper debacchantur: sed arrogantia & populi & magistrorum pariter corruet. Iudas quoque, id est, vir ecclesiasticus, qui corpore, non mente in ecclesia versatur, & cum hæreticis eumdem errorem tenet, frustra nomen ecclesiasticum confitetur, quia cum hæreticis punietur.

Superbia & arrogantia hæreticorũ.

g *Ruet etiam.* In his verbis notatur, quod etiam duæ tribus iam idola colerent.

h *In gregibus suis & in ar.* † THEOPHYLACTVS. In periculis & calamitatibus constituti, conabuntur victimis me placare

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vi. de. in pro. *Cogentes offerre idolis, quæ sunt domino offerenda.*
2 Et ego eru. *Cognitor & ostensor omnium eorum.*
3 Ego scio Ephraim. *Id est, malitiam eius. Et nominatur hic & in pluribus locis, & maximè in hoc propheta, regnum decem tribuum, Ephraim, eò quod Ieroboam primus rex fuit de illa tribu.*

Regnũ 10. tribuum Ephraim vocatum.

4 Et Israel non est. *Repetitio est eiusdem sub alio nomine ad maiorem assertionem.*
5 Non dabunt cogi. suas, vt reuer. *Quia sunt obstinati per deceptionem diaboli; ideo sequitur,*
6 Quia spiritus fornica. *Id est, diabolus de idololatria tentans,*
7 In medio eorum, *Est, tamquam eos possidens.*
8 Et responde. *Hic consequenter denuntiatur pœna: & primò simpliciter; secundò magis solemniter, ibi,* Clangite. *Circa primum dicitur,* Et respondebit arrogantia Israel in facie eius, *Per pœnam debitam à Deo illatam.*
9 Et Israel & Ephraim ruent, *Id est, rex & populus.*
10 Ruet etiam Iudas cum eis, *Id est, simili pœnâ punietur; non tamen eodem tempore, quia regnum Israel fuit captiuatum primò, scilicet tempore Hoseæ, & regnum Iudæ postea tempore Sedechiæ.*
11 In gregibus suis, *Qui sunt de ouibus & capris:*
12 Et in armentis suis, *Id est, bobus & vaccis.*
13 Vadent ad quærendum dominum, *Offerẽdo sacrificia de istis animalibus imminente hora suæ captionis.*

MORALITER.

† 1 *Et victimas.* Per victimas veteris testamenti significatur Eucharistia, quæ est victima noui; & potest dici victimæ in plurali, quia virtutem continet cuiuslibet sacrificij; & istæ victimæ *declinatæ fuerunt in profundum* per prædictos, quia propter acerbitatem persecutionis eorum, Christiani non audebant Eucharistiam offerre, nisi in cryptis martyrum, & in aliis locis occultis.

Fideles primitiuæ ecclesiæ in cryptis celebrare coacti.

2 *Et ego eruditor omnium eorum.* Id est, cognitor ad vindicandum: quia sunt in malis obstinati; propter quod sequitur,
5 *Non dabunt, &c.* Multo namque tempore steterunt in persecutione Christianorum; Et subditur causa,
6 *Quia spiritus for.* Id est, idololatriæ,
7 *In medio eorum,* Nam propter idola persequebantur Christum,
11 *In gregibus, &c.* Hic remouetur eorum falsum remedium, nam in morte Christi sacrificia legis, in quibus Iudæi sperabant † sal-

De sacrificiis legalibus Iudæorum, & de victimis paganorum.

care sibi, at non inuenient me. Deflexi enim ab ipsis, quod priores ipsi me deseruerint. Sacrificantibus autem ipsis non apparuit, quod non ex toto animo, sed frigidè id faciebant: lex verò ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente diligere Deum præcipit.

HIER. lib. 1. com. Numquid manducabit carnes taurorum aut san. &c. Et iterum *Non accipiam de domo tua vitulos.*

HIER. IBID. ALLEG. Hæretici putant, quod in multitudine sacrificiorum placet Deum; & Iudas, id est, ecclesiastici, quòd faciendo eleemosynas peccata redimant, in quibus permaneant: cum sacrificium præterita, nō præsentia delere soleat: ideò non inueniunt Deum, qui à talibus aufertur. *Præuaricantur* autem quando Dei præcepta negligunt; *alienos filios generant*, cùm opera faciunt diaboli: ideo quotidie, & sigillatim *cum suis partibus* hoc est malis quæ egerunt, ad æternam damnationem properant.

(Marginalia: Psal. 49. b. — Ibidem. — Hæreticis sacrificia & malis Catholicis nihil prosunt eleemosynæ.)

a ¶ Quem præuaricatione offenderunt, hostiis placare nituntur. b ¶ Tamen. c ¶ Placabilem. d ¶ Recedentibus ipse secessit.

dum dominum, et non inuenient. Ablatus est ab eis.[1] In domino præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt. Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis.[2] Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: Vlulate in Bethauen, post tergum tuum Beniamin.[3] Ephraim in desolatione erit. In die correptionis in tribubus Israel ostendi fidē.[10] Facti sunt principes

a ¶ Non Deo sed dæmonibus. b ¶ In errore idolorum, vel quos per ignem ducentes idolis consecrauerunt. c ¶ Et ideo. ¶ Cito.
¶ Prius solebant longè post futura prædicere, sed nunc veniet Assyrius & Chaldæus, & per singulos mēses deuorabunt eos cum suis partibus, id est, possessionibus quas in diuisione terræ ad mensuram funiculi susceperūt.
¶ LXX. super colles.
a ¶ Vbi vitulus aureus, pro cuius adoratione modo captiuabuntur. b ¶ Quæ est. c ¶ Vbi finitur tribus Beniamin, & incipit tribus Ephraim.
a ¶ Vlulate, quia Ephr. ¶ Tam domus regia, quam decem tribus. b ¶ Captiuitate.
a ¶ Afflictionis per quam corrigi possunt.
b ¶ Id est, verba quæ de eis prophetata sunt, ipso actu ostendam esse fidelia.

a *Quia fili. ali.* IBID. Alij dicunt: Quia vxores alienigenas duxerunt: sicut in Esdra legitur, *Et filios genuerunt*, quos postea repudiare compulsi sunt.

b *Nunc de.* HIER. IBID. Legimus in libro Reg. & Paral. quia sub rege Phacee qui regnabat in decem tribubus, venit Teglatphalnasar rex Assyriorum, & magnam partem populi Samariæ transtulit in Assyrios, secundo anno primæ Olympiadis apud Græcos, nondum Roma condita, Albæ. 20. anno imperabat Amulius, quem Romulus regno expulit.

c *In Gabaa.* † THEOD. in com. Scitè ridet, & pulchrè ludit idolorum infirmitatem. Plangite, inquit, excitate in auxilium eos, quibus honorem habetis: cessare faciant castigationes quas vobis infero. Comprehēdite editissimos colles, in quibus omni cultu idola curastis: impartiant vobis temporibus necessariis suum subsidiū.

† THEOPHYL. Beniamin appellat duarum tribuum regnum, quod multis in locis Iudam vocat. Ait ergo, quod Hierosolymitani defecerunt, hoc est è medio sublati sunt, vt qui & ipsi impiè egerint. Etenim Astartæ deæ sacrificabant in excelsis, & solem adorabant, vt Ezechiel testatur.

HIER. lib. 2. com. *Gabaa* collis interpretatur, *Rama* excelsa. Hæ duæ ciuitates sunt in tribu Beniamin sibi vicinæ. In Gabaa natus est Saul Rama, in 7. milliario ab Ierusalem, quam rex Israel occupare voluit, vt exitum & introitum clauderet tribui Iudæ. Bethauen, quæ quondam Bethel, est in tribu Ephraim, vbi erat vitulus aureus. Monet autem, vt destructionem tam decem tribuum quam duarum, non humili voce defleant, sed omnibus, qui in circumitu eius sunt, magno vlulatu annuntient. In Gabaa ergo, id est, super colles; & Rama, id est, in excelso, monet nuntiari buccina pastorum, quæ fit ex recuruo cornu animalis, & tuba, quæ fit ex ære vel argento, in vsus bellorum & solemnitatum.

(Marginalia: 1. Esd. 10. c. — 4. Reg. 15. f. 2. Par. 28. a. — Sarcasmus in idola Samariæ. — Idololatrat etiā Iudas. — Gabaa. Rama. — Bethauen. — Buccina, Tuba.)

ALLEG. Hæretici, qui in Gabaa & Rama excelsam sibi sapientiam pollicentur, iubentur vlulare in domo idoli, id est, falsorum dogmatum, quæ venerantur, vt malum suum non tegant, sed cunctis manifestent; qui cum prius essent domus Dei nunc per errores sunt domus inutilis: & ideò iam non sunt ante faciem Beniamin, qui interpretatur filius dexteræ, & significat sanctos ad dexteram venturos; sed *post tergum* eius vbi oculos non habet, quia non æterna, sicut iusti; sed temporalia petunt. Omnis enim iactantia Ephraim (qui interpretatur vbertas) breui in desolatione erit, & cum iudicij dies, & tempus correctionis aduenerit, verba sua fuisse vera ostendet Deus.

d *Ephraim in desol.* IBID. Israel & Ephraim ductis in captiuitatem, & terra eorum redacta in solitudinem: principes Iuda, qui flere debuerunt, & populum suum ab idololatria reuocare, ne & ipsi similia sustinerent, cœperunt lætari, quod terra eorum sibi pateret ad possidendum.

e *Facti sunt.* † THEOPHYLACTVS. Hoc est, leges meas sic transponebant, æquè atque in aruis terminos transponentes facere solent, per quos sua cuique sors cognoscitur, sicque debitum mihi honorem transferebant ad idola. Vel, ipsos etiam cupiditate plura habendi laborantes reprehendit hoc pacto: Propterea, inquit, sic irruam super ipsos, velut aqua impetuosa, & veluti torrens aliquis, multis imbribus & niue exasperatus.

HIER. supra. ALLEG. Ad principes ecclesiæ dicitur, quod non debent exultare, & perditionem hæreticorum suam salutem æstimare: sed de scandalo eorum vri; quia super tales principes, qui de aliorum miseria gloriabantur, & qui transferunt terminos, id est, aliud prædicant, quam ab Apostolis acceperunt, effundet Deus iram sicut aquam.

(Marginalia: Monentur hæretici ad suam resipiscentiam. — Iudæi leges Dei pro suo libitu refigunt. — De aliorum perditione non gaudendum.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non inuenient. *Scilicet eius misericordia indigni. Cuius causa subditur,*

2 In domino præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt, *docentes eos idololatrare.*

3 Nunc deuorabit eos mensis, *Scilicet Iulij, vt dicit Ra. Sa. in quo Samaria fuit capta.*

4 Cum partibus suis. *Quia tunc terra decem tribuum, quæ erat diuisa in decem partes, secundum numerum tribuum, fuit destructa.*

5 Clangite. *Hic consequenter sequitur pœnæ promulgatio solemnis. Circa quod sciendum, quod terra Beniamin ex vna parte erat coniuncta terræ decem tribuum: Gabaa verò & Rama erant duo fortalicia in sorte Beniamin: Bethauen vero erat aliud fortalicium in sorte Ephraim, & ideo ipso destructo ab Assyriis, illi qui erant in fortaliciis Beniamin, cœperunt clangere buccinis, vt populus duarum tribuum se præpararet ad resistendum, ne terra eorum destrueretur, sicut terra decē tribuum eis vicina, & hoc est quod dicitur,* Clangi. buc. in Ga. *Et subditur,*

6 Vlula. in Be. *Tamquam iam capti,*

7 Post tergum tuum Ben. *Id est, iuxta se, propter quod timendum tibi est, ne patiaris simile.*

8 Ephraim, *Id est, regnum decem tribuum.*

9 In desolati. erit, *Per Salmanasar.*

10 In tri. Isr. osten. fi. *Id est, fidelitatem prophetarum meorum, qui prænuntiauerunt earum destructionem.*

11 Facti sunt prin. *Captiuatis enim decem tribubus per Salmanasar: illi de regno Iuda cogitauerunt dilatare terminum suum intra metas decem tribuum, cum tamen sortes essent distinctæ secundum ordinationem Dei: propter quod in pœnam huius cupiditatis subditur,*

(Marginalia: Confinia regnorum Israel & Iuda. — Iudas cogitat occupare terras 10. tribuum captiuatarum.)

MORALITER.

† saluari, mortua fuerunt in morte Christi. Sacrificia verò idolis facta, de quibus confidebant Romani, semper mortifera fuerunt: ideo dicitur de vtrisque, *In gregibus suis & in ar. &c. & non inuenient,* sed magis oppositum.

2 *In domino præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt*, Docentes eos errorem suum sequi, & sic à Deo alienari. Et subditur pœna, cum dicitur,

3 *Nunc deuorabit eos mensis.* Qui dicitur à mene quod est defectus. Maximus autem defectus est priuatio vitæ æternæ per pœnam gehennæ, quæ deuorat obstinatos in malo culpæ. Sed quoniam inter malos dominus aliquando permittit oriri dissensiones, sicut dicitur Isa. 19. a. *Concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios:* Ideo dominus permisit Iudæos rebellare contra Romanos, propter quod Iudæi partim occisi, & partim captiuati fuerunt, ideo subditur,

5 *Clangite buccina in Gabaa.* Per quod significatur bellum Iudæorum contra Romanos, in quo Iudæi fuerunt destructi in vltionem mortis Christi.

(Marginalia: Dissensiones inter malos.)

a *Calumniam pati.* † Theophylactus. Cùm de principibus Iuda dixisset, in iisdem pariter Ephraim reprehendit. Ipsum enim se iniurium carpit, ac talē qui præ potentia sua conculcet iudicium siue iustum, neque ipse opportunè & commodè sententiam ferat, neque alios iudicantes sequatur. Causa verò huius, ad idola est affectio & sectatio: vana enim ipsa idola vocat. Quod si me coluissent, inquit, dilexissent leges meas quibus iustitia sancitur.

Hier. lib. 2. com. Tropol. Hæretici sæpè sophismatibus, & arte diabolica opprimunt ecclesiam, qui non munditiam veræ fidei, sed sordes sequūtur mendacij; qui traditi diabolo & angelis eius, videntur sibi calumniam pati, & in se esse fractam iudicij veritatem.

Ibid. Non ideo traditi sunt Chaldæis, quòd ipsi fuerint meliores: sed quia Ieroboam incipiente, & populo sequēte, Israel secutus est sordes idolorum, iusto Dei iudicio fractus est à Chaldæis.

b *Esse.* † Theop. Quia ipsius Ephraim regnū primùm periit à Syris & Babyloniis, Iuda verò postea occidit: Ephraim, inquit, turbabo, conturbatum iam instante bello: Iudæ verò stimulus ero. Quum enim is Ephraim interire cernit, se quoque non dissimilia passurum formidat, &c. Quando peccantes fortunati erimus, dicentes, Pax atque securitas, Deus secundiorem in iniquitate cursum turbat, vel cogitationes discutit, iniiciens stimulum memoriæ mortis, suppliciorumque post mortem consequentium.

Hier. supra. Punitis hæreticis, qui per Ephraim intelliguntur; etiam Iudas, id est, qui in ecclesia permanent, si hæreticorum erroribus vel vitiis implentur, simili sententiæ subiacebunt. Non Iudas, sed domus eius consumitur: quia de genere eius reseruantur, vnde nascatur ille, cui repositum est, & ille erit expectatio gentium.

c *Et vidit Ephraim*, Hæretici, vel etiam ecclesiastici aliquando se funibus peccatorum constrictos vident nec Dei auxilium quærunt, sed diaboli, qui est vltor peccatorum: & ideò manent in vinculis peccatorum, & cum diabolo iustè damnantur. Quidam per regem vltorem significant Christum, ad quem in iudicio clamabunt, *Domine aperi nobis.* Sed eorum prohibente merito, non poterunt liberari, quia in iudicio non ex misericordia, sed ex iustitia agetur; vnde, *In inferno quis confitebitur tibi?* Legitur quòd sub Manahē rege 10. tribuum, Israel miserit dona Assyriis, vt liberaret eum à Damascenis: Iudas verò sub rege Achaz misit munera Theglatphalnasar, vt liberaret de manu Phaceæ regis Israel, & Rasin regis Damasci, qui tunc quidem liberauit, sed postea eosdem debellauit; quia cui Deus aduersatur, à nullo potest liberari, vnde & subditur, *Et ipse non po. sa. v.*

Hæretici. — Cur traditi Deus Israel hostibus. — Gene. 49. b. — Israel & Iudas supplices fiunt gentibus. — Matt. 25. a. — Psal. 6. a. — 4. Reg. 15. d. — 4. Reg. 16. b. — 2. Pa. 27. d.

d *Et abiit Ephraim, &c.* † Theophylactus. Ipsa inquit experientia didicit Ephraim imbecillitatem suam, & quomodo robur ipsius elanguerit: Iudas item percepit multitudinem dolorum suorum; Quando ascendit rex Assyriorum aduersus decem tribus, adierunt ipsum, & pecuniis & legatione sibi conciliantes confœderantesque.

a ¶ LXX. transferentes. b ¶ Fines captiuorum possidendo. c ¶ Ideo. d ¶ Quia venient Babylonij, & ita eos quasi aquæ impetus occupabunt: non suis viribus, sed indignatione Dei.

Iuda quasi assumentes terminum: super eos effundam quasi

a ¶ Quia. ¶ Non quantum ad Deum, qui iustè hoc facit: sed quantum ad hostes, qui quamuis peiores, tamen eos opprimunt primum Phul, deinde Teglatphalnasar, postea Salmanasar.

aquam iram meam. [11] Calumniam patiens est Ephraim fra-

a ¶ Pro hac causa. b ¶ Ephraim & Ieroboam. c ¶ Pro hac causa. d ¶ Id est, idola.

ctus iudicio, quoniā cœpit abire post sordes. [12] Et ego quasi

a ¶ Sicut tinea vestimentum, & putredo lente ligna consumunt: sic ego prius decem, & postea duabus tribubus longum tempus pœnitentiæ tribuens, tandem damnabo, & sicut tinea citius quam putredo consumit ligna: ita Ephraim prius captiuabitur quam Iudas.

b ¶ Intelligens populus 10. tribuum, infirmitatem suam, & sciens Iudas se ideo captiuandum, quod consenserat illi in malo, non à Deo, sed à rege Assyriorum quærit auxilium, & ideo multa millia de tribu Iuda per Phacee & Rasim captiuata sunt.

tinea Ephraim: & quasi putredo domui Iuda. [13] Et uidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum. Et ab-

a ¶ A quo sperabat vltionem.

b ¶ Quia solius Dei est liberare à tribulatione, & soluere vincula peccatorum, vel captiuitatis.

iit Ephraim ad Assur: & misit ad regem vltorem. Et ipse

a ¶ Quin multa millia de Iuda per Rasin, & Phacee captiuentur.

non poterit sanare vos: nec soluere poterit vobis vinculum.

a ¶ Et ideo illi non potuerunt soluere, Quia ego aduersor.

[14] Quoniā ego quasi leæna Ephraim: & quasi catulus leonis

a ¶ Comprehendi ab hostibus faciam & etiam vadam cū eis, vt in ipsa captiuitate me præsenté vltoré sentiant.
b ¶ De propria terra. c ¶ A potestate Dei non est qui potest rapere, potest vero qui tenetur manu Dei propria voluntate exire vt Iudas proditor.

domui Iuda. Ego capiam & vadam, tollam: & non est qui

¶ Cælum.

eruat. [15] Vadens reuertar ad locum meum donec deficiatis:

a ¶ Vnde, Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

& quæratis faciem meam.

Assyriis denuò aduenientibus (transgressi enim erant fœdera) destinarunt legationē ad regem Ægypti, & accersiuerunt ipsum, tamquam futurū vindicem. Sed maiores eos impetiuerunt cruciatus, adeò vt planè de salute desperarent, &c. Aptissimè hoc etiam de Domini interfectoribus dictum asseuerabis, qui accersiuerunt Vespasianum tamquam vltorē, &c.

e *Quoniam ego, &c.* Hieronymus supra. LXX. *Ego quasi panthera Ephraim, & quasi leo domui Iuda.* Nihil leone fortius, nihil panthera velocius: In pāthera ergo velox per Assyrios interitus regni Samariæ; In leone fortissimum contra Israel & Iudā aliquanto post regnum ostenditur Chaldæorum. Et quia feris se simulauerat, seruat adhuc Metaphoram in eorum damnatione, & vt quidquid est sæuius, sciant se passuros in eius indignatione.

Hebræis ipsa sua opera indicant quam sint imbecilles & nullius pretij. — Assyrij pantheræ, Chaldæi leoni comparantur.

Hier. Ibid. Alleg. Hæreticis & ecclesiasticis peccantibus, Deus clemens vertitur in sæuitiam ferarum, & tollit eis prædam; id est, quos deceperant, reducit ad fidem, & non habitabit in consiliis peruersorum, sed redit ad locum suum, de quo ait, *Ego in patre, & pater in me est*: & eos despicit donec deficiant ab iniquitate: & quærant eum per pœnitentiam.

f *Vadens.* † Theophylactus. Quemadmodum, inquit, feræ post venationem reuertuntur ad latibula sua, vt quiescant; sic & ego per memet ibo quietem habens, nec in principio detegens prouidentiam quæ mihi est erga vos, sed veluti in otio agens, vsque dum extinguamini: Nam dignis adest Deus, vt ad Iosue d. *Vt cum Mose eram, sic tecum commorabor*; Et, *Ecce ego vobiscū sum vsque, &c.* Abest autem ab indignis, secundum illud, *Quare recessisti à nobis longè, &c.* Deinde, qui fortem ligauit, rapuit nos ab illo detentos, & nemo potuit oues capere de manu eius: acceptisque primitiis naturæ nostrę, rediit in locum suum, in sinum patris; tum statim omnia deleta sunt quæ ad legis administrationem attinent. Videmus quoque Deum in nobis non rarò materiam peccatorum auferre, diuitias, fortitudinem, pulchritudinem, honores, &c. & sic agens proficiscitur, & rectè mouetur, antea quidem nullum transitum habens in tali anima, ac reuertitur in locum suum: Locus autem Dei est mens rationalis hominis, eò quod purgetur à circumstantibus delictis, digna facta successione diuina.

Ioan. 10. g. — Iosue 1. — Matth. 29. — Ps. 9. & 79. — Ioan. 10. — Quid intelligatur per abitum & reuersionē Dei in locū suum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Super eos effun. *Id est, abundanter.*
2 Iram meam. *Scilicet per Nabuchodonosor.*
3 Calumn. pa. *Licet enim pateretur iustè ex parte sui, tamen Salmanasar inuasit iniustè, & iniqua voluntate.*
4 Fractus iudicio, *Scilicet diuino, iusto; ratio subditur;*
5 Quoniam cœpit abire, *Post idolum. Et ponitur hic singulare pro plurali.*
6 Et ego qua. ti. *Id est, cito destruam eum.*
7 Et quasi putredo. *Id est tardius puniam eum. Tardius enim corrumpitur pannus per seipsum, quod fit putrefaciendo: quam corrumpatur à tinea, quæ corrumpit ipsum aliquando etiam in nouitate sua; & ita regnum Iuda tardius fuit captiuatum, quam regnum Israel, vt superius dictum est.*
8 Et vidit Ephraim lang. *Id est, captiuitatem irreparabilem: sicut languor est infirmitas incurabilis.*
9 Et Iu. vinculum suum, *id est, Captiuitatem reuersibilem: sicut vinculum est solubile.*
10 Et abiit Ephraim. *Quia primo cōsensit reddere tributū regi Assyriorū.*
11 Et mi. ad re. *Id est, ad regem Aegypti vt per eum liberaretur à dicto tributo, ad quem misit Hosee 4. Reg. 17.*
12 Et ipse non po. *Imo ista missio fuit occasio destructionis regni Israelis vt habetur ibidem.*
13 Nec sol. po. *De regno Iuda.*
14 Vinculum. *Captiuitatis vestræ. Exierunt enim Aegyptij de terra sua ad auxilium Iudæorum: sed territi ex occursu Chaldæorum, redierunt in terram, vt habetur Hier. 30.*
15 Quo. e. qua. le. *Cito deuorans eum.*
16 Et qua. ca. le. *Qui minus crudeliter agit.* Do. Iu. *ideo subditur de vtraque domo,*
17 Ego capiam. *Quia vtraque captiuitas facta est virtute diuina principaliter.*
18 Vadens reuertar. *Subtrahendo ab vtroque regno subsidium meum.*
19 Donec deficiatis. *Capti ab aduersariis.*
20 Et quæratis faciem meam: *Vexatione dante vobis intellectum,*

Regnum Iuda tardius captiuatum quā regnum Israel.

HIER. lib. 2. com. Locus Dei, magnificentia & maiestas ipsius. Vel, si hæc verba ad filium propriè referantur, locus filij, pater: Ait ergo, Cum traditi fueritis hostibus, securè residebo in mea maiestate, vel in patre: nec descendam ad vos, vt vobis irascar, vel miserear; Vel, qui bestiis comparor, nullo humano affectu mouebor: sed quasi oblitus vestri, quos protegebam, hostibus subiacere permittam, donec deficientes à malo, vrgente seruitute, quæratis faciem meam pœnitendo.

ADDITIO.

In cap. 5. *Vbi dicitur in Postilla.* Quia filios alienos genuerunt, &c. *Hoc quod dicitur.* Quia filios alienos genuerunt. *potest accipi sicut sonat, scilicet de generatione carnali, eo quod vxores alienigenas ducebant: ex quibus filios generabant contra Dei præceptum.*

CAP. VI.

a IN *tribulat. &c.* † CYPRIANVS de Orat. dominica. Manè orandum est, vt resurrectio Domini matutina oratione celebretur: quod olim Spiritussanctus designabat in Psalmis, *Quoniam ad te orabo domine, manè exaudies vocem meam.* Et per Prophetam, *Diluculo vigilabunt ad me dicentes, Eamus, & reuertamur ad Dominum: quia ipse, &c.*

Manè orandum.

HAYMO. RVPERT. Hæc verba ex parte possunt aptari his qui tribulatione captiuitatis pressi, secundum pœnitentiam Deum requirebant & alios hortabantur. Generaliter possūt aptari omnibus credentibus in Christum, qui afflicti tribulationibus orto lumine veritatis, in aduentu Christi per fidē surgunt de tenebris infidelitatis & alios hortantur, *venite & reuertamur, &c.*

De cohortantibus alios ad fidem vel pœnitentiam. * sanabit.

† THEOPHYL. Vt in corporalibus afflictionibus, quæ per molles medelas curari nequeunt, opus est austerioribus pharmacis: sic & inter homines, qui per clementiam Dei ad pœnitentiam non ducuntur, per seueriora castigati, sæpenumero hoc agnoscunt. Æquè igitur ac illi in bonorum fructu nō exquirentes faciem Dei, dum bonis viduantur, eum curatorem & præceptorem quærunt, & matutino ad ipsum tempore veniunt: & veluti à nocte tenebrarum excitati, sese mutuò adhortantur, vt reuertantur ad me. Hæc peræquè intelligas licet de iis, qui ex Hebræis deinceps in Christum crediturí sunt: Illi enim in siti hac & captiuitate longa, exquirent (inquit) faciem, siue filium: Nam is est figura substantiæ patris, quibus ad dominum reuertentibus, aufertur velum, quod super cor ipsorum est positum. Reperias etiam hoc in singulis, quòd in tribulatione magis ad Dominum reuertantur, qui sensibilia fecit, sanatque animas.

Flagella Dei salutaria nos ad pœnitentiam reducunt.

Hebr. 1.

b *Venite & reuertamur.* HAYMO. A quo recesseramus peccando; *quia ipse cœpit,* quando *verbum caro factum ha. in nobis; & sanabit nos,* post dolorem vulnerum plenam salutem dabit.

Ioan. 1.

HIER. li. 2. com. Hebræi sibi somniant salutem post circulum mille annorum: sed salus promittitur tertia die, qua Christus resurrexit à mortuis. Illi verò referūt diem secundum ad aduentum Christi sui; tertium verò diem ad iudicium, quo sunt saluandi. Sed respondeant quæ sit prima dies, id est, primus Saluatoris aduentus: sed quia respondere non possunt, Nos dicamus primum esse diem humilem saluatoris aduentum; Secundum, quando in gloria ab omnibus videbitur; Tertium, quando peracto iudicio gloriam ampliorem suæ claritatis electis monstrabit. Iudæi qui secundum & tertium suscipiunt, primum se perdidisse fatentur; quia secundus & tertius nisi respectu primi non possunt appellari. Vel, primus dies primum sæculi tempus, secundus in aduentu Christi, quo viuificamur per fidem, vel iam per spem confidemus cum Christo in cælestibus; tertius, dies resurrectionis, in quo per Christum resurgentem pariter cum illo resurgemus. Vel, nobis primus dies quando renascimur per baptismum; secundus in requie animarum. Tertius in generali resurrectione.

Refutantur Iudæorum somnia de sui Messiæ aduentu.

Tres dies Domini.

Supra 5. d.

c *Quia ipse, &c.* THEOP. Propter facilitatem hoc dicit, quoniam non indiget diutina circuitione Deus ad curam, verum accumulatam statim exhibebit sanitatem.

De quo supra dixerat. *Ego, ego.* In his verbis ostenditur Israel &

CAPVT VI.

¶ Aliter non resipiscunt, sed sola vexatio dat intellectum auditui.
a ¶ Orto lumine pœnitentiæ. Ad dominum cum tribularer cla. b ¶ A vitiis. c ¶ Quærendum.

[1] IN tribulatione sua manè consurgent ad me. 1

a ¶ Non contenti propria salute, hortantur sese inuicem. ¶ Dicentes. 2
b ¶ Quem reliquimus peccando.

Venite & reuertamur ad dominū: [2] quia ipse 3

a ¶ Per Nabuchodonosor. ¶ Semen Abrahæ apprehendit. 4
b ¶ Reuocando captiuitatem. c ¶ Vt pius pater flagellando.
d ¶ A vulneribus peccatorum per pœnitentiam. e ¶ Nec solum curat, sed etiam. ¶ A morte culpæ.

cœpit & * saluabit nos: percutiet & curabit nos. [3] Viui- 5

a ¶ Quibus iacuit in sepulchro. b ¶ Resurgens à mortuis. c ¶ Secum. 6

ficabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos 7

a ¶ Tam in præsenti, quam in futuro. ¶ Curati, viuificati, suscitati. b ¶ Quo absente mortui iacebamus. 8
c ¶ In maiestate diuinitatis. d ¶ Vel nunc imitando, vel ad cælos ascendendo. 9

& viuemus in conspectu eius: sciemus sequemurque 10

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VI.

1 IN tribulation. &c. *Post declarationem diuinæ iustitiæ: hic consequenter ponitur declaratio suæ misericordiæ: & ostenditur primo quibus misericordia concedatur: secundo quibus denegatur, ibi,* Quid faciam tibi. *Circa primum sciendum, quod Dei misericordia in aduentu Christi fuit declarata, propter quod merito pars ista de aduentu eius exponitur à Catholicis & Hebræis diuersimode. Dicit enim Rab. Sal. quod cum dicitur hic.* In tri. *Intelligitur miseria, in qua sunt modo Iudæi per orbem dispersi: à qua petunt in suis orationibus publicis & priuatis per Messiam liberari, cuius aduentum expectat Iudæi: & ideo quod subditur postea,* viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos; *Per primam diem, intelligitur dies primi templi per Salomonem ædificati: Cui successit nox destructionis per Chaldæos; Per secundam diem, tempus secundi templi per Zorobabel reædificati, cui successit nox destructionis per Romanos. Per tertiam diem tempus ædificationis tertij templi per Messiam, de quo exponunt ædificationem templi, quæ habetur in fine Ezech. secundum errorem suum. Hoc autem dictum fundatur super falso, scilicet quod Christus sit venturus: quod iam transit in præteritum: sicut dixi diffusè in quadam quæstione de quolibet; & aliqua repetij super librum Psa. & super Isaiam, propter quod hic omitto: exponendo litteram secundum catholicam intentionem.* In trib. sua. *Id est, peccatorum suorum pœnitentia: quia veris pœnitentibus conceditur misericordia.*

Misericordia Dei maximè elucet in aduentu Christi.

Erronea expositio huius cap. per Ra. Sa. & Iudæos.

2 Manè con. *Et istud fuit tempore Ioannis Baptistæ qui prædicauit baptismum pœnitentiæ: & multi ad eius doctrinam egerunt veram pœnitentiam, vt patet in quatuor Euangeliis; & dicitur tempus eius manè, quia pertinet ad principium temporis gratiæ, quæ dicitur dies, ad Rom. 13. d.* Nox præcessit: dies autem appropinquauit.

Baptismus Ioannis.

3 Venite, &c. *Baptizati enim à Ioanne inuitabant alios ad pœnitentiam baptismi.*

4 Quia ipse cœpit. *In Hebræo habetur,* Diripuit, *id est temporibus præteritis puniuit nos quasi in peccatis captos.*

5 Saluabit nos. *Spiritualiter & temporaliter.*

6 Percutiet, &c. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem.*

7 Viuificabit, *Quia post duos dies mortis suæ & sepulturæ resurrexit Christus: cuius resurrectio est principium resurrectionis nostræ ad vitam immortalitatis. 1. Cor. 15.* Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiū, quoniā quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adā omnes moriuntur: ita & in Chri. &c. *Et hæc expositio magis consonat litteræ quàm præcedens, quia accipit dies propriè, illa autem valdè impropriè.*

Resurrectio Christi.

8 Et vi. in con. e. *Vita gratiæ, & postea gloriæ.*

9 Sciemus. *Notitia fidei.*

10 Sequemurque, *Imitando opera Christi.*

MORALITER.

† 1 *In tribula. &c.* Istud ca. litteraliter exposui de pœnitentiam agentibus ad prædicationem Ioannis Baptistæ, & se disponentibus ad baptismum & fidem Christi. Moraliter autem exponi potest de cunctis verè pœnitentibus, cum dicitur, *In tri.* tribulatio namque corporalis frequenter inducit ad pœnitentiam peccatorum: quia vexatio dat intellectum reuertendi ad dominum. Et quoniam sic reuertentes debent alios ad idem inducere, subditur,

Vera pœnitentia.

3 *Venite & reu.* Et subditur reuertendi modus, cùm dicitur,

7 *Viuificabit nos,* Primus dies est veræ contritionis, secundus perfectæ confessionis, & tertius debitæ satisfactionis. Et subditur ad hoc exemplum cum dicitur,

Pœnitentiæ veræ partes tres.

& Iudam habituros vnum pastorem & regem Dauid, cum crediderint in dominum resurgentem: frustra autem Iudæi mille annorum somnia, sibi pollicentur, cum salus sit omnibus promissa die tertia qua dominus resurrexit.

a *Quasi.* Diluculum, initium lucis quo tenebræ fugantur, vnde ait: Sicut resurgente diluculo tenebræ noctis fugantur, ita Christo egresso de thalamo incorrupti vteri tenebræ peccatorum dissipantur & lux veritatis apparet.

Quasi. †THEOPHY. Hoc est, studiose, & cum ingenti desiderio quæremus Dominum, Vt enim diluculū noctis caliginem dissipat: sic & ipse prompte prouidentiæ suæ radios exhibebit, & à noctis afflictionibus liberabit. Matutinæ etiam pluuiæ indiget terra, vt proferens commissam sibi sementem, pinguedinem habeat, quæ eam nutriat: Serotinæ verò potissimum ne adulta sata exarescant; Ita & nobis Deus veniet matutinus imber, quando incipiet liberare nos à captiuitate: Serotinus verò quando nos restituens patriæ, nos defendit, nostrique curam gerit. Hunc ad modum Christus post resurrectionem, manè quidem mulierculis sese, serò ianuis occlusis, discipulis ostendit.

HIER. lib. 2. com. Quantum ad litteram, Temporaneus imber est, qui iacta semina calescere facit: Serotinus est, qui ad maturitatem fructus perducit, vnde propheta, *Dabo vobis pluuiam tempore suo.* In terra verò promissionis bis tantum in anno datur pluuia de cælo. Spiritualiter, Christus nobis temporaneus est imber, dum fidem inspirat: Serotinus dum post bona opera ducet ad horrea; *Manè autem sur. s. c. est.*

b *Quid fa.* † THEOPHYL. Miscet cum eis sermones in morem patris liberos suos amantis. Ego omnem vobis gratiam & veniam dare volo, vester autem animus & cogitatio temporaria efficit miserationem meam temporariam esse. Audiamus & nos mensuram esse diuinæ misericordiæ, siue eam extendentes sufficienter pœnitendo, vel mutilantes celerius reuertendo ad priorem prauitatem. Demusque operam, vt diuturnius ille nostri misereatur, cum verè regnum Dei intra nos erit nostrique instituti comes Deus erit.

Lux Euangelij nato Christo emissa. | * 50. dist. c. ponderet. Clericos post lapsum in suo ordinibus reparari posse. | Leuit. 26. c. | Imber temporaneus & serotinus. | Zach. 10. a. | Misericordia Dei quomodo se habeat erga peccantes.

a ¶ Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. ¶ Facie ad faciem. b ¶ Venite, reuertamur quia.

a vt cognoscāmus dominū. Quasi diluculum præparatus est [1] egressus eius: & veniet quasi imber nobis temporaneus [2, 3] b & serotinus terræ.[4] Quid faciam tibi Ephraim: quid faciam [4] tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: & quasi [5] c ros manè pertransiens. [6] Propter hoc dolaui in prophetis; oc- [6, 7] d cidi eos in verbis oris mei & iudicia tua quasi lux egredien- [8, 9, 10] e tur.*[6] Quia misericordiā volui & non sacrificiū: & scientiā [11]

a ¶ De ortu Christi adhuc subditur. b ¶ Iudæus qui non recipit temporaneum, frustra expectat serotinum. c ¶ Deum ex parte cognoscimus.

a ¶ Quando quod perfectum est venerit. b ¶ In perditos filios ostendit se habere affectum patris. Q. quomodo sine dolore possū te tradere hostibus, aut quod medicamentum tibi imponam, vt restituam sanitati.

a ¶ Qua vobis sum solitus misereri iam transit à vobis per Assyrios cito captiuandis, sicut nubes matutina quæ atram noctem reddit, & sicut ros qui orto sole siccatur cito.

a ¶ Quia imminebat captiuitas, terribilibus verbis sum comminatus vobis, vt qui clementem contemnebatis, timeatis offensum.

a ¶ Negligentes, antequam captiuarentur puniui. b ¶ Et hæc omnia feci vt iudicij (quo te iudicatus sum) veritas appareret, vt omnes sciant te esse correptum, & non pœnitentem iuste punitum esse.

a ¶ Ideo grauiter comminatus sum vt haberem locum miserendi, quia plus placet mihi misericordia. & vt homo habe[at] scientiam Dei, quam multitudo victimarum, per quas Iudæi peccantes putabant purgari se.

HIERON. lib. 2. com. Hæreticos & Iudam, qui similia passuris est prouocat Deus ad pœnitentiam & reuerti cupit ad salutem: sed isti delicias huius sæculi, & refrigeria, quasi nubem & rorem, quæ citò transeunt, sequuntur; vnde, *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.* Prophetas autem hæreticorum semper occidit Deus, dum æterna supplicia comminatur, & aufert de vera vita, morti scelerum relinquens. Nos autem sequamur illam nubem, quæ perpetua est; quæ à mundi huius ardore nos protegit, cui insidens dominus venit in Ægyptum, & omnia idola confregit; & illum rore de quo Moyses, *Fluat vt ros eloquiū meum.*

c *Propter hoc dolaui.* Dolare fabrorum est, cum materiarum planatur asperitas.

d *Occidi eos in verb.* † THEOPHYLACTVS. Vos quidem inquit, sic habetis, vt, frigidam quamdam paruique temporis pœnitentiam demōstretis, per hoc meam pariter misericordiam talem facientes. Attamen ego non intermisi vos congruenti prouidentia dignari, adeo vt & prophetis meis, quos vobis adhortatores misi, causa mortis extiterim: hoc enim denotat *occidi.* Et quoniam dedi ipsis verbum oris mei vt vaticinarentur, video eos occidisse. Atqui etiamsi cunctos dederitis neci, non potuistis tamen irrita facere, quæ de vobis illi præcinuêre, quominus iudicium meum, ceu lumen effulgeat: patiamini que omnia quæ illi dixerunt. Quidam per prophetas hic vanos intellexerunt, occisos imperio Dei. Nam Helias letho dedit prophetas Baal sacerdotesque vicorum: sic & collectos Baalitas ad vnum omnes mactauit.

HIER. supra LXX. Succidi prophetas vestros, s. pseudoprophetas vt qui causa erroris fuerant, prospera promittentes, occisi fieret occasio salutis. Q. Ne diceretis, prophetis credidimus, etiam ipsos occidi, vt vobis tolleretur occasio peccandi. Legimus 450. prophetas Baalim occisos sub Elia, & innumeram multitudinem sub Iehu: qui subuertit domum Achab, quidam dicunt iustos prophetas, sicut Ieremiā, causa peccatis populi interfectos, & hostibus traditos.

e *Quia misericordia.* † THEODORETVS. Sacrificiis quamuis non egeo suscipio tamen vestræ mentis infirmitati asseruiens.

Luc. 12. d. | Pœna abeuntium post mundum. | Deut. 32. a. | Prophetæ Dei occisi ab Israelitis. | 3. Reg. 18. | 4. Reg. 10. | Pseudoprophetæ Israel occisi. | 4. Reg. 18. g. | 3. Reg. 10. f.

Hie- ... Hæc

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt cognoscamus, *Facie ad faciem. Consequenter ponitur modus viuendi & conuersandi, cum dicitur,*

2 Quasi diluculum, &c. *Quia ipse est lux vera. Ioan. 1.*

3 Et veni. *Et in hoc significatur doctrina Christi sub metaphora imbris terram fœcundantis; licet autem ortus Christi & eius prædicatio & conuersatio præcesserint eius mortem & resurrectionem: tamen hic post scribuntur, quia frequenter in sacra scriptura prius facta scribuntur postea, vt patet in nouo & ve. test.*

4 Quid fa. *Hic consequenter ostenditur quibus misericordia Dei denegatur. s. hypocritis & apertè malis: & ostenditur hic primo in duabus domibus. s. Israel & Iuda simul; secundo in regno Israel per se, seq. c. Circa primū dicitur,*

5 Misericordia ve. q. nub. matutina. *Q. d. sicut nubes matutina aliquando dissoluitur oriente sole sine pluuia; & ros matutinus sine humectatione terra, vt quando est multum paruulus: sic misericordia vestra est sine effectu, & per consequens ficta; & ista hypocrisis notabiliter viguit in Iudæis tempore Christi, vt patet in decursu Euangelij.*

6 Propter hoc dolaui. *Id est, per prophetarum correctionem voluit eos reducere ad rectitudinem, sicut ligna per dolationem.*

7 Occidi. *Occidendos prædixi per prophetas: qui sunt os meum verba mea proferendo.*

8 Et iudicia. *Id est, punitiones tibi inferendo.*

9 Quasi lux. *Id est, manifestè apparebunt iustè.*

10 Quia misericord. volui. *id est, acceptaui.*

11 Et non sacrificium: & scientiam, &c. *Sacrificia enim veteris legis non erant accepta de se, sed tantum ex offerentium deuotione; sed ista cum hoc de se sunt acceptabilia, in quantum sunt bona de genere, non tamen sunt meritoria vitæ æternæ, nisi fiant ex charitate.*

Doctrina Christi. | Diuisio. | Hypocrisis Iudæorum. | Sacrificia legalia.

Ipsi

MORALITER.

2 *Quasi dilu.* Diluculum principium est diei, per quam significatur iustificatio impij: Huius diei principium est gratia præueniens, quæ est præparatio ad gratiam formaliter iustificantem, de qua subditur,

3 *Et veniet.* Sed quoniam non est dignus misericordia qui non facit misericordiam: ideo de talibus subditur,

5 *Misericordia ve. q. nu. matu.* Id est, sine effectu debito: de qua Iacob. 2. c. *Si autem frater aut soror nudi sint, aut indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis de vobis: Ite in pace, calefaciamini & saturamini, non autem dederitis ea quæ necessaria sunt corpori: quid proderit vobis? quasi dicat, nihil.*

6 *Propter hoc.* Id est, laboraui per prophetas ad hoc, quod ad rectitudinem misericordiæ reducerentur, sicut dolatur lignum vt rectificetur.

7 *Et occidi eo.* Idest, occidendo dixi morte gehennæ, Matth. 25. c. *Ite maledicti in ignem æternum.* Et subditur ibidem, *Esuriui & non dedistis mihi man. &c.*

8 *Et iudicia quasi lux egredientur,* Nam in finali iudicio impiorum condemnatio, & iustorum præmiatio iustissima cunctis euidenter apparebit.

Gratia præueniens. | Misericordia.

Hæc tamen duo præsertim expecto, erga me amorem, ergaque proximum dilectionem. Hæc duo prima posui, cum leges ponerem, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* & *Diliges proximum tuum, &c.*

Duo præcepta charitatis. Exod. 20.

† TERTVL. li. de pœnit. cap. 8. Clementiæ suæ profusionẽ Deus demonstrat. non ait, qui ceciderit, resurget? & qui auersatus fuerit, conuertetur? Ille est, ille est, *qui misericordiã mauult quàm sacrificium.* Lætantur cæli, & qui illuc angeli, pœnitentia hominis. Heus tu peccator, bono animo sis, vides vbi de tuo reditu gaudeatur.

Ierem. 8. Matth. 9. Luc. 15. Pœnitentia nostra Deo & beatis summè placet.

† IDEM li. 4. adu. Marc. ca. 17. Misericordiam percipiens Deus ait, *Estote misericordes, &c.* Hoc erit, panem infringito esurienti, mendicos sine tecto in domum tuam inducito, nudum si videris tegito. Agnosco doctrinam eius veterem, qui *mauult misericordiam quàm sacrificium.*

Luc. 6. Isa. 58. Opera misericordiæ.

† IDEM li. de pudi. cap. 2. Et si bonus natura Deus, tamen & iustus. Ex causa enim, sicut sanare nouit, ita & cædere faciens pacem, sed & condens mala: pœnitentiam males, sed & Ieremiæ mandans, ne pro populo peccatore deprecaretur.

Ierem. 14.

† AVGVST. li. 10. de ciuit. c. 5. Misericordia verum sacrificium est, ac per hoc vbi scriptum est, *Misericordiam volo magis quam sacrificium*, sacrificio prælatum oportet intelligi.

HIER. lib. 2. com. Quotidie extra vel intra ecclesiam peccantes Deus prouocat ad pœnitentiam dicens, *Misericordiam volui*: Illi autem offerunt panem sacrilegum; & dantes eleemosynam videntur sequi humilitatem, sed truncato capite fidei & scientiæ Dei frustra se cetera membra habere iactant: quia sicut Adam pro præuaricatione eiectus est de paradiso, & isti de ecclesia.

Dei plusquam holocausta. [7] Ipsi autẽ sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi præuaricati sunt in me, [8] Galaad ciuitas operantium idolum supplantata sanguine: [9] & quasi fauces virorum latronum. Particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichen: quia scelus operati sunt. [10] In domo Israel vidi horrendum. Ibi fornicationes Ephraim: contaminatus est Israel. [11] Sed & Iuda pone messem tibi, cùm conuertero captiuitatem populi mei.

Interlinear: a In paradiso. b Id est, in terra. a Legem. b In paradiso. LXX. ibi contempsit me. Galaad ciuitas, quæ operatur vana, & conturbat aquam, & fortitudo tua viri piratæ. b Parentes, Non ergo mirum, si quod præcessit in parentibus, damnatur in filiis imitantibus. a Hæc ciuitas fuit initium idololatriæ his, qui sunt trans Iordanem. Sacerdotum. a Omnes falsi sacerdotes abscondunt viam, & occidunt homines malis operibus, ne perueniant in Ierusalem. b Idololatrarum. a In Ierusalem, vbi tantum licet immolare. b Ideo comparat Galaad illis sacerdotibus quia simile scelus operati sunt, vel in interfectione hominum, vel in idololatria. a Decem tribuum. b Vnde Iere. Obstupuit cælum super hæc, & exhorruit terra. Cultum idolorum. Quia. Ieroboam, quo duce contaminatus est populus Samariæ, vnde & ad Iudam sermo conuertitur.

a *Galaad ciui.* HIER. IBID. Galaad ciuitas sacerdotum trans Iordanem in tribu Gad, & ciuitas fugitiuorum. In hac primitus consecratum est idolum: & quantò priùs celebrior, tantò postea per idololatriam facta est principium omnium malorum; & ideo isti primi captiuati sunt per Assyrios: Et est,

Galaditæ in primis declinauerunt ad idololatriã.

b *Supplantata*, id est, humiliata, *sanguine* quem fudit Iehu vnctus in Ramoth Galaad, quando iuxta præceptum Dei deleuit omnem domum Achab. Vel, *supplantata sanguine*, quia vindicta sanguinis, quem fundebat, super eam venit.

c *Et quasi fauces, &c.* Fauces latronum sunt cauernæ, in quibus absconditi spoliant & occidunt transeuntes. Sic Sacerdotes Galaad insidiabantur simplici populo, & spoliabant fide, & interficiebant mente: & quos decipere non poterant, vestibus priuabant, & corpore necabant, vnde subdit,

d *Particeps sacerdotum.* Scilicet, per Sichem transitus erat, volentibus de Israel sacrificare in templo Ierusalem. In hoc itinere sacerdotes idolorum ponebant insidias, vt traherent transeuntes ad colenda idola in Dan, vel Bethel. Cum his sacerdotibus coniurauerant sacerdotes Galaad, & similiter faciebant occidi, volentes transire in Pascha vel Pentecosten vel Scenophegia ad sacrificandum in Ierusalem secundũ præceptum.

Homines nequam de Israel qui fratres suos impediebãt transire ad domum Dei in Ierusalem.

HIER. IBID. ALLEG. Galaad, transmigratio testimonij, hi sunt hæretici, qui contemnunt Deum, peruertẽdo testimonia scripturarũ: cuius opera vana, quæ turbat aquas ecclesiæ, & de puris fontibus fortitudo eius quasi viri piratæ, id est, diaboli in mari huius sæculi, in quo naues sæculi pertranseunt.

Hæretici.

IBID. Sic heu, humeri, per quos intelligitur opus, vnde *Da cor tuum in humerum*, id est, quæ intelligis operare. Hæretici autem intercludunt viam, ne de Sichen, id est, bonis operibus pergamus in Ierusalem. Hi sunt quasi fauces virorum latronum, id est, interficientium eos, qui per viam huius sæculi ad veritatem pergere volunt.

e *In domo.* HIERONYMVS IBID. In domo hæreticorum videtur horrendum: cùm magistris fornicantibus, populus seductus pariter sordidatur. Iudæ quoque, id est, ecclesiæ præcipitur, vt *paret messem* sectionis, id est, metendi secundum peccata in diem iudicij. Hoc non optando, sed prophetando dicitur: quia si pœniterent, veniam à pio iudice consequerentur, Qui etiam hic ideò corripit, vt ibi parcat, vnde subdit, *Cum sana.*

f *Sed & Iuda.* Ne putes te esse securum, para messem tibi, id est, genera filios qui succidãtur, quia prope est tempus iam, vt tu quoque à Chaldæis ducaris captiuus in Babylonem, & tuæ messionis, id est, interfectionis tempus veniet.

Q. Chaldæi te metent sed inde te reducam, quod sub Cyro erit & Artaxerxe.

g *Cum conuertero.* IBID. Subaudi, videbis: quia multi, qui captiui ducti sunt, viderunt reuersionem, & cum illis, qui nati fuerunt in Babylone, abierunt in terram suam. De hac reuersione non fit promissio decem tribubus; quæ in perpetua captiuitate tenentur.

Iudæ captiuitas temporanea Israelis perpetua.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ipsi autem sicut Adam. *Sicut enim Adam transgressus fuit mandatum domini de ligno vetito comedendo: sic Iudæi de vtroque regno transgressi fuerunt legem domini datam in monte Sinai. Et exprimitur consequenter quædam terra decem tribuum in hoc malo valdè notabilis, cum dicitur,*

2 Galaad ciuitas, *Et sic transgrediebatur mandatum legis ordinans ad Deum.*

3 Supplantata sanguine, *Hebræi dicunt,* Insidiatrix sanguini. *Dictio enim Hebraica hic posita ad supplantationem & insidiationem est æquiuoca, videtur tamen hic magis accipi pro insidiatione, quia subditur,*

4 Et quasi fauces virorum latronũ, *Quia quærunt glutire bona aliorũ.*

5 Particeps sacerdotum. *In Hebræo habetur,* societas sacerdotum, *id est, maiorem eo modo quo dicitur 2. Reg. 8.* Filij autem Dauid sacerdotes erant.

6 In via interficientium, *Per hoc designatur, quod maiores de Galaad erant consentanei & participes in latrociniis istis & homicidiis: & in hoc erat transgressio legis contra proximum.*

7 Pergent. *Ad alium locum vbi erãt nundinæ, ad quas portabantur pecuniæ pro emẽdis mercimoniis: & ideo latrones prædicti ponebant se ibi in insidiis.*

8 In domo Israel vidi horrendum. *Scilicet, idololatriam & homicidium.*

9 Sed & Iuda pone messem tibi, *Id est, tempus tuæ collectionis, & translationis de terra tua per Chaldæos.*

10 Cum conuertero capti. *Hebræi autem dicunt,* Cum conuertero ineptam lætitiam populi mei. *Dictio enim Hebraica posita hic, æquiuoca est ad captiuitatem, & lætitiam ineptam: & hoc secundo modo magis consonat litteræ præcedenti, quia in captiuitate Babylonica conuersa fuit lætitia Iudæ in tristitiam. Translatio verò nostra sic exponitur:* Sed Iuda *Quasi dicat, Licet citò debeas duci in captiuitatem, tamen adhuc erit messis tibi in terra tua, cum reduxero captiuitatem populi mei, sub Zorobabel de licentia Cyri; & in hoc notatur distinctio captiuitatis Iudæ & Israel: quia ista reuersa fuit ad terram suam, captiuitas autem Israel non est reuersa.*

Distinctio captiuitatis Iuda & Israel.

CAP.

CAP. VI.

Cum sanat. vellem Israel. THEOPHYLACTVS. Iterum docet, quod non iniuria puniat Ephraim, perspicuam cunctis eius iniquitatem asseuerans. Nam fecerunt inquit, mendacia, hoc est, idola, ideoque in posterum hostes furum & latronum instar, eos adorti exuent ipsos, omnibusque bonis nudabunt, &c. Quando etiam venit Christus reducere *oues qua perierant domus Israelis*, & sanare contritos, tunc reuelata est malitia populi; quando interroganti Pilato responderunt, *Absolue nobis Barrabam Iesum verò cruci affige, &c.* Hæc etiam animæ sunt exhortatio redeuntis à captiuitate prauorum affectuum, sanatæque à plagis & vulneribus peccati, quæ aliàs non curantur, nisi grauiter olere ipsi cœperint. Tum enim demum inquirit medicum, quando tetrica fiunt vulnera, ipsaque ægre patitur grauceolētiam: perinde ac Dauid, cū dixisset, *Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices meæ, &c.*

HIERON. lib. 1. com. Allegorice. Cum Saluator post effusionem sui sanguinis, & ecclesiam de gentibus & populis congregatam, vellet populi peccata sanare per pœnitentiā; subito Ephraim, id est, hæretici, qui falsorum dogmatum promittunt vbertatem; & populus Samariæ, qui dicit se præcepta Dei custodire, operati sunt idolum, falsorum dogmatum, & per illos ingressus est fur & latro, id est, diabolus, vel ipsa falsa doctrina hæreticorum in ecclesia. Fur insidiis occultè decipit, latro audacter rapit: Signanter ergo ponit, *fur clam ingressus est, latrunculus foris spolians*, quia neminem verè Christi possunt spoliare, nisi prius ab ecclesia foris ad sua dogmata traxerint.

b *Et fur ingressus est, &c.* † THEODORETVS. Postquam verum Deum cognoscere neglexerunt, & idolorum erroribus se astrinxerunt: hostes latronum in modum eos inuadentes, nonnulla incendent, quædam depopulabuntur, alia abigent, bonisque omnibus eos spoliabunt.

† THEOPHYL. Sic Satanas fur & prædo ingressus hominem spoliat, ac omni diuina gratia nudum constituit; in via eius, hoc est, in quocumque genere vitę fuerit, siue in sacerdotali, siue in monastica, vel populari, &c.

c *Et ne forte.* HIER. vbi supra. ALLEGOR. Hæretici non possunt vetera peccata contra Deum causari, cum antiquis operibus nouam addant impietatem, & suis ligentur peccatis: & cum Deum celare se putant, oculos eius vitare non possunt, quia *Vultus domini super facientes mala.*

CAP. VII.

a ¶ Dimittere peccata idololatriæ, quam in Ægypto vel in deserto exercuit.
¶ Apertè facta est idololatria à Ieroboam & populo Samariæ, qui secutus est regem suum, hæc malitia obstitit Deo volenti condonare priora peccata illius populi.

a Cum sanare vellem Israel, reuelata est iniqui- 1
a ¶ Rex & populus. 2
tas Ephraim & malitia Samariæ: quia ope- 3
a ¶ Idolum vel illa falsa verba, isti sunt dij tui Israel.
b ¶ Ieroboam qui ingressus est latenter ad decipiendum domum Israel, & sicut latro vi cogens Dei populum ad idololatriam, spoliauit Dei protectione.
b rati sunt mendacium, Et fur ingressus est spolians latrun- 4
a ¶ Et cum ita puniantur, ne cogitent quod pro veteribus peccatis patrum puniam eos, quia nunc, id est, in præsenti pro malitiis suis, quas inuenerunt, circumdati sunt pœna, & mala eorum sicut parum non possunt me latere, sed potius ipsæ adinuentiones apertæ sunt coram facie mea, quæ omnia clare videt.
c culos foris. Et ne forte dicant in cordibus suis omnem ma- 5
a ¶ Peccata præsentia.
d litiam eorum me recordatum. Nunc circumdederunt eos 6
a ¶ Non reuerentur faciem meam.
e adinuentiones suæ coram facie mea factæ sunt. In
a ¶ Exponit quæ fecerint in facie Dei, qui consentientes voluntati Ieroboam idola coluerunt.
b ¶ Quando dicebat, isti sunt dij tui Israel. c ¶ Qui sub Ieroboam populo præfuerunt.
malitia sua lætificauerunt regē & in mendaciis suis princi- 7

† THEODORETVS. Hæc cum fient, lamentabuntur assiduo, prementur mœrore, neque tamē voce lamentaedent, sed taciti secum in animo fletus, gemitusque facient.

d *Omnem malitiam eorū, &c.* † IDEM. Diutissimè inquit, magno animo perpessus sum: quasi non visus videre eorum facinora, nunc apertè ipsa perspiciēs, vltionem de his accipiendam censeo. Quare beatus Dauid: *Auerte faciem tuam à peccatis meis.*

† THEOPHYL. Fortasse autem quia Deus peccata illa vehementius punit, quæ à consultatione fiunt, propterea dixit, *Circumdederunt eos adinuentiones, &c.* Non enim simpliciter, ait operabantur mala, neque raptim, vel fortè fortuna: sed ex consilio & consideratione. Sic in extremo iudicij die præterquam opera, cogitationes etiam iudicantur.

e *In malitia sua, &c.* † THEOPHYL. Per malitiam suam ad interitum currentes auctores lætitiæ fuerunt regibus ipsos debellantibus. Vel, quod vna cum regibus suis ad idololatriam cucurrerint, curauerintque eos & obseruauerint eamdem peragēdo & in mendaciis siue idolis siue adulationibus vel vanis laudibus hilares eos reddiderunt; de quibus Isaias ait, *Qui beatos vos prædicant, illi vos seducunt.* Ad hæc Iudæi reges suos dæmones gaudio imbuerunt suis contra Christum imposturis, calumniis, & mendaciis. Præterea, Herodes, Caiphas, Annas, eosdē exhilararunt; qui in condemnatione Christi in gratiam redierunt, cum antea hostilibus inter se animis essent.

HIER. vbi supra. ALLEG. Qui malè operatur, vel malè de Christo sentit, regem, id est, diabolum lætificat, & in mendaciis prauæ doctrinæ principes huius mundi, quorum sapientiā Deus destruit. In nostris enim peccatis gaudēt principes tenebrarum. Vel regem, qui primum hæresim reperit: principes qui præpositi hæreticorum populis, falsum sibi vendicant sacerdotium.

Marginalia: Malitia in palam erūpit. — Matth. 15. — Matth. 27. — Fœtor peccatorum. — Psal. 37. — Hæreses infestantes Ecclesiam. — Fur, latro. — Spoliatio hominis per diabolum. — Psal. 50. — Peccatum ex certa scientia. — Lætificant diabolum qui vitia vel errores cōfectantur.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VII.

1 Cum sanare vell. *Hic incipit capitulum in Hebræo, & in libris correctis: in quo ostenditur negatio diuinæ misericordiæ regno Israel, propter multitudinem, & euidentiam suæ iniquitatis. Et primo ponitur euidentia, cum dicitur in persona domini,* Cùm sanare vellem Is. *eius captiuitatē reducendo.*

2 Reuelata est iniquitas. *Id est, tam multiplex & manifesta, quod huiusmodi beneficio est indigna.*

3 Quia operati sunt mendacium, *Erga homines & Deum per Idololatriam, & fallaciam.*

4 Et fur ingressus, &c. *Id est, parati sunt aliena rapere intus & extra: & sic patet euidentia multiplicis peccati eorum cōtra proximum. Consequenter ponitur eadem euidentia in peccatis contra Deum, cum dicitur,*

5 Et ne forte. *Quasi dicat, non possunt dicere quod eorum peccata antiqua latebant me, & nunc sum recordatus; quia,*

6 Nunc circumdederunt eos adinuentiones suæ. *Id est, ita euidētes sunt circa eos, sicut furtum quod circumdat collum latronis deprehensi. Dicuntur autem hic adinuentiones vituli aurei quos adinuenit Ieroboam rex primus in Israel de consilio falsorum prophetarum, ne populus regni Israel reuerteretur ad regnum Dauid, vt habetur 3. Reg. 12. f. vnde subditur,*

7 In malitia sua lætificauerunt regem. *Scilicet, prophetæ falsi & sacerdotes excelsorum. Cum enim venisset propheta domini ad increpandum Ieroboam vitulis immolantem, & ad eius dictum altare fuisset scissum, & manus regis arefacta, propheta falsus iuit post virum Dei, & reduxit eum per mendacia sua propter quod fuit percussus à leone in itinere 3. Reg. 13. a. Et sic propheta falsus confirmauit regem in errore, dicens quod ille non fuerat propheta domini, nec à Deo missus, cum in itinere fuisset à leone percussus, & sic rex & principes eius consentientes fuerunt lætificati.*

Marginalia: Euidentia iniquitatis populi Israel. — Quæ hic dicuntur adinuentiones Israelis. — Prophetæ falsi & sacerdotes excelsorum confirmant Israelem in idolorum cultu.

MORALITER.

† 1 *Cum sanare, &c.* In hoc cap. ponitur duplex causa, quare populus de regno Israel non fuit liberatus de captiuitate Assyriorum: & populus de regno Iuda fuit liberatus à seruitute Babyloniorum. Et fuit vna causa multiplicatio idololatriæ in domo Israel, & eius euidentia. De qua dicitur Isa. 3. b. *Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt.* Et hæc diffusè & inuolutè & cum replicationibus pluribus hic tractantur.

Marginalia: Duplex causa... — Israel non liberatus de captiuitate, sicut fuit Iudas.

a *Quasi clibanus.* † THEOPHY. Corporale hic adulterium intelliges, dicente Deo, quod vniuersi Hierosolymorũ incolæ sint adulteri sic vsti libidinis igne veluti clibanus cuius incensio fit à flamma, qui vritur ad digestionem, hoc est, ad tosturam coctionemve panum. Porrò, ignis libidinis adducet super eos flammam captiuitatis, à qua adusti inutiles erũt ad digestionem cruditatis, quam etiamnum habent. Accipies etiam per adulterium idololatriam, qua exurebantur, secuti Ieroboam primum inter se idololatram.

Fornicatio carnalis & spiritualis.

Matt. 13. a.

B HIER. lib. 2. cõm. ALLEGOR. Hæreticorum corda igne diaboli succenduntur, vt in eis coquatur panis Antichristi: qui primum in ecclesia loquuntur occultè, & omnia pacificare promittunt; & vt cancer, paulatim serpit, fermentum doctrinæ eorum de quo dicitur, *Cauete à fermento Pharisæorum*, & cum intumuerit in cordibus deceptorum, tunc in apertam prorumpunt insaniam, de quibus dicitur: *Ex nobis exierunt, sed ex nobis non fuerunt.*

Quomodo hæretici subdolè introducant suas sectas.

Matt. 16. a.

1. Ioan. 2. a.

HIER. IBID. ALLEG. Populi à rege diabolo & ab eius principibus, vel à principe hæreseos & eius ducibus seducti, relicta ecclesia alias solemnitates colunt, & clamant, Hic est dies regis nostri Valentini, Arij, Marcionis; Quam audientes qui eis præpositi sunt, non inebriantur vino ne leue putetur peccatum esse; sed insaniunt ex vino, de quo Moyses, *Fel draconum vinum eorum & v. a.* Id est, Vnde deceptis populis & ducibus princeps extẽdit manum cum illusoribus, quorum corda sunt succensa. Tota enim die hæretici nõ videbunt solem iustitiæ: quia oppressus est eorum sensus: Horũ corda variis perturbationibus succensa sunt sicut ira & auaritia: Et deuorant iudices suos, qui, scilicet, aliquid virtutum & discretionis habent, quibus discernant mala à bonis: Vel iudices hæreticorum à suis populis deuorantur, vt quorum domos deuorant, turpis lucri gratia, eorum deuorentur assensu.

D

Deut. 32. d.

Principes & populus malus sibi inuicem applaudentes.

E

a ¶ Quia lætificauerunt, omnes sunt adulteri à Deo recedendo.
b ¶ Quasi clibanus succenditur ad coquendos panes, ita illi per Ieroboam succensi sunt igne idololatriæ ad coquendum panem impietatis.

a pes. [4] Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. Quieuit paululum ciuitas à commixtione fermenti *, donec fermentaretur totum. [5] Dies regis nostri: — 1 2 3 4

a ¶ Pari amentia luxuriæ, vel idololatriæ.
b ¶ Videns rex populum clamantem, & principes insanientes, extendit manum, id est, præbuit assensum his qui variis laudibus ei alludebant: qui illusores cum rex suus insidiaretur eis, & à Deo suo abduceret, præbuerunt ei cor suum quasi clibanum vt eos flammis idololatriæ ardere faceret. ideo enim assensus est populo, quia eum tota mente videbat conuersum ad errorem.

Cœperunt principes furere à vino. Extendit manum suam cum illusoribus: [6] quia applicauerunt quasi cliba- — 5 6 7 8

a ¶ Versatus in tenebris peccatorum, & misso igne in clibanum, securus fuit, quia vidit nullum resistere suæ voluntati, sed omnes coquere panem impietatis: manè vero succensus flamma sceleris apertè & impudenter recessit à cultu Dei & coram omnibus ad immolandum venit.

d e num cor suũ, cũ insidiaretur eis. Tota nocte dormiuit co- — 9 10 11

a ¶ Quid plura? ¶ Quia non iam per insidias: sed impudenter à cultu Dei secedunt.

quens eos, mane ipse succensus quasi ignis flãmæ. [7] Omnes

a ¶ Occiderunt eos qui nolebant consentire. ¶ Vel bona intelligentes, prauo exemplo corrumpunt.

calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices — 12

¶ Denique omnes reges post Ieroboam recesserunt à religione Dei, & ambulauerunt in viis Ieroboam qui peccare fecit Israel.

f g suos. Omnes reges eorum ceciderunt, nõ est in eis qui cla- — 13

C b *Quieuit.* HIER. IBID. Fabricatis idolis non statim Ieroboam vim intulit populo, vt ea coleret, ne aliquibus resistentibus eorum cultura euacuaretur: & ideo paululum quieuit ciuitas, quia suæ voluntati relictus est populus, donec fermentaretur totum mendacium; vt primùm principes, deinde satellites, tandem omnis populus propria voluntate regi consentiens corrumperetur; quia, Quod necessitate fit cito soluitur: quod voluntate, perseuerat.

Diabolica ars Ieroboam in traducendo Israel ad idola.

c *Dies regis.* HIER. IBID. Succensa massa populi in veneratione idoli, cœperunt dicere ad fortes Ieroboam. Iste est dies regis nostri, quem noster Imperator festiuum nobis constituit, in hoc gaudemus & ludimus & vitulos adoramus. Et populo ita clamante, principes, qui erant ad regimen ciuitatis & populi instituti, cum populo amittentes intelligentiam mentis, cœperunt obliuisci Dei, & in ligna idolorum impingere & more phanaticorum quid agerent nescire.

Insania Principum & populi Israel.

d *Cum insidiaretur eis.* HIE. IBID. Dolosè Ieroboam fecit vitulos, ne fortè populus Israel pergens ad templum Dei Ierosolymis, sumpta occasione reconciliaretur regi Iudæ: Insidiabatur ergo, ne ad templum domini ascenderent, sed vitulos, quos fecerat, adorarent.

F

e *Tota nocte dormiuit.* † THEOPHYL. Sequitur facile supra memoratos temeto perfusos, vt tota nocte somnio indulgeant: quod non minimo est dedecori populi principibus. Per hoc nãque indicatur, quod non magnam subditorum curam gerunt. Mane porrò facto inquit, ardebant veluti ignis, inflãmabanturque ad bibẽdum, ad indignandum, ad munera capiendũ, omniaque id genus flagitia. Nec soli principes, verũ ex æquo cũcti seu furnus, incẽsi ad peccãdũ, &c.

Principes publici boni curam abiicientes.

f *Omnes reges.* HIER. vbi sup. Omnes principes hæreticorum cadunt, quia quamuis clament ad Deum, non tamen dignè inuocant nomen eius: *Quia quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit.*

Ioel. 2. g.

g *Non est.* Q. Nec omnia passi sunt, vt Deum quærant quem quærere noluerunt.

HIER. — Ephraim

NICOLAVS DE LIRA.

1 Omnes adulterantes. *Id est, idololatrantes.*

2 Quasi clibanus succensus à coquente. *Id est, ad hoc incitati à rege: Secundum enim communem modum loquẽdi, ille qui incitat alios ad malum, dicitur succendere furnum.*

3 Quieuit paululum ciuitas à commixtione fermenti, &c. *Quia à principio totus populus non fuit infectus illa idololatria: sed paulatim ad hoc fuit tractus totus populus. Et tunc fuerunt posita custodia, ne aliqui irent in Ierusalem in diebus solemnibus.*

4 Dies regis nostri. *Sic dixit Ieroboam, quod solemnitas domini erat celebranda in Bethel, vbi erat vnus vitulus 3. Regum duodecimo. g.*

5 Cœperunt principes furere, *id est, cum eo idololatrare.*

6 A vino. *Fecerat enim principibus magna conuiuia, vt sic eos attraheret ad intentionem suam: ideo subditur,*

7 Extendit manum suam cum illusoribus, &c. *In hoc enim illudebant Deo.*

8 Quia applicauerunt quasi clibanum cor suum, *Id est, ex feruenti voluntate secuti sunt eum in idololatria.*

9 Cum insidiaretur eis, *Vt auerteret eos à Deo suo.*

10 Tota nocte dormiuit coquens eos, mane, &c. *Id est, in pace quieuit, quando vidit assentientes sibi: quia vltra non timuit occidi ab eis per reuersionem eorum ad regnum Dauid, propter quod audacius ad idololatriam eos inuitauit, ideo subditur,* Mane ipse succensus.

11 Omnes calefacti sunt quasi clibanus, *Id est, ardentes in idololatria.*

12 Et deuorauerunt iudices suos, *Interficiendo senes, vitulos illos reprobantes.*

13 Omnes reges eorum ceciderunt, non est in eis qui clamet ad me. *In illam idololatriam: vnde de quolibet eorum dicitur. 3. Regum. & 4.* A peccatis Ieroboam, qui peccare fecit Israel non recessit, &c.

7 Ex- — Ephraim

MORALITER.

† MORAL. autem Prælati, Principes, & iudices in hoc habent documentum, quod quantumcumque sint ad misericordiam proni, non tamen omittere debent in istis casibus debitam punitionem, scilicet, quando malum est pluries replicatum, vel euidens, in tantum quod ex omissione punitionis debitę, sequitur populi scandalum: cum ipse dominus cui proprium est parcere & misereri, & qui plenitudine potestatis potest omnem offensam & pœnam remittere, tamen propter dictos casus populo de regno Israel non remisit; & sic dicit, *Cum sana vellem Israel, reuelata est iniquitas.* Id est, manifestè publicata. Loquitur enim hic dominus ad modum pij iudicis, qui quantum est de se, vellet reum liberare, tamen enormitas facti & eius euidentia non permittunt.

Princeps non debet cuilibet nequitiæ ignoscere.

...sus. HIER. lib. 2. com. ALLEG. Hæretici nihil differunt ...gentilium; & qui fuit princeps in ecclesia, factus est subci... omni parte immundo cinere & igniũ ardore circũdatus, ...redeat ad Deum, sed in errore permaneat, cuius robur co... t dæmones, qui sunt alieni & hostes: sed ipsi non aduertunt ...os esse.

...Comederunt alieni, &c. † THEOPHY. Quia panem iam nominauit, in ea metaphora perdurans, *Alieni*, inquit, *comederunt eum*, hoc est debellarunt ipsum. Excederunt autem omnes vires eius, & in fortitudine seu potentia, & opibus sitas: & interim non agnoscit sese castigantem Deum.

c *Sed & cani effusi, &c.* HIER. vbi supra. Nõ paruo tempore in hac malitia fuit, sed vsque senectutem & vltimã regni euersionẽ permansit in errore. Cani hæretici effunduntur, quando stultitia cordis eius vsque ad finem vitæ in eo perseuerat. Sicut enim cani in iusto pro sapientia: sic in impio pro stultitia accipiuntur; & cum sic humilietur hæreticus, ignorat vetustatem suæ malitiæ, de qua dicitur, Quod antiquatur & senescit prope interitum est: & non reuertetur ad dominum per pœnitentiam.

De hæreticis qui consenescunt in suis erroribus.

Hebr. 8. d.

IDEM. IBID. Hæretici, qui ab ecclesia recedunt, excordi columbæ comparantur: quia terrena desiderantes Assyriis traduntur; & cum profecti fuerint de ecclesia, expandet super eos Deus rete, & testimoniis scripturarum, & artifici sermone sapientiæ contextum, vt eleuantes se contra domini sapientiam ad humilia detrahat, comminando de pœna, vt sic correcti non pereant in æternum.

Hæretici comparantur vecordi columbæ.

† THEOPHYLACTVS. Adhæc, quando quisquam malitiæ flamma exuritur, adeò vt seipsum tradat ei, adortus clandestina scelera, quæ nefas est nominare, nec à tali iniquitate reuertitur: comedunt robur eius, quod accipit à Deo (vt natura quadam tenuis ad bonum opus non sit idoneus) dæmones, qui alieni, & nostri hostes facti sunt, inuidentes Dei gloriæ; propterea & inueteratus in malitia, omnem peccati ille ignorantiam habet.

De eis qui mala sua non aduertunt.

d *Et humiliabitur, &c.* † THEOPHY. Oculis suis videbunt pericula: Sic qui in dominum iniurij fuerunt Hebræi, vna cum templo & vrbe sunt deiecti.

e Nec

a ¶ Vt relictis idolis reuertatur. b ¶ Regnum x. tribuum. c ¶ Nationum, similis eis, recedens à cultu Dei.

a mẽt ad me, [8] Ephraim in populis ipse cõmiscebatur. Ephraim [1]

a ¶ Panis non reuersatus, omni parte plenus est sordibus: ita Ephraim non agendo pœnitentiam circumdatur cineribus peccatorum. b ¶ Interficiendo & bona eorum rapiendo.

b factus est subcinericius panis; qui non reuersatur. [9] Comede- [2] [3]

a ¶ Assyrij & Chaldæi. b ¶ Fortes in illo populo; vel, thesauros in quibus fidebant. c ¶ Deum suum; vel, causam cur sit traditus.

c runt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Sed & cani effusi sunt [4] [5] [6]

a ¶ Subaudis, finem regni imminere. ¶ Nesciuit. b ¶ Qui se erexit, non in Deo, sed in multitudine exercitus confisus est: ab eo qui superbis resistit, interficientur ab Assyriis principes exercitus in quibus gloriabatur. & hoc in facie. Id est, in præsenti.

d in eo, & ipse ignorauit. [10] Et humiliabitur superbia Israel in fa- [7]

a ¶ Exponit quod obscure dixerat. Factus est Ephraim, scilicet subcinericius panis. b ¶ Qui cito reuerteretur ad eos, si fuissent reuersi, vnde lere. Reuerti. ad me. & ego reuertar ad vos.

e cie eius. Nec reuersi sunt ad dominum Deum suum, & non [8]

a ¶ Vt perfectè crederent, vel bene operarentur. b ¶ Aduersitatibus. c ¶ Quasi in euangelio dicitur, Estote prudentes s. ser. & simpl. sicut col. Simplices ne aliis noceamus: prudentes, ne aliorum insidiis capiamur, prudentia sine simplicitate calliditas est, sim; licitas sine prudentia stultitia est, vnde hic columba stultitiam populi designat, qui non Deum: sed Aegyptum inuocat.

quæsierunt eũ in omnibus his. [11] Et factus est Ephraim quasi [9]

a ¶ A diabolo. b ¶ Intelligentiam, quæ suos fœtus non potest defendere. c ¶ In auxilium, Deos suos colendo.

colũba seducta nõ habens cor. Ægyptũ inuocabant, ad Assy- [10] [11]

a ¶ Et ideo non voluntarij, sed captiui. b ¶ In captiuitatem. c ¶ Ibi non poterit habere meam potentiam, sed ostendam super eos eam, ne redire possint ad terram suam donec ego velim.

f rios abierunt, [12] & cum profecti fuerint expandã super eos re- [12] [13]

a ¶ Quo comprehendentur. b ¶ Ab altitudine superbiæ suæ deponam eos.

te meũ: quasi volucrem cæli detraham eos. Cædã eos secun-

a ¶ Id est, damnatio æterna post præsentem tribulationem. b ¶ Colendo idola.

g dum auditionẽ cœtus eorum. [13] Væ eis, quoniam recesserũt à [14]

e *Nec reuersi sunt, &c.* † THEOPHYLACTVS. Ego inquit, afflictiones ipsis afferebam, vt intelligentes ad me redirent, meumque auxilium implorarent, at ipsi ad humana adiutoria recesserunt: Ægyptiorum enim opem inquirebant, deinde ab Assyriis oppugnati defatigatique, eosdem inuocabant, amentis columbæ mentem præ se ferentes. Etenim vt illa sublatis pullis non auolat, verùm in iisdem locis remanet, sic isti ad hostes suos accurrebant. Nam Assyrij & Ægyptij ex confesso hostes eorum erant, &c.

Israel ad humana auxilia confugit quod infidũ illi futurum est.

f *Et cum profecti fuerint, &c.* † THEOPHYLACTVS. Ipsis proficiscentibus vt auxilia sibi accersant, ego iniiciã ipsis hostes, veluti rete, *& deducam eos*, hoc est, superbiam ipsorum deiiciã & humiliabo; primum tamẽ conabor eos erudire, prænuntiando imminẽtia, vti sciant quæ sint eos excepturæ calamitates. Adeò terribiles erunt hostes, vt nedum præsentes, verùm denũtiati tantùm, & audiri sufficiant ad castigationem. Rete Dei multiplex, variaque eius est sapientia, per quam cognitus à nobis, sæpenumero quando ad mali quippiam perficiendum damus, impedimenta iniicit, altaque affectantes instar dæmonum, qui in aëre versantur, deducit nos & humiliat, prænuntians gehennam, & vermem non morientem.

Rete Dei.

g *Væ eis.* † THEOPHYLACTVS. Apud infirmos donec spes est salutis, omnia & dicunt & faciunt, qui eos curant: simul vero ac de incolumitate ipsorum desperauerint, lugent eos in posterum. Idem Deus in populo suo facit; curam suam nihil valere animaduertens, eos deplorat, vt qui per mala opera ab se desilierunt, impiique fuerint colendo eos qui non sunt dij.

Lugeri debent qui corrigi nolunt.

HIERON. vbi supra. Hæreticis est væ æternum, qui recedunt à creatore, qui redemit eos sanguine, & loquuntur contra Deum mendacia dogmata, & vlulant in conciliabulis suis, quæ cubilia appellantur quasi ferarum lustra, in quibus libidini & stupris vacant, & quidquid dicunt putant se in laudes Dei dicere; Vlulatus est luporum & canum insanientium sonitus; Raro hæreticus diligit castitatem, & qui se amare simulat, sicut cataphrygæ ore venenato vel promittit, sed turpe est dicere, quæ in occulto facit.

Hæreticorum impietas & immunditia.

☞ Vasta-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ephraim in populis ipse commiscebatur. *Hic ponitur idololatriæ multiplicitas, cum dicitur,* Ephraim in populis ipse commisce. *Quia regnum Israel non solum fuit infectum idololatria Ieroboam, sed etiam idololatriis gentilium existentium circa regnum Israel; & non solùm ad horam, sed etiam continuè: ideo subditur,*

2 Ephraim factus est subcinericius panis, *Id est, idololatriis gentium infectus, sicut panis subcinericius contrahit sordes à cineribus.*

3 Qui non reuersatur, *Per pœnitentiam.*

4 Comederunt alieni robur eius. *Quia propter peccata ista frequenter fuit ab hostibus deprædatus.*

5 Et ipse nesciuit, *Quia hoc esset propter hanc idololatriam; & sic patet eius excæcatio, & non solum iuuenum sed etiam senum, ideo subditur,*

6 Sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit, *Id est, dedit isti peccato, ideo subditur pœna.*

7 Et humiliabitur superbia Israel in facie eius, *Quod impletum fuit tempore Hoseæ, qui cum populo Israel ductus est captiuus in Assyrios 4. Reg. 17.*

8 Nec reuersi sunt ad dominum Deum suum, &c. *Per pœnitentiam debitam.*

9 Et factus est Ephraim quasi columba seducta, *Id est retibus aucupis capta.*

10 Non habens cor. *Id est, fiduciam in domino.*

11 Aegyptum inuocabant, *Confugientes ad humanum auxilium & dimittentes diuinum: & hoc tempore Hoseæ 4. Regum 17.*

12 Et cum profecti fuerint, *Confidentes de auxilio humano, & diffidentes de diuino:*

13 Expandam super eos rete meum: quasi volucrem cæli detraham eos. Cædam eos secundum auditionem cœtus eorum, *Dando eos in manibus aduersariorum. Et causa subditur,*

14 Quoniam recesserunt à me. Vastabuntur quia præuaricati sunt in me. *Per multiplicem idololatriam, vt visum est.*

Ego

a *Vaſtabuntur*. HIER. lib. 2. com. Omnes ſimul à rege vſque ad mendicum vaſtabuntur, ſicut communi conſilio idola fabricata ſunt. Poſſunt hæc verba ad tempus paſſionis Chriſti referri, quia ſicut communi conſilio mortem eius tractauerunt, ita pariter infeſto Paſchali ab hoſtibus cæſi ſunt.

b *Ego redemi, &c.*

† THEOPHYLACTVS. Priores quidem ex Aegyptiaca ſeruitute, poſteriores autem Chriſtus à dæmonibus, languoribus, & cæcitatibus redemit, ac tandem proprio ſuo ſanguine in quo inuenimus redemptionem. *Et ipſi locuti ſunt contra me mendacia*, primùm quando circumdantes vitulum dixerunt, *Hi ſunt dij tui Iſrael*; Deinde, quando aiebant, *Numquid & panem poterit dare, &c. Et non clamauerunt, &c.* Labiis me ſuis tantùmodo venerabantur, cor verò eorum procul à me aberat, ſiue quòd me non agnoſcebant benefactorem, ſed idola potius. *Sed vlulabant, &c.* Terram promiſſam patribus ſuis accipientes, mihi non egerunt gratias: ceterùm idolis ſacra facientes, vlulabant, vt conſueuerunt idolorum cultores, furiis agitati. Præterea, à me dona habentes, nimirum fruges & vinum, in quibus capiebant voluptatem, ſectiones interim faciebant in gratiam dæmonum, pectora & brachia diſpungentes. Vel hoc dicit, quòd apud gentes Rheam matrem Deorum colentes factitabant. A tibiarum enim cantu ad inſaniam acti, ſeipſos diſſecabant, genitalia ſibi membra auferentes, qui Bacchi & Bacchæ dicebantur.

Impietas & ingratitudo Iſrael erga Deum.

Exod. 32. Pſal. 72.

Sacra Rheæ matris Deorum.

c *Super triticum & vinum, &c.* Vbi ſuprà. Id eſt, ſuper corpus & ſanguinem Chriſti ſimulat ſe legem Dei ruminare & meditari, & recedit à Deo qui docuit eum in eccleſia, & dedit fortitudinem, qua aduerſariis reſiſteret, & cogitat contra Deum malitiam inſtituendo hæreſim.

IBID. Non ſicut homines comederunt, quaſi iumenta ruminauerunt: Id eſt, abundantiam rerum quam habebant ſæpius ad voluptatem quaſi ad fauces reuocabant; vt inde delectabilius paſcerentur, nihil niſi cibos & luxuriã quærentes.

Homines gulæ & ventri dediti.

IBID. Hæretici reuertuntur in ritum gentium, vt ſint abſque iugo Chriſti, & notitia Dei: *facti ſunt, vt arcus doloſus*; Arcus doloſus, qui vulnerat dirigentem: ſic hæretici auctoritate ſcripturarum auctorem ſcripturarum impugnantes, ſibi mortem inferunt. Vnde principes eorum, id eſt, hæreſiarchæ, propter inſaniam linguæ ſuæ, qua Deum blaſphemant, ſententia Dei iudicis ferientur; facientes hæc eadem in falſi nominis eccleſia, quod ante fecerunt in Aegypto, id eſt, dum morabantur in tenebris gentilitatis. Hæreticorum enim & gentilium eccleſiæ ſunt quæſtiones, quia non ſequuntur auctoritatem ſcripturarum; ſed humanam rationem.

Heretici per ſcripturas Dei Deum ipſum impugnant.

d *Facti ſunt quaſi arcus doloſus*. † THEOPHYL. Id eſt, inflexiles facti ſunt; neque prorſum demittentes neque remittentes intenſionem à malitia.

e *Cadent in gladio principes eorum à furore linguæ ſuæ. Iſta ſubſannatio, &c.* HIERON. ſuprà. Principes ſacerdotes ipſi ſunt & reges. Illi etenim populum docebant iniqua. Maxima profectò imperitia eſt dicere ligno, Deus meus es tu: & lapidi, Tu me genuiſti.

---

a ¶ Ideo. ¶ Ab hoſtibus, & miſeri erunt.
b ¶ Adorãdo vitulos, & meum præceptũ tranſgrediẽdo, quo dixi, non facietis vobis deos alienos. c ¶ Tamen.

me. Vaſtabuntur quia præuaricati ſunt in me. Ego redemi[1]

a ¶ De Aegyptiaca ſeruitute. b ¶ Iſti ſunt dij tui Iſrael.

eos, & ipſi loquuti ſunt contra me mendacia.[2][14] Et non clama-

a ¶ Et ſi ore. b ¶ Canticũ idololatriæ vlulatũ vocat, quia amiſſo rationali ſenſu lupis, vel canibus ſimiles erant. c ¶ Luxuriæ vacantes. d ¶ Falſis myſteriis corporis & ſanguinis Chriſti.

uerũt ad me in corde ſuo:[3] ſed vlulabant[4] in cubilibus ſuis.[5] Su-

a ¶ Dando ſe idolo.

per triticum & vinum ruminabant & receſſerunt à me.[6][15] Et

a ¶ Per Moyſem & alios prophetas. b ¶ Dedi fortitudinem bellandi, ſicut tempore Ioſue vel Machabæorum. c ¶ Tamen. d ¶ Qui tanta eis feci.
e ¶ Cum non poſſent nocere cogitatione ſola, meam potentiam ad idola tranſtulerunt.

ego erudiui eos[7] & confortaui brachia eorum, et in me cogi-[8]

a ¶ Ad id quod fuerunt, antequam eos vocarem per Abraham & Moyſem, vt abſque iugo legis & notitiæ dirucrentur in præcipitia.

tauerunt malitiam.[16] Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo,[9] facti[10]

a ¶ Deus intenderat eos contra aduerſarios, ipſi contra Deum vertuntur & ſagittas blaſphemiæ mittunt.
b ¶ Ideo. c ¶ Materiali, vel ſpirituali. d ¶ Qui alios deceperunt, ipſi primi ruunt.

ſunt quaſi arcus doloſus. Cadent in gladio principes eorum,[11] à

a ¶ Quo vitulos auſi ſunt vocare deos. b ¶ q. d. Deriſionem contra Deum in terra promiſſionis faciunt,[12] quem in Aegypto didicerunt, colendo Apim & cetera portenta Aegyptiorum.

furore linguæ ſuæ. Iſta ſubſannatio eorum[13] in terra Aegypti.[14]

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego redemi eos. *De ſeruitute Aegypti*:
2 Et ipſi loquuti ſunt contra me mendacia, Dicentes de vitulis aureis. *Ecce dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti* 3. Regum 12.
3 Non clamauerunt ad me in corde ſuo, *Me deuotè deprecando*:
4 Sed vlulabant. *In cultu idolorum*,
5 In cubilibus ſuis. *Id eſt, in delubris*.
6 Super triticum & vinum ruminabant & receſſerunt à me. *Quia poſt idololatriam gulam exercebant*.
7 Et ego erudiui eos & confortaui brachia eorum. *Mittendo eis prophetas ad eruditionem eorum, & confortationem in bono*.
8 Et in me cogitauerunt malitiam; *Prophetas meos occidendo*.
9 Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo. *Primo enim ſubtraxerunt ſe à iugo Roboam filij Salomonis* 3. *Regum* 12. *& poſtea à iugo diuinæ legis ſeruiendo idolis*.
10 Facti ſunt quaſi arcus doloſus. *Qui reflectit ſagittam contra tenentem eum: ſic populus Iſrael blaſphemias retorquebat in Deum ſuſtentatorem ſuum*.
11 Cadent in gladio principes eorum. *Scilicet in gladio Aſſyriorum*,
12 A furore linguæ ſuæ, *Id eſt, propter blaſphemias contra Deum*.
13 Iſta ſubſannatio eorum. *Id eſt, deriſio Dei*.
14 In terra Aegypti. *Id eſt, didicerunt ea cum eſſent inter Aegyptios*.

CAP.

ADDITIO.

In capitulo ſeptimo *vbi dicitur in Poſtilla* cum ſanare vellem.

Quod dicitur hic, Cum ſanare vellem, &c. *Vſque ibi*, Coram facie mea fa. ſunt. *Aliter exponendum videtur. Ad quod ſciendum, quod in illo populo decem tribuum erant aliqua peccata occulta, & aliqua manifeſta, de quibus loquitur propheta in perſona Dei ad modum medici, qui intendens curare aliquem morbum patentem, inuenit in infirmo alium morbum occultum, ex quo curatio redditur difficilior, & hoc eſt quod dicit*, Cum ſanare vellem Iſrael, *ſcilicet à morbo ſeu peccato publico*, Reuelata eſt iniquitas Ephraim & malitia Samariæ, *ſcilicet illa quæ erant occulta: quod declarat cùm ſequitur*, Quia operati ſunt mendacium, *In mendacio enim pernicioſo duo communiter occurrunt vitia: Primum eſt patens, ſcilicet falſa vocis ſignificatio; Aliud eſt latens, ſcilicet intentio fallendi, quæ in corde conſiſtit, ſoli Deo nota, qui ſecundum prophetam ſcrutatur corda & renes. Declarat enim propoſitum in eo quod ſequitur*, Et fur ingreſſus eſt ſpolians latrunculus foris. *Contingit enim quandoque, quòd aliquis aliena cupiens & non audens hoc publicè facere, furatur, & ſic eſt vitium latens: & cum habet opportunitatem in publico hæc rapit, & ſic eſt patens vitium, & de hoc dicit*, Et fur ingreſſus eſt *ſcilicet latens*, Et eſt ſpolians latrunculus foris, *& ſic patens: Conſequenter quia inter eos erant aliqui qui murmurantes de diuina iuſtitia dicebant, quod mala quæ Deus eis inferebat, non proueniebant ex culpa propria, ſed ex demeritis antiquorum parentum; prout etiam hodie Hebræi erronee aſſerunt, dicentes quod ſunt in hac captiuitate propter peccatum vituli in deſerto fabricati, quod falſum eſt, prout alibi eſt oſtenſum; ideo ſubdit,*

In populo Iſrael aliqua erant peccata manifeſta aliqua occulta.

Duo vitia communiter occurrentia in mendacio pernicioſo.

Contra Iudæos qui putant se pro patrum peccatis nõ pro suis puniri.

subdit, Ne forte dicant in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum, *sed ostendit, quod punitio eis illata seu comminata correspondebat peccatis eorum principaliter commissis, vnde subdit*, Nunc circumdederunt eos adinuentiones suæ, coram facie mea factæ sunt: *Quasi dicat non pro præteritis antiquorum vitiis puniuntur sed pro eis quæ per ipsos sunt principaliter perpetrata.*

REPLICA. In capitulo septimo. *Vbi dicitur.* Cum sanare vellem. *Id quod Burg. vult addere super postilla, videtur simpliciter falsum, quod Deo medico sit aliquis morbus notus, & aliquis occultus*, quia omnia nuda & aperta sunt oculis Dei, *& si dicere velit Burg. quod aliquis sit occultus hominibus non Deo, tunc expositio non est ad propositum litteræ quæ est verbum domini dicentis*, Cum sanare vellem.

Nihil Deum latet.

CAP. VIII.

¶ Ergo. ¶ Mente, non tantùm in ore. ¶ Hosee. a ¶ Vox Dei ad prophetam. ¶ Aperta prædicatio. b ¶ Vt destruat Ierusalem non ad locum alium veniet. Non ob aliam causam hoc iubebo, nisi pro eo, quod transgressi sunt fœdus meum faciendo idola.

a [1] IN gutture tuo sit tûba, quasi aquila super domum domini: pro eô quod transgressi

a ¶ Quia dixi non facietis vobis deos aureos vel argenteos.

sunt fœdus meum, & legẽm meam præuari-

a ¶ Imminente tribulatione. b ¶ Dicentes pressi angustia. ¶ O.

b cati sunt, [2] Me inuocabunt Deus meus, cognouimus

c a ¶ Responsio Dei. Quomodo vocamini Israel qui proiecistis bonum, id est, Deum à quo dictus est Israel.

b ¶ Ideo. ¶ Assyrius vel diabolus.

te Israel. [3] Proiecit Israel bonum, inimicus persequetur

CAP. VIII.

A a IN gutture tuo sit tuba, quasi, &c. HIER. lib. 2. com. Sic exalta vocem tuam, vt sis similis tubæ: vt multi audiant, quia multi peccauerunt. Hoc clama, ita veniet Nabuchodonosor, aduersus Ierusalem, & templum Dei, cum B tanta velocitate & rapacitate, sicut aquila festinat ad prædam.

† THEOPHYLACTVS. Perinde inde inquit, ac patres eorum in terra Ægypti vilipenderunt sermones Mosis & Aaronis ab me amandatorum, vt liberarent eos, sic & isti aspernati sunt leges meas, enimuero contemptus ille in sinum eorum reddetur, eruntque instar terræ inaccessæ. Tuba namque bellica insonabit, & rex Babylonis veniet supra domum Domini cum impetu & celeritate, in modum aquilæ. Nam Nabuchodonosor misso exercitu C suo incendit templum, de quo Ezechiel. *Aquila magna grandium alarum, &c.* Præterea vilipensio, qua seruatorem nostrum Iudæi nauci æstimarunt similis erit ei quæ in terra Ægypti contingit: Vt enim Mosi Hebræus dixi, *Quis te constituit iudicem inter nos*, Illi dixerunt *Regem non habemus nisi Cæsarem.* Hæc vilipensio adeo ipsis grauis erit, atque terra inuia, ipsosque apud omnes contumeliosos reddet, instar tubæ iniquitates eorum turpesque affectus prædicans.

Primæ capitiuitatis Iudæorum causa fuit vilipensio sanctorum prophetarum.

Ezech. 17.

Secundæ cõtemptus Christi.

† RVPERTVS cõ. in hunc locũ. Quare semel & iterum super domum illam aquilam venire iuxta Ezechielem, oportuit? Semel venit super eum Nabuchodonosor, & eamdem domum incendio conflagrauit. Iterum venit Romanum imperiũ cum victricibus aquilis, D & non solummodo domum illam sed & locum & gentem irrecuperabiliter tulit. Semel idcirco factum est, vt vetus illud sacerdotium corriperetur, secundo vt omnino tolleretur.

Per primam correptum est sacerdotium Iudaicum, per secundam sublatum.

HIER. vbi supra. Per aquilam, diabolus, qui cupit ponere nidum super astra cæli, vnde, E *Si exaltatus fueris vt aquila, inde detraham te, dicit dominus.* Vnde in lege præcipitur, ne comedamus aquilam. Hæc aquila venit super hæreticorum conciliabula, qui quondam fuerant domus Dei: & hoc ideo, quia præuaricati sunt legem, & sine causa dicunt, *Tu es Deus meus.* Et nos qui dicimur Israel, & Christiano nomine censemur, scimus te: Sed hoc frustra dicit dominus, cum ipsi cõstituerint sibi reges, & principes habeant, aduersarios meos quos non cognoui, quia mei notitiam non merentur, & argentum su. & au. su. quidquid sermonis vel spiritualis intelligentiæ habebant, naturaliter vertebant in idola, quæ in corde suo finxerunt, ideo interierunt.

Abdiæ b.

Deut. 14. b.

Hæretici frustra à Deo stare se iactant.

F b *Me inuocabunt, &c.* † RVPERTVS vbi supra. Sensus est, Mira impudentia, cum sint transgressores, cum sint præuaricatores inuocant me dicentes, *Deus meus, Deus meus cognouimus te.* Tale est illud in Isai. *Me etenim de die in diem quærunt, &c.* Mentiuntur ergo dicendo, *Deus meus, &c.* Modis omnibus verbis ipsorum opera contraria sunt: Idcirco protinus hic propheta subiungit, *Proiecit Israel bonum, &c.*

Isa. 58.

c *Cognouimus.* HIER. Nos, qui dicimur Israel, nomen Iacob, qui tibi placuit, reseruantes, cum aliæ gentes te ignorarent.

☞ *Ipsi*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VIII.

IN gutture tuo. *Post declarationem diuinæ iustitiæ & misericordiæ, hic consequenter ponitur promulgatio vtriusque: & primo iustitiæ, secundo misericordiæ cap: 14. Prima in duas, quia primo ponitur iustitiæ Dei promulgatio, secundo populi increpatio cap. se. prima in tres quia primò proclamatur Dei iustitia contra Iudam, secundo, contra Israel, ibi*, Me inuo. *tertio, iterum contra Iudam, ibi*, Et Iudas. *Circa primum dicitur propheta à domino*,

Diuisio.

1 In gutture tuo sit tuba. *Id est, clama altè ad modum sonitus tubæ, & quid debeat clamare subditur*,

2 Quasi aquila, *Id est, Nabuchodonosor rapax ad modum aquilæ: propter quod aquila vocatur Ezech. 17. a.* Aquila vna grandis, &c.

Nabuchodonosor aquilæ cõparatur.

3 Super domum domini. *Id est, cito veniet ad destruendum domum domini in Ierusalem, quod fuit impletum tempore Sedechiæ 4. Regum vlti. Et subditur causa*,

4 Pro eo quod transgressi sunt fœdus meum, *Iuramento nominis mei firmatum. Sedechias enim de consilio seniorum & sacerdotum rupit iuramentum quod fecerat Nabuchodonosor, de seruiendo sibi fideliter sub tributo. 2. Paral. vlt. c.*

5 Et legem meam præuaricati sunt. *Faciendo multipliciter contra legem domini, datam in monte Sinai. Potest etiam ista pars exponi de destructione templi per exercitum Romanorum, eo quod aquila est signum Romani Imperij.* Pro eo quod transgressi sunt fœdus meum, *occidendo Christum qui missus erat ad fœderandum inter Deum & populum.* Et legem meam præuaricati sunt, *irritantes mandata domini propter suas traditiones, secundum quod improperat eis Christus, Matth. 15.*

Aquila signum imperij Romani.

6 Et inuocabunt, Deus. *Hic consequenter promulgatur diuina iustitia contra Israel, cum dicitur*, Me inuocabunt Deus meus, *Arctati ab Assyriis.*

7 Cognouimus te Israel. *Id est, nos qui sumus populus tuus Israel. Et subintelligendum est, quod hæc vocatio erit frustra. Et subditur causa*,

8 Proiecit Israel bonum, *Id est, cultus Dei pro cultu vitulorum.*

9 Inimicus persequetur eum, *Vsque ad captionem & captiuationem.*

Ipsi

MORALITER.

† 1 *In gutture tuo.* Verbum est domini ad Hosee prophetam vt fortiter & constanter denuntiet aduentum regis Babylonis ad destruendum domum domini in Ierusalem. Moraliter per Hosee significatur prædicator veritatis, qui constanter prædicare debet instantiam dæmonis ad destruendum domum Dei, quæ est ecclesia, quod notatur cum dicitur,

Constantia quæ in prædicatore requiritur.

2 *Quasi aquila, &c.* Per aquilam enim, quæ est auis rapax & acuti visus, significatur ipse diabolus, qui viget acumine intellectus, & ecclesiæ filios nitur rapere, & sic ecclesiam dissipare. Et subditur duplex causa, quare sic permittitur agere mala. Prima ponitur cum dicitur,

Diabolus aquilæ cõparatur.

4 *Pro eo quod transgressi sunt fœdus meum.* Id est, fœdus per nomen meum firmatum. Secundum sensum litteralem Sedechias rex Iuda per nomen domini iurauerat seruire fideliter Nabuchodonosor regi, illud tamen iuramentum rupit de consilio senum & sacer-

Periurium Sedechiæ.

† dotum,

A a *Ipsi reg.* † RVPER. in com. huius loci. Qui regnauerunt non ex me; Nimirum ipsi qui bonum proiecerunt, primum qui cum Ieroboam recesserunt à domo Dauid, deinde qui crucifixerunt, vel negauerunt filium Dei, &c. Ad summum huius sententiæ, *Regnauerunt non ex me, &c.* Illud pro foribus argumentum est, quod regnauerunt absque legitima Dei vnctione. Vnctio nempe regalis in domo Dauid, & in tribu Iuda remansit: reges autē decem tribuum absque vnctione regnauerunt. Solus Iehu quantulacumque vnctione rex cōstitutus est, & hoc ex Domino, verumtamen non eumdem Iehu comprobante, sed condignam de domo Achab vltionem exigente.

8. q. 1. c. audacter. Non ex arbitrio Dei aliquando dari principem Ecclesiæ. Reges Israel non erant vncti oleo sancto.

B *4. Reg. 9.*

a ¶ Me rege relicto, petierunt sibi Saulem regem, vel Ieroboam. b ¶ Non mea, sed populi voluntate.

a eum. * [4] Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola, vt interiret. [5] Proiectus est vitulus tuus Samaria. Iratus est furor meus in eis. Vsquequo non poterūt emundari? [8] Quia ex Israel & ipse est. Artifex fecit illū & non est Deus. c d Quoniā in aranearū telas erit vitulus Samariæ: [7] quia ventum

a ¶ Quia non elegi, ideo reprobaui. ¶ Propter abundantiam diuitiarum quas dedi ad affluentiam & ornatum, me neglecto fecerunt sibi idola, quæ sunt causa interitus eorum.

a ¶ Quia Samaria non audit vocem domini, conuertitur ad alios, quasi ad tertiam personam.

a ¶ q. d. De auro & argento fecerunt vitulum, vnde, Iratus est fur.
b ¶ q. d. Quæ est hæc amentia. Dedi eis locum pœnitentiæ, & ipsi noluerunt conuerti. Et exponit qui sit vitulus, à cuius sordibus non possunt emundari, Non ab aliis acceperunt, sicut Baal à Sidoniis, sed Israel & populus Ieroboam adinuenit. ¶ Pactura est infirma.

a ¶ Quem manus format artificis.

a ¶ Sicut tela aranearum vento dissoluitur, sic vitulus ille in nihilum redigitur, quamuis speciosus videatur, ex hoc quod est aureus. b ¶ Id est, inania opera faciunt, quia idolum nihil.

b *Proiectus vitu.* HIERONYMVS lib. 2. com. Non in vrbe, quæ D dicitur Samaria, positi sunt vituli, sed in Dan & Bethel: Per Samariam ergo omnes vrbes decem tribuum designantur. Et quod ponitur vitulus in singulari numero, pro plurali numero est intelligendum, vt de duobus vitulis intelligatur. Exponit autem interitum. Proiectus est, id est, per Assyrios destructum est templū idolorum, & ipsi cōflati vituli, & in captiuitatē delati: quia furor meus vindicauit in eis vitulis, vel cultoribus eorum.

Israel cum suis idolis abductus in captiuitatem.

ALLEGOR. IBID. Hæretici, vituli, qui relictis cælestibus E proni sunt in terram, & tamen dicūt se seruare præcepta legis. Hos vitulos proiecit Deus, & irascitur eis, & miratur quæ tanta sit peruersitas, vt colant idola, quæ fecerunt. Hos vitulos non accipit Israel (qui se videre Deum fingit) à ceteris gentibus: sed de sacris scripturis conflauit prauum intellectum, & est artifex Dei sui, qui cito peribit sicut araneæ tela, quæ leui flatu dirumpetur.

Idola hæreticorum.

Ista communiter possunt legi tam de hæreticis quam de his qui fecerunt vitulos in Samaria.

c *Quoniam in aranearum, &c.* † RVPERTVS vbi supra. Magnam proiectionem demonstrat hoc argumentum; quod vitulus quondam præcultus, aureolus, & ob frequentiam festiuitatum perpolitus, derelinquitur in telas aranearum: id est, ita negligitur, vt vacet araneis suarum contextione telarum totum cooperire & fœdare. Hoc ita vt dicitur factum est per passionis Christi triumphum, F non tantum in vitulo Samariæ, sed in cunctis simulachris gentium. Magnam autem innuit iram quod ait:

Idololatria per Christi destructa.

d *Quia ventum seminabunt.* † IBID. Belli quippe turbinem hæc sonant sono litterali: sed longe grauiora sunt, quæ intelligimus sensu spirituali, scilicet turbinem iudicij æterni, & famem audiendi verbum Dei.

† THEOPHYLACTVS. Nullum inquit, fructum ex idolorum cultura decerpitis. Nam similes sunt res illorum subuentaneis, seu vento perditis spicis, quæ thecas quidem plenas forinsecus ostendunt, intrinsecus vero fructum non continent, & vacuas aristas habent. Non dissimili ratione simulachra foris quidem speciem habent vel mulieris, vel viri, omnis vero roboris & rationis sunt expertia.

Idola.

Quia ventum. HIER. vbi supra. Ventum seminat qui semina corrupta

† BERNARD. lib. de persecut. sust. cap. 17. Væ vobis, qui tollitis clauem non scientiæ solum, sed auctoritatis, nec ipsi introitis, & multipliciter impeditis quos introducere debuistis. Tollitis enim & non accipitis claues. De quibus Dominus quæritur per prophetam, *Ipsi regnauerunt, & non ex me, &c.* Vnde tantus prælationis ardor? Vnde ambitionis impudentia tanta? Vnde vesania tanta præsumptionis humanæ? Audeatne aliquis vestrum terreni cuiuslibet reguli, non præcipiente, aut etiam prohibente eo, occupare ministeria, præripere beneficia, negotia disputare? &c.

Contra eos qui ambitiose anhelant ad dignitates Ecclesiasticas.

† CYPRIANVS epist. ad Cornelium. Plane episcopi non de Dei voluntate fiunt, qui extra ecclesiam fiunt, sed contra dispositionem & traditionem euangelij fiunt: sicut ipse Dominus in duodecim prophetis ponit & dicit, *sibimetipsis regem constituerunt, & non per me, &c.*

C *Episcopi hæretici.*

† HIER. lib. 2. com. Contra meam voluntatem petierunt sibi regem, sicut ceteræ gentes habent, à qua stultitia, vt reuocaret eos Samuel, exponebat eis legem regni, & filios & filias eorum regibus seruituras prædicebat, vt reuerterentur ad Deum regem clementissimum.

IBID. Potest hoc intelligi de Ieroboam & regibus qui ei successerunt, quia & si Deus iratus Salomoni, regnum eius diuidi voluit, non ideo eum Israel sibi regem constituere debuit, sed secundum præceptum legis debuisset interrogare Deum, quem regem vellet institui. Quod enim Deus vult fieri ad vtilitatem, aliquando per ignaros & repugnātes impletur ad ipsorum damnationem. Vnde, *Oportet filium hominis tradi, sed væ homini illi per quem tradetur.*

Violenta electio Ieroboā in regem.

b Pro-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ipsi regnauerunt, *Scilicet reges Israel,*

2 Et non ex me. *Quia ex diuina ordinatione regnum decem tribuum erat datum Dauid, & filiis eius in sempiternum. Sed contra hoc videtur quod dicitur* 3. *Regum* 11. *f. ipsi Ieroboam*, Hæc dicit dominus Deus Israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi x. tribus. *Dicendum, quod hoc fuit indirecte, & quasi per accidens, scilicet ad puniendum malum Salomonis, ad quod declinauit in senectute: & sic permisit Roboam respondere dura populo, ex qua responsione x. tribus fuerunt ab eo diuisæ, & sic istud contigit ex permissione diuina: & non propriè ex ordinatione diuina, quæ respicit aliquid secundum se & absolute: ideo subditur,*

An discessio 10. tribuum à domo Dauid fuerit à Deo?

3 Principes extiterunt, & non cognoui, *Id est, non approbaui, scilicet, malitiam populi se à regno Dauid segregantis, & per hoc regem sibi statuentis propria voluntate, & non de mandato domini.*

7 Ar-

4 Argentum suum & aurum, &c. *Scilicet vitulos aureos.*

5 Vt interirent. *Hæc enim idololatria fuit interitus sui causa.*

6 Proiectus est vitulus. *Id est, vituli, quia duo fuerunt, accipiendo singulare pro plurali.*

7 Vsquequo non poterunt emundari. *Scilicet filij Israel ab hoc delicto: quasi dicat, numquam, vsque ad eorum captiuationem.*

8 Quia ex Israel & ipse est. *Id est, ipse vitulus est de auro & argento regni Israel.*

9 Artifex fecit illum. *Ex quo patet, quod non est Deus, qui non est factus sed factor omnium.*

10 Quoniam in aranearum telas erit vitulus. *Proiectus in loco vili. In Hebræo habetur,* Quasi hastile erit, *id est, dissipatur in frustra, sicut ligna quæ ponuntur in ignem. Ex quo videtur, quod isti vituli erant tantum aurei exterius & lignei interius, & sic subtracto auro per Assyrios igni factum fuit de ligno.*

Vituli Ieroboam ex qua materia facti fuerint.

11 Quia ventum, *Id est, opera inania.*

Et

MORALITER.

† dotum, vt habetur 2. Para. vlti. & hæc fuit vna causa destructionis templi & mortis Sedechiæ & consulentium sibi dictam ruptionem. Et nunc in pluribus locis nimis faciliter, vt videtur, dispensatio fit in fractione iuramentorum: propter quod timendum est ne contingat simile malum. Secunda causa quare diabolus permittitur ecclesiæ filios molestare, est indebita promotio, quæ notatur cum dicitur,

Nimis facilis dispensatio in iuramentis.

1 *Ipsi regnauerunt.* Frequenter enim in ecclesia promouentur ad dignitates indigni. Et subditur vnus modus cum dicitur,

Male promoti ad dignitates Ecclesiasticas.

4 *Argentum suum & aurum suum fe.* Id est pastores Simoniacè promotos, vnde dicitur Zac. 11. d. *O pastor & idolum derelinquens gre. &c.*

† MORA-

☞ rupta vento, nec habentia medullam ſpargit, vnde nullus fructus A ſurgit, ſic in illis nulla ſpes boni operis.

† THEOPHYLACTVS. Vel de idolis hoc dicit, quod nullam habeant ſubſiſtentiam, nec opem cuique ferre poſſunt: vel de Iſraele, cui tanta obuentura ſit imbecillitas, vt ſimiles æſtimentur imbecillo manipulo, qui eos alere non poſſit: Sin robur aliquod in opibus, aliiſque id genus bonis poſſideant, alienigenæ comedent illud. Seminauerunt quoque leuia Iudæorum doctores, quod ceu non habentes pondus, diſperſi ſint in terrarũ orbem, ſubuerſa cum dogmatibus eorum tota republica. Porrò B ſeminans in carne, & ex carne corruptionẽ metens, ventis corrumpenda, leuia, & vacua ſeminet, à ſpiritu nequitiæ noxam hanc recipiens, &c.

Iudæis nihil manet conſtans & ſolidum.

nus præ ſtultitia, ſed infrenis & domini præſepij contemptor. Sed D quo declinauit. *Munera* inquit, *dederunt amatoribus, &c.* Profectò amatoribus ſine fide, amantibus in ſimulatione, qui ſic amare ſimulant, vt decipiant, vt cum animas deuorauerint à Deo vero, protinus inuadant, vt poſſideant, & ſuam tyrannidem in eos exerceant. Tales Aſſyrij quibus Iſrael miſiſſe munera refert hiſtoria ſacra, diuinũ non ſperantem auxilium.

De crudelibus dominis.

HIER. vbi ſupra. Siluestri aſino, qui domeſtica paſcua nõ tenet, ſed ſponte per diuerſa paſcua vagatur, & ſolitariam diligit habitationem, comparat recedentes à Deo, & diuerſa fabricãtes idola: & ideo à Deo deſerti ſunt.

g *Nunc congregabo eos, &c.* HIERONYMVS IBID. Qui hactenus amabant dare munera aduerſariis, quos diligebant, nunc ceſſare faciam, vt ſuis principibus nulla tributa ſoluant, donec captiuati non tributa, ſed ſeipſos ad omnes contumelias tolerandas præbeant. E

a ¶ Ideo. b ¶ Tempeſtatem captiuitatis. c ¶ Circumfertur omni vento doctrinæ, & de carne corruptionem metent. ¶ Nec ſtipula nec ſpes fructus in illis.

a ſeminabunt, et turbinem metent. [1] Culmus ſtans non eſt in [2]

a ¶ In quam mulier euangelica mittit fermentum.

b eis germen, non faciet farinam, c quòd & ſi fecerit, alieni co-

a ¶ Interfectus ab hoſtibus, vel à dæmonibus qui bona auferunt.

b ¶ Factus eſt ſimilis gentibus idola colentibus Iſrael vere Chriſtiano nomine amiſſo.

medent eam. [8] Deuoratus eſt Iſrael. Nunc factus eſt in na- [3]

a ¶ Non ſponte inuita captiuitate.

d tionibus quaſi vas immundum. [9] Quia ipſi aſcenderunt ad [4]

a ¶ Non oues paſcuæ Dei. b ¶ Pro auxilio.

e f Aſſur: Onager ſolitarius ſibi Ephraim. Munera dede- [5] [6]

a ¶ Aſſyriis, quibus quondam in malitia, iuncti fuerunt temporibus Manahen.

b ¶ In auxilium, vnde ſupra. Abiit Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem vltorem.

runt amatoribus ſuis, [10] ſed & cum mercede conduxerunt na- [7]

a ¶ Pariter ad pugnam, vt ſimul pugnetis, & pariter victi captiuemini. b ¶ Ne dent munera vel tributa donec veniant ad Aſſyrios, vbi non munera dabunt quaſi liberi, ſed graui ſeruitute prementur.

g tiones: Nunc congregabo eos, & quieſcent pauliſper ab [8]

a ¶ Ideo ducentur in captiuitatem vt deſinant dare regibus munera. [9]

b ¶ Non ſolum in Dan vel Bethel rex & populus, ſed in montibus & in diuerſis locis idola coluerunt peccatum peccato addentes.

h onere regis & principum: [11] Quia multiplicauit Ephraim [10]

a ¶ Pro modo ararum modus delicti.

altaria ad peccandum, factæ ſunt ei aræ in delictum. *

i [12] Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ [11] [12]

* Mala. 2. c.

* De præſump. c. ſcribam.

Ex præteritis præſumitur circa futura.

a *Culm. ſtans.* GREG. lib. 8. mor. capit. 25. Culmus germen non habet, cum vita meritis caret: Farinam culmus non facit, cum is qui in præſenti ſæculo proficit, nihil ſubtilitatis intelligit, nullum boni operis fructum reddit, ſed ſi quandò hypocritę bona opera oſtendunt, de his malignorum ſpirituum vota ſatiantur.

Pereunt hæreticis bona, ſi quæ videntur habere.

b *Non faciet.* HIER. lib. 2. com. Hæreticus non facit farinam, Id eſt, non peruenit ad fructum boni operis: Quod ſi aliquando bona opera agant, alieni comedunt ea; quia fauoribus hominum elati, remuneratione carebunt, & ab hoſtibus, id eſt, dæmonibus deuorantur. Sunt enim ſimiles paganis, vt nomen Chriſtianitatis amittant; Sunt & vaſa in contumeliam, qui debuerant eſſe C in honorem. Quid enim immundius hæreticorum dogmatibus?

c *Quod & ſi fecerit, alieni, &c.* IBID. Si aliquando boni aliquid fecerint, Aſſyrij vel dæmones auferent, quia iacta ſemina volucres cæli comedent.

d *Quaſi vas immundum.* IBID. Vas immundum, quo vtimur ad proiicienda ſtercora cuius immunditiæ comparatur hæreticus, vel quia ſordibus illorum idolorum maculatur.

e *Aſcenderunt ad Aſſur.* IBID. Aſſur interpretatur magnus ſenſus, ad hunc aſcendit hæreticus, cum putat ſe aliquid magni præ ceteris intelligere, vnde ſibi videtur quaſi ſolitarius eſſe: dat munera diabolo; & ſicut gentes corporalia ſimulachra adorant, ſic iſti idola quæ in corde ſuo confinxerunt.

Iſrael onagro comparatur.

f *Onager ſolitarius ſibi Ephraim, &c.* † RVPERTVS in com. huius loci. Rectè per onagrũ carnalis Iſrael hic intelligitur, qui vinculo Domini ligari, & ad præſepe eius duci contempſit, ſicut in Iſaia dicitur, *Cognouit bos, &c.* Nam ſicut per bouem, qui poſſeſſorem ſuum, & per aſinum, qui præſepe domini ſui cognouit, credens ac fidelis quiſque intelligitur: ſic Iſrael, qui Dominum non cognouit, rectè onager dicitur, id eſt, aſinus quidem, ſed ſuperbus, aſinus

Nunc congregabo eos, In eccleſiam ſcilicet, qui fuerãt ante diſperſi: & quieſcent pauliſper ab onere regis (vnde Apoſtolus, *Sine nobis regnatis atque vtinam re.*) & principum quos habent in ſynagogis diaboli conſtitutos.

1. Cor. 4. b.

† THEOPHYLACTVS. Antehac inquit, permiſi eis & non redargutos & indemnatos viuere, propter clementiam meam, & pœnitentiæ expectationem: nunc vero accipiam ad iudicandum, pœnaſque exigam ab ipſis non poſt multum ita temporis. Vel, in hoſtium regione ipſos apprehendam, præconſtituens illis captiuitatis locos veluti talibus ſignis, accipiam eos in Babylonia.

h *Quia multipli. Ephraim.* † RVPERTVS vbi ſupra. Cauſa hęc eſt malorũ ſequentiũ. Siquidem vnus erat Deus, & vnum altare eius, quocũque in loco vna fide nomen eius inuocatur. Ille autẽ altare aliud fecit vitulo ſuo, qui non eſt Deus. Hoc vtique multiplicare fuit altaria ad peccãdũ. Quãdo Baal quoque & cetera deorũ portẽta ſuſcipiẽs, tot aras habuit, quot dęmonibus ſacrificauit. Reddã ei multiplicitatis vicẽ. Nam quia multiplicauit altaria, multiplicabo & ego leges meas, noua lege reprobando ſacrificia, quæ illis lex vetus inſtituerat. F

Multiplicatio idololatrię in Iſrael.

HIER. vbi ſuprà. ALLEG. Cum ſit vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma; hæretici multiplicant altaria. Id eſt, varia dogmata, non ad placandum Deum, ſed ad multiplicandum peccatum. Vnde leges Dei non merentur accipere, qui acceptas contemnunt: & ſi quid dixerint de ſcripturis, non diuinis verbis, ſed ſenſibus Gentilium comparandum eſt. Hi relicta vna hoſtia Chriſti, multas immolant & carnes comedunt: & ideo quicquid ſacrificiorum, vel virtutum, vel eleemoſynarum fecerint, non ſuſcipitur à Deo.

De hæreticis.

i *Scribam ei multiplices leges meas quæ velut alienæ comput. ſunt.* IBID. Dederam legem, vt vnum altare eſſet in Ieruſalem: ſed quia fecerunt multas aras, & ſpreuerunt legem datam per Moyſen, ☞ quo

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et turbinem metent, *Id eſt, in captiuitatem ibunt.*

2 Culmus ſtans non eſt in eis, &c. *Id eſt, ſi contingat eis aliqua apparentia proſperitatis, non tamen veniet ad effectum, & ſi veniat, ab aduerſariis rapietur.*

3 Nunc factus eſt in nationibus. *Id eſt, cito ducetur in Aſſyrios captiuus: Loquitur enim de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ.*

4 Quaſi vas immundum, *Id eſt, ibi viliter tractabitur.*

5 Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur. *Id eſt, ibi in captiuitate cito ducentur. Et ſubditur cauſa,*

Onagri quomodo ſe refrigerent.

6 Onager ſolitarius ſibi Ephraim. *Onagri diſcurrentes per deſerta attrahunt ventum ad ſui refrigerium, ſecundum quod dicitur Iere. 14. a.* Onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum quaſi Dracones. *Sic iſti diſcurrebant ad diuerſa loca Gentilium, ad attrahendum ſibi idololatrias eorum, & in hoc delectabantur: ideo ſubditur,*

7 Munera dederunt amatoribus. *Id eſt, idolorum ſacerdotibus. Et ad idem pertinet quod ſubditur,* Sed & cum mercede, &c. *Et ſubditur pœna,*

8 Nunc congregabo eos, *Id eſt, modico tempore tenebo in terra ſua congregatos.*

9 Et quieſcent pauliſper ab onere regis, *Scilicet Aſſyriorum, in cuius regno opprimentur dura ſeruitute; quaſi diceret, Cito ſunt de terra ſua diſpergendi & in ſeruitutem deducendi. Et ſubditur cauſa,*

10 Quia multiplicauit Ephraim altaria. *Scilicet idolorum.*

11 Scribam ei multiplices leges meas, *Per prophetas eis rememorandas.*

12 Quæ velut alienæ computatæ ſunt, *Ab eis eas tranſgrediendo.*

☞ Secun-

quo medicamine potero eos corrigere? posset videri, vt si alias leges scriberem eis, corrigentur: sed has quoque ex nequitia sua negligerent, vnde nec addendæ videntur.

a *Nunc recordabitur.* † RVPERTVS in cõ. Id est, in hoc ipso quòd velut alienas computant leges istas, recordatur Dominus iniquitatum eorum, & excæcatio hæc visitatio est peccatorum eorum, quę fecerunt, à die quàm primùm in deserto vitulum formauerunt, vsque ad illam diem quo Christi sanguinem fuderunt; sicut vindex dixit ad Moysen, *Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum.*

Recrudescunt vetera, dum perpetrantur noua peccata.

HIER. lib. 2. com. ALLEGORICE. Iniquitas ante baptismũ (quæ in baptismo dimittitur) peccatum post baptismum. Vnde dicitur, *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum, &c.* Hæc omnia imputabuntur hæreticis, vt & pro veteribus & nouis puniantur: quia qui de Aegypto per confessionem Christi exierunt, per infidelitatem in Aegyptum redeunt, & obliuiscentes Dei sui multa sibi delubra faciunt.

Hæretici à fide, quam Deo in Baptismo promiserant, recedentes.

b *Iudas vr.* HIER. IBID. Id est, vir ecclesiasticus in malis operibus vel peruersa scripturarum interpretatione ædificauit sibi vrbes munitas non Dei auxilio, sed artifici mendacio, quos errores Deus succendet & destruet igne spiritussancti.

De eis qui errores tuentur.

† THEOPHYLACTVS. Vtrisque regnis interminatur: Decem tribuum imperium ideo increpat, quod bello ingruente, non Deum curauerũt, sed potius idola, quibus plura delubra & lucos excitarunt, placãtes ita sua numina, vt bellum amoueat, atque fortunent; At Iudas ciuitates suas muniebat, vt per eas seruaretur, & non per meam protectioné. Proinde hostilis ignis exedet fundamenta ciuitatum ipsius; Vrbes Israelis secundùm carnem deuorauit ignis Romanorum.

Israel & Iuda in brachio carnis non in Domino reponunt spem suam.

† RVPERTVS. Regum historia narrat 14. anno Ezechiæ ascendisse Sennacherib, & omnes ciuitates munitas cepisse, destruxisse, & igne cõbussisse. Deinde multo magis Nabuchodonosor rex Babylonis, & ciuitatem Ierusalem, templum quoque cõbussit.

a ¶ In his quas iam dedi. Id est, Ex prius datis & neglectis, apparet quod & has negligerent.
b ¶ Posset videri altaria multiplicata esse ad cultum Dei, quod remouet.
c ¶ Varia offerunt sacrificia, non vt Deo placeant, sed vt ventrem impleant, & ideo Deus non suscipit.

cõputatæ sunt. [13] Hostias offerent, immolabũt carnes, & comedent: & dominus non suscipiet eas. Nũc recordabitur iniquitates eorum, & visitabit peccata eorũ. Ipsi in Aegyptũ conuertentur. [14] Et oblitus est Israël factoris sui, & ædificauit delubra, & Iudas vrbes munitas multiplicauit. Et mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

a ¶ Et quia permanent in delictis. ¶ In præsenti. b ¶ Ad vindictam.
a ¶ Ante legem. b ¶ Per flagella captiuitatis.
a ¶ Colendo Deos eorum, vel petendo auxilium ab eis, discedendo à protectione Dei, vel etiam corporaliter contra Dei prohibitionem reuersi abierunt in Aegyptum. ¶ Post legem. b ¶ Hoc ideo quia. c ¶ Decem tribus. ¶ Idolis in excelsis.
a ¶ Cum duæ tribus vidissent x. recedentes à Deo punitas non tamen conuersi sunt ad Deum, sed ædificauerunt vrbes per quas protegerentur ab hostibus, sed nil profuit eis, quia quartodecimo anno Sedechiæ destruxit Sennacherib illas vrbes munitas, qui sicut ignis tam publicas quàm priuatas domus combussit.

b *Iudas*

NICOLAVS DE LIRA.

Secundum aliquos istud legitur interrogatiuè. *Scribam eis multiplices leges meas, addendo præcepta præceptis? quasi diceret, Non, eo quod hoc esset frustra, vnde subditur,* Quæ velut alienæ computatæ sunt.

1 Hostias offerent, immolabunt carnes. *Circa hoc sciendum, quod decem tribus licet colerent idola, tamen cum hoc colebant dominum: propter quod dixit eis Helias 3. Reg. 18. d.* Vsquequo claudicatis in duas partes: *Nunc colendo Baal nunc dominum: sed talis cultus non est Deo acceptus: ideo subditur,* Et dominus non suscipiet eas. *Et subditur punitionis acceleratio, cum dicitur,*

Israel, licet coleret idola, tamen cum hoc colebat Dominum.

2 Nunc recordabitur iniqui. eorum. *Pœnam debitam inferendo.*
3 Ipsi in Aegyptum conuertentur; *Id est in seruitutem duram & vilem, sicut fuerunt in Aegypto.*
4 Et oblitus est, &c. *Repetitio est causa punitionis dictæ.*
5 Et Iudas. *Hic reuertitur propheta ad declarandum diuinam iustitiam contra Iudam di.* Et Iudas multi. vrbes munitas. *Decem enim tribus in captiuitatem ductis, duæ tribus quæ remanserant fortificauerunt terram suam fortalitiis, vt habetur 4. Regum. Et quia tempore Sedechiæ nimis confidebant de illis & parũ de Deo, ideò puniti sunt iusto Dei iudicio, propter quod subditur,*
6 Et mittam, &c. *Quod fuit adimpletum per exercitum Chaldæorum.*

Iudas punitus quod in munitionibus suis plus confideret quàm in Domino.

CAP. IX.

Noli læta. RVPERTVS in com. huius loci. Prolixa inuectione peccata Iudæ, siue Israel Spiritus propheticus præsenti loco declamans, mala illis ventura denuntiat acerba nimis & diuturna, non ante finienda, donec veniret Romanus exercitus, & cumulatam vltionem sanguinis Christi miseriarum mensuram in illis compleret. Testatur hoc ipse Christus, cum per semetipsum ductus ad crucifigendum, ita loquitur, *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super te.* Igitur quocumque nomine propheta hic vtatur, siue Iudam, siue Israel, siue Ephraim vocet eos, ipsi sunt Iudæi, quibus mala ista denuntiantur, qui patrum suorum recedentium à domo Dauid, mensuram impleturi erant crucifigendo magnum & verum Dauid.

Cum completa esset iniquitas Iudæorum per necem Christi, per Romanos Deus fecit eorum consummationem.

CAP. IX.

¶ Aliter punitur ignorans Deum, aliter recedens à Deo. Seruus enim domini sui voluntatem sciens, & non faciens, pla. vapul. mul. a ¶ Nationum Deum ignorantes.

a Noli lætari Israel, noli exultare sicut populi

HIER. lib. 2. cõ. Gentiles non habentes Dei notitiam, cultura Deorum suorum lætabantur. Sicut etiam Israel recedens à Deo gaudebant in cultu idolorum, putantes se per hoc pacem habituros, ait ergo,

a *Noli lætari.* IBID. Quia non habebis pacem quam æstimas, sed in captiuitate punieris, quia fecisti te similem ignorantibus Deum. Ne lætentur hæretici, nec putent se similes aliis nationibus. Illi enim numquam in Deum crediderunt: Isti (quod grauius est) à Deo apostatauerunt, & areas & torcularia multiplicant, & comedunt triticum, de quo fit panis luctus: & bibunt vinum

Hæretici infidelibus peiores.

NICOLAVS DE LIRA. CAP. IX.

Noli lætari. *Postquam posita est diuina iustitia contra populum declaratio, hic consequenter ponitur eiusdem increpatio tamquam conuicti de multiplici delicto: Et diuiditur in duas partes, quia primo increpatur populus, vt viliter peieratus: secundo vt multipliciter ingratus, capitulo sequenti. Prima diuiditur in quinque partes, secundum quinque mutationes de bono in malum. Prima est, de abundantia in penuriam; Secunda de mundicia in immundiciam, ibi,* Reuersus est; *Tertia de scientia in stultitiam, ibi,* Scito te; *Quarta de bonitate in maliciam, ibi,* Quasi vuas; *Quinta de fœcunditate in prolis carentiam, ibi,* Ephraim. *Circa primum dicitur,* Noli lætari, *in animo.*

1 Noli exultare. *Exterius in signo: Dicitur enim exultatio quasi extra saltatio.*

Exultatio.

2 Sicut populi. *Quasi dicat magis habes materiam tristitiæ, quàm Gentiles, qui non sunt transgressores legis Mosaicæ sicut & tu quia non fuit eis data.*

Quia

MORALITER.

† 1 *Noli lætari, &c.* In hoc cap. ponuntur quinque mutationes malæ circa populum Israel, quæ mysticè reperiuntur in Christianis. Prima mutatio fuit de victualium abundantia ad penuriam eorum & defectum, & hoc notatur cum dicitur,

Penuria victus.

† Area

a ¶ Ideo iustè puniendus.

quia fornicatus es à Deo tuo. Dilexisti mercedem super omnes areas tritici. [2] Area & torcular non pascet eos, & vinum mentietur eis. [3] Non habitabunt in terra domini. Reuersus est Ephraim in Ægyptum, & in Assyriis pollutum comedit. [4] Non libabunt domino vinum, & non placebunt ei. Sacrificia eorum quasi panis lugentium. Omnes qui comedent eum, contaminabuntur: quia panis eorum animæ ipsorum, non intrabunt in domum domini. [5] Quid facietis in die

a ¶ Quo potabant se inebriando. b ¶ Deficiet. c ¶ Non solum fame atterentur in terra quam à Deo acceperunt, sed etiam ab ea captiuabuntur, quam suis sceleribus polluerunt. d ¶ Quia. ¶ Corde, colendo idola eorum. a ¶ Sicut enim in terra sua idololatica comedebant, sic captiuati ab Assyriis vtebantur sacrificiis eorum quæ polluuntur in hoc, quod idolis offeruntur. ¶ Sed dæmonibus. a ¶ Quia panis pro quolibet cibo oblato accipitur. b ¶ Subaudis præparatur, quia ideo offerunt vt inde gulæ satisfaciant. a ¶ Polluti Deo non placent. b ¶ Quæ igne Babyloniorum succensa est.

☞ vinum Sodomorum, quod cum felle aspidum calcatur. Et quia multas areas & torcularia sibi præparant, de area & torculari quod calcauit Christus non vtuntur, sed quicquid se habere putant mendacio deprauatur.

a *Area & torcular.* HIER. lib. 2. cõ. Q. Pro mercede fornicationis putasti tibi reddi abundantiam rerum, quæ significatur per areas & per vinũ: sed quia data à me pro cultura idoli tibi reddi putasti, immittam tibi inopiam famis, vt non sit triticũ in area, nec vinum in torculari; & hoc factum est tempore Eliæ & Elisæi, quando matres in Samaria cogente fame cadaueribus filiorum vtebantur.

Fames plane canina in Israel.

3. Reg. 18. a. 4. Reg. 6. f.

b *Non habitabunt in.* † RVPERT. in com. Subauditur, sed in omnes gentes ducentur captiui, & nusquã requies erit illis, quemadmodum itidem Moyses prædixit, *Dispergет te Dominus in omnes populos, &c. In gentibus quoque illis non requiesces, &c.* Et notandum quod non dixerit, *in terra sua*, sed *non habitabunt in terra domini*, nolens profiteri quod terra illa ipsorum fuerit, aut esse debuerit, sed terra Domini. Neque enim ab initio fuit illius populi, neque suis eam acquisiuit meritis, vt Moyses dicit in Deuteronomio, &c. Porrò, & alia est terra, quæ dignius dicatur terra Domini, scilicet, terra viuentium, in qua & Psalmista portionem suam esse dicit, & credit videre bona Domini, in qua nec coloni isti habitare poterunt.

Deut. 28. Terra Domini quæ dicatur? Psa. 26. 141.

HIER. vbi supra. Hæretici, qui ab ecclesia recedunt, & Assyriorum, id est, dæmonum sacrificia comedunt, non habitant in ecclesia fidelium, nec libant domino vinum, quia non spiritualiter in eo lætantur: vnde non placebunt ei, vel ipsi, vel ea quæ offerunt, sed immunda reputabuntur; & sacrificia eorum *quasi panis luctus* erunt, quia quicquid fecerunt vt placerent auditoribus, accipientes ab illis temporalia, vertetur illis in luctum, & qui eorum doctrinam susceperunt contaminabuntur. Conciliabula etiam hæreticorum non domus Dei sed spelunca latronum appellantur.

De hæreticis & eorum discipulis.

c *Reuersus est.* † THEOPHYLACTVS. Ægyptiacam impietatem sectantes, Aegyptum incolere dicuntur. Verum, sic etiam incoluerunt Aegyptum, quod (vt suprà memoratum est) ad Aegyptios, veluti amicos concesserint.

† RVPERT. Qui debuerant esse filij Abrahæ, facti sunt Aegyptij, videlicet, superbientes in peccatis suis, & propter superbiam excæcati & indurati.

d *Et in Assyriis pollutum.* † THEOPHYLACTVS. Siue quod ad Assyrios seu auxiliatores confugientes, immunda comedunt cum ipsis, communi mensa vtentes: siue quod ab ipsis captiui ducti epularum immunditiæ vna cum ipsis participabunt, vt serui dominorum suorum cibo proposito vescuntur. Ab epulis autem reliquas etiam impuritatis species intellige, &c. Necesse est credere panem nostrum, corda fulcientem, Christum esse, talemque suscipere operæ fuerit pretium, terramque domini inhabitare, Catholicã dico Ecclesiam: haudquaquã autem hæreticorum conciliabula, quæ re vera cum terra Assyriorum, tum Ægyptus sunt, ad quæ ingressus, impura illorum dogmata & arcana comedit.

Hæreticorũ impura dogmata fugienda.

e *Non libabunt, &c.* HIER. vbi suprà. In Chaldæa positi carebunt templo & altari in quo solet Deo efferri, & ei non placebunt qui libant diis alienis.

f *Sacrificia, &c.* HAYMO. Cum apud Iudæos sacrificium pro mortuo offerebatur, quæ oblatio panis lugentium dicitur, quia à lugentibus offertur: si quis de eo comederet, ipse immundus & sacrificium immundum dicebatur. Aliter: Corpora mortuorum vij. diebus lamentabantur, & in hoc spatio si quis de domo mortui aliquid comederet, immundus fiebat. Sic & qui offert, & qui comedit, & quæ offeruntur idolis immunda dicuntur.

Panis lugentium.

g *Omnes qui comedunt.* † THEOPHYLACTVS. Hoc est. Ipsis erunt vtiles, ipsique tantum vescentur eis: verum, Deus non suscipiet ea, quemadmodum nec crucifigentium Dominum Pascha suscipiebat. Vel, panes propositionis eorum, neque libationes vini eorum Domino offerebantur, neque thymiamata, quandoquidem non vt ille voluit, offerrentur. Quòd si ex iniquè partis facultatibus sacrum faciamus Deo, panis mœroris commodissimè dici poterit, tamquam circumuentis lugẽtibus, quod sint iniuriam passi. Sancit autem legem Deus, talia in domum suam non esse perferenda, impura enim esse, & qui ea manducauerint, pollui.

De quibus nolit Deus fieri sibi oblationes.

h *Quid facietis?* † RVPERT. Hæc sub interrogatione vt eos euigilare faceret exclamauit, cunctisque qui audiunt, in attentionem excitatis, rursum se conuertit, & causam reddit, cur eos tam grauiter percunctatus sit. Tamquam diceret: Derident isti me quasi promittentem longinquum diem, dum dico, *Quid facietis in die solemni, &c.* Quoniam ergo non credunt diem illum, aut certè contemnunt, quasi non propè, sed longè venturum: ecce de propinquo molestum illis datur argumentum.

HIER. vbi suprà. Cum venerit dies captiuitatis, quæ dies erit ☞ mihi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia fornicatus. *Idololatrando & legem eius transgrediendo.*

2 Dilexisti mer. *Pro cultu enim idolorum consequi sperabant abundantiam temporalium bonorum; sed accidit eis contrarium, quia hæc abundantia, quam consecuti fuerant Deum colendo, mutata est in penuriam; ideo subditur,*

3 Area & vinum. *Quia non crescet quantum sperabant, & cum hoc eiicientur de terra sua captiui, ideo subditur,* Non habitabũt in terra domini.

4 Reuersus. *Hic increpatur de mutatione secunda, scilicet de munditia in immunditiam cum dicitur,* Reuersus est, &c. *id est, de munditia vitæ, quam lex tradidit, in immunditiam conuersationis Aegyptiacæ.*

Mutatio secunda.

5 Et in Assyriis, *Scilicet, ductus.*

6 Pollutum comedit, *Id est, comedet cito cibaria in lege prohibita.*

7 Non liba. *q. d. propter sui immunditiam ineptum est ad Dei sacrificiũ.*

8 Sacrificia eorum quasi panis lugentium. *Id est, polluta; In domo enim, in qua erat mortuus, omnia cibaria reddebantur polluta, & illi qui comedebant ea: ideo sequitur,* Omnes qui comedent, &c.

9 Quia panis. *q. d. ille panis potest reficere hominem, sed ineptus est ad faciendum inde Deo oblationem: ideo subditur,*

10 Quid facietis in die solemni. *In quo debetis apparere coram domino, cum oblationibus & non vacui, & non habetis aliquid aptum ad offerendum, & secundum hunc sensum continuatur littera præcedenti. Ra. Sa. aliter exponit dicens, quod alloquitur duas tribus à Nabuchodonosor occidendas, dicens:* Quid facietis in die solem. *quando dominus de cadaueribus vestris faciet solemne conuiuium bestiis & auibus. q. d. non habebitis effugium, & sic coniungitur cum littera sequenti, cum dicitur,* Ecce

Duplex expositio illius: *Quid facietis in die, &c.*

MORALITER.

† 3 *Area & torcu.* Christianorum area spiritualis est altare, vbi consecratur & ministratur sacramentum eucharistiæ: quod in primitiua ecclesia abundanter ministrabatur Christianis, quia communicabant quotidie; sed postea refrigescente deuotione ordinatum fuit, quod sufficeret populo communi singulis diebus dominicis communicare; postea verò ex eadem causa ordinatum fuit, quod sufficeret bis in anno, scilicet in paschate & natiuitate domini, & modo sufficit semel, scilicet in paschate, & tamen multi disponunt se ad hoc satis defectiuè: & sic patet penuria respectu abundantiæ præteritæ in populo communi.

Quomodo per gradus defecerit in populo Christiano feruor deuotionis, qui olim solebat illi inesse in suscipienda sacra communione.

† *Et vinum.* Sacramentum Eucharistiæ sub specie vini recipitur à sacerdotibus, & cum hoc aliquando à ministris altaris, tamen pluribus non proficit; quia, sicut dicitur j. Cor. xj. f. *Qui mand. & bib. indig. iu. si. man. &c.* tamen sacramentum sub specie vini sumptũ non mẽtitur eis, sed ecõuerso ipsi mentiuntur sacramẽto: propter quod cũ dicitur, *Et vinũ mentietur eis*, est hypallage, sicut cum dicitur, Perflauit fistula buccas, id est, bucca perflauit fistulas. Et Iere. xj. d. *Mittamus lignum in panem eius*, id est, Christum qui est vitæ panis, mittamus in lignum crucis, vt exponunt aliqui doctores catholici.

Clerici ex frequenti communione non proficientes.

Hyppalage.

4 *Reuersus, &c.* Hic ponitur secunda mutatio, scilicet à munditia in immunditiam. Et hæc mutatio Mysticè reperitur in malis religiosis, qui post professionem reuertuntur ad modum viuendi sæcularem: ideo subditur,

5 *Et in Assyriis*, Per Assyrios qui interpretantur facturæ vigilantes domino, significantur boni religiosi, qui vigilant in obsequiis † domi-

Boni religiosi.

mihi solemnis, & quasi placens hostia: quia in ea vindicabor de hostibus & ponam finem iniuriæ eorum, & flagellabo ingratos filios. O hæretici quid facietis cum venerit dies iudicij, quando vitam suis, mortem redditurus est inimicis?

a *Ecce enim.* † HAYMO. Id est, sine dubio in proximo proficiscentur à vastitate decē tribus in Assyrios, & reliquæ duæ in Babylonios. Illuc proficiscentur à vastitate, id est, hic relinquētes solam vastationē terræ: vastata enim remanebit gladio & igne.

HIER. lib. 2. com. *Ecce enim.* vastati estis à dæmonibus, qui vos spoliauerunt virtutibus & imitati estis opera infideliū: propter hoc sepeliet vos Memphis, quia iuxta sententias & blasphemias oris vestri damnabimini; & quod locuti estis, in suppliciis sentietis: & quicquid argenti in nitore eloquij & falsi dogmatis habuistis, possidebit vrtica, quæ vos æterno ardore consumet; & in tabernaculis, id est, in conscientiis vestris lappa, id est, memoria præteritæ malæ conuersationis torquebit.

a ¶ Illis non respondentibus ipse respondet, imò quæ factura sunt, diuinis oculis intuetur, & prædicit: Ecce enim, &c.

a solemni, in die festiuitatis domini? [6] Ecce enim profecti sunt [1] b à vastitate. Aegyptus congregabit eos, Memphis sepeliet [2] [3] c

a ¶ Per argentum signantur omnia quæ argento emuntur, vt villæ. b ¶ Signat autem longam vastitatem, quia vbi prius erant delectabiles habitationes, nascentur lappæ & vrticæ.

d eos. Desiderabile argentum eorum vrtica hereditabit, lap- [4]

a ¶ De quibus supra. Quid facietis. ¶ Afflictionis.

e pa in tabernaculis eorum. [7] Venerunt dies visitationis, vene- [5] [6]

a ¶ Vt qualia fecerunt, talia recipiant. b ¶ Nunc recognosce verba tua, quæ solebas dicere de meis prophetis. c ¶ Esse. d ¶ O. e ¶ In me. ¶ Sine intellectu.

f runt dies retributionis. Scito te Israel stultum prophetam, [7] [8]

a ¶ Propter ergo innumera peccata, multam incurristi amentiam, vt nec per te scires quid ageres & eos qui per spiritum sanctum vera tibi prophetabant non audires sed amentes vocasti.

insanum virum spiritualem. Propter multitudinem ini- [9] [10]

¶ Est. ¶ Est.

g quitatis tuæ, & multitudo amentiæ. [8] Speculator Ephraim [11]

a ¶ Et est. ¶ Ipse est laqueus in quo populus capitur.

cum Deo meo propheta, laqueus ruinæ factus est super om- [12] [13]

a ¶ Vitulus aureus. b ¶ In Bethel vbi prius domus Dei. c ¶ Vsque in baratrum impietatis.

h nes vias eius. Insania in domo Dei eius. [9] Profunde pec- [14] [15]

a ¶ Ideo. ¶ Deus, quia patitur, oblitus putatur. b ¶ In proxime separando ab ecclesia.

i cauerunt, sicut in diebus Gabaa. Recordabitur iniquitates [16] [17]

b *Profecti sunt.* Id est, proficiscentur, quia prementibus Chaldæis fugient ad Aegyptum, vt sic euadant.

c *Memphis.* IBID. Memphis erat ciuitas metropolis Aegyptiorum, antequam Alexandria exaltaretur. Interfecto autem Godolia ab Hismaele, quem Nabuchodonosor rex terræ præfecerat, reliquiæ duarum tribuum fugiendo Chaldæos cum Ieremia propheta, contra præceptum domini ingressæ sunt Aegyptū: & ibi postea persequentibus Chaldæis, vel capti sunt, vel sepulti sunt in prædicta ciuitate. *[margin: Memphis. Ierem. 41. a.]*

d *Desiderabile arg.* † RVPERTVS in com. Longam & magnam his verbis significat vastitatem; quia vbi erant quondam domus pulcherrimæ, desiderabiles, & desiderabili argento comparatæ, ibi lappæ ortæ sunt & vrticæ. Ab isto præsentium malorum argumento, maiorum fidem capere poterant malorum de longinquo, vt non liberet eos ridere vel subsannare ad percunctationem dicentis, *Quid facietis in die solemni, &c.* Sanè dies ille solemnis, dies festiuitatis domini quis sit manifestius aperit, cum dicit, *Venerunt dies vast. &c.* *[margin: Magna & diuturna solitudo.]*

e *Venerunt.* HIER. vbi supra. Dies iudicij veniet improbis, in quo affligetur Israel, id est, qui iactat se nosse Deū, & non sancto spiritu regitur, sed à dæmonio in varias partes circūfertur, nesciēs quid loquitur; dicens Dei filiū creaturā, spiritum sanctū negans esse Deum, & aliū Deum bonū, alium mundi creatorem dicens: quorū insania multiplex est, quia multæ iniquitates. Semel autem sciendum, quicquid in hoc propheta de Israel & Ephraim dicitur, ad hæreticos referri, qui verè insanientes, contra Deum loquuntur mendacium. *[margin: Hæreticorū insania.]*

f *Scito te.* † RVPERTVS vbi supra. Iterum conuersus ad Israelem, consilium illi præbere, atque sensatas cogitationes insinuare nititur. Consiliū sanum est dicentis, *scito te stultum,* insanum, amentem, post spiritualia nequitiæ euntem spiritum. Istud namque scire, principium est sapientiæ: Salomon namque dicit, *Stultissimus sum virorum, &c.* *[margin: Prou. 30.]*

HIER. supra. Vel O Israel, qui promittebas tibi pacem, scito te in hoc stultum fuisse & insanum prophetā, qui putabas te esse spiritualem, sed non venit pax secundum æstimationem tuam. Etiam scito prophetam, quem ego misi tibi ad annuntiādam veritatem, quem tu dicebas insanū, fuisse virum sancto spiritu plenum, & vera prophetantem. *[margin: Insania Israelis. 4. Reg. 9. c.]*

g *Speculator, &c.* † RVPERTVS vbi supra. Clamauit ad Israelem inculcans, vt sciat & confiteatur quod stultus sit: at ille pertinaciter stultitiam suam defendit, dicens quod sapiens sit. Itaque rursus ad auditores conuertitur, & conquerendo dicit, *Speculator Ephraim, &c.* Magna vehementer malitiæ vel præsumptionis admiratio, dum dicit, *Speculator Ephraim cum Deo meo.* Quid enim est speculatorem esse cum Deo, nisi speculationis subtilitate contendere cum Deo? Et, speculari contra Deum? hic denotatur ille quicumque aliquo machinamento diuinis molitur obuiare consiliis. Hoc egit Ieroboam. Dixit enim in corde suo, *Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascenderit populus iste in Ierusalem, &c.* *[margin: Insana præsumptio cōtra Deum. 3. Reg. 12.]*

HIER. supra. Deus constituit reges, & sacerdotes, & prophetas, vt prouiderent populo: vnde dicitur ad Ezechiel, *Speculatorem dedi te domui Israel,* Dicit ergo propheta, *Ephraim,* id est Ieroboam, *Cum Deo meo,* id est, secundum voluntatem Dei mei constitutus est speculator ad hoc, vt & ipse & sequaces reges populo Dei vtilia prouiderent: & sicut prophetæ ad bona erigerent: sed in omnibus viis, id est, actionibus suis factus est laqueus, quia suadendo, & per potentiam cogendo ad idololatriam inducebat. Vnde dicitur, *[margin: Ezech. 3. d.]*

h *Insania in.* IBID. Prælati ecclesiarum aliquando in ecclesia Dei confingunt insaniam, vel in scripturis prauè interpretando, vel in vnoquoque credentium (qui domus Dei rectè dicitur) errorem generando, vt quicumque sequitur eos, illaqueetur ad casum. *[margin: Prælati erronea docentes.]*

i *In diebus.* IBID. Reducit ad memoriam scelus filiorum Israel, quando vxor Leuitæ redeuntis de Bethleem nefando concubitu necata est, vel quando relicto Deo fecerunt sibi regem de vrbe Gabaa, id est Saul, & multo peius peccauerunt nunc eligendo Ieroboam *[margin: Iudic. 19. g. 1. Reg. 10. d. 3. Reg. 12.]*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce enim. *Id est pauci qui effugerunt in destructione Ierusalem iuerunt Aegyptum contra consilium Ieremiæ, scilicet, Ioannam filius Charee, & alij tum eo Ieremiæ xlij. ideo subditur,*

2 Aegyptus. *Ista tamen fuga non valuit eis, quia cito post Nabuchodonosor intrauit Aegyptum, & eos occidit; ideo subditur,*

3 Memphis sepel. *Ciuitas est Aegypti, qua nunc dicitur Damiata.* *[margin: Memphis.]*

4 Desiderabile. *Ierusalem enim destructa longo tempore fuit sine habitatoribus, vbi fugientes absconderant sua pretiosa, & sic ibi creuerunt vrtica & spina.*

5 Venerunt dies visitatio. *Id est, punitionis.*

6 Venerūt. *Scilicet pro peccatis: & in hoc notatur iustitia huius punitionis.*

7 Scito te. *Hic increpatur tertia peiioratio, scilicet de sapientia in stultitiam. Dederat enim dominus illi populo legem de qua dicitur Deut. iiij. a.* Hæc est sapientia vestra & intellectus coram populis: *sed propter transgressionem eius fuerunt excæcati, quia frequentatio peccatorum excæcat mentis oculum; ideo subditur,* Scito te Israel stultum. *Et dicunt aliqui correctores, quod sunt duæ dictiones, scito te: & sic Israel est vocatiui casus: sed in Hebræo est vna dictio, & tunc Israel est accusatiui casus, & sic est sensus:* Scito te, &c. *q. d. patet omnibus quod populus Israel, factus est stultus.* *[margin: Excæcatio Iudæorum. Tertia mutatio.]*

8 Prophetam insanum. *Quia propheta Israel erant arreptitij à dæmonibus, ideo cum subditur,*

9 Virum spiritualem, *Intelligitur maligno spiritu arreptum: Et subditur causa huius,*

10 Propter mul. &c. *Supple facta est à dæmone, Deo iustè sibi permittente. Consequenter subditur de bonis prophetis.*

11 Speculator Ephraim, *Id est, annuntians veritatem Ephraim,*

12 Cum Deo meo. *Id est, loquens spiritu diuino.*

13 Propheta. *Scilicet & secundum veritatem; Sed quia tales prophetas quærebant interficere, sicut infra patebit de Amos, ideo sequitur:*

14 Laqueus ruinæ, *Quia in dictis & factis tales prophetæ quærebant occasionem mortis suæ: Et quia regnum Israel non solum hoc faciebat, sed etiam regnum Iuda, in quo erat templum, ideo subditur:*

15 Insania in do. *Quia Zachariam interfecerunt in domo domini ij. Paral. xxiiij. Et quia ista erant horrenda, ideo subditur,*

16 Profundè peccauerunt, sicut in diebus Gabaa. *In quo vxor Leuitæ mortua fuit vexata incredibili libidine, Iudic. xix.*

17 Recordabitur. *Non quia obliuio cadat in Deo sed quia ad modum recordantis se habet, quando punit peccata diu dissimulata.*

1 Quasi

MORALITER.

domini: Et in eis panem pollutum comedit, qui inter eos immundè viuit, & hoc est pessimū, scilicet inter mundos viuere immundè. *[margin: Pessimū est inter mundos viuere immundè.]*

7 Sci-

7 *Scito te.* Hic ponitur tertia mutatio quæ fuit à scientia in stultitiam: Et hæc mutatio reperitur in pluribus Theologis moderni temporis, qui sacram scripturam & sanctorum doctrinam † studere *[margin: Contra Theologos curiosos & auaros.]*

roboam & adorando idola: Tunc enim remansit populus in cultu Dei, nunc post Schisma secuta est idololatria; Possunt hæc & ad prælatos ecclesiæ referri, qui praua doctrina lædunt eos, quibus prodesse debent.

a *Quasi vuas.* HIER. lib. 2. com. Cum totus orbis esset desertus, & Dei notitiam non haberet, aliis relictis in errore, elegi Israel ad sacrificadum. Nota proprietatem: populus *inuenitur*, patres *videntur*: In vtroque *vinea* est & *ficulnea* sub quibus requiescere dicitur, qui confidit in domino.

Israel eductus Dei verè cultum.

IBID. Cum in deserto huius mundi gentes ignorarent Deum, & ipse Israel excæcaretur; primum in apostolis & in apostolicis viris inuenit Deus Christianum populū mente Deum videntē, & dulcissimis eorum fructibus satiatus est quasi vua & ficus in deserto inueniantur. Sed hæretici vsurpantes sibi nomen Christi intrant ad Beelphegor, id est, seruiunt libidini. Vix reperitur hæreticus qui diligat castitatem, & si ore laudet. Ideo alieni à Deo confusioni, id est, idolo mancipantur: Sicut enim qui gulæ seruit, seruus est gulæ: sic qui libidini seruit, Deum habet Beelphegor.

Vix est hæreticus qui diligat castitatem.

a ❡ In captiuitate occidet. ❡ Tandem damnando. b ❡ Quæ in se.

eorū, & visitābit peccata eorum. [10] Quasi vuas in deserto inueni Israel, quasi primā poma ficulneæ, in cacumine eius vidi patres eorum. Ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in confusione, & facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerūt. [11] Ephraim quasi auis auolauit. Gloria eorū à partu, & ab vtero, & à conceptu. [12] Quod & si enutrierint filios suos, absq; liberis eos faciam in hominibus. Sed &

a ❡ In Abraham. b ❡ Quæ delectabilia sunt, & cum amore colliguntur, ob celeritatem maturitatis. c ❡ In initio ipsius populi per gratiam elegi Abraham, Isaac & Iacob, qui mihi adhæserunt. d ❡ Ficus. ❡ Licet autem à bonis geniti & educti de Aegypto, seruierunt libidini. a ❡ Idolum Moabitarum & Deus tentiginis. a ❡ A Deo. ❡ In confusionem sui recesserunt, digni abiectione omnium. a ❡ Vnde; Similes illis fi. qui fa. e. vt non idololatræ, sed ipsa idola vocentur. b ❡ Et ideo. ❡ x. tribus. c ❡ Velociter de loco suo in captiuitatem abiit. d ❡ Quæ erat. a ❡ Quia facile pariebant. b ❡ Quia facile in vtero gerebant. c ❡ Quia facile concipiebant. ❡ Subau. auolauit. d ❡ Si habuerint licentiam nutriendi multos filios, non proderit eis, quia debent tradi neci vel captiuitati. a ❡ Nec solum temporalis hæc pœna, sed æternum væ erit eis destitutis à meo auxilio.

b *Ipsi intrauerunt.* † RVPERTVS in com. Inter omnia quæ fecerunt, hoc fuit turpissimum, quod spiritu fornicationis seducti per mulieres Madian initiati sunt Beelphegor, quem Latini nuncupant Priapum. Et hoc facientes, abalienati sunt, inquit, in confusionem, id est, alieni facti sunt, & non filij patrum talium, quos vidi, quos cognoui, quos elegi vt essem Deus eorum, & ab illa gloria traducti sunt in confusionem. Vis scire quantam? *Et facti sunt*, ait, *abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.* Ergo facti sunt sicut Beelphegor ad quem intrauerunt, testante propheta, *Similes illis fiant qui faciunt, &c.* Talis est ergo vnusquisque, quale est illud quod diligit, vel in quo confidit, &c.

Illi assimilamur quod diligimus seu colimus.

Psal. 113.

c *Ephraim.* HIER. in cō. lib. 2. Gloriabatur decē tribus præferebāt se fratri suo Iudæ, quod multos haberet filios, & exercitus: sed hi omnes vel captiuati vel interfecti sunt. Cito ergo recessit ab eis gloriatio eorum; Vel, gloria eorum, id est, auxilium Dei cito recessit ab eis, & auolauit etiā à partu & ab vtero & conceptu: quia etiā filios & posteros eorū deseruit Dei auxilium: vnde subditur,

Nulla est solida gloriatio nisi in Deo vno.

d *Quod etsi enutrier.* † THEOPHYL. Celeriter defecit à me, nō sequutus patres suos: vel, quod celeriter ad captiuitatem abducetur. Quoniam noluerūt glorificari per me, & auxilium meum, sed gloriam suam æstimarūt numerosam sobolem: putantes forsan ex tali suorum copia sese robustiores futuros, nec quidquā huiusmodi sperarunt. Etenim quando educauerint filios suos, iamque viriles eos ætas firmauerit, bellum aduentans talibus eos filiis spoliabit, ideoque ne quicquam labores propter liberorum educationem sustinebunt.

Vana gloriatio Israelis de fœcunditate prolis.

HIERONYMVS supra. Hæretici instabiles & lasciui ab ecclesia recedunt & gloriātur, si multos prauo dogmate generent: quos & si enutriti fuerint in fornicatione, dominus minatur puniendos cum magistris eorum, & erit eis æternum væ. Replicat etiam qualis fuerit Ephraim. Quando inquit erat in ecclesia inter fluctus huius sæculi, firma permanebat in Christo fundata: sed nunc filios suos ab ecclesia ad diabolum ducit ad mortem.

Item hæreticorum de multitudine sequacium.

MORAL. Per filios malæ cogitationes, vel praua dogmata intelliguntur. *Quæ omnia interficiet dominus spiritu oris sui. Et in illa die peribunt omnes cogitationes & dogmata eorum.*

2. Thes. 2. b. Psal. 145. a.

e *Sed & væ eis, &c.* † RVPERTVS. Non solum hoc malum erit

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quasi vuas, &c. *Hic increpatur quarta mutatio de virtute in malitiam, cum dicitur in persona domini:* Quasi vuas in des. *quæ sunt ibi valde pretiosæ, quia raræ.*

Quarta mutatio.

2 Inueni Israel. *in primis patribus Abraham, Isaac, Iacob & similibus.*

3 Quasi prima poma fi. &c. *Quæ sunt aliis meliora.*

Iudæi multum deficientes à perfectione patrum.

4 In cacumine eius vidi patres. *Sicut enim in cacumine arboris fructus citius maturantur & melius, eò quod à sole attinguntur liberius: sic dicti patres fuerunt meliores posterioribus, de quibus subditur,*

5 Ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor. *Id est, ad idololatriam filiorum Ammon & Moab. Num. xxv.*

6 Et abalienati sunt, *A Deo,*

7 In confusione. *Scilicet sua, vt ibidem habetur.*

8 Et facti sunt abominabiles sicut ea quæ, &c. *Id est, sicut idola quæ abominationes nominantur frequenter in scriptura.*

9 Ephraim. *Hic increpatur populus de quinta mutatione, scilicet, à fœcunditate prolis in carentiam. Et diuiditur in tres partes, quia primò propositum prædicitur; secundo, incidens ponitur, ibi:* Sed & ve. *tertio, scriptura ad primum reuertitur, ibi:* Ephraim, *Carentia vero prolis in magna parte fuit eius captiuatio, quod notatur cum dicitur,* Ephraim quasi auis auolauit, *de nido suo.*

Quinta mutatio.

10 Auolauit. *Ductus extra terram suam in captiuitatem: Et loquitur propheta de futuro per modum præteriti, sicut frequenter dixi: & ideo sic intelligendum est in aliis vbi non exprimitur.*

11 Gloria eorum à par. *In hoc enim gloriabantur, quod vxores eorum faciliter concipiebant & sine periculo pariebant: ex quibus sequebatur abundantia prolis. De mutatione huius gloria subditur,*

12 Quod & si enutrierint fili. su. absque liberis eos faciam, &c. *interficiendo eos per Assyrios.*

13 Sed & væ eis. *Hæc est pars incidentalis, in qua propheta in persona Dei loquens denuntiat futuram destructionem populi Iudaici per Romanos, habita occasione ex eius destructione per Assyrios, de qua ante immediate fuerat locutus.*

Destructio populi Iudaici per Romanos. Passus hic per Iudæos deprauatus est.

Circa quod sciendum, quod iste est vnus de passibus scripturæ veteris testamenti corruptis à Iudæis, secundum quod dicit frater Raymundus in Hebraica lingua valde peritus. Ad cuius intellectum sciendum, quod sic in Hebræo habetur: Quia *etiam væ eis* Besuri *de eis. Hebræi vero habent duplicem litteram scilicet* Samech *& sin in sono & charactere differentes. Quando vero* Besuri *per litteram* Samech *scribitur, significat in recessu meo: quando vero scribitur per* sin *significat incarnationem meam: Hic autem scribitur per* sin, *& ideo hæc est vera littera,* Quia

MORALITER.

† studere negligunt, & vanis ac curiosis totaliter inhærent.

Nostra tempora multū deficiunt à sanctitate priorum.

1 *Quasi vuas in deserto.* Hic ponitur quarta mutatio quæ fuit in populo Israel, quæ fuit de bonitate in malitiam: nam primi patres vt Abraham & Iacob & similes fuerunt optimi, & posteriores fuerunt idololatræ pessimi, sicut patet iiij. Regum & ij. Paralipomenon: Et sic est in ecclesia Christi: nam primi rectores eius optimi fuerunt, scilicet apostoli & successores eorum multi, intantum quod ferè in omnibus ecclesiis Deus miracula faciebat ex eorum meritis. Sed modo multi faciunt mirabilia, quia per modos inexcogitatos & mirabiles surripiunt simplicium bona.

9 *Ephraim quasi auis.* Hic ponitur quinta mutatio, quæ fuit in populo Israel, scilicet à fœcunditate prolis in sterilitatem, ideo subditur,

† *Absque liberis.* Hoc autem mysticè reperitur in multis ministris ecclesiæ, qui nec verbo prædicationis, nec exemplo bonæ actionis faciunt liberos in ecclesia Dei, sed magis per suam malam vitam faciunt filios inferni.

Ministri Ecclesiæ Deo animas non lucrantes.

erit eis, vt fiant absque liberis, sed postquam sic recessero ab eis, A postquam tradidero eos in manu hostili, sequitur adhuc væ, id est, iudicium æternæ damnationis; iuxta quod Psalmista, cùm dixisset, *Tradentur in manus gladij*, confestim addidit, *introibunt in inferiora terræ, &c.*

Psalm. 61.

precatur ipsorum etiam cura tactus, veluti amans fratrum suorum, D vt ne pariant impios liberos, neque educent; ac pro diuina gloria æmulatur ceu amans Dei.

e *In Galgal.* † THEOPHYLACTVS. Postquam in Galgalis maximè fuerunt impij, horum meminit, & ait: Propter illic admissa scelera, odi ipsos, ac eiiciam eos è domo mea, vel, ex Palestina, quam pro domo habuerunt à me sibi traditam. Vel ex templo meo, aliò enim ipsos transferam.

a ¶ Exponit qualis fuerit Ephraim, vt magis appareat deiectio. ¶ Qui nunc desertus, erat olim.

a væ eis, cum recessero ab eis. [13] Ephraim (vt vidi) Tyrus erat
b fundata in pulchritudine. Et Ephraim educet ad interfecto-

¶ Vox prophetæ.

c d rem filios suos. [14] Da eis domine, Quid dabo eis? Da eis vul-

a ¶ Vt & si genuerint non habeant vnde lactare possint.

uam sine liberis, & vbera arentia. [15] Omnes nequitiæ eorum

a ¶ Vbi Saul vnctus in regem, ibi Samuel iram Dei populo nuntiauit. b ¶ Idolorum culturam quam adinuenerunt.

e f in Galgal, quia ibi exosos habui eos. Propter malitiam adin-

a ¶ Cum x. tribus recessissent à domo Dei, quomodo eiiciendæ dicuntur? Sed domus Dei potest dici, vel terra promissionis, vel Bethel, vel Ierusalem, de qua captiui ducti sunt, vel certe domus Dei cælum, à quo corpore deficientes repellendi sunt.

g uentionum eorum de domo mea eiiciam eos. Non addam

a *Tyrus.* HIER. lib. 2. com. in medio maris, abundās omnibus diuitiis: Huic Tyro se similes putauerūt x. tribus in multitudine diuitiarum, & sicut Tyrus non timet circumuerberantes vndas, sic ille populus, Dei circumcinctus auxilio, B pro nihilo habebat iras aduersantium populorum.

Israel Tyro se comparat.

IBID. Sic pulcher & validus Dei auxilio vallatus, sicut Tyrus mari: Vel secundum LXX. Quasi scopulus durissimus qui contemnit omnes circumuerberantes procellas.

1 † RVPERTVS in com. Sensus est, Non mireris ô Propheta, nec tibi plus iusto dura videatur sententia, E seu vltio nimis festinata, quia nequitiæ eorum, quę vindicantur, non nouæ sunt, sed inueterauerunt, & semper in peius profecerunt. Peius namque in Galgalis, quàm in Bethel idola coluerunt, quia idolum vitulinum in Bethel coluerunt temporibus regum, sed supra iam temporibus Iudicum in Galgalis nequiter egerunt, habendo illic idola, sicut scriptum est in libro Iudicum cap. 2. & 3.

In Galgalis idololatria nequior quam in Bethel.

b *Et Ephraim.* † THEOPHYLACTVS. Hæc veluti ex prophetę persona dicuntur. Video, inquit, Domine, quod Ephraim, ex quo iniquitates ac scelera commisit, tantum non ipse liberos suos protulerit ad venationem, hoc est, ad captiuitatem, traiectionem, mactationem, & iugulationem. Quidam enim captiui ducti sunt, alij ab hostibus iugulati: itaque neminem alium accuset orbitatis, sed semetipsum. Vel, quia filios suos Ephraim idolis immolabat, ad iugulationem destinabat, propterea non immerito sobole sua viduabitur. Hæc ego ipse vidi. Nec enim est mendacium hoc.

Ipse perdit liberos quos genuerat.

HIERONYMVS vbi suprà. Iste interfector intelligitur Azael C rex Syriæ, qui Samariam longa obsidione ita fame afflixit, vt illius habitatores intelligerent vtilius esse ad eum exire, & gladio cito perire, quàm longa inedia: Quia vero videt propheta, quia in abūdantia donorum Dei superbierant, precatur auferri causam superbiæ, prouocans Deum ad auferendum.

4. Reg. 8. d. Azael Samariam obsidet.

c *Da eis domine.* Et statim ipse sibi respondet,

d *Da eis vuluam sine liberis.* Ne glorientur de multitudine filiorum.

IBID. Si his quæ Deus dat pro benedictione in contrarium vtamur, aliquando iustè subtrahuntur, iuxta illud, *Muta fiant labia dolosa*: Et alibi, *Disperdat dominus vniuersa labia dolosa.*

Psal. 30. c. Ibid. 11. a.

† THEOPHYLACTVS. Quia ex prolis exuberantia confidunt, tamquam per eam aduersus hostes præualeant, ac idcirco auxilium tuum adspernentur: nihil omnino pariant, sint planè infœcundæ ipsorum vxores. Si verò pariant, non lactent, sed ante tempus absumantur proles: sic fiet vt tollendorum liberorum spe orbati, te auxiliatorem suum expectabunt. Hæc propheta preca-

Petit propheta minui Israeli fœcūditatē prolis, quo desinat superbire.

HIER. vbi supra. *Galgal*, reuelatio, vel volutabrum. Dicit ergo, omnes malitias hæreticorum reuelandas esse, quando vulua eorum sterilis efficietur: quia videbunt ignominiam suam; & qui iactabant se ad alta conscendere, detrudentur in infernum: quos ideo Deus habet exosos, quia loquuntur contra eum mendacium. Vnde sequitur,

Detecta ignominia hæreticorū.

f *Propter malitiam.* IBID. Ideo hæretici de domo Dei sunt eiecti. Habet Deus ibi eos exosos, quia hominem regem eligentes, à F Dei recesserunt imperio, vel in Galgal vbi populus fuerat circumcisus secundo: postea causa religionis coluerunt idola, in quorum cultura omnia scelera commiserunt.

1. Reg. 8. a.

† RVPERTVS. Hoc iam tertio factum est. Prius namque in Assyrios decem tribus eiecit Dominus de domo sua, id est, *Bethel*, quod interpretatur, domus Dei. Deinde tribus Iuda eiecit de domo sua, id est, te templo quod erat Ierosolymis, & in Babylonem transmigrare fecit. Verumtamen tunc addidit vt diligeret eos, reduxit enim eos soluta captiuitate post 70. annos. Porro iam tertio eiecit eos de domo sua, vt hoc ipsum terribili signo significare dignum duceret, cum flagello eiiciens vendentes & ementes de templo, d. *Domus mea, &c.* Ita eiectis illis postmodum vt caderent in ore gladij, & captiui ducerentur in omnes gentes.

Iosue 5. c. Hebræi ter eiecti è Domo Domini.

g † *Non addam, vt diligam.* Quia videlicet cùm in præsenti puniantur,

NICOLAVS DE LIRA.

Quia etiam væ eis incarnatio mea de eis. *Assumpsit enim Deus carnem de Iudæis & ex hoc secutum est væ eis, quia pro maiori parte fuerunt increduli & persecutores Christi: & in vindictam mortis eius per Romanos trucidati & captiuati fuerunt; Quod etiam designatur per hoc quod in principio dicitur,* Quia etiam væ eis; *etiam in Latino additamentum significat, & in Hebræo, loco eius ponitur hæc dictio Gam per quam significatur additamentum consimilis, & diminutio populi Iudaici per Romanos fuit tanta, imò maior quàm illa quæ fuit facta per Assyrios & Chaldæos. A principio enim obsidionis per Romanos vsque ad finem, mortui fuerunt fame, pestilentia & gladio decies centum millia. Hanc autem virtutem fidei nostræ consonam nititur Ra. Sa. repellere, dicens, quòd littera sin quando punctatur desuper in sinistra parte, habet sonum & veritatem litteræ* Samech, *& sic* Besuri *significat hic recessum & non incarnationem: quia sic punctatur littera sin in hoc loco. Sed istud videtur fuga veritatis, primo quia hæc littera in toto veteri testamento non inuenitur alibi sic punctata, vt dicit prædictus frater Raymundus: & ego similiter non recolo me vidisse alibi sic punctatam: propter quod videtur hæc additio facta ad deprauandum sententiam; Secundò quia puncta non sunt de substantia litteræ, nec à principio scripturæ fuerunt, vnde & rotuli qui in synagogis eorum leguntur, sunt sine punctis; sed per magnum tempus postea inuenta sunt huiusmodi puncta, ad facilius legendum. Cum igitur subtracto puncto prædicto, ipsi concedant quod* Besuri *per sin scriptum incarnationem meam signat, conuincuntur concedere quod hic* Besuri *incarnationē signat. Et quoniam translatio nostra secundum dictum Ra. Sa. sequitur, quæ sic habet,* Sed & væ eis cum recessero ab eis, *patet quod fuit facta post corruptionem dictam: potest tamen trahi nostra translatio ad prædictum intellectum.* Sed væ eis, &c. *quia propter negationem incarnationis Dei, Deus recessit ab eis dimittens eos in cæcitate eorum vsque quo* intrauerit plenitudo gentium: *secundum quod deducit Apostolus satis diffusè in epistola ad Romanos.*

Captiuitas Romana magis exitiosa Iudæis quam Babylonica.

Ra. Sal. nequitia in astruendo textum corruptum.

Quando inuenta sint puncta Hebraica?

Translatio nostra præferenda Hebræo.

1 Ephraim, &c. *Hic scriptura reuertitur ad prædictam carentiam prolis in regno decem tribuum tempore veteris testamenti, cum dicitur:* Ephraim vt vidi Tyrus erat, &c. *Id est, similis Tyro in filiorum multitudine: ideo subditur,*

2 Fundata in pulchritudine, &c. *Pulchritudo enim ciuitatis principaliter in multitudine plebis consistit; & consequenter ostendit mutationem in oppositum,*

3 Et Ephraim educet ad interfectorem. *Id est, ad regem Assyriorum qui eos debellauit & captiuauit.*

4 Da eis. *Id est, dabis,*

5 Vuluam sine liberis. *Id est, vxores steriles:*

6 Et vbera arentia. *Quod iam nati non poterunt nutriri: Et subditur causa huius pœnæ,*

7 Omnes nequi. eor. in Galgal. *Ibi enim circumcidit Iosue filios Israel & tunc ibi primo quieuit arca aliquo tempore: propter quod propheta falsi dicebant, quod erat locus Sanctior templo, quod erat in Ierusalem: & docebant populum ibi colere idola, ex quo reddebantur Deo exosi & à Deo reprobati; ideo sequitur,* Non addam vt diligam eos.

Cur Israel in Galgalis magis quam in alio loco superstitionem exercet.

1 Omnes

niantur, non eueniet illis remissio saltem in futuro sæculo. Sciendum autem quia neminem de domo sua eiicit, nisi eum qui sponte sua, mente auersa recedit.

Non addam. HIER. lib. 2. com. Quod non diligat eos clarum est, & quod omnes reges Israel à Deo fuerant recedentes, vsque hodie enim permanent in captiuitate.

a *Omnes principes.* † THEOPHYL. Quasi dicat, Si subditi tantummodo impij fuissent, forsitan pepercissem ipsis propter principum virtutem; æquè atque propter Mosen peperci rursum Israelitis: nunc verò & principes immorigeri sunt mihi; Nec vnus modo vel duo, sed omnes; Qui igitur noxam illis condonabo? qui parcam? Ecquis mediator stabit?

Nec populus nec principes Israel boni.

† AVGVST. lib. 17. de ciuit. cap. 23. In Israel reges alios minus aliis malos, omnes tamen reprobos legimus.

Reges Israel ad vnum impij.

Reges decem tribuum omnes per idololatriam à Deo recesserunt. Potest dici de aduentu Christi, in quo tam Iudas quàm Israel de domo Dei eiectus est, ne saluetur cum credentibus.

SVPRA. Metaphora ab arbore, cuius si radix siccatur, non fert fructum, & si etiam paululum fecerit, statim in ipso flore siccatur.

a ¶ In errore manentes. b ¶ Hæresiarchæ vel dæmones. c ¶ Vt Arius, & alij.

a vt diligam eos. Omnes principes eorum recedentes. [16] Per-
a ¶ A Deo qui eos tradidit hostibus.
b ¶ Deus, in quo fundatus: vel boni patres, qui errantibus subuenire non poterunt, nec Deus eos proteget ideo, nec fructum facient: quia nec filios generabunt, nec bona opera habebunt.
cussus est Ephraim, radix eorum exsiccata est. Fructum ne-
a ¶ Vt supra, quasi enutrierint filios absque liberis eos faciam.
quaquam facient. Quod & si genuerint, interficiam aman-
a ¶ Faciet ire captiuos. ¶ Vox prophetæ.
b tissima vteri eorum. [17] Abiiciet eos dominus Deus meus,
a ¶ Vt ipsum solum colerent. b ¶ Dominum prophetarum.
c ¶ Per diuersa loca diuersas culturas sequendo.
quia non audierunt eum & erunt vagi in nationibus.

Potest hoc dici de omnibus Iudæis, qui mortem eius clamauerunt: ideo Deus repulit eos, & exsiccauit, ne fructum possint ferre. Qui & si fecerint & nisi fuerint legem Dei meditati: & quasi amantissimos filios aliquid scientiæ & doctrinæ de corde suo protulerint: à Deo succidentur, & erunt vagi in nationibus, non habentes templum, vel altare, vel ciuitatem. Heretici non possunt facere fructum virtutum, quia Deum, in quo radicari deberent, perdiderunt: & si aliquos genuerint, Deo aduersante morientur, vel fructus eorum, omnia quę fingunt & de corde suo generant, quæ arefient & peribunt: hi abiecti à Deo & ideo vagi in nationibus, nunc ad has nunc ad illas sententias transeundo, & Gentilium imitantur errores.

Sterilitas Iudæorũ & hæreticorũ in proferendo fructũ virtutum.

b *Abiiciet eos dominus Deus meus, quia, &c.* † RVPERTVS. Propheta in sua persona veræ ac iustæ sententiæ Dei his verbis consonat, & vtramque damnationem exprimit, quia videlicet, & secundum animam regno Dei priuati sunt, quos Deus abiecit: & secundum corpus captiui, suoque loco expulsi, qui vagi sunt in nationibus, idcirco quia non audierunt eum.

Duplex damnatio Iudæorum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Omnes principes eorum recedentes. *Ab eo per idololatriam; & à terra sua per captiuitatem.*
2 Radix eorum exsic. *Id est, virtus prolificandi.*
3 Quod & si genue. *Non tamen viuent.*
4 Abiiciet eos dominus. *Verbum est prophetæ captiuitatem denuntiantis.*
5 Quia non au. eum. *Reuocantem eos per prophetas ad bonum.*
6 Et erunt vagi in nationibus. *Id est, captiuati in longinquis regionibus.*

ADDITIO I.

In cap. ix. vbi dicitur in post. Quia panis eorum animæ ipsorum, &c. *Hoc quod dicitur, quia panis eorum anima eorum, non intrabunt in domo domini: exponitur ab Heb. sic, quia panis eorum, quę offerent, seu offerre intendunt pro animabus ipsorũ, non intrabunt in domũ domini, scilicet, acceptabilẽ.*

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in postill. Circa quod sciendum, quod iste est vnus de passibus scripturæ.

Expositio Raymundi est vera. Ad cuius maiorem declarationem sciendum, quod littera penultima Alphabeti Hebraici dicitur Schin, *quæ simpliciter scripta sonat sicut littera nostra xviij. scilicet s. Si autem punctetur desuper in sinistra parte, habet sonum litteræ tertiæ nostræ alphabeti, scilicet c, & in hoc dictum Ra. Sa. hic in postill. allegatum continet aliquid veritatis. Sed attendendum, quod hæc dictio* בשר *Bazar, in Hebræo significat carnem propriè, & communiter: quæ quidem dictio Bazar vbicumque scribitur in Heb. scribitur cùm littera s. prædicta punctuata desuper in sinistra parte, vt dictum est. Et ex hac dictione deriuatur hæc dictio* beçuri *scripta cum eadem Schin sic punctuata: & sic significat idem quod incarnatio mea in lingua nostra: vnde cauillatio Ra. Sa. non valet vt patet ex dictis, præsertim habenti notitiam in grammatica Hebraici sermonis.*

De littera Schin

& eius puncto.

De vocibus Hebræis Bazar & Bezuri.

CAP. X.

VItis frondosa. † THEOPHYLACTVS. Dicto quòd radix eius elanguisset, ac sterilis esset facta, nunc subdit quod & antea vitis à vinea gemmascens, ac in multam exuberantiam extensa fuerit, propter fœcunditatem liberorumque exuberantiam, perinde ac Dauid ait, A mari septentrionali adusque mare australe imperium tenebat; Attamen hac partus a etiam multitudine nõ est vsus ad Dei gloriam, sed quotquot fuerunt, tot etiam altaria excitarunt; hinc & iure imminuetur ipsorum copia.

Dono fœcundæ prolis abutitur Israel. Psalm. 71.

HIER. lib. 2. com. Alia translatio: Vitis aquosa Israel: quod in malo accipitur, quia sicut aquosa vitis plus in foliorum quàm fructuum emissione solet luxuriari, sic Israel creuit in multitudine populorum, sed cum deberent agricolę ferre vuas, fecit labruscas. Heretici, qui dum sunt in domo Dei, vocantur vinea domini, & afferunt vberes fructus, recedẽtes verò ab vno altari, id est, vnitate fidei, plures errorum struunt aras, & iuxta vbertatem terræ suæ, iuxta acumen ingenij à Deo dati, exuberant simulacris; quia quãto per naturam acutiores, tanto profundiora & inaudita proferunt dogmata.

Isa. 5. a.

Ingenij felicitas pluribus erroribus inuoluit hæreticos.

CAPVT X.

a ¶ Subaudis olim fuit in patribus habens bonas propagines bona opera facientes.
b ¶ Quia in patriarchis non fuit, qui non ferret fructus bonorum operum.
¶ Sed.
[1] VItis frondosa Israel, fructus adæqua-
a ¶ Multitudinem vel abundantiam fructuum vertit in multitudinem idololatriæ, vt quanto plures haberet populos, tanto plura altaria ædificaret & abundantiam terræ vinceret numero idolorum.
tus est ei secundum multitudinem fructus sui, multiplicauit altaria iuxta vbertatem terræ suæ, exuberauit simulacris.

a Di-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. X.

VItis frondosa. *Post increpationẽ populi de sua peioratione, hic cõsequenter increpatur de ingratitudine. Et diuiditur in quatuor partes, secundum quatuor ingratitudines, quarum prima ponitur in cap. præsenti, aliæ tres in tribus sequentibus. Prima in duas, quia primò increpatur ingratitudinis culpa; secundo subditur pœna, ibi,* Diuisum est. *Circa primum considerandum, quod Deus fecit illi populo magnum beneficium introducendo eum in terram lacte & melle manantem, Exod. iij. sed pro hoc beneficio ingrati conuersi fuerunt ad idololatriam: ideo dicitur hic,*

Diuisio.

1 Vitis, &c. *Vocatur autem populus Israel vitis, sicut dicitur Isa. v. b.* Vinea domini exerc. do. Israel est: *& dicitur hic* frondosa, *quia in multitudine populi, & abundantia diuitiarum fuit ibi fortificata: & hoc ex terræ fertilitate, ideo subditur,*
2 Fructus, &c. *Quia quantumcumque populus creuisset, fructus terræ sufficiebant ad eius sustentationem: sed quia hæc abundantia fuit eis occasio recedendi à Deo, secundum quod prædixerat Moyses. Deut. xxxij. b.* Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, &c. *ideo subditur.*
3 Secundum multitudinem fructus sui. *Id est, diuitiarum naturalium, & artificialium.*
4 Multiplicauit altaria. *Ad idololatriam exercendam: Et non solum vnius idoli,*

MORALITER.

1 *Vitis.* In hoc cap. & tribus aliis sequentibus arguitur ingratitudo populi Iudaici de diuinis beneficiis sibi collatis: per quam significatur ingratitudo Christianorum de beneficiis Dei maioribus sibi collatis per Christum. In hoc autem capitulo describitur beneficium diuinum, quo populum Iudaicum introduxit

Ingratitudo populi Christiani erga Deum.

a Diuisum. † THEOPHYL. in com. Diffiderunt inquit, ab me corda sua, vt nullam mecum partem habeant. Vel, quod alius alij Deo aram excitauerint, partientes idola, & alius alij dantes corda. † RVPERT. in com. Ex historia regum cognoscitur, quàm multipliciter cor eorũ diuisum fuerit, ex quo diuiserunt se à domo Dauid; quippe qui ferè decies contra semetipsos diuisi, reges alios sibi locauerunt, & tandem iuxta hanc vocem propheticam, *Nunc interibunt*, in captiuitatem irreuocabilem ducti sunt.

Seditiones in regno 10. tribuum.

HIER. lib. 3. Tradũt Hebræi, quod quamdiu pari consensu reges & populus colebãt vitulos, non venit captiuitas, quia quodãmodo poterat excusari populus, quod per violentiam regum ad idololatriam traheretur: sed postquam Hoseę qui fuit vltimus rex x. tribuum populo permisit, vt si vellent, irent ad templum Dei Ierosolymis, & ibi sacrificarent, diuisum est cor eorum: quia populus in hoc regi non consensit, vt ab idololatria reuocaretur; & ideo carẽs omni excusatione nono anno ipsius Hoseæ per Sennacherib est captiuatus & in Assyrios traductus habitans in ciuitatibus Medorum iuxta fluuium Gozan, vnde ait,

Quid in causa fuisse putent Hebræi cur regnum 10. tribuum nõ conciderit ante tempus Hoseæ.

b Nunc. IBID. Id est, postquam ablata est omnis occasio, statim interibunt æterna captiuitate. Idẽ Salmanasar, qui & Sennacherib.

c Quia nunc. † THEOPHYL. in com. Docet iam nunc eos qualibus oporteat pœnitentia ductos verbis vti. Quando enim viderint regnum suum dissolutũ, dicent, Hoc nobis cõtigit, quia Deum non timuimus, cui nos confidere par erat, non autem regi: nam rex non potuit nobis opem ferre, sed potius nobis imposuit vana promittens, aliis alia subinde prætexens, nunc cum Assyrio quidem, nunc verò cum Aegyptio fœdera feriens, & contractum faciens de auxiliis in bello mittendis.

A Deo rege non ab homine rege expectanda salus.

HIER. supra. ALLEGOR. Discipuli contrariorum dogmatum; cum eorum fuerint contrita mendacia, sero dicent: Non habemus regem, id est, magistros, qui nobis prius imperauerant, quibus decipientibus Deum non timuimus.

d Et rex quid faciet nobis? IBID. Q. Quid profuit nobis sequi, quorum in necessitate non sentimus auxilium? Hæc dicunt quærentes aliquam occasionem, vt non per se, sed per doctores errasse videantur. Vnde & verba, & visiones hæreticorum inutiles erunt, & ferient fœdus non cum Deo, sed cum amaritudine, vt in die iudicij germinent super sulcos agri, id est, cordis eorum, vt quæ seminauerunt in gaudio metant in lachrymis.

a ¶ Hæreticorum corda interdum diuisa sunt, & contrariis inter se pugnant sententiis: vnde Interibunt & confringet dominus simulacra eorum quæ finxerunt.

b ¶ Deus omnipotens. c ¶ Per Assyrios sicut per famulos.

a [2] Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Ipse confringet simulacra eorum, depopulabitur aras eorum, [3] Quia nunc dicent: non est rex nobis. Non enim timemus dominum: Et rex quid faciet nobis? [4] Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus cum mendacio, & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. [5] Vaccas Bethauen co-

a ¶ Sensus hæreticorum inter se diuisos destruet, & ipsos æternaliter damnabit.

a ¶ Promittite vobis prospera sicut hucusque fecistis, sed omnia vobis in contrario vertentur: vnde subdit, Et ferie. fæ. non cum Deo, sed cum mendacio dicentes: Pax erit nobis. Et ideo ipsum fœdus mẽdacij non germinabit bonos fructus quibus satiemini, sed iudicium amaritudinis, id est, captiuitatis & interfectionis, & hoc super sulcos agri, id est, terrena corda, de quibus malũ semẽ exiuit.

a ¶ A Deo x. tribus subuersæ sunt, vt non solum deos vitulos, sed etiam vaccas colerent in Bethel.

HIER. IBID. Quãdo ix. anno Hoseę captus erit à Sennacherib: & cum dominus simulacra fregerit, dicent, Non habemus regẽ, qui nos defẽdat, quia omnes principes nostri capti & interfecti: Et quare hoc? supponit causã, ideo caremus homine regente, quia non timuimus verum regẽ Deum: sine cuius auxilio quid valet homo rex?

Psal. 105. a.

e Loquimini. IBID. Vox prophetæ ex sermone Dei irridentis eos qui sibi pacem & prospera pollicebantur. Loqui. Legitur in libro Regum, Manahem regem Israel, regi Assyriorum Phul misisse argenti talenta mille, vt esset manus eius cum eo, inter quæ munera creduntur aurei vituli transmissi.

Aurei vituli inter alia à Manahem missi regi Assyriorum.

f Vaccas. † RVPERTVS in com. Ad auditores rursum sese conuertit sermo propheticus, miro modo clamans causam propter quam Israel iudicetur. Cum irrisione non vitulos sexus masculini, sed vaccas, id est, feminas appellauit: vt videlicet Israel non solum deos vitulos, sed deas vaccas coluerit. Nec dicit tantum vaccas, sed vaccas Bethauen coluerunt, id est, quæ sunt in idoli domo, non tantum quæ gradiuntur in armentis: Istæ viuunt & sentiunt, illæ non solum insensibilia, verùm & inanimata simulacra sunt.

Israel deas habet vaccas.

HIERONYMVS lib. 3. com. Hæretici (qui dicunt se habitare in Samaria, id est, in custodia mandatorum Dei) colunt vaccas, id est lasciuas sectas: sed in die iudicij, cum amarè punientur, lugebũt populi super eum vitulum, id est, super dogma peruersum quod habebant quasi Deum. Sed æditui non dixit *exultabunt*, sed *exultauerunt* super gloria sua, quia quondam gloriosa confinxerunt, eo quod transmigrasset populus à Deo: siue gloria Dei à populo à quo fuerat relicta. Quidquid autem hæretici pulchro sermone loquuntur regi suo, id est, diabolo mittunt munera ad quem cuncta referunt vnde confundentur in æternum.

Quis sit hæreticorum exitus?

a Quia

NICOLAVS DE LIRA.

idoli, sed multorum, ideo subditur: Iux. vber. ter. suæ ex vbe. simu.

1 Diuisum. *Hic consequenter subditur pœna: Et primò ponitur punitio decem tribuum, secundò, correctio duarum, ibi,* Arabit Iudas. *Prima in tres, quia primò ponitur punitio populi, secundò asportatio idoli, ibi,* Vaccas; *tertiò, captiuatio sceptri regij, ibi,* Confusio. *Circa primum dicitur,* Diuisum est cor eorum, *partim idola colendo, partim Deum.*

Diuisio.

2 Nunc interibunt, *id est, cito interficientur, & captiuabuntur per regem Assyriorum.*

3 Ipse confringet simul. *Accipiendo inde aurum & argentum.*

4 Depopulabitur aras, *Arripiendo sibi pretiosa ornamenta eorum.*

5 Quia nunc dicent, *Israelitæ,*

6 Non est rex nobis. *Id est, non potest nos defendere, sicut communiter de rege dicitur: qui nescit, vel non potest populum defendere,* Non habemus regem. *Et subdit causam,*

7 Non enim timemus. *Sic enim dicebant aliqui boni inter eos, ex quo non reueremur dominum, rex non potest nos defendere.*

8 Loquimini verba. *Verbum est prophetæ increpantis populum, eò quod credebant verbis falsorum prophetarum: In Hebræo habetur,* Loquimini verba iuramenti falsi, *id est, quando iuratis, falso iuratis.*

9 Et

9 Et ferietis fœdus, *Scilicet, fallaciter cum proximis vestris: & ideo aliqui libri habent,*

10 Cum mendacio, *Sed non est in Hebræo, subintelligitur tamen.*

11 Et germinabit quasi. *Id est, peruertitis iudicium pauperum, qui vocantur sulci agri, eo quod per potentiam diuitum opprimuntur & molestantur.*

12 Vaccas. *Hic consequenter describitur exportatio idoli: Et quia ista littera est immutata, secundum Hebræos in parte corrupta, ideo ad eius intellectum sunt aliqua præmittenda. Primum est, quod Manahem rex Israel dabat singulis annis munera pretiosa regi Assyriorum vt confirmaret regnum suum quod intrauerat violenter iiij. Reg. xv. & inter illa munera erant vituli aurei, quos fecerat Ieroboam, vel saltem vnus illorum, de quo fit hic mentio, scilicet, ille qui erat in Bethel, quæ alio nomine dicitur Bethauen, Iosue viij. & in hoc conueniunt Hebræi & Latini; Dicunt vlterius aliqui expositores Latini, quod sacerdotes illius idoli seu idolorum fecerunt occultè vitulos de cupro deauratos, & illi fuerunt portati in terram Assyriorum & ipsi furtiuè retinuerunt sibi aureos, & cum postea rex Assyriorum vidit fraudem, indignatus afflixit grauius terram, & secundum hoc exponunt litteram istam dicentes:* Vaccas Bethauen, *id est, vitulum qui erat in Bethel, quem vocat propheta nomine vaccæ derisoriè, & in plurali vaccas eo modo loquendi quo dicitur Exo. xxx. b.* Isti sunt dij tui Israel qui eduxerunt te de terra Aegypti: *& tamen non erat ibi nisi vnus vitulus conflatilis.*

Vitulus aureus missus à Manahem pro munere regi Assyriorum.

Intercepti à Sacerdotibus.

1 Colue-

MORALITER.

† troduxit in terram lacte & melle fluentem, de quo beneficio iste populus fuit ingratus: Nam post mortem Iosue cito declinauit ad idololatriam, vt patet in libro Iudicum & in libris Reg. Per Iosue, qui populum in terram promissionis introduxit, significatur Christus, qui per passionem suam aditum terræ viuentium nobis aperuit: & illic in ascensione sua vete. test. patres secum duxit, sed postea satis cito aliqui de populo Christiano tamquam ingrati tanto beneficio declinauerunt ad hæresim, scilicet Hebion & Cherintus & sequaces eorum: & hoc fuit à tẽpore apostolorum; propter quod beatus Ioannes ad illam hæresim extinguendam in principio sui Euangelij declarauit in Christo diuinam esse naturam, quod illi negabant; postea verò fuerunt Ariani, Manichæi, & alij multi, qui diuersas hæreses condiderunt.

Hęreses cito natæ in Ecclesia primitiua.

a *Quia luxit.* HIER. lib. 3. com. Mirum, quod lugente populo exultant sacerdotes; sed tradunt Hebræi vitulos aureos à sacerdotibus furto sublatos, & in eodem loco suppositos fuisse æreos & deauratos. Lugente ergo populo, quod inter cetera munera rex Israel misisset vitulos aureos Sennacherib regi Assyriorum, exultabant æditui, quia fraus eorum non poterat deprehendi. Deprehensa fraude, quod ærei essent vituli, rex Assyriorum putauit regem Israel voluisse illudere sibi, & munera quæ ad placandum eum data erant, magis reddiderunt iratum. Vnde & postea eos debellauit; Ait ergo,

Recitat Hieronymus quod tradunt Hebræi de vitulis aureis surreptis per dolum à sacerdotibus.

b *Confusio.* IBID. Id est, perditio *Ephra. ca. & erubes. Israel in volun.* id est, consilio quo auxiliũ petierat ab alienigena.

c *Transire fecit, &c.* † RVPERTVS in cõ. Pro merito iniquitatis perseuerãtis hoc meruit Samaria, seu regnum decem tribuum, vt rex eius transiret, & regnum eius solueretur sicut spuma super faciem aquæ quæ vera nimirum similitudo est. Sicut enim olla feruente superiores aquæ in spumam bullasque surgentes corrumpunt, ipsæque bullæ subsilientes colliduntur, & aliis emergentibus aliæ crepant & dissiliunt: ita Samaria, vel decem tribus, iugi feruentes igne discordiæ, reges alios super alios creauerunt, & vsque ad decem vices percussis regibus, alij reges supersederunt, secundum numerum scissurarum decem pallij Ahiæ Silonitis.

Variæ discordiæ in regno 10. tribuum, & concertationes principum pro regno.

* Luc. 23. e.

a ¶ Nota per vaccas vnum vitulum significari, qui in Bethel erat, vnde singulariter ponit super eum. b ¶ Qui eum colebat.

a luerũt habitatores Samariæ. Quia luxit super eũ populus
a ¶ Vituli. ¶ Sacerdotes. b ¶ Id est, in vitulo quæ erat gloria eius populi, eo quod aureos haberet Deos.

eiũs, & æditui eius super eum exultauerunt in gloria eius:
a ¶ Translatus est ad Assyrios. ¶ Ideo populus luget, & sacerdotes. ¶ Quod charius erat populo.

quia migrauit ab eo. ⁶ Siquidẽ & ipse in Assur delatus est
a ¶ Sennacherib, quia iniuriam Dei contra idololatras vindicauit. b ¶ Accusatiuus.

b munus regi vltori. Confusio Ephraim capiet, & confun-
a ¶ Sicut spuma & bulla aquæ cito dissoluitur, sic regnum x. tribuum cito finietur, quia noluerunt audire regem Hoseæ vt redirent ad Ierusalem, sed secum eum perire fecerunt.

c detur Israel, in voluntate sua. ⁷ Trãsire fecit Samaria regẽ
d suum, quasi spumã super faciem aquæ. ⁸ Et disperdentur
a ¶ In quibus idolis immolabant. b ¶ Quæ excelsa fuerunt peccata Israel. c ¶ Signum vltimæ desolutionis. d ¶ Vt nec vestigia remaneant.

e excelsa idoli peccatum Israel. Lappa & tribulus ascendet
a ¶ Magis optantes mori, quam videre ea, quæ afferunt mortem. b ¶ Sanctis, qui vere alti. c ¶ Beati quorum tecta, &c.

f super aras eorũ. Et * dicent montibus, operite nos: & col-
a ¶ Dicent. b ¶ Quando illicito concubitu vxorem Leuitæ crudeliter interfecit, vel quãdo relicto Deo Saul regẽ elegit.

g libus, cadite super nos. ⁹ Ex diebus Gabaa peccauit Israel.

d *Et disperdentur.* HIER. suprà. De quibus videlicet toties scriptura refert, *Verumtamen adhuc populus immolabat in excelsis.* Cuncta hæc, vt cetera superiora, altius (sicut propheta- lem decet dignitatem) nos animaduertere commonet illud quod continuò subiunctum est,

e *Lappa & tribulus.* IBID. Hoc enim nequaquam de angustia captiuitatis illius, qua tunc in Assyrios translati sunt: sed potius de excidio penè inenarrabili, quo Iudæi propter scelus dominicæ mortis subuersi, & in omnes gentes captiui ducti sunt, prædictum esse, auctoritate sua Dominus ipse comprobat, qui sequentibus & lamentantibus mulieribus, dum ad mortem duceretur, dixit: *Filiæ Ierusalem, nolite flere, &c.*

Iudæorum natio à Romanis excisa.

Luc. 23.

HIERON. IBID.

ALLEGO. Samaria, id est, spiritualis nequitia, quæ se à populo Dei diuiserat, facit regem suum, id est, hæreticorum doctrinã, velociter transire quasi spumam, quæ dum videtur, cito dissoluitur. Hæretici enim spumãtibus verbis tument, in quibus peccauit Israel sed cito disperdentur: & tanta erit solitudo prauæ doctrinæ, vt & spinæ & tribuli, quæ nascuntur in locis incultis, ascendant super aras eorũ, & omnibus subuersis, in die iudicij dicent montibus, id est, magistris, quos altos putabant, operite nos,

Hæreses diu durare non possunt.

f *Et dicent.* IBID. Hæc non solum ad captiuitatem x. tribuum, sed etiam generaliter ad omnes Iudęos tempore Romanorum possunt referri. Vnde dominus in euangelio: *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super fi. ve.* Vel, in die iudicij dicent sanctis, qui per altitudinem virtutum montes sunt, operite peccata nostra precibus vestris; & collibus, qui non habent naturalem altitudinem, sed putantur habere aliquid summitatis cadite super nos: montes operient, colles cadent. Vel iuxta litteram imminente iudicio tanto timore concutientur, vt, si fieri posset, optarent effugere præsentiam iudicis, & temporaliter potius quam æternaliter puniri.

Luc. 23. b.

Timor qui imminente iudicio superueniet omni carni.

g *Ex die.* HIER. IBID. Ex quo Beniamin turpiter occidit vxorem Leuitæ, peccauit Israel, qui contra filios iniquitatis insurrexit, magis quodam naturali impetu, quam vt Deo placeret; & agens vindictam hominis, iniuriam Dei non vindicauit, nec idolum in domo Michæ subuertit. Debuisset enim prius Dei, & postea hominis

Iudic. 19. g. & 20. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Coluerunt habitatores Samariæ. *Quæ erat metropolis, & sic habitatores eius colebant idolum à rege suo factum.*

2 Quia luxit super eum. *Id est, super vitulum,* populus eius *qui colebat eum: ideo luxit quando fuit exportatus modo prædicto.*

3 Et æditui eius. *Id est, sacerdotes vituli: Et dicuntur æditui ab æde & tueor tueris, quasi tuentes seu custodientes ædem idoli.*

4 Super eum exultauer. *Propter suum lucrum, quia illi furtiuè retinuerunt: sed populus lugebat, quia ipsum sublatum credebat.*

5 In gloria eius. *Id est, in vitulo, qui reputabatur honor patriæ.*

6 Quia migrauit ab eo. *Id est, à populo secundum eius opinionem.*

7 Siquidem & ipse in. *Cum aliis muneribus, vt credebat populus.*

8 Munus regi vltori. *Quia vlciscebatur Manahen de contradicentibus sibi.*

9 Confusio Ephraim capiet. *Id est, ex hoc confusionem reportabit fraude detecta, vt prædictum est:*

10 Et confundetur Isra. in voluntate sua. *Id est, in voluntate sacerdotum, qui fecerunt tale furtum, ex quo secuta est confusio regni modo supradicto. Hæc expositio non videtur valere; primò quia satis videtur distorta; secundò, quia cum dicitur,* Coluerunt habitatores Samariæ, quia luxit super eum po. eius, *ly quia, de suo significato est redditiuum causæ dicti immediatè præcedentis. Luctus verò populi de asportatione vituli non est aliquo modo causa vel ratio, quod habitatores Samariæ colerent ipsum, sed magis est ad oppositum. Item furtum sacerdotum videtur esse fictitium, quia in receptione & traditione rerum sic pretiosarum adhibetur magna diligentia: Vas autem aureum à cupreo deaurato statim distinguitur per colorem & pondus. Item expositores isti dicunt hoc haberi ab Hebræis, quod non videtur verum: quia Ra. Sa. maximus doctor inter Hebræos nihil penitus dicit de hoc furto vel fraude, sed ad contrarium sensum exponit litteram. Quantum ad hoc sciendum ergo quod hæc est littera Hebraica,* Ad vaccas Bethauen timuerunt habitatores Samariæ, *id est, propter vitulum qui erat in Bethel, vt supra dictum est,* Timuerunt habitatores Samariæ, *scilicet ne infortunium & malum veniret super regnum propter missionem vituli regi Assyriorum. Erat enim Samaria metropolis regni, & ideo præ ceteris exprimitur timor eius respectu infortunij. Translator verò noster videtur credidisse hunc timorem fuisse reuerentiæ, & ideo transtulit,* Coluerunt, *pro timuerunt:* Quia luxit super eum, *id est, super vitulum transportatum,* Populus eius, *id est, populus regni Israel.* Et æditui, *id est, sacerdotes similiter luxerunt: quia habuerunt maiorem causam lugendi, & iste luctus mouit habitatores Samariæ ad magis timendum de infortunio futuro.* Super eum exultauerunt in gloria eius, *id est, super vitulum exultauerunt sacerdotes & populus, quando gloriosè venerabatur: & ideo luxerunt in eius deportatione, de qua subditur,* Quia migrauit, &c. *ita quod ly quia migrauit, refertur ad illud quod prædicitur de luctu sacerdotum & populi: Cetera patent ex supradictis.*

Interceptio prædicta idoli nullũ habet fundamentum.

Luctus Samaritanorũ & maxime sacerdotum ob asportatum vitulũ.

11 Confusio. *Hic consequenter describitur captiuatio sceptri, cum dicitur:* Confusio Ephraim capiet, *id est, regem Israel qui sic nominatur quia primus rex fuit de tribu Ephraim.*

12 Et confundetur Israel, *Id est, populus eius,*

13 In voluntate sua. *Quia consensit regi in cultu vitulorum, ideo subditur:*

14 Transire fecit. *Id est, fecit eum duci in captiuitatem viliter, sicut spuma est res vilis: eo enim quod populus consensit regi in cultu idolorum, idololatria fuit multiplicata in regno, quæ fuit occasio captiuationis regis & populi.*

15 Et disperdentur excelsa idoli, *Id est, vtriusque vituli, qui colebantur in locis altis.*

16 Peccatũ Israel. *Hoc dicitur quia iij. & iiij. Regũ frequenter repetitur de Ieroboam, eo quod fecit vitulos,* quod peccauit, & peccare fecit Israel.

17 Lappa & tribulus. *Quia terra vertetur in desertum.*

18 Et dicent. *Scilicet Israelitæ, qui imminente captione sua desiderabant occultari in cauernis montium.*

19 Ex diebus Gab. *Ad intellectum huius sciendum, quod casus de* idolo

☞ hominis vindicare iniuriam. Sed quia sacrilegium in Deum vindicare contempsit, comprehendit eos prælium in Gabaa, id est, ideo iustè captiuati sunt in prælio Gabaa, non quia vindictam exercuit contra filios Beniamin sicut ipsi putant, Ibi enim bene fecerunt, quia scelus sanguine vindicauerunt; & sic plus fecerunt ex naturali dolore, quam ex amore iustitiæ. *Ex di. Ga.* Gabaa, collis interpretatur: hæreticus autē putat se doctiorem quàm ecclesiā, & aliquid sublimius inuenisse. A diebus ergo colliū peccat Israel: id est, ex quo deserēs montes ecclesiæ descēdit ad hos colles, & in his collibus nō comprehendet eos prælium. Q. relictis montibus ecclesiæ generant filios iniquitatis, in his collibus, cum persequutio venerit, diabolus suis parcit. Aliter sub interrogatione legitur, Peccauit Israel à diebus collium, & ibi stetit; sed nonne per ecclesiasticos viros debet contra eos prælium fieri, & eorum error destrui super filios iniquitatis? Qui si superati fuerint, promittit Deus quod eos corripiat & erudiat: & contra magistros congregabuntur discipuli prius decepti, & videbunt correctionem propter duas iniquitates, quia ecclesiam reliquerunt, & falsas doctrinas adinuenerunt.

Hæretici Ecclesiæ non deserunt.

Conuersio hæreticorū.

a ¶ In ipsis peccatis perseuerauerunt. ¶ Quia non est subuersum idolum de domo Michæ, ideo perseuerauit populus in idololatria ne reuerteretur ad dominum.

Ibi steterunt. Non comprehendet eos in Gabaa prælium super filios iniquitatis [10] iuxta desiderium meum corripiam eos. 1 2 3

a ¶ Voluntatem. b ¶ Tradam hostibus.

a ¶ Et. b ¶ Multitudo Assyriorum, per quam corripietur & corrigetur propter duas iniquitates, scilicet quod vindicauit iniuriam hominis, & non Dei, vel quod primum peccauit in idolis Michæ: Secundo in vitulis, vel quod peccauit in duobus vitulis in Dan & in Bethel vel etiam quod Deum deseruit & idola coluit.

Congregabuntur super eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates suas. [11] Ephraim vitula docta diligere 4 5 6

a ¶ Lxx. contentionem. b ¶ Ideo. c ¶ Edomui.

¶ Quia Ephraim non vult legem recipere, ego tr. su. pul. tumentes tauros ceruici eius, imposito iugo edomui, & Ascendam super Eph. conterā imposito iugo graui, vt discat lasciuiens vacca laborare, quod non vult. Vel, per iugum, dominatio Gentium, quā promittit à collo eius remouere, vt vel sic ad eum rediret.

trituram et ego transiui super pulchritudinē colli eius. Ascendam super Ephraim. Arabit Iudas, cōfringet sibi sulcos Iacob. [12] Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ: 7 8 9 10 11

a ¶ Nouum cor facite vobis. b ¶ Noüale est ager tunc primum præcisus. c ¶ Causa cur hæc omnia. d ¶ Subaudis, tunc erit.

& innouate vobis nouale. Tempus autē requirendi dominum, 12

a ¶ Per incarnationem, quando omnia manifestabuntur quæ in lege sperabantur: Finis enim legis Christus.

cum venerit qui docebit vos iustitiam. [13] Arastis impietatem, 13 14

in lege Dei, vt tereret aream scripturarū, & meditaretur die ac nocte, cœpit abiicere iugum legis, & cōtendere contra ecclesiasticos viros ad subuersionem audientium, vnde dominus eleuatam ceruicem & sibi sublimia promittentem & iugo premet, & ipse trāsiens calcabit pedibus suis, & ascendet super eam, vt sciat se habere dominū. Iudas autē id est, vir ecclesiasticus, arabit terrā cordis, in bono proficiens: & Iacob, id est, supplantator vitiorum glebas, id est, historię duriciē cōteret & in partes spiritualiter diuidet, vt possint fruges reddere spirituales.

De eo qui per pugnas verborum introducere vult sectas.

De eo qui animum in bonis studiis excolit.

c *Arabit.* IBID. Decē tribubus propter idololatriā captiuatis, duę tribus, & Iacob, id est qui de aliis tribubus sunt relicti, cœperunt corda sua arare & duritias frāgere, vt bonum fructum in cultura Dei possent referre.

d *Seminate.* IBID. Adhuc seruat verba metaphoræ, & iubet vt seminent in iustitia, id est, obseruatione legis, & metant in gratia euangelij, vnde est, *Pœnitentiam agite, & benefacite his qui oderunt vos.* His qui ab ecclesia separati sunt, & falsi Christiani dicuntur, præcipitur vt agant pœnitentiam, & veteris testamenti seminent iustitiam, vt in nouo metant misericordiam & innouent noualia bonorum operum: & quærant Deum, qui eos doceat veram iustitiam.

a *Ephraim.* † RVPERTVS in com. Consuetudo hic terræ promissionis tangitur, vbi vitulæ cum ceteris animalibus, fruges terræ terere consueuerunt. Cùm autem grauissimo labore fatigantur, solent prodire ab area, iterum autem diligentes aream, eo quod fruges in ea comedant, sponte ad aream redeunt. Igitur Ephraim similis est vaccæ vitulæ, quia didicit & aream terere, & nimia consuetudine amare quod docta est, licet triturario laborem inferat: Sic & populus Israeliticus, licet frequenter affligeretur propter idololatriam, tamen voluntates suas & ingluuiem ventris sequi desiderans, vltrò ad idola reuertebatur. Magnā deinde iram sonat dicendo,

Modus triturandi in terra promissionis.

Israel vitulæ trituranti cōparatus.

b *Et ego.* † Pulchritudo namque colli superbiā designat eorūdem peccantium, & in peccatis suis complacentium sibi. Porro, trāsitus, vindicta est eadem, quam in Exodo legimus præscriptā his verbis, *Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te.*

Exod. 33.

HIER. lib. 3. com. ALLEGO. Ephraim, id est aliquis eruditus in

e *Tempus autem.* † RVPERTVS suprà. Hoc tempus reliquiis Israel tunc erit, cum plenitudo gentium subintroierit. Tunc enim veniet Dominus, & docebit eos iustitiam iniquitate auersa, quemadmodum & Apostolus cum dixisset, *quia cæcitas contigit ex parte in Israel, donec plenitudo gentium subintroierit*, quod testimonium propheticum apponens, *sicut* (ait) *scriptum est: Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem ab Iacob.*

Conuersio Iudæorum in fine sæculi.

Isa. 59.

f *Arastis impie.* HIER. Me hortante ad bonum, vos econtra cogitastis à me recedere & idola colere. Vnde, messuistis mortem & captiuitatem fecistis venire. Hæretici errant impietatem malè docendo, & merito suæ iniquitatis & mendacij damnabuntur, *quæ enim seminat homo hæc & metet.*

Quem fructum disseminati erroris recipient hæretici.

Gal. 6. b.

† RVPERT. Aptissimè per similitudinem arantium, metentium, & fructus suos comedētium, pertinaciā incorrigibilium denotat peccatorum, qui malè incipiendo, in peius proficiunt, & pessimè finientes deficiunt. Sicut enim hæc per incrementa differunt, sic in pec-

Pertinacia incorrigibilium peccatorum.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *idolo Michæ & de vxore Leuita in Gabaa mortua fuerunt eodem tempore: & licet scribantur in fine li. Iudicum: tamen contigerunt cito post mortem Iosue, & de casu idoli declarauit Iud. xvij. & idem patet de alio casu, quia tunc temporis Phinees filius Eleazari sacerdotis erat summus sacerdos, vt habetur Iud. xx. sic ergo dicitur:* Ex die Ga. *quia à tempore quo Gabaa enormiter peccauit in vxore Leuitæ, totus populus Israel peccauit in idolo Michæ, quia permisit illud stare in tribu Dan vsque ad decem tribus captiuitatem, ideo subditur:*

Historia vxoris Leuitæ à Gabaonitis oppressæ, & historia idoli Michæ quādo contigerint.

1 Ibi steterunt. *Quia idolum Michæ in tribu Dan stare permiserunt, & iuxta hoc fit hic memoria de peccato Gabaa arguendo populum Israel qui fuit ita sollicitus de vindicanda iniuria humana, & tamen neglexit vindicare iniuriam diuinam, licet enim benefecerit in primo scilicet pugnando contra Gabaonitas: tamen magis tenebatur ad secundum, scilicet ad amouendum idolum de tribu Dan. & pro ista negligentia fuit punitus in pugna contra Gabaonitas à quibus fuit bis turpiter debellatus, licet vicerit in tertio conflictu, & hoc est quod subditur,*

Hebræi magis solliciti vindicare iniuriam homini quā iniuriam Deo illatā.

2 Non comprehendet eos. *Id est Gabaonitas quibus non præualuerunt prima vice & secunda.*

3 Iuxta desiderium me. corripiam eos. *Per regem Assyriorum.*

4 Congregabuntur super. *Scilicet multi cum rege Assyriorū venientes.*

5 Cum corripientur propter duas iniquit. *Id est, propter duos vitulos quos iniquè coluerunt.*

6 Ephraim. *Id est, regnum Israel,*

7 Vitula docta. *Id est, similis est vitulæ, quæ consueuit triturare, id est, excutere granum in area ex conculcatione sua. Sic enim teruntur messes in terra illa. Vitula autem talis diligit locum trituræ, quia consueuit ibi comedere ad libitum suum secundum illud Deuteronom. xxv. a.* Non ligabis os bouis triturantis: *& ideo non vult exire de loco illo, licet percutiatur, & si exit cito reuertitur: sic populus Israel fuit frequenter flagellatus à Deo propter idololatriam, & tamen non dimisit eam, & si aliqui dimiserint, hoc fuit tantum ad horam. Littera autem Hebraica planior est, quæ talis est:* Ephraim vitula stimulata diligit trituram, *id est, locum trituræ non dimittens illum pro stimuli punitione.*

Israel vitulæ trituranti cōparatus.

8 Et ego transiui. *Totaliter subiugando Assyriorum regi.*

9 Ascendam super Ephraim. *Id est, faciam ascendere regem Assyriorum super ipsum, ita quod ponet pedes super eius collum. Ille enim qui est simpliciter debellatus dicitur suppeditatus.*

10 Arabit Iudas. *Hic ponitur correctio duarum tribuum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur hic correctio, secundò x. tribuum obstinatio, ibi,* Arastis. *Circa primum sciendum, quod duæ tribus videntes x. tribus captiuatas propter peccata sua, disposuerunt se ad bonum, adhortante eas Ezechia rege earum; ideo dicitur:* Ara. Iu. *id est, disponet se ad laborem pœnitentiæ, & ad opera veritatis & misericordiæ, ideo subdit,*

Diuisio.

Iudas visa punitione Israelis ad tempus resipiscit.

11 Seminate vobis in iustitia, &c.

12 Tempus autem requirendi. *Per bona opera.*

13 Cum venerit qui docebit. *Scilicet rex Ezechias, sed quoniam Ezechiæ successit Manasses filius eius, qui fuit pessimus, & idola posuit in domo domini, ideo subditur,*

14 Arastis imp. *Id est, disposuistis vos ad malè agendum, sic exponunt aliqui continuando ad litteram præcedentem. Sed quia in fine concluditur:* Sic fecit vobis Bethel, *in qua adorabatur vitulus, qui erat in regno Israel, & non Iuda, patet quod hæc littera non coniungitur præcedenti, sed dirigitur ad populum decem tribuum. propter quod sciendum quod hic* Arastis, *incipit alia pars, in qua post correctionem duarum tribuum prædictam, reuertitur propheta ad ostendendum obstinationem in malo decem tribuum, dicens,* Arastis impi. *cogitando malè agere.*

Ad quos loquatur propheta cum dicit: Arastis. &c.

peccatoribus distantiam per incrementa peccati diuinum perpendit iudicium. Denique cum proposito peccati opere corruptus laborat animus, versatque cogitatu intimo qualiter voluntatem impiam ad operis perducat effectum, aranti vel seminanti similis est: Cum autem expleto iniquitatis opere, exilit lætabundus quod male fecerit, & exultans in rebus pessimis, similis est metenti, cum deinde ad hoc etiam eruperit, vt superbo spiritu, sua peccata contra redarguentem legem Dei defendat, & securus incedat corde impœnitenti, similis est ei, qui post messem reconditos fructus comedit. Sic Adam impietatem arauit, quando Dei similitudinem appetiuit: *Iniquitatem messuit*, quando propositum sibi præceptum transgressus est: *Comedit fructum mendacij*, quando in ipso peccato sibi complacuit.

Tres gradus per quos consummatur iniquitas.

Exemplum dicti in Adã.

a ¶ Suscepistis retributionem, somniabatis vobis bona, & venit aduersitas. b ¶ O Ephraim.

a iniquitatem messuistis, frugem mendacij comedistis. Quia confisus es in viis tuis, & in multitudine fortium tuorum: [14] consurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut vastatus est Salmana à domo eius, qui vindicauit b Baal. In die prælij, matre super filios allisa. [15] Sic fecit vobis Bec thel à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

a ¶ Idololatriæ. b ¶ Robore exercitus & non in Deo. ¶ Ideo. c ¶ Id est, Veniet sonitus vlulantiū Assyriorū.
a ¶ In Isaia scriptum est: Quia ascendit Sennacherib & cepit omnes ciuitates Iudæ munitas.
a ¶ Princeps Madianitarum. b ¶ A familia Gedeonis.
c ¶ Damnauit aram eius destruendo & locum succidendo.
a ¶ Mater allidítur super filiis, id est, nimio dolore constringitur morte filiorum. b ¶ O Israel.
c ¶ In quo vitulum adorastis, & deos Aegyptios venerati estis.

a *Quia confisus.* HIER. lib. 3. com. Hæreticus in falsis sententiis suis confidit, & in illis, quos falsa scientia roborauit: & ideo *consurget tu. in po.* quia quidquid loquitur, non ratio, sed clamor & tumultus est, *& omnes mu. t. va.* Non enim testimoniis scripturarum; sed arte diaboli & argumentis Philosophorum confidit.

IBID. In hoc notantur duces hæreticorum, qui altare Dei sibi conati sunt vendicare. Vnde qui dixerunt, *Hereditate possideamus san. Dei.* Falsa deceptis prædicantes populis, vt non quærant verum panem qui descendit de cælo.

Duces hæreticorum. Psal. 82. b. Ioan. 6. e.

b *Matre super filios allisa.* IBID. Vt quomodo Salmana interfecit filios coram matribus, ipsis quoque matribus super filios occisis: sic & filij tui ô Ephraim tecum interficientur. Vnde & Gedeon dixit ad principem Madian, *Quoniam absque liberis fecit gladius tuus multas matres, sic sine liberis erit mater tua.*

Iudic. 8. d. Recipit Israel talem cladem qualem intulerat Salmana in diebus Gedeon.

c *Sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ, &c.* Hoc proprie hæreticis aptatur. Sicut faciet vobis ecclesia vestra, quam vocatis domum Dei. Sed ex quo à vobis tenetur, non domus Dei, sed Bethauen, id est, domus idoli est vocanda propter malitiam vestram.

Ecclesia hæreticorum non potest vocari domus Dei.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iniquitatem messuistis. *Implendo opere,*
2 Frugem mendacij comedistis. *Acquiescendo falso prophetæ.*
3 Quia confisus es in viis tuis. *Id est, mittendo nuntios ad regem Aegypti, vt rebellares Assyriis, quod fecit Ozea 4. Reg. 21.*
4 Et in multitudine fortium tuorum. *Magis confidens de eis, quam de Deo: propter hoc supple,*
5 Consurget tumultus in populo tuo. *Id est, sonus confusus fugientium de prælio.*
6 Et omnes munitiones tuæ. *In quibus confidebas,*
7 Vastabuntur, sicut vastatus est Salmana. *Iudic. 8. d. scribitur quod Gedeon debellauit Zebee & Salmana principes Madian, & captos occidit, eo quod interfecerant fratres suos in Thabor: & secundum hoc exponitur hæc littera,* Sicut vastatus est Salmana *princeps Madian,*
8 . A domo eius. *Id est, Gedeone & sociis eius, de quo dicitur,*
9 Qui vindicauit Baal. *Id est, vindictam accepit de eo, quia suffodit altare eius & lucum succidit, Iudic. 6. e.*
10 In die prælij. *Refertur ad illud,* Sicut vastatus est Salmana. *scilicet, in die prælij Gedeonis cum ipso.*
11 Matre super filios allisa. *Id est, eo quod occiderat fratres Gedeonis & matrem eorum cum ipsis, secundum Hebr. alia est hic sententia & littera licet ad eamdem conclusionem. Ad cuius intellectum sciendum quod in Hebræo, non habetur hic* Salmana, *sed* Salman. *Nec est nomen proprium secundum eos, sed appellatiuum & significat pacificam seu quietam, hoc etiam videtur, quia* Salmana *quod est nomen proprium incipit per litteram* Sade: Salman *vero hic scriptum incipit per litteram* Sin. *Item pro eo quod habemus:* A domo eius, qui vindicauit Baal. *In Hebræo habetur,* A domo insidiatoris, *Est igitur hæc littera:* Sicut vastata est pacifica à domo insidiatoris, *est sensus, Sicut gens pacifica & quieta non timens sibi de periculo, vastatur ab insidiatore & eius familia irruente subito super gentem improuisam, quæ credebat esse in pace & quiete, sicut legitur de vastatione Lais, Iudi. 18. g.* In die prælij *sic insidiose commissi,* Matre super filios, *tales enim latrones non solum solent interficere mares, sed etiam feminas ne accusentur: & sic occidunt matres cum filiis, & est intentio prophetæ, quod sic fiet 10. tribubus pro peccatis suis, ideo subditur,*
12 Sic fecit vobis Bethel. *Id est, sic meruistis.*
13 A facie malitiæ nequitiarum vestrarum. *Id est, propter nequitias vestras ibidem factas adorando vitulum.*

Quamobrẽ & qualis futura sit clades Hebræorum?

Quid fieri solet in subita & improuisa irruptione seu oppressione.

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 10. vbi dicitur, in postill. Circa primum dicitur, Diuisum est cor eorum.

Quod dicitur hic, Diuisum est cor eorum, nunc interibunt: *videtur plane concordare dicto saluatoris, Luc. 11. c. vbi dicitur,* Omne regnum in se diuisum, desolabitur. *Ex quo enim habebant multa & varia idola, vt paulo supra dicitur,* Iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulachris, *consequens erat, vt diuiderentur in eorum culturis, & sic prædictum peccatum contrahebat secum diuisionem.*

Diuisio causa interitus Israeli.

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in postill. Ad vaccas Be.

Vbi nos habemus ad vaccas Bethauen, *in Hebr. habetur,* Ad vitulos Bethauen: *quod magis concordat cum casu præsenti, quia Ephraim vitulos colebat.*

ADDITIO III.

In eod. cap. vbi dicitur in postilla. Seminate vobis in iustitia.

Vbi nos habemus in hoc loco: Cum venerit, qui docebit vos iustitiam. *in Heb. habetur:* Donec veniat, qui doceat vos iustitiam, *quod intelligendum est proprie de Christo, qui impios iustificat ipsius gratia. vnde ad Rom. 3. d.* Iustificati gratia ipsius, *& continuatur ad præcedentia sic. Nam hic propheta hortatur populum Israeliticum in generali, vt disponat se ad receptionem Christi, & hoc per obseruationem legis, sub qua erat, de quo dicit,* Seminate vobis in iustitia: *quia vera obseruatio legis disponebat ad legem Christi, sicut seminatio ad messem, ideo subditur,* Metite in ore misericordiæ: *Lex enim Christi præcipue in misericordia commendatur, vnde Matth. 9. b.* Nonne legistis, Misericordiam volo & non sa. &c. *& quia tempus aduentus Christi non erat ita propinquum, sicut tempus seminationis appropinquat tempori messis statim sequentis, ideo subdit:* Innouate vobis nouale. *q. d. Hæc seminatio frequentanda est & continuanda, donec veniat plenitudo temporis, de quo dicit.* Tempus autem requirendi dominum, donec ve. &c. *scilicet, Christus sol iustitiæ. Sed quia ipsi exhortati oppositum fecerunt, cum pro maiori parte legem Christi non receperunt, ideo subditur,* Arastis impieta. iniquita. messuistis. *q. d. non arastis iustitiam, prout vos exhortabar, in obseruatione legis, sed potius impietatem, quia verba legis non ad declarationem veritatis Christi, sed extorte exponebant, vt patet in quamplurimis locis, vnde & merito iniquitatem messuistis,*

Lex disponit ad Euangelium.

†† ADDITIO.

Huic interpretationi Burgensis consentit D. Hieronymus in commentario, cuius verba propterea apponenda sunt. Ait ergo: Reddit causas cur seminent, cur metant, cur innouent læta noualia; Tempus (inquit) requirendi dominum est cum venerit Christus atque saluator qui docebit vos iustitiam quam nunc speratis in lege, suis enim Christus est ad iustitiam omni operanti bonum. Pro eo quod nos diximus metite in ore misericordiæ, LXX. transtulerunt, vindemiate fructum vitæ, fructus autem vitæ ipse est, qui & lignum vitæ. Et pro eo quod nos posuimus, innouate vobis nouale, illi verterunt, illuminate vobis lumen scientiæ, vt ex operibus & mandatis legis, notitiam habere mereamur, iuxta illud quod in quodam libro legimus, Desiderasti sapientiam, serua mandata, & dominus dabit eam tibi. Et alibi, Mandatum domini lucidum illuminans oculos. Hæc S. Hieronymus.

Illustratur 3. additio per expositionem traditam sumptam ex Hieronymo. Rom. 10. a. Ecclesi. 1. Psal. 18.

CAPVT XI.

a ¶ Ortus auroræ. b ¶ Ita celeriter. c ¶ Hosee captus ab hostibus. d ¶ Decem tribuum. ¶ Exponit beneficia, quæ Deus eis contulit in patriarchis. ¶ Erat in Aegypto idola colens.

a S[1]Icut mâne transit, pertrânsit rêx Israel quia puer Israel, & dilexi cũ, & * ex Ægypto vo-

a ¶ Per Moysen. b ¶ Primogenitus meus Israel. c ¶ Moyses & Aaron, vt exirent de Aegypto.

caui filium meũ,[2] Vocâuerunt eos, sic abie-

a ¶ Sed vocati terga verterunt in deserto, idola colentes. b ¶ Insuper tempore Achab in terra promissionis diuersis idolis immolabant.

rũnt à facie eorum Baalim immolabant, & simulachris sacri-

a ¶ Quia pater eram: per diem abscondi eos nube, ne æstuarent, per noctem illuminaui, ne tenebris terrerentur. b ¶ Ne læderentur in solitudine, vnde: Expandit alas suas & ass. e.

b ficabant.[3] Et êgo quasi nutritius Ephraim portâbam eos in

a ¶ Cum fecissent caput vituli, dedi eis locum pœnitentiæ, & ignorauerunt quod vellem eos mundare ab idolis suis. b ¶ Id est, quo affectu feci Adam sanctum, eadem dilectione volui istos sanctificari. Quod exponendo subdit, in vincu. charitatis, id est, affectu dilectionis.

c brachiis meis, & nêscierunt, quod curarem eos.[4] In funiculis

a ¶ Auferens ab eis iugum ceterarum gentium.

Adam trahã eos, in vinculis charitatis. Et ero eis quasi exâltâs

a ¶ Id est, legem meam, quam sicut maximum iugi pondus portauerunt. b ¶ Dedi eis manna in deserto, non quod Deus ad eum declinauerit, sed manna declinare fecit.

d iugũ super maxillas eorũ, & declinaui ad eũ vt vesceretur. Nõ

CAPVT XI.

A a SIcut mane. † THEOPHYLACTVS. Quando, inquit, expectauerunt Assyriorum auxilium, vt ipsis appareret instar diluculi in nocte constitutis, tunc abiecti sunt in Babylonem captiui. Vel, quia celeriter, ac breui post tempore, perniciem sustinebunt: diluculum enim non perinde lõgum tempus continet, quando sol ortu suo insequens, diem facit.

Diluculum.

† RVPERTVS. Sensus iste est: Rex Israel, non nisi Deus esse debuerat, & Christus Dei filius, quem patriarcharum fides expectauerat. Vnde dixit Samueli, *Non te abiecerunt, sed me, &c.* Verum, nequaquam expectauit legitima tempora regni Dei, quisquis in Israel regnare potuit, sed certatim in alterutros insurgendo, regesque alios percutiẽdo, alij regnauerũt, quousq; Herodes regnaret, qui non erat de genere Israel. Tunc enim Christus natus, cuius regnum non transit, sed in æternum permanet.

Non nisi ipse Deus & Christus Dei filius debuit esse rex Hebræorum. *1. Reg. 8.* B *Regnum apud eos per vim & cædes quæsitum.*

HIER. lib. 3. cõ. Superius dixerat, trãsire fecit Samaria regẽ super faciẽ aquę, eamdẽ rem explicat sub alia similitudine. Est enim mane ortus auroræ, & principium diei à fine noctis vsque ad ortum solis.

Sup. 10. b. *Mane.* C

IBID. Hæretici sicut diluculum transibunt, & rex eorum, id est, diabolus, vel heresiarcha: quos in infantia, quando crediderunt & erant paruuli & Christiani dicebantur, dilexit Deus, & per doctores ecclesiæ vocauit de tenebris Ægypti. Sed vocati recesserunt à facie eorum, & adorauerunt Beelphegor, id est, vitiis suis & libidini seruierunt, & postea immolabant simulacris, quæ sibi confixerunt. Singuli enim hęretici habent deos suos, & quodcumque fingunt colunt, quasi sculptile & conflatile.

Hæreticorũ à fide apostasia.

IBID. Hoc testimonio vtitur Matthæus, quãdo ex præcepto angeli ex Ægypto redit Iesus cum matre ad terrã Israel, quia hæc typice referuntur ad Christum, tamen qui typum habuerunt saluatoris, non per omnia opera sua eum figurauerunt. Typus enim partem indicat: Quod si totũ præcedat in typo, iam non est typus, sed historiæ veritas appellanda. Spiritualiter autẽ Deus filiũ ex Ægypto vocauit, quando in ascensione ad dexteram suam collocauit.

Matt. 2. d. *De Typis qui in sacra scriptura ponuntur.*

b *Et ego qua.* † THEOPHYLACTVS. Tantam ego benignitatem eis ostendi, vt factus sim ipsis veluti nutrix. Et quemadmodum illa aliquem infantem in manus acceptura, pedes eius colligit, vel eum primum veluti in pedes erigit, sicque eum subleuat: non dissimilem ad rationem ego feci, ac veluti pedes eorum colligens, assumpsi super dexteram meam, &c. Non reliqui eos vagari citra ordinem, citrave legislationem, sed collegi palantes ipsos, legem ipsis ferẽdo, & brachium meum, id est, robur meum ipsis pro auxilio in bellis exhibendo, quod imbecillitatem eorum baiularet.

D *Deus se nutrici comparat.*

HIER. supra. Intantũ dilexi eos, & tam clemẽs pastor fui, vt morbidã ouẽ humeris meis portarẽ. Ipsi vero ignorauerunt, quod mea passione curarem eos; & qui amator sum omniũ, vinculis charitatis traherẽ eos ad credẽdũ: vnde, *Nemo venit ad me nisi pater, &c.* & arbitrati sunt iugum meũ, quod suaue est, esse grauissimũ: & declinaui ad eũ, deserẽs cælum, vt cum eis habitarem, & assumpta hominis forma dedi eis escam corporis mei.

** Matt. 2. d.* *Iudæi Dei erga se amorem nõ aduertentes.* E *Ioan. 6. e.* *Eucharistiæ Sacramentum.*

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

c *In funi.* † RVPERTVS. Incarnationem vnigeniti filij sui Deus pater hominibus repromittit. Tunc enim in funiculis Adam traxit nos, vtpote factus filius Adam, siue filius hominis, qui funiculi sunt charitatis. In eo namque quod factus est ex carne Adam filius hominis, miro modo nos sibi colligauit, & traxit ad se in funiculis charitatis, & ex eo scimus, quod curet nos.

Christus per charitatem nos ad se attraxit.

HIER. suprà. Alia translatio, *In funiculis hominum*, id est, ea charitate qua astrinxi mihi Abraham & Isaac & ceteros, coniungam & istos mihi.

F

d *Non reuer.* THEODORETVS in com. Non effugiens Assyrij dominatum, millies licet in Aegyptum fugiant: causa malorum illi extitit. Quamobrem etsi multitudine, & omni genere armorum vtitur, nihil tamen virile edet, at potius ex malis consiliis capiet factum, longissimoque à suis terris abducetur, postea omnia pretiosa aduersariis tradam, & continuò reprimam.

LXX. *Habitabit Ephraim in Aegypto.*

HIERONYMVS vbi suprà. Sub Manahen rege 16. tributum voluit fugere in Ægyptum à facie Sennacherib: Sed captus est ab illo, qui & dominatus est illius iure victoris. Vel reuersus dicitur quando in terra sancta deos Aegyptios adorauit.

4. Reg. 15. d.

IBID. Hæretici dicunt se habere terram & ecclesiã saluatoris, sed peruer-

Hæreticorũ iactantia.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XI.

1 SIcut mane. *Hic increpatur populus pro secunda ingratitudine quæ accipitur respectu beneficij eductionis populi de Aegypto & ductionis per desertum: & licet istud beneficium præcesserit tempore beneficium positum capite præcedent. non tamen intentione, quia ad hoc facta est eductio populi de Aegypto, vt induceretur in terram lacte & melle manantem. Præterea, sicut frequenter dictum est, in sacra scriptura frequenter prius facta posterius scribuntur. Præsens igitur cap. in duas partes diuiditur: quia primo ponitur populi vastatio pro sua ingratitudine, secundo ponitur eiusdem consolatio ex diuina dulcedine, ibi,* Quomodo, *Circa primum dicitur,* Sicut mane tran. *velociter.*

Prius facta sæpe posterius scribũtur in sacris scripturis. *Diuisio.*

2 Pertransibit rex Israel, *Id est, regnum Israel cito deficiet, & hoc pro ingratitudine beneficij accepti: quod notatur cum subditur.*

3 Quia p. Is. *Pueritia huius populi attenditur secundum tempus exitus de Aegypto, vt frequenter supra dictum est, ideo sequitur,*

4 Et ex Aegypto vocaui filium meum. *Vnde Exod. 4. c. dicit dominus,* Filius meus primogenitus Israel.

5 Vocauerunt eos. *Scilicet, Moyses & Aaron & alij prophetæ sequentes exhortando populum ad bonum.*

6 Sic abierunt à facie eorum. *Id est, retrocedentes à monitis eorum, ideo sequitur,* Baalim immol.

7 Et ego quasi nutritius. *Sicut nutrix portat infantulum,*

8 Et nescierunt. *Id est, se nescire simulauerunt.*

9 Quod curarem, &c. *Id est, gererem curam de eis beneficia exhibendo, & in hoc apparet ingratitudo eorum.*

10 In funiculis. *Id est, in beneficiis exhibitis, quæ attrahunt cor hominis & sunt quædam vincula dilectionis.*

Beneficia sunt quædã vincula dilectionis.

11 Et ero eis quasi exalt. iugum. *Id est, subleuans laborem eorũ sicut auriga quãdo videt bouẽ onere depressum, subleuat iugũ, vt alleuiatus vires resumat ad laborandum, sic dominus Israel afflictos in deserto recreauit beneficiis: educendo eis aquam de petra, & similia, vt melius laborem itineris tolerarent.*

12 Et declinaui ad eum vt vescer. *Dando de cælo manna. Exod. 9.*

13 Non reuertetur in terram Aegypt. *Sic enim fuit iniunctum populo, vt non reuerteretur amplius in Aegyptũ quærendo amicitias Aegyptiorum, sed quia transgressi fuerunt hoc, vt dictum est cap. præcedenti, ideo sequitur,*

Et

MORALITER.

† 1 *Sicut m.* Hic arguitur ingratitudo secunda secundum ordinem scribentis, fuit tamen prior secundum ordinẽ temporis, scilicet de beneficio eductionis de Aegypto, & deductionis per desertum, & nutritionis manna cęlestis: quibus ingrati, fecerunt vitulum conflatilem & eum adorauerunt, & postea ad illius similitudinem Ieroboam rex Israel duos vitulos aureos fecit, & ad adorãdum eos populum induxit, vt habetur iij. Reg. xij. propter quod rex & populi translati fuerunt in Assyrios iij. Reg. xviij & sic dicitur hic: *Sicut perma.* Per hanc autem ingratitudinẽ populi Israel significatur ingratitudo religiosorum, qui de sæculo, tenebris culpæ & ignorantiæ pleno, tamquam de Aegypto vocati sunt ad locum religionis sanctum, & ibi nutriti corporaliter, & frequenter magis lautè quam in domibus paternis, & etiam spiritualiter manna eucharistiæ, & spiritualibus documentis, & sanctorum virorum exemplis: & tamen aliqui beneficiorum istorum ingrati conuertuntur ad idololatriã, cuiusmodi sunt carnales & gulosi, facientes de ventre suo Deum suum, sicut dicitur ad Phili. iij. d. *Quorum Deus venter est*, proprietarij qui Deum suum faciunt de auro & argento abscondite sublato, & sic de aliis, propter quod captiui ducuntur ab inimicis ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine.

Altera ingratitudo Israelitarũ. *De malis religiosis qui vocationis suæ obliti intendunt eis quę sunt sæculi & ventris.*

peruersa fide semper sunt in Ægypto, quia ergo habitauit in Ægypto, sensus magnus, id est, Assyrius erit rex eius.

HIER. lib.3.com. Noluit enim Ephraim reuerti ad ecclesiam: & virtute, (id est, Christo) perdita, semper in languore versatur, dæmonibus & perturbationibus subiacēs: ideo gladius, id est sententia spiritualis, vel sermo ecclesiastici viri debellans eos, semper versabitur in vrbibus eius, quas impiè construxit contra Deum, & populus deceptus in cultu suo pendebit incertus quid agat. Et cum nullū remedium inuenire poterit, tunc sero pœnitens optabit meum reditum, hoste iam cuncta vastante, & tunc non proderit ei.

Heretici semper in fide suspensi vincuntur à Catholicis.

a *Iugum au.* IBID. Aliis gladio interemptis, illis, qui remanserint imponetur iugum grauissimę seruitutis pro magnitudine peccati, quia vsque hodie sunt in montibus Persarum.

* De pœni. dis.1.c. sed & cōtinuo. Ideo indignari nobis Deum vt nos conuertat.

Israel vsque hodie in captiuitate.

IBID. Potest hoc referri ad tempora Romanorum; quando Iudæi vltima captiuitate damnati sunt.

b *Quomodo dabo, &c.*

a ¶ Verba comminantis. b ¶ Sennacherib. c ¶ Et hoc ideo.

reuertetur in terram Ægypti, & Assur ipse rex eius quoniam

a Confisi potius in hominem quam in Deum. b ¶ Per pœnitentiam. c ¶ Ergo. ¶ Subaudis interficere. d ¶ Hostium. e ¶ Non modo in agris & possessionibus.

noluerūt cōuerti. [6] Cœpit gladius in ciuitatib⁹ eius, cōsumet

a ¶ Ipsos principes, qui iure capitis alios regunt, vel capita, consilia eorum.

electos eius & comedet capita eorū. [7] Et populus meus pēdebit ad reditū meū. Iugū autē imponetur eis simul, quod nō

a ¶ Quomodo sine dolore possum te dare in captiuitatem. b ¶ Quomodo. ¶ Si vt pater volo te protegere, inueniam te dignum protectione.

auferetur. [8] Quomodo dabo te Ephraim, *protegā te Israel?

a ¶ Licet non sine dolore, redigam te in solitudinem, & vsque ad cineres, sicut Adama & Seboim, & ceteras ciuitates Sodomorum. b ¶ Misericordia vincitur, austeritatem iudicis mitigat pietas patris, viscera misericordiæ non possunt pati, vt deleatur populus.

Quomodo dabo te? Sicut Adama ponā te, vt Seboim. Cō-

a ¶ Cum ita dicerem. b ¶ Pœnitet me populum meum delere.

uersū est in me cor meū pariter conturbāta est pœnitudo

a ¶ Ergo. ¶ Vt deleam. b ¶ Secundum. c ¶ Clementia mea. d ¶ Non perdam quantum in me est. ¶ Non percutiam, vt disperdam in perpetuum, sed vt emendem: crudelitas mea pœnitentiæ & pietatis occasio est: hoc ideo, quoniam Deus ego. Homo punit vt perdat, Deus vt emendet. Si pœnitere volueris ero in medio tui sanctificans & saluans te.

mea. [9] Nō faciā furorē irę meę. Nō cōuertar, ut disperdam Ephraim, quoniā Deus ego & non homo. In medio tui sā-

a ¶ Alienę Gentis subaudis, vt te deseram. b ¶ Vox prophetæ. c ¶ Quia dominus ex misericordia veniam & prospera promittit, si conuersi eum imitabuntur.

ctus, & nō ingrediar ciuitatē. [10] Post dominum ambulabunt,

a ¶ Tunc. ¶ Quia sagena domini capientur de mari huius sæculi.

Quasi leo rugiet, quia ipse rugiet et formidabūt filij maris:

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24

bus, earum exemplo corrumpebantur: & ideo minus puniendæ. Similiter & ecclesiastici viri, si eisdem criminibus, quibus hæretici contaminantur, non Adamæ & Seboim, quæ minores, sed Sodomæ & Gomorræ, quæ maiores sunt, comparantur. Ad hęreticos autem, & ad populum deceptum, dicit dominus, quia non pœnitent, ponentur sicut Adama & Seboim, & nullā spem salutis habebunt. Sed iterū pius pater mutat sententiā & pœnitet, quod talia sit locutus. In quo ad conuersionem & pœnitentiam vocat.

Catholicis mala vita imputatur in maiorem damnationem quam hæreticis.

Genes. 19. f.

c *Non conuertar, vt disperdam Ephraim.* HIER. IBID. Quantum in me est, *Deus ego*, subaudis, lapsis manum porrigo, errantes reuoco. Et quia *sanctus* sum ideo *non ingrediar ciuitatem*, id est, conciliabula hęreticorum, sed exeuntes ab illis suscipiam. Vel, *non ingrediar ciuitatem*, quæ sanguine & scelere fabricata est: sicut Cain primus parricida, ædificauit ciuitatem nomine filij sui Enoch: Sed manebo in ciuitate, quæ cœpit ab Abel.

Deus hæreticorum conciliabulis non interest. Gene. 4. c.

† THEOD. Cum superiores terrores eis iniecit atque denuntiauit, rursus misericordibus verbis vsus est, sermocinationis varietate vtilitatem eis architectans. *Quid faciā tibi Ephraim.* Quomodo, inquit, ô Ephraim, te ipso vtor? Ego te defendere studeo, verum non me hæc facere sinunt tua impia scelera. Quare, *sicut Adama ponam te, & sicut Seboim, &c.* quæ vna cū Sodoma & Gomorra deflagratæ sunt.

Deus nunc blanditiis nunc minis rebellem populum reuocare studet.

HIER. vbi supra. Cum ex supradicta comminatione videretur dura Dei sententia non relinquens locum pœnitentiæ: nunc affectu pij patris loquitur, qui incorrigibili filio post verba, addit verbera.

IBID. Inter quinque subuersas vrbes, maiores in scelere, & in pœna fuerunt Sodoma & Gomorra, quibus duobus comparantur duæ tribus peccantes. Vnde in Isa. *Audite verbum domini principes Sodomorum, & percipite legem Dei populus Gomorra.* Et Ezechiel, *Iustificata est Sodoma ex te*, Quia ergo duæ tribus templum habebant, & ibi idola colebant, magis peccantes maiore pœna dignæ sunt, quam decem tribus, quæ longè à templo & ab Ierusalem erant. Duæ igitur tribus, Sodomæ & Gomorræ iustè comparantur: decem verò Adamæ & Seboim, quæ minores, subiectæ maioribus,

Isa. 1. c. Ezech. 16. f.

Iudas Sodomæ & Gomorrhæ, Israel Adamæ & Seboim comparatur.

d *Quoniam Deus ego, &c.* † RVPERT. Homo dum nascitur, accepta iniuria profundè læsus, eo totus intendit, vt vindictam exigat, & de pœnis satietur eius, qui læsit; nec enim pœnitentiam, sed solam quærit vindictam: Ego autem Deus sum in medio tui sanctus, non pro furore vindictam aut pœnam, sed pro misericordia peccatorum desiderans pœnitentiam.

Deus dum punit, vt nos pœniteamus, nō vt ipse se vindicet, hoc facit.

e *Quasi leo.* HIERON. vbi supra. Vnde Amos: *Dominus ex Sion rugiet*, minando rugiit dominus cum dixit, *Sicut Adama ponam te*, & iterum, *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Rugiet quando dicet, *Discedite à me operarij iniquitatis.* Cum leo rugit, volatilia, & bestiæ terrore vocis, gradu fixo se mouere non possunt. Ita domino comminante, *filiis maris*, id est, huius sæculi tempestuosi, pauent & vadunt ad nidos suos, id est, ecclesias in quibus cum eis habitabit. Hoc Iudæi ad aduentum Christi, quem adhuc præstolantur, referunt: Sed nos iam transacta videmus, quod & de Ægypto, & ab Assyriis, id est, ab Oriente & ab Occidente, ab Aquilone, & Meridie veniunt quotidie, qui recumbunt cum Abraham & Isaac & Iacob in cælorum regno.

Amos 1. a. Matth. 3. c. Luc. 13. f.

Matth. 8. b.

HIER.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et Assur ipse rex eius, *ipsum subiiciendo sibi & captiuando.*
2 Quoniam no. conuer. *ad bonum, secundum monita prophetarum.*
3 Cœpit gladius, *scilicet, deuorare habitatores ciuitatum eius.*
4 Et consumet electos, *id est, bellatores robustos.*
5 Et populus me. pen. *id est, suspensa & confusa mente remedium expectabit.*
6 Ad reditum meum, *scilicet, per exhibitum beneficium, quod ab eis subtraxi. Et quia ibi fuit longus temporis tractus, ideo subditur,*
7 Iugum autem. *id est, grauis seruitus ab Assyriis.*
8 Quod non aufere. *quia captiuitas 10. tribuum non fuit reuocata de Assyriis: sed captiuitas duarum fuit reducta de Babylone.*
9 Quomodo. *Hic ponitur populi consolatio ex diuina pietate: Ad quod ostendendum primo excluditur populi meritum, cum dicitur in persona Dei.* c. Quo. da. te. Eph. *in manibus aduersariorum sicut meruisti.*
10 Protegam te. *ab aduersariis, quod non meruisti.*
11 Quomodo da. te. *& responde,*
12 Sicut Ada. *id est, secundum demerita tua deberes in perpetuum deleri & subuerti absque reparatione aliqua, sicut istæ duæ ciuitates Adama & Seboim fuerunt funditus subuersæ cum Sodoma & Gomorra.*
13 Conuer. est in me. *id est, non puniui te secundum totum rigorem iustitiæ meæ.*
14 Contur. est pœ. m. *id est, commota est super te misericordia mea.*
15 Non faciam furorem, *id est, rigorem iustitiæ meæ.*

16 Non conuertar, *in intentione misericordiæ.*
17 Vt disperdam Ephraim, *id est, totaliter deleam absque reparatione.*
18 Quoniam Deus ego, *qui punitionem ad correctionem facio:*
19 Et non homo, *qui punit ad interitum & ad vindictam.*
20 In medio tui sanctus, *id est, te sanctificans,*
21 Et non ingrediar ciuitatem, *id est, cultum meum non ponam in vna ciuitate tantum, sed per totum mundum: & est hoc impletum tempore gratiæ in quo sacrificium ecclesiæ offertur vbique, & non in vna ciuitate tantum, sicut fiebat tempore ve. te. extra enim Ierusalem non erat locus sacrificij: & propter hoc dixit dominus Mala. 1. c.* A solis ortu vsque ad occasum magnū est nomen meum in gentibus, & in omni loco offertur & sacrificatur nomini meo oblatio munda: *propter quod dixit saluator Ioan. 4. a.* Venit hora in qua non in mōte hoc neque Ierosolymis, *(scilicet tantum)* adorabitis patrem, *sed vbique, ideo subditur*, Sed veri adoratores erunt, qui adorabunt patrem in spiritu & veritate. Spiritus enim est Deus, *qui loco non circumscribitur nec ad locum determinatur.*
22 Post dominum ambulabunt, *ei obediendo.*
23 Quasi leo rugiet, quia ipse rugiet. *hoc exponit Ra. Sa. de Messia futuro, & quantum ad hoc, quod de Christo exponit bene dicit, sed quod dicit futurum, iam est impletum, quia Christus, (qui dicitur, leo de tribu Iuda, Apoc. 5. b.) rugiit clamore suæ prædicationis in se & apostolis.*
24 Et formidabunt filij maris, *id est, homines sæculi huius, quod est quasi mare procellosum.*

Vocatio gentium & Eucharistiæ sacrificium.

A HIER. lib. 3. com. Aliter cum verus leo rugierit, falsus leo, qui est aduersarius noster tremet, & non poterit os aperire ad prauum dogma: & qui ab eo fuerant capti, rugitu, id est, comminatione veri leonis soluti, sequentur Deum suum: & *filij maris*, qui in amaritudine & salsis aquis hæreticorum sunt procreati, formidabunt & ab illis reuolabunt ad Deú, vt qui sub hæreticis laborauerunt, requiescant in ecclesiis, à quibus aberrauerant. Aegyptus, tribulatio vel angustia: Assyrius, dirigens vel arguens: ab his liberabuntur hæretici, cum habitauerint in domibus suis & dixerint malis patribus, *Relinquetur vobis domus vestra deserta.*

Christus prædam eripiens diabolo.

D Matth. 23. d.

a *Et auolabunt quasi auis ex Aegypto, & quasi columba.* † THEODORETUS. Perinde cum ceteræ aues: tum maximè columbæ, expeditissimo volatu vtentes, facilè in suos nidos reuertuntur: ita vos alios hinc, alios illinc facilè reuocabit. Per hæc significat reditum sub Zorobabel factum, nam alij ex Babylone reuerterunt, ac vrbem Ierusalem ex Cyri Persæ lege reædificauerunt: alij etiam in Aegypto diuersantes, confidentia ducti redierunt.

Restauratio Ierusalem & secundi templi.

a ¶ De mundo ad cælum tendentes. b ¶ Simplicitatem columbæ imitantes. ¶ Quis dabit mihi pennas sicut columbæ. & v. & r.

a ¹Et auolabũt quasi auis ex Aegypto, & quasi colũba de terra Assyriorũ, & collocabo eos in domibus suis, dicit dominus. ²

a ¶ Dæmonum. b ¶ In ecclesiis, vel in cælestibus mansionibus.

NICOLAUS DE LIRA.

1 Et auo. qu. a. auis ex Aegy. & quasi co. de ter. Assy. *id est, velociter venient ad fidem, quod impletum est à tempore apostolorum, à quo fides Christi publicata est per vniuersum orbem, sicut plenius declaratum fuit super illud Psal. 18. a.* In omnem terram exiuit, &c. *& multi non solum de gentibus, sed etiam de Iudæis regni Iuda & regni Israel per orbem dispersis conuersi sunt ad fidem.*

Vocatio gentium & Iudæorũ ad Christi. fidem.

2 Et collocabo eos in domibus, &c. *id est, in ecclesiis vbique per orbem terrarum ædificatis, & postea in cæli mansionibus: Ioan.* 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt, &c.

B E

ADDITIO I.

In ca. 11. vbi dicitur in postil. Ideo subditur. Ex Aegypto, &c.

Glossa super hoc verbum, Ex Aegypto vocaui filium meum: *non est hic prætermittenda, quæ sic dicit,* Hoc testimonio vtitur Matthæus, quando ex præcepto angeli ex Aegypto redit Iesus cum matre ad terram Israel, quia hæc typicè referuntur ad Christum; tamen quia typum habuerunt saluatoris, non per omnia opera sua eum figurauerunt: typus enim partem indicat, quod si totum præcedit in typo, iam non est typus, sed historiæ veritas apellanda. *Hæc in glos.*

Prophetia de reditu Christi ex Aegypto.

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in postil. Et populus meus pendebit.

Littera Hebræorum in hoc loco est aliqualiter obscura, tamen rectè consideranti videtur sic transferenda, Et populus meus suspensus est ad rebellionem meam, & ad altum vocant eam, simul non exaltabitur. *Cuius sententia talis esse videtur, quod populus ille, qui vocabatur à prophetis ad altum, scilicet, ad emendationem vitæ, semper erat in hoc suspensus, id est, non rectè intendens, sed tendens ad rebellionem, vnde nunquam simul tendebat in altum, ad quod vocabantur.*

Iudæi per prophetas admoniti de emendatione vitæ semper rebellant.

CAP. XII.

a Circumdedit. † RUPERT. Quinta iã declamatione peccata populi sese iustificare volentis, sermo propheticus accusat, & antè tribunal suum reum adducit maiestas, cuius manus non est, qui effugiat, si iudicio cum hominibus contendat. *Circumdedit me, &c.*

HIER. li. 3. com. Secundum euidentẽ litteræ sonum ad illa tẽpora lectorem mittit, quando Ieroboam, qui erat de tribu Ephraim, vitulos aureos fecit. Tunc enim & ipse in *negatione & domus Israel in dolo Deum circumdedit,* quãdo eiusmodi consilium excogitauit tam ipse, quam Israel, quatenus depellerent à se domum Dauid, & vitulos pro Deo patrum suorum colerent, eum negantes qui Israelẽ eduxerat de Aegypto.

C

Ieroboam & 10. tribus rebellantes contra Deũ & domum Dauid.

CAP. XII.

a ¶ Negauit me Ieroboam idola colens, & nihil diuinum mihi attribuens. Decem quoque tribus me deludere volebant colendo idola, quasi diuinum aliquid inesset.

b ¶ Ieroboam & reges post eum.

a ¹Circumdedit me in nẽgatione Ephraim, ² & in ³

a ¶ Populus regibus seruiens. b ¶ Duæ tribus. c ¶ Veritatis & virtutis Dei.

b dolo domus Israel. ⁴ Iudas autẽ tẽstis ⁵ descendit ⁶

a ¶ Angelis, patriarchis, prophetis. b ¶ Deo. c ¶ Circumdedit me, ideo. d ¶ Fluctuans inter duas gentes.

c cum Deo, ⁷ & cũ sanctis ⁸ * fidelibus.' Ephraim pascit ventũ, ⁹

* fidelis.

HIER. IBID. ALLEG. Circumdant hæretici dominum in *negatione* sua, quicquid enim dicunt, negatio & mendacium est; & in *dolo* quia quæcumque simulant artificioso sermone componunt. Iudas vero, id est, vir ecclesiasticus, non superbit, non inflatur, vt hæretici, sed humiliatur cum Deo, & cum choro sanctorum fidelis est.

Hæreticus. Catholicus.

b *Iu. au.* HIER. IBID. Tradunt Hebræi, quia in egressũ de Aegypto, cum ex parte vna mons altus, ex alia mare rubrum, ex alia hostes essent, ceteris tribubus desperantibus, vel reuerti in Aegyptum, vel bellare volentibus; solus Iudas ex præcepto Dei fiducialiter est ingressus mare cũ sanctis fidelibus Moyse & Aaron. Vnde & regnum hæc tribus meruit habere. Aliter, Decem tribubus idola colentibus, Iudas, id est, duæ tribus, quæ habebant templum & legem, Deo credentes & ei seruiẽtes descenderunt humiliando se, secuti vestigia Dei, sicut sancti patriarchæ & alij fideles.

Audacia tribus Iudæ in audendo primum ingredi mare rubrum.

F Ioseph. li. 2. Anti. c. 11.

Pietas eiusdem in adhærendo cultui Dei aliquamdiu & domui Dauid. 4. Reg. 15. d.

c *Ephraim pascit ventum, &c.* HIER. IBID. Refert historia Manahen regem Israel pace facta cum Assur, petisse auxilium ab Aegyptiis, quod est, *pascere ventos,* id est, decipere se vana spe, ponendo spem in homine, & *sequi æstum.* i. ire ad meridianam plagam. & *toto die.* i. toto tẽpore nihil agere nisi ludere sibi & colendo mendaciũ, id

NICOLAUS DE LIRA.

1 Circum. *Hic incipit 12. c. secundum Hebraicam veritatem, in quo populus 10. tribuum increpatur de tertia ingratitudine, quæ respicit beneficium impensum Iacob patriarchæ, non solum pro se, sed etiam pro posteris, quo beneficio abusæ sunt 10. tribus erga Deum, ipsum pro idolis dimittendo, & erga fratres suos duarum tribuum eos multipliciter prosequendo, vt patet 3. Reg. & 4. in pluribus locis, propter quod in hoc ca. iuxta beneficium Iacob impensum describitur ingratitudo seu malitia 10. tribuum & primo generaliter secundo specialiter, ibi,* Si Galaad. *prima in duas, quia primo ponitur malitia populi, secundo misericordia domini, ibi,* Et ego dominus. *Prima adhuc in tres, quia primo malitia populi præmittitur, secundo beneficium Dei interponitur, ibi,* In vtero, *tertio scriptura ad primum reuertitur, ibi,* Chanaã, *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur 10. tribuum culpa, secundo pœna, ibi:* Ephraim pascit. *Circa primum dicitur in persona Dei,* Circumde. me. *id est, me delusit.* 2 Ephraim, *id est, Ieroboam primus rex de tribu Ephraim.* 3 In negatione. *Dauid serui mei dicendo:* Non est nobis pars in Dauid, &c. 3. *Reg.* 12. *g. Et in* negatione *nominis mei, dicendo de vitulis fabricatis.* Isti sunt dij tui Israel, qui eduxerũt te de terra Aegy. *Et quia Ieroboam induxit ad hanc negationem duplicem. primo tribum Ephraim & consequenter alias nouem, ideo subditur.* 4 Et in dolo domi. Isra. *sed quia tribus Iuda stetit in veritate cultus diuini per longa tempora, ideo subditur,* 5 Iu. a. te. de. cum d. *In Hebr. habetur:* Iudas autem adhuc potens cum Deo. *quia licet diminutum fuerit regnum suum: tamen adhuc habuit potestatem super tres tribus: s. Iudæ, Beniamin & Leui, quia sacerdotes & Leuitæ per regnum Israel dispersi in ciuitatibus sibi assignatis à Iosue, dimiserint eas, nolentes vitulos colere. & habitauerunt in regno Iuda, vbi remanserat Dei cultus, ideo dicitur,* Potens cum Deo, *id est, sanctus & fidelis implendo promissa. ideo subditur,* Et cum sanctis fideli. *quod exponit Ra. Sa. dicens, id est, cum Deo sancto & benedicto: & hæc expositio est multum consona fidei nostræ, licet præter eius intentionem. Hic enim exprimitur articulus sanctæ trinitatis, per hoc enim, quod de Deo dicitur,* Cum sanctis fideli. *per nomen plurale quod coniungitur singulari, innuitur rectè pluralitas personarum in vnitate essentiæ. Ad hanc expositionem potest trahi translatio nostra cum dicitur,* Iu. au. te. *s. veritatis per hoc, quod retinuit cultum diuinum.* 6 Descendit, *per hoc quod eius regnum fuit diminutum, quia tamen cultum Dei retinuit, subditur.* 7 Cum Deo. *Hanc autem litteram aliqui expositores nostri exponunt de fidelitate tribus Iudæ, quæ prima post Moysen intrauit mare rubrum, & sic dicitur,* Iu. autem te. *s. veritatis à Moyse dicta:* Descen. *s. post eum in mare rubrum.* Cum Deo, *id est, secundum mandatum diuinum.* Et cum sanctis fideli. *id est, cum Moyse & Aaron. Sed hæc expositio videtur falsa, eo quod in Hebræo non habetur fidelibus in plurali, sed fideli in singulari. Hæc etiam expositio non habet consequentiam ad præcedentem litteram: Sed prima expositio est secundum veritatem Hebraicam, & consona fidei catholicæ, & consequenter se habens ad litteram immediatè præcedentem,* 8 Eph. *Hic consequenter ponitur populi 10. tribuum pœna: & primo in bonis possessis cum dicitur,* Eph. pa. ven. *In pœnam enim prædictæ duplicis negationis fuit multum afflictus à circumstantibus populis, & maximè ab Assyriis, à quibus fuit primo sub tributo subiectus, & postea captiuatus 4. Reg. 17. & secundum hoc dicitur,* Ephraim. *id est, populus 10. tribuum sic nominatus eo quod Ieroboam primus rex fuit de illa tribu, vt prædictum est.*

9 Pascit ventum, *superbis Assyriis reddendo tributum.*

Tertia ingratitudo Israelis.

Diuisio.

Iudas manet Deo fidelis cum præuaricatur Israel.

Mysterium Trinitatis.

Punitio Israelis.

1 Et

MORALITER.

† 8 *Ephraim pascit ventum, &c.* Hic arguitur tertia ingratitudo populi Israel de duobus beneficiis à Deo Patriarchæ Iacob collatis. Primum est quia in vtero matris supplantauit Esau fratrẽ suum, quod notatur, cum dicitur: *In vtero supplantauit fratrem suum.*

† MO-

☞ id est, idola dum huc vel illuc discurrit, vastitatem suis vrbibus præparat, & *oleum in Aegeptum ferebat.* Cum Manahem videret Sennacherib ex fœderato factum sibi aduersarium, auxilium à Pharaone petiuit, mittens ei inter cetera dona clarissimum oleum quo Samaria abundat, nec inuenitur tale in Ægypto.

Manahen vocat Ægyptios in auxilium contra Assyrios. Oleum Samariæ præstantissimũ.

HIER. li. 3. com. ALLEG. Hæretici malis operibus lætificãt immundum spiritum, & *sequuntur æstum*, qui flores & germina discutit, & *mendacium*, id est falsam doctrinam, qua multos decipiant: & inde *vastitatem*, id est, interitum sibi suisque multiplicant. *Fœdus cum Assyriis* ineunt, quia cum dæmonibus pacem habent, quorum voluntatem sequuntur: quorum princeps est sensus magnus, vt quæcumque finxerint, sapiẽter simulasse videantur. *Oleum in Aegyptum ferunt*, quia cum sint in tenebris, scientiam sancti spiritus se habere mentiuntur; sed licet conentur veritatem miscere mendacio, oleum aquis & ceteris liquoribus non miscetur, semper veritas superest, mendacium deorsum.

Mores hæreticorum.

& sequitur æstum. Tota die mẽdacium & vastitatem multiplicat. Et fœdus cum Assyriis iniit & oleum in Ægyptũ ferebat. ²Iudiciũ ergo dñi cũ Iuda, & visitatio super Iacob, iuxtã vias eius & iuxta adinuentiones eius reddet ei. * In vẽtrõ supplãntauit frãtrẽ suũ, & in fortitudine sua directus est

a ¶ Qualia fecit, talia recipiet. b ¶ Quia non casu, sed de industria adinuenit in quibus peccaret. ¶ Quia. ¶ Rebeccæ. a ¶ Non sua virtute, sed dispositione Dei, qui eum sibi futurum præuidebat fidelem patriarcham b ¶ Esau. c ¶ Quando cum angelo tota nocte pugnauit, vt benediceretur: vnde Israel, id est, directus, vel rectus dicitur.

a *Iudicium ergo.* IBID. Captiuitatis & miseriarum, quia decem tribubus pro peccato captiuatis, Iudas non pœnituit: sed vt ait Ezechiel, sorores suas sceleribus vicit; & *visitatio*, id est flagella super duas tribus, quę de Iacob ortæ.

Ezech. 16. f.

† RVPERT. Sensus est. Idcirco circumdederunt Deum negantes, & in dolo loquentes, quia dominus ipse iudicium posuit cum Iuda, & visitationem egit super Iacob, discernendo videlicet, & discernendum esse dicendo, quinam sint veraciter Iudæi, & qui è contra, Iacob siue Israel se esse dicant, cum non sint, sed *sint synagoga sathanæ.* Denique quod nihil prosit esse filios carnis, qui non sint filij promissionis, iustissima confirmat sententia, cum dicit, *Iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei.* Nimirum qui cum deberet esse Iudas tẽstis fidelis, factus est Ephraim, qui recessit infideliter à domo David, imo & Chanaam dici meretur, &c.

Iudiciũ Dei Iudam nomine gloriosso spoliantis. Apoc. 3. Gen. 25. c & 32. d.

b *In vtero supplantauit fratrem suum, &c.* HIER. li. 3. com. Exponit beneficia Dei collata Iacob, & in eo Iudæ filio, quia & in patre nominatur filius: vt & Dei misericordia in Iacob, id est Iudam; & duritia Iudæ in Deum cognoscatur.

IBID. ALLEGORICE. Possunt hæc eadem dici viro ecclesiastico, qui corripitur à Deo, quod immemor beneficiorum Dei non cessat addere peccatum peccato; quando te nascentem ecclesia in fide parturiret, supplantasti Iudæum siue Gentilem fratrem tuum, & eius primogenita accepisti, & in fortitudine tua directus es cum angelo, vel vincens malignos spiritus, vel roboratus benedictionibus angeli, (id est, Dei) inualuisti contra angelum precibus, faciens eum tibi adiutorem, vt inualesceres contra homines: & cum vicisses fleuisti, & rogasti angelum domini, & peccatorum tuorum recordatus inuenisti eum in Bethel, id est, ☞ in

Vir ecclesiasticus, si declinet post iniquitatem, admonendus priorum Dei beneficiorum & sanctitatis suæ.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et se. æstum. *id est, Aegyptum, quæ est in plaga Australi respectu Iudaæ, & sic in calidiori regione. Hosea enim rex Israel quærens liberari à tributo Assyriorum, misit nuntios ad regem Aegypti cum muneribus magnis, vt eius auxilio liberaretur, vt habetur* 4. *Reg.* 17.

Hosee rex Israel recedens ab Assyriis Ægyptiorum amicitias quærit.

2 To. die men. & va. mul. *Mentitus enim fuit regi Assyriorum cui iurauerat sub tributo seruire, & per hoc incurrit vastitatem & destructionem regni sui: quia rex Assyriorum perpendens, quod volebat ab eius seruitute recedere, terram eius vastauit, & ipsum finaliter captiuauit.*

3 Et fœ. cum Assy. iniit. *Hoc subditur ad exponendum quod dictum est obscurius de pacto, quod firmauit cum rege Assyriorum de reddẽdo sibi tributũ.*

4 Et oleum in Aegyp. fe. *id est, per nuntios mittebat cum aliis muneribus, vt liberaretur à prædicto tributo. Et quia ex hoc secuta est captiuitas regis & regni, vt dictum est: & quia hoc fuit in parte persecutionis regni Iuda quam regnum Israel sibi intulit, ideo concluditur,*

5 Iudicium ergo domini, *in punitione Ephraim.*

6 Cum Iuda, *id est, pro Iuda.*

7 Et visitatio, *id est punitio Dei,*

8 Super Iacob, *id est, super regnum Israel, eo quod Iacob & Israel sunt nomina synonyma, Gene.* 32.

9 Iuxta vias eius, *id est, opera,*

10 Et iuxta adinuen. eius, *in persecutione Iudæ, & vitulorũ fabricatione:*

11 Reddet ei, *pœnam debitam inferendo.*

12 In vtero. *Hic consequenter ponitur beneficium patriarchæ Iacob impensum, cui decem tribus erant ingratæ. Et ponitur hic duplex beneficium, vnum ante natiuitatem cum dicitur,* In vte. supplan. fratrem suum. *Collidebantur enim in vtero matris, Gene.* 25. *& cum mater dominum consuleret de isto conflictu, respondit dominus,* Duo populi ex vẽtre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori, &c. *Secundum beneficium fuit post natiuitatẽ in ætate iam adulta, ideo subditur,*

Duo beneficia collata Iacob.

13 Et in fortitudine sua directus est. *De hac lucta dixi plenius Gen.* 32. *Aliquid tamen est repetendum, eo quod aliquid hic additur, quod ibi dimittitur. Sciendum igitur quod secundum Ra. Sa. & alios Hebræos ille angelus erat custos Esau: propter quod zelans pro eo voluit impedire Iacob ne transiret in terram promissionis ad obtinendum benedictiones & primogenita Isaac in præiudicium Esau, sed dominus tantam fortitudinem tunc contulit Iacob, quòd non potuit eum impedire, sed magis Iacob præualuit: ideo dicitur hic,* Directus est cum ange. *id est, luctauit cum eo,* Et inualuit ad ange. & confor. est. *Quod videns angelus fleuit, eo quod non poterat eum impedire. Et rogauit, vt dimitteret eum, secundum quod dicitur Genes.* 32. *f.* Dimitte me iam aurora est, &c. *quærens dilationem de sententia Dei super iura benedictionis & primogenituræ: ideo subditur in persona angeli,* In Bethel inueniemus eum, *scilicet, Deum, & ibi loquetur nobiscum determinans hãc causam, & talis est littera Hebraica. Hæc autem expositio continet aliqua inconuenientia. Primo quia secundum dictum Hebræorum ille angelus erat bonus, eo quod erat custos Esau. Deus autem iam ante dixerat ipsi Iacob,* Reuertere in terram natiuitatis tuæ, Gen. 33. c. *Nullo autem modo verisimile est, quod angelus bonus vellet executionem diuini mandati impedire, cum eius voluntas sit omnino conformis voluntati diuinæ. Nec potest dici, quod angelus sanctus ignoraret reuelationem factam ipsi Iacob: Tum quia reuelationes fiunt hominibus mediantibus angelis, & ideo, quæ hominibus reuelãtur, prius à sanctis angelis cognoscuntur; Tum quia Iacob reuelationem seu mandatum Dei prædictum narrauerat vxoribus suis Rachel & Liæ Gen.* 31. *Talia verò non latent angelos quorum cognitio non impeditur per distantiam localem. Item angelus experiens tantam fortitudinem Iacob, vt dicunt Hebræi, ignorare non potuit, quod hoc esset à Deo, & per consequens nullo modo de hoc fleuisset, nec dilationem de iure benedictionis & primogenituræ determinando quæsiuisset, cum voluntas eius sit totaliter conformis voluntati diuinæ. Propter quod, sicut dixi Gene.* 32. *ille angelus fuit custos Iacob, & ex voluntate Dei in corpore assumpto apparuit sibi, vt non solum verbo, sed etiam sensibili signo assecuraret eum de Esau fratre suo, quem nimis timebat: & ideo post luctam, in qua finxerat se non posse præualere Iacob, dixit,* Si fortis fuisti contra Deum, *id est, contra angelum à Deo missum, propter quod dicitur Deus participatiuè, quanto magis contra homines præualebis, id est, contra Esau cum filiis suis. Nec tamen illa fictio angeli fuit mendacium, sicut nec illa qua dominus finxit se longius ire, Lucæ* 24. *quia per fictionem angeli significabatur veritas futura, quòd populus descendens de Iacob præualeret populo descendẽti de Esau: sicut & per hoc, quòd dominus finxit se longius ire, significauit, quod adhuc erat longè seu peregrinus à discipulorum mente, vt exponit beatus Greg. homilia* 13. *Igitur secundum hoc exponenda est hæc littera.* Et in fortit. sua, *id est, quam habebat à natura sua, & non datam à Deo ad horam, vt dicunt Hebræi,*

Quis & quare luctaretur Angelus cum Iacob secũdum opinionem Hebræorũ.

Inconuenientia in expositione Hebræorũ de lucta Angeli & Iacob.

Qui luctatus est cum Iacob non Esau sed ipsius Iacob Angelus custos fuit.

Fingere nõ est semper mentiri.

14 Directus est cum angelo, *Luctando cum eo.*

☞ 1 Et

MORALITER.

† 1 Moraliter autem siue mysticè per Rebeccam matrem ecclesia militans significatur. Rebecca namque patientia interpretatur, ecclesia verò militãs exercitata fuit in patientia: primo in persecutione Iudæorum; secundo, in persecutione tyrannorum; & tertio, magis erit in persecutione Antichristi & satellitum suorum: propter quod dici potest patiẽtia in abstracto, sicut notabiliter largus, ipsa largitas nominatur; licet autem omnes Christiani tam boni, quàm mali sint per baptismum regenerati, tamen adhuc vsque ad mortem quodammodo sunt in vterõ ecclesiæ: nam mors sanctorum dicitur eorum natale, quia tunc ex ecclesia militãte nascuntur ad vitam gloriæ. Sic igitur boni, qui per Iacob significantur; & mali per Esau significati, (secundum illud Malach. 1. a. *Iacob dilexi, Esau verò odio habui, dicit dominus*) in vtero matris sese collidunt, quia in moribus dissentiunt: sed boni malos supplantant, nam in præsenti merentur ad gloriam exaltari, qua mali merentur priuari. Secundum beneficium ipsi Iacob patriarchæ collatum fuit in hoc, quod iam adultus * luctauit cum angelo, & benedictionem obtinuit ab eo, Gen. 32. quod notatur hic cum dicitur: *Et in fortitu. &c.*

Ecclesiæ militantis patientia.

Natalicia Sanctorum.

* luctatus.

MORAL. hoc faciunt boni per Iacob significati: nam in præsenti merentur ad angelorum ordines exaltari.

in domo Dei, quæ est ecclesia, Et vt sciatur quis iste Iudas esset, addidit, *ibi*, id est in ecclesia, *locutus est nobis* Christianis: & ex eo nomine vsque hodie Christi censemur nomine. Itaque ô vir, qui confiteris Deum, conuertere quotidie ad Deum per pœnitentiam: & si peccaueris, dic cum Propheta, *Laboraui in gemitu meo lauabo, &c.* Fac misericordiam, vt misericordiam cõsequaris; ita iudica sicut vis iudicari, & spera in Deo.

Officium hominis Christiani. Psal. 6. b.

a *Inualu.* † THEOD. in com. Processu temporis Iacob vir factus, adeo virtutis exercitatione excelluit, vt Dei de se curationē & prouidentiam conciliauerit: atque cum semel fratris timuisset aduētū, Deumque rogasset, non modo ab eo auxilium obtinuit, verumetiam nocte visus est ipse sibi luctari cum Deo, atque victoriā reportare. Eumdem enim & Deum, & angelū vocauit hoc loco propheta, vtrumque etiam nomē beatus Moses posuit. Dominus noster Iesus Christus, & Deus fortis, & magni consilij angelus ab Isaia vocatus est.

Quantum profecerit Iacob in virtute. Gen. 32. Isa. 9.

a ¶ Contra. b ¶ Accepta benedictione à victo. ¶ Ne timeat fratrem. c ¶ Sed prius flens rogauit, Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.

a cum angelo.[1] Et inualuit ad angelū, & cōfortatus est. Fleuit

a ¶ Cum patris & matris consilio fugit in Mesopotamiam. b ¶ Eumdem angelum. c ¶ In patre locutus est nobis filius dicens, Tibi dabo terram in qua dormis & semini tuo.

& rogauit eum: In Bethel inuenit eum, & ibi locutus est no-
b biscum,[7] Et dñs Deus exercituum dominus memoriale eius,
c [6] Et tu ad dominū Deum tuum conuerteris. Misericordiā &

a ¶ Id est, Ephraim. In cuius ma. est sta. do. b ¶ Contra hoc quod dominus dicit: Sit tibi æquus modius, iustusque sextarius.

d iudiciū custodi: & spera in Deo tuo sēper,[7] Chānaā in manu

a ¶ Calumniam dicit, quia non solum habet iniquam mensuram, sed & pauperes per potentiam opprimit. b ¶ Aperit quod dixerit Chanaan, id est, decem tribus.

eius statera dolosa. Calumniā dilexit,[8] & dixit Ephraim. Ve-

a ¶ Sicut guloso venter Deus est, ita aurum auaro.

e rūtamen diues effectus sū: inueni idolū mihi. Omnes labores
f

a ¶ Q. tu lætaris in scelere & diuitiis: Ego autem.

g mei non inuenient mihi iniquitatē quā peccaui.[9] Et ego dñs

d *Chanaam.* HIER. li. 3. com. Facta admonitione ad Iudam, sermo ad decem tribus conuertitur, quæ Chanaam dicuntur: non per naturam, sed per malitiæ imitationem. Vnde ad Ierusalem dicitur, *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.*

Israel vocatur hic Chanaam quod eius peccata imitetur. Ezec. 16. a.

† THEODORETVS vbi supra. Quasi dicat, Et tu ô Ephraim, imitans malitiā Chanaam, iniquam mētis stateram habes: iustitiam semper vilipendis, iniquam potentiā exoptas, in diuitiis elato spiritu es, ac plurimum tibi arrogas in earum rationibus perscribendis ac conficiendis.

† RVPERT. in com. Veritatem iudicij discernentis, quis verè Israelita dicatur & sit, istis verbis breuiter diffinit, *In vtero supplantauit fratrem, in fortitudine sua directus est cum angelo, inualuit ad angelum, confortatus est, fleuit, & rogauit eum.* Cùm enim hæc dicit, valdè subtiliter exigit, vt similiter faciat, quicumque hoc astruere vult, quòd ex Iacob sit. Ergo qui vult veraciter dici Iacob, in huius vitæ angustiis, confligat sensu veritatis contra populum istum, qui crudelitate rufus, cupiditate terrenus, moribus hispidus est, & pugnando vsque ad victoriam, tollat eius primogenita, &c.

Quid agendum sit illi qui Iacob dici velit?

HIER. lib. 3. com. *Precibus.* Precibus impetrans benedictionem. Apostropham facit propheta ad Iudam: O Iuda, cum hæc ita se habeant, imitare patrem tuum, plora, roga, crede, hoc impletum est quando vna die quinque millia, & alia die tria millia crediderunt.

Act. 2. g. 4. a.

b *Et domi.* HAYMO. id est, memoriale hoc nominis sui dedit illi, vt diceretur Israel, id est, videns Deum, quod nomen vsque hodie retinent filij eius, & hoc nomine nominis Dei semper recordatur, à quo & ita vocatur.

De nomine Israel.

c *Misericordiam, &c.* Miserere animæ tuæ, deinde fratribus, deinde discerne inter bonum & malum: & sic bonis operibus semper ad maiora proficiendo, spera in Deo semper, quia omnis laus in fine canitur.

† THEOD. vbi supra. Sensus est. Cùm hunc habeas dominum, qui omnibus dominetur, & robore sit tanto, quod satis sit ad resistendum omnibus: iugem semper eius memoriam tene, iustitiam amplectere, humanus sis in proximum, diuinorum præceptorum vestigiis perpetuò insiste, sic enim Deo appropinquans, habebis eum promptum tui propugnatorem.

Quomodo Dei protectionem mereri possimus.

HIERON. vbi supra. ALLEG. In manu hæreticorum statera dolosa, quia quoscumque possunt decipiunt, & innocentes calumniantur, & cum deceperint solent dicere, *Diuites facti sumus*, turba discipulorum *Inuenimus idolum*; Omnia figmenta hæreticorum idola sunt, nec differunt à simulacris gentium. Solent etiam dicere: Quidquid fecero, non poterit mihi imputari: quia habeo diuitias, argumenta philosophorum, multitudinē populi, quam qui viderit, me peccare non putabit.

1. Cor. 4. b. Hæretici.

e *Diues effectus sum: inueni, &c.* IBID. Q. Non curo vndecumque habeam, hoc sufficit mihi, vt habeam, quòd possideam, nec aliis erogare curo.

Diuitiæ acquisitæ per nefas.

f *Omnes labores mei, &c.* IBID. Q. Qui indigent mea pecunia non accusabunt me, quòd eam per peccatum acquisierim, sed potius me laudabunt; quia qui iniqua gerit benedicitur, & diuitum multi sunt amici.

g *Et ego dominus Deus tuus ex terra Aegypti.* HIERONYMVS IBID. ALLEGORICÈ. Ad eos qui seducti sunt ab hæreticis, dicitur, vt redeant ad Deum, qui eduxit eos de Ægypto, id est, tenebris & errore gentium: Et ne fortè peccati memores tardius reuertantur; Adhuc, inquit sedere vos faciam in tabernaculis, vt quod fecit baptisma, hoc faciat pœnitentia, & habitent in tabernaculis, id est, ecclesiis. Et ne putent hæresiarchas spiritu Dei locutos, Ego inquit sum, qui locutus sum ad prophetas, non ad magistros vestros.

Reuocatio hæreticorū ad palinodiam.

a Fe-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et inualuit ad angelum, *Non secundum existentiam, sed secundum apparentiam per angeli fictionem; qui sic se habebat quasi eum superare non posset, absque tamen falsitate & mendacio, vt dictum est.*

Quomodo Iacob præualuerit Angelo.

2 Et conforta. est. *Per benedictionem angeli sibi datam, secundum quod dicitur Genes. 32. g.* Et benedixit eum in eodem loco.

3 Fleuit, *scilicet, Iacob,*

4 Et rog. eum. *id est, deuotè & cum lachrymis rogauit eum, vt dirigeret eum in via & custodiret: & sic factum est. Ideo subditur,*

5 In Bethel inuenit eum, *scilicet, Deum cum angelo.*

6 Et ibi locu. est nobiscum. *Quia ibi Deus in præsentia angeli dixit ei,* Ego Deus omnipotens: cresce & multiplicare. *Et subditur:* Terramque quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo. *Et ad hunc intellectum potest applicari littera Hebraica, cum dicitur:* In Bethel inueniemus eum, *vt sit verbum angeli denuntiantis Iacob sibi Deum apparitururm in Bethel, Gen. 35. a.* Et ibi loquetur nobiscum *replicans benedictiones patrum tuorum super te & semen tuum, pro quibus ego rogaui eum. Angeli enim procurant bonum sua custodia commissorum.*

Angeli procurant bonum commissorum suæ custodiæ.

7 Et dominus Deus exercituum, &c. *id est, angelorum.*

8 Memoriale eius. *id est, ipsius Iacob: tum quia habuit Deum semper in memoria; Tum quia nomen Dei super Iacob memorabatur, inquantum Deus Iacob dicebatur, & est verbum prophetæ rememorantis iustitiam Iacob patriarchæ, vt eam posteri imitentur. Ideo subditur,*

9 Et tu. *scilicet, populus Israel,*

10 Ad do. Deum, &c. *si Iacob imitari studueris. Et subditur modus conuersionis.*

11 Misericor. & iudi. &c. *quia misericordia sine iudicio pusillanimitas est, & iudicium sine misericordia crudelitas est.*

12 Chanaam. *Hic scriptura reuertitur ad describendū malitiam decem tribuum, quantum ad cupiditatis vitium, di.* Chanaam in ma. eius sta. do. *Et non est hic* Chanaam *nomen proprium, quia Chananæi de terra illa erant expulsi: sed nomen appellatiuum, significans mercatorem, sicut & Pro. 21. d.* Syndonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.

Chanaam vtrum hic sit nomen appellatiuū an propriū.

13 Et dixit, &c. *id est, populus decem tribuum, vt supra dictum est.*

14 Verumta. di. ef. sum. *Absque seruitute Dei.*

15 Inue. ido. mi. *id est, aurum & argentum quod est idolum cupidi, secundum quod dicit hic Glo. vnde in Hebræo habetur hic:* Inueni censum mihi, *id est, faciliter acquisiui.*

16 Omnes labo. mei, &c. *id est, quantumcumque laborassem corporaliter, non acquisiuissem tantam pecuniam: quam propheta vocat iniquitatem; maior enim pecunia acquiritur per fraudem vsuræ, quam per laborem corporalem. Ra. Sa. aliter exponit, dicens, quod hic est modus loquendi decurtatus, vbi oportet aliquid suppleri, sicut 2. Reg. 5. d. dicitur:* Proposuerat enim Dauid in die illa, qui percussisset Iebusæum, &c. *Et non fit ibi aliqua mentio de remuneratione secundum Hebraicam veritatem, sed supplēdum est: fiet magister militiæ, sicut exprimitur 1. Paral. 10. Et eodem modo hic continuando litteræ præcedenti:* Inueni idolum mihi, *supple, dicis & tu deberes dicere:* Omnes labores mei, *Id est, diuitiæ meæ.*

Lucrum quæsitum per iniquitatem.

17 Non inue. m. iniqui. *id est, non poterunt expiare iniquitatem meam, & sic est verbū Dei, vel prophetæ arguentis in populo Israel vitium cupiditatis.*

18 Et ego. *Postquam descripta est malitia populi, hic iuxta eam ponitur gratia Dei, vt maior appareat iuxta suum oppositum. Et continuatur sic littera præcedenti: Licet iniquitates tuæ sint magnæ & inexpiabiles per te, Et ego dominus Deus tuus de terra Aegypti, id est, ab illo tempore quo inde redemi te & legem tibi dedi, & peccata possum remittere tibi.*

12 Cha- 1 Ad-

a *Festiuitatis.* HIER. li. 3. com. Id est, scenophegiæ, quæ septimo mense celebratur, in memoriam egressionis de Ægypto. Sicut inquit, de Ægypto liberaui, & habitasti quadraginta annis in tabernaculis ad sanctam terram festinans: sic nunc educam te de imminente captiuitate, vt solemnitates more patrum celebres. Si tamen feceris, quæ præcipio.

Promittitur Iudæis reductio de captiuitate, si tamen pœnituerint.

b *Et locutus sum, &c.* † RVPERT. in com. Hoc ita sensui coniungitur præcedenti: Ego, inquam, dominus Deus tuus, ex terra Ægypti; & ex tunc, ita factis & dictis innotui, vt nemo se de ignorantia nominis mei excusare possit. Nam vt innotescerem, visionem ex tunc multiplicaui, ex quo Mosi apparui de medio rubi in flamma ignis. Et tunc per illum prophetam, & per alios prophetas locutus sum, & *visionem multiplicaui*, id est, videndus atque cognoscendus prophetis multipliciter apparui, & *in manu prophetarum assimilatus sum*, videlicet opera multa faciedo, quæ mei ipsius quasdam similitudines prætulerunt.

Deus Iudæis per multa & manifesta innotuit.

acervorum de lapidibus: Sicut enim aceruі de lapidibus hic atque illic congregantur, vel de sabulo: ita hæretici de sæculari sapientia fraude & mendacio simulachra componunt, & cum suis erroribus immolant, adorantes opera manuum suarum, ad instar boum cuncta pro terrenis commodis operantur.

a ¶ Vbi seruiebas in luto. b ¶ Eduxit te. c ¶ Adhuc pœnitentiæ locum tribuo, & promissis, vt ad me redeas, inuito.

Deus tuus ex terra Aegypti: adhuc sedere te faciā in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. [10] Et locutus sum super prophetas, & ego visionē multiplicaui, & in manu prophetarum assimilatus sum. [11] Si Galaad idolum: ergo frustra erant in Galgal bobus immolantes: Nam & altaria eorum quasi acerui super sulcos agri. *[12] Fugit Iacob in regionem Syriæ, & seruiuit Israel in vxorem, & in vxorem seruiuit. [13] In propheta autē eduxit dominus Israel de Ægypto, & in propheta seruatus est. [14] Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet ei dominus Deus suus.

a ¶ Id est, per. b ¶ Moysen & Isaiam & alios.
a ¶ Opere. b ¶ Vt Adam tenuit typum illius, qui dormiens ex latere ecclesiam formauit: Sic Ionas, qui tribus diebus fuit in ventre ceti: Sic Dauid qui Goliam strauit.
a ¶ Quamuis. a ¶ Subaudis colit. b ¶ Tamen. c ¶ Homines duarum tribuum.
a ¶ Vitulis. b ¶ Imitantes errorem Samariæ. c ¶ Vere, frustra. d ¶ Subaudis, relinquentur.
¶ Cum vtrimque fuerint captiuati altaria erunt sine cultura, sicut cumuli de lapidibus vel arena congregati.
a ¶ Ad Laban. b ¶ Vnde supra, In vtero sup. fr. su. c ¶ Septem annis.
a ¶ Ipse Iacob Israel. b ¶ Propter. ¶ Rachel. c ¶ Propter Liam. d ¶ Aliis septem annis.
c ¶ In Moyse, vel in Propheta Christo eduxit Deus pater populum de tenebris.
a ¶ Duodecim tribus.
a ¶ Et tamen. b ¶ Pium ducem.
a ¶ Ipse est causa suæ mortis. b ¶ Vindictam blasphemiæ qua dixit. Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxe. de te. Ægy. Vel quod dominus propter eos blasphematur.

e *Fugit Iacob, &c.* † THEOD. in com. Vester auus maior matris consilium secutus, domū paternam dereliquit, atque externā domesticæ antetulit, mulierisque gratia, ne videlicet duceret Chananæam, sed ex genere Sem, seruitutē libertati lōge anteposuit, legemque de vxoribus à patribus rogatam diligētissimè seruauit: quamobrem vsque ad posteros suos à Deo curatione potitus est. Genus illius in seruitutem Aegyptiorum redactum, per magnum prophetam Mosen liberauit dominus, atque tametsi in deserto versaretur, illæsum Mosis administratione conseruauit.

Iacob Deo obtemperās in se & in posteris suis fructum obedientiæ reportat.

*Gen. 28. a.

HIER. lib. 3. com. ALLEG. Iacob supplantator, vel videns Deum Christus est: Rachel prius sterilis, sed formosa, quam diligit Iacob, ecclesia: Lia lippa, sed fœtosa, synagoga est: Moyses Christus, qui populum educit de Aegypto, id est, de tenebris sæculi, & ad Iordanis, id est, baptismi fluenta perducit.

f *In prophe. au.* IBID. Mittit ad historiam Geneseos in quo iterum beneficia Dei in populo, & duritiā populi in Deum commemorat.

g *In prophe.* IBID. In Moyse, quando ira Dei pro peccato vituli contra illum populum commota erat, tunc Moyses prostratus dixit, *Aut dimitte illis, aut dele me de libro vitæ*, & sic oratione eius seruatus est populus.

Exod. 32. b.

h *Ad iracundiam.* † THEOD. in com. Hic vero, inquit, ex eo genus suum ducens, in iram me commouet, quod in omni genere vitiorum versatur: sed eorum, quæ seuerit, manipulos metet, atque ad proportionem eorum, quæ commisit pœnas persoluet.

HIER. vbi supra. ALLEG. Hæretici ad iracundiam prouocant Deum, & qui vult pœnitentiam plus quam mortem, duritia cordis punire compellunt, & sanguis eorum, qui suum & multorum sanguinem fuderunt, veniet super capita eorum: & opprobria quibus Deum blasphemauerunt, restituet eis dominus suus, nō quod modo sit, sed quia dominus eorum olim fuit.

Hæretici accersunt sibi celerem vindictam.

c *Et ego visionem multiplicaui.* HIER. li. 3. com. Omnis prophetia visio dicitur, vnde & prophetæ videntes dicebantur, quia quod loquebantur, spiritualiter intellegebant. Quibus non vno modo, sed multis generibus prophetiæ ventura monstrauit Deus. Multiplicatas visiones in prophetis legimus, quando Isaias vidit *dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum*: Et quando Moyses in modum crucis extendebat manus, vt vinceretur Amalech: quando Ionas tribus diebus & tribus noctibus fuit in profundo, & in aliis multis.

Multa genera visionum seu prophetiæ. Isa. 6. a. Exod. 17. c. Ionæ. 2.

d *Si Galaad.* HIER. IBID. Galaad ciuitas est trans Iordanem in tribu Gad, vnde supra, *Galaad ciuitas operantium idolum*, Galgal verò ciuitas in tribu Iuda iuxta Bethel, de qua supra, *Omnis malitia eorum in Galgal.* Ait ergo: Si Galaad, id est, decem tribus colunt idolum, quæ templo & sacerdotibus & religione Dei carent; tamen ô Iuda frustra venerаris idola in Galgal, cum habeas templum, sacerdotium, &c.

Supra 6. c. Supra 9. d.

IBID. ALLEGORICE. Galaad, translatio testimonij: Galgala verò volutabrum interpretatur. Potest ergo dici, quod principes hæreticorum testimonia veritatis transferunt in mendacium, & quicquid colunt idolum est, & sacrificia eorum habent similitudinem acer-

De hæreticis & corū dogmatibus.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Adhuc sede. &c. *quod exponit Ra. Sa. sic: Tempus erit in quo auferam te à stateris dolosis, & faciam te sedere in synagogis & scholis cum auditoribus diuinæ legis: & hoc fuit adimpletum quando dominus vocauit de Telonæo Matthæum, Matth. 9. & de actibus publicis Zachæum, Luc. 19. & consimiles ad suum discipulatum.* 2 Sicut in die. &c. *In sabbatis enim conueniebant in synagogis Iudæi ad audiendum doctrinam diuinæ legis, & sic faciebant Christiani in primitiua ecclesia, & modo faciunt dominicis diebus.* 3 Et lo. sum su. prophe. *id est, per prophetas de tempore huius vocationis, quod est tempus gratiæ.* 4 Et ego vi. m. &c. *quia sicut dicit Ra. Sa. super Zachariam*: Vniuersi prophetæ non sunt locuti nisi ad dies Messiæ. *s. principaliter propter tempus Christi denuntiandum.* 5 Et in manu prophe. *id est, in operibus eorum.* 6 Assimi. sum. *id est, præfiguratus, vt in formatione Euæ de costa Adæ, præfigurata est formatio ecclesiæ de latere Christi dormientis in cruce, Et per deglutionem Ionæ in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sepultura Christi, secundum quod dicitur Matt. 12. Et sic de multis aliis posset exemplificari.* 7 Si Galaad. *Post increpationem malitiæ populi decem tribuum generaliter, hic increpatur specialiter, quantum ad ciuitatem Galaad, cuius habitatores pessimi erant, vt dictum est supra, cap. 6. & ideo hic specialiter increpatur de idololatria. Et primo arguitur hoc vitium: Secundo iuxta hoc ponitur erga patriarcham Iacob Dei beneficium, ibi,* Fugit Iacob. *Circa primum dicitur,* Si Galaad idolum. *Et accipitur hic si pro quia. propter quod concluditur,* 8 Ergo frustra erant, &c. *Erat enim Galaad vltra Iordanem: & Galgal citra. Et quamuis in Galaad essent idola, tamen cum hoc transibant Iordanem ad exercendum ibi idololatriam, quæ ibi vigebat, vt dictum est supra 3. ca.* 9 Bobus immolan. *Sacerdotes enim idolorum ad augmentandum quæstum suum, fecerunt ibi idola ad similitudinem vitulorum in Bethel & in Dan existentium.* 10 Nam & alta. eorum quasi ac. *id est, totaliter destruentur.* 11 Fugit Iac. *Hic iuxta populi vitium describitur erga Iacob Dei beneficium. Et primo beneficium exhibitum ei in persona propria, cum dicitur,* Fugit Iacob in regionem Syriæ, *Et hoc de consilio matris, ne ab Esau interficeretur, Gen. 28. c. Et de voluntate patris, Gen. 18. & dominus sibi apparuit in via dicēs:* Ero custos tuus quocumque perrexeris, *Gen. 28. c.* 12 Et seruiuit Israel, *Id est, Iacob, alio nomine vocatus Israel.* 13 In vxo. *id est, propter vxorem habendam, Gen. 29. e.* Et in vxorem seruiuit. *Hebræi dicunt,* Expectauit, *seruiendo septem annis antequam sibi daretur. Et ad idem refertur littera nostra, cum dicitur.* 14 Serua. *s. pactum initum cum Laban de seruiendo sibi pro filiabus suis. Consequenter ponitur Dei beneficium exhibitum Iacob in suis posteris, cum dicitur.* 15 In prophe. autem, *id est, in Moyse.* 16 Eduxit do. Isr. de Aegy. *vt patet Exo.* 17 Et in prophe. serua[illegible] *s. per orationem Moysi Deo volente ipsum interficere pro fabricatione vituli, Exod. 32. Et de istis beneficiis ingratus fuit populus decem tribuum. Ideo subditur.* 18 Ad ira. me prouo. Ephraim in amari. suis, *id est, idololatriis.* 19 Et sang. eius, *sc. quem effundit de innocentibus.* 20 Super eum ve. *per debitam & duram punitionē.* 21 Et op. eius resti. &c. *quia erit in vtilitate magna.*

Peccatores vocati à Christo ad suum discipulatum.

Galaaditarū malitia.

Fuga Iacob in Syriam.

CAP.

ADDITIO.

In cap. xij. vbi dicitur in postilla. Verumtamen diues effectus sū, &c. *Hoc quod dicitur:* Verumtamen diues effectus sum, inueni incensū mihi, *&c. videtur cōtinuari cum hoc quod dixerat statim supra,* Chanaam in manu eius statera dolosa, &c. *Isto modo mercator, qui per fraudem stateræ calumniatur dolosè alios, gaudet ex hoc quod sit diues sine hoc quod inueniatur eius iniquitas: quia hæc deceptio fit latenter. Et hoc est quod sonat littera planè cum dicit,* Verumtamen diues effectus sum, inueni censum mihi. *s. modo prædicto. Et sic* omnes labores mei, *id est, in his quæ laboraui,* Non inueniens mihi iniquitatem. *s. propter occultationem prædicti doli: Sed quia hoc non sufficit apud Deum qui omnia scrutatur, Ideo subdit,* Ego dominus Deus tuus. *q. d. licet hominibus ista posses abscondere, non tamen mihi.*

Gaudium quod habet mercator nequam ex

hoc quod dolus ipsius non deprehendatur.

CAPVT XIII.

A a LOquente Ephraim. † RVPERTVS. Omnia quæ hic dicta sunt declamatione vehementi prophetæ, fortiter conuincunt eos, quod non sint, aut mereantur dici Israel, qualem dominus in propheta veraciter de Ægypto eduxit. Alij namque & longè diuersi, imo & contrarij Israel vero & fideli, quem in propheta Mose dominus eduxit de Aegypto, vero corde dicente, *Eamus, & sacrificemus domino Deo nostro.* Illi in amaritudinibus suis dominum ad iracundiam prouocauerunt tentando, & malè loquendo de ipso, semperque murmurando contra eum. Et ille quidem Israel, qualis erat Iosue & Caleph in eodem propheta seruatus est, illorum autem corpora prostrata sũt in deserto. Horum sub nomine Ephraim peccatũ amplius declamans, *Loquente*, inquit, *Ephraim, &c.* Et est sensus. Dicente Ieroboam, *Isti sunt dij tui Israel, &c.* horrendus horror, & erroneus pauor inuasit Israel, vt aut verum putaret, aut obloqui non auderet. Et non solum vitulos illos, sed & Baal, agente Achab cum Iezabel, coleret: atque hoc modo mortuus est. Ex tunc vsus idololatriæ tantum excreuit, vt penè in omni loco singuli propria pro posse sibi fabricarẽt idola, in agris, & in domibus suis.

Quis verus Israel, & quis falsi nominis?

CAP. XIII.

a ❡ Quia. ❡ Præcipiente Ieroboam coli idola. a ❡ Decem tribus.

1 LOquente Ephraim horror inuasit Israel: 2 a ❡ Offendit Deum adorando idola. b ❡ Propter infidelitatem perdens eum, qui est vita. 3 & deliquit in Baal, 4 & mortuus est. 5 Et nũc 6 a ❡ In ipsa idololatria peccatum peccato addunt. addiderũt ad peccandũ, fecerũtque sibi ❡ Vitulum. conflatile de argento suo, quasi similitu- a ❡ Opera manuum, non Deus. b ❡ Cultoribus. c ❡ Principes & sacerdotes, qui populum deberent docere. dinẽ idolorũ. 7 Factura artificum totum est. 8 His ipsi dicunt: a ❡ O. ❡ Vel accusatiuus. ❡ Quia homines vitulis immolant. 9 Immolate homines vitulos adorãtes. 10 Idcirco erũt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens. 11 Sicut puluis a ❡ Per quod egreditur fumus. b ❡ Subaudis sui, ex quo eduxi te de terra Ægypti. 12 turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. 13 Egõ autẽ a ❡ Non est Deus præter me. 14 dominus Deus tuus ex terra Ægypti, & Deũ absque me nea ❡ Qui possit saluare. b ❡ Id est, dilexi & elegi. c ❡ Vbi paui. 15 scies, & saluator nõ est pręter me. 16 Ego cognoui te in deserto, a ❡ Vbi erat penuria omnium rerum. b ❡ Et tamen dedi eis manna de cælo, fontes de petra: vnde, impinguatus est, dilatatus & incrassatus est. 17 in terra solitudinis. 18 Iuxta pascua sua adimpleti sũt & saturati

HIERON. lib. 3. com. *Loquente Ephraim:* id est, principibus hæreticorum, horror inuasit infelicem populum & deliquit in idolis, quæ de corde suo fixit, & morietur cum populo, quem seducit: Et non sufficit ei corrupisse, nisi insuper linguam quam acceperat ad laudandum Deum, vertat in imagines idolorum, & artificiosa eloquentia simile veritati dogma cõponat, quod non est aliud quam prauitatis humanæ excogitatio, & iubent hæretici discipulis suis, vt immolent homines, id est, furentur de ecclesia, & ad hæreticum ducant, & sic interficiant.

Crudelitas hæreticorũ.

b *Feceruntq́;* IBID. Quia Ieroboam rex fecerat vitulos aureos: populus de argento fecit vitulos, vt secundum possibilitatem haberent deos argenteos ad similitudinem aureorum.

Rex aurea populus argentea facit idola.

c *Immolate ho.* HIER. IBID. q.d. Vos cultores idolorum, quia hostiæ non suppetunt, filios & filias vestras idola vobiscum colentes iisdem vitulis immolate. Hoc dixit Manasses & multi alij de quibus scriptum est, *Immolauerunt filios suos & filias suas dæmonibus.* Vel certè, sicut dicunt quidam, Vox dæmonum est ad populum. q.d. vos populi immolate homines.

Psal. 105. f.

IBID. ALLEG. Hæretici desiderant seducere homines, id est, rationales Christianos non Gentiles nec Iudæos, qui sunt quasi bruta animalia.

d *Quasi nubes.* HIER. IBID. Nubes & ros sole veniente fugantur, puluis & fumus in tenues auras dissoluuntur: Sicut ergo hæc quatuor cito dilabuntur, sic illi cito ducentur in Assyrios. Vnde supra *transire fecit Samaria regem suum quasi spumam super fa.*

supr. 10. b. Iud. d.

HIER. IBID. ALLEGOR. Hæretici, nubi, rori, pulueri comparantur, de quibus scriptum est, *Hi sunt nubes sine aqua.* Habẽt enim speciem prophetarũ & apostolicarum nubium, ad quas veritas Dei peruenit, sed non habent aquas, id est, gratiã sancti spiritus.

Hæretici gratia spiritus sancti destituuntur.

† THEOD. in com. Hoc est, Is ille ego sũ, qui omnem militiam cæli visibilem & inuisibilem, vna cum sole & luminaribus condidi: vbi autem liberassem te ab Aegypto, & leges dedissem, admonui ne quem alium à me Deum cognosceres. Nam dixi, *Ne feceris tibi Deum, aut vllam rei similitudinem, quæ est in cælo, & quæ in terra deorsum, &c.*

Exod. 20.

e *Ego cognoui te, &c.* THEODORETVS IBID. Non solum te dura Aegyptiorum seruitute liberaui, sed etiam in desertissima regione ac inhabitabili paui, secundum vsus necessarios suppeditaui manna à cælo, ortygometras ex mari, aquam ex petra: non veluti in loco deserto viuentes, necessariis rebus eguerunt, sed ad saturitatem expleti sunt, vnde factum est, vt eorum corda extulerint, & mei obliti sint.

Beneficia Hebræis præstita in deserto.

HIERON. lib. 3. com. ALLEGORICE. Hæreticos duxit dominus de tenebris infidelitatis, vbi prius deseruiebant Pharaoni & ducibus eius: & præcepit ne in ecclesia alium Deum scirent, nisi eum, qui creat & saluat. Et ipse sic pascit eos, vt possint dicere, *Dominus pascit me, & nihil mihi deerit.* Et dat eis panem, qui de cælo descendit: quem in Aegypto non comederant, & aquas de Christo petra. Sed illi impleti pane scripturarum eleuauerunt cor contra creatorem, & alium Deum finxerunt, quidquid comederant & bibebant suis meritis & non Deo attribuentes, obliti sunt Dei, qui præceperat eis, vt verba legis ante oculos ligarent, & in manibus haberent, ne vmquam obliuiscerentur Dei sui. Contra datorem ☞ in-

Psal. 22. a.

Ingratitudo hæreticorum contra Deum.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XIII.

LOquente. *Hic increpatur populus de quarta ingratitudine circa Dei beneficium. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponuntur populi maleficia, Secundo, per contrarium Dei beneficia, ibi,* Ego autem. *Circa primum dicitur,*

Quarta ingratitudo.

1 Loquente Ephraim, *id est, Ieroboam dicente de vitulis* 3. *Reg.* 12. *g.* Isti sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegyp. *vt populus eos coleret:*

2 Horror, *scilicet, timoris,*

3 Inuasit Israel, *quia maioribus sibi consentientibus populus timuit ei resistere.*

4 Et deliquit in Baal. *q.d. non sufficit ei colere vitulos, sed etiam idolum Baal coluit postea, sicut patet* 3. *&* 4. *Reg.*

5 Et mortuus est, *morte culpæ, quæ separat à Deo, qui est vita per essentiam.*

6 Et nunc ad[illegible]erunt ad peccandum, *multiplicando sibi idola diuersarum gentium.*

7 Factura artificum totum est, *nihil habens numinis aut virtutis.*

8 His ipsi dicunt, *scilicet, sacerdotes idolorum propter quæstum,*

9 Immolate homines, *Id est, ô vos homines immolate & offerte,*

10 Vitulos adorantes, *sicut præcepit rex.*

11 Idcirco, *id est, propter istas malitias.*

12 Erunt quasi nubes matutina, &c. *Id est, cito veniet eorum occisio & captiuitas, cuius celeritas designatur per omnia ista.*

13 Ego autem dominus Deus tuus ex terra Aegypti, &c. *Hic è contrario ponuntur Dei beneficia, qui pluit super gratos & ingratos* Matth. 5. g. Qui pluit super iustos & iniustos. *Et diuiditur in duas partes: quia primo recolitur beneficium præteritum, Secundo, promittitur futurum, ibi,* De manu mortis: *Prima in duas, quia primo ponitur ingratitudo de beneficio, Secundo, iusta Dei punitio, ibi,* Et ego ero: *Circa primum dicitur in persona Dei,* Ego autem dominus Deus, &c. *Quasi dicat, obsignatus es mihi seruitute ex tempore quo inde te redemi.*

Diuisio.

14 Et Deum absque me nescies, *Sic enim præcepi tibi in monte Sinai,* Exod. 20. *a.* Non habebis deos alienos coram me.

15 Et saluator non est præter me, *Qui de manu Amalech te saluaui,* Exod. 17.

16 Ego cognoui te in deserto, *Dans tibi manna de cælo.*

17 Iuxta pascua sua, *Et ita lautè prouidi eis, ac si essent in terra fertili sibi promissa. Et mutatur hic modus loquendi de secunda persona ad tertiam.*

18 Adimpleti sunt, *Naturalibus & artificialibus diuitiis in terra promissionis.*

☞ 1 Et

MORALITER.

† 1 *Loquente Ephraim, &c.* Hic arguitur ingratitudo populi Israel de duplici beneficio Dei, quorum vnum erat præteritum tempore Hoseæ, scilicet, beneficium eductionis de Aegypto sub pacto seruiendi Deo, & tamen tamquam ingratus multipliciter recessit ab eo: Sed quia istud moralizatum est supra 11. cap. ideo pertranseo. Secundum verò beneficium erat adhuc tempore Hoseæ futurum, quod ponitur versus finem capituli.

ingrati fuerunt per tantam eremi vastitatem: vbi nec fruges, nec arbores, nec vineæ, nec herbæ, nec aquæ ardorem Solis temperant; per 40. annos non poterat Israel peruenire ad terram Iordanis, nisi dominus omnia præstitisset.

a *Et ego ero.* † THEODORETVS in com. Ferocissimos hostes in eũ concitabo, qui non aliter quàm solet panther & pardus, eum tractabunt. Cum ipse, qui omnia administrat, hostes immittit: tum seipsum pantheris, leænæ, & pardi similem esse dicit, atque adiunxit,

Deus minatur se hostes immanissimos immissurum in Israel.

HIER. IBID. Perditus est omnis hæreticus & in nullo est ei auxilium, nisi in sola Dei misericordia si pœnituerit: Rex huius, & iudices, diabolus & dæmones, vel hæresiarchæ, qui tempore angustię non poterunt liberare; qui *dati sunt in furore, & auferentur in indignatione,* non quod dominus tales eos vellet habere reges, quia non auferet quod sponte dederat: sed dimiserat eos voluptatibus suis.

Quis regnet super hæreticos.

a ¶ Tamen. a ¶ Qui tanta dedi. ¶ Ideo.

a sunt. Et eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. [7] Et ego ero

a ¶ Ingratis. b ¶ Quæ raptis catulis sçuissima est, sicut & pardus. c ¶ Quando ducentur captiui ab Assyriis.

b eis quasi leæna, sicut pardus in via Assyriorum. [8] Occurram

a ¶ Qua dicitur nihil esse sæuius, cum catulos amiserit, vel cibo indiguerit. b ¶ Per Assyrios. c ¶ Vitalia cordis eorum auferam.

eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris

a ¶ Sicut leo prædam deuorat. b ¶ Sennacherib, vel diabolus in deserto sæculi habitans.

c eorum. Et cõsumam eos ibi quasi leo: bestia agri scindet eos.

a ¶ Imminet. ¶ Id est, tu ipse es causa tuæ perditionis. b ¶ Non ex te, vel quolibet alio. c ¶ Si pœnitentiam egeris.

d [9] Perditio tua Israel, tãtummodo in me auxilium tuũ. [10] Vbi

a ¶ Ieroboam, vel etiam Saul.

est rex tuus: Maximè nunc saluet te in omnibus vrbibus tuis,

a ¶ Sicut comites, & ceteri principes sub regibus. ¶ Vbi sunt, cur non subueniunt tibi.

& iudices tui, de quibus dixisti: da mihi regem & principes.

a ¶ Q. Ego respondebam: Dabo tibi regem.

e [11] Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatio-

a ¶ Non Deo, cui omnia aperta, sed ipsi, qui noluit habere in memoria.

f ne mea. [12] Colligata est iniquitas Ephraim, abscõditũ est pec-

a ¶ Quia. b ¶ Quia non cognouit patrem verum.

catum eius. [13] Dolores parturiẽtis venient ei. Ipse filius non sa-

a ¶ Cum captiuitas venerit. b ¶ Non poterit sustinere tribulationem filiorum qui coram patribus interficientur, vel non stabit sed captiuus ducetur.

¶ Primogenitus meus Israel. c ¶ De operè peccati, quod trahit ad mortem: vnde dicitur, Mors & vita in manibus linguæ, vel manus mortis potestas diaboli.

g piens. Nũc enim nõ stabit in cõtritione filiorũ. [14] De manu

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

b † *Occurram eis quasi vrsa, &c.* IBID. Vt vrsa in loci angustias cõpulsa magna rabie in se impetentes inuadit: sic hostes nullam veniam impartientes in eos irrumpent, quin suum atrocem & immanem animum in eos edent, atque explicabunt. Hæc autem in eos perficiam volens eorum cor obduratũ recludere atque ad resipiscentiã deducere.

c *Et consumam eos ibi quasi leo.* † THEODOR. IBID. Variè eadem dixit, vt multitudine horribilium imaginum, morbo inueterato laborantes perterrefaceret.

e *In furore.* HIER. IBID. In tantum vt in diebus messis pluuiã demonstrarem, contra morem Palestinæ. *Regem*, id est, Saul; & auferã in indignatione. i. Sedechiã, qui erutis oculis ductus est in Babyloně, vel Ieroboã rex datus est *in furore*; & ablatus est *in indignatione* Hoseæ vltimus regum decẽ tribuum.

Exo. vbi. *1. Reg. 8.*

† GREG. li. 25. mor. c. 14. Si irascente Deo secundum nostra merita rectores accipimus, in illorum actione colligimus, quid ex nostra æstimatione pensemus: quamuis plerumque & electi subiacent reprobis. Vnde & Dauid Saulẽ pertulit, sed subsequẽte culpa adulterij proditur, quia dignus tunc fuit, qui tanta præpositi asperitate premeretur; Sic ergo secundum merita subditorum tribuuntur personæ regentium, &c.

Principes dat Deus populis secundum eorum merita.

† RVPERTVS in com. Sensus iste est: Tradam illos regnis quatuor, quæ intelliguntur per leænam, & pardum, & vrsam, & bestiam agri, quam sine nomine posuit, vt ab illis oppressi atque confcissi, magnitudine miseriarum cogantur reminisci mei, cuius sunt obliti. Per istas namque bestias quatuor, regna quatuor, Babylonicum, Persicum, Macedonicum, atque Romanum, Danielis visio dat intelligi.

Iudæi quatuor monarchiis successiuè seruierunt.

HIER. lib. 3. com. Cum traditi fuerint hostibus, ego, qui erga illos semper clementissimus fui, cõuertar eis in ferocitatem omnium bestiarum. Et hoc non solum conuenit Israelitis qui propter idololatriam in montibus Medorum sunt detenti; sed etiam hæreticis, qui propter mentis superbiam falsi dogmatis nouitatem finxerunt, & obliti Dei sui, secuti sunt deos alienos. Tantæ iniquitatis sunt, vt etiam in captiuitate positi sæuitiam meã merito sentiant, ne miserias suas fortitudini hostium ascribant.

Meritò punit Deus hæreticos.

d *Perditio tua.* † RVPERT. vbi supra. Ac si dicat, Tu ipse perditionis tuæ causa es, tu tibi perditionem thesaurizasti, recedendo à me, qui solus tibi poteram & consueueram auxiliari: & nusquam tibi auxilium est, nisi apud me, si pœnitentiam egeris.

HIER. vbi supra. Ironicè loquitur illis, qui contra Dei voluntatem elegerũt sibi regem, in cuius fortitudine se victores fore iactabant. Dicit ergo, Rex, de quo promittebas, tibi, quod tua bella bellaret, nunc maximè te saluet cum immineat periculum ab Assyriis: sed non hominem regem habes, qui me Deum proiecisti.

Homo rex non potest saluare si Deus rex aduersetur.

HIER.

† IREN. l. 5. adu. hæres. Cuius iussu homines nascũtur, huius iussu & Reges constituuntur, apti his in illo tempore, qui ab ipsis reguntur. Quidam dantur ad correptionem & vtilitatem subditorum, & conseruationem iustitiæ: quidam ad timorem, pœnam & increpationem, quidam ad contumeliã & illusionẽ quemadmodũ digni sunt, iusto Dei iudicio in omnibus æqualiter superueniente.

f *Colligata est, &c.* HIER. vbi supra. Sicut qui ligatur in sacculo, conseruatur ne pereat: sic iniquitas, qua in Deum peccauit Ephraim quasi ligata permanet vsque ad diem captiuitatis. Et hoc ideo, quia absconditum est peccatum eius.

HIER. IBID. Cum venerit vltima captiuitas & iniquitas eius omnibus manifestabitur, tunc repentinis doloribus velut parturiens cruciabitur.

IBID. Hæreticis est iniquitas colligata, quam in excelso locuti sunt; & absconditum est peccatum eorum quia putant venenum cordis abscondere: sed cum venerit dies tribulationis doloribus & eiulationibus pandetur; hic est filius insipiens, qui Dei sapientiam derelinquet, & in cõtritione filiorum, quos occidit, iram Dei sustinere non poterit.

Hæreticus.

g *De manu mortis.* IBID. Eis loquitur dominus, quos sua gratia liberare dignatur. Mors est, quando separatur anima à corpore: Infernus est locus, vbi recluduntur animæ, vel ad refrigerium, vel ad pœnam. Quidquid separat amorem fraternitatis, est infernus.

Mors. Infernus.

† THEOD.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et eleuauerunt cor suum, *Per superbiam:*

2 Et obliti sunt mei, *Per idololatriam multiplicem. Licet autem ingratitudo huius beneficij increpata fuerit superius xj. capitulo, tamen hic repetitur: quia aliquid hic exprimitur, quod non est ibi expressum.*

3 Et ego ero. *Hic consequenter ponitur ingratitudinis punitio, cum dicitur,* Et ego ero eis quasi leæna, *Quæ est magna crudelitatis:*

4 Sicut pardus, *qui est magnæ velocitatis: & sic non poterunt effugere.*

5 In via Assyriorum, *id est, quando ducentur captiui in Assyrios.*

6 Occurram eis quasi vrsa raptis, &c. *id est, crudeliter.*

7 Et dirumpam interiora iecoris. *Quia in via illa multi eorum fuerũt mortui afflictione famis & itineris, & proiiciebantur bestiis lacerandi. Ideo subditur,*

8 Bestia agri. *Et quia hoc non processit ex defectu diuinæ misericordiæ, sed ex demerito suæ malitiæ: Ideo subditur:*

9 Perditio tua Israel, *Id est, ex demerito facti tui:*

10 Tantummodo in me auxilium tuum. *id est, pœna tua non potest nisi per me subleuari. Ideo subditur,*

11 Vbi est rex tuus. *q. d. tecum est captiuus. Ideo subditur ironicè,*

12 Maximè nunc saluet te, &c. da mihi regem & principes. *Hoc petiuit totus populus, antequam diuideretur in duo regna j. Reg. viij.*

13 Dabo tibi regem in furore meo, *Licet enim illam petitionem exaudierit, tamen sibi displicuit: vnde ibidem dixit Samueli,* Audi vocem populi: non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.

14 Et auferam in indignatione mea. *Id est, in iustitia mea vindictæ Sic enim ablatus fuit Hosea rex Israel, & Sedechias rex Iuda propter peccata sua.*

15 Colligata est iniquitas. *Id est, integrè reseruata apud me.*

16 Absconditum est pec. *sed manifestabitur in punitione aperta.*

17 Dolores parturientis, *qui sunt vehementes.*

18 Venient ei. *per regem Assyriorum. Et subditur causa.*

19 Ipse filius non sapiens, *id est, à Deo Patre per idololatriam recedens:*

20 Nunc enim non stabit, *Contra regem Assyriorum, à quo populus eius conteretur.*

21 De manu. *Postquam cum ingratitudine populi descripsit beneficium præteritum, hic consequenter ponit futurum. Circa quod sciendum quod Hebræi, & aliqui Christiani eos sequentes, exponunt hoc de liberatione captiuitatis Babylonicæ: Sed secundum quod dicit Hier. Paulus Apostolus in lege & pro-*

† THEOD. in com. Hæc typicè in reditu Iudæorum facta fuerunt. Vocat autem per similitudinem, diuersationem in captiuitate, *infernum, & mortem*; quæ ad perfectum & verum finem peruenerunt, post conseruatoris nostri resurrectionem. Nostris enim primitiis resurgentibus, spē resurrectionis omnes suscepimus. Tum communem omnium hominū resurrectionem ostendit: nam erga Iudæos facta, typus sunt Dei procurationis in omnes homines.

Resurrectio iam cœpit in Christo.

† RVPERT. in cō. Christus Dei filius, victor mortis, & auctor vitæ, hoc in persona sua magna voce, magna veritatis eloquitur auctoritate, *Liberabo eos de manu mortis, &c.* Quos, nisi filios, quorum cor contritum in pœnitentiæ studio est? Nec verò ita semel, sed pro duplici morte, alia corporis, alia animæ. Quali autem pretio? Non auro, neque argento, sed morte mea mortem ipsorum interficiendo; Moriar, vt ipsi viuant, & ad infernum descendam, mortis & inferni potens debellator vitæ & mortis dominator.

Christus redemptor noster.

a ¶ De inferno. b ¶ Pretio sanguinis.
a ¶ Iudæos, vel Gentiles credentes, vel etiam hæreticos resipiscentes: vnde subdit, Ero mors tua.
d ¶ Moriens te destruam.

mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua 1

a ¶ Meos electos educendo, reprobos vero ibidem relinquendo. Vel, mors & infernus, diabolus, quem momordit Christus, vt potestatem amitteret, non vt penitus esse desisteret.
b ¶ Cuius faucibus omnes vorabantur.

a ô mors, ero morsus tuus inferne. Consolatio abscondita est 2 3

a ¶ Infernus b ¶ Dum vnum recipit: alium superstitem relinquit.
c ¶ Filium peccata tollentem, de quo Habacuc, Deus ab austro veniet & sanctus de monte Pharan.

b ab oculis meis, c quia ipse inter fratres diuidet. Adducet ventum 4 5 6

¶ Pater. a ¶ De humilitate crucis ad excelsa.

c tum vrentem dominus de deserto ascendentem, & siccabit 7 8

a ¶ Peccata. b ¶ Mortis. c ¶ Diabolum, vel peccata: quibus patefactis, ipsa mors siccabitur.

venas eius, & desolabit fontem eius, & ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. 9 10

a *Consolatio*. HIE. li. 3. com. Videns clementissimus pater quod ex sententia prolata in Adam omnes morimur; dicit, consolationem habere nō possum, pro eo quod totum humanū genus ruit in mortem. Vel, ipse propheta videns se ex communi necessitate moriturum & ad infernum descensurum; dicit, Non possum consolari & quidquid mente concipio, non potest meum mitigare dolorem: dum video ineuitabilem mortis necessitatem.

1. Cor. 15. c. Mors ineuitabilis.

IBID. Quidam iuxta historiam illius temporis dicunt, duos fratres inter se diuisos, Israel & Iudam: vt quod tunc figurabatur in parte, nunc sentiatur in toto; & cum omni humano genere Israel redimendus, & Iudas liberandus sit.

b *Adducet ventum.* † THEOD. vbi supra. Per hæc occultè ostēdit, Cyrum Persam bellum moturum, & dissoluturum Assyriorum regnū, omnemque regiam cognatione corrupturum, & causa tyrannidis sublaturum. Hæc per translationem & immutationem, *fontes & venas* appellat.

Cyrus in Persas monarchiam transfert.

HIER. vbi supra. *Vrens ventus*, sermo ecclesiasticus; qui omnium hæreticorum dogmata arefacit, & diripit eos atque dispergit, qui hæreticorum doctrina in morte fuerant congregati.

Hæretici studio catholicorum Doctorum ad Ecclesiā reducti.

c IBID. *Deserto*, humani generis, in quo diabolus requiē quærens non inuenit. Vel, de vtero virginis, quæ sine virili semine concepit, & de simplici & pura virga flos ascendit, qui nos secum ascendere facit. Hæc omnia acciderunt Iudæis tempore captiuitatis, quando vel interfecti vel in perpetuā seruitutem deducti sunt. Alligato forti, sanctos, qui in inferno erant, quasi vasa pretiosa secum tulit in paradiso, vel vasa, quæ prius diabolus tenere desiderabat abstulit.

NICOLAVS DE LIRA.

phetis humanitus instructus, & exponit hanc partem de resurrectione generali futura per Christum, quæ erit ad vitam immortalem; dicens 1. Corin. 15. g. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria, &c. *Et allegat scripturam secundum translationem LXX. quæ pro eo, quod habemus hic*, Ero mors tua ô mors, &c. *habet*, Absorpta est mors in victoria, &c. *prout dicit hic Glo. Et ideo non debemus nec possumus aliter exponere, secundum quod dicit Hier. Hæc autē resurrectio ad vitam immortalem incepit in Christo, secundum quod dicitur* 1. *ad Corinth.* 15. c. Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. *In resurrectione verò sua liberauit patres sanctos de manu mortis in limbo detentos: Ideo dicitur*, De manu mortis liberabo eos, &c. *Quia in sua resurrectione de potestate mortis liberauit aliquos partialiter, & in resurrectione generali liberabit omnes generaliter. Et huic expositioni consonat quædam glos. Hebraica Genes.* 24. *dicit Rab. Iosue filius Leui*: Iui cum angelo mortis vsque ad portas gehennæ, & iuit mecum Messias filius Dauid, & cum viderunt captiui lucem Messiæ lætantes, dixerunt: Iste educet nos de hac obscuritate, sicut scriptum est in Hosee, De manu inferni redimet eos.

Non debet hic locus de alio exponi quam de resurrectione. quæ incepit in Christo. Limbus patrum.

1 Ero mors tua, &c. *Hoc dicitur in persona Christi, qui mortem destruxit inchoatiuè in sua resurrectione, & in fine mundi destruet consummatiuè, vt dictum est.*

2 Ero morsus tuus inferne, *quia aliquos inde eripuit. s. sanctos, & aliquos ibi reliquit. s. damnatos: & sic erit in finali resurrectione, vt habetur Matth.* 25. d. Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autē in vitam æternam. *Et quia in præsenti nullus scit de qua parte sit futurus, secundum illud Eccle.* 9. a. Nescit homo vtrum odio vel amore dignus sit: *Ideo subdit Propheta in persona humani generis,*

Christus diripuit infernum.

3 Consolatio, *quæ fiet sanctis in iudicio,*

4 Abscondita est ab oculis meis; *Et subditur causa,*

5 Inter fratres, *id est, homines, qui omnes sunt fratres ab Adam primo patre descendentes,*

6 Diuidet, *separando oues ab hœdis, id est iustos à reprobis Matth.* 25. c. *Et quia illud iudicium præcedet ignis conflagrationis, Ideo subditur,*

7 Adducet ventum vrentem, *id est, ignem conflagrationis ad modum venti discurrentem:*

8 De deserto ascendentem, *Quia tantum ascendet super terram, quantum ascenderunt aquæ diluuij.*

Ignis conflagrationis.

9 Et siccabit venas, &c. *quia cōburet omnia viuētia, & siccabit humida.*

10 Et ipse diripiet thesaurum omnis vasis, &c. *id est, omnia generaliter, quæ modo concupiscuntur in præsenti vita.*

MORALITER.

† *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.* Quod exponunt Iudæi & aliqui doctores catholici litteraliter de liberatione populi de captiuitate Babylonis. Ego autem ad litteram, exposui de liberatione naturæ humanæ à corruptione, quæ futura est per resurrectionem hominum ad vitam immortalem. Inchoata tamen fuit in resurrectione Christi, propter quod *cum eo surrexerunt multa corpora sanctorum*: vt dicitur Matth. xxvij. Et sic expositio mea respectu aliarum est spiritualis: Nec apparet mihi alia conuenientior hic ponenda.

Liberatio naturæ humanæ à corruptione per resurrectionē.

CAP. XIV.

a PEreat Samaria. † RVPERT. in com. Septima, quæ & vltima, sic inchoatur peccatorum, & eiusdem iustitiæ diuinæ commemoratio. Dissimile hoc initium est ceteris omnibus, quia illa peccata replicant, & ostendunt; hic autem tamquam desperata correctione, statim in primo sermone, nō tam peccata, quam idolorum vindicem depromit sententiam, *Pereat*, inquit, *Samaria*. Quare? *Quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum*. Magna hæc causa, siue accusatio est. Deus enim naturaliter dulcis est, nec parua potest esse causa, per quam

CAP. XIV.

a ¶ Vox prophetæ non tam imprecantis, quam prædicantis.
b ¶ Colendo idola, illum, qui erat dulcis & beneficus, coegerunt ad vindictam.

a PEreat Samaria, quoniam ad ama-b ritudinem concitauit Deum suum. 1 2

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XIV.

PEreat Samaria. *Superius posita est promulgatio diuinæ iustitiæ: in hoc vltimo capitulo ponitur promulgatio suæ misericordiæ. Præmittitur tamen decem tribuum punitio temporalis, eo quod iste propheta scribebat principaliter contra decem tribus, dicens,*

1 Pereat Samaria, *metropolis in regno decem tribuum,*

2 Quoniam ad amaritudinem, *Per idolorum cultum.*

1 In

MORALITER.

1 *Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum.* Hic ad litteram ponitur conclusio respectu præcedentium, quæ dicta sunt de captiuitate decem tribuum, in quorum regno Samaria metropolis erat, & in ea idololatria vigebat.

† MO-

quam ad amaritudinem concitatus esse videatur. Cor impœnitens hoc effecit, & huius criminis rea fuit Samaria, cuius de regibus nullus omnino recessit à peccatis Hieroboam. Nec solum secundum animam, verumetiam secundum corpus, vt pereat, concedendum est, &c.

HIER. li. 3. com. Bellatores Samariæ interficientur, lactantes elidentur, prægnantes dirumpentur, vt pereunte malo semine, & exustis zizaniis, remaneat solum triticum in horreo Dei recondendum.

IBID. ALLEGORICE. Pereant hæretici, qui iactant se præcepta Dei seruare, & cum sint immundissimi, se mundos vocant, negantes pœnitentiam, per quã peccata purgantur. Quicquid autem dicunt, repugnat Deo, & clementem faciunt sibi crudelem: adeo, vt qui perfecti viri esse deberent, spirituali gladio truncentur, quasi paruuli, qui elidendi sunt ad Petram, de qua dicitur, *Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram.* Fœtæ quoque eius, quæ de malo semine conceperunt, discindentur, ne pessimos filios faciant.

Hæretici. Psal. 132. c.

a *Conuertere.* † RVPERT. in com. Cum dicit, *in iniquitate tua*, breuiter insinuat, quod omni peccanti iniquitas, quamcumque perpetrauit, sibimet à seipso sit imputanda: ne vllo modo se excuset aut defendat, sicut fecit Adam, in quo omnes peccauimus, & corruimus, tam gentes quàm Iudæi. Conuertere igitur ô Israel, tu primus, quia conuersione opus est, quando corruisti: & hoc ipsum confitere, nam confessio hæc initium est salutis.

Peccata nostra nobismetipsis sunt imputanda.

HIER. vbi supr. Cum prædixisset propheta calamitates, quæ decem tribubus pro idololatria imminebant; nunc conuertens ad illas dat consilium, vt pœniteant, & orent Deum.

IBID. MORALITER. Qui corruit in peccata, consurgat ad pœnitentiam, faciens fructus dignos pœnitentiæ, & reuertatur à malis operibus.

b *Tollite.* IBID. Postquam hortatus est ad pœnitentiam, docet quomodo ad Deum fundant orationes.

a ¶ Ideo. ¶ Subaudis Assyriorum. b ¶ Id est, in terra conterantur. c ¶ Prægnantes gladio dirumpantur in mortem.

1 In gladiò pereant, 2 paruuli eorum elidantur, & fœtæ eius a * scindantur. a ¶ Ne autem pereas. ¶ Ab idololatriæ impietate. b ¶ Cuius factura es, cui seruitutem debes. 3 Conuertere Israel ad dominum Deum tuum: a ¶ Corruisti per idololatriam, consurge per cultum Dei. b ¶ Proferte preces, & delictorum veram confessionem. b 4 quoniam corruisti in iniquitate tua. 5 Tollite vobiscum verba, a ¶ Tam verbis, quàm operibus. b ¶ Qui verus medicus. c ¶ Talia debet vnusquisque fidelis dicere. 6 & conuertimini ad dominum, & dicite ei: 7 Omnem auser iniquitatem, a ¶ Confessionem, preces, gratiarum actiones. b ¶ Sacrificium Deo spiritus con. Carnalibus hostibus reprobatis, placabilis hostia est Deo pura confessio. 8 & accipe bonum, 9 & reddemus vitulos labio- 10 rum nostrorum. a ¶ A modo non ponimus spem in Assyriis, sed in te, qui es verus adiutor. b ¶ Ægyptiorum, qui veloces habebant equos: sed fallax equus ad sa. d 11 Assur non saluabit nos, super equos non

† RVPERTVS vbi supra. Non dico, tollite aurum, tollite vobiscum argentum, seu multitudinem hircorum, aut vitulorum, & cetera, quæ non omnibus præsto sunt: sed verba, quæ cõsequi potestis sine dispendio rerum, verba confessionis, & precũ tollite vobiscũ. Hæc vobis omnibus in prõptu adesse possunt, Deo autem pro salute vestra sufficiunt, & pro iniquitatibus vestris satisfaciunt.

Nulli est impossibile pro suis peccatis satisfacere.

c *Omnem.* HIERON. IBID. Nihil languoris, nihil pristinæ ruinæ relinquas, ne mali seminis pullulent rediuiua plantaria: & te auferente malum, poterimus offerre bonũ; carnalibus hostiis reprobatis, placabilis hostia est Deo pura confessio.

discindentur.

IBID. ALLEGOR. *Vituli labiorum*, confessio sanctæ Trinitatis, & incarnationis, & passionis, & resurrectionis: *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Hãc hostiam qui offert, non sperat in rege Assyriorum. Dicitur ergo hæreticis, *Conuertimini ad Deum qui corruistis* per falsitatem: *Tollite verba*, fidei & confessionis, & *dicite Deo, aufer iniquitatem*, quæ versatur in corde nostro, & *accipe bonam* confessionem, & sic reddemus *victimam labiorum*, te laudando & gratias agendo, & *non ascendemus* per superbiam super equos, id est, illos quos genuimus in errore, & *non dicemus vltra, operi manuum nostrarum*, id est, dogmati quod artifici eloquio confinximus, Tu es Deus noster: Et qui sic reuertitur ad Deum placat pium patrem.

Rom. 10. b. Confessio reuertentis ad Deum.

d *Assur non saluabit nos, &c.* † RVPERT. vbi supr. Instruit eos quid dicant, quid promittant, dum ex persona ipsorum verba infert huiusmodi: Non sicut hactenus fecimus, confidemus in homine, neque ponemus carnem brachium nostrum. Sępe namque Israel confisus est in principibus, & in filiis hominum, quorum Assyrij potentissimi fuerunt. Denique, & in hoc Israel peccauit, quod *super equos ascendere* nimium affectauit, male æmulando currus & equitatum Pharaonis.

Non in homine reponenda est spes.

a Pu-

NICOLAVS DE LIRA.

1 In gladio, *scilicet Assyriorum,*

2 Paruul. eorum, &c. *Propter enim rebellionem Hoseæ ita crudeliter se habebant, quod etiam nec paruulis, nec prægnantibus parcebant.*

3 Conuertere Israel. *Hic subditur promulgatio diuinæ misericordiæ generaliter quantum est ex se. Sciendum tamen, quod aliqui expositores catholici residuum huius capituli reducũt ad tempus Ezechiæ, in quo captiuatis iam decem tribubus, populus regni Iudæ timens egit pœnitentiam. Ezechia rege ad hoc eum exhortante, propter quod Deus eum misericorditer liberauit de manu Sennacherib miraculose 4. Reg. 19. Alij vero reducunt ad tempus liberationis de Babylonica captiuitate quia vexatione dante Iudæis intellectum, conuersi fuerunt ad dominum: propter quod Deus misericorditer eos liberauit per Cyrum. Et posset satis applicari littera ad hunc sensum, vel illum; sed isti videntur nimis Iudaisare; Translatio enim Chaldaica, vbi nostra sic habet in hoc capitulo,* Conuertentur sedentes in vmbra eius viuent tritico & germinabũt quasi vinea. *Talis est:* Congregabunt de filiis captiuitatum suarum habitabunt in vmbra messis suæ, viuificabuntur mortui & multiplicabitur bonum in terra. *Ex quo patet, quod residuum huius capituli loquitur de tempore Christi. Translatio enim Chaldaica declaratiua est Hebraicæ litteræ in passibus obscuris: tempore verò Christi maxime apparuit effectus diuinæ misericordiæ, & ideo sicut superius dicebatur, hic Dei misericordia promulgatur. Et secundum hunc sensum residuum huius capituli in tres partes diuiditur, quia primo propheta incitat ad pœnitentiæ veritatem; Secundo manifestat diuinæ misericordiæ largitatem, ibi,* Sanabo; *Tertio miratur credentium paucitatem, ibi:* Quis sapiens. *Circa primum dicit,* Conuertere Israel ad dom. *Per pœnitentiam veram; ita proclamauit Ioannes præcursor Christi,* Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum, *vnde & baptismus Ioannis Baptistæ fuit quædam protestatio pœnitentiæ agendæ in aduentu Christi.*

Residuum huius capitulo quid de tempore Christi exponi non potest. Diuisio. Baptismus & prædicatio Ioannis.

4 Quoniam corruisti in iniquitate tua, *A statu gratiæ;*

5 Tollite vobiscum, &c. *Non dicit brutorum animalium sacrificia quæ cessauerunt in lege noua; sed verba duplicis confessionis, scilicet, peccatorum, & diuinæ laudis, quibus homo conuertitur ad Deum.*

Duplex confessio.

6 Et dicite ei, *id est, Christo,*

7 Omnem aufer iniquitatem: *Christus enim abstulit peccatum originale per sacramentum baptismi, & actuale per sacramentum pœnitentiæ. propter quod dicitur de eo Ioan. 1. d.* Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

8 Et accipe bonum, *id est, bonum de genere ad quod se extendit facultas humana, fac acceptum Deo patri tua gratia.*

9 Et reddemus vitulos, *id est, sacrificia, quia in veteri lege de specie bouis fiebant maiora sacrificia,*

10 Labiorum nostrorum, *i. laudes deuotas: quæ sunt sacrificia Deo acceptissima, Psal. 49. d.* Sacrificium laudis honorificabit me.

Vituli labiorum.

11 Assur non saluabit nos, *id est, in pressuris non recurramus ad auxilium humanum sed diuinum. Et ita fuit in primitiua ecclesia, quod Christiani* con-

MORALITER.

† MORALITER autem per decem tribus idololatras, significatur idololatrantium vniuersitas, eo quod denarius est numerus perfectus, & limes numerorum, quia numeri sequentes sunt replicationes ipsius, vel partium eius: Vndecim enim est vnus & decem, duodecim, duo & decem, & sic consequenter vsque ad viginti, id est, bis decem, triginta, ter decem, & sic consequenter. Igitur per destructionem decem tribuum, significatur destructio omnium idololatrantium. Quod iam pro maiori parte factum est per prædicationem apostolorum & aliorum sequentium: nam idololatria cessauit per mundum, exceptis quibusdam Barbaris, & paucis, qui dicuntur habitare iuxta polum arcticum.

Numerus denarius perfectus & limes ceterorum. Cessatio idololatriæ.

3 *Conuertere Israel.* Hic ad litteram propheta denuntiat populo suauitatem diuinæ misericordiæ, postquam denuntiauerat ei multipliciter seueritatem suæ iustitiæ: more boni Samaritani, post vinum mortificatiuum, infundens oleum linitiuum. Sciendum tamen, quod Hebræi & aliqui doctores Catholici totum istud capitulum exponunt litteraliter de liberatione populi Iudaici à captiuitate Babylonica, Ego autem ipsum exposui ad litteram de liberatione populi per Christum facta, & ideo mea expositio spiritualis est respectu aliarum, propter quod de alia pertranseo: & quia mihi non occurrit conuenientior hic ponenda.

Admiscedus sermo de diuina misericordia inter proponendum rigorem iustitiæ eius.

a Pupilli. HIER. li. 3. com. qui à malo patre diabolo recessit, & ideo saluatur; vel populi Israel, de quo dicitur, *Filius meus primogenitus.* (Exod. 4. f.)

b Sanabo. IBID. Redeuntibus ad patrem per pœnitentiam respondet Deus. Hoc capitulum, & tunc ad decem tribus, & nunc in aduentu Christi, & ad Iudæos, & ad hæreticos; & ad gentiles possumus referre: quia quicumque pœnitentiam egerint, veniam consequentur. Et notandũ salutem Israelis & reuersionem ad Deum, & redemptionem de captiuitate, non carnaliter, vt Iudæi putant, accipi, sed spiritualiter, vt verissime comprobatur. (Patet cuicumque reditus ad Deum per pœnitentiã.)

IBID. Arbores Libani excelsæ, quantum in auras extollũt verticem, tantum ad ima radicem demergunt, vt nulla tempestate moueantur. (Arbores Libani.)

IBID. Quia dixerat, *Erumpet radix vt Libani,* ne putemus de cedris, & infructuosis arboribus loqui, virum ad Deum conuersum comparat oliuæ fructiferæ, de quo alibi, *Ego autem sicut oliua fructifera in domo domi.* Hæc oliua habet odorem vt Libani, vel thuris, vt possit dicere, *Christi bonus odor sumus Deo.* Huius fructum sapientes virgines parauerunt, qui timorem mitigat, languentia membra recreat, lumen præbet in tenebris, in agone certantes vngit. (Quid designent oliua & oleum? * Iere. 9. d. Psal. 51. 2. Cor. 2. d.)

IBID. Libanus apud Græcos & Hebræos mons, dicitur, & thus: Hic pro thure ponitur; Sicut enim odore thuris, sic delectamur odore vel fama iusti hominis, Vel, si pro monte ponitur: Libanus est mons fertilissimus, densissimis arborum comis protectus. (Libanus.)

c Conuertentur sedentes. † THEOD. in com. Vindicati ab errore idolorum, & meæ prouidentiæ confidentes, omnium bonorum copia redundabunt, Et similiter vt vinum odoratum in Libano cultum, virtutis suauem odorem possidebunt: atque illinc manantem bonam existimationem, quasi fructus percipient. Cum autem perceperitis animo, qui fructus pietatis sit, fugite idolorum errorem. (Fructus veræ pœnitentiæ.)

HIER. vbi supr. Conuertentur, *Vel viuent, tritico,* id est, corpore & sanguine domini. Vel, viuent, in æterna beatitudine per eum qui est frumentum verum. (Eucharistiæ mysterium.)

d Et germinabunt. HIERON. IBID. Q. Electi bonis operibus germinant, sicut Christus qui est vera vinea.

a Id est, vltra non adorabimus opera manuum nostrarum, s. vitulos.

ascendemus, nec dicemus vltra: dij nostri opera manuũ no-

a Id est populi Israel (qui te per infidelitatem amiserat) reuertentis ad te. sicut pater pius misereberis. b Alias populi. c Dimittam peccata quibus confracti & vulnerati sunt.

strarum, quia eius qui in te est misereberis pupilli. [5] Sanabo

a Ego diligentes me diligo. b Sola misericordia, quia ipse prior dilexit nos. c Per pœnitentiam.

contritiones eorum, diligam eos spontaneè, quia auersus est

a Quia pro peccatis. b Quia æstum æstuantis incendij & libidinis auferam. c Infusus hoc rore. d Imitans illum, qui dixit, Ego sum flos campi, & lilium conuallium.

furor me[9] ab eis. [6] Ero quasi ros. Et Israel germinabit sicut li-

a Id est, voluntas bona ad effectum boni operis ducetur. b De virtute in virtutem. c In quibus aues Dei requiescunt.

lium: & erumpet radix eius vt Libani. [7] Ibunt rami eius, & erit

a Id est operibus misericordiæ (quæ signatur per oleum) impinguatur, & accenso lumine in tenebris lucet, aliis exemplum bene operandi tribuens. b Qui primum à patre recesserant, & post conuersi, hoc accipiunt præmium, vt sedeant sub vmbra eius. i. sub protectione illius habitent.

quasi oliua gloria eius: & odor eius vt Libani. [8] Conuertentur

a Et. Qui mortui fuerant. b Abundantia omnium rerum.

sedentes in vmbra eius, viuent tritico. Et germinabunt quasi

a Q. d. Cum ex pœnitentia tanta bona percepturus sit. Quid vltra ô Ephraim opponis mihi idola?

vinea, memoriale eius quasi vinum Libani. [9] Ephraim quid

a Qui auersum humiliaui, pœnitentem suscipiam. b Per me viam rectè ire faciam. c Subaudis, dedi eum, vt haberet viriditatem fidei & operationis, & semper mente cælestia peteret.

mihi vltra idola? Ego exaudiam & dirigam eum: Ego vt abie-

a Omnis operatio eius, vel noui Testamenti obseruatio, ex meo processit dono. b Per se.

tem virentem, ex me fruct[9] eius inuẽtus est. [10] Quis sapiens

e Memoriale. IBID. Vinum Libani potest dici diuersis pigmentis conditum, vt suaue odorem emittat. Sicut enim Pigmentatũ vinum redolet suauiter, sic memoria iusti hominis, Deum bonis operibus imitantis. Vel vinum Libani est quod Deo in templo offerebatur. Sicut enim delectabatur in vino, quod ei offerebatur, sic gaudet ex odore, qui de fide & operibus credentium procedit. (Vinum Libani. Ad Titum 3. b.)

f Ephraim. IBID. id est, omnis pœnitens qui meus cœpisti esse per pœnitentiam, à modo contẽne idola.

† RVPERT. in com. Triumphaliter in vltimis aduersarium percutit, consummatam prospiciens victoriam in proposito suo, gratia Dei. Siquidem Ephraim iste est omnis aduersarius veritatis, quisquis vsquam scandalum, vel offendiculum animabus posuit, aut ponere non desinit, ne pertingat ad notitiam veritatis; secundum exemplum illius Hieroboam de tribu Ephraim, qui aureos fecit vitulos, ne filij Israel ascendendo ad orandum in Ierusalem aliquando reuerterentur ad domum Dauid. (Quilibet veritatis aduersarius.)

g Ego vt abietem. HIERON. lib. 3. comment. Septuaginta. *Ego sicut iuniperus condensa ex me fructus eius mei.* De iuniperis iuxta Septuaginta Salomon ianuas templi fecit, quia Christus (per quẽ ad patrẽ ascendimus) hanc habet naturã, vt semper floreat, & nouos fructus faciat, nunquã virorem deponat. Hęc iuniperus sub vmbra sua quiescẽtibus, ne mũdi huius ardore feriantur, & ne percutiat caput eorũ æstus, sicut olim caput Ionæ, dat fruges & requiem & saturitatẽ. (Christus iunipero cõparatus.)

h Quis sapiens. † THEOD. in com. Hunc eumdem finem Dauid, cum

NICOLAVS DE LIRA.

contra persequutiones Iudæorum, & etiam tyrannorum, non pugnabant armis, sed orationibus deuotis: vnde per orationes beati Basilij & sui populi, sanctus Mercurius miles iam diu defunctus interfecit Iulianum apostatam, ecclesiæ persequutorem, & eius lancea, quæ in ecclesia beati Basilij seruabatur, inuenta est sanguine Iuliani apostatæ perfusa. (Sanctus Mercurius interfecit Iulianum.)

1 Nec dicemus vltra: dij, &c. *quia per aduentum Christi deiecta est idololatria.*

2 Quia eius qui in te est miserc. *Erat enim populus ante aduentum Christi pupillus, quia carens parentibus: sed nunc habet Christum & ecclesiam, verum patrem & veram matrem.* (Populus ante Christi aduentum quasi pupillus erat.)

3 Sanabo. *Hic consequenter prophetat diuinæ misericordiæ largitatem, dicens in persona Christi,* Sanabo contritiones eo. *i. vere pœnitentes sanabo per gratiam.*

4 Diligam eos spontañ. *quia amor inter hominem & Deum primo procedit ex parte Dei: propter quod dicit Ioannes prima canonica 4. b.* Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos; *Et sic eius dilectio est spontanea.*

5 Quia auersus est furor. *Per mortem enim Christi hominis placatus est Deus pater, & per consequens filius, qui est vnus Deus cum ipso. Ideo subditur,*

6 Ero quasi ros. *Sicut enim ros inuisibiliter descendit, & fœcundat terram: sic Dei filius inuisibiliter descendens fœcundauit virginem. Isa. 45. b.* Rorate cæli desuper, &c.

7 Et Israel. *i. populus Christianus seu ecclesia.*

8 Germinabit sicut lilium, *per puritatem vitæ.*

9 Et erumpet. *Radix enim ecclesiæ est ipse Christus, secundum quod declarat diffuse Augustinus, super Psalmos. Ista radix erupit, quando apostolos aliosque fideles protulit. Ideo subditur,* (Radix Ecclesiæ est ipse Christus.)

10 Ibunt rami. *s. de virtute in virtutem.*

11 Et erit quasi oliua, *quæ semper est in virore.*

12 Gloria eius, *quia gloria Christi non marcescit.*

13 Et odor. *i. fama bonitatis Christi in se & eius discipulis diffundetur, sicut patet impletum per orbem vniuersum: propter quod dicit Apostolus 2. Cor. 2. d.* Christi bonum odor sumus in omni loco.

14 Conuertentur sedentes in vmbra eius, *s. Christi, vt patet per translationem Chaldaicam supra allegatam.*

15 Viuent tritico. *i. Eucharistiæ sacramento; quod conficitur de pane triticeo: & hic panis dat vitam mundo, Ioan. 6. e.* Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. *Et propter hoc Ionathan filius Hozee, qui fecit translationem Chaldaicam, loco huius,* Viuent tritico, *transtulit:* Viuificabuntur mortui. *Christus enim, & eius discipuli in nomine eius leguntur multos suscitasse.* (Eucharistiæ Sacramentum.)

16 Et germinabunt. *propter hoc dicit saluator Ioan. 15. a.* Ego sum vitis vera & vos palmites.

17 Memoriale. *Prope enim montem istum crescebat vinum optimum memoria dignum.*

18 Ephraim. *supple dicet,*

19 Quid mihi. *Multi enim de decem tribubus reuersi à regno Assyriorum crediderunt ad prædicationem apostolorum aliorumque Christi discipulorum, omni idololatria & superstitione deiecta. Licet enim Iudæi, qui redierunt de Babylone, non legantur postea idololatrasse, nisi aliqui pauci Machabæorum tempore: illi tamen de decem tribubus, qui non redierunt de captiuitate per Assyrios facta, idola coluerunt, saltẽ multi, vtpote inter idololatras commorantes.* (Ac Israelite à captiuitate idololatræ.)

20 Ego exaudiam. *Orationes eius.*

21 Et dirigam. *in via salutis.*

22 Ego vt abietem. *s. faciam eum.*

23 Ex me fru. *sicut dictum est cap. præcedenti,* tantummodo in me auxilium tuum, *Hic mutatur modus loquendi de tertia persona ad secundam.*

24 Quis sapiens. *Hic propheta admiratur paucitatem credentium. Licet enim*

12 Glo-

☞ cum Dei beneficia enarrasset, Psalmo centesimosexto adscripsit. A Sapientia enim & intellectu opus est ad notionem diuinarum prophetiarum, atque ad earum adimpletionem ac obseruationem. Neque enim hæc intelligere possunt, qui diuini Spiritus lucem non susceperint: neque obseruare, qui non assecuti sint ex alto auxilium. Qui erga Deum studio tenentur, inde subsidium consequentes, rectas vias ingrediuntur, & iuste viuunt: qui autem impie committunt, & diuersam viam incedunt, impietatis præmia recipiunt.

Qua præparatione accedendum sit ad sacras litteras.

HIERONYM. vbi supra. His verbis propheta obscuritatem voluminis, & difficultatem explanationis ostendit: Quis? Q. Rarus est, qui hæc omnia possit scire, nisi per sanctos patres ex gratia Christi in carne aduenientis exposita fuerint.

a ¶ Quid significent duæ mulieres, & partus earum, & cetera quæ in prophetia continentur. b ¶ Per alios.
c ¶ Scilicet, hoc intelligendum est de omnibus: Quia rectæ viæ do.

a & intelliget ista, intelligens & sciet hęc? Quia

a ¶ Mandata noui & vete. Testa.
b ¶ Soli iusti recte intelligunt & opere adimplent.

rectæ viæ domini, & iusti ambulabunt in

a ¶ Iudæi, Hæretici, falsi Christiani, qui in lege peccant, & per legem grauius punientur. b ¶ Vnde, Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel.

eis: præuaricatores verò corruent in eis.

a *Quia rectæ viæ.* HIER. li. 3. com. In viis non ambulat, nisi qui conuertitur ad dominum, & à quo aufertur velamen, quod erat super faciem Moysi: Et qui dicit cum Dauid, *Reuela oculos meos, & con. m. l. t.* hic ambulabit & inueniet Christum.

Psal. 118.c.

† RVPERTVS in comment. Viæ Domini, de quibus in hoc propheta maxime tractatur, illa sunt iudicia Domini verè incomprehensibilia, quibus à Iudæis recessit, & ad gentes transiuit: In istis viri iusti ambulent; Præuaricatores vero, maxime Iudæi, corruunt in eis, dum se iustificant, & veritati repugnant, inuidentes gentium saluti.

Iudicium Dei in vocatione gentium reprobatis Iudæis.

NICOLAVS DE LIRA.

Pauci de Iudæis in Christum crediderũt. *enim primi credentes Christo fuerint Iudæi, tamen fuerunt pauci comparatiue respectu remanentium in infidelitate: Quod propheta admiratur, cum videret in spiritu Christum tot & tanta miracula facturum, quod merito sibi ab omnibus erat credendum:* Ideo subditur, Quis sapiens, *sapientia desursum descendente, quæ est suadibilis & bonis consentiens, Iacobi 3.*

Sapientia desursum descendens.

1 Et intelliget ista. *q. d. pauci comparatiue intelligent dicta prophetarum.*

2 Et sciet hæc, *quæ dicta sunt.*

3 Quia rectæ viæ do. *s. præcepta decalogi & euangelij, & consimilia.*

4 Et iusti ambulabunt in eis, *id est, iustificati per fidem Christi procedent in eis de virtute in virtutem.*

5 Præuaricatores vero corruent in eis. *Qui casus, & si exeat ordinem diuinæ misericordiæ, tamen intrat ordinem suæ iustitiæ, secundum quem punitio peccatorum ad gloriam Dei cedet & electorum, qui cum eo regnabunt in sæcula sæculorum. Amen.*

ADDITIO I.

In cap. 14. vbi dicitur in postilla. Et reddemus vitulos.

Confessio peccatorũ.

Quædam glo. Hebraica super istud verbum, Reddemus vitulos, *sic dicit:* Soluemus seu reddemus confessionem labiorum nostrorum, in loco vitulorum: *Magis enim placet pœnitentia Deo (in qua requiritur confessio labiorum) quam sacrificia. Vnde de capro emissario, per quem expiabatur peccata totius populi, vt habetur Leuit. 16. nihil accedebat ad altare nisi sola confessio; Dicitur enim ibi sic,* confiteatur super eum omnia peccata filiorum Israel.

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in postilla. Præuaricatores vero corruent in eis.

Præuaricatores dicuntur prout in glossa, corruere in viis dominicis, modo quo dicitur Luc. 2. e. Ecce hic positus est in ruinam.

INCIPIT PROLOGVS

SANCTI HIERONYMI IN IOEL PROPHETAM.

SAnctus Ioel apud Hebræos post Hosee ponitur. Et sicut ibi sub nomine Ephraim ad decẽ tribus confertur vaticinium, quæ vel Samaria vel Israel sæpe memorantur, sic in hoc propheta omne, quod dicitur ad tribum Iuda & ad Ierusalem, pertinere credendum est, & nullam omnino Israel, id est, decem tribuum in hoc fieri mentionem. Tempora quoque quibus prophetauit eadem debemus accipere, quę in Hosee legimus: in diebus Oziæ, Ioathã, & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. Porro factum esse sermonem domini ad meritum eius refertur cui fit, non ad conditionem illius qui fieri dicitur, vt alibi legimus: * Dominus mihi factus est in salutem. Auditus autem in scripturis sanctis non est iste qui in aure resonat, sed qui corde percipitur, iuxta illud quod Dominus loquitur in Euangelio: * Qui habet aures audiendi audiat. Quod autẽ dicitur Hebraicè האזינו *haazinu*, Græcè ἐνωτίσασθε *enotisasthe*, Latinè sonat auribus percipite; proprie non aure, sed corde percipitur. Vt sciamus sacratiorem esse auditum, quam id quod in auribus resonat, Isaia loquente discamus: *Audi cælum, & auribus percipe terra.* Qui senes sunt, & cælestes, audiunt spiritualiter; qui autem habitant in terra, appellanturque terreni, auribus percipiunt. Et hoc in omnibus scripturis notandum, vbi hæc duo verba iuncta ponuntur: Quod in Lamech quoque legimus peccatore, qui loquutus est ad vxores suas, Ada & Sella: Audite verba mea vxores Lamech, auribus percipite sermones meos: Quia virum occidi in vulnus meum, & iuuenem in liuore meo. Sciebat obscura esse, quæ loquebatur, & idcirco vxores suas, non ad simplicem tãtum verborum sonum, sed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam prouocabat. Si quis igitur senex est, & maturæ ætatis, & paruulorum relinquit infantiam, audiat, quæ dicuntur. Qui autem adhuc habitat in terra, & non potest dicere, aduena sum & peregrinus: auribus percipiat.

* *Psal. 117. b*
* *Matt. 13. f.*

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES IN PROLOGOS AD IOELEM PROPHETAM.

HI duo Prologi in Ioelem ideo Hieronymo ascribuntur, quia ex eius verbis è commentario in hunc Prophetam, & ex prologo ad Paulinum desumptis contexti sunt: quamuis primus inter Hieronymianos legitimos inueniatur repositus à Mariano Neatino.

In primo quatuor sunt particulæ: Primo enim docet argumentum vaticinij; deinde, tempus in quo prophetauit, ibi, *Tempora quoque*; Tertio explicat, quid sit, *factum esse verbum Domini ad prophetam*, ibi, *Porrò factum esse sermonem*: Quarto distinguit, inter *audire*, & auribus percipere, vsumque harum duarum loquutionum in sacro sermone ostendit ibi, *Auditus autem*. Quoniam autem contextio huius prologi sensum habebat imperfectum voluimus eum copiosius ex ipso Hieronymo supplere.

Prima & secunda pars prologi, de argumento vaticinij, desumpta est ex prima annotatione S. Hieronymi in prima verba huius prophetæ. Tertia, & quarta, ex secunda eiusdem sancti doctoris annotatione desumitur.

1 *Sanctus Ioel*. Secundus ordine in libro duodecim prophetarum apud Hebræos ponitur Ioel: quem ordinem vulgata Editio, quippe quæ est Hieronymi auctoris, sequitur & seruat.

2 *Et sicut ibi*. Docet hic argumentum vaticinij Ioelis, nimirum, quod prophetat de rebus ad regnum Iudæ pertinentibus, non ad Israeliticum regnū. *Et sicut ibi*: in prophetia Hoseę; *sub nom. Ephraim*, de qua tribu erat Ieroboam, sub quo facta est diuisio & scissio regni Dauidici, in regnum decem tribuum, sub posteris Ioroboami; & regnum duorum tribuum, Iuda & Beniamin, sub posteris Salomonis; *ad decem tribus confertur vaticinium*. Hoc est, argumentum prophetiæ Oseæ ex professo dirigitur ad regnum Israeliticum decem tribuum; *qua* decem tribus, *vel Samaria vel Israel sæpe memorantur*, id est, sub nominibus Ephraim, Samarię, vel Israelis intelligi debent apud Oseam: *Ephraim*, quidem, quia de illa tribu fuit Ieroboam, qui scisma tam politicum, quam spirituale in populo Dei incepit; *Samaria* vero, quia ea ciuitas caput regni Ieroboamici fuit; *Israel* autem, quoniam maior omnino pars populi, nempe decem tribus à domo Dauid, ad domum Ieroboami desciuerint; adeoque denominatio (iuxta regulas philosophiæ) maiorem partem sequebatur.

3 *Sic in hoc propheta*, Ioele, *omne quod dicitur ad tribum Iuda & Ierusalem pertinere credendum est*; ad ea nempe sola ex proposito prophetæ dirigi, quæ Regno Iuda, & domui Dauid præuidebat euentura.

4 *Et nullam omnino Israel, id est, decem tribuum in hoc fieri mentionem*; hoc est, nullam ex professo prophetiam in Ioele esse, quæ dirigatur ad prænuntianda ea quæ regno Ieroboami, & Israelitarum erant superuentura: quamuis mentio etiam illius regni & populi obiter fiat etiam in Ioelę; sed non ex professo & præcipua intentione prophetæ.

5 *Tempora quoque*. Secunda prologi particula, docens, Ioelem iisdem temporibus, & sub iisdem regibus prophetasse, quibus Osee prophetauerat.

6 *Porro factum esse*. Tertia prologi particula, docens vsum huius loquutionis, quæ in prophetis crebro occurrit, *factum est verbum domini ad talem prophetā*. Ea enim phrasi significatur, non verbū Dei (qui est filius eius) factum esse absolute, sicut cū dicitur, verbū Dei factum caro; Sed, verbum, seu sermonem Dei loquutum fuisse illi prophetæ. *Ad meritum eius refertur, cui fit*: id est, ostendit aliquid diuina dignatione factum esse prophetæ à Deo, propter sanctitatem, quia per Dei gratiam præparatus est, vt esset vas dignum, portare verbum seu sermonem Dei, & voluntatem eius populo annuntiare; *non ad conditionem illius, qui fieri dicitur*, neque enim illud *factum esse*, simpliciter refertur ad *sermonem*, tamquam ille dicatur tunc factus fuisse; Sed, quod sermo ille, qui iam erat, factus sit, seu directus, seu missus ad prophetam instruendum, de eo, quod debebat populo ex parte Dei omnipotentis prædicere. *Vt alibi legimus, Dominus mihi factus est in salutem*. Vbi non dicitur Dominum esse factum, qui est æternus omnium creator: Sed Dominum, qui semper extitit omnipotens, iam factum esse in salutem, id est factum esse saluatorem, voluisse sua dignatione esse saluatorem nostrum: quod non est simpliciter fieri, sed tantum saluatorem fieri.

7 *Auditus autem*. Vltima prologi particula, distinguens inter audire, & aure percipere; vt *audire* sit corde percipere, seu cum intellectu simul & assensu; & affectu comitante verba Dei inferius acceptare: auribus autem percipere, sit voluntatem Dei sono verborum insinuatam aure excipere, sed nondum corde; id est, pleno assensu & affectu acceptare; tametsi iam eo fine aure percipiat, vt tandem etiam cordi internè reuerenter recondat.

8 *Vt sciamus sacratiorem esse auditum*. id est vt intelligamus in sacra scriptura nomine auditus (quando cum altera loquutione illa *auribus percipe* coniungitur) significari aliquid sacratius & sanctius, quàm meram soni vocalis perceptionē, quæ fit auribus; nempe illam audientiam, quæ intrat per aurem, & penetrat cor, atque in eo reuerenter, & stabiliter permanet, & fructuose operatur. *Qui senes sunt*. Docet, auditum cordis, pertinere ad spirituales, hoc est, eos qui in amore Dei & contemptu sæculi profecerint: istis enim Deus loquitur *ad cor*; perceptionem autem auris solius, pertinere ad eos, qui adhuc amant sæculum, nec perfectè diligunt Deum, ideoque sermo Dei aures ipsorum intrans, cor quidem pulsat, sed non intus admittitur, vt ibi sola Dei voluntas regnum possideat, *appellanturque terreni, auribus percipiunt*, subauditur, *tantum*, sola aure sonum verborum animaduertunt, sed cor & affectus eorum à sententia verborum seu consiliorum Dei longe adhuc distant.

9 *Et hoc in omnibus scripturis*, generaliter, vbi hæ duæ loquutiones in eadem sententia coniunguntur: auditus plus dicit, quam aurium perceptio; hæc enim solum verborum sonum; auditus sensum & assensum verborum significat.

10 *Quod in Lamech quoque legimus peccatore*, quasi diceret, etiam illius peccatoris sermonem referens scriptura, huius distinctionis vsum retinuit: vt explicat verbis sequentibus Hieronymus.

11 *Si quis igitur senex est*, moribus nempe & intelligentia, & affectus puritate; in illis enim consistit sanctitas animarum: *Et paruulorum relinquit infantiam*: non inhæret desideriis sæculi, quibus imperfectiores animæ se nimis dedunt: *audiat quæ dicuntur*, corde & affectu intimo cum reuerentia, excipiat Dei verba, & iisdem vitam suam confirmet.

12 *Qui autem adhuc habitat in terra*, qui adhuc afficitur erga terrena bona, & sæculi huius negotia: *& non potest dicere*, vt dicebat Dauid, *aduena ego sum & peregrinus*, atqui hoc modo tamquam in transitu, quantum viatori necessarium est; nō tamquam ciuis mundi, sed cæli; à mundi incolatu festinans ad patriam cæli: *auribus percipiat*, sæpius recogitet verba Dei, vt ex eius frequenti meditatione tandem cor & affectus amore Dei penitus possideantur.

IN

ITEM
ALIVS PROLOGVS.

[1] IOel filius Phatuel describit terram duodecim tribuum eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam, & post euersionem prioris populi effusum iri spiritumsanctum super seruos Dei & ancillas, id est, super centum viginti credentium hominum, & fuerunt viri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti ab vno vsque ad quindecim paulatim & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in Psalterio mystice continentur. [2] Ex tribus igitur generibus rhetorum hæc sumuntur principia, & tres sunt argumentorum partes, ex quibus incipere solet omnis orator. Aut enim dociles, aut beneuolos, aut attentos auditores debet efficere. [3] Hic ergo propheta à magnitudine cladis sumens principium, eosque qui audituri erant volens ad pœnitentiam prouocare reddit attentos admiratione futurorum malorum, vt considerantes venturæ cladis asperitatem, ocyus arriperent pœnitentiam. [4] In hoc propheta idcirco nec reges nec tempora sunt prænotata, quia iisdem temporibus ac regibus, quibus Hosee prophetauerat, & ipse prophetauit. [5] Ioel interpretatur incipiens, aut domini descensus. Phatuel vero aut latitudo aut ostium Dei. Tropologicè, hoc est, quòd qui ostium Dei & scientiam domini habuerit apertam, recte incipit prophetare.

IN PROLOGVM SECVNDVM.

1 SEcundus hic prologus ex variis Hieronymi locis est desumptus: Prima pars eius, argumentum Prophetię Ioelis per enumerationem præcipuorum ænigmatum illius recensens, desumitur ex epistola Hieronymi ad Paulinum, quæ Pentateucho est præfixa, & ibidem à nobis est exposita.

2 Secunda pars ibi, *Ex tribus igitur generibus rhetorum*, non verbis, sed sensu desumitur ex secunda annotatione S. Hieronymi in 1. cap. Ioelis, & aliquantum latius amplificatur. Docet autem artificium Ioelis, qui in hoc exordio sui vaticinij, populum fidelem reddit attẽtum, admirabili magnitudine eorum, quæ prædicit. Ex tribus generibus Rhetorum. Hoc est ex tribus locis exordiorum, seu ex tribus generibus exordiorum, quæ Rhetores docent, *hæc sumuntur principia*; id est, exordia, à quibus prophetæ suas conciones incipiunt. *Et tres sunt argumentorum partes*, tres modi, tres loci, à quibus argumenta, seu deductionem exordiorum suorum desumunt oratores. *Aut enim dociles*, vt facile possint capere quæ dicturus est; *aut beneuolos*, ea promittens se dicturum, quæ ipsi libenter sint audituri; *aut attentos auditores debet efficere*, ea proferens quæ ob magnitudinem, aut excellentiam, excitent admirationem, & attentionem in auditore.

3 *Hic ergo propheta à magnitudine cladis*, quâ prænuntiat populo impendere; *sumens principium*, vaticinij sui, *eosque qui audituri erant volens ad pœnitentiam prouocare*. Is enim primus scopus erat concionum propheticarum, vt populum Dei ad vitæ emendationem inducerent, & ad saluatorem recipiendum præpararent: *reddit attentos admiratione futurorum malorum*. Exorditur enim ab admiratione, earum, quas præuidebat populo impendere, calamitatum.

4 Tertia pars, ibi, *In hoc propheta*, docet, prophetam non meminisse in titulo seu exordio prophetiæ suæ temporum, aut regum, sub quibus prophetauit, quod tamen fecerat Hoseas; quia eodem cum Hosea tempore prophetauit, ille quidem ad Israel, hic autem ad regnum Iuda. Et desumpta est hæc pars ex priore annotatione Hieronymi, in principium Ioelis.

5 Quarta pars, interpretatur nomen Prophetæ, & patris eius: & ex iis elicit Tropologice, quid prærequiratur, vt quis Prophetæ munus suscipiat. Desumitur autem hæc pars, ex fine primæ annotationis prædictæ.

CAPVT I.

A a VErbum Domini.† THEOD. in com. huius prophetiæ. Ioelis prædicta hæc sunt. Assyriorum & Babyloniorum bellum; captiuitas & seruitus Israel; à captiuitate reuersio: tum prædicit quæ post reuersionem ex gente Scythica Gog, acciderint, tum in Hierosolyma bellum factum & illatam diuinitus perditionem. Ad hæc, adiunxit dona, quæ post incarnationem Seruatoris, Spiritus sanctus hominibus concessit. Hoc in summa est argumentum.

Argumentū prophetiæ Ioelis.

HIER. in com. Phatuel propheta pater Ioel prophetæ à LXX. interpretibus Bathuel vocabatur. Sed cum Bathuel in Hebræo nihil omnino sonet, melius est vt legatur Phatuel: quod interpretatur latitudo, vel aperiēs Deus. Vnde in Marco, *Epheta, quod est, adaperire*. Et bene Ioel, qui cum Apostolo poterat dicere, *Os nostrum patet ad vos, &c. Cor nostrum dilatatum est*. Et qui audiebat à domino, *Aperi os tuum, & ego a.i.*

De nominibus Phatuel & Ioel. B Marc. 7. d. 1. Cor. 6. c. Psal. 80. b.

b *Filius Phatuel*. IBID. dicitur, id est, Dei, in cuius potestate est *aperire* os hominis, & dilatare ipsum hominem sanctum, donec veniat ad perfectionem. Huius ergo Phatuel, filius est *Ioel. i. incipiens, vel est Deus*, quia qui se incipientem cognoscit, per humilitatem crescere debet, vt cum Moyse audiat, *Qui est, misit me. i.* verus Deus, ad distinctionem eorum qui nō sunt veri dij. Ad hūc ergo Ioel recte factū est verbum domini, quod erat in principio apud Deum. Porro factum, non secundum se, sed secundum eum, ad quem fit, dicitur, Vnde, *factus est mihi in salutem*: Factum est ergo verbum, id est loquutum est verbum ad prophetam.

C Psal. 117. b.

† THEODOR. vbi supr. Quoniam plerique eodem nomine sunt, patris nomen addidit. Docet autem verba sua non humani esse ingenij, & ratiocinationum humanarum partus: sed instituto, afflatuque diuino futura prænuntians loquitur. Vos inquit, qui ad affectam ætatem vixistis, qui, vt vsu euenire solet, pleraque ex rerum periculis percepistis, quique de patribus & auis narrantibus sæpe audistis; verba huius prophetiæ exaudientes, vobiscum reputate, an memoria vestra, an patrum vestrorum, tale quiddam antea factum fuerit: ac omnes qui in terra promissionis habitatis, diligenter his, quæ dicentur, date operam. Cùm autem hæc experta habueritis, ne à memoria vestra dilabantur, sed horum ignaros filios ad hæc instituite, atque illis præcipite, vt hæc quasi per manus filiis suis tradant: & generatio quæ hos consequitur, à superiore generatione horum narrationem accipiat. Eiusmodi Dauid, ait, *Filij qui nascentur & exurgent narrabunt filiis suis, &c.* Atque causam affert, *Vt ponant in Deo spem suam.*

D Hortatur Phatuel seu potius Deus vt populus hanc prophetiā intelligat & memoria retineat. E Psal. 77.

† RVPERTVS in comment. Hæc, & quæ sequuntur, vere multa & magna sunt; talisque modus dicendi quo enuntiatur, imò fortiter auribus nostris illiduntur, vt vere non solum dormientes, verum etiam præ ebrietate absorpti & sepulti reputentur, quicumque ad clamores istos tam terrificos non excitantur.

F

c *Senes*. HIER. vbi supr. Id est, maturi in domino, qui infantiam reliquistis, spirituali aure intelligite mysteria, quæ dicturus sum: & vos habitatores terræ, qui spem in terrenis ponitis, si non potestis audire spiritualia, saltem auribus corporis percipite litteralem sensum. Facit autem propheta exordium, in quo ex magnitudine dicendorum facit auditorem attentum: quia nec in veteri historia, nec in præsenti ætate talia dicit contigisse. Post exordium sequitur narratio,

Exordium prophetiæ faciens auditorem attentum.

Incipit Ioel Propheta.

CAPVT I.

a VErbum Domini [a Patris.] quod [a Non quantum ad se.] 1 b factum est ad Ioel [b Incipiens, vel est Deus.] filium 2 c Phatuel. [a Latitudo, vel aperiens Deus.] [2] Audite hæc senes, 3 & auribus percipite 4 omnes habitatores terræ, si factū est istud in diebus vestris, aut in diebus [a Præsentium.] patrum vestrorū. [3] Super hoc filiis [b Omni futuræ soboli.] vestris 5

Resi-

Incipit Postilla venerabilis Nicolai de Lira in Ioelem prophetam.

CAPVT I.

VErbum domini. *Hic in principio Ioelis prophetæ, duo sunt præmittenda. Primum est, quibus prophetizauerit: & dicit hic Hieronymus in primo prologo super hunc prophetam, quod prophetauit ad tribum Iudá & Ierusalem, & nullam omnino fecit de decem tribubus mentionem. Sed ipse in epistola ad Paulinum de studio sacræ scripturæ, seu de omnibus diuinæ scripturæ libris, dicit contrarium, sic dicens:* Ioel filius Phatuel describit terram duodecim tribuum eruca, brucho locusta, rubigine vastante consumptā. *Propter quod de eius dicto salua sua reuerentia parum videtur tenendum in proposito. Ra. Sa. vero dicit quod prophetauit non solum contra duas tribus, sed etiam contra alias decem, dicens quod hæc sterilitas terræ, ex dicta corrosione, fuit in diebus Ioram filij Achab, de quo habetur 4. Reg. & quod ex hoc fames fuit in Iudæa generaliter per septem annos, sicut denuntiauit Elisæus mulieri, cuius filium suscitauerat 4. Reg. 8. a. Propter quod illa mulier cum filio suo iuit ad peregrinandum extra terram duodecim tribuum, scilicet in terram Philisthinorum, vt ibidem habetur: Erat etiam ipsa de decem tribubus, propter quod in suo reditu accessit ad regem Israel petens agros suos sibi restitui, qui in eius absentia tanto tempore fuerant ab aliis occupati, vt ibidem dicitur. Et sic patet quod illa fames non solum fuit in terra duarum tribuum, sed etiam decem: propter quod aliqui expositores Catholici sequuntur hanc sententiam quam etiam intendo prosequi. Secundum est, quo tempore prophetauit: De quo dicit Hieronymus in secundo prologo, quod prophetauit iisdem temporibus quibus & Hosee, scilicet, temporibus Oziæ, Ioathan, Achab & Ezechiæ regum Iuda; & secundum hoc dictum prophetauit post sterilitatem dictam, quia Ozias incepit regnare per plures annos post mortem Ioram regis Israel, vt patet ex 4. Reg. & secundum hoc dictum Ioel non prophetauit de vastatione terræ causata ab eruca & brucho, &c. sed solum de vastatione per illam figurata, quæ facta fuit postea per quatuor regna, vt plenius infra eodem cap. apparebit. Ra. Sa. vero dicit quod prophetauit tempore Ioram regis Israel: ita quod sicut Elisæus prænuntiauit famem futuram, ita iste expressit modum veniendi, scilicet, per corrosionem erucæ, bruchi, &c. Et quia hic modus dicendi mihi videtur probabilior, intendo eum sequi tamen sine præiudicio alterius. His igitur præmissis ad litteram accedamus, quæ in duas partes diuiditur: scilicet, in proœmium & tractatum qui incipit ibi,* Residuum. *In prologo vero propheta primo notificatur ex nomine, cum dicitur,*

Quibus prophetauerit Ioel. Sententia Hieronymi. Opinio Rab. Sa. De fame de qua scribitur 4. Reg. 8. Quo tempore prophetauerit Ioel. Proœmiū.

1 Verbum domini quod factum est ad Ioel. *& ex genere cum dicitur,*

2 Filium Phatuel, *& fuit iste propheta, sicut & filius, secundum regulam Hebræorum, quam posui in principio Hosee. Secundo audientium attentio excitatur, cum dicitur,*

3 Audite hæc senes. *Primo eos alloquitur eo quod sunt maioris reuerentiæ & intelligentiæ, & alios consequenter, cum dicitur,*

4 Et auribus percipite, *scilicet, quod postea ponitur in tractatu*: In diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum, *q. d. non; quia ibi accipitur si pro non. Sed contra hoc videtur quod dicitur* Exod. 10. *de locustis inductis super terram Aegypti.* Et sederunt in vniuersis finibus eorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sunt. *Ad hoc respondet Rabbi Salo. dicens: quod licet locustæ fuerint plures & maiores quam istæ, tamen quatuor plagæ hic positæ, scilicet, de eruca, brucho, locusta & rubigine simul sumptæ fuerunt maiores; & sic intelligendum est dictum prophetæ, quod quatuor tales pestes simili modo sibi succedentes non fuerant temporibus præteritis.*

Vtrum ipsi sæui locustæ Exodi ... illæ de quibus hic dicitur.

5 Super hoc filiis vestris narrate, & filij vestri filiis suis, &c. *quia hæc prophetia est memoriter tenenda, & per successiones generationum recolenda, & hoc videmus impletum non solum in Iudæis, sed etiam in Christianis.*

1 Re-

† MORALITER. 1 *Verbum Domini quod factum est.* Sequitur.

1 Ver- † Resi-

narrate, & filij vestri filiis suis, & filij eorum generationi alteræ.

a ¶ Hac peste atteritur, qui vltra modum mœrore afficitur.
b ¶ Hoc morbo laborat qui nimia lætitia Dei effluit.

a [4] Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. [5] Expergi-

a ¶ Hoc vitium est, quando vltra modum aduersa timemus.
b ¶ Hoc vitio de futuro bono immoderanter exultamus.
c ¶ Qui in imo vitiorum iacetis.

☞ a *Residuum.* HIER. in comment. Eruca, vermis qui in oleribus maxime inuenitur; Bruchus vocatur fœtus locustæ antequam habeat alas; deinde cum incipit volare dicitur athelabus, cùm vero pleniter volat dicitur locusta: & est bruchus multò grauior quàm locusta vel athelabus, quia iacens in vno loco, radicitus comedit fructus. Rubigo est quando teneræ fruges noxio rore percutiuntur, & vertũtur tam culmus quam spicæ in ruborem minij coloris vel synopidis. Hæc si singula veniunt, noxia sunt. Si autem simul omnia venerint, omnia penitus auferunt, Potuit autem historialiter contingere, quod hæc omnia simul venerint temporibus Achab regis & Eliæ, quando fuit tanta fames tribus annis & sex mensibus, vt matres commemorarentur filios suos comedisse.

Eruca, bruchus, athelabus, locusta, rubigo.

Fames sæuissima in Iudæa sub Achab. 3. Reg. 8. a.

IBID. ALLEGORICE. Per erucam Assyrij vel Chaldæi signantur qui decem tribus tempore Ezechiæ, & duas, cum tribu sacerdotali tempore Ioachin nepotis Iosiæ captiuauerunt. Per locustam, Medi & Persæ qui subuerso imperio Chaldæorũ Iudæos habuere captiuos, licet multi permittente Cyro ex duabus tribubus cum Zorobabel sunt reuersi, Per brucum, Macedones & omnes Alexandri successores, maxime Antiochus cognomento Epiphanes, qui more bruchi sedit in Iudæa, & omnes reliquias priorum regum deuorauit sub quo fuerant bella Machabæorum. Per rubiginem Romani, qui penitus omnem Iudæam vastauerunt, & subuersis vrbibus templum Domini succenderunt, & omnem populum fame, gladio & captiuitate abstulerunt.

De quatuor monarchiis quæ successiue Iudæos afflixerunt.

† RVPERT. in comment. Quod hæc regna sub nominibus eiusmodi vermium prænuntiantur, quæ apud Danielem per feras terribiles, leænam, vrsum, pardum, & aliam, quæ sine nomine mirabilis & fortis dicitur, dentes ferreos habens magnos, significantur. Etenim contra hominum, maxime Iudæorum, imbecillitatem, regna illa, quasi bestiæ fortes atque feroces extiterunt: sed coram omnipotentia diuinitatis infirma & fragilia, siue etiam exigua tamquam locusta, eruca, bruchus, seu rubigo reputata sunt, & vana fuit omnis pulchritudo eorum.

† THEOD. in com. Quidam hęc tropice de Assyriis & Babyloniis interpretati sunt, Erucam, Theglatphalnasar nuncupantes; locustam Salmanasar; Sennacherib autem bruchum appellauerunt; rubiginem vero Nabuchodonosor, qui postremus bellum intulit, funditusque vastauit, ac populatus est Iudæam, quique eos, qui mortem effugerant, captiuos abduxit. Ego vera hæc esse censeo, & sine dubitatione facta esse arbitror, &c.

Item de quatuor regibus qui similiter.

HIER. vbi supr. Per hæc quatuor signantur quatuor passiones animi Quæ si vltra modum dominantur, auferunt salutem animæ. Duæ sunt in præsenti, tristitia de pręsenti aduersitate, gaudiũ de præsenti prosperitate; Duæ vero sunt de futuro, timor de futuro malo, spes de futuro bono. Sed vir fortis ita debet se habere, vt nec præsenti, vel sperata prosperitate in aliqua mala proruat, nec præsenti vel futura aduersitate vltra modum turbetur. Aliter. Ego reor erucam esse incipientem in animo passionem, quæ tarda est, & discurrere nõ potest, & pertinaci mora ebibit omnem virorem. Quam si in nobis non occidimus, crescit & aduolat, & nunc deuorat quidquid attingit, nunc semesa dimittens, ad alia pergit, reuertensque ad pristinam sedem, bruchus efficitur, vt non solum folia & cortices, sed medullam deuoret tarditate: Si vero (quod rarum est) aliquis vitalis spiritus post bruchum remanserit, rubigo omnia vastat, vt stipulam & vile fœnum in nigredinem vertat, vt non solum esui, sed nec fimo vtilia sint.

Animæ passiones quatuor.

Vastatio virtutum animæ per vitia.

GREG. li. 33. Moral. cap. 39. Per erucam notat libidinem; Per locustam inanem gloriam, per bruchum ingluuiem ventris, per rubiginem iram: multi enim domant libidinem, sed inde eriguntur in superbiam: De superbia ruunt in ingluuiem. De nimia comestione & ebrietate in iram & furorem; Qui his perturbationibus obuoluuntur, lumen sapientiæ intueri non possunt.

b *Expergiscimini.* HIER. vbi supra. Prænotatis noxiis passionibus, cum illi in fæce luxuriæ & omnibus erroribus iacent monet iacentes, vt surgant à vitiis, & fletibus pœnitentiæ Dei misericordiã impetrent, vel, secundum historiam, vt liberentur à captiuitate hostiũ.

† RVPERT. vbi supra. Notandum quo sensu dicat, *qui bibitis vinum,* addendo, *in dulcedine;* Non enim vini creaturam, sed bibentium tali sermone condemnat luxuriam: eo quod non tantum ad necessitatem implendam, sed ad voluptatem concitandam, vinum, quia dulce est, immoderate haurient. Numquam autem sine doloris amaritudine amittitur, quod cum dulcedine possidetur aut bibitur.

Vinolabusus.

† *Expergiscimini.* Id est, hoc argumento finite vos perdoceri, quod cura sit Deo de hominum factis, & quod in nouissimo die ☞ suo

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Residuum. *Hic incipit tractatus in quo propheta primo prædicit desolatoria; Secundo denuntiat consolatoria, ibi,* Nunc ergo, *circa medium secundi cap. Circa primam partem considerandum, quod de istis quatuor plagis eruca, brucho; locusta & rubigine, dicunt expositores nostri communiter, quod non fuit res gesta, quia quartus liber Regum & secundus Parali. nullam de hoc faciunt mentionem, sed est tantum parabola, sicut cum dicitur Iudic. ix. b.* Dixerunt ligna ab rhamnum, &c. *quia nũquam fuit in rerum natura, sed per ligna parabolice intelliguntur habitatores Sichem, per Rhamnum vero Abimelech. Sic in proposito per ista quatuor nomina hic posita, scilicet* eruca, *&c. intelliguntur parabolice, quatuor regna sibi succedẽtia, quæ Iudæã corroserunt & vastauerunt scilicet, Assyriorũ, Chaldæorum, Græcorũ & Romanorum; Regnũ vero Persarum & Medorum sic non legitur Iudæam vastasse, immo plures reges fuerunt Iudæis beneuoli: vt Cyrus, Darius, Artaxerxes, & Assuerus. Ra. Sa. vero econtrario dicit, quod est tantum res gesta, ita quod terranascentia Iudææ sic fuerunt quater successiue vastata: & ex hoc sequuta est fames, quam prædixerat Elisæus durans septem annis; & ex hoc videtur quod ista quatuor pestes non fuerunt in eodem anno, sed in diuersis: aliter non videtur quod fames tamdiu duraret pro sterilitate vnius anni. Quod autem postea subditur,* Gens enim ascen. *quasi exponens parabolam propositam de eruca, brucho, &c. dicit quod eruca & bruchus & locusta hic metaphorice dicuntur gens fortis, eo quod destruxerant terram ad modum exercitus transeuntis, & sic exponit illa quæ sequuntur consimiliter de Gentibus & populis terram vastaturis: Sed vtrumque dictum videtur deficere. Primum quia fit hic ita expressa mentio de istis corrosionibus terranascentium per erucam bruchum, &c. & de fame inde sequente quod nullo modo videtur esse tantum parabola; Nec valet argumentum inductum, quia 4. Reg. Elisæus prænuntiauit hanc sterilitatem, licet non exprimat causam quam exprimit Ioel propheta: sicut Ozia rege thurificante factus fuit terræmotus magnus in Ierusalem cuius mentionem non facit, 4. Reg. sed solum de plaga lepræ inflicta Oziæ; Sed terræmotus exprimitur Amos 1. & Zachar. 14. Similiter secundum dictum, quia ita fit expressa mentio de gentibus terram inuasuris quod nullo modo videtur per hoc propheta significare parabolice corrosionem terræ per erucam & bruchum, &c. quia licet omnes parabolice nominibus animalium designantur, sicut vir constans dicitur lex, rapax lupus & huiusmodi: tamen non sic inuenitur econuerso in scriptura. s. bruta nominibus hominum vel gentium designari. Propter quod saluo meliori iudicio, videtur mihi, quod cum dicitur hic,* Residuum erucæ, &c. *id est simul parabola & res gesta, sicut Iere. 27. dicitur, quod portauit catenas ligneas in collo suo, & sic fecit secundum rei veritatem & rem gestam. Per hoc tamen designatur incatenatio populi in captiuitatem ducendi, sicut fuit postea impletum tempore Sedechiæ. Sic in proposito secundum rem gestam fuerunt quatuor destructiones terranascentium per erucam, bruchum, &c. Et per hoc significabantur vastationes maiores futuræ per quatuor regna prædicta. Igitur secundum hanc sententiam residuum huius capituli diuiditur in duas partes, quia primo propheta prædicit vastationem, secundo inducit ad lamentationem ibi,* Plange. *Prima in duas, quia primo ponitur figura; secundo, res figurata ibi,* Gens enim. *Figura enim fuit quadruplex corrosio terranascentium vt dictum est, quæ fuit res in se & figura futuri, & quantum ad hoc dicitur:* Residuum erucæ. *Est autem eruca proprie vermis nascens in oleribus.*

Verũ quod hic dicitur de Eruca, brucho, locusta & rubigine parabola sit an res gesta.

Opinio Postilla. quod hic vtrumque simul sit.

Diuisio.

Eruca.

2 Comedit locusta. *Differunt autem locusta & bruchus, sicut perfectum & imperfectum in eadem specie. Fœtus enim locustæ antequam habeat alas vocatur bruchus: sed quando est alatus, tunc dicitur locusta.*

Locusta.

3 Et Residuum bruchi comedit rubigo, &c. *Est autem rubigo vitium segetum, quando vento vrente percussæ non faciunt granum: & si faciunt, est vanum.*

Bruchus. Rubigo.

4 Expergiscimini ebrij, *id est, aduertite & considerate imminens vobis malum.*

☞ 1 Flete

MORALITER.

† 1 *Residuum, &c.* Per ista quatuor corrodentia terrænascentia in regno Iudææ significantur mystice quatuor vastantia viriditatem virtutum in regno animæ: quæ sunt delectatio mala in appetitu, consensus in opus peccati, operis consummatio & sequens consuetudo, ideo subditur,

Quatuor quæ diripiunt virtutes.

4 *Expergiscimini ebrij.* Quia sicut somnus tenet sensus ligatos: ita ebrietas rationem, sic & consuetudo praua tenet hominem in peccato ligatum propter malum habitum inclinantem. Ideo subditur,

Consuetudo praua.

 † Flete

suo magno & horribili, cuncta in iudicium adducturus sit: quia A iam partim iudicat, & partim punit, cùm ab ore vestro dulce vinum perit. Sic expergefacti, tunc demum flete & vlulate, id est, pœnitentiam agite, vt mala ventura, his multo maiora possitis euadere.

a ¶ Nulla res ita inebriat vt animi perturbatio. b ¶ Dulcia sunt vitia dum fiunt: & mel de labiis meretricis distillat, vnde in Dei sacrificiis mel non offertur.

a scimini ebrij, & flete & vlulate omnes qui bibitis vinum in 1 †

a ¶ Præteritum pro futuro, quia tempore prophetæ ventura erat captiuitas.

b dulcedine, quoniã periit ab ore vestro.[6] Gens enim ascendit 2

a ¶ Quibus humana industria non potest resistere. b ¶ Quid locustis innumerabilius?
c ¶ Quos locustis in multitudine, leoni comparat in crudelitate, reges eorum leonibus comparat, principes catulis leonum, cum quibus innumerabilis multitudo venit.

c super terram meam fortis, & innumerabilis. Dentes eius vt † 3

a ¶ Hæc gens. b ¶ Quam de Ægypto eduxi & plantaui.

dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis.[7] Posuit vineam 4 5 6

a ¶ Populum Iudæorum, & in qua Saluator esuriens fructum non inuenit, & ideo maledixit & arefecit.
b ¶ Seruat metaphoram locustarum.
c ¶ Bona eorum diripiendo: quosdam captiuando, quosdam interficiendo.

d meam in desertũ, & ficum meam decorticauit. Nudans spo- †

a ¶ O plebs Israelitica.

e liauit eã & proiecit: albi facti sunt rami ei[9].[8] Plange quasi vir- † 7

† Greg. li. 33. Mora. capit. 27. Ebrij vocati sunt, qui huius mundi amore confusi, mala non sentiunt, quæ patiuntur. Quid est ergo dicere, *Expergiscimini, & flete*; nisi somnium vestræ insensibilitatis excutite, & in deuastatione cordis tot sibi succedentibus vitiorũ pestibus, vigilantibus lamentis obuiate?

Ebrij qui hic dicantur?

B a *Ebrij*. Hier. in com. qui voluptatem vestram in delectabilibus rebus ponitis, & sensum ab omnibus vtilibus auertitis: *quia periit*, (subaudis vinum) id est, dulcedo, & delectatio vestra, Deo id faciente, vt qui nõ cognouerunt Deum in prosperis, cogantur cognoscere in aduersis: & qui diuitiis abusi sunt, per penuriam cogantur redire ad virtutes.

De studentibus voluptatibus & ebrietati-bus.

Senes. Ibid. debent intelligere de spirituali ebrietate, quæ hominem ducit ad mortem: *Habitatores terræ* auribus percipiant de vino in quo est luxuria. Qui in ebrietate sopitus est euigilet, & ploret se ebrium fuisse, vt fletus eius in risum vertatur, & gaudeat se ebrietatis materiam non habere, quæ eum per abundantiam ebrium fecerat & vesanum.

b *Gens enim ascendit super terram, &c.* Ibid. Ostendit per quid perierit vinum & exultatio. s. per gentem locustarum. Et putant Iudæi tempore huius prophetæ locustas historialiter omnia vastasse. Per locustarum metaphoram designat hostium aduentum, scilicet, Assyriorum, & Chaldæorum, & Mœdorum, & Persarum, & tandem C Romanorum. Et notandum, quia sic sub locustarum figura narratur feritas hostium, vt ipsas locustas hostibus comparet, & cum locustas legeris hostes cogites, & cum hostes cogitaueris, redeas ad locustas.

Quod hic dicitur de locustis parabola est & simul etiã res gesta.

Hieron. Ibid. Allegorice. Ascendit gens principum mundi huius, & tenebrarum, super terram Dei, id est, humanam animam, quia omnis anima hominis, terra Dei est. Vnde sicut anima patris, ita anima filij mea. Huius gentis dentes sunt vt dentes leonis, *quia aduersarius noster diabolus circumit quærens, &c.* Catulus leonis, Antichristus, vel peruersum dogma. Si hæc gens ascenderit super nos, statim in desertum ponit *vineam*, id est, cor de quo debet exire vinum, quod lætificat: & *ficus* nostras *decorticat*, ne habeamus dulcedinem Spiritussancti, ne sanctus vir sub ficu nostra vel vinea requiescat, dum aduersariorum impetus, timeat. Nec sufficit hoc genti, nisi scrutetur, & quidquid vitale fuerit interficiat, vt omni virore cõsumpto, albi & mortui remaneant ramusculi, & compleatur in nobis

1. Petr. 5. b. Quam stragem animarum faciant diabolus & eius ministri.

bis illud, *Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?* D

c *Dentes eius, &c.* † Rupertus in comment. Fortitudinem gentis exprimit iuxta cœptam metaphoram locusticæ multitudinis. Nam quia locusta dente exiguo nocere consueuit, pulchre genti (quam per locustam figurauit) non arma ferrea, sed dentes nociuos ascribit. Miro autem modo dentes locustæ hic esse dicuntur vt dentes leonis. Sic & in Apocalypsi similitudines locustarum similes dicuntur equis paratis in prælium, & dentes eorũ sicut leonum. Quã parua corpuscula, quã magnos E & valentes in ore suo dentes habere dicuntur? Imo, quam infirmi homines, quantam potestatẽ (irato Deo) contra populum peccatorem habere permittuntur? *Hæc gens* (inquit) *posuit vineam meam in desertum*: Videlicet illam de qua Psalmista, *Vineam de Aegypto transtulisti*.

Luc. 23. c.

Apoc. 9. Vilissima animalcula plurimum nocere possũt, si cũ à Deo immittuntur.

d *Et ficum meam decorticauit*. † Rup. Ibid. scilicet, eumdem populum Iudæorum, ad quem & ego tandem veni, vt ex ea comederem fructus, & non inueni, maledixique ei, & aruit.

e *Plange quasi vir*. Hieron. vbi supr. Sicut iuuencula sponsa, amittens sponsum flore pubescentem iuuẽtutis, accingit se sacco & plorat: ita hortatur propheta Israelitas, vt similiter plorent de amissione sponsi omnipotentis, quem amiserunt, ex quo idola in Ægypto coluerunt: Fuit hæc plebs virgo in patriarchis, & prophetis virginitate mentis, & cognitione & cultu veri Dei. Sed post idola adultera facta est. Sed etiam hanc meretricem in Hosee sponsus iste duxit vxorem, quam, scilicet, de Gentium sordibus educit. Potest hoc de qualibet anima dici; si à prima ætate crediderit Deo, habet sponsum virginalem Deum; Si de Iudæis vel paganis vel hæreticis aliquis ad lucem fidei reuertitur, habet quidem sponsum, F sed non virginalem.

Quæ plebs vel anima dici debeat virgo.

Hosee 1. a.

† Rupertus in comment. Post regnum Assyriorum atque Chaldæorum, siue Babyloniorum, regnum Mædorum atque Persarum Iudæos captiuos tenuit. Sub hoc regno Neemias plangit & fleuit. Hæc legentes plane animaduertimus illi tempori & rei congruere, quod hic propheta declamat, *Plange*, inquit, *quasi virgo, &c.* Quam ob causam? *Periit sacrificium, &c.* Et istam causam suæ mœstitiæ idem Neemias præmiserat, &c. Denique sub eodem regno Persarum cum vellet Aman omnem Iudæorum perdere nationem, eo quod Mardochæus non flecteret sibi genua: Mardochæus hoc audito, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, &c. Similiter & ceteri Iudæi flebant & ieiunabant, regina Esther præ ceteris hæc agente. Tunc profecto gens ipsa plangebat quasi virgo super virum pubertatis suæ, id est, super Deum patrum suorum, quod offendisset eum.

An sub regibus Persarum vllam luctus causam habuerint Iudæi.

Esther 4.

a Pe-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Flete. *Quia deficiet vobis vinum, in quo delectabamini, ex vinearum corrosione.*

2 Gens enim. *Hic consequenter ponitur res figurata, scilicet vastatio Iudææ per quatuor regna supradicta, cum dicitur.* Gens enim ascendit, *id est ascendet: Et loquitur de futuro per modum præsentis propter certitudinem prophetiæ.*

3 Super terram meam, *id est, super Iudæam, quæ specialiter dicitur terra domini, eo quod ibi vigebat cultus eius.*

4 Fortis & innume. *Talis enim fuit gens Assyriorum, Chaldæorum, Græcorum, & Romanorum, vt patet ex gestis eorum.*

5 Dentes, *in hoc designatur crudelitas eorum.*

6 Posuit vineam, *isti enim exercitus in Iudæa vineas exciderunt & arbores fructiferas, & eas pro parte dolauerunt ad faciendum machinamenta, & alia exercitibus necessaria. Vel aliter potest dici, quod hic accipitur vinea domini pro populo Israel, secundum illud, Isa. v. d.* Vinea enim domini exercituum domus Israel est, *quam domum isti exercitus spoliauerunt bonis, & afflixerunt in personis.*

Vinea Domini.

7 Plange quasi. *Hic consequenter propheta inducit populum ad lamentationem, & primo pro vastatione prima, secundo pro secunda, in princip. cap. sequentis. Prima in duas, quia primo inducit ad fletum populum generaliter, secundo sacerdotes specialiter, ibi,* Accingite vos. *Circa primum dicit,* Plange quasi virgo; *Virgo enim desponsata si moriatur eius sponsus antequam fruatur eius amplexibus, habet materiam magni luctus, ideo ponitur hic pro exemplo ad designandum magnitudinem luctus imminentis: ideo subditur,*

Diuisio.

1 Pe-

MORALITER.

1 † *Flete & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine.* Per vini potationem, quæ maxime decipit, intelligitur vsus indebitus aliorum delectabilium carnis & mundi.

Voluptates inordinatæ.

† *Quoniam periit ab ore vestro*, id est, licet ad horam delectent, tamen in perpetuum cruciant.

2 *Gens*, id est, multitudo spirituum malignorum, quæ dicitur *gens*, eo quod Gentiles eos antiquitus in idolis colebant.

4 *Fortis*. Iob 41. d. *Non est potestas super terram quæ ei comparetur.*

† *Innumerabi.* quia multitudo dæmonum est valde magna, dicitur enim Marc. 5. a. *quod in vno homine erat legio dæmonum.*

5 *Dentes eius*, per quod significatur crudelitas dæmonum.

6 *Posuit vineam*. Per vineam significatur ecclesia quo ad clerum; & religionis status per ficum, eo quod dulcedo deuotionis esse debet in religiosis.

Clerici & religiosi.

† *Nudans spoliauit, &c.* videlicet bonis gratuitis.

† *Albi facti sunt, &c.* vulnerati in naturalibus, quantum ad malos clericos & religiosos: ideo subditur,

7 *Plange quasi virgo, &c.* id est, priuata amplexibus sponsi tui Iesu Christi.

† Pe-

a ¶ Plangit. b ¶ Cilicio. c ¶ Qui in Abraham, Isaac, & Iacob desponsauit sibi virginem nulla idololatria violatam. d ¶ Quia multiplicata iniquitate refrigescet charitas.

a gō accincta sacco super virum pubertatis suæ. [9] Periit sacrifi-

a ¶ De simila. b ¶ De vino. c ¶ Ecclesia. d ¶ Præcipue, quia decimæ non offerebantur.

cium & libatio de domo domini, & luxerunt sacerdotes mi-

¶ Qui sunt. ¶ Altaris. a ¶ Quia. ¶ Vastata terra Iudæorum in aduentu hostium. b ¶ Habitatores humi.

b nistri domini. [10] Depopulata est regio; luxit humus, quoniam

a ¶ Sublatum ab illis. b ¶ De quo dicitur: Calix inebrians quam præclarus est. c ¶ Defecit.

deuastatum est triticum. Confusum est vinum & elanguit

a ¶ De quo dicitur: Oleum de capite tuo non deficiat. b ¶ Deficiente fructu virtutum. c ¶ Prædicatores.

c oleum. [11] Confusi sunt agricolæ: vlulauerunt vinitores super

a ¶ Quo sustentantur infirmi. b ¶ Omnia quæ humus solet gignere. c ¶ Quæ debuit facere vuas, labruscas fecit. d ¶ Calcata multitudine hostium.

frumēto, vino & hordeo, quia periit messis agri. [12] Vinea con-

a ¶ Marcida facta est. ¶ Sub qua Nathanael, antequam crederet. b ¶ Iustus vt palma florebit. c ¶ Sicut malum inter ligna.

d fusa est, & ficus elanguit. Malogranatū & palma & malum &

a ¶ Tam fructifera, quam infructuosa. b ¶ Id est, turbatum & sublatum. c ¶ Iudæis.

e f omnia ligna agri aruerunt, quia confusum est gaudiū à filiis

a ¶ Ergo. ¶ Subaudi, sacco pœnitentiæ. b ¶ Non ficto, sed puro corde.

g hominum. [13] Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate

a ¶ In ecclesiam per pœnitentiam, vnde & existis per culpam. b ¶ Diuitias quibus offendistis vitæ austeritate compensate, vt iram Dei possitis mitigare. Et hoc ideo præcipio, quia interiit.

ministri altaris. Ingredimini, cubate in sacco ministri Dei

a ¶ Nisi pœnitueritis, peribitis. b ¶ Quia aliter non sufficit accipere habitum pœnitentiæ, nisi ieiunium aliis bonis operibus exornetur, & nisi abstineatur ab omnibus illicitis.

mei, quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificium

¶ Synodum.

h & libatio. * [14] Sanctificate ieiunium, vocate cœtum,

☞ a *Periit sacrificium & libatio.* HIER. in comment. Quantum ad historiam, vastatis agris & vineis per Gentes (quæ in quatuor animalibus signantur) cessauit sacrificium, quod de solidioribus est rebus, vt hordeo, tritico & carne; & libatio, quæ de liquoribus, vt vino & oleo: quibus ablatis luxerunt sacerdotes, quia non offerebantur ea, de quorum decimis viuebant.

[A]

HIER. IBID. Possūt videri hæc omnia cōtigisse in populo Iudæorū ex peccato passionis Christi, quando Ierusalem fame & gladio vastata est à Romanis, & omne gaudium & omnia legalia defecerunt. Quotidie etiam, dum ecclesia Christi doctrina instituta, à sponso peccando fuerit separata, perit ibi sacrificium spiritus contribulati, & vinum quod lætificat cor hominis; & abundante iniquitate, dolent doctores ecclesiæ virtutes deficere, & vitia increscere; quia deficit triticum fidei, & vinum spiritualis intelligentiæ & oleum misericordiæ, & hordeum simplicitatis, vel obseruantiæ litteralis. Quæ vastantur per quatuor prædicta, libidinem, inanem gloriam, ventris ingluuiem, iracundiam. Vnde plangit vniuersalis ecclesia, vt consolationem à Deo accipiat. Omnia vel infructuosa fuerunt, vel si fructuosa, vastante locusta sunt consumpta: & ideo hæc omnia, vt gaudium auferatur à filiis hominum.

[B — Planctus super spoliatione bonorum spiritualium Ecclesiæ.]

[Infr. 2. d.]

b *Depopulata est regio.* † RVPERT. in com. Hæc omnia accidisse sub dicto Babyloniorum regno, & perseuerasse vsque ad Persarum imperium, illa præmemorati Neemiæ conquestio manifestat, cùm dicit: *Dixi regi: Quare non mœreret vultus meus, cum ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni.*

[C]

[Neem. 2.]

† THEODOR. in comment. Latius declarat calamitatem, vt ad resipiscentiam excitet. Est autem animaduertendum, quod non terram & possessiones, vt ratione vtentia lugere hortatur: sed vt ratione præditos ex inanimis rebus excitet & commoueat: id quod docet dum subiungit,

c *Vlulauerunt.* HIERON. Quia dum præ manibus tenerent fruges messionis & vindemiæ, venerunt inimicæ Gentes tulerunt omnia vnde deberent viuere, & ipsos fame & gladio perdiderunt. Messis ecclesiæ, virtutes; præmium, opera.

d *Malogranatum.* IBID. Malogranatum, cuius cortici comparantur in Canticis genæ sponsæ; & est arbor medicinalis, cuius poma rubea, & ad edendum amara. Vnde & malogranatum, eo quod multa grana fructus habeat.

[Malogranatum.]

[D]

e *Omnia ligna agri.* IBID. Omnia sustinent flagellum hominis propter quem & facta sunt.

f *Quia confusum est gaudium à filiis hominum.* † IBID. Huius inquit, infœcunditatis maxima causa est iniquitas hominū, propter quā gaudia cessarunt, mœrores sunt inducti.

† GREG. 8. Mor. c. 30. Insidiātibus malignis spiritibus, *Dei vinea* in desertum ponitur: cùm plena fructibus anima, humanæ laudis cupiditate dissipatur. *Ficum Dei* gens ista decorticat: quia seductam mentem in fauoris appetitum rapiens, quo hanc ad ostentationem pertrahit, tegmen ei humilitatis tollit. Cùm verò mens hoc quod ēgerit, videre ab aliis concupiscit quasi expoliata ficus, eum qui se texerat, corticem amisit, &c.

[De appetitu vanæ gloriæ & de hypocrisi.]

[E]

g *Accingite.* HIER. in com. Sancti sacerdotes, qui comedunt Pascha domini, accingantur baltheo castitatis: vnde, *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Peccatores, quos remordet conscientia, cilicio induantur, vt plangant sua & populi delicta.

[Luc. 12. c.]

IBID. Prius monentur sacerdotes ad planctum, vt sicut ipsis peccantibus peccauit populus, ita pœniteat ipsis pœnitentibus.

[F — Sacerdotes exemplo plebi præire debent.]

h *Sanctificate ieiunium, &c.* † RVPERT. in com. Hoc tale est, quale apud Isaiam, *Nolite ieiunare sicut in hanc diem.* Et subinde, *Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, &c.* Ita sanctificantes i. sanctum facientes ieiunium, *vocate,* inquit, *cœtum, &c.*

[Isai. 58.]

† THEOD. in com. Ex his plane docemur, vt ieiunium animæ male habenti sit medicina salutaris: quare ieiunio subiunxit curationem, *Sanctificate,* inquit, *ieiunium.* Sanctificate, posuit, pro segregate. In ieiunium inquit, vos segregantes, sancte & pure id obite & conficite. Ieiunantes vero clamate, Heu mihi, heu mihi, heu mihi in die, hoc est, per diem malorum expectatum.

[Ieiunij virtus.]

† GREG. Pastoral. 3. parte admonit. 20. Ieiunium sanctificare, est adiunctis aliis bonis dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Admonendi sunt abstinentes, vt nouerint, quia tunc placentem Deo abstinentiam offerunt, cum ea quæ sibi de alimentis subtrahunt, indigentibus largiuntur.

[Quid sit sanctificatio ieiunij.]

☞ Con-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Periit sa. *de animalibus & terra nascentibus aridis. Licet enim de terra nascentibus aridis proprie diceretur fieri oblatio, tamen hic vocatur sacrificium large loquendo.*

2 Et libatio. *de liquidis, vt vino & oleo.*

3 De dom. domin. *quia propter corrosionem terræ nascentium non habebantur vnde talia possent fieri.*

4 Et luxe. *propter defectum diuini cultus, & etiam sui victus, qui erat de decimis & oblationibus.*

5 Depopulata, *carens habitatoribus.*

6 Luxit humus. *priuata fructibus: Sicut econtrario dicitur ridere metaphorice quando plena est fructibus.*

7 Quoniam deua. est. *per quatuor plagas supradictas.*

8 Confu. sunt, *frustrati spe sui laboris.*

9 Vlulauerunt vinitores, *sicut è contrario solent cantare in abundantia vindemiæ: Et ex hoc patet littera sequens,*

10 Accingite. *Hic consequenter inducit sacerdotes specialiter ad lamentum dicens:* Accingite vos. *scilicet, ciliciis, in signum humiliationis coram Deo: Et subditur causa,*

11 Quoniam interiit. *& exponatur vt supra.*

12 Sanctificate. *id est, disponite vos ad deuote abstinendum.*

13 Vocate cœtum. *Vt ex precibus multorum impetretur diuina clementia. ideo subditur,*

☞ Et

MORALITER.

1 *Periit sacr. &c.* Per sacrificium, intelligitur corpus domini; per libationem, sanguis; quæ quantum ad malos sacerdotes, qui indigne celebrant, & iudicium sibi manducāt & bibūt, perit: ideo subditur,

[† Indigne sumentes corpus & sanguinem Domini.]

4 *Et luxerunt,* id est, deberent lugere.

5 *Depopulata.* Quia licet multi sunt de ecclesia numero, pauci tamen respectiue merito.

7 *Quoniam de. est triticum.* i. ecclesiæ debitum nutrimentum propter bonæ prædicationis defectum.

7 *Confusum est vinum, &c.* quia vinū charitatiuæ correctionis & oleū pietatis multū deficiunt in pluribus ecclesiæ prælatis: ideo subditur,

8 *Confusi agri.* i. prædicatores, doctores & sacramēta ministrantes.

† *Quia pe. messis.* s. bonorum operum, propter eorum defectum in vita pariter & doctrina: ideo subditur,

† *Vinea.* i. ecclesia. † *Et ficus,* id est, deuotio religionis euanuit.

[Ecclesia in moribus deformata.]

† *Malogranatum.* Per istas arbores significantur personæ diuersæ in bono diminutæ, ideo concluditur,

† *Confusum est gau.* Hic inducuntur ecclesiæ ministri ad emendationem vitæ per opera pœnitentiæ, cùm dicitur,

10 *Accing.* vt sitis aliis exemplum boni, sicut fuistis occasio mali.

11 *Quoniam interiit de do. Dei ve. sacrificium,* id est, eucharistiæ debita consecratio per indeuotionem vestram.

12 *Sanctificate ieiunium,* Per intentionem rectam ad Deum, & non sicut hypocritæ, *Qui exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes,* vt dicitur Matth. 6.

13 *Vocate cœ.* id est, congregate subditos vestros in charitate.

† Et

a *Congregate senes.* HIER. in comment. Rectus ordo, primum sapientes, postea terrenis adhærentes: vnde supra, *Audite hæc senes & au. percipite, &c.* Non multo post, & x. & duarum tribuum venit captiuitas per Assyrios & per Chaldæos. Quæ ideo prædicitur ventura, ne cum venerit, putetur casu accidisse, vel sæuitia hostium, sed ira & cominatione Dei; vel certe, vt populo agente pœnitentiam, non veniat, quæ ventura erat. Possunt hæc omnia referri ad diem iudicij, de qua retributione omnes prophetæ scribũt, vnde Isaias, *Ecce dies domini insanabilis venit*, in quo æterna damnatio.

b *Numquid non, &c.* IBID. Frumentũ spiritus, hordeum litteræ: quia peccantes patiũtur pro qualitate peccatorum famẽ sermonis Dei: & ita consequenter perit lętitia, vt qui debuisset ab apostolo audire, *Gaudete in domino semper*; nunc audiant a domino, *Beati qui lugent.* Frustra sunt horrea & apothecæ, vbi triticum deficit & vinum. Hæc omnia possunt intelligi sub metaphora erucæ, locustæ, bruchi, rubiginis, quod s. sublatis frugibus & vastatis, fames & pestilentia cuncta possederunt.

Dies iudicij. Isa. 13. b. Fames verbi Dei. Philip. 4. a. Matt. 5. a.

Congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Dei vestri: & clamate ad dominum.[15] A, a, a, diei: quia prope est dies domini, & quasi vastitas a potente veniet.[16] Numquid nõ coram oculis vestris alimenta perierunt, de domo Dei vestri lætitia & exultatio?[17] Computruerunt iumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ, quoniam confusum est triticum.[18] Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis. Sed & greges pecorum disperierunt.[19] Ad te clamabo domine, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis.[20] Sed & bestiæ agri quasi area sitiẽs imbrem suspexerunt ad te, quoniam exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

(Interlinear:) a Qui morti vicini, & scientia maturi, magis suscipiunt timorem & cultum Dei. b Subaudi, congregate. c Quæ est ecclesia. a Omnes simul. Ore, corde, & opere. b Ter, quia trinitatem offenderant. c Retributioni. a A quo omnia dispensantur. b Sperata alimenta quasi e manibus auferuntur in præsentia vestra, in quibus viuere debuissetis. a Insuper quod grauius est. Periit. a Quia iam non ibi offertur sacrificium. b Ablatis alimentis & lætitia, illi quorum Deus venter est, deficiunt in sua luxuria & idololatria & ingluuie ventris, & ibi vitam finiunt. a Quia deest triticum, quod reponebatur. b Vbi recondebatur triticum. c Cellaria. Id est, corda vel terrena abundantia. a Cum omnia ruerint nunc ingemiscent egestate bonorum. b Non homo, non imago Dei viuentis. c Et cur. a Comparatus iumentis insipientibus similis fact. est il. b Vitæ æternæ. a Populus meus per me clamabit. b Quod ignis solet facere in stipula & flamma in vepribus hoc facit eruca & lo. bru. ru. a Plana camporum aut prata, vel quælibet loca herbis virentia, quæ pascua dabant iumentis. b Vt fruges & poma interierunt. a Non solus propheta, vel populus per prophetam. b Non solum homines. c Ad te rorem misericordiæ flagitantes. a Ebibiti & exhausti a multitudine hostium. b Me dereliquerunt fontem aquæ vi. c Vastatio locustarum. a Omnem pascuam agri.

c *Demolita sunt horrea.* † RVPERT. in com. Cum Antiochus ciuitatem armis cepit fuerũtque toto triduo octoginta millia interfecti, & quadraginta millia vincti, desolatio hæc facta est, &c. Sed quid sibi vult quod percunctatur & dicit,

d *Quid ingemuit animal?* † IBID. Nimirum brutis animalibus & gregibus armenti similes eos vult haberi, quamuis homines sint, qui ingemiscere nesciunt, nisi pro penuria cibi: nullum habentes dolorem de peccatis suis, & hoc solum esse miserum reputantes, si ventri quippiam desit.

De eis qui plus timent inediam ventris quã offensam Dei.

Quid ingemuit. HIERONYMVS supra. Vel, gemebant pecora exicatis omnibus propter peccata hominum.

e *Ad te clamabo domine.* † RVPERT. in comment. Quod si aliquis quærat, Tu autem quid agis, o propheta, vt exemplum tuum sequatur homo rationalis? *Ad te* inquit, *domine clamabo, &c.* Tibi domine peccata mea confitebor, ego, vel omnis rationalis; quia propter peccata nostra traditi sumus in manu hostili, qui terram nostram vastauerunt, & successerunt igni. Nec hoc solum, sed tãta est siccitas & defectus imbrium, vt exsiccatis fontibus, bestię quoque agri pereant, pœnam sustinentes propter peccata hominum.

Bestiæ affl. ctæ propter homines quibus ser. uiebant.

HIER. in com. Prædictis malis, quæ erant ventura, propheta in sui & populi persona loquitur ad Deum. Notandum quod nec propheta nec populus clamaret ad dominũ, nisi per ablationem deliciarum. Quod ad virum quondam iustũ potest referri, qui cum a iustitia declinauerit & malum fecerit, pristinæ virtutes non proderunt ei, sed iudicabit eum Deus in quibus inuenerit.

De lapsis, qui fuerant iusti.

IBID. MYSTICE. Per desertum figuratur Gentilitas, per idololatriam flore virtutum destituta. Vel secundum illud, *Quia multi filij deserta magis quam eius quæ habet virum.* Huius deserti speciosa, id est, bona opera & virtutes, *ignis*, id est, diabolus *deuorat*, sicut flamma consumit stipulam. Sed contra has sagittas diaboli debemus clamare sicut area sitiens, vt eas extinguat ros diuinæ misericordiæ.

Isa. 54. a. Sagittæ diaboli.

IBID. Aliter: Per fontes, qui exiccati sunt, potest intelligi doctrina Christi, quæ exiccata est in illis, ex quo a Deo recesserunt per ignem libidinis, inanis gloriæ, ingluuiei, & iracundiæ. Sicut area desiderat imbrem, sic omnes illæ bestiæ attritæ siti & fame clamabant ad dominum.

Quo extinguatur in nobis doctrina Christi.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et clamate ad dominum, A a a. *In Hebræo est vna dictio & sonat sic, aha, & est interiectio dolentis.*
2 Quia prope *id est, dies sua vindictæ inferendæ, & ideo monebat propheta ad dominum clamare, vt saltem temperaretur rigor suæ iustitiæ.*
3 Et quasi vastitas a potente veniet, *scilicet, a Deo, cuius vindicatio impediri non potest, nisi per suam clementiam.*
4 Numquid non cor. oculis ve. alimenta perierunt, *i. cito peribunt.*
5 De domo Dei vestri læt. & exultat. *quia Leuitæ non cantabant cantica lætitiæ, sed magis lamentationis pro miseria terræ.*
6 Computruerunt iumenta in stercore suo, *quia propter sterilitatem terræ, non habebantur stramenta ad sufficiendum eis.*
7 Demolita sunt horrea; *id est, contenta in horreis.*
8 Dissip. sunt apothecæ, *id est, cõsumpta sunt quæ erant reposita pro victu.*
9 Quid ingemuit ani. *Respondet.*
10 Quia non est pasc. &c. *Omnia enim virentia fuerunt corrosa. Ideo exclamat propheta dicens,*
11 Ad te clamabo, &c. *in oratione pro subleuatione nostræ miseriæ.*
12 Quia ignis, &c. *Ignem autem, & ignis flammam vocat ventum vrentem segetes rubiginantem, & etiam erucam, bruchum & locustam quæ ex sua corrosione ita reddebant vegetabilia arida, ac si cucurrissent ibi ignis & flamma.*
13 Sed & bestiæ agri. *s. syluestres.*
14 Quasi area. *i. desiderans.*
15 Suspexerunt ad te, *præ sitis lassitudine, ideo sequitur,*
16 Quoniam exiccati sunt fontes aquarum, *Ex vehementia venti vrentis siccitatem causantis.*

CAP.

MORALITER.

1 *Et clamate, &c.* per deuotam orationem.
2 *Quia prope est dies domini.* i. dies mortis, in qua venit dominus ad particulare iudicium morientis.
4 *Numquid non.* s. sacræ scripturæ & eucharistiæ perceptio, q. d. Sic. Nam in ecclesia primitiua fideles communicabant quotidie, nunc autem vix semel in anno.

Frequentatio communionis in Ecclesia primitiua.

6 *Computruerunt.* GREG. *Iumenta in suo stercore putrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire.*
7 *Demolita sunt horrea.* i. doctores & prædicatores per malam vitam in quibus tamen debent reponi victualia fidelium verbo & exemplo, ideo sequitur,
9 *Quid ingemuit animal.* i. simplices fideles quare passi sunt detrimentum boni? Et subditur responsio,
10 *Quia non est pascua eis.* i. exemplum bonum vitæ & doctrinæ a superioribus suis; propter quod propheta recurrit ad dominum, dicens,
11 *Ad te clamabo domine.* Et subditur causa, cum dicitur,
12 *Quia ignis*, scilicet, auaritiæ & lasciuiæ,
† *Comedit speciosa deserti.* scilicet, ecclesiæ, (qui sunt clerici & religiosi) & per consequens alios: ideo subditur,
† *Et flamma.* Et quoniam hoc malum prouenit a maioribus, ideo sequitur,
16 *Quoniam exiccati sunt fontes*, id est, prælati, doctores & prædicatores, qui per indeuotionem sunt exiccati, & sic non intendunt fidelium saluti.

Plebs ruens in peccata propter socordiam prælatorũ.

ADDITIO I.

In cap. 1. Ioel vbi dicitur in Postil. Primum est quibus propheti. &c. *Verba Hier. in hoc prologo posita, sane intellecta, non contrariantur verbis suis in epistola ad Paulinum prout Postillator æstimare videtur. Pro quo sciendum, quod secundum quod ponit Hier. in hoc prologo, tempora in quibus prophetauit Ioel eadem sunt temporibus in quibus Oseas prophetauit. s. in diebus Oseæ, Ioathan & Achaz., &c. Sed Oseas sæpe nominat Ephraim & Samariam, ad designandum quod ibi loquitur de x. tribubus, quarum ciuitas metropolis erat Samaria, & primus rex s. Ieroboam fuit de tribu Ephraim: & quandoque nominat Iudam & Ierusalem vt designet quod ibi loquitur de duabus tribu-*

Hieronymus non secũ pugnat, vt videtur Postill.

Licet Ioel non nominet 10. tribus, tamen de terra ipsarum innuere aliquid potuit.

tribubus. Sed propheta iste Ioel licet ista quæ prophetauit præsertim de eruca & brucho, &c. in tota terra Israel. s. 12. tribuum contigisse intelligantur, numquam tamen in sua prophetia fecit mentionē de x. tribubus. s. nominando Ephraim vel Samariam, sicut Oseas: sed solum Iudam, Sion, & Ierusalem. vt patet currenti per totam suam prophetiam, & ideo cùm dicit Hieron. in prologo super hunc prophetam quod ad tribum Iuda & Ierusalem prophetauit; nullam omnino faciens de 10. tribubus mentionem, intelligendum est quod tota sua prophetia non nominauit Ephraim nec Samariam nec aliquid huiusmodi ad 10. tribus tantum pertinens. Quod autem dicit in epistola ad Paulinum quod Ioel describit terram 12. tribuum eruca brucho, &c. vastatam & consumptam, intelligendum est, quod hæc vastatio ad totam terram 12. tribuum se extendit, licet non nominasset Samariam & Ephraim & huiusmodi. Quod autem ista contigissent etiam in terra 10. tribuum satis patet ex eo quod allegatur in postilla ex historia 4. Reg. vnde quod postillator concludit, quod de dictis Hier. parum videtur tenendum in proposito, manifestum est minus rationabiliter esse dictum.

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in postilla: Similiter secundum dictum.

Bruta animalia inueniuntur in scriptura designari nominibus hominum.

Secundum dictum seu secunda expositio non videtur rationabiliter improbari à Postillatore: nam bruta animalia inueniuntur in sacra scriptura designari nominibus hominum, præsertim sub omnibus collectiuis, propter certas eorum actiones seu proprietates quibus hominibus assimilantur, vt cum dicitur Prouerb. 30. d. Formicæ populus infirmus. Lepusculus plebs inualida: ideo cum dicitur: Hic Gens enim ascendet super terram meam, similiter populus fortis & huiusmodi bene potest intelligi de locusta quæ ascendit ordinate sicut acies in bello, vnde Prou. vbi supra. Locusta regem nō habet, sed egreditur per turmas. Facit etiam pro ista expositione secunda, quia in multis locis loquendo propheta de ista gente, populo vel exercitu, adiungit hoc aduerbium similitudinis. s. quasi, vt cum dicitur: Quasi aspectus equorum aspectus eorum, & quasi equites sic currunt. Manifestum est autem quod in exercitibus Chaldæorum, Assyriorum & huiusmodi, veri equites erant, & veri equites, & sic non debebant nominari per similitudinem, sed per essentiam & realitatem. Similiter quod dicit, velut populus fortis præparatus ad prælium, & quasi fortes current, & quasi bellatores ascendēt murum, & multa similia, quæ hic ponūtur, magis proprie dicerentur sine similitudine, posset enim dicere de populo Chaldæorū, Græcorum & huiusmodi tempore sui dominij, quod erat populus fortis præparatus ad prælium, & quod erant viri bellatores & huiusmodi. Vnde hæc secunda expositio videtur planior, quantum ad sensum litteralem. Si autem quæratur sensus figuratiuus, quod tamen non est præsentis speculationis, per erucam notatur libido, per locustam inanis gloria, per bruchum ingluuies ventris, per rubiginem ira: prout habetur in gloss. vbi multa alia figuratiue circa hæc traduntur.

Prou. 3. d.

Quod hic de eruca, &c. dicitur sustineri potest vt dictū simpliciter parabolice.

REPLICA. In primo cap. Ioel. Postil. inquirens quibus Ioel prophetauerit, ostendit beatum Hieron. variè loqui in prologo huius prophetiæ, & ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris, per consequens eius dicta declinat. Sed Burg. saluans beatum Hier. à contradictione & bene; dicit quædam quæ non videntur vera. Dicit namque quod de regno decem tribuum nulla fiat specialis mentio in tota prophetia Ioel. cuius falsitas videri potest. Nam sicut regnum decem tribuum designatur per Ephraim & Samariam, ita etiam in libris Reg. 3. & 4. & Para. 2. duodecim tribus significantur per regnum Israel, quia post recessum decem tribuum à regno Roboam, semper regnum Israel in scriptura est distinctum contra regnum Iuda. Nunc autem in tertio cap. Ioel distinctè loquitur de vtroque dicens: Cùm conuertero captiuitatem Iuda & Israel, & infra. Vocat Deus hereditatem suam Israel. Et ca. vlt. Ioel. distinguit inter illa duo regna dicens: Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam: & dominus spes populi & fortitudo Israel, &c. Patet igitur, quod per falsum nititur defendere beatum Hieron. qui non indiget sua defensione, quia Postil. beatum Hier. non improbat, sed declinat: & non immoratur, nec curat propter rationes quas ponit de vidua in Israel, &c. quæ vide in postil. Nec ponderanda est replicatio Burg. contra postil. quia dicit de metaphoris quibus homines significantur per bestias & econuerso, tales enim transsumptiones ad disputationem non pertinent.

Specialem mentionem 10. tribuum fieri à Ioele.

CAPVT II.

A a Canite tuba. HAYMO. Vox Dei ad prophetam, & ad alios qui legem obseruabant, & iterum pro metaphora locustarum describitur impetus Chaldæorum.

† THEOD. in com. Vt propheta preces adhibuit, rursus dominus iubet tubas ex lege institutas sonare in Sion: atque per præcones congregare omnes in montem Deo cōsecratum: quoniam inquit, appropinquat dies vltionis; quem si quis diem caliginis tenebrarum, & nebulæ, & turbinis vocaret, non erraret. Nā adeo ingentia in eo erunt mala, vt nemo sensum videndi percipiat, sed in tenebris & caligine se viuere suspicetur.

B Dies vltionis.

CAP. II.

¶ Vt omnis populus qui est in Ierusalem audiat & timeat.

¶ O propheta tu & tui socij manifestè prædicate aduentum Nabuchodonosor, vel Romanorum. a ¶ In ecclesia: vnde, Supra montem excel. ascen. &c. b ¶ Templo quod mihi sanctificaui: vel Christo.

a Canite tuba in Sion, vlulate in monte (a ¶ Vt. ¶ Per pœnitentiam.) sancto meo. Conturbentur omnes habitatores terræ (a ¶ Dediti terrenis. b ¶ Hoc clamate: quia ve. di. do. c ¶ Vltimæ captiuitatis, vel iudicij, vel finis cuiusque.), b quia venit dies domini (a ¶ Et non differetur.), quia prope est dies tenebrarum c & caliginis, dies nubis & turbinis. d Quasi mane expansum (a ¶ Subaudi, sic veniet, & expandetur super montes & valles Iudæorum.) super montes populus multus & fortis. e Similis ei non fuit

C † RVPERT. in com. Tribus exclamationibus quæ præcesserant, acrior hæc quarta, multoque vehementior est, secundum dissimilitudinem quartæ bestiæ, de qua testatur Daniel.

† CYPRIANVS lib. 2. adu. Iudæos cap. 19. Quod ipse Christus sit sponsus Ecclesiam habens sponsam, de qua filij spiritualiter nascerentur, scribitur apud Ioel: Canite tuba in Sion, &c.

D b Quia prope est dies tene. HIER. in com. In quo auferetur lumē lætitiæ à Iudæis per Chaldæos: quia omnia erunt plena pœnis & cruciatibus; vel, damnatis etiam in inferno caligo tenebrarum reseruatur.

c Quasi mane. Sicut aurora consurgens primum occupat montes: sic iudicium ab excelsis & potentibus incipiet, vt potentes potenter tormenta patiantur. Vel ad litteram. Sicut mane cito tenebras fugat & montes aurora collustrat; ita Babyloniorum super terram vestram fundetur exercitus.

Sap. 6. a.

E d Populus multus & fortis. IBID. Chaldæorum, ne puteris turbā inualidam. Vel, populus angelorum, vt reddam vnicuique iuxta opera sua.

F e Similis ei non fuit à principio & post eum non erit, &c. IBID. Non fuerunt Assyrij fortiores Romanis, nec Nabuchodonosor fortior Alexandro maximo rege. Sic ergo intelligendum est, Non fuit Gens similis Assyriis, nec rex similis Nabuchodonosor, à principio, scilicet, ex quo reges esse cœperunt, nec erit vsque in annos generationis,

Romani Assyriis fortiores, & Alexander Nabuchodonosor.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT II.

Canite tuba. Hic consequenter inducit propheta ad lamentum pro vastatione terræ fienda per quatuor regna supradicta, dicens,

1 Canite, non canticum lætitiæ, sed tristitiæ, ideo subditur, Vlulate.

2 Conturbentur om. habitatores. id est, totius Iudæa.

3 Quia venit dies tenebrarum, id est, tempus suæ vltionis.

4 Quia prope est. i. tempus multarum miseriarum & calamitatum: Quod potissime habet locum in prima destructione templi per Chaldæos & secunda per Romanos; & in eius prophanatione per Græcos, quando Antiochus abominandum idolum posuit in templum Dei 1. Machab. 1.

5 Quasi mane. Mane est principium diei, quod cum incipit lucescere super terram, statim expanditur super totam terram ab oriente in occidentem, & in hoc notat exercituum multitudinē, qui de quatuor regnis supradictis venerunt contra Iudæam.

6 Similis ei non fuit, quilibet enim in aliqua conditione excessit alios,

---

MORALITER.

† 1 Canite tuba in Sion. Præcedens capitulum expositum est mysticè de vastatione ecclesiæ per culpam, ideo præsens cap. consequenter est exponendum mysticè de eius expiatione per pœnam: quod maximè fiet in Antichristi persequutione, quæ erit ad purgationem electorum. Sic igitur dicitur, Canite tuba, scilicet prædicationis, de qua Isaias quinquagesimooctauo a. Quasi tuba exalta vocem tuam.

Ecclesia punita & purgata per persecutionem Antichristi.

† In Sion, id est, in ecclesia; & quid sit prædicandum subditur,

3 Quia venit dies do. id est, punitionis eius per Antichristum, qui in dicta purgatione erit eius instrumentum: nam Deus ita potens est & bonus, quod hominum malis voluntatibus vtitur ad bonum; vt sæuitiâ tyrannorum ad gloriam martyrum.

Deus malis vtitur ad bonum.

5 Quasi mane expansum. quod velociter videtur ab oriente in occidentem, & sic erit aduentus exercitus Antichristi.

6 Similis ei non fuit. Quia numquam talis persequutio fuit.

† Ante

tionis, id est, vsque ad Alexandrum, qui primus regnauit super totam Græciam, & generationis .i. vsque ad tempus Romanorum.

† THEOD. in comment. Per hæc vtrumque designat, & locustam, & hostium exercitum. Etenim illa & hi planitiem, & montium vertices multitudine cooperuerunt. Quod à principio non fuerit aliud simile bellum, indefinite demonstrauit: quòd verò non erit, cum quadam definitione & termino posuit, cum ait: *Vsque in annos, &c.* Docet vt hostilis impetus omnia vastabit. Tantam inquit calamitatem in terram inuehet, vt ea quæ conspectu ipso similia erant horto delitiarum, cum essent à malo periculo integra: post impetum, non dissimilia sint agro vastato, & funditus perdito; nam sic funditus peribunt, vt fuga quidem salutem nullam sint adepturi.

Miserrima facies Iudææ per Chaldæos vastatæ.

à principio, & post eum non erit vsque ad annos generationis & generationis.[1] Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma. Quasi hortus voluptatis terra coram eo: & post eum solitudo deserti, neque est qui effugiat eum.[4] Quasi aspectus equorum aspectus eorum, & quasi equites sic current.[5] Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam, velut populus fortis præparatus ad prælium.[6] A facie eius cruciabuntur populi, omnes vultus redigentur in ollam.[7] Sicut fortes current,

a ¶ Nulla pœna potest ei comparari, quæ erit in die iudicij. a ¶ Deus noster ignis consumens est, qui exuret lignum fœnum & stipulam. b ¶ Vt nihil inultum relinquat. a ¶ Quem non attigerit, vbi non inueniet materiam combustionis. a ¶ Quem attigerit in cinerem redigat & fauillam. a ¶ Erucarum, locustarum, bruchorum & rubigi. a ¶ Ad cruciandos quos in potestatem acceperint. ¶ Subaudis, auditur. a ¶ Excelsos quosque & in Ecclesiæ culmine constitutos cruciare cupientes. b a ¶ Sic saltus emittent ipsæ locustæ. b ¶ Ita venient parati punire. a ¶ Ita venient præparatæ locustæ, & tamen dum locustas legimus, Babylonios intelligimus. a ¶ Tantus erit terror omnium; tanta conscientia peccatorum, vt nullus luceat, nullus fulgorem gaudij habeat. ¶ Præ timore. a ¶ Subaudis viri. b ¶ Locustæ per terram Iudæorum.

c *Sicut sonitus.* HIER. in com. Ita, subaudis, sonitus & terror vocis eorum cuncta populabitur, & sic cuncta vastabunt, sicut flamma stipulam. Vel: *Sicut sonitus quad.* Sic erit sonitus locustarum. *Super capita montium exilient.* Vt omnia excelsa conscendant. Quando locustæ à Deo mittuntur, in tantum magnum sonum faciunt, vt à sexto milliario audiri possit sonitus eorum, sicut tradunt illi in quorum fines consueuerunt venire.

Ingens sonitus quem præmittit locustarum exercitus aliquo aduenientis.

† RVPERT. in com. Quod dicitur, *Sicut sonitus quadrigarũ, &c.* Certam designat illorum gloriam triumphalem quod sine dubio victoriam perficiant, & cum quadrigis victricibus more suo ducant triumphi pompam nobilem. Temeritatem verò Iudaicam subsannat dicendo, *Super capita montium exilient*, quòd Deo sibimet irato, ausi sunt contra semetipsos prouocare ad bellum victores omnium gentium, quasi ipsi montes Iudææ intransmeabiles essent. Deinde quod ait, *Sicut sonitus flammæ, &c.* igni proculdubio consummandam esse declamat eamdem victoriam. Vltimam declamationis clausula qualitatem pulchre eximit erucæ siue locustarum, dicendo, *Velut populus fortis, &c.* inculcans quod non realiter locustæ existimandæ sunt, sed sub nomine illo, multitudo hominum.

Triumphus ductus de Iudæis.

a *Ante faciem.* HIER. in commen. Describit aduentum Nabuchod. quidquid attigerit quasi vorax flamma consumet: quia quæcumque Gens tumorem eius audiebat, præ timore dissoluebatur, & si super eam transisset, sicut ignis, omnia deuorabat, nihil integrum relinquens.

b *Quasi hortus.* IBID. Sicut paradisus repletur omni amœnitate, sic terra Iudæorum plena erat omnibus bonis, antequam ille vastasset: sed ille in desertum redegit, vnde subditur,

c *Neque.* IBID. Voluit fugere ab eo Sedechias & principes eius: sed deprehensi sunt ab exercitu eius, & principibus eius occisis, Sedechias oculis orbatus est, & in cauea quasi leo ductus in Babylonem.

4. Reg. 25. b.

d *Quasi equites.* IBID. Non Babylonij equitibus comparantur, sed locustæ per translationem, quasi equites hostium, dicuntur huc illucque discurrere.

† RVPERT. in commen. Verùm de Babyloniis, fortitudinem atque velocitatem tam multi populi breuibus & celeriter currentibus declamauit sententiis. Quod enim equis similes pronuntiantur, superbiam atque fortitudinem, simulque præliandi auiditatem illos habere innuit, secundum gestus eiusdem animalis natura ferocis & superbi, dicente domino ad Iob: *Terram vngula fodit exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus, fremens sorbet terram, nec reputat tuba clangorem, &c.*

Equorum ferocitas & superbia.

Iob 36.

† THEOD. vbi supra. Si vero de locusta dicta explanemus, hoc ipsum, *quasi aspectus equorum, &c.* intelligemus experientia ad hoc magistra vtentes. Nam si quis locustæ caput diligenter consideret, persimilem equo inueniet. Cum volat, eam videas nihil equo de celeritate concedere: tum flammæ instar fruges eradere, & frondes deuorare. Quinetiam & cùm volat, & cùm repit, similis est multitudini ad bellum comparatæ: nam inter se comparatæ exercitus speciem præbent, ac velut quemdam ordinem militarem repræsentant.

Caput locustæ equino simile.

Incessio locustarum adinstar instructæ aciei.

f *A facie eius cruciabuntur populi omnes.* HIER. in com. id est, à præsentia exercitus locustarum cruciabuntur populi, & omnes vultus, (subaudis, Iudæorum) redigentur in similitudinem ollæ: quæ igni apposita nigredine & fuligine circumdatur.

† THEODORETVS in comment. Hominibus eiusmodi calamitas infligetur, vt eorum facies euasuræ sint similes ollæ igne quodam infuscatæ. Fames nimirum & inopia hanc corruptionem inferent. Quæ sequuntur, similiter de hostibus & locustis intelligemus. Nam locustas non aliter quam hostes videre licet in muros ascendere, ac iter facere, nec vlla necessitate se detrahi patiuntur, sed tamquam imbutæ quadam conspiratione, impetum faciunt.

g *Sicut fortes current.* HIER. in comment. Cùm Chaldæi venirent ad portas Ierusalem, vnusquisque via, qua primum venerit, ad murum ingreditur, faciens sibi aditum in muro.

Non

NICOLAVS DE LIRA.

alios, vtpote populus Assyriorum in cupiditate, Chaldæorum in ferocitate, Græcorum in dolositate, plus enim nocuit hoc regnum Iudæis dolositate quam potestate, vt patet 1. & 2. Machab. Romani vero in potestate: propter quod illud regnum vocatur ferreum Dan. 2. quia sicut ferrum domat omnia, ita regnum Romanorum domauit alia regna.

Quælibet gens in vno aliquo excellit.

1 Ante faciem, &c. *quia in primo ingressu Iudææ comburebant villas non clausas fugientibus inde habitatoribus.*

2 Et post eum exurens flam. *quia habita victoria comburebant ciuitates munitas & fortalitia, & maxime populus Chaldæorum & Romanorum, qui combusserunt Ierusalem & templum.*

3 Quasi hortus voluptatis, *id est, erat pulchra & plena fructibus bonis ante aduentum cuiuslibet exercitus.*

4 Et post eum solitudo deserti, *quia in recessu suo dimittebant terram vastatam.*

5 Neque est qui effugiat eum, *id est, pauci poterunt effugere propter persequentium velocitatem, ideo sequitur,*

6 Quasi aspectus equorum, *velociter currentium,*

7 Et quasi equites, *scilicet, pedites.*

8 Sicut sonitus. *in hoc etiam notatur multitudo aduersariorum ex magno sonitu qui causabatur ex fragore armorum & incessu turbarum.*

9 Velut populus. *id est, munitus omni genere armorum.*

10 A facie eius. *ex solo aspectu.*

11 Omnes vultus redigentur in ollam. *i. in olla nigredinem ex anxietate, & ex fumo procedente ex igne accenso ab eis per omnia loca Iudææ.*

12 Sicut fortes current, *non impediti armorum pondere.*

Quasi

MORALITER.

1 *Ante faciem eius.* Hoc dicitur de prænuntiis Antichristi.

2 *Et post eum.* nam post Antichristi mortem erit ignis conflagrationis elementorum.

Ignis conflagrationis.

3 *Quasi hortus.* nam status mundi erit valde delectabilis ante persequutionem Antichristi respectu temporis suæ persequutionis: Appositis enim iuxta se contrariis maiora & minora videntur, primo Elenchorum.

5 *Neque est, &c.* Hyperbole est, quia pauci effugient eius manum.

6 *Quasi aspectus.* nam Antichristus & eius exercitus erunt valde terribiles in aspectu & veloces in decursu.

Magnitudo persecutionis Antichristianæ.

8 *Sicut sonitus flammæ ignis.* quia sicut stipula non potest resistere flammæ, sic nec fideles Antichristi violentiæ per corporalem defensionem, sed tantum per patientiæ virtutem.

† Viri

a *Non declinabunt.* HIER. in com. Locustæ implentes opus à Deo sibi iniunctum ordinate volabunt nec declinabunt in alteram partem, ne alia videatur impedire aliam.

b *Sed & c.* IBID. Metaphoram exequitur locustarum, quibus nihil inuium; dicitur enim quod quando locustæ pro flagello à Deo mittuntur, non solum super domos & muros discurrunt, sed etiã per interiora domorum huc illucque volant. *Fenestra* quinque sensus, per quos mors intrauit per has ingredi cupiunt hostes & capere vrbem bonæ conscientiæ.

Quinque sensus exteriores.

c *Intrabunt.* Sicut fur intrans per fenestram solet occulte rapere: sic illi clausis ianuis, non timore, sed præcipitata audacia per fenestras auiditate diripiendi intrant.

† THEOD. in com. Locustæ arma habent naturalia, dentes, alas, & cetera membra: hostes vero, artificio cõfecta. Atqui inquit, & hi & illæ assidue armis vtentur, & bellum inferentes, & quibus infertur.

d *A facie eius contremuit terra, moti.* HIER. in com. Quando metu Dei locustę de loco ad locum transeũt, sua multitudine solent radios solis à terra excludere, & eam quasi nubes obumbrare: per similitudinem quarum dicitur, cum venerint Assyrij, tantus pauor inuadet Iudæos in afflictione positos, vt non solum terra, sed etiam cælum, & omnia elementa videantur esse commota. Aliter. Possunt per solem reges intelligi, Ioakim pater, & Ioachim filius, & maxime Sedechias; per lunam regina; per stellas principes Iudæorum, quibus cum caperentur ab hostibus, omnia versa sunt in tenebras.

Tanta locustarum frequentia vt sua multitudine solis auferat aspectum.

† THEODOR. in com. Possunt hæc alia quoque ratione explicari qui nimirum in calamitatibus versantur, tamquam in tenebris quibusdam agentes, cæli statum non sentiunt, neque esse lumine immobilem suspicantur: non luce diem, non aliquo lumine mortem metiuntur; sed funditus euersa esse omnia arbitrantur.

De stupore præ nimia magna calamitate.

e *Sol & luna.* HIER. in com. Tanta miserorum supplicia videre nõ poterunt sed mœrebunt, & pro claro lumine horrendis operientur tenebris. Omnia ista, à loco vbi scriptum est, *Canite tuba in Sion*, possunt referri ad diem iudicij, quæ erit terribilis cũ damnabuntur omnes impij. Tunc mouebuntur cæli & terra, & sol & luna, & stellæ obtenebrabuntur: Sicut dicit dominus, *Cælum & terra transibunt, & virtutes cælorum mouebuntur.*

Dies iudicij. Matt. 24. c.

a ¶ Non per portas intrabunt. b ¶ Ierusalem. ¶ Omnem munitionem, nec altitudo murorum eas tenebit.

quasi viri bellatores ascendent murum.[1] Viri in viis suis[2]

a ¶ Credita sibi in peccatores supplicia persequitur.

a gradientur, & non declinabunt à semitis suis.[3] [8] Vnusquis-

a ¶ Proprium explentes officium.

que fratrem suum non coartabit, singuli in calle suo ambu-

a ¶ Ne sit mora clausis ianuis. b ¶ Id est, infirmabuntur.

b labunt. Sed & per fenestras cadent, & non demolientur.[4]

a ¶ In munimentis vestris. b ¶ Quas bonis operibus ædificabimus. ¶ Iudæorum.

[9] Vrbem ingredientur, in muro current.[5] Domos con-

a ¶ Vt sagittent in obscuro rectos corde. b ¶ A præsentia exercitus locustarum.

c d scendent, per fenestras intrabunt quasi fur.[6] [10] A facie eius

a ¶ Hyperbolice. b ¶ Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

e contremuit terra,[7] moti sunt cæli.[8] Sol & luna obtenebra-

a ¶ Quia etiam qui sancti sunt præsentiam Dei absque formidine non videbunt.

f ti sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. [11] Et do-[9]

a ¶ Dabit. b ¶ In minimis quoque animantibus magna Dei virtus ostenditur. c ¶ Id est, dæmonum, qui sunt castra Dei, quia etiam ei nolentes militant.

minus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui,[10] quia multa sunt nimis castra eius,[11] quia fortia & facien-

a ¶ Hinc patet Babylonios Dei voluntate venturos, & eius imperio parituros. b ¶ Vindictæ. c ¶ Etiam bonis.

g h tia verbum eius. Magnus enim dies domini, & terribilis[12]

a ¶ Quis Iudæorum potuit euadere de necessitate captiuitatis & mortis.

i valde. Et quis sustinebit eum?[13] [12] Nunc ergo dicit dominus:[14]

a ¶ Non solum in labiis, sed toto intellectu & voluntate & operatione. b ¶ Vt in futuro saturemini. c ¶ Vt rideatis.

Conuertimini ad me in toto corde vestro,[15] in ieiunio & fletu[16]

a ¶ Vt consolemini. b ¶ Aperite corda vestra per confessionem fidei, quasi vtres plena sunt peccatis, & nisi scissa fuerint sponte rumpentur. c ¶ Sicut mos erat Iudæis facere tempore tristitiæ vel aduersitatis.

& in planctu,[17] [13] & scindite corda vestra & nõ vestimẽtã vestra.[18]

f *Et dominus dedit vocem suam ante.* IBID. Et hoc non facient locustæ, vel Chaldæi sua virtute, sed Dei voluntate: qui in aduentu hostium incutiet terrorem nimium Iudæis.

g *Magnus enim dies domini, & ter.* IBIDEM. A principio huius prophetiæ vsque ad hunc locum, quo dicitur, *Magnus, & c.* cõminatio est & descriptio eorum, quæ Deus populo peccatori illaturus sit. Ab hoc autem loco vsque quo ait: *Quare dicunt in populis; vbi est Deus eorum?* Cohortatio est ad pœnitentiam.

Cohortatio ad pœnitentiam.

h *Et quis.* IBID. Q. Aut nullus aut rarus diem iudicij poterit sustinere, qui non in se præbeat materiam sæuiendi.

i *Nunc ergo dicit dominus.* IBID. Prædicta captiuitate per similitudinem locustarum inuitat Iudæos ad pœnitentiam, vt prædicta mala possit euitare. Q. d. Ideo hæc omnia comminatus sum vobis, vt per terrorem supplicij adducam vos ad pœnitentiam peccati.

† THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quasi viri bellatores, *id est, exercitati in arte bellandi.*

2 Ascendent murum, *id est, ad ciuitates occupandum.*

3 Viri in viis suis, &c. *id est, ordinate incedent, quod non nimis separabuntur ab inuicem, nec nimis coniungentur; Dicit enim Vegetius lib. de re militari, quod ista est optima dispositio bellantium, ita quod per nimiam separationem aduersarij non ingrediantur aciem, & per nimiam coniunctionem vnus non impediat alium ad inuadendum aduersarios.*

Dispositio aciei bene instructæ.

4 Sed & per fenestras, *id est si contingat eos per fenestras domorum intra cadere, non lædentur inde. In Hebræo tamen habetur,* In armis stabunt, & vtile non quærent, *id est, non quærent diuitias principaliter, sed interficere homines: & hæc videtur verior littera, quia de fenestris sequitur,*

5 Per fenestras, *id est, ita latenter, quod existentes intra, sibi de defensione non poterunt prouidere.*

6 A facie eius contremuit terra, *id est, homines in terra habitantes.*

7 Moti sunt cæli, *id est, angeli qui sunt ciues cælestes: Angeli enim ad custodiam diuersarum Gentium deputati pugnant adinuicem pro Gentibus sua custodiæ commissis, vt habetur Daniel. 10. quam pugnam exponit Dionysius etiam de bonis angelis: tamen hæc pugna est inter eos sine discordia, vt ibidem plenius fuit dictum, & hæc pugna vocatur hic motio cælorum.*

Pugna Angelorum.

8 Sol & luna. *Loquutio est metaphorica per quam intelligitur hominum tribulatio magna, eo modo loquendi quo dicitur etiam vulgariter tempus nubilum, tenebrosum. Vnde dicit poeta:* Cum fueris fœlix multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Ouidius 1. Tristium.

9 Et dominus dedit vocem, *immittendo Iudæis terrorem.*

10 Ante faciem exercitus, *eo quod erant exequutores diuinæ iustitiæ, licet hoc facerent iniqua voluntate, vt frequenter dictum est, supra in Isaia & Ieremia.*

11 Quia multa sunt nimis, *quilibet enim dictorum exercituum fuit valde magnus in multitudine & fortitudine.*

12 Magnus enim dies domini, *scilicet, in ostensione suæ vindictæ. ideo subditur,*

13 Et quis sustinebit eum? *quasi dicat propheta, non poterimus sustinere, & hoc maxime apparuit in ciuitatis & templi destructione, primo per Chaldæos, & secundo per Romanos.*

14 Nunc ergo dicit dominus. *Postquam propheta prædixit desolatoria, hic incipit denuntiare consolatoria. Et quia actus actiuorum sunt in patiente & disposito, ideo primo inducit populum ad debitam dispositionem: secundo, denuntiat diuinam consolationem ibi,* Zelatus est. *Debita vero dispositio ad perceptionem diuinæ consolationis est veritas pœnitentiæ & contritionis: Matt. 5. a.* Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: *Ideo dicitur in persona domini,*

Diuisio.

Pœnitentia disponit ad suscipiẽdam consolationem diuinã.

15 Conuertimini ad me in toto corde, *id est veraciter & integraliter.*

16 In ieiunio, *vt carnem affligendo spiritus ad Deum eleuetur.*

17 Et scindite corda. *malas cogitationes rescindendo.*

18 Et non vestimenta. *Mos erat Iudæis in tristitia positis sua scindere vestimenta, vt patet in pluribus locis ve. testamenti: sed hoc parum valet, aut nihil, nisi adsit scissio cordis modo dicto.*

Contritio cordis.

MORALITER.

† 3 *Viri in viis suis, &c.* Quia satellites Antichristi in malis suis prosperabuntur. Sed quoniam pœna comminata aliquando per pœnitentiam tollitur, vel minuitur; ideo subditur,

14 *Nunc ergo dicit dominus.* Et quoniam dominus, *Post tempestatem tranquillum facit, & post lachrymationem & fletum gaudium & exultationem*

† THEOD. in comment. Post horribiles minas, in consolationem & consilium conuertit sermonem, dicens, *Conuertimini ad me, &c.* Non diuidentes cor in voluptates & vota, sed ieiunio & lachrymis vtentes. *Scindite corda, &c.* hoc est, resipiscentia vtamini, & rebellionem animi, & peruicaciam mitigate, salutaria capite consilia, & nequitiæ via relicta, ad Deum compendio perducentem viam ingrediamini. Nam misericordiæ & miserationis permulti apud eum fontes existunt; & quoniam maxime patiens est, non statim minas in executionem reuocat. Hoc significauit cùm dixit, *Præstabilis super malitia,* perterrefaciens pœnarum minis, atque hominum in melius commutatis animis, commutans minas in placabilitatem. Neq; tamen Deus nunc hoc, nunc illud vult: neque similiter vt nos, eum pœnitet eorum, quæ facit: sed interea dum minatur, habet apud se misericordiam, quam his quos peccasse pœnitet, largitur.

Hortatio ad pœnitentiam proposita Dei benignitate. Ionæ 3.d. Supr. 1.c.

c *Sanctificate ieiunium.* † BERN. serm. 4. de quadr. Omnino solliciti estote vt alas duas habeat ieiunium vestrum, sanctimoniam, scilicet, & pacem, sine qua nemo videbit Deum. *Sanctificate ieiunium,* vt pura intentio, & deuota oratio diuinæ illud offerat maiestati: *vocate cœtum,* vt congruat vnitati.

Conditionis ieiunij laudati.

a ¶ Sic. a ¶ Quem fecerunt peccata alienum. b ¶ Et ne desperetis si peccata magna, quia maior est misericordia, & non vult mortem peccatoris, sed pœnitentiam.

Et conuertimini ad dominũ Deum vestrum, quia benignus [1] [2]
a ¶ Non statim punit, sed expectat. b ¶ Præstans misericordiam post pœnitentiam de malitiis.
& misericors est, pátiens & multæ misericordiæ, & præstábilis super malitia. [3] [4] [5] [6] **[14] Quis scit si conuertatur & ignoscat, &** [7]
a ¶ Q. Aut impossibile est sciri, aut difficile, ideo tutius est agere pœnitentiam. b ¶ Ab ira ad misericordiam. c ¶ Peccatis nostris.
a ¶ Id est, tribuat. b ¶ Id est, post suum flagellum & vindictam. c ¶ Remissionem peccatorum. d ¶ Et accepta remissione offeremus. ¶ Vnde, Immola Deo sacrificium laudis, & redde alt. vota tua.
relinquát post se benedictionem? Sacrificium & libamen [8] [9]
a ¶ Publice prædicate pœnitentiam in ecclesia. b ¶ Bona voluntate, oratione, & operatione.
domino Deo nostro. [15] Cánite tuba in Sion, sanctificáte ieiunium, vocate cœtum, [16] congregate populum, sanctificate [10] [11] [12]
a ¶ Synodum vel congregationem. b ¶ Vt qui dispersus errauit à Deo, congregatus in vnum Deo placeat. c ¶ Vt nullus sit in ea nisi sanctus, ne paruo fermento tota massa corrumpatur.
a ¶ LXX. Eligite. b ¶ Non tam ætate, quàm sapientia. c ¶ Quibus dicitur, Lac potum vobis dedi, non escam. d ¶ Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem.
ecclesiam, coádunate senes, cóngregate páruulos & sugéntes vbera. Egrédiatur sponsus de cubili suo, & sponsá de thalamo suo. [13] **[17] Intér vestibulú & altare plorabút sacerdotes mi-** [14] [15] [16]
e ¶ Vt tempore ieiunij non seruiant operi nuptiali, sed vacent orationi.
a ¶ Id est, porticum, quæ vestit interiorem domum: locus conueniens pœnitentiæ & confessioni. b ¶ Qui debent flere cum flentibus & alios ad fletum mouere.

† RVPERT. in com. Multo plus est *sanctificare,* quam *prædicare ieiunium,* quia hoc impij quoq; possunt, qui non remissionem peccatorum, sed tantummodo malorum præsentiũ ieiunando quęrunt remedium. Tale fuit ieiunium Achab, &c. Ieiunauit quidem, sed non sanctificauit ieiunium, atq; idcirco mercedem nõ recepit sanctorum, sed transitoriam. Igitur *sanctificate ieiunium,* id est, idcirco vt sancti sitis, celebrate ieiunium, &c.

3. Reg. 21. Ieiunium sanctificatum.

d *Coadunate senes, &c.* HIER. Qui sunt senes solummodo ætate, iubentur adunari, vt fal-tem in extremo vitæ termino pœniteant: Senes moribus & scientia, vt aliis præbeant exemplum & doctrinam.

De senibus ætate vel moribus.

† CYPRIAN. Epist. ad Aconianum de Nouatiano. Cum scriptum sit, *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum,* cupit peccatores pœnitentiam agere, & per hanc ad vitam redire. Ideo per prophetam Ioel reclamat, *Reuertimini ad me ex toto corde, &c.*

Cupit Deus vt pœniteãt peccatores.

a *Super malitia.* HIERON. Id est, afflictione pœnitentium, iuxta illud, *Sufficit diei malitia sua.* Et, *Si est malitia in ciuitate, quam dominus non fecerit.* Quia vero dixerat, *misericors Deus & patiens,* ne magnitudo clementiæ negligentes faceret ad pœnitentiam agendam, subdit propheta: *Quis scit.* Q. Hortor vos ad pœnitentiam, prædico Dei clementiam, sed tamen quia profundum sapientiæ & scientiæ Dei penetrare non possumus, tempero sententiam; opto potius, quam præsumo.

Matt. 6. d. Magnitudo misericordiæ diuinæ non debet nobis esse causa segnius pœnitendi.

† RVPERT. in com. In ipsa pœnitentia cautos esse cupit, & securitatem tollit, cum dicit, *Quis scit si conuertatur, &c.* Ac si dicat, Ego quidem hortor (quod meum est) ad pœnitentiam: & Deum ineffabiliter noui esse clementem. Sed quia profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei nosse non possumus, sententiam tempero. Tantum interim sacrificium Deo nostro offeratur, sacrificium contriti cordis, & libamen piæ confessionis, ac boni operis, Et quod nescimus si conuertatur & ignoscat, in eius arbitrio relinquamus, pendentes in spe miserationis.

b *Canite tuba in Sion.* HIER. in com. Prædicatores & prophetas hortatur sermo diuinus, vt prædicent pœnitentiam, antequam veniat hostilis gladius: Q. Superius vos monui ad pœnitentiam, & per commemorationem crudelitatis hostium, & per commemorationem meæ clementiæ; nunc autem iterum & iterum præcipio, *Canite.* c *Sanctificate*

e *Sugentes.* Nulla ætas sit, quæ non conuertatur, quia nullus est super terram nec infans vnius diei sine peccato est: Qui sic non tenetur actuali, tenetur originali.

Iob 14. secundum aliam translationem.

f *Egrediatur sponsus, &c.* † RVPERTVS. Idem est quod & Apostolus dicit, *Reliquum est vt qui habent vxores, tamquam non habentes sint.* Item. *Volo vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, &c.* Secundum huiusmodi prædicationem euangelicam siue apostolicam viuere, hoc est sponsum de cubili suo, & sponsam de thalamo suo exire.

† THEOD. Qui nuper sponsale iugum subierunt, etiam nuptialibus conuiuiis relictis, simul cum cetero populo pœnitentiæ lachrymas profundant.

g *Inter vestibulum.* HIER. Duo erant altaria, vnum in templo, quod incensi dicitur; aliud in porticu, ante fores templi, quod holocaustorum dicitur: vnde dicitur, Inter vestibulum & altare incensi & holocaustorum altare.

Duo altaria in templo.

† RVPERTVS. Quod dicit: *Ante vestibulum,* quod nos ante fores & porticum possumus dicere; *& altare,* assiduitatem significat religionis, & continentiæ sacerdotum, Leuitarum ceterorũque ministrorum domini, qui, vt parati sint semper ad orationes & hostias Dei iugiter offerendas, circa templum vel ecclesiam in sacris castisque domibus, hodieque cum regulari disciplina commanent quemadmodum hic propheta, cùm hæc diceret, futurum esse præuidebat.

Castitas ministrorum altaris.

h *Plorabunt.* Dicentes: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Aut quis scandalizatur, & ego non vror?*

¶ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et conuertimini, *eius misericordiam implorando.*
2 Quia benignus, *in affectu.*
3 Et misericors, *in effectu: dicitur enim misericors, qui miseriam alterius cordi accipit ad releuandum.*
4 Patiens, *conuersionem peccatorum expectando.*
5 Et multæ misericordiæ, *circa condignum puniendo.*
6 Et præstabilis super malitia, *peccata condonando.*
7 Quis scit si conuertatur & ignoscat? *Spiritussanctus enim tangit corda prophetarum secundum suum arbitrium plus & minus: & ideo aliquando per eos denuntiat sic pœnas futuras, quod licet tunc sint certi, quod talis reuelatio est à Deo, tamen adhuc ignorant aliquando vtrum sit prophetia prædestinationis, quæ semper impletur: vel solum comminationis, quæ propter pœnitentiam impeditur, sicut Ionas dixit,* Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, *& tunc ignorauit quod hoc esset impediendum propter pœnitentiam Niniuitarum; & sic iste propheta de plagis suprapositis ignorabat, & ideo verbum istud,* Quis scit si conuertatur, &c. *Non dicitur in persona domini, qui certitudinaliter cognoscit omnia futura, sed in persona prophetæ.*

Misericors quis dicatur. Prophetia prædestinationis & comminationis.

8 Et relinquat post se benedictionem, *Id est, suam gratiam in beneficiis temporalibus & spiritualibus.*
9 Sacrificium & libamen domino Deo nostro, *subintelligitur, fiat, ad placandum eius iram.*
10 Canite tuba in Sion. *ad populi conuocationem.*
11 Sanctificate ieiunium, *per carnis mortificationem.*
12 Vocate cœtum, *id est, omnes vtriusque sexus & ætatis, vt ex communi afflictione & deprecatione citius placetur Deus; & hoc modo fecerunt Niniuitæ Ionæ tertio.*
13 Egrediatur sponsus, *q. d. non est tẽpus vacandi amplexibus sed luctibus,*
14 Inter vestibulum, *scilicet templi,*
15 Et altare, *scilicet, holocausti.*
16 Plorabunt, *Cum lachrymis & deuote deprecantes,*

Par-

MORALITER.

† *tationem infundit,* vt dicitur Tobiæ 3. ideo finita tribulatione Antichristi, vel cuiuslibet alterius tyranni persequentis ecclesiam, potest dici quod postea subditur,

† Zela-

a *Eis nationes.* HIERON. in com. Dæmones, qui dum sumus impœnitentes, dominantur & dicunt: *Vbi est Deus eorum.*

b *Quare dicunt in pop.* † RVPER. in com. Sensus est. Quare ita propter te mortificamur tota die, vt vacet persecutoribus ac hostibus insultare & dicere, *vbi est Deus eorum?* Intendunt digitū in solem aut lunam, aut in aliquod simulachrum aureum vel argenteum, & dicunt: Ecce dij nostri, Deus autem ipsorum vbi est? Nusquam cōparet, neque enim videre illum, aut ostendere possunt, & nullū de illo habentes adiutorium toto die inter manus nostras mortificantur & pereunt.

Opprobria Dei veri obiecta Iudæis.

B Hæc opprobria inter innumera mortium tormenta sustinentes, & peccatis suis humiles sancti reputantes, *Parce* (inquiunt) *Domine parce populo, &c.* Non nimis diu manere permittas, *virgam peccatorum super sortem iustorum, &c.*

Psal. 124.

c *Zelatus.* HIER. in com. Quasi cum prædicta implessent populus & sacerdotes, amauit Deus terram suam, quam prius contempserat.

a ¶ Docet quid sacerdotes dicere, & quomodo Deum debeant deprecari. ¶ Dimitte peccata. b ¶ Iam tuo, quia pœnitet: prius non tuus dum peccaret.

nistri domini, & dicent: Parce domine, parce populo tuo, & (1)

a ¶ Hereditas mea Israel. b ¶ Vt seruiant Gentibus. c ¶ Scilicet.

a ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis (2, 3)

a ¶ Quæ comparantur erucæ, l. b. r. quæ dicebant captiuatis: Quare non iuuat vos Deus vester? b ¶ Id est, quare permittis dici à populis. c ¶ Quem defensorem putabant.

b nationes. Quare dicunt in populis: vbi est Deus eorū? [18] Zelatus (4, 5, 6)

c a ¶ Id est, vltus ad primum, & flagellauit Deus populum suum, sed postea placatus pœnitentia eorum, pepercit populo suo. b ¶ Animam in qua bonum semen seminat Deus.

d latus est dominus terram suam, & pepercit populo suo. [19] Et (†)

a ¶ Non tantum ad verba, sed ad facta eorum.

e respondit dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mittam (†, 7)

a ¶ Panem, qui de cælo descendit. b ¶ Quod lætificat cor hominis. ¶ Vt vetus tristitia peccatorum, frumenti, vini, olei, id est, virtutum lætitia temperetur. c ¶ Quod exhilarat faciem.

vobis frumentum & vinum & oleum, & replebimini in eis,

¶ Captiuos. a ¶ Id est, populum Assyriorum habitantem in partibus aquilonis.

f & nō dabo vos vltra opprobrium in Gentibus. [20] Et eum qui (8, 9)

a ¶ Si venerit. b ¶ In aliquam Gentem desertam à Deo. ¶ In qua non habitat spiritussanctus.

g ab aquilone est procul faciam à vobis, & expellā eum in ter- (10)

a ¶ Quæ non habet Dei notitiam. b ¶ Conuertam, vt prima pars eius cadat in mare orientale.

h rā inuiam & desertam. Faciem eius contra mare orien- (11)

i a ¶ Conuertam extremam partem eius ad mare nouiss. quod est ad occidentem, & ducit in Ægyptum in cuius littore sunt Gaza, Ascalon, Azotus, Ioppe, Cæsarea & aliæ ciuitates.

k l tale, & extremum eius ad mare nouissimum. Et ascendet (12, 13)

D addacere: Non enim ex frigore veniunt, sed ex calore; Sed quia de Assyriis per similitudinem locustarum loquebatur, aquilonem interponit, vt non veram locustam, sed Assyrios & Chaldæos intelligamus: vnde, *Ab aquilone exardescent mala super habitatores terræ.*

Vnde generentur locustæ. Ierem. 1. c.

† THEOD. in com. Eum, qui ab aquilone, vocat Syrium, quē longo ante tempore Hierosolymis expulit atque per angelum multos eius interfecit.

† RVPERT. in com. Istius aquilonaris, id est, perfida & frigida malitia congelati diaboli, maxime Babylonius Nabuchodonosor typum gessit pro eo quia loco quoque aquilonaris extitit, id est, secundum situm terræ Iudææ venit à parte aquilonari. E

†† HIERON. Procul (inquit) à vobis faciā, & expellam eū in terrā inuiam & desertā, quę non habet notitiam Dei, in qua non habitat Spiritus sanctus.

h *Faciem eius.* HIER. in com. Iuxta litteram factū est hoc de Chaldæis tempore Ezechiæ, quando vna nocte 185. millia ab angelo in castris sunt percussa: Et interfecta est illa pars castrorum quæ ad mare orien. respicit. i. ad Sodomam, & posterior quæ respicit ad mare quæ ducit ad Ægyptum: Quorum corpora, quia igne consumpta & in terram sunt redacta: quod sequitur de fœtore non de corporibus Assyriorum, sed mystice est intelligendum. F

4. Reg. 19. c. Exercitus Sennacherib percussus ab Angelo.

i *Contra ma. &c.* MYSTIC. IBID. In his qui ei aperuerunt ianuam peccati, ad mare orien. apud quas vsque ad extremum vitæ permanserit Assyrius, id est, diabolus.

k *Mare orientale.* IBID. Vbi quondam Sodoma fuit, & aliæ ciuitates, quæ versæ sunt in mare, quod mortuum dicitur: eo quod ibi nulla viuunt animalia.

l *Et ascendet, &c.* † THEODORETVS in com. Fœtorem & putredinem vocauit malum odorem, qui post fit ex corporibus insepultis, quod accidit in bello abiectis.

HIER. apud Rupert. Seruat metaphorā, & iuxta sitū prouinciæ sic loquitur, quasi de locustis, & non hostibus loqui videatur: Ait enim Hier. agmen locustarum suo tempore totā Iudæam texisse: quæ postea misericordia Dei inter vestibulū & altare (id est, inter crucis & resur-

De locustarū agmine, quod tempore Hieronymi Iudæam infedit.

Ibid. Allegor. Omnis anima, *terra* est domini in qua seminat: Sed si pepererit zizania, dominum offendit; Si verò pœnitet & dicit, *Parce domine, zelatur* dominus terram suam & dignatur suo alloquio dicens: *Mittam vo. fru. & vi.* C

De qualibet fideli anima.

d *Et respondit.* IBID. Populo agente pœnitentiam in tantum parcit Deus, vt eos sua responsione dignos faciat: Hoc quotidie videmus fieri in ecclesia. Ab hoc loco, vsque, *non confundetur populus meus in æternum*, promissio est bonorum eis qui pœnitentiam egerunt.

Pœnitentiæ fructus.

e *Ecce.* IBID. Qui peccantibus immisi vobis erucam, locust. bru. rub. per quas omnes fruges vestræ sunt vastatæ: Iam per pœnitentiam conuersus sum ad clementiam, eruam vos ab Assyriis, & si in bonis perseueraueritis, replebo vos omnibus bonis.

f *In Gentibus.* IBID. Illis, scilicet, de quibus supra, *Populus multus & fortis.* Vel, Gentibus, id est, dæmonibus: Vnde, *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduer. princip. & potest. aduer. mun. re.*

Sup. eod. a. Ephes. 6. b.

g *Ab aquilone.* IBID. Iuxta litterā nō aquilo, sed auster solet locustas addu-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Parce domine, parce po. *à pœna quam meruit pro suo peccato.*

2 Et ne des hereditatem tuam, *id est, Iudæam, quæ dicitur Dei hereditas, ratione supradicta, ca. 1.*

3 In opprobrium, *scilicet, seruitutis Gentibus alienis; ideo subditur,*

4 Vt dominentur. *Ex hoc patet quod supra dictum est, scilicet, quod Ioel non solum prophetauerat de vastatione terræ per erucam, bruchum, &c. vt dicit Ra. Sa. quæ non habent dominium super homines, sed etiam vastationibus futuris per quatuor regna supradicta, quæ successiue acceperūt dominiū in Iudæa.*

5 Quare di. in po. &c. *Sic enim dixerunt Gentiles post vastationem Iudæorum, derisorie insultantes, quod Deus eorum non poterat eos saluare.*

6 Zelatus. *Hic consequenter propheta prædicit diuinam consolationem: & primo quantum ad multiplicationem in bonis, secundo quantum ad vltionem de inimicis, se. cap. ibi:* Verum quid mihi. *Prima in duas: quia primo præmittit bona temporalia; secundo, spiritualia, vt ex sensibilibus ad intelligibilia deducantur, secunda ibi:* Et erit. *Circa primum, pro vastatione terræ nascentium per erucam, bruchum, &c. denuntiat fertilitatem fructuum loquens in persona domini, dicens,*

Diuisio.

7 Ecce ego mit. *dicit enim Ra. Sa. quod post illam famem, quæ fuit tempore Ioram, sequuta est adeo fertilitas magna, propter quod mulier, quæ cum filio peregrinata fuerat in terra Philisthinorum, de consilio Elisæi reuersa fuit in Iudæam fame transacta 4. Reg. 8.*

Magnæ famis successit summa rerū omnium copia.

8 Et non dabo, &c. *Tempore enim illius famis multi cogebantur exire de illa terra, & sustinere opprobria in terra aliena, Sciendum tamen, quod per hoc* vltra, *non intelligitur perpetuitas: sed aliqua temporis longitudo, sicut diffusius fuit dictum super illud Isa. 2. b.* Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium.

De vi vocis vltra.

9 Et eum, &c. *id est, regnum Assyriorum, vt dicunt aliqui: quia tempore Ezechiæ fugit confusibiliter de Iudæa 4. Reg. 19. Ra. Sa. hoc exponit de cœtu animalium prædictorum, scilicet, erucæ, bruchi & aliorum: & hoc magis consonat litteræ sequenti, cum dicitur,*

10 Et expellam, &c. *vbi non est habitatio hominum: Sennacherib enim fugiens rediit in terram suam ab hominibus habitatam.*

11 Faciem eius contra mare orient. *Istud est mare mortuum, quod terminatur ad orientalem angulum terræ promissionis, versus desertum Aegypti; & per hoc insinuatur quod ille cœtus erucarum, bruchorum, & aliorum non intraret Iudæam: ex quo prima pars haberet aspectum ad extremum angulum Iudææ.*

Mare mortuum.

12 Et extremum eius, &c. *id est, magis elongabitur à terra vestra, quam pars prima.*

13 Et ascendet fœtor eius. *quia quando talia animalia moriuntur in magna multitudine, de putrefactione surgit magnus fœtor & aeris corruptio, sicut dicit Hieronymus, se vidisse in illa terra. Ex hoc patet, quod non loquitur hic scriptura de exercitu Sennacherib ab angelo percusso, vt habetur quarti Regum capite decimonono, quia illa percussio talis fuit quod corpora fuerunt incinerata sub vestibus & armis, de talibus autem non ascendit fœtor.*

Pestilentia ex fœtore animalculorum mortuorum.

Quia

MORALITER.

† 6 *Zelatus est dominus terram suam.* id est, ecclesiam suam.

† *Et pepercit.* nam citra condignum est eius punitio.

† *Et dixit.* per quæ significantur diuinæ consolationes, quæ dantur fidelibus post persequutiones.

8 *Et non dabo vos.* quod verum est singulariter de persequutione Antichristi futura, quia post illam non erit alia.

Antichristianæ erit vltima persecutionū.

9 *Et eum qui ab Aquilone*, diabolum, secundum illud Iere. 1. c. *Ab aquilone pandetur om. ma.* Vel per hoc intelligitur Antichristus, in quo erit diabolus.

10 *Procul faciam*, eos in infernum detrudendo.

11 *Faciem contra mare orient.* quod est mare mortuum propter quod significat infernum.

13 *Et ascendet fœtor.* id est, ipsius Antichristi & exercitus sui qui pro magna parte cum ipso Antichristo fulminabitur, & corpora fulminata horribiliter fœtent.

Fulmine tacta horribiliter fœtent.

† No.

resurrectionis locum) Sacerdotibus & populis clamantibus: *Parce domine, parce populo tuo*; vento surgente in mare primum & nouissimum præcipitatæ sunt: Et cùm aceruì mortuorum ex vndis in littora vtriusque maris essent refusi, putredo & fœtor noxius exiuit: & aere corrupto hominibus & iumentis pestilentiam intulit. *Et ascendet fœtor in eos.* qui sibi magna promittunt & per superbiam cadūt; ne sit tutus homo fragilis quanto crescit in virtutibus tanto timeat, ne corruat.

a *Noli timere terra.* † RVPERT. in com. Quod dicit, *noli timere*, idem est ac si dicat, Noli diffidere. Timiditas namque pro infidelitate ponitur, vt in Apocalypsi, cum præmisisset, *Qui vicerit possidebit hæc, &c.* subiunxit, *Timidis autem & incredulis, &c.* Nam quia timidi sociantur incredulis, sine dubio timiditas mala intelligitur, & contraria fidei. Igitur cum dicit *Noli timere terra*, idem est ac si dicat, De omnibus, quæ tibi dicuntur ô homo, noli hæsitare vel diffidere, noli terra esse graui corde, sed alacriter crede, ac spei lætitiam habe. Magnificus est qui tanta proposuit, & perficere potest.

(Timiditas pro infidelitate. Apoc. 21.)

a ¶ Superius comminatus, nunc prospera pollicetur, & lachrymas in risum vertit. ¶ In eos.

fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbe egit. [21] Noli

a ¶ Promissionis, quæ semen Dei ariditate tua perdideras.

timere terra, exulta & lætare, quoniam magnificauit domi-

a ¶ Misericordiam tibi, ita vt etiam iumenta tibi multiplicentur, quæ superius fame & siti attrita leguntur, & solitudines lætis noualibus complentur.

nus, vt faceret. [22] Nolite timere animalia regionis, quia ger-

a ¶ Crucis, vel ad litteram.

minauerūt spetiosa deserti, quia lignum attulit fructū suum,

a ¶ Spiritussanctus. b ¶ Sermo Dei. c ¶ Largitatem. d ¶ Spiritualiter. e ¶ Ecclesiæ. ¶ Post pœnitentiam, qui ante alieni.

ficus & vinea dederunt virtutem suam. [23] Et filij Sion exultate

a ¶ Non in aliis rebus. b ¶ Dabit. c ¶ Christum qui vos docebit omnem veritatem. ¶ LXX. escam.

& lætamini in domino Deo nostro, quia dedit vobis docto-

a ¶ Pristinam doctrinam fidei. ¶ Veterem legem.

rem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum

a ¶ Nouum testamentum. b ¶ Benedictionis. c ¶ Tanta erit abundantia, vt post saturitatem vestram multa remaneant in areis & torcularibus. d ¶ Frugibus virtutum faciet vos abundare.

& serotinū sicut in principio. [24] Et implebūtur areæ frumen-

a ¶ Hac voce magna copia designatur, vt & aliis possint præbere quod ipsis superest. b ¶ Per quot annos famem sustinuistis, per tot iterum annos duplicabo fructus. ¶ Non patiar perire libertatem (alias, vbertatem) quam perturbationibus animi perdidistis.

to, & redundabunt torcularia vino & oleo. [25] Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus & rubigo & eru-

a ¶ Fruges iustitiæ.

ca: fortitudo mea magna quā misi in vos. [26] Et comedetis ve-

a ¶ Si permanseritis in incepto opere.

scentes, & saturabimini, & laudabitis nomen domini Dei

b *Nolite timere animalia.* † THEOD. in com. Etiam iumenta confidere iubet, quoniam pristinæ pluuiæ futuræ sunt, herbæ nascentur, pabulumque abunde erit: tum vineæ, ficus, ceteræque arbores multiplicibus onerabuntur fructibus. Planum est eum non alloqui tamquam ratione vtentia terram & iumenta: at omni ex parte mœstitia afflictis delectationem animi adhibet. Quamobrem protinus terra inanimata relicta, & rationis expertibus iumentis, ad naturam humanam se conuertit.

c *Et filij Sion exultate, &c.* † THEOD. IBID. Vobis vsus suppeditabit necessarios. Imbrem dabit temporaneum & serotinum: tanta denique erit fructuum perceptorum redundantia, vt areæ futuræ sint angustiores ad tritica recipienda, torcularia vino & oleo diffluant.

d *Quia dedit vobis doctorem iustitiæ, &c.* † RVPERTVS in comment. Hoc dico vt exultetis & lætemini non in ficu, vel vinea, sed in domino Deo vestro, & hæc sit causa lætitiæ, *Quia dedit vobis doctorem iustitiæ*; videlicet Christum, quem fecit vobiscum nasci ex virgine, qui iustificet, & iustificari vos doceret non ex operibus legis, sed ex fide: & huius doctrinæ gratiam descendere faciet ad vos in principio velut imbrem matutinum & serotinum. In principio (inquam) id est, primum Iudæo: deinde Græco, Filij namque Sion rectè intelliguntur Iudæi primitiuæ ecclesiæ filij quicumque receperunt verbum salutis, &c.

(Christus doctor iustitiæ. Rom. 1.)

e *Et descendere faciet, &c.* HIER. Quantum ad litteram, matutinus imber est qui tunc venit quando messis seritur: Serotinus qui venit quando messis debet colligi.

(Imber matutinus & serotinus.)

IBID. MYSTIC. Matutinus imber, est fides, Serotinus perfectio operum. Vel, imber matutinus, cognitio Dei, quæ post fidem datur; Serotinus, cognitionis eiusdem plenitudo.

f *Eruca.* HIERON. in com. Quæ vix mouetur & leui contactu conteritur: in quo fortitudo Dei magna & humana fragilitas mōstratur: sicut per cyniphes in Ægypto, quæ tam paruæ sunt, vt vix cernantur; Poterat quidem Deus cuncta diluuio operire; vel fulmine cremare, sed potentiam suam, ad nostram fragilitatem per huiusmodi ostendit. Si enim hæc sunt homine fortiora, vnde gloriatur terra & cinis?

(Cur Deus homines affligat per animalcula vilissima. Supra 1. d. Eccl. 10. b.)

†† HIERON. IBID. Pulices & culices & cinices & huiusmodi animantia idcirco fecit Deus, vt fragilitatem & imbecillitatem nostræ carnis ostenderet, quæ intantum nihil est, vt ab his quæ tam parua sunt vulneretur.

g *Fortitudo mea magna.* scilicet, dæmones, qui vltores sunt his qui operantur malū, sicut ille qui decepit Achab: & qui Saulē vexauit; huiuscemodi tortoribus tradidit Paulus peccatores in interitū carnis.

(3. Reg. 22. d. 1. Re. 28. c. 1. Cor. 5. b.)

† THEOD. in commen. Fortitudinem suam ille vocat erucam non quod hæc habeat magnum robur, *qui respicit terram & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant: qui increpat mare & exsiccatur*, qui mille alia maiora facere potest: sed quod maior pernicies ex hoc eis inferebatur, magnam suam fortitudinem vocat.

h *Et comedetis.* † THEOD. IBID. Bonorum finis & caput est, non bonis ad satietatem repleri, sed potius bonorum largitorem laudare, & grata memoria prosequi.

(Cur Deus bona largiatur.)

† RVPER. in com. Manifeste hic æternæ gloriæ promittitur saturitas de qua & Dauid, *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Vbi enim alias est, vel esse potest saturitas electorū Dei, nisi in delitiis paradisi?

i *Et laudabitis nomen domini.* HIER. in com. Nouitianus & quidam alij

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia superbe egit. *Per hoc arguunt alij ad contrarium, scilicet, quod intelligatur de exercitu Sennacherib, quia superbia in brucho & eruca & talibus non habet locum. Ad quod dicendum, quod licet virtutes & vitia non sunt in bruchis & talibus proprie: sunt tamen loquendo large sicut agnus dicitur mansuetus, vulpes dolosus, & equus recalcitrans & superbus: & hoc modo dicitur de cœtu locustæ, bruchi & aliorum quod superbè egit pro excessu in corrosione terræ nascentium. Consequenter consolatur habitatores terræ, dicens,*

(Passiones humanæ attributæ irrationabilibus.)

2 Noli timere terra, &c. animalia, *bruta de terra nascentium abundantia: & patet littera.*

3 Et filij Sion exultate, &c. *non per dissolutionem sed per deuotionem, ideo subditur,* In domino, &c.

4 Quia dedit vobis, &c. *id est, doctores accipiendo singulare pro plurali, sicut Exod. 8. f.* Venit musca grauissima. *Et dicit Ra. Sa. per hoc intelliguntur prophetæ illius temporis populum reuocantes ad bonum, scilicet Ioel, & alij prophetæ sibi contemporanei, scilicet, Elisæus, Ionas & alij plures secundum Ra. Sa. Secundum vero Hier. Ioel prophetauit tardius, & sic contemporanei fuerunt sibi Hosee, Isaias & ceteri illius temporis. In præcedentibus tamen sequutus sum dictum Ra. Sa. qui videtur mihi, quantum ad hoc, dicere probabilius, sicut tetigi in principio huius prophetiæ.*

(Qui prophetarum fuerint synchroni.)

5 Et descendere faciet ad vos imbrem, *ad fœcunditatem terræ conuenientem.*

6 Sicut in principio, &c. *id est, antequam fieret terra sterilis per corrosionem erucæ, & bruchi & aliorum.*

7 Et reddam vobis annos, &c. *tanta erit fertilitas quod recompensabitur quod fuit sic corrosum.*

8 Fortitudo mea, &c. *q. d. illa corrosio fuit facta ex ordine iustitiæ meæ, & non locustarum virtute.*

9 Et laudabitis nomen domini Dei vestri. *eo quod reddidit vobis fer-*

MORALITER.

† 2 *Noli timere animalia regionis*, id est, vos simplices Christiani.

† *Exulta & lætare.* tu ecclesia.

† *Quia germinauerunt spetiosa deserti*, id est, clerici.

3 *Et filij*, id est, vos filij ecclesiæ.

4 *Quia dedit vobis doctorem*, scilicet Eliam & Enoch.

5 *Et descendere faciet ad vos imbrem.* i. doctrinam salutiferam.

6 *Sicut in principio.* s. ecclesiæ quo tempore vigebat prædicatio Apostolorum.

7 *Et reddam vobis.* quia post mortem Antichristi dabitur tempus pœnitendi deceptis ab ipso.

(Post mortē Antichristi dabitur tempus pœnitendi deceptis ab ipso.)

4 Quia † Et

alij hæretici dicunt hominem post peccatum non posse per pœnitentiam reformari in pristinum statum. Hic error planè hic destruitur, cùm dominus in tantum recipit pœnitentes, vt vocet populum suum, & asserat non confundendos, & se in medio eorum habitaturum, & eos nullum alium habituros dominum, sed in eum toto corde confisuros, qui in eis maneat in æternum.

Nouatiani hæresis.

a *Et non confundetur, &c.* † THEOD. in com. Nec quoniam nunc Iudæi in confusione sunt, Deus verax in suis promissionibus mentitus est: at ipsi seipsos ostenderũt indignos pollicitis, cùm ingrati in benefactorem sunt effecti, patrem familias Beelzebub vocantes, & heredem interficientes. Tum enim non solum gratiam non retulerunt pro bonis, quibus cumulati erant, sed etiam hereditatem diripere conati sunt.

*Act.2.c. Iudæorum nequitia impediuit quominus Dei promissa in eis perficerentur.

b *Et scietis quia, &c.* † THEODOR. ibid. Experimento percipietis, quemadmodum qui habeam cælum thronum, terram scabellum, vobiscum habitare non grauor, vt vos curem: tum cognosceris vestrorum idolorum infirmitatem, & quod ego solus sum Deus, qui delinquentes corrigere, & misereri pœnitentium possum. In his autem rationibus permanentes, in omni libertate & bonorum redundantia viuetis, neque gentibus opprobrio eritis.

c *Effundam spi.* HIER. in com. Hoc factum est in die Pentecostes, vnde Petrus, *Neque enim hi ebrij sunt, cùm sit ho. &c. sed hoc est quod per Ioel prophetam dictum est, Effundam spi. meum.* Effusio, largitatem designat muneris, quia non in paucos, vt in veteri testamento; sed in omnes credentes sunt dona spiritus, & in omnem carnem, *quia non est distinctio Iudæi & Græci*, sed omnes qui credũt, vnum sunt in Christo, *Effundam spi. meum.* Qui se dicit in Christum credere, & non credit in Spiritum sanctum, nondum habet claros oculos, vt videat salutare Dei: Vnde baptizati à Ioanne in nomine venturi, id est domini Iesu, quia dixerunt, *Sed neque si Spiritus sanctus est audiuimus*, iterum baptizantur; imò verum baptisma accipiunt, quia sine Spiritu sancto, & mysterio trinitatis quidquid in vnam & alteram personam accipitur, imperfectum est.

Rom.10.c. Sine Spiritu sancto nihil perfectum.

† TERTVL. lib. de resurrect. carnis c. 62. Deus omnipotens aduersus hæc incredulitatis & peruersitatis (hæreticorum resurrectionem futuram negantium) ingenia, prouidentissima gratia sua effundens in nouissimis diebus de Spiritu suo in omnem carnem, in seruos suos & ancillas, & fidem laborantem resurrectionis carnalis animauit, & pristina instrumenta manifestis verborum & sensuum luminibus ab omni ambiguitatis obscuritate purgauit.

Resurrectio carnis.

† NOVATIAN. l. de Trin. c. 29. Ordo rationis & fidei auctoritas, digestis vocibus & litteris domini, admonet nos post hæc credere etiam in Spiritum sanctum olim Ecclesiæ repromissum, sed statutis temporum opportunitatibus redditum. Est enim per Ioelem repromissus, sed per Christus redditus, qui dixit, *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.*

Spiritus sanctus in Ioel promissus, per Christũ vero datus. Ioan. 20.

HIER. *Effun. spi. meũ.* Cùm Petrus tempore, quo passus est dominus, hanc prophetiam expletam dixerit: videndum est quomodo ea quæ sequuntur, prædictis cõuenienter coaptari possint. Cùm enim præcessisset à principio prophetiæ comminatio, quam fecit Deus peccanti populo; & post comminationem commonitio ad pœnitentiam; & post commonitionem fiat commemoratio præmiorum, quæ daturus est Deus in futuro: videtur confusio ordinis, quòd hic in medio interponitur de his, quæ facta sunt tempore resurrectionis, quæ data etiam sunt in præmium fidei. Dicunt autem quidam, ea, quæ in vltimo tempore generaliter promissa sunt, nunc ex parte compleri, & quia præmium futurorum, in primo aduentu Apostoli sentiebant quasdam primitias mirabilium expletas, commemorat tam Petrus quàm alij Apostoli, *vt donec veniat quod perfectum est*, id quod ex parte præcessit sentiamus. Quidam dicunt esse apostolicæ consuetudinis, vt quidquid viderint vtile audientibus, & non repugnare præsentibus, de testimoniis alterius temporis confirment, non vt audientium abutantur simplicitate & imperitia, sicut mentitur Porphyrius: sed iuxta Apostolum prædicant opportunè, importunè & sequentes regulam prophetarum, quidquid Iudæi in vltimo tempore sibi carnaliter repromittunt, spiritualiter in primo aduentu domini dicunt esse completum.

An hic cõmode inferatur prophetia de effusione Spiritus sancti.

Quomodo Apostoli in Euangelio protulerint testimonia ex lege?

d *Effundam super omnem carnem, &c.* † RVPERT. in com. Act. 1. Hæc dicens, nullam finit fieri gentis, vel personarũ exceptionem. Priusquam glorificatus esset Iesus, super filios tantum Sion effuderat Spiritum suum, & de illa solummodo gente prophetæ & sapientes erant: postquam autem glorificatus est resurgendo, & in cælum ascendendo, cum tanto fructu præteritorum sæculorum, nullam faciendo Iudæorum & Gentilium distinctionem.

e *Et prophetabunt, &c.* † RVPERTVS ibid. Filij Sion, vtique Apostoli erant; & filiæ, mater Domini nostri Iesu Christi, & ceteræ mulieres, orantes cum Apostolis, sicut Lucas meminit. Isti accepto Spiritu sancto prophetauerunt, id est, de cælestibus mysteriis variis

Spiritus sanctus datus fidelibus sine distinctione.

---

a ¶ Et merito. a ¶ Si permanseritis in incepto opere.

a vestri, qui fecit vobiscum mirabilia. Et non confundetur populus meus in sempiternum, [17] & scietis quia in medio Israel ego sum. Et ego dominus Deus vester, & non est amplius, et non confundetur populus meus in æternum. [18] Et erit post hæc, * effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabũt filij vestri & filiæ vestræ. Senes vestri somnia

a ¶ Quia pater in filio, & filius in patre, spiritus sanctus in vtroque.

a ¶ Ideo. b ¶ Hæc quoque promittuntur pœnitentibus.

c ¶ Vnde Isaias, Et videbit omnis caro salutare Dei, aliter enim non videbit, nisi effundatur gratia Spiritus sancti.

a ¶ Post, non statim. ¶ Agabus prophetauit in Cæsarea, & in Antiochia prophetæ plurimi, & quatuor filiæ Philippi Euangelistæ prophetauerunt. b ¶ Qui maioris meriti. ¶ Qui minoris. c ¶ Prouectioris ætatis.

¶ Senex erat Paulus, quando dictum est ei, Transi in Macedoniam.

NICOLAVS DE LIRA.

fertilitatem mirabilem vltra spem humanam.

1 Et non confun. po. meus. *ex simili sterilitate.*

2 In sempiternum. *In Hebr. habetur*, In sæculum, *quod non importat perpetuitatem seu tempus, nisi vsque ad iubileum etiamsi iubileus non distet per multos annos.*

3 Et scietis, *per experientiam boni à me collati.*

4 Et non confunde. *In Hebræo habetur*, In sæculum.

5 Et erit post. *Hic incipit capitulum in Hebræo, Signatio verò capitulorum in Bibliis nostris est frequenter defectiua quia frequenter non sequitur signationem Hebraicam, nec etiam Hieron. vt patet in antiquis Bibliis secundum Hieron. signatis. Postquam denuntiauerat propheta populo multiplicationem in bonis temporalibus, hic consequenter idem denuntiat in spiritualibus & quia vet. test. promittebat temporalia, Isa. j. e.* Si audieritis me, bona terræ come. *Nouum autem testamentum promittit spiritualia, Matth. iij. a.* Pœnitentiam agite appropin. enim re. cæ. *ideo præcedens promissio de temporalibus fuit impleta tempore vet. test. vt prædictum est, ista vero tempore noui testamenti, vt videbitur, vnde & Ra. Sa. dicit quod istud est referendum ad tempus futurum, per quod intelligitur tempus Messiæ, quem dicit adhuc venturum, & quod in tempore eius dabitur abundanter Spiritus sanctus quantum ad donum prophetiæ, & ad alia multa mirabilia, quod congregabit omnes Iudæos per orbem dispersos, & subiugabit eis omnes Gentes terræ. Et hanc sententiam applicat ad consequentem litteram, vsque ad finem huius prophetiæ, propter quod aliqui expositores nostri exponentes hunc passum de reditu captiuitatis Babylonicæ tempore quo datus fuit spiritus prophetiæ Esdræ, Aggæo & Zachariæ magis Iudaizant, quantum ad hoc quam ipse. Dimittamus igitur dictum Ra. Sal. quantum ad illud quod est falsitatis, scilicet, quod Christus sit venturus, & quædam alia ad hoc consequentia, & accipiamus illud quod est veritatis, scilicet, quod passus iste sit ad tempus Christi referendus. Et secundum hoc pars ista in duas diuiditur, quia primo ponitur id quod iam est impletum in aduentu Christi primo, secundo quod restat implendum in aduentu eius secundo, ibi,* Et dabo prodigia. *Circa primum sciendum, quod hanc litteram allegat Petrus Apostolus Act. ij. tamquam impletam ad litteram in missione Spiritus sancti die Pentecostes super Apostolos aliosq; credentes in signo visibili, propter quod non est exponenda aliter ad litteram à Catholicis, vt videtur: secundum hoc dicitur,* Et erit post, *scilicet, post tempus vet. test.*

De discriminatione capitum in Bibliis.

Promissa veteris & noui Test.

Residuum huius cap. exponit Ra. Sa. de bonis per Messiam venturum dandis.

nos verò de bonis iam datis.

Hæc scriptura Ioelis à Petro citata Act. 2.

6 Effundam spiritum meum super. *quod exponit Ra. Sa. sic, id est, super omnem hominem, cuius erat cor tenerum ad modum carnis, id est, non obstinatum in peccatis, & secundum hoc dicitur Ezech. xxxvj.* Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, *id est, per deuotionem dispositum ad gratiam Spiritus sancti, & talia erant Apostolorum aliorumq; discipulorum corda.*

Cor corneum.

Vel aliter potest dici, Super omnem, *id est, super Iudæos & Gentiles indifferenter, secundum quod habetur Act. x. propter quod dicitur ad Rom. x. c.* Non est distinctio Iudæi & Græci, nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant eum: *Abundanter dando eis Spiritum sanctum.*

7 Et propheta. filij vest. *id est, indifferenter dabitur Spiritus sanctus vtrique sexui: vnde & in die Pentecostes inter Apostolos erant mulieres, secundum quod dicitur Act. j. b.* Hi erant perseuerantes vnanimiter in

Spiritus sanctus datus sanctis mulieribus.

MORALITER.

† 1 *Et non confun. populus.* nam Antichristi persecutio erit vltima.

5 *Erit post.* nam Antichristo mortuo omnes Gentes conuertentur ad Christum.

☞ triis linguis locuti sunt. Et isti senes, qualis erat inter eos prior Petrus, vel deinde Paulus, somnia somniauerunt, & iuuenes, qualis erat Ioannes, visiones viderunt.

† THEOD. in com. In Antiochia fuerunt prophetæ & doctores; fuit & Agabus qui zonam Pauli accepit; & Corinthij, ad quos Paulus, *Si autē omnes prophetēt, intret autem infidelis, vel idiota, &c.* Quatuor filiæ Philippi etiam prohetiæ gratiam receperunt. Quid dicemus de diuino Paulo? Nónne prophetat d. *Ego scio, quod intrabūt lupi, &c.*

(Abac.13. Act.20. 2.Cor.14. Prophetæ in primitiua ecclesia. Act.20.)

a *Iuue.ve.* HIER. in com. vel iuuenes, id est, credentes; visiones, id est, prophetias intelligent.

B b *Sed & super ser.* IBID. Non quidē prophetabunt, non somniabunt, non videbunt visiones: sed sola effusione spiritus contenti, fidei & salutis gratiā prædicabunt.

a ¶ Qui vincunt malignum. ¶ Iuuenis erat Paulus, quando in via cæcatus, & postea in extasi factus raptus est in Paradisum, & audiuit arcana verba. b ¶ Qui adhuc spiritum timoris habent, quem perfecta charitas foras mittit.

nia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. [29] Sed & super seruos meos & ancillas in diebus illis effundā spiritum meum, [30] & dabo prodigia in cælo, & in terra, sanguinem, & ignem & vaporem fumi. [31] Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus & horribilis. [32] Et erit, omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit: quia in monte Sion & in Ierusalem erit saluatio, sicut dixit dominus, & in residuis quos dominus vocauerit.

¶ Resuscitatus à mortuis.

a ¶ Signa. b ¶ Quando iam mortuo Christo apertum est latus, & contra naturam sanguis, & aqua profluxit, vnde, Quare rubrum est indumentum tuum?

a ¶ Hic ignis in credentibus habet lumen, in incredulis tenebras, quæ dicuntur vapor fumi.

b ¶ Non quod mutatus in tenebras, sed quia mundo induxit tenebras.

c ¶ Hoc & si Euangelistæ non memorant, tamen ad litteram factum esse credimus.

a ¶ Credendo & operando, quod perfectorum est, qui corde credunt, & ore confitentur, & opere implent, alioqui non omnis qui dicit, Domine, domine, intrabit in reg. cælorum.

a ¶ Spiritualis.

a ¶ Loquens in ista prophetia per Ioel.

mini pronuntiationes, & prophetarū de cōcussionibus mundi, &c.

D d *Et ignem.* HIER. in com. id est, Spiritum sanctum quem in Pentecoste super apostolos infudit, & quotidie in baptismo tribuit, qui ignis illuminat credentes & consumit vitia. Per vaporem compunctio lachrymarum accipitur, vnde, *quidam compuncti corde dixerunt apostolis, Quid faciemus viri fratres.* (Abac.3. Act.2.b.)

e *Et luna.* IBID. Vel, luna non est versa in sanguinem historialiter, sed Iudęos blasphemiarum & negationis in Christum horrore coopertos, ęterno testimonij sui sanguine condemnauit, dicentes, *Sanguis eius super nos & super filios nostros.* (Matth.27.)

E f *Dies, &c.* IBID. Dies resurrectionis, est magnus credentibus electis; diabolo & omnibus reprobis horribilis. Ante hunc diem sol vertetur in tenebras, & luna in sanguinem: dum dominus pendet in cruce. Vel illud restat faciendum ante diem iudicij, qui adeo magnus & horribilis, vt in eo etiam columnæ cæli dicantur contremiscere. (Comparatur dies resurrectionis Christi, & dies finalis iudicij.)

c *Et dabo.* IBID. Prodigia data sunt in cælo, tempore natiuitatis, quando noua stella visa est, & passionis, quando sol obscuratus est, ne videret dominum pendentem in cruce, vel ne inimici fruerentur suo lumine. In terra signa dedit, quæ illo moriente contremuit, quo insolito motu petræ scissæ sunt, & monumenta aperta. (Matth.2.a. ibidem 27.f. Luc.21.)

† THEODORETVS in com. Cùm explicauit dona à diuino Spiritu suppeditata post primum Seruatoris aduentum: prædicit etiam ea, quæ futura sunt ante secundum.

C † *Et dabo prodigia, &c.* IBID. Hæc etiam in sacris Euangeliis dominus prædixit: *Erunt signa in sole, &c.* Diem magnum & illustrem nominat, quoniam in priore aduentu ex pauperi muliere in gurgustio natus est, tum simul ac editus fuit, in præsepi positus est, atque vsque dum miracula edere cœpit, multis ignotus fuit. Veniens autem in nubibus, videbitur mille miriadibus præeuntibus, & mille chiliadibus canentibus, cui omne genu flectetur, cælestiū, terrestrium & inferorum. Iure igitur diem illum magnum, & illustrē appellat. (Humilitas Christi in primo suo aduentu & gloria in secundo. Philip.2.)

† TERTVLL. lib. de resurr. carn. c.22. Postquam dominus edixit, *erit Ierusalem conculcatui nationibus, donec adimpleantur tempora nationum congregandarum cum reliquiis Israelis*, inde iam in orbem prædicat secundùm Ioelem & Danielem, *futura signa in sole, & in luna, & in stellis.*

† IDEM l.4. adu. Marc. c.39. Christus monstrato tempore excidij Ierusalem, signa iam vltimi finis enarrat, Solis & lunæ, siderumque prodigia. Quod & ipse vires cælorum concuti habeant, accipe Ioelem, *Et dabo prodigia in cælo, & in terra sanguinem, &c.* Habes & Abacuc, *Fluminibus disrumpetur terra, &c.* Cōueniunt opinor, & domini (Signa præcurrentia iudicium vniuersale. Luc 21.)

g *Et erit, omnis qui inuocauerit, &c.* † RVPERT. in com. Quicumque talibus prodigiis excitati, cōuersi pœnitentiam egerint, salui erunt. Nam & ipsa prodigia idcirco fient, vt conuertantur & salui fint. Cùm dicit, *Omnis*, subaudiendum est, absque distinctione Iudæi & Græci. Etenim Apostolus cùm hoc intenderet, ac diceret, *Non est distinctio Iudæi & Græci.* testimonio præsenti vsus est.

F h *Quia in monte Sion.* HIER. in com. Sion turris, Ierusalem reliqua pars vrbis, vnde, *De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem*, de qua dicitur etiam, *Non capit prophetam perire extra Ierusalem.* (Rom.10. Isa.2. Lucæ 13.g.)

IBID. De Sion exierunt Apostoli & primitiua ecclesia, quia vno die crediderunt tria millia, & altera die quinque millia, & deinceps multa millia, de quibus Isaias, *Nisi dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus.* Et quamuis sint multa millia, dicit residuos & quasi reliquias vocari, à Deo quia pauci vocati ad comparationem eorum qui in infidelitate remanserant. (Act.2.g.& 4.a. Isa.1.c.)

IBID. ALLEG. Principium eorum qui saluati sunt, est in specula & visione pacis.

IBID. Videndum est vt hæc omnia per tropologiam ad tempus passionis & resurrectionis referamus, sicut Petrus & Paulus retulerunt. Neque enim fieri potest, vt superiora tempore passionis, & quæ sequuntur intelligamus in die iudicij. Cùm inferiora superioribus connecti, & vno tempore cuncta perpetrari, per hoc ostendatur quod sequitur, *Quia ecce in diebus illis, &c.*

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu. *& statim subditur de Spiritus sancti descensu*, Et dum complerentur dies pentecostes, &c. *& Act.xxj.b. subditur*, Erant autem Philippo quatuor filiæ virgines prophetantes.

1 Et iuuenes, *id est, hominibus cuiuslibet ætatis dabitur spiritus prophetiæ.*

2 Somnia somniab. *id est, reuelationes diuinas in somnis habebunt, ad quas anima est magis tunc disposita propter abstractionem ab exterioribus sensibus, vt plenius dixi in princ. lib. Psalm.*

3 Sed & super ser. meos. *In primitiua enim ecclesia omnibus baptizatis dabatur Spiritus sanctus in signo visibili per impositionem manuum Apostolorum, vt habetur Act.8. & in pluribus aliis locis. Et adhuc omnibus baptizatis, nisi obicem ponant datur gratia Spiritus sancti, licet non in signo visibili.*

4 Et dabo. *Hic consequenter ponitur quod restat adimplendum circa secundum Christi aduentum. Aliqui tamen exponunt tamquam impletum in primo aduentu: sed non videtur mihi, quod littera bene concordet, propter quod reducendum est magis ad tempus secundi aduētus. Circa quod sciendum, quod Christo ascendente in cælum angeli apparentes denuntiauerunt eius aduentum ad iudicium, dicentes Act.j.b.* Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, *scilicet, ad iudicium, vt exponunt omnes doctores sancti. Datio verò Spiritus sancti in signo visibili fuit manifestatio Christi ad dexteram patris glorificati, secundum quod dicitur Ioan.vij.f.* Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus; *& ideo sicut angeli Christo ascendente denuntiauerunt aduentum eius ad iudicium, sic Ioel propheta denuntians futuram missionem Spiritus sancti in signo visibili, statim denuntiauit tempus futuri iudicij. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponuntur signa præcedentia iudicium; secundo iudicij exercitium, ibi,* Quia ecce. *Circa primum dicitur,* Et dabo prodigia. *Ista sunt terribilia signa aduentum iudicis præcedentia, prout expreßius dicitur de ipsis Matth.xxiv. & Marc.xiij. Lucæ xxj.e.* Erunt signa in sole & luna & stellis, &c. (Aduentus Christi ad iudicium. Diuisio. Signa Christi iudicis aduentum præcedentia.)

5 Sanguinem, *quia ante aduentum Christi ad iudicium erit persecutio Antichristi, qua effundetur sanguis innocentum.*

6 Et ignem. *scilicet, conflagrationis præcedentem aduentum iudicis.*

7 Sol con. in tenebras. *non secundum rem, sed secundum apparentiam, quia abscondetur eius lumen.*

8 Et luna in sanguinem. *similiter secundum apparentiam, sicut cùm patitur eclipsim, rubea videtur.*

9 Antequam ve. di. *id est, sui iudicij.*

10 Magnus, *quia omnes ibi comparebunt:*

11 Et horribilis. *scilicet, peccatoribus & impiis Act.ij. Petrus sic allegat,* Et *manifestus, quia tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri.*

12 Et erit. *non tempore iudicij sed ante. Prophetæ enim frequenter de vno tempore transeunt ad aliud.*

13 Omnis qui inuo. no. d. *secundum quod dicitur ad Rom.x.b.* Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

14 Quia in monte Sion, *ibi enim Saluator noster operatus est salutem per suam prædicationem & benedictam paßionem, Potest etiam hoc referri ad futurum tempus Antichristi, quem dominus Iesus interficiet iuxta Ierusalem in monte Olíueti, cum magna parte sibi adhærentium, & sic fidelibus nomen eius inuocantibus dicto modo erit ibi saluatio à persecutione eius.* (Vbi interficiendus sit Antichristus.)

15 Et in resi. *i. in illis qui decepti ab Antichristo tunc cōuertentur ad Christū.*

☞ CAP.

MORALITER. 4 *Et dabo prodi.* scilicet in aduentu Christi ad iudicium venientis.

ADDITIO I.

In c.ij.vbi dicitur in Postil. Hic consequẽter inducit propheta ad la. *Hoc quod dicitur*, Canite tuba, *planè potest intelligi, quod propheta inducit populum ad lamentum pro vastatione terræ fienda per quatuor animalia prædicta; & adhuc magis propriè de vastatione fienda per Chaldæos, eò quòd parum infrà de hac vastatione loquens dicit*, Prope est dies tenebrarum. *Constat autem quod vastationes factæ per Græcos & Romanos non ita propè erant, sed satis longè.*

Ad cuius vastationis lamentum vocet propheta ab illo loco, Canite tuba, &c.

ADDITIO II.

In eod.cap.vbi dicitur in Postil. Ex hoc patet quod supradictum est. *Ex hoc quod dicitur hic*, Ne dominentur eis nationes. *Non habetur quod Ioel prophetauerit de vastationibus futuris per quatuor regna supra dicta, nam ex vastatione terræ per erucam & bruchũ sequebatur fames in tantum quod viri Israelitici cogebantur exire ad alias regiones ad victum quærendum, sicut legitur de Elimelech & Noemi cum filiis ipsorum, scilicet, Maalon & Chelion, Ruth j. Et sic dominabantur eis nationes, & etiam dicebant in populis*, vbi est Deus eorum.

Peregrinationes Hebræorum in terris alienigenarũ propter famem.

REPLICA. *In secundo capitulo Ioel.vbi dicitur, Canite tuba in Sion, &c. quod exponit Postil. de lamento pro vastatione terræ fienda per quatuor regna monarchica. Sed Burgens. eodem modo exponens de Chaldæis, de Græcis autem & Romanis non vult admittere propter id quod dicitur propè esse tempus, quia dicit tempus illarum vastationum non potest dici propè, quia multum distans. Sed si Burgens. attendisset alios passus sacræ scripturæ, ita vilem & tentatiuam non faceret obiectionem. Dicit enim Isaias*, Propè est vt veniat tempus, & dies eius non elongabuntur, *de Christo, qui plus distabat à tempore Isaiæ quàm vastatio Romanorum & Græcorum à tempore Ioel. Sicut igitur plus distans dicitur prope, sic & illud quod propinquius est.*

Isai.14.b. Propheta intelligi potest vocare ad lamentum propter vastationem Græcorum & Romanorum æquè ac Chaldæorum.

CAP. III.

a Q'Via ecce in diebus illis, & in tempore illo 1 cùm conuertero captiuitatem Iuda & Ie- 2 rusalem, [2] congregabo omnes Gentes, & 3 4 b deducam eas in vallem Iosaphat, & dis- 5 c d ceptabo cum eis ibi super populo meo, 6 & hereditate mea Israel, quos disperserunt in nationi- 7 8 e bus, & terram meam diuiserunt, [3] & super populum meum 9 10 miserunt sortem. Et posuerunt puerum in prostibulo, & 11

a ¶ Diiudicabo. ¶ Non potentia maiestatis, sed veritate rationis eos conuincens, qui dimiserunt hereditatem meam per diuersos errores.

a ¶ Vbi ad modum Gentium alij Iouem colerent, alij Iunonem, & huiusmodi.

b ¶ Vt vna pars terræ vni Deo seruiret, alia alij, Creta Ioui, Thracia Marti.

c ¶ Quot ex eis acciperet rex in seruos & ancillas, & quot vnusquisque princeps.

a ¶ Vt contra naturam operarentur turpitudinem in masculos.

CAPVT III.

A a QVia ecce in diebus. HIER. in com. Cùm saluatio fuerit facta in Sion & Ierusalem, iam propinquante die iudicij; Iudæos, qui propter infidelitatem fuerunt captiuati, prædicantibus Elia & Enoch, conuertam ad fidem, *& sic omnis Israel saluus fiet*, non tantum de duabus, sed etiam de decem tribubus. Et cùm hoc impletum fuerit,

Rom.11.c.

Israel in fine mundi ad Christum conuertendus.

b *Congregabo.* Hoc quidam pueriliter intelligunt, quòd in valle, quæ est in latere montis Olíueti, descensurus sit dominus ad iudicium. Quod friuolum est, quia non in terra, sed in spatio huius aëris sedebit cõtra locum montis Olíueti ex quo ascendit, Et, sicut Ioannes Chrysostomus dicit, angeli deferent ante eum signum crucis. Iosaphat autem interpretatur iudicium domini. Ad iudicium ergo domini congregabuntur non solum Iudæi qui credere noluerunt, sed omnes impij qui ab initio mundi fuerunt. Iusti verò non descendent in vallem iudicij, id est, damnationis, sed in nubibus eleuabuntur obuiam Christo.

Haymo. B Vbi dominus venturus sit ad iudicium.

Comparentes in prædicto iudicio.

Postquam prædicauero cæcis visum, & captiuis remissionem, & liberauero eos qui dominum confitentur & qui versantur in ecclesia in qua visio est pacis, Congregabo omnes Gentes quæ credere noluerunt.

C c *Et dedu.eas in.* id est, de sublimibus ad inferiora detraham: omnis enim qui pro peccato suo iudicatur, in valle ponitur quæ dicitur Iosaphat, id est, iudicium domini. Qui enim credit in dominum, non iudicabitur: qui non credit, iam iudicatus est, id est, damnatus.

Ioan.3.b.

Possunt hæc omnia referri ad Assyrios & Chaldæos qui in iudicio damnabuntur propter hæc mala quæ intulerunt Iudæis, Qui quamuis legantur immissi à Deo ad puniendos Iudæos, tamen iustè damnantur, quia victoriam non virtuti Dei, sed sibi attribuebant. Possunt etiam hæc verba referri ad hæreticos & superbos doctores, qui prauo verbo & exemplo dissipant, & ad ritus gentilium deducunt.

Hæretici.

HIERON. in com. Prælatus puerum in lupanari ponit, & puellam vendit pro vino, qui videt implicitos luxuria & aliis vitiis, & non arguit gratia turpis lucri.

Contra prælatum qui veretur arguere peccantes.

† THEO-

† THEODOR. in com. Vel, post spiritualium donorum prædictionem, in aliam sententiam transtulit prophetiam, prędicens de Gog & Magog, de quibus Ezechiel, quemadmodum post reditum ex captiuitate, maximis copiis bellum in Ierosolyma inferent; nimirum vt verisimile est, gentibus vicinis Israel eos ad hanc rem sollicitantibus. Cũ enim post reditum pręclari essent & illustres Cyri beneficiis: tum in eos inuidia flagrantes vndique magnæ copiæ coactæ sunt, sperantes se vrbem capturos esse. At eos spes fefellit, quoniam ad hanc vrbem, Domino protegente, hostes perierunt.

D Gog & Magog interpretatur Theodor. gentes quæ infestarunt Iudæos in & post secundi templi exstructionem.

E *Cõgregabo omnes, &c.* † THEOD. ibid. Hoc est, congregari permittam: & primum eorum appetitum & impetum non prohibebo, Non enim inuitos duxit, sed volentes venire non prohibuit.

d *Et deducam in vallem Iosaphat, &c.* THEOD. ibid. Finitimi captiuitatis tempore terram diuiserunt, cùm non esset amplius neque dominus neque agricola, & forte miserunt, diuisiones videlicet agrorum facientes: eos autem Hebræos, qui cædem effugerant, in libidines & delicias vendiderũt pro quibus pecuniam solutam in suos sumptus conuerterunt. Ceterum, *disceptabo pro populo*, posuit; vt doceret se ab eis repetiturum esse pœnas scelerum in populum suum commissorum: quamobrem accusat Tyrum & Galilæam alienigenarum. Regio hæc Tyri iram in corde retinens, patres secuta est eorum, qui his malis populum affecerunt.

Deus pœnas minatur gentibus quæ Iudæos crudeliter habuerunt.

F e *Terram meam diuiserunt.* † RVPERTVS in com. Hoc Assyrij & Chaldæi fecisse leguntur, quia translatis filiis Israel, alienigenas in ciuitatibus eorum pro illis collocauerunt. Quod sequitur, *& super populũ meum miserũt sortem*, Persarum ac Medorum regnum fecisse legitur, quando duodecimo anno regni Assueri, missa est sors in vrnam quo die & mense gens Iudęorum deberet interfici. Quod subiungitur, *Et posuerunt puerum in prostibulo*, respicit regnum Gręcorum, sub quo ita corrupti sunt Iudæi ex imitatione eorum, vt Iason frater Oniæ promiserit centũ quinquaginta talenta, si potestati eius promitteretur gymnasium & ephœbiam Ierosolymis constituere, & ausus est optimos quosque ephœborũ in lupanaribus ponere. Hoc illud est quod Apostolus horribiliter detestans in Gentibus, *masculi*,

Hester 3.

Mores corruptissimi quos edocuerunt Græci Iudæos. 2.Mach.4.

NICOLAVS DE LIRA.

1 QVia ecce. *Hic consequenter ponitur iudicij exercitium cùm dicitur,*
2 In diebus illis, *id est, cito post Antichristi persecutionem.*
3 Cùm conuertero captiuitatem, *id est, Iudæos ab Antichristo deceptos, qui detracta falsitate eius, per Eliam & Enoch ad Christum feruidè conuertentur.*
4 Congregabo omnes Gentes, *in generali iudicio.*
5 Et deducam eas in vallem Iosaphat, *quæ est inter montem Oliueti & Ierusalem; non quod omnes ibi capiantur, sed quia Christus descendens ad iudicium apparebit in aëre super montem Oliueti vnde ascendit in cælum, & iudicandi apparebunt circa illum locum, ita quod aliqui erunt in valle Iosaphat, & alij circa.*

Locus iudicij vniuersalis.

6 Et disceptabo. *id est, ostendam iudicium meum iustum, quia tunc manifestabuntur omnibus merita & demerita omnium, & sic quantum ad electos & reprobos apparebit omnibus Christi iudicium esse iustum.*
7 Super populo meo. *Ista hereditas est vniuersalis ecclesia, seu congregatio fidelium à primo Abel iusto vsque ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est, vt dicit Gregor. hom. vij.*
8 Quos disper. *captiuãdo & in exiliũ mittẽdo, sicut potissime patet de Christianis per tyrannos in exilium & captiuitatẽ multoties & multipliciter missis.*
9 Et terram, &c. *scilicet terram promissionis, quam Saraceni diuiserunt sibi, Christianis inde partim eiectis, & partim occisis.*
10 Et super po. &c. *vt acciperent sibi partes de mancipiis.*
11 Et po. puerum, &c. *abutentes pulchris iuuenibus in vitio contra naturam.*

MORALITER.

†1 *Quia ecce in.* In hoc capitulo ponitur processus iudicij finalis, in quo non occurrit mihi alia expositio conueniens quàm litteralis, ideo pertranseo.

culi, inquit, *eorum relicto naturali vsu feminæ, &c.* Quod sequitur, *Et* A *puellam vendiderunt pro vino, vt biberent*, hoc lenonum est facere, qui puellas meretricari cogentes, luxuriam de luxuria mercantur, cum de corporum illarum turpi & infami mercimonio, fœda & canina sibi conuiuia faciunt, & bibentes vinum, alienæ luxuriæ pretium propriæ faciunt libidinis incendium.

Lenonum vita turpissima.

captiuatis Iudæis Romæ templum pacis ædificauerunt, in quo vasa D templi, & vniuersa donaria consecrauerunt. Eo etiam tempore filij Iuda & Ierusalem (non filij decem tribuum, quæ vsque hodie apud Mœdos tenentur) venditi sunt filiis Græcorũ, & exterminati de finibus suis, & totus orbis Iudaica captiuitate completus est.

Quid fecerit Titus de spoliis templi.

a Verumtamen, &c. HIER. in com. Hoc Iudæi contra Tyrum & Sidonem & Palæstinos dici arbitrantur, quod tempore captiuitatis Iudaicæ, quãdo victi sunt Iudæi à Romanis, populum Dei persecuti sunt, imò Deum in B populo: Vltionem ergo sanguinis Christi, & subuersionem Ierusalem, quæ Dei iudicio accidit, contra Tyrum & Sidonem pro se accidisse confirmant.

Tyrij, Sidonij, & Palæstini aggrauantes super Iudæos iugum seruitutis.

IBID. Tyrus & Sidon ciuitates Gentilium, sociantes se Philisthæis habitantibus in Palæstina sępè afflixerunt populum Dei, ideo arguet eos dominus. Tyrus est angustia, & ipsi angustiabant populum Dei. Sidon venatio: & ipsi venabantur populum ad mortem.

a ¶ Præponentes gulam & ingluuiem ventris libidini, abutentes pueris loco feminarum.

a puellam vendiderũt pro vino vt biberent. [4] Verumtamẽ quid [1]

a ¶ Subaudis, commune est, vt semper impugnetis me in mea hereditate. [2]
¶ Quia bibebant sanguinem populi mei, aliàs, Dei. [3]

mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis terminus Palæstino-

a ¶ Id est, numquid semper pugnabitis contra me. ¶ Subaudis, ad tempus.

b rum? Numquid vltionem vos reddetis mihi? Et si vlciscimini [4] [5]

a ¶ Qualia fecistis, talia reddam vobis: interfecistis, interficiemini: persecuti estis, persecutionem patiemini ab hostibus vestris.
b ¶ Hæc omnia & ad diem iudicij possunt referri, non discrepante vindicta, licet in tempore à superioribus discrepare videantur.

vos contra me, citò velociter reddam vicissitudinem vobis [6]

a ¶ Eloquia. b ¶ Intelligentiam scripturarum.

c super caput vestrum. [5] Argentum enim meum & aurum tu- [7]

a ¶ Subaudis, vasa, vel ornamenta templi. ¶ Quæ in ecclesia.
b ¶ Erroribus vestris mancipastis. c ¶ In templa deorum.

listis & desiderabilia mea, & pulcherrima intulistis in delubra [8] vestra. [6] Et filios Iuda & filios Ierusalem vendidistis filiis [9]

¶ Sed. [10]

d Græcorum, vt longè faceretis eos de finibus suis. [7] Ecce ego [11]

a ¶ Ab hæresi. b ¶ O hæretici. ¶ Seductos.

suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos, & conuertam [12] e retributionem vestram in caput vestrum. [8] Et vendam fi- [13] lios vestros & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & ve- [14] numdabunt eos Sabæis genti longinquæ, quia dominus lo- [15]

† THEOD. in com. Minatur se quamprimum compensaturum iusta compẽsatione eorũ iniquitatem contra populum admissam, atque exponit iniquitatis species, cùm dicit, *Argentum enim, &c.* Accipientes, inquit, argentum & aurum meum, aliaque mihi dedicata, in idolorũ templa transtulistis: E eos verò qui effugerant Babyloniorum impetum, filiis Græcorum vendidistis; Hoc vnũ vobis proponentes, vt procul à terra eis à me data, eos submoueretis. Verũ, ego vt hi mea opera vndiq; coacti, suas vires recuperẽt, efficiam, vt vos iure vlciscantur & supercilium vestrum deprimant, captiuosque efficiant, atque vt in extremo orbis terrarum seruitutem seruiatis.

C IBID. Per Tyrum & Sidonem possunt intelligi Gentes, & maximè Romani, qui persecuti sunt apostolos & martyres Christi. Vnde damnabuntur in die iudicij. Per eos qui argentum & aurum tulerunt, significantur hæretici, qui auferunt argentum de ecclesia diuini eloquij, aurum spiritualis intelligentiæ, & ad suos errores conuertunt, & filios ecclesiæ vendunt diabolo, & faciunt ethnicos, vt longè sint ab electorum numero.

Persecutores & hæretici.

b *Numquid vltionem.* IBID. Sicut Deus in suis vestiri, pasci & refici dicitur, sic & affligi & pati persecutionem.

c *Argentum enim.* HIER. ibid. Hoc quod dicit, quia Tyrij & Sidonij abstulerunt vasa de domo Dei, narrat historia, quia hoc fecerunt Chaldæi. In quibus vasis cùm postea biberet Balthasar pronepos Nabuchodonosor, statim regnum eius à Babyloniis translatum est ad Mœdos. Sed quia post diem domini magnum & horribilem hæc futura dicuntur, quæ Apostoli in resurrectione domini interpretantur, & Hebræi in futurum iudicij tempus differunt, magis de Romanis intelligendum est. Quia Titus & Vespasianus capti-

Dan. 5. a.

d *Ecce ego.* HIER. in com. Delirant Iudæi, quod in vltimo tempore F congregandi sunt à domino, & reducendi in Ierusalem, & quod dominus tradet manibus ipsorum filios & filias Romanorum, vt Iudæi vendant eos non vicinis, sed Sabæis genti longinquæ.

Deliratio Iudæorum.

IBID. Post aduentum suum dominus quotidie iacentes in errore, qui prius steterant in ecclesia, suscitat ad pœnitentiam, & reddit doctoribus ecclesiæ. In quo reddit hæreticis vicem, vt filios, quos illi in mysticis erudierant, & in carnalibus, tradat in manibus principum ecclesiæ, vt cùm ceperint eos vendant Sabæis, & faciant esse captiuos, & ad meliora conuersi seruiant ecclesiasticis institutis.

Decepti per hæreticos redditi Ecclesiæ.

e *Et vendam filios vestros & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & venumdabunt eos Sabæis genti longinquæ, &c.* HIER. ibid. Hoc ex parte impletum est tempore Cyri, quando reuersi Iudæi de captiuitate multos Chaldæorum secum adduxerunt, tam eos qui sponte se sociauerunt, quàm etiam eos quos ipsi comparauerunt, & quos postea vendiderunt. Saba regio, vltra fines Æthiopiæ, de qua regina Saba fuit.

Saba regio.

Cla-

NICOLAVS DE LIRA.

naturam. In Hebræo habetur, Et posuerunt puerum pro expensis, *& accipitur hic puerum, pro pueros in plurali. Frequenter enim legimus quod iuuenes Christiani ab infidelibus sunt venditi, vt inde recipiant pecuniam.*

1 Et puel. *id est puellas.*

2 Vendiderunt pro vi. *id est, vt de pretio haberent vinum & alia vitæ necessaria. Sciendum tamen quod non solum pro istis peccatis condemnabuntur impij in vltimo iudicio, sed pro aliis omnibus. Ista tamen specialiter exprimuntur, quia sunt contra naturalem amorem & compassionem, quæ inter omnes homines debet esse. Illa enim quæ sunt eiusdem speciei naturaliter adinuicem compatiuntur, & hoc modo Matth. xxv. Saluator loquens de condemnatione impiorum & remuneratione iustorum solum facit mentionem de operibus pietatis & eorum contrariis: quamuis responsuri sunt vniuersaliter pro omnibus operibus bonis & malis.*

Cur impij specialiter dicantur condemnandi propter peccata contra naturalem amorem & compassionem.

3 Verumta. *Suprà propheta denuntiauit multiplicationem in bonis: hic consequenter denuntiat vltionem de inimicis. Et diuiditur in duas partes, quia primò denuntiatur vltio; secundo mundi consummatio, ibi,* Consurgant, *Prima adhuc in duas, quia primo denuntiatur vltio quædam implenda tempore noui, sicut dictum est suprà de duplici* pore veteris test. *secundo alia tempore noui, sicut dictum est suprà de duplici collatione boni; secunda ibi,* Clamate, *Circa primum sciendum quod Tyrij & Sidonij & Philisthæi erant Iudæorum vicini propter quod debebant eorum miseriæ compati; & ipsi fuerunt magis crudeles, quando reges Assyriorũ & Chaldæorum iuerunt & exercitauerunt contra eos, propter quod de eorum punitione fit hic mentio specialis, cùm dicitur in persona domini,* Verum. quid mi. *dicit autem se Deus persecutionem pati in populo Israel ratione aliquorum bonorum, qui cum malis affligebantur, & quia licet Iudæi meruissent affligi & captiuari, tamen isti iniqua voluntate exequebantur.*

Diuisio.

Vicinæ gentes Iudæos diuexant.

4 Num-

4 Numquid vl. *q. d. Non, quia vobis non nocui, sed benefeci.*

5 Et si vl. *secundùm intentionem vestram malam.*

6 Cito ve. red. vicissi. *id est, pœnam debitam: isti enim populi post captiuitatem Iudæorum satis cito fuerunt debellati & captiuati.*

7 Argentum enim. *in destructione enim Ierusalem & Iudææ isti habuerunt partem in præda.*

8 Et desiderabi. *id est, ornamenta meo cultui deputata.*

9 Intulistis in delu. ve. *ad ornandum loca idolorum.*

10 Et filios. *quia partem suam de mancipiis vendiderunt Græcis, qui per mare portauerunt eos longè.*

11 Ecce eg. *quod fuit impletum tempore Cyri, qui dedit licentiam Iudæis redeundi, & ad hoc exequendum misit nuntios & litteras per totum imperium suum, in quo erant loca saltem aliqua ad quæ mercatores Græci duxerant ad vendendum dicta mancipia.*

Cyrus remittit captiuitatem Hebræis.

12 Et conuertam. *inferendo vobis similem pœnam.*

13 Et vendam fi. ve. *in seruos.*

14 Et filias ve. *in ancillas.*

15 In manibus fi. Iu. *id est, per manus eorum, Quod dicunt aliqui impletum fuisse in liberatione Iudæorum de Babylonica captiuitate, quia secum adduxerunt de Babylone plures Gentiles, & illos postea vendiderũt. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, quia Gentiles, qui venerunt cum eis de Babylone venerunt voluntariè saltem pro maiori parte, & erant ad Iudaismum conuersi, sicut dictũ fuit j. Esdræ. Præterea illi erant Babylonij & non Tyrij, Sidonij, & Philisthæi, de quibus agitur hic. Et ideo videtur melius dicendum hoc fuisse impletum postea tempore Machabæorum, qui pugnantes contra duces Antiochi frequenter eos debellauerunt, & multa mancipia inde vendiderunt inter quæ plura fuerunt de istis locis: vnde & inter duces debellatos à Iudæis ponitur Can-* debeus

Quando & quos principes ex tribus Antiochi deuicerint.

a *Clamate hoc*. HIER. in com. Iudæi litteratiores dicunt, quia cùm venerit Christus eorum, & aurea Ierusalem descenderit de cælo, feræ Gentes Gog & Magog venturæ sunt contra Iudæos in bellum, quas diuinus sermo hortatur, vt dimissa agricultura præparent se in bellum contra Iudæos, & contrahant secum auxilia omnium Gentium. Quos dominus ad hoc ironicè prouocat, quia non Iudæi, sed ipsi sunt ibi interficiendi. Vnde dicit, *Ibi dominus faciet occumbere robustos tuos*, ô Gog & Magog. Sed melius ad diem iudicij hæc referūtur, secundum tropologiam, & monet deos suos vt præparent se ad vindicandum & pugnandum contra inimicos, Iuxta tropologiam, Gentes dæmonum, & eos qui quotidie cōtra ecclesiam pugnant, & sub Antichristo pugnaturi sunt possumus accipere qui ideo cōgregantur, vt pereant.

Delirium Rabbinorum de suo Messia.

Dies iudicij.

Diabolus & eius ministri. *Apoc. 14. d

† RVPERT. in com. Grandis & fortis hic rhetoricæ, imò plusquam rhetoricæ declamationis impetus; quia videlicet grandis est res, & dicenda nequaquam exiliter. Hoc, inquit, quod prædixi me congregaturum esse omnes gentes, & deducturum in vallem Iosaphat, &c. *clamate*, id est, prædicate in gentibus, iuxta illud, *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium, &c. Sanctificate bellum*, videlicet baptizando eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quatenus ad bellum vniuersalis iudicij, sanctitatis & iustitiæ sint armis induti & præparati. Et quia ad concursum illius belli sola baptismatis sanctificatio non sufficit, *suscitate robustos*, id est, docete eos seruare omnia quæ mandaui vobis, vt tunc demum fiduciam habeant in die iudicij tamquam robusti, *& ascendant tamquam viri bellatores*, tamquam iudices terribiles, gladios ancipites in manibus suis habentes ad faciendum vindictam in nationibus. Et quia rex huius belli nimium grandis est, eumque negligi nimis damnosum, *Concidite*, inquit, *aratra vestra, &c.* id est, labores huius sæculi, & vsum huius mundi, cuius figura præterit, postponite Euangelio Christi, & verbo, vt in illo studentes arma vobis optima circumponatis, quibus in illo bello opus erit.

*supra 2. c. Isaiæ 13. b.

Matth. 28.

Præparatio ad diem iudicij.

Psal. 149.

b *Infirmus dicat, quia fortis sum*. † RVPERTVS ibid. Id est, quisquis ad illud bellum sese præparatum esse cupit, tunc demum fortem sese speret in domino inueniri, cùm humiliter cognouerit, quam in semetipso infirmus sit: *Nam virtus in infirmitate*, hoc est, infirmitatis

2. Cor. 12.

(a) quutus est. [9] Clamate hoc in Gentibus, sanctificate bellum, suscitate robustos. Ascendant, accedant omnes viri bellatores. [10] Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in (b) lanceas. Infirmus dicat: quia fortis ego sum. [11] Erumpite & venite omnes Gentes de circumitu, & congregamini: (c) Ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. [12] Consurgat, & ascendant Gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem omnes Gentes in circumitu. *[13] Mittite falces, quoniam maturauit messis. Venite & descendite, quia plenum est torcular. (e) Exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum. [14] (f) Populi populi in valle concisionis, quia iuxta est dies domini in valle concisionis. (g) *[15] Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ

[Interlinear glosses: a O sancti iudicaturi Gentes. b Quod dicturus sum ego. c Præparate vos ad bellum in iudicio in. a Ad prælium. a Perfecti omne studium, quo animas suas excolebant, ad pugnandum pro aliis præparent. b Vnde terram fodiebatis. a Nec solos maiores moneo, sed etiam infirmus & simplex, id est, mitis conualescat. b Ad iudicandum. De sepulchris. a Ad iudicium Dei. b Quæ populum Dei persecutæ estis. In illo iudicio. a O mala generatio. b Dæmones qui sua virtute cogunt recedere à lege Dei. c De sepulchris. d Mali semper descendunt. a Quæ præuaricatæ sunt leges meas. b Sententiam iudicij. O sancti. a Ad iudicandum vestros persecutores. b Per messem maturam, & torcularia redundantia, consummatio peccatorum, & finis sæculi ostenditur. a Et ideo. O. b Congregamini ad damnationem vestram. c Vindictæ. a Sententia iudicij domini.]

mitatis propriæ cognitione, *perficitur*. Taliter *erumpite*, inquit, *& venite omnes gentes*, id est, ab oriente & occidente, à septentrione & meridie; *omnes*, inquam, *gentes*, quia apud Deum nulla personarum acceptio vel distinctio est, sed omnes pro meritis discernens, probos remunerabit, improbos punict. Itaque venite & congregamini, alij ad dexteram, alij ad sinistram separandi. Hæc proloquens Spiritus propheticus, cùm hactenus de multis, vel ad multos pluraliter loquutus fuerit, miro modo ad quemdam singulariter, repente apostrophen facit, dicendo,

c † *Ibi occumbere faciet robustos tuos*. IBID. Quis est iste robustorum possessor, nisi qui apud beatū Iob dicitur, *Rex super omnes filios superbiæ?* Hūc enim cum suo principe faciet occumbere dicendo, *Ite maledicti in ignē æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius*.

Iob 41. Matt. 25.

d *Consurgant*. HIER. in com. Alij dicunt Gentes damnandas moneri, vt surgāt ad iudiciū suæ damnationis. Et ironicè monentur, vt præparent se ad bellum, in quo sunt interficiendi, quia consummata est malitia eorum. Quidam in bonum hoc interpretantur, & dicunt Gentes ascendere in vallem Iosaphat, quę interpretatur iudicium domini, & ibi sedere dominum, ad remunerandos bonos, qui de circumitu congregabuntur contra aduersarios Dei, & succident messem hostium, & calcabunt eos, quia malitia eorum completa est, & in tantum exuberabūt musta, id est, malitia eorum, vt torcularia capere non possint. Et vt sciamus de qua vindemia loquitur, addit,

Vtrum exhortatiō, quæ hic ponitur, fiat ad malos ironicè an ad bonos seriò?

e *Multiplicata est m. eorum*. IBID. scilicet qui contra Deum congregati sunt. Iudæi hoc interpretantur de Gog & Magog, quas arbitrantur post mille annos restituta Ierusalem, contra populum Dei in vallem Iosaphat venturas, & ibi vindemiandas.

Quid tradant Iudæi de Gog & Magog.

f *In valle concisionis*. HIER. ibid. Vallis concisionis dicitur sententia Dei, qua concidet & separabit electos à reprobis.

g *Sol & luna*. IBID. In quo die tormenta pereuntium sol & cetera sidera non poterunt intueri, sed retrahent fulgorem, & seueritatem punientis aspicere non audebunt: non quod damnanda sint Dei iudicio, sed quia omnis creatura in tormentis aliorum, de suo iudicio pertimescat, vnde, *Nam & virtutes cælorum mouebuntur*. Adueniente verò sole omnia luminaria videbuntur minorari à suo splendore, vnde dominus, *Sol obscurabitur, & luna non dabit* lu-

Lucæ 21. c. Matth. 24. c

NICOLAVS DE LIRA.

debeat dux maritimus. Tyrus autem, Sidon, & Philisthæa sunt loca maritima.

1 Clamate. *Hic ponitur alia vltio implenda tempore noui testamenti, & dicunt aliqui, quod erit vltio finalis iudicij, sed littera videtur dissonare, quia dicitur hic,*

Sanctificate bellum, suscitate. *quia in finali iudicio non congregabuntur Gentes ad bellandum, sed ad pœnas & præmia recipiendum, & ideo videtur mihi, quod conuenientius potest exponi de persequutione Antichristi, qui violentia armorum conabitur totaliter transferre Dei cultum ad se. ij. ad Thessal. ij. Ostendens se tamquam sit Deus, & secundum hoc dicitur*, Clama. hoc, *id est, clamabitis vos ministris Antichristi, & sic erit exponendum in sequentibus.*

De Antichristo an de finali iudicio exponendum sit cap. ab illo loco: Clamate, &c.

2 Sancti. be. *id est, confirmate contra colentes Deum. In Hebræo habetur*, Præparate bellum. *Verbum enim Hebraicum hic positum æquiuocum est ad præparare & sanctificare.*

3 Susci. ro. *vt adhæreant Antichristo.*

4 Concidite ara. *id est, alias occupationes dimittite, & ei adhærete.*

5 Infirmus dicat. *id est, nullus se excuset quin ei obediat in Christianorum persecutione.*

6 Erumpite, *id est, venite cum magno impetu.*

7 Et congre. *ad Antichristum, & potissimè in Ierusalem vbi ostendet se tamquam sit Deus, ij. ad Thessal. ij.*

8 Ibi occumbere fa. *interficiens Antichristum & maiorem partem sibi adhærentium.*

9 Consur. *Hic consequenter describitur mundi consummatio, quæ sequetur dictam persecutionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur finale iudicium, vt addantur aliqua quæ suprà sunt omissa: Et secundò pœnæ & præmia, ibi*, Et scietis. *Circa primum dicitur*, Consurgant & ascen. *scilicet de sepulchris suis per generalem resurrectionem.*

Diuisio.

10 In vallem Iosaphat. *Circa enim illum locum erit iudicium, vt prædictum est.*

11 Mittite fal. *id est, mittetis, & hoc dicitur angelis, qui erunt executores diuinæ iustitiæ, secundum quod dicitur Matth. xiv. e.* Messis verò consummatio sæculi est, messores autem sunt angeli.

Angeli executores diuinæ iustitiæ.

12 Quoniam maturauit. *id est, venit tempus reddendi pœnas & præmia pro meritis.*

13 Venite, &c. *mecum ad iudicium: tunc enim Christus venturus est cum angelis suis.*

14 Quia plenum. *Repetitio est eiusdem ad maiorem expressionem, quod significauit per messem, hoc significat per vindemiam.*

15 Quia multipl. est. *q. d. Pœna non est amplius differenda.*

16 Populi po. &c. *tunc enim fideles populi ab infidelibus separabuntur.*

17 Sol & luna obtene. *Apparente enim claritate iudicis, obfuscabitur claritas luminum ad præsentiam maioris luminis.*

☞ *lumen suum, & stellæ cadent de cælo.* Vel etiam, reprobis omnia videbuntur obtenebrari.

a *Et do. de.* † RVPERT. in com. Quoniam de die illo domini magno & horribili hactenus sermo est, rectè rugitus iste & vox ista domini, illa intelligitur, de qua in Euangelio dicit, *Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei.* Illa enim vox est, qua infernum moriendo ac resurgendo terruit ac vicit, prędamque ex eo tulit. De hoc rugitu & Iacob Gen. 49. & Amos 1. Tunc & virtutes cælorum mouebũtur. Nec paruus erit terræmotus in occursum iudicis, sed tantus, vt mortui omnes impulsi tamquam dormientes excitentur. Et electi quidem, & ipsi quoque timebunt, sed in ipso tremore fortem & firmam retinebũt spem.

Ioan. 5. *Ierem. 25. f. Amos 1. a. Vox Christi quæ excitabit dormientes in sepulchris & vocabit ad iudicium.

a retraxerunt splendorem suum.*[16] Et dominus de Sion rugiet, & de Ierusalẽ dabit vocem suam. Et mouebuntur cæli & terra, & dominus b spes populi sui, & fortitudo filiorum Israel.[17] Et scietis quia ego dominus Deus vester habitãs in Siõn in monte sancto meo. c Et erit Ierusalem sancta, & alieni non transibunt d per eam amplius.[18] Et erit in die illa, stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte. Et per omnes riuos Iuda ibunt e aquæ, & fons de domo domini egredietur, & irrigabit torren- f tem spinarum.[19] Ægyptus in desolatione erit, & Idumæa in desertum perditiõnis, pro eo quod iniquè egerint in filios Iu- g da, & effuderint sanguinem innocentem in terra sua.[20] Et Iudæa in æternum habitabitur, & Ierusalem in generatione & h generationem.[21] Et mundãbo sanguinem eorum quos non mundaueram, & dominus commorabitur in Sion.

¶ O electi.
a ¶ In medio electorum mente cælestia contemplantium, & in culmine virtutum positorum.
a ¶ Vindicando. b ¶ Martyrum Christi.
c ¶ Quem inultum vsque ad diem iudicij dimisi, sed ibi vindicabitur, quo vindicato commorabitur dominus in multitudine sanctorum.

qua pleraque figuratè proteduntur per ænigmata & allegorias, & parabolas aliter intelligenda quam scripta sunt. Nam & montes legimus destillaturos dulcorem, non tamen vt sapam de petris, aut defrutũ de rupibus speres: & terrã audimus lacte & melle manantem, non tamen vt de glebis credas te vnquã placentas coacturum. HIER. in com. Domino habitante in 1 Sion post ascensionẽ 2 ad cælos, vel post diẽ 3 iudicij, mõtes, id est, 4 Apostoli, & celsi prę- 5 dicatores abunda- 6 bunt suauitate elo- 7 quij, & stillabunt ex 8 eis spirituales gratię; 9 *& colles*, id est, non 10 habẽtes tantam ple- nitudinem, intelli- 11 gentiæ, emittent lac, 12 quo nutritur infan- 13 tia ecclesiæ, & *per omnes riuos Iuda*, id est, 14 super credentes & fi- 15 lios ecclesiæ abundabunt *aquæ*, id est, spirituales gratiæ, quia nihil in eis aridum erit.

Tropicæ locutiones in scripturis. Exod. 3. & 13. Descriptio status gratiæ vel gloriæ.

16 e *De domo domini.* IBI. 17 id est, primitiua ec- 18 clesiã, egreditur fons baptismatis & doctrinę, qui irrigat corda Gentilium, quæ spinis vitiorum, & aculeis malarum cogitationũ pungebantur, vt ibi oriantur flores virtutum, vbi prius oriebantur punctiones vitiorum.

HIERON. in com. Cùm omnia obtenebrata fuerint, dominus quasi leo de Sion (id est, de ecclesia constante ex angelis & hominibus) tam excelsa & terribili voce contra reprobos clamabit, vt cardines cælorum & terrarum fundamenta quatiantur, & ipse seuerus malis, suis erit spes, liberans eos, & dabit eis fortitudinem, qui sunt filij Israel contemplantes Deum.

b *Et scietis quia, &c.* IBID. In iudicio scient, & qui punientur, & qui assumentur: quod dominus habitet in Sion, & in Christo monte suo: vel in eo, qui se dignum Deo habitaculum præparauit.

IBID. Hoc Iudæi ad fabulam mille annorum referunt, quando putant Christum habitaturum in Sion, & in Ierusalem aurea sanctorum populos congregandos, vt qui in isto sæculo oppressi sunt ab aliis, in illo imperent cunctis nationibus.

Fabulæ Iudaicæ de mille annis & aurea Ierusalem.

c *Et erit Ierusalem, &c.* IBID. Et post diem iudicij Ierusalem constans ex angelis & hominibus erit absque aliqua contaminatione quam prius contraxit in commixtione malorum, & alienus, id est, diabolus vel aliqua praua cogitatio, non reperiet viam iustis habentibus, Dei pacem.

d *Et erit in die illa.* † TERTVLL. lib. 3. adu. mar. c. 5. Alia species erit, qua

f *Aegyptus in desol.* IBID. Hæc etiam Iudæi referunt ad tempus quo suum Messiam expectant: sed melius ad diem iudicij vel resurrectionis referuntur. Ægyptus interpretatur mœror vel tenebræ, vel persequẽs. Idumæa terrena, vel cruenta. Qui ergo sanguinem martyrum fuderunt, & terrenis operibus vacauerunt, perpetua damnatione opprimentur: quia quotidie contra filios ecclesiæ mala operantur, & sanguinem eorum decipiendo effundunt.

Punitio eorum qui fideles persecuti sunt, vel terrenis inhæserunt.

g *Et Iudæa.* IBID. Prouincia confessionis & gloriæ, & vrbs in qua gloria Dei cernitur, erit æterna Dei habitatio. Non in vnam tantum, vel plures generationes, sed in generatione & generationem; in duabus generationibus eorum qui de Iudæis vel Gentibus crediderunt.

h *Et munda.* Mundat dominus sanguinẽ peccatorum in Euangelio, quem prius in lege non mundauerat, peccatores & immundos sibi relinquendo. *Conclusit enim omnia sub peccato, vt omnium misereretur.* Rom. 11. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dom. de Si. *contra impios sententiam proferendo.*

2 Et de Ierusalem dabit vocem, *iustis dicendo*, Venite benedicti patris mei, &c. *Et dicitur hic de Sion & de Ierusalem, eo quod locus iudicij erit ibi, vt prædictum est.*

3 Et mouebuntur cæli, *ad receptionem iustorum.*

4 Et terra, *ad receptionem reproborum, quia locus gehennæ sub terra dicitur esse.*

5 Et domi. spes po. *quia tunc videbit Dei populus, quod non est sua spe defraudatus.*

6 Et scietis. *Hic consequenter describuntur pœnæ, & præmia iudicium generale sequentia; & primò præmia, cùm dicitur,* Et scietis, *vos iusti.*

7 Quia ego domi. *videntes me facie ad faciem.*

8 Habitans in Sion. *s. cælesti, de qua dicit Apostolus ad Hebr. xij. c.* Accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem, *de qua subditur,* Et erit Ierusalem sancta.

Sion & Ierusalem cælestes.

9 Et alieni non transibũt per. *id est, improbi amplius non erunt commixti cum iustis, sicut fuit in Ierusalem terrena & militante ecclesia, quæ est etiam Ierusalem, vt dicitur in scriptura.*

10 Et erit in die illa, stillabunt montes dulc. *Per ista intelligitur suauitas, quæ erit in cælesti patria, sicut frequenter in pluribus locis veteris testamenti ac noui fruitio beata per sensibilia delectabilia metaphoricè designatur.*

11 Et fons de. *id est, plenitudo beatitudinis signata nomine fontis.*

12 Et irrigabit tor. *id est, illos qui in præsenti vita ad modum spinarum fuerunt arefacti per carentiam delectabilium, & hoc propter Christum. In Hebræo autem habetur,* Et irrigabit torrentem Sethim. *& per hoc possunt intelligi corpora sanctorum, quæ tunc erunt incorruptibilia, sicut & ligna Sethim sunt imputribilia; & hoc erit quia beatitudo animæ redundabit ad corpora. Consequenter agitur de pœnis reproborum, cùm dicitur,*

Glorificatio corporum beatorum.

13 Ægyptus in deso. erit. *scilicet, infernalis. Et per istas duas Gentes intelliguntur generaliter omnes peccatores, isti tamen specialiter exprimuntur, quia Aegyptus filios Israel iniquè oppressit, & Esau, à quo dicta est Idumæa, fratrem suum Iacob innocentem persecutus fuit. In causa verò damnationis reproborum exprimuntur specialiter peccata crudelitatis, vt prædictum est, & ideo subditur,* pro eo quod, *subintelliguntur tamen omnia alia peccata. Consequenter reuertitur ad præmium bonorum, dicens,*

Damnatio impiorum.

14 Et Iudæa. *Sicut supra per Ierusalem & Sion metaphoricè intelligitur ciuitas cælestium, sic hic per Iudæam terra viuentium, sicut Ierem. xxxiij. c.* In diebus illis saluabitur Iuda. *ibi per Iudæam intelligitur omnis confitens Deum corde, & ore, & operibus etiam secundum dicta antiquorum Hebræorum, vt ostensum fuit ibidem: sic in proposito per Iudæam, quæ interpretatur confessio, intelligitur patria cælestis, vbi est iugis confessio diuinæ laudis. Psalm. xxxiij. a.* Beati qui habitant in domo tua domine, &c.

Patria cælestis.

15 In generationem, &c. *id est, sine fine.*

16 Et mundabo sang. &c. *De cursu communi iusti affliguntur in præsenti, propter quod ab hominibus sensibilia bona attendentibus (quorum est maior numerus, secundum illud Eccl. j. d.* Stultorum infinitus est numerus,*) reputantur Deo odiosi, & sic iniusti: sed in beatitudine cælesti declarabitur eorum iustitia, & secundum hoc dicit dominus,* Et mundabo sanguinem, *illos tunc fuisse mundos ostendam.*

Iudicia Dei quam non conueniant cum humanis.

17 Quos non mundaueram, *id est, quorum munditiam non declaraueram in præsenti vita hominibus attendentibus tantum sensibilia bona.*

18 Et dominus commorabitur in Sion. *scilicet cælesti, vbi clarè & perpetuo videbitur, & à sanctis pro sua voluntate habebitur ad fruendum. Ad quam fruitionem nos perducat, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.*

ADDITIO I.

In cap. iij. vbi dicitur in Postill. Et posuerunt puerum in prostibulo. *Vbi nos habemus,* puerum in prostibulo, *in Hebræo habetur,* Posuerunt puerum in meretricem.

AD-

ADDITIO II.

In eodem capitulo vbi dicitur in postilla, Et Idumeæa in desertum perditionis.

Per istas duas Gentes possunt intelligi generaliter omnes peccatores ecclesiam perturbantes, qui in duo genera diuiduntur: Quidam enim eorum persequuntur ecclesiam, eam violenter opprimendo, qui per Aegyptum intelliguntur, quæ filios Israel oppressit violenter, Alij verò perturbant ecclesiam per falsas scripturarum interpretationes, & tales per Idumæam intelliguntur, Idumæa enim accipitur sæpè in scriptura pro synagoga Iudæorum, quæ falsas interpretationes fingit in sacra scriptura, ad peruertenda mysteria Christi, prout supra Isaiæ xxxiv. in additionibus.

ADDITIO III.

In eodem c. 3. vbi dicitur in Postill. Et mundabo sanguinem eorum.

Super illud verbum, Et mundabo sanguinem eorum, quæ non mundaueram. Glos. Mundat dominus sanguinem peccatorum in Euangelio, quem prius in lege non mundauerat.

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES AD PROLOGOS IN AMOS PROPHETAM.

In primum Prologum.

IN scribitur hic Prologus Hieronymo, sed non est relatus inter eius legitimos fœtus ab editoribus eruditis: & videtur potius à Rabano, vel auctore Glossæ ordinariæ præfixus.

Duæ sunt eius partes. In prima docet quo tempore Amos prophetauerit: in secunda ibi, *Et quia idem Propheta*, tractat tropologicè difficilem locum Prophetæ huius de pœnitentia peccatorum iteranda.

Incipit Prologus sancti Hieronymi in Amos Prophetam.

[1] OZias rex cùm Dei religionem sollicitè æmularetur, [2] nimio religionis amore prouocatus, contra præceptum legis Moysi, [3] arrepto thuribulo* (vt historia libri secundi Paralipomenon ostẽdit) sacerdotale officium præsumere conatus est. [4] Ob eam rem terræmotum in templo Dei constat exortum. Cuius etiam *Zacharias Propheta meminit. [5] Ante hunc itaque terræmotum Amos Propheta temporibus prædicti regis, & temporibus Ieroboã filij Ioas regis Israel, in eas Gentes quæ lectione cõprehensæ sunt, iram denuntiat. [6] Et quia idem Propheta in sequentibus ait: Super tribus impietatibus, & super quatuor non conuertam eum, tertiò peccatorum indulgen-

1 *Ozias rex*, qui alio nomine Azarias dicitur, filius Amasiæ regis Iuda, *quum Dei religionem solicitè æmularetur*, magis, vt apparet, ex superbia, vt sibi arrogaret officium sacerdotale, quam ex vlla erga Deum reuerentia & deuotione. Videtur enim vir elatus multis victoriis existimasse, non satis sibi honoris & gloriæ esse acquisitum, quod in temporali statu primus esset nisi etiam in spirituali dignitate supremus haberetur. Exemplũ, quod cum timore & tremore debent intueri Principes sæculi qui adulatoribus aurem præbentes, in ecclesiasticis functionibus dirigendis primas obtinere satagunt. *Nimio religionis amore prouocatus*; ideo nimio, quia non vt Deum melius coleret; sed vt functione summi sacerdotis arrogata, seipsum in oculis populi magis extolleret. Nimius autem amor religionis (id est, religiosi cultus externi) aut superstitio est, si ex zelo nimio, aut arrogantia est & impietas, si quis neminem se digniorem ad cultum Deo offerẽdum existimet, quod videtur Oziæ peccatum fuisse.

2 *Contra præceptum legis Moysi.* Numer. 18. dicitur Aaroni: *Tu & filij tui custodite sacerdotium vestrum; & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur; si quis exterius accesserit, occidetur.* Permisit quidem Deus, imò voluit, vt non solum suprema sacrorum administratio, verum etiam summum imperium politicum esset penes sacerdotem magnum; atque ideo vocata est synagoga regale sacerdotium; & propterea, cùm populus Regem postularet, Deus annuendo satis declarat, se eousque immediatè Regem ipsorum fuisse, per vicarium suum sacerdotem summum, cui subiecerat ipsum ducem & Imperatorem politicum, seu iudicem populi; at rege iam per ipsos postulato; iam se non amplius Regem eorum esse dignari; vnde & Samueli dixit: Non enim te abiecerũt, sed me ne regnem super eos. Numquam autem permisit, vt Rex aut iudex sæcularis, qui non esset de genere sacerdotali, licitè posset exequi sacerdotis officium.

3 *Arrepto thuribulo.* Ex manibus sacerdotis ad thurificationem parati, thuribulum vi abstulit, & thus domino ipse adolere voluit. *Vt historia lib. 2. Paralip. ostendit.* vbi & docetur qualis nam fuerit ille nimius amor religionis in Ozia his verbis: *Cùm roboratus esset* (Ozias) *elatum est cor eius in interitum suum, & neglexit dominum Deum suum; ingressusq; templum domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis.* In eo quod thymiamatis cultum Deo deberi agnouit, amor quidem religionis fuit; in eo autem quod ipse per se, non per sacerdotis ministerium adolere voluit, nimius amor fuit, quo reuera cultum Dei, non tam ad Dei gloriam, quàm ad suum ipsius decus voluit dirigere. *Sacerdotale officium præsumere conatus est:* rectè, conatus est, nam & sacerdotum zelus, & Dei terribilis vindicta eum prohibuit, ne de facto thus adoleret. Vnde ibidem Azarias sacerdos & alij sacerdotes, dicebant: *Non est tui officij, Ozia, vt adoleas incensum Domino; sed sacerdotum Domini, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium.* Quod non solum de oblatione incensi verum erat, sed & de omnibus, quæ ad cultum altaris pertinebant, hoc est tam ceremoniis, quàm personis & ordinationibus ac sustentatione, & electione earum.

4 *Ob eam rem terræmotum in templo Dei constat exortum.* Non est hic terræmotus quem describit Isaias cap. 6. ille enim accidit solum in visione imaginaria, vt ex circumstantiis sacri contextus patet: sed erat verus terræmotus non in solo templo, sed etiam in reliqua vrbe populoque factus, occasione tamen huius præsumptionis superbientis regis. *Cuius etiam Zacharias Propheta meminit*, cap. 14. dicens: *Fugietis, sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis*; vbi glossa interlinearis ait de Ozia, *Qui vsurpans sacerdotium lepra percussus est, ad cuius impietatem tota terra mota est.*

5 *Ante hunc itaque.* Hactenus descripsit occasionem terræmotus, quem posuit hic Propheta, tamquam celebrem characterem seu notam temporis, quo prophetare incepit: nunc characterem illum tẽporibus peculiariter notatis assignat. Nempe Amos prophetauit biennio ante hunc terræmotum: *temporibus prædicti regis*, Oziæ nimirum, anno regni eius 23. nam terræmotus accidit anno eius 25. *& temporibus Ieroboam filij Ioas, regis Israel*, vt distinguatur à Ieroboam filio Nabot, qui primus eius nominis regnauit in Israel, & initium dedit regno sacerdotioque schismatico. *In eas gentes quæ lectione comprehensæ sunt*; hoc est, contra nationes illas, quas Propheta in hoc libro suo, qui in ecclesia sancta legitur, nominatim expressit; vel, quas apud Prophetam hunc legimus nominatim expressas: 1. & 2. cap. vbi Gazam Philistiorum, Tyrum, Sidonem, filios Amon, aliasque gentes nominat. *Iram Dei*, hoc est supplicia iusta, quæ inter homines effectus sunt iræ ordinatæ: *ob eas causas quas memorauit*, Propheta in hoc suo vaticinio, *affuturam denuntiat*; supplicia prędicta irrogando.

6 *Et quia idem Propheta in seqq. ait*, in cap. 1. & 2. Hæc est secunda huius Prologi particula, in qua tropologicè tractat locum Prophetæ huius, de indulgentia trium scelerum, & vindicta irreuocabili quarti sceleris; Quem locum Lyranus bene explicat. Hic breuiter dicit ex eo loco colligi, *tertio peccatorum indulgentiam Deum dare posse*; hoc est, non facere Deũ præter leges & cursum ordinatæ prouidentiæ & iustitiæ suæ cum misericordia coniunctæ, quod sæpè peccantibus sæpè ignoscat, pœnitentiam illis infundendo; & peccata remittendo: sed quod *quarto eadem peccata admittentibus*, hoc est

*2. Par. 25. c.

*Zac. 14. a.

est obstinata quadam malitia ex consuetudine cum peccato perseuerantibus, *nec pœnitentiam nec indulgentiam daturum* Deum *annuntiat* Propheta; non quasi iustitiæ eius repugnaret id facere; aut quia ex misericordiæ dulcedine id sæpè non faciat; sed quia nec ita facile, nec ita sępè talibus obduratis pœnitentiam inspirat, quam ipsi toties oblatam repudiarunt. Loquitur autem Propheta particulariter, de illis nationibus, quas nominauit: quod Deus illis non esset parciturus, (quamuis si pepercisset, non iniustè id fecisset) quia illi nimium abusi essent longanimitate misericordiæ diuinæ. Vnde ex illa comminatione Prophetæ non licet inferre, Deum quartò recidiuanti pœnitentiam & indulgentiam negaturum: sed talibus difficulter id accidere, ob ipsorum obduratam malitiam, non ob diuinæ iustitiæ rigorem, aut misericordiæ eius defectum.

*Hoc quomodo debeat intelligi, vide Nicolaum infrà in 1. cap. huius Prophetæ: & apud Hieron. in gl. os. huius loci.

tiam Deum dare posse significat, *quem quartò eadem peccata admittentibus, nec pœnitentiam nec indulgentiam daturum annuntiat.

7 Nam per ignis similitudinem, quem in prædictas gentes immittendum prædixit, grauem atque irreuocabilem Dei iram ad euersionem earumdem ciuitatum processuram voluit demonstrare.

7 *Nam per ignis.* Tanta est incendij semel concepti violentia, vt nulla fere arte aut diligentia possit extingui: Ideo irreuocabilem Dei sententiam de gentium harum supplicio, aptè Propheta per irresistibilis incendij similitudinem expressit.

Ad Prologum secundum.

1 Hic etiam Prologus ex S. Hieronymi verbis, & sensu contextus est. Verba ipsa S. Hieronymi primò ponuntur ex epistola ad Paulinum, continentia ænigmatum in hoc Propheta occurrentium enumerationem. Hæc à nobis explicata sunt in eadem epistola, Pentateucho præposita. Et extenduntur in hoc Prologo vsque ad eum locum, *Amos verò interpretatur:* A quo deinceps, sententia Hieronymi in commētario huius Prophetæ in primo capite posita aliis verbis paululum variatis affertur de Prophetæ huius gratia; & de omnis prophetiæ dignitate.

2 Prophetam ipsum laudat, primò à significatione nominis; quia *Amos* Hebr. onustum Latinè significat: ita enim legitur hic locus in veteribus editionibus, Hieronymus autem aliter interpretatur, vt postea videbimus. Deinde quia, *Hic Amos spirituali gratia plenus prophetauit inter ceteros prophetas.* Ideo maximè admirandus, qui sanctissimis Prophetis comparatus, non minus plenus gratiæ spiritualis inuentus est, quàm illi. Valdè enim commendabilis est illius probitas, qui etiam inter optimos annumeratus eminet. *Non enim ipse solus erat prophetes, sed etiam alij;* non ipsum solum gratia prophetiæ repleuit Deus, verum alios multos suscitauit Prophetas, qui populum suum erudirent: verum hic, *Esse non poterat prophetes, nisi pastor ante fuisset:* alludit ad verba Amos inferius, negantis se esse prophetam, aut filium prophetæ, sed armentarium dumtaxat seu pastorem se asserentis. q. d. Se nec ex successione seu familia prophetali fuisse, neque ad hoc munus à sacerdotibus vel alio propheta vnctum; nec in scholis, siue studio suo edoctum vt prophetaret; sed cùm simplex pastor fuisset, assumptum fuisse à Deo, vt munus prophetale adimpleret. Itaque dicit hic Prologus, non quidem pastoris vocationem necessariam fuisse ad munus prophetale: sed in hoc Propheta illud spectasse Deum, vt ad maiorem confusionem idololatrarum, pastorem rusticanum haberent monitorem, qui eorum impietatem diuina eloquentia percelleret.

*Isaiæ 40. b.

Item Prologus ex epistola S. Hieronymi ad Paulinum.

1 Amos Propheta pastor & rusticus, & ruborum moros distringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat, tria & quatuor scelera Damasci, Gazæ, Tyri, Idumææ, filiorum Ammon & Moab, & septimo octauoque gradu Iudæ & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sunt in monte Samariæ, & ruituram domum maiorem minoremque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantem dominum super murum litum, vel adamantinum, & vncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terra, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum domini, non dixit verba, sed verbum.

2 Amos verò interpretatur onustus. Hic Amos spirituali gratia plenus prophetauit inter ceteros Prophetas. Non enim ipse solus erat prophetes: sed etiam alij. Esse quippe non poterat prophetes, nisi pastor ante fuisset.

3 Qui etiam tuba sua clangit per

4 singulos dies erudiens & docens in ecclesia. In veritate enim vox omnium Prophetarum tamquam tuba spiritualis est prædicans in ecclesia, secundum quod scriptum est, *Ascende in montem excelsum tu qui euangelizas Sion, exalta vocem tuam qui prædicas Ierusalem.

3 *Qui etiam tuba sua clangit.* Tertia laus Prophetæ, ex allusione ad nomen vici, vnde natus est: Thecuæ enim (vt docet D. Hieronymus in commentario à quo hic locus sumptus est) significat clangorem tubæ, siue buccinæ: & Prophetæ huius vaticinia etiam adhuc resonant in Ecclesia Dei, tamquam clangor tubæ admonentis fideles, vt se parent ad iudicium Dei suscipiendum.

4 Ab hypothesi, ad thesim ascendit: & non solum Amos prophetiam esse tubam Dei spiritualem, verum etiam omnium Prophetarum voces, esse tubarum spiritualium clangores, quibus voluntas Dei fidelibus annuntiatur, dum prophetiæ in Ecclesia leguntur.

Ad

Ad tertium Prologum.

HIc tertius Prologus ferè per omnia idem est cum eo, quem præmisit cõmentario in hunc Prophetam Hieronymus, additis pauculis de tempore prophetiæ, & genere mortis illius; siue illa ipse Hieronymus addiderit, procœmium in translationem huius Prophetæ scribens; siue alius quispiam procœmio Hieronymiano ista attexuerit, tum ex ipsis Hieronymi in primum caput prophetiæ huius commentariis, tum ex Epiphanij libello de obitu Prophetarum.

Sunt autem quatuor eius particulæ. In prima distinguit ambiguitatem nominis Amos huius, ab Amos patre Isaiæ; ex ratione Hebraicæ etymologiæ; in secunda, docet vbi natus fuerit Amos, & quod vitæ genus exercuerit, ibi, *Fuit autem cognatio eius*. In tertia ostendit sub quibus regibus, & contra quos prophetauerit; ibi, *Prophetauit autem*. In quarta martyrium eius describit, ibi, *Hunc ablatum de numero pastorum*.

Item alius Prologus.

HIc Amos Propheta & pastor, non fuit pater Isaiæ Prophetæ quamquam & ille propheta extiterit. Nam aliis litteris ille, aliis iste apud Hebræos scribitur, quæ differentia litterarum apud Latinos non habetur, & ille fortis vel robustus, hic verò populus auulsus interpretatur, qui loquitur contra decem tribus, quæ per idololatriam à cultu Dei & à regno Dauid erant auulsæ. Fuit autem cognatio eius ex oppido Thecue, quod sex milliaribus distat à Bethleem, curam gerens pecorum in latitudine camporum, qui sunt proximi oppido Thecue, in quibus humi arido

1 *Hic Amos Propheta & pastor.* Tam hic Propheta quàm pater Isaiæ Prophetæ, Amos vocatur: & vocabulum illud Græci & Latini iisdem omnino litteris scribitur. Vnde natus est error, existimantium hunc Prophetam fuisse patrem Isaiæ: cùm reuera longè diuersa sint ipsorum nomina; vtpote diuersis litteris constantia: quod ita in Prologo commentarij explicuit Hieronymus: *Amos Propheta qui sequitur Ioelem, & est tertius duodecim Prophetarum, non est ipse, quem patrem Isaiæ Prophetæ legimus. Ille enim* (nempe pater Isaiæ) אמוץ *amots scribitur, per primam & vltimam nominis sui litteram* א *aleph, &* צ *tsade; & interpretatur fortis atque robustus. Hic verò* (nempe Amos propheta & pastor de Thecua, scribitur) עמוס *gnamos, per* ע *ain, &* ס *samech, & interpretatur populus auulsus: media litteræ* (vtriusque nominis nempe) מ *&* ו *vtrique communes sunt.* Hæc Hieronymi verba in procœmio commentarij, vel ipse, vel alius reddidit in hoc procœmio per compendium, vt legenti patet.

2 *Quamquam & ille* (nempe pater Isaiæ) *propheta extiterit.* Sic enim habet traditio (incerta tamen) Hebræorum, quod patres prophetarum, quorum nomina initiis prophetiarum ponuntur, fuerint etiam prophetæ.

3 *Nam aliis litteris ille* (pater Isaiæ) *aliis iste,* (tertius inter duodecim Prophetas) *apud Hebræos scribitur*; vt iam superius ex aliis verbis Hieronymi declaratum est.

4 *Quæ differentia litterarum apud Latinos non habetur*: hoc sic in alio procœmio expressit Hieronymus: *Apud nos autem,* (Latinos, seu occidentales intelligit) *qui tantam vocalium litterarum, & sacræ litteræ* (*quæ apud Hebræos triplex est*) *non habemus: hæc & alia nomina videntur esse communia* (hoc est diuersis hominibus eodem modo & sono attributa, vtpote patri Isaiæ, & huic prophetæ, quasi essent cognomines) *quæ apud Hebræos elementorum* (litterarum) *diuersitate, & suis proprietatibus distinguuntur*, id est, & diuersis litteris scribuntur, & diuersam habent etymologiam atque significationem; & non eodem modo, sed diuerso attribuuntur diuersis hominibus, vt propterea non sint cognomines. Vocales litteras vocat ibi Hieronymus, quæ apud nos Latinos vix alio modo, quàm per vocales exprimuntur; sunt autem reuera aspirationes diuersæ, quas duas solum habent Græci & Latini, lenem & densam; lenem Hebræi per א litteram, Græci per semilunulam vocali impositam (ἀ) indicant, Latini per absentiam h litteræ insinuant; densam Hebræi per ה he litteram, Latini per h, Græci per impositam vocali semilunulam dexteram notant (ἁ.) præter quas habent adhuc Hebræi duas alias aspirationes, ח *hheth*, quæ est aspiratio densior quàm ה, & ex imo pectore ducitur, qualis est fessorum anhelatio; & ע *ain*, quæ est aspiratio ex imo gutture per nares educta. Has omnes aspirationes vocat Hieronymus vocales litteras, non quod sint vocales eo sensu, quo Latini vocales appellant, sed quod proprietas earum litteris Latinis non possint exprimi, ideoque vocalibus litteris earum loco substitutis exprimuntur. vt אמוס *amos* vbi in vocali, a, subintelligitur etiam Hebræorum consona א quæ est tenuis eorum aspiratio: & חוה *eua*, vbi in vocali, e, subintelligitur densissima illa & pectoralis aspiratio Hebræorum, quæ *hheth* consonans ab eis dicitur; & עמוס *amos*, vbi in vocali a, subintelligitur præterea gutturalis aspiratio Hebræorum, quam ע *ain* consonam vocant. Rursus triplicem sibilum, s, litteræ apud Hebræos esse docet: nempe, ס *samech*, צ *tsade*, & ש *schin*; non quod singulæ eruam sola nostra consona monadica, s, exprimantur: sed quod singulæ habeant stridorem seu sibilum, s, litteræ imbibitum, qualem non habent Latinæ litteræ: nam ס quidem respondet Latinorum s, at *tsade*, est ts, & *schin*, est Gallorum, ch; quarum sonum Latina lingua non agnoscit: nulla enim vox Latina habet ts, vel sch; quapropter cum a mitto, secundum analogiam videretur in supinis dicendum, mitsum, illum stridorem horrentes, dicimus missum. Et in compositionibus, sonum illi vicinum ds emollimus, pro adsum, adsentior, adsector, dicentes assum, assentior, assector.

5 *Et ille* (Amos pater Isaiæ) *fortis vel robustus*, vnde Hebræi viros fortes אמיצים *amutsim* vocant. *hic verò populus auulsus interpretatur.* nam עם *am*, est populus, מס *mas* vel מסס *masas* est dissoluere, auellere, liquefacere.

6 *Qui loquitur contra decem tribus, quæ per idololatriam*, vitulorum aureorum per Ieroboamum filium Nabat introductam, *à cultu Dei* vero & legitimo *& à regno Dauid*, in quo solo tunc erat cultus externus Dei verus & lege præscriptus, *erant auulsæ*, per schisma nefarium, Rege Ieroboamo inuehente; vocabatur enim astutus tyrannus, ne si populus iuxta legem quotannis ad Deum colendum in Ierusalem ad templum ascenderet, paulatim ad verum etiam regem suum de domo Dauid reuerteretur; ideoque vetuit populum ascendere Ierosolymam, & templum vitulis aureis in Bethel, vnà cum sacerdotio & cultu idololatrico erexit.

7 *Fuit autem cognatio eius.* Secunda particula Prologi, vitam, & genus vitæ Prophetæ declarans. Dicit ergo cognationem eius, id est, tam ipsum, quàm parentes eius oriundos fuisse oppido Thecuæ, *quod sex milliaribus distat à Bethlehem.* hoc in alio procœmio sic concipitur: *Hic igitur Propheta, quem nunc habemus in manibus* (id est, quem exponere aggredimur) *fuit de oppido Thecua, quod sex milliaribus ad meridianam plagam* (id est, versus meridiem seu Austrum) *abest à sancta Bethlehem, quæ mundi genuit Saluatorem.* vbi & ipse Hieronymus in monasterio degebat cùm ista scriberet.

8 *Curam gerens pecorum*, pastoralem vitam agens, *in latitudine camporum*, id est, in campis latissimis, *qui sunt proximi oppido Thecuæ*; nempe ita vt *nullus vltra sit viculus* (ait Hieronymus in alio procœmio) *sed agrestes quædam casæ, & furnorum similes, quas Afri appellant mapalia.* quia nimirum eremus hæc Thecuana Arabibus etiam erat communis seu contermina, qui iidem sunt cum Afris. Arabes autem ruinosas domos, vel vasa rimas agentia vocant *muphalal*; & Hebræi *maphal*: vnde Arabes illud suum vocabulum mutuati sunt. Casas verò instar furnorum vocat S. Hieronymus, quæ in morem concaui furni, rotundæ sunt, nullam interius distinctionem camerarum habentes; quales sunt in montanis Galæciæ per Hispaniam. Addit sanctus Hieronymus in alio Prologo: *Tanta est eremi* (cui Thecua adiacebat) *vastitas*: quæ vsque ad mare rubrum (Idumæum, Edom autem rubrum significat) Persarumque & Æthiopum, atque Indorum terminos dilatatur.

9 *In quibus* (campis) *humi arido atque arenoso* (ob aridum, & arenosum solum, adiectiua substantiuorum loco posita sunt, ac si dixisset, humi arida & arenosa qualitate impediente) *nihil omnino frugum gignitur*, nec frumentum aut triticum, nec segetes, quæ frugum nomine Latinis significantur: *sed vberrimis pascuis abundant*; montana enim, [illegible]renosa, atque saxosa loca, inepta segetibus, vestiuntur ta-

men gramine ad ouium & similium gregum pasturam maximè accommodato. *Et ideo cuncta sunt plena pastoribus*: huc illuc cum gregibus suis palantibus, quas hordas vocant; quæ cùm vnum agrum depastæ fuerint, ad alium commigrant; *& sterilitas terræ*, ob quam non fert fruges seu segetes, pecorum multitudine (ob pascuorum vbertatem) compensatur. Hoc in alio Prologo, sic dixit Hieronymus: *Vt sterilitatem terræ compensent* (pastores) pecorum multitudine.

10 *Ex hoc numero pastorum fuit Amos.* Hic Propheta, qui in numero duodecim est tertius; *imperitus sermone, sed plenus scientia*; In alio Prologo, *Imperitus sermone, sed non scientia*: & subdit ibi rationem: *Idem enim qui per omnes Prophetas, in eo Spiritus sanctus loquebatur.* ac proinde parem illi dedit sapientiam, vt eo admirabilior esset in homine rustico & eloquentiæ floribus non assueto.

11 *Prophetauit autem eisdem.* Hic iam incipiunt ea, quæ videntur proœmio alteri D. Hieronymi superaddita. Est ergo tertia particula Prologi huius, de tempore & argumento prophetiæ huius: De tempore quidem ibi: *Prophetauit autem iisd. temp. quib. Ioel, &c. Sed aliquantulum exorsus est prophetare, antequam Isaias.* Nam cùm ante terræmotum prophetauerit Amos, & Ozias multos annos vixerit leprosus post terræmotum: Isaias autem (vt ex visione capitis 6. constat, illam visionem habuerit anno quo mortuus est Ozias; satis clarè inde deducitur, priores Isaiæ prophetias ab eo habitas fuisse posterioribus annis Oziæ, atque adeo aliquantum post terræmotum; quum Amos aliquanto ante terræmotum inceperit prophetare. De argumento autem prophetiæ huius subiicitur in hoc Prologo: *Maximè autem contra decem tribus locutus est*, hoc est contra regnum Israeliticum sub Ieroboamo; *interserens pauca de duabus*, tribubus, nempe de regno Iuda sub Ozia. Ista sanctus Hieronymus confirmat in prima annotatione commentarij: *Amos* (inquit) *nequaquam ad Ierusalem, quæ regebatur à tribu Iuda; sed ad Israel, & in Samaria prædicat. Quod & de toto eius volumine probari potest, & maximè ex eo, quod scriptum est* (capite 7.) *Misit Amasias sacerdos Bethel, &c.*

atque arenoso nihil omnino frugum gignitur, sed vberrimis pascuis abundant, & ideo cuncta sunt plena pastoribus, & sterilitas terræ compensatur pecorum multitudine. 10 Ex hoc numero pastorum fuit Amos imperitus sermone, sed plenus scientia. 11 Prophetauit autem eisdem temporibus quibus Ioel, Naum, Ionas, Hosee, Isaias. Sed aliquantulum exorsus est prophetare antequam Isaias. Maximè autem contra decem tribus locutus est, interserens pauca de duabus. 12 Hunc ablatum de numero pastorum misit dominus vt in Samaria prophetaret, quem Amasias sacerdos frequenter plagis afflixit, tandem filius eius Ozias vecte per tempora transfixit. Post hæc semiuiuus in terram suam euectus, post aliquot dies dolore vulneris expirauit: sepultusque est cum patribus suis.

12 *Hunc ablatum de numero.* Quarta Prologi huius particula, ex libello Epiphanij (vt apparet) descripta de morte Amos Prophetæ. *Hunc ablatum* (electum, ipso nihil tale opinante) *de numero pastorum*, vt magis reprimeret superbiam idololatrarum; iuxta illud Pauli, *Infirma mundi & contemptibilia elegit Deus, vt confundat fortia.* per hunc inquam, pastorem *misit Dominus vt in Samaria prophetaret*, in ciuitate ipsa regia, quæ erat idololatrarum metropolis. *Quem Amasias sacerdos* (idololatricus, sacerdos vitulorum cultui destinatus in Bethel,) *frequenter plagis afflixit*, ob testimonium vero Dei cultui, contra vitulorum idolomaniam præstitum; *tandem filius eius* (nempe Amasiæ sacerdotis Bethel) Ozias, (veriùs, Osee, non Propheta ille sanctus, sed impius idololatrici sacerdotis filius) *vecte per tempora transfixit*; vecte anteriorem capitis partem (quæ tempora vocantur) confregit. Hæc autem quibus martyrium Amos describitur, totidem verbis ab Epiphanio sunt in libro prædicto exarata: vnde credo ea descripsisse Hieronymum, vel eum, qui hunc Prologum contexuit.

CAPVT I.

A *Amos non ad Iudam sed ad Israel prophetauit.*

VErba Amos. Hier. in com. Amos non ad Ierusalem, sed ad Israel in Samaria prophetat, quod apparet ex eo quod scriptum est, *Misit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboam regem Israel, dicens, Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel. Et post paululum* dixit *Amasias ad Amos: O videns fuge in terram Iuda, & ibi prophetabis & in Bethel non adiicies, quia sanctificatio regis & domus regni est.* Cui respondit Amos, *Non enim sum* B *propheta, nec prophetæ filius, sed opilio, ruborum moros distinguens, tulitque me Dominus cùm sequerer gregem, & dixit, Vade & propheta ad populum meum Israel.*

Hieronymus ibid. Ozias, imperium vel fortitudo domini: Ieroboam iudicatio, vel causa populi, vel diuisio populi, vel mora, vel temporalitas: Thecue clangens tuba: C Amos auulsus. Tempore ergo quo populus auulsus à domino erat, vel à regno Dauid, Amos sicut clangens tuba, cecinit super Israel, qui quondam erat rectissimus Deo; dum Ozias regnaret in Iudæa, in quo propter templum & sanctasanctorum manebat fortitudo domini, & regebat confitentem populum. Sed Ieroboam qui fuit causa diuisionis populi, regnat in Israel idolis seruiente.

Ozias & Ieroboam.

Incipit Amos Propheta.

Ibid. Ozias idem est qui Azarias, qui indebitum sacerdotium D sibi vendicans, percussus est lepra in fronte, sed & terræmotus factus est magnus per totam Ierusalem. Ieroboam verò fuit pronepos Iehu, cui Iehu dominus promiserat, quod vsque ad quartam generationem ex semine eius essent reges super Israel, & in hoc Ieroboam promissio illa completa est.

4. Reg. 15. c. 2. Par. 26. c. 4. Reg. 10. f.

† Theodor. in com. Quidam non diligenter rationem temporum attendentes, hunc terræmotum opinati sunt factum fuisse, cùm magnus Isaias post Oziæ interitum, vidit dominum sedentem in solio excelso & elato, cùm commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis. Ego verò cùm tempora disquisissem, hoc falsum esse deprehendi. Siquidem post Oziæ interitum terræmotus (de quo Isaias) extitit, nam duobus annis antequam prophetiam mirificus Amos prophetа incepisset, quinquagesimus annus agebatur regni Oziæ, At Ieroboam hoc tempore non superstes erat, nam huius vicesimoseptimo regni anno Ozias gubernacula regni sui suscepit. Ex temporibus igitur perspicuum est, in principio regni Oziæ diuini Amos prædictiones factas fuisse, quoniam donum prophetiæ se accepisse inquit, Ieroboam adhuc regnante.

Quando contigit ille terræmotus de quo hic verf. 1.

Ibid. ☞ De-

b *Do.de Si.* HIERONYMVS in com. Naturale est vt omnes qui volunt rem rei comparare, ex eis rebus ſumant comparationes quas ſunt experti, & in quibus nutriti. Verbi gratia, Nautæ ſuos inimicos ventis, damnum naufragio, triſtitiam tempeſtati, lætitiam verò & proſperitatem placidiſſimæ auræ, æquora campis aſſimilant. Sic paſtores rugitui leonis ſuum timorem ſimulant, inimicos dicunt leones, vrſos, vel lupos. Sic iſte qui fuit paſtor pecorum timorem Dei rugitui comparat leonis. *De Sion.* Vbi templum & religio Dei, non de Bethel, vel Dan, vbi erant aurei vituli. *Rugiet*, id eſt, timorem ſuper decem tribus incutiet comminans captiuitatem. *Et ideo lugebunt ſpe. pa. & exiccabitur ver. car.* per hæc ſignatur terra decem tribuum, quæ fertiliſſima erat, quæ in proximo erat ab Aſſyriis captiuanda ſub Ozee vltimo rege eorum, qui ſignificatur per verticem Carmeli: quo abducto ſpecioſa paſ. principes ſæculi & potentes decem tribuum luxerunt, quia euacuata eſt terra eorum rege abducto.

HIERONYMVS ibid. ALLEG. Cùm Deus de ſpecula eccleſia (in qua eſt viſio pacis) per doctores veter. & no. teſt. dederit vocem, tunc ſpecioſa paſtorum, doctrina, ſcilicet, hæreticorum, quæ videbatur pulchra, & pollicebatur ſcientiam veræ circumcisionis, lugebit & ſiccabitur: & populi, qui propter ſimplicitatem greges vocantur, ſubita ariditate marceſcent. *Specioſa paſtorum*, ſunt planicies camporum, viriditas pratorum, loca diuerſis herbis abundantia. Carmeli duo ſunt montes, vnus de quo fuit Nabal Carmelites, alter in quo Elias orauit, & vterque eſt vberrimus paſcuis.

Qualis eſt homini vita talis erit & loquela. — Ierem. 15. f. Ioel. 3. c. — De pœ. di. 1. cap. ſuper tribus. *vbi huius loci tropologiam inuenies.* — Specioſa paſtorum. — Duo Carmeli.

CAPVT I.

a VErba Amos, qui fuit in paſtoribus [1]
a Illo viſu quo Prophetæ videntes dicuntur, qui quod prophetabant per Spiritum ſanctum intelligebant. [2]
b Decem tribus.
Thecue, quæ uidit ſuper Iſrael in [3]
a Priuſquam lepra percuteretur Ozias.
diebus Oziæ regis Iuda, & in die- [4]
a Id eſt priuſquam captiuitas omnia concuteret, quæ duobus annis duplicem oſtendit anguſtiam decem tribuum & duarum, vt agentes ſi vellent pœnitentiam, motum terræ de cetero non ſentirent.
bus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael antè duos [5]
b annos terræmotus. ²Et dixit, * Dominus de [6] [7]
Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit vocem ſuam. [8]
a Flebunt maiores in populo, quia conteretur & captiuabitur Ozee rex Iſrael.
Et luxerunt ſpecioſa paſtorum, & exicca- [9]
a Scientia circumciſionis.
tus eſt vertex Carmeli. ³Hæc dicit Domi- [10] [11]
Si Azahel & populus eius ſemel & bis tantummodo populum meum eſſet perſecutus, & forſitan parcerem illi, ſed quia diu expectaui ad pœnitentiam, vt conuerſus reciperet ſanitatem, & econtra ipſe abuſus mea patientia, tertio & quarto afflixit, cogor mutare ſententiam, vt plagis corripiam delinquentes.
c nus, * Super tribus ſceleribus Damaſci, [12]

c *Super trib.* HIERONYMVS ibid. Damaſcus metropolis in Syria, quam condidit ſeruus Abrahæ Elyezer in campo vbi occiſus eſt Abel. Galaad ciuitas & regio eſt trans Iordanem in ſorte dimidiæ tribus Manaſſe. Tempore verò quo Amos cœpit prophetare, Azahel rex Damaſci illam regionem in tantum vaſtauit, vt ſuperato Achab rege Iſrael in Ramoth Galaad, omnem regionem illam ad inſtar tribulorum frumenta in areis triturantium contereret.

IBID. Ideo à Damaſco incipit, quia quo tempore prophetauerat Amos, Azahel grauiter affligebat decem tribus.

IBID. ALLEG. Primum peccatum, mala cogitare: ſecundum conſentire: tertium, opere implere: quartum, non pœnitere. Qui in tribus prioribus peccat, ſi pœnitet, conuertit eum Deus ad vultum clementiæ ſuæ, ſi verò non pœnitet, auertitur ab eo vultus clementiæ.

1. Reg. 24. a. 3. Reg. 18. g. Gen. 15. a. — Damaſcus. — 4. Reg. 6. d. & 10. g. 2. Paral. 18. — 4. Reg. 8.

Eò

Incipit poſtilla Venerabilis Fr. Nicolai de Lira ſuper Amos Prophetam.

CAPVT I.

1 VErba Amos. *Hæc prophetia, quæ tertio loco ponitur, in duas partes diuiditur, in procemium, & tractatum, qui incipit, ibi,* Et dixit. *In prima parte primò notificatur auctor ex nomine, cùm dicitur,* Verba Amos, *& iſte eſt alius ab illo qui fuit pater Iſaiæ, licet vterque fuerit propheta. Ille enim fuit nobilis, & de genere regio: hic autem ruſticanus. Ille etiam ſcribitur in Hebræo per litteram* aleph *in principio, &* ſade *in fine: iſte verò per litteram* ain *in principio, &* ſamech *in fine, propter quod ille robuſtus, hic auulſus interpretatur. Notificatur etiam ex officio cùm dicitur,*

2 Qui fuit in paſtor. The. *Eſt autem* Thecue *territorium ſegetibus ineptum, ſunt tamen ibi paſcua animalium fœcunda: ſecundò oſtenditur quibus prophetauerit, cùm dicitur,*

3 Quæ vi. ſu. Iſ. *Id eſt, ſuper regnum decem tribuum, contra illud principaliter prophetauit, ſecundario tamen contra plura alia regna, vt videbitur. Tertio oſtenditur tempus in quo prophetauit, & primo in generali, cùm dicitur,*

4 In diebus Oziæ, &c. *Iſti enim ſimul regnauerunt partialiter, tamen quia vltima pars regni Ieroboam, & prima regni Oziæ ſimul concurrerunt (vt patet iiij. Regum xv.) Ozias tamen ibi nominatur Azarias, quia fuit binomius: ſecundò in ſpeciali, cùm dicitur,*

5 Ante du. *Ozias enim rex Iuda in ſuperbiam elatus voluit offerre thymiama in templo domini ſuper altare incenſi, & tunc à domino fuit lepra percuſſus, & fuit etiam tunc terræmotus, ad oſtendendum iram Dei contra ipſum, de quo terræmotu dicetur plenius Zachar. xiv. Amos verò cœpit prophetare per duos annos ante.*

6 Et dix. *Hic incipit tractatus; In quo Amos primo prophetat contra plura regna in generali: ſecundò magis in ſpeciali, ibi,* Hæc dicit. *Circa primum dicitur,* Et dixit, *ſcilicet Amos à Deo inſpiratus.*

7 Domi. de Si. *Iram enim domini contra regna in ſequentibus expreſſa deſignat metaphoricè per rugitum leonis qui eſt terribilis: & dicit,*

8 De Sion rugiet, *eò quòd ibi in templo erat propitiatorium, quod erat quaſi ſedes Dei, vt dictum fuit Exodi xxv. & videbatur propheta imaginariè, quod vox Dei loquentis ad ſe ex illo loco procederet vſque ad eum.*

9 Et luxerunt ſpecioſa paſtorum. *id eſt, habitationes & maneria populorum & regnorum infra ſcriptorum.*

10 Et exic. eſt ver. Car. *id eſt, cito deficiet poteſtas cuiuſlibet regni, Sic enim ſonat tranſlatio Chaldaica, & ideo non eſt hic prophetia de ſterilitate futura per nimiam ſiccitatem, vt credunt aliqui; ſed eſt locutio metaphorica, ad deſignandum deſolationem regnorum infra ſcriptorum.*

11 Hæc dicit. *Hic conſequenter prophetizat magis in ſpeciali: & primo contra extraneos; ſecundo contra Iudæos, ſeq. cap. ibi:* Hæc di. *Prima diuiditur in ſex partes, ſecundum ſex regna contra quæ prophetizat, & patebunt partes proſequendo. In prima parte prophetizat contra regnum Syriæ dicens,*

12 Super tribus ſceleribus Damaſci, *id eſt, Syriæ, eò quòd Damaſcus erat metropolis illius regni, ſecundum quod dicitur Iſaiæ vij. b.* Caput Syriæ Damaſcus.

Hic Amos non fuit pater Iſaiæ. — Quibus prophetauerit Amos, — & quando? — Diuiſio.

Et

MORALITER.

12 *Super tri.* Per Damaſcum, qui interpretatur bibens ſanguinem, ſignificatur oppreſſor innocentium, quia manducat & bibit ſanguinem eorum. Per tria & quatuor ſcelera quæ faciunt ſeptem, ſignificatur vniuerſitas ſeptem vitiorum, ſicut dicit Gregorius hom. xxv. *Septem igitur dæmonia Maria habuit, quæ vniuerſis vitiis plena fuit.* Et ſic oppreſſor innocentum dicitur plenus omnibus vitiis, id eſt multis.

Oppreſſor innocentũ.

† Non

a *Eò quòd tritu.* HIER. in com. secundum LXX. Alia translatio, *eò quòd triturauerit in ferris ferreis prægnantes Galaad* Prægnantes sunt animæ quæ nuper sunt verbo Dei fœcundatæ: quas hæretici ab ecclesia retrahunt, & ferreis dentibus sicut escam commolunt. Pusillorum est enim scandalizari, non perfectorum.

HIER. ibid. ALLEG. Galaad, translatio vel transmigratio testimonij: & significat eos qui de ecclesia in hæresim translati, testimonia Dei quæ prius acceperant, ad alienos terminos transferunt. Hos tales conterūt hæretici plaustris & rotis ferreis & dentatis, de quibus dicitur, *Filij hominum dentes eorum arma & sagitta.* Ipsi enim hæretici non solum cogitāt & faciunt mala, sed etiam praua doctrina simplices decipiunt, & sanguinem eorum bibunt. Damascus enim potus sanguinis interpretatur. Ab huiusmodi peccatis dominus faciem auertit, vt qui veritatem diuini dogmatis non vident, auersione diuinæ faciei obruantur tenebris: Et cùm isti nitantur alios decipere, mittit dominus ignem in domum, quam ipsi vocant Azahel, id est, visionem Dei, & deuorat in illis lignum, stipulam, & etiam omnem domum, id est, compositionem fraudis eorum, insuper & vectes, id est, fortissimas argutiones dialecticæ artis eorum. Quibus confractis disperduntur habitatores de campo idoli, id est, destruitur idololatria. Qua destructa vilipenduntur, qui in illa sceptrum videbantur tenere, & captiuus ducetur populus excelsus & sublimis, qui erectus est in superbiam, & sibi cælestia repromittit, vt capiatur & transferatur in suam salu[tem].

De lapsis in hæresim. *Psal. 56. a.* *Crudelitas hæreticorū.* *Quomodo debellentur hæreses.*

HIER. ibid. Pater Azahelis vocatus est *Benadab*, *b*, habēs vltimam litteram: Filius Azahelis vocatus est *Benadar*, per r. Qui mortuo Azahele in Syria, regnantibus Ozia & Ieroboam, successit patri in regnū: A quo vocati sunt postea omnes reges Aran, id est, Syriæ & Damasci Benadar, vt Pharaones à primo Pharaone, & Cæsares à Cæsare. Minatur ergo quod cōteret regiam domum Azahelis, & filium eius Benadar. Legitur enim quod Theglathphalnazar rex Assyriorum superata Ægypto, veniens deprædatus est decem tribus, & postea cōuertit se ad Syriam, & occidit Rasin regem Syriæ, de quo in Isaia legitur. Et populum Syriæ traduxit captiuum in Cyrenem: quæ est in finibus vltimis Ægypti.

Reg. 8. b. ... Aran Syriæ. *4. Reg. 16. b. Isa. 7. a.* *4. Reg. 16. b. E* *Syria debellata ab Assyriis.*

a ¶ Ab infantia ad misericordiam.

a & super quatuor non cōuertam eum, eò quòd tritura- [1]

a ¶ Id est, contriuerit Galaad, sicut rotis subter ferratis & dentatis excutiuntur frumenta in areis, & conteritur stipula in cibum iumentorum propter fœni sterilitatem.

¶ Ideo. b ¶ Captiuitatis. [2]

uerit in plaustris ferreis Galaad. [4] Et mittam ignem in [3]

a ¶ Super regiam stirpem eius. b ¶ Illa captiuitas filium Azahelis Benadab cum domo sua.

b domum Azael, & deuorabit domos Benadab.[5] Et conte- [4]

a ¶ Omnem Syrorum fortitudinem, qua olim velut ostio & vectibus aduersariorum impetus submouebant.
b ¶ Id est, de Damasco, quæ sita est in plano, & plena idolis.

ram vectem Damasci, & disperdam habitatorem de cam- [5]

a ¶ Subaudi conteram.

po idoli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis, & [6] [7]

a ¶ A Teglathphalnasar. b ¶ Id est, sublimis.

transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus. [8]

a ¶ Quia non sufficit vobis, quod semel & bis persecuti estis meum populum, sed sæpe hoc fecistis, non conuertam vultum clementiæ ad vos, sed venientibus Assyriis vel Nabuchodonosor mittam ignem captiuitatis in murum Gazæ, qui deuorabit domos eius.

c [6] Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Gazæ, [9] [10]

b *Et conte. &c.* † THEOD. in com. Hoc est, pristinum eius robur dissoluam, ac non solum metropolim, sed & accolas omnes, & eos qui ex Charran commigrarunt eo habitatum, captiuos efficiam: & quod olim illustre fuit Syriæ regnum, funditus demoliar.

c *Super tribus.* HIER. in com. Gaza metropolis ciuitas Philisthinorum, qui nunc Palestini vocantur, & Azotus, & Ascalon, & Acharon, & Geth quæ hic non memoratur.

Ciuitates principales Philisthinorum.

† THEODOR. in com. De Gaza dicit, quod iam iterum, & sæpius, & quarto patientia longa vsus, diutius non feram eos iniquè committentes, permultum me eis infestum esse adigunt eorum contra populum meum intentata scelera.

☞ Capti-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et super quatuor. *Hic dicunt Hebræi, quod si homo peccauerit bis, vel ter eodem genere peccati, remissibile est: sed non, si quater. Et si intelligant de irremissibilitate simpliciter, hoc est erroneum & contra scripturam, sicut patet iiij. Reg. de Manasse rege, qui non solum quater, sed pluries peccatum idololatriæ & homicidij incurrit, & tamen finaliter veniam obtinuit. Et alia plura exempla possent adduci de scriptura. Si autem intelligatur irremissibile, id est de difficili remissibile sic verum est. Ista tamen difficultas non est ex parte diuinæ potentiæ, sed ex parte peccatoris, qui ex eo quod toties reiterat peccatum, reddit se Dei misericordia indignum, sine qua non potest à peccato resurgere, secundum quod dicitur Hoseæ xiij. c.* Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum. *Per talem verò modum loquendi dicit Saluator Matth. xij. c.* Qui autem dixerit verbum contra spi. non remit. ei, *id est, de difficili remittetur. Hoc etiam modo dicit Philosophus v. metaph. quod impossibile dicitur vno modo quod vix potest fieri. Regnum verò Syriæ multoties afflixerat regnum decem tribuum & iniustè: propter quod dignum erat diuina punitione, & maximè quia victoria sibi concessa abusum fuerat in magna crudelitate, ideo subditur,*

An peccatū, si multiplicetur ad quatuor & plura sit remissibile?

2 Eo quod t. in pl. *id est, habitatores Galaad. Per plaustra non intelliguntur hic currus, sed quædam instrumenta dentes ferreos habentia, quæ voluebantur super segetes positas in area, non solum ad excutiendum granum, sed etiam ad conterendum sic stipulam, vt redigeretur quasi in paleam, ad dandum animalibus in defectu melioris pabuli: & talibus instrumentis contriuerunt Syrij homines crudeliter de Galaad.*

Plaustrum. *Israel crudeliter tractatur à Syris.*

3 Et mittam, &c. Benadab. *sic scribitur communiter in Bibliis nostris. In Hebr. tamen scribitur per litteram* res *in fine sic,* Benadar. *Benadab autem scriptus per b in fine, regnauit ante Azahel immediatè, & post Azahel Benadar filius eius. Et isti fuerunt ante tempus Amos prophetæ, qui cœpit prophetare tempore Oziæ, vt dictum est. Et propter hoc cùm dicitur hic:* Et mit. *Per domum intelliguntur posteri eorum à Deo puniti, quæ punitio nomine ignis designatur. Probabile est etiam, quod ædificia ab eis facta fuerunt tunc combusta. Exprimuntur autem hic inter Reges Syriæ Azahel & Benadar, quia crudeliter nimis se habuerunt erga filios Israel, vt patet ex iiij. Reg.*

Benadab & Benadar.

4 Et conte. vectem Damasci. *id est, fortitudinem eius.*

5 Et disperdam, *id est, de Syria idololatriæ subdita.*

6 Et tenentem sce. *id est, regem.*

7 De domo voluptatis, *id est, de domo regia in qua vacabat deliciis.*

8 Et transferetur. *Hoc fuit impletum tempore Achaz, vt habetur iv. Reg. xvj. vbi dicitur quod* Theglathphalnasar *rex Assyriorum interfecit Rasin regem Syriæ, & habitatores Damasci transtulit Cyrenen.*

9 Hæc dicit domi. *Hæc est secunda pars, in qua prophetizat contra Philisthæos, dicens,*

10 Super tri. sceler. Gazæ. *nomen est ciuitatis regiæ.*

Et

MORALITER.

† † *Non con.* Quia talis quantum est de se, indignus est misericordia Dei, licet quandoque conuertat eum ex gratia speciali.

2 *Eo quod tri.* id est, nimis crudeliter trucidauerit.

† *Galaad,* id est, communitatem innocentum. Interpretatur enim Galaad, aceruus testimonij. Pro innocentibus verò contra oppressores eorum est aceruus magnus testimoniorum in sacra scriptura & dictis sanctorum.

3 *Et mittam.* Per Azahel qui erat rex Damasci, intelligitur principalis inter oppressores innocentum, & per domum eius, satellites in opprimendo innocentes: & per Benadab qui fuit filius eius oppressoris imitatores: omnes istos deuorabit ignis gehennæ, & consimiles.

Eius ministri & imitatores.

4 *Et conte.* i. fortitudinem oppressoris innocentum temporalem.

5 *Et disperdam.* id est, de possessione oppressoris dicti, qui tamquam idolum honoratur à satellitibus suis.

6 *Et tenentem,* id est, dominum.

7 *De do.* id est, domo oppressoris in qua deliciosè viuitur de bonis alienis. Vnde communiter dicitur de vino pretioso, quod est vinum prædonum.

8 *Et transferetur.* Per Syriam quæ sublimitas interpretatur, superbia significatur: Cyrene verò interpretatur hereditas. De superbo verò dicitur Eccl. xix. a. *Putredo & vermes hereditabunt illum.* Igitur populus Syriæ transfertur ad Cyrenen, quando superbus moritur, & traditur vermibus corrodendus.

Superbia.

10 *Super tribus.* Exponatur sicut in parte præcedenti. Per ciuitates Philisthinorum hic expressas ad litteram significantur earum habitatores: qui Iudæos fugientes à facie Chaldæorum vendiderunt Idumæis, cùm tamen debuissent eis dare patrocinium.

MORALITER autem per istos Philisthæos significantur illi qui recipiunt ad religionem fugientes de sæculo incentiua vitiorum, & tamen faciunt eos peiores quàm ante. Quod fit aliquando per nimium rigorem, qui facit eos apostatare, & significatur per Gazam, quæ interpretatur robusta. Aliquando verò per nimiam relaxationem ad carnalia, & significatur per Acharon quæ interpretatur pascua. Aliquando verò malis exemplis superiorum: & significatur per Ascalonem, quæ interpretatur ignis infamis. Aliquando verò inordinato zelo, & significatur per Azotum quæ interpretatur ignis patruelis mei: propter quod dominus pœnam istis ciuitatibus comminatur.

De his qui recipiunt ad religionem fugientes ...

8 Et

† Super

a *Captiuitatem perfectam.* † HIERON. in com. id est, integram dicit translatam ab eis in Idumæam, quia quoscumque de decem tribubus poterant comprehendere: vendebant Idumæis in seruos & ancillas. Ideo minatur eis ignem captiuitatis qui omnia deuoret. Quia legimus quinque ciuitates Philisthinorum, quæ propter arcæ iniuriam percussæ sunt plagis. Post Gazan transit ad Azotum & Ascalonem. Ascalon antiquitus vocabatur Philisthiim, vnde & regio postea vocata est Philisthæa, & habitatores eius Philisthiim. vnde per Ascalonem totum regnum Philistinorum potest intelligi.

1. Reg. 5. & 6. a. — Vnde dicti Philisthiim & Philisthæi.

Super tribus, &c. † RVPERT. in com. computanda hic sunt scelera, tria, & quatuor, & designanda qualitatibus propriis. Primum scelus est voluntas peruersa, quæ etsi opere complere nequeat, tamen scelus vtique est; quoniam occidendi voluntate quisque dicitur & est homicida. Secundum scelus est voluntatem opere compleuisse, & hoc facto mortuus est peccator, & foras elatus, sed adhuc suscitari potest, vt adolescens. Tertium scelus est, opus malum in consuetudinem vertisse, & tunc peccator mortuus & sepultus est, sed adhuc ad vitam suscitari potest, sicut Lazarus. Quartum scelus est in suo sibi peccato complacere, Deoque ad pœnitentiam reuocanti, & legi eius redarguenti, superbiæ spiritu resistere: Hoc scelus diabolicũ est:

1. Voluntas mala. — 1. Ioan. 3. — 2. Operis completio. Luc. 7. — 3. Consuetudo peccati. — Ioan. 11. — 4. Complacentia in peccato.

& super quatuor non conuertam eum, eò quod transtulerint [1] a captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa. [2] [7] Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit ædes eius: [3] [8] & disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone: & conuertam manum meam super Acharon, & peribunt b reliquiæ Philisthinorum, dicit dominus Deus. [4] [9] Hæc dicit dominus: [5] Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor [6] non conuertam eum, eò quod concluserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sunt recordati fœderis fratrum. [7] [10] Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes [8] eius. [11] c Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Edom, [9] †

a Quæ est alia metropolis. b Regiam dignitatem. a Illa ciuitate, vel toto regno Philisthinorum. Potentiam. b Illam aliam ciuitatem. a Gethel. s. omnes vici, qui supradictis vrbibus subiacent. c Potione cadentium. a Id est, amicitiæ quam habuit rex Tyri Hiram ad Dauid & Salomonem. a Per Nabuchodonosor vel Alexandrum magnum.

† THEODORETVS in com. Ego hunc locum ita explicandum existimo. B Externi vicini Iudæ tribui continenter cum hac bellum gerentes, quos capiebant, non aliis, quàm Idumæis vendebant, qui illorum inimici & quàm maximè hostes erant. Itaque captiuorum Iudæorum captiuitatem appellauit ab illustri & præclaro rege, splendorem & claritudinem populi demonstrans: qua crudelitate iratus Dominus, minatur igni se Gazam traditurum, & alias vrbes exterarum gentium.

Palæstini Iudæos quos ceperant, vendunt Idumæis.

HIER. vbi suprà. Gaza fortitudo vel imperium, Idumæa, sanguinaria vel terrena, Azotus, ignis vberis, Ascalon, ignis homicida, vel appensa, vel ponderata, Acharon, sterilitas vel eradicatio. Accusatur autem Gaza, quæ fortitudinem suæ scientiæ & imperium sibi promittit, quia captiuos concludit in Idumæa. Hi sunt magistri Iudæorum, qui non spiritum, sed litteram sequuntur, & ad terrenitatem omnia interpretantur. C In muros ergo Gazæ ignis immittitur, quo destruuntur omnia argumenta quibus mendacia sua tuentur. Qui etiam consumunt ædes, id est, quidquid arte dialectica constructum videtur. Et de Azoto aufertur habitator, qui litteram sequens, vbera habet, non lacte sed igne plena: Et tollitur sceptrum de Ascalone, vbi est ignis diaboli homicida qui interficit quoscumque afflauerit, sicut ignis Dei reficit quos penetrat. Transfertur etiam manus super Acharon, vbi est sterilitas: qua qui non recipit spiritualem intelligentiam, *datur ei vulua sterilis & vbera arentia.* Insuper etiam omnes reliquiæ Philisthiim destruuntur. Vel *Geth* ciuitas, vbi est torcular diaboli vel omnes qui cadunt poculo. Cùm enim inebriati fuerint, corruent, & in suo vomitu volutabuntur.

Rabbini Iudæorum.

b *Super tribus sce.* IBID. Tyrus ciuitas est Phœnicum & proxima Sydoniis cuius ciues negotiatores erant, & quoscumque deprædari poterant ex Israel vendebant Idumæis & aliis Gentibus.

Tyrij.

IBID. Legitur in Ezechiele, quod Nabuchodonosor fecit exercitum suum comportare aggerem in gyro Tyri, vt de insula faceret continentem terræ: sed non potuit comprehendere illos, quia nauigio aufugerunt. Postea Alexander Macedo succidit arbores, & integras detulit, & proiecit in mare pariter cum terra & lapidibus & æquauit eam terræ, & sic captam destruxit.

Ezech. 26. b. — Tyrus à Nabuchodonosor capta ab Alexandro etiam destructa.

Tales in Psalmis designantur, *qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, &c.* Hoc scelus perpetrare, & sic loqui, est dicere verbum contra Spiritum sanctum, & non remittetur neque in hoc sæculo neque in futuro. Non placet sancto Spiritui, vt conuertat illum, qui sese in hoc scelus erexit.

Psal. 11. — Matth. 12.

ALLEG. Tyrus, tribulatio, vel coangustans. Qui veritatem terrenis sensibus vult concludere, & non recordatur fratrum, quos, de littera ad spiritum vocare, & de diuina scriptura tripliciter debet instruere: mittet dominus ignem destructionis in omnes munitiones & ædificationes illius.

HIER. lib. contra Eluidium. Quatuor modis dicuntur fratres, natura, vt Esau & Iacob, cognatione, vt Abraham & Loth, gente, vt omnes Iudæi fratres dicũtur, amicitia, vt Salomon & Hiram. Vnde Hiram cùm recusaret xx. vrbes habere, quas Salomon dederat ei in Bethsamæis, dixit ad eum: *Hæccine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater?* erant enim plenæ gramine.

Fratres quatuor modis. — 3. Reg. 9. b.

F c *Super tribus.* HIER. in com. Edom ipse est qui & Esau & Seir: vnde & montes Seir nominantur, & regio Idumæa. Iste persecutus est Iacob, vt timore eius fugeret in Mesopotamiam, & non seruauit in eo viscera misericordiæ, vt vinculo fraternitatis colligatum sibi intelligeret; & odium quod fuit in patre, seruauerunt Idumæi geniti ab eo contra filios Iacob, vt egredientibus de Ægypto ne transitum quidem in terram sanctam concederent: in hoc violantes misericordiam, vt fratres esse eos nescirent.

Gen. 26. a. — Idumæorũ odium in Iudæos. — Num. 20. c.

IBID. ALLEG. Iudæi terreni & sanguinei persequuntur Christianum populum, diripientes substantiam eius, & non seruant in eo iura naturæ, & antiquum furorem vsque hodie tenent in synagogis suis, volentes destrui Christianum nomen. Sed dominus mittit ignem in Theman, quod interpretatur auster, id est, Iudæa sicca, & non irrigata imbribus prophetarum. Hoc igne destruuntur munitiones eius, vt cadente sensu litteræ, ecclesia Dei superædificetur.

& Iudæorũ in Christianos.

HIERONYMVS ibid. Bosra non sicut quidam putant alterius ciuitatis, sed Idumææ. Iuxta illud: *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?*

Bosra. — Isai. 63. a.

Super ... Super

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et super. *Exponatur, sicut prius, de multiplici impugnatione Iudæorum iniusta: propter quod Philisthæi erant digni Dei vindicta, & maximè vsi sunt erga eos crudelitate nimia, ideo subditur,*

2 Eò quod. *Destructa enim Samaria per Assyrios, & postea Ierusalem per Chaldæos, aliqui euadentes fugerunt versus terram Philisthinorum, quibus in tali casu erat compatiendum: & Philisthæi econuerso eis insidiantes, capiebant eos, & Idumæis vendebant in seruos: & sic transferebant captiuitatem Iudæorum perfectam.*

Crudelitas Philisthinorum in Iudæos.

3 Et mit. *quæ postea fuit succensa per Chaldæos. Et consequenter facit mentionem de destructione aliarum ciuitatum notabilium in terra Philisthiim: & patet littera cùm dicitur:* Et disper.

4 Hæc di. *Hæc est tertia pars in qua prophetizat contra Tyrum, quæ est in parte Aquilonari iuxta Iudæam: & multis vicibus Tyrij intulerunt Iudæis molestiam, propter quod erant digni à Deo puniri, ideo subditur,*

Tertia pars.

5 Super tr. *& maximè, quia eadem crudelitate vsi sunt erga Iudæos fugitiuos, qua & Philisthæi: ideo sequitur,*

6 Eò quòd. *& exponitur vt suprà.*

7 Et non sunt recor. fœd. fratr. *id est, Salomonis regis Israel, & Hiram regis Tyri, qui fuerunt ad inuicem confœderati, iij. Reg. v. & in tantum, quod vocabant se mutuò fratres propter quod Hiram dixit Salomoni iij. Reg. ix. c.* Hæccine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater?

Hiram & Salomon fœderati.

8 Et mittam. *per Chaldæos.*

9 Hæc di. *Hæc est quarta pars, in qua prophetizat contra Idumæam, quæ multoties valdè persecuta est Iudæam: propter quod meruerat sustinere vindictam, maximè cùm Idumæi & Iudæi de duobus fratribus essent nati, scilicet, Iacob & Esau: propter quod naturaliter eos diligere debebant, & ipsi econtrario eos odio habebant, ideo subditur,*

Quarta pars.

Eò

MORALITER.

† 1 *Super tribus.* Hoc exponatur vt suprà. Sciendum quod Tyrij eamdem crudelitatem fecerunt ad litteram fugitiuis de Israel ad eos, propter quod eamdem pœnam meruerunt cum Philisthæis: Et eadem est moralitas quæ ponitur præcedenti parte. Sed additur super malitiam Philisthinorum quod sequitur.

7 Et

7 *Et non sunt recorda.* id est, Charitatis fraternæ in bene regendo, & nutriendo fugientes ad eos de sæculo.

† *Super tribus, &c.* Exponatur vt suprà. Edom autem sanguineus interpretatur, propter quod detractorem significat qui pascitur animarum sanguine, quas gladio linguæ necat. Psal. lvj. a. *Lingua eorum gladius acutus:* ideo subditur,

Detractor.

† Eò

a *Super tribus sceleribus filiorum Am.* HIER. in com. Filij Ammon geniti de stirpe Loth habitant in Arabia: Horum verò princeps Naas Ammonites temporibus Saul pugnauit contra Galaad, quæ est ciuitas duarum tribuum & Manasse, & in tantum oppressit eam, vt etiam prægnantes mulieres secaret.

† THEOD. in com. Ammonitæ Galaaditis finitimi, crudelitatẽ & immanitatẽ in eos exercẽtes, non viros solum sustulerunt, sed etiam nondum editos corruperunt: mulieres nimirum vterum gestantes interficientes, vt Israelitis diminutis, ipsi eorũ agros possiderent.

† RVPERT. in com. Sceleris arguitur Ammon quod dissecuerit prægnãtes Galaad ad dilatandum terminũ suum. Non dicit ad vindicãdam iniuriam suam, siue ad recuperãdum incommodum suum, sed ad dilatandum terminum suum, quod cupiditatis est indicium, iniuriæ intemperamentũ, crudelitatis argumentum. Quid enim cupidius, quid iniuriosius, quid crudelius, quàm pro sola huiusmodi intentione prægnantes dissecuisse. Propterea non crudelitatis arguendus Dauid, quod ipse similia fecit eis, sed de iustitia & fortitudine laudandus.

HIER. in com. Hoc interest inter crudelitatem Damascenorum & filiorum Ammon: quia illi conterunt plaustris ferreis, isti dissecant prægnantes Galaad ad di. &c. Damasceni qui bibunt sanguinem, significant hæreticos, qui nuper credentes non solum rumpunt ecclesiam, sed etiam conterunt & commolunt dentibus ferreis plebem Dei sicut escam panis: Ammon, qui interpretatur populus mœroris, vel populus meus, significat schismaticos qui separant ab ecclesia rudes animas, quæ nuper conceperant sermonem Dei. Sed tamen non ita trucidant crudeliter abscisos sicut hæretici: sed in eadem regula fidei permanentes volunt dilatare nomen gloriæ suæ in posteris: ideo minatur Deus munitiones eorum se incensurum, & auctorem schismatis iræ captiuum, & principes ecclesiæ iugo colla submittere.

b *Et in turbine.* IBID. Sic venit super eos Nabuchodonosor, & sic mouit eos à sedibus suis, sicut tempestas & turbo rapit stipulam. Melchon idolum eorum, id est, rex eorum feretur in Assyrios: & principes, id est, sacerdotes eius cum eo ferentur, vel rex ciuitatis & principes eius cum eo captiuabuntur.

† THEODOR. in com. Perspicuè hic docuit, cuiusmodi ignem in aliis vocauerit. Cùm subiunxit, *In die belli, &c.* minatur se simul cum ipso, quod colunt idolum captiuum abductum. Erat autem Melchon falsus Ammonitarum Deus, qui non modo sacerdotes & principes, sed ne se captiuum quidem vindicare à captiuitate potuit. Rabbath vocat Ammam metropolim, quæ nunc in Arabia Philadelphia voce Græca, Syrorum verò lingua Ammam appellatur.

Marginalia: 1. Reg. 11. a. — Ammonitarum immanis truculentia. — Mitius peccat qui crudelis est studio vindictæ, quàm qui fæuit stimulante cupiditate. — 2. Reg. 12. — Hæretici. — Schismatici. — Melchon idolum abductum in exilium. — Melchon. — Rabbath.

& super quatuor non conuertam eum: eò quòd persequutus [1] sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, [2] (a Quam debuisset. b Quia quamdiu mansit Israel in terra sibi à Deo data semper persecutus est eum.) & tenuerit vltrà furorem suum, & indignationem suam [3] seruauerit vsque in finem. (a Ideo. Per Assyrios. b Captiuitatis. c Quæ est metropolis Edom.) [11] Mittam ignem in Theman, & deuo- [4] rabit ædes Bosræ. (a Alterius ciuitatis.) [13] Hæc dicit dominus: Super tribus [5] sceleri- [6] bus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum, (a Vt totam Galaaditim suo imperio subiugaret.) [7] eò quòd dissecuerit prægnantes [8] Galaad ad dilatandum terminum suum. [9] (a Ideo. Per Assyrios & Nabuchodonosor. b Quæ est ciuitas metropolis filiorum Ammon.) [14] Et succendam ignem in muro Rabbe, [10] & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, [11] & in turbine & in die (a Vincentis exercitus. a Fletus. Transmigrationis & captiuitatis. b Idolum.) commotionis. [15] Et ibit Melchon in captiuitatem, [12] ipse & principes eius simul, dicit dominus.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Eò quòd perse. *Esau enim quærebat occidere Iacob fratrem suum, Genes. xxvij. & similiter Idumæi ab Esau descendentes, filiis Israel petentibus transitum per terram eorum negauerunt, Num. xx. c. dicentes populo Israel:* Non transibis per me, alioqui armatus occurram tibi. *Et similiter postea frequenter impugnauerunt eos in terra sua, ideo subditur,*

2 Et violauerit miseric. *id est, quam debuit habere erga populum Israel ratione dictæ fraternitatis.*

3 Et tenuerit vltra fur. *id est, iram & odium ipsius Esau contra Iacob semper retinuit populus Idumæorum contra populum Iudæorum.*

4 Mittam ignem in Theman. *Nomen est loci in Idumæa, & similiter Bosra: vnde fuit Iobab rex Edom, Gen. xxxvj. sed alia est Bosra in Moab.*

5 Hæc di. *Hæc est pars quinta in qua prophetizat contra filios Ammon, qui debuerunt diligere filios Israel, eò quòd descenderunt à Loth nepote Abrahæ primi patris Iudæorum: & ipsi econtrario habuerunt eos odio, & eos multis vicibus persecuti sunt crudeliter, vt patet j. Reg. xj. a. de Naas rege eorum, qui nolebat facere fœdus cum eis, nisi erueret omnium oculos dextros, ideo subditur,*

6 Super tribus sceleribus, *id est, multoties replicatis.*

7 Non conuertam. *dando sibi pœnitentiam, vt consequatur veniam.*

8 Eò quòd dissecuerit prægnantes. *ne pueros parerent qui terram patrum possiderent, sed ipsi Ammonitæ eam habitarent: ideo subditur,*

9 Ad dilatandum terminum. *id est, terram suæ habitationis.*

10 Et succen. *Hæc est ciuitas quæ Deut. iij. vocatur Rabbath, & erat metropolis in regno Ammon.*

11 In vlulatu in die. *id est, in sono confuso vulneratorum & morientium in prælio.*

12 Et ibit Mel. *id est, rex eorum,* in captiuitatem.

Marginalia: Idumæi semper infensi Iudæis. — Quinta pars. — Ammonitarum hostilis animus in Iudæos.

CAP.

MORALITER.

† 1 *Eò quòd perse.* id est, proximum.

3 *Et tenuerit vl.* Quia talium ira non quietatur quamdiu vixerint: propter quod est ira dæmonis, & non hominis.

6 *Super tri.* Exponatur vt suprà. Per Ammon, qui interpretatur populus meus significantur clerici & religiosi, qui sunt vnus populus, in quantum clericatus diuiditur contra laicatum.

8 *Eò quòd dissec. prægnantes.* Per quas significantur pauperes religiosi, parati fructificare in ecclesia Dei. Sed clerici & diuites religiosi mali dissecant eos, impedientes prædicationes eorum, & consilia confessionum.

9 *Ad dilatan. terminum suum.* i. famã suam, principatũ, vel quæstum.

10 *Et succen. ignem.* s. gehennæ.

† *In muro Rabbe.* i. superbiæ eorum. Nam Rabba magna interpretatur.

† *In die belli.* id est, finalis iudicij, in quo dominus pugnabit contra superbos.

12 *Et ibit Mel.* Per Melchon qui rex eorum interpretatur, diabolus significatur, de quo dicitur Iob. xlj. d. *Ipse est rex super omnes filios superbiæ.*

† *In captiuitatem.* s. inferni, nam data sententia finalis iudicij, cum angelis suis & aliis damnatis in inferno retrudetur.

Marginalia: Ira æterna. — Clerici & religiosi. — Diabolus rex superborum.

† MORA.

ADDITIO.

In cap. j. Amos, vbi dicitur in postill. Eò quòd dissecuerit prægnantes Galaad.

Vbi nos habemus prægnantes, *in Hebr. habetur* הרות Haroth, quæ *dictio vno modo significat* prægnantes, *& alio modo significat* montanas: *Et isto secundo modo intelligendo sensus huius est, quod Ammonitæ dissipabant montanas, quæ diuidebant inter terram Ammon & Galaad, vt sic ampliarent terminos suos amotis inde limitibus. Et hoc videtur magis consonum rationi.*

Marginalia: Lectio Hebraica illius: Eò quòd dissec. &c.

CAP. II.

A HAEc dicit do.&c. eò quòd incende. HIER. in com. Tradunt Hebræi, quod Idumæi fuerunt subiecti Iosaphat regi Iuda, & Moabitę Ioram regi Israel. post modicum cùm recessisset rex Moabitarum à Ioram, petiuit ille auxilium à Iosaphat rege Iuda, Qui veniens conduxit secum regem Idumæorum ad oppugnandum ciuitatem, vbi rex Moab erat conclusus. Et cùm rex Moab vellet fugere de ciuitate per eam partē quam obsidebat rex Idumæorum, non est permissus ab eo. Tūc ascendens super murum immolauit filiū suum Deo: propter immanitatem huius sceleris recesserunt filij Israel à ciuitate. Postea rege Idumæorū mortuo & sepulto, recordati Moabitæ quod egerat contra eos in obsidione, extraxerunt eum de sepulchro, & combusserunt igni, & in cinerem redegerunt: vt quod non potuerunt in viuo vlciscerentur in mortuo.

4.Reg.3.a. 4.Reg.3.d. Quam tradāt causam Iudæi cur sint ossa regis Idumæi combusta à Moabitis?

† THEOD. in com. Cùm rex Idumæorum aliquando subsidio Israelitis venisset, insidiis positis, hunc comprehenderunt, eumque captiuum suis idolis immolauerunt, tamdiuque illius pyram incenderunt, dum ossa omnia deflagrata essent.

Aliam causam assignat Theodoretus.

Eo quod incen.&c. HIER. vbi suprà. Vt ostendat Deus cunctas animas, quas creauit, ad suum pertinere imperium: minatur se vindicare contra Moabitas scelus, quod commiserunt in rege Idumæorum, quod sæuitiam suam nec in morte eius finierunt. Quod si Deus ita vlciscitur in eos, qui non cognouerunt eum, quid faciet de his qui colunt eum.

C IBID. ALLEG. Ossa regis Idumææ, est spiritualis intelligentia solidissima & firmissima, quæ versatur in littera: Sed hanc conuertunt Iudæi in carnes, & redigunt in cineres, quando dimisso vigore spirituali, soli litteræ adhærent. Verbi gratia, Nihil cogitantes in Hosee meretricem accipiente nisi turpitudinem fabulæ, sic & in ceteris. Ossa regis Idumææ cōburit, qui de maiestate Dei malè sentiens, Deum in modum humani corporis cogitat, quasi membris distendatur, & videat & audiat sicut homo.

De littera pereunte.

b *Et mo.&c.* IBID. Non aliter morietur Moab, id est hæretici, nisi *in clangore tubæ*, vt excelsis sensibus opprimantur, qui in diuinis libris clangoribus tubæ comparantur: & tunc omnes, qui præsunt terrenis operibus, interficit sermo diuinus, præcipiens doctoribus ecclesiæ, *In montem excelsum ascende tu qui euan. Sion.*

Isai.40.b.

c *Super tribus,&c.* † THEOD. in com. Absolutis prædictionibus de alienigenis, aduersus populū vertit propheticę sermonē, ac primum tribus Iudæ iniquitatem in medium affert. In bellicum ignem ait tradam Iuda & Ierusalē, quod leges meas prorsus contempserunt, ac peruersam patrum animi sententiam secuti, idolis manufactis, quæ vanitates appellat, seruire perseuerarunt, quæ quidem scelestè facta passus, non in reliquum tempus pristina animi patientia vtar.

D † RVPERT. in com. Ecce & in isto nulla est distinctio gentilis & Iudæi. Sermo diuinus iudex æquus, nulli personæ parcit, dum in Iudā æquè vt Syrum, vt Allophylum, librata eius sententia iudicij, nec in pœna disiungit, quos culpa coniunxit.

Deus non est personarum acceptor.

CAP. II.

a [1] HÆc dicit dominus: Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum, [2] eo quod incenderit ossa regis Idumææ vsque ad cinerem. [3] Et mittam ignem in Mōab, & deuorabit ædes Cariōth, & morietur in sonitu Moab in clangore tubæ, [5] et disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit dominus. [7] Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Iuda & super quatuor non con- [8]

¶ Vt nec mortem pateretur esse finem omnium malorum.

a ¶ Quæ est metropolis Moabitarum à qua tota prouincia sic appellatur, vel in totam prouinciam.

¶ Quod interpretatur ex patre, quia natus ex Deo, sed eum reliquit.

a ¶ Illius ciuitatis, & interpretatur oppida, vnde & Cariatharbe dicitur villa syluarum. b ¶ Victorum. c ¶ Tunc.

¶ Vrbibus ducibusque succensis erit vanum iudicium principum iudicumque consilium.

HIER. in com. Prædictis Gentibus non exprobrat quod legē scriptam abiecerunt, sed tantum naturalē: vnde dicit, viscera misericordiæ violasse, vel in nimiā rabiē eos exarsisse. Sed Iudæ obiicit, quod susceptā legē nō obseruauerit, & pro transgressione tā naturalis quā scriptæ legis miseriam passurus sit. Ceteræ Gentes *quæ sine lege peccauerunt, sine lege perierunt.*

E Rom.2.b.

HIER. ibid. ALLEG. Quidquid de Iuda dicitur, ad ecclesiam refertur, in qua est confessio & pax Dei, & visio veritatis, quæ redarguitur, quod contempta lege Dei vitia sua adorat, vt auarus aurum, gulosus ventrem. *A quo enim quis superatus est huius & seruus est.* Vnde & dominus damnat pessimas ædes & vitiosa fundamenta, quæ gloriam Ierusalem perdiderunt.

2.Pet.2.d.

IBID. Qui Deum confitetur, & eum videre se putat, si in peccato manserit non agens pœnitentiam: auertit Deus vultum clementiæ ab eo.

Super tribus,&c. † THEOD. in com. A Iudæis ad decem tribus se vertens, inquit se neque hos diu passurum. Hi inquit, ad solum quęstum intuentes, vendiderunt iustum, sordidoq; lucro asseruientes, ne calceos quidem pauperum lucrifacere recusarūt, qui extremum hominibus vsum præbent, iniuria affectos deseruerunt, pauperes verberationibus vexarunt, contumeliosè acceptorum iustam causam non admiserunt, ac bestiarum more inuicem alij cum aliorum vxoribus coitu se commiscuerunt, vt ne filius quidem pellice patri deuota abstinuerit: neque pater vxorem filij integram esse permiserit. Itaque inde naturæ iura confusa sunt, ac denique obscura cognationis nomina. Et hæc inquit, fecerunt, vt Dei sui nomen contaminarent: nam vicini externi finitimi hæc audientes, vniuersorum Deum maledictis persequebantur, vel quod tamquam eiusmodi instituerit, vel quod talia iniquè committentes toleret.

Peccata multiplicia x. tribuum. F

† TERTVL. lib.4. adu. Mar. c.40. Poterat Christus & sine præmio tradi. Quanta enim opera traditionis circa eum populum coram offendens, nec tradi magis potuisset, quàm inuadi? Sed hoc alij competisset Christo, non qui prophetias adimplebat. Scriptum est enim, *Pro eo quod venundedere iustum,&c.*

Cur voluerit Christus per venditionem venire in manus Iudæorum?

† RVPER. in com. Mirum videtur quod in exordio scelerū Israel, aliud ponere maluit, quam idololatriam, qua tunc pręsertim sordebat. At valdè ordinatū est hoc primū poni, quod vendiderit argēto iustum, quia filij Iacob vendiderunt primum Ioseph fratrē suum, in qua venditione duplex culpa fuit, quia & frater eorū & iustus erat.

Gen.37.

Vendi-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. II.

Sexta pars.

[1] HÆc dicit do. *Hæc est sexta pars in qua prophetat contra populum Moab qui similiter descendit à Loth: propter quod debuit diligere Iudæos: & tamen econtrariò multoties impugnauit eos, vt patet in lib. Iudicum & Reg. ideo dicitur,*

[2] Super tribus. *i. multoties replicatis, propter quod dignus erat sustinere supplicium, & cum hoc quia dignitati regiæ intulit crudele supplicium, ideo subditur,*

[3] Eo quod,&c. *Qui autem iste rex fuerit, non dicitur hic, nec etiam alibi in scriptura, Aliqui tamen glossatores dicunt, quod fuit ille rex Edom qui iiij. Reg. iij. dicitur fuisse in exercitu cum regibus Israel & Iuda, contra Moabitas: & cùm rex Moab esset obsessus, voluit irrumpere ad regem Edom, & non potuit, sed fuit compulsus in ciuitatē redire, propter quod Moabitæ contra ipsum irati, post mortem eius effoderunt ossa de sepulchro eius & incenderunt ea. Ra. Sa. dicit, quod quidam rex Edom pugnās contra Moabitas cecidit in manibus eorum, & exercuerunt in eo hanc crudelem ignominiam, tamen non dicit quis fuerit ille rex Edom.* [4] Et deuora. ædes Carioth. *Nomen est ciuitatis in Moab.*

Quis fuerit iste rex Edom cuius ossa hic dicūtur combusta à Moabitis.

[5] Et morie. *in sonitu, scilicet belli, vbi est sonitus magnus ex fragore armorum & clamore morientium.*

[6] Et dispe. iudices, *& omnes notabiles personas.*

Diuisio.

[7] Hæc dicit. *Postquam prophetauit contra Idumæos, hic prophetat contra Iudæos, & primo cōtra regnum Iuda, secundo contra regnum Israel, ibi,* Hæc dicit dominus. *Circa primum sciendum, quod decem tribubus separatis à regno Dauid iij. Reg. xij. cultus domini & doctrina legis per sacerdotes remansit in regno Iuda, propter quod illud regnū habuit maiorem opportunitatem seruandi legem & cultum diuinum, & per consequens magis reprehensibile fuit de transgressione, & tamen multoties & multipliciter peccauit in vtroque contemnendo legem & exercendo idololatriam, vt patet ex iv. Reg. & ij. Paral. Propter hoc meruit diuinam punitionem, ideo subditur,*

Iudas habēs maiorē opportunitatem seruiēdi domino illam neglegit.

[8] Super tri. *& patet ex dictis littera.*

Et

MORALITER.

† [1] *Hæc dicit do.* Exponatur sicut cap. præced. quantum ad tria & quatuor scelera.

[3] *Eo quod,&c.* Per *Moab* qui ex patre interpretatur, quilibet blasphemus significatur: Vnde blasphemis dicitur Ioan. viij. e. *Vos ex patre diabolo estis.* Per regem Idumææ potest intelligi Christus, qui est rex omnis terræ. Per ossa verò intelligitur fortitudo diuinitatis suæ, quam impugnant blasphemi, & maximè Iudæi, Saraceni & hæretici multi. † *Et mittam,&c.* Carioth, quæ sonat oppida, per quæ significantur hæreticorum conuenticula. [5] *Et morie.&c.* id est, in sonitu belli spirituum malignorum contra ipsum. [6] *Et dis. iu.&c.* id est, hæresiarcham & discipulos eius. [8] *Super tribus sce.&c.* per Iudam qui confitens interpretatur, quilibet hypocrita significatur, qui confitetur se nosse Deum, factis autem negat.

Blasphemus. Hæreticus. Hypocrita.

† Et

☞ Vendiderunt autem viginti argenteis, & cùm decem tantum essent, nonnisi duo argentei potuerunt obtingere singulis. Bene ergo addidit, *Et pauperem pro calceamentis*, quia vix calceos qui valerent, comparare sibi potuerunt singuli de pretio tantæ venditionis. Hoc scelus sic inceptum in illa gente, in tantum processit, vt Christum summè iustum, & sanctum sanctorum, Iudæi & venumdari persuaderent, & ipsi emerent 30. argēteis, quo pretio non potuisset saltē Caiphas insigniter calciari.

Ioseph à suis fratribus vilissimo pretio venditus. Similiter Christus ab eisdem emptus.

a *Pro eo.* HIERON. in com. Simplex vir & iustus ecclesiasticus est, qui non habet scientiam scripturarum, sed quæ iubentur facit. Hunc hæreticus pro pecunia vendit, cùm opera iustorum agit pro rebus mortalibus, quæ per calciamenta significātur. Nō enim potest stare super sanctam terrā, sicut Iosue nudis pedibus, quia adhæret aliquid mortale in operibus eius. Hūc puluerem excutiunt Apostoli de pedibus suis, quē contraxerunt ex inhabitatione mortalium.

Homo fidelis & hæreticus. Matth. 11. d.

b *Et pauperem.* HIER. ibid. LXX. *Et percutiunt in capite pauperem; qui viam humilium declinauerunt*, quia nolunt eum sequi qui dixit, *Ego sum via, veritas & vita*. Et, *Venite ad me qui laboratis & onerati estis*.

Matth. 10. a. Ioan. 14. a.

c *Qui conterunt.* IBID. Habebant huiusmodi consuetudines principes Iudæorum, vt si pauper in via se illis iungeret, flagellatum illum super puluerem terræ proiecerunt, indignantes cum simplicibus ire. Contigit etiam crebrò in illis, vt filius vxorem patris pollueret (alias vt pater vxorem filij pollueret.) Illos etiam, qui nolebant ire ad adorandos vitulos, interficiebant vel spoliabant, & partes vestimentorum ponentes secus altaria deorum suorum superaccumbebant, & partem pro vino dabant quod bibebant ante altaria deorum: Quod spolium dicitur pignus, id est, vadimonium quia pro interfectione corporis & liberatione animæ dabatur. In quibus violatur nomen domini. Quidquid ab illis fit turpiter, refertur ad iniuriam Dei, qui dicit: *Per vos blasphematur nomen domini in Gentibus.*

Abominabilis superbia & tyrannis principū Israel. Rom. 2. d.

HIER. ibid. Principes hæreticorum intumescunt superbia, declinantes ab illo, *qui superbis resistit, humilibus dat gratiam.* Qui ita ingreditur ecclesiam vt legem seruet cum Euangelio, cum patre Iudæo ingreditur ad puellam, id est, circumcisionem, & alias legis obseruantias. Ita & pater Iudæus & imitator Christianus, vna fornicatione cōtaminantur, Christum putantes insufficientem, de quibus Apostolus: *Si circumcidimini, Christus nihil vobis prodest.*

Superbia hæreticorū. Iacob. 4. b. Ceremonialia legis retinentes. Gal. 5. a.

HIERONYMVS ibid. Hæretici sub nomine Christiano fornicantes, suis erroribus obtendunt testimonia scripturarum, non substernentes ea vestigiis Saluatoris, vt illi testimonium perhibeant, sed illis peccata velant. Econtra Apostoli sternunt pullum asinæ vestimentis, vt dominus mollius sedeat, & ex lege & prophetis stratam viam scandat. Bibunt etiam hæretici *vinum damnatorum*, qui ex eo quod egressi sunt de ecclesia damnati sunt, & delectantur in vino Sodomorum, & *felle draconum* & aspidum: quod qui biberit sanari non potest, & hoc bibunt non in domo domini, vt est templum & Ierusalem, sed Dei sui, quem sibi artifici sermone confixerunt.

Matth. 21. a. Deut. 32. Hæretici.

☞ HIER.

---

uertam eum, eò quod abiecerit legem domini, & mandata eius non custodierit. Deceperūnt enim eos idola sua, post quæ abierānt patres eorum. [1] Et mittām ignēm in Iudām, & deuorabit ædes Ierusalem. [2] Hæc dicit dominus. Super tribus sceleribus Israēl, & super quatuor non conuertam eum: pro eo quod vēndiderit argento iustūm, & pauperem pro calciāmentis. [7] Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & viām humilium declinant. Et filiūs ac pāter eius ierunt ad puellam vt violarent nomen sanctum meum: [8] & super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare, & vinūm damnatorum bibebant in dōmo

¶ Datam à Moyse. a ¶ Nisi legem repulisset, ab idolis decipi non valeret. a ¶ In Ægypto, simulacra Ægypti sibi fingunt, adorantes Beelphegor & Astaroth Baalim. ¶ Ideo. b ¶ Per Nabuchodonosor. c ¶ Captiuitatem. d ¶ In regionem duarum tribuum. a ¶ Terrenæ, non illius in qua est visio pacis. a ¶ Decem tribus, Has in vltimo ponit, quia pene omnia quæ sequuntur ad eas referuntur. a ¶ Vicinis Gentibus, non necessitate cibi vel potus, sed causa auaritiæ. b ¶ Quemlibet simplicem. c ¶ Nec paupertas ab iniquitate retrahit. a ¶ Non pro magna, sed pro vili re, pretiosam animam hominis vendens. ¶ Quibus calcant terram & fimum. b ¶ Pretiosam animam hominis. a ¶ Ego sum via, veritas & vita, quæ dicit, Venite ad me qui laboratis. b ¶ Christianus. a ¶ Iudæorum populus, vnde Patres nostri omnes sub nube fuerunt. a ¶ Ebrietatem Sodomorum. b ¶ Quos vi oppresserant. c ¶ Quos Deos putabant, turpitudine & stupris polluebant.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et mit. *Hoc fuit impletum quando Nabuzardan succendit domum domini & domum regis & domos Ierusalem per circuitum iv. Reg. vlt.*

2 Hæc di. *Hic consequenter prophetat contra regnum Israel, & ponitur hæc prophetia vltimo loco: quia propheta circa ea diutius immoratur, scilicet, vsque ad finem: tamen aliqua interserit aliquando de regno Iuda. Et diuiditur in duas partes. Amos enim primo denuntiat suam prophetiam, secundò ex hoc patitur iniuriam cap. vij. Prima in tres, quia primo arguit populum de auaritia, secundo de idololatria cap. iv. ibi,* Venite ad Bethel. *tertio de carnalitate & lasciuia, c. vj. Sciendum tamen, quod ista diuisio non est præcisa, sed tantum à plurimo, In qualibet enim parte inseritur de aliis vitiis. Prima in duas, quia primò arguitur cupiditas virorum, secundò suarum vxorum, in principio c. iv. Prima in tres, quia primo ponuntur populi flagitia, secundo recoluntur* Dei *beneficia, ibi,* Ego sum, *tertio, prædicuntur futura supplicia, ibi,* Ecce ego. *Circa primum dicitur,*

Diuisio non religiose accurata.

3 Super tri. *Quod exponunt aliqui dicentes, quod primum scelus fuit venditio Ioseph, Gen. xxxvij. Secundum in adoratione vituli, Exod. xxxij. Tertium, in negatione Dauid, iij. Regum xij. d.* Quæ nobis pars in Dauid? &c. *Quartum autem in venditione ipsius Christi, propter quod dicitur,*

Quatuor peccata Israel.

4 Non conuertam, &c. *reducendo ab hac captiuitate.*

5 Pro eo quod vendid. *id est, Christum antonomasicè iustum. Sed illud quod subditur,*

6 Et pauperem. *Non videtur bene consonare, propter quod hæc expositio magis videtur mystica quàm litteralis: ideo dicendum est aliter,* Super tribus sceleribus, *id est, pro vitiis infra scriptis multoties & multipliciter iteratis, sicut supra dictum est de aliis.* Eo quod ven. pro arg. iustum, *id est, iustitiam subuertendo iudicium pro pretio.* Et pauperem pro calciam. *id est, pro re parui valoris: in quo apparet magnus contemptus pauperum. Hebræi dicunt:* Et pauperem, pro clausuris. *Dictio enim Hebraica hic posita æquiuoca est ad calceamenta & clausuras. Et ponit sic Rab. Sa. dicens, quod quando pauper habebat vineam vel agrum iuxta diuitis possessionem, molestabat eum calumniis, vt sic cogeretur sibi vendere possessionem, ponens totum sub vna clausura: & hoc magis consonat litteræ præcedenti.*

Alius lectio & sensus illius: Pro calciamentis.

7 Qui conterunt super pulue. *eum deiiciendo totaliter à suo statu, sic enim deiectus vulgariter dicitur in puluere prostratus.*

8 Et viam hu. decli. *id est, declinare faciunt, quia humiles talibus superbis cedunt in via, quando obuiarint eis declinantes à latere.*

9 Et filius ac pater eius, &c. *id est, pater violauit puellam filio suo affidatam seu desponsatam: & in hoc tangitur crimen incestus.*

10 Et super vestimen. *Faciebant enim isti aliquando magna conuiuia in locis vbi colebant idola, & de vestimentis pauperum apud eos impignoratis faciebant sedes ad recumbendum in mensa. Et conuiuia illa fiebant de substantia iniusta oppressorum & damnatorum ab eis, ideo subditur,* Et vinum damnato.

6 Et ☩ Ego

MORALITER.

† † *Eo quod abie. do. &c.* Hypocrita enim abiicit legem domini per suas fictiones falsas.

† *Deceperunt eos.* scilicet, ambitio & auaritia propter quæ fingit hypocrita.

† *Post quæ abie. pa. eo.* scilicet, prophetæ falsi & pseudoapostoli.

1 *Et mit. ignem in Iu.* nam ignis gehennæ deuorabit hypocritas & sequaces eorum.

3 *Super tribus, &c.* Per Israel qui Deum videns, interpretatur, & coluit vitulos aureos, vt habetur iij. Reg. & iv. sic modo clerus pro magna parte. Nam per vitulum significatur carnis petulantia, & per aurum auaritia, quibus vitiis multi de clericis sunt intenti, eo quod per suam auaritiam frequenter peruertunt iustitiam: ideo subditur,

Petulantia & auaritia clericorum.

5 *Pro eo quod vend. arg. iustum.* id est, iustitiam, eam in iudicio peruertendo ex allegatione falsa aduocatorum, & inclinatione mala iudicum cupidorum.

6 *Et pauperem pro calceamentis*, id est, pro re modica pauperem condemnantes.

8 *Et viam, &c.* quia faciunt eos declinare à strata publica propter magnitudinem & multitudinem equorum suorum & famulorum.

Luxus clericorum in equitatu & famulatu.

9 *Et filius.* id est, sacerdos & clericus declinauerunt ad luxuriam.

† *Vt violarent, &c.* Mirantur enim aliquando laici & scandalizantur de hoc quod dominus permittit sibi seruiri à talibus ministris in altari.

10 *Et super ve. pi. accu.* Sunt enim aliqui sacerdotes in tantum cupidi, quod à pauperibus sibi satisfacere non potentibus, accipiunt ab eis vestimenta necessaria pro pignore, cum gratis eis deberent remittere.

Eorumdem sordidissima auaritia.

† Ego

☞ HIERON. in com. Iuxta LXX. Tantus erat Dei contemptus, vt A vestimenta in quibus dormiebant, vel fornicabantur, iuxta altare funibus tenderent, ne fornicantes videri possent. Hæretici autem vestimenta sua, quæ funibus peccatorum ligauerunt, videntiū oculis opponunt, ne eorum flagitia videant, & qui vident eos ante altare Dei, stuprum non suspicentur.

Hæretici subdole sua vitia contegunt.

† THEOD. in com. Adijcit, Diuino templo debitum honorem non tribuebant, sed in illo tabernacula ex vestibus molientes, ex iniustitia partum vinum B bibebant: neque illis interea in mentem venit, vt *abstulit Amorrhæū à facie, &c.* Hæc per translationem & immutationem dixit, magnitudinē eorum hominum, & robur ostēdens: eò enim missi exploratores à Mose magno, renuntiauerunt illic esse Enach, & gigātum filios adeo proceros, vt cum eis comparati quasi locustæ viderētur. Itaque ait Deus, C quod tam excelsos & fortes viros non vestro robore vsi vicistis. Nā quomodo vicissetis, qui vel ex illorum fama sola perterrefacti, ad Ægyptum redire conati estis? Atqui ego illum radicitus reuelli. *Radices* vocat patres, *fructum* filios.

Potentissimi Chananæorum gentes datæ à Deo in manus Hebræorum. Num. 13.

a ❡ Contra mala illorum rememorat beneficia quæ illis fecerat.
b ❡ Seon regem Amorrhæorum, qui erat excelsus & fortis, sicut cedrus & quercus.
a ❡ Dicitur lectus illius habuisse nouem cubitos longitudinis & quatuor latitudinis. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani.
a ❡ Superbia. b ❡ Cum fortis armatus custodit atrium suum.
a ❡ Id est, proieci superbiam eius in terram & radi. eius. i. prosapiam eius contriui, ne procrearentur filij.
b ❡ Ne quis putans bonum comederet, & periret.
a ❡ De valle lachrymarum. b ❡ Ingratos. ❡ Non alius.
c ❡ Quæ est plana, cum terra promissionis sit montuosa. ❡ Sæculo tenebroso.
a ❡ Longo circumitu.
b ❡ Hic numerus afflictioni & ieiunio & dolori conuenit, quia per hæc venitur ad sanctam terram.
c ❡ Per pœnitentiam. d ❡ Primum illius regio fieret vestra possessio.
a ❡ Quam diuisit Moyses filiis Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse. b ❡ Postea.
c ❡ Sicut Moysen & Aaron & alios qui acceperunt prophetalem gratiam.
❡ Potestis negare quin ita fecerim?
a ❡ Quibus præceptum est quod omne quod inebriari potest non bibant.
❡ Vos è contra. b ❡ Eruditis viris quos mittebam.
a ❡ Ex liuore superati. b ❡ Sermonem domini, qui fiebat ad vtilitatem audientium.
c ❡ Ideo comminando de pœna.

a Dei sui.[9] Ego autem exterminaui Amorrhæum à facie eo- 1 rū, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipse qua- 2 si quercus. Et contriui fructum eius desuper, & radices eius 3 subter.[10] Ego sum qui ascendere vos feci de terra Ægypti, & 4 eduxi vos in desertum quadraginta annis, vt possideretis terrā Amorrhæi:[11] & suscitaui de filiis vestris in prophetas, & 5 de iuuenibus vestris Nazaræos. Nūquid nō ita est filij Israel, 6 dicit dn̄s?[12] Et propinabatis vinum Nazaræis, & prophetis 7 mandabatis, dicentes: ne prophetetis.[13] Ecce ego stride- 8

c *Eduxi vos de terra Aegypti, &c.* † THEOD. in com. Necesse est vt D vos recordemini beneficiorum ante vobis collatorū. *Ego eduxi vos, &c.* Si quod mendacium in verbis meis inuenitis, arguite: atque hoc non potestis, non enim ignoratis quàm vera hæc beneficiorum enumeratio, quæ contra semper fecistis. Nam non modo leges meas non obseruastis, sed vino quoque obruistis mihi consecratos (hos enim vocat Nazaræos) nullius commoditatis esse docentes erga me obseruantiā: atque prophetas à me missos, ne præsignificarent ea, quæ sibi imperassem, prohi- E buistis, meam, (quod planum cernere est,) vocē grauiter ferentes.

Israel erga Dei beneficia ingratus & impius.

† TERTVL. li. 5. adu. Marc. c. 18. Inebriati vino dedecori inde est, vbi sanctorū inebriatores increpantur. *Et potum dabatis sanctis meis vinum* quod prohibitus, erat potare & Aarō sacerdos, & filij eius, cū adirent ad sancta.

Numer. 6. *De vini potu.*

† IDEM. li. adu. Psychicos c. 9. Habet abstinentia vini suos titulos, quæ & Samuelem Deo vouerat, & Aaronem consecrauerat. Sic & Israeli exprobrat, *Et potum dabatis sanctificatis meis vinum.* Et hæc autem strictura potus xerophagiæ portio est, &c.

1. Reg. 1. Leuit. 10. b. F

a *Ego au.* HIERONYMVS in com. Vbi de laudibus Dei agitur, non est curandus ordo historiæ. Mysticè verò antequam nos educat Deus de fornace Ægypti ferrea, exterminat Amorrhæum, qui interpretatur amarus, vel loquens vel famosus, qui frequenti sermone celebratur, qui est Seon, id est, arbor infructuosa vel sterilis, non qui fructum quandoque faciat, sed quia malum facit: & ideo succiditur à domino.

IBID. Qui transit de sæculo oportet vt vitet superbiam, quæ per cedrum; & concupiscentias carnis, quæ per quercum signantur.

b *Quercus.* IBID. Arbor durissima & fortissima, ex cuius vocabulo Philo putat Esau vocari quercinum & roboreum: quamuis Esau possit intelligi factura, vt ad mala opera sit factus.

Etymologia nominis Esau.

c *Edu-*

d *Nazaræos.* HIER. id est, sanctificatos, qui Deo animas suas immolant, & vinum (quod inebriare potest, & mentis statum subuertere) non attingunt, vt habeant comam sicut Samson, in cuius capite est fortitudo & victoria: *quia caput viri Christus est.*

Num. 6. d. Iud. 16. d. 1. Cor. 11. a.

e *Et propinaba.* IBID. Ex hoc loco, & quia per legem dicitur, ne Nazaræi vinum bibant, Tatianus asserit vinum non esse bibēdum. Sed intelligendum, quod & hic & in lege ebrietas & curæ sæculi prohibentur, quæ vigorem animi obruunt.

Leui. 10. b. Tatianus dixit vinū non bibendum.

f *Et prophe.* Amasias sacerdos Bethel, prohibuit Amos; Sedechias rex Iuda Ieremiæ interdixit, ne loqueretur in nomine domini, & librum eius igne combussit.

Infra 7. Iere. 36. c. & 38. f.

g *Ecce ego.* † THEOD. in com. Tantis inquit, vos onerabo suppliciis, vt lugeatis & gematis sicut plaustrum graui onere pressum ☞ in-

NICOLAVS DE LIRA

☙ 1 Ego autem ext. *Hic consequenter recoluntur diuina beneficia illi populo exhibita: vt ex hoc flagitia prædicta appareant maiora, & supplicia sequentia iustiora: & dicitur in persona Dei,* Ego autem exterm. Amorr. à facie. *i. ante faciem populi Israel, sicut patet in lib. Nu. & Iosue.*

2 Cuius altitudo. *id est, valdè excessiua vltra communem statum. Ideo de eis dicitur Num. xiij. d.* Quibus comparati quasi locustæ videbamur.

3 Et for. *i. sicut excedebant populum Israel in altitudine, & in fortitudine.*

4 Et contri. *id est, principes & subiectos illius populi. Consequenter recolitur aliud beneficium præcedens. s. eductio de seruitute Aegypti, cū dicitur* Ego sum. *& patet littera.*

5 Et suscita. *ad docendum populum, & hoc patet per totum vetus testamentum.*

6 Et de iuue. *Aliquos ad semper, vt Samsonem & Samuelem; & aliquos ad tempus, vt Nazaræos.*

7 Num-

7 Numquid. *q. d. Non potestis nagare ista beneficia, & vos contrario me prouocatis, ideo sequitur,*

8 Et propi. vinum Nazaræis. *vt infringerent votum mihi factum.*

9 Et prophe. *Sicut patet infra vij. c. quod Amasias sacerdos Bethel nitebatur impedire Amos à prophetia.*

10 Ecce ego. *Hic consequenter prædicuntur debita supplicia, & primo ostenditur hic punitio ineuitabilis; secundo rationabilis c. seq. Circa primum dicitur:* Ecce ego. *Talis autem stridor causatur ex onere supra posito: & per hoc insinuatur, quod peccata populi erant ita grauia, quasi Deus non posset vltra tolerare absque punitione debita. Hebræi sic dicunt:* Ecce ego stridebo in locis vestris, *quia dictio Hebraica est æquiuoca ad vtramque significationem: & in hoc notatur modus punitionis. Plaustrum enim multum oneratum conterit & stridere facit illa super qua transit. q. d. non poteritis effugere, sicut nec illa super qua transit plaustrum oneratum; ideo subditur,*

Grauitas peccatorū Israel pulchra similitudine ostēditur.

☙ Et

MORALITER.

† 1 *Ego autem.* Hic iuxta cleri malitiam, ponuntur Dei beneficia clericis collata, vt opposita iuxta se posita magis elucescant. Et primò ponitur vnum beneficium commune omnium, cùm dicitur, *Ego autem, &c.* Amorrheus interpretatur amarè loquens. ideò significat diabolum amaritudinem peccati hominibus persuadentem. Ipse etiam est fortis per potentiam & altus per superbiam; tamen exterminatus fuit per Christi mortem; & subditur beneficium spirituale clericorum, cum dicitur,

Diabolus

† *Ego sum, &c. de Aegypt.* de statu laici tenebroso per ignorantiam, ad clericalem dignitatem & scientiam.

† *Et edu.* Per numerum quadragenarium significatur perfectio pœnitentiæ, quæ debet esse in ministris ecclesiæ.

Beneficia Dei

† *Vt*

† *Vt pos. terram Amorrhæi.* cælum empyreum, à quo Deus deiecit diabolum per Amorrhæum significatum, vt prædictum est.

erga clericos.

5 *Et susci. de fil. ve. proph.* id est, prædicatores.

6 *Et de iuuen. vest. Naz.* id est, religiosos.

7 *Numquid.* q. d. sic est manifestum quod non potest negari: nam patet omnibus quod de clero multi facti sunt prędicatores, & multi religiosi.

8 *Et propi. vinum Nazaræis.* id est, religiosos inducebatis ad vota sua transgrediendum, sicut faciunt aliquando mali clerici.

Clerici inducentes religiosos ad voti fragium.

9 *Et pro.* Nam aliquando prælati duri & sacerdotes curati, prædicatores pauperes impediunt ab actu prædicandi; & subditur pœna delicti cum dicitur,

10 *Ecce ego.* id est, grauiter puniam.

† Et

☞ interea dum trahitur gemebundo stridore concrepat. Atqui cùm hæc mala vobis inferentur, nemo ne velocissimus quidem fuga salutem assequetur, neque strenuus robur virile possidebit, neque sagittarius arte iaculandi nitetur, neque eques celeritate equi adiutrice vtens, salutem consequetur: solus nudus effugiet in illa die.

cum, aliquis hæreticus qui frustra tendens arcum Dei sagittas sustinere non potest; & *velox pe.* qui propter acumen ingenij discurrit per testimonia scripturarum, & opprimere nititur veritatem, non saluatur, sed corruit: quia non in Deo, sed in suis confidit pedibus; & *ascensor equi* (de quo dicitur: *Fallax equus ad salutem* Psal. 32. d. non saluat animam, sed periens audiet: *Hi in curribus & hi in e. nos autem in nomine domini nostri in.* Ibid. 19. b. *Et robustus corde inter fortes nudus fugiet expolians se veterem hominem cum su. act.* Col. 3. b. & nulla farcina peccatorum grauatus; sed & fortis fugit mortem. vel è contra, qui nudus est perdito vestimento Christi, non saluatur sua fortitudine in die belli, sed coram hostibus terga vertit.

Salus à solo Deo venire potest.

† RVPERT. in com. Plaustrum stridens, eo ipso quòd stridet & longè exululat, semetipsum onere prægrauatum indicat. Sic cum Israel de terra sua exciderur, scient gentes longè per circumitum, quia sic eius promeruit iniquitas. Vnde dominus ad Salomonem: *Omnis qui transierit, stupebit, & sibilabit, & dicet: quare sic fecit Dominus terræ & domui huic? Et resp. Quia dereliquerunt Dominum Deum suum, &c.* Hoc est ergo, dominum quasi plaustrum onustum fœno stridere, causas excidij & captiuitatis illorum latere non sinere.

Supplicia Israelis comparantur prægrauato & gementi plaustro.

3. Paral. 7.

a ☞ Longo sonitu & vlulatu.
b ☞ Non frumento, quod reconditur in horreo, sed fœno, quod priusquam euellatur exaruit.

a bo subter vos, sicut stridet plaustrũ onustum fœno.[14] Et per- [1]

a ☞ Hebræi dicunt Ierobeam filium Nabath, qui prius fugerat in Ægyptum, & velox fuit ad facienda idola.

b ibit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, &

a ☞ Amri. b ☞ Venientibus Assyriis. c ☞ Vitam. d ☞ Iehu qui occidit Ioram regem Israel sagitta.

robustus non saluabit animam suam,[15] & tenens arcum non [2]

a ☞ Manahen qui fugit in Ægyptum, & Assyriorum regi misit munera vt ab eis protegeretur, sed postea ab eisdem captiuatur.
b ☞ Phacee filius Romeliæ, qui iunctus Assyriis sub rege Achaz multa in Iudæa vastauit, sed postea cum filiis ab Assyriis captiuatur.

stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor

c equi non saluabit animam suam,[16] & robustus corde inter [3] [4]

fortes, nudus fugiet in die illa dicit dominus.

HIER. in com. Vltra non sustinens peccata quibus diu prægrauatus sum, sicut plaustrum stipula vel fœno; tradam vos incendio sicut stipulam, & clamabo dicens: *Peribit fuga à veloce.*

a *Et peri.* HIERON. MYSTICE. *Periit fuga à veloce*: quia sicut ait Apostolus, *non omnes qui currunt in stadio apprehendunt brauium*; quia peccata cursum eius præpediunt; & *fortis* opinione sua, qui in se confidit, non in Dei misericordia; & *robustus*, non armatura Dei, quam enumerat Apostolus, sed mundi virtute confisus; & *tenens arcum*,

Psal. 121. b. 1. Cor. 9. d. Ephes. 6. c.

b *Fortis.* HIER. IBID. id est, Baasa, qui fuit ad bellum promptissimus, cum venerint Assyrij, non poterit resistere quin capiatur. Et nota quod omnes qui hic numerantur iam diu mortui erant, sed per eos filij & tota eorum prosapia captiuanda intelligitur. Possumus dicere quod venientibus Assyriis, nemo robustus, nemo fortis, nemo velox sua virtute poterit saluari.

3. Reg. 15. c.

c *Robustus corde.* HIE. IBID. Hosee qui vltimus Regum x. tribuum fuit, qui in hoc fortis, quod populum ad Dei cultum reuocare voluit, sed quia in hoc perseuerare noluit, postea de incendio nudus egressus est. Qui nudus: quia sub ipso x. tribus captæ sunt.

4. Reg. 17. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et peribit fuga. *quia capietur antequam possit effugere.*
2 Et tenens arcum non stabit, *contra hostes.*
3 Et robustus corde. *id est, audax & constans alias.*
4 Nudus effugiet. *proiectis armis præ timore.*

MORALITER.

† 1 *Et peri.* quia nullus Dei punitionem potest effugere per velocitatem vel fortitudinem seu per armorum defensionem, vel equi fortitudinem, seu per animositatem, vel quemcumque alium modum siue viam.

De punitione nemo malus potest effugere.

CAP. III.

a *Audite ver. super om.* HIE. in com. Ne ad solas x. tribus sermo dirigi videatur, determinat, quod ad omnes dirigitur, qui ex Ægypto sunt vt Azotios, id est ad xij. tribus.

b *Tantummodo.* HIER. IBID. Cùm sim creator omnium, tantum vos solos elegi in peculiarẽ populum, vt cognitionem mei haberetis. Et idcirco quia vos solos habui adhuc visitabo, id est, corrigam iniquitates idololatriæ vestræ, vt cessetis: vel non cessantes grauius puniamini, *Potentes enim potenter tormenta patientur.*

Sapien. 6. a.

c *Numquid ambu. &c.* † THEOD. in com. Quemadmodum inquit, fieri non potest, vt duo simul iter quoddã teneant, non inter se communicantes, quò, & quamobrem proficiscantur: aut vt leo rugiat, cum non sit præda: aut sine venatore auis cadat omniave alia supradicta fiant: sic non fieri potest nolente Deo, vt de quopiam vltio capiatur.

CAP. III.

a ☞ Auribus intelligentiæ.

Audite verbum quod locutus est domi- [1]

☞ Videntes Deum, ad quos propriè fit sermo Dei.

nus super vos filij Israel super omnem [2]

cognationem quam eduxi de terra Ae-

a ☞ Vbi seruiebatis in luto & paleis.

gypti, dicens.[2] Tantummodo vos co- [3]

gnoui ex omnibus cognationibus ter-

ræ. Idcirco visitabo super vos om- [4]

a ☞ Vt nihil sit impunitum.
b ☞ Leo non versatur in consitis agris, vel vineis, vel lignis pomiferis quæ Deum laudant, sed in syluis & inculta humo.

c nes iniquitates vestras.[3] Numquid ambulabunt duo pariter [5]

HIERON. in com. Quantum ad litteram, duo inimici eamdem viam ire nolunt. Mysticè, Iudæi & Gentes non possunt ire per Christum qui via est, nisi prius consenserint vniri in ipso angulari lapide, vt vniti postulent à patre, & impetrent quidquid rogauerint, & in hac vita nullum aduersarij impetum pertimescant. Sed ☞ si

Mysticè, Cur non conueniant Iudæi & gentiles.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. III.

Audite ver. *Postquam punitio regni Israel ostẽsa est ineuitabilis, Hic consequenter ostenditur rationabilis. Et diuiditur in duas partes, quia primo hæc rationabilitas declaratur, secundo, punitio iterum proclamatur, ibi:* Propterea. *Prima in duas, quia primò ostenditur rationabilitas ex testimonio diuino; secundo ex humano, ibi:* Auditum fa. *Circa primum propheta primo excitat attentionem, dicens,*

Diuisio.

1 Audite verbum quod locutus est dominus.
2 Super om. *& sic alloquitur omnes Iudæos generaliter.*
3 Tantummo. *exhibendo vobis legẽ diuinam & alia beneficia plura.* Psa. cxvij. b. Non fecit taliter omni nationi, & iudi. sua non mani. eis.
4 Idcirco visitabo super vos, *acrius vos puniendo, quantò maior fuit vestra ingratitudo dicta prophetarum spiritu Dei loquentium repellendo: Ideo subditur,*
5 Numquid am. duo pa. *ad aliquem locum determinatum.*

☞ Nisi

MORALITER.

1 *Audite verbum, &c.* In fine præcedentis capituli ostensum est, quod punitio clericorum malorum est ineuitabilis: hic ostenditur quod est rationabilis; & hoc propter maiorem ingratitudinem eorum de beneficiis diuinis, cùm dicitur in persona domini,

Iuste punit Deus clerũ.

3 *Tantummodo vos cognoui, &c.* id est, ad mihi ministrandum vos elegi.
4 *Idcirco visitabo, &c.* ita quod nihil remanebit impunitum.
5 *Numquid ambu. duo pa. &c.* quasi dicat, Sic clericus malus non potest cum Deo ambulare, quia nõ conformatur voluntati diuinæ.

† Num-

☞ si discordia separentur, statim leo rugiens eos inuadit: Et non solum patent morsibus leonis, sed apprehendet eos catulus leonis, & ducet ad tenebrosum cubile. *Omnis enim qui malè agit, amat tenebras.* Tertia pœna discordantium est, vt perdant alas quibus in altum ferebantur, & sponte corruentes in terrena, meritò teneantur ab aucupe diabolo. Quarta pœna est, vt discordes capiantur laqueo, qui non in cælo, sed in terra tenditur, de quo liberati dicunt: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ*, de quo Apostolus, *Cõteret Deus Satanam sub pedibus vestris.* Quinta pœna est: quod in ciuitate Dei constituti terreantur sonitu tubæ, id est, diuinæ scripturæ, quæ grandi voce peccatoribus pœnam comminatur. Sexta pœna quod discordes à Deo affliguntur. Leo quãdo famem patitur si videt prædam, dat rugitum, qua voce audita, ferę stant fixo gradu stupefactæ.

Pœnæ discordantiũ. Ioan. 3. c. Iob 6. Psal. 123. a. Rom. 16. c.

nisi conuenerit eis? * Nũquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? Numquid dabit catulus leonis vocẽ de cubili suo, nisi aliquid apprehẽderit? Nũquid cadet auis in laqueũ terræ absque aucupe? Numquid auferetur laqueus de terra, antequam quid ceperit? [6] Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? Si erit malum in ciuitate, quod dominus nõ fecerit? [7] Quia non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretũm suum ad seruos suos prophetas. [8] Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? [9] Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus ter-

a ¶ Nisi auceps tendat laqueum, auis non illaqueatur.
¶ Non.
¶ Non.
a ¶ Id est, afflictio, quæ non iniusta, sed patienti grauis & mala videtur: vnde, Sufficit diei militia sua. Et, Ego Deus qui facio pacem, & creo malum.
a ¶ Vel correctionem suam. b ¶ Loquens.
c ¶ Et cum Deus reuelet prophetis, quis audeat tacere quod dominus reuelet? sicut rugitum leonis nulla animalia audent contemnere.
a ¶ Rarus est qui non timeat. b ¶ Pauci sunt viri qui audeant iubente domino non prophetare.
a ¶ O prophetæ, quę ego dicturus sum.
b ¶ In ciuitatibus Philisthinorum, quæ Dei notitiam non habent, vt ipsæ iudicent vtrum ego iustè facturus sim quod minor. Prius videant scelera, & postea iudicent de mea sententia.

a *Si erit.* Ibid. Sicut ea quæ superius memorata sunt, non fient nisi certa causa extiterit: ita non erit tribulatio, nisi à domino venerit, qui etiam reuelat.

† Theod. in com. Malum, vltionem vocauit; vsus peruulgata consuetudine. Mala enim vocare solemus morbos, supplicia, immaturas mortes, pestes, bella, atque his similia: non quia natura hæc mala sunt, sed quod hominibus malum afferunt, tristitiam & luctum aduehunt. Hoc nos planius Ionas docuit, cùm dixit, *Deus egit pœnitentiam super malitia, &c.* hoc est, super minis perniciosis & malum afferentibus.

Malum pœnæ. Ion. 4.

† Rupertus in com. Malum venit in Samariam propter vitulos aureos, quum Israel ab Assyriis captiuus ductus est. Malum in Ierusalem, cùm primùm à Babyloniis, deinde à Romanis excisa est. Nonne huiusmodi malum dominus fecit? Etenim malum quod est iniquitas, dominus non fecit: sed malum, quod est afflictio propter iniquitatem, dominus induxit.

Huiusmodi malum inducit Deus, non item malum culpæ.

† Tertul. li. 2. adu. Marc. Marcionitæ passim volunt Deum conditorem intelligi malorum, vt & malitiæ iniustè auctor renuntietur. Nos autẽ adhibita distinctione vtriusque formæ, separatis malis delicti, & malis supplicij, malis culpæ & malis pœnæ suũ cuique parti definimus auctorem: malorum quidem peccati & culpæ, diabolum: malorum verò supplicij & pœnæ Deum creatorem.

b *Quia.* Hier. in com. Non quod omnia reuelet prophetis, quæ in cælo facit vel fecerit, sed quæ facturus erat in terris, reuelauit Noe, Abrahæ, Loth: vt qui audirent vẽtura supplicia, corrigantur, vel grauius puniãtur. Sic modo per Amos nuntiat ex misericordia Hebræis pœnas ne puniantur.

Deus pœnas prædicit, ne cogatur eas inferre.

Hie. Ibid. Non reuelat Deus prophetis omnia quæ facit in cælo: vel quę facturus est in terris. Reuelauit Noe diluuium, Abrahæ subuersionem Sodomæ, Ioseph famem septem annorum. Sic Amos reuelauit nunc quid facturus esset x. tribubus, vt ad pœnitentiam conuersæ liberarẽtur à periculo. In quo clementia Dei ostenditur. Qui enim prædicit pœnam, non vult punire peccãtes.

Gen. 6. c. 19. c. 41. d. Clementia Dei.

c *Leo rugiet.* Hier. Ibid. Pastor iste solitus timere leonem: timorem omnipotentis comparat rugitui leonis. Quidam per leonem rugientem diabolum, per dominum loquentem interpretatur Saluatorem, vt sicut ille in malum à perituris, ita iste in bonum audiatur à saluandis.

† Theodoretus in com. quod permittente Deo, de quopiam supplicium sumatur, ex hoc disce. Per prophetas prædicit quæ mala sit allaturus peccatoribus. Non hoc itaque ignorantes, veras admittite prædictiones, quas nos vobis non sine metu afferimus. Si enim leo rugiens omnes audientes se perterrefacit, multo magis nos cum metu Dei iubentis prophetiã docemus. Hoc ostendit cum ait: *Dominus locutus est, &c.* Quoniam prophetarum verbis non habuistis fidem, Assyriis & Ægyptiis commissas iniquitates in montibus Samariæ propalam ostendam. Subiunxit, Quam plurimas iniustitias committentes, & pauperes seruitute opprimentes cognoscere noluerunt, quales fructus affert iniquitas, sed thesaurizant iniquitatem, miseriam & captiuitatem inde metentes. Conuenientissimè *thesaurizant* posuit, docens vt nihil ex iis quæ facitis obliuioni mãdetur, sed velut thesauro quodam Dei memoria prauè & rectè facta asseruantur.

Ne Dei minas quæ per eius seruos nobis prædicuntur contemnamus.

d *Audi. &c.* Hier. in com. Amos specialiter missus prophetare decem tribubus, nunc etiã iubetur annuntiare Azoto & Ægypto.

☞ Con-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nisi eis conuenerit, *tale iter ex rationabili causa, quasi dicat, Non. Et per hoc metaphoricè designatur conuenientia Dei & prophetæ loquentis ex eius ore.*

2 Numquid. *q. d. Non, Leo rugiens est Deus per os prophetæ peccatoribus comminans: ad quod sequitur pœna, sicut ad rugitum leonis præda & hoc nisi pœnituerint. Et idem intelligitur per hoc quod subditur.*

3 Numquid da. *Est enim repetitio eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem.*

4 Numquid cadet auis in laqueum, *absconditum in terra.*

5 Absque aucupe. *sine opere aucupis laqueum tendentis, q. d. non, per aucupem intelligitur Deus peccatores capiens in laqueum pœnæ. Psa. x. b.* Pluet super peccatores la.

6 Numquid au. *q. d. non, sic intentio Dei non frustrabitur à punitione peccatorum in malo perseuerantium.*

7 Si clanget. *pro aduentu aduersariorum super eam.*

8 Et po. non expa. *q. d. imo; Per tubam intelligitur denuntiatio prophetica diuinæ comminationis. propter hoc subditur,*

9 Si erit malum. *scilicet, pœnæ.*

10 In ciui. quod non fece. *id est, ordinauerit fieri, vt dedecus culpæ puniatur decore iustitiæ; quasi diceret, aliter non fiet.*

11 Quia non fa. do. verbum, *de his quæ sunt necessaria hominibus nuntiari.*

12 Nisi reue. *quia sicut natura non deficiet in necessariis, ita auctor naturæ non deficiet nuntiando per prophetas ea quæ sunt necessaria cognosci, & non possunt via humana sciri. Omnia ista exempla ad hoc posita sunt, vt vltio diuina per prophetas proclamata rationabilis ostendatur: ideo subditur,*

13 Leo ru. *id est, dominus per prophetas comminatur.*

14 Quis non. *q. d. nullus est qui non debeat timere, & de malis pœnitere.*

15 Domi. Deus locutus est, *prophetas inspirando;*

16 Quis non prophetabit, *inspirationem à Deo acceptam populo nuntiando, q. d. nullus debet tacere pro quacumque persecutione.*

17 Audi. *Hic consequenter ostenditur rationabilitas punitionis testimonio humano, cum dicitur:* Audi. fa. in. *i. inter Gentiles legem Dei non habentes.*

Con-

MORALITER.

† 1 *Numquid rugi. leo in salt. &c.* Totum illud ponitur propter illud quod postea subditur,

13 *Leo rugiet, &c.* Per leonem, Christus significatur, de quo dicitur Apoc. v. b. *Vicit leo de tribu Iuda.* Ipse terribiliter rugiet in finali iudicio. Et iste rugitus est valdè timẽdus, & specialiter clericis peccatoribus, quibus per scripturas prophetarũ est nũtiatus: ideo subditur,

Iudicium finale summè erit terribile malis clericis.

15 *Dominus locutus est, quis non prophetab.* Prophetæ enim fuerunt organa diuina: & ideo spiritusancto inspirati, non poterant non loqui: sicut nec organa materialia possunt retinere sonum, cum fuerint insufflata.

17 *Auditum facite.* Hic ostenditur punitio malorum clericorum rationabilis in respectu culpæ laicalis, cum dicitur, *Auditum facite in ædibus Azoti,* quæ interpretatur incendium.

† *Et in ædibus terræ Aegy.* quæ interpretatur tenebræ: propter quod per istas ædes significatur conuersatio laicorum qui carent luce scientiæ & communiter incensi sunt igne cupiditatis & luxuriç, sed multo plus incensi sunt mali clerici: ideo sequitur.

Vitia quę in laicis vigẽt.

† Con-

a *Congregamini.* HIER. in com. Quia vnusquisque fingit sibi, & adorat quod vult. Sic hæretici varios errores sibi confingunt, qui se custodes mandatorum Dei mentiuntur, & sunt in monte superbiæ: ad quorum insaniam considerandam Gentes prouocantur, quæ non habent Dei notitiam. Ipsi enim calumniantur simplices credentes, dum sub nomine veritatis coꝰlunt mendacium: & quia sunt extra limitem veritatis, rectum facere nescierunt, & thesaurizant sibi dogmata iniquitatis, & deceptos in ædibus suis concludunt.

Hæreticorũ mores.

b *Thesaurizãtes.* IBI. Congregãtes de idololatria & miserorum calumniis iniquitatẽ, id est peccatũ in cordibus suis, & rapinas pauperum congregantes per violentiam in domibus suis: quia enim cultum Dei deseruerunt, dati sunt in reprobum sensum, vt faciant quod non oportet.

De eis qui rapiunt res alienas.

Rom. 1. d.

c *Quomodo si.* IBID. Adhuc sumit propheta comparationes ex pastorali officio. Sicut paruæ reliquiæ relinquuntur à leone ex oue vel ariete: sic de habitatoribus Samariæ pauci remanebũt, qui non captiuentur ab Assyriis.

Pauci ex Israel euaserunt cædẽ vel captiuitatem.

a ❡ Ciuitatis sic dictæ, quę in monte sita est; vel totius terræ decem tribuum, quæ tota montuosa est, quæ à sua metropoli sic vocatur: dicitur autem Samaria à Samer domino ipsius montis in quo fundata est.

a ræ Ægypti, & dicite: Congregamini super montes Samariæ, [1]

a ❡ Pro Deo vitulos adorant & filios suos immolant. b ❡ Non contenti hoc scelere, calumniantur pauperes & simplices.

& videte insanias multas in medio eius, & calumniam pa- [2]

a ❡ Id est, Noluerunt colere Deum.

tientes in penetralibus eius.[10] Et nescierũt facere rectum, di-

a ❡ Non aurum, vel pecunias, quæ aliquando labore quæruntur. b ❡ Falsa dogmata. c ❡ Deceptorum falso errore.

b cit dominus, thesaurizãtes iniquitatem, & rapinam in ędi-

a ❡ Quia hoc fecerunt. b ❡ Ab Assyriis. ❡ In iudicio, vel quotidie per ecclesiasticos viros testimoniis scripturarum.

bus suis.[11] Propterea hæc dicit dñs Deus: Tribulabitur & cir- [3]

a ❡ Circumdabuntur ab hostibus habitatores terræ x. tribuum. b ❡ Tua ô Samaria. ❡ Hæreticorum. c ❡ Syllogismorum, & argutiæ verborum, quibus dogma suum firmabant. d ❡ Qui errauerant de ecclesia reducentur.

cumietur terra, & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripien- [4] [5]

a ❡ Quæ in ædibus miserorum lachrymis congregasti.

c tur ædes tuæ.[12] Hęc dicit dominus: Quomodo si eruat pastor [6] [7]

a ❡ Qui circumit quærens quem deuoret b ❡ Qui habet au. au. ❡ In aure sacramenta doctorum. c ❡ Feræ consumptæ.

de ore leonis duo crura, aut extremũ auriculæ, sic eruentur fi-

❡ Decem tribubus. a ❡ Quiescentes in auxilio Syrorum.

lij Israel qui habitant in Samaria in plaga lectuli, & in Da- [8] [9]

a ❡ Sibi victoriam pollicentes. b ❡ Quæ ventura sunt huic populo. ❡ Intelligite ô prophetæ. c ❡ Cum attestatione nuntiate. ❡ Vt inexcusabiles. d ❡ Decem tribuum.

d masci grabato.[13] Audite & contestamini in domo Iacob, dicit [10]

a ❡ Cum captiuitas aduenerit. b ❡ Vlcisci. c ❡ Vel impietates.

dñs Deus exercituũ,[14] quia in die cũ visitare cœpero præuari-

a ❡ Reddendo quę meruit. b ❡ Vlciscar destruendo.

e cationes Israel super eũ visitabo, & super altaria Bethel & am- [11]

a ❡ A Syro vastante confracta. b ❡ Hæreticorum, qui laborant abstinentia & ieiuniis.

f putabũtur cornua altaris, & cadet in terra.[15] Et percutiã domũ [12]

cantur: vnde Apostoli sine calceamẽtis & aliqua pelle mortui animalis incedunt; Et credentibus dicitur, *Qui habet au. au.* Hoc iter hæreticus & diabolus impedit, vt in via quæ Christus est, corruamus. Sed si venerit vir ecclesiasticus, & homo Dei, & Samson leonem interfecerit, securo pede, & tutis auribus ad Deum possumus incedere.

Matt. 11. b. Luc. 8. b.

HIER. IBID. Legitur in historia & in Isaia, quod Phacea filius Romeliæ cõduxit Rasim regem Damasci, vt pugnaret secum contra Iudam, & in eo totam spem suam posuit. Sic ergo homo fessus labore quiescit in lecto, sic decem tribus in auxilio Syriorũ quiescebant, & in securitate habitantium Damascum spem victoriæ habebant, & suas vires fractas vicinæ Gentis auxilio roborabant: sed frustra, quia ab Assyriis vtrique captiuati.

Iudic. 14. Isa. 7. a.

Fiducia quã habuit Israel in Syriorũ auxilio.

d *Audite & contestamini, &c.* † THEOD. in com. Non modo splendidas domos (inquit) sed obscuras quoque & viles demoliar, ignique vastãdas tradam: simulque cum domibus ad hyemandum comparatis, domos laxas ad æstatem tolerandam accommodatas incendam. Tum etiam demoliar altaria Bethel, impietatis inuitamenta: ac cum non viri soli, sed mulieres etiam maximam impietatem in se admiserunt, iure etiam has arguit, perniciemque minatur.

† THEOD. in com. Quemadmodum cum leo ouem rapuit, omnino deuorat, ac relictis tantum quæ ad escam inutilia sunt, discedit; quæ colligere pastor cogetur vt Domino ouium demonstret, ouem illam à feris interceptam fuisse: sic decem tribus Assyriis tradentur, illi autem soli captiuitatem effugient, qui propter nimiam vilitatem ab illis contemnentur: Hæc autem inquit, etiam Damasco vsu euenient, eamdem perniciem sustinebit.

HIER. in com. MYSTICE. Cum diabolus oues ecclesiæ laniat, sæpe de ore eius duo crura, aut extremum auriculæ eripitur: quando & securo pede, & tutis auribus Deum sequi possumus. Per crura enim, via doctrinarum; Per aures, sacramẽta doctorum significantur:

e *Altaria Bet.* HIERON. in com. Quæ fecit Ieroboam aureo vitulo: vbi dum offerret, venit propheta qui diceret, *Altare, altare, audi verbum domini, &c. tunc scissum est altare in duas partes, & manus Ieroboam aruit.* Altare ecclesiæ vnum est, altaria hæreticorum tot sunt, quot schismata eorum: tamen vnum se habere iactant per superbiam; cuius cornu, id est, arrogantia, amputabitur.

3. Reg. 13. a.

Vnum ecclesiæ, hæreticorum plura sunt altaria.

f *Et percutiam domum hyemalem cum domo æstiua, &c.* IBID. Sic erant diuites principes x. tribuum, vt duas domus haberent, vnam hye-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Congregamini super, &c. & videte insanias. *Id est, idololatrias contra Deum.*

2 Et calumniam patien. *In quo notatur peccatum contra proximum, quasi dicat, si Gentiles talia viderent, sola ratione naturali ducti iustè puniẽda dicerent.*

3 Propterea. *Ostensa rationabilitate punitionis supradicta, hic ipsa iterum proclamatur, cum dicitur,*

4 Tribulabitur & circumietur ter. *Ita quod nihil remaneat absconditum.*

5 Et detrahetur ex te fortitudo tua, *Id est, rex, principes, & bellatores.*

6 Et diripientur ædes tuæ. *Quia bona inde auferentur, & postea incendentur: & hoc fuit impletum tempore Hoseæ, quarto Regum decimo octauo. Verumtamen quia aliqui pauci euaserunt, ideo subditur,*

7 Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, &c. *Sic eruentur filij Israel, id est, valdè pauci ex eis.*

8 In plaga lectuli. *Id est, in regione regni Iudæ, quæ dicitur lectulus, ratione templi, quod erat ibi; de quo dicitur Cant. 1. d.* Lectulus noster floridus; *eo quod ibi habitabat Deus per specialem inhabitationem. Illi enim qui prædicto modo euaserunt tempore Ezechiæ, venerunt in regnum Iudæ, redeuntes ad diuinum cultum.*

Templum in Ierusalẽ hic dicitur lectulus.

9 Et in Damasci grabato. *Quia etiam aliqui ex dictis euadentibus, in Damascum refugerunt, & ibi fuerunt occultati ad tempus. Sciendum tamen, quod aliqui Hebræi dicunt, quod Damasci est hic nomen appellatiuum, & non est nomen loci: & significat victum; quia Ezechias Dei cultor, prædictis de regno suum refugientibus prouidit modo conuenienti de victu: & quia non solum fuit populus Israel punitus, sed etiam cultus idololatriæ ibidem dissipatus, ideo subditur,*

Israelitæ fugientes a facie Assyriorum, prouisi ab Ezechia rege in victu conuenienti.

10 Audite & contestamini, &c. In die cum visitare cœpero præuaricationes Israel, *populum puniendo.*

11 Visitabo. *Omnia loca idololatriæ subuertendo.*

12 Et percutiam, &c. *Potentes enim ex carnalitate habebant varias domos pro hyeme & æstate.*

MORALITER.

1 *Congregamini super montes Samariæ.* per quos significantur ecclesiæ prælati, eò quòd Samaria interpretatur custodia domini.

† *Et videte insanias multas,* Quas faciunt mali prælati & eorum clerici. Et subditur pœna, cum dicit.

Prælatorũ & clericorum vitia.

4 *Tribulabitur & cir.* Id est, eorum cupiditas terrena tribulabitur inferni pœna; quia tamen aliqui sunt boni, subditur,

7 *Quomodo si.* Id est, diabolus, sicut dicitur 1. Pet. 5. b. *Aduersarius vester diabolus, tamquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret.* De cuius ore eruuntur boni prælati & clerici; Qualiter autem eruantur, ostenditur, cum subditur,

Boni prælati & clerici.

8 *In plaga le.* Id est, in regione lectuli, per quam significatur quies contemplationis.

9 *Et in Damasci grabato.* Per quod intelligitur Eucharistiæ deuota sumptio, eo quòd Damascus interpretatur victus: illi namque eruuntur de dæmonis ore, qui vacant contemplationi, & Eucharistiæ sumptioni deuotè.

Contemplatio & deuota sumptio Eucharistiæ.

☞ hyemalem versam ad A austrum, aliam æstiuam versam ad aquilonem: in quibus pro varietate temporum delitiosè habitarent. Achab etiam legitur duas domus eburneas fecisse. Hier.

Luxus Israelitarum in ædium varietate.

3. Reg. 22. f.

a ¶ Qui propter ventris ingluuiem omnem recipiunt voluptatem.
b ¶ Quæ artificio & rhetorico splendore compositæ sunt.
c ¶ Vna veritate multa mendacia destruentur per totum mundum.

hyemalem cum domo æstiua, & peribunt domus eburneæ, [1] & dissipabuntur ędes multæ, dicit dominus.

Hier. Ibid. Mi- D stice. Domus hyemalis, regnum Israel: in quo religionis frigus & cultus Dei, & varij turbines ventorum, & sæua tempestas; Domus æstiua, regnum Iudæ, in quo calor religionis, & templum, & holocaustum mane & vespere.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et peribunt. *Non quod totaliter essent eburnea, sed quia ibi erant aliqua opera nimis curiosa eburnea: & hoc modo dicitur 4. Reg. vlt. f. de Achab rege Israel.* Et domus eburnea quam ædi.

Domus eburneæ.

ADDITIO.

In cap. 3. *Vbi dicitur in Postill. Ideo subditur*, Numquid ambu. duo pariter.

Quod hic dicitur: Numquid ambu. &c. *videtur continuari cum præcedentibus & sequentibus: Sic enim dixerat supra Deus ipsis filiis Israel*, Tantummodo vos cognoui ex omnibus nationibus terræ, Idcirco vi- B sitabo super vos omnes iniquitates vestras. *In quo Deus videtur respondere cuidam tacitæ quæstioni. Poterant enim quærere filij Israel à Deo, qui eis comminabatur, de tot suppliciis propter sua peccata: quæ est ratio, quare magis nos affligis, quàm alias Gentes huiusmodi peccatis, cum multa aliæ Gentes huiusmodi peccata, scilicet, idololatriæ & homicidij & huiusmodi, peramplius committant? Ad quod Deus respondet.* Tantummodo vos cognoui ex omnibus nationibus terræ. *Vbi Glo.* Cum sim creator omnium, vos solos elegi in populum peculiarem, vt mei cognitionem haberetis. Et idcirco visitabo, id est, corrigam iniquitates idololatriæ vestræ, vt cessetis vel non cessantes grauius puniamini. *Hæc in glo. Sed quia erant aliqui qui de huiusmodi diuina visitatione, malè sentiebant, erroneè æstimantes, quòd talia mala pœnalia comminata cum contingerent euenire, non à Deo inflicta seu intenta erant, sed contingebant casualiter, eo modo quo Philisthæi 1. Re. 6. b. dicebant*: Non manu sua tetigit nos, sed casu contigit: *Hos improbat propheta, dicens*, Numquid ambu. duo pariter, nisi conuenerint? *Sic est in Hebræo: Et quod additur*, Eis, *non est de textu, & est sensus, quod sicut cum duo homines ex diuersis partibus venientes concurrunt per omnia, vt pariter ad vnum locum determinatum accedant, signum est quod hoc fit ex certa conuenientia vtriusque non à casu: sic conuenientia prophetica prænuntiatio- E nis cum rei euentu est signum, quod talis euentus non est casualis, sed intentus. Ad quod adducit aliud exemplum de naturaliter significantibus; sicut est rugitus seu vociferatio leonis, quæ significat prædam factam, vel capiendam, quæ quidem significatio est non à casu, sed ex instinctu naturali; Similiter exemplificat de aue cadente in laqueum terræ, quod non casualiter, sed per industriam aucupis fit, sic etiam ablatio laquei; Similiter etiam adducit exemplum de communiter consuetis, scilicet, de clangore tubæ, qui significat aduentum aduersariorum, quæ quidem significatio non est casualis sed ex more hominum intenta: vnde de omnibus istis concludit per similitudinem*, Si erit malum in ciuitate, quod Deus non fecit; *Hoc est dicere, Sicut prædicti effectus non casualiter ex suis causis, sed ordinatè, seu intentè proueniunt: sic cum mala pœnæ eueniunt in ciuitatibus, non sunt censenda casualia, sed à Deo intenta; & hoc est quod principaliter intendit deducere ex præmissis.*

Cur Deus id in Israele puniuit quod in aliis gentibus fieri sustinuit.

Pœnæ quibus subiiciuntur filius & reipublicæ non eueniunt casualiter sed sunt à Deo intentæ.

CAP. IV.

a Audite verbum.

† Rvpertvs. lib. 2. com. Mira & iusta verba domini, & Spiritus sancti auctoritas, quomodo de C ore pastoris non minus quàm de ore imperatoris personat. Suprà dixerat, *Auditū facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Aegypti.* Nunc. *Audite & contestamini, &c.* Tertiò, *Audite hoc verbum vaccæ pingues, &c.* Si de pastore iam in regem fuisset assumptus vt Dauid, quid vellemus addi ad tantam maiestatem elocutionis? Iam tertio fragore infelicium auribus illidit. Nempe acrius atque animosius dignum erat percuti tales dæmonum Sacerdotes, rerum & animarum humanarum voratores. Fecit enim Ieroboam Sacerdotes vitulorum de extremis populi, callidè nimirum agens, & sciens quàm libenter cum suo fauore repentinas homines extremi diuitias exciperent. Poterant dici vituli pingues: quare ergo vaccas feminas dicere maluit? augmentum confusionis, quia vitulis erant subacti miro genere fornicationis; & animæ eorum prostitutæ tauris, id est, spiritibus malignis.

Prophetat contra sacerdotes à Ieroboam institutos.

Hier. vbi supra. Loquitur ad optimates quosque x. tribuum, vt audiant verba domini: quos non boues aratores, sed irrisoriè vaccas vocat, quia residentes domi, & ventri & gulæ seruiebāt, opprimēdo egenum, & confringendo in iudicio pauperem, vt F bona illorum in suos redigerent vsus.

Principes Israel fœcordes & pauperum oppressores.

CAP. IV.

a ¶ Hæretici ventri & gulæ obedientes.
b ¶ In superbia, vnde humiles confringatis.
c ¶ Quia mandata Dei se custodire dicunt, & sibi sublimia repromittunt.
d ¶ Ecclesiæ simplicibus; qui hæreticorum eloquentiam & argumentorum diuitias non requirunt.

Audite verbum hoc vaccæ pingues, quę estis [1] [2] in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Quæ dicitis dominis vestris: af- [3] [4] [5]

a ¶ Pastoribus, id est, regibus. ¶ Principibus peruersorum dogmatum.

b *Quæ dicitis*. Hier. Ibid. Permittite tantum & iubete, & nos spoliabimus domos pauperum vt bona illorum in nostros vsus redigamus. Non ait, comedemus, sed bibemus: in quo notat deditos ebrietati, quæ mentem subuertit, & errores libidinemque generat.

Ebrietatis malum.

† Rvpert. in com. Sacerdotes de extremis populi assumpti, ac diuites effecti, velut vaccæ pingues otioso ventre dilatati, accumbebant plenis delitiarum mensis, satisque agebant pro imperio, dicentes regibus suis, Afferte vt bibamus, & de cetero securos vos faciemus. Etenim dummodo sumptus nobis & pocula non desint, præoccupatos tenemus animos huius populi ne velit ascendere in Ierusalem. Pocula disertos facient nos, vt subornatis vitulis aureolis pulchrè & eleganter dicamus, *Ecce dij tui ô Israel, &c.*

Principes Israel vendunt suis nequitias.

c *Affer*. Nisi maiores dederint potestatem, minores, quæ deuorent, non habebunt. Similiter & de hæreticis intelligendum, quia maiorum doctrina minores inebriantur.

☞ Iu-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. IV.

1 Audite. *Postquam cupiditas virorum declarata est, hic consequenter idem ostenditur de vxoribus eorum, cum dicitur,*

2 Audite verbum. *Id est, potentum vxores, quæ dicuntur vaccæ propter vitulos aureos quos adorabant, pingues ratione diuitiarum: ad quarum acquisitionem iniquam viros incitabant, ideo subditur,*

Nequitia vxorum principum Israel.

3 Quæ calumniam. *Id est, per viros vestros fieri procuratis: ideo sequitur,*

4 Quæ dicitis dominis vestris, &c. *Id est, maritis.*

5 Affer, &c. *Id est substantiam aliorum rapite: vt nos & familia nostra possimus lautè viuere, & subditur pœna.*

☞ Iu-

MORALITER.

† 2 *Audite.* Hic Amos prophetat contra vxores principum Samariæ, per quas mysticè significantur clericorum beneficiatorum fornicariæ, quæ volunt delicatè nutriri, & pretiosè ornari de bonis ecclesiæ: ideò sequitur,

3 *Quæ calumniam facitis.* Et subditur pœna cum dicitur,

4 *Quæ dicitis dominis vestris.* Id est, amicis vestris.

5 *Affer, &c.* Id est, lautè viuemus. Et ad satisfaciendum eis per malos clericos grauatur populus subiectus. Ideo sequitur,

Concubinæ clericorum.

a *Iurauit Dominus in sancto suo, &c.* † RVPERTVS in com. Hic sanctus, in quo iurat Deus, suus est filius: quem vtique Sanctum Dei, etiam malignus spiritus, cum suo tormento, euangelista testante, confitetur: Iurauit autem in illo sibi coæquali sancto suo, quia certamen erat Domino Deo contra Israel, pro illo sancto suo à domo Dauid ad quem sancti illius facta fuerat repromissio: & illius promissionis veritatẽ detinere volebant illę pingues vaccæ in illo, quod colebant mendacium.

Christus dictus sanctus Dei.

b *Leua.vos.* † RVPERTVS IBID. Sensus iste est: Aduentura est non longè dies captiuitatis & angustiæ, in quo capiemini prelio, & portabimini iure victoriæ: iamque viæ captiuitatis vobis apertæ sunt, & exibitis alter contra alterum, vt vestram vicissim, & mutuis vultibus, conspiciatis miseriam, & proiiciemini in locis Armeniæ, quæ vocatur Armon, & in ciuitatibus Medorum.

a ¶ Omnis sermo Dei pro iuramento debet accipi, qui non mentitur. b ¶ In seipso, vel in filio, vel in aliquo electo angelo, vel homine.

ferte & bibemus.[1] Iurauit dominus Deus in sancto suo: quia

a ¶ q.d. In præsenti. b ¶ Captiuitatis & angustiæ. ¶ Iudicij vel pœnarum. c ¶ Assyrij, vel dæmones. d ¶ Nudatas à rebus pro quibus peccastis. ¶ O vaccæ pingues.

ecce dies venient super vos:[2] & leuabunt vos in contis, & re-

a ¶ Igne tribulationis decoquamini. ¶ Vt gehennæ ignibus exuramini.

liquias vestras in ollis feruentibus:[3] & per aperturas exibitis,

a ¶ Subaudis vacca. ¶ Vaccam. b ¶ Quæ Armenia dicitur.

alterà contra alteram: & proiiciemini in Armon, dicit domi-

a ¶ Vbi aureus vitulus. b ¶ Contra Deum, præcepta illius calcantes. c ¶ Venite, qui est locus idololatriæ. d ¶ Ibi contra Deum, cui idola prætulistis. ¶ Quidquid ibi facitis præuaricatio est.

nus.[4] Venite ad Bethel, & impiè agite ad Galgalam & multi-

a ¶ Cito, antequam veniat captiuitas. ¶ Ne sit dilatio in scelere.

plicate præuaricationem. Et offerte manè victimas ve-

a ¶ Secundum Symmachum: Tertia die decimas vestras subaudis, offerte. ¶ Quod prima die obtulistis reseruate in tertiam diem: vt sit immundum.

stras, tribus diebus decimas vestras.[5] Et sacrificate de

a ¶ Subaudi, pane quod prohibetur in lege. b ¶ Gratiarum actionem. c ¶ Huiusmodi oblationes. d ¶ Spontaneas, quod ad lætitiam pertinent. Non enim errore, sed studio & curiositate hoc facitis.

fermentato laudem, et vocate voluntarias oblationes,

HIER. in com. Seruat metaphoram vaccarum; quarum carnes in vectibus solent leuari. Significat autem, quia cum venient Assyrij, capientur in prælio, & portabuntur iure victoriæ.

c *In ol.* IBID. In prælio superatos compellent ad vrbes munitas, quæ ollis feruentibus comparantur, quia fame & pestilentia clausos populos exire compellent, & ire in captiuitatem.

d *Per aperturas.* IBID. id est, ciuitatum, quia destructis vrbibus ibunt in captiuitatem: vel, *aperturas*, quasi iam apertæ sunt viæ per quas ducamini captiui in Armon quæ est regio vltra montes Mœdorum & Persarum.

e *Altera con.* IBID. Secundum idioma Hebræorum, quod nos dicimus mutuò, vel vicissim, *altera contra alteram*, ponitur.

f *Veni. ad.* IBID. Ironicè loquitur. Q. Hucusque sponte immolastis idolis: modo iam instante captiuitate, perficite quod cœpistis, vt quanto vos eritis impudentiores, tantò mea vindicta super vos iustior appareat.

† RVPERTVS in com. Grauissimus est hic modus locutionis, quo illorum facta oderit, qui hæc dicit. Non est volentis, sed relinquentis, non inuitantis, sed expellentis, non adhortantis, sed indignantis: ac si dicat. Venite ad Bethel vbi est Deus vester, vitulus vester quia sic voluistis, & hactenus venistis: impiè agite, quia impiè agitis, & impiè agere vultis; Venite ad Galgala, vbi etiam longè ante vitulos Ieroboam, erant idola, quia venire vultis; Multiplicate præuaricationem, quia multiplicatis & multiplicare vultis; Offerte manè victimas vestras, quia offertis, & offerre vultis, quibus non debetis, &c. Hæc non intentione volentis, sed indignatione dicta sunt derelinquentis, sicut & alia multa quæ reperiuntur: vt illud quod traditori suo dicit dominus, *Quod facis, fac citius.* Et in Apocalypsi. *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc.*

Ironicè iubet Israelẽ iam in mediis cladibus idololatriã exercere.

Apoc. 22. b.

HIER. in com. li. 2. Ingrediuntur mali in Bethel, id est, domum Dei, quæ est ecclesia: ibi impiè agũt in Deũ, eius præcepta calcando; & in Galgalam, quod interpretatur reuelatio, quia vendicant sibi scripturarũ sciẽtiam, vnde superbientes, in quęque vitia defluunt; inferunt etiã mane hostias, & die tertia decimas, transfigurati in angelum lucis, & triplicem scripturarum intelligentiam in vnius diei sententiam coartant. Debet enim scriptura primò secundum literam intelligi, vt inde moralia præcepta sumantur; Secundò iuxta allegoriam, id est, spiritualem intelligentiam. Tertiò secundum futurorum beatitudinem. Hæretici verò primam & secundam diem contemnentes, quædam spiritualia figmenta sibi componunt sine fundamento & parietibus, tectum desuper imponentes: & recedentes de ecclesia, fermentum, quod corde conceperunt, aliis prædicant: & hoc non errore, sed amore mali, vnde, comminatur Deus superbis vindictam. *Dedi vobis stu.den.*

Quomodo impij calcant.

Triplex Scripturarũ intelligẽtia.

g *Tribus diebus.* HIERON. IBID. Erant quædam sacrificia, de quibus si quid in alterum diem seruaretur, & oblatum, & remanens immundum iudicabatur: Erant & alia, de quibus si in tertiũ diem aliquid remaneret, immundum fiebat, quod est offerre immundas hostias.

Hostia immunda.

† RVPERTVS. Trium dierum solemnitates adulterastis, de quibus ego in lege dixi, Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis, scilicet, azymorum, solemnitatem mensis primitiuorum, & solemnitatem in exitu anni. Istas adulterastis, vt non mihi, sed vestris vitulis eas celebraretis, ne quid vulgo deesse videretur diuinæ iucunditatis, &c. Hæc omnia facientes, vocate voluntarias oblationes, quia sic facitis, & sic facere vultis: vt sacrificia quæ vestris offertis vitulis, eisdem nominibus honoretis, quibus ea, quæ mihi offeruntur, nuncupat auctoritas legis. Holocaustum, & pro peccato, & pacifica, & hæc annuntiate in sono tubæ, & cytharæ, in tympano & choro, &c. ita vt fortius & altius cantasse iudicemini, quam tribus Iuda, vel domus Dauid in templo Domini, quia plures estis.

Cultum eundem quem sibi lege fieri præscripserat Deus transfert Israel ad idola.

Dedi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iurauit do. in sancto suo, &c. *In seipso, qui est sanctus sanctorum.*
2 Ecce dies venient, *Id est, ad punitionem vestram.*
3 Et leuabunt vos. *Portando in captiuitatem.*
4 In contis. *Sicut portantur res ponderosæ in tinellis.*
5 Et reliquias vestras in ollis, *Id est, ceteros ad fortalicia fugientes ibidem cremabunt cum ædificiis.*
6 Et per aperturas exibitis, *Id est, multæ fient aperturæ in muris per quas extrahemini.*
7 Et proiiciemini in Armon. *Nomen est regionis longinquæ, vltra terram Assyriorum.*
8 Venite ad Bethel. *Postquam propheta arguit populum de auaritia, hic consequenter arguit ipsum de idololatria. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur idololatriæ frequentatio, secundò frequentantium obstinatio, ibi,* Vnde & ego. *Tertiò propheta monitio, ibi,* Postquam autem. *Circa primum dicitur,* Venite, *id est, venietis frequentando locum idololatriæ, ita quod propheta non inuitat ad idololatriam, sed magis arguit eam.*

Diuisio.

9 AdGalg. *Ibi enim similiter idololatria exercebatur, vt dictũ est Hoseæ 13.*
10 Et offerte. *Id est, offeretis tribus diebus scilicet in anno, sicut in templo domini, quod erat in Ierusalem, cultores Dei debebant comparere ter in anno. Exod. 23. Ieroboam enim in cultu vitulorum, quos fecit, statuit aliqua similia cultui diuino, qui fiebat in Ierusalem, vt populus facilius assentiret.*
11 Et sacrifica. de fermentato. *Sicut & Gentiles idololatræ. Oblationes enim Deo factæ in Ierusalem erant absque fermento.*

Ieroboam in cultu vitulorum æquiparat cultui diuino.

Sic

MORALITER.

3 *Et leuabunt vos in contis, &c.* id est, in baculis: per quos significantur pœnæ temporales, quas incurrunt aliquando pro malis suis.
5 *Et reliquias,* id est, animas à corporibus exutas,
† *In ollis feruentibus,* id est, pœnis gehennalibus.
† *Exibitis,* De vita præsenti.
6 *Et per aperturas.* id est, per dissolutiones harmoniæ corporalis.
7 *Et proiiciemini in Armon.* Qui interpretatur aceruus tristitiæ: propter quod significat pœnam gehennæ.
8 *Venite ad Bethel.* Hic ponitur dictæ punitionis duplex causa. Vna est peccatorum continuatio: ideo subditur,
† *Et impiè agite.* id est, agetis.
9 *Ad Galgalam, &c.* Ibi autem exercebatur idololatria: ideo significat auaritiam, *Quæ dicitur idolorum seruitus, Ephe. 5. b.* Alia causa est obstinatio, cum dicitur,

Auaritia.

a *Dedi vobis.* † RVPERTVS in com. Magnitudinem flagelli, id est, famis, mirabiliter exprimit dicendo, *Ego dedi vobis stuporem dentium, &c.* Ac si dicat, Quia fames tam diutina, cibus tam rarus extitit, vt cum quidpiam reperiretur qualiscumque cibi, dentes obstupescerent, velut re insolita offensi. Legimus regnante Ioram, famem tam magnam factam esse, vt venderetur caput asini 80. argenteis; quarta pars cadi stercoris columbarum quinque argenteis. Cũ tanta esset seueritas disciplinæ corripientis, mirum quod nullus regum Israel recessit à peccatis Ieroboam, id est, aureis vitulis: quòd Israel tam pertinaciter rebellis, tamque duræ ceruicis exstitit, vt ad Dominum Deum suum nequaquam reuerteretur. Vnde & dignè improperat, *Non estis reuersi ad me.*

Populus Israel quamuis plus quã canina fame discruciaretur, ad Deum, qui saluare possit non recurrit.

HIER. lib. 2. com. Iuxta Ezechielem: *Qui comederit vuam acerbã, stupescunt dentes eius.* Sic hæretici testimoniis scripturarum abutentes, immatura & absque sua dulcedine comedunt: & ideo perdunt robur dentium, ne possint dura comedere, & in aluum toti corpori profutura transmittere; Et hunc stuporem & penuriam panis, qui de cælo descendit, dicit mittendam in cunctis locis eorum, vt patiantur indigentiam verbi Dei.

Ezech. 18. a.

Stupor hæreticorum versantium sacras litteras.

Ioan. 6. d.

a ¶ Vt non solum fecisse, sed & alios docuisse videamini. b ¶ Sic præcipio, quia sic volui. ¶ x. tribus.

& annuntiate. Sic enim voluistis filij Israel, dicit dominus

a ¶ Famem, vbi per insolentiam comedendi stupescunt dentes, & amittunt vires comedendi. ¶ Hæc magna fames, quę terram x. tribuum attriuit, contigit temporibus Eliæ.

Deus. [6] Vnde & ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis

a ¶ Non tantum stupores & penuriam panis dedi, sed etiam, &c.

vestris, & nõ estis reuersi ad me, dicit dominus; [7] ego quoque

a ¶ Vt non solum famis, sed etiam sitis periculum sustineretis.

prohibui à vobis imbrem cùm adhuc tres menses super-

¶ Ecclesiam.

essent vsque ad messem, & plui super ciuitatẽ vnam, & super

a ¶ Hæreticorum. b ¶ Vnitas ecclesiæ quæ est pars domini. c ¶ Et protulit fructum.

ciuitatem alteram non plui. Pars vnã complutã est, & pars su-

a ¶ Siti coactæ. b ¶ Diuersi hæretici. ¶ Super quas non plui, & in quibus cisternæ siccatæ erant.

per quam non plui, aruit. [8] Et venerunt duæ & tres ciuitates

a ¶ Super quam plui, & quæ habebat aquam. b ¶ Ecclesiam è qua exierunt.
c ¶ De puteis & cisternis eius. d ¶ Viuam. e ¶ Deficiente aqua.

ad vnam ciuitatem vt biberent aquam, & non sunt satiatæ:

a ¶ Cum hoc ad correctionem, vt medicus, facerem. b ¶ Quia non voluntate sed necessitate redeunt.
c ¶ Propter hoc. ¶ Afflixi. q. d. Quod superfuit siccitati, vento consumpsi.

et non redistis ad me, dicit dominus. [9] Percussi vos in vento

a ¶ In his multiplicandis x. tribus studebant, & inde iram Dei contra se concitabant. b ¶ Non Dei.

vrente, & in aurugine multitudinem hortorum vestrorũ, &

a ¶ Quæ non sunt de bonis oliuis. b ¶ Hæc est ficus, quam Iesus maledictam arefecit.
c ¶ Grauior quæ non auolat sed vniuersa consumit.

vinearũ vestrarũ: oliueta vestra & ficeta vestra comedit eru-

a ¶ Hæc omnia passi, tamen non redi.

ca, et non redistis ad me, dicit dominus. [10] Misi in vos mor-

b *Et non estis.* IBID. Et cum hæc omnia, non pro crudelitate, sed pro correctione vestra facerem, non tamen estis correcti, iuxta illud, *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.*

Ierem. 2. f.

c *Ego quoque prohibui.* HIER. IBID. Prohibet Deus ab hæreticis rorem diuinę sapientię, & mandat nubibus ne pluant super eos imbrem, ante tres menses messis, ne perueniant ad mysticum fructum mysterij Trinitatis: & pluit super vnam ecclesiam, non super conciliabula hæreticorum. Si quis etiam illorum penuria coactus, ad ciuitatem Dei regreditur, vt hauriat, non satiatur: quia non voluntate, sed necessitate accessit.

Hæretici tabescunt fame verbi Dei.

d *Imbrem.* HIER. IBID. Qui dicitur pluuia serotina agris Palestinæ, quæ herbam vt triticum pariat, debet irrigare illo tẽpore quo tres menses sunt, vsque ad messem, id est, Maius, Iunius, Iulius. Hoc tempore necessaria est pluuia. Et ne putetur lege naturæ & astrorum cursu contingere, addit,

e *Et plui su.* Hæc etiam penuria aquæ sub Elia contigit.

3. Reg. 17. a.

f *Percussi vos.* † RVPERTVS in com. Intemperantis erat luxuriæ hortos multiplicare, maximè ex iniquitate, sicut fecit Achab de vinea Naboth. Bene igitur in talibus percussit eos vento vrente, & aurugine, & eruca comedente: quia non sine magno dolore perire viderent, quæcumque tanta sibi instantia multiplicauerant. Sed non profuit eis adhibita correctio: *Non enim redijsti ad me, dicit Dominus.*

Malè parta malè pereunt.

HIER. vbi supra. Percutiuntur hæretici ardore libidinis, vnde Apostolus, *Melius est nubere quam vri.* Percutiuntur etiam Ira & inuidia, quæ ruborẽ sanguinis commutãt in pallorem, quia auferunt veram intelligentiam, & ita totum corrumpunt, vt etiam mella dulcia, videantur amara, quia quidquid prius in ecclesia placuerat, iam factis hæreticis videntur amara. Ipsi multiplicãt hortos, id est, doctrinas, in quos Naboth noluit vineam suam mutari. Hæretici etiã bona faciunt vt melli venena misceãt: ideò vineas & oliueta & ficus se habere iactant, *Sed de vinea Sodomorum, vinum eorum est.*

1. Cor. 7. b.

Hæreticorũ incontinentia, ira, inuidia, arrogantia, &c.

3. Reg. 21. a.

Deut. 32. c.

IBID. Aurugo, id est rubigo, vel Ærugo, quæ apud Ioel Eruca dicitur (Alij sic habent Aurugo, id est, Rubigo, quæ apud Ioel Erugo dicitur) Quæ ita fit, cùm nocte ros, vel imber super teneras spicas cadit, incalescente sole vertuntur in rubeum colorem, & inanescunt grana adhuc terrena. Aurugo etiam dicitur morbus, qui in homine nascitur ex abundantia corrupti fellis, quæ corrumpit sanguinem, & vertit in pallorem, & quæque dulcia vertit in amaritudinem.

Ioel. 1. a.

Aurugo.

g *Misi. in.* † RVPERTVS in commen. Per omnia flagella & tormenta eruditur Israel. Vnde & eo tempore, quo ab Ægyptiis auxilia postulabant, mittitur in eos mors, & percutiuntur gladio iuuenes eorum, & equos, quos sibi contra præceptum Dei multiplicauerant, captiuitas sæua concludit, putredo castrorum viuentium nares implet.

Vbique impiis Israelitis occurrit diuina vindicta.

† THEOD. in com. Ab Assyriis fugientes, & in Ægyptum peruenire studentes, gladio Assyriorum tradidi, tamquam igne quodam ira vsus: verumtamen ne inde quidem honestum, & decorum agnoscere voluerint.

HIERON. vbi supra. Quotidie ambulantibus in via Aegypti, id est, per mala mundi, immittit Deus mortem, vt mortificatis membris, quæ sunt super terram, viuat in eis Christus. Percutit etiam Deus in malis quidquid superbum & peruersum est in iuuentute, ne vsque ad senectutem perueniat; & tradit equos captiuitati, ne per pręcipitia labantur in infernum, & facit fœtorem ascendere, vt cognoscant peccata sua. sed nec sic reuertuntur.

Col. 3. a.

Punitiones quas facit Deus vt corrigantur homines.

Sub-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sic enim volu. *s. sacrificare vitulis aureis, & non mandato meo, sed voluntate vestra iniqua.*

2 Vnde. *Hic consequenter ponitur obstinatio populi, qui pluries à Deo fuit flagellatus propter peccata, non tamen emendatus: & primò ponitur flagellum famis, cum dicitur,* Vnde & ego, &c. den. *Famem Hebræi dicunt Acutiem dentium: Vnde & famelici dicuntur vulgariter habere dentes acutos, & ventrem vacuum, ideo sequitur,* Et indigentiam pa. *Secundò, flagellum sitis, cum subditur,*

Obstinatio populi.

3 Ego quoque, &c. *Et hoc tribus mẽsibus ante messem, quæ incipit in terra illa mense Aprili: & sic fuit prohibitus imber tẽpore quo magis solet pluere.*

4 Et plui super. *id est, quando dedi pluuiam, fuit ita modica, quod non sufficiebat vobis ad potum: ideo sequitur,*

5 Et venerũt duæ & tres ciuitates, &c. *Et tertiò flagellum venti vrentis, terræ nascentia corrumpentis & erucas generantiũ, cum dicitur,*

6 Percussi vos in ven. vr. &c. *Quarto flagellum occisionis ab aduersariis, cum dicitur,*

7 Misi in vos, &c. *Miserunt enim iuuenes electos in Aegyptum, ad adducendum inde auxilium contra Assyrios: qui præoccupati ab Assyriis fuerunt cæsi ab eis, & equi eorum ab aduersariis capti, ideo subditur,*

Vs-

MORALITER.

† *Dedi vobis stupo. &c.* famem acutam.

† *Et non estis reue. ad.* Nam afflictio non dedit vobis intellectum, quod est obstinationis magnæ signũ, & idem significatur per alias pœnas, quæ sequuntur, cum dicitur,

3 *Ego quoque, &c.* Vsque ibi,

† Post-

a *Subuerti vos.* HIER. lib. 2. Mortui sunt Sodomitæ corpore & anima: similiter & isti pro eodem peccato. Loth solus liberatus est cum filiabus suis, quasi titio semiustus amissa parte corporis sui, id est, vxore, cum qua vnum in carne erat: Sic comparatione eorum, qui perierunt fame & gladio, pauci remanserunt; qui & partem corporis sui amiserunt, id est, temporalia, quibus corpus sustentatur, & in quibus delectabantur.

Gen. 19. c.

Comparatur clades Israelis cum ea quæ Sodomæ contigit.

IBID. Extrema medicina est, & 10. tribuum, & hæreticorum, & omnium peccatorum, vt postquam in multis percussi non resipuerint, tandem diuinus ignis ædificia subuertat, & ipsi liberentur quasi tor. rap. ab incen. & nudi euadant, iuxta illud, *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur.* Qui enim habens opera Sodomæ per ignem saluatur, quasi torris de incendio rapitur, prius operibus Sodomæ igne destructis.

Gen. 19. c.

Ignis tribulationis res hominum corripiens, vt salui fiant ipsi homines.

1. Cor. 3. c.

Ezech. 16. f. Vnde in propheta legitur: *Restituetur Sodoma in antiquum*, Quia qui suo vitio Sodomitis vnitus est, si in eo arserint opera Sodomæ, in antiquum statum restituetur.

† THEOD. in com. Quemadmodum torris semiustulatus ignis, vires & efficaciam ostendit, verum ad nullam rem vtilis est, nisi vnico igni: sic vos multis cæsis, in captiuitatem correpti, omni potentia spoliati, ad solam seruitutem apti existetis.

b *Quapropter.* vbi supra. Quia præterita contempsistis, saltem per hæc, quæ inferenda sunt corrigamini. Nec dicit quid faciat, sed suspensos relinquit, vt cogitent sibi inferenda, quæcumque deteriora inferri possint, & saltem hoc timore redeant.

† THEOD. in com. Et si ex inueterato morbo laboratis, tamen congruam vobis curationem afferam: hoc itaque liberatus morbo robusto, Israel, Dominum tuum implora & require, qui aerem rarum & cedentem, & mollem, in sonitum horribilis tonitru conuertit; ac ventis, quos ipse creauit, hoc commouet & conuersat. Quod regem ad te liberandum delectum ostendit, Cyrum intelligit. Est autem facillimum Deo in multa nocte facere diem, & in mediam diem effundere tenebras.

Hortatur Israelem vt Deum requirat.

---

a ¶ Dum ab Ægyptiis auxilia peteretis, gladio Syrorum occidi iuuenes vestros: quibus occisis equi eorum, quos contra Dei iussa multiplicauerant à victoribus captiui ducti sunt: & fœtor morientium nocebat naribus viuentium.

tem in via Ægypti, percussi in gladio iuuenes vestros vsque [1] ad captiuitatem equorum vestrorum, & ascendere feci pu- [2] tredinem castrorum vestrorum in nares vestras: & non redi-

a ¶ In illis, qui perierunt ex vobis gladio Assyriorum.

a stis ad me, dicit dns. *" Subuerti vos sicut subuertit Deus [3]

a ¶ In illis, qui remanserunt ex vobis. b ¶ Id est, titio.

Sodomam & Gomorram: & facti estis quasi torris raptus ab [4]

b incendio, & non redistis ad me, dicit dominus." Quapro- [5] [6]

a ¶ Quæ cogito & minor.

pter hæc faciam tibi Israel. Postquam autem hæc fecero ti- [7]

¶ Ergo. ¶ Quis ille? iste est formans montes.

c bi præparare in occursum Dei tui Israel," Quia ecce formans [8]

d a ¶ Omnem creaturam; vel sanctos in fide. b ¶ Per prophetas. c ¶ Electo.

d ¶ Opus, quod ipse facturus est, vel seipsum annunciat electis.

e montes, & creans ventum, & annuntians homini elo- [9]

f quium suum, faciens matutinam nebulam, & gradiens su-

a ¶ Id est, montes, quorum conuersatio in cælis est, qui non viuunt secundum carnem sed secundum spiritum.

per excelsa terræ, dominus Deus exercituum nomen eius. [10]

---

c *Præparare, &c.* HIER. vbi supra. Vt venientem ad te per mysterium incarnationis auidè suscipias liberatorem; Vel, *preparare* ad inuocandum dominum Deum tuum, vt liberet te à præsenti tribulatione: *Quia omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit.* Rom. 10. c.

d *Quia ecce formans montes, &c.* † TERTVL. l. adu. Hermog. c. 32. De tenebris dominus per Isaiam ait, *Ego, qui struxi lucem, & feci tenebras.* De spiritu æquè Amos, *Qui solidat tonitruum, & condit spiritum, & adnuntiat in homines Christum suum:* eum spiritum conditum ostendens qui in terras conditas deputabatur, *qui super aquas ferebatur*, librator, & adstator, & animator vniuersitatis. Non enim (vt quidam putant) ipsum Deum significari. *Deus spiritus.* Neque enim aquæ dominum sustinere sufficerent; sed eum spiritum dicit, de quo etiam venti constiterunt, vt ait per Isaiam, *quia spiritus à me exiuit, & flatum omnem ego feci.*

Isa. 45. Spiritus quotupliciter accipiatur. Gene. 1. Ioan. 4. Isa. 57.

† RVPERT. in com. Hæretici ex hoc loco, creaturam argumentati sunt Spiritum sanctum, propterea quod verbum Hebraicum, Latinè interpretatur spiritus. At verò ventus & spiritus eodem verbo appellatur. Cum ergo essent peruersæ intentionis, neque ventum, neque saltem spiritum hominis, sed spiritum sanctum voluerunt intelligi; tam paruo, tamque fragili instrumento tam magnam roborare volentes impietatem. Quapropter placet magis castæ fidei talis translatio verbi prædicti, *& creans ventum*, quàm, *& creans spiritum.*

Hæretici dicentes Spiritum sanctum esse creaturam.

e *Creans ven.* HIER. vbi supra. Flatum huius aeris, vel animam hominis; & à se creatis nuntiat eloquium suum, iuxta illud quod ait, *Non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum prophetis suis.*

f *Faciens ma.* supra. Iuxta litteram, matutino tempore facit nebulam venire super terram: Et gradietur super ex. ter. quia intra omnia est & extra omnia.

IBID. Nebula, pinguedo aeris est: & significat pinguedinem fidei, quæ mane, id est, tempore baptismi concipitur; Excelsa terræ, virtutes, vel sancti in culmine virtutum constituti: Deus verò virtutes omnium transcendit, & in cordibus suorum ambulat.

c Pra-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vsque. *Et quia cadauera eorum remanserunt insepulta, subditur,*

2 Et ascende. *Quinto flagellum subuersionis terræ per aduersarios cum dicitur,*

3 Subuerti vos. *Quæ subuersio facta est ferro & igne: ideo sequitur,*

4 Et facti estis quasi torris. *Id est, lignum semiustum: Et dicitur à torreo torres.*

5 Et non redi. *Toties flagellati.*

6 Quapropter. *Id est, iterabo tibi pœnas consimiles & maiores.*

7 Postquam. *Hic consequenter ponitur propheta monitio, scilicet, vt populus ad dominum conuertatur: Et ad hoc inducitur duplex motiuum; Secundum ponitur cap. seq. Primum autem motiuum est, consideratio diuinæ potentiæ, cui omnis creatura debet se subiicere: ideo dicitur,* Postquam autem hæc fecero. *Id est, afflictiones prædictas.*

Diuisio.

8 Præparare, &c. *Per debitam pœnitentiam vexatione tibi intellectum dante. Et dicunt expositores nostri communiter, & satis rationabiliter, quod hæc est prophetia de conuersione Iudæorum circa finem mundi futura: vnde & 10. tribus adhuc non sunt liberatæ à captiuitate; & secundum hoc exponitur,* Præparare, *Id est, praeparaberis. Ad hanc autem conuersionem seu pœnitentiam dictam debet mouere excellentia diuina misericordia, ideo sequitur,* Quia ec. fo.

Conuersio Iudæorum in fine sæculi.

9 Et annuntians ho. *Dando ei spiritum prophetiæ.*

10 Dominus Deus exercituum. *Id est, angelorum.*

MORALITER.

7 *Postquam autem.* Nam in præsenti peccatores possunt ad Deum reuerti, & per multiplices pœnas quæ ipsis inferuntur aliquando reuertuntur.

CAP. V.

a *Audite verb.* HIERONYMVS vbi supra. Quantum ad litteram, propheta deplorat 10. tribus, pro peccatis, ita captiuandas vltra montes Persarum, vt amplius non sint reuersuræ ad proprium locum. Virgo vocantur, secundum quòd in Patriarchis & Prophetis vni sponso casta mente copulati sunt. Quam virginitatem iam corrupperant mœchantes cum idolis. Mysticè, deflet illos qui mente Deum cernunt, & postea seruire desinunt, nec ad verum Dei lumen redeunt.

Cur virginem vocet Deus Israelem?

CAPVT V.

a ¶ Amos ex affectu charitatis, sicut Dauid & Samuel lugens Saulem.

a Audite verbum istud, quòd ego leuo super vos [1] [2] [3]

I Do-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. V.

1 Audite. *Hic ponitur secundum motiuum, quod est diuinæ iustitiæ consideratio acriter peccata punientis: Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur hæc consideratio; secundo arguitur populus de opposito, ibi,* Qui conuertitis. *Prima in duas, quia primo inducit populum ad considerationem pœnæ præteritæ: secundo ad euasionem futuræ, ibi,* Quia hæc di. *Circa primum dicit propheta,*

Diuisio.

2 Audite ver. *Non solum aure sed etiam corde.*

3 Quòd ego. *Compatiens miseriæ vobis inflictæ,*

I Do-

MORALITER.

† 1 *Audite.* Per planctum quem dominus leuat super casum domus Israel, significatur casus militantis ecclesiæ plangendus, quæ notabiliter declinat à perfectione patrum, tam in populo quam † in

Casus militantis ecclesiæ plangendus.

a ¶ X. tribuum. b ¶ In perpetuam captiuitatem. ¶ Peccando. c ¶ Ens, quia corrupta.
d ¶ Per se spiritus vadens & non rediens, per se cadit, & per Deum resurgit.

a planctum. Domus Israel cecidit, & non adiiciet vt resurgat. 1

a ¶ Quæ quondam domino, quasi virgo, copulata. b ¶ Prostrata. ¶ Vel interfecta gladio Assyriorum. ¶ Per idololatriam.

b * 2 Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam, 3 quia hæc dicit dominus Deus: Vrbs de qua egre- 2 3 4 †

a ¶ Tempore pacis. b ¶ Viri. c ¶ Cum venerint Assyrij.

c diebantur mille, relinquentur in ea centum: & de qua egre-

¶ Decem tribuum.

diebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Israel.

a ¶ Postquam asperrime comminatus est, blande ad pœnitentiam pius pater reuocat. ¶ Bene viuendo, credendo, perseuerando.

4 Quia hæc dicit dominus Deus domui Israel: Quærite me & 5 6

a ¶ In operibus iustitiæ, qui eratis mortui in idololatria. b ¶ Vt ibi adoretis vitulum.
c ¶ Quæ est ciuitas in fine possessionis duarum & decem tribuum, in quo loco exibant decem tribus adorare idola.

d viuetis, 5 & nolite quærere Bethel, & in Galgalam nolite in- 7

a ¶ Per hunc locum notantur etiam aliqui de duabus tribubus adorasse idola. b ¶ Alias intrabitis.
c ¶ Et hoc ideo prohibeo, quia captiuabuntur habitatores harum duarum ciuitatum per Assyrios, & per has intelliguntur decem tribus captiuandæ.

trare, & in Bersabee non transibitis, quia Galgala captiua du- 8

a ¶ De Bersabee tacet, quia victis x. tribubus, Bersabee, quæ erat in tribu Iuda, illo tempore non est destructa.
b ¶ Qui quærit fide, incipit viuere operibus iustitiæ. c ¶ Qui vita.
d ¶ Per eum. ¶ Qui modo mortui.

e cetur, & Bethel erit inutilis. 6 Quærite dominum & viuite, ne 9 10

a ¶ X. tribus. ¶ Diaboli. b ¶ Ignis captiuitatis.

fortè comburatur domus Ioseph vt ignis, & deuorabit, 11

a ¶ Qui liberet à captiuitate. b ¶ Adorantes vitulum in Bethel.
c ¶ In amaritudinem idololatriæ.

& non erit qui extinguat Bethel: 7 qui conuertitis in ab- 12

a Domus Israel. HIER. lib. 2. com. LXX. *Cecidit amplius, si resurgat virgo Israel in sua terra.* Non negat posse resurgere, sed non resurget virgo Israel: quia semel aberrans, & si reportatur humeris pij pastoris, non habet eamdem gloriam cum illo, qui numquam à Deo aberrauit. Vnde per prophetam, *Malo pœnitentiam peccatoris, quam mortem*: Pœnitentiam non sanctitati ecclesiæ comparat, sed quia comparata mortuis & inferis melior fit.

[A] [Ezech. 18.b.] [Melius est non cadere quam cadentem resurgere.]

† THEODORETVS in comm. Misericors dominus malè affectos & pœnitere nolentes non dedignatur lamentari. Hoc verò, *Non adiiciet amplius vt resurgat*; non libertati euangelicæ contrarium est; quin potius significat, quòd non amplius per suos regentur, neque proprium regem habebunt. Si quis diligenter attendat, inueniet horum exitum post eam insaniam, quam in Saluatorem nostrum ediderunt: tum enim ceciderunt, ac in illo casu in hanc diem permanserunt. Virginem eam vocat, propter priorem pietatem: proiectam & corruptam, propter cultum, quem idolis postea dedit. *Non est qui suscitet eam.* Ostendit vt nullo subsidio humano adiuuatur: Deo enim repugnante, nec Ægyptiorum rex, nec alius quispiam eis auxiliari potuit.

[* 32. q. 5. c. si Paulus. *Virginitatẽ carnis non seruari mente corrupta.*] [B] [Liberum arbitrium.] [Indæorum solitu lo propter occisum Christum.] [C]

b *Non est.* HIERON. vbi supra. Non est qui intercessione sua reducat ad vitam, sicut Moyses placauit iram Dei, & hoc quare? quia non vult conuerti ad Deum per pœnitentiam: & hoc est quod dicit, *Quia hæc dicit dominus Deus: Quia noluistis conuerti, (ò decem tribus) cum venerint Assyrij 10. pars vestri remanebit in prima captiuitate, ceteri captiuabuntur.* Quòd si ipsa decimatio remanens in terra promissionis non pœnituerit; & ipsa venientibus Assyriis ex toto captiuabitur: Quod ita factum est.

[Exo. 32. g.] [4. Reg. 17. d.]

c *Vrbs de qua.* THEODORETVS. Prænuntiat eorum futuram paucitatem.

HIERONYMVS vbi suprà. Vnitas habet sacramentum vnius Dei: Et esse in hoc numero prima beatitudo est; quia vnus & verus Deus est; secunda in secundo est, id est, in decade; tertia in tertio, id est, centenario. Sicut enim decas decima vnione complетur, sic centum 10. decadibus: sic & millenarius decem centenariis, per quem quarta & summa vel firma beatitudo notatur: de qua amissa, si quis egerit pœnitentiam, de illo quarto millenario vix redit ad tertium centenarium: & si in centenario est, vix redit ad secundum, id est, denarium: & ita fit vt virgo Israel, quæ errauerat, non habebat suscitantem: quia qui semel ab vnione discesserit, & virginitatẽ, quam cũ vno viro habebat, perdiderit, pristinum statum, & vnionis beatitudinẽ recipere nõ valebit, & vix conceditur ei vt de mille redeat ad centum, & de cẽtum redeat ad decem.

[Vnitas laudatur.] [D] [D: mysterio aliquorum numerorũ.] [Mysticè.] [E]

d *Nolite.* † THEODOR. in com. Sensus est, At tandẽ aliquãdo & Bethel, & Galgala, & cultu idolorũ relictis, meam quærite prouidentiã: inde enim vitam consequimini. Bethel autem & Galgala simul cum idolis tradentur hostibus. Nõ obscura ergo insania, erat, non solum ex puteo iuramenti non recordari pietatis Abrahæ, sed etiam apud eum impietatem committere.

[Hortatur vt relictis idolis Dei veri cultum recipiat Israel.] [F]

HIERONYMVS suprà. Bethel interpretatur domus Dei, Hanc quærit qui dicitur, *Templum domini est*; Et in ædificiis quæ destruenda sunt confidit: Quærit etiam qui sequitur litteram occidentem, non spiritum viuificantem. Galgal locus vbi populus secundò est circumcisus: Hanc intrat qui post aduentum Christi rursum vult circumcidi. Galgal etiam reuelatio dicitur, In hanc intrat qui nititur ad maiora se, & reuelationis, & superiorum scientiam sibi promittit; Transit etiam in Bersabee, vel secundum 70. ad puteum iuramenti, de quo Samaritana cupit haurire aquam, quæ sitim non expellit, ignorans eum, *de cuius ventre fluent aquæ viuæ*; Quia Galgal, id est, circumcisio carnis, ducetur captiua à cordis circumcisione: & Bethel, quam putatis domum Dei, omnino non erit, vel inutilis erit.

[2. Co. 3. b.] [Ios. 5. c.] [Quid spirituale designetur per Galgal, Bersabee & Bethel.] [Ioan. 4. b.] [Ioan. 7. f.]

e *Quæ.* IBID. Post verba domini subiungit propheta admonitionẽ suam,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Domus Israel cecidit. *A statu prosperitatis; & hoc fuit à tempore Azabel regis Syriæ, qui suprà modum afflixit regnum Israel, secundum quod dicitur 4. Reg. 13.* Iratusque est furor domini contra Israel: & tradidit eos in manu Azahel, &c. *Et subditur*, Attriuerat eos rex Syriæ.

2 Non adiiciet vt resurgat, *In præterita potestate. Et ad diem facit quod sequitur*,

3 Virgo Israel proiecta est. *Quia expressio est eiusdem ad maiorem assertionem: quod declaratur per illud quod subditur*, Vrbs de qua.

4 Quia hæc. *Hic inducit ad euasionem pœnæ futuræ dicens in persona Dei*,

5 Quærite me. *Per opera bona*,

6 Et viuetis. *Corporali & spirituali vita.*

7 Et nolite, &c. *Id est, nolite colere idola, quæ coluntur in Bethel in Galgala, & Bersabee.*

8 Quia Galgala, &c. *Id est, populus idololatriam exercens ibidem.*

9 Quærite dominum, &c. *Exponatur vt prius.*

10 Ne fortè comburatur. *Vt ignis, qui totaliter deficit per consumptionem materiæ combustibilis.*

11 Domus Ioseph. *Regnum Israel, quod denominatur à Ioseph: eò quod Ieroboam primus rex Israel fuit de tribu Ephraim filij Ioseph.*

[Domus Ioseph.]

12 Qui conuertitis. *Hic consequenter arguit populum de opposito, scilicet, quia peccabant sine freno, timore Dei postposito: Et primò arguit eius transgressiones; secundo derisiones, ibi,* Væ desiderantibus. *Prima in duas, quia primò arguitur populi multiplex transgressio; secundò subditur punitio, ibi,* Idcirco. *Circa primum dicitur*, Qui conuertitis in absinthium, &c. *Id est, in amaritudinem.*

[Diuisio.]

Iudi-

MORALITER.

† in clero. Et maximè plangendus est, quia non apparet remedium releuationis ad primum statum, ideo dicitur,

[Magna difficultas in reformando clerum.]

2 *Non adiiciet vt resurgat.* Vnde adhuc subditur,

† *Vrbs, &c.* Id est, regnum vel diocesis, vel religio aliqua, de quibus erant mille bellatores contra dæmones & vitia, pauci valde inueniuntur respectiuè. Sed quoniam emendatio non est simpliciter impossibilis, subditur,

5 *Quærite me & viuetis.* Vita gratiæ.

7 *Et nolite, &c.* In his autem locis exercebatur idololatria: propter quod significant mala loca, vt prostibula, taberna, & alia, in quibus exercentur vilia, quæ sunt à fidelibus euitanda.

[Loca infamia.]

10 *Ne fortè comb. domus Ioseph.* Id est, ecclesia, vel mens humana, quæ est domus Christi, per Ioseph significati.

12 *Qui conuertitis.* Hic tangitur casus ecclesiæ magis in speciali: & primo quantum ad maiores, quibus dicitur, *Qui conuertitis in absinthium iud.* Pauperes iniustè condemnando,

† Et

suam, incitans vt reuertantur ad dominum.

A † RVPERTVS in com. Hic subaudiendum est, vobis dico & loquor, qui conuertitis in absynthium iudicium. Grandis culpa, magna damnationis causa, conuertere dulcedinem iudicij in amaritudinem iniquitatis, & pulchritudinem iustitiæ in horrorem clamoris. Hoc ipsum apud Isaiã aliis verbis conqueritur. *Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas: & expectaui vt faceret iuditium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor.* Verè infelices, qui tam longum iniquitatis & clamoris traxerũt funiculum, B vt vsque ad ipsum peruenirent Christum iniquo iudicio & clamore condemnandum, clamando reus est mortis; clamando, *crucifige, crucifige*, clamando, *sanguis eius super nos*, &c.

Isa. 5.

Clamor Iudæorum petentium Christum ad supplicium.

a ¶ Quo discernere debetis inter creatorem & creaturam.
b ¶ Iustum Deum: assumentes iniquitatem, vel adhærentes terrenis, relinquitis eum, qui iudicaturus est orbem in æquitate.
c ¶ Vestra.
¶ Et.

a sinthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis, [8] facien- 1 2

a ¶ Bootem. b ¶ Sanctos diuersa claritate fulgentes.
¶ Vel vt alij splendorem, scilicet, astra fulgentia. c ¶ Suis electis. d ¶ In claram lucem vel prosperitatem.
e ¶ Ignorantiæ, vel tribulationis.

tem arcturum & orionem & conuertentem in mane tenebras 3 4 5

a ¶ Felicitatis. ¶ Qui dies putabantur, in noctem peccatorum mutantur.
b ¶ Tribulationis. c ¶ Amaras aquas æthereo calore suspendit, & in dulcem pluuiarum saporem conuersas ad irrigationem terræ diffundit.

b c & diem in noctem mutantem. * Qui vocat aquas maris & effundit eas super faciem terræ: dominus nomen est eius. † 6 7

a ¶ Ridendo minatur. b ¶ Captiuitatis. c ¶ Vt male fortis infirmetur bene.
d ¶ Rerum direptionem.

d [9] Qui subridet vastitatem super robustum & depopula- 8

a ¶ Populum x. tribuum, sic & omnes qui in sæculari potentia, vel hæresi confidunt. b ¶ Ipsi tamen.
c ¶ Quod graue peccatum est. d ¶ In iudicio vel virtutibus.

e tionem super potentiam affert. [10] Odio habuerunt in porta 9 10

* Infra 9.b.

mutauit, quia Iudæam in qua prius notus erat, propter perfidiam D in cæcitate reliquit. Post hæc etiam illud mirabile fecit, quòd Doctores ex gentilitate assumpsit, quorum doctrina mundum omnem repleuit. Quod significat subiungendo, *Qui vocat aquas maris & effundit eas super faciem terræ.* Secundum litteram istud quotidie est. Aquas enim maris amarissimas æthereo calore suspensas excolat & eliquat in dulcem pluuiarum saporem; instar medicinalis cucurbitæ, quę calore superioris gyri, humorem & sanguinẽ sursum trahit, ex quo discimus vnde sunt pluuiæ.

Vnde sint pluuiæ.

†THEODORETVS in com. Confidit ait, E Dei potestati; facilè enim & facit, & trãsformat quod vult, atque ei facillimum est maxima pericula in animi tranquillitatem & securitatem transferre. Tum felicibus facilè miserias inferre potest, tumque aquas maris nutu suo in aerem subtrahens, nubibus irrigat terram. Deus enim est & omnium rerum Dominus. Nullo negotio infirmatos ad pristinum robur reducit, & robustos in miserias & debilitatem deducit.

Omnia Deo possibilia & facilia.

HIERONYMVS lib. 2. com. Ieroboam, qui vitulos fecit, & separauit populum à domo Dauid, significat hæreticos, qui sermone composito, quasi aurea simulachra fingunt, & adorant quod finxerunt: his dicitur, *Quærite dominum, & viuite.* Quod nisi fecerint comburuntur ardoribus diaboli: & hunc ignem non potest extinguere aliquis de magistris eorum, quia & ipsi hæretici sunt, qui falsò se domum Dei vocant.

Hæretici & eorum magistri.

a *Facientem arctu.* HIER. IBID. Audientes hæc, non ad fabulas poetarum recurramus, sed intelligamus omnium creatorem & omnipotentem.

IBID. Per arcturum, qui septem stellis constat, signatur ecclesia septiformi spiritu repleta; Per orionem, qui hyeme oritur, & C suo ortu tempestates excitat, signantur martyres qui tempore infidelitatis prædicant incredulis, & excitant contra se tempestatem persequutionis.

De Ecclesia & sanctis martyribus.

IBID. Loquens de arcturo & orione maluit ea vocare nominibus inuentis à Gentilitate quam nominibus Hebræorum, ne nobis ea barbara viderentur. In quo nota etiam hanc prophetiam à Gentibus legendam.

† RVPERTVS in com. Quod sequitur, *facientem Arcturum & Orionem, &c.* Oportet de eodem Christo testimonium esse. Quia persona hæc magis, quàm persona patris, opus habebat propter nos defendi scripturarum testimoniis, quod sit factor syderum, noctisque & diei, immò & omnium quæ facta sunt *quia sine ipso factum est nihil.* Quando autem condidit patres, & Moysi dedit legem, gentes tenebræ fuerunt, quia Dei notitiam non habuerunt: sed quando factus est homo, tenebras illas in mane conuertit, quia gentes euangelica prædicatione illuminauit. Econtra diem nocte muta-

Ioan. 1.

Christus Dominus.

b *Et diem in.* HIER. vbi suprà. Ab hora sexta in typum Iudaicæ cæcitatis, dies conuersus est in noctem crucifixoribus: lux etiam, quæ in lege & prophetis oriebatur, versa est in tenebras illis, de quibus scriptum est, *Obscurentur oculi eorum.*

Psal. 68. f.

c *Qui vocat.* IBID. Aquæ maris, peccatores; quos effundit, vt conuersi in dulcedinem, aliis prædicent: in quibus quidquid terræ & amaritudinis inerat, ardore veri solis excoquitur.

Peccatorũ conuersio.

F

d *Qui subri.* IBID. Ad præsens tempus reuertitur. Q. Qui creator omnium comminatur captiuitatem Samariæ, subridet, sicut qui irascitur, & apertis paululum labiis ridere se simulat, vt magnitudinem iræ ostendat.

†RVPERTVS in cõ. Talibus verbis circa dominum (qui nullos motus patitur) idcirco scriptura vtitur: vt satis, quantũ potest, adfirmet, quod Dominus, quamuis natura sit clemens, nullatenus tamen robusto & potenti, id est, in peccato superbienti misereatur. Sed sicut scriptura dicit, *Potentes potenter tormenta patientur, exiguo autem concedetur misericordia.* Et alibi. *Ego in interitu vestro ridebo, &c.*

Deus nullius potentiam veretur.

Sap. 6. Prou. 1.

e *Odio ha.* HIER. in com. In portis antiqui sedebant ad iudicia, ne agricola ad causas veniens nouo aspectu ciuium terreretur; vel ne ciuis longè ab vrbe discederet.

Iudicia olim in portis. Deut. 16. d.

IBID. Portæ mortis, vitia; Portæ vitæ, virtutes: habetur autem odio iustus existens in porta virtutum, si corripit malum existentem in porta mortis.

Portæ vitæ & mortis.

RVPER-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iudicium. *Pauperum: eos iniustè condemnantes.*
2 Et iustitiam. *Id est, Deum, qui est iustitia per essentiam, sicut & vita.*
3 In terra relin. *Pro idolis vestris.*
4 Facientem arctu. & orio. *Est autem arcturus quædam constellatio, quæ reuoluitur circa polum septentrionalem: & vocatur vrsa maior ab astrologis, & currus karoli à laicis. Orion autem est quædam constellatio clara & nota, partim existens in tauro, & partim in signo geminorum, & ortus eius significat tempestates; propter quod dicit Philosophus 2. meteororum quod orion est indiscretus & difficilis.*
5 Et conuertentem in mane tenebras, &c. *Id est, successionem facit diei & noctis.*
6 Qui vocat aquas ma. *Eleuando eas in vaporibus humidis.*
7 Et effundit eas super faciem terræ. *Conuertens eas in pluuiam.*
8 Qui subri. cap. *In Hebræo habetur.* Qui violentat fortem *eum reprimendo, & sic* subridet, *id est, contemnit vastitatem à forti factam.*
9 Et depopulationem super potentiam affert. *Populum de regno potenti transferendo, & captiuando; Ista dicta sunt de Deo ad ostendendum, quòd non est pro idolis relinquendus: Et reuertitur ad ostendendum populi transgressionem, dicens,*
10 Odio habuerunt in por. *In portis enim antiquitus sedebant iudices & senes: vt quilibet, etiam extraneus, inueniret eos in promptu.* Et

Arcturus.

Orion.

Deus pro idolis non relinquendus.

MORALITER.

† 2 *Et iustitiam in terra relinquitis.* Eam propter munera diuitum omittendo.

4 *Facientem arctu. & orio.* Constellationes sunt: ideo significant prælatos bonos ecclesiæ Apoc. 1. d. *Stellæ septem ecclesiarum*, Id est, episcopi earum.

5 *Et conuer.* Illuminando sua gratia peccatores, scilicet, Matthęum & Paulum & alios plures.

† *Et di.* Contrarium permittendo iudicio suo nobis occulto.

6 *Qui vocat aquas.* Id est, homines de salsedine cupiditatis terrenæ ad cælestis dulcedinis degustationem eleuando,

7 *Et effun.* Per pluuiam salutiferæ doctrinæ populum docendo.

8 *Qui subridet vastitatem, &c.* Diabolum, de quo dicitur Iob. 41. d. *Non est potestas super ter. quæ ei compa.* De spoliatione verò eius gaudet Deus.

10 *Odio ha.* Hic secundo describitur casus ecclesiæ quantum ad minores, qui rebellant veritati factæ per iudicem, vel dictæ per prædicatorem, ideo subditur.

† Et

† RVPERTVS in com. Hoc est irremissibile peccatum, hoc portentum, non per ignorantiam peccare vel infirmitatem, sed peccatum superbè defendendo corde impœnitenti, corripientem quoque odisse: & abominari illum qui audeat loqui perfectè, id est, non sibi placentia, sed malis actibus repugnantia. Corripuit eos Dauid, & perfectè pleraque locutus est atque idcirco oderunt illum, dicentes, *Quæ nobis pars in Dauid?* Istum quoque Amos, & ceteros prophetas oderūt & abominati sunt. Hic & istud in vno Christo iustè corripiente, & perfecta loquente veraciter est adimpletum. Ait enim, *Nunc autem & viderūt & oderunt me, & patrem meum: vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis.*

Odium Iudæorum in priores sanctos prophetas, ac demum in ipsum Christum. 2. Reg. 12. * Sop. 1. c. * Sop. 1. c. Io. 15.

a *Idcirco pro eo, &c.* Ne putaret Israel, quòd pro sola idololatria puniendus esset, addit & cetera mala.

† THEODORETVS in comm. Cùm hæc commiseritis, & pauperes præterea oppressos manu & procacitate linguæ contumeliosè acceperitis; tum munerum corruptelis gaudentes, studueritis facultates vestras augere: hoc cognoscite, quòd non habitabitis in domibus, quas bellè instruxistis, & ornastis; neque vineas, quas magno studio plantastis, vindemiabitis. Nam immensa impietas vestra horum vsu vos priuabit.

Iudæi propter contēptam Dei iustitiam omnibus desiderabilibus spoliati.

HIER. lib. 2. com. Hæretici diripiunt sensum pauperum, qui nesciunt contradicere, & quidquid boni operis parauerant. Aedificant etiam domos compositione verborum: sed ab ecclesiasticis viris subuertuntur. Plantant etiam vineas, quando mysteria Christi se habere mentiuntur. Sed non bibunt nisi vinum, quod est draconum furor insanabilis.

Hæretici.

b *Accipientes munus.* HIER. Contra iudicij veritatem, vnde, *Munera excæcant etiam oculos sapientum.* Quæ accipiunt hæretici, vt austeritatem scripturarum, quæ peccatoribus tormenta promittunt, vertant in beatitudinem, & cum diuitibus prospera promittunt, pauperibus tamē truculenti sunt & seueri. Quos videns vir ecclesiasticus incorrigibiles, subtrahit correctionem, ne videatur sanctum dare canibus.

Deut. 16. d. Hæretici placentia dicunt diuitibus & cōtristāt pauperes.

c *In tempore illo.* IBID. Cùm videbit nihil prodesse suam correctionem, iam imminēte captiuitate, à qua liberari non poterunt.

d *Quærite bonū.* IBID. Deum, qui est pastor bonus, & non idolum, vel diabolum: Vel bonum, id est, rectum iudiciū iudicate, & non mendacium vel oppressionem.

e *Odite malum.* IBID. Odit malum, qui non solum voluptate non vincitur, sed odit opera voluptatis. Diligit bonum, qui non inuitus, & metu legum, quod bonum est operatur, sed dilectione ipsius boni. Vnde. *Hilarem da. di. Deus.*

† THEODORETVS in com. Verbis, inquit, facta respondeant; & qui profitemini vos amare bona & honesta, à vitiis sitis abhorrentes, re ipsa veritatem verborum ostendite. Hoc dum fiet, ab omnipotente Deo vitam assequemini: sin hæc non feceritis, plateæ, & viæ lamentis & gemitibus personabunt; vt etiam agricolæ, agrorum cultu abiecto, lamentis & plangoribus sint prostituri operas suas. Hæc autem præsente me pœnarum & suppliciorum auctore efficientur.

Opere præstandum quod verbis promittimus.

HIER.

---

a ¶ Aliquem prophetam missum à Deo ad eorum correctionem. b ¶ Qui non odio, sed sicut Deus præcepit, ex dilectione corripit.

a corripientem, & loquentem perfectè abominati sunt:[1] Idcir-
a ¶ Propter prædicta. b ¶ Et etiam. c ¶ Non habentem necessaria victui. d ¶ Si quid habeat quod vobis placeret.

cò pro eo quòd diripiebatis pauperem & prædam electam
a ¶ Ad vestros vsus. b ¶ Vbi securi maneatis. c ¶ Expoliato paupere marmore vestitis parietem.

tollebatis, ab eo, * domos quadro lapide ædificabitis, &
a ¶ Quia de rapina pauperum ædificatis. ¶ Repentina captiuitate vel morte ablati. ¶ Etiam. b ¶ Delectationi potuum prouidentes.

non habitabitis in eis. * Vineas amantissimas plantabitis, &
a ¶ Ideo habitabitis, non bibetis. b ¶ Quem nihil latet.

non bibetis vinum earum[12] quia cognoui multa scelera ve-
a ¶ Non solum multa, sed etiam fortia ad prouocandum iram Dei. b ¶ Quia. ¶ O principes x. tribuum, vos estis ho. c ¶ Hominis, vel iustitiæ. d ¶ A potente vt pauperem in iudicio condemnetis. ¶ Dextera eorum re. est mune.

b stra, & fortia peccata vestra. Hostes iusti accipientes munus,
a ¶ Iudicio. b ¶ Intelligens multas impietates in ea quæ vocatur domus Dei.

c & pauperes deprimentes in porta.[13] Ideo prudens in tempore
a ¶ Quia nullus est qui velit audire rectè iudicantem.

d illo tacebit, quia tempus malum est.[14] Quærite bonū & non
a ¶ Id est, mundum, qui in maligno positus est. b ¶ Sic. ¶ Qui saluare potest.

malum, vt viuatis et erit dominus Deus exercituum vobis-
a ¶ Sicut soletis iactare, Deum vobiscum esse, per hoc quòd estis de genere Abrahæ; sed si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, id est, odi. ma. b ¶ Non sufficit semel monuisse.

e cum, sicut dixistis:[15] Odite malum, & diligite bonum: & con-
a ¶ Post hæc. b ¶ q. d. Si hæc feceritis forte mi.

stituite in porta iudicium si fortè misereatur dominus Deus

1 2 3 4 5 6 7 † 8 9 † 10 11 12 † 13 14 15 16 17 18 19 20

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et loquentem perfectè. *Id est, sanos doctores & prophetas.*
2 Abominati sunt. *Eorum doctrinam refutando.*
3 Idcirco. *Hic consequenter subditur punitio, cum dicitur,* Pro eo quòd diripiebatis pau. *Et subditur modus direptionis.*
4 Et prædam electam. *Id est, illud quod erat melius & vobis placentius.*
5 Tollebatis. *Ideò in pœnam huius & aliorum peccatorum prædictorum.*
6 Domos quadro lapide ædificabitis. *Id est, sumptuosè.*
7 Et non habitabitis in eis. *Quia in captiuitatem ducemini.*
8 Quia cognoui multa scelera vestra. *Ad puniendum.*
9 Et fortia. *Id est, grauia.*
10 Hostes iusti. *Id est, iustitiæ, ita quod iustum est hic neutri generis.*
11 Accipientes munus. *Pro subuersione iustitiæ.*
12 Ideo prudens in tempore illo tacebit. *Cessans à correctione vestra, videns quod non esset ad vestram emendationem, sed magis ad peccatorum vestrorum aggrauationem, ideo sequitur,*
13 Quia tempus malum est. *Non propter se, sed propter malitiam gentis. Et propter hoc ante tempus illud propheta monet eos de correctione, dicens,*
14 Quærite bonum. *Per emendationem vitæ.*
15 Vt viuatis. *Corporaliter & spiritualiter.*
16 Et erit dominus, &c. *Per gratiam suam vos protegendo.*
17 Sicut dixi. *Id est, desiderastis. Sed quia hoc desiderium non impletur, nisi mala vita corrigatur, ideo subditur,*
18 Odite malum. *Duæ enim sunt partes iustitiæ, scilicet declinare à malo, & facere bonum.*
19 Et constituite, &c. *Id est, iudices in portis ciuitatum & villarum, sicut præcipitur Deut. 16. ad hoc vt quilibet tam peregrinus, quàm ciuis posset statim iudices inuenire.*
20 Si forte misereatur dominus. *Non dicitur hic forte propter aliquam mutabilitatem, quæ sit in Deo, sed in libero arbitrio hominis.*

Duæ partes iustitiæ.

Reli-

MORALITER.

† 1 *Et loquentem perfectè.* Sed quia in istis sunt aliqui potentiores & astutiores aliis, domos & hereditates aliorum iniquè subtrahentes: de quibus subditur,
3 *Idcirco, &c.* Et subditur pœna.
6 *Domos quadro lapide ædificabitis.* Cum sumptibus magnis.
7 *Et non habitabitis in eis.* Quia scriptum est Isa. 33. a. *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?* Aliter potest exponi de doctore vano, qui ædificat ecclesiam, & non habitat in ea per gratiam. Eodem modo exponatur quod subditur.
† *Vineas amantissimas plantabitis, & non bibetis vinum.* Et subditur causa,

Deeo qui aliis sapit non sibi.

8 *Quia cognoui multa scelera vestra.* Id est, peccata contra Deum.
9 *Et fortia.* Id est, grauia.
† *Peccata vestra.* Contra proximum.
10 *Hostes iusti.* Id est, iustitiæ: quia ponitur hic iustum neutraliter.
12 *Ideo prudens.* Prudentia mundana, qualis est iudex malus, & aduocatus falsus.
† *In tempore illo.* Scilicet, iudicij; ideò præmonet eos ad bonum, dicens,
14 *Quærite.* Et sequitur causa cum dicitur,
20 *Si forte misereatur dominus Deus.* Id est, pœnitentibus, qui sunt reliquiæ Christi, per Ioseph signati. Et quia verè pœnitentes sunt peccata lugentes, sequitur,

Veræ pœnitentium signum.

8 Quia † In

☞ Hier. in com. Allegor. Præcepit Deus hæreticis, vt relicto errore redeant ad ecclesiam, & odientes priora dogmata, diligant veritatem in ecclesia, & verum iudicium faciant in portis, vel vitiorum, ea relinquendo, vel virtutum, eas sequendo, & sic certi erunt de misericordia.

1.Cor.9.b.

Consilium bonum pro hæreticis.

a *Plateis.* Ciuitatum 10. tribuum, vel plateis, per quas ducentur captiui, vel plateis, id est, fluxibus voluptatum, quæ per plateas signantur.

Ibid. Hæretici & Gentiles in figmentis & fabulis suis habent latas plateas, quæ ducunt ad mortem: Quibus consequenter infertur,

b *Et in cunctis quæ foris sunt dicetur, væ.* Ibid. Qui enim sunt in ecclesia non audient væ æternæ demnationis: sed si peccauerint, super eos sumetur lamentum. Habent etiam hæretici agricolas, in quorum aruis spinæ nascuntur, qui vocantur ad planctum: quia noluerunt plangere sua, vel aliorum peccata.

Catholici. Hæretici. Gentiles.

suras, & maiorem felicitatem habituras, vnde solebant optare vt veniret captiuitas, qua peracta veniret & felicitas. Contra hoc obuiat propheta, dicens, illam prosperitatem non statim reuersis dandam, sed ipsos postea multa passuros, vel à Nabuchodonosor leone, vel ab Assuero quasi vrso, vel ab Antiocho Epiphane, qui quasi coluber in Iudæa illos mordebit; prophetia autem de illa prosperitate tempore Christi erat adimplenda.

Iudæis è captiuitate Babylonica reuersis non ita multi dies læti illuxerunt.

a Vt decem tribus captiuitatem euadant. *b Sæpe monui de bono, sed quia noluistis facere mea præcepta, ideò affligemini.*

exercituum reliquiis Ioseph. [16] Propterea hæc dicit dominus *(Erit.)* Deus exercituum dominator: In omnibus plateis planctus *(a Villulis vel castellis, quæ sunt extra ciuitatem dicetur, id est; in propria terra manentibus, vel in captiuitatem euntibus: vel in corpore & anima, vel in præsenti & in futuro. b Cum venerint Assyrij. c More prouinciæ loquitur, vt qui sciunt præcinere ad concitandas lachrymas alios incitent ad planctū, vt simul defleant suam miseriam, vt in omnibus locis vbi prius lætitia, fit origo lachrymarum.)* & in cunctis quæ foris sunt dicetur, væ væ. Et vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere. *(a Multas habent vias, non illam viam, quæ ducit ad vitam. b Hæc omnia fient, quia. c Indignatus vobiscum remanere, puniam vos.)* [17] Et in omnibus viis erit planctus, quia pertransibo in medio tui, dicit dominus. *(a Duabus tribubus. Captiuitatis.)* [18] Væ desiderantibus diem domini. *(Desideratis venire? Tribulatio.)* Ad quid eam vobis? Dies domini ista tenebræ, & non lux. *(Ita veniet vobis. Nabuchodonosor. a Assuerus, qui omnes Iudæos, sicut in Ester legitur in vno die præcepit interfici in Susis.)* [19] Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber. [20] Numquid non tenebræ dies domini, & non lux & caligo, & non splendor in ea? *(a Captiuitatis vel iudicij.)*

Væ desiderantibus,

† Theodoret. in com. Cum quidem essent in temeritate innutriti, in pertinacia obsirmati, qui frebundi prophetarū vaticinationibus repugnarēt, diuina oracula falsa vocitantes, prædictionum absolutionem perfectionemque expostulantes, eos dominus lamentis & fletibus dignos appellat, qui nimirum tenebras pro luce desiderent videre. Qui autē prophetiæ finem videre expetunt, nihil differūt ab homine, qui cum leonem impetentem effugisset, mox in vrsum incurrit, cumque inde metu plenus domum occupasset, incōsideratusque ex animi perturbatione ad parietem manum firmasset, ab acerbissimo colubro morsus fit. Nam quemadmodum ille tenebras, & non lucis splendorem illa die videt: sic isti altissimis tenebris in illa die vltionis tradentur.

Grauissimè Dei manum sentient, qui tempestiuè de ea admoniti resipiscere noluerunt.

Rom. 11. c.

Ibid. Aliter. Vir ecclesiasticus potens prouocare ad pœnitentiam, plāgit pietatis affectu super eos, qui non egerunt pœnitentiā.

c *Væ desiderantibus.* Ibid. Ne iste propheta duas tribus ex toto neglexisse videretur, dirigit nunc prophetiam ad ipsas, Prophetatum siquidem erat ipsas captiuandas, & post 70. annos reuersuras,

☞ Alle-

NICOLAVS DE LIRA.

Reliquiæ & regnum 10. seph.

1 Reliquiis Ioseph. *Id est, regno Ioseph: Quod dicitur hic, reliquiæ, propter eius diminutionem, vt prædictum est. Dicitur etiam hic regnum 10. tribuum, regnū Ioseph, eò quòd Ieroboam primus rex fuit de tribu Ephraim filij Ioseph.*

2 Propterea hæc dicit dominus, &c. *Hæc sententia non refertur ad litteram immediatè præcedentem, sed illud quod dicitur suprà.* Hostes iusti accipientes munus & pau. *&c. ex quo concluditur hic,* Propterea. *Et subditur,*

3 In omnibus plateis. *Scilicet ciuitatum.*

4 Planctus. *Morientium.*

5 Et in cunctis, &c. *Id est, in villis & oppidis in campestri terra situatis,*

6 Dicetur væ. *Propter multitudinem miseriæ.*

7 Et vocabunt, &c. *In villis & oppidis, in quibus non sunt habentes artem plangendi,*

8 Et ad plan. *In ciuitatibus.*

9 Eos qui sciunt plan. *Id est, Canere carmen lugubre: Tales enim solent in ciuitatibus manere:*

10 Et in omnibus viis. *Id est, campestribus locis.*

11 Erit plan. *Causa subditur,*

12 Quia pertransibo, &c. *Faciens executionem iustitiæ meæ per Assyrios.*

Reijcitur explicatio aliquorum super litteram: væ desiderantibus.

13 Væ desiderantibus. *Hanc litteram exponunt aliqui de regno duarum tribuum, de quo prophetauerat Iere. & alij prophetæ, quod populus iturus esset in captiuitatem Babylonicam, & inde post 70. annos rediturus & habiturus maiora bona quam antè: quod tamen non erat intelligendum statim post reditum, sed longè post, scilicet in aduentu Christi, prout declaraui suprà in pluribus locis, Isa. Iere. & aliorum prophetarum. Multi tamen de populo intelligebant, quod habituri essent talia statim in reditu: propter quod desiderabant accelerationem ipsius captiuitatis propter accelerationem prosperitatis in reditu. Et ad hoc applicant litteram sequentem, in qua propheta eos increpat de tali desiderio, vt dicunt isti. Sed istud non videtur conuenienter dictum, quia non solùm reges, scilicet Ioakim & Sedechias, sed etiam principes & sacerdotes & pseudoprophetæ & communis populus persequebantur Ieremiam ad mortem, eò quòd ipse denuntiabat illius captiuitatis accelerationem: ex quo patet, quòd non desiderabant eam, sed magis abhorrebant. Propter quod sicut dictum est suprà, hic propheta arguit illusores. Multi enim in populo reputabant dicta prophetarum friuola de diuina punitione futura, & sic deridendo dicebant,* Iere. 17. b. Vbi est verbum domini? Veniat. *Sicut fuit ibidem expositum, ita dicitur hic:* Væ desiderantibus, &c. *Et diuiditur in duas partes: quia primò prædicitur supplicium, secundò aufertur remedium, ibi,* Odi. *Circa primum dicitur,* Væ desiderantibus diem do. *Diem diuinæ vltionis denuntiatam à prophetis, de qua ironicè dicebant,* Veniat dies illa: *Loquendo per modum optatiuum.*

Iudæi non desiderabant captiuitatē Babylonicā spe bonorū post illam expectandorum.

14 Ad quid eam vo. *Id est, qualis est vobis futura dies illa? Et respondet.*

15 Dies do. ista tene. *Id est, erit vobis tribulationis plena: quod per tenebram metaphoricè designatur: ideo subditur,*

16 Quomodo. *Id est, tunc vobis occurrent tot pericula, quod si aliquis euadat vnum, incidet in aliud, ideo concluditur,*

17 Numquid. *Quasi dicat, Sic, & exponatur vt suprà.*

Odi

MORALITER.

† 3 *In omni. plateis.* Quantum ad ciues.

5 *Et in cunctis quæ foris, &c.* Quantum ad campestres.

7 *Et voca.* Religiosos laborantes circa agrum domini, vt adiuuent eos suis orationibus ad deletionem suorum peccatorum.

9 *Eos qui sciunt plangere.* Id est, pauperes qui communiter sunt, in dando eis eleemosynas, secundum illud Dan. 4. f. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas in misericordiis pauperum.*

12 *Quia pertran. in me. &c.* Cordis compunctionem dando tibi.

Christus à Iudæis

13 *Væ desiderantibus diem.* Hoc mysticè potest exponi de primo aduentu Christi, qui dicitur dies. Ro. 13. d. *Nox præcessit, dies autem ap.* Hunc autem diem Iudæi desiderauerunt, & tamen in eius aduentu maiores per inuidiam, & minores per maiorum deceptionem, vt in pluribus, excæcati fuerunt. Et sic dies domini propter eorum malitiam fuit eis ad damnationem, & etiam ad destructionem temporalem: ideò subditur,

non receptus.

16 *Quomodo.* Iudæi numquam rebellauerunt Romanis tempore Neronis, qui propter crudelitatem dicitur leo.

Et occurrat ei vrsus. Per quem significatur Vespasianus, qui propter dictam rebellionem venit contra Iudæam.

Vespasianus & Titus.

† *Et innitatur ma. su.* Scilicet tēpli, ad quod vltimò fugerunt Iudęi.

† *Et mor. eum coluber.* Per quem significatur Titus, qui capto templo iussit sacerdotes occidi.

† Odi,

HIER. in com. ALLEGOR. Multi superbi, vt iusti videantur, dicunt se desiderare diem iudicij, vel suæ mortis, vt incipiant esse cum Christo: Sed istis dicit esse væ, quia nullus sine peccato, & in hoc quod sibi non timent, digni sunt supplicio, quod si verè iusti essent, non deberent desiderare iudicium, in quo peccata reproborum grauiter puniétur. Pro illis ergo deberent esse solliciti. Sed isti sunt similes homini, qui positus in aliqua angustia, totam patriam suam vult subrui, vt ipse solus possit liberari, non compatiés aliorum calamitati. Hic talis traditur leoni, id est, diabolo, vrso, id est, ministris diaboli, colubro, id est propriæ conscientiæ accusanti, de hoc quod in virtute sua cófisus fuerit; Vel per leonem, vrsum, colubrum, possunt intelligi diuersa genera tormentorum, quibus hic superbus & immisericors punietur in futuro.

*24. q. 6. c. odi. Non suscipi eorum sacrificia, quorū fides reprobatur & vita. *Mala. 1. d.

*Act. 7. e.

Contra eos qui ex præsumptione vel alio malo motiuo accelerari cupiunt diē iudicij.

a ¶ Paschæ, Pentecostes, & huiusmodi. b ¶ Manifestè hæc dicuntur Iudæis, qui destructo templo credunt se offerre Deo; sed Deus proiicit, nec curat cœtus eorum, qui dicunt: Crucifige.

a *21 Odi & proieci festiuitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum. *22 Quod si obtuleritis mihi holocausta,

a ¶ Non mea: quia etsi mihi manibus, dæmonibus tamen corde offertis. b ¶ Ad ruinam.

mata, & munera vestra non suscipiam: & vota pinguium vestrorum non respiciam.

a ¶ Lyra & organo & aliis huiusmodi solebat vti populus ille in figura futurorum.

b strorum non respicia. 23 Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam. c *24 Et reuelabitur quasi

¶ Oculis omnium. a ¶ Vindicta. b ¶ Subaudi, cuncta rapiet.

aqua iudiciú, & iustitia quasi torrés fortis. 25 Numquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis

IBID. Cum reuersi fueritis & securi cœperitis Dario præcipiente templum ædificare, vt lassas manus super parietes reclinetis, tunc veniet Alexander Macedo, vel Antiochus Epiphanes, qui non in Babylone vel in Susis, sed in templo commorans & intra terminos sanctæ terræ, vos sicut coluber mordeat. Vbi ergo putabant remedium, ibi inuenient maius supplicium.

IBID. Tenebræ & caligo contraria sunt luci & splendori: ita mœror & tristitia lætitiæ & felicitati, quæ contigerunt euntibus in captiuitatem, vel contingent hæreticis in die iudicij.

HIER. IBID. Hæc omnia congruunt hæreticis. Qui fugiunt leonem, & incurrunt in vrsum & ingressi domum, quam putant ecclesiam Dei, innituntur parietibus, quos ipsi fecerút, & à serpente mordentur; quorum diem tenebræ eripiunt. Horum sacrificia Deus odit, & quoties congregant in nomine Domini, à fœtore eorum Deus nares auertit: & si offerunt holocausta ieiunij, & multorum talium, Deus non aspicit.

a *Odi, &c.* IBID. Propriè hoc contra Iudam, & illos qui de Israel ceremonias Deo obseruabant, dicitur, qui manu Deo, sed corde dæmoniis offerebant, & ideò potiùs in fœtorem, quam in suauitatem versus est odor sacrificij eorum. Non autem hic agit de oblationibus vitulorum, quas offerebant in Dan & Bethel, sed de his quæ in templo offerebantur.

Deus abominatur oblationes hæreticorū & Iudæorū.

IBID. Moraliter. Quocumque tempore, non redimuntur peccata eleemosynis factis de rapinis.

† TERTVLLIANVS lib. 5. cont. Mar. c. 4. Cessare à sacrificiis sicut & circumcisione oportebat ex decretis creatoris: qui & per Isaiam, *Neomenias vestras, & sabbata, & diem magnum non sustinebo ieiunium, & ferias & ceremonias vestras odit anima mea.* Et per Amos, *Odi & reieci ceremonias vestras, & non odorabor in frequentiis vestris.*

Cessatio legalium.

† RVPERTVS in com. *Odisse* & *proiicere*, & *non odorari*, humana dicitur similitudine: vt nos effectū Dei nostris sermonibus cognoscamus.

† THEODORET. in com. Non odorabor, posuit loco, non suscipiam. Eodem modo de Noe beatus Moses inquit, *Odoratus est Dominus odorem suauitatis*, hoc est, approbauit eorum, qui obtulerant sacrificia, institutum, & voluntatem. Non his autem eget Deus; ac ne pro salute quidem sua victimas offerentibus, meam inquit, præsentiam præstabo. Desine igitur cantare, cantica, cessa vti musicis instrumentis: his enim non delector, etsi principio hæc fieri iussi, rebus nimirum delectabilibus & ludicris ad seria te conducere studens.

Deus illis nec eget neq; delectatur.

† IVSTINVS Martyr. in dialogo cum Tryp. Quod propter peccata & idololatrias populi vestri, non quod his oblationibus egeret Dominus, mandarit vobis sacrificia offerre, audite quid dicat per Amos, vnum è duodecim, clamans: *Odi & proieci festa vestra & non olfaciam nidorem celebritatum vestrarum, &c.*

Isa. 1. a.

b *Aufer.* HIER. in com. Tumultus, sonus confusus, qualis in foro solet audiri, Cantica autem, quæ Dauid composuit, & quibus ad laudandum Deum Leuitæ solebant vti, despectiuè, tumultum vocat, quia eadem idolis offerre consueuerant. Iudæorum etiam traditio & Psalmi, quos in synagogis canunt, & hæreticorum composita laudatio, confusus sonus reputatur à domino, *Quia non est speciosa laus in ore peccatoris.*

Cantillationes Iudæorum & hæreticorum. Eccle. 15. b.

c *Et reuelabitur.* IBID. Quia sacrificia, quæ mihi debebantur, idolis obtulistis, iudicium meum, & iustitiam meam omnibus manifestabo, cùm vobis in captiuitatem ductis, terra à suis habitatoribus munda relinquetur, sicut aqua defluēs, vbi inuenit pronum locum transit, & nuda relinquit loca quæ priùs operiebat. Quæ aqua etiam

NICOLAVS DE LIRA.

1 Odi & proieci festiuitates. *Hic consequenter aufertur remedium, quod posset esse per diuinam placationem, quod tollitur, cum dicitur in persona Dei,* Odi & proieci. *patet littera vsque ibi.*

2 Aufer. *Id est, si offeras mihi laudes vocibus humanis, seu musicis instrumentis, non acceptabo:* quia non speciosa laus in ore peccatoris. Eccles. 15. b.

3 Et reuelabitur quasi aqua. *Id est, valdè manifestè.*

4 Iudicium. *Id est, executio iustitiæ meæ.*

5 Quasi torrens. *Qui suo impetu rapit ea quæ inuenit: quasi dicat, ita rapiemini in captiuitatem.*

6 Numquid. *Istud refertur ad tempus, in quo filij Israel fuerunt in deserto: Et dicunt aliqui expositores nostri, quòd à conflatione vituli Exod. 32. non obtulerunt sacrificia & oblationes domino, sed idolis quæ portabant in itinere, sed hoc non videtur verum, quia pro adoratione vituli populus fuit grauiter punitus, vt habetur ibidem, & similiter pro peccato idololatriæ & Phegor, Num. 25. & ideo non est verisimile, quod si tamdiu exhibuissent idololatriam idolis, quæ secum portassent, quin populus fuisset multoties de hoc punitus: & quin de hoc esset expressa mentio in libris Moysi. Et ideò illud dicitur ad ostendendum, quòd sacrificia non sunt Deo accepta, nisi adsit bona vita: & per oppositum, scilicet, quia sacrificia ista fuerunt omissa longo tempore cum populus Israel esset in deserto, & tamen dominus, quasi benignus & placatus illi populo, contulit multa beneficia, præbendo Manna continuè, & ducatum ignis, & nubis de nocte & die, & multa alia beneficia. De dicta verò omissione sacrificiorum dicit Rabbi Sa. super illud Numer. 9. d. Fecerunt filij Israel Phase tempore suo, quod toto tempore quo fuit populus in deserto non fecit, nisi illud Phase tantum: & tamen erat principalis solemnitas anni, & in qua debebant offerri sacrificia solemnia, & si illud fuit omissum multò fortiùs alia minus principalia. Fuit enim super hoc cum populo dispensatum propter incertum nubis motum, sicut & de omissione circumcisionis. Ista tamen omissio sacrificiorum non est sic intelligenda generaliter, quòd illo tempore fuerint nulla sacrificia oblata: quia in dedicatione tabernaculi obtulerunt principes plura animalia in sacrificium domino, Num. 7. Et idem contigit ex aliquibus aliis causis specialibus, & secundum hoc dicitur.* Numquid hostias & sacrificium obtulistis? *quasi dicat, pauca obtulistis: & ideò non computantur, secundum illud quod dicitur 2. Physicorum, Quod modicum est, quasi nihil reputatur.* Et

An toto tépore suæ commorationis in deserto coluerint Iudæi idola?

Intermissa fuisse pro illo tempore sacrificia; & tamen Deū multa pro tunc contulisse beneficia populo.

MORALITER.

† 1 *Odi, &c.* Nam à tempore mortis Christi legalia fuerunt mortua.

2 *Aufer.* Id est, carmina Leuitarū, quę cessauerunt templo cóbusto.

3 *Et reuelabitur quasi aqua.* Id est, punitio iusta, abundans, & magna, quia tunc Iudæi partim fuerunt occisi & partim captiuati. Num-

6 *Numquid hostias.* Id est, in templo propter mortem Christi prophanato, quasi dicat, Non.

† *Quadraginta annis domus Israel.* Tot enim anni à passione Christi fluxerunt vsque ad destructioné templi: & cum hoc duo anni non computantur, propter paucitatem vltra numerum perfectum, † Et

Quantum temporis intercessit à morte Christi ad destructionem templi.

☞ etiam torrens dicitur, quia nullus ei resistere potest. Ex quo tempore factū est caput vituli in deserto, omnia quæ fecerunt vel obtulerūt filij Israel, idolis & non Deo fecisse mōstrātur. Quod si etiam legūtur postea Deo aliqua obtulisse, non voluntate, sed metu pœnarum offerebant, & ideo Deo non placebant. Et non solum in deserto, sed etiam in terra promissionis vbicumque occasio fuit, corde reuersi sunt in Ægyptum, *Moloch*, idolum est Ammonitarum, & interpretatur rex, & significat luciferum, quem adhuc colunt Saraceni.

Timore pœnæ non amore iustitiæ seruabant Iudæi legem.

Hier.

¶ Non, sed potius portastis. a ¶ Quæ mihi facta erant à Moyse. b ¶ Ad honorem. c ¶ Alias Deo.

domus Israel? [26] Et portastis tabernacula Moloch regi vestro, 1

a ¶ Subaudi portastis. b ¶ Non enim tantum vnum idolum colebant, nec hæretici vnam hæresim. a ¶ Id est, imaginem sideris, scilicet, Luciferi tulistis. 2

& imaginem idolorum vestrorum sidus Dei vestri Rempha †

a ¶ Non enim à Deo accepistis, sed vestra mente finxistis.

figuras quas fecistis vobis adorare eas. [27] Et migrare vos faciam 3

a ¶ In Assyrios & vltra montes Medorum & Persarum.

trans Damascum, dicit dominus Deus exercituum nomen eius.

Hier. Ibid. Mystice. Tabernacula portat Moloch, quiqui se facit habitationem dæmonis, cum deberet esse templum Dei: & sub nomine Christi falsa dogmata confingit. Et sydus eius colit, qui se transformat in angelum lucis.

Ibid. Damascus, Sanguinem bibens, vel sanguis cilicij: vt per pœnitentiam ad bibendum sanguinem domini prouocemur. Feruntur autem hæretici trans Damascum, vt non sanguinem Christi bibant, sed aureo calice de manu Babylonis inebrientur.

Hæreticorum exilium.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et por. *Secundum quod dicit Ra. Sa. & secundum ea quæ prædicta sunt de statu populi in deserto, istud non refertur ad litteram, immediatè præcedentem, sed ad illud quod supra dictum est*, Dies domini tenebræ & non lux, *id est, dies punitionis vestræ erit plena tribulatione cui coniungitur:* Et por. *Id est, portabitis, loquendo de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ.*

2 Taber. *Dicit enim Ra. Sa. quod Assyrij ducentes 10. tribus in captiuitatem posuerunt idola, quæ coluerant, super humeros eorum in itinere, vt sic appareret quod Dij, quos colebant, non potuerant eos saluare contra Assyrios, & huic expositioni consonat littera sequens.*

Onerati Israel suis idolis in suam ignominiam.

3 Et migra. *Id est, vltra regnum Syriæ mittendo eos in captiuitatem in terram valde longinquam.*

MORALITER.

† 1 *Et porta. tabern. Moloch.* Quæ interpretatur, rex, ideo per hoc significatur tributum, quod reddebant Cæsari de quo dixerunt Ioan. 19. c. *Non habemus regem, nisi Cæsarem.*

Iudæi seruiunt Romanis sub tributo.

† *Sidus Dei ve. Rempha, &c.* Quod potest exponi de quodam falso Messia, Messia, quem receperunt post destructionem templi, de quo exponebant illud Num. 24. c. *Orietur stella ex Iacob, &c.*

3 *Et migra. vos fa. trans Damascum.* Quæ interpretatur *potus sanguinis*, quia post eorum occisionem per Romanos, reliqui fuerunt venditi, & ad diuersas orbis partes deducti.

Laruatus Messias à Iudæis receptus.

CAP. VI.

a Væ vobis, &c. Hier. in cō. lib. 3. Hęc ad duas & decē tribus referuntur, maxime autem ad optimates de vtroque populo.

Ibid. Mystice. Hæreticis indicitur væ, qui videntur sibi opulenti, cum ecclesiam Dei dicant esse pauperem & abiectam, & superbiunt quasi sint custodes mandatorum Dei. Illis etiam præcipitur, vt considerent philosophias diuersarum Gentium, & inuenient esse angustiores terminis sacræ scripturæ, quæ totum mundum impleuit. Supponit autem à quibus malis iubeat transire. Scilicet, Qui venient ad diem damnationis, malum patientibus. Qui in hoc mundo gaudetis sublimari per iniquitatem, Qui improuidi vestræ salutis torpetis in immundiciis carnalibus, Qui comeditis non solidum cibum ad roborandas vires, sed mollem & tenerum, qualis est agnus, vel vitulus solo lacte saginatus, Qui etiam vt omnia voluptati vestræ seruiant, concrepatis manibus ad vocem organi, non ad laudem Dei, sicut fecit Dauid, Qui de phialis diuinæ scripturæ potatis vinum erroris, Qui etiam expertes diuinæ scientiæ vendicatis vobis sacerdotij dignitatem, dicentes vos esse vnctos Dei: Isti etiam nullo cruciatu nulla misericordia afficiūtur pro interfectione eorum quos deceperunt.

Qui sustinebunt duram sententiā in die iudicij.

CAPVT VI.

a ¶ Qui vacatis diuitiis. b ¶ Duabus tribubus.

a V[1]Æ vobis qui opulenti estis in Sion, & con- 1, 2

a ¶ Fortitudine populi decem tribuum. b ¶ Quiestis. ¶ Id est, principes in populo.

fiditis in monte Samariæ, optimates 3, 4

a ¶ Tumorem animi corpore ostendentes, vt honorificemini ab hominibus.

capita populorum, ingredientes pompaticè 5

† Avgvstinvs lib. 4. de doctr. Christiana c. 7. Dicēdum mihi aliquid esse video de eloquentia prophetarum, vbi per tropologiam multa obteguntur, quę quanto magis translatis verbis videntur operiri, tanto magis cum fuerunt aperta, delucescunt. Et ex illius prophetæ libro potissimum hoc faciam, qui armentarium se fuisse dicit. Cūm argueret impios, superbos, luxuriosos, rusticus propheta exclamauit: *Væ qui opulenti estis in Sion, &c.* Numquid isti qui prophetas nostros tamquam ineruditos, velut docti disertique contemnunt, si aliquid tale, in tales dicendum fuisset, aliter voluisset dicere? Quid enim est, quod isto eloquio aures sobriæ plus desiderent? Primò ipsa inuectio quasi sopitis auribus vt euigilarent, quo fremitu illisa est? Deinde vt beneficiis Dei, qui eis ampla spatia regni dedit, ostenderet ingratos, quoniam confidebant in montem Samariæ, vbi idola colebantur, *Transite*, inquit, *in Calamne, &c.* Et cūm ista dicuntur, locorum nominibus tamquam lumi- ☞ nibus

Magna & potētissima eloquentiæ vis in sanctis prophetis.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VI.

Diuisio.

VÆ vobis. *In hoc autem c. arguit populum de superbia & carnalitate: Et diuiditur in duas partes, quia primò exprimitur culpa, secundo subditur pœna, ibi*, quapropter. *Et in hoc cap. loquitur propheta contra regnum Israel, & contra regnum Iuda. Dicit igitur,*

1 Væ vobis qui opulenti estis. *Diuitiis malè acquisitis.*

2 In Sion. *Id est, in regno Iuda, sic nominato, eo quod Ierusalem ibi erat metropolis, in qua erat templum, & domus regia in monte Sion.*

3 Et confiditis in monte Samariæ. *Id est, in potentia regni Israel, cuius metropolis erat Samaria in monte sita, vt habetur 3. Regum 16.*

4 Optimates. *Id est, principales in populo.*

5 Ingredientes pompaticè. *Id est, cūm superbia magna ostentantes vos in populo.*

☞ Trans-

MORALITER.

1 *Væ vobis.* Hic ad litteram arguitur malitia maiorum regni Iudæ & Israel, & specialiter sacerdotum. Vnde, & c. sequenti exprimitur Amasias sacerdos, qui multis plagis afflixit Amos prophetam, cuius filius Osias ipsum per tempora vecte transfixit, vt dicit Hieronymus in prologo huius prophetæ. Mysticè vero per hoc significatur malitia prælatorum ecclesiæ malorum, & aliorum eisdem in malis ministrantium, cum dicitur: *Væ vobis qui opulenti estis*, de rapina.

Prælati mali & eorum ministri.

2 *In Sion.* Id est, ecclesia.

3 *Et confi. in monte Samariæ.* Id est, in regia potestate, eo quod in Samaria erat palatiū regale, vt dicitur 3. Reg. 21. Aliqui namque prælati negociis regalibus se ingerunt, & gregem suum derelinquunt, vt liberiùs possint mala agere, confidentes de regia potestate.

Prælati qui morantur in regum curiis.

5 *Ingrediētes pompaticè.* Vt patet in familiis, equis, & excessibus aliis.

† Trans-

nibus ornatur eloquium, quæ sunt Sion, Samaria, Calamne, Emath magna, &c. Deinde verba decentissimè variantur, *Opulenti estis, confiditis, transite, ite, descendite*, consequenter denuntiatur futura sub iniquo rege captiuitas, &c.

† THEODORETVS in com. Miseri inquit, & ter infelices, qui Samariæ confidentes, Sion contemnunt: & non animaduerterunt quemadmodum Deus Sion non piè obseruatus in terram promissionis primis habitatoribus funditus perditis, eos induxit: sin hæc non ita habere opinamini, *Domus Israel transite, &c.* Si proficiscamini in supradictas vrbes, quę sunt maximę, & modo commemoratorum regnorum præstantissimæ, planè cognoscetis non esse minorem terram quam colitis, ea quã illi tenent.

Nihil minus à ceteris gentibus dedit Deus Iudęis.

a *Transite, &c.* HIER. in com. lib. 3. LXX. *domus Israel transi, & vide & perge ad muros plurimos, & descende ad torcular eorum, qui cadunt bibentes.*

a ¶ Qui estis optimates & capita populorum. b ¶ Quæ est ciuitas Persidis.

a domum Israel. [1] Transite in Calamne & videte: & ite inde Eli- b math magnam, et descendite in Geth Palestinorum, & ad

a ¶ Qui habitatis in monte Sion & in monte Samariæ. b ¶ Ciuitatem. c ¶ Qui habitant in campestribus.

a ¶ Subaudi, descendite. ¶ Sicut Azoti & Gazæ. b ¶ Considerate si regnum illorum est melius vel latius vestro.

optimâ quæque regna horum, si latior terminus eorum termino vestro est. [3] Qui separati estis in diem malum, & ap-

a ¶ Vos inquam de populo Israel. b ¶ A terra vestra. c ¶ Captiuitatis, quæ dura ferentibus mala.

a ¶ Qui cito estis subdendi imperio Sennacherib, vel Nabuchodonosor, vel Romanorum, sub quibus multa mala estis passuri. Et tamen nunc dor. b ¶ Mollibus & ornatis. ¶ Vt somnum libidini copularetis.

c propinquatis solio iniquitatis. [4] Qui dormitis in lectis eburneis & lasciuiis in stratis vestris. Qui comeditis agnum de

a ¶ Non ad sustentandam naturam, sed ad luxuriam, quia quidquid in gregibus optimum vel pingue est, gulæ vestræ deseruit.

a ¶ Saginatos, & mihi languidos & debiles offertis. b ¶ Id est, propter cantilenam putatis vos audiri.

d grege, & vitulos de medio armenti. [5] Qui canitis ad vocem psalterij. Sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici, [6] bibentes in phialis vinum: & optimo vnguento delibuti

a ¶ Non ad satiandam sitim, sed ad opprimendum animum. b ¶ Non ad restringendos dolores corporis puro oleo, sed caris vnguentis.

a ¶ Quia hoc agunt principes.

e f & nihil patiebantur super contritione Ioseph. [7] Quapropter

1 2 3 4 5 6 7 8 † † 9 10 11 12 13 14

pauperem crucifixerunt, quia disputabat contra opulentam auaritiam illorum.

† THEODORETVS in com. Increpationibus delitias eorum exagitans, eos sibi lectos sternere eburneos ait; omnibusq; cubandi & edendi voluptatibus diffluere. Tum hœdos ex grege, vitulos ex armento, vobis apportatis, &c. Cũ inquit sic viueretis, & dissolutum genus viuendi essetis amplexi atque hæc legitima & perpetua existimaretis, non cogitastis eorũ statum fluxum, & parum diu stabilem.

Iudæorum vita Epicuræa.

d *Qui ca.* HIERO. vbi suprà. Quibus non sufficit luxuria & gulositas, nisi tibiarum & psalterij & lyræ canticis aures mulceatis, vt quę multiplicia Dauid inuenit ad cultum Dei, vos ad voluptates & luxuriam conferatis.

Iere. 39. b.

Abusus musicæ.

Sicut Dauid habuit vasa, id est, instrumenta musicæ artis, in quibus Deo placuit: sic isti putant se placere propter solam concreptionem vocum, cum cor eorum longè sit à Deo. Dauid vero & sono, & maxime corde placebat.

Musica deuoti cordis Deo placet.

b *In Emath.* HIER. IBID. Quæ est ciuitas Syriæ, & dicitur Antiochia magna, hoc dicit ad differentiam alterius Emath, quæ alio nomine dicitur Epiphania. In Emath interfecit Nabuchodonosor filios Sedechiæ & ipsum cæcauit.

Emath.

c *Qui dor.* IBID. Tantis abundant diuitiis, vt etiam in lectis eburneis vel aureis suam explerent libidinem.

† TERTVLLIANVS l. 4. adu. Marci. c. 15. Idipsum verbum, *Va*, olim per Amos in diuites affluentes delitiis destinatur: *Va inquit, qui dormiunt in lectis eburneis, &c.*

† RVPERTVS in com. Vtramque captiuitatem denuntiat, id est, duarum tribuum, quarum ciuitas regia erat Sion, & decem quarum metropolis erat Samaria. Cùm autem dicit, *Va qui opulenti estis in Sion, &c.* non illam arbitremur solummodo denuntiari captiuitatem, qua transmigrauerunt duæ tribus in Babylonem, rediture post septinginta annos, sed multo magis illam, qua nunc dispersi sunt in toto mundo, destructa ciuitate & templo, quo stante Sacerdotes impij nimis opulenti erant in Sion, qui & Christum paupe-

Prædicitur hic captiuitas Romana Iudæorum.

e *Et nihil patieban.* IBID. Et cum principes ita affluant diuitiis, non curant si quid de populo decem tribuum perit, sed contemnunt, quasi si moriantur bruta animalia.

† RVPERTVS in com. Christus pulcherrimè censetur nomine Ioseph, cuius typum prætulit, in seruum venundatus, & humiliatus in compedibus, ita vt ferrum pertransiret animam eius. Christus dum contritus in cruce penderet, nihil patiebatur super contritione eius: Prætereuntes quoque blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes, *Vah qui destruis templum Dei, &c.* Cùm diceret, *Sitio: spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius.* Quis enim non miretur, quam longe à compassione eius fuerint, qui tali in loco, tanta in angustia, tali in siti, potauerunt eum aceto?

Christum præsignabat Ioseph.

f *Quapropter nunc migrabunt, &c.* † RVPERTVS IBID. Ac si diceret, Mirabilius, imò miserabilius, & maiori cum spectaculo totius orbis migrabant, quàm migrauerunt vmquam homines alij

NICOLAVS DE LIRA.

1 Transite in Calamne. *Id est, in Babylonia, vt dicit Ra. Sa.*
2 Et ite inde Elimath. *Quæ nunc dicitur Antiochia.*
3 Et descen. in Geth. *Quæ erat principalis inter quinque ciuitates Philisthinorum.*
4 Si latior. *Quasi dicat, non, immò dedi vobis latiorem, & meliorem terram: & hoc est verum, si considerentur principia istorum regnorum, quæ fuerunt minora in extensione & bonitate à principio, quàm regnum Iudææ datum populo Israel à Deo, sed regnum Babylonia & Antiochia postea fuerunt magis dilatata in spatio & fortitudine.*

An maius fuerit regnũ Iudæorum regnis hic nominatis.

5 Qui separati estis. *In Dei præscientia.*
6 In diem ma. *Id est, ad punitionem magnam, eo quod vobis regno dato abusi estis, ideo subditur,*
7 Et ap. *Consequenter arguit eos de carnalitate, dicens,*
8 Qui dor. *Notans eos de nimia curiositate & luxuria, & similiter de gula,* Qui comeditis agnum, &c. *& de inepta lætitia, ibi:* Qui canitis.
9. Sicut Da. put. se hab. vasa cantici. *Id est, instrumentis musicis vti, quasi dicat, non est ita, eò quod Dauid in diuinis laudibus vtebatur istis, ipsi autem in lasciuiis & dissolutionibus.*
10 Bibentes. *Cùm excessu & nimietate.*
11 Et optimo vnguento. *Ad odorem suæ carnis procurandum. Et dicunt hic aliqui, quod vnguentum optimum dicitur illud, quo vngebantur vasa diuino cultui applicanda, de quo præcipitur Exod. 30. quod nullus sub pœna mortis vtatur ipso ad odorem suæ carnis.*

Vnguentum optimum quid hic dicatur?

12 Et nihil patiebantur. *Id est, compatiebantur.*
13 Super contri. Ioseph. *Id est, destructione populi Israel per prophetas nuntiata: reputabant enim verba eorum friuola.*
14 Quapropter. *Hic consequenter subditur debita pœna. Et diuiditur in duas partes, quia primo prædicitur pœna, secundo resumitur culpa, ibi,* Numquid currere. *Circa primum dicitur:* Quapropter. *Id est, propter prædictas culpas.*

Diuisio.

Nunc

MORALITER.

† 1 *Transite.* Id est, considerate terras infidelium.
4 *Si la.* Id est, si sunt magis diuites & magis honorati quam vos estis inter Christianos, quasi dicat, non, nam prælati Christianorum & clerici ditiores sunt & magis honorati quam aliarum Gentium, & propter hanc ingratitudinem grauius punientur: ideo sequitur.

Nullibi in tanto honore est sacerdotium in quanto apud Christianos.

5 *Qui separati estis.* In Dei præscientia ab electis.
7 *Et approping. solio iniq.* Vestros subditos peruersè iudicando.
8 *Qui dor.* Id est, nimis curiosè & sumptuosè paratis, & ibidem luxuriam exercetis.
† *Qui*

† *Qui come.* Nimis carnaliter viuendo.
† *Qui cani. &c.* Per mimos ineptam lætitiam exercendo.
9 *Sicut Dauid.* Quasi dicat, non est ita, quia Dauid vtebatur psalterio ad laudes domini decantandas.

Luxus cleri.

10 *Bibentes.* Excessiuè & nimis delicatè.
11 *Et optimo vng.* Ad odorem carnis vestræ.
12 *Et nihil patiebantur sup. contritione Ioseph.* Id est, populi sui temporaliter & spiritualiter afflicti.
14 *Quapropter.* Hic consequenter ponitur pœna, cum dicitur, *Quapropter nunc*: scilicet, de delectatione præsenti ad pœnam inferni.
† *Detester*

alij siue populi, quicumque transmigrauerunt, siue transmigraturi sunt, siquidem multi victi aliis vincentibus, de suis seditibus migrauerunt, & captiui ducti sunt: sed isti ita capti fuere & sunt omnium transmigrantium, vt nullius vnquam transmigrationis tale fuerit miraculum.

Transmigrationi Iudæorum parem non inuenies.

a *Iurauit dominus.* HIER. lib. 3. cō. Omnis sermo eius pro iuramēto debet accipi, & nostro more loquitur, non quod animā habeat sicut nos, sed nomine *anima* affectus diuinæ volūtatis ostēditur. Iurauit ergo in sua voluntate.

* Iere. 5. b. inf. 8. b.

Iurauit Dominus. IBID. Contumelias hæreticorum odisse, quia quidquid dicūt dignum est odio, & quòd destruet ciuitatem & habitatores, id est, populum & magistros. Quod si fuerint aliqui, qui videantur dissentire à malicia eorum, per conuersationem & colloquia eorum decepti, moriuntur morte quæ ducit ad tartara: quia ossa, id est, fortitudinem istorum sepeliunt vicini, de quibus dicitur, *Sinite mortuos sepelire mor. suos.* Sed ille qui ex toto manet foris, non ingrediens domum mortui, sed magis mortuos eiiciens, & prouocans ad pœnitentiam, imperat ei, qui mortuos comminuit, vt taceat, quia polluto ore non debet nominare bonum nomen Dei. Vnde dicitur, *Peccatori dicit Deus: quare t. e. i. m. &c.*

De hæreticis & de eis qui illis consentiunt vel repugnant.

Luc. 9. g.

Psal. 40. c.

† THEODORETVS in com. Principes, inquit, viribus præstantes eos captiuos abducent, denique Ephraim potentia capietur: veracissimus enim & fortissimus est, qui hunc calculum contra eum tulit. Itemque arrogantiæ & contumeliæ eos condemnauit, & impietatem detestatus est. Tanta idcirco incolarum vrbis internecio fiet, vt in aliquibus ædibus omnes habitantes pereant, vicinique propinquíve genere ex aliis ædibus profecti, mortuorum cadauera humanda curent. Deinde inuestigent, numquid sit aliud insepultum? Interiùs autem respondentibus, nihil esse: silentio inquit, attoniti exeunt, hoc facere inuicem iussi, vt Deo omnipotente hunc calculum ferente.

a ¶ In præsenti non differetur pœna in futuro. b ¶ In principio.
¶ Principes primi captiui ducentur, quia potentes potenter tormenta patiuntur.

[1] nunc migrabunt in [2] capite transmigrantium, & auferetur

a ¶ Deinde collectio lasciuientis populi captiuabitur, vt qui vnum consensum habuerunt in voluptatibus, simul puniantur.

[3] factio lasciuientium. * [4] Iurauit dominus Deus in anima sua,

a ¶ Abiicio & abominor, vel specialiter x. vel generaliter xij. tribuum superbiam. b ¶ Contra Deum & contra Christum.

dicit dominus Deus exercituum. [5] Detestor ego superbiam

a ¶ Assyriis vel Romanis. b ¶ Samariam vel Ierusalem, vel quascumque ciuitates eiusdem terræ.

[6] Iacob, & domos eius odi, & [7] tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. [8] Quòd si reliqui fuerint decem viri in domo vna

a ¶ Si remanserint de captiuitate.

a ¶ Fame & pestilentia. b ¶ Qui mortuus fuerit. c ¶ Vicinus qui remanserit.

[9] & ipsi morientur. [10] Et tollet eum [11] propinquus suus & combu-

a ¶ Ad sepeliendum, quia præ multitudine mortuorum integra corpora non poterunt efferri, nec singulis corporibus singulæ sepulturæ impendi.
b ¶ Ille qui vocatus est, cum iam fuerit lassus portando.

[12] ret eum, [13] vt efferat ossa de domo, & [14] dicet ei qui in [15] penetralibus domus est. [16] Numquid adhuc est penes te? [17] Et respondebit: Finis est. [18] Et dicet ei. [19] Tace: & non recorderis nomi-

a ¶ Subaudi, aliquod corpus quod comburam. b ¶ Deintus qui corpora expellebat.
¶ Iam non habeo quem tibi tradam.

† RVPERTVS in cō. Legat qui vult historiam Iosephi, vbi excidium Ierosolymorum describit, & sciet quàm veraciter prædictū fuerit malum, *Tollet eum propinquus, &c.* Neque enim modus, aut numerus erat intra Ierusalem morientium, tempore obsidionis Romanorū, nec sufficere poterant viui mortuis efferendis. Cùm autem scire possint, ne dissimulare valeant Iudæi, hæc illis accidisse propter sanguinem Iesu Christi, mirum valde est, quod indomabili corde, & tunc dixerunt, & nunc vsque dicunt singuli ad alterum, *Tace, & non recorderis nominis Domini*: id est, eiusdem Iesu Christi, quem Deum & dominum esse, publica confessione confitentur Christiani.

Clades Iudæis per Romanos tanta vt illam fides vix assequatur.

Iudæorum pertinacia in negando Christum.

b *Et qui.* HIER. lib. 3. com. Qui remanserint in cubiculo domus, & qui eum vocauit ad comburenda ossa mortuorum.

IBID. Ille qui extrà corpus cremat, antequam ille iuret se non habere quem tradat, imperat vt taceat, & non recordetur nominis domini. Quia apud Israel nomen domini in tantam venerat obliuionem, quòd nec malis pressi, nec tribulationibus compulsi, dignabantur audire iuramentum per nomen domini.

Quanta obliuio nominis Dei apud Iudæos.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunc migrabunt. *Id est, citò migrabunt.*
2 In capite, &c. *Id est, optimates, qui sunt capitanei populi erunt in captiuitate primi.*
3 Et auferetur factio, &c. *Id est, adulatio eorum qui nutriebant eos in facinoribus suis.*
4 Iurauit dominus. *Id est, firmiter statuit quòd hæc pœna erit, ideò subditur,*
5 Detestor ego superbiam Iacob. *Id est, populi Israel.*
6 Et domos eius odi. *Id est, domum 10. tribuum & domum duarum.*
7 Et tradam ciuitatem. *Id est, ciuitates in manibus aduersariorum.*
8 Quod si reliqui. *Euadentes aduersarios per absconsionem sui in locis occultis.*
9 Et ipsi morientur. *Ibi fame, vel fumo incendij.*
10 Et tollet eum. *Id est, quemlibet sic mortuum.*
11 Propinquus suus. *Qui euasit manus Assyriorum.*
12 Et comburet. *Non potens eum deferre ad locum sepulturæ.*
13 Vt efferat ossa. *Quæ faciliùs possunt portari ad loca sepulturæ, quam totum corpus.*
14 Et dicet, &c. *Scilicet, dictus propinquus.*
15 Ei qui in penetralibus domus est. *Quærens mortuos in locis occultis.*
16 Numquid adhuc est. *Supple aliquis mortuus?*
17 Et respondebit. *Id est, non inuenio plures.*
18 Et dicet ei. *Id est, proximo ab eo quærenti.*
19 Tace, & non recor. nominis domini. *Qui nobis fecit mala ista: ita quod est verbum hominis impatientis contra dominum, secundum expositores nostros; Secundùm vero Hebræos, hæc est littera:* Et tollet eum propinquus suus de combustione sua, *id est, de loco vbi fuerat combustus,* vt efferat ossa *de combustione remanentia, & sepeliat ea.* Et dicet, &c. *& exponatur vt suprà vsque ibi:* Et dicet ei: *id est, proximo sibi loquenti.* Tace, *id est, non loquaris vltrà de ista inquisitione & sepelitione, & subditur ratio:* Et non ad recordandū no. *Id est, ista mors contingit eis, eo quod non recordabantur nominis Domini: & ideo non est curandum de eorum sepultura, sic exponunt Hebræi.*

Sensus illius: Et dicet ei, tace & non recorder &c.

MORALITER.

† 5 *Detestor ego superbiam Iacob.* Id est, illorum, qui alios volunt calcare, eò quòd Iacob supplantator interpretatur.

Superbi.

6 *Et domos.* Sequaces superbiæ ipsorum.
8 *Quod si reliqui fuerint decem viri, &c.* Ad dandum eis locum pœnitendi.
9 *Et ipsi morientur.* In peccatis suis, eò quòd tempore concesso sunt abusi.
10 *Et tollet eum propinquus.* Id est, Dæmon sibi suggerens mala die ac nocte, tollet eum ad pœnam gehennæ.
11 *Et comburet.* Infernali igne.
13 *Vt effe. ossa.* Id est, opera de genere bona, quæ dicuntur efferri.
14 *Et dicet ei qui in penetralibus domus est.* Id est, dæmoni qui insidiatur viuentibus.
1 *Numquid adhuc est penes te.* Scilicet, aliquis adducendus ad ignem gehennæ.
18 *Et dicet ei.* Scilicet, sic quærenti,
19 *Tace, & non recorderis nominis domini.* Id est, non dicas aliquid, vnde malus homo viuens habeat occasionem pœnitendi, sicut per hoc quod dæmon dixit Cypriano mago, quòd crucifixus erat maior omnium, idem Cyprianus conuersus fuit ad Christum.

Dæmon cupit vt sit sūmum silentium de eis quæ possint excitare homines ad pœnitentiā.

a *Quia ecce.* † RVPERT. in com. Maiorem domum, decem tribus; minorem, duas tribus dixit. Et hoc in percussione vtriusque notandum, quod maiorem *ruinis*, minorem *scissionibus* percutiendam fore dicit. Nam Israel, quia maiora peccauerat, feritur ruinis: domus autem Iuda, in qua erat templum, quia minus peccauerat, percutitur scissionibus, dum 70. annorum captiuitate retinetur. Denique & ipsa *ruinis & scissionibus* percussa est, quia Ierusalem vt rueret, primum in semetipsa scissionibus & seditionibus grauissimis (vt scribit Iosephus) percussa est. Tandem quippe domus Iuda domum Israel peccando superauit, vt docet Ezechiel eidē exprobrans, *Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eam sceleribus tuis, &c.*

Regnum 10. tribuū quomodo corruerit ruinis & regnum 2. tribuum scissionibus?

Ezech. 16.

Ex HIER. lib. 3. com. Per duas domos significatur ecclesia, ad Deum collecta de Iudæis, quasi de domo maiore propter legem & prophetas; & de Gentibus quasi de minore domo, quia erant alienæ à testamento Dei. Hæc ecclesia, si non habuerit disciplinam, & seruauerit mandata Dei, manum percutientis Dei sentit, dum persecutionibus & hæresibus & schismatibus grauatur. Quam manum si volumus effugere, de comparationibus animalium accipiamus exemplū. Petra, Christus vel summi doctores; Equi, dæmones: cum qui in Christo est diabolus non potest attingere, sed colliditur soliditate petræ.

Quomodo Deus Ecclesiam puniat.

b *Quoniam.* † RVPERTVS vbi suprà. Ad quid istas similitudines equorum & bubalorum induxerit, exposuit dicendo; *Qui lætamini in nihilo, &c.* Irridet eos sapientia Dei, qui confidunt in curribus & in equis, sicut confidebat Ephraim, &c.

HIER. vbi suprà. Quare de equo vel bubalo dixit, manifestat, *Quoniam.* Cùm hæc animalia seruent naturam, filij Israel naturam suam non seruant; *In furorē conuertit iudiciū*, qui iratus iudicat & hic nullum, vel amarum fructum capit de iustitia.

Quis dicatur in furorem vertere iudicium.

c *Numquid non.* HIERON. ibid. Dicebant decem tribus, quòd in sua fortitudine elegissent Ieroboam, & filios eius, contra Dei voluntatem.

d *Ecce ego.* IBID. Quia mali vsque adeò efferūtur in superbiam, vt ponant in cælum os suum: Deus suscitat sæuam gentem, quæ conterat eos, nec sinat introire Emath, vel torrentem. Emath murus, vel murata, id est, cælestis Ierusalem. In hanc non potest introire, vel saluari erectus in superbiam; neque in torrentem, de quo dicitur, *Torrente voluptatis tuæ po. e.* Emath, id est, Antiochia, est in principio terræ promissionis, ex alia parte terminatur torrente deserti, qui decurrit inter Pelusium & Rinocoruram ciuitates.

Cælum non patet superbis.

Psal. 35. c. Termini terræ promissionis.

---

a ¶ Qui tot mala infert nobis. b ¶ Præcipiet ministris Assyriis & Chaldæis. ¶ Et per eos percutiet dominus quia dabit illis vires percutiendi. c ¶ Decem tribuum quæ plus peccauerunt æterna captiuitate ferientur.

a nis dŏmini. [12] Quia ecce dominus mandauit, & percutiet dŏmum maiorem ruinis, & dŏmum minorem scissionibus. [13] Numquid currere queunt in pĕtris equi? aut arari potest in bŭbalis? Quoniam cŏnuertistis in amaritudinem iŭdicium, & fructŭm iustitiæ in absinthiŭm, [14] qui lætamini in nihilo, qui dicitis: Nŭmquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornŭa? [15] Ecce ĕgo suscitābo super vos dŏmus Israel (dicit dominus Deus exercituum) Gentem, & conteret vos ab introĭtu Emath vsque ad torrentem deserti.

a ¶ Iuda, in qua fuit templum. Scindetur quidem, Sed post LXX. annos resarcietur.

a ¶ In petrosis.

a ¶ Siluestris bos non potest domari vt suscipiat aratrum. ¶ Non.

b ¶ Cùm equi & bubali non possint mutare suam naturam, vos mutastis naturam Dei, quia suauem ad iracundiam prouocastis. c ¶ Iustè indicantem.

a ¶ Bonam operationem eius. b ¶ Amaritudinem.

¶ In vitulis, qui nihil sunt: quia idolum nihil est, vel in nullo bono verbo.

a ¶ Hæreticus vel quilibet malus in sua fortitudine gloriatur, sed iustus in Deo ventilat inimicos.

a ¶ Reges quibus ventilaremus inimicos? b ¶ Propter hæc mala. c ¶ Quæ dormire videntur. d ¶ O domus maior & domus minor.

a ¶ Assyriorum, & Chaldæorum.

a ¶ Id est, à principio terræ promissionis vsque ad terminum eius.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia ecce dominus mandauit, &c. *Id est, aduersariis Iudæorum inspirauit voluntatem veniendi contra eos.*

2 Et percu. &c. *Per eos.*

3 Domum maiorem. *Id est, regnum 10. tribuum irreparabiliter.*

4 Et domum minorem. *Id est, regnum duarum tribuum.*

5 Scissionibus. *Quæ tamen sunt reparabiles: vnde & captiuitas duarum tribuum relaxata fuit per Cyrum. Captiuitas verò decem tribuum adhuc non est relaxata, secundùm Hebræos.*

Relaxata est captiuitas 2. tribuum: numquam autem 10. tribuum.

6 Numquid. *Hic propheta resumit populi malitiam, dicens:* Numquid currere queunt in petris equi? *quasi dicat, Non: quia hoc esset contra solitum naturæ cursum, & tamen sic facitis in moralibus, ideo sequitur,*

7 Quoniam conuertistis in amaritudinem. *Ducentes vitam pauperum ad amaritudinem peruersione iustitiæ, ideo subditur,*

8 Qui lætamini in nihilo. *Id est, in vana gloria mundi.*

9 Qui dicitis, *Vos iactando.*

10 Numquid non in for. *Id est, potestatem temporalem acquisiuimus nobis propria virtute & industria, quasi dicant: Sic, ideo subditur pœna,*

11 Ecce ego. *Gentem, scilicet, Assyriorum contra regnum Israel, & Chaldæorum contra Iuda.*

12 Et conteret vos ab introitu Emath. *Qui est iuxta terminum Iudææ in parte Aquilonari.*

13 Vsque ad torrentem. *qui est in extremitate australi, & sic comminatur destructionem totius Iudæa.*

CAP.

MORALITER.

1 *Quia ecce.* Id est, permisit quod mali permaneant in fecibus suis ex eorum demerito, Apoc. 22. c. *Qui in sordibus est sordescat adhuc.*

2 *Et domum maiorem ruinis.* Id est, clerum malum permittet ruere de peccato in peccatum.

4 *Et domum minorem scissionibus.* Id est, laicorum communitatem in dissensionem, sicut videmus per guerras eorum adinuicem.

6 *Numquid currere queunt in petris equi? &c.* quasi dicat, Non, quoniam est contra solitum cursum. Et sic assueti malis, non possunt agere bonum, Ierem. 13. c. *Si potest Aethiops mutare pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.*

Assueti malis non possunt agere bonum.

7 *Quoniam conuerti. in amaritudinem iudi.* Innocentes iniustè condemnando.

8 *Qui lætam. in nihilo.* Id est, in bonis terrenis, Ierem. 4. f. *Aspexi terram & ecce va. & nihil.*

9 *Qui di. &c.* Attribuentes vobis potestatem à Deo vobis datam, & subditur pœna.

11 *Ecce ego suscip.* Id est, dæmonum ferocitatem, qui nomine *Gentis* significantur, eò quòd à Gentibus in idolis colebantur.

12 *Et conteret vos.* Totaliter primò per culpam, & post per pœnam.

CAPVT VII.

a HÆc osten. HIER. lib. 3. com. Non tantum euentura post multa sæcula, sed etiam quod proximis temporibus euenturum est, sermo propheticus prædicit. Solemus enim malis nostri temporis plus terreri, quàm futuri. Dicit ergo, in proximo futurum Sennacherib cum infinita multitudine, & post eum Nabuchodonosor: Sicut locustæ, si in principio serotini imbris, id est, verno tempore venerint, quãdo cuncta virent, & omnis ager parturit, cuncta penè consumunt: sic Sennacherib adueniens, dum floreret regnum 10. tribuum, cuncta vastauit & captiuauit. Et sicut pilos qui remanent à tonsore, nouacula superducta euellit: sic post Sennacherib veniens Nabuchodonosor (qui apud Isaiam nouacula vocatur, & hoc per bruchum signatur) duas tribus, quæ ibi reliquæ erant in terra illa, captiuauit. Tonsor autem, vel tonsura regis dicitur exercitus Chaldæorum, qui nihil virentis herbæ reliquit in terra.

Isai. 7. d. Hebræos diripit Sennacherib absumit Nabuchodonosor.

HIER. ibid. ALLEG. Cùm post opera iustitiæ aliquis grauia committit, inducitur super eum generatio locustarum, veniens manè, quando incipit peccata sua cognoscere. Et quia non agit pœnitentiam, adducitur bruchus, id est, quædam superba & arrogans fortitudo, quæ omnia consumit. Sed sancti pro huiusmodi precantur, dicendo, *Domine parce*, quia quis medicorũ potest istam Emorroidem sanare, nisi tu solus? *Paruulus est*, quia nulla vel pauca vestigia virtutum in eo sunt: Hac prece placatur Deus.

Preces sanctorum auertunt pœnas quas statuerat Deus infligere impiis.

† THEOD. in com. Dum horribile, inquit, spectaculum illud vidi, Deum rogaui vt misereretur, atque internecionem restingueret: ac non assensus est meis precibus, propter iniquitatis magnitudinem. Fœtus autem locustarum appellauit Assyrium, bruchum verò Babylonium.

† RVPERT. in com. Venturum intelligit exercitum Assyriorum, pro multitudine simul & vanitate breuis vitæ, locustis comparabilem: nihilominus & pro depopulatione cunctorum nascentium, quam facturi erant in morem locustarum. Nam *locustæ fictor* est Dominus, idem qui magnorum conditor est, & Deus.

b *Domine.* HIER. vbi suprà. Nolo me electum esse de numero pastorum, vt nuntiem ruinam x. tribuum.

c *Paruulus.* IBID. Numero Gentium, vel sanctorum, vel fortitudine sæpè ab hostibus deletus.

d *Misertus.* Captiuitatis 10. tribuum vltra montem Persarum; multi de eisdem remanserunt, duæ etiam tribus post 70. annos cùm pœniterent relaxatæ sunt.

e *Non erit, &c.* † RVPERTVS vbi suprà. Cùm dicit, *Sed istud non erit*, sensus hic est. Erit quidem vt ceteras ciuitates Iuda capiat Sennacherib, & cuncta in circuitu Ierusalem deuastet ille tonsor gregis: sed non istud etiam erit, vt vrbem hanc ingrediatur.

f *Et ecce voc.* † RVPERT. ibid. Cùm hæc dicit, intelligit quòd Nabuchodonosor regem Babylonis vocaturus foret Dominus, vt veniret contra Iudam & Ierusalem, eaque igne succenderet: quod erat vocare iudicium ad ignem, id est, iudicare vsque ad ignem. Iusto namque iudicio ei tradenda erat ciuitas, vt succenderentur, quia domum Domini speluncam latronum fecissent.

HIERONYMVS. Per destructionem, quam fecit Sennacherib in decem tribubus, significatur irreparabilis destructio hæreticorum. Per duas, quas captiuauit Nabuchodonosor, significantur peccatores in ecclesia, qui bene credunt, sed vitiis sordent. His purgandis vocat Deus iudicium ad ignem, *vt quale sit opus vniuscuiusque probet*. Hic ignis priùs deuorat abyssum, id est, omnia genera peccatorum: & postea venit in eos, qui sunt in parte Dei, vt à domo Dei incipiat iudicium, vt si cuius opus arserit detrimentum patiatur, ipse autem saluetur: & sic humiliatis miseretur Deus. Et quia

Hæreticorũ irreparabilis destructio.

Catholicorum peccantium flagellatio.

CAP. VII.

a Non solum prædicta, sed etiam hæc quæ dicturus sum.
HÆc ostendit mihi dominus Deus. [1] Et ecce
a Creator Assyriorum, qui per locustas significantur.
fictor [2] locustæ [3] in principio [4] germinantium
a Subaudi veniebat. b Vel tonsuram regis, vel tonsorem.
serotini imbris, & ecce serotinus [5] post ton-
a Bruchus qui venerat post locustam, & oculo mentis intelligerem quid per bruchum signaretur, timens ne tota gens funditus extirparetur, versus sum ad preces.
sionem [6] gregis. [7] Et factum est cùm consummasset comedere
b herbam terræ, dixi: [8] Domine Deus propitius esto obsecro.
a De captiuitate, nisi tu? b Lachrymis deprecantis placatus.
c Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? [9] Misertus est autem
d a Non perdam omne genus Israel, sed reliquias saluabo. b Etiam quæ dicturus sum.
e dominus super hoc. [10] Non erit, dixit Dominus Deus. [11] Hæc
a Immittit Deus ad vindictam Nabuchodonosor. b Vt succendat ciuitatem & templum.
f ostendit mihi dominus Deus. Et ecce [12] vocabat iudiciũ ad ignẽ [13]

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VII.

HÆc ostendit. *Superius Amos denuntiauit suam prophetiam, hic ex hoc patitur calumniam, secundum quod dicit Ioannes os aureum.* Incurrit odium qui arguit criminosos. *Et diuiditur in duas partes, quia primò patitur calumniam, secundò resumit suam prophetiam cap. seq. Prima in duas, quia primò ponitur calumnia specialis occasio: secundò calumniæ impositio, ibi,* Et misit. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur occasio indirecta, secundò directa, ibi,* Hæc ostendit. *Licet enim tota prophetia Amos fuerit occasio calumniandi ipsum generaliter, tamen prophetia in hoc cap. posita fuit occasio specialis: Et ponuntur hic primò duæ visiones, quæ fuerunt huius calumniæ occasiones, indirectè tamen. Secunda ponitur ibi,* Hæc ostendit. *Circa primum sciendum, quod propheta visione imaginaria videbat Deum producentem locustas ad corrosionem terræ nascentium, tamen ad preces eius non produxit ad effectum, sicut ad præsentiam Niniuitarum impedita fuit subuersio per Ionam proclamata, & hoc est quod dicitur,*

Odium veritas parit.

Diuisio.

Visio locustarum.

1 Hæc ostendit. *In visione imaginaria: cuius tamen significationem intellexit propheta, & sic intelligendæ sunt aliæ visiones sequentes.*

2 Et ecce fictor. *Id est, formator.*

3 Locustæ. *Id est, locustarum, sicut Exod. 8.* Venit musca grauissima, *Id est, multitudo muscarum.*

4 In princ. *Id est, in illo tempore quo solent blada tuellare.*

5 Et ecce ser. post tonsio. *In Hebræo habetur,* Post tonsionem regis. *Et videtur hæc littera falsificata per imperitiam scriptorum, propter similitudinem dictionum: vel per imaginationem aliquorum correctorum, eò quòd tonsio magis dicitur de gregibus, quàm de regibus. Ad intellectum huius litteræ sciendum, quod sicut in terra ista, quando blada adhuc sunt in herba, & nondum inceperunt tuellare, ponuntur ibi agniculi ad comedendum summitates: sic in Iudæa, tunc tondebantur blada & illa tonsio erat pro animalibus regis nutriendis, ideo dicebatur tonsio regis, & secundum hoc dicit:* Et ecce serotinus. *Id est, tempus quo blada incipiunt tuellare.*

Tonsio regis quid hic dicatur.

6 Post tonsionem. *Quia si postea tonderentur, non possent sic fructificare.*

7 Et factum est cùm consummas. *Scilicet multitudo locustarum. Hoc tamen non erat in re, sed in visione imaginaria.*

8 Dixi, &c. *Deprecando ne inferretur hæc plaga populo.*

9 Quis susci. *Id est, releuabit populum Israel ab ista plaga, si in plagam feratur? q. d. Nullus, nisi tu.*

10 Misertus est dominus super. *Non inferendo plagam ostensam.*

11 Hæc ostendit. *Hic ponitur secunda visio de futuro incendio, quæ finaliter fuit impedita per orationem prophetæ. Et quantum ad hoc dicitur,*

12 Et ecce vocabat iudicium. *Id est, angelos executores suæ iustitiæ.*

13 Ad ignem. *Id est, succendendum totam regionem.*

Et

MORALITER.

†1 *Hæc ostendit.* Hic ad litteram describitur duplex plaga, quam ostendit dominus Amos prophetæ in terram venturam. Prima fuit locustarum germinantia corrodentium. Secunda fuit ignis deuorantis: sed vtraque fuit impedita.

MYSTICE. Per prophetam, qui olim dicebatur videns, (vt habetur 1. Reg. 9.) significatur bonus religiosus contemplationi diuinæ intentus, qui tribulatione super populum imminente debet, vt Deus eam auertat, feruenter orare: Potest etiam per plagam locustarum significari plaga detractorum, qui rodere student vitam & famam bonorum: Et per plagam ignis, culpa cupiditatis & carnalitatis, pro quarum auersione debent religiosi Deum exorare, & tantò deuotius, quanto plaga spiritualis peior est corporali.

Officium boni religiosi.

† Et

quia paruuli & humiles sunt, suscitantur modo per virtutes, tandem in gloria. Nabuchodonosor dicitur *iudicium*, quia per eum iudicauit Deus populum, qui noluit discernere inter creatorem & creaturam.

Dei auxiliū protegens Iudæos.

a *Et ecce dominus stans.* HIER. lib. 3. com. Per *murum litum*, populus Iudaicus, qui *litus* per circumcisionem & Dei cognitionem: Per *trullam* quæ ornat murum, auxilium Dei, qui protegit sperantes in se.

Psal. 16. b.

† RVPERT. in com. Grauissima res denuntiatur per trullam cementarij ponendam in medio populi: & ideo vt attentus sit inspector propheta, dicitur ei, *Quid tu vides?* Extrema namque & irrecuperabilis destructio hac ostensione ostensa est, prophetæ, quæ accidit ad vltionem Iesu Christi, quæ per manus Romanorum facta est. Quo ex tempore nō est propheta qui pro gente illa intercedat, quatenus propitius sit, & quiescant, quemadmodum Isaiam deplorans, *Non est*, ait, *qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te. Murum* autem *litum* ita dixit vt parietem dealbatum, id est, sacerdotium, quem parietem tamdiu Dominus induxit, seu dealbauit, habens in manu trullam cementarij, quamdiu carnalem Iudaismum permisit gloriosum videri stante templo, & florente religione in carnalibus ceremoniis.

Iudæi modo non habent vllum qui pro eis Dei iram deprecetur. Esa. 64.

Act. 15.

b *Et sanctificationes.* HIERONYMVS vbi suprà. Quia Assyrij non solum principes & populum captiuauerunt, sed etiam vitulos aureos destructos in pretium redegerunt.

c *Et misit.* IBID. Q. Pontifex audet mittere ad regem, timens ne si populus conuertatur ad cultum Dei, ipse sacerdotij amittat gloriam.

IBID. Hæc ad hæreticos referuntur, quorum sacerdos Amasias solet mittere ad regem & patronum hæreticorum, accusando iustos, & præcipiens eis, ne contra regis voluntatē prædicent: quia Bethel, id est, falsa eorum ecclesia & sanctificatio regis. Dicunt enim: rex nobis consentit, & qui aliter prædicat, Deum offendit.

Hæretici fingentes contra regem fieri cùm à Deo stant fideles.

† THEOD. in com. Cùm hæc à prophera dicerentur, & Amasias sacerdos Bethel metueret, ne si minationibus diuinis populus perterrefactus fuisset atque ad pœnitentiam se tradidisset, desisteret idola obseruare, & ipse interim quæstus occasiones amitteret: falsa veris assuens, ad regem defert prophetam, & criminatur his verbis sequentibus.

Amasias timet ne quæstu quem ex idolo percipiebat spolietur.

d *Rebellauit contra te Amos, &c.* Quæ de populo & regno detulit, vera erant: quod verò de rege dixit, mendacium.

† RVPERT. in com. Hoc agendo satis indicat, quam nequissima intentione ori eius eatenus insidiatus fuerit, vt inueniret vnde accusaret eum sacerdos aurei vituli: quando ne paruum videretur crimen, quod de domo regis propheta dixerat, in ipsam regis personam detorsit, corrumpens puritatem sermonis.

Amasiæ calumnia nequissima.

Glossa interlinearis: a Delebit populum, qui comparatur aquæ propter fluxum. — a Subaudi Dei, id est templum & altare. — Orans pro populo. — b A vindicta quam incepisti exercere. — a Quia non est alius qui possit releuare humiliatum, nisi tu, qui captiuos potes in terram Iuda reducere. — a Cùm in supradicto capitulo dixisset, hoc non erit: addit hoc etiam non est futurum, quod timebat. — a Plastratum & ornatum & planum, contra iniurias pluuiarum munitum. — a Deponam, auferam auxilium meum. — a Ornare, & protegere. — b Murum. — a Me desistente ab auxilio destruentur. — b In Dan & in Bethel & in omnibus collibus. — c Id est, vituli per quos putabant se sanctificari. — a Id est, familiam & filios eius, ipse enim non fuit in gladio interfectus. — b Qui fuit nepos Iehu.

dominus Deus, & deuorabit abyssum multam, & comedit simul partem.[5] Et dixi, Domine Deus quiesce obsecro. Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? [6] Misertus est dominus super hoc. Sed & istud non erit, dicit dominus Deus. [7] Hæc ostēdit mihi dominus Deus. Et ecce dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cementarij. [8] Et dixit dominus ad me: Quid tu vides Amos? Et dixi: Trullam cementarij. Et dixit dominus: Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel. Non adiiciam vltra superinducere eum, & demolientur excelsa idoli, & sanctificationes Israel desolabuntur & cōsurgā super domum Ieroboam in gladio.[10] Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboam regem Israel dicens: Rebel-

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et deuorabit. *Sic enim imaginariè videbatur propheta, quod ignis esset ita fortis, vt consumeret etiam aquas profundas, nomine abyssi signatas, & per hoc intellexit propheta comminationem incendij futuri in terra.*

2 Et dixi. *Deprecando vt non fieret: & exponatur, vt suprà. Ex dictis patet, quod illa expositio, quæ dicit exercitum Assyriorum, signatum per locustas in visione prima, ad destructionem regni Israel, & exercitum Chaldæorum per ignem in secunda, quæ incendit Ierusalem, non est conueniens: quia plagæ hic ostensæ reuocatæ fuerunt, illæ verò non. Istæ etiam duæ visiones fuerunt indirectè causa calumniæ contra Amos, in quantum pro plagis illis reuocandis, quæ tangebat populum communem, orauit, & pro reuocatione sequentis non orauit, quæ tangebat domum regiam.*

Non rectè exponi locustas de exercitu Sennacherib & ignē de exercitu Nabuchodonosor.

3 Hæc ostendit. *Hic ponitur tertia visio, quæ fuit directa occasio calumniæ contra Amos, cùm dicitur,*

4 Et ecce dominus stans super murum litum. *Id est, linitum, & per murum intelligitur robur regni 10. tribuum, per linitionem, diuina protectio, eo quod muri linitio protegit à niue & pluuia.*

5 Et in ma. eius tr. *Quæ est instrumentum ad liniendum. Et sequitur post,*

6 Ecce ego ponam. *Id est, deponam.*

7 Trullam. *Subtrahendo à regno 10. tribuum protectionem meam.*

8 Non adii. vl. sup. *Id est, linire, per quod intelligitur protegere, secundum prædicta. Hebræi autem aliam litteram habent, tamen ad eamdem sententiam, quæ est,* Ecce dominus stans, super murum lineatum, & in manu eius linea: *& accipitur hic linea pro chorda latomi, in cuius extremitate est plumbum, & cum qua considerat, si murus erigitur rectè super fundamentum, & si inuenit distorsionem, reducit eum ad rectitudinem. Et per hoc designatur diuina iustitia tortuositatem culpæ emendans per pœnam: ideo sequitur:* Ecce ego ponam lineam in medio populi mei Israel, *id est, rectitudinem iustitiæ meæ, eius peccata punientis.* Non adiiciam vltra pertransire eum, *id est, dissimulare eius peccata absque punitione.*

Tertia visio

9 Et demol. *Id est, Bethel & Dan, vbi colebantur vituli.*

10 Et sanctificationes. *Id est, omnia loca vbi offerunt oblationes & sacrificia.*

11 Desolabuntur. *Quod fuit impletum per regem Assyriorum 4. Reg. 17.*

12 Et consurgam sup. *Quod fuit impletum per Sellum, qui interfecit Zachariam filium huius Ieroboam, & regnauit pro eo, 4. Reg. 15. & hæc visio fuit directa occasio calumniæ contra Amos.*

13 Et misit. *Hic consequenter ponitur calumnia contra Amos: & primò ponitur hæc calumnia; secundò calumniatoris pœna, ibi,* Et respondit. *Prima in duas, quia primo Amos accusatur; secundò molestatur, ibi,* Et dixit. *Circa primum dicitur,* Et misit, *scilicet nuntios.*

Diuisio.

14 Ama. sa. Bethel. *Qui erat locus principalis cultui vituli dedicatus.*

15 Ad Ieroboam. *Iste fuit Ieroboam filius Ioas, 4. Reg. 15.*

16 Rebellauit. *Excitans populum ad te odiendum.*

MORALITER.

† 4 *Et ecce dominus.* Ad litteram, per linitionem muri, significatur circa regnum Israel protectio Dei: & per cessationem linitionis, subtractio diuinæ protectionis, & hoc propter idololatriæ vitium induratum. Per hoc autem quod Amos constanter hoc denuntiauit, significatur quòd bonus & constans prædicator denuntiare debet pœnam debitam peccatis magnatorum. Per Amasiam sacerdotem, qui voluit ipsum terrere, & sic de terra Israel effugare, significantur mali sacerdotes, qui per se & alios nituntur repellere veritatis prædicatores. Et sicut in pœnam huius, vxor Amasiæ fuit adulterio polluta, & ipse captiuus ad terram pollutam ductus, & ibidem mortuus, & filij eius, & filiæ gladio occisi sunt: Sic talis sacerdotis parochia polluitur vitiis, & filij eius, & filiæ spirituales cadunt gladio dæmonis, & ipse ducitur ad terram pollutam inferni, quæ dicitur terra tenebrosa, & ipse moritur ibi morte secunda.

Officium boni & constantis prædicatoris.

De malis parochis qui repellunt prædicatores.

a In gladio. HIER. lib. 3. com. Si dixisset morietur Ieroboam: videretur non suscipere pœnitentiam, sed ait: *Consurget dominus*, quasi comminans vt agat pœnitentiam.

b Et dixit. IBID. Prophetam vocat vel irrisoriè, quasi mendacem: vel quia videt eum à populo libenter audiri, nō audet inferre apertam iniuriam, ne auditores illius lęderet.

† RVPERT. in com. Non parcè loquitur, non leniter se aduersus Deum erigit cornutus bubalus, vibrans superbiæ cornu, nec recipiens iugum domini. Videntem autē, id est, prophetam eum appellat, & tamē se potius & regem suū audiri imperat, quàm Deū.

Superbia Amasiæ.

c Sanct. regis. HIER. suprà. Nō ait sanctificatio Dei nostri est, sed regis: adulando regali fastigio. Mos enim est colentibus falsos deos, vt quod faciunt suis regibus attribuant.

Parasiti aulici.

d Non sum propheta. † RVPER. vbi suprà. Quid aliud loquitur, nisi illud quod Apostoli dixerunt, *Obedire oportet Deo, magis quā hominibus?* Sancto enim nobilitatus Spiritu, dū cælo tonante & imperante vt prophetaret, ranā è contra è limo coaxantē audiret, dignam superbiæ hominis pœnam de oraculo pectoris huius Spiritus sanctus protulit, dicendo illi. Ego non solummodo non desinam prophetare super Israel, verum etiam prophetabo tibi, *Vxor tua in ciuitate fornicabitur, &c.*

Constantia Amos prophetæ.

† THEODORETVS in com. Suscipe Amasia, contra te prædictionem, quoniam me Israel prophetiam explicare vetas, ne lucra tua impediam. Scito igitur vxorem, quam nunc habes, te visurum publicè & palam ab hostibus per vim stupratam: tu verò in externa terra è vita excedes: ac vniuersus populus easdem, quas tu, pœnas dabit.

Prædicit Amos Amasiæ dura.

SVPRA. Spiritus non semper administrat prophetis prophetiam, sed ad tempus & tunc rectè dicuntur prophetæ, cùm illuminantur. Qui ergo ait: *Non sum propheta*; intellexit, modò. Sycomorus idē est quod rubus afferens mora, quæ pastorum famē depellūt, & folia esuriem pecorum.

Sycomorus.

e Vade & proph. ad pop. IBID. Quia humiliauit se dicens, Non sum propheta, statim meruit accipere spiritum prophetiæ.

f Non stillabis. IBID. Prophetę dicunt *stillare*. i. quædam parua de ira Dei annūtiare, quasi quasdam stillas mittere. Nulla enim creatura posset iram Dei omnipotentis, quanta est, sustinere.

Quid sit stillare iram Dei.

g Vxor. HIER. ibid. Amasias interpretatur robustus & frigidus, quia ferox & rebellis hæreticus prohibet ecclesiasticum virū ne proferat Dei doctrinā, & corrigat populū errantē. Huius vxor, id est, falsa ecclesia, apparebit omnibus, & filij quos in errore genuit, gladio Dei ferietur. Humus illius & omnia quæ habet, erit possessio dæmonis, & ipse moritur in terra polluta, quę nō habet habitatorem Deum, sed multis erroribus contaminatur; & populus, qui falsum nomē Israel sibi assumit, captiuatur de terra, vt non Deo sed dæmonibus & hæreticis seruiat.

Multiplex maledictio quæ hæreticos manet.

IBID. Non est tantus dolor in filia stuprata, quantus in vxore polluta: nec tantus in occisa vxore, quantus in filiis trucidatis. Maritus enim vxorem mallet interfici, quàm pollui.

h Et Israel. IBID. Tandem captiuitas fiet, prius inspectis, his malis, quia non prius morieris, quàm videas captiuari, quos deceperas.

---

a In hoc contumelia tua, non mea. b Tanta loquitur, aduersum te, & tuos, vt habitatores terræ non possint sustinere.

lauit cōtra te Amos in mēdio domus Israel. Nōn poterit terra [1]

a Verba, quæ Deus per Amos loquebatur, non Deo sed prophetæ attribuit vt iram regis contra eum excitet.

sustinere vniuersos sermones eius. [11] Hæc enim dicit Amos:

a In hoc mentitur. Non enim dixit Amos, morietur Ieroboam; sed, consurget super domum eius, nisi pœnitentiam egerit.

a In glādio morietur Ieroboam, & Israel captiuus migrabit [2]

a Nisi pœnituerit. Cùm Ieroboam verba Amasiæ quasi vana respueret, ille assumit auctoritatem sacerdotis, dicens ad Amos. b O propheta Amos.

b dē terra sua. [12] Et dixit Amasias ad Amos: Quī vides, gradere, [3] [4]

a In qua natus es, vbi libenter audiuntur insani. b Exerce artem tuam ibi, per quam cibos habeas. c Vt de prophetia viuas.

fuge in tērram Iuda, & cōmede ibi panem & prōphetabis [5] [6]

a Quia ibi habes multos, quos consueuisti seducere. b Vbi ego sum sacerdos.

c ibi, [13] & in Bethēl non adiicies vltra vt prophetes: quia sancti- [7]

a Hunc locum sanctificauit rex, hic sanctificatur populus. b Hic rex habet regiam domum.

d ficātio regis est, & domūs regni est. [14] Et respondit Amos, & [8]

a Vel eram. b Hoc humilitatis. c Hoc veritatis.

dixit ad Amasiam: Non sūm prophēta, & nōn sum filius pro- [9]

a Bubulcus, vel pastor aliorum pecorum. b Decerpens frondes sycomororum & aliarum arborum ad pastum pecorum.

phetæ, sed armēntarius ego sum vellicans sycomoros. [15] Et tu- [10]

a Notat se ex humili, ad digni officij altitudinem per gratiam assumptum, vt in hoc officio magis Deo præcipienti, quàm Sacerdoti prohibenti obedire debeat.

lit me dominus Deus cùm sequerer gregem, & dicit dominus ad me: Vade propheta ad populum meum Israel: [16] & [11]

e

a Cùm prohibeas prophetare.

nunc audi verbum Domini: Tu dicis non prophetabis super [12]

a Decem tribus. b Non annuntiabis iram Dei cultoribus idolorum. c Ecce digna retributio.

f Israēl, & non stillābis super domum idoli. [17] Propter hōc hæc [13]

a Bethel. b Polluetur ab hostibus coram oculis tuis.

g dicit dominus: Vxor tua in ciuitāte fornicābitur, & filij tui [14]

a Quam possides. b Mensurabitur ab Assyriis, quam dabunt seruis & ancillis suis. Hostium.

& filię tuæ in gladio cadent, & hūmus tua funicūlo metietur. [15]

a Qui nunc gloriaris in sacerdotij dignitate, vel potestate. b Assyriorum. c Idololatriis.

h Et tū in tērra pōlluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua. [16]

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non poterit ter. *Id est, non est dignum ipsum amplius viuere super terram, quia dicit hæc.*

2 In gladio. *Hæc accusatio fuit falsa: Amos enim non dixerat hoc de Ieroboam, sed de domo eius seu posteritate, vt patet per prædicta.*

3 Et dixit. *Hic consequenter Amos molestatur: vidit enim iste Amasias, quod rex parum curauit de sua accusatione, quia cognouit eam esse falsam: vel quia reputauit verba Amos friuola: ideo tentauit Amos fugare de terra illa dicens,*

Rex accusationem Amasiæ negligit.

4 Qui vides, *id est, tu Amos, qui dicis te habere Dei visiones.*

5 Fuge in terram Iuda. *Vbi audiuntur talia.*

6 Come. ibi panem. *Qui dabitur tibi pro tua prophetia.*

7 Et in Bethel non adiicies, &c. sanct. &c. *id est, locus dedicatus à rege pro cultu vituli, vt habetur 3. Reg. 12.*

8 Et respondit. *Hic consequenter prædicitur calumniatoris pœna, tamen Amos primò respondet ironiæ sibi illatæ, scilicet quod prophetaret in terra Iuda pro pane.*

9 Non sum propheta, *id est, Non sum de prophetis falsis, qui prophetant pro talibus acquirendis, secundum quod dicitur Ezech. 13. c.* Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei & fagmen panis, &c.

Prophetantes turpis lucri gratia.

10 Sed armentarius, *Id est, habens animalia, quæ erant diuitiæ illius temporis. q. d. Non indigeo victu necessario, vt pro illo prophetizem mendaciter, sed sum verus propheta, ideo subditur,*

11 Et tulit me dominus, &c. *Ita quod loquor ex inspiratione diuina, sic exponit Rab. Sal. Aliqui verò exponunt sic,* Non sum propheta, &c. *Id est, non sum tactus actualiter spiritu prophetiæ. Sed hæc expositio non videtur conueniens. Primò quia in toto veteri testamento, & nouo non solum dicitur propheta, qui actu tangitur spiritu prophetiæ: sed etiam qui consueuit tangi, quamuis actu non tangatur. Secundò, quia statim in eadem serie prædixit prophetice punitionem Amasiæ, d.*

Cur dicat se Amos non esse prophetam.

12 Tu dicis non prophetabis, &c. *Volens impedire verbum domini.*

13 Propter. *Hæc erit pœna tua.*

14 Vxor tua in ciuitate fornicabitur, &c. *Ab Assyriis ciuitatem capientibus, qui polluent in oculis tuis vxorem tuam, & occident prolem tuam.*

15 Et humus tua funiculo metietur. *id est, extraneis Gentibus diuidetur. Rex enim Assyriorum captiuato regno 10. tribuum, misit illuc Gentes alienas ad possidendum terram 4. Reg. 17.*

16 Et tu in terra polluta. *id est, in Assyriorum terra, multis idololatriis polluta. Dicit autem Hieron. in prologo eius prophetię, 3. quod Amasias sacerdos frequenter plagis afflixit Amos, & tandem filius eius Ozias eum vecte per tempora transfixit; & sic dolore vulneris expirauit, quod hic non exprimitur.*

Amos ab Amasia plagis afflictus & ab Ozia eius filio vecte per tempora transfixo occisus.

CAP.

CAP. VIII.

A a HAEc ostendit. Sequitur, *Vncinum*. HIER. l. 3. com. Sicut vncino trahuntur rami arborum ad carpenda poma: ita proximare facit tempus captiuitatis, vt apertè ostendatur, quid per vncinum significetur; subdit, *Venit finis*. Per vncinū intelligitur abbreuiatum tempus captiuitatis.

Quid per vncinum designetur.

† THEOD. in com. Visio hæc celerem & expeditam venationem Israel designat. Quemadmodū enim aues visco facilè capiuntur: sic ab Assyriis populus apprehendetur.

† RVPERT. in com. Post malorū ostensiones principalem eorumdē malorum causam ostendi dignum erat. Hæc autem auaritia est, radix omnium malorum, qua infecti Iudæi ad omne scelus proni tandem ad hoc peruenerunt, vt Dominum gloriæ crucifigerent, ob istam maximè causam, quod disputabat contra auaritiam ipsorum, comprobās generationis illius esse homines, qui domum patris fecissent speluncam latronum. Nam dum ostenso vncino pomorum, dicit Dominus, *Venit finis, &c.* Subaudiendum est propter vncinum istum, siue propter illud quod significat. Hanc autem esse auaritiam, sequentia declarant. *Audite, qui conteritis pauperes, &c.* Vnica profectò est auaritiæ manus, nec vmquam nisi ad accipiendum extenditur.

Auaritia Iudæos perdidit.

C b *Venit finis, &c.* HIER. supra. Possunt hæc referri etiam ad tempus captiuitatis, quæ per Romanos facta est in vltionem sanguinis Christi: Et hic est *finis* & vltima captiuitas, vltra quam non parcit eis Deus; & *vlulant cardines templi*, super occisum populum * corruentes: Et in omni loco sparsum est *silentium* Iudęis litteram legentibus Moysi & prophetarum, sed, quia amiserunt spiritum nullam spiritualem intelligentiam habentibus. Vbicumque fuerint Iudæi, potius mussitant, quàm loquantur: & omnis interpretatio scripturarum eis muta est, & silens, quia non ponunt aures ad audiendum.

**corruentis*

Quam misera sit cōditio Iudæorum sub captiuitate Romana.

† RVPERT. vbi suprà. Quis vel qualis *finis* venit? Profectò malus: & quàm malus, apud Danielem reperimus his verbis, *Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & statuta desolatio, &c.*

Dan. 9.

c *Et strid.* HIER. vbi suprà. Vlulabunt præ nimia miseria habitantium. Et est hyperbolicè dictum, quod cardines portarum sentientes pondus miseriæ vlulent. Et quia facit mentionem templi, quod D erat Ierosolymis, hoc ad duas tribus pertinere videtur.

Hyperbolice.

† RVPERT. vbi suprà. Quis non audiuit stridorem cardinum illius templi, id est, subuersionem ciuitatis & sanctuarij factam vincentibus Romanis.

CAP. VIII.

¶ Etiam quæ dicturus sum.

a HÆc ostendit mihi dominus Deus: Et ecce vncinus pomorum. [1] Et dixit: * Quid tu vides Amos? Et dixi vncinum pomorum. Et dixit dominus

a ¶ Captiuitatis & interfectionis. b Generaliter super duodecim tribus.

b ad me: Venit finis super populum meum Israel. [3]

a ¶ Non negligam, neque impunita relinquam scelera eorum, sicut solebam.

c Non adiiciam vltra, vt pertranseam eum. [3] Et stridebunt car-

a ¶ Cùm venerint Assyrij. b ¶ Non omnes, quia multi trans montes Medorum ducentur.

dines templi in diē illa, dicit dominus Deus. Multi morien-

a ¶ Terræ eorum. b ¶ Id est, fiet, ablatis habitatoribus, qui in conuiuiis suis solebant resonare diuersis instrumentis musicæ artis.

d tur, in omni lōco proiicietur silentium. [4] Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ,

**supra 7. b.*

† THEOD. in com. Templi laquearium, *vlulatum* appellauit, clamorem intus necatorū, & crepitum lignorum deflagratorū. Ceterùm, multi cadentes erunt, in omni loco iniiciam silentium. Tanta inquit, erit cæsorum E multitudo, adeoque altum silentium, vt & vias, & vicos vacuitate habitantium sit occupaturum.

Descriptio lachrymabilis excidij Ierosolymæ & templi per Romanos.

† RVPERT. in com. Hoc quam verum sit refert Iosephus qui tragœdiam illam describens, mortuorum multitudinem refert penè incredibilem.

d *Audite hoc.* HIER. vbi suprà. Ne sine causa videatur comminatio captiuitatis, commemorat offensas populi: ô Iuda & ô Israel audite, quæ scelera feceritis, conteritis pauperem in iudicio, vt fame & egestate confectus auferatur de terra.

† RVPERTVS vbi suprà. *Audite hoc qui conteritis pauperem*, dicentes, *Quando transibit messis, & venundabimus merces, &c.* De vobis sermo est qui estis auari. Dum enim inhianter desideratis, vt consumpta messe, quæ pauperibus paruula est, possitis merces cariùs vendere: F Desideratis, sabbatum adesse, id est, septimum annum, quo secundùm legem nec licet seminare aut metere, vt tunc repositū frumentum aperientes, pro libito vestro vendatis, minuentes mensuram, & augētes syclum, id est, pretium: compulso paupere per inopiam, vt ipsas quoque frumenti vestri quisquilias, & in mercimonio tam infelici stateras quoque supponatis dolosas: dum inquam, taliter efficitis, vt in argento possideatis egenos fratres vestros (vendunt enim sese vobis necessitate compulsi) & pauperes factos possidetis pro calceamentis, id est, pro pretio, modico, vncino doloso poma carpitis: & idcirco venit super vos *finis*, qui à Daniele dicitur *vastitas*.

Iudæi in pauperes suos fratres crudeliter auari.

HIER. vbi suprà. Peruersi principes & doctores putant quæstum esse pietatem, & sedentes in templo, quasi nummularij, proponunt columbas, non in caueis, sed in cathedris quasi magistri vendunt dona Spiritus sancti. Et faciunt mensuram minorem & maiorem vt pauperibus vel nihil, vel parum dent; sed diuitibus longo sermone loquuntur, & propter penuriam capita pauperum

Symoniaca labes.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT VIII.

HÆc ostendit, &c. *Postquam Amos passus fuit iniuriam, Hic consequenter resumit suam prophetiam: Et diuiditur in duas partes, quia primò denuntiat populi destructionem: secundò, eius readificationem, post medium seq. cap. ibi,* In die illa. *Prima in duas, quia primò prophetat contra regnum decem tribuum: secundò contra regnum duarum cap. seq. Prima in tres, quia primo contra decem tribus prædicit pœnam succinctè: Secundo arguit crimen auaritiæ, ibi,* Audite. *Tertio, resumit pœnam magis diffusè, ibi,* Iurauit. *Circa primum dicit,*

Diuisio.

2 Ecce vncin. *Poma, quæ possunt manu colligi, primo colliguntur, & postea illa, quæ non possunt capi, nisi cum vncino, quo rami attrahuntur: & ideo per hanc visionem designabatur diuina vltio vltimata absque retractione: ideo subditur,*

Vncinus quid designet?

3 Venit finis super po. &c. Vt pertranseam eum, *dimittendo absque punitione. Hebræi dicunt quod hæc est littera,* Ecce calathus ficuum, *scilicet pessimarum, quæ nihil valent, sed proiiciuntur, & per hoc captiuatio populi designatur.*

4 Et stridebunt cardines. *In quo adoratur vitulus, & per stridorem cardinum intelligitur destructio ædificiorum. In Hebræo autem habetur,* Et stridebunt cardines palatij, *id est, palatiorum regis & principum.*

5 Multi morientur. *Non tamen omnes, quia Assyrij aliquos reseruauerunt, vt in captiuitatem ducerentur.*

6 In omni loco proii. silentium. *id est, ab omni loco repelletur, per clamorem morientium.*

7 Audite hoc qui conteritis, &c. *Hic consequenter arguit in potentibus crimen auaritiæ, dicens,*

Audite hoc qui conteritis paupe. *id est, pauperes ad nihilum redigis.* Dicen-

MORALITER.

† 1 *Hæc ostendit mihi dominus Deus, &c.* Hic ad litteram describitur punitio Israelitarum: per quam mysticè significatur punitio malorum Christianorum. Circa quam sciendum, quòd per vncinum fit secunda collectio pomorum, scilicet illorum, quæ sunt in alto: & sic non possunt colligi à sola manu. Vncinus vltimam punitionem significat, & sic dicitur,

Punitio malorū Christianorum.

3 *Venit finis super populum meum, &c.* Scilicet peccatorem.

4 *Et stridebunt cardines templi, &c.* id est prælati, qui grauius peccant, quàm alij. Et dicit *stridebunt*, quia de pœna inferni dicitur Matthæi 8. & 13. *Ibi erit fletus & stridor dentium.*

6 *In omni loco, &c.* Scilicet inferni.

† *Proiicietur silentium, &c.* Per clamorem cruciatorum.

7 *Audite hoc, &c.* Aure mentis, vt pœniteamini ante tempus huius punitionis.

† *Qui conteritis, &c.* Eò quòd non potest se defendere.

rum conculcant & non frumentum Dei, quod confirmat cor hominis, sed vilissimum puluerem auidis faucibus ingerunt. Hæc etiam vendentes, cùm dominus dicat, *Gratis acce. gratis date.*

Matth. 10. a.

a *Et quisquilias.* HIER. lib. 3. com. In tantam rabiem lucri prosiluistis, vt non solum frumentum ad sustentationem corporum vendatis, sed etiã purgamenta frumenti, puluerem, & paleas tritico cõmiscentes.

Sordes auaritiæ.

b *Iurauit.* Quis non comminanti credat, vel iuranti.

† THEOD. in com. *Superbiam Iacob* vocat iniustitiam, quam petulanter in pauperes cõmiserunt. Cùm autem Dominum *iurasse* dixit, suorum verborum veritatem ostendit. Non inquit in futurum in obliuionem vestra impia facinora venire patiar, sed omnem in vos cõmouebo terram, &c.

c *Et ascendet.* HIER. vbi suprà. Ille habitator de captiuitate, si egerit pœnitentiam, sicut Nilus dispositione Dei semel in anno irrigat totam Ægyptum, cumulis arenarum claudentibus hostia eius, ne defluat in mare, Et sicut post irrigationem solutis cumulis redit ad alueos & ingressus mare absorbetur: sic pòpulus iste, si perseuerauerit in delictis, descendet in captiuitatem, vel etiam æternam damnationem.

Homo pœnitens Nilo inundanti comparatus.

† TERTVL. lib. adu. Iudæos c. 10. Quod in passione Christi accidit, vt media dies tenebresceret, Amos annuntiat, dicens, *Et erit in die illa occidet sol media dies, &c.*

Luc. 23. f.

d *Et erit.* † IDEM lib. 4. adu. Marc. c. 42. In morte Domini elementa concutiuntur, Dominus enim patiebatur ipsorum. Ceterùm aduersario læso, cælum luminibus floruisset, magis sol radiis insultasset, magis dies stetisset, libenter spectans pendentem in patibulo Christũ Marcionis. Hæc argumẽta quoque mihi cõpetissent, & si non fuissent prædicata: *Cælum*, inquit Isaias, *vestiam tenebris.* Hic erit dies de quo & Amos, *Occidet sol media* [dies].

Tantæ elementorum commotiones in passione & morte Christi planè eũ Deum fuisse arguunt.

Isa. 50.

HIER. vbi suprà. Possunt hæc referri ad tempus passionis Christi, quando sexta hora sol non sustinẽs dominum videre in cruce, retraxit radios: & quando obcæcatis cordibus Iudæorum, in die luminis verus sol occubuit, & aduenientibus Romanis, festiuitates & cantica eorum versa sunt in luctum: & ex illa die omnia repleta sunt lachrymis, & pœnitudine, & cilicio, & decaluati sunt quia Christum non habent, qui est operimentum omnium electorum, tunc populus Israel quondam primogenitus Dei, æterno luctui traditus est.

Mala quæ Iudæis contigerunt ex quo Christũ non receperunt.

e *Super om. cap.* IBID. Loquitur secundum consuetudinem veterum, qui positi in tristitia radebant sibi capita, vel, quorum capita ab hostibus in captiuitate radebantur.

---

a ¶ Id est, tempus messionis, quo finito carius poterimus vendere merces nostras quas in messe collegimus.

⁵dicentes: Quando transibit messis, & venundabimus merces et sabbatum, & aperiemus frumentum vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas: ⁶ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus. ⁷Iurauit dominus in superbiam Iacob, si oblitus fuero vsque in finem omnia opera. ⁸Numquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius? Et ascendet quasi fluuius vniuersus & eiicietur, & defluet quasi riuus Ægypti. ⁹Et erit in die illa dicit dominus: occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. ¹⁰Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum. Et inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium.

Interlinear glosses: a ¶ Quando transibit, vt apertis horreis liceat vendere frumentum. a ¶ Quia minorem in vendendis mercibus, maiorem mensuram in accipiendis faciunt. b ¶ Maiori pretio vendamus quàm emamus. a ¶ Et hoc ideo. b ¶ Id est, per vsuram. a ¶ Tam viles habetis homines, vt impleatur in vobis quod supra dixi: Vendidistis argento iustum, & pauperem pro calceamentis. a ¶ Propter hoc. b ¶ Contra. c ¶ Deus superbis resistit. d ¶ Non obliuiscar, sed memoriter teneo peccata eorum, vsque ad finem & tempus iudicij. a ¶ Malo quod agunt. a ¶ Contra eos à lætitia ad tristitiam. b ¶ Habitatores terræ. c ¶ Non colonus & aduena, sed habitator. a ¶ Captiuitatis decem, & duarum tribuum. b ¶ Omnis lætitia transibit ab eis in aperta captiuitate. a ¶ Tristitia replebo habitatores huius terræ manifestatione huius captiuitatis. a ¶ Qui eratis soliti cantare cantica lætitiæ.

Ecce

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dicentes. *Cum desiderio.*

2 Quando transibit messis. *Id est, abundantiæ tempus, vt sic tempore caristiæ blada vendamus carius.*

3 Et sabbatum, *In quo fit quies à venditione.*

4 Et aperiemus frumentum. *Id est, horrea frumenti.*

5 Vt imminuamus mensuram, *Dolosè.*

6 Et augeamus siclum, *Id est, pretium.*

7 Et supponamus stateras, *In pondere monetæ.*

8 Vt possideamus in argento egenos, *Quia compellentur se nobis vendere in seruos.*

9 Et pauperes pro calceamentis, *In Hebræo habetur*, Pro clausuris, *& exponatur vt suprà 2. cap. circa medium.*

10 Et quisquilias, *Id est, purgamenta, quæ non debent vendi cum frumento, sed eiici.*

11 Iurauit. *Hic resumit propheta pœnam populi, magis diffusè explicando: & primò quantum ad pœnam corporalem, secundò quantum ad spiritualem, ibi,* Ecce dies. *Circa primum dicitur:* Iurauit dominus, *id est, firmiter disposuit & irreuocabiliter.*

Diuisio.

12 In superbiam, *Id est, contra superbiam populi 10. tribuum.*

13 Si oblitus fuero, *Id est, non obliuiscar, sed puniam eorum opera mala.*

14 Numquid super isto non commouebitur? *Quasi dicat, Imò commouebitur afflictione magna.*

15 Ascendet quasi fluuius, *Per hoc designatur captiuitas populi futura, sicut aquæ fluminis transeunt de loco suæ originis ad loca longinqua.*

16 Occidet in meridie, *Id est, tempore quo sperabant prosperitatem superueniet aduersitas, & idem intelligitur per hoc quod subditur,*

17 Et tenebrescere faciam. *Est enim expressio eiusdem sententiæ per alia verba, ad maiorem exaggerationem.*

18 Et inducam super omne dorsum. *Sic enim ducebantur captiui inuti*

MORALITER.

† 1 *Dicentes: Quando transibit messis.* Vt sic possimus mouere litem cum innocentibus, qui tempore messis sunt in pace.

3 *Et sabbatum.* In quo non licet operari.

Fraudes mercatorum.

4 *Et aperiemus frumentum*, Id est, exponemus venale cum multis tamen fraudibus, ideo subditur,

5 *Vt imminuamus mensuram.* In seruos & ancillas, eo quod non poterunt se liberare à debito erga nos.

10 *Et quisquilias frumenti vendamus.* Id est, inutilia miscendo bono frumento.

11 *Iurauit.* Hic ponitur dictorum pœna. Et primò corporalis cùm dicitur, *Iurauit dominus in superbiam Iacob, &c.* Id est, firmiter statuit eam punire, & per Iacob, qui *supplantator*, interpretatur, supplantantes innocentes dictis fraudibus significantur.

14 *Numquid super isto non commouebitur terra? &c.* Quasi dicat, Sic, per guerras & pestilentias insurgentes ex Dei iudicio.

15 *Et ascendet quasi fluuius*, Superplantator malignus intumescens superbè.

† *Et eiicietur.* De sua potestate.

16 *Occidet.* Id est, prosperitas superbi cadet in ætate sua virili, sicut frequenter contigit.

† *Et conuertam festiuitates vestras.* Scilicet mundanas & ineptas.

Festiuitates ineptæ.

† *In luctum*, Propter gaudium vestrum ineptum.

18 *Et inducam super omne dorsum vestrum.* Propter curiositatis excessum.

† *Et super omne caput calui.* Pro crispatione crinium.

† Ecce

a *Ecce dies veniunt, dicit dominus.* HIER. l. 3. com. Mittit Deus in eos, qui terrena sapiunt, famem audiendi verbum Dei, quando propter peccata populi deficit doctrina in ecclesiis; & à *mari*, id est, à falsis & amaris fluctibus, veniunt rursus vsque ad *mare*, id est, ad amara, quia non occurrunt eis dulcissimi fontes; *& ab aquilone vsque ad ori.* cupiunt deserere aquilonem durissimũ ventum, & peruenire ad orientem, sed non possunt inuenire, quia non recto itinere pergunt, sed deuiis anfractibus circumeunt.

Deficientia doctrinæ salutaris in Ecclesia.

IBID. Sacra scriptura in quibusdam locis *aqua est*, vbi facile percipitur; in quibusdam panis, vbi difficilior intellectus, & conteri oportet.

Sacra Scriptura aquæ & pani coparatur.

† THEOD. in com. Famem & caritatem inueham, non frugis, aut aquæ, sed prophetiæ & diuinæ doctrinæ: atque aquarum more huc illuc erroribus vagantes circũ cursabunt, verbum Dei inquirent, & desiderato frustrabuntur; sed & virgines elegantes, & cum his enutriti iuuenes siti oppressi ad necem tradentur.

*32. q. 5. c. si Paulus. Deperit virginitas carnis corrupta mente.

a ¶ Terram. b ¶ Tantus erit luctus & tristitia, vt vincat dolorem matris, quem habet de morte filij vnici. c ¶ Nouissimam captiuitatem quasi diem iudicij, alias mortis.

Et ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum. [1] a ¶ Resurrectionis. [1] * Ecce dies veniunt, dicit dominus, & mittam famem in terram, non famem panis neque sitim aquæ, sed audiendi verbum domini. [2]

a ¶ Iudæorum. b ¶ Ad sustentationem corporis, quæ fames cogit aliquando vesci humanis carnibus; sed famem verbi diuini ad refectionem animæ; quæ missa est in Iudæos post resurrectionem domini: hæc fames grauius vrget, quàm illa, quæ est corporis. a ¶ Pressi, hac fame

[3] [4] [5] [12] Et commouebuntur à mari vsque ad mare, & ab aquilone vsque ad orientem circumibunt quærentes verbum domini, & non inuenient. [6] [7] [8] [9]

a ¶ Britannico. b ¶ Atlanticum. c ¶ Toto orbe peregrini. a ¶ Legendo & meditando dicta prophetarum, & non inuenient, quia negant verbum Dei, quod factum est in manibus omnium prophetarum, quod erat apud patrem, & caro factum habitauit in nobis. a ¶ Cum misero famem. b ¶ Synagogæ, quæ olim virgines in patribus. c ¶ Id est, doctores synagogarum. † Deficient.

b [13] * In illa die deficient virgines pulchræ, & adolescentes in siti, [14] qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt: Viuit Deus tuus Dan: & viuit via Bersabee. Et cadent, & non resurgent vltra. [10] † [11] [12] [13] [14] [15] [16]

¶ Verbi Dei. a ¶ Modo. b ¶ Id est, in idolo, vel peccato. c ¶ Sicut iuramento Dei dicebatur, Viuo ego dicit dominus. Sic illi è contra, Viuit Deus tuus Dan. a ¶ In captiuitatem illi qui ita iurant. b ¶ Non reuertentur de captiuitate ad priorem felicitatem.

b *In illa die.* HIER. vbi suprà. Cùm aufert Deus in ecclesia intelligentiam diuini eloquij, moriuntur virgines, id est, animæ subditorum quæ habent prudentiam per abstinentiam malorum; sed sunt fatuæ, quia non habent lumen veritatis. Subtracto verbo vitali, perit prudentia, moritur castitas, cessant virtutes: deficientibus virginibus, etiam adolescentes, id est, qui fortiter vicerunt mundum, deficiunt, ideo, quia iurant in idolo Samariæ, id est, firmatur in dogmatibus hæreticorum, qui per Samariam intelliguntur. Qui hæretici etiam desiderant *viam Bersabee*, quæ est in tribu Iuda, quia multi hæretici desiderant imitari sacramenta ecclesiæ.

Mala quæ hæresim concomitantur.

*8. q. 1. cap. audacter. Non ex arbitrio Dei aliquando dari principem Ecclesia.

c *Et viuit.* IBID. Per quam imus adorare Deos eius. Adeo errabant decem tribus, vt non solum adorarent vitulum in Dan, quæ est ciuitas in vltimis finibus eorum: sed longo itinere ibant in Bersabee quæ est ciuitas in termino tribus Iudæ, adorare idola, quæ duæ tribus quondam adorauerunt.

Laborat Israel vt male agat.

b In CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

duti sacco, & capita rasi, secundum quod dicitur Deut. 23. f. De captiuitate nudati inimicorum capitis.

1 Et ponam eam quasi luctum vnigeniti. *Id est, in tanta amaritudine, sicut est mater lugens vnigenitum.*

2 Ecce dies. *Hic consequenter explicatur pœna spiritualis, cùm dicitur,*

3 Et mittam fam. in terram, non famem panis, neque sitim, &c. *Scilicet solùm.*

4 Sed audiendi ver. *Iusto enim Dei iudicio factum est, vt populus decem tribuum, qui prophetas partim occiderat, partim fugauerat, imminente tribulatione eorum per Assyrios, quæreret consilium à prophetis, & non inueniret; ideo subditur,*

5 Et commouebuntur à mari vsque ad ma. *Id est, à mari mediterraneo, vsque ad mare Galilæa.*

Israel imminente captiuitate quærit prophetas sanctos vt per eos Dominum consulat, nec inuenit.

6 Et ab aquilone. *Id est, à termino aquilonari regni decem tribuum.*

7 Vsque ad orientem circumibunt. *Id est, vsque ad terminum orientalem.*

8 Quærentes verbum domini, *Per omnes partes sui regni.*

9 Et non inuenient, *Quia non sunt digni, ratione prædicta.*

10 In illa die deficient virgines pulchræ, *A sua pulchritudine.*

11 Et adolescentes, *A sua fortitudine.*

12 In siti, *Scilicet corporali, ex quo patet quod dictum est, quod cum defectu cibi & potus corporalis, fuit etiam defectus cibi spiritualis.*

Dupli fame & siti opprimitur Israel.

13 Qui iurant in delicto Samariæ, *Id est, vitulo quem fecit Ieroboam rex Samaria, & in hoc faciebant ei reuerentiam; quia homines per maiorem sui iurant ad Hebr. 7.*

14 Et dicunt, Viuit Deus tuus Dan. *Ibi enim fuit positus vnus de duobus vitulis à Ieroboam factis, 3. Reg. 12. & ei attribuebant deitatem, hoc modo iurando.*

15 Et viuit via Bersabee. *Id est, ille, pro cuius adoratione itur in Bersabee: Ibi enim vigebat idololatria, vt dictum est suprà 5. cap. Sciendum tamen, quod ista Bersabee est alia ab illa, quæ est in termino australi terræ promissionis, quæ est in tribu Iuda, de qua dicitur 3. Reg. 19. quod Elias venit in Bersabee Iuda, ad differentiam istius, quæ non est in Iudæa.*

Israel iurat in idolis.

16 Et cadent, & non resurgent, *Id est, illa captiuitas decem tribuum non fuit relaxata, vt frequenter suprà dictum est.*

9 Et CAP.

MORALITER.

† 2 *Ecce dies veniunt, dicit dominus.* Hic secundò ponitur pœna spiritualis, cùm dicitur,

3 *Et mittam famem in terram, non famem panis, &c.* Quoniam propter mala potentum aliquando terra supponitur interdicto: & sic cessat diuinorum solemnis celebratio, & verbi diuini prædicatio saltem in parte.

Interdictũ.

† *Deficient virgines pulchræ.* Mulieres minuentur à deuotione:

11 *Et adolescentes.* In siti scilicet iustitiæ.

† MORA-

ADDITIO.

In capitulo octauo. *Vbi dicitur in Postilla,* Quando transibit messis. *Hoc quod dicitur,* Quando transibit messis, & venundabimus merces & sabbatum, & aperiemus frumentum, *exponitur à quibusdam Hebræorum de mense embolismali, qui fiebat communiter semel in triennio, quando faciebant tredecim menses in anno: ex quo sumebant diuites cupidi occasionem vendendi carius victualia ex mutatione festiuitatum. Similiter quod dicitur hic Sabbatum, intelligunt de sabbato terræ, quod fiebat in septimo anno, & tunc cessabant ab agricultura, vt habetur Leuit. 25. ex qua cessatione carius vendebantur victualia; & tunc sumebant cupidi occasionem ad minuendum mensuram, qua talia vendebant, augendum siclum scilicet monetæ quam in pretium recipere debebant, & sic dupliciter defraudabantur pauperes ementes ex tali caristia occurrente.*

Quomodo Iudæi ex mense embolismali & anno sabbatico sumebant occasionem opprimendi pauperes.

CAP. IX.

A a Vidi domi. †RVPERTVS. Adhuc depromitur, & magis ac magis declaratur sententia vindex contra prędictam superbiam Iacob, cùm dicit, *Auaritia in capite omnium*. Nam cùm auaritia de superbia quoque tractari testis est sapiens vir, qui cùm dixisset, *Auaro nihil est scelestius*, continuò subiunxit, *Quid superbis, terra & cinis?* Diuitiarū namque comes superbia est, idcirco Apostolus, *Diuitibus* (inquit) *huius mundi præcipe, non superbè sapere*.

Diuitiarum comes est superbia.

B †† HIER. lib. 3. com. Qui cum Ezechiele & Ioanne Baptista apertos viderit cælos; & velamē, quod positum erat ante faciem Moysi, ab oculis eius fuerit ablatum, vt compleatur in eo quod scriptum est, *Mandatum domini lucidum illuminās oculos*: iste videbit stantem dominum super altare, præcipientem prophetæ siue (vt multi ponunt) angelo, qui reddendis peccatorum suppliciis mancipatus est, vt percutiat cardines templi, & commoueantur superliminaria eius; & vnusquisque cognoscet se non posse euadere, auaritia omnia possidente. Quodque iuxta LXX. legimus, *vt deiiceret capita omnium*, pulchrè eorum capita diuiduntur, qui ab eo, qui est caput omnium, sua sponte diuisi sunt, atque dixerunt, *Non habemus regem nisi Cæsarem*, qui voce impia clamauerunt, *Crucifige, crucifige*; &, sanguis eius super nos & super filios nostros.

*Psal. 138. — A quibus videri possit dominus.

† THEODORETVS. Si inquit, in infernum descenderint, inde eos manu subtraham, si in cælum ascenderint quod non fieri potest, hinc eos deiiciens hostibus tradam. D

IBID. Cùm anima corporeis vinculis laxata propter tenuitatem substantiæ volandi habeat libertatem, vel ad inferna ducitur (de quibus scriptum est, *Conuertantur peccatores in infernum*; & item, *in inferno quis confitebitur tibi?*) vel ad cælestia subleuatur, (*Sunt enim spiritualia nequitia in cælestibus*) & si sibi scientiam verę circumcisionis vendicauerit. (Hoc enim interpretatur Carmelus) & humilitate contempta habitet in montibus; ibi scrutantem manum Dei non euadit. Et si desperans salutem, oculos Dei vult vitare, & in vltimos salsorum fluctuum terminos peruenire, ibi etiam mandat Deus tortuoso serpenti, & ille vltor mordet. Capta quoque vitiis, gladio Dei punitur, & ponit eos oculos super eam in malum & non in bonum, vt per cruciatus & supplicia reuertatur ad Deum. In infernum vitiorum descenditur desperando, sed inde potentia Dei educit: In cælum ascenditur, superbiendo, sed inde detrahit. Duo sunt Carmeli: vnus inter Phœnicen & terram promissionis vbi orauit Elias; alter in tribu Iuda ad austrum vbi Nabal Carmelites fuit.

Psal. 9. b. Ibi. 6. b. Ephes. 6. c. — *omnium. — E Nullus tanta superbia inflatur, quin possit à Deo humiliari, nec desperatione deficitur quin ab eo dem possit suscitari. — F — Duo sunt Carmeli. 1. Reg. 18. g. 1. Reg. 25. a.

b *Qui tangit terram, &c.* HIER. ibid. Si terra insensibilis sentit creatorem suum, & ad nutum illius concutitur: quantò magis homo fragilis, cuius anima in vase fictilis corporis?

Deus timendus.

HIER.

CAPVT IX.

Quia velamen erat remotum ab oculis.

a [1] Vidi dominum stantem super altare & dixit: [2] Percute cardinem, & [3] commoueantur superliminaria. [4] Auaritia enim in capite hominum, & [5] nouissimum * [6] eorum in gladio interficiam. [7]

a ¶ Voluit Sedechias fugere in Ægyptum, nec potuit. b ¶ Illi qui peruenerunt in Ægyptum, ibi non sunt saluati.

Non erit fuga eis, & qui fugerit ex eis, non saluabitur. [8] * Si

a ¶ Hyperbolicè, etiam si hæc fecerint, non poterunt euadere.
¶ Sicut factum est in Dathan & Abyron, qui ante sunt sepulti, quam mortui.
b ¶ Non quod ante resurrectionem aliquis retrahatur, sed etiam in inferno positi, sunt in potestate Dei.

[9] descenderint vsque ad infernum, [10] inde manus mea educet [11]

a ¶ Sicut Enoch & Elias cum corporibus rapti in cælum, Dei reguntur arbitrio.

eos, & [12] si ascenderint vsque in cælum, inde detraham eos; [13]

a ¶ Qui densissimam habet syluam. b ¶ Aliquid melius.

† & si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferā eos.

a ¶ Si voluerint se abscondere ab oculis meis, vt Ionas voluit.

Et si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, [14]

a ¶ Sicut mandauerat de Iona. b ¶ Vt suscipiat eos. ¶ Leuiathan, vel ceto.
c ¶ Faucibus deuorabit quasi hostis. d ¶ Quod sub ænigmate dixerat, apertius ponit.

ibi mandabo serpenti & mordebit eos. [15] * Et si abierint in ca- [16]

a ¶ Ministris Sennacherib & Nabuch.

ptiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos.

a ¶ Nec seruitus liberabit à morte. b ¶ Quasi iratus. c ¶ Qui poterunt mortem effugere.
d ¶ Vt per tormenta ad pœnitentiam compellantur.

Et ponam oculos meos super eos in malum, & non [17]

¶ Faciet hoc. a ¶ Qui est tantæ potentiæ, ne putetis insufficientem ad hoc.

b in bonum, [18] & dominus Deus exercituum, qui tangit ter- [19]

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. IX.

Vidi dominum stantem. *Hic Amos prophetat contra regnum duarum tribuum. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur pœnæ acerbitas; secundò eius ineuitabilitas, ibi*, Non erit, *Tertiò rationabilitas, ibi*, Numquid. *Circa primum dicit*,

Diuisio.

1 Vidi dominum stantem super altare. *Scilicet holocaustorum, quod erat in Ierusalem metropoli duarum tribuum*.

2 Et dixit, *Executoribus suæ iustitiæ*.

3 Percute cardinem, *Scilicet templi*.

4 Et commoueantur superliminaria, *Per quod designabatur destructio templi futura sub rege Sedechia. Et subditur causa, tamen partialis, cùm dicitur*,

5 Auaritia enim in capi. hom. *Id est, in rege, & principibus, & sacerdotibus*.

6 Et nouissimum. *Id est, minimum de populo*.

7 In gladio interf. *Per hoc designabatur, quod à maioribus vsque ad minimos omnes subiicerentur regi Babylonis, armorum violentia; & sic adimpletum fuit sub Sedechia, 4. Reg. vlt.*

8 Non erit. *Hic consequenter ponitur pœna ineuitabilitas, cùm dicitur*, Non erit fu. *Scilicet ad euadendum simpliciter; quia si fugerint, ad horam, postea capientur, ideo subditur*, Et qui fu.

9 Si descen. vsque ad infern. *Id est, in locis subterraneis se abscondendo*.

10 Inde manus mea, &c. *Id est, potestas mea*.

11 Educ. eos, &c. *Per Chaldæos, qui quærent eos ibi, & inuenient eos*.

12 Et si ascen. vsque in cælum, &c. *Fugiendo ad montes altos, quorum cacumina videntur tangere cælos*.

13 Inde detra. eos, *Per Chaldæos ibi eos insequentes*.

14 Et si celauerint, *Id est, si possent hoc facere*.

15 Ibi mandabo, *Id est, per hoc non saluarentur*.

16 Et si abierint in captiuitatem, &c. *Ibi enim tamquam viles personæ & abiecta occidebantur pro modica causa*.

17 Et ponam oculos, &c. *Inducendo super eos malum pœnæ*.

18 Et domi. Deus exercituum. *Id est, angelorum, ipse scilicet est*.

19 Qui tangit terram. *Duarum tribuum virga iustitiæ suæ*.

Et

MORALITER.

† 1 *Vidi dominum stantem*. Hic Amos prophetat contra regnum duarum tribuum, in quo erat domini templum. Et per hoc significatur comminatio Dei super ministros ecclesiæ militantis, cùm dicitur, *Vidi dominum stan. super altare*. Id est, super ministros ecclesiæ ad punitionem suæ malitiæ.

Comminatio Dei super ministros Ecclesiæ.

3 *Percute cardinem*. Id est, malum pontificem.

4 *Et commouea. superliminaria*. Id est, punientur mali clerici ab eo supportati; & subditur causa, cùm dicitur,

5 *Auaritia enim in ca. ho.* Qui caput eorum.

6 *Et nouissimum, &c.* Id est, minimus de clero Dei vindictam non euadet.

8 *Non erit fu. eis*. Scilicet à Dei vindicta: ideo sequitur,

9 *Si descende. vsque ad infer.* Id est, si recurrerint ad consulendum dæmones pro sua euasione, sicut fecit Saul 1. Reg. 28.

10 *Inde manus mea educet eos*. Recursum suum frustrando.

12 *Et si ascen. in cælum*. Sanctos deprecando, non iuuabuntur ab eis, quia sunt indigni.

† *Et si absc.* Id est, si fuerint confisi de orationibus religiosorum, eis non valebit, quia ponunt impedimentum.

14 *Et si cel.* Quasi dicat, Hoc est impossibile, *quia nuda & aperta sunt oculis Dei omnia*, ad Hebræos 4. d.

16 *Et si abierint*. q. d. Ibi persequar eos superaddendo afflictionem.

18 *Et do.* q. d. Non potest effectus eius impediri.

8 Non — † Et

HIER.lib.3.com. ALLEG. Cùm Deus concutit terram alicuius, concussus scelera sua intelligens, vertitur in luctum: & ita ascendit dominus quasi fluuius consummationis, vt opera terrena consumat; & descendit super peccatorem qua flumen Ægypti, vt in amaritudinem tormentorum impetu trudatur.

a ¶ Id est, deficiet. b ¶ De duodecim tribubus. c ¶ De captiuitate omnis ille populus si pœnitentiam egerit, sicut Nilus ad irrigandam terram ascendit. Et si non pœnituerit, defluet de terra sua, sicut Nilus cum impetu descendit in mare.

ram & tabescet, & lugebunt omnes habitantes in ea. Et ascendet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Ægypti. ⁶ Qui (a ¶ Subaudi faciet hoc.) ædificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super (a ¶ Fide & religione. b ¶ In aëra, & calore solis dulcoratas effec eas su.fa.ter.) terram fundauit. * Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, dominus nomen eius. ⁷ Numquid non vt filij Æthiopum vos estis mihi filij Israel, ait dominus? Numquid non Israel ascendere feci de terra Ægypti, & Palæstinos (¶ Vel Philisthæos. a ¶ Adduxi. ¶ Qui modo habitant in Damasco. b ¶ Quæ est ciuitas Lybiæ vltra Ægyptum. c ¶ Qui non accipit pecunias.) de Cappadocia, & Cyros de Cyrene? ⁸ Ecce oculi domini Dei (a ¶ Cuiuscumque Gentis.) super regnum peccans, & conteram illud à facie terræ. Verumtamen conterens non conteram domum Iacob, di- (a ¶ Puniens omnia regna terræ. b ¶ Misericors dominus misericorditer loquitur de populo suo. ¶ Ita vt penitus deleatur, sed reliquiæ saluæ erunt. a ¶ Ministris meis Antiocho Epiphani, & successoribus Alexandri. b ¶ Disperdam.) cit Dominus. ⁹ Ecce enim mandabo ego, & concutiam

[margin: Quomodo Deus affect & conuertat peccantes.] a *Qui ædificat.* IBID. Quotidie dominus ędificat ascensionem in cælo, cùm sanctos suos de imo trahit ad cælestia, quibus ipse præsidet, & in eis ascendit. Vocat etiam quemlibet incredulum [margin: *supra 5.a.] ad fidem suam, & edomat & coquit ardore Spiritus sancti, & postea effundit: cùm ille lõgè lateque prædicat magnalia Dei, *vt vbi abundauit delictum superabundet gratia.* [margin: Rom.5.d.]

b *Et fasciculum.* IBID. Id est, gregẽ credentium; Iste fasciculus vna Dei religione constrictus est: vnde & ipsa religio à religando, & in fasce domini vinciendo nomen accepit. [margin: Religio vnde dicta.]

c *Qui vocat aquas maris, &c.* † THEOD. in com. Ostendit potestatis opera, vt ex his confirmet minas.

† RVPERT. in com. Maris nomine interdum gentilitas significatur, vt illic, *Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris*; [margin: Psal.45.] id est, non timebimus tribulationes futuras, quæ tunc erunt, quando turbatis & repellentibus verbum Domini Iudæis, transferentur Apostoli in medium gentium. Itaque *qui vocat aquas maris, & effundit, &c.* Id est, Qui homines gentiles, salsas & insipidas habentes aquas sæcularis scientiæ, sursum vocat & cælestia facit sapere, constituitque doctores, vt tam loquendo, quàm scribendo, compluant terram ecclesiæ. Quis hæc tanta & talia facit? *Dominus*, inquit, *nomen eius*: quia reuera non posset talia facere, non posset de mortuis resurgens in cælo ascensionem suam ædificare, nisi esset Dominus. [margin: Conuersio omnium gentium ad fidem Christum omnipotentem Deum fuisse indicat.]

d *Numquid non vt.* HIER. vbi suprà. Gloriabantur Iudæi, quòd erant de stirpe patrum, quibus locutus est Deus; quòd etiam de Ægypto educti: contra hoc dicit dominus, Sicut creaui vos, ita & Æthiopes; Sicut eduxi vos de Ægypto, ita & istos alios de diuersis partibus adduxi: ergo ne superbiatis, quia æquali conditione facti, æquali sententiæ subiacebunt. [margin: Deus in nobis conuersionem attendit nõ genus & proauos.]

IBID. ALLEG. Æthiopes, nigri, si pœnitent possunt verti in filios Dei: Cappadoces, qui iacebant sub frigido aquilone, vertuntur in Palæstinos, vt deposita superbia cadant bibentes. Id est, sentientes iudicium Dei. Syri, id est, sublimes, transferuntur de Cyrene, id est, infirmo pariete, qui erant vicini amaro mari & Syrtibus, & incipiunt sublimes esse in bono. Econtrà filij Dei si aberrant, vertuntur in Æthiopes, quia oculi domini supra omnia regna peccantia, quæ ostẽdit diabolus domino. Vnde Apostolus, *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.* [margin: Alias gentes si pœniteãt posse obtinere bonũ, à quo Israel propter sua peccata excidit.]

† THEOD. in com. Cum eadem sitis natura, qua Æthiopes, ceterique homines, maiori studio tamen præter omnes curati estis: Id quod explanauit, cùm subiunxit; *Numquid nõ Israel, &c.* Priori patria relicta, alij item translati in alienas terras peruenerunt, vt Syri, & alienigenæ: sed alia cõditione quàm vos. Nam illorũ soli euersionem & commigrationem celebrat nemo: vestram omnes homines in ore habent. Age verò, illi quidem cùm demigrarunt cum aliis habitantes, ad illorum leges se accommodare coguntur: vos contra indigenas superastis, atque eos omnes funditus interemistis: cumque auxilio meo vteremini, terræ eorum domini effecti estis. [margin: Comparatio gentis Israeliticæ cum aliis populis.] [margin: Matth.4.a. Rom.6.b.]

e *Ecce oculi Domini super regnum peccans, &c.* † REMIGIVS. Deus omnipotens ideo oculos dicitur habere, quia omnia videt, non solum præsentia, sed etiam præterita atque futura. [margin: Oculi Dei.]

† RVPERT. in com. Quod autem, vel cuius gentis regnum tantum peccauit, quàm illius quę prophetas occidit, & ipsum prophetarum dominum crucifixit? [margin: Nulla gens tanta commisit scelera quanta Iudæi.]

f *Verumtamen cont.* HIER. vbi suprà. Quamuis perseuerantes in malo conterat: illos qui supplantant vitia & vincunt in certamine, non occidet.

g *Mandabo.* IBID. Vel, mundabo. Id est, pro emundatione corripiam in præsenti, & concutiam in die iudicij domum Iacob, id est, ecclesiam vbique dispersam.

h *Et concutiam in cribro.* † RVPERTVS vbi suprà. Conteram domum Iacob in reprobis, sed non conteram in electis. Nam dum disperguntur, dum occiduntur, impossibile est perire Deo quemquam ex illis, quos præsciuit & prædestinauit. Pulchra autem similitudine hic docet Propheta. Cuncta tribulatio siue angustia, qua contribulati Iudæi, in omnes gentes sunt euentilati, velut concussio cribri [margin: Bonorum discretio à malis similitudine exprimitur.] [margin: Rom.11. Ioan.10.]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ascendet sicut. *Per hoc designabatur duarum tribuum generalis exterminatio, scilicet per fluxum aquæ, sicut dictum est cap. præcedenti de decem tribubus.*

2 Qui ædificat in cælo ascensionem. *Hoc dicitur, quia licet Deus sit vbique, tamen eius maiestas relucet in cælo.*

3 Et fasciculum. *Per fasciculum, intelligitur regio elementaris, quæ modica est respectu ambitus cælestis.*

4 Qui vocat aquas mar. *Quia vapores humidi eleuantur inde pro maiori parte.*

5 Effundit eas. *Resoluendo vapores in pluuias.*

6 Numquid. *Hic consequenter ostenditur prædictæ punitionis rationabilitas, cùm dicitur,* Numquid non Israel ascendere feci de terra. *q.d. Sic, educendo eos de dura seruitute ad terram fluentem lacte & melle, & ideo huius beneficij ingrati, sunt magis digni punitione.*

7 Et Palæstinos, *Id est, Philistæos.*

8 De Cappadocia, *Quasi dicat sic: & hoc habetur Gen.10.*

9 Et Sy. de Cy. *q.d. Transfero Gentem de terra ad terram, prout placet voluntati meæ, & aliquando propter demeritum suæ culpæ; ideo subditur,*

10 Ecce oculi do. sup. regnum peccans. *Eius peccata considerando & puniendo; ideo subditur,*

11 Et conteram, &c. *Totaliter destruendo: temperat tamen istum rigorem quantum ad Iudæos, dicens,*

12 Verumtamen conte. non conteram. *Id est, destruam omnino.*

13 Domum Iacob, *Sed per orbem dispergam. Ideo subditur,*

14 Ecce enim. *Sicut concutitur triticum in cribro. Ad hoc enim concutitur granum in cribro, vt purgetur; sic enim, pœnæ à Deo inflictæ sunt peccatorum purgatiuæ, quando patienter tolerantur.*

Et

MORALITER.

† 1 *Et ascendet.* Exponatur sicut in capitulo præcedenti.

2 *Qui ædifi.* Hic loquitur de bonis ecclesiæ ministris dicens, *Qui ædificat ascen. su.* diuina contemplando. [margin: Boni Ecclesiæ ministri.]

3 *Et fasciculum.* Opera pietatis exercendo.

4 *Qui vocat aquas ma.* Id est, verè pœnitentes ad sui cognitionem.

5 *Et effun.* Per sanam doctrinam, vt patet in Paulo.

6 *Numquid non filij.* Hoc dicitur propter aliquos, qui post diuinam vocationem ad vomitum reuertuntur, & sic peiores fiunt, quàm prius. [margin: De eis qui post diuinã vocationẽ ad vomitũ reuertuntur.]

† *Numquid non Israel ascen.* Id est, de tenebris peccati, quasi dicat, Sic: propter quod reditus ad vomitum aggrauat peccatum. Et sequitur pœna, cùm dicitur,

14 *Ecce enim mandabo ego, &c.*

† In

☞ cribri extitit, quomodo si pulueru̅lenta collapsi muri cribro congesta concutiantur, vt puluere in terram cadente soli remaneant lapilli, in opus restaurationis conferendi.

HIER. lib. 3. com. Concutitur in cribro, id est concussio fit, vt frumentum in horrea condatur, & palea igni comburatur.

IBID. Sicut in cribro agitatos & concussos, mundabo & eligam, vt qui fuerit lapis per pœnitentiam, de cribro non excidat. Qui sicut puluis ceciderit in terram, percutiatur gladio & moriatur.

IBID. Deus, qui omnia pugillo concludit, per magnitudinem suam, quasi vtraque manu tenes margines terræ, quasi cribrum huc & illuc concutiet, vt paleis & sordibus cadentibus in terram, solum frumentum remaneat. Et hoc ideo, quia non credunt vaticiniis prophetarum, quæ peccantibus pœnas comminantur.

Purgatio bonorum à malis per iudicium discretionis.

a ¶ Ad quas dispersus erit.

in omnibus Gentibus domu̅ Israel sicut concutitur triticum

a ¶ In vindicta iudicij. b ¶ Id est, pœnitentia quilibet iustus pondere fidei firmus.

in cribro, & non cadet lapillus super terram. [1] In gladio mo-

a ¶ Perseuerantes vsque ad mortem in peccatis. b ¶ Confisi in dignitate generis, promittunt sibi impunitatem malorum, ideo mala sustinebunt.

rientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: non appro- [2] [3]

a ¶ Quod prophetæ minantur. b ¶ Meæ resurrectionis. ¶ Confusionis, alias concussionis.

pinquabit, & non veniet super nos malum. [4] * In die illa

a ¶ Populum Iudaicum. b ¶ In synagoga negando, vel prius per idololatriam. c ¶ In ecclesia per apostolos.

suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reædifica- [5] [6]

a ¶ Id est, illos, qui dissipauerant, (alias dissipati erant) per idololatriam. b ¶ Loca. ¶ In illis. c ¶ In ecclesia de Iudæis & Gentibus collecta.

bo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerat instaurabo. [7] [8]

a In die illa. IBID. Illato tempore pœnarum, promittit prospera & læta, more scripturæ prophetarum s.

IBID. Iudæi omnia carnaliter intelligentes, hoc interpretantur de tempore Christi sui, quem expectant, à quo Ierusalem reædificandam, & Dauid regnum restituendum putant.

Iudæorum somnia de suo Messia.

IBID. Quod cecidit & iacet in terra dicitur suscitari, quia illi iacebant in terrenis.

† THEODOR. in com. Hæc quidam Zorobabel attribuerunt, ei conuenire existimantes, eò quòd genus è Dauid traheret; nec animaduertere voluerunt, vt excessit è vita, cùm non parum diu regnasset: Prophetia autem æternorum bonorum continet promissionem, & omnes gentes cogn ituras Deum, de quibus nihil in factis Zorobabel euenisse inuenimus. Atqui Dominus noster Iesus Christus, quantum ad carnem pertinet, manans ex genere Dauid, quæ promissa sunt compleuit. Nam *Verbum caro factum est*, & diuersatus est in tabernaculo apud nos, quod ex Dauid acceperat. Conuenienter igitur propheticus sermo *Dauid tabernaculum reædificatum*, dicit permansurum in æternum. Eiusdemmodi Deus promisit Dauid, *Ponam in sæculum sæculi semen tuum. Vsque in æternum præparabo semen tuum, &c.* Iam eamdem promissionem per beatum Amos renouat Deus, pollicetúrque gentibus donum recognoscendi Deum. Et demonstrans dictorum veritatem, subdidit, *Ego dominus faciens hæc.* Nempe qui res facit, prædixit verba.

Ista non potest exponi de Zorobabel, sed tantum de Christo.

Psal. 88. Act. 15. c.

† REMIGIVS in com. Tabernaculum Dauid, quod cecidit in synagogis per culturam idolorum, & per negatione̅ Christi, restauratum est à Domino in apostolis & credentibus, tam ex Iudæis, quàm ex gentibus: & reædificata sunt corda hominum in fide & in baptismate, quæ antea deserta, id est, derelicta erant ab habitatore Deo: & ea quæ corruerant in illo, restaurata sunt in excelsis.

1. Pet. 2. Ephes. 2.

† RVPERTVS. Suscitatur tabernaculum Iacob, quod cecidit, quia pro Iudæis incredulis ponuntur gentiles creduli, tamquam lapides viui, super fundamentum viuorum Apostolorum & prophetarum.

Synagoga & Ecclesia.

b *Reædificabo.* Vt sicut ecclesia placuit in Iudæis constans ex patribus: sic placeat ecclesia de Iudæis & gentibus congregata.

☞ Ecce

NICOLAVS DE LIRA.

[1] Et non ca. la. super ter. *Id est, de verbis meis nihil transibit in vacuum, quin impleatur.*

[2] In gladio morientur omnes peccatores. *Qui sunt in peccatis suis obstinati.*

[3] Qui dicunt non: appropinquabit. *Quia comminationes prophetarum friuolas reputabant.*

[4] In die illa. *Postquam Amos denuntiauit populi Israel destructionem, hic vltimò denuntiat finalem reparationem per Christum. Dicunt tamen aliqui expositores catholici, quod propheta hic denuntiat reparationem populi Iuda, quæ facta est in reditu captiuitatis Babylonicæ supra Zorobabel duce: Sed hoc non videtur verum, quia populus ille numquam fuit in tanta prosperitate, quæ hic describitur, cùm subditur:* Vt possideant reliquias Idumææ & omnes nationes, *imò semper fuit in subiectione & seruitute, Primò Persarum; Secundò Græcorum; Tertiò Romanorum; propter quod beatus Iacobus, Act. 15. allegat hanc scripturam dictam de ædificatione ecclesiæ per fidem. Rab. Sal. etiam exponit quod dicitur hic,* Suscitabo tabernaculum Dauid, &c. *id est, regnum Dauid, quod secundùm omnes Hebræos intelligitur suscitandum per aduentum Messiæ. Et sic secundum Rab. Sal. scriptura hæc loquitur de tempore Christi, quamuis erret dicendo hoc tempus futurum, quod iam est præteritum. Item in libro Sanhedrin, qui apud Hebræos est authenticus, dicitur,* Erigam tabernaculum Dauid, quod cecidit. Dicit Ra. Iohannan, In generatione in qua filius Dauid, id est, Messias venturus est, sapientes magistri minorabuntur, *& sic fuit tempore Christi, quia aliqui Iudæorum erant Saducæi qui negant spiritum & angelum, & resurrectionem, quod est maximè erroneum. Alij verò Pharisæi, qui propter traditiones suas* irritauerant mandata Dei, *quod est valdè fatuum. Patet etiam quod hæc scriptura,* Suscitabo tabernaculum Dauid, &c. *refertur ad tempus Christi secundum Hebræos: igitur sequendo dicta beati Iacobi, exponenda est hæc littera de reædificatione ecclesiæ per Christum in vnione Gentium & Iudæorum, sicut allegatur Act. 15. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur hæc reædificatio; Secundò reædificationis acceleratio, ibi,* Ecce dies. *Ad intelligentiam primi sciendum, quod Christus* Dauid *nominatur in scriptura veteris testamenti, Hosea 3. b.* Post hæc reuertentur filij Israel, & quærent dominum Deum suum, & Dauid regem suum. *Vbi habet translatio Chaldaica,* Reuertentur filij Israel & quærent cultum Dei sui, & obedient Messiæ filio Dauid regi suo, *sicut ibidem fuit expositum. Et similiter Ierem. 30. b.* Seruient domino Deo suo, & Dauid regi suo. *Translatio Chaldaica habet,* Colent coram domino Deo suo: & obedient Messiæ filio Dauid. *Item sciendum, quod non est ecclesia, quæ incepit à primo Abel iusto, vsque ad vltimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, secundùm quod dicit beatus Greg. hom. 7. Et ista ecclesia vocatur tabernaculum Dei, siue Christi, Isa. 4. b.* Et erit tabernaculum in vmbraculum diei, &c. *Apocal. 21. a.* Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, &c. *Igitur tabernaculum istud, in quo est verus Dei cultus cecidit post diluuium, omnibus ad idololatriam declinantibus, à tempore Nemroth, qui coegit homines ignem adorare, paucis tamen exceptis, vt Abraham & aliquibus aliis fidelibus. Multi etiam de illis qui descenderunt ab Abraham declinauerunt ad idololatriam, vt Ismaelitæ, filij Cethuræ, & Idumæi ab Isaac descendentes. Et licet omnes filij Iacob fuerint fideles, tamen multi postea ab eis descendentes fuerunt idololatræ, vt patet Exod. 32. de adoratione vituli; Et in libris Iudicum & Regum de cultu idolorum. Sed casum huius tabernaculi reparauit Christus, & eius discipuli, per quorum prædicationem cessauit idololatria per orbem, & vocati sunt Iudæi & Gentiles ad fidem. Et hoc est quod dicitur hic,* In die illa, *id est, tempore gratiæ, quod dicitur dies, ad Rom. 13. d.* Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

Reparatio Israelis per Christum.

Non potest hæc littera exponi de reparatione sub Zorobabel. Matth. 15.

Tempore Christi deficerant magistri sapientes de Israel.

Diuisio.

Christus Dauid nominatur in sacra Scriptura.

Vna est Ecclesia ab Abel iusto vsque ad vltimum electum.

Idololatria per Christu̅ sublata.

[5] Suscitabo tabernaculum Dauid, *id est, ecclesiam Christi, qui secundum deitatem est ab æterno, ad Hebr. 13. b.* Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in sæcula.

[6] Quod cecidit, *Per idololatriam modo prædicto.*

[7] Et reædificabo aperturas murorum, *id est, scissuras Gentium per diuersos ritus, quia aliqua colebant Iouem, & alia Dianam, & alia Martem: & sic de aliis, quæ per prædicationem Christi & Apostolorum reducta sunt ad vnum verum Dei cultum.*

[8] Et ea quæ cor. *Quia multi qui corruerant à fide vnius Dei, ad eam sunt releuati.*

Et

MORALITER.

† 4 *In die illa, &c.* Istud vsque ad finem capituli exposui litteraliter de aduentu Christi, quod alij doctores exponunt de reædificatione templi per Zorobabel & socios eius. Et sic expositio mea litteralis, est etiam spiritualis respectu illius expositionis; propter quod de alia pertranseo quoad præsens.

a *Ecce dies veniunt*. HIER. lib. 3. com. Iuxta litteram hæc omnia contigerunt Iudæis post reuersionem de Babylone, quia arationi successit messis, & vindemiæ iactatio seminis: in quo ostenditur tanta felicitas eis data, vt omnis abundantia simul eis contingeret, nec esset dies vlla sine frumento, vino & oleo.

Iudæis de Babylone reuersis adfuit victus copia.

† RVPERT. in com. Quæ fuit necessitas, vt in calce sermonis talis promereetur littera, quæ maximè carnales mulceat? videlicet, quia sic expediebat, vt pueros illos seduceret seductione bona propter eos, quibus proficere habebant mysteria suo tempore reuelanda.

Cur Deus Iudæis fecerit promissiones de rebus carnalibus.

† THEOD. in com. Quoniam verò omnes spirituales promissiones attendere non quærunt, necessario etiam bonorũ corporeorũ promittit suppeditationem: tantamque horum fore abundantiam præsignificat, vt præ vindemia relinquatur messis fructuum multitudine, &c.

HIER. vbi suprà. ALLEG. *Dies venient*, scilicet post ascensionem domini, in quibus *arator*, id est, ille qui suum & aliorum corda exarat fide & dilectione, repulsa duritia infidelitatis, vt fructum bonæ operationis afferat, apprehendit *messorem*, Id est, eum qui prædicando verbum Dei, homines à curis sæculi euellit, vt in ecclesia Dei recondat. *Calcator vuæ* est martyr, qui mortem & ipsum diabolum calcans potiùs, quàm recedat à fide, pro nomine Christi, patiens, musta sui sanguinis fundit, vt præbeat exemplum aliis. Hos omnes mittit Deus in ecclesiam, vt semen in electorum cordibus seminent, & à curis sæculi segregent, & ipsi pro sibi commissis animas ponant; & apprehendit alius alium, quia alius alij succedit.

Sancti confessores & martyres qui sua prædicatione, & exemplo homines ad Deum trahunt.

b *Et stillabunt montes dulcedinem, &c.* RVPERTVS vbi suprà. Montes, Apostoli sunt, propter excellẽtiam meritorum, qui per totum mundum dulcedinem pacis, & remissionis peccatorũ stillauerũt, prędicando in nomine Iesu Christi pœnitentiam & remissionem peccatorum. Auditores iustificati, tamquam colles bene culti, fructum bonũ reddiderunt. *Et conuertam*, ait, *captiuitatẽ populi mei*, id est, soluam vincula peccatorum, & diruam erroris ac ignorantię carcerem, quę vera captiuitas erat, in qua detinebamur nos, qui nunc dicimur & sumus Israel.

Luc. 24.

De Apostolis & conuersis ad Deum per ipsos.

a ¶ Populum Hier. Illud tabernaculum. b ¶ Id est, temporibus Salomonis & Dauid sanctorum patrum. c ¶ Apostoli & prædicatores.

Et reædificabo eum sicut in diebus antiquis, [12] vt possideant [1]

a ¶ Gentilem populum, qui terrenus & sanguinarius erat, vt terrena mutentur in cælestia. [2]

reliquias Idumææ, & omnes nationes, eò quòd inuocatum

a ¶ A Christo Christiani. ¶ De quo, pater manifestaui nomen tuum hominibus. ¶ Quia.

a sit nomen meum super eos, dicit dominus faciens hæc. [13] Ecce [3] dies veniunt dicit dominus, & comprehendet arator messo- [4]

¶ Per hos omnes significatur ordo prædicatorum. a ¶ Sapienter dispensando. b ¶ Apostoli alti in virtutibus.

b rem, & calcator vuæ mittentem semen. Et stillabunt mon- [5]

a ¶ Eloquiorum ve. & no. t. ¶ Minores colendi. b ¶ Fide & confessione, vt nullus fructus eis desit. [6] c ¶ Quia reliquiæ saluæ erunt (quæ sub diabolo captiuæ ducebantur) vt Deum mente videant. [7]

tes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. [14] Et conuer- [8]

a ¶ Hi montes & colles. [9]

c tam captiuitatem populi mei Israel, & ædificabunt ciui- [10]

a ¶ Multitudinem Gentium à Deo derelictarum, vt fint ecclesia Dei. [11] b ¶ Vt firmiter stent contra omnes impugnationes. c ¶ Per totum orbem alias congregationes. [12] d ¶ Delectabuntur fide & dilectione ædificatorum.

tâtes desertas; et habitabunt, plantabunt vineas, & bibent

a ¶ Qui enim plantat & rigat ipse comedet.

d vinum earum, & facient hortos, & comedent fructus eorum.

c *Et ædificab.* † RVPERT. ibid. Hoc expositione non indiget, cùm videamus vbique terrarum per desertum gentilitatis, quæ prius à Deo deserta fuerat, surrexisse Christi ecclesias: quæ & *ciuitates* propter fidei firmitatem; & *vineæ* propter spei, quæ non confundit, hilaritatem; & *horti* propter charitatis delitias rectè dicuntur, &c.

Ecclesiæ per orbem erectæ & diuitiis spiritualibus impletæ.

d *Et facient hortos.* HIER. vbi suprà. Nec contenti hac felicitate rerum, vt amplioribus deliciis affluant, omnia genera virtutum in seipsis adimplebunt, vt variis floribus virtutum ornati ad cælestem paradisum pergant.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et reædificabo eum sicut in diebus antiquis. *Id est, sicut ante diluuium, quando omnes communiter colebant vnum Deum, secundùm ipsius Adæ instructionem, licet postea corrupti fuerint communiter carnalitate & lascivia, Genes. 6. b.* Omnis quippe caro corruperat viam suam.

2 Vt possideant reliquias Idumææ, & omnes nationes. *Ista autem possessio non intelligitur per dominium temporale, sed spirituale: in quantum apostoli & fideles alij colla Gentium subiecerunt fidei, ideo Act. 15. vbi allegatur hæc scriptura secundum translationem LXX. quæ tunc multum erat authentica, pro eo quod dicitur hic,* Vt possideant reliquias Idumææ & omnes nationes, eo quod inuocatum sit nomen meum super eos, *dicitur ibi,* Vt requirant ceteri hominum dominum, & omnes Gentes super quas inuocatum est nomen meum. *Et ideo quod dicitur hic,* Eò quòd inuocatum sit nomen meum super eos, *refertur ad illos qui vocati sunt ad fidem. Exprimuntur autem hic specialiter Idumæi, quia ipsi & Iudæi de duobus fratribus descenderunt. s. Iacob & Esau: & Christus ex Iudæis descendit secundum carnem, & similiter apostoli & primi credentes.*

Primi fideles qui ex Iudæis erant spirituali iugo, non carnali seruitute gentes subegerunt.

3 Ecce dies veniunt. *Hic consequenter describitur dictæ reædificationis acceleratio, quæ facta est per celerem Euangelij publicationem: quia viuente adhuc beato Petro & pluribus aliis apostolis, fides catholica fuit per totum orbem prædicata, sicut plenius declaraui super illud Psal. 18. a.* In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. *Et breuiter potest hic resumi. Prædicatio enim Euangelij incepit à Ierusalem, quæ est in medio terræ habitabilis, Act. 1. Et inde deriuata est circumquaque, versus autem occidentem publicata fuit viuente Petro, quia discipuli ab eo missi in Franciam pro prædicatione Euangelij, ædificauerunt Senonis ecclesiam in honore beati Petri, quem credebant passum, sed postea audientes ipsum viuum, nominauerunt dictam ecclesiam* sancti Petri viui, *in qua pluries ego fui. Et eodem tempore fides catholica fuit prædicata per omnia loca notabilia regni Franciæ vsque ad mare Oceanum, quod est terminus terræ habitabilis secundum Astrologos. Et eadem ratione Euangelium tunc fuit prædicatum versus alias partes à Ierusalem, s. orientis austri & aquilonis: imò probabilius hoc videtur, quia plures apostoli & alij Christi discipuli dispersi fuerunt ad prædicandum Euangelium versus alias partes, quam versus occidentem, & sic patet acceleratio Gentium ad fidem. Item sciendum, quòd conuersio Gentium ad fidem messis designatur nomine, Luc. 10. a.* Messis quidem multa, operarij verò pauci. *Et similiter* calcatio vuæ, & seminatio *parabolicè dicuntur, Propheta enim hoc modo frequenter loquuntur, & Christus in Euangelio, Lucæ 8. b.* Semen est verbum Dei. *Est igitur sensus,* Ecce dies veniunt, *id est, tempus noui testamenti.*

Prædicatio Euangelij accelerata.

Ecclesia S. Petri apud Senonas.

Conuersio gentium ad fidem messis nomine designatur.

4 Et comprehendet arator messorem, *Id est, prædicator statim attinget ad fidelium conuersionem, sicut patet Act. 2. vbi ad prædicationem Petri statim conuersi sunt tria millia, & quarto capitulo quinque millia.*

5 Et calcator vuæ, *Id est, propinator sacræ doctrinæ.*

6 Mitten. semen. *Id est, faciet discipulos aptos ad prædicandum, sicut patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis, quòd edocti ab eis prædicabant verbum Dei.*

7 Et stillabunt montes. *Id est, Apostoli ceteris præeminentes.*

8 Dulcedinem, *Euangelicæ doctrinæ.*

9 Et omnes colles. *Id est, minores doctores.*

10 Culti erunt, *Cultura Spiritus sancti ad proferendum fructum in Ecclesia Dei.*

11 Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, *Liberando eos de seruitute diaboli.*

12 Et ædificabunt ciuitates desertas, & habitabunt, &c. *Per hæc intelliguntur vniuersi status ecclesiæ. Per ciuitates status coniugatorum, in quo requiritur consensus animorum. Vnde & ciuitas dicitur ciuium vnitas; Per vineas verò status prælatorum & doctorum, vnde & Christus dixit Apostolis Ioh. 15. a.* Ego sum vitis, & vos palmites; *Per hortos verò status religiosorum, qui sunt clausi sub disciplina regulari. Isti enim status sunt instituti à temporibus Apostolorum & discipulorum Christi. Et perceptio vtilitatis seu fructus consequentis est consecutio meriti in præsenti, & præmij in futuro. Quod nobis concedat, &c.*

Status laicorum, prælatorum, & religiosorũ.

a *Et plantabo eos*. HIER. lib. 3. com. Et post hæc ipsos plantatores, & plantatos plantabo super terram viuentium, & ita radicem eorum firmabo, vt non possint amplius euelli, vel in præsenti, vel in futuro, nam contra omnes tentationes, *ero cum eis vsque in finem sæculi*. (Matth. 28.)

† THEODOR. in com. Est autem intelligendum, Deum sæpe bona polliceri, sed excipientes promissiones, iniquitatibus gaudētes, non sinunt eas peruenire ad finem. (Iudæi indignos se præstant.) Minatur verò interdum acerba, in quorum periculum non incurrunt metu pœnarum. Quamobrem Iudæi, cùm contra dominum insaniissent, cùm venit in hunc mundum, seipsos bonis promissis priuarunt. (quibus Dominus dei quod promiserat.) Nos verò vtinam possimus hanc vitam secundùm leges diuinas rectè agere, pœnitentiaque peccatorum sordes abiicere, ne in malorum pericula incurramus: sed consequamur bona promissa per gratiam conseruatoris Christi, quocum Patri gloria & spiritui sancto nunc, & semper, in sæcula sæculorum, Amen.

a [15] Et plantabo eos super humum suam, & non euellam eos vltra de terra sua quam dedi eis, dicit dominus Deus tuus.

ADDITIO.

In cap. 9. *Vbi dicitur in Postill.* Numquid. Hic consequenter ostenditur.

Postillator in hoc loco omisit illud exponere, quod dicitur in littera, Numquid non, vt filij Æthiopum vos estis mihi filij Israel, ait dominus. *Cuius sensus cum continuatione ad sequentia habetur in Gloss. vbi sic dicitur*, Gloriabantur Iudæi quia erant de stirpe patrum, de quibus locutus est Deus, & quod etiam de Ægypto eos eduxit. (Sua cuique virtus.) Contra hoc quoque dicit dominus. Sicut creaui vos, ita & Æthiopes, sicut eduxi vos de Ægypto, ita & istos alios de diuersis partibus adduxi: (non genus prodest.) ergo non superbiatis quia æquali conditione facti æquali sententiæ subiacebunt. *Hæc in Gloss. secundum quam ista dicuntur ad conterendam superbiam eorum, de qua subditur*, Et ecce oculi domini super regnum peccans, & conteram illud.

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES AD PROLOGVM S. HIERONYMI IN ABDIAM.

1 HIc Prologus in aliis editionibus in duos Prologos disponitur, quorum secundus, qui verè est Hieronymianus, incipit ab eo loco, *Hebræi hunc esse dicunt*. Prior autem, qui primo loco ponitur, videtur esse non Hieronymi, sed Rabani, aut Walafridi, auctorum glossæ ordinariæ. Itaque secundum hoc, in duas partes eum diuidemus: in prima, quæ continet priorem Prologum, docetur argumentum huius vaticinij; In secunda parte, quę posteriori Prologo respondet, docetur conditio & qualitas personæ ipsius prophetæ.

2 Prima pars Prologi docet summatim, Abdiam vaticinari contra Idumæos, qui populum Israeliticum persequebantur, eique insultabant; in hoc imitantes patris sui Esau (qui & Edom vocatur) exemplum, qui fratrem suum Iacob ex concepto contra eum odio nitebatur interimere. (Argumentū prophetiæ huius.) Et propterea Idumæorum gentem nomine Edom parētis sui propheta intelligit; sicut Hebræos nomine Iacob & Israel patriarchæ sui. *Iacob patriarcha*, pręcipuus peculiaris populi Dei parens, à quo per duodecim filios (qui & ipsi patriarchæ propterea dicuntur) duodecim tribus seu prouinciæ & gentes Hebræorum descendunt, *fratrem habuit Esau*, maiorem natu, cui tamen iura primogenituræ & matris consilio, & Dei speciali benedictione præripuit.

3 *Edom Heb. ling. appellatus est*. Cognomen hoc Esau inditum est, ob sanguineum ruborem, quo totum corpus eius, cum nasceretur, suffusum fuit. (Edom, rufus & sanguineus.)

4 *Quod Latinè sanguineus*. Vox Hebræa *Edom*, rubrum significat, vt & *Adamas*, terram rubeam, seu argillam rubescentem; *sanguineum* autem ob rubedinem cruoris proprium colorem, significare potest; nisi fortè auctor Prologi ad vocem Hebræam *dam* respexerit, quæ sanguinem significat, & cognationem habet, cum radice seu themate *adam*, quod ruffum vel rubeum, esse denotat.

5. 6. *Is memoratum fratrem suum*. Esau nimirum fratrem suum Iacob prædictum (*qui Israel nomen acceperat*) non à natiuitate, (ab ea enim *Iacob*, hoc est supplantator, ab euentu dictus fuit, qui plantam pedis fratris sui Esau ex vtero priore loco egredientis tenuit manu sua, quasi ante eum egredi contendens; quo signo indicatum est, eum fratri suo Esau in hereditate benedictionis prælatum fore:) sed à lucta, quam habuit cum angelo personam Dei referente, dictus est Israel, quasi erectus cum Deo, qui cum Deo luctari potuisset, ab eo minimè deiectus in lucta; de cuius luctæ mysterio in historia Genesis disputatum est satis manifestè. (Iacob supplantator. Israel rectus cum Deo. Lucta Iacob cū angelo.)

7 *Graui odio commotus interimere*. Odium hoc diu durasse videtur, vsque ad reditum Iacob à Mesopotamia & domo Labanis soceri sui. Et tunc maximè (quamuis & sæpe antea quæsiuerat occasionem) conatus est Esau Iacob interimere occurrēs ei cū quadringentis viris armatis; proculdubio ea intentione vt ipsum interficeret; sed Dei nutu, & Iacob prudenti humiliatione mutata est simultas illa longa in dilectionem, quæ videtur inter ipsos postea perseuerasse; nam & simul concorditer sepelierunt postea Isaac patrem suum, & nulla deinceps mentio est vllius inter ipsos dissidij. (Odium Esau aduersus Iacob, tandem videtur cessasse.)

8 Præmisso historiæ fundamento, quā simultas inter Esau & Iacob orta narratur: nunc ex eo rationem reddit, cur persecutores Israelitæ per quamdam metaphoram vocantur *Edom* & *Esau*; quia sicut Esau Iacob, ita & ipsi Israelitas persequebantur. (Edom & Esau metaphoricè persecutores significat.)

9. 10 Sed peculiariter in hac Abdiæ prophetia Edomitis, aut Idumæis denuntiatur interitus, quia populo Hebræo, contra arctissimam coniunctionem quæ debebat intercedere inter nationes ab eadem stirpe deriuatas, eo maximè tempore insultabāt, quando in captiuitatem à Chaldęis abductus fuit. (Cur Abdias cōtra Edom vaticinetur.) Deinde etiam in reditu populi à captiuitate, quando Cyri beneficio permissus est ad terram promissionis redire: Edomitarum reguli & proceres conati sunt eos ab ædificatione ciuitatis & templi impedire, vt plenius in Esdræ ac Nehemiæ historiis habetur.

11. 12 *Per denuntiationem Abdi. prop. increpat*. id est, per propheticam prædictionem interitus in Edomitas superuenturi, reprehenditur inhumanitas Edomitarum, qui quasi adhuc Esau patris sui odium pro primogenitura amissa retinentes, calamitatem Israelitis illatam à Chaldæis, non diuinæ

INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI IN ABDIAM PROPHETAM.

[1] IAcob patriarcha fratrem habuit [2] Esau, qui ob ruborem corporis [3] sui, Edom Hebræa lingua appel[4]latus est, quod Latinè sanguineus dicitur. Is [5] memoratum fratrem [6] suum (qui Israel nomen acceperat) graui odio [7] commotus interimere conatus est. Qua de cau[8]sa omnes qui populum Israel, id est, filios patriarchæ Iacob, prædicti Esau odium imitati, [9] persecuti sunt, Esau & Edom appellati sunt. Et quia populus Israel de captiuitate Chaldæorum per Cyrum regem Persarum nutu Dei reuocatus in Ierusalem, ab illo regno grauiter [10] afflictus atque oppressus est, ideo hoc regnum (quod more Esau) prædictum populum persecutum [11] est, per denuntiationem Abdiæ prophetæ in[12]crepatur, quòd non Dei indignatione, sed sua

4 *Quod*

diuinæ indignationi; sed suæ ipsorum potentiæ attribuebant, qui Chaldæos in oppugnandis Hebræis maximè adiuuerant.

Edom Chaldæis militauit contra Israel.

13 *De quo regno*; Idumæorum nimirum, quatenus cum Chaldæis contra Iudæos pugnabant, *olim per Dau. in Psal.136. dictum est*, prophetico spiritu reuelante quod longissimo post tempore erat futurum: *Memorare domine filiorum Edom in die Ierusalem*; id est, vindica eorum crudelitatem quam contra cognatum ipsis populum ostenderunt, in die illo, quo Chaldæi Ierusalem incenderunt; tunc enim Idumæos maximè sæuiisse in populum & sanctam ciuitatem, traditur in libro 3. Esdræ cap.4. *Et tu* (ait Nehemias Dario regi Persarum) *vouisti ædificare templum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Chaldæis.* qui locus etsi ex libro apocrypho desumptus, confirmatur tamen ex illo Psalmo iam citato, & eumdem illustrat, vbi Idumæi dicuntur clamasse, *Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea*; Neque enim hoc diserte de Idumæis vllo alio in loco scripturæ narratur, præterquã in hoc libro apocrypho Esdræ.

14 *Nam reliqua lectione comprehensa*, id est, quæcumque in hac prophetiã Abdiæ leguntur præter ea quæ expresse contra Idumæos denuntiantur, *futurum in Gentes iudicium*, vindictam & visitationem iustitiæ diuinæ in omnes nationes futuram, *ob causas lectione comprehensas*, id est, in textu huius prophetiæ, quam nunc legimus & exponimus; lectionem enim vocat quam nos contextum scripturæ dicimus; *regnumq́, Dei in populo Israel*, cuius restitutio & liberatio prędicitur, ab Abdia, significat. Totam huius partis Prologi sententiam acutè & breuiter complexus est Hugo Victorinus his verbis: *Abdias sermone simplex, & sensu multiplex: rarus in verbis, sed copiosus in sententiis, iuxta illud Ecclesiastici 20. Sapiẽs verbis innotescit paucis. Prophetiam suam litteraliter aduersus Idumæam dirigit, allegoricè contra mundum, tropologicè contra carnem stylum suum acuit. Saluatoris typum gerens, ipsius aduentum subtiliter introducit, per quem mundus destruitur, per quem caro atteritur, per quem libertas redditur.*

Summa huius prophetiæ.

> 13 virtute populum superatum gloriabatur. De quo regno olim per Dauid in Psalmo centesimo tricesimo sexto dictum est: Memorare domine filiorum Edom in die Ierusalem. 14 Nam reliqua lectione comprehensa futurum in Gentes iudicium ob causas lectione comprehensas regnumque Dei in populo Israel significant. 15 Hebræi hunc esse dicunt, qui sub rege Samariæ Achab, & impiissima Iezabel, pauit centum prophetas in specubus, qui non curuauerunt genu ante Baal, & de septem millibus erant, 16 17 quos Elias arguitur ignorasse. Sepulchrum quoque eius vsque hodie cum mausoleo Elisæi pro-

15 *Hebræi hunc esse dicunt.* Hæc secunda huius Prologi pars, (quæ & in aliis editionibus separatum Prologum constituit) tota ad verbum desumpta est ex initio commentarij S. Hieronymi in hunc Prophetam. Et ostenditur in hac parte, quis fuerit hic Abdias propheta domini, vbi sepultus; & qualis ac quanti meriti in ecclesia & apud Deum. Primo ergo dicit ex sententia Hebræorum, Abdiam hunc esse illum regiæ domus dispensatorem, *qui sub rege Samariæ* (id est, decem tribuum Israel) *Achab, & impiissima Iezabel*, eiusdem Achab coniuge, *pauit centum prophetas in specubus*: historia hæc habetur 3. Reg.18. vbi Abdias dispensator regis, missus vt Eliam ad Achab deduceret, in tempore quo per triennium non plueræt super terram; cùm Elias se ipsi Abdiæ exhibuisset videndum, ita Eliam alloquitur: *Et nunc dicis mihi, Vade, dic domino tuo, Adest Elias; cumq́, recessero à te, Spiritus domini asportabit te in locum quem ignoro, & ingressus nuntiabo Achab, & non inueniens te interficiet me. Seruus autem tuus timet dominum ab infantia sua. Numquid non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim, cùm interficeret Iezabel prophetas domini, quod absconderim de prophetis domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pauerim eos pane & aqua?* Hæc pro se Abdias ille, non de bono opere iactabundus, sed fidelem misericordiam suam simpliciter referens Eliæ non ignotam, vt se illum esse Abdiam docens, qui talem misericordiam prophetis exhibuisset, apud prophetam gratiam & incolumitatem inueniret. *Qui non curuauerunt genu ante Baal*, id est, non adorauerunt idolum Baal impio cultu, ad quod Iezabel conabatur prophetas fideles inducere.

Abdias propheta quis fuerit.

Fuisse dispensatorem regis Achab.

Qui pauit prophetas Dei sub Iezabele.

Eliæ zelus.

16 *Et de 7. millib. erant, quos Elias arguitur ignorasse.* Elias cum prophetas Baal memorabili zelo occidi curasset, & propterea quæsitus à Iezabele ad necem, fugeret ad montem Dei Horeb, ibique in spelunca cum Deo colloqueretur: putauit se solum relictum esse in regno 10. tribuum, qui Deum verum coleret, omnes alios factos idololatras; non sibi hoc ex arrogantia attribuens, sed dolens non esse plures qui Deum syncere colerent. Cui propterea Deus, quasi zelum prophetæ sui consolans, dixit, adhuc sibi relicta esse septem millia Israelitarum (hoc est, magnum numerum; ponitur enim certus hic numerus, pro multò maiori multitudine fidelium) qui Baalam non colerent, sed Deo vero adhærerent. Et de hoc numero fuit iste Abdias dispensator regis, vt ex facto eius, & professione fidei coram Elia facta ostenditur. Quin & idem Abdias meritò putatur esse tertius ille princeps quinquagenarius (quinquaginta militum præfectus) cui in 4. li. Reg.1. pepercisse narratur Elias, dicenti, Homo Dei, noli despicere animam meam, & animam seruorum tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos, qui cum eis erant. Sed nunc obsecro vt miserearis animæ meæ. Hic ergo idem Abdias postmodum (vt inquit Rupertus) relicto regis ministerio, factus Eliæ discipulus, prophetiæ etiam gratia donatus fuit. Quin & apparet sub Iosaphat rege Iuda docendi populi munus à rege accepisse; nam 2. Paralip.17. v.7. dicitur: *Tertio anno regni sui misit de principibus suis Benhail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam vt docerent in ciuitatibus Iuda.* Quod videtur esse prophetæ officium. Vt proinde sit valdè probabile ipsum iam factum prophetam, reliquisse aulam regis Israel, & ad pium regem Iuda Iosaphat transiisse, vt securiùs Deo seruiret, & populum in cultu Dei confirmaret.

Abdias fuit pentecontarchus sub Ochozia.

Traditionem hanc Hebręorum esse dicit S. Hieronymus; atque adeò multis videtur non habere eam pro sua, omninoque certa sententia; quod etsi verum sit, tamen negari non potest sanctum doctorem in eam multum inclinare, eaque supposità in laudem huius prophetæ digredi.

Defenditur traditio de Abdiæ nobilitate.

At contra obiiciunt docti viri: primò, si Abdias hic fuisset Pentecontarchus, seu quinquagenarius princeps Achab, vtique hoc non tacuisset scriptura, nec Iosephus dum historiam illam Achab & Abdię fusè narrant. Sed responderi potest, argumentum ab auctoritate negatiua nullius esset roboris; neque occurrebat in historia aut occasio aut necessitas omnia narrandi, quæ de quauis persona possent dici. Alioqui satis innuitur dilectum Eliæ, & prophetis fuisse Abdiam illum regium ministrum, nec improbabile est ipsum bis Eliæ beneficio à periculis aulicis seruatum, præsertim accedente summa eius in prophetis seruandis pietate, munus & gratiam prophetiæ à Deo obtinuisse. Secundò obiiciunt, si Abdias prophetasset sub temporibus Achab & Iosaphat, potius prædicturum fuisse cladem Idumææ viciniorem illatam ab Amasia rege Iuda, quam hanc à Chaldæis post trecentos demum annos inferendam. Sed responderi potest, prophetam hunc, & clades viciniores insinuare tamquam præambulas, & cladem sub Chaldæis præsertim prædicere voluisse, vt indicaret eos, scilicet Idumæos, qui de excidio Ierosolymorũ tam insolenter lætati fuissent, non ita diu postea ab iisdem ipsis hostibus excidium passuros; quod & quinquennio post Ierosolymorum destructionem Chaldæis factam, accidit, quia tunc etiam Idumæos iidem Chaldæi deleuerunt. Nam quia per clades à Dauide, ac deinde ab Amasia illatas non resipiebant: per Abdiam prædixit illis plenum à Chaldęis excidium; Iudæis verò, quibus ipsi tam crudeliter insultassent, reditũ à Babylone, & felicitatem temporalem, atque etiam spiritualem sub Christo promisit. Nec refert quod tanto antea prophetauerit: nam multo ante ipsum videtur hoc ipsum prophetasse Dauid in Psalmo dicto 136. quia quod roget Deum, vt meminerit *filiorum Edom in die Ierusalem*, dicentium, *Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea*: quid aliud est, quàm orando prædicere, exitium vltimũ eos manere, qui sic populo Dei illusissent in eius captiuitate? Itaque pro veriori habeo traditionem hanc Iudæorum, & Hieronymo placuisse, & reuera ceteris sententiis esse certiorem.

Prophetauit excidium Idumæorũ 300. annos antequam eueniret.

17 *Sepulchrum quoque eius.* Hic agit de sepulchro prophetæ, quod dicit esse, & venerationi haberi in Samaria, quæ recentiori nomine tempore Hieronymi, Sebaste, siue Augusta vocabatur. *cum Mausolæo*, hoc est, insigni monumento. Mausolus rex Cariæ fuit: cuius vxor Artemisia tanta dilectione defuncti mariti memoriam prosequebatur, vt monumentum sepulchrale per artifices peritissimos extruxerit, tantæ excellẽtiæ, vt inter orbis miracula computatum fuerit; vnde omne sepulchrum insigne, Mausolæum dici solet.

Samaria quæ & Sebaste.

Mausolæum quid.

18 In

18 *In Sebaste venerationi habetur.* Scribit sanctus doctor in epitaphio beatæ Paulæ, ipsam in Samaria siue Sebaste visitasse sepulchrum Elisæi, Abdiæ, & Ioannis Baptistæ: *Vbi multis, inquit, intremuit consternata mirabilibus: namque cernebat variis dæmones rugire cruciatibus, & ante sepulchra sanctorum vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum; alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, suspensisque pede feminis vestes defluere in faciem.* Hæc Hieronymus indiuiduus sanctæ Paulæ comes, & oculatus testis horum mirabilium, quibus Deus & sanctorum suorum memoriam, & fidelium ad eorum memorias deuotam peregrinationem honorabat; cui par est potius oculato testi credere, quàm nouatoribus nostri temporis ista inficientibus.

Miracula ad sepulchra prophetarũ.

18 phetæ, & Baptistæ Ioannis in Sebaste venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. 19 Hanc Herodes rex Antipatris filius in honore Augusti Cæsaris Græco nomine vocauit Sebasten, id est, Augustam. 20 Hic igitur, quia centum prophetas pauerat, accepit gratiam prophetalem, 21 & de duce exercitus fit dux ecclesiæ. 22 Tunc in Samaria paruum gregem pauerat, nunc 23 in toto orbe Christi pascit ecclesias. Et sicut Stephanus coronam meruit passionis, sic hic de 24 seruitutis Dei cum Paulo Apostolo nomine gloriatur, quia Abdias seruus domini in nostro sonat eloquio.

Herodes primus.

19 *Hanc Herodes rex.* Herodes magnus; cuius pater Antipater Idumæus & Idumææ procurator pro Romano imperio fuerat: eius filius, primus Iudæorum rex alienigena, secutus in bello ciuili partes Antonij, postea reconciliatus Cæsari Augusto, in eius honorẽ antiquam Samariæ vrbem instaurauit, eamque mutato in Augusti gratiam nomine, vocauit Sebastem, id est, Augustam Palæstinæ; Græci Augustum Σεβαστὸν, id est, venerabilem vocant, nam σεβάζομαι est veneror: *Augustus* autem est summæ venerationis titulus.

Prophetiæ gratia Abdiæ retributa.

20 *Hic igitur, quia centum prophetas pauerat.* Docet hic sanctus doctor, meritum Prophetæ nostri apud Deum, sanctamque ecclesiam. Quia enim tanta fide & pietate misericordiam exhibuit prophetis, quos Iezabel quæsiuit ad necem, *accepit gratiam prophetalem*, gratiam illuminationis propheticæ, & munus prophetale. Hic ergo apparet Hieronymum supponere tamquam veram, prædictam Hebræorum traditionem, quod Abdias hic noster, sit idem cum Abdia dispensatore domus regiæ sub Achab.

21 *Et de duce exercitus fit dux ecclesiæ.* Hic supponit vt veram eamdem traditionem, quod Abdias propheta fuerit tertius ille Pentecontarchus, seu princeps quinquagenarius, cui pepercit Elias. Et eamdem traditionem docet Epiphanius in libello de vita & obitu prophetarum, cuius auctoritati sanctus Hieronymus plurimum tribuit, quia eum vnice veneratus est.

22 *Tunc in Samaria*, nempe in regno decem tribuum, *paruum gregem pauerat*, nimirum centum prophetas; *nunc in toto orbe Christi pascit ecclesias*, quæ eius prophetias venerantur, & in diuinis officiis legunt, vt ex eis pabulum animarum fidelibus apponant.

Abdiæ nomen.

23 *Et sicut Stephanus coronam meruit passionis*; id est, meruit coronam, quam ipso nomine suo quasi præsignificauit, στέφανος enim Græcè, corona dicitur Latinis; *Sic de seruitutis Dei cum Paul. Ap. nomine gloriatur*: Paulus in omnibus epistolis se seruum Iesu Christi inscribit, nolens in aliquo gloriari nisi in cruce Christi: pariter & hic propheta eodem nomine & titulo serui Dei nobilitatur: quia *Abdias seruus Domini in nostro sonat eloquio*, id est, Latino seu Romano; quod *nostrum* vocat Hieronymus, licet Dalmata, quia Latinus sermo communis erat lingua ecclesiæ Occidentis, sicut Græcus Orientis. Abdias, Latinè *seruus Dei*, *gnabad* enim Hebraicè seruum significat, & *iah* nomen est Domini Dei.

Argumentum breue, quod sequitur, desumptum est ex epistola ad Paulinum, initio Pentateuchi posita & exposita.

Incipit Argumentum.

ABdias qui interpretatur seruus domini, personat contra Edom sanguineum, terrenumque fratrem, fratris quoque Iacob semper æmulum hasta percutit spirituali.

Incipit Abdias Propheta.

CAPVT I.

¶ Intellectus verborum quæ fluunt à Deo.

1 VIsio Abdiæ. Hæc dicit dominus Deus ad Edom:

CAP. I.

1 *VIsio Abdiæ.* HIERONYMVS. Abdias quanto breuior tantò profundior, seruus Dei interpretatur, sicut Moyses famulus Dei, & Apostolus seruus Christi: & ita vidit & audiuit quæ sunt digna prophetali seruitute. Est ergo hæc visio Abdiæ, quam videt in Gentibus,

Incipit Postilla Venerabilis P. F. Nicolai de Lira super Abdiam Prophetam.

CAPVT I.

Abdias dispẽsator domus Achab regis.

VIsio Abdiæ. *Secundum doctores Hebraicos & Latinos, iste Abdias fuit dispensator domus Achab regis Israel, qui, cùm Iezabel interficeret prophetas domini, abscondit ex eis quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & pauit eos, 3. Reg. 18. a. & ideo meruit à domino spiritum prophetiæ secundum dictum Saluatoris, Mat. 10. d.* Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. *Hic autem prophetat contra Idumæos, qui debuissent diligere Iudæos, eò quòd à duobus fratribus descendisset: & ipsi è contrario habuerunt eos odio, & eorum persecutoribus auxilium præbuerunt. Diuiditur ergo eius prophetia in duas partes, quia primò nuntiatur Idumæorum vastatio; Secundò Iudæorum consolatio, ibi,* Et in monte. *Prima in tres, quia primò denuntiatur eorum vastatio propter culpam superbiæ; Secundò propter culpam superstitiosæ scientiæ, ibi,* Non est prudentia; *Tertiò propter culpam fraternæ inimicitiæ, ibi,* Propter interfectionem. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

1 Visio Abdiæ. *Scilicet, est hæc quæ sequitur.*

Audi-

MORALITER.

1 *Visio Abdiæ, &c.* Quæ litteraliter intellecta est de destructione Idumææ, propter tria. Scilicet propter præsumptionem de sua fortitudine specialiter quantum ad situm terræ, & propter præsumptionem de magnitudine suæ sapientiæ, ibi,

tibus, ad quas legatum miſit dominus. Deſtructio enim Idumææ, A viſio nationum eſt. Cùm autem in titulo ponatur *Viſio*, non ſequitur quod aliquid viderit, ſed tantum audierit. Viſio ergo pro intellectu hic ponitur more prophetarum, qui quod vident & audiunt intelligunt, à qua viſione prophetæ, id eſt, videntes dicuntur. Magna autem pars huius prophetiæ continetur in libro Ieremiæ, mutatis quibuſdã verbis. Eſau filius Iſaac, frater Iacob, vocatus eſt etiam Edom, id eſt, rufus, & Seyr, id eſt piloſus. Hic poſſidet regionem, quæ nunc dicitur Gebalena, vbi prius habitauerunt Horræi, qui interpretãtur liberi. B Vrbs quæ Hebraicè Edom, & Græcè Idumæa vocatur, à nomine conditoris, viculus eſt Paleſtinæ, cui dicitur per Amos, *Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quatuor non conuertam eum.* Cùm ergo idem homo tribus nominibus vocetur, ſic & terra eiuſdem Edom dicitur, & Idumæa, & Seyr. Hæc regio non computatur inter extraneas Gentes, quia poſſeſſa eſt à filio Iſaac, à fratre Iacob, nec data eſt filiis Iſrael in poſſeſſionem, ſed prohibebantur filij Iſrael mouere arma contra fratrem ſuum. Sicut autem Eſau ex odio perſecutus eſt fratrem ſuum Iacob, ita Idumæi ſemper inimici fuerunt Iſraelitis. Contra Idumæos ergo loquitur hic propheta.

Viſio & videns.

Eſau, Edom & Seyr.

Amos 1.a.

Iudæi & Idumæi cognatæ Gentes.

† THEOD. in com. huius loci. Cùm Aſſyrij & Babylonij Iſraelitis bellum intuliſſent, incredibilibus malis eos vexauerunt Idumæi. Nam non ſolum hoſtibus auxiliabãtur, ſed etiam inſidias eis comparabant. Cumque fugere conarentur, inſidiis poſitis eos comprehendebant, eoſque partim interficiebant, partim hoſtibus venundabant. Quamobrem iuſtus iudex mirificum Abdiam prophetico dono cumulauit, ac prædicit mala eos apprehenſura.

Idumæi cõſurgunt cõtra Iudæos.

† RVPERT. in com. Hic dicitur fuiſſe tertius ille princeps quinquagenarius cui pepercit Helias, dicenti, *Obſecro vt miſerearis animæ meæ, &c.* Poſtmodum relicto regis Ochoziæ miniſterio, factus Heliſæi diſcipulus prophetauit.

4.Reg.1. Abdiæ conditio.

C † REMIGIVS. Prophetauit autem eodem tempore, & ſub eiſdem regibus quibus Iſaias, & Ioel, Amos quoque & Micheas.

† THEODOR. vbi ſuprà. Non, inquit, humana ratione vtens hæc verba facio, ſed Deus omnipotens, tamquam organo quodam, mea lingua vſus, Idumææ futura prædicit.

HIER. in com. Iuxta hiſtoriam. O Edom, cùm ſis minimus ad comparationem ceterarum Gentium, quæ ſunt in circumitu: in ſuperbiam erigeris; & cùm ſis contemptibilis & pauper, nec habens tecta ædificiorum, ſed habitans in ſpeluncis: quaſi aquila in ſublime eleuaris, & ita tumeſcis corde, vt intra ſidera credas te habitare, & omnes Gentes tuo ſubiugare imperio. Secũdùm Tropologiam, factus eſt ſermo contra Iudæos carnales, qui inuident Chriſtianis, & Iacob fratrem ſuum, id eſt, populum ſupplantatorem, qui illis primogenita præripuit, perſequuntur. Vel, fit contra hæreticos, qui cùm videantur dicere vicina nobis, contraria ſunt, & ſimplicem habitatorem de hereditate patris nituntur expellere. Vel contra mundum qui terrenus & cruentus. Vnde Iſaias, *Quis eſt iſte qui venit de Edom tin. veſti. de Boſra?* Quidam per Idumæam intelligunt carnem, aduerſus cuius impugnationem putant prouocari animam, vt *mortificatis membris quæ ſunt ſuper terram*, conſequamur æternam in Chriſto gloriam. Iudæi fruſtra ſomniant hanc prophetiam dirigi contra imperium Romanum.

Idumæa cũ ſit minima gentium ſuperbit plus omnibus.

Impugnatio fidelium per Iudæos, hæreticos, mundum & carnem. Iſai.63.a.

Coloſ.3.a.

a *Auditum audiuim. &c.* † RVPERT. in com. Hæc ex ſua ceterorumque prophetarum perſona interloquitur, priuſquam narrare D incipiat, quæ Dominus dicit ad Edom. Itaque quaſi quæreret quis tu, quomodo, vel vnde ſcis, quid dicat dominus ad Edom? *A domino*, inquit, *audiuimus auditum*, nos prophetæ, qui ferè omnes loquimur contra Edom.

a ¶ Iungit ſe aliis prophetis, qui ſpiritualiter diuinam ſententiam audierunt contra Idumæos.

b ¶ Legatus eſt Ieſus Chriſtus, homo, qui mittitur ad Nabuchodonoſor & exercitum eius, vt veniat ad deſtructionem Idumæorum.

a Auditum[a] audiuimus à domino, & legatum[b] ad Gentes miſit. 1

a ¶ Edom, vel eam Idumæam. ¶ Numero hominum.

b Surgite & conſurgamus aduerſus eũm[a] in præliũ. 2 Ecce paruu- 2 3

c lum dedi te in Gentibus. Contemptibilis tu es valdè. 3 Super- 4

a ¶ Terra Idumæorum ſub nimio calore ſolis ſita eſt, & ideo in cauernis & in ſciſſuris petrarum habitant.

bia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petrarum, 5

a ¶ Tale quid & Dauid loquitur, Poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra.

b ¶ Parentheſis de præſumentibus.

exaltantem ſolium tuum. Qui[a] dicis in corde tuo: Quis[b] de- 6

¶ q. d. Nullus.

d trahet me in terram? 4 Si exaltatus fueris vt Aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detraham te, dicit do-

† THEOD. in com. Per hæc autẽ oſtendit, vt ipſe Dominus contra Idumæã hoſtes concitabit; ac inducit, *Surgite, & conſurgamus, &c.* Tamquam quiſpiam belli imperator aduerſus eos exercitũ coëgit, oſtendens vt ipſe hęc mala eos ſuſtinere efficit.

b *Surgite.* HIER. in com. Legatus loquitur Gentibus ad quas miſſus eſt, *Surgite qui dormitis*, & ne timeatis inire grauem pugnam & inſolitam, me habetis primum in acie, Ego qui apparui Ioſue tenens gladium, & Amalech in crucis meæ vexillo Moſe pugnante ſuperaui, ero vobiſcum.

Ephef.5.d.

Deus præſens adeſt ſuis prophetis.

E Ioſue d. Exod.17.e.

c *Ecce paru.* † RVPERT. ſuprà. Poteſt paruulus in bono interdum accipi, ſed non hic. Sequitur enim, *Contemptibilis tu es valdè*; ergo *paruulum dedi te*, id eſt, inuidum eſſe oſtendi te, de quo rectè dixerit alia ſcriptura, *Paruulum occidit inuidia.*

Paruulus pro inuido.

Iob.5.

† REMIGIVS. Quum ſis paruus numero comparatione ceterarum nationum, quumque non in domibus, ſed in terræ & ſaxorum ſciſſuris humilis & pauperculus habites: cur te quaſi aquila in ſublime ſuſtollis, & in tantum erigis te ſuperbia, vt te inter ſydera credas habitare?

Allegoricè. HIER. in com. O hæretice licet magnus videaris tibi & contemnas paucitatem eccleſiæ, tamen apud eccleſiaſticos viros contemptibilis es, & tamen ſuperbia cordis tui te eleuat, cùm ſis diuiſus à petra Chriſto & eius eccleſia, & confiſus in myſteriis & ſecretis tuis repromittis tibi regnum cælorum. Poſſunt etiam dici hæc aduerſus carnem, cuius vires imminutæ ſunt in aduentu Chriſti, & contemptibilis fit, & animæ imperio ſubiecta, & fruſtra erigitur cùm habitet in cauernis, id eſt, ſenſibus vel cogitationibus, & vult dominari animæ exaltans ſolium, & opera ſua non credit poſſe ſuperari.

Hæreticorũ ſuperbia.

Caro domita.

F

† THEOD. ſuprà. Altiſſimis montium faſtigiis Idumæa vndequaque munita erat. Hæc conſcendentes cùm ab hoſtibus impetebantur, ſæpè ex multis inſidiis euaſerunt. Quoniam autem his confidens, ait, inſoleſcis & elato animo es quòd ſis inexpugnabilis; expugnabilem te & hoſtibus facilem captu efficiam, nec ex manibus hoſtium effugies, non ſi more aquilæ ſublimis tollaris, & ſuper nebulas voles; atque in ipſis ſyderibus habites.

Præſidium magnum habebant Idumæi in montibus & ſpeluncis.

† HIERONYMVS in com. huius loci. Omnis regio Idumæorum ab Eleutheropoli vſque ad Petram, quæ eſt vrbs Arabiæ, Auſtralis eſt, ſub calidiſſimo climate ſita, & ad vitandum feruorem nimium, non in domibus, ſed in ſubterraneis ſpecubus & ſaxorum cauernis habitant.

d *Si exaltatus.* HIER. ibid. Aquila altius volat ceteris auibus, & habet tam acutum viſum, vt in ſublimibus volans piſciculos videat in mari natantes, ad quos rapiendos in modum tormenti deſcendit. Promittunt ſibi hæretici aquilarum ſimilitudinem, quæ ſolent ad cadauer dominicum congregari. Solent etiam inter ſydera eccleſiæ, dum dormit pater familias, nidum ſuum ponere, confiſi magnitudine corporis, & longo ductu alarum; ſed tamen inde detrahit eos Deus. Hoc etiam poteſt dici contra carnem quæ quamuis ſe erigat, & aquilæ imitetur excelſa & multos ſancto-

Aquilæ viſus.

Hæretici.

Caro.

rum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Auditum audiuimus à domino. *Ego & alij prophetæ inſpirati ab eo.*

2 Et legatum ad Gen. miſit. *Iſte legatus eſt inſtinctus diuinus excitans aduerſarios Idumæorum ad deuaſtandum eos propter peccata eorum. Ideo ſubditur confœderatio eorum ad agendum, cùm dicitur,* Surgite & conſurgamus, &c.

3 Ecce paruulum dedi te. *Verbum eſt domini loquentis de futuro, per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ ſuper Idumæam venturæ.*

4 Superbia cordis tui extulit te. *Vltra modum virtutis tuæ.*

5 Habitantem in ſciſſuris petrarum, *Id eſt, in locis vbi acceſſus eſt difficilis, in quibus nimis confidis. Ideo ſubditur,*

6 Qui dicis in corde tuo, Quis detrahet me in terram? *Id eſt, deiiciet me à magnitudine mea, ac ſi non timeas hominem, nec Deum. Ideo ſubditur reſponſio diuina,* Si exaltatus fueris, &c. *Et ſubditur omnium bonorum direptio totalis, cùm dicitur,*

Si

rum decipiat, tamen à domino est exuperata & deiecta.

A a *Si fures intr.* † HIER. in com. Fures & latrones sunt hæretici, filij noctis & tenebrarum, qui peruersa prædicant, & sufficientia sibi de ecclesia Dei furantur. Hi ingrediuntur vineam domini, quam de Ægypto eduxit, & ita volunt omnia vastare, vt vix racemos relinquant. Sed Deus primùm in hoc eos vincit, quod per ecclesiasticos viros occulta priorum hæresiarcharum (qui designantur per Esau) aperit & mendacia detegit. Quod cum admiratione dicit, Quomodo, id est, quàm subtiliter sancti viri perscrutati sunt occulta Esau? vt appareat eius stultitia.

Fol. 79. b.

Hæretici iuniores deteguntur ostendendo quod cum antiquioribus habeant cognationē.

B b *Nonne furati essent, &c.* IBID. Quæ sibi putarent sufficere, & aliquid in domibus reliquissent, vel per satietatem, vel ignorantiam. Sic & vindemiatores, vel hostili animo, vel conducti à te, si vellent metere vineā tuam, tamen aliquos racemos vitibus foliisque celatos relinquerent, sed Babylonij à Deo contra te missi, omnia secreta tua scrutati sunt, nihil in foraminibus & cauernis relinquentes.

Direptio Idumæorū talis vt nihil prorsus ipsis remaneret.

a ❡ Qui domos nocte fodere & quæ in domibus sunt rapere solent.
❡ Absconditi tenebris angulos domus tuæ cùm circumissent, qualiter tunc taceres, subaudi, sic tacebis veniente Nabuchodonosor non audens resistere.

a minus.[5] Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quo- 1
b modo conticuisses? Nonne furati essent sufficientia sibi? Si
vindemiatores introissent ad te, numquid saltem racemum
c reliquissent tibi? [6] Quomodo scrutati sunt Esau? Inuestiga-

a ❡ Cauernas, foramina. b ❡ Moabitæ & Ammonitæ prius fœderati tecum, coniuncti sunt Assyriis ad te captiuandum.

d uerunt abscondita eius. [7] Vsque ad terminos emiserunt te, om- 2
e

a ❡ Ducendo in captiuitatem.

nes viri fœderis tui illuserunt tibi. Inualuerunt aduersum te

a ❡ Qui fuerant pacifici in præsidio vrbium suarum. b ❡ Qui tanta affinitate erant coniuncti, vt comederent panem tecum, insidiantur his, qui ad te pertinent, ne aliquis effugiat.

uiri pacis tuæ. Qui comedunt tecum, ponent insidias subter

a ❡ Per hoc patet, quod stultus est Edom, qui non præuidit futuros hostes, quos habebat amicos.
b ❡ Qualis esse debuerat. c ❡ Cùm hæc contigerint tibi.

f te. Non est prudentia in eo. [8] Numquid non in die illa dicit 3
g 4

a ❡ Philosophos. b ❡ Edom Hebraicè, Idumæa, Græcè dicitur.
c ❡ Vt calliditas stultitiæ eius appareat, cùm nullum consilium possit inuenire, quo superueniens malum possit vitare.

h dominus, perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de 5

a ❡ Cùm cœperint audiri aduentus hostium, & irrisio prius pacificorum, tunc fortes regni tui qui habitabant in meridie, qui solebant pugnare pro ciuitate & prudenter consilia dare, timebunt.

monte Esau? [9] Et timebunt fortes tui à meridie, vt in- 6
i tereat vir de monte Esau? [10] Propter interfectionem & pro- 7

a ❡ Quando caperis ab hostibus.

pter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confusio, 8

C c *Quomodo scru. sunt.* IBID. Admirando dicit: Q. nihil reliquerunt. Et mirum est, quod homines illi in cauernis & foraminibus habitantes propter nimium calorem, nihil abscondere potuerunt, quod non inueniretur ab hostibus.

d *Vsque ad ter.* IBID. Non vna pars regionis per Babylonios vastata est, sed vsque ad finem regni tui peruenientes emiserunt te extra regnum tuum. *Vsque ad terminos.* Cùm secreta hæreticorum per sanctos fuerint propalata, prius decepti deserent terminos Edom, & transibunt ad ecclesiam, illudentes falsis eorum sententiis, & præualebunt credentes, conterentes argumenta eorum, qui cum hæreticis comedebant non panem Eucharistiæ, sed panem luctus, & ponent contra eos insidias de auctoritate scripturarum. Tunc apparebit quod in hæreticis nulla est vera scientia.

Hæretici detecti à Doctoribus Catholicis deseruntur à suis.

e *Omnes viri fœderis tui, &c.* † THEODOR. in com. Ad hostes, inquit, adiungentur, qui non multo ante tecum coniuncti beneuolentia erant confœderati, & socij tui: & non vrbibus solùm, sed

D etiam regionis finibus te pellent, cùm apertè bellum gerentes, tum insidias molientes. Horum maxima causa est insipientia tua.

f *Non est prudentia in eo.* †† HIER. in com. Veniente Nabuchodonosor contra Idumæam, omnes, qui ante erant fœderati Edom, & in præsidio vrbis superbissimæ fuerāt, reliquerunt eum, & iuncti hostibus, contra insidias tetenderunt, præualuerunt que aduersus eum, & tunc indicatum est, quia nulla in Edom erat sapientia, dum sperat in his, qui aduersarij demonstrati sunt.

Amici & fœderati Idumæorū transfugiūt ad eius hostes.

E † THEOD. in com. Omnes pariter & de fortitudine gloriantes, & sapientia ferocientes, & sub his merentes funditus perdam. Et suæ sententiæ æquitatem ostendens, propter cædem, inquit, & impietatem in fratrem Iacob.

g *Numquid.* HIER. in com. Cùm prius decepti reuertentur ad ecclesiam Deo pugnante, apparebunt stulti, qui sapientes videbantur, qui carnalia & terrena sapiebant, qui eleuantes se contra scientiam Dei pro Esau pugnabant arte dialectica, & tunc magistri, qui putabant se esse in meridie, conuicti timebunt.

F

h *De monte.* IBID. Mons Esau idem est qui mons Seyr, in quo monte sita est vrbs Idumæa. Bene ergo ab hoc monte dicitur auferri sapientia. Vel, quia omnis regio illa vergens ad austrum confinis est eremo, & præruptis montibus edita, eadem regio Heman dicitur, id est, Meridies.

i *Propter interfectionem.* IBID. Hæc tibi inferentur, quia interfecisti germanum coniunctus Babyloniis, obsidentibus Ierusalem, & ingredientibus portas eius, & mittentibus sortem pro diuisione prædarum: quia odium quod habuit Esau pro benedictione contra Iacob, tu adhuc exerces in filios ipsius, quia doles te perdidisse, quod habent Iudæi, & ideo hostibus eorum sociatis.

Cur oderit Idumæi Iudæos.

IBID. Legimus, vidimus, quotidieque comprobamus, quando persecutio contra ecclesiam oritur, multo peiores persecutores Iudæos & hæreticos in Christianos fieri, quàm Ethnicos.

Iudæi & hæretici crudelius persequuntur fideles quā Ethnici.

† THEOD.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomod. &c. *Et patet littera vsque ibi.*

2 Omnes viri fœderis tui, &c. *In quo ostenditur, quod talia passura sit Idumæa, non solùm ab inimicis suis, sed etiam ab illis qui prius erant amici sui, & sibi confœderati: quod est satis grauius, secundùm illud Psal. 54. b.* Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, &c.

3 Non est prudentia in eo. *Hic consequenter denuntiatur vastatio Edom propter scientiam superstitiosam. Intendebant enim diuinationibus & auguriis. Ideo subditur,* Non est prudentia in eo. *Intendentes enim talibus frequenter decipiuntur. Ideo subditur,*

4 Numquid non in die illa dicit dominus. *Scilicet vastationis Idumææ.*

5 Perdam sapientes de Idu. *Qui suis superstitionibus denuntiabant ei securitatem, quasi dicat, Sic, per effectum contrarium.*

6 Et timebunt for. tui à meridie. *Ab illa enim parte intrauit exercitus aduersariorum.*

7 Propter interfectionem. *Hic consequenter denuntiatur vastatio Edom propter crimen inimicitiæ fraternæ, cùm dicit,* Propter interfectionem & propter iniqui. in fra. tuum. *Esau enim persequebatur fratrem suum Iacob ad mortem, Genes. 27. pro benedictione paterna, & eodem modo Idumæi, ab Esau descendentes, persecuti sunt populum Israel à Iacob descendentem, propter quod nominatur hic Iacob.*

8 Operiet te confusio. *Superueniens tibi ex omni parte.*

Et

MORALITER.

† 3 *Non est prudentia in eo, &c.* Et propter odium fraternum, ibi,

7 *Propter interfectionem.* Mysticè verò per Edom, significatur omnis præsumens de sua fortitudine, similiter præsumens de sua sapientia sæculari, & similiter perseuerans in odio fraternali. Quod est fatuum & iniquum, nam in morte deficit corporalis fortitudo, in tantum, quod moriens non potest se defendere à musca. Similiter sapientia, quia sicut dicit Augustinus in sermone de Innocentibus: *Hac animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei.* Similiter odium fraternum multum nocet morienti, quia propter hoc pauci valdè compatiuntur sibi. Et sic patet destructio præsumentis maligni.

De præsumente de sua fortitudine, & sapientia sæculari,

& de perseuerante in odio fraterno.

† Et

☞ a *Cum stares aduersus eum.* † THEOD. in com. Alienis bellum inferre, in seruitutemque redigere graue est: Vobis autem sanguine coniunctis Abrahamo profectis, nulla venia relinquitur, qui hæc in cognatos attentaueritis. Cùm legibus cognationis spretis, alienis fuistis subsidio, vestros vero bello impetistis. Etenim tu inquit, fuisti vt vnus ex his. Non vt facta, sed vt futura, de more prophetarum proprio, prædicit.

Edom tradendus hostibus quia exultauit in malis Iudæorum cognatæ gentis.

† REMIGIVS ex Hieron. Chaldæis inquit, & Babyloniis vastantibus Ierusalẽ, & ingredientibus portas, prædamque sorte diuidentibus, tu quoque eras eorum socius, & exultabas in perditione populi fratris tui. Ergo quia hæc fecisti, & inique contra fratrem egisti, idcirco interibis vir de monte Esau, & similia ab eisdem hostibus patieris.

HIER. in cõ. O hæretice terrene & crudelis prædicta patieris, quia & mortifera doctrina linguæ, & odio cordis occidisti quantum in te fuit Iacob, id est, Christianum populum. Ideo cõfusionem patieris:

Reposcet Deus ab hæreticis sanguinem fidelium ab eis deceptorum.

a Aeterna captiuitate damnatus. b In manifesta captiuitate, cum Ioakim & Daniel, & alij per Nabucho. sunt ducti in captiuitatem.

a & peribis in æternum.[11] In die cùm stares aduersus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant sortem, tu quoque eras quasi vnus ex eis.[12] Et nõ despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius. Et non lætaberis super filios Iuda in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum in die angustiæ.[13] Neque ingredieris portã populi mei in die ruinæ eorum, neque despicies & tu in malis eius in die vastitatis illius. Et nõ emitteris aduersus exercitum eius in die vastitatis illius.[14] Neque stabis in exitibus, vt interficias eos qui fugerint. Et nõ concludes reliquos eius in die tribulationis,[15] quoniã iuxta est dies dñi super omnes Gentes.

a A Deo, & à progenie Iudæorum. — a Ciuitatis Ierusalem. b Spolia ciuitatis, quis quid tolleret. — a Cum venerit secunda, vel tertia captiuitas duarum tribuum, non iunges te victoribus, nec irridebis captiuos, quia & tu captiuus eris. — a Duas tribus, quæ regnabant in Ierusalem, à Chaldæis captas. Discipulos Christi. b Captiuitatis. c Magna loquendo, quasi vnus de victoribus. — a Corporalis, in persequutionibus, vel spiritualis in peccatis. b Gratulabundus, quia tu similia patieris. c Quia & manibus Nabuchodonosor traderis. — a Captus à Babyloniis, nec quæ fecisti, facies, neque quæ sequuntur. b Persequutione, negatione, in die quando aliqui in martyrio labuntur. — a Cum exercitu Babyloniorum. Quando superatos aduersarios fugies. b Iuda. — a Cum fugere cœperis per diuerticula & calles tibi notos ad solitudinem, & non stabis in biuiis, vt interficias venientes, vel captiuitati hostium reserues. — a In carcere captos. — a Ideo. O Idumæa, hæc facere cessabis: quia veniet super te vltio. b Iudicium & vltio.

C & peribis in æternum: Et quando aliquis violentus persequutor nititur abrumpere pacem Ierusalem, tu grauius quam aliquis Gentilis expugnas. Aliter, Portæ Ierusalem, id est, animæ quiescentis & videntis Deum, sunt quandoque corporei sensus, per quos intrant hostes, id est, pessimæ cogitationes, vt diuidant spolia miseræ Ierusalem, sicut quando aperitur oculus ad concupiscendum. Cùm vero per has portas aliquis de ecclesia corruerit, tunc Iudæus vel hæreticus gaudet, & grauius quam Ethnicus insurgit. (Isa. 9.a.)

b *Et non des.* IBID. Iam apertè minatur sermo propheticus Edom, quia cum propter malitiam, quam in fratrem exercuit, ducetur captiuus de monte Esau, vltra non despiciet fratrem euntem in captiuitatem, sicut ante fecit: quia ipse Edom prius captiuabitur, quàm Israelitæ, tempore Ioakim, vel tempore Sedechiæ per Nabuchodonosor captiuentur.

† REMIGIVS ex Hieron. Improperat sermo propheticus Idumæis ea, quæ contra filios Iuda gesserunt. Cùm enim capta Ierusalem vellent fugere ad notas sibi vias, & ad montium diuerticula, ac desertum Petræ: Idumæi stabant in exitibus viarum, & expectabant in compitis, vt fugientes interficerent. Dicit ergo propheta, quod non sic facturi sint cùm venerit tempus captiuitatis eorum: quia singuli pro se timebunt, nec aliis parabunt insidias, cùm nec sibi ipsis poterunt subuenire.

Idumæi obseruant vias vt Iudæos manus Chaldæorũ fugientes comprehendant.

† THEODORETVS in cõ. Quis vmquam pro dignitate commemorare posset iusti iudicis incredibilem bonitatem: qui cum planè sciret, quod propheticis verbis nõ essent credituri, has propositas minationes adhibuit, vt hinc eos perterrefaciendo, illinc pelliciendo efferatos molliret?

HIER. in com. O hæretice cùm videris fratrem tuum, vel violẽtia persequutionis, vel aliqua hæresi ab ecclesia deuiare, non lætaberis in perditione eorum quia & tu peribis, nec magna loqueris super eum, quando ille vel oppressus negabit, vel voluptate abstractus rigorem mentis non seruabit. Solet autem hæreticus, cùm viderit aliquem, vel fuga vel pœnitentia elapsum à periculo, stare in diuerticulo & sophismata proponere, & quasi de scripturis testimonia proferre ad refectionem lassorum, intantum vt qui persequutione victus non fuerat, prauo dogmate in carcerem errorum retrudatur. Et cum specie fraternitatis decipiat, grauior est eius persequutio quam Gentilis.

Hæretici aggrediuntur fideles quos persecutiones sustinuisse vident.

IBID. Dum aliquis vel in angustia negat, vel voluptate rigorem pristinum perdit, tunc facile ad contraria dogmata solet labi, quæ non curant vulnus, sed blandiuntur errori & palpant.

c *Quoniam iuxta.* † THEODORETVS. De omnibus gentibus impietatem exercentibus pœnas sumo, easdem de te credere nolente sumam.

HIER. in com. Vniuersas Gentes Herodoto teste, vsque ad Propontidem Scythicumque mare, & Ionium vel Ægeum Assyrij Babyloniique sibi subiugauerunt. Vnde ait: Si aliæ Gentes, quæ non adeo peccauerunt, biberunt de calice iræ Dei, quomodo, tu quæ magis peccasti, impunita remanebis?

Termini imperij Assyriorum & Babyloniorum.

☞ *Sicut*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et peribis in æternum. *Absque reparatione.*
2 In die cùm stares aduersus eum. *Id est, populum Iudaicum.*
3 Quando capiebant alieni. *Id est, Assyrij primo & postea Chaldæi.*
4 Et extra. ingre. *In Ierusalem, & aliis ciuitatibus.*
5 Et super Ie. *Id est, super prædam Ierusalem.*
6 Mittebant sor. *Vt quilibet portaret partem suam.*
7 Tu quoque eras quasi vnus ex eis. *Ciuitates destruendo & bona rapiendo.*
8 Et non, &c. *Id est, in die vastationis eius non despicies eum, quia tu eris magis contemptibilis.* (Prima expositio.)
9 In die peregrinationis. *Id est, captiuationis ad terram extraneam.*
10 Et non lætaberis. *Qui habes occasionem maiorem tristitiæ.* (Quando Idumæos captiuauerint Chaldæi.)
11 Et non magnif. *Iactando te quod fueris in templi & ciuitatis combustione, ex quo contigit maxima Iudæorum angustia: licet enim Idumæi pluries fuissent contra regnum Iudaicum cum Assyriis & Chaldæis, vt dictum est, tamen ante combustionem ciuitatis & templi per Nabuzardan fuerunt captiuati, vt dicunt expositores aliqui, & sic non fuerunt in illa. Ideo subditur.*
12 Neque ingre. por. *Et patet littera.*
13 Et non emitter. *Id est, ad persequendum Sedechiam fugientem cum viris bellatoribus.*
14 Neque stabis in exitibus. *Scilicet ciuitatis ad interficiendum fugientes.*
15 Et non concludes reliquos. *Qui non poterunt effugere de ciuitate.*
16 Quoniam iuxta est. *Id est, prope & ante dictam vastationẽ Ierusalem.*
17 Dies domi. *Id est, tempus suæ vindictæ.*
18 Super omnes gentes. *Scilicet regni Idumææ. Sed quia Isa. 21. & 24. & 63. & Iere. 49. & Ezech. 35. videtur dicere textus, quod Idumæi fuerunt cum Chaldæis in destructione Ierusalem per Chaldæos, sicut ibidem fuit dictum: Et idem sonat quod hic præmittitur,* Et super Ierusalem mittebant. *Id est, super prædam de Ierusalem, vt quisque partem suam tolleret,* Tu quoque eras quasi vnus. *Quæ diuisio prædæ maximè fuit in captione ciuitatis per Chaldæos, ideo*

Aliter exponenda est littera ab illo loco. Et non despi. in die fra. *Id est, de vastatione eius facta per Chaldæos, sicut Prouerb. 17. dicitur:* Qui in ruina lætatur alterius, *Id est, de ruina alterius,* non erit impunitus. *q.d. malum eueniet tibi post destructionem Ierusalem, & ita cessabis despicere populum Iudaicum.* Et non læta. *Superuenient enim tibi occasiones tristitiæ maioris: metus enim maiores depellunt minores.* Et non magnificabis os tuum. *Vltra te iactando, quod fuisti in ciuitatis & templi captione, eadem de causa.* Neque ingredieris portam. *Post ciuitatis readificationem per Neemiam.* Et non emitteris aduersus exercitũ eius. *Tunc, sicut missus fuisti ante per Nabuchodonosor.* Neque stabis in exitibus. *Scilicet Ierusalem, ad interficiendum fugientes de ea, sicut fecisti tempore obsidionis eius per Chaldæos.* Et non (Alia expositio.)

a *Sicut fecisti, fiat.* HIER. in com. Simile legitur in Psal. *Memor esto Domine filiorum Edom in die Ierusalem, dicentium: Exinanite exinanite vsque ad fundamentum in ea.* Vnde & contra Babylonem imprecatur propheta: *Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis: Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad Petram.*

b *Quomodo enim bibisti super montem, &c.* † REMIGIVS. Ac si diceret, Sicut bibisti super montem Sion cum Babylonicis, ac lætatus es: sic omnes gentes, quæ erant tecum in præsidio illarum, contra te bibent & lætabuntur: nec solum bibent sed & absorbebunt, vt sint Idumæi quasi non sint. Vel certè ipsæ gentes, cum biberint, absorbebuntur à Mœdis, vindicta quasi circulo procedente. Tu enim deuorasti Ierusalem, te consumet Chaldæus, Chaldæum Medi & Persæ vastabunt.

(Psal. 13. b. Isa. 51. f.; Gentes inuicem vincunt & vincuntur.)

a Sicut occidisti Iudæos, ita occideris ab hostibus. b Conuertetur dolus eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Dies domini.

a Sicut fecisti, fiat tibi: retributionẽ tuam conuertet in caput 1 tuũ. [16] b Quomodo enim bibisti super montem sanctũ meũ, 2 (Calicem diaboli. a Ecclesiam.) c bibent omnes Gentes iugiter, (a Conuersæ contra te.) 3 d & bibent & absorbebunt, & 4 e erunt quasi non sint. (a Destructa Idumæa, sub Zorobabel reuertentur duæ tribus ad Ierusalem in sua libertate.) [17] f Et in monte Sion erit saluatio & erit 5 sanctus. 6 g Et possidebit domus Iacob eos qui se possederant. 7 (a Idumæa.) h [18] Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & do- 8 9 (a Quæ citò crematur. b Domus Esau per eos. c Nec vnus vitabit subuersionem.) mus Esau stipula. Et succendetur in eis & deuorabũt eos, & 10 non erũt reliquiæ domus Esau, quia dominus loquutus est. (a Qui est veritas. Cuius loquutio est operatio.)

† THEODORETVS. Vini potionem vocat vltionem, docente Ieremia, qui iussus est accipere poculum, & potare omnes gentes. (Ierem. 25.)

HIER. in com. Sicut cum Babyloniis lætabaris de destructione Ierusalem, vbi erat templum meum & altare: ita delectabuntur in effusione tui sanguinis Gentes; quas tunc tecum habebat Babylonius in præsidio.

c *Bibent omnes, &c.* HIER. IBID. Contrariæ fortitudines suppliciis deputatæ, vel quæcumque virtutes aduersariæ.

d *Et absor.* Nec solum lætabuntur in tua perditione, sed etiam absorbebunt occidendo, ita vt sint Idumæi quasi non sint, vel illæ Gentes erunt, quasi non sint: quia qui absorbent te, absorbebuntur à Mœdis: quia sicut Babylonij alias gentes ita Mœdi Babylonios vicerunt, & Mœdos Macedones, & Macedones Romani, Romanos Christus.

e *Et erunt quasi non sint.* IBID. Quicumque non adhæret illi qui dicit, *Ego sum*, nihil est. Hæretici ergo, qui cum eo non sunt, peribunt: & in die iudicij ita retribuetur eis, sicut ipsis qui peccauerunt contra ecclesiam. (Exod. 3. d. Hæretici à Deo non stant.)

f *Et in monte Sion.* † REMIGIVS. Erit saluatio reliquiarum Israel: & erit sanctus mons Sion, quia ibi sancta sanctorum siue, erit ibi sanctus: ipse scilicet Deus reuertetur ad templum, quod propter peccata dimiserat. *Et possidebit domus Israel.* Hoc factum est sub Zorobabel, & Esdra, & Nehemia: quando reuersi de captiuitate possederunt Idumæos.

† THEODORETVS in com. Vel, prænuntiat saluationem omnibus exortam in Sion, & sanctificationem inde in omnem orbem terrarum profusam, per crucem Saluatoris.

HIERONYMVS in com. ALLEGORICE. Destructis operibus carnis, & terreno imperio desolato, in ecclesia erit saluatio eorum, qui à matre non exierunt, & in ipsa morabitur spiritus sanctorum, & domus supplantantium vitia possidebunt eos Christianos effectos, qui se prius possederant, & domus Esau, id est, terrenorum, non poterit sustinere disputationem ignitam Catholicorum, sed deuorabuntur in suam salutem, Et non erunt reliquiæ Esau, quando Christo *flectetur omne genu; cælestium, terrestrium & infernorum*, & cum *Deus sit ignis consumens*, sui vertuntur in naturam ignis, vt consumant stipulam peccatorum. (Veritatis de errore victoria. Philip. 2. b. Deut. 4. d.)

g *Et erit sanctus.* IBID. Dominus reuersus ad templum, quod pro peccatis dimiserat. Vel, *erit sanctus*, ipse mons Sion propter cultum Dei qui ibi celebrabitur, & tunc qui reuersi fuerint, vel de duabus, vel de decem tribubus, pariter pugnabunt contra Idumæos: quibus Idumæi non poterunt resistere, sicut nec stipula ignis. (Iudæi de Babylone reuersi pugnant contra Idumæos.)

h *Et erit domus Iacob.* † REMIGIVS. Sicut flamma citò stipulam deuorat, sic post reuersionem de captiuitate, sociata sibi duo regna Iuda & Israel, id est, decem tribuum, vastabunt Idumæam, & deuorabunt eum, ita vt non remaneat qui hanc cladem posset ceteris gentibus annuntiare.

HIER. in com. Per Iacob duæ tribus, per Ioseph decem, quia Ieroboam, qui primus in illis regnauit, de Ioseph fuit. Hæc omnia Iudæi de tempore Antichristi interpretantur, quem pro Christo recipient: Et quidquid contra Idumæam dicitur, ipsi de Romano imperio somniant dictum. Nos vero sub Zorobabel iam factum esse intelligimus, vel quotidie in ecclesia, & in regno animæ contra carnem in vnoquoque compleri videmus. (3. Reg. 11. Quando completa est prophetia residui huius cap.)

NICOLAVS DE LIRA.

concludes, *Remanentes in ciuitate sicut tunc fecisti.* Quoniam iuxta est dies domi. &c. *Id est, prope, quia statim post destructionem Ierusalem fuerunt captiuati Idumæi.* Dies dom. *Id est, tempus suæ vindictæ.* Super omnes Gentes, *Scilicet regni Idumææ, de quibus loquitur propheta.* (Dies Domini.)

1 Sicut fecisti. *Persequendo nequiter filios Iuda, ita alij persequentur te.*

2 Quomodo enim bibisti. *Id est, lautè vixisti de bonis acceptis de templo, quod erat in monte Moria,*

3 Bibent omnes Gentes. *Hauriendo bona tua.*

4 Et absorbebunt. *Venientes super te tanta potestate, quod non poteris resistere.*

5 Et erunt quasi non sint. *Alicuius virtutis gentes tuæ. Ideo sequitur,* Sicut fecisti, *Persequendo nequiter filios Iudæ: sic alij persequentur te.* Quomodo enim bibisti, *Id est, lætanter fecisti.* Super montem sanctum meum, *Id est, de malo venienti supra Ierusalem, vbi est templum nomini meo dedicatum:* Bibent omnes Gentes, *Hauriendo bona tua, & latando de tua miseria.* Et absorbe. *Te totaliter deuorando.* Et erunt quasi non sint, *Scilicet gentes tuæ, vnde istud refertur ad illud quod supra dicitur:* Dies domini super omnes gentes.

6 Et in monte. *Hic post destructionem Idumæorum nuntiat propheta consolationem Iudæorum. Et dicunt aliqui expositores nostri, quod residuum huius prophetiæ intelligitur ad litteram de reditu captiuitatis Babylonicæ,* Et in monte Sion erit saluatio. *Quia liberati de captiuitate illuc venerunt, vt habetur j. Esdræ ij.*

7 Et erit sanctus. *Quia ibi reædificatum fuit templum in loco sancto suo.*

8 Et possidebit domus Iacob eos qui se possederãt. *Quod maximè fuit impletum tempore Machabæorum, qui pugnantes viriliter suos aduersarios sibi subiecerunt.* (Expositio prima residui huius cap. de statu Iudæorum à reditu de Babylone.)

9 Et erit domus Iacob ignis, &c. *Dicuntur hic* domus Iacob *illi de regno Iudæ, qui redierũt de captiuitate, &* domus Ioseph *illi de regno Israel, qui euadentes manus Assyriorum, postea venerunt ad habitandum in regno Iudæ: & cum illis de regno Iuda captiuati fuerunt, & cum redeuntibus redierunt.*

10 Et domus Esau stipula. *Id est, Idumæa ita faciliter destruetur ab eis, sicut stipula ab igne.*

MORALITER.

† 6 *Et in monte Sion erit saluatio.* Istud vsque ad finem capituli litteraliter exposui de aduentu Christi: propter quod de alia expositione pertranseo, sicut in fine Amos prophetæ dictum est.

a *Et hereditabunt hi qui ad Austrum sunt montem Esau.* HIER. in com. Reuerso Iuda in regnum, hi qui in meridie habitabant, & habebant angustos terminos, occupabant montana Idumæorum, & qui de duabus tribubus prius in cāpestribus erāt in Lydda, Emaus, Diospoli, Nicopoli, possidebunt quinque vrbes Philisthinorum, Gazam, Ascalonem, Azotum, Acharon, Geth: Dilatabitur etiam Iuda vsque Ephraim, vbi nunc est Neopolis, & ad regionē Samariæ scilicet vbi nūc est Sebaste. Beiamin vero, cui terminus est ab Ierusalem contra Septētrionem, possidebit cunctam Arabiam, quę prius Galaad dicebatur, nunc Gerasa dicitur.

Fines Hebræorum de captiuitate reuersorum.

IBID. MYSTICE. Qui sunt in vero lumine, & qui tenent campestria humilitatis, possidebunt magistros Gentilium, qui montibus comparantur, & propter prophetiam & eloquentiam, & etiam Philisthiim, discipulos eorum qui alienigenæ dicuntur. Possidebunt etiam hæreticos ecclesiæ qui fructificationem & custodiam mandatorum Dei promittunt. Porro Beniamin, id est, filij dexteræ, scilicet populus Christianus, possidebit Galaad, id est, Iudæos, à quibus transmigrauit testimonium ad Christianos.

b *Et transmigratio.* † † R. IONATHAN. HIER. IBID. Vbi nos posuimus *Bosphorum* in Hebræo habetur ספרד sepharad. Quod nescio cur LXX. trāsferre Ephratam voluerint, Quod si ita legimus, nulli dubium est, quin Christi intelligatur fides, Ephrata enim interpretatur καρποφορία vbertas, appellaturque Bethlehem, in qua natus est cælestis panis.

Quid hic sit Bosphorus?

† REMIGIVS. Sensus litteralis talis est. Illa transmigratio quæ reuersa est sub Esdra, Nehemia, & Zorobabel, possidebit cuncta quæ prædicta sunt, Iudas quidem ea quæ ad austrum & maritima occidentis: Beniamin quę sunt in septentrionali plaga, cōtra orientem vero omnia quæ fuerunt Chananæorū vsque ad Sarepthamiam

† THEODORETVS. Est autem animaduertendum, vt prophetiæ Ezechielis finis respondeat fini huius prophetiæ. Illic describit terræ diuisionem, & populi prædicit reditum: tumque post reditum eis datam à Deo fortitudinem, & potentiam. Hanc nos vtinam consequamur à Deo. Consequamur autem modo nō Esau & posteros eius imitemur: sed iuxta Apostolorū traditionem, gaudere cum gaudentibus, & flere cū flentibus discamus, atque idem inter nos sentire velimus. Hoc genere viuēdi omnium dominum obseruantes, assequemur ab eo dona benignitate seruatoris nostri Iesu Christi, vnà cum sancto Spiritu: nunc, & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

Rom. 12.

Qualem vitam nos ducere oporteat vt simus digni donis Dei.

a [19] Et hereditabunt hi qui ad austrum sunt montem Esau, & qui in campestribus Philisthiim, & possidebunt regionem Ephraim & regionem Samariæ. Et Beniamin possidebit Galaad. [20] Et trānsmigratio exercitus huius filiorū Israel omnia loca Chananæorum vsque ad Sareptam, & trānsmigratio Ierusalem quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates austri. [21] Et ascēndent saluatores in mōntem Sion, iudicare mōtem Esau, et erit domino regnum.

a ❡ Id est illi, qui reuersi fuerint de decem tribubus à captiuitate, possidebunt omnia regna Chananæorum vsque ad Sareptam, vbi vidua quondam pauit Eliam.

a ❡ Qui de Ierusalem metropoli ciuitate translati fuerunt in Bosphorum.

a ❡ Quæ sunt in tribu Iuda, reuersi enim vrbem suam & loca vrbi vicina obtinebunt.

a ❡ His expletis. b ❡ Sicut fuit Zorobabel. ❡ Sicut in libro Iudicum legitur dominus misisse saluatores ad liberationem populi sui. c ❡ Venient. d ❡ Qui iudicent ac discernant Idumæos sicut subiectos & seruientes.

a ❡ Omnibus subiugatis. b ❡ Soli. c ❡ Paratum per apostolos. ❡ Mirabilis Deus in sanctis suis.

HIERO. in com. ALLEGORICE. Sarepta angustia panis, vel incendium, Chanaan motus, vel negociator, vel humilis: Quando vero transmigratio filiorum Israel dimissa occidente littera, venit ad spiritum viuificantem, mouebit cuncta quæ legis sunt, de multis margaritis vnam negociabitur humilis effectus, & vbi fuit ante tribulatio panis, pastum præbebit, & vitia incendet. Transmigratio vero Ierusalem, vbi fuit visio quondam pacis, nunc toto orbe diffusa, possidebit ecclesias veri luminis, & tunc ascendent saluatores Apostoli, de reliquiis Iudæorum electi, speculam montis ecclesiæ, & deponentes Iudaicam superbiam & vniuersorum montium, qui se aduersus Dei scientiam erigunt, domino regnum parabunt.

Matt. 13. f.

Conuersio Iudæorum in fine sæculi.

c *Et ascendent saluatores, &c.* † HIERON. IBID. Sicut à Christo vera luce dicuntur Apostoli lux mundi, & à summo pastore vocantur quoque pastores, sic à Saluatore, dicuntur saluatores. Hi descendent de Sion, id est, ecclesia, vt iudicent montem Esau, id est, deponant & humilient omnem superbum, & erit domino regnum, quia ipse habebitur rex & Dominus omnium sæculorum.

Matth. 5. Io. 10. & 21. Ephes. 4.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et hereditabunt hi qui ad austrum sunt. *Quia tempore Machabæorum dilatauerunt terminos habitationis suæ circumquaque.*

2 Et transmigratio exercitus huius. *Id est, illi qui de regno Iuda transmigrauerunt in Babylonem, hereditabunt, supple,*

3 Omnia loca Cha. *Loca quæ fuerunt à Chananæis possessa antequam filij Israel ingrederentur terram illam.*

Sarepta.

4 Vsque ad Sareptam. *Ciuitas est in qua mulier vidua pauit Eliam.*

5 Et transmigratio Ierusalem quæ est in Bosphoro. *Nomen est loci in regno Babyloniæ, secundùm illam expositionem, ad quem aliqui de Ierusalem fuerunt translati.*

6 Et ascendent saluatores. *Id est, Esdras & Nehemias vel Machabæi vt dicunt aliqui.*

Examinatur prædicta expositio.

7 Et erit domino regnum. *Id est, virtute diuina fient ista, cui seruient à captiuitate liberati. In aliquibus autem libris additur in fine,* Amen: *sed non est in Hebræo nec in libris correctis. Ista expositio videtur habere aliqua dubia. Primò, quia non habetur plane de scriptura, quod termini Iudæorum fuerint ita dilatati temporibus prædictis: & maxime quia dicitur hic,* Possidebunt regionem Samarię, *quia Samaritani illuc missi à rege Assyriorum iv. Reg. xvij. habitauerunt regionem illam vsque ad tempus Christi, vt patet Ioan. 4. & in pluribus aliis locis ex Euangelio. Item quod dicitur,* Et erit domino regnum, *Videtur extorte exponi: quia interruptio regni Dauid, quod dicitur regnum Dei in scriptura à doctoribus Hebræorum & Latinorum, dicitur reparanda per Christum, & hoc videntur manifeste sonare dicta prophetarum: propter quod Ra. Sa. & alij Hebræi exponunt totam partem istam de consolatione Iudæorum per Christum, sed in hoc deficiunt quod dicunt esse futurum, quod iam est impletum. Et ideo potest ista pars exponi de tempore Christi. Cùm dicitur,* Et in monte Sion. *Quia Christus saluator noster ibi pluries prædicauit in templo, & plures infirmos curauit spiritualiter & corporaliter.* Et erit sanctus. *Quia ibi missus fuit spiritussanctus in signo visibili in die pentecostes secundum quod dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum.* Et possidebit domus Iacob, *Id est, Apostoli primique credentes, qui fuerunt de domo Iacob. Et ista possessio non est per temporale dominium, sed quia potentes huius mundi posuerunt colla sua sub iugo fidei.* Et erit domus Iacob ignis, &c. *quia super eos apparuit spiritussanctus in specie ignis: Act. 2. a.* Et domus Esau, *Id est, generaliter Gentiles, ex hoc enim quod Esau persequebatur Iacob, & descendentes ab eo scilicet Idumæi persequebantur filios Israel à Iacob descendentes: omnes qui populum Israel persequuti sunt cuiusmodi erant Gentiles, vocati sunt nomine Edom, vt dicunt Hebræi. Et vlterius deductum est hoc nomen ad omnes persequutores filiorum Israel. Et hoc idem dicit Hieronymus in primo prologo huius prophetiæ. Et per hoc quod dicuntur hic stipula, & Apostoli ignis, intelligitur eorum conuersio facilis ad fidem.* Et deuorabunt eos. *id est, corpori Christi mystico incorporabant. Et hoc modo dicitur, Act. 10. b.* Surge Petre, occide & manduca, *scilicet de cōuersione Cornelij & aliorum Gentilium cum eo existentium statim futura.* Et non erunt reliquiæ, *id est, non remanebit in eis aliquid idololatriæ præcedentis, sicut dicitur Prouerb. 12. a.* Verte impios & non erunt, *scilicet, amplius impij, manebunt tamen ad pietatem conuersi.* Et hereditabunt, &c. *Act. 1. a. dixit Iesus discipulis suis,* Eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudæa & Samaria & vsque ad vltimum terræ: *quia fidem Christi primo prædicauerunt in Ierusalem: & postea in aliis partibus circumquaque, submittentes colla Gentium iugo fidei. Et secundum hoc dicuntur hic aliqui hereditare terras diuersas, ad quas iuerunt. Et exprimuntur specialiter aliqua terræ propinqua Ierusalem & Iudææ, vt mons Esau, terra Philisthiim, Samaria & Galaad, & Sarepta Sidoniorum. Et per ista loca intelliguntur omnia alia ad quæ deriuata est per Apostolos fides Catholica. Sciendum tamen, quod vbi translatio nostra habet:* Vsque ad Sareptam. *In Hebræo habetur Vsque* צרפת *Zarphat, id est, vsque in Franciam, vt dicit Ra. Sa. & secundùm hoc exponitur quod dicitur hic,* Et transmigratio exercitus huius, *id est, collectionis fidelium in Iudæa*

Expositio Hebræorū.

Tertia expositio.

Idumæorū nomine veniunt intelligendi Iudæi.

Loca quæ prædicatione Euangelica illustrarunt Apostoli.

A *dea existentium, qui erant exercitus fortis cõtra diabolum & persequutionem infidelium, quorum aliqui transmigrauerunt per varia loca infidelium, (qui hic Chananai nominantur) procedentes vsque in Franciam, scilicet Sanctus Sauinianus, qui fuit de 72. discipulis vnus, & conuertit ad fidem ciuitatem Senonensem, qua tunc erat metropolis in tota Francia, & ciuitas aurea vocabatur, & post ciuitatis conuersionem eam domino dedicauit, faciens cruces in muro ciuitatis cum pollice, cui cedebat lapis sicut cera mollis, & adhuc apparent in pluribus locis, sicut ego vidi qui hac scripsi: & socij Sancti Sauiniani alias ciuitates Francia plures ad fidem Christi conuerterunt, vt ex actis eorum habetur*, Et transmigratio Ierusalem quæ in Bosphoro est. *In Hebræo habetur*: ספרד *Sepharad id est, in Hispania: vt dicit Ra. Sa. quod fuit impletum per Iacobum Apostolum & eius discipulos ibi fidem Christi primitus prædicantes, & colla Gentium subiugantes. Ideò subditur*: Possidebit ciuitates Austri: *licet enim Hispania respectu Ierusalem, sit in parte occidentali: tamen respectu Francia, de qua fecerat mentionem immediatè, magis est ad Austrum*.

Sanctus Sauinianus Apostolus Senonensium.

S. Iacobus Hispaniarũ Apostolus.

D *Austrum*. Et ascendent Saluatores. *Id est, Petrus & Paulus, qui dicuntur saluatores participatiuè, eò quòd sunt præcipui Apostoli*, In montem Sion, *Id est, in ecclesiam, qua mons Sion dicitur Isa. 2. & Heb. 12. vt ibidem dictum est*, Iudicare nomen Esau, *Id est, Romam, vt dicit Rab. Sal. quia apparentes Constantino, & eum arguentes de persequutione Christianorum, induxerunt eum ad defensionem Christianorum, & ædificationem ecclesiarum per Romanum imperium.* Et erit domino regnum, *quia Romam caput mundi dimisit vicario Christi, transferens sedem imperij Constantinopolim. Aliter etiam potest exponi de tempore futuri iudicij, cùm dicitur*: Et ascendent Saluatores, *id est, Apostoli, qui erunt iudicis assessores ad perfectam salutem electorum tunc habendam*; In montem Sion, *quia circa illum locum erit finale iudicium vt dictum est suprà Ioel. 3*. Iudicare montem Esau, *Id est, condemnare superbiam infidelium, qui nomine Edom vel Esau designantur, vt dictum est suprà*. Et erit domino regnum: *quia tunc omnia perfectè subiicientur domino nostro Iesu Christo: Cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

SS. Petrus & Paulus Romæ dati in Apostolos.

Donatio Constantini

B

ADDITIO.

In cap. 1. Abdiæ. *Vbi dicitur in Postilla*: Et ideò potest ista pars exponi de tempore Christi.

Per Idumeam, de qua principaliter in prophetia Abdia agitur, secundum Hebræos intelligitur Romanum imperium, prout in glossa nostra in hoc loco habetur, vbi sic habetur: Hæc omnia Iudæi de tempore Antichristi interpretantur, quem pro Christo recipient. Et quidquid contra Idumæam dicitur, ipsi de Romano imperio somniant dictum. *Hac in glossa. Circa quod notandum, quòd per Romanum imperium intelligunt communiter Romanam ecclesiam, quam dicunt destruendam per Messiam ab eis inaniter expectatum. Quam quidem ecclesiam Romanam asserunt præfiguratam fuisse per quartam bestiam visam à Daniele 7. ca. quam prophetat destruendam per quintum regnum incorruptibile à Deo suscitandam, quod falsum est & erroneum prout in additione super Danielem capitulo supradicto fuit sufficienter ostensum. Similiter, quod asserunt, per Idumaam intelligi ecclesiam Christianam, seu Romanam, improbatum fuit plenè suprà Isa. 34. in additione, vbi ostensum fuit quòd in illo loco, sicut in quibusdam aliis sacra scriptura, verificatur de eis illud Psal*. Gladius eorum intret in corda ipsorum, *Si attentè enim considerentur scriptura, Idumæa in illo capitulo & in aliis similibus, significat ad litteram synagogam Iudæorum, qua Apoc. 2. synagoga Satanæ dicitur, qua per negationem & occisionem Christi, & persequutionem membrorum eius facta est vera ecclesia Dei inimica, eo modo quo Idumaa ab Esau descendens secundum carnem semper fuit aduersatrix Ierusalem materiali. Ista autem consideratio plenè ostenditur in additionibus præhabitis scilicet Isa. 34. & Danielis 7. Vnde qua in hoc capitulo continentur de Idumaa, præsertim ab illo loco*, Et in monte Sion, &c. *Intelligendum est de synagoga Iudæorum. Et quod dicitur de Sion Ioseph & Iacob, intelligendum est de ecclesia & populo Christiano. Et ideò concludit in fine*, Et erit domino regnum, *quia Idumaa prædicta, separata à consortio fidelium post passionem legitur, Matth. vlt. d*. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. *Item quod dicitur hic circa finem*, Et transmigratio Ierusalem quæ est in Sepharad *scilicet in Hispania*, possidebit ciuitates Austri, *impletum fuit, quando Hispani ante ortum nefanda secta Mahumeti, possederunt multas ciuitates in Aphrica, vt in chronicis habetur. Aphrica autem est in parte Australi terra habitabilis.*

Per Edom intelligunt Iudæi Romanum imperium & Ecclesiam.

C

E

cum veritas ipsi sint Idumæi qui populum fidelem oderant.

F

Hispani ante ortum sectæ Mahometanæ possidebant aliquas ciuitates in Africa.

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES AD PROLOGOS IN IONAM.

Ad priorem Prologum.

1 Ascribitur hic Prologus sancto Hieronymo, eo quod desumptus sit per compedium ex ipso prologo, quem sanctus Doctor suis in Ionam commentariis præmisit; vt cuiuis legenti prologum illum erit manifestum. Docetur in eo, quis fuerit Ionas propheta, quo tempore floruerit, & summa seu argumentum mirabilis huius prophetiæ proponitur.

Vnde desumptus hic prologus.

2 Quantum ad primum, dicit *sanctum Ionam*, &c. Habetur hæc historia filij viduæ ab Elia suscitati à mortuis 3. Regum 17. & hunc filium rediuiuum à mortuis, esse ipsum Ionam prophetam traditio est Hebræorum.

3 *Matre postea dicente ad eum*; i. vidua post tantum miraculum, prorumpẽte in hanc exclamationẽ: *Nunc cognoui quia vir Dei es*, hoc est, ex isto miraculo certior facta sum, quia Deus te sanctitate præcipua honorauit, quia apud Deum ipsum gloriosus es; *Et verbum Dei in ore tuo est veritas*, quæcumque tamquam ex Dei nomine loqueris, illa verissima esse conspicio.

4 *Ob hanc causam etiam ipsum puerum sic vocatum filium Amathi*: propter illam videlicet exclamationem viduæ, qua ipsam veritatem in propheta verbis habitare pronuntiabat. *Amathi enim nostra lingua*, id est, Latina, quæ Occidentalis ecclesiæ, cui se Hieronymus semper annumerat, est vniuersaliter propria, *veritatem sonat*, vel significat. *Et ex eo quod verum Elias loquutus est*, (verum autem eum loquutum fuisse, mulier miraculis conuicta exclamauerat;) *ille qui suscitatus est à morte, filius esse dicitur veritatis*, quia in eo suscitato, veritas prophetici eloquij est agnita & confirmata. Sicut Augustinus ab Ambrosio vocatur *filius lachrymarum*, quia lachrymis Monicæ matris pro eius salute profusis, videtur Ecclesiæ Catholicæ diuinitus appositus, relicta Manichæorum hæresi.

Ionas filius Amathi, id est, veritatis ab Elia suscitatus à mortuis.

5 *Ideò de veritate columba nascitur*: q. d. rectè Ionas propheta, dicitur filius veritatis; quia veritas est attributum spiritussancti, qui in columbæ signo apparuit; *quia Ionas columbam sonat*, eam enim auem Hebræi Ionah vocant; à nobis autem cum Græcis terminatione in propriis nominibus vsitatiore, Ionas dicitur.

6 *In condemnationem autem Israel*. Reddit rationem, cur Ionas, contra morem Hebræi populi, missus fuerit prædicator pœnitentiæ ad Niniuem, gentilium ciuitatem. Nimirum hoc ipso voluisse Deum præfigurare, vocationem gentium per Christum, & reprobationem Iudæorum eum recipere nolentium propter incredulitatem suam. *Quod Niniue agente pœnitentiam*, id est, populo Niniuitarum ad prædicationem Ionæ, vt in hac eius prophetica historia narratur: *illi* nempe Hebræi, post Christum ipsis prædicatum, *in malitia* incredulitatis, & odij erga Christum, perseuerant.

Cur Ionas missus ad gentes.

PROLOGVS SANCTI HIERONYMI IN LIBRVM IONÆ PROPHETÆ.

1 SAnctum Ionam Hebræi affirmant filium fuisse mulieris viduæ Sareptanæ, quem Elias propheta mortuum suscitauit, matre postea dicente ad eum: * Nunc cognoui quia vir Dei es tu, & verbum Dei in ore tuo veritas est. Ob hãc causam etiam ipsum puerum sic vocatum filium Amathi: Amathi enim in nostra lingua veritatem sonat; Et ex eo, quòd verum Elias loquutus est, ille qui suscitatus est, filius esse dicitur veritatis. Ideò de veritate columba nascitur, quia Ionas columbam sonat. In condemnationẽ autem Israel Ionas ad gentes mittitur, quòd

*3. Reg. 17. d.

☞7 Tem-

Niniue agente pœnitentiā, illi in malitia perseuerant. 7 Temporibus quippe Ieroboam regis Israel, qui Deo derelicto cum populo suo in Samaria idolis sacrificabat, Ionam Prophetam fuisse, quartus liber Regum indicat. 8 Is cum prophetia illuminante, peccatores ciuitatis Niniue Dei misericordiam consequuturos videret, ne falsa prædicare videretur, ad denuntiandum interitum eiusdem ciuitatis ire nolebat. 9 Nam sicut Deus ad Abraham de impietate Sodomorum & Gomorrhæorum loquutus est, * clamor Sodomorum & Gomorrhæorum peruenit ad me: Ita & de Niniue dicitur, eò

Quo tempore missus.

7 *Temporibus quippe Ieroboam.* Hic iam insinuat sanctus Hieronymus tempus quo floruit Ionas: ait igitur, constare ex historia quarti Regum, quod Ionas temporibus Ieroboam prophetauerit: illius inquam *Ierobam Regis Israel, qui Deo derelicto, cum populo suo in Samaria* (quæ erat caput, & regia Israelitarum post schisma ipsorum à domo dauid & regno Iuda) *idolis sacrificabat*, nempe duobus vitulis aureis, quos pro Deo vero colebat, & populum suum ad idem scelus pertrahebat. Et quidem lib. 4. Regum cap. 14. de Ieroboam secundo ita loquitur Sacer historicus: *Non recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israel, quem loquutus est per seruum suum Ionam filium Amathi prophetam, qui erat de Geth, qui est in Ophir.* Hunc locum respexit in hoc prologo sanctus Doctor. Et ex eo loco apparet clarè eumdem esse Ionam prophetam, qui in eo nominatur, cum eo qui est auctor huius prophetiæ, dicitur enim Ionas filius Amathi, sicut in titulo huius libri.

Patria Ionæ.

Deinde constat ex eodem loco Ionam hunc nostrum natum esse de *Geth, quæ est in Ophir: Geth* autem (inquit Hieronymus in prologo commentarij) *in secundo à Sephorim milliario, quæ hodie appellatur Diocæsarea, euntibus Tyberiadem, haud grandis est viculus, vbi & sepulchrum eius* (Ionæ nimirum) *ostenditur.*

Et cum aliæ vrbeculæ etiam Geth nomine vocatæ fuerint: describitur *Geth quæ est in Ophir*, vt distinguatur ab aliis quæ alibi, vt iuxta Liddam, seu Eleutheropolim aut Diospolim visuntur. Vt propterea Ionas de tribu Zabulon fuerit, in cuius tribus sorte *Geth* ista locatur.

Sub Ieroboamo filio Ioas prophetauit Ionas.

Sed dubium iam est, de quo Ieroboamo loquatur hic sanctus Hieronymus. Et dicendum, quod de Ieroboamo secundo, qui fuit filius Ioas: nam is est qui in Samaria colebat idola cum populo suo: vt hic dicit sanctus Doctor, & Regum historia indicat; Ieroboam autem primus, qui induxit cultum idololatricum vitulorum nondum incoluit Samariam, sed Thersam, Samaria autem diu post eius mortem ab Amri rege, ædificata fuit, & in caput regni Israelitici sublimata.

Hoc modo non videtur repugnare traditioni Hebræorum supradictæ, quod Ionas prophetauerit tempore Ieroboami filij Ioas: nam à fine regni Achab, ad initium regni Ieroboami, non videntur amplius quàm 70. anni fluxisse; & verisimile est Ionam grandem natu prophetasse Israelitarum victorias sub Ieroboamo isto futuras; quod narratur in libris Regum: cùm prius multo istam contra Niniuitas prophetiam edidisset.

Quo sensu fuerit Ionas Sareptanus.

Sed obiiciunt aliqui; Ionam nostrum natum esse in Geth; filium autem viduæ illius esse Sareptanum, atque adeo Sidonium, non Israelitam.

Verum responderi potest, natum fuisse in Geth, sed matrem peregrinatam fuisse in Sarephta, vnde Sareptana dicatur; nec tamen ideo fuisse Sidoniū, quia Sarephta Sidoniorum dicebatur, non quia ad Sidonios pertineret: sed quia in confinio Sidoniorum sita esset.

Ge. 18.

An Abdias pater Ionæ.

Quod autem alij addunt Abdiam prophetam fuisse maritum Sareptanæ, & patrem huius Ionæ; licet habeat magnos auctores, ac proinde non sit prorsus improbabile; non tamen habet eam veri similitudinem, quam ea quæ hactenus, de vidua & Iona diximus.

Qualis Ionæ prophetia.

8 *Is cum prophetia illuminante.* Tertia pars prologi, continens breuem summam prophetiæ huius: Ionam nimirum prævidisse comminationem suam non sortituram statim effectum, sed ex misericordia Dei propter pœnitentiam Niniuitarum suspendendam; atque adeo noluisse propheticum munus explere; vnde illi fugienti acciderunt, quæ hic de ceto eum deuorante, & reuomente narrantur.

Ergo *prophetia illuminante*, id est in ipso lumine prophetico, in quo videbat Deum per ipsum comminari interitum Niniuitis, vidit etiam fore, vt hac comminatione audita, *peccatores ciuitatis Niniue Dei misericordiam* consequerentur. Ac propterea, ne falsa prædicare videretur, comminabatur enim fore vt intra pauculos dies Niniue subuerteretur igne; *ad denuntiandum interitum eiusdem ciuitatis ire nolebat.*

Cur Ionas voluerit declinare missionē suam.

9 *Nam sicut Deus.* Rationem aliquam reddit cur Ionas noluerit propheticam comminationem explere.

Sicut Deus ad Abraham. Sensus huius periodi est: Ionam, zelo Dei contra peccatores exardescentem, quorum impietatem æqualem videbat impietati Sodomorum & Gomorrhæ: voluisse reuera eosdem puniri igne de cælo sententia irreuocabili: sicut puniti sunt Sodomitæ & Gomorrhæi.

quòd ascenderit clamor malitiæ eius ad Deum. Et quia sententia Dei de Sodomis facta minimè reuocata est, ita 10 & Ionas aduersum Niniuen prolatam sententiam reuocari 11 nolebat, diuinæ dispensationis ignarus, * qui salutem hominum ad se conuertentium magis vult, quàm interitum. 12 Hoc illi acciderat, quod & sancto Elisæo, * qui filium Sunamitidis mulieris mortuum ignorauit. 13 Ideò à conspectu Dei Ionas fugere se putabat: 14 humanum aliquid passus, dicente Dauid: * Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?

*Eze. 33. c. *4. Re. 4. c. *Psal. 138. b.

10 *Reuocari nolebat*. Hoc optimè in commentario exponit Hieronymus; non quod propheta inuiderit pœnitentiam & misericordiam Niniuitis: sed quod in eorum pœnitentia, & indulgentia ipsis concessa, præuideret reprobationem & incredulitatem futuram populi Iudaici; ideoque cupiebat, si quo modo fieri posset, vt sententia illa comminatoria, maneret cum effectu vera; ne ea mutata, sequeretur, quod videbat, reprobatio populi sui.

11 *Diuinæ dispensationis ignarus*; non bene perpendens decretum diuinæ ordinationis, quo statuit gentes vocare ad pœnitentiam per fidem in Christum; & Iudæorum interitum non aliter disposuisse, quàm quia Christum essent reiecturi.

12 *Hoc illi (Ionæ) acciderat, quod & sancto Elisæo: qui filium Sunamitidis mortuum ignorabat.* Historia hæc habetur quarti Reg. cap. 4. Sunamitis erat nobilis matrona, Elisæi hospita: quæ per preces Elisæi filium à Deo obtinuerat: & eumdem mortuum, magna fide ab Elisæo resuscitandum expectabat; ideoque aduoluta pedibus viri sancti, tacita misericordiam eius implorabat; qui causam doloris eius nempe mortem filij sui, nondum à Deo didicerat.

Sic & Ionas ignorabat, seu potius iuxta narrationem ita se gessisse scribitur, ac si ignorasset quid esset futurum; & reuera ignorauit hanc suam tergiuersationem occasionem Deo exhibuisse, maximi miraculi, quo & Niniuitæ facilius conuerterentur, & Gentium vocatio ac salus per passionem Christi facta, adumbraretur.

Quo sensu Ionas fugit à facie Dei.

13 *Ideo à conspectu Dei Ionas fugere se putabat*; non quasi Diuinam prouidentiam aut intuitum se declinare posse crederet: sed quia sperabat hac fuga se obtenturum, vt Deus ipsum ad prædicandum Niniuitis non legaret.

14 *Humanum aliquid passus*. Faciens more hominum, qui etsi sciant aliquid à Deo statutum contra ipsorum beneplacitum: non desinunt tamen sæpe conari si forte decreti diuini mutationem obtineant. *Dicente Dauid, quo ibo, &c.* Quocumque fugero, Deum habebo præsentem; & quicquid conatus fuero, Dei tamen decretum firmum manebit, ad gloriam suam, & in bonum suorum. Sicut hic in Ionæ fuga factum narratur.

Ionas typus mirabilis Christi domini.

Quod Ionas fuerit in hac historia & prophetica legatione Christi typus, ipse docet Christus Matth. 12. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus.*

Quod explicat optime sanctus Augustinus lib. de Symb. ad Catechum. cap. 6. *Ipsam* (inquit) *figuram propheticam comparando breuiter percurramus. Missus Ionas ad ciuitatem Niniue, vt eius finem prædicaret: missus est Christus à Patre, vt finem mundi omnibus demonstraret. Fugit Ionas in Tharsis à facie Domini: fuga Ionæ, velox transitus Christi, de quo dixit propheta, exaltauit vt gigas ad currendam viam. Ascendit nauim propheta fugiens: lignum Christus ascendit, per mare huius sæculi transiens. Irruit tempestas magna in mari: perturbatio maris, perfidia Iudæorum. Data est sors vt propheta fugitiuus in mare mitteretur: sors data est super Christi vestimenta, vt vnitas in omni mundo prædicaretur. Proiectus est à naui in mare Ionas: mors Christi in cordibus gentium collocata est. Susceptus est à bestia propheta, custodiendus, non comedendus: Audi hic ipsius vocem Christi per sanctum Dauid, Non derelinques animam meam apud inferos, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. In ventre bestiæ marinæ positus orauit Ionas sanctus: In inferno Christus descendens, mortuos suscitauit. Tertio die propheta littori incolumis est redditus: die tertia Christus de sepulchro surgens, supra cælos est exaltatus. Ad prædicationem Ionæ prophetæ per pœnitentiam saluata est ciuitas: per Christi prædicationem sancta Ierusalem redempta est. Hæc Augustinus.*

Ionæ prophetia ex parte suspensa, ex parte tandem adimpleta.

Sed est animaduertendum, quod quamuis hæc Ionæ comminatio prophetica, non habuit hunc effectum, cum ipse prædicauit eis: tamen postea habuit, relapsis Niniuitis ad impietatem suam: Propter quod in libro Tobiæ cap. 14. iuxta septuaginta, sic habetur, sermo Tobiæ ad filium suum: *Fili ecce senui, & in eo sum vt reuertar de vita mea: tolle filios tuos, & vade in Mediam fili. Scio enim quæ loquutus est Ionas propheta de Niniue, quoniam subuertetur.*

Indicat ergo propheticam illam comminationem Ionæ, fuisse dumtaxat pro tempore suspensam, postea tamen reuera suum effectum sortituram.

Aliæ prophetiæ Ionæ oracula.

Præter hanc Ionæ prophetiam, & illam de Ieroboami filij Ioas victoriis: aliam eius prophetiam tradit Epiphanius & Chronicon Alexandrinum de aduentu Romanorum, & Hierosolymis per eos euertendis: & aliam de Christi fletu super Ierusalem. *Prædixit Ierosolymis & toti Iudææ* (verba sunt Chronici Alexandrini) edito prodigio, tum finem fore, cum viderent lapidem *lamentabiliter clamantem; Et cum viderent omnes gentes Ierosolymis, tunc ciuitatem deletum iri.*

Lapis clamans, Christus Dominus plorans pro interitu Ierusalem; omnes autem gentes dicuntur, tum Ierusalem conspecti tempore excidij, tum quia erant ibi proselyti ex omni natione sub cælo; & exercitus Romanorum principum, ex omnibus gentibus constabat.

ITEM

ITEM ALIVS PROLOGVS.

IOnas columba & dolens, & filius Amathi, qui fuit de Geth quæ est in Ophir, ad Gentium præconium mittitur. Missus contemnit, contemnens fugit, fugiens dormit: Propter quem periclitatur nauis, sed sors latentem reperit. Cetus abiectum deuorauit, & orantem reuomuit. Reiectus prædicauit subuersionem, sed contristatur in pœnitentia vrbis, & saluti gentium inuidet. Gaudet etiam hederæ virentis vmbraculo, & dolet subitò arescentis. Cuius sepulchrum in quadam vrbium Geth in viculo demonstratur; qui est in secundo miliario Sephorim, itinere quo pergitur Tyberiadem.

IN PROLOGVM POSTERIOREM.

AVctoris incerti est hoc elogium: non indignum Hieronymo; & vt videtur ex ipsius prologis & commentariis excerptum.

Ionas columba & dolens.

1 *Ionas columba & dolens*; *Ionah*, vt diximus, columbam Hebraice significat; eadem vox potest significare dolentem vel oppressum, vel gementem ab oppressione: quia *ianah* Hebraice est opprimere, vim inferre. Itaque coniunxit vtramque significationem; columba propter veritatem; dolens, propter populi Iudaici abiectionem quam præuidit; *filius Amathi*, id est veritatis; vt suprà: vel hoc est nomen proprium patris prophetæ, si vera non est illa Iudæorum traditio, quam suprà retulimus.

Summa breuis huius prophetiæ.

2 *Ad Gentium præconium mittitur*, id est, ad præconium veritatis & pœnitentiæ gentibus annuntiandum: Niniue enim metropolis erat Monarchiæ Assyriæ.

3 *Missus contemnit*. Non contemptu prorsus vitioso, & rebellis animi; sed quem dolor de populi sui abiectione conceperat, extorsit. *Contemnens fugit*, in Tharsis, seu ad mare. *Fugiens dormit*, in medio tempestatis in mari ob ipsum à Domino Deo immissæ.

4 *Propter quem periclitatur nauis*. Non enim vt nautis calamitatem induceret: sed Ionam fugitiuum ad officium prophetandi reduceret, Deus tempestatem immisit.

5 *Sed sors latentem reperit*. Nautæ iactis inter se sortibus, cuiusnam causa tanta tempestas oborta fuerit: Deo sortes dirigente, Ionam inuenerunt eius rei causam extitisse.

6 *Cetus*, à Deo in hunc finem paratus, *abiectum* è naui Ionam, iuxta quod ipse nautis facere suaserat; *deuorauit*, non comedendum, sed custodiendum, vt suprà ex Augustino audiuimus. *Et orantem reuomuit*; describitur enim hic oratio mirabilis Ionæ in Balenæ ventre viuentis; post quam orationem, piscis Dei iussu illum euomuit in aridam; vt narratur cap. 2.

7 *Reiectus*, à pisce scilicet ipsum in littus reuomente, *prædicauit subuersionem* vrbis Niniue, in capite tertio; *sed contristatur in pœnitentia vrbis & saluti gentium inuidet*; non propria dicta inuidia: sed quia iuxta humanam voluntatem, maluisset hanc misericordiam Iudæis, quàm gentibus factam; & hæc narrantur capite 4.

8 *Gaudet etiam hederæ*. Hæc narratur in posteriori parte capitis quarti. Hedera virescens indicat præsentem statum Iudæorum: eadem crescens, eorumdem reprobationem & incredulitatem. Cetera explicata sunt in priore Prologo: vt & argumentum breue sequens ex epistola ad Paulinum, ibidem fuit expositum.

INCIPIT ARGVMENTVM

ex Hier. ep. ad Paulinum.

IOnas columba pulcherrima naufragio suo passionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat, & sub nomine Niniue salutem Gentibus denuntiat.

Hieron. in proœmio.

NVllus typi sui melior interpres est quàm ille qui prophetas inspirauit, & veritatis futuræ in seruis suis quasdam lineas antesignauit. Qui ad Iudæos Christum Dei filium nescientes dixit: *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quam Ionas hic.* Condemnatur carnalis Iudæus credente mundo, & Niniue agente pœnitentiam, Israel incredulus periit.

Matt. 12. d.

CAP. I.

a ET *factum est, &c.* Ad ea quæ in mente prophetæ spiritu conuoluebantur, continuatur hæc coniunctio, scilicet *&*. *Et factum.* More prophetæ multa in spiritu videns de multis, in hæc verba prorumpit.

† THEOPHYL. Emphasim & latentem quamdam vim habet verbum illud. *Et factum est, &c.* Apparet enim quòd multus esset sermo de Niniue, quamque fama eius reliquas vrbes omnes exuperaret, & regna; nimirum quòd opibus & potentia prægnans, multis flagitiis obnoxia esset, per consequutionem dictum, *Et factum est verbum, &c.* Vel, quia Israelitæ non obsequebantur verbo Dei, hunc ad modum auspicatus est, perinde ac si dicat: Quoniam Israelitæ sese perperam diuinis in rebus gesserunt non obtemperantes verbo; in posterum *factum est verbum domini ad Ionam*, vt ad gentem Niniuitarum mittatur. Adiectum est autem nomen patris prophetæ, propter nominis æqualitatem. Est enim non absimile vero, alios sic appellatos qui tamen ex eodem patre non fuerint propagati.

Niniue vrbs celeberrima.

Prophetas ab Israelitis non receptos iubet Deus transferre verbū ad gentiles.

b *Ciuitatem, &c.* HIER. in com. Mundum; vt què contempsit Iudæus, totus mundus recipiat. Quem quasi pulchram domum fecit Deus homini sibi seruituro, qui quia per superbiam aberrauit, ad pœnitentiam reuocatur. Ionas qui interpretatur columba, mittitur ad Niniuen, quæ speciosa dicitur. Sic Christus spiritu sancto plenus ad mundum, qui ex artificio creatoris secundum Græcam linguam cosmos, id est, ornatus & pulcher dicitur. Vnde: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Quem ergo contempsit Israel, totus mundus exaudit: vt deposita superbia, qua corruit, per descendentem Dei filium, humilis in cælum ascendat.

Mundus palatium humani generis. *Gen. 1.d.*

† THEOPHYL. Niniue est ciuitas Assyriorum eximia, quam Assur extruxit. Assyrij verò increduli, & fidei omninò exortes. Hanc vrbem seruatum iri volens Deus, ceu locum tum temporis idololatriæ, & omnis effascinationis & incantationis: prophetam pœnitentiæ præconem ipsis mittens, ostendit, quòd non sit Iudæorum Deus tantum, sed & gentium: & quòd non sit apud ipsum personarum respectus. Valdè autem accelerantia sunt verba: *Surge, & vade.* Nolens enim mortem peccatoris, quin potius cupiens vt conuertens sese ad bonum, viuat, prophetam celeriter destinat ad promulgationem pœnitentię. Hinc etiam apponit, *Ciuitatem magnam*, vt magis ipsum inflectat ac permoueat accelerare profectionem. Non enim est, inquit, exiguus locus, non vile oppidulum, sed ciuitas non aspernanda.

Niniue. *Deus cupit omnes saluos fieri. Act. 10.*

HIER. IBID. Cùm Ionas secundum interpretationem, ipsius Christi figuram præferat, nō est necesse vt totum ordinem historiæ secundum Allegoriam ad Christum nitamur referre, sed ea tantum, quæ sine periculo interpretationis sanè possunt intelligi. Cùm enim (sicut ait Apostolus) in primis parentibus sacramentum Christi & ecclesiæ præmissum sit, non omnia quæ de ipsis parentibus dicuntur ad hoc sacramentum possunt referri.

Quomodo prosequenda sit in hoc propheta Allegoria. Ephes. 4.g.

Quia

INCIPIT IONAS PROPHETA.

CAPVT I.

a Christum, super quem spiritus in specie columbæ, qui & pro nobis dolens.

ET factum est verbum domini ad Ionam filium [1] Amathi, [2] dicens: [3] Surge & vade in ciuitatem Ni-

a Veritatis, Deus veritas est. b Pater ad filium.

INCIPIT POSTILLA NICOLAI DE LIRA SVPER PROPHETIAM IONÆ.

CAPVT. I.

Diuisio.

1 ET factum est, &c. *Hic incipit Ionas propheta. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostenditur eius inobedientia, & secundò pœnitentia, seq. cap. Prima in tres, quia primò describitur Ionæ rebellio; secundò rebellantis deprehensio, ibi,* Dominus autem; *tertiò, comprehensi punitio, ibi,* Et dixerunt. *Circa primum dicitur:* Et fa. *qui prophetauit tempore Ieroboam regis Israel, vt habetur* 4. *Reg.* 14.*d.*

2 Filium Amathi. *Dicunt aliqui quòd nomen proprium est patris ipsius: sed hoc non videtur verum, quia secundum omnes doctores Hebraicos & Latinos, iste Ionas fuit filius mulieris viduæ quem suscitauit Elias* 3. *Reg.* 17. *Illa autem non fuit de populo Israel, sed Gentilis, vt patet per verba Saluatoris Lucæ* 4.*d.* Multæ viduę erant in diebus Eliæ in Israel, & ad nullam illarum missus est Elias, &c. *Et per consequens eius maritus fuerat Gentilis. Talibus autem non dabatur tunc spiritus prophetiæ: & tamen oporteret hoc dicere, si fuerit pater Ionæ, secundum regulam doctorum Heb. & Catholicorum, scilicet quòd quando in principio alicuius prophetiæ exprimitur nomen patris, intelligitur fuisse propheta sicut & filius. Et ideò dicendum quòd* Amathi *est hic nomen appellatiuum, & sonat veritatem in Latino: Resuscitato enim filio dictæ viduæ dixit ipsa Eliæ,* Nunc in isto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum domini in ore tuo verū est: *& ob hoc puer suscitatus ex tunc vocatus est filius Amathi, id est, veritatis: & hoc idem dicit Hieron. in Prologo, sicut aliquis dicitur filius mortis, quia fecit aliquid dignum morte* 2. *Regum* 12.

De patre Ionæ propheta.

Amathi hic in 1. vers. non est nomen proprium sed appellatiuū.

3 Surge & vade in ciui. Niniuen. *Quæ erat ciuitas longè posita.*

Et

MORALITER.

† 1 *Et factum est, &c.* Per Ionam, quem dominus misit ad prædicandum contra Niniuen, significatur Euangelij prædicator; & nomen consonat, quia Ionas interpretatur columba, prędicator autem debet esse simplicitatis columbinæ, & carens amaritudinis felle.

Prædicator Euangelij.

2 *Filium Amathi.* Id est, veritatis, Sicut filius Dei dicitur, qui eius instinctum sequitur Rom. 8.c. *Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt:* Ita filius veritatis debet esse prædicator, ipsam simpliciter sequendo.

† *Vade in ciuitatem Niniuen.* Quæ interpretatur spaciosa, ideò significat mundi vanitatem quæ diffusa est per orbem. Vnde cuidam religioso prædicanti contra vanitates mundi quidam mordaciter dixit: Frater compatiamini mundo, nam emendabit se. Et cum frater assereret oppositum, ille subiunxit, imò, quia religionem intrauit, & sic frater confusus obmutuit.

Obstructor os religioso contra mundum declamanti.

† Et

a *Quia ascendit malitia eius, &c.* †† HIERON. in com. Cum enim Deus quasi quamdam pulcherrimam domum seruituro sibi homini extruxerit; deprauatus est homo propria voluntate, & à pueritia diligenter appositum est ad malum cor eius, posuitque in cælo os suum: & extructa turre superbiæ meretur ad se descendentem filium Dei vt per pœnitētiam ruinæ conscendat ad cælum, qui per tumorem superbiæ non potuit. Simile in Gen. *Clamor Sodomæ & Gomorræ multiplicatus est.* Et ad Cain: *Vox sangui. fra.tu.cl.a.m.d.t.*

(Superbia hominum.) (Gen.18.g.) (Ibidem 4.b.)

a niuen grandem: & prædica in ea, quia ascendit malitia eius 1 2

a ¶ Putans, quod iram Dei vitare posset in alieno loco, si Iudæam relinquat, in qua solummodo Deum notum putabat, & in hoc imitatus est Cain.

b coram me.² Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie do- 3

a ¶ Secundum situm loci. b ¶ Portum Iudææ in quo vsque hodie monstrantur saxa in quibus Andromeda ligata Persei auxilio est liberata.

c mini. Et descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in 4 † Tharsis. Et dedit naulū eius & descēdit in eā, vt iret cum eis in 5

a ¶ Mercedem subuectionis. b ¶ Vt fugitiuus sollicitè quærens latebras.

b *Et surrexit Ionas, vt fugeret.* † TERTVL. lib. de Fuga in persecut. c.10. Fugerat animosus prophetes dominum, traiecerat ab Ioppe Tarsum, quasi & à Deo transfretaret: sed illum non dico in mari & in terra, verùm in vtero etiam bestiæ inuenio, in quo nec mori per triduum potuit, nec vel sic Deum euadere.

† THEOD. in com. Hoc fecit planè sciens, & quòd vbique Deus sit, & quòd nullus locus eius prouidentia vacuus sit: sed tamen arbitrans in sola Ierusalem Deum sese ostendere. Timuit etiam se pro propheta, vocari mendacem, in quam opinationem impulit eum ipsa minarum vltionis plenæ declaratio. Considerauit Deum non præsignificare, si punire vellet, cùm vltionis minatio, ad pœnitentiam adhortatio sit.

(Timet Ionas de mēdacio redargui.)

† THEOP. in com. Quod autem prisci sancti in locis quibusdam separatis apparere Deum autumarint, Iacob testatur, quando vidit scalas, & angelos ascendentes & descendentes, inquiens: *Dominus est in loco hoc, ego verò ignorabam.* Sic & Dauid: *Selegit dominus Sion, secreuit ipsam in habitationem sibi.* Præterea & Iudæorum accusationem fore cogitauit Niniuitarum obedientiam, vt qui ignoto & alienigenę fidē adhibuissent viro, quum ipsi cōtribulibus prophetis non crederent, qui prophetias suas miraculis etiā confirmarēt.

(Gene.28. Psal.131.) (Niniuitæ iustificati pre Iudæis.)

c *Et descendit in Ioppen, &c.* † THEOPHYLACTVS IBID. Per mare fugam adornat, ratus quàm celerrimè sese à ministerio prophetiæ erga Niniuitas liberandum. Dedit autem & nauigationis mercedem, vt ne vel hinc si non daret, esset quod remoraretur eum, quò minus fugeret. Omnia namque ei facilia videbantur, patriæ priuatio, maris pericula mercedisque abiectio, modo à graui & molesta prophetandi functione illa eripi queat.

(Quam studiosè laborauerit Ionas declinare munus prophetandi.)

HIER. in com. Nouerat propheta reuelatione spiritus, quòd pœnitentia Gentium, ruina sit Iudæorum; & ideo amator patriæ, non tam inuidet Niniue, quàm cupit non perire populum suum. Sciebat enim, Moyse orante dominum occasionem liberationis Israelitarum habuisse. Viderat etiā prophetas mitti ad Iudæos ad pœnitentiā prouocandos; Balaam etiam diuinum de salute Iudæorum prophetasse: Dolet ergo se solum electū, qui ad hostium ciuitatem mittatur, vbi est idolorum cultus & Dei conteptus. Sciebat etiam, quod quando Gentes crederent, Iudæa excæcaretur. Timet ergo ne suo tempore, per occasionem suæ prædicationis conuersis Gentibus, Iudæi penitus relinquerentur. & ideo fugit in Tharsis.

(Ionæ affectus in patriam.)

IBID. Tharsis secundum Iosephum ciuitas Ciliciæ: Secundum quod in Paralip. legitur, locus est Indiæ. Hebræi verò putant mare generaliter Tharsis vocari, vnde, *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis*, id est, maris. Quod magis conuenit fugitiuo & timido, vt non certum locum fugæ eligeret, sed sufficeret ei quocumque eum mare deferret. Vel secundum, quod Tharsis, contemplatio dicitur gaudij, propheta ad gaudium quietis ire festinat: magis volens se totum tradere theoricę, & perfrui pulchritudine & varietate scientiæ (quod significatur per Ioppen, quæ speciosa dicitur:) quàm occasione salutis Gentium perire populū, de quo Christus secundum carnem erat nasciturus.

(Ioseph. Antiquita.li.1. cap.11.2. Paral.9. & 20. Psal.47.b. Tharsis. Ionas quo liberius vacaret contemplationi refugit onus prædicandi.)

HIER. IBID. MYSTICE. Christus assumpta carne quodammodo fugiens patriam, id est, cælestia, venit in Tharsis, id est, mare huius sæculi in quo clamabat, *Pater si fi.p.transf. à me calix iste*, ne damnato Iudæorum populo, multitudo Gentium credat. Et tantū dilexit populum illū, pro dilectione patrum, & promissione ad Abraham, vt in cruce diceret, *Pater igno.il.q.n.q.f.* Hac enim dilectione in extremo littore, quod pulcherrimum dicebatur, eò quòd in Iudæa erat, *non vult tollere panem filiorum & dare canibus. Sed quia venerat ad oues Israel*, dat vectoribus pretium, vt qui primum populum suum venerat saluare, saluet accolas maris, & inter tempestates, id est, suam passionem, & crucis conuitia, submersus in inferno, sal-

(Marc.7.c.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et prædica in ea, *eius subuersionem.*

2 Quia ascendit. *id est, malitia in ea habitantium meruit, quod subuertatur.*

3 Et sur. &c. *ciuitas est Ciliciæ de qua Paulus fuit oriundus. Act.21.*

4 Et descen. in Iop. *portus est in Iudæa super mare mediterraneum.*

5 Et dedit naulum, *id est, pretium nauis pro sua deportatione. Hic concurrunt duo dubia. Primum quare volebat fugere? Ad cuius intellectum sciendum, quod duplex est prophetia, quantum spectat ad propositum. Vna, quæ dicitur prophetia prædestinationis, scilicet, quando aliquid reuelatur futurum eo modo quo est in diuinā præordinatione, & illud semper impletur: Hoc modo reuelauit dominus Samueli deiectionem Saulis 1.Reg.15.f. propter quod dixit Samuel,* Porrò triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur, neque enim homo est, vt agat pœnitentiam. *Alia est prophetia comminationis, scilicet, quando aliqua punitio reuelatur futura prout est in causis secundum earum dispositionem: & secundum hoc Isaias de mandato Dei dixit Ezechiæ, quarto Regum 20. a.* Præcipe domui tuæ, morieris enim tu, & non viues; *talis enim erat infirmitas, quod secundum naturam non poterat euadere mortem: & hæc non semper impletur, præordinauerat enim Deus eum sanare miraculosè propter eius preces & lachrymas. Item sciendum, quòd spiritus diuinus prout vult tangit corda prophetarum, scilicet, minus perfectè vel perfectius: sicut Isaiæ fuit reuelata mors Ezechiæ futura secundum cursum naturæ, ideo dixit,* Morieris & non viues: *postea verò eius sanatio miraculosa, sicut ibidem subditur,* Reuertere, dic Ezechiæ, &c. Audiui orationem tuam & vidi lachrymam, & ecce sanaui te. *Prophetia autem ista de subuersione Niniue fuit tantum comminationis, quia tunc non fuit impleta propter pœnitentiam Niniuitarum, verumtamen hoc non fuit reuelatum Ionæ à principio, sed solum quod denuntiaret Niniue subuersionem. Ionas verò considerans diuinæ misericordiæ magnitudinem, & ex altera parte coniecturans, quòd Niniuitæ pœnitérent ad eius denuntiationem, timuit ne prophetia sua non impleretur, & sic falsus propheta diceretur: propter quod voluit mandatum domini declinare; & hoc est quod dicit ca.4.* propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharsis, scio enim quod tu Deus clemens & misericors es, &c. *Sed contra hoc posset dici, quod Ionas poterat nuntiare destructionem Niniue conditionaliter, scilicet, si non pœniterent, & sic non posset vocari falsus propheta, propter quod hæc ratio fugæ videtur nulla. Ad quod dicendum quod Ionas propheta sciebat, quòd prolatio verbi prophetici magis sequitur formam diuinæ voluntatis, quàm humanæ, sicut patet Num.23. de Balaam, qui volebat maledicere populo Israel, & è contrario benedicebat. Ionas autem sciebat circa hoc diuinam voluntatem, scilicet, quod subuersio Niniue nuntiaretur absolutè: & ideo interponere conditionem non erat potestatis suæ.*

(Quare Iōnas fugit. Duplex prophetia.) (Prophetiæ spiritus prout vult tangit corda prophetarum, magis scilicet vel minus perfectè.) (Cur Ionas, cum putaret Dei cōminationē esse conditionalem, non denuntiauerit ipsam conditionaliter.)

Secundum dubium est, quomodo voluit fugere à facie domini, quem sciebat vbique præsentem? Ad quod dicendum, quod licet sciret Deum esse præsentem vbique per essentiam & potentiam: sciebat tamen cum hoc ipsum esse specialiter in aliquo loco, & non in alio ad aliquem effectum determinatum: sicut quantum ad missionem spiritussancti in signo visibili fuit in domo, in qua erant discipuli congregati, secundum quod dicitur Act.2.a. Et reple. totam domum vbi erant sedentes, *& non alia loca. Tempore verò Ionæ prophetæ spiritus prophetiæ non dabatur in terra Gentilium, sed tantum Iudæorum. Nec valet contra hoc, quod Ezechiel & Daniel prophetauerunt in Chaldaica captiuitate quia hoc fuit longè post Ionæ tempora: & ideo æstimauit, quod si esset extra terram Israel non fieret sibi mandatum diuinum de prophetica nuntiatione; sicut dicitur 1.Reg.10. de Saule: quod existens cum prophetis prophetabat & non alibi, licet hoc Deus posset vbique facere: & ideo Ionas voluit extra terram Israel fugere; Hoc etiam à Deo permissum est fieri, vt fugiens naufragium pateretur, & à pisce deglutiretur, in quo triduum sepulturæ Christi præfiguraretur, secundum quod dicitur Matth.12.c.* Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ.

(Putabat Ionas spiritū prophetiæ non dandū alicui in terra gentilium.)

1 Do-

MORALITER.

† 3 *Et sur.* nam prædicator ex humana fragilitate declinat prædicandi laborem, & vt euitet magnatorum maleuolentiam.

(Prædicator declinans quæ sui sunt officij.)

4 *Et descendit in Ioppen.* quæ interpretatur pulchra. Nam libenter declinat ad locum, vbi sibi pulchra facies ostenditur, & bonum conuiuium præparatur.

† *Et inuenit nauem euntem in Tharsis.* quæ interpretatur exploratio gaudij; & ideo per hanc nauem intelliguntur personæ, quæ prædicatorem inducunt, vt transeat ad delectabilia mundi.

(& vertens se ad delectabilia mundi.)

5 *Et dedit naulum.* supportando eos in aliquibus illicitis.

†Do-

saluet eos, quos quasi in naui dormiendo negligebat. Per fugam A prophetæ potest significari humanum genus, quando contemnens præcepta Dei, ab eius facie recessit, & mundo se tradidit, & postea sæuiente contra se mundi naufragio compellitur reuerti ad eum, quem fugiebat, & quæ sibi salutaria putauerat, vertuntur in perniciem: nec solum non prodest auxiliũ hominum his, quibus præbetur, sed etiam præbentes pariter conteruntur; sicut legimus Ægyptum vastatam ab Assyriis, quia contra voluntatem Dei præbebat auxilium Israelitis.

Auxilium humanum, cum venit contra voluntatem Dei, perniciosum est & danti & petenti.

a *Dom. au.* † THEOP. in com. Ionas se effugere posse diuinum B illud ministerium arbitrabatur: at enim terræ marisque dominus suscitat aduersus nauim tempestatem, vt discamus diuinam functionem subterfugere nos nõ

** 1. q. 4. c. ecclesia, 26. q. 2. c. non exemplo & c. statim.*

HIER. IBID. Tropo. Multi sunt, qui cum Iona nauigantes, & ha- D bentes proprios Deos, ad contemplationem gaudij ire festinant. Sed postquam Ionas sorte fuerit deprehensus, & morte illius mundi sedata tempestas, & mari tranquillitas reddita, tunc vnus adorabitur Deus, & immolabuntur spirituales victimæ, quas iuxta litteram in mediis fluctibus non habebant.

Mors Christi idololatriam, exc. ut.

a ¶ Deo aduersante nihil securum.

a Tharsis à facie domini. [1]Dominus autem misit magnũ ventum in mare, & facta est tempestas magna in mari, & nauis pericli-

a ¶ Cum prius omnia essent tranquilla.

a ¶ Concutiebatur ad contritionem. ¶ Quia periclitantem susceperunt.

b tabatur conteri. [2]Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad

a ¶ Arbitrantes nauem solito onere grauari nesciunt totum pondus esse fugitiui prophetæ.

Deum suum, et miserunt vasa, quæ erant in naui in mare, vt

a ¶ Vt fluctus leuior transiliret.

c alleuiaretur ab eis. [3]Et Ionas descẽdit ad interiora nauis, & dor-

d a ¶ Naturale est vnumquemque in suo periculo plus de alio quam de se sperare. b ¶ Qui alios debuit consolari turbatus tanto discrimine.

e miebat sopore graui. [4]Et accessit ad eũ gubernator, & dixit ei:

a ¶ Stulta securitatis arguit. b ¶ Contra commune periculum communis fiat oratio.

Quid tu sopore deprimeris? Surge inuoca Deũ tuum, si forte

f recogitet Deus de nobis, & non pereamus. [5]Et dixit vir ad collegam suum: Venite & mittamus sortes, & sciamus quare

¶ Id est, afflictio.

hoc malũ sit nobis.* [6]Et miserũt sortes, & cecidit sors super Io-

e *Accessit.* † THEOD. Propheta cũ ex somno eum excitasset, primum preces adhibere Deo suo coëgit, ignorans fugam hâc illi fiduciam abstulisse.

† REMIG. Naturale est vnumquemque in periculis de alio plusquam de se sperare; vnde gubernator, qui alios debuit E cõsolari, excitat dormientem Ionam, vt inuocet nomen domini: vt quorum erat cõmune periculum, cõmunis esset oratio.

Ionas excitatus & iussus orare Deum suũ.

posse. Docemur quoque quòd nihil citra Dei prouidentiam geratur, verùm tempestates etiam diuina voluntate, & non fortuitò fieri. Excitantur sæpe natura non postulante tempestates Dei admirando consilio, qui & naturam condidit: quam & alterare potest, secundum quod sibi visum fuerit. Vtroque autem modo illi seruantur vel pereunt, quos diuinus calculus vel seruari, vel interire iudicauit.

Sortibus non esse indifferenter vtendum.

† REMIG. Putauerat Ionas prodesse sibi, si nauim conscenderet, sed & ipse & nauis propter eum periclitabatur. Quæ enim nolente Deo putantur prospera, vertuntur in perniciem, & nihil aduersante Deo securum.

b *Et clama.* Nescientes veritatem: non ignorant Dei prouiden- C tiam, & sub errore religionis sciunt esse aliquid venerandum: Israel contra nec bonis nec malis intelligit Deum, & Christo plangente populum, siccos habet oculos.

c *Et Ionas descendit, &c.* † REMIG. Descendisse dicitur, vt ostendatur, quòd sicut fugitiuus ad interiora nauis penetrauit, latebras quærens.

† THEODOR. supra. Conscientiæ stimulis vexatus, mœstitiaque afflictatus, cogitationum suarum aculeos non ferre valens, ex somno sibi moliebatur consolationem.

d *Et dor.* HIER. Aliis turbatis propheta securus & tranquillus describitur, vt in interioribus nauis placido somno perfruatur. Vel potest dici, quòd conscius fugæ & peccati, aliis ignorantibus causam tempestatis, ipse fluctus cõtra se intumescentes videre non audet, & dormit non ex securitate, sed ex tristitia; sicut Apostoli in passione domini. Grauis somnus prophetæ significat hominem torpentem sopore erroris, cui non sufficit surgere à facie domini, sed insuper quadam vecordia obrutus ignorat Dei iram, & securus dormit, & profundum somnum rauca nare sonat.

Vnde Ionæ tanti criminis conscio tanta dormiendi voluptas. Matt. 16. f.

HIER.

† THEOPHYL. Necessitas quid deceat, bellè docet. Obserua, quòd etiam si varios Deos inuocauerint, eam tamen cognitionem habuerunt, vnum esse Deum ceteris omnibus maiorẽ. Non enim, vt seruent nos dij, sed, Deus.

f *Et dixit vir.* HIER. vbi supra. Sæpe experti naturam ventorum & tempestatum, vident non ex solitis causis fluctus consurgere. Quod si esset, sorte non quærerent auctorem naufragij, nec per rem incertam certum periculum vitare cuperent. Quod Matthias sorte eligitur, & hic fugitiuus sorte deprehenditur, non agitur virtute sortium, sed voluntate Dei, qui sortes regebat incertas. Non ergo hoc exemplo debemus credere, vel vti sortibus: quia priuilegia singulorum non possunt legem facere communem. Voluntate Dei Pharao & Nabuchodonosor iudicio somniorum futura cognoscunt, non tamen ideo vbique somniis est credendum. F

Sors an aliquid operetur.

† D. THEOD. in com. Cùm aliæ naues secundo vento cursum tenerent, in hanc vnam tempestas maris incumbebat: cùm alios sine periculo mare secantes viderent, suam verò decumanis fluctibus exagitari, primùm quidem se ad preces conuerterunt: deinde cùm hinc auxilium nullum assequerentur, Ionam excitant. Postremò, cùm pericula intentari non desinerent, sorte exquirere tempestatum causas perrexerunt, non ignorantes sua peccatores manere supplicia, atque delictorum pœnas persoluere.

Nauis, qui busçũ erat Ionas, mirũ videbatur, suam nauim iactari, alias vero quæ in conspectu erant nihil turbari.

† THEOP. in com. Ex his intelligamus Deum à propriis ac cognitis quemlibet ad se adducere: perinde ac tenemus Magos stellæ ductu perductos ad cunas Christi; & Azotios per symbolum boum arcam perferentium tandem seruatos. Sic dominus ex piscium piscatoribus fecit piscatores hominum, consuetum ipsis nomen prætendens. Cùm igitur nautis consuetum esset sortiri, condescendens ipsis Deus per consuetum ipsis iudicium, tempestatis auctorem ipsis notum reddidit.

a In-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dominus. *Hic consequenter describitur rebellantis reprehensio, scilicet, per tempestatem à Deo missam in mare, per quam coactus fuit suam inobedientiam confiteri. & patet littera.*

Rebellantis Ionæ reprehensio.

2 Et clamauerunt, &c. *id est, quilibet eorum ad Deum quem colebat: Dicit enim Ra. Sa. quod ibi erant homines de variis Gentibus & diuersorum rituum.*

3 Et Ionas descendit ad int. *horrens videre maris tempestatem, & maximè, quia sciuit eam propter se exortam.*

4 Et dormiebat. *absorptus præ tristitia euentus, sicut Apostoli in passione Christi. Luc. 22.*

5 Et dixit. &c. *id est, viri existentes in naui hoc inter se dixerunt.*

6 Venite. *Dicit autem Ra. Sa. quod videbant alias naues ab eis distantes prosperè nauigare, ita quod tempestas erat solum circa nauem illam; & hoc videtur, ex eo quod dicitur, infra,* Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat & intumescebat super eos; *ex quo videtur, quod fluctus maris conueniebant ad eos, ad quamcumque partem se verterent, & ex hoc perceperunt, quod illa tempestas erat exorta propter maleficium alicuius existentis in naui: & ideo miserunt sortes ad inueniendum ipsum. Qualiter autem licitum sit vti sortibus & qualiter non, dictum fuit diffusè Numer. 33. Potest tamen hic aliquid breuiter repeti. Circa quod sciendum, quod duplex est sors, quædam diuisoria, vt quando ad aliquid diuidendum mittuntur sortes, vt per hoc determinetur quis quam partem accipiat, committendo totum euentum fortunæ, & hoc nullum est peccatum; Alia consultoria, quia per sortes consulitur quid sit agendum vel dimittendum, & sic si expectetur ostensio per sortes à dæmone, illicitum est; similiter si à corpore cælesti, cuius effectus ad hoc non se extendit, & hoc non caret occulto pacto dæmonum: Si autem expectetur à Deo & sanctis angelis, nullum est peccatum, nisi in casu, vt cum hoc fit sine necessitate: quia tunc ad Dei tentationem pertinet; vel si in necessitate, debita Dei reuerentia omittatur, propter quod præmissa oratione Apostoli miserunt sortes,*

Vnde coniecturabant nautæ propter alicuius maleficium suã nauim iactari.

An sortibus vti liceat. Duplex est sors.

MORALITER.

† 1 *Domi. au. mi. ventum mag.* id est, contritionis spiritum quando talis prædicator percipit defectum suum, & sic peccatum suum verè recognoscens mittitur in mare, id est, in amaritudinem pœnitentiæ: & piscis suscipit eum ne submergatur, id est, Christus per piscem significatus in cuius ore staterem inuenit Petrus: Matth. 17. d. Suscipit pœnitentem ne desperans absorbeatur.

De pœnitẽtia talis prędicatoris.

a *Indica*. HIER. in com. sub mira breuitate interrogatur, persona, regio, ciuitas, vt ex his causa periculi cognoscatur.

† THEOP. in com. Intuere hic barbarorum hominum æquitatem. Non enim statim agrestibus in ipsum moribus ferebantur: cæterum blandè, & mansuetè eum interrogant, cuius causa afflictio super eos venisset, vt vbi didicerint delictum, experiantur emendare & expiare.

Laudanda barbarorũ hominum æquitas.

† THEOD. in com. Cũ sors testimonio suo prophetã arguisset, in iudicium agitur, & nautæ iudiciũ formulã sectãtes Ionam reposcũt rationes vitæ anteactæ. Magno studio quærebant intelligere omni ex parte tempestatis causam: quare non modo, vnde profectus esset, & quonam iret, iubent dicere, sed & ex qua gente genus duceret: vt ex communibus gentis studiis & institutis, hominis vitam cognoscerent.

Examinant nautæ Ionam.

a ¶ Quem sors indicauerat, cogunt propria voce confiteri. ¶ Quid operis agas.

a nam. [8] Et dixerũt ad eum: Indicã nobis cuius causa istud malũ 1

a ¶ De qua regione, vel de populo cuius ciuitatis.

sit nobis, quod est opus tuum? quæ terra tua? & quo vadis? vel 2

a ¶ Transitor sicut Abraham & alij patres, qui fuerunt peregrini huius mundi. 3

b ex quo populo es tu? [9] Et dixit ad eos: Hebræus ego sum & do- 4

a ¶ Non deos quos colitis, sed eum qui omnia fecit, & in omnibus potens est. 5

b ¶ Id est, colo quem vos ignoratis, vel timeo, vt seruus, & si non diligo vt filius. c ¶ In quo fugio. 6

d ¶ De qua fugio. ¶ Ad distinctionem maris non terram, sed aridam eleganter vocat.

minum Dẽum cęli ego timeõ, qui fecit mãre & ãridam. [10] Et ti- 7

c muerunt viri timore magno, & dixerũt ad eum: Quid hoc fe- 8

cisti? Cognouerunt enim viri, quod à facie dñi fugeret, quia

d indicauerat eis: [11] Et dixerunt ad eũ: Quid faciemus tibi, & ces-

¶ Eo facto. a ¶ Ecce causa quare hæc quærebant. b ¶ Nutu Dei persequens fugitiuum.

c ¶ Dum morantur nautæ asperius fiebat, ostendens se vltionem creatoris non posse differre.

sabit mare à nobis? Quia mare ibãt, & intumẽscebat super eos.

a ¶ Me quærit tempestas, me perdite, vt mea morte viuatis.

e [12] Et dixit ad eos: Tollitẽ me & mittite in mare, & cessabit mare 9

f a ¶ Non ignoro in meam pœnam elementa turbari, si sensero tempestatem, vos recipietis tranquillitatem.

à vobis. Sciõ enim ego quoniam propter me tempestas hæc

a ¶ Qui me recepistis.

g grandis est super võs. [13] Et remigabant viri, vt reuerterentur ad 10

gnum est nauticorum hominum mansuetos adeo mores. Neque enim insurrexerunt in ipsum, neque dixerunt: O scelesté, & omnium sceleratissime, propter te peribimus: sed ipsum iudicem faciunt, vt pronuntiet quid secum faciendum sit. Digni sunt quos æmulemur, vbi in calamitates incidentes planè efferamur aduersus calamitatum auctores, & contra ipsos familiares nostros.

Exemplo nobis sint isti nautæ quomodo affici debeamus erga eos qui nobis sint causa calamitatis.

HIER. Rogant, vt ipse sit remedio, qui fuit auctor peccati. Q. Exposuisti causam morbi, indica & sanitatis. Ex tumore maris intelligimus iram Dei cõtra nos, quod fugitiuum suscepimus. Sed occidemus te, vt hãc iram mitigemus? Cum vero cultor Dei sis, tuum est imperare, quid opus sit facto: nostrum est manus adhibere, vt sic auersa ira Dei cesset mare.

Petunt nautæ quid sibi fieri velit Ionas.

e *Et dixit ad.* IBID. Fugitiuus depręhẽsus non dissimulat,

b *Hebræus ego.* HIE. vbi supra. Non dixit: Iudæus sum, quod nomen imposuit populo scissura 10. tribuum à duabus, sed Hebræus quod nomen generale erat tam duabus quàm 10. tribubus.

De nominibus Iudæus & Hebræus.

IBID. Cum indicasset se dominum timere, indicauit se etiam à facie ipsius domini fugisse, & eius præcepta non fecisse: ideo timẽt viri, quod intelligunt factum, & sanctæ gentis virum, & magnum esse, qui fugit, sed maiorem eum, qui quærit, non audent tradere, celare non possunt.

IBID. Cum confiteatur creatorem maris & aridæ, cur aridam relinquens arbitratur se conditorem maris in mari posse vitare?

† THEOD. vbi supra. Mirus profectò, & dignus, qui laudibus omnibus ornetur propheta. Capitis condemnatus, præco fit potestatis Dei, omnium rerum fabricatorem & dominum appellans: quoniam quidem illa ætate quamplurimi mortales idola obseruabant, vniuersorumque factorem nesciebant; hunc ignorantibus, causamque fugæ suæ patefecit. Quia hunc, quem nosco, non terræ solum & maris, sed & cæli conditorem & dominum, insipientia implicatus me putaui effugere posse.

Confitetur Ionas, Deũ.

c *Et dixerunt.* HIER. vbi supra. increpando: Q. Si times Deum, quem tam potentem prædicas, quomodo putas te eum posse euadere? Vel interrogantes dicunt, volentes nosse causam fugæ, cur relicta propria terra in mari salutem quærat.

† THEOD. vbi supra. Hæc, inquiunt, non ignoras, cui alios docendi negotium datum fuerat, quomodo sperasti Deum vbique præsentem, te effugere posse? Eousque turpe est non obedire Deo, vt propheta aliorum præceptor, non se ab insipientibus reprehendi recuset.

Nautæ incusant Ionam modicæ fidei.

† THEOPHYL. vbi supra. Terrefacti sunt igitur, quandoquidem arbitrarentur potentem illum Deum esse, è cuius manibus quisquam euadere non posset: iuxta metuentes, ne vnà cum transfuga isto intereant.

d *Quid faciemus.* † THEOPHYLACTVS IBID. Et hic demirari dignum

non negat, sed confessus culpam, libenter assumit pœnam, malens ex suo peccato solus perire, quàm alij secum peccent & pereant. Instruitur etiam per salutem & conuersionem nautarum, magnam Niniue multitudinem simili confessione posse saluari.

ALLEG. IBID. Hi venti, hi fluctus ad Christum, & ad ecclesiam periclitantem referuntur, vel ad Apostolos suscitantes, qui cum in passione deserentes, in fluctibus turbantur. Dicit ergo Christus, quia videt me mundus vobiscum ad contemplationem gaudij nauigare, *vt vbi ego sum, & vos sitis*, idcirco fremit, & me cupit deuorare, vt vos pariter occidat, nec intelligit quia velut escam in hamo capit, vt mea morte moriatur.

Mors Christi occidit mundum & diabolũ. Ioan. 17. d.

f *Tollite.* HIER. IBID. Tempestas, quæ propter me contra vos sæuit, me moriente sedabitur: non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab alio libenter suscipere, nisi vbi castitas periclitatur.

IBID. Contra me tempestas exurgit, mittite me in mare, vt mea morte viuatis. Aduertenda est fugitiui magnanimitas. Non dissimulat, non negat, sed confessus pœnam amplectitur, ne ceteri propter se perirent.

† THEOPHYLACTVS in com. Talem se gerit bonis consiliis prædita anima. Cognito peccato suo, rubore quidem suffunditur propheta, quod deliquerit: Non ignorans autem, quod mare obtemperet seruiens diuino mandato, seipsum inobedientem Deo morte condemnat. Atqui nos haudquaquam tales sumus, quin potius scientes peccata nostra suppliciis digna, vbi aliquam afflictionem sustinuerimus, aduersus Dei prouidentiã murmuramus, tamquam impeccabiles essemus: tãtum abest, vt digna nos pœna condemnemus.

Ionas humiliter se subijcit diuino iudicio.

g *Et remi.* Prolata contra se sententia, tamen in cultorem Dei non audent manum mittere: ideo laborant ad terram reuerti, malentes perire, quàm sanguinem fundere. Remigant autem, quia putant absque sacramento illius, qui passurus erat, posse nauem de periculo liberari: cum Ionæ subuersio sit nauis releuatio.

Nautæ refugiunt prophetam demergere.

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

tes, in electione Matthiæ: vel si electiones ecclesiasticæ, quæ instinctu spiritussancti debent fieri, fortuna sortium committantur. Rationes & auctoritates omitto, quia positæ sunt loco supradicto. Istos tamen non oportet hic excusare de peccato, quia sicut dictum est, erant ibi diuersi homines diuersos Deos colentes: & ideo videtur, quod miserunt sortes secundum morem Gentilium, qui vtuntur superstitiosis. Deus tamen, qui elicit bona de malis, sic sortes temperauit, quod Ionas deprehensus fuit, & confiteri peccatum suum compulsus fuit, secundum quod dicitur Prouer. 16. d. Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur: ideo sequitur,

An peccaMint isti nautæ mittendo sortes.

1 Et dixerunt, *Et fecerunt sibi quatuor quæstiones, dicentes,*

2 Quod est opus tuum? *quia ex opere malo homo puniendus.*

3 Quæ terra tua? *quia propter malitiam terræ aliquis aliquãdo punitur.*

4 Et quo vadis? *quia aliquis puniendus est, qui vadit ad locum malum, seu prohibitum. Et ad istam quæstionem respondit se fugere in Tharsis, vt declinaret domini præceptum, vt habetur infra.* Cognouerunt enim viri, quod à facie domini fugeret, quia indicauerat eis, *licet hic taceatur.*

5 Vel ex quo po. es tu? *quia aliquando filius punitur pro malo parẽtum.*

6 Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & dominum Deum, &c. *hoc enim nomen est commune omnibus descendentibus à Iacob patriarcha.*

7 Et timuerunt viri timore magno, &c. *propter offensam Dei Ionæ, quem confitebatur dominum maris & terræ.*

8 Et dixerunt ad eum. *Hic consequenter ponitur Ionæ deprehensi punitio: de qua primò quæritur,* Quid faciemus tibi & cessabit mare à nobis, &c. *Et subditur responsio,*

Ionæ deprehensi punitio.

9 Tollite me & mittite in mare. *Magis enim voluit solus mori, quam quod cum eo alij morerentur occasione sui: volens etiam per mortem suam placare offensam Dei.*

10 Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, *tentantes si possent euadere sine eius morte.*

Et

a *Et clamauerunt.* THEOD. in com. Cùm planè nouissent Ionam à Deo condemnatum fuisse, rogant ne pœnas dent, dum Dei iudicio subseruiunt.

† THEOPHYL. in com. Non enim hunc tamquam latrones, aut sanguinolenti homicidæ occidimus, sed tuæ obsequentes voluntati. Hic barbaros contêplare, quomodo non contra hæc obganniant: Igitur cruetus & sanguinis auidus ille Deus est; sanguine igitur gaudet, &c. Verùm Dei voluntatê amplexantur, diligunt, & venerantur, non curiosè indagantes causas cur ista sic fiant.

Laudabilis in barbaris pietas.

HIE. in com. Contestantur Deum, vt quod facturi sunt, nô imputetur eis ad culpam. Quasi dicatur, nolumus interficere tuum prophetam, sed ipse confessus est irâ tuam, & tempestas tua eum arguit, volûtas tua manibus nostris expletur. Simile quid facit & dicit Pilatus, qui lauans manus, ait: *Mundus ego sum à sanguine iusti huius.* Nolunt gentes perire Christû, innocentem testantur, & Iudæi dicunt: *Sanguis eius super nos & super filios nostros.*

Matth. 27. Pilatus ludatis innocentior.

IBID. Quod eum suscepimus, quod mare sæuit, quòd forte deprehenditur, quod ipse indicat quid de se fieri debeat, opus est tuæ voluntatis. Vnde Saluatori in Psal. *Domine, vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui.*

Daniel. 3. c. Psal. 39. b.

IBID. Ante passionem Christi, errores & diuersa dogmata quasi contrarij fluctus turbabant nauiculam ecclesiæ, & totum humanum genus: sed post passionem est tranquillitas fidei, pax orbis, conuersio ad Deum, omnia secura. Ita post præcipitationem Ionæ mare stat à feruore.

Mors Christi pacem Ecclesiæ conciliauit.

aridam & non valebant, quia mare ibat, & intumescebat super eos. [14] * Et clamauerunt ad dominum, & dixerunt. Quęsumus domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu domine sicut voluisti fecisti. [15] Et tulerunt Ionam & miserunt in mare, & stetit mare à feruore suo, [16] & timuerunt viri timore magno dominum, & immolauerunt hostias domino, & vouerunt vota.

a ¶ Scientes mortem peccati peiorem esse quam vitæ: & ex magna fide pro anima alterius precantur, cum ipsi periclitantur corpore.

a ¶ Non rapiunt, sed cum obsequio & honore portant. b ¶ Christum. c ¶ Non repugnantem, sed manus per voluntatem Dei præbentem. d ¶ Mare quod absente Iona irascitur, iam desideratum apprehendens, tenet, gaudet & confouet & ex gaudio tranquillitas redit.

a ¶ Ex tota anima: ex toto corde: & ex tota virtute.

b *Et tulerunt Ionam, &c.* REMIG. Id est, quasi quodam cum obsequio & honore portantes, non præcipitantes, miserunt in mare.

† THEOPHYLACTVS. Vix tandem audent opus aggredi, quo peracto statim mare tranquillum redditur. Illi verò cognoscunt dominum perfectius quam antehac: nec parum ipsum metuût, vt cui nemo sese subducere queat, qui acriter in ipsum peccantes adoriri possit. Sacrificauerût vbi in terram appulsi fuere: Vouerunt autem & vota, hoc est, promiserunt se talia quædam & talia facturos, vbi in patriam remeauerint, &c. Videsne hic diuinam dispensationem? fugit Ionas vt ne seruentur Niniuitæ, & ecce seruantur nautici: dein & ipse; & exuberantius bonum perficitur. Sic & nostris diuina prouidentia delictis ad bonum vsa est.

Psal. 17. Deut. 32. b.

Prouidentia diuina nostris delictis vtitur ad bonum.

HIER. vbi supra. Ante passionem timentes clamabant ad deos suos, post passionem timent Deum venerando & colendo, & immolant hostias quas iuxta litteram in fluctibus non habebant, sed sacrificium spiritus contribulati: & vouent vota se amplius à Deo non recessuros, cernentes ex fuga tempestatis verba prophetæ vera fuisse.

Gentium vocatio.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et clamauerunt ad dominum, &c. *ne imputaretur eis mors Ionæ.*

2 Quia tu domine sicut voluisti fecisti, Et tulerunt Ionam & misse. &c. *Experientia enim tempestatis iam cognoscebant potestatem Dei, quem Ionas colebat.*

3 Et stetit mare à feruore suo, &c. *ex quo manifestè apparuit ipsius Ionæ transgressio, mandatum domini declinando.*

4 Et timuerunt viri timore magno, &c. *ex signis visis fuerunt conuersi ad colendum verum Deum, qui habet super omnem creaturam dominium: & hoc bonum elicuit Deus de malo Ionæ. Dicit enim Augustinus in Enchiridio, quod Deus adeo est omnipotens & bonus, quod non sineret mala fieri, nisi ex eis maiora bona eliceret.*

Deus ex malis elicit bona.

ADDITIO.

In cap. 1. Ionæ. vbi dicitur in Postilla. Et tamen oportet hoc dicere si fuit pater Iona. *Vt dictum fuit sup. Iere. 1. c. in additione & in aliis additionibus non est regula apud Hebr. quod quâdo exprimitur in principio alicuius prophetæ nomen patris, intelligitur pater fuisse propheta sicut & filius: sed est dictû vnius Rabbi, quod non habet aliquam probabilitatem, nec auctoritatis fundamentum; vnde non est necesse dicere, quod Amathi est nomen appellatiuum.*

Non est necesse dicere quod Amathi est nomen appellatiuum.

CAPVT II.

a *Et præparauit.* HIERON. in com. Vel ab initio, cum conderet, vel iuxta nauem fecit venire, vt præcipitem susciperet, & pro morte habitaculum præberet, vt qui in naue iratum senserat Deum, in morte sentiret propitium.

† THEOPHYL. in com. Non quemadmodum hominibus, aut angelis præcipit Deus, ipsis in mentem insonans quid agendum sit, sic ceto nunc demandauit: sed velle aliquid Deum, lex est, & mâdatum necessario complêdum. Atque hic obedientiæ modus est inexplicabilis quidem nobis, ipsi verò cognitus.

Quomodo irrationabilia intelliguntur obedire Deo præcipienti.

† THEODOR. in com. Venter verò grandis piscis habitatio prophetæ tres dies & noctes extitit, visque alui cibos concoquere solita, prohibebatur Ionam conficere. In tanta ergo laxitate propheta degebat, vt etiam precationes ad Deum adhibere potuerit.

b *Et erat Io.* HIERON. in com. Sicut Ionas per hoc, quòd fuit tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti, indicat Christi passionem: sic & oratio eius typus est orationis Christi.

Ionas typus est Christi.

IBID. Qui credit tres pueros ita de incendio liberatos, vt nec vestimenta eorum ardor ignis attingeret: non debet dubitare de salute Ionæ in ventre ceti.

Daniel. 3. c.

IBID. Dicunt quidam, in parasceue, quando sole fugiente à sexta hora vsque ad horâ nonâ nox successit diei: duas noctes & dies ibi computandas vsque ad mane sabbati, & opposito sabbato cum nocte sequenti tres dies & noctes computari, alij intelligunt synecdochicos, id est, à parte totum.

Quomodo Christus probetur fuisse in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Matt. 12. d.

CAPVT II.

a ¶ Morti & inferno præcipit, vt prophetam suscipiant, sed quantum gaudent in deuoratione, tantum iugent in vomitu.

a ¶ Sicut fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti, sic erit filius hominis tribus di. & tribus noct. &c.

a ¶ Postquam se sospitem sentit in vtero ceti: conuertitur ad exorandum misericordiam Dei.

ET præparauit dominus piscem grandem, vt deglutiret Ionam. * Et erat Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. [2] Et orauit Ionas ad dominum Deum

c *Et orauit ad dominum, &c.* † TERTVL. Cùm modestia & humilitate adorantes, magis commendamus Deo preces nostras, & ne ipsis quidem manibus sublimius elatis, sed temperatè ac probè. Ne vultu quidem in audaciam erecto. Sonos etiam vocis subiectos esse oportet. Deus enim non vocis, sed cordis auditor est sicut conspector. Dei aures sonum expectant; Quomodo ergo oratio Ionę de ventre ceti, per tantæ bestiæ viscera, ab ipsis abyssis, per tantam æquoris molem, ad cælum potuit euadere?

Corpori nimia vis facienda inter orandum.

a Cla-

NICOLAVS DE LIRA. CAP. II.

ET præparauit. *Hic consequenter ostenditur ipsius Ionæ pœnitentia: Et hoc ex duobus, Primò ex eius oratione, secundo ex mandati diuini prosecutione cap. seq. Prima in tres, quia primò ponitur orantis locus, secundo orationis modus, ibi,* Et orauit, *tertiò exitus ibi,* Et dixit. *Circa primû dicitur,*

Diuisio.

1 Et præparauit dominus piscem, *quia ei obedit omnis creatura ad nutum.*

2 Et erat Ionas in ven. *Nec mirum, si tamdiu ibi vixit, quia hoc fuit diuina virtute, quia potest vbi vult, & quomodo vult saluare.*

3 Et orauit Ionas. *Hic consequenter describitur orationis modus cum subditur,* Clamaui ad do. *Erat quidem valde horridum sic deglutiri, & in ventre piscis detineri.*

1 Et

MORALITER.

1 *Et præparauit.*

2 *Et erat Ionas in ventre piscis tribus diebus.* Per quos significantur amara contritio, integra confessio, & debita satisfactio.

Tres partes pœnitentiæ.

3 *Et orauit Ionas ad dominum de vtero piscis, & dixit: Clamaui, &c.* quia verè pœnitentes debent orare frequenter pro peccati remissione, & pro diuinæ gratiæ impetratione. Et si fuerit oratio perseuerans exaudietur: ideo subditur,

Pœnitentes strenuè orandum.

3 Et † Et

a Clamaui. HIER. in com. Dum viderem immanem beluam, rictus apertos, recordatus sum Dei, & clamaui, Vel, in aquis cedentibus clamore locum inueniente, vel solo cordis affectu. Quantum ad Ionam, patet, quod clausus vtero in medio maris fuerit: Saluator verò in carne apparens habitationem huius terræ tempestatibus plenæ expertus est, quæ ad comparationem cælestis habitationis mare & tempestas dicitur: vnde, *Infixus sũ in limo profun. & non est sub.* Et iterũ, *Veni in altitudinem maris, & tem. demersit.*

IBID. Iuxta anagogẽ in corde maris, id est, in mediis * tempestatibus se esse commemorat, & tamẽ inter amaras aquas tentatus iuxta omnia absque peccato, non sensit amaritudinẽ aquarum, sed circumdatus & refocillatus est dulcedine fluminis, quæ *lætificat ciuitatem Dei*. In persona Ionæ, patet hæc omnia ad litteram facta: In Christo omnis tentatio sine peccato, quæ Dei voluntate contigit, non opprimens sed transiens fuit, quia in eo vires amisit, vt qui in ea periclitari solebant, per istum vincentem liberarentur.

(Marginal notes: Christo datus fuit in terra quam Ionæ in mari. — * Psal. 119. a. Psal. 68. a. — Ibidem. — * tentationibus. — B — Christo ex tentatione nihil contigit vel minimi lapsus.)

† THEOPHYLACTVS in com. Nihil damni passus à ceto, sed veluti pro muro vsus, neque mentis neque corporis iactura facta, Dei præsentem opem sentit. Non ignorans autem, quod offenderit Deum, per hoc quod ministerio legationis noluerit fungi, conuertitur ad precationem: quique olim in sola Ierusalem Deum apertè apparere arbitrabatur, nunc ipsum in aluo ceti præsentem reperit, gratiasque agit illi, quod se seruauerit. Inferni porrò ventrem C ipsam ceti aluum nominauit, tum quod belua sit lethalis ac mortifera, tum quod ex natura facti mortuus esset, viueret autem sola Dei gratia.

(Marginal note: Orat Ionas in ventre ceti.)

b *Et proiecisti me in profundum, &c.* IDEM IBID. Variis modis vates quod secum contigit, enuntiat, magnificans Dei gratiam, quæ sibi obuenit: iuxta indicans potentiam Dei, vt qui ex quouis malo seruare possit, etiam si terribilissimum fuerit. Ac si dicat. In maris intima me deiecisti (balena enim in profundo moratur) ipsius balenæ me intima comprehenderunt. Flumina verò dixit fluctuum insultus, siue quòd flumina sese in mare exonerent. Iam qui à mari cingitur, à fluminibus certè circumfluitur.

c *Abiectus.* † THEODOR. vbi supra. Insolentia malorum constrictus, & qui paulò antè à tempestatibus fluctuum sublime ferebar, nunc tamquam in carcerem in ventrem ceti conclusus, cogitaui, quod omni prouidẽtia Dei spoliatus essem, & quod propheta hæc omnia sustinerem.

† THEOPHYLACTVS vbi supra. Cogitabam me ab oculis tuis, à visitatione, ab inspectione, proiectum esse, ac hæsitabam: Vtrumne, & post hac apponam intueri templum sanctum tuum Ierosolymis. D

a suum de vtero piscis,[1] & dixit: *Clamaui de tribulatione mea ad dominũ, & exaudiuit me. De ventre inferni clamaui: & exaudi- b sti vocem meam.[4] Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumẽ circumdedit me. Omnes gurgites tui, & fluctus tui c super me transierunt.[5] Et ego dixi: Abiectus sum à conspectu d oculorum tuorum. Verũmtamen rursus vidẽdo templũ sane ctum tuum.[6] Circumdederunt me aquæ vsque ad animã, abysf sus vallauit me, pelagus operuit caput meum.[7] Ad extreg ma montium descendi: terræ vectes conclùserunt me in æh ternum, & sublèuabis de corruptione vitam meam domine

a ¶ Christus inter mortuos liber in inferno viuens clamat: Non derelinques in inferno animam meam: nec da. san. tuum vi. cor.
a ¶ Id est, de vtero ceti, qui pro magnitudine sua instar habetur inferni. ¶ Qui probas renes & corda.
a ¶ Id est, in inferno, pro quo in euangelio, id est, in corde terræ. Sicut enim cor animalis in medio est, sic infernus in medio terræ esse perhibetur.
a ¶ Quamuis abiectus tempore. b ¶ In profundo maris positus, prophetali spiritu alibi est.
a ¶ Aquæ mundi, quæ limum trahunt secum, corpus fouent, sed animam occidunt: quæ tamen Christo nocere non potuerunt, quia non necessitate, sed voluntate susceperat.
a ¶ Opinione hominum. ¶ Alia littera circumdederunt.
a ¶ Tamen. ¶ Non dabis sanctum tuum videre corr. b ¶ Ne in morte corruptus, in bestiæ cibos transeam.

HIER. in com. Qui formam serui acceperam, fragilitatem hominis imitatus, antequam clamans exaudirer, dixi, Qui in te lumine lumẽ eram, homo factus abiectus sum, vt per hoc humanum genus ad te reducam.

(Marginal note: Phil. 2. b.)

d *Videbo templum.* Hoc Ionæ conuenit, vel optanti, vel confidẽti, qui prophetico spiritu hoc futurum contemplabatur. Christo autem conuenit iuxta quod legitur, *Pater clarifica me apud te, claritate quam habui antequam mũdus fieret.* Sicut templum patris est filius, ita & templum filij est pater, de quo ipse dixit, *Ego de patre exiui, & veni in mundum.* E

(Marginal notes: Ioan. 17. a. — Ibid. 16. f.)

e *Abyssus vallau. &c.*

† THEOP. supra. Gratiam Dei erga sese propheta variis modis celebrans, ab aqua se circumfusum ait, cui natura est auferre animam & vitam: seque ab vltima abysso cinctum, & in fissuris mõtium fuisse se inquit, per quod subobscurè ceti magnitudinem exhibet. Montes dein & spelæa nominat, quæ verisimile est subire balenam. Huiusmodi enim in mari pleraque sunt, quibus illisæ scaphæ pereunt.

(Marginal note: Montes in mari.)

HIER. supra. Abyssus hic accipiuntur contrariæ fortitudines, vel tormentis deditæ potestates, ad quas in Euangelio rogant dæmones, ne cogantur ire vt torqueantur.

(Marginal note: Abyssus. Matth. 8. d.)

f *Pelagus.* IBID. Historia patet, quod Ionas venerit vsque ad profundum terrarum, quibus quasi vectibus & columnis Dei voluntate terræ globus sustentatur.

IBID. ALLEG. In Christo homine principale & quasi caput fuit F anima, quæ descendit ad inferiora loca, vbi animæ hominum sub diaboli potestate tenebãtur. Isti sunt vectes qui prohibent animas ab inferis exire, hos vectes frangit dominus, & eos qui clausi tenebantur liberat.

(Marginal note: Christi descensus ad inferos.)

g *Ad extr. montium, &c.* † THEO. supra. Video me montibus quibusdam maximis circumdatum, & vndique repagulis fortissimis circumclusum. Per hæc non modo ceti magnitudinem designat, sed etiam nullum effugium fuisse malorum, quibus tenebatur.

h *Et sublevabis de corruptione, &c.* HIER. supra. Quoniam cum ad mortis fores essem, non me in tui obliuionem venire passus sum: hac corruptione me liberatum domine, in vitam restituas, vt rursus tibi in templo tibi consecrato precationes afferam.

† THEOP. supra. Per hoc quod in ceto seruatus est, incipit credere quod vitam denuo sit recepturus: eam ob rem hoc etiam exoptat, non vtique exoptaturus, nisi ex illo hoc peræque Deo possibile credidisset. Quum enim ambo sint impossibilia, qui hoc potest, alterum itidem potest.

(Marginal note: Ionas videns se non periisse, venit in spem vitæ.)

a Cum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et exaudiuit. *Ionas enim adhuc existens in ventre piscis cognouit diuinitus se exiturum.*

2 De ventre inferni, *id est, de ventre piscis, qui dicitur infernus, metaphorice, quia valde horridum erat ibi esse.*

3 Et proie. me in prof. in corde ma. *Quia pisces tam magni habitant in profundo maris, non enim possunt natare prope littus.*

4 Omnes gurgites tui, & fluctus tui. *Transibant enim super piscem & per consequens super Ionam in eo inclusum. Cetera patent ex dictis vsque ibi.*

5 Ad extrema mon. *Sicut enim dictum est, tales pisces habitant in profundo maris, quod multum distat à montibus in littore maris existentibus.*

6 Terræ vectes. *Id est, ita sum conclusus inter littora maris, quod in æternum non potero exire nisi tua virtute: ideo subditur:* Et subleuabis.

1 Cum

MORALITER.

1 *Et exaudiuit me.* Propter quod post orationem sequitur:

2 *Et dixit do. pisci.* Id est Christo homini.

3 *Et euomuit Ion. in aridam.* Peccatorem reducens ad salutem.

a *Cum angustiaretur in me anima mea,&c.* HIER. in com. Hæc Christo conueniunt, dum dicit, *Tristis est anima mea vsque ad mortem*: Et iterum, *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*.

Matt. 26. d. Luc. 23. f. Isa. 17.

b *Vt veniat ad te oratio mea.* † THEOPHYL. Non abeunt sanctis tribulationes citra lucrum. Hinc & Dauid. *In tribulatione inuocaui Dominum & exaudiuit me ad latitudinem*. Et Isaias: *In afflictione, tui memoriam feci*. Tum Paulus: *Tribulatio patientiam efficit, patientia probationem*. Consimilem admodum Ionas, quando anima eius periculi magnitudine deficeret, non ad conuitia delapsus est, sed *Dominum* ait, *recordatus sum*, hoc est, inuocaui ipsum, vt esset adiutor meus. Vel, *memini Domini*, quod erga mortales amico affectu est, ac obliuiscatur peccatum, quod patraui non obtemperans ipsi, &c.

Isa. 26. Rom. 5. Proficiunt sancti ex tribulatione.

a ¶ Hoc affectu blandientis, quia communem omnium Deum, beneficij magnitudine sibi facit proprium. b ¶ Cum in ventre ceti ex fragilitate carnis nihil spei relictum esset, recordatione domini impossibilia vici.

a Deus meus.[8] Cum angustiaretur in me anima mea, Domini 1
b recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templum san- 2

¶ Ego ita, sed qui. a ¶ Sibi paratam. ¶ Quæ non reliquit hominem in vanitate, sed expectat vt redeat.

c ctum tuum.[9] Qui custodiunt vanitates frustra, misericor- 3

a ¶ Qui pro salute multorum deuoratus. b ¶ Meipsum, qui sum hostia & pontifex.

d diam suam derelinquet.[10] Ego autem in voce laudis immo- 4 5
e labo tibi, quæcumque voui reddam pro salute mea domi- 6

a ¶ Præcipitur ceto, abyssis & inferno, vt terris restituant Saluatorem, vt mortuos secum plurimos educat, qui mortis vinculis tenebantur. ¶ Ex imis vitalibus mortis victrix vita processit.

f no.[11] Et dixit dominus pisci: Et euomuit Ionam in aridam. 7

SVPRA. Idcirco in tribulatione Dei memor fui, vt de extremo maris oratio ad cælos scandat: *Vt veniat ad temp. san. tuum*, in quo æterna beatitudine frueris. Petit autem quasi pontifex, vt oratio sua ascendat ad Deum, vt in corpore suo populus liberetur.

c *Qui custodiunt*. HIER. IBID. Cum omnia sint vanitas, omnes ex necessitate faciunt vanitatē: Sed non omnes custodiunt quasi thesaurum, nec diligunt quod faciunt: non ergo toti humano generi misericordiam denegat. Deus natura misericors, paratus est, vt saluet per clementiam, quos saluare non potest per iustitiam: sed nos misericordiam se offerentē vitio nostro relinquimus. Et nota quod propheta in ventre ceti sui periculi oblitus, de natura rerum generali sententia philosophatur. Iudæi dum seruant traditiones hominum, mandata Dei, qui semper misertus eorū fuerat, derelinquunt.

Misericordia Dei omnibus obuia est, quamuis multi illum non amplectantur.

† REMIG. Prophetæ notanda est magnanimitas, qui in ventre tantæ bestiæ de humana fragilitate disputat. Deus quippe naturaliter misericors, paratus est omnibus misereri: nos autem nostro vitio vltra se offerentem perdimus clementiam.

† THEOPHYL. in com. Alij, inquit, vana & mendacia idola sectantes, & misericordiam abs te non postulāt. Vel, misericordiam à te consecuti, & liberati à calamitatibus, non satis celebrant misericordiam quam fecisti cum eis. Vel, te misericordiam ipsorum reliquerunt: per tuam enim misericordiam viuunt.

d *Ego autem in voce.* † THEODORET. in com. Præsentibus periculis liberatus pro salute tibi sacrificia offeram, enarrans tui beneficij magnificentiam, & vocis meæ mulctationem. Profitens hæc diuinus Ionas, vt promisit sic executus est, & scriptis omnia tradidit, vt non solum, qui tunc erant, sed etiam posteri noscerent eius facinora. Et quemadmodum Dauid, cùm scriptum reliquit suum delictum, Dei misericordiam prædicauit, & peccantibus fructum pœnitentiæ ostendit: sic Ionas & fugam, & pœnas de se sumptas, & datam salutem monumentis historiæ prodidit.

Ionas in scriptis cōfitetur magnalia Dei quæ circa se contigerūt.

†† RVPERTVS. Ego autem (inquit) etsi vanitatem feci, non custodio illā: sed potius votum voueo tibi, votum corrigendi, votum obediendi, & pergendi quocumque iusseris, & hanc obedientiam immolabo tibi in voce laudis. Vanitas quidem fuit, quod te præcipiente vt irem in Niniuen ciuitatem magnam & prædicarem in ea, præoccupaui vt fugerem à facie tua: Sed hanc vanitatem non custodiam, in hac intentione non persistam hac afflictione commonitus quod tua voluntas magis sequenda sit quam carnis affectus.

Ionas damnat iam priorem inobedientiam & proponit de cætero Deo in omnibus obtemperare.

HIERON. in com. Christus ante passionem quodammodo fugerat obedire Deo, dum dicit, *Non est bonum dare panem filiorum canibus*. Et iterum, *Pater si possibile est transeat à me calix iste*: Sed post resurrectionem perfidos relinquens, sponte prædicat mundo, quod fuerat imperatum ante passionem.

Matth. 7. c. Ibid. 26. d. Ioan. 17. b.

e *Quæcumque voui*. In passione nos omnes vouit patri, vt non periret aliquis de his qui sibi erant dati. Pro salute omnium promisit, ne faciamus eum mendacem, mundi simus, vt nos offerat patri.

f *Et dixit dom. pisci.* †† RVPERT. Magnum hoc opus, & testimonium euidens bonitatis & omnipotentiæ Dei, quod aurem suam illuc vsque inclinauit & quod in ventre ceti ageretur, quid ibi fides loqueretur, quid oratio moliretur, audiuit & appendit. Hæc autem oratio prophetæ, orationis Christi typus est: Quia reuera clamore valido cum lachrymis clamauit. Vnde clamant? *De tribulatione mea (inquit) de ventre inferi*. Tribulatio fuit illa angustia passionis, de qua clamauit ita vt Euangelista refert, quia positis genibus positus in agonia prolixius orauit, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Venter inferi, discursus eius ad inferos fuit: de quo (inquit) clamaui, vt non derelinqueres in inferno animā meam, nec dares sanctū tuum videre corruptionē.

Oratio Christi in agonia positi ante passionem.

† TERTVL. lib. de resur. car. c. 58. Quòd vestimenta & calceamenta filiorum Israelis indetrita manserunt, quòd Babylonij ignes trium fratrum nec tiaras, nec sarabaras læserunt: quòd Ionas deuoratus à bellua maris, in cuius aluo naufragia dirigebātur triduo post incolumis expuitur: quod hodie Enoch & Helias nondum resurrectione dispuncti, quia nec morte functi: ouinum fidei testimonium signāt, nisi qua credi oportet, hæc futuræ integritatis esse documenta?

Deut. 29. Dan. 3. Genes. 5. 4. Reg. 2. Futuræ incorruptionis argumenta.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cùm angustiaretur in me anima mea. *desperans de omni virtute humana*.

2 Domini recordatus sum. *à quo solo expecto remedium*.

3 Qui custodiunt vanitates, &c. *in eis perseuerantes*.

4 Frustra mis. suam derel. *id est, reddunt se indignos diuina misericordia, pro vanitatibus suis sequendis, quæ nullius sunt momenti*.

5 Ego autem in voce laudis immolabo tibi, *scilicet, cor meum per veram contritionem & pœnitentiam*.

6 Quæcumque voui, reddam pro salute mea domino. *Homines enim in magna necessitate existentes, solent emittere vota domino, & sic fecit Ionas in ventre piscis existens*.

Votum Ionæ in ventre piscis.

7 Et dixit dominus pisci: Et euomuit Ionam in aridam. *Hic consequenter ponitur ipsius Ionæ exitus, cùm dicitur*, Et dixit dominus pisci. *Dei dicere, est suum facere. Fecit enim piscem Ionam euomere in aridam terram. Hoc enim non potuisset facere piscis sine Dei speciali operatione, quia propter sui magnitudinem non potuisset tantum arida natando appropinquare*.

Quomodo potuit piscis eiicere Ionam.

CAP.

ADDITIO.

In cap. 2. vbi dicitur in Postilla. Qui custodit vanitates,

Littera Hebraica sic se habet in hoc loco: Qui custodiunt vanitates, in vanum misericordiam suam derelinquunt. Et est sensus, quòd illi qui custodiebant vanitates falsorum deorum, vouentes eis in tribulationibus suis aliqua opera misericordiæ facere, tales vouentes, misericordiam suam derelinquunt, quia illi dij non possunt eos iuuare: Sed qui vouet Deo vero, oportet quod reddat vota sua, eo quod est adiutor in tribulationibus, & ideo subdit, Ego autem in voce laudis immolabo tibi, &c.

Vota dijs falsis facta non requiruntur.

CAPVT III.

a ET factum est, &c. HIE. in com. Hoc totum, quod iubetur, quod obedit, quod nō vult, quod iterum velle cogitur, quòd secundò patris voluntatem exequitur, Christo conuenit ex forma serui.

b *Et surrexit.* IBID. ALLEG. Christus post inferos propriè surgere dicitur, & prædicare, quando Apostolos mittit ad baptizandum homines in nomine patris & filij & spiritussancti: hoc est iter trium dierum, hoc tamē sacramentum humanæ salutis via vnius diei, id est, vnius Dei confessione perficitur, Iona, id est, Christo, in Apostolis prædicante, qui dixit, *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

(Matt. 28. d. — Christus amandans Apostolos ad conuertendum mundum.)

c *Et Niniue erat, &c.* † THEOPHYLACTVS in com. Grandis erat Niniue, ac propterea apud Deū quoque ingens erat, plurimique faciebat eius salutem: vt qui non parum multos in ea homines finxisset, quos omnes seruatum iri vellet. Quod ait, veluti iter profectionis trium dierum, aliqui sanè de spatio vrbis intellexerunt, ceu trium dierum interuallo tota vrbs circumiri potuerit. Non rectè per vrbem iter faciens concionabatur, sed per forum, vicos & plateas ingrediens.

(Deus magna non abiicit cum sit ipse maximus.)

HIER. Tam ampla erat Niniue, vt vix posset circumiri itinere dierum trium: at ille memor præcepti, & sui naufragij, iter trium dierum festinatione vnius diei compleuit. Quidam verò dicunt, quòd in tertia parte ciuitatis tantum prædicauerit, & statim prædicationis sermo ad reliquos peruenit.

(An & quito tempore percurrerit Ionas totā Niniuen.)

IBID. Non dixit tribus diebus, & noctibus, vel vno die & nocte, sed absolutè, diebus, & die: vt ostenderet in mysterio trinitatis & confessione vnius Dei nihil esse tenebrosum.

d *Adhuc quadraginta.* IBID. secundum LXX. Siue per quadraginta dies, siue per triduum, idem Christus significatus est. Per quadraginta, scilicet, quia peregit cum discipulis suis post resurrectionem quadraginta dies, & ascendit in cælum: Per triduum, quia tertia die resurrexit.

IBID. Non est prophetia, descendens de præscientia Dei, vbi omnia sicut sunt, ita permanent: sed est comminatio ad correctionem, proponens iustam vltionem secundum præsentia peccata Niniuitarum.

(Prophetia prædestinationis & comminationis.)

IBID. Quadragenarius conuenit peccatoribus ad pœnitentiam & ieiunium & orationem, & saccum, & lachrymas, & deprecandi perseuerantiam: Hoc numero Moyses, & Elias, & ipse Christus ieiunauerunt. Hic numerus nobis inducitur ad præparandas animas nostras ad esū corporis Christi.

(Ieiunium quadragesimale.)

IBID. Pulcher ordo. Præcipit Deus prophetæ, propheta prædicat ciuitati, prius viri credunt: illis prædicantibus ieiunium, omnis ætas induitur sacco. Viri non saccum, sed ieiunium prædicant tantum: sed illi quibus pœnitentia præcipitur, ieiunio saccum addūt: vt inanis venter, & luctuosus habitus, Deum fortius deprecentur.

(Vnus pœnitens alios ad pœnitentiam inuitat. — Mat. 12. d.)

IBID. Qui offenderant Deum luxu & ambitione, eorū damnatione placāt, per quæ prius offenderant: Prius ieiunium, quod Deo in occulto offertur, deinde saccus, qui exterius hominibus exhibetur.

CAPVT III.

¶ Non dicitur prophetæ, quare non fecisti quod præceperam, sufficit ad correctionem naufragij deuoratio, vt qui imperantem non senserat, sentiat dominum liberantem.

ET factum est verbum domini ad Ionam [a ¶ Mundum.] secundò, dicens: [a] Surge & vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. [a ¶ Pater. b ¶ Filium. ¶ Ego à meipso non loquor.] Et surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbum domini. [a ¶ A morte. ¶ Sine mora obediens. b ¶ Christus. c † Per Apostolos. ¶ Præceptum.] Et Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius, & clamauit & dixit: [a ¶ Christus stans in templo clamat: Qui sitit, veniat ad me & bi. Omnis vero sermo Christi, quia de magnis agit, clamor dicitur.] Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. [a ¶ Præputium credit, circumcisio infidelis manet.] Et crediderunt viri Niniuitæ in domino, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. [a ¶ Qui veniunt in perfectum virum in ætatem Christi. b ¶ Saccus & ieiunium arma sunt pœnitentium. a ¶ Quia nullus sine peccato, nec infans vnius diei.]

HIER. IBID. Niniue, scilicet, euersa est, Niniue, quæ mala erat, & bona ædificata, quæ non erat: stantibus mœnibus & domibus, euersa est ciuitas in perditis moribus. Et quamuis non sit factum, quod illi homines timuerunt Iona prophetante futurum, factum est tamen quod fuerat Deo præcipiente prædictum.

(Euersa est Niniue secundum quod periit de eis peccatum per pœnitentiam.)

AVGVST. lib. 18. de ciuit. c. 44. Ionas ab Hebræis dicitur clamasse, *Adhuc tres dies & Niniue subuertetur*: Septuaginta verò transtulerunt, *Adhuc tres dies, &c.*

† THEOPHYLACTVS in com. Ingens miraculum erat virum Hebræum, ex alia terra venientem, nemini cognitum, per vrbem ingredi & vociferari: *Adhuc tres dies, & Niniue, &c.*

† THEODORET. in com. Aquila, Symmachus, & Theodotio *quadraginta* interpretati sunt, ac cum his Syrus, & Hebræus conueniunt, & appositè hunc numerum habent. Etenim partim tribus diebus omnem vrbem concionando obiuit, partim Niniuitæ pœnitentiam illam laboriosam Deo attulerunt, qua ab eo salutem sunt assecuti: partim pro foribus considens, prophetiæ finem moratus est. Quare illud quadraginta dierum verius esse mihi videtur,

(Vera lectio versus 4. habet: *Adhuc quadraginta.*)

NICOLAVS DE LIRA. CAP. III.

ET factum est. *Ostensa Ionæ pœnitentia ex eius oratione, Hic consequenter idem ostenditur ex mandati Dei prompta executione. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur hæc executio, secundo Ionæ sequens afflictio se. ca. Prima in tres: quia primò ponitur prædicatio Ionæ, secundo conuersio Niniue, ibi,* Et crediderunt, *tertiò, condescensio miserationis diuinæ, ibi,* Et vidit. *Circa primum præmittitur mandati diuini reiteratio, cum dicitur,*

(Diuisio.)

1 Et factum est verbum domini. *secundò subditur huius mandati executio, cum dicitur,*

2 Et surrexit Ionas. *sine dilatione.*

3 Et Niniue erat, &c. *Dicunt aliqui, quod tres dietæ ponebantur circumeundo murum ciuitatis. Sed hoc non videtur verum: quia secundum sacram scripturam & historiographos Babylonia excessit omnes alias ciuitates in magnitudine, intantum, quod philosophus dicit de ea, quod non erat propriè ciuitas, sed regio clausa muris: & tamen secundum Hieronymum circumitus murorum habebat 32. leucas tantum, quæ non faciunt tres dietas complete, & ideo melius videtur dicendum, quod istæ tres dietæ sunt accipiendæ procedendo per vicos ciuitatis vbique. sic enim habebat Ionas facere denuntiando populo subuersionem ciuitatis.*

(Quomodo Niniue intelligenda sit habuisse iter trium dierum.)

4 Et cœpit. *Dicunt hic aliqui, quòd Ionas ita promptè exequebatur mandatum Dei, quod iter trium dierum vna die compleuit: Sed hoc non videtur textui consonare, quia dicitur,* Et cœpit. *Si enim hoc dictum esset verum, magis diceretur, Percurrit Ionas ciuitatem iti. diei vnius; & ideo dicendum est, quod in prima die processit per vnam partem ciuitatis tantum.*

(An totam vrbem percurrerit Ionas vno die.)

5 Et clamauit, *s. verbum domini nihil addendo.*

6 Adhuc quadraginta dies. *sic enim meruerant ciuium delicta, vt dictum est supra. Et quia erat prophetia comminationis, vt dictum est supra, conditio erat subintelligenda, s. si non agerent pœnitentiam: sed non erat à propheta exprimenda, vt prædictum est.*

7 Et crediderunt. *Hic consequenter ponitur conuersio populi ad prædicationem Ionæ, cum dicitur,* Et crediderunt, *qui prius tantum colebant idola.*

8 Et prædicauerunt, *id est, solemniter indixerunt populo,*

9 Ieiunium, *vt per carnis afflictionem, & humiliationem in victu & vestitu placarent Dei iram. Et non solum fecerunt hoc populares sed etiam maiores: ideo subditur de rege, vt sui exemplo magis animarentur alij.*

(Pœnitentia solemnis Niniuitarū.)

MORALITER.

† 1 *Et factum est verbum domini,* Quoniam prædicator cognoscens suum defectum, debet ardentius exercere prædicationis officium, ideo sequitur,

2 *Et surrexit Ionas,* à somno negligentiæ,

† *Et abiit in Niniuen,* per actum diligentiæ.

5 *Et clamauit & dixit: Adhuc quadraginta dies, &c.* & subintelligitur, nisi pœnitentiam egerit, vt ex sequentibus apparebit: & ideo per istos quadraginta dies intelligitur pœnitentia perfecta. Vnde Moyses legitur ieiunasse diebus quadraginta. Exod. 24. & Elias 3. Regum 19. & Christus Matth. 4. tamen Niniue subuersa fuit à statu culpæ in statum gratiæ: secundùm illud Prouerb. 12. a. *Verte impios & non erunt,* scilicet, impij: ideo sequitur in fine capituli,

(Pœnitentia perfecta.)

tur, ac vero proximum est. Septuaginta cum his congruentem numerum posuisse: sed qui primo scripserunt, in hoc errasse, deinde in omnia exempla hanc editionem permanasse.

† Avg. lib. quæst. vet. & noui Test. q. 120. Magna ex parte ieiunia sunt necessaria. Sub Esther etenim regina cùm Iudaicus populus in periculo positus esset, ieiuniis suffragantibus liberatus est. Et Niniuitæ cùm euersionis suæ præscriptum diem à propheta audissent, ieiunio indicto euadere meruerũt. Et iusti ac prophetæ nostri, quãdo à Deo aliquid impetrare volebãt, ieiunio se humiliabant, dicente Dauid, *Humiliabam in ieiunio animam meã, &c.*

Necessitas ieiunij, vt aliquid boni impetretur vel mali caueatur.

† Idem li. 1. quæst. in Gen. q. 100. Non frustra quadraginta dies ieiuniorum sunt constituti, quibus Moses, & Helias, & ipse dominus ieiunauit: & Ecclesia præcipuam obseruationem ieiuniorum Quadragesimam vocat. Vnde & in Hebræo de Niniuitis apud Ionam prophetam scriptum perhibent, *Quadraginta dies & Niniue euertetur:* vt per tot dies, accommodatos humiliationi pœnitentium, intelligantur in ieiuniis sua defleuisse peccata, & impetrasse misericordiam Dei.

Ieiunium quadragesimale.

a Humiliauit se deponens altitudinem potentiæ & eloquentiæ.

a [6] Et peruenit verbũ ad regem Niniue. Et surrexit de solio suo, & [1]

a Pœnitentiæ pro præteritis malis.

abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in [2]

a Sordibus, non sensuum sed verborum.

cinere, [7] & clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principũ [3] [4]

a Rationales. b Stulti. Homines & iumenta saluabis domine. c Prudentes. d Simplices.

b eius, dicens: Homines & iumenta & boues & pecora non gustent quicquam nec pascantur, & aquam non bibant, [8] & ope- [5]

a Lugubri habitu mœrore & tristitia, quę metaphoricè saccus dicitur.

riantur saccis homines & iumenta, & clament ad dominum [6]

Ad dominum. Quę ex se.

in fortitudine, & conuertatur vir à via sua mala, & ab iniqui- [7]

a Non tantum in cogitatione, sed & in opere. b Conuersis. c Sic.

c tate, quæ est in manibus eorum. [9] Quis scit si conuertantur et [8]

a Quem iam penè cœpit effundere. b Eo conuerso.

ignoscat Deus? & reuertatur à furore iræ suę, & non peribi-

d mus? [10] Et vidit Deus opera eorum, quia cõuersi sunt de via sua [9]

Afflictionem.

mala, & miseratus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. [10]

præsidium, nisi vt abiectis crapulosis epulis, ieiunia continuata susciperent & diuitiarum ambitione seposita, humilitate se paupertatis induerent, vt exinde remedium perciperent, & iram diuinitatis quam luxuriando prouocauerant, abstinendo lenirent. Rex deposita imperiali purpura, mẽbra sua cilicio dicitur præcinxisse, atque in sacco se diebus ac noctibus volutasse. Sapiens rex qui pro salute ciuiũ peccatorem se magis confitetur quam regem, &c.

Regis & populi Niniue feria pœnitentia.

† Hier. Com. in 58. c. Isa. Per ieiunia & Daniel vir desideriorum futura cognouit, & Niniuitæ irã placauerunt Dei; & Helias ac Moyses quadraginta dierum esurie Dei familiaritate saturati sunt, & ipse dominus totidẽ diebus in solitudine ieiunauit, vt nobis solennes ieiuniorum dies relinqueret.

Frequentia sunt in scripturis sacri ieiunij exempla.

b *Et clamauit.* Hie. Clamauit, dicens in Niniue, quod erat constitutum ex ore regis & principum eius. vnde LXX. *Et prædicatum est in Niniue à rege & ab omnibus maioribus eius.*

c *Quis scit.* Ibid. Sub ambiguitate dicit, vt dum homines dubij sunt de salute, fortius agant pœnitentiam, & Deum magis ad misericordiam prouocent.

† Avgvst. in Psal. 18. Deus ignoscit peccatoribus. Nihil tam occultum, nihil tam incertum. Ad hoc incertum Niniuitæ pœnitentiam egerunt. Dixerunt enim, quamuis post minas prophetæ, quamuis post illam vocem, *Triduo & Niniue euertetur*, petendam esse misericordiam. Dixerunt apud se disceptantes, *Quis nouit si flectat Deus in melius sententiam suam, & misereatur?* Incertum erat, cum dicitur, *Quis nouit.*

Certi esse non possumus an Deus in gratiam nos recepe- rit.

† Remig. Ideo ambiguè proferunt, vt dubij de salute fortius agant pœnitentiam, & magis Deum prouocent ad misericordiã.

d *Et vidit Deus.* Hier. in com. Et nunc Niniuitis, & quotidie populis mundi cõminatur Deus, vt agant pœnitentiam: Qui si conuersi fuerint, ipse quoque sententiam conuertit, & populi conuersione mutatur.

Ibid. Non audiuit verba, quæ Israel sæpe solebat promittere, *Faciemus omnia quæcumque dixerit nobis dominus:* sed opera conspexit, *qui mauult vitam, quàm mortem peccatoris.* Videns mutata opera libenter mutat sententiam: Potius dicamus, quod perseuerauit in proposito suo, à principio volens misereri. Non enim punire volebat, nec puniturus erat, qui comminabatur.

Exod. 23. b. Ezec. 33. c.

Deo gratũ est agere statim pœnitentiam nõ statuere pro futuro.

† Tertvl. lib. 5. adu. Marc. c. 11. Deus pater & misericors, & miserator, & misericordiæ plurimis est dictus. Habes apud Ionam cum ipso misericordiæ exemplo, quam Niniuitis exorantibus præstitit, facilè & Ezechiæ fletibus flecti, & Achab marito Iezabelis deprecanti sanguinem ignoscere Nabuthæ, & Dauid agnoscenti delictum statim indulgere, malens, scilicet, pœnitentiam peccatoris, quam mortem, vtique ex misericordiæ affectu.

Misericordia Dei.

a *Et perue.* Hier. in com. Electis infirmis & ignobilibus mundi, tandem ad philosophos & potentes (qui mundum regere videbantur) peruenit verbum Christi; Prius Petrus piscator intrat, deinde Cyprianus, prius idololatra, tandem credit, & factus assertor veritatis: post auditum sermonem Ionæ, Carthaginenses ad pœnitentiam vocat, & Christum publicè prædicat. Ecce rex Niniue de solio surgit, purpuram sacco, vnguenta luto, munditias sordibus commutat: Difficile est potentes & eloquentes in mundo ad Christi humilitatem conuerti.

Virtus Euãgelij in subiiciendo sibi mundi gloriam & sapientiam.

C † Theod. Rex non viros solum, & mulieres ieiunio vacare, sed etiam ratione carentia iussit ab omni cibo abstinere, vt fame pressa, partim mugientia, partim balantia hominibus vehementiores lachrymas excitarent, ad diuinæ misericordiæ fontes soluendos.

De ieiuniorum præcepto & merito.

† Avg. li. de hæret. c. 53. Aëriani hæretici Arrianorum erroribus addiderunt, orare, vel offerre pro mortuis oblationem non oportere: nec statuta solemniter celebranda esse ieiunia, sed cum quisque voluerit, ieiunandum.

Quid Aëriani addiderint ad hæresim Arrianam.

† Idem Ibid. cap. 82. Iouinianus hæreticus omnia peccata paria esse dicebat, nec aliquid prodesse ieiunia, vel à cibis aliquibus abstinentiam.

Iouiniani hæresis.

† Idem li. de eccle. dogm. Sacratæ virginitatis nuptias coæquare, aut pro amore castigati corporis, abstinentibus à vino vel carnibus nihil credere meriti accrescere, nõ hoc Christiani, sed Iouiniani est.

† Amb. serm. 40. Legimus in propheta, cum Niniue ciuitati subuersio diuinitus immineret, & iuxta sententiam Dei, destruendi eam tempus ingrueret: consistentes in ea aliud non habuisse præ-

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et abiecit vestimentum, *signa regalia deponendo,*
2 Et indutus est sacco, &c. *in signum pœnitentiæ.*
3 Et sedit in cinere, *in signum humiliationis magnæ.*
4 Et clamauit, & dixit, &c. *per os præconis.*
5 Homines & iumenta. *Huiusmodi enim animalia sunt homini data in adiutorium, & ideo afflictio eorum in homines redundat. Propter quod ad ostendendum perfectam pœnitentiam, non solum indixit rex afflictionem hominum, sed etiam animalium.*

Rex facit ipse & aliis indicit pœnitentiam.

6 Clament ad dominum. *Deficiente enim pastu mugiebant, qui mugitus dicebatur ad eum clamare, in quantum per homines hoc ordinabatur ad placationem suæ offensæ.*
7 Conuertatur vir, &c. *id est, quicumque de populo de malo ad bonum: Et subditur ratio,*
8 Quis scit si conuertatur. *quasi dicatur, Sicut per peccata nostra est offensus, ita forsitan per nostram pœnitentiam erit placatus.*
9 Et vidit Deus, &c. *Hic consequenter ponitur condescensio miserationis diuinæ, cum dicitur,* Et vidit, &c. *acceptauit & approbauit, sicut Gen. 4. b.* Et respexit Deus ad Abel & ad mu. eius.
10 Et miseratus est Deus, &c. *pœnam comminatam non inferendo. Sciendum tamen, quòd postea Niniuitæ reuersi fuerunt ad vomitum, & sic ciuitas fuit subuersa, de qua subuersione prophetauit sanctus Tobias 14. cap.*

Approbat Deus pœnitentiam Niniuitarũ.

CAP.

MORALITER.

† 9 *Et vidit Deus opera eorum,* id est, approbauit. *Quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, &c.*

CAPVT IV.

¹ ET afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est, ² & orauit ad dominum, & dixit: Obsecrò[a] domine, numquid non hoc est verbum meum, cùm adhuc essem in terra mea? Propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharsis. * Scio enim, quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. ³ * Et nunc dòmine[a] tolle quæso animam m[b]eam à me, quia melior est mihi mors quàm vita. ⁴ Et dixit dominus: Putásne bene irasceris tu? ⁵ Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra orientem ciuitatis. Et fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedèbat[a] subter illud in vmbra, donec vid[b]eret quid accideret ciuitati. ⁶ Et præparauit domin⁹ Deus hederã, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius,

a ¶ Dicturus se iuste voluisse effugere, quodammodo iniustitiæ arguit Deum: querelas ergo suas obsecrationis exordio temperat, quod enim ait, Obsecro, blandientis affectu legendum est: pro quo in Hebræo legitur, anna, quæ est interiectio blandientis.

a ¶ Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et iterum. In manus tu. do. com. spi. meum.
b ¶ Viuens, vnam gentem Israelis saluare non potui: moriar, & totus mundus saluabitur.

¶ Mundi. a ¶ Quia tunc de Niniuitis cum eo nullus habitare poterat.

a ¶ Sedet tamquam iudex, vel à maiestate sua contractus. b ¶ More scripturæ humanos Deo iungit affectus.

¶ Subito mira Dei virtute.

CAPVT IV.

A ET afflictus est. HIER. in com. Non contristatur quod Gentium multitudo saluatur; sed quod videt Gentem suam perire, & se de tanto numero prophetarum electum, qui per salutem aliorum, ruinam populi sui nuntiaret, iam quodammodo de salute desperans Israelis. Sic dominus fleuit super Ierusalem. Et noluit *panem filiorum mittere canibus*; Apostoli quoque primum prædicant Israeli; Paulus etiam *optat Anathema esse pro fratribus suis.* Pulchre Ionas, id est dolens tristis est vsque ad mortem, quia ne periret populus Iudæorum, quantum in B se fuit, multa perpessus fuit, laboriosus propheta peregrinatione & naufragio prægrauatus.

Dolet Ionas restare Israelem cum credente interim populo gentili ad primam prædicantis vocem. Luc. 19. f. Matt. 15. c. Rom. 9. a. Psal. 85. c. 3. Re. 19. a.

† THEOPHYL. Mœrore afficitur Ionas, non tamquam seruatis inuidens, neque tamquam interminationibus hominum voluptatem cupiens: ceterum quia periculum erat ne ipse etiam mendax reputaretur, quique ceu præstigiator aliquis frustra turbauerit, non ex ore Domini locutus.

Timet Ionas ne arguatur de falsi crimine.

b *Scio enim, quia.* HIER. in com. Sciebam te misericordem & hoc esse facturum, nolui nuntiare truculentũ, sed volui fugere in Tharsis. i. vacare contemplationi, & in mari huius sæculi quiete & otio C perfrui, dimisi domum meam egressus de tuo sinu. Si dicerem te ignoscentem & misericordem, nullus ageret pœnitentiam. Si crudelem iudicem, sciebam hoc non esse tuæ naturæ. In hoc ergo ambiguo, malui fugere, quam vel impœnitentes lenitate decipere, vel de te prædicare quod non eras: tolle ergo animam meam.

Ionæ angustiæ sunt vndique.

Propheta tristatus vult mori, ne conuersa multitudine Gentium Israel pereat in æternum.

c *Putásne.* IBID. Non ait male iratus es, ne videatur reprehendere contristatum. Nec ait, bene iratus es, ne suæ sententiæ contrairet: sed interrogat ipsum iratum vt vel causas iræ respondeat, vel si ille tacuerit, verum Dei iudicium ex eius silentio comprobetur.

Ionas male præcipitis iræ arguitur.

† THEOPHYL. in comment. Conturbatum prophetam refouet Deus, interrogando num sit contristatus. Interrogans enim terrere ipsum videtur, ceu non rectè mœrore affectum. Q. d. Considera penes teipsum, an iustam habeas mœroris ansam. Hic quæ ipsum sibi medicum constituit, excitans considerare quòd iniustè conturbatus sit. Quæ dum propheta non intellexit, ipse tandem domi- D nus causam cur minimè tristari debeat, manifestissimè ipsi exhibet, valide sapienter cucurbitam producens.

d *Et egressus.* HIER. in com. id est, columba vel dolens egreditur de ciuitate, quam ædificauit Cain, & habitat contra Orientẽ vnde sol oritur, & ibi est in tabernaculo suo, labentiaque tempora expectat, contemplatus quid ciuitati mundi eueniat. Antequam Niniue saluaretur per Euangelium Christi, & areat cucurbita, & verus Oriens manifestaretur, Ionas erat sub vmbraculo, quia nondum erat aperta veritas.

Excedit Ionas vrbe.

e *Et præparauit, &c.* E IBIDEM. In Hebræo קִיקָיוֹן kikaion legitur, pro cucurbita quę citò surgit & citò arescit. Cõparatur Israeli paruas radices mittenti in terram, & conanti vt in altum sustollatur, sed altitudinem cedrorum Dei vel abietum non æquanti. Cucurbita vel hedera genus virgulti, vel arbustulæ lata habentis folia, & densissimam vmbram sustinentis, quæ per terram serpit, & sine adminiculis, quibus innitatur, altiora non appetit. Sed hanc præparauit Deus, vt sine aliquibus sustentamentis in altum subitò consurgens, vmbraculum præberet prophetæ. In quo ostensa Dei virtus F est. Huic hederæ, vel cucurbitæ comparatur Israel, qui quondam sub vmbra sua protexit Ionam. i. Christum, conuersionem Gentium præstolantem, nec paruam lætitiam tribuit ei, faciens vmbraculum potius quàm domum, habens rectorum imaginem, non habens fundamenta.

Hedera vel cucurbita. Huic rectè comparatur Israel.

† THEOPHYL. in comment. Consolationem vati machinatur Deus, datque mandatum cucurbitæ æque ac ceto, hoc est, vult cucurbitam crescere, ac statim prodiit germinans, ac hirsutam comam ex latis foliis extendens, demonstransque, vt opacam vmbram Ionæ capiti subministraret, eumque refoueret à malis, hoc est, afflictione solaris æstus. Atqui turbari ob salutem Niniuitarum gaudere verò super oleris germinatione, simplicis hominis mores demonstrat, ingeniumque puerorum adeoque infantium ἀκακία hoc est, vitiorum ignorantiæ quæ in pueris dum est, proximum. Pueri enim facile, qualicumque etiam occasione adueniente, ad gaudium & dolorem transmutantur.

Pueriliis innocentia Ionæ.

☞ a Et

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT IV.

☞ 1 ET afflictus est. *Hic consequenter ponitur ipsius Ionæ sequens afflictio: quæ primo ponitur; secundò arguitur, ibi,* Et dixi. *Circa primum dicitur,* Et afflictus est, *quia vidit adhuc ciuitatem stantem post terminum xl. dierum: & sic timuit diffamari & vilipendi sicut falsus propheta, quod erat sibi afflictio maxima, intantum quod magis volebat mori quam viuere in statu tali.*

Diuisio. Afflictio Ionæ.

2 Numquid non. *s. quod timebat dictum suum non impleri propter magnitudinem misericordiæ Dei, propter quod voluit fugere à facie Dei, vt supra dictum est, & patet littera.*

3 Et

3 Et dixit dom. *Hic consequenter impatientia Ionæ arguitur, cum dicitur,* Et dixit dominus. *reprehendens eius impatientiam.*

Arguitur impatientia Ionæ.

4 Putásne bene ira. &c. *id est, rationabiliter? q. d. Non.*

5 Et egressus est. *s. ante terminum quadraginta dierum, ita quòd hic exitus eius ponitur pro recapitulatione.*

6 Et fecit sibimet vmbraculum. *Contra solis æstum, qui est ibi multum intensus. Et ad melius arguendum impatientiam Ionæ ponitur exemplum sensibile, cum dicitur,*

7 Et præparauit dominus Deus hederam. *Faciendo eam subito crescere supra cursum naturæ.*

☞ 1 Et

MORALITER.

† 1 *Et afflictus est.* Sicut dictum est supr. j. cap. per Ionam significatur prædicator, qui aliquando fugit laborem & plus debito fouet carnem suam: nam aliquãdo bonus dormitat Homerus. Et sic in proposito Ionas timens vocari de falsitate prophetiæ, desiderabat subuersionem Niniue: propter quod per ipsum significatur prædicator, doctor vel prælatus quicumque, qui plus appetit commodum suum. s. famæ vel pecuniæ, quam auditorũ vel subditorum bonum spirituale; nam aliquando plus dolent de boni temporalis subtractione, quàm de auditorum vel plebis trãsgressione; ideo sequitur;

De prælato qui plus dolet de suo damno corporali quã de ouium spirituali.

5 *Et egressus.* Egreditur enim prælatus de sua ciuitate, quando tam parum curat de subditorum suorum salute, & tantum anxiatur de boni temporalis amissione.

6 *Et fecit si. vmbraculum.* in delectatione temporalium: & idem significatur per hederam citò productam & citò arefactam. Nam huius mundi delectationes sunt valde breues: propter quod de subtractione earum sapientibus non est dolendum, propter quod Ionæ dolenti de arefactione hederæ, dicitur à domino,

Temporalis quies quam talis quærit

4 *Putásne bene, &c.* rationabiliter, quasi dicat non: sed valde irrationabiliter.

a *Et parauit.* HIERON. in comment. Quidam vermem & ventum A vrentem, Romanos intelligunt, qui post resurrectionem Christi, Israel deleuerunt.

† THEOPHYL. in comment. Vermem matutinum erucam nominat, quòd ex rore sub auroram decidens generationis suæ principium ducat. Datur autem & ipsi mandatum (diuina voluntate præcepto appellato) vt cucurbitæ radicem arrodat. Factumque est hoc, & aruit olus, &c. Ionas denique animo æger, vitam suam deponere auet. Hæc autem sapientissimè diuino ita consilio geruntur, vt discamus humanam imbecillitatem neutiquam omnibus in locis circa sermones à Deo factos curiosam esse debere.

Ne humana imbecillitas nimis curiosè velit examinare sermones diuinos.

B

b *Putásne be.* HIERON. in comment. Supra Niniuitis pœnitentibus & saluatis, similiter interrogatus propheta nihil respondit; sed interrogationem Dei silentio comprobauit; sciens enim Deum clementem & ignoscentem malitiis, de salute Gentium non dolebat: sed hic quia in siccata cucurbita aret Israel, & cum distinctione interrogatus est. *Bene irasceris tu super hederam?* confidenter dicit. *bene contristor ego vsque ad mortem.* Non enim sic volui saluare alios, vt perirent alij: non sic lucrari alienos, vt perderem meos. Sic Christus plangit Ierusalem vsque ad mortem non suam, sed Iudæorum, vt moriantur negantes, & resurgant Dei filium confitentes.

C Gratè videri possit abiectis Iudæis saluari gentes.

c *Non laborasti.* IBID. quantum in populo Gentium, vnde Israel confidenter loquitur, *Ecce tot annis seruio tibi, & numquam dedisti mihi hœdum: sed huic, qui deuorauit substantiam cum meretricibus*, occidisti vitulum saginatum. Qui non confutatur in hoc, sed audit, *Omnia mea tua sunt. Epulari autem oportebat pro reuersione fratris.* Pro Gentibus si quidem pretiosus sanguis Christi effusus est: & ipse ad inferos descendit, vt populus ille cælos ascenderet. Nullus tantus labor fuit pro filiis Israel, vnde & ipse minori fratri inuidet.

Luc. 15. g.

Ioan. 17. b. Inuidet Synagoga Ecclesiæ de gentibus tam facilem ad salutem aditum.

† THEO-

& protegeret eum: laborauerat enim. Et lætatus est Ionas super hedera lætitia magna. [1] [a] [7] Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam & exaruit, & [2] [3] cùm ortus fuisset sol, præcepit dominus vento calido & vrenti, & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat. Et petiit animæ suæ, vt moreretur. Et dixit: Melius est mihi mori, quam [4] [5] [6] [b] viuere. [8] Et dixit dominus ad Ionam: Putásne bene irasceris tu super hederam? Et dixit: Bene irascor ego vsque ad mortem. [7] [8] [c] [10] Et dixit dominus. Tu doles super hederam, in qua nõ laborasti, neque fecisti vt cresceret: quæ sub vnâ nocte nata est, & sub vna nocte periit. [9] [d] [11] Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ in qua sunt plus quàm centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa. [10] [11]

a ¶ Christum, qui dicit, Ego sum vermis & non homo.

a ¶ Quæ antequam oriretur sol iustitiæ virebat, sed surgente Christo desertum est vmbraculum ab auxilio Dei, & omnem virorem perdidit.

a ¶ Cuius luce discussæ sunt tenebræ Niniuitarum. b ¶ Vnde in Hosee. Adducet dominus ventum vrentem de deserto ascendentem, & siccabit venas eius, & desolabit fontes eius.

a ¶ Cum Israele.

a ¶ In baptismate, vt in lauacro recipiat humorem, quem in negatione perdiderat: vnde Petrus arentibus Iudæis loquitur, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum, & accipietis donum spiritussancti.

¶ Pater. ¶ Illi.

¶ Fili. ¶ Iudæis damnatis.

a ¶ Id est, tempore ante aduentum Christi.

a ¶ Quando sol iustitiæ occubuit ei.

b ¶ Per quam signatur ecclesia, in qua maior est numerus quàm duodecim tribuum Israel.

a ¶ Multus numerus irrationabilium.

† THEODORET. in com. Iterum propheta in maiorem pusillanimitatem & dolorem recidit: & eò loci redactus est, vt vitæ mortem D ante posuerit. Verùm, peccatorum sanator, & iustorum procurator rursus prophetam interrogauit. Te inquit Deus, vtar iudice, Considera an æquum sit, te ex cucurbita dolere, quam non coluisti: an non æquum sit me tãtæ vrbi non ignoscere, quæ à me creata est, in qua habitant plusquam duodecim myriades virorum, qui ignorant dexteram & sinistram suam. Hoc quidam propter simplicitatem acceperunt: mihi verò multitudo habitantium infantium puerorum designari videtur.

Deus ostendit se non peccasse in iustitiam ignoscendo Niniuitis.

E

d *Plus quàm.* HIER. in comment. Hoc potest intelligi de ætate lactentium, quæ innocens & simplex, & cùm tantus sit numerus paruulorum, patet quòd magna esset multitudo prouectioris ætatis. Vel cùm Niniue sit magna vrbs & in domo magna sint vasa non solum aurea, sed & fictilia, potest dici quòd erat plurima multitudo, quæ ante actam pœnitentiam ignorabat, quid esset inter bonum & malum.

Quæ ætas vel personæ designentur per istam phrasim: *qui nesc. quid sit inter dex. & sinistram.*

F

† THEOPHYL. in comment. Porro cetera digna sunt admiratione, maximè prophetæ mores adeò placidos & veros hic mirari par est, vt omnia tam apertè dicat, suósque defectus denudet, nimirum inobedientiam, fugam, pusillanimitatem: nec horum ipsorum, quo minus aperiret, puduit, quin potius litteris mandaret, ad nostram commoditatem. Tales certè omnes fuerunt sancti, non quod suum erat quærentes, sed quod multorum, vt seruarentur. Sic Dauid proprium prodidit peccatum, vt posteris vtilitatem operaretur, quinquagesimo psalmo exarato, omni quidem compunctione referto, bonas autem spes desperantibus suggerente: nempe nullum peccatum adeo esse grande, quod lachrymis non deleatur.

Sancti sua infirmitates & peccata humiliter confitentur.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et lætatus est, *Duplici de causa. s. quia faciebat sibi vmbraculum gratiosum, & quia ex eius miraculosa productione æstimauit, quòd Deus suam prophetiam adimpleret.*

2 Et parauit Deus vermem. *Omnia enim quantumcumque minima sua prouidentia disponuntur.*

3 Et percussit hederam, *corrodendo eius radicem.*

4 Præcepit dominus vento calido. *Ad intendendum solis æstum.*

5 Et petiit animæ. *Tum quia æstu supra modum affligebatur; Tum quia ex arefactione hederæ subita coniecturauit quòd sua prophetia non impleretur, & sic falsus propheta crederetur, quod erat sibi grauius morte: ideo subditur,*

Cur peteret Ionas mori.

6 Melius est mi. *ex quo eius impatientia irrationabilis concluditur, cùm dicitur,*

7 Putásne bene irasceris tu? *scilicet rationabiliter de arefactione eius.*

8 Et dixit: Bene irascor. *id est, rationabiliter ex causa prædicta. Et ex hoc concludit Deus oppositum, dicens,*

9 Tu doles super hederam. *& rationabiliter secundum tuam æstimationem.*

10 Et ego non parcam. *q. d. multò fortius debeo compati & condolere tantæ ciuitati veraciter pœnitenti, & parcere de subuersione.*

11 Qui nesciunt. *id est, sunt adhuc infra annos discretionis, & per consequens adhuc innocentes, & ideo propter tantorum innocentiam rationabile est temperari iustitia mea rigorem.*

IN-

INCIPIT PROLOGVS

SANCTI HIERONYMI IN MICHÆAM PROPHETAM.

TEmporibus Ioathę & Achaz & Ezechiæ regum Iuda, Michæam prophetam ad hanc prophetiam spiritusancto repletum fuisse lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero regum Ioathan & Ezechiam Deo ob religionem placuisse,* historia quarti libri Regum, & secundi Paralipomenon indicat. Achaz verò derelicto Deo, idola Samariæ, quibus etiam filios suos in sacrificium igni concremandos obtulerat, coluisse constat. Quam ob rem Deus Samariam (quæ reges Israel & Iuda memoratorum simulacrorum superstitione fefellerat) increpans, indignationem suam in eam processuram comminatus est. Populo etiam Israel præuaricatori, & principibus eius, qui eumdem populum fallaci suasione ad colenda idola impulerant, verbis insequentibus captiuitatem & interitum affuturum denuntiauit.

* 4.Reg.15. & 2.Par.27. & 4.Reg.18.

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES AD PROLOGVM IN MICHÆAM PROPHETAM.

Cuius sit hic prologus. NOn videtur Hieronymi prologus, quamuis ipsi inscribatur: neque est in bibliis vulgatis correctæ editionis; nec inter opera Hieronymi inuenitur. Puto ergo esse Rabani, aut Strabi, auctorum glossæ: nam Phrasim prorsus eandem habet, quã alij aliquot prologi, quos supra ipsis attribuendos potius quam Hieronymo indicaui. Docet, quo tempore, & qua occasione Michæas prophetauerit. Tempus indicat ipsũ prophetæ initium: occasionem ibi narrat prologus, *Sed de supradicto numero regum.*

1 *Temporibus Ioatha, Achaz & Ezechiæ Regum Iuda.* Ex quo euidenter constat, alium esse hunc Michæam Morasthitem, ab eo qui in historia Regum vocatur Michæas filius Iemla, & prophetauit contra Achab, & Iosaphat euntes in prœlium contra Syros: hic enim Morasthites centum quinquaginta annis posterior est Michæa filio Iemla; quod non aduerterunt, qui communitate nominis decepti, eundem vnum prophetam de duobus faciunt. *Quo tempore prophetauerit Michæas.* Est autem Morasthi, vicus in tribu Iuda; in quo natus fuit Michæas hic posterior: vbi & sepulchrum eius, & super eo Ecclesiam suo tempore fuisse narrat Hieronymus in Epitaphio Paulæ Romanæ.

2 *Lectio ipsa demonstrat.* Textus ipse scripturæ propheticæ, in exordio primi capitis. Supra enim diximus hunc auctorem vsurpare vocem *lectionis*, pro eo quod nos textum scripturæ dicimus.

3 *Sed de supradicto numero.* Hic docet occasionem prophetiæ: nempe, quia Achaz rex Iuda, ab Israelitis illectus impietatem Idololatricam etiam in Iudę populũ induxit: ideo Michæas vtrique populo vindictam Dei superuenturam denuntiat: prius tamen Samariæ & regno Israelis, posterius autem Ierosolymæ & regno Iuda, cui reuersionem, & liberationem, maxime spiritualem per Christum prædicit. *Occasio prophetiæ.*

Quæ de impietate regis Achaz hic breuiter tanguntur, 4.Reg. 18. & 2.Paralip.27. fusius enarrantur: quomodo derelicto Deo, id est, abiecto cultu vero patrum suorum Dauidis, & piorum regum Iuda, *idola Samariæ coluit, quibus etiam filios suos in sacrificium, &c.* Is erat cultus Moloch, quem docti putant esse Saturnum, cui impij isti liberos suos igne crematos immolabant; Ea est causa, cur Poetæ fabulentur Saturnum liberos suos deuorasse. Moloch, seu Melchom, idolum habitum regis habebat; quod nomen ipsum significat, quo & hodie Iudæi Saturnum planetam vocant. *Moloch, Saturnus.*

4 *Quam ob rem Deus Samariam.* Nimirum quia in impia ciuitate, metropoli idololatriæ scelera præcipue vigebãt, & inde ad alios deriuabantur. Sic enim fit, vt à Regia, ad ciues, ab illis ad incolas ruris, contagio vitiorum serpat. *Quæ reges Israel & Iuda.* Ciuium Samaritanorum luxus & nequitia Reges ipsos in simili impietate confirmabant; Et hic aduerte vocabulum auctori istorum proœmiorum qui falsò Hieronymo inscribuntur, familiare; regum prędictorum, & simulachrorum memoratorum, &c. Rectè autem inquit, *superstitione fefellit*: quia ipsa superstitio falsa, non potest non fallere eos qui eam recipiunt; nec quisquam recipit, nisi falsa specie cultus deceptus. *Ciuitatum maiorum luxus perniciosus.*

5 *Populo etiam Israel præuaricatori.* Non solum iram suam Deus comminatur superuenturam impiæ ciuitati Samariæ; verum etiam toti populo Israelitico; *præuaricatori*, id est, contra fidem Deo datam idola colenti; *& maxime principibus eius*, Regibus impiis, Ieroboami impietatem sequentibus, & populum ad eamdem cogentibus. Potentes enim potenter tormenta patientur.

6 *Qui eumdem populum*, nempe Israeliticum, seu decem tribuum, *fallaci suasione ad colenda idola impulerant*: de hac suasione, vide quomodo se gesserit Ieroboam filius Nabat, qui fecit Israel peccare 3.Reg.12. *Verbis insequentibus*, quæ per comminationem vindictæ diuinæ in populum apud hunc prophetam habentur; *captiuitatem* populi *& interitum* principum *affuturum denuntiauit* Michæas. De cuius prophetæ vita & obitu nihil amplius habemus certi: nisi quod in Martyrologio Romano sanctorum Catalogo merito ascribatur.

Incipit argumentum.

MIchæas de Morasthi, coheres Christi, vastationem annuntiat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam, quia maxillam percusserit Iudicis Israel.

CAPVT I.

A a VErbum domini quod factum est. HIER. in com. li. I. Præmittitur titulus prophetiæ. Humili & coheredi Christi fit reuelatio, & de peruersis dogmatibus, & de ecclesia, si aliqua peccata commiserit. Sermo Dei, qui super prophetas descendit, fit quoque ad Michæam, qui interpretatur humilitas, ad Michæam de Morasthi, qui vsque hodie iuxta Eleuteopolim vrbem Palestinæ non grandis viculus est, & interpretatur heres. Pulchre autem humilitas, quæ inter virtutes præcipua est, de B spe hereditatis Dei nascitur. Humilitas hic non intelligitur, quæ venit de conscientia peccatorum: sed quæ inter virtutes ponitur. Vnde dicitur, *Humiliamini sub potenti manu Dei*; Et, *Qui se humiliauerit, exaltabitur*; Et dominus, *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde*. Quomodo ergo apud nos votiua, & quasi ad virtutis auspicium imponuntur vocabula; verbi gratia, Victoris, Casti, Pij, Probi, & appellatiua vertuntur in propria: sic & apud Hebræos Michæas, & Abdias, & Zacharias, ceterorumque similia: ex virtutum vocabulo liberis à parentibus sunt imposita.

Morasthi. *Humilitas duplex.* *1. Petr. 5. b. Luc. 14.* *Matt. 11. d.* *Qualia nomina imponerent Hebræi suis liberis.*

C HIER. IBID. Michæas secundum Hebraicam veritatem sextus est, vnde quasi in corde voluminis positus debet profunda continere mysteria. Sub Ozia cœperunt prophetare Hosee, Amos & Isaias. Sub Ioathan filio Oziæ incipit prophetare Michæas, prophetat etiam sub Achaz & sub Ezechia sub quo x. tribus captiuatæ sunt ab Assyriis. Et quia primum Samaria metropolis x. tribuum captiuata est, deinde Ierusalem: prophetæ imponitur titulus primo de Samaria, secundo de Ierusalem.

Quando prophetauit Michæas.

IBID. MYSTICE. per Samariam, hæreses, per Ierusalem ecclesia designatur. Samaria enim fecit sibi de proprio sensu vitulos aureos, pulchros in superficie, sed vitalem spiritum non habentes: & hoc in domo Dei, quod interpretatur Bethel; non enim recipiet Israel Deos, nisi qui de scripturis & in domo Dei fabricati sunt: & quamuis conciliabula sua vocent Bethel, tamen post fabricationem idolorum, non Bethel, sed domus idoli iure vocantur.

Hæretici & Catholici.

† THEOD. in com. huius prophetæ. Per plures prophetas Deus eadem prædicit, vt ex graui & inueterato morbo laborantes, prophetarum multitudinem veriti, tandem aliquando ab impietate se D abducerent, atque à malitia se abrumperent. Sic autem cælestis Michæas prophetiam exorsus est,

b *Audite populi, &c.* IBID. Quoniam de Samaria & Ierusalem dixit ad se à Deo omnipotenti verba facta fuisse, accommodate non populum, sed populos in auditionem excitat, duodecim tribus in duo regna diuisas non populum, sed populos nominat, atque adhortatur omnes illius terræ incolas attendere dominum Deum testificantem, simulque à diuino templo verba facientem. E

Excitat Michæas populum vt verba Dei per os suum audiat.

Incipit Michæas Propheta.

CAPVT I.

a ¶ Hoc est. ¶ Quod erat in principio apud Deum. b ¶ Patris.
[1] VErbum Domini quod factum est ad Mi-
a ¶ Qui interpretatur humilitas. b ¶ i. hereditas.
chæam Morasthiten in diebus Ioathan, [2]
¶ Spiritualiter.
Achaz & Ezechiæ regum Iuda, quod †
¶ Hoc. a ¶ Corde.
vidit super Samariam & Ierusalem. [3] Au- †
a ¶ Ecclesiæ totius orbis. b ¶ Id est terreni, in quibus extructa sunt hæreticorum dogmata. c ¶ Et omnes qui in ea.
b dite populi omnes & attendat terra & plenitudo eius, & sit [5]
a ¶ Testificans. b ¶ Non aliunde, nisi de ecclesia, vel filio qui est templum patris.
dominus Deus vobis in testem: dominus de templo sancto [6]
¶ Pater. ¶ Coactus.
c d suo. [3] Quia ecce dominus egredietur de loco suo, & descen- [7] [8]
a ¶ Conteret potentes. b ¶ Pauentes aduentum Dei. ¶ A malo cessantes. c ¶ Etiam sacerdotes: ¶ Principes.
e f det, & calcabit super excelsa terræ. [4] Et consumentur mon- [9] [10]

† HIER. in com. li. I. Aure audiendi audiāt Catholici, subuersi etiam attendant & sibi caueant, ne vel isti vel illi patiantur, quæ postea sermo Dei comminatur. O Samaria & Ierusalem, intelligite & attendite dominum de templo suo vobis testificantem, & prædicantem quæcumque futura sunt. Hæreses inter opera carnis connumerantur.

Hæreses inter opera carnis connumerātur.

c *Quia ecce.* IBID. Deus, cuius natura clementia est, causa nostri cogetur sumere personam crudelitatis; cuius descensio, est maiestatis eius ad inferiora decursus.

† RVPER. in com. Sensus est. Quia ecce Dominus recedet, & omne auxilium auferet à populo quondam suo, vbi, vel in quo ita notus erat, sicut quilibet in loco suo: inde egredietur, & palam fiet ex F ipso malorum euentu & perpetuæ captiuitatis, quod de illo tali loco suo, veraciter egressus sit & recesserit. Quod autem dicitur,

d † *Et descendet.* IBID. sic accipiendum est vt illud, *Clamor Sodomorum multus est, descendam, & videbo, &c.* Descendet itaque, non bono illorum, sed sicut descendit visitare, siue vlcisci peccata: quoniam & isti *peccata sua sicut Sodoma prædicauerunt nec absconderunt.*

Gen. 18.

e † *Et calcabit super excelsa ter.* IBID. Propter hoc ipsum quod excelsi sunt, id est quod superbiendo peccant, & peccando superbiunt: & quod valde damnabile est, æstimatione sua extolluntur, cum conditione sua terra sint, *Quid enim superbit terra & cinis?*

Isa. 3. Deus superbos deprimit. *Eccl. 10.*

f † *Consumentur mont.* IBID. id est, ipsi peccatores superbi, apud semetipsos alti, quorum superbia in eo manifesta fuit, quod Hieroboam sibi proponentes, contempserunt humilem Dauid, dicendo, *Quæ nobis pars in Dauid?*

3. Reg. 12.

☞ Potest

Incipit Postilla vene. patr. fra. Nicolai de Lira super Michæam prophetam.

CAPVT I.

1 VErbum dom. *Hic incipit prophetia Michææ, quæ in duas partes diuiditur. s. in proœmium & tractatum: qui incipit ibi,* Audite. *In proœmio primo notificatur auctor ex nomine, cum dicitur,* Ad Michæam, *& ex natiuitatis loco, cum dicitur,*

2 Morasthi. *Id est, de Morasthi. secundo ponitur tempus prophetiæ, cum dicitur,* In diebus Ioathan, &c. *tertio ad quos facta est prophetia, ibi,*

3 Super Samar. & Ier. *id est, super regna x. tribuum & duarum. Samaria autem erat metropolis in vno, & Ierusalem in alio.*

4 Audite. *Hic incipit tractatus, qui in duas partes diuiditur: quia primò propheta populo comminatur; secundo ipsum consolatur ca. 4. Ista tamen diuisio non est præcisa, sed tantum à plurimo. In prima enim parte ponuntur aliqua consolatoria, & in secunda aliqua desolatoria. Prima diuiditur in duas, quia primo comminatur pœnam propter culpam populi generaliter: secundo propter culpam maiorum specialiter, cap. 3. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur comminatio pœnæ propter culpam idololatriæ; secundo propter culpam auaritiæ, ca. 2. Prima in duas, quia primo ponitur comminatio pœnæ: secundo compassio prophetæ ibi:* Super hoc. *Prima in duas, quia primo fit comminatio vtrique regno coniunctim: secundo regno Israel separatim, ibi:* & ponam. *Prima adhuc in duas, quia primo denuntiatur pœna, secundo declaratur culpa. ibi:* In scelere. *primo excitat propheta ad attentionem, dicens,* Audi. po. *secundo inducit testimonium pro veritate dicenda, ibi:*

Diuisio.

5 Et sit Do. Deus vob. in test. *qui fallere non potest nec falli.*

6 De tem. sa. *i. de cælo empyreo ibi cum eo sunt angeli sancti eius laudibus intenti.*

7 Quia ecce Do. egred. *Proprium enim ipsius Dei est parcere & misereri, & ideo locus eius dicitur misericordia: à qua quodammodo videtur egredi quando punit secundum rigorem iustitiæ, vt dicit Ra. Sa. & talis egressus non est per motum localem, sed quia causa efficiens similitudinarie dicitur egredi in effectum, quando producit ipsum.*

Quid sit egressus Dei de suo loco.

8 Et descendet. *puniendo peccata hominum peccatorum.*

9 Et calcabit. *non deferens alicui personæ propter eius magnitudinem, ideo subditur:* 10 Et consumentur mont. *id est, maiores.*

Et

MORALITER.

† 1 *Verbum do.* Michæas, qui interpretatur humilitas, humilibus enim diuina secreta reuelantur, Matt. 11. d. *Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, &c.*

2 *Morasthi.* qui interpretatur hereditas: nam vere humiles sunt cælorum heredes Matt. v. a. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.*

† *Quod*

† *Quod vi. sup. Samar.* quæ interpretatur custodia domini, ideò per eam significantur prælati.

Malorum prælatorum punitio.

† *Et Ieru.* quæ pacifica interpretatur: Et de punitione istorum propter suam malitiam hic agitur, ideo sequitur,

7 *Quia ecce dom. egredietur.* non per localem motum, sed per punitionis effectum. Vnde sequitur,

10 *Et consumentur montes.* i. principes & prælati.

† Et

Poteſt intelligi, quod propter ſcelera Iudæorum dominus egreſſus de cælis per aſſumptam humanitatem, reliquit domum eorum deſertam, & venit ſuper humiles de Gentibus, qui excelſi vocantur; & commouet montes.i.dogmata philoſophorum, & vere humiles conſumuntur in aduentu Saluatoris bona contritione. Myſticè, locus Dei, vel filius in quo eſt pater; vel ſancti in quibus habitat Deus: hæc loca quæ habent Deum hoſpitem ſurſum cum Chriſto ſunt poſita, ab his deſcendit ad illos docendos, qui eum in monte audire nō poſſunt, & conteret ſuperbos in mundo: & montes, id eſt, alti in virtutibus, ad illius pauebunt præſentiam; & valles id eſt, animæ corporibus depreſſæ, à timore eius quidquid durum habuerint, expellent, & ita fluent ſicut aquæ per præceps.

Christus relictis Iudæis vocat gentes ad ſuam fidem.

Deſcenſus de loco ſuo.

a ¶ Animæ corporibus inſertæ. ¶ Populi. ¶ Humiliati. b ¶ Vt nihil lateat in eis mali. c ¶ Vt auferatur omnis duritia. d ¶ Quam ſuſtinere non poteſt. c ¶ Deus noſter ignis conſumens eſt.

a tes ſubtus eū, & valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, ſicut [1] [2]

a ¶ Decem tribuum & duarum, quæ Deum negauerunt.

b aquæ quæ decurrunt in præceps. [3] In ſcelere Iacob omne [†] [4]

¶ Hæc eſt cauſa malorum. a ¶ Quia Deum ſe videre mentiuntur. b ¶ Decem tribuum.

c iſtud, & in peccatis domus Iſrael. Quod ſcelus Iacob? Nonne [†] [5] [6]

a ¶ Id eſt, idololatria, quæ in illa metropoli fiebat. b ¶ In regno duarum tribuum Ieruſalem fecit excelſa idolorum. c ¶ Peccata eorum qui Deum confitentur. i. Chriſtianorum: Chriſtus enim de Iuda. d ¶ Eccleſia, in qua multa crimina.

d Samaria? quæ excelſa Iudæ? Nonne Ieruſalem? [6] Et ponā Sa- [7] [8]

a ¶ Conciliabula hæreticorum. b ¶ Vt redigatur in tumulos. ¶ Vt malum ædificium ruat, & bonum ſurgat.

mariam quaſi aceruum lapidū in agro, cū plantatur vinea, & [9] [†]

¶ Cum ſit ſita in montibus. a ¶ Quibus videbatur ſibi celare myſteria falſa & firma habere dogmata.

detrahā in vallem lapides eius. Et fundamēta eius reuelabo: [7] & [†] [†]

a ¶ Dogmata artifici ſermone compoſita. b ¶ Opes, quas ex fornicatione ſibi reddi putabant.

e omnia ſculptilia eius conſcindentur. Et omnes mercedes eius [10] [†] [11]

ad extremum lapidem effodiantur.

a *Sicut aquæ.* HIER. ſupra. Sicut aqua prono curſu fertur in præceps, & ſicut cera fluit ante ignem, ita omnis ſuperbia impiorum domino veniente ſoluetur & defluet.

† RVPERT. in com. Sicut aquæ decurrentes in præceps, ſurſum non reuertuntur: ſic Iudæi per captiuitatem in Aſſyrios ſemel delapſi non reuocabuntur. Etenim Iudæ tranſmigratio in Babylonicos ad tempus quidem reuocanda, ſed poſtmodum ſub Romanis omnino erat diſpergenda: decem autem tribuum captiuitas in Aſſyrios facta, numquam erat, vel eſt reducenda.

Iſrael numquam rediit de prima captiuitate nec redibit Iudas de ſecunda.

b *In ſcelere.* † RVPERT. IBID. Cum taliter de loco ſuo Dominus egreſſus fuerit, nolite exiſtimare ô populi, quòd mutabilitate vſus ſit, vel quod in eo culpa ſit. *In ſcelere Iacob, &c.* Iacob per omne ſcelus præuaricatus eſt, Iſrael per multa peccata fœdus Domini tranſgreſſus eſt: Deus autem fidelis, & abſque vlla iniquitate.

HIERON. ſupr. Et quod dominus terribilis veniet ad mouendos montes & valles reſoluendas, eſt propter impietatem Iacob.i.conciliabula hæreticorum, qui dicunt ſe cuſtodes mandatorum Dei, & confeſſores eius nominis.

Hæretici.

c *Quod ſcelus Iacob?* † THEODORETVS in comment. Impietatis modum per interrogationis & reſponſionis modum demonſtrat. Illi idolis Samariam compleuerunt; hi Hieruſalem habitantes, ad diuinam legem in templo inſtituti, in aſſiduis iniquitatibus verſabantur.

† RVPERT. vbi ſupra. Ac ſi dicat, Non indiget oſtenſione ſcelus decem tribuum, quia notum & publicum eſt: Ipſa Samaria ſcelus eſt, quia in omni regno, cuius metropolis eſt, vituli aurei publice pro Deo coluntur, & ibi prophetæ interfecti ſūt ſub Iezabel. Similiter Ieruſalem metropolis Iudæ, templum Domini excelſum idolorum fecit, maxime ex quo Otholia filia Iezabel regnauit illic.

Peccata Samariæ & Ieruſalem.

d *Et ponam.* HIER. ſup. Sicut Samaria prius adorauit vitulos, prius perit, prior deſtruitur venientibus Aſſyriis. Tanta erit ſubuerſio vrbis, vt non ſolum ædificia corruant, ſed etiam fundamēta vſq; ad extremum lapidem effodiantur. Cum per Samariam Eccleſia hæreticorum à Deo ſeparata ſoleat intelligi, minatur deſtructionem eius, vt Chriſti Eccleſia plantari poſſit. Melius eſt enim ſubuerti inutilem ciuitatem, & lapides, quibus extructa fuerat, in præceps detrahi, quàm in mala ædificatione manere. Cùm enim reuelata fuerint myſteria, in quibus fundata & firma videbatur, & idola pulchro ſermone compoſita à viris Eccleſiæ fuerint conciſa: tunc ibi poterit vinea domini plantari, & gloria & diuitiæ, quas de errore videbantur habere, igne Dei in nihilum redigentur: & ſic intelligentes errorem ſuum, & in ſe reuerſi plangent, in quibus prius fornicantes lætabantur: & ponent de pedibus quidquid mortiferum habebant, & veſtimenta fornicationis proiicient, vt ab his nudi Chriſti veſtimenta ſuſcipiant; & plangent de his, quòd fuerunt ſub dracone, qui captus hamo in æternum lugebit: & quos in errore genuerant, ſicut ſtruthio iuſtis calcando relinquent. Ideo Samaria ita lugebit, quia ſermone Dei pacata errorem cognoſcet, quem etiam vſque ad portas, id eſt, ad aures Iudæ intulit. Sed in mediam ciuitatem intrare non potuit, quia fidelem populum peruertere nō potuit, vt recederet ab eccleſia Dei.

Deſtructio hæreſum.

Hæretici ſuum errorem fateri & agnoſcere coacti.

e *Et omnes, &c.* IBID. Omnes diuitiæ eius, quas diuerſi reges comportauerant in ea, per ignem ad nihilum redigentur.

a *Quia*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et valles, *id eſt, minores.*

2 Sicut cera. &c. *id eſt, cito & abſque reſiſtentia, quia non poteſt reſiſti diuinæ virtuti.*

3 In ſcele. *Hic conſequenter ſubditur culpa, cum dicitur:* In ſcele. Ia. *i. propter ſcelus regni Iſrael, quod nominatur etiam Iacob, ſicut Patriarcha Iacob fuit binomius.*

4 Omne iſtud. *id eſt, pœna ſupradicta & ſubſequens continget: & de hoc ſcelere quæritur, cum dicitur,*

5 Quod ſcelus Iacob? *Et reſpondetur:*

6 Nonne Samaria? *q.d. ſic: & per Samariam intelligit idololatriam, quæ exercebatur in toto regno Iſrael, cuius metropolis erat Samaria, per regum potentiam: Ieroboam enim primus rex ad hoc induxit populum, vt habetur 3. Reg. 12.*

In Iſrael Samaria caput idololatriæ.

7 Et quæ excel. *i. vnde procedit idololatria, quæ exercetur in montibus regni Iudæ?*

In Iuda Ieruſalem.

8 Nonne Ieruſalem? *q.d. ex potentia regum Iudæ, quorum ſedes regia erat in Ieruſalem, proceſſit iſta malitia. Salomon enim primo prope Ieruſalem ædificauit templa idolorum vxoribus ſuis 3. Reg. 11. quod fuit prouocatiuum idololatriæ aliis. Poſtea vero Achaz altare ſacrilegum poſuit in templo 4. Reg. 16. Et poſtea Manaſſes idola poſuit in templo 4. Reg. 21. & ſic potentia regum malorum induxit populum ad idololatriam.*

9 Et ponam. *Hic conſequenter ponitur comminatio pœnæ regni Iſrael ſeparatim cum dicitur:* Et po. Sama. quaſi aceruum lapidum. *Per deſtructionem Samariæ metropolis in regno decem tribuum, intelligitur deſtructio totius regni, quod impletum fuit tempore Hoſeæ 4. Reg. 17.*

10 Et omnia ſculptilia eius conſcindentur, *vt inde aurum & argentum auferatur.*

11 Et omnes mercedes. *i. illa quæ nō poſſunt bene portari à prædatoribus.*

7 Et / 1 Combu-

MORALITER.

1 *Et valles ſcin.* id eſt, mali religioſi in humilitatis ſtatu locati.

2 *Sicut cera à facie ignis,* ſcilicet, infernalis: ideo ſubditur,

† *Sicut aqua, deſcen. in præ.* id eſt, in inferni profundum.

3 *In ſcelere Iacob,* id eſt, pro ſcelere ſuperbiæ, eò quòd Iacob interpretatur ſupplantator: ſuperbi verò principes & prælati alios volunt ſub pedibus tenere.

† *Et in peccatis domus Iſra.* id eſt, malorum religioſorum, qui dicuntur domus Iſrael, eò quòd per contemplationem debent videre Deum, & ipſi per imitationem vident mundum.

Peccata cleri & religioſorum.

5 *Quod ſcelus Iacob?* id eſt, ſuperbiæ.

6 *Nonne Samaria?* id eſt, eccleſia, eò quod Samaria interpretatur cuſtodia domini; nunc autem in eccleſia maximè viget ſuperbia.

7 *Et quæ excel.* id eſt, offenſiones plebis Chriſtianæ.

quæ populus imitatur.

8 *Nonne Ieruſalem.* q.d. ſic: & per Ieruſalem ſignificatur eccleſia, cuius mali clerici & religioſi ſuis exemplis dant popularibus occaſionem peccandi.

9 *Et ponam Samariam.* id eſt, eccleſiam.

† *Quaſi acer.* per diſſipationem morum, permiſſiue tamen.

† *Et detraham in vallem.* ſcilicet, inferni.

† *Lapides eius.* id eſt, induratos iniquitatibus.

† *Et fundamenta eius,* id eſt, malitiam eius occultam manifeſtabo per pœnam apertam.

10 *Et omnia ſculp.* id eſt, cōſiliarij mali qui interrogātur ſicut idola.

† *Conſcindentur.* id eſt, gladio diuinæ ſententiæ punientur.

11 *Et omnes mercedes.* id eſt, Simoniaci contractus.

Simonia.

a *Quia de merc.* HIER. li. 1. com. Opes & multiplex supellex, quæ in fornicatione idolorum congregata fuerant, ducentur ad aliam meretricem. i. Niniuen: vt sicut in terra sua fornicati sunt cum idolis, quæ fecerant, sic vadant ad aliam terram idolorum & fornicationis. i. ad Assyrios.

† RVPERTVS in com. *Vsque ad mercedem meretricis*, idē est ac si dicat, vsque ad nihilum, quia merces meretricis pro nihilo æstimatur, testāte scriptura, quæ dicit, *Quia pretium scorti vix vnius panis est.* Samaria vere meretrix fuit, quia statim cōdita, prostituta est Baal sub Amri cōditore & Achab filio ac successore. Hæc omnia sic vaticinatur propheta, vt doleat verum esse, & imperfectū manere non posse,

quæ est vna de quinque vrbibus Palestinæ, ne inimici audita destructione Iudæorum lætentur. *Geth*, torcular. Putant autem hæretici se de vinea domini vinum vitale exprimere, vnde extolluntur in superbiam. Ait ergo, Vos qui estis in torculari, & non domini sed Sodomorum vinum bibitis, nolite extolli, sed relicto hoc torculari humiliamini sub Deo. quòd si etiam per Catholicos vinum vestrum exsiccatum fuerit, ne doleatis, sed dum estis in domo pulueris. i. hæreticorū, quæ super arenam ædificatur, cōspergite vos puluere pœnitentiæ, & intelligentes vos captos à vitiis, transite ad virtutes, qui videbamini vobis pulchri in prima habitatione: quæ iam est confusa per ignominiā, quam ecclesiæ inferebatis. Quæ ecclesia iā

a Hæreses quas sibi formauerunt, & in quibus confidebant per ignem ad nihilum redigentur.

comburentur igni. [1] Et ponam omnia idola eius in perditionem, [2] a quia de mercedibus meretricis congregata sunt: & vsque ad [3] b mercedem meretricis reuertentur. [4] [5] [8] Super hoc plangam, & vlulabo, [6] c vadam spoliatus & nudus. [7] Faciam planctū velut draconum, d & luctum quasi struthionum: [8] [9] quia desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Iudam, tetigit portam populi mei vsq; ad Ierusalem. [10] e In Geth nolite annuntiare, lachrymis ne ploretis. [11] f In domo g pulueris puluere vos conspergite. [12] [11] Et transite vobis habitatio [13] h pulchra, [14] confusa ignominia. [15] Non est egressa quæ habitat in exitu.

(Interlinear glosses: a Quæ putabant sibi reddi per idololatriam. b Animæ fornicantis. Hinc inde. Niniue. Ad nihilum. a Decem tribubus. a Sicut Samaria subuersa est ab Assyriis, ita Iuda & Ierusalem subuertetur à Chaldæis. b Samariæ. c Quia errorem suum Samaria in ecclesia voluit introducere. a Si cor dolet, ora non habeant lachrymas, sed dissimulate fletum. b In domo corruente. a Cinere ruinarum. b Tantum ne inimicus audiat vocem tuam. In. O. a Vel Saphir. b Quia in captiuitate confusa est. c Ideo supprime vocem, quia non voluntate, sed coactione transibis. d i. Samaria quæ iam erat quasi in foribus captiuitatis.)

quod loquitur. Vnde prorinus sequitur, *Super hoc plangam & vlulabo, &c.* Hoc sicut littera sonat, recte intelligitur, quòd plangens & vlulans propter instantem populi sui captiuitatem, vestimentis quoque spoliatus & nudus incesserit, internum animi dolorem habitu corporis indicans, siue captiuandorum miseriam, quod & Isaiam quoque fecisse legimus.

b *Super hoc.* HIER. lib. 1. com. LXX. Planget Samaria. s. hæretici, cognoscentes errorem suum. *Super hoc.* Dicta culpa & pœna Samariæ, quia Ierusalem similiter peccauit, & similiter punienda erat, propheta sub persona Dei plangentis affectum inducit.

c *Faciam planctum.* IBID. Sicut draco victus ab elephanto sibilat, & sicut struthio immemor ouorum, relinquit in arena fœtus suos calcandos pedibus bestiarum, sicut in Iob legitur: ita ego dispoliatus à filiis & nudus incedam, & hoc ideo, quia plaga. i. culpa & pœna Samariæ veniet vsque ad Iudam, & vsque ad portam Ierusalem.

† RVPERT. in com. Hoc valde dolenter pronuntiat, quòd luctus & planctus suus pro populo illo non sit profuturus siue exaudiendus. Hoc igitur est, faciam planctum multa cōmiseratione dignum, nullaque consolatione diliniendum. Nam & si dolent dracones cum vincuntur, non pium habent gemitum, qui compassionē prouocet, sed iræ ardentis tumultum & quem caueri oportet. Similiter & si mœrent struthiones, crudelitas innata permanet, nec ad naturalem curam posteritatis, inanis stultitia flecti potest.

d *Quia desperata.* HIER. sup. Idcirco sic loquor, quia spes misericordiæ à Domino, siue soluēdæ captiuitatis decē tribuū nulla est, dicēte ipso per alium prophetam, *Quia non addam vltra misereri domui Israel.*

e *In Geth.* Hunc planctum & dolorem meum ne nuntietis in Geth, quæ

habitans in exitu vestrorum dogmatum & vitiorum, iam non est egressa de terminis diuinarum scripturarum. Et ipsa accipiet planctum, quia dolet vos remanere in hæresi, in qua videmini similes & vicini veræ ecclesiæ, quæ stat firma in fide. Quæ etiam dū vos plangit, infirmata est in bonum sibi, & repletur amaritudine pro vestro casu, quia contigit per dominum ordinantem malum infidelitatis: non intra portas Ierusalem, quas custodiunt apostoli, sed in hæreticis qui versantur ante portas Ierusalem, vt egredientes occidāt; qui etiam faciunt tumultum & confusum sonum, vt occidant vagātes, & habitent Lachis, quæ interpretatur ambulatio: quia omni vento doctrinæ mouentur: per quos quasi per portam impietas intrat ad ecclesiam. Et quia populum separant à Deo, iusto iudicio dat Deus vel diabolus emissarios. i. dæmones, vt eis dominentur, qui sunt domus mendacij & deceptionis. Sed ego educam heredem. i. fideles, qui possideant domus vestras, ô heretici, & hereditas veniet vsque ad Odollam, quæ interpretatur testimonium hautitionis eorum, vt & tu de ecclesia Dei sis, cum hauseris, quæ meruisti.

f *In domo pulueris.* † RVPERT. in com. Nolite foras exire, sed in domo pulueris puluere vos aspergite. In domo ruente, cinere ruinarum vosmet aspersos tantum vobisipsi conspicite.

g *Et transite.* Vel, Transit à vobis habitatio Saphir: quæ interpretatur pulchra, quia Samaria in pulchro & vberrimo loco sita: cui dicitur sic, Transi in captiuitatem vt non ostendas dolorem.

† REMIG. O Samaria, pulchra & fertilis, quia confusa es ignominia, sic transi, & sic perge ad captiuitatem, vt si potest fieri, vicinus quidem inimicus Allophylus non sentiat.

h *Non est egressa.* † RVPERT. in com. Si de Samaria hoc dicitur, sensus

(Marginalia: Samariæ in Niniuen traducti. Prou. 6. 3. Reg. 16. Plangit Michæas suæ gentis mala. Isa. 20. Planctus draconum & luctus Struthionū. Iob. 39. b. Osee 1. Ecclesia orat vt Deus det hæreticis pœnitentiā. quam si nolint recipere merito illos permittit potestati dæmonis. Samariæ pulcherrimus situs.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Comburentur igni, *Cum domibus in quibus sunt.*
2 Quia de mercedibus meretricis. *id est, idololatra gentis, quia idololatria vigebat in regno decem tribuum.*
3 Et vsque ad merced. meretricis. *id est, Gentis Assyriorum idololatra.*
4 Reuertentur. *Reportauerunt enim pretiosa illius regni, quasi pro mercede executionis diuinæ iustitiæ: sicut Ezech. 39. dicitur, quod spolia Aegypti data fuerunt Chaldæis pro debellatione Tyri.*
5 Super hoc. *Hic consequenter ponitur compassio prophetæ super populum suum, cum dicitur,* Super hoc plangam & vlulabo. *Est autem vlulatus vox confusa procedens ex magno dolore.*
6 Vadam spoliatus. *i. laceratus vestibus. Iudæi enim in dolore positi vestes suas lacerabant, vt patet in multis locis veteris & noui testamenti.*
7 Faciam planctum velut draconum. *id est, valde horribilem.*
8 Quia despera. &c. *id est, non est remediabilis malitia eius, nec per consequens pœna debita ad hoc sequens. Et subditur etiam alia causa cum dicitur,*
9 Quia venit vsque ad Iudam. *malitia regni Israel, & similiter sequetur pœna.*
10 In Geth. *ne Philisthæi lætentur de miseriis huius populi. Per talem modum Dauid loquebatur in planctu super Saul & Ioathan filium eius 2. Reg. 1. d.* Nolite annun. in Geth, &c.
11 Lachry. ne ploretis, *id est, signa tristitiæ in aperto non ostendatis, ne nuntietur Philisthæis.*
12 In do. pulue. &c. *i. in secreto faciatis tristitiæ vestræ signum.*
13 Et transite vo. &c. *i. vos habitantes in regno x. tribuum, quod est pulchra habitationis.* Transite. *i. cito transibitis ducti in captiuitatem.*
14 Confu. igno. *id est, habitatio vestra, quæ prius erat pulchra, cito confundetur, præ ignominia sibi illata: & quia aliqui comminationes prophetarum deridebant, tamquam friuolas, dicentes, Adhuc non sumus eiecti de terra nostra; ideo dicit propheta,*
15 Non est egre. *id est, quamuis Gens ista non sit expulsa, tamen est in iænuis exeundi.*

(Margin: Vlulatus.)

MORALITER.

† 1 *Comburentur igni.* s. infernali.
2 *Quia de.* i. sicut turpiter sunt acquisita, ita punientur pœna turpi.
5 *Super hoc.* Per magnum planctum prophetæ, significatur, quod bonus Christianus flere debet peccata ecclesiæ: & maxime propter hoc quod subditur,
8 *Quia desperata est pla. &c.* id est, vsque ad populum ciuilem.
10 *Nolite nuntiare in Geth.* quæ interpretatur torcular, ideo significat religionem, in qua passio Christi debet in meditatione haberi, per quam Christi sanguis expressus fuit in torculari crucis. Est igitur sensus, *Nolite nuntiare in Geth,* id est, vtinam ignorarent religiosi cleri malitiam, ne imitarentur ipsam.
11 *Lachrymis ne plo. &c.* vtinam nullo modo esset eis cognita, scilicet, verbo vel signo.
13 *Transite vobis habit. pulchra.* id est, vos clerici mali, qui gaudetis in delectationibus huius mundi, transibitis ad ignominiam confusam inferni.
15 *Non est egressa.* à vitiis per pœnitentiam: ideo transeat ad pœnā.

(Margin: Status religionis. Punitio clericorum malorum.)

…tus est, Non est egressa quæ habitat in exitu. i. in ipsis Assyriæ captiuantis foribus sita est. Et statim vt mota fuerit, hostilem terram ingreditur. Sin autem de Hierusalem, sensus iste est. Vos transite iam habitatores habitationis pulchræ Samariæ. Hierusalem autem hac vice non egreditur, quæ tamen habitat in exitu. i. cuius transmigratio iam pridem paratur, sed paulolum differtur, videlicet Ezechia simulq; Isaia suis precibus eam retinentibus.

Differtur ad tempus captiuitas Iudæ.

a *Planctum.* HIER. lib. 1. com. Et te prius captiuata, domus Iuda (quæ tibi vicina est) postea consimili planctu captiuabitur. Quæ ad tempus sub defensione Dei tuta fuit, sed postea infirmata est, deserta à bono suo. i. Deo: quia contra eum amaricata est, & ideò post vastatam Samariam Assyrius descendit vsque ad captiuandam Ierusalem.

a ¹² Planctum domus vicina accipiet ex vobis, quæ stetit sibimet: ¹ quia infirmata est in bonum quæ habitat in amaritudini- b bus. Quia descendit malum à domino in portam Ierusalem. c ¹³ Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis. Principium peccati est filiæ Sion, quia in te inuenta sunt scelera Israel. ¹⁴ Propterea dabit emissarios super hereditatem Geth, domus d mēdacij in deceptionē regibus Israel. ¹⁵ Adhuc heredē adducā tibi, quæ habitas in Maresa vsque ad Odollam veniet gloria e Israel. ¹⁶ Decaluare, & tondere super filios delitiarū tuarū, dilata caluiciū tuū sicut aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te.

¶ In Maroth. ¶ Captiuitatis. ¶ Vsque. ¶ Et descendet. ¶ Quando vastata Samaria Rabsaces venit vt insultaret Ezechiæ & populo Dei. ¶ Ideo quia. ¶ Ipsa Lachis. ¶ Ab Israel venit idololatria ad Lachim, & à Lachis ad Iudam. ¶ Assyriis. ¶ Latrunculos. ¶ Terram possessam ab illa vrbe. ¶ Scilicet quæ fuerunt in decep. ¶ Per contrarium, gloria. i. ignominiosa captiuitas Israelis. ¶ O Samaria & Israel, quia populus tuus ita captiuandus est ab Assyriis, depone comam pristinæ gloriæ tuæ: & plange filios hostibus subditos, qui quondam deliciosi erant. Et dilata col. tu. sicut regina auium aquila certo tempore amissis plumis remanet implumis, sic tu spoliaris à gloria priorum filiorum pro peccatis punitorum.

tibi alios heredes, id est, hostes, qui te possideant, & vsque ad Odollam adducam illos heredes. *Vsque ad Odollam veniet gloria Isra.* vel. Vsque ad Odollam veniet gloria Israel, id est, illa captiuitas comprehendet etiam Odollam ciuitatem gloriæ Israel.

D

e *Decaluare, & ton.* IBID. ALLEGO. Possunt hæc accipi de euersione Iudæorum per Romanos. O Iudæa, quæ quondam apud Deum floruisti, sed modo clamasti, crucifige crucifige; depone comam gloriæ tuæ, quia non habes prophetas, nec præsidia angelorum, nec legis doctores. Potest referri & ad totum humanum genus, O anima humana, quæ prius in paradiso fruens delitiis, habebas speciosam comā, & nunc deiecta in Babylonicam captiuitatem, radere & assume habitum pœnitentis: & quæ sicut aquila in excelsis volabas, plāge filios tuos, qui captiuantur, quia cogitatio tua & cubilia tua plena sunt malis, nec leuas sanctas operationes ad Deum: sed oblita paradisi, cogitas agros agris iungere, quasi paruo hominis corpusculo rura vrbium non sufficiant, propter quod dominus grauissimum malum contra te cogitat. Et quia gloria tua abrasa est, ô anima cadens de paradiso per Adam, vel, de ecclesia per tuum peccatum, mittuntur sancti qui plorant te peccantem & non pœnitentem: quia vident alios fornicatione, auaritia, vel homicidio possessos, & agros quondam sanctos Assyriis & regi Babylonio traditos; in quibus Deus funiculum suum non extendit.

Iudæi per Romanos excisi.

E

De anima quæ oblita Dei sui tradit se mundo & carni.

B

b *Quia descend.* IBID. Legitur rex Assyrius misisse Rabsacem de Lachis in Ierusalem, & capta Lachis transiuit ad oppugnandum Lobnam: vnde ait. Homini habitanti Lachis veniet tumultus & quadrigæ & equites Assyriorum. quia ô Lachis, quæ es ciuitas dedita idolis, per te quasi per portam venit principium idololatriæ X. tribuum in Ierusalem. Nec tantum Lachis destruetur, sed etiam metropolis Geth Palestinæ: quia mittet Assyrius emissarios, id est, latrunculos, & possidebit Geth vrbem idololatriæ & mendacij, quæ fuit in supplantationem regibus Israel.

4. Re. 18. d. Isa. 36. a. & 37. b.

Prophetat contra Lachis & Geth.

C

c *Tumultus quadrigæ.* † THEODORETVS in com. Ego, inquit Dominus, eis omnibus bonis redundantibus dolorem attuli, cùm hostium multitudinem in eos concitaui. Quia vero ante Ierusalem vrbs Lachis vastata fuit, ad hanc sermonem conuertit. Tu Lachis prior dabis pœnas, & quod imitata sis decem tribuum impietatem, & quod impietate contaminaueris Ierusalem. Quamobrem & abs te captiuorum multitudinem hostes arripient; Hos enim emissarios vocauit & vsque Geth, terra tua vastabitur, quod insanorum regum Israel secuta sis impietatem.

Iudic. 18. g.

d *Adhuc here.* HIER. lib. 1. com. Nec solum Lachis & Geth propter idololatriam vastabuntur, sed etiam Maresa & Odolla, quæ Odolla gloriosa erat in vrbibus Israel. Maresa interpretatur hereditas. Alludens ergo ad nomen, ait, O Gens quæ habitas in Maresa, adducam tibi

& contra Maresam & Odollam.

F

Decaluare. IBID. His, qui Deum crucifixerunt, hæc omnia euenerunt; quia in captiuitate per Romanos decaluati sunt, & omnia cōsilia, quæ dormiente anima cogitauerunt, subuersa sunt statim vt lux Christi, & vltio apparuit: quia non leuauerunt manus ad Deum sicut Moyses, sed, contra dominum, & domos & substantias pauperum rapiendo, propter quod Deus depressit eos captiuitate per Romanos: de qua non poterunt euadere, quia tempus malum est; quia sicut contra dominum Iesum mala operati sunt, sic perpetua captiuitate prementur, in qua obliti priorum canticorum, de sola miseria sua cantabunt: quia terra quæ per Moysen & Iosue funiculo distributionis fuit illis dispartita, modo Gentibus per Romanos est diuisa.

Exod. 17. c. Iudæi seniores eiecti è terra promissionis propter cædē Christi.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Planctum domus, &c. *Domus vicina dicitur hic regnum duarum tribuum, quod immediate erat iunctum regno decem tribuum, & accepit malitiam idololatriæ ab eo vt dictum est: & per consequens occasionem pœnæ sequentis, ac planctus.*

2 Quæ stetit. *captiuato enim regno decem tribuum, regnum Iudæ adhuc stetit propter bonitatem Ezechiæ regis, qui tunc regnabat 4. Reg. 17. … successit Manasses, qui fuit pessimus, ideo dicitur,*

3 Quia infir. *Posuit enim Manasses idola in templo Dei 4. Reg. 21. Et quia ex hoc sequuta est destructio Ierusalem 4. Reg. vlt. ideo subditur,*

4 Quæ habitat. *propter destructionem ciuitatis & templi imminentem.*

5 Tumultus quadrigæ, &c. *id est, quadrigarum.*

6 Habitanti Lachis. *Nomen est ciuitatis, quæ alio nomine dicitur Dan. Iudic. 18. & est in termino aquilonari respectu terræ promissionis. Ex illa vero parte venit exercitus Chaldæorum contra Ierusalem Ierem. 1. c. Cum tumultu magno quadrigarum & armatorum timorem habitantibus incutientium. Et iuste ab illa parte incepit pœna sicut & inceperat culpa; quia in Lachis fuit positum idolum Michæ à principio temporis Iudicum, vt habetur Iudic. 18. & inde idololatria processit ad terram 10. tribuum: & de illa ad terram duarum, & sic dicitur:* Principium peccati est fi. &c.

Lachis vrbs in qua erat idolum Michæ merito prima facta est præda Chaldæis.

7 Propterea. *Istud refertur ad sequentia. Dicit Ra. Sa. quòd Gethæi confœderati fuerunt cum Phacee rege Israel, ad veniendum contra regnum Iuda cum rege Syriæ. de quo habetur Isa. 7. & tamen postea fuerunt in conspiratione occisionis Phacee cum Hozee filio Ela. 4. Reg. 15. & fuerunt mēdaces & deceptores: propter quod meruerunt quòd terra eorum vastaretur ab Assyriis. Hoc est quod dicitur,* Propterea, *id est, propter mendacium & deceptionem dictam.*

Perfidia Gethæorum.

8 Dabit emissarios. *s. rex Assyriorum.* emissarios, *id est, bellatores ab eo missos.*

9 Super hered. *ita quod per domos idem intelligitur quod per hereditatem Geth; & quia non solum Geth fuit destructa, sed Maresa & Odolla: ideo subditur,*

10 Adhuc heredem. *inimicum terram tuam accipientem, & possidentem.*

11 Adducam tibi. *id est, Genti ibidem habitanti.*

12 Vsque ad Odol. *id est, confusio, quæ sic nominatur ironice, sicut Michol dixit Dauid 2. Reg. 6. d.* Quam gloriosus fuit rex Israel hodie. *i. quam vilis. Posset etiam aliter dici, quia dictio Hebraica hic posita prout variè punctuatur signat gloriam & grauitatem: & in hoc secundo sensu est littera plana.* Vsque ad Odol. *quæ est de terminis Israel.*

Odolla.

13 Veniet. *grauitas, id est, destructio per aduersarios, ideo cōcludit propheta*

14 Decaluare & tondere, *in signum tristitiæ.*

15 Super filios deli. *id est, nutritos in delitiis.*

16 Dilata caluicium tuum sicut aquila. *cuius plumæ cadunt quando sunt nimis antiquæ.*

17 Quoniam captiui. *id est, cito ducentur in terram Assyriorum.*

☞ CAP.

ADDITIO.

In ca. 1. *Michææ vbi dicitur in Postilla.* Quia ecce dominus egredietur de loco suo. *Ista expositio de egressu domini, quam Postillator attribuit Ra. Sa. potius esset attribuenda glo. nostræ, quæ super illud verbum,* Egredietur de loco suo, *id est, de misericordia ad iudicium.*

Glossę nostræ deberi quod Postil. attribuit Ra. Sa.

CAPVT II.

A a Væ qui cogi. † THEODORETVS. Nam ne noctes quidem Israelitæ sine iniquitate traduxerunt, quin nocte malitiam præmeditantes, & hanc cogitatione depingentes, interdiu opera exequuti sunt.

Nullum tépus finunt Iudæi vacare à nequitia.

† REMIGIVS. Operantur malum in cubilibus, id est, disponunt male facere. Definitio autem voluntatis, pro effectu accipitur operis. Prosequitur propheta, exponens quæ sint illa quæ cogitant & agunt, & dicit,

B b † Concupierunt agr. Hæc quæ tum fiebant, etiam modo (quod est dolendum) à multis aguntur.

† RVPERTVS. Hos scriptura manifeste redarguit, dum dicit, Dixit Hieroboam in corde suo, Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, &c. Et excogitato consilio fecit duos vitulos, &c. quod nimis infeliciter ei & ceteris regibus Israel successit. Et concupierunt agros, &c. Quod talibus sit væ, vnus pro exemplo satis est, Achab rex Israel, qui concupiuit vineam Naboth, & quia noluit eam dare, calumniatus est eum cum vxore sua, &c.

3. Reg. 11. 12. &c. Consilium Hieroboam quod profectum est à prudentia carnali seu potius diabolica.

3. Reg. 21.

C c Ecce ego cogito, &c. † RVPERTVS in comment. Videmus ita factum, quia decem tribus iugum Assyriæ potestatis subierũt, de quo auferre colla sua nec potuerunt, nec possunt. Tribus autem Iuda in Babylonem ducta, de captiuitate quidem collum abstulit, sed rursum captiuantibus Romanis, collum suum iam erigere, vel superbi ambulare non possunt.

D d In die illa sumetur, &c. † RVPERTVS. IBID. Sicut mala operati sunt contra Dominum, sic mala captiuitatis perpetua sustinebunt, & in tantam venient angustiam, vt omnia eorũ cantica, & psalmi vertantur in luctum, nihilque aliud nouerit loqui populus, nisi hoc, Depopulatione vastati sumus, &c. Terram quippe

Gemitus Iudæorum sub iugo Romanæ seruitutis.

E repromissionis, quæ duabus & semis tribubus sorte diuisa fuerat trans Iordanem, nunc Romano mensore gentibus diuisa est, &c.

† THEODORETVS. His illatis cladibus, nõ modo vos lamentabuntur, qui vestras calamitates audient: sed etiam exẽpli causa de vobis aliis narrabunt. Ac vero inter vos dicetis: Pars populi dimensa est in funiculo, &c. Ergo illinc eiectus sum, & datam hereditatem non habeo: agros ad me pertinentes alij possidẽt.

Iudæi exẽplar ceteris miseriis calamitatis.

F

†† HIER. supra. Prima ab Assyriis Babyloniisq; captiuitas populi fuit: Secunda à Romanis quia dominum crucifixerunt, Tertia spiritualis qua vnusquisque nostrum cum Adam de paradiso cecidit, & in huius mundi captiuitate versatur.

Tres captiuitates.

e Quomodo recedet à me, &c. HIERON. Cuius virtute poterit repelli,

CAP. II.

a [O cœtus Iudæorum, væ erit vobis.] [a Opere impletis.]
¹ Væ qui cogitatis inutile, & operamini [a Et cubilia ad quiescendum data stupris polluitis.] [b Malum quod nocte tractatis, summo mane implere festinatis.] malum in cubilibus vestris: In luce ma- [a Ideo væ, quia vestra operatio contraria Deo est.] tutina faciunt illud, quoniam contra [a Ecce exponit per partes quod nocte cogitant, & die complent.] dominum est manus eorum. ² Et concu- [a Obliti paradisi.] [b Obliti domus non manufactæ in cælis.] [c Concupierunt.]

b pierunt agros, & violenter tulerunt, & domos rapuerunt, [a Prouectæ ætatis.] [Et non solum prouectiores sed & paruulos: qui propter ætatem erant digni misericordia, vastant.] & calumniabantur virum & domum eius, virum & heredi- [a Quia hæc cogitatis.]

c tatem eius. ³ Idcirco hæc dicit dominus: Ecce ego cogito [a Tribum malorum Iudæorum.] [b Pœnam grauem patientibus, qui ita premet ne possitis colla leuare.] super familiam istam malum, vnde non auferetis colla vestra, [Quos captiuitas presserit.] & non ambulabitis superbi: quoniam tempus pessimum est. [Dicetur.] [a Miseriæ vestræ vertentur in canticum.]

d ⁴ In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate dicẽtium: Depopulatione vastati sumus. [a Templum meum, quod in vobis & in aliis Gentibus habebam, mutabitur in ruinam.] [b Assyrius, vel Romanus.]

e Pars populi mei commutata est. Quomodo recedet à me, cũ [a Sibi forte distribuit.] [b O Familia Israel super quam cogito malum non habebis partem in hereditate sanctorum.] reuertatur qui regiones vestras diuidat? ⁵ Propter hoc non

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT II.

Væ qui cogitatis. Hic consequenter comminatur populo propter culpam auaritiæ. Et diuiditur in tres partes: quia primo ponitur pœna comminatio, secundo, prophetæ compassio, ibi, Vtinam, tertio, populi consolatio, ibi, Congregatione. Prima in duas: quia primo propheta ponit populi culpam, secundo, comminatur pœnam. ibi: Idcirco. Circa primum dicit,

Diuisio.

Lucrum iniuste acquisitum.

1 Væ qui cogitatis inutile. i. bona aliena rapere, quod est magis nociuum quam vtile: secundum illud Aug. Lucrum in arca, damnum in conscientia, tulit vestem, & perdidit fidem.
2 Et operamini. id est, operari dispositis: ideo subditur,
3 In luce matutina. exequendo in opere quod disposuerant de nocte: Et quid sit illud subditur.
4 Et concupierunt agros. scilicet alienos:
5 Et violenter tulerunt. fraudibus & violentiis.
6 Et calumniabantur. persequendo pauperes in personis & in bonis suis.
7 Idcirco hæc dicit. Hic consequenter prædicit pœnam, & secundo remouet falsam æstimationem, ibi, Ne loquamini. Circa primum dicitur, Idcirco. id est, propter dictam malitiam.
8 Ecce ego cogito super familiam. id est, super regnum x. tribuum.
9 Malum, scilicet pœnæ.
10 Vnde non, &c. quia erit graue quod non poteritis euadere.
11 Et non ambulabitis. scilicet, magis depressi & humiliati, vt captiui.
12 Quoniam tempus, scilicet, contra vos.
13 In die illa sumetur su. vos parabola, &c. id est, communis derisio.
14 Et cantabitur canticum. ab aduersariis vestris,
15 Dicentium. in persona vestra.
16 Depopulatione vastati. Theglathphalasar enim rex Assyriorum in parte deuastauit populum iiij. Reg. ideo subditur.
17 Pars populi mei, &c. quia captiuauit partem populi, quo facto recessit ad terram suam, eius vero filius Salmanasar captiuauit residuum, & adduxit Gentes extraneas ad possidendum illius regni terram 4. Reg. quod prædicens propheta dicit in persona populi sui,

Theglathphalasar dat initium captiuitatis Israel quam filius eius Salmanasar cõsummat.

18 Quomodo recedet à me, &c. quasi dicat quid valet mihi iste recessus.
19 Cum reuertatur. id est, cum citò sit reuersurus filius eius.
20 Qui regiones vestras diuidat? Gentibus alienis, ideo concludit propheta,
21 Propter hoc non erit. O Israel.

MORALITER.

† 1 Væ qui cogitatis. Michæas prophetauit contra personas magnas, cap. præced. hic prophetat contra communitatem populi dic. Væ qui. Isti sunt qui de nocte malitias contra proximos meditantur, & mane sequenti exequuntur. Et quæ sunt illa, subdit di.

De eis qui in cubili suo excogitant mala.

4 Et concupierunt. Propter quod subditur pœna, cum dicitur:
7 Idcirco hæc, &c. Ecce ego, &c. malum. scilicet pœnæ.
10 Vnde non. id est, non poteritis euadere.
† Sumetur su. vos parabola. id est, cantilena de vestra miseria.
† Cum suauitate, s. aduersariorum vestrorum de vestris miseriis gaudentium.
16 Depopulatione, &c. Hoc dicent in personis vestris. Et per istam deuastationem populi Israel temporalem, significatur deuastatio spiritualis populi Christiani, de qua gaudent spiritus maligni.

Diabolus gaudet de peccatis fidelium.

17 Pars populi, scilicet Christiani.
† Commutata est. s. à ciuitate Dei in ciuitatem diaboli: & hæc est pars peccatrix.
18 Quomodo recedet. Diabolus enim aliquando cessat à tentatione, vt sic homo confidat de sua securitate, & tunc diabolus rediens proiicit eum in hypocrisim, quæ est grauior culpa: quia sicut dicit Hier. Simulata sanctitas, duplex est iniquitas.
21 Propter hoc, id est, non habebis partem cum electis.

Quomodo diabolus inducat homines ad hypocrisim.

[...]lli, ne vastet meum populum, cum nec ego velim repellere propter peccata populi, nec alius possit?

a *Ne loquamini.* HIER. lib. 3. com. Et cum sitis ita captiuandi ô domus Iacob, nolite vos decipere, & ad consolationem mutuam dicere, Quia bonus est Deus, non immittet captiuitatem, quam timemus: nunquid spiritus domini, qui omnibus largus est, in nobis erit breuiatus & seuerus: aut taliter cogitare, vt homo qui furore percutit?

Hebræi nimis præsumunt de misericordia Dei.

† REMIGIVS. O domus Iacob, nolite nimium præsumere de misericordia Dei, & nolite dicere, quod adhuc multi dicunt, Deus bonus est & misericors, non veniet super nos malum captiuitatis quod timemus. Bonus sum vt dicitis, & verba mea clementiam sonant: sed ad eos qui recta via gradiuntur. Et vos non solùm non agitis rectè, sed contra me consurgitis, & tyrannico spiritu aduersâmini.

Qui se indignos per multa & magna facinora præstiterant.

b *Nonne verba, &c.* HIER. Bonus bonis, sed vobis non: quia quantum in vobis est, contra me insurrexistis, colendo idola, & infelicem populum spoliastis auxilio Dei, quasi protegente pallio: & simplices maiorum auctoritati credentes vertistis in bellum contra me, ideo stillabo super vos confusionem.

c *Desuper tunicam.* † RVPERT. Causas reddit, ex quibus conuincitur populus, quod in aduersarium consurrexerit. Igitur ô popule meus, si quæritis cur hæc dixerim, ecce dico vobis, quia *desuper tunicam pallium sustulistis*, id est, vosmetipsos semini Dauid ademistis, ab ipso recessistis, vt à me quoque recederetis, sicut & fecistis. Nam relicto altari & templo meo, spretis promissionibus seminis, quod est Christus, quæ dictæ sunt ad Dauid, vitulos aureos coluistis, & colere non destitistis. Hoc acturi, *qui transibant simpliciter*, id est, viros fortes, & quantum fortes, tantum simplices, bona fide & simplici corde cum Deo & hominibus ambulantes, *conuertistis ad bellum*, constituentes super vos regem Absalon aduersus patrem suum: & eo mortuo, rursus sequentes Seba filium Bochri, &c.

d *Mulieres populi.* HIER. li. 3. com. Nec solum hæc fecistis, sed etiam matronas olim delicatas captiuas ire fecistis. Vel per matronas, vrbes Iudæ metaphoricè captiuatæ intelliguntur.

† RVPERTVS in commen. Vel mulieres, homines infirmiores & pauperes intellige, quos eiecerunt de domo orationis, in qua inuocabatur nomen domini nimirum templo Hierosolymitano, tenere cogendo illud edictum Hieroboam, *Nolite vltra ascendere in Hierusalem, sed ite ad adorandum vitulum in Dan.* Ita eiiciendo mulieres, *à paruulis tulistis laudem meam in perpetuum*, id est, ignorantem & errantem multitudinem fecistis in malo perseuerare, vt numquam recederent à peccatis Hieroboam.

3. Reg. 12. Deuota plebs prohibita ascendere ad templum Domini.

e *Surgite.* HIER. supra. Mysticè iubemur non putare requiem in rebus mundi, & ire post dominû in paradisum: Quod si noluerimus, non inueniemus hic veram requiem, quia vbi Christus non lucet, non requies sed tribulatio est: & qui se hic voluptati applicant, graui contritione conterentur.

In mundo nulla est solida quies.

f *Vtinam.* HIER. IBID. Et quamuis dixi vobis imminentibus Babyloniis vel Romanis: Surgite & ite in captiuitatê, ne putetis quod gaudeam in annûtiatione horum malorum, vtinam de spiritu meo, qui falli posset, & non de spiritu Dei qui non mentitur, hoc prolatum esset, vt multitudo credens in filium Dei non traderetur æternæ captiuitati. Sed quia à spiritu Dei missus sum, prædico veritatem, stillo tibi sermonem, qui in modum vini te inebriat & corruere facit.

Quo spiritu loquatur Michæas?

g *Habens spiri.* IBID. Vbicumque in veteri vel nouo testamento *spiritus* sine additamento ponitur in bonam partem accipitur.

h *Congregatio.* IBID. Et ne putetis me esse vatem solummodo captiuitatis, quam per spiritum Dei prædico: sciatis me esse etiam vatem illorum bonorum, quæ per Christum in primo vel in secundo aduentu euentura sunt: Qui in me vos loquitur natus de virgine. Congregabo Iacob in vnam ecclesiam, in vnam fidem: & cum populo

Prædicit propheta primum vel secundum Christi aduentum.

a erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu domini. [6] Ne loquâmini loquentes: Non stillâbit super istos, non comprehendet confusio, [7] dicit domus Iacob. Numquid abbreuiatus est spiritus domini, aut tâles sunt cogitationes eius?

b Nónnê verba mea bona sunt cum eo qui rectè graditur? [8] Et econtrario, populus meus in aduersarium consurrexit. c Desuper tunicam pallium sustulistis, & eos qui transibant simpliciter d conuertistis in bellum. [9] Mulieres populi mei eiecistis de domo delitiarû suarum, à pâruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. e [10] Surgite & ite, quia non habetis hic requiem. Prôpter immunditiam eius corrumpetur putredine f pessima. [11] Vtinâm non essem vir habens spiritum & g mendacium potius loquerer. Stillabo tibi in vinû & in êbrie h tatem: & êrit super quê stillatur populus iste. [12] Côgregatione

Interlinear glosses: a Maledictus qui peccat in spê. b Istud. c Non de improuiso veniet captiuitas. d Per apertam violentiam. — a Captiuitatis. b Qui aliis largus in bonitate, vobis erit breuis. — a Quales hominum, qui antiquam retinent iram. — a Responsio domini contra præsumptionem eorum, bonus quidem sum, sed non malis, sed illis qui rectè gradiuntur. — a In populo meo cunctis, vel interfectis, vel captis, nullus erat qui caneret mea cantica. — Ergo. In captiuitatem. — a In hac terra, quæ propter scelera vestra polluta est, & ideo corrumpetur putredine pessima Babylonica vel Romana captiuitate in vltionem sanguinis Christi. — a Optarem & ipse anathema esse pro fratribus, vt inter pseudoprophetas solus peream non pereunte populo. — a Ex me stillante sermonem captiuitatis; iste populus velit nolit, sustinebit quæ dico.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mittens funiculum. *id est, habens hereditatem in promissionis terra: quia Gentes illuc adductæ manserunt ibi vsque post tempora Christi, vt frequenter supra dictum est.*

2 Ne loquamini. *Hic consequenter excludit falsam æstimationem populi, credentis se non expelli de terra, quæ erat sibi data à domino, dicens:* Ne loquamini loquen. *inter vos.*

Populus nô credidit se puniendum propter peccata.

3 Non stillabit. *i. pœna comminata à prophetis non cadet super nos.*

4 Numquid abbreuiatus. *Sic enim dicebant: Spiritus domini, id est, eius voluntas non est diminuta ad benefaciendum nobis, nec cogitat nobis facere quod dicant prophetæ: Et subditur responsio in persona Dei,*

5 Nonne verba mea bona sunt. *i. verba mea promissiua sunt & factiua boni illis qui incedunt via recta, & non malis hominibus: De quibus subditur,*

6 Et econtrar. pop. meus in aduersarium consur. *i. contra me, persequendo me in membris meis: ideo subditur,*

7 Desuper tunic. *Violenter & male ab impotentibus se defendere.*

8 Et eos qui transibant simpliciter. *sine culpa.*

9 Conuertistis in bellum, *inuadentes eos sine causa.*

10 Mulieres populi mei, *Interficiendo viros earum, cum quibus delectabiliter viuebant.*

11 A paruulis earum. *Quia orphani facti per vos, coguntur præ dolore clamare magis, quam laudare.*

12 Surgite & ite. *id est, de terra vestra cito ibitis in captiuitatem.*

13 Propter immunditiam. *ex peccatis supradictis.*

14 Corrumpetur putredine. *scilicet gens ista.*

15 Vtinam. *Hic consequenter ponitur prophetæ compassio propter malum populo suo superuenturum, dicentis:* Vtinam non essem vir hab. spiritum. *scilicet prophetiæ in malis, quæ prædixi.*

Prophetæ compassio propter malum populo suo superuenturum.

16 Et mendacium. *i. quod illa quæ dixi non euenirent. non tamen est sic.*

17 Stillabo tibi, *id est, pœnam venturam denuntiabo.*

18 In vinum, *id est, pœnæ abundantiam, quæ per potum frequenter designatur in scriptura, & potissime Ierem. xxv.* Accipere calicem, &c.

19 Et erit. *i. super populum istum Israel descendet pœna à me prædicta.*

20 Congregatione. *Hic consequenter ponitur populi consolatio, vt post*

MORALITER.

† 2 *Ne loquamini.* Ad litteram, Filij Israel mali, non credebant verbis prophetarum de sua punitione futura: & per istos significantur mali Christiani, qui prædicationes de pœnis inferni reputant fictiones, contra quos subditur,

De eis qui pœnas inferni putât fingi tantû à prædicatoribus.

4 *Numquid.* Loquens in sanctis suis q. d. non, sed tempore suo habebit effectum. Cetera patent vsque ibi:

8 *Qui transi. simpliciter. Et eos.* i. pacificè,

9 *Conuertistis.* eos iugulando.

10 *Mulieres pop.* id est, interfecistis viros earum.

11 *A paruulis.* quia me laudabant de bonis acquisitis iuste per patres eorum, ideo sequitur pœna cum dicitur:

12 *Surgite & ite.* s. cum diabolo & angelis eius. Sed quoniam bonus vir de peccatis dolet, quibus merentur sic damnari: ideo sequitur in persona viri boni,

Boni dolêt de peccatis malorum.

15 *Vtinam.* id est, vtinam malum quod video vel prædico super vos venturum, non veniret.

17 *Stillabo.* i. nuntiabo tibi ventura mala. 20 *Congregatio.* Istud

☞ pulo Gentium reliquias Israel in vno ouili copulabo, & tanta erit multitudo, quòd tumultuabuntur communi voce bonum pastorem laudantes, qui quasi dux itineris præcedet eos, planans eis quæque ardua: Quo præcedete & iter diuidente, transibit credulum pecus per eum qui est porta, & egredietur de mortalitate ad immortalitatem; & ipse qui est Pastor, vt rex & dominus transibit ante eos, & erit in capite eorum: Hæc omnia, vel de primo, vel de secundo aduentu possunt intelligi.

congregabo Iacob totum te, in vnum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum, quasi grege in ouili, quasi pecus in medio caulatum. Tumultuabuntur à multitudine hominum. Ascendet enim pandens iter ante eos. Diuidet & transibunt portam, & egredientur per eam. Et transibit rex eorum coram eis, & dominus in capite eorum.

a Sepiam muro firmissimo, vt ex duobus parietibus fiat vnum ouile. b In loco pascuæ, ibi me collocauit. a Tumultus, clamor est nimiæ multitudinis pari aspiratione emissus. a Ad paradisum. b Vt dux. c Proficiendo. d Idem pastor & porta. e Iam perfecti. a Sicut olim in columna ignis & nubis. b Reges eos in virga ferrea. c Aperiens eis. d Tamquam princeps.

NICOLAVS DE LIRA.

Ista littera expoui non potest de reditu captiuitatis Babylonicæ. ☞ *post vinum mortificatiuum infundatur oleum lenitiuum. Et exponunt aliqui partem istam de reditu captiuitatis Babylonicæ: Sed non videtur conuenienter dictum, quia dicitur hic,* Congregabo; *De captiuitate vero Babylonica redierunt tantum duæ tribus, & pauci de x. tribubus, qui euaserant manus regis Assyriorum, & postea habitauerunt in regno Iuda: & cum duabus tribubus captiuati fuerunt & redierunt, non tamen omnes; sed plures de istis, & de illis, remanserunt in Babylonia, detenti amore vxorum, quas ibi acceperant, & prolis quam genuerant, & bonorum temporalium quæ acquisierant. Præterea quia in fine dicitur,* Et transibit rex coram eis: *Redeuntes enim de captiuitate nō habuerunt regem ducem. Propter quod istud est referendum ad Christi tempus; Etiam exponunt aliqui de conuersione generali Iudæorum ad fidem circa finem mundi: Et potest ad hoc littera satis applicari. Videtur tamen mihi conuenientius exponi de congregatione patrum in limbo, & eorum eductione per Christum sic:* Congregatione congregabo Iacob totum. *Hoc dicitur eo modo loquendi, quo maiores ciuitatis dicuntur tota ciuitas, propter quod factum eorum dicitur factum totius ciuitatis. Et quia secundum veritatem soli electi dicuntur de domo Iacob numero & merito: & omnes isti fuerunt ibi congregati à principio mundi, vsque ad resurrectionem Christi.* *(Patres in limbo.)*

1 Pariter ponam illum quasi gregem in. *Quia erant ibi à Deo custoditi vsque ad tempus Christi, quo inde translati sunt ad gloriam.*

2 Tumultuab. à multi. homi. &c. *Per hanc tumultuationem non intelligitur aliqua commotio quieti contraria, sed per eam scilicet, designatur multitudo magna.* *(Tumultuatio multitudinem aliquando designat non commotionem.)*

3 Ascendet enim. *scilicet, ipse Christus: vnde dicit Ra. Sal. Ascendet enim, scilicet, Saluator eorum.*

4 Pandens iter. *Quia sua morte aperuit cælum.*

5 Diuidet, *scilicet, existentes in inferno, quia electis inde eductis reprobi remanserunt: ideo subditur;*

6 Et transi. portam. *scilicet, inferni, inde egrediendo.*

7 Et transi. rex. *id est, dominus Iesus verus homo & verus Deus, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum: Amen.*

MORALITER.

† vsque ad finem in capitu. exponunt aliqui de prosperitate in reditu captiuitatis Babylonicæ: Ego autem exposui litteraliter de bonis spiritualibus in aduentu primo Christi, propter quod expositio mea non solum litteralis, sed etiam spiritualis est respectu aliarum, nec occurrit conuenientior mihi hic ponenda.

ADDITIO I.

In cap. 2. vbi dicitur in postil. Ne loquamini, Hic consequenter, &c. *Vbi nos habemus,* Ne loquamini loquentes, &c. *in Hebræo habetur sic,* Ne loquamini loquuntur, non stillabit super istos, nec comprehendet confusio, *& ibi est finis versus, & sequitur alius versus sic,* Numquid dicit domui Iacob: Numquid abbreuiatus est spiritus domini, &c. *Et est sensus, quod illi de populo prohibebant prophetas veros ne prophetarent, vt patet supra Amos 7. c. de quo dicit propheta:* Ne loquamini, loquuntur, *id est, isti rebelles loquuntur prophetis,* Ne loquamini. *Quam prohibitionem fundabant in duobus, Primo in comminatione, dicendo, quod qui prophetaret super istos, apprehenderet confusionem: & de hoc dicit,* Non stillabit super istos, *id est, non prophetabit, & sic non apprehendet, scilicet, prophetantem confusio: Et à sensu contrario, qui stillaret super illos, confunderetur. Secundo fundabant prohibitionem suam præsumendo de bonitate diuina, de quo dicit,* Numquid dicit domui Iacob: Numquid abbreuiatus est spiritus domini, &c. *quasi dicerent vt inglo.* Qui aliis largus est in bonitate, nūquid nobis erit breuis? *Ad quod respondet propheta in persona Dei, Nonne verba mea bona sunt? & sic non sunt dimittenda propter comminationes. Nec est dicendus spiritus domini abbreuiatus esse, quia largitas bonitatis diuinæ est cum bonis: & ideo cum dixisset,* Verba mea sunt bona; *subdit,* cum eo qui recte gradietur. *(Homines mali prohibentes Prophetas annuntiare populo cōminationes Dei.)*

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in post. Vtinam. Hic consequenter ponitur prophetæ compassio. *Vbi nos habemus,* Vtinam. *In Hebr. habetur quædam dictio vno modo significans idem quod vtinam; & alio modo significat idem quod* si. *Vnde in Ps. vbi dicitur* si populus meus audisset me, *loco illius* si, *ponitur eadem dictio sicut hic Et secundum hanc significationem, scilicet, vtinam sensus talis videtur esse. Dicebat enim propheta illis, qui eum nitebantur prohibere ab actu prophetandi, vt eis ostenderet, quod erat propheta verus & non falsus: quod si ipse esset vir non habens spiritum, scilicet Dei, sed mēdacium potius loqueretur: tunc prophetaret pro aliquo lucro, seu delectatione, de quo dicit,* Stillabo tibi, *id est, prophetabo tibi,* In vinum & ebrietatem: *id est, propter aliquod lucrum delectabile; quia pseudopropheta propter ista consueuerant prophetare: ideo subdit,* Et erit super quem stillabitur populus iste. *vbi in Hebræo sic habetur,* Et er. stillator po. ist. *q. d. talis stillator, scilicet, in vinum & ebrietatem erit pertinens stillator populo isto, scilicet, qui mendacia potius volunt audire quàm vera. Consequenter propheta ostendit se non solum esse prænuntiatorem malorum, sed etiam bonorum vbi oportebat. ideo subdit, congregatione, &c. Exponatur vt in Postilla.* *(Pseudoprophetæ cuius rei gratia futura prædicerent.)*

CAPVT III.

CAP. III. a ET *dixit: Audite principes.* HIER. in comm. Qui Deum a præuium non vultis sequi, nec vocem meā audire: audite comminationem hanc, scilicet, quòd non estis digni scire iudicium Dei, quod est abyssus multa, nec praua mens vestra penetrat profundam eius iustitiam. *(Prophetat contra principes.)*

IBID. Sub metaphora leonis, vel latronis, crudelitas principum Israel describitur.

ET dixit: Audite principes Iacob & duces domus Israel: Numquid non vestrum est scire iudicium,

a Qui annuntiaui Deum quasi regem & dominum ante suos præcessurum, annuntio etiam malos propter crudelitatem suam non exauditurum.

Sæuitia iudicum in subiectos describitur & crudelitas.

† RVPERT. in com. Primum hoc animaduertendum, quia lebes & olla in hoc differūt, quod lebes os latum habet superius, olla colli angustias habens, ventre dilatatur; & de lebete quidem bulliente difficile quid manu educitur, de olla vero difficilius: vtramque ergo angustiam infelicium hic intelligimus, quarum causa, illi, id est, principes & duces extiterunt, scilicet, & eam quam à Romanis feruentissima ☞ obsi- *(Lebes Olla.)*

Sæui-

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT III.

1 ET dixit: Audite. *Hic consequenter propheta comminatur pœnam propter peccata maiorum, & primo specialiter; secundo magis generaliter, ibi,* Verumtamen. *Prima in duas, quia primo ponitur comminatio propter culpam principum; secundo propter culpam pseudoprophetarum, ibi,* Hæc dicit. *Circa primum dicitur,* *(Diuisio.)*

2 Audite principes Iacob. *id est, totius populi Israel,*

3 Numquid non ve. est scire iudi. *quasi dicat, ad hoc tenemini, qui habetis officium iudicandi.*

☞ Qui

MORALITER.

1 *Et di. Audite.* Postquam propheta arguit vulgarium peccata, hic consequenter arguit peccata maiorum populi Israel, per quos significantur maiores Christianorum. Et primo arguuntur principes, cum dicitur, *Audite.* Sequitur,

3 *Numquid non.* q. d. scire debetis non solum speculatiue, sed etiam practice: & tamen contrarium est verum; ideo sequitur, *(Arguuntur principes.)*

† Qui

obsidione, & eam, quam à malignis spiritibus perpessuri erant gehennali igne. Duplici namque (iuxta prophetam) contritione conterendi erant, quod & Psalmista clarius distinguens, *Tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.* Et de Romana quidem obsidione, quasi de lebete, nonnulli, quamuis difficile, superfuerunt: de gehennæ autem angustiis, quasi de ollę interioribus, vt euadant difficilius, imo omnino impossibile est; multum dissimilia, quinimo & valde contraria sunt.

Iudæi duplici contritione contriti.

Numquid non est verum. † HIER. in com. Id est, non meremini Dei scire iudiciū, quod est abyssus multa; & profundum iustitiæ eius mens praua non inuenit. Aut, quomodo potestis scire iudicium Dei, qui odistis bonū & quæritis malum? qui detestamini sanctos pauperes, & honoratis diuites peccatores? Simulq; consideremus verborum significantiam: bona non amare peccati est: quanti sceleris etiam odisse? & è contrario mala non fugere vitij est: quantæ impietatis est etiam diligentes inquirere?

Qui sint digni vt ab eorum oculis abscondantur Dei iudicia.

a *Qui.* IBID. Nota verborum significantiam: Bona nō amare, & mala non fugere vitium est, quanto magis odisse bonum & amare malum?

illis, qui vel nolunt credere, vel munera dare, minantur vindictam prælij diuini. Ideo, ô hæretici, qui mentimini vos habere prophetiam, & imitamini ecclesiam: vbi æstimatis esse visionem, ibi erit nox; & vbi tractatis vaticinium prophetale, ibi eloquetur spiritus immundus; quia occidet supra huiusmodi prophetas sol iustitiæ: & videbūt tenebras suas, & confundentur. Cūque magis diuini quā prophetę probati fuerint, ridebunt eos populi decepti.

Hæretici detecti & confusi.

d *Propterea nox.* IBID. Vbi putatis visionem esse: & vbi iactatis vaticinium prophetale, ibi loquitur spiritus immundus: nec habet lumen, sed tenebras & errorem.

Iam dæmones non habebunt potestatem, vt eos sua fraude decipiant, muta erunt oracula, tacebit spiritus immundus, & illudere non audebit.

e *Verumtamen e.* IBID. Hucusq; contra pseudoprophetas: nunc de seipso propheta supponit. Illi loquentes falsa confusi silebunt: ego vero, qui per spiritum sanctum loquor iudicium, & virtutem Dei annuntio; & cum alij mordeant & prædicent pacem, ego absque timore annuntio Iacob scelus, & Israel peccatum suum.

Prophetæ Dei auctoritas.

[2] qui odio habetis bonum, & diligitis malum? qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum? [3] Qui comederunt carnē populi mei, & pellem eorū desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ. [4] Tunc clamabunt ad dominum, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis. [5] Hæc dicit dominus, super prophetas qui seducunt populum meum: qui mordēt dentibus suis, & prædicant pacē. Et si quis non dederit in ore eorum quidpiam, sanctificant super eum prælium. [6] Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebrę vobis pro diuinatione. Et occumbet sol super prophetas & obtenebrabitur super eos dies. [7] Et confundentur qui vident visiones, & confundentur diuini. Et operient vultus suos omnes, quia non est responsum Dei. [8] Verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini iudicio & virtute, vt annuntiem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. [9] Audite hæc prin-

(Interlinear: ¶ Non. ¶ Exteriora. ¶ Interiora. a ¶ Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. b ¶ Quæ cito corrumpitur. c ¶ Opera, vestem animæ. a ¶ Quod forte & durabile, virtutes. a ¶ Et sic miserabiliter plebem in medio Ierusalem affligunt. ¶ Diabolo. a ¶ In die captiuitatis per Nabuchodonosor, vel per Romanos, clamabunt: sera pœnitentia. b ¶ Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. ¶ Promittendo pacem. ¶ Nuntiando iram. a ¶ Affirmant prophetali auctoritate. a ¶ Veritas. b ¶ Huiusmodi. a ¶ Cum res contraria promissioni eorum euenerit, quia tunc apparebit quòd non fuit responsum Dei in eis. ¶ Robore. a ¶ Nemo ambigit, Ierusalem, pro sceleribus hic descriptis, fuisse subuersam. a ¶ Quod pro Deo idola coluerunt, vel Dei filium crucifixerunt.)

b *Qui violenter.* IBID. Qui spoliatis pauperes & interficitis, & carnes eorum, & ossa conteritis.

IBID. Sicut non sufficit illis spoliare subiectos, sed & corpora duro imperio affligunt, & ossa conterunt, vt quidquid in eis forte & decorum erat, in feruenti olla contereretur, quam rex Assyrius succendit, tradentes diabolo & angelis eius gregem sibi commissum: sic cùm venerit dies vltionis, non audientur à domino, qui rogantes noluerunt audire, & qui auerrunt faciem à paupere, faciem Dei auersam sentient; qui non fuerunt reges, sed tyranni; nec præpositi, sed leones; nec magistri, sed lupi ouium.

Qui non audiunt clamorem pauperum ipsi clamabunt & non exaudientur.

c *Hæc dicit.* IBID. Hucusque contra malos principes: sequens sermo est contra pseudoprophetas & doctores, quia pollicendo scientiam, & adulando, seducunt populum.

IBID. Fuerunt pseudoprophetæ in Israel, qui propter dona pacem nuntiabant: & nihil dantibus, iram Dei venturam.

Hæretici sunt pseudoprophetæ non missi à Deo: qui populum, quondam Dei, seducunt & comedunt, vel munera accipiendo, vel occidendo animas, & promittunt pacem cælestis beatitudinis, dicentes, Non oportet vt contineas, habe fidem, & promissa Dei consequeris. Et si quis non dederit in ore eorum, illis,

Hæreticorū prædicatio de sola fide.

scelus, & Israel peccatum suum.

f *Audite.* IBID. Prius distinctè malis iudicibus, & post pseudoprophetis comminatus est, nunc generaliter arguit & iudices, & pseudoprophetas, & sacerdotes, & eos qui Dei notitiam se habere pollicebantur, propter quorum scelera Sion vt ager aranda est, Ierusalem vt aceruus lapidum ruitura, mons templi in excelsa syluarum futurus.

IBID. ALLEGORIC. Nisi doctores ecclesiæ seruauerint cor suum, vt in causis non iudicent secundum personas: abominantur iudicium, & recta peruertunt. Possunt hæc etiam intelligi de his, qui scripturas prauis interpretationibus deprauant. Hi ædificant Sion in sanguinibus: quia non idoneos ordinant ad regimen ecclesiarum, quorum doctrina & vita scandalizatur ecclesia subditorum; & cùm debeant esse os domini ad populum, voces domini venditant; & de columbis in templo mercantur; qui videntur sibi prophetæ esse sed quia pecuniam accipiunt, prophetia eorum facta est diuinatio, quæ in diuinis scripturis semper in malam partem accipitur. Isti tamen in domino seminare præsumunt, nec visuros mala: sed tamen causā eorum, locus quondam pacis impletur ruinis, & templum Dei in habitaculum bestiarum conuertetur.

De malis qui consecuti sunt ministeriū in Ecclesia quo abutuntur.

HIER.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui odio habe. bon. *& sic potestate data vobis à Deo abutimini,*
2 Qui violenter tol. pel. *bona populi rapiendo.*
3 Et car. *in personis affligendo.*
4 Qui comede. *Per comestionem, excoriationem, & ossium confractionem & conscissionem in lebete, dantur intelligi varij modi & exquisiti populum affligendi.*
5 Tunc clama. ad do. *cum ab aduersariis affligentur:*
6 Et non exaudiet, &c. Iudicium enim sine misericordia fiet ei qui non miseretur.
7 Hæc di. *Hic consequenter ponitur comminatio propter culpam pseudoprophetarum, cum dicitur,*
8 Qui mordent. *detrahendo veris prophetis.*
9 Et prædicant, *id est, denuntiant prospera illis, qui dant eis munera, aliis autem aduersa.*
10 Prop. nox. *id est, obscuritas ignorantiæ.*
11 Et tenebræ. *s. tribulationis & angustiæ.*
12 Et oc. *i. omnis cognitio veritatis, & claritas prophetalis deficiet eis.*
13 Quia nō est responsum. *s. verbum eorum, sed magis ab eis confictum.*
14 Ve. *Hic comminatur propter peccata omnium maiorum generaliter dicens,*
15 Ergo reple. *id est, spiritus Dei, qui dedit mihi constantiam ad arguendum vitia maiorum patenter: ideo subditur,*

Au-

MORALITER.

† 1 *Qui odio habetis.* Et patet sententia: Et sequitur cum dicitur: 5 *Tunc clama.* in afflictione sua. 6 *Et non ex.* secundum illud Prouer. 21. b. *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis: & ipse clamabit, & non exaudietur.* 7 *Hæc di.* Hic loquitur contra prophetas falsos veteris testamenti, per quos significantur falsi prædicatores noui, qui seducūt populum peccata diuitum excusantes propter quæstum, qui *mordent dentibus* suis diffamantes eos qui non tribuunt eis, & *prædicant pacem* malis propter suam beneficentiam: ideo subditur pœna, cum dicitur, 10 *Propt.* id est, inferni pœnæ tenebrosæ, † *Et conf.* extrema confusione. Et mutatur hic modus loquendi de secunda persona ad tertiam. 14 *Verumta.* Hic arguit propheta communiter omnes maiores, per quem significatur prædicator constans, ideo dicitur: *Verumtamen*, ad arguendum constanter peccata maiorum. ideo subditur: † *Vt annuntiem.* potenti superbo qui calcat: Iacob enim supplantator interpretatur. † *Et Is.* i. clero superbo, quoniam isti frequenter constituuntur iudices in foro sęculari & ecclesiastico; ideo subditur, *Audite*, Sequitur,

Prædicatores mali.

Prædicator constans.

† Qu

HIER. in com. Non debent ministri ecclesiæ propter pecuniam sua officia administrare: Nec tamen prohibetur, quod ex officio suo debetur, accipere ad necessitatem, non ad luxuriam, alioqui culpa eorum in fine, quando refrigescet charitas, & fides rara erit, vbi quondam erant amplæ domus, & absque numero aceruí frugum, ibi parua vix erit casula, seruans speciem ciborum refectionem animæ non habentium.

Matt.14.b. Officiales potestatem habent accipiendi vnde viuat non vnde luxurietur.

†† HIER. IBID. Permittitur tibi ô sacerdos vt viuas de altari, non vt luxuries. Ideo Apostolus habens victum vestimentumque contentus est: nocte & die laborat manibus suis, ne cui grauis sit. Si autem gratulatur in quibusdam epistolis, & mittentium munera beneuolentiam Dei appellat: non tam sibi congregat, quam pauperibus sanctorum qui erant in Ierusalem, qui primum in Christum crediderant de Iudæis, & proiecti à parentibus, cognatis & affinibus suis, tam possessiones, quam vniuersam supellectilem suam perdiderant.

*Eze.22.f. Sopho.3.a. 1.q.1.c.iudico, 35. dist. cap. ecclesiæ princi. *Ignominiose sumeret sacerdoti affluere deliciis, epulis, atque lasciuiis.*

a *Et super*. IBID. Non intelligentes mala sua, quasi sceleribus redimerent ciuitatem Dei, se esse Dei ministros iactabant dicentes: Deus est in medio nostri, & non venient super nos mala.

Iactantia vana ciuitatis sacerdotij.

b *Propter hoc causa vestri*. IBID. Verba huius prophetiæ videmus completa, & aspectus verum esse probat, Pro sceleribus prædictis, templo destructo, & domo Iudæorum deserta, angelis etiam à sua sede recedentibus, promonte destructo, mons Dei eleuatus est.

Interitus sacerdotij Iudaici cum templo. *Iere.26.f. *Supr.1.b.

a ¶ Episcopi, presbyteri, diaconi. b ¶ Ecclesiæ. c ¶ Duarum tribuum. d ¶ Decem tribus.
¶ Non solum hoc facitis, sed etiam falsa iudicatis, scripturas deprauatis.
b ¶ Nec saltem parua iustitia remanet in ciuitate.
a ¶ Cæde innocentum, morte Christi, & apostolorum. ¶ Rapinis pauperum.
a ¶ Si quis de principibus iudicare videbatur quod rectum erat, magis vendebant sententiam.
b ¶ Quia non nisi accepto pretio docebant populum.
a ¶ Nec responsa Dei, nisi pro mercede, proferebant. b ¶ Qui prophetare debebant.
a ¶ Quia non egistis pœnitentiam, & populus vitia vestra secutus est, sed maxime pro effusione sanguinis domini.
b ¶ A Romanis hostili aratro diuidetur.
a ¶ In tumulos saxorum vertetur. b ¶ Templum quondam nobile in cineres comminutum; erit habitatio ferarum.

[1] cipes domus Iacob, & iudices domus Israël: qui abomi-[2]namini iudicium, & omnia recta peruertitis. [10] Qui ædifica-[3]tis Sion in sanguinibus & Ierusalem in iniquitate. * [11] Prin-[4]cipes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in [5] mercede docebant. Et prophetæ eius in pecunia diuinabant, [6] [7] & super dominum requiescebant, dicentes: Numquid non [8] dominus in medio nostrûm? Non venient super nos mala. [12] Propter hoc causa vestri Siō quasi ager arabitur & Ierusa-[9][10]lē * quasi aceruus lapidū erit, & mons tēpli in excelsa syluarū. [11]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Audi. hæc princi. *qui habetis superiorem potestatem in temporalibus*,
2 Et iudi. *iustitiam in omnibus peruertentes*.
3 Qui ædifica. Sion in sangui. *id est, de substantia & sanguine innocentum, condemnantes eos ad mortem, vt habeatis bona eorum*.
4 Principes eius in mu. *i. pro muneribus iniustam sententiam proferebant*.
5 Et sacerdotes eius in mer. &c. *Qui tamen ex officio tenebantur docere legem liberaliter*.
6 Et prophetæ eius, &c. *i. pro pecunia mendacia confingebant*.
7 Et super do. requiesceb. *i. à domino requiem promittebant*.
8 Dicentes: Numquid non do. *q. d. Veraciter Deus est in vobis, & ideo non habetis timere ab aduersariis*.
9 Propter hoc, causa vestri. *qui falsa promittitis*.
10 Sion quasi ager. *i. sic erit destructa, quod poterit arari propter defectum habitantium, quia propter promissa falsorū prophetarum Sedechias rebellauit regi Babylonis, & ex hoc sequuta est destructio templi & ciuitatis 4. Re. vl.*
11 Et mons templi. *quia in locis destructis & derelictis longo tempore solent fruteta crescere: tempus verò captiuitatis durauit 52. annis, secundum minorem computationem: in tanto tempore potuerunt bene crescere syluæ*.

MORALITER.

†† *Qui abomi. iudicium*. id est, executionem iustitiæ.
3 *Qui ædifica*. Per Sion ecclesia, per Ierusalem metropolim regalis curia significatur.
5 *Et super dom. requies*. promittentes diuinam protectionem, falso tamen.
9 *Propter*. Ad litteram: Propter peccata maiorum populi Iudaici, Ierusalem fuit destructa: & similiter propter peccata maiorum populi Christiani, ecclesia spiritualiter pro magna parte destructa est, & etiam corporaliter multum diminuta: nam in Aphrica & in Iudæa pauci valde remanserunt Christiani: vt dicitur, in Armenia sunt diminuti.

Ecclesia imminuta propter peccata maiorum.

CAP. IV.

CAPVT IV.

*Isai.2.a. Vocatio gentium

a *Et erit in no*. † RVPERTVS. Manifesta hæc de plenitudine gētium prophetia, quæ intrat dum cœcitas contigit in Israel, dum sicut in isto supra scriptum est, *Nox illis pro visione est, & tenebræ pro diminutione*. Et occumbet sol super prophetas, & obtenebratus

reprobatis Iudæis.

¶ Vndecima hora, quando ad conducendum operarios Saluator venit.
¶ In fine sæculorum, id est, tempore gratiæ.
a ¶ Alias manifestus, qui ante occultus.
b ¶ Non solum in montibus, sed super vertices montium Moyses & prophetæ qui de Deo vaticinati sunt.

[1] *Et erit in nouissimo dierum mons domus do-[1]mini præparatus in vertice montium, & subli-[2]

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT IV.

ET erit in nouissimo, &c. *Hæc est pars secunda principalis, in qua propheta principaliter denuntiat consolatoria, maximè verò consolatorium erat Christi mysterium, & ideo propheta primo describit huius beneficij magnitudinem, secundo, iuxta hoc arguit malorum ingratitudinem, cap. 6. prima in duas, quia primo describit propheta conditionem corporis, secundo capitis cap. seq. Corpus autem mysticum Christi est ecclesia, cuius primo describit conditionem, secundo tyrannorum persecutionem*, Nunc quære. *Circa primum sciendum, quod pars ista ab Hebræis & Latinis exponitur de tempore Christi, varie tamen, Quia Iudæi dicunt adhuc Christum venturum, nos autem dicimus tempus sui aduentus præteritum. Et ad confirmationem sui erroris accipiunt Iudæi aliqua argumenta ex hoc loco. Primo quia dicitur hic,*

Diuisio

1 Et erit, &c. *Tempus verò Iesu Nazareni non fuit nouissimum, vt patet, quia post eius mortem fluxerunt multi anni: ergo Iesus Nazarenus non fuit Christus, sed adhuc expectatur venturus. Item quia subditur*, Et erit mons domus domi. *Quod non est adhuc factum, quia mons Sion non est in aliquo eleuatus, & sunt multi montes illo altiores. Item quia sequitur*. Et concident gla. *Et sequitur*, Et discent; *Post vero tempus Iesu Nazareni fuerunt bella grauia, & potissime in Iudæa quando per Romanos fuit destructa. ergo, &c. Ista vero argumenta & aliqua alia solui, Isa. 2. vbi consimilis littera ponitur: potest tamen aliquid repeti. Ad primum dicendum, quod tempus nouæ legis dicitur* nouissimum, *quia non succedet ei alia lex, sicut successit legi Mosaicæ: & secundum hoc dicitur Ioan. 2. c.* Nouissima hora est. *Item Genes. 49. a.* Congregamini, vt annuntiem vobis quæ ventura sunt in nouissimis diebus. *Et tamen secundum Hebræos sunt impleta diu, s. ab ingressu terræ promissionis sub Iosue pro maiori parte, vt ibidem fuit dictum. Secundum soluitur etiam per dictum Ra. Sa. qui dicit, quod illa eleuatio non est intelligenda corporaliter, sed quia debeant ibi fieri mirabilia: Quod fuit adimpletum quando Christus Deus & homo fuit ibi præsentatus in templo, Ibi etiam postea prædicauit, & multa fecit mirabilia suæ diuinitatis ostensiua, Ibi etiam super apostolos spiritum sanctum misit in signo visibili, quod fuit mirabile maximum. Ad tertium patebit infra. Igitur exponatur hæc littera de promotione ecclesiæ, sicut & fuit exposita. Isa. 2. a.* Et erit in nouissimo dierum, *id est tempore gratiæ, quod est nouissimum, vt dictum est*,
2 Mons do. domi. præpa. in verti. mon. *per mirabilia ibi facta, maiora quàm alibi, vt dictum est*.

Argumenta quæ Iudæi ex hac littera desumunt vt probent nondum venisse Christum.

Sol. 1. Tempus nouæ legis cur dicatur nouissimū.

Sol. 2. Eleuatio mōtis Sion tempore Christi quomodo sit intelligenda.

Sol. 3.

MORALITER.

1 *Et erit in nouissimo*. Capitulum istud, & quintum litteraliter exposui de profectu ecclesiæ sub eius capite domino nostro Iesu Christo, propter quod hæc expositio non solum litteralis est, sed etiam spiritualis: & ideo ad alia pertranseo. Et quia non occurrit mihi alia conuenientior hic ponenda.

tas est super eos dies: & propterea Hierusalem redacta in aceruum A lapidum, qui ex iis gladio superfuerant, captiui ducti sunt in omnes gentes, & ipsæ quidem gentes, quarum salus prænunciatur, manifestis nominibus exprimuntur, dicendo, *& fluent ad eum populi, &c.*

Hier. in com. Omnia scripta prophetarum ad comparationē prophetiæ de aduentu Saluatoris humilia sunt, nec vsq; ad verticem montium pertingentia. Ad cōuersationem enim Christi vniuersa vita hominum comparata campi dicuntur & valles.

Ex prophetiis præclariores sunt quæ de Christi loquuntur aduentu.

† Theod. in com. Lex euangelica, cùm ab Ierusalem veluti à fonte quopiam incepisset, per omnem terrarum orbem peruagata est, cum fide accedentibus B irrigationem adferens. Tum etiam videas in mediis vrbibus, & pagis, & agris, locisque desertis ædes sacras exædificatas, magnitudine & pulchritudine præcellentes, vt ipsis montibus editissimis insigniores sint & magis conspicuæ: Templa dæmonum in eis olim ædificata funditus deleta sunt: Dei vero templa & multitudine & pulchritudine ad similitudinem propius syderibus cæli accedunt.

Elegantia ædium sacrarum à Christianis exstructarū.

Soph. 3. d.

dotalis ordo sic & gladios & lanceas concidit, vt ne saltem manibus attrectare licitum sit? Non sic erant antequam innotuisset iste mons domus Domini. D

Arma tractare sacerdoti nefas. Exod. 32. Num. 25.

† Ivstin. Martyr. Dialogo cum Triphone. Nos Christiani ex gentibus per prædicationem Apostolorum Iesu, profectorum à Ierosolymis, pietate cognita ad Deū Israel confugimus: & omissis bellis ac mutuis cędibus, pro se quisque arma bellica vertimus in ferramenta rustica, recusis gladiis in vomeres, & lanceis in falces, vt colamus religionem, iustitiam, charitatem, fidem, spemque in patrem crucifixi, &c.

Mititas Christiana.

Hier. in com. per fidem Christi ira effrænata & conuicia deponuntur, vt ponat E quisque manum suam ad aratrū, nec respiciat post tergum: vt confractis iaculis cōtumeliarum, mittat spiritualem fructū. Nemo pugnet contra alium, quia legitur *Beati pacifici*, Nemo pugnet subuertere auditores, quia tempus plantādi est. Sedet *vir sub vinea*, vt premat vinum *quod lætificat cor hominis*: & *sub ficu*, vt inde dulcia poma spiritussancti decerpat. Ante natiuitatem Christi totus orbis plenus erat sanguine: Roma etiam ciuilibus bellis dilacerabatur. Postquam vero ad imperium Christi singulare imperium Roma sortita est, Apostolorum itineri peruius factus est orbis, apertæ sunt eis portæ vrbium, & ad prædicationem vnius Dei singulare imperium constitutum est.

Luc. 9. 8.

Pax Christiana.

Matth. 5. a.

Psal. 103. b.

De imperio Romano & regno Christi.

a ❡ Qui apparuit in forma serui super omne nomen exaltabitur. b ❡ In morem fluuiorum multæ turbæ congregabuntur Iudæorum. c ❡ Credere in eum.

mis super colles. Et fluent ad eum populi, [2] & properabunt [1]

a ❡ De omni natione quæ sub cælo est. b ❡ Ad vexillum patibuli mutuo se prouocantes. c ❡ Ascensione opus est, vt quis ad Christum valeat peruenire.

a Gentes multæ, & dicent: Venite ascendamus ad montem

a ❡ Ecclesiam Saluatoris. b ❡ Ego sum via.

domini, & ad domum Dei Iacob. Et docebit nos de viis [2]

a ❡ Credemus in Christum per apostolos. b ❡ Ad Gentes. c ❡ Spiritualis.

suis, & ibimus in semitis eius. Quia de Sion egredietur lex, [3] [4]

a ❡ Sermo prædicationis. b ❡ Pater omne iudicium dedit filio. c ❡ Iudæos, qui salute digni, vel indigni.

& verbum domini de Ierusalem. [3] Et iudicabit inter populos [5]

a ❡ Non iudicabit, sed comprehendet sapientes in astutia eorum, & cognoscet cogitationes sapientium, quia vanæ sunt.

multos, & corripiet Gentes fortes vsque in longin-

a ❡ In eius aduentu omne studium bellandi conferetur ad pacem.

b quum. Et concident gladios suos in vomeres, & ha- [6]

stas suas in ligones. Non sumet Gens aduersus Gentem

a ❡ Nemo pugnandi necessitate pugnare discet. b ❡ Tanta erit requies, vt non solum in vrbibus, sed etiam in viculis & agris quisque securus fiat.

gladium, & non discent vltra belligerare. [4] Et sedebit vir [7]

subtus vineam suam, & subtus ficum suam, & non erit [8]

a ❡ Et hoc fiet. b ❡ Cuius verba sunt vera; cuius dicere est facere.

qui deterreat: quia os domini exercituum locutum est. [5] quia

Omnibus nationibus euntibus in suum errorem, nos ad montem, qui est Deus, ascendamus.

omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei [9] [10]

sui, nos autem ambulabimus in nomine domini Dei no- [11]

❡ Qua lucebit sol iustitiæ.

c stri in æternum & vltra.* [6] In die illa dicit dominus, congre- [12] [13]

a *Venite ascendamus ad montem.* Hier. supra. Ideo ascendamus, vt C doceat, vel per angelos præsidentes ecclesiæ vel per scripturas.

† Idem. Ibid. Opus est ascensione, si velimus ad Christum peruenire. Domus Iacob est ecclesia columna & firmamentum veritatis. Quare autem veniant, addunt, *Docebit nos*, per Doctores, & pastores qui præsident ecclesiæ, quos Ioannes angelos vocat: siue per scripturas, quæ ostendunt viam Domini, id est, Christum qui dicit, *Ego sum via, &c. Et ambulabimus in semitis eius*, id est, sequemur & imitabimur Apostolos, qui sunt semitæ eius per quos credimus in Christum, *Quia de Sion*, hoc est, de primitiua ecclesia, *exibit lex*, spiritualis, hoc est, prædicatio Euangelica ad Gentes, *Et Verbum Domini*, hoc est filius patris, *de Ierusalem*, de Iudæa, ex qua carnem assumpsit. *Et iudicabit populos multos*, quia pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, *Et corripiet gentes, &c.* hoc est, populum & sapientes sæculi. Iudicat autem populos, discernendo qui sint salutione digni, & qui indigni.

1. Tim. 3. Apoc. 1. 2. 3.

Ioan. 14.

Ioan. 5.

b *Et concident.* † Rvpert. in comment. Nonne istud coruscante Euangelio Christi, passim per populos & gentes factum esse legimus, dum viri prius inquieti & bellicosi, depositis armis, & ipso habitu immutato, insignia ferunt euangelicæ pacis, alij ad cœnobialem, alij ad Eremiticam vitam conuersi? Nonne & sacerdotalis

Qualem pacem attulerit mūdo Euangelium.

c *In die illa.* Hæc vera sunt de primitiua ecclesia Iudæorum, de F qua Apostoli, per quos vna die quinque millia, & alia die tria millia, & postea multa millia crediderunt.

Act. 2. g. Ibid. 4. b.

† Theodoretvs in com. Si Iudæorum regnum in Sion permansisset, & assidue æterna Dei procuratione curarentur, iure hanc sibi prophetiam arriperent. Sin autem extinctum est, longissimeque habitantes ab Ierusalem seruiunt in extremis terris, Dei procuratione denudati, ne amplius nugas suas nobis proferant, veritatisque doctores veritati patrocinentur. Contritam autem & eiectam, animas pietati seruientes vocat, propter quas vnigenitum Dei, Verbum carnis assumptione in terris visum, cum hominibus versarum est. Horum testis ad Iudæos verba faciens, *Non est opus medico valentibus, &c. Non veni vocare iustos, sed peccatores, &c.* Idcirco publicanum, & meretricem, & latronem congregans, & eorum mores in melius mutans, Ecclesiam constituit, cui imperat ex hoc nunc & vsque in sæculum. Possunt hæc de anima humana intelligi, quæ ante aduentum Christi quasi erronea ouis va-

Iudæorum captiuitas ostendit illos à Deo esse derelictos.

Matth. 7. Mar. 2.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et fluent ad eum po. &c. *Quod videmus impletum per orbem in conuersione gentium.*

2 Et docebit nos de viis suis, *quantum ad præcepta:*

3 Et ibimus in se. *quantum ad consilia Euangelica.*

4 Quia de Sion egre. lex, &c. *De Ierusalem enim processerunt apostoli, aliique discipuli, ad prædicandum per orbem fidem Christi, Act. 1.*

5 Et iudicabit inter po. mul. *iudicio discretionis, aliquos vocando ad fidem & gratiam, aliis omissis suo iusto iudicio, licet nobis occulto.*

Iudicium discretionis.

6 Et concident gladios suos in vomeres, &c. *Christus enim fuit natus tempore maximæ pacis: propter quod tunc fuit descriptus vniuersus orbis, Lu. 2. Et durauit illa pax per longum tempus, propter quod in multis partibus plura arma bellica, quæ pro tunc non erant necessaria, conuersa fuerunt in instrumenta agriculturæ apta.*

Pax orbis cū natus est Christus.

7 Et non discent vltra belligerare. *Istud vltra, non importat semper perpetuitatem à parte post: sed aliquando tempus determinatum, & aliquando non multum longum, sicut, 4. Reg. 6. e.* Et non venerunt vltra latrones Syriæ in terram Israel. *s. tempore illius regis & Elisæi: tamen postea multoties venerunt.*

De vi sy vltra.

8 Et sedebit vir subtus vi. su. &c. *id est habebit pacem & securitatem. Et hoc impletum est in ecclesia à tempore Constantini & beati Siluestri.*

9 Quia omnes po. *à fide Christi alieni.*

10 Ambulabunt vnus. in no. Dei sui. *quia per longum tempus post mortem Christi diuersæ Gentes diuersa idola coluerunt.*

11 Nos autem ambulabimus in nomine domini, &c. *scilicet Iesu Christi.*

12 In æt. & vl. *id est, vltra omnem mensuram, quantumcumque longam.*

13 In die illa. *id est, tempore gratiæ, quod dicitur dies, ad Ro. 13. d.* Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

riis erroribus & vitiis seruierat, sed diu attrita, tandem humeris pij pastoris ad montem pristinum est relata.

a *Et tu turris gregis.* HIER. in com. Dicto, quòd per aduentũ Christi credentes tam de Iudæis quam de Gentibus in ecclesia congregandi & saluandi sunt; supponit, quòd propter excæcationem infidelium, Iudæorum templum, & tota Ierusalem erat destruenda: Et sub figura captiuitatis, quæ per Babylonios ventura erat, loquitur de destructione facta per Romanos.

Captiuitas Iudæorum Romana.

IBID. *Vinea domini domus Israel est*, in qua ædificata est *turris & torcular*, i. auxilia angelorum. Ad hãc turrim venit Christus, qui prima potestas eius fuit, tempore Patriarcharum; sub quo veniente in carne, fuerunt Apostoli secunda potestas vineæ: Venit autem hæc potestas, vt in ea credentes faceret in regnum.

Christus & eius Apostoli.

Quidam per *turrim tenebrosam*, & *filiam Ierusalem*, intelligunt cælestem Ierusalem, quæ tamdiu squalet, quamdiu filij eius non reducuntur ad eam, nec habet consiliarium, sed dolores parturientis, dum tot filios suos videt interfici.

† THEODORETVS in com. Ita etiam mirificus Isaias Hierusalem nominat cùm dicit, *Plantaui vineam Sorech, & turrim plantaui in medio eius*, templum sic appellans, per quod custodire vineam arbitrabatur. Hanc Michæas turrim caliginosam & squalidam vocat, propter habitantium impietatem. Nam cum legibus Dei reipublicæ temperatæ nitorem inquinarunt, iniquitatem veluti squalentem & sordidam domum quamdam introduxerũt: hisque præterea minatur Babyloniorũ exercitum, quorum gubernacula statim vt Nabuchodonosor suscepit, bellum mouit, tertio anno Ioacim. Quare illud regnum appellauit primum regnũ: quia simul atque rex factus est Nabuchodonosor, bellũ intulit. Deinde per simulationem interrogat,

Isa. 5.

Circa sui regni primordia mouit Nabuchodonosor bellum contra Iudæos.

b *Et nunc quare mærore contraheris.* IBID. Quare in discrimen fortunarũ venisti, præsertim cùm in consilio haberes, qui quod opus esset, inuenire possent, & regem huius rei causa à me expetisses, vt pro te belli pericula susciperet, quem statim vt petiuisti dedi tibi? Condisce igitur, consiliariorum tuorũ prudentiam, & regnum regum nihil tibi auxiliaturum. Ergo vt mulier vicina ad pariendum dolores suscipe, & perinde, vt illa, impendentia mala conspiciens, te dolorum aculeis vexa. Hac vrbe te expelli oportet; atque cùm abduceris hinc, inter faciendum iter, vt casus feret, diuersari oportet in agris, item diutissime habitare in regione Babylonica, longoque post tempore libertatem assequi, & in patriam redire.

Rex, sub quo optimè suam rem pub. habituram putabat Iudæi, nihil ipsis ad salutem prodest.

a Dole

---

a ¶ Ad vnum Deum, ad vnam fidem. b ¶ Quæ male ambulauerat, cuius pes scandalizatus fuerat abscisus. c ¶ Cui dederam libellum repudij.

[1] gabo claudicantem & eam quam eieceram colligam: & quam [2][3]

a ¶ Variis captiuitatibus. ¶ Vel tradideram diabolo & angelis eius. b ¶ Non dixit, ponam claudicantem totam saluam, sed in reliquias, vt reliquiæ & electio salua fiant.

afflixeram consolabor.[4] Et ponam claudicantem in reliquias, [5]

a ¶ Sub iugo legis vel peccati. b ¶ Quam nec gladius, nec tormenta separant à charitate Christi.

& eam quæ laborauerat in gentem robustam. [6] Et regnabit [7]

a ¶ Multas Gentes, & reliquias claudicantes. b ¶ In ecclesia, in specula virtutum.

dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc, & vsque in [8][9]

a ¶ A præsenti sæculo vsque in futurum. b ¶ Quondam munimentum gregis, nunc es tenebrosa, ex quo coloni interfecerunt filium patrisfamilias. c ¶ Quæ turris es filiæ Sion. Vel, vt Symmachus refert, ipsa est filia Sion, & vsque ad hanc veniet Deus, vel potestas prima, quæ potestas est regnum filiæ Sion.

a æternum. [8] Et tu turris gregis nebulosa filiæ Sion vsque ad te [10][11]

¶ Scilicet.

veniet, & veniet potestas prima regnum filiæ Ierusalem. [12][13]

a ¶ Et cùm ad te veniat dominus, & prima potestas & regnum. b ¶ Cùm hæc omnia habeas, tuo vitio nec regis nec consiliarij mereris auxilium.

b [9] Nunc quare mœrore contraheris? Numquid rex non est [14][15]

a ¶ Rex & magni consilij angelus Saluator, qui periit pro populo non credente.

tibi? aut consiliarius tuus periit? quia comprehendit te dolor [16][17]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Congregabo claudi. *id est, Gentilitatem, quæ distorte incesserat per idololatriam.*

2 Et eam quam eieceram, *quia legem non dederat Gentilibus, nec prophetas, & sic quodammodo eos eiecerat.*

Claudicatio gentis Iudaicæ.

3 Colligam, *in ouile ecclesiæ per apostolorum prædicationem. Videtur tamen quod melius exponatur hæc littera de gente Iudaica quantum ad illam partem, quæ adhæsit Christo, cum dicitur,* Congregabo claudican. *id est, gentem Iudaicam, quæ dicitur claudicans ab antiquo 3. Regum 28. d.* Vsquequo claudicatis in duas partes? *Et similiter in aduentu Christi claudicauit, quia aliqui adhærebant sibi sicut vero redemptori: alij autem reputabant eum deceptorem, vt patet ex decursu Euangelij.* Et eam quam eieceram, *dimittendo errare per diuersa vitia,* Colligam, *intra Christi ecclesiam;*

4 Et quam afflixeram, *scilicet per Chaldæos, & Græcos, & Romanos,* Consolabor.

5 Et ponam claudicantem in reliquias, *quia pauci de Iudæis adhæserunt Christo, respectu adhærentium aliorum.*

Primi credentes.

6 Et eam quæ laborauerat, *Hoc dicitur de primis credentibus, qui cum Christo fuerunt in labore & afflictione, & post mortem eius, vt patet in Actibus apostolorum in pluribus locis.*

7 In gentem robustam, *quia tolerabant afflictiones & tormenta, non solum patienter, sed etiam gaudenter, Act. v. g.* Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Ecclesia dicitur mons Sion.

8 Et regnabit dominus super eos in mon. Sion. *id est, in ecclesia, quæ dicitur mons Sion, eo quod ibi Christus fidem Catholicam prædicauit, & spiritum sanctum super apostolos misit.*

9 Ex hoc nunc & vsque in æter. *quia statui ecclesiæ militantis succedet status ecclesiæ triumphantis, cuius non erit finis.*

10 Et tu turris gregis. *id est, templum, quod erat factum ad modum turris. Et dicitur* gregis, *quia in atrio, iuxta templum, immolabantur greges in altari holocaustorum.*

Periphrasis templi.

11 Nebulosa filiæ Sion, *Ex nebula fumi consurgente de holocaustis, quæ totaliter incendebantur ad honorem diuinum.*

12 Vsque ad te veniet. *id est, redemptor. Quod impletum fuit, quando ibi oblatus fuit & prædicauit. Et subditur conditio venientis, cum dicitur,*

13 Et veniet potestas prima. *ratione suæ deitatis.*

14 Nunc quare, *Hic consequenter ponitur ecclesiæ persequutio. Sciendum tamen, quod aliqui residuum huius capituli vsque ibi,* Nunc vastaberis, *exponunt de deductione Iudæorum in Babylonem & reductione. Et littera satis potest applicari vsque ibi:* Surge & tritura. *Sed vltra non potest bene applicari: quia redeuntes de captiuitate Babylonica numquam habuerunt talem potestatem qualis hic describitur: sed semper fuerunt sub seruitute primo Persarum & Mædorum, secundo Græcorum, tertio Romanorum; propter quod Ra. Sa. exponit hanc litteram de tempore Christi, dicens, quod in aduentu Messiæ, Iudæi erunt in maxima potestate, & subiicientur eis omnes reges terræ. Litteram vero præcedentem exponit de captiuitate Babylonica, & eius reductione, sicut & præcedentes. Quod autem sequitur:* Nunc vastaberis, &c. *exponit de destructione Babylonis per Cyrum & Darium. Alij autem exponunt de vastatione Iudææ per Sennacherib tempore Ezechiæ. Istas autẽ expositiones non prosequor, quia videntur mihi distorta: propter quod saluo meliori iudicio, videtur mihi, quod hic primo ponitur persequutio ecclesiæ: & secundo Synagogæ, ibi,* Nunc vastaberis. *Et licet istæ duæ persequutiones fuerint eodem tempore, saltem pro parte: fines tamen contrarios habuerunt, quia ex persecutione, ecclesia mirabiliter creuit; Ex persecutione enim eius, quæ facta est sub Stephano primo martyre, dispersi fuerunt fideles de Ierusalem per varias regiones, prædicando fidem Catholicam, Act. 8. Synagoga verò ex persequutione sua defecit: quia captiuitatis Iudæis per Romanos, cessauerunt legis sacrificia & oblationes, & similia, quæ non possunt ab eis offerri extra terram promissionis. Primo igitur agitur, de persequutione ecclesiæ, cùm dicitur:* Nunc quare mœrore con. *Hoc dicitur quantum ad debiliores fideles, qui in persequutione facta sub Stephano, fuerunt in afflictione & mœrore, Actuum 8.*

De quo debeat exponi residuum huius cap.

Ex persecutione creuit Ecclesia, defecit vero Synagoga.

15 Numquid rex non est tibi. *q. d. immo, Christus assistens tibi in pressuris, secundum quod dixit Matt. vlt. d.* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.

16 Aut consi. tuus, &c. *q. d. Non, quia spiritus sanctus docebit te de omnibus.*

17 Quia comprehendit te dolor. *Primò in Iudæa de persequutione Iudæorum, & postea in aliis partibus ex persequutione tyrannorum.*

12 Vsque | Quia

a *Dole & sa.* HIER. in com. Occiso Christo, putauit Israel se obtinere imperium: sed vastatus est repente, nec imminentem potuit fugere captiuitatem.

IBID. MORALITER. Animæ pro peccato de ecclesia pulsæ in interitum carnis dicitur à medico: Exi de ciuitate in monte sita, & habita in campo, vbi Assyrij vagantur, & erubesce pro vitiis, donec recorderis abundantiæ quæ est in domo patris, & ab eo suscipiaris, qui te redimet de manu durissimi domini.

Quid videatur Deus dicere animæ post carnem abeunti.

b *Et nunc congregatæ.* † IDEM. IBID. O Ierusalem, cui prædico captiuitatem imminentem, interim donec illa veniant, iam congregati sunt super te, qui quasi de adultera muliere loquuntur & dicunt, *Lapidetur, & aspiciat in Sion oculus noster*, hoc est, contra Sion, vt insultemus, & gaudeamus in malis eius. Et hoc dicunt, *quia non cognouerunt cogitationes Domini*, qui ideo fecit illos congregari, vt tu ab illis conteraris, quasi fœnum & stipula areæ.

Quid hostes imminentes Ierusalem?

† THEODOR. in com. Congregat Dominus impios, non cogens, neque violenter vrgens, sed appetitibus concedens, & libero arbitrio cedens.

HIER. in comment. Contra filiam Sion, id est, ecclesiam, multæ nationes dæmonum congregantur, & insultant in morte filiorum eius, in quo ignorant Dei consilium. Si enim cognouissent, dominum maiestatis, nec in membris, nec in se crucifixissent. Cōgregabit autem eos Deus quasi fœnum areæ, vt omnia spinosa & aspera vngulis conterat, & cornibus ventilet, & frumētum purum remanens Deo offerat donaria.

1. Cor. 2. b.

Punitio insultantium Ecclesiæ.

c *Ipsi autem non.* IBID. Dicunt Iudæi tempore Christi sui, omnes nationes Iudæis seruituras, & ipsum Romanum imperium vngulis suis & cornibus conterendum.

Qualia tempora fingāt sibi Iudæi sub suo Messia.

d *Tritura.* IBID. Ventila & contere populos cornibus ferreis, quæ tibi me dare spōdeo; & vngulis æreis quas à me accipies.

Apo. 2. b.

e *Et comminues populos multos.* IBID. Legimus in libro Numeri, & Iesu Naue, & primo libro Regum, quòd deuictis Gentibus, & ipsas & pecora & spolia eorum victores consecrauerunt.

a ¶ Dolores patienter feras, & vt puniantur peccata in te: vade captiua & nuda vsque ad Babylonem, donec per manum Zorobabel redimat te Deus de manu Chaldæorum.

a sicut parturientē? [10] Dole & satage filia Sion quasi parturiēs: [1] quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & [2] venies vsque ad Babylonem. [3] Ibi liberaberis, ibi redimet te

a ¶ O Filia Sion, vsque in Babylonem venies & inde redimeris; sed nunc interim dum teneris captiua, congregabuntur Gentes super te.

b dominus de manu inimicorum tuorum. [11] [4] Et nūnc congregatæ sunt super te Gentes multæ, [5] quæ dicūnt, lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster.

a ¶ Loquuntur de te quasi de adultera, delectetur videns pœnam illius.

c [12] [6] Ipsi autē non cognouerunt cogitationes domini, & nōn intellexerunt consilium eius:

a ¶ Quod ideo aduersum te congregauit Deus nationes, vt tu conteras eas sicut fœnum areæ.

¶ Alias manipulos. ¶ Ergo.

d [7] * quia congregauit eos quasi fœnum areæ. [13] [8] Surge & tritura filia Sion, [9] quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas. [10] Et comminues populos multos, & [11] e interficies domino rāpinas eorum, [12] & fortitudinem eorum domino vniuersæ terræ.

a ¶ Ipsos, & omnem prædam quam rapuerunt, occidet domino, quia tali sacrificio delectatur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia nunc egredieris de ciuitate, *id est, de Ierusalem. Quia sicut dictum est in persequutione sancti Stephani, fideles pro maiori parte exierunt de Ierusalem, & dispersi sunt per regiones prædicando.*

2 Et venies vsque ad Babylo. *Et non loquitur ibi de Babylone, quæ est in terra Chaldæorum, quæ iam erat subuersa & inhabitabilis: sed de Babylone quæ est in Aegypto, in qua fuit fides Christi publicata per Matthæum apostolū, in cuius sorte venit Aegyptus, vt dicit Hier. in libro illustrium virorum. Vel per Babylonem hic intelligitur Roma, sicut j. Petr. v. d.* Salutat vos ecclesia quæ est in Babylone collecta, *id est, Roma, secundum quod dicit Hier. & omnes expositores, in qua publicatum fuit euangelium per apostolos Petrum & Paulum.*

Babylon in Aegypto.

Roma dicta Babylon.

3 Ibi liberaberis, &c. *A persecutoribus tuis. Quod fuit impletum tempore Constantini.*

4 Et nunc congregatæ sunt super te Gentes multæ. *persequentes ecclesiam, primò in Iudæa, vt patet Actuum 8. & pluribus aliis locis, postea per totum orbem per tyrannos, nitentes extinguere fidem Catholicam. ideo subditur,*

5 Quæ dicunt, lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster, &c. *Sed quia (sicut dictum est) in persecutione maxime creuit fides Catholica, quod fuit figuratum Exo. j. in filiis Israel, qui quanto magis opprimebantur, tanto magis multiplicabantur & crescebant; ideo subditur,*

Sustinendo persecutionem creuit Ecclesia.

6 Ipsi autem non cognouerunt cogitationes domini. *Quia tyrannorum persecutionem conuertit in ecclesiæ augmentationem per contrarium: sicut venditionem Ioseph in eius dominium Gen. xxxvij. ideo subditur,*

7 Quia congrega. &c. *tibi subiiciendo. Quia principes qui persequebantur fidem Catholicam, submiserunt colla sua iugo Christi, vt patet de Constantino, & de aliis principibus per orbem; ideo subditur,*

8 Surge & tri. &c. *id est, ecclesia, subiice tibi colla Gentium.*

9 Quia cor. &c. *id est, dabo tibi virtutem prædicandi constanter fidem, & confirmandi per miracula, ita quod multitudo Gentium subiicietur tibi contrita potestate diaboli.*

10 Commin. *inducendo eos ad veram contritionem suorum peccatorum.*

11 Et int. *In Heb. habetur,* Et sanctificabis: *quia bona temporalia conuersorum ad fidem, sunt diuino cultui applicata in pluribus locis per orbem. Et quia talia bona dicuntur amortizata, ideo translatio nostra habet, interficies.*

Domini sæculares de suis bonis ministrātes Ecclesiæ.

12 Et for. e. do. v. t. *id est, Christo, cui subiecta est Gentium fortitudo.*

CAP. V.

a *NVnc vastaberis.* HIER. in com. Cum plenitudo Gentium intrauerit, & omnis Israel saluus fiet: tunc habebis cornu ferreum & vngulas æreas, & comminuta dæmonum multitudine, offeres Deo quidquid ante possederant: sed nunc interim pro tuis meritis vastaberis.

Rom. 11. d.

† REMIG. Promiseram tibi, inquit propheta, quod comminueres omnes gentes, quæ aduersum te congregatæ erant: sed hoc nō modò fiet, pro demeritis tuis. Quod autem sequitur, *Obsidionem posuerunt super nos*; vox est Dei patris ad filium, & ad spiritum sanctum, qua manifeste ostenditur Trinitas personarum. Obsidionem posuerunt Iudæi super filium Dei, quando ei insidiabantur dicentes, *Magister, scimus quia verax es, &c.* Quasi enim obsidebant, qui capere cogitabant: sed quia iniuria

Sanctissima Trinitas.

CAP. V.

a ¶ Non mea, quia contra me repugnasti, sed diaboli, ad prædandum semper accincti.
¶ Ideo vastaberis, quia filij tui.

a NVnc vastaberis filia lātronis. [1] Obsidionem posuerunt super nos, [2] [3] in virgā percutient [4] maxillam iu- [5]

a ¶ Alienigenæ non de genere Israel.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT V.

NVnc vastab. *Hic consequenter describitur persequutio synagogæ per Romanos, in vltionem mortis Christi: Lu. xix. In qua quidem persequutione defecit, quia destructo templo & Iudæa, Iudæi partim trucidati & captiuati sunt: & sic cessauerunt legalia. Et quia hoc fuit satis cito post persequutionem ecclesiæ in Iudæa, de qua dictum est in parte præcedenti: ideo dicitur,*

Iudæorum exterminiū per Romanos.

1 Nunc va. i. *Gens Iudaica; vnde & dominus Matt. xxj. b. dixit de templo, quod erat in Ierusalem:* Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum.

2 Obsi. po. *id est, ponent: quia loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*

3 Su. i. *Iudæos. in quorum persona loquitur propheta quia erat de Gente illa.*

4 In virga percutient, *Scilicet Romani.*

5 Maxillam iu. i. *ita viliter tractabunt & affligent personas in statu dignitatis existentes, sicut garciones. Vnde & Titus sacerdotes, qui erant* in

A iuria filij, iniuria est patris, & spiritus sancti, idcirco dicitur in plurali *super nos*.

Contumelia fuit Trinitatis, quando, facientibus Iudæis, Romani percusserunt caput iudicis Israel, dicendo, *Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* Vel quando vnus de ministris percussit maxillam, dicens: *Sic respondes pontifici?*

Matt.26.g. Christus contumeliis & verberibus affectus. Ioan.18. *Matt.2.a.

a ¶ Vbi natus est panis vitæ.

a dicis Israel.[2] * Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & e- b gressus eius ab initio à diebus æternitatis.[3] Propter hoc dabit eos vsque ad tempus in quo parturiēs pariet. Et reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel.[4] Et stabit, & pascet in c fortitudine domini, in sublimitate nominis domini Dei sui.

a ¶ Vel habitabunt, subaudi in ecclesia.

d Et conuertentur, quia nunc magnificabitur vsq; ad terminos

a *Et tu Bet.* IBID. Nominato iudice Israel, determinat locum natiuitatis eius: & quod homo Deus sit futurus. Matthęus hoc testimonium ponit, secundum hoc quòd scribæ in lectione scripturarum diligentes responderunt Herodi. Bethleem Ephrata in tribu Iuda est, est & alia Bethleem in Galgala sita. *Bethleem*, i. domus panis, quæ vocaris Ephrata. i. videns furorem Herodianæ cædis, si compararis vrbibus Iuda, in quo sunt tot millia, paruus viculus es: sed tamen ex te egredietur dominator Israel, qui etsi secundum carnem de Dauid est, de me tamen natus est ante sæcula: & temporum conditor tempore non tenetur, sed egres. eius est ab ini. à die. æterni. quia in principio erat verbum apud Deum.

B Duæ Bethleem.

† REMIGIVS. Hic loquitur propheta ex persona Dei patris promittentis incarnationem filij sui & designantis locum natiuitatis eius. *Et tu Bethleem* quæ ante vocabaris Ephrata, intantum minima, vt comparata millibus Iuda, vix paruus nidus habearis: ex hoc paruulo egredietur Christus, qui sit dominator in Israel.

Christus natus in Bethleem. C

† IVSTIN. martyr Dialog. cum Tryph. Iudæo. Herodes rex didicit è senioribus populi vestri Iudaici, in Bethlehem nasciturum polliceri prophetiam his verbis, *Et tu Bethleem*.

† TERTVLLIANVS l. aduer. Iudæ. cap. 12. Quamuis ex temporibus Danielis prædicantis probauerimus, iam venisse Christum, qui nuntiabatur; Nasci enim eum oportuit in Bethlehem Iudæ: Sic enim scriptum est in propheta, *Et tu Bethlehem non minima es in ducibus Iuda, &c.*

† BERNAR. serm. 1. vig. nat. Dom. O Bethleem parua, sed iam magnificata à Domino: magnificauit te, qui factus est in te paruus ex magno. Lætare Bethlehē, & per omnes vicos tuos festiuum hodie Halleluia cantetur. Quæ tibi ciuitas, si audeat, non inuideat, pretiosissimum illud stabulum, & illius præsepij gloriam? In vniuersa siquidem terra iam celebre est nomen tuum, & beatam te dicunt omnes generationes, Vbique gloriosa dicuntur de te ciuitas Dei, vbique psallitur quia homo natus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus.

Encomion vrbis Bethleem.

D

† THEOD. in com. Iudæi nostri temporis hoc ad Zorobabel accommodare attentarunt, sed *egressus eius* non est à *diebus sæculi*, cùm [1] post captiuitatem, in [2] Babylone natus sit, atque [3] à loco nomen du- [4] xerit. [5] Veteres autem [6] Iudæi multis annis [7] post Zorobabel ab [8] Herode interrogati, [9] vbi nasceretur Chri- [10] stus, hoc ei testimo- [11] nium attulerunt. Hinc [12] patet quam peruersè [13] Iudæi nostræ memo- [14] riæ sensum propheti- [15] cum interpretentur.

Iudæi moderni multo nequiores in scripturis corrumpendis quàm patres ipsorum.

E

[18] † ATHAN. serm. de cruce & passione Domini. Ecce iam olim de Domino pronuntiata, & multis retro temporibus dicta, nunc in Euangeliis videmus adimpleta. Isaias enim prophetauit, ex innuba muliere nasciturum Emmanuel, qui nunc ex Maria virgine natus, & Deum se probans, prophetica verba adimpleuit. Michæas quoque locum, vbi nasciturus esset, iam antea præfiniuit: & ipse Dominus Bethleem in præsepe repositus, prophetæ verbum verum esse declarauit.

Isa.7. Probatur ex Isaia & Michæa Christū venisse.

b *Propter hoc*. HIER. in com. quia de Bethleem secundum carnem natus est Christus, cuius egressus secundum diuinitatem est ab initio sæculi, semper per prophetas loquendo: ideo dabit, id est, permittet regnare Iudæos vsque ad tempus, quo Gentilitas diu sterilis, excæcatis Iudæis parere cœperit, *& cum plenitudo Gentium intrauerit*, tunc ad prædicationem Eliæ reliquiæ Israel conuertentur ad prophetarum & patriarcharum.

Rom.11. F

IBID. Aliter. Dabit dominus templum Ierosolymam & Iudæos vsque ad tempus quo virgo pariet, in cuius natiuitate excæcatis Iudæis, reliquiæ, i. apostoli, conuertentur ad fidem prophetarum & Patriarcharum.

c *Et sta.* IBID. Egresso Christo à summitate cælorum, reliquiis fratrum conuersis ad filios Israel, tunc dominus, qui prius ambulabat, non habens fixum gradum in hominibus firmiter stabit, & pascet suos in fortitudine sua, sicut Deus, & in sublimitate nominis patris sui, vnde, *Ego seruabam eos in nomine tuo*.

Ioan.17.b.

d *Et conuertentur, quia nunc magni.* ad ecclesiam Dei, quia magnificabitur Christus vsque ad extremum terræ: vnde, *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

Psal.18.a.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

in populo principales, capta ciuitate iussit occidi: vt dicit Iosephus libro de Iudaico bello.

1 Et tu Beth. *Hic incipit capitulum in Hebræo: in quo postquam propheta denuntiauerat ecclesiæ promotionem: hic consequenter denuntiat capitis conditionem. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur conditio Christi: secundo adhærentium sibi, ibi:* Propter hoc. *Conditio enim Christi est: quod in vna persona est Deus verus ab æterno & homo in tempore: hoc enim est sibi singulare. Primo igitur exprimitur eius humanitas ex loco natiuitatis, cum dicitur,* Et tu Bethleem. *i. alio nomine sic nominata, vt habetur Gen. xxxv.*

Diuisio. Christus Deus & homo.

2 Paruulus es, *s. locus.*

3 In milli. *i. respectu populi tui in dignitate & multitudine: quia inde fuit tribus regia: inde enim fuit natus Dauid. j. Regum xvj. Et quia nobilitas ciuitatis magis consistit in populo, quàm in spatio. ideo Matth. ij. a. allegauit auctoritatem istam sic:* Et tu Bethleem terra Iuda: nequaquam minima es in principibus Iuda.

Nobilitas vrbis Bethleem.

4 Ex te mihi egre. qui sit domi. in Israel. *Gloss. Ra. Sa. i. Messias filius Dauid. Et hoc idem dixerunt sacerdotes & legisperiti ab Herode requisiti, vbi Christus nasceretur: Matth. ij. a. dicentes:* In Bethleem Iudæ: Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethleem. *Ex quo patet quod aliqui Catholici exponentes hanc scripturam de Ezechia rege, magis Iudaizant quàm Hebræi, & cum hoc diuertunt ab intentione Euangelij. Consequenter exprimitur Christi diuinitas, cum dicitur:*

Christus in ea natus.

5 Et egressus eius, *i. emanatio,*

6 Ab initio. *i. à patre: qui est principium filij.*

7 A diebus æter. *quia hæc emanatio æterna: semper enim nascitur filius à patre, & semper natus est.*

8 Prop. hoc. *Hic consequenter agitur de adhærentibus Christo, quorum primo ponitur profectus; secundo, proficiendi modus, ibi:* Et erunt reliquiæ. *Prima in duas, quia primò ostenditur propositum, secundò remouetur dubium ibi:* Et erit iste. *Circa primum ponitur continuatio ad prædicta. Dictum est enim, quod Christus secundum humanam naturam fuit de Bethleem, & sic Iudæus, & legem seruauit, & propter hoc voluit deferre populo & legi: quia quamuis in morte eius lex cessauerit, quantum ad efficaciam, tamen ad tempus potuit seruari, vt synagoga cum honore duceretur ad sepulchrum, vt dicit Aug. Similiter quamuis populus Iudaicus quantum ad incredulos esset morte dignus propter mortem Christi: tamen ista punitio fuit dilata vsque ad annum xlij. in quo destructa fuit ciuitas & templum, & populus captiuatus per exercitum Romanorum: & hoc est quod dicitur:* Propter hoc. *i. propter assumptionem humanæ naturæ de Iudæis, & honorabili terminatione legis.*

Diuisio.

Honorifica Synagogæ sepultura.

9 Dabit eos, *id est, permittet Iudæos habitare in Ierusalem & Iudæa,*

10 Vsque ad tempus, *i. vsque ad tempus publicationis Euangelij: in quo per orbem nati sunt ecclesiæ filij. Et hoc fuit impletum etiam tempore apostolorum: sicut declaratum fuit supra, Amos ix. & diffusius super illud Ps. xviij. a.* In omnem terram exiuit sonus eorum. *Illud fuit tempus xlij. annorum prædictorum: in quo publicatum fuit Euangelium & synagoga ducta ad sepulchrum. Et quia pauci comparatiue de Iudæis fidem receperunt: ideo sequitur,*

Deus non statim pœnam occidit Christi de Iudæis sumpsit.

11 Et reliquiæ. *i. pauci comparatiue.*

12 Fratrum eius: *i. Iudæorum qui dicuntur fratres Christi, quia fuit ex eis secundum carnem.*

13 Conuer. ad, &c. *i. ad fidem xij. Patriarcharum: qui fuerunt filij Iacob, alio nomine dicti Israel: Vel ad xij. apostolos, qui dicuntur filij Israel, i. Christi videntis Deum in humanitate ab instanti conceptionis: quia vocati ab eo fuerunt præ ceteris tempore & dignitate, & quia ad litteram fuerunt de populo Israel.*

12. Patriarchæ. 12. Apostoli.

14 Et stabit, *Christi ecclesia quantumcunque persecutionibus fuerit concussa.*

15 Et pascet. *filios suos fidei doctrina.*

16 In fortitudine domini. *i. miraculis confirmata Mar. vlt.* Prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis: *quæ non possunt fieri nisi virtute diuina.*

Miracula fidem confirmantia.

17 In sublimitate nominis domini Dei sui, &c. *i. Iesu Christi, in cuius nomine in primitiua ecclesia communiter fiebant miracula sua deitatis ostensiua. Et quia de Gentilibus plures fuerunt conuersi per orbem vniuersum, ideo subditur,*

18 Et conuertentur, quia nunc magnificabitur. *s. nomen Christi,* Vsque ad terminos terræ.

Et

a *Et erit iste.* † THEODOR. in com. Cùm vero longis temporibus hæc futura essent: à rebus, quæ paulò post ea tempora acciderunt, prædictionis futurorum fidem facit. Vt ergo inquit noscatis, quam veracissima vaticinia mea sint, eorum pignus habete præsentia quæ deinceps narro.

† *Et erit hæc pax, Assyrius, &c.* IBID. Id est, Hæc itaque habete à me pignora rerũ, quas futuras prędico, quod bellum vobis inferentem Assyrium perdã, & pacem vobis altissimam faciam. Cùm ascenderit super regionem vestram, dabo vobis pacem, præter omnem humanam spem.

Propheta vnam prædictionem de longinquo confirmat per aliã de vicino.

HIER. in com. Et iste Christus erit pax nobis, cum Assyrius, id est, diabolus arguens, superuenerit in terrã nostram, id est, in carnem, & quando, sicut superbus, calcauerit in domibus, id est, corporibus quæ sunt domus animarum.

IBID. Venit diabolus super terram Pauli, & calcauit eum variis tribulationibus, plagis & carceribus, & ceteris quæ ipse enumerat: sed non rupit pacem Dei in illo; Charitas enim omnia vincebat.

1. Cor. 11. c.

Diabolus pacem, quã habent Sancti, turbare, non auferre potest.

b *Et suscita.* IBID. Inducit propheta ipsum dominum loquentem. Q. verè erit pax cum conuersæ fuerint reliquiæ: & facile contereretur Assyrius; quia nos suscitabimus, ego & filius & spiritussanctus: super eum, id est, contra Assyrium.

† THEO. in com. Pastores, reges vocat, quos in eum concitauit: & octo plagis Assyrium circumplicabo. Belli verò impetus dicit in eum factos, ac pariter significat Babylonis expugnationem. Nunc quidem, inquit, hunc in eiusmodi mala coniiciam: nec multo post eum, qui ei successerit, & Babylonem sibi vrbem regiam constituerit, funditus perdam: nec ei erunt auxilio muri fortissimi, neque extra hos cingentes fossæ eum vindicabunt. Tu verò his liberaberis, non tum modo cum magnis copiis vrbem tuam impetentibus, angelica opera occultam perniciem eis inferam.

HIE. IBID. Nemroth interpretatur tentatio descendens: significat illum qui vt fulgur de cęlo cecidit, & quasi venator inter bestias semper versatur: & infructuosa ligna lustrat & saltus. Sancti autem veteris testa. & noui pastores à Deo immissi, vastant terrã diaboli arguentis & tẽtantis: & ita liberat nos dominus de manu Assur, qui cupiens calcare terminos Israel, vulneratur & ligatur in domo sua.

Sancti Doctores spoliant & vastant regnũ diaboli.

IBID. Liberatis nobis de Assur, per Deum, quia contra eum suscitat septem, & octo pastores, tunc reliquiæ, id est, apostoli & primitiua ecclesia Iudæorum erunt in populo quasi ros ad extinguenda ignea iacula diaboli in cordibus hominum.

c *Et erunt reliquiæ.* † THE. in com. Cum sic tunc facta eorum dedit pignora, quæ postea futura essent: ad illa rursus sermonem vertit, docetque quemadmodum sacri Apostoli, & discipuli, qui Bethleẽ nato Domino crediderunt, gentibus doctrinã euangelicam afferent. *Et erunt reliquiæ, &c.* saluatos reliquias vocat, tum alibi, *Reliquiæ Israelis saluæ fient.* Perinde inquit, vt ros è cęlo delapsus, qui crediderunt, & doctrinã euangelicam gentibus attulerũt, orbem terrarum irrigabunt: & quemadmodum agni gramen consumunt; sic hi graminis instar impietatem insitam in terrenis animis facilè destruent, vt non amplius eiusmodi hominum collegia inueniantur.

De Apostolis & discipulis Christi qui mundũ ad Christũ conuerterunt.

Ro. 9. & 11.

¶ Iudæi in aduentu sui Christi hæc omnia iuxta litteram futura esse contendunt.

a terrę.[5] Et erit iste pax, Assyrius cùm venerit in terrã nostram, [1]
b & quando calcauerit in domibus nostris: Et suscitabimus [2] [3]
(a ¶ Omnes patriarchas, & sanctos veteris test. in quo sabbatum celebratum. b ¶ Sanctos noui testamenti.)
super eum septẽm pastores, & octo primates homines.[6] Et [4] [5]
(a ¶ Lacerabunt & vastabunt. ¶ Sermonis diuini, qui missus est in terram, vt diuidat duos in tres. ¶ Qui & liberabit.)
pascẽnt terram Assur in gladio, & terram Nemroth in [6] [7]
(a ¶ Prædicationi eius, qui est pax. b ¶ Non in animam, sed in corpus: vnde, Et terra data est in manus impij.)
lanceis eius. Et liberabit ab Assur cùm venerit in ter- [8] [9]
(a ¶ Alias finibus. ¶ Alij habent in monte nostro.)
c ram nostram: & cum calcauerit in terminis nostris.[7] Et erunt [10] [11]
(a ¶ Quod in tribus pueris historialiter factum fuisse legimus, hoc vniuersaliter omnibus Gentibus doctrina apostolorum fecit.)
reliquiæ Iacob in medio populorum multorum, & quasi [12]
(a ¶ Herba.)
ros à domino, & quasi stillæ super herbam, quę non expectat [13]
(a ¶ Auxilium hominis, sed solius Dei. ¶ Sed Dei. ¶ Per hoc. ¶ Apostoli.)
virũm, & non præstolatur filios hominum.[8] Et erunt reliquiæ Iacob in Gentibus in medio populorum multorum, [14]
(a ¶ Fortes, inuincibiles.)
d quasi leo in iumentis syluarum, & quasi catulus leonis in [15]
(a ¶ Vnde Petro, Macta & manduca. b ¶ Leo vel catulus. c ¶ Sollicitè. d ¶ Superbos.)
gregibus pecorum. Qui cùm transierit, & conculcauerit,
(a ¶ Rebus Petri. b ¶ Quia dominus cum eis, contra quem nemo potest.)
e & ceperit, non est qui eruat.[9] Et exaltabitur manus [16]

d *Quasi leo.* HIER. in com. Christus leo & leonis catulus: hoc dedit apostolis, vt sicut leoni non potest resisti in raptu multorum iumẽtorum vel ouium: sic apostoli liberati de manu Assyrij & diaboli rapiunt & separant ab infidelibus iumenta, id est, simplices vt saluentur.

† RVPERT. in com. Eisdem reliquiis Iacob, & suauitas roris & feritas leonis per similitudinem adscribitur: quia Apostoli & magistri populorum, & lenes & seueri sunt; lenes in dicendo, seueri in corripiendo. Exempli gratia, Paulus docens sic loquitur, *Posuit Deus in nobis verbum reconciliationis. Obsecramus pro Christo, recõciliamini Deo, &c.* Quid isto rore suauius? quid hac stilla veræ & germanæ pietatis lenius? At post plurima dicit, *Si venero iterum non parcam. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* Ecce seueritas magistri, tamquam leonis rugitus super iumenta syluarum, id est, illos quos redarguebat super immunditia & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt. Nonne super huiusmodi tamquam leo fuit? Nonne Petrus quoque quasi catulus leonis rugiit in greges pecorum quando Ananiam & Saphyram increpauit? His dictis de reliquiis Iacob, protinus cõuertitur sermo propheticus ad illum iudicem Israel, de quo dixerat, *In virga percutient maxillam iudicis Israel.*

2. Cor. 5. Sancti Doctores mitissimi sunt & seuerissimi. 2. Cor. 13.

Act. 5.

e *Et exal.* HIE. in cõ. Leone ita in pecorib⁹ liberè peruagante, man⁹ tua, ô Deus, exaltabitur super inimicos: qui peribũt cessantes à malitia

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erit. *Hic consequenter remouetur dubium. Possent enim Iudæi Michææ contemporanei credere, quod eius prophetia de aduentu Christi & profectu adhærentium sibi, deberet citò impleri, ideo hoc remouet dicens,* Et erit iste, *s. Christus.*

2 Pax. *Et dicitur in abstracto: per excellentiam. Et hoc modo dicit apostolus Eph. ij. c.* Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum.

3 Assyrius cùm venerit in terram nostram, &c. *q. di. non erit citò ista pax: sed oportet prius terram nostram conculcari & deuastari per Assyrios & Chaldæos: de quibus subditur infra. Assyrij enim primo vastauerunt Iudæam captiuando decem tribus 4. Reg. xvij. & postea Chaldæi alias reliquas duas 4. Reg. vlt.*

Regnum Christi inordinatè expetitum à Iudæis.

4 Suscitabim. *id est, suscitandos denuntiabimus, ego & alij prophetæ.*

5 Septem pasto. *id est, septem duces Persarum & Medorum de quorum consilio reges cuncta faciebant: Esther j. Et isti dederunt consilium Cyro & Dario de inuasione vtriusque regni. s. Assyriorum & Chaldæorum: & quia ceperunt regnum Babyloniæ vt patet Dan. v. per consequens & regnum Assyriorum: quod erat iam sub potestate Babylonis redactum.*

6 Et octo prima. *s. in exercitu Persarum & Mædorum: qui dicebantur comestabularij vel marcescalli bellatorum directores.*

7 Et pascent. *id est, deuorabunt.*

8 Terram Assur. *In Hebræo habetur:* Et confringent. *Et ratio huius diuersitatis est: quia verbum Hebraicum hic positum est æquiuocum ad pascere & confringere.*

9 Et terram Nem. *Hæc est terra Babyloniæ: in qua primo regnauit Nemroth. Gen. x.*

10 Et li. *Itaque non poterit venire in terram nostram sicut venerat antea.*

11 Et erunt. *Remoto dubio, propheta reuertitur ad ostendendum circa adhærentes Christo proficiendi modum: ostendens primò quod hoc erit virtute diuina; secundo quod non humana. ibi:* Et erit. *Circa primum dicitur,* Et erunt reliquiæ *apostoli & alij primi credentes: qui supra dicuntur reliquiæ.*

Quomodo profecit Ecclesia.

12 In med. po. *Facientes populos fructificare. Quod videmus impletum per orbem vniuersum.*

13 A domi. *Fructificatio enim, quæ fit virtute roris, non fit humana prouidentia sed diuina: ideo subditur,* Quæ non expectat virum.

14 Et erunt reliquiæ, *id est, prædicti apostoli & discipuli.*

15 Quasi leo, &c. *Quia sicut non impeditur leo à persecutione prædæ, sic nec apostoli à Gentium conuersione: ideo subditur,* Qui cum, &c.

16 Et exalta. manus tua. *id est, potestas Apostolorum. Et mutatur hic modus loquendi de tertia persona ad secundam.*

litia vitæ in qua erant A vt amici fiant.

†. RVPERTVS in com. Hostes ac inimici iudicantur, non solum peccatores, verum etiam impij, de quibus in Euangelio, *Viderunt, & oderunt, & me, & patrem meum.* (Ioan. 15.) Nam vbi exaltabitur manus tua Domine, quando sedebis in sede maiestatis tuæ, tūc omnes inimici tui interibunt, diabolus, angeli eius, sequaces homines: te dicente, *Ite maledicti, &c.* (Matt. 25.) Hæc & ad ecclesiam vniuersam referri possunt, cuius caput est ille iudex Christus, B quia qui capitis hostes sunt, & corporis inimici.

Damnatio hostium Christi & ecclesiæ.

a ¶ Qui te, & tuos tribulauerunt.

tua super hostes tuos, & omnes inimici tui peribunt.[10] Et 1 2

a ¶ Cum eleuata manu perierunt inimici tui. b ¶ Lasciuos impetus. c ¶ De principali cordis.

a erit in die illa, dicit dominus, auferam equos tuos de medio 3

a ¶ Ædificationes terrenis operibus instructas.

tui, & disperdam quadrigas tuas.[11] Et perdam ciuitates terræ 4 5

a ¶ Diuitias & pompas sæculi, & eloquentias philosophorum. b ¶ Quibus ab aliis decipiebaris, vel alios decipiebas.

tuæ, & destruam omnes munitiones tuas. Et auferam malefi- 6

a ¶ Cum docuerit Deus hominem scientiam, cessabit præsumptio peruersæ doctrinæ.

b cia de manu tua, & diuinationes nō erunt in te.[12] Et perire faciam

a ¶ Quæ vel à loquentibus facta sunt, vel quæ ipsi finximus nobis.

sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui. Et non ado-

a ¶ Addit ad promissionem, quę fit ad reliquias. b ¶ Quos in templo prohibitum est plantari.

rabis vltra opera manuum tuarum,[13] & euellā lucos tuos de

a ¶ Male extructas, quas non lætificat fluminis impetus.

medio tui. Et cōterām ciuitates tuas,[14] & faciam in furore & 7

a ¶ Postquam hoc fecero reliquiis Iacob, in illos qui noluerunt recipere sermonem apostolorum grauiter vlciscar.

in indignatione vltionem in omnibus Gentibus quæ non 8 audierunt.

a *Auferam.* HIER. in D com. Quibus tibi in vitiis placebas: & peccata peccatis socians, quasi triumphator quadrigis ferebaris.

b *Perire faciam.* IBID. In lege præcipitur ne nobis sculptile faciamus: & ne vitulos in terra nostra ponamus. (Exod. 20.)

De iis qui fingunt & admirantur falsa dogmata.

IBID. Stultus homo scit dogmata esse cōposita de suo sensu quasi idolum: & pro Deo adorat opus manuum.

† RVPERT. in cō. Magnificè in his verbis cōsolatur se ecclesia Dei, considerando vitæ æternæ statū, qualis futurus sit ex illa die, qua omnes sui interibunt inimici. E

Spes fidelium.

a Au-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Super hostes tuos. *id est, dæmones, quos fugabant ab idolis & corporibus obsessis.*

2 Et omnes ini. tui peri. *Quod potest intelligi de sacerdotibus idolorum, vel de Iudæis contra Christum obstinatis: qui destructi fuerunt & captiuati per Romanos in vltionem mortis Christi & discipulorum eius, quorum aliquos occiderunt, vt Stephanum, Iacobum fratrem Ioannis, vt habetur in Actibus Apostolorum, & Iacobum fratrem domini, secundum quod dicit Iosephus 20. lib. antiquitatum.*

Christus & discipuli eius à Iudæis occisi.

3 Et erit in die illa. *Hic consequenter ostenditur: quod profectus discipulorum Christi non fuit virtute humana: vtpote virtute armorum & munitionum, per quem modum creuit lex Mahumeti; ideo subditur,*

4 Auferam equos. *id est, virtute armorum & consimilium non proficies in conuersione Gentium.*

C 5 Et perdam ciuitates terræ, *id est, in fortaliciis non erit confidentia tua, sed in potestate diuina: per talem modum loquitur Zacharias propheta 2. b.* Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum. *Et loquitur de Ierusalem post eius reædificationem per Neemiam, vt videbitur ibi domino concedente: & sic cum dicitur,* Absque muro, &c. *non intelligitur quòd careat muris; sed quod non essent necessarij pro defensione ciuitatis.*

Ecclesia nō profecit per brachium carnis.

6 Et auferam male. *Quia idololatria; & diuinationes, & consimilia ad idololatriam pertinentia, per prædicationem Apostolorum & aliorum credentium; sunt à Gentilibus credentibus amota.*

7 Et faciam in furore, *pœna in præsenti illata sunt medicinæ: & ideo non dicuntur propriè vltio furoris seu indignationis, sed pœna gehennæ: & ideo de ipsis hic loquitur.*

Pœna temporalis & æterna.

8 In omnibus Gentibus quæ non au. *scilicet prædicationem Apostolorum & doctorum fidelium: quibus non solum comminantur pœnas temporales, sed etiam futuras & æternas.* F

CAPVT VI.

a AVdite quæ dominus. HIER. in com. Dat Deus populo licentiam disputandi contra se. Qui sedes & iaces, vel dormis, vel mortuus es, surge à terra, vt ambules in nouitate vitæ.

IBID. Quidam Abraham & patriarchas montes vocant, quibus vocatis ad iudicium negotium populi sit ventilandum.

Qui per montes designentur.

b *Audiant montes.* IBI. Montes, sunt administratorij spiritus quibus commissa est procuratio humanarum rerum. Aduersus hos iubetur contendere iudicio, vt si illi montes vel colles inuenti fuerint, non bene procurasse populum, videatur, si vel culpa Dei sit, qui non idoneos præposuit; vel ipsorum angelorum, si non egerint quæ ad officium eorum pertinebant, vel populi, qui bonis obedire prælatis contempserint. Et cum nec in Deo, nec in angelis culpa possit inueniri; restat quod in populo inueniatur, & iustè puniatur. Tamen non statim Deus vult peccantibus inferri supplicia ex potestate, sed vt iustus videatur, prouocat peccatores ad iudicium, vt testimonio angelorum & totius creaturæ respondeant, si quid contra Deum possint causari.

Remig. Rom. 6. a. Heb. 1. d.

Iudicium Dei cum peccatoribus.

CAP. VI.

a ¶ Vox prophetæ. b ¶ Mihi dicens. ¶ O propheta.

a AVdite quę Dn̄s loquitur. Surge, cōtende iudicio aduer- 1 2

a ¶ Rursus propheta loquitur montibus, sicut ei imperatum fuerat. b ¶ Ideo compello vos audire, quia dominus non ex potestate, sed ex iudicio contra vos vult agere.

b sum montes, & audiant colles vocē tuā.[2] Audiant mōtes iu- 3 †

Audite quæ dominus loquitur. † RVPERTVS in com. Hoc in persona sua propheta clamat, tamquam præco iudicij sedenti obsequens, vt paret silentium, & ad audiendum attentam faciat multitudinem. Sequuntur ea quæ Dominus loquitur, *Surge, contende iudicio, &c.* De montibus istis diuersi expositores diuersa senserunt. Nam alij angelos intelligunt; alij Abraham Isaac & Iacob interpretantur, quasi auditoribus conuocatis ad iudicium populi Israel ventilandum. Sed melius per montes totus Israel significatur & corripitur, quia pars vtraque in montibus regnabat & superbiebat: decem tribus in monte Samariæ & duæ reliquæ Iuda & Beniamin in monte Sion. Vnde per alium prophetam dicit dominus: *Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ.* (Amos 6.) Igitur aduersus montes. i. aduersus Samariam & Ierusalem in montibus habitantes & confidentes, *surge*, inquit, *& contende iudicio. & colles.* i. vrbes minores, audiant vocem tuam. Porrò *fortia fundamenta terræ*, non incongruè partis vtriusque reges intelligimus. Regia namque potestas quodammodo *terra*, id est, populi fundamentum est. Protinus autem non ipse propheta, sed ipse Dominus in sua persona, hoc modo iudicio contendere incipit.

Montes hic dicuntur Samaria & Ierusalem.

Au- a Po-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VI.

AVdite. *Postquam propheta denuntiauit Christi aduentum: hic consequenter increpat populum incredulum. Et primò ponitur hæc increpatio, secundò consolatio: vt post vinum mordicatiuum infundatur oleum lenitiuum; sequenti capitulo ibi,* Ne læteris. *Prima in duas: quia primo increpatur populus vt ingratus de beneficiis; secundò vt irretitus vitiis, ibi,* Audite tribus. *Prima in tres: quia primò multiplex Dei beneficium recolitur; secundò falsitas gratitudinis excluditur, ibi,* Quid dignum; *tertiò veritas concluditur, ibi,* Indicabo. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

1 Audite quæ Dominus. *q. d. sunt diligenter attendenda.*

2 Surge. *tu Michæa.*

3 Contende iudicio aduers. montes. *id est, aduersum superbos populi mei.*

1 For-

MORALITER.

† 1 *Audite quæ Dominus.* Propheta hic arguit incredulos Iudæorum: per quos significantur increduli Christianorum, qui sunt in duplici gradu. Nam hæretici sunt increduli verbo & facto; mali Christiani facto. Ad Titum j. d. *Confitentur autem. s. nosse Deum factis autem negant.* Et sic propheta, per quem prædicator Euangelij significatur, dicit: *Audite quæ loquitur Dominus.* scilicet, mihi,

Duplex genus incredulorum.

2 *Surge & contende iudicio,* constanter prædicando,

† *Aduersum montes,* id est, contra maiores.

† Quia

dicium dñi, & fortia fundamenta terræ: quia iudiciũ domini cũ populo suo, & cũ Israel diiudicabitur. ³Popule meus quid feci tibi? aut quid molestus fui tibi? Respõde mihi, ⁴quia eduxi te de domo Ægypti, & de domo seruiẽtium liberaui te: & misi ante faciẽ tuam Moysen & Aaron & Mariam. *⁵ Popule meus memento quæso, quid cogitauerit contra te Balach rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor de Sethim vsque ad Galgalam, ut cognosceres iustitias Domini. ⁶ Quid dignũ offeram domino? Curuabo genu Deo excelso. Numquid offeram ei holocaustomata & vitulos anniculos? ⁷ Numquid placari potest dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nũquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum vetris mei pro

[Interlinear glosses:] a Quorum custodia homines in virtutibus fundati sunt. a Quod facere non debui. b Quo labore pressi te. c Fui in hoc molestus. Ductores. a Amicum meum. b Sacerdotem. Prophetam. a De loco illo vsque ad alium locum, exercitum Israel oculis lustrans, & mutans loca. q.d. Ego non possem cum pergente pergere. a Et hoc feci. b Per experimentum. a Quæ lex præcipit. a Vt sanguine arietum, vel taurorum, vel hircorum, animæ lauentur. a Sicut rex Moab fecisse legitur. a Quod fecit Iephte, pro temeritate voti offerens filiam.

a *Popule meus quid feci tibi.* † THEOD. in com. Inimicitiarum causam affer: redargue, si qua molestia à me affectus fuisti. Et cùm nihil dicere valentem, tacere necesse fuisset, iustis de causis intulit. Quid dignum, &c.

† ATHANAS. de communi essentia Patris, & Filij, & Spiritus. Ille ipse Christus est, qui Iudæis dicit, *Quis ex vobis conuincet me de peccato*; [Ioan. 8.] filius eius, qui per prophetam Micheam loquitur, *Popule mi, quam iniuriam feci tibi*, &c. qui per Euangelium dicit, *Si malè locutus sum, &c.* O qualem humanitatem, in qua bonitas naturam, imò potius non tam naturam, quàm nostras cogitationes alloquitur. [Bonitas Dei. Nu. 23. b.]

HIER. in com. Forsitan desiderans carnes Ægyptiorum, doles te seruitute liberatũ, vbi seruiebas Pharaoni & diabolo in luto & latere. [Exod. 1. c.]

Popule meus quid feci tibi. IBID. Qui aliquãdo seruiuit Pharaoni & Ægyptiis in luto & latere, si aliquãdo redemptor suus disputat cum illo, non negligat vocem arguentis: sed sciat quod ante eum mittit Deus Moysen, id est, spiritualem legem, & Aaron, id est, summum sacerdotem Christum, & Mariam, id est, vaticinium prophetarum, & etiam liberat de manu Balach (qui elingens dicitur) id est, diaboli delere cupientis, qui est rex lege abutentium; Balaam vanus populus, Beor ex pelle; Cum verò diabolus per vanum populum Gentium, qui ortus est ex pelle, id est, carnis operibus deditus, maledicere cupit hominem: Deus è contrario benedicere compellit. Videt enim populus (quamuis vanus) diabolum numquam stabilem, sed semper vacillantem, donec veniat & alios inducat in Galgala, quod interpretatur volutabrum. [Beneficia quæ Deus cuique animæ fideli præstat.]

b *Popule meus memento.* IBI. Si hæc parua videntur, recordare illius temporis, quo Balach conduxit contra te Balaam ariolum, quem coegi vt contra voluntatem suam tibi benediceret. Si viderimus aliquos, qui sitiant nostrum sanguinem, insurgentes contra nos, dicamus. Balaam venit de Sethim vsque ad Galgalam, vt cognoscamus iustitiam Dei liberantis. [Num. 22. b.]

c *De Sethim vsque ad Galgalam, vt cognosceres iustitias.* IBID. Iudæi sic exponunt. Ex quo fornicatus es cũ Madian, vsquequò Saul in Galgala vnctus est, memento quæ mala operatus es, & quæ bona fecerim tibi, & misericordiam meam in te cognosces.

IBID. Eiusdem nominis cũ Sethim locus est homonymos arboribus, quæ in monte Sinai vsque hodie gignuntur, similes albæ spinæ. In Sethim Balach contra Israel exercitum congregauit.

d *Quid dignum.* IBID. Cum Deus ad iudicium prouocasset populum, ille conscius peccati non audet cõtendere, sed rogare, non tamẽ in precibus confidit. Nihil enim est, quod dignè Deo possit pro peccato offerri, & nulla humilitas, vel sanguis animalium sufficit delere maculas criminum. [Nemo cum Deo audet apertè iudicio contendere.]

† RVPERTVS in com. Persona, quæ audito iudicio dicit, *Quid dignum offeram Domino, &c.* Ierusalem est. Illa namque taliter confitendo peccata sua, emeruit, vt captiuitas sua post annos septuaginta solueretur, detentis in perpetua captiuitate decem aliis tribubus. Ad singula verò horum, præter illud, quod ait, *curuabo genu Deo excelso*, subaudiendum est, non: quia Deus holocaustomatibus, vitulis anniculis, arietibus, & hircis pinguibus, non delectatur: & si talibus delectaretur, non esset condignum pretium, vel æqua redemptio, vt pro peccato rationalis animæ, pecus tanto iudici offerretur. [Deus propter suam misericordiam peccata nobis remittit.]

Quid

NICOLAVS DE LIRA.

1 Fortia fundamenta. *id est, reges & principes, quorum officium est terram conseruare.*

2 Quia iudicium domini. *ostendendo suam benignitatem per beneficia, & populi ingratitudinem: ideo subditur,*

3 Popule meus, &c. *patet littera vsque ibi.*

4 Et misi ante faciem tuam. *quia Moyses erat dux populi, Aaron sacerdos, Maria prophetissa. Exod. 15.*

5 Memento quæso quid cogitauerit contra te Balach. *quia cogitauit debellare populum Israel, per adiutoriũ maledictionis Balaam super ipsum Num. 22.*

6 Et quid respon. ei Balaam, &c. Quomodo maledicam cui non maledixerit dominus? *Num. 23. Et iterum ibidem.* Ad maledicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo.

7 De Sethim vsque ad Galga. *id est, de exercitu Israel, qui tunc erat in Sethim, Num. 25. & protẽdebatur vsque prope Iordanem iuxta quem est Galgala, ex opposito tamen in terra promissionis, Ra. Sa. exponit sic.* De Sethim, *id est, quamuis populus Israel in Sethim peccauerit peccato Phegor, Num. 25. tamen dominus non dimisit eum, sed introduxit eum in Galgalam, quæ est in terra promissionis.*

8 Vt cognosceres iust. domi. *id est, fidelitatem eius ad Abraham, Isaac & Iacob, implendo quod eis promiserat.*

9 Quid dignum. *Hic consequenter excluditur falsitas gratitudinis, cùm dicitur.* Quid dignum offeram domino? *ad reddendum gratias debitas de tantis beneficiis.*

10 Curuabo genu Deo. *habendo deuotionis signa cum mala vita, q. d. non est hæc vera gratitudo. Isa. 1. d.* Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam.

11 Numquid offeram ei ho. &c. *q. d. talibus sacrificiis non placatur Deus, quia talia secundum se non sunt accepta, sed ex fide & deuotione offerentis.*

12 Numquid dabo primo. meum. *q. d. hoc non valet, quia mors innocentis Deo non placet: vnde & Abraham non præcepit Deus immolare filium suum, Gen. 22. vt sic impleretur, sed vt obedientia Abrahæ manifestaretur.* [Mors innocentis Deo non placet.]

1 In-

MORALITER.

† 2 *Quia iudicium domini cum po.* scilicet, peccatori, ad ostendendam rationabilem & iustam eius punitionem, ideo subditur,

3 *Popule meus, &c.* id est, quam occasionem dedi à me recedendi? q.d. non potes ostendere.

† *Quia eduxi te de terra, &c.* id est, de tenebris peccatorum per mortem meam.

4 *Et misi ante, &c.* id est, Christum dantem Euangelicam legem.

† *Et Aaron.* i. ecclesiæ sacramenta per sacerdotes administrata.

† *Et Mariam.* domini matrem, cuius vita fidelibus est exemplar pergendi ad patriam.

† *Popule meus, memento quæso quid cogit. contra te Balach.* scilicet, nocere filiis Israel, ideo per ipsum significatur diabolus, qui, vt dicit Iob xlj. *Rex est super omnes filios superbiæ*, & semper quærit iustis nocere. [Diabolus semper quærit fidelibus nocere.]

6 *Et quid responderit ei, &c.* Id est, dominus per Balaam, qui respondit ei prospera pro Israel, quod erat contrarium intentioni suæ. Sic Deus mala, quæ quærit diabolus contra iustos, vertit ad diaboli confusionem, & iustorum gloriam. Sicut procurauit Christi mortem, quæ fuit ad eius exaltationem, Phil. 2. a. *Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum*; Et ad diaboli deiectionem. Et similiter procurauit martyrum occisionem, quam Deus vertit ad eorum gloriam, & diaboli confusionem. [Sed Deus mala quæ ipse intendit vertit ad bonum suorum sanctorum.]

9 *Quid dignum.* Hic inquit propheta, quomodo Deo pro suis beneficiis debeat fieri recompẽsatio digna. Circa quod excludit primò falsam recompensationem, dicens,

10 *Curuabo genu.* q.d. signa exteriora deuotionis, vt oblationes & sacrificia, non placent Deo sine deuotione mentis, & vita virtutis. Et subditur modus dignæ recompensationis, cum dicitur, [Modus dignæ recompensationis.]

Quid dignum. Hier. in com. li. 2. Nos pro peccato pœnitentes, non in nobis, nec in aliquibus terrenis aliquid dignum inuenimus, quod pro reconciliatione Deo offeramus: non potest comprehendi in holocaustis, si toti incendamur in sacrificium, nec in vitulis annalibus vt lac deserentes, digni simus solido cibo in acceptabili anno domini: si omnes Leuiticas hostias spiritualiter intelligens in me exhibuero, si etiam primogenita, id est, quod primum est in me obtulero: nihil tamen dignum magnitudine eius offeram: sed solus sanguis Christi ad delenda omnia mala sufficit.

Infirmitas legalium sacrificiorũ.

a *Indicabo tibi.* Ibid. O humanum genus, tu quæris, & non inuenis in te, quid dignè possit offerri Deo pro abolitione peccatorum, ego inueniam sufficientem hostiam, & docebo te quid boni postea debeas agere.

† Idem Ibid. Hoc non tantum ad vnius gentis populum, sed generaliter ad omnes homines dicitur: quia dubitantes quomodo pro peccatis suis possint placare Dominum; Dicam tibi, inquit, quid quærat Deus, *Faciam iudicium.* vt nihil absque consilio & ratione faciamus: *Diligere misericordiam*, vt non quasi ex necessitate aliqua compulsi, sed volenti animo faciamus misericordiam, quia *hilarem datorem diligit Deus*, *& sollicitum ambulare cum Deo nostro*, vt numquam securi simus sed expectemus patrem familias: vel certè, nec declinemus à mandatis eius. Tale quid & Moses in Deuteronomio dixit: *Et nunc Israel quid quærit Dominus Deus tuus à te, nisi vt timeas eum, & ambules in viis eius, & diligas eum?*

Quid quæratur à nobis Deus. 2. Cor. 9. Deut. 10.

b *Vtique facere.* Hier. Ibid. Habe iudicium & misericordiam, sollicitè etiam ambula in præceptis Domini.

c *Vox domini.* Ibid. Quidam dicunt esse exordium sequentis capituli, in quo corripit dominus Samariam, quæ pro iniquitate captiuanda erat: ait ergo, Vox domini quæ comminatur Samariæ peccanti plagam; dirigitur ad vtilitatem ciuitatis Ierusalem, vt timore supplicij aliorum correpta, saluetur.

Samaria flagellatur vt erudiatur Ierusalem.

† Rupertus in commen. Manifestè diuisus est clamor Domini, verba consolatoria denuntians ciuitati Ierusalem pœnitentiam agenti, quòd sit salus timentibus nomen Domini, filiis eius de captiuitate reuersuris. Decem verò tribus qualia merentur? Inquit: *Audite*, subaudi, opus vestrum, quod nunc in iudicio Domini arguitur. *Et quis approbauit illud?* Videlicet nemo probus, nemo nisi improbus, cuius & si cupiditas approbat, ratio tamen improbat.

d *Audite tribus*, Vultis audire per singula quibus malis vrbs vestra sit plena? discite per singula: mensura minor prouocat iram Dei.

e *Adhuc ignis.* † Theod. in com. Quemadmodum non ornatum vrbi ignis adfert, sed incendium & perniciem molitur: sic procliuitas ad iniustitiam, cum audacia & contumelia facta, damnũ & cladẽ vtentibus aduehit.

† Rup. in com. Quasi vnum crimẽ decem tribuum in iudicium adducit, sed per illud vnum, cetera quoque simul omnia comprehendit. Et rectè; nam radix omnium malorum est auaritia. Hãc conueniẽter nomine ignis denotat: Ignis numquam dicit, Sufficit: & auarus non implebitur pecunia. Igitur *adhuc ignis in domo impij*, id est, adhuc auaritia, quæ est simulacrorum seruitus, adeò regnat in Samaria, vt aurum colat tamquam Deum, nẽpe vitulos aureos. Quod nomine ignis auaritia debeat intelligi, satis innuit, statim subiiciendo, *thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena. Mensura minor*, quam lex Domini interdicit, *& dolosa*, id est, non æqua pondera, dum in alio pondere venduntur, in alio emuntur. *Non hac*, inquit, *iustificabo*: sed condemnabo. Si pauperes hoc facerent, poterat inopia scelus necessitate deffendere: nunc vero diuites (ait) in eis repleti sunt iniquitate, id est, diuitiis iniquis, &c.

Peccatum Samariæ. Prou. 30. Eccle. 5. Ignis nomine intelligitur auaritia. Coloss. 3. Mensura dolosa.

[Textus:]

a Non. — a Non mihi præcipienti, sed tibi facienti.

peccato animę meę?[b] Indicabo tibi ô homo, quid sit bonũm [1] & quid dominus requirat à te. Vtique facere iudiciũ, & di- [2, 3]

a Vt prosit tibi. — b Vt nihil absque ratione, & consilio agas.

a Vt non ex coactione, sed ex dilectione facias opera misericordiæ.

b Et in his nihil aliud præmij quærere, nisi vt placeas Deo, & cum eo ambules sicut Enoch, & per eum cum Enoch transferaris.

ligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo [4, 5]

a Quidam hoc capitulum faciunt finem superioris sententiæ: Ita, non solum qui facit iudicium, & diligit misericordiam saluatur, sed etiam hæc vox fit ad totam ecclesiam, vt quicumque timentes, licet in inferiori gradu, per misericordiam & doctrinam Christi habeant salutem. — b In scripturis.

tuo.[c] Vox domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timen- [6, 7]

a Quæ Deus contestatur x. tribubus Samariæ. — b Quis erit auctor illorum verborum? subaudi Deus.

tibus nomen eius. Audite tribus. Et quis approbabit illud? [8, 9]

a Est. b Iniquitas. c Familia. d Amri, qui fuit pater Achab, institutor idololatriæ.

c Copiosa iniquitas. — Thesauri sunt in regia domo.

[10] Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, & mẽsura [10, 11]

a Subaudis: Non; sed damnabo. — b Cum alio pondere vendtis, & alio emitis mercimonia.

minor iræ plena.[11] Nũquid iustificabo stãterã impiã, & sac- [12, 13]

a Si pauperes hoc facerent, inopia scelus defendere posset: sed nunc diuites ciuitatis, non tam diuitiis, quam iniquitate pleni sunt, cum alios spolient.

celli pŏdera dolosa?[11] In quibus diuitẽs eius repleti sunt ini- [14, 15]

a Diuitiarum congregationem sequitur mendacium, mendacio enim diuitiæ augeri solent.

quitate & habitantes in ea loquebãtur mendãciũ, & lingua

Hieronymus lib. 2. commen. Audite vos qui significamini per decem tribus, quæ se diuiserunt à regno Dauid & cultu templi: Et quis approbabit, quod vos separatis ab Ecclesia Dei? Adhuc est in vobis ignis iræ & libidinis, qui estis domus impij diaboli, & sunt in vobis diaboli thesauri, id est, quia diuitias scripturarum fraudulenter congregatis, & in vobis est mensura iudicij minor quàm deberet; & ideo iræ Dei plena, quia non iustificabo stateram, id est, qui pro personatu aliquorum peruertunt iudicia, vel pro pecunia, (quod per pondera saccelli intelligitur) in quibus diuites replentur, id est, dum turpis lucri gratia non secundum negotium, sed secundum facultatum diuersitatem iudicant. Insuper & habitatores illius ciuitatis, quam prauis dogmatibus extruunt, mendaces sunt. Ideo ô ciuitas, quam extruunt hæretici, percutiam te vt pereas à malitia tua, quæ comedis legendo scripturas nec saturaris, quia vacua es à veritate: & humiliatio tua in medio tui, quia in conscientia tua sentis te deficere à spirituali cibo. Apprehendes quidem multa praua dogmata, sed intelligens errorem, videbis te in illis non posse saluari. Et quicumque de tuis

3. Reg. 12. De hæreticis qui deprauant sacram Scripturam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Indicabo. *Hic consequenter veritas gratitudinis concluditur, cum dicitur,* Indicabo quid sit bonum, *Deo per se acceptum.*

2 Et quid do. requirat. *pro gratitudine de beneficiis tibi datis.*

3 Vtique facere iudicium. *id est, habere iustitiam non tantum in habitu, sed etiam in effectu, & hoc ad omnes.*

4 Diligere misericordiam. *ad pauperes: Et dicit* diligere, *quia opera pietatis non sunt meritoria, nisi fiant ex charitate.*

5 Et sol. am. cum Deo tuo. *mandata eius diligenter adimplendo.*

6 Vox domini ad ciuit. cl. *per me & alios prophetas ista prædicta.*

7 Et sa. erit tim. no. *timore filiali, qui est annexus charitati in via.*

8 Audite. *Hic consequenter arguitur populus de vitiis & primo de vitio fraudulentiæ: secundo de vitio fraternæ inimicitiæ, in principio c. se. Prima in duas, quia primò arguitur culpa; secundo subditur pœna, ibi,* Et ego. *Circa primum dicit propheta,* Audite tribus. *s. Israel generaliter vocem domini prædictam.*

9 Et quis appr. *corde assentiendo; Et opere adimplendo. q. d. pauci aut nulli, & subditur causa huius impedimenti.*

10 Adhuc ignis. *scilicet concupiscentia ardentis.*

11 In domo. *id est, in ipsa vxore & familia tota.*

12 Thesauri ini. *id est, iniquitate acquisiti.*

13 Et mensura minor. *ad decipiendum ementes.*

14 Iræ plena. *id est, vindictæ Dei prouocatiua.*

15 Numquid iustificabo. *q. d. non, cum sim iustitia regula. Loquitur enim propheta in persona domini. Cetera patent.*

MORALITER.

† 1 *Indicabo tibi homo quid sit bonum.* id est, Deo acceptum.

3 *Vtique facere iudicium.* id est, iustè viuere cum omnibus.

4 *Diligere misericordiam.* Cum indigentibus.

5 *Et sollici. &c.* eius mandata diligẽter custodiẽdo, ideo sequitur,

6 *Vox domini.* id est, in sacra scriptura.

7 *Et salus tim.* id est, custodientibus mandata eius.

8 *Audite.* q. d. pauci faciunt Deo dictam recompensationem: ideo subditur.

10 *Adhuc ignis.* id est, ardor fraudis & auaritiæ.

12 *Thesauri iniquitatis.* In domibus enim malorũ Christianorum frequenter inueniuntur talia. Et subditur pœna, cum dicitur,

tuis ciuibus putauerint se in illis posse saluari, dabo gladio, id est, pœnis erudiam. Ergo ô ciuitas pessima iniquitate, & statera dolosa ab hæreticis extructa, *seminabis* peccando, & *non metes* in auditoribus proficiendo: *calcabis oliuam*, nec vnges caput tuum adulatione peccatorum, nec vino Sodomorum bibētes inebriabis: & hoc ideò quia *custodisti pr. Am. & omne ob.* scilicet, dæmonum, vel eorum qui Hæresiarchę fuerunt, *& ambulasti in vo. eo.* praua scilicet doctrina, non Dei voluntate sed ipsorum confictа: & ideo peribis ab hæresi tua, & habitatores tui congregabuntur ad me sibilantem, & tunc portabitis, id est, recognoscetis vos portasse opprobria & peccata multorum populorū.

Hæreticorum labor irritus.

Hæretici à suis discipulis derelicti.

lui statim subuertere, sed paulatim cœpi percutere: vt variis plagis admonerem ad pœnitentiam. Circa iniquitates, & mensuras dolosas, & pondera fraudulenta, hæc intuli supplicia.

† Rem. Misi in vos sitim, famem, morbos, vastitatem hostilem, segetū & vinearū sterilitatē. Vos autē semper seruiuistis idololatriæ, & custodistis ceremonias quas constituit Amri rex impius.

b *Et cust. &c.* Hier. supra. Quia custodisti ceremonias idololatriæ, quas Amri impius rex constituit, & omne opus domus Achab & Iezabel, pro mea lege seruasti: tuo scelere impulsus sum vt te perderem, & tui habitantes dantur *in sibilum*, quia propter eos nomen meum blasphematur in Gentibus, & *opprobrium po. mei. por.*

Israel principum suorum nequissimorum præcepta diuinis præfert.

* Deu. 28. d. Aggæ. 1. b.

a eorum fraudulenta in ore eorum.[13] Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis.[14] Tu comedes & non saturaberis, & humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes & nō saluabis, & quos saluaueris, in gladium dabo.[15] * Tu seminabis, & non metes, tu calcabis oliuā, & nō vngeris oleo, & mustum & nōn bibes vinū,[16] & custodisti præcepta Amri, & omne opus domus Achab, & in voluptatibus eorum ambulasti, vt darem te in perditionem & habitantes in eā in sibilum, & opprobrium populi mei portabis.

a ¶ Misi in vos famem. a ¶ Misi hostem in circumitu vastantem, morbos. b ¶ Afflictos his plagis niteris saluare sed non valebis. a ¶ Si qui putauerint se saluari. b ¶ Hostium. ¶ Si. c ¶ Vt pœnis erudiantur. a ¶ Seges frumenta non attulit. b ¶ Oleum pressa oliua non fecit. a ¶ Calcabis. b ¶ Steriles vindemiæ vinum negabunt. c ¶ Et hoc ideo quia. d ¶ Mea abiecisti. a ¶ Alias voluntatibus. b ¶ Non meis. ¶ Amri & Achab. a ¶ In domo Achab. a ¶ In Hebræo pro populi mei, scriptum est Amri, quod idem sonat.

a *Et ego.* Hier. lib. 2. com. Cum ita peccarent principes vestri, nodum capti ab Assyriis, quasi populus Dei vincimini.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ego. *Hic consequenter subditur pœna, cum dicitur,* Et ego. *id est, propter prædictam fraudulentiam.*
2 Cœpi per. te perd. *i. captiuatione de terra tua. Regnum enim x. tribuum & regnum duarum, primo fuerunt afflicta multipliciter propter peccata sua: & tandem captiuata, vnum per Assyrios, aliud per Chaldæos.*
3 Tu comedes & non saturab. *cibo tibi deficiente.*
4 Et humilia. tua in med. *id est, in medio terræ tuæ confunderis ab aduersariis tuis.*
5 Et apprehendes. *In Hebræo habetur:* Et attinges. *s. aduersarios tuos ducentes filios tuos secum captos.*
6 Et non sal. *de manibus eorum, quia eis non poteris prævalere.*
7 Et quos salua. *id est, si contingat te aliquos ex eis saluare, interficientur aliunde.*
8 Tu semi. & non. *quia aduersarij tui colligent messem, vel destruent.*
9 Tu calcabis oliuam. *oleum exprimendo.*
10 Et non vngeris. *Pulmenta tua inde condiendo.*
11 Et mustum. *q. labores tuos alij comedent, & bibent, & tu famelicus & sitibundus remanebis.*
12 Et cust. præc. Amri, &c. *qui fuerunt idololatræ pessimi, vt habetur quarto regum.*
13 Et in voluptatib. *Quia non solum fuerunt idololatræ, sed etiam carnalibus vitiis subditi.*
14 Vt darem. *Istud vt, non tenetur hic causatiuè, sed consecutiuè: quia captiuitas regni Israel ad hoc consecuta est, & derisio & opprobrium totius populi.*

MORALITER.

† 3 *Tu comedes.* id est, eucharistiam assumes, & non proficiet tibi, sed nocebit.
4 *Et humiliatio,* id est, licet eleueris exterius, tamen deiectus es coram Deo interius.
5 *Et apprehendes.* id est, si facias bona de genere, non erunt tibi ad salutem propter defectum gratiæ.
7 *Et quos sal.* id est, bona, quæ fecisti dum adhuc esses in gratia, per peccatum sequens sunt mortificata.
8 *Tu semi.* Per semen, intelligitur bonum verbum; per calcationem oliuæ, opera pietatis; per mustum, spirituale gaudium, quæ non prosunt, si mortificata fuerint per mortale peccatum: ideo sequitur,
12 *Et custod. præcep. Amri.* id est diaboli.

Indigna sumptio Eucharistiæ.

Peccatum mortale quod corrumpit id quod est bonum de genere.

CAP. VII.

a Væ mihi. Hier. lib. 2. com. Dicta captiuitate x. tribuum, & duarum, dolet propheta quod nullus de populo inuenitur iustus, qui possit iræ Dei resistere. Q. Frustra locutus sum, frustra iam volui vindemiare, & perditæ ciuitatis saltem extremos racemos requirere, sed iam non est botrus.

† Rupert. in cō. Dicta hæc de fonte pietatis manant: quia profecto zelus bonus, quo Sancti sæuire videntur, numquam sine pietate est. Irascuntur peccatis, sed peccatoribus compatiuntur: Sic Moses contra peccata sæuiens, & forti zelo accinctus, occidit quasi viginti tria millia: & peccatoribus compatiens ait, *Aut dimitte eis hanc noxam aut dele me de libro tuo.* Sic & Michæas in præsenti loco, cùm vitia fortiter coarguisset, & velut aduersarius vindicem sententiam ex iudicio domini protulisset: continuò vulneratus vera compassione, *Væ mihi,* inquit, *quia factus sum, &c.*

† Theod. in com. Similis factus sum spicas excidentes colligentibus, aut exquirentibus racemulos à vindemiantibus prætermissos. Nullum inuenio obedientiæ botrum, cum tamen non parum inuenire exoptassem quoddam præstabile & primitiis dignum.

b *Non est botrus, &c.*

† Rupert. Id est, nullus est, qui faciat pœnitentiæ fructum. Omnes enim impœnitentes Deum offendunt, sicut vuæ acerbæ, quæ comedi non possunt. Pœnitentes verò, quasi vuæ, vel ficus maturæ, dulces & suaues sunt, *quas desiderauit anima mea,* inquit, *sed non inueni.* Nā hoc est quod sequitur: *Periit sanctus de terra.* Quis enim fuit de cunctis regibus, Samariæ, de quo scriptum non sit, *fecitque malum in conspectu Domini?* a Om-

Sancti cum æstuantissimo feruore charitatis habent tenerrima viscera misericordiæ. Exod. 32.

Queritur propheta de paucitate bonorū.

* 16. q. 7. c. & hoc diximus §. item ipse per Michæam. *Indisciplinatu Ecclesiam non esse cōmittendam.*

CAP. VII.

a ¶ In admonendo. ¶ Post vindemias. b ¶ Et quia.

a Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Nō est botrus ad come-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VII.

Væ mihi. *Hic consequenter arguitur populus de peccato fraternæ inimicitiæ: & primo plangit propheta pro gentis suæ malitia, dicens,*
1 Væ mihi quia factus, &c. race. &c. *dimissos, eo quod non potuerunt maturari, ideo subd.* non est botrus ad come. *sc. aptus. In Hebræo sic habetur.* Factus sum sicut, qui colligit ficus, *& subintelligitur malas, ita quod comedi non possunt, ideo subditur,*

1 Væ 1 Præ-

MORALITER.

1 *Væ mihi.* Verbum potest esse boni prælati plangentis in populo suo defectum boni, & abundantiam mali: ideo sequitur,
† *Quia fact. &c.* remanentes post vindemiam, qui sunt valde pauci, & minimi respectu prius collectorum. Et sic frequenter diabolus colligit primo plures, & maiores: vnde dicitur Matth. 7. b. *Lata est porta, & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam.*
† *Non est botrus.* Quia pauci respectiuè incorporantur Christo per fidem charitate formatam.

Bonus prælatus plangens defectum boni in suo populo.

a † *Omnes in sanguine, &c.* Dira & longa tragœdia regum Israel breuibus verbis insinuatur. Nam ferè omnes post illum Hieroboam, in sanguine insidiati, & alterutros ad mortem venati sunt.

† THEOD. in com. Peccata enumerat. Iudices, inquit, contra innocentes iniquam sententiam ferunt, & cædes iniquas facere aggrediũtur: ex reliquis verò hominibus quisque plus expetẽs, rem proximi ad se conuertit. Iudex non expectat vt illi munus deferatur, sed ipse petit, munerum corruptelis, animo vitiato præditus, &c.

Iudicum & plebis nequitia.

HIER. lib. 2. com. Plangit sermo propheticus vel Apostolicus generaliter humanum genus, quòd dum in eo sicut in vinea vel ficu laborauerit: nec paruos quidã racemos inuenire potuit; & ita reliqua vsque ad finem capituli. Sunt qui hæc omnia legunt in persona Saluatoris conquerentis, quòd in toto orbe vix inueniat opera digna suo sanguine. Et hoc quod dicitur, *sicut qui colligit racemos in autũno*, referunt ad consummationem sæculi, quando abundante iniquitate, refrigescente charitate filius hominis raram fidem inueniet super terram. Tunc enim quasi post vindemiam racemi, vix in aliquibus poterunt reperiri, qui fidem in tanta vastitate seruauerint.

Tempora quibus refrigescente charitate abundat iniquitas.

a ¶ Saltem immaturas ficus. i. grossos ficuum volui sumere in cibo.

dendum: præcoquas ficus desiderauit anima mea.[1] Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum venatur ad mortem.[1] Malum manuum suarum dicũt bonum. Princeps postulat, & iudex in reddendo est. Et magnus locutus est desiderium animę suæ, et conturbauerunt eam.[4] Qui optimus in eis est quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe. Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit. Nunc erit vastitas eorum.[1] Nolite credere amico, & nolite cõfidere in duce: Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui, quia filius contumeliã facit patri, & filia consurgit aduersus matrẽ suã, nurus cõtra socrũ suã, inimici hominis domestici

a ¶ Vbique insidiæ, vbique fraudulentia, prę auaritia & libidine germanitas ignoratur.

a ¶ Non solum faciunt, sed commutatis nominibus, bonum dicunt esse quod malum est.

a ¶ Mutuo fauore se defendunt; sicut ab aliis iudicari volunt, sic alios iudicant. b ¶ Quicumque peritus in lege.

a ¶ Non Dei, sed suam loquitur voluntatem. b ¶ Ita. c ¶ Vrbem, vel ciuitatem, vel terram. d ¶ Enim.

a ¶ Id est inter eos. b ¶ Pungens appropinquantem. c ¶ Fuerit inuentus. d ¶ Adunco dente retinens comprehensum.

a ¶ Et propter hæc mala ô Samaria & Ierusalem, veniet tibi tempus captiuitatis, quam diu expectaueras & timueras. b ¶ Exponit quæ visitatio.

¶ Siue dilatione. a ¶ Habitatorum. ¶ Ergo. b ¶ Vocibus pseudoprophetarum, vel diuitiorum qui se fingunt amicos. c ¶ Qui de amicitia sequitur lucrum.

a ¶ Morituro, sed in solo Deo. b ¶ Multi viri ab vxoribus decepti sunt, & vita eorum prodita. c ¶ Ne patiaris quod Samson à Dalila, quæ arcanum Samson septem dierum lachrymis extorsit, & simulato amore quod latebat inuenit.

a ¶ Absalon regnum patris inuasit, & concubinas polluit.

a ¶ Vxor Esau contra Rebeccam surrexit matrem suam. ¶ Et. ¶ Sunt.

b *Princeps.* IBID. Principes non expectant, vt munera offerantur, sed cogunt subiectos dare.

c † *Qui optimus in eis est, &c.* RVPERT. in com. Optimus in regibus Israel fuit Iehu, quippe qui solus ex omnibus illis vnctus fuisse legitur, & deleuit domum Achab, & Baal de Israel. At idem à peccatis Ieroboam non recessit, nec dereliquit vitulos aureos. Igitur optimus iste reuera quasi paliurus, videlicet herba spinis armata, pungens ac retinens & vulneratis appropinquantem, & adunco dente comprehendens, &c.

Iehu optimus ex regibus Israel, & tamẽ ipse quoque peccauit.

d † *Et qui rect. &c.* IBID. Rectus in eis Ozee rex vltimus intelligitur, de quo scribitur: *Fecit malum coram Domino, sed non sicut reges qui ante fuerant.* Dicitur enim licentiam dedisse volentibus ascendere, vt facerent sacrificia in domo domini in Ierusalem, quod alij non fecerant, &c.

4. Reg. 16. Ozee etiam non vt ceteri reges impius.

e *Dies*

e † *Dies speculationis, &c.* REMIG. Vastationem dicit Samariæ vel Ierusalem, quam prædicabat futuram, & ipsam vastationem vocat visionem. Ergo nullius prophetæ vocibus credatis, nec accommodetis aurem blanditiis decipientium. Si enim amicis & consanguineis rara est fides; quanto magis in his, qui adulantes mentiuntur, vt aliquid accipiant? Achitophel mentitus est amico suo Dauid: & Iudas tradidit Christum.

Ne cuiquã temere fide adhibeamus.

f *Nolite cre.* HIER. supra. Diuersis prælatis in ecclesia debemus esse subiecti, & honorem deferre: sed in eis non est sperandum, *quia vana salus hominis*, sed certa in Deo est. Achitophel contra Dauid, Iudas contra Christum surrexit. In amico potest haberi fiducia, qui pio, & fidei amore coniungitur.

Psal. 59. c. Iudic. 9. a.

IDEM IBID. O simplices populi nolite credere iudicibus, qui se amicos & principes esse hæresis promittunt: quia non salutem vestram, sed sua lucra quærunt; & ne credas ei, quæ tecum dormit, id est, carni blandienti, quæ emollit constantiam animi.

Maximè hæreticis.

IBID. Nolite credere amicis, ducibus, vxoribus, quæ mutari possunt, cum filius & filia obliti educationis, cõtra auctores vitæ suæ, corporumque consurgunt.

Abimelech à viris Sichen factus rex, ipsos oppressit.

g *Quia fi.* IDEM. In nouissimis diebus *erunt homines se amantes; tunc tradet pater filium, frater fratrem, mater filiam in mortem.*

2. Tim. 3. a. Marc. 13. b.

IBID. Si inter charorum nomina & consanguinitatis affectum rara est fides, quantò magis in adulatoribus.

h *Inimici hominis domesti.* IBID. Filius, qui est natus ex Deo, contempto creatore suo blasphemat; & anima despicit cælestem Ierusalem, & matrem ecclesiam. *Nurus con. so.* Sermo & prædicatio Dei sponsus est animæ, & oritur de spiritu sancto. Hæretici ergo qui sermonem Dei contemnunt, & ad varias doctrinas se transferunt: socrui suæ. i. spiritui sancto iniuriam faciunt. *Inimici hom. dom.* Caput ecclesiæ Christus. Huic viro sæpe inimicantur qui in domo eius, id est, ecclesia, esse putantur, quia à capite non recedunt, sed tamen ei contradicunt, dum scripturas eius proprio sensu conuertunt.

Matt. 10. d.

De hæreticis & Schismaticis.

a Ego

NICOLAVS DE LIRA.

1 Præcoquas ficus. *Quæ primo maturantur.*

1 Desiderauit anima. *Sed, supple, non inuenit; per hoc propheta metaphoricè exprimit in populo abundantiam mali, & defectũ boni: ideo subditur,*

3 Periit sanctus de ter. *interfectus à malis; ideo subditur,*

4 Omnes in san. *Quærentes interficere iustos machinationibus diuersis.*

5 Malum ma. sua. *Quia qualis vnusquisque est, talis sibi finis videtur.*

6 Princeps postulat. *Leuari extorsionem à subditis.*

7 Et iu. *id est, iudices sub rege constituti student per iniustitias ad satisfaciendum regi: ideo subditur,*

8 Et magnus. *id est, rex suis ministris exprimit suam voluntatem.*

9 Et con. *i. ministri durè tractauerunt Gentem subditam per iniustitiam.*

10 Qui

10 Qui optimus. *id est, minus malus.*

11 Quasi paliu. *id est, herba pungitiua.*

12 Et qui rectus. *in comparatione ad nequiores.*

13 Quasi spina. *Pungens & anxians populum iniustè.*

14 Dies spe. *id est, captiuitatis tuæ à prophetis præuisa & prænuntiatæ.*

15 Nolite cre. amico. *id est, pseudoprophetæ promittenti vobis securitatem, quasi sit verè amicus.*

16 Et no confid. in duce. *id est, in rege, credentes, quod possit vos ab aduersariis liberare.*

17 Ab ea, &c. *id est, ab vxore propria: quasi dicat, tanta imminet vobis miseria, quod nullus poterit confidere de alia persona, quantumcumque sibi sit coniuncta.*

Ego

MORALITER.

† 1 *Præco. fic. desidera.* habere bonas personas in diœcesi mea, sed non est ita; ideo subditur,

3 *Periit sanctus.* Omnes in sanguine insidiantur ad nocendum proximis in corporalibus, fama, & in rebus possessis.

5 *Malum.* id est, opera sua mala dicunt bona; sicut exactor dicit quod facit zelo iustitiæ, vel propter bonum commune.

Peccata multiplicia.

6 *Princeps postulat.* s. exactiones.

7 *Et iudex.* Nam eius balliui & præpositi reddunt quod petit de grauamine populi.

10 *Qui opti.* id est, minus malus.

11 *Qua-*

11 *Quasi paliurus.* quæ est herba pungitiua, quia talis pungit corda populi.

12 *Et qui rectus.* respectu peiorum.

13 *Quasi spina.* Hic ponitur prædictorum punitio diuina: tunc enim videt & visitat peccata: ideo sequitur,

† *Nunc erit vastitas eorum.* Non solum extrinsecè, sed etiam ab intrinsecis. ideo subditur,

15 *Nolite credere amico, &c.* quantumcumque intimo: quia nulla pestis grauior ad nocendum, quàm familiaris inimicus.

Nullus nocentior inimico familiari.

† *Quia fi.* s. carnalis & etiam spiritualis; ideo sequitur in persona boni prælati,

† Ego

a *Ego autem.* HIER. lib. 2. com. Cùm videt sanctus vir hæc omnia perturbari consummatione sæculi, & alios credere amicis, ducibus, vxoribus; ipse fidem ponit in domino, & oculum suæ contemplationis contra pressuras huius mundi in suo saluatore figit.

b *Ne læte.* Iuxta litteram, verba sunt Ierusalem respondentis contra Babylonem, & ceteras Gentes sibi insultantes.

† REMIG. IBID. Sensus est. O Babylon inimica mea, ne læteris, nec super me gaudeas, quòd merito meo ceciderim: postquam enim iram domini portauero, consurgam; quia ille est lumen meum in tenebris tribulationum. Noui quod me educturus sit de angustia Deus meus, & oculi mei videbût iustitiam eius, id est, vltionem, quam facturus est nõ longo post tempore.

Verba Iudææ prædicentis Babyloni pœnam ob crudelitatẽ in se exercitam.

† THEODOR. in com. Iram Dei nunc sustinebo, quia peccaui cõtra eum: cognoscoenim vltionis equitatem, cùm peccati magnitudinẽ considero. Sed interim expecto iustum iudicium aduersus eos, qui bellum intulerint. Et si enim ego persolui pœnas, de his quæ deliqui, tamen illi iniusta contra me vsi sunt voluntate & sententia.

† RVPERT. com. 1. 2. 3. Vbi filij Iuda subierunt captiuitatis tenebras in Babylone, Dominus lux eorum fuit, illuminans dono prophetiæ Danielem & socios eius, in reuelatione & interpretatione somniorum Nabuchodonosoris, qui eum adorauit, & in sublime extulit, constituens eum principem super omnes prouincias Babylonis.

Deus in ipsa captiuitate Hebræis adest.

HIER. supra. Hoc de pœnitentibus dicitur; sed melius est non habere vulnera, nec egere medico: Curatio non beatitudo sanctorum est, sed consolatio sanctorum post dolorem.

ALLEG. IBID. Per Ierusalem signatur anima, in qua fuit ædificatum templum domini, visio pacis, & notitia scripturarum; Sed post à peccatis superata, ducta est captiua, & pœnis attrita; sed resipiscens loquitur contra confusionem huius mũdi, & aduersus malignas potestates illis præsidentes. Noli insultare contra me inimica confusio, quia & si cecidi peccando, Deo erigente consurgam: qui ideo infert tenebras pœnarũ, vt correpto clariorem lucem immittat; & ideò patienter tolero flagella domini, quibus purgor, donec causam peccati mei sufficienti pœna vindicet, & pro doloribus patienter toleratis dignam sanitatem iudicet, & sic tandem in lucem educta, videbo iustitiam eius, Christum qui est propositus nobis forma iustitiæ & sanctificatio. Cùm autem educta de tenebris, videbo iustitiam Dei: tũc inimica Babylon, quæ putat Ierusalem non posse sanari post vulnera, videbit sanatam & erubescet, & oculi mei videbunt illam conculcatam, id est, mihi subditam, & meo exemplo humiliatam, vel in futuro damnatam.

De anima pœnitente quæ respondet opprobriis maligni.

¶ *Vox prophetæ in persona fidelium.*

a eius. [7] Ego autem ad dominum aspiciam: expectabo Deum b saluatorem meũ. Audiet me Deus meus. [8] Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi. Consurgam. Cùm sedero in tenebris, dominus lux mea est. [9] Iram domini portabo, quoniam peccaui ei, donec iudicet causam meam, & faciat iudicium meum. Educet me in lucem, videbo iustitiam eius. [10] Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me: Vbi est dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt eã. Nunc c erit in conculcatione, vt lutum platearum. [11] Dies vt ædificed tur maceriæ tuæ. In die illa longè fiet lex. [12] In die illa vsque

Interlinear glosses: a ¶ Ne insultes mihi, quia pro peccatis punior. a ¶ Deo miserante. b ¶ In captiuitate. a ¶ Educens me de tenebris. b ¶ Patienter. c ¶ Scio me meruisse quod patior. a ¶ Tamdiu portabo. b ¶ In morte, vel in iudicio. ¶ Quia noui quod edu. me in lu. vi. iusti. a ¶ Tandem peracta pœnitentia. b ¶ Gaudij post tristitiam. c ¶ Vel in hoc sæculo, vel in futuro. ¶ Sciam iusta esse iudicia eius. a ¶ Gloriam meam. b ¶ Babylon & ceteræ Gentes in circuitu. c ¶ Quæ nunc exultat. ¶ Absque mora. a ¶ O Ierusalem. ¶ Venerunt. a ¶ A Babyloniis destructæ. b ¶ Babyloniorum imperio non subiacebis. c ¶ Babyloniorum. d ¶ Quando ædificabuntur maceriæ.

c *Dies.* IBID. Post verba resipiscentis animæ, supponitur vox Dei promittentis bonam ædificationem illi reuersæ. *Dies vt ædi.* Hactenus Ierusalem, vel propheta in persona populi, nunc Deus ad Ierusalem respondet dicens, *Dies vt ædifi.*

† REMIGIVS. O Ierusalem, venerunt dies, id est, tempus, vt ædificentur maceriæ tuæ, quæ fuerant destructæ à Chaldæis. In illo tempore, longè fiet lex, id est præceptum illorum, qui imperabant tibi vt seruires eis. In eodem tempore Assyrij fugientes venient de ciuitatibus, quas deserent, vsque ad flumen Iordanis, & ad montem Sion, de montanis Persarum, & Medorum, ad quos prius Israel translatus fuerat.

Chaldæi quærentes præsidium in locis, quę destruxerãt.

d *In die illa.* HIE. supra. Dicũt Iudæi, *in die illa*, i. quãdo à Christo eorum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego au. ad do. *ponendo in eo totam meam fiduciam. Verbum est prophetæ pro se & suis similibus in futuris tribulationibus.*

2 Ne letæ. *Post populi increpationem, hic vltimo propheta redit ad eius consolationem, primò denuntiando captiuitatis terminationem; secundo, post terminum Dei consolationem, ibi,* Pasce populum. *Circa primum dicit,* Ne læteris. *id est, tu Babylon ne læteris de captiuitate Iuda.*

3 Quia cecidi. *in manibus tuis.*

4 Consurgam. *per Cyrum liberando, hoc enim non potest intelligi de captiuitate x. tribuum, quæ non rediit.*

5 Cum sede. *id est, postquam fuero in tribulatione captiuitatis.*

6 Dominus lux mea est, &c. *afferens mihi lætitiam.*

7 Iram Domini. *id est pœnam ab eo inflictam mihi,*

8 Portabo, *patienter:*

9 Donec iudicet causam, *contra Babylonem; licet enim regnum Iuda fuit punitum iustè ex parte diuinæ iustitiæ, tamen hoc Chaldæi exequebantur iniqua voluntate.*

10 Educet me in lucem, &c. *Consolationis.*

11 Videbo iusti. eius. *de Chaldæis fiendam per Cyrum & Darium.*

12 Et aspiciet inimica mea, &c. *id est, Babylonia.*

13 Et operietur confusione, &c. *id est, vndique erit confusa.*

14 Quæ dicit ad me, &c. *derisoriè.*

15 Vbi est dominus? *quasi dicat non potest te de captiuitate liberare.*

16 Oculi mei videb. eam. *id est, eius miseriam.*

17 Nunc, *id est cito.*

18 Et erit in concul. vt lutum. *per Cyrum & Darium.*

19 Dies. *supple veniunt.*

20 Vt ædific. mac. tu. *Verbum est prophetæ alloquentis captiuitatem Iudæ de reditu captiuitatis Babylonicæ. Sed quia propheta loquebatur longè ante captiuitatem & eius reditum, ideo denuntiat quod terra Iuda esset prius affligenda per regem Assyriorum, dicens,*

21 In die illa. *id est, tempore Achaz idololatræ.*

22 Longè fiet lex. *quia fecit deponi altare domini, vbi offerebantur hostiæ secundum legem, & iussit eas offerri super altare sacrilegum iiij. Reg. xvj. c.*

23 In die illa. *id est, tempore Ezechiæ filij Achaz.*

24 Vsque ad te. *id est, Sennacherib rex Assyriorum, qui venit vsque prope Ierusalem ad captiuandum.*

MORALITER.

† 1 *Ego autem ad dominum.* quia per ipsum solum possunt tanta mala emendari.

2 *Ne læteris, &c.* Omnis homo debet ex charitate diligi, quia quãdiu viuit, potest ad bonum conuerti: sed multitudo dæmonum est in malo confirmata, & sic est humani generis inimica; propter quod de casu bonorum lætantur, quorum tamen aliqui resurgunt, & sic in eorum persona dæmonibus dicitur, *Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi,* per culpam:

Nullius viatoris desperanda est conuersio.

4 *Consurgam,* per Dei gratiam.

7 *Iram domini portabo.* id est pœnam temporalem, hic vel in purgatorio.

9 *Donec iudi. cau. meam,* perfectè me iudicando.

12 *Et aspici. inimica mea.* id est dæmonum multitudo maligna.

13 *Et operietur con. &c.* in exultatione mea.

14 *Quæ di.* id est dicebat, dum adhuc essem in culpa.

15 *Vbi est domi. Deus tu.* quasi dicat, non liberabit te de manu mea. Et quia deiectio dæmonum cedit ad gloriam sanctorum, ideo subditur in persona eorum,

Deiectio dæmonum cedit ad gloriam sanctorũ.

16 *Oculi mei vide. dies.* s. venerunt,

20 *Vt ædi. mace. tu. &c.* i. angelorum ruinę quæ de electis reparatur.

21 *In die illa lon. fi. lex, &c.* s. scripta; nam omnes electi Deum videbunt immediatè. Iere. xxxj. f. *Et nõ docebit vltra vir proximum, & vir fratrem suum di. Cognoscite dominum: omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum, ait dominus.*

23 *In die illa, &c. Assur.* qui interpretatur sustollens angustiam: ideo

rum ædificabuntur maceriæ Ieruſalem, lex & prophetæ, quæ à nobis modo tenentur, tollentur de manibus noſtris & tradentur populo Iudæorum.

A a *Paſce po. tu.* HIER. li. 2. com. Verba patris ad Chriſtum, qui *bonus paſtor animam poſuit pro ouibus.* Monetur autē vt paſcat. Ideo populus & oues percutietur virga, quia habitauerant ſoli in ſaltu. i. ſeparati ab eccleſia, conuiuiis & amicitiis Gētilium ſe ſociabant. Vel quia odio humani generis vitam appetebāt ſolitariam, nō dilectione eremiticę vitę, ſed alios deſpicientes. Sed quia paſtor bonus virga ad emēdationē percutit, correcti paſcētur in medio Cārmeli, id eſt, venient ad notitiam circumciſionis veræ, qui prius verſabātur in ſaltu errorum, ſed iam facti ſunt Baſan, id eſt, confuſio pro peccatis, & facti Galaad, id eſt, transſmigrantes ab erroribus ad vnitatem eccleſiæ, ad quam teſtimonia legis & prophetarum transſmigrauerunt, & hoc fiet vobis ſecundum dies eorum, vt recordantes æternorum dierum, non aſpiciatis præſentia, ſed cum Chriſto mente habitetis in cæleſtibus, credentes vos liberatos à diebus præſentis ſæculi.

Ioan. 10. b. — Chriſtus paſtor. — Quomodo reducat ſuas oues perditas.

ad tē venit* Aſſur, & vſque ad ciuitātes munitas, & à ciuitatibus munitis vſque ad flūmen, & ād māre de māri, & ad montēm de mōnte.[13] Et terrā erit in deſolationem propter habitatores ſuos, & propter frūctum cogitationum eorum.[14] Paſce populum tuum in virgā tua, grēgem hereditatis tuæ habitāntes ſolos in ſaltū. In medio Carmēli paſcentur Bāſan, & Gālaad iuxta dies antiquōs,[15] ſecundum diēs egreſſionis tūæ de terra Ægypti. Oſtendam ei mirabilia.[16] Videbunt Gēntes, & cōnfundentur ſuper omni fortitūdine ſua.

[Interlinear glosses: a Ieruſalem. b Relaxata captiuitas. c De. d Et poſtea ad alias ciuitates inhabitandas. e Extendetur habitatio redeuntium. — a Iordanem, per quem ante tranſiuit populus. b Vſque. c Mortuum. d Rubro. — a Sion. b Medorum & Perſarum, vbi captiui fuerant. c Et reliqua terra Chaldæorū & eorū qui te vaſtauerunt. Chaldæorum fuit metropolis Babylon. Niniue Aſſyriorū. — a Mala opera. — Ratione vtentes. a Tam populus quàm duces indigent virga paſtorali. b Simplicitate contentos. — a Scilicet. Prius. b Vitiorum, ſed poſtea. — c Scientia circumciſionis. d Confuſi de peccatis. Facti. — a Transmigrantes. b Æternos. c Remoti mente ab his diebus ſæculi. — a O hereditas. Tunc. Hereditati. Tunc. — a Quæ prius vaſtauerant & præualuerant contra populum Dei. b Intelligentes peccata ſua. c Qua vaſtauerunt populum Iſrael.]

D c *Iuxta dies antiquos.* † RVPERT. Nonne omnis eccleſiaſticus ordo legendo & ſcribendo prædicat, quod nos populus domini, & grex hereditatis eius, ſecundum ſimilitudinem dierum illorum à ſpirituali Pharaone, id eſt, à diabolo liberati, de Ægypto huius ſæculi, id eſt, de ignorantiæ tenebris, exiuimus ſignatis frontibus ſigno paſſionis Chriſti, & trāſiuimus mare baptiſmi, & ſpiritualem eſcam manducauimus, ſcilicet corpus eiuſdem paſtoris & agni? Hęc & cetera mirabilia oſtēdit dominus omni credenti, quem paſcit *in virga*, id eſt, iuſtitia ſua, quā tunc ſignificabat, virga Moyſi. Et ſicut in illis diebus viderunt gentēs & *conturbatæ ſunt, dolores obtinuerunt habitatores Philiſtiim, &c.* ita paſtore iſto Chriſto, paſcente populum, pro quo mori dignatus eſt, & quem acquiſiuit ſanguine ſuo, dum oſtenderet mirabilia per Apoſtolos & martyres, viderunt gentes, & gentium imperatores, Iudæi atque gentiles, & confuſi ſunt ſuper omni fortitudine ſua, quum non poſſent facere ſimiles virtutes iis, quas faciebat ille paſtor per infirmos & contemptibiles homines.

Cibus ſpiritualis Chriſtiani populi. — Exod. 15. — Stupor gentilium ad miracula facta per ſ. delect.

IBID. Moyſes non ſolum contra Ægyptios, quos afflixit, tulit virgam, ſed etiam contra carnalem Iſrael in ſolitudine vſus eſt virga legali, & corripiente. Hæc virga excuſſa eſt de manibus apoſtolorum, qui ſapientiā inter perfectos loquuntur, quia perfecta charitas foras mittit timorem.

IBID. Chriſto paſtori, qui maior apoſtolis & melior, dicitur, Paſce in virga, Apoſtolis dicitur ne ferant virgam, ſed Chriſto qui loquitur ad carneum Iſrael conueniebat correctio, Apoſtoli verò ſuccedentes Chriſto ſeueritatem legis temperant clementia Euangelij.

Ioan. 4. d. Luc. 15. c. — 1. Reg. 15. Num. 32.

b *In medio Carmeli, &c.* † RVPERT. Carmelum, Baſan, & Galaad regiones aptas fuiſſe alendis gregibus ſcriptura teſtatur. Significant igitur illas paſcuas ouium Chriſti vberrimas, vbi paſcuntur & impinguantur, in ſacris nunc epulando ſcripturis, & poſtmodum paradiſi delitias habentes, &c.

d *Videbunt gentes & confundentur.* HIER. lib. 2. com. Ex confuſione hic profectus ſequetur, quod ponent manus ſuper os. Sicut autem impiarum Gentium manus claudunt ora eorum: ſic iuſtorum manus reſerant ora eorum, vt ex bono opere accipiant facultatem cum Deo loquendi.

IBID. Ideo Deus populum Iſrael flagellat, & à malis abſtractos ad meliora paſcua reducit: vt Gentiles hoc intelligant, & timore verberum conuertantur ad Dei timorem, qui eſt initium ſapientiæ.

NICOLAVS DE LIRA

1 Et vſque ad ciuita. *quia vaſtauit in circumitu totam terram.*
2 Vſque ad flumen. *ſ. Iordanem, qui eſt terminus terræ promiſſionis verſus orientem.*
3 Et ad mare. *id eſt de mari mortuo vſque ad mare mediterraneum.*
4 Et ad montem. *id eſt de monte Sion vſque ad montem Libani, qui eſt in termino aquilonari Iudææ.*
5 Et terra. *i. propter peccatum Achaz & aliorum regum idololatrarum, qui fecerunt idololatrare populum.*
6 Paſce po. *Hic propheta denuntiat populo conſolationem poſt reditum captiuitatis Babylonicæ, dirigens ſermonem ad Deum dicens,* Paſce populum tuum, *id eſt, paſces.*
7 In virga tua. *Id eſt, in directione tua, eum reducendo de captiuitate Babylonica.*
8 Habitantes ſolos in ſaltu. *i. ex tua protectione poterunt habitare ſecuri in ſaltu, vbi habitabant feræ: vnde j. Eſdræ viij. dicitur, quod Eſdras non petiuit equites à rege, dicens quod in via protegerentur diuina protectione.*
9 In medio Carmeli paſcentur Baſ. & Ga. *id eſt in loco fertili.*
10 Videbunt Gentes, & confundentur ſuper omni fortitudine ſua. *Samaritani enim videntes, illos, qui de captiuitate venerunt, proſperari, in reædificatione ciuitatis & templi & in aliis, fuerunt multum perturbati & confuſi, vt habetur j. Eſdræ & Neemia.*

MORALITER.

† dicitur Apo. xxj. a. *Et abſterget Deus omnem lachrymam ab ocu. ſanctorū, & mors non erit vltra, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt.*

Beatitudo patriæ cæleſtis.

1 *Et vſque ad ci. mu.* id eſt, manſiones ſanctorum omnibus bonis plenas.
† *Et à ciui. vſque ad flu.* id eſt, ſpiritusſancti abundantiam. Apo. xxij. a. *Et oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ ſplendidum ſicut Cryſtallum.*
3 *Et ad mare de ma.* id eſt ad plenitudinem lætitiæ.
4 *Et ad mo.* id eſt, ad altitudinem gloriæ, de altitudine gratiæ: & per oppoſitum dicit de reprobis.
5 *Et ter. erit in.* id eſt, homines terreni erunt in damnationem.
† *Propter ha. ſa. &c.* id eſt propter dæmones quos in habitaculis ſuorum cordium receperunt: & hoc etiam cedet ad gloriam electorum.

Damnatio reproborū.

6 *Paſce popu. &c.* quoniam perfectio vitæ contemplatiuæ eſt quædam inchoatio vitæ cęleſtis de qua locutus eſt in parte immediatè præcedenti: ideo loquitur hic de perfectione contemplationis, quæ pertinet ad ſtatum religionis. di. *Paſce po.* per votum religionis tibi conſecratum pabulo tuæ recreationis: ideo ſubditur,

Contemplatio.

7 *In virga tua.* id eſt in poſſeſſione tua. Virga namque frequenter accipitur in ſcriptura & etiā in communi modo loquēdi pro menſura terræ vel hereditatis, igitur in virga Dei, ſeu hereditate paſcuntur, qui diuinis conſolationibus recreantur, quod contemplatiuis confertur.

Diuinæ cōſolationes contēplatiuorum.

8 *Habitantes ſo. in ſalt.* id eſt in loco à tumultu negotiorum terreſtrium ſeparato.
9 *In medi. Car. paſcent.* In locis delectabilibus, nam cum Deo & angelicis ſpiritibus eſt talium conuerſatio, ſecundum illud Phili. iij. d. *Noſtrā autem conuerſatio in cælis eſt.*
† *Iuxta dies antiquos.* id eſt, eccleſiæ primitiuæ: tunc enim fuerunt excellenter contemplatiui.
† *Secundum dies egreſ. t. de t. Aegyp.* Nam in primitiua eccleſia fuerunt tanta & maiora miracula.

Primitiua Eccleſia.

10 *Videbunt Gen. & confunde.* Nam Gentiles videntes miracula nomine Chriſti facta, confundebantur de idololatria ſua totaliter relinquentes eam, ideo ſubditur,

a Ponent manus suas super os, &c. † RVPERTVS. Quoniam in A comparatione cælestis sapientiæ, quæ per illos Apostolos locuta est, & linguas eorum fecit disertas, muta fuit, & est omnis sæcularis eloquentia, ponitque manum suam super os, conuictam & confusam se esse suomet testans silentio.

Sapientia cælestis mundanam extinxit.

b Aures eorum surdæ erunt. HIER. lib. 2. cô. Quas malitia obturauit, ne audirêt veritatem, modo obturabuntur, ne audiant quod sit côtra Deum. Sed antequam accepto intellectu confundantur de malis, lingent terram, id est, terrena opera facient, sicut serpens comedit B terram omnibus diebus vitæ suæ. Sed Deo exterius flagellante, & lumen veritatis imminente turbabuntur ad pœnitentiam, exeuntes de domibus suis, id est, prauis conscientiis suis & erroribus, & sic timebunt dominû timore, qui est initiû sapientiæ qui nondû est dicendus dominus Deus eorum, sed noster C credentium. Quidam de Gentilibus intellecta veritate confundentur, & ponent manum super os: Quidam verò permanebunt in carnalibus operibus, & ideo in die vltionis cogentur exire de corporibus suis, rapti ad pœnam, in qua formidabunt Deum.

Gen. 3. c. *De iudicio discretionis quo alij pœnitent, alij in suo peccato permanent pertinaces.* **formidabunt.*

c Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem? Videns propheta Gentilium multitudinem ideo turbatam vt conuertatur, & timeat dominû & Deum, ideo deseruire, vt peccata auferat, & salutem donet: cum admiratione laudat Deum, Si non imputas Gentibus peccata sua, quæ legem tuam non habentes, quasi superflui & reliqui de populo tuo sunt relicti: quid facies gregi tuo, qui pascitur in medio Carmeli?

Vocatio gentium.

† RV-

a ❡ Mala opera auferent eis omnem loquendi libertatem.

a dine sua. Ponent manus super os, aures eorum surdæ erunt. †

b [17] Lingent puluerem sicut serpêtes, velut reptilia terræ tur- 1 †

❡ Non eorum.

babuntur de ædibus suis. Dominum Deum nostrum non 2 †

a ❡ Vel formidabunt. ❡ Qui modo desiderant diem domini. b ❡ Apostropha ad Christum.

c * desiderabunt, & timebût te. [18] Quis Deus similis tui, qui 3 †

a ❡ Per hoc quod punis, indulges hereditati tuæ. b ❡ Alia littera, & transfers peccatum.

d aufers iniquitatem, & transis peccatû reliquiarum heredi- 4

❡ Ergo. ❡ Super vos. a ❡ Gehennæ.

tatis tuæ? Non immittet vltra furorem suum, quoniam vo- 5 6

a ❡ Misericordiam volo & non sa. ❡ Misericordiam suam, non nostram.
b ❡ Abira ad clementiam, quæ est domus eius, à qua qui per peccatum eiicitur, per pœnitentiam ad eam reducitur. c ❡ Miserorum.

lens misericordiam est. [19] Reuertetur & miserebitur nostri.

a ❡ Quæ opprimebant nos sicut talentum plumbi. b ❡ Faciet non apparere.

Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum 7 8

a ❡ Et sic ô pater. ❡ In Christo. ❡ Viam.

e maris omnia peccata nostra. [20] Dabis veritatê Iacob, miseri- 9

a ❡ Quod de multitudine hominum alios salues in veritate, alios in misericordia.

cordiâ Abrahâ, quę iurasti patrib9 nostris à diebus antiquis.

Finit Michæas Propheta.

† RVPERTVS in com. Hoc in laudem & admirationem dicitur, inexhaustæ gratiæ, quæ numquam fatigatur, suscipiendo ad D se conuersos, quamlibet multum peccauerint, & in peccato perseuerauerint. Futurum enim est, vt Israel saluus sit, cùm plenitudo gentium introierit. De hoc gratulabundus exclamat, *Quis Deus similis tibi?* Non subiunxit, qui fecit cælum & terram, vel, qui eduxisti Israel de Ægypto, quod iam factum fuit, sed, *qui aufers iniquitatem*, quod futurum est, &c.

Israel in fine mundi ad Christum conuertendus.

† ATHANASIVS Serm. 3. contra Arria. Quomodo si creatura E esset Verbum, sententiam Dei abrogare potuisset, aut dimittere peccatum? Cùm sit scriptum apud prophetas. *Quis Deus sicut tu, auferens peccata, & superans iniquitates, &c.*

d *Transis peccatum reliquiarum.* HIERON. Non imponendo. Sicut exterminator in Ægypto populum Israel transiuit, non vastauit. F

Exod. 12. d.

e *Dabis veritatem Iacob.* IBID. Nouo populo semper contra diabolum & peccata luctanti. Et dabis Abraham in multitudine Gentium (quarum pater interpretatur) misericordiam, sicut iurasti eis, qui extiterunt patres nostri per fidem.

Gen. 12. f. Gen. 17. a.

† REMIGIVS. Per Abraham patrem multarum gentium, multitudo Gentium designatur, quæ credendo in Christum, factæ sunt filiæ Abraham: quibus dabis misericordiam, gratis & sine merito eas iustificando à peccatis. Quæ omnia iurasti, hoc est, immutabiliter promisisti patribus nostris, id est, fidei nostræ, quod videlicet ex tota hominum multitudine alios veritate, alios misericordia saluares. *Vniuersæ enim viæ Domi. mise. & ve. &c.*

Psal. 24.

☞ IN-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Aures eorum surdæ erunt, *Id est, declinabunt audire prosperitatem eorum præ inuidia, qua torquebuntur, sicut serpens in puluere volutatur.*

2 Dominum Deum nostrum non deside ra. & timebunt. *Timore seruili, timentes à Deo puniri propter mala quæ conabuntur facere populo tuo reuertenti: & propter ista ad Dei laudem assurgit propheta, dicens,*

3 Quis Deus similis tui? *q. d. nullus, quia tu es solus Deus verus.*

4 Qui aufers iniquitatem. *A seruis tuis per pœnæ medicinam.*

5 Non immittet. *Mutat propheta modum loquendi de secunda persona ad tertiam.*

6 Vltra fu. suum. *Si perseuerent in bono: Talia enim sunt sub conditione intelligenda, sicut dictum fuit diffusè Ierem. 18.*

7 Deponet iniquitates nostras. *Quod erat onus nos grauans.*

8 Et pro. in pro. ma. *Id est, faciet eos non apparere ad punitionem, & reuertitur ad loquendum in secunda persona, dicens:*

9 Dabis ve. Ia. *Id est, adimplebis promissiones factas patribus nostris, quæ tunc implendæ erant: & modo impletæ sunt in domino Iesu Christo. Cui est honor & gloria in sæcula sæculorum: Amen.*

☞ IN-

MORALITER.

† † *Ponent ma. super os.* Nolentes loqui vel audire aliquid de ea.

† *Lingent puluerem.* Id est, accipient magnam humiliationem, sicut legitur de Constantino, qui officium stratoris exhibuit beato Syluestro.

Humilitas principum sæculi in primitiua Ecclesia.

2 *Dominum Deum.* Id est, eius aduentum ad iudicium in opere, donec fecerint opera pœnitentiæ, inde sequitur,

† *Et timebunt te.* Id est, rigorem iustitiæ tuæ, & quia talium Deus miseretur, subditur,

3 *Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem.* Scilicet verè pœnitentium.

5 *Non immittet vltra furorem suum.* Si permanserint in bono.

7 *Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum.* Id est, non apparebunt ad confusionem & punitionem vltrà.

9 *Dabis veritatem Iacob.* Reddendo promissa in gloria sempiterna.

ADDITIO I.

In cap. 7. vbi dicitur in postill. Malum manuum suarum dicunt, &c. *Vbi nos habemus,* Malum manuum suarum, &c. *in Hebræo sic habetur:* Super manuum suarum malum vt bene faciant: princeps quærit, & iudex in reddendo est, &c. *Et est sensus, quod tanta erat malitia populi, quod propter mala opera intendebant reddere bonum remunerationis, intantum, quod princeps quærebat, an debebant remunerari aliqua mala, & iudex diffiniebat quod sic. Similiter quilibet magis tendebat in desiderium suum, etiam contra iustitiam, & sic perturbabant eam, scilicet, iustitiam.*

Præmiatio nequitiæ.

ADDI-

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in postil. Dabis veritatem Iacob. *Attendendum est, quare petiuit veritatem dari Iacob, & misericordiam Abrahæ: Cuius ratio videtur esse, nam Abrahæ primò fuit facta promissio de Christo venturo cum iuramento, vt habetur Gen. 22. & hoc fuit per misericordiam: quoniam nulla merita humana sufficerent ad hoc de condigno, vnde talis promissio ad misericordiam pertinet, ideò dicit,* Dabis misericordiam Abrahæ: *sed facta huiusmodi promissione, iam Deus debebat implere prædicta ex veritate, & ideo dicit,* Dabis veritatem Iacob, *quia iam facta erat promissio misericorditer ipsi Abrahæ, vt dictum est: quæ quidem promissio vallata fuit iuramento, & ideo subdit,* Sicut iurasti, &c.

Quare petat propheta veritatem dari Iacob & Abrahæ misericordiam.

INCIPIT PROLOGVS SANCTI HIERONYMI IN NAVM PROPHETAM.

NAum prophetam ante aduentum regis Aſſyriorum, qui populum Iſrael captiuum in ſuas regiones tráſtulerat, fuiſſe, Hebręorum traditio confirmat. Siquidem in fine huius lectionis, prædicti regis aduentum idem propheta annuntiare monſtratur. Sed cum habitatores Niniue, Iona interitum ciuitatis prædicante, ne diuina ira denuntiatum interitum ſuſtinerent, peccatorum & impietatis pœnitentiam egiſſent, accepta Dei miſericordia grauioribus ſe criminibus implicuerunt. Qua de cauſa memoratus propheta ſpirituſancto plenus, iudicium Dei annuntians, ita eſt loquutus: * Deus zelans & vlciſcens dominus, &c. Iam enim decem tribus ab Aſſyriis ductæ fuerant in captiuitatem ſub Ezechia rege Iuda, ſub quo etiam nunc in conſolatione populi tranſmigrati aduerſus Niniuen viſio cernitur. Nec erat parua conſolatio, tam his qui iam Aſſyriis ſeruiebant, quàm reliquis, qui ſub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab eiſdem hoſtibus obſidebantur, vt audirent Aſſyrios quoque à Chaldæis eſſe capiendos, ſicut in conſequentibus libri huius demonſtrabitur.

* Infra 1.

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES AD PROLOGOS IN NAVM.

Ad priorem Prologum.

Vnde ſumpti hi duo prologi.

1 HI duo prologi, ſumpti ſunt ex vnico prologo ſancti Hieronymi commentariis eius in propheta Naum ad Paulam & Euſtochiũ præmiſſo: prior quidem prologus ex parte; poſterior autem ex toto. Primus ſiquidem prologus habet duas partes: prima, quæ verba continet ipſius gloſſatoris, qui hos prologos gloſſæ præfixit, Rabani forte, vel Strabi (vt diximus) continetur occaſio prophetiæ huius contra Niniuen; ſecunda autem pars, quæ incipit ibi, *Iam enim decem tribus*, verbiſque conſtat Hieronymi ex prologo iam dicto deſumptis, fructus & vtilitas huius prophetiæ ad populum Dei redundans aſſignatur.

2 Occaſionem cur Naum poſt Ionam prophetiam dirigat aduerſus Niniuen; dicit eam fuiſſe, quod Niniuitæ poſt peractam ob Ionæ præconium pœnitentiam, ad impios mores relapſi fuiſſent. Itaque vt hanc occaſionem explicet, primo tempus prophetæ huius oſtendit; deinde occaſionem ipſam prophetiæ aſſignat. Tempus autem dicit, ex traditione Hebræorum fuiſſe paulo *ante aduentum Regis Aſſyriorum* ad obſidendam vrbem Ieruſalem, quod accidit ſub Ezechia Rege Iuda, qui (nimirum Rex Aſſyriorum) *populum Iſrael*, (decem tribus, qui regnum Iſrael ſeu Samariæ conſtituebāt) *in ſuas regiones* iam *tranſtulerat*. Rex Aſſyriorum, qui decem tribus Iſrael tranſtulit in captiuitatem & Aſſyrios colonos in vrbes Samariæ deduxit, in ſacra ſcriptura (lib. 4. Regum) Salmanaſar appellatur, qui ſeptimo anno Ezechiæ Samariam obſedit, & primam populi Dei captiuitatem abduxit.

Tempus quo prophetauit Naum.

Salmanaſar.

Poſt ſeptem alios annos, decimoquarto nimirum anno regni Ezechiæ, Sennacherib Rex Aſſyriorum, qui Salmanaſari ſucceſſerit, aſcendit contra Iudam & Ieruſalem; & per Rabſacem blaſphemam illam orationem, litteraſque impias Ezechiæ miſit: vnde Angelus domini vna nocte centum octoginta quinque millia in exercitu Sennacherib occidit: & ipſe Aſſyrius rex fugiens, in vrbe Niniue, in tēplo idoli ſui à propriis filiis eſt trucidatus. Itaque Naum aduerſus impios Aſſyrios, poſt captiuitatem decem tribuum per Salmanaſarem, & ante obſidionem Ieruſalem per Sennacherib, ſub Ezechia Rege Iuda prophetiam hanc edidiſſe videtur: nonaginta annos poſt Ionam, & centum triginta octo annos ante excidium Niniuæ & monarchiæ Aſſyriorum, à Chaldæis illatum. Videtur tamen vnà prædicere cladem Sennacheribo per angelum Dei illatam, paulo poſt ſuam prophetiam; vt illius euentus confirmaret prædictionem de vltimo Niniues excidio prolatam. Itaque hæc prophetia, circa annum octauum Ezechiæ regis edita eſt.

Sennacherib.

4 *Siquidem in fine huius lectionis*; In fine ſacri textus huius prophetiæ, vel in fine capitis primi: videtur enim ibi prædicere velocem aduentum, & velocem etiam diſſipationem Aſſyriorum contra Ieruſalem inſurgentium. Prædicti regis aduentum, nempe Sennacheribi.

Lectio pro textu.

5 *Sed cum habitatores Niniue*. Aſſyriorum proceres, quia Niniue erat metropolis Aſſyriorum; *Iona interitum ciuitatis prædicante*, per prædicationem diuinæ comminationis, ciuitatis interitum propinquum eſſe annuntiante; *ne diuina ira denuntiatum interitum ſuſtinerent*; ne interitus quem ex iuſta Dei ira ipſis imminere denuntiauerat Ionas, in illos ſuperueniret; *peccatorum & impietatis pœnitentiam egiſſent*: vt habet Ionæ ipſius prophetia; *accepta Dei miſericordia*, qua dilata eſt ipſorum punitio, propter pœnitentiam eorum; *grauioribus ſe criminibus implicuerunt*, inter quæ non vltimum fuit, crudelitas erga populum Iſrael, & impietas erga Deum, quem blaſphemiis inhonorarent, neſcientes ab ipſo prouenĩſſe victorias ſuas. Nam quamuis Deus ipſorum ambitione vſus fuiſſet, ad caſtigationem populi ſui: ipſi tamen ex ſua malitia contra populum cõcitati ſunt; & (vt apud prophetam ait Deus) Ego iratus ſum parum, vos autem adiuuiſtis in malum; id eſt, parũ volui eos caſtigare, & eum in finem poteſtatem vobis conceſſi: quam vos, iuxta crudelem ambitionem veſtram nimis inſolenter exercuiſtis.

Pœnitentia Niniuitarũ. & relapſus.

6 *Qua de cauſa memoratus propheta*, Naum ſcilicet. Ecce etiam hic vocabulum, huic auctori, qui prologos iſtos præmiſit, ſæpius viſitatum. *Spiritu ſancto plenus, iudicium Dei annuntians*, hoc eſt ſententiam vltionis contra Niniuitas in diuino iudicio latam, quaſi præco proclamans *ita loquutus eſt*, initio prophetiæ ſuæ.

Et pœna illis denuntiata.

7 *Iam enim decem tribus ab Aſſyriis*. Hæc eſt ſecunda pars prologi huius, ab Hieronymo (vt diximus) mutuò accepta, in qua aſſignat fructum, quem ex hac prophetia capere deberent Iudæi, nempe conſolationem; tum liberationis ſuæ ab Aſſyriis imminentibus ipſorum exitio; tum etiam futuræ erga Aſſyrios vindictæ totalis ob captiuitatẽ fratrum ſuorum Iſraelitarum. Itaque hic oſtendit Hieronymus, hanc prophetiam editam fuiſſe paulo poſt priorem captiuitatem.

Conſolatio fidelium ex vltione diuina in hoſtes Dei.

8 *Sub quo etiam nunc, in conſolatione populi tranſmigrati*, id eſt, decem tribuũ, in captiuitatẽ Aſſyriam abductarũ, *aduerſus Niniuen viſio cernitur*, duræ vindictæ productio prophetæ Naum inſpiratur.

9 *Nec erat parua conſolatio, tam his qui iam Aſſyriis ſeruiebant*, partim in ipſa Aſſyria, & Niniue, quo tranſmigrauerãt per victorem exercitum abducti, partim in ipſis Samariæ oppidis ſub victoribus colonis, quos ibi poſuerant Aſſyrij; relicti enim ſunt aliqui de populo terræ, id eſt pauperiores & inopes, qui victoribus inſeruirent; *quàm reliquis*, nempe qui adhuc ſtante regno Iuda, nondum in tranſmigrationem erant abducti, *qui ſub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab iiſdem hoſtibus obſidebantur*, ab Aſſyriis ſcilicet, ſed alio iam Rege eorum ducente exercitum, nempe Sennacherib.

10 *Vt audirent Aſſyrios quoque à Chaldæis eſſe capiendos*; quod accidit quinto anno poſtquam Chaldæi Ieruſalem deſtruxiſſent: tunc enim etiam Niniuen iidem Chaldæi penitus diruerunt. *Sicut in conſequentibus libri huius*. Eſt enim totus contra Aſſyrios, & ad conſolationem populi ab iis grauiter afflicti.

Quando deleta monarchia Aſſyriorum.

Item

Item alius Prologus.

1 SCiendum quoniam Niniue in no- 2 stra lingua de Hebræo speciosam sonat. Speciosus autem hic dicitur 3 mundus. Vnde & apud Græcos 4 κόσμος ab ornatu nomen accepit. Et quidquid 5 nunc aduersus Niniue dicitur, de mundo figuraliter prędicari sentiamus. Quam ob cau- 6 sam, & assumptio, quam Septuaginta interpretantur λῆμμα & Aquila ἆρμα interpretatus est, apud Hebræos משא ponitur, id est graue onus, eò quòd eam aduersus quam prophetatur, premat, nec sinat eleuare ceruicem. Si- 7 mulque hoc attendendum, quod hęc ipsa vel assumptio vel onus vel pondus prophetæ sit 8 visio. Nec enim loquitur in extasi Propheta, vt Montanus & Priscilla Maximillaque delirant, sed quod prophetat, liber est visionis intelligentis vniuersa quæ loquitur, & pondus 9 hostium facientis suo populo visionem. De consummatione itaque mundi secundũ anagogen in consolationem sanctorũ prophetia texitur, vt quæcũque in mundo vident, quasi prætereuntia & caduca contemnant; & præ- 10 parent se ad iudicij diem. Vbi vltor aduersum veros Assyrios futurus est dominus.

IN POSTERIOREM PROLOGVM.

1 HIc posterior prologus, totus est Hieronymi: sed pars prologi, quem ipse commentariis in hunc prophetam præfixit. In hoc igitur tropologiam huius prophetiæ docet: deinde prohetiæ modum ostendit; tum ad contemptum mundi ex posita hic tropologia hortatur.

2 *Sciendum quoniam Niniue.* Nomen vrbis Niniue, à radice *naah*, vel *nauah* deducitur: quia speciositatem, pulchritudinem & elegantiam significant. Sed *Nauah* etiam *habitare*; vnde Niniue potest, & *speciosa*, & domus seu habitatio Nini exponi. [Niniue nomen & significatio.]

3 *Speciosus autem hic dicitur Mundus:* ipsum enim mundi nomen, idem est, quod elegans, & speciosum, sicut mundities idem quod elegantia; & mundum vas, pro puro & specioso vase dicimus. [Mundus cur ita dictus.]

4 *Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu.* Ita Plinius lib. 2. historiæ naturalis cap. 4. *Equidem & consensu gentium moueor: Nam quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellauerunt, eum & nos à perfecta absolutaque elegantia mundum.*

5 *Et quicquid nunc.* Quæ ab hoc propheta de excidio Niniues, & monarchiæ Assyriorum prædicuntur ad litteram, ea *figuraliter*, hoc est secundum tropologiam, seu moraliter *de mundo prædicari sentiamus*, id est, de mundi huius vanitate, & caducitate.

6 *Quam ob causam.* Ex ipso titulo, quo propheta suum vaticinium inscribit, confirmat hanc tropologiam; Hebræum *masa*, significat onus graue; hoc nomine prophetiam suam vocat Naum: hoc ipsum nomen Septuaginta transtulerunt, *lemma*, quæ vox significat *assumptionem*; estque valde vsitata Mathematicis, quando ad probandum aliquod theorema, aliam propositionem probationi necessariam, assumunt, & demonstrant; Aquila eodem sensu *harma* transtulit; nam λαμβάνω, à quo prior vox deducitur, significat capio, sumo; & ἀίρω, à quo secunda vox deducta est, significat, tollo, sumo. quamquam, *harma* Græcis vsitatius currum significat, in quo videlicet tollantur seu assumantur homines. Itaque contra Niniuen *onus graue* ponitur, *eò quòd eam aduersus quam prophetatur* seu prædicitur hoc onus, *premat, nec sinat eleuare ceruicem*, onustam scilicet illa calamitate, quam Deus inducere minatur, vt sub ea quasi sub iugo ceruix, seu collum mundanæ vanitatis prematur, ne insolescat. *ceruicem enim eleuare*, gestus est superbientium. [Onus lemma, Masa, harma.]

7 *Simulque hoc attendendum.* Docet hic modum prophetiæ huius: quod quamuis primo loco eam vates appellat *pondus*, siue *onus*, siue *assumptionem*: secundo tamen appellat etiam *visionem*; vt innuat, non solum à se pronuntiatam, sed etiam intellectam fuisse Dei sententiam contra Niniuitas. [Prophetæ Dei intelligebant prædictiones suas.]

8 *Nec enim loquitur in extasi Propheta*; Non sic raptus & alienatus à sensibus loquitur, vt non intelligat ea quæ loquitur: *vt Montanus, & Priscilla Maximillaque delirant*; hoc est, eo modo, quo hęreticus Montanus eiusque prophetissæ Priscilla & Maximilla, insaniebant; qui nimirum diabolico enthusiasmo abreptitij, videbantur prophetare, cum reuera non intelligerent quæ per eos dæmon proferret; & tali afflatu stulto prophetas etiam Dei imbutos mentiebantur; *sed quod prophetat* hic vates Dei Naum, sicut ipse vocat, ita reuera est, *liber visionis*, hoc est, hominis sancti à Deo inspirati, *intelligentis vniuersa quæ loquitur*; & est *pondus* non prophetæ, vt erat ille afflatus Montanistarum, sed *hostium*, hostes Dei premens, pondus tamen, quod est etiam verbum, seu vaticinium *facientis suo populo visionem*, populum videre & intelligere facientis, ea quæ in eius consolationem prophetantur. [Prophetæ extatici Montanistarum.]

9 *De consummatione itaque mundi.* Hæc est exhortatio ad contemptũ mundi, ex superiori tropologia deducta; quam vocat *anagogen* in consolationem sanctorum: quia sicut *moraliter* inducuntur in contemptum mundi, *vt quæcumque in mundo vident, quasi prætereuntia & caduca contemnant*; sic *anagogice* ex eodem mundi contemptu eleuantur eorum animi, & sursum exaltantur corda ad desiderium rerum cælestium, *vt præparent se ad diem iudicij*, post quem est vita perpetua in cælesti gloria. [Mundus caducus, despiciendus.]

10 *Vbi vltor aduersum veros Assyrios.* Veros Assyrios, secundum anagogen vocat dæmones, & malos persequutores Ecclesiæ, quos *litterales* (vt sic dicam) *Assyrij*, aut Assyrij litteraliter accepti, in sensu mystico præfigurant; quos Deus in die iudicij *vlciscetur*, perpetuis addicens tormentis. [Assyrij, dæmones & malos persequutores figurant.]

Incipit argumentum.

[Hieron. epist. ad Paulinum.] NAum consolator orbis interpretatur. Increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur: Ecce super montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacem.

CAPVT I.

A a ¶ Hoc est. ¶ Lxx. assumptio, quod interpretatur graue onus. ¶ Pondus calamitatis. ¶ Mundi. b ¶ Et hic est. c ¶ Spiritualis. d ¶ Consolatoris.

1 O a Nus Niniue. Liber b visionis c Naum d Elcesæi.

☞ CAP. I. a ONus Niniue. Li. †† Theo. in præfat. Cum Niniuitis timore iniecissent Dei cõminationes, quarũ eis Ionas declaratione attulerat; eosque scelerum suorum pœnituisset; salutem assequuti fuerunt. Verum paucis post diebus in obliuionem ineffabilis huius benignitatis diuinæ adducti, ad pristinam malitiam reciderunt: non ita multò post regno Babylonẽ translato, vrbs solitudinum vastitati tradita fuit. Hanc Niniuitis perniciem admirabilis Naum prædicit, diuino spiritu afflatus; atque ex his quæ vaticinatur docet, vt diuina prouidentia omnia gubernantur, & actæ vitæ rationem vnumquenque reposcit; & idcirco Israel, quia impie egisset, tradidit Assyriis; & ab Assyriis (quia crudeliter egissent in istos) per alios pœnas exegit. [Niniuitis ad Ionæ prædicationem conuersis & denuo ad vomitum redeuntibus] [Naum propheta prædicit exterminium.] ☞ Hie-

Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lira super Naum prophetam incipit.

CAP. I.

ONus Niniue. *Prophetia Naum in duas partes diuiditur, scilicet procemium & tractatum, qui incipit ibi: Dominus æmulator. In prologo, primo iungitur materia huius prophetiæ in generali cum dicitur,*

1 Onus Niniue, *Id est, prophetia de malo pœna venturo super Niniue, sicut dictum fuit Ionæ 3. Niniuitis ad prædicationem agentibus pœnitentiam Deus non intulit pœnam comminatam: sed quia postea redierunt ad vomitum, Deus destruxit regnum Niniue per Nabuchodonosor regem Chaldæorum: & hanc destructionem prædixit prophetice sanctus Tobias 12. & de ista loquitur Naum propheta, Secundo, notificatur auctor cum dicitur,*

2 Liber visionis Naum Elcesæi, *Ita quod notificatur ex nomine, cum dicitur,*

3 Naum. *Qui interpretatur consolator, & conuenit suæ prophetiæ:* quia

MORALITER.

† 1 *Onus Niniue, &c.* Sequitur. *Deus æmulator & vlciscens dominus, &c.* Per hoc ostenditur rigor diuinæ iustitiæ, quo non dimittitur dedecus culpæ, sine decore punitionis iustæ; ideo subditur: [Rigor diuinæ iustitiæ.] † Et

† HIER. in procemio. Cùm Ionas & Naum de eadem Niniue quæ nunc Ninus dicitur, prophetarent, à LXX. Naum post Ionam ponitur; sed in Hebræo post Ionam Michęas, post Michæam sequitur Naum. Qui consolator interpretatur, quia & 10. tribubus iam captiuatis, & duabus iam ab Assyrio exercitu grauiter afflictis, destructionē ipsorū Assyriorum per Chaldæos futuram pronuntiauit. Graue pōdus est hostib⁹: quod delectat, vel prophetam videre, vel Israelitas audire.

De ordine quem habent prophetæ in Hebræo & 70.

IBID. Elcesæi viculus est in Galilęa ex quo Naum fuit, licet quidā Elcesæum patrem Naum, & prophetam fuisse putauerunt.

Elcesæus viculi nomen sit an personæ.

a Est. b Exactor castitatis, quæ si violatur, immittit pœnam, vt sic reuocet ad castitatem.
c In illos verò qui impœnitentes permanent, immittet vltionem ex furore dominus, vel pro malis cogitationibus, vel pro factis, vel pro dictis.

a ² Deus æmulator & vlciscens dominus, vlciscens dominus & habens furorem, vlciscens dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. ³ Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem. Dominus in tempestate & turbine viæ eius et nebulæ puluis pedum eius.

a Assyrios, qui diu expectati, quia Dei bonitatem contempserunt, passi sunt furorem iræ Dei. Tunc. Veniet.
a In circumitu eius tem. vā. b In. c Eiunt. d Tunc. e Animæ prius graues. f Fient. Tenuioris substantiæ.

sed diutissimè patiens est. Huius rei vos Niniuitæ testes estis, qui cùm vos pœnituisset actæ vitæ, salutem assequuti fuistis: & rursus cùm plurima malitia contaminati fuissetis, non pro hac, mox pœnas dedistis, sed diutissimè iniquitates hominum ferens nouit etiam non pœnitentibus supplicia irrogare. Hoc enim explicauit, cùm dixit, *Non faciet innocentem*, hoc est, eum qui supplicijs digna commiserit, non impunitum relinquet.

Deus simul misericors est & iustus.

c *Dominus in tempest.* HIE. in cōmen. Qui in tempore præsentis sæculi ita se vlciscitur de inimicis, in fine sæculi cōmouebit & cōmutabit elemēta: per quam cōmotionē credent ipsum fuisse viam veniendi ad Deum, iuxta quod ipse testatur: *Ego sum via, veritas & vita*; & tunc nubes, scilicet prophetæ & animæ iustorum, prius graues ex carnis coniunctione eleuatæ in sublime, tenuioris substantiæ fient, vt angelis iunctæ, & in scabellum pedum Dei redactæ, extremis officiis humanitatis ministrent, & si ad caput diuinitatis non pertingant. Si nebula accipitur in malum, eo quod lumen soleat obscurare, dicetur, quod animæ prauorum potestati Dei subiectæ, in puluerem quasi in nihilum redigentur, & terra quæ in eis pinguis est, dissoluetur.

Iudicium finale. *Ioan. 14. a.*

a *Deus æmulator.* HIER. in com. Zelatur dominus in salutem eorum quos zelatur, vt quos non potuit eius seruare clementia, seruet æmulatio: Vnde dicitur ad Ierusalem, quę propter peccata sua non merebatur Dei correptionem, *Zelus meus recessit à te: non irascar vltra tibi.* Quamdiu pœnitentiam aget mundus, non fiet consummatio: Sed postquam multiplicata iniquitate, & refrigescente charitate etiam ipsi electi tentabuntur; tunc zelator dominus veniet in vltionem, non quasi inimicus, sed vt ligno, fœno, stipulaque consumptis, purum aurum recipiat, & quidquid hostile & contrarium sibi inuenerit, tollat, & in pristinum statum restituat, & reducat. *Deus æmulator.* Vox prophetæ laudantis Deum quod de Assyriis vltus est iniuriam populi sui. Vel quod sanctorum gemitum audiat, & in consummatione mundi faciat aduersarios sentire supplicia.

Ezech. 16. c. *Deus zelator seu æmulator.*

† REMIGIVS. Dominus nullum motum animi, nullumque potest recipere furorem, qui in summa mentis tranquillitate mitis est & serenus: Sed metaphoricè dicitur habere furorem, quum vlciscitur mala, quia sustinentibus vltionem sic videtur.

Furor Dei.

b *Dominus pati.* HIER. in com. Et meritò punit, quia magnanimitatis suæ fortitudine iniquitates Assyriorum diu sustinuit: sed quia corrigi noluerunt, non faciet mundos & innocentes, nec patietur inultos abire.

Vel, *patiens & ma. for.* IBID. Quia sustentat ruentes, & erigit elisos, & per gratiam mundans nocentem: non patietur abire quasi innocentem, vt suo merito se possit dicere saluatum; sed multis modis arguit peccantem, & ignoscit, vt per solam gratiam saluatus appareat.

† THEODORETVS in com. Non inquit, statim pœnas sumit, sed

† REM. Iuxta litterā describitur potentia Dei, & ostenditur quia non pro magno fit ei Assyrios delere, qui potest elementa mutare.

† THEODORETVS in commen. Vult autem dicere, quod non amplius longa patientia vtetur, sed perniciem inferet, vndique malorum cumulo in vos accersito. Deinde docet, vt facilè quodlibet illi visum fuerit, efficit.

† THEOPHY. in commen. Homo iter faciens puluerem excitat, Deus vero adeo magnificè incedit ac mouetur, vt etiam ipsas excitet nubes & nebulas. Sic & contra Niniuitas motus, nubes malorum vndique adducet. Si volet, vniuersum mare exiccabit, omniaque flumina delebit. Hoc perspicuum est ex his, quæ fecit temporibus Mosis, dum rubrum mare, ac Iordanem fluuium temporibus Iosue exiccauit. Hinc & Niniue vrbem arefaciet, veluti vastum quoddam pelagus existentem, cum gloria, tum opibus, ac bellorum motibus æstuans: ac gentes sub ipso, ceu amnes quosdam in eam se exonerantes & influentes, quibus intumescat & impleatur, desolabit Dominus, ille adeo potens est, vt Basanitin regionem Palestinæ fertilissimam, tum Carmelum & Libanum montes nemorosissimos & exuberantissimos materia sua spoliet & priuet, quum primùm ille vel nutu decreuerit.

Potentia Dei immensa.

Incre-

NICOLAVS DE LIRA.

quia destructionem Assyriorum denūtiauit ad consolationem decem tribuum, quæ per Assyrios fuerant captiuatæ: & duarum tribuum, quæ per eos fuerant multum afflictæ tempore Ezechiæ. Item ex loco natiuitatis suæ, cum dicitur, Elcesæi. *Tertio, ex officio prophetandi non solum verbo, sed etiam scripto, cum dicitur,* Liber visionis. *Licet enim 12. prophetæ sint collecti in vno volumine, tamen prophetia cuiuslibet posset dici vnus liber partialis.*

1 Deus æmulator. *Hic incipit tractatus, in quo primo zelus diuinæ iustitiæ declaratur: secundò ad propositum applicatur, ibi,* Bonus dominus. *Prima in duas: quia primò ponitur rigor diuinæ iustitiæ ad puniendum, secundo vigor suæ potentiæ ad exequendum, ibi,* Dominus in tempestate. *Circa primum dicitur,* Deus æmulator, *Id est, irascens, seu vindictæ appetitor contra peccatores obstinatos, Aemulatio enim aliquando pro ira ponitur, sicut Ezech. 8. b.* Erat statutum idolum zeli ad prouocandum æmulationem, *Id est, Dei iram, vt ibidem dictum fuit. In Hebræo habetur:* Dominus accensus. *Ira enim dupliciter diffinitur à Philosophis; Vno modo materialiter sic, Ira est accensio sanguinis circa cor; Et sic dicitur in Hebræo,* Dominus accensus, *scilicet ira. Alio modo formaliter sic, Ira est appetitus vindictæ, & sic habet translatio nostra:* Deus æmulator, *id est, vindictæ appetitor, vt dictum est. Sciendum tamen, quod passio iræ non est in Deo propriè, sed metaphoricè, quia ad modum irati se habet quando punit, ideo subditur,*

Diuisio. *Aemulatio pro ira.* *Passio iræ non cadit in Deum.*

2 Vlciscens dominus. *Id est, puniens. Et repetitur prædicta sententia pluries, cum dicitur,* Vlciscens dominus, &c. *Ad maiorem affirmationem diuinæ vindictæ contra peccatores obstinatos.*

3 Dominus patiens. *Quia non statim punit peccatores, sed expectat eorum pœnitentiam, vt sequens punitio iustior ostendatur.*

4 Et magnus, &c. *Q. d. talis expectatio punitionis non est ex defectu virtutis.*

5 Et mundās non faciet innoc. *Id est, peccatores obstinatos non dimittet transire sine debita punitione, ac si essent innocentes; continuando ad præcedentia;*

Vel aliter, Et mundans, *Peccatorem pœnitentem à culpa,*

6 Non fac. innocentem. *Scilicet liberum à pœna: quia pœnæ sunt quædam medicinæ peccatorum purgatiuæ.*

7 Dominus in tempest. &c. *Hic consequenter ostenditur vigor diuinæ potentiæ, cum dicitur,* Dominus in tempestate & turbine. *Id est, sic consueuit venire ad puniendum peccatores obstinatos. De hoc habetur exemplum Exod. 14. e. vbi dicitur, quòd punitionem Aegyptiorum præcessit ventus vehemens & vrens tota nocte, & in debellatione exercitus Sisaræ venit in tempestate, Iudicum 5. Et similiter in debellatione Philisthinorum, orante Samuele, 1. Regum 7. & in pluribus aliis locis habetur simile.*

In tempestate & turbine consueuit Dominus venire ad puniendum.

8 Et nebulæ puluis pedum eius. *Ex vento turbinis eleuatur puluis obscurans aerem ad modum nebulæ: Et dicitur procedere ex Dei pedibus, quia procedit ex terra, secundum illum modum loquendi, quo dicitur Isa. 66. a.* Cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum.

Incre-

MORALITER.

† 5 *Et mundans, &c.* Id est, mundans peccatum non dimittit impunitum.

7 *Dominus in tempestate & turbine via eius, & nebula pulais pe.* Hic consequenter ostenditur vigor suę potentiæ, cui nullus potest resistere. Primum debet nos mouere ad vitandam eius offensam, scientes, quod eam non dimittet impunitam; Secundum ad sustinendum patienter pœnam, quia durum est contra stimulum calcitrare.

Vigor diuinæ potentiæ.

† Bonus

☞ a *Increpans mare.* HIERON. in com. Siccabit Deus amaritudinem mundi in quo regnat draco: & gurgites malitiæ, & eloquentiæ mundanæ destruet, in quibus reptant parua animalia, id est, hæretici, Philosophi, Oratores.

b *Infirmatus est Basan, &c.* IBID. Basan, confusio; Cum autē Deus venerit, ad nihilum redigentur peccata, quæ sunt digna confusione: & etiam illi, qui mentiuntur se habere scientiam circumcisionis, qui etiā per hypocrisim videntur florere bonis operibus.

Deus cum venerit cōteret peccatores & falsos magistros.

Hi montes vberes & consiti, per quos significatur, populus Assyriorum, quondā potens, & florens, & pluribus imperans; Deo irascente vastandus: vel, in fine sæculi potentes, nobiles, diuites repente peribunt.

c *Montes commoti sunt ab eo.* IBID. Montes & colles sublimes & potentes, qui in aduentu domini depositi, terræ hærebunt, non audentes respicere faciem domini, quod erit eis pro summo cruciatu.

¶ Cuius potestas mouet elementa, poterit vindicare Ierusalem de Assyriis, vel, cum venerit in consummatione sæculi, mare & flumina siccabuntur.

a [4] Increpans mare, & exiccans illud, & omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est Basan & Carmelus, & flos Libani elāguit. [5] Montes cōmoti sunt ab eo: & colles desolāti sunt. Et cōtremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. [6] Antē faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est vt ignis, & petræ dissolutæ sunt ab eo. [7] Bonus dominus & confortans in die tribulātionis: & sciens sperātes in se. [8] Et in diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius,

a ¶ Cum Dominus venerit in maiestate, orbis, & cuncta in eo mouebuntur, sicut in passione saxa scissa sunt, & terra mota. b ¶ Ad solum redacti sunt, depositi de solio suo, pauimento cohærebunt.

a ¶ Deo corripiente, vel rarus, vel nullus erit, qui non paueat ad iudicium Dei: cum astra quoque non sint munda in conspectu eius.

¶ Nullus. ¶ Quia. ¶ Vel stillauit.

a ¶ Suis. ¶ Quia. ¶ Cum irasci cœperit Gentibus, & regna eorum vastare, tunc suos nauigantes non opprimet vna tempestate.

a ¶ Captiuitatis, vel iudicij. b ¶ Non opprimet suos cum Assyriis, quia per patientiam eius aduentum expectant. Scit enim dominus qui sunt sui.

a ¶ Non manente, quia. b ¶ Id est, finem. c ¶ Id est, diluuij. Sicut dicitur, Transiui, & non est inuentus locus eius. Et, iter impiorum peribit, sic iter diluuij peribit post iram Dei sola apparente clementia.

† RVPERTVS in com. Per tam diuersas res mare, flumina, Basan, Carmelum, Libanum, montes & colles, & terram: diuersas habitantium in orbe terrarum causas intelligimus; quia propter diuersas eorum causas, penè similibus vltionibus vltus est in eos æmulator Dominus, &c. Notandum interea, septem verbis (quo numero plerumque significatur vniuersitas) cunctas præsenti loco æmulatoris Dei vltiones esse declamatas. Mare, increpante illo, exsiccatur, flumina ad desertum perducuntur, Basan & Carmelus infirmatur, flos Libani elanguit, montes ab eo sunt commoti, & colles desolati, terra, vel orbis, contremuit, &c.

Septem generaa vltionum quibus punit Deus peccata.

d *Ante faciem.* HIERON. in com. Cum venerit dominus in turbine, siccans mare, id est, imperium Assyriorum, & omnia flumina id est potentiam & vbertatem eorum destruens, & montes id est altitudinem imperij, & latitudinem (quæ orbis terrarum dicitur) concutiens: tunc nulla potentia poterit resistere Deo irascenti, & suum populum vindicanti.

e *In ira furoris eius.* IBID. Per iram, signatur diabolus, minister iræ, qui ad plectendos malos mittetur: nec reperietur in fine mundi aliquis tam purus qui libera fronte contra eum resistat dicens, *Ecce venit princeps mundi, & inuenit in me nihil.*

Diabolus hic dicitur ira.

IBID. Indignatio Dei, quæ diu sustentat peccantes, aliquando non tota quidē prorumpit in pœnam: sed stillat in modū ignis, ad dissoluendum duritiam cordium, quæ per petram signatur.

Ioan. 14. d.

f *Bonus Dominus, &c.* † THEOPHYLACT. in comm. Postquam horrēda commemorauit, ac impetus & iræ Dei meminit: vt ne durum quempiam ac prauum quidam arbitrentur Deum (id quod Simonis & Marcionis sectatores passi sunt,) quæ ad mansuetudinem & benignitatē eius pertinent, nunc adducit, & ait, Etiam si ingentem & intolerabilem Domini indignationē dixerim: hostibus tamen huiusmodi indignatio segregata definitaque est. Hi iniquo animo ferentes castigationem, vituperant Deum: qui tamen benignus, mansuetus, & clemens est, castigationem ab ipso adductam placida mente sustinentibus.

Simonis & Marcionis blasphema de Deo opinio.

Dei benignitas.

g *Et in dilu.* † THEODORETVS in com. Id est, funditus perdet, & in perpetuas tenebras dabit contra se furentes audacia. Diluuium & consummationem vocauit, perditionem funditus factam.

Diluuium pro cōsummata perditione.

† THEOPHYLACTVS suprà. Hoc quoque proprium calamitatis est, quod qui in tribulationibus & afflictionibus sint, mente obfuscentur, quadam caligine obducti, vt etiam in die velut in nocte agant.

† HIER. in comm. Iuxta historiam. Cum Deus vastauerit terram promissionis quasi per diluuium, faciet finem captiuitatis, reducens Israel ad pristinas sedes: sed Assyrios persequentur tenebræ, hoc idem potest dici in fine sæculi, quòd sanctorum post iram miserebitur: persequutores, vel diabolos, in tenebras mittet exteriores.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Increpans mare, & exiccans illud, &c. *Sua virtute, sicut patet Exod. 14. de mari rubro.*

2 Et omnia flumina ad desertum dedu. *Sicut enim siccauit alueum Iordanis, ita posset omnia flumina desiccare.*

3 Infirmatus est Basan & Carme. *Quæ sunt loca vberrima.*

4 Et flos Libani elanguit. *Vbi solet esse viror continuus: & hoc fuit tempore Eliæ ex siccitate inducta virtute diuina tribus annis & mensibus sex, Iacob. 5.*

5 Montes commoti sunt, &c. *Hoc frequenter apparet de terræmotibus. Omnia ista sunt inducta ad ostendendum magnitudinem virtutis diuinæ; ideo dicitur,*

6 Ante faciem indignationis eius quis stabit? *Quasi dicat nullus.*

7 Indignatio eius effusa est vt ignis. *Hoc patuit in subuersione Sodomæ & Gomorræ igne sulphuris.*

8 Et petræ, &c. *Ex vehementi igne resoluuntur lapides, vt patet in calce.*

9 Bonus dominus. *Hic consequenter illud quod dictum est de rigore diuinæ iustitiæ, & vigore suæ potentiæ ad propositum applicatur in punitione regni Assyriorum, in quo metropolis erat Niniue. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur vnius regis, scilicet Sennacherib punitio; secundo totius regni destructio, capitulo sequenti. Prima in duas, quia primo circa Sennacherib. ponitur vltio diuina; secundo exultatio in terra Iuda ibi,* Ecce super montes. *Ad intellectum primi sciendum, quod sicut habetur 4. Reg. 18. Sennacherib venit in Iudæam, & de Lachis misit Rabsacen in Ierusalem ad terrendum Ezechiam, & suum populum: sed rege Aethiopum inuadente terram Sennacherib, compulsus fuit dimittere Iudæam ad defendendum terram suam, sed habita victoria, rediit in Iudæam ad destruendum Ierusalem, & tunc angelus domini percussit in exercitu eius 185. millia bellatorum, ipse cum paucis fugit ad terram suam, vbi interfectus fuit à filiis suis 4. Reg. 19. & sic confortatus fuit Ezechias cum populo suo, & secundum hoc dicitur.* Bonus dominus & confortans. *Scilicet Ezechiam & populum suum.*

Diuisio.

Expeditio Sennacherib contra Iudam.

10 Et sciens, *Scientia approbationis,*

11 Sperantes in se. *Id est, Ezechiam & Isaiam & alios iustos contra Sennacherib de diuino confidentes auxilio.*

12 Et in diluuio prætereunte. *Id est, in fortitudine exercitus Sennacherib, secundum quod dicitur Isaiæ 8. b.* Adducet dominus super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, &c. *& sequitur ibidem.* Et ibit per Iudam, &c.

13 Consummationem faciet. *Id est, destructionem per angelum vt dictum est.*

MORALITER.

† 9 *Bonus dominus.* Hic prophetat destructionem regis Niniue, scilicet Sennacherib, qui Deum blasphemauit & cultum Dei de Ierusalem auferre voluit, vt habetur 3. Regum; propter quod Antichristus significatur per ipsum, qui Deum blasphemabit & eius cultum de ecclesia tollere tentabit. Quia tamen Deus tunc electos confortabit, dicitur, *Bonus dominus & confortans, &c.* Scilicet in Antichristi tribulatione futura.

Antichristus.

10 *Et sciens sperantes in se.* Scientia approbationis.

11 *Et in diluuio prætereun.* Id est, in Antichristi persecutione, quæ dicitur *diluuium præteriens*, quia grauis erit ad sustinendum, *sed breuiabitur propter electos, Matth. 14.*

Eius persecutio & destructio.

13 *Consummationem faciet.* Nam Antichristum & eius exercitum pro magna parte destruet.

☞ a *Quid cogitatis con.* HIER. in com. Quandoquidem Deus est facturus suis fidelibus finem diluuij: quid accusatis Deum legis, qui quasi nimis seuerus & austerus graues cruciatus ex præcepto legis irrogauit peccantibus? Si videtur cruentus, quod genus humanum diluuio, Sodomitas igni, & Ægyptios mari, Israelitas in heremo perdidit: scitote ideò téporaliter pro peccatis punisse, ne in æternum puniret; *Quia non iudicabit Deus bis in idipsum.* Qui ergo puniti sunt sufficienter, post non punientur; alioqui mentitur scriptura, quod nefas est dicere.

Deus hic aliquos punit temporaliter, ne cogatur eos in futuro sæculo punire æternaliter.

IBID. Si fidelis in adulterio deprehensus decollatur: videtur non amplius puniendus, ne bis in idipsum iudicetur. Sed sciendum Deum sicut omnium rerum, ita suppliciorũ quoque scire mensuram: nec præuenire sententiam iudicis nec illi in peccatorum exercendæ dehinc pœnæ auferri potestatem: & magnum peccatum diuturnis sui cruciatibus, sed leuem culpam compensari leui supplicio.

IBID. Expositio Hebræorum. O Assyrij cur male cogitatis contra Deum, quod duodecim tribus ex toto destructurus sit? non consurget duplex tribulatio, non tradet vobis Iudam & Ierusalem sicut tradidit 10. tribus & Samariam.

IBID. Non capientur ab Assyriis duæ tribus sicut 10. quia dum adhuc in terra Iuda sunt Assyrij, & sicut spinæ se inuicem complectuntur, lætantes & gaudentes consumentur ab angelo, quando vna nocte 185. millia cæsa sunt. Quæ multitudo, ebriorum conuiuio pulchre comparatur, & spinis se complectentibus, quæ igni solent tradi, & stipulæ quæ leui ardore comburitur.

Exercitus Sennacherib percussus ab Angelo inter conuiuandum.

b *Non consurget duplex, &c.* † REMIGIVS ex com. Hieron. Hoc septuaginta apertius quasi exponentes dixerunt. Non iudicabit Deus bis in idipsum, & sic vsitatum versatur per ora omnium. Marcion duos deos adinuenit, vnum veteris testamenti malum & crudelem, qui pœnis hominum delectetur: alium noui testamenti bonum, quem dicunt facturum mundi consummationem. Contra hos dicit propheta. *Quid cogitatis, &c.* Ipse qui creauit mundum, eius quoque faciet consummationem. Illis quos præsens tribulatio affligit, futuram damnationem consurgere non sinit, & peccatoribus idcirco Deus ad præsens infert supplicia, vt in æternum non pereant.

Duo dij quos confinxit sibi. Marcion.

† THEOPHYLACTVS in com. Vel talis est potentiæ Deus, vt si aliquem pro meritis punire velit, hoc ipsum simul cumulatè vna plaga perficiat, nec altera vindicta opus habeat, semel quadantenus ipsum conficiens.

† GREGORIVS lib. 18. moral. cap. 15. Si dicamus quamlibet culpam bis feriri non posse: hoc ex peccato percussis, atque in peccato suo morientibus debet æstimari; quia eorum percussio hic cœpta, illic perficitur: vt incorrectis vnum flagellum sit quod temporaliter incipit, sed in æternis suppliciis consummatur. quatenus eis qui corrigi renuunt, iam præsentium malorum percussio, sequentium sit initium tormentorum.

* de pœ. di. 3. c. sunt plures §. auctoritas & c. quærat hic aliquis. Non de omnibus generaliter asserendum quod si hic sustineant pœnas temporales, in futuro euadent æternas.

HIER. in comm. Fœdera & coniunctiones hæreticorũ, quasi spinæ se inuicem complectũtur: & conuiuium eorũ, Id est, mysteria altaris (quia & ipsi mensam dominicã se habere dicunt) spinarũ fœdus est, simul vescentiũ pariterq; potantiũ: cùm enim ebrij de vinea Sodomorum cõtra Deum blasphemant nõnne conuiuium spinarum est? Quod tamen cum suis auctoribus consumetur, quasi stipula ari. ple. ab ipsis contra Deum exit inimica cogitatio.

Conjurationes hæreticorum.

a ¶ Qui elegerunt potius tenebras, quam lucem: ipsis tenebris comprehendentur.

a & inimicos eius persequentur tenebræ. [9] Quid cogitatis con- †

a ¶ Qui creauit mundum, ipse eius consummationem faciet.

b tra dominum? Consummationem ipse faciet. * Non consur- † 1

get duplex tribulatio, [10] quia sicut spinæ se inuicem comple- 2

ctuntur, sic cõuiuium eorum pariter potantium: Consumen- 3 4

¶ Hæreses studiosæ.

c tur quasi stipula ariditate plena. [11] Ex te enim exibit cogitans 5 6

a ¶ Vt figmentis regat mendacium.

contra dñm malitiam, mentẽ pertractans præuaricationem.

a ¶ In robore. ¶ Q. Licet Assyrij fortes sint & multi, non præualebunt tibi.
b ¶ Assyrij. c ¶ Adiunctis sibi multis Gentibus.

d [12] Hęc dicit dñs: Si perfecti fuerint & ita plures, sic quoque at- † 7

a ¶ Id est, Assyrij. ¶ Sicut multi capilli forcipe; sic multitudo eorum facile succidetur.
¶ Angelo vastante. b ¶ Assur vel esse desistet, vel vastato exercitu in patriam suam reuertetur, te sospitem relinquens.

e tondentur, & pertransibit. Afflixi te, & nõ affligã te vltra. [13] Et 8 9

f a ¶ Qua percutere te conabatur. ¶ Potestatem. b ¶ Assyrij.
g c ¶ Quæ captiuis parabat, quamquam possit & obsidio accipi pro vinculis clausæ multitudinis.

nũc cõterã virgã eius de dorso tuo, & vincula tua dirũpam. 10 11 12

c *Ex te enim ex.* Hæc de Rapsace dicuntur. Qui egressus de Assyriis blasphemauit Deum, persuadens Israelitis, vt desperantes de auxilio Dei traderent se Assyriis, non Deo sed idolis seruire.

d *Si perfect.* † REMIG. De Assyriis iuxta litteram dicit quod si robusti & perfecti fuerint, & augeantur numero cunctarum gentium sic quoque vastante angelo Domini attondeantur, id est, comminuantur, veluti capilli forcipe facillime præscinduntur.

Prædicit Assyriis cladem.

e *Et pertransibit.* HIER. Scilicet Azur, hoc est, esse desinet, vel vastato exercitu suo reuertetur ad terram suam.

f *Et non afflig. &c.* IBID. Scilicet hoc tempore, & per hos hostes à quibus modo obsideris. Nam sępissimè per alios postmodum afflicti sunt.

g *Et nunc conter. &c.* IBID. Id est, omnem potestatẽ quam habet, & in qua gloriatur: siue, vincula quæ præparabat, vt captos ligaret.

† THEOPHYL. Virgam qua castigatur Israel, conteram abs te ô Niniue, vt eam porrò non teneas, quo per eam Israelem castiges.

HIER. in com. Rursus ad Iudam & Ierusalem sermo dirigitur, quibus Deus non perpetuam, sed illius tẽporis, & ab illis hostibus à quibus obsidebatur, securitatem pollicetur. *Si perfecti, &c.* Benigna Dei contra hęreticos comminatio, qui etsi fortes, & multi, atterentur, & trãsibit eorũ impetus; sequitur & promissio, permisi te affligi potestate diaboli, quo auctore tanta confinxeras, & vincula ad colligandas animas peccantium contexueras: Sed hæc omnia modo dirumpam, dicens his qui in vinculis tenebantur, *Exite.*

Hæresis à Deo euersæ.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quid cogitatis contra dominum? *Tu Sennacherib & exercitus tuus? q. d. vos cogitatis contra dominum destructionem ciuitatis domini & templi, sed non poteritis. Et subditur causa,*

2 Consummat. &c. *Exercitus vestri.*

3 Non consurget, &c. *Id est, Sennacherib non tribulabit regnum Iuda, ipsum captiuando, sicut Salmanasar pater suus regnum Israel tribulauit.*

4 Quia sicut spi. *Et sic inuicem comburuntur.*

5 Sic conui. *In vespere enim noctis, in qua angelus percussit exercitum redigendo in cineres corpora bellatorum, rex fecerat principibus exercitus conuiuium.*

6 Ex te enim. *Iste fuit Rabsaces missus à rege ad terrendum Ezechiam & populum suum, vt sic se redderet, & ducerentur in terrã idololatriæ subiectam.*

7 Si perfe. &c. *Id est, si bellatores fuerint perfecti in fortitudine & multitudine.*

8 Sic quo. at. *Id est, ab angelo percutientur, quæ percussio vocatur rasio siue attonsio Isa. 7. d. In die illa radet dominus in nouacula acuta rege Assyriorum caput & pilos pedum & barbam vniuersam.*

Percussio hic vocatur rasio.

9 Afflixi te. *Verbum est domini ad Ezechiam, & populum suum qui fuerunt afflicti per regem Assyriorum.*

10 Et non af. *Scilicet per Assyrios, tamen postea tempore Sedechiæ populus fuit afflictus per Chaldæos.*

11 Et nunc con. &c. *Id est, potestatem.*

12 Et vin. tua. &c. *Quia cum exercitu poteris ire libere per Iudæam.*

☞ Et

MORALITER.

† *Et inimicos eius,* Scilicet Christi & ecclesiæ,

† *Persequentur tenebræ.* Scilicet inferni, in quibus punientur Antichristus & satellites sui.

1 *Quid cog. con. do.* Scilicet tu Antichriste & ministri tui.

2 *Consummationem ipse.* Id est, destructionem tuæ potestatis & imperij.

3 *Non consurget du. tri.* Quia post persecutionem Antichristi alia non succedet.

4 *Quia sicut spinæ se inuicem, &c.* Id est, simul comburuntur, sic erit de Antichristo & adhærentibus sibi, quia similiter comburentur igne infernali.

6 *Ex te enim exibit cogitans contra dominum ma.* Hoc dicitur de nuntiis ab Antichristo præmissis.

† *Hæc dicit dominus: Si per. fu.* Si potentiores & plures destruentur.

10 *Et non affligam te vltra.* Quia post mortem Antichristi non affligetur ecclesia.

4 Quia † Et

a *Et præcipiet*. HIER. in cō. O Assur, quod passurus es, ne putes fortuito, & sine iudice contingere: quia Deo præcipiente omnia fient.

† THEOPHYLACTVS in com. Hoc ciuitati Niniue dicit: Quoniam de te Dominus Cyro imperabit; vt copias suas aduersum te armet. Mandabit porrò, non prophetas mittendo, sed animum eius inuisibiliter per sua, quæ nouit, iudicia cótingendo; maximè cum idololatra esset, & indignus qué per suos prophetas conueniret.

(Quomodo aliquid mādare idololatris dicatur Deus.)

B *Non seminabitur, &c.* REMIGIVS. Id est, nullus nascetur ex te, qui tuo nomine vocetur, & heres tuus appelletur: vt enim liber Isaiæ declarat, statim vt reuersus est, interfectus est à filiis

(Sennacherib à filiis suis occisus.)

C suis, cum adoraret in templo Nesrach Deum suum; & hoc est quod sequitur. *De domo Dei tui, &c.* Vt inde puniaris, vnde sperabas auxilium.

HIE. in cō. O hæretice, animę per te deceptorū non suscipiēt nomina, quę prius inuocaue ant super terras suas: sed cessabunt sectæ hæreticorum, ne ab eis alij nominentur. Morientur ergo tibi errorum dogmata; sed & tu, qui tibi viuere videbaris, morieris errori, & bono tuo mortuus, idola, quæ colebas, habebis sepulchrum: & de pectore tuo auferentur errores, in quo prius erat templum Dei tui, quem simulabas, qui inhonoratus es dum colis vana idola, qui rationalis es.

b *Ecce super mon.* HIER. IBID. Legitur in Paralipomenon, quod Sennacherib obsidēte Ierusalem, primo mense, non potuit Pascha fieri, sed cæso exercitu, & nunciata morte Sennacherib, secūdo mēse Pascha celebratum est. Inde ait: O Iuda ne sis sollicitus occiso hoste tuo in templo Dei sui; ecce venit tibi nuntius trāscurrens montes & colles, & quasi de specula nūtians tibi, morte Sennacherib liberatam vrbem, *Celebra Iuda fe. t. & re. vota tua*, quę pollicitus es Deo, redde pro nece inimici, quia *Belial*, Id est, præuaricator ille, non *pertransibit te*, quia *totus interiit*, exercitus, & rex, & imperium Assyriorum penitus conciderunt.

(D Hæreses à Deo dissipatæ. 2. Par. 30. Pascha non suo tempore celebratū à Iudæis propter cęcidibus eorum imminentem Sennacherib. E Isa. 37. F)

IBID. Si quando fuerit grauis persecutio, & Dei vltio in eius aduersarios apparuerit dicamus ad ecclesiam: *Celebra Iuda, &c.*

IBID. ALLEG. Destructis hæresibus inducitur vox ecclesiastici prædicatoris, qui hortatur ad gaudium animas Deum confitentes pro diabolo in idolis destructo.

a ¶ Contra te, Assur. ¶ Facta promissione liberationis ad Israelitas, conuertit verba ad Assyrios comminans eis pœnam. b ¶ Id est non fiet seminatio. a ¶ Quia reuersus Sennacherib Niniuen, statim à filiis occisus est in domo Dei sui adorans, ibi punitus vnde sperabat auxilium. ¶ Te. b ¶ Inter aras & puluinaria adorantis idola, sanguis nefarius effundetur. a ¶ Cum angelis domino canens. a ¶ Vnde Apostolus. Quæ conuentio Christi ad Belial? b ¶ Præuaricator. c ¶ Quia. ¶ Subuersa Niniue.

a [14] Et pręcipiet super te Dominus. [1] Non seminabitur ex nomi- [2] ne tuo amplius de domo Dei tui interficiam. [3] † Sculptile & cōb flatile ponam sepulchrum tuum, [4] quia inhonoratus es. [15] Ecce super montes pedes [5] Euangelizantis, & annuntiantis pacem. Celebra Iuda festiuitates tuas & redde vota tua, [6] quia nō adiiciet vltrà, vt pertranseat in te Belial: [7] vniuersus interiit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et præcipiet, &c. *Verbum est propheta ad Sennacherib; de quo præcepit dominus angelo, vt percuteret exercitum eius.*

2 Non seminabitur. *Id est, non nascentur vltrà tibi filij; quia fugiens ad terram suam, citò fuit interfectus à filiis suis, scilicet post 45. dies à fuga sua. Tobiæ 1.*

3 De do. Dei tui inter. *Quia in templo idoli sui fuit interfectus 4. Regum 19. ideo subditur,*

(Sennacherib in templo idoli sui occisus.)

4 Sculptile & con. po. se. &c. *Quia inter idola fuit occisus, nec in sepultura factus est ei honor regius, eo quod factus erat toti populo exosus, imputanti destructionem exercitus prædictam superbia Sennacherib, Deum Israel blasphemantis. 4. Reg. 19.*

5 Ecce super mon. *Hic consequenter ponitur exultatio populi Iuda, cum dicitur,* Ecce super montes, &c. *Quia percusso exercitu, & Sennacherib fugiente, statim Ezechias misit cursores ad denuntiandum Dei auxilium sibi factum, & vt omnes venirent in Ierusalem ad reddendum gratias Deo de tanto beneficio.*

(Exultatio populi Iudæ propter occisum Sennacherib & exercitum eius.)

6 Quia non adiic. &c. Belial. *Id est, absque iugo, per quod intelligitur Sennacherib, qui nec Deum nec homines reuerebatur.*

7 Vniuersus. *Quia post mortem sui exercitus occisus fuit, vt dictum est.*

MORALITER.

† 1 *Et præcipiet super te dominus.* Id est, super Antichristum, quem Michael Archangelus de præcepto domini fulminabit.

2 *Non seminabitur ex nomine tuo amp.* Nam Antichristus non relinquet semen ad ecclesiæ persecutionem.

3 *De domo Dei tui,* Id est, idoli tui,

† *Interficiam.* Scilicet idololatras.

4 *Sculptile & conflatile ponam sepulchrum tuum.* Nam Antichristus morietur in idololatria dæmonis sibi priuati.

5 *Ecce super montes, &c.* Sicut Sennacherib debellato per angelum, nuntij Ezechiæ discurrerunt ad congregandum populum in Ierusalem, vt de tanto beneficio gratias agerent Deo: sic Antichristo per angelum fulminato, congregabuntur fideles ad celebrandum solemniter Eucharistiæ sacramentum; Ideo subditur, *Celebra Iuda festiuitates tuas & redde vota tua, quia non adiiciet, &c.*

(Restitutio cultus diuini cum destructus fuerit Antichristus.)

ADDITIO.

In cap. 1. Naum, vbi dicitur in postill. Non consurget duplex tribulatio.

Hoc quod dicitur: Non consurget duplex tribulatio, *videtur continuari cum hoc, quod immediatè dixerat,* Consummationem ipse faciet. *Et est sensus, quod Deus decreuerat consummare exercitum Sennacherib, sic totaliter, quod iterum non possent tribulare regnum Iuda: & sic dicit,* Non consurget, *scilicet in regno Iuda* duplex tribulatio, *ex parte Assyriorum.*

CAPVT II.

CAP. II.

a *Ascendit qui, &c.* † THEOPHYL. Ascendit cōtra Niniue Currus, qui insufflans faciei tuæ, eripuit te ex afflictione. Insufflare autem, ex Iudaica consuetudine dixit, quorum exorcistæ in languentium vultus insufflabant.

† REMIG. Absque dubio veniet Nabuchodonosor, qui te destruat ò Niniue, & agros tuos deuastet. Quia igitur incurabile tibi imminet bellum, prædico tibi, contemplare viam diligenter, & iter per quod venturus est, &c.

Nuntiato interitu Niniue, supponit per quem implendus sit, dirigens verba ad ipsam Niniuen.

a ¶ Quia. ¶ Nabuchodonosor, qui ante os tuum vastet agros, persequatur agricolas, te clausum teneat.

a A [1] Scendit qui dispergat corā te, [2] qui custodiat obsidionem, [3]

Con-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. II.

1 Ascendit. *Post quam propheta denuntiauit percussionem Sennacherib regis Assyriorum, hic consequenter denuntiat destructionem, regni, in quo metropolis erat Niniue, quæ destructio facta est per Nabuchodonosor regem Babylonis post Sennacherib. Et primò ponitur hæc destructio; secundò destructionis ratio capitulo sequenti. Prima in tres, quia primo ponitur Niniue obsidio; secundò obsessæ captio, ibi,* Portæ fluuiorum; *tertio capta deprædatio, ibi* Diripite. *Circa primum alloquitur regem Assyriorum, dicens,* Ascendit, *id est, ascendet currus & equos, scilicet exercitus Chaldæorum.*

(Niniue destructa per Nabuchodonosor. Diuisio.)

2 Qui dispergat coram te. *Vastando terram tuam in oculis tuis, & non poteris resistere.*

3 Qui custodiat obsidionem. *Circa Niniuen vsquequo capiat eam.*

Contem-

MORALITER.

1 *Ascendit qui dispergat coram te, &c.* Hic ad litteram describitur destructio Niniue per Babylonios, per quam mysticè potest intelligi destructio Iudææ per Romanos, & nomina † conso-

(Destructio Iudææ per Romanos.)

a *Contemplare*. HIERON. in com. Videns propheta imminere bellum Niniue, iam gaudens insultat ruituræ.

† THEOPHYLACTVS in com. Ad Iudam hæc dicit, præcipiens ipsi, circumspicere per vias, & expectare nuntios ac bonas ab illis accipere annuntiationes. *Conforta lumbos, &c.* Pro eo quod est, priorem depone formidinem, & confortare lumbis tuis, eos circumcingens. Sic esto; Dominus ait: *Succingere vt vir lumbos tuos.* Et, Paulus, *Circumcingite lũbos vestros in veritate.* Proinde & hic eos fortes esse & confidentes iubet.

Confortare lumbos quid sit.

HIER. in comm. ALLEG. Tria præcipiuntur Iudæ: Primum, vt aspiciat viam, per quam ambulet ad eum, qui dicit, *Ego sum via*; Deinde, vt teneat lumbum, id est, mortificet carnem; tertio, vt assumat virtutem, ne deficiat in bello contra hostes. In quo bello ne deficiat, supponit in qua re spem possit habere; scilicet, quod Deus reddidit super Iacob iniurias, quas solebat superbus aliis inferre: modo Dei gratia humiliatus ab Assyriis patienter sustinet, Iacob supplantator, Israel videns Deum; Sicut ergo videns Deum, & semper cogitans de Deo, nescit aliis facere iniuriam: sic in luctamine supplantans inimicos desistit aliis inferre iniuriam, per hoc, quod vastatores, *Id est, angeli singulorum, qui semper vident faciem patris,* dissipauerunt in Iacob & Israel quidquid pulueris eis inhæserat; & mentem, quæ prius contumeliam prompta erat, à vero Iacob & Israel auerterunt, & quidquid mali in cogitationibus eorum propagabatur extinxerunt.

Ioan. 14. a. De eo qui vel voluntate, vel necessitate desinit aliis iniuriari. Matt. 8. b.

b *Quia sicut*. IBID. LXX. *Quoniam auertit dominus captiuitatem Iacob, sicut contumeliam Israel.* Vtrumque & Iudam & Israel vastauerunt Assyrij.

† REMIGIVS. Id est, sicut vltus est Dominus Iudam de superbia Sennacherib, sic vlciscetur decem tribus, quæ in Niniue captæ tenentur. Hoc est enim quod dicit: Sicut reddidit Dominus superbiam, quam exercuerant Assyrij contra Iacob, id est, Iudam; sic reddet superbiam Israel, id est, quam fecerunt ipsi Assyrij contra decem tribus.

c *Quia vastatores*. HIER. in cõ. Iuxta historiã contra Niniuen loquitur & describitur Babyloniorum exercitus contra eam veniens.

d *Clypeus fortium, &c.* † REMIGIVS. Narratur pompa præparantium se Chaldæorum contra Niniuen ad bellum. *Clypeus ignitus*, id est, vibrans & quasi fulgurans vim; *in coccineis*, id est, vestibus coccinei coloris, vt ipsa vestium similitudo terrorem ignis, & sanguinis præsentaret speciem; *Igneæ habenæ*, ob nimiam præparantium ad bellum festinationem: *agitatores*, id est, rectores vel Israel, vel Assyriorum *consopiti sunt*. Tanta est etiam multitudo commixti agminis, vt quadrigæ in plateis, dum viam præ multitudine nequeunt reperire, inter se collidantur. *Aspectus eorum*, scilicet Babyloniorum, *quasi lampades*, vt ante solo visu aduersarios terreant, quàm mucrone feriant. Tunc *recordabitur populus Assyriorum fortium suorum*, & quæret eos qui in itineribus corruerunt. *Velociter ascendent muros* Niniue ad defendendum, & propter longam obsidionem præparabunt sibi vmbraculum ad æstus pellendos, &c.

Describitur expeditio Chaldæorum ad expugnandam Niniuen.

a ¶ Irrisio. ¶ O Niniue, quæ præcino tibi ventura. b ¶ Accingere. c ¶ Congrega exercitus.

a contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde: [2] quia sicut reddidit dominus superbiam Iacob, sic superbiam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorũ corruperũt. Clypeus fortiũ eius ignitus, viri exercitus in coccineis. Igneæ habenæ currus in die præparationis eius: †

a ¶ Sicut vindicauit Deus Iudam de superbia Sennacherib, sic vindicauit 10. tribus quæ à Niniue possidebantur. b ¶ Quam in Iudam exercuit. a ¶ Assyrij. b ¶ Iudam & Israel. ¶ Metaphoricè. a ¶ Iudæ & Israel. b ¶ Quia Niniuitæ vastauerunt Israel, ideo clypeus id est fortitudo Babyloniorum ardescet contra Niniuen. a ¶ Parati ad effusionem sanguinis erant.

† HIER. in comm. ALLEGOR. *Clypus*, Id est, arma diaboli & membrorum eius, sunt accensa igne inuidiæ, iræ, furoris, & *viri exercitus in coccineis* sunt rubri sanguine martyrum. *Ignea habena currus*, qui ferunt diabolum per mundum, succensæ sunt igne gehennæ. *Agitatores*, qui venantur diabolo prædam, consopiuntur & delectantur, & quasi dormiunt capta præda; sed isti omnes pro malis suis itineribus conturbabuntur in die iudicij, & *quadrigæ conuulsæ sunt in pla.* Quamuis spatiosa via sit quæ ducit ad mortem, tamen pressura temporis coarctati, rectum iter inuenire non poterunt, sed in se inuicem collidentur. Ibi tamen spirabunt veterem furorem, & sicut fulgura huc illucque discurrent. Et recordabitur, ad pœnam suam diabolus & membra eius, eorum qui fortiter & violenter egerunt contra ecclesiam: & ruent in itinere non valentes implere conatus suos, *& velo. ascendet mu. eius.* Terrore venientis iudicis infirmati, fugient ad terminos mundi, quibus quasi muris mundus includitur & ambitur, & vltrà non valentes progredi, quasi ex necessitate cogentur contra instantem repugnare. Sed illis hæc cogitantibus, cuncta, quæ ab eis obtenta fuerant, dissipabuntur, & aperientur portæ, quæ clausæ fuerant, id est conscientiæ singulorum reuelabuntur, & regna impiorum corruent, & miles, diabolus, & ancillæ eius, id est, molles, sub illo ducentur in tartara, gementes & indignantes contra se pro malis, quæ gesserunt, & tamen murmurantes & indignantes contra Deum, pro pœnis quas patientur; nollent enim Deum habere punitorem.

Impij cum diabolo in die iudicij damnati ad pœnas inferni.

e *Ignea habena currus in die præparationis, &c.* HIERONYMVS IBID. In ardentibus locis, velocitas properantium signatur, & præparantium se ad bellum pompa narratur, & commixtim nunc de Israel, quæ olim passus sit; nunc de Assyrio, quid fecerit; nunc de Babyloniis, quid in Assyrios exerceant, scriptura contexitur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Contemplare. *Id est, dispone te ad occurrendum ei, tuos bellatores confortando: quasi diceret, Hoc erit pro nihilo, vt habetur infra. Et subditur causa,*

2 Quia si. reddidit dominus superbiam Iacob, &c. *Deiiciendo Sennacherib, eo quod superbe egerit contra duas tribus.*

3 Sic superbiam Israel, *Supple cito reddet, destruendo totum regnum Assyriorum, eo quod superbe egerit contra regnum decem tribuum, ipsum viliter captiuando.*

4 Quia vastatores. *Id est, Chaldæi venientes,*

5 Dissipauerunt eos. *Id est, dissipabunt Assyrios.*

6 Et propagines eorum. *Id est, filios & filias.*

7 Clypeus fortium. *Scilicet Nabuchodonosor,*

8 Ignitus. *Erant enim ibi lamina ærea ad solis radios refulgentes sicut ignis, ad terrorem Assyriorum, & ad offuscandum oculos eorum.*

9 Viri exercitus in. *Habebant enim super arma ornamenta rubea, ne si aliquis eorum vulneraretur ex apparentia sanguinis alij terrerentur.*

Arma Babyloniorũ.

10 Igneæ haben. cur. *Id est, curruum. Erant enim ibi habena limatæ, & sic in radio solis fulgebant sicut ignis.*

11 In die. *Scilicet ad prælium. Et è conuerso erat de Assyriis, de quibus dicitur,*

MORALITER.

† consonant. Nam Niniue germen pulchritudinis interpretatur: ideo per ipsam Iudæa significatur, eo quod in ipsa natus fuit Christus, de quo dicitur Ierem. 23. a. *Ecce dies venit dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, &c.* Similiter per Babylonios significantur Romani, vnde 1. Petri 5. d. *Roma Babylon vocatur:* Ibi enim dicitur, *Salutat vos ecclesia in Babylone collecta*, Id est, in Roma. Secundum hoc ergo primo ponitur Iudææ vastatio, cum dicitur, *Ascendit qui disperdat te, &c.* Quia Romani veniendo versus Ierusalem destruxerunt terram, & post obsederunt Ierusalem.

Christus ex Iudæa secundum carnem. Roma Babylon à S. Petro dicta.

1 *Contemplare viam, &c.* Iudæi enim considerabant qualiter possent Romanos impedire in via, & seipsos fortificare: sed eis non valuit, Et subditur causa, cum dicitur,

2 *Quia sicut reddidit do. su. Ia. &c.* Propter duplicem enim superbiam scilicet contra Christum & contra Romanum imperium vastati fuerunt.

Duplex superbia Iudæorum quæ eis exitium attulit.

7 *Clypeus fortium eius, &c.* Scilicet Romani exercitus.

8 *Ignitus, &c.* Id est, refulgens ad solem, & ad Iudæorum terrorem.

9 *Viri exercitus in coccineis. &c.* Id est, rubeis ex sanguine Iudæorum.

10 *Ignea habena, &c.* Id est, refulgentes.

† *Currus.* Id est, curruum.

☞ a *In itineribus, &c.* HIER. in com. Rursus redit ad ordinem descriptionis. Tanta est multitudo venientium, vt sit mixtum agmen in itinere nec discerni possit. Quadrigæ etiam præ multitudine inter se collidentur in plateis.

b *Portæ fluuiorum apertæ.* IBID. Quamuis Niniuitæ claudant portas, domino reserante apertæ sunt Babyloniis, quæ ad instar fluminis habebāt ciuium multitudinem, & templum, id est, regnum est destructum: sub metaphora mulieris captiuæ vastitas Niniue describitur.

Imperium Assyriorum cum ipsa Niniue euersum.

† THEOPHYLACTVS in com. Quasi intueatur propheta, Niniue quomodo in captiuitatem abducatur, hæc dicit: Ascendebat veluti in Persiden abducenda, cumque ipsa municipia, & subiectæ ei ciuitates in cordibus suis gementes, hoc est, clanculum murmur & gemitum columbarum imitantes.

c *Et Niniue.* HIER. Filiabus, Id est, minoribus vrbibus destructis, ipse populus Niniue, qui pro multitudine comparatur piscinis aquarum, ita inutilis erit, vt resistere non valens hostibus, fugiat.

IBID. ALLEG. Aquæ Niniue, Id est, mundi, sunt illi, qui altitudinem cæli relinquentes, in ima lapsi sunt: quia omnia dogmata mundi, quæ sunt extra hortum signatum, quamuis magna videantur, angusto tamen fine coartantur.

Dogmata mundi.

d *State.* IBID. Fugientibus populis inertibus, clama Niniue, quasi mater, State state, claudite portas, saltem in muris resistite hostibus. Sed nullus ex pietate matris reuertitur, sed eam deserunt prædam hostibus. Vnde vox ad Babylonios dirigitur, diripite argentum.

IBID. ALLEG. Primum est, vt habitatores mundi à Deo peccando non fugiant, quod si fugerint, ad vocem Dei, vel matris ecclesiæ reuocantis & dicentis, peccasti, quiesce, debet cessare à fuga, Id est, culpa: sed obstinatus non vult redire, Cui à diabolo dicitur, Defer tecum argentum mundani eloquij, & aurum mundanæ sapientiæ, dogmata tua, omnium sensuum verborumque compone flores. Sed vasa Id est, corda eorum adeò sunt profunda in cupiditate, vt quantalibet multitudo diuitiarum ea non possit satiare.

Eccle. 11. — Corda cupidorum.

e *Diripite argentum.* † THEOPHYLACTVS in com. Priorem Niniuitarum explicat iniuriam & circumscriptionem, quodq; ex rapinis eas collegerint. Neque potest quisquam eorum dicere quod propter penuriā ea diripuerint, tolerabilius enim hoc fuisset malum, sed per iniuriā & quia voluerint habere diuersos eosque pretiosos ornatus. Nam & feminarum instar viri propter mollitiem & stultitiam ornabantur.

Assyrij seu Niniuitæ de rapinis luxuriantur.

f *Dissipata.* † REMIGIVS. Sub figura mulieris dissipatæ & dilaceratæ describitur qualis fuerit Niniue tempore captiuitatis: scilicet tabescens corde, & dissolutis genibus, & præ terroris magnitudine facies pallore deformes, ollæ combustæ similitudinem videbantur habere: quæ omnia iuxta litteram completa sunt in Niniue, quando à Nabuchodonosor capta est.

Miserabilis status Niniues captæ à Nabuchodonosor.

HIER. in com. Hoc de his, qui ad Deum conuertuntur, qui dissipantur calore fidei, prius infidelitate gelati, & scindunt corda cõfitendo, & dilacerant pœnitendo, & cor prius durum tabescit calore spiritussancti, & genua prius rigida flectuntur Deo, & deficiunt omnes voluptates carnis. Quod autem sequitur, *Et facies omnium, &c.* ad illos pertinet, qui nolunt reuerti, & quorum facies operientur confusione in similitudinem fuliginosæ ollæ.

De peccatoribus quorū alij pœnitēt alij indurantur.

☞ Vbi

[Interlinear: a Non mirum si Babylonij tam velociter veniunt ad vastandum, quia Israelitæ vel Niniuitæ prius aliorum agitatores modo inutiles erant. b Commixti.]

a [1] & agitatores eius consopiti sunt. [2] [3] In itineribus conturbati

[Id est collisæ ad inuicem.]

sunt, [4] quadrigæ conuulsæ sunt in plateis, [5] Aspectus eorum

[a Tunc.]

[6] quasi lampades, [7] quasi fulgura discurrentia. [8] Recordabitur for-

[Assur fugiens. a Requiret eos qui in fuga corruerunt. b Prius. c Non sustinentes vim hostium intrabunt muros Niniue.]

[9] tium suorum, [10] ruent in itineribus suis. [11] Velociter ascendent

b muros eius, [12] & præparabitur vmbraculum. [13] Portæ fluuiorum

[a Omnes ducti sunt in Babylonem.]

[14] apertæ sunt, [15] & templum ad solum dirutum. [16] Et miles capti-

[a Captiuatæ mulieres. Minores vrbes & castella. b A victoribus. c Tantus erit terror, vt nec singultus erumpat, sed more musitantium columbarum obscuro murmure lachrymas deuorabunt.]

uus ductus est, [17] & ancillæ eius minabantur [18] gementes vt co-

[Mundus.]

c lumbæ, murmurantes in cordibus suis. [19] Et Niniue quasi pi-

d scina aquarum aquæ eius, ipsi vero fugerunt. State state, &

[a Ad clamantem matrem. b O Babylonij. Quia Niniuitæ fugerunt. c Tanto tempore congregata subito rapite.]

e non est qui reuertatur. [20] Diripite argentum, [21] diripite aurum: &

[a Non potestis tantum rapere, quantum illa ad rapiendum præbet.]

non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus.

[Niniue. Eius. In ea est.]

f [22] Dissipata est, [23] scissa & dilacerata, [24] & cor tabescens & [25]

[a Confractio.]

dissolutio geniculorum, [26] defectio in cunctis renibus,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et agitatores. *Id est, auriga. Propheta enim de vno exercitu loquendo transit ad alium, & è conuerso sicut solet fieri in descriptione bellorum.*

2 Consopiti sunt. *Id est, attoniti præ stupore, ideo subditur,*

3 In itin. con. *Nescientes currus ducere, ideo subditur,*

4 Quadrigæ conuulsæ. *Ex defectu ductionis. Et subditur causa huius stuporis, cum dicitur,*

5 Aspectus eorum. *Id est, Chaldæorum.*

6 Quasi lampa. *Propter refulgentiam armorum, vt prædictum est.*

7 Quasi fulgura discur. *Id est, velociter & audacter currentes contra Assyrios.*

8 Recordabi. *Scilicet rex Assyriorum.*

9 Fortium suorum. *Qui solebant esse constantes & animosi, & facti sunt pauidi: ideo subditur,*

10 Ruent in itineribus. *Non potentes resistere in campo Chaldæis: ideo subditur,*

11 Velo. asc. mu. *In Hebræo habetur,* Festinabunt ad muros suos, *vt qui non poterant resistere in campo, defenderent se in muro.*

12 Et præparabitur vmbra. *Id est, tentoria Chaldæorum in circuitu ciuitatis ponentur ad eam obsidendum, & sic patet ciuitatis obsidio.*

13 Por. fluuiorum. *Hic consequēter describitur ipsius captio, cum dicitur,* Portæ fluuior. *Id est portæ Niniue, qua confidebat in munitione fluuiorum.*

14 Apertæ sunt. *Id est, fracta per impetum Chaldæorum.*

15 Et temp. *Scilicet templum idoli Nesrach quod colebant reges Assyriorum 4. Reg. 19. In Hebr. habetur,* Et palatium *scilicet regis, ad solum dirutum, in regni contemptum.*

16 Et miles. *Id est, milites regni Assyriorum. In scriptura enim frequenter ponitur singulare pro plurali. In Hebræo habetur.* Et astans captiua adducta est. *Et dicitur hic astans regina, vt dicit Ra. Sa. secundum illud Psal.* c. Astitit regina à dextris tuis, *& littera sequens concordat cum dicitur,*

Singulare positū pro plurali.

17 Et an. eius mi. *Captiua à Chaldæis.*

18 Gementes, &c. *Non audentes alte clamare præ timore.*

19 Et Niniue quasi pis. &c. *Id est munitio fluuiorum, de qua cõfidebant, non resistit aduersariis, sicut aqua piscinæ resistere nõ possunt præ sui paucitate.*

20 Diripite. *Hic consequenter describitur ciuitatis captæ deprædatio cum dicitur,* Diripite. *vos Chaldæi.*

21 Argen. *Id est, quæcumque pretiosa.*

22 Dissipa. *Scilicet Niniue.*

23 Et scissa. *Per fractionem murorum in pluribus locis.*

24 Et cor. *Id est, deficiens factum est bellatoribus viris.*

25 Et disso. geniculorum. *Id est, genuum, quæ tremunt ex timore, & ideo dicuntur genicula diminutiue.*

26 Et defectio. *Ita quod non poterant stare.*

☞ Et

MORALITER.

† 1 *Et agitatores, &c.* Nam currus, in quibus portabantur arma Romanorum, & victualia, erant in tanta multitudine, quod aliquando adinuicem collidebantur: & ductores ebrij videbantur.

Impedimēta exercitus Romani.

5 *Aspectus eorum quasi lampades,* Id est, terribiles.

12 *Et præparabitur vmbraculum, &c.* Id est, tentoria Romanorum circa Ierusalem, & sic patet obsidio.

13 *Portæ fluuiorum.* Ezechias rex Ierusalem fecit ibi duplicem piscinam aquarum ad fortificationem ciuitatis, quæ dicuntur hic fluuij, sed non obstiterunt Romanis, ideo dicitur, *Portæ fluuiorum*, in quo notatur captio ciuitatis & captiuatio populi & deprædatio bonorum, cum dicitur *omnia.*

Ierusalem capta à Romanis.

20 *Diripite argen.* Nam Romani rapuerunt.

† Et

a *Vbi est.* † REMIGIVS. Niniues aulam dicit, in qua leones, id est, potentissimi & crudelissimi morati fuerant, ad quam iuit leo rex Babylonis, & catulus leonis, id est, subregulus eius, & non fuit qui resisteret.

HIER. in com. ALLEG. Cum transierit Niniue, id est, mundus, tunc sancti admirantes & gaudentes dicent, Vbi est habitatio leonū, ad quam iuit diabolus, & eius catulus, Id est, Antichristus, & omnis peruersæ doctrinæ sermo? Quē ante aduentum Christi nemo exterruit, sed necauit plurimos suis dæmonibus, & speluncas impleuit, Id est, ecclesias suas cadaueribus & sanguine mortuorum.

Diabolus cum suæ crudelitatis ministro Antichristo sublatus.

b *Leo cepit suf.* IBID. Nabuchodonosor iure victoriæ cuncta possidet, & vrbibus, vel vxoribus suis captiuos in seruitutem tradidit, & rapinis & ornatu Niniue impleuit thesauros & ciuitates suas.

Direptio Niniue.

c *Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum, &c.* † THEOPHYLACTVS in com. Quandoquidem ô Niniue, diripuisti omnia regna, ideo ecce ego protinus aduersum te exurgo, tametsi hactenus sim cunctatus. Quod si cuncta exupero, te superior etiam ero. Postquam metaphorice leonum, catulorum, venationis & pascui meminit, merito etiam istorum sublationem & interemptionem tropice prædicit. Quia enim in latibulis abditas feras mouere sese nolentes, venatores prodire cogunt fumo speluncæ ori opposito, egressasque excipiunt hastis & ensibus, letho ita demittentes, ait: Multitudinem populi tui exuram in fumo, populosissimam vrbem flammis tradam, incendam, regesque eius & principes mactationi dedam, vt Ierusalem incendio tradidi. Nequaquam vltra venaberis, neque diripies gentes & regna, &c.

Quomodo venatores feras e speluncis eruere cogāt.

HIER. in comm. ALLEG. Comminatur Deus mūdo, quod multitudinem, quæ lata via ad morte vadit, succendet, & fumo malitiæ suæ suffocabit: & per bonitatem suam etiam leones gladius, id est, sermo Dei, comedet, intantum vt nemo exinde per eos ad mortem capiatur, & comprimet omnem strepitum malorum operum, qui mortem hominibus nuntiare solebat.

Mundus per Christū deuictus.

IBID. ALLEG. Possunt hæc omnia de confusione futura damnandorum intelligi.

a ¶ Præ magnitudine metus facies habitatorum, in similitudinem ollarum videbuntur exustæ & deformes. b ¶ Ad Niniuen verba exprobrantis diriguntur. c ¶ Niniue fuisti habitatio regum & refectio nobilium, sed iam non es, quia inuasit te rex Babyloniæ.

a & facies omnium sicut nigredo ollæ.[1] † Vbi est habitaculum[2] leonum, & pascua catulorum leonum? Ad quam iuit leo:[3] vt ingrederetur illuc catulus leonis, & non est qui exterreat.[4]
b [5] Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis.[6] Et
c impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina.[7] Ecce[8] ego ad te, dicit dominus exercituum, & succendam vsque ad[9] summum quadrigas tuas,[10] & leunculos suos comedet gla[11]dius. Et exterminabo de terra[12] prædam tuam,[13] & non audietur vltra vox nuntiorum tuorum.[14]

(a ¶ Expugnandam. b ¶ Nabuchodonosor. a ¶ Nullo resistente. b ¶ Subreguli eius. a ¶ Ecce ego ad te mitto Babylonios. ¶ Niniue, cuncta quæ sunt dicta me auctore patieris. ¶ Cuius dicere est facere. a ¶ Consummationem. a ¶ Currus. ¶ Nobiles & subregulos gladio interficiam. ¶ Non vltra vastabis terram, nec tributa exiges. a ¶ Nec audientur emissarij tui per prouincias, vel non audiam angelos, qui præsident tibi, pro te deprecantes.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et facies. *Ex fame & ex fumo incendij Niniue, ideo subditur derisoriè.*
2 Vbi est habitac. leonum. *Id est, Niniue, vbi solebant reges & principes habitare, qui erant feroces vt leones.*
3 Et pascua catulorum. *Id est, filiorum.*
4 Ad quam iuit leo. *Id est, rex, id est, quam ciuitatem ingressus est, vt ibi habitet secure cum catulis suis, id est filiis & famulis: quasi dicat nulla est, quia non habet refugium à facie Chaldæorum.*
5 Leo cepit sufficien. *Id est, abundanter bona multorum regnorum sibi diripiendo, secundum quod dicitur. 4. Reg. 19. d.* Vere domine dissipauerunt reges Assyriorum Gentes & terras omnium.
6 Et neca. leænis suis. *Id est, interfecit reges terræ, vt eorum pratiosa afferret vxoribus, & concubinis suis.*
7 Et impleuit præda spe. *Id est, domos suas, ideo subditur vltio diuina,*
8 Ecce ego ad te. *Cuius virtuti non potest resisti.*
9 Et succendam vsque ad summum. *Id est, totaliter,*
10 Quadrigas tuas. *In quibus alia regna deuastasti.*
11 Et leunculos tuos, &c. *Id est, filij tui occidentur,*
12 Et extermina. de terra. *Scilicet, tua,*
13 Prædam tuam. *Dando eam Chaldæis.*
14 Et non audietur vltra vox nuntio. *Ad blasphemandum Deum, sicut Rabsaces, à te missus blasphemauit. 4. Reg. 18. f.* Stetit itaque Rabsaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, &c. *Et sequitur ibidem,* Nolite [illegible]ire Ezechiam, qui vos decipit, dicens: Dominus liberabit nos. Numquid liberauerunt dij Gentium, &c. *quasi dicat nec Deus vester poterit vos liberare.*

MORALITER.

† 1 *Et facies omnium.* Scilicet Iudæorum.
† *Sicut nigredo ollæ.* Ex fumo incendij & fame.
4 *Ad quam iuit.* Id est ad abundantiam prædæ iuit Titus liber absque impedimento: quia tamen postea dissipatum est imperium Romanorum ex sua superbia, subditur, *Ecce ad edi. &c.*

CAP. III.

a VAe ciuitas. HIER. in com. Describitur potētia Niniue, & sub lamentatione crudelitatis arguitur, *Va ciuitas san.*

* Eze. 24. d. Habac. 2. c.

† REMIGIVS. Væ inquit, ciuitas sanguinum & homicidiorum, in qua nulla est veritas, sed omnē mendacium, plena rapina & laceratione prædarum, à qua rapina numquam discessit.

† THEOPHYL. in cō. Amantes bellorum Niniuitæ, & sanguine gaudentes erant. Tota mēdax ideo vocatur, quod omnes planè idololatræ erant, vanos Deos colentes tum pauperes tum diuites.

HIER.

CAPVT III.

¶ Tibi. a ¶ In qua nulla veritas, sed omne mendacium, tu dico plena rapina & prædarum laceratione.

a V *Æ ciuitas sanguinū[1] vniuersa mēdacij[2] dilaceratione[3]

NICOLAVS DE LIRA. CAP. III.

1 VAe ciuitas. *Post ciuitatis Niniue destructionem, hic propheta declarat destructionis rationem, quæ fuit ciuitatis malitia: cum hoc tamen interponitur de pœna; Et diuiditur in duas partes, quia primo propter malitiam nuntiatur eius depopulatio, & secundo eius multiplex confusio, ibi,* Ecce ego. *Circa primum dicitur,* Væ ciuitas sanguinum. *Cuius populus fuit effusor multi sanguinis.*

Diuisio.

2 Vniuer. *Id est, tota dedita mendacio: quos enim non poterat superare virtute, nisus est decipere fraude.*
3 Dilace. *Id est, diuisionibus intrinsecis, quod est signum propinquæ subuersionis. Mat. 12. b.* Omne regnum in seipsum diui. desola.

Non

MORALITER.

1 *Væ ciuitas.* Sicut dictum est, Niniue, de qua loquitur ad litteram propheta, significat Ierusalem: quæ bene dicitur ciuitas sanguinum, eō quod effudit sanguinem Christi, & discipulorum eius.

Ierusalem ciuitas sanguinum.

2 *Vniuersa mendacij.* Nam occidit Christum qui est ipsa veritas.
3 *Dilaceratione plena.* Quia sicut dicit Iosephus lib. de Iu. bel. Ante aduentum Romanorum erat plena intestinis dissensionibus.

Plena seditionibus antequam obsideretur à Romanis.

† Non

a ¶ Saulcentis imperij. ¶ O Niniue est in te. b ¶ Sonitus. c ¶ Per diuersa discursus.

a plena. Non recedet à te rapina. [2] Vox flagelli, & vox impetus [1] [2]

a ¶ Vox.

b rotæ, & equi frementis et quadrigæ feruentis, & equitis

c ¶ Vox. a ¶ Vox aduersariorum à Niniuitis interfectorum.

d ascendentis, [3] & micantis gladij, & fulgurātis hastæ, & multi- [3]

¶ Vox.

tudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum. [4] [5] †

a ¶ Vel cadent in sua multitudine, dum ad se inuicem conspiciantur, vel in cadaueribus interfectorum corruent. b ¶ Ecce causa.

¶ Quia cum multis Gentibus fornicata est, & totius orbis, quem subiecerat sibi, colebat idola.

e f Et corruent in corporibus suis [6] propter multitudinem forni- [6] [7]

¶ Magos significat.

cationum meretricis speciosæ & gratæ & habentis malefi- † [8]

a ¶ Id est, in omnibus Gentibus potestatem habuit.

cia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & fami- [9]

a ¶ O Niniue, quia te quasi publicum prostibulum cunctis fornicationibus præparasti. [10] b ¶ Veniam. c ¶ Subuertendam.

g lias in maleficiis suis. [11] Ecce ego ad te, dicit dominus exerci- † [11]

a ¶ Non angelis, vel cuiquam alij committam iudicium tuum, sed ipse discooperiam pu. tua. b ¶ Vt quæ prius non videbas, ante oculos ponantur.

h tuum, & * reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam [12]

☞ HIERONYMVS in com. Mundus qui *in maligno positus* linguis suis homines interficit, *Ciuitas sangui.* dicitur, qui est *mendax* peruersitate doctrinarum, quibus multos *dilacerat* & rapit. In mundo etiam est *vox flagellorum*, id est, tribulationum, quibus iusti afflicti clamant: quando alius ira, alius libidine, alius odio vel inuidia torquetur, flagellum Assyrij regis in eis sonat. Quandoque in morbis corporeis flagellum diaboli sentitur: Immittitur enim aliquando non ex natura elementorum, sed ex diabolo percutiente, vel regius morbus, vel hydropis, vel labor calculi & huiusmodi. Et in mundo etiam *impetus rotæ*, cùm homines ignari vbi salus vbi periculū, huc & illuc discurrūt. Est & *equus fremens*, id est, diabolus, qui fugientes acriter insequitur, conculcat & illudit. Est & *quadriga feruens*, quæ cum Pharaone submergitur, quæ quatuor equis trahitur. id est, quatuor animi passionibus, vnde, Hi cupiunt metuuntque, dolent gaudentque; Sonat & in Niniue *eques ascendens*, id est, diabolus, cuius gladius dialectica arte fulgidus, & hasta fulgurans, dum transfert se in angelum lucis: & his armis multi interficiuntur, qui, nisi statim per gratiam curentur, fit grauis ruina in qua non est finis, quia malitia non habet finem. Hæc mala *corruunt*, id est, contingunt in corporibus mortuorum, quæ *multiplicatione fornicationis* prostrata sunt. Est autem in Niniue *meretrix speciosa & grata*, quæ ad amorem sui penè cunctos diuersis maleficiis trahit: Hęc *vendit Gentes in fornicationibus*, scilicet, dum amore temporalium & tædio bonorum, qui fuerant membra Christi, fiunt membra meretricis, & alios secum trahunt.

[Margin: 1. Ioan. 5. d. — Mundus & quæ in illo sentiuntur flagella. — Isa. 47. a. — Quatuor animi passiones. Vir. 6. Aene. — 2. Cor. 11. c. — Sophismata dialecticæ. — 1. Cor. 6. c.]

a *Vox.* IBID. Describitur exercitus Niniue præparantis se ad bellum. Quot sunt species peccatorum, tot Gentes Niniue.

† THEOPHYLACTVS in com. Tamquam audire videbatur & intueri propheta imminentia belli mala, sic ea denarrat, perinde quasi iam præsentia essent. Veluti enim vocem, vel sonitum exprimit flagellorum, quibus equi ad acriorem cursum excitantur, & motui rotarum assimilari dicit strepitum.

b † *Et equi frementis.* IBID. Repete, *vox.* Videtur enim audire equi insequentis hinnitum, qui animaduersa velut victoria, ceu pro epinicio hinnitum edat. Superbum enim quiddam equis. Cum dixisset, *Vox flagrorum*, indicauit iuxta quis esset qui flagris cæderetur, equus videlicet, vt vehementius persequeretur.

c † *Vox equitis ascenden.* IBID. Hoc est turbulenta & alacris vociferatio: quippe quia equites ascensuri equos vel plaustra, tumultuantur & vociferantur alacriter, sese inuicem adhortantes.

d † *Et micantis gla.* Non amplius hic *Vox* subaudienda est, sed, *visio.* Videtur enim intueri fulgentes gladios, thoraces, præterea & alia coruscātia arma, multitudinem etiam virorum partim vulnera infligentium, partim cadentium cum pondere armorum.

[Margin: Propheta videt in visione euersionem Niniue.]

e *Et corruent.* HIER. Et anima pereunt luxuriosi: & corpore cui seruiūt debilitantur in præsenti.

[Margin: Luxuria animæ simul & corpori officit.]

f *Propter multitudinem forni. &c.* † REMIGIVS Meretricem Niniuē dixit, vel propter idololatriam; vel quia omnium gentium erat emporium, & negociatores vel mercedes earum suscipiebat, & idcirco cum omnibus gentibus fornicabatur, & omnium gentium scortum erat, speciosa & grata, & habens maleficia, id est, studebat artibus magicis, & multas gentes sub sua ditione tenebat.

† THEOPHYLACTVS in com. Corporali etiam fornicatione meretrix erat Niniue, ob delitiarum affluxum impudicè viuens: Deinde etiam propter idololatriam scortum appellatur. Pulchra & iucunda ideò meretrix, quod excellentiæ, gloriæ, opum, aliorumque bonorum causa præclara sit, nec paucis amabilibus & vrbanis rebus exuberet, veluti aliarum ciuitatum regina. Magia item, & incantamentis, aliis Assyrij præeminebant.

[Margin: Niniuitarū luxus & peccata.]

g *Ecce ego.* HIER. in com. Loquitur sub metaphora mulieris adulteræ, quæ deprehensa producitur in medium, & ante oculos omnium depompatur.

IBID. Loquitur medicus veniens è cælo ad sanandum mundum, qui vniuersos potest curare morbos.

h *Reuelabo.* IBID. Id est, faciam te intelligere errores tuos quos ante putabas esse virtutes: & Gentibus, quas vendidisti in fornicatione tua, ostendam nuditatem tuam, vt desinant fornicari tecum, videntes turpe corpus tuum, cuius superficie prius ducebantur, & regnis quæ maiora quàm Gentes ignominiam quam ☞ tibi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non recedet à te ra. *Id est, Chaldæi te obsidentes non recedent à te donec rapuerint omnia bona tua.*

2 Vox flagelli. *Id est, sonus flagelli incitantis equos curruum & equitum super te venientium.*

3 Et micantis gladij. *Ad te occidendum.*

4 Et fulgurantis hastæ. *Id est velociter vibratæ ad modum fulguris.*

5 Et multitud. interfectæ. *De ciuibus tuis.*

6 Et cor. in cor. *Q. d. tanta erit multitudo interfectorum, quod vnus interfectus cadet super alium. Et subditur causa,*

7 Propter multit. fornicationum, *Spiritualium, quæ sunt idololatriæ, & corporalium.*

8 Meretricis speciosæ. *Id est, Niniue attrahentis alias Gentes ad suas idololatrias per multas vias.*

9 Et habentis maleficia. *Id est, habentis in se maleficos, & incantatores magicis artibus vtentes.*

10 Quæ vendidit gentes. *Quia pulchras puellas aliarum Gentium captas exponebant Niniuitæ prostibulis pro pretio, & idem faciebant de pulchris iuuenibus in vitio Sodomitico.*

11 Ecce ego. *Hic consequenter ostenditur ipsius Niniue derisio, & sub nomine Niniue totius regni Assyriorum: Et diuiditur in duas partes, quia primo ostenditur propositum sub parabola fornicariæ; secundo sub parabola locusta,* ibi, Congregare. *Prima in duas, quia primo ponitur parabola: secundo exemplum de ciuitate alia,* ibi, Numquid. *Circa primum dicitur in persona Dei,* Ecce ego ad te, *Ponendam in vituperium & derisionem.*

[Margin: Diuisio.]

12 Et reuelabo puden. *Loquitur de ea, sicut de muliere fornicaria deprehensa, cuius turpitudo omnibus manifestatur.*

MORALITER.

† 1 *Non recedet.* Quia maiores rapiebant minorum bona. Et subditur pœna per Romanos inflicta, cum dicitur,

2 *Vox flagelli,* in quo describitur multitudo & fortitudo exercitus Romani, & multitudo interfectionis populi Iudaici, ideò subditur,

† *Nec est finis cadaue.* Et subditur causa, cum dicitur,

7 *Propter mult. fornicat. meretricis.* Id est, Ierusalem, quæ non solum sponsum suum Christum negauit, sed etiam occidit.

[Margin: Peccata Ierusalem.]

† *Speciosa.* Hoc dicitur, quia Deus illam ciuitatem suis gratiis ante decorauerat, & in ipsa ipsum inhonorauit; ideo subditur.

9 *Et habentis maleficia.* Contra sponsum suum Christum.

10 *Quæ vendidit gentes.* Dicitur enim 2. Mach. 4. quod optimos Epheborum in lupanaribus posuerunt.

† *Et familias.* Quia sacerdotes docuerunt filios transgredi mandatum Dei de honore parentum ex cupiditate sua.

11 *Ecce ego ad te.* Scilicet puniendum propter dicta flagitia.

12 *Et reue. pu. tua.* Nam post cædem Iudæorum per Romanos, remanebant corpora nuda.

☞ tibi intulisti; & proiiciam super te abominationes, id est, ostendam quam abominabilis esse debeas illis, qui tecum prius vnum corpus efficiebantur, & ponam te in exemplum, vt similitudo pœnæ deterreat à similitudine culpæ.

† REMIGIVS ex Hieron. hic. Adhuc Niniue comminatur Dominus, quòd ostēdet gentibus ignominiā suam illi, qui cum ea fornicati sunt: ipsi eā despiciāt, contumeliis afficiant, fitque omnibus exemplū.

† THEOPHYLACTVS in com. Ne putes inquit, hominem bellum aduersus te mouerum, sed enim ego exurgo aduersum te, Dominus omnipotens: itaque ingentem aduersarium accipe. Retegam ô Niniue postrema tua, hoc est, quantum deformitatis in te antehac occultatum fuerit, nunc in propatulum collocabo, vt videatur ante conspectum tuum: vtque contumelia, pro gloria te comprehendat, &c. Hæc & ad futurum iudicium referri queant, quando cuiuslibet peccatorum in faciem reteguntur, quæ ipse clam peregerit, &c.

In die suæ euersionis detegenda esse peccata Niniues.

¶ Vt qui tecum fornicati sunt, ipsi te despiciant, & irrideant & contumeliis afficiant & eris in exemplum omnibus videntibus.

in Gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. [6] Et proiiciam super te abominationes, & contumeliis te afficiam, ponam te in exemplum. [7] Et erit, omnis qui viderit te resiliet à te & dicet: Vastata est Niniue, quis commouebit super te caput? Vnde quæram consolatorem tibi? [8] Numquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? Aquæ in circumitu eius; cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius. [9] Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, non est finis. Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo, [10] sed & ipsa in

¶ Qui viderit Niniuen positam in exemplum, pauescet & mirabitur.
a ¶ Quis dolebit super te?
a ¶ Hinc enim riuo Nili, inde Lacu mareotico, ex altera parte mari cingitur. b ¶ Est. c ¶ Sunt.
a ¶ Quod Aethiopia & Aegyptus & Aphrica fuerit in præsidio Alexandriæ, ipse situs prouinciarum & vrbis ostendit.
¶ Hi populi fuerunt confœderati.
¶ Fortitudinis vel substantiæ eius. a ¶ O Alexandria.
b ¶ Vrbs quam describo capietur à Rege Babylonio, & idem tuus & illius vastator eris.

antiquo nomine vocauit eam No, sed translator vocauit eam Alexandriam: quæ hoc nomine suo tempore vocabatur.

† THEOPHYLACTVS in com. Hæc plurimum malorum à Niniuitis sustinuit, siquidem bellum gesserunt aduersus totam Ægyptum, vnde inuentos illic Israelitas transfugas indignis admodum modis acceperunt. Præcipit itaque ipsi, vt aptet chordam paretque citharam, tamquam voluptatem capiens Niniuitarum ex pernicie, ideoque festum diem instituēs: quemadmodum & dum suprà demādabat Iudæ, vt ferias celebraret.

Bellum Aegyptoillatum ab Assyriis.

Numquid me. HIER. in com. ALLEGOR. Increpat amatorem mūdi. Vide quot populos continet ecclesia, quæ habitat super flumina propheturū: & habet in circumitu doctores, de quorum ventre manant flumina, quæ ditantur spirituali sensu legis, quæ sine fide Christi amara est; quæ habet muros, multitudinem populorum vel scripturarum, quam firmant prius nigri & tenebrosi & aridi. Sed etiam hæc, si non attenderit se, & custodierit cor suum, captiua ducetur: & planget filios suos qui allidentur, antequam veniant ad medium itineris; & hostes diaboli, quęque præclara eius sorte sibi diuidere festinabunt; & optimates, id est, præpositi in compedibus peccatorum ligabuntur. Quanto magis ergo vos infideles, & mundo hærentes, sentietis supplicia & despecti eritis. Et quæres auxilium ab inimicis vt vitia & dæmones desistant te persequi, sed omnes, mu. tu. dulcedo, sæcularis potentia, dogmata deuorabuntur à comedente diabolo prima concussione arboris.

Ecclesia Dei non transit sine correctione.

a *Et erit.* HIER. in com. Mysticè qui falsa pulchritudine mundi non irretitur, & turpitudinem eius intrinsecus videt, resilit ab eo, & omnia terrena bona digna planctu iudicans, dicet, Miser est mūdus, qui tot homines alligat vitiis & retinet. Sed quis intelligens hanc miseriam condolet mundo? Quasi pauci sunt, qui etiam in morte sua à complexibus speciosæ meretricis possunt auelli.

De paucis illis, qui meretricias mundi delicias declinare nouerunt.

b *Vnde quæram.* IBID. Quis disputans de conuersatione tua instabili, in qua omnia fluctuantia, possit in te aliquid inuenire, vnde consolationem tibi queat adhibere? vnde: Quis tuus poterit esse consolator, quando in tua potestate nullius miserebaris, nec socium tui luctus præparasti, quæ noluisti consortem habere regnandi.

c *Numquid.* IBID. Numquid melior es Alexandria, aut populosior aut potentior? ipsa quoque capietur à rege Babylonis Nabuchodonosor, sicut & tu. Post hoc describitur situs Alexandriæ, quæ super Nilum & mare posita, hinc inde aquis ambitur.

Situs Alexandriæ,

IBID. Ciuitas, quæ nunc Alexandria vocatur, ab Alexādro magno, prius No appellabatur, metropolis Ægypti; & propheta iste anti-

quæ prius No vocabatur.

d *Aethiopia fortitudo eius, &c.* † REMIGIVS ex Hier. hic. Quod Æthiopia, Ægyptus, & ceteræ, quas describit, nationes, præsidio fuerint Alexandriæ, ipse prouinciarum situs ostendit. Sed & ipsa inquit in transmigrationem ducetur, paruuli eius elidentur, & cetera, quæ latius describit, ostendens quæ, & quàm crudelia victores victis faciant mala, nulli ætati, nulli sexui, nulli parcentes conditioni. Cum ergo hæc passura sit Alexandria potentissima ciuitas, quid miraris ô Niniue, si etiam tibi ipsa euenerint? Et tu ergo bibes de eodem calice, & ad tantam venies ignominiam & necessitatem, vt etiam ab hostibus tuis postules auxilium. ☞ Et

Mala quæ sustinuit Alexandria.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et proiiciam. *Quia faciam te despici factis & verbis, sicut vilem & abominabilem.*

2 Et po. te in exemplum. *Scilicet correctionis aliorum tuam punitionem videntium: ideo subditur,*

3 Omnis qui vi. te resi. à te. *Id est, à maleficiis tuis, ne similiter puniatur.*

4 Quis commo. *Tibi compatiendo. q. d. nullus, sed dicent omnes, iustum Dei super te iudicium.*

5 Numquid. *Hic consequenter ponitur exemplum de alia ciuitate destructa per Nabuchodonosor in Aegypto, qui prius vastauit Aegyptum, quàm regnum Assyriorum, cum dicitur,* Numquid me. es. Alexand. *q. d. non: & ideo stare contra Nabuchodonosor non potes, sicut nec illa. In Hebræo habetur,* Numquid melior es No nutrice. *Hæc enim ciuitas vocabatur* No *quando destruxit eam Nabuchodonosor: & dicebatur nutrix, quia ibi nutriebantur pueri regis propter pulchritudinem & bonitatem situs, sicut dixit Ra. Sa. postea per magnum tempus Alexander magnus intrauit Aegyptum, & reædificauit hanc ciuitatem, vocans eam nomine suo Alexandriam. Translator autem noster dimisit nomen antiquum, quod iam erat quasi obliuioni datum: & loco huius posuit nomen nouum, quod erat famosum.*

Alexandria prius dicta No cur hic nutrix dicatur.

6 Alexandria populorum. *Id est, quæ populos habuit sub se.*

7 Quæ habitat in flumini. *Per hoc designatur amœnitas situs & fortitudo.*

8 Cuius di. mare. *Id est, diuitiæ ibi apportantur per mare.*

9 Aquæ muri eius. *Id est, circumdant muros eius ad maiorem fortitudinem.*

10 Aethiopia fortitudo. *Id est, confœderata ad eius fortificationem.*

11 Aegyptus. *Cuius tunc erat Metropolis.*

12 Et non est fi. *Diuitiarum suarum & fortitudinis.*

13 Aphrica & Libyes. *Scilicet in auxilio Alexandriæ: Mutatur enim modus loquendi de tertia persona ad secundam.*

14 Sed & ipsa, *Non obstantibus prædictis,*

15 In transmigratione. *Per Nabuchodonosor.*

☞ Paruuli

MORALITER.

† *Et regnis igno.* Quia venditi & ducti fuerunt per diuersa regna.

3 *Et erit omnis qui vi. te, resiliet à te.* Tamquam ab abominatione. Christiani enim & Saraceni abominantur eos sicut viles.

Iudæi exosi Christianis & Turcis.

4 *Quis com. super te ca.* Compatiendo tibi. q. d. pauci, aut nulli.

5 *Numquid melior es,* Id est, fortior,

6 *Alexandria populorum, &c.* Quasi dicat: non, ideo subditur de fortitudine Alexandriæ.

7 *Quæ habitat, &c.* Tamen per Romanos fuit captiuata, ideo subditur,

14 *Sed & ipsa in transf.* q. d. multo minus tu poteris resistere Romanis: ideo dicitur,

† Et

a *Et tu ergo.* HIER. in com. Cum Alexandria hæc sit passura, tu etiam ô Niniue, quondam diues & speciosa, de eodem calice bibens inebriaberis, & consopita iacens ab omnibus despicieris, & in tantam veniens necessitatem, à Babyloniis siue contra Babylonios ab inimicis tuis auxilium rogabis.

inimici, scilicet dæmones, vel vitia per apertos corporeos sensus introgressi sunt, qui etiam sicut ignis deuorant naturalem virtutem cognoscendi Deum, quæ portas sensuum firmare debuisset. Contra hæc mala hauri tibi aquam, asperge te sermone & ratione, exerce te ad cognitionem Dei per virtutes tibi insitas, & de hoc quod corruisti age pœnitentiam. Hoc est quod dicit, *Intra in lutum*, patienter tolera iniuriã, & necessitatem corporis, quo inuoluta es: & *subigens*, id est, in seruitutem redigens, *laterem*; id est, corpus, *calca & tene*, ne tibi dominetur, quia si ibi, id est, in corpore remanseris, viuax flãma vel hic vitiorum, vel in futuro gehennæ te consumet, & *peribis gladio*, id est, violenta diaboli impugnatione. Et similitudine locustarum quidquid in te vires videbatur, & naturæ bonum sponte germinans à brucho comedente cõsumitur. Sed ne hoc fiat, multiplicare in virtutibus tam innumerabilibus, vt bruchi

(Carnis frænatio.)

(De eis qui circumferuntur omni vento doctrinæ peruersæ.)

a Qui ingredi non poterant. b Alexandriæ. c Ab hostibus.

transmigratione ducta est in captiuitatem. Paruuli eius elisi [1]

a Ante ora patrum. In compitis. b Nobiles forte victorum diuidentur.

sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius mise- [2]

a Nullus de principibus.

runt sortem, & omnes optimàtes eius confixi sunt in com- [3]

a pedibus. [11] Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta, & tu [4] [5] † [6]

a Quas putas inexpugnabiles, & viri fortes primitiuis ficubus comparantur, quæ leui tactu motæ sine labore cadunt in os deuorantis, ne si in terram caderent laborem inferant colligenti.

b quæres ab inimico. [12] Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum [7] grossis suis, si concussæ fuerint cadent in os comedentis. [13] Ec-

a O Niniue, non mirum si ita deuoraberis, cum populus ita effeminatus resistere non valeat hostibus.

c cè populus tuus, mulieres in medio tui. Inimicis tuis ad [8]

Vt. Vt ita debiles. Ideo. Hostibus pandetur ciuitas. a Quibus claudebantur portæ.

apertionem pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vè- [9]

Ego. a Ne desit potus obsessis.

d ctes tuos. [14] Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue [10]

Muros, turres.

e munitiones tuas. Intra in lutum & calca, subigens tene laterē. [15] Ibi comedet te ignis, peribis gladio, deuorabit te vt bru- [11] [12]

Sicut.

f chus. Congregare ergo vt bruchus, multiplicare vt locusta. [13]

Et. Sunt.

[16] Plures fecisti negotiationes tuas, quam stellæ sint cæli.

b *Omnes munitiones, &c.* REMIGIVS ex Hier. hic Omnia inquit, firmamẽta, muri videlicet, & bellatores tui, fuerunt sicut ficus primitiuæ quæ concussæ leuiter arbore defluunt, & cadunt in os comedentis, pari modo & tu facillime capieris, nec multus erit labor militibus in capiẽdo.

(Niniue nullo fere negotio capta.)

c *Ecce populus tuus.* HIER. in com. MORAL. Niniue, quæ speciosa dicitur, animã notat, natura pulchram: quæ voluptatibus hærens, effeminatur, & portas sensuum aperit vitiis & dæmonibus. Si quis enim est amator voluptatum potius quã Dei, portas terræ suæ aperuit inimicis, & vectes huius Babyloniæ igne consumentur; id est naturale bonum animæ, per quod posset claudere hostibus iter corporeorum sensuum: huic dicitur vt attrahat sibi aquam diuini sermonis, quasi murum, & obtineat quasi naturale bonum animæ ne hostis ad interiora prorumpat. Sequitur, *intra lutum*, id est, quæ diuersis malis te implicuisti, patienter tolera iniurias tentationis, alioquin peribis, & omne naturale bonum tuum amittes: Contra hæc multiplicare tanto numero virtutum, quantus est numerus bruchorum.

(Quid faciẽdum animæ quam deprædatus est diabolus vt redeat ad priorem gratiæ statum.)

Ecce po. † REMIGIVS ex Hier. hic. Adhuc ad Niniuen sermo dirigitur. Non mirum inquit, si tam facilis est subuersio tua, quum omnis populus effeminatus sit, & nequeat resistere. Pandentur ergo portæ non amicis, sed inimicis, & vectes quibus claudebantur ignis consumet. Quia ergo longa erit obsidio,

d *Hauri tibi aquam.* Et cura ne potus desit obsessis.

e *Munitiones tuas extrue, intra in lutum.* Nudis pedibus, & calca illud macerans & compingens: & cum inde confeceris lateres, tene illos & obstrue interrupta murorum, prope est enim obsessio. Sed cum hæc omnia feceris, gladio peribis, & tam velociter sicut bruchus vel athelabus sole inualescente auolant nec reperiuntur.

(Ironice hortatur Niniuen parare se ad sustinendam obsidionẽ.)

HIER. in com. ALLEG. O Niniue, populus tuus, id est, omnes sæculares, ita vitiis suis sunt eneruati, vt nihil virile habeant. Vnde inimi-

sunt. Quæ omnes pœnas ideo perpessa es, quia *plures fecisti negotiationes tuas quam, &c.* quia diuitias perituras per nefas & fas tibi congregasti, vel diuersa dogmata clariora stellis putasti, & per latam viam gradiens, leuitate sententiæ, huc illucque discurrens ad sublimia te erexisti: Et custodes, id est, præpositi tui fuerunt quasi locustæ erigentes se ad volatum hæresis: sed cito decidentes, & paruuli tui, id est, geniti à locustis, fuerunt quasi athelabus parum à terra se subleuantes, vt tandem crescant in locustam. Qui carentes calore veri solis sedent in spinosis sepibus, id est, horridis Philosophorum sententiis. Sed cum venerit ortus solis, id est, iudicium veræ cognitionis; relinquunt spinas suas & transeunt in purum & liberum volatum.

f *Congregare.* HIER. IBID. Et cum multiplicata fueris, vt bruchus, & vt locusta in vnum congregata, & congregaueris diuitias sicut astra cæli sicut locusta & bruchus & athelabus (qui est fœtus locustæ) calescente sole auolant nec reperiuntur: sic tu dispergeris & fugies.

IBID. Natura locustarum est, vt in frigore torpeant, in calore volitent.

(Locusta & athelabus.)

IBID. Porro athelabus modicis pennis, potius reptans quam volans, vbicumque oritur vsque ad puluerem cuncta consumit, quia donec crescant pennæ, abire non potest.

Dormi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Paruuli eius. *Quibus consuetum est semper parci in bellis: Et in hoc notatur crudelitas Chaldæorum,*

2 Et super inclytos eius miserunt sortem, *Ad determinandum quis quos haberet captiuos.*

3 Et omnes optimates eius, &c. *Qui tamen solent honestius tractari propter reuerentiam status.*

4 Et tu ergo, *Niniue,*

5 Inebriaberis. *Id est, similibus pœnis, vel maioribus repleberis,*

6 Et tu quæres auxilium ab inimico. *Id est, illi à quibus speras habere auxilium, fient tibi inimici.*

7 Omnes munitiones tuæ sicut ficus, &c. *Cito deiicientur ad terram, quantumcumque sint fortes.*

8 Ecce populus tuus, mulieres. *Id est, factus est pauidus & impotens ad resistendum, & sic intrabunt hostes.*

9 Deuorabit ignis ve. tuos. *Id est, tanta erit vehementia incendij, quod faciet ferrum portarum liquefieri.*

10 Aquam propter obsidionem hauri. *Ironice loquitur. q. d. nulla munitio valebit tibi victualium vel fortalitiorum, ideo subditur,*

11 Peribis gladio. *Scilicet Chaldæorum.*

12 Deuorabit te. *Idem ita faciliter ducet te ad mortem, sicut bruchus moritur adueniente frigore.*

13 Congregare, &c. *Hic consequenter ostenditur eius derisio & destructio sub Metaphora locustæ cum dicitur:* Congregare, &c. *Id est, sicut bruchus & locusta congregantur in maxima multitudine, ita quantumcumque magnam multitudinem bellatorum aggregaueris tibi, tamen non poteris te defendere, ideo subditur,*

Bruchus

MORALITER.

† 4 *Et tu ergo inebrie.* Id est, miseriis repleberis. Quæ describuntur cum subditur,

† *Et eris despec.* Vsque ad finem capituli, per eorum miserias significantur miseriæ inimicorum Christi.

a *Dormitauerunt, &c.* HIER. in com. Quia populus tuus vt mulieres, & portæ inimicis apertæ, & omnis multitudo ſuper murum ſedens ſicut locuſtæ, quaſi illucente ſole, adueniente Nabuchodonoſor, fugit de propugnaculis, & non reuerſa eſt ad locum ſuum: quæ omnia tibi intulit Deus iratus pro vaſtatione populi ſui, ideo deſtructa eſt ciuitas tua.

Dormitauerunt, &c. IBID. Cum hucuſq; de mundi ruina dictũ ſit: in fine de vulnere ipſius diaboli dicitur, qui princeps fuit mundi, & in illo ſe gloriabatur dominari, ad quem ſic fit Apoſtropha: O lucifer contritus es, deſtructa eſt Niniue ciuitas tua ſpecioſa & potens, in qua etiam filio Dei aduerſabaris: paſtores qui nutriebant populum, non in ſalutem, ſed vt eos deuorares defecerunt. Turba populi, quæ te colebat, te & vrbem tuam deſerens ad latibula montium, id eſt, Apoſtolorum, confugit, & nullus eſt tuorum ducum qui turbam olim tuam ad ſe reuocet, Plaga tua toto orbe perſonuit: Omnes inſultant tibi, tua ſupplantatione prius decepti. Quia vel nullus, vel rarus eſt quem tu aliquando non deceperis. Ille in quo non ſtat, ſed tranſit malitia diaboli, poteſt ei inſultare, & bonis operibus quaſi directis manibus ſuper eum concrepare.

b *Omnes qui audierũt.* Gentes ante oppreſſæ audita morte ſuperbi Aſſyrij, & deſtructione potentis vrbis, præ admiratione inſperati nuntij, comprimentes manus, vel ex gaudio inſultantes tibi, plaudēt manibus.

Princeps huius mundi eiectus foras.

& prædæ quas in hoc mundo ſibi erepta.

Ad volandum natis alis.
Bruchus expanſus eſt, & auolauit. [17] Cuſtodes tui quaſi lo- [1] [2]
Eo quod auolare nequeunt.
cuſtæ, & paruuli tui quaſi locuſtæ locuſtarũ, quæ conſidunt [3]
Sed cum. *Ad alias regiones.* a *Calefactæ.*
in ſepibus in die frigoris. Sol ortus eſt, & auolauerunt, & [4]
a *Non meminerunt ſepis in qua tempore frigoris ſederant.* *Torpore ignauiæ.*
a non eſt cognitus locus earum, vbi fuerit. [18] Dormitauerunt [5]
a *Reges qui tibi ſeruierunt ex aliis Gentibus.*
b *Et interfectis principibus, qui reſiſtere poterant, populus imbellis diſperſus eſt, & nullus de ducibus potuit eos congregare & iterum in bellum reducere.*
paſtores tui rex Aſſur, ſepelientur principes tui, latitauit [6]
populus tuus in montibus, & non eſt qui congreget. [19] Non [7] [8]
a *Quia manu medici non poteſt curari.*
b eſt obſcura contritio tua peſſima eſt plaga tua. Omnes qui [9] [10]
audierunt auditionem tuam compreſſerunt manum ſu- [11]
a *Nullus tuo vulneri donabit lachrymas, quia nullus eſt ſuper quem non fuerat tua malitia, quæ non eſt manens ſed tranſitoria.* [12]
per te, quia ſuper quem non tranſiit malitia tua ſemper? [13]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Bruchus expanſus eſt. *Id eſt, exercitus tuus fugiet à facie Chaldæorum.*
2 Cuſtodes tui quaſi locuſtæ, *Id eſt, bellatores tui impotentes te cuſtodire.*
3 Quæ conſidunt, *id eſt, ſimul ſedent,*
4 In ſepibus. *Modus eſt enim locuſtarum adueniente frigore ſe in ſepibus congregare, & ibi ſe occultare, quantum poſſunt contra frigus: ſed ſi ſuperueniat ortus ſolis, antequam ſint mortua, ſtatim euolant inde, & per hoc deſignatur Metaphorice, quod Aſſyrij timore Nabuchodonoſor in fortalitiis congregarentur, & poſtea extra terram ſuam in captiuitatem ducerentur.*
5 Dormierunt paſtores tui. *Id eſt, conſiliarij tui neſcientes conſulere tibi.*
6 Sepelientur principes tui. *Sepultura aſini, Ieremiæ 22.*
7 Latitauit populus tuus in montibus. *Fugiens ad loca inacceſſibilia equitibus.*
8 Non eſt obſcura. *Id eſt occulta;*
9 Contritio tua. *Sed omnibus manifeſta.*
10 Peſſima eſt plaga tua. *Quia nullus apponet remedium. Ideo ſubditur,*
11 Omnes qui audierunt auditionem tuam. *Malum veniet ſuper te quod audietur vbique.*
12 Compreſſerunt manum ſuper te. *Id eſt, magis ſtuduerunt aggrauare, quam alleuiare. Cuius cauſa ſubditur,*
13 Quia ſuper quem non tranſ. ma. tua ſemper? *Quaſi dicat, nulli ſunt populi, qui non fuerunt à te afflicti & oppreſſi: propter quod gaudent de tua oppreſſione, in hoc etiam applaudentes iuſtitia Dei: Qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum: Amen.*

Quomodo ſe à frigore tueantur locuſtæ.

Niniuitæ omnibus graues, omnibus inuiſi.

ADDITIO.

In cap. 3. *Vbi dicitur in poſtilla.* Sepelientur principes tui, *Vbi dicitur,* Sepelientur principes tui. *In Hebræo habetur:* Sepulti ſunt, *ſeu habitauerunt in ſepulchris principes tui, & eſt ſenſus quod principes erant non ſolum dormientes, ſed quaſi mortui ſepulti, qui non poſſunt ſe iuuare.*

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES AD PROLOGVM SANCTI HIERONYMI IN HABACVC.

1 DVæ ſunt huius prologi partes: Prior continet partem prologi, quem ſanctus Hieronymus præmiſit commentariis eius in hunc prophetam quos Epiſcopo Chromatio dicauit. Secunda pars ibi incipit, *Interim ſecundam litteram*; & deſumitur ex initio eorumdem commentariorum. In priori parte docetur ratio tituli, quem propheta ſuo vaticinio appoſuit; & nominis, quo vocatur ipſe, & modi, quo prophetauit; denique argumentum ipſius prophetiæ ponit.

2 Quantum ad titulum, quem propheta ſuo vaticinio apponit, nempe *onus*, hoc eſt, prædictio vindictæ diuinæ, & calamitatis alicui genti ſuperuenturæ; dicit, è numero duodecim prophetarũ eſſe quatuor, qui hoc nomine *oneris* vſi fuere; è quibus tres in ipſo *principio*, ſeu exordio prophetiarum ſuarum *habent* titulum hunc, λῆμμα, apud 70. interpretes, quod Latinè *onus*, aut *pondus aſſumptionémve* ſignificat; nimirum, Naum, qui ſic orditur ſuam prophetiam, *onus Niniue*; Habacuc, qui hoc modo: *onus, quod vidit Habacuc propheta*; & Malachias, qui ita: *Onus verbi domini ad Iſrael.* Quartus autem, nempe Zacharias, *in medio*, nempe initio capitis noni; *& circa finem*, nimirum initio capitis duodecimi, *duos huiuſcemodi ponit titulos, &c.*

3 *De Naum orationibus tuis.* Chromatij ſcilicet, cuius orationibus imputat S. Doctor, quod à Deo obtinuerit vires prophetam illum exponendi; *iam liber vnus*, commentariorum, *editus eſt* à ſancto ſcilicet Hieronymo: De Zacharia & Malachia, propheriis nempe illorum, *ſi vita comes fuerit*, ſi Deus tamdiu vitam conſeruauerit, vt poſſim implere, quod propono, *differetur*, per commentarios, in eorum prophetias edendos.

4 *Nunc Habacuc.* Ponit rationem, ſeu ſignificationem nominis, quo hic propheta vocatur; *quem habemus* (inquit) *in manibus*, eius prophetiam parati commentario libro illuſtrare; *Qui vel ex eo quod amabilis domini eſt*, Deo ob pietatem dilectus; vocatur, *Amplexatio*, nam *chabak* Hebræis, ſignificat amplecti, vnde nomen prophetæ *chabakuk*, amplexum notat; *vel quod in certamen, & luctam, & vt ita dicam amplexum cum Deo congreditur*, initio ſuæ prophetiæ quaſi prouocans Deum ad certandum cum ipſo; congredi enim cum aliquo dicitur, qui cum eo certat in pugna, vel lucta,

Habacuc cur ſic vocatus.

INCIPIT PROLOGVS [1] SANCTI HIERONYMI IN HABACVC PROPHETAM.

[2] QVatuor prophetæ in duodecim prophetarum volumine ſunt; è quibus tres in principio, λῆμμα, id eſt pondus titulum habent: Naum, Habacuc & Malachias. Porro Zacharias in medio & circa finem duos huiuſcemodi ponit titulos, è quibus vnus eſt, onus verbi domini in terra Adrach & Damaſci requiei eius, alter in fine, onus verbi [3] domini ſuper Iſrael. De Naum orationibus tuis iam liber vnus editus eſt. De Zacharia & Malachia, ſi vita comes fuerit, differetur. Nunc Habacuc habemus in manibus, qui [4]

nomi-

vel ex eo quod amabilis domini est, vocatur amplexatio, vel quod in certamen & luctam,&(vt ita dicam)amplexum cum Deo congreditur: amplexantis,id est, luctantis, sortitus est nomen. 5 Nullus enim tam audaci voce ausus est Deū ad disceptationem iustitiæ prouocare & dicere ei. Cur in rebus humanis & mundi istius pompa, tanta rerum versatur iniquitas? Vociferabor ad te vim patiens & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem videre? Lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium, quia impius præualet aduersus iustum, ideo egredietur iudicium peruersum. 6 Vides quam temeraria vox sit, & quodammodo blasphemantis, creatorem suum ad iudicium prouocare, & vas fragile aduersus figulum cur tale vel tale fictum sit, disputare? 7 Nec non & hoc animaduertendum, quod assumptio vel pondus, quæ grauia iam esse diximus, prophetæ visio est, & (aduersum Montani dogma peruersum) intelligit, quod videt: nec vt amēs loquitur, nec more insanientium feminarum dat sine mente sonum. 8 Vnde & Apostolus iubet, vt si prophetantibus aliis alij fuerit reuelatum, taceant qui prius loquebātur. Et statim: Non est, inquit, dissensionis Deus, sed pacis. 9 Ex quo intelligitur, cum quis ex voluntate reticet, & alteri locum dat ad loquendum, posse & loqui, & tacere cùm velit. 10 Qui autem in extasi, id est, inuitus loquitur, nec tacere nec loqui in sua

A ☞ lucta; & propterea merito *amplexantis, id est, luctantis*, (lucta enim fit per mutuos amplexus certantium, qui sese brachiis mutuo stringentes conātur deiicere) *nomen* & appellationē *sortitus est*, obtinuit.

Lucta eius cum Deo.

5 *Nullus enim tam audaci voce.* Reddit rationem cur Habakuk dicatur quasi luctator cum Deo; quia nimirum conspecta incredibili iniquitate in populo suo in quo potentes & diuites opprimebant pauperiores fratres & contribules suos; videtur propheta quodammodo temerariè audere, *Deum ad disceptationem iustitiæ vocare*; quasi vellet eum compellere, vt rationem redderet, cur cum sit iustissimus, tātam impietatem & inhumanitatem toleraret impunitam; B ille enim est sensus exordij prophetici, quod sequitur in prologo, nempe, vt reddat Deus causam *cur in rebus humanis & mundi istius pompa*, præsertim apud Iudæos suos, ipsius Dei peculiarem populum, *tanta rerum versatur iniquitas*, dum potentiores opprimūt debiliores fratres suos.

6 *Vides quam temeraria vox sit*: ea nimirum, quam recensuit, à qua propheta in 1. capite exorditur, *& quodammodo blasphemantis*, videtur enim Deum in- C iustitiæ condemnare, quod esset blasphemare; tantum nempe sibi arrogans *vt creatorem suum ad iudicium* subeundum audeat *prouocare* creatura: *& vas fragile* ex luto formatum, *aduersus figulum* qui ipsum formauit, *cur tale vel tale fictum sit*, huius vel illius figuræ, vt cur olla, vel lebes fictum sit ex luto, cùm potuisset ipsum alterius figuræ atque vsus vas finxisse, *disputare* præsumat. Hæc autem de exordio prophetæ dicit sanctus Hieronymus, non quia reuera eum temere & blasphemè loquutum fuisse iudicat: sed quod artificioso exordio, quasi conquerentis de Dei patientia vsus, & magnitudinem impietatis in populo suo declaret; & iustissimam propterea fore vindictam quam de eis per Chaldæos paulo postea Deus esset sumpturus.

Prophetas Dei intellexisse prophetias suas.

7 *Nec non & hoc animaduertendum.* Hic docet modum prophetiæ; quod nimirum Habakuk, & alij prophetæ Dei, non prophetauerint sicut arreptitij à dæmonibus possessi solent; in quibus nimirū soli dæmones responsa dabant vtentes lingua prophetarum vt instrumento violente moto, ipsis prophetis nullum per intellectum aut voluntatem conatum adhibentibus, atque adeo nec intelligentibus prorsus ea, quæ dæmones per ipsorum ora proferebant. Probat autem Hieronymus, prophetas sanctos non illo modo loquutos, sed intellectu & voluntate sua concurrentibus, intellexisse oracula, quæ pronuntiabant; probat inquam ex eo quod, hanc ipsam prophetiā Habakuk, quam *assumptionē*, id est, rem leuatu aut portatu difficilē, vel *pondus* inscripsit, *quæ grauia iam esse diximus*, hoc est, grauem calamitatē imminentem præsignificare; eamdem etiam *visionem vocat*; *onus* (inquit) *quod vidit Habakuk propheta*, id est, quod intellectu suo plene per illuminationem Spiritus sancti perspexit & percepit. Ergo *onus, visio est propheta sancto*, est ei ipsi visio seu intellectio, onus autem & pondus illis, quibus prædicit euenturum; *& (aduersum Montani dogma peruersum*, qui docuit prophetas Dei, tamquam energumenos loqui, & non intelligere quæ loquebantur: vt hoc modo suas excusaret prophetissas, quæ reuera dæmonibus obsessæ non intelligebant ea, quæ per ora ipsarū dæmones

D effutiebant) *intelligit, quod videt*, non solum accipit à Deo prædictionē, sed etiam lumen cæleste, per quod ipsam suam prædictionem intelligit, & veram esse credit, per euidētiam in Deo attestante, quem ipsi loqui certus est; *Nec vt amens*, (hoc est mentis emotæ, ab vsu rationis excidens, insanus & furibundus) *loquitur*; sed mentis functionibus integre fruens; *nec more insanientium feminarum*, quales erant Prophetissæ Montani *dat sine mente sonum*, id est loquelam sine intelligētia eius quod loquitur. Certū enim est, energumenos non intelligere, quæ per eorum linguas dæmon profert: vnde post exorcismos redditi sibi ipsis, non recordātur prorsus eorum quæ per ipsos Dæmon loquutus est. E

8 *Vnde & Apostolus.* Alia ratione probat sanctos prophetas intelligere, quæ prophetant. Quia Apostolus Paulus ad Corinthios scribens, iubet, *vt si prophetantibus aliis*, id est prophetico spiritu in cœtu fratrum aliquid proferentibus, *alij* alicui fratrum in cœtu præsentium *fuerit reuelatum* quid per spiritum prophetiæ, *taceant, qui prius loquebantur*, hoc est, finem imponant prophetiæ suæ, & dent locum alteri, vt prophetiam etiam suam proponat. F *Et statim*, quasi rationem reddens huius ordinationis suæ, *Non est, inquit, dissensionis Deus, sed pacis*; esset autē dissensio, & non pax, si vnus propheta alteri prophetare volenti non cederet. Hoc est antecedēs Apostoli; quod ordinationi suæ præsupponit: verus propheta Dei potest reticere cum voluerit; vos igitur, cum prophetatis, si videritis alios prophetare, finem imponite prophetiæ vestræ, vt alij locum prophetandi detis.

9 *Ex quo intelligitur.* Infert ex hac ordinatione Apostolica veros prophetas, intelligere, quæ prophetant; *Cum quis ex voluntate reticet*, id est, pro suo arbitrio cessat à prophetando, idque eo fine, *vt alteri locum det ad loquendum*; posse & loqui, *& tacere cum velit*. Hoc autem præsupponit intelligere ipsum quæ loquatur; quia nemo vult id quod non cognoscit.

Differentia extasis diuinæ, à diabolica, quam dæmones immittunt.

10 *Qui autem in extasi est*, sumit hic *extasim*, non pro extasi, qualem patiuntur sæpe viri sancti, quando à sensibus exterioribus, aut etiam phantasticis alienantur, vt diuinas illustrationes intellectu & voluntate suauius percipiant, non incurrentibus corporalium rerum speciebus: de qua dixit Apostolus, *siue mente excedimus*, siue sobrij sumus; id est, siue interius mente excedentes omnem phantasticæ cognitionis modum soli diuino lumini intendimus; sensibus interea nihil percipientibus, vt solet ebriis à vino accidere; siue consueto aliis hominibus modo, etiam sensuum exteriorum adminiculo vtimur, vt sobrij & vigilantes solent. Sed sumit hic Hieronymus *extasim*, pro totali abstractione seu alienatione hominis tum à sensibus, tum etiam ab actione intellectus & voluntatis: qualis est extasis seu alienatio, quam patiuntur energumeni, cum per eos dæmones loquuntur. Propterea addidit explicationem; *Qui autem in extasi, id est, inuitus loquitur*, ipso tunc non vtente sensibus, nec intellectu, sed diabolo tantum instruente loquelæ externa vi mouente ad sonos, quos ipse vult diabolus, edendos. *nec tacere, nec loqui in sua potestate habet*; id est, nec tacere nec loqui potest tunc temporis, nisi quan-

do diabolus cessat mouere, aut pergat mouere linguam eius.

A 11 *Illud quoque disce.* Accedit nunc ad argumentum huius prophetiæ indicandum; & alloquitur Chromatium suum: Quia semel à me violenter exigis: id est, magna importunitate & vehementia à me postulas; *vt tibi, quasi gradus & scalas ad altiora nitenti historiam tibi interpreter*; id est, vt historiam temporis, quod propheta respicit, tibi exponam, quę expositio sit tamquam scala, aut gradus quidam, per quos tibi ad altiorem sensum, mysticum & spiritualem nitenti, seu conanti, facile possit conscendere; *Prophetiam* hanc Habakuk *esse* contra Babylonem metropolim Chaldæorum, *& Nabuchodonosor* eorum Monarcham, qui Assyriorum monarchiā destruxerat, & Iudææ populum in captiuitatem abduxerat; *vt quomodo prior propheta Naum*, (*quem* Habakuk sequitur ordine suo in hoc duodecim prophetarum volumine) *vaticinium*, seu prophetiam *habuit*, & pronuntiauit, *contra Niniuen* metropolim monarchiæ Assyriæ, & *Assyrios* ipsos, *qui vastauerunt decem tribus*, (*quæ vocantur*, in scriptura post discessionem à Salomonis domo per Ieroboam factam, *Israel*, seu regnum Samariæ) per Salmanasarem Monarcham suum; *ita Habakuk prophetiam habeat aduersus Babylonem & Nabuchodonosor*, Chaldæorum monarcham, prædicens etiam ipsos à Medis & Persis euertendos fore, qui Chaldæi Iudæ regnum, & templum Ierosolymitanum subuerterant.

Habacuc prophetat contra Babylonios, in solatium Iudæorum captiuorū.

11 potestate habet. Illud quoque disce, quia semel à me violenter exigis, vt quasi gradus quosdam & scalas ad altiora nitenti historiam tibi interpreter: prophetiam esse contra Babylonem, & Nabuchodonosor regem Chaldæorum: vt quomodo prior propheta Naum, quem Habacuc sequitur, vaticinium habuit contra Niniuen & Assyrios qui vastauerunt decem tribus quæ vocantur Israel: ita Habacuc prophetiam habeat aduersus Babylonem & Nabuchodonosor, à quibus Iudas & Ierusalem templumque subuersa
12 sunt. Et vt scias eo tempore fuisse Habacuc, quo iam duæ tribus (quæ vocabantur Iuda) ductæ erant in captiuitatem, Daniel te docere poterit. ad quem in lacum leonum Habacuc cum prandio mittitur: quamquam apud Hebræos hæc ipsa non legatur historia. Igitur siue quis recipit scripturam illam, siue non recipiat, vtrumque pro nobis est. Aut enim recipit, & iam post factam rem liber Habacuc texitur: aut non recipit, & quasi propheta scribit quæ ventura cogno-
13 scit. Interim secundum litteram causatur aduersum Deum propheta cur Nabuchodonosor templum Dei vastet & Iudam, cur Ierusalem quōdam vrbs domini destruatur, quare clamet populus & non audiatur, vociferetur ad dominum oppressus à Chaldæis & non saluetur, quare etiam ipse propheta vel populus ex cuius persona loquitur ad hoc vixerit, & hucusque perductus sit, vt iniquitatem hostium & suum viderit laborem, cur iniustitia præualeat aduer-
14 sum se. Et hæc dicit præ mentis angustia, nesciens aurum in igne conflari, tres pueros de camino ignis puriores exisse
15 quàm intrauerant. Sed & hoc generaliter accipere possumus, quod ex persona humanæ impatientiæ loquatur, vt

Eundem esse hunc Habacuc prophetam, cū eo qui Danielem pauit in lacu leonum.

12 *Et vt scias.* Probat, quod dixerat, Habakuk prophetare contra Babylonios seu Chaldæos, quia vixerit post captiuitatem decem tribuum, & ante captiuitatem Iudæ, ita tamen vt illam ipsam captiuitatem quam prædixerat futuram, viderit etiam iam factam. *Et vt scias*, inquit, eo tempore fuisse Habakuk, quo iam, &c. vt scias hunc prophetam circa tempora Chaldæorum, & post Assyriam decem tribuum captiuitatem vixisse, & ipso etiam tempore captiuitatis Babylonicæ, *Daniel te docere poterit*, capite 14. seu vltimo prophetiæ suæ; *ad quem*, Danielem, scilicet, *in lacum leonum*, in quem Daniel propter idolum Beli, & Draconem, Deos Babyloniorum destructos, fuerat à Babyloniis coniectus; *Habakuk*, propheta hic noster *cum prandio mittitur*, Angelico ministerio ex agro suo in terra Iudææ ad Babylonem vsque translatus, & inde iterum terræ suæ restitutus. Quamquam apud *Hebræos hæc ipsa non legatur historia.* Est obiectio contra probationem suam, tacite præoccupata. Dicere enim quis posset, ipsum testimonium producere ex libro non recepto, saltem apud Hebræos, qui non recipiunt illas partes Danielis, quæ non habētur Hebraicè aut Chaldaicè, sed tantum apud Græcos interpretes & Latinos. Hanc obiectionem sic soluit sanctus Hieronymus: Nihil contra sententiam suam facere siue quis recipiat, aut admittat scripturam illam Danielis vltimā, de Habakuk per angelum ad Danielem perlato, siue in numero scripturarum sacrarum illam non admittat; sed vtrumque pro se stare. Si enim quis recipiat illam historiam, eo ipso admittit, librum Habakuk, istam scilicet prophetiam, post factam rem fuisse contextam; Id est, post populum Iuda in captiuitatem D abductum, si quis autem eam historiam non recipit; saltem admittet Habakuk de captiuitate illa per Chaldæos futura prophetasse, eamque certò venturam prædixisse.

13 *Interim secundum litteram.* Hæc pars, non pertinet ad ipsum prologum Hieronymi; sed est ipsum initium cōmentariorum eius in hunc prophetam, atque inde translata per glossatorem in hunc locum: in qua reddit rationem audacis illius expostulationis prophetæ cum Deo. *Interim* (inquit) siue quis dicat tribum Iuda fuisse abductam in captiuitatē per Chaldæos, antequam propheta hoc suum vaticinium conscripsit; siue postquam eamdem pronuntiauit populo, *secundum litteram*; F *causatur* seu conqueritur, accusationemque quamdam quasi proponit *aduersum Deum*, cur diuina iustitia & misericordia permittat, *vt Nabuchodonosor templum Dei vastet, & Iudam* in captiuitatem abducat; *cur Ierusalem quondam vrbs domini*, illi dilecta, in qua caput esse religionis veræ cultusque diuini principatum voluit, nunc *destruatur*; & quare *clamet populus* captiuitate afflictus, *& vociferetur ad dominum oppressus à Chaldæis & non saluetur*, &c.

Explicatur expostulatio prophetæ cum Deo.

14 *Et hæc dicit.* Duobus modis, seu formis accipit hanc prophetæ expostulationem; vel vt propheta in sua persona & populi Iudaici, quasi *præ mentis angustia*, & dolore cordis hanc querimoniam instituat; *nesciens*, id est, pro cursu perturbationis tunc eum opprimentis non considerans *aurum in igne purgari*, id est, electos Dei famulos tribulationibus probatiores fieri, *& tres pueros*, Sidrach, Misach, & Abdenago, seu Ananiam, Azariam, & Misaelem, *de camino ignis*, in quem mandato Nabuchodonosoris propter negatam statuæ ipsius adorationem fuerant coniecti, *puriores exisse quàm intrauerant*, confirmatos magis in Dei amore, illæsos ab incendio, gloriosos in conspectu Regis & procerum, à quibus paulo antea despicatui habiti, tamquam criminosi fornaci incensæ puniendi tradebantur.

15 *Sed & hoc generaliter accipere possumus.* Secundus modus exponendi querimoniam prophetæ, de Dei patientia in hostibus Ecclesiæ suæ tolerandis; vt ea querimonia, propheta non suam, quippe qui bene nosset mores (vt sic dicam diuinos) sed totius generis humani impatientiam, de persequutionibus impiorum, quibus fidelium & proborum pacem perturbant, nimium conquerentis. *Hæc autem loquitur*, propheta in persona generis humani, *nesciens iudicia Dei inuestigabilia*; quia nimirum vulgus hominum in hac Dei patientia non considerat, profundam eius sapientiam, causas habere iustissimas, licet nobis incognitas, cur ita patienter toleret iniquitatem improborum. Reddit autem rationem cur homines patien-

patienter non ferant longanimitatem Dei: Nimirum, *quod non ita videat Deus vt videt homo*. Si enim homo, *qui tantum præsentia respicit*, quibus se iam sentit premi, *respiceret & sciret futura*, quæ Deus ab æterno cognoscit: non miraretur pauxillum tribulationis permitti electis, quod æternum gloriæ pondus ipsis operetur in cælis; & paruo tempore in hoc sæculo impiis omnia ad votum succedere, qui postea in æternum ignibus inferni sint cruciandi.

16 *Et quomodo si ægrotans*. Illustrat hoc consilium Dei permittentis seruos suos aliquantisper ab impiis affligi, vt postea gloriosius triumphent; comparatione sapientis medici; & exemplo ac auctoritate Apostoli Pauli. Comparatio est, sicut prudens medicus febricitanti caloris vehementia cruciato non statim dat refrigeria, quæ postulat ægrotus, quia scit ea tunc quidem ipsi non profutura ad sanitatem; postea autē adhibet, suo tempore; quia si misericordia gementis infirmi motus daret ei, quæ scit nocitura sanitati quāuis parumper sisterent cruciatum morbi, crudeliter potius ageret quam misericorditer: *Ita Deus noster, sciens clementiæ suæ pondera & mensuras*, quasi diceret, nihil permittens euenire famulis suis grauius, quàm quod ipsi possent ferre, sed commensurans afflictiones illatas viribus gratiæ quas eis ad tolerandum aduersitates concessit. *Interdū non audit cla. vt eum probet*, an diligat Deum ex corde, an præferat amorem Dei amori proprio suiipsius; & vt aliis in exemplum ostendat probatum; *& magis eum prouocet ad rogandum*; fideles enim serui quo magis premuntur aduersis, eo arctius adhærent Deo, eo feruentius ad ipsum pro auxilio & solatio spiritualis gratiæ per orationem accurrunt, *& quasi igne excoctum* (metaphora est ab auro, & metallis desumpta, quæ opifices igne excoquūt, vt scoria & fæce abiecta, quod purum tantum est maneat operibus futuris idoneum.) Eoque modo Deus excoquit & probat electos suos tribulationis igne.

Consilium Dei, in afflictionibus suorum permittendis.

in querulam vocem & plenam doloris erumpat, dicens: Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? Hæc autem loquitur nesciens iudicia Dei inuestigabilia, & profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ eius, quod non ita videat Deus vt videt homo. Homo tantum præsentia respicit, Deus futura & æterna cognoscit. 16 Et quomodo si ægrotans & æstuans febribus, aquam frigidam postulet, & dicat ad medicum: Vim patior, crucior, vror, exanimor: vsquequo medice clamabo & non exaudies? & respondeat ei sapientissimus & clemētissimus medicus: scio quo tempore debeam quod postulas dare: Non misereor modo, quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit: Ita & Deus noster sciens clementiæ suæ pondera atque mensuras, interdum non exaudit clamantem, vt eum probet & magis eum prouocet ad rogandum, & quasi igne excoctum iustiorem & puriorem faciat. 17 Quod intelligens Apostolus, secūdum id quod misericordiam est consecutus à domino, ait, Sed non defecimus. Et benedicimus dominum in omni tempore: * Et scit, quod qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: & gloriatur in labore & dolore: Et cum Ieremia dicit: * Tribulationem & miseriam inuocabo: vt quomodo alius inuocat Deum, sic sanctus vir & bellator inuictus ad exercendum se & probandum tribulationem & miseriam inuenire desiderat.

* Mat. 10. c.

* Ier. 20. a. secundum LXX.

17 *Quod intelligens Apostolus*. Probat idem exēplo Apostoli Pauli, *qui secundum id quod misericordiam est consecutus à Domino*, id est, iuxta gratiam insignem illi à Christo misericorditer cōcessam de se ait 1. Cor. 4. & alibi gloriatur se non defecisse in tribulationibus, sed potius benedixisse & magnificasse Deum in illis; & scit, perseuerantiam facere opus præfectū: *Et cum Ieremia dicit tribulationem & miseriam inuocabo, vt quomodo alius inuocat Deum* in auxilium & solatium: *sic sanctus vir & bellator inuictus, &c. tribulationem & miseriam inuenire desiderat*. Non quod perfecti viri amēt miserias; sed quia per patientiam in miseriis sciant amorem diuinum in ipsis augeri, & incrementa maiora percipere; ideo desiderant tribulationes pro Deo, vt augmenta continua amoris & gratiæ retribuat illis Deus pro patientia.

INCIPIT ARGVMENTVM,

EX HIERONYMI EPISTOLA AD PAVLINVM,

Vbi etiam expositum est à nobis.

HAbacuc luctator & fortis rigidus stat super custodiam suam & figit gradum super munitionem, vt Christum in cruce contempletur, & dicat: Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius.

INCIPIT HABACVC PROPHETA.

CAPVT PRIMVM.

a ¶ Vel assumptio. b ¶ Intellexit. c ¶ Amplexus vel amplexatio.

1 ONus quod uidit Habacuc propheta: 2 Vsquequo Domine clamabo, & non exaudies? Vociferabor ad te vim patiens et non saluabis? 3 Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustitiam contra me? * Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio

a ¶ Clamantes. b ¶ Quod plus est. a ¶ Qui liberare potes. a ¶ Nabuchodonosor & impiorum. b ¶ Tamen. c ¶ Cum possit. d ¶ Ergo. ¶ Quare tamdiu viuo, vt videam innumera mala? ¶ Malorum. a ¶ Bonorum. a ¶ Iniquorum bonos opprimentium. b ¶ Innocentem. c ¶ Qui respicis omnia solus. ¶ Non vindicas qui iustus es. a ¶ Nec etiam corripis. ¶ Ab increpatione. b ¶ Quasi lutum. c ¶ Nabuchodonosor vel quocumque.

CAPVT I.

A

a ONus quod vidit Habacuc, &c. HIER. lib. 1. com. משא Massa apud Hebræos ponitur, id est, graue onus: eo quod eos aduersus quos videtur, premat, nec ceruicem eleuare sinat.

Onus quid hic dicatur?

† ATHANASIVS in Synopsi. Onus & hic vidit & prophetauit, de captiuitate quidem Ierosolymæ precatus est, ac interim de aduentu Saluatoris prænuntiauit. Inuehitur autem & prophetat contra contemptores, deinde immixta est precatio prophetæ, odam adiunctam habens, in qua tria sunt diapsalmata, canente propheta de aduentu Seruatoris & victoria mortis.

B

Argumentum prophetiæ Habacuc.

b *Quare ostendisti mihi, &c.*

† THEOPHYLACTVS in com. Miserationis affectu permoti & compatientes Sancti, propter vtrosque lugent, tum iniuria pressos & afflictos: tum lædentes & ad calamitatem perducentes. Et fortasse propter iniurios maiori mœrore conficiuntur, quanto magis ad animam, pretiosissimam rem, noxa pertinet. Dixit igitur: Cur mihi ostendisti labores & defatigationes iniuste oppressorum hominum, vt intuear in ærumnam ipsorum, & impietatem iniuste agentium cum eis? An quia veluti secedat Deus, propter longanimitatem eius, talia fiunt nec exciduntur, &c.

C

Miseratione digni sunt tam qui faciunt quam qui sustinet iniuriam: imo priores illi magis.

*Iere. 13. a.

D

c *Quare respicis contemptores, & taces cōculcante im. &c.*

†† THEODORETVS in comm. procœm. Sunt qui acerrime commouentur de felicitate iniustorum, & dubitant an Deus omnipotens res humanas procuret. Quidam autem adducuntur quidem ad fidem sermonum Dei de prouidentia: verumtamen dubitant, cur hoc modo res humanas curet. Horum personam postremorum Habacuc propheta suscipiens, dubitationem affert, vt eorum quæ aguntur causam perdiscendi cupidus: sed tamen quæstionis solutionem infert, quam diuini spiritus benignitas suppeditauit: Nec, vt quidam opinati sunt, ipse hoc morbo laborauit, sed alienos induxit, & earum quæstionum introduxit disciplinam. Hoc idem fecit Dauid, inducens personam hominis grauiter ferentis malorum felicitatem: *mei autem pene moti sunt pedes, &c.* & solutionem quæstionum annectens, *donec*, inquit, *intrem in sanctuarium Dei.*

E

Duo hominum genera quæ de prouidentia Dei minus honorifice sentiunt.

F

An verbe ista Habacuc fint querulantis de Dei prouidentia.

☞ Et

POSTILLA
VENERABILIS PATRIS FR.
NICOLAI DE LIRA
super Habacuc Prophetam incipit.

CAPVT I.

Prooemium prophetiæ Habacuc.

ONus quod vidit. *Hic incipit ipsius Habacuc prophetia, Et diuiditur in duas partes, scilicet in prooemium & tractatum: qui incipit ibi,* Vsquequo. *In prooemio primo tangitur breuiter materia huius prophetiæ, cum dicitur,*

1 Onus, *Id est, prophetia de malo pœnæ venturo super regnum Babyloniæ. Sicut enim Naum prophetauit contra Assyrios, qui captiuauerunt regnum decem tribuum 4. Reg. 17. sic iste prophetat contra Babylonios, qui captiuauerunt regnum duarum tribuum 4. Reg. vlt. & hoc erat ad consolationem earum, quia destructo per Cyrum & Darium Babyloniorum regno, duæ tribus fuerunt de captiuitate liberatæ, 1. Esdræ 1. Secundo notificatur auctor ex nomine, cum dicitur,* Habacuc, *Et ex officio, cum dicitur,*

Quo tempore prophetauerit Habacuc.

2 Quod vidit, &c. *Scilicet prophetice. De tempore vero huius prophetiæ dicit Hieronymus in Prologo, & expositores nostri communiter, quod Habacuc prophetauit destructionem Babyloniæ post destructionem templi & ciuitatis Ierusalem per Chaldæos.*

3 Vsquequo. *Hic incipit tractatus. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur prophetæ denuntiatio: secundo eiusdem oratio cap. 3. Circa primum propheta admirans prosperitatem Nabuchodonosor temporalem, cum ipse esset idololatra pessimus, & eius populus, Circa hoc primo mouet domino quæstionem; secundo audit eius responsionem, cap. sequenti. Prima in duas, quia primo ponitur ipsius Nabuchodonosor prosperatio; secundo huius prosperitatis abusio, ibi,* Hæc est fortitudo. *Prima in duas: quia primo quærit propheta de prosperitate Nabuchodonosor contra Iudæos; secundo contra populos alios, ibi,* Aspicite. *Circa primum dicit propheta, non solum in persona sua, sed aliorum iustorum sui populi, dicens,* Vsquequo clamabo domine, *In oratione contra* Nabuchodonosor, *templi & ciuitatis destructorem & populi in captiuitate detentorem:*

Diuisio.

4 Vociferabor ad te vim patiens, *Id est, angustiam de oppressione populi mei.*

5 Et non saluabis. *Q. d. multum tardas saluare nos.*

6 Quare ostendisti mihi iniqui. *Nabuchodonosor & exercitus sui.*

7 Et laborem, *Id est, angustiam populi mei.*

8 Videre prædam, *Quia Chaldæi secum portauerunt de Iudæa quæcumque pretiosa.*

9 Et iniustitiam contra me, *Licet enim Iudæi iuste punirentur ex parte Dei, tamen Nabuchodonosor & eius exercitus hoc exequebantur iniusta voluntate & iniqua.*

10 Quare respicis contemptores, *Id est, Chaldæos, qui sunt tui nominis contemptores, & tamen respicis eos conferendo eis potestatem & gloriam temporalem.*

11 Et taces conculcante impio, &c. *Id est, Nabuchodonosor & eius exercitus.*

Admiratur propheta prosperari Nabuchodonosor & populum eius impium.

Vsquequo. ☞ Iustio-

MORALITER.

† 1 *Onus quod vidit Habacuc, &c.* Secundum sensum litteralem propheta denuntiat regni Babylonis destructionem, eo quod abusus fuerat a Deo sibi data potestate, subiiciens sibi regnum Iuda & alia plura nequiter & superbe.

MORALITER autem exponi potest de quolibet potente, potestate sua abutēte. Et primo propheta quæstionē mouet, loquens in persona iusti a superbo tribulati, quare Deus hoc permittit, dicēs,

Quilibet potens potestate sua abutens.

3 *Vsquequo, &c.* Et patet sententia.

10 *Quare respi. con.* Eos temporaliter exaltando.

Mo- † Et

¶ Q. quam malè conuenit hoc. a ¶ Iudam vel quemlibet. b ¶ Dimittes sine cura, sine prouidentia. ¶ Vnde Boetius, Hominum solos respuis actus.

iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi

¶ Sic mentiuntur hæretici. ¶ Peruersum.

a reptilia non habentia ducem? Et factum est iudicium & con-

a ¶ Quam iustitia. b ¶ Acceptis muneribus contra insontes, vt magis peccatum diuitis, quam veritas pauperis defendatur.

tradictio potentior? [4] Propter hoc lacerata est lex, & non

a ¶ Finis iudicij est iustè iudicare. b ¶ Ecce causa quare hoc audeat loqui. ¶ Nabuchodonosor.

peruenit vsque ad finem iudicium: quia impius præualet

¶ Iudam. ¶ Ideo dico quia.

b aduersus iustum: propterea egreditur iudicium peruersum.

¶ Quæ fiunt. ¶ Illa præ vestris.

c [5] * Aspicite in Gentibus, & videte & admiramini, & obstupe-

a ¶ Præ magnitudine miraculi. b ¶ Tam grande, vt vestram opprimat causationem. ¶ Fiet in contritione aliarum Gentium per Chaldæos. c ¶ Vt videre possitis. d ¶ Tam magnum.

scite, quia opus factum est in diebus vestris quod nemo cre-

¶ Futurum. ¶ A quocumque. a ¶ Ecce opus quod facturum se dixerat. b ¶ Angelos malos, vel homines qui merito crucians.

det cum narrabitur. [6] Quia ecce ego suscitabo Chaldæos gen-

a ¶ Quorum rex Nabuch. b ¶ Crudelem. c ¶ Quia non contenta suis finibus. d ¶ Ad implenda præcepta Dei. e ¶ Non tantum super Iudæos.

tem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem

1 2 † 3 4 5 6 7 8 9 10 11 † 12 13 14 15 16 17 18 †

☞ a *Et factum est iudicium.* Hier. lib. I. com. Adhuc loquitur prophe-

A ta vel populus, quod contra se non veritate sed potentia iudicatur.

Oppressio iustorum ab iniquis fuit ab initio.

Communis sanctorum querela ad Deum: Cur iudices sæculares acceptis muneribus damnent insontem, & liberent reum; Sed & principes ecclesiæ, propter munera lacerant legem. Sed non debemus super hoc turbari. Videntes à principio mundi ab impio Cain occisum Abel iustum, exulantem Iacob, regnante in domo patris Esau. Ipse quoque contra quem hæc querela dirigitur, à Iudæis crucifi-

Gen.4.b. Ibid.28.b. Matt.27.c. 2.Par.3.c.d. Dan.3.c. Ibid.5.a. Ierem.12.a.

B gitur, & Barrabas latro eruitur.

b. *Iudicium per.* Peruersum videtur vt Iosias rex iustus à rege Ægyptio trucidetur: Vt Daniel & tres pueri seruiant, & Babylonius imperet: Et Balthasar inter concubinas potet in phialis Dei.

* Actu.13.

c *Aspicite in.* Vox domini respondentis, contra prædicta.

Non vna gens Iudaica oppressa à Chaldæis.

C q.d. Ne putetis soli Israeli hanc iniquitatem à Chaldæis inferri: sed etiam omnibus nationibus per circumitum, & ipsos Chaldæos videte tantū valituros, & postea ruituros: Vt si quis prædixerit quod futurum est, pro rei magnitudine videatur incredulum.

† Theophylactvs in comm. Enarrans quæ de transgredientibus legem in Ierusalem explicuit, succensentis personæ præpositis sermonibus, responsum ceu acceptum à domino edit: medelam ita admouens prouidentiæ diuinæ obmurmurantibus perinde quasi lento admodum gressu procedat. Ad hæc Israelitis subindicat, quod quæ ipsis mala Deus adducet, iure adducet, tāquam præuaricatoribus & contemptoribus sui. Iubet vt aduertant animis quæ dicantur, & considerent cum instantia & sobrietate, vt

Nihil iniustè agit Deus dum peioribus minus malos subiicit.

vt obstupescant & formident minas. Admiranda inquit facturus D sum vobiscum: Etenim gentem sanctam primogenitum meum filium, traditurus sum hostibus.

Hier. lib. I. com. Allegor. Minatur Deus, contra contemptores suæ prouidentiæ se suscitaturum angelos pessimos, per quos infert cruciatus vel peccātibus hominibus, vel animalibus pessimorum hominum. Hi sunt *amari*, & nulli parcentes, & *veloces*, citò quod imperatur implentes, & *ambulabant super la-*

E *titud. terr.* Latitudo terræ sunt carnales, quia lata via ad mortem tēdunt. Hos calcant dæmones, vt possideant animas, quæ merito rationis Dei sunt; sed per culpam fiunt dæmonis, qui est *terribilis* propter multa & varia supplicia quæ infert: sed *ex seipso*, id est, ex propria iniquitate damnabitur. Sed si aliquis per pœnitentiam ab eo ad Deum

De eis qui traduntur diabolo.

F conuersus fuerit, onus, id est, iugum diaboli effugiet, & præbens tergum Deo sessori erit *velocior lupis*, & *pardis*, id est, hæreticis & raptoribus: Et equites, id est, ipsi dæmones (quos prius ferebat) depositi, allidentur: quia ipsi *equites*, id est diaboli de *longè venerant*, rem non suam vsurpantes, quibus deiectis equi liberati non contenti cursu, *assument volatum aquilæ*, vt carnibus sermonis Dei vescantur, & alios sibi incorporent, *facies eorum, q. ven. v.* quia nulla malitia ei resistere poterit. Tunc sermo diuinus congregabit ad vnam fidem omnes, qui *quasi arena* à Chaldæis captiuabantur, & triumphabit de diabolo, vel prauis hominibus à regno suo deiectis, & *tyranni ri. e. e.* potentia malorum superata vertitur in derisum. *Ipse super omnem munitionem ridebit.* Quidquid in sermonibus ☞ vel

De eis qui auferuntur ab eodem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iustiorem se. *Id est, populum Iudaicum colentem te.*

2 Et facies homines quasi. *Permittendo, quod maiores deuorent minores, sicut est in piscibus maris.*

3 Et quasi reptilia non habentia ducem. *Id est, per hoc videtur quod non habeas curam plus de hominibus, quam de bestiis irrationabilibus, de quibus dicit Apostolus 1. ad Corinth. 9. b.* Numquid est cura Deo de bobus;

4 Et factum est iudicium, *Scilicet peruersum.*

5 Et contradictio, *Veritatis.*

6 Potentior, *Quia veritas succumbit.*

7 Propter hoc lacerata est. *Quia fit contra dictamen legis naturæ. Potest etiam hoc referri ad legem Mosaicam, quam combusserunt Chaldæi.*

8 Et non peruenit vsque ad finem, *Scilicet debitum,*

9 Iudicium, *Id est, executio iustitiæ, sed magis eius contrarium.*

10 Quia impius, *Id est, Nabuchodonosor.*

11 Præualet aduersus iustum, *Iudææ populum, in quo erant iusti multi; in populo autem Nabuchodonosor nulli, cum omnes essent idololatræ.*

12 Propterea egreditur iudicium peruersum. *Iudæi enim in Babyloniam ducti frequenter iniustè condemnabantur ad facultatū suarum amissionem, & aliquando ad mortem. Hoc etiam aliter exponitur referendo ad Deum.* Propterea, &c. *Id est, propter prædicta videtur quòd à te egrediatur iudicium peruersum: & hoc coram hominibus profunditatem iudiciorum tuorum considerare nescientibus.*

Duplex sensus illius Propter. egre. iud. per.

13 Aspicite, &c. *Hic consequenter admiratur propheta potentiam Nabuchodonosor contra alias Gentes, cum dicitur:* Aspicite in Gentibus & videte, &c. *Id est, videbitis mirabilia.*

14 Quia opus factum est in diebus vestris, *Id est, cito fiet.*

15 Quod nemo credet cum narrabitur. *Nulli enim videbatur credibile, quod regnum Nabuchodonosor ita dilataretur in tam paruo tempore, Ideo subditur,*

16 Quia ecce ego suscitabo Chaldæos. *q.d. istud mirabile non fiet humana virtute, sed mea.*

17 Gentem amaram, *Id est, valde crudelem.*

18 Et velocem, *Ad ambulandum & pugnandum, & sic ad regna multa sibi subiiciendum.*

MORALITER.

† 2 *Et facies,* Fieri permittes.

† *Quasi pisces ma.* Quorum maiores deuorant minores.

3 *Et quasi re.* Ex hoc enim videtur simplicibus & infirmis, quod Deus non habeat de hominibus curam specialem.

7 *Propter hoc lacerata est lex.* Per aduocatos dolosos & iudices iniquos.

8 *Et non per. &c.* Id est, ad finem debitum.

10 *Quia impius, &c.* Ecce iniquitas exaltata.

† *Aduersus iu.* Ecce bonitas conculcata.

12 *Propterea egre.* Ecce æquitas condemnata, propter quod quæsitum est; quare Deus cum sit iustus talia permittit. potest autem ad

Cur permittat Deus malos

Hor- ad hoc respōderi ex pluribus sacræ scripturæ locis, quod Deus permittit hoc propter exercitium patientiæ bonorum; quod vlterius valet ad augmentum gloriæ ipsorum; & cedit similiter ad honorem diuinum ad quem principaliter omnia ordinantur: Prouerb. 16. a. *Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus.*

dominari impiis.

13 *Aspicite in Gen. & vi.* q. d. In omnibus Gentibus videbitis superbiam iniquorum temporaliter prosperari ex diuina permissione. Ideo subditur,

16 *Quia ecce ego suscitabo Chaldæos.* Qui interpretātur feroces: quod competit superbis, quia nesciunt pacificè viuere cum aliis.

Superbi.

17 *Gentem amaram,* In conuersatione.

18 *Et velocem,* Ad malè agendum.

† *Ambulantem super latitudinem terræ, &c.* Quia superbis nihil † suffi-

vel diuitiis sæculi altum, & fortè laudatur sermo Dei destruet & illudet, & mittet aggerem fragilitatis arguendo. Tunc mutabitur spiritus, ne puniat, sicut punierat, sed pertransibit peccatores, rogans pro eis & reconcilians Deo. Hæc est fortitudo eius diuini sermonis, vel Christi, quam habet à Deo suo deiiciendo omnia mala.

Verbi Dei creati increatique virtus.

HIERON. lib. 1. com. Nemo miretur, si quæ super Chaldæis iuxta litteram in malum interpretati sumus, iuxta tropologiā videantur sonare clementiam; historia stricta est, & euagandi non habet facultatem: Tropologia est libera, & his tantum legibus circumscripta, vt pietatem sequatur intelligentiæ, sermonisque contextum: Nec in rebus multū inter se contrariis violenta sit copulandis.

Tropologiæ diffinitio.

a *Tabernacula*. Non est opus eius arare terram, sed viuere rapto, & possidere vrbes non suas.

¶ Spatiosa est via quæ ducit ad mortem, non enim ambulant Chaldæi per angustam viam quæ ducit ad vitam. a ¶ Pœnas horrendas inferens. b ¶ Antequam inferat bellum, terrorem portat in vultu.

a terræ vt possideat tabernacula non sua.[7] Horribilis & terribi- b lis est, ex semetipsa iudicium, & onus eius egredietur.[8] Le-

a ¶ Ad persequendum. b ¶ Lupi sæuiores sunt vicina nocte ad rabiem concitati fame diurna.

c uiores pardis equi eius, & velociores lupis vespertinis: &

a ¶ Non ad repugnandum, quia nemo resistet, sed ad discurrendum.

diffundentur equites eius. Equites namque eius de longe

a ¶ Cui in volando omnia subiacent.

venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum.

¶ Non ad pugnam.

d [9] Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens. Et

a ¶ Tantus erit numerus captiuorum & prædæ vt hyperbolice arenæ possit æquari. b ¶ Quia Nabuch. in vniuerso orbe regnabit, & reges ante currum ductos derisui habebit & inter delitias computabit.

congregabit quasi arenam captiuitatem,[10] & ipse de re- e gibus triumphabit: & tyranni ridiculi eius erunt. Ipse

a ¶ Vrbes, natura locorum, & viribus hominum munitas. b ¶ Fortis.

super omnem munitionem ridebit, & comportabit

a ¶ Apud Tyrum iacto aggere in mari, de insula peninsulam fecit. a ¶ Munitionem, vel Tyrum. b ¶ Cum nihil ei obstiterit. c ¶ Post hæc omnia.

f aggerem, & capiet eam.[11] Tunc mutabitur spiritus, et

a ¶ In figuram bestiæ.

g pertransibit & corruet. Hæc est fortitudo eius Dei sui,

c *Leuiores pardis, &c.* REMIG. ex Hier. hic, id est, velociores sunt pardis, quod animal est velocissimum, & pulchra varietate distinctū: lupis quoque vespertinis eorum equos cōparat, qui sæuiores esse dicuntur vicina nocte, diurna fame in rabiem cōcitati. Cōparantur quoque aquilæ, quæ velocissimè festinat ad deuorandum.

Pardus quale animal.

Lupi sub noctē ferociores.

d *Facies eorum ventus vrens, &c.* Ad cuius flatum virentia cuncta marcescunt; sic ad aspectum Chaldæorum omnia vastabuntur.

e *Ipse super omnem munitio.* Tātæ erit superbiæ vt naturam locorum, & robora exercituum superare contendat. Hoc apud Ezechielem latius legitur.

† REMIG. ex Hier. hoc loco. Gentem Chaldæorum fuisse pugnacissimam & velocem, & robustissimam, testes sunt Trogus Pompeius: & ceteri qui barbaras conscripserunt historias: nec vnquam contenta suis finibus, huc illucque discurrens vagabatur super latitudinem terræ, rapto viuens & gladio.

Testimoniū virtutis Chaldæorū ex historia profana.

b *Ex semetipsa*. HIE. IBID. De sua gente, non de aliena constituet principes & potestates, & gladius eius non habebit satellites alienarum Gentium. Vel, sicut fecit, fiet ei: sicut vastabit, vastabitur.

† THEOPHYLACTVS in com. Celeres sunt Chaldæi: equites enim sunt, vt ne tantillum vobis temporis permittant, quo vestras in eos copias armare possitis, vosque ad pugnam parare. Ad hæc assueti sunt bellis, & in iis educati. Nec alienas tantum prouincias diripiunt ac reuertuntur, vt in spem veniatis vos patriam vestram denuò recepturos: verùm hic eis scopus, hæc mens est, vt hereditariò terras occupent.

Quare belli gerendi ratio apud Chaldæos.

f *Tunc mutabitur, &c.* REMIG. ex Hier. hic. Hoc est, in superbiam erigetur, credens se esse Deum: vnde & statuam auream fecit sibi, eamque omnes gentes adorare præcepit; & cum hoc fecerit *pertransibit*, id est, sensum humanum amittet, & proiicietur ab hominibus; & post hoc, *corruet*, id est, esse desinet.

Dan. 3. & 4.

g *Hæc est fortitudo eius Dei sui.* HIER. supra. Ironicè. Quasi. Hæc est fortitudo eius quam dedit ei Bel Deus suus, ad cuius culturam omnes cogebat.

Num-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Horribilis, *Ex aspectu.*
2 Et terribilis est, *Ex actu.*
3 Ex semetipsa iudicium, & onus eius egre. *Id est, ex actibus suis crudelibus merebitur finaliter à domino iudicari & puniri, prout exprimitur diffuse cap. sequenti.*
4 Leuiores pardis equi eius, &c. *Locutio est hyperbolica ad designandum velocitatem equorum & equitum.*
5 Omnes ad prædam venient. *Id est, ad capiendum omnia pretiosa aliorum.*
6 Facies eorum ventus vrens. *Id est, sicut ventus vrens velociter consumit segetes, sic Chaldæi suo impetu subiicient sibi Gentes: ideo subditur,*
7 Et congregabit quasi arenam captiuitatem, *Id est, multitudinem captiuorum innumerabilem.*
8 Et ipse de regibus triumphabit. *Et per consequens de subiectis eorū.*
9 Et tyranni. *Qui aliis formidabiles & duri sunt.*
10 Ridiculi eius erunt, *Id est, materia derisionis, quia faciebat eos duci in catenis ad ostentationem suæ victoriæ.*
11 Ipse super omnem munitionem ridebit, *Reputans se posse eam faciliter capere: ideo subditur,* Et comportabit aggerem, &c.
12 Tunc mutabitur spiritus. *Quia Nabuchodonosor post multas victorias incurrit amentiam, & inter feras habitauit, æstimans se bestiam esse, ideo subditur,*
13 Et pertransibit, *Scilicet à dignitate regni. Danielis 4. f.* Tibi dicitur Nabuchodonosor, regnum tuum transibit à te.
14 Hæc est fortitudo eius, *Hic consequenter describitur sibi data potestatis abusus, quia victorias sibi concessas diuina virtute ad puniendum peccata multarum Gentium non attribuebat Deo, sed idolo suo: ideo subditur,* Hæc est forti. &c. *secundum suam reputationem.*
15 Dei sui. *Id est, quod sibi peruenerit à Deo suo falso.*

Nabuchodonosor abutitur potestate sibi à Deo data.

Num-

MORALITER.

† sufficit, eo quod superbiæ ambitio sit annexa.
1 *Horribilis*, Auditu.
2 *Terribilis*, Aspectu.
3 *Ex semetipsa iudicium, & onus eius egredietur.* Nam ex suis operibus finaliter condemnabitur.
4 *Leuiores pardis equi eius, &c.* Per hæc omnia significabatur promptitudo eorum & familiæ suæ ad malè agendum.
6 *Faciès eorum ventus vrens.* Id est, simplices pro posse suo annihilans. Et quoniam diabolus *est rex super omnes filios superbiæ*, vt dicitur Iob 41. d. ideo de superbis transit ad eorum regem & caput diabolum, dicens,

Diabolus rex super omnes filios superbiæ.

7 *Et congregabit quasi arenam captiuitatem.* Scilicet peccatorum, quia sicut dicitur Matth. 7. b. *Spatiosa est porta, quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam.*
8 *Et ipse de regibus triumphabit, &c.* Eos ad tyrannidem inducendo.
9 *Et tyranni ridi. eius erunt*, In inferno.
11 *Ipse super omnem munitionem*, Scilicet virtutum,
† *Ridebit*, Sperans quod eam destruere possit. ideo subditur,
† *Et comportabit aggerem*, Per quod significatur eius studium ad virtuosos deiiciendum, quorum aliquos deiicit; ideo subditur,
† *Et capiet eam. Tunc mutabitur spiritus.* Non de malitia ad bonitatem, quia peccatum eius est irremediabile; sed hoc dicitur, quia in fine temporis cessabit actus suæ tentationis.
13 *Et pertransibit*, Ad locum gehennæ:
† *Et corruet*, In profundum pœnæ.
14 *Hæc est fortitudo eius.* Id est, nihil potuit facere nisi permissus Dei voluntate; propter quod subdit propheta,

Diabolus nihil facere potest nisi quod à Deo permittitur facere.

† Num-

a *Numquid non tu a principio, &c.* † THEOPHYLACTUS in com. A Etsi enim nos præuaricati sumus, tu multis tamen retro sæculis, & à principio patrum nostrorum dominus, eras Deus sanctus, qui nihil immundum recipis, & propterea nos sicut immundos repulisti. Postquam igitur te priscum dominum nostrum habemus, ne quæso, penitus excindamur. Vide autem quomodo Deū veteris suæ proprietatis cōmonefaciat, quod & Paulus de Israelitis affirmat: quoniam hostes inquit, propter Euangelium, dilecti autē propter patres.

Solemne erat Iudæis patrum virtutem & gratias Deo in oratione proponere.

b *Domine in iu. &c.* HIERO. lib. I. com. B Aliter: Suscitatur cōtra incredulos natio dæmonum amara ad puniendum, & vbique præsens ambulat, vbicumque est latitudo terrę: vt possideat in quibus Christus debuit habitare, ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur. Non autem frangitur, nisi cum magnitudine iniquitatis & pondere grauata ad consummationem venerit. Equi eius & equites sicut lupi et pardi sanguinem sitiunt, & prædas desiderant, & dum non sperantur de longè, citò veniunt, volant vt aquila, quæ inter sydera ponere vult nidum, & festinat ad prædam. Nullus enim dæmonum parcit, quidquid aspexerint volunt vrere; & congregabit quasi aquila princeps dæmonum deceptos à suis: hinc inde suscipiet quasi arenam, & multos, qui potenter videbantur contra eum exercere tyrannidem, eiiciendo ab obsessis corporibus, subiiciet sibi & ridebit: & quidquid munitum & forte videbitur, nitetur euertere. *Comportabit ag. in.* gestis terrenis operibus facile *euertet munitionem.* Post hanc victoriam *commu. spiri. eius, & pertransi. os eius.* vsque ad cælum, quia faciet se Deum & post corruet, & ruina eius ostendet quam fortis eius diuinitas fuerit. Audiens ergo hæc propheta, quod tantus sic sit destruendus, cum se, vel eos, ex quorum persona propheta loquebatur conquerens, iustos esse memorasset, nunc blandiens dicit: *Ergo ne tu à principio es domine,* quod non capimur à tanto hoste, tuæ est clementiæ. Tu enim domine constituisti eum quasi carnificem, & fortem fecisti, vt vel nullus vel rarus ei possit resistere.

De dæmone affligente & vastante populum fidelem.

IBID. Ex responsione domini intelligens propheta, ideò Nabuchodonosor contra Iudam, vel diabolum contra credentes accipere potestatem, vt corripiat eos, & post correptionem ipse quoque puniatur in fine: respondet domino blandientis & pœnitentis affectu, Domine nesciebam Nabuchodonosor, vel diabolum tātam in mundo accepisse potestatem, quorum viribus nemo potest resistere: sed tamen inter eos dat nobis misericordia tua viuere.

Iudicium Dei quo finit prævalere ad tēpus diabolum & ministros eius.

a ¶ Ergo ne tu es domine Deus meus auctor horum. b ¶ Qui nos creasti. c ¶ Cuius clementia subsistimus.

a [12] Numquid non tu à principio domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur? Domine in iudicium posuisti eum & fortem vt corriperes fundasti eum. [13] Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? [14] Et facies hominis quasi pisces maris, & quasi reptile nō habens principem. [15] Totum in hamo subleuauit, & traxit illud in sagena sua, & cōgregauit in rete suū. Super hoc lętabitur & exultabit, [16] propterea immolabit sage-

¶ Sub tanto hoste. a ¶ Te protegente. b ¶ Ad iudicandum, vt ipse sit inimicus & vltor, & per illum corripias quicumque peccauerint tibi. a ¶ Nabuch. vel diabolum. ¶ Quasi carnificem. b ¶ Quibus nihil immundum placet. a ¶ Genus humanum in Adam. a ¶ Nabucho. ¶ Diabolus. b ¶ A Paradiso. ¶ Varia & multiplici fallacia. a ¶ Nabuchodonosor, vel diabolus. b ¶ Idolo quod fecit in campo Duran, & simulachro Belis, cui quasi grandi sagenæ immolauit pingues victimas, id est, omnes Gentes victas ad cultum eius cogens.

IBID. ALLEG. Redit ad generalem querimoniam, cur Deo prouidente diabolus in mundo tantum dominetur; cum superioribus sic iungitur. Noui domine quia te protegente non morimur, & per aduersarium quasi per carnificem corripis, non occidis, nec placeat tibi aliquid iniusti: sed tamen inuenire non possum causam, cur iniustus Cain iustum Abel occiderit; cur cetus non solum minores pisces, sed etiam Ionam prophetam deuorauit. Nec aliquem in tuo conspectu iustum, sed tamen iustior est qui affligitur, quàm qui affligit. Debuisset igitur iustiori subiici. Cum autem sis omnium dominus, necesse est vt facias, quod sine te fieri non potest.

Gen. 4. b. Ione 2. a.

Admirabilia iudicia Dei & inuestigabiles viæ eius.

c *Mundi.* IBID. Scio, quia malum non libenter aspicis, nec potest quisque de tua dubitare iustitia; sed tamen cur pateris ab impio Nabuch. opprimi iustum Israel? qui &, si non ex totó iustus, tamen iustior est opprimente. Sicut pisces & irrationabilia animalia, quæ non habent ducem, subiacent viribus fortiorum; sic homo rationalis ad imaginem tuam factus non valet resistere corporeis viribus idololatrarum. Scit propheta, quod angeli singulorum quotidie vident faciem patris; nec de Deo aliquid mali sentit, sed humanam impatientiam in se exprimit.

Humanam impatientiam se exprimit propheta.

d *Quare non respicis, &c.* † RUPER. in com. Quid aliud iste dicit & clamat, quàm dicunt & clamant subtus altare animæ interfectorum propter verbum Dei, &c. dicentes, *Vsquequo Domine, sanctus & verus, non iudicas, & vindicas, &c.* Denique quod dictum est illis, *vt requiescerent adhuc tempus modicum, &c.* nōne simile est ei quod responsum est huic, *Apparebit in finem, & non mentietur: si moram fecerit, &c.*

Apoc. 6.

† THEOP. in com. Iam nunc propter Chaldæos pendet animi propheta. Nec fit quod dilutionis indigeat, qui vt aliis indicet formatus est. At enim quia animaduertit apud plerosque de his nascituram quæstionem, ideo hæc adducit. Ambigent enim cur Chaldæis longè nequioribus, Israelitas minus impiè agentes Deus tradiderit. Cur igitur, inquit contemptores, id est, arrogantes, ostentatores, & legum tuarum despectores Chaldæos intueris? Cur mitiore & mansuetiore in eos affectu imbuis? Cur lætos dies illos transigere finis? Deuorat impius Babylonius iustum Israelitam, tuque interim siles. Quare hoc fit. Iustum dicit Israelitam respectu Babylonij. Ex longanimitate hac, nihil discrepare facies mortales à piscibus, quibus neque leges sunt, neque iudices, sed cibi loco potentioribus imbecilliores abiiciuntur.

Querela quam modicæ fidei homines instituere possent apud Deum.

e *Totū, &c.* HIE. lib. I. cō. Quia pisces nominauerat, Metaphoram pis-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Numquid non tu à prin. *Id est, ab æterno solus es Deus, tu qui es,*
2 Deus meus, *Verbum est propheta confitentis veritatem diuinæ naturæ iuxta falsitatem idoli, vt opposita iuxta se posita magis elucescant.*
3 Et non moriemur. *s. per potestatem regis Babylonis, si saluare nos volueris.*
4 Domine in iudicium, *Id est, executionem tuæ iustitiæ.*
5 Posuisti, *Id est, disposuisti.*
6 Et for. *id est, dans ei fortitudinem.*
7 Vt corriperes. *Multos peccatores per eum.*
8 Mundi sunt. *Quia nulla immunditia potest in te esse.*
9 Ne vi. ma. *Approbando, ideo subditur,*
10 Et respi. ad iniquit. *eam approbando. Ex quo concluditur,*
11 Quare non respi. super iniqua. *Id est, super Chaldæos iniqua voluntate nos opprimentes, eorum malitiam reprimendo?*
12 Et tac. *Exponatur sicut supra.*
13 Totum in hamo. *Loquitur hic de rege Babylonis sub metaphora piscatoris, qui cum hamo paucos pisces capit, & plures in sagena & reti, sic rex Babylonis in principio paucos sibi subiecit, postea multos valde.*
14 Super hoc. *Id est, super victorias multas & magnas.*
15 Propterea immol. sa. *Id est, idolo suo, quod vocatur hic sagena sua, & rete suum: quia victorias sibi concessas à Deo attribuebat idolo suo, vt prædictum est.*

MORALITER.

† 1 *Numquid.* Q. d. non poterit nobis nocere, quando volueris prohibere.
4 *Domine in iudicium.* Hic ostenditur ad quid, & quomodo Deus vtitur dæmonibus. s. ad executionem suæ iustitiæ. Ideo dicitur,
† *In iu. po.* Iudicium enim est executio iustitiæ, quam Deus approbat, non tamen malam dæmonum voluntatem qua hæc exequuntur; ideo sequitur,
8 *Mundi sunt.* Et quoniam homines mali sunt instrumenta diaboli, ideo subditur de eis,
11 *Quare non respi.* Ad hoc autem responsum est supra.

Ad quid & quomodo vtitur Deus dæmonibus.

13 *Totum in hamo.* Scilicet diabolus per se & ministros eius. Et fit hic mentio de tribus modis capiendi pisces, per quos significantur homines. Hamo capiuntur magni, scilicet principes & prælati. Principes capiuntur hamo tyrannidis & superbiæ. Prælati hamo simoniæ. Reti capiuntur mediocres, dolum & fraudem (quæ per rete significantur) in mutuis commutationibus exercentes. Sagena verò indifferenter capiuntur omnes: ideo significat luxuriam, per quam aliqui de quolibet statu capiuntur. Et quia diabolus gaudet de tali captione, Sequitur,
14 *Super hoc lætabitur, & exultabit, propterea immolabit sage. &c.* Diligendo & colendo.

Qui quo vitio capiantur.

piscium seruat, vt quomodo piscator mittit hamum, rete & sagenam, vt quod hamus non capit rete capiat; & quod rete euadit sagena latiori circumdetur: ita Babylonij, humanum genus prædam suam fecerunt.

Chaldæi piscatoribus comparantur.

HIER. lib. I. com. ALLEG. Diabolus, qui cuncta vastat, misit hamum cui adhæsit Adam: & ita traxit eũ de paradiso reti suo, & cooperuit eum sagenis suis, id est, variis fallaciis. Ideo lætabitur esse aliud quàm præceptum domini, & immolabit non hamo qui peruersus sermo intelligitur, & adhuc in principio constitutus; sed reti suo, quia in ipso pingues hostias comprehendit, quia per vnum hominem peccatores constituti sunt plurimi, & cum Adam etiam sancti de paradiso eiecti sunt.

Adam fraude dæmonis eiectus è paradiso.

a ¶ Idolis suis. b ¶ Opinione sua, putabit enim se habere diuitias, quando principes & reges suo subiugauit imperio, quas escas electas vocat.

a ¶ Quia semel opulenta piscatione sagenam, id est, suum exercitum repleuit, non cessat Gentes impugnare & iugulare.

næ suæ, & sacrificabit rẽti suo. [1] Quia in ipsis incrãssata est pars eius, & cibus eius electus. [2] Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & [3] semper interficere Gentes non cessat. [4]

Vnde & cibi eius electi sunt. Et quia primum hominem decepit vniuersum genus humanum interficere non cessat.

Rom. 5. d.

† GREGOR. lib. 32. moral. cap. 10. Neque enim se eos gaudet rapere, quos prauis ac sordidis actionibus implicatos in imis secum respicit voluntariè iacere. Fœnum ergo vt bos comedere appetit, quia suggestionis suæ dentes conterere mundam vitam spiritualium quærit.

† IDEM lib. 33. moral. ca. 6. Antiquus hostis, hoc pro magno non habet, quod sub iure suæ tyrannidis terrena quærentes teneat. Propheta namque attestante cognouimus, *quia esca eius electa*. Neque enim mirum deputat, si eos absorbeat quos superbia erigit, auaritia tabefacit, voluptas dilatat, malitia angustat, ira inflammat, discordia separat, inuidia exulcerat, luxuria inquinans necat; Sed illos magnopere rapere nititur, quos despectis terrenis studiis, iungi iam cælestibus contemplatur.

Diabolus perfectiores maiori studio impetit.

HIER. lib. I. com. Potest & de hæreticis accipi, qui peruersa multiplicique doctrina quasi hamo & reti & sagenis multos pisces capiunt, & multa reptilia comprehendunt, vnde lætantur, & sermonem suum quo decipere & suadere potuerunt quasi Deum adorãt, colunt & poliunt, per quem sciunt à se tantas victimas interfectas & tot potentes deceptos, quos pinguem partem & electas escas nominat. Ideo sic bestiæ quæ semel gustatũ sanguinem semper sitiunt, expandunt rete. i. totum studiũ suum, vt plures interficiant.

Hæretici quam erroſ culentur id per quod fideles deceperunt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia in ip. incras. est pars. *Id est, sua potestas magnificata.*
2 Et cibus eius. *Id est, diuitiæ in quibus delectabatur sicut gluto in cibis & potibus.*
3 Propter hoc ergo expan. sa. suam. *Id est, potestatem suam, quam æstimabat ab idolo suo sibi concessam.*
4 Et semper interficere. *Vnam Gentem sibi subiiciendo post aliam.*

MORALITER.

1 *Quia in ipsis incrassata est pars eius.* Id est, multiplicatio peccantiũ.
2 *Et cibus eius electus,* Quia mali incorporantur sibi per mortale peccatum.

CAP. II.

a SVper custodiam meam stabo, & figam gradũ, &c. HIER. lib. I. com. Primæ causationi responderat dominus, *Aspicite in Gentibus*, & videte, & admiramini, & obstupescite. Ad quæ verba propheta quasi agens pœnitentiam temperauit quæstionem suam, dicens. *Domine Deus meus san. meus, & non mo.* Sed nõ minus cum veneratione & laudibus Dei sciscitabatur. *Mundi sunt ocu. tui. ne vi. ma. & resp. ad ini. non po.* Quare *non respi. su. ini.* Et quæ esset deuoratio iusti in quibus partibus exequebatur, vt fierent homines quasi *pisces maris*, &c. Nunc ergo quia propheta est, & propterea se dubitare dicit, vt quod sibi respondetur omnibus dicatur: *Stabo*, inquit, *su. cu. me.* in sublimitate meæ prophetiæ, vt videam quid sequatur post euersionem populi & templi.

In priori capite quasi priuatus quærebat Habacuc.

supra I. ca.

hic vt propheta docet.

† GREGORIVS lib. 22. mor. cap. 10. *Stat super custodiam suam*, qui per solertiam disciplinæ terrenis desideriis non succumbit, sed supereminet: vt dum semper stantem appetit æternitatem, infra se sit ei omne quod transit, &c.

Stare super custodiam suam.

† THEOP. in com. Consuetudo Sanctorum est, si quid ex Deo discere cupiant, omni custodia seruare cor suum à mundanis sollicitudinibus, & ad solum Deum intentos esse, ascendereque veluti super rupem quamdam mentis, hoc est, à terrenis rebus exaltationem. Ait ergo vates. Vt excubitores excelsum quempiam locum scandentes, ita speculantur: non dissimiliter & ego speculabor quid loquatur in me Deus de his rebus, ob quas propter Babylonios dubitaui; qui fiat, quòd non pœnam luant ob commissa sua, vt sciam quid respondeam volentibus me super hisce interrogare, ac discere diuinæ administrationis consilium.

Quomodo sancti se disponant vt de superioribus scientiam recipiant.

CAP. II.

a ¶ Omni diligentia custodiam cor meum. b ¶ Stabilitatem.
a ¶ Christum.
a ¶ Prophetica visio, non exterius fit ad prophetas, sed in interiori homine.

a [1] SVper custodiam meam stabo, & figam gradũ [b] super munitionem: & contemplabor, vt vi[c]deam quid dicatur mihi, & quid respondeã ad [2]

b *Et contempla.* HIER. supra. Et sic videbo quid mihi post secundam quæstionem respondeat Deus, & postquam mihi responderit, & me corripuerit malè fuisse conquestum, quid ego quoque debeam ei respondere videbo.

c *Vt videam, &c.* IBID. Eleganter describitur humana impatientia quam humana.

Impatientia

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. II.

1 SVper custodiam meam stabo, & figam. *Hic consequenter ponitur domini responsio ad quæstionem sibi propositam per prophetam. Et diuiditur in duas partes: quia primò propheta se disponit ad audiendum; Secundo describit diuinum responsum, ibi,* Et respondit. *Circa primum dicit,* Super custodiam meam stabo. *Loquitur de seipso sub metaphora custodis fortalicij obsessi: talibus enim custodibus assignantur loca diuersa ad defendendum: & vocantur custodia eorum; Et quilibet est valde attentus super locum suum: quia si esset negligens, periculum primo veniret super ipsum; & hoc modo dicit propheta, se diligenter attendere ad percipiendum diuinum responsum.*

Diuisio.

Custodia seu vigilia militaris.

2 Et quid re. ad. ar. me. *Si malè moui quæstionem & indiscretè.*

Et

MORALITER.

1 *Super custodiã meam.* Hoc moraliter dicitur in persona boni prælati, qui stat super custodiam gregis sui, & non super negotia principum, nisi pro quanto hoc ordinatur ad salutem animarum.

Bonus prælatus.

† *Gradum super munitionem.* Studendo sacram scripturam, quæ turris Dauidica nominatur.

† *Vt videam quid dicatur mihi.* Scilicet à domino, qui per sacram scripturam loquitur studentibus eam.

2 *Et quid respondeam.* Scilicet domino pro me, & populo mihi commisso.

† Et

quàm habemus in disceptationibus, vt antequam sciamus in quo à respondente arguamur, ad respondendum paremur: non quasi ex ratione, sed ex contentione. Si enim ratio esset, debuerat responsio expectari, & videri vtrum responderi deberet, an consentiri rationabili locutioni.

Nimia libido contradicendi.

a *Et respondit.* HIER. lib. 1. com. Adhuc loquente propheta, adest Deus respondens, vt scribat propheta aperte in tabulis, id est, latis cordibus audientium.

b *Scribe vi.* IBID. Illum visum, id est, visionis expletionem. Manifestè de aduentu Christi prophetia est: vnde & proposita quæstio soluitur, quod, donec ille veniat, iniquitas dominabitur in mundo, & iudicium non perueniet ad finem. Sed verus Nabuchodonosor capiet reti & sagena homines quasi pisciculos & rationale animal quasi reptile non habens ducem: Vnde, *Tempore accepto exaudiui te*; Et iterum, *Vbi venit plenitu. tem. misit Deus fi. suum.*

Ante Christi aduentū quam opimas prædas ageret diabolus. *Isa. 11. a.

Heb. 10. g. Rom. 1. b. 1. Cor. 6. a. Gal. 4. a.

a arguentem me.[1] Et respondit mihi dominus, & dixit, Scribe
a ¶ Qui locutus es in persona ambigentis populi.

b visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat qui legerit eum.[5] Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, &
a ¶ Visionem. b ¶ Manifesta. c ¶ In latitudine cordium. d ¶ Nullis ænigmatum obscuretur ambagibus. d ¶ Sine impedimento intelligens.
a ¶ Q. quia propheta es, scio te non ignorare, sed pro aliis dico. ¶ Et hæc præcipit. b ¶ Visio. ¶ Tempore constituto. b ¶ Cum finis rerum venerit, tunc etiam ille veniet, & probabitur visio vera explanatione rei.

c non mentietur. Si mora fecerit expecta illū: quia veniēs veniet, & non tardabit.[4] *Ecce qui incredulus est, nō erit recta anima
a ¶ O lector, si ardore videndæ visionis tarde videtur venire, quod tibi promittitur: ne desperes, sed patienter expecta, quod promitto tibi, quia ve. ve. &c.
a ¶ Quantum ad se, quamuis tibi videatur tardum. b ¶ Si quis, quia hæc promissio tardat, non credit explendam, non habet rectam fidem in corde.

d eius in semetipso.* Iustus autē in fide sua viuet. Et quomodo
a ¶ E contrario. ¶ Quia meæ promissioni credit. b ¶ Fides hoc imperat. c ¶ In æternum. ¶ Hoc est præmium fidei.

e vinum potantem decipit, sic erit vir superbus, & nōn deco-
a ¶ Dum potatur, placet, & exhilarat, sed post, illa lætitia vertitur in ruinam. b ¶ Nabuchodonosor magnum se credens, vel diabolus, vel Antichristus. c ¶ Voluntatem suam non deducet ad finem.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

c *Si moram fecerit, &c.* † BERNARD. ser. 74. in Cant. Quomodo non tardabit, si moram fecerit, nisi quoad meritum satis est, sed non satis ad votum? Porrò anima amans votis fertur, trahitur desideriis, dissimulat merita; maiestati oculos claudit, aperit voluptati: *ponens in salutari & fiducialiter agens in eo.*

d *Iustus autem, &c.* † AVGVST. Tract. 3. in 10. Si consecutus es gratiam fidei, eris iustus ex fide: *Iustus enim ex fide viuit*, & promereberis Deum viuendo ex fide, accipies præmium, immortalitatem, & vitam æternam.

† IDEM lib. 4. cont. Iul. cap. Ex hac enim fide Christi prudenter, fortiter, temperanter, & iustè viuit quis, ac his omnibus veris virtutibus rectè, sapienterque viuit, qui fideliter viuit.

† GREGORIVS in ca. 4. Cant. Dum sancta anima à peccatis quotidianis se per pœnitentiam mundat, dum quotidie peccata minuta cum lachrymis abluit: quamuis frequenter peccet, per assiduam tamen pœnitentiam munditiam suam assidue seruat. Hinc præcipitur, *Semper sint vestimenta tua candida*, Et illud, *Iustus ex fide viuit.*

Studium sanctorum in emundanda anima. Eccles. 9.

† HIER. in ca. 3. ad Galat. Non opera contemnenda sunt, & absque eis simplex fides appetenda: sed ipsa opera fide Christi adornentur; Scita est enim sapientis viri illa sententia, non fidelem viuere ex iustitia, sed iustum ex fide.

Fidei adiungenda sunt bona opera

† TERTVL. lib. 4. adu. Marc. c. 18. Peccatricis pœnitentia secundum creatorē meruit, veniam præponere solitum sacrificio. Sed & si pœnitentiæ stimulus ex fide acciderat, per pœnitentiam ex fide iustificatam ab eo audit, *fides tua te saluam fecit*, qui per Abacuc pronuntiarat, *Iustus ex fide sua viuet.*

* De pœn. di. 4. cap. in domo. Quid fides & quod eius meritum.

HIERON. vbi supra. Apostolus, *Ex fide mea viuet.* Sed notandum, quod vbicumque aliter scriptum est in Hebraico, aliter in septuaginta, Apostolus vtitur his testimoniis, quæ à Gamaliele doctore legis didicerat. Promisso aduentu Christi & auxilio de his qui crediderint, ostenditur Nabuchodonosor decipiendus superbia sua.

Heb. 10. g. Quomodo scripturas citet S. Paulus.

e. *Vir superbus.* IBID. ALLEG. Diabolus superbus, credens se aliquid esse; sed nihil ducit ad finem, quia conatus & labor eius habebit interitū, qui ad modum inferni & mortis nō satiatur occisis, &

Damnatio diaboli.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et respondit mihi, &c. *Hic consequenter describitur diuina responsio. Circa quam dominus primo determinat sui responsi descriptionem; Secundo explicat ipsam responsionem, ibi,* Et quomodo. *Circa primum dicit,*
2 Scribe visum. *Id est, visionem tibi ostendedam ad futuram memoriam.*
3 Et explana, *Id est, lucidè & intelligibiliter describe.*
4 Vt percurrat qui le. eum, *Id est, faciliter possit intelligere.*
5 Quia adhuc vi. procul. *Istud refertur ad hoc quod prædicitur:* Scribe visum. *q. d. ideo scribenda est visio, ne detur obliuioni, quia non implebitur ita cito.*
6 Et apparebit in finem, *Id est finaliter implebitur & sic apparebit per effectum.*
7 Et non mentietur, *Id est, veritas eius ostendetur.*
8 Si moram fecerit, *Tardando vltra tuum desiderium:*
9 Expecta illum, *Id est, impletionem visionis patienter,*
10 Quia veniens veniet, *Secundum meam ordinationem,*
11 Et non tardabit, *Vltra rationem, licet videatur tibi, vel potius infirmis (quorum personam assumis) contrarium, propter impletionis desiderium.*
12 Ecce qui incredulus est, *Verbis diuinis,*
13 Non erit recta anima eius in semetipso: *Quia distorta est à rectitudine veritatis prima.*
14 Iustus autem in fide sua viuet, *Vita gratiæ, & ideo intelligitur de fide formata charitate.*
15 Et quomodo vinum. *Hic consequenter describitur destructio regni Babyloniæ, & iuste, scilicet propter sex vitia in illo regnantia. Et secundum hoc diuiditur in sex partes, quæ patebunt prosequendo. Ad maiorem intelligentiam dictorum & dicendorum, sciendum, quod regnum Babyloniæ esse cœpit multum potens tempore Nabuchodonosor: & durauit hæc potentia tempore suo & filii sui, & cœpit debilitari tempore nepotis sui Balthasar, sub quo destructum fuit regnum, Danielis quinto. Propheta igitur loquens de rege Babylonis, de tempore vnius istorum transit ad loquendum de tempore alterius, quia quasi vna persona in hoc reputantur, licet pro maiori parte loquatur de tempore Nabuchodonosor. Vnum igitur vitium propter quod regnum Babylonis fuit destructum, est irreuerentia diuina; quam fecit Balthasar: qui vasa consecrata diuino cultui humanis vsibus applicauit.* & bibit in eis: & optimates eius & vxores & concubinæ, & interfectus fuit Balthasar eadem nocte j. *Danielis quinto. Ideo dicitur,* Et quomodo vinum, *In vasis sacris potatum.*
16 Potantem decipit, *Quia per hoc iram Dei meruit:*
17 Sic erit vir superbus, *Scilicet Balthasar, qui in contemptum Dei fecit dicta vasa in conuiuio apportari, & in hoc fuit deceptus;*
18 Et non decorabitur, *Minus dicit, & plus significat, id est, inhonorabitur priuatus regno & vita.*

De regno Babyloniorum.

Sex vitia propter quæ euersū est regnum Babyloniorum.

1. Diuina irreuerentia in Deum.

MORALITER.

† 2 *Et dixit, scribe visum.* Quia studentes sacram scripturam non solum debent docere verbo, sed etiam scripto, secundum gratiam à domino sibi datam.

Docere debent non tantum verbo sed etiam scripto qui possunt.

3 *Et explana eum.* Quia dicitur Prouerb. 14. a. *Doctrina prudentum facilis.*
5 *Quia adhuc visus procul.* Id est, iudicium finale adhuc est longum, in quo Christus diabolum deiiciet cum omnibus membris suis.
8 *Si moram fecerit expecta illum, &c.* Meditando iugiter de eius destructione.
12 *Ecce qui incredulus,* Cuiusmodi sunt infideles, & mali Christiani.
13 *Non erit recta anima eius,* Sed magis distorta à Deo & angelis.
15 *Et quomodo.* Hic describitur deiectio superbi, quia sicut vinum primo potantem delectat, & postea rationis vsu ipsum priuat, & ipsum ad terram deiicit, & vomentem deturpat: sic superbia superbum deiicit atque fœdat; Et subditur causa, cum dicitur,

Deiectio superbi.

† Quia

& omnium gentium deceptione lætatur, & ad se populos congregat: Qui cum viderint eum missum in tartara, videntes in illo impletas parabolas prophetarum, consono fletu dicent: Væ diabolo qui multiplicat quæ non peperit.

HIER. lib. I. com. Possunt etiam hæc de Antichristo intelligi, qui superbus sedens in templo Dei quasi Deus, sicut infernus, multos occidet, & ad se congregabit in suũ errorem ducens. Sed postea videntes occisum spiritu oris Christi, intelligent vera, quæ de eo erant dicta: & dicent omnia, quæ sequuntur, eadem intelligentia, quam exposuimus super diabolum. *Spoliabunt te omnes qui re. fu. de po.* Relictos vocat sanctos, qui Antichristo non seruierunt; à quibus *spoliabitur*, propter iniquitatem, qui exercuit in vniuersam terram, & vastationem ciuitatis ecclesiæ, & persecutionẽ omnium, qui habitauerunt in ea. Potest etiam nomine superbi hæreticus appellari, consimili expositione; qui impietatem exercet in ecclesia. Sed reliqui populi, id est, ecclesiastici viri eorum errore non decepti, subitò quasi è graui somno exurgent, & mordebunt eos, & erunt eis in prædam.

Thes. 2. b.

De Antichristo & de hæreticis, quorum insania cum detecta fuerit deferentur ipsi à suis sequacibus.

a ¶ Non satiatur occisis.

rabitur. Quia dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse [1] [2]

a ¶ Sed semper auarus eget. b ¶ Vt omnes in vnum confundat errorem. b ¶ Vt omnes suo deprimat imperio.

quasi mors, & non adimpletur. Et congregauit ad se omnes [3] [4] [5]

a ¶ Id est, malos. ¶ Quasi inanimata. b ¶ Cum inebriatus fuerit vastatione populi Dei & mortifero calice consopitus.

Gentes, & coaceruauit ad se omnes populos.[6] Numquid non [6]

a ¶ Per comparationem illius, qui totum orbem vastauerat, cui spolia totius mundi non sufficiunt, auaros deridebunt.

omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius? Et dicetur: Væ ei qui multiplicat non suã. [7] [8]

a ¶ Quæ non peperit.

a ¶ Onere prædarum quasi graui torque se deprimens. b ¶ Eleganter multiplicatæ diuitiæ luto comparantur. c ¶ Q. hoc ideo, quia Numquid.

Vsquequo & aggrauat contra se densum lutum?[7] Numquid [9] [10]

a ¶ Euigilabunt insidiatores tui.

non repente consurgent qui mordeant te? Et suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis.[8] Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis propter sanguinem hominis, & iniquitatem terræ [11] [12] [13]

¶ Par pari referent. a ¶ Iudæ. a ¶ Promissionis. a ¶ Ierusalem. b ¶ Qui auarè intendit possidere regna, vel diuitias.

ciuitatis, & omnium habitantium in ea.[9] Væ qui congregat [14] [15]

increpatio, quod per lutosa opera pondus pœnarũ sibi aggrauat. c *Numquid non repen. consur. qui mord. te?* IBID. Vel angeli, quibus diabolus tradetur ad pœnam; vel hi, qui ab eo tentati agent pœnitentiam ad Christum conuersi, *& susci. laceran. te.* illi, quos inebriaueras, regnum tuum vastabunt, & spolia diuident speciei domus; quia Iudaicum populum vestibus, quas ei dederã, spoliasti: ideo reliqui populi, qui regno tuo non fuerint subiecti, te spoliabunt, quia sanguinẽ multarum Gentium fudisti, & in caput tuũ reuertetur, & impietas Iudaicæ terræ & ciuitatis Ierusalem, & habitatorum eius qui dixerunt, Crucifige, crucifige eum.

Psal. 67. c.

Consurgent. IBID. Medi & Persæ, qui Babylonicum imperium destruentes, prius mordebunt, postea lacerabunt: quibus erit Nabuchodonosor in rapinam, & vastator orbis spoliabitur à populis, qui eius manum effugere potuerunt: & hoc fiet ei propter sanguinem Iudæ, & iniquitatem terræ Israel & Ierusalem, & totius populi Iudæorum.

Luc. 23. c.

Babylonij pendunt pœnas crudelitatis exercitæ in Iudæos.

d *Quia tu spoliasti, &c.* † THEOP. in com. Multos deprædatus, verumtamen à paucis extra tyrannidem tuam relictis, destrueris; quos neque sperabas tibi reuersuros. Adeo diuinitus tibi plaga infligetur, vt qui abs te contempti fuerint, te excellãt veluti Deo pro suis illos confortante, danteque robur. Patieris autem propter cædem, quam edidisti, hominum, & propter flagitia, quę commisisti, omnem terram omnemque ciuitatem suis habitatoribus orbans.

C a *Væ ei qui multiplicat non sua.* † REMIG. Et specialiter contra Nabuchodonosor, & generaliter contra omnes auaros sermo dirigitur. Omnis auarus *non sua* multiplicat, quia diuitiæ, quas per fas vel nefas coadunauit, cum eo perseuerare nõ possunt, sed ad alios possessores transeunt. Pulchre autem nimias diuitias *densum lutum* appellat, quia animæ sinceritatem confundunt, & grauissimo iniquitatis pondere mentem premunt.

Nimiæ diuitiæ.

† THEOP. in com. Hæc inquit, canent lamentantes Babylonium, *Væ qui multiplicat, &c.* Væ qui nihil se decentibus manum inijcit, & colli sui ornamentum, siue onus imperij sui grauius constituit subditis suis, quod grauia tributa & vectigalia imponat.

† GREG. Pastor. part. 3. admonit. 21. Quanta damnatione plectendi sunt, qui rapiunt aliena: si graui animaduersione feriuntur qui sua indiscrete tenuerunt? perpendant quo eos obliget reatu res rapta, si tali subiicit pœna non tradita? Cum aliena rapere intendunt: audiant quod scriptum est, *Væ ei qui multiplicat non sua, &c.*

Contra eos qui rapiunt res alienas.

b *Vsquequo & ag.* HIER. lib. I. com. Scilicet ad diem iudicij. Et est in-

e *Væ qui cong.* HIER. supra. Adhuc sermo fit ad illum, qui non intelligit congregatas diuitias esse causam ruinæ domus suæ quem & arguit superbiæ, quod sicut auis in excelso ponat nidum, nec putat se venire in manus hostium.

Iere. 49. d.

† RVPERTVS. Quid, rogo, est, quod dicit auaritiam malam? Quis vnquam audiuit auaritiam bonam, vt ex illius opposito hic oportuerit dari differentiam. Talem auaritiam totus orbis audiuit, quia domus Dei, quæ orationis esse debebat, fecit populus Iudæorum speluncam latronum, & ipsum qui disputabat cõtra hanc auaritiam, interfecit, domus dominum. Nidus autẽ eius fuit in excelso, quia auaritia sine superbia non est. Vnde, cũ Sapiens dixisset, *Auaro nihil esse scelestius*: statim subiunxit, *Quid superbis terra & cinis?* Væ

Auaritia Iudæorum contra quã prædicauit Christus.

Auaritia coniuncta superbiæ.

Eccles. 10.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia dilatauit quasi infernus. *Qui est insatiabilis.*
2 Animam suam. *Id est, ambitionem suam.*
3 Et ipse quasi mors, *Id est, nulli parcens præ crudelitate.*
4 Et non adim. *Id est, non satiatur operibus malis.*
5 Et congregauit. *Hic ponitur secundum vitium, quod est violentia, qua rex Babyloniæ subiecit sibi alia regna: & hoc fuit maximè tempore Nabuchodonosor, de quo dicitur,* Et congregauit ad se omnes Gentes, *Eas sibi violenter subiiciendo.*

2. Vitium violentia.

6 Numquid non, &c. *Id est, verbum derisorium. q. d. Sic, quod partim fuit impletum in Nabuchodonosor, quando incurrit amentiam, & eiectus fuit ab hominibus, partim in Balthazar, sub quo, & de quo defecit regnum.*
7 Et dicetur, *De rege Babylonis derisoriè.*
8 Væ ei qui multiplicat, &c. *Per violentiam.*
9 Vsquequo & aggrauat contra se. den. lutum. *Lutum, quanto est densius, tanto ponderosius: & sic est in rapina, quia non est ibi ablatio alieni tantum sicut est in simplici furto, sed cum hoc fit iniuria personæ, cuius bona violenter rapiuntur: & propter talem aggrauationẽ denso luto comparatur.*

Rapina.

10 Numquid non repen. consurgent qui morde. *q. d. Sic, quia Medi & Persæ regem interfecerunt, & populum captiuauerunt, & bona rapuerunt.*
11 Quia tu spo. gentes. *Bona eorum violenter auferendo.*
12 Spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis, *A te spoliatis, quia coniunxerunt se Medis & Persis contra Balthazar.*
13 Propter sanguinem hominis, *Id est, hominum à te occisorum.*
14 Et iniquitatem ter. ci. *Id est, propter iniquitatem quam commisisti in terra Iudææ, & ciuitate Ierusalem, quorum habitatores partim occidisti, & partim captiuasti.*
15 Væ qui cong. *Hic ponitur tertium vitium quod est auaritia, cum dicitur,* Væ qui congreg. *Dicitur autem auarus, quasi auidus æris, qui non potest satiari.*

3. Vitium auaritia.

Vt

MORALITER.

† 1 *Quia dilatauit quasi infernus animam suam*, Id est, voluntatem suam ad dominandum contra rationem.
5 *Et congregauit ad se, &c.* Quia quærit ab omnibus honorari. Et frequenter accidit contrarium: quia à statu suo deiicitur, & sic ab omnibus contemnitur. Ideo subditur,
6 *Numquid non omnes i. s. e. assu. parab.* Id est, verbum derisorium.
8 *Væ ei qui multipli.* Quod facit superbus vt crescat dominatio sua.
9 *Vsquequo & agg. c. se densum lutum?* Id est, censum violenter acquisitum, quia per hoc, acquirit odium multorum. Ideò subditur,
10 *Numquid.* Et quia tales quærunt ædificare fortalicia, vt ibi se tueantur. Ideo subditur,
15 *Væ qui congregat, &c.* Id est, refugium eius.

8 Væ

† Quia

Væ qui congre. HIER. lib. I. com. ALLEGOR. Ad diabolum, vel Antichriſtum, vel hæreticum ſermo dirigitur; Eſt bona auaritia doctoris eccleſiaſtici, qui ſtudioſo labore plures ſibi ſemper cupit facere diſcipulos; Sed væ illi, qui auare congregat domui ſuæ peruerſa conuenticula, qui & pollicetur ſectatores ſuos ſecum poſſeſſuros regna cælorum, nec ſenſuros incendia gehennæ: quo conſilium eorum erit confuſio, & ignominia domus eorum, cum finis rerum oſtenderit fuiſſe falſam promiſſioné. Hic peruerſus doctor quanto plures habet in comitatu, tanto plus delinquit contra animam ſuam: denique lapides eccleſiæ eius, id eſt, decepti ab eo oſtendent auaritiam ſuperbi, quod omnes Gẽtes ſua perſuaſione decepit. Et lignum crucis dominicæ, ad quam coniunguntur duo parietes, loquetur doctrinam eorum. Aliter enim perſuadere non poſſunt, niſi crucis gloriam ſuæ peruerſitati præferant.

Bona auaritia. *Promiſſa hæreticorũ.* *Multitudo ſequacium cedet ad maiorem hæreticorũ damnationem.*

a ¶ Quæ eſt cauſa ruinæ domui ſuæ. b ¶ Vbi ſecure dormiat.

a auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius & li-

a ¶ Per auaritiam & ſuperbiam. b ¶ De poteſtate hoſtium. c ¶ Scilicet ſuperba & arrogans cogitatio finem habet ignominiam. d ¶ Non ſalutem.

berari ſe putat de manu mali. [10] Cogitaſti confuſionem do-

a ¶ Et in deſiderio aliorum occidendorum ſæuiebas, & tanta crudelitate bacchatus es, vt ſi dici poteſt lapides ciuitatis, & ligna ſubuerſorum parietum, tuam ferocitatem clament.

mui tuæ, concidiſti populos multos, & peccauit anima tua.

a ¶ Quod ad continendos parietes in medio ſtructuræ ponitur.

b [11] Quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iun-

¶ Babylonem.

c cturas ædificiorum eſt reſpondebit.* [12] Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.

a ¶ Vere à domino ſunt hæc, quæ ſequuntur, ſcilicet, quod laborabunt fruſtra populi, cum Babylon ſuccendetur, & deficient populi Chaldaicæ gentis. b ¶ Et propter hæc mala talis vindicta.

d [13] Numquid non hæc ſunt à domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igni, & Gentes in vacuum, &

a ¶ Cum combuſta fuerit Babylon & euerſa, manifeſta fiet omnibus potentia virtutis Dei.

e deficient. [14] Quia replebitur terra, vt cognoſcant gloriam

a ¶ Sicut aquæ alueum & fundum maris contegunt, ſic gloria domini vniuerſa complebit.

f domini, quaſi aquæ operientes mare. [15] Væ qui potum dat

Væ qui ædificat. † REMIGIVS. Adhuc contra Nabuchodonoſor ſermo contexitur, diciturque ei: Væ qui ædificauerat Babylonem in ſanguinibus, & mortibus plurimorum, & mœnia illius ciuitatis in iniquitate conſtruxit.

† THEOPHYLACTVS ſupra. Luctibus & lamentis vere dignus eſt qui ex iniuſtis victimis & cædibus regnum ſuum amplificat: qualis Babylonius fuit, ex præliis extruens Babylonem, autumans ſeſe eam firmam & inexpugnabilem redditurum. Hæc autem non ſunt à Domino, hoc eſt, non imperauit iſta, neque ipſi placent.

Babylon nata eſt & creuit ſpoliis innocentum. *Eze. 24. b.*

HIER. ſupr. ALLE. Diabolus, & Antichriſtus, & hæreticus ædificant eccleſiam ſuam interitu deceptorum, & præparant vrbem iniquitatum, id eſt, ponendo in cęlo os ſuum: ſed numquid eſt talis ædificatio à domino? Non, quia quamuis infinitæ Gentes in eorum errorem ducantur, tamen ita deficient, vt eccleſiæ multitudini comparari non poſſint. Sed vel deficient & punientur igne ſui principis, vel certe ſuccendentur igne, quem Chriſtus venit mittere in terram; & ſic pœnitentibus replebitur terra gloria Dei, quando in omnem terram exiuit ſonus eorum.

Quomodo tandem euaneſcant hæreſes. *Nau. 3. a. Luc. 12. f. Pſal. 18. a.*

a *Cogitaſti confuſionem, &c.* † THEOPHYLACTVS in comment. Altitudo hæc, quam adeptus es ex auaritia, domui tuæ regnoque tuo, ad maiorem ignominiam vertetur tibi. Quo enim præclarior es, hoc in maiorem tibi contumeliam cedit, qui à tanto ſplendore excidas. Hæc ad omnes auaros dicta ſunt: atque vtinam ex eis vtilitatem capiant.

b *Quia lapis de pariete, &c.* † REMIGIVS. In hoc quod plurimos interfeciſti, in tuam ipſius animam deſæuiſti: & in tantam crudelitatem exarſiſti, vt lapides ciuitatum deſtructarum & ligna euerſorum & combuſtorum parietum contra tuam crudelitatem clamarent.

† THEOPHYLACTVS ſupr. Conſueuit ſcriptura rebus inanimis vocem tribuere, non quod ſonare verba queant, verum quod veluti per ipſas res tantum non clament: Vt Iſaiæ 23. *Erubeſce Sydon, ait mare.* Et, *Cæli enarrant, &c. Lapides clamabunt.* Proinde ad Babylonium ait, Nedum ſermonis participes, verum & inanimi lapides, & irrationalia, vociferabuntur aduerſus tuam dementiam & infantiam. Et quomodo hoc fiat, dicemus. Nabuchodonoſor Iudææ domos & vrbes vaſtabat, diruebat & incendebat. Neceſſario igitur lapides decidebant & ligna, quæ ſuccenſa & ſuffoſſa, vociferatura dicit aduerſus eius crudelitatem.

Iſa. 23. Pſal. 18. Luc. 19. *De inanimatis quibus vocem tribuit ſacra ſcriptura.*

c *Væ qui ædificat.* HIER. ſupr. Adhuc loquitur contra Nabuchodonoſor, qui conſtruit mœnia Babylonis ruinis & mortibus multorum populorum, vnde ſequitur vindicta à Deo immiſſa.

d *Laborabunt enim populi, &c.* † THEOPH. ſupra. Planum iam facit quomodo ædificarit Babylonius in ſanguinibus & iniuriis. Etenim populos multos inquit, incendiſti, ciuitates eorum & regiones comburens: & gentes multas puſillanimes reddidiſti, vt ob calamitates renuntiarent potentiæ ſuæ. Defecerunt ergo in igne, quo accendebant victimas idolis ſuis, &c.

Babyloniorum tyrannis in deuictos populos.

e *Quia replebitur terra, &c.* † THEOPH. IBID. Prædicit venturam per Chriſtum ſuper vniuerſum orbem cognitionem Dei, vt Dominus ad patrem ait, *Manifeſtaui nomen tuum hominibus.* Prius enim ſolis Hebræis cognitus erat, neque illis interim vt pater filij, neque vt procreator Spiritus, verum ſimpliciter Deus, & auctor vniuerſorum, &c.

Ioan. 17. *Per Chriſtũ venit ſuper vniuerſum orbem cognitio Dei.*

Sicut a. ope. HIER. ſupr. Id eſt, omnem amaritudinem, quam diabolo pluente terra biberat, operiant aquæ Dei, ne amplius valeat apparere.

f *Væ qui potum.* Adhuc inuehitur contra Nabuchodonoſor, quod oblitus ſe eſſe hominem, alteri homini fel & amaritudinem propinauit. Sedechias (ſicut aiunt Hebræi) à Nabuchodonoſor cæcatus in Reblata. i. Antiochia, & ductus in Babylonem, quadam die in celebri conuiuio accepit potionem, qua in fluxum ventris ſolue-

Iere. 39. b. & 52. b. *Sedechias rex, conuiuantium deliciis potione laxatiua egerens fœdauit.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt ſit in excelſo nidus eius, *Id eſt, ciuitas regia ſit potentiſſima, & fortiſſima. Sic fecit Nabuchodonoſor, de quo ſe iactauit, Dan. 4. f.* Nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ & gloria decoris mei?

Ruina manet ædificia quæ de rapina conſurgunt.

2 Cogitaſti confuſionem domui tuæ. *Quia quanto fuit maior regni exaltatio, tanto fuit confuſibilior eius depreſſio, tempore nepotis ſui Balthaſar.*

3 Concidiſti populos multos, &c. *Vt de bonis eorum ædificares tuam ciuitatem contra animam tuam.*

4 Quia lapis de pariete clamabit, &c. *Id eſt, aperta erit Dei vindicta, ac ſi te accuſarent lapides & ligna.*

5 Væ qui ædificat. *Hic ponitur quartum vitium, quod eſt homicidium; cum dicitur,* Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, *id eſt, effundens ſanguinem multum pro tali ædificatione; ideo ſubditur punitio, cum dicitur,*

4. Vitium homicidiũ.

6 Numquid non hæc ſunt à domi. exercituum? *Quaſi dicat, Sic; & quæ ſint illa ſubdit,*

7 Laborabunt enim popu. *Id eſt, multitudo Babyloniorum,*

8 In multo igni. *Scilicet ad extinguendum vel impediendum ciuitatis incendium per Medos & Perſas futurum.*

9 Et Gentes, *Scilicet, Babyloniæ,*

10 In vacu. *Scilicet, laborabunt, quia incendium impedire non poterunt.*

11 Quia reple. *Medis & Perſis in tanta multitudine, quod Babylonij non poterunt reſiſtere.*

12 Vt cognoſcant gloriam domini, *Id eſt, poteſtatem eius glorioſam per experientiam vindictæ ſuæ. Quæ quidem poteſtas erit,*

13 Quaſi aquæ operi. mare. *Id eſt, fundum maris, quaſi dicat; Sic vindicta Dei veniet ſuper regnum Babylonis, quod non apparebit vltra ſicut nec fundus maris.*

14 Væ qui po. *Hic ponitur quintum vitium, quod fuit ignominia* illa-

MORALITER.

† 4 *Quia lapis.* Aſſumptus de ſanguinibus pauperis, ſicut dicitur Gen. 4. b. *Ecce vox ſanguinis fratris tui. cla. &c.* propter quod ſubditur,

5 *Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus,* Id eſt innocentum.

6 *Numquid non.* Quaſi dicat, Non, niſi permiſſiue; propter quod non ſtabunt; Ideo ſequitur,

7 *Laborabunt e. pop. in multo igni,* Id eſt, in multo zelo ad ſuſtinendum opera ſuperbi ab eodem incitati, ſed fruſtra: Et ſubditur cauſa,

11 *Quia replebi. ter. vt cognoſcant glo. domini.* Venientis ad iudicium, & diſcernentis opera ſuperborum.

14 *Væ qui potum dat.* Superbus enim, qui non poteſt aliquem ſuppeditare violentia, amicitiam fingit, vt eum proditorie occidere poſſit; & ideo iuſte bibet calicem iræ diuinæ, ideo ſubditur,

Proditoria amicitia.

A soluereturs, & introductus ante, hora epulantium, subito fluxu ventris solutus est. Vnde comminatur Deus ipsi Nabuchodonosor quòd ipse bibiturus sit huiusmodi potionem, & omnia passurus, quæ passus est Sedechias. *Væ qui potum dat ami.* Hic amicus intelligitur vel Sedechias, vel quilibet homo malis Nabucho. inebriatus, vt Sedechiæ & omniũ captiuorũ Nabuchodonosor videret nuditatem, id est, cunctos spoliatos & captiuos & quondam gloriosos ad ignominiam seruitutis redactos.

Nabuchodonosor regiã dignitatem ludibrio habet.

B *Væ qui potum.* Sciendum hoc capitulum, *Væ qui potũ dat amico suo*, & ea, in quibus dicitur, *Væ qui multiplicat non sua*, Et, *Væ qui congregat auaritiam*, &c. Et, *Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus*, &c. Et iuxta historiam, & iuxta anagogem contra Nabuchodonosor, vel diabolum, vel Antichristum, vel hæreticum posse æqualiter accipi. *Væ qui potum.* Allegoricè. Væ

Anagoge.

Pœna eius qui alium in errorem induxerit.

C tibi diabole, vel Antichriste, vel hæretice, qui turbida doctrina inebrias deceptos, vt aspicias nudos à fide & à bonis operibus & repletos ignominia errorum & malorum operum, qui prius erant gloriosi in imagine Dei. Sed ô diabole, vel hæretice, qui putas te habere aureum calicem; bibe & tu de calice, qui est in manu Dei, plenus musto, & consopire, id est, cessa à priori sententia: & ne putes stabilia ea, in quibus prius stabas, quia circumdabit te calix d. di. vindicta à Deo immissa, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam; gloriam, quam iniuste hauseras, cum ignominia euomes; & hæc patieris, quia *iniquitas Libani operiet te.* Libanus thus dicitur, per quod cultus Dei intelligitur; quia non rectè colis Deum, ideo confunderis: Vnde, *Et oratio eius fiat in peccatum. Et vastitas animalium deterrebit te*, cùm videris eos quos vastasti. & ad errorem detraxisti, pati tormenta: tunc terreberis de sanguinibus hominis, & iniquitate terræ; quia nominaui Libanum & bestias, ne brutis putes me loqui, manifeste tibi dico, patieris pœnas propter sanguinem hominum, quos Deo perire fecisti & exercuisti impietatem in terra viuentium & mansuetorum, & in ciuitate ecclesiæ Dei: & multos in ea habitantes participes tuæ impietatis fecisti.

Iere. 51. a.

Psal. 108. a.

D a *Quia iniquitas Libani operiet te.* HIER. lib. 1. com. Quia semel nominauerat Libanum, sub eius translatione victimas, & sacrificia, vel multitudinem populorum, quę in Ierusalem interfecta est, animalibus vel bestiis comparat, dicens: *Et vastitas animalium opprimet te.*

E b *Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus, conflatile & imaginem falsam*, &c. IBID. Contra idololatras omnes, & specialiter contra Nabuchodonosor loquitur, admirans stultitiam regis, qui iussit auream statuam poni in campo Duran; & fictor confidit in simulacro quod fecit. *Quid prodest.* Quid prodest adorare sculptile? hoc

Contra idololatras & specialiter contra Nabuchodonosor. Daniel 3. a.

[a ¶ Metaphora ebrij, & nuditate turpati.]

amico suo mittens fel suum, & inebrians, vt aspiciat nudita-

[a ¶ Qui tuum ô Nabuchodonosor calicem bibit. b ¶ Qui alios inebriasti. ¶ Calicem Dei.]

tem eius. [16] Repletus est ignominia pro gloria. Bibe tu quo-

[a ¶ Vindicta potentiæ Dei.]

que & consopire. Circumdabit te calix dexteræ domini,

[a ¶ Quæ absorbueras, egeres. b ¶ De sublimi gloria ad vltima mala duceris.]

a & vomitus ignominiæ super gloriam tuam. [17] Quia iniqui-

[a ¶ Superbia tua, & euersio templi, & rapina sanctuarij vastabit te: & hoc totum patieris, quia vastasti Iudam, subuertisti terram promissionis & ciuitatem Ierusalem, & omnes habitatores eius. ¶ Cum videris in pœnis. b ¶ Alias te.]

tas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos,

[a ¶ Pro. ¶ Iudæ. ¶ Ecclesiæ vel Ierusalem.]

de sanguinibus hominis, & iniquitate terræ & ciuitatis, &

[¶ Sculptile in lapidibus, conflatile in metallis.]

b omniũ habitantiũ in ea. [18] Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus; conflatile, & imaginẽ falsam, quia sperauit in figmẽto fictor eius, vt faceret simulacra muta? [19] Væ qui

[¶ Lapis.]

c dicit ligno, expergiscere, surge lapidi tacẽti, Nũquid ipse do-

[¶ Lapis. ¶ Factus est.]

cere poterit? Ecce iste coopertus est auro & argento, & omnis

---

F ideo dico, quia sculpsit illud artificiose fictor suus; & quid prodest adorare conflatile & imaginem falsam? & hoc ideo dico, quia sperauit in figmento fictor eius, vt faceret simulacra muta.

IBID. ALLEGOR. Sculptili conflatili comparantur dogmata peruersa, quæ à fictoribus suis adorantur: & sculptura quæ in lapide fit, in his dogmatibus intelligitur, quæ stultitiam prima fronte demonstrãt; Conflatio, quæ in metallis, vbi videtur esse aliqua ratio sapientiæ sæcularis, quia veluti quodam auro, ita disciplinis philosophorum, & splendore eloquentiæ idolum conflatum est. Non ergo proderit figmentum fictori, quia mutum & surdum simulacrum adoratorem non audit.

De erroribus apertis & tectis.

c *Væ qui dicit ligno.* IBID. Describitur error humanus, qui aurum, argentum, gemmas, & sericum, quibus oblita vel operta sunt idola, pro fulgore materiæ Deos æstimat; quibus formam, sed vitam artifex dare non potest; sed econtrario dominus in templo sancto suo, id est, in filio, vel in cælo, vel anima iusti, vel in creatura

Vanitas idolorum. Psal. 10. a.

NICOLAVS DE LIRA.

5. Vitium, ignominia illata dignitati regiæ. Mors Sedechiæ.

illata dignitati regiæ. *Dicunt enim Hebræi, quod Nabuchodonosor ad ostentationem suæ victoriæ, fecit adduci in conuiuio solemni Sedechiam incatenatum, & fecit sibi dari potum valde laxatiuum, & sic fœdatus fuit in conspectu omnium: quod sentiens Sedechias se haberi in tanto ludibrio, mortuus fuit præ dolore, & hoc est quod dicitur:* Væ qui potum dat ami. suo. *Fuerat enim Sedechias amicus* Nabuchod. *qui fecerat eum regem* 4. Reg. 24.

1 Mittens fel suum. *Id est, miscens quid laxatiuum vltra modum, quod dicitur fel, ex effectu, quia duxit Sedechiam ad mortis amaritudinem. Et quia ex corde felleo processit tale factum.*

2 Vt aspiciat nudita. eius, *Id est verecundiam.*

3 Repletus est igno. *Scilicet Sedechias.*

4 Pro gloria, *Quæ deberet sibi fieri pro dignitate regia: propter quod Nabuchodonosor considerans se male egisse, fecit eum sepeliri honorifice, Ierem. 34.*

Sepultura eius honorifica.

5 Bibe tu quoque, *Id est, tu bibes confusionem à domino tibi præparatam.*

6 Et consopire, *Id est, consopieris versus in amentiam.*

7 Circumdabit te ca. *Id est pœna à Deo infligenda.*

8 Et vomitus ignominiæ su. glo. tuam. *Id est, post gloriam regni ignominia superueniet tibi. Et subditur causa.*

Templum dictum Libanus quod factum fit de lignis Libani.

9 Quia iniquitas Liba. *Id est templi per te destructi, quod hic & in pluribus locis dicitur Libanus, eo quod fuit factum de lignis Libani* 3. Reg. 5.

10 Et vastitas animalium. *Id est, ablatio sacrificiorum.*

11 Deterrebit eos, *Scilicet, destructores templi & cultus diuini. Propter hoc enim Chaldæi meruerunt destrui: Et non solum hoc meruerunt propter peccatum in Deum, sed etiam in proximum; ideo subditur,*

12 De sanguinibus hominis, *Id est, hominum, per Chaldæos effusis.*

13 Et iniquitate terræ, *Id est, exercitu in regno Iuda.*

14 Et ciuitatis, *Scilicet, Ierusalem à Chaldæis destructa.*

15 Et omnium habitanti. in ea. *Qui per Chaldæos fuerunt atrociter vulnerati & captiuati.*

16 Quid prodest. *Hic ponitur sextum vitium, propter quod regnum Babyloniæ fuit destructum, scilicet, idololatriæ vitium, cum dicit,* Quid prodest. *Quasi dicat:* Nihil.

6. Vitium idololatria.

17 Quia sculpsit illud fictor, *Et ideo nihil habet numinis aut virtutis.*

18 Vt faceret simulacra, *In quo notatur ipsius Babyloniæ multiplex idololatria. Ex hoc patet, quod propheta non loquitur hic de statua aurea, in qua Nabuc. faciebat se adorari, Dan. 3. vt dicũt aliqui, sed de idolis quæ ipse colebat.*

19 Numquid ipse docere poterit, *Scilicet, lapis sculptus; quasi diceret,* Non.

20 Et omnis spiri. non est in visceribus eius. *Id est, nullus spiritus est ibi: quia omnis non, æquipollet nullo.*

Do-

MORALITER.

† 5 *Bibe, &c. Quid prodest,* Homines parui aut nullius valoris simulacra dicuntur: quos tamen superbus potens, promouet ad statum honoris, sequens motum propriæ voluntatis, & non rationis; ideo subditur de ipso,

De persona insufficienti ad dignitatem electa.

† *Væ qui dicit ligno, exper.* Nam imponit sibi ea quæ non potest exercere.

† Domi-

a ¶ Sanctus & bonus, quando etiam spiritus absolutè ponitur, de spiritu sancto intelligitur.
b ¶ Nulla spiritualis gratia, nulla virtus in eis.
¶ Potest assidere simulacris spiritus immundus, sed intrinsecus esse non potest.

spiritus non est in visceribus eius. *[20] Dominus autem in templo sancto suo, sileat à facie eius omnis terra.

tura totius mundi.
A HIER. lib. 1. com. ALLEG. In vniuersis idolis hæreticorum, & figmentis diaboli, nulla est gratia spiritus sancti: sed cum imaginem diuinitatis, & pulchritudinē dogmatum præferre videantur, nihil est in eis spirans & vitale. Vel, spiritus, id est, ventus. RVAH. enim apud Hebræos vtrumq; significat, & animam, & ventum, & vtrumque ab idolis remouetur.

Doctrina hæreticorū qualis? — Psal. 10.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dominus autem in templo sancto suo. *Id est, in cælo, vbi magis refulget eius gloria.*

2 Sileat à facie eius omnis terra, *Diuinitatem eius nulli alij attribuendo.*

MORALITER.

† 1 *Dominus autem in templo sancto suo.* Vnde talia respicit competenti tempore puniturus, & tunc lætabitur iustus cum viderit vindictam.

E a *Oratio Habacuc.* HIER. lib. 2. com. LXX. *Oratio Habacuc prophetæ cum cantico.* Quia orat, aduentum vnde gaudet, & laudat Deum; tam mittentem patrem, quàm missum filium.

Oratio Habacuc pro ignorantiis: quia errans, de iudiciis Dei temerè dixerat: *Vsquequo clamabo, & non exaudies?* Et, *Quare non respicis super iniqua agentes & ta. de. im. iu. se.?* Nunc ex responsione Dei intelligens, vel Nabuchodonosor, vel diabolum, vel Antichristum positum ad corripiendas Gentes: agit pœnitentiam, & petit veniam de hoc, quòd ignorans fecit. Vel,

Supr. 1. 2. Ibid. 1. — Materia huius Cantici.

1 *Oratio Habacuc Prophetæ pro ignorantiis.*

CAPVT III.

b D[1] Omine audiui auditionem tuam & timui. Domine opus tuum in medio annorum, viui-

¶ Quod Deus homo. ¶ Quia mirum. a ¶ Sed. b ¶ Est. c ¶ In plenitudine temporis.

C orat vt per aduentum Christi error hominum, qui ex ignorantia est, auferatur: & ablata vmbra dari veritatem. Nec est oratio quasi de incertis, sed certa enuntiatio prophetalis. Alij *pro spontaneis*, quia propheta, nulla necessitate, sed sponte peccauit; male sentiens de iudicio Dei. Vel, Gentes prophetat sponte credituras in eum quem venturum promittit.

STRAB. collector gl. Oratio Habacuc pro ignorantiis. Habacuc dicitur amplexus, eo quod dominū amauerit, illique se iunxerit. Siue luctans. Hæc est editio Hieronymi secundum Hebræum quæ hic exponitur, Septuaginta vero hic multum discordant ab omnibus, & verbis & sensu, secundum quos hic non multa ponentur.

De varietate lectionis in hoc cantico.

† THEOPHYLACTVS in comment. Transformans, & figuris illustrans admirandus Vates sermonis sui caracterem, nempe interrogatione & responsione, ac quærens cur non puniat Deus contemptores; vbi didicit, quod pœna non sit perpetuo defutura, sed Iudæos per Babylonios & hos per Persas castigandos esse: ad laudem Dei cum cantico sermonem transfert, precans simul & celebrans, & admirans Dei iustitiam, inenarrabilesque ordinationes. Orationis autem & precationis habitu, interim etiam futura vaticinatur. Poterunt etiam hæc de Christi mysterio dici, qui nos secretiore & generaliore libertate à Satanæ potestate eripuit. E

† CYRILLVS ex Caten. Græc. in Pent. & Cantic. Hæc oratio Christi mysteriū percurrit, in admirationem nos trahens. Ceterum inquit, ipsius *Domini auditionem audiuisse, & timuisse.* Et quam auditionem? An cùm *in forma & æqualitate Dei patris esset, non arbitratus rapinam se esse æqualem Deo, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens?* F

CAPVT III.

b D *Omine audiui.* HIER. supr. LXX. *Domine audiui auditum tuum & timui: Domine consideraui opera tua & obstupui, in medio duorum animalium cognosceris. Domine audiui.* Historice; audiui pœnas, quas diabolo & Nabuchodo. parasti, & sicut territus sum quod diabolus sic confodietur: sic, precor, quod promisisti imple, & finito tempore redde Christum, quod pollicitus es, non moriatur irritum, sed viuifica, id est, imple: quod & de resurrectione potest accipi, vt mortuus pro nobis, viuificetur.

Petit propheta impleri promissionem factam de Christo.

Secundum LXX. *Domine audiui* in scripturis sermonem tuum aure interiori, & *contemplatus sum opera* vt ex creaturis intelligerem creatorem, & *per ea obstupui* sensu hominis amisso, in sanctam amentiam versus sum, vel admiratione turbatus in laudem tuam erupi dicens, In

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT III.

D Omine audiui. *Hic consequenter ponitur oratio prophetæ, cui tamen præmittitur talis titulus in Hebræo, & est de integritate textus, sicut sunt tituli in libro Psalmorum, prout ibidem fuit dictum,* Oratio Habacuc prophetæ pro ignorantiis. *Et dicunt hic aliqui, quod propheta peccauit ex ignorantia, murmurando de diuinis iudiciis, quasi minus rectis, dicens supr. ca. 1. Propterea egredietur iudicium peruersum, Et ideo audita diuina responsione suum peccatum cognouit, & pro eius remissione orauit. Sed non videtur mihi verisimile, quod propheta à Deo illuminatus, & inspiratus, ignorauerit diuina iudicia fore recta, saltem in generali: licet modum rectitudinis forsitan ignorauerit in particulari: & per consequens non est verisimile, quod de eis murmurauit in persona propria; sed assumens personam infirmorum de diuinis iudiciis murmurantium, sicut ibidem fuit dictum, & hoc apparet ex eo quod dicitur hic,* Pro ignorantiis, *In plurali. Si enim loqueretur in persona propria, conuenientius diceretur in singulari pro ignorantia. Igitur sicut superius accepit personam infirmorum murmurando: ita hic orando; vt peccatum ignorantiæ eis remitteretur à domino.* Domine audiui. *Hic consequenter ponitur oratio in qua propheta sic procedit: quia primo denuntiat destructionem Babylonis, Secundo modum captionis, ibi,* Numquid in fluminibus; *Tertio prorumpit in laudem deuotionis, ibi,* Ego autem. *Sicut supra dictum est, propheta desiderabat potentiam Chaldæorum destrui propter eorum malitiam, & de eius futura destructione audiuerat diuinam responsionem cap. 2. ideo exclamat,*

Explicatio tituli. — Propheta sanctus non murmurauerat cōtra diuina iudicia. — Diuisio.

1 Domine audiui auditionem tu. *Id est, pœnam Chaldæorum futuram quam audire me fecisti.*

2 Et timui, *Præ admiratione rigoris tuæ iustitiæ: Vel aliter.* Timui. *De pœna infirmorum populi mei, de tuis iudiciis murmurantium.*

3 Domine opus tu. *Id est, punitionem Chaldæorum, quæ fiet virtute tua, magis quam humana.*

4 In medio annorum viuifica illud. *Id est, viuificabis ponendo in effectu. Et istud medium annorum referunt aliqui ad Balthazar, qui interfectus fuit in virili ætate, & sic in* medio annorum *suorum. Tamen videtur mihi, quod melius potest referri ad annos destructionis templi, à cuius destructione vsque ad primum annum Cyri fluxerunt 52. anni secundum Hebræos, & inde vsque ad eius reparationem sexto anno Darij 46. anni: Ioan. 2. d.* Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc. Et

Quid hic dicatur medium annorum.

MORALITER.

† 1 *Domine audiui.* Secundum sensum litteralem capitulum istud est oratio Habacuc pro gratiarum actione de potestatis Babylonicæ deiectione.

Mysticè vero est oratio pro gratiarum actione de deiectione potestatis diabolicæ per Christum, & sic dicitur, *Domine audiui,* Per prædicationem tuam, discipulorum tuorum.

Gratiarum actio pro deiectione diabolicæ potestatis.

† *Auditionem tuam,* Id est, obedientiam tuam Deo patri de salute generis humani:

2 *Et timui,* Amore filiali quia tanta pro me fecisti.

4 *In medio annorum viuifica illud,* Christus enim 33. anno, quod est quasi medium ætatis humanæ, passus est, & tunc per mortem suam viuificauit genus humanum,

a *In medio annorum*. Hier. l. 2. com. Id est, per Filium & Spiritum sanctum Pater intelligitur. Vel duo Cherubim, qui contra se respiciunt, & in medio habent oraculum. Vel duo Seraphim quorum alter ad alterum clamat mysterium Trinitatis, quorum vnus missus mundat labia prophetæ, & dicit, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat?* Sed simpliciter, Christus inter duos latrones agnitus est, Vel à Iudæis & Gentibus hinc inde eum cingentibus. Vel inter duo testamenta quæ vitalia spirant.

Isa. 6. b. Matth. 15. c.

a ¶ Cum venerit tempus impletionis, ostendens vera quæ promisisti. b ¶ Opus tuum. c ¶ Non ait, cum intuleris supplicia, iratus aliquando non percutit. d ¶ Comminatus vt terreas.

a fica illud. In medio annorum notum facies cum iratus fueris,

a ¶ Quasi oblitus dum distulit. b ¶ Ex Ægypto vocaui filium meum. ¶ A Themam quod interpretatur ab austro veniet, ergo à meridie, à filiis claræ lucis.

b misericordiæ recordaberis.[3] Deus ab austro, veniet: & sanctus

a ¶ Vmbroso & condenso. b ¶ Semper, vel diapsalma. ¶ Sedit à dextris virtutis Dei.

c de monte * Pharan. Operuit cælos gloria eius, & laudis eius

* Selah.

† Tertull. lib. 4. adu. Marc. c. 22. Totum habitũ Christi transformati in monte habemus apud Habacuc, vbi Spiritus ex persona apostolorũ ait: *Domine audiui auditum tuum & extimui.* Quem magis, quàm vocis illius, *Hic est filius meus dilectus, hunc audite? Consideraui opera tua, & excidi mente.* Quo magis quàm cum visa claritate eius, nesciit quid diceret Petrus? *In medio duorum animalium cognosceris*, Moysi & Heliæ; *Operuit cælos virtus*, vtique nubilo illo: *& splendor eius vt lux erit*, vtique qua etiam vestitus eius refulsit.

Matth. 17. Transfiguratio Domini in monte.

† Avgvstinvs lib. 18. ciuit. c. 32. Quid est, in medio duorum animalium, nisi aut in medio testamentorum, aut in medio duorum latronum, aut in medio Mosis & Heliæ in monte?

b *Deus ab*. Hier. suprà. Agnitio Dei patris venit his, qui digni sunt, in pleno lumine, & agnitio sancti, id est, filij Dei de *monte vmbroso & condenso*, id est, patre, qui est plenus virtutibus, & omnia protegit & fouet, vel de sublimitate eloquij vmbrosi & condensi, multis testimoniis contexti, vel *Pharan*, os videntis dicitur, & de sermone eruditi viri venit notitia filij. Vel *veniet*, id est, nascetur in Bethleem, quæ sita est, *ad austrum*. Et quia ipse est, qui dedit legem in Sina, de Pharan veniet, qui est locus vicinus monti Sina.

† Gregorivs l. 33. mor. c. 1. Per montem, testamentum Dei exprimitur, sicut Abacuc ait: *Deus à Libano veniet & Sanctus de monte vmbroso & condenso.* Qui enim venturum se per testamenti sui paginas spopondit, quasi inde venit, vnde velut sub promissione se tenuit, Quod testamentum bene mons vmbrosus & condensus dicitur: quia spissis allegoriarum obscuritatibus opacatur.

Scriptura monti vmbroso comparatur.

† Novatianvs lib. de Trin. c. 12. apud Tertull. Per Abacuc dicitur, *Deus ab Africo veniet, &c.* Quem volunt isti hæret. ab Africo venire? Si Deum Patrem, ergo de loco venit ex quo clauditur, & intra sedis alicuius angustias continetur, & iam per istos Sabelliana hæresis sacrilega corporatur. Siquidem Christus non filius, sed pater creditur. At si in Bethlehem, cuius metaturæ regio ad meridianam respicit plagam cæli, Christus nascitur, quia à Bethlehem venturus esse præuidebatur.

Hæresis Sabelliana.

† † Hesychivs Cate. Græc. *Montem vmbrosum & condensum*, Virginem dicit: condensum tamquam minimè exaratum ab homine; vmbrosum quoniam ipsi Gabriel dixit, *Virtus altissimi obumbrabit tibi.*

Luc. 1.

† Theophylactvs. Deipara virgo, mons est asper, vt in quam ferrum cogitationis sordidum virus habentis non ascenderit, neque humanæ manus vt virginitatem reserarent.

† Athanasivs quæst. 36. ad Antioch. qu. 118. ad eumdem. Vnde persuadere possumus Iudæis, quod Christus Deus sit? Audiamus Dauidem dicentem: *Dominus Deus & apparuit nobis.* Habacuc autem inquit: *Deus à Theman veniet.*

† Idem. Sed quis est mons iste? Montem proprie vocat sanctissimam Deiparam virginem; Quia quemadmodum hi, qui campo aberrantes, & calore æstuant, si montem subeant, velut rore conspersi in vmbra subter arbores montis, vel aqua sedant æstum flammæ: ad eumdem modum hominibus quoque facta est sancta virgo, &c.

Sanctissima virgo Deipara monti comparata.

c *Operuit cælos gloriâ eius, & laudis eius.* † Hesychivs Cate. Græc. Hoc est gloria & dignitas Deo congruens, maior omni dignitate quæ in cælis est; Christus enim, qui propriam hereditatem habet patris gloriam, sedet in soliis diuinitatis: beati autem angeli astant ei more ministrantium. Etsi ergo in serui forma factus sit, verumtamen & sic est Deus potestatum cælestium: Impleuit autem laude sua & gloria totam terram, quandoquidem homines minimè dæmonibus honorem consecrant.

Gloria Christi vt est vnigenitus patris.

Hieronymvs suprà. In aduentu Christi omnia repleta sunt gloria, vnde, *Gloria in excel. Deo, & in terra pax ho. bo. vo. pacificans quæ in cælis & quæ in terra.* Sela Hebraice, Hieronymvs. 70. *diapsalma semper*, id est, ipse qui natus est in Bethleem, qui dedit legem in Sina, omnibus præteritis & præsentibus & futuris auctor est.

Luc. 2. b.

☞ Splendor

NICOLAVS DE LIRA.

Et certum est, quod hoc dicebatur de templo per Zorobabel readificato. Balthazar verò, in quo Chaldæorum regnum defecit, per duos annos fuit occisus ante primum annum Cyri, in quibus regnauit Darius Mædus, Danielis quinto, & sic occisio Balthasar fuit quasi in medio dictorum annorum, quia quinquaginta sunt ex parte vna: quadragintaocto ex altera. Sciendum tamen quod 46. anni à primo anno Cyri vsque ad sextum Darij accipiuntur secundum computationem Græcorum & Latinorum, Secundum Hebræos autem sunt pauciores, vt plenius dixi Esther 1. & Daniel. 9. Per hoc tamen non infringitur expositio dicta: quia quod est inter duos terminos, dicitur esse in medio, licet plus satis distet ab vno termino quam ab alio, & hoc modo primus annus Cyri potest dici in medio annorum, licet propinquior satis fuerit reparationi templi, quam eius destructioni. De verificatione illius verbi Ioan. 2. d. Quadraginta & sex annis, &c. *non est multum curandum, quia non est verbum Christi, nec Euangelistæ, nisi tantum referendo; sed est verbum Iudæorum obiicientium Christo, contra quem multa falsa dixerunt, vt patet, ex Euangeliis.*

Quomodo in medio annorum cœptum sit ædificari templum.

1 Cum iratus fueris, *Populum Iuda captiuando.*

2 Misericordiæ recordaberis, *Ipsum per Cyrum liberando.*

3 Deus ab Austro veniet, *Hic alludit propheta historiæ eductionis populi de Aegypto, quæ est ad austrum respectu Iudææ, & est sensus*, Deus ab Austro veniet, *Id est, sicut Deus à parte Australi venit cum populo populum ad terram promissionis deducendo, secundum illud Deuter. 2. b.* Nouit dominus iter tuum, habitans tecum 40. annis, *sic veniet cum Mædis & Persis ad liberandum ipsum de captiuitate Babylonica.*

4 Et sanctus, *Id est, Deus qui est sanctus sanctorum.*

5 De monte Pha. *Id est, sicut perduxit populum per locum illum, Num. 10. ita deducet populum illum reducendo in Iudæam.*

6 Operuit cælos gloria eius, *Id est, potestas eius gloriosa in destructione Babylonica.*

7 Laudis eius plena est terra. *Quia de illa destructione multæ regiones gauisæ sunt, quæ fuerant à Chaldæis afflictæ, vt dictum est cap. præced.*

Splendor

MORALITER.

† *In medio annorum notum faci. &c.* Tunc enim liberando patres de limbo, notam fecit misericordiam suam contra iram suam de peccato Adæ.

3 *Deus ab Austro veniet.* Hic ponitur modus, quo venit in mundum, qui processit ex feruore dilectionis diuinæ, Ioan. 3. b. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, &c.* Et hoc significatur per austrum, vnde prouenit feruor caloris.

Ex feruore charitatis venit Christus in mundum.

4 *Et sanctus*, Id est, Christus qui dicitur sanctus sanctorum, Dan. 9.

5 *De monte Pharan*, Qui interpretatur *frugifer*, Christus enim in humana natura processit de virgine fructifera, quæ dicitur mons, *De quo abscissus est lapis sine manibus*, Dan. 2.

6 *Operuit cælos glo. Et laudis eius plena est terra*, nam in eius natiuitate angeli cantauerunt, *Gloria in altissimis Deo. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, Luc. 2. b.

Natiuitas Christi.

† Splendor

A a *Splendor eius, vt lux, &c.* † SEVERVS. ex Catena Græca. *Splendorem* inquit diuinam doctrinam, vel Euangelicam legem, quæ nostris mentibus lux fuit: *Cornua in manibus eius*, potentias & miracula vocat. Hic est sensus, Et si factus sit homo, tamen sub eius imperio omnis potentia & fortitudo est.

† AVGVST. lib. 18. ciuit. cap. 32. *Cornua in manibus eius*, quid est nisi tropheum crucis?

Crux Christi.

† REMIGIVS. *Cornua*, brachia dicit crucis, in quibus brachia domini extensa, & manus lauis affixæ sunt.

B b *Ibit.* HIER. li. 2. com. i. exeunti de baptismo occurret diabolus, & stabit ante pedes eius, qui tentat 40. diebus.

IBID. Stans Saluator, & oculo suo omnia metiens, Gentes C dissipat, montes & colles sæculi conterit. Vel, *montes*, sunt dæmones.

a ¶ Currit velociter sermo eius. ¶ Quia admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.
b ¶ Quia splendor quoque eius quasi sol iustitiæ radiauit. c ¶ Trophæa crucis.
¶ Cornua pro regnis sæpe ponuntur: vel postquam miracula eius increuerunt vel coruscauerunt, manus figentur in cornibus crucis. ¶ Quasi.

a plena est terra.[4] Splendor eius, vt lux erit: cornua in manibus

a ¶ In ipsis cornibus. b ¶ Exinaniuit se vsque ad mortem.

b eius. Ibi abscondita est fortitudo eius:[5] ante faciem eius ibit

a ¶ Mortem destruet. b ¶ Eo intrante, fugit diabolus.
c ¶ Stabit & metietur, ab his diuidet, quos assumet.

mors. Egredietur diabolus ante pedes eius,[6] stetit & mensus

¶ A glacie.

est terram. Aspexit & dissoluit Gentes, & contriti sunt

¶ Non Dei. a ¶ Qui ante aduentum erant erecti, quorum superbiam nemo humiliare poterat.
b ¶ Per prædicatores.

montes sæculi. Incuruati sunt colles mundi ab itineribus

a ¶ Dei, quia æternitas per carnem venit ad nos: vel semper ab initio mundi ad sanctos venit, per quos iter superborum incuruauit.

c æternitatis eius.[7] Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ: tur-

a ¶ Iidem qui tabernacula Æthiopum, id est, dæmonum. b ¶ Sciscitatur propheta.
¶ Verba Dei, quæ manifestiora sunt, dant potum, flumina dicuntur: sacramenta, profundum mare.

d babūtur pelles terræ Madiā.[8] Numquid in fluminibus iratus

es domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indigna-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 † 15 16 17 18

cruciantur. Et ego longe ante vidi, quod turbabuntur tentoria D Æthiopiæ, & hoc pro iniquitate: & turbabuntur pelles, id est, tentoria terræ Madian, & hoc fiet pro mutatis fluminibus. Vetus testamentum transit in nouum, Cuius auditoribus lotis in rubro mari, iam non irasceris; vel, *in mari*, id est, mundo, tu (dico) qui ascendis.

IBID. Æthiopes tetri, qui vescuntur carne draconis, dæmones sunt, quorum tabernaculum fit, quicumque in hoc sæculo propter honores & diuitias laborat: quas postquam consecutus est, E tradit se luxuriæ, & voluptatibus; vt quod auaritia congregauit, luxuria consumat: iste pro laboribus fit hospitium dæmonum. Sed postquam fuerit ditatus & exaltatus, tunc conscientia peccatorum semper mortem & iudicium formidabit, & cruciatus, F quos se fecit meruisse, quotidiano pauore sustinebit.

Laborantes propter honores & diuitias quid assequetur.

Apud diuites hospitatur dæmō.

c *Pro iniquitate vi.* IBID. LXX. *Pro laboribus*: qui laborant de diuitiis, vel honoribus, fiunt hospitium dæmonum, qui esse debuerunt templum Dei: vnde turbantur, quia alti facti semper mortem & iudicium timent; *Madiam*, id est, ex iudicio, quia metu iudicij iam cru-

d *Numquid in fluminibus.* IBID. Hoc est, breuiter dicere secundum litteram: Sicut Iordanem & mare rubrum siccasti pro nobis dimicans (non enim insensibilibus iratus es) ita nunc quadrigas con-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Splendor eius, *Id est, armorum exercitus Cyri, & Darij: qui dicitur splendor Dei, eo quod ille exercitus erat executor diuinæ iustitiæ.*

2 Cornua in manibus eius, *Id est, arcus extenti & balistæ, quia Persæ & Mœdi erant optimi sagittarij.*

3 Ibi abscondita est fortitudo, *Quia victoria illi exercitui concessa, magis fuit virtute diuina latente quam humana.*

4 Ante faciem eius ibit mors, *In Hebræo habetur*, Pestilentia. *Aduentum enim Cyri & Darij contra Babyloniam præcessit mortalitas debilitans virtutem Chaldæorum.*

5 Egredie. diabolus ante pedes eius, *Quia tales persecutiones frequenter fiunt per dæmones, sicut dicitur de Aegyptiis Psal. 97. d.* Immissiones per angelos malos.

6 Stetit. *Hic incipit versus alius in Hebræo, & refertur ad exercitum Cyri & Darij, qui stetit in obsidione Babyloniæ vsque ad eius captionem; ideo subditur,*

7 Et mensus est. *Quia terra Babyloniæ fuit diuisa principibus exercitus secundum suam portionem.*

8 Aspexit. *Scilicet, aduersarios confidenter,*

9 Et dissoluit Gentes, *Scilicet Babylonis, & eam adiuuantes.*

10 Et contriti sunt montes, *Id est, maiores principes Babyloniæ, qui ante erant altiores in hoc sæculo.*

11 Incuruati sunt col. *Id est, humiliati, & deiecti principes minores.*

12 Ab itineribus. *Id est, à processibus exercituum Cyri & Darij, ab æterno præuisis à Deo.*

13 Pro iniquitate, *Scilicet, destructionis templi à Chaldæis, vt prædictum est cap. præced.*

14 Vidi tentoria Æthiopiæ, *Scilicet, turbata: & similiter Madian, vnde quod dicitur hic:* Pelles, *In Hebræo habetur* Cortinæ. *Isti enim populi fuerunt cum Nabuchodonosor in destructione templi, & cum nepote eius Balthasar fuerunt debellati.*

15 Numquid. *Hic consequenter ponitur modus captionis. Et diuiditur in tres partes, quia propheta prima denuntiat captionis modum; secundo approbat diuinum iudicium ibi*, Audiui. *tertio reuertitur ad propositum, ibi*, Ficus enim. *Prima adhuc in duas, quia primo iste modus exprimitur, secundo historia Iosue alluditur ibi*, Sol & luna; *tertio reuertitur ad narrandum captionis modum, ibi*, Viam fecisti. *Circa primum sciendum, quod Persæ & Mœdi videntes ciuitatem Babylonis inexpugnabilem propter murorum altitudinem & fortitudinem, longe à ciuitate diuiserunt fluuium Euphraten in plures alueos, & sic per alueum principalem diminutum intrauerunt ciuitatem, vbi non erat murus, & hoc est quod dicitur:* Numquid in fluminibus. *Id est, in Euphrate, qui dicitur flumina in plurali. Tum propter eius magnitudinem; Tum propter diuisionem dictam.*

Diuisio.

Quomodo capta sit Babylon à Persis & Mœdis.

16 Iratus es domine, *Inferendo Babyloniis effectum tuæ vindictæ, quasi dicat, Sic.*

17 Vel in mari, *Id est, in Euphrate, qui nominatur mare, more Hebraico, quia omnis congregatio aquarum magna, mare dicitur, secundum illud Ge. 1. a.* Congregationesque aquarum appellauit maria.

18 Indignatio. *Contra Babylonios, quasi dicat, Sic: Non enim talis diuisio Euphratis videbatur posse fieri nisi speciali adiutorio Dei.*

13 Pro Qui

MORALITER.

† 1 *Splendor.* Scilicet, in euidentia doctrinæ miraculis confirmatæ.

Extensio Christi in cruce.

2 *Cornua.* Id est, manus eius in cornibus crucis fuerunt extensæ. Et est ibi figura, quæ dicitur Hypallage, sicut cum dicitur, Perflauit fistula buccas. i. bucca perflauit fistulas. Et hoc modo exponunt aliqui doctores illud Iere. 11. d. *Mittamus lignum in pa. eius*, id est, *mittamus Christum, qui est viuus panis, in lignum crucis.*

3 *Ibi abscondita.* vnde Iudæi dicebant Matth. 27. *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.*

4 *Ante faciem eius ibit mors, &c.* Quia per mortem Christi mors & diabolus fuerunt expulsi.

6 *Stetit.* Hic incipit versus in Hebræo, ideo non coniungitur litteræ præcedenti, sed sequenti sic: *Stetit & mensus est terram.* Christus enim stetit in medio discipulorum post suam resurrectionem, & misit eos prædicare per orbem Matt. vlt. d. *Euntes docete omnes Gentes, &c.* ideo dicitur,

Gentium vocatio.

8 *Aspexit & dissoluit Gentes.* Aspexit enim eas oculo misericordiæ, & dissoluit à vinculo idololatriæ.

10 *Et contriti*, Id est, maiores principes mundi.

11 *Incuruati sunt colles.* Id est, minores principes, quia multi de illis & de istis submiserunt humiliter colla sua iugo Christi; & subditur causa,

12 *Ab itineribus æternitatis eius*, Id est, ex miraculis virtute diuina (quæ est æterna) factis,

13 *Pro iniquitate.* Hic ponitur punitio Iudæorum pro morte Christi, cum dicitur *Pro iniquitate*, scilicet Iudæorum,

Punitio Iudæorum pro morte Christi.

14 *Vidi tentoria Aethiopiæ.* Id est, potestatis Romanæ, quæ dicitur Æthiopia, eo quod erat idololatriis omnium Gentium denigrata.

† *Turbabuntur pell. ter. Madian*, Id est, Iudææ, quia *Madian*, interpretatur, *contentio*: Iudæa namque pro Christi morte permissa est à Deo rebellare Romanis, ex qua secuta est eius destructio.

15 *Numquid in fluminibus.* Quasi dicat, contra res insensibiles, quæ peccare non possunt, non est ira tua: sed contra Iudæos quibus dedisti legem & prophetas, & ipsi occiderunt te.

† Qui

☞ conscendens arcum que corripiens: salutem dabis populo, & quæ A iurasti patribus & tribubus explebis in sempiternum. *Numquid in flu.* Ambigue dictum. Si mala sunt flumina & mare, irascitur Deus & percutit ea. Eloquentia hæreticorum flumen est: *qui aguntur omni vento doctrinæ*, & semper malitia fluctuant: Mare sunt, super quos impetus fit domini, vt sentiant eius aduentum, & sciant quibus terminis concludantur. Si bona sunt, laudantur, vel lauatur in illis Iesus, & ecclesiam suam super huiusmodi mare collocat.

Quid mare & quid flumina hic designent.

B a *Super equos tuos, & quadriga tua, &c.* HIER. lib. I. commen. Animas sanctorum. In his curribus equitans totum lustrat mundum, & intendit arcum, & non interim emittit: vt qui modo territus fuerit, non sentiat emissionem, & hoc facit semper. Semper enim in sanctis armatus sedet, & discurrit in salutem orbis; & per hoc diuides & disperges fluuios terræ dimicantes aduersus tuum populum; vel fluuiis scindetur terra, vt in terræ motu noui fontes emanent, alij obturentur ita per aduentum Christi orbe concusso, fontes Israel obturati sunt, Apostoli emanauerunt. Sicut venæ corporis sanguinem habent: sic venæ terrarum aquas latentes, quæ concussione erumpunt; sic & anima naturaliter habet aquas, sed per se concordiam latentes verbo Dei concussæ erumpunt, hi sunt putei Abraham: quos Philisthæi obstruunt.

C

Sclah.

De doctrina salutis quæ in cordibus sanctorum reconditur vt aqua in venis terræ.

Gene. 26. c.

Genes. 9. d.

a tio tua? Qui ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ salb uatio.[5] Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es. * Fluuios scindes terræ: [10] viderunt te, & doc luerunt montes, gurges aquarum transiit. Dedit abyssus vod cem suam, altitudo manus suas leuauit.[11] Sol & luna steterunt e in habitaculo suo, in luce sagittarũ tuarum ibunt, in splendof re fulgurantis hastæ tuæ.[12] In fremitu conculcabis terram, & g in furore obstupefacies Gentes.[13] Egressus es in salutẽ popu-

(Interlinear: ¶ Vel det. ¶ Apostolos. a ¶ Quatuor Euangelistæ. a ¶ Vel intendens. ¶ Scripturæ reuelantur. b ¶ Et sic reddes iuramenta tribubus & patribus promissa. a ¶ Semper vel diapsalma. b ¶ Mundanam sapientiam, dissipabis, & hoc videbunt & dolebunt populi superbi, sed tamen Apostolica doctrina transiit in omnem terram, iniqui quidem contra leuantur. c ¶ Fluuiis manantibus. d ¶ O Deus. a ¶ Ad pœnitentiam. b ¶ Potentes sæculi. c ¶ Et tunc. ¶ Impetus & persecutio. d ¶ Vel sapientes sunt abyssus. a ¶ Hi per quos illuxit populo. ¶ Sol & luna Christus & Ecclesia. ¶ Prædicatorum. ¶ Apostoli. a ¶ Christi, qui dicitur electa sagitta. b ¶ In prædicatione apostolorum, qui & furere visi sunt. a ¶ De maiestate vel ceremoniis Iudæorum & de templo, vnde: Relinquetur vo. domus ve. deserta.)

b *Fluuios.* IBID. Quia suscitauit dominus arcum suum, vt tribubus iuramenta redderet quæ loquutus est: Consequenter dicitur, *Fluuios*, aduersus tuum populum dimicantes diuides atque disperges.

c *Gurges aquarum.* IBID. Sunt aquæ sempiternæ, quę fluunt de fontibus Israel; Sunt breues, quæ fluunt in mare, quarum finis perditio est, hæ sunt hæreses, quæ ad tempus florent.

Gurges. IBID. impetus & persecutio eorum cessauit, & tunc *abyssus*, id est, inferi laudauerunt te: tunc etiam *superbi* id est, angeli quasi plausu manuum eleuatarum victorem demonstrarunt.

d *Sol & luna stete.* † CYRILLVS. *Sol* Christus nominatur apud diuinam scripturam secundum illud: *Exorietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ.* Cum igitur exaltatus est sol, honoratam pro nobis ascendens crucem, vel cælos, apud patrem: tunc *luna*, id est, Ecclesia, quæ videbatur in tenebricoso loco esse, hoc est, in rerum confusione, *stabit in ordine suo.* Et quinam est eius ordo, nisi illustrare terram, quę sub cælo est, & hoc est in lucem? *Hastæ* autem eius sancti sunt Apostoli, arma ipsius Dei: opem ferentes illis, qui per ipsos vocati sunt quod quidem facere possunt omnes homines, qui scutum fidei in ipso sumunt. Nam omnes sagittas ignitas diaboli extinguere possunt.

Christus sol, iustitiæ.

E

Ecclesia lunæ comparatur.

Apostoli hastis.

F

HIER. supra. Sol tuus & luna, quæ pondere malorum & terrore tenebrarum operiebantur, receperunt lumen suum pristinum.

e *In luce.* Sagittæ leuiores, hasta maior. Sagittæ sunt plagæ Dei, hasta eruditio.

f *In fremitu.* Quando populi tui vindicabis iniuriam, terrena regna calcabis, & omnes Gentes admirari facies: quia *egressus es in sa. po. tu.* & venisti ad eos *cum Christo tuo*, quo veniente percussisti Antichristum in hoc sæculo, quod est in maligno positum, vel ipsum diabolum qui impietatis caput est, quem eiecit de hospitio, vt ibi habitet iustitia.

g *Egressus es in salutem populi tui, &c.* IBID. Quia ad te ingredi non poterant.

☞ Per-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui ascen. *Sic est in libris correctis & in Hebræo.*

2 Super equos tuos, *Id est, super equos Medorum & Persarum, dando eis & equitibus virtutem capiendi Babyloniam.*

3 Et quadrigæ, *In quibus pugnabant antiquitus.*

4 Salua. *Captio enim Babylonia, fuit saluatio populi Iudæ per Cyrum liberantem eum à captiuitate,*

5 Suscitans. *Id est, arcus Medorum & Persarum, qui dicuntur* tui, *quia ad executionem tuæ iustitiæ extenti.*

6 Iuramenta. *Id est, ad seruandum iuramenta, quæ fecisti Abraham, Isaac, & Iacob de terra à tribubus possidenda, quia per hoc redierunt duæ tribus, & aliqui de decem in Iudæam.*

7 Fluuios scin. *Id est, Euphraten modo supradicto, ita quod est repetitio eiusdem ad maiorem expressionem.*

Euphrates à Persis alio deriuatus quo per siccum eius alueum possent occupare Babylonem.

8 Viderunt te. *In effectu potestatis tuæ.*

9 Et dolu. mont. *Id est, superbi Babylonij.*

10 Gurges aquarum transi. *Id est, impetus Euphratis à suo alueo, diuertit modo prædicto,*

11 Dedit abys. vo. suam. *Id est, fundus Euphratis denudatus aquis: ista ostendit Dei virtutem super Babylonios, ac si clamaret, sicut dicitur cap. præce.* Lapis de pariete clamabit.

12 Altitudo. *s. ipse Deus, qui non solum dicitur altus in concreto, sed etiam altitudo in abstracto, sicut dicitur veritas & iustitia: & hoc propter excellentiam suæ altitudinis.*

13 Manus, *Ad puniendum Chaldæos.*

14 Sol & lu. *Hic propheta alludit historiæ Iosue cum dicitur,* Sol & lu. *Sicut steterunt pugnante Iosue contra Chananæos in signum diuinæ virtutis sibi assistentis; sic assistet virtus Dei Medis & Persis pugnantibus contra Chaldæos, ideo subditur,*

Statio solis tempore Iosue.

15 In luce sagittarum. *Id est eorum sagittæ à te dirigentur ad interficiendum Chaldæos, & similiter eorum hastæ; propter quod dicuntur* tuæ, *quia à te directæ in executionem tuæ iustitiæ.*

16 In fremi. *Exercitus Cyri & Darij.*

17 Conc. *Scilicet, Babylonis.* 18 Et in fu. *Id est, in vindicta tua.*

19 Obstupe. *Ad auxilium Baby. venientes.*

20 Egres. *Id est, egredieris cum Medis & Persis eos dirigendo.*

21 In salutem. *Quia per illam victoriam Cyrus dedit populo licentiam reuertendi in Iudæam, ideo subditur,*

In

MORALITER.

† 1 *Qui ascendes super equos.* Scilicet, ad faciendum vindictam de tanta nequitia; Et respondet dicens,

5 *Suscitans susci. ar.* Id est, exercitum Romanorum, in quo sagittarij multi erant.

6 *Iuramenta tribu.* Id est, ad implendum patribus promissa quæ per Christum sunt impleta in eius morte & resurrectione & crucifigentium Iudæorum destructione.

7 *Fluuios scindes.* Hic agitur de discipulorum Christi prædicatione post eius ascensionem, cum dicitur, *Fluuios scindes ter. &c.* Dicuntur enim prædicatores *fluuij.* mundum rigantes doctrina salutari; quia tunc fuerunt scissi, id est, diuisi ad prædicandum in diuersis partibus mundi.

Discipulorũ Christi prædicatio post ascensionẽ.

8 *Viderunt te aquæ & do. mo.* Id est, principes Romani, qui videntes fidem Christi augmentari, doluerunt, & eam extinguere voluerunt, sicut patet de Nerone & pluribus aliis sequentibus, ideo sequitur,

Romani fidem Christi extinguere conati.

10 *Gurges*

10 *Gurges aquarum*, id est, impetus persecutionum transit super Christianos vsque ad tempora Constantini, de quo subditur,

11 *Dedit abyssus, &c.* Per altitudinem intelligitur Constantinus cui totus orbis erat subiectus: ipse vero manum suam leuauit ad protegendum Christianitatem: & tunc abyssus dedit vocem suam, quia Christiani prius in abysso tribulationis positi eruperunt solemniter in diuinam laudem.

Constantinus primus Cæsarum pacem reddit Ecclesiis.

14 *Sol & luna.* Id est, Christus & beata virgo patenter honorati fuerunt in ecclesiis, qui prius colebantur in cryptis & locis occultis.

15 *In luce sagittarum tuarum ibunt, &c.* Tunc enim doctores ecclesiæ libere discurrerunt ad prædicationem fidei Christianæ. Sed quoniam perfecta victoria Christi erit in morte Antichristi, ideo subditur de ipso,

16 *In fremi.* Scilicet exercitus Antichristi, qui erit à Deo permissiue. Sed quia Deus illam tribulationem breuiabit, ideo subditur,

Antichristus.

20 *Egressus es in salutem, &c.* Scilicet, electorum.

† Per-

a *Percußisti caput de do.* HIER. lib. 2. com. Sicut ecclesiæ, & omnis viri Christus caput: ita cunctorum dæmonum, qui in hoc sæculo dimicant, est caput Beelzebub princeps dæmoniorum, & singulæ eorum turmæ habēt capita, & principes suos; verbi gratia, Spiritus fornicationum habent præpositum suum, spiritus vanæ gloriæ, spiritus mendacij, spiritus infidelitatis habent præsides militiæ suæ. Sed clementissimus Deus, vbi fuerat caput pessimum, eo absciso sæpe ponit caput optimum. Tradunt Hebræi *Reseph* dæmonis esse nomen: qui principatum tenet inter alios; & propter nimiam velocitatem atque in diuersa discursum auis & volatile nuncupatur; ipsumque esse qui in paradiso sub figura serpentis mulieri sit locutus, & ex maledictione, qua à Deo condemnatus est, accepisse nomen. Siquidem Reseph, *reptans ventre* interpretatur.

1. Cor. 11. a. — *Qualem habeant dæmones politiam.* — *1. Cor. 11. a. Reseph archidæmonis nomen secundum Hebræos & quare.*

b *Denuda.* IBID. LXX. *Suscitasti vincula vsque ad collum in finem*, vt deposito priori iugo, vincula charitatis, leue iugum subeamus in curru Christi. Hic compulsi pro *Selah* posuerunt in finem. *Denudasti*, id est, abscondita eius aperta fecisti, non ad breue tempus, sed in perpetuum *Denudasti fun.* Fundamentum Christi, quod est in anima, Allophyli terra obruerant: sed eiecta terra & optimum fundamentum nudatur (vel ornatur, vt alij ponunt) vt appareat & suam recipiat claritatem, & hoc in sempiternum.

Matth. 11. d.

c *Eius impij.* IBID. Impius est vel Nabuchodonosor, vel omnis aduersarius populi, non Dei solum *sceptris*, sed & *capiti* quod percusseras *bellatorum*, qui venerunt *vt turbo, ad dispergendum*, id est, vt euerterent Israel & captiuarent. Ita autem exultant vorantes pauperem Israel sibi subiectum, quasi hoc in abscondito facerent, id est, te ignorante. Venisti itaque ad prælium pro populo suo, & quadrigas mittens in aquas, id est, in Gentes multas fecisti eis viam in luto, id est, vt conculces, & quasi lutum conteras eos.

Deus venit in auxilium populo suo.

d *Maledixisti sceptris eius, &c.* † REMIGIVS. Sceptrum gestamen est regum, & ideo per sceptrum regia potestas innuitur. Maledixisti

a li tui, in salutem cum Christo tuo. Percussisti caput de domo
b impij, denudasti fundamentum eius vsque ad collum.[14] * Ma-
c
d ledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius venientibus, vt
e turbo ad dispergendum me. Exultatio eorum, sicut eius qui
f deuorat pauperem in abscondito.[15] Viam fecisti in mari equis
g tuis, in luto aquarum multarum.[16] Audiui, & conturbatus est
h venter meus, à voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur

¶ De mundo. — a ¶ Vt præbeant colla equiti Christo. b ¶ Diminuendo. — a ¶ Regnis. — a ¶ Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis. b ¶ Illis destructis. c ¶ Huius sæculi, vbi est lutum curarum. — ¶ Prædicta. ¶ Ne simile sustinerem. — a ¶ Scilicet tua. b ¶ Pauor mentis in ore signatur. c ¶ Sed. Id est, libenter patiar quod passus est Iob.

dixisti Deus sceptris, eius, hoc est, regno & potestati eius. Impium autem, vel iuxta litteram Nabuchodonosor, vel generaliter omnem populi dicit aduersarium; seu ipsum diabolum possumus accipere, de quo adhuc sequitur, *Capiti bellatorum eius.* scilicet maledixisti. Non solum, inquit, sceptris eius, sed etiam ipsi capiti quod percusseras maledixisti. Caput autem bellatorum diabolus est, persecutorum scilicet ecclesiæ, quales fuerunt Nero, Domitianus, ceterique, qui persecutionem publicam indixerunt; qui veniebant, *vt turbo*, id est, sicut tempestas cum terrore nimio *ad dispergendum me*, hoc est, vnitatem ecclesiæ sanctæ.

De persecutoribus ecclesiæ & eorum capite diabolo. — ** Selah.*

e *Sicut eius.* Sed ita vanè, sicut qui occidit pauperem, quem putat diuitem.

† REMIGIVS. Quemadmodum raptor exultat, quum pauperem nullo vidente, & auxilium ferente, spoliat: ita persecutores sanctorum gaudebant, tamquam Deo non vidente & nesciente, dum eos affligerent. Potest hoc & de omni peruerso dici, qui cum impune peccat, exultat, putans Deum posse latere, & quæ agit ignorare.

De eis qui sua peccata latere Deum posse putāt.

f *Viam fecisti in mari equis tuis.* † THEOPHYL. in com. *Equos*, Apostolos vocat; quos in huius vitæ *mare* Dominus perduxit: qui gentes aquas existentes, propter vdam & dissolutam vitam suam turbant, dum docent futurum esse iudicium, operumque in præsente vita transactorum reddendam persolutionem. Hoc modo Paulus Athenienses turbauit, &c.

Act. 17.

† GREG. l. 34. Mor. c. 13. Ac si diceret, Aperuisti iter prædicatoribus tuis inter doctrinas huius sæculi, sordida & terrena sapientes; Nam luti nomine, doctrina sordidum sapiens designatur.

Lutum quid designet.

g *Audiui.* HIER. vbi supra. In persona sua de toto populo. *Audiui & con.* Et ego per spiritum audiui, quæ patientur equi, & caro tremuit: & ab hac voce contremuerunt labia mea.

h *Ingredia.* IBID. Nunc libenter patimur angustias omnes, à tua comminatione totis visceribus tremimus, & non hoc solum, sed vltro, appeto, *Ingredia.*

† GRE-

NICOLAVS DE LIRA.

1 In salutem cum Christo tuo. *Id est, Cyro, de quo dicitur Isai. 45.* Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, &c. *Sciendum tamen, quod Cyrus ibi non dicitur Christus, nisi in quantum fuit figura Iesu Christi, & ideo hæc littera ad Iesum Christum principaliter est referenda, vt sit sensus. Sicut fuisti cum Cyro ad liberationem populi tui de Babylone, sic eris cum Iesu Christo ad liberationem populi de inferno, quæ salus est figurata per salutem populi à Cyro datam.*

Christus liberauit populum de inferno.

2 Percussisti ca. *Id est, Balthasar regem.*

3 Denudasti fun. eius vsque ad collum. *Id est, manifestè ostendisti multiplex eius vitium per vindictæ tuæ effectum.*

4 Maledixisti sceptris eius, *Id est, dominationibus eius.*

5 Capiti bellatorum eius. *Id est, principi suæ militiæ; & subditur causa,*

6 Venientibus vt tur. *Id est, cum impetu & furore.*

7 Ad dispergendum me, *Id est, populum meum in Ierusalem & Iudæa.*

8 Exultatio eorum. *In destructione ciuitatis & templi à captiuatione populi.*

9 Viam fecisti. *Hic propheta reuertitur ad narrandum captionis Babylonicæ modum, sicut in cantilenis idem frequenter repetitur: qui modus fuit per diminutionem Euphratis, qui dicitur hic* mare, *sicut & supra cum dicitur,* Viam feci. *Id est, in Euphrate.*

10 Equis tuis. *Id est, equis Medorum & Persarum, qui dicuntur* tui, *eò quòd à te sunt directi in executione tuæ iustitiæ.*

11 In luto: *Quia alueus Euphratis non erat totaliter desiccatus, & sic erat ibi lutum derelictum ab aquis multis, quæ ibi ante fuerant.*

12 Audiui, *Hic consequenter propheta approbat iudicium diuinum de captiuatione populi sui ad purgationem peccatorum dicens:* Audiui. *Scilicet, populum infirmum murmurantem contra tuum iudicium de eius captiuatione.*

Probat diuinum iudicium de populi captiuatione.

13 Et conturbatus. *Timui enim, ne suo murmure ad iram prouocaret te.*

14 A voce, *Scilicet, murmuris eorum.*

15 Contremuerunt labia mea. *Quasi loqui non potentia, sed tantum cum tremore moueri.*

16 Ingrediatur putredo. *Quasi dicat, Captiuitas super nos inducta, qua aliquando putrescunt corpora, est patienter toleranda.*

Vt

MORALITER.

† 2 *Percußisti caput, &c.* scilicet Antichristum.

† *De domo impij*, Id est, diaboli.

3 *Denudasti fundamentum eius*, Id est, denudabis fallaciam eius per Enoch & Eliam.

4 *Maledixisti sceptris*, Id est, regibus sibi adhærentibus.

6 *Venientibus*, Scilicet, impetuosè ad destructionem ecclesiæ.

8 *Exultatio.* secundum illud Prouerbior. 2. c. *Lætantur cum malefecerint.*

9 *Viam fecisti in ma.* Huius mundi.

10 *Equis tuis.* Id est, Antichristo & sequacibus suis, qui erunt sicut equus & mulus. Dicuntur autem equi Dei, quia discurrent ex eius permissione.

11 *In luto aquarum mul.* Id est, carnalium fœditatum, quas Antichristus cum suis exercebit.

12 *Audiui.* Multi namque Christiani audientes acerbitatem persecutionis Antichristi, & timentes de propria fragilitate, mori prælegerunt ante dictam tribulationem, ne deficerent in ea, & sic dicitur in eorum persona, *Audiui.* futurum Antichristum.

13 *Et conturbatus.* Id est, cor meum præ horrore.

15 *Contremuerunt labia mea.* Non potentia loqui præ timore.

16 *Ingrediatur pu. &c.* Id est, vtinam sim mortuus antequam veniat Antichristus.

† GREGORIVS lib. 21. Mor. c. 10. Hoc est, ac si diceret, Non mea virtus est, in qua superius raptus imperturbabilis maneo: sed meæ infirmitatis est: in qua inferius turbor. Ipse ergo super se imperturbabilis est, ipse sub se perturbabilis: quia super se ascenderat, inquantum rapiebatur ad summa; & sub semetipso erat, in quantum adhuc reliquias trahebat in infima.

Secundum quid homo perturbationibus subiaceat & secundum quid illis sit superior.

a *In ossibus.* HIER. l. 2. com. Non solum in carne, sed etiam in medullis ossium, & stratus putredine corporis & vermibus scateat: vt cum pro peccatis sustinuero angustias omnes captiuitatis, requiescam cum Abraham, Isaac & Iacob, & ceteris, qui sunt populus accinctus.

a putredo in ossibus meis, & subter me scateat. Vt requiescam [1] in die tribulationis: vt ascendam ad populum accinctum no- [2] strum.[17] Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis. [3][4] Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum. Abscindetur de ouili pecus: & non erit armentum in præsepibus:[18] Ego [5][6][7] autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo, [8] [19] Deus dominus fortitudo mea & ponet pedes meos quasi [9][10]

(Interlinear: ¶ Vel thus. a ¶ In consummatione mundi. a ¶ Dies illa dies iræ, dies cala. & mi. b ¶ Malorum. c ¶ Semper enim ascenditur à iusto. d ¶ Fortem bellatorem. ¶ Hæc audet dicere tribulatus. a ¶ Aliud promittit, Omnia quæ dixerit Deus faciemus: & aliud facit. a ¶ Quia. b ¶ Non iustitia legis. ¶ Non aliud. c ¶ Vt calcem super aspidem & basiliscum.)

sunt, ad quem propheta ascendit. Vinea, id est, populus qui non facit fructum, sed spinas, non iudicium, sed clamorem dicens, *Crucifige, crucifige eum.* Et, *Non habemus regem nisi Cæsarem:* qui occidit, post seruos, filium, & ideo *exterminauit eam aper de silua*; Oliua, id est, populus cuius ramis fractis oleaster inseritur; vel, *Ficus*, Spiritus sanctus pro pomorum dulcedine; *Vinea*, Christus qui dicit; *Ego sum vitis*; *oliua* pater à quo omne lumen. In libro Iudicum dicuntur ligna siluarum venisse ad has arbores, vt regnent super se, quod numquam fit. Sed rhamnus imperat eis, quæ habet spinas & ignem, vt vulneret & comburat arua. Ierusalem olim in montibus sanctis, nunc campestris dicitur, quæ non solum non alit rationales, sed nec pecora & boues, qui portent iugum Dei; hæc omnia auferentur à populo: quia iniquè egit in Deum. Si autem diem tribulationis de consummatione accipis, omnia ad eos referes, qui dicunt, se esse de ecclesia, non habentes opera, & ficus, vinea, oliua, id est, trinitas non aufert eis fructum suum, & non solum non habent frumenta hominum, sed nec cibos pecorum & iumentorum & pro montibus in humili versantur.

Ioan. Iudic.

De eis qui non suæ fœcundi bonis operibus.

Libenter acceptat captiuitatis incommoda.

Hæc allegoricè, vt sit allegoria mixta historiæ, quia aliquando historia ipsa metaphoricè texitur, nec semper eius metaphora allegoriam sonat. Secundùm historiam autem in persona populi dicit se libenter in captiuitate pati quælibet, vt eo tempore quiescat, quo maledicet sceptris impij, & equi conculcabunt lutum, vt post cum sanctis Zorobabel & Iesu reuertatur in terram promissionis, sed hoc non vult littera libri.

IBID. Videns hic propheta destructionem inimicorum victoria Dei, reuertitur ad seipsum, dicens, se malle cum iustis tribulari, quam cum malis æternaliter cruciari.

Psal. 48. d.

b *Tribulationis.* IBID. Quia tunc omnia auferentur homini, secundum illud, *Homo cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.*

c *Ficus.* IBID. Ideo hic volo pati, & post ascendere *ad po. accin.* quia veniet dies tribulationis, & ceteris in angustia constitutis, ego lætabor in tua maiestate; vel, cum venerit dies Iudaicæ euersionis, ego pereunte populo electus sum: & sociabo me discipulis Christi, ascendens montana, quia in monte eos docet relictis inferius turbis; quia ficus ad quam venit esuriens, id est, populus Iudæorum, non dat poma, & ideo maledicitur, nec fert fructum non in sæcula sæculorum, sed vsque in sæculum, id est, cùm Gentes intrauerint. Hæc est ficus, pro qua rogat agricola, id est, Gabriel, vel Michael, cui commissus est populus Iudæorum, qui in passione precatur, da eis spatium pœnitentiæ, & noli subuertere; & si quidem fecerit fru. suspensiuè subaudiatur, transferes in alteram vineam, id est, ecclesiam. Venit tertiò per legem, per prophetas, per seipsum. Post passionem data pœnitentia 42. annis, quia non fecit fructum subuersa est; qui verò conuersi sunt, ad populum Gentium translati sunt,

Ioan. 6. a. Matth. 21. b.

Angeli nobis bene precantur.

Iudæi exterminati tandem, cum diu eos Deus ad pœnitentiam expectasset.

d *Ego autem in, &c.* IBID. Iudæis per orbem dispersis dicit propheta ex persona credentium; Sed si de consummatione accipis sic dicetur; Sicut percussa Ægypto, ficus, vinea, oliua, campi non dabant fructum, & deficiebant pecora, quia non habebant cibos & Israel exultabat: sic in fine mundi, quando refrigescet charitas, & non dabit fructus operum, tunc iustus lætus dicet, *Ego autem in domino gaude.* & eductus ad summum cantabo trophæum, qui in principio dixi; Clamabo & non exaudies: qui de iustitia eius & de iudicio causatus sum, laudabo æquitatem.

De eis qui retinebunt feruorem charitatis in fine sæculi quo tempore multum refrigescet charitas.

† REMIGIVS. Iesus saluator vel salutaris interpretatur, sed interpres maluit ipsum nomen Hebraicum ponere, quia dulce & plenum gaudij Iesu nomen delectat audire.

e *Deus Dominus fortitudo mea.* † REMIGIVS. Omnis mea virtus, omnis iustitia Christus est, qui est Deus Dominus, *& ponet pedes meos quasi ceruorum.* Ceruorum natura est, vt plana & humilia deserant, & montium ardua conscendant; serpentes etiam de cauernis flatu extractos occidant. Sic & sancti terrena & infima deserunt, & ad cælestia conscendunt: ac in sua prædicatione à cordibus hominum serpentis antiqui

Sancti ceruis comparantur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt requiescam, *A labore captiuitatis.*

2 In die tribulatio. *Id est, tempore Babylonicæ destructionis.*

3 Vt ascendam. *De Chaldæa in Iudæam per Cyri licentiam.*

4 Ad populum accinctum. *Id est, armis paratum. Sic enim ascenderunt filij Israel de Babylone, propter periculum hostium in via. Vel dicitur populus accinctus, id est, dispositus ad gradiendum. Et loquitur hic propheta in persona populi de Babylone redituri, quia tempore illius captiuitatis ipse erat in Iudæa secundum historiam Daniel. 14. Quamuis enim non sit authentica, tamen probabilis reputatur.*

Populus accinctus.

5 Ficus. *Supra posuit modum captionis Babylonis ex debellatione ciuium, hic idem ostendit ex defectu victualium; dominus enim ante aduentum Cyri & Darij contra Babyloniam induxit terræ sterilitatem, ita quod fortalitia non potuerunt sufficienter muniri, ideo dicitur,* Ficus enim non florebit, *id est, modicum florebit, ita quod faciet modicum fructum, quasi pro nihilo reputandum, secundum quod dicitur 2. Physicorum, Quod modicum est, quasi nihil reputatur: & etiam secundùm communem modum loquendi, quo dicitur, nihil est in arboribus, quando ibi est modicus fructus, & ita intelligitur illud quod subditur de vineis, oliuis, & aruis.*

Sterilitas quæ affixerat Chaldæos antequam ascenderent contra eum Persæ & Medi.

6 Abscindetur. *Quia propter defectum pastus, animalia poterunt parum fructificare.*

7 Ego autem. *Audita Babylonis destructione, & populi Iuda liberatione propheta exclamat, dicens,* Ego autem in domino gau. *applaudens diuinæ iustitiæ & liberationi populi Iuda.*

8 Et exultabo in Deo Iesu, &c. *Id est, salutari meo liberante populum meum de captiuitate Babylonica, & secundum hoc* Iesus *est nomen appellatiuum; sed quia dictum est, quod liberatio de captiuitate Babylonica figura est liberationis patrum de limbo inferni, sic fienda per Iesum Christum. & vtramque liberationem videbat propheta futuram. ideo* Iesus *est hic etiam nomen proprium.*

Iesus hic nomen est appellatiuū & simul est proprium.

9 Deus Dominus fort. *Educendo me sua virtute, primò de Babylone, secundo de inferno, vt dictum est: & sic est verbum prophetæ loquentis in persona populi in Babylone captiuati, & in limbo detenti.*

10 Et ponet. *Quia redeuntibus de Babylone dedit virtutem & agilitatem gradiendi; & liberatis de limbo virtutem egrediendi & ad cælum ascendendi, ideo subditur,* Et super excelsa, *quia populus de Babylone rediens ascendit in Iudæam, quæ est terra montuosa, & potissimè quia venit in Ierusalem, & ibi templum fundauit in monte Sion, 1. Esdr. 3. & detenti in inferno ascenderunt in cælum cum victore Christo.*

De Israele liberato de Babylone, & de patribus liberatis de limbo.

MORALITER.

† 1 *Vt requiesc.* Scilicet in sepulchro, quando erit Antichristi tribulatio.

3 *Vt ascendam ad populum accinctum no.* Id est, societatem sanctorum in corpore & anima post iudicium. Et quoniam tunc cessabit generatio, sequitur,

5 *Ficus enim non flo.* Et subditur sanctorum vita, cùm dicitur,

7 *Ego autem in domino.* Et patet sententia.

quam habet propheta de hoc sæculo ...malitiam deceruorum ... Dominus ergo, inquit, ponet pedes meos, id est, actiones meas, faciens me sua gratia caduca contemnere, & æterna desiderare.

a ¶ Inter ceteros qui habent virtutem cerui ponet me. b ¶ Qui primus in agone vicit.

ceruorum, & super excelsa mea deducet me victor in psalmis 1 canentem.

a ¶ Inter angelos canam triumphum eius, & in terra pacem hominibus.

traducendum se ad laudandum Deū in futuro.

D

NICOLAVS DE LIRA.

1 In psalmis. *Quia populus rediens de Babylone Deum laudabat in via & magis in termino, 1. Esdræ 3. Et sancti cum Christo ascendentes cum diuinis laudibus ascenderunt in illis sine fine perseuerantes. Psal. 83. a.* Beati qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. *Ad quam nos perducat, &c.*

ADDITIO.

In cap. Habacuc 3. *Vbi dicitur in Postill. hic consequenter ponitur oratio propheta.*

1. Opinio Hebræorum de hac oratione scilicet quod sit facta pro quadam sterilitate.

Circa materiam huius orationis prophetica ipsius Habacuc, valde variè se habuerunt expositores: quidam enim Hebræorum dicunt: quod hæc oratio fuit facta pro quadam sterilitate tunc futura. Ad quod faciunt aliqua in hoc cantico contenta, vt cum dicitur, Numquid in fluminibus iratus es domine; *quia in sterilitate cessante pluuia diminuuntur flumina. Similiter cum dicit,* Suscitabis arcum tuum, *intelligunt de iride, de qua Genes. 9.* Arcum B meum ponam in nubibus: *qui quidem arcus in tempore pluuiæ solet apparere, vnde Ezech. 1. g.* Velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ, *vnde propheta orabat secundū eos, vt appareret ille arcus, & sic pluuia fluerent more solito. Similiter cùm dicit,* Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, &c. Abscindetur de ouili pecus, &c. *Totum attribuunt sterilitati prædicta, pro qua dicunt prophetam orasse, ne populus periret per prædictam plagam: vnde dicit,* In medio annorum viuifica illud. *Id est, in medio annorum sterilitatis prædicta: & super hoc petit,* Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.

2. quam percurrit postill.

Alij verò hoc canticum exponunt de destructione Babyloniæ, & de modo captionis eius sicut in postilla cum aliquibus variationibus, de quibus non est curandum.

3. quod hæc oratio pertineat ad mysterium Christi.

Sed saluo semper meliori iudicio, hæc oratio magis videtur pertinere ad mysterium Christi, & ad hoc videtur tendere glossa ordina. pro maiori parte: quod satis apparet ex eius deuota compositione: Est enim composita ad modum psalmorum Dauid, qui inter prophetas expressius de mysteriis Christi deuote C *cecinit, & ideo in tota sacra scriptura non inuenitur hæc dictio* Selach *in Hebræo, nisi in Psalterio, & in hoc cantico, vnde cum dicitur hic:* Sanctus de monte Pharam, *& in aliis certis locis ponitur in Hebr.* Selach, *quod est* diapsalma *secundum* LXX. *Secundum quam expositionem, hoc, quod dicitur in tit. scilicet,* Oratio Habacuc prophetæ pro ignorantiis, *continuatur ad præcedentia, sic: Dixerat enim propheta superius increpando idololatras,* Væ qui dicit ligno expergiscere, &c. *& sequitur,* Ecce iste qui coopertus est auro & argento, & omnis spiritus non est in visceribus eius, *quia idola, licet sint subtiliter & sumptuosè fabricata, nullā tamen spiritualem gratiam, seu virtutem vel vitam in se continent. Sed de Deo vero subdit econtrario,* Dominus in templo sancto suo, *scilicet Deus incarnatus, qui cum sit in corpore sibi vnito, dicitur esse in templo suo, iuxta illud Ioannis 2. d.* Soluite templum hoc, *qui tanta virtutis est, quod cum sit in prædicto templo suo, eius dominio tota terra, id est, totus mundus sibi subiicitur, de quo subdit:* Sileat à facie eius omnis terra. *Et quia propheta in spiritu videbat, quod circa cognitionem Christi incarnati (de quo iam dixerat,* Dominus in templo sancto suo) *multi errores habebant consurgere, ideo orat pro ignorantiis: de quo dicitur in tit. Oratio Habacuc pro ignorantiis, ne iusti in huiusmodi caderent ignorantias. Et quia mysterium hoc non habuerat per cognitionem naturalem, sed ex fide, quæ ex auditu, ideo in exordio sui cantici seu orationis dicit:* Domine audiui auditum tuum & timui, *Scilicet timore filiali causato ex deuota reuerentia tanti mysterij.*

Conuenientia styli cū illo Psalmorum.

Multi errores circa cognitionem Christi incarnati.

Consequenter petit auditum prædictum impleri, dicens: Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud. *Vbi notandum quod hoc quod dicitur hic:* In medio annorum *non debet intelligi de medio rei geometricè loquendo seu arithmeticè: sed de medio rationis, prout Philosophus accipit medium in 2. Ethicorum dicens, quod virtus moralis in medio consistit, scilicet per conformitatem ad rationē rectam, & similiter in proposito* medium annorum *intelligendum est secundum conformitatē ad rationem diuinam (quæ summe recta est) præordinantem aduentum Christi in tempore conformi dictamini suæ rationis, in quo quidem tempore est* temporis plenitudo, *de qua Apostolus c. 4. a. ad Gal.* Cum venerit plenitudo temporis. *& sic intelligenda est glo. interlinearis, quæ super istud verbum,* In medio annorum *dicit, scilicet,* in plenitudine temporis. *Et quia non suffecisset, quod opus Dei, scilicet, incarnatio filij fieret, nisi hominibus notificaretur, ideo subdit:* In medio annorum notum facies. *Et quia timebat propheta ne ex humana malitia hoc beneficium impediretur, ideo subdit,* Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. *Consequenter ostendit quomodo illud opus Dei scilicet incarnatio, venit in notitiam seu cognitionem nostram, dicens,* Deus ab austro veniet, *scilicet in meridie. Sicut enim in meredie sol maximè lucet, sic ad fidem incarnationis maxima lux, saltem supernaturalis, requiritur. Et quia deuenitur ad huiusmodi fidem per scripturarum testimonia, ideo subdit,* Et sanctus de monte Pharan, *scilicet de monte vmbroso & denso, per quod sacra scriptura, quæ hoc mysterium variis locutionibus & vmbrosis figuris tradit, intelligitur.*

Medium Arithmeticum & medium rationis.

Quomodo mysterium incarnationis veniat in nostram notitiam.

Consequenter de eius natiuitate dicit, Ope. cæ. glo. eius. *Nato enim domino, angeli* Gloria in excel. *cecinerunt. Et quia de eius prædicatione & vita & miraculis totus orbis fuit repletus, ideo subdit,* Et laudis eius plena est terra.

E

Consequenter quia Christus, qui sol iustitiæ dicitur, tamquam lux vera irradiat in mundo, ideo dicit, Splendor eius vt lux erit. *Et quia huiusmodi splendor fuit quodammodo occultatus in cruce, ideo subdit,* Cornua in manibus eius, abscondita est fortitudo eius: *& ibi est finis versus apud Hebræos; & est sensus,* Cornua in manibus eius. *Id est, trophæa crucis, secundum glo. quia per extensionem manuum Christi in cruce cornua aræ crucis sunt expressa: In qua quidem cruce abscondita est fortitudo eius, quia exinaniuit semetipsum, &c. vsque ad mortem.*

Ara crucis.

Consequenter de effectu passionis eius dicit, Ante faciem eius ibit mors, *quia moriendo mortem nostram destruxit.*

Consequenter de effectu passionis dicit: Egredietur diabolus ante pedes eius. *Quod potest intelligi de expoliatione inferni, qui diabolus potest dici, vel secundum glossam quia Christo ingrediente in corde fugit diabolus.*

Consequenter dicit: Stetit & mensus est terram, *& hic incipit versus in Hebræo. Ad cuius intellectum in continuatione ad præcedentia & sequentia, sciendum, quod quia propheta dixerat, quod fortitudo Christi erat abscondita in cruce: ideo declarat quomodo sua potentia prout est Deus, fuerat antea valdè potens & ostensa, & specialiter in operibus quæ fecerat in tempore veteris testamenti: Quorum aliqua præcipua hic narrat, ex quibus vnum est quod diuisit terrā Amorrhæorum & Chananæorum in hereditatem filiis Israel. Quæ quidem diuisio facta fuit per mensuram in funiculo distributionis, vt habetur Iosue 13. de quo dicit:* Stetit & mensus est terram, *Scilicet promissionis modo prædicto. Et sequitur,* Aspexit & dissoluit Gentes, *scilicet habitantes in illa: quia fuerunt ab ea separati per mortem & captiuitatem & huiusmodi. Et quia reges eorum erant magni & fortes ab antiquo, vt dicitur in Psalmo,* Qui occidit reges fortes, &c. *ideo subdit,* Contriti sunt montes sæculi. Incuruati sunt colles mundi, &c.

F

Magnalia quæ narrantur à Deo facta in veteri testamento.

Si autem quæratur, quare in huiusmodi narratione incipit propheta ab acquisitione seu diuisione terræ, & prætermisit illa quæ fuerunt in deserto & huiusmodi; dicendum, quod de datione legis, quod fuit potissimum & principale, iam aliquid tetigerat propheta, cùm dixerat, Deus ab austro veniet, &c. *& hoc significando principaliter aduentum Christi, vt suprà expositum est, & alludendo illi historiæ de datione legis in monte Sinai qui erat vicinus monti Pharan, de quo fit hic mentio.*

Cur hic non ponantur illustria illa quæ in deserto contigerunt.

Consequenter narrat fortitudinem Dei ostensam in antiquis post acquisitionem & diuisionem terræ, de quo dicit, Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ. *Vbi notandum, quod vbi nos habemus Aethiopiæ, in Hebr. habetur* Chusan, *quod est nomen proprium cuiusdam, qui afflixit filios Israel, eò quod offenderant Deum colendo idola: sed quia postea pœnituerunt & exclamauerunt ad dominum, Deus saluauit eos per Othoniel fratrem Chaleb, vt habetur Iud. 3. b. & sic Deus ostendit potentiam suam puniendo idololatras, & miserendo pœnitentibus.*

De Chusan quod nostra translatio trāstulit Æthiopia.

Ratio autem quare translatio nostra habet Æthiopiæ *est, quia Chus significat Aethiopes. & ideo pro* Chusan *transtulit Aethiopiam, sed ad veritatem Aethiopia non est Chusam, sed Chus. Chusam enim est nomen proprium hominis vt dictum est: & sic habetur in Chaldaica translatione. Consequenter dicit,* Turbabuntur pelles terræ Madian: *In quo tangit historiam Gedeon cum Madianitis, qui ab eo fuerunt turbati & victi, vt habetur Iudic. 7.*

Consequenter dicit: Numquid in fluminibus iratus es domine, &c. *In quo ostendit potentiam Dei alludendo historiis de diuisione maris rubri & Iordanis, non seruato tamen ordine temporis, nec exprimendo factum, sed more poetico tangendo: Et quia Deus se habuit in istis, vt vir pugnator pro salute populi, ideo subdit,* Qui ascendes super equos tuos, quadrigæ tuæ saluatio. *Similiter quod subditur,* Suscitans

☞ suscitabis arcum tuum, *intelligitur eodem modo, scilicet considerando* A *Deum ac si esset fortis eques, & expertus sagittator. Et quia ista & similia fecit Deus, vt seruaret iuramenta, quæ fecit patribus, de hoc, quod semen eorum possideret terram promissionis: ideo dicit*, Iuramenta tribubus quæ locutus es; *& sequitur*, Fluuios scindes terræ, &c. *in quo est replicatio prædictorum ad maiorem confirmationem. Quod autem sequitur*, Gurges aquarum transiit, *intelligitur de aquis Iordanis, quæ descendentes transierunt, & sic remansit abyssus discooperta: vnde de hoc dicitur Iosue 3. c.* Aquæ, quæ inferiores sunt, decurrent atque deficient, *sed aquæ altæ steterunt, quasi immobiles; de quo dicitur ibi*, Quæ autem desuper veniunt in vna mole consistunt; *& hoc est quod hic dicitur*, Altitudo manus suas leuauit *per altitudinem intelliguntur aquæ altiores, scilicet superiores*, Quæ leuauerunt manus suas, *id est amouerunt potestates suas, ne currerent naturali cursu.*

Siccatio Iordanis de qua agitur Iosue 3.

Consequenter alludit historiæ Iosue de statione solis & lunæ, Iosue 10. de quo dicit, Sol & luna steterunt. *Et quia ibi Deus misit lapides grandinis magnos de cælo, quibus percussi fuerunt aduersarij, ideo subditur*, in luce sagittarum tuarum ibunt: B *Lapides enim illi qui non sine fulgure mittuntur, æstimantur vt sagittæ, seu hastæ lucentes. Et quia ex huiusmodi percussionibus miraculosis habitatores terræ Chanaan fremuerunt & stupuerunt: ideò dicit*, In fremitu conculcabis terram, & in furore obstupefacies Gentes.

Consequenter reuertitur propheta ad loquendum de Christo. Ad quod sciendum, quod superius propheta dixerat quòd potentia Christi fuerat in cruce abscondita: de quo dixit ibi, Abscondita est fortitudo eius; *& postea ostendit, quod eius potentia in antiquis fuerat multiplicata, & hoc cum dicit*, Stetit & mensus est terram, &c. *vsque ad istum locum: Nunc autem ostendit, quòd, licet potentia Christi in cruce abscondita fuerit, tamen fuit magna & salutifera operans. vnde dicit*, Egressus est in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo, *& sequitur*, Percussisti caput de domo impij, *quia princeps dæmoniorum, qui in ligno vincebat, in ligno victus fuit à Christo;* C *& sequitur*. Denudasti fundamentum eius vsque ad collum: *quia vt dicitur in glossa, Abscondita eius, aperta sunt, non ad breue tempus, sed in perpetuum: & sequitur*, Maledixisti sceptris eius, &c. *Totum exponitur de potestatibus diabolicis, quæ frequenter veniunt ad dispergendum iustos. Et sequitur*, exultatio eorum sicut eius qui deuorat, &c. *Isti enim aduersarij humani generis se habent, vt exultantes cùm deuorant pauperem, in abscondito, eo modo quo dicitur in Psalmo*, Insidiatur in abscondito, vt rapiat pauperem, &c. *& sequitur*, Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum, *quod à multis exponitur de transitu maris rubri. sed continuando ad prædicta, videtur exponendum, sicut in glossa, de mari huius sæculi, vbi est lutum curarum & sollicitudinum multarum: in quo mari Christus fecit viam equis suis, Id est, iustis, quos regit sicut eques equum suum: & hoc dando eis exempla vitæ & consilia saluberrima, per quæ possent vitare fluctuationes, & pericula huiusmodi curarum, & sollicitudinum. Prohibuit enim Christus sollicitudinem futurorum, & temporalium, Matt. 8. c. Et sic facit viam in huiusmodi mari turbulento.*

Potentia Christi in cruce licet abscondita fuerit tamé fuit magna & salutifera operans.

Lutum sæculi.

Consequenter dicit. Audiui & conturbatus est venter meus, &c. *Ad cuius declarationem sciendum quod propheta considerans ex prædictis, duo principaliter. Vnum est, tribulatio, quam Christus passus est in cruce*, vbi abscondita est fortitudo eius, *vt dixerat. Secundum est, fructus salutifer suæ passionis, de quo dixit*, egressus es in salutem populi, &c. Conturbatus est in mente, & contremuerunt labia sua, *quasi nesciens loqui ex turbatione tantæ contrarietatis, ideo dicit*, Audiui, *Scilicet, prædicta ex fide, quæ est ex auditu*: Et conturbatus est venter meus, *Scilicet, mens mea, quæ est intrinseca, sicut venter inter membra corporea intrinsecus est*: Contremuerunt labia mea, *quia loquela turbabatur ex vehementia turbationis intrinsecæ*; Ingrediatur putredo, &c. *Id est, ingreditur, quia turbatio mentis redundabat etiam in membra solida, quæ sunt ossa. Et reddens rationem tantæ turbationis & tremoris dicit*, Vt requiescam in die tribulationis, *& est sensus, quod propheta habeat requiescere, & consolari in salute ab eo desiderata, quæ tamen facta est in die tribulationis, scilicet in tẽpore passionis Christi: Et non mirum si propheta de hoc tremebat & conturbabatur de tribulatione passionis, etiam si ex ea sequeretur fructus salutis: cum etiam Christus imminente passione contristabatur, & cœpit tædere, & mœstus esse. Matt. 26. d. Consequenter propheta turbabatur ex hoc, quod habebat commisceri cum populo Iudaico, qui procuraturus erat mortem Christi: Et de hoc dicit*, Ascendam ad populum accinctum nostrum, *Id est, Ascendam in Iudæam, ad populum illum, qui paratus est cum armis ad occidendum Christum. Et notandum, quod vbi nos habemus in hoc loco* accinctum nostrum, *In Hebræo dicitur*: יגודנו *Iegudenu, & est omnino simile verbum. Gene. 49. c. circa benedictionem Gad, in quo loco translatio nostra habet*, Præliabitur ante eum: *vnde & in hoc loco sic debuisset dicere*, Et ascendam ad populum, qui præliabitur ante eum, *Id est, contra eum: & sic sententia erit planior ad propositum, Et sequitur*, Ficus enim non florebit, &c. *vbi videtur loqui propheta parabolicè de populo Iudaico, assimilando eum ficui non florenti, vel vineæ non germinanti, & huiusmodi, sicut Isa. c. 5. assimilat illum populũ propheta ad litteram vineæ non fructuosæ, & est sensus*: Ficus enim, *id est, ille populus*, Non florebit *in illo tempore*, Nec erit germẽ in vineis, *quia perdidit virorem gratiæ*. Mentietur opus oliuæ; *quia de iusto dicitur*, Ego sicut oliua fructifera in domo domini: *Similiter & intelligendum est hoc quod dicit*, Et arua non afferent cibum. *Scilicet de cibo spirituali*. Abscindetur de ouili pecus, *&c. quia iam tempore illo desinet esse grex domini, sicut nec populus, vnde Dan. 9. g.* Occidetur Christus, & non erit ei populus qui eum negaturus est. E F

Du[...] ne[...] phet[...] turbab[...]

Tertia, quod illi conuersandum erat cum populo, qui occisurus erat Christum.

Iudæi in bonis operibus infrugiferi.

Consequenter propheta ex illis duobus consideratis scilicet, quorum vnum erat valde tristabile, scilicet afflictio passionis, & aliud magni gaudij & exultationis, scilicet fructus salutifer eius: inclinat se ad gaudium, quia perpetuum & indeficiens, & de hoc dicit, Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo: *quasi diceret, licet illam tristitiam considero quæ magna est, tamen quia transitoria, eam dimitto, & gaudebo in domino, quia est æternus*; Et exultabo in Deo Iesu meo, *Scilicet, in sua saluatione, quæ æterna est; & sequitur*, Deus dominus fortitudo mea, *Scilicet, ad tolerandum prolixitatem spei*, Et ponet pedes meos quasi ceruorum, *ad attingendum terminum desiderandum velociter*. Et super excelsa deducet me, *Scilicet super alta & superba, quæ huic saluti contrariantur: Et sic ero* victor in psalmis canens. *Et nota, quod vbi dicitur hic*, Victor in psalmis canens, *ponuntur similia verba, sicut in titulo quarti Psal. vnde istud canticum propriè est sicut vnus de Psalmis Dauid.*

Hoc canticum propriè est sicut vnus de Psalmis Dauid.

R. P. F. LEANDRI DE S. MARTINO ANNOTATIONES AD PROLOGVM IN SOPHONIAM PROPHETAM.

1 PRologus hic a maiori eius parte, Hieronymo inscribitur: Prima enim potiorque eius pars, quæ de persona prophetæ agit, desumpta est verbatim ex initio commẽtariorũ S. Hieronymi in hunc prophetam: altera pars, quæ ibi incipit, *Iosiam Regem Iudæ*, est ipsius glossatoris, qui prologos peculiares singulis prophetis præfigere voluit; redditque rationem cur sub Iosia rege Sophonias prophetauerit.

Vnde prologus hic desumptus.

2 Quantum ad personam prophetę, duo de illa docet, parentes ipsius, & virtutes, quas ex interpretatione nominũ, ipsius, & parentum ipsius deducit. In parentibus ipsius spectat eorũ nobilitatem, præsertim ex opinione Hebræorũ, qui opinantur, quotiescũque in titulis prophetarum ponuntur nomina parentum eorum, etiam illos ipsos parentes, fuisse prophetas: ac proterea Amos prophetam non nominasse in titulo prophetiæ suæ parentes, eò quòd nõ fuisset natus patre propheta, sed pastore caprarũ, quod ex ipsius Amosi testimonio cõprobatur.

An parẽtes Sophoniæ fuerint etiã prophetæ.

3 *Hoc si verum est*. Si vera est ea, quam diximus, Hebræorum traditio; Itaque eam non reiicit Hieronymus; quamuis nec absolute asserat; videtur tamen in eam inclinare; eaque supposita deducit nobilitatem prophetæ Sophoniæ; quippe quia nomine prophetico, vocatur enim propheta, & prophetali Spiritu ac munere ab ipso Deo imbuitur, *& gloriosa maiorum suorum stirpe*, quoniam & ipsi etiam, iuxta Hebrȩorum traditionem prophetæ extiterunt, *generatus*, seu procreatus est.

4 *Habuit enim*. Nominat hos omnes in ipso prophetiæ suæ titulo Sophonias: ac proinde ob rationem iam dictam, Patre, auo, proauo, atque atauo prophetis natus est; vt prophetiæ titulus ac spiritus fuerit ei quodammodo hereditarius; quæ proculdubio ad magnam pertinet generis claritatem. *Et talem quadrigam*, quadriga vocantur quatuor equi eũdem currum trahentes; hoc ergo nomine innuit quatuor illos Sophoniæ progenitores prophetas, quasi spiritum propheticum curru triumphali vectum

PROLOGVS SANCTI HIERONYMI IN SOPHONIAM PROPHETAM.

1 2 TRadunt Hebræi, cuiuscumque prophetæ pater aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque prophetas fuisse. Vnde & Amos vnum de duodecim prophetis, qui dixit, * Non sum propheta, nec filius prophetæ, sed pastor caprarum vellicans sycomoros: patris nomen in titulo non habere. 3 Hoc si verum est, Sophonias propheta, nomine (vt ita dicam) prophetico & gloriosa maiorum suorũ stirpe generatus est. 4 Habuit enim patrẽ Chusi,

* Amos 7. d.

☞ ctum trahentes; *ipse* propheta Sophonias, *velut extremus*, quintus A numero propheta post illos succedens, & quasi *auriga*, insidens quadrigæ illi, sicut gubernator, seu rector currus, aut quadrigæ; qui auriga dicitur; *compleuit*, numerum quinarium cum illis parentibus suis faciens.

Allegoria ex significatione nominum propriorū extructa.

5 *Nomen Sophoniæ.* Ex ipsa significatione nominum, quibus propheta, & maiores, seu parentes ipsius vocabantur, eorum merita virtutesque deducit: *Alij speculam, alij arcanum domini transtulerunt.* Si enim deriuetur à radice *tsapha*, quod est, speculatus est, seu prospexit, & *iah*, quod est proprium nomen Dei, *tsaphoniah*, tunc *speculam domini*; Si à radice *tsaphan*, occultauit, tunc occultum, seu arcanum domini, significabit. *Siue igitur* nomen Sophoniæ, *specula*, aut turris speculatoria à prima originatione; *siue absconditum*, aut arcanum *domini interpretetur*, aut exponatur; *Vtrumque*, id est vtraque nominis illius significatio *prophetæ* huic apte *conuenit*.

D Amariæ, qui fuit proauus Sophoniæ, *& de sermone domini*, de Amaria, *nata est magnitudo domini*, id significatur nomine Godoliæ, aui Sophoniæ; *& de magnitudine domini nata est humilitas*, quæ insinuatur nomine Chusi, patris huius prophetæ; quasi diceret, primo debet corroborari mens humana diuino lumine, antequam fiat ad eum sermo domini; facto autem sermone domini, iam magnificatur & dilatatur anima Deo plena, & ex eius prophetica functione apparet audientibus maiestas Dei per prophetam loquentis; ex illa autem animæ magnitudine in Deo, nascitur humilitas & contractio quædam suiipsius in se, agnoscentis à Deo venire omnem istam dignitatem, non à viribus humanis. *Vt cum peruenerit aliquis ad perfectū*, qualis est qui ad apicem contemplationis accessit, ac proinde meretur vocari Sophonias, speculator atrariorum Dei, qui supra humana omnia positus soli Deo contemplando intentus est; *dicat* cum Apostolo 1. ad Corinth. 13. *quia non sum dignus vocari Apostolus*; Et cum Dauide *illud* in Ps. 130. Domine non est exal. cor meū; neque elati sunt oculi mei. Qui enim ad veræ contemplationis, & amoris fruitiui calorem peruenit, clarissime videt animo, & agnoscit corde suo, nō suis viribus, sed diuinæ gratiæ auxiliis se peruenisse ad apicem illū perfectionis. Et hactenus prima pars huius prologi, quæ constat verbis S. Hieronymi. E

6 *Dicitur enim ad Ezechielem*. cap. 3. Probat, primam significationem, à *specula* desumptam, conuenire prophetæ.

7 *Et alio loco*; Amos 3. probat ex hac auctoritate, significationē secundam, ab *arcano*, seu *abscondito*, sumptam, etiam quadrare; B quia prophetis suis arcana sua solet Deus reuelare.

8 *Iste ergo propheta.* Duas illas significationes cuius prophetæ conuenientes, siue nostro Sophoniæ specialiter applicat, *qui erat in spelunca*, id est abscōditus, & in arcano positus, propter significationem posteriorē, *& in sublimibus constitutus*, propter priorem significationem, speculæ enim in turribus excelsis collocari solent. *Et nouerat mysteria domini*, arcana, & abscondita ab aliis hominibus, quæ Deus illi, vtcumque alias humili, & quasi in spelunca præ humilitate degenti, reuelauit. *Filius erat Chusi, qui interpretatur humilitas.* C respexit ad sonum vocabuli, non ad litteras substantiales. Nam Chusi, vel Husi, significat promptum, & paratum esse, ab *hhasah*, vel *hhus* cum littera hheth, & *samech*, aut subiectum, atque adeo humilem esse, ab *hhuzh*; cum *hheth* & *shin*; At vero nomen patris Sophoniæ, scribitur cum caph & shin: sonus autem *caph* litteræ proprius valde vicinus est sono litteræ hheth, seu Græcorum X. Ceterum si cum *caph* scribatur, significat Æthiopem, vel nigrū; quam deriuationem etiam in loco hoc commentarij sui posuit & explicauit latius S. Hieronymus, tamquam veram, & litteralem. Priorem autem, qua *humilitas* innuitur, elegit tamquam allegoriæ suæ (qua in laudem Sophoniæ ludit) aptiorem.

auum Godoliam, proauum Amariam, atauum Ezechiam, & talem quadrigam ipse velut extremus auriga compleuit. 5 Nomen Sophoniæ, alij speculam, alij arcanum domini transtulerunt. Siue igitur specula: siue absconditum domini interpretetur, vtrumque prophetæ conuenit. 6 Dicitur enim ad Ezechielem: Fili hominis, speculatorem domui Israel te posui. 7 Et alio loco, non faciet dominus quicquam, nisi reuelauerit seruis suis prophetis. 8 Iste ergo propheta, qui erat in spelunca & in sublimibus constitutus & nouerat mysteria domini, filius erat Chusi qui interpretatur humilitas. 9 Habebat quoque auum Godoliam, qui dicitur magnitudo domini, & proauum Amariam, qui & ipse vertitur in sermonem domini: 10 & atauum Ezechiam, qui sonat fortitudo domini. De fortitudine itaque domini natus est sermo domini, & de sermone domini nata est magnitudo domini, & de magnitudine domini nata est humilitas, vt cum peruenerit aliquis ad perfectum dicat, quia non sum dignus vocari apostolus: Et illud in Psalmis: Domine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei. 11 Iosiam regem Iudæ, cuius temporibus Sophonias prophetasse inuenitur, Deo præ omnibus regibus Iudæ placuisse, historia quarti libri Regum & secundi Paralipomenon demonstrat. 12 Iosias simulachra, quæ pater suus Amon, vel auus Manasses in templo Dei collocauerat, deiecta comminuisse monstratur. 13 In quibus etiam serpentem æneum à Moyse factum, quem errore inductus populus superstitione idolorum detentus admiserat. 14 Idem custodisse Pascha: & intermissis temporibus multis solus celebrasse 15 monstratur. Ideo Deus per prophetam temporibus memo-

Iosiæ regis pietas.

11 *Iosiam Regem Iudæ.* Hæc secunda pars huius prologi glossatoris (vt opinor) verbis pertexitur vt ostendat tēpus & occasionem huius prophetiæ. Tēpus fuit, quo regnauit Iosias, post captiuitatem Assyriā decem tribuū, & ante captiuitatē Babylonicam duarū tribuum, seu regni Iuda. Occasio fuit cōsolatio Iosue, cui, vt sanctissimo Regi, inseruit hæc prophetia in solatiū, dum gentibus hostiliter, opprimētibus Dei populum prędicit imminere vastitatem, & populo Dei sanctæq; F ciuitati restauratione temporalem, & spiritualem felicitatem per Christum. *Cuius temporibus Sophonias prophetasse inuenitur.* Sic enim ipse de se testatur in exordio suæ prophetiæ: atque adeo antequam Chaldæi in Iudæam irrupissent, quod primum fecere sub Iechonia filio Iosiæ.

9 *Habebat quoque* Sophonias *auum Godoliam, qui dicitur magnitudo domini*, *gadal* enim Græcis est, magnum esse, & *gódel*, magnitudo, maiestas: *gódel-iáh* maiestas, seu magnitudo domini: *& proauum Amariam, qui & ipse*, i. cuius ipsius quoque nomen *vertitur in sermonem domini*, amar enim Hebraice, est, *dixit*, sermonem habuit. *Et atauum Ezechiam, qui sonat* Hebræis id quod nobis Latinis *fortitudo domini*, hhazák, enim, est fortem esse, inde Iehhezkiáh, (quod nos vt nostris auribus mollius sonet, dicimus *Ezechiam*) fortitudo domini, vel dominus corroborabit.

Dispositio ad prophetiam necessaria.

10 *De fortitudine.* Positis nominum propriorum significationibus ex Hebræa etymologia, nūc superstruit allegoriam in laudē Sophoniæ; meritò itaque, *de fortitudine Domini*, ea est significatio Ezechiæ, qui erat Sophoniæ atauus, *natus est sermo domini*, ita significat nomen Amariæ,

12 *Iosias simulachra.* Tria recenset præcipua Iosiæ ex zelo diuini cultus profecta facinora memorabilia. Primum, quod omnia idola, & templa idolorum, quæ à patre suo Amon & auo Manasse fuerant erecta, prorsus destruxit.

13 *In quibus etiam serpentem æneum.* Secundum factum Iosiæ memorabile, quod serpentem æneum, quem Moses contra ignitorum serpentium morsus in deserto erexerat iussu Dei, in cuius rei memoriam vsque ad tempora Iosiæ custodiebatur: Iosias comminuit, eo quod populus *errore inductus*, tamquam aliquid diuinum in eo serpente fuisset, *superstitione idolorum detentus admiserat* eum in numerum idolorum suorum.

14 *Idem custodisse Pascha.* Tertium Iosiæ factū: Paschatis solemne festum, quod à multis temporibus intermissum fuerat, nec celebratum ab aliis ante ipsum regibus plurimis, ipse maxima cum solemnitate celebrauit. Vide hæc & alia clarissima pietatis eius indicia 24. c. 4. Reg. ac 34. ac 35. cap. 2. Paral.

15 *Ideo Deus.* Ostendit hac pietate regis commotum Deum, ipsum consolatum fuisse per prophetiam, tum aliorum prophetarum tum etiam Sophoniæ, qui *temporibus memorati regis* Iosiæ, *quæ prouentura erant*. i. euentura deinceps, *ostendit*. *Gentibus quidem lectione comprehensū.*

rati regis quæ prouentura erant ostendens, Gẽtibus quidem lectione comprehensis affuturum iudicium, populo verò Israël salutem, & ciuitati Ierusalem restaurationem, tunc temporis tribuendam textu lectionis denuntiauit.

A prehensis, i. quarum mentio in textu prophetiæ huius fit, *iudicium* & supplicium à Deo infligendũ; *populo vero Israël*, fidelibus Dei famulis *salutem*, temporalem & spiritualem per Christum, *& ciuitati Ierusalem restaurationem*; post captiuitatem Babylonicam per reducem populum, sed multo melius per Christum saluatorem, *tunc temporis tribuendam*, tempore per prophetam insinuato, post reductionem captiuitatis, *textus lectionis*, contextu huius prophetiæ, quam legimus. D

Incipit argumentum.

Hieron. ex epist. ad Paulinum.

SOphonias speculator & arcanorum Dei cognitor, audit clamorem à porta piscium, & eiulatum à secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaan; & disperierunt vniuersi, qui inuoluti erant argento. B E

CAPVT I.

a VErbum Domini. † ATHANASIVS in Synopsi. Hic propheta & Hieremias contemporanei fuerunt: nam vterque sub Iosia rege prophetauit. Factum est autem ad eum verbum domini, & prophetauit in Ierusalem & vniuersa Iudæa; prædixitque diem, in quo demolienda essent omnia idola, & nemora, futurusque esset fletus multus ac planctus. Prophetat quoque & de Saluatore & de resurrectione eius quam nostri gratia fecit. Deinde & contra Gazam & Ascalon, & Azoton, & Accaron; & contra Moab, & Ammon, & Damascum & Niniuen, & Æthiopas. C

Tempus & argumẽtum prophetiæ Sophoniæ.

HIER. in commen. In titulo, generatio prophetæ, & tempus notatur. Inter nomina patrum ponitur etiam Chusi, quod interpretatur Æthiops meus: in quo notatur, quod ille, qui quondam fuit Æthiops, versus est in pœnitentiam: Iuxta illud, *Aethiopia praueniet manus eius Deo*. Et rectè Sophonias, quasi filius Æthiopis, in consequentibus de pœnitentia scribit Æthiopum, dicens, *Trans flumina Aethiopiæ inde ferent hostias mihi*; *in diebus Iosiæ*; sicut dicuntur dies Eliæ hi, qui ab eo illuminati sunt: ita & dies Iosiæ, qui se leuauerunt ad Deum: quia Iosias eleuatio domini dicitur: & fuit vir iustus.

Chusi pater Sophoniæ. Psal. 97.

IBID. Simulque notandum, quòd hic non ponuntur reges Israel: sed reges Iuda tantum: quia iam decem tribus sub Ezechia ab Assyriis captiuatæ erant.

IBID. Prophetatur de euersione Ierusalem & de captiuitate Iudæ & Beniamin per Nabuchodonosor, quæ captiuitas interfecto Iosia, visa est incepisse: quia filij eius & nepotes non tam regnasse credendi sunt, quam ludibrio habiti ab Ægyptio rege & Chaldæis, & diuersis casibus cruciati. Et cum hæc captiuitas pro sceleribus populi immineret: ne populus dicat se per malos reges ad idololatriam cogi, datus est ei rex iustus: quo zelante zelum domini & populo in cultu idolorum perseuerante iusta iræ causa proferatur à domino. F

Iudæi non possunt totam idololatriæ suæ causam in suos reges impios reijcere.

IBID. Sophonias specula vel arcanum. In specula enim & in sublimi constitutus erat, secundum illud, *Fili hominis, speculatorem posui te domui Israel*. Et mysteria Dei nouerat: Vnde, *Non faciet dominus quidquam nisi reuelauerit prophetis suis*.

Ezec. 3. d. De nomine Sophoniæ. Amos 3. b.

b *Amon re. Iu.* IBID. Id est fides. Manasses post multa scelera, & post captiuitatem in Babyloniam egit pœnitentiam: vnde consecutus est Dei mei misericordiam, & ideo in argumentum fidei suæ, qua crediderat Deo, filium suum vocauit Amon.

c *Congregans ho.* † REMIGIVS. Diu expectauerat Dominus pœnitentiam Iudæ sub malis regibus, & quasi aliquam poterant habere excusationem, & dicere, Volumus seruire Domino, sed prohibemur à regibus nostris. Vnde dedit illis iustissimum regem Iosiam, qui

Iudæi non sunt imitati reges bonos in bono sicut fecerant malos in malo.

Incipit Sophonias Propheta.

CAPVT I.

¶ Hoc est.
a ¶ Æthiops meus, vel humilitas. b ¶ Magnitudo Dei. c ¶ Sermo domini.
a ¶ Fortitudo domini. b ¶ Eleuatio domini. c ¶ Fides.
a ¶ Non vltra tribuam locum pœnitentiæ, sed à facie terræ consumam omnia.
a ¶ Homines & pecus congregans.

a [1] VErbum domini quod factum est ad Sophoniam [2] filium Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ filij b [3] Ezechiæ, in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda. [4] Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit domi- c nus: [5] congregans hominem & pecus: congregans volatilia

Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lira super Sophoniam Prophetam incipit.

CAPVT I.

Diuisio.

1 VErbum domini. *Prophetia Sophoniæ in duas partes diuiditur, in procemium, & tractatum, qui incipit, ibi,* Congregans. *In procemio notificatur Sophoniæ status, genus & tempus: Status cũ dicitur,* Verbum domini quod factum est, &c. *Per hoc enim ostenditur ipsum fuisse prophetam* 2. *Petr.* 1. Non voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. *Et iste status est quasi medius inter Deum, & communem populum: propter quod prophetæ dicuntur dij participatiue, secundum quod exponit Saluator illud Ps.* Ego dixi dij estis, dicens *Ioan.* 10. *g.* Illos dixit Deos ad quos factus est sermo Dei. *Secundo, notificatur eius genus, cum dicitur,*

Status prophetalis medius inter Deum & homines. Psal. 81. b.

2 Filium Chu. &c. *Secundum regulam Hebræorum iste fuit propheta: eo quod exprimitur nomen eius in principio prophetiæ filij sui: sicut dictum est Isa.* 1. *Et idem est intelligendum de aliis tribus hic nominatis, licet non habeantur eorum prophetiæ. Et sic patet quod iste Sophonias non solum fuit propheta, sed de genere prophetali: quia pater eius, auus, & proauus, & atauus fuerunt prophetæ. Tertio, notificatur tempus, cum dicitur,*

Genus Sophoniæ.

3 In diebus Io. *Ex quo patet quod iste prophetauit ante tempus Babylonicæ captiuitatis.*

4 Congregans. *Hic consequenter ponitur tractatus: Qui diuiditur in duas partes, scilicet in partem comminatoriam; & consolatoriam, quæ incipit in* 3. *ca. Prima in duas, quia primo comminatur peccatoribus generaliter; Secundo, magis specialiter, ibi,* Et extendam. *Circa primum, dicit propheta in persona domini.* Congregans congre. *Et ista congregatio non est ad salutem, sed ad pœnam, quod patet ex fine huius partis, vbi dicitur,* Et disper. *Et hoc modo accipitur congregatio ab Habacuc* 1. *d.* Totum in hamo subleuauit, & congregauit in rete suum. *Et sic comminatur pœnam peccatoribus generaliter, cum dicitur,*

Diuisio.

5 Congregans. *Id est, homines peccatores ad pœnam; & quia bruta propter*

MORALITER.

1 *Verbum do. quod, &c.* Qui primo comminatur peccatoribus generaliter, di. *Congregans cong.* Per hominem ratione abutentem, intelliguntur contentiosi 1. Cor. 3. a. *Cum zelus & contentio sit inter vos: nonne homines estis & secundum hominem ambulatis?* Per pecus voluptuosi significantur; Vnde 1. Eth. Vita voluptuosa vita pecudum appellatur; Per volatilia vane gloriosi, qui petunt alta; Per pisces maris (quorum maiores deuorant minores) significantur homicidæ & raptores: & omnes isti congregabuntur in iudicio, vt comburantur in inferno, Isa. 24. d. *Congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere.*

† Homines cõtentiosi, voluptuosi, vane gloriosi, raptores & homicidæ.

† Et

qui eos exemplis & monitis voluit reducere ad cultum Dei: sed ipsi nihilominus in idololatria permanserunt. Quapropter iuste prophetatur eis, confusio Ierusalem, captiuitas populi, & victoria Nabuchodonosor. Non vltra inquit, ad pœnitentiam expectabo, sed omnia congregans consumam. Non homo, non pecus, non volatilia aut pisces remanebunt, iram meam etiam bruta sentient animalia.

Irrationabilia animalia percussa in pœnas rationabiliũ.

HIER. in commen. Etiam bruta animalia sentient iram Dei, & subuersis vrbibus, & interfectis hominibus, solitudo erit, & raritas bestiarũ, & volucrum. Et hoc ideo, quia impiorum fuit nimia multitudo, ideo vastabuntur. Potest & de consummatione sæculi accipi, quando homines & pecora & vniuersa deficient, & tolletur iniquitas à facie terræ.

Consummatio mũdi.

a *Et extendam.* † RVPERTVS in commen.

cæli & pisces maris: Et ruinæ impiorum erunt, & disperdam homines à facie terræ, dicit dominus.[4] Et extendam manum meam super Iudam, & super omnes habitantes Ierusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum cum sacerdotibus,[5] & eos qui adorant super tecta militiam cæli, & adorant & iurant in domino, & iurant in Melchom,[6] & qui auertuntur de post tergum domini, & qui non quæsierunt dominum nec inuestigauerunt eum.[7] Silete à facie domini Dei, quia iuxta est dies domini. Quia præparauit dominus hostiam, & sanctificauit

a ¶ Extensio manus gestum percutientis ostendit. a ¶ Auferam. b ¶ Custodes Baal, qui pauci de cæde hostium remanserunt. c ¶ Idolum Sidoniorum. d ¶ Qui fuerunt auctores idololatriæ. a ¶ Id est illos destruam, qui quondam sacerdotes domini, modo simul Deum & idola colunt. d ¶ Solem & lunam & alia astra. ¶ Simul. a ¶ Idolo Ammonitarum, & illos etiam destruam. ¶ Timore. a ¶ Ab imminente captiuitate. b ¶ Prope est captiuitas prophetata sub Iosia. c ¶ Captiuitatis & vltionis. a ¶ Subuersionem Ierusalem. a ¶ Vt sibi immolentur, quos dedicauit ad mortem, quasi: hæc hostia placet mihi.

fiteri; & sensum pacis habuisse. De tali Ierusalem disperdet Deus omnem superbiam, & falsos cultus in Deum, & variorum errores dogmatum, & mundo & Deo pariter seruientem, & per quotidiana peccata auersionem, à domino, & neglectum in Deum.

IBID. ALLE. Quando refrigescet charitas multorum, & ita abundabit iniquitas, vt filius hominis veniens, vix inueniat fidem in terra: tunc Deus percutiet eos, qui videntur sibi nomen domini confiteri: & ecclesiam, quæ à pace nomen habet, & auferet Baalim, qui interpretatur in sublimioribus, Id est tollet vanam gloriã, quæ versatur in ecclesia, & nomina eorum qui solo nomine dici episcopi & presbyteri gloriantur, & qui *adorant super tecta mi. ca.* qui eleuantur contra scientiam Dei, quidquid in mundo geritur ad ortus & ad occasus stellarum referentes, & eos qui adorant dominum & Melchon, qui duobus dominis simul volunt placere, Deo & mundo: qui perdito lege Deo, habent regem mundum & hominem; & eos qui per mala opera declinant à domino, & non requirunt eum per pœnitẽtiam.

Matt. 24. b. Luc. 18. b.

Iudicium quod in cõsummatione sæculi adducet Deus super omnes peccatores.

C Hoc vt dictum, ita & factum est postmodum per regem Nabuchodonosor & exercitum Chaldæorũ. Septem autem sunt enuntiationes, quo numero plerumque vniuersitas significari solet, quarum prima est, *Et disperdam de loco reliquias Baal*, Septima. *Nec inuestigauerunt Dominum.* Et si reciprocato ordine considerentur (hoc modo, Non inuestigauerunt Dominum; & non quæsierunt eum, & auerterunt de post tergum Domini, & iurãt in Domino & in Melchon, & adorant super tecta militiam cæli, & nomina habent æditĩorum: & colunt Baal) semper malo præcedenti, id quod sequitur deterius est. Septem igitur enuntiationibus malorum omnium, maiorum atque minorum declamata est vniuersitas atque diuersitas, propter quæ tunc iram Iuda & Ierusalem commeruit, vt super habitatores eius manum suam extenderet Dominus, qui hæc dicit.

Septem mala grandia, quæ iram Dei & perniciem Iudæ attulerunt.

IBID. Post ruinas impiorum, & iniquorum ablationes, contra Iudam & Ierusalem dominus loquitur: Iudas enim & Beniamin in templo domini statuam Baal posuerunt, & in eodem sanctuario, idola similiter, & Deum venerati sunt, vnde idolorum sacerdotes, non sacerdotes sed æedituos & phanaticos appellat. Per Iudam & Ierusalem, secundum interpretationem, potest accipi anima cuiusque, à qua aufert dominus omnia prædicta, vel in consummatione sæculi, vel in fine cuiusque, cum videretur Deum confiteri,

De anima peccatrice.

b *Auertuntur de post.* IBID. Qui relinquentes cultum eius, iurant in Melchom, & adorant militiam cæli.

c *Silete à facie.* IBID. Iam prophetata captiuitate, cunctis imperat silentiũ, incutiens maiorẽ timorem ex vicinitate ipsius captiuitatis.

† REMIGIVS. Omnis terra sileat, reuereatur, contremiscat diem Domini. Iuxta litteram intelligimus tempus captiuitatis & vltionis in populum Iudæorum. Præparatum autem populum *hostiam* dicit, qui in tempore vindictæ velut hostia mactandus erat. *Vocatos* autem Nabuchodonosor & Chaldæos debemus accipere, quos vocabat ad puniendos peccatores. Nam & per Ieremiam eum seruum suum dicit.

Chaldæi excitati à Deo vt fudam punirent. Ierem. 25.

HIER. supr. TROPOL. Omne tempus ad comparationem æternitatis breue est; vel, exitus singulorum cito venit, ait ergo: Timeant omnes ne irata Dei facies puniat eos, vel in exitu cuiusque, vel in communi iudicio: & si iusti volueritis esse, non est vobis timẽdum, quia imperauit dominus & in veteri testamento figurales hostias ad remedium, & in nouo sanguinem Christi mundatorem omniũ, per

Nullum tẽpus ita condidit Deus vt nõ possint in eo homines iustificari.

NICOLAVS DE LIRA.

pter hominem facta sunt, ideo comminatur quod hæc pœna extendi debeat ad ipsa, cum dicitur, Et pecus, &c.

1 Et extendam. *Hic consequenter comminatur peccatoribus specialiter. Et primo Iudæis, Secundo populis extraneis, capitulo sequenti. Prima diuiditur in quinque partes, quia primo fit comminatio sacerdotibus, Secundo principibus, Tertio, vulgaribus, Quarto se occultantibus, Quinto concluditur tribulationis pondus, Partes patebunt prosequendo. Ista tamen diuisio non est ita præcisa, quin de sententia vnius partis ponatur aliquid in alia: sicut fit communiter in diuisionibus aliis prophetarum. Circa primum dicitur in persona Dei,* Et extendam manum meam super Iudam. *Ad puniendum eius populum peccatorem.*

Diuisio.

2 Et super omnes habitant. Ieru. *Quæ erat metropolis Iudæ, & ibi vigebat vitium idololatriæ, in quo magis erant culpabiles sacerdotes, qui tenebantur illud extirpare, & diuino cultui intendere. Ideo subditur,*

3 Et disperdam de. *Id est, idololatriæ cultum.*

4 Et

4 Et nomina æedituorum, *Æditui dicuntur custodes loci idololatriæ quasi ædem tuentes*

Æditui.

5 Et eos qui adorant sup. te. militiam. *Id est, solem & lunam aliosque planetas. Tecta enim domorum illius terræ erant plana, ideo ibi ascendebant idololatræ ad videndum & colendum plenius sydera.*

Idololatria in tectis domorum.

6 Et iurant in. *Quia simul cum domino colebant idola, & in eorum reuerentiam iurabant per ipsa.*

7 Et qui auertuntur, *Et legem & cultum demittentes.*

8 Silete à facie, &c. *Id est, silebitis sicut deiecti & confusi.*

9 Quia iuxta est dies domini, *id est, tempus suæ vindictæ.*

10 Quia præparauit dominus hostiam, *Id est, populum Iudæ ad occisionem.* 11 Sanctificauit voca *In Hebræo habetur,* Præparauit, *verbum enim Hebraicum hic positum æquiuocum est ad præparare, & sanctificare: Hebræi sequuntur vnam significationem, & translatio nostra aliam. Possunt etiam dici isti vocati à Deo sanctificati, id est, applicati ad executionem diuinæ iustitiæ, & isti fuerunt Chaldæi.*

Et

MORALITER.

† 1 *Et extendam.* Hic propheta comminatur peccatoribus specialiter. Et primo sacerdotibus, cum dicitur, *Et extendam manum meam,* Ad puniendum.

3 *Et disperdam, &c.* Per Baal, qui deuorator interpretatur, gula significatur; Per reliquias eius, luxuria, quia semen coitus est de superfluo alimenti: ideo dicit Hier. *Venter & genitalia sunt membra propinqua, & ex vicinitate membrorum designatur vicinitas vitiorum.*

Gula seminarium est luxuriæ.

4 Et

4 *Et nomina, &c.* Æditui dicuntur quasi tuentes ædem. Et ideo significant caupones & lenones, qui præbent ædem gulosis & luxuriosis. Per sacerdotes, intelliguntur mediatores & mediatrices fornicariæ communionis.

Lenones.

5 *Et eos qui ador. &c.* Isti sunt vane gloriosi semper tendentes ad superiora.

Vane gloriosi, duplices & apostatæ.

6 *Et iurant, &c.* Isti sunt falsi & duplices duabus viis ingredientes.

7 *Et qui auertuntur.* Isti sunt apostatæ à fide vel religione.

† Et

A per quem saluantur & sanctificantur vocati ab æterno; vel, per sanguinem Christi sanctificantur apostoli, & ceteri qui per eos sunt vocati.

Potest dici quod sanctificauit Babylonios in vltionem peccantis populi, vindicantes Dei iniuriam.

a vocatos suos. [8] Et erit in die hostiæ domini visitabo super [1] b principes & super filios regis, & super omnes qui induti sunt [2] † [3] veste peregrina. [9] Et visitabo super omnem qui arroganter in- [4] c greditur super limen in die illa, qui complent domũ domini [5] d Dei sui iniquitate & dolo. [10] Et erit in die illa dicit dominus, [6] vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda, & contri- [7] [8] e tio magna à collibus. [11] Vlulate habitatores pilæ. Coticuit om- [9] [10] [11] nis populus Chanaan, disperierunt omnes inuoluti argento. [12]

Interlinear: a Captiuitatis Iudaicæ, quando totus populus immolandus est. — a Qui mane bibebant siceram. — b Vel omnes de regia stirpe, vel proprie filios Iosiæ. — c Qui pro cultu Dei venerati sunt Idola. — a Superbos, qui quodam fastu & dignitatis supercilio gradus templi, & sanctuarii limen ascendunt. — a LXX. qui sunt in vestibulis, i. qui egressi sunt de ecclesia propter peccata. — b Non solum idolorum cultu, sed & etiam omni genere propriæ iniquitatis & dolo ad decipiendos subiectos implent domum Dei. — a Quando extenta manu Dei super Ierusalem hostilis exercitus eam vallauerit. — a Propter clamorem dicentium, Sanguis eius super nos & super fil. no. circumdata est à Romanis Ierusalem cuius captiuitatis typum præcesserat captiuitas per Nabuchodonosor. — a Peribunt qui tantas habent diuitias vt eis putent se indutos & septos.

Dies hostiæ domini quid hic sit. a *Et erit in die hostiæ.* † REMIG. Dies hostiæ domini tempus est Iudaicæ captiuitatis, quando omnis populus immolãdus erat ab hostibus. Tunc visitauit dominus super principes, & super filios regis Iosiæ, quos B omnes vel constat captos fuisse, vel occisos.

b *Et super omnes qui induti sunt veste peregrina*, id est, exotica vel pretiosa.

HIER. in commen. Mystice, visitabit Deus in die hostiæ filij sui super pontifices Iudæorum, & super regiam domum, quia vsque ad illud tempus fuerunt reges de Dauid, sed post hanc hostiam defecerunt, quia induti sunt veste peregrina, qui recesserunt à protectione & indumento Dei errore suo operti. Possunt hæc de die iudicij accipi, quo puniet dominus principes, qui lac comedunt, nec salutem gregis curant; & qui iactant se esse filios regis Christi, & qui induti sunt non Christo, sed indumento veteris hominis. i. vitiis, & per hoc eiecerunt se de ecclesia, traditi Sathanæ, & omnes qui sceleribus contaminant ecclesiam. Possunt hæc etiam de anima cuiusque intelligi, cuius sensus & cogitatio debet esse hospitium regis Dei; qui induit se vestimentis diuersorum vitiorum, & implet templum corporis sui iniquitate & dolo.

De die iudicij & de eis qui in illo durius habebunt. Colos. 3. b. C *De anima peccatrice.*

†† THEOD. Vestimenta *peregrina* quidam ex latrocinio & rapinis parta esse dixerunt, quidam ad summam libidinẽ confecta: etenim in peccatis viuentes viri mulierum vestimenta induunt, & mulieres pariter libidini innutritæ, virorum vestes. Mihi vero aliud sermo hic designare videtur, nam lex vetat vestimenta ex lino & lana contexta: Iam vero qui diuitiis sese efferrent, & deliciis diffluerent, verisimile est finitimorum vestes imitatos fuisse, & in locum vestimẽtorum ex lino contextorum, ex purpura ornatum, elaboratum & artificiosum induisse, id quod contra traditionem legis diuinæ fuit.

D *Quid his vestis peregrina dicatur.*

c *Ingreditur super limẽ.* IBID. Iuxta Hebraicam veritatem, *qui transiliunt limen*, quod historice sic dicitur, puniam illos qui, iuxta librum regum, non calcant limen idolorum superstitionibus seruientes.

Superstitio nolentium tangere limen tẽpli. E

d *Et erit in die illa dicit dominus, vox cla. à por. pis. & vlu.* HIERON. in com. Porta piscium vocatur, quæ ducit Diospolim, & Ioppẽ, & vicinior est mari; *à secunda* signat portam secundi muri in eodem climate. *à collibus* de monte Sion, & de excelsiori parte vrbis, qua ab hostibus occupata facilior descensus erit ad prona. Multi ad Babyloniorum tempora hæc referunt.

Reg. 15. b. *Porta piscium & Secunda.*

IBID. Prima porta oculorum, qui aperiuntur ad concupiscendum. In iudicio ergo, cùm aperientur libri, tota imago antiquorum scelerum exhibebitur ante oculos eorum. Post clamorem huius portæ sequitur vlulatus secundæ, id est, aurium. In his duobus sensibus maxime peccat homo, & punietur, videns & audiens totum ordinem suorum malorum; hoc terrore contereretur quidquid in homine fuerit excelsum.

F *Per oculos & aures frequenter peccatur.*

IBID. Vel in fine mundi, *A prima porta piscium* lugebunt, qui suum non seruauerunt baptisma; *à secunda* qui non egerunt pœnitentiam de peccatis; & tunc conterentur, quia noluerunt humiliari; Per has duas portas introitur, vel reditur ad ecclesiam.

e *Vlulate habitatores pilæ.* HIERONYMVS. in comment. Descripto clamore qui erit in superiori porta vrbis, supponit & de valle Siloe, quam comparat pilæ, id est vasi in quo tunduntur fru-

Pila.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erit. *Hæc est secunda pars, in qua comminatur principibus, cùm dicitur*, Et erit in die hostiæ, *id est, occisionis peccatorum, secundum ordinem diuinæ iustitiæ.*

2 Visitabo super principes & super filios regis. *Principes enim Sedechiæ, & filios eius fecit Nabuchodonosor occidi, & oculos eius erui. 4. Regum vltimo.*

3 Et super omnes qui induti sunt veste peregrina. *Id est, vestibus cultui alienorum deorum deputatis, talibus enim vtebantur sacerdotes Iudæorum aliquando, quia cum domino etiam idola colebant, vt prædictum est.*

Vestis peregrina.

4 Et visitabo super omnem qui ar. ingre. sup. *Ingrediens domum domini magis ad suam pompam, quam ad Dei reuerentiam. In Hebræo tamen habetur*, Super omnem transilientem limen, *quia aliqui volentes sacerdotes Dagon & eius cultores imitari, qui non calcant super limen templi Dagon. 1. Reg. 5. Sic, ingredientes templum domini, limen transiliebant absque eius calcatione, secundum quod dicit hic Ra. Sa.*

Sacerdotes limen tẽpli transilietes.

5 Qui complent domum domini Dei sui iniquit. *Ibi tractantes negotiationes, & consimilia (vt patet Ioan. 2.) quæ habent iniquitatem & dolum annexa.*

6 Et erit. *Hæc est tertia pars, in qua comminatur vulgaribus, dicens,*

7 Vox cla. à por. pi. *sic nominata, quia respiciebat mare, & per illam pisces inferebantur in Ierusalem, & erat in muro exteriori.*

Porta piscium.

8 Et vlulatus à secunda, *id est, à porta sibi correspondente in muro secundo.*

9 Et contritio magna à collibus, *id est, à monte Sion, in quo erat templum & domus regia, quæ claudebantur tertio muro. Triplicem enim clausuram fecit Salomon in Ierusalem, & per ista ostenditur quod totus populus ciuitatis esset affligendus in omni parte.*

Triplex clausura Ierusalem.

10 Vlulate habitatores, *id est Ierusalem, (vt dicunt expositores nostri communiter) quæ dicitur pila, eo quod est in medio Iudææ, sicut pes pontis, qui pila dicitur, in medio eius. Vnde versus*, Est pila pes pontis, pila ludus, pila taberna. *In Hebræo habetur*, Habitatores hamachthes *& sonat* profundum *in Latino. Et dicit Ra. Sa. quod illa est ciuitas quæ vocatur Tyberias, nominata profunda, eo quod est in demissiori loco Iudææ.*

Pila.

11 Conticuit omnis populus Chanaan, *id est, Iudæorum siue Iudææ, quia ibi habitauerunt Chananæi ante filios Israel, & quia filij Israel secuti sunt mores Chananæorum.*

12 Disperierunt omnes inuoluti argento, *id est, pleni diuitiis male acquisitis, quæ inuoluunt homines peccatis, secundum illud 1. Timo. 6. b.* Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum & tentationem diaboli & desideria multa, &c.

MORALITER.

† 1 *Et erit in.* Hîc comminatur principibus mundi, per quos significantur spiritus maligni, qui dicuntur principes & potestates. Ephes. 6. *Et erit in die hostiæ domini.* Hæc dies Parasceue potest dici, in qua Christus fuit immolatus, qui bene fuit hostia domini.

Spiritus maligni.

2 *Visitabo super principes*, scilicet, tenebrarum, qui tunc fuerunt debellati.

† *Et super filios regis*, scilicet, æterni, qui tunc de limbo fuerunt liberati.

3 *Et super omnes, &c. vest. pere.* id est, alienati à fide Christiana.

4 *Et vi. super om.* scilicet, ecclesiæ intrusus per potentiam sæcularem, de quibus subditur,

De eo qui male consecutus est dignitatem Ecclesiasticam.

5 *Qui complent domum.* Quia malè intrant, & pessimè gubernãt; Et quoniam dolent boni de malis, subditur,

7 *Et e. vox cla. à porta piscium.* sic nominata, eò quòd erat versus mare, & ideò significat amaritudinem doloris.

8 *Et vlulatus à secunda.* Quia quanto magis reiterantur, & multiplicantur, tanto magis dolor augetur.

10 *Vlulate habitatores Pila.* id est, tabernæ. vnde versus:

Est pila pes pontis, pila ludus, pila taberna.

Pila quot significet.

Per istos significantur ebriosi, quibus nisi pœniteant, reseruatur pœna inferni.

11 *Conticuit omnis populus Chanaan, &c.* Quæ interpretatur mercatio. Ideo per hoc significantur simoniaci, qui non habent frontem coram Deo loquendi.

Ebriosi & Simoniaci.

12 *Disperierunt omnes inuoluti argento.* scilicet, male acquisito.

frumenta, quia de porta piscium, & de secunda, & de collibus A proruens exercitus contundet inferiora loca; Chanaan vocat populum Iudæorum, vnde, *Semen Chanaan, & non Iuda. Vlulate.* Vocantur ad planctum qui in ima scelerum suorum sunt demersi. Quòd dicitur, *Conticuit omnis populus.* signat in die iudicij cessaturam blasphemiam eorum, qui in cælum posuerunt os suum; *Chanaan*, commotio: hoc nomine vocantur Iudæi, quorum pedes numquam fixi sunt super petram.

Dan.13.f. Psal.72.b. Iudæi hic dicuntur populus Chanaan.

a *Et erit, &c.* HIER. in com. Captiuitatis per Babylonios vel Romanos, quando nullum peccatum eorum, qui legem Dei dimiserunt, impunitum remanebit, quia B nullus remanebit absconditus, nec in cloacis, nec in speluncis, in quibus reges & sacerdotes se timore mortis absconderunt.

* Amos 5.c. Captiuitas Babylonica vel Romana. * Iere.50.a. Iohel.1.a. Amos 5.a.

b *Scrutabor Ierusalē.* IBID. Tempore iudicij scrutabitur Deus cum lucerna ecclesiā suam, & puniet contemptores mandatorum suorum, qui, quasi cum ratione se peccare dicentes, blasphemant Deum, dicentes, quòd nec præmia, nec pœnas possit reddere, & illis in cæcitate depressis opponet lucernam verbi sui & rationis, quia omnia in medium vitia proferet.

Iudicium Dei super blasphemos

† REMIGIVS. Quum Chaldæi vel Romani venerint, ceperintque Ierusalem, tunc scrutabuntur lucerna omnia loca ciuitatis in quibus abscondi potuerunt, etiam cloacas & obscuras speluncas, vt nullus possit effugere. Hoc, qui subuersionem factam à Romanis C legerint, ita factum inuenient.

† BERN. ser. 55. in Cant. Dabo operam, nec lolia pro granis, nec paleas cum granis offerre. Scrutabor ego vias meas & studia mea, quo is qui scrutaturus est Ierusalem in lucernis, nihil inscrutatum in me siue indiscussum inueniat. Neque enim iudicaturus est bis in idipsum.

Examen sui ipsius.

c *Qui dicunt in cordib.* HIER. in com. In die iudicij, vel morte cuiusque, quod male erigebatur contra Deum, vastabitur; vt cessent à malo opere membra, quibus prius non bene vtebantur: & domus, quas ædificabant in sanguine destruentur: & non in leprosa domo, sed in bene ædificata habitabitur. Et quia plantabant vineas Sodomorum & non Dei, ideo non bibent vinum earum, vt inebrientur cum Ioseph in meridie; His prope est dies domini ad comparationem æternitatis, vel quia mors vniuscuiusque consummationem mundi facit. In vtraque captiuitate exercitus Iudæorum cæsus est, domus dirutæ sunt, agri vineæque vastatæ. Et cum dicerent ad prophetas, Quod vos comminamini post longum tempus D eueniet, dominus veloci plaga citò eos percussit.

a b ¹² Et erit in tempore illo, scrutabor Ierusalē in lucernis, & visitabo super viros defixos in fecibus suis, qui dicunt in cordibus suis, Non faciet bene dominus, & non faciet male. ¹³ Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum.* Et ædificabunt domos, & nō habitabunt, & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. ¹⁴ Iuxta est dies domini magnus, iuxta est & velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. ¹⁵* Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarū & caliginis, dies nebulæ & turbinis, ¹⁶ dies tubæ & clangoris, super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. ¹⁷ Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia domino pec-

(Interlinear glosses: a Confidentes in viribus suis, quæ fecibus comparantur vel peccatis. b Calumniantur Dei prouidentiam, dicentes, quod nec bonis bona, nec malis mala possit reddere, sed omnia casu regantur. a Si quis latronis, vel furis, vel piratæ fortitudinem diripit, dum infirmos reddit, prodest illis sua infirmitas. a Immundas, & ideo non habitabunt. Sodomorum. a Cui nullus potest resistere. Erit. a Vbi vix sunt parua vestigia ruinarum. a Præ magnitudine pressuræ ignorabunt quid agent. b Et hoc ideo. c Propter crucem domini sustinuit Ierusalem hæc mala.)

d *Et erit fortitudo eorum, &c.* † REMIGIVS. Manifeste de Iudæis dicitur, quorum fortitudo & omnis exercitus captiuitatis tempore in direptionem data sunt, & domus destructæ, & agri & vineæ vastatæ. Nec prolongata est vltio, aut semper expectauit patientia Dei: sed velociter restituit eis, quod merebantur.

e *Iuxta est dies do.* HIERON. in com. In consummatione sæculi, vel in exitu cuiusque, dies domini erit *amara* his, qui male fortes fuerunt, cùm etiā iusti per ignem saluentur; *dies miseriæ*, cùm dicēt, E Væ nobis, quia miseri sumus; *dies tenebrarum*, quia eos, qui lucem oderunt, tenebræ sequentur; *dies nebulæ & tur*, veniet super eos tempestas Dei, vnde & nouissima tuba Dei terrebit eos. *Super ciuitates*, quas munierunt multitudine peccatorum, & *super angulos*, id est, peruersa opera & erecta erit ira Dei: vnde & arguuntur Pharisæi, qui adorant in angulis platearum, à via Dei, quæ arcta & directa est, declinantes, & tortuosos angulos sectantes. *Iuxta est dies domini.* Dies vtriusque captiuitatis amara, quia ad amaritudinem Deum prouocauerunt: & ideo non solum imbecilles, sed fortissimi viri deprimentur, & qui lumen Dei respuerunt tenebris obuoluentur, & qui noluerunt solemnium dierum audire tubas, audient tubas bellantium. De excidio munitarum ciuitatum, & excelsorum angulorum Iudææ, plus oculis quam scriptis potest cognosci. F

Quam dura erit peccatoribus in die mortis & in die iudicij.

Domini dies terribilis & nunc & in futuro.

† RVPERTVS in com. O quantus clamor & exclamatio, quàm vehemens omni homini, nisi ei qui surdus est, qui non habet aures audiendi. Qualis erat visio mentis, cuius tanta est acrimonia vocis? Beatus Papa Gregorius rectè ad vim clamoris huius attonitus, Pensate, inquit, fratres Charissimi, ad conspectum tanti iudicis, quis in illo die terror erit, quando iam pœna remedium non erit! Quæ illa confusio, cui reatu suo exigente contigit, in conuentu omnium hominum angelorumque erubescere! Qui pauor, eum quem tranquillum mens humana capere non valet, & iratum videre! Quem diem intuens propheta, ait, *Dies iræ dies illa, &c.* Pensate ergo fratres extremi iudicij diem, super corda reproborum, qua asperitate propheta vidit amarescere, quem tot appellationibus non valet explicare, &c.

Li.17.moral. c.23. Terror nimius quem secum adducet dies iudicij.

f *Et tribulabo homines.* HIER. in com. In fine sæculi, vel cuiusque, tribulabuntur, qui vt homines vixerūt, & vt homines mortui sunt: &

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erit. *Hæc est quarta pars in qua comminatur propheta latentibus, dicens,*

2 Scrutabor Ieru. *quia capta ciuitate, Chaldæi cum luminaribus quærebant absconditos in locis subterraneis & obstructis.*

3 Et visitabo, *inferendo pœnam,*

4 Super viros defi. in fe. suis. *id est obstinatos in peccatis suis;*

5 Qui dicunt in cordibus suis, *male de Deo sentiendo,*

6 Non faciet bene dominus, *suis cultoribus.*

7 Et non faciet male. *suis contemptoribus. Ceciderant enim in errorem illorum, qui dicunt, prouidentiam diuinam non extendi ad hæc inferiora, ex quorum persona dicitur Iob 22.b.* Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat.

Error eorū qui asserunt diuinam prouidentiā non extendi ad hæc inferiora.

8 Erit fortitudo eorum, *id est, diuitiæ eorum. Vnde in Hebræo habetur,* Substantia eorum. In direptionem, *Chaldæis.*

9 Et domus eorum in desertum, *Habitatoribus eorum occisis, vel captiuatis. Ideo subditur,* Et ædificabunt do. &c.

10 Iuxta est. *Hæc est pars quinta, in qua concluditur pondus tribulationis imminentis, cū dicitur,* Iuxta est dies domini mag. *magnitudine sua vindictæ.*

11 Vox diei domini amara. *quia omnes clamabunt præ amaritudine angustiæ.*

12 Tribulabitur ibi fortis. *Et multo magis alij.*

13 Dies iræ, *id est, dies vindictæ.*

14 Dies tribulationis. *Exterius.*

15 Et angu. *interius.*

16 Dies calamitatis. *id est, luctus.*

17 Et mise. *id est, cuiuslibet boni defectus.*

18 Dies tene. *q. d. tanta erit tribulatio, quod nullus poterit videre locum fugiendi seu abscondendi se.*

19 Et turbi. *id est, impetus Chaldæorum omnia rapientis.*

20 Dies tubæ. *Chaldæos ad bellum incitantis.*

21 Et su. angulos exc. *Id est, turres excelsas, quæ solent fieri in murorum angulis.*

22 Et ambulab. vt cæci, *id est, incidentes in periculis vndique, sicut cæcus ambulans cadit in foueam, & impingit ad lapidem. Et subdit causam,*

23 Quia domino pecca. *Multipliciter, vt patet per supradicta.*

1 Et

MORALITER.

† 2 *Scrutabor Ierusalem in lucernis*, quia nuda & aperta sunt omnia Dei oculis: propter quod nullum bonum remanebit irremuneratum, nec malum aliquod impunitum.

Omnia Deo sunt nota.

3 *Et visitabo super viros defi. &c.* id est obstinatos in malis.

5 *Qui dicunt in cordibus su. &c.* Credunt enim, quod Dei prouidentia se non extendat ad hæc inferiora. Ideo subditur eorum pœna, & primò temporalis, cùm dicitur,

8 *Et erit fortitudo eorum in di.* Et secundò, æterna, cùm dicitur,

10 *Iuxta est dies domini.* Id est condemnationis æternæ, quæ fit particulariter in morte cuiuslibet, & fiet generaliter in iudicio generali. Et acerbitas pœnæ cùm subditur,

13 *Dies iræ dies illa.* vsque ad finem cap. Et applicari potest littera de facili.

Prouidentiam Dei negantes.

& qui perdiderunt lumen virtutum, ibunt vt cæci, non inuenientes lumen pœnitentiæ. Qui peccauerunt domino, dum relinquentes iustitiam, & alias virtutes, quæ Dei sunt, & iniustitiam & alia vitia secuti sunt.

a *Et eff.* HIER. in com. Per *sanguinem* accipitur vitalis anima, qua vegetatur, & sustentatur, & viuit homo: quã qui effundit, vel per scandalũ, vel per peruersam doctrinam, in iudicio effundetur ab eo, & cogetur amittere quod sibi videbatur habere vitale. Ridiculum autem videretur, si in resurrectione sanguis cuiusquam effundendus diceretur: In consummatione ergo, vel generali, vel speciali, sanguis, qui effusus est, clamabit ad Deum, & apparebit in medio, & opera sanguinis, & terrena sicut puluis iacebunt & stercora, in illo die, quo diuites coguntur ex necessitate diuitias amittere, per eas liberari non poterunt, quia omnia terrena zelo Dei deuorabuntur.

Effusio sanguinis quid hic sit?

IBID. Diuites, qui magna iniquitate congregauerunt diuitias, per eas non poterunt liberari: quia ignis zeli Dei succensus contra eos totam terram deuorabit, nec longum tempus in medio, quia post xlij. annos facta est consummatio, non solum in Ierusalem, sed cunctis Iudææ terram inhabitantibus.

Consumptio male congregatorum.

IBID. Dum ex zelo punit Deus, ostendit se amare humanam animam: nisi enim amaret, non eam zelaret, sed nec in similitudine mariti peccatum vxoris vlcisceretur.

Amorem Deus ostendit dum punit.

a ¶ Prius fundendo sanguinem prophetarum, postea Christi, & ideo sanguis eorum effundetur in tota regione. b ¶ Ita viliter quasi puluis. c ¶ Insepulta super faciem terræ.

cauerunt, Et effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora.[18] Sed & argentum eorũ & aurum non poterit liberare eos in die iræ domini. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram.

a ¶ Qui se totos terrenitati dederunt, nec sunt aduenæ & peregrini in mundo.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et effun. *id est, quod tota erit operta sanguine.*

2 Et cor. *id est, dimittentur insepulta.*

3 In igne. *id est, vindicta Dei.*

4 Deuo. omnis terra. *scilicet, Iudæa, de qua loquitur propheta.*

CAPVT II.

a C*Onuenite, cong.* HIER. in com. Post descriptionem malorum futurorum in vtraque captiuitate, prouocatur populus ad pœnitentiam.

Vide clementiam Dei, post comminationem prouocat ad pœnitentiam, ne faciat quod cõminatus est.

Propheta, ostensa imminente ira, docet quomodo declinari illa possit.

† RVPERTVS. Hoc officium, & hic mos est speculatoris fidei, legati fidelis, vt non contentus sit clamasse, quod viderit, vel nuntiasse cui rei legationem susceperit: verum etiam superimpendat spontaneum quippiam sermonis hortatorij, per quod auditorem faciendo beneuolum, ad cautelam necessariam properet excitare, quæ magna pars est boni adiutorij. Sic Paulus, *Adiuuantes* (inquit) *exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, &c.* Sic iste, vbi speculatoris more prophetico ore clamauit quæ vidisset mala ventura, primum in partibus, deinde in vniuersitate mundi, quasi demissa paulùlum declamationis vehementia, suauius incipit, & hortatur his verbis, *Conuenite, & congregamini*, subauditur, conuentu & congregatione, qua Deo creatori coniungi possumus, & debemus, &c.

2. Cor. 5.

HIER. in com. ALLEGORICE. Multitudini credentium dicitur, Conuenite in ecclesiam, sociamini charitate & pace, ô Gentes, quæ non placetis Deo, cum disciplina, & mandata eius vobis non placeant: sed agite pœnitentiam, antequam ex præceptione Dei veniat dies iudicij, in quo erunt mali sicut puluis pertransiens, quo tempore non erit locus pœnitendi, sed recipiendi quod Deus intulerit iratus. Potest etiam hæc aptari vnicuique de sæculo transeunti.

Pœnitentia agenda est dũ viuimus & valemus.

b *Quæri.* IBID. O custodes meorum præceptorum, qui ad mei imitationem in mundo humiliati estis, qui iudicium Dei in mansuetudine operati estis, quærite iustum, *cui pater dedit omne iudicium*, quærite mansuetum, vt quidquid in vestra mansuetudine minus est, ab eo, qui fons mansuetudinis est, impleatur.

Exhortatur ad iustitiam & mansuetudinem. *Ioan. 5. d.*

CAPVT II.

a ¶ In vnum locum. b ¶ In vnam voluntatem eadem charitate copulati. ¶ Non digna Dei amore.

C[1]Onuenite, congregamini[2] gens non amabilis,[3] priusquam pariat iussio[4] quasi puluerem transeuntem diem,[5] antequam veniat super vos ira furoris domini,[6] antequam veniat super vos ira indignationis domini.[7] Quærite dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati, quærite iustum,[8] quærite mansuetum, si quomodo

a ¶ Antequam impleatur, quod prophetatum est, antequam præceptum Dei præparet sibi diem, in quo effectus præcepti sequatur: qui tam facile veniet sicut puluis pertransiens.

a ¶ Ideo hoc, vt aliquo modo possitis vitare, vos mansueti & iusti, captiuitatem quæ per Nabuch. vel Romanos inferenda est Iudæis: quæ tanta erit, vt potentissimas vrbes Philistinorum vobiscum opprimat.

Quæri. ALLEGORICE. Quærant mansueti ecclesiæ dominum, vt in consummatione mundi, vel exitu vniuscuiusque, protegantur contra iram Dei, quia diuersi mali diuersis malis punientur. Hoc dicit *Gaza*, quod dicitur fortitudo eius: id est, omnes qui de fortitudine corporis gloriantur, in die iræ Dei ad nihilum redigentur. *Ascalon*, id est, ponderata vel ignis homicida, in ira Dei mensuram sui

Fortitudo corporalis.

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT II.

C*Onuenite. Postquam comminatus est Iudæis, hic consequenter comminatur extraneis. Et diuiditur in duas; quia primo continuat se ad dicta: Secundo exequitur dicenda ibi,* Quia Gaza. *Circa primum post comminationem capituli præcedentis positam, inducit populum suum ad pœnitentiam, vt euadat pœnam comminatam, dicens,*

Diuisio.

1 Conuenite. *Per mutuam dilectionem.*

2 Congrega. *In locum diuini cultus ad impetrandum peccatorum vestrorum remissionem.*

3 Gens non amabilis, *id est, Deo odibilis propter peccatorum multiplicationem.*

4 Priusquam pariat visio. *id est, antequam pœna, mihi ostensa reuelatione diuina, super vos veniat in effectu.* Quasi puluerem transeuntem diem. *Ista littera apud Hebræos dicitur decurtata, quia ad eius intellectum, oportet supplere aliqua. Et continuatur sic præcedenti litteræ,* Priusquam pariat iussio, *id est, pœna præuisa tollat vos de terra vestra, ita velociter sicut ventus tollit puluerem, & sicut sol suo transitu veloci facit diem.*

Decurtata littera.

5 Antequam veniat super vos ira furoris, &c. *id est, pœna sue vindicta.*

6 Antequam veniat super vos ira indig. domini. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem, & sic est in Hebræo: propter quod aliqui malè corrigunt detrahentes, quasi istud non sit de textu.*

Ad pœnitentiam vocat.

7 Quærite dominum omnes mansueti terræ. *Vt per vestram iustitiam & orationem aliis parcatur à pœna comminata, sicut Genes. 18. dixit dominus se velle parcere toti ciuitati Sodomorum pro decem iustis, si ibi inuenirentur.*

8 Quærite iustum, &c. *id est, ipsum Deum, considerando eius iustitiam & mansuetudinem, quasi dicat: Sicut comminatus est pœnam peccatoribus ex sua iustitia, sic paratus est parcere pœnitentibus ex sua misericordia.*

Quia

MORALITER.

† 1 *Conuenite, congregamini.* Quoniam Deus non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat: Ideo dicitur, *Conuenite & congregamini*, Ad Dei misericordiam implorandam.

Dei misericordia vocantis ad pœnitentiã.

3 *Gens non amabilis*, id est, peccatrix.

4 *Priusquam pariat.* id est, ante quam pœna vobis debita ponatur in effectu. Sed quia cum Dei misericordia semper currit eius iustitia, Ideo sequitur.

8 *Quærite iustum, quærite, &c.* id est, confidentes de Dei misericordia, simul timeatis eius iustitiam: contra illos, qui semper cogitant de Dei misericordia tantum, & sic licentius declinant ad peccatum.

De eis qui magnificãt Dei misericordiam & nolunt attendere eiusdem iustitiam.

† Quia

☞ sui sceleris sentient. Et quia exarsit ad effundendum sanguinem, A non diripietur vt *Gaza*, sed in solitudinem redacta ignibus gehennæ vsque ad puluerem cremabitur. Et *Azotus*, id est, ignis generationis, scilicet, qui ardent libidine & incendio generationis, non occulto iudicio, sed in meridie, quo sancti plenam recipient claritatem, in tenebras proiicientur. Et *Acharon*, id est, sterilitas, vel eradicatio, scilicet, qui fructum non ferunt, sed praua doctrina plurimos eradicant, ipsi quoque eradicabuntur.

Libidinosi.

Magistri erroris.

a *Quia Gaza destructa erit, &c.*

B † REMIGIVS. Tanta inquit, erit fortitudo Chaldæorum exercitus, vt potentissimas vrbes Philisthinorum, quæ vobis æquo certamine restiterunt, eadem captiuitas apprehédat.

Philisthæi captiuati per Chaldæos.

b *Væ qui habitatis fu.* HIER. in com. Prædicta vastitate quatuor magnarum vrbium Palæstinæ, ad ipsam prouinciam generaliter sermo dirigitur, & prædicit eis, Væ in aduentu Babyloniorum, quia etiam illi, qui iuxta mare habitant, tollentur per eos.

C *Væ qui.* IBID. TROPOL. Vel in consummatione mundi, vel quotidie fit per ecclesiasticos viros comminatio Dei ad illos corrigendos, qui cùm deberent habitare in *Iudæa*, id est, terra promissionis, vel confessionis: malunt habitare in mari, & fluctibus sæculi contundi, Et dicuntur etiam terra *Chanaan* semper in motu suo, & *Philisthæi* cadentes potione. Hos disperdit Deus de priori habitatione, vt regio, quæ prius continebat gregem perditum, incipiat esse ouile pecorum Christi, & *Iudas*, id est, vera confessio habitet in *funiculo maris*, & cùm mundi vespera aduenerit, de multis vocatis pauci electi, qui nunc reliqui vocantur de domo Iuda, pascent eos, qui prius in mari pascebantur, & qui prius erant in *Ascalone*, id est, in quibus prius manabat cruor interfectorum (Ascalon enim ignis homicida dicitur) Et hoc ideo, quia Deus visitauit populum suum, & eos, qui facile sophismatibus hæreticorũ decipiebantur,

Veritas in locum erroris reposita.

Matt. 22. b.

---

a abscõdamini in die furoris domini,[4] quia Gaza destructa erit, 1

a ¶ Non furto, sed manifesta luce. b ¶ In captiuitatem trahent.

& Ascalon in desertum, Azotum in meridie eiicient, & Acha- †

a ¶ Hoc sustinebit, quod vocabulum sonat, interpretatur enim eradicatio.

b ¶ Quorum possessio iuxta mare extenditur. c ¶ Perditioni dedita.

b ron eradicabitur.[5] Væ qui habitatis funiculũ maris, gens per- 2

¶ Comminatio. a ¶ O. b ¶ Quod terra Philisthinorum terra Chanaan sit, nulli dubium est.

ditorum. Verbum domini super vos Chanaã, terra Philisthi- 3

norum, & disperdã te, ita vt non sit inhabitator.[6] Et erit funi-

a ¶ Maritima regio, possessio eorum qui de captiuitate Babylonis reuertentur.

c culus maris requies pastorum, & caulæ pecorum.[7] Et erit fu- 4 5

a ¶ Post captiuitatem. b ¶ De duabus tribubus. c ¶ Greges pecorum.

niculus eius qui remanserit de domo Iuda. Ibi pascentur in

a ¶ Quondam nobilis & superbæ. b ¶ Post meridiem pastores facient greges suos accubare. 6

¶ Et hoc ideo.

domibus Ascalonis ad vesperam requiescent, quia visitabit 7

¶ Iudæos. a ¶ Sub Zorobabel, sub quo etiam templum & ciuitas restituta est. 8

eos dominus Deus eorum, & auertet captiuitatẽ eorum.[8] Au- 9

a ¶ Quæ vrbs Arabiæ secunda post Philadelphiam dicitur.

diui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon,

D tur, ad veritatis cognitionem reductos, facit inimicorum victores.

c *Requies pastorum.* IBID. In tantam venies vastitatem, quæ lætabaris in euersione Iudææ, vt omnes vrbes tuæ munitissimæ etiam ouilia pastorum sint.

d *Audiui.* IBID. Post comminationem quæ facta est contra Philisthiim, nunc aduersus Moab, & filios Ammon prophetia texitur, eò quod iuncti Babyloniis vastauerunt sanctuariũ Dei, & subiugato populo Israel, Deũ blasphemauerunt. Nabuchodonosor enim subruta Iudæa, circũiacentes vrbes Gentesque oppressit: & qui putabat Iudam se habere subiectũ, habuere conseruum. Sub Iosia ergo, dum adhuc staret templum, dirigitur prophetia contra insultatores, vt mala, quõdam populi Dei, ceterarum Gentium malo alleuiarentur.

Ammonitæ & Moabitæ insultantes captiuitati Iudæorum incidunt ipsi in captiuitatẽ.

E

Audiui. †† THEOD. Diligentius hæc prophetia per sacros apostolos accepit finem, & per eos, qui apostolos consecuti sunt: Etenim hos diuinus apostolus reliquias appellauit, ac posuit palam exclamantem prophetiam, *si fuerit numerus filiorum Israel tamquam arena maris, reliquiæ saluæ fient*, Atque prophetiam explanans, inquit: *Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secundum abiectionem gratiæ Dei saluæ fient.* Hoc etiam dominus per diuinum prophetam inquit, *& residui gentis meæ possidebunt eos.*

Rom. 9. ibid. 11.

F Reliquiæ Iudæorum saluatæ per fidem in Christum.

HIERON. in com. ALLEG. Per filios Ammon & Moab, Iudæi & hæretici notantur: ipsi enim videntur esse de genere Abrahæ, & effugisse incendium Sodomæ & Gomorræ, & habitare in Segor parua, Sed quia generatio eorum in tenebris est, & filij Loth, id est à Deo declinantes, & de incestis nuptiis: ideo filiis Iudæ, id est, veris confessoribus insultantes super possessionem illorum, suos terminos cupiunt magnificare. Confidentes enim in sophismatum subtilitate ecclesiasticam rusticitatem contemnunt, quasi indignam suis mysteriis, quæ quasi idola sibi confinxerunt: ideo ☞ ipsi

Hæretici & Iudæi Ecclesiæ prævalere se posse confidentes.

NICOLAVS DE LIRA.

30. 1 Quia Gaza. *Hic consequenter propheta exequitur dicenda extraneis comminando. Et primò Philisthæis, Secundò Moabitis & Ammonitis, ibi,* Audiui, *Tertiò Aethiopibus & Assyriis, ibi,* Sed & vos. *Circa primum dicit,* Quia Gaza destructa erit. *q. d. propter hoc monui vos ad pœnitentiam, quia terra Philisthinorum, quæ est vestra fortior, destruetur propter sui obstinationem in peccato. Et exprimit hic nomina quatuor ciuitatum principalium. Consequenter toti populo comminatur, dicens,*

Prophetat aduersus Palisthæos.

2 Væ qui habitatis funiculum maris, *Id est, partem terræ sitam supra mare. Terra enim Philisthinorum sita est supra mare mediterraneum.*

3 Verbum domini super vos Chanaan, *Terra enim Philisthinorum dicitur Chanaan, quia erat vna portio regnorum Chanaan, vt patet in libro Iosue.*

4 Et erit funiculus maris, *id est terra Philisthinorum.*

5 Re-quies pastorum. *Quia destructis ciuitatibus, & eiectis habitatoribus, terra manebit inculta, & sic solis pascuis animalium apta.*

6 Et erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda. Ibi pascentur in domibus, &c. *id est, reuertentes de Babylone ibi pascent animalia sua.*

7 Ad vesperam requiescent, *cum animalibus suis in caulis.*

8 Quia visitabit eos dominus, *Liberando eos de captiuitate Babylonica per eorum pœnitentiam.*

9 Audiui. *Hic consequenter comminatur Moabitis & Ammonitis, dicens in persona Dei,* Audiui opprobrium Moab, &c. *Dicit hic Ra. Sa. quod Iudæi, cum ducerentur in Babylonem captiui gementes & flentes, Moabitæ & Ammonitæ, per quorum terram ducebantur, derisoriè eis dicebant, Quare lugetis & tristamini, quia ad terram vestram ducimini? Inde enim natus fuit Abraham pater vester, Gen. xj.*

Amarissimus iocus Ammonitarum & Moabitarũ in Iudæos captiuatos.

Et

MORALITER.

† 1 *Quia Gaza.* Hic prædicitur secundum litteralem sensum destructio terræ Philisthinorum, MORAL. autem per Philisthæam, quæ potione cadens interpretatur, ebrietas bene significatur, ad quam sequitur destructio fortitudinis corporalis, Prouerbio. xxiij. c. *Cui væ, cuius patri væ, cui rixa, cui fouea, cui sine causa vulnera, cui suffossio oculorum, nonne his qui commorantur in vino & student calicibus epotandis?* Et hoc significatur per destructionem *Gazæ*, quæ fortitudo interpretatur. Item ad ebrietatem sequitur hebetatio discretionis quæ significatur, cum subditur,

Ad ebrietatem sequitur corporis valetudo.

Ingenij hebetatio.

† *Et Ascalon in deser.* nam *Ascalon* interpretatur ponderatio. actus autem humani debent discretionis iudicio ponderari. Item per ebrietatem destruitur amicitia charitatis ij. Esdræ iij. a. *Et non meminerunt cum biberint amicitiam nec fraternitatem, sed post non modicum faciunt gladios:* Et hoc significatur per destructionem *Azoti*, cùm dicitur,

Amicitiæ violatio.

† *Azotum in meridie.* Nam communiter circa meridiem incurrunt homines ebrietatem. Item per ebrietatem consumitur substantia corporalis, Eccl. xix. a. *Operarius ebriosus non ditabitur.* Et hoc significatur, cùm dicitur,

Rei domesticæ dilapidatio.

† *Et Acharon eradicabitur. Acharon* enim pascua gregis interpretatur, & conuenit substantiæ temporali, per quam omnia ad victum pertinentia habentur.

9 *Audiui oppro.* Hic describitur destructio quatuor Gentium. Primi, sunt Moabitæ, qui interpretantur ex patre, ideo significant blasphemos, quibus dicitur Ioan. viij. f. *Vos ex patre diabolo estis.* Secundi sunt Ammonitæ, qui interpretantur populi idolorum, ideo significant inuidos qui dolent de bonis aliorum. Tertij sunt Aethiopes, qui tenebrosi interpretantur, & ideo significant hæreticos, qui tenebris errorum obfuscantur. Quarti sunt Assyrij, qui interpretantur facturæ vigilantes, ideo significant latrones, qui de nocte vigilant ad malefaciendum. Isti verò quatuor hominum modi sunt per diuinum iudicium (nisi pœniteant) æternaliter condemnandi.

Blasphemi.

Inuidi.

Hæretici.

Latrones.

ipsi erunt sicut Sodoma & Gomorra. Videntur quidem in hoc quod Gentiles non sunt, de Sodomis exisse: sed quia blasphemãt, in Sodomam relabuntur; & sunt *spina* ariditate vitiorum incendio præparatæ. Sunt etiam multiplicitate vitiorum *aceruus* infatuati *salis*. Quæ ergo terram ecclesiæ noluerunt possidere, in æternum erunt destitutæ.

Extra ecclesiam nulla salus.

a *Quia Moab*. HIE. in com. Vastatæ quidem sunt vrbes Moabitarum & filiorum Ammon: sed nõ possunt dicere Iudæi, quod super eos deciderint pluuiæ sulphuris, vel quòd redactæ sint in fauillam & cinerem; Sed Iudæi, quãdo in historia artantur, solent ad tempus sui Messiæ referre, vel refugere. Quoties Sodoma & Gomorra & Aegyptus & Damascus nominantur, non de his dicitur prouinciis, quas oculis cernimus; sed de aliis spiritualibus, quibus sermo propheticus cõminatur.

Quomodo soleant Iudæi declinare quæ difficilia sunt in scripturis.

Mysticè.

b *Magnificati sunt*. IBID. Magna clementia Dei, contemnitur, blasphematur, termini eius peruaduntur: Ipse è contra mittit reliquias populi sui, & in possessionem suam traducit, disperdens omnia dogmata eorum, quibus destructis omnes Gentes conuertentur ad dominum, & adorabunt quem nesciebant, vnusquisque in loco suo.

Magna Dei clementia.

a ¶ Eiectis Iudæis, in terram eorum dilatauerunt fines suos.

quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt super [1]

a ¶ Quia me blasphemauerunt. b ¶ Per seipsum iurat, qui viuus Deus, cum alij mortui. c ¶ Qui possum implere quod comminor. ¶ Qui in populo meo patior iniuriam.

terminos eorum.[2] propterea viuo ego, dicit dominus exerci- [2]

¶ Faciam vt Moab.

tuum Deus Israel, quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon [3]

a ¶ Destructionem regni eorum significat, quia à Chaldæis subuersi, postea ab Antiochis vel Ptolomæis: vel tandem Romanis, perpetuo iure seruierunt.

quasi Gomorra, siccitas spinarum, & acerui salis, & desertum [4][5][6] vsque in æternum. Reliquiæ populi mei diripient eos, residui [7][8] gentis meæ possidebunt illos.[10] Hoc illis eueniet pro superbia [9] sua, qua blasphemauerunt & magnificati sunt super populum domini exercituũ.[11] Horribilis dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ. Et adorabunt eum viri de loco [12][13][14]

a ¶ Non solum superiores Gentes, sed & Aethiopes & Assyrij & Niniue, quæ speciosa dicitur, in tempore venturi Messię ponentur in solitudinem, & ibi accubabunt omnes bestiæ terræ.

suo, omnes insulæ Gentium.[15] Sed & vos Aethiopes interfecti [16]

¶ Dominus. ¶ Aquilonarem partem.

gladio meo eritis.[17] Et extendet manum suam super aquilonẽ [18]

¶ Niniuen.

& perdet Assur. Et ponet speciosam in solitudinem, & in inuium, & quasi desertũ.[14] Et accubabũt in medio eius greges, [19][20][21]

IBID. ALLEG. Aethiopes sunt, qui in vitia sunt demersi, qui etiam possunt ad meliora conuerti, vt nullus desperet de salute qui pœnitere voluerit. Vnde & Moyses Aethiopissam duxit vxorem. Comminatur autẽ sermo propheticus his, qui in vitiis permanentes tenebrarum colorem nolunt abluere: quod interficiendi sunt illo gladio, qui vertitur ad custodiendam viam ligni vitæ. Hæc comminatio fit, vt timentes pœnam pœniteant, ne quod cõminatur sustineant. Vnde in sequentibus dicet, *Vltra flumina Aethiopiæ, inde supplices mei deferet munus mihi*. Extendet autem Deus manum inferentem supplicia, vt *aquilo*, i. frigidi & duri sentiãt pœnas. Percutiet etiam *Assur*, id est, diabolum arguẽtem atque conuincentem: Suggerit enim peccata, & postea arguit peccatores: qui est princeps Assyriorum, & habet metropolim Niniuen. Perdito autem principe mundi, etiam *Niniue*, id est mundus cum suo principe in solitudinem redigetur: & nulli miserabilis erit, sed omnes ad ruinam eius sibilabunt & mouebunt manus.

Exod. 2. d. Nulli, dum viator est, de salute desperandũ. Gen. 3. d. Sophon. 3. Mundus & diabolus deuicti à Christo.

f *Et ponet speciosam in solitudinem, &c.* † REMIG. Niniuen Babylonem volunt intelligi propter similitudinem monstrorum Onocrotali & Hericij, quæ Isaias propheta in Babylonia fuisse describit post eius vastationem. Sciendum verò Onocrotalorum duo esse genera, vnum aquatile, aliud solitudinis, dictus Onocrotalus, quia κρόταλον Græce crepitaculum vocatur. Et hęc auis, quia voce caret, rostrum in modum cymbalorum repercutiens, vocis similitudinem reddit. Et quod dicitur, *Vox cantantis in fenestra*, Dæmones volunt intelligi, vel variarum voces auium, quæ solent in desertis vrbibus morari, sicut vlulæ, bubones, stryges, aliaque plurima, quæ omnia indicia sunt solitudinis.

Isa. 34. Onocrotalus.

HIER. in com. Si quis per Niniuen, ecclesiam accipiat: de vltimis temporibus hæc dici intelligat, quando regnante Antichristo redigenda est in solitudinem, & tradenda bestiis, & passura, quæ propheta describit, *quando erunt homines se amantes, &c.*

IBID. Hodie frustra quidam iactant se esse de speciosa ecclesia, sed factis negant, in quibus vitiorum greges habitant, & animalia ventri seruientia, & bestiæ quæ corda eorum comedant, & Onocrotalus vel cameleontes, qui habent varios colores, id est, diuersis vitiis inhærentes, & ericius spinosum animal habitat in cordibus eorum. Coruus est immunda auis in fenestra, id est, in corporeis sensibus, vt semper audiant vel loquantur mala. Hæc omnia ideo patientur, quia cùm sint dediti malis operibus promittunt

2. Tim. 3. a. Titum. 1. d. Exod. 14. b. De his qui putãt se esse Ecclesiam Dei cum sint synaga diaboli.

c *Horribilis dominus sup.* IBID. Non terreat hic horror, quia nõ fundet sanguinem superborum & blasphemantium: sed attenuabit idola, vt qui prius in errore Dei beneficia non senserant, depressi necessitate sciant idola nil prodesse, & sic adorent eum etiam omnes remotissimæ insulæ Gentium.

Abiectio idolorum.

d *Et adorabunt eum viri de loco suo, &c.* AVG. epist. 80. Tamquam diceret, etiam omnes insulæ, hinc ostendens, quàm nulla pars relinquatur orbis terrarum, vbi non sit ecclesia: quando nulla relinquitur insularum, quarum nonnullæ etiam in Oceano sunt constitutæ, & quasdam earum iam euangelium suscepisse didicimus, atque ita & in insulis singulis quibusque impletur quod dictum est, *Dominabitur à mari vsque ad mare*, quo vnaquæque insula cingitur: sicut in vniuerso orbe terrarum, quæ tamquam omnium maxima est insula, quia & ipsam cingit Oceanus, ad cuius littora in occidentalibus partibus ecclesiã peruenisse iam nouimus, & quocumque littorum nondum peruenit, peruentura est vtique fructificando atque crescendo.

Ecclesia per orbem propagata. Psal. 71.

e *Sed & vos*. HIER. Duo superiora capitula, & hoc tertium referunt Iudæi ad aduentum sui Christi, quem putant futurum, vt extruat Ierusalem, & liberet populum suum de manu Gentium, à quibus modo tenentur.

Iudæorum sõmnia de suo venturo Messia.

IBID.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et magnificati sunt super terminos eorum, *quia Iudæis in captiuitatem ductis, Moabitæ & Ammonitæ occupauerunt partem terræ eorum. Et subditur pœna*,

2 Propterea viuo ego, dicit dominus, *id est, sicut verum est, quod ego sum vita per essentiam, sic punientur Moabitæ & Ammonitæ.*

3 Quia Moab vt Sodoma erit, &c. Ly vt, *non dicit hic æqualitatem, quia istæ terræ non fuerunt subuersæ, sed ad tempus fuerunt desertæ, habitatoribus eius & cultoribus partim occisis, & partim captiuatis.*

4 Siccitas spina. *id est, non crescent ibi nisi spinæ.*

5 Et acerui sal. *Sal enim reddit terram sterilem. Et ideo per hoc designatur sterilitas terræ propter defectum culturæ, vt dictum est.*

6 Vsque in æternum. *In Hebræo habetur*, Vsque in sæculum. *Et ideo* æternum *non importat hic perpetuitatem à parte finis, sed longitudinem temporis.*

7 Reliquiæ populi mei. *id est, reuertentes de Babylonia.*

8 Diripient eos, *quod fuit impletum tempore Machabæorum. Et causa huius replicatur, cum dicitur,*

9 Hoc illis euc. pro. su. &c. *Et exponatur vt supra.*

10 Horribilis domi. *Eos grauiter puniendo.*

11 Et atte. omnes. *idola Moabitarum & Ammonitarum conterendo.*

12 Et ado. eum. *id est, dominum.*

13 Viri, *id est, Iudæ,*

14 De loco. *id est, de templo in Ierusalem per Zorobabel reædificando.*

15 Omnes insu. *i. aliqui de omnibus insulis, quia propter sanctitatem templi multi Gentiles de diuersis partibus veniebant adorare dominum in Ierusalem, vt habetur iij. Reg. viij. & Ioan. xij. Vel potest istud*, Et attenuabit, *exponi, vt sit de tempore Christi prophetia, in quo deiecta est idololatria, & omnes Gentes adorant vnum Deum, licet diuersimodè, exceptis aliquibus barbaris, in quibus dicitur ab aliquibus adhuc manere idololatriam.*

Prophetia de tempore Christi.

16 Sed & vos. *Hic vltimò comminatur Aethiopibus & Assyriis: dicens,* Sed & vos Aethio. *Qui frequenter populo meo molesti fuistis ij. Par. xiiij.*

17 Interfe. *Gladium suum dicit gladium regis Baby. qui in hoc erat executor diuinæ iustitiæ, & victorias agebat diuina virtute.*

18 Et extendet. *id est, vindictã suæ potestatem.*

19 Super Aquil. *In illa enim parte est regnũ Assyriorum respectu Ierusalẽ.*

20 Et ponet speciosam. *id est, Niniuẽ, quæ erat metropolis in illo regno: vnde superius Naum iij. assimilatur meretrici speciosæ.*

21 Et accubabunt. *q. d. ita diu manebit eius destructio quod in plateis eius crescent herbæ animalium pascuæ aptæ.*

11 Et

1 Et

tunt sibi beatitudinem, & alios despiciunt, & ideò cubile fiunt bestiarum: & vbi prius habitabant Pater & Filius & Spiritussanctus, & angeli administratorij, modo habent dæmones locum, & angeli prius manentes in illis, sed modo transeuntes, mirabuntur & stupebunt, nec sustentabunt ruentem, sed leuabunt manus remouendo à sustentatione eorum.

HIERON. Si quis quærat, quomodo iuxta historiam ad tempora Nabuchodonosor hæc prophetia referatur, Æthiopibus etiam nuncupatis, & Assyriis, quibus Mœdi & Persæ nihil fecerunt: legat historias, & inueniet Assyrios quoque & Æthiopes Mœdis fuisse subiectos, & Cambysis regnum, & Cyri potentiam, & omnia quæ deinceps secuta sunt.

Mœdis & Persis subiecti erant Assyrij & Æthiopes.

a *Omnis qui transit per eam sibilabit.* HIER. De diabolo & angelis eius hæc possunt accipi, quia vastauerũt vineam, quæ de Ægypto translata fuerat: Transeunt ergo per animam, quæ tẽplum Dei fuerat, & esse desiit, & serpẽs sibilando venena suæ malitiæ in eam euomit, & manus. i. opera mouet; Vnde Salomon, *Mors & vita in manibus linguæ*. i. in operibus.

Psal. 79. b.

De anima peccatrice quam diabolus occupauerit.

Prou. 18. b.

omnes bestiæ Gentium, & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur. Vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius.[1] Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo, Ego sum & extra me non est alia amplius, quomodo facta est in desertum, cubile bestiæ? Omnis qui transit per eam sibilabit, & mouebit manum suam.

¶ Loquax mundus.

a ¶ Niniue, quamuis quidam Iudæorum ad Babylonem hæc referunt.

a ¶ Vel verè in deserta vrbe habitabant bestiæ, vel per bestias variæ nationes signantur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et onoc. *tales enim aues & bestiæ solent in ædificiis destructis habitare.*

2 Hæc est ciuitas gloriosa. *id est, superba.*

3 Habitans in confidentia. *quia propter magnitudinem suæ potentiæ nullum timebat.*

4 Quæ dicebat, *præ nimia superbia.*

5 Ego sum, *s. sola potens. Aliæ autem ciuitates nullius reputationis sunt respectu mei. Et per ciuitatem metropolim, intelligitur regnum.*

6 Quomo. *q. non est factum sola virtute humana, sed magis diuina.*

7 Omnis. *Designans quod eius potestas sicut sibilus transijt.*

8 Et mo. *notando mala quæ regnis aliis fecit.*

CAP. III.

Prouocatrix.*

a *Væ prouocatrix.* † REMIG. *Prouocatrix* dicitur, id est, ad amaritudinem suis sceleribus perducens dominum, siue *prouocatrix*, quia post acceptam pietatis notitiam ad impietatem conuersa est. *Prouocare* enim Deum, est sciendo peccare.

HIER. Sermo cõtra Ierusalem dirigitur, quæ quondam colũba, postea semper peccans, & captiuitatibus tradita, rursúmque à domino redempta.

IBID. ALLEG. Ecclesia, *ciuitas* est redẽpta sanguine Christi, & *columba* propter simplicitatẽ, & multitudinem credentiũ, cui fit comminatio, b quia procaciter egit in Deum, nec voluit audire legem Dei, nec suscipere disciplinam, nec confisa est in domino, quia noluit appropinquare ad eum bene operando, dum Deo & sæculo se posse seruire credit. Cuius principes, dum desæuiunt in subiectos, magis leones, quam pastores vocandi sunt. Iudices etiam, sicut lupi occidentes, semper in vespera tenebrarum manentes, nec respicientes ad ortum solis, quasi in nocte nemine vidente populantur possessiones ecclesiæ, vt non habeant pauperes quid comedant in mane veræ lucis: quia nec parui cibi relinquebantur egentibus. Prophetæ etiam, id est, magistri, qui debent alios docere de scripturis, vesani sunt in fide, & quasi infideles, dum fidem quam astruunt, factis destruunt. Sacerdotes etiam, qui sanguinem domini populis diuidunt, impiè agunt in legem Christi: putantes in administratione eucharistiç non esse inquirendam vitam sacerdotum, sed tantum solemnem orationem, de quibus dicitur, *Sacerdos in quacumque fuerit macula, non accedat oblationem offerre Deo.* Et cum hæc mala sint in ecclesia, dominus clemens in hoc, quod non recedit ab ecclesia, & iustus in hoc, quod reddit vnicuique iuxta merita sua: cum post morte huius sæculi mane aduenerit, dabit in luce iudicium, & non abscondetur vel ipse, vel iudicium eius. Et cum exiget à singulis commissam pecuniam, nõ iniquè aget: sed superbos principes destruet, & de cathedris detrahet, & dissipabuntur anguli. i. tortuosæ cogitationes in quibus Pharisæi orant contempto angulari lapide. Desertæ etiam fient viæ, iuxta illud, *iter impiorum peribit*, ne ambulent in superbia & prauitate, & vrbes eorum malè ædificatæ destruentur, ne habeant malos habitatores. Hæc omnia comminatus sum ô ecclesia, vt suscipiens disciplinam ex toto non pereas.

*Exo. 22. f. Mich. 3. d.

De ecclesia multum deficiente propter socordiam & ignauiam prælatorũ & doctorũ.

Sacerdotes indignè sacra administrantes. Leui. 21. c.

Deus ecclesiam non disperdet sed ministros eius malos adducet in iudicium.

Psal. 1. b.

b *Principes eius, &c.* † REMIGIVS. Describit propheta quales principes, iudices, siue sacerdotes habuerit. *Nam principes quasi leones*, versabantur in prædis, & proni erant ad effundendum sanguinem subiectorum. Iudices verò adeò rapaces, vt non dimitterent aliis, quod rapere possent, *Prophetæ vesani.* id est, insanien-

Vitia principum & iudicum.

CAP. III.

V Æ prouocatrix & redempta ciuitas, columba.[1] Non audiuit vocem & non suscepit disciplinam. In domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquauit.*[7] Principes eius in medio eius, quasi leones rugientes.

a ¶ Quæ Deum dulcem, & misereri volentem, in amaritudinem tibi conuertis, & punire cogis. b ¶ A domino. ¶ Olim simplex.

a ¶ Præceptum Dei.

a ¶ Cum corrigeretur.

a ¶ Etiam prementibus malis. b ¶ Cum dicat, Ego sum Deus appropinquans. c ¶ Post tergum eius non fuit.

a ¶ Post generalem increpationem describit etiam vitia prælatorum.

b ¶ Semper versantur in prædam & sanguinem subiectorum.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. III.

1 Væ prouo. *Hæc est secunda pars principalis, quæ est populi Israel consolatoria. Et exponunt aliqui consolationem istam pro reditu de captiuitate Baby. sed aliqua ponuntur hic, quæ non videntur huic intellectui consona, vt videbitur prosequẽdo, propter quod mihi videtur sine præiudicio, quod istud sit referendum ad consolationem factam & fiendam per Christum. Sciendum tamen, quod licet aduentus Christi fuerit omnibus consolabilis, quantum est de se, factus est tamen tristabilis pluribus Iudæorum pro sua incredulitate. Et ideo præsens capitulum in duas partes diuiditur, quia primò ponitur incredulorum increpatio: Secundò credentium consolatio, ibi,* In die illa. *Prima in duas, quia primo increpatur incredulitas Iudæorum: Secundo ponitur conuersio finalis eorum, ibi,* Dixi. *Prima adhuc in duas, quia primò increpatur culpa: Secundo subditur pœna, ibi,* Dominus iustus. *Circa primum dicitur,* Væ prouocatrix & redempta ciuitas columba, &c. *Ista ciuitas intelligitur Ierusalem, secundũ omnes expositores Hebraicos & Latinos; quæ dicitur* prouocatrix *iræ diuinæ, propter malitiam sacerdotum & Scribarum contra Christum insurgentium:* Et redempta *quãtum ad bonos per Christi aduentum;* Et columba *propter simplices, qui impetendo mortem Christi fuerunt decepti per sacerdotes, Matth. xxvij.*

Quibus cõsolationem & quibus calamitatẽ attulerit Christi aduentus.

Diuisio.

Ierusalem.

2 Non audiuit vocem. *s. Christi prædicantis.*

3 Et non suscepit disciplinam, &c. *Recedendo à peccatis.*

4 In domino non est confisa, *sed magis in hominibus. Vnde Ioan. xj. f. consenserunt consilio Caiphæ de morte Christi, ne venirent Romani, & tollerent locum & gentem.*

5 Ad Deum suum. *s. Christum.*

6 Non appropinquauit, *Per imitationem: sed se magis elongauit.*

7 Principes eius in medio eius, &c. *Populus enim Iudaicus tunc per sacerdotes regebatur, & secundum hoc erant principes & iudices populi.*

MORALITER.

1 *Væ prouocatrix.* Superius Sophonias prophetauit Iudæis aduersa, hic prophetat eis prospera. Et ponitur communiter de prosperitate eorum in reditu de Babylonica captiuitate. Ego autẽ ostendi in expositione mea litterali, quod non potest sic conueniente exponi, sed de prosperitate spirituali futura tempore Christi, & sic litteraliter exposui: quæ quidem expositio non solum litteralis est, sed etiam spiritualis respectu aliarum, propter quod de alia pertranseo ad præsens.

Cur nullam apponat huius cap. moralitatẽ.

saniences. Viri infideles, qui loquuntur quasi ex ore Domini, sed omnia ficta & falsa proferebant. *Sacerdotes polluerunt sanctum*, committentes sacrilegium in loco sanctuarij, dicentes secundum legem facere, quum agerent omnia contra legem. Quia ergo illi egerunt iniustè, *Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem*, sed restituet illi quod meretur. *Mane*, id est, manifestè iudiciũ suum dabit.

Pseudoprophetarum & sacerdotum.

a *Mane mane, iudicium suum dabit.* RVPERT. Vos iudicium vestrum dedistis nocte super Sanctum, clamando quod esset reus mortis, pro eo quòd non negauit se esse Sanctum Dei, quòd vobis interrogantibus cõfessus est se esse Christum filium Dei benedicti; Dominus autem manè dabit, manè manifestum faciet iudiciũ suum, de illo Sancto quale sit. Dicet enim illi, *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cythara*, atque ille respondebit, *Exurgam diluculo*, & ita fiet.

Clamor Iudæorum Christum ad mortem quærentiũ.

b *Nesciuit autem iniquus confusionem, &c.* † RVPER. Et hoc admiratiuè dictum est; & reuera miranda est impudentia, non erubescere, vel confundi, in tam manifesto iudicio Dei de causa illius Sancti, iuxta quod cecinit Psalmista, *Iudica me Deus, de gente non sancta, &c.* Et apud Ieremiam, *frons meretricis facta est tibi, erubescere noluisti.*

Psal. 42. Ierem. 3.

c *Disperdidi.* HIE. in cõ. Aliter disperdidi, ô Iuda, omnes ciuitates tuas, & omnes pagos tibi subiectos & tribus, & diuersa cõfinia, & tanta fuit hominũ vastitas, vt nõ esset qui habitaret in tuis vrbibus.

d *Verumtamen diluculo.* IBID. Sedè contra habitantes Ierusalem quasi ex industria, & ex contentione, diluculò surrexerunt, vt in festinatione, qua ad me redire debuerant, opere demonstrarent quod mente malè conceperant.

e *Quapropter.* Iudæi dicunt, in aduentu Christi, quem expectant, vniuersis Gentibus congregatis & effuso super eas furore Dei, igne zeli eius terram deuorandam: & sicut ante ædificationem turris, omnes vna lingua loquebantur, ita omnibus conuersis ad cultum Dei veri, omnes locuturos Hebraicè, & totum orbem domino seruiturum.

Fabulæ Iudæorum quas somniant de suo Messia venturo.

IBID. ALLEG. Expecta me, vt paratus dicas, *Paratum cor meũ Deus, &c.* Possunt autè hæc de primo aduentu legi, quando dæmone calcato, & omni errore sublato, terrenis etiam operibus destructis, omnibus linguis apostoli locuti sunt, quando post vitia & peccata, Deus in nobis resurgere visus est: quando etiam omnes Gentes congregantur ad fidem, & timore iræ Dei accenduntur igne Dei, quo igne deuorantur in illis omnia terrena opera, & restituitur omnibus vna lingua, vt vnusquisque deposito suo errore ad antiquum eloquium confessionis Dei reuertatur, vno ore inuocent Deum confitendo, *quòd dominus Iesus est in gloria Dei patris: in cuius nomine omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum.* Possunt etiam & hæc de secundo aduentu dici, quando post vitia præsentis sæculi, ecclesia expectante aduentum sponsi, Gentes congregabuntur ad iudicium, & reges colligentur in locum supplicioru, & tunc effundetur furor Dei puniens omnia mala, vbi *potentes potenter tormenta sustinebunt*, & qui minus peccauit citò veniam meretur.

* St. dis. c. o. porrect. ibi sacerdotes contaminant, &c. Cum mulieribus sacerdotibus habitare non licet.

Primos Christi aduentus.

Item secundus.

f *Et effundam super eos, &c.* † RVPERT. Postquam super impios & peccatores seueritatem diuini iudicij declamauit: nunc tandem

---

a ¶ Rapaces. b ¶ Aliis quod possent rapere. c ¶ Loquebantur quasi ex ore Dei, & contraria ei prædicabant.

Iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane.[4] Prophetæ eius vesani, viri infideles. * Sacerdotes eius pol-

a ¶ In loco sanctuarij commiserunt sacrilegium, & cum facerent contra legem, extra legem victimas offerebant.

luerunt sanctum, iniustè egerunt contra legem.[5] Dominus

a ¶ Quia illi iniustè egerunt, dominus non erit iniustus retribuendo pessimæ vrbi quæ meruit. b ¶ Cito & manifestè faciet iudicium de ea, nec erit quod ab eo possit abscondi.

a iustus in medio eius, non faciet iniquitatem. Manè mane iu-

a ¶ Hoc faciet Deus, vt impia ciuitas conuertatur ad melius: sed iniquus Israel non cognouit confusionem suam, nec intellexit, ideo illatas plagas, vt ageret pœnitentiam.

b dicium suum dabit in luce, & non abscondetur. Nesciuit au-

a ¶ Postea vindicaui te de Gentibus, & destruxi imperium eorum, vt quæ me per plagas non sensēras saltem per beneficia scires.

c tem iniquus confusionem.[6] Disperdidi Gentes, & dissipati sunt anguli eorum. Desertas feci vias eorum, dum non est qui transeat. Desolatæ sunt ciuitates eorum, non remanente vi-

¶ Et postquam hæc feci, misi prophetas meos, ad pœnitentiam prouocans, & dixi, O Ierusalem, feci quidem hæc tibi, sed feci vt timeres me, & susciperes disciplinam, ne periret pro scelere tuo habitaculum, id est, templum.

ro, neque vllo habitatore.[7] Dixi: attamẽ timebis me, suscipies disciplinam. Et non peribit habitaculũ eius, propter omnia

d in quibus visitaui eam. Verumtamen diluculò surgentes cor-

e ruperunt omnes cogitationes suas.[8] Quapropter expecta me, dicit dominus in die resurrectionis meæ in futurũ, quia

¶ Ad fidem. a ¶ Principes peruersorum dogmatum, qui diuino ardore consumentur.

f iudicium meum, vt congregem Gentes, & colligam regna. Et effundam super eos indignationem meam, omnẽ iram furo-

---

NICOLAVS DE LIRA.

puli. *Qui dicuntur hic* leones rugientes, *propter crudelitatem contra Christum*; Et lupi *erga populum, cuius bona partim violentia, partim fraudulentia rapiebant, quia valde auari & cupidi erant, vt patet ex Euangelio. Et Iosephus hoc declarat multipliciter libro de Iudaico bello.*

Sacerdotũ Iudaicum tempore Christi.

1 Prophe. eius vesani. *sicut patet de Caipha, qui prophetauit de morte Christi Ioan. xj. & tamen fuit pessimus & infidelis, Licet enim prophetia sua vera fuerit, hanc tamen non intellexit, vt ibi declarabitur.*

Prophetia Caiphæ.

2 Sacerdotes eius polluerunt sanctum. *id est, legẽ & templum, quia legem Dei irritauerunt propter suas traditiones, Mat. xv. & templum polluerunt permittendo & faciendo ibi sæculares negotiationes, Ioan. ij. quæ tamen habent annexa mendacia & dolositates.*

3 Dominus iust. *Hic consequenter ponitur debita pœna, circa quam primo ponitur Christi iustitia, ex qua processit punitio ista, cum dicitur,* Dominus iustus in me. *Id est dominus Iesus Christus, qui fuit in medio populi non solum deitate, sed & assumpta humanitate.*

Iustitia Christi.

4 Non faci. ini. *in persona propria, nec dimittet impunitatem in alia.*

5 Mane mane, *Id est celeriter,*

6 Iudicium suum da. *id est, punitionem suam contra ciuitatem & populum incredulum: quadragesimo secundo enim anno à passione Christi per Romanos fuit Ierusalem destructa, & populus incredulus partim occisus & partim captiuatus.*

7 In luce, *quia punitio ista toti orbi fuit manifesta.*

8 Nesciuit, *id est populus incredulus.*

9 Confusionem, *sibi venturam pro morte Christi; quia si præsciuisset, non eam petiuisset.*

Iudæorum per Romanos exterminium.

10 Disperdidi, *de Iudæa.*

11 Et dissipati sunt anguli, *id est, principes, quibus adhærebant, sicut parietes angulo. Vel, quia tota terra Iudææ fuit dissipata per Romanos, vsque ad extremos eius angulos.*

12 Desertas feci vias, *populo Iudæ captiuato. Ideo subditur,*

13 Desolatæ sunt ciuitates, &c. *Et patet littera.*

14 Dixi. *Hic consequenter ponitur primò Iudæorum finalis conuersio: Secundo circa hoc remouetur dubitatio, ibi,* Verumtamen. *Circa primum dicitur,*

15 Attamen time. me. *timore filiali pro tempore isto.*

16 Suscipies disciplinam, *scilicet, Christi, detecta per Enoch & Eliam falsitate Antichristi.*

17 Et non peribit ha. eius. *i. habitaculũ bonorũ non tolletur à conuersis.*

18 Propter omnia in quibus visitaui eam, *id est propter longam captiuitatem, quam induxi super gentem Iudaicam, ex qua videbatur à Deo totaliter reprobata.*

19 Verumtamen. *Hic remouetur dubium. Posset enim aliquis credere, quod Iudæi essent generaliter ad Deum conuertendi tempore suæ prædicationis; ideo hoc remouet, ostendens, quod erit hoc circa finem mundi. Ad cuius intellectum sciendum, quod secũdum glossam super illud Marci xij. a.* Hic est heres, *principes sacerdotum cognouerunt Iesum Nazarenum esse Christum: sed quia postea manifestè prædicauit contra eorum vitia, inuidiam & odium conceperunt contra ipsum, propter quod præcedens cognitio fuit subuersa, & excæcatio secuta, & excæcatio sacerdotum causa fuit excæcationis aliorum, & ex hoc conuersio generalis Iudæorum est dilata, & Gentilitas ad fidem vocata, secundum quod dicit apostolus ad Ro. xj. c.* Cæcitas ex parte contigit in Israel donec plenitudo Gentium intraret, &c. *Et hoc est quod dicitur hic,* Verumtamen dilu. *id est, tempore prædicationis Christi, quod dicitur* diluculum *supra Hosee vi. a.* Quasi diluculum præparatus est egressus eius, &c.

Quod principes Iudæorum cognouerũt Christum.

20 Surgentes, *scilicet, Iudæi contra Christum,*

21 Corruperunt om. *Id est cogitationes quas habebant de Christo.*

22 Quapropter expecta. *Id est expectabis manens in tua cæcitate.*

23 In die resur. meæ. *id est, vsque prope finem mundi in quo resurgent mortui; quæ dicitur hic resurrectio domini, quia fiet virtute diuina.*

Conuersio Iudæorum in fine sæculi.

24 Quia iudicium, *scilicet finale,*

25 Vt congregem Gentes, *generaliter:*

26 Et effundam super eos indignationem meam, *quod intelligitur*

☞ dem ad eam conuertitur, quæ habet aurem fidei, & ea quæ sunt A gratiæ, quæ sunt misericordiæ, familiariter insinuat. *Lauda*, inquiens, *filia Sion, iubila Israel, &c.* Cùm hæc omnia, quæ dicta sunt faciam super eos, qui me non expectant, nec in me credunt: *tu expecta me*, tu crede & spera in me, *in die resurrectionis meæ*, id est, ex qua die resurgam à mortuis, vsque in diem nouissimũ, quia tunc faciã iudicium, & colligam regna; *Tunc enim sedebit filius hominis in sede maiestatis suæ, & congregabuntur coram eo omnes gentes*. Sequitur, *Et effundam, &c.* dum dicam eis, *Discedite à me maledicti, &c.*

hic, quod promittitur illic. Ciuitatis enim & regni illius rex vnus D & solus est, vnus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, idem permanens incommutabilis, & inuariabilis substantiæ ac animi.

d *Vltra flumina Aethiopiæ.* † RVPER. Ne contendat Iudæus hæc de se tantummodo dicta esse, (*quasi sit Iudæorum Deus tantum, & non etiam Gentium*) addit, *vltra flumina Aethiopiæ, &c.* id est, in fines orbis terræ exibit sonus prædicationis euangelicæ, & inde, ô filia, qui loquor, expecta me, lætare, & exulta. Deinde, *De finibus terræ supplices mei*, scilicet Apostoli, *deferent mihi munus dispersorum meorum*, id E est, dispersos meos congregabunt in vnum: quod mihi vtique erit munus magnum.

supra I. d. — Matth. 19. — Iudicium finale. — Rom. 3. — Regnum Christi non solum Iudæis sed etiã gentibus aperiri debuit. — Ioan. 11.

a ris mei. * In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. b [9] Quia tũc reddã populis labium electum, vt inuocent omnes
(a ¶ Vnde LXX. sub vno iugo. b ¶ Vnito, & non differenti labore. c ¶ Vnde, Regina Saba venit audire sapientiam Salomonis.)
c nomen domini, & seruiãt ei hũmero vnõ. [10] Vltrã flumina Æ-
(a ¶ Æthiopia præueniet munus dare domino.)
d thiopię, inde supplices mei, filij dispersorum meorũ deferẽnt
(a ¶ Cum multitudo gentium crediderit. b ¶ Omnino, ô Iudæa.)
munus mihi. [11] In diẽ illa non confundẽris super cunctis adin-
(a ¶ Quia. ¶ Barrabam eligendo, Dei filium crucifigendo.)
uentionibus tuis, quibũs præuaricata es in me. Quia tunc au-
(¶ Excæcando. ¶ Quidem. a ¶ Scribas, Pharisæos, Sacerdotes.)
feram de medio tui mãgniloquos superbiæ tuæ, & non adii-
(¶ Superbire. ¶ Sed tamen.)
cies exaltari amplius in monte sancto meo. [12] Et derelinquã in
(a ¶ Homines illitteratos & piscatores.)
medio tui populum paũperẽ & egenum, & sperabunt in no-
(a ¶ Non multitudo, quæ clamauit crucifige, non optimates, non pontifices. b ¶ Et isti.)
mine domini. [13] Rẽliquiæ Israel nõn facient iniquitatẽ, nec lo-
(a ¶ In Christi veritate credentes. b ¶ Quia scient omne mendacium ex diabolo esse.)
quẽntur mendacium, & non inuenietur in orẽ eorum lingua
(a ¶ Dicentes, Dominus regit me, & nihil mihi, &c.)
e dolosa. Quoniam ipsi pãscentur & accubabunt, & non erit
(a ¶ Fide credentium vincente superbiam hæreticorum etiam persecutorum. b ¶ Dimissa iniquitate.)
f quĩ exterreat. [14] Lauda filia Sion, iubila Israel. Lætare & ex-
(a ¶ Redempta à domino. b ¶ Non tantum voce. c ¶ Cui dictum est, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. d ¶ In fine auferet.)
ũlta in omni cõrde filiã Ierusalem. [15] Abstũlit dominus iudi-
(a ¶ Damnationem. ¶ Non iam iudicans, sed saluans. b ¶ A te. c ¶ Dæmones. d ¶ Ad eum veniemus & mansiõ apud eum faciemus.)
ciũm tuum, auertit inimicõs tuos. Rex Israel dominus in me-

a *In igne.* HIER. in com. quia Gentibus ad iudicium congregatis, & regibus ad supplicia, cõsumetur in toto orbe quidquid terrenum est, & ad opera carnis pertinet: vt in saluandis, omnibus vepribus & spinis cõbustis, vnusquisque eorũ ad antiquum confessionis Dei reuertatur eloquium in sæcula sæculorum laudãs Deũ, & coniuncto studio seruiant ei assiduè in templo eius.

Purgatio Ecclesiæ vt fine macula cælum ingrediatur.

b *Quia tunc.* IBID. Reddito labio omnis nigredo animæ, & teter color, & venenum C draconis, quo tincti eramus, relinquetur: & in fluminibus Aethiopiæ, magistris peruersorum dogmatum, quibus antè irrigabamur relictis, dispersi Israel Christo munera offerent. In die, qua lumen Christi fuerit exortum, dicetur singulis, nõ confunderis super cunctis adinuentionibus, cogitationibus, scilicet, pessimis quibus operabaris contra Deum; & tolletur superbia, quæ erigebatur contra Deum, & contra montem sanctum eius, id est, Christum. Et pro superbis relinquetur humilis, qui nihil cogitet, quod Deo displiceat. Et nota quod in consummatione mundi omnia nomina dignitatum tollentur, & vnus grex humilis sub mãsueto pastore manebit, tunc reliquiæ Israel non negabunt dominum, nec loquentur mendacium, id est, ineptas fabulas, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa, Christo pro eis loquente, qui est veritas, Quoniam ipsi pastores in vno grege, id est, in ecclesia accubabunt, & inde non exterrebit eos Nabuch. id est, diaboli impetus.

Dignitatũ nomina in sæculi fine tollentur.

c *Et seruiant ei humero vno.* † RVPERTVS Quidnam hoc est, nisi, corde indiuiso? Non ita in isto exilio. Multæ namque huius mundi varietates, & animus mortalium quantumuis iustorum, atque perfectorum, vix vna hora secum totus est. Non ergo esse potest hic,

Concordia ciuium cælestium.

Quia tunc. HIER. IBID. Cum reddito labio omnes inuocauerint nomen domini, & portauerint iugum eius, tunc ô filia, id est, ô synagoga quondam filia, quam toto orbe dispersi, licet inuideas; tunc tamen de Æthiopia, id est, populo Gentilium in die illa, cùm crediderit multitudo gentium, deferentur mihi victimæ, & vero legifero nubet Aethiopissa, & tunc etiam tu non confunderis penitus super erroribus tuis. F

Vocatio gentium.

e *Quoniam ipsi.* IBID. Hæc de primo aduentu intelliguntur: sed Iudæi fingunt se in fine habituros Ierusalem, & more pecorum herbis virentibus pascendos, & cunctis Gentibus deletis, & sibi subiectis, non posse esse qui eos exterreat.

f *Lauda.* IBID. Iudæi cum Christo suo venturo hæc omnia sibi repromittunt, quæ nos cum Christo iam sumus consecuti.

IBID. Postquam dixit, iudicium meum vt congregem Gentes, & supponit etiam de Aethiopia venturos ad fidem, reliquias etiam Israel credituras & saluandas; nunc agit de generali consummatione mundi.

IBID. Ecclesia, vel quælibet anima in specula constituta, lætatur iniquitates à se sublatas, & se redemptam ab eo, qui omnia redemit. Possunt hæc omnia de secundo aduentu accipi: sed cùm in Aggæo & Zacharia & Sophonia similis prophetia sit, & Matthæus prophetiam Zachariæ in primo aduentu completam testetur, qua dicitur, *Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus & Saluator*, ordine veritatis ducimur non futurum sperare, sed factum.

Prophetia ista exponenda est de primo Christi aduentu.

☞ Nu-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *tur quantum ad malos in maiori numero, totum autem à maiore parte determinatur.*

1 In igne enim, *id est, zelo meo accenso.*

2 Deuora. o. ter. *iste erit ignis conflagrationis præcedens iudicium.*

Ignis conflagrationis.

3 Quia tunc. *tempore præcedenti iudicium, Antichristo interfecto.*

4 Reddam po. labium electum. *quia omnes confitebuntur Christum.*

5 Vt inuo. omnes. no. do. *scilicet Iesu Christi,*

6 Et ser. ei. hu. vno. *id est vno cultu Christiano; & quod hoc intelligatur de Christo secundum doctores antiquos Hebræorum, patet per glo. super Gen. xlj. vbi allegatur hæc scriptura, sicut scriptum est*, Tunc conuertam ad populos labium electum ad inuocandum nomen domini, & ad colendum eum humero vno. *Et sequitur exponendo*, non est autem dictum hic nomen domini, nisi rex Messias, & ad colendum eum humero vno, quia erit principatus super humerum eius.

Isa. 9. Cultus Christianus.

7 Vltra flu. *id est, omnes Gentes quantumcumque longinquæ deuotè credent Christo & seruient.*

8 In die illa. *Post increpationem incredulorum Iudæorum, hic consequenter ponitur consolatio credentium, qui in aduentu Christi fuerunt pauci comparatiuè, vt prædictum est; cum dicitur*, In die illa, *hoc non refertur ad litteram immediatè præcedentem, sed ad illud quod supra dictum est de tempore prædicationis Christi, in quo principes Iudæorum fuerunt prædicto modo excæcati, & consequenter multitudo populi. Apostoli verò & alij credentes illuminati, de quibus dicitur hic,*

Consolatio credentiũ.

9 Non confunderis. *id est, peccatis præteritis per passionem Christi totaliter deletis,*

10 Quia tunc auf. de me. tui magniloquos. *id est, principes sacerdotum, & Scribas superbos, qui in vltionem mortis Christi similiter cum populo eis adhærente fuerunt destructi per Romanos.*

11 Et non adii. exaltari. *id est, superbè eleuari.*

12 In monte sancto meo. *id est, in monte Sion, vbi erat templum, quod fuit per Romanos destructum; & ante eius destructionem multum gloriabantur Iudæi de ipso.*

13 Et derel. in me. tui popu. pauperem. *s. apostolos & alios fideles contemptores terrenorum.*

14 Et spera. in no. do. *non potentia mundi, vt patet in Actibus apostolorum in pluribus locis.*

15 Non fa. iniq. &c. *quia valde mundè & iustè viuebant in primitiua ecclesia.*

16 Quoniam ipsi pasce. *Apostolorum doctrina.*

17 Et accubabunt. *in vnitate ecclesiastica.*

18 Et non erit qui exterreat. *terrore deiiciente à fide vera. Et quia multi eorum non timebant tormenta, ideo subditur,*

19 Lauda filia Sion, *id est, ecclesia militans.*

20 Iubila, *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem expressionem,*

21 Abstulit do. iudicium tuum. *id est, pœnam pro peccato Adæ inflictam, quantum ad descensum in infernum.*

22 Auertit ini. *Reprimendo potentiam dæmonum.*

23 Rex Israel, *scilicet, Iesus Christus.*

24 In me. t. *secundum quod dicit Matth. vlt. d.* Ecce ego vobiscum sum omni. di. vsque ad con. sæculi.

10 Quia ☞ In

a *Nugas.* HIER. in com. Sciamus in Hebræo eamdem esse vocem (nugæ) & ideo sicut est in Hebræo, hic ponitur, vt appareat Hebræam linguam matrem esse omnium linguarum.

Hebræa lingua mater aliarum.

† REMIGIVS. Nugas, id est, homines inutiles & leues, qui legem præuaricando à sinu tuo recesserunt, *congregando*, quia ex te erant: Nam secundum Apostolum, *Non repulit Deus plebē suam, quā præsciuit.* Hos congregabo & reducam ad te, liberans eos de potestate dæmonum, vt nō amplius de eorum perditione sustineas opprobrium.

Rom. 9.

b *Ecce ego.* Hoc promittunt sibi Iudæi in aduentu Christi sui, & putāt omnes Gentes interficiendas à domino, quæ afflixerunt Israel & synagogam saluandā, & quæ libellum repudij acceperat, colligēdam: & ponendo eos in laudem, & in nomen in omni terra, in qua fuerant ante captiui & confusi: & hoc fore cum Ierusalem reædificata fuerit, & tēplum, & omnis ordo ceremoniarum restitutus, & ideo non agunt pœnitentiā: Nec mirum, quia lippiscit Lia, nec amatur à Iacob, sed Rachel succedente negligitur. Videtur nos Deus repellere, & eiicere, quando relinquit tentationi.

Somnia Iudæorum quę expectant cum ipsorum venerit Messias.

† RVPERTVS. Non eos tantum, qui ex te erant, & ex te exierunt congregabo: sed & omnes, qui te afflixerunt, siue in lege, siue sine lege peccantes, interficiam in tempore illo; eos qui sine lege peccauerunt, sine lege perditioni dando, & eos qui in lege peccauerunt per legem iudicando.

Rom. 2.

c *Et salua. clau. &c.* † Magna dignatio, quam omnes nouimus, excelsi Domini, qui humilia respicit: Quæ stulta sunt mundi elegit, vt confundat sapientes. Nam per claudicantem, & eiectam, cuncta infirma, impotentia, stulta, ignobilia, & contemptibilia sermo propheticus designat. Id est, hos faciam laudabiles atque nominatos illic, vbi erant sine nomine: videlicet confundendo per ipsos, potentes illos atque fortes, quorum in oculis habebantur ignobiles. Sicut Mosen constituit Deū Pharaonis.

Psal. 112. 1. Cor. 1. Deus elegit infirma huius mundi vt confundat for. tia. Exod. 7. a.

d *Dabo enim vos, &c.* † RVPERT. IBID. Omnes populos terræ hic intelligimus electos de omnibus populis terræ, qui dicunt in Apoc. *Redemisti nos ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione.* Hos inquam, quorum labore & industria, cooperante eis Dei gratia, factum est hoc ipsum quod conuertitur, & conuertetur captiuitas populorum multorum ad Deum verum & viuum, &c.

Apoc. 7.

† REMIG. Dati in nomen & in laudem sunt Petrus, Paulus, & reliqui sancti, quorū nomina cum gloria magnificantur toto orbe terrarum diffusa. Hoc autem fiet cùm adducet filios afflictæ & cùm de eorum gloria & triumphis Dominus fuerit glorificatus. Tunc videbunt esse felices, quos in præsenti putabant miseros, &c.

Felices erūt in finali iudicio qui in hoc sæculo infelices putabantur, & è conuerso.

e *Cum con.* HIER. Cernent captiuitatem eorum, per quam in hoc sæculo duro fuerant imperio subiugati, reduci in cælestem Ierusalem, seque resurgere in confusionem æternam.

[a In re non spe. a Quia priora transierunt. b Liber: quæ est mater sanctorum.]

dio tui, non timebis malum vltrà. [16] In die illa dicetur Ierusalē: Noli timere Sion, nō dissoluatur manus tuæ. [17] Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit. Gaudebit super te in lætitiā, silebit in dilectione tua & exultabit super te in laude. [18] Nugas qui à lege recesserant congregabo: quia ex te erant, vt non vltra habeas super eis opprobrium. [19] Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tēpore illo, & saluabo claudicantem, & eam quæ eiecta fuerat congregabo. Et ponam eos in laudem, & in nomen in omni terra confusionis eorū, [20] in tempore illo quo adducam vos, & in tempore quo congregabo vos. Dabo enim vos in nomen & laudem omnibus populis terræ, cum conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris, dicit dominus.

[Interlinear glosses: a Amplius. b Non facias vltra quos post dissolutas pœnitendo. c Opera. Quia. — a Cui resistere nemo potest. b Gaudium domini fortitudo nostra est. — a Reddit tibi lætitiam quam perdidisti. b Non inferens pœnam pro peccato. c Non tuo merito. d Habita de te. e Accipiet laudem à te quasi pinguissimam hostiam, vel gaudebit te esse laudabilem. — a Ipse dico dicens. Vanos. b Peccando. c Ad te pertinebant secundum prædestinationem. — De eis perditis. a Et eos qui prius tibi improperabant, damnando. — a Homines, vel dæmones. In fine. b Olim à via Dei. — a Ecclesiam. b In tentationibus. Opinione. c Suscipiam in fine. — a Vt laudetur, & nomen eorum magnificetur. b Vnde, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum. — a Quando suscipiens eiecta. — Gloriatur Deus in Athletis suis, cum eos viderit coronari. — a In patriam. b Qui mundi miseriis & vinculis carnis tenebatur, vnde, Cum conuerterit dominus cap. ple. suæ, exultabit Iacob, & læ. Israel. — a Spiritualibus & carnalibus. Non dubiè, non spe, sed in re.]

c Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 In die illa dicetur Ierus. *id est, ecclesia militanti, quæ nomine Ierusalem designatur, Isa. ij. Et hoc per Apostolos & alios prædicatores confortando fideles infirmiores.*
2 Noli ti. *A persecutionibus Iudæorum & tyrannorum.*
3 Non disso. manus tu. *Retrahendo te à bono opere.*
4 Dominus Deus, *Scilicet, Iesus Christus.*
5 In medio. *Sicut iam expositum est.*
6 Ipse saluabit. *Te in pressuris.*
7 Gaudebit super te. *propter perseuerantiam in fide.*
8 Silebit in di. *s. peccata tua præterita.*
9 Nugas. *id est, homines vanos.*
10 Qui à lege re. *id est, à fide Christi & deuotione, decepti per sacerdotes & Scribas, vt prædictum est.*
11 Congregabo. *ad fidem Christi reducendo: vnde prædicante Petro sic reducti sunt ex illis tria millia die vna, Act. ij. & alia die quinque millia, Act. 3.*
12 Quia ex te erant. *id est, de numero prædestinatorum ad fidem.*
13 Vt non vl. ha. super eis op. *sc. sua infidelitatis.*
14 Ecce ego, &c. *Primitiua enim ecclesia valdè afflicta fuit à Iudæis in persecutione quæ facta est sub Stephano Act. viij. & ibi fuerunt omnes interfecti per Romanos, vel in seruitutem redacti per captiuitatem, quæ seruitus est mors ciuilis.*

Persecutio quæ facta est sub Stephano.

15 Et salu. clau. *In persecutione enim sub Stephano credētes pro maiori parte dispersi fuerunt per regiones, apostolis in Ierusalem remanentibus, qui erant fortiores: & sic ecclesia videbatur quodammodo claudicare in debiliori parte,*
16 Et eam quæ eiecta fu. *per dispersionem prædictam.*
17 Congregabo. *Vel quia post destructionem Ierusalē per Titum, Aelius Adrianus eam readificauit, & solis Christianis habitare concessit: & sic multi de Christianis, qui erant dispersi per regiones, ibi fuerunt iterum congregati.*

Christiani incolæ illius Ierusalem quam ædificauit Adrianus Imper.

18 Et ponam eos in lau. *quod maximè fuit impletum à tempore Constantini & citra,*
19 In omni terra, &c. *i. vbi prius fuerant confusi, quia ante reputabantur malefici & sacrilegi, vt patet ex gestis apostolorum & martyrum.*
20 In tempore, &c. *de locis occultis ad publicum, sicut patet de sancto Siluestro, & multis aliis latentibus, propter rabiē persecutionis, qui per Constantinum & alios principes fideles fuerunt assecurati, & valde exaltati.*
21 Cum conuertero, &c. *Prius enim illi, qui deprehendebantur tāquam Christiani occidebantur vel damnabantur sicut captiui, ad fodiendum arenam & alia opera seruilia & dura, vt patet ex gestis multorum martyrum.*
22 Dicit do. *qui est ipsa veritas, & regnat in sæcula sæculorum,* Amen.

ADDITIO I.

In ca. 3. Sophoniæ, vbi dicitur in Postill. Væ prouocatrix & redempta ciuitas columba.

Vbi in translatione nostra dicitur redempta: *in Hebræo ponitur quadam dictio æquiuoca, quæ vno modo signat* redemptam, *& alio modo signat* pollutam. *Similiter enim dictio ponitur hic & Malach. j. vbi dicitur*: Offertis super altare meum pollutum panem: *vnde & secunda significatione accipiunt hic Hebræi istam dictionem, quod videtur magis consonum litteræ.*

Ciuitas redempta.

ADDITIO II.

In eodem ca. vbi dicitur in postill. Disperdidi Gentes, &c.

Hoc quod dicitur hic, Disperdidi Gentes, &c. *Aliter posset exponi, & fortè melius. Ad quod sciēdum, quod prout prouerbialiter dicitur,* Felix quem faciunt aliena pericula cautum: *Sic Deus intendens correctionē populi Israelitici, puniebat alias Gentes manifestè pro peccatis eorū, vt inde sumeret populus ille eruditionem ad timendum Deum, ne similiter eis contingeret, & hoc est quod dicit propheta in persona Dei:* Disperdidi Gentes, *s. alias nationes.* Dissipati sunt anguli eorum. *ad ostendendum, quod acriter fuerunt puniti, & totaliter desolati, sic quod nullus remaneret ibi, vnde dicit,* Non remanente viro nec vllo habitatore, *Et quia ex hoc exemplo debuissent erudiri ad timendū Deum, saltē in timore seruili, ne eis similia contingerent, ideo subdi. in persona Dei:* Dixi attamen timebis me, suscipies disciplinā. *s. ex flagellis aliorum.* Et non peribit habitaculum eius, &c. *sed quia talē disciplinam non susceperunt, sed magis obdurati sunt, ideo subdit.* Diluculo surgētes. *i. sollicitè.* Corruperunt omnes cogitationes suas. *Et quia ta-*

Aliæ gentes à Deo correptæ vt se dirigeret Israel.

qui nihilominus perstitit in sua malitia.

lium

lium obstinatorum pœna correspondens præcipuè ad finale iudicium, reseruatur, ideo subdit, Quapropter expecta me in die resurrectionis meæ in futurum. *s. in die resurrectionis generalis, quæ dicitur resurrectio Dei in quantum à Deo mirificè efficitur. Et exponantur cetera vt in Postil.*

ADDITIO III.

In eodem ca. vbi dicitur in postilla: Vltra flumina Æthiopiæ.

Hoc quod dicitur hic: Vltra flumina Æthiopiæ, *propriè dicitur de terra illa, vbi decem tribus fuerunt transmigrata per Salmanasar regem Assyriorum, qui posuit eos iuxta fluuium Gozam, vt habetur iiij. Reg. xvij. qui tempore Alexandri magni reclusi fuerunt miraculosè; creditur tamen ipsos egressuros circa finem mundi, prout habetur in historia Scholastica, & tunc reducendi sunt ad verum cultum diuinum, sicut & aliæ Gentes manentes sicut dicitur supra.* Tunc reddam omnibus labium electū vt inuocent omnes in nomine domini. *Qui quidem sic transmigrati dicuntur hic* supplices mei. *s. Dei, in quantum per pœnitentiam de præteritis humiliabuntur. Dicuntur etiam* filij dispersorum meorum, *eo quod descenderunt ab illis qui dispersi fuerunt per diuinam sententiam. De istis ergo concludit hic propheta,* quòd deferent Deo munera, *sicut supra Isa. xviij. dicitur de eisdem;* In tempore illo deferetur munus domino exercituum à populo diuulso, &c. *Quod intelligitur de prædictis, vt ibidem fuit largius in additione declaratum.*

De 10. tribubus vbi modo sint & quando ad fidem venient & lucem.

REPLICA. In tertio cap. Sophoniæ vbi dicitur: disperdidi Gentes, *&c. Postilla. exponit de Iudæa, sicut totum capitulum de ea loquitur. Burg. autem per viam digressionis exponit pro cautela Iudæorum de punitione Gentilium, iuxta illud:* Felix quem faciunt aliena pericula cautum. *Sed modicum colorem habet illa digressio, quia per oppositum Iudæi ex punitione Gentium rarò vel numquā facti sunt cautiores, sed securiores, & per consequens ad vitia procaces. iuxta illud Deut. xxxij. b.* Incrassatus populus recalcitrauit. *Et sequitur,* Dereliquit Deum factorem suum, &c. *tempore enim prosperitatis quæ ortum habuit ex Gentium destitutione, ad vitia defluentes, in tribulationibus ad Deum recurrerunt, prout videri poterit ex serie veteris testamenti.*

Ex punitione Gentiū numquam fere facti sunt Iudæi meliores.

Incipit [1] Prologus Sancti Hieronymi in Aggæum Prophetam.

IEremias propheta ob causam periurij Sedechiæ regis, (vt historia secundi libri Paralipomenon indicit,) qui fidem promissam Nabuchodonosor regi Chaldæorum non seruauerat, populum Israel refert cum memorato rege Ierusalem, expugnatā Ierusalem, captiuum in Babylonem fuisse perductum. Sed cum memoratus populus multis temporibus idolis seruiendo, etiam effusione sanguinis innocētum, se grauiter impiasset, volens Deus generationē vniuersam eiusdem populi ob causas memoratas penitus deperire, septuaginta annorum captiuitatem eumdem populum in regno Chaldæorum statuit sustinere: hac ratione, vt cōpleto numero annorum, nouus populus, à memoratis peccatis immunis, ad renouationem Ierusalem perueniret. Sexagesimo itaque secūdo anno, regno [2] Chaldæorū subuerso, cui adhuc octo anni ad regnandū restabant; quod etiam sexta visio Danielis ostendit, propter causam sacrilegij quæ in eadem visione continetur, fuisse extinctum; Darius qui Mœdis imperabat (vt septima visio Danielis ostendit) memoratus in regno successit. Cuius primo anno regni (vt decima visio Danielis manifestat) Daniel supputatis annis, videns appropinquare tempus reuersionis quæ per Ieremiā fuerat promissa, orans tam pro se quàm pro populo, eamdem promissionem à Deo postulabat impleri, cui per archangelum Gabrielem in eadem visione iuxta preces eiusdem, vniuersa esse completa Deus dixit. Nam [3] moriēte supradicto Dario, rege Mœdorum, & succedente in regno Cyro, rege Persarū, promissione Dei completa per eumdem regem populumque Israel in Ierusalem reductum, historia secundi libri Paralipomenō & initium Esdræ prophetæ confirmant. Cumque à populo Israel & à senioribus templum Dei ædificari cœpisset, mortuo Cyro rege, ac regnante Dario rege Persarū, qui memorato Cyro successerat, vicinæ Gentes ciuitatis Ierusalem (vt idem Esdras refert) restaurationem templi & ciuitatis resistendo impedire cœperunt. Qua ratione deterritus populus Israel, reparationē supradicti templi domini, necdum iuxta promissionem concessam esse credebat. Propter quod in secūdo anno regni memorati Darij regis Persarum, Aggæus propheta à Deo missus ad Zorobabel, qui de tribu Iuda erat, qui potestatem regni suscepturus erat, & Iesum filium Iosedech summum sacerdotē, admonet, vt credant completo numero annorum, tempus restaurationis Ierusalem aduenisse: hoc etiam addito, ne incredulitatem populi vellent imitari, de quo Deus dixit per eum: Populus hic dicit: nondum venit tempus vt ædificetur domus Dei. Omnia autem quæ in textu huius prophetiæ continentur, reuersionem populi, ædificationē templi, renouationem ciuitatis, obseruantiā sacerdotalē, & interitum regnorum Gentium exterarū significāt.

ANNOTATIONES AD PROLOGVM SANCTI HIERONYMI IN AGGÆVM PROPHETAM.

1 *Prologus Sancti Hieronymi.* Imò glossatoris Rabani, aut Strabi: nam Hieronymi nihil hic est; nec stylus sapit eius saliuam; & repetitio crebra vocabulorum, *memoratus*, & *supradictus*; satis ostendit non esse Hieronymianam dictionem. Et habet computationem chronologicam valdè incertam.

2 *Regno Chaldæorum subuerso.* Regno nempe Chaldæorum, adhuc vltra eos 62. annos, restabant alij octo anni, sub Dario Mœdo; Vel fortè vult, Darium 62. anno ætatis suæ (quod concorditer docent Chronologi) Babyloniæ monarchiam occiso Balthasare, occupasse; & eam tenuisse vsque ad Cyri & Persarum monarchiam.

3 *Nam moriente supradicto Dario, rege Mœdorum, & succedente in regno Cyro.* Magna est historicorum dissensio de hac Chronologia horum regum; quibusdam Dario multos annos in monarchia Babylonica concedentibus; quibusdam solos duos, tresve; & nonnullis confundentibus regnum Darij & Cyri: nonnullis separantibus. Hic auctor videtur Dario octo ad minimum annos in monarchia concedere. Alij longè plures. Et sunt qui Darium à Cyro exutum regno scribunt; sunt qui Cyrum Dario viuente à monarchia abstinuisse scribunt, & non nisi eo mortuo se monarcham declarasse; quod vero similius videtur.

Incipit Argumentum.

Hier. Epist. ad Paulinū.

AGgæus festiuus & lætus, qui seminauit in lachrymis vt in gaudio meteret, destructū templum reædificat, Deumque patrem inducit loquentem: Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum & terram, mare & aridam, & mouebo omnes Gentes, & desideratus veniet cunctis Gentibus.

CAP. I.

A a IN anno secun. Ex. HIER. in com. Cùm Cyrus rex Persarum, occiso Balthasar occupasset regnum Babyloniorum cum Dario patruo suo rege Mœdorũ, primo anno regni sui remisit in Ierusalem circiter 50. millia Iudæorum, quibus prefecit Zorobabel & Iesum filium Iosedech, & precepit vt reędificarent templum domini. Illi autē extructo altari, fundaméta templi iecerũt. Sed interea mortuo Cyro, Artaxerxes illi succedés, mandauit Gentibus quæ erant circa Ierusalem ne templum reędificari permitterent. Remāsit itaque opus imperfectũ vsque ad annum secundũ Darij filij Histaspis. Hoc anno Aggæus & Zacharias prophetæ, non timétes edictum regis, nec inimicitias circumiacentium populorum, hortati sunt Zorobabel & populum, qui cum eo erat, vt templum reædificarent, quia iam erat tempus quo Ieremias prophetauerat, templum esse reædificandum. Zorobabel autem & populus magis obedierunt prophetis hortantibus, quàm regi vel populis prohibentibus.

1. Esdr. 3. a.

Aggæus hortatur populum & principes vt intermissum opus templi repetant.

C IBID. Darius interpretatur *generationes*, & signat amatorem coitus, & carnalis generationis. Congruè ergo tempore Darij hæc visio cernitur populo, qui reuersus de captiuitate, nondum extruxerat templum, nec habebat gloriam pristinæ Ierusalem: sed habitabat in domibus concauis & depressis. Meritò etiam cernitur in *anno secundo*, quia binarius immundus numerus est, qui primus à virginitate vnitatis discedens, princeps est totius alternitatis. Vnde in Genesi non dicitur post consummationem operum secundæ diei, quod additur post consummationem operum aliorum dierum, *Et vidit Deus quod esset bonum*. Mensis etiam *sextus* congruit, quia hic mensis non habet aliquas solemnitates Dei sicut septimus: similis est sex dierum quibus factus est mundus, in quo laboratur, & panis sub sudore comeditur. Sed quia altare iam erat extructum, *in vna die* fit verbum, vt populus deserens phanum Darij & sextum mensem, reuertatur ad vnitatem fidei.

De numeris 1. 2. & 6.

Gen. 1. d.

IBID. Aggæus *solemnis*, in manu cuius fit sermo Dei in azymis sinceritatis, potest recipere sermonem Dei. Non fit ad eos sermo Dei qui occiderunt sermonem, id est, filium Dei: quia manus eorum plenæ sunt sanguine.

D IBID. Zorobabel typus est Saluatoris: qui destructum patri ædificat tabernaculum, tam de reliquiis Iudæorum, quàm de multitudine Gentium, *Zo*, iste, *ro*, magister, *Babel*. i. Babyloniæ, id est, iste magister Babyloniæ qui natus est in Babylone. De Babylone reducit populum in terram promissionis, de qua fuerant abducti captiui. Vel Zorobabel, *fluxus expositus*. Hic est fluxus Iesu, qui nobis de largissimo fonte expositus est ad bibendum. Vnde ipse ait, *Si quis sitit, veniat ad me & bibat*. Hunc fontem concipimus piis petitionibus. Vnde Zorobabel filius est Salathiel, qui interpretatur petitio Dei.

Zorobabel typus est Saluatoris.

E

Ioan. 7. f.

Incipit Aggæus Propheta.

CAP. I.

a IN anno secundo Darij regis in mense [1] sexto in die vna mensis, factum est verbum domini in manu Aggæi prophetæ [2][3] ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedech sacerdotem magnum dicens: [4][5][6]

b [a] Hæc ait dominus exercituũ dicens: Populus iste dicit. Nondum venit tempus domus domini ædificandæ. [7][8]

c Et factũ est verbum dñi in manu Aggæi prophetæ dicens. [9]

d Nũquid tempus vobis est, vt habitetis in domibus laqueatis: & domus ista [10]

(Interlinear glosses: a Quærens ad quem veniret, & quem doceret. — Inspirat Deus prophetam bona opera habentem, vt per eum doceatur populi princeps. — a Qui natus est in Babylone, & Christus in mundi confessione. — b Quia de stirpe erat Dauid. — a Qui de tribu sacerdotali. — In his duobus vnus Christus signatur rex & pontifex. — a Non Zorobabel, non Iesus, sed populus dicit, qui sub Dario iugum seruitutis nondum recusat. — a LXX. concauis.)

IBID. Iosedech, iustus dominus, id est, Deus pater, cuius filius eius Iesus, id est, Saluator, ad cuius comparationem omnes sacerdotes minimi inueniuntur.

† REMIG. Zorobabel & Iesus duo fuerunt homines, vnus de tribũ Iuda & regia, alter de stirpe sacerdotali. Mysticè verò vnum & eumdem designant Christum, qui est verus rex, & magnus sacerdos. *Nondum venit tempus, &c.* Non hoc Zorobabel aut Iesus sacerdos dicebant, sed populus, qui de captiuitate reuersus, adhuc sub Dario erat.

F

Christus rex & sacerdos.

b *Populus iste dicit*. HIER. Qui captiui tenentur extra Ierusalem, differunt ædificare templum domini, & dicunt: *Nondum venit tempus domus domini ædi.*

IBID. Cum aliquis per vitiũ egressus de ecclesia disponit reædificare templum Dei in se, & tamen de die in diem protrahit, de eo potest dici. *Iste dicit, Nondum tempus est ædificandæ domus Dei.* Sed omne tempus ædificationi est congruum. Nec possunt hostes impedire eum, qui conuersus ad Deum clamauerit.

De eis qui differunt exequi bonum propositum.

c *Et fac. est ver.* IBID. In eadem die, qua supra, rursus videtur hæc visio: & proficientibus prophetæ operibus, prophetię quoque dona succrescunt, & habito paulisper silentio quasi cogitata domini fit responsio.

d *Numquid*. IBID. Ergone tẽpus est, vt vos habitetis in domibus in val-

Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lira super Aggæum prophetam incipit.

CAP. I.

1 IN anno secundo. *Incipit prophetia Aggæi, quæ diuiditur in duas partes. s. in proœmium & tractatum: quæ incipit ibi.* Hæc dicit. *In proœmio verò ponitur primò huius prophetiæ tempus cum dicitur,* In anno secundo Darij regis. *Secundum Iosephum xj. li. antiquitatis Iudaicæ: iste Darius fuit filius Histaspis, & fuit amicus Zorobabel & fauorabilis Iudæis, vt patet j. Esdr. vj. Et hoc maximè fuit vt dicit Iosephus, quia antequam promoueretur ad regnum Persarum, fecit votum, quod si contingeret eum sic promoueri, faceret templum in Ierusalem ædificari, & ibi vasa deferri. Secundum vero Rab. Sa. iste Darius fuit filius Assueri regis, & Esther reginæ: & sic fuit fauorabilis Iudæis ratione matris suæ, quæ fuit Iudæa. Et istud secundo dictum videtur mihi probabilius: sicut declaraui diffusius super primum capitulum libri Esther: tamen secundum vtrumque dictum Aggæus prophetauit post reditum captiuitatis Babylonicæ; quoniam vterque (si tamen duo fuerunt) regnauit post Cyrũ.*

Iosephus 11. li. antiq. 4. c.

Darium istum quid conciliauit Iudæis?

2 In die vna men. *id est, prima die illius mensis, eo modo loquendi, quo dicitur Gen. j. a.* Et factum est vespere & mane dies vnus, *id est, primus. Secundo ponitur nomen prophetæ, cum dicitur,*

Vnus pro primus.

3 Factum est verbum do. in manu Aggæi. *id est, per ipsum Aggæum tamquam per Dei ministrum. Iste enim est modus loquendi Hebraicus; Potest etiam dici quod in hoc exprimitur donum prophetiæ datum Aggæo per similitudinem doni corporalis, quod ponitur in manu recipientis. Tertiò ponitur quibus prophetauit, cum dicitur,*

Quid hic sit in manu Agg.

4 Ad Zorobabel, &c. *Et sic iste Zorobabel fuit nepos Ioachin, Matth. j. quem Euilmerodach leuauit de carcere, & posuit thronum eius super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone iiij. Reg. vlt.*

Genus Zorobabel.

5 Ducem Iuda, *eò quod erat de tribu Iuda.*

6 Et Iesum, &c. *Isti enim duo erant principaliores in populo, & ideo prophetia Aggæi dicitur eis facta principaliter, & reliquo populo consequenter.*

7 Hæc ait. *Hic consequenter incipit tractatus. Circa quod sciendum, quod populus rediens de Babylone, statim fundauit templum in Ierusalem j. Esd. iij. sed statim fuit impeditus à vicinis Gentibus: propter quod dicebat nondum aduenisse tempus reædificandi templum. Si enim placeret domino pro tunc illa ædificatio, tolleret impedimenta, vt dicebat: propter quod fuit negligens de illa ædificatione vsque ad tempus Darij regis; in quo Aggæus spiritu sancto illustratus, reprehendit eorum negligentiam, exhortans ad templi ædificationem: quod completum fuit sexto Darij anno j. Esdr. vj. Secundum Iosephum vero anno eius viij. quia fuerunt diligentes in operando. Sic igitur iste tractatus in duas partes diuiditur, quia primo arguitur præcedens negligentia: secundo, confortatur sequens diligentia, ca. seq. Prima in duas, quia primo ponitur argutionis actus; secundo, eius effectus, ibi,* Et audiuit. *Circa primum dicitur,*

Templi restauratio.

Diuisio.

8 Populus iste dicit, &c. *Hoc dicebant propter impedimenta superuenientia à Deo permissa, vt dictum est: sed hoc non valebat; Deus enim aliquando permittit in opere sibi placito impedimenta occurrere, vt maius meritum habeatur in maiori labore: ideo subditur,*

Increpat Aggæus Iudæos quod neglecto templo propria ædificia curarent.

9 Numquid temp. &c. *id est, vt faciatis ædificia curiosa.*

10 Et domus, &c. *Quasi diceret, Non: quod probat per effectum.*

MORALITER.

† 8 *Populus iste dicit, &c.* Prophetat ad litteram contra eos, qui negligebant opus domus domini, & de propriis negotiis erãt valde solliciti, per quos mysticè significãtur illi prælati, qui de spirituali ædificio ecclesiæ, quod fit per sanam doctrinam & bonam vitam, parum curant; & de leuandis pecuniis magnam sollicitudinẽ habent. Sed quoniam aliqui doctrinæ & prædicationi intendunt sollicitè, principaliter propter quæstum vel famam hominum, ideo ipsis dicitur,

De prælatis malis.

qui redituscurant sollicitè, & socordes sunt in pascendo grege.

† Se-

valle positis, & mea domus quæ in monte est, deserta erit? Vel, *vt habitetis in domibus laquea*. id est, ornatis & deliciosis, & sancta sanctorum pluuiis & iniuriis omnibus patebunt.

Contra eos qui ornatiores domus habere volunt quam habeat Deus.

† REMIGIVS. Contra hoc quod populus dicebat profertur responsio; dicendum ergo quod nec tempus est, vt vos habiteris in compositis & ornatis domibus, quæ non solùm ad vsum sunt, sed etiam ad delitias: & dicitis nondũ esse tẽpus vt mea domus reædificetur, in qua fuerant* & sancta sanctorum, & Cherubin, quæ nunc squalet solitudine, torretur æstu, perfunditur pluuiis.

*Deu. 18.d. Mich.6.d.

B HIERON. IBID. Omne tempus quo in valle, id est, in vitiis & luxu sæculi habitare eligimus, quasi nihilũ reputatur: & nõ inuenit in nobis Deus vbi caput suum reclinet.

Vita quę per vitia & luxus traducitur.

Luc. 9. g.

a ¶ Absque mora præcepta mea in opus vertite. b ¶ Cuius non leue est imperium. c ¶ Quæ hucusque per diuersa vitia distrahebantur.

a deserta? [f] Et nũnc hęc dicit dominus exercituum. Ponite corda vestra super vias vestras. [6] * Seminastis multũ, & intulistis

a ¶ In memoriam reducite quæ fecistis, & quæ passi estis. b ¶ In horrea.

a ¶ Minus recepistis quàm seminastis. b ¶ Ne quis dicat voluntarium fuisse ieiunium. c ¶ Quia paruos fructus habuistis.

pãrum. Cõmedistis, & nõn estis satiati. Bibistis, & non estis

a ¶ Exhilarati. b ¶ Habuistis pallium, sed quod nec repelleret frigus, vel seruaret calorem. c ¶ Si quis vel negotiatione, vel mercenaria manu mercedes congregauit, illæ pecuniæ ità defluunt, ac si mitterentur in saccum pertusum.

c d inebriati. Operuistis vos, & non estis calefacti. Et qui mercedes cõgregauit, misit eas in sacculum pertusũm. [7] Hæc dicit dominus exercituum. Ponite corda vestra super vias vestras. [8] Ascẽdite in montẽ, portate ligna, & ędificate domũ, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit dñs. Respexistis ad amplius, & ecce factũ est minus. Et intulistis in domũ &

a ¶ Idem dominus ad idem quod prius hortatur.

Eccle. 31. d.

a *Ponite corda*. Nihil sine consilio & præcogitatione faciatis, sed lux diuinæ legis luceat ante pedes vestros.

† REMIGIVS. Quia dicitis. *Nondum venit tempus, &c.* considerate quæ fecistis, & quæ passi estis. Omnis enim labor vester nullum potuit habere prouentum. Multo minus quàm seminastis collegistis. *Comedistis, & non estis saturati.* Non tantum potestis dicere voluntarium fuisse ieiunium: sed quia paruos fructus congregaueratis in horrea. Vinum bibistis, sed non tantum quod suffecerit ad exhilaranda corda potantium. Ipse quòque vestitus non potuit pellere frigus, aut calefacere. Si quis etiam mercedes congregasset, siue negotiatione, siue mercenaria manu, frustra laborauerat, quia omnes pecuniæ defluxerunt, veluti in sacculum pertusum missæ.

Omnia infeliciter succedunt diuina posthabentibus.

C † GREG. pastoralis 3. parte admonitione 22. Plerumque quanta tribuunt quidam pensant, quanta autem rapiunt considerare dissimulant. Quasi mercedem numerant, & perpendere culpas recusant. Audiant quod scriptum est. *Qui mercedes congregauit, &c.* In sacculo quippe pertuso videtur, quando pecunia mittitur, sed quãdo amittitur non videtur. Qui ergo quanta largiuntur aspiciunt, sed quanta rapiunt non perpendunt, in pertuso sacculo mercedes mittunt: quia profectò has in spem suæ fiduciæ intuentes congerunt, sed non intuentes perdunt.

Contra eos qui pauca dãt & multa rapiunt.

b *Seminastis multum*. HIER. in com. Non ideò venit fames, quòd agricola cessauerit ab agricultura.

IBID. Mysticè. Qui de Babylone reuersi sunt, & ædificationem domus Dei differunt, dicentes, Nondum est tempus ædificandæ domus domini, nec captiui sunt, nec plenè liberi, sed velut in medio positi. Seminant & parum metunt: quia si inter multa peccata aliqua iusta opera faciunt, non est Deus iniustus, vt propter multa mala paucorum bonorum obliuiscatur, sed faciet eum metere, & in horrea congregare, quæ in bona terra seminauit. Qui penitus nihil operatur, nil comedit, sed fame perit. Qui verò seminat multa & infert pauca, parum comedet non in satietate

Contra tepidos.

D rate vel suauitate. Sanctus vero vsque ad satietatem comedet.

c *Operuistis vos, &c.* IBID. Qui habet pallium, id est, occultam scientiam mysteriorum Dei, sensibus verbisque contextum, non sinit feruentes spiritu amittere dilectionis calorem, & pati frigus. Qui verò non adeo feruet, habet quidem pallium sensuum & operum suorum, sed non calefit, nec totus cooperitur. Qui verò propter animæ paupertatem non habet pallium: quia ex multiplicata iniquitate charitas in eo refrixit, ideò frigore perit.

De eis qui in opere bono feruent, frigent, vel torpent.

d *Et qui mercedes congregauit, &c.* IBID. Qui operatur bona, quæ remuneratione digna sunt, & bona E bonis adiungere non desistit, mittit mercedes in saccum non pertusum. Qui verò priora bona vitiis sequentibus sordidat, in saccum congregat pertusum.

Saccus pertusus.

e *Ponite corda vestra, &c.* HIER. IBID. Mentiuntur Hebræi, sola tantùm ligna ad congregandum fuisse necessaria, stantibus muris templi post incendium.

IBID. Mysticè. Postquam posita sunt corda super vias, præcipimur ascendere in montem, id est, in altitudinem diuini sermonis, vt ex eo præcidamus nobis ligna, id est, testimonia, & varia virtutum genera, ad ædificandam in nobis domum sapientiæ, vt Deo placeat, & glorificetur in nobis.

Aedificatio domus sapientiæ.

IBID. Considerate cuncta, quæ geritis, & relinquentes studium domorum vestrarum humilium, ascendite in montem, vbi sunt ligna quæ non comburantur, sed ad opera domus meæ proficiant, & vt hoc libentius agatis, scitote quòd in his mihi placebitis.

† REMIGIVS in com. Ascendite in montem Libanum, præscidite ligna, & edificate domum meam: & erit mihi acceptabilis. F Dicam & aliud, quod vobis accidit. Quum iam metendi tempus exstaret, & frumenta vos in manibus tenere putaretis, messuistis vacuos culmos, & inanes stipulas sine granis congregastis. Sed & hoc quod de magnis aceruis modicum fuerat electum, quum intulissetis in domos vestras, *exsufflaui*, id est, mea virtute dispersum & ad nihilum redactum est.

f *Respexistis ad amplius, & ecce factum, &c.* HIER. IBID. Sæpe multa bona de multis sperantur, quorum doctrina & conuersatio bona videtur. Sed vbi tempus messium venerit, id est, cùm tempus docendi habent, & exemplo vitæ alios instruendi opportunitatem consequuntur, vel parum vel nihil est in eis inuentum, & surrepente paulatim negligentia, hoc parum quod videbantur habere, perdunt. Quod ideò eis euenit, quia in pristinis domibus suis securi fuerunt & non ascenderunt in montem scripturarum, nec se in domum domini extruxerunt.

De eis qui spei de se excitatæ non respondent.

g *Et intulistis in domum, &c.* Ecce aliud incommodum, quod contigit differentibus ædificationem, cùm iam tempore messis putarent se tenere frumenta in manibus, vacuos culmos sine frugi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ponite corda vestra super vias vestras, *id est, cogitate de operibus pro vestris necessitatibus, & inuenietis defectum notabilem propter operis templi negligentiam, vt habetur infra: ideò sequitur,*

2 Seminastis multùm. *Scilicet respectu fructus inde sequentis, ita quòd non habuistis cibum ad sufficientiam, nec potum, nec operimentum.*

3 Et qui mercedes congregauit. *Vt inde lucraretur.*

4 Misit eas in sacculum pertusum. *Id est, paruum aut nullum habuit inde lucrum propter negligentiam ædificandi domini templum. Ideò consequenter inducit ad hoc ædificandum dicens,*

5 Ascendite in montem, &c. *Scilicet Libani, vbi erant ligna huic ædificio apta. Cetera patent in littera vsque ibi.*

MORALITER.

† 2 *Seminastis multùm, & intulistis parum*, Quia cupiditas & vana gloria abstulerunt fructum.

† *Comedistis, & non estis satiati.* In comparando vobis curiosa, auditoribus placita, quæ mentem non reficiunt, sed famelicam relinquunt: eò quòd talis scientia inflat, & non ædificat.

Doctrina curiosa non salutaris.

† *Bibistis, & non estis inebriati.* Nam aqua sapientiæ terrenæ sitim non sedat, sed magis augmentat.

† *Operuistis vos.* Verborum curiositate.

† *Et non estis calefacti.* Charitate.

3 *Et qui mercedes congregauit.* Id est, opera bona de genere.

4 *Misit eas in sacculum.* Propter defectum intentionis rectæ.

† *Hæc dicit do.* Hîc inducit ad spirituale ædificium domus Dei di.

Adhortatio ad spirituale ædificium domus Dei.

† *Ponite corda vestra super vias vestras.* ad Dei opera dirigendo. Et subdit modum di.

5 *Ascendite in montem.* Scilicet perfectionis vitæ.

† *Portate ligna.* Id est sacra verba & exempla ad ædificationem ecclesiæ.

† *Et acceptabilis mihi erit.* Scilicet ædificatio vestra. Et reuertitur ad arguendum negligentiam pristinam.

† *Respexistis, &c.* Et est eadem sententia cum illa quæ posita est parte præcedenti. Et subditur pœna cùm dicitur,

a ¶ Hæc mala contingunt vobis.

exufflaui illud: quam ob causam dicit dominus exercituum?

a ¶ Et vos habitatis vnusquisque in domo sua.

Quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque 1

a ¶ Non solum non dant pluuiam suam, sed nec nocturnum rorem, vt saltem modico humore, agri temperentur.

in domũ suam. [10] Propter hoc super vos prohibiti sunt cæli 2

a ¶ Quæ sponte solet gignere, auaro sinu credita retinet. 3

a ne darent rorẽ, & terrã prohibita est ne daret germen suum. †

a ¶ Vrentem ventum. LXX. gladium, quod melius.

b ¶ Super montes vocatur siccitas, ne proferant triticum, vinum & oleum, vel quæcumque humus sponte generat.

b [11] Et vocaui siccitatem super terram & super montes, & super †

triticũ, & super vinum, & super oleum: & quæcumque pro-

a ¶ Præcedente fame, consequenter super homines & iumenta mors venit.

b ¶ Id est, vrens ventus omnia consumit, quæ manus hominum laborauerunt.

fert humus, & super homines, & super iumẽta, & super om- 4

a ¶ Isti qui venerunt in virum perfectum, audiunt, obediunt, non timent, quia charitas foras mittit timorem.

c nem laborem manuum. [12] Et audiuit Zorobabel filius Sala- 5

thiel, & Iesus filius Iosedech sacerdos magnus, & omnes re-

liquiæ populi vocem Dei sui, & verba Aggæi prophetæ, si-

a ¶ Qui non peruenerunt in virum perfectum.

b ¶ Vnus de nuntiis, propheta de prophetis.

cut misit eum dominus Deus eorum ad eos, & timuit popu-

a ¶ Sciens quia facies domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

d lus à faciẽ domini. [13] Et dixit Aggæus nũtius domini de nũtiis 6

a ¶ Non loquitur ad Zorobabel, vel Iesum, cum quibus & in quibus semper erat, sed populo timenti qui accepit mercedem pro timore Dei, vt dominus sit cum eis.

e f domini populo, dicẽs: Ego vobiscum sum, dicit dñs. [14] Et su- 7

a ¶ Quasi prius dormientem.

b ¶ Non corpus, non animam, sed spiritum, qui magis scit ædificare templum domino. 8

scitauit dñs spiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, &

¶ Vt regnum & sacerdotium Deo ædificarent templum.

spiritum Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & spiritũ reli-

A frugibus congregabant, & illud tantillum quod superrat, inferebant in domum: sed Dei virtus exsufflabat, id est, ad nihilum redigebat, quia folliculi vacui, & frumentum vacuum farinam non habebat.

Gratia Dei. a *Rorem.* Mysticè, Ros est cælestis gratiæ benedictio, quæ non de aëre, vbi multæ perturbationes sunt; sed de cælo descendit, ad rigandas animas iaculo diaboli vulneratas, vel in persecutione æstuantes.

Hæreses debellatæ. b *Et vocaui siccitatem super ter.* Quidquid sine auctoritate scripturæ, quasi apostolica traditione sponte cõfingunt hæretici, percutit gladius Dei.

B † REMIGIVS. Non solum inquit, cæli non dederunt pluuiã suam, sed ne rorem matutinum quidem, vt arentes agri modico saltem humore temperarentur. Vocatur autem inde siccitas primò super terram deinde super omnia quæ profert humus, ad vltimum super homines, & super iumenta. Quia præcedente fame profectò super homines, & super iumenta mors venit; sicque idẽ gladius quæcumque manus hominum laborauerat, consumit.

C HIERON. in com. Mysticè. Gladius vel vrens ventus, sermo Dei, acutior omni gladio, qui aridam terram, id est, negligentem animam, & in concauis habitantem, ne fructum ferat, dispergit. Vocatur & super montes, qui contra scientiam Dei se eleuant. Destruit etiam triticum, vinum, oleum, quibus quasi cibo & potu hæretici deceptis populis blandiuntur: Panis eorum panis doloris, vinum eorum fel draconũ, oleum eorum quod impinguat caput peccatoris. Per homines & iumenta sensus & cogitationes eorum; vel per homines, docti; per iumenta, indocti, qui cum operibus manuũ, id est, ieiuniis & variis obseruationibus pereunt. Possunt hæc intelligi de malis doctoribus ecclesiæ, qui carnalia quærentes, nec in se nec in aliis domum Dei dirutam quærunt reædificare, sed multos verbo & exemplo scandalizant.

Hæretici.

Mali doctores qui carnalia quærunt nec domus Dei ruinas curant.

c *Et audiuit.* IBID. Per Zorobabel & Iesum, signatur vnus Christus rex & sacerdos, & ideò illi non timent sed solus populus timet.

d *Et dixit Aggæus.* HIERON. IBID. Quidam putant Ioannem Baptistam, & Malachiam, (qui angelus domini interpretatur) & Aggæum fuisse angelos, & ob dispensationem iussu Dei assumpsisse humana corpora, & inter homines conuersatos: vnde dicunt Ioannem Baptistam ad vocem Mariæ in vtero matris exultasse. Nos verò dicimus *nuntium Dei*, id est, angelum, qui Hebraicè, *Malachi*, dicitur, prophetã appellari, quia Dei voluntatem nuntiat hominibus.

D *Opinio quorũdam quod Ioannes Baptista, Aggæus & Malachias Angeli fuerint. Luc. 1. d.*

e *Ego vobiscum sum dicit dominus.* IBID. Ego ero vester adiutor; Ædificate domum meã quæ in vobis est destructa, me in medio vestri constituite, nemo ædificationem vestram poterit prohibere.

E f *Et suscitauit dominus spiritum, &c.* † REMIGIVS Suscitatur spiritus Zorobabel, & Iesu spiritus, vt regnũ & sacerdotium ædificarẽt templum. Suscitatur spiritus populi, id est, deuotio animi & voluntas, vt faceret quod præceperat Dominus. Ingressi sunt, quia foras exierant, id est, sui met obliti erãt, sicut prodigus filius, de quo dicitur, quòd in se reuersus est, quãdo decreuit ad patrem redire.

Instauratio spiritualis ædificij.

Luc. 15.

F HIER. in com. Iam verus Zorobabel de genere Dauid, & Iesus sacerdos in æternum, suscitatus est virtute patris; quo adiuuante debemus suscitari ad ædificandam spiritualem domum Dei: In quam ingressi, spirituales hostias offerre & opera digna templo Dei facere debemus, quæ tamen facere non possumus, nisi prius dominum timuerimus. Quia verò in sæculo sumus, & sub Dario generationi coniugiisque seruientes ædificamus, ideò *sexto* numero, quo factus est mundus, & *secundo anno* qui diuiditur ab vnitate, ingredimur domum Dei. Cùm verò in senario factus sit mundus, duplicari oportet senarium, vt reædificetur mundus: & sic in duodenario est sobolis humanæ reparatio, quæ vt de vtroque populo facta ostendatur, duodenarium duplicamus: & sic in vicesimaquarta die ædificata est ecclesia, tam de Gentibus quàm de circumcisione. Vel, octonarius ad circumcisionem, ternarius ad fidem trinitatis refertur. Per fidem trinitatis fit vera circumcisio vitiorum. Ideò multiplicato octonario per

De mysteriis quorũdam numerorũ.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vos festinatis vnusquisque in domum suam. *Id est, cum magna diligentia intenditis vtilitatibus vestris. Et quia non valet talis diligentia, sine Dei prouidentia, ideò subditur,*

2 Propter hoc. *Id est, propter nimiam diligentiam in operibus vestris, & negligentiam in diuinis.*

3 Super vos prohibiti sunt cæli, ne darent rorem. *Sufficientem ad terræ fœcundationem, & per consequens impedita sunt terræ nascentia, & per consequens homines & iumenta sufficiens nutrimentum non habentia: quod requiritur ad multiplicationem hominum & iumentorum, quia semen eorum est de superfluo alimenti. Virtus enim nutritiua materiam ministrat generatiuæ. ij. de anima.*

Non est fœcunditas vbi tenuis est virtus.

4 Et super omnem labo. &c. *Quia homines non possunt bene laborare, nisi habeant sufficiens nutrimentum.*

5 Et audiuit Zoro. *Hic consequenter ponitur argutionis effectus, quia ad vocem prophetæ, dux populi & sacerdos magnus, & consequenter totus populus conceperunt voluntatem, & constantiam ædificandi domum domini. Et patet littera, paucis exceptis, quæ discurrentur.*

Parat populus resumere opus.

6 Et dixit Ag. nũtius, &c. *Id est, de numero prophetarũ à Deo missorum.*

7 Ego vobiscum sum. *Paratus vos auxiliari in ædificio templi.*

8 Et suscitauit dominus spiritum. *Id est, voluntatem & constantiam ad ædificandum.*

In

MORALITER.

† 2 *Propter hoc super vos prohibiti, &c.* Id est, angeli, qui sunt ciues cæli, retraxerunt à vobis auxilium suum, sicut Ierem. lj. dicitur in persona angelorum; *Curauimus Babylonem, & non est curata: derelinquamus eam.*

Angeli retrahunt à malis clericis subsidiũ spirituale & laici spirituale.

† *Et terra prohibita est, ne daret germen suum.* Per terram, significantur laici terrenis intenti, ipsi verò frequenter retrahuntur à bono propter malitiam cleri.

† Et

† *Et vocaui siccitatem super terram, & super montes, &c.* Quasi dicat, propter hoc venit defectus deuotionis in paruis, mediocribus, & magnis.

5 *Et audiuit Zorobabel, &c.* Per hoc autem quòd principes & pontifex primò acquieuerunt monitioni prophetæ, & alij consequenter, vt hîc dicitur; ostenditur, quòd quando principes & prælati incipiunt bonum opus, alij de facili eos consequuntur, ideò sequitur, *Et faciebant opus in domo domini.*

Ad principum exemplũ componitur populus.

per ternarium invicesimaquarta die ædificamus domum.

a *In die vicesima.* Eodē anno Darij, & eodem mēse, qui in principio positus est, sed non eodem die. Ibi enim dicitur, *In vna die mensis;* hîc dicitur in *vicesimaquarta*: vt inter primū diem, quo dominus loquitur per Aggæū, & vicesimum quartum, quo ingressi sunt, xxij. dies medij fuerint, quibus timuit populus dominum.

a ❡ Fortes enim fuerant. b ❡ Quod dignum erat penetralibus domus Dei.

quorum de omni populo, & ingressi sunt, & faciebant opus in domo domini exercituū Dei sui, [1] in die vicesima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darij regis. [2]

NICOLAVS DE LIRA.

1 In die vicesima. *Postquam reprehensa est populi negligentia, hic consequenter confortatur eius sequens diligentia. Et diuiditur in duas partes: quia primò confortatur de operis profectu; secundo, de Christi aduentu, ibi,* Nolite timere. *Circa primum, ponitur primò continuatio respectu prædicti: secundò executio propositi, ibi,* In septimo. *Circa primum dicitur,* In die vicesima & quarta, &c. *Immediatè enim præmiserat propheta,* Et faciebant opus in domo domini exercituum Dei sui, *& non dixerat quo tempore inceperant illud opus, ideò hic manifestat quantùm ad annum, cum dicitur,* In anno secundo Darij: *& quantum ad mensem, cum dicitur,*

2 In sexto mense. *Et dicunt aliqui, quod iste fuit mensis Septembris, quia secundum eos primus mensis apud Hebræos est Aprilis. Sed ostensum fuit Ge. vij. & Exo. 12. quòd primus mensis apud Hebræos est Martius, tamen aliquando concurrit cum Aprili nostro, quia faciunt menses per lunationes: & secundum hoc iste mensis esset Augustus, qui est sextus à Martio. Sed quia xxiiij. dies Augusti non est tempus in quo solent ædificia magna inchoari; sed magis circa principium veris: & adhuc minus est apta xxiiij. dies mensis Septembris: ideò aliter dicendum, quod licet Martius sit primus mensis apud Hebræos, secundum ordinem festorum per anni circulum; tamen September est primus secundum ordinem negotiorum: quia est primus simpliciter secundum eos, eò quod in ipso fuit creatus mundus, sicut declaratum fuit diffusius Gen. vij. Et secundum hoc, mensis sextus hic accipitur Februarius, cuius xxiiij. dies est in principio veris; quia est tertia dies eius, & in illo tempore solet materia disponi ædificiorum in vere exequendorum.*

Diuisio. Primus mēsis apud Hebræos. Secundum quos inchoāt Iudæi menses.

CAPVT II.

B CAP. II.

a *IN septimo mense.* HIER. in cō. Eodē anno, sed in mēse septimo, in quo sunt solennitates Dei, vicesimaprima die mēsis, id est, tribus hebdomadibus cōpletis, & perfecta requie in mysterio trinitatis, tertiò fit verbum Dei ad Aggęū, qui semper ad hoc laborabat, vt sermo domini in eo fieret. Fit sermo Dei ad eos, qui cœperant operari in domo Dei iam in requie, id est, in mēse septimo, & in pleno Trinitatis sacramento; id est, xxj. mēsis ad Aggæum festa Dei celebrantem; ad Zorobabel filium Salathiel, qui pro nobis homo fieri dignatus est; & sacerdotem, & ad reliquos populi. Ad comparationem totius mundi, parua pars fuit in principio credentium.

De eis ad quos fit sermo Dei.

[1] IN septimo mense, vicesima & prima

a ❡ Operando merebatur, vt in eo sermo Dei amplius fieret.

mēsis, factū est verbū domini in mānu Aggæi prophetæ, dicens: [2] Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducē Iuda, & ad Iesum filium Iosedech sacerdotem

a ❡ Qui viderunt antiquam domum Dei, & nunc intersunt restaurationi.

magnum, & ad reliquos populi dicens: [3] Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? Et

a ❡ Quasi nihil ad comparationem prioris.

quid vos videtis hanc nunc? [4] Numquid non est ita, quasi

a ❡ Sed nolite desperare.

non sit in oculis vestris? [5] Et nunc cōfortare Zorobabel, dicit dn̄s, & confortare Iesu fili Iosedech sacerdos magne, & cōfortare omnis populus terrę, dicit domin⁹ exercituū, & [6]

a ❡ Opus in mea domo. b ❡ Pater.

facitē: quoniā egō vobiscū sum, dicit domin⁹ exercituum.

HIER. in cō. Quondam fuit Iudæa domus Dei, seruiens vni Deo secundum præcepta legis, & dilecta in patribus Abraham, Dauid & ceteris: sed iam excæcata cœpit esse, non dilecta, nec populus Dei. Hæc domus in conspectu Christi & populi credētis reputatur quasi non sit. Prouocatur ergo Christus, vt regnum suum & sacerdotium corroboret. Vocatur ergo & populus, qui in concauis terrenorum habitabat, vt faciat opus spirituale in domo Dei, & sciat Deum esse præsentem sibi, & facientem spiritualiter in ipsis, quod quondam in figura paciscebatur de Ægypto egredientibus. Promittit etiam spiritum suum adiutorem eorum, qui operantur in domo sua, implent sermonem pacti sui. Moui cælum, quando de cælo audita est vox mea; & terram, quando priori populo dedi testamentum; & in aduentu meo caligo, turbo, tenebræ, cernebantur; Moui mare, quando præstiti viam populo transeunti; Moui aridam, id est, Aegyptum per plagas, cùm esset à cultu Dei vacua; vel solitudinem, quam populus xl. annis circumiuit. Et qui hæc feci in datione veteris legis, adhuc mouebo cęlum & terram tempore passionis: *Cælum* quando sole obscurato, *tenebræ factæ sunt*; *Terram, quando petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt*; *Mare*, interfecto dracone qui in eo erat; *Aridam*, infructuosam Gentium multitudinem: Et illis commotis mouebo ad fidem omnes Gentes, quia *in omnem terram exiuit sonus eorum.* Et hoc erit, *quando veniet desideratus cunctis Gentibus.* In cuius aduentu implebitur ecclesia gloria maiore quàm fuit in synagoga, sicut maior est *Christus filius* in ecclesia, quàm *Moyses seruus* in synagoga. Et hæc gloria dabitur per argentum, id est, eloquia scripturarum, & aurum, id est, occultum sensum, qui versatur in pectore sanctorum.

Abiectis Iudæis vocantur gentes vt in ipsis exstruatur domus Domino. Comparantur electiones synagogæ & Ecclesiæ. Matt. 27. f. Psal. 18. a. Hebr. 3. a.

b *Quis in vobis.* † REMIGIVS. Clementissimè consolatur Deus populum, qui priorem domum in sua gloria viderant, in cuius cōparatione hæc videbatur quasi non esse. Confortamini inquit, & nolite manus submittere, *Ego enim vobiscum sum.* Ego omnipotens locutus sum, cuius dixisse, fecisse est: & illa implebo quæ vobiscum pepigi, cùm vos de Ægypto eduxi; *& Spiritus meus*, id est, maiestas diuinitatis meæ, siue Spiritus sanctus, cuius est omnis consolatio, vnde & paraclitus vocatur, *erit in medio vestrum.* Est autem hîc commemorata Trinitas. Filius enim est qui dicit, *Ego sum vobiscum.* Pater, *Ego omnipotens loquutus sum, Spiritus* inquit, *meus erit in medio vestrum.*

Sanctissima Trinitas.

† ATHANASIVS lib. ad Serapionem. En tibi apud Isaiam scriptum est, *Dominus misit me, & Spiritus eius.* Atque itidem apud Aggæum, *Ego vobiscum sum ait Dominus omnipotens, & Spiritus meus in medio vestri.* Hîc apud vtrumque prophetam de solo Domino, & Spiritu mentio habita est. Quid mihi iam dicent? &c. Sancta enim & beata Trinitas, indiuisa est, & vnita in se, & vbicumque pater dicitur, vna est cum eò, & ipsius verbum, & in filio Spiritus.

Isa. 48.

Quis in vobis est, &c. IBID. Fuit olim in Israel domus Dei, quæ

HIER.

tunc

NICOLAVS DE LIRA. CAP. II.

1 IN septimo mense. *Hic consequenter exequitur propositum, circa quod primò ponitur tempus cum dicitur,* In septimo mense; *secundo subditur confortatio operantium, cum dicitur,*

Diuisio.

2 Loquere ad Zoro. *Dirigendo primo sermonem ad principales, & secundo ad totum populum.*

3 Quis in vo. &c. *Scilicet in vita, Qui vidit domum istam à Salomone ædificatam, nunc tamen destructam?*

4 In gloria, &c. *Scilicet tempore Sedechiæ. Viuebant enim adhuc aliqui reuersi de captiuitate Babylonica, qui tempore Sedechiæ viderant templum à Salomone ædificatum, antequam destrueretur per Nabuzardan, vt habetur. j. Esd. iij.*

5 Numquid non ita. *Q. d. Sic, quia redeuntes de Babylone, statim inceperant reædificare templum, sed impediti ab aduersariis modicum fecerunt, vsque ad secundum Darij annum, ita quod illud quasi nihil erat computandum.*

6 Et nunc confor. &c. *Quasi diceret proficietis in opere mea assistentia.*

Verbum

MORALITER.

† 1 *In septimo men.* In hoc capitulo secundum sensum litteralem describitur profectus ædificationis domus Dei per Zorobabel & socios eius. Mysticè verò significatur profectus ecclesiæ per Christum, qui vocatur Zorobabel in fine huius capituli, & per Christi discipulos. Circa quod sciendum, quòd domus prima ædificata per Salomonem, significauit synagogam, cuius legislator fuit Moyses; Secunda verò domus ædificata per Zorobabel, significat ecclesiam, cuius legislator fuit Christus: propter quod ecclesia dignior est synagoga, quantò Christus dignior est Moyse. Et hoc declarat apostolus Hebræ. iij. a. *Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est, &c.* Et ideo de aduentu eius subditur,

Profectus Ecclesiæ per Christum. Ecclesia dignior Synagoga.

† Et

tunc ita deserta erat, vt in aspectu videntium reputaretur quasi non fuerit. Quod non solum de ædificiis templi debet accipi, sed de omnibus, quæ quondam præclara habuerunt Iudæi.

a *Et ego cõmouebo cælum & ter.* HIER. in cõ. Quando dedi primum testamentum in Sina, Moui cælum & terram, & mare rubrum & desertum, vt vobiscũ ponerẽ testamentũ: nunc autẽ polliceor, quod adhuc semel mouebo cælũ & terram, vt illis commotis moueantur omnes Gentes: & tunc veniet desideratus cunctis Gentibus, id est, Saluator: & tunc implebo domum istam maiore gloria quàm prius.

Exo. 1. d.

†† HIER. IBID. In hoc autem vniuersitatis tremore, commotæ sunt etiam omnes gentes: quia in omnem terram exiuit sonus apostolorum domini, & verba eorum penetrauerunt vsque ad terminos orbis. Ad id autem omnes motæ sunt nationes, vt ex earum motu veniret electa gentium multitudo.

Comparantur inter se dationes legis vet. & nouæ.

6 Verbum quod pepigi vobiscum cum egrederemini de terra Ægypti, & spiritus meus erit in medio vestrũ. Nolite timere: 7 quia hæc dicit dominus exercituũ: * Adhuc vnum modicũ a est, & ego cõmouebo cælum & terram & mare & aridam, 8 & b mouebo omnes Gentes, & veniet desideratus cunctis Gentibus. Et implebo domũ istã gloria, dicit dominus exercituũ. 9 Meum est argentũ, & meũ est aurũ, dicit dominus exercituũ. 10 Magna erit gloria dom⁹ isti⁹ nouissimæ plusquã primæ dicit c domin⁹ exercituũ. Et in loco isto dabo pacẽ, dicit domin⁹ exercituũ. 11 In vicesima & quarta noni mẽsis in anno secũdo Darij e regis factũ est verbũ dñi ad Aggæũ prophetã, dicẽs: 12 Hæc dicit dominus Deus exercituũ: Interrogã sacerdotes legẽ, dicẽs:

(Interlinear: Filius. — a Sanctus. — Ego qui iubeo omnipotens sum cuius dicere est facere. — b Medius vestrũm stetit, quem vos nescitis. — a Tempore passionis sol obscuratus est. — a Contrarias potestates, splendorem domini sustinere non valentes. — a Ne putetis sponsorem infirmum. — a Id est, omnes opes, quas ego donabo vobis in ornamentum templi, vt gloria huius domus sit maior quam prioris. — Quæ exuperat omnem sensum. — Vt supra. — Vt supra. — a Sacerdotis est, legem domini scire, & ad interrogationem domini de lege respondere, si sacerdos est, legem sciat domini, si ignorat legem, ipse se arguit non esse sacerdotem domini.)

Heb. 12. g.

b *Et veniet desideratus cunctis gentibus, &c.* † REMIGIVS. Manifestum est aduentum Christi prænunciari, qui desiderabatur & expectabatur vt redimeret gentes, *in quem*, vt apostolus Petrus inquit, *angeli desiderant prospicere.*

1. Petri 1.

c *Et in loco isto.* HIER. in cõ. Quia ad ædificationem inclytæ domus nihil tantum valet, quantum pax: spõdeo pacem dandã in loco isto, vt in pace, *quæ exuperat omnem sensum*, sit locus meus.

Phil. 4. d.

d *Noni mensis.* HIER. IBID. Hic numerus numquàm in bono accipitur: Omnis solemnitas finitur octauo die, nec ad nonum peruenit. Ierusalem apud Ieremiam nono mense à Babyloniis expugnatur. Quia ergo de immunditia populi, prophetia erat futura, secũdo anno Darij iungitur nonus mensis: sed quia datur locus pœnitentiæ post correctionem immunditiæ, die xxiiij. fit sermo domini ad Aggæũ, vt quasi ex persona domini quæstionem à sacerdotibus sciscitetur ex lege venientem.

Nonus numerus.

IBID. Viginti per quaternarium multiplica & erunt octoginta, qui numerus bis habet xl. quadragenarius vero pœnitentiam notat, quæ non solùm debet esse corporis, sed etiam spiritus, quod octogenarius prætendit.

e *Ad Aggæum.* IBID. Non in manu Aggæi vt suprà: Ibi enim profectum habebat, & tantum munda opera, Cor vero eius necdum plenam sapientiam receperat. Vel, quia adhuc habitabat inter eos qui dicebant, *Nondum venit tempus. do. do. ædi.* In operibus tamen eius factus est sermo domini, Nunc vero iacta sunt fundamenta templi: & ingressus populus cum principibus, facit opus Dei, & audit mysteria. Mouebo omnes Gentes, & plenus est vaticinio, & ideo ad totum Aggæum fit sermo.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Verbum quod pepigi vobiscum. *Id est, cum patribus vestris.*

2 Cum egrederemini de ter. Ægypti. *In ipsis, quia filij præexistunt in parentibus virtualiter, seu originaliter. Promisit enim populo assistere, dum tamen seruiret ei fideliter, vt patet in Exo. & Deut. in pluribus locis.*

3 Nolite ti. *Hic consequenter ponitur consolatio populi de Christi aduentu: secundo, de multiplici terræ fructu, ibi,* In vicesima. *Circa primum dicitur,*

4 Adhuc vnũ. *Id est, tempus breue respectu præcedentis durationis mundi.*

Aduentus Christi.

5 Et ego commouebo cælum. *Istud fuit impletum, quando stella noua in natiuitate Christi apparuit: Matth. ij.*

6 Et terram, &c. *Quod fuit impletum per victoriã Romanorum in omni terra, & in insulis maris.*

7 Et mouebo, &c. *Et hoc fuit impletum imminente Christi natiuitate: propter quod tunc exiit edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis redactus sub dominio Romani imperatoris, propter quod ibant singuli ad ciuitatem suam, & tunc Christus fuit natus, Luc. ij. ideo subditur,*

8 Et veniet, &c. *Id est, Christus pro salute omnium Gentium mittendus.*

9 Et implebo, &c. *Quia in templo per Zorobabel reædificato Christus fuit à matre oblatus, & ibi pluries prædicauit, & multa miracula fecit: ex quibus domus illa fuit summè glorificata. Et huic dicto concordat expositio Rabbi Aaquiba, de quo dicitur in libro Canhedrin, qui apud Hebræos autenticus est, qui sic exponebat passum istum:* Adhuc vnum modicum est scilicet regni venturi Israel post destructionem primæ domus: & post illud regnum: Commouebo cælum & terram, & mouebo omnes Gentes, & veniet Messias. *Quia post paucos reges de genere Machabæorum, Christus venit tempore Herodis omnibus terris sub dominio Romani imperatoris redactis. Ioannes enim Hircanus Simonis Machabæi filius imposuit sibi diadema regium: & durauit illud regnum vsque ad Herodem, qui fuit alienigena: prout diffusè declaratur in Scholastica historia.*

Templum secundum gloriosius primo propter præsentiam Christi.

10 Meum est, &c. *q. d. vobis prouidebo de expensis pro ædificio domus meæ.*

11 Magna erit. *quam incepistis reædificare.*

12 Plusquam primæ. *Per Salomonem ædificatæ: ista vero gloria maior, non potest intelligi de ædificiis, nec de ornamentis seu diuitiis: Istæ enim modicæ fuerunt in secunda domo respectu primæ. Arca enim testamenti, de qua summè gloriabantur Iudæi, fuit in prima & non in secunda, secundum Catholicos & Hebræos: & ideo in nullo potuit dici gloria domus secundæ maior gloria domus primæ, nisi ex præsentia Christi vt prædictum est, qui est sanctus sanctorum. Dan. ix.*

in omnibus autem aliis respectibus ignobilius.

13 Et in loco isto dabo pacem. *Vnde nato Christo angeli cantauerunt,* Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, *Luc. ij. Respondent tamen aliqui Hebræi ad hoc, quod ista maior gloria intelligitur de annis, quia ista secunda durauit ccccxx. annis, prima verò ccccx. Sed hoc non valet: quia si computentur anni per tempora regum, ab anno in quo Salomon consummauit templum, vsque ad destructionẽ eius per Nabuzardam, inueniũtur anni ccccxxij. & sic prima domus plus durauit quam secunda duobus annis. Deductionem autem huius omitto propter prolixitatẽ: Et quia potest faciliter videri discurrendo per iij. & iv. Reg. quantum ad annos intermedios regum Iuda. Præterea dato, quod secunda domus durasset plus quam prima x. an. vt isti dicunt, ista gloria quasi nulla esset reputanda, maximè quia per plures annos ista domus fuit vilificata tempore Antiochi, qui posuit ibi abominandum idolum, vt habetur j. Mach. Et ideo alij exponunt de templo per regem Messiam ædificando, quem Iudæi expectant venturum. Sed patet falsum per hoc quod hic dicitur,* Et implebo domum istam gloria. *Ex quo patet, quod propheta loquebatur de domo, quæ ædificabatur, & quam digito ostendebat. Item per hoc quod subditur,* Istius domus nouissimæ: *ex quo patet, quod non est alia tertia domus materialis expectanda. Ex hoc manifestè ostenditur primus aduentus Christi completus, qui prophetatur hic venturus domo illa stante, & eam sua præsentia glorificaturus. Ipsa autem destructa fuit per Romanos iam diu, scilicet, anno xlij. post passionem Christi.*

Euasio Iudæorum intelligentiũ gloriam secundi templi præ primo respectu durationis confutatur.

De tertio tẽplo quod fingunt Iudæi à suo Messia construendum.

14 In vicesima, &c. *Hic consequẽter ponitur populi consolatio de multiplicatione fructuum terræ: Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit multiplicationem fructuum; secundo redit ad denuntiandum Christi aduentum, ibi,* Et factum est. *Prima in duas, quia primò quædam parabola ponitur: secundo ad propositum applicatur, ibi,* Et respondit. *Circa primum ponitur primo tempus determinatum, cum dicitur,* In vicesima & quarta die mensis, &c. *secundo subditur parabola per modum interrogationis, cum dicitur,*

Diuisio.

15 Interroga, &c. *Quia ex officio tenentur scire eam.*

MORALITER.

† 8 *Et veniet desideratus.* Quod fuit impletum, quando Christus fuit oblatus in ea: & sic modo impletur ecclesia gloria quotidie per oblationem Christi in sacramento eucharistiæ.

10 *Meum est, &c.* Per aurum sapientia, per argentum eloquentia designatur: quibus ornata fuit ecclesia in sui principio, quando spiritus sanctus descẽdit in signo visibili super centum viginti credentes, replens eos auro sapientiæ, & argento eloquentiæ, intantùm, quod intelligebant sacras scripturas lucidè, & loquebantur omni idiomate, vt habetur Act. ij. ideo subditur,

Gratiæ quibus ornata est Ecclesia primitiua.

11 *Magna erit, &c.* Id est, ecclesiæ.

13 *Et in loco, &c.* Propter quod Christo nato pacẽ istã angeli clamauerũt dicẽtes: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominib. bonæ volũt.*

15 *Interro. &c.* Hic secundũ sensum litteralẽ ponitur interrogatio, & duplex responsio facta, ad ostendendũ, quod nulla oblatio extra domum ædificatã per Zorobabel esset Deo accepta: ideo sequitur,

a *Si tulerit.* HIER. in com. Carnes oblatas in altari, alias sacerdotes in abditis templi comedebant, alias propinqui eorum domi, alias qui de sacerdotibus videbantur maculati, alias Israelitæ qui nullam habebant immunditiam. Immundus verò dicebatur qui hominem mortuũ tetigerat. Quamdiu enim anima est in corpore, corpus humanum non est immundum, sed quàm cito anima recedit. Quærit autem propheta, si quilibet homo tulerit carnem sanctificatam, & ligauerit eam in summitate vestimenti, & ipsa summitas tetigerit panem, vel aliquid quo possit homo vesci, nũquid ex illo tactu cibus ille sanctificari potest? Respondetur, quod nõ sanctificatur.

Immunditia.

IBID. Anagog. Vir ecclesiasticus, qui immolat agnũ immaculatum, & indutus est Christo, ligat sanctam carnẽ in pallio, quando de exterioribus sacramentis auditores informare intendit. Et hoc pallio contingit, exponendo diuinam scripturam: Quæ est panis, confirmans cor hominis, & est pulmentum, id est, coctio, sicut sunt apostolicæ epulæ, quæ condiunt & decoquũt carnes veteris legis, & cõditas præbent esui. Est etiam scriptura, *vinum lætificans cor hominis.* Est etiã oleum, *exhilarans faciem.* Est etiã cibus lactis, quo aluntur & paruuli, & alia huiusmodi. Sed dum auditores per scripturam de exterioribus sacramentis erudiũtur, non vt sanctificatum cibum comedunt, quia interiori pinguedine sacramentorũ intus non reficiuntur. Econtra auctor peruersæ doctrinæ quemcũque doctrina sua inficit, immundum reddit. Habent autem & mali in doctrina sua panem, sed luctus, & vinum, sed insanæ ebrietatis, & oleum, sed adulationis. Habent & pulmentum dum ad confirmationem suæ peruersitatis, quasi ad condimentum, mystica de scripturis interserũt: Habent & alios cibos, id est, diuersos tractatus, quos quia ab immundis sunt scripti, & immundo ore prolati, qui tetigerit immundus fit, & in eorum ducetur errorem.

Expositio diuinarum scripturarũ.

Psal. 103. b.

Lectio librorum prohibitorum.

b *Si tetigerit, &c.* Aliam quæstionem proponit, quia ad priorem benè responderunt: & in hac facile potest capi imperitus: Potest enim videri, vt sicut non sanctificatur, ita nec contaminetur.

Alia quæstio.

c *Et respondit.* HIER. IBID. De superiori quæstione tacens, de secunda sui sermonis contexit occasionem: *Sic populus iste.*

Iuxta litteram, ô popule, qui adhuc diruta domo in iam extructo altari offers hostias, & illis carnibus sanctificari putas, scito te non tam his sanctificari, quàm omnia opera contaminari, ex eo quod tuam domum magis, quàm meam conaris construere. Nec iuuat te sanctum in altari oblatum, dum in conuallibus habitas, & mortuis operibus pollueris.

a [13] Si tulerit homo carnem sanctificatã in ora vestimenti sui, (1)
(a Aliquem coctum cibum ad comedendum.)
& tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnẽ cibum, numquid sanctificabitur?
(Sanctificabitur, sed ita manet vnumquodque, vt fuerat.)
Respondentes autẽ sacerdotes dixerunt: Non. [14] Et
(a Qui contagione mortui immundus effectus est.)
b dixit Aggæus: Si tetigerit pollut[9] in anima ex omnibus his, (2)
(a Quorum princeps Iesus, per quem legem nouerant.)
nũquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes & di- (3)
(a Polluitur tactu polluti. b Qui scit solemnitatum differentias, & ideo festinus appellatur.)
c xerũt: Cõtaminabitur. [15] Et respõdit Aggæus & dixit: * Sic (4) (5)
(a Qui immundus est in anima, omne quod tangit, & quod offert mihi immundum erit. b Gentiles & hæretici. c Quamuis hominibus sui specie sancta videatur.)
populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit domi- (6)
(a Vota, preces, ieiunium, eleemosynæ, continentia etiam in corpore. Supradicta.)
nus: & sic omnẽ opus manuum eorũ, & omnia quæ obtu- (7)
(Ad cogitandum.)
d lerũt ibi, cõtaminata erunt: [16] Et nunc ponite corda vestra à (8) (9)
(a Vicesimaquarta noni mensis. b Cogitate etiam quæ retro gesta sunt, quæ & quanta sustinueritis, vt cum postea prospera euenerint, causam ipsorum per oppositum cognoscere possitis.)
diẽ hac & suprà antequam poneretur lapis super lapidẽ in
(Scilicet hoc cogitate. a Vbi putabatis esse xx. modios, vix mediam partem colligere potestis.)
templo domini, [17] cum accederetis ad aceruum viginti mo- (10)
(a Visis vineis, oculi quinquaginta amphoras pollicebantur sed nec medium habuistis.)
diorum & fierent decem, & intraretis ad torcular, vt ex- (11)
primeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti.

d *Et nunc ponite.* IBID. Quasi dicat. Licet hæc polluta sint, quæ obtulistis in altari nondum ædificato templo, tamen ô popule hortor te, vt sensu ad præterita reuertaris, quantis malis te afflixi, antequam inciperes iacere fundamenta templi, vt cùm recogitaueris mala quæ passus es propter destructionem templi, postea ponas cor ad cogitanda bona quæ cœperis habere à prima die ædificationis, & quæ in futuro plenius sunt tibi danda post plenam ædificationem templi.

* i. q. c. sic populus. Non placere Deo quæ ab hæreticis offeruntur. Gen. 32. d.

IBID. ALLEG. Vos qui credidistis in Iesum, cõsiderate tempus quo in Gentilitate vitiis seruistis, nec in vobis templum ædificastis, cuius fundamẽtum est Christus, super quem videat vnusquisque quomodo superædificet. Considerate quæ antea passi estis, cùm accederetis ad aceruum xx. modiorum, quidquid ante Christum videbamini habere virtutum & bonorum operum, præter vestram spem erat infœcundum, vt vobis posset dici: Quanta passi estis sine causa? Et cùm ex vinea quinquaginta lagenas expectaretis, qui numerus completis vij. hebdomadibus vnione diuinitatis perficitur, & putaretis vos habere vinum, quod lætificat cor hominis: subtractus est sacer numerus xxx. in quo baptizatus est Christus, & in quo sacerdotes accedunt ad mysterium Dei, & relinquitur xx. Quem numerum videns Iacob diligi ab Esau, mittit ei animalia numero xx. & xx. Cùm apud incredulos nullus in æternum sit fructus bonorum operum, tamen mediam partem laboris percipere dicuntur, dum sperantes viginti, decem inueniunt, id est, fructum & gloriam in præsenti tempore pro expenso labore, & hoc ideo ne penitus desperent, sed aliquando conuersi ponant lapidem super lapidem, alioqui etiam medium perdant. Vnde sequitur: *Percussi vos vento vrente.* Quidquid vrente vẽto & vredine & grãdine percutitur, in puluerem & fauillam redigitur, nihilque in eo vtile inuenitur, & hoc ideo quia ad Deum non reuertuntur. Reuersi vero, à domino benedicentur. Vnde sequitur: *A die ista benedicam.*

Opera bona facta ab infidelibus nihil merẽtur nisi forte recompẽsationem temporalẽ.

Per

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si tulerit, &c. *Et patet littera: Et subditur responsio,* Dixerunt Non, *Et subditur secunda quæstio de opposito, cum dicitur,*
2 Si tetigerit pollutus in anima. *Id est, qui incurrit pollutionem ex tactu mortui, vel aliud huiusmodi. Et subditur responsio.*
3 Contaminabitur. *Ratio vero quare pannus ex tactu carnis sanctificatæ sanctificatus, per tactum suum non sanctificat aliud ad cibum vel potum pertinens: & tamen homo pollutus ex tactu rei immundæ polluit illud, potest causa duplex assignari: Vna quia sicut facilius est destruere quàm construere, ita facilius est polluere quàm sanctificare, Alia, quia homo est magis susceptiuus sanctificationis & pollutionis, quàm res inanimata, quæ non est susceptiua vitij & virtutis sicut homo: propter quod homo pollutus modo prædicto magis polluit aliud tactu suo, quàm pannus sanctificatus aliud sanctificet.*

Cur in polluto sit maior vis ad polluendũ aliud quàm in sanctificato ad sanctificandum aliud.

4 Et respondit. *Hic applicatur ad propositum, cùm dicitur,*
5 Sic populus iste. *Qui est virtutis & vitij susceptiuus,*
6 Ante faciem meam. *Pollutus reputatur, vsquequo templum ædificetur.*
7 Et omnia quæ obtulerunt ibi. *Extra locum templi.*
8 Contaminata erunt. *Quod statim declarat per effectum, cum dicit,*
9 Et nunc ponite corda vestra. *Id est, diligenter considerate tempus præcedens inchoationem ædificationis templi.*
10 Cum accederetis ad aceruum. *Scilicet segetum.*
11 Viginti modiorum. *Id est, quæ secundum humanam æstimationem deberent facere xx. modios, & faciebant tantùm decem, & ita de vuis in torculari.*

Per

MORALITER.

† 7 *Et omnia quæ obtulerunt, &c.* Per hoc autem significatur, quod omnis oblatio extra ecclesiam Christi facta coram Deo est immunda, cuiusmodi est oblatio infidelium & hæreticorum. Sed oblatio intra Christi ecclesiam facta per fidem charitate formatam est Deo accepta: ideo concluditur postea.

Solæ oblationes Catholicorum sunt Deo gratæ.

† Ex

a *Percussi vos.* HIER. in com. Frustra putat se aliquis posse Deum A eleemosynis & oblationibus placare, cùm ipse non instruxerit in se templum spiritui sancto.

A quibus frustra fiant eleemosynæ & oblationes.

b *Ponite corda.* IBID. Exposui quæ passi estis, antè quàm ædificare cœperitis: nunc exponam quę bona vobis danda sunt, postquam ædificare cœpistis.

IBID. Nonus mensis ab Aprili (qui primus est apud Hebræos) December est apud nos: Hoc mense semina latitant in terra, nec futura fœcunditas conijctari potest.

Ordo mensium apud Hebræos.

HIERON. IBID. Nonum mensem non B accipi in bonam partem, & liber Regum, & Ieremię narrat historia, in quo Ierusalē obsessa fuit: quia tamen in fine noni mensis fundamēta tēpli iacta sunt, intelligimus, quod in nobis domus Dei non ædificetur, nisi prius mala opera finantur. Quicumque verò se cultui Dei dedicauerit studiosè, iste nesciat mensuram frugū & mercedis suæ: quia in C spiritusancto seminans, de spiritusancto metet vitam æternam.

Non crescūt virtutes nisi vbi euulsa fuerint vitia.

a ❡ Et hoc feci percutiens vos ven. vren. & auru. vt malorum pondere ad notitiam mei vos prouocarem: sed nec sic voluistis reuerti.

a [18] Percussi vos vento vrente & aurugine & grandine omnia opera manuum vestrarum, & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me, dicit dominus. [19] Ponite corda vestra ex die ista, & in futurum à die vicesima & quarta noni mensis: à die qua fundamenta iactata sunt templi domini, ponite super cor vestrum. [20] Numquid iam semen in germine est? Et adhuc vinea, & ficus & malogranatum & lignum oliuæ non floruit? Ex die ista benedicam. [21] Et factum est verbū domini secūdò ad Aggæum in vicesima & quarta mensis, dicens: [22] Loquere ad Zorobabel ducē Iuda, dicens: Ego mouebo cælum pariter & terram, [23] & subuertam solium regnorum & conteram fortitudinem regni Gentiū. Et subuertam quadrigam & ascensorem eius: et descendent equi & ascensores eorum, vir in gladio fratris sui. [24] In die illo, dicit dominus exercituum, assu-

a ❡ Considerate quæ abundantia futura sit. — a ❡ Hoc mense de grano emittitur germen. — b ❡ Q. Non. — c ❡ Hoc mense. — a ❡ Vt ex flore intelligatur fructus. — a ❡ Sedes regum. — a ❡ Contrariam vt ipsis quoque qui ante regnauerant prosit regni eorum destructio. — b ❡ Omni præliandi studio dissipato sequitur pax. — c ❡ Principatum, potestatem, virtutem. — a ❡ Vt hoc sit. — b ❡ Finito studio bellandi fiet vnum ouile & vnus pastor: vtrumque agmen tam de Gentibus quàm de Iudæis sub pacifico pastore tenebitur. — c ❡ Id est, sermone Dei acutissimo consurget aduersus fratrem suum amputans omne contrarium. — a ❡ Ecce finis omnium optimus.

in libro Iudicum legitur, vbi infructuosa ligna rogant *vitem* & D *ficum* & *oliuam*, vt regnent super se: sed recusant imperium super infructuosa. Vnde illa veniunt ad *rhamnum* fruticem spinosum, qui quidquid attigerit, quasi vncis, affligit & vulnerat, & suo igne subditos consumit; id est, diabolus; qui in sterilibus regnat. Pater & filius & spiritussanctus, ibi regnant, vbi malogranatū fuerit. Quæ arbor propter nimiam multitudinem granorum, & intertextis membranis diuersas cellas, sed omnes vno cortice comprehensas, semper in scripturis sanctis in persona ecclesiæ E ponitur.

Iudi. 9. b. — & de aliis super quos diabolus.

d *Ad Aggæum, &c.* IBID. Non in *manu* sicut prius, neque ad *Aggæum prophetam*, sicut in visione quarta; sed tātùm *ad Aggæum*, id est, domini festa celebrātem, qui non venturum sed veniētem nuntiat & cernit: Quomodo Abrahā vidit diem Christi, & lætatus est: & Ioannes agnum Dei digito demonstrauit; Sic & Aggæus videns re- F gnum filij Dei, habet in se vniuersas solemnitates.

Ioan. 8. g. — Ioan. 1. d.

c *Numquid iam.* IBID. Ne dicatis me prudenti ratione hoc conijcere, & futuram fœcunditatem de floribus arborum herbisque segetum suspicari: quia in hoc mense nulla signa sunt, & tamen prædico vobis, quia cœpistis templum meum ædificare, ad benedictionem meam omnium frugum fœcunditatem.

IBID. *Vinea*, sermo domini, cuius pater agricola est, *Ficus*, spiritussancti dona dulcissima, *Malogranatum*, ecclesiastica dogmata & scripturarum scientia, quæ omnia in Canticis sponsæ genis comparantur. *Lignum oliua* dat refectionem & illuminationem his, qui cœperunt ædificare templum Dei, In *vinea* Saluatoris, in *ficu* spiritussancti, in *oliua* persona patris intelligitur. Sicut in

Ioan. 15. a. — Cant. 4. a. — De eis super quos regnat sanctissima Trinitas.

e *Vicesima & quarta.* IBID. Notandum quod in eadem die, hoc est vicesima quarta noui mensis, tacito mensis numero, quia de Christi prophetatur aduentu, & regno eius.

f *Loquere ad, &c.* IBID. De vtroque aduentu hæc possunt dici, quia regnauit Christus cùm venit: & regnabit, cùm venerit. Si de fine mundi voluerimus accipere, dicemus destruendum omnem principatum, & omnem potestatem, & virtutem, vt sit Deus omnia in omnibus: Quia mysticum est quod dicitur, & ad finem rerum pertinet, ideò iubetur propheta ad solum Zorobabel loqui (qui signat Christum, qui est de semine Dauid) quomodo transeat figura huius mundi, & faciat cælum nouum & terram nouam.

Vterque Christi aduentus. — 1. Cor. 15. d.

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Percussi vos. *Id est, immisi pestilentias pro magna parte vastantes, vel impedientes terra nascentia: & ista sunt diuina ira contra populi signa.*

2 Ponite corda vestra ex die ista, &c. *Et subditur:*

3 A die qua fundamenta. *Circa quod sciendum, quod redeuntes de Babylone statim fundauerunt templum, vt supra dictum est, sed propter impedientes, opus fuit intermissum vsque ad secundum Darij annum: & ideo cum dicitur hic:* A die quo fundamenta iactata sunt templi domini, &c. *non est intelligendum de fundamentis inferioribus & primis, quæ iam ante facta fuerant: Sed dicuntur hic fundamenta illa, quæ supra prius ædificata primo posita fuerunt: quia respectu superiorum partium habebant rationē fundamenti.*

Duplex acceptio vocis fundamentum.

4 Ponite super. *Id est, attendite diligenter mutationem terræ nascentium.*

5 Numquid iam. *Ita quod non potest videri sequens fertilitas vel sterilitas: & idem de fructu arborum.*

6 Ex die ista. *Id est, à die resumptionis ædificij templi operando in templi muro, quod fuit mense ix. tamen antea xxiiij die mensis vj. operari cœperant materiam præparando, vt dictum est in principio huius capituli.*

7 Benedicam. *Id est, multiplicabo fructus terræ. q. d. hoc erit vobis signum manifestum acceptationis meæ.*

8 Et factum est. *Hic vltimo redit propheta ad denuntiandum Christi aduentum, quod erat principale propositum: quia sicut dicet Ra. Sa.* Vniuersi prophetæ non sunt locuti nisi ad dies Messiæ, *quod est intelligendum de principali intentione, sicut plenius fuit dictum in principio Isai. & Iere. Primò igitur ponitur tempus huius reuelationis, cum dicitur,*

Prophetia de aduentu Messiæ.

9 In vicesima & quar. *Secundò explicatur reuelatio, cum dicitur,*

10 Loquere ad Zorobabel, *quia ab ipso erat Christus nasciturus secundum carnem.*

11 Ego mouebo, &c. *Exponatur sicut supra.*

12 Subuertam solium. *Subiiciendo regno Romanorum, & quia tunc venit Christus, vt supra dictum est, ideo subditur,*

13 In die illo, *Id est, tempore gratiæ, quod dicitur dies, ad Rom. xiij. d.* Nox præcessit: dies autem appropinquauit. *Assumam te Zorobabel. Ra. Sa. exponit hoc ad litteram de ipso Zorobabel. Et cum subditur:* Et ponam te quasi signaculum, *hoc dicitur secundum ipsum contra illud quod de Iechonia auo ipsius dicitur, Iere. xxij. f.* Viuo ego dicit dominus, quia si fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. *Hic autem accipitur signaculum pro annulo, quia antiquitus signabantur litteræ principum annulis suis, vt habetur Esther viij. Est igitur sensus secundum Ra. Sa. quod sicut Iechonias fuit à Deo repulsus propter eius malitiam, sic Zorobabel nepos eius à Deo acceptus propter suam iustitiam.* Quia te elegi, *scilicet ad opus reædificationis templi. Sed hæc expositio non videtur conueniens, quia illud quod præmittitur,* Ecce ego mouebo cælum pariter & terram, &c. *ab omnibus doctoribus Latinis Hebraicis exponitur de mutatione regnorum longe post tempus Zorobabel, vnde ipse Ra. Sa. exponit hoc de terminatione regni Græcorum, quod per longum tempus fuit post tempus Zorobabel: & ideo quod immediate subditur:* In die illo dicit dominus exercituum, Assu. te. Zor. *non videtur conuenienter exponi de ipso in persona propria, sed de Christo vt dictum est, qui designatur hic nomine Zorobabel, eo quod descendit ab eo secundum carnem, & in eo fuit figuratus, sicut Iere. xxx. nominatur Dauid, vbi dicitur,* Seruient domino Deo suo, & Dauid regi suo, *similiter Hosee iij. b.* Reuertentur filij Israel, & quærent dominum Deum suum, & Dauid regem suum, *sicut ibidem fuit plenius declaratum. Dicit ergo,*

Expositio Ra. Sa. quæ non recipitur. — Signaculum pro annulo. — Christus hic designatur nomine Zorobabel, sicut in aliis locis nomine Dauid.

14 Assumam te Zorobabel, *Quia humana natura Christi assumpta fuit à verbo diuino in vnitate personæ.*

1 Fili

MORALITER.

† 6 *Ex die ista benedicam.* Residuum huius capituli intelligitur ad litteram de Christo, propter quod pertranseo.

a Expositio HIER. in cõ. Et cum hoc fuerit impletum, ponam te ô Christe fili in manu mea, quasi signaculum. Hunc signavit Deus pater, & hic est imago Dei inuisibilis, & forma substantiæ eius vt quicumque crediderit in Deum, hoc quasi annulo consignetur.

a Seruus patris Christus secundum carnem. [1] filiu te Zorobabel fili Salathiel [2] serue meus dicit dominus, [3] & ponam te quasi signaculum, [4] quia te elegi, [5] dicit dominus exercituum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Fili Salathiel. *Christus enim secundum carnem dicitur filius Salathiel, sicut Dauid, & aliorum in genealogia Christi positorum.*

2 Serue meus. *Secundum humanam naturam, in qua minor est patre.*

3 Et ponam te quasi signaculum. *Id est, signum fœderis inter Deum & genus humanum: propter quod sanctus Symeon dixit de eo Luc. ij. e.* Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur, *scilicet à Sacerdotibus & Scribis.*

4 Quia te elegi. *Ad opus redemptionis humanæ.*

5 Dicit dominus exercituum. *Qui est ipsa veritas, & viuit & regnat in secula seculorum. Amen.*

ADDITIO I.

In c. ij. Aggæi, vbi dicitur in Postil. Ideo aliter dicendum, quod licet Martius sit primus mensis.

Duo anni principia apud Hebræos.

Apud Hebræos non est solùm vnum principium anni, sed plura. Primus enim mensis secundum ordinem festorum, est mensis nouarum frugum, qui semper est circa æquinoctium vernale, in quo tempore exierunt de Aegypto. Alius mensis primus est secundum computationem iubilæi, & est mensis septimus à prædicto primo mense: & iste mensis communiter est circa æquinoctium autumnale. Ratio autem diuersitatis horum principiorum declaratur suprà in additione super Exod. xij.

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in Postilla. Et ego mouebo terram.

Magnus terræmotus tempore Herodis sub quo natus est Dominus.

Quod dicitur hic: Mouebo cælum & terram, &c. *Potest intelligi de terræ motu magno, qui, secundum Iosephum, tempore Herodis, sub quo natus est dominus, contigit. Et quia cum terra mouetur, totum mundum æstimant homines moueri, ideo dicit,* Mouebo cælum & ter. &c.

ADDITIO III.

In eod. cap. vbi dicitur in Postill. Meum est argentũ, & meum est aurum.

Aurum & argentum non reputatur pro diuitiis apud Deum.

Per hoc quod dicitur, Meum est argentum, &c. *Intelligitur, quod maioritas gloriæ secundi templi non est accipienda secundum diuitias temporales; sed quia prædixerat immediatè,* Implebo domum istam gloria, *ne forte aliquis intelligeret esse dictum de gloria diuitiarum, ideo subdit,* Meum est argentum, & meum est aurum, &c. *eo modo quo Psalmista dixit:* Non in sacrificiis tuis arguam te, &c. Meæ enim sunt omnes bestiæ siluarum, &c. *quasi diceret, non est intelligenda hæc gloria de multitudine diuitiarum, quia talem gloriam non reputo nec requiro, quia meum est argentum.*

ADDITIO IV.

In eodem cap. vbi dicitur in Postil. Alia quia homo est magis susceptiuus sanctificationis & pollutionis.

Sicut pannus sanctificatus non sanctificat ex tactu suo id quod tangit ita nec homo sanctificat solo tactu sanctificatus illud quod tangit. Vnde hæc ratio secunda Postillatoris non videtur valere, nec etiam ad intentum prophetæ pertinere videtur. Intendit enim propheta ex responsionibus sacerdotis ostendere populo, quod licet facerent aliqua bona ex genere; tamen ex quo ipsi non erant boni, quod sua opera non debebant censeri bona: sicut per primam responsionem sacerdotes dixerunt, quod caro sanctificata tangens aliquem cibum, non sanctificat eum; & non solum non debebant censeri bona sed potius debebant censeri mala, inquantum ipsi erant mali, quod patet per secundam responsionem sacerdotum, vbi dixerunt, Si tetigerit pollutus, &c. *Et ideo propheta applicans responsiones sacerdotum ad suum propositum dicit,* Sic populus iste, &c. *vsque ibi* & omnia quæ obtulerint mihi contaminata erunt. *q. d. Sicut homo pollutus tangens rem mundam contaminat eam: sic quia populus iste pollutus est, ideo omne opus manuum eorum & omnia quæ obtulerunt contaminata erunt; cuius contrarium ipsi putabant, scilicet, quod ex tactu bonarum seu sanctarum rerum sanctificabantur, quod excludit per primam responsionem sacerdotum.*

A polluto nihil sancti proficisci potest.

REPLICA.

In cap. ij. Aggæi Postil. reddit rationes, quare sanctificatum ex tactu sacræ rei non sanctificat vlterius, sed pollutum ex tactu rei pollutæ polluit vlterius: Prima quia facilius est destruere quam construere. Secunda quia homo plus est susceptiuus sanctificationis & pollutionis quam res inanimata. Contra quam rationem obiicit Burg. quasi non voluisset intelligere Postil. putans quod voluit dicere hominem sanctificatum solo tactu sanctificare sicut pollutus solo tactu polluit. Sed hoc non dicit vt patet: sed solum comparat pollutionem animatæ rei ad sanctificationem inanimatæ. Ideo in littera in quæstione de sanctificatione fit mentio de rebus inanimatis, in quæstione autem de pollutione fit mentio de rebus animatis, quia dicitur: Si quis pollutus in anima, *talis enim pollutio est formaliter in anima, ideo magis contagiosa. In rebus autem inanimatis non est formaliter illa pollutio vel sanctificatio sed solum ex legis dictamine; in rebus autem rationalibus animatis ex legis obseruantia.*

Non rectè Burgensem intellexisse expositionẽ Postillæ quam impugnat Add. 4.

Incipit Prologus sancti [1] Hieronymi in Zachariam Prophetam.

1 Non est Hieronymi: quiuis prima pars eius, de tempore huius prophetæ, ex sententia Hieronymi in commẽtarij sui initio cõcepta sit.

IN anno secundo Darij regis Mœdorum, Aggæum & Zachariam prophetasse, lectiones eorumdem declarãt. Sed hac de causa Aggęus Zachariæ in ordine prophetarum prælatus esse videtur, quòd eum duobus mensibus (vt prædictorum lectiones ostendunt) in prophetia præcessisse inuenitur: & ad reparationem templi præcepto Dei populum animasse, vt Esdras refert, dicens: In secundo anno Darij regis Persarum prophetauerunt Aggæus & Zacharias filius Addo prophetæ super Iudæos qui erant in Iudæa & Ierusalẽ, super Israel in nomine Dei super eos. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech, & principes eius, inchoaueruntque ædificare domũ Dei quæ est in Ierusalẽ. Quibus cũ * adesset prophetæ, exhortatione sua adiuuerũt eos. Nam & populum Israel ab imitatione paternorũ delictorum, per suam admonitionem idem propheta cupiens reuocare, verbis lectione comprehensis vsus est * Vidi nocte, & ecce vir ascẽderat super equũ rubeũ, &c. Vidit propheta virum equo rubeo sedẽtẽ, & stantẽ in medio myrteti vmbrosi: Cuius [1] visionis hęc solutio est secũdũ Hebręorũ traditionem. Vir ascẽdens super equũ rubeum, licet angelus intelligatur, tamen quia prædicti coloris equum conscendere visus est, vindicta sanguinis in eam Gentem significat afferẽdam, quæ populum Israel in captiuitatem redegerat: Nam & Isaias propheta per ruborem vestimentorum inter Gentes vindictam cum sanguine à Deo proferendam demonstrans, his verbis vsus est dicens: * Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? &c. Stantem vero in medio myrteti vmbrãtis quod dixit lætitiam populo affuturam, per myrteti significationem voluit designari: Eius ligni Moyses in * Leuitico cum faceret mentionem, ait: Accipietis die prima fructus ligni speciosi, vt lætitiã populi per bene olentis ligni & speciosi vmbraculum demonstraret. Sed hanc visionem quę liberationem populi & vindictam de aduersariis affuturam demonstrãt, ob hoc noctu propheta se vidisse memorauit: quia populũ Israel in prima liberatione de terra Aegypti, noctu discessisse cõstabat. Cuius exempli, quia præsens populus aliquã partem in se retinere videbatur, liberatio eiusdem ac reditus captiuitatis de terra Chaldæorũ per noctem prophetæ est reuelata.

** audissent* — ** infrà 1. b.* — ** Isa. 63. a.* — ** Leu. 23. b.*

1 Hæc expositio visionis propheticæ, longe diuersa est ab ea, quam habet Hieronymus: siue litteram spectes, siue mysterium litterę inclusum; quã Hieronymus pulcherrimè Christo domino, & noui testamenti rebus accommodat. Nec ista tamen litteralis expositio est contemnenda; quum suam etiam in hoc loco habeat veritatem.

Incipit Argumentum.

Ex epist. Hier. ad Paulinum.

ZAcharias memor domini sui, multiplex in prophetia, Iesum cum vestibus sordidis vestitum, & lapidem oculorum septem, candelabrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoque oliuas à sinistris lampadis cernit, & à dextris: & post equos rufos, varios, & albos, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ierusalem pauperem regem vaticinatur, & prædicit regem sedentem super pullum asinæ filium subiugalis.

CAPVT I.

IN *mense octauo*. HIER. lib. 1. com. Cyrus rex Persarum, qui Chaldæorum imperium destruxit, primo anno regni sui, 50. circiter millia hominum captiuorum de Babylone remisit in Iudæam, & vasa, quæ Nabuchodonosor abstulerat, reddidit, & templũ reædificare præcepit, principesque reuertentium constituit Zorobabel & Iesum magnum sacerdotem. Cyro (qui triginta annis regnauit in Persis) apud Massagetas interfecto à Tamyride regina Massagetarũ: Cambyses filius Cyri successit in regnum, qui expletis octo annis, duos magos fratres habuit successores, quibus occisis à populo, Darius filius Hystaspis rex Persarum constitutus est. Cuius regni anno secundo factus est sermo domini ad Zachariam Barachiæ, filij Addo. Ergo à primo anno Cyri vsque ad secundum annum Darij supputatur anni quadraginta in quibus tantum altare fuerat extructum, & iacta fundamenta templi, vicinis in circumitu nationibus, & Cambyse rege Persarum opus prohibentibus, sicut Esdras scribit. Secundo ergo anno Darij Aggæus & Zacharias cœperunt exhortari populum ad restaurationem templi tanto tempore intermissam.

De regibus Persarum, & quos eorum habuerint Iudæi fautores in templi extructione.

a *In mense octauo*. IBID. Nouembri: qui consumpto calore æstatis, initium est hyemis, quo tempore ex lege nulla solemnitas celebratur. Erant siquidem tres celebres solemnitates, prima quæ dicitur Pascha, secunda Pentecostes: tertia mense Septembri, solemnitas Tabernaculorum. Mense ergo Nouembri hyemali mittitur propheta ad populum adhuc frigore tribulationum depressum.

Tres celebres festiuitates.

IBID. *Zacharias* memoria domini: *Barachia* benedictio domini: *Addo* testimonium eius. Quoniam ergo populus ab ædificatione templi præpeditus, *memoriam* tamen Dei habebat, & propter memoriam *benedictionem*, & propter benedictionem *testimonium*, ideo Zacharias filius Barachiæ filius Addo ad consolationem populi mittitur.

b *Addo, &c.* IBID. Ipse est Ananias, qui missus est ad Ieroboam filium Nabaioth, sub quo altare dirutum est: & manus eius aruit, rursumque ei restituta est ad preces eius.

3. Reg. 13. b.

Qui hic Addo dicitur idem in Regum dicitur Ananias, & missus ad increpandũ Ieroboam.

c *Iratus*. IBID. Ira Dei non perturbationem eius, sed merita & peccata puniendorum signat, qui ideo puniuntur à Deo, vt emendentur; *Iratus est do.* Ira Dei non perturbationem eius significat qui non irascitur, sed eorum peccata in quos desæuit, nec iratus vlciscitur, sed corripit vt emendet, vnde, *Domine ne in furore tuo arguas me, &c.* Et alibi: *Corripe nos domine, verumtamen non in furore tuo, sed in misericordia.*

Ira Dei. *Psalm. 6. a.* *Iere. 10. b.*

d *Hæc dicit do.* IBID. Notandum, quod in paucis versiculis, & breuibus sententiis in Aggæo & Zacharia superadditur, *Hæc dicit dominus exercituum*, vt sciant Deum esse qui præcipit, & aduersus regis imperium & hostes circumfrementes ad ædificationem templi hac fiducia concitentur.

e *Conuertimi*. IBID. Præcipit vt reuersi de Babylonia conuertantur ad Deum, & Deus conuertatur ad eos, ne sustineant filij, quod patres pro peccatis eorum sustinuerunt.

† GREGOR. in Psal. 7. pœnitential. Deus qui abiicit delinquentem, conuertitur ad pœnitentẽ, vocat etiam auersos, donat peccata conuer-

IBID.

Incipit Zacharias Propheta.

CAPVT I.

[1] IN mense octauo in anno secundo Darij regis factum est verbum domini ad Zachariam filium Barachiæ filij Addo prophetam, dicens: [2] Iratus est dominus super patres vestros iracundia. [3] Et dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum: Conuertimini ad me, ait dominus exercituum: Et conuertar ad vos, dicit dominus exercituum. [4] Ne sitis sicut patres vestri ad quos clamabant prophetæ priores, dicentes, Hæc dicit dominus exercituum: Conuer-

Interlinear: ¶ In Zacharia. a ¶ Quod erat in principio apud Deum. a ¶ Memoria domini interpretatur. b ¶ Benedictio domini interpretatur. c ¶ Mystice, qui Addo testimonium eius interpretatur. a ¶ Puniuit illos qui per prophetas admoniti nolebant corrigi. a ¶ Qui non corripiuntur. ¶ Tamen. b ¶ O Zacharia. c ¶ Quamuis iratus. a ¶ Non homo, non Zacharias. b ¶ Qui timendus est. ¶ In Hebræo Sabaoth. c ¶ Vnde, Accedite ad dominum, & accedet ad vos; & econtra recessistis à me, & ego recessi à vobis. ¶ Reuersi de Babylone. a ¶ Similes in pœna si in culpa q. d. facite vobis periculum in aliis. b ¶ Corrigendos. c ¶ Aperte. d ¶ Quia tunc temporis, Isaias, Hosee, Ioel, & alij. a ¶ Hoc scilicet. b ¶ Cui resistere [illegible] est. c ¶ Ad dominum.

Postil. Nicolai de Lira super Zachariam Prophetam incipit.

CAPVT I.

1 IN mense. *Hic incipit prophetia Zachariæ: Et diuiditur in duas partes, scilicet in prœmium & tractatum, qui incipit ibi,* Iratus est. *Circa primum primò ponitur huius prophetiæ tempus, cum dicitur,* In mense. *& sic patet quod hoc fuit postquam resumpserant opus templi domini, quia resumpserant illud ann. ij. Darij vj. mense 24. die mensis vt habetur Aggæi. j.*

Tempus prophetiæ huius.

2 In anno secundo Darij. *Secundum Iosephum, iste fuit Darius filius Hystaspis, & fuit fauorabilis Iudæis, eo quod antequam promoueretur ad regnum, fuit familiaris Zorobabel, & fecit votum de reædificatione templi in Ierusalem, si eum promoueri contingeret ad regnum. Secundum vero Ra. Sa. iste Darius fuit filius Assueri & Ester reginæ, & ideo fuit fauorabilis Iudæis ratione matris suæ. Quæ autem istarum opinionum sit verisimilior, tractaui diffusius in principio libri Esther, tenendo quod secunda. Secundo hic in prologo notificatur auctor instrumentalis huius prophetiæ. & primo ex prophetiæ dono, cum dicitur,* Factum est verbum domini; *Secundo ex nomine proprio, cum dicitur,* Ad Zachariam, *qui interpretatur memor Dei, Tertio, ex patre & auo cum dicitur,* Filium Barachiæ, &c. *& secundum regulam Hebræorum isti duo fuerũt prophetæ, sicut & Zacharias: licet non habeatur eorum prophetia. Dicunt autem hic aliqui, quod iste Addo fuit ille propheta, qui missus fuit ad Ieroboam. iij. Re. xiij. & secundum hoc non fuit auus Zachariæ, sed magis remotus: quia inter illum & Zachariam fluxit valde longum tempus. Dicitur tamen filius eius, quia fuit de genere ipsius sicut Christus in Euangelio dicitur filius Dauid, quia de eius genere descendit secundum carnem. Sed hoc dictum de scriptura non habet auctoritatem: quia iij. Re. xiij. non exprimitur quod ille fuerit vocatus Addo nec ij. Paral. xij. nisi coniecturaliter, sed non certitudinaliter: Et dato quod sic exprimeretur, adhuc non valeret; quia plures prophetæ nominati sunt eodem nomine, sicut Zacharias filius Ioiadæ, & Zacharias filius Barachiæ: & sic iste Addo videtur esse alius ab illo, etiam si vocatus fuerit Addo: non enim consuetum est quod prophetæ sic genealogizentur videlicet per patrem, & per alium sic remotum à patre intermediis omissis.*

Cuius filius fuerit iste Darius & cur Iudæis faueret.

An iste Addo fuerit idem qui missus est ad Ieroboã 3. Reg. 13.

3 Iratus. *Hic consequenter ponitur tractatus, in quo primo agitur de templi & ciuitatis reædificatione. Secundo de reædificatæ habitatione cap. v. Prima in duas, quia primo agitur de dicta reædificatione; secundò de ædificantium consolatione cap. iij. Prima adhuc in duas, quia primo agitur de templi reædificatione; secundo, de ciuitatis operatione cap. ij. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur populi monitio, secundo eiusdem consolatio ibi,* In die vicesima. *Monitio autem in hoc consistit, quod non sint increduli verbo domini, & in peccatis obstinati, sicut fuerunt patres eorum: propter quod dominus permisit destrui ciuitatem & templum, & hoc est quod dicitur.* Iratus est dominus super patres vestros, *permittendo eos captiuari & ciuitatem & templum vastari propter eorum peccata: ideo subditur in persona Dei,*

Diuisio.

4 Conuertimini ad me. *Per veram pœnitentiam:*
5 Et conuertar ad vos, *Per clementiam.*
6 Ne sitis sicut pa. vestri. *In peccatis obstinati;*
7 Ad quos clama. *Tempore Sedechiæ & ante.*

1 Et

MORALITER.

† 1 *In mense octauo.* In hoc cap. ponuntur duæ visiones. Prima præmissis quibusdam præambulis, incipit ibi,

† *Vidi*

conuersis hortatur pigros,consolatur afflictos, docet studiosos, adiuuat dimicantes,confirmat laborantes,exaudit corde clamantes. Ipse per prophetam dicit, *Conuertimini ad me,& ego conuertar ad vos.* Sed quia conuerti ad eum sine ipso non possumus, quotidie cum propheta clamemus,*Ne auertas faciem tuam à me,&c.* Auertente Domino faciem, peccator in lacum descendit: quia nisi illum Deus misericorditer respexerit, post multa perpetrata scelera in desperationis foueam cadit.

Liberum hominis arbitriū multis sanctorū patrum testimoniis asseritur & probatur Dei gratiam illud non euertere.

a Actionum. timini de uiis vestris malis, & cogitationibus vestris pessimis, a Non loquentes prophetas,sed me qui eram in prophetis,contemnebant. & non audierunt, neque attenderunt ad me dicit dominus. [1] a Qui noluerunt conuerti. b Pseudo,qui deceperunt eos. [5] Patres vestri vbi sunt, & Prophetæ? Numquid in sempiternum viuent? [6] Verumtamen verba mea & legitima mea, quæ mandaui seruis meis prophetis, numquid non comprehenderunt patres vestros. Et conuersi sunt, & dixerunt: Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis, secundum vias nostras, & secundum adinuentiones nostras fecit nobis. [7] In die a Tertio.s.post octauum,in quo prima visio facta est. vicesima & quarta vndecimo mense Sabat, in anno secundo Iterum. Darij, factum est verbum domini ad Zachariam filium Barachiæ filij Addo prophetam, dicens: [8] Vidi per noctem,

† Hier.l.3.Dialog. contra Pelag. cap.1. Iustitia,labore,industria, ac diligentia nostra, super omnia Dei clemētia custoditur: vt nostrum sit rogare; illius tribuere,quod rogatur: nostrum incipere; illius perficere : nostrum offerre, quod possumus; illius implere quod non possumus. *Nisi enim Dominus ædificauerit domum in vanum,&c.* Et Apostolus præcipit: *Sic currite,vt comprehendatis.*

Psal.126. 1.Cor.9.

† Idem com.in 55.c.Isa. Scribitur, *Aut facite arborem bonam,& fructus eius bonos.* Ex quo perspicuum est, vnumquemque propria voluntate facere animæ suæ bonam & malam arborem,cuius fructus varij sunt.

Matth.7.

† Idem com. in 1.c.ad Ephes. Vult quidem Deus saluari omnes, & in agnitionem veritatis venire. Sed quia nullus absque propria voluntate saluatur (liberi enim arbitrij sumus) vult nos bonum velle: & cum voluerimus,vult in nobis & ipse suum implere consilium.

1.Tim.2.

† Avgvst.l.2.de peccat.merit.& remiss.c.5. *Adiutor noster Deus* dicitur. Nec adiuuari potest,nisi qui aliquid sponte conatur: quia non sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis,in quorum natura rationem voluntatemque non condidit, salutem nostram Deus operatur in nobis.

Psal.26.

† Idem Serm.15.de verb.Apost. Sine voluntate tua non erit in te iustitia Dei. Esse quidem potest iustitia Dei sine voluntate tua : sed in te esse non potest,nisi per voluntate tuā,&c. Qui fecit te,sine te; non te iustificabit sine te. Ergo fecit nescientē, iustificat volentem.

† Idem l.de grat.& lib.arb.c.15. Ne putetur,in iustificatione nihil facere ipsos homines per liberum arbitrium, ideo in Psalmo dicitur, *Nolite obdurare corda vestra.* Et per Ezechielem, *Proiicite à vobis omnes impietates vestras,& facite vobis cor nouum,& spiritum nouum,& facite mandata mea,&c.*

a *Verumtamen.* Hier.lib.1.com. Et his qui conuerti noluerunt,& his qui falsis pollicitationibus deceperunt, morte subtractis, verba,quæ per prophetas meos locutus sum,permanent in æternum, quæ comprehenderunt patres vestros, & ostenderunt vera esse, quæ dixi,& vestri patres exitū rerum vaticinia mea vera in se comprobantes, pœnitentes, dixerunt, *Secundum opera nostra, & peccata nostra reddidit nobis Deus,& iuste acciderunt quæ patimur.*

Prædicta à Deo in nullo defecerunt.

b *Vndecimo mense.* Ibid. Vndenarius immundus est, & ad carnis coniunctionem pertinet. Merito autem hoc mense videntur conuenire Iudaico populo,quæ sequuntur: quia sicut Februarius est acerrimus in frigore hyemis, & sicut vicesimaquarta dies mensis,luna deficiente in tenebras, obscuriorem habet noctem: sic populus, cui hæc annuntiabantur, ex maiore parte sui, in Mœdis & in Chaldæis & Assyriis exulabat, quasi cæco & perpetuo noctis & frigoris horrore depressus. *Sabat* interpretatur virga, & signat austeram correptionem, qua populus adhuc deprimebatur.

Qualem vitam agebat Israel in captiuitate.

c *Vidi per.* Ibid. Antequam populus Dei duceretur in captiuitatem, & Ierusalem destrueretur, Moyses facie ad faciem, Isaias, super thronum excelsum & eleuatum, dominum videbant: sed populo sub graui seruitute constituto, hæc visio nocte facta refertur.

Exod.33.b. Isa.6.a.

Alleg. Per noctem,in qua cernitur visio,significatur mysticorum obscuritas. Vir super equum rufum, Saluator est, cuius vestimenta,id est,caro rubea est sanguine passionis, qui captiuo populo in equo rufo ostenditur. In Apocalypsi Ioannis iam liberato populo in albis monstratur. Hic stat inter myrteta, id est, angelicas potestates, quæ ei etiam in profundo, id est,in carne posito ministrabant: & post eum equi rufi & varij & albi. s. apostoli, & apostolici viri,qui totum mundum peragrāt, quorum & alij martyrio rufi, alij operibus,& doctrina & diuersitate signorum varij, alij virginitate, & doctrinæ integritate, & cordis puritate albi. Cum vero propheta interrogaret Saluatorem de reuelatione secretorum prophetalis sensus,promittit se ostensurum quod cernit: illo promittente, non ipse,sed stans inter myrteta respondet. Isti sunt apostoli, qui à domino mittuntur, vt sua doctrina totum orbem repleant, qui expleto officio redeunt ad magni consilij angelum cum gratiarū actione, dicentes, Impleuimus opus iniunctum, & terra, antea deserta, habitatur à Deo, & quiescit à bellis vitiorum. Quod autem plena misericordia postulatur, ad hoc refertur, quod nec Ierusalem,id est,ecclesia, nec vrbes Iudæ, id est, animæ Deum confitentes; recipient veram libertatem, donec transactis lxx. annis huius sæculi vera pax veniat, & sabbatismus impleatur. Denique dominus respondet verba bona & consolatoria. quod.s. *ex parte cognoscimus,& ex parte prophetamus: Cum autē venerit quod perfectum est euacuabitur q. ex parte est,* & liberati de Babylone huius sæculi clamabimus, *In conuertendo dominus cap. Sion. facti sumus sicut consolati.*

Apoc.6.a. De Christo & eius sanctis. De Apostolis missis in vniuersum orbem ad prædicandū Euangeliū. 1.Cor.13.

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non audie. *sed magis contempserunt, propter quod iuste puniti fuerunt; ideo subditur,*

2 Patres vestri vbi sunt, *q.d. partim fuerunt occisi à Chaldæis, partim in captiuitate mortui.*

3 Et prophetæ. *s. falsi, promittentes eis pacem & victoriam. q.d. incurrerunt eamdem sententiam. Rab. Sal. aliter exponit de prophetis domini, vt sit quædam obiectio contra dicta: quia possent dicere illi quibus loquebatur propheta, sicut patres nostri sunt mortui, ita & propheta domini: & sic non habuerunt aliquam prærogatiuam ante patres suos propter suam iustitiam. Et subditur responsio domini.*

De quibus prophetis sermo sit cum dicitur, Et propheta.

4 Numquid in sempiternum. *q. d. Natura mortalis non permittit quod semper viuant.*

5 Verumtamen verba mea, *quantum ad mores.*

6 Et legitima mea, *quantum ad legem.*

7 Quæ man. *vt dicerent patribus vestris, quod captiuarentur & interficerentur, nisi se corrigerent à moribus malis, & transgressionibus legis.*

8 Numquid non comprehen. patres vestros. *q.d. Sic: quia sic accidit eis vt prædixerunt; & per consequens fuerunt veri prophetæ, & ideo viuunt in anima, licet mortui sint corpore.*

9 Et conuersi sunt, *scilicet aliqui de patribus vestris in captiuitatem ducti, afflictione dante eis intellectum.*

10 Et dixerunt, *confitentes Dei iustitiam in sua punitione.*

11 Sicut cogitauit domi. exerc. *secundum ordinem sapientiæ suæ.*

12 Facere nobis, *secundum ordinem suæ iustitiæ: ideo subditur,*

13 Secundum vias nostras. *Et dicuntur hic viæ, peccata consueta: Adinuentiones autem enormia & insolita, quæ adinuenit humana malitia.*

Viæ & adinuentiones.

14 In die. *Hic consequenter ponitur populi consolatio: Et diuiditur in duas partes, secundum duplicem visionem consolatoriam, secunda ibi,* Et leuaui. *Prima in duas, quia primò ponitur visio, secundò, eius expositio, ibi,* Et dixi. *Circa primum ponitur tempus huius visionis, cùm dicitur,* In die xx.& iiij. mensis xj. *sic ista visio facta est post præcedentem, quæ facta fuit mense viij. anno ij. Darij regis.*

Diuisio.

15 Sabat. *In Hebræo habetur* Sebeth, *& respondet Ianuario. expositores tamen dicunt communiter, quod Februario: & hoc est: quia aliquando concurrit cum eo in parte, vel in toto: Iudæi enim faciunt menses per lunationes, & ideo in tertio anno mensis duodecimus, qui dicitur Adar, duplicatur. Martius enim secundum cursum festorum est primus apud Hebræos, vt diffusius declaraui Gen.vij.& Exod.xij. Primus enim mensis secundum ordinem festorum semper incipit apud Hebræos à prima lunatione, quæ est propinquior æquinoctio vernali, siue sit ante, siue post, siue in ipso æquinoctio: Quod quidem æquinoctium modo est xij. die Martij. Consequenter ponitur ipsa visio cum dicitur,*

Ratio temporū apud Hebræos.

16 Vidi per noctem. *Quæ ratione quietis est magis apta reuelationibus propheticis quam dies.*

Et

MORALITER.

† 16 *Vidi per noctem, & ecce vir.* id est, angelus in specie viri, per quem mysticè significatur Christus, qui dicitur magni consilij angelus Isa.9. secundum translationem lxx. & Luc.vlt. dicitur: *Vir potens in opere & sermone.*

† Ascen-

a & ecce vir ascendens super equum rufum: & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo, & post eum equi rufi, varij & albi. ⁹ Et dixi: Qui sunt isti domine mi? Et dixit ad me angelus domini, qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi, quid sint hæc. ¹⁰ Et respondit vir qui stabat inter myrteta, & dixit: Isti sunt quos misit dominus, vt perambulent terram. ¹¹ Et responderunt angelo domini, qui stabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus terram: & ecce omnis terra habitatur: & quiescit. Et respondit angelus domini, & dixit: Domine exercituum, vsquequo tu misereberis Ierusalem, & vrbium Iuda quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est. ¹³ Et respondit dominus angelo, qui loquebatur in me

(Interlinear: a Ignorans quid viderim, volebam scire rationem meæ visionis. — a Angelo qui loquebatur mecum, reticente. — a Ista sunt regna, quibus præcepit dominus, vt terram suæ subiicerent potestati. — a Angeli, qui regnis & nationibus præsidebant — Plena hominibus.)

a Et ecce vir. HIER. lib. I. com. Hunc virum putant Hebræi Michaelem angelum, qui vltor sit peccatorum in Israel: & stabat inter myrteta quæ erant in profundo. s. inter prophetas & sanctos qui erant in profundo captiuitatis populi. Hunc virum sequebantur equi rufi, varij & albi; Quidam ordine mutato per *albos* significant Persas & Medos sub quibus captiuitas dimissa, & templum instauratum est; Per *varios*, Macedones quorũ quidam amici, alij persecutores fuerũt. Per *rufos*, Romanos sanguineos & cruentos qui populum occiderũt, & templum subuerterunt. Alij sequentes ordinem litteræ, virum qui ascendit super equũ *rufum*, & ceteros qui sequuntur, quatuor regna interpretantur. Primum & secundum sanguinarium, Assyrios & Chaldæos, quorum primi decem tribus sub Salmanasar duxere captiuas; secundi Iudam & Beniamin incensa Ierusalem, & templo subuerso. Tertios & quartos varios & albos, Medos & Persas, quorũ alij clemẽtes vt Cyrus, & Darius filius Histaspis, & Assuerus quẽ Græci Artaxerxem vocãt. Alij crudeles, vt Cambyses & ceteri.
† AMBROSIVS lib. de fide resurrect. Quod in Zacharia dicitur: *Quia sequebantur eum equi variorum colorum*, &c. id est, qui vel in martyrio rubri, vel sturnini in violatu, vel varij in virtutibus, vel candidi in virginitate monstrantur. Quod autem equus iste *rufus*, id est, Christus, ob corpus sanctum passione purpuratum *albus* denuo à sancto Ioanne describitur: diuinitatis immortalitas, & incorruptio eius ostenditur.

(Margin: Persæ & Medi, Macedones & Romani. — Quatuor monarchiæ & in eis principates.)

b *Angelus qui loquebatur in me.* TERTVLL. lib. de carne Christi c. 14. Christus, qui spiritus Dei, & virtus altissimi, non potest infra angelos haberi, Deus scilicet, & Dei filius. Numquam enim ab eo dictum est, quemadmodum à Zacharia, *Ait angelus qui in me loquebatur*; Sed nec quotidianum illud Prophetarum, *Hæc dicit dominus.* Ipse enim erat Dominus coram, & sua auctoritate pronuntians, *Ego autem dico vobis.*
† GREGOR. lib. 28. mor. c. 2. Nonnumquam humanis cordibus etiam per angelos, Deus, secreta eorũ præsentia, virtute suæ aspirationis infundit. Vnde Zacharias, *Dixit ad me angelus, qui loquebatur in me.* Dum ad se quidem, sed in se tamen, loqui angelum dicit, liquidò ostendit, quod is, qui ad ipsum verba faceret, per corpoream speciem extra non esset. Vnde subdidit, *Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur.* Sæpe enim non exterius apparent, sed sicut sunt angelici spiritus, qui voluntatem Dei prophetarum sensibus innotescunt, atque eos ita ad sublimia subleuant, & quæque in rebus futura, in causis originalibus præsentia demonstrant.
c *Et ecce om. terr.* HIER. suprà. Omnia sub nobis regna tuta sunt & pacata, nec aliqua premuntur angustia. Ex responsione illorum, angelus qui interpellat pro Israel, accipit occasionem precandi pro populo, & dicit, cum totus orbis quietus sit & pacatus, quare domine non misereris Ierusalem: maximè cum secundum promissa

(Margin: Christus maior angelis. — Angeli non solum post docere exterius apparentes, sed etiam interius inspirando. — Angeli precantur pro nobis.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ecce vir, &c. *id est, angelus in specie viri.*
2 Ascendens super equum. *In Hebr. habetur,* Rubeum. *& per hoc designabatur vindicta diuina de aduersariis Iudæorum per colorem sanguineum.*
3 Et ipse stabat. *Est autem Myrtetum locus in quo crescunt myrti. Est autem myrtus arbor faciens pulcherrima & odorifera poma: vnde & Leu. 23. g. vbi translatio nostra habet,* Fructus arboris pulcherrimæ, *loco* arboris pulcherrimæ, *in Hebræo ponitur eadem dictio quæ & hic habetur, & idem significat. Hieron. in prologo huius prophetiæ dicit, quod per pulchritudinem ligni, & odorem fructus, designatur gaudium affuturum de reædificatione templi & ciuitatis, & de repressione aduersariorum suorum.*
4 Quæ erant in prof. *i. in valle. In vallibus enim magis crescunt myrti, & pulchriores, & fœcundiores quam alibi.*
5 Et post eum equi rufi. *Per hoc intelliguntur Persæ, Græci, & Romani, qui afflixerunt populum Iudæorum secundum successionem regnorum: ita quod per equos intelliguntur isti populi; per ascensores eorum, angeli eis prælati, vt dicunt expositores communiter. Ra. Sa. vero dicit, quod per hoc intelliguntur angeli diuersorum ordinum parati ad exequendum voluntatem domini. Et huic dicto videtur littera sequens concordare, vt videbitur.*
6 Et dixit ad me. *Hic ponitur dictæ visionis, quantum ad aliquam partem, expositio. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur hæc expositio; secundo ex hoc subditur angeli deprecatio, ibi,* Domine exercituum. *Circa primum dicitur,* Et dixi. *Ego Zacharias,*
7 Qui sunt isti. *id est, quid significant isti equi rufi & varij & albi?*
8 Et dixit ad me angelus, &c. *id est mihi deputatus ad custodiam.*
9 Ego ostendam tibi, *id est, faciam ostendi per angelum superiorem, qui præest toti populo Iudæorum: & iste dicitur esse Michael, Dan. x. ideo subditur:*
10 Et respondit vir, *id est, angelus populo prælatus.*
11 Isti sunt quos misit do. *ad exequendum suam voluntatem.*
12 Et responderunt, *Tamquam superiori.*
13 Perambulauimus terram. *Considerando statum regnorum.*
14 Et ecce omnis terra habitatur. *Illo enim tempore non erant bella notabilia in regnis prædictis.*
15 Et respondit. *Hic consequenter ponitur angeli Iudæis prælati deprecatio, cum dicitur:*
16 Domine exercituum, *q. d. ex quo aliæ terræ sunt in pace, in quibus sunt Gentes & idololatræ: quare tardas restituere Ierusalem, & templum, & alia loca Iudææ in statum suum? Et ad hoc inducit rationem ex promissione Dei, quæ habetur Ierem. xxix. c.* Cum cœperint impleri in Babylone lxx. anni, visitabo vos & suscitabo super vos verbum bonum, *quod tempus erat iam transactum à tempore Cyri regis Persarum, qui dedit populo licentiam redeundi. Ideo dicit:*
17 Iste iam septuagesimus an. *e. supple diu transactus: & tamen Ierusalem & templum adhuc non sunt reædificata.*
18 Et respondit, *vt mihi denuntiaret bonum nuntium. Ideo sequitur:*
1 Hæc

(Margin: De myrto arbore. — Quid hic designent equi & eorum ascensores. — Angelus deprecatur pro subleuatione populi Israel afflicti.)

MORALITER.

† 2 *Ascendens super equum rufum.* In Hebræo habetur *Rubeum.* igitur per equum rubeum significatur corpus Christi in suo sanguine rubricatum.
3 *Et ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profun.* i. inter sanctos patres, ad quos descendit in limbo, & transtulit ad cælestia.
5 *Et post eum equi rufi,* Hebræus habet, *rubei.*
† *Varij & albi.* De quibus dicitur postea.
11 *Isti sunt quos misit Dominus.* Ideo per istos significantur apostoli, aliique discipuli, quos misit Dominus ad prædicandum per orbem vniuersum, vt habetur Matt. vlt. d. *Euntes ergo docete omnes Gentes, &c.* & Act. j. a. *Eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Istorum autem sic missorum aliqui fuerunt per martyrium suo sanguine rubricati, propter quod significantur per equos rubeos; Alij vero variis Spiritus sancti donis decorati, & significantur per equos varios; Alij verò candore virginitatis dealbati, & significantur per equos albos. In istorum autem personis subditur,
13 *Perambulauimus terram,* exequentes prædicationem.
14 *Et ecce omnis terra habitatur,* sub cultu vnius Dei, diuersimodè tamen: Nam idololatria cessauit per orbem exceptis barbaris in aquilone habitantibus. Secunda visio ponitur hic.
† Et

(Margin: Corpus Christi sanguine rubricatum. — Apostoli & discipuli.)

missa tua tempus captiuitatis expletum sit?

A † BERNARDVS. Dicitur vulgari prouerbio, Qui me amat, amat & canem meum. Nos vero, ô beati angeli, catelli sumus Domini illius, quem tanto affectu diligitis, cupientes saturari de micis, quæ cadunt de mensa dominorum nostrorum, qui estis vos. Et hæc dixerim fratres, vt ampliorem erga angelos fidem habeatis, ac perinde familiarius in omni necessitate vestra, eorum inuocetis auxilia: sed & dignius in eorum præsentia conuersari, & magis ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare beneuolentiam, exorare clementiam studeatis.

(Exhortatio vt erga sanctos Angelos deuotissimus. — *Infr.8.a.)

B † AMBROSIVS: Obsecrandi à nobis sunt angeli, præsertim qui ad præsidium nobis dati sunt, &c.

† CHRYSOSTO. Tempore illo (quo sacra mysteria celebrantur) non solum homines clamorem illum horribilem reddunt: sed etiam angeli Domino genu flectunt, & archangeli rogant pro genere humano. Quasi dicant: Pro his Domine, rogamus, quos tu adeo dilexisti, vt pro eorum salute mortem obires, animam in cruce efflares. Pro his supplicamus, pro quibus tuum largitus es sanguinem. Pro his oramus, pro quibus hoc corpus immolasti.

(*Infr.1.a.& 5.a.& 6.a. — Sancti Angeli orant pro hominibus.)

C † ORIGENES. Veni angele, suscipe seruum conuersum ab errore pristino, à doctrina dæmoniorum, ab iniquitate in altum loquente: & suscipiens eum, quasi medicus bonus confoue atque institue, &c.

a *Clama, dicens.* HIER. lib. 1. com. Ecce verba bona & consolatoria, quibus præcipitur propheta clamare.

b *Zelatus sum.* IBID. Cum Ierusalem ab amore meo deficeret, ego sicut sponsus amator castitatis per moderata flagella eam ad castitatem meæ dilectionis reuocare volebam; si non amassem non zelassem. Vnde ex opposito super Ezechielem dicitur ex toto despicienti virum, *Iam non irascar tibi, & zelus meus recessit à te.*

(Deus corripit vt sanemur. Ezech.16.c.)

Zela. sum Ier. Ierusalem, visio pacis; *Sion*, speculatio siue specula. Hæc est quæ non bello sæculi, nec humana & terrena: sed pacem & concordiam sanctorum, cælorumque excelsa desiderat. Cui propter vitia & refrigescentem charitatem quotidie irascens dominus, tradit eam persecutoribus. Aduersarij vero adimplentes suam crudelitatem, non Dei voluntatem, à porta vsque ad portam implent eam cruore occisorum. Sed dominus ex misericordia se eam reædificaturum promittit: & perpendiculum, vel funiculum, secundum mensuram & ordines singulorum, in ea esse tendendum.

(D — De persecutione quam sustinet ecclesia.)

a ¶ De futurorum promissione. ¶ De præsentium necessitate.

verba bona, verba consolatoria. [14] Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Clama, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: * Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno, [15] & ira magna ego irascor super Gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiuuerunt in malum. [16] Propterea

a ¶ Quia aduersarij plus, quam volueram, depresserunt quàm zelabam, ideo Reuertar. b ¶ Non in vna misericordia, sed in multis.

hæc dicit dominus: Reuertar ad Ierusalem in misericordiis:

a ¶ Id est, templum. b ¶ Sub Zorobabel & Iesu filio Iosedech.

& domus mea ædificabitur in ea, ait dominus exercituum,

a ¶ Cementariorum. b ¶ Non vocis intentione, sed mentis.

& perpendiculum extendetur super Ierusalem. [17] Adhuc clama dicens: Hæc dicit dominus exercituum. Adhuc affluent

a ¶ Quas vides Babylonio igne vastatas: sed rursum omnibus bonis abundabunt, & præsentibus bonis præteritam miseriam consolabitur Deus.

ciuitates meæ bonis, & consolabitur adhuc dominus Sion,

¶ Quam paulo ante proiecerat.

& eliget adhuc Ierusalem. * [18] Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua. [19] Et dixi ad angelū qui loquebatur in me: Quid sunt hæc? Et dixit ad me: Hæc sunt cornua quæ

Templum autem est corpus domini, quod in passione destruxerunt impij, sed in resurrectione suscitatum est, quod fuit seminarium, & exordium omniū domorum, de quibus apostolus loquitur: *Vos estis templum Dei & spiritussanctus habitat in vobis.*

(Corpus Domini. 1.Cor.6.d.)

E c *Super Gentes, &c.* Ibid. Isti sunt equi, quos supra nominauit equos rufos, albos & varios, quibus tradidit Iudæos ad corripiendum, sicut pedagogo filium. Illæ vero Gentes Dei consiliū ignorantes, punierunt vt hostes, sæuieruntque in traditos.

(De ministris iræ Dei qui potestate sibi tradita abutuntur.)

d *Adhuc cla.* IBID. Angelus qui dixerat prophetæ: *Clama.* adhuc impellit ad clamandum.

e *Ciuitates.* IBID. ALLEG. *Ciuitates*, ecclesiæ, vel animæ sanctorum, quibus vera bona: vnde, *Credo videre bona domini in terra viuentium.* His bonis post incendia persecutionis, quæ à Gentilibus, vel hæreticis, ecclesiæ pertulerunt, pace reddita affluunt, in multitudine virtutum, & quæ abiectæ erant pro culpa, nunc ædificatæ in virtutibus consolationem habent spe æternorum.

(Psal.26.d. — De pace Ecclesiæ reddita post persecutionem.)

F f *Et ecce quatuor.* † REMIGIVS. Daniel quoque sub figura leænæ, & pardi, & vrsi, alterius bestiæ, quam nominatim non exprimit, manifeste quatuor regna describit, id est Babyloniorum, Medorum ac Persarum, Macedonum, & Romanorum. Cornua autem potentiam regni significare, vsitatissimum est in sacra scriptura, vt illud, *Sublimabit cornu Christi sui*; Item, *Erexit cornu salutis nobis.*

(Cornu regnum significat. 1.Reg.2. Luc.1.)

HIER. sup. Cōsuetudo scripturarum est, per cornua regna significare. Hæc quatuor cornua intelliguntur quatuor Gentium regna. Vnum, Babyloniorū, quod iam præterierat, quando hæc visio cernebatur; Secundum, Mœdorum & Persarum, quod tunc instabat; Tertium, Græcorum & Macedonum; Quartum, Romanorum; Ista cornua ventilauerunt, & disperserunt Iudam. Quatuor fabri intelliguntur angeli, qui obedientes Deo reædificant quod Gentes disperserant.

(Quatuor monarchiæ.)

HIER.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hæc dicit dominus. *Cuius verbum non potest esse falsum.*

2 Zelatus sum Ierus. & Sion, *id est, in montem, in quo erat templum.*

3 Zelo magno. *Est autem proprie zelus amor singularis, quo vir diligit vxorem, nolens in ea habere participem, & ideo quando in hoc delinquit, aspere eam castigat. Et per hoc insinuatur, quod dominus castigauerat populum Iudaicum, non ex odio, sed ex amore, vt reduceretur ad cultum latriæ; & sic factum fuit: quia post reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur populus Iudaicus ad idololatriam declinasse, nisi aliqui pauci tempore Antiochi illustris.*

(Quid sit zelus.)

4 Et ira magna ego irasc. sup. gentes, *id est, regna vos affligentia. Et dicit,* Ira magna, *quia fuerunt puniti à Deo, non tantum temporaliter, sed etiam æternaliter.*

5 Quia ego iratus sum parum, *scilicet vobis Iudæis, puniendo vos pœna temporali:*

6 Ipsi vero, &c. *id est, Assyrij & Chaldæi,*

7 Adiuuerunt in malum, *s. pœnæ vestræ, quæ fuerunt in hoc executores diuinæ iustitiæ.*

8 Propterea hæc di. domi. *scilicet quia fuistis puniti secundum ordinem meæ iustitiæ.*

6 Reuertar ad Ierusalem, *per viam misericordiæ:*

7 Et domus mea ædificabitur. *quod fuit impletum sub Zorobabel duce & Dario regnante.*

8 Et perpendiculum. *id est, instrumentum ligneum, in cuius medio pendet chorda habens plumbum in extremitate sua, cum quo perpenditur si murus directe ædificatur.*

(Perpendiculum.)

9 Adhuc clama. *non solum de ædificatione templi, sed etiam de prosperitate populi.*

10 Adhuc affluent ciuitates meæ, *id est, Iudææ,*

11 Bonis, & consolabitur. *quod in parte fuit impletum tempore Zorobabel & Neemiæ & Machabæi: sed perfectius tempore Christi ibi prædicantis, & miracula facientis, & plenitudinem spiritussancti concedentis.*

12 Et leuaui. *Hic ponitur secunda visio de deiectione aduersariorum populi Iudaici, cum dicitur,* Et leuaui oculos, &c. *imaginaria visione.*

13 Et ecce quatuor. *Sic enim videbatur ei imaginaria visione.*

14 Et dixi ad angelum, *mea custodiæ deputatum.*

15 Quid sunt hæc? *id est, quid significant hæc quatuor cornua?*

16 Hæc sunt cor. *id est, quatuor regna, quæ afflixerunt Iudæos successiue. s. Chaldæorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum, vt communiter exponitur. Ra. Sa. per quatuor cornua intelligit aduersarios Iudæorum secundum quatuor partes mundi: quia ab Oriente fuerunt afflicti & ab Occidente, à Meridie & ab Aquilone, & hoc per diuersas Gentes circa Iudæam habitantes, vt patet ex 4. Regum & 2. Paralipom.*

(Quid designent quatuor cornua.)

1 Et

MORALITER.

12 *Et leuaui oculos, &c.* per quæ mystice significantur quatuor impugnantia moralem Ierusalem, quæ est rationalis anima. Primum autem est delectatio praua mulcens animū; Secundum, est consensus in peccatum; Tertium, operis executio; Quartum, consuetudo. Hæc autem quatuor impugnant animam & ducunt eam captiuam.

(Quatuor quæ animā impugnant.)

HIER. lib. I. com. ALLEG. Per quatuor cornua, quæ regnāt contra populum Dei, quatuor passiones & perturbationes animi figurantur, vnde: *Hinc metuunt, cupiuntque, dolent gaudentque.* Cōtra has, quatuor fabri & quasi boni medici nō cernuntur à propheta, Per se enim videre non poterat; sed ostenduntur à Deo, quatuor scilicet virtutes, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. Hæ virtutes ædificant quidquid vitia destruunt. Sancti quoque, qui hæc remedia possidentes ecclesiam instaurant, fabri appellantur: vnde Apostolus, *Vt sapiens architector fundamentum posui.* Vel, *quatuor fabri* Euangelistæ, qui oppressum *Israel*, id est, sensum videntē Deū; & *Iudam*, id est, Deum confitentem; & *Ierusalem.* i. pacis visionem, in pristinam sedem restituunt: & quos Gentes vitiorum dispersérant, retrahunt ad salutem.

Quatuor animi passiones. — Quatuor virtutes quæ reprimunt prædictas passiones. — I. Cor. 3. b. — De quatuor sanctis Euangelistis.

a ¶ Nōn omnes simul, sed sibi inuicem succedendo. b ¶ Ego non conspexi.

ventilauerunt Iudam & Israel & Ierusalem.[20] Et ostendit mi-[1]

a ¶ Destructores malorum, ædificatores bonorum.

hi dominus quatuor fabros,[21] & dixi: Quid isti veniunt face-

¶ Quidem.

re? Qui ait, dicens: Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iu-

a ¶ In tantum quod nemo. ¶ Tanto malorum pondere depressus.

dam per singulos viros, & nemo eorum leuauit caput suum. 2 3

¶ Scilicet Fabri. ¶ Regna. ¶ Subiiciant Deo.

Et venerunt isti deterrere ea, vt deiiciant cornua Gentium, 4 5

¶ Super populum Dei.

quæ leuauerūt cornua super terrā Iuda, vt dispergerent eam. 6

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ostendit mihi, &c. *i. quatuor angelos paratos frangere dicta cornua, quia sunt executores diuinæ iustitiæ.*

B 2 Et nemo eorum, *id est, Iudæorum.*

3 Leuauit ca. &c. *i. potuit resistere aduersariis prædictis.*

4 Et venerunt isti. *id est, dicti fabri.*

5 Deterrere ea. *i. prædicta regna: vel aduersarios secundum quatuor partes mundi vt dictum est.*

6 Vt deiiciant, &c. *i. potestates earum: quod in Christo videmus impletum, cuius imperio submiserunt colla principes Gentium.* E

MORALITER.

† 1 *Et ostendit mihi.* De quibus subditur,

6 *Vt deiiciant,* Per istos fabros cornua deiicientes, significantur prædicationes, ad quas oportet quatuor concurrere, sicut in corporali fabricatione. Ad quam requiruntur, artifex, materia dura, ignis, & malleus, Artifex est prædicator, materia dura peccator, malleus autem verbum diuinum, quod *est malleus conterens petras*, vt dicitur Iere. 23. Ignis autem est spiritussanctus qui mollificat corda dura: Istis autem in prædicatione concurrentibus deiiciuntur cornua prædicta.

Ad prædicationem quatuor concurrūt.

ADDITIO I.

In ca. I. Zachariæ vbi dicitur in postil. Et secundum regulam Hebræorum isti duo fuerunt prophetæ.

Sicut dictum fuit in additione Ierem. I. cap. & Hoseæ I. c. hoc dictum, quod dicit Postillator esse regulam apud Hebræos, non est regula, sed dictum vnius singularis, qui non habet auctoritatem, & inquirere circa hoc videtur magis curiosum quàm vtile cùm prophetiæ de huiusmodi patribus prophetarum non inueniantur, vt dictum fuit in prædictis additionibus.

ADDITIO II.

In eodem capitulo vbi dicitur in postilla: Est autem myrtus arbor faciens pulcherrima poma.

Licet myrtus sit arbor pulchra & faciat folia & grana odorifera, non tamen facit fructum pulchrum, sed quædam grana minuta nigra. vnde Leui. 23. g. vbi dicitur: Fructus arboris pulcherrimæ, *non ponitur in Hebraico dictio significans myrtum, sed alia quæ significat citrum, quod est pomum pulcherrimum. Et in eodem loco, vbi ponitur eadem dictio, quæ hic habetur in translatione nostra, dicitur,* Lignum densarum frondium, *quod pertinet proprie ad myrtum. vnde in dicto Hieronymi, in prologo allegato à Postilla, non dicitur de myrto, quod habet fructum pulchrum sed odoriferum, quia (vt dictum est) grana myrti, quæ sunt eius fructus, non sunt pulchra sed odorifera: ligno vero attribuit pulchritudinem, quia sic est in re.*

Quale sit lignum & qualis fructus myrti.

CAPVT II.

a ET *leuaui oculos.* † REMIGIVS. Semper scriptura prophetica tristibus læta subiungit. Nam qui prius leuauit oculos, vt C videret tristia in cornibus, nunc iterum leuat oculos vt videat virum metientem Ierusalem. Hic est ille vir de quo scriptum est: *Ecce vir Oriens nomen eius,* Et in Ezechielis libro cernitur, habens funiculū, & calamum in manu eius, vt metiretur ciuitatem Dei Ierusalem, *cuius artifex & conditor est Deus.*

Propheta miscet læta tristibus. — Infr. c. 6. Ezech. 40. Heb. 11.

HIER. libr. I. com. Quidam putant hoc ex parte completum sub Zorobabel & aliis ducibus, qui vsque ad aduentum Saluatoris populum Israel rexerunt. Iudæi in mille annorum fabulam interpretantur, corporales corporalia requirentes. Hæretici suspicantur cælestem Ierusalem, quæ passa erat ruinam peccatricum animarum, de eis esse restituendam. Sed melius intelligitur per Ierusalem Ecclesia, quæ in passione & resurrectione Christi quotidie ædificatur ab eo, qui nouit mensuras & merita singulorum; qui prius eleuatis oculis in quatuor cornibus tristia vidit, nunc rursum leuat oculos vt videat virum, cui oriens nomen est, de quo supra. *Ecce vir as. &c.*

Tres expositiones falsæ visionis huius cap. — Supr. I. b.

IBID. Hoc moraliter de animabus credentium potest accipi, quæ quotidie ædificantur à domino, & cernunt eius pacem. F

IBID. ALLE. Ierusalem est ecclesia, *de qua dicta sunt gloriosa, in qua magnus dominus & laudabilis nimis.* Hæc habitatur ab hominibus i. populo legis ad fidē conuerso, & à iumentis. i. à Gētibus ab idolatria per fidem conuersis. Vel, per *homines*, rationales & eruditi in scripturis, per iumenta simplices intelliguntur: Istis Christus est murus, ignis in circuitu, vt habitantes in medio calefiant, qui prius tepidi; & per illum comburantur aduersarij.

Psal. 86. a. Ibid. 95. a. — De Ecclesia Christi.

CAP. II.

a ET leuaui oculos meos & vidi: & ecce 1

a ¶ Christus. b ¶ Operatione & potestate. c ¶ Mensura diuidens singulis prout vult.

uir & in manu eius funiculus mensorum, 2 3 4

[1] & dixi: Quo tu vadis? Et dixit ad me:

a ¶ Apparere faciam.

Vt metiar Ierusalem, & videam quan- 5 6

a ¶ Charitas, quæ vsque ad inimicorum dilectionem extenditur. b ¶ Perseuerantia eius vsque in finem.

ta sit latitudo eius, & quanta longitudo 7

b eius.[3] Et ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur, 8

a ¶ Qui loquebatur ad Michaelem, vt loquatur prophetæ.

& alius angelus egrediebatur in occursum eius,[4] & dixit ad 9

b *Et ecce ange.* IBID. Hunc Hebræi putāt Michaelem, alium qui occurrit,

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT II.

1 ET leuaui, &c. *Hic consequenter denuntiatur reædificatio ciuitatis Ierusalem. Circa quod sciendum quod illa ædificatio, quæ facta est per Zorobabel, fuit figura ædificationis ecclesiæ per Christum, quæ dicitur spiritualis Ierusalem, vt frequenter supra dictum est: & ideo de vno ædificio fit transitus ad aliud; igitur primo nuntiatur materiale, secundo spirituale, ibi:* Et ecce. *Circa primum dicitur,* 2 Vidi, *visione imaginaria & intellectuali.*

Diuisio. — Ierusalem materialis & spiritualis.

3 Et ecce vir. *i. angelus in specie viri.*

4 Et in ma. eius funic. mensi. *i. aptus ad mensurandum loca, in quibus debent fieri ædificia. Ideo subditur,* 5 Vt metiar Ierusalem, *quantum ad ciuitatem Metropolim.* 6 Et Iudæam, *quantum ad alia loca in Iudæa.* 7 Quanta sit, &c. *Antequam enim ædificentur ciuitates & loca, accipiuntur mensuræ ædificiorum secundum longitudinem & latitudinem, vt exponunt aliqui & male; quia in Hebræo habetur,* & videam, *quia angelus solum loquitur de Ierusalem.*

8 Et ecce, &c. *Hic consequenter intendit, vt metiatur ædificium spiritualis Ierusalem; Illa quæ sequuntur numquam fuerunt in Ierusalem per Neemiam reædificata: sed semper fuit in timore aduersariorum, & subiectione extraneorum, vsque ad eius destructionem per exercitum Romanorum, dicit ergo,* Et ecce angelus, *mihi pro custodia deputatus.*

Ierusalem spiritualis.

9 Egrediebatur, *Ad habendum reuelationem nouam de futuris ab angelo*

MORALITER.

† 1 *Et le.* Capitulum istud exponunt Hebræi & Catholici communiter ad litteram de ædificatione domus Dei, per Zorobabel & eius socios ædificatæ in reditu captiuitatis Babylonicæ. Ego autem exposui ad litteram de spirituali ædificatione ecclesiæ per Christum: propter quod de alia spirituali expositione pertranseo, & quia mihi non occurrit alia melior hic ponenda.

currit, Gabrielem, qui loquitur ad Michaelem, vt loquatur prophetæ quantam abundantiam omnium rerum & multitudinem hominum & iumentorum & firmitatem murorum sit habitura Ierusalem, quæ in præsenti vsque ad fauillas & cinerem destructa sit.

† GREG. l. 28. Moral. c. 2. Non est Deus angelus qui mittitur, cui verba ab angelo, quæ dicere debeat, iubentur. Sed quia in conspectu conditoris angelica ministeria ordinata graduum positione distincta sunt, vt & pro communi felicitate beatitudinis opificem suum simul videntes gaudeant, & tamen pro dispositione dignitatis aliis alij subministrent: ad prophetam angelus angelum mittit, & quem secum de Deo gaudere communiter conspicit, & docet, & dirigit, quia eum & per superiorem scientiam virtute cognitionis, & per præstantiorem gratiam culmine potestatis excedit.

a ¶ Ad comparationem angelorum omnis humana natura vel scientia, pueritia dicitur, quia non angeli in nos sed nos in angelis proficimus.

eum: Curre, loquere ad puerum istum dicens: Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius.[5] Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis in circumitu, & in gloria ero in medio eius.[6] O o o fugite de terra aquilonis dicit dominus: quoniam in quatuor ventos cæli dispersi vos, dicit dominus. [7] O Sion fuge quæ habitas apud filiā Babylonis, [8] quia hæc dicit dominus exercituum: Post gloriam misit me ad Gentes, quæ spoliauerunt vos. * Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.

a ¶ Tertia vocatio, crebra admonitio est ad fugam.

Subordinatio Angelorum ad inuicem.

• 2. q. 7. c. accusatio 1. Sacerdotes ab improbis accusari non possunt.

† IDEM hom. 34. in Euang. & lib. 4. Mora. cap. 27. Hoc certissime scimus, quia ad explendum de supernis ministerium alij spiritus alios mittunt, Zacharia testante, *Ecce angelus qui loquebatur in me, ingrediebatur, &c.* Dum enim angelus ad angelum dicit, *Curre & loquere*, dubium non est quia alius alium mittit. Minora vero sunt quę mittuntur, maiora quæ mittunt. Sed hoc quoque de ipsis agminibus, quæ mittuntur, certum tenemus: quia & cum ad nos veniunt, sic exterius implent ministerium, vt tamen numquam desint interius per contemplationem. Et mittuntur igitur & assistunt: quia & si circumscriptus est angelicus spiritus, summus tamen Spiritus ipse, qui Deus est, circumscriptus non est: Angeli itaque & missi, & ante ipsum sunt: quia quolibet missi veniant, intro ad ipsum currunt.

Vnus Angelus mittit alium.

Angeli non desinunt Deum videre cum ad nos mittuntur.

HIER. lib. 3. com. Hæc omnia Iudæi ad litteram futura fabulantur, vt præ multitudine hominum & iumentorum Ierusalem non possit habere murum, sed murus illius Domini sit defensio, & illius in medio habitantis perfruatur gloria.

a *O o o fugite.* IBID. Iuxta situm Ierusalem, Assyrij & Babylonij, qui Dei populum visitauerunt, in terra aquilonis habitabant. Angelus qui loquebatur ad angelum prophetantem in Zacharia, nunc loquitur ad illos qui habitabant in Babylone, vt à quatuor ventis, in quos fuerant toto orbe dispersi, reuertantur in Sion: & ô Sion quæ nunc habitas in Babylone, reuertere ad pristinam sedem.

† RVPER. Hoc quod dicitur, *O ô ô fugite, &c.* sic intelligitur: Ecce quomodo pœnitet Dominū mali quod fecit nobis, quomodo dolet super ciuitate inclyta & tēplo nobili, in qua sola ciuitate glorificabatur, in quo templo vnico nomen eius inuocabatur. Nec mirum, magnū enim illic erat nomen eius, magnus honor impēdebatur nomini eius. Cyrus illuc nos redire non compulit, sed tātummodo redeundi licentiam dedit. Quātopere vero nos inuitat Dominus, vt properanter velimus exire de terra ista immunda.

Quam Deo gratum habitaculum fuerit templum.

HIER. vbi supr. Aquilo ventus frigidissimus, qui corda, quæ afflat, dura reddit. Præcipitur his, qui ierant ad frigus aquilonis, & in toto orbe dispersi erant, & in nocte huius sæculi versabantur, vt fugiant ad ecclesiam, & humilia relinquentes, in sublimitate dogmatum consistant.

Hortatur redire ad Ecclesiam.

b *Post gloriam misit me ad Gen.* IBID. Vox Saluatoris missi à patre inducitur, qui assumpta carne post gloriam diuinæ maiestatis mittitur ad Gentes, quæ spoliauerunt populum Dei: vt qui ante, eos fuerant prædati, prædæ sint seruientibus sibi, & cognoscat turba seruientium, quod Deus omnipotens miserit eum.

c *Tetigerit vos.* IBID. *Tactus* pro vexatione accipitur: Qui ergo sanctos Dei tangit, sic est quasi vexare cupiat pupillam eius oculi, vt illum priuet clara luce: vnde in euangelio, *Vos estis lux mundi.*

Matth. 5.

† RVPERTVS. Deus quomodo cogitauit, ita & fecit, leuauit manum suam super Romanos, qui spoliauerunt Iudæos ornatu ciuitatis & templi: & ecce ipsi sunt prædæ Iudæis, scilicet Apostolis, qui sunt ex Iudæis, eo modo quo sunt piscatoribus pisciculi. Sic enim quibusdam dixit, *Venite post me, faciam vos piscatores hominum.* Isti & similes illis, sunt, quos *qui tetigerit, tanget pupillam oculi mei*: non vt ego cæcus fiam, sed vt cæci sint ipsi, qui tetigerunt, *& ego abscondam faciem meam ab eis.*

Romani ad Christi fidē per Apostolos conuersi.

Matth. 4.

☞ Di-

NICOLAVS DE LIRA.

angelo superiori, quia secundum ordinem hierarchicum superiores angeli illuminant medios, & medij inferiores: & ex hoc patet quod hæc reuelatio est de alia re quam præcedens, quia est de Ierusalem spirituali. Ideo sequitur,

Angeli superiores illuminant medios & medij inferiores.

1 Absque muro, &c. *Quia ecclesia non confidit in murorum fortitudine, sed in diuina protectione.*

2 Præ multitudine. *Quod impletum videtur in fidelium multiplicatione per orbem vniuersum.*

3 Hominum & iumentorum. *Quia credentium aliqui sunt sapientes & litterati qui homines dicuntur, alij vero simplices & illitterati, qui iumenta nominantur, Psal. 72. d.* Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.

De simplicibus & litteratis.

4 Et ego ero ei murus. *id est, protector & defensor.*

5 Et in gloria. *Quia Deus in ecclesia honoratur, & ideo ad eam homines inuitantur, cum subditur,*

6 O o o fugite de terra Aquilonis. *id est, de potestate diaboli.*

7 Quoniam in quatuor. *i. spargi permisi per varios errores ante aduentum Christi.*

8 O Sion. *i. populus præuisus ad fidem, Nomine enim Ierusalem & nomine Sion intelligitur ecclesia, vt declaratum fuit Isa. 2. quæ est idem quod fidelis populus, quia ecclesia non est ipsi parietes, sed fideles.*

9 Fuge. *De potestate diaboli.*

10 Quæ habitas apud filiam Bab. *i. cultum idololatriæ: nō enim potest hic intelligi conuenienter per filiam Babylonis ciuitas vel terra Babyloniæ, quia longe ante tempus huius prophetiæ ciuitas Babylonis fuerat destructa per Cyrum & Darium, & Iudæi remissi in Iudaam: vt habetur 1. Esdræ. Et licet aliqui remanserunt in terra Babylonis detenti amore vxorum, quas ibi acceperant, & prolis quam ibi fecerant, vt dictum fuit ibidem: tamen illi videntur probabiliter fuisse pauci comparatiue, quia omnes naturaliter inclinantur ad reuertendū in terram originis suæ & maxime de terra in qua detinentur in captiuitate & seruitute. Nec rationabiliter potest dici, quod illi qui remanserunt moneantur hic fugere propter vastationem imminētem illi terræ: quia à tempore Cyri legitur regnum eius & successorum suorum satis quietum fuisse vsque ad tempus Alexandri magni, qui regnum illud vi armorum subiecit sibi. Item quia terra quæ hic dicitur filia Babylonis, immediate supra dicitur terra aquilonis: Babylonia vero non est ad aquilonem respectu Iudææ, sed magis ad orientem, Et ideo per* Babylonem, *quæ confusio interpretatur, & per* aquilonem *de quo dicitur Ierem. 1. c.* Ab aquilone pandetur omne malum: *potestas dæmonis metaphorice, seu figuraliter designatur: sicut & beatus Petrus in fine prima canonicæ suæ dicit,* Salutat vos ecclesia in Babylone collecta, *id est, in Roma, quia tunc tempore Neronis ibi vigebat potestas dæmonis.*

Non hic commonētur Iudæi redire de Babylone in Iudæam.

Sed iubentur gentes à potestate dæmonis ad Ecclesiam properare.

11 Quia hæc di. do. exercit. *id est, angelorum: vnde in Hebræo ponitur hic nomen domini tetragrammaton soli Deo appropriatum, vbi translatio nostra habet* dominus.

12 Post gloriam misit me, &c. *Secundum seriem textus non est verbum Zachariæ, sed Dei dicentis se mitti: quod verificatur in Christo, qui est verus Deus à patre missus pro salute generis humani, & huic consonat quædam gloss. Hebraica hic à Ra. Sa. inducta, quæ talis est.* Post gloriam misit me. Gloss. post honorem redditum Esau veniet Messias. *In antiquis etiam glossis Hebraicis princeps Romanus frequenter Esau, & Roma mons Seir nominatur: & sic impletum est in domino Iesu Christo, quia post gloriam monarchiæ adeptam à Romano principe Cæsare Augusto, propter quod fecit describi orbē vniuersum tamquam sibi subiectum, natus fuit Christus, vt patet Lucæ secundo.*

Christus à patre missus.

13 Ad Gentes quæ. *i. ad Iudæos, qui fideles primitiuæ ecclesiæ grauiter tractauerunt, Act. octauo, quibus prædicauit dominus in persona propria. Et dicuntur hic Gentes, quia tunc non viuebant secundum legem vt Iudæi, sed transgredientes propter mandata hominum, vt patet in Euangelio. Vel, ad Gentes, i. Romanos principes, qui in primitiua ecclesia fideles persequebantur in corporibus suis & bonis: quibus prædicauit Christus per apostolos Petrum & Paulum; & alios doctores sequentes.*

Iudæi quibus Christus prædicauit.

Romani quibus Apostoli.

14 Qui enim tetigerit vos. *i. sollicite vos custodiam: sicut custoditur oculi pupilla, licet enim tunc Christus permiserit fideles corporaliter perturbari, tamen custodiuit eos sollicite in spiritualibus bonis, in quibus tunc creuit ecclesia, merito & numero fidelium magis quam tempore pacis, Quod fuit figuratum in filiis Israel,* qui quanto magis affligebantur ab Ægyptiis, tantō magis multiplicabantur & crescebant, *Ex. 1. Ideo subditur:*

Creuit non oppressa est Ecclesia persecutionibus.

† DIDYM. ALEX. com. in c. 5. primæ epist. Ioan. Si quis semetipsum seruat, orat diuinitus custodiri, vt intactus permaneat à maligno. Custodiæ autem diuinæ exẽplum est, quo ait; *Domine, seruabis nos, & custodies nos.* Et illud; *Sub vmbra alarum tuarum protege nos.* Et illud: *Pater sancte, custodi eos,* Tangit autem aliquem malignus lædens & affligens eum, quod manifestum est ex eo quod ait: *Non continget te malum:* & ex eo quod dictum est à Deo benefacientibus: Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Lege Eusebium Cæs. lib. 6. de demonstratione euangelica, cap. 16.

a *Quia ecce ego leuo manũ.* HIER. Leuat Deus manum, vt percutiat Gentes aduersarias, & populum suum ad Ierusalem reducat, vel in ecclesiam: & nunc intelliguntur per Gẽtes contrariæ fortitudines, quæ peccatores quotidie suæ subiiciunt potestati.

b *Lauda & lætare filia Sion.* IBID. Rectè post captiuitatem filia Sion prouocatur ad gaudium: vnde dicitur, *Cum conuerterit dominus cap. &c.*

IBID. Adhuc verba domini hortantis populum, vt post captiuitatem in sede pristina restitutus gaudeat, & laudet Deum habitantem in medio eius, in quem Gentes sunt crediturae.

c *Ierusalem.* IBID. Quam tentationi dereliquerat in persecutionibus Iudæorum; Alij putant sub Zorobabel & Iesu hæc esse completa, quãdo duæ tribus (quæ dicuntur Iuda) reuersæ sunt de captiuitate Babylonis, decem retentis in perpetuo exilio.

d *Quia consurrexit de habitaculo sancto suo.* IBID. Surgere dicitur Deus, quando quasi de somno euigilat ad vindictam populi sui, & hoc *de habitaculo,* id est, patriarchis, prophetis, & apostolis, in quibus & cum quibus dominus ad iudicium ad vindictam se venturum testatur.

Psal. 16. Ioan. 17. Psal. 90. — De Deo custodiente, & diabolo oppugnante. — Psal. 125. — Zach. 3. a. — 50. dist. c. Iesus de pœn. di. 2. c. si enim, vers. Iesus quoque. Sacerdotes lapsi post cõdignam pœnitentiam priora officia resumere posse.

9 Quia ecce ego leuo manum meã super eos, & erunt prædæ his, qui seruiebant sibi, & cognoscetis, quia dominus exercituũ misit me.[10] Lauda & lætare filia Sion quia ecce ego venio & habitabo in medio tui, ait dominus.[11] Et applicabũtur Gẽtes multæ ad dominum in die illa, & erũt mihi in populũ & habitabo in medio tui: & sciẽs quia dominus exercituũ misit me ad te.[12] Et possidebit dominus Iudam partem suã in * terram sanctificatã, & eliget adhuc Ierusalẽ.[13] Sileat omnis caro à facie domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

¶ Sic. ¶ Qui me misit mecum est. ¶ Ergo. ¶ Ecclesia. a ¶ Exiui à patre, & veni in mundum. a ¶ Cum hominibus conuersatus est. b ¶ Postula à me & dabo tibi Gen. here. t. ¶ Patrem. ¶ Tunc. ¶ Sicut patri. ¶ Peculiarem. a ¶ Hoc iam quia. ¶ Ego vobiscum sum vsque ad consummatio. sæculi. b ¶ Ex hoc. ¶ Pater. ¶ In mundum. a ¶ Filium. b ¶ O ecclesia. c ¶ Confitentes & credentes in se. d ¶ Ecclesiam. a ¶ Non alibi. b ¶ A malis. c ¶ Pacem amantes. d ¶ Cum dominus sit possessurus Iudæam & electurus. ¶ Ierusalem, omne genus hominum timeat aduentum domini.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia ecce ego leuo manum, &c. *id est, virtutem.*
2 Super eos, *id est, principes Romanos & eorum ministros.*
3 Et erunt prædæ. *quia principes Romani & alij ei subiecti, qui in primitiua ecclesia affligebant fideles seruitute dura, & eis abstulerunt bona sua, modo supposuerunt colla sua iugo Christi & eius ministris, dotantes ecclesias temporalibus bonis.*
4 Et cognoscetis, *per experientiam bonorum & miraculorum.*
5 Quia dominus, &c. *id est, Deus pater domini angelorum,*
6 Misit me, *pro generis humani salute: & ideo pro tanto beneficio inuitatur ecclesia ad laudem diuinam, cum dicitur,* Lauda & læ. &c.
7 Quia ecce ego venio. *per carnis assumptionem,*
8 Et habita. in medio tui. *conuersando & prædicando. Ioan. 1. a.* Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.
9 Et appli. Gen. mul. ad dominum: *quod patet impletum per conuersionem Gentium ad fidem Christi per orbem vniuersum.*
10 Et erunt mihi in po. *Quia inter credentes,* non est distinctio Iudæi & Græci: nam idem dominus omnium, ad Rom. 10. c.
11 Et posside. do. Iudam. *id est, confitentes Deum: quia* corde creditur ad iustitiam, & ore confessio fit ad salutem. *Et quod per domum Iuda tales intelligantur, etiam secundum doctores Hebræorum, fuit ostensum Iere. 23. & 34.*
12 Partem suam, *id est, præmium suum.*
13 In terram sanct. *id est, in cælo, quod vocatur terra viuentium.*
14 Et eliget adhuc Ierusalem, *cælestem,*
15 Sileat om. ca. *à blasphemiis domini nostri Iesu Christi.*
16 Quia consur. de ha. san. &c. *id est, consurget in finali iudicio ad mala puniendum, & bona præmiandum.*

Romani modo reuerenter obsequũtur Ecclesiæ quam olim persequebantur. — Domus Iuda.

ADDITIO.

In cap. 2. vbi dicitur in po. Et ego ero, &c. *Super hoc quod dicitur:* Et ego ero ei, ait dominus murus ignis, *Glossa interlinearis. Murus, id est, defensio suis, ignis hostibus.*

CAPVT III.

a ET *ostendit mihi.* HIER. lib. 1. com. Prophetata restauratione Ierusalem cuius minister erat Iesus sacerdos, & pro qua etiam ipse Deum exorabat, inducitur diabolus aduersarius, volens populum retinere in captiuitate, sed non potuit præualere.

IBID. Dominus Iesus Christus *sacerdos est in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Qui quoniã per se videri non potest, à domino prophetæ ostenditur per carnis assumptionem, stans coram angelo, per quem angelus magni consilij intelligitur, non quod duas personas in filio percipiamus, sed quod vnus & idem quasi homo sordidatus ostendatur, & quasi angelus mediator Dei & hominum apparere dicatur. Stat autem, qui stabili consistit gradu. *Et Satan stabat à dex. &c.* quia dominus tentatus est per omnia absque peccato; & tentator à dextris stat: quia virtutibus Christi contraire conatur. Increpet in te dominus pater, non quod ipse, qui loquitur, increpare non possit; sed quia ex vnitate naturæ, cùm alter increpauerit, increpet & ipse, qui loquitur: quia pater & filius vnus est dominus, vnde, *Qui videt me, vid. & pa.* Iste eligit ecclesiam, quæ Dei pacem contemplatur. Hic est torris erutus ab igne, quia in sæculo fuit, nec eius incendio est attactus, *Ardet enim rubus, & non comburitur.* Hic est etiam indutus sordidis vestibus, quia, *Qui peccatum non fecit, pro nobis peccatum factus est.* Sed hæc sordida vestis est ei ablata, cum nostra deleuit peccata: vt quia ille sordidis indutus est vestibus, nos resurgentes in eo semper candida habeamus vestimenta. Mutatoria, sunt caro iam immortalis & impassibilis. Cidaris super caput, splendor est diuinæ maiestatis, vt idem homo & Deus intelligatur.

Psal. 109. a. — Dominus Iesus Christus Deus & homo. — Ioan. 14. b. — 1. Cor. 5. d.

CAPVT III.

1 ET ostendit mihi sacerdotem magnum Iesum stantẽ corã angelo domini,

a ¶ Orantem pro reditu populi. a ¶ Filium Iosedech, qui cum Zorobabel præfuit populo. b ¶ Qui & ipse de reditu populi laborabat.

† CLEM. Rom. lib. 6. const. Apost. c. 5. Diabolus inuidens sanctæ Dei ecclesiæ, excitauit in nos (apostolos & apostolicos viros) ærumnas, persecutiones, perturbationes, blasphemias, schismata, hæreses. Nam populum illum propter Christum interfectum sibi subegit: nos qui ab eius vanitate recessimus, variis modis tentat, vt olim beatum Iob: nam & summo pontifici Iesu filio Iosedech restitit, & nos sæpe cribrare voluit, vt deficeret fides nostra: sed magister noster illum in iudicium adducens dicebat, *Increpet in te dominus qui elegit Israelem. Nonne hic est auulsus tamquam titio?*

Deus Ecclesiam per diabolum affligi non euerti permittit.

† TER-

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT III.

ET ostendit. *Post ciuitatis & templi reædificationem, hic propheta consequenter denuntiat ædificantium consolationem, & primo Iesu summi sacerdotis, secundo Zorobabel ducis cap. sequen. Circa quod sciendum, quod sicut dicit Ra. Sa. Prophetæ principaliter locuti sunt de diebus Messiæ: Ideo propheta primo denuntiat consolationem summi sacerdotis de eius emendatione; secundo de Christi incarnatione, ibi:* Audi Iesu. *Circa primum sciendũ, quod Iudæi redeuntes de Babylone peccauerunt grauiter accipiendo alienigenas vxores, vt habetur 1. Esdr. 10. Et sacerdotes sicut alij, in hoc peccauerunt, & cum eis Iesus filius Iosedech sacerdos summus, sed ad exhortationem Esdræ eiecerunt eas; & hoc est quod dicitur,*

1 Et ostendit mihi, &c. co. an. *scilicet, Michaele prælato toti Iudæorum populo, vt prædictum est.*

Diuisio. — Peccatum Israelis in accipiendo vxores alienigenas.

1 Et

MORALITER.

1 *Et ostendit mihi sacerdotem.* Ad litteram iste fuit Iesus filius Iosedech, qui fuit bonæ vitæ: sed negligens in regimine, quia filij sui ipso sciente acceperunt vxores alienigenas; propter quod imputatum fuit sibi in peccatum, nam hoc erat contra diuinæ legis præceptum, Exod. 34. Igitur per istum significatur prælatus bonæ vitæ, sed negligens in subditorum correptione: propter quod peccata, quæ per suam negligentiam committuntur, sibi imputantur. vnde Hier. dicit de Eli, qui similiter fuit negligens in correctione filiorum: *Eli pro iniquitate filiorum suorum damnatus est. Corripuit quidem eos, sed lenitate patris non autem auctoritate pontificis.* Et hoc notatur de isto cùm dicitur,

Prælatus bonæ vitæ. — sed negligens in subditorum correptione.

† Et

† TERTVLL.li.aduerſ.Iudæos,ca.14.& lib.3.adue. Marc.cap.7. A Apud Zachariam in perſona Chriſti imo & in ipſius nominis ſacramento, verus ſummus ſacerdos patris Ieſus duplici habitu in duos aduentus deliniatur. Primo ſordidis indutus eſt, id eſt, carnis paſſibilis & mortalis indignitate, cùm & diabolus aduerſabatur ei, auctor,ſcilicet, Iudæ traditoris, qui cum etiam poſt baptiſmum tentauerat. Dehinc ſpoliatus priſtinas ſordes, exornatus podere & mitra,& cidari müda, id eſt, ſecundi aduentus: quoniam gloriam & honorem adeptus demonſtratur,&c.

Duo Chriſti aduentus.

† IVSTINVS. Martyr. Dial. cum Tryph. B Sicut per Ieſum filium Naue actiones prænuntiantes olim gerenda per noſtrum dominum editæ ſunt: ita reuelationem factam in Babylonia ſub Ieſu ſacerdote veſtri populi, me poſſe referre ad Chriſtū noſtrum contendo, &c. Quemadmodum enim ille dicitur ſordidatus, eo quod vxorem meretricem duxiſſe narratur, ſic nos C omnes Chriſtiani ſordidis veſtibus, id eſt, peccatis exuti, ignitique per verbum vocationis eius, vere pontifices Dei reddimur,&c.

Ieſus filius Ioſedech in quo Chriſtum,& in quo populū Chriſti deſignarit.

a ❡ Aduerſarius diabolus. b ❡ Non à ſiniſtris, quia vera erat eius accuſatio. c ❡ Vt quaſi indignum dicens, qui exaudiatur.

a & Satān ſtabat à dextris eius, vt āduerſaretur ei. [1] Et dixit do-

a ❡ Accuſatorem. b ❡ Increpatio Dei: tuæ malæ voluntati effectum auferat. ❡ Deus de ſe per tertiam perſonam loquitur.

b minus ad Sātā: Increpet dominus in te Satan, & increpet dominus in te, qui elegit Ieruſalem. Numquid non iſte torris eſt [2] [3]

a ❡ Vel ob coniugium illicitum, vel pro peccatis populi, vel pro ſqualore captiuitatis.

erutus de igne? [3] Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis,& ſta- [4] [5]

a ❡ Præcipiens ex perſona domini. ❡ Aliis angelis.

bat ante faciē angeli. [4] Qui reſpōndit,& ait ad eos, qui ſtabant [6]

❡ De quibus ſupra dixerat. a ❡ Cum illi præceptum opere compleſſent, idem angelus di.ad eum.

coram ſe dicens: Auferte veſtimēta ſordida ab eo. Et dixit ād [7] [8]

a ❡ Hæc ſunt ſordida veſtimenta. b ❡ Iſraelitem coniugem tibi copulaui.

eum: Ecce abſtuli à te iniquitātē tuā, & indui tē mutatoriis. [9]

a ❡ Id eſt, mitram per quam ſacerdotij dignitas intelligitur, qui ablatis ſordibus peccatorum, iam mundum habet ſacerdotium.

[5] Et dixit: Ponite cidārim mundam ſuper caput eius. Et poſuerunt cidarim mundam ſuper caput eius, & induerunt ēum veſtibus: Et angelus domini ſtabat [6] & conteſtabatur angelus domini Iēſum, dicens: [7] Hæc dicit dominus exercituum: [10] [11] [12] [13]

a ❡ Filium Ioſedec. a ❡ Filium Ioſedech. ❡ Chriſtum. ❡ In me.

a ❡ Ecce ſanus factus es: iam no.pec.ne de.ti.ali.con. b ❡ Ambulauerint membra tua. c ❡ Præcepta mea cuſtodienda.

c Si in viis meis āmbulaueris, & cuſtodiam meam cuſtodieris, tu quoque iudicābis domum meam, & cuſtodies [14] [15] [16]

a ❡ In perfectis hoc eſt præmium tuum. ❡ Tamquam pontifex.

† GREGOR.li.20.Moral.c.18. Satan à dextris Ieſu ſtetit, quia illum ei populum rapuit, qui dudum dilectus fuit. Sed quia in fine Iudaicus populus eſt crediturus (*reliquiæ ait, ſaluæ fient*) Satan à dextris dominus remouit, dicens, *Increpet dominus in te Satan*; & eiuſdem populi liberationem indicans ſubdit, *quia elegit Ieruſalem*. Qui nimirum populus quia ad gehennæ incendia perfidia duce defluebat, ſed dum ad fidem reducitur, ab eadem æterno ignis incendio liberatur, ſtatim de eo illic ſubditur; *Numquid non eſt iſte torris erutus de igne?* Vide Euſebium Cæſar.lib.5. Demonſtrationis euang.cap.27.

Iudæi per eum, ob nō receptum Chriſtū ſed in fine mūdi ad Chriſtum reuertentur.

a *Satan ſtabat à dex.eius.* HIER. lib. 1. com. ALLEG. Quia illum populum ei rapuit, qui dudum ei dilectus fuit. Gentilitas, quæ pro ſiniſtro habita fuerat, credidit: & Iudaicus populus, qui pro dextro, ad perfidiam declinauit: Sed quia reliquiæ in fine ſaluæ fient, dominus remouet Satan à dextris ſuis dicens.

Rom.9.f.

b *Increpet do.&c. el. Ie.* Eiuſdem populi liberationem indicat, qui elegit Ieruſalem. *Iſte eſt tor. eru.* Id eſt, ab æterni ignis incendio liberatus, in quem duce perfidia defluebat.

IBID. Legitur in Eſd.& in Malac. quod Ieſus cum ceteris alienigenam duxit vxorem, vnde vere accuſatur. Cum ergo de cunctis Iudææ vrbibus nunc Ieruſalem ſit electa, Deo non imputante ei peccata, quæ fecit: cur Ieſum conaris obruere, qui quaſi titio ſemiuſtus de Babylonia euaſit?

1.Eſdr.14.c.

Ieſus duxit vxorem alienigenā vel potius filij eius.

c *Si in viis meis.* IBID. Poſt ablutionem ſordidæ veſtis, & reſtitutam dignitatem mundi ſacerdotij, præcipitur Ieſu filio Ioſedech, vt cuſtodiat vias Dei, & proponitur præmiū, quod ideo ſit perſeueraturus iudex & pontifex in tēplo Dei, & habiturus de numero angelorum, qui eo tempore ibi aſtabant quorum auxilia contra hoſtes circumuallaretur. E

† RVPERT. Iſti duo Zorobabel, & Ieſus filius Ioſedech, multum in hac parte mūdo profuerunt, quia in reuerſione de Babylonia principes extiterunt, templumque fundauerunt & perfecerunt, loco vel genti recuperandæ ſtudentes, vnde ſalus veniret, *quia ſalus ex Iudæis eſt*. Honorauit igitur eos Spiritus ſanctus, vt in nominibus vel figuris eorum, venturi Chriſti myſteria ſignificarentur, pro eo quod eius aduentu, vel regno labor & opus eorum famulabatur. F

Zorobabel & Ieſus filius Ioſedech præfigurabant Chriſtum. *Ioan.*

HIER. vbi ſupr. ALLEGORICE. Dirigitur ſermo ad Chriſtum pro nobis in carne pauperem factum, ad quem refertur ſicut ad caput, quidquid de membris eius dicitur, & noſter profectus, eius eſt victoria. *Cum ergo peruenerimus in virum perfectum in men. ata. ple. Chriſti:* ille iudicabit domum Dei, id eſt, nos, qui ſumus eccleſia, pro meritis ſingulorum conſtituens in eccleſiis prophetas, apoſtolos, doctores,& huiuſmodi. Vnde, *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in me. autem de. di. diuidens ſingulis prout vult.* Et tunc dabuntur ei angeli ad miniſtrandum, id eſt, homines, qui in carne conſtituti angelicam vitam ducent: qui non fluctuabunt, ſed aſſiſtent ei in eccleſia cum Ieſu ſtante ſtabiles.

Ephe.4.c. De miniſtris Eccleſiæ à Chriſto inſtitutis. Pſal.81.a.

Si in viis meis ambulaueris,&c. RVPERTVS. Hæc ad illum hominem Ieſum eſſe dicta, recte intelligimus abſq; ſignificationis vel myſterij clauſura, quod ex eo vel maxime conſtat, quod præmiſſo, *ſi in viis meis ambulaueris*, ita perſonam vel cauſam illius hominis determinat, *tu quoque iudicabis domum meam, &c.* Cùm enim dicit, *Tu quoque*, ſatis innuit ea, quæ præmiſſa ſunt, & quæ ſequuntur, de alio dicta, & propter alium eſſe facta vel oſtenſa, &c.

a Audi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et Sa.ſta. &c. vt ad. *accuſando eum de tranſgreſſione filiorum ſuorum: ſicut Eli fuit reprehenſus à domino & punitus de tranſgreſſione filiorum ſuorum 1.Reg.3. non enim legitur, quod iſte Ieſus in perſona propria vxorem alienigenam acceperit.*

Filij ſui non ipſe Ieſus habuit vxorem alienigenam.

2 Et dixit domi. &c. *Hic in Hebræo habetur nomen domini Tetragrammaton ſoli Deo appropriatum, vbi tranſlatio noſtra habet,* dominus. *Et quia ponitur hic ter, & loquendo quaſi de perſona alia, ſatis aperte oſtenditur in Deo Trinitas perſonarum.*

Trinitas perſonarū in Deo.

3 Numquid non iſte, *ſcilicet, Ieſus,*

4 Torris eſt erutus de igne? *i. quaſi titio ſemicombuſtus in tribulatione captiuitatis Babylonicæ, quaſi diceret, Sic: & adhuc vis eum totaliter totum comburere?*

5 Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis. *quia culpam incurrerat ex negligentia arguendi filios ſuos, & etiam alios, ad quod tenebatur ex officio, cum eſſet pontifex ſummus.*

6 Et ait, *ſcilicet, Michael.*

7 Ad eos, &c. *id eſt, aliis angelis ſuperioribus.*

8 Auferte veſtimenta ſordida ab eo. *Per hoc deſignabatur remiſſio culpæ de qua pœnituit: & filios ſuos & populum ad abiiciendum vxores alienigenas induxit.*

Ieſus cogit filios ſuos & populum abiicere vxores alienigenas.

9 Et indui te mutatoriis, *id eſt, gratia & virtutum indumentis.*

10 Ponit. cidarim. *i. mitram, qua vtebatur ſummus pontifex: & per hoc deſignatur, quod digne exerceret officium, culpa per gratiam deleta.*

11 Et angelus domini, *ſcilicet, Michael,*

12 Conteſtabatur Ieſum, *in bono ipſum confirmando.*

13 Hæc dicit dominus, *qui eſt ipſa veritas.*

14 Si in viis meis ambu. *legem meam cuſtodiendo.*

15 Et cuſtodiam, &c. *reuerenter & debite officium pontificis exercendo.*

16 Tu quoque iudicabis, &c. *i. in officio pontificis perſeuerabis.*

1 Et

MORALITER.

† 5 *Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis.* Sed quia Ieſus iſte correctionem adhibuit ad monitionem Eſdræ: Ideo ſequitur,

8 *Auferte veſtimenta, &c.* Et per hoc ſignificatur, quòd prælatus bonæ vitæ, ſi fuerit bene correctus de defectibus negligentiæ, veſtimenta recuperat virtutis & gratiæ: cùm hoc promittitur ſibi directio diuina, & angelorum cuſtodia, cum dicitur,

De emendatione prædicti vitij in prælato.

11 *Et angelus domini ſtabat, & conteſtabatur,* & patet ſententia.

a *Audi Iesu, sacerdos magne.* HIER. lib. 1. com. Promiserat Iesu filio Iosedech, quòd iudicaret & domum eius, & custodiret atria, & haberet angelos ministros angelicæ dignitatis. Nunc dicit ei & amicis eius, id est, discipulis eius & prophetis, qui sunt viri *portendentes*, id est, positi in signum futurorum, quòd plenam felicitatem & perfectam beatitudinē sint habituri, quando ille venerit cui nomen est *Oriens*; Qui etiam *lapis angularis* dicitur, coniungens duos parietes in vnum: Super quem septem oculi, de quibus Isa. *Et requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleuit eum spiritus tuus domine.*

Infr. 6. c. Ephes. 2. d. Isai. 11. a.

b *Adducam seruum meum Orientem, &c.*

† RVPERTVS. Inde Oriens dicitur, quia lux vera est, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: & inde seruus, quia *semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.*

Philip. 2.

HIER. vbi sup. ALLEGOR. Iesus magnus sacerdos, dominus Saluator; Amici eius apostoli, qui sunt *portendentes* viri, id est, facta eius mystice accipientes vel aspicientes, & de præsentibus futura cognoscentes; qui cæcum natum sub populo Gētilium interpretatur. Qui etiam secundum aliam figuram *Oriens* dicitur pro lumine; & *lapis*, qui secūdum Danielem de monte abscissus est pro robore, quo omnia regna conterit. Dicitur ergo Christo: Tu & apostoli tui, audite promissiones, quas feci implendas in vobis; & statim vertitur sermo ad auditores loquēs de ipso Christo, *Ecce enim ego addu. ser. meum*, dominum, scilicet, Christum: Qui etiam lapis est conterens inimicos. Quem ego de. co. Iesu filio Iosedech, quia post illum venit, & in facie eius datus est, quia per se intelligebat illum præfigurari: In quo vno septē oculi, quia in illo fuit plenitudo totius gratiæ spiritualis.

Christus dictus Oriens & lapis. Ioan. 9. a. Dan. 2. c.

† GREGOR. lib. 28. Moral. cap. 16. Nullus hominum operatione sancti Spiritus operationes septiformes simul omnes habuit, nisi solus mediator Dei & hominum, cuius est idem Spiritus, qui de patre ante sæcula procedit. Bene ergo dicitur, *Super lapidem vnum septem oculi sunt.* Huic enim lapidi septem oculos habere, est simul omnem virtutem Spiritus septiformis gratiæ in operatione retinere. Alius namq; prophetiam, alius scientiam, alius virtutes, alius genera linguarum, &c. accipit: ad habenda vero cuncta eiusdem Spiritus munera nemo pertingit. At vero conditor noster infirma nostra suscipiens, quia per diuinitatis suæ potentiam simul se habere omnes sancti Spiritus virtutes edocuit, micantes procul dubio pleiades iunxit, &c.

In Christo est omnis gratiæ plenitudo.

a ¶ Vnde, adorate dominum in atrio sancto eius. b ¶ Tecum qui te custodiunt, quorum auxilio securus non timeas. c ¶ Angelis vel sanctis.

ātria mea, & dabo tibi ambulāntes de his, qui nunc hic assistunt, [1] ¶ In conspectu tuo. [2] Audi Iesu sacerdos magne, [3] tu & amici tui, qui habitant coram te, [4] quia viri portendentes sunt. [5] Ecce enim ego ¶ Adducitur. adducam seruum meum Orientem: [6] quia ecce lapis ¶ Iustum. [7] quem dedi coram Iesu, [8] super lapidem vnum [9] septem oculi sunt. [10] Et ecce ego cælabo sculpturam eius, ait dominus exercituum: [11] & auferam iniquitatem terræ illius [12] in die vna. [13] In die illa, dicit dominus exercituum: [14] vocabit vir amicum suum subter vineam & subter ficum.

HIER. vbi supr. Seruat metaphoram lapidis: q. d. Hunc lapidem clauis crucis & lancea militis faciam vulnerari; Et in eius passione delebitur iniquitas terræ, in vna die, de qua dicitur, *Hæc est dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea.* Et in illa die passionis *vocabit vir*, id est, perfectus vir in Christo, *amicum suum*, id est credentes ex Iudæis vel Gentibus, vt sint sub *vinea*, cuius fructus *lætificat cor hominis*. & qui ait, *Ego sum vitis*. & *subter ficum*, id est dulcissimam refectionem spiritussancti.

Psal. 117. d. Ibid. 103. b. Ioan. 15. a.

LXX. *Ecce ego foueam fodiam.* IBID. Hoc Iudæi ad finem mundi referunt, quando veniet iudicaturus Christus, qui fodiet, id est, in medium proferet opera singulorum, & in illa die vocabit vnusquisque sanctorum amicos, id est, alios sanctos ad requiem, vt operum suorum virtute gaudeant.

Finalis retributio.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dabo tibi am. de his, qui nunc hic assi. *id est, de angelis hic assistentibus dabo tibi adiutores & directores in officio tuo.*

2 Audi Iesu. *Hic consequenter ponitur consolatio Iesu sacerdotis de Christi incarnatione, quam summe desiderabant patres veteris testam. Ideo subditur:* Audi Iesu. *q. d. rem valde grandem ego sum tibi dicturus.*

3 Tu & amici tui. *id est, illi, qui sunt parati ad abiiciendum alienigenas vxores & legem seruare.*

4 Quia viri por. sunt. *Id est, in futurum expectantes, scilicet, Christi mysterium. Dicitur enim portendens à portendo, dis: quod est aliquid in longinquum designare vel expectare. Ra. Sa. dicit, quod isti fuerunt Ananias, Misael, & Azarias, qui de Babylone redierunt cum Zorobabel & Iesu sacerdote, & erant ei familiares & amici. Et dicuntur hic viri portendentes, quia in eis fuit factum portentum, id est, mirabile signum, quando de camino ignis exierant illæsi, vt habetur Dan. 3.*

Viri portendentes.

5 Ecce enim ego addu. ser. me. Orien. *In Hebræo habetur, germinantem, & exponit hoc Ra. Sa. de Zorobabel, qui dicitur hic germinans eo quod genuit Neemiam, vt ipse dicit, qui ædificauit ciuitatem Ierusalem, sicut pater suus templum ante construxerat. Sed hoc non videtur verum, quia 2. Macha. dicitur quod iste Neemias erat sacerdos, & sic de tribu Leuitica: Zorobabel autem fuit de tribu Iuda, vt patet Mat. 1. Et ideo aliqui expositores Catholici dicentes cum Ra. Sa. quod hæc scriptura intelligitur ad litteram de Zorobabel, dicunt, quod hic vocatur Oriens, quia fuit ortus de tribu regia, & quia prosperatus fuit in ædificio templi: sed isti cum Ra. Sa. videntur Iudaizare, & magis quam antiqui Hebræi; vnde vbi translatio nostra habet,* Ecce enim ego adducam seruum meum Orien. &c. *translatio Chaldaica apud Iudæos autentica sic habet,* Ecce ego adducam seruum meum Messiam, & reuelabitur. *Ex quo patet, quod de Christo ad litteram intelligitur.*

Non de Zorobabel sed de Christo exponi debet illud: *Ecce ego add. ser. me. Orië.*

6 Quia ecce lapis. *id est, Christus, qui dicitur* lapis abscissus de monte sine manibus, Daniel 2. c.

7 Quem dedi coram Iesu, *Quia vidit eum per fidem futurum sicut Saluator dicit Ioan. 8. g.* Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est.

8 Super lapidem vnum, *id est, Christum, qui est vnus in persona, licet in eo sit duplex natura.*

9 Septem oculi sunt. *id est, septem dona spiritussancti, quæ in plenitudine quieuerunt in Christo homine, secundum quod dicitur Isa. 11. a.* Requiescet super eum spiritus domini, &c. *Quod ad litteram intelligitur de Christo etiam secundum dicta Hebræorum, vt ibidem fuit diffusius declaratum.*

Septem dona Spiritus sancti quæ in plenitudine quieuerunt in Christo homine.

10 Ecce ego cælabo sculp. eius. *quia corpus Christi fuit formatum & figuratum in vtero virginis virtute diuina.*

11 Et auferam iniqui. terræ illius. *id est, mundi totius. Vel, per septem oculos vniuersitas angelorum designatur. vnde Dan. 4. angeli dicuntur vigiles, & Matt. 18. b.* Angeli eorum semper vident faciem patris. *Et isti septem oculi sunt super Christum, quia semper sunt attenti ad exequendum eius mandatum, quia ipse est rex angelorum, & hæc expositio magis concordat litteræ sequenti.*

Angeli Christo ministrantes.

12 In die vna. *i. in die passionis suæ, secundum quod dicitur Ioan. 1. d.* Ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi. *Considerandum autem, quod hic dicit Ra. Sa. quod ipse nescit, quæ sit ista dies, quia non potest assignare aliquam diem, super perfidiam Iudaicam (quæ negat Christum venisse) in qua terra Iudææ fuerit absque iniquitate; & ideo ex hoc quod confitetur hanc ignorantiam, præter eius intentionem confirmat Catholicam veritatem.*

Ra. Sal. non potest diem assignare qua Iudæa fuerit absq; iniquitate.

13 In die illa, *id est tempore Christi.*

14 Vocabit vir ami. suum. *Per talem modum loquendi significatur tempus magnæ pacis in pluribus locis sacræ scripturæ: & sic fuit in natiuitate Christi, propter quod tunc descriptus fuit orbis, vt dictum est supra omnibus terris sub imperio Romanorum pacatis.*

CAP.

MORALITER.

† 2 *Audi Iesu sacerdos magne.* Per hoc ostenditur, quod bonus prælatus per Iesum significatus habere debet amicos & familiares, qui sunt *viri portendentes*, id est, aliquid in longum exspectantes: & tales sunt illi, qui non ponunt finem suum in bonis præsentibus & transitoriis, sed in futuris & æternis.

Quales amicos habere debeat bonus prælatus.

5 *Ecce enim ego adducam, &c.* Hic ad litteram ponitur reuelatio de aduētu Christi primo: propter quod de alia expositione pertranseo.

† MO-

CAPVT IV.

A a *Et reuersus est.* HIER. lib. 1. com. Numquam videtur abiisse, qui loquebatur in propheta; sed sciendum quoties humana fragilitas suæ relinquitur imbecillitati, Deum à nobis, & angelorum eius auxilium abire. Ergo & propheta stupore magnæ visionis attonitus tota mente torpebat, & clarum lumen veritatis videre non poterat. Vnde ad aliam visionem cernendamquasi de somno excitatur. Qui dormit illo somno, de quo dicitur, *Si dormit, saluus erit*: potest cantare cum sponsa, *Ego dormio, & cor meum vigilat*.

Quam nihil possimus nobis relicti.

Ioan. 11. d.

Cant. 5. a.

B IBID. Ideo angelus interrogat excitatum, vt illo respondéte se nescire, nos ab angelo discamus.

b *Et ecce candelabrum.* IBID. Hebræus dicit, per *candelabrum aureū*, legem significari; Per *lampadem* (quæ est in capite) Christum, qui est caput legis, & illuminat mundum. Per *septem lucernas*, Spiritussancti septem lucernas quæ in Christo plenæ, quæ super candelabrum, quia dictante spiritusancto lex scripta est. Per septem *infusoria* (quibus mittitur oleum in lucernas, vt luceant in candelabro) intelligitur, quod per legem septem gratiæ de cælo descendunt ad homines. Per *duas oliuas*, quæ à dextris & à sinistris, inter quas media lampas lucet, legem & prophetas interpretatur; *Angelum*, quem

Quid designent candelabrum aureum & reliqua quæ hic videt propheta in visione.

C propheta interrogat, sensum intelligit à Deo illuminatum, qui nobis voluntatem Dei indicat, qui non respondet, sed interrogat; non ex ignorantia, sed vt ad intelligendum excitet. *Non in exercitu, nec in robore verbum domini ad Zorobabel*; ipsa est interpretatio visionis de reductione populi, quæ non fiet multitudine bellatorum, sed spiritu Dei reductus est populus, & aduersarij deuastati. Per montem magnum, qui stat coram Zorobabel, diabolus interpretatur, qui aduersatur Iesu, & eleuatur contra Zorobabel & populum Iudæorum: sed videtur in plano, quia prostratus & humiliatus sub pedibus Israel; quo inuito educit Deus lapidem primarium, id est, Christum filium suum, qui semper auxilium fuit populo Israel: & gratia eius lapidis, in eos quos eduxit de captiuitate, exequauit gratiam quam in patres eorum exercuit.

Christus pro nobis in diabolum pugnat.

D † RVPERTVS. Sicut in præcedentibus humilitatem passionis; ita in præsentibus gloriam intelligimus resurrectionis eiusdem domini nostri Iesu Christi. Quid enim est candelabrum aureum totum, & lampas super caput ipsius, nisi Christus ipse decus & lumen omnium angelorum & hominum, lampade suæ diuinitatis, quę ex virtute resurrectionis mundo innotuit, illuminans, quæ in tenebris sunt vel fuerunt? Lampas super ipsum est Spiritus sanctus ex quo resurrexit magis in eo manifestus: cuius septem dona septem lucernæ dicuntur. Et sicut singula infusoria singulas agunt lucernas, ita singuli spiritus propria quædam efficiūt opera, de quibus hi qui Spiritum sanctum acceperunt, sua mensura clarefiunt, vt videant homines, & bono exemplo ædificati glorificent Deum.

De gloria Christi post resurrectionem.

Infr. 5. a.

E

CAPVT IV.

1 a ET reuersus est angelus, qui loquebatur in me, & suscitauit me quasi virum, qui suscitatur de somno suo. (a ¶ Quietis vel ignorantiæ.) 2 Et dixit ad me: *Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce can-
3 b delabrum aureum totum, & lampas eius (¶ Candelabri. a ¶ Lampadis.)
4 super caput ipsius, & septem lucernæ eius (a ¶ Candelabrum. b ¶ Erant. ¶ Quibus oleum infunditur in lucernis.)
5 super illud, & septē infusoria lucernis, quæ erant super caput
† eius: & duæ oliuæ super illud: vna à dextris lampadis, & vna (¶ Erant. ¶ Euangelium. ¶ Lex. ¶ Lampadis.)
6 à sinistris eius. Et respondi, & aio ad angelum, qui loquebatur in me dicens: Quid sunt hæc domine mi? Et respōdit an-
7 c gelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me: Numquid nescis
8 quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi. Et respondit & ait

c *Et respondit angelus, qui loquebatur, &c.* † GREGOR. li. 28. Moral. ca. 3. Ne quis prædictis Zachariæ verbis, Angeli designatū nomine vel Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum putet, si textum scripturæ sacræ cōsiderat, quod sentit velociter emendat, quæ numquam Patrem, numquam Spiritum sanctum, & non nisi per incarnationis suæ prædicationem Filium vocat angelum. Vnde in Zachariæ verbis ostenditur, quod vere angelus, id est, creatura loqueretur.

Numquam Pater & Spiritus sanctus, filius quoque non nisi quatenus homo Angelus dicitur.

† ATHANASIVS Epi. ad Serap. Spiritum S. non esse creaturam. Quæ est ista tam impotens (hæreticorum) vecordia? Vbi scripturarum inuenerunt, angelum esse Spiritum sanctum? Iam cùm scripturæ nusquam Spiritum sanctum nuncupent angelum, quid habent, quo se in tam bruta temeritate excusent? Ecce inquiunt, in Zacharia scriptum est: *Hac dicit angelus, qui loquitur in me*: & certum est hic angelum Spiritum significare in eo loquenté. Hoc numquam dicerét, si quod legunt attenderent, Ipse enim Zacharias cum visionem de candelabro vidisset, ita ait, *Ecce respondit angelus, qui loquebatur in me, Non cognoscis ista, quæ sint?* Ex quibus verbis angelū illum loquētem prophetæ non esse Spiritum sanctū, sed angelum dūtaxat: Spiritum autem

F

De puro Angelo illud intelligitur: Et respon. Angelus qui loq. &c.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT IV.

ET reuer. est. *Hic consequenter ponitur consolatio Zorobabel ducis de consummatione templi futura quod ipse fundauerat: sed postea opus impeditum fuerat vsque ad secundum annum Darij regis Persarum, in quo Zorobabel & ei adhærentes resumpserunt opus, vt dictum est supra Aggai 1. Igitur præsens capitulum in duas partes diuiditur: quia primo huius consummationis ponitur prophetica visio; secundo, huius visionis expositio, ibi,* Et respondi. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

1 Et reuersus est angelus. *mihi pro custodia deputatus, qui ad horam disparuerat.*

2 Et suscitauit me. *Ad visionem enim propheticam oportet excitari, & eleuari mentem, & sequitur visio, cum dicitur,*

3 Vidi, & ecce candelabrum aureum. *Videbat enim visione imaginaria candelabrum aureum simile illi, quod fuerat in tabernaculo Moysi, de cuius materia & forma dictum fuit plenarie, Exod. 25.*

Visio candelabri, &c.

4 Et lampas eius, *id est, sedes lucernæ, quæ erat de auro mundissimo.*

5 Super caput ipsius, *id est, in summitate candelabri. Et accipitur hic lampas in singulari pro plurali, sicut Exod. 8. f. Venit musca grauissima, id est, multitudo muscarum, quia septem erant sedes lucernarum, sicut & septem lucernæ. Vel potest dici, quod hic fit specialis mentio de vna illarum, quæ erat in medio stipitis candelabri: & tres hinc & tres inde super sex calamos eius.*

6 Et septem infusoria, *id est, vasa aurea, cum quibus infundebatur oleum in lucernis.*

7 Et duæ oliuæ, *id est, rami oliuarum in superiori parte quasi formam spicarum habentes.*

8 Et respon. *Hic ponitur prædictæ visionis expositio: Et primo de significatione candelabri; secundo de spicis oliuarum, ibi,* Et respondi. *Circa primum sciendum, quod candelabrum erat vnum de principalibus ornamentis templi: & ideo non ponebatur ibi nisi post completionem ipsius: & ideo per visionem candelabri designatur futura consummatio templi sub Zorobabel, à quo fuerat inchoatum: & hoc est quod dicitur,*

MORALITER.

† 1 *Et reuersus est angelus, &c.* Sequitur.

3 *Vidi, & ecce candelabrum, &c.* Per quod significatur vniuersalis ecclesia, & etiam quælibet cathedralis, Apoc. 1. d. *Septem candelabra aurea, septem ecclesiæ sunt.*

De Ecclesia vniuersali vel qualibet cathedrali.

4 *Et lampas eius.* id est, lampades: quia ponitur singulare pro plurali, sicut Exod. 8. f. *Venit musca grauissima*, id est, multitudo muscarum. Et ponitur hic lampas pro sede lucernæ: & ideo sicut erant septem lucernæ, ita septem lampades; per quas significantur vniuersitas doctorum & prædicatorum ecclesiæ, qui non docent vel prædicant propter quæstum vel laudis humanæ applausum, sed propter honorem Dei & salutem animarum. Et de istis sedibus lucernarum dicitur, *Anima iusti sedes est sapientiæ.*

Boni prædicatores.

† *Et septem lucernæ.* per quas significantur 7. virtutes, tres theologicæ, & quatuor cardinales.

6 *Et septem infu. lu.* per quæ significantur septem dona spiritus sancti: Et ista sunt in doctoribus & prædicatoribus bonis.

7 *Et duæ oliuæ super il.* per quas significantur dilectio Dei, & proximi: quæ debet esse in prædicatoribus, quod dominus designauit Luc. 10. quando misit discipulos binos ad prædicandum: Quod exponens Gregorius dicit: *Binos ergo discipulos mittit in prædicationem, vt per hoc tacitus innuat, quòd qui erga alterum charitatem non habet, prædicationis officium nullatenus suscipere debet.*

Quæ inesse debeant talibus prædicatoribus.

8 *Et respondi. &c.* Ab hoc loco vsque ad finem capituli ponitur expositio litteralis dictæ visionis. Ego autem in hoc opere non ago de expositione litterali, sed tantum de mystica vel morali: & ego iam ipsam posui, vt patet: & ideo pertranseo.

autem fuisse spiritum omnipotentis Dei, cuius ministerium obibat, famulabaturque hic angelus: Spiritumque esse indiuisum à deitate, &c.

HIER. lib. 1. com. ALLEGOR. *Candelabrum*, ecclesia; aurea, propter spiritalem intelligentiam scripturarum; *Lampas* Christus, qui in ecclesia fulget. *Septem lucernæ & infusoria earum*, gratiæ spiritussancti, per quas oleum misericordiæ Dei suscipit ecclesia; *Duæ oliuæ*, Moyses & Elias, id est, lex & prophetiæ, quæ de Christi passione prædicabant. Vel, oliuæ Euangeliū, quod à dextris, & lex, quæ à sinistris. *Mons*, diabolus, & Antichristus, qui audet se erigere cōtra Christum, ad Zorobabel dicens, *Hæc omnia tibi dabo: si procidens adoraueris me*; quem dominus calcauit, dicens: *Vade retro Satana; Scriptū est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Lapis primarius* verbum quod est in principio apud patrem, quod educitur de sinu patris in carne, qui æquat gratiam legis gratiæ Euangelij, vt æquale munus accipiat, & credentes ex Israel & populus Gentium.

Quid designent Candelabrum, lāpas, septem lucernæ & infusoria, duæ oliuæ, Mons, Matt. 4. b. Deut. 6. b. Lapis.

a ¶ Hæc est interpretatio visionis quam Deus reuelat. ¶ Istud.

ad me, dicens: Hoc est verbum domini ad Zorobabel, dicens: [1]

a ¶ Id est, multitudine. b ¶ Bellatorum. c ¶ Fit reductio populi & vastatio inimicorum.

Non in exercitu nec in robore, sed in spiritu meo, dicit dominus exercituum.[7] Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum, & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiā gratiæ eius.[8] Et factum est verbum domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam, & scietis quia dominus exercituū misit me ad vos.[10] Quis enim despexit dies paruos? Et lętabūtur & videbūt lapidē stanneū in manu Zorobabel. Septē sūt isti oculi domini qui discurrūt in vniuersā terrā.[11] Et respondi, & dixi ad eū: Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexterā cādelabri & ad sinistrā eius?[12] Et respōdi secundo & dixi ad eū: Quid sūnt duæ spicæ

¶ Sed. ¶ Es. ¶ Alias contra. a ¶ Prostratus ab alto. b ¶ Dominus. c ¶ Christum, qui primogenitus mortuorum. ¶ Tunc. a ¶ Zachariam. a ¶ Q. Pauci sunt qui despiciunt regale fastigium, sed Zorobabel despexit & socij eius. ¶ Descriptio humanæ vitæ. ¶ Et. a ¶ Quos vidisti in lapide. ¶ Illo nihil respondente. ¶ Illo nihil respondente. a ¶ Metaphoricè: quia in similitudinem spicarum rectæ erant arbores, & sicut spicæ aristis, sic istæ vallatæ ramis & foliis tectæ, turgebant in sublime. ¶ De spicis supra non quæsierat. ¶ Alias rami.

a *Manus Zorobabel*. IBID. Principes reuertentium fundamentum templi iecerunt & consummauerunt: & cum videritis in templo, quod nunc ædificatis, culmen impositum, vos qui nunc dubitatis, tunc scietis, quod ego Zacharias quidquid dixi, Deo inspirante annuntiaui.

IBID. ALLEGOR. Zorobabel, Christus: qui fundat & perficit ecclesiam, in cuius manu corpus ipsius non plumbeum, sed *stanneum* & ab omni peccato purissimum. *Septem oculi*, qui discurrunt in vniuersam terram, septem sunt spiritus: quia nihil latet dominum; sed præteritorum & futurorum & præsentium conscius est, & *reddet vnicuique secundum opera sua*.

Apoc. 1. 2. c.

† RVPERTVS. Sensus est. Domum istam manufactam, quam in metu & retardatione ædificare cœpistis, impedientibus aduersariis, in breui completam videbitis, ita vt ex ipsa velocitate operis scire debeatis, quod dominus exercituum miserit me ad vos. *Quis enim despexit dies paruos?* Quod est dicere. Cui non mirum visum est, aliquando grande opus fieri intra dies paruos, siue paucos? Sunt autem pauci dies ab anno secundo Darij regis, à vicesima quarta vndecimi mensis eiusdem anni, qua videlicet die ego loquor vobis in verbo domini; vsque ad tertium diem mensis Adar huius anni, qui sextus est Darij regis. Nimirum pauci dies ad tantum opus, videlicet tantum quatuor anni computantur, & tam paucis diebus opus illud completum fuisse scriptura Esdræ testatur.

Secundum templum si operis molē spectes breui tempore exstructū. 1. Esdr. 6.

b *Quis enim*. HIER. vbi supra. Vere Zorobabel & socij eius confisi de auxilio Dei, pro nihilo habebunt dies regum opus Dei impedire volentium: quia quāuis in purpura videant illos splendere, & exercitu circumdatos, tamen intelligunt vitam eorum paruam & malam, & nihil contra Deum posse; & ideo lætabuntur in expletione operis, & videbūt auxilium Saluatoris, qui de stirpe Zorobabel promittitur; qui lapis pro fortitudine *stanneus*, murus fortis & robustus: Sicut enim stannum alia metalla ab igne defendit, Et cum sit æs vel ferrum natura durissimum, si absque stanno fuerit vritur & crematur: sic omnis angelorum & hominum fortitudo, si non habet auxilium Saluatoris imbecilla est, & fragilis.

Nihil possunt minæ tyrannorū vbi Deus est animos addens. Stanni natura.

c *Septem sunt isti oculi domini, qui discurrunt, &c.* † RVPERTVS. *Lapis stanneus in manu Zorobabel*, est Christus natus ex eius genere. *Stanneus* autem quia gloria humanitatis eius vsque ad passionem mortis longe minor extitit, quàm esse cœpit ex virtute resurrectionis. Erat etiam ante passionem habitans in illo omnis plenitudo diuinitatis, requiescebatque super eum spiritus septiformis, hic designatus per septem oculos domini: sed quanto pretiosius stanno aurum, tanto gloriosior est post resurrectionem, quàm fuit ante passionem humanitas eiusdem mediatoris Dei & hominum.

Humilitas Christi ante & in passione, & eiusdē gloria post resurrectionem.

d *Quid sunt duæ o.* HIER. vbi supr. Quia hoc quod quæsieram, non respondit, quia supra me erat & audire non merui; minora interrogaui, secundum illud, *Pulsate, & aperietur vobis*.

Luc. 11. b.

IBID. Superius dictum erat de duabus oliuis, quod quia propheta non retinuit, hic interrogans audire non meretur; vel, quod ibi obscurius dictum est, hic manifestius audire desiderat; Vel, certe, silentio angeli confutatur eius audacia, quia maiora se scire contendat. Hebræi dicunt, quia non totum quæsierat quod scire debuerat: ideo nihil hic respondetur ei de oliuis, sed ipse plenius quærit addēs spicas, vel ramos oliuarum, de quibus supra tacuerat.

Cur prophetæ non exponatur quid signēt oliuæ.

† RVPERT. Alij duas oliuas Mosen & Heliam significare volūt; alij legem & euangelium. Nos postremi quid dicemus? Nihil posse intelligi conuenientius, quàm duo data Spiritus sancti. Bis namque datus est; Primo in remissionem peccatorum per passionem Christi; Secundo in diuisiones gratiarum, per gloriam eiusdem Christi resurrectione & ascensione glorificati & sedentis ad dexteram maiestatis in excelsis. Vna oliua à sinistris, quia datum primum ab humilitate passionis: & vna à dextris candelabri, quia diuisio gratiarum à gloria paterni consessus credentibus in ipsum prouenit.

Duæ notabiles dationes Spiritus Sancti.

d *Quis* ... TER-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hoc est verbum domini ad Zorobabel. *id est, visio prædicta est significatiua consummationis templi, sicut & verbum sensibile est signum rei significatæ.*

2 Non in exerci. *id est, non virtute humana consummabitur templum, sed diuina; ideo subditur,*

3 Sed in spiritu meo, *quia Deus inspirauit Dario consummare templum in Ierusalem inchoatum: & ad hoc præbere necessaria, & remouere impedimenta, vt habetur* 1. *Esdr.* 6.

4 Quis tu mons magne? *id est, diabole per superbiam eleuate, qui opus templi impedisti, incitando ad hoc Gentiles & Cambysem filium Cyri.*

5 Coram Zorobabel in planum, *id est, deiicieris ab intento, ita quod amplius impedire non poteris.*

6 Et educet lapi. primarium, *id est, Zorobabel super lapidem fundamenti iam ante positum, educet ædificium in altum.*

7 Et exæqua. gra. *id est, sicut Cyrus dedit licentiam ædificandi, ita per impetrationem Zorobabel Darius dabit gratiam consummandi. Ideo subditur,*

8 Manus Zorobabel fun. domum istam, *sub Cyro.*

9 Et manus eius perfi. eam. *sub Dario.*

10 Et scietis, *per impletionem verbi mei,*

11 Quia dominus ex. mi. me ad vos. *de ædificatione templi exhortando, per impletionem enim suæ prophetiæ apparuit manifeste, quod fuerat à Deo missus sicut propheta verus.*

12 Quis enim despe. dies par. *id est, statum redeuntium de Babylone, qui despiciebantur & affligebantur à Gentibus circumstantibus, vt patet* 1. *Esdr.* 4. *quia tamen his non obstantibus templum fuit per Zorobabel consummatum, ideo subditur,*

13 Et lætabun. *scilicet, Iudæi prius despecti & impediti,*

14 Et vide. la. stan. *in Hebr. habetur, plumbatum, per quod designatur ædificium templi rectè sublimatum.*

15 In ma. Zoro. *id est, per sollicitudinem & diligentiam eius. Consequenter exponit quod dictum est supra de oculis supra lapidem vnum, cum dicitur,*

16 Septem sunt isti ocu. *id est, vniuersitas angelorum designata per septenarium, eo modo loquendi, quo dixit Raphael angelus, Tob.* 12. *c.* Ego sum vnus ex septem, qui stamus ante dominum, *omnes enim angeli assistunt coram Deo inquantum faciem eius clare vident; & omnes mittuntur in ministerium, secundum quod dicitur Heb* 1. *d.* Omnes administratorij spiritus sunt, &c. *inquantum voluntatem eius exequuntur; licet enim superiores angeli non mittantur ad exteriora exequenda, propter quod dicuntur alij assistentes, alij administrantes: tamen etiam superiores mittuntur ad inferiora. quia superiores illuminant medios, & medij inferiores de agendis secundum ordinem diuinæ voluntatis. Ideo subditur,*

Angeli assistentes & ministrātes.

17 Qui discurrunt, &c. *quia omnes agunt ad ea, quæ fiunt circa humanam naturam.* 18 Et respondi. *Hic consequenter ponitur expositio de duabus oliuis & spicis earum, & rostris candelabri: & quia eadem est eorum significatio, ideo datur vna responsio cum subditur in fine ca. cum dicitur,*

12 Quis ... 1 Isti

† TERTVL. li. 4. adu. Marc. c. 22. Mosch & Heliam Zacharias vidit in figura duarũ olearũ, & duorũ ramulorum oleę. Nã hi sunt de quibus dictũ est: Illi duo filij opimitatis assistũt domino vniuersæ terrę.

Variæ opiniones de significato duarum oliuarum.

HIERON. lib. 1. com. ALLEG. Per duas oliuas, duo testamenta, Euangelium spirituale à dextris, lex corporalis à sinistris: & quia nec totum Euangelium, nec totam legem explanare possumus, quasi ramusculos, ex eis excerpimus, quia *ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.* Alij duos ramos oliuarum, vel spicas & filios olei, id est, pinguedinis vel splendoris, sacerdotium interpretantur, & legem, quæ præbeant gaudium vniuersæ terræ. Alij, Enoch & Eliam: quorum alter in præputio, alter in circumcisione placuit Deo, & cum corpore raptus est in cælum.

1. Cor. 13. c.

a LXX. duo rami, qui in manibus sunt duarum narium.

oliuarum: quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? [13] Et ait ad me, dicens: Numquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi. [14] Et dixit: Isti sunt duo filij olei: qui assistunt dominatori vniuersæ terræ.

NICOLAVS DE LIRA.

Filij olei.

1 Isti sunt duo filij, &c. *id est, Zorobabel & Iesus pontifex, qui dicuntur filij olei, quia Zorobabel erat de tribu regia, Iesus autem de sacerdotali, dignitas autem vtriusque officij per inunctionem debebat conferri: tamen ista vnctio non fuit tempore secundi templi secundum Hebræos.* 2 Qui assistunt dominatori vniuersæ terræ, *fidenter insistentes operi eius in templi ædificatione. Rostra aurea secundum visionem imaginariam erant duæ recuruationes in candelabro, in quibus pendebant infusoria. De oliuis autem & spicis earum dictum est supra.*

CAPVT V.

B a ET conuer. HIER. lib. 1. com. Superius viderat ædificationem templi, aduentum Christi, populum de Babylone liberatum nuntiauerat: sed ne ex visa felicitate extolleretur, videt & tristia, vt humilietur ex tristium comminatione.

b *Volumen vo.* IBID. In quo omnium peccata descripta sunt, vt vnusquisq; recipiat secundum peccata sua, siue bonum siue malum: vnde dicitur, *libri aperti sunt.*

Volumen volans. Dan. 7. c.

c *Ecce ego.* GREG. lib. 15. Moral. ca. 8. Quid est *volumen volans*, nisi scriptura sacra? quæ dum de cælestibus loquitur, ad superiora mentis nostræ intentionem leuat. Quia dum illam super nos esse aspicimus, * vana attendere, i. concupiscere deuitamus. Quæ latitudinem cubitorũ 10. longitudinem vero 20. habere perhibetur: quia latitudo operationis nostræ simpla est, & longanimitas spei in duplum tenditur, quando pro bono opere, & hic nobis requies mentis, & illic gaudia æterna præparantur, attestante veritate, quæ ait, *Si quis reliquerit domos aut agros, &c. centuplum in hoc sæculo & in f. &c.* Centenarius numerus, decemplicato denario fit perfectus. Hic itaque centuplum accipit, qui & si nihil habuerit, ipsa tamen perfectione mẽtis iam in hoc sæculo nihil habere quærit. Quia ergo per hanc duplum pro simplo nobis redditur, rectè hoc volumen per 20. cubitos in longum tenditur quod per 10. dilatatur. Sed quia hæc ipsa sacra eloquia ad æternam damnationem sunt eis, qui illa vel scire nolunt, vel certe sciendo contemnunt: rectè de hoc volumine dicitur,

Sacra Scriptura. * ima. Matth. 19.

d *Hæc est ma.* GREG. vbi supr. Et cur maledictio dicatur, adiungit; *quia omnis fur sicut ibi scriptum est iudicabitur.*

HIER. vbi supr. Dicunt quidam viginti & 10. quæ sunt 30. ad ætatẽ Christi referri, quia *pater non iudicat quemquã: sed omne iudiciũ dedit filio.* In viginti, qui ex duabus decadibus efficitur, austera & tristia nuntiantur: In 10. id est, vna decade meliora & prospera. In his ergo omnibus numeris prius tristia & postea læta dicũtur: quia ad hoc corripit Deus, vt emendet, & per omnia supplicia eruditur Israel. Hæc est maledictio cõtra eos, qui putant furtum, & periurium esse parua crimina. Dicitur, quod maledictio, quę in volumine vel falce descripta est, veniat super domum furis & periuri, ibi commorans, & omnia deuastans: quid ergo de his, quæ maiora reputantur crimina, sicut adulterium, homicidium, sacrilegium?

Ioan. 5. d. * Supr. 1. d. & 2. a. infra 6. a. Deus corripit vt emẽdet. Ierem. 11. Contra eos qui furtum & periuriũ parua esse crimina dicunt.

CAP. V.

a Ad aliam visionem à lætis ad tristia.

[1] ET conuersus sum, & * leuaui oculos meos,

a LXX. Falcem volantem. i. iudiciariam Dei sententiam, quæ cunctorum delicta succidit.

& vidi: & ecce volumen volãs. [2] Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Ecce ego video volumen volans: lõgitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorũ, [3] & dixit ad me: Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi (In volumine.) scriptum est, iudicabitur (Damnabitur.): & omnis iurans ex hoc (Quia.) similiter iudicabitur. [4] Educam illud, dicit dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter (Diu.): & commorabitur in medio (Interius.) domus eius, & consumet (Per simile.) eam & ligna eius, & lapides eius. [5] Et egressus est

e *Et egressus est angelus.* IBIDEM. Angelus, qui loquebatur in propheta est egressus de eo, & quasi dominus loquens præcipit, vt leuatis oculis videat peccata plurium, mensuram coaceruatam, perfecta & impleta delicta cunctorum; hæc amphora est oculus, id est, ostensio peccatorum, vt quorum vitia primitus latitabant dispersa, in vnum coaceruata oculis omnium panderentur. Quia dum egreditur Israel de loco suo per captiuitatem, cunctis Gentibus, qualis in terra sua fuerit, monstratur. Per massam plũbi significatur grauissimum pondus peccatorum, & super hanc amphorã omnium delictorum, media sedebat impietas, id est, idololatria, quæ excedit

Captiuitas Israelis peccata eius detexit.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT V.

1 ET conuer. *Hæc est secunda pars principalis huius prophetiæ, in qua ponuntur prophetiæ spectantes ad tempus habitationis ciuitatis iam reædificatæ: & primo sub regno Persarum; secundo, Græcorum, ca. 9. tertio Romanorum ca. 11. Sciendum tamen, quod hæc diuisio non est præcisa: sed frequenter de alio tempore inuenitur in vna parte, & econuerso: quia sicut frequenter dictum est supra, talis diuisio sic præcisa non inuenitur in prophetis, qui secundum tactum varium spiritussancti de vno transeunt ad aliud aliqua occasione habita. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur expulsio multiplicis vitij; secundo, successio quadruplicis imperij, ca. seq. tertio, solutio dubij, ca. 7. Prima in duas, secundum duplicem visionem: secunda ibi,* Et egressus est. *Circa primum dicitur,* Et conuer. *ad capiendam diuinam reuelationem.*

Diuisiones seu partitiones artificiales & accuratæ in prophetis quæri non debent.

2. Et vidi, *visione imaginaria.*

3 Et ecce volu. volans, *id est, exiens de templo & ciuitate, cuius quantitas subditur,* 4 Longi. *secundum latitudinem templi.* 5 Et latitu. eius x. *ante faciem templi, ita quod volumen illud videbatur de templo egredi.* 6 Et dixit ad me. *exponendo significationem voluminis.* 7 Hæc est maledictio. *i. pœna pro peccatis inflicta, sicut Ezech. 2. vidit librum in quo erant scriptæ lamentationes.*

8 Quæ egr. su. fa. &c. *cum Iudæis peccatoribus de Ierusalem & Iudæa captiuatis ad diuersas partes orbis propter peccata furti & periurij, quæ ante destructionem ciuitatis vigebant ibi: vnde & Sedechias rex traditus fuit in manus Nabuchodonosor propter peccatum periurij, quod incurrerat erga ipsum, vt habetur 2. Paral. vlt.* 9 Quia omnis fur, sicut ibi, &c. *id est, in volumine volante.* 10 Iudicabitur, *id est, punietur.*

Peccata furti & periurij vigebant in Iudæis tempore primi tẽpli.

11 Educam il. *extra Ierusalem & Iudæam: & per hoc signatur, quod reædificata Ierusalem talia peccata non abundauerunt in Iudæa.*

12 Et veni, &c. *i. vltio diuina veniet super Iudæos captiuatos propter peccata ista.*

13 Et consumet eam. *i. totam progeniem transgressorum.*

14 Et egressus est angelus, qui loquebatur. *Hic ponitur secunda visio: videtur*

MORALITER.

† 1 *Et conuersus sum, &c.* Sequitur,

3 *Et ecce vol.* Per quod significatur sacra scriptura, quæ modo loquitur de diuinis, modo de humanis, modo de virtutibus, modo de diuitiis, modo de præmiis, modo de suppliciis, quasi volans de vno ad aliud. 4 *Longitu. &c.* Per longitudinem vero vita futura, quæ æterna est, significatur: Per latitudinem vero vita præsens, quæ temporalis est. Et quia pro opere virtuoso vel vitioso, quod temporaliter transit, præmium vel pœna protenditur in æternum. Et quoniam in ea benedicuntur adimplentes eam, & transgredientes maledicuntur, qui sunt multo plures, secundum quod dicitur Eccl. 1. d. *Stultorum infinitus est numerus,* & Matt. 7, b. *Lata est via & spatiosa est porta, quæ ducit ad perditionem: & multi intrant per eam:* Ideo subditur,

Sacra Scriptura. Vita æterna & temporalis.

7 *Hæc est male. &c.* i. omnis viuentis in terrenis cupiditatibus: & ideo subditur,

9 *Quia omnis fur, &c.* Exprimit autem punitionem furti & periurij, quæ communius accidunt inter homines: & per hoc designatur aliorum punitio peccatorum. 14 *Et egressus est ang. &c.* Sequitur.

Furtum & periurium.

† Et

angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me, Leua oculos tuos, & vide. Quid est hoc quod egreditur?[6] & dixi: Quidnam est? Et ait: Hæc est amphora egrediens. Et dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.[7] Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedēs in medio amphoræ.[8] Et dixit: Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massā plumbeā in os eius.[9] Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres egrediētes, & spiritus in alis earū. Et habebant alas quasi alas milui, & leuauerūt amphorā inter terrā & cælū.[10] Et dixi ad angelū, qui loquebatur in me: Quo istę deferunt amphorā?[11] Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennaār, & stabiliatur & ponatur ibi super basem suā.

¶ Alias mensura. ¶ Per hanc amphoram ostendo tibi peccata populi. ¶ LXX. iniquitas. ¶ Angelus. ¶ Quo autem & quibus portetur conclusa sequens lectio docet. ¶ Amphoræ. ¶ Excussio dentium. ¶ Vt ibi æterna statione quiescat.

dit omnia peccata Israel: & in suo scelere gloriabatur, sed mittitur in medio Babylonis, & malo captiuitatis premitur ab angelo Dei, vt quæ prius lætabatur in scelere, æterno silentio conticescat.

a *Leua ocu.* GREG. lib. 24. Mor. c. 29. Volens Deus ostendere prophetæ humanum genus ex qua culpa maxime à Deo dilabatur, per imaginē amphorę quasi patens os auaritiæ designauit. Auaritia quippe velut amphora est, quæ os cordis in ambitu apertum tenet.

Auaritia habet os patens.

† ORIGENES homil. 6. in Exod. Iniquitas super talentum plumbi sedere monstratur, sicut Zacharias propheta dicit. Idcirco, qui saluus fit, per ignem saluus fit, vt si quid forte de specie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat, & resoluat, vt efficiantur omnes aurum bonum.

Ignis purgatorius.

† HIER. com. in 6. c. Isa. Ex Isaia intelligimus altare Dei plenum esse carbunculis, hoc est, ignitis calculis, & prunis peccata purgantibus. Vnde scriptum legimus, *Carbones succensi sunt ab eo.* Et de ipso domino dicitur, quod *ignis consumens sit.* Et saluator in euangelio, *Ignem veni mittere super terram*, vt baptizaret in Spiritu sancto & igni. *Vniuscuiusque enim opus quale sit ignis probabit.* Et qui saluandus est, sic saluabitur, quasi per ignem transierit.

Psal. 17. Deut. 4. Luc. 12. Matth. 3. 1. Cor. 3.

b *Hæc est amphora egrediens.* HIER. lib. 1. com. Amphora vel mensura ferebatur in aere, cui ipse angelus nomen imposuit: hic est *oculus*, id est, ostensio omnium peccatorum; & ecce mulier sedens in medio amphoræ vel mensuræ, quæ est impietas; & cum hæc ita cerneret, ecce massa plumbi instar lapidis ferebatur, vel suo impetu, vel Dei iussione, vel ab alio cuius nomen tacetur. Angelus autem, qui loquebatur in propheta exiens ab eo vniuersa monstrabat, qui mulierem præcipitem misit in medio amphoræ, quæ prius ferebatur libere, & super amphoram sedens omnibus apparebat: & ne forte rursus eleuaret caput & de sua impietate gauderet, talentum plumbi in modum lapidis mittit in os amphoræ opprimens impietatem, & concludens ne possit erumpere.

Visio amphoræ & mulieris in ea sedentis.

c *Et dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.* IBID. Multos obtusi sensus homines cernimus, & tamen in his, quæ appetunt auaritię stimulis excitantur: & qui ad bona videnda cæci sunt, excitātibus præmiis ad peragenda vigilantes fiunt. *Et ecce talentum plumbi portabatur.* Quid est talentum plumbi, nisi eadem auaritia pondus peccati; Impietas in medio amphoræ proiicitur, quia nimirum in auaritia semper impietas tenetur. Massa plumbi in os mulieris mittitur, quia, scilicet, impietas auaritiæ peccati sui pondere grauatur.

Auaritia semper coniuncta impietati.

d *Et ecce duæ mulieres.* IBID. Per duas mulieres, Iudæi interpretantur regnum Mœdorum & Macedonum, quorum vtrumque afflixit populum Babylonium, & ibi impietas eorum sedem posuit: hoc singunt, ne quod de se dictum est, in se intelligatur.

IBID. Duæ mulieres, quæ egrediuntur de terra sua Iuda, sunt decem tribus, quæ ab Assyriis, & duæ quæ à Chaldæis captæ sunt. In alis quarum erat spiritus, id est, potestas diaboli, qui à spiritu malo, quasi vento flatuque, raptæ, celeri volatu ferebantur, Miluus auis rapacissima, per quem diabolus signatur, cuius potestati traditur Iuda & Israel, vt ab eo in captiuitatem ducantur. Et illæ mulieres tulerunt amphoram vel mensuram, in qua clausa tenebatur impietas sub massa plūbi depressa, per aerem inter cælum & terrā. Supra autem eruditus propheta de amphora, nō quęrit quid portent, videns amphoram deferri, sed quo portent: Et respondetur ab angelo, *vt ædificetur ei domus in terra Sennaar.* Sennaar campus Chaldæorum, vbi ædificata est Babylon. In Babylonem ergo deferunt hæ mulieres impietatem, vt ibi ædificetur ei certa domus. Verè enim in Babylone certa sedes est impietatis.

Israel & Iudas de terra sua in captiuitatem abducti.

Gen. 11. a.

GREG. lib. 14. Moral. c. 16. Quid aliud in his duabus mulieribus accipimus, nisi duo principalia vitia, superbiam, scilicet, & inanem gloriam, quæ impietati absque vlla dubitatione coniuncta sunt; Quæ & in alis suis spiritum habere narrantur, quia in nationibus suis Satanæ voluntati deseruiunt. *Spiritum* appellant de quo in Euāgelio, *Cum immun. s. exi. &c. Et habebāt alas quasi alas milui.* Miluus semper rapturæ studet pullorum: Istæ mulieres ergo alas habent quasi alas milui, quia actiones earum diabolo proculdubio similes sunt, quia insidiantur semper rapturæ paruulorum. *Et leuauerunt am. i. t. & ca.* Superbia & vana gloria habent hoc proprium, vt eum, quem infecerunt, in cogitatione sua super ceteros extollant: & modo per ambitum rerum, modo per desiderium dignitatū, quem semel captum tenuerint, in honoris altitudinem eleuent. Qui autem inter cælum & terram est ima deserit, & ad superna minime pertingit. Istæ mulieres, scilicet, superbia & inanis gloria mentem captam ita leuant, vt quoslibet proximos quasi despicientes deserant, & alta gloriantes petant: sic nec æqualitatem fraternitatis in proximis, nec tamen summa pertingere præualent. *Sennaar*, fœtor eorum: sicut bonus odor ex virtute, ita econtrario fœtor ex vitio, *Radix enim omnium malorum est cupiditas*: & quia quodlibet malum per auaritiam generatur, dignum est, vt domus auaritiæ in fœtore construatur. Sennaar vallis est latissima, quæ pro confusione mentium atque linguarum Babylon dicta est: & quia per auaritiam, & impietatem certum est omnia mala exurgere, merito hæ in confusione perhibentur habitare.

Superbia & vana gloria.

Luc. 11. c.

1. Tim. 6. b. Auaritia & impietas.

NICOLAVS DE LIRA.

videbat enim propheta visione imaginaria quamdam amphoram de templo & ciuitate egredientem in qua sedebat quædam mulier, ita quod per os amphoræ apparebat desuper. Videbat etiam talentum plumbi portari ab angelo, qui depressit mulierem intra amphoram, oppilans os amphoræ talento vel massa plūbi: ne mulier posset egredi inde & desuper apparere. Videbat vlterius duas mulieres alatas portantes illam amphoram ad Babylonis terram. Per amphoram autem, quæ est genus mēsuræ, designabatur, quod populus regni Iudæ dolose egerat in mensurando ea, quæ vendebat: & propter hoc ductus fuit captiuus in Babylone, vt dicit Ra. Sa. sed quia principaliter fuit ibi ductus propter idololatriā, vt patet 4. Reg. & 2. Paralip. in pluribus locis, ideo alij dicunt, & melius vt videtur quod per amphoram, quæ genus est mensuræ, intelligitur multiplicatio peccatorum in regno Iuda: & in tanta mensura, quod diuina iustitia exigebat, vt vltio inferretur secundum mensuram peccatorum, secundum illud Deut. 25. a. Secundum mensuram peccati erit & plagarum modus. *Per mulierem in amphora sedentem & desuper apparentem, intelligitur idololatria, quæ est recte contra Deum, & ideo excedit peccata quæ sunt contra proximum: ideo vocatur impietas, quia sicut cultus Dei vocatur pietas secundum Tullium, ita & idololatria impietas. Talentum vero plumbi signat grauitatem peccati. Duæ mulieres amphoram portantes in terram Sēnaar, quæ est eadem cum terra Babyl. vt patet Gen. 11. significant duas tribus à quibus regnum Iuda nominatur regnum duarum tribuum, quæ propter peccatum idololatriæ principaliter & alia consequenter, fuerunt captiuatæ & ductæ in Babylonem, & his dictis patet littera vsque ibi.*

Per amphoram intelligitur multiplicatio peccatorū.

per mulierē in amphora sedentem idololatria.

1 Vt ædifi. *id est, idololatriæ & cetera malitia.*

2 Domus. *i. mansio.*

3 In ter. Sen. *i. Babylonis cum peccatoribus ibi captiuatis.*

4 Et ponatur ibi super basem. *id est, sic situetur, quod non reuertatur in Iudæam & sic factum fuit, quia post reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur iste populus ad idololatriam declinasse, nisi aliqui pauci tempore Antiochi, & magis timore tormenti, quam libidine peccandi.*

MORALITER.

† † *Et ait: hæc est am. &c.* Per amphoram, quæ habet os latum & apertum, significatur gula, ideo subditur,

Gula

† *Hæc est ocu. &c.* nam omnes oculum habent ad cibum & ad potū.

† *Et ec. mulier, &c.* per quam significatur luxuria: quia venter & genitalia membra sunt vicina, & ex vicinitate membrorum designatur propinquitas vitiorum.

Luxuria.

† *Et dixit: hæc est.* nam immunditia luxuriæ & gulæ repugnat diuino cultui, qui pietas nominatur.

† *Et mi. maf.* per quā significatur falsitas, quæ luxuriæ est annexa.

† *Et ec. duæ mu.* per quas significatur copia temporalium & libertas ad libitum, quæ gulam & luxuriam portant per mundum.

Falsitas, rerum copia, & nimia libertas.

AD-

ADDITIO.

A In cap. 5. vbi dicitur in Postilla. Ecce volumen volans, &c.

Improbat expositionē quam adfert Postill. super duas visiones 5. cap.

Expositio Postilla. de duabus visionibus in hoc capite contentis non videtur consonare rationi nec litteræ. Tum quia populi peccata, quæ iam transierant in præteritum, similiter & pœna, quæ pro eisdem peccatis fuerunt populo iam publice inflicta, irrationabile videtur, quod propheta ea denuntiaret sub visione imaginaria seu ænigmatica: cum iam essent omnibus, quibus loquebatur, patenter nota; Tum quia captiuitas Babylonica non legitur fuisse facta in pœnam furti, sed potius idololatriæ & homicidij, vt patet 4. Reg. & 2. Para. Tum quia illa, quæ sequuntur de amphora & de muliere & de aliis in secunda visione contentis impropriè applicantur proposito & inutiliter traderentur obscurè, cum iam in omnibus erant maxime manifesta. Vnde ad huiusmodi visiones proprie exponendas quædam videntur esse præmittenda.

1 Altera lex quam oretenus datā Moysi finxerunt Pharisæi.

Primum est, quod Iudæi durante templo secundo, & post tempus Machabæorum, cum incepit secta Pharisaica oriri, finxerunt, quod Deus dederat Mosi in monte Sinai duas leges: Vnam, scilicet, scriptam, quæ continetur in duabus tabulis & in toto Pentateucho: & aliam quam dederat Mosi non in scriptis, sed oretenus; Et hæc lex oretenus (vt dicunt) data, vocatur apud eos secunda lex: & in ea continentur traditiones Pharisaicæ, quas dicunt deuterosas tamquam in secunda lege prædicta contentas. Quæ quidem *perversa lex fuit redacta in scriptis post destructionem templi secundi per centum annos fere per quemdam qui dicitur Rab. Iuda *Naa: per quem fuit collecta seu compilata in quodam volum. in multis libris diuiso: Quod quidem volumen vocatur apud eos Misna, id est, secunda lex. Post vero per trecentos annos fere prædictum volumen, scilicet, illa Misna fuit expositum valde prolixe & dispendiose per multos libros, qui communiter dicuntur Thalmud: Et est duplex. Primum dicitur Ierosolymitanum, quia fuit compositum Ierosolymis: & secundum dicitur Babylonicum, quia fuit compositum in terra Babylonis; & istud secundum est maioris auctoritatis quam primum: & tenetur communiter apud Hebræos tamquam expositio vera & irrefragabilis legis diuinæ, quæ continetur in Pentateucho & in prædicta Misna.

**prætensa*
**Monos B quæque in Thalmud relata est.*
Duplex Thalmud.

*2 *enormia. Quid illud contineat.*

Secundum præmittendum est, quod in quolibet prædictorum operum præsertim in secundo, continentur multa falsa & *erronea & iniqua & etiam absurda: quæ repugnant non solum diuinæ legi, sed etiam naturali: & quantum possunt nituntur doctrinæ Christi (quæ cælestis & immaculata est) repugnare & eam deputare.

De ortu prædictæ falsæ doctrinæ, & quanta sit auctoritas eius apud Hebræos diffuse habetur in libris eorum: sed breuiter & determinate habetur in prologo 15. librorum Rab. Moy. Aegyptij.

3 Tertium præmittendum est, quod prædictum Thalmud continet multas absurdas doctrinas circa credibilia, prout dictum fuit supra in additione circa Isaiam 34.

4 Quartum præmittendum est, quod in dicto Thalmud continentur multa iniqua & enormia & inimica iuri & rationi circa agibilia. de quibus infra aliquid dicetur.

Consequenter circa expositionem harum visionum dicendum, quod postquam propheta ostenderat prophetice regimen secundi templi in suo primordio esse bonum sub Zorobabel duce & Iesu pontifice, de quibus dixerat, Isti sunt C duo filij oliuæ, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ, Scilicet, iuste & fideliter operando in ædificatione templi, & in regimine populi: nunc autem prophetat quomodo circa finem durationis huius templi deterioratus erat status populi per doctrinam legis nefandam, quæ in illis temporibus debebat oriri, & post destructionem templi in scriptis redigi: & ideo hoc dicit, Et conuersus sum, scilicet ad videndum nouissima huius templi, Et leuaui oculos meos, tamquam respiciens à longe, Et vidi, imaginaria visione; Et ecce volumen: per quod intelligitur illud volumen de quo supra dictum est, quod vocatur falsè apud Hebræos lex secunda; Et quia nullam habet auctoritatem in scriptura sacra ideo subdit, Volans. q. d. nullum habet fundamentum. Vel quia in scriptura dæmones volucres dicuntur, vt in cap. 7. Luc. ideo illud volumen dicitur volare quasi habens motum dæmoniacum. Fuit enim hoc opus nefandum per dæmones semel recuperatum, vt dictū fuit in prædicta additione Isa. 34. Et quia hoc volumen præter præcepta decalogi in vera lege Mosaica contenta addit alia ficta, asserens fuisse à Deo data Mosi oretenus, & à Moyse aliis successoribus; ideo dicit, Longitudo eius xx. cubitorum: & latitudo eius x. cubitorum. per quod intelligitur quod licet in tota latitudine legis diuinæ decem præcepta continentur principalia: tamen hoc volumen se extendit vsque ad decem alia, quia in quolibet præcepto dicit esse aliquid de lege scripta per Mosen, & aliquid additum de lege oretenus data, & secundum hoc præcepta dicuntur esse duplicata. Sequitur: Hæc est maledictio quæ egredietur super faciem omnis terræ. Vocatur enim hæc doctrina nefanda maledictio: quia vt dicitur Ierem. 48. b. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter. Constat autem quod huius voluminis seu doctrinæ fabricatores, opus domini, scilicet, legem eius fraudulenter faciunt, fingentes præcepta seu expositiones præceptorum legis non sicut Deus præceperat: ideo ipsum opus dicitur maledictio. Quæ egredietur super faciem omnis terræ, quia hæc doctrina vbique terrarum infunditur: vbi Iudæi sunt dispersi. Qualiter autem maledictio hæc

Nouissima secundi templi tempora.
Dæmon est auctor Thalmud.
Thalmud ad præcepta & leges Dei sua addit somnia.
Thalmud rectè maledictio dicitur.

D defraudat diuinam legem ostendit in duobus dicens: Quia omnis fur (sicut ibi scriptum est) iudicabitur, &c. Ad quod sciendum quod licet furtum fuit generaliter prohibitum inter præcepta decalogi, Exod. 22. tamen in falsa doctrina continetur, quod licitum est furari à paganis seu Gentilibus, & sic exponunt verbum istud Abacuk 3. b. vidit & dissoluit Gentes. Similiter licet periurium sit à Deo prohibitum inter præcepta in decalogo vbi supra, & iterū Num. 30. de hoc amplius dicitur, Vir cum iurauerit iuramentum ad obligandum obligationem super animam suam non irritabit verbum suum totum sed quod egressum fuerit ex ore suo faciet: tamen isti falsi interpretatores dicunt, quod quicumque vnus sapiens vel tres idiotæ possunt absoluere hominem à voto vel iuramento, quod est manifeste contra diuinam legem: vnde qui faceret secundum falsam interpretationem committendo furtum, esset damnatus: & hoc est quod dicitur, Quia omnis fur sicut ibi scriptum est, scilicet, in volumine nefando prædicto, iudicabitur, id est, dānabitur. Similiter dicendum est de periurio, & de hoc dicit, Et omnis iurans, &c. Et sequitur de damnatione furis & periuri prædictorum: Educam illud dicit dominus, scilicet, illud volumen, Et veniet ad domum furis & ad domum iurantis, &c. id est, istud volumen erit causa destructionis illorum, qui talia fingunt & sequuntur. vnde prout ipsi tradunt super illud verbum furtis, & Thren. 2. c. Sedebunt ad terram seniores filiæ Sion, tota ordinatio magna iudicum illius populi, qui dicuntur Sanhedrin, fuerunt interfecti à Nabuchodonosor, tempore Sedechiæ, eo quod absoluerunt Sedechiam à iuramento, quod iurauit ipsi Nabuchodonosor, de quo iuramento habetur 4. Reg. 24. Similiter propter fraudes & vsuras quas committunt contra Christianos, & etiam Paganos, inter quos commorantur, frequenter occiduntur & deuastantur in diuersis regionibus: & de hoc dicit, Et consumet eum & ligna E eius & lapides.

Qualem doctrinam tradat Thalmud de furto & periurio.
Thalmudistæ erāt qui Sedech iam absoluerunt ab obligatione iuramēti præstiti Nabuchodonosor.

Consequenter agit propheta in secunda visione de secundo opere nefando, scilicet, Thalmud, de quo dicit: Et egressus est angelus & dixit: Leua oculos tuos: quia (vt dictum est) per longum tempus post compilationem prædicti voluminis fuit Thalmud compositum. De quo subdit: Hæc est amphora egrediens, & vbi translatio nostra habet, amphora, in Hebræo habetur Ephi, eadem enim dictio ponitur hic & Exod. 17. vbi dicitur: Gomor decima pars est Ephi: & sic hæc amphora seu Ephi est quædam mensura, & est sensus: quia Thalmud istud est expositio voluminis supradicti, vt dictum est, & sic est mensura qua contenta in illo volumine mensurantur, & sequitur: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Et notandum, quod vbi nos habemus in hoc loco Oculus: in Hebræo habetur quædam dictio, quæ vno modo significat idem quod oculus, & alio modo significat idem quod color: & alio modo idē quod iniquitas. Et isto tertio modo intelligitur secundum Lxx. interpretes: & sic est sensus, quod sicut angelus dixerat, quod supra dictum volumen erat maledictio, sic de ista amphora seu mensura seu ephi, angelus declarat, quod est quædam iniquitas sicut prima: ideo post pauca dicit. Hæc est impietas, &c. & est quia hæc doctrina Thalmudica continet malas iniquitates, inquantum ponit multa iura iniqua inter proximos, & multo magis inter extraneos. Est etiam impia erga Deum & parentes, quod proprie dicitur impietas, vt in secunda secundæ q. 111. per totum.

Thalmud est expositio Misnæ.

De iniquitate iurium Thalmudicorum, quæ quasi innumerabilia sunt ponam quædā, quæ occurrunt: ex quibus potest legens de aliis aliquid æstimare. Dicunt enim in libro, qui dicitur Sanhedrin, vbi agitur de testibus, quod cum aliqui testes testantur falsum contra proximum sic, quod si non constaret de falsitate eorum coram iudice, proximus occideretur per iustitiam, quod tunc si proximus fuerit occisus per falsa testimonia prædictorum, non sunt occidendi testes: sed si reperta fuerit falsitas eorum per iudices antequam occideretur reus, tunc occidendi sunt testes falsi. Et hæc nituntur probare per litteram Deut. 19. d. vbi dicitur: Si steterit testis mendax contra hominem, &c. & infra. Cumque diligentissime perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit. Hæc in littera: Ex qua arguunt, quod reddendū est falso testi sicut facere cogitauit. Non autem reddendum est ei sicut fecit. & ideo si cogitauit tantum & non fecit, dicunt, quod est occidendus testis falsus. sed si non solum cogitauit sed etiam fecit sic quod occisus fuit ille contra quem mendacium testatus: tunc non est occidendus testis falsus. Ex quo potest lector considerare quāta sit insania fabricantium hanc doctrinam qui asserunt maiorem pœnam deberi cogitanti aliquod malum tantum, seu loquenti, quam cogitanti, & loquenti, & explenti: cum tamen à fortiori possunt contrarium deducere: quia si cogitanti tantum & loquenti pœna talionis debetur: multo magis cogitanti loquenti & explenti, præsertim cum in eodem loco scriptura de huiusmodi teste falso dicit: Non misereberis eius sed animam pro anima, oculum pro oculo, &c. Ex quo patet manifeste, quod si per falsum testimonium proximus perdidit oculum, quod falsus testis debet pati similiter.

F Iura Thalmudica iniusta.
1 Thalmud punit cogitantem iniquitatem & ignoscit cogitanti simul & perficienti.

Item in libro Sanhedrin vbi de homicidiis agitur determinant, quod crimen homicidij debet diffiniri per certum numerum iudicum, qui dicuntur Sanhedrin, quod si non fuerint concordes in condemnando vel

A liberando reum, sicut contingit in multis causis inter iudices, quod tunc stabitur iudicio maioris partis, sic quod maior pars condemnauerit reum, tunc reus est occidendus & econtra. Dicunt tamen ibidem, quòd si omnes Sanhedrin, scilicet, iudices ordinarij concorditer condemnauerint reum ad mortem, quod in illo casu reus est liberandus. Ad quod arguunt de quodam textu friuole sicut in praecedenti. Ex quo habetur maxima insania praedictorum hoc Thalmud fabricantium, qui maiorem auctoritatem dant parti, quàm toti contra illud principium indemonstrabile, scilicet, quòd totum sua parte est maius.

Thalmud plus defert parti quam toti.

3 Item determinant in libro qui dicitur Babainecia, quod si aliquis inuenit rem à proximo suo perditam in loco vbi rationabiliter praesumendum est, quod dominus illius rei desperat de recuperatione eius: vt puta cum perdit eam in loco, in quo concurrit magna multitudo hominum & huiusmodi, quod, tunc inuentor non tenetur restituere rem inuentam domino suo: cum tamen littera generaliter mandat restitui res perditas diligenter, Deuter. 22. Etiam ex dictamine naturalis rationis, quae dictat, Quod tibi non vis fieri, alteri facere noli, talis restitutio est facienda,

Negat res inuentas in loco, vbi vix à perdente inueniri potuissent, restitui debere.

4 Contra alienigenas etiam habent iura iniquissima: Determinant enim, quòd si coram aliquo iudice Hebraeo Gentilis seu paganus contendat in iudicio B cum aliquo Iudaeo, quòd tunc si iudex per aliquam legem Iudaicam posset Iudaeum liberare seu ei fauere, quod faciat dicendo: Ista est lex nostra. Si autem hoc non posset nisi per leges paganorum, tunc iudicet eum secundum leges paganorum, dicendo: Haec est lex vestra. Si autem nec sic posset Iudaeo fauere, dicunt quòd tunc Iudex debet quaerere cauillationes seu dilationes, taliter quòd numquam sententiam ferat contra Iudaeum in causis Gentilium.

Iubet Iudaeos in iudiciis cõtra iustitiã suis fauere.

5 Item quod deterius est, determinant, quòd sicut bonum est, vt homo conterat caput serpentis quantumcumque serpens sit pulcher: sic bonum est occidere Gentilem seu Paganum quantumcumque bonus videatur: hoc ius tamen non exequuntur propter timorem periculi. Quanta sit iniquitas huius iuris, satis notum est de se: & repugnat etiam manifeste iuri diuino. In decalogo enim homicidium prohibetur simpliciter, seu indifferenter, non excipiendo Gentiles nec Paganos. Item Genes. 9. a. Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis eius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. Constat autem quod quilibet homo factus est ad imaginem Dei, siue Hebraeus siue Gentilis.

Permittit eisdem quẽlibet alterius religionis, licet innocentem occidere.

6 De impietate verè huius doctrinae erga diuinum honorem & reuerentiam, C patet ex his quae dicta fuerunt in additione supradicta, scilicet, Isaiae 34. vbi inter alia dictum fuit, quòd ipsi asserunt in libro qui dicitur Barahotb, quod Deus in certis temporibus dolens de destructione Ierusalem & dispersione populi Israelitici, dicit, Vae mihi, quia destruxi ciuitatem meam & combussi templum meum, & transmigrare feci filios meos inter nationes; Quod maxime insanum est. Vae enim miseriam significat, quae nullo modo attribuenda est Deo, nec planè nec metaphoricè. Miseria enim nedum Deo, sed nec etiam beatis attribuitur.

Miserum asserit Deũ.

7 Erga parentes verè patet impietas eorum per hoc quod dicitur Matth. 15. a. Munus quodcumque ex me est proderit tibi, &c. vbi Christus confutat Pharisaeos de inhonoratione parentum propter suas traditiones, vt ibidem in additione fuit sufficienter expositum. Ex quibus & aliis quam plurimis quae valde difficile esset enarrare in huiusmodi doctrina contentis, de Pharisaeis & Scribis, qui mendaciter eam finxerunt proprie verificatur illud Ieremiae 8. c. Quomodo dicitis sapientes sumus, & lex Domini nobiscum est? Verè mendacium est operatus stylus mendax Scribarum. Et ad insinuandum causam suae tãtae insaniae, subdit, Verbum Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. Nam postquam verbum Domini, scilicet, filium Dei proiecerunt, intantum caruerunt vera sapientia, quòd ad huiusmodi nefandam doctrinam in scriptis ponendam modo praedicto processerunt.

Suadet filiis vt parentes inhonorẽt.

Si autem obiiciatur contra praedicta de hoc quod Dominus dicit Matth. vigesimotertio a. Super cathedram Moysi sederunt Pharisaei & Scribae, quidquid dixerint vobis facite: Ex quo videtur quod doctrina eorum sana erat, ex quo erat opere adimplenda, dicendum, quod illud verbum Domini intelligitur de doctrina Mosaicae legis inquantum eam non excedebant nec mutabant per eorum traditiones: non autem de lege secunda per eos ficta, vt supra dictum est; vnde notanter dixit, Super cathedram Moysi, vt designaret quod loquitur de doctrina in lege Mosaica contenta.

In quibus voluit Christus populũ facere; quae praeciperẽt Scribae & Pharisaei.

D Sequitur in littera, Et ecce talentum plumbi portabitur, &c. vsque ibi, In os eius. Ad quod sciendum, quod haec doctrina Thalmudica à Pharisaeis inuenta seu scripta non solùm in sententia habet magnos defectus, vt dictum est, sed etiam in modo tradendi: Et hoc dupliciter. Vno modo quia valde obscurè & obfuscatè tradit ea quae ibi continentur. vnde quidam eorum de ipsa dicebat intelligendum esse illud quod dicitur in Psal. 142. a. Collocauit me in obscuris sicut mortuos saeculi. Secundò quia rationes & motiua sua vt plurimum sunt inualida & infirma, prout habetur ex supradictis eorum argumentis. Et ideo ad ostendendum primum dicit propheta, Ecce talentum plumbi portabatur. Et infra: Misit massam plumbeam in os eius. q. d. Sic obscure & obfuscàte loquitur, ac si haberet magnum pondus plumbi in ore. Secundum autem ostendit dicens, quod mulier sedebat in medio amphorae. Et infra, Et proiecit eam in medio eius: per quod designatur quod eius rationes & motiua quae sunt media ex quibus deducuntur conclusiones, sunt infirma & inualida, sicut mulier detenta & proiecta.

Thalmud est valde obscurum.

Futiles adferre rationes eorum quae dicit.

E Sequitur, Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duae mulieres, &c. Pro quo sciendum, quod per istas duas mulieres intelliguntur praedictae duae expositiones quarum quaelibet dicitur Thalmud, quod intelligitur per amphoram modo praedicto: Quae quidem mulieres dicuntur egredientes, scilicet de templo, quia ibi habuit primordium haec doctrina, vt dictum est. Dicitur autem quod habebant alas quasi milui. Miluus autem est auis fraudulenta, & rapax impotentium auium, quod pertinet ad hanc doctrinam, quae homines imbeciles in potentia intellectiua fraudulenter decipit. Dicitur autem quod leuauerunt amphoram inter terram & caelum, Nam vt dicitur in gloss. Qui inter caelum & terram est, ima deserit & ad superna minime pertingit, & sic doctrina Pharisaica per inanem gloriam mentem eleuat, vt proximos quasi despiciens deserat, nec tamen summa pertingere valet. Et sequitur in littera: Et dixi ad angelum: Quo istae deferunt amphoram? &c. vsque in finem capituli. Per quod ostenditur, quod haec Thalmudica & Pharisaica doctrina fuit stabilita in terra Babylonis quae est terra Sennaar, vbi tamquam super basem suam quiescit. Thalmud enim licet duplex sit, vt dictum est, Babylonicum tamen est principalius & maioris auctoritatis tamquam ab omnibus Hebraeis vniuersaliter approbatum, vt dictum est.

Thalmudicae doctrinae fastus & inutilitas.

Thalmud B[illegible] pluris fit apud Iudaeos quam aliud.

F Et notandum, quod Iudaei, qui saepe in suis scripturis prophetant nescientes, exponunt istud verbum; Ecce duae mulieres. de duobus vitiis, quibus Pharisaei erant maxime implicati, quorum vnum dicunt esse hypocrisim, aliud verò elationem seu superbiam mentis. De quibus quidem duobus vitiis confutabat eos Christus in Euangelio. De hypocrisi enim Matt. 23. b. Vae vobis Scribae & Pharisaei hypocritae, &c. & sic in multis locis. De elatione seu superbia mentis, Luc. 18. b. vbi dicitur: Duo homines ascenderunt in templum, vnus Pharisaeus, &c. vbi Pharisaeos increpat tamquam confidentes de sua iustitia, & alios spernentes: & sic notantur de elatione superba mentis, vnde ibidem concludit: Qui se exaltat humiliabitur.

Iudaei fatentur Scribas suos & Pharisaeos mancipia fuisse hypocrisis & superbiae.

REPLICA. In cap. 5. Zachariae, vbi Postilla exponit ad litteram visiones ibi contentas secundum intentionem glossae ordinariae: Burgen. derelicta gloss. quam contra Postilla. grandi pendere consueuit, mira imaginatur de Thalmudicis libris de quibus hic facit longum tractatum: quae quia fidei fauent & traditiones contra legem reprobant, non reiicio: sed solum ad eius obiectiones contra Postilla. verius contra glo. dico. Cum enim primo arguit quod non videtur congrue tradi sub figuris & aenigmatibus obscuris quae transierunt in praeteritum. Dico quod in multis sacrae scripturae passibus praeterita traduntur obscurè sicut Moyses in Genes. Nathan propheta praeteritum peccatum Dauid sub metaphora diuitis & pauperis & ouiculae tractauit, vt patet 2. Reg. 12. & in multis aliis locis. Et cum secundo arguit quod captiuitas Babylonica non fuit acta in poenam furti, de quo hic dicitur in littera. Respondeo quod Isaias à principio suae prophetiae dixit: principes tui socij furum. & generaliter idololatria furtum dici potest, quia per ipsam subtrahitur Deo sibi debitus cultus, &c.

Tuetur expositionem huius cap. quam ponit Postill.

CAP.

CAPVT VI.

¶ Transiui ad aliam visionem. a ¶ Altius ad cælum. b ¶ Cordis.

a ET[1] conuersus sum, * & [a] leuaui [b] oculos meos, & vidi: & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & [a] montes, [b] montes [c] ærei. [2] In quadriga prima equi [a] rufi, in quadriga secũda [b] equi nigri, [3] & in quadriga tertia [a] equi albi: & in quadriga quarta equi [b] varij & fortes. [4] Et respõdi & dixi ad angelũ qui loquebatur in me: [a] Quid sunt hęc Domine mi? [5] Et respõdit angelus, & ait ad me: Isti sunt quatuor venti cæli, qui egrediũtur vt stẽt corã dominatore omnis terrę. [6] In qua erãt equi nigri egrediebãtur in terrã

¶ Quod supra myrteta siue montes vmbrosos, hic æreos vocat.

a ¶ Illi. b ¶ Erant. c ¶ Qui nulla vetustate possunt consumi.

a ¶ Cruenti & sanguinarij erant & Babylonica crudelitate terribiles.

b ¶ Regnum Mœdorum & Persarum, quod egrediens per Assueri regis dictum mortem omnium Iudæorum tristi nuntio præferebat.

a ¶ Macedones, sub quorum rege Antiocho Machabæorum victoriam legimus.

b ¶ Romani reges quorum alij clementes in Iudæos: vt Iulius Cæsar, alij persecutores, vt Vespasianus.

a ¶ Quid significant.

a ¶ Id est, quatuor plagæ mundi, quæ assistunt & parent Domino: nihil enim hæc quatuor regna absque Dei fecerunt voluntate.

CAPVT VI.

A ET *conuersus sum, &c. Isti sunt, &c.* HIER. lib. 2. com. Notandum, quod climata mundi in scripturis sanctis secundum situm Ierusalem & templi appellantur.

Quidam dicunt quatuor quadrigas, quatuor Euangelia, equos, apostolos, quorum alij rufi martyrio: alij obscuri & nigri profunditate & cognitione mysterij: alij albi gratia virginali: alij varij & fortes, gratiam curationum & diuersarum virtutum habentes. B Hæ quadrigæ mittuntur in quatuor mundi cardines ad explendam Dei voluntatem, quibus dicitur ab angelo: Ite & perambulate terram, in cunctis terræ finibus Euangelium seminate. *Ecce qui egre. in ter. aqui.* requieuisse dicitur spiritus Domini vel angeli, quando in terra aquilonis durissima diaboli C regna apostolica prædicatione subuersa sunt.

supra 1. b. c. 1. a. — De sanctis Apostolis & Euangelistis.

† RVPERTVS. Leuemus cum propheta oculos nostros, & prospectum extendamus per mundum vniuersum. Et ecce mundus plenus est, & ex quo Apostoli de candelabro illo sunt illuminati cœpit impleri quadrigis feruentibus, & equis currentibus, de quibus & in Abacuc dicitur: *Ascendes super equos tuos, &c.* Quadriga prima, in qua equi rufi, apostolorum & martyrum. Secunda, in qua equi nigri, pœnitentium est, qui ab Apostolorum temporibus incipientes, in his qui sanguinem Christi fuderant, vitam nobis cœnobialem sanxerunt, quæ vsque hodie perseuerat. Quadriga tertia, in qua erant equi albi, ordo est virginum vtriusque sexus, totum candore suo perornans equitatum Iesu Christi. Quadriga quarta D in qua equi varij & fortes, pastorum atque doctorum est, & omnium in quibus eminent illæ gratiarum diuisiones quas enumerat Apostolus. Num paruum hoc est, aut indignum inter illa magna quæ ventura erant, & de quibus dicendum est, istos Ecclesiæ gentium ordines prophetica visione demõstrari? Imo quis prophetarum de huiusmodi tacuit, & gentes saluãdas? Duo porro mõtes, quorum de medio videntur egredi, duo testamenta sunt, lex & Euangelium: E dicunturq; montes propter altitudinem, siue dignitatem cælestium, quæ continent, sacramentorum. Ærei autem dicuntur, propter sonoritatem atque diuturnitatem vtriusque, quia non potest solui scriptura. De medio horum quadrigæ egressæ sunt, quia vtrumque testamentum quatuor iam dicti ordines Ecclesiæ recipiunt. Hæ quatuor quadrigæ; quatuor venti cæli dicuntur esse, quia sicut venti perflando nebulas siue pruinas euertunt: & aerem saniorem efficiunt, sic ordines isti in suis officiis stando, suscitant homines ad cognoscendum Deum creatorem suum, &c.

Sancti Apostoli & martyres. — Abac. 3. — Cœnobitæ. — Virgines & Doctores sancti. — 1. Cor. 12. — Duo Testamenta.

b *In qua erant equi nigri.* HIER. vbi supra. Prima quadriga in qua equi rufi quid egerint, non dicitur: Quando enim propheta hoc referebat, iam Babyloniorum regnum præterierat, & totam Asiam Mœdi possidebant, sub quorũ rege Dario anno eius secũdo omnia visa sunt quæ supra exposuimus. Nigri ergo equi egrediebantur in terram aquilonis ad euertendum, scilicet regnum Chaldæorum.

Cur quadriga prima regnum scilicet Chaldæorum nihil hic egisse dicatur.

a Et

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VI.

1 ET conuersus sum, &c. *Hic ponitur successio quadruplicis regni, cui successiue seruierunt Iudæi. s. regni Chaldæorum, Persarum, Græcorum & Romanorum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur dicta successio: secundo Iudæorum prosperatio, tamen sub seruitute: secunda ibi,* Et factum est. *Prima in duas, quia primo ponitur regnorum conditio: secundo eorum dilatatio; ibi,* In qua. *Circa primum dicitur,*

Quatuor mundi monarchiæ. — Diuisio.

2 Vidi, *visione imaginaria.*

3 Et ecce quat. quad. *id est, quatuor regna prædicta.*

4 Egredientes. *i. succedentes sibi in orbe secundum dicta prophetarum sanctorum, qui de ipsis prophetauerunt, vt patet hic, & Dan. 2. & in pluribus aliis locis. Et dicuntur isti prophetæ, montes, propter altitudinem contemplationis, & ærei propter stabilitatem virtutis, & duo quia fuerunt de duobus regnis. Aliqui enim fuerunt de regno Iudæ: & aliqui de regno Israel, vt patet in libris Reg. & Paralip.*

Sancti Prophetæ mõtibus æreis comparantur.

5 In quad. prima. *i. in regno Chaldæorum.*

6 Equi rufi. *In Hebræo habetur* Rubei: *quia Chaldæi multum sanguinem effuderunt, quia potissimè de Iudæis in obsidione Ierusalẽ & eius captione.*

7 In qu. secunda. *i. regno Persarum & Mœdorum.*

8 Equi nigri. *propter horrorem, quem incusserunt Persæ & Mœdi Iudæis tempore Assueri, quia suadente Aman præcepit omnes Iudæos per totum regnum suum interfici.*

9 In quadriga tertia. *i. in regno Græcorum.*

10 Equi albi, *quia primus rex Alexander magnus, licet veniret contra Ierusalem ad destruendum eam: tamen versus fuit in mansuetudinem, eo quod summus sacerdos, & alij sacerdotes ex reuelatione diuina exierunt obuiam sibi in pontificalibus & sacerdotalibus indumẽtis: & descendens de equo Deum cæli in summo pontifice adorauit, dicens: quod cum adhuc esset in terra sua Deus apparuit sibi in tali effigie, promittens & victorias de regibus terræ, vt habetur in Scholastica historia.*

Iosephus l. 11. antiquit. cap. 8. — Alexander magnus Iudæis fauet.

11 Et in quadriga quarta. *i. in regno Romanorum.*

12 Equi varij. *quia aliqui Imperatores fuerunt Iudæis mansueti, vt Augustus & Tyberius, & aliqui feroces, vt Caius, Nero, & Vespasianus.*

13 Et fortes, *quia regnum Romanorum in fortitudine excessit præcedentia regna.*

14 Quid sunt hæc Domine mi? &c. *id est, quid significant hæ quadrigæ & equi?*

15 Et ait ad me. *visionem exponendo.*

16 Isti sunt quatuor ven. cæ. *id est, quatuor regna ad modum ventorum per terras discurrentia: vel quia orta fuerunt in quatuor partibus mundi, vnde oriuntur venti.*

17 Vt stent. *in potestate & dominio temporibus sibi præfixis à Deo, à quo est omnis potestas terrena.*

18 In qua erant equi. *Hic consequenter ostenditur, vbi inceperunt bellare ad se dilatandum: tamen de quadriga prima, in qua erant equi rufi non fit hic mentio, quia regnum Chaldæorum iam erat destructum per Cyrum & Darium. In qua erant equi nigri, id est, Persæ & Mœdi, vt dictum est.*

19 Egrediebantur in terram. *licet enim Chaldæa non esset in aquilonari parte respectu Mœdiæ & Persidis, vt in superioribus dictum est, tamen regnum Chaldæorum extendebatur vsque ad partes aquilonares. vnde & ex illa parte collegit Nabuchodonosor exercitum ad veniendum contra Ierusalem, vt dictum fuit Ierem. 1. & in illis partibus quæ sunt propinqua Mœdiæ & Persidi, inceperunt Persæ & Mœdi impugnare regnum Chaldæorum.*

Chaldæa qua cæli plaga obiaceat Mœdiæ & Persiæ.

i Et

MORALITER.

1 *Et conuersus sum, &c.* Sequitur.

3 *Et ecce quatuor quadri.* Per quas mysticè quatuor Euangelia designantur: & per equos Euangelij prædicatores, qui dicuntur egredi de medio duorum montium, id est, de studio diligenti duorum testamentorum.

De Euangelio & eis qui illud prædicant.

† *Et montes, &c.* per quod significatur stabilitas & sonoritas vtriusque testamenti.

5 *In quadriga prima.* In Hebr. habetur *rubei*, per quos significantur prædicatores Euangelij temporibus primitiuæ ecclesiæ, qui pro maiore parte fuerunt per martyrium suo sanguine rubricati.

Martyres primitiuæ Ecclesiæ.

† In

7 *In quad. se.* per quos significãtur prædicatores Euangelij tamquã malefici reputati, & sic in fama denigrati & in exilium deportati.

9 *In quadr. tertia.* per quos significantur prædicatores tempore pacis puritate mentis & corporis dealbati.

11 *In quad. quarta.* per quos significantur doctores ecclesiastici variis Spiritus sancti donis dotati. Et de istis quatuor modis subditur.

Doctores Catholici.

16 *Isti, &c.* sic nominati nõ à vanitate, sed ab obediendi velocitate.

18 *In qua, &c. in ter. Aqu.* idololatriæ subditam. secundum illud Ierem. 1. c. *Ab aquilone pandetur omne malum.* Idololatria verò maximum malum. Et de istis dicitur infrà.

19 *Egrediebantur.* idololatria inde sublata.

† Et

a *Et varij egressi.* HIER. in com. Reges Macedonum sequuntur vestigia Mœdorum: & sicuti Mœdi Chaldæos, ita Macedones Mœdos & Persas, & Chaldæos sibi subiugauerunt.

b *Ecce qui egrediuntur.* Tradunt Hebræi quod albi equi. i. Alexander & Macedones, qui post Mœdos sunt egressi in terram aquilonis, requiescere fecerũt spiritum prophetalem in terra aquilonis, eo quod contra Mœdos Dei impleuerunt voluntatem: & in breui imperium Mœdorum & Persarum à Macedonibus sit deletum. Grandis enim illorũ, qui premuntur, cõsolatio est, si sciant hostes suos cito esse perituros.

Persæ Mœdi & Chaldæi à Macedonibus deuicti vt prædixerant sancti prophetæ.

c *Sume.* Munera quæ offerunt aurum & argentum.

† RVPERT. Ipsos sanctæ Ecclesiæ quatuor ordines, quos in quatuor quadrigis intelligendos esse diximus, in gloria resurrecturos, & ex ipsis siue propter ipsorum saluationem coronandum esse Dominum Iesum, quatuor viri isti protendunt Oldai, Tobias, Idaia, & Hen. *Ab istis* (ait) *sumes argentum & aurum, & facies coronas, & pones in capite Iesu, &c.* quia per singulas virtutes electorum suorum Dominus coronatur, imo in illis omnibus coronatus Saluator coronam accipit: quia ipsius gratia, ipsius est opus omnis sanctorum corona. Locus vero in quo coronæ istæ fiant, domus est Iosiæ, id est, saluati: filij Sophoniæ, id est, visitationis Domini, quo nomine recte intelligitur Ecclesia, quam Dominus sua visitatione saluauit, &c.

Quatuor ordines sanctæ Ecclesiæ.

HIER. lib. 2. com. *Oldai*, deprecatio Domini: *Tobias*, bonus Domini, *Idaia* notus Domini. Pro *Oldai*, postea ponetur *Helem*, id est, somnium: & in quarto loco addetur *Hen*, id est, gratia. Captiuitas autem Iudæorum, id est populi Deum confitentis, sunt vitia & peccata. Qui vero pœnitent reuertuntur in Ierusalem, id est, ecclesiam, ab his in pœnitentia Deum deprecantibus & beneplacẽtibus Deo, & notis, id est, approbatis à Deo, offertur aurum & argentum, de quibus fiunt coronæ in domo Iosiæ, qui dicitur saluatus, & est filius Sophoniæ, id est, visitationis Domini, quia visitatur à domino qui prius ægrotauerat & saluatur. Hæc coronæ imponuntur Iesu, id est, Christo, qui in membris reuertentibus coronatur, qui est filius Iosedech, qui interpretatur Dominus iustitiæ: quia Christus *reddit vnicuique iuxta opera sua.* Ipsi dicitur, *Ecce vir oriens nomen eius.*

De reuertentibus ad Deum per pœnitentiã.

Matt. 16. d.

† IVSTIN. Matt. Dialogo cũ Tryph. Propter nomẽ Iesu videmus, ex quouis hominum genere multos sustinere omnia, potius quã id abnegent. Feruidior enim est sermo veritatis, & illustrat efficacius, quàm solaris vis, intimos mentis cordisque sinus penetrans, & hoc est quod Zacharias dicit: *Oriens nomen eius.*

Efficacia fidei & nominis Iesu.

† ATHANAS. in illud: Omnia mihi tradita sunt à pat. Sicut ex peccato Adæ moriebatur homo, sic Christi viuificatũ integritatem suam recuperauit. Ideoque cum creaturam intra sex dies conditam renouatione interpellasset, diem illam huic instaurationi consecratam voluit, quam in psalmo Spiritus prænuntiat: *Hæc est dies quam fecit dominus, &c.* Solis enim instar Deus exoritur, illustrans vniuscuiusque animum. Hanc cum vidisset propheta locutus est: *Ecce vir oriens illi cognomen, &c.*

Psal. 117.

(Textus)

a ¶ Id est, Romani fortes & robusti egressi sunt ad australem plagam, & totam terram celeri impetu vastauerunt.

aquilonis, & albi[1] egressi sunt post eos,[2] & varij[3] egressi sunt ad terram austri.[4] [7] Qui autem erant robustissimi[5] exierũt, & quærebant ire,[6] & discurrere per omnem terram. Et dixit:[7] Ite &[8] perambulate terram. Et perambulauerũt terram. [8] Et vocauit me, & locutus est ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur[9] in terram aquilonis, requiescere[10] fecerunt spiritum meum in terra aquilonis. [9] Et factũ[11] est verbũ Domini ad me dicens: [10] Sume à transmigratione ab Oldai & à Tobia & ab Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone,[11] & sumes aurum & argentum, & facies coronas & pones in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni,[12] & loqueris ad eum dicens: Hæc dicit Dominus exercituum dicens: Ecce vir[12] oriens nomen eius. Et subter eũ orie-[13]

(Glossæ interlineares) a ¶ Alias discedere. ¶ Angelus qui loquebatur in me clamat ad Romanum imperium. — a ¶ Vestris pedibus cuncta substernite. — a ¶ Ab illis qui de transmigratione redierunt. s. ab Oldai & ab aliis. b ¶ Deprecatio Domini. — a ¶ Qui custos & æditu[u]s erat templi domini, & ibi coronæ æterna statione quiescent. — a ¶ In domo Iosiæ. — a ¶ Non vnam sed duas auri & argenti varietate distinctas. ¶ Vnam ex illis. — a ¶ Id est, Zorobabel qui ideo vocatur oriens, quod ex humili & captiuo in ducem populi consurget. b ¶ Multitudo fidelium.

† GREG. l. 20. Moral. c. 18. Bene ipsa ecclesia dextra Orientis vocatur: de ipso quippe eiusdem capite scriptum est, *Oriens est nomen eius.* Nam quia ab oriente lux surgit, recte Oriens dicitur, cuius iustitiæ lumine, nostræ iustitiæ nox illustratur.

† RVPER. Nullus virorum præter ipsum iure sic nominatur, quia solus hic semper est in ortu, & nullus vmquã illi est occasus. Cũ occidere putabitur, maxime orietur: id est, cũ fuerit secundum carnem huic mundo moriturus, tũc apud inferos timẽtibus Deũ orietur, moxq; super occasum ascendẽs, cælo & terrę orietur viuus, & numquã moriturus. Oriens subter eũ orietur, i. per eum in multitudine credentium dilatabitur, & in gloria resurgentium clarificabitur.

Christus vir Oriens.

HIER. vbi supr. Non Iesum diuidimus nec duas personas de vna facimus: Sed qui *Iesus* dicitur, quia seruat, ipse est *Oriens*, quia in diebus eius orta est iustitia. Sub hoc oriente orietur multitudo credentium quæ ædificabit ecclesiam Deo, & ipse in singulis membris coronatus portabit gloriam illorum, & ipse rex & pontifex sede-

Psal. 71. Christus rex & Pontifex.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et albi, *i. Graci,*
2 Egressi sunt post eos, *quia Alexander magnus ibi debellauit Darium regem Persarum, & Porum regem Indorum.*
3 Et varij, *i. Romani,*
4 Egressi sunt ad terram au. *ibi se dilatantes respectu situs Romæ.*
5 Qui autem erant robusti. *isti sunt etiam Romani, qui supra dicti sunt varij & fortes.*
6 Exierunt, & quære. &c. *quia se non dilatauerunt tantum ad vnam partem, sed ad omnes partes orbis. ideo sequitur,*
7 Et dixit. *s. dominus à quo est omnis potestas.*
8 Ite & perambulate ter. *ex omni parte subiugando eam.*
9 Ecce qui egrediuntur, *impugnando regem Chaldæorum.*
10 Requiescere, &c. *iram meam. Loquitur enim Deus de seipso ad modum hominis irati, cuius ira quiescit quando punit. Deus autem puniuit Chaldæos per Persas & Mœdos, qui Balthasar regem interfecerunt, & regnum eius occupauerunt, Dan. 5. b.*
11 Et factum. *Hic consequenter ponitur Iudæorum consolatio de ædificatione templi & honore ædificati. Circa quod sciendum, quod aliqui Iudæi de Babylone venerant apportantes munera auri & argenti pro templi ædificatione, & eius veneratione, & in reuelatione diuina præceptum est Zachariæ, quod ex illo auro & argento faceret coronas & poneret eas in capite Iesu pontificis, ad denotandum profectum in ædificatione templi, & administratione pontificalis officij, & quod postea illæ coronæ suspenderentur in templo ædificato, in loco patenti ad templi decorem, & offerentium memoriam. Ex his dictis patet littera, paucis exceptis, quæ discutientur.*
12 Ecce vir oriens. *i. Iesus pontifex in bono proficiens.*
13 Et subter eum orietur. *i. sub eo ædificium templi prosperabitur.*

Munera à Babylone missa ad templum.

MORALITER.

† 1 *Et albi, &c.* nam vbi idololatria remota est, pax est ibi reddita: & sic doctores castitate dealbati ibi pacifice habitauerunt.

3 *Et varij, &c.* i. ad Gentem iam illuminatam luce fidei, vt eam in veritate fidei firmarent, & isti fuerunt quatuor principales doctores. s. Ambrosius, Hieron. August. & Greg. qui dicuntur equi varij, quia fuerunt variis spiritussancti gratiis decorati.

Quatuor principales Ecclesiæ doctores.

5 *Qui autem erant, &c.* Isti fuerunt apostolici viri, de quibus scribitur Psal. 18. a. *In omnem terram exiuit sonus eorum.*

11 *Et factum. sume.* Per viros hic nominatos, qui attulerunt aurum & argentum in templo domini offerendum, significantur doctores ecclesiæ, qui offerunt in ea aurum sapientiæ scribendo, & argentum eloquentiæ docendo in scholis, & populis prædicando.

Alij sacri doctores docendo & scribendo iuuant.

† *Et facies cor. &c.* Ex doctrina enim eorum facti sunt, & fient opera perfectionis, quæ coronæ dicuntur, eo quod per figuram circularem perfectio significatur: & quia propter opera perfectionis coronæ cælestes redduntur, & totum hoc cedet ad honorem Iesu Christi pontificis summi, & ad ædificationem ecclesiæ suæ sanctæ.

Opera perfectionis.

sedebit in throno, tam regali quam pontificali, & consilium pacis erit inter vtrumque: quia vtraque gloria consentiet in Domino Iesu. Post coronatum Christum promittitur corona etiam his, qui somniant eum per speculum in ænigmate & quibus bonus est Dominus, qui noti sunt à Deo & eius gratia repleti visitantur ab eo, & qui prius in Babylone gemebant, longè à Iudæa per singulos profectus ædificabūt domum Dei, & omnes pari mente cognoscent quod Deus miserit prophetā ad eos.

a *Et coronæ erūt.* HIER. lib. 2. cō. Hebræi dicūt Ananiā Azariā & Misaelem de captiuitate reuertentes aurum & argentum in munera tēpli, & coronas pontificis & ducis attulisse, & Hen. (quē suprà nō dixerat) id est, gratiam, Danielem, scilicet, cum munere venisse, & ideo Helem pro Oldai positum est, vt ex interpretatione nominis, quod somnium dicitur, ostendatur Danielem in captiuitate positum, & tres pueros regalis somnij mysteria cognouisse. Ipse enim Daniel & tres pueri orauerunt Dominum, & ita consecutus est Daniel interpretationem somnij.

Hebræorū traditio Danielem cum tribus suis sociis de captiuitate redeuntem obtulisse dona in tēplo secundo.

Et coronæ erunt. † TERTVLLIANVS l. ad Mar. cap. 39. Tolerantia iustorum non periet in finem. Quia & alibi: Honorabilis mors iustorum: ex tolerantia sine dubio, quia & Zacharias: Corona (inquit) erit eis qui tolerauerint.

HIERO. vbi suprà. Coronæ prius impositæ capitibus duorū, nominibus illorum, à quibus oblatæ sunt, cōsecrabuntur in tēplo Dei in sempiternam memoriam: & tūc de toto orbe Gētes, quæ procul positę sunt, venięt, & ædificabunt in templo Domini, vnusquisque pro viribus suis.

b *Et qui procul sunt.* † RVPERTVS. Videmus quia hoc factum est, & fit, & fiet vsque in finem sæculi, & nos maximè, qui de gentibus aduenimus, contingent, quia procul eramus, quod meminisse nos vult Apostolus, vbi ad Ephesios loquitur, *Memores estote, quòd vos qui eratis sine Christo, & sine Deo in hoc mundo, nunc in Christo Iesu, vos qui eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi.*

Gratia Dei in vocandis gentibus, quæ procul erant ad fidem.

Eph. 1.

tur, & ædificabit templum Domino,[13] & ipse extruet templū
a ¶ Post extructum templum. b ¶ Alteram coronam. ¶ Per principis potestatem.
Domino. Et ipse portabit gloriam & sedebit, & dominabitur
a ¶ Sed & Iesus filius Iosedech sedebit super sacerdotali sede.
b ¶ Iunctis animis & consiliis populum Dei gubernabit.
super solio suo. Et erit sacerdos super solio suo, & consilium 1
a ¶ Qui de regia & Leuitica tribu descenderunt. b ¶ Pro Oldai, Helem ponitur.
pacis erit inter illos duos,[14] & coronæ erunt Helem & Tobiæ
a ¶ Notus Domini. b ¶ Gratia. ¶ Hic quartum additur cum tria tantum posuit.
c ¶ Visitatio Domini. d ¶ Et hoc erit. ¶ In sempiternum.
& Idaiæ & Hen filio Sophoniæ memoriale in templo Domini.[15]
a ¶ A Deo per peccata. b ¶ Vbi habitat Deus.
Et qui procul sunt venient, & ædificabunt in templo 2 3
a ¶ Tunc ex euentu rerum & prosperitate cognoscetis, quòd Domino iubente omnia prædixi.
Domini, & scietis, quia Dominus exercituum misit me ad 4
¶ Hæc omnia erunt si præceptis Domini obedieritis. 5
vos. Erit autem hoc, si auditu audieritis vocem Domini 6
Dei vestri.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et consilium pacis erit inter illos duos. *Id est, inter Iesum pontificem & Zorobabel ducem.*

2 Et qui procul sunt. *Non solùm Iudæi sed etiam Gentiles,*

3 Venient. *In Ierusalem ex deuotione,*

4 Et ædificabunt in templo Domini: *Offerendo munera pretiosa ad templi ædificationem necessaria, secundùm quod habetur 2. Machabæorum 3.* Fiebat vt & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent.

5 Et scietis. *Per impletionem prophetiæ meæ, & sic est verbum Zachariæ.*

6 Erit autem hoc, si auditu audieritis. *Per hoc patet quod hæc promissio de bono futuro & alia consimiles, frequenter intelliguntur in scriptura tali conditione, scilicet si illi quibus fiunt, in bono perseuerent. Et similiter comminationes de malo pœna, si permaneant in peccatis. Sciendum autem, quod vbi translatio nostra hic habet.* Ecce vir oriens nomen eius. *Translatio Chaldaica apud Hebræos autentica sic habet:* Ecce vir Messias nomen eius: *& sic intelligitur ad litteram de Iesu Nazareno, qui est verè Messias in lege & prophetis promissus. Qui dicitur hic* oriens, *quia secundùm Deitatem æternaliter oritur à patre.* Et subter eū orietur, *quia tunc erat nasciturus secundum humanitatem temporaliter de matre;* Et ipse ædificabit templum nomini, *id est, ecclesiam de fidelibus suis tamquam de lapidibus viuis,* Et ipse ex tem. *Repetitio est eiusdem ad maiorem assertionem.* Et ipse portabit gloriam. *in sua resurrectione.* Et sedebit & domi. &c. *In sua Ascensione ad dexteram Dei patris, vt dicitur Mar. vlt. d.* Assumptus est in cælum & sedet à dextris Dei. Et erit sacerdos. *vnde dicitur de eo ad Heb. 7. d.* Hîc autem eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Et consilium pacis erit inter, &c. *id est, inter Iudæos & Gentiles: ex quibus facta est vna ecclesia sub vno pastore Iesu Christo. Cetera exponantur sicut prius. Nec mirandum quod in principio huius partis loquitur scriptura de Iesu filio Iosedech qui fuit figura re & nomine Iesu Christi filij Dei: quia propter similitudinem figuræ ad figuratum sacra scriptura frequenter transit sub vno contextu de vno ad alterum, sicut dictum fuit Isa. 14. quod scriptura loquendo de rege Babylonis transit ad loquendum de dæmone per eum figurato: & similiter fit in pluribus aliis locis.*

Promissiones de bono & comminationes de malo sub conditione intelligendæ sunt.

Scriptura sub vno cōtextu de vno ad alterum transit.

CAP.

ADDITIO.

In cap. 6. vbi dicitur in postilla: Hic ponitur successio quadruplicis regni.

Hoc capitulum sextum secundum continuationem ad prædicta videtur sic exponendum. Nam postquam propheta scripserat de bono regimine secundi templi in suo principio, & hoc in 4. capit. vbi dixit, Isti sunt duo filij oleæ, &c. *vt suprà expositum est, & consequenter in 5. cap. tractauit de doctrina Pharizaica seu Thalmudica nefanda, sub qua regimen secundi templi fuit post tempus Machab. vsque in finem: in hoc cap. 6. agit de regimine populi Dei per veram Euangelicam legem, quæ diuulgata fuit prope destructionem templi & postea, de quo dicit,* Et conuersus sum, & leuaui oculos meos, *id est, transiui ad aliam visionem altiorem,* & ecce quatuor quadrigæ, *scilicet, quatuor Euangelia.* Quorum equi alij rufi, *scilicet martyrio.* Alij nigri, *id est, obscuri profunditate mysterij:* Alij albi, *gratia virginali:* Alij varij & fortes, *gratiam curationum & diuersarum virtutum habentes. Dicuntur autem ista quadrigæ* egredi de medio duorum montium, *scilicet de medio duorum testamentorum. Qui montes ex firmitate & soliditate suæ doctrinæ ærei dicuntur: & quia nulla vetustate consumi possunt. Et hi dicuntur* quatuor venti egredientes vt stent coram dominatore vniuersæ terræ: *quia ad quatuor partes mundi prædicatio Euangelica discurrit, quia* in omnem terram exiuit sonus eorum, &c. *Sed robustissimi eorum, dixit,* quod perambulauerunt terram & requieuerunt seu requiescere fecerunt spiritum in terra aquilonis, *per quod designatur quod sedes apostolica in qua residet plenitudo ecclesiastici roboris, debebat quiescere, id est, sedere Romæ, quæ est in terra aquilonis, scilicet respectu Ierusalem: vel quia licet in omnem terram exiuit Euangelica prædicatio: tamen in Europa quæ est aquilonaris respectu terræ habitabilis, requieuit spiritus Domini, scilicet, ecclesiastica potestas quæ per spiritum Domini exercetur. Et notandum quòd licet hæc expositio videatur esse allegorica, præsupposito tamen secundum continuationem ad præcedentia, quod in hoc cap. loquitur propheta de regimine ecclesiæ post destructionem templi, vt dictum est, litteralis debet censeri secundum regulas suprà, in quæstione super prologum Gen. positas.*

Reiecta expositione Lirani ponit eam quæ late habetur in glossa ordin.

Psal. 18. a.

Primatus Sedis Romanæ.

REPLICA.

In cap. sexto, quatuor quadrigas Burgen. exponit de quatuor Euangeliis: quæ & si pro mystica expositione sustineri potest, tamen secūdum litteram non possunt reddi singula singulis. Nam non est ratio, quare vnum Euangelium habuerit equos rufos, aliud albos, aliud nigros, aliud varios: quia quamuis Euangelia sunt in stylo diuersa, est tamen vna omnium materia, vt patet per beatum Augustinum de concordia Euangelistarum: & per beatum Gregor. super Ezech. Et specialiter quadriga cum rubeis equis non dicitur processisse aliis procedentibus, quasi per martyres equis rubeis significatos Euangelium non sic prosperatum fuerit. Alia enim quadriga cum suis equis ad diuersas mundi partes dicuntur in littera processisse: cùm tamen Euangelium & eius sonus in omnem terram per has & illas indifferenter exiuit. vnde si expositio Burgen. accipitur vt mystica, non oportet figuram & figuratum per omnia concordare, vt dictum est suprà circa capitulum primum Hosee.

Admitti nō debere expositionem Burg. pro litterali sed pro mystica.

CAPVT VII.

A a ET factum est. † RVPERT. Duo ferme intra hanc & præsentem visionem transierant anni. *Siquidem in anno secundo Darij, decimo mense, vicesima & quarta mensis, vidi* (ait) *per noctem, &c.* & hic in anno quarto Darij, in quarta mensis noni verbum Domini ad se factum dicit, causam protinus inserens, propter quam anno siue die illo factum fuerit.

HIER. lib. 2. com. Hebræi autumant Sarasar & Rogomelech & ceteros, qui cum eis erant, fuisse Persas, & duces regis Darij timentes Deum: qui audientes templum esse constructum, per legatos quærebant à sacerdotibus & prophetis si secundum priorem consuetudinẽ quinto mense, quo à Nabuchodonosor Ierusalẽ subuersa est, adhuc duraret causa ieiunij & fletus, cùm iam esset restituta Ierusalẽ, an potius causa restitutionis mutassent tristitiam in gaudium. Vt Persæ timẽtes Deum, sicut cum flentibus Iudæis fleuerunt, ita cum gaudentibus gaudeant. Postquam autem suscitantium expleta est legatio, fit sermo Dei ad Zachariam, imperans vt loquatur ad vulgus & ad sacerdotes quid respondere debeant legatis.

Legationem obiisse Sarasar & Rogomelech nomine Persarũ ad Deum verum conuersorum.

b *Cum ieiunaretis.* † GREGORIVS parte 3. pastoral. admonit. 20. Solerter audiendum est, quod per prophetam Dominus redarguit, *Cùm ieiunaretis, &c.* Non enim Deo, sed sibi quisque ieiunat, si ea quæ ventri ad tempus subtrahit, non egenis tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit.

Ieiunium quod Deo gratum est.

† IDEM hom. 16. in Euang. Illud ieiunium Deus approbat, quod ad eius oculos manus eleemosynarum leuat, quod cum proximi dilectione agitur, quod cum pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis, alteri largire: vt vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur. Hinc etenim per prophetam Dominus dicit. *Cùm ieiunaretis, &c.* Sibi enim comedit & bibit, qui alimenta corporis, quæ sunt communia dona conditoris, sine indigentibus percipit.

D † RVPERTVS. Qui ieiunat, vt per hunc pœnitentiæ laborem omnipotenti Deo de peccatis suis satisfaciat, & vitæ æternæ fructum recipiat, ille ieiunium Domino ieiunat, ille Domino non manducat. Qui autem idcirco ieiunat, vt vel temporalẽ pœnam euadat, sicut Achab, vel transitoriam laudem recipiat, sicut hypocritæ: ille non Domino, sed sibi ieiunat. Dicat igitur, *Numquid ieiunastis mihi*. Et subauditur, non: quia non ieiunastis propter regnum Dei, vel vt cælestem Ierusalem, quam in Adam perdidistis, in aduentu seminis Abrahæ, Christi, recuperare mereamini.

Ieiunium vere pœnitentium. *E Ieiunantes sibi non Deo. Matth. 6.*

† TERTVLLIAN. Tract. de cibis Iudaicis. Iustitia, cõtinentia, & reliquis virtutibus Deus colitur. Deus gaudet fide nostra, innocentia, veritate, F solis virtutibus nostris, quæ habitant non in ventre, sed in animo, quasque nobis acquirit diuinus timor & cælestis metus, non terrenus cibus. Nam & Zacharias refert: *Si manducetis aut bibatis, nonne vobis manducatis, &c.*

Ieiunium à vitiis.

c *Numquid non sunt.* HIER. vbi suprà. Q. Cur tanta scrupulositate quæritis, quando debeatis ieiunare & plangere? cum ego iam per Isaiam & per alios prophetas mandaui omni tempore esse ieiunandum à malis, & studendum in operibus misericordiæ. *Isaiæ 58. a.*

† RVPERTVS. Priores prophetas illos dicit, qui ante captiuitatem extiterunt, quorum de præcipuis vnus Isaias erat, per quem ita locutus est. *Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Si volueritis, & audieritis, &c.* Illi autem non *Isa. 1.*

CAPVT VII.

a 1 ET factum est in anno quarto Darij regis, factũ est verbum Domini ad Zachariam, 2 in quarta noni mensis, qui est Casleu.[a] Et 3 (a Id est, ad templum quod iam erat instauratum.) 4 miserunt ad domum Dei Sarasar & Rogomelech, & viri qui erant cum eis ad 5 (a Suscitarentur à sacerdotibus.) 6 precandum faciem Domini,[a] vt dicerent sacerdotibus domus Domini exercituum & prophetis lo- (a Modo cum restituta est Ierusalem. Propter memoriam destructionis. b Qui appellatur Iulius.) 7 quẽtes: Numquid flendũ est mihi in mense 8 quinto, vel san- (a Fletus & ieiunium sanctificatio dicitur: quia per abstinentiam curatur sanctificantur.) 9 ctificare me debeo sicut feci iam multis annis.[4] Et factũ est (a Tu propheta ex persona mea.) verbũ Domini exercituũ ad me dicẽs:[5] Loquere ad omnem (a Qui terreno affectu ieiunat vel comedit. b Abstineretis à cibis.) b populum terræ, & ad Sacerdotes dicens, 10 Cum ieiunaretis & (a Planctu exteriori amissa temporali lætitia. b Quando capta Ierusalem. c Quando Godolias occisus est ab Ismaele. d Desolationis templi & subuersionis Ierusalem.) 11 plangeretis in quinto & 12 septimo per hos septuaginta annos, (a Numquid proderat mihi quod ieiunabatis. b E contrario si quando comedistis vel manducastis.) 13 numquid ieiuniũ ieiunastis mihi?[6] Et cũ 14 comedistis & bibi- (a Non mihi: neque enim his rebus placatur Deus, sed bonis operibus, quia esca non commendat nos Deo, sed præcepta faciamus.) 15 stis, nũquid non vobis comedistis & vobismetipsis bibistis? (a q. d. Non muto sententiam, quæ dixi adhuc stante Ierusalem, dico post reædificatam.) 16 c[7] 17 Nũquid nõ sunt verba quæ locutus est Dominus in manu

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT VII.

1 ET factum est. *Hic interponitur solutio cuiusdam dubij, & diuiditur in duas, quia primo quæstio proponitur: & secundo soluitur, ibi,* Et factum est. *Circa primum sciendum, quod post destructionem ciuitatis & templi tempore Sedechiæ, Iudæi postea ieiunauerunt annuatim illa die: & quia populus redierat de captiuitate, & templum erat prope consummationẽ, ideo Iudæi, qui remanserant in Babylone miserunt nuntios in Ierusalẽ ad prophetas & sacerdotes, quærendo si deberent ab illo ieiunio cessare, & hoc est quod dicitur,*

Ieiunium solẽne propter templũ destructũ.

Et factum est in anno quarto Darij. *In cuius anno sexto templum fuit consummatum.*

2 In quarta. *Scilicet die mensis 9. qui est Casleu, cui apud nos correspõdet Nouember: Et sic accipitur hic nonus mensis secũdum ordinem festorum, in quo ordine Martius est primus: vt declaratum fuit diffusè Gen. 7. & Exo. 12.*

3 Et miserunt. *De Babylone,*

4 Ad domum Dei Sarasar. *Iste principalis erat inter nuntios:*

5 Ad precandum. *Quia omni bono negotio præmittenda est oratio.*

6 Vt dicerent, &c. *Quid debent respondere de lege & de aliis dubiis.*

7 Numquid flendum est mihi. *Id est, populo Iudaico.*

8 In quinto mense? *Licet enim ciuitas fuerit capta quarto mense, tamen non fuit combusta vsque ad mensem quintum, vt dictum est suprà Iere. 39. & habetur 4. Reg. vlt.*

9 Et factum est. *Hic consequenter quæstio proposita soluitur, in qua solutione sic proceditur: quia primò increpantur de modo ieiunandi præterito, secundo consolantur de bono futuro, cap. seq. tertiò completur quæstionis solutio, versus finem eiusdem cap. ibi,* Et factum est. *Prima in duas: quia primo propheta arguit modum indebitum ieiunandi, secundo inducit ad rectum modum viuendi ibi,* Et factum est. *Circa primum sciendum quod licet Iudæi in diebus ieiuniorum suorum abstinerent ab aliquibus cibis, non tamen abstinebant à vitiis: propter quod erant reprehensibiles, secundum quod diffusè ostenditur Isa. 58. a. ideo ibidem dicitur,* Nolite ieiunare sicut ad hanc diẽ: *Et hoc modo arguit eos propheta dicens,*

Ieiunant Iudæi à cibis non à vitiis.

10 Cum ieiunaretis & plange. in quinto. *Scilicet mense pro ciuitatis & templi destructione.*

11 Et septimo. *Pro interfectione Godoliæ, ad quam secuta est dispersio reliquiarum populi Iuda.*

12 Per hos LXX. annos. *Scilicet, captiuitatis.*

13 Numquid ieiunium ieiunastis mihi? *id est, ad honorem meum? q. d. non: quia non abstinuistis à peccatis.*

14 Et cum come. & bi. *Lautè post ieiunium.*

15 Numquid non vobis comedistis? *Id est, ad vestram voluntatem? quasi diceret: Sic, & nihil pauperibus dedistis.*

16 Numquid non sunt verba quæ loquutus, &c. *De modo ieiunandi indebito.*

17 In manu prophetarum. *Sicut allegatum est de Isaia: qui suo tempore arguit ieiunantes malè.*

MORALITER.

† 1 *Et factum est, &c.* Sequitur.

6 *Vt dicerent.* Per hoc ostenditur, quod illi, qui sunt diuinæ legis ignari, recurrere debent ad prælatos & doctores, ad quærendum in dubiis veritatem, & illi tenentur respondere, Malach. 2. d. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam.*

Indocti à doctoribus instrui debent.

9 *Et factum est verbum, &c.* Sequitur, *Numquid ieiunium ieiunastis mihi?* q. d. Non. Et per hoc ostenditur quod abstinentia à cibis non est Deo accepta, nisi cum hoc sit abstinentia à vitiis, & ieiunium comitentur opera pietatis. Ideo subditur.

Quale ieiunium Deo placeat.

15 *Numquid non vobis comedistis?* post ieiunium vos lautè reficiendo & nihil pauperibus conferendo.

16 *Numquid non sunt verba, &c.* q. d. Non: immo contrarium. vnde Isaiæ 58. a. *Quare ieiunauimus & non aspexisti?* Et subditur † ibidem

non solum non audierunt, verumetiam clamantes, prophetas occiderunt, duro corde, &c. Itaque Dominus iustus ad cognoscendum, ipsi autem inexcusabiles: quia quod factum est illis, non est factum per properantem Domini impatientiam, sed per ipsorum perseuerantem impœnitentiam.

a *Iudicium verum iudicate, &c.* HIER. lib. 2. com. Moyses, *Sic magnũ iudicabis vt paruum, nec accipies personam, & pauperi nõ misereberis in iudicio, quia iudiciũ Dei est.* Hæc magis volui, hæc quæsiui: hæc faciunt commendabile ieiunium, quæ non facietes traditi estis captiuitati: Non quæro ieiunium desolationis & mortis quinti & septimi mensis.

† TERTVLL. l. 4. ad. Mar. cap. 16. Christus adiecit supplementa cõsentanea disciplinæ creatoris. Atque adeo hoc statim renuntiãdum est, an disciplina patientiæ prædicatur penes Creatorem. Sic per Zachariã præcepit, ne vnusquisq; malitiæ fratris sui meminerit, sed nec proximi. Nam & rursus: *Malitiam*, inquit, *proximi sui vnusquisque non recogitet.* Multo magis patientiam indixit iniuriæ, qui indixit obliuionem, &c.

† IRENÆVS lib. 4. c. 32. & 70. Zacharias in duodecim prophetis significans Iudæis voluntate Dei, ait: *Hæc dicit Dominus, iustum iudicium iudicate*, & ex quibus manifestum est, quia non sacrificia & holocaustomata quærebat ab eis Deus, sed fidem, & obedientiam, & iustitiam propter illorum salutem.

b *Et noluerunt attendere.* HIER. suprà. Possunt hæc referri ad eos qui in ecclesia nolunt audire Deum, sed cor aggrauant, & ideo delinquẽtes in ecclesia proiiciuntur de terra confessionis, & fit indignatio Dei super eos, & dispersi sunt per omnia regna vitiorum: & desolata est terra eorum. Vel anima vel corpus non habens Deum habitatorem, nec in se spiritum reuertentem, & terra quondam desiderabilis, quæ erat hospitium Trinitatis, versa est in desertum & habitationem draconum.

c *Vt adamantem, &c.* IBID. Adamas lapis fortissimus, qui omnia metalla cõfringit, & à nullo confringitur: vnde indomabilis dicitur.

† RVPERTVS. De adamãte illud mirandum, quod cùm tantæ sit duritiæ, solo perfusus sanguine hirci, (quod animal libidinosum est) statim dissoluitur. Vnde congrua similitudo est valde, *& cor suum posuerunt adamantẽ*, quia cùm durissimæ ceruicis & cordis indomabilis essent cõtra Dominum, mollissimi erant in omnium libidinũ fluxum. Quàm vero acerba est infelicium suggillatio dicere, *Et terra desolata est ab eis, &c.* Nam verè infelicissimum est, & infelicitatem desolationis pati, & insuper criminis argui, quod ipsi desolationem ipsam fecerint, & quod ipsa contra illos terra iustè videatur deflere, & conqueri, & dicere illis, Non Deus, qui hoc fieri iudicauit, non Nabuchodonosor, qui iudicio Dei super me ascendit, sed vos coloni pessimi, vos fecistis, & ex vobis causa est, quod desolata & in desertum posita sum ego terra desiderabilis.

Leuit. 19. c. — *Leu. 19. c.* — *Exo. 22. c. Iere. 22. a.* — *Iniuriæ cõdonandæ sunt & obliuioni tradendæ.* — *Zach. 8.* — *Virtutes animi Deo plus gratæ sunt quam sacrificium carnale.* — *Quæ sit maxima inferat peccatum animæ.* — *Natura adamantis.* — *Non tantũ infelicitas est puniri quanta pœna dignum esse.*

prophetarum priorum cum adhuc Ierusalem habitaretur & esset opulenta, & ipsa & vrbes in circumitu eius, & ad austrũ & in campestribus habitaretur?[8] Et factum est verbum Domini ad Zachariam, dicens: Hæc ait Dominus exercituum, dicens: * a Iudicium verum iudicate, misericordiam & miserationes facite, vnusquisque cum fratre suo.[10] Et * viduam, & pupillum, & aduenam & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. b [11] Et noluerunt attendere, & verterunt scapulam recedentes: & aures suas aggrauauerunt ne audirent,[12] & cor suum posuerunt c vt adamantem ne audirent legem: & verba quæ misit Dominus exercituum in spiritu suo sancto per manum prophetarum priorum. Et facta est indignatio magna à Domino exercituum.[13] Et factum est sicut locutus sum, & sicut non audierunt, sic clamabũt & non audiam, dicit Dominus exercituum.[14] Et dispersi eos per omnia regna quæ nesciũt, & terra desolata est ab eis, eo quod non esset transiens & reuertens: & posuerunt terram desiderabilem in desertum.

(Interlinear glosses: a In montana regione. — a Ne vobis improperetur: Vsquequo iudicatis iniquitatem. b Post iudicij veritatem sequatur clementia in cunctos, maxime in fratres, vel eiusdem sanguinis, vel eiusdem fidei. — a Quorum cura à Deo vobis committitur. b Hunc peregrinatio, hunc egestas humilem facit. — a Omnis homo frater, quia omnes ex vno patre. b Nedum faciat. — a Cum hæc præceperam illi no. attende. b Ex habitu corporis mea imperia respuentes. — a Sicut aspis surda, & obturans aures suas. b Non Dei. c Onere. d Deum præcipientem. Cordis. Sponte. Quasi. — Durum lapidem. — a Isaiæ, Hoseæ, qui mundas habuerunt manus. Ideo. Pro magnis peccatis. — a Completa sunt verba Domini par pari referentis, vt sicut illi ambulauerunt ad eum peruersi, & ipse ad eos peruersus incederet. b Dominus præmiando. — a Me. Ad me. Eos. — Immo. a Assyriorum, Mœdorum, Chaldæorum, Persarum & aliorum. — a Omnis Iudæa. b A suis habitationibus. Regnis. — a Quæ ad comparationem aliarum propter abundantiæ multitudinem lacte & melle manabat verterunt in solitudinem.)

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et factum est. *Hic consequenter inducit populum ad debitum viuendi modum, cum subditur,*

2 Iudicium verum. *Non deferentes alicui contra iustitiam timore, aut fauore.*

3 Et misericordiam. *Quantum ad mentis affectum:*

4 Et miserationes. *Quantum ad multiplicem effectum,*

5 Facite, &c. *Cum personis indigentibus cuiuscumque conditionis aut sexus.*

6 Vir fratri suo. *Id est, proximo suo.*

7 Non cogitet in corde suo. *Malum, Ex quo patet falsitas Iosephi dicentis lib. antiquitatum 12. quod cogitatio non est peccatum, nisi procedat ad effectum.*

8 Et noluerunt attendere. *Ad verba prophetarum patres vestri, qui erant in Ierusalem, & regno Iuda ante destructionem Ierusalem: sed magis prophetas persecuti sunt ad mortem.*

9 Et facta est indignatio magna. *Qui per Chaldæos ciuitatem & templum destruxit, populum partim occidendo & partim captiuando, ideo sequitur,*

10 Et dispersi eos per omnia. *Per multa, vt per regna Assyriorum, Chaldæorum, Persarum & Mœdorum.*

11 Et terra desolata est ab eis, eo quod non esset, *id est, propter eorum demerita.*

12 Et posuerunt terram desider. *Id est, Iudæam, quæ fuit desiderabilis patribus sanctis, non tam propter eius fertilitatem, quia terra Aegypti est fertilior, quàm propter mundi redemptorem, quia in ea operatus est salutem.*

Error Iosephi dicentis cogitationẽ nõ esse peccatum nisi erumpat in actum. — *Iudæa vnde dicatur terra desiderabilis.*

CAP.

MORALITER.

† ibidem ratio cum dicitur, *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce, ad lites & ad contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè*: ideo subditur de operibus iustitiæ & misericordiæ,

2 *Iudicium verum iudicate, & misericordiam & miserationes, &c.* Et patet littera.

† Et

CAPVT VIII.

a Et factum est. HIER. lib. 2. com. Israeliticus populus in captiuitate cum Assyriis & Chaldæis fornicatus est: sed postquam ab amatoribus suis illusus, & pristino decore nudatus est, memor pristinæ felicitatis dicit, *Reuertar ad virum meum priorem*, & ille suscipiens in coniugio dicit.

b *Zelatus sum*. IBID. Quãto prius indignatus sum, quòd à multis amatoribus deturpata maculauerit thronũ meum, tantò amplius nunc zelo eam quòd egit pœnitentiam, & ædificauit templum in quo habitabo in medio eius.

† AMBROSIVS in Psal. 118. octon. 48. Quia Deus magnus, ideo & zelus eius magnus est, & pro vniuscuiusq; potentiæ qualitate, ita & zelus aut mediocris, aut magnus est. Zelo vindicatur Ierusalem, zelo Ecclesia congregatur, zelo fides acquiritur, zelo pudicitia possidetur. Dominus quoque ait, *zelus domus tua comedit me*, increpans Iudæos quòd domum orationis fecerint speluncam latronum.

† ANASTASIVS Nicenus Quæst. 16. in scripturam. Benignus quidem & iustus iudex Deus, nobis peccantibus, nos sæpe tradit aduersariis non ad interitum, sed ad castigationem ac disciplinam, vt per Ieremiam dicit. Et per Zachariam de Assyriis. *Aemulatus sum Sion zelo magno, & ego irascor ira magna aduersus eos qui vos inuadunt, &c.* Hic ergo discimus, quod qui belligerentur & nos iniuria afficiunt, vltimum subibunt supplicium.

† REMIGIVS. Loquitur de Ierusalem quasi vir de adultera vxore. Dilexit enim plebem Israeliticam, eamque casto amore dote fidei sibi sociauit, sicut Ezechiel plenissimè declarat. Quæ postea relicto Deo fornicata est cum idolis diuersarum gentium, propter quod tradita est in captiuitatem, &c.

c *Reuersus sum*. HIER. suprà. Per Sion & Ierusalẽ accipiũtur animæ fidelium: speculantes Deum, & videntes pacẽ, quibus peccantibus irascitur Deus, tradens eas captiuitati, vt Deum per mala sentiant, quem per prospera & bona non senserant. Et cum ipsi pœnitentiam egerint, dominus ad eos reuertetur, & in quibus prius regnabant mendacia vitiorum, habitabit Christus veritas, & vocabuntur mons domus Domini.

d *Adhuc habitabunt*. IBID. Tanta erit prosperitas omnium rerum, vt nullo hoste remanente vterque sexus vsque ad vltimam perueniat ætatem: & trementes artus baculo regente sustẽtent. Plateæ Ierusalem, id est, ecclesiæ, sunt virtutes in quibus habitant senes, non ætate, sed *quorum cani sunt sensus*. Hi habent & *baculos in manibus*, id est, correptionẽ dicentes discipulis suis: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in spiritu lenitatis?* Et cum senibus habitabunt anus, de quibus Paulus: *Honora viduas, quæ vera viduæ sunt*. Implebitur etiam ciuitas pueris & puellis ludentibus, quos Psalmista ad canendũ Domino hortatur dicens: *Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini*.

e *Si videbitur*. † REMIGIVS. Quia magna & incredibilia promittebantur ipsi Israeli, dubitare fortassis poterant præ [illegible] magnitudine. Idcirco nunc loquitur propheta ex persona Domini. Si vobis, ô reliquiæ populi mei, difficile videtur esse, quod spondeo, numquid mihi difficile erit, qui omnipotens sum?

HIER. suprà. Cum tempore persecutionis conciliabula Christianorum destruerentur, insulæ exiliis fidelium implerentur, diuini libri cremabantur: quis tunc crederet ecclesias construendas ab ipsis, qui eas destruxerunt?

IBID. Cum reliquiis populi, qui de captiuitate venerant, tantam felicitatem prophetasset, videbatur incredibile. Cõtra quod propheta. Non sunt mea quæ respondeo, nec mea voce vtor, Dei sunt promissa quæ replico.

Marginalia: Hosee 2. b. — Summa Dei benignitas in suscipiẽdis peccatoribus. — Zelus. — Ioan. 2. — Baruc. 4. — Ezech. 16. 17. Synagoga comparata mulieri adulteræ. — De anima quæ Deum habet per gratiam, amittit per peccatum, recuperat per pœnitentiam. — De Ecclesia optime se habentibus. — Sap. 4. b. — 1. Cor. 4. d. — 1. Tim. 5. a. — Psal. 148. b. — Deo omnia possibilia.

CAPVT VIII.

1 ET factum est verbum Domini exercituũ ad me, dicens. 2 Hæc dicit Dominus exercituum: Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. 3 Hæc dicit Dominus exercituũ. Reuersus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem. Et vocabitur Ierusalem ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum mons sanctificatus. 4 Hæc dicit Dominus exercituũ. Adhuc habitabunt senes & anus in plateis Ierusalem, & viri baculus in manu eius præ multitudine dierũ. 5 Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius. 6 Hæc dicit Dominus exercituum. Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis: numquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum?

Interlinear: a Afflixi Iudæos, qui me dimisso, idola coluerunt. b Quia magna peccata eorum. a Quia cum multis amatoribus prostituta maculauit thorum meum. a Sed quia pœnituit. Sed a In templo ædificato. a Quæ ante erat vrbs mendacij. a In quo immolantur victimæ & ceremoniarum ordo seruatur. a In pace vrbium solet fieri, vt lasciua ætas lusibus & choris gaudia concelebret. b Gestu corporis mentis lætitiam indicantes. a Ab his qui vident vrbem penitus destructam. a Et quasi impossibile est quod spondeo. b Pusillanimis. c Quando ædificata est Ierusalem. a Qui ore meo promitto cui nihil impossibile.

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT VIII.

1 ET factum est. *Hic post populi increpationem ponit propheta boni promissionem, vt bonus Samaritanus post vinum mordicatiuum infundens oleum lenitiuum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur dicta promissio, secundò, promissionis confirmatio, ibi.* Hæc dicit. *Promissio verò ista est de prospera habitatione ciuitatis Ierusalem readificata. Præmittitur tamen præterita castigatio, cum dicitur in persona Dei,*

2 Zelatus sum Sion. *Sicut vir vxorem, qui acriter corripit eam delinquentem. Et accipitur hic Sion pro populo, qui ibi conueniebat ad templum, & etiam pro templo: quia populus castigatus fuit per captiuitatem, & templum incensum propter populi malitiam.*

3 Reuersus sum ad Sion. *In dulcedine clementiæ.*

4 Et habitabo in medio Ierusalem. *Quia post readificationem templi ibi viguit cultus Dei, & etiam ibi erat multitudo populi: ideò sequitur,*

5 Adhuc habitabunt senes & anus, &c. *Quia non interficientur in iuuentute sicut antea. Cetera patent in littera.*

6 Hæc dicit. *Hic consequenter sequitur dictæ promissionis confirmatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò confirmatur ratione; secundò exemplo, ibi,* Hæc dicit. *Ratio autem accipitur ex Dei potentia, cui nihil est difficile: & hoc est quod dicitur.*

7 Si videbitur, &c. *Propter paucitatem enim plebis tempore Zacharia videbatur hominibus, quòd de cetero Ierusalem non posset sufficienter populari: sed hoc non obstat potentiæ Dei, ideo subditur,*

8 Numquid in oculis. *Et subditur modus populationis, cùm dicitur,*

Marginalia: Diuisio.

MORALITER.

† 1 *Et factum est verbum Domini, &c.* Sequitur.

† *Hæc dicit dominus.* Nominibus Sion & Ierusalem secundum sensum allegoricum significatur ecclesia, vt frequenter dictum est suprà, quæ dupliciter potest accipi. Vno modo pro ecclesia vniuersali: & sic Deus non recedet ab ea, Matth. vlt. d. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* Alio modo pro aliqua particulari ecclesia, & sic Deus dicitur recedere ab ea, quando propter defectum boni prælati vitia multiplicantur. Et ad eam reuertitur, quando prouidet ei de bono prælato, per cuius sollicitudinem resecantur vitia, & virtutes reformantur; & tunc illa ecclesia dicitur ciuitas veritatis, quia bonus prælatus studet ibi stabilire triplicem veritatem, scilicet vitæ, iustitiæ, & doctrinæ.

† *Et mons domini exercituum:* Nam ibi debitè celebratur officium diuinum.

5 *Adhuc ha. &c.* Nam viri & mulieres morum maturitatem habentes habitant in diœcesi illa. Et de tali vera senectute dicitur Sapien. iiij. b. *Aetas senectutis vita immaculata.*

† *Et viri baculus, &c.* Vir dicitur à virtute, ideò significat in moribus virtuosum. Baculus in manu significat potestatem iudicandi; tales autem iudices statuit bonus prælatus in sua diœcesi.

† *Præ multitudine dierum.* id est, notitiarum diuinæ legis & humanæ, quæ debent in bonis iudicibus esse.

† *Et plateæ compleb. infantib.* id est, iuuenibus taciturnis & modestis, Eccl. xxxij. b. *Adolescens loquere in causa tua vix.* Ideo tales dicuntur infantes, quasi non fantes.

† *Et puellis ludentibus.* id est, Deum deuotè laudantibus. De tali ludo dixit Dauid ij. Reg. vj. d. *Viuit dominus, quia ludam ante dominum, &c.*

Marginalia: Ecclesia dupliciter potest accipi. — Triplex veritas. — Boni iudices. — Religiosi iuuenes.

a *Ecce ego sal.* HIER. lib. 2. com. Quidam Iudæorum dicunt hæc esse completa sub Zorobabel & Neemia ædificato templo, & muris ciuitatis extructis, & statu Iudaici populi restituto à Machabæis & diuersis principibus qui vsque ad Herodem rexere Iudæam. Alij ad consummationem sæculi referũt, & sub Christo, quem frustra præstolantur, explenda commemorãt.

Quando prophetia huius capitis & pallus sit impleta.

IBID. Possumus dicere, hæc ex parte esse cõpleta tempore Zorobabel, quando reducto populo sub figura futuri, Deus habitauit in Ierusalem. Vnde appellatus est populus Dei, & Dominus appellatus est Deus eorum: non in mendacio & iniquitate, sed in veritate & iustitia. Et in ecclesia sub Christo maximè implentur, quando *multi de oriente & occidente veniunt & accumbunt cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum*, & discedente vmbra veteris legis, veritas Euangelij & iustitia Christi declaratur.

Matth. 8. d.

b *Confortentur manus.* IBID. Cùm Aggæus & Zacharias iam exhortati fuissent populum ad ædificandum, nunc iam secundum admonitionem eorũm extructo templo, hortãtur nunc iterum & duces & populum, vt experti veritatem in his quæ prius audierant, nunc etiam accõmodent fidem his, quæ modo promittuntur: nec timeant impetum Mœdorum, neç insidias nationum per circumitum impedire volentium: sed confortentur per os prophetarũ, ex die quo iacta sunt fundamenta templi vsque ad diem quo superædificatum est tẽplum, & audiant quæ sequuntur. dicitur ecclesiæ, *Confortentur manus, &c.* per bona opera, in quibus fundatur domus Dei, quando iaciuntur fundamenta fidei & extruitur templum, quando multitudo fidelium roboratur, & ita viuit, vt templum Dei esse mereatur. Sed ante hanc ædificationem quidquid boni operis habere videbantur vel homines, id est, rationabiles, vel iumẽta, id est, simplices, inde nullã mercedem apud Deum consequebantur: sed erant in eis bella & discordiæ & tribulatio, frater fratrem supplantabat, *& inimici hominis domestici eius.* quia carebant pace quam Christus vadens ad patrem reliquit apostolis. Quidquid boni operis facit, vel Iudæus, vel hæreticus, vel Gentilis absque fide Christi, sine mercede agit: sed recepta fide Christi, qui pro peccatis captiui tenebantur in mundo,

Excitant prophetæ ad spem futurorum ostendendo veritatem præteritorum.

Mich. 7. b. Pax Christiana.

Ioan. 14. d.

Fides facit ne miseri simus sed solide felices.

[7] Hæc dicit Dominus exercituũ. Ecce ego saluabo populum meum de terra orientis, & de terra occasus solis, [8] & adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in veritate & in iustitia. [9] Hæc dicit Dominus exercituum. Confortentur manus vestræ qui auditis in diebus his sermones istos per os prophetarum: in die qua fundata est domus Domini exercituum, vt templum ædificaretur. [10] Siquidem ante dies illos merces hominũ non erat, nec merces iumentorum erat, neque introeunti & exeunti erat pax præ tribulatione: & dimisi omnes homines vnumquemque contra proximum suum. [11] Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius, dicit Dominus exercituum: [12] sed semen pacis erit. Vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum. Et cæli dabunt rorem suum, & possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hæc. [13] Et erit, sicut eratis maledictio in Gentibus domus Iuda & domus Israel, sic saluabo vos, & eritis benedictio. Nolite timere. Confortentur manus vestræ, [14] quia hæc dicit Dominus exercituum. Sicut cogitaui, vt affligerem

Interlinear glosses: a Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum. b Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat iniquitatem à Iacob. Ecclesiæ. a Obedientes. b Erit vnus grex & vnus pastor. c Protectorem. Ad cetera. a Quarto anno Darij, quarto die mensis, qui dicitur Casleu. b De promissione futurorum. c Qui cœperunt loqui à die quo fundari cœpit domus Domini. Qui prophetauerunt vt tem. ædifi. a Audire debetis quia. Certe. b Antequam ædificaretur domus Dei omnis labor vester irritus, & tam homines quàm iumenta in diuersis operibus cassis conatibus frustrabantur, foris aduersarij, domi seditio, frater fratri insidiabatur: per hæc omnia pax rumpebatur. a Omnes inter se hostili odio dissidebant. a Quia iam domus Domini fundamenta sunt iacta & templum ædificatum. a Reuersis de captiuitate Babylonis. a Christus. b Quæ prius sterilis. Ariditatem & famem pristini temporis futura abundantia compensabit. a Salutem humani generis. b Quæ prius auferebat. c Contra priorem ariditatem. a Pro ædificatione. Irrigatione pluuiarum & rore nocturno omnia pullulabunt. Quæ dixi. O duæ tribus. Decem tribus. a Aduersarios rebellantes. b Promissione Dei. c Vt impleant opera quæ cœperunt. Qui potest implere quæ promittit. a Captiuitati traderem.

do, & Babylonio igne vrebantur, iam habent fructum vineæ quæ dicit, *Ego sum vitis vera.* His dat terra fructum, vt qui in lachrymis seminauerunt, in gaudio metant, & cæli qui enarrant gloriam Dei, dabunt rorem diuini eloquij, & hæc omnia, id est, pacem & abundantiam terræ, habebunt reliquiæ populi, quas reliquit nobis Dominus Sabaoth.

Ioan. 15. a. Psal. 125. a.

c *Nunc autem, &c.* † REMIG. Quia inquit, iam templũ ædificatum est, nequaquam faciam sicut prius feci huic populo, affligendo eum, sed dabo illis pacẽ: & famem pristini temporis futura abundantia compensabo.

† RVPERT. Nam qui tũc erat maledictio, ita vt diceretur, vel dici posset quippiam illi quem perire vellet. Sic tibi eueniat quomodo euenit miserabili populo, qui terra sua in desertum redacta, & ciuitate Ierusalẽ cremata igne, captiuus abductus est; ipse idem populus nunc est benedictio per Christum semen pacis, quia *in ipso benedicẽtur omnes gentes.* Ad hoc ipsum pertinet hoc quoque quod protinus dicit. *Sicut cogitaui vt affligerem vos, &c.* Nam reuera ad iracundiam prouocauerũt Dominũ patres nostri Adam & Eua, non solum transgrediendo prę̃ceptum, verumetiã defendendo peccatum: & propter hoc cogitauit vt affligeret nos, & modo quodam non est misertus, quatenus alio modo melius misereretur.

Quomodo fiat quis maledictio vel benedictio.

Gen. 12.

d *Et erit, sicut era.* HIER. supra. Promittit quę ventura erant post ędificationẽ templi, vt sicut prius inter Gentes erant in maledictione & sibilo, sic saluatæ & reuersæ in Iudæam, erunt in benedictione.

IBID. Tempore persecutionis Christiani Gẽtibus per circumitum sunt in maledictũ & in exemplum, quia, offenderunt in Deum suum, sed postea reddita pace sunt in benedictione, quia Deus miseretur Ierusalẽ, id est, visioni pacis: & Iudę, id est, fidẽ Dñi confitẽtibus. Singuli etiã credentium qui propter vitia tradũtur Sathanæ, cum egerint pœnitentiam, reuertentur in pristinum statum, & videbunt pacem Dei & confessionis suæ gloriam possidebunt.

De eis quæ fidelibus prospere vel aduerse cõtingunt. 1. Cor. 5. a.

e *Sicut cogitaui.* IBID. Iratus 12. tribubus tradidit captiuitati: conuersus ad misericordiam, relicto Israel in captiuitate, benefacit Ierusalem & domui Iuda.

Cogita-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce ego salua. *Quia readificata ciuitate & statu eius prosperante multi Iudæi de diuersis partibus mundi instinctu Dei venerunt ad habitandum ibi.*

2 Hæc dicit. *Hic consequenter confirmatur exemplo, per hoc quod antequam resumeretur readificatio templi, populus erat in misero statu: & opere resumpto cœpit meliorari; ideo dicitur,*

3 Confortentur. *In templi opere.*

4 Qui auditis, &c. per os prophetarum. *Scilicet, Aggæi & Zacharia ad ædificium templi exhortantium.*

5 Si quidem ante, &c. *Id est, homines & iumenta laborabant quasi frustra: quia non cedebat eis ad lucrum.*

6 Neque introeunti, &c. *propter insidias aduersariorum.*

7 Nunc autem. *Id est, post operis resumptionem.*

8 Non iuxta dies. *In quibus populus erat in miseria magna.*

9 Sed semen pacis erit. *Id est, populus poterit pacifice seminare & metere, & erit etiam abundantia fructuum, ideo subditur,* Vinea dabit fructum suum, &c.

10 Et erit, sicut eratis, &c. *Quia quando Gentiles maledicebant alicui, dicebant; Sic tibi contingat, sicut miseris Iudæis.*

11 Sic saluabo. *De malis.*

12 Et eritis bene. *Quia benedicens alicui dicet; Fiat tibi sibi Iudæis. Licet autem istud aliqualiter fuerit impletum tempore templi consummati, & ciuitatis readificatæ: tamen multò perfectius impletum fuit tempore Christi & Apostolorum. Cetera patent vsque ibi.*

Hæc

MORALITER.

Triplex pax.

† 7 *Nunc autem, &c.* Sequitur.

9 *Sed semen pacis.* Scilicet internæ, & fraternæ, & postea supernæ.

† *Vinea dabit fructum.* Id est, ecclesia quantùm ad clerum.

† *Et terra dabit.* Quantùm ad communem populum.

† *Et cæli dabunt rorem suum, & possidere faciam reliquias, &c.* id est, doctores dabunt salutiferam doctrinam.

10 *Et erit, sicut eratis maledictio.* Scilicet, tempore mali prælati.

11 *Sic saluabo vos, & eritis benedictio.* Scilicet, tempore boni. Residuum huius capituli exponatur, sicut in expositione litterali.

Cogitaui vt benefaciam: vt igitur permaneat mea sententia, & non fiat irrita pollicitatio, facite hæc, quæ præcipio.

a *Veritatem & iudicium*. HIER. lib. 2. com. In iudicio prima est veritas & iustitia: deinde sequitur misericordia; hoc enim est iudicium pacis, vt iudex propositum habeat pacificare discordes. In præceptis, quæ ad vitam pertinet, & sunt perspicua, non debemus quærere allegoriam, ne iuxta Comicū quæramus nodum in scirpo.

Non quærenda est allegoria in locis vbi de moralibus tractatur.

† REMIG. Quia inquit, vobis bona promisi, vt mea permaneat promissio, facite quæ præcipio. *Loquimini veritatē, &c.* Proximum omnem hominē accipimus, quia ex vno parente omnes geniti sumus. Si enim solis carne proximis veritatem loqui præcipimur, ergo peregrinis & alienigenis licebit mentiri. Quia vero consuetudinis illorū fuit, vt in portis ciuitatis iudices sederēt, & causas singulorum discernerent, ne cogerentur agricolę intrare vrbem, & dispendium sustinerēt, sequitur, *Iudicium iudicate in portis vestris, &c.*

Proximus noster est omnis homo.

Iudicia olim in portis tractabantur.

b *Et factum est verbum*. Ad id quod suprà Sarasar & Rogomelech per legatos quæsierant, vtrum in mense v. & vij. deberent ieiunare & plangere: an post ædificationem templi finire ieiunium, luctumque deponere multis in medio positis quæ facere & sperare deberent: Tandem ex persona domini respondet propheta. Ieiunium quarti mensis Iudęi arbitrantur, id est, Iulij esse die septimo & decima eiusdem mensis, quando Moyses de monte descendens tabulas legis fregit: & iuxta Ieremiam muri ciuitatis tunc primum sunt rupti. In quinto, id ęst, in Augusto, propter exploratores terræ sanctæ orta est seditio in populo, & iussi sunt montem non ascendere: sed per quadraginta annos longis à terra sancta circumire dispendiis, vt exceptis duobus Iosue & Caleb, omnes in deserto morerentur. In hoc etiam mense, prius Nabuchodonosor, & postea Titus templum Ierosolymis destruxit, & vrbem Bethel cepit: ad quam confugerant multa millia Iudæorum: Aratum etiam templum in ignominiam oppressæ Gentis à Tito Annio Rufo. In septimo, id est, Octobri, occisus est Godolias, & tribus Iudæ & Ierusalem reliquiæ dissipatæ. Decimo, id est, Ianuario Ezechiel in captiuitate positus, & populus captiuorum audiuit templum esse subuersum. v. mense. Hæ sunt causæ luctus

Causæ ieiuniorum & luctuum solemnium apud Iudæos. Exod. 32. Iere. 52. Num. 13. 4. Reg. 25. Iere. 39. Ezech. 33.

vos, cum ad iracundiam me prouocassent patres vestri di- (Vt vel sic vos erudirem.) (In præsenti tempore.) cit dominus, [15] & non sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciam Ierusalem & domui Iuda. Nolite timerę. [16] Hęc sunt ergo verba quę facietis. Loquimini ve- (a Proximus omnis homo.) a ritatem vnusquisque cum proximo suo. Veritatem & iudiciū (a Vbi sedebant ad iudicandum.) (b Id est, sanctus est, nec affligit amicum, nec contra eum malignitatem machinatur in corde.) pacis iudicate in portis vestris, [17] & vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odi, di- b cit dominus. [18] Et factū est verbum domini exercituum ad me dicēs: [19] Hęc dicit dn̄s exercituum: Ieiunium quarti, & ieiuniū (Vertetur.) quinti, & ieiunium septimi, & ieiuniū decimi erit domui Iu- (Hoc tantum quærit Deus.) dæ in gaudiū & in lætitiam & solemnitates præclaras. Veritatem tantùm & pacem diligite. [20] Hæc dicit dominus exerci- (Vndique.) (Ecclesiis prius desolatis.) c tuum, Vsquequo veniant populi, & habitent in ciuitatibus multis, [21] & vadant habitatores vnus ad alterum, dicentes: Ea- (Qui audit dicat veni.) (a Filium qui imago patris: Qui videt me, videt & patrem.) (Bene operando.) mus & deprecemur faciēm domini, & quæramus domi- (Prece, fide, opere.) (a Vt martyres.) num exercituum. Vadam etiam ego. [22] Et veniēt populi mul- (a Immolando.) ti & Gentes robustæ ad quærendum dominum exercituum in Ierusalem, & deprecandam faciem domini. [23] Hæc (Hæc prædicta fient.) d dicit dominus exercituum: In diebus illis, in quibus

ctus & ieiuniorum, quæ hactenus habuerunt: sed Deus pollicetur hos dies vertendos in gaudium, & solemnitates si pacem & virtutem dilexerint.

IBID. Ieiunium quarti, & quinti, septimi & decimi vertetur in solemnitates, in tantum vt ciuitates Iudææ, quæ prius desertæ, frequenti habitatione celebrentur, & vna ciuitas pergat ad alteram, & se mutuò cohortentur dicentes: Per septuaginta annos Ierusalem est oppressa luctu & amaritudine, sed nunc pace reddita pergamus Ierusalem, & iuxta præceptum legis victimas immolemus. Et respondet alia ciuitas: *Vadam etiam* & tunc populi multi coniuncti, & Gentes innumerabiles & fortes adorabunt dominum.

Frequentia concurrentium ad vrbem & templum secundum.

† CLEMENS Alexand. l. stroma. Christianus vtitur hac vita tamquam aliena, quātum requirit necessitas. Nouit ipse ieiunij quoque ænigmata horum dierū, quarti inquam, & sexti: dicitur autem ille quidem Mercurij, hic vero Veneris. Ecce enim ieiunat in vita & ab auaritia, & à libidinē, ex quibus omnia oriuntur vitia. Ieiunat ergo etiam ex lege à malis actionibus, & ex euangelij perfectione à malis cogitationibus.

Differentia inter ieiunium Christian[um] & Iudaicum.

HIER. vbi suprà. Mysticę tunc ieiunamus, *quando offertur à nobis sponsus*, nec meremur eius præsentiam: sed cum reuersus cogitat benefacere, tristitia vertitur in gaudium, & fames pristina sermonis Dei præsentia doctrinæ eius, & cælestis panis saturitate pensabitur.

Matth. 9. Sponsi accessus & recessus.

c *Vsquequo*. IBID. Quod secundum litteram de Ierusalem & Zorobabel dicitur, ad Christum & ecclesiam refertur: ad quam de toto orbe populi concurrunt, vt offerant in templo sacrificia Deo, & tempore persecutionis magistri ecclesiæ promittunt credentibus quod rursum ædificandæ sint parochiæ, & pax reddenda & facies domini deprecanda.

d *In diebus illis, in quibus*. IBID. id est, in aduentu Christi decem viri quos requirit dominus in Sodomis, apprehendent Christum in carne, cupientes hærere eius vestigiis: quia Deus est cum eo. Vel quicumque de linguis & nationibus crediderint, apprehendent apostolos qui de Iudæis sunt, & dicent: Ibimus vobiscum, quia audiuimus per prophetas, quod Christus Dei filius vobiscum est. Quod in Isaia legitur, *Septem mulieres apprehendent virum*

Gentes adiungunt se Christo & Apostolis. Isa. 4. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hæc sunt ergo verba quæ facietis. *Vbi concludit, quod promissio dictorum bonorum implebitur in eis, si permaneant in iustitia: ideo subditur,*

2 Loquimini veritatem. *Sine dolo & deceptione.*

3 Veritatem & iudicium pacis iudicate. *Sine personarum acceptione.*

4 In portis vestris. *In portis enim ciuitatis sedebant antiquitus iudices, vt omnes tam indigenæ quam aduenæ in prōptu possent eos inuenire, Cetera patēt.*

Diuisio.

5 Et factum est. *Hic consequenter ponitur impletio solutionis de quæstione suprà posita. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur solutionis completio, secundò aduentus Christi denuntiatio, ibi,* Hæc di. *quia principalis intentio prophetarum est nuntiare dies Messiæ, vt dicit Ra. Sa. infrà seq. a. & alij doctores Hebræi: ideò frequenter loquendo de aliis, interserunt de pertinentibus ad aduentum Christi. Circa primum sciendum, quod quæstio fuit mota de ieiuniis quinto mense & septimo & occasione huius fit mentio de aliis ieiuniis quæ apud Iudæos fiebant per anni circulum: cùm dicitur,*

Principalis intētio prophetarum est nuntiare dies Messiæ.

6 Ieiunium. *Scilicet mensis in quo capta fuit ciuitas Ierusalem, vt patet 4. Regum, vltimo.*

7 Et ieiu. *In quo templum & ciuitas Ierusalem fuerunt combusta.*

8 Et ieiu. sep. *In die expiationis: & propter mortē Godoliæ, vt prædictum est.*

9 Et ieiu. de. *Quia tunc Ezechiel & populus existens in Babylonia, audierunt rumores de subuersione Ierusalem & templi.*

10 Erit domui Iudę. *Id est, vertetur ad eorū prosperitatē & solatiū, si tamē ieiunent debite, scilicet, à vitiis abstinēdo, & opera iustitiæ faciēdo; ideò sequitur,*

11 Veritatem tantùm. *Iustè & pacificè cum proximo conuersando.*

12 Hæc di. *Hic consequenter denuntiatur multiplicatio fidelium in aduentu Christi: cùm dicitur in persona Dei,*

13 Vsquequo. *Continuatur sic cum præcedenti littera:* Veritatem tantum & pa. *iustè & pacificè conuersando.* Vsquequo veniant populi. *multi ad fidem Christi in lege & prophetis promissi.*

Multiplicatio fidelium in aduentu Christi.

14 Et habi. in ciuitatibus. *Per orbem diffusis, sicut videmus impletum per orbem vniuersum.*

15 Et vadant ha. &c. *Se inuicem exhortantes ad bona opera.*

16 Vadam etiam ego. *Quia Deus in humana natura assumpta venit in Ierusalem, vbi oblatus fuit in templo, & frequenter orauit & prædicauit populum exhortando.*

17 In diebus illis in quibus appre. &c. *Et quia sunt lxx. linguæ, quæ multi-*

☞ *virum vnum*: id est, ecclesiæ Christum, in Zacharia per decem viros idem significatur; Per septem intelligitur ecclesia septiformi gratia plena: Per decem ecclesia eadem, quia quinque sensus carnis & spiritus mundat, vt cum lampadibus bonorum operũ Christo occurrat. Iota etiam littera, ex qua nomen Saluatoris exordium sumit, non solũ apud Græcos, sed etiam apud Hebræos denarium numerum significat. Qui ergo Christiano nomine censentur, & Christo adhærent, per denarium numerum signantur. Quidam ex Iudæis hæc sub Zorobabel dicunt esse completa, alij sub Christo suo implenda, quem venturum expectant.

De mysterijs numerorũ 7. & 10. *De littera Iota.* *Matth. 25.*

a *Decem homines*. HIER. lib. 2. com. Id est, ecclesiæ, quæ comparantur virginibus, quia quinarium numerum duplicant, & sunt sanctæ corpore & spiritu, qui etiam in præsenti bene regit sensus corporis, duplicato numero accipiet in futuro decem ciuitates.

† REMIGIVS. Possumus quoque per fimbriam viri Iudæi Paulum intelligere, nam fimbriæ pars minima est vestis, & ipse de se dicit, *Ego sum minimus Apostolorum, &c.* Hanc fimbriam apprehenderunt decem homines, quia doctrinam eius sequuntur omnes in Christum credentes, iuxta id quod ipse dicit, *Imitatores mei estote.*

Sanctus Paulus Apostolus. 1. Cor. 15. 1. Cor. 4.

a apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, 1 & apprehendent fimbriam viri Iudæi dicentes: ibimus vobiscum. Audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.

a ¶ Iesu, qui de Iuda, & apostolorum qui de Iudæis. b ¶ Ad patriam cælestem de virtute in virtutem. ¶ A prophetis. a ¶ Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.

† RVPERTVS. Verum cum credentes de gentibus multi & nobis innumerabiles sint, cur dixit, *decem viri*, cùm dicere potuisset, multi ex omnibus linguis? Ad hæc breuiter dicendum, quia tantis misericordia Dei contenta fuisset, si iustos in Sodomis inuenisset. Tantos ergo vult intelligi, quantos, vir Iesus Christus secundum carnem Iudæus ex omnibus linguis gentium vocare, iustificare, & magnificare venit; quantos ante sæcula præsciuit & *prædestinauit Deus conformes fieri imaginis filij sui.*

Cur ad denarium restringat numerum apprehendentium fimbriam viri Iudæi. Gen. 18. Rom. 8.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *multiplicata per decem faciunt septingentos, & iterum in pallijs Iudæorum erant quatuor fimbriæ per quatuor angulos. Septingenti verò ducti per quaternarium faciunt duo millia octingentos. Et dicit Rab. Sa. quod tot Gentiles de omnibus linguis sequentur quemlibet Iudæum conuersi ad Iudaismum: Et quia hoc non fuit impletum à reditu captiuitatis Babylonicæ vsque ad tempus istud secundum ipsum, ideo cogitur hoc reducere ad tempus futurum, in quo dicit Messiam futurum: Quod dicit implendum, iam impletum est à tempore apostolorum, qui fuerunt Iudæi natione, quia ad prædicationem eorum in fortibus suis, non solum de Gentilibus adhæserunt vni apostolo duo millia octingenti, sed etiam multo plures ad fidem Christi conuersi. dicitur tamen hic,*

Quantam hominum multitudinem ad Christi fidem adduxerint Apostoli?

1 Appre. decem homines. *Quia denarius est primus limes numerorum vt habetur, iij. Physi. & sequentes numeri sunt replicationes denarij, vt xx. bis decem. xxx. ter decem, & consequenter: & ideo per denarium notatur multitudo adhærentium apostolis ad sequendum Christum.*

2 Ex om. *Propter hoc, donum linguarum in die Pentecostes fuit datum apostolis, vt fidem Christi prædicare possent in omnibus linguis.*

CAP. IX.

a ONus verbi domi. †† THEOD. Prædicit has vrbes impie quondam viuentes, Hadrach, & Damascũ, & Emath, ex priori errore expiatas sacra Deo facturas esse. Omnes enim respiciens homines, non solas tribus Iudæorum procurabit. Hadrach autem vrbs est Arabiæ, Emath, (nunc Epiphaniam appellatam) sacra scriptura vocat magnam Emisam. Hæ igitur diuinæ notionis lumine illustratæ, honesta & laudabilia prosequentur.

De Adrach & Emath vrbibus.

CAP. IX.

a ONus Verbi domini in terra Adrach & 1 2 b Damasci requiei eius: quia dominus 3 4 est oculus hominis, & omnium tribuũ Israel. c Emath quoq; in terminis eius & Ty- 5 6

a ¶ Est. a ¶ In terra. b ¶ Scilicet. ¶ Indignatio. ¶ Erit. a ¶ Damasci vel terræ Adrach vt credant in domino saluatore.

HIER. lib. 2. cõ. LXX. *assumptio*. Omnis hæc visio, siue pondus & onus verbi Dei, pertinet ad vocationẽ Gentium, & extractionem ecclesiæ: Et est ordo verborum, Hoc onus verbi domini, est in terra Adrach. *Ad* acutum. *Rach*, molle; Notat ergo verbum domini, austerum non credentibus, Molle & Clemens iustis de Iudæa assumptis. Quidam Adrach, ad Iudæos excæcatos, Damascum ad Gentes assumptas referunt. Super Adrach ergo onus est austeritatis, in Damasco clemens, requies domini. Quia quæ ante conuersionem bibens sanguinem interpretatur, iam conuersa ad pœnitentiam requies domini dicitur. Ideo autem de vtroque populo construetur templum, quia domini est, quicumque de Gentibus, vel de Iudæis respicit Deum & credit in eum.

Vocatio gentium. reprobatis Iudæis. Gentium & Iudæorum in vnã Christi fidem concursus.

b *Quia dominus, &c.* IBID. LXX. *Quia dominus respicit homines & omnes tribus Israel*: qui dominus, & fidem Gentium, & perfidiam Iudæorum absque personarum acceptione respicit: illi sententiæ pondus imponens, in credentium fide quiescens.

c *Emath quoque, &c.* IBID. Emath ipsa est eadem quæ Antiochia ☞ ciui-

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT IX.

1 ONus ver. *Post quàm positæ sunt prophetiæ respicientes tempus Ierusalem reædificatæ sub dominatu Persarum, hic ponuntur prophetiæ ad idem sub tempore regni Græcorum: & diuiditur in duas partes, quia primo nuntiatur consolatio Iudæis ex aduersariorum deiectione; secundò ex Christi missione, ibi, Exulta satis; Tertiò, ex bonorum multiplicatione seq. cap. Primò verò partem exponit Ra. Sa. de subiectione terrarum & ciuitatum, quæ nominantur hic, tempore Messiæ, quem expectant Iudæi venturum: sed quia iam hoc transiit in præteritum, ideo alij exponunt de victorijs Machabæorum. Sed quia victoriæ eorum non videntur aliqualiter tantum se extendisse, vt littera sonat, ideo alij exponunt & melius, vt credo, de victorijs Alexandri magni, qui fuit primus rex in monarchia Græcorum: & destruxit monarchiam Persarum & Mædorum: igitur secundum hanc sententiam exponitur sic littera*, Onus ver. *id est, prophetia de malo pœnæ superuenturo terris infra nominatis, & deficiente earum potestatem, sicut onus graue deiicit hominis portantis virtutem.*

Diuisio. De victorijs Alexandri Magni.

2 In terra Adrach, *Id est, Syriæ,*

3 Et Damasci re. *Quia Damascus erat caput Syriæ, vt habetur Isa. 6. & ideo in ipsa quiescebat Syria sicut in metropoli & fortiori ciuitate.*

4 Quia dominus est oculus. *Id est, quia dominus prouidet & disponit omnia super homines ventura: & potissimè respicit populum Israel, inquantum assumpturus erat humanam naturam de eo. Hoc autem hic introducitur ad significandum, quod tribulationes hic nuntiatæ super terras istas venturæ per Alexandrum magnum, venerunt propter mala, quæ fecerunt populo Iudæorum, saltem pro parte.*

Prouidentia Dei singularis erga populum Israel.

5 Emath quoque. *Nomen est ciuitatis Syriæ prope terminos Iudææ.*

6 Et Tyrus, & Sidon. *Similiter vt patet ex iij. Reg.*

☞ Assum-

MORALITER.

1 *Onus verbi domini*. Secundum sensum litteralem hic describitur destructio trium ciuitatum in Syria per Alexandrum magnum, per quem significatur Deus, ratione regiæ maiestatis & liberalitatis quia sicut dicitur Iaco. j. a. *Ipse dat omnibus affluenter & non improperat.* & Apocalyp. xix. c. dicitur quòd *est rex regum & Dominus dominantium.* Et sicut Alexander pugnauit contra Syriam, sic Deus contra superbiam. Sic ergo dicitur, *Onus verbi do.* id est, pondus punitionis eius,

Deus rex liberalissimus.

2 *In terra Adrach*, Id est, in Syria, quæ *sublimis* interpretatur. ideo superbiam significat, quæ semper tendere facit ad sublimiora quàm debeat.

Superbia.

3 *Et Damasci*. Quæ interpretatur *bibens sanguinem*, quod etiam competit superbiæ, quia facit sanguinem inferiorum bibere.

5 *Emath*. Quæ interpretatur, *indignans*, quæ proprietas est superbiæ.

6 *Et Tyrus*. Quæ interpretatur, *angustia*. Superbus enim angustiatur de hoc quod non potest attingere excellentiam maiorum.

☞ ciuitas Syriæ. Vt impleatur hoc, *Adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus.* A Et mulier Chananæa à finibus Tyri & Sidonis egressa est occurrens domino. Iudæi dicunt omnes populos hic nominatos magno regi suo Christo, quem expectant, seruituros, ita vt nullus audeat eleuare manum contra, omnibus in circumitu pacatis.

Psal. 44. d. Matth. 15. d.

† RVPERT. Cuncta hæc, cùm significent gratiam, tamen in littera videntur sonare iram; quòd nimirum, Spiritus propheticus per magnã procurauit sapientiam. Iudæos namque constat semper odisse salutem, & idcirco vtile tunc erat verbis obscuris ac dubiis salutis gentium promissiones inuolui, ne Iudæis ipsa scriptura propter gentes fieret odibilis, per quos oportebat eam custodiri profuturam venturis sæculis, vt nunc videmus; quia custodita ab illis vsque ad nos peruenit.

Iudæi ita gentes oderant vt salutem per Christum ipsis inuiderent.

† IREN. l. 3. cap. 24. Si Iudæi cognouissent C nos futuros, & vsuros his testimoniis, quæ sunt ex scripturis, non dubitassent ipsi suas comburere scripturas, quæ & reliquas omnes gentes manifestant participare vitæ, & eos, qui gloriantur domum se esse Iacob, & domum Israel, exhereditari ostendunt à gratia Dei.

Combussissent olim scripturas si nobis profuturas præcognouissent.

a *Assump. quip.* HIER. lib. 2. cō. Intantum, vt sophismatibus & dialecticis argumentationibus resisterent verbis veri pacifici Christi: & argentum, id est, nitorem eloquentiæ; & aurum, id est, sensuum calliditatem (quæ comparantur pulueri, & luto conculcato) congregauit, vt regnum idololatriæ, quod munierat firmiter, possideret. Sed nihil contra veritatem possunt: quia, *Ecce dominus possidebit eam*, euertens omnem altitudinem erigentem se contra scientiam Dei, & in amarissimo mari huius sæculi percutiet, vt nihil pristinæ sapientiæ & tumoris in ea remaneat: sed excoquetur & mundabitur igne quem dominus venit mittere in terram.

Dissipatio omnis doctrinæ fidei aduersantis.

b *Videbit Asca.* IBID. Ascalon, quæ prius erat ignis ignobilis, & vsque ad mensuram & pondus peccatorum excreuerat, & Gaza quæ D fortis & indomabilis, imperium sibi omnium promittebat, & Accaron, quæ sterilis & absque lege, videbunt percussas Emath & alias ciuitates prædictas, & dolebunt, & terrebunt agentes pœnitentiam, quia spes eorum destruetur: & non erit rex in Gaza, & Ascalon habitatores non habebit, &c.

Luc. 12. f.

Interpretatio nominũ Ascalon, Gaza, & Azoti.

a ❡ Angustia. b ❡ Venatio. c ❡ Quia antequàm crederent. ❡ Mundanam.

a rus & Sidon. Assumpserunt quippe sibi sapientiã valde.[3] Et ædificauit Tyrus munitionẽ suam, & coaceruauit argentũ quasi humũ, & aurum vt lutum platearum.[4] Ecce dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinẽ eius, & hæc

a ❡ Ignis ignobilis, vel ponderata. b ❡ Fortis, vel imperium.

b igni deuorabitur.[5] Videbit Ascalõ & timebit, & Gaza & do-

a ❡ Sterilis, vel eradicata.

lebit nimis & Acharon quoniã confusa est spes eius, & peribit rex de Gaza, & Ascalõ non habitabitur.[6] Et sedebit sepa-

a ❡ Azotum, ignis generans, vel ignis patrui, vel ignis mammillæ.

rator in Azoto, & disperdã superbiã Philisthinorũ.[7] Et auferã sanguinẽ eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius. Et relinquetur etiam ipse Deo nostro, &

❡ Conculcata.

erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusæus.[8] Et c circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi eun- d tes & reuertentes, & non transibit super eos vltrà exa-

a ❡ Quia per meam operationem mala ista sunt in te cessatura Exulta.

e f ctor, quia nunc vidi in oculis meis.[9] Exulta satis filia

† 1 sedebit separator, id 2 est, dominus qui se- 3 parat grana à paleis 4 in Azoto, vbi ignis, 5 quem dominus mit- 6 tit in terram, generat † baptizatos in spiritu- † sancto; vbi est etiam 7 fratruelis & patruus, 8 quẽ in Cantico spon- 9 sa desiderat; Vbi est E 10 etiã ignis mammillæ, 11 Vnde apostolus: *Lac* 12 *vobis po. de. non escam.* 13 His expletis. 14 *Disperdam su.* IBID. 15 Philistiim *cadentes po-* 16 *culo*, qui inebriati erant 17 calice Babylonis: sed in 18 aduentu Christi depo- 19 sita superbia humi- 20 lem Iesum sequentes, 21 de quorum ore auferetur sanguis, id est, verba blasphemiæ, & abominationes, id est, cultura idolorum, & esus idololatricorum de medio dentium; Et his ablatis ipse populus Philisthiim relinquetur domino, vt repudiatis Iudæis, ipse sit dux in Iuda, id est, in populo confitente, & Accaron quondam sterilis, & eradicata erit sicut Iebusæus, id est, Ierusalem. Eadem ciuitas tribus nominibus dicitur. F

Luc. 12. f. 1. Cor. 3. a. Philisthiim ad Christi fidem conuersi.

c *Et cir.* inquit, *domum meam.* IBID. id est, ecclesiam muniam, per hos qui militant mihi variis ministeriis, & ad meum imperium huc illucque discurrunt, vel muniam auxilio angelorum.

Matth. 22. a.

d *Et non tran. su. eos vl.* IBID. Id est, qui foras seducit, & victos trahit in captiuitatem.

e *Quia nunc vi.* IBID. id est, per prophetas & sanctos vidi Gentium aduocationem: & ecclesiæ securitatem.

f *Exulta satis.* IBID. Hoc impletũ est, quando exierũt Christo obuiam cum ramis palmarum clamãdo, *Benedictus qui venit in no. do. osa. in ex.* Sion & Ierusalẽ eadem ciuitas, quia Sion arx est, in Ierusalem.

Matth. 21. a.

☞ REMI-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Assumpserunt q. sibi sapientiam. *Scilicet, terrenam, ideo subditur,*

2 Et ædifica. Ty. *Vt non timeret hominem.*

3 Et coaceruauit. *Id est, magna valde abundantia: & hoc ex mercibus, quæ afferebantur ibi per mare ex terris diuersarum Gentium, vt habetur Eze. 28. Sed quia sapientia terrena non valet contra dominum, ideo subditur,*

Sapientia terrena.

4 Ecce do. possidebit eam. *Per Alexandrum.*

5 Et percutiet in mari. *Tyrus enim erat vndique mari circumclusa: sed Alexander magnus, lignis, & lapidibus, & terra impositis, contiguauit eam propinquo littori, & sic cepit eam & combussit.*

6 Videbit Ascalon. *Istæ enim ciuitates Philisthinorum erant sitæ super mare Mediterraneum & propinquæ Tyro & ei confœderatæ: & ideo videntes destructionem eius timuerunt destructionem propriam; ideo subditur,*

Vrbes Philisthinorũ.

7 Quoniam confus. *Quam habebat in fortitudine & auxilio Tyri.*

8 Et sedebit separator in Azoto. *Quæ ciuitas Philisthinorum. Et dicitur* separator *Alexander, qui bona terræ separauit, & diuisit suis bellatoribus: In Hebræo habetur:* Et sedebit spurius in Azoto; *& hoc conuenit Alexandro qui fuit natus de adulterio. Nectanebus enim per illusiones magicas sub specie Ammonis Dei Libiæ cognouit matrem Alexandri, & eum genuit, vt habetur in historia Alexandri.*

Alexandrũ de adulterio natum dicit Liranus.

9 Et auferam, &c. *Scilicet Alexandri, qui indignatus contra Iudæos dixit se velle destruere Ierusalem, & Iudæorum effundere sanguinem: sed viso summo sacerdote versus fuit in mansuetudinem: vt dictum est su. c. 6.*

10 Et abomi. *Id est blasphemias de Deo Israel, quibus dicebat ipsum impotentem ad defendendum populum Israel contra ipsum.*

11 De medio den. *Id est, de lingua eius quæ est in medio dentium.*

12 Et relinquetur. *Id est, seruabitur,*

13 Etiam ipse. *Quia Alexander Deo sacrificauit in Ierusalem secundum pontificis ostensionem, prout dicit Iosephus libro antiquitatum xj.*

Alexander sacrificat in Ierusalem.

14 Et erit quasi dux. *Quia libertates populo dedit, vt ibidem habetur.*

15 Et Accaron qua. *Quia illam ciuitatem subiecit Iudæis, sicut Iebus fuit subdita per expugnationem Dauid, ij. Reg. v.*

16 Et circum. domum. *Id est, templum.*

17 Ex his. *Id est, ex Iuda Machabæo & fratribus eius, qui templum contra duces Antiochi illustris recuperauerunt & mundauerunt j. Mac. iiij.*

18 Euntes. *Id est, ad bella contra aduersarios insurgentes: & hoc fuit post tempus Alexandri. vt patet j. Machab. j.*

19 Et non transibit sup. eos vlt. ex. *Scilicet tributi. vnde. j. Mach. 13. dicitur Anno 170. ablatum est iugum Gentium ab Israel.*

20 Quia nunc vidi in. *Clementiæ afflictionem populi, & dicitur in persona Dei.*

Diuinitas.

21 Exulta. *Hic consequenter annuntiatur aduentus Christi, quem summè desiderabant patres antiqui: Et diuiditur in duas, quia primò denuntiatur aduentus Christi; secundò multiplicatio fidelis populi, ibi,* Conuertimini. *Circa primum dicitur,* Exulta satis filia Sion, *quod patet impletum de domino Iesu Christo. Matth. 21. vbi allegatur hæc auctoritas tunc impleta, quando Christus veniens in Ierusalem ad passionem suam fuit receptus in ciuitate & in templo cum lætitia & exultatione populi.*

Aduentus Christi in Ierusalem in die Palmarum.

Ecce

MORALITER.

† † *Et Sidon.* Quæ *venatio* interpretatur: nam excellentiam maiorum attingere inquantum potest conatur.

6 *Videbit Ascalon.* Quæ interpretatur *ignobilis.* superbia verò omnem destruit nobilitatem. Vnde versus: *Si tibi copia, si sapientia formaq; detur, Destruit omnia sola superbia si comitetur.*

† *Et Gaza.* Quæ interpretatur *fortitudo.* Superbus enim fortiorem se æstimat, quàm sit in veritate.

† *Et Acharon, &c.* Quæ interpretatur *turbans populum*, quod facit superbia. Prouerb. xiij. b. *Inter superbos semper iurgia sunt.*

8 *Et sedebit, &c. in Azo.* Quæ interpretatur *incendium*, & hoc competit superbiæ quæ semper accendit animũ superbi, per irã, & inuidiã: & ipsum finaliter inducit in gehẽnæ flammã. Istas superbiæ cõditiones dictas destruit Deus, qui est noster Alexander magnus.

Superbos Deus destruit.

21 *Exulta satis filia Sion, iubila filia Ieru. &c.* Istud litteraliter exposui de aduentu primo Christi: ideo de alia expositione pertranseo.

† Et

† REMIGIVS. Dicitur, *Exulta filia Sion*, *iubila filia Ierusalem*, A quæ cum ea vna est ciuitas; *ecce rex tuus*, omnium prophetarum vocibus promissus, *venit tibi*, id est pro te, vt te liberet: *Iustus & saluator*, qui Hebraicè dicitur IESVS, quoniam ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. *Ipse pauper*, qui cùm diues esset, pro nobis pauper fieri dignatus est: *ascendens super asinam, & pullum*, super vtrumque videlicet populum.

a ¶ Omnium prophetarum vaticiniis repromissus.

Sion, iubila filia Ierusalem. * Ecce[a] rex tuus veniet tibi iu-

a ¶ Dominus iustus, & iustitias dilexit, æquitatem vi. vul. eius.
b ¶ Iesus. c ¶ Cum diues esset. d ¶ Populum circumcisionis iugo legis pressum.

stus[a], & saluator[b], ipse pauper[c] & ascendens super asinam[d], &

a ¶ Populum Gentium nulla lege gubernatum, sed in præcipitia idololatriæ elisum, sed modo sessione domini rectos gressus facientem.

super pullum[a] filiũ asinæ. [10] Et disperdã quadrigã ex Ephraim,

a ¶ Vt non mittantur ignita iacula ad percutienda corpora voluptuosorum. b ¶ Filius.

& equum de Ierusalem, & dissipabitur[a] arcus belli. Et loquetur[b]

a ¶ Pacem do vobis, pacem relinquo vobis.

pacem[a] Gentibus, & potestas eius à mari vsque ad mare, & à

a ¶ Alias fluminibus. ¶ O Christe fili.
b ¶ Passionis tuæ eos qui tenebantur vincti in carceribus inferni, in quo non est vlla refrigerans misericordia, quam diues quærebat, liberasti tua misericordia.

flumine[a] vsque ad fines terræ. [11] Tu * verò in sãguine testamẽti[b]

¶ Huius mundi.

tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo nõ est aqua. [12] Cõuer-

a ¶ Ergo. ¶ Rursus dirigitur sermo ad eos qui vincti erant, & Christi misericordia liberandi.
¶ Qui nunc tenemini terribili inferno, qui in aduentu Christi speratis solutionem peccatorum. Conuer. ad mu. id est, habitationem paradisi, vt pro breui tribulatione æterna recipiatis præmia.

timini ad[a] munitionem vincti spei. Hodie quoque annuntiãs duplicia reddam tibi, [13] quoniã extendã mihi Iudã quasi arcũ,

†† EVSEB. CÆS. Demonst. lib. 9. c. 18. Quum hęc post reditum de Babylone nouissimis prophetarũ temporibus Zacharias cecinerit: nullus post eius prophetiæ tempus rex apud Iudæos fuisse memoratur, qualem hæc prophetia describit, nisi B vnus dumtaxat saluator ac Dominus noster Iesus Christus, cuius tempore hoc quoque vaticinium suum finẽ est consecutum. Sed quid sibi vult illius in asino vectatio, nisi humilem illius & obscurum significare aduentum, cuius tempore primum ipsius accessum peregit? Nam est alter item gloriosus de quo Daniel apertius, *& ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis*, & vsque ad antiquum dierum peruenit. Haud sane ab re fuerit vtrumque Iudæis proponere, rationem ab illis postulare, quonam pacto, si vnum dumtaxat Christi aduentum expectant, prophetias suas sibi velint constare? Nam cum vtramque prophetiam ad Christum pertinere fateantur, dicant quæso quî fieri possit, vt vno eodemque tempore, sub vnum eumdemque aduentum, idem & in nubibus cæli feratur: & iumento pulloque insidens vehatur.

Duo Christi aduentus quorum vnus transiit iam, alius vero exspectatur.

† IVSTIN. martyr. Dial. cum Tryph. Christus Ierosolymam petiturus iussit sibi adduci per discipulos asinam & pullum, & sic inuectus est in eam vrbem, quemadmodum de illo fuerat prophetatum, quo magis hoc facto Christus esse agnosceretur. Prædixerat C id ita fore Zacharias. Quemadmodum autem Gentes significabat pullus indomitus, sic asina clitellata vestrum populum: gestatis enim legem à prophetis impositam.

† IREN. martyr. li. 4. c. 56. Iudæi iudicabuntur, non cognoscentes, neque intelligere volentes, quoniam duos aduentus Christi omnes annuntiauerunt prophetæ: vnum quidem, in quo homo in plaga factus est sciens ferre imbecillitatem, & in pullo asini sedens, &c. secundum autem in quo super nubes veniet, &c.

Quid designet sessio Christi super asinam & super pullum asinæ.

† ATHAN. in illud: Ite in pagum qui. Verissimum est Christũ dominum in sensibili asino sedisse cùm ex Bethania Ierosolymam proficisceretur: de ea enim Zacharias in oraculis dixit. Salua igitur historia, perscrutor quæ in ea defossa sunt. Ridebunt quidẽ ethnici nobis obtrectantes, quod Deus Christianorum Christus in asello consederit, sed nobis nequaquam in dubio versatur eum in carne venisse. Ideo enim in carne peregrinatus est, vt quod perierat reduceret. Asinus hic filius iunior appellatur, sciamusque nos hunc pullum esse, quem * abigei vinculis indissolubilibus obligauerunt. Verùm, filius Dei amator hominum imperat discipulis, *Soluite & adducite, &c.*

*latrones, pecorum abactores.

a Et

a *Et disper.* HIER. lib. 2. com. Iuxta litteram promittit Deus D pater, quod non erunt prælia, omnibus in Christi natiuitate pacatis.

b *Ephraim.* IBID. fructificatio: & signat multitudinem hæreticorum, de quibus dicitur, *Filij Ephraim inten. & mitten. ar. con. sunt in di.* De his etiam dicitur, *Hi in curribus, & hi in equis, n. a. in n. Dei nostri.* Sed equus eorum fallax, ideo dispergitur de Ierusalem, & vocatur ad pœnitentiã per dicentes, *Nolite fieri sicut equus & mulus.* Hoc nõ est extenuandum per allegoriã, sed credendum est verè esse cõpletũ, iuxta illud: *Postula à me, & dabo tibi Gen. he. t. & p. t. ter. t.*

Psal. 77. b. Ibid. 19. b. Ibid. 32. d. Ibid. 31. c. * Isa. 26. b. Psal. 2. b.

† REMIG. Nunc facit propheta apostrophen, imò Deus ipse loquitur ad filiũ suũ, & dicit, *Tu quoque, &c.* Denique in resurrectione Domini multi sanctorũ, qui in inferno vinculis peccati originalis tenebantur, surrexerũt cũ eo, &c.

* quoque. Matth. 27. E

† AVG. lib. 18. de ciu. cap. 35. Quid per hunc lacum velit intelligi, possunt diuersa sentiri, etiam secundum rectam fidem. Mihi tamen videtur non eo significari melius, nisi humanæ miseriæ siccam profunditatem quodammodo, & sterilem, vbi non sunt fluenta iustitiæ, sed iniquitatis lutum. De quo etiam in psalmo dicitur, *Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis.*

Lacus quid designet? Psal. 39.

HIER. vbi supra. Postquam pater nuntiauit Sion & Ierusalem de aduentu Christi, quòd mitis & potens esset aduenturus: facit apostropham ad ipsum Christum, de quo est vaticinium.

IBID. Iudæi ita dicunt: O Christe, quem expectamus venturum, qui regnaturus es in omni terra *in sang. tes. tui*, hostiarum scilicet, quæ ex præcepto legis præcipiebantur offerri, in qua lege testabaris bona danda filiis tuis, emisisti Israel populum tuum *de lacu* captiuitatis Chaldæorum, in quibus nulla misericordia. Propterea ô Israelitæ qui vincti eratis, & sperabatis in domino, reuertimini ad munitissimam Ierusalem, quoniã hodie habetis dominum pollicentẽ vobis, quod pro breui iniuria captiuitatis, omnia duplicia recipiatis. *Quoniam extendam mihi Iudam*, hoc ad Machabæorum tempora referunt, qui vicerunt Macedones, & templum sordidatum idololatria post tres annos & dimidium mundauerunt. *Quasi arcum impleui Ephraim*, eos hic significari putant, qui de decem tribubus, quæ dicuntur Israel, venerunt sub Ezechia, quibus etiam Iosias regnasse memoratur.

Apostrophe. F

Limbus patrum.

HIER. IBID. In resurrectione Christi, iusti qui pro peccato Adæ vincti in inferno tenebantur, resurrexerunt, & apparuerunt in Ierusalem multis. In signum huius laci, Ioseph à fratribus missus est in lacum, vbi non erat aqua; Daniel à Chaldęis; Ieremias à Iudæis; Banaias quoque tempore niuis & frigoris descẽdit in lacum, vt ibi leones interficeret.

Matt. 27. f. Gen. 37. c. Daniel 6. c. Iere. 30. b. 2. Reg. 23. b.

c *Dupli.* IBID. In terra sua duplicia possidebunt. Et Apostolus: *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad fu. g. quæ r. in n.*

Rom. 8. b.

d *Quoniam extendam mihi.* Per Iudam Saluator, qui à patre mittitur in mundum: qui est Sagittarius & arcus: Vnde, *Sagitta tua*

Psalm. 44. b. Isa. 49. a.

NICOLAVS DE LIRA

1 Ecce rex tu. ve. ti. *id est, ad salutem tuam. vnde dicit hic Rab. Sal. quod scriptura ista non potest intelligi, nisi de rege Messia.*

2 Iustus & sal. *Saluauit enim nos per viam iustitiæ, seipsum morti offerendo.*

3 Ipse pau. *Pauperem enim vitam duxit à principio natiuitatis suæ, vsque ad horam mortis, vt patet ex decursu Euangelij.*

4 Et ascen. super asi. & super pul. *super vtrumque enim ascendit successiuè, tunc veniens in Ierusalem, vt patet Matth. 21.*

5 Et disper. quadrig. ex. *quia non vi armorum triumphauit, sed euidentia miraculorum. vnde dicit hic Rab. Sal. quod Messias non indigebit bellatoribus ad subiugandum sibi multitudinem Gentium. Sed erronee dicit futurum, quod iam est præteritum per prædicationem apostolorum*; *ideo subditur,*

Christus legem suam non introduxit vi armorum.

6 Et loque. pac. Gent. *quæ conuersæ sunt, non violentia sed persuasione pacifica.*

7 Et pot. eius à mari vsque ad mare. *quia in omnibus partibus orbis sunt aliqui fideles Christum confitentes: & Mar. vl. d. dicit*: Data est mihi o. pot. in cæ. & in ter.

8 Tu verò, *ô Christe, Et mutatur modus loquendi de tertia persona ad secundam*;

9 In

9 In sanguine. *id est, in virtute sanguinis tui in cruce effusi.*

10 Testamenti tui, *quia sanguis ille est confirmatio noui test. Matt. 6.*

11 Emisisti vi. tu. &c. *id est, patres in inferni limbo detentos eduxisti.*

12 Conuertimini. *Hic consequenter inducuntur populi ad fidem Christi. Aliqui tamen exponunt residuum huius c. de Iudæis, qui fugerant tempore persecutionis regis Antiochi: sed audito, quod Iudas Machabæus & fratres eius præualuerunt aduersus duces Antiochi, redierunt de diuersis partibus cum Iuda fortiter contra aduersarios præliantes: & ad hoc satis potest applicari littera. Sed saluo meliori iudicio, mihi videtur melius exponi consequenter ad litteram præcedentem de vocatione ad Christi fidem, cum dicitur*: Conuertimini ad munitionem, *id est, ad Christi fidem, quæ est tamquam fortalicium credentibus*; *secundum illud Prou. xviij. b.* Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus & saluabitur.

Christus suis præsidium est tutissimum.

13 Vinct. *id est, vincti ad inuicem charitate & spe retributionis æternæ.*

14 Hodie quoque. *id est noui test. tempore: quod dicitur dies, ad Rom. xiij. d.* Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

15 Annuntians dupli. *Tempore enim noui testamenti prædicatur publicè duplex gloria fidelibus reddenda, scilicet, animæ & corporis.*

16 Quoniam, &c. *Iesum Christum de tribu Iuda secundũ carnẽ natum.*

17 Quasi arcum, *In cruce quo arcu est percussus dæmon.*

Imple-

☞ *tua acuta po.* Ipſe eſt & ſagitta, vnde, *Poſuit ſagittam electam, & in pharetra ſua abſcondit me*, id eſt, verbum in carne. Hac impletur Ephraim, vt cum armatus fuerit ad bellum, ipſe cum Gentibus domini ſagittis vulneretur. Ex cuius tribu primus Ieroboam populum ſcidit, qui hæreticos ſignat; ô Sion, id eſt, eccleſia, *ſuſcitabo fi. tu.* ad vigiliam ſuper eccleſiam, per quos contraria dogmata & Gentilium Philoſophorum aſſertio deſtruetur: quia ipſe dominus gladius fortium eſt, quo vulnerati inimici fiunt amici. *Quoniam extendam.* Extenſo Iuda in arcum, & Gentibus & hæreticis occiſis à filiis Siô, apparet gloria domini, *& egredietur vt ful. ia. e.* Hic fulgur & ſplendor, & tuba & clangor dicitur, quo excitantur ad audiendũ aures prius ſurdæ. *Et vadet in turbine.* terret & cõminatur, vt pœnitẽtia miſereatur, & poſtea protegit quos prius terruerat.

Pſal. 44. b. Iſa. 4. a.

Errores philoſophorũ quos euertit Eccleſia per gratiam ſibi à Chriſto datam.

a ¶ Catholicos qui eccleſiam defendant. b ¶ Philoſophos praui dogmatis magiſtros.

a impleui Ephraim. Et ſuſcitabo filios tuos Siõ ſuper filios tuos ¶ O fili. Græcia, & põnã te quaſi gladiũ fortium, [14] & dominus Deus a ¶ Incendens & lucens. b ſuper eos videbitur, & exibit vt fulgũr iaculum eius. Et domi- ¶ Non Aquilonis. nus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Auſtri. [15] Dominus a ¶ Hebræi Græcos. ¶ Seruituti. c exercituum proteget eos, & deuorabunt, & ſubiiciẽt lapidi- a ¶ Victores quaſi ebrij cum deſperatione pugnabunt. d bus fundæ. Et bibẽntes inebriabuntur quaſi vino, & reple- a ¶ Sic placebunt domino, vt libatio ſuper altare. Phialis enim ſuper altare liba funduntur. b ¶ Non vt armatus exercitus, & inſtructus arte bellandi contra Macedones pugnabit, ſed veniet quaſi grex paratus ad mortem, & domino auxiliante ſuperabit. e buntũr vt phialæ, & quaſi cõrnua altaris. [16] Et ſaluãbit eos dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi ſui, quia la- a ¶ Quilibet ſancti, duri, ſed tamen conculcati eleuabuntur de humilitate ſua, vt ſint glorioſi in terra illius. pidẽs ſancti eleuabuntur ſuper terram eius. [17] Quid enim bo- ¶ Dei. a ¶ Id eſt, Lex quæ cibat eruditos & delectat, vt eius auctoritate vtantur ad colendum vnum Deum. f num eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumẽntum electorum, & vinum germinans virgines?

1 centibus Antiochum, 2 domini fuit pugna & 3 victoria, cuius potẽ- 4 tia ſicut fulgur appa- 5 ruit, & victis hoſtibus 6 more turbinis diſper- 7 ſis protexit Iudæos. 8 c *Et deuorabunt, &* 9 *ſubiici.* Protectis filiis 10 Sion, & domino ter- 11 rente aduerſarios, tã- 12 ta erit ruina Græco- 13 rum, vt non tantum 14 gladiis, ſed ictibus 15 lapidum obruatur, & 16 fiant prædą hoſtium. 17 Filij Sion, id eſt, gra- 18 tiæ, protecti à Deo 19 ſuo, deuorabunt ini- 20 micos, & *ſubiicient la.* 21 *fun.* comminationi- 22 bus ſcripturæ rotatu 23 oris emiſſis, de ſuper- 24 bis humiles faciunt.

rium Saluatoris ſequentur; & per infirmitatem quidem carnis teneri vt ouium grex, ſed per patientiæ virtutem duri vt lapides, & per obedientiam volubiles, & ad iuſſa peragenda currentes, &c. Vide Tertullianum lib. 4 aduerſus Marcionem cap. 39.

b *Et do.* HIE. lib. 2. cõ. Hæc etiam referunt Iudæi ad tẽpora Machabæorum quibus vin-

Machabæorum de hoſtibus victoria.

a *Et ponam te quaſi gladium fortium, &c.* † RVPER. Ex quo Chriſtus emiſit vinctos ſuos de lacu, id eſt, ex quo mortuus infernum ſpoliauit, filios ſuos, id eſt, Apoſtolos ſuſcitauit Deus pater ſuper filios Græciæ, eo dicente, *Euntes docete omnes Gentes, &c.* Poſuit Chriſtum quaſi gladium fortium, vt fieret illud quod eſt fortiſſimum. *Veni ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, &c.* Hoc per miniſterium filiorum Sion, id eſt, per prædicationem Apoſtolorum factum eſt. Vnde prædicationis illorum tanta vis, tantus effectus? *Dominus Deus*, ait, *ſuper eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculum eius.* Quod eſt dicere. Illis proficiſcentibus & prædicantibus vbique, Dominus cooperabitur, & ſermonem confirmabit ſequentibus ſignis. *Nam exire vt fulgur iaculum eius*, hoc eſt coruſcare miraculis euangelium eius. *Et Dominus in tuba canet, & vadet in turbine auſtri.* Quid eſt tuba canere, niſi futurum iudicium audiente mundo vniuerſo declamare? *Et deuorabunt eos*, inquit, &c. Bona deuoratio, qua traiiciuntur in corpus Eccleſiæ; & *boni lapides fundæ*, qua ſunt reuelata eis ſacramenta ſanctæ ſcripturæ, quibus auditis ſiue intellectis, Græcia ſe ſubiecit, gentilitas quaſi lapidata conticuit, victa acquieuit, *Et bibentes*, inquit, *inebriantur, &c.* Nonne Apoſtoli biberunt, & inebriati ſunt? Cùm enim accepiſſent Spiritum ſanctum, & loquerentur variis linguis, ſtupebant dicentes, *Muſto pleni ſunt.* Et verè muſto pleni, ſed non quali muſto putabant iſti. *Et replebuntur vt phialæ*, id eſt, plenam habebunt facultatem non ſolum ſcientiæ, verum etiam eloquentiæ. *Et ſaluabit eos.* Senſus hic eſt. Sicut paſtor gregem ſuum, ita ſaluabit multitudinem credentium, & hoc inde proueniet, quia ſicut lapides rotundi facilè volui poſſunt, & citius mouentur ſecundum voluntatem eius, qui vſpiã illos ducere vult: ita illi imperium

De Euangelio poſt aſcenſionem Domini vbique per Apoſtolos & diſcipulos Chriſti diſſeminato. Matth. 28. Matth. 10. Mar. 16.

Quantam ſpiritus gratiam receperint Apoſtoli. Act. 2.

d *Et bibent.* amore æternorum obliuiſcentur terrena & ſeipſos. Ebrietaſque illa placebit Deo, ſicut ſacrificium altaris.

e *Saluabit eos.* IBID. id eſt, ſancti, quamuis graues onere carnis, ita alleuiabuntur, vt in alto poſſint poni in ædificio Chriſti.

f *Frumentum electorum.* IBID. Frumentum, Saluator, quia ipſe eſt *panis qui de cælo deſcendit*, & confirmat cor electorum qui bibitur ab his qui ſancti ſunt corpore & ſpiritu, qui introducti in cellam vinariam gaudentes ſequuntur agnum quocumque ierit.

† REMIGIVS. Hoc vinum germinat virgines, quia quos amor Chriſti inebriat, omnia mundi oblectamenta ſpernunt, & quaſi ebrij & inſenſibiles mundo fiunt ac ſolum Chriſtum diligunt. Et dicunt cum Apoſtolo, *Itaque nos ex hoc neminem nouimus ſuper terram.*

† PASCHAS. lib. de corp. & ſan. Domi. ca. 21. Magnum bonum & ſummæ benedictionis arcanũ in Euchariſtia Chriſti eccleſiæ præparatur, vbi Chriſtus eſt conuiua delitiarum & conuiuium. De hoc olim repromiſſo Zacharias admirans ait. *Et quid bonum eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Vbi notandum quòd non niſi electorum eſt cibus, ex quo bonum ſalutis eccleſiæ, & pulchritudo decoris præſtatur: quia & ſi quotidie ſordeſcit, exinde reparatur, vt ſponſa Chriſti ſine macula & ruga talibus inueniatur reſperſa muneribus; felix fructus vbertatis, ex quo virginitas germinatur; nam in hoc noſtri germinis vino, caſtitas corrumpitur, & ab iſto virgines procreantur.

HIER. ſupra. Ideo Machabæi auxiliante Deo eiicient Macedones de terra Iſrael, vt mundetur templum, & legis præcepta ſeruentur, & eruditio ſcripturarum rurſus germinet virgines, id eſt, populum credentem in vnum Deum, qui prius cultibus idololatriæ conſtuprabatur.

Ioan. 6. d. Can. 2. a. Apo. 14. a.

De ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento.

2. Cor. 5.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

Apoſtoli omnes vel fere omnes fuerunt de regno 10. tribuũ.

1 Impleui Ephraim. *id eſt, apoſtolos, qui omnes vel ferè omnes fuerunt de regno decem tribuum, quod vocatur Ephraim frequenter in ſcriptura veteris teſtamenti, eo quod Ieroboam primus rex fuit de tribu Ephraim. Hos autem apoſtolos impleuit dominus ſpiritu ſancto. Act. 2.*

2 Et ſuſci. fi. tu. Sion. *id eſt, apoſtolos.*

3 Super fili. tu. Græcia, *In qua plures apoſtoli prædicauerunt fidem Chriſti, ideo ſequitur,*

4 Et ponam te, &c. *Prædicando Dei verbum*, quod eſt gladius ſpiritus, *Epheſ. vj. c.*

5 Et do. Deus ſu. eos videbitur. *In miraculis viſibilibus diuina virtute fiendis ad inuocationem apoſtolorum.*

6 Et exibit vt fulg. &c. *id eſt, effectus ſuæ poteſtatis ita manifeſtabitur, ſicut fulgur egrediens de nubibus.*

7 Et domi. Deus in tuba. *ſ. prædicationis per apoſtolos, de qua dicitur Iſa. lvij. a.* Quaſi tuba exal. vocem tuam.

8 Et vadet in tur. auſtri. *i. idola auferet, ſicut ventus turbinis ſtipulam.*

9 Dominus exerci. *id eſt angelorum.*

10 Proteget eos, *Dando eis conſtantiam contra perſecutiones tyrannorũ.*

11 Et deuorabunt. *i. incorporabunt Chriſto Gentes, per ſuſceptionẽ fidei.*

12 Et ſubiicient. *Iugo Chriſti.*

13 Lapidibus fundæ. *id eſt, prædicationibus procedentibus ex charitate, quæ per fundam deſignatur, eo quod de chorda efficitur.*

14 Et biben. *id eſt, delectabuntur in conuerſione Gentium, ſicut illi delectantur qui bibunt vinum.*

15 Et repl. vt phia. *Meritis in dicta conuerſione.*

16 Et quaſi cornua altaris. *ſcilicet holocauſtorum, vbi inter cornua ponebantur carnes concremandæ ad honorem diuinum.*

17 Et ſaluabit, &c. in die illa. *i. tempore noui teſta. vt prædictum eſt.*

18 Vt gregẽ populi, &c. *i. ſicut bonus paſtor diligẽter cuſtodit gregẽ ſuũ.*

19 Quia la. ſancti. *id eſt, electi Dei.*

20 Eleuabuntur ſuper terram. *Primò, per meritum gratiæ, & poſtea per præmium gloriæ. Ex hoc autem quod dicitur hic.* Lapi. ſancti. *apparet manifeſtè, quod propheta loquitur metaphoricè: quia lapides materiales non ſunt ſanctitatis vel vitij capaces: ideo ſubditur adhuc metaphoricè,*

21 Quid enim bonum. *id eſt, quid eſt placens coram Deo?*

22 Niſi fru. ele. *id eſt, corpus Chriſti conſecratum in pane frumenti, quo nutriuntur ſpiritualiter electi.*

23 Et vinum, *Id eſt, ſanguis Chriſti ſub ſpecie vini.*

24 Germinans vir. *id eſt, multiplicans virgines in Eccleſia Dei, ſequentes veſtigia Chriſti paſſi.*

Corpus & ſanguis Chriſti in Euchariſtia.

☞ CAP.

CAP. X.

a Petite plu. HIER. lib. 2. com. Promittitur magna felicitas, quæ tempore Machabæorum videtur impleta, quando lex Israelitica creuit in maius, & dominus cuncta prospera concessit destructis idolis, & sacerdotibus eorum falsitatis. Alij Iudæi dicent hæc esse implenda tempore Christi sui.

Peti plu. IBID. Extremo tempore iam mundo declinante ad finem, quãdo iam debent impleri promissa prophetarum, *Petite*, à Deo patre, *pluuiam*, id est, Christum, cuius doctrina corda nutriuntur: & ipse dominus Christus missus à patre faciet *niues* ad refrigerandum; & *pluuiam*, id est, abundantiam Euangelici imbris ad irrigandũ siccitatem terræ: per quam dabit singulis fidelibus *herbam* boni operis in *agro* mundi, & tunc credentes in Christũ tam de Gentibus quam de Iudæis intelligent se frustra coluisse simulacra, & diuinorum vel somniantium frustra audisse mendacia: & ideo à diabolo ducti sunt in captiuitatem & afflicti, non habentes Deum pastorem.

Aduentus Christi qui gentes ab infidelitatis tenebris eripuit.

Petite pluuiam. IBID. Potest dici, quod credentes in Christum adhortatur Deus, vt petant pluuiam in consummatione sæculi, quando plenitudo gratiæ danda est, quia tunc destruenda sunt omnia simulacra. Quod de hæreticis etiam intelligitur & eorum dogmatibus, qui cum Christi nomen habeant, tamen non habent Christum pastorem: & ideò affligentur diabolica captiuitate.

Hæretici.

b *Quia simulacra, &c.* REMIGIVS. Hoc de hæreticis dicitur, qui maximè in mundi termino abundabunt. Hi enim sub nomine Christiano decipient homines, attendentes spiritibus erroris, & dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacia: qui vanè consolantur, quia falsum sibi suisque promittunt: & quia hoc faciunt, abducti & captiuati sunt à diabolo, & traditi Satanæ in interitum carnis, & affligentur, quia nõ habent pastorem Christum, quem se habere falsò promittunt.

c *Super pastor.* HIER. lib. 2. com. Quidam Iudæi hæc in aduentu Christi implenda dicunt. Alij tempore Machabæorum dicunt impleta hoc modo. Vitio sacerdotum populus ille traditus fuerat in manus persecutorum: sed postea suscitauit Deus Iudam Machabæum, & alios, quos posuit quasi equos gloriæ in prælio. *Ex ipso* Iuda, id est, ex stirpe illius fuerunt duces in populo qui erant *angulus*, quia regia potestate populũ continebant: & erãt *paxillus*, id est, sacerdotes fixi in domini templo; & *arcus prælij* quia primi ad præliũ prosiliebant.

De Machabæis & eis qui operas iunxerunt tunc temporis ad restituendum Dei cultum.

† REMIG. Sæpè contingit, vt pro peccatis pastorum, populus affligatur, & tradatur aduersariis. Nam Dauid peccante, multa millia Iudaici populi pestilentia deleta sunt. Itaque propheta dicit *iratũ* Dominum *super pastores, visitare super hircos*, id est, super populum, quia & ipsi magistros in culpa sequuntur, & quum postea in peccantes vltionem fecerit, visitabit in bono gregem suum, domum Iuda, id est, eos qui voce & moribus Deum confitentur. *Et ponet eos quasi arcum gloriæ*, quia præsidebit eis & reget illos, & in illis mirabilis apparebit.

Populus luit sacerdotum peccata maximè si illos sequatur in præcipitia.

d *Ex ipso egre. omnis exa.* HIERON. vbi supra. Nulla dignitas erit in exercitu, quæ non illius arbitrio disponatur: & ipsi fortes conculcabunt Macedones in bello quasi lutum viarum. & hoc poterunt, quia dominus erit cum eis. *Super pasto.* Nostri hæc referunt ad tempora persecutionis: quia pro vitiis sacerdotum sæpe traditur populus aduersariis; & tamen postea miseretur domui Iuda, id est, ore & corde confitentibus Deum, quos facit *equos* qui Deum ferant contra hostes in bellum, & *angelos* nuntios diuinæ voluntatis, & *paxillum* columnam & firmamẽtum in domo Dei: per quos etiam disponetur omnis ecclesiastica dignitas, & ipsi in martyrio conculcant aduersarios dicendo. *Non timebo quid faciat mihi homo.* Et

De sanctis quos dat Deus ad Ecclesiam fulciendam.

CAP. X.

[1] Petite pluuiam à domino in tẽpore serotino: [2] & dominus faciet niues & pluuiã imbris. Et dabit eis singulis herbam in agro. [Sic.] [3] Quia simulacra locuta sũt inutile, & diuini viderunt mendacium, & somniatores locuti sunt frustra, & vanè cõsolabãtur. [a Hæretici qui attendunt.] [Populo.] [a Vana promittebant.] Idcirco abducti sunt quasi grex: affligentur quia non est eis pastor. [b A diabolo in captiuitatem Babylonis quasi grex diaboli.] [a Sicut oues in inferno positi sunt.] [b Qui dicit. Ego sum pastor bonus.] [4] Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo. [a Qui applaudebant peccatis pastorum.] [Petulcos, luxuriosos.] [Puniam.] [Postea verè.] Quia visitauit dominus exercituum gregem suum domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. [5] Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij, ex ipso egredietur omnis exactor simul. [6] Et erunt quasi fortes conculcantes lutum via-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. X.

Diuisio.

Petite pluuiam. *Hic consequenter consolatur populum de bonorum multiplicatione. Et diuiditur in duas partes, quia primò propheta denuntiat bonorum multiplicationem; secundò dispersorum congregationem, ibi.* Sibilabo eis. *Prima pars ab Hebræis expositoribus & Catholicis communiter exponitur de abundantia terræ nascentium, & de victoriis Machabæorum: & satis potest ad hoc applicari littera; sed saluo meliori iudicio videtur mihi exponenda de bonis spiritualibus hic per corporalia metaphoricè designatis, dicendo consequenter ad præcedentia & subsequentia, vt videbitur. In parte enim immediatè præcedenti locutus fuerat propheta de vocatione ad fidem Christi & nutritione in ea, cibo & potu sacramentali, ad quæ disponit verbum diuinum. Ideo consequenter dicit propheta.*

Bona spiritualia.

1 Petite pluuiam. *id est, doctrinam Euangelicam, sicut dicitur Deuter. xxxij. a.* Concrescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum, &c.

2 In tem. se. *id est, tempore noui testa: quod dicitur* serotinum *respectu temporis vete. testa. vnde dicitur j. Io. ij. c.* Nouissima hora est. *per hoc quod dicitur hic.* In tempore ser. *videtur, quod non loquatur de pluuia materiali pro terra nascentibus, quibus pluuia primitiui temporis est tantum, vel plus necessaria.*

Tempus noui testamenti.

3 Et dominus faciet ni. & plu. *id est, doctrinam Euangelicam, quæ dicitur nix, quia refrigerat concupiscentiæ æstum: & pluuia, quia multiplicat boni operis fructum.*

Doctrina Euangelica.

4 Dabit eis sin. her. *Sicut enim frumentum primo facit herbam, postea spicam, & vltimò granum: sic fructificatio spiritualis de minus perfecto procedit ad debitum augmentum.*

5 In agro, *scilicet dominico, qui est ecclesia. Matth. xiij.*

6 Quia simula. locu. sunt inuti. *Gentilibus enim ante conuersionem in idolis dabantur responsa, quæ non solum erant inutilia, sed etiam nociua.*

7 Et diuini, &c. *talibus enim erãt intenti Gentiles ante conuersionẽ ad fidẽ.*

8 Idcirco abducti sunt. *à recta via per varios errores.*

9 Affligentur. *remanentes in erroribus.*

10 Quia non est e. pastor. *id est doctor verus, sed falsus; ideo subditur,*

11 Super pastores. *id est, sacerdotes idolorum & doctores Gentium.*

12 Iratus est furor me. *quia non solum sunt mali, sed etiam alios pertrahunt ad malum de quibus subditur,*

13 Et super hircos. *id est, super reprobos qui dicũtur hœdi vel hirci. Matt. xxv. Et accipitur hic visitatio pro malo pœnæ. Quod autem subditur,*

Visitatio in malum & visitatio in bonum.

14 Quia visi. do. *accipitur visitatio in bonum. Vtroque modo frequenter accipitur visitatio in scriptura.*

15 Domum Iu. *id est, cœtum apostolorum Christum confitentium, quia per domum Iuda intelliguntur Christum confitentes, etiam secundum Hebræos: vt dictum fuit Ierem. xxiij. & xxiv.*

16 Et po. eos quasi eq. glo. &c. *quia deduxit eos pro sua voluntate ad declarandum gloriam maiestatis suæ per opera miraculosa.*

17 In bello. *contra humani generis inimicum.*

18 Ex ipso. *id est, apostolorum cœtu & successorum suorum.*

19 Angulus. *coniungens Iudæos & Gentiles in vna ecclesia.*

20 Ex ipso paxillus. *sustentans debiles & infirmos.*

21 Ex ipso arcus. *contra hæreses & errores insurgentes, & maximè tempore Antichristi.*

22 Ex ipso egredietur. *id est, abiicietur.*

23 Omnis exactor. *id est, Antichristus cum suis satellitibus: qui à domino* Iesu

MORALITER.

† 1 *Peti. plu.* Capitulum istud exponunt ad litteram Iudæi & aliqui doctores catholici de multiplicatione bonorum temporalium in Iudæa post reditum de captiuitate Babylonica. Ego autem litteraliter exposui de multiplicatione bonorum spiritualium in aduentu Christi, propter quod expositio mea litteralis est etiam spiritualis respectu aliarum, ideo de alia pertranseo.

a *Et erunt.* HIER. lib. 2. com. Hæc quoque Iudæi, vel sub Machabæis dicunt transacta, vel sub Christo implenda, cum Iudas ita conculcauerit aduersarios, tunc omnis equitatus Græciæ corruet, & domus Iuda, id est, tribuum duarum, & Ioseph, id est, decem conuertentur de captiuitate in qua fuerant, & erunt sicut ante captiuitatem: per hoc quod exaudiam deprecãtes & Ephraim qui nunc captiui tenentur, postea laxati ad tantam lætitiam venient, vt eos vino madidos arbitreris & filij eorum cernentes triumphos patrum lętabuntur in domino per quem victoriã consecuti sunt.

Qualia fuisse tempora narrent Hebræi pacE per Machabæos parta.

IBID. Cum Deus visitat domum Iuda. i. ecclesiam confitentem, submergitur in mari rubro pompa diaboli & superbia huius sęculi, quę quatuor perturbationibus, quasi quatuor rotis, ad præcipitia trahũtur, nisi per bonum aurigam regantur; tunc dominus *confortat domum Iuda. & do. Io.* vt qui regnãte Ieroboam, diuisi sunt imperante Christo socientur in vnum gregem.

De anima quam in profundum rapit passionum impetus nisi succurrat Deus.

b *Sibila.* IBID. Habebunt signum congregationis suæ, vel sub Macedonibus, vel in consummatione mundi meum sibilum, quo me præsentem ostendam ad congregandum *Sibilabo.* His qui captiui erant in peccatis signat dominus per clementiam, vt congregentur ad eum, sicut ad redemptorem di. *Tollite iugum meum super v.* Hos multiplicat non carnali, sed spirituali benedictione. Hi seminantur in populis quibus dicitur: *Euntes docete omnes gentes.* Et per illos seminatos populi longè positi per idololatriam recordabuntur domini in cuius conspectu *adorabunt vniuersæ familiæ Gentiũ.* Et viuent cum fi. s. & reuer. vt prius mortui in infidelitate viuant fide. Hi sunt filij quibus Paulus lac ministrabat in potum. *Et reducam eos de terra Aegypti, &c.* de terra in qua imperabat rex Pharao qui dicebat: *Mea sunt flumina, & ego feci ea*; & in qua terra dominabatur rex Assyrius, id est, magnus sensus, scilicet, superbus diabolus, qui etiã arguens vel conuincens interpretatur. Hi tales ducuntur in terram Galaad, id est, de carnalibus ad spiritualia. Galaad enim testimonium transmigrationis interpretatur. Et ad Libanum, id est, dealbationem, vt de tenebris mundi educti dealbentur. Et tunc non inuenietur locus in illis, quia non stringentur angustiis terræ sed cæli latitudine perfruentur.

Matt. 11. d. Matth. 28. d. Psal. 21. f. 1. Cor. 3. a. Eccle. 19. a. secundum LXX.

De bonis quæ Deus populo fideli communicat.

c *Et semina.* IBID. Vt dispersio in populis nõ videatur esse diuisio, sed sementis operatio, & filiorum segete multiplicata, viuent cum filiis suis, & reuertentur: non tantum de Ægypto, sed etiam de Assyriis ad Iudæam & Galaad & Libanum: quæ loca decem tribus prius possederant: & tantus erat numerus reductorum, vt multitudinem terra non capiat.

d *Et reducam eos de ter. &c.* RVPER. Ægyptum hunc mundum, Assur diabolum, & Assyrios dæmones in scripturis significare notum est. Est igitur sensus. Sicut in istam localem Ægyptum descenderunt filij Iacob, & ibi multiplicati gemuerunt sub seruitio: & deinceps carneus Assur calumniatus est eum, duxitque captiuum sine causa, quia nihil contra Sennacherib & Salmanasar fecerat, ita in principio in Adam & Eua è paradiso descendit omnis electorum populus in tenebras huius sæculi, vbi Deus verum lumen non videtur, & diabolus sub tributum mortis redegit eum, inuidens illi, & odio habens absque vlla causa, quia homo diabolũ de cælo ruere non fecerat. Nominibus autem Galaad & Libani, martyres, id est, testes, & omnes candidæ confessionis sanctos significari perspicuum est. Hi conuertentur ad Dominum sicut scriptum est. *Reminiscentur & conuertentur ad Dominum omnes fines terræ.* Ergo de præsenti sæculo nequam ereptos, de potestate malignorum spirituum liberatos, *congregabo eos*, subauditur in vnum, vt dicit Euangelium, & tanta erit multitudo eorum, vt æstimatione humana non possit inuenire quis vel quãtus sit locus qui sufficere queat illis ad habitandum.

Isa. 52. Exod. 1. 4. Reg. 19. Casus primi hominis cõparatur Israelis exilio Ægyptiaco & Babylonico. Sancti martyres & cõfessores. Psal. 21.

e *Et transibit in maris freto, &c.* HIER. vbi supra. Dicunt Hebræi Iudæos non solum in Persas & Mœdos, sed etiam in Bosphorum & septemtrionalem plagam ab Assyriis & Chaldæis esse translatos, & inde eos ex parte Dei clementia reductos vel reuocatos: vnde ait *Transibit in maris fre.* id est, angustias Propontidis, quæ Constantinopolim & Caldedonem diuidit, & percutiet dominus, vadens ante populum suum fluctus maris, & confundentur omnia proflu. vt olim factum est siccato Iordane, vel rubro mari, & sic humiliatis inimicis gloriabuntur in terra Israel in nomine domini.

Hebræi putant quosdã suorum exulasse in Bosphoro. Iosu. 3. c. Exod. 14. c.

ALLEG. IBID. Præcedente domino transimus fretum huius sæculi. In hoc mare vbi coartantur sancti, descenderunt apostoli & primus dominus descendit, vt nos de amaris fluctibus liberaret, & calcato freto confundentur omnia prof. fluuiorum vt in fluminibus mundi prædicantes pede transeant, & humiliato diabolo imperium eius à sanctis recedant & liberati confortabuntur, & gloriabuntur in domino dicentes: *Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.*

De mundo victoria. Gal. 6. d.

rum in prælio. Et bellabunt, quia dominus cum eis, & confundentur ascensores equorum.[1][2] Et confortabo domum Iudã,[3] & domum Ioseph saluabo. Et conuertam eos, quia miserebor eorum,[4] & erunt sicut fuerunt, quando non proieceram eos.[5] Ego enim dominus Deus eorum & exaudiam eos.[6][7] Et erunt quasi fortes Ephraim & lætabitur cor eorũ quasi à vino. Et filij eorum videbunt & lætabũtur, & exultabit cor eorum[7][8] in domino.[9] Sibilabo eis, & congregabo illos quia redemi eos.[10][11] Et multiplicabo eos, sicut ante fuerant multiplicati:[12] & seminabo eis in populis.[13] Et de longè[14] recordabuntur mei.[15] & viuent[16] cum filiis suis,[17] & reuertentur.[18] Et reducam eos de terra Ægypti, & de Assyriis congregabo eos. Et ad terram Galaad & Libani adducam eos,[19] & non inuenietur eis locus.[20] Et transibit[21] in maris freto,[22] & percutiet in mari fluctus,[23] & confundentur omnia profunda fluminis.[24] Et humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Ægypti recedet.[25] Confortabo eos in domino,[26] & in nomine eius ambulabunt, dicit dominus.

Interlinear glosses: a Christi, qui de Iuda. b Christi, qui famem mundi sua satiauit præsentia, sicut Ioseph famem Ægypti. c De captiuitate. a Vnum in fide. Hæc omnia in persecutionibus possunt accipi q. d. desperatis omnibus seruos suos exaudit Deus. a Qui prius infirmi & debiles, sicut fortes fructificabunt. b Cum biberint vinum de Sorech. Imitatores eorum. a Qui præbet omnia bona. b Quasi pastor. c De captiuitate. Ad fidem. d Dispersos. e Sanguine agni. Extento brachio. a Sic erit semen tuum sicut stellæ cęli. a Minas persecutoris. b Sic. Tunc. Diaboli. Et sic. a Fortitudo mea & laus mea do. Filio. a Christiano. b Cum domino sicut Enoch. De virtute in virtutem.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

Iesu Christo interficietur ij. ad Thes. ij. ideo sequitur postea.

1 Quia do. *scilicet dominus Iesus Christus.*

2 Et con. ascen. *id est, milites Antichristi.*

3 Et confor. &c. *quia aliqui apostoli fuerũt de vtroque regno; vel per* domum Iuda *intelliguntur fideles de Iudæis credentes: & per* domũ Ioseph *qui interpretatur accrescens, fideles de Gentibus qui sunt in magno numero.*

4 Et con. *reducendo ad veritatem fidei aliquos auersos ab ea tempore Antichristi.*

5 Et erunt si. *id est, ante persecutionem Antichristi in qua videbuntur fideles quasi à Deo proiecti.*

6 Et e. &c. *in fide formati.*

7 Et fi. *id est, ab eis edocti regenerati per baptismum.*

8 Et læta. *de deiectione Antichristi.*

9 Sibi. eis. *hic propheta denuntiat dispersorum congregationem: & dicit hic Ra. Sa. quod hæc congregatio referenda est ad tempus futurum, quod vocat tempus Mesiæ, & in hoc dicit verum: sed quod dicit futurum, iam impletum est per Christum in vocatione fidelium, qui congregati sunt in vna ecclesia; non locali motione, sed fidei & charitatis vnione: & hoc est quod dicitur,* Sibila. c. *inspirando spiritum deuotionis.*

Congregatio dispersorum.

10 Et con. *fide & charitate.*

11 Quia rede. *mea passione, vnde dicitur Ioan. xj. g.* quod Iesus moriturus erat non tantum pro Gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, *per varios errores Gentilium,* congregaret in vnum *modo prædicto.*

12 Et multiplicabo, &c. *tempore Dauid & Salomonis in quo fuerunt multi fideles ecclesiæ, quia vna est ecclesia fidelium à primo Abel iusto vsque ad vltimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, vt dicit Greg. hom. vij. & non solum tot, immo multo plures fideles multiplicati sunt tempore noui testamenti, quam veteris.*

Ecclesia multo fecundior in prole quam synagoga.

13 Et seminabo, &c. *Per prædicatores missos ad diuersas partes orbis.*

14 Et de lon. *id est, de longinquis partibus.*

15 Recordabuntur, *id est, beneficiorum meorum.*

16 Et viuent. *vita gratia.*

17 Cum filiis, *id est, imitatoribus suis.*

18 Et reuer. *Quia de diuersis partibus orbis ante tempus Antichristi venient fideles & occupabunt Ierusalem & terram promissionis.*

19 Et non. *Hoc dicitur ad designandum magnam multitudinẽ venientiũ.*

20 Et tran. *scilicet, dominus.*

21 In maris fre. *Dando eis transitum prosperum. ideo sequitur:*

22 Et percut. in ma. *Faciens eos quiescere.*

23 Et confundentur. *id est, terra Aegypti, vt dicit hic Ra. Sa. eo quod inundatur inundatione Nili.*

24 Et humiliabitur. *In his terris habitant Saraceni, qui à Christianis debellabuntur: quia lex Mahumeti à gladio incepit & per gladium tenetur, & gladio terminabitur.*

Turcæ & Saraceni pellendi sunt aliquãdo de terris quas modo occupant.

25 Confortabo eos in domino, *scilicet, Christianos.*

26 Et in nomine eius ambulabunt. *Non præsumentes de sua potentia, sed diuina.*

12 Et

CAP.

CAP. XI.

a ¶ Vt intret Romanus exercitus. b ¶ Templum à Zorobabel instauratū. ¶ Vel ignis cuncta vastabit, & hostilis impetus duces & sacerdotes consumet.

A Peri Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuas. [2] Vlula abies, quia cecidit Cedrus, quoniam magnifici vastati sunt. Vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus. [3] Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum. Vox rugitus leonū, quoniā vastata est superbia Iordanis, [4] Hęc dicit dn̄s Deus meus, Pasce pecora oc-

a ¶ Sacerdotes & principes mutua se deploratione lugeant.

a ¶ Quod obscurè posuerat, manifestius exponit.

a ¶ Confusionis & ignominiæ. b ¶ Quia templum quod inexpugnabili firmitate erat constructum à Romanis est deletum.

¶ Auditur.

a ¶ Alias superbia. ¶ Quos prius arbores, postea pastores, nunc leones vocat. Qui plorant destructo templo, in quo nutriebantur quidam iusti & potentes & bellatores quasi leones.

¶ Aquæ decurrentis. ¶ O Zacharia.

CAP. XI.

A 2 Aperi Liba. Hier. lib 3. com. Prædicta captiuitate Israelitici populi per Assyrios & Babylonios, supposuit etiam de restauratione templi, & sequenti populi felicitate: nunc transit ad ea quæ per Romanos facta sunt in templo & Ierusalem propter vindictā sanguinis Christi; per *Libanum* itaque templum significatur, quod apertum est, vt intret Romanus exercitus. Per B nomina arborū, quæ supponuntur, significantur principes & sacerdotes illius populi.

Per Libanū hic designatur templū.

† Anast. Nicenus, ex epistolis Isidori Pelusiotæ. Quæst. in scr. qu. 16. Miraris b dilecte, queadmodum Deus non parcit suis templis ac basilicis, c quando terræ immittit timorem. Sed ha- d bes in scripturis accuratam huius rei declarationem. Si enim arcæ sanctæ non pepercit, sed eam dedit alienigenis cum eius sacerdotibus, qui deliquerant, & multa sanctitudine, & cherubin, & vestes, & propheriam, C & chrisma, dedit conculcanda & polluenda gentibus: nec sanctis parcit ecclesiis, & intemeratis sacramentis, vt cùm ne sanctis quidem suis parcat, delinquentes inclinet ad metum & sanctificationem, sæuiorem propter ea quæ agunt expectantes cruciatum. *Vlulate*, inquit, *omnes, quia cecidit cedrus.* fortibus cadentibus, erudiantur, ac castigentur quæ sunt imbecilliora. Cadentibus enim impiis, inquit Salomon, iusti terrentur. Vide Eusebiū Cæsariensem lib. 8. Demonstrationis euang. cap. 4.

Cur permittat Deus Ecclesias & sancta conculcari; propter peccata personarum.

b *Vox vlul. pa.* Hie. vbi supra. Per aliam metaphoram, quos *magnificos* vocauerat, nunc *pastores*, id est, principes & doctores vocat, quos inuitat ad luctum, quia magnificentia eorum vastatur, id est, templum de quo gloriabantur.

c *Vox.* Ibid. Sicut altitudinem templi, iuxta situm Iudææ terræ, altitudini Libani cōparauit, quia Libano in terra promissionis nihil est excelsius aut nemorosius; sic Iordani, qui maximus in Iudæa D fluuius est, iuxta quem morantur leones, fremitum iungit leonum propter ardorem sitis, vel ob deserti viciniam; vnde dicitur, *Ascendit leo de Iordane*: id est, Nabuchodo. contra Ierusalem de sedibus suis, tamquam leo de cubili. Vox ergo leonum, id est, frementium Romanorum auditur contra Ierusalem.

Leonum cubilia ad ripas Iordanis. Ierem. 50. & .

d *Hæc di.* Ibid. Quia apertus est Libanus, & omnis superbia Iordanis vastata. Idcirco, *Hæc dicit dominus Deus meus: Pasce* E *peco. occi.* id est, nunc interim nutriatur, & crescat: quia postea ab hostibus occidendus est quasi oues & pecora.

† Remig. Vox est Domini ad prophetam. Nunc interim nutriatur grex & crescat qui postea ab hostibus capiatur.

1 † † 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

Romani Iudæos cædunt & vēdunt.

Quę pecora, Romani, qui possidebant iure victorum, occidebant, & non dolebant, nec miserebantur: quæ seruabant ad vitam, vendebant, & lætabantur dicentes; *Benedictus Dominus diuites facti sumus.* F

† Rupertus. Memoriter tenendum est, quia sicut ea quæ prius dicta sunt, misericordiam sonant Regis Sion, ita hæc iudicium prædicant eiusdem regis & iudicis omnium. *Videns Dominus ciuitatem, fleuit super illam dicens, quia si cognouisses & tu, &c.* Ciuitas illa pecus erat occisionis, id est, populus destinatus sempiternæ morti, æternæ perditioni.

Luc. 9.

Hier. vbi supra. Quicumque doctores tam in vete. testa. quàm in nouo negligentius agunt, & minimos scandalizant, ipsi pecora occisionis nutriunt, nec compatiuntur super illos, sed vendunt sibi creditos & ex mortibus aliorum diuitias consequuntur, laudantes eos qui prædam agunt, miseris & iniquis benedicentes.

De malis doctoribus.

Ibid. Nec mirum si hostes occidebant & vendebant, cum ipsi eorum pastores non pepercerunt eis, & pro culpa eorum grex lupis traditus est.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XI.

A Peri Liba. *Istud capitulum variè exponitur ab Hebrais & Latinis. & omnes expositores mihi videntur in aliquibus à littera dissonare: propter quod sine præiudicio intendo de diuersis expositionibus aliqua assumere & aliqua addere ad litteram concordandam. Præsens igitur capitulum in tres partes diuiditur, quia primo describitur secundi templi destructio; secundo destructionis ratio, ibi,* Hæc dicit: *tertiò, Antichristi persecutio, ibi,* Et dixit dominus. *Prima pars non solum à Latinis sed etiam ab Hebrais antiquis exponitur de destructione templi facta per Romanos: vnde in libro qui dicitur Ioma apud Hebræos, dicitur quod ante destructionem templi porta eius de nocte aperiebātur sine homine, & dixit Ra. Iohānam, templum quare destruis teipsum? Scio enim de te, quod finis tuus erit destructio: Super te namque prophetauit Zacharias.*

Diuisio.

Destructio templi secundi.

1 Aperi Li. portas tuas, & comedet ignis ce. &c. *Romani enim capta ciuitate incenderunt templum.*

2 Vlula abies, &c. *Quæ est te maior. Et subditur expositio:*

3 Quoniam magnifici vasta. *Id est, illi qui erant maiores in populo Iudaorum in Ierusalem existente: & ideo alij existentes in locis aliis debebant diffidere de seipsis.*

4 Vlulate quercus Basan: *Id est, habitatores vltra Iordanem, vbi erat terra Basan, in qua tunc habitabant aliqui Iudæi.*

5 Quoniam succi. est saltus muni. *id est, Ierusalem, quæ tamquam metropolis erat magis munita contra Romanos aliis ciuitatibus.*

6 Vox vlulat. pastor. *Id est, sacerdotum qui tunc regebant populum.*

7 Quia, &c. *i. templum de quo gloriabantur, & magnificè viuebant.*

8 Vox rugitus leonum, *id est, prædonum, qui ante destructionem templi habitabant in Iudæa, vt dicit Ioseph. lib. de Iudaico bello.*

9 Quoniam va. *id est, diuitiæ quæ sunt materia superbiendi.*

10 Iordanis, *id est, Iudæa super Iordanem sita.*

11 Hæc dicit dominus. *Hic consequenter describitur prædicta destructionis ratio, quæ fuit Iudaorum ingratitudo: Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur magnitudo beneficiorum diuinorum. Secundo ingratitudo Iudaorum, ibi:* Et dixi, *Prima in duas, quia primo ponuntur beneficia Dei in exitu de Aegypto; secundo, in Iudaa territorio, ibi,* Et assumpsi. *Circa primum dicitur,* Hæc dicit dominus Deus meus, *recolendo beneficia Iudæis præstita.*

Diuisio.

12 Pasce pecora occi. *id est, dic quod paui filios Israel, qui dicebantur pecora occisionis in Aegypto, quia masculi nascentes, in flumine proiiciebantur, & adulti duris laboribus affligebantur, in tantum quod vita* ☞ *eorum*

M O R A L I T E R.

† 1 *Aperi Libane, &c.* Capitulum istud exponunt ad litteram Iudæi & doctores catholici communiter de combustione templi domini per exercitum Romanorum. Moral. autem potest exponi de combustione cleri per cupiditatis incendium, qui tamen præ ceteris debent esse Dei templum. Et sic dicitur, *Aperi Libane portas tuas*, id est, aperuisti omnes vias tuas cupiditati.

Cupiditas clericorū.

† *Comedet ignis*, scilicet cupiditatis & carnalitatis,

† *Cedros tuas*, id est, maiores ecclesiæ.

2 *Vlula abies*, id est, inferiores clerici cupiditatem superiorum imitantes.

4 *Vlulate quercus Basan*, Quæ pinguedo interpretatur. Ideo per istos religiosi pingues reditibus significantur, qui frequenter cupiditatem similem imitantur.

& monachorum.

6 *Vox vlulatus pastorum*, qui deberent clamare contra vitia.

7 *Quia vastata est magni. eo.* scilicet in virtuosis operibus & miraculosis: nam ante annos istos in ecclesiis cathedralibus erant homines tantarum virtutum, quod Deus per eos faciebat opera miraculorum, sed modo fiunt opera spoliationum, ideo subditur,

8 *Vox rugi. leonum*, id est, crudelium pastorum.

9 *Quoniam vastata e. superbia Iord.* id est, vitæ clericalis. Iordanis enim interpretatur *riuus iudicij*: Clerici verò modo sunt in omni iudicio ecclesiastico & sæculari; & eorū superbia deiicietur in morte cuiuslibet: tunc enim communiter deficit eis sensus; nec mirum, quia vendiderunt ipsum.

Alia vitia clericorum.

11 *Hæc dicit.* quoniam populus communis non pascitur à clero pabulo verbi & exempli, vt deberet: sed magis occiditur verbis malis, & exemplis; ideo dicit dominus prophetæ, (per quem significatur prædicator bonæ vitæ & doctrinæ.)

12 *Pasce peco. occi. quæ, &c.* curati & prælati mali.

† Occi-

a ❡ Romani. b ❡ Iure victoriæ. c ❡ Immisericorditer. d ❡ Pro tanta crudelitate.

cisionis, [1] quæ qui possederant occidebant & non dolebant: & vendebant ea, dicentes: Benedictus dominus, diuites facti sumus. Et pastores eorum nõ parcebant eis, [6] & ego non parcam vltrà super habitantes terram, dicit dominus. Ecce ego tradam homines, vnumquemque in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concident terram & non eruam de manu eorum: [7] & depascam pecus occisionis, propter hoc ô pauperes gregis. Et assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, & al-

a ❡ Quosdam reseruabant, non propter clementiam sed propter pretium.
b ❡ Hoc dicebant Romani, Iudæi Deum peccatis suis offenderunt, ideo oppressimus eos, & pretio eorum diuites facti sumus.
a ❡ Quia pastores eorum non parcebant eis, & ideo ego non parcam habitatoribus Iudææ.
❡ Ad regendum.
❡ Humanum genus.

A a *Et pastores eorum, &c.* † RVPER. Ergo qui possederant, sacerdotes fuerunt auarissimi, & pontifices rapacissimi, & eiusmodi pastores animas occidebant, & non dolebant, imò gaudebant: quoniam de occasione animarum illorum aliquod emolumentum pecuniæ capiebant, atque hoc modo vendebant infelicem populum tamquam possessionem suam: præoptantes de pereuntibus lucellum aliquod cõtrahere, quam de viuentibus, & Christũ sequentibus suorum detrimentum sacculorum incurrere. B O quàm iniqui, quàm impiè Deum existimabunt similem sibi, dum ita vendentes pecora illa dicebant: *Benedictus dominus, diuites facti sumus.* Talis eorum benedictio, maledicta sit, quoniã & ipse Dominus in alio propheta dicit: *Maledicam benedictionibus vestris, &c.*

Sacerdotũ & Pontificũ Iudaicorũ crudelitas, qui modici lucelli intuitu populum trucidabant ad dãnationis præcipitia.

Malach. 2.

b *Ecce ego tradam.* HIER. lib. 3. com. Post euersionem templi, quæ ideo accidit, quia per 42. annos pœnitere noluerunt, traditi sunt vnusquisque in manu proximi sui, quia mutua se nece trucidabant. *Ecce ego tra.* Quando Ierusalem obsidebatur à Romanis tanta inter ipsos Iudæos erant bella, & discordiæ ciuiles, vt in tres partes populus diuideretur, sicut in historiis legitur.

Ciuilis discordia quæ Iudæis non minus funesta fuit quam gladius Romanorum.

c *Et concident.* IBID. Id est, destruent Romani omnem terram, & vniuersas vrbes Iudæorum.

C d *Et non eruam.* IBID. Eos de manu Romanorũ, sed sub eis æterna captiuitate deprimentur.

e *Et de pas.* Vt semper Iudæi nutriantur ad mortem, quia domini est sententia.

f *O paupe.* IBID. Id est, iusti de Israel, qui suscepistis Dei filium, audite quæ dicuntur, & sequentis capituli sacramenta cognoscite.

g *Et assumpsi.* IBID. Quia superius dixerat irreparabilem vastitatem templi & Ierusalem: quia poterat hoc videri de solo Iudaico populo dictum (qui interfectis prophetis, etiam ipsum Dei filium occidit dicens: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*) Nunc creator vniuersitatis exponit mysteria sui orbis, dicens se habuisse duas virgas: & in illis vinctum populum pauisse. *Et assum.* D Creator vt pastoris habitum demonstraret, assumpsit virgas duas vel baculos.

h *Duas virgas assumpsi mihi, &c.* † RVPERT. Id est, Bis cum hominibus, vt essem Deus eorum, fœdus pepigi. Primò cum Noe, & omnibus hominibus dicens, *Ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos, &c.* Secundò cum Abraham & semine eius, dicens, *Statuam pactum meum inter me & te, & semen tuum post te, &c.* Assumpsi ergo duas virgas, id est, primò regimen omnium gentium, quia omnium creator sum: deinde regimen seminis Abrahæ quoniam gentes in vias suas abierunt.

Gen. 9. Pactum dominicum Noe. Gen. 15. & 17. E Pactum eiusdem cũ Abraham.

EVSEBIVS lib. 10. demon. euang. ca. 4. Vides vt testamentum quidem suum virgam priorem esse dixerit, alteram verò virgam funiculum, & tamen se vtramque abiecturum minatur: quamuis prius dixerit. *Et capiam mihi ipsi duas virgas, vnam vocaui pulchritudinem & alteram vocaui funiculum*: Pro quo Aquila quidem sic conuertit: *Vnam vocaui decorem, & alteram funiculum*; Symmachus autem: *Hanc quidem vocaui decorem, illam funiculum.* Hoc igitur vniuersæ gentis pulchritudinis decorisque nomine diuinam legem & quod in ea F continetur testamentum meritò appellat. Funiculus autem ipsa gentis multitudo apud ipsum quoque Moysen vocata est. *Iacob funiculus hereditatis eius.*

Deu. 32.

i *Vnam vocaui decorem.* HIER. vbi supra. id est, omne humanum genus, instaurato mũdo sub Noe, antequam peccatis sorderet, sua benedictione protexit. Et ideo vocatio cunctarum Gentium decora dicitur, quia nihil iustius, quam vt omnium patrem, omnes inuocent æqualiter ab eo geniti.

Vocatio omnium Gentium.

k *Et alte. vo. fu.* IBID. Cum essent termini Gentium iuxta numerum angelorum Dei, *Iacob fuit populus Dei, & funiculus hereditatis eius.* *Et paui greg.* Israel, & cum Israele totum humanum genus, hinc subditur, *Et succidit tres pastor.* Moyses & Aaron & Maria. Quorum ☞ Ma-

Psal. 104. a. Deut. 32. Nu. 20. a.

NICOLAVS DE LIRA.

eorum ad amaritudinem deducebatur, vt habetur Exod. 1.

1 Quæ qui possederant. *s. Aegyptij.*

2 Occidebant, *Modo prædicto.*

3 Vendebant ea. *Quia principes Aegypti habebant eos seruos, & vnus aliquando vendebat alij.*

4 Dicentes: Benedictus dominus. *Qui tradidit istos manibus nostris.*

5 Diuites facti su. *Quia vendens gloriabatur de pretio, & emens de mãcipio.*

6 Et pastores eo. *id est, domini eorum.*

7 Non parcebant eis, *A laboribus duris.*

8 Et ego non parcam vltra super ha. ter. *id est, Aegyptios quos multis plagis afflixit: & postea in mare submersit,* Exod. 14.

Beneficium liberationis à seruitute Aegyptiaca.

9 Ecce ego tradam ho. &c. *Quia multi eorum sequentes regem subuersi sunt cum eo, & remanentes postea contendebant ad inuicem, quia vnus imponebat alteri quod fuerat in causa detentionis filiorum Israel in Aegypto contra præceptum domini, ex qua secutæ fuerant Aegypti plagæ.*

10 Et conci. ter. *id est, lacerabunt se inuicem.*

11 Et pascam pecus. *i. filios Israel, quos pauit in deserto manna cælesti, 40. annis.*

12 Propter hoc. *i. propter afflictionem quam sustinuerunt ab Aegyptiis.*

13 O pauperes gre. *i. ô vos Hebræi qui fuistis in Aegypto depauperati.*

14 Et assumpsi. *Hic consequenter recoluntur beneficia in Iudæa præstita, in qua perduxit populum ad honorem regium tempore Dauid & Salomonis: Et quamuis Salomon demeruisset annihilationem regni, tamen Deus hoc non fecit, sed regnum in duo diuisit 3. Reg. 11. & hoc est quod dicitur*: Et assum. mi. du. vir. *id est, duos reges.*

Beneficia præstita Israeli in ipsa terra promissionis.

15 Vnam voca. de. *s. Ieroboam qui locutus fuit populo pulchrè promittens ei libertatem.*

16 Et alteram voca. *s. Ieroboam qui locutus fuit populo durè*: di. Pater meus cæcidit vos flagellis ego autem cædam vos scorpionibus. *Est autem scorpio genus flagelli, à cuius manubrio dependẽt chordulæ nodulos habentes ferreos aut plumbeos in extremitate: & ideo vocatur scorpio: Tum quia grauiter percutit. Tum quia in percutiendo, finem chordularum super corpus percussi reflectit, sicut scorpio reflectendo caudã pungit: propter quod Roboam hic vocatur funiculus.* Et paui greg. *id est, sustentaui populum Iudaicum in vtroque regno absque meritis eorum, cum declinarent ad idololatriam: propter quam subditur,* Et succidi tres pa. &c. *Qui fuerunt. s. Ioram rex Israel & Ochozias rex Iuda, & Iezabel, quæ cum Ioram filio suo regnum administrabat,*

Scorpio.

MORALITER.

† 2 *Occidebant, &c.* Exemplis malis.

3 *Et vendebant.* Quærentes ex eis pecunias leuare.

4 *Dicen. Benedictus Deus di.* Gaudent enim de summa pecuniæ legatæ, & non de eorum salute.

8 *Et ego non par. &c.* Sed puniam tales pastores.

9 *Ecce ego, &c.* Permittendo dissensiones fieri inter eos. † Et

† *Et in manu regis.* i. diaboli. *Qui est rex super omnes filios superbiæ,* Vt dicitur Iob. 41. d.

11 *Et pascam pecus.* i. simplices laicos durè tractatos à malis clericis. Et subditur modus pascendi cùm dicitur,

14 *Et assumpsi mi. du. vir.* i. duos ordines, s. Prædicatorum & Minorum; de quibus subditur,

Ordo Prædicatorum & Minorũ.

15 *Vnam vo. &c. Et succi. &c.* Subtrahendo gratiam meam ab eis. † In

☞ Maria in primo mense (qui Nisan dicitur) mortua est in deserto Sin: & in eodem loco & eodẽ mense propter aquam contradictionis, Moyses & Aaron condemnati sunt, ne intrarent in terram promissionis; sic factum est, vt de tribus (pastoribus) vna præsenti morte succiderentur duo sententia futuræ mortis.

† EVSEB. lib. 10. demonst. euang. c. 4. Cùm dicatur, *Et auferam tres pastores in mense vno*: arbitror sic tres ordines eorum significari, qui olim populo Dei præerant, Regum, Pontificum, & Prophetarum; quoniã ab his tribus, quasi pastoribus, omnia, quæ ad illos veteres pertinebant, gubernabantur. Sed quando tres isti pastores vno tempore cõuersionem passi sunt, Saluatore vtique nostro adueniente: (nam & rex præter legis sententiam extraneus præerat, & pontifex à Romanis prouectus honorem obtinebat, nec propheta fuit vsque ad Ioannẽ) meritò tria dona sublaturum se vno tempore minatur. Et causam ostendit, dicens, *Quia rugierunt super me*.

Quãdo defecerint Iudæis regnũ, sacerdotiũ, & prophetia.

* Mat. 27. a.

¶ Scilicet Iudæos.

teram vocaui funiculum, & paui gregem. [8] Et succidi tres pastores in mense vno: & contracta est anima mea in eis. Siquidem & anima eorum variauit in me. [9] Et dixi: Non pascam vos. Quod moritur moriatur: & quod succiditur succidatur: & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui. [10] Et tuli virgam meam quæ vocabatur decus, & abscidi eam, vt irritum facerem fœdus meum quod percussi cum omnibus populis, [11] & in irritum deductum est in die illa. Et cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiunt mihi, quia verbum domini est. [12] Et dixi ad eos: Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite. * Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos.

a ¶ Exponit quid per virgam decorem intellexerit, scilicet, omnes nationes, quæ à Deo abiiciuntur.
a ¶ Quando assumptus est Israel.
a ¶ Populus Israel. b ¶ Mandata mea ad meum honorem.
a ¶ Quia voluntas Dei est abiicere Gentes negantes, & in Abraham assumere Israel confitentem. b ¶ Si placet libero arbitrio.
a ¶ Quia vos paucos assumpsi, & Gentes abieci: seruate mea præcepta. b ¶ Vultis reddere mercedem, nec meo nomine censeri: aperte renuite.
a ¶ Facite quod vultis.
b ¶ Qui dixerunt, Omnia quæ præcepit dominus, faciemus, post ea xxx. argenteos dederunt Iudæ proditori pro meo sanguine.

runt me ad aquam contradictionis. Vel, populus variis modis contra me pugnauit, huc & illuc inter me & idola fluctuans. Ideo indignatus dixit ad Moysen, *Non pas. vos. sed quod mo. m. & quod, &c.* Corpora omnium ruãt in solitudinem, & versi in seditionem quasi bestiæ mutuis lacerentur morsibus, nullusque terram promissionis intret.

c *Quod moritur moriatur, &c.* † ANASTASIVS Nicenus ex THEODORETO, de prouidẽtia quæst. in scripturam. Inuenimus Deum propter insignem hominum improbitatem sæpe relaxare habenas, & concedere, vt genus hominum fetur vt velit. Et hoc ipsum nos docens per Zachariam, dicebat Israeli, *Non pascam vos. Quod moritur, moriatur.*

Homines traditi in reprobum sensum.

d *Et tuli virgã.* HIE. vbi supra. Assumpto Israele, qui funiculus est domini, totius orbis nationes à cultu Dei separatæ idola coluerunt.

e *Et appenderunt.* IBID. Iudæi malitiosi interpretantur: Per triginta argenteos, triginta mandata legis, quæ facere iubebantur, & rursum 36. alia quæ prohibebantur, & dicitur eis vt argentum mandatorum domini reddant Deo suo plastæ & factori: quod quia facere noluerunt, proiecti sunt.

Malitiosa interpretatio huius loci per Iudæos.

a *Et contracta.* HIER. lib. 2. com. Super tres pastores quos præposuerant gregi meo.

b *Siquidem & anima eorum variauit in me.* Quia non glorificauerunt

☞ Proiice

NICOLAVS DE LIRA.

strabat, vt habetur ex 3. & 4. Reg. *Istos enim tres interfecit dominus per Iehu filium Namsi, eò quod erant idololatræ pessimi, vt patet 3. Re. 9. ideo subditur,*

Tres principes Iudæi occisi à Iehu.

1 Et contra. *i. retracta ab eis propter nimiam eorum malitiã. ideo subditur,*
2 Siquidem & anima eor. variauit, &c. *In multiplici actu idololatriæ.*
3 Et dixi non pa. vos. *i. demerita vestra exigunt, quod non sustentem vos, vnde 4. Reg. 10. g. dicitur,* In diebus illis cœpit dominus tædere, &c. *Ideo subditur:* Quod moritur moriatur, quod succiditur, &c.
4 Reliqui deuorent vnusquisque. *Quia non solum occidebantur ab extraneis, immo etiam dissensionibus intestinis, & propter hæc mala subditur,*
5 Et tuli virgam meam quæ vo. de. *id est, regnum Israel quod dominus per Salmanasar tempore Hosee abstulit 4. Reg. 18.*
6 Et abscidi eam, *Quia illud regnum non fuit restitutum, nec captiuitas illa rediit.*
7 Vt irritum. *Li vt, tenetur hic consecutiuè, quia hæc irritatio secuta est.*
8 Quod percussi. *Quod. s. non dominarentur Iudæis, quamdiu Iudæi seruirent fideliter mihi, & per talem modum loquendi dicitur Hosee 2. d.* Et percutiam eis fœdus meum in die illa cum bestia agri, & cum volucre cæli, &c. *s. quod non noceant populo meo, vt patet ibidem.*
9 Et in irritum. *Quando enim regnum Israel fuit translatum in Assyrios, manifestè patuit, quod fœdus prædictum erat irritum.*
10 Et cogno. sic pau. gre. *i. pauperes populi Israel.*
11 Qui custodiunt. *s. legem.*

12 Mihi.

12 Mihi. *i. vt obediant mihi: & isti erant iusti in populo illo, qui à maioribus erant depauperati, quia iustos persequebantur.*
13 Quia verbum domini est. *s. talis translatio regis & populi propter peccata. Hoc enim prædixit dominus per Moysen, Deuter. 2. d.* Ducetque te dominus, & regem tuum, quem constitueris super te, in Gentem, quam ignoras tu & patres tui, &c. *Iusti enim de populo Israel, qui custodiebant legem Moysi, viderunt tunc hoc domini verbum esse impletum.*
14 Et dixi. *Hic consequenter ponitur Iudæorum ingratitudo, quæ maximè apparuit in procuratione mortis Christi: & quantum ad hoc dicitur:* Et dixi ad eos. *id est, ad Iudæos remanentes post captiuitatẽ prædictam, & etiam post captiuitatem Babylonicam.*

Maxima ingratitudo Iudæorum procurantium mortẽ Christi.

15 Si bonum, *id est, seruite mihi de cetero fideliter pro beneficiis vobis à me collatis.*
16 Et si non, quiescite, *scilicet, à mea seruitute: hoc non dixit inducendo ad malum, sed per hoc insinuans, quod dimittit homines in libertate arbitrij bonum vel malum faciendi. Per hoc tamen quod dicitur hic:* Et si non. *Secundum modum loquendi datur intelligi, quod non seruirent Deo sicut grati, sed magis agerent contra eum vt ingrati, ipsum in natura assumpta persequendo. Ideo subditur,*
17 Et appen. mer. *id est, pretium pro corpore meo sibi trahendo, sicut merces equi dicitur pretium, quo venditur & emitur.*
18 Triginta ar. *Ipsi Iudæ proditori, secundũ quod habetur Matt. 26. & 27. vbi Matt. spiritusancto illuminatus dicit hãc prophetiã tunc fuisse impletam.*

Emunt Iudæi Christũ 30. argẽteis.

Et

MORALITER.

In mense vno. id est, pro eodem defectu. Mensis enim dicitur à *mene* quod est defectus. Et per istos tres pastores possunt intelligi episcopi, archidiaconi, & curati mali, qui deficiũt in cura regiminis populi quærentes eius pecuniam & non salutẽ, ideo subditur,

† Episcopi, Archidiaconi & Curati mali.

2 *Siquidem & anim. eor. variauit.* Quia non quærit honorem diuinum principaliter, sed quæstum suum.
3 *Et dixi. s.* eis, propter suam malitiam,
† *Non pascam vos.* Pabulo gratiæ meæ.
† *Quod mori.* i. qui moritur de vobis morte culpæ, moriatur morte gehennæ.
† *Et quod succiditur suc.* id est, succiditur de vita præsenti, succidatur perpetuo de societate Dei.
4 *Et re. de. &c.* Inter clericos enim malos frequenter oriuntur dissentiones.
5 *Et tulit vir.* Nam libertas prædicandi & confessiones audiendi pauperum religiosorum frequenter rescinditur & impeditur in præiudicium communis populi, ideo sequitur,

Pauperes religiosi prohibiti prædicare & confessiones audire.

10 *Et cognouerunt.* id est, poplus communis.
13 *Quia verb.* id est, eius vicarij pontificis summi, qui dedit pauperibus religiosis potestatem prædicandi, & confessiones audiendi, quam rescindunt prout possunt pastores inferiores duri.
14 *Et dixi.* id est, ad populares Christianos quibus Deus loquitur per prædicatores suos.
15 *Si bonum est, &c.* Mihi seruiendo fideliter & deuotè.
16 *Et si.* Nam seruitium Deo non placet, nisi fiat liberè.
17 *Et ap.* Triginta consurgunt ex ductu denarij per ternarium: & sic significat impletionem decalogi in fide trinitatis.

† Et

¶ Pater ad filium, vel Deus ad prophetam.
a ¶ Non dicit depone: sed proiice vt iudicio fictoris merces domini ponderetur. b ¶ Alij conflatorem.

a b [13] Et dixit dominus ad me: proiice* illos ad statuarium. Decorũ pretiũ, quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argẽteos, & proieci illos in domo domini ad statuariũ. [14] Et pręscidi virgã meã secũdã, quę appellabatur funiculus, vt dissoluerẽ germanitatẽ inter Iudã & Israel. [15] Et dixit dominus ad me:

a ¶ Ait dominus per prophetam. ¶ Sicut mihi fuerat imperatum.
a ¶ Proiectis argenteis in templo abiens laqueo se suspendit.
b ¶ Crucifixo domino, & pretio eius dato in sepulturam, non differt Deus dare sententiam, contra Ierusalem, quæ erat propriè pars eius, & funiculus: sed modo proiicitur.
a ¶ Populum peculiarem. b ¶ Non enim veni pacem mittere in terram, sed gladium.
¶ Fœdus & concordiam, quæ inter Iudam & Israel fuerat. ¶ Prophetam.

* illud

a *Proiice illos.* Statuarium vel statuarius, pondus. Inde statuarius, id est, ponderator.

b *Ad statuarium.* HIER. lib. 3. com. i. ad fusorem statuarum, quod alij plasten dicunt. i. fictorem vel figulum: vbi omnium creatorem de pretio iudicet, quod decorum ironicè vocat, quasi dicat, Populus, quem elegi in filios, tam vili pretio me vendendum, emendumque iudicauit.

Ironia.

† RVP. Pastor ille, qui duas habuerat virgas, & vna cõtentus, alteram abscindebat, id est, vnum Israelitici populi gregem curans, cunctarũ Gentium tã multum gregem à cura sua reiecerat, & iustũ vnum gregem tanta cura tamque miris modis pauerat: talis inquam, ac tantus omnium Deus & Dominus homo factus, per semetipsum mercedem suam requisiuit; & talem mercedem appenderunt ei, videlicet triginta argenteos in pretium sanguinis eius dederunt proditori. Et hoc appellat, *Decorum pretium.* Nimirum cum ironia grauissima, quia non fuit decorum. Quis ergo rem huiuscemodi satis appendere, vel dignè valeat eloqui? verè nullus, nisi solus statuarius, siue omnium plastes Deus. Idcirco, proiecit illos denarios in domum Dei ad statuarium, vt ipse, qui solus nouit, dignum proferret super hoc iudicium. *Proieci*, id est, vt proiicerentur effeci, videlicet quod Iudas pœnitentia ductus retulit illos triginta denarios principibus sacerdotum, dicens: *peccaui, &c.*

Quam bonum & magnum dominum quam vili pretio dignati sunt Iudæi?

Matth. 27.

† RVFINVS Exposit. in Symb. Iudas per molle osculi blandimentum, execrabile iaculum proditionis infixit. Triginta verò argenteis dominum appretiatum esse, cupiditate proditoris, audi propheticam vocem: *Si bonum est in conspectu vestro, &c.* Bene autẽ mercedem suam dicit, velut imputantis & exprobrantis affectu. Pro innumeris bonis quibus eos affecerat, mercedem restituunt ei, mortem triginta argenteorum æstimatione pensatam.

† EVSEB. lib. 10. demonstrat. euang. c. 4. Diligenter considerabilis quæ Matth. 27. citantur ex Ieremia. *Et acceperunt triginta argenteos, &c.* Cùm non habeantur apud Ieremiam, num arbitrari oporteat ea per quãdam malitiam ex illo sublata esse: an vero librarij erratum fuisse, qui negligentius sanctorum euangeliorum exemplaria confecerit, & ex negligentia in errorem inciderit, & pro Zacharia posuit Ieremiam, &c. Aquila dum conuertit, *Et proiecit argentum in domo domini ad figulum*: plane nos docet quemadmodum diuinum verbum instar figuli habitet in domo domini, & eorum qui illuc accedunt animas informet ac renouet. Verumtamen cum pretium appretiati in illa domo proiectum, eam ipsam profanam reddiderit, merito statim adiungit: *Et abieci alteram, &c.*

Vnde contigit vt hic vers. 15. citetur in Matthæo vt desumptus ex Ieremia.

c *Et proieci illos in do.* HIE. vbi supra. Feci eos à proditore reddi sacerdotibus Pharisęis, *Qui ex eo emerũt agrũ figuli*. i. creatoris omniũ in quo sepeliũtur peregrini & aduenæ legis sanguine Christi redẽpti.

Mat. 27. a.

d *Vt dissoluerem.* IBID. Sicut prius Israel & Iudas ab inuicem fuerunt separati, sic post Christum apostoli, & illi qui pœnitentiam egerunt, rursum dicuntur Iudas, id est, dominum confitentes. Qui verò permanserunt in duritia cordis, dicendo, *Non habemus regem nisi Cæsarem.* vocantur Israel, Ephraim, Ioseph. Sic de eodem populo credentes diuidit, quibus non facit irritum testamentum Dei: sed vsque hodie manum porrigit, alios in infidelitate relinquit.

Ioan. 19. c.

De indicio discretionis quo alij ad fidem veniunt alij permanent pertinaces in errore.

Adhuc

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dixit dominus ad me, *Zachariam,*

2 Proiice illos, *id est, hoc pretium prædic proiiciendum.*

3 Ad sta. *i. fusorem statuarum, vt dicunt expositores nostri: per quem intelligitur ipse Deus qui est formator omnium, & est sensus,* Proiice illud ad sta. *id est, prædic istud coram Deo ponendum, vt videat, & iudicet hoc factum.*

4 Decorum pretium. *id est, vile. Et hic est modus loquendi ironicè: etiam secundum Hebræos, qui intelligitur oppositum, sicut de nano ironicè dicitur, ecce magnus gigas.*

5 Quo appretiatus sum ab eis. *id est, emptus à Iudæis, Iuda venditore: quasi dicat tam paruo & vili pretio non debui appretiari. Hebræi dicunt quod hæc est littera:* Proiice illud ad thesaurarium vel ad figulum. *Dictio enim Hebraica hic posita est equiuoca ad thesaurarium & formatorem: Et formator potest dici figulus, qui format vasa de terra, & statuarius qui format statuas de alia materia; Translatio nostra accipit hanc vltimam significationem, scilicet tertiam, Hebræi verò alij accipiunt primam, aliqui secundam: & illorum acceptio magis consonat Euangelio, vbi dicitur quod Iudas retulit 30. argenteos sacerdotibus, qui custodiebant thesauros templi, & quod ex illa pecunia emerunt agrum figuli: Matth. 27. a. Sic igitur potest hæc littera exponi,* Proiice illud ad thesaurarium. *i. prædic pretium Christi coram sacerdotibus, qui erant thesaurarij, proiiciẽdum, sicut dicitur, Matt. 27. a. quod Iudas proiectis argenteis coram sacerdotibus recessit.* Vel proiice il.. ad figulum. *id est prædic proiiciendum ad emendum inde figuli agrum, tamen ly* ad *non est intelligendum causaliter, sed consecutiuè: quia emptio agri consecuta est ad illam proiectionẽ:* Decorum pretium, *Exponatur vt supra.*

Varia lectio & sensus illius: *Proiice illos ad statuarium.*

6 Et tuli. *Sic videbatur propheta visione imaginaria, ac si acciperet 30. denarios, & proiiceret in domo domini, per quod designabatur, sic fiendum de pretio Christi à Iuda proditore, qui proiecit illud in templo.*

7 Et præscidi. *Scilicet, regnum Iuda, vt visum est supra quod non fuit præcisum in captione Sedechiæ: quia illa captiuitas rediit de Babylone, & habuit populus duces, vt Zorobabel, & plures alios, & postea aliquos reges ante aduentum Christi, vt habetur in Scholastica historia: sed propriè fuit præcisum in destructione Ierusalem per Titum & Vespasianum, quoniam tunc Iudæi fuerunt per orbem captiuati non habentes ducem nec principem; & illa captiuitas adhuc manet.*

Quomodo regnum Iuda fuerit penitus præcisum.

8 Vt dissoluerem. *i. inter Christianos Christo de tribu Iuda secundũ carnem adhærentes, quorum plures fuerunt ad litteram de tribu Iuda: & Iudæos in infidelitate permanentes, & hoc fuit figuratum 3. Re. 12. vbi dicitur quod Israel separauit se à Iuda, dicens,* Nõ est pars nobis in Dauid, vel quæ hereditas in filio Isai. &c. *Vnde & Iudæi sunt odiosi Christianis, & è conuerso.*

9 Et dixit. *Hic consequenter agitur de persecutione Antichristi. Et continuatur sic littera præcedenti: quia Iudæi pro maiori parte negauerunt verum Christum, ipsum repellentes, ideo iustè permittentur à Deo recipere Antichristum, qui falso dicet se esse Christum, & sic ab eo decipi. Et hoc prædixit Christus Ioan. 5. g.* Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si autem alius venerit in nomine suo, illum accipietis. *Sic ergo proceditur, quia primo ponitur persecutio Antichristi breuiter & succinctè; Secundò, magis diffusè sequenti capite. Circa primum dicitur,*

Iudæi Antichristum pro Christo recipient.

Sume

MORALITER.

† 1 *Et dixit dominus ad me: proiice.* i. pone ante Deum, qui est formator omnium, vt remuneret impletionem dictã decem mandatorum.

4 *Decorum.* In quo seruierunt mihi: & istud pretium potest dici decorum absolutè, quia Deo placitum; potest etiam dici iuxta sensum litteralem decorum per oppositum, id est, vile respectu obseruationis decalogi, cum consilijs Euangelij.

Præmium obseruationis Decalogi & consiliorum Euangelicorum.

7 *Et præscidi virgam.* id est, vidi eam præscindendam, quod factum est per præcisionem emolumenti, quod prædicti religiosi de sepulturis habent.

8 *Vt dissoluerem ger.* Li, vt tenetur consecutiuè, Nam ex hoc secuta est diminutio charitatis inter fratres, qui significantur nomine Israel, eò quod sunt intenti studio, & sacerdotes curatos, qui significantur nomine Iudæ, eò quod audire confessiones ad eos pertinet de iure.

Diminutio charitatis inter fratres mendicantes & sacerdotes curatos.

† *Adhuc*

a *Adhuc sume.* Hier. lib. 3. com. Qui prius sumpserat virgas, quæ suo vitio diuersis temporibus proiectæ sunt: & tandem soluta germanitate, Gentiles in bonam oliuam sunt inserti: rursus præcepit assumere vasa stulti pastoris, id est, vaticinium Antichristi.

Rom. 11. c. Isa. 20.

† Remigius. Sicut Isaias, vt captiuitatem futuram in suo habitu ostenderet, ambulauit nudus & discalceatus: sic & Zacharias habitu stulti pastoris iubetur assumere, vt eum quem venturum nuntiabat, qualis venturus esset ostenderet.

Prophetia per signum sensibile vasorum pastoris stulti.

† Ruper. Quomodo Ieremias iuit ad domũ figuli, vt ex dissipatione vasis, quod currebat in rota, interitum Israelis; & Ezechiel vt subuersionem Ierusalem & fugam Sedechiæ, non solum voce, sed & habitu demonstraret, perfodit parietem, & in humeris deportatur: sic & tu habitum pastoris assume, vt stultum annũties pastorẽ, &c.

Iere. 18. Ezech. 12.

¶ Id est, insignia & habitum Antichristi, vt qualis venturus est, non solum voce, sed & habitu ostendas.

¶ Peram, baculum, fistulam, sibilum.

a Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. [16] Quia ecce ego suscitabo

a ¶ Pastor bonus ægrotantia pecora visitat, dispersa perquirit, relicta affert, lassa sustentat. Malus pastor è contrario omnia peruersa agit.

pastorem in terra, qui derelicta non visitabit: dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non b enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dis-

¶ Descripto pastore, ad ipsum sermo prophetalis conuertitur.

c soluet. [17] O pastor & idolum, & derelinquens gregem. Gla-

a ¶ Quo se acutius omnibus prophetis iactabat cernere sacramenta Dei intantum vt Dei filium se vocaret.

dius super brachium eius & super oculum dextrum eius. Brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

b *Et carnes pin. comedet.* Hier. vbi supra. Si quid in charitatis & sapientiæ pinguedine vigebat, deuorabit: & vngulas arietum & ouium dissoluet, & peruertet ne recto pede gradiantur.

c *O pastor & idolum.* Ibid. Tam sceleratus es, vt non cultor idolorum, sed idolum nomineris, dum vis ab hominibus adorari, qui derelinquis gregem à bestiis deuorari, quem dominus toto tempore custodierat.

Mercenarius vult vt sibi deferatur honor boni pastoris.

Ibid. Iste pastor ideo consurgit in Israel, quia verus pastor dixerat: *Iam non pascam vos*: Hic alio nomine, *Abominatio desolationis*, vocatur, *sessurus in templo Dei, tamquam sit Deus.*

2. Thes. 2. b.

Ibid. Ideo gladius domini super brachium & oculum dextrum erit, vt robur eius, & omnis iactantia fortitudinis eius ariditate siccetur: & scientia quam sibi falso nomine promittebat, æternis tenebris obscuretur.

b Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sume tibi vasa, *id est, instrumenta, vt virgam & peram pastoralem, & huiusmodi. Instrumenta enim cuiuslibet artis dicuntur vasa secundum proprietatem idiomatis Hebrai.*

Vasa pro instrumentis cuiuslibet artis.

2 Pastoris stulti. *In signum quod Iudæi recepturi sunt Antichristum, qui erit tanta amentia, quod dicet se esse Deum 2. Tessal. 2. a.* Qui extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.

3 Quia ecce ego suscita. *id est, suscitari permittam.*

4 Pastorem in terra. *id est, Antichristum dominaturum in ea.*

5 Qui derelicta non visitabit, *id est, nullum opus pietatis exhibebit, sed erit maxima crudelitatis erga iustos. Ideo subditur,*

6 Et carnes pinguium comedet, *Eorum bona rapiendo.*

7 Et vngulas eorum dis. *Corporaliter eos affligendo & occidendo.*

8 O pastor & idolum, *Idolum dicitur quod pro Deo colitur, & non est: Et sic erit de Antichristo, qui sedebit in tẽplo Dei, tamquam sit Deus 2. Thess. 2. b.*

9 Gladius, *id est, sententia Dei.*

10 Super brachium, *id est, super virtutem eius corporalem:*

11 Et super ocu. *i. super animam, in qua est intellectus, qui dicitur oculus.*

12 Brachium, *quia corpus eius per Michaelem de pracepto Christi fulminabitur.*

13 Et oculus dexter eius, *Quia eius anima ad tenebras exteriores in infernum deducetur.*

MORALITER.

† 1 *Adhuc sume, &c.* Istud vsque ad finem capituli litteraliter exposui de Antichristo; potest etiam exponi de Liberio Papa, qui dicitur pastor stultus, eo quod fuit finaliter Arrianus, & illo tempore per ipsum & Lucium Episcopum Arrianum facta est grauis persecutio Christianorum: de qua scribit Rufinus sic: Eo quoque tempore Lucius Arrianæ partis Episcopus post fugas ciuium & exilia post cædes & tormenta flammasque quibus innumeros condemnauit ad monasteria sui furoris arma conuertit, vastat eremum & bella quiescentibus indicit: tria millia simul, aut eo amplius viros per totam eremum secreta & solitaria habitatione dispersos oppugnare pariter aggreditur, mittit armatam peditum & equitum manum, & illi è contra gladiis obiectabant ceruices, & nihil aliud dicebant: *Amice ad quid venisti?* Et ideo de isto pastore stulto subditur,

Liberium tamen resipuisse cõstat: ideoque non rectè Liranus eum finaliter Arrianum dicit.

Lucij Episcopi Arriani sæuitia in monachos.

6 *Carnes pinguium come. &c.* Et de pœna eius subditur,

9 *Gladius super.* id est, domini sententia præscindetur de præsenti vita, & obscurabitur in gehenna.

CAPVT XII.

CAP. XII.

a Onus verbi domini. Hier. lib. 3. com. Ab hoc loco vsque ad illum locum, vbi dicitur, *Framea suscitare*; triplex expositio fit. Quidã enim Iu-

¶ In sequentibus verbis ostenditur, quanto onere Deus pressurus sit Ierusalem.

a [1] Onus verbi domini super Israel. Dixit dominus ex- 1 2 3

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XII.

Onus verbi domini. *Istud capitulũ aliquibus doctoribus nostris quantum ad sui principium exponitur de destructione Ierusalem per Romanos: sed huic videtur obuiare quod hic dicitur,* Sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem; *Item quod subditur,* In die illa dicit dominus: Percutiam omnem equum in stuporẽ, & ascensorem eius in amentiam: *Quia non legitur tribus Iuda fuisse cum Romanis in obsidione Ierusalem contra Iudæos obsessa, nec quod exercitus Romanorum à Deo tunc fuerit sic percussus: immo valdè prosperè triumphauit de Iudæis, secundum quod declarat diffusè Iosephus in libris de Iudaico bello. Propter quod alij expositores nostri exponunt hoc de persecutione ecclesia primitiuæ à Iudæis & principibus Romanis. Sed hæc expositio videtur magis mystica, quàm litteralis. Ponuntur etiam hic in textu aliqua quæ videntur ab hoc esse dissona, vt videbitur. Ra. Sa. vero exponit hoc capitulum, & quasi omnia sequentia vsque ad finem huius prophetiæ, de bello Gog & Magog contra Iudæos, quos dicit per regem Messiam venturum debellandos. Sed hoc fundatur super falsum fundamentum, sicut dixi de Gog & Magog, Ezech. 38. Et quia ibidem dixi, quod per Gog & Magog intelligitur Antichristus & eius exercitus: ideo hic consimiliter, saluo tamen meliori iudicio, videtur textus de persecutione Antichristi exponendus vsque ad finem huius propheta, licet aliqua alia interserantur, & ideo, sicut dixi capitulo pracedenti, hic describitur persecutio Antichristi magis diffusè, Et diuiditur in tres partes, primò persecutio Antichristi describitur. Secundo quæstio tacita soluitur capitulo sequenti, ibi,* Framea suscitare; *Tertio propositum resumitur, ca. 14. Prima adhuc in tres, quia primo ponitur Antichristi persecutio; Secundo eius deiectio, ibi,* in die illa, *Tertio Iudæorum conuersio, ibi,* Et effundam. *Circa primum dicitur,*

Non posse hoc cap. exponi de destructione Ierusalẽ per Romanos:

Nec de persecutione primitiuæ Ecclesiæ nisi mysticè:

Nec de bellis Gog & Magog vt exponit Ra. Sa.

Sed de persecutione Antichristi.

Diuisio.

1 Onus ver. *id est, prophetia de afflictione futura ex ordinatione Dei.*

2 Super Israel. *i. congregationem fidelium: ad quam nomen Israel in nouo testamento est translatum, sicut declaraui diffusè Isa. 44. & habetur ad Ro. 2.*

3 Dixit dominus extendens cælum, &c. *Hoc dicitur quia cælum ad modum tentorij super terram extendi videtur.*

Et

MORALITER.

1 *Onus verbi.* Istud litteraliter exposui de persecutione Antichristi. Moraliter autem potest exponi de grauamine populi Christiani ex malitia cleri peruersi, cum dicitur, *Onus verbi, &c.* id est, graue pondus à Deo præuisum super populum Christianum. Et quid sit illud subditur, cum dicitur,

Grauamen populi Christiani ex malitia cleri peruersi.

† Ecce

Iudæorum putant hæc iam ex parte completa à Zorobabel vsque ad Cneum Pompeium, qui primus Romanorum Iudæam cepit, & templum sicut dicit Iosephus. Alij in fine mundi compleda, quando instaurata erit Ierusalem, Christiani vero quotidie hæc in ecclesia compleri dicunt, vsque ad finē mundi. Quid aut cui aptandum sit, ex interpositionis varietate prudens lector intelligat.

C. Pōpeius primus Romanis subiugauit Iudæam.

† REMIG. Extendit dominus cælum velut tabernaculum & secundum Psalmistam, sicut pellem. Sicut enim pellis corpus animalis vndique circumdat: sic cælum suo ambitu omnia cōtinet. fundauit terram, quæ media est, & immobilem eam in sua mole cōstituit, finxit spiritum hominis in eo, id est, animam in corpore hominis posuit, & ex his duabus substantiis animal compegit. Iste itaque vniuersitatis creator, dicit se positurum Ierusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu, vt qui limen eius attigerit, inebrietur & corruat.

Cælum pelli comparatur.

¶ Sicut pellem. ¶ Alia mole solidauit. ¶ Id est animam.

tendens cælum & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo. [a] Ecce ego ponam Ierusalem superliminare

a ¶ Captus ab hostibus, & in illorum transiens societatem, cogetur obsidere suam metropolim Ierusalem.

crapulæ in omnibus populis in circumitu: sed & Iuda erit in

¶ Præter supradicta. ¶ Hoc scilicet.

obsidione contra Ierusalem. [b] Et erit in die illa, ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis. Omnes qui leuabunt

a ¶ Lapidem. b ¶ Non impune ferent. c ¶ Onere lapidis. d ¶ Quia contra Ierusalem.

eum concisione lacerabuntur, & colligentur aduersus eam omnia regna terræ. [c] In die illa, dicit dominus, percutiam omnem equum in stupore, & ascensorem eius in amentiam. Et super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitate. [d] Et dicent duces Iuda

a ¶ Quia loqui liberè non audebunt. b ¶ Ne capiantur. ¶ Pro meo velle. c ¶ Obsessi, vt quia sua imbecillitate victi sunt, tuo superent auxilio.

in corde suo: confortentur mihi habitatores Ierusalē in dño

† R. IONATHAN. Ponam Ierusalem quasi scyphum plenum mero, aut inebriatiuo potu.

a *Ecce ego ponam.* HIE. lib. 3. com. Vt quicumque limen eius inhabitando attigerit, inebrietur: & crapula pressus corruat. Vel, ipsum superliminare corruet, & opprimet eum à quo contingetur.

IBID. ALLEG. Persecutores, qui contra domum Dei dimicant, inebriantur eo calice, quem Ieremias vniuersis Gentibus propinat, *Vt bibant, & inebrientur, & cadant, & vomant, & insaniant.* Tempore enim persecutionis multi Christiani pugnare contra ecclesiam compulsi sunt: & leuant quidem lapidem, & manibus suis sustentant, pro ira Dei, qua corripit peccatores: sed ipse, qui eleuat non erit impunitus, Dei gladio contra se dimicante.

Ierem. 25. d.

Christiani compulsi à persecutoribus ipsam ipsam matrē ecclesiam oppugnare.

b *Lapidem oneris.* IBID. Mos erat in Iudæa, in aliquo celebri loco poni lapides rotundos grauissimi ponderis, quos iuuenes pro varietate virium probandarum, alij vsque ad genua, alij vsque ad vmbilicum, vel etiam super ceruicem extollebant, nec prius ad agonem descendebant quam ex eleuatione ponderis sciretur quis cui cōparari deberet. Est ergo hic sensus: Ponam Ierusalem Gentibus quasi grauem lapidem subleuandum, & leuabunt eam, & pro virium varietate vastabunt. Sed grauis lapis dum leuabitur in leuantium corporibus scissionem, vel rasuram relinquet.

Lapidum eleuatio, iuuenum exercitium.

c *In die illa.* IBID. Id est, quando obsessa erit Ierusalem, ita vt Iudas quoque obsidere eam cogatur, percutiet dominus, & carnaliter & spiritualiter equos aduersariorum: ita vt qui viderint percussos, stupeant, & ascensores eorum pressi magnitudine periculi vertantur in amentiā. Et super domum Iuda, qui cogebantur pugnare contra suam metropolim, aperiet os suum, quia misertus eorum suo dignos facit aspectu: sed equos populorū percutiet æterna captiuitate.

De eis qui seipsos regere non valentes se ruunt in præcipitia.

† AMBR. li. de Nabuthe, ca. 15. De ascēsore manifestum est iudicium, quod reprehensibilis habeatur, quando Moyses ait in cantico, *Equum & ascensorem proiecit in mare.* Et in Zacharia locutus est dominus dicens, *percutiam omnem equum in amentia, & ascensorem eius in insipientia.* Non dixit solum equum, sed & ascensorem, vbi est enim ascensor, qui non potest equum proprium gubernare, equus fertur in præceps, & indomito furore se in prærupta & periculosa raptatur. Quid igitur vobis in equis cōfiditis diuites? Mendax est equus ad salutem. Quid in curribus vobis plauditis?

Exod. 15.

HIER. ALLEG. vbi supra. Ecce laceratio lapidis, quam in aduersarios (qui Ierusalem vexare conati sunt) dominus comminatur; quod & equos malos, qui proni sunt ad currendum in malum, & ascensores, id est, dæmones, vel falsos magistros, vertet in stuporem & in amentiam, vt nihil sapere conuincantur: sed palpabiles premant eos tenebræ, quales fuerunt quando Ægyptiorum primitiua percussa sunt, Sed super populum confitentem, qui timore videbatur esse in numero persequentium, aperiet oculos, vt electos respiciat, & sit eis lumen æternum.

d *Et dicent duces.* IBID. Apertis oculis domini super Iudam, & hostibus percussis cæcitate: duces Iuda, qui cogebantur pugnare contra Ierusalem, facient vota in cordibus, vt Ierusalem vincat, & ipsi victi cum hostibus, vincant cum suis ciuibus.

IBID. MYSTICE. Duces & tribuni, sunt apostoli & apostolici viri qui nolunt sibi coniungi, nisi habitantes Ierusalem, id est, in visione pacis, & qui habitant in domino Deo suo.

Apostoli & Apostolici viri.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et fundans terram. *Quia nihil est sub ea, cum sit infimum elementum.*
2 Et fingens spiritum. *Quia anima à Deo creatur, & infunditur corpori organizato.*
3 Ecce ego ponam Ierusalem. *Id est, ecclesiam, quæ vocatur Ierusalem: Isa. 2. vt ibidem dictum fuit diffusè, & Apoc. 21. a.* Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem, descendentem de cælo sicut sponsam, &c.
4 Superliminare crapulæ. *Ad quod Hebræi impingunt, quia Antichristus & eius exercitus post persecutionem ecclesiæ, deiicietur, vt dictum est. In Hebræo habetur,* Bacinū amaritudinis, *quia ecclesia amaricabitur in persecutione Antichristi: & postea ipse & eius exercitus. Ideo subditur,*
5 Omnibus pop. *Quia de omnibus popu. aliqui adhærebunt Antichristo. Ideo subditur,*
6 Sed & Iuda. *Quia tunc aliqui Christiani timore ducti erunt in exercitu Antichristi.*
7 Et erit in die illa. *Lapis enim ponderosus, quando mouetur de loco suo, affligit motores, sic Antichristus & eius exercitus quærentes tollere stabilitatem ecclesiæ, affligent & turbabunt fideles. Et hoc est quod subditur,* Omnes qui leuabunt eum concisione, &c.

Aliqui fideles ex timore militabūt pro Antichristo.

8 Et colligentur aduersus, &c. *Id est, aliqui de omnibus regnis adhærentes Antichristo.*
9 In die illa. *Hic consequenter ponitur Antichristi & sui exercitus deiectio, cum dicitur,*
10 Percutiam. *Quia ipse fulminabitur, vt dictum est, & magna pars sui exercitus peribit,*
11 Et super domum Iuda. *Id est, super Christianos in eius exercitu existentes ex timore.*
12 Aperiam oculos meos. *Misericordiæ: quia non peribunt cum ceteris, Antichristo adhærentibus voluntariè. Ideo subditur,*
13 Et dicent duces Iuda. *Id est, principales in illis Christianis Antichristo timore adhærentibus.*
14 Confortentur mihi habitato. Ierusalem. *Quia Christiani timore Antichristi in eius exercitu futuri, desiderabunt corde prosperitatem Christianorum obsessorum, licet hoc ostendere non audeant manifestè. Hæc autem littera videtur dissona illi expositioni, quæ exponit passum istum de persecutione primitiuæ ecclesiæ per principes Iudæorum, vt patet in Actibus Apo-*

MORALITER.

† 3 *Ecce ego ponam Ierusalem.* id est, ecclesiam, pro clero, acceptam.
4 *Superlimi.* id est excessiuam in cibis & potibus manifestè,
6 *Sed & Iuda erit in obsidione, &c.* id est, contra clerum. Potest etiam hoc dicere quilibet confitens veritatem.
7 *Et erit in die illa.* Tantum enim pondus citationum, excommunicationum, interdictorum, & aliorum grauaminum ponitur super populum Christianum, quod sub onere iacet depressus. Vnde dicit Augustinus ad inquisitiones Ianuarij, *Ipsam religionem nostram, quam in paucissimis celebrationibus Dominus voluit esse liberā, quidam adeo seruilibus premunt oneribus, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui non humanis præsumptionibus, sed diuinis subiiciuntur institutis.*

Christianitatis libertas per suos præsidentes Iudaica seruitute intollerabilior redditur.

9 *In die illa dicit Dominus.* Scilicet mortis, quæ dicitur dies illa quia debet esse cunctis memorabilis.
10 *Percutiam om.* i. brutaliter viuentem, sicut equus & mulus.
† *Et ascensorem eius.* id est inducentem eum ad vilia.
11 *Et super domum Iuda.* i. confitentium veritatem verbo & facto.
12 *Aperiam oculos meos.* Scilicet clementiæ.
13 *Et dicent duces Iuda in corde suo, confortentur, &c.* Hoc fit, quando boni religiosi & alij deuoti orant deuotè pro emendatione cleri.

Orationes religiosorū & aliorum deuotorum pro emendatione cleri.

a *In die illa ponam duces Iuda.* HIER. lib. 3. com. Cùm dominus interfecto aduersario spiritu oris sui, pacem reddiderit ecclesiæ: tunc duces Christiani nominis deuorabunt infructuosas arbores, sicut caminus ligna, & sicut fax stipulam, quæ caret fructu, & omni vento circumfertur à dextera & à sinistra. Via *dextera*, parcitas, quæ φυλαργυρία Græcè; *sinistra* luxuries, media rectaque frugalitas. Omnes ergo, quales in dextera vel in sinistra sunt, flamma cõsumet: quibus sublatis ecclesia ad pristinum redibit statum, & Tabernacula, id est, cõciliabula Christianorum, toto orbe dispersa, saluabit Deus, de quibus quasi tentoriis cupimus ire ad Ierusalem non manufactam.

1.Thess.2.b. — In medio virtus.

a exercituum Deo eorum.[6] In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis: & sicut faciem ignis in fœno: & deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu. Et habitabitur Ierusalem rursus in loco suo in Ierusalem: & saluabit dominus tabernacula Iuda sicut in principio: vt nõ magnificè glorietur domus Dauid, & gloria habitantium Ierusalem contra Iudam.[8] In die illa proteget dominus habitatores Ierusalem. Et erit qui offenderit ex eis in die illa quasi Dauid & domus Dauid quasi Dei: sicut angelus domini in conspectu * eius.[9] Et erit: in die illa quæram conterere omnes Gentes, quæ venient contra Ierusalem,[10] & effundam super domum Dauid, & super habitatores

(Interlinear glosses: a Quando hæc dicent duces Iuda. — a Vt deuorent aduersarios, quibus simulata amicitia iungebantur. — Vel stipula. — Viri Iuda. — Eos qui declinauerunt ad dexteram. — a Vltra non timens hostiles impetus. — a Vrbes & oppida & villas tribus Iudæ quę vastatæ fuerant, instaurabit, sicut fuerant antequam vastarentur. — Subiectam plebem.)

b *Vt non magnificè glorietur.* IBID. Non potest dicere domus, regia, & inclyti, & magnifici de tribu Iuda, & habitatores Ierusalem, quod suo consilio vel virtute gubernetur tota tribus Iudæ: sed sciant quod domini sit in vtrisque victoria.

IBID. Ideo obsessis principibus ecclesiæ, & in fugã versis, saluat Deus omnes, qui Christiano cësentur nomine, ne putent doctores ecclesiæ sua sapientia, sed Dei auxilio pacem ecclesiis redditam.

Cur velit Deus vt perflet sæpe Ecclesia delapsis ab ea rectoribus.

c *In die illa, &c.* IBID. In illo tempore, quando domino protegente Iudas à dextris & à sinistris percutiet aduersarios: proteget Deus obsessos Ierusalem, & tantam prosperitatem dabit, vt qui vilissimus putabatur, sit quasi domus regia, & qui de domo regia erit, quasi de domo Dei, quasi nũtius Dei & angelicæ diuinitatis in conspectu eorum, qui eo tempore erunt saluati.

Ecclesia purior & illustrior apparet post persecutionem.

Proteget Deus habitatores ecclesiæ, pace post persecutionem reddita, & ita glorificabit eos qui pro ecclesia militauerunt, vt etiam minimus, qui quasi homo in aliquo suo facto vel verbo offendit, in ordine magistrorum ponatur: & magistri, qui suum reseruauerunt gradum, sint quasi domus Dei; & quasi angeli Dei: hoc enim in terra positi omni studio quærimus, vt angelis in cælis æquales simus.

d *Et erit qui offenderit, &c.* GREGOR. hom. 20. in Ezech. Hæc dies misericordiæ, quæ nobis de aduentu Redemptoris nostri promissa est. Qui itaque offenderit, *erit quasi Dauid* quia peccator ad pœnitentiam redit, *Domus autem Dauid quasi Dei*: quia reuersus quisque ad iustitiam, Habitatio efficitur creatoris sui, vt sit sicut *angelus in conspectu eius*, quia misericordiæ viscera, quæ in se expertus est, annuntiando & aliis propinat.

De peccatore per pœnitentiam ad Deum reuerso.

e *Et erit: in die.* HIE. vbi supra. Hæc Iudæi ex parte iam facta & plenius in consummatione mundi futura commemorant.

* eorum.

IBID. Quando Christus protegit ecclesiam, quærit etiam conterere Gentes aduersarias, vt incipiant esse de ecclesia: quia creator diligit creaturam, & copiosè illuminat sensum eorum per spiritum sanctum, quem diffundit in cordibus eorum, qui sunt domus Dei, per quem multas gratias & effectum orandi præstat, vnde, *Qui postulat* pro sanctis *gemitibus inenarrabilibus.*

Deus de persecutoribus suscitat Ecclesiæ suæ defensores.

† REMIG. Quod dicit, *Quæram conterere omnes gentes*, in bonam partem accipiendum est: Conterit enim Dominus, non ad perditionem, sed ad emendationem, vt desistant persequi Ierusalem, & ex hostibus fiant oues.

f *Et effundam super domum Dauid, &c.* REMIG. Verbo *effusionis* largitatem dantis ostendit, qua Deus gratiam Spiritus sancti tribuit. De qua Paulus, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Et per alium prophetam. *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Bene autem addidit, *Et precum.* Quia quos Spiritus sanctus repleuerit, eos statim ad orandum accendit.

Rom. 5. Spiritus sanctus dat deuotè orare. Ioel. 2.

Di-

NICOLAVS DE LIRA.

Apostolorum. Item illud quod postea dicitur hic, Et saluabit Dominus Tabernaculum Iuda. *Quia Iudæi persequentes ecclesiam primitiuam, non desiderauerunt prosperitatem Christianorum, nec fuerunt saluati aduenientibus Romanis contra Ierusalem, sed magis occisi & destructi.*

1 In die illa ponam duces Iuda, &c. *Quia Christiani existentes in exercitu Antichristi, Antichristo fulminato, & pereunte exercitus eius parte, timore deposito contra reliquos remanentes de parte Antichristi pugnabunt.*

2 Et habitabitur Ierusalem rursus, *A Christianis pacificè mortuo Antichristo, & eius exercitu dissipato. Et accipitur hic* Ierusalem *non solum pro ecclesia militante, sed etiam pro ipsa ciuitate ad litteram, in quantum Antichristus veniet ante ipsam, & ibidem interficietur, obtenta tamen prius ciuitate & templo.*

Ierusalem sublato Antichristo Christianis reddita.

3 Et saluabit dominus tabernacula Iuda, &c. *Id est, res & corpora Christianorum, cum Antichristo timore existentium, vt prædictum est.*

4 Sicut in principio. *Id est, antequam essent cum Antichristo.*

5 Vt non magnificè glorietur domus Dauid, &c. *Id est, ne fideles impugnati ab Antichristo ex timore sequentes Antichristum despiciant Christianos, dicendo quod merito perissent sicut infideles, si fuissent mortui cum alia Gente Antichristi: non enim contra suos venient voluntariè, sed coacti timore, quo remoto ad suos reuertentur. Ideo sequitur,*

Pœnitentia Christianorum qui Antichristũ ex timore secuti erãt.

6 In die, &c. *Ab impugnatione Antichristi.*

7 Et erit qui offenderit. *timore ductus modo prædicto, vel deceptus ab Antichristo: quia multi Christiani tunc decipientur, credentes ipsum esse vere Christum.*

8 Quasi Dauid. *Id est, cito misericordiam consequetur, sicut Dauid si verè pœniteat, sicut ipse Dauid, vt patet 2. Re. 12. d. vbi dicitur, quod ipso confitente peccatum perpetratum cum Betsabee, Nathan propheta statim dixit ei,* Dominus transtulit peccatum tuum.

9 Et do. Dau. quasi Dei. *Id est, sicut illi qui stabunt in fide Christi.*

10 Et erit in die illa quæ. conte. omnes. *Id est, Antichristum, & ei adherentes, ita quod est repetitio eius, quod supra dictum est ad maiorem assertionem.*

11 Et effu. *Hic consequenter describitur Iudæorum conuersio: Et secundo eorum regeneratio, in principio capituli sequentis. Circa primum sciendum quod sicut dicit sanctus Methodius martyr, detecta falsitate Antichristi per Enoch & Eliam, Iudæi qui prius adhæserunt sibi, conuertentur ad Christum, fideliter parati pro eius fide mori, ita quod 144. millia coronabuntur martyrio ex omni tribu filiorum Israel sicut dicitur Apoc. 7. a. Et hoc est quod dicitur.* Et effun. super. *Id est, Iudæos reuertentes ad Christum.*

Iudæorum ad fidem conuersio per Enoch & Eliam deuota & feruens pietas.

12 Et super habitatores Ierusalem. *Id est, super omnes generaliter credentes in Christum.*

Spi-

MORALITER.

† 1 *In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis,* Id est, prædicatores ex feruore Charitatis.

† *Et deuorabunt ad dexteram & ad sinistram,* Id est, indifferenter sine acceptione destruent vitia.

2 *Et habitabitur Ierusalem rursus in loco suo.* Nam per bonam emendationem cleri restituitur ecclesia ad statum debitum.

7 *Et erit.* Id est, remissionem inueniet per suam pœnitentiam sicut Dauid qui grauem incurrerat offensam.

9 *Et domus Dauid.* Id est, pœnitentium.

† *Sicut Dei.* Nam verè pœnitentes erunt angeli in cælo, quod est domus Dei.

10 *Et erit, &c. omnes gentes.* Id est, dæmones: Qui Gentes dicuntur eo quod in idolis à gentibus colebantur: ipsi vero per opera bona pœnitentium affliguntur.

11 *Et effu.* Quia preces infusionem gratię sequentes sunt efficaces.

† DIDYMVS ALEX. lib. de Spiritu sancto. Ipse spiritus sanctus dictus est *gratia*, secundum illud: Et spiritui gratiæ iniuriam faciens, in quo sanctificatus est. In Zacharia quoque repromittit Deus effusurum se, id est, abundantissimè tributurum Ierusalem Spiritum gratiæ & miserationis.

Spiritus Sanctus Gratia dictus.

† IREN. lib. 4. c. 66. Quidam prophetæ Christũ in gloria vidētes, gloriosam eius apud patrē à dextris conuersationem prædicebant: alij super nubes, vt filium hominis venientem, & dicentes de eo, *Videbunt in quem compunxerunt*, aduētum eius significabant.

Prophetarũ prædictiones de Christo.

a *Et aspicient ad me.* HIERON. lib. 3. com. Cum Iudæi videbũt Christum regnantem in sua & patris claritate, dolebunt à se crucifixum, intelligentes fuisse vnigenitum, & primogenitum totius creaturæ.

Rom. 8. c.

a Ierusalem spiritum gratiæ & precum.[1] * Et aspicient ad me[2] quem cōfinxerunt,[3] & plangent eum planctu quasi super vni[4]genitum,[5] & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte[6] b primogeniti.[7] [11] In die illa magnus erit planctus in Ierusalem,[8] sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon.[11] Et plan[9]gent terræ familiæ & familiæ seorsum. Familię domus Dauid[10] seorsum, mulieres eorum seorsum, [12] Familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familiæ Semei seorsum & mulieres eorum seorsum. [14] Omnes familiæ reliquæ familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.

(Interlinear: a Quæ dicebat: Sanguis eius super nos & super, &c. b Tribus. c Tribus. d Diuisa alia ab aliis. Viri de tribu Dauid plangent. Viri de tribu Nathan. a Viri de tribu Leui. a Viri de tribu Semei. a Diuersæ tribus. a Tribu à tribu. b Singularum tribuum diuisæ à viris suarum tribuum.)

Vos occidistis Christum, quamuis hoc parentes eorum fecerint: D sic & isti se dolebunt fecisse quodammodo, quod fecerunt illi, ex quorum stirpe descendunt. Non dolebunt reatu criminis, sed pietatis affectu.

Iudæi ipsorũ occisus sit Christus.

b *In die illa.* HIER. vbi supra. Adadremmon vrbs est iuxta Iezrael, quæ Maximianopolis hodie vocatur, in campo Mageddon: In quo Iosias rex iustus à Pharaone Nechao vulneratus est, super quo lamentationes scribit Ieremias. Sicut ergo eo tempore post reges peccatores, omnis spes populi erat in Iosia, & illo occiso magnus planctus in vrbe commotus est: ita crucifixo Saluatore renouabitur planctus in Ierusalem.

4. Reg. 23. f. 2. Par. 35. d. Io. 16. g. Mors Iosiæ & mors Christi & luctus super vtrumque factus.

IBID. In die iudicij, quando omnia nomina dignitatum deponentur, & impletum fuerit quod scriptum est, Ecce homo & opera eius, & paleæ à tritico erunt separatæ: tunc erit planctus magnus, non in alio loco, sed in Ierusalem. Plaga enim à F sanctis incipiet, & reges & sacerdotes & prophetæ & doctores tundent pectora manibus, cum viderint eum, quem crucifixerunt regnantem in sua & patris maiestate.

Matth. 10. b. Dies extremi iudicij.

† AVGVSTINVS lib. 20. de ciuit. cap. 30. Ex persona Dei dicitur per prophetam, *Effundam super domum Dauid*, *&c.* & tamen hunc Deum, tam magna & diuina facientem, sese Christus ostendit, adiungendo, *Et aspicient ad me pro eo quod insultauerunt, & plangent super eos planctum*, *&c.* Pœnitebit quippe in die illa Iudæos, etiam C eos qui accepturi sunt Spiritum gratiæ & misericordiæ, quod in eius passione insultauerunt Christo, cum ad eum aspexerint in sua maiestate venientem, eumque esse cognouerint, quem prius humilem in suis parentibus illuserunt, quamuis & ipsi parentes eorum tantæ illius impietatis auctores resurgentes videbunt eum, sed puniendi iam non adhuc corrigendi. Non itaque hoc loco ipsi intelligendi sunt, vbi dictum est: *Et effundam Spiritum gratiæ & misericordiæ*, *&c.* sed de illorum stirpe venientes, qui per Heliam illo tempore sunt credituri. Et sicut dicimus Iudæis,

Dolor Iudæorum in fine mundi conuersorũ super eo quod à ma-

c *Familiæ domus.* In *Dauid* tribus regia accipitur, In *Nathā*, prophetalis ordo, In *Leui*, sacerdotes, In *Semei*, doctores, Ex hac enim tribu magistrorum agmina pullularunt: reliquæ tribus tacentur, quæ non habent aliquod priuilegium dignitatis.

Quod verò seorsum plangunt, significat quia tempore tribulationis non debemus seruire coniugiis & operibus nuptiarum. Igitur nunc tribus domus Dauid, & aliæ tribus separantur ab vxoribus suis, vt plangant dominum Iesum, de quo dixerant, *Sanguis eius super nos & super filios nostros*.

Quando abstinendũ ab vxoribus. Matth. 27. c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Spiritum gratiæ. *Inquantum illos reducet ad fidem veram.*

2 Et precum. *Quia alios fideles proteget ab impugnatione Antichristi, exaudiens preces eorum.*

3 Et aspicient, *Scilicet, Iudæi qui tunc verè conuertentur.*

4 Quem confi. *Tunc enim confitebuntur, quod Iesus Nazarenus ab eis crucifixus, id est, à patribus eorum, fuit & est verus Christus in lege & prophetis promissus.*

5 Et plangent eum. *Id est, dolebunt de hoc, quod eum offenderunt in opere. Et mutatur hic modus loquēdi de prima persona ad tertiam, quod frequenter fit in prophetis, vt supra visum est.*

6 Quasi super vnige. *Id est, ita dolebũt ex vera contritione, sicut solet homo dolere de primogeniti sui morte, qui dolor apud homines solet esse maximus.*

7 Et dolebunt super, *Repetitio est eiusdem ad maiorem expressionem. Et quia tunc in ecclesia nō solũ erit planctus de Christo modo prædicto, sed etiam de Iudæis martyrizatis ab Antichristo, qui plangentur à contribulibus suis remanentibus, ideo sequitur,*

Multi de Iudæis in fine sæculi conuersis martyrio coronabuntur.

8 In die illa magnus erit planctus, sicut planctus Adadremmon *nomen est ciuitatis propinquæ campo Mageddon, in quo fuit Iosias occisus, de cuius morte fuit magnus planctus in tota terra Israel, vt patet 2. Par. 35. d. & incepit in illa ciuitate Adadremmon, quæ erat propinqua loco occisionis.*

Adadremmon.

9 Et plangent terræ familiæ, &c. *Id est, qualibet tribus mortuos de sua tribu. Ra. Sa. vero dicit hic, quod qualibet tribus planget specialiter mortuos suos in bello Gog & Magog, & in hoc conuenit mecum quantum ad aliquid, quia per Gog & Magog intelligo Antichristum & eius exercitum, vt dictum est supra.*

10 Familiæ domus Dauid. *Quia in loco orationis, vbi solet fieri talis planctus, mulieres erant segregatæ à viris apud Hebræos. Et similiter est apud Christianos in ecclesia propter honestatem seruandam: & nominatur hic expressè familiæ principaliores, Primò Regum cum dicitur*, Familiæ domus Dauid seorsum, &c. *Secundo prophetarum, ibi,* Familiæ domus Nathan, &c. *tertio sacerdotum & Leuitarum, ibi,* Familiæ domus Leui. *Et quartò cuiusdam notabilis viri, ibi,* Familiæ Semei. *Quintò, reliquæ in generali, ibi,* Omnes familiæ. &c.

Mulieres apud Hebræos orabant separatæ à viris.

MORALITER.

† 3 *Et aspicient.* Deuotè Deum precando.

4 *Quem confinxerunt,* Scilicet, prius peccatis offendendo.

5 *Et plangent.* Propter offensas præteritas.

† *Sicut planctus Adadremmon.* Id est, sicut plāctus pro morte Iosiæ.

9 *Et plangent terra.* Per hoc notatur quod planctus pro peccatis esse debet in locis occultis & sequestratis.

† *Et mulieres.* Tempore namque planctus ab amplexibus est cauendum.

CAP. XIII.

A a IN *die illa,&c.* HIE.lib.3.com. Vt omnes renascamur in Christo, & in aqua baptismatis nobis peccata condonentur,& in aqua spiritualis doctrinæ scientia scripturarum tribuatur.

† GREG.hom.20.in Ezech. Fons occultus, est vnigenitus patris inuisibilis Deus, *Fons patens* est idem Deus incarnatus. Domus Dauid recte dicitur, quia ex Dauid genere redemptor noster processit. Hi autem Ierusalem habitant, qui in visione pacis B intime mentem figunt. Peccator vero & menstruata, est vel is, qui deliquit in opere, vel mens, quæ labitur in praua cogitatione. Dicatur ergo, *In die illa erit fons patens, &c.* Quia apertus iam nobis est fons misericordiæ redemptor noster, qui in domo Dauid incarnari dignatus est, vt peccatorem lauet à peruerso opere, & menstruatam mentem diluat ab immunda cogitatione. Patet fons, curramus cum lachrymis, lauemur hoc fonte pietatis. In hoc fonte Dauid lotus est, cum rediit ad lamenta pœnitentiæ: lota est Maria Magdalena, lotus Petrus à negatione, lotus latro, qui semetipsum in morte reprehendens, à culpa sua ablutus est confessione veritatis,&c.

*Ezec.30.d.

Christus fons ad lauandum & curandum totum genus humanum.

b *Disperdam nomina idolorum,&c.* †† EVSEB.de præparat.li.5.c.1. Quod post tempora Saluatoris nostri dæmonum potentia fracta iaceat, ipse Porphyrius Christiani nominis hostis, in libro quem D aduersus nostram religionem conscripsit, hoc modo testatur: *Nunc vero mirantur* (inquit) *si tam multis annis post ea ciuitas vexatur, cum & Hesculapius & alij Dij longe sint ab ea. Postea enim quam Iesus colitur, nihil vtilitatis à diis consequi possumus.* Hæc illius verba sunt. Quod si dij sunt, ô Porphyri, quare viribus suis Iesu virtutem non deprimunt? Siquidem (vt vos dicitis) mortalis homo Iesus, & seductor fuit: dæmones vero vestri & Dij, & Saluatores. Cur igitur omnes simul cum E Hesculapio terga verterunt, vniuersumque humanum genus fusi atque fugati Iesu tradiderunt? Qui etiam post mortē apud omnes gētes indies crescit: manifestissima vere signa, & infinitas, vt Deus, vires habere omnibus ostēdens, qui aliquātisper *volunt aduertere, tantum vnus F solus, & ipse mortuus potest, vt innumeros Deos expulerit: & honoribus eorū destructis, cultum ad se transtulerit. Illi autem & multi, & viui vt dicitis, nec apparent vsquam iam, nec operantur: quia non dij sed praui dæmones dij vestri sunt: Iesus autem Deus verus est, ac ideo gloria crescit indies.

Dæmonum potentiam à Christo sublatam fatetur ipse Porphyrius.

c *Et erit cum propheta.&c.* HIE.lib.3.com. Sublatis nominibus idolorum de terra,& immundo spiritu, qui loquebatur in pseudoprophetis: si quis illorum amplius aliquid ex persona domini voluerit prophetare, parentes ipsius proferant in illum sententiam mortis.

CAP. XIII.

a ¶ Post ascensionem Christi. ¶ Omnibus sitientibus. b ¶ Ecclesiæ Christi.

a IN die illa erit fons patens domui Dauid 1 & habitantibus Ierusalem, in ablutionem 2 3

a ¶ Minorum peccatorum. b ¶ Maiorum: nihil enim immundius menstruata, quæ quidquid attigerit, immundum facit: & huius tamen sordes abluuntur in Christi baptismate. c ¶ Quam crebro commemoraui.

peccatoris & menstruatæ.¹ Et erit in die illa, dicit dominus 4

a ¶ Simulacra idolorum, vel figmenta hæreticorum: Sicut enim idola manu artificis fiunt, ita peruersa doctrina hæreticorum quidquid simulat vertit in idolum, & facit pro Christo adorari Antichristum.

b exercituum, * disperdam nomina idolorum de terra,& non 5

a ¶ Ab ethnicis sacerdotes idolorum prophetæ vocantur.

memorabuntur vltra. Et pseudoprophetas & spiritum im- 6 7

¶ Pseudo.

c mundum auferam de terra.² Et erit cum prophetauerit quis- 8 9

a ¶ Obliti paternæ pietatis, & ardore diuinæ seruitutis, non expectantes publicum iudicium.

piam vltra, dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum: Non viues, quia mendacium locutus es in

a ¶ Quasi eo auctore. b ¶ Verberibus & compedibus.

nomine domini. Et configent eum pater eius & mater

a ¶ Cum falso prophetans iudicio parentum condemnabitur, confundetur ex mendacio falsæ visionis.

eius, genitores eius cùm prophetauerit.⁴ Et erit in die 10

☞ Nec

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIII.

IN die illa. *Hic consequenter describitur Iudæorum regeneratio per baptismum. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur hæc regeneratio: Secundo, idololatriæ & falsitatis remotio, ibi,* Et erit. *Circa primum dicitur,*

1 In die illa. *In qua detegetur falsitas Antichristi.*

2 Erit fons. *Quia omnes Iudæi confluent ad baptismum.*

3 In ablutionem peccato. &c. *Per* menstruatam *intelligitur peccatum originale, quod contrahitur in matris ventre: Per* peccatorem, *peccatum actuale, vtrumque enim lauat baptismus in adultis ad baptismū venientibus quales erunt tunc venientes pro maiori parte, vt patet ex prædictis.*

Peccatum originale & actuale.

4 Et erit in die illa, dicit do. *Hic consequenter ponitur abiectio idololatriæ: Et secundo falsæ prophetiæ, ibi,* Et erit. *Circa primum sciendum, quod licet per prædicationem apostolorum, aliorumque succedentium doctorum, idololatria cessauerit per mundum, pro maiori parte, vt frequenter supra dictum est: tamen adhuc aliquid remansit, quia in partibus aquilonaribus sunt aliqui populi, & in magna multitudine, qui dicuntur Viuitarij, & illud viuū, quod eis primo occurrit qualibet die venerantur, vt Deum suum pro illa die: sicut relatione fide digna intellexi. Antichristus etiam faciet se adorari sicut Deum, vt habetur 2.ad Tessal.2. Et ideo vsque post mortem eius non cessabit totaliter idololatria, tunc enim omnes viuent in fide catholica. Et hoc est quod dicitur:* Et erit in die illa. *Scilicet, mortis Antichristi.*

Viuitarij vbi & qualis Gens sit.

5 Disperdam nomina idolorum de ter. *Quia sicut dictum est, tunc omnino cessabit idololatria. Et secundum ista, illud quod ego dixi in aliquibus locis supra, scilicet, quod ad prædicationem apostolorum & aliorum doctorum sequentium cessauit idololatria per mundum, intelligendum est simpliciter, non tamen totaliter: sicut Aethiops dicitur niger simpliciter, quamuis sit albus secundum dentes, quæ albedo est modica respectu nigredinis, & ideo quasi nihil computatur secundum sententiam Phi.2.Physicorum: vbi dicitur, quod illud quod est modicum, quasi nihil reputatur. Et etiam secundum communem modum loquendi: Illud quod est modicum, nihil dicitur. Et sic est in proposito: quia illa idololatria, quæ remansit in aliquibus Gentibus barbaris, vt asseritur, illa est modica & quasi pro nihilo computanda respectu illius quæ cessauit per alias partes orbis.*

Liræ dicta de totali abolitione idololatriæ quomodo moderāda.

6 Et pseudoprophetas. *Hic consequenter ponitur cessatio falsæ prophetiæ, cum dicitur,* Et pseudoprophetas. *Id est, falsos, qui per suam malitiam fingunt se esse prophetas propter quæstum.*

7 Et spiritum immundum, *Id est, prophetantes per prophetias à dæmone acceptas, & omnibus aliis modis per responsa dæmonum.*

8 Auferam. *Quia nihil remanebit de tali prophetia.*

9 Et erit cum prophetaue. &c. *Id est, si aliquis vellet prædicto modo prophetare, amici sui etiam intimi non permitterent, sed ipsum grauiter punirent, Ideo sequitur,*

10 In die illa confun.pro. *Quia nullus audebit prophetam se dicere, nec etiam ostendere, Ideo subditur,*

Nec

MORALITER.

† 1 *In die illa erit fons.* Per fontem istum intelligitur largitas misericordiæ diuinæ quæ aperitur omnibus ad Deum reuertentibus per opera pœnitentiæ.

Largitas misericordiæ diuinæ.

4 *Et erit in die illa, dicit dominus exercituum, disperdam nomina idolorū,* Id est, vitiorum, quorum nomina à verè pœnitentibus sunt exclusa. Ephesi. quinto a. *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, &c.*

6 *Et pseudoprophetas & spiritum immundum auferam de ter.* Per istos significantur hæretici, qui cum deprehenduntur à patre spirituali, & à matre, grauiter puniuntur: & si fuerint obstinati, traduntur iustitiæ sæculari, & si reuertantur ad veritatem ecclesiæ, confitentur se fuisse punitos non ex odio, sed ex charitate.

Hæretici.

a *Nec cooperientur pal. sac.* HIER. lib. 3. com. Mos erat prophetis induì sacco, quando populum ad pœnitentiam prouocabant: vnde Isaiæ præcipitur, vt auferat saccũ de lumbis, & nudus incedat, quia non erat tempus pœnitentiæ, imminente iam captiuitate. Non ergo prophetali habitu simplices decipiet, sed agriculturæ deditus probabit se subiectũ Dei sententiæ, qua Adę dicitur, *Maledicta terra in operibus tuis.*

Saccus indicium pœnitentiæ. Gen. 3. c.

b *His plagatus sum.* IBID. Non mirum si pater oblitus carnalis affectus profert sententiam mortis contra peccantem filium: cùm ex voluntate Dei patris vnicus filius, licet immunis à malo, traditus fuit in mortem pro delictis hominum.

† RVPERT. Abeo quod dixerat, *Tu autem in sanguine testamenti tui, &c.* vsque ad planctum iam dictũ, sermo processit, quo ordine res erant gerendæ à passione Christi vsque ad finem sæculi: *fons* autem *patens domus Dauid* est baptismi sacramentum, in remissionem peccatorum credentis ex circumcisione & gentilitate. Eiusmodi autem prophetas, qualis fuit Caiphas pontifex anni illius, & spiritus immundos abstulit Deus de terra sua potestate, & per aduenientem exercitum Romanorum. *Et erit cum prophetauerit vltra, &c.* Propheta eximius surget, & de seipso prophetabit dicens: *Soluite templum hoc, &c.* Pater eius Iudaicus populus, & mater eius synagoga; qui secundum carnem genuerunt eum, falsis testibus submissis accusabunt eum, & clamabunt, *Reus est mortis*, Quod est dicere, *Non viues, quia locutus es in nomine Domini*, Dicendo te Christum filium Dei esse. Vt dictum, ita factum est, quia crucifixerunt eum. Deinde confusi sunt illi prophetæ, qui dixerunt. *Expedit vt vnus homo moriatur pro populo*, ex consilio suo, quia miro modo cùm non sit factum quod cogitauerunt, factum est quod dixerunt, *Omnes rident in eum, &c.* Hinc illis confusio magna, nobis autem credentibus honor. Et quomodo tunc operti fuerunt *pallio saccino*? Nimirum sicut hypocritæ tristes, imò plusquã hypocritæ, plusquam tristes, quia homicidæ & crudeles. Pauor ille, quem simulauerunt coram populo, ad eum exasperandum, *Venient Romani, & tollent, &c.* Pallium fuit saccinum, quo operti occiderunt illum. *Sed dicet: Non sum propheta, &c.* Ironia grauissima est, aut etiã sarcasmos, id est, hostilis irrisio, iuxta illud, *Ego in interitu vestro ridebo.* Non sum propheta, homo agricola ego sum, &c. subauditur æstimatione vestra, quia sic dixistis, *Quia propheta à Galilæa non surget.* Nunc patet, vtrum ego, tamquam homo agricola, aut faber, litteras scire non debuerim, cùm è contra tot prophetas & sapientes fecerim & miserim ad vos: nunc inquam patet, vtrum homo fuerim, secundum exemplum Adã, cùm vos talẽ ac tantam, propter istum sanguinem meum, receperitis vindictã. Hæc inquit dicet, cũ fixus & mortuus fuerit, & resurrexerit & dicetur ei: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Quamdiu, quomodo, à quo, vel à quibus dicetur ei? Nimirum in sæcula sęculorum admiratione ineffabili, & à Deo patre (cui factus est obediens vsque ad mortem) & à sanctis angelis qui in eũ desiderant prospicere, dicetur ei: & ab omnibus quos sua morte redemit. Non dicet, his plagatus sum ab his qui diligebant me, sed in domo eorum qui diligebant me: nam qui plagas intulerunt, non dilexerunt me, erant autem domus Abraham, Isaac, Iacob, & Dauid, & talium qui diligentes expectabant me sibi promissum. Rursum, quæritis, *Quid sunt plagæ istæ*? Ego dico vobis quia testimonia sunt obedientiæ, signa voluntatis & iussionis paternæ. Pater mihi proprio filio suo non pepercit, sed pro vobis omnibus tradidit me, dicens: *Framea suscitare super pastorem meum, &c.* Quod est dicere: O mors, conualesce super filium meum, pastorem bonum, in vnitate personæ coniunctum, Verbo, quod consubstantiale mihi est, &c.

Baptismi sacramentum. Ioan. 11. Ioan. 2. Matt. 26. De Christo persecutionem & mortem sustinente à Iudæis. Ioan. 11. Prou. 1. Ioan. 7. Christus potentiam suam nosci mundo fecit in exaltatione sidelium & pœnalitate dæmonum. Matt. 26. Meditatio suauissima de plagis & vulneribus Christi. Rom. 8.

illa, confundentur prophetæ vnusquisque ex visione sua, [a] cum prophetauerint, nec cooperientur pallio saccino, vt [1] mentiantur. [5] Sed dicet: non sum propheta. Homo agricola ego sum, quoniam Adãm exemplum meum ab adolescen- [2] tia mea. [6] Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio ma- [b] nuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eo- [3] [c] rum qui diligebant me. [7] Framea suscitare super pastorem [4] meum, & super virum cohærẽtem mihi, dicit dominus exer- [5] [6] [d] cituũ.* Percute pastorẽ & dispergentur oues. Et conuertam [7] [8]

(interlinear) ¶ Ipse conuictus. — a ¶ Humani generis princeps. b ¶ Vt comedam panem meum in sudore vultus, &c. — a ¶ Ab aliis. b ¶ Cum ille ostenderit se natum ad hoc, vt in sudore comedat panem. ¶ Quid commisisti, vt manus tuæ configerentur clauis. — a ¶ In tantum fugabitur mendacium, & veritas obtinebit locum, vt etiam ipse, qui suo punitus est vitio, se iuste perpessum fateatur. ¶ Hæc vulnera accepi iudicio parentũ condemnatus, qui non oderunt me, sed diligebant etiam dum punirent. — a ¶ Angustia mortis. ¶ Quæ occidit seruos, occidat & heredem. b ¶ Qui dicit, Ego sum pastor bonus. — ¶ Qui idem mecum. Vnde: Ego in patre, & pater in me. — a ¶ Ita suscitare, vt percutias pastorem, & occidas. ¶ Sic. b ¶ Discipuli omnes relicto eo fugerunt. c ¶ Relictis superbis Iudæis humilis magister colligam humiles discipulos.

*Mat. 26. c.

c *Framea suscitare, &c.* HIER. vbi supra. Prophetata destructione idolorum & pseudoprophetarum, & totius mendacij: subiungit de passione Christi, quę patris volũtate adimpleta est, per quam passionem reprobatio falsitatis, & illuminatio facta est credentium.

Passio Christi.

d *Percute pastorem, & dispergentur oues.* IBID. Cum passione domini territi fugerunt apostoli, vt dicit Matthæus: tunc prophetiam istam impletam fuisse inducens Deum patrem loquentem, *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.* Voluntate enim Dei patris, celebrata est passio Christi, in quo & iste propheta consentit dicens ex voce Dei, O framea percute pastorem, & dispergentur oues gregis.

Matt. 26. c. In Christi passione impletam istam prophetiam.

HIER.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nec cooperientur pallio sac. *Id est, veste aspera. Tali enim veste vtebantur antiquitus prophetæ, saltem aliqui, vt patet de Elia 4. Reg. 1. b. Et consimilem habitum accipiebant falsi prophetæ, vt magis crederetur eis.*

Habitus prophetarum.

2 Adam exemplum meum. *Id est, intentus agriculturæ exemplo ipsius Adæ, de quo dicitur, Genesis tertio.* Emisitque eum dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est. *In Hebræo habetur*: Homo pecudiauit me, *id est, conduxit me ad custodiendum pecora, quasi dicat,* Non sum propheta, Quid sunt plagæ istæ?

3 Et dicet: His plagatus sum, &c. *Id est, ista non sunt mihi facta ex odio, sed ex amore pro mea correctione.*

4 Framea. *Hic soluitur tacita quæstio. Et primò quæstio soluitur, Secundò, ex hoc multiplicatio fidelium concluditur, ibi,* Et erunt, *Quæstio vero ortum habet ex præmissis: Quia dictum est quod fideles grauiter affligentur ab Antichristo & satellitibus suis: & hoc posset aliquis admirari & quærere, quomodo Deus sic permittet iustos affligi ab iniquissimo homine? Et respondetur quod non est mirandum:* Quia proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum, *Morte acerbissima condemnandum. Et hoc est quod dicitur,* Framea, *Id est, gladius acerbæ afflictionis,*

Nihil mirũ Deum permittere fideles affligi grauiter ab Antichristo & satellitibus eius. Rom. 8.

5 Suscitare super pastorem meum. *Id est, super Christum qui dicit de seipso Ioannis decimo c.* Ego sum pastor bonus, &c.

6 Et super virum cohærentem mihi, *Quia humanitas Christi inseparabiliter iuncta est deitati. Rab. Sa. hoc exponit de imperio Romano per Messiam destruendo: propter mala quæ fecit Romanum imperium populo Iudaico; & apparet quod valde extortè & malè exponit: quia Imperatorẽ Romanorum vocat nequam & pessimũ, & sic secundũ eum non potest dici pastor Dei, nec inhærens sibi: quia talis inhærentia amicitiã significat. Vnde in Heb. dicitur:* Super virum mihi associatũ, *quod de Christo optimè exponitur, vt dictũ est.*

Nequitia Ra. Sa. exponentis hunc passũ de Romano imperio destruendo per venturũ Messiam.

7 Percute pasto. *Hoc fuit impletum quando Apostoli in passione reliquerunt Christum, vt dicit Saluator Matt. 26. ex quo patet quod hic passus intelligitur de Christo.*

8 Et conuertam manum meam. *Id est, potestatem meam.*

Ad

MORALITER.

† 4 *Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi.* Hoc ad litteram exponitur de Christo, Matt. 26. c. Moraliter autem potest exponi de bono prælato, quẽ Deus aliquando permittit temporaliter affligi ad augmentum sui meriti. Quia tamen ad hoc sequitur frequẽter dispersio gregis per diuersa vitia, Sequitur,

Bonus prælatus persecutionem sustinens.

† Et

†† Hier. lib. 3. com. Pro eo quod nos vertimus, *super virum cohærentem mihi*, Aquila interpretatus est *super virum contribulem meum*, Symmachus *super virum populi mei*. Lxx. *super virum ciuem eius*, Theodotio *super virum eius*; vau, in fine sermonis pro Iod legatur, quæ litteræ sola inter se distant magnitudine, & si Iod legatur, *meum* significat, si *vau*; *eius*.

De similitudine litterarum Iod & Vau.

Miror autem quosdam hanc prophetiam quam Euangelista Matthæus retulit ad dominum saluatorem postquam in passione eius fugere discipuli, & tunc eam dicit esse completã, allegoricis interpretationibus velle tenuare: & dum plus cupiunt videri nosse quàm ceteri, veritatis regulam non tenere. Nec putandũ est de altero loco assumptum testimonium, quia in Euangelio Deus à se dicit pastorem percussum; & in præsenti loco legimus gladio imperatum, *percute pastorem*. Hic gladius & hæc romphæa & framea est, de qua in 21. Psal. dominus loquitur ad patrem: Erue à framea Deus animam meam, &c.

Audacia nimia quorumdam vers. 7. huius cap. de alio quã de Christo interpretãtium.

a *Et ducam*. Hier. lib. 3. com. Iudæi hæc ad Christum referunt, & in vltimo tempore futura contendunt. Sed hoc inter nos & illos est, quia nos iam expleta dicimus; illi explenda commemorant. *Ignem veni mittere in terram*. & Apostoli baptizati in spiritu Dei & igne dicunt, *Probasti nos Deus, igne nos examinasti*.

Luc. 12. f. *Psal. 65. b.*

† Tertvl. in Scorpiaco ca. 7. Solũ autẽ Deus iugulat suos, an & torquet? Audio & alibi eum dicentem; *Vram illos sicuti vritur argentum, & probabo illos sicuti probatur aurum*. Vtique per tormenta ignium, & suppliciorum, per martyria fidei examinatoria.

manum meam ad paruulos.[8] Et erunt in omni terra, dicit dominus, partes duæ in ea dispergentur, & deficient: & tertia pars relinquetur in ea.[9] Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos, sicut vritur argentum: & probabo eos, sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Et dicam, populus meus es: & ipse dicet dominus Deus meus.

a ¶ Iudæorum & Gentilium. b ¶ Quæ pariter pereunt in passione Christi. ¶ Alias, disperdentur. c ¶ Pereuntibus incredulis Iudæis, & Gentibus, tertius populus Christianorum succrescit, & solus vitæ virtutum & habitationi ecclesiæ reseruatur.

a ¶ Et ne ista tertia pars sit delicata & secura, per ignem tribulationis probatur.

a ¶ Cum sic probati erant paruuli, super quos Deus manum conuertit, & per eos turba nationum crediderit, tunc credens populus vocabit Christum suo nomine & illo dicente: Tu es populus meus, respondebit: Tu es Deus meus.

NICOLAVS DE LIRA

1 Ad paruu. *Id est, ad Apostolos qui dicuntur hic paruuli, eo quod timore fugerunt in passione Christi: qui postea virtute diuina sic fuerunt firmati & solidati, quod gaudebant in tormentis, secundum quod dicitur Act. 5. g.* Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Apostoli de infirmis quam fortes facti sint eum superuenisset in eos Spiritus sanctus.

2 Et erunt. *Hic incipit versus in Hebræo, vbi agitur de fidelium multiplicatione ad passionem Christi sequente, secundum quod dicitur Ioan. 12. d.* Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. *Sciendum igitur, quod post passionem Christi & publicationem Euangelij, populus totius mundi in tres partes diuisus est: quarum vna est Iudæorum obstinatorum; alia est Gentilium in infidelitate remanentium; Et de istis dicitur,*

Post passionem Christi populus totius mundi in tres partes diuisus.

3 Partes duæ in ea. *Id est, in terra.*

4 Dispergentur, & deficient. *Et hic defectus potest dupliciter intelligi. Vno modo de defectu gratiæ & virtutis, & sic à tempore publicationis Euangelij, in quo omnes tenentur ad fidem Catholicam, defecerunt duæ partes istæ. Alio modo de cessatione vtriusque sectæ, & sic deficient in morte Antichristi, quando omnes Iudæi & Gentiles conuertentur ad fidem Christi: Tertia vero pars est Christianorum, de qua dicitur,*

Defectus Iudaismi & Paganismi.

5 Et tertia p. relinq. in ea. *Id est, in terra aliis duabus deficientibus modis predictis.*

6 Et ducam tertiam p. per ignem. *Scilicet acerbæ tribulationis, quia Christiani primo fuerunt afflicti à Iudæis, vt patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis; & postea à Romanis principibus, & aliis tyrannis: & grauius affligentur in persecutione Antichristi. Verumtamen quia hæc tribulatio est ad probationem electorum, & augmentum gloriæ ipsorum, ideo subditur,*

Christiani persecutionibus afflicti.

7 Et vram, &c. *Vt nulla in eis remaneat immunditia: Et quia preces talium sunt exaudibiles, ideo sequitur,*

8 Ipse vocabit nomen meum. *Id est, inuocauit me in oratione deuota.*

9 Et ego exaudiam eum. *Ad nutum.*

10 Et ipse dicet. *Quia confitebitur me per fidem, & ego eum per approbationem.*

MORALITER.

2 *Et erunt in omni terra.* Scilicet diœcesi dicti prælati.

3 *Partes duæ in ea dis. & defi.* Quia maior pars populi dimittit prælatum in persecutione tyranni.

5 *Et tertia pars, &c.* Id est, minor pars adhærens sibi, quæ cum eo vritur igne tribulationis; sicut contigit de sancto Thoma Cantuariense, cuius cognatio tota post ipsum de Anglia fuit crudeliter eiecta.

Sanctus Thomas Cantuariensis cum tota sua cognatione in exilium pulsus.

ADDITIO.

In ca. 13. *vbi dicitur in postil.* Perdam nomina idolorum, &c.

Quomodo idololatria cessauit.

Quod autem idololatria post aduentum Christi primum cessauit per mundum, non solum simpliciter, sed etiam totaliter, satis habetur in multis locis, specialiter Isa. 2. d. vbi dicitur: Et idola penitus conterentur. *Nec obstat, quod dicitur de aliquibus Barbaris, quia hæc cessatio intelligitur secundũ constitutiones seu consuetudines reipublicæ; quia nulla est Gens quæ cogat colere idola, sicut fiebat ante aduentum Christi, licet in multis partibus remaneant aliqui non solum apud Barbaros, sed etiam apud alias nationes peccantes in idololatria, sicut etiam inter fideles multi errant superstitiosa facientes; cum hoc tamen stat quod idololatria penitus cessauit: cum nullus sit rex nec aliqua potestas publica quæ ad cultum idolorum cõpellat, sicut ante aduentũ Christi.*

REPLICA. *In ca. 13. vbi dicitur:* Perdam nomina idolorum. *Exponit Postillator de tempore Antichristi, ante cuius mortem non cessabit in tota idololatria. Burgen. autem per modũ redargutionis dicit, quod post aduentum Christi primum cessauerit omnis idololatria non solũ simpliciter sed etiam totaliter. Sed illud non videtur verum ante tempora Syluestri & Constantini, quando tota Respublica Romana fuit idololatriæ dedita, & cogebat ad idololatrandum: cui compulsioni restiterunt sancti martyres vsque ad mortem inclusiuè. Vide huius materiæ correctionẽ, supra Dan. 2. & 7. de statua percussa.*

CAP. XIV.

a Ecce dies domini, &c.

† Remigivs. Post-

CAPVT XIV.

a Ecce dies domini veniunt, dicit dominus, & 1

¶ Ciuitatis.

Postquam propheta introduxit Deum patrem loquentem de passione filij Do-

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XIV.

1 Ecce dies domini veniunt. *Hic consequenter resumitur persecutio Antichristi, ad hoc quod aliquid explicetur, quod non est supra explicatum. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur dicta persecutio: Secundo ponuntur aliqua ad ipsam sequentia, ibi,* Et veniet. *Circa primum dicitur,* Ecce dies domini veniunt, *Id est à Deo dispositi, & præuisi.*

Diuisio.

Et

MORALITER.

1 *Ecce dies domini veniunt.* Istud capitulum ad litteram exposui de Antichristi persecutione, cuius figura fuit & est omnium fidelium persecutor, propter quod exponi potest de persecutione

† facta

Domini nostri: consequenter & de excidio Ierusalem ex voce eiusdem Domini loqui incipit, vt ostendat subuersionem illam propter necem Domini euenisse. Dies autem quos venturos comminatur, tempus illud est, de quo dicit Isaias: *Dies Domini indignatione plenus, &c.*

Isa. 13.

† RVPERTVS. Aduersus Ierusalem illã terrenam congregatæ sunt in prælium omnes Gentes, scilicet, Romani omniũ Gentium principes, & capta est ciuitas, & vastatæ sunt domus, &c. Qui occiderunt in ore gladij, qui fame perierunt intus conclusi, multò plures fuerunt, quàm qui adducti sunt captiui: sed non omnes fuerũt populus ciuitatis. A totis enim regionibus (vt refert Iosephus) ad azymorum diem festum congregati fuerant, & bello subito circumfusi sunt. Et captiuorum quidem numerus, qui in toto bello comprehensi sunt, nonaginta septem millia, collectus est: occisorum vero per omne tempus obsidionis, vndecies centum millia.

Ierusalem euersa per Romanos. Quanta in vrbe multitudo conclusa fit cũ obsideri cœpit. L. 7. de bello Iud. c. 25. Numerus captiuorũ & cæsorum.

a ¶ O Ierusalem. b ¶ Quia Iudæi contra Christum astiterunt, & in vnum conuenerunt ad eum crucifigendum, & post passionem indulto tempore ad pœnitentiam pœnitere noluerunt: ideo dominus hæc mala super eos induxit.

diuidentur spolia tua in medio tui. [1] Et congregabo omnes [2] Gentes ad Ierusalem in prælium, & capietur ciuitas, & va-[3]

¶ Magna miseria Iudæorum.

stabuntur domus, [4] & mulieres violabuntur. [5] Et egredietur [6]

¶ Templum & mons Sion.

media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi [7] non auferetur ex vrbe. [8] Et egredietur Dominus, & præliabi-[9]

a ¶ Qui vastauerunt Ierusalem. b ¶ Quando Pharaonem in mari submersit, & pro populo suo dimicauit.

tur contra Gentes illas, sicut præliatus est in die certaminis. [10]

a ¶ Non mouebuntur hi quibus dominus misertus. b ¶ Non in tenebris, non sole declinante post meridiem.

d [11] Et stabunt pedes eius in die illa super montem Oliuarũ, qui

a ¶ Vnde oritur sol iustitiæ.

e est contra Ierusalem ad orientem. Et scindetur mons Oliuarũ [12]

pere, & flagella ad emendationem inferre cogitur.

d *Et stabunt pe. eius.* Iudæi litteram sequentes dicunt dominum stare super montem Oliueti, & ipsum montem in duas partes esse diuisum, vt contra Orientem vnius partis scissura habeat principium, & altera pars eiusdem tendat ad occidentem: Et in media valle præcipiti; alia pars montis ad aquilonem, alia ad austrũ diuidatur. Rursus alia scissura fiet ab aquilone in austrum, vt in quatuor plagas orientis, occidentis, aquilonis & austri scissura tendatur, & ita monte Olíueti in quatuor partibus diuiso, fugietis inquit, ad vallẽ quæ est inter templũ & Sion. Hi enim duo montes tẽpli & Sion appellantur montes Dei, quia illa vallis montis Oliueti quæ præruptis hinc & inde montibus cingitur, vsque ad montem templi qui sanctus est, scissuram suam tendit.

Mons Oliueti in quatuor diuisus.

†† EVSEB. de demonst. lib. 6. c. 18. Post primam obsidionem Ierusalem, extremamque illius ruinam & solitudinem quæ sub Babyloniis accidit; post reditum ab hostili terra ad patriam sub Cyro, renouatumque sanctuarium sub Dario, canit propheta alterã post hanc obsidionem Ierusalem futuram, quam passa est à Romanis non aliàs, quàm post scelera, quæ eius habitatores contra Saluatorem nostrum Iesum Christum ausi sunt. Manifestissima igitur est prædictio aduentus saluatoris, & eorum quæ postea acciderunt malorum Iudæis, bonorum verò credentibus cõmunium. Quum ergo vaticinium enuntiet Iudaicam gentem esse talia perpessuram in diebus domini, quis non exitum vaticinij admiretur? Nam simul ac Iesus dominus ac saluator noster aduenit, quæ de circumcisione sunt nefaria aduersus illum facinora perpetrarunt. Omnia illis quæ prædicta fuerant, quinquagesimo ab ipsa prædictione (per Christum repetita) anno aceruatim euenerunt.

Ierusalem euersa per Romanos propter cædem Christi.

Et stabunt. HIER. vbi supra. Cum steterit, non stabit in valle & locis humentibus, sed in monte, qui non infructuosas arbores habet: sed olíueta in quibus lumen æternum alitur, & soluitur infirmitas, & requies lapsis datur.

e *Et scindetur mons.* IBID. Scindetur media pars montis ad orien-

HIER. lib. 3. com. Solet accidere, vt quæ subito impetu in ciuitate Dei sunt direpta: extra ciuitatem diuidantur ne forte hostes superueniant. Hic autem tanta depressio incumbit, vt rapina raptoribus in medio ciuitatis diuidatur, pro securitate victoriæ.

IBID. Iudæi hæc sub Gog & Magog dicunt esse complenda: Alij temporibus Macedonum & Ægyptiorum & aliarum Gentium ex parte esse transacta.

a *Et vastabun.* IBID. Non solum capietur Ierusalem, cunctis Gentibus contra eam in prælium suscitatis: sed etiam domus in dolore dominorum vastabuntur, & mulieres in dolore maritorum polluentur: quia ita timebunt mortem, vt nec salutem puerorum, nec pudicitiam vxorum defendere audeant.

b *Et egredietur media.* IBID. In captiuitate, quæ per Romanos, & in aliis captiuitatibus septentrionalis inferiorque pars vrbis capta est. Mons vero templi & Sion, in quo arx erat regni integra mansit.

c *Et egredietur dominus.* IBID. Egreditur dominus de loco quietis, & clementiæ suæ, quando exigentibus meritis quietem interrumpere,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et diuidentur. *Ab Antichristo & exercitu eius.*

2 In medio. *Capta, scilicet, ciuitate. De quo subditur,*

3 Et congregabo omnes Gentes, &c. *Quia de omnibus Gentibus aliqui erunt in exercitu Antichristi.*

4 Et vastabuntur domus, *Quia inde bona rapientur.*

5 Et mulieres. *Antichristus enim adhærentibus sibi laxabit habenas concupiscentiæ.*

6 Et egredietur pars ciuitatis. *Vendita per satellites Antichristi.*

7 Et reliquum populi non auferetur ex vrbe. *Quia aliqui ibi morientur, & aliqui obedient Antichristo, partim timore, & partim decepti ab eo, vt dictum est supra, Et quoniam vbi deficit humanum remedium, solet adesse diuinum, ideo subditur,*

8 Et egredietur dominus. *Per effectum suæ iustitiæ.*

9 Et præliabitur contra Gentes illas, *Id est, contra Antichristum & eius exercitum.*

10 Sicut præliatus est in die certaminis, *Quãdo regem Aegypti Pharaonem, cum exercitu suo, filios Israel insequentem, submersit in mari rubro. Exod. 14.*

11 Et stabunt pedes eius in die illa, &c. *Quia in monte Oliueti fulminabitur Antichristus, vt dictum est supra. Et quia in talibus Dei vindictis solet cum fulgure esse terræmotus, ideo probabiliter potest dici, quod in fulminatione Antichristi erit etiam terræmotus, quo peribit aliqua pars sui exercitus, ideo subditur,*

Terræmotus in die quo fulminabitur Antichristus.

12 Et scindetur mons Oliuarum ex media parte, &c. *Exponunt aliqui hanc scissionem in quatuor partes fieri, scilicet, ad Orientem, Occidentem, Aquilonem & Meridiem. RA. SA. verò dicit ipsam fieri in duas partes, ita quod vna pars montis inclinabitur ad Aquilonem, alia ad meridiem; & scissura erit intermedia, ita quod longitudo eius erit ab Oriente in Occidentem: & hoc consonat ei quod postea subditur,*

Quomodo in quatuor partes scindetur mons Oliuarum.

MORALITER.

† facta sub Cosdroe rege Persarum, & de persecutione Homar rege Arabum: nam vterque cepit Ierusalem, successiuè tamen, & populum bonis spoliauit, & partem occidit & captiuauit, partem tamen in ciuitate dimisit sub afflictione graui & seruitute, ideo sequitur,

Persecutiones factæ sub Cosdroe Persarum & Homar Arabum rege quorum vterque Ierosolymam cepit.

7 *Et reliquum populi non auferetur, &c.* Et hæc seruitus grauis durauit vsque ad tempus Godefridi de Bullone, & aliorum principum, qui ciuitatem & populum liberauerunt à seruitute dicta cum auxilio diuino vi armorum, ideo subditur,

8 *Et egredietur, &c. contra Gentes illas.* Scilicet, Saracenicas, quas debellauit per principes Christianos.

10 *Sicut pre.* Quando in vltionem mortis Christi capta fuit Ierusalem à Romanis.

11 *Et sta.* Illa namque die, qua dicti principes Christiani ceperunt Ierusalem, & præ labore fatigati vellent cessare ab insultu, visus fuit vnus in specie militis super montem Oliueti, qui cum clypeo faciebat signum ne discederent sed fortius insultarent. Et illud signum fuit à Deo datum, nam eadem die ciuitas fuit capta.

Signum oppugnandæ vrbis Ierosolymæ datum ab Angelo Christianis.

12 *Et scindetur.* Istud potest exponi de schismate Græcorum. Per montem enim Oliuarum potest ecclesia militans intelligi de qua dicitur Isa. 2. a. *In nouissimis diebus erit mons domus domini super verticem montium, &c.* Et sic dicitur. *Et scindetur mons, &c.* In qua parte habitant Græci.

10 Sicut

† Et

ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem, prærupto grandi valde. Et separabitur montis medium ad aquilonem, & medium eius ad meridiem. [5] Et fugietis ad vallem montium eorum, quoniam coniungetur vallis montium vsque ad proximum. Et fugietis sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Iuda. Et veniet dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo. [6] Et erit, in die illa non erit lux, sed frigus & gelu. [7] Et erit dies vna, quæ nota est Domino, non dies neque nox, & in tempore vesperi erit lux. [8] Et erit in die illa: exibunt aquæ viuæ de Ierusalem medium earum ad mare Orientale & medium earum ad mare nouissimum. In æstate & in hyeme erunt, [9] & erit dominus rex super omnem terram.

a ¶ Proximitate, vt parum differant.
a ¶ Qui vsurpans sacerdotium lepra percussus est: ad cuius impietatem tota terra mota est.
a ¶ Iudici, non homini, non enim poterit ignorare, quam creauit.
a ¶ Non vicissitudo diei nec noctis. b ¶ Cum impiis obtenebrescet. c ¶ Vespere. d ¶ Sanctis. e ¶ Quæ soli Deo nota est.
a ¶ Quæ dant vitam. b ¶ Quod mortuum dicitur, eo quod in eis aquis nihil possit viuere.
a ¶ Quod ducit ad Aegyptum. b ¶ Nec calore siccabuntur, nec hyeme constringentur.
a ¶ Tunc cognoscetur, Domine Deus noster quam admirabile est nomen tuum.

orientem, in qua sunt arbores plantatæ de gentibus, de quibus vna loquitur, *Ego autem sicut oliua fructificaui in domo domini*; & alia media pars, quæ est circumcisionis incredulæ, scindetur ad occidentem, ipsa dico diuisa valde grandi præruptione.

Psal. 51. b.

a *Et separabitur montis.* HIER. lib. 3. cõ. Postquam mons Oliuarum ad orientem & occidentẽ vocatione Gẽtium & abiectione Iudæorum fuerit separatus, fiet alia scissura aquilonis, & austri, vt circumcisio, quæ in occidente est, fiet ad aquilonem, id est, sinistram partem, & Christianus populus qui in Oriente, fiet ad austrum, id est, ad dexteram partem.

Iudicium discretionis fidelium ab infidelibus.

b *Et fugietis ad vallem, &c.* IBID. Cum tanta erit duorũ populorũ in toto orbe diuisio, vt alij ad dextram, alij ad sinistrã seperentur: tunc quicumque sanctus est, fugiet ad vallẽ montium Dei, id est, duorum testamentorum, quia illa vallis, id est quieta sedes & concordia duorum testamentorum tenditur non vsque adeo vt idem sint, sed vsque ad proximum. Duo enim testamenta magis vicina & conuenientia quam vnita, multa enim veteris amisimus, & nouæ gratæ multa suscepimus.

Conuenientia vtriusq; Testamenti.

2. Par. 26. c.

c *Et fugi. si. fu.* IBID. Sicut sub Ozia terræmotus mortalium corda perterruit, & territos huc illucque dispersit: ita duorum populorum separatio, & rursum in vnam fidem societas credentium, inter duos montes placabili sede requiescet, quia vetus & nouum testamentum sibi coniungentur.

d *Et veniet dominus.* IBID. Post impletionem horum veniet dominus ad iudicium, & sancti (qui alibi nubes vocantur) cum ipso. Cum dies aduentus eius fuerit impletus, non erit lux impiis, sed frigus & gelu, pro refrigerata charitate, & malorum multitudine: quibus depressis erit iustis vna & perpetua dies nequaquam luce & tenebris sibi succedentibus: sed dominus erit lux omnium.

Matth. 24. c.

Finalis iudicij retributio.

e *Et erit dies vna.* Quasi vna dies & vnum tempus est à primo aduentu vsque ad secundum.

Psal. 14. a.

† REMIGIVS. Illa dies nota est domino. Non enim potest ignorare, quod ipse creauit. Cùm autem dicit, Nota est domino, ostendit ignotam esse hominibus, ipsisque angelis: dicente Domino: *De die illa nemo nouit, &c.*

Ignotum est tempus iudicij.

Matth. 24.

f *Et erit in die.* IBID. Aquæ, quæ de Ierusalem, id est, ecclesia exeunt, doctrina est Saluatoris, & baptismus, quarum vna pars, vadit ad mare Orientale, id est, populum circumcisionis, qui in apostolis & per apostolos electus est; & pars ad mare nouiss. *quia ab Oriente & ab Occidente venient qui recumbent cum Abra. & Isa. & Ia.* Hæ aquæ nec æstate prosperitatis, nec hyeme persecutionis cessabunt. Cum tales aquæ vtrumque mare fuerint ingressæ, & amaras

Matth. 8. b. Doctrina Euangelica & Baptismus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quoniam coniungetur vallis mon. *Id est, vallis Iosaphat quæ est inter montem Sion & montem Oliueti, ita quod habent montem Oliueti ab Oriente, & montem Sion ab Occidente.*

2 Vsque ad proxi. *Scilicet, locum dictæ scissuræ: quæ scissio montis Oliueti iungetur valli Iosaphat.*

3 Et fugietis. *Timore ducti.*

4 Sicut fug. &c. in dieb. Oziæ. *Qui secundum quod habetur 2. Par. 26. voluit sibi vsurpare Pontificis officium, & tunc fuit percussus lepra, & factus est terræmotus, vt de tali præsumptione ostenderetur ira diuina.*

Terræmotus sub Ozia.

5 Et veniet. *Hic consequenter ponuntur tria sequentia mortem Antichristi, scilicet, finale iudicium; & bonorum præmium, ibi,* Et erit; *& status ecclesiæ post Antichristi exterminium, ibi,* Et reuertetur. *Circa primum dicitur,* Et veniet do. De. me. *Scilicet ad iudicium, non tamen immediate post mortem Antichristi, sed erit ibi tempus medium, vt plenius dixi Ezech. 39.*

Tria sequẽtia mortem Antichristi.

6 Omnesque sancti. *Quia cum ipso iudicabunt reprobos, & maxime apostoli, quia dicitur Matth. 19. d.* Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes, &c.

7 In die illa. *Scilicet iudicij.*

8 Non erit lux. *Scilicet, reprobis, quorum erit maior numerus, secundum quod dicitur Matth. 7. b.* Lata est via quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam.

9 Sed frigus. *Id est, horror & timor, quæ per gelu & frigus designantur, eo quod ex frigore timor causatur, refugiente sanguine ad cor: & sic membra exteriora redduntur frigida & trementia.*

Timoris effectus.

10 Et erit in die illa. *Scilicet iudicij.*

11 Quæ nota est. *Secundum quod dicitur Matth. 24. c.* De die illa & hora nemo scit, neque angeli in cælo, sed pater solus: *per hoc tamen non excluduntur filius & spiritussanctus, quorum est vna notitia cum patre.*

12 Non dies neque nox. *Scilicet, propriè. Dies enim propriè est latio solis super terram, & nox latio eius sub terra. In generali vero resurrectione mortuorum corpora erunt incorruptibilia; & sic cessabit generatio & corruptio in elementis: & motus cæli, qui est causa generationis & corruptionis: & sic non erit dies & nox propriè quæ causantur ex motu solis.*

Cessatio diei & noctis.

13 Et in tempore vesperi erit lux. *Id est, cessante tempore, quod causatur ex motu cæli, erit lux perfecta beatis in gloria cælesti, sicut dictum est de reprobis, quod non erit eis lux, sed frigus & gelu.*

14 Et erit. *Hic ponitur secundum, scilicet retributio præmij, cum dicitur.*

15 In die illa exibunt aquæ viuæ de Ierusalem. *Scilicet, cælesti, cum dicitur Heb. 12. f.* Accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem. *Et per aquas viuas intelligitur hic vita beata, secundum quod dicitur Apoc. 7. d.* Agnus qui reget eos, deducet eos ad vitæ fontes aquarum: *Quæ dicuntur hic exire de Ierusalem, quia deriuabuntur ad omnes beatos; ideo subditur,*

Vita beata.

16 Medium earum, &c. *Quia beata vita deriuabitur æqualiter supposita æqualitate meritorum, ad electos, qui in principio mundi nati sunt, & ad alios qui in fine mundi sunt nascituri. Quod autem per mare intelligatur congregatio hominum patet Apoc. 17. vbi dicitur,* quod per aquas multas intelliguntur *populi multi. Mare verò dicitur congregatio aquarum, Gen. 1.* Congregationesque aquarum appellauit maria.

Per mare intelligitur congregatio hominum.

17 In æstate & in hyeme. *Id est, perpetuo. Duratio enim perpetua à parte finis est de ratione beatitudinis, quæ perpetuitas hic designatur per successionem æstatis & hyemis; Non quia tunc sint propriè, cum sint differentiæ temporis quod tunc cessabit: sed quia perpetuitas non potest significari à vobis, nisi per partes temporis. Sic enim dicitur de æternitate diuina, Apo. 1.* Qui est & qui erat, & qui venturus est.

Perpetuitas beatitudinis.

18 Et erit dominus. *Quia tunc cessabit prælatio & dominium, non solum in hominibus, sed etiam in angelis in quantum respicit officium administrationis, secundum quod dicitur 1. ad Cor. 15.* quod Christus euacuabit omnem principatum & potestatem, cum tradiderit regnum Deo, & patri, ideo subditur,

In beata vita cessabit prælatio & dominium.

In

MORALITER.

† *Et ad occi.* Vbi sunt Latini.

5 *Et fugietis ad vallem monti. meorum, &c.* Id est fugere debetis ad obedientiam ecclesiæ Romanæ, cuius montes magni, scilicet, Petrus & Paulus sunt patroni.

Obediendũ Ecclesiæ Romanæ.

5 *Et veniet dominus Deus meus, & omnes sancti eius cum eo, &c.* Hoc ad litteram exponitur de aduentu Christi ad iudicium finale. Nec occurrit mihi alia spiritualis expositio conuenientior hic ponenda.

ras aquas dulci flumine mitigauerint, tunc dominus erit rex A su. o. t. Vel per duo maria, duo testamenta, quæ nisi flumine spiritalis intelligentiæ fuerint dulcorata, amara sunt, littera occidente & spiritu viuificante.

† AVGVSTINVS l.cont.Fulgentium donatist. c.5. Quod legimus, credimus, & quod credimus, prædicamus. Audi ergo quæ sit origo nostra, & vbi eius aqua diffusa; in Zacharia sic habes. *Exibunt aquæ viuæ de Ierusalem, medium earum ad mare orientale*, &c. Hæc est possessio, hæc hereditas Christi, quæ à sanctis colitur, & perenni fonte rigatur; de qua ei dictũ est. *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Qui in ipsa est heres ascriptus est: qui in ipsa non est, iam damnatus, & morti destinatus est, dicente scriptura. Qui *egressus fuerit fores domus tuæ: ipse sibi reus erit*, &c.

a In die illa erit dominus vnus: & erit nomen eius vnum.[10] Et reuertetur omnis terra vsque ad desertum, de colle ad b Remmon ad austrum. Ierusalem exaltabitur, & habitabitur in loco suo à porta Beniamin vsque ad locum portę prioris, & vsque ad portam angulorum, & à turre Ananehel vsque ad torcularia regis.[11] Et habitabunt in ea: & anathema non erit amplius, sed sedebit Ierusalem secura:[12] Et hęc erit plaga c qua percutiet dominus omnes gentes quæ pugnauerũt ad-

(a Vbi est arbor mali granati. b Vsque australem plagam. c Extendetur. d In loco pristino ædificabitur. Orientalis. Ierusalem. a Nullus impetus hostilis, nulla formido.)

a *In die illa erit.* HIER. lib. 3. com. Dicunt Iudæi: quando Christus in aurea Ierusalem regnabit, non erunt idola, nec diuersa cultura, sed vnus dominus: & reuertetur omnis terra ad hoc, quod deseruerat, vt omnes vnum Deum colant: & ponit nomina locorum, à quo loco vsque ad quem locum Ierusalem sit ædificanda. In qua dicunt circumcisionem exercendam, & legales hostias offerendas.

† IDACIVS Clarus l.3.adu. Varimadum Arrian. Pater filius & spiritus sanctus vnus dicitur, & non diuisus in tribus, vt ipse sacrilega mente adfirmare conaris, sed in tribus personis & nominibus, vna probatur substantia Deitatis, Zacharia propheta dicente, *In die illa erit dominus vnus, & nomen eius vnum*; diem hanc quam designat, futuri esse iudicij, nemo est qui nesciat. Requiro à te quis erit rex, quis dominus vnus, aut quis nomen deitatis sortitur ex tribus, si pater, & ipse solus vnus dicitur Deus? Ab ipso ergo deitatis vocabulo filius, & spiritus sanctus alieni, (quod absit à nobis) fuisse probantur, quia scriptum est, *erit Dominus vnus, & nomen eius vnum*? Si verò vt res est, vnum nomen est Trinitatis, quid me persuades credere, quod Prophetas & Apostolos non video prædicasse.

HIER. vbi supra. ALLEGORICE. Cum dominus Iesus rex fuerit super omnem terram, tunc erit vnus dominus: de quo scribitur, *Scitote quoniam dominus ipse est Deus.* & vnum nomen omnium, praua religione calcata; tunc reuertetur omnis terra, in qua habitauerũt Iudæi, vsque ad desertum, id est, vsque ad populum Gentium, qui priùs desertus erat, quia sine notitia legis; & *de colle ad Remmon*, id est, ad excelsum, quia de terra & de deserto ad colles, & de collibus vsque ad montana consurgemus: & idem vsque ad austrum, plenæ lucis, & sic exaltabitur, ascendendo ecclesia, & habitabit in loco, vbi scriptum est. *In loco pascuæ ibi me coll.* & à porta Ben: incipiendo à virtute quam *dextra* significat, peruenient ad portam priorem, vt per eam ingrediantur ad ceteras. Post occurrit porta angu. vbi est lapis angularis, qui coniungit duos parietes in vnum. Post occurrit turris Ananehel; qui dicitur gratissimus Dei. De hac turre dicit sanctus ad dominum. *Factus es spes mea, turris for. à fa. in.* qua turre nihil gratius est homini de laboribus mundi ad Deum suspiranti. Inde venitur ad torcularia regis, vt imitatores passionis Christi bibant vinum, quod lætificat cor, introducti in cellam vinariã Dei. Et qui huiusmodi torcularibus inebriabuntur, habitabunt in cælesti Ierusalem, in qua *non erit anathema*, id est, maledictio & separatio à Deo, sed secura quies confidentibus in Deo.

b *Ierusalem exaltabitur, & habitabitur, &c.*

† REMIGIVS. Hæc omnia de extructione Ierusalem terrenæ Iudæi, & iudaizantes Chiliastæ à numero mille annorum, quibus se putant cum Christo suo feliciter regnaturos in fine sæculi, sibi repromittunt. Dicunt enim quod cùm Christus in Ierusalem aurea & gemmata regnauerit, iam non sunt futura idola, nec diuersa cultura, sed erit dominus vnus, & ipse solus nominabitur, & omnis terra reuertetur in antiquum statum, Ponitque vocabula locorum, à quo loco, vsque ad quem locum ædificanda sit ipsa Ierusalem, &c. *Et anathema*, inquit, *non erit*, id est, nullus metus, nullus hostium impetus. Ἀνάθεμα Græcum verbum est, Latinè alienatio Dei dici potest. Tractus autem sermo est à rebus, quas homines vota facientes, templo affigebant, & à se alienas faciebant, videlicet ab ἀνατιθέναι, id est, à sursum ponendo vel suspẽdendo. Hæc illi futura ad litteram suspicatur: nos sensum mysticum perscrutamur, & quæ illi de terrena Ierusalem confingunt, interpretamur de cælesti.

c *Et hæc erit pla.* HIER. lib. 3. com. Describit pœnas quas passuri sunt qui contra vrbem Dei pugnabunt: stabunt super pedes, & caro eorum tabescet, & defluet, & oculi eorum putridi de suis foraminibus excident, & lingua, quæ Dei populum blasphemabat, intra dentes computrescet, Arbitrantur Iudæi Gentes quæ Ierusalem impugnabunt tempore Christi sui, talia mala passuras.

IBID. Iuxta litteram in historiis legimus hæc mala persecutoribus Ecclesię contigisse. Caro Herodis & oculi eius contabuerunt, linguæ multorum in fœtorem & saniem dissolutæ sunt: præterea restant eis tormenta in futuro.

† REMIGIVS. Hic perspicuè ostendit vana esse omnia quæ Iudæi de terrena Ierusalem opinantur. Nam Romani nouissimè pugnauerunt contra Ierusalem, eamque funditus deleuerunt, nec quicquam tale passi sunt. Ceterùm, de persequutoribus Ecclesiæ intelliguntur, qui omni instantia aduersus eam pugnauerunt, in quibus etiam corporaliter, hæc sæpissimè impleta sunt.

† TERTVLLIANVS l. ad Scapulam. Dolemus quòd nulla ciuitas impunè latura sit sanguinis nostri effusionem. Sub Hilariano præside cùm de areis sepulturarum nostrarum adclamassent, Areæ non sint; areæ ipsorum non fuerunt. Messes enim suas non egerunt. Imbre anni præteriti apparuit quid commeruerit genus huma-

(Marginalia: 1.Cor.3.b. — Extra ecclesiam non est salus. — Tres personæ vnius Trinitatis. — Psal.99.a. — De Ecclesia ex gentibus & eius profectu. — Psal.22.c. — Psal.117.a. — De virtute Spei. — Qui cum Christo cõpatiuntur cum ipso conregnabunt. — Deliria Iudæorum & Chiliastarũ. — Anathema vnde dictũ. — Act.12. — Tyranni numquam impune persecuti sunt Ecclesiam.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 In die illa erit dominus vnus. *Hominum & angelorum.*

2 Et erit nomen eius. *In præsenti enim nominatur à nobis pluribus nominibus, quia nominamus eum sicut cognoscimus. In cognitionem autem Dei deuenimus ex perfectionibus creaturarum, quæ sunt plures & distincta; sed in patria videtur per se ipsum immediatè, & sic nominatur vno simplici nomine ab vna simplici perfectione.*

3 Et reuer. *Hic consequenter ponitur tertium, scilicet status Ecclesiæ post mortem Antichristi, qui licet præcedat iudicium & beatorum præmium, tamen ponitur hic post, quia sacra scriptura non semper sequitur ordinem temporis, sed frequenter priùs facta vltimo narrantur. Et diuiditur in tres partes: quia primò propheta describit hunc statum; Secundò, resumit pœnam Antichristi, & sui exercitus, vt addat aliquid quod suprà non est explicatum, ibi.* Et hæc erit plaga. *Tertiò, redit ad propositum, ibi.* Et omnes. *Circa primum dicit.* Et reuertetur omnis terra, *id est, omnes habitantes in terra ad dominum Iesum Christum mortuo Antichristo: vt suprà dictum est.*

4 Vsque ad desertum. *Id est, à quocumque loco quantumcumque parum ab hominibus habitato.*

5 Exaltabitur. *Scilicet, ab Ecclesia, quæ fuerat ab Antichristo & suis depressa, vt supra dictum est. Potest etiam intelligi de Ierusalem ad litteram, quæ capietur & deprimetur ab Antichristo, vt prædictum est, & post mortem eius exaltabitur.*

6 Et habitabitur in loco suo, &c. *Quia multi de Ierusalem captiuabuntur per Antichristum: & timore eius fugient multi, qui ipso mortuo reuertentur, ita quod ciuitas in omnibus suis partibus habitabitur.*

7 Et anathema. *Id est maledictio.*

8 Non erit amplius. *Qualis fuit tempore Antichristi.*

9 Sed sedebit Ierusale secura. *Quia persecutio Antichristi erit vltima.*

10 Et hæc erit pla. &c. *Hic propheta resumit exercitus Antichristi exterminium, cùm dicitur.* Et hæc erit pla. &c. *scilicet, Antichristi & sui exercitus, qui pugnabunt contra Ierusalem, vt dictum est suprà in principio huius capituli.*

(Marginalia: Quomodo in via & quomodo in patria cognoscitur Deus. — Diuisio.)

4 Vsque

Tabes-

humanum. Ignes super mœnia Carthaginis proximè dependerunt. Pristina tonitrua sonauerunt. Possumus exitus quorumdam præsidum tibi proponere, qui in fine vitæ suæ recordati sunt deliquisse, quod vexassent Christianos. Vigellius Saturninus qui primus hic gladium in nos egit, lumina amisit. Claudius Herminianus in Cappadocia, solus in prætorio suo vastatus peste, cùm viuus vermibus ebulisset. Nemo sciat, aiebat, ne spe gaudeant Christiani. Sed & qui videntur sibi impunè tulisse, venient in diem diuini iudicij, &c.

Exempla calamitosi exitus eorũ qui in Christi nomen sæuierant.

HIER. lib. 3. com. ALLEGORICE. Deficientibus malis, succrescunt bona. Qui stant cum Deo, illis defluunt carnalia, oriuntur spiritualia. Defluentibus oculis, qui terrena cõcupierant, ponuntur alij, quos propheta leuat ad habitantem in cælis. Putrescente lingua blasphema, nascitur illa, quæ tota die meditabitur iustitiam Dei & laudem.

Deficientibus malis succrescunt bona.

uersus Ierusalem. Tabescet caro vniuscuiusque stantis super pedes suos, & oculi eius contabescent in foraminibus suis, & lingua eorum contabescet in ore suo. [13] In die illa erit tumultus domini magnus in eis, & apprehendet vir manum proximi sui, & conseretur manus eius super manum proximi sui. [14] Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem, & congregabuntur diuitiæ omnium Gentium in circumitu, aurum & argentum, & vestes multæ satis. [15] Sic erit ruina equi & muli & cameli & asini & omnium iumentorum quæ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc. [16] Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis Gentibus, quæ venerunt contra Ierusalem, ascendent ab anno in annum, vt adorent regem dominum exercituum, & celebrent festiuitatem Tabernaculorum. [17] Et erit: qui non ascenderint de familiis terræ ad Ierusalem, vt

(Interlinear glosses: a Cum hæc miracula in confusione hostium fuerint expleta. b Alias stupor. — a Præ formidine & malorum pondere quæ superuenient. — a Contra metropolim suam, de quo supra dictum est. b A domino concessa victoria. — a Quæ militauerunt contra Ierusalem. b Hæc in vitiis pretiosiora reputabuntur. — Et. — a Populus Iudæorum est camelus, qui legem Dei ruminat, sed non findit vngulam, vt credat in Patrem & Filium, nec diuidit litteram à spiritu, & onere legis premitur. — Hominum. — a Per singulos annos.)

a *In die illa erit tumultus Domini magnus in eis, &c.* IBID. Cuncti qui in Ecclesia fuerint, mirabuntur subiectionem hostium & suam felicitatem, & manus mutua fide & necessitudine copulabunt; & Iudas, qui prius confessus nomen Dei, & postea coactus à persecutoribus Dei populum est persecutus & ipse postea vertetur ad lætitiam, & congregabit diuitias Gentium, aurum sensus spiritualis, argentum diuinæ eloquentiæ, & vestes diuersarum virtutum, quibus induat populum Dei.

IBID. Hæc sibi infelix Iudæa promittit: sperans accipere aurum, quæ dominum triginta argenteis appretiauit.

b *Sic erit ruina equi.* IBID. Hæc Iudæi carnaliter implenda contendunt, quod per domini victoriam admirabilem, sicut homines corruerunt, sic etiam bruta animalia in castris superentur.

IBID. Iumenta quæ vno nomine comprehendit, pro singulorum peccantium natura interpretanda sunt.

IBID. Corruentibus à priori statu, & in meliorem consurgentibus, qui prius erat equus hinniens ad vxorem proximi sui, præbebit mollia terga Christo equiti. Qui mulus, id est, sterilis virgo carne, non spiritu: conuersus ad Deum non erit lignum aridum, sed habebit locum in domo Dei & muris eius. Qui camelus, id est, grauibus peccatis depressus, meditans legem Dei. Sed quia vngulam non findit, negligens quæ legit, portabit onera Christi. Qui asinus infrenis multos dominos prius ferebat, stratus vestibus apostolorum Saluatorem portat in Ierusalem.

De malis ad meliorem frugem cõuersis.

c *Et celebrent fe. Ta.* IBID. Hæc quoque Iudæi mille annorum regno futura promittunt, quod debeat celebrari festiuitas Tabernaculorum in memoriam beneficiorum Dei, quæ facta patribus eorum sunt habitantibus in Tabernaculis in deserto. Qui est in profectu & certamine, habitat in Tabernaculo, tamquam aduena & peregrinus: sed submerso Pharaone perueniet in terrã promissionis; hic debet celebrare solemnitatem Tabernaculorum, vt de Tabernaculo ad atria Dei, & de atriis ad domum, & à domo ad templum festinet.

Quid mysticum designet celebratio festi Tabernaculorum.

† REMIGIVS. Festiuitas tabernaculorum agebatur mense septimo, decimoquinto die mensis; in memoriam illius temporis, quando in deserto, vbi non erant domus, in tabernaculis hospitabantur per septuaginta annos. Et nos mysticè quamdiu sumus in certamine, & nouimus nos esse peregrinos & hospites super terram habitamus in tabernaculis, confitentes quia non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, & ad eam toto desiderio suspiramus, dicentes cum Psalmista, *Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, &c.*

Festum Tabernaculorum. Psal. 38. Heb. 13. Psal. 119. Peregrinatio hominis in terra.

d *Et erit: qui non ascen.* HIER. vbi suprà. Ierusalem id est, Ecclesia, non est in locis humilibus, sed in monte sita, vt vndecumque possit videri, qui ergo vult adorare dominum ascendat ad montana. Qui verò de familiis terræ est, id est, aliqua occupatione terrenæ vitæ depressus, & ideò Deum non potest adorare in montibus, terra illius non irrigatur cæli imbribus.

Ecclesia visibilis.

† REMIGIVS. De Ierusalem cælesti ait Apostolus, *Illa quæ sursum est Ierusalem, mater nostra, libera est.* Ad hanc quicumque vult venire, necesse est ascendere de virtute in virtutem: est enim ciuitas supra montem posita. Qui non sunt huius ciues, quales sunt Iudæi & hæretici, isti non ascendunt; & idcircò non venit super eos imber prædicationis apostolicæ, de qua dictum est; *Nubibus mandabo ne pluant super eos imbrem.*

Gal. 4. Alienis ab Ecclesia gratia Spiritus sancti non appropinquat.

Quod

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tabescet caro vniuscuiusque. *Id est, deficiet pestilentia & morte.*

2 Et oculi eius contabescent. *Deficiente virtute visiua.*

3 In foram. *Id est, in locis suis, quæ sunt quædam foramina in capite.*

4 In die illa erit tumultus domini. *Id est, immissus à domino; & quis ille sit, subditur.*

5 Et apprehendet vir ma. proxi. sui. *Quia mutuis gladiis se interficient quantum ad aliquam partem illius exercitus, sicut de Philisthæis turbatis dicitur 1. Reg. 14.*

6 Sed & Iudas, &c. *Exponatur vt suprà 12. cap.*

7 Et congrega. &c. *Scilicet Ierusalem, ibi enim apportabuntur diuitiæ, quas alibi rapiet Antichristus & eius exercitus: & ibi erit vitæ suæ terminus, vt dictum est.*

8 Sic erit ruina. *Quia animalia exercitus Antichristi percutientur pestilentia, sicut & homines, & ista duo non fuerunt superius explicata.*

9 Et omnes. *Hic propheta resumit propositum, scilicet statum Ecclesiæ post Antichristum, quando omnes generaliter conuertentur ad Christum, vt suprà dictum est: & ideo dicitur,* Et omnes, *quia aliqui venient cum Antichristo magis coacti quam voluntarie; & isti conuertentur ad Christum visa aliorum morte, ideo subditur.*

10 Ascendent ab an. *Id est, in singulis annis diebus solemnibus ad hoc statutis ab ecclesia.*

11 Vt adorent regem. *Id est, Christum, qui est rex non solùm hominum, sed etiam angelorum.*

12 Et celebrent festiui. Tabernaculorum. *Non accipitur hic festum Tabernaculorum prout Iudæi celebrant, quia cultus ille cessauit à tempore publicationis Euangelij, ex tunc enim ille cultus fuit mortiferus, & est in cultum spirituale mutatus. Illa autem festiuitas Tabernaculorum fiebat in lege, in memoriam quod filij Israel in deserto habitauerunt in tabernaculis: & sic procedendo intrauerunt terram promissionis; & figurabatur per hoc futurum tempore nouæ legis, quòd fideles procedendo de virtute in virtutem tempore peregrinationis huius vitæ, intrarent terram viuentium aperta ianua per Christum, & hoc modo celebrant boni Christiani per hunc mundum transeuntes, tamquam peregrini, vt deueniant ad patriam paradisi, & magis celebrabitur post mortem Antichristi, omnibus Gentibus ad fidem Christi conuersis. Potest etiam dici quod sicut Christiani celebrant festum paschæ & pentecostes, alio tamen modo quam Iudæi: sic etiam festum Tabernaculorum, celebrando, officium & ieiunia quatuor temporum in septembri: in quo mense à Iudæis celebrabatur festum Tabernaculorum 15. die mensis. Et ista obseruatio Christianorum magis vigebit post mortem Antichristi, sicut & alia obseruantia nouæ legis, vt dictum est.*

Quid hic dicatur festiuitas Tabernaculorum.

13 Et erit: qui non ascen. de familiis ter. *Patet quod non loquitur hic de Ierusalem historicè sed metaphoricè, inquantum per Ierusalem significatur militans Ecclesia, sicut dictum fuit diffusè Isa. 2. Non enim poterunt conuenire omnes familiæ terræ in ciuitate Ierusalem historicè quia de omnibus partibus mundi non possent sic singulis annis conuenire, nec etiam ibi capi: propter quod quædam glo. Hebraica super illud capitulum dicit: quod ciuitas in aduentu Messiæ dilatabitur vsque ad fines terræ. Quod non potest intelligi de aliqua ciuitate materiali: sed iam est adimpletum, quia Ecclesia nomine Ierusalem est significata, & vsque ad fines terræ est dilatata, quia in omnibus terræ partibus sunt aliqui Christiani, & magis implebitur mortuo Antichristo, quia tunc omnes venient ad fidem Christi.*

Ierusalem spiritualis, scilicet Ecclesia.

Non

A a *Quod etsi familia.* HIER. lib. 3. com. Hæc omnia Iudæi carnaliter sperant futura, circumcisionem sibi, & coniugia in mille annorum imperio promittētes, ne impleatur in illis maledictio quæ sterilibus per legem indicitur. Quamdiu aliquis permanet Aegyptius vel Ethnicus, non potest subrigere gradum ad excelsa, ideò caret imbre Dei: & hoc peccatū erit maximum Aegyptio & Assyrio, Chaldæo, Syro, Moabitæ, & ceteris Gentibus, si noluerint exire de terris suis, vt desistāt esse homines, & effecti Israelitę, in quibus dolus non est, B ascendant in Ierusalem vt per tabernacula veniant ad domum æternam.

Maledictio quæ manet pertinaciter permanentes in gentilitate.

b *In die illa, &c.* IBID. Iuxta litteram, tempore perpetuæ solēnitatis & regni Ierusalē, pacatis omnibus, non erit opus equitatu, sed omnis ornatus & decor phalerarum ad cultum Dei est conferēdus, & multis vndique cōfluentibus C ad sacrificia, assiduè erunt lebetes in cultu sacrificiorum: sicut phialæ solent assiduè lucere coram altari, nec erit aliquis lebes ad alium vsum dedicatus.

a ¶ Dominicæ benedictionis.

adorent regem dominum exercituū, non erit super eos imber. [1] [18] Quod etsi familia Ægypti non ascenderit, & non venerit, [2]

a ¶ Imber. b ¶ Reputabitur.

nec super eos erit. Sed erit ruina, qua percutiet dominus om- [3] nes Gentes quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem

¶ Reputabitur.

tabernaculorum. [19] Hoc erit peccatum Aegypti, & hoc pec- [4] catum omnium Gentium, quæ non ascenderint ad celebran- b dam festiuitatem Tabernaculorum. [20] In die illa erit quod su- [5]

a ¶ Aurum & argentum quo frenum solet ornari.
b ¶ Mentes priùs sacrificia legalia carnaliter affectantes, pro virulentia carnium gustabunt flores virtutum, & ita consecrabuntur domino in visione pacis & confessione veritatis.

per frenum equi est sanctum domino, & erunt lebetes in do- [6] mo domini quasi phialæ coram altari. [21] Et erit omnis lebes [7] in Ierusalem & in Iuda sanctificatus domino exercituum. Et [8]

¶ Lebetibus.

venient omnes immolantes, & sument ex eis, & coquent in [9] c eis. Et non erit mercator vltrà in domo domini exercituum [10] in die illa.

Finit Zacharias Propheta.

D cti fuerint de vniuersis Gentibus, carnes coquent victimarum, ne crudam comedant carnem, sed omnis humor excoquatur, nec erit necessarius mercator qui de loco ad locum merces deferat. Per equos insania libidinis intelligitur: per frenos sermo Dei, auro sapientię, argento eloquij compositus. Hoc freno retinetur libidinosus, ne in præceps corruat: sed rectō itinere pergēs, mollia terga domino ad sedendum præbeat, & cultui illius pronè sit cōsecratus; & lebetes, in quibus coquebātur carnes sacrificiorum, vertuntur in phialas, quia E illi qui carnaliter intelligebant de sacrificiis legalibus versi in spiritualem intelligētiam, fiunt lampades ardētes & lucentes in domo Dei.

De verbo Dei quod est frenum carnalium voluptatū.

IBID. Cum mentes credēntium erunt versæ in spirituales phialas ad suscipiēda diuersa aromata virtutum: tunc immolantes Deo sacrificiū laudis, coquent F illud igne spiritus sancti, nec erit in domo orationis mercator, quia dominus de Ecclesia sua ementes & vendentes eiecit, &c.

Apoc. 4. b.

† REMIGIVS. Quod in libello exaltationis sanctæ crucis legitur, hoc tunc impletum fuisse, quando Helena Augusta mater Constantini imperatoris clauos Dominicæ crucis iussit fieri salutares in freno equi regis, beatus Hieronymus pro quodam affectu sed ridiculo dicit confictum esse.

De clauo quo crucifixus est Christus inserto fræno quo vtebatur Constantinus.

HIER. vbi suprà. Cū lebetes fuerint versi in phialas, tunc qui relicti

c *Et non erit mercator, &c.* † RVPERTVS. Nomine mercatoris grauiter denotandum se esse nouerit à Spiritu sancto, quisquis in domo Domini, id est, in proposito spirituali proprium quid possidere præsumpserit, & delectari hoc vitio nequissimo. *Non erit*, id est, esse non debebit vltra talis mercator in domo Domini ne fortè pœnam, quam Ananias & Saphira in corpore pertulerunt, ipse in anima patiatur.

Matth. 21. b. Contra proprietarios. *Act. 5.*

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non erit super eos imber. *Scilicet diuinæ gratiæ & Euangelicæ doctrinæ: eo modo loquendi, quo dicit Deute. 32. a.* Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super terram, &c.

2 Quod etsi fa. *Id est Gentiles quia per Aegyptios intelliguntur etiam alij.*

3 Sed erit. *Scilicet, imbris prædicti carentia; & per Aegyptios intelligantur Gentiles; subditur,*

4 Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc pecca. Genti. *Quasi dicat. Hoc quod dictum est de Aegypto, extenditur ad alias Gentes.*

5 In die illa, &c. *Quod exponit glossa, quia mortuo Antichristo tanta erit pax, quòd non erit necessarius vsus armorum & equorum: & ideò aurum & argentum, quod ante ponebatur in frenis, offeretur ad cultum diuinum, qui valde augmentabitur mortuo Antichristo, vt dictum est.*

6 Et erunt lebetes in domo do. *Id est, vasa ad diuinum cultum apta, vt calices & huiusmodi, qui hic vocantur lebetes, quia hic propheta metaphoricè loquens exprimit cultum noui testamenti per ea quæ erant in cultu veteris testamenti, vt dictum est de festo Tabernaculorum Ierusalem. Et ad hoc designandum subditur,*

Cultus noui Testam. expressus per ea quæ erant in cultu veteris.

7 Quasi phialæ coram. *Phialæ sunt vasa ad vini poculum apta. Amos 5. b.* Bibentes in phialis vinum.

8 Et venient omnes. *Immolantes, sacrificium nouæ legis; quod est eucharistia.*

9 Et coquent in eis. *Id est, hoc sacrificium offerent in ardore charitatis, qui tunc vigebit in Christianis, & est hic metaphorica locutio, sicut & supra:*

10 Et non erit. *Quia vitium simoniæ totaliter cessabit in Ecclesia. Sciendum autem, quod expositores nostri communiter tres vltimas partes huius cap. exponunt aliter. Ab illo enim loco.* Et reuertetur omnis terra, &c. *vsque ibi,* Sed sedebit Ierusalem secura. *inclusiuè, exponunt de præmio beatorum post iudicium, coniungendo littera præcedenti. Et quod subditur.* Et hæc erit plaga, *vsque ad illum locum inclusiuè,* Sicut ruina, *exponunt de supplicio reproborum. Et quod subditur,* Et omnes qui reliqui fuerint, &c. *vsque ad finem cap. exponunt de profectu Ecclesiæ post mortem Christi, ita quod illud quod dicitur,* In die illa erit quod super frenum equi est, sanctum domino, *exponunt de tempore Constantini, in quo multum fuit dilatata ecclesia: in cuius freno, mater eius Helena dicitur fixisse vnum de clauis Christi, & alium in eius galea, vt sic esset securus inter præliorum pericula. Istas expositiones non prosequor in particulari, quia in glossis & aliorum postillis possunt à quolibet videri, videtur tamen mihi saluo meliori iudicio, quòd expositio quam posui super istas tres partes, magis litteræ istarum partium consonat, & etiam præcedenti.*

Quas huius cap. expositiones adferant alij.

☞ CAP.

·ADDITIO I.

In cap. 14. *vbi dicitur in Postilla.* Et scindetur mons Oliuarum.

Prout littera sonat planè, Scissura montis Olineti in quatuor partes est intelligenda. Dicit enim. Scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad orientem & ad occidentem. *Et sic in hac prima scissura, media pars montis Olineti erit Orientalis, & media pars Occidentalis. Non enim dixit ab Oriente in Occidentem, sed ad Orientem & ad Occidentem, & sequitur.* Separabitur montis medium ad Aquilonem & medium eius ad Meridiem. *Ex quo habetur alia scissura, secundum quam media pars montis erit Aquilonaris, & media Meridionalis, & sic patet manifestè, quod hæc diuisio fiet in quatuor partes ad modum crucis. Ra. Sa. verò fugit hanc planam expositionem, ne intelligatur mons Olineti in forma crucis scindi: fugit enim signum crucis: sicut & diabolus pater eius.*

Mons oliuarum scindēdus in 4. partes ad modū crucis.

Ra. Sa. fugit signū crucis sicut & diabolus pater eius.

ADDITIO II.

In eodem cap. *Vbi dicitur in Postilla. Potest etiam dici, quòd sicut Christiani celebrant festa Paschæ.*

Quidam expositores Hebræorum dicunt, quod bellum, de quo hic loquitur, erit tempore festi Tabernaculorum: & propter hoc illud festum celebrabitur postea cum multo maiori solemnitate quam antea; & hoc potest applicari ad propositum nostrum, quia si ista miracula fient tempore huius festi, fideles remanentes inter tempus huius belli, & diem iudicij, rationabiliter debent statuere, quod fiat illud festum de nouo celeberrimum, sic quòd omnes teneantur ad ecclesiam venire quæ est Ierusalem spiritualis, &c.

REPLICA.

In cap. 14. *vbi dicitur.* Et scindetur mons Oliuarum, *vbi Postillator allegat quosdam qui exponūt de scissura montis in quatuor partes per modum crucis. Allegat etiam Ra. Sa. qui dicit scissuram solum fieri ab Oriente in Occidentem. Cui videtur littera consonare, vt patet in postill. Sed Bur. motus contra Ra. Sa. dicit eum fugere planam expositionem, quia fugit signum crucis sicut & diabolus pater eius. Sed tamen intentioni Burg. videtur obuiare fuga de qua dicitur in littera, quia crucis mysterium quod ad litteram putat Burg. describere, non est materia fugæ sed refugij.*

Frigida argutia quærit.

Incipit prologus in Malachiam prophetam.

* Leui. 21. d. & 22. a.

D* Eus per Moysen populo Israël præceperat, sacerdotes tabernaculi sui omni corporali vitio liberos, hostias omni vitio vacuas sibi offerre. Quibus legem suam ad regendum populum ob hoc dederat, vt per sacrificiorum oblationem internuntij Dei & hominum facti, populum præceptis cælestibus facerent obedire. * Vnde sacerdotes angelos Dei esse, hoc in loco scriptura testatur. Sed quia tanti muneris gratiam contemnentes, supradictus populus ac sacerdotes sacrificia vitio deturpata: ipsi criminibus atque impietatibus maculati Deo offerre cœperunt. Ideò per Malachiam prophetam Deus populum suum Israël increpans ait. * Dilexi vos dicit dominus. Et dixistis: In quo dilexisti nos? Nónne frater erat Esau Iacob, dicit dominus: & dilexi Iacob, Esau autem odio habui. Esau autem fratrem Iacob non iniqua aut spontanea voluntate odio habitum à Deo, vel sine meriti gratia Iacob dilectum manifestum est: cum secundum præscientiam suam Esau quidem effusionem fraterni sanguinis concupiscere, Iacob autem sui cognitione obseruandam legem desiderare cognosceret. Cuius rei gratia, supradicto vsus est exemplo, dicens: Dilexi Iacob, Esau autem odio habui. Quamuis ex operibus memoratorum, quorum liber Geneseos meminit, in quo vnusquisque eorum futurus erat proposito manifestè constet, vt scriptum est. * Creuerunt pueri, & erat Esau homo agrestis, sciens venari: Iacob autem homo simplex manens in Tabernaculo. Nam reliqua quæ lectione comprehensa sunt præuaricationem populi Israël in obseruandis sacrificiis Dei, increpationemque in eumdem (quod Deos alienos coluerit) significant.

* infrà 8. a.

* infrà 1. a.

* Gen. 25. d.

Incipit argumentum.

M Alachias apertè & in fine omnium prophetarum dicit de abiectione Israel, & vocatione Gentium. Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

CAPVT I.

a O *Nus verbi.* HIER. procœmio ad Minerium & Alexand. Malachi interpretatur angelus meus, vnde Origenes eum angelũ fuisse putat, secundum quod de Ioanne dicitur, *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam:* quod nos omninò non recipimus, vt angelus de cælo veniẽs assumpserit corpus humanum, vt Israeli, quæ à domino mãdata sunt loqueretur. Dicunt verò Hebræi hunc fuisse Esdrã sacerdotem, & post Aggæum & Zachariã prophetasse: & ideo non habere titulum, quia liber Esdræ dicit ipsum Esdram & alios secum ascendisse de Babylone anno 7. Artaxerxis regis Persarum. Et ideo putant ipsum Esdram (qui & Malachias) sub Artaxerxe hanc prophetiam contexuisse.

Malachiam fuisse Angelum putat Origenes.

Matt. 11. b.

Hebræi fuisse Esdram

† AVGVSTINVS l. 20. de ciuitate c. 5. Propheta Malachiel siue Malachias, qui & angelus dictus est, qui etiam Esdras sacerdos (cuius alia in canonem scripta recepta sunt) ab aliquibus creditur, nam de illo hanc esse Hebræorum opinionem dicit Hieronymus.

† DOROTHEVS Martyr in synopsi. Hic Malachias post reditum populi è Babylone nascitur in Supha, & cùm adhuc adolescẽs esset, vel alimoniam nutricem habuit admirabilem, & vitam honestam. Et quoniam vniuersus eum populus velut sanctum ac mansuetum venerabatur, vocarunt eum Malachiam, quod idem est, atque angelus. Erat enim & specie corporis eleganti, imò quæcumque in prophetia dixit eo ipse die secundo visus est Angelus domini, sicut factum est in diebus quibus nullus erat princeps, vt scriptum est in libro Iudicum. Mortuus est autem cùm adhuc adolescens esset, & appositus patribus in agro ipsius. Eadem habet Epiphanius libello de prophetarum vita & interitu.

Malachiæ mores & vita.

Incipit Malachias Propheta.

CAPVT I.

a ¶ Iudam & Beniamin ad quos solebat fieri sermo & visio Dei.

a b O [1] Nus verbi domini ad Israël in manu Malachiæ prophetæ. [2] Dilexi vos dicit dominus. Et dixistis: 1 2 3 4

a ¶ Dum bonos à mali amore remoui. b ¶ Temeritate qua peccant, obliti beneficiorum Dei respondent.

HIER. vbi suprà Malachias Latinè interpretatur angelus, id est nuntius. Quidquid enim dicebat, quasi à domino esset mandatum ita credebatur, & ita nomen eius septuaginta interpretes transtulerunt, dicentes: Assumptio verbi domini super Israel in manu angeli eius. Prophetauit autem nouissimus in Babylone, quando & Aggæus.

Interpretatio nominis Malachiæ.

IBID. Sciendum quod abducto Israel, id est, decem tribubus in captiuitate, indifferenter pristino nomine & duæ tribus (id est, Iudas, & Beniamin) appellantur Israel.

Israel pro tota gente Hebræorũ.

IBID. Hic prophetatur graue pondus, quod Iudas pro peccatis portare compellitur, vt grauiora peccata deponat, vt sentiat per tormenta quem non senserat per beneficia: & ne pœna videatur in suos iniusta, subiicit dominus. *Dilexi vos*, & ex dilectione corripio vos.

b *Ad Israel in manu.* Quia pondus appellat, graue quidem significat. Sed quia subditur, ad Israel, id est, ad emenda- tio-

Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lira super Malachiam prophetam incipit.

CAP. I.

O N V S ver. *Hic incipit prophetia Malachiæ. Et diuiditur in duas partes, scilicet in proœmium & tractatum. Tractatus incipit ibi:* Dilexi vos, &c. *In prima parte describitur impositio officij prophetandi ipsi Malachiæ, cum dicitur,*

Diuisio.

1 Onus ver. *Id est, officium denuntiandi verbum diuinum. Officium enim alicui impositum dicitur onus eius secundum communem modum loquendi, quo frequenter vtuntur prophetæ. Secundò ostenditur cui verbum domini sit denuntiandum, cùm dicitur,*

Onus pro officio.

2 Ad Israel. *Post reditum enim captiuitatis Babylonicæ, quo tempore prophetauit Malachias, populus rediens nomen Israel obtinuit quia captiuitas decem tribuum non rediit. Tertiò notificatur propheta, ex nomine, cùm dicitur,*

3 In manu Ma. *Id est, per ipsum Malachiam. Malachias autem interpretatur angelus domini. Ex hoc autem dixerunt aliqui quod fuit angelus in corpore assumpto, alij verò, quod fuit Esdras scriba: Sed isti non habent auctoritatem ex scriptura, ideò eadem facilitate contemnuntur, qua probantur.*

Opiniones quorumdam de Malachia.

4 Dilexi vos, dicit dominus. *Hic incipit tractatus. Circa quem sciendum, quod principalis intentio prophetarum fuit denuntiare Christi aduentum, vt diffusius actum fuit in principio Ieremiæ: & ideò Malachias primo* arguit

† M O R A L I T E R.

1 *Onus*

1. *Onus verbi domini ad Israel.* Sequitur.

† *Nonne*

tionem illius populi, in altero operta inimicitiarum confessio est: in altero consolationis pars, & amicitiæ, *In manu*, id est, operibus. In quorum enim manibus est iniquitas, & quorum manus plenæ sunt sanguine, in his non fit sermo Dei: sed in his qui lauant manus inter innocentes, vnde dicitur, *Sermo Dei factus est in manu Aggæi*, vel *Ieremiæ*, vt cetera taceam. Et quod de Babylonica captiuitate nuper reduxi, tractabo nunc quæ operatus sum in vobis ab ipsis cunabulis: Antequam Rebecca Esau & Iacob peperisset in Iacob vos dilexit, in Esau Idumæos odio habui. Nec solū dilexi Iacob, & Esau odio habui antequā nascerentur; sed in posteros eorū amorem & odium reseruaui. Quia montes Esau, qui dicuntur Seir, redegi in solitudinem; & vrbes desertas à serpentibus & bestiis obtineri feci.

(Aggæi 1.a. — Rom. 9.a. — 47. dist. c. quātūlibet. 1. q. 4. c. Ecclesia. *aliquos esse tanta peruersitatis vt corrigi nolint.* Rom. 9.a.)

uit: sed eos proprie diligit, qui vitiorum sunt hostes, & illos odit, qui vitia amant, & destructa à Deo reædificare laborant.

IBID. Iudæi falso sibi blandiuntur, per Edom Romanos, per Israel se prophetari: quod in consummatione sæculi destructo Romano imperio, id est, Idumæo, regnum orbis veniat ad Iudæos. (Vana spes Iudæorum.)

In quo dilexisti nos. Nónne frater erat Esau Iacob dicit dominus, * & dilexi Iacob, Esau autem odio habui. Et posui montes eius in solitudinem & hereditatem eius in dracones deserti. * Quod si dixerit Idumæa, destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus quæ destructa sunt: hæc dicit dominus exercituum: Isti ædificabunt, & ego destruam. Et vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est dominus vsque in æternum. Et oculi vestri videbunt, & vos dicetis, Magnificetur dominus super terminum Israel. Filius

a Ad iram Dei.
a Quidem. b Rursum. c Ciuitates.
d Domino prædicente sciatis quod iram meam æterna eorum vastitas approbabit.
a Odio meo rebus in Esau ostenso, amorem in vos, id est, in Iacob factis approbabo, quia illis destructis videbunt oculi vestri, & ex comparatione malorum, quæ frater vester patitur, Dei in vobis beneficia sentietis.

ALLEGOR. IBID. Israel, *vir*, vel *sensus cernens Deum*, vel *directus cum Deo*. A Deo diligitur, qui vult dilectionis Dei in se scire rationem: Cui respondet Deus, *Esau*, id est, vitia, & *Iacob*, id est, virtutes ex vno cordis fonte procedere; quia ex libertate arbitrij in vtramque partem, vt volumus, declinamus: sed priora nascuntur vitia per infantiam, & pueritiam, & iuuentutem, quæ post sequens ætas corripit & supplantat. Maior frater hispidus, sanguinarius, venatione, syluis, & bestiis delectatur: Minor enim simplex, innocēter habitat domum. Deus fines Idumææ, id est, terrenæ mentis & sanguineæ redigit in solitudinem, & nihil de terra sinit crescere & esse perpetuum. Quod si impudens malitia quæ sunt Dei sermone destructa, rursus ædificare velit, Deus instaurata à vitiis destruit, & terminis hostium subuersis, tunc videt oculus Israelis & sancti, qui dicunt, *Magnificetur dominus in terminis eorum*, qui Deum mente conspiciunt. (De vitiis & virtutibus.)

a *Dilexi Iacob, Esau autem odio habui, &c.* † AVGVSTINVS Enchiridij cap. 98. Ambo gemini, natura filij iræ nascebantur, nullis quidem operibus propriis, sed originaliter ex Adam vinculo damnationis obstricti. Sed qui dixit, *Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero, Iacob dilexit* per misericordiam gratuitam *Esau autem odio habuit* per iudicium debitum. Quod cum deberetur ambobus, in altero alter agnouit non de suis distantibus meritis sibi esse gloriandum, quod in eadem causa idem supplicium non incurrit: sed de diuinæ gratiæ largitate, quia, *Non volentis, neque currentis sed miserentis est Dei.* Legatur rursum idem Aug. tom. 4. lib. 1. ad Simplicianum, quæstione secunda. (Inscrutabile consilium prædestinationis diuinæ. — Rom. 9.)

HIER. in com. Dilectio & odium Dei, vel ex præscientia nascitur futurorū, vel ex operibus; alioqui diligit Deus cuncta quæ creauit:

b *Filius honorat pa.* IBID. Loquitur ad eos, qui reuersi de Babylone, nondū ædificato templo, nec extructa ciuitate, permanebant in pristinis peccatis, Deum nec amore nec timore venerantes. Vult autem primum Deus, vt filij eius simus, & bonum voluntate faciamus quod consequi volumus: Si autem hoc nolumus, saltem vt seruos nos habeat, & à malis per tormētorum formidinē recedamus. HIER.

NICOLAVS DE LIRA.

arguit multiplex peccatum populi: Secundo denuntiat aduentum Christi cap. 3. Et quia pœnitentia de peccatis est dispositio ad receptionem redemptoris, secundum quod dicitur Matth. 3. a. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum: *Ideo prima diuiditur in duas partes, quia primo propheta arguit sacerdotes & populum coniunctim: Secundo magis diuisim, ibi,* Filius. *Igitur primo arguit omnes simul de ingratitudine, in persona Dei, di.* Dilexi vos. *Et hæc ingratitudo patet ex responsione populi, cum dicitur,* (Diuisio. — Ingratitudo Israelis in Deum.)

1 In quo dilexisti nos? *Quasi dicant: Non apparet erga nos tua dilectio specialis præ ceteris. Sed hæc responsio tamquam falsa excludetur, cum subditur in persona Dei.*

2 Nonne frater, &c. *Quasi dicat, Sic: quia fuerunt filij eiusdem patris & matris, vt patet Genesis 25. f.*

3 Et dilexi Iacob. *Dando ei benedictionem paternam, & hereditatis promissionem, quæ tamen annexa erant tunc temporis primogenituræ.*

4 Esau autem odio habui. *Denegando ista sibi, cum tamen esset primogenitus vt patet Gen. 27. Hæc autem dilectio Iacob, & odium Esau, fuerant signa electionis & reprobationis æternæ. Et sic allegat apostolus Rom. 9. Et in hoc apparet dilectio Dei specialis ad populum Israel, qui descendit à Iacob, & alio nomine dictus est Israel, Gene. 32. Secundo ostenditur specialis dilectio ad Israel, & odium ad populum descendentem ab Esau, per effectum.* (Dilectio Iacob & odiū Esau signa electionis & reprobationis æternæ.)

5 Et posui montes eius. *Id est, terram Esau montuosam,*

6 In solitudinem. *Per Nabuchodonosor regem:*

7 Et hereditatem eius in dracones. *Talia enim animalia solent habitare in terra deserta, & etiam in ruinis ædificiorum.*

8 Quod si dix. Idu. *Id est, populus Idumææ.*

9 Destructi sumus, sed reuert. ædificab. *Terram nostram melius quam Iudæi reuersi ædificauerunt suam. Hoc excluditur cum subdit in persona Dei,*

10 Isti ædifica. & ego destruam: & vocabuntur termini impietatis, *Id est, terra in qua viguit impietas: propter quam iratus est dominus contra terram, & populum in ea habitantem.*

11 Et oculi vestri. *O Iudæi,*

12 Videbunt. *Vindictam meam in Idumæis, qui semper fuerunt vobis molesti.*

13 Et vos diceris, magnificetur dominus. *Id est, appareat magnitudo eius,*

14 Super terminum Israel. *Id est, super terram Israel, ipsam, & habitatores eius, ab hostibus protegendo, & in bonis multiplicando.*

15 Filius, &c. *Hic consequenter arguit sacerdotes & populum diuisim. & primo de peccatis in Deum; secundo in proximum cap. sequenti.* (Diuisio.) Prima

MORALITER.

† 2 *Nonne frater erat Esau Iacob, &c.* Per Esau, qui *vanus* interpretatur, homo vane gloriosus & virtutibus vacuus significatur, Iob. 11. c. *Vir vanus in superbiam erigitur, &c.* Per Iacob qui interpretatur *supplantator*, intelligitur vir virtutis, qui sensualitatem ponit sub planta rationis. Primum Deus odit, & secundum diligit, Iaco. 4. b. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Dicuntur tamen fratres quantum ad naturam, nam vterque est ad Dei imaginem: Propter quod natura est diligenda sed vitia detestanda. (Superbus & humilis.)

5 *Et posui montes eius in solitudinē.* Conatus suæ superbiæ frustrando.

7 *Et hereditatem eius in dracones.* Id est, in dæmones, cum quibus superbus æternaliter damnabitur.

8 *Quod si dixerit Idumæa, &c.* Hic ponitur *si* pro *quia*, quia superbus deiectus nititur resurgere, & contra stimulum calcitrare.

† *Et vocabuntur termini eius impietatis, & populus cui, &c.* Nam finis superbiæ est iniquitas.

15 *Filius honorat pa. &c.* Licet omnes Christiani sint Dei filij per baptismum, tamen sacerdotes dicuntur eius filij speciales: propter quod debent præ ceteris Deum patrem honorare & frequenter præ ceteris eum inhonorant, ideo subditur, (Sacerdotes filij sunt Dei speciales.)

† Dicit

A

Matth. 5. b.

De timore filiali & ſeruili.

Hier. in com. Per ſpiritum adoptionis efficitur homo filius Dei: per ſpiritum ſeruitutis in timore fit Dei ſeruus. Filius honorat patrem, ſicut ſcriptum eſt, *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem qui in cælis eſt*; Seruus etiam honorat dominum, non eadem charitate qua filius: Sed Deus ſciens differentiam ſerui, & filij, à filio gloriam, à ſeruo timorem, qui eſt initiũ ſapientiæ, expetit; vt de timore ſerui ad gloriam filij tranſeamus.

† Clemens Rom. lib. 7. conſt. Apoſt. ca. 25. Ter in die orate, præparãtes voſipſos, vt ſitis digni adoptione filiorum patris: ne ſi indigne vos illum patrem vocetis, exprobretur vobis id, quod Iſrael filius primogenitus audiuit. *Si ſum pater vbi eſt gloria mea? Et ſi ſum dominus, vbi eſt timor meus?* Gloria enim patrum eſt filiorum ſanctitas; & honor dominorum, timor ſeruorum: quemadmodum quod eſt horum contrarium, ignominia eſt & domini expulſio; *Propter vos*, inquit, *nomen meum blaſphematur inter gentes*.

B

*43. diſt. c. ſacerdotes. *Vitiatum ordinari non debere.*

Rom. 2.

a ¶ Quamuis priuſquam naſceremini, in Iacob, ſicut filios, vos amare cœpi: tamen eligite quo vocabulo me nominetis, an pater veſter ſim, an dominus, Si pater veſter ſum, offerte honorem & pietatem. Si dominus, ne contemnatis, ſed timete.

honorat patrem, & ſeruus dominum ſuum. Si ergo pater ego 1 ſum, vbi eſt honor meus? & ſi dominus ego ſum, vbi eſt ti- 2 3
¶ Sermo dirigitur.
a mor meus, dicit dominus exercituum? * Ad vos ô ſacerdotes 4 5 6
¶ Qui paſſi ſeruitutem debueratis ad Deum tota mente conuerti, & nunc contemnitis, & eum quem occulta non fallunt, ſciſcitamini quaſi ignarum, vt vulnus conſcientiæ impudenter diſſimuletis, vultis autem ſcire in quo deſpexiſtis? Offertis ſuper al. meum pa. pol.
qui deſpexiſtis nomen meum: & dixiſtis, in quo deſpeximus †
a ¶ Propoſitionis.
nomen tuum? 7 Offertis ſuper altare meum pãnem pollutũ, 7 8
¶ Polluitis. ¶ Opere.
b & dicitis: In quo polluimus te. In eo quod dicitis, menſa dñi 9 10
¶ O miniſtri altaris.
deſpecta eſt. *Si offeratis cæcũ ad im[illegible]molandũ, nónne malũ †
a ¶ Quacumque debilitate confectum.
c eſt? * Et ſi offeratis clãudum & lãguidum, nónne malum eſt? 11 12
a ¶ Potius reſpueret, & ſibi factam iniuriam putaret: & [illegible], quod non auderes homini offerre?
Offer illud duci tuo, ſi placuerit ei: a[illegible] ſuſceperit faciẽ tuã, 13

C

† Bernardvs ſerm. 17. in Cantica. Confundor, confundor audite, *Si ego pater, vbi eſt honor meus?* Sed & ſi pater non eſſet, obrueret me beneficiis. Inſtaurat aduerſum me teſtes, huius corporis victum, & vſum temporis huius [illegible] ſuper omnia ſanguinem dilecti filij clamãtem de terra. Pudet igitur ingratitudinis. Quamquam ad confuſionis cumulum: arguat etiam reddidiſſe mala pro bonis, & odium pro dilectione, &c.

De Dei timore amore & honore.

† Idem ſer. 83. in Cantica. Honorem vult Deus, qui ait: *Si ego pater, vbi eſt honor meus?* Verum, id pater. Sed ſi ſponſum exhibeat, puto quia mutabit vocem, & dicet, Si ego ſponſus, vbi eſt amor meus? Exigit ergo Deus timeri vt dominus, honorari vt pater, vt ſponſus amari.

a *Ad vos ô ſacerdotes.* Hier. in com. Corripit ſermo diuinus epiſcopos & miniſtros eccleſię negligentes: vel omnes qui in Chriſto baptizati Chriſti nomine cenſentur, cur nomen eius deſpiciant; quibus aperit cauſas offenſæ, *Polluit panem*, id eſt corpus Chriſti qui indignus accedit ad altare, & menſam domini, & ſi non ſcelerata voce, ſcelerato opere deſpicit; vel, doctor eccleſiæ menſam diuinæ ſcripturæ polluit, ſi vel pro humana gloria, vel pro lucro temporali, vel fauore ſæculi auditoribus illam expendit. Iuxta traditionẽ Hebræorum debebant ſacerdotes panẽ propoſitionis ſerere, metere, molere, coquere: & nunc ſumitis quoſcumque de medio, & temerarie dicitis,

D

De indigne accedentibus ad ſacra cõmunionem.

* 81. diſt. c. oportet. *Sacerdotibus non licere habitare cũ mulieribus.*

E

b *In quo polluimus.* Sed dum ſacramenta violantur, ipſe cuius eſt ſacramẽtum violatur.

Ibid. Vel poteſt dici, quod reuerſi de Babylone nondum extructo templo, habitantes in ruinis Ieruſalem, non habentes altare prioris gloriæ, putabãt deeſſe ſanctimoniam religionis, quia deerat ambitio ſanctificationis.

c *Si offeratis cæcum ad immo.* Ibid. Reuerſi de Babylone illicitas Deo victimas offerebant, cæcas & claudas, quæ in Leuitico prohibebantur offerri.

F

† Avgvstinvs lib. quæſt. vet. & no. teſt. quæſt. 5. tom. 4. Iudæi ſæpe reprehenſi ſunt, cum munera ſua improuide Dei altari offerrent, quæ nec hominibus digna viderentur; dicente domino; *Cæcas & luſcas offertis mihi, non hæc ſuſcipiam de manibus veſtris. Offer præpoſito aut duci tuo, ſi acceperit ea.* Cum conſtet apud omnes perſonæ ſublimi maxima offerri debere munera. Ideoque Cain munera refutata ſunt. Incurrit enim peccatum, dum non æſtimans quid Deo dignum eſſet, potiora reſeruauit ſuis vſibus. Itaque non quia obtulit reprehenſus eſt, ſed quia indigna obtulit.

Contra eos, qui offerunt Deo quę dedignarentur ipſi accipere.

Hie. in cõ. Alle. Cęca eſt animę victima, quę nõ illuſtratur Chriſti lumine. Clauda eſt rogantis oratio, quæ duplici mente accedit ad

Leuit. 22. d. & 22. c.

NICOLAVS DE LIRA.

Prima in duas, quia primo arguit ſacerdotes, ſecundo populares, ibi, Et vos. *Prima adhuc in duas, quia primo ſacrificium ſacerdotum excluditur tamquam malum, ſecundo ſacrificium nouæ legis concluditur tamquam Deo acceptiſſimum, ibi;* Non eſt. *Circa primum ſciendum, quod licet totus populus Iſrael diceretur Dei filius, Exod. 4. f.* Filius meus primogenitus Iſrael: *tamen ſacerdotes ad eius miniſterium deputati dicebantur Dei filij & ſerui modo ſpeciali, & ſic loquitur hic,* Filius honorat patrem, *id eſt, tenetur honorare, quia habet ab eo eſſe, nutrimentum, & documentum.*

Sacerdotes Leuitici ſpeciali modo dicebantur Dei filij & ſerui.

1 Et ſeruus dominum ſuum. *Supple timebit, quia non eſt in Hebræo nec in libris correctis, ſed ſubintelligitur.*

2 Si ergo pater ego ſum. *Et accipitur hic ſi pro quia, quia Deus eſt pater omnium per creationem, & ſpecialiter Iudæorum per legis dationem, quæ non fuit data aliis populis, Pſal. 147.* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis: *& adhuc ſpecialis ſacerdotum; quos elegit ad ſuum miniſterium.*

3 Vbi eſt honor meus? *Quaſi diceret, non defertis mihi honorem vt debetis.*

4 Et ſi dominus ego ſum. *Scilicet per gubernationem veſtri ſpecialem.*

5 Vbi eſt timor meus? *Quaſi dicat non apparet in vobis. Et ſciendum quod vbi dicitur hic.* Et ſi dominus ego ſum, *In Hebræo habetur:* Si domini, *pluraliter,* Ego ſum. *In quo deſignatur in Deo pluralitas perſonarum in vnitate eſſentiæ, quia nomen plurale coniungitur cum pronomine ſingulari.*

Sanctiſſima Trinitas.

6 Dicit dominus exercituũ ad vos, ô ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, *Ab illo enim loco,* Filius honorat, &c. *vſque ibi incluſiue,* In quo deſpeximus nomen tuum: *totum eſt ſub vno verſu in Hebræo. Ex quo patet, quod ab illo loco incipit arguere ſacerdotes: Et ſubditur reſponſio domini,*

7 Offertis ſuper altare meum panem pollutum. *Panes enim propoſitionis debebant per manus ſacerdotum piſtari, formari, decoqui: & ipſi ad euitandum laborem faciebant per alios hoc fieri, vt dicunt aliqui, Alij vero dicunt, quod dicitur hic panis pollutus, eo quod erat de tritico per rapinam acquiſito formatus.*

Panis pollutus quis hic dicatur.

8 Et dicitis. *Vos male excuſando,* In quo polluimus te? *Et ſubditur domini reſponſio.*

9 In eo quod dicitis. *Id eſt, facto oſtendiſtis,*

10 Menſa domini, &c. *Per hoc enim quod ponitis ibi panem prædicto modo formatum, dehonoratis eam. Et ad hoc inducit exemplum, dicens,*

11 Et ſi offeratis claudum & lan. *Scilicet animal indebitum ſuper altare holocauſtorum.*

12 Nonne malum eſt. *Q. d. Sic quia hoc eſt prohibitum in lege.*

13 Offer illud du. tuo. &c. *Q. d. ſi offerres illud principi terreno, qui eſt cinis & puluis, non placeret ſibi: nec propter hoc exaudiret preces tuas, & multo minus debent talia Deo offerri, ideo ducit eos ad pœnitentiam, dicens.* Et nunc deprecamini vultum Dei, &c.

Quis

MORALITER.

† 6 *Dicit Dominus exer. ad vos, &c.* Inquantum pollutis labiis nominant ipſum, & deſpici faciunt ab aliis, per ſuum malum exemplum.

† *Et dixiſtis, &c.* Nam ſacerdotes mali nituntur excuſare peccatum ſuum. Et ſubditur Dei reſponſio, cum dicitur,

Indigna ſacrorum tractatio.

7 *Offertis ſuper alt. &c.* Id eſt, Euchariſtiam, quæ licet in ſe ſit mundiſſima tamen indigne offerenti cedit ad graue peccatum. Vel per *panem*, poteſt hic accipi Dei verbum, quod ab eis propoſitum dicitur pollutum, quia ſicut dicit Gregor. *Cuius via deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur.*

† *Si offeratis cæcum, &c. Cæcum* offerre, eſt facere bonum opus de genere, tamen indiſcrete. *Claudum* offerre eſt facere bonum opus praua intentione, ſicut eleemoſynam dare pauperi mulieri, vt ſcilicet ad fornicationem pertrahatur. Languidum offerre, eſt bonum opus de genere facere, tamen cum hoc viuere luxurioſe. Talis autem oblatio non eſt accepta coram Deo, ideo ſequitur.

De boni operis corruptione ex adiuncti alicuius mali conſortio.

† Et

ad orandum. Languida & omni infirmitate depressa, quæ non habet Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Huiusmodi preces si offerant ecclesiarum principi, aut cuilibet erudito sapientique doctori, nonne repudiabuntur?

Quas orationes non exaudiat Deus.

a *Et nunc, &c.* HIER. in com. Quia obtulistis debiles hostias, & omnia quæ dixi fecistis, agite pœnitétiam, si quo modo misereatur nostri Deus. Nullus enim ex ministris meis est, à maiore vsque ad minimum, qui non accipiat à me mercedem laboris sui de decimis, & de his quæ à populo offeruntur.

1.q.3.c.1. Simonia est emere vel vendere sacro muneri adiuncta.

b *Non est, &c.* IBID. Regula scripturarū est, vbi manifestissima prophetia de futuris texitur, per incerta Allegoriæ non extenuare quæ scripta sunt. Increpat ergo sacerdotes Iudæorum; qui offerunt non idonea ad immolandum, vt sciant carnalibus victimis spirituales successuras.

a dicit dominus exercituum.[9] Et nunc deprecamini vultū Dei, † vt misereatur vestri: de manu enim vestra factum est hoc:

¶ Quod improperaui vobis.

si quo modo suscipiat facies vestras, dicit dominus exerci-

a ¶ Ex hoc ostenditur acceptior Deo esse seruitus illa, quæ in præsenti mercedem non postulat.

tuum. [10] * Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare 1

¶ Qui mundi offertis.

b meum gratuito? Non est mihi voluntas in vobis, dicit domi- 2

a ¶ Sanguinem hircorum & taurorum; sed thymiama orationum.

nus exercituum: & munus non suscipiā de manu vestra. [11] * Ab 3

a ¶ Non in vna Iudæa, vel sola Ierusalem, vnde Saluator, Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi.

ortū enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum 4 5

montium, vult dicere: quod placenta panis fiet sacrificium in capitibus sacerdotum, qui sunt in ecclesia.

† R. CAHANA in cap. 49. Genes. Hæc verba: *Ligans ad vitem ciuitatem suam, &c. Lauabit in vino vestem suam.* ostendunt quod sacrificium quod fiet ex vino, non solum transmutabitur in substantiam sanguinis Messię, sed etiam cōuertetur in substantiam corporis eius, in sacrificio quod fiet ex pane; non obstante quod album sit velut lac, conuertetur substātia in substantiā corporis Messiæ, eritque in ipso sacrificio substantia sanguinis Messiæ rubra vt vinum. Erunt item in sacrificio vini sanguis & caro Messiæ, & eadem erunt in pane. Quoniam corpus Messiæ non potest diuidi. Præterea, caro sine sanguine, & è conuerso, sunt res mortuæ: corpus verò Messiæ post resurrectionem, quia glorificatum erit, semper viuet.

Gen. 49.

Christi corpus & sanguis vere & realiter est in Euchari-stia.

Psal. 49. & 111.

DE ABROGATIONE

Sacrificiorum legalium, & institutione Missæ, id est, sacrificij [corporis] & sanguinis Christi, sub nouo testamento, ex hoc loco Ma[lachiæ].

Ex testimoniis Hebræorum.

1 † R. SAMVEL Marrochianus lib. de adu. Messiæ, ad R. Isaac c. 20. Timeo domine mi, quod Deus eiecit nos à se, & sacrificium nostrum, & acceptauit sacrificium gentium, sicut dixit per os Malachiæ, *Non est mihi voluntas in vobis, &c.* Ergo apud Deum sacrificium gentium est mūdius quàm nostrum. Et vnde est nobis domine mi, quod nos detestamur in gentibus sacrificium panis & vini, quod statuit Deus, & in nullo reprobat, sicut reprobat sacrificium carnium? Nam in pluribus scripturæ locis, Deus præcepit fieri sacrificium de pane, & farina purissima, & acceptabit illud, & tale sacrificium est hodie gentium.

Relecto sacrificio Iudaico approbat Deus sacrificium gentium. Exod. 25. Num. 21. & 28. 3. Reg. 18.

2 † R. PINHAS filius Iahir com. in cap. 28. Num. Tempore Messiæ omnia sacrificia cessabunt, & sacrificium panis & vini numquā cessabit, sicut dictum est, *Melchisedech obtulit panem & vinum*; Melchisedech, id est, Messias rex totius mundi, iustissimus, *accepit panem & vinum*, hoc est, separabit à cessatione sacrificiorum, sacrificium panis & vini, vt dictum est Psalmo 109. *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.*

Gen. 14. Sacrificium nouæ legis in pane & vino.

3 † R. IOCHAI in cap. 28. Num. Tempore Messiæ omnia sacrificia deficient, sacrificium verò panis & vini numquam deficiet, sicut scriptum est: *Ligans ad vitem ciuitatem suam*, Id est corpus suum. Corpus enim ciuitas est animæ. Item: *Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines?* Et homines quidem lætificat, Deo autem in quo lætitiam adfert? In sacrificio quod de ipso fiet.

Gen. 49. Iudic. 9. Numquam deficiet in Ecclesia militante.

4 † R. IONATHAN filius Vzielis in Psal. 74. *Et erit sacrificium panis in terra, in capite montium ecclesiæ.* Videat qui habet oculos quod (sicut dictum est) ille est Messias, de quo loquitur totus Psalmus 72. Cùm ergo Dauid ait, *Et erit placenta frumenti in terra, in capite montium*...

5 † IVDAS in cap. 25. Exod. & 28. Num. Quare Num. 18. dicatur *panis facierum*, ratio est, quia transmutabitur, cùm sacrificabitur, in substantiā corporis Messiæ, qui descendet de cælis. Et ipse idem erit sacrificium. Et magistri dicunt, eam ob rem dictum esse *panem facierum*, quia in ipso sacrificio erunt duæ substantiæ, diuinitas & humanitas.

6

† RABBENV HACCADOS, ex R. SIMEONE li. Reuela. secretorum. Hoc est sacrificium, quod postquàm venerit Messias *facient* sacerdotes coram Deo sancto & benedicto. Tunc enim cessabunt, omnia sacra quę prius fiebant. Facient autem sacrificium illud ex pane & vino. Tunc Deus misericordia implebitur, & virtute ingenti sanctorum verborum quæ ab ore sacerdotum manabunt, illud & omne sacrificium quod in vnaquaque ara celebrabitur in corpus Messiæ conuertetur. 7

Ex testimoniis Græcorum patrum.

† CLEMENS Rom. li. 7. const. Apost. c. 31. transl. Ostum. Die resurrectionis conuenite assiduè gratias agentes Deo, & confitentes de beneficiis, quæ in nos contulit per Christum, liberans nos ab ignorantia, errore, vinculis; vt careat reprehensione sacrificium nostrum, & facilè ascendat in Deum, qui de œcumenica sua Ecclesia dixit: *In omni loco offertur mihi incensum, & sacrificium mundum, quoniam rex magnus ego sum, & dominus omnipotens, & nomen meum admirabile inter gentes.* 1

† IVSTINVS Martyr Dialog. cum Triph. Verè pontifices Dei reddimur, sicut ipse Deus testatur, dicens, quod *vbique gentium offeruntur ei pura grataque victima.* A nemine autem Deus victimas, nisi per sacerdotes suos accipit. Vnde certò constat, quod huius nominis sacrificia, quæ Iesus Christus tradidit, hoc est, *Eucharistiam* panis & poculi, vbique terrarum apud Christianos fiant, Deus accipiat, & grata sibi esse testetur. Vestra verò & à vestris oblata recusat dicens; *Victimas vestras non accipiam de manibus vestris: quoniam à solis ortu vsque ad occasum, &c.* 2

† IRE-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quis est in vo. *Quasi diceret: Nullus de vobis impendit mihi officia ista gratis, quia ostiarij templi, & illi qui nutriebant ignem in altari habebant inde magnum emolumentum.*

2 Non est mihi. *Hic consequenter concluditur sacrificium Deo gratum, excludendo prædictum offerendi modum, cum dicitur,* Non est mihi voluntas. *Id est, beneplacitum propter malum vestrum.*

3 Et munus non suscipiam de manu vestra, *Quia sacrificia veteris legis non erant accepta, nisi ex bonitate offerentis, ideo dicitur Gen. 4. a. Respexit dominus ad Abel & ad munera eius, id est, ad bonitatem Abel principaliter, & ad eius munera consequenter.*

4 Ab ortu enim solis vsque ad occasum, &c. *Id est, per orbem vniuersum,*

5 Magnum est nomen meum in Gen. *Quod exponit Ra. Sa. dupliciter. Vno modo, quia licet Gentiles adorarent idola vt Deos, tamen dicebant Deum cæli & terræ excellentiorem illis diis; sed ab hac expositione discordat quod subditur,*

Quomodo magnum nomen Dei in gentibus.

Et

MORALITER.

† Et nunc depre. Vt misereatur vestri, & patet.

1 *Quis est in. &c.* Hic arguit ingratitudinem sacerdotum, dicens, *Quis est in vo. qui claudat ostia*, Id est, seruiat in ecclesia *gratis*? quasi diceret, nullus? quia de patrimonio crucifixi laute viuunt, & pauci officium debitum faciunt; ideo de ipsis subditur,

Nullus in Ecclesia seruit gratis.

2 *Non est mihi voluntas in vobis, &c.* Id est, officium vestrum non est mihi gratum.

3 *Et munus non suscipiam.* Id est, inquantum est à vobis: tamen acceptum est inquantum est à Deo, sicut eucharistia est accepta Deo; licet sit à malo sacerdote oblata.

4 *Ab ortu enim solis vsque ad occasum, &c.* Id est, orationes simplicium bene viuentium acceptæ mihi sunt vbique terrarum.

Non

☞ † IRENÆVS Martyr lib. 4. adu. hæref. c. 32. Christus discipulis suis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis; non quasi indigenti, sed vt ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint: eum qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit dicens: *Hoc meum est corpus.* Et calicem similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem; quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo ei, qui alimenta nobis præstat, primitias suorum munerum in nouo testamento; de quo in duodecim prophetis Malachias sic præsignificauit, *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris: quoniam à solis ortu, &c.*

4 † EVSEBIVS Cæsariensis lib. 1. Dem. Euang. c. 10. *Ab ortu solis vsque ad occasum, nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & hostia munda*, &c. Igitur & sacrificamus & incendimus, alias quidem memoriam magni illius sacrificij, secundum ea, quæ ab ipso tradita sunt mysteria celebrantes, & gratias Deo pro salute nostra agentes, religiososque hymnos & orationes sanctas illi offerentes, &c. Sacrificamus igitur Deo altissimo sacrificium laudis, & sacrificium Deo plenum odorem offerens. Sacrificamus nouo more, secundum nouum testamentum, hostiam mundam.

5 † CHRYSOST. in Psal. 95. Ecclesia quæ Christum vbique circumfert, à nullo prohibetur loco: sed in omni loco sunt altaria, in omni loco doctrina. Hæc prædixit Deus per prophetam. Nam & ecclesiæ exprimens synceritatem, & alterius populi ingratitudinem traducens, ad illos loquitur: *Non est voluntas mea in vobis, nec accipiam victimas de manibus vestris: quoniam, &c.* Vide quàm luculenter, quamque dilucidè mysticam interpretatus est mensam, quæ est incruenta hostia! Thymiama vero purum appellat sacras preces, quæ post hostiam offeruntur. Est igitur hostia pura, prima quidem mystica mensa, cæleste summeque venerandum sacrificium.

6 † THEODORETVS comm. in hunc locum. Nam omnium habitatores terrarum, quas sol exoriens & occidens suis radiis illustrat, cum vbique incensum offerant, tum etiam Sacrum purum, & mihi gratum conficient.

7 † DAMASCENVS lib. 4. de fid. orth. c. 14. Hoc illud (Eucharistia) est purum, & incruentum sacrificium, quod Dominus *à solis ortu vsque ad occasum oblatum iri per* prophetam prædixit: Corpus ac sanguis Christi est, ad animæ & corporis nostri incolumitatem tendens; quod nec consumitur, nec corrumpitur, verum ad nostram substantiam & conseruationem tendit, atque omne incommodum propulsat: eamque vim habet, vt spurcitiem omnem abstergat.

Ex testimoniis patrum Latinorum.

1 † MARTIALIS, Discipulus Christi Iesu Epist. ad Burdeg. c. 3. Dum altaria dæmonum in puluerem redigerentur aram ignoti Dei ad consecrationem reseruari iussimus, qua dedicata in nomine Domini Dei Israel, & ipsius testis Stephani, cultum Dei in ea frequentari. Sacrificium enim Deo Creatori offertur in ara, non homini, nec angelo. Nec solum in ira sanctificata; sed *vbique offertur Deo oblatio munda*, sicut testatus est *: cuius corpus & sanguinem in vitam æternam offerimus. Quod Iudæi per inuidiam immolauerunt, nos causa salutis nostræ in ara sanctificata proponimus: scientes hoc solo remedio nobis vitam præstandam & mortem effugandam; hoc enim ipse Dominus noster iussit nos agere in sui commemorationem Luc. 22. Matth. 26. Mar. 14. 1. Cor. 11.

* Malac. 1.

2 † TERTVLLIANVS lib. 3. adu. Marc. c. 22. Concurrit Malachiæ prophetia: *Non est voluntas mea dicit dominus, & sacrificia vestra non accipiam, quoniam ab ortu solis vsque ad occasum, nomen meum glorificatum est in nationibus, & in omni loco sacrificium nomini meo offertur, & sacrificium mundum*, gloriæ scilicet relatio, & benedictio, & laus, & hymni. Quæ omnia quum in te quoque deprehendantur, & signaculum frontium, & Ecclesiarum sacramenta, & munditiæ sacrificiorum, debet iam erumpere vbi dicas Spiritum creatoris tuo Christo prophetasse. *Idem sacrificium Eucharistiæ diserte confirmat, lib. de cultu feminarum, cap. 11. lib. de corona militis: l. de velandis virginibus: lib. de exhortatione ad castitatem: lib. de oratione: lib. ad Scapulum, &c.*

3 † CYPRIANVS Martyr l. 1. testimoniorum adu. Iudæos c. 16. & 17. Quod sacrificium vetus euacuaretur, & nouum celebraretur, apud Isaiam, cap. 1. Itē in Psalmo 49. Item in Psalmo quarto. Item apud Malachiam. *Non est mihi voluntas circa vos, dicit dominus, &c.* Quod sacerdotium vetus cessaret, & nouus sacerdos veniret, qui in æternum futurus esset, in Psalmo 109.

† IDEM ser. de cœna Dom. Propter malignantium insolentiam altare suum Deus repellit, & sanctificationibus maledicit, odit sabbata, abominatur solemnia, adoramenta fœtent, displicent holocausta. In his omnibus laborare se dicit Deus, nec esse voluntatem suam in ministris impuris indignatione destricta testatur. Sed hierarcha pius, quem Spiritus sanctus compungit, excitat, inhabitat, & sanctificat, eleuatione manuum crucis mysterium repræsentans confidenter orat pro sua & populi ignorantia, &c.

Isa. 1. * Malach. 1.

4 † AVGVSTINVS lib. 18. de ciuit. cap. 35. Malachias prophetans ecclesiam, quam per Christum iam cernimus propagatam, Iudæis apertissimè dicit ex persona Dei, *Non est voluntas mea, &c. In omni loco sacrificabitur & offeretur nomini meo oblatio munda, &c.* Hoc sacrificium per sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, cum in omni loco à solis ortu vsque ad occasum iam videamus offerri; sacrificium autem Iudæorum cessasse, negare non possunt; quid adhuc expectant alium Christum? &c.

† IDEM lib. 19. de ciuit. cap. 23. Cessaturas victimas, quas in vmbra futuri offerebant Iudæi, & vnum sacrificium gentes *à solis ortu vsque ad occasum*, (sicut iam fieri cernimus,) oblaturas, per prophetas Hebræos oracula increpuêre diuina.

† IDEM lib. 1. contr. adu. legis, cap. 20. Nouerunt qui legunt, quid protulerit Melchisedech, quando benedixit Abraham, & iam sunt participes eius; vident tale sacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum. Dei autem iuratio (Psal. 109.) incredulorum est increpatio. Et quòd Deum non pœnitebit, significatio est, quia hoc sacerdotium non mutabit: Mutauit quippe sacerdotium secūdum ordinem Aaron. Vnde propheta, *Non est mihi voluntas in vobis, & hostiam non accipiam de manibus vestris.* Ecce quod est secūdum ordinem Aaron. Cur autem hoc non accipiat, addit, *Quia à solis ortu vsque ad occasum, in omni loco incensum offertur nomini meo, & hostia pura*; Ecce quod est secundum ordinem Melchisedech.

† IDEM orat. cont. Iudæos cap. 9. Aperite oculos (ô Iudæi) & videte ab oriente sole vsque ad occidentem: non in vno (sicut vobis fuerat constitutum) sed in omni loco offerri sacrificium Christianorum, non cuilibet Deo, sed ei qui ista prædixit, Deo Israel.

5 † HIERONYMVS in c. 52. Isa. In omnem terram exiuit sonus Apostolorum, & in terminos orbis terræ verba eorum, & in omni loco offertur Deo sacrificium, incensum, & hostia munda, quomodo propheticus sermo completus est.

† IDEM in c. 1. Mal. Sciant Iudæi nequaquam taurorum, hircorumque sanguinem, sed thymiama, hoc est, sanctorum orationes Domino offerendas; & non in vna orbis prouincia Iudæa, nec in vna vrbe Ierusalem, sed in omni loco offerri oblationem, nequaquam immundam, vt à populo Israel: sed mundam, vt in ceremoniis Christianorum.

6 † REMIGIVS comm. in hunc locum. *Non est mihi voluntas, &c.* Loquitur ad sacerdotes, qui illicitas victimas offerebant, & ideò voluntas Dei, quem exacerbabant, non erat in eis. Simul etiam docet carnalibus eorum victimis, spirituales victimas successuras: nec in vna tantum prouincia Iudæorum, sed in omni loco offerri Deo mundam oblationem. Hoc est sacrificium quod nunc frequentat Ecclesia.

7 † IVLIANVS Pomerius, Archiepisc. Tolet. lib. 1. contr. Iudæos, paulò post medium. Ecce dies, qui prænuntiati sunt, iam venerunt, nullusque sacerdos est secundum ordinem Aaron. Et quicumque ex eius genere est homo, cum videt sacrificium Christianorum toto orbe pollere, sibi autem honorem illum magnum substractum fuisse, deficiunt oculi tabe mœroris, & prælo amaritudinis. De hac reprobatione Malachias dicit, *Munus non suscipiam (dicit dominus) de manu vestra, &c. In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, &c.*

8 † ISIDORVS Hispal. lib. 1. de officiis eccle. c. de sacrif. Sacrificium, quod à Christianis Deo offertur, primum Christus instituit, quādo commendauit Apostolis corpus & sanguinem suum, priusquam traderetur: sicut legitur in Euangelio. Hoc Melchisedech figuraliter in typum corporis & sanguinis Christi primus obtulit, primusque mysterium tanti sacrificij imaginariè expressit, præferens similitudinem Domini sacerdotis æterni, cui dicitur, *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Hoc ergo sacrificium celebrare Christianis præceptum est, relictis ac finitis Iudaicis victimis, &c.

Psal. 109. Luc. 22. Malach. 1.

9 † BEDA Venerabilis in Psal. 33. Christus legalia sacrificia secundum ordinem Aaron prius instituta, conuertit in sacrificia panis & vini, secundum ordinem Melchisedech, qui primus ea obtulit.

10 † PETRVS Venerabilis li. 2. contr. Iudæos c. 4. Vide Iudæe, quomodo in omni loco offertur Deo oblatio munda. Vide extructas per vniuersum orbē Christi ecclesias, altaria in omni loco sacrata: agnū Dei, quem in cruce peremisti, super eadem altaria, in eisdem ecclesiis, omnipotēti patri incessanter pro mundi salute offerri, &c.

a *Et vos polluistis illud.* HIER. in com. Propterea, ô sacerdotes Iudæorum, in omni loco offertur mihi oblatio müda, & est magnum nomen in Gentibus, quia dicitis; *Mensa domini conta. est*; quia deerat ornatus templi, putabant reuersi de Babylone minorem esse cultum religionis; quos dominus redarguit. Vel ita potest dici. Polluistis nomen meum in eo quod dicitis, Quid prodest si offeramus optima? qualiacūq; offerātur, igne sunt deuorāda.

Excusationes friuolæ Iudæorum cur de optimis non offerent.

b *Et dixistis.* IBID. Dixistis, de captiuitate reuersi sumus, prædæ hostibus fuimus, laborę viæ & paupertate attriti sumus, qualiacūq; habemus offerimus: & hoc dicēdo, exufflastis, id est, per exufflationē indigna fecistis vestra sacrificia; & ideò non suscipiā.

c *Maledictus.* IBID. Quidquid humanus animus in excusatione sui peccati potest inuenire, & falsa satisfactione defendere, hoc prouidēs diuinus sermo, corrigit & condemnat. Q. Quia offertis languida, & hæc de rapinis, & fletibus miserorum; & insuper dicitis, de labore & paupertate offerimus, quod habemus: propterea audite quod infero. *Maledictus dolosus, &c.* His verbis ostendit habere eos quæ optima sunt, & offerre quæ mala sunt.

IBID. ALLEGOR. Potest per maledictum & dolosum designari populus Iudæorum, qui de grege suæ gentis habeat masculum, agnum scilicet, qui tollit peccata müdi, de quo fecerat votum, quòd veniētem susciperet: Sed quando vidit hærentem cornibus inter virgulta, noluit eum immolare, scilicet suscipere, sed obtulit debile, eligens Barrabam, per quem signatur diabolus. Sed quia Christus erat rex magnus super omnia, ideo Gentes nomē eius cū formidoloso honore venerātur. Aliter. Aliquādo homo bene creatus à Deo habet ingenium aptum sacris disciplinis, sed tradit luxuriæ, & inertiæ, & habens masculum, offert debile, id est, orationem aliqua animi perturbatione corruptam: hic sentiet in se esse completum quod scriptum est, *Potentes potenter tormenta patientur.*

Ioan. 1. d. Gen. 22. b. Matth. 27. c. Christum quem sui non recipiunt gētes amplectuntur. Amo. 5. B. De eis qui gratia doctrinæ abutuntur. Sap. 6. a.

a ¶ In ceremoniis Christianorum.

in Gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in Gentibus, dicit dominus exercituum. [1][2] Et vos polluistis illud [3] in eo quod dicitis, mensa domini contaminata est, & quod superponitur contemptibile est cum igne qui illud deuorat: [4][5][6] & dixistis: Ecce de labore, & exufflastis illud, dicit dominus exercituum. Et intulistis de rapinis claudum & languidum, & intulistis munus. Numquid suscipiam illud de manu vestra? dicit dominus exercituum. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile domino. Quia rex magnus ego, dicit dominus exercituum: & nomen meum horribile in Gentibus.

a ¶ Et cum nomen meum sit ita magnum futurum in Gentibus, vos, principes Iudæorum, illud polluistis. Sic enim vaticinium futurorum texit, vt præsens tempus non deserat.

a ¶ Altare pollutum putatis, & holocausta superposita, & ignem qui deuorat. Nec intelligitis Deum non quærere aurum & gemmas & multitudinem hostiarum, sed offerentis deuotionem.

¶ Nec sufficit prioris sermonis impietas, sed dixistis etiam.

¶ Ergo. ¶ Tale.

a ¶ Si non habes masculum, non nocet tibi maledictio.

a ¶ Etsi Iudæi contemnant.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in omni lo. *Quia si gentiles cum Deo cæli idola colentes, Deo facerent oblationem, illa non esset munda coram Deo, quia ab idololatris esset oblata. Et ideo cum hoc ponit aliam expositionem dicens, quod iste passus intelligitur de Iudæis inter Gentiles per orbem dispersis, Deum adorantibus deuote, quorum oratio dicitur hic munda oblatio, & per eos nomen domini prædicatur magnum in terris Gentilium. Sed istud non videtur verum. Non enim est verisimile, quod illi, qui erant dispersi inter Gentiles idololatras, tempore Malachiæ, essent iustiores & mundiores quam illi sacerdotes, qui redierant de Babylonica captiuitate: quos hic arguit, vt dictum est; sed magis sequebantur mores Gentilium, inter quos habitabant. Propter quod dicendum, quod iste passus loquitur ad litteram de sacrificio nouæ legis, quod est Eucharistia, quod est mundissimum, & Deo acceptissimum. In omnibus etiam terræ nationibus sunt aliqui Christiani hoc sacrificium offerentes, & cum dicitur hic,*

Non hic agitur de sacrificio orationis deuotæ.

2 Quia ma. est. *Loquitur propheta de futuro, per modum præsentis propter certitudinem prophetiæ.*

3 Et vos pol. *Hic consequenter propheta arguit populares, quia illi qui debebant offerre oblationes mundas & electas offerebant de peioribus, vt videbitur infra, & ideo hic arguuntur, cum dicitur,* Et vos polluistis illud, *Scilicet nomen meum, quantum in vobis est.*

4 In eo quod dicitis. *Sicut & sacerdotes.*

5 Mensa domini conta. est. *Id est, potest ibi fieri licite oblatio de minoribus bonis.*

6 Cum igne qui il. deuo. *Id est, cum igne qui seruatur semper in altari holocaustorum ad cremandum adipes sacrificiorum, qui poterat fieri ex quibuscumque lignis. Et eodem modo arguebant de sacrificiis ibi offerendis.*

7 Et dixistis. *Vos mendaciter excusando,*

8 Ecce de la. *Id est, cum magno labore potuimus talia sacrificia offerre propter paupertatem nostram.*

9 Et exufflastis illud. *Id est, bonum, quod debebat offerri, reduxistis quasi ad nihilum.*

10 Et intu. de ra. &c. *Ita quod erat ibi duplex peccatum, vnum contra proximum, scilicet rapina, & aliud contra Deum, scilicet offerendo lege prohibitum, ideo sequitur,*

11 Numquid suscipiam. *Acceptando. Et quod ista intelligantur de popularibus offerentibus, ostenditur per hoc, quod subditur,*

12 Maledictus dolo. q. h. in. g. suo masculum. *Id est, animal bonum & aptum ad sacrificandum Deo,*

13 Et vo. fa. *De sacrificio Deo offerendo,*

14 Immolat debile. *Id est, animal languidum, vel alias ineptum ad offerendum.*

15 Quia rex ma. ego. *Scilicet super omnem creaturam.*

16 Et nomen meum hor. *Id est, timendum.*

CAP.

† MORALITER.

3 *Et vos polluistis.* Exponatur vt supra.

† Et

ADDITIO I.

In cap. 1. Malachiæ, *vbi dicitur in postilla.* Ego autem dilexi Iacob, &c.

Per dilectionem Iacob, videtur intelligi potius in hoc loco ipsa electio Iacob, seu prædestinatio, quæ fuit ab æterno. Similiter per odium Esau intelligitur eius reprobatio æterna, seu ab æterno, & hoc videtur ex verbis Apostoli ad Rom. 9. c. dicentis, Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni aut mali egissent, &c. *Et sic dilectio Iacob & odium Esau in hoc loco non videtur dicenda signa electionis & reprobationis, prout in postill. sed potius per eam intelliguntur ipsa electio & reprobatio.*

Dilectio & odium non sunt hic pro signis sed pro ipsis prædestinatione Iacob & reprobatione Esau.

ADDITIO II.

In eo. cap. *Vbi dicitur in Postill.* Quis in vobis claudat ostia? &c. *Littera Hebraica sic habet in hoc loco:* Quis in vobis qui claudat ostia? & non incendatis altare meum gratis seu frustra? non enim est mihi voluntas in vobis, *&c. quod quia ex demeritis eorum munera sua & sacrificia non erant Deo grata, ideo Deus quasi appetebat quod aliquis clauderet ostia templi: sic quod nullus intraret ad incendendum altare scilicet cum sacrificiis; & hoc est quod dicit littera,* Quis in vobis qui claudat ostia? *id est, vtinam esset in vobis qui clauderet ostia templi.* Et non incendatis altare meum, *id est, clauso templo, non incenderetur super altare meum aliquid gratis, id est, frustra. Ratio autem quare Deus volebat, quod clauderentur ostia templi, subditur cum dicit,* Non est mihi voluntas in vo. & munus non accipiā de manu vestra. *Quasi dicat, non sunt accepti offerentes, nec oblata.*

Alia expositio illius, Quis in vobis, &c. vt sit vox optantis.

REPLICA.

In principio Malachiæ, vbi dicitur: Iacob dilexi, &c. *Postill. exponit vt assumptum à Deo ad probandum ingratitudinem filiorum Israel. Assumptum autem illud exponit per modum effectus manifesti, scilicet quia Iacob obtinuit benedictionem paternam, & hereditatis promissionem,*

ADDITIO.

Dilectioné & odium pro effectibus prædestinationis & reprobationis.

sionem, quæ erant annexa primogenituræ Esau abiecto, quod sine Dei dilectione ex parte vna, & odio ex parte altera fieri non potuit: qui sunt effectus dilectionis Dei manifesti, Burgen. autem vult quod dilectio & odium debeant hic recipi pro prædestinatione & reprobatione, non pro eorum effectibus, vt Postill. Ad probandum suum propositum, Burgen. adducit apostolum ad Rom. 9. Ibi dico, quod apostolus adducit hoc dictum, non quoad effectum, sed admirans de causa: ostendens per processum, quod illius non sit causa quærenda. Sic in proposito: si propheta in persona Dei volens populo ostendere, quod eum diligeret, ostenderet per talia occulta sapientia Dei, qualia sunt prædestinatio & reprobatio, probasset populo dubium & ignotum per ignotius: sicut si hodie ingratis & de dilectione Dei dubitantibus, dilectio Dei per viam prædestinationis persuaderi deberet, plus dubitarent de antecedente, quam de consequente.

Non propia prædestinatione & reprobatione accipi debere.

CAPVT II.

a Et nunc, &c. HIERON. in com. Fecistis quod impium est ad contemptum mei. Sed quia malo pœnitentiam peccatoris quàm mortem, etiam nunc per comminationem vos reuoco. *Sed si nolueritis. po. su. cor.* mittam in vos veram penuriam, vt non mentientes, sed omnium rerum egestate coacti, dicatis vos non habere optima, quæ offeratis. Vnde proprie sacerdotibus dicitur, quod si non *dederint gloriam nomini domini* per suam bonam conuersatione, patientur egestatem omnium bonorum. Hi quia non benedicunt sanctis ex vero corde, sed per dulces sermones seducunt corda innocentium, non merentur Dei benedictionem.

Ezech. 18. g.

Sacerdotũ punitio.

† RVPERTVS. Sensus est. Quoniam noluistis audire, aut ponere super cor vestrum veritatem, misit Deus in vos egestatem, mandando nubibus suis ne pluant super vos imbrem, sicut nunc patet, quia neque prophetiam neque aliam gratiam cælestem habetis. Et maledixit benedictionibus vestris, & iuxta prophetam alium duplici contritione vos contriuit, vt non solùm Romani tollerent locum vestrum & gentem, verumetiam maligni spiritus animas auferrent.

b *Et maledicam benedictionibus, &c.* † HIERONYMVS. Hoc est, quicquid à vobis benedicetur, per me erit maledictum. Hoc ergo intelligendum est de hæretico: illud autem ad Luciferianum de ecclesiastico peccatore.

1. quæst. 1. c. Maledicam. *Benedictiones hæreticorum Deum maledicere.*

† GREGORIVS. Siue per bonos, siue per malos ministros dispensetur, sacramentum tamen est, quia Spiritus sanctus mysticè illud viuificat, qui quondam apostolico in tempore visibilibus apparebat operibus. Nec bonorum meritis dispensatorum ampliatur, nec malorum attenuatur: quia *neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus:* Hoc de corpore & sanguine domini nostri, hoc etiam de baptismate, & chrysmate sentiendum est & tenendum: quia virtus diuina secretius operatur in eis, & diuina solummodo hæc est virtus siue potestas, non humanæ efficaciæ, &c. Maledicam autem benedictionibus vestris, hoc est, his quæ nunc meis benedictionibus possidetis: seu, quicquid à vobis benedicitur, maledicam; vel, quoniam non benedicũt sanctis ex vero corde: vel, quia qui inique agunt benedicũtur ab eis, adulanturque peccatoribus; dũmodo diuites sint.

1. quæst. 1. c. Multi. *Non merita sacerdotum sed virtutem diuinam sacramenta sanctificare.*

c *Ecce ego pro.* HIER. in cõ. Pro peccatis, ô sacerdotes, auferam à vobis quæ secundũ legem ex hostiis accipiebatis; scilicet brachium, id est, armum animalis dextrum; & *disper. su. vult.* id est, facies vestras fœtentes reddam putrida commixtione stercoris, vt tales sitis; qualia sunt illa quæ offeruntur, & ipsum stercus assumet vos: sic vt non differatis ab ipso stercore; & ex eo quod vos abiicio, intelligetis me esse, qui quondam elegi patrem vestrum Leui; & per Leui Aaron, & dedi vobis gloriam sacerdotij, vt firmo pacto mihi in æternum ministraretis. Voluit Deus homines, & maxime sacerdotes, maculam non habere, & [illegible] bonis operibus ornare. Sed quia nos omnia in contrarium vertimus, proiicit & separat Deus brachium, id est, opera nostra à [illegible] operibus; & cum præcipiatur nobis *vngere caput, & lauare faciem,* vt [illegible] oculis Deum videamus: habemus facies pollutas stercore vitiorum, & illud stercus quo litæ sunt facies assumit nos [illegible]: quia omnia nostra etiam in stercus versa sunt, cum dicimus [illegible] mundi esse in solemnitatibus Dei, & carnes agni comedere calciati.

Contra sacerdotes qui male viuunt.

Matth. 6.

d *Pactum.* IBID. Describit Deus quale habeat officium, & qualis debeat esse sacerdos.

† REMI-

CAPVT II.

¶ Igitur. ¶ O sacerdotes. ¶ Est. a ¶ Qui maioris dignitatis, & cui plus committitur, plus ab eo exigitur.

a [1] ET nunc ad vos mandatum ô sacerdotes. [2] Si nolueritis audire, * & si nolueritis ponere

* Leui. 26.

a ¶ Bene viuendo. b ¶ Quod magnum in Gentibus.

super cor, vt detis gloriam nomini meo, ait dominus exercituum, mittam in vos

a ¶ Bonorum operum. b ¶ His quæ meis benedictionibus possidetis, vel quidquid à vobis benedicitur, à me erit maledictum. c ¶ His vestris benedictionibus.

b egestatem, & maledicam benedictionibus vestris, & ma-

¶ Ideo. a ¶ Id est, noluistis intelligere quæ dicuntur.

c ledicam illis, quoniam non posuistis super cor. [3] Ecce ego proiiciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum, & assumet vos secum. [4] Et scietis, quia misi ad vos mandatum istud, vt

a ¶ Per Leui intelligamus Aaron, & alios qui de stirpe Leui descenderant.

d esset pactum meum cum Leui, dicit dominus exercituum:

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. II.

1 ET nunc ad. *Hic consequenter arguit propheta sacerdotes & populum de peccatis contra proximum, licet cum hoc aliquid ponatur de peccatis contra Deum. Et diuiditur in duas partes, quia primo arguit sacerdotes, secundo populares, ibi:* Numquid. *Circa primum ponitur monitio, cum dicitur:* Et nunc ad vos. *q. d. debetis diligenter attendere.*

Diuisio.

2 Et si nolueritis. *Puniam vos, ideo sequitur,*

3 Mittam in vos ege. *Quam supra modum timebant, quia auari & cupidi erant.*

4 Et maledicam benedict. &c. *Id est, illis quæ consueuistis benedicere, scilicet vineis & bladis & huiusmodi, ita quod erit penuria; ita exponit Ra. Sa. Et subditur causa,*

5 Quoniam non posuistis, &c. *Scilicet exercere officium vestrum: debito modo colendo Deum, & populum instruendo.*

6 Ecce ego proiiciam, &c. *Auferendo à vobis virtutem & sustentationem.*

7 Et dispergam super vultum, &c. *Id est, ex celebrationibus huiusmodi non reportabitis honorem, sed confusionem.*

8 Et assumet vos secum. *Scilicet, stercus, ita quod eritis contemptibiles, sicut & ipsum.*

9 Et scietis, &c. *Per experientiam meæ punitionis.*

10 Quia misi ad vos. *Sacerdotes & Leuitas,*

11 Mandatum illud. *De cultu Dei & doctrina populi.*

12 Vt esset pactum, &c. *Id est, cum tribu Leui; quæ fuit ad hoc electa à Deo Num. 3.*

Pactum

MORALITER.

Contra malos prælatos & curatos.

1 *Et nunc ad vos.* Secundum sensum litteralem hic arguit propheta sacerdotes Iudæorum de negligentia diuini cultus, & regiminis subditorum, quod nunc contingit in prælatis & curatis pluribus Christianorum, propter quod eis dicitur in pœnam,

3 *Mittam in vos egestatem.* Id est, carentiam scientiæ & gratiæ; propter ingratitudinem enim Deus iuste subtrahit dona sua à promotis in ecclesia, quando negligunt officia diuina.

4 *Et ma. &c.* Frequenter enim absoluunt ab illis, de quibus non possunt, propter ignorantiam, vel, quod peius est, propter quæstum, vel fauorem.

6 *Ecce.* Subtrahendo à vobis protectionem angelicam.

7 *Et dispergam, &c.* Quia solemnitates eorum hodie sunt communiter in conuiuiis & potationibus excessiuis, & dissolutionibus ineptis.

9 *Et scietis.* Per experientiam pœnæ gehennalis,

10 *Quia misi, &c.* Quod tamen non seruastis: & quod sit istud, ostenditur, cum dicitur,

12 *Vt esset pactum, &c.* Id est, cum Gente sacerdotali.

† Pactum

† REMIGIVS. Pactum enim fuit cum Leui patriarcha, ex Leui peruenit ad Aaron & posteros eius. Pactum autem *vitæ*, non intelligas vitæ istius, quæ nobis & cunctis animantibus communis est; sed illius qui dicit, *Ego sum via, veritas, & vita. Dedi* inquit, *ei timorem*, qui est initium sapientiæ: *& à facie nominis mei pauebit*, mentis habitu tremorem exagitati corporis ostédens, tremensque sermones meos, *Lex veritatis fuit in ore eius*, hoc est doctrina simplex, & nulla mendacij macula fuscata, &c.

Ioan. 14. Isa. 66.

a *Labia enim sacerdotis, &c.* † REMIGIVS. Hoc & in Aggæo legimus: *Interroga sacerdotes legem.* Ad sacerdotes enim disciplina pertinet, vt interroganti de lege, respondeant. Hinc Paulus ad Titum, formam describēs sacerdotis, *Vt potens*, inquit, *sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere.*

Aggæi 2. Sacerdotes docti esse debent. Tit. 1.

† DIONYSIVS Areopag. lib. de cæle. Hier. ca. 12. Quæri solet ab his, qui diuinorum librorum studio & amore flagrant, si extrema integrè non communicant summis, quam ob causam Sacerdos homo inter homines, Domini omnipotentis angelus à sacra scriptura nominetur? &c. Nihil (vt reor) absurdum est, si Sacerdotem quoque hominem Theologia angelum vocat, qui pro viribus angelicæ proprietati docendo participat, atque ad angelorum similitudinem (vt homini possibile est) per nuntiandi officium nititur.

[5] Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. [6] Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labiis eius. In pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. [7] Labia enim sacerdotis custodiūt scientiam, & legem requirent ex ore eius. quia angelus domini exercituum est. [8] Vos autem recessistis de via, & scādalizastis plurimos in lege. Irritum fecistis pactū Leui, dicit dominus exercituum. [9] Propter quod & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis, sicut nō seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. [10] Numquid non pater vnus omniū nostrum? Numquid non vnus Deus creauit nos? Quare ergo

a ¶ Id est, doctrina Apostolorum nullo polluta mendacio, sed tota de fonte veritatis procedens.
a ¶ Qui imitatur eum, qui peccatum non fecit nec inuentus dolus in ore eius.
a ¶ Quia & ipse in se habuit pacem, & alios pacificauit. b ¶ Sicut Enoch qui translatus est.
a ¶ Si sacerdos non corripit delinquentes, sacerdotis officium præterit. b ¶ Donec congruo tempore proferunt.
a ¶ Si sacerdos de lege interrogetur, doceat, resistentes conuincat, alioqui frustra dignitatem iactat, cuius non exhibet operationem. b ¶ Subditi. c ¶ Exponit nomen suum Esdras sacerdos Dei, id est, Malachi qui angelus domini appellatur, voluntatem Dei nuntians hominibus.
a ¶ Recta, quam monstrabam. b ¶ Mala conuersatione vestra.
a ¶ Vitæ & pacis ceterorum quæ pertinent ad officium sacerdotis.
a ¶ Qui prius gloriosi & reuerendi.
a ¶ Viles. b ¶ Inter omnia peccata sacerdotum, quasi maximum notatur, quia non causas sed personas considerent, & despecto paupere iusto, diuites honorent.
a ¶ Personarum. b ¶ Abraham, à quo omnes Iudæi originem habent.
a ¶ Qui ex Abraham omnium nostrum genus eligit.
b ¶ Quare fratrum nostrorum abiicimus filias, & relicto pacto patrum accipimus vxores non ex lege?

b *Vos autem, &c.* HIE. Ego volui, vt haberetis doctrinam & veritatem, *Vos autem recessistis.* Quidquid dictum est priori populo, nobis dictum putemus: vt qui fuimus cultores Dei, veritati mendacium nō præferamus.

c *Numquid non pater vnus omnium?* IBID. Sicut ex lectionibus Esdræ colligitur, reuersi de Babylonia tam principes & sacerdotes, quam reliquus populus, vxores sui generis, quæ paupertate & labore viæ infirmitatem contraxerunt, eiecerunt, & filiabus alienigenarū ætate & diuitiis florentibus se copulauerūt. Sicut ergo Esdras corripiebat peccantes, sic iste Malachias eos prouocat, vt eiectis alienigenis antiquas vxores recipiant.

Esdr. 9. a. Peccatum populi reuersi de captiuitate eiicientis vxores suæ gentis & quærentis alienigenas. 1. Esd. 10. b.

Trans-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Pactum meum. *Id est, lex,*

2 Fuit cum eo vitæ & pacis, &c. *Fuit enim promissum à Deo, quod populus in pace viueret, si legem seruaret, & sic fuit adimpletum quamdiu hoc seruauit, vt patet ex decursu veteris testamenti.*

3 Et dedi ei timorem. *Scilicet Moysi & Aaron, & pluribus ab eis descendentibus, qui Deum timuerunt.*

4 Lex veritatis fuit, &c. *Ad docendum populum.*

5 Et iniquitas non est inuenta, &c. *Quod enim Aaron fecit vitulum conflatilem, fuit ex timore mortis vt dictum fuit plenius, Exod. 32. nec ipsi nec alij Leuitæ crediderunt, quod in vitulo esset aliquid numinis. Quod patet ex hoc, quod tota tribus Leui iunxit se Moysi ad interficiendum illos qui peccauerunt in idololatria vituli. Exod. 32.*

Non peccauit tribus Leui in idololatria vituli.

6 In pace, & in æquitate, &c. *Iuste viuendo, & me deuote colendo.*

7 Et mul. &c. *Populum docendo; hoc enim pertinet ad officium Leuiticum, & potissime sacerdotum, ideo subditur,*

8 Labia enim sa. *Et subditur causa.*

9 Quia angelus, &c. *Habet enim officium angelicū, scilicet colere Deū. & dirigere populum, sicut angeli in ministerium missi propter salutem electorum* semper vident faciem patris qui est in cælis Matth. 18.

Sacerdotes habent officium Angelicum.

10 Vos autem. *Sacerdotes & Leuitæ huius temporis,*

11 Recess. de via. *Quam tenuerunt Moyses & Aaron, & alij iusti.*

12 Et scandalizastis. *Id est, fuistis eis occasio delinquendi. Est enim scandalum, impactio pedis ad aliquid, quod facit incedentem ruere: malitia autem sacerdotum & doctorum facit errare populum, vnde dicit saluator*, Cæci sunt & duces cæcorum: si autem cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. *Propter quod dicit Greg. in pastorali.* Cum pastor per abrupta graditur, consequens est vt grex ad præcipitium sequatur.

Malitia sacerdotum & Doctorū facit errare populum. Matth. 15. b.

13 Irritum fe. pa. *De officio sacerdotij.*

14 Propter quod, &c. contemp. &c. *Id est abiectos.*

15 Et ac. fa. in le. *Iustificantes impium, pro munere, sacerdotes enim iudicabant populum maxime post reditum de Babylone.*

16 Numquid. *Postquam reprehendit sacerdotes & Leuitas de malo regimine populi, hic consequenter arguit ceteros de contemptu proximi, & primo in generali, cum dicitur*, Numquid non pater vnus omnium. *q. d. Sic, scilicet Adam, vt dicunt aliqui, vel Abraham secundum alios, & est verbum prophetæ.*

17 Numquid non vnus Deus creauit nos. *q. d. Sic: quia omnes animæ humanæ creantur à Deo immediate.*

18 Quare ergo despi. *Propter paupertatem suam. q. d. non habemus causam.*

Violans

MORALITER.

† 1 *Pactum.* Id est, exemplaris vitæ & pacis fraternæ, & hoc fuit obseruatum à sacerdotibus primitiuæ Ecclesiæ, & postea longo tempore de quibus adhuc subditur,

3 *Et dedi ei timorem.* Scilicet filialem, qui cauet Dei offensam.

4 *Lex veritatis fuit.* Docendo populum publice & secrete.

5 *Et iniquitas non est inuenta.* Per vitam exemplarem & sanam doctrinam.

8 *Labia sacerdotis.* Id est, sacerdotum accipiendo singulare pro plurali.

† *Custodiunt.* Id est, custodire debent scientiam ad salutem animæ pertinentem, & subditur causa, cum dicitur,

Officium sacerdotū.

9 *Quia angelus domini.* Id est, medius inter Deum & populum: quia pro populo debet Deum exorare, & Dei mandata populo nuntiare: & sic fuit temporibus præteritis. Et consequenter ostenditur quid sit modernis, cum dicitur,

10 *Vos a. recessistis de via.* Scilicet mandatorum Dei.

12 *Et scand.* Ex modo vestro viuendi. Grego. in pastorali. *Cum pastor per abrupta graditur, consequens est vt ad præcipitium grex sequatur.*

14 *Propter quod.* Idem grauius & abiectius puniendo in gehennam.

16 *Numquid.* Hic secundum sensum litteralem arguuntur sacerdotes & populus similiter de contemptu proximi, quod vitium etiam satis viget tempore præsenti. Et arguitur primo istud vitium generaliter cum dicitur, *Numquid non pat.* q. d. Sic: scilicet Adam.

Cōtemptus proximi.

17 *Numquid non vnus Deus creauit nos.* Quasi diceret. Sic, Et ad imaginem suam, ideo concludit,

18 *Quare ergo despicit vnusquisque fratrem suum.* Quia non habetur causa ex parte principij naturalis nec supernaturalis.

† Violans

a *Transgressus est Iuda, &c.* † RVPERTVS. Parum est ad istam declamationem solum illud respicere, quod reuersi de Babylone in eo transgressi sunt, quòd quidam sacerdotes ac Leuitæ tulerunt de filiabus Chananæorum ceterarumque gentium, & commiscuerunt se populis terrarum. Decet itaque maiestatem Spiritus loquentis de spiritalibus attendere. Quomodo habuit Iudas filiam Dei alieni? Profectò lex cærimoniarum sine lege fidei, filia est Dei alieni. Vbi Iudas hanc contempsit, & legem cærimoniarum in cibis & potibus, & iustitiis carnis retinuit, ibi transgressus est: & ex tunc habuit filiam Dei alieni, ex quo Christum occidit; quia quidquid ex tūc obseruare videtur in cæremoniis huiusmodi, non est religio veri Dei, sed religio alieni, abominatio & contaminatio sanctificationis domini, quam dilexit peruersa dilectione, vt mallet Christum occidere, quàm sanctificationem loci, vel gentis amittere, secundum timorem quem finxit, dicens, *Si dimittimus cum sic, venient Romani, & tollent, &c.* Et dispersi sunt tam magister quam discipulus, & offerens munus Domini, id est, tam seniores quam populus, tam Pharisæi quam pontifices, tam de terrenis quam de cælestibus tabernaculis Iacob.

Abominatio Deo sunt modo ceremonialia quæ obseruant Iudæi.

Ioan. 11.

b *Qui fecerit, &c.* HIER. in cō. Non ait, qui fecit, ne abscindat veniam errori: sed qui deinceps fecerit; vt timore maledictionis peccatores reuocet ad pœnitentiam.

c *Et hoc rursum fecistis.* IBID. Operuistis altare meum lachrymis innocentium: dum offerebatis hostias de rapina lugentium pauperum. Similiter nunc estis causa, quare altare meum lachrymis cooperiatur; quia relictæ, dum viderent alienigenas in thoris suis collocatas ad auxilium Dei confugiebant, lachrymis & gemitu Deo inuidiam facientes: quod humana non respiceret & miserias nō iuuaret. Quidam putant hæc esse dicta generaliter contra eos, qui aliena rapiunt & diuitias cōgregant, de quibus & offerunt Deo munera, sed Deus non suscipit, prohibitus lachrymis spoliatorum. Possunt & hæc dici contra eos, qui propter amissionem temporalium rerum non dirigunt spem in Deū, nec quærunt æterna, sed in decoris & femineis planctibus orationem suam deturpant, ne à Deo suscipiant. Isti habent vxorem adolescentiæ, id est, naturalem legem scriptam in corde, quę etiam incredulos impellit dicere, Deus iudicet, Deus videat: & ipsi cūcta inter me te diiudicāda permitto. Hæc vxor residuum spiritus nostri, quia nostro spiritui semper copulatur, quæ si recedet à nobis, statim offendimus Deum, vnde ingeminat, Custodite, non carnem, quæ Deo placere non potest; non animalem animam, quæ non percipit quæ sunt Dei; sed rationalem spiritum, qui interpellat gemitibus inenarrabilibus.

Oblationes de lachrymis viduarum atque pupillorum Deus respuit factas.

1. Cor. 2. d. Rom. 8. c.

De eis quos damna sæcularia nimium deiiciunt.

d *Et quid vnus.* IBID. Cum vnus vtrumque fecerit, ideò etiam iunxit,

despicit vnusquisque nostrum fratrē suum, violans pactum [1] a patrum nostrorū. [11] Transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israel & in Ierusalem: quia cōtaminauit Iudas sanctificationem domini, quam dilexit, & habuit filiam Dei b alieni. [12] Disperdat dominus virum qui fecerit hoc, magistrū & discipulum de tabernaculo Iacob, et offerentem munus c domino exercituū. [13] Et hoc rursum fecistis. Operiebatis lachrymis altare domini fletu & mugitu, ita vt vltrà non respiciam ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra. [14] Et dixistis: Quam ob causam? Quia dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti. Et hæc particeps tua & vxor fœderis tui. d [15] Nonne vnus fecit, & residuum spiritus eius est? Et quid vnus quærit nisi semen Dei? Custodite ergo spiritum

a ¶ Hoc peccato contaminatur tribus Iudæ, quæ cum sacerdotibus & Leuitis reuersa est de Babylone, decem tribubus retentis in captiuitate æterna.
a ¶ Miscendo semen Israel cum filiabus Gentilium idolis seruientibus.
¶ Dominus.
a ¶ Ad eos qui hoc fecerunt sermo prophetæ dirigitur, vt à peccato maledictionis retrahantur.
b ¶ Siue sit sacerdos siue laicus, vna maledictione ferientur, qui vno peccato tenentur.
a ¶ Disperdat dominus. b ¶ Qui pro huiusmodi hominibus voluerit ad altare munus offerre, quorum solum remedium est, non facere quod fecerunt.
a ¶ Obstrictus lachrymis & planctu miserorum.
a ¶ Sacerdotum qui ista commiserunt, vel facientibus consenserunt.
a ¶ Non accipis. b ¶ Ideo non accipio.
c ¶ Commendauit tibi matrimonium legitimæ coniugis testimonio scripturæ dicentis: Propter hoc relinquat homo patrem & mat. & ad. vx. suæ. et. e. d. in. c. v.
a ¶ Coniunctam tibi in iuuentute, modo desertam in senectute.
¶ Deberet esse. a ¶ Id est, coniunctionis à Deo institutæ, qui de costa viri mulierem fecit, & ideo non licet disiungi, quod Deo ex vno placuit instituti.
a ¶ Vtrumque, virum & feminam. ¶ Mariti vel Dei.
a ¶ Ne vincamini libidine, & alienigenarum amore.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Violans pactum pa. no. *Id est, legem datam patribus nostris, quæ præcipit proximum diligere: secundo in speciali arguit contemptum vxoris, quæ debet esse vna caro cum viro, cum dicitur,*
2 Transgressus, &c. *Et ista transgressio specificatur, cum subditur,*
3 Quia contaminauit Iudas sanctif. dom. *Scilicet latriam,*
4 Quam di. *Scilicet* dominus.
5 Et habuit. *Scilicet Iudas, id est, illi de regno Iudæ,*
6 Filiam Dei alie. *Reuertentes enim de Babylone contempserunt vxores suas Iudæas, quæ ex frequenti partu, & labore itineris erant deturpatæ: & duxerunt vxores alienigenas, vt patet primi Esdræ 9. & primas tenebant in domibus suis quasi ancillas, mulieres verò docent pueros suos proprios mores, & sic alienigenæ vxores docebant filios à Iudæis genitos idololatrare; quod erat pessimum, ideo sequitur,* Disperdet dominus virum qui fe. hoc.
7 Magistrum & discipu. *Id est magnum, siue paruum.*
8 Et offerentem mu. *Id est, de tribu sacerdotali, quia in illa tribu inuenti sunt viri, qui acceperant vxores alienigenas 1. Esdræ 10.* Et hoc rursum fecistis,

Spretis suæ gentis feminabus Iudæi alienigenas ducunt.

9 Operiebatis la. &c. *Credentes expiare hoc peccatum absque emissione alienigenarum, quod tamen est falsum, ideo subditur,* Ita vt non respiciam, &c.
10 Et dixistis, &c. *Quam ob causam non dimittitur istud delictum per solum sacrificium. Ad quod respondetur, cum dicitur,*
11 Quia dominus te. est inter te & vxo. *De mutua cohabitatione & dilectione, dicens per Adam propheticè Genesis 2. (vt ibidem fuit declaratum)* quam ob rem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.
12 Quam tu desp. *Tenendo eam vt ancillam.*
13 Et hæc particeps tua. *Id est, socia, non ancilla.*
14 Et vxor fœ. &c. *Per consensum animorum, qui facit matrimonium.*
15 Nonne vnus fe. *q. d. Sic: quia vnus Deus fecit Adam & Euam.*
16 Et residuum. *Ad hoc enim fecit Deus mulierem de costa viri, vt sicut vna caro sunt, ita sint vnus spiritus & vna anima, per veram dilectionem.*
17 Et quid vnus. *q.d. Ad hoc est vnitio, seu coniunctio matrimonij vt inde procreetur semen ad cultum Dei; ideo subditur,*
18 Custodite. *Id est, bonam voluntatem ad vxorem.*

Matrimonium indissolubile.

MORALITER.

† 1 *Violans pactum patrum nostrorum.* Nam in veteri testamento præceptum est: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*; & in nouo replicatur.
3 *Quia contaminauit, &c.* Hic secundò arguitur contemptus proximi spiritualiter, scilicet vxoris, ideò subditur,
5 *Et habuit filiam Dei alieni.* Hoc ad litteram dicitur de reuersis à captiuitate Babylonis, qui acceperunt vxores alienigenas, vt dicitur Esdræ 1. & suas Hebræas contemnebant. Et idem fit hodie, quia multi Christiani sunt adulteri, vxores proprias contemnentes. Et idem mysticè fit in prælatis & curatis, qui circa negotia principum & magnatum sunt occupati, suas ecclesias & parochias sine sufficienti regimine relinquentes, ideò subditur pœna, cùm dicitur,
† *Disperdat do. &c.* Siue paruus fuerit, siue magnus.
† *Et hoc rursum, &c.* Hoc dicitur propter aliquos, qui ad horam pœnitent, sed de facto non emendant.
15 *Nonne vnus fecit, &c.* q.d. Sicut Deus, qui Deus est vnitatis & pacis, fecit virum & vxorem vt sint duo in carne vna: sic ordinauit, quod vnus episcopus habeat vnam ecclesiam; & vnus sacerdos, vnā parochiam; cui totaliter inhæreat custodiens ipsam, ideo subditur,
17 *Et quid vnus quærit, &c.* Id est vnus episcopus in diœcesi sua † &

Matth. 19.

Adulteri

Prælati postlhabitis suis Ecclesiis intendentes negotiis regum.

Vnus non nisi vnam Ecclesiam habere debet.

A xit, vt liberi nascantur & filij Dei de stirpe Israelitica. Cum ergo fœcundas vxores habeatis, & liberis gaudeatis, cur pulchritudinem vxorum quæritis, quæ meretricibus apta est, non vxoribus.

a *Et vxorem adolescentia tua noli despicere.* † TERTVLLIANVS lib.4.adu.Marc.c.34. Præter ex causa adulterij, nec creator disiungit, quod ipse coniunxit, Moyse constituente, eum qui ex cõpressione matrimonium fecerat, non posse dimittere vxorẽ in omne tempus. Quod si ex violẽtia coactum matrimonium stabit, quãto magis ex conuenientia voluntarium?

Matth. 19. Deut. 22. B Vxor non dimittenda.

a ¶ Quæ tibi virginali iuncta est matrimonio, perseueret vsque ad senectutem.

a vestrum, & vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere. [16] Cum b odio habueris eã, dimitte, dicit dominus Deus Israel. Operiet autem iniquitas vestimentum eius dicit dominus exercituum. Custodite spiritum vestrum, & nolite despicere.

b ¶ Aliàs. Cum odio habueritis eam, dimittite di.

a ¶ Soluta obiectione, replicat quod diuerat. b ¶ Custodiam spiritus vestri, vel certe vxorem.

C Sicut & prophetiæ auctoritate, *Vxorem iuuentutis tua non dimittes.*

† CLEMENS Rom. lib.6.Constit. Apoc.c.14. A domino iungitur viro mulier, quia dominus dicit, *Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Neque vero post nuptias licet eam indemnatam eiicere: *Custodite enim,* inquit, *spiritu tuo, & vxorem iuuentutis tua ne reliqueris.* Mulier enim est vitæ consors ac socia, in vnum corpus à Deo conflata. Qui vero contra scindit id in duo, quod est in vnum à Deo concretum, rationem rerum à Deo conditarum euertit, & illius prouidentiæ aduersatur.

Ibid.cap.29.

† IDEM. Vir igitur & vxor iustis nuptiis coniuncti, mutuo se excitantes, sine obseruationibus orẽt, & quamuis non lauentur, tamen erunt lustrati, &c.

Matrimonij sanctitas. E

b *Cum odio habueris, &c.* HIERO. in com. Quasi dicat, Sed dices mihi: Præcipitur in lege, cum odio habuimus vxores dimittamus eas. Ad quod respondeo tibi, non esse præceptum, sed propter duritiam cordis tui permissum, quia quicumque, excepta causa fornicationis iniquæ, dimiserit vxorem, *vestimentum eius,* id est, corpus, quo anima vestitur, *operiet iniquitas,* pœna peccati, vt in quo peccauit, in ipso moriatur.

F Deut.24.a. Matth.19.a.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

Libellus repudij.

1 Cum odio habueris eam, dimitte, &c. *Dando ei libellum repudij, vt possit alteri nubere: & non sicut ancilla à te violenter teneri: hoc enim est minus malum, quàm affligere vxorem sine causa, vt ancillam. Libellus enim repudij non fuit concessus, vt per se esset licitus, sed ad maius malum euitandum, vt diffusè declaraui Deuteronom. 24. a.*

2 Operiet autem iniquitas vestimentum eius, dicit dominus, &c. *Id est, vestimentum viri. Sic enim sonat littera Hebraica, quæ non potest referri nisi ad masculum, & non ad feminam, secundum modum loquendi Hebraicum: & est sensus.* Operiet autem iniquitas, &c. *Quasi dicat, per Dei vindictam sic apparebit iniquitas viri despicientis vxorem modo prædicto, sicut apparet illud, quod ponitur super vestimentum eius.*

Vindicta Dei in abiicientes suas vxores.

CAP.

MORALITER.

† & sacerdos in parochia: non enim debet quærere extraneam occupationem, sed suos subditos facere Dei filios per deuotionem; ideo subditur,

† *Vxorem adolescentia tua noli despicere, &c.* Id est, curam ecclesiæ tuæ noli negligere.

1 *Cum odio habueris eam, &c.* In ea nolendo morari.

† *Dimitte eam, dicit dominus Deus Israel, &c.* Resignando superiori, vt sic alteri detur, qui fructificet ibi.

† *Custodite spiritum vestrum,* Scilicet à Dei blasphemia, ideo subditur: *Laborare fecistis dominum in sermonibus vestris, &c.*

† MORA-

ADDITIO I.

In cap. 2. *vbi dicitur in postill.* Et maledicam benedictionibus vestris.

Hoc quod dicitur hic: Et maledicam benedictionibus vestris, *secundum magistrum in 4. dist. 19. quidam referunt ad hæreticos, qui sunt ab ecclesia præcisi; & ad excommunicatos, quorum benedictiones fiunt maledictiones his, qui eorum sequuntur errores. Aliam etiam expositionem ponit, quam credo esse Gre. & est talis, scilicet, quòd qui à malis sacerdotibus benedicitur, à Deo erit maledictus: quia benedicunt iniquè agentibus, & adulantur peccantibus, dummodo diuites sint. Hæc ille.*

Benedictiones hæreticorum, excommunicatorum & malorum sacerdotũ.

ADDITIO II.

In eodem ca. *vbi dicitur in postilla.* Nonne vnus fecit.

Hoc quod dicitur hic. Nonne vnus fecit, *&c. aliter exponitur secundum quosdam Hebræorum expositores, & magis consonum litteræ, vt videtur. Ad quod sciendum, quod Abraham habens in vxorem liberam Saram de genere suo, accepit tamen aliam vxorem alienigenam, scilicet Agar ancillam Aegyptiacam Gene. 16. ex quo volebant se excusare à peccato illi, qui alienigenas vxores acceperant, habentes alias proprias: & hoc est quod dicitur.* Nonne vnus fecit. *Scilicet Abraham, qui erat vnus pater omnium Israelitarum.* Et residuum spiritus eius: *per hoc quod dicitur,* Residuum, *intelligitur superabundans, eò quòd residuum cuiuscumque rei superabundat super ipsam rem. Quasi dicat non sumus inculpandi propter vxores alienigenas, eò quòd Abraham hoc fecit vt dictum est: & tamen spiritus eius scilicet prophetiæ & sanctitatis, superabundans fuit: & sic gesta eius sunt trahenda ad consequentiam. Ad quod respondetur per prophetam.* Et quid vnus quærit nisi semen Dei? *Quasi dicat ille vnus hoc fecit, non ex libidine carnali, sed quia Sara erat sterilis, ipsamet procurante hoc fecit Abraham causa prolis habendæ, vt in c. Ge. supradicto. Et quia non fecit hoc Abraham solum ad instantiam Saræ, vt dictum est: sed etiam nutu seu inspiratione diuina, ideo dicit.* Et quid vnus quærit nisi semen Dei; *hoc est dicere, illud quod quærebat Abraham non est intelligendum semen seu prolem simpliciter:* sed semen Dei, *quia à Deo inspiratus hoc faciebat: & sic ostendit quòd non erant excusati per exemplum Abrahæ: & ideo hortatur eos,* Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere: *quia Abraham non fecit hoc despiciendo vxorem, sed rationibus prædictis. Et sequitur,* Cum odio habueris dimitte per libellum repudij. *qui erat simpliciter licitus tempore veter. test. vt declaratum fuit in additione. Deut. 24.*

Iudæi eiicientes vxores suæ gentis & ducẽtes alienigenas.

Frustra fuit factum iuxta exemplo Abrahæ.

REPLICA.

In capit. 2. *vbi dicitur.* Nonne vnus fecit, &c. *Bur. assumit contra Postill. & glo. quam aliquando non scit nimis ponderare, quod ille passus debeat exponi de Abraham contra excusationem friuolam populi in littera positam, vt sit verbum populi contra Deum arguẽtis. Nonne scilicet Abraham habuit alienigenam vxorem sine reprehensione, quasi dicat quare reprehenditur in nobis? Sed in littera & in eius processu est verbum prophetæ in persona Dei arguentis populum, & ita dicit glossa hic Bur. multipliciter culpari: sed non est præsentis propositi, nisi ostendere, eum malè contra Postillatorem moueri. Sed circa illum passum eiusdem cap.* Si odio habueris vxorem, dimitte, *Burgen. de materia illa se remittit, ad 24. cap. Deut. & ibi correctorium satis latum dirigi ad cap. 19. Matthæi.*

CAPVT III.

A a LAborare feci. HIER. in com. Populus reuerſus de Babylone, videns Babylonios & ceteras Gentes idololatras valere corporum ſanitate, & omnium mundana proſperitate affluere, ſe autem cultores vnius Dei infirmos eſſe corpore, nec habere etiam quæ ad cibum neceſſaria ſunt, dicebat, nō eſſe Dei prouidētiam in rebus humanis, ſed omnia caſu agi, non Dei iudicio, cui placēt mali, & diſplicent boni; aut, ſi Deus cuncta diiudicat, vbi eſt illius

Blaſphemia quorūdam ex Iudæis de captiuitate reuerſorum contra Dei prouidentiam.

B æquum & iuſtum iudicium?

b Ecce. IBID. Iudæi hoc de Elia propheta dictum intelligunt. Et quod ſequitur, *Et ſtatim veni. ad tem.* ad ſuū Chriſtum referunt in vltimo tempore venturum, ſed quod templum inueniet? Iam enim deſtructum eſt omninò: aut ſi alius

Chriſtūnon exſpectandum poſt ſecūdi templi euerſionem.

C ante eū reſtituet, quid Chriſtus eorum amplius facturus eſt, cum ab alio reſtituta ſunt omnia? Quidā ex perſona Chriſti legunt, quòd mittat angelum, id eſt, Ioannem prædicare baptiſmum pœnitentię, qui Chriſtus ſtatim de ſe, quaſi de alio ſubdit; Et ſtatim veniet. Alij ex perſona patris legunt, *Ecce ego mitto ang. meum qui præ. v.* & quod ſequitur: *ſtatim veniet ad templum ſanctum*, de Saluatore intelligunt, cui Ioannes præparat viam in cordibus credentium, in quibus non poterat prius Deus ambulare propter prauitatem & incredulitatem. IBID.

Matth. 1. a.

CAPVT III.

¶ Præter ſupra dicta.

a [17] LAborare feciſtis Dominū in ſermonibus ve-

¶ Sententia horum latius tractatur in Pſal. quàm bonus Iſrael Deus.

ſtris, & dixiſtis: In quo fecimus eum laborare? In eo quod dicitis: Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu domini, & tales

a ¶ Vos laborare facitis dominum, & quæritis vbi eſt Deus iudicij? ſed ego manifeſtum eum faciam & in primo & in ſecundo aduentu.

ei placēt: Aut certè vbi eſt Deus iudicij? * [1] Ecce ego mittam

a ¶ Hoc interpretatur dominus in Euangelio de Ioanne Baptiſta, qui etiam de ſe dicit, Elias iam venit.

angelum meum, ēt præparabit viam ante faciem meam.

a ¶ Ad eccleſiam, vel vnumquemque credentium. b ¶ Saluator qui omnium creator.

Et ſtatim veniet ad tēmplum ſuum dominatōr quem vos

¶ Deſideratis. a ¶ Magni conſilij. b ¶ Qui iuſte iudicet, qui perſonam non acceptat.

c ¶ Ecce inquam veniet, qui iuſtè iudicabit, cui pater dedit omne iudicium.

b quæritis & ångelus teſtamenti quēm vos vultis. Eccē venit

a ¶ Nullus humanus ſenſus poterat cogitare, quando venturus vel qualis futurus erit.

dicit dominus exercituū. [2] Et quis poterit cōgitare diem ad-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

IBID. Notandum quòd dominus, vel euangeliſtæ, vel Apoſtoli alij, cum de hoc propheta, vel de aliis, teſtimonia proferant, non ſequuntur verba vulgatarum tranſlationum, ſed libantes ſcientiam Hebrææ linguæ, ex Hebræo transferunt, non curantes de ſyllabis & punctis verborū, dummodo ſententiarum veritas transferatur.

D Saluator apoſtolique prophetas allegantes non litteras ſed ſententiam expreſſere.

† TERTVLLIANVS li. adu. Iudæos cap. 9. Moyſes angelum quidem dixit Chriſtum, ob magnitudinē virtutum quas erat editurus, & officium prophetæ, nuntiantis ſcilicet diuinam voluntatē: ſicuti & præcurſorem futurum, angelum appellat, per prophetam Spiritus dicēs: *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam*, Id eſt, Chriſti.

Exod. 23. & 33.

Cur S. Ioannes Baptiſta & cur ipſe Chriſtus Angelus dicatur.

E

* Matt. 11. b. Marci 1. a. Lucæ 7. d.

† EVSEBIVS Cæſar lib. 5. demōſt. euāg. c. 28. Significat porrò, Deum verbum, quem angelum teſtamenti nominat, quemque etiam ipſe Dominus omnipotens docet, ſe

F mittere ante faciem ſuam dicens: *Ecce ego mitto angelum, &c.* Atqui eumdem hunc, quem angelum meum vocauit, rurſus deinceps Dominum appellat, vbi adiungit illud, *Et repente veniet Dominus, & angelus teſtamenti.* Vnum verò & eumdem cùm produxit, tum addit, *Ecce venit, & quis ſuſtinebit, &c.* Quibus verbis ſecundum & glorioſum illius aduentum ſignificat. Sed qui omnia hæc canit, Dominus eſt omnipotens vniuerſi Deus.

Aduentus primus Chriſti, item ſecundus.

☞ ATHA-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. III.

LAborare feciſtis dominum in ſermonibus, &c. *Hic incipit cap. in Hebræo, vbi incipit aduentus Chriſti denuntiatio. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur occaſio huius denuntiationis: ſecundo ipſa denuntiatio ſubditur, ibi.* Ecce ego mittam angelum. *Circa primum ſciēdum, quòd populus Iudæorum ſaltem pro magna parte videns alias Gentes in hoc mundo proſperari, vt Chaldæos & Perſas & Medos, qui erant idololatræ, & ſe frequenter deprimi, & captiuari; dicebat, quòd Deus diligebat malos, & de ſeruitoribus ſuis non curabat, vel quòd de iſtis inferioribus prouidentiam non habebat, ex quo ſeruientes ſibi ſic negligebantur & alij exaltabantur: & ſic Deo imponebat malitiam, malos diligendo: vel ignorantiam, merita & demerita hominum non videndo: & vtrumque eſt erroneum & Deo odioſum: ideo dicitur,*

Iudæi imponentes Deo malitiā vel ignorantiā.

1 Laborare feciſtis dominum in ſermonibus, &c. *Blaſphematoriis: Et loquitur ſcriptura de Deo, quaſi de homine afflicto de malo, quod audit.*

2 In eo quod dicitis. *Erroneè.*

3 Omnis qui facit malum, bonus eſt, &c. *Ex dictis patet ſententia.*

4 Aut certe vbi eſt Deus iudicij. *Id eſt, diiudicans inter bonos & malos.*

5 Ecce ego mittam angelum meum. *Hic conſequenter denuntiatur Chriſti aduentus, in quo fit bonorum & malorum diſcretio: quia in primo aduentu Chriſti factum eſt iudicium* diſcretionis, *vocando aliquos ad gratiam, ceteris dimiſſis, iuſto Dei iudicio, licet nobis occulto: ſed in ſecundo aduentu fiet iudicium* diſcuſſionis, *malos puniendo, & bonos præmiando. Sic ergo proceditur: quia primò vterque aduentus denuntiatur: & ſecundo prædictus error euacuatur, ibi,* Inualuerunt. *Prima in duas, quia primò ponitur dicta denuntiatio: ſecundo, populi monitio, ibi.* Ego enim. *Prima adhuc in duas: quia primò nuntiatur vterque aduentus: ſecundò vtriuſque effectus, ibi,* Ipſe enim. *Circa primum, primò denuntiatur primus aduentus Chriſti, cùm dicitur in perſona Chriſti,* Ecce ego mittam angelum meum, *Id eſt, Ioannem Baptiſtam, qui magis duxit in terris vitam angelicam, quam humanā. Quod enim hæc ſcriptura dicatur de ipſo ad litteram, patet Matth. 11. b. vbi dicit Saluator de Ioanne,* Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto ang. &c. Et præparabit, *quia prædicatio & baptiſmus Ioannis fuerunt quædam præparationes ad baptiſmum, & prædicationem Chriſti.*

Iudicium diſcretionis & diſcuſſionis.

Diuiſio.

Ioannes Baptiſta.

6 Et ſtatim veniet ad templum ſuum. *Quia ibi Chriſtus oblatus fuit, & ibi pluries prædicauit, & miracula fecit.*

7 Dominator quem vos quæritis. *Id eſt, Chriſtus, cuius aduentum ſummè deſiderabant patres antiqui.*

8 Et angelus teſtamenti. *Quia Chriſtus fuit nuntius noui teſtamenti, vt prædixerat Ieremiæ 31. Secundò denuntiatur aduentus Chriſti ſecundus, cùm dicitur,*

9 Ecce venit. *Id eſt, veniet certitudinaliter ad iudicium,*

10 Et quis poterit. *Quaſi dicat nullus, vnde dicitur Matth. 24. c.* De die illa & hora &c.

Et

MORALITER.

† 1 *Laborare feciſtis dominum in ſermonibus veſtris.* Contra ipſum. Et qui ſint ſermones illi, ſubditur,

2 *In eo quod dicitis, omnis qui facit malum, bonus eſt.* Multi namque videntes malos homines temporaliter proſperari, & bonos affligi, dicunt, Deum delirare, vel dormire; quod eſt falſum, nam iudicia eius vera ſunt ſemper & iuſta, licet nobis ſint occulta.

De eis qui in iudiciis Dei ſcandalizātur.

5 *Ecce ego mitto angelum.* Iſtud litteraliter exponitur de Ioanne Baptiſta. Moraliter autem exponi poteſt de bono prædicatore, qui dicitur Dei angelus, id eſt, eius nuntius, qui præparat mentes audientium ad hoc, quod ibi veniat Chriſtus tamquam ad templum ſuum 1. Cor. 3. d. *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.*

Bonus prædicator dicitur Angelus Dei.

☞ † ATHANASIVS li. de communi essentia Patris & Filij & Spir. A Aduersus eos, qui dicunt, filium non esse substantiæ Patris; quodque non vna eademque sit auctoritas, potentia, regnum & diuinitas Patris & Filij, dicit propheta: *De repente veniet Dominus ad templum sanctum suum Dominus quem vos quæritis.* Dei igitur templum est, quod & suum filiũ esse dicit, ne existimaretur diuersa esse patris dominatio, & diuersum Filij regnum. Templum quod Salomon dedicauit Deo, hoc ipsum Filij templum nuncupauit propheta, cum ait: *Subito ad templum suum veniat Dominus:* ideoq; Seruator loquitur, *Domus mea domus orationis vocabitur, &c.*

Filius patri consubstantialis.

a *Ipse enim.* HIER. in cõ. Dominus est ignis consumens, lignum, fœnum, stipulã, grauia peccata grauiter puniens: & his qui parua & leuia committunt, est herba fullonum, vt lotis munditiam restituat, & lauet sordes filiorum Sion. Per filios Leui sacerdotalis intelligitur dignitas: & si sacerdotes colandi sunt & purgandi, quid de ceteris dicendum est, cum iudicium incipiat à domo Dei?

a ❡ Si nemo potest cogitare pro potentia maiestatis eius: quis eum poterit lippientibus oculis in sua claritate conspicere, qui est sol iustitiæ.

a uentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim [1] quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum.[3] Et sedebit [2] [3]

a ❡ Quidquid in auro, id est, sensu nostro, & argento, id est, eloquio commixtum est ære, stanno, plumbo, camino Dei excoquitur, vt purum remaneat aurum & argentum. [4]

conflans & emundans argentum * & purgabit filios Leui. Et [5] colabit eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt domino [6] [7]

a ❡ Et cum colati fuerint, offerent Deo iusta sacrificia.
b ❡ Eorum qui offerunt, id est, Deum confitentibus, & pro Ierusalem, pacem Dei conspicientibus.

offerentes sacrificia in iustitia.[4] Et placebit dño sacrificium [8]

❡ Placuerunt. ❡ Quomodo in principio placuere Deo, sic post peccatum & pœnitentiam placere incipient omni sorde peccatorum purgata.

a ❡ Magna fortitudo iudicij cum ipse sit testis & index.

Iuda, & Ierusalẽ, sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui.[5] Et ac- [9]

a ❡ Qui modo tardus videor, dum differo. b ❡ Hæc omnia fiunt occulte, sed à Deo proferuntur in medium nè diu lateant. [10]

b cedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & [11] [12]

B

De purgatorio. Heb. 12. g.

† AVGVSTINVS l. 20. de ciuit. cap. 25. Ex his videtur euidentius apparere, in iudicio quasdam quorumdam purgatorias pœnas futuras: Vbi enim dicitur, *Quis sustinebit diem introitus eius, quia ingreditur quasi ignis conflatorij, &c.* C Quid aliud intelligendum est? Nisi forte, sic eos dicendum est emundari à fordibus, & eliquari quodammodo, cum ab eis mali per pœnale iudicium separantur. Sed cum dicit: *Et erunt Domino offerentes, &c.* Vtique ostendit eos ipsos, qui emundabuntur, deinceps in sacrificiis iustitiæ Domino esse placituros, ac per hoc ipsi à sua iustitia mundabuntur, in qua domino hostiæ displicebant.

† AMBROSIVS in Psal. 36. Si pro otioso sermone redditurus est vnusquisque rationem, quanto magis verba sacrilega grauibus suppliciis expiabit? *Igne nos examinasti*, inquit Dauid. Ergo omne igne examinabimur. Et Malachias dicit: *Dominus introibit sicut ignis conflatorij, & sicut herba lauantium, & sedebit conflans, &c.* Igne ergo purgabuntur filij Leui, igne Ezechiel, igne Daniel. Sed hi etsi per ignem examinabuntur, dicent tamen, *Transiuimus per ignem & aquam*; Alij in igne, aliis rorabit ignis, vt Hebræis pueris. Væ mihi si opus meum arserit, & laboris huius patiar detrimentum. Et si saluos faciet Dominus seruos suos, salui erimus per fidem, *sic tamen quasi per ignem.* Etsi non exuremur, tamen vrimur, &c.

Ignis purgatorius.

† REMIGIVS. Com. in hunc locũ. Qui habent sordes leuium peccatorũ, spiritu iudicij purgantur: qui verò sanguinem, hoc est, grauibus peccatis infecti sunt, spiritu ardoris exurentur & purgabuntur.

Alia peccata habent purgari igne Purgatorio, alia gehennali puniri.

† CYPRIANVS l. 3. testim. aduer. Iudæos cap. 57. Fidelem emẽdari & reseruari in Psal. 115. docemur: *Emundans emẽdauit me Dominus & morti non tradidit me.* Item apud Malachiam, *Sedebit conflans & expurgans sicut aurum & argentum, & emundabit filios Leui, &c.* E

* 10. dist. c. & purgabit. In prisinum gradum post pœnitentiam reuocari posse pœnitentes.

† OECVMENIVS com. in 3. c. epist. 1. ad Corin. Seruabitur homo dolorem passus, sicut verisimile est de eo, qui per ignem transierit, sibique vnitas modicas sordes expurgarit. Solius namque Dei est perfectè peccato carere: homines verò, etsi quàm maximè iusti fuerint, non perfectè puri sunt. Siquidem in multis labimur omnes, Et, *Nullus purus est à peccato, ne si vnius quidem diei sit vita eius.* Nam Malachiæ dictum est, quod tamquam *aurum in fornace, & tamquam herbam fullonum quosdam abluet Deus & purificabit.*

In multis delinqui mus omnes.

† ORIGENES hom. 6. in Exod. Veniendum est omnibus ad ignem, veniendum est ad conflatorium. *Sedet enim Dominus & conflat, & purgat filios Iuda.* Si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud tamquam plumbum igni resoluitur, ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et si quis plus detulerit, plus exuritur, vt amplius decoquatur, &c. F

Ignis purgatorius.

† THEOD. cõ. in hunc locũ. Quod ait emundans sicut argentũ & aurum: sic etiam per beatũ Paulum, *Quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, &c.* Hoc enim loco propheticus sermo nobis Dominum, tamquam quemdam opificem ostendit, sordes peccatorum velut herba quadam expurgantem, & ceu igne quodam animas nostras eiusmodi veneno liberantem, &c.

Vide Aug. lib. 10. ciui. c. 25. 26. 27. & lib. 18. c. 35.

b *Et accedam ad vos.* HIER. in com. Quæ illo tempore dicebantur ad principes Iudæorum, nunc verò dicuntur ad principes ecclesiarum.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et quis stabit. *Id est, poterit stare,*

2 Ad videndum eum. *Quia sicut primus eius aduentus fuit in humilitate & mansuetudine: ita secundus erit in potestate & terrore.*

3 Ipse enim quasi ignis conflans. *Hic consequenter ponitur effectus vtriusque aduentus, tamen in quodam generali, & primò primi: secundò secundi ibi:* Et accedam. *Effectus autem primi fuit vocatio aliquorum ad fidem, quos in primitiua ecclesia probauit quasi aurum in fornace per tribulationes in Iudæa, vt patet in actibus apostolorum in pluribus locis: & postea per tyrannos in omnibus partibus orbis, & hoc est quod dicitur,* Ipse enim, &c. *Ad probationem electorum.*

Effectus primi aduentus Christi.

4 Et quasi herba fullonum. *Qua vtuntur fullones ad purificandas vestes, & eas nitidas faciendas.*

5 Et purgabit filios Leui. *Id est, apostolos quorum aliqui fuerunt de tribu Leui, & omnes fuerunt nouæ legis episcopi.*

6 Et colabit. *Ad perfectam munditiam deducendo.*

7 Et erunt domino of. *Id est, eucharistiam, per varia legis sacrificia figuratam, sicut perfectum per plura imperfecta.*

8 Et placebit domino. *Quia istud sacrificium est Deo acceptissimum.*

9 Sicut dies, &c. *Vnde in canone Missæ dicitur.* Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech. *Sciendum tamen quòd istud, sicut, non designat equalitatem, sed correspondet iam rei figuratæ ad figuram: Sicut enim res figurata excellit figuratam, sic sacrificium nouæ legis, quod est eucharistia, excellit omnia veteris legis sacrificia.*

Sacrificium Missæ Deo super omnia gratissimum.

10 Et accedam. *Hic ponitur effectus aduentus secundi, cum dicitur,* Et accedam ad vos in iu. *Quia Christus veniet in iudicium forma humana, tamen gloriosa.*

11 Et ero, &c. *Quia illud iudicium breui tempore expedietur.*

12 Maleficis, &c. *Id est, quibuscumque peccatoribus: quia virtute Christi nota fient omnibus eorum peccata, & sententia iudicij iusta:* ista

MORALITER.

1 *Et quis stabit ad vi. eum.* Quasi dicat, nullus in præsenti: quia nemo scit vtrum amore, vel odio dignus sit: & sic in seipso non videt Deum.

3 *Ipse enim quasi ignis conflans.* Id est, peccata consumens.

4 *Et quasi herba fullonum.* Præbens nitorem virtutum.

5 *Et purgabit filios Leui.* De quibus dicitur Deut. 33. a. qui dixerunt patri suo & matri suæ, nescio vos; & isti sunt boni religiosi omnia dimittentes amore Christi: ideo debent esse purgati & colati ab omni impuritate peccati, ideo subditur,

Boni religiosi.

7 *Et erunt domino, &c.* Id est, eucharistiam virtutes omnium sacrificiorum continentem.

8 *Et placebit domino sacrificium Iuda.* Id est, Ecclesiæ.

9 *Sicut dies sa. & sicut anni an.* Vnde in canone Missæ dicitur. *Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech.* Sciendum tamen, quòd *ly, sicut*, non importat æqualitatem, sed correspondentiam figuræ ad rem figuratam. Sicut enim res figurata præcellit figuram & veritas vmbram, sic eucharistia quæ sacrificium est nouæ legis præcellit omnia veteris testamenti sacrificia.

Eucharistiæ sacrificium præcellit omnia veteris Testam. sacrificia.

10 *Et accedam, &c.* Hoc fit in morte: quia tunc venit Deus ad iudicium cuiuslibet particulare.

11 *Et ero, &c.* Hoc dicitur, quia vita talium Dei iudicio communiter breuiatur.

8 Et † Ego

a *Et qui calumniantur.* Hier. Pari ordine post maleficia & adulteria & periuria ponuntur, qui non reddunt mercedem mercenariis, vel qui opprimunt pupillum & viduam, ne ergo parua crimina putentur, quæ periurio & adulterio comparantur.

b *Ego.* † Novat. lib. de Trinit. apud Tertul. c. 4. Deus id quod est, id semper est & qui est, semper ipse est: & qualis est, semper talis est. Nam & incrementa originem monstrant, & detrimenta mortem atque interitum probāt. Et ideo, ego (ait) *sum Deus & nō sum mutatus*: statum suum tenēs semper, dum id quod natum non est, conuerti non potest.

Hie. in com. Quia dixerat, *dominus est quasi conflans & quasi her. f.* cum pro nobis nominetur angelus, vel ignis, vel aliud; ne ideo putetur aliquid mutabilitatis esse in natura ipsius, inde dicit, *Ego enim.* Q. Vos quotidie mutamini per adulteria, per cetera mala vestra: ego vero in iudicio nulla personarum varietate commutor, & cum seuerum & iustum iudicem me esse fatear, tamen ô filij Iacob, nec diuersitate tormentorum estis consumpti in malitia, quia per pœnam malitia in vobis non est purgata, sed sine causa percussi vos disciplinam non recipientes.

Deus incremēta & decrimenta nescit.

Dei immutabilitas.

Ibid. Mysticè. Per filios Iacob, qui sequuntur mala patrum, nec custodiunt mandata Dei, significantur illi, qui constituti in ecclesia, non recedunt à vitiis, sed falsum nomen Christianitatis sibi assumunt.

De eis qui vitiis nomē Christianū corrumpunt.

c *Reuertimini.* Ibid. Magna clementia! eos qui à se recesserant, ad reditum prouocat, vt ipse quoque ad eos redeat.

d *Si affigit hom. &c.* Ibid. LXX. *supplantat.* alij: *si fraudat*: quod secundum historiam sanè de decimis potest accipi. Sed secundum quod ponitur *affigit homo Deum.* potest ad mysterium passionis dominicæ referri: configitis me cruci qui modo decimas subtrahitis.

e *Configitis.* Ibid. Tempore Esdræ tanta fuit fames, vt multi pro penuria filios & filias vendentes & frumenta emētes, Leuitis decimas non soluerent. Qui etiam fruges in horreis congesserunt pro magnitudine pretij, decimas non soluebāt, vnde cōpulsi ministri tēpli fugerunt vnusquisque in regionem suā. Vnde dicit dominus se in suis afflictum, & non accepisse decimas.

Neem. 5. a.

Auaritia quorumdā diuitum tempore Esdræ.

f *Inferte.* Ibid. Vt sciatis vos ideo perdidisse abundantiam, quia fraudastis me parte mea, moneo vt redatis mihi mea, & ego restituam vobis vestra. Quod dictum est de decimis, potest intelligi in populis Ecclesiæ, quibus præcipitur, non solū dare decimas, sed & omnia vendere & dare pauperibus. Quod si facere noluimus, saltē in hoc Iudæos imitemur, vt pauperibus saltem aliquam partem demus, & sacerdotibus & viduis honorem deferamus: hoc qui non fecerit, dominum supplantare conuincitur. Si quando fames & egestas omnium rerū opprimit mundum, hoc ex ira Dei sciamus descendere, qui in pauperibus si eleemosynas non accipiat, se priuari affirmat sua possessione.

* 16. q. 1. c. reuertimini.

Reus apud Deum habetur qui sacerdotibus decimas nō soluerit.

Nota quare ira Dei toties desæuit.

Ibid. Possumus & sic interpretari decimas & primitias. Si quis doctus in lege potest alios erudire, non debet sibi attribuere, sed primum gratias agat Deo, à quo omnia: deinde sacerdotibus eius ac magistris, à quibus doctus est; alioqui penuria maledicetur.

¶ Nolentes reddere.

a adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt pe-

a ¶ Aduenam vel cathecumenum, qui nondum effectus est ciuis in ciuitate Christi.
b ¶ Quod solum sufficit ad damnationem.

b regrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituum. [6] Ego enim dominus & non mutor, & vos filij Iacob non estis

a ¶ Nec semel, nec nuper hoc facitis, vt erroris veniam mereamini: Sed hereditariam habetis patrum impietatem, recedendo à meis legitimis, nec custodiendo quæ præcepi.

consumpti. [7] A diebus enim patrum vestrorum recessistis à

¶ Sed nunc saltem.

c legitimis meis, & non custodistis. * Reuertimini ad me, & reuertar ad vos dicit dominus exercituum. Et dixistis in

a ¶ Non intelligentes se recessisse, impudenter quærunt. b ¶ Q. Qui non discessimus.
c ¶ In hoc recessistis à me, quia configitis me si homo potest Deum configere.
d ¶ Non reddendo decimas nec dico ministris sed mihi qui præcepi dari.

d quo reuertemur? [8] Si affigit homo Deum, quia vos configitis

a ¶ Quia non reddidistis decimas & primitias, idcirco in fame & penuria maledicti estis, id est, afflicti: & dum parua subtrahitis, vbertatem possessionum vestrarum & abundantiam frugum perdidistis.

me. Et dixistis: In quo configimus te? In decimis & in primi-

e tiis. [9] Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis

a ¶ Non pauci, sed omnes communiter. b ¶ In thesauris templi, vt habeant ministri mei cibos.

f gens tota. [10] Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea: & probate me super hoc dicit domi-

a ¶ Tantas pluuias effundam, vt cataractæ cæli credantur apertæ. ¶ Et sic. ¶ Largè & latè.

nus. Si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis

a ¶ Ad sufficientiam. b ¶ Posset fieri vt magis per pluuias esset fœcunditas, sed locusta & Bruchus posset corrumpere, ideo addit, increpando.

benedictionē vsque ad abundantiā, [11] & increpabo pro vobis

NICOLAVS DE LIRA.

ista tamen peccata specialiter exprimuntur, quæ crudelitatem important, sicut & Matth. 25. vbi processus illius iudicij ponitur à Saluatore.

1 Ego enim dominus. *Hic consequenter post effectum extremi iudicij ponitur monitio populi, quæ tunc non habebit locum, sed ante.* Dicit igitur. Ego enim dominus. *Ad quem spectat omnium generale iudicium.*

2 Et non mutor, *In meipso; licet fit mutatio in effectibus meis secundum varietatem meritorum & demeritorum hominum.*

3 Et vos filij Iacob non estis consumpti: *Licet hoc meruissent mala vestra, tamen saluaui aliquos ex mea misericordia.*

4 A diebus enim patrum, &c. *Quia cito post dationem legis in monte Sinai peccauerunt in adoratione vituli, Exod. 32.*

5 Reuerti. ad me. *Per veram pœnitentiam,*

6 Et reuertar ad vos, *Per clementiam.*

7 Et dixistis, *Vos malè excusando.*

8 In quo reuerte. *Quasi dicant. Non declinauimus à Deo. Cuius contrarium ostenditur, cùm subditur,*

9 Si affigit homo Deum, &c. *In Hebræo habetur.* Si violentabit homo Deum quia vos violentatis me. *Loquitur enim scriptura de Deo sicut de homine, cuius bona per violentiam capiuntur. Decimæ verò ipsius Dei, sunt pro sustentatione ministrorum suorum, quæ retinebantur iniustè à Iudæis laicis, ideo subditur,*

Deo quasi per vim sua auferuntur cum eius ministris decimæ nō soluuntur.

10 In decimis, *Quæ debebantur Leuitis,*

11 Et in primitiis, *Quæ debebantur sacerdotibus: & ad hanc sententiam reducitur translatio nostra. Homo enim dicto modo violentatus secundum communem modum loquendi dicitur vsque ad cor confixus.*

12 Et in penuria, &c. *In pœnam enim dicti peccati Deus immittebat sterilitatem terræ nascentium; ideo subditur,*

13 Inferte omnem decimam in horreū meum, vt sit cibus in domo mea, *Scilicet Leuitarum.*

14 Et probate me, *Id est, effectum bonitatis meæ, si de dictis decimis feceritis quod debetis; ideo subditur,*

15 Si non aperuero vo. &c. *Dando vobis pluuias & rores ad fœcundationem terræ conuenientes.*

16 Et effudero vobis benedictionem, &c. *Id est, bonorum temporalium multiplicationem.*

17 Et increpabo pro vobis deuorātem, *i. faciam quod ventus vrens, locusta, & huiusmodi, non deuorabunt, seu peiorabunt terræ nascentia.*

MORALITER.

† 1 *Ego enim dominus & non mutor.* A rectitudine iustitiæ.

3 *Et vos filij, &c.* Id est, à vestra malignitate consumpti. Per talem modum dicitur Prou. 12. a. *Verte impios & non erunt.* Scilicet, impij. Sed è contrario isti manentes in sua malitia, dicuntur non consumpti: ideo subditur,

4 *A diebus.* Quia tamē Deus semper suscipit pœnitentē subditur,

5 *Reuertimini, &c.* Ecce magna Dei clementia, qui cum sit omnipotens, tamen rogat peccatores de concordia.

Magna Dei clemētia rogātis quod rogari debuit.

13 *Inferte.* Decimare, est decimam partem dare, & nouem sibi retinere: Denarius autem numerus est perfectus, & ideo significat perfectionem, nouenarius autem imperfectus, & ideo significat imperfectionem. Igitur ille moraliter infert omnē decimationem in horreum Dei, qui de omnibus operibus quidquid est ibi perfectionis attribuit diuinæ bonitati, & quidquid est defectus, propriæ fragilitati: & istis tamquam gratis Deus aperit cataractas suæ gratiæ, quousque det eis abundantiam suæ gloriæ, & tunc increpat vermem deuorantem, quia nihil tristabile poterit ibi esse.

De eis qui omnia sua bona in Deum auctorem referunt.

tur. Si autem Deum largitorem intellexerit, & his per quos à Deo eruditus est, se humiliauerit, & in horreum Dei cibos intulerit, id est, scripturæ alimenta populis ministrauerit: mandabit Deus nubibus suis, vt pluant super eum imbrem. Increpabit etiam pro eo contrarias potestates, nec erit sterilis vinea: ille scilicet qui dicit, *Ego sum vitis vera.* Et afferet ei fœcunditatem: & tantam ex merito humilitatis beatitudinem consequetur, vt omnes Gentes dicant eum beatum; & in terra, id est, doctrina illius desiderent habitare.

(Gratitudo erga Deum & magistros. Psal. 77. c. Ioan. 15. a.)

† THEODORETVS in hunc locum. Cùm lex definiat, primitias & decimas primas Deo offerendas, deinde reliqua sumenda esse: vos cótra, omnia pariter in vestra granaria intulistis; nec vobis venit in mentem cogitare, pauperum esse rapinam, primitiarum & decimarum fraudationem sacerdotibus. Ideo non terræ conditionem dedi, quia assistentes rebus sacris conficiendis, & pro vobis hostias afferentes, ex oblatis mihi primitiis & decimis alantur, & in diuino templo assidentibus pauperibus ex his administrent. Idcirco hac auaritia restincta, reddite legitima sacerdotibus: experimento cognoscite vobis bonorum maiorem copiam fore.

(*Iob. 31. b. Retentio decimarum facit ne Deus benedicat terræ.)

a *Et beatos.* HIER. in com. Cunctæ nationes per circumitum mirabuntur fertilitatem terræ vestræ, intantum vt omnes habitare in ea desiderent, & abundantiæ rerum omnium Gentibus exemplo sitis.

b *Inualuerunt.* IBID. Repetit plenius quod dixerat, *Laborare fecistis do. in ser.* Et exponit latius querimoniam populi reuersi de captiuitate, qui existens in cultu vnius Dei, multis miseriis affligebatur, videns idololatras in omnibus prosperari: Infirmato ergo & dicenti, frustra colo Deum, occurrit propheta in persona Domini & rescidit verba blasphemiæ quæ ab infirmis dicuntur in creatorem. (Supra eo. a.)

† THEODORETVS vbi supra. Rursus morbum alium eos vexantem curat. Præpostera enim mente præditi, obseruantiam erga me inutilē & infructuosam duxistis: & scelerate viuentes diuitiis redundare & voluptatibus diffluere dixistis; atque cum mea prouidentia curemini, me omni felicitate carere existimatis, & beatam iudicatis aliorum felicitatem. (De eis qui nullum pietatis esse fructum putant.)

c *Ergo nunc beatos.* HIERON. in com. Possunt hæc de hæreticis intelligi, Marcione & Valentino, & cunctis, qui nó recipientes vetus testa. contra creatorem loquuntur, & proficiūt in sua impietate; & multos socios sceleris habent. (Hæretici nó recipientes vetus Test.)

d *Tunc locuti sunt, &c.* IBID. Verba prophetæ, Quasi dicat, Illis blasphemātibus de iudicio Dei; iusti, qui casto timore Deum timent, loquuntur ad inuicem, cohortantes se, quod retributio bonorum vel malorum non sit in præsenti, sed in futuro: & quod homo non possit scire iudicia Dei, & de æquitate eius disputare. (Quid conferetur iustos in hac vita.)

(a Vermes vel vitium aëris.) deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ, nec (a Sed implebit torcularia.) erit sterilis vinea in agro, dicit dominus exercituum.[1] Et bea- a tos vos dicent omnes Gentes. Eritis enim vos terra desidera- (a Semper plus & plus accusatis Deum, quod cultores suos negligat. Non intelligentes quam grauis est vestra blasphemia.) b bilis dicit dominus exercituum.[2] Inualuerunt super me verba vestra dicit dominus.[14] Et dixistis, quid locuti sumus cōtra te? (Respondentes. a Ab vtilitate. b Obseruando legem. c In præsenti pro Dei seruitute exigunt mercedem, ideo non recipiunt.) Dixistis.* Vanus est qui seruit Deo: Et quod emolumentum, (a Contritione cordis, vnde. Tota die contri. ingredi.) quia custodiuimus præcepta eius, quia ambulauimus tristes coram domino exercituū?[15] c Ergo nunc beatos dicimus arro- (a Qui contra Deum superbiunt & blasphemant. b Post scelera & blasphemias prosperis perfruuntur.) gantes. Siquidem ædificati sunt facientes impietates, & ten- (a Felicitate præsentis sæculi. b Verba prophetæ. Non dicit quid locuti sunt, sed ex eo quod addit, timentes Deum, datur intelligi, quid sint locuti, scilicet quod ad timorem Dei pertinet.) d tauerunt Deum, & salui facti sunt.[16] Tunc locuti sunt timētes (a Iustis loquentibus & cohortantibus se contra blasphemias atten. do.) Deum, vnusquisque cum proximo suo. Et attendit dominus (a Verba quæ dicunt hic blasphemi, inde Deum timentes, scripta sunt, vt sint in memoria præscientiæ Dei, vt in die iudicii blasphemiæ pœnas, & timentibus prēmia reddat.) & audiuit & scriptus est liber monimenti coram eo timenti- (a Timentes me quid responderunt ad verba blasphemiæ.) bus dominum, & cogitantibus nomen eius.[17] Et erunt mihi, (a Iudicium. b Peculiarem populum.) ait dominus exercituum in die qua ego faciam in peculium, (a Quia omnis homo sub peccato. b In quo duplex affectus est, & pietatis in filium, & seruitutis in famulum. c Per pœnitentiam.) & parcā eis sicut parcit uir filio suo seruienti sibi.[18] Et conuer- (a Qui nunc blasphematis, ex beatitudine timentium & vestra miseria cognoscetis, quid sit inter iustum & impium.) timini, & videbitis quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem Deo, & non seruientem ei.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et beatos vos, &c. *Quæ sunt in circumitu vestro ex bonorū vestrorum multiplicatione: ista tamen promissio est sub conditione, scilicet si fecerint bene, quod quia non fecerunt, promissio non fuit impleta.*

2 Inualuerunt. *Hic error supra positus remouetur. Et diuiditur in duas partes: quia primo dictus error repetitur, vt aliquid addatur; & secundo euacuatur, ibi,* Tunc locuti sunt timentes. *Circa primum dicitur in persona Dei,* Inualuerunt super me ver. *id est, contra me sunt multiplicata. Et quæ sint illa, subditur,*

3 Vanus est qui seruit Deo. *Quia ad hoc non sequitur aliqua eius retributio, quia sicut dictum est superius, negabant Deum habere prouidentiam de actibus humanis, vel iustitiam. Et ad vtrumque sequitur defectus bonæ retributionis; ideo subditur in persona talium,* (Blasphemia in prouidentiā Dei.)

4 Et quod emolu. &c. *Quasi dicat. Nullum.*

5 Quia ambulauimus tristes, &c. *Id est, ieiuniis afflicti: vnde in Hebræo habetur.* Et quia ambulauimus denigrati: *& ideo vlterius concludebāt,*

6 Ergo nunc, *Id est, in præsenti vita,*

7 Beatos dicimus ar. *Id est, eleuatos in pompa & potentia, quia bene est eis in hac vita, nec expectatur alia.*

8 Siquidem ædificati sunt. *In domibus & possessionibus.*

9 Et tentauerunt Deum, *ipsum prouocando & contemnendo,*

10 Et salui fac. sunt. *Ex quo concluditur quod non habeat de malis eorum notitiam; vel, si habet, quod de talibus non fecit iustitiam.*

11 Tunc locuti sunt. *Hic consequenter dictus error, tollitur, & primo succinctè; secundo magis diffusè cap. vlt. Circa primum dicitur,* Tunc locuti sunt timentes Deum. *Qui confitentur, diuinam prouidentiam & eius iustitiam ad omnia se extendere.*

12 Vnusquisque cum proximo suo. *De præmiatione bonorum & punitione malorum in sæculo futuro; & ideo subditur,*

13 Et attendit dominus, &c. *Hic accipitur* & *pro,* id est. *Sic enim loquebantur ad inuicem,* Attendit dominus. *Scilicet bona & mala quæ fiunt in præsenti vita.*

14 Et scriptus est liber, &c. *Id est, ista sunt in diuina scientia indelebiliter,*

15 Et er. mihi, ait do. *Qui non potest mentiri.*

16 In die qua ego faciam. *Id est, in die iudicij.*

17 In pecu. *Id est, in populum amicabilem & familiarem.*

18 Et parcam eis. *A pœnis æternis.*

19 Sicut parcit vir filio. *Qui castigat eum ne incurrat maius malum.*

20 Et conuer. *Scilicet ad me vos qui estis in supradicto errore.*

21 Et videbitis. *Quia licet iustus in præsenti castigetur, tamen per hoc conseruatur in bonis gratiæ, & postea in bonis gloriæ deducetur.*

CAP.

ADDITIO.

In ca. 3. *Vbi dicitur in postil.* Ista tamen peccata specialiter exprimuntur.

Ratio quare exprimuntur ista peccata, s. maleficium, & adulteriū, & periurium, secundum glo. quia communiter ista peccata fiunt occultè: sed à Deo proferuntur in medium ne diu lateant, & ideo præmisit. Et ero testis. *Quasi dic. it, Licet de similibus peccatis non inueniatur, vt in plurimum, testes, tamen ego ero testis. Adiungit etiam prædictis peccatis ista quæ sequuntur, scilicet qui non reddunt mercedem mercenarij, & viduas & pupillos opprimunt, & peregrinum: ne parua putentur quæ periurio & adulterio cōparantur, vt in glossa.*

(Cur specialiter exprimantur hic maleficiū, adulteriū, & periurium.)

CAP. IV.

A a Ecce enim di. AVGVST. lib. 20. ciu. cap. 27. Hoc ad nouissimum iudicium pertinet: *Dies venit ardens sicut clibanus*, &c. Hæc distantia præmiorum atque pœnarum iustos dirimens ab iniustis; quæ sub isto sole in huius vitæ vanitate non cernitur, quando sub illo sole iustitiæ in illius vitæ manifestatione clarebit. Tunc profectò erit iudiciū, quale numquam fuit.

Iudicium finale.

† THEODOR. in hunc locum. Tum inquit, noscetis, quantum discrimen inter iustum & iniustum, & quantum differat Deo seruiens ab eo qui non seruit: nec arbitremini præsentem in omne tempus duraturum; hæc enim extinguetur, & veniet dies aliqua ardens, sicut clibanus, & cōburet eos.

b *Et orietur vobis, &c.*

† EVSEB. Cæsar. li. 5. demonst. Euang. c. 29. Qui sæpe nominatus est Dominus, & Deus, & Angelus, & Princeps Imperatorum, & Christus, & sacerdos, & verbum, & sapientia Dei, & imago, nunc idem *Sol iustitiæ dicitur.* Hunc ipsum igitur is, qui genuit, pater, non omnibus oriturum promittit, sed solis nomen suum timentibus, vt sic illis timoris erga se præmium Sol iustitiæ det lumen. Erit autem hic *Deus verbum*, à quo illud dictum est. *Ego sum lux mundi, &c.*

Christus sol iustitiæ & præmium sanctorum.

Io. 1. & 8.

c *Egredіemini & salietis, &c.* † REMIG. Sol iustitiæ Christus est, cui Deus pater dedit iudicium, quique omnia iustè iudicabit, vt nec vitia nec virtutes latere patiatur. Hic orietur timentibus Deum, occidet autem & obscurabitur blasphemis. Vnde dicent, *Lumen iustitiæ non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis. In alis eius est sanitas*, vt sanatos per pœnitentiam protegat, & ad caulas gregis sui in humeris suis reportet. Tunc *egredientur* qui in huius sæculi carcere clausi tenebantur, & *salient* quasi vituli de armento, placentes Deo renouati & nitidi, squalore mortalitatis abiecto.

Sap. 5.

† TERTVL. lib. de Resur. car. c. 31. Reuelatio ossium arefactorum facta Ezechieli, accipienda est in testationem resurrectionis, D vt Deus in illam spem erigeret Hebræos, æternæ scilicet salutis & necessarioris restitutionis, & auerteret à respectu præsentium rerum. Ad hoc enim & alibi prophetes: *Exibitis de sepulchris velut vituli de vinculis soluti, & conculcabitis inimicos.* In summa, si propriè in Israelis statum resurgentium ossium imago contenditur, cur etiam non Israeli tantummodo, verum & omnibus gentibus eadem spes annuntiatur, & recorporandarum, & redanimandarum reliquiarum, & de sepulchris resuscitandorū mortuorum. E

Ezec. 37.

Carnis resurrectio omnibus debetur.

CAPVT IV.

¶ Plenius inculcat de pœnis blasphemantium, & de præmiis timentium.
a ¶ Iudicij, quæ sanctis lux, peccatoribus tenebræ.
b ¶ Ad cremandos malos, vt stipulam.

a ECce enim dies veniet succensa quasi caminus & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatē stipula. Et inflammabit eos dies veniens, dicit dominus exercituū,

1 2 3 4 5

¶ Cum combusserit eos, non relinquet in eis radicem malitiæ.
a ¶ Illa impiis è contrario.

b quæ non derelinquet eis radicem & germen.[2] Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. c Egredіemini & salietis sicut vitulus de armento,[3] & d calcabitis impios cū fuerint cinis sub plāta pedum vestrorū: e in die qua ego facio dicit dominus exercituum.[4] Mementote

† 6 7 8 9 † 10 11 12 13

a ¶ Qui verè omnia iudicabit, nec bona nec mala, nec virtutes nec vitia latere patietur.
b ¶ Vt sanatos per pœnitentiam in humeris suis portet.
¶ Tunc. a ¶ Qui nunc sæculo, quasi carcere inclusi estis. b ¶ Vnde, Cupio dis. & esse cum Christo.
¶ Vel de vinculis relaxati.
e ¶ Nec hoc sine lætitiæ contenti, calcabitis impios. ¶ Dissoluti, aridi, impotentes resistere.
a ¶ Ad spiritualem intelligentiam inuitat.
¶ In futuro iuxta merita erit retributio, ergo dum est tempus merendi obseruate legem.

d *Cum sis.* HIER. in com. Abraham comparatione diuinę maiestatis dicit, *Ego sum terra & cinis*, ideo vidit solem iustitię. Qui vero superbè dixit, *Ponam super side. se. &c.* Deducetur ad terrā, & erit cinis sub pedibus sanctorum in die iudicij.

Gen. 18. d.

Isa. 14. c.

† THEOD. Sicut erat diues Lazaro, sic erunt iniuria affectis, iniuriam facientes: sic sanctis martyribus, tyranni, & persecutores iniqui. Deinde in memoriam redigit, quæ de Domino Christo Moses prædixit, atque iubet summo studio legem legere, atque ei obtēperare, & nequaquam contradicere. F

Luc. 16.

† AVGVST. lib. 20. ciui. c. 28. Hæc opportunè commemorat, post declaratum tam magnum futurū inter obseruatores legis contemptoresque discrimen: simul etiam vt discant legem spiritaliter intelligere, & inueniant in ea Christum, per quem iudicem facienda est inter bonos & malos ipsa discretio. Non enim frustra dicitur, *Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit.* Carnaliter quippe accipiendo legem, & eius promissa terrena rerum cælestium figuras esse nescientes, in illa murmura corruerunt, *Vanus est qui seruit Deo, &c.*

Iudæi spiritum non requirentes in Scripturis.

Malac. 3.

e *Mementote legis Moysi serui mei.* HIE. supra. Loquitur ad Israel, id est, ad omnes qui Deum sensu cernunt, vnde, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Oreb.

Matth. 5. a.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. IV.

ECce enim. *Hic prædictus error remouetur magis explicitè ex præmiatione bonorum, & punitione malorum: & primo ponitur malorum punitio; secundo, bonorum retributio, ibi,* Et orietur, *Circa primum dicitur,*

Dies iudicij.

1 Ecce enim dies veniet. *Scilicet iudicij.*

2 Succensa. *Quia illam diem præcedet ignis conflagrationis ad purgationem elementorum, & eam sequetur ignis gehennæ ad punitionem reproborum; ideo subditur,*

3 Et erunt omnes superbi. *Peccantes contra Deum.*

Punitio malorum.

4 Et om. fa. im. *Per peccata contra proximum.*

5 Stipula. *Incendio gehennæ deputata.*

6 Quæ non derel. *Quia post finalem sententiam non erit tempus, nec locus reuertendi ad gratiam.*

7 Et orietur. *Hic consequenter ponitur bonorum retributio, cum dicitur.* Et orietur vobis timent. nomen, &c. *Timore filiali, qui habet charitatem annexam.*

8 Sol iustitiæ. *id est, Christus, qui tunc apparebit electis retributor, & saluator iustus.*

9 Et sanitas. *Scilicet orietur, quia per ipsum electi gloriam animæ & corporis consequentur.*

Præmiatio bonorum.

10 Egredіemini. *Ad considerationem pœnæ reproborum quam euadetis.*

11 Et salietis. *Quia talis visio erit eis exultationis occasio. Tum propter eius euasionem; Tum propter diuinæ iustitiæ impletionem, secundum quod dicitur Psal. 57. b.* Lætabitur iustus, cum viderit vindictam, &c.

12 Et calcabitis imp. cum fuer. ci. *id est afflicti pœna ignis gehennalis, quia corpora damnatorum non incinerabuntur, sed semper viuent vt semper crucientur.*

13 Mementote. *Hic consequenter ponitur generalis monitio & maxime Iudæorum, quorum plures conuertentur ante iudicium: ideo dicitur,* Mementote legis Moysi. *In qua fit mentio de aduentu Christi, secundum quod dicit Saluator Ioan. 5. g.* Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.

Quam

MORALITER.

†1 *Ecce enim.* Hoc ad litteram exponitur de die iudicij generalis: Moraliter autem potest exponi de die mortis, quæ est dies iudicij particularis; ideo subditur,

Dies mortis.

2 *Succensa.* Scilicet reprobis, qui statim portantur ad pœnā ignis infernalis; ideo subditur,

3 *Et erunt, &c. quæ non derel. eis radicem.* Id est, spem reuertendi ad vitam præsentem.

† *Et germen*, Id est, merendi virtutem.

7 *Et orietur vo.* Scilicet electis.

8 *Sol iustitiæ.* Id est, lumen gloriæ, perfecta tamen purgatione.

9 *Et sanitas.* Per dotem impassibilitatis in corporibus resumptis.

† *In pennis eius.* Per dotem agilitatis: ideo subditur,

10 *Egredіemini.* Hoc dicitur, quia damnatorum pœna electis est consolationis materia. Et quoniam ad gloriam consequendam, requiritur præcedens meritum, ideo subditur,

Damnatorū pœnæ electis sunt consolationis materia.

13 *Mementote leg. Moysi.* Id est, Christi per Moysen figuratі.

7 Et

† Quam

a *Oreb.* HIER. in com. Quia per legem omnium vitiorum humor excoquitur, ego mittam,

A

b *Ecce ego mittam.* HIERON. Iudæi dicunt, ante suum Christum, Eliam esse venturum & omnia restauraturum. Vnde & Christo in Euangelio proponitur quæstio, *Quid est quod Pharisæi dicunt, quod Elias venturus est*: Cui ipse respondit, *Elias quidem veniet, & iam venit*, in Elia Ioannem intelligens. Post Moysen, id est, legem spiritualiter seruandam, dicit mittendũ Eliam, in quo prophetia signatur; quia antequam dominus in iudicio percutiat terram anathemate, mittet chorum prophetarum, qui significatur in Elia, qui interpretatur *Deus meus*, & est de oppido Tesbi, quod sonat *conuersio* ad pœnitentiam: hic Elias conuertet cor patrum Abraham, Isaac & Iacob & ceterorum prophetarum ad instructionem posterorum de fide Saluatoris, in quem & ipsi crediderunt, & cor filiorum ad patres eorum, quia suscipient fidem quam habuerunt. Vel cor patris ad filium, id est, Dei ad omnes qui spiritum adoptionis acceperint: & cor filiorum ad patres eorum, Vnde Iudæi & Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari in Christum religione consentient.

Marc.6.b.

B

Iudæos in fine mundi in Christum credituros.

C

† AVGVST. lib. 20. ciui. cap. 29. Per hunc Eliam, magnum mirabilemque prophetam exposita sibi lege, vltimo tempore ante iudicium, Iudæos in Christum verum esse credituros, celeberrimum est in sermonibus, cordibusque fidelium. Ipse quippe ante aduentum iudicis Saluatoris non immerito speratur esse venturus: qui etiam nunc viuere non immerito creditur. Cum venerit ergo, exponendo legem spiritaliter, quam nunc Iudæi carnaliter sapiunt, conuertet cor patris ad filium, id est, cor patrum ad filios: vt etiam filij sic intelligant legem, quemadmodum patres, id est, prophetæ intellexerũt. Vel, docendo, quod Pater diligat Filium vt & Iudæi, quem prius oderant, diligãt eumdem, qui noster est Christus. Hæc ergo faciet Helias. *Ne forte*, inquit, *veniam & percutiam terram penitus*. Terra sunt enim qui terrena sapiunt, sicut Iudæi carnales vsque nunc: ex quo vitio contra Deum murmura illa venerunt. *Quia mala ei placet, &c.*

Elias venturus in fine sæculi vt prædicet Iudæis.

D Viuit modo Elias in carne.

E

Malac. 2. & 3.

Hanc eamdem D. Augustini sententiam de veri Heliæ vero aduentu ad finem sæculi cõfirmant alij patres Latini Rupertus & Remigius comment. in hunc locum: Anselmus in [illegible] ad Hebræos, Beda in capite 1. Lucæ: & libro de temporum ratione capite 68. Gregorius libro 14. Moralium capite 11. & libro 9. capite 4. & libro 11. cap. 10. & libro 20. capite 26. Prosper in dimidio tẽporis capite 13. Ambrosius in capite 1. Lucæ. Lactantius lib. 7. cap. 17. Tertullianus lib. de resurr. carnis cap. 22. libr. de anima cap. 35. & libr. 3. carn. aduersus Marcionem: Græci quoque patres Damascenus libr. 4. c. 27. Aretas in 11. Apocal. Theodoretus in 10. Danielis: Chrysostomus in 2. Thess. 2. Dorotheus in Synopsi. Ephrem Syrus, & Hypolitus martyr orat. de Antichristo, &c.

F Patres alij qui prædictam sententiam Augustini de aduentu Eliæ confirmant.

---

a legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Oreb ad omnem Israel præcepta & iudicia. [5] Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis. [6] Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate.

(Interlinear glosses: a ¶ Quæ est Sina. b ¶ Dirigendam. a ¶ In qua sunt. ¶ Quid agant. b ¶ Recipiant. a ¶ Si Elias non ante cor patrum conuertet ad filium, & cor filiorum ad patrem eorum, cum veniet dies domini magnus iustis, horribilis impiis, percutiet vnus iudex non cælum; nõ eos qui in cælo versantur, sed terram anathemate, id est, eos qui faciunt opera terrena. a ¶ Iudicaturus. ¶ Separando oues ab hœdis.)

Finit Malachias Propheta.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quam mandaui ei in Oreb. *Exod. 20.*

2 Præcepta, *Scilicet decalogi, quæ seruanda sunt tempore no. testa:*

3 Et iudicia, *Id est, illa, quæ continent iustum modum viuendi ad proximum: quæ similiter seruantur in noua lege: licet non eodem modo quantum ad omnia: quia præcepta iudicialia, quæ seruantur in noua lege, obligant vt de nouo instituta: De ceremonialibus verò non fit hic mentio: quia illa sunt totaliter exclusa in noua lege, ita quod non possunt licitè seruari eo quod erant respectu no. testa. figura, & ideo cessauerunt adueniente veritate.*

Quæ præcepta veteris testam. seruanda sint & quæ cessarint.

4 Ecce ego mittam Eliam prophetam, *qui ad hoc reseruatur in vita cum Enoch: vt prædicent contra perfidiam Antichristi, ideo subditur,*

5 Antequam veniat dies. *Id est, dies iudicij, quam diem præcedet persecutio Antichristi.*

6 Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum, &c. *Reducendo illos, qui tunc erunt increduli, ad fidem Christi, in quem crediderunt patres antiqui: & sic illi patres diligunt filios, & è conuerso in charitate Christi.*

7 Ne forte veniam. *In Hebræo, non est fortè quia aduentus Christi ad iudicium certus est. Potest etiam dici secundum translationem nostram, quod non ponitur hic fortè propter incertitudinem aduentus, sed propter incertitudinem determinati temporis, vnde Christus dicit Act. 1. a.* Non est vestrum nosse tempora vel momenta, &c.

Ipso iudicio finali nihil certius, tẽpore vero quo faciendum est nihil incertius.

8 Et percutiam terram. *Id est, habitantes in terra generaliter.*

9 Anathemate. *Id est, sempiterna separatione ab ea: quia nullus homo habitabit terram vltra, sed aliqui, scilicet electi, adhærebunt Deo sempiterna fruitione, Quam nobis concedat qui cum Patre & Spiritusancto viuit & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.*

MORALITER.

1 *Quam mandaui, &c.* Ibi enim audiente populo Deus decem præcepta dedit: quæ Christus in Euangelio repetit, etiam ad eorum obseruantiam inducit di. Matt. 16. c. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata.* Et ad idem faciendum instituit Apostolos & alios discipulos & successores eorum, ideo subditur,

Præcepta decalogi in Euangelio renouata.

4 *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam.* Quilibet enim prædicator habens Dei zelum, & salutis animarum, Elias spiritualiter potest dici.

5 *Antequam veniat dies domini magnus.* Id est, ante diem iudicij generalis, qui magnus erit electis propter magnitudinem boni quod tunc consequentur; & horribilis reprobis propter horrorem pœnæ ad quam damnabuntur.

6 *Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum, &c.* Multi enim patres conuersi sunt ad fidem catholicam per filios, & è cõuerso multi filij per patres: & sic erit de futuro ante iudicium generale.

7 *Ne forte veniam.* Istud *forte* non importat dubium de aduentu Christi ad iudicium, quia certum est quod veniet: sed importat dubium temporis iudicij, quod omnibus est ignotum.

8 *Et percutiam terram anathemate.* Per *terram* intelliguntur homines terreni in amore terrenorum totaliter fixi, qui tunc excommunicabuntur penitus à Dei societate & electorum.

Homines terrena amantes penitus excludendi à societate Dei & electorum.

ADDITIO I.

In cap. 4. *Vbi dicitur in postil.* Præcepta scilicet decalogi.

Vbi nos habemus in hoc loco præcepta & iudicia, *in Hebræo habetur* ceremonias & iudicia: *vnde ex hoc loco æstimant Hebræi habere contra nos validum argumentum ad probandum, quod ceremonialia non debent cessare tempore Meßiæ, vt habetur cõmuniter in expositionibus eorum; sed bene aspicienti veram & propriæ litteræ significationem ex hac auctoritate non habent intentum: sed fortè ex ea potest oppositum probari. Ad quod sciendum, quod* alíud

Iudæi negãt tempore Meßiæ cessare debere ceremonialia.

aliud est dicere, Mementote legis Moysi, & aliud est dicere: Seruate legem Moysi, &c. Nam ad seruandam legem requiritur, facere ea, quæ in lege præcipiuntur, & vitare ea quæ in lege prohibentur: Ad memoriam verò legis habendam hoc non requiritur: sed sufficit habere memoriam de lege in mente ad eius spiritualem intelligentiam percipiendam. Vnde in hoc loco propheta ad spiritualem legis intelligentiam inuitat secundum gloss. interlinearem, non autem exhortatur ad obseruantiam legis: & sic ex ista auctoritate habetur quod ceremonialia & iudicialia legis Mosaicæ, de quibus hic tantum fit mentio, sunt habenda in memoria modo prædicto, non autē seruanda, quod est contra eos. Si enim propheta intenderet exhortari populum ad legem Mosaicam perpetuò obseruandam, vtique dixisset, Seruate, seu custodite legem Moysi: sed hoc non dixit, sed, Mementote legis, ad innuendum quod supra dictum est, Et notandum, quod hanc differentiam inter custodire præceptum, & memoriam habere de præcepto seu de lege, ponit Ra. Moyses Gerundien. in expositione super Pentateuch. super illud verbum Exod. 20. b. Memento vt diem sabbati sanctifices: & illud verbum Deut. 5. Obserua diem sabbati, dicens quod primum verbum importat præceptum affirmatiuum solum de memoria sabbati habenda: & secundum verbum importat præceptum de custodiendis omnibus quæ custodienda sunt in sabbato.

Aliud est custodire præceptum aliud meminisse eius.

ADDITIO II.

In eodem cap. Vbi dicitur in postill. Et conuertet cor patrum ad filios.

Hoc quod dicitur de Elia: Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: videtur propriè exponendum de sancto Ioanne Baptista, qui præcessit Christum in spiritu & virtute Eliæ, Luc. 1. Iste enim conuertit cor patrum ad filios, in quantum digito demonstrauit filiis Christum, in quem cor patrum fide & desiderio tendebat: sed hoc in singulari vago, non autem in singulari demonstrato. Similiter conuertit cor filiorum ad patres eorum, in quantum Christus, quem filiis digito demonstrauit, est ille in quem patrum fides & desiderium tendebat, saltem in singulari vago; & sequitur, Ne fortè veniam & percutiam terram anathemate: Quasi dicat si sine præcursore præcedente venissem, deficiente demonstrante me deficeret fides mea: & sic terra percutienda esset anathemate, &c.

De Ioanne Baptista propriè exponitur hoc cap. ab illo loco: Ecce ego mittam, &c.

REPLICA. In cap. 4. Vbi dicitur. Et conuertet cor patrum ad filios: postilla. exponit de Elia: quia hoc faciet præcurrendo secundum aduentum Christi. Bur. autem exponit de sancto Ioanne Baptista. Sed illa expositio est mystica, sicut Ioannes fuit mysticus Elias: quia venit in spiritu & virtute Eliæ. Expositioni etiam Bur. si litteralis esse debeat occurrunt inconuenientia. Primum, quia in littera dicitur de die præuenienda magna & horribili; Ioannes autem non præuenit diem horribilem, sed desiderabilem. Item dicitur de non conuersis per Eliam comminatoriè, Ne fortè veniam & percutiam terram anathemate: Ioannes autem non præcurrit talem percussorem, quia Christus non venit post Ioannem iudicare, sed iudicari: Nec venit vt iudicet terram vel percutiat, sed vt saluetur mundus per ipsum. Huius salutis participes nos faciat Christus ipse Iesus in sæcula sæculorum benedictus, Amen.

Prædictum passum de Elia Thesbi. te propriè de Ioanne autem non nisi mysticè exponi.

Epistola Rabani ad Ludouicum regem.

Domino excellentissimo & in cultu Christianæ religionis strenuissimo Ludouico regi: Rabanus vilissimus seruorum Dei in domino dominorum perpetuam optat salutem. Cum sim promptus animo ad parendum atque seruiendum vestræ voluntati, quotidie cogito quid honorificentiæ vestræ gratum exhibeam, vt mei memoria sedulò apud vos maneat & deuotio mentis meæ erga obsequium vestrum appareat. Vnde grandis mihi quæstionis angustia in animo versatur, cogitanti quid potissimum reuerentiæ vestræ offeram: quando alij, iuxta id quod sibi condecet, & opulentia rerum vires illis ministrat, multiplicia munera vobis deferunt, Ego autem ita per me hoc non efficere posse sentio, sed tamen vacuus à munere penitus non ero: quia iuxta paupertatem virium mearum & ingenij tenuitatem, ea quæ in meditatione sanctarum scripturarum elaboraui offerre decerno; quæ licet non sunt condigna prudentiæ vestræ, tamen credo non sunt vbique spernenda. Præterito siquidem anno transmisi vobis tractatum in Danielem prophetam, quem non solum ex dictis maiorum, quin etiam ex nostræ paruitatis sensu confeceram. Nunc verò quia tempus est illud quo Romana ecclesia constituit libros legi Machabæorum in ecclesia: eorumdem librorum expositionem, quam ante annos aliquot rogantibus amicis sensu historico simul & allegorico dictaueram, excellentiæ vestræ defero: vt si aliquando sensum mysticum in eis vos dignoscere delectet, habeatis in promptu quo illum explicitum inuenire valeatis; non dico valdè disertè & oratione rethorica, sed lucido sermone & catholica fide. Vos quoque si quod in prædicto opere reperiatis vobis gratum & ritè prolatum eius gratiæ hoc deputetis à quo est omne bonum. Si quid autem minus rectè vel inconuenienter positum vobis ibidem videatur; imperitiæ meæ magis deputetis quam malitiæ: quæ quamdiu in hoc corpusculo vixero, in Christi seruitio, prout possibilitas fuerit, laborare contendo. Ipsius enim est misericordiæ, vt qui mihi in animo hoc dedit velle, ipsum me bono opere faciat consummare. De quo propheta ait: Prope est dominus omnibus inuocantibus se in veritate, & non derelinquet omnes qui sperant in se. Diuinitas domini nostri Iesu Christi diu vos hic incolumes, & legis Dei veritatem amantes ad multorum salutem custodiat; & post huius vitæ cursum ad veram & æternam beatitudinem peruenire concedat.

Psal. 144. d.

Incipit Prologus beati Hieronymi presbyteri in libros Machabæorum.

Machabæorum libri duo prænotant prælia inter Hebræorum duces gentemque Persarum: pugnam quoque sabbatorum, & nobiles Machabæi ducis triumphos: ex cuius nomine & libri iidem sunt nuncupati. Hæc quoque historia continet etiam inclyta illa gesta Machabæorum fratrum, qui sub Antiocho rege pro sacris legibus dira tormenta perpessi sunt. Quos mater pia dum diuersis suppliciis vrgerentur, non solum non fleuit, sed & gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

Item alia epistola Rabani.

Reuerendissimo & omni charitatis officio dignissimo Geroldo sacri palatij archidiacono, Rabanus vilis seruorum Dei seruus in Christo salutem. Memini me in palatio Vangionum ciuitatis constitutum, tecum habere sermonem de eminentia scripturarum sanctarum, & de difficultate diuinarum historiarum: in quibus non solum per aliquanta loca propter varietatem rerum & situm prouinciarum obscurus est sensus, quin etiam propter tropos figurarum occultus est intellectus. Et quia eodem tempore commentarios in libros Regum nuper à nobis editos venerabili abbati Hilduino tradideram: tu quidem paruitatem meam exhortatus es quatenus in libro Paralipomenon atque Machab. commentarios iuxta vestigia maiorum pari studio conderem: feci quantum potui, & prio-

Item alius Prologus.

Machabæorum libri, licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab ecclesia inter diuinorum

prioris libri expositionem Ludouico regi editam dedi, sequentis verò tuæ sanctitati tradendam reseruaui, vt petitio tua non esset vana, neque haberes me sugillandum: quasi tibi roganti nollem conferre, quod aliis gratis contulerim. Proinde quia iam confectum opus habes, vtere eo sicut decet seruum Christi, cum communione multorum; & quod solus impetraueras, ad plurimorum vtilitatem peruenire facias. De cetero quoque volo scire sanctitatem tuā, quoniam ipsum opus ideò partim de diuina historia, partim de Iosephi Iudæorum historici traditione; partim verò de aliarum Gentium historiis contexui: vt quia non tātum gentis Iudææ ac principum eius: sed & aliarum Gentium similiter in ipso lib. mentio fit, ex multorum librorum collatione veritas sacræ historiæ pateat, & sensus narrationis eius lectori lucidior fiat. Tu verò, si quid in memorato opere tibi gratum atque vtile inueneris, largitori omnium bonorum inde gratias referas: Si quid autem reprehensibile in eo esse prospexeris, nostræ infirmitati & imperitiæ deputes; & apud clementem iudicem veniam impetrare nobis per sacras orationes festines. Sicque optimo largitori dignum honorem, & fragili opifici opportunum cōferes solatium. Fraternitatem tuam diuina maiestas prosperis successibus pollentem, & æternæ beatitudinis gaudia promerentem, omni tempore nostri memorem conseruare dignetur.

voluminum annotantur historias. Prænotant autem prælia inter Hebræorum duces Gentesque Persarum, pugnam quoque sabbatorum & nobiles Machabæi triumphos, fœdus quoque amicitiarum cùm Romanorum ducibus atque legationum. Machabæi septem fratres ab vna matre Machabæa nomine geniti, custodientes legem, patris traditionem, non manducantes carnem porcinam, ob hoc ab Antiocho rege sæuissimo in Antiochia martyrij gloria coronati sunt, cum matre sua, atque sepulti cum magna veneratione ibi quiescunt.

Hos Machabæorum libros Canonicos esse probatur.

† Avg. lib. 18. de ciuit. c. 36. Machabæorum libros non quidem Iudæi, sed Ecclesia pro canonicis habet, propter quorumdam martyrum passiones vehementes, atque mirabiles: qui pro lege Dei ante aduentum Christi certauerunt.

† Idem. lib. de doct. Christ. ca. 8. Totus canon diuinarum scripturarum his libris continetur. Quinque Moysis, id est, Genesi, Exodo, &c. Iob, Tobias, & Hester, & Iudith, & Machabæorum libri duo, & Esdræ duo, &c.

† Idem. lib. 2. cont. secund. epist. Gaudent. ca. 23. Hanc scripturā, quæ appellatur Machabæorum, non habent Iudæi sicut legem, & Prophetas, & Psalmos, &c. sed recepta est ab ecclesia non inutiliter, si sobriè legatur, vel audiatur, maximè propter illos Machabæos qui pro Dei lege sicut veri martyres à persecutoribus tam indigna atque horrenda perpessi sunt.

Innoc. Papa huius nominis primus Epist. ad Exuper. Tholos. Qui libri recipiantur in canone sanctarum scripturarum, breuis annexus ostendit. Hæc sunt ergo quæ desiderata moneri voce voluisti: Moysi libri quinque, &c. item historiarum Iob, Hester, Iudith, Machabæorum, Esdræ, &c.

† Concil. Carthaginense 3. confirmatum à sexta synodo vniuersali cap. 47. Placuit vt præter scripturas canonicas, nihil in Ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem scripturæ canonicæ Genesis, Exodus, Leuiticus, &c. Hester, Esdræ libri duo, Machabæorum libri duo, &c.

† Hier. Prolog. 2. in li. Mac. Machabæorum libri licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab Ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur historias.

† Heges. Prol. in li. 1. de excid. vrb. Machabæorū res gestas propheticus sermo paucis absoluit: reliquorū vsque ad incēdium tēpli & manubias Titi Cęsaris relator egregius historico stylo Iosephus.

†† Concil. Trid. sess. 4. decre. de canonicis scripturis. Sacrorum vero librorum indicem huic decreto adscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. Sunt vero infrascripti, Testamenti veteris, quinque Moysi, id est, Genesis, Exodus, &c. Duo Machabæorum, primus & secundus.

CAP. I.

Et factum est. Rabba. Initium libri Machab. simile est principio libri Ezechielis prophetæ: vbi scriptum est, *Et factum est in trigesimo anno in quarto mense, &c.* Vnde primum nobis quæstio oritur, Cur is qui adhuc nihil dixerat, ita exorsus est, dicens,

(Ezech. 1. a.)

Incipit liber primus Machabæorum.

CAPVT I.

ET factum est postquam percussit Alexander Philippi

a *Et factum est postquam, &c.* Greg. super Ezec. ho. 1. Et, nāque sermo coniunctionis est, & scimus quia nō coniungitur sermo subsequens, nisi sermoni præcedēti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit, *Et factum est*, cum non sit sermo, cui hoc, quod incipit, subiungatur? Qua in re intuendum est, quia sicut nos corporalia, sic prophetæ & scriptores diuinorum librorum sensu spiritualia aspiciunt: eisque & illa sunt præsentia, quæ nostræ ignorantiæ absentia videntur. Vnde fit vt in mente prophetarum ita coniuncta sint exterioribus interiora, quatenus simul vtraque videant, simulque in eis fiat & intus verbum quod audiunt, & foris quod dicunt. Patet igitur causa cur qui nihil dixerat, inchoauit dicens, *Et factum est.* Deinde subiungit,

(Cur qui nihil prius dixerat inchoauerit cum coniunctione copulatiua dicens: Et factum.)

Postquam percussit Alexan. Philippi rex Macedo, qui primus regna. Idem Rabb. Itaque Alexandrum Philippi & Olympiadis filium, Darium regem Persarum atque Mœdorum occidisse omnibus manifestum est. Quod & Daniel in visione sua, qua hircum caprarum arietem ventilantem cornibus contriuisse describit euidenter expressit. Sed quæritur quomodo dicatur Alexander primus regnasse in Græcia, cùm multi ibidem in diuersis locis antea regnasse reperiantur? Multò enim ante Argiuis, Atheniensibus, Lacedæmoniis, Corinthiis, & Lydis reges præfuerunt, nec non in Macedonia, non primus rex esse Alexander inuenitur, sed vicesimusquartus. Primus enim rex Macedonum Carranus erat, eo tempore quo Hebræorum Iuda Azarias qui & Ozias rex fuit, & Hebræorum Israel rex Ieroboam, Latinorū quoque Procas Siluius & Lacedæmoniorū Alcameus, Corinthiorumque Alexander, & Atheniensium Theseus. Sed ideò primus regnasse dicitur in Græcia Alexander, quia ceteris regibus in singulis partibus antea regnantibus, primus ipse & solus in tota Græcia regnauit. Nam subuersis Thebis, in Persas arma corripiens, apud Granicum fluuium inito certamine Darij duces superauit, & ad extremum ipsum percussit arietem, & duo eius cornua confregit Mœdos, atque Persas: misitque eum sub pedibus, & vtrumque cornu suo subiugauit imperio.

(Dan. 8. b.) (4. Re. 14. d. Ibidem.) (Cur Alexander primus regnasse dicatur in Græcia.)

Quod autem dicitur egressus de Cethim, de ipsa Græcia signat. Cethim enim fuit de posteris Noe, hoc est de filiis Iauam, filij Iaphet, filij Noe. Et Cythima insulam habuit, quæ nunc dicitur Cyprus, vt Iosephus testis est: & ab ea omnes insulæ & maritima loca Cethim Hebraicè nominantur. Legamus Varronis de antiquitatibus libros, & Sisinnij Capitonis, & Græcum Phlegonta, ceterosque eruditissimos viros: & videbimus omnes penè insulas, & totius orbis littora & terras mari vicinas, à Græcis accolis occupatas, qui ab Amano & Tauro montibus omnia maritima loca vsque ad oceanum possedere Britannicum.

(Cur Græcia Cethim dicatur.)

Con-

Postilla venerabilis patris, fratris Nicolai de Lira super libros Machabæorum incipit.

CAP. I.

1 ET factum est postquam. *Post historiam Iudith, quantum ad historias in sacra scriptura contentas, sequitur historia in libro Machabæorum descripta, ratione dicta in principio libri Thobiæ, licet per magnum tempus contigerit postea. Nam historia lib. Iudith contigit tempore Cambysis filij Cyri, secundum communem expositionem doctorum nostrorum, quam secutus sum exponendo librum illum: historia vero Machab. contigit tempore Antiochi Epiphanis regis Syriæ, vt patet in principio primi libri. Verumtamen historia videtur intricata propter duos fratres, scilicet, Seleucum & Antiochum* Epi-

(Tempus quo historia in his libris scripta contigit.)

MORALITER.

1 *Et factum est.* Per istum Alexandrum, qui largissimus fuit, & de terræ principibus triumphauit, Mysticè significari potest dominus noster Iesus Christus, qui ex liberalitate maxima non solum † sua,

a *Constituit*, inquit, *prælia mult. & omnium obti. muni. & interfecit reges ter. & acci. spo. multit. gen. & siluit ter. in conspe. e.* RABA. Igitur Alexander magnus (sicut tradunt historiæ) post Darij mortem Hircanos ac Gyrodomanos subegit. Post hæc Parthorum pugnam aggressus est, quos diu renitentes deleuit propemodum, atque vicit. Inde Thraces euertit atque Apamenos ac Sopios ceterosq; populos, qui in Caucasi radice morabantur, subegit: vrbe ibi Alexandria super amnem Thanaiam constituta. Sed humani sanguinis inexaturabilis, siue hostium, siue etiam sociorum; recentem tamen semper sitiebat cruorẽ. Itaque pertinaci impetu in bella procurrens, Choroasmos & Aciatas indomitam gentẽ in deditionem accepit. Calhistenem philosophum sibique apud Aristotelem condiscipulum, cum plurimis aliis principibus, cum eũ deposito salutandi more, vt Deum non adoraret, occidit. Post hæc Indiam petit, vt Oceano vltimoque Oriente finiret imperium, Nisan vrbem abiit, Dedalos montes regnaque Theophilis reginæ expugnauit. Quæ cum se dedisset concubitui regio, regnum redemit. Peragrata perdomitaque Alexander India, cumad saxum miræ asperitatis & altitudinis, in quo multi populi loci eo confugerant, peruenisset, cognouit Herculem ab impugnatione eiusdem Saxi terræmotu prohibitum, æmulatione permotus, vt Herculis acta superaret, cum summo labore ac periculo saxo potitus, omnes loci eius gentes in deditionem accepit. Cum Poro fortissimo Indorum rege cruentissimum bellum gessit. Postea cùm orientales populos singularum prouinciarum non sine cruenta victoria cepisset, cõscensis nauibus cum Oceani littora peragraret; ad vrbem quamdam cui rex Ambira præerat peruenit. Sed in expugnatione ciuitatis magnam partem exercitus sagittis hostium veneno illitis amisit. Ac post herba, quæ per somnium sibi ostensa est, in potum sauciis data cum reliquis subueniretur, vrbem expugnauit & cepit. Post quam circumacta in ad Oceanum & Indum flumen ingressus Babyloniam celeriter rediit: vbi eum cùm exterritarum totius orbis prouinciarum legati expectarent, hoc est Carthaginensium, & totius Aphricæ ciuitatum, sed & Hispanorum, Gallorum, Siciliæ, Sardiniæque, plurimæ præterea partes Italiæ, tantus timor in summo Oriente constituti Ducis populos vltimi Occidentis inuaserat: vt inde peregrinam cerneres toto mundo legationem, quo vix crederes peruenisse rumorem, vnde bene scriptum est. Et

Margin: Alexandri prælia. Quin. Curtius, Plutarchus, Paulus Orosius lib. 3. cap. 16. — Alexander in suos sæuit. — Paulus Orosi. lib. 3. c. 17. & 18. — Vrbs cui præerat rex Ambira ab eo obsessa. — Paulus Orosi. lib. 3. cap. 19. — Eius potentia mundũ terret.

rex Macedo, qui primus[1] regnauit in Græcia, egressus de terra Cethim, Dariũ[2] regẽ Persarũ, & Mœdorũ constituit prælia[3] multa: & omniũ[4] obtinuit munitiones,[5] & interfecit reges ter-

NICOLAVS DE LIRA.

Epiphanem, & eorum posteros, qui se mutuò expulerunt de regno, guerra inter eos quasi implacabili commota. Ad euidentiam igitur historiæ aliquid est hic præmittendum de dicti regni successione.

Sciendum igitur, quod post mortem Alexandri magni, eius monarchia in quatuor regna fuit diuisa, scilicet, Macedoniæ, Asiæ, Aegypti, & Syriæ, sicut Dan. 8. fuerat prophetatum: sed de duobus primis regnis non fit mentio in 1. Machab. lib. sed procedit secundum processum regni Syriæ, quod multum Iudæam afflixit, resistentibus prout poterant Machabæis, & aliqua de regno Aegypti occasionaliter interponit. Sciendum igitur, quod mortuo Alexandro magno, primus regnauit in Syria Seleucus, & alij quatuor post ipsum: & sextus fuit Antiochus magnus, qui duos habuit filios, s. Seleucum Philopatorem, qui sibi successit in regno, tamquam primogenitus, & Antiochũ Epiphanem qui traditus fuit Romanis obses, & audita morte patris, & inertia Seleuci sui fratris, venit in Syriam, & aliquibus ciuitatibus receptus fuit, & tãdem Syriæ regnum obtinuit: propter quod inter posteros eius, & posteros fratris sui, de Syria regno fuit longa concertatio: & aliquando prævalebat vna pars, aliquando vero altera, & Syria de vna posteritate ad aliam transibat; vt patet in figura hic posita; in cuius summitate ponitur Antiochus magnus & eius duo filij in duobus lateribus descendendo, & sub eis eorum posteri, processus vero regni incipiendo ab Antiocho magno de posteritate vnius filij ad alterius posteritatem vel in eadem posteritate de patre ad filium vel alium successorem, patet in linea transuersali de minio facta. Et ad maiorem euidentiam super quemlibet successiuè regnum obtinentem posui litteras alphabeti secũdum processus ordinem dicti regni.

Margin: Monarchia Alexandri in 4. regna diuisa. — Regnum Syriæ & digladiationes posterorum Antiochi magni pro eo.

Sequitur figura regum cum suis attinentiis.



Et quoniã de summis sacerdotibus Iudæorum in lib. Mach. fit mentio: ideo sciendum, quod Iadus Alexandri tempore fuit sacerdos summus, post eum Onias, sub quo Ptolomæus Sother rex Aegypti multos Iudæos captiuauit: post eum Simon iustus, deinde Eleazarus frater eius, deinde Onias Simonis iusti filius, qui vsque tunc fuerat puer: post eum Simon filius eius: deinde Onias filius eius tempore Antiochi magni & Seleuci eius filij: cuius tempore Heliodorus ad spoliandum ærarium in Ierusalem fuit missus: & hic Onias secundum Iosephum lib. 12. antiquitatis Iudaicæ cap. 6. habuit duos fratres, s. Iasonem & Menelaum qui successiuè, licet vsurpatiuè, tenuerunt summum sacerdotium: quibus successit Alcimus per institutionem violentam Antiochi Epiphanis, quia non erat de linea sacerdotali licet descendisset ab Aaron, vt habetur infra cap. 7. & tunc sacerdotium deuenit ad Machabæos, qui Antiocho regi & eius factis quantum poterant resistebant. Habebant etiam ibi aliquid iuris. nam Matathias pater eorum descenderat de illis 24. quos Dauid instituerat ad deseruiendum templo domini per vices suas. 1. Paralip. Sed quia huius primi libri & secundi Machabæorum maior est auctoritas, quàm Iosephi, cùm ab ecclesia recepti sint ad legendum: ideo non est dimittendus textus propter Iosephum, sed magis è conuerso. Secundo verò lib. 4. cap. dicitur expreßè, quod Iason fuerit frater Oniæ, & quod Menelaus & Lysimachus fuerit frater Symeonis præpositi templi, & de tribu Beniamin, sicut & iste Symeon, vt habetur 2. lib. c 3. De Alchimo verò habetur 2. lib. 14. quod fuerat summus sacerdos tempore Antiochi Epiphanis, sed eiectus fuit inde, eo quod ritu Gentilium fuerat inquinatus, quem tamen restituit Demetrius Seleuci: vt habetur ibi, & 7. c. primi libri, & ideo secundum textum intendo exponere libros Machabæorum.

Margin: Pontifices summi Iudæorum à Iaddo qui vixit temporibus Alexandri magni ad Machabæos. Iosephus. — Ius Machabæorum ad summum sacerdotiũ. — Historia huius libri præferenda narrationibus Iosephi.

Per figuram igitur præpositam patet processus regni Syriæ quantum ad principes, qui Iudæorũ populum afflixerunt. Diuisio tamen libri accipienda est secundum duces, qui populũ Israel liberauerunt: tamen liber totalis primo in duas partes diuiditur, secundum duos libros partiales, primum scilicet & secundum: Primus autẽ liber diuiditur in quatuor partes, quia primo ponitur liberatio populi sub Matathia, secundo sub Iuda 3. c. tertiò, sub Ionatha 9. c. quartò sub Symeone 13. Prima in duas: quia primo ponitur deiectio populi & templi facta per Antiochum Epiphanem: secundo defensio facta per Matathiã c. seq. Prima adhuc in tres, secundum triplicem percußionem per Antiochum factam: prima facta fuit per ipsum personaliter: secunda per eius ducem ibi, Et post duos annos, *tertia per eius nuntios & scripturam, ibi,* Et scripsit. *Circa primum primo describitur, affligentis origo, secundo, afflictionis occasio, ibi,* In diebus illis, *tertio, afflictionis tempus, & ordo, ibi,* Et præparatum est, *quarto multiplex afflictorum oppreßio, ibi,* Et conuertit, *Circa primum dicitur,* Et fact. est postquam percussit Alexander.

Margin: Diuisio.

1 Qui pri. reg. in Græcia. *Scilicet, tota. nam in Macedonia, quæ est quædam pars Græciæ, prius regnauerat pater eius, & plures alij: sed iste, fuit primus monarcha, non solum Græciæ, sed etiam totius orientis, propter quod ab eo incipit regnum Græcorum.*

Margin: In Alexandro cœpit monarchia Græcorum.

2 Darium regem. *Iste Darius secundum Hebræos, fuit filius Assueri & Esther reginæ, sicut dictum est in principio libri Esther & Daniel, & pluribus aliis locis: secundum alios vero historiographos fuit alius Darius, qui posteà regnauit per longum tempus.* 3 Constituit prælia, *Contra regna sibi resistentia.* 4 Et omnium, *Sibi resistentium,* obtinuit 5 Munitiones, *id est, castra, & fortalicia, & bona in eis reposita.* Et

MORALITER.

sua, sed etiam seipsum, nobis donauit & de principibus & de potestatibus malignis potenter triumphauit, Colos. 2. c. *Expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palam trium. illos in semetipso.* † Deci-

Margin: Christus rex liberalissimus & potentissimus.

a *Et siluit terra in con. eius.* RAB. Quia nullus ei rebellare audebat.

b *Et post hæc.* IDEM. Deuictis vbique gentibus, vndique thesauros & opes earum Alexander abstulit. Vnde eo mortuo satellites atque milites eius propter opum magnitudinem, quas congregatas habebant, ac potentiam regni, ab inuicem dissentiebant, sicut Pompeius Trogus, eiusque breuiator Iustinus, in libris historiarum suarum ostendunt, scribētes, quod defuncto Alexandro in thesauris eius centum millia talenta auri reperta sunt, & in annuo vectigalis tributo trecenta millia. Denique Alexander inter pericula præliorum Dei nutu seruatus, ad extremū cum in Babylone vrbe moraretur, per insidias suorum interfectus est, & maximè factione Antipatris ducis eius, qui per Cassandrum filium suum eum veneno extinxit: sicut prædictus Pompeius Trogus narrat dicens: Quia cum Babylonem reuertens, multis diebus otio datis intermissum olim conuiuium solerter Alexander institueret, totusque in lætitiam effusus, cum diei noctem peruigilem iunxisset, recedentem iam à conuiuio medicus Thessalus instaurata comessatione, & ipsum ac soboles eius inuitauit, vbi accepto poculo medica potione repente velut telo confixus ingemuit: elatusque à conuiuio semianimis, ita excruciatus est, vt ferrum in remedia posceret, tactumque hominum velut vulnera indolesceret. Amici causas morbi intemperiem ebrietatis disseminauerunt. Reuera autem insidiæ fuerunt. Nam memoratis Antipater, cum charissimos amicos suos interfectos videret ab Alexandro, seque magnis rebus in Græcia gestis, non tam gratum apud regem, quam inuidiosum esse, à matre quoque eius Olympiade variis se criminationibus vexatum: ad occupandum regem, Cassandrum filium dato veneno subornat, qui cum fratribus Philippo & Iolla ministrare regi solebat: cuius veneni tanta vis fuit, vt non ære, non ferro, non testa contineretur, nec aliter ferri nisi in vngula equi potuerit, præmonito filio, ne alij quam Thessalo & fratribus crederet. Hac igitur causa apud Thessalum paratum repetitumque conuiuium est. Philippus & Iollas prægustare ac tentare potum regis soliti, in aqua frigida venenum habuerunt quam prægustatæ iam potioni supermiserunt. Quarta die Alexander indubitatam mortem sentiens, agnoscere se fatum domus maiorum suorum ait: Nam plerosque Æacidarum intra tricesimum annū defunctos. Tumultuantes deinde milites, insidiisque perire regem suspicantes, ipse sedauit, eosque omnes, cum prolatus in editissimum locum vrbis esset, ad cōspectum suum admisit, osculandamque dexteram suam flentibus porrexit. Cum lachrymarentur omnes, ipse vero sine lachrymis tantum: verum sine vllo tristioris mentis argumento fuit, vt quosdam impatientius dolentes consolatus sit, quibus mandata ad parentes eorum dedit: adeo sicut in hoste, ita & in morte inuictus ei animus fuit. Cum deficere eum amici viderent, quærunt quem imperij faciant heredem: Respondit, Dignissimum. Tanta illi magnitudo animi fuit, vt cum Herculem filium, cum fratrem Arideum, cum Roxanem vxorem prægnantem relinqueret, oblitus necessitudinum, dignissimum nuncupauit heredem, prorsus quasi nefas esset viro forti alium quam virum fortem, succedere, aut tanti regni opes alius quam probatis relinqui. Hac voce, veluti bellicum inter amicos cecinisset, aut malum discordiæ misisset, ita omnes in æmulationem consurgunt: & ambitione vulgi tacitum sermonem & fauorem militum quærunt. Sexta die præclusa voce exemptum digito annulum Perdicæ tradidit. Quæ res gliscentem amicorum dissensionem sedauit. Nam etsi non voce nuncupatus est heres, indicio tamen electus videbatur. Decessit Alexander habens annos triginta tres & vnū mensem.

Opes quas de gentium deuictarum spoliis collegit Alexander. *Iustinus lib. 12. & 13.* *Babylonem reuersus veneno perit.* *Veneni vis mira.* *Alexandri constantia in morte.* *Dignissimū nuncupat imperij heredem.* *Quot annos natus decesserit.*

rę[3] Et pertrāsiit vsque ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis gentium: & siluit terra in conspectu eius.[4] Et congregauit virtutem & exercitum fortem nimis, & exaltatum est & eleuatum cor eius,[5] obtinuit regiones gentium, & tyrannos, & facti sunt illi in tributū.[6] Et post hæc decidit in lectū, & cognouit quia moreretur.[7] Et vocauit pueros suos nobiles, qui secū erant nutriti à iuuētute sua & diuisit illis regnū suū, cū adhuc viueret.[8] Et regnauit Alexāder annis duodecim

Hæc autem quia in historia Machabæorum regni Alexandri mentio est facta, ideo ex libris Gentiliū interposui, vt lector agnosceret, non frustra virtutem Alexandri enarrari, sed magnanimitate atque actione esse ipsum præcipuum. Quod autem Alexander dicitur diuisisse regnum suum, cum adhuc viueret pueris suis, qui secum erant à iuuentute nutriti, non tam ipse hoc diuisit, quam illis diuidendum reliquit. Igitur Alexander per 12. annos trementem sub se orbem ferro pressit, principes vero eius 14. dominati sunt, & velut optimam prædam à magno leone prostratam auidi discerpsēre catuli, seque ipsos in rixam irritatos prædæ æmulatione fregerunt. Itaque Ptolemæo primo Ægyptus & Aphricæ Arabiæque pars sorte prouenit. Confinem huic prouinciæ Syriam Laomedon Mytelenæus. Ciliciam, Philotas & Philo Illyrios accipiunt: Mediæ maiori Acropatos, minori socer Perdicæ præponitur. Susania gens Syno, Phrygia maior Antigono Philippi filio assignatur. Lyciam & Pamphiliam Learchus, Cariam Cassander, Lydiam Menander sortiuntur, Leonato minor Phrygia euenit. Thracia & regiones Pontici maris Lysimacho, Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni datur, summus castrorum tribunatus Seleuco Antiochi filio cessit, Stipatoribus regis satellitibusque Cassander filius Antipatri præficitur. In Bactriana vlteriore, & Indiæ regionibus præfecti priores qui sub Alexandro esse cœperunt, permanserunt. Seres inter duos amnes Hydaspem & Indum constitutos * Thaxiles habebat, in Colonias Indiæ conditas Phiton Agenoris filius mittitur, Parapomenos fines Caucasi montis Axiarches accepit. Draicas & Argeos Statanor, Bactrianos Amyntas sortitur. Sagilianos Scytheus, Nicanor Parthos, Philippus Hircanos, * Phratafernes Armenios, Neoptolemus Persas, Peutestes Babylonios. * Arthous Pelasgos, Archesilaus Mesopotamiam adepti sunt. Sed tamen inter cetera hæc regna quatuor tantū eminebant: hoc est Ægypti, quod tenebat Ptolemæus Lagi filius, Macedonum quod Philippus, qui & Arideus frater Alexandri possedit, Syriæ & Babylonis, quod Seleucus

Iustinus hist. lib. 14. Paulus Orosius lib. 3. cap. 21. *Duces Alexandri lacerant eius imperium occupantes quoque quod possit.* ** Taxillas.* ** Phratapharnes.* ** Arthomus.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et pertransiit vsque ad fines terræ. *Habitabilis, ex parte Orientis.*

2 Et siluit ter. in con. *Quia nullus audebat sibi resistere verbo vel facto.*

3 Et congregauit virtu. *Hoc ponitur ad respondendum tacitæ quæstioni, quia posset quæri: Quomodo fecit tanta, cum paruum esset regnum Macedoniæ? & respondetur, quod congregauit sibi exercitum valdè fortem, non solum de Macedonia, sed etiam de aliis locis, & bellatores vndecumque sibi libenter adhærebant: nam in victoriis non retinebat sibi, nisi bonum honorabile, concedens aliis bonum vtile ex sua liberalitate.*

Copiæ Alexandri.

4 Et facti sunt. *Ad sui exercitus sustentamentum.*

5 Et post hæc decidit in lectum. *Aegritudine valida.*

6 Et cognouit quia moreretur. *Habuerat enim de hoc responsum ab arboribus soli & lunæ consecratis, à quibus quæsierat, si deuicto orbe terrarum rediret ad matrem suam, & sorores charissimas, & responsum est quod non, quia citò esset moriturus.*

Quis Alexandro mortem imminentē prædixit.

7 Et vocauit pueros suos nobiles. *Id est, socios familiares, nullus enim de filiis suis (si tamen aliquos habuit) legitur post eum regnasse.*

MORALITER.

† 5 *Decidit in lectum,* Assumens nostræ passibilitatis defectum,

6 *Et cognouit quia moreretur,* Nam ante mortem suam pluries prædixit, & voluntariè suscepit.

7 *Et vocauit pueros suos nobiles,* Scilicet, apostolos, qui licet de humili plebe fuerunt progeniti, tamen fuerunt nobiles virtute & spiritussancti charismatibus adornati, de qua nobilitate dicitur: *Nobilitas sola est animum quæ moribus ornat.*

Quæ sit vera nobilitas.

† *Qui secum erant nutriti,* Pabulo verbi diuini.

† *Et diuisit illis regnum suum, cum adhuc viueret.* Nam imminēte passione sua dixit eis, Lucę vicesimo secundo.c. *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum.* Item illud, *Et diuisit illis regnum suum.* Dicit glo. id est, diuidendum tradidit. Et hoc modo potest exponi de ecclesia militante, quæ frequenter dicitur Christi regnum, cuius ordinationem & distinctionem per diuersos status & diœceses Christus apostolis & eorum successoribus commisit.

Christus Ecclesiæ regimen Apostolis committit.

leucus Nicanor sibi vindicauit, Asiæ, quod tenuit Antigonus, sicut in visione Danielis præmonstratum est, quod facto vno cornu maiore in capite hirci illius insignis, orta sint pro eo quatuor cornua minora.

Dan.8.c. Quatuor principes qui multo latiores ceteris obtinuerunt ditiones.

† RVPER. in 2. cap. Zach. Cornu magnum, de quatuor cornibus (quæ vidit Zacharias) vnum, fuit regnum Græcorum, sed diuisum est contra semetipsum, quia de regno vno regna quatuor facta sunt, quando Alexandro mortuo obtinuerunt pueri eius regnum

Callinici regnauit annis triginta sex. Septimus Seleucus, qui & Philopator nominatus est annis 12. Post quem Antiochus Epiphanes, qui & præclarus siue nobilis dicitur, frater Seleuci Philopatoris, & filius Antiochi magni annis 11. De quo modo scriptura narrat, quod ex eis exierit radix peccatrix, Antiochus illustris filius

† Antiochi regis qui † fuerat Romæ obses. † Qui merito radix † peccati dicitur, qui stirpis inutilis, ad peccata procliuis, & ad impietatem erat promptissimus, sub quo legis Dei persecutio, & Machabæorum bella narrantur.

Antiochus Epiphanes radix peccati.

a & mortuus est.[9] Et obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisque in loco suo,[10] & imposuerunt sibi omnes diademata post mortem eius, & filij eorum post eos annis multis, & multi-b plicata sunt mala in terra.[11] Et exiit ex eis radix peccati An-c tiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romę obses,

Græcorum regnum per ciuiles dissensiones & Romanorū potentiam euersum.

vnusquisque in loco suo. Attende nunc. Si regnum illud integrum permansisset, & vnum, numquid contra illud Iudas Machabæus leuasset caput suum? Equidē potuisset hoc fieri per Dei auxilium, sed placuit Deo tali ordine fieri hoc ipsum, vt regnum diuisum infirmius existeret, & Romani imperij principatus eidem superueniret, suoque illud malleo tunderet ac contereret.

† IDEM. in 12. ca. Apoc. Mortuo Alexandro, surrexerunt pro eo quatuor duces eius, qui sibi imperium diuiserunt. Hoc est quod in Daniele legimus ca. 8. Scriptum quoque in libro Machab. *Obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisque in loco suo.* Quamuis autem vnius capitis quatuor cornua, id est, vnius regni Macedonici reges quatuor fuerint, vno tantum ex illis aduersus prægnantem Draco rufus vsus est, scilicet, posteritate Seleuci, cuius in partem Syria, in qua continebatur Iudæa, obuenit. Ex illis namque qui regnauerunt in Syria, exiuit radix peccati Antiochus Epiphanes, id est, illustris. Hoc vnum diadema ex illis quatuor, Draco rufus in sua causa cōtra mulierē induit, & illud sanguine sanctorū sęuus homicida cruentauit.

Iudæa in sorte regum Syriæ.

a *Et obtinuerunt.* RABAN. Decedente igitur Alexandro magno totum corpus regni Macedonum, quod ipse non sine grandi labore coadunauerat, pueri eius per tyrannidem diripuerunt, & multis atque grauibus prælijs dilaniauerunt, sicut in historiis gentium copiosissimè scriptum inuenitur. Sed ex his plurimis omissis, scriptor præsentis historiæ ad Antiochum Epiphanem peruenit, qui plurima in Iudæos commisit mala, & locum sanctum polluit ac legem prophanauit. De quo sequitur,

b *Et exiit ex eis ra. pec.* IDEM. Primus itaque post Alexandrum magnum regnauit in Syria Seleucus cognomento Nicanor annis 32. Secundus Antiochus, qui vocabatur Soter annis 19. Tertius Antiochus, qui vocabatur Theos annis 15. Quartus Seleucus, qui cognominatus est Callinicus filius Antiochi annis 20. Quintus Seleucus Ceraunos filius Seleuci Callinici, annis tribus. Sextus Antiochus magnus, quem scriptura hîc dicit Antiochi illustris patrem esse, qui frater erat Seleuci Ceranni & filius Seleuci Cal-

Series regū Syriæ & quot singuli annis regnarint.

Colligitur enim omne tempus regni Græcorum à primo anno Seleuci Nicanoris vsque ad initium regni Antiochi Epiphanis anni 137.

c *Qui fuerat Romæ obses, &c.* † SEVER. Sulpitius lib. 2. sacræ hist. Scipio Africani frater bellauit aduersus Antiochum, quo bello victus imperij parte multatus est. Hic duos filios habuit, Seleucum & Antiochum, quem obsidem Romanis dederat. Ita Antiocho magno mortuo, Seleucus eius filius natu minor regnum adeptus est. Tum Antiochus à Romanis dimissus, datusque in locum eius obses, Demetrius Seleuci regis qui eo tempore regnabat, filius. Seleuco mortuo, anno imperij duodecimo, regnum frater Antiochus, qui Romæ obses fuerat, occupauit. Is post quinquennium quam regnare cœperat Ierosolymā depopulatus est. Etenim Romanis graue stipendium pensitans, ipse immensis sumptibus pœnè necessario cogebatur pecunias rapto quærere, neque vllam prædandi occasionem omittere.

Reges Syriæ dant obsides Romanis Antiochus mag. Antiochum filium, & Seleucus Demetrium filium.

† EVSEB. in chronico. Post prælium, quo in Termopylis est victus Antiochus, inter Romanos & eum conuenit vt mille talenta per annos singulos vectigalis nomine solueret.

† RVPER. in 1. c. Naum. *Ex te* (inquit Naum propheta) *Exibit cogitans contra Dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem.* Non vnus quilibet homo tantum, sed multitudo hominum præuaricatorum, sicut in Machabæis habemus scriptum. *In diebus illis exierunt ex Israel viri iniqui, &c.* Hoc fuit initium dolorum.

† IDEM. in 1. c. Malach. Multos fuisse in populo Iudæorum, etiam ante vltimam impietatem, qua Christum occiderunt, & Apostolos eius persequentes verbum eius repulerunt; qui dicerent, *Omnis qui malum facit, bonus est in cōspectu Domini, &c.* Illud indicat de libro Machabæorum taliter dictum, *In diebus illis exierunt ex Israel, &c.*

Numquam de Iudæis defuerunt impij.

† HEGES. 11. lib. 1. de excidio vrbis c. 1. Rex Antiochus, cui nomen illustris, Antiochi regis filius, vbi Ægyptum suo imperio adiunxit, in superbiam elatus, quod ei incerta bellorum prosperauissent, ritus Hebræorum negligi, ministeriaque prophanari iusserat: idque postulantibus plerisque Iudæis, statuere ausus. In

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et multiplicata sunt mala in terra. *Quia regnum Syriæ, & regnum Aegypti ab Alexandro descendentia, afflixerunt populum Israel colentem dominum; & quia præmissa dicta sunt, vt ad Antiochum illustrem deueniretur, ideo subditur,*

2 Et exiit ex eis, *Scilicet, à regibus Syriæ, vt patet in figura supra posita.*

3 Radix pec. *Nam ex eo pullulauerunt plura mala, quàm ex aliis præcedentibus.*

Illustris seu Epiphanes.

4 Antiochus illust. *Id est, præclarus seu nobilis, & signat idem quod Epiphanes, quod est nomen Græcum, & dicitur ab Epi quod est supra & phanes, quod apparitio, quasi super alios eminens vel apparens.*

5 Filius Antiochi. *Magni.*

6 Qui fuerat Romæ obses. *Nam Antiochus magnus pater eius per Romanos fuit repressus ab infestatione vicinarum sibi gentium Romanis fœderatarum, & ad maiorem securitatem acceperunt obsidem filium suum iuniorem, qui audita morte sui patris, & inertia Seleuci sui fratris, de Roma clam recessit, & in Syriam veniens aliquas ciuitates maritimas habuit, & tandem regnum: ideo subditur,* Et

MORALITER.

† *Et obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisque in loco suo.* Nam quilibet regimen spirituale accepit in sorte sua.

† *Et imposuerunt sibi omnes diademata.* Scilicet, diademata martyrij & doctrinæ.

Successores Apostolorum.

† *Et filij eorum post eos.* Quia post apostolos fuerūt multi episcopi, qui sunt successores apostolorum, qui meruerunt diademata martyrum & doctorum.

† *Annis multis.* Hoc dicitur, quia postea per longum tempus paulatim refrigiut Charitas, in ministris ecclesiæ, in tantum, quòd multi sunt magis intenti pompis & carnalitatibus, quam defensioni sui gregis & doctrinæ: ideo subditur, 1 Et

1 *Et multiplicata sunt mala in terra.* In populis, ex superiorum malis exemplis. Greg. in pasto. *Cum pastor per abrupta graditur, consequens est vt ad præcipitium grex sequatur.*

2 *Et exiit ex eis radix peccati Antioc.* Id est, prælatus cupidus & superbus. *Nam cupiditas est radix omnium malorum,* Vt dicitur 1. ad Timot. 6. b. & Eccl. 10. b. *Initium omnis peccati est superbia.* Et radix ista multum, diabolo procurante, germinauit in ecclesia.

Prælati cupidi & superbi.

4 *Antiochus illustris.* Tales enim, quia promouentur ad ecclesiæ dignitates, licet sint de infimo genere, tamen reputari volunt nobiles & illustres. Bernard. super, *Missus est. Videas plerosque in ecclesia Dei de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos subito intumescere, pristinæ abiectionis obliuisci: genus quoque suum erubescere, & infirmos dedignari parentes.* † In

Tumor prælatorum qui ingeneris obliti de nobilitate se vendicant.

& regnauit in anno centesimo tricesimo & septimo regni Græcorum.[11] In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui: & suaserunt multis dicentes: Eamus & disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala.[13] Et bonus visus est sermo in oculis eorum.[14] Et destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem, & dedit illis potestatem vt facerent iustitiam gentium.[15] Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundum leges nationum:[16] & fecerunt sibi præputia & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt nationibus & venumdati sunt vt facerent malum.[17] Et paratum est regnum in conspectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Aegypti, vt regnaret super duo regna.[18] Et intrauit in Aegyptum in

a *In diebus illis exierunt.* RABANVS. Græca ac Romana narrat historia, quod Antiochus Epiphanes contra Ptolomæum Philometorem Cleopatræ sororis suæ filium, cuius ipse auunculus erat, dolos construxerit, vt eum regno Ægypti priuaret. Et cum post mortem Cleopatræ Alauius eunuchus nutritius Philometoris & Leneus Aegyptum regerent, & repeterent Syriam, quam Antiochus fraude occupauerat, ortum est inter auunculũ & puerum Ptolomæum præliũ. Cumque inter Pelusium & montem Cassium prælium commisissent, victi sunt duces Ptolomæi. Porrò Antiochus parcẽs puero, & amicitias simulans, ascendit Mẽphis, & ibi ex more Aegypti regnum accipiens, puerique rebus prouidere se dicens, cũ modico populo omnem Aegyptum subiugauit, & abundantes atque vberrimas ingressus est ciuitates, fecitque quæ non fecerant patres eius & patres patrum illius, sicut in Daniele de eo scriptum est. Nullus enim in regno Syriæ ita vastauit Aegyptum, & omnes diuitias eorum dissipauit, & ita callidus fuit vt prudentes cogitationes eorum, qui duces pueri erant, sua fraude subuerteret.

Quomodo Antiochus regnum Aegypti occupauerit.

b *Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis, secundum leges natio. &c.* †† D. THOMAS com. in hunc locum. Isti erant fratres Oniæ. Qui videns scelus fratrum suorum perrexit quãtocyus ad regem, vt per regalem prouidentiam scelus impediret: quem sequens Menelaus, suasit interim Andronico cuidam viro militari & curiali, vt Oniã interficeret quod & fecit rege ignorante. Id vero postquam Regi innotuit, Andronicum iussit purpura exui, & per ciuitatem ductum ac flagellatum, in eodem loco occidi. † RVP. lib. 9. de vict. verb. Dei c. 18. Est autem gymnasium nudorum exercitium, quo iuuenes nudi luctantes se exercebant. Velando autem circumcisionem, recesserunt à testamento sancto, quod pepigit Deus cum Abra-

Legationes duæ Iudæorum ad regem Antiochum vna pro sacris & altera contra.

Gymnasia.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et regnauit in anno centesimo. *Quod incepit ab Alexandro magno, vt dictum est supra. Dicunt tamen aliqui, quod hæc numeratio incipit à primo anno Seleuci, qui immediatè successit Alexandro magno in Syria. Sed hoc non videtur bene dictum, quia hic & infra 6. ca. &* Dan. 8. *Alexander dicitur primus in regno Græcorum. Nec obstat quod ipsi per tempora regum intermediorum numerant* 137. *annos à primo anno Seleuci vsque ad primum annum Antiochi Epiphanis, quia idem annus dicitur vltimus regis præcedentis, & primus immediatè sequentis: & sic bis computatur. Antiochus autem Epiphanes fuit nonus ab Alexandro magno: & sic per talem computationem vnius anni bis computati habentur nouem anni minus secundum veritatem, qui fuerunt de tempore Alexandri magni, postquam regnauit in tota Græcia. Duodecim autem anni quibus dicitur regnasse incipiunt à tempore quo post patrem immediatè regnauit in Macedonia tantum: & sic regnum Græciæ inchoandum est ab eo.*

Quomodo colligi debeant anni 137. qui hic ponuntur vers. 11.

2 In diebus illis. *Posita origine persecutoris, hic consequenter ponitur occasio persecutionis, quæ processit ex malitia aliquorum de populo Israel: ideo dicitur,* In diebus illis exierunt ex Israel filij ini. *Non solum in seipsis formaliter, sed etiam in aliis effectiuè: ideo subditur,*

3 Et suaserunt multis dicentes, eamus & disponamus testa. *Id est, fœdus societatis.*

4 Cum gentibus, *Incircumcisis, & idololatris, nos eis conformando, & subditur ratio.*

5 Quia ex quo recessimus ab eis. *Illud dictum videbatur habere colorem, quia ante captiuitatem Babylonicam populus Israel multum declinauit ad idololatriam, vt patet 3. & 4. reg. & tamen habuit reges potentes, scilicet, in Samaria & Ierusalem. Post reditum vero captiuitatis Babylonicæ vsque ad hoc tempus, ad idololatriam non declinauerat, & tamen regem non habuerat: & sub tributo regum aliorum seruiebat. Sed isti tacebant illud, ex quo persuasio talis erat iniqua, scilicet quod propter idololatriam regum Israel & Iuda & subditorum suorum dicta regna fuerant destructa, & reges Israel & Iuda cum suis populis captiuati.*

Vtrum melius fuerit Hebræis cũ vnum Deũ colerent an cum post idola gentium abirẽt.

6 Et bonus visus est sermo in oculis eorum. *Quia respiciebant tantum, ad illud quod proponebatur, & non ad illud quod tacebatur.*

7 Et destinaue. *Id est, firmiter ordinauerunt.*

8 Aliqui de populo. *Id est, pauci respectu aliorum.*

9 Et abierunt ad regem, *Scilicet, Antiochum idololatram.*

10 Et dedit illis potestatem, vt facerent iustitiam gentium. *i. vt secundum ritum incircumcisorũ viuerẽt, & ad hoc alios liberè possent inducere.*

11 Et ædificauerunt gymnasi. *Id est, scholam, in qua docerentur & addiscerent leges & statuta Gentilium. Et dicitur gymnasium, nam in schola disputat vnus contra alium sicut in gymnasio exercentur homines ad luctam corporalem.*

Gymnasii.

12 Et fecer. sibi prę. *Dimittendo filios suos incircumcisos.*

13 Et iuncti sunt nationibus. *Conformando se eis in vita & moribus.*

14 Et venumdati sunt. *Id est, totaliter dediti.*

15 Vt facerent malum, *Sicut de Achab dicitur* 3. Reg. 21. Eo quod venumdatus sis, vt faceres malum in conspectu domini.

16 Et paratum est regnum in conspectu Antiochi. *Hic consequenter ponitur [illegible] tempus & ordo. Nam eam fecit Antiochus in egressu de Aegypto. Ad [illegible] intellectum sciendum, quod sicut dixi super* Daniel. 10. *Antiochus magnus [illegible] confœderationem ipsius cum rege Aegypti, & è conuerso, dedit filiam suam* Cleopatram *Ptolomæo Epiphani, ex quibus natus fuit Ptolomæus* Philometor: *igitur mortuo Ptolomæo Epiphane Antiochus illustris rex Syriæ accepit aliquas ciuitates regni Aegypti regno suo propinquas, quasi tutor nepotis sui, qui puer adhuc erat: quas cum duces Aegypti repeterent pro puero, & ipse nollet reddere, motum fuit bellum inter ipsos & Antiochum, in quo deuicti fuerunt duces Aegypti: & per consequens* Ptolomæus *Philometor cum eis, qui erat adhuc multum iuuenis, & Aegypto spoliata Antiochus venit in Ierusalem, vbi fecit multa mala, vt habetur in parte sequẽti. In hac autem parte describitur bellum dictum, cùm dicitur:* Et paratum est re. in conspe. An. *Scilicet, regnum Aegypti modo iam dicto, & patet littera paucis exceptis.*

Quo iure & quibus viribus studuerit Antiochus Epiph. regnum Ægypti sibi vendicare.

17 Et intrauit in Aegyptum in multitudine gra. *Scilicet, ad sustinendum.*

MORALITER.

† 2 *In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui.* Israel interpretatur videns Deum: ideo per istos significãtur mali religiosi, qui per vitam contemplatiuam esse debent inclusi, sed discurrere quærunt, & dissolutis sæcularibus familiaritate coniungi, & per cõsequens in moribus conformari, sicut dicitur Psal. 105. f. *Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum:* Ideo sequitur.

Mali religiosi.

† *Et recesserunt à testa. sancto.* Id est, à religionis voto.

14 *Et venumdati sunt, vt facerent malum.* Id est, totaliter dediti. Vnde dicit August. *Sicut non inueni meliores illis qui in monasteriis profecerunt, ita non inueni deteriores, illis qui in eis defecerunt.*

16 *Et paratum est re. in consp. Antio.* Sicut dictum est, per Antiochum significatur prælatus cupidus & superbus: Et iam in tantum aliqui sunt cupidi & superbi, qui volunt tenere plures ecclesias, ideo subditur.

Prælati plures ecclesias habere volentes.

† *Vt regnaret super duo re.* Vnde contingunt contentiones & prælia.

Abraham, in quo est promissio seminis quod est Christus: cuius promissionis fidem in eo negauerunt, quod circumcisionem, signaculum fidei, velando, præputia sibi fecerunt, & ita veraciter à testamento sancto recesserunt.

Fœdus Dei cum Abraham confirmatum signaculo circumcisionis.

† IDEM in 13. c. Apoc. De regno Græcorum nemo nescit quia blasphemauit, & blasphemiæ notam sibi inussit, quando Antiochus ascendens Ierosolymam in multitudine graui, intrauit in sanctificationem cum superbia. De hac præuidens Daniel, *Et magnificatus est*, inquit, *vsque ad fortitudinem cæli, & decidit de stellis, & conculcauit eas, &c.*

Dan. 8.

a *Et con. Antio.* RABANVS. Consequenter autem de eodem rege in prædictis historiis narratur, postquam reuersus est expulsus ab Ægyptiis, venisse eum in Iudæam, hoc est aduersus testamentum sanctum, & spoliasse templum & aurum tulisse quamplurimum. Positoque in arce præsidio Macedonum, reuersum in terram suam, & post biennium rursum contra Ptolomæum exercitum congregasse ad Austrum. Cumque duo fratres Ptolemæi Cleopatræ filij quorum auunculus erat Antiochus, obsiderentur Alexandriæ, legatos venisse Romanos, quorum vnus Marcus Publius Leuinas, cum eum stantem inuenisset in littore, & senatusconsultum dedisset, quo iubebatur ab amicis populi Romani recedere, & suo imperio contentus esse, & ille responsum ad amicorum consilium detulisset, orbem (dicitur fecisse Marcus in arenis, baculo, quem tenebat manu, & circumscripsisse regem, atque dixisse: Senatus & populus Romanus præcipiunt, vt in isto loco respondeas, quid consilij geras. Quibus dictis ille perterritus ait: Si hoc placet senatui & populo Romano, recedendum est hinc, atque ita statim mouit exercitum. His consentanea Iosephus scripsit: quod reuersus propter Romanorum timorem ab Aegypto rex Antiochus, ad Ierosolymam duxerit exercitum, quo perueniens anno 143. post regnum primi Seleuci, centesima quinquagesima tertia Olympiade, die vigesima & quarta mensis Casleu, quem Macedones Appelleon nominant, ceperit eam sine conflictione cuiuspiam, aperientibus ei portas his, qui voluntati eius consentiebant, ingressusque ciuitatem Ierosolymarum multos interemit, sibi contraria sapientes. Necnon etiam eos, qui portam aperientes ciuitatem ei tradiderunt, propter templi diuitias interfecerit, multasque auferens ab eo pecunias ad Antiochiam reuersus sit, postquam autem spoliauit templum, ita vt vasa Dei & lucernas aureas asportaret, & aram auream, & mensam, sacrarium, neque à velis abstinuerit, quæ ex bysso & cocco erant: exhauriens autem thesauros & nil penitus derelinquens, ad maximum Iudæos luctum propter hæc vsque perduxerit, nam & quotidianas immolationes, quas Deo secundum leges offerebant, celebrare prohibuit. Deprædans autem totam ciuitatem, quosdam interfecit, alios captiuos cum vxoribus & filiis deduxit, ita vt numerus multitudinis captiuorum vsque decem millia existere videretur.

M. Popilij Legati Romani libertas qua exterritus Antiochus destitit à bello Ægyptiaco.

Iosephus antiq. lib. 12. c. 6.

Quæ & quanta mala perpetrauerit Antiochus Ierosolymis.

multitudine graui, in curribus & elephantis, & equitibus, & copiosa nauium multitudine.[19] Et cóstituit bellum aduersus Ptolomæum regem Ægypti, & veritus est Ptolomæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi.[20] Et comprehendit ciuitates munitas in terra Ægypti, & accepit spolia terræ Aegypti.[21] Et conuertit Antiochus, postquam percussit Aegyptum in centesimo & quadragesimo & tertio anno, & ascendit ad Israel,[22] & ascendit Ierosolymam in multitudine graui.[23] Et intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum & candelabrum luminis, & vniuersa

b *Et accepit altare aureum, &c.* BEDA. ho. 1. in ded. Eccl. Post annos ferè trecentos quadraginta ab instauratione Ierusalem per Esdram & Nehemiam, rex Græcorum nefandissimus Antiochus fraude capta ciuitate, templum sordibus idolorum profanauit, auferens inde & confringens altare Domini aureũ, mensam propositionis, candelabrum luminis, & cetera templi vasa aurea, quę inuenire potuit.

Templum Ierosolymitanum profanatum & direptum per Antiochum.

† EVSEB. Cæsar. li. 10. demonst. Euang. c. 1. Quæ à Psalmo 78. accepimus, completa sunt in Antiochi téporibus, qui vocatus est illustris: qui cùm in Syria regnaret, irrupit quidem in vrbem Ierosolymam, fœdauit templum & sanctuarium euertit.

A prophetis præuisa fuisse ista & prædicta.

† CHRYS. Orat. 2. adu. Iudæos. Daniel has præuidens Iudæorum calamitates, repetit hanc quæ sub Antiocho illustri facta est, captiuitatem, excidiumque atque desolationẽ templi, etiam ipsum tempus addidit: Machabæorum res significans, quæ acciderunt sub Iuda, Simone, & Ioanne.

RAB. Mysticè autem Antiochus hic, qui intrauit in terram sanctam cum superbia, & deuastauit templum, & locum sanctum polluit superstitione Gentili, Typum tenet Antichristi, qui contra ecclesiam Christi crudeliter bellum gerit, & animas credétium (quæ verè templum Dei sunt) errore suo polluere contendit. De quo in Danielis prophetia sub figura istius Antiochi ita scriptum est: *Cor eius aduersus testamentum sanctuarij, & faciet ac reuertetur: & cogitabit aduersus eos, qui dereliquerunt testamentum, brachia ex eo stabunt, & pollurent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificiũ, & dabunt abominationem in desolationem, & impij testamenta simulabunt fraudulenter, populus autem sciens Deum suum obtinebit, & faciet, &c.* Nulli dubium est, quin hæc, quæ sub Antiocho Epiphane in imagine præcesserunt, (hoc est, vt rex sceleratissimus persecutus sit populum Dei,) sæuitiam præfigurent Antichristi, qui Christi populũ persequetur, qui indignabitur contra testamentum Dei: & cogitabit aduersus illos, qui vult legem Dei relinquere, polluetque sanctuarium Dei, homines videlicet ad imaginem Dei creatos diuersis vitiis corrumpẽdo, auferet iuge sacrificium, quando hostiam laudis Christo Dei filio offerre in ecclesia prohibebit, abominationem desolationis in loco sancto statuet, quando diuinum cultum à Christianis sibi extorquebit exhiberi, ita vt in templo Dei sedens ostendat se tamquam ipse sit Deus. Vnde multi nostrorum putant ob sæuitiæ & turpitudinis magnitudinem Domitianum, siue Neronem Antichristum fore. Sed licet ipsi Antichristi fuerint, quoniam ad eius corpus pertinent, & membra ipsius sunt: tamen ipse omnium iniquorũ caput iuxta finẽ mundi venturus est, quando iuxta veritatis sententiã, *Erit tribulatio talis, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, nec fiet postea.* Verum

Antiochus tenet typũ Antichristi. Dan. 11. c.

Domitianũ siue Neronẽ aliqui putauerunt esse Antichristum.

Antichristus homo singularis venturus in fine sæculorum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In curribus. *In quibus pugnabant reges antiquitus.*
2 Et elep. *Portantibus castra lignea, in quibus erant homines armati desuper proiicientes iacula.*
3 Et equi. *Circa elephantos ordinatis, ne occiderentur ab aduersariis.*
4 Et copiosa nauium multitudine. *Inuadens Aegyptum per terram, & per mare.*
5 Et conuertit. *Hic consequenter ponitur Iudæorum multiplex oppressio, cùm dicitur,*
6 Et conuertit Antiochus, *Iter suum.*
7 Postquam percussit Ægyp. *Modo dicto.*
8 In centesimo & quadragesimo & tertio anno. *Scilicet regni Græcorum, & per consequens anno sexto regis Antiochi, vt patet ex prædictis.*
9 Et ascendit ad Israel, & asc. ad Ierosolymam. *Quia parata erat ad faciendum mala.*
10 Et intrauit in sanctificationem, *Id est, in templum, quod iamdiu erat per Zorobabel & socios eius reædificatum.*
11 Cum superb. *Tractans contemptibiliter vasa sacra: ideo subditur,*
12 Et accepit altare aureum. *In quo cremabatur thymiama ad honorem diuinum.*
13 Et candelabrum, *Nam super illo erant septem lucernæ aureæ.*
13 Et vniuersa vasa eius. *Scilicet, forcipes & emunctoria, quæ omnia erant aurea, Exod. 25.*

MORALITER.

† 6 *Et conuertit Antiochus.* Sequitur.
9 *Et ascendit ad Israel.* Per quod significatur claustrum religionis, vt dictum est. Dicit autem Greg. hom. 10. *Certe iniquorum omnium diabolus caput est:* propter quod caput est, iniqui prælati, & ideo de vno fit transitus ad alium propter connexionem eorum. Ideo Antiochus, qui prius significauit prælatum iniquum hic significare potest diabolum, qui ascendit ad Israel subuertendo statum religiosum: ideo sequitur.

Diabolus ascendens vt subuertat statum religiosum.

12 *Et accepit altare aureum.* In quo cremabatur incensum: ideo significat orationem deuotam, sicut dicitur Psalm. 140. a. *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Quæ multum est diminuta in locis religiosorum.

Oratio & sacræ scripturæ studium.

13 *Et candelabrũ luminis.* Per quod significatur sacræ scripturæ studium, sicut dicitur Psal. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Quod est multum diminutum in religione, & quasi ablatum. Nam multi libentius student iura ciuilia, & aliqui philosophica, & aliqui curiosa & inutilia, Et quod deterius est superstitiosa.

Verum iuxta Ioannis vocem, *Antichristi iam multi sunt*, Quia per membra sua idem malignus hostis iam mysterium operatur iniquitatis, per hæreticos videlicet, schismaticos, atque paganos, & seducit multos: tunc etiam si fieri potest ipse scandalizat electos, quia soluitur Satanas de carcere suo, & totum furorē suum, quantum permittitur, in Christicolas perfundit. Tollit ergo Antiochus de Ierusalem *altare aureum*: quando eos qui perfectiores esse videbātur, & pro populi statu non mediocriter dominum exorare suasu maligno euellit de ecclesia. Tollit & *candelabrum luminis* & vniuersa vasa eius, quando eos, qui prædicationis officio fungebantur, & veluti luminaria per diuersas species dogmatum in populo Dei lucere debuerunt, siue per metum, siue per cupiditatem terrenam de ordine suo præcipitauit. Tollit ergo *mensam propositionis* ac vasa eius, quando scripturas sacras, cum iniqua interpretatione confundere per hęreticos satagit, & eos qui in meditatione legis Dei velut vasa mensæ Dei, ac panes propositionis commanere videbantur, astutia nequitię suæ corrumpere, atque in errorem seducere contendit. *Velum quoque & coronas & ornamentum aureum*, quod in facie templi erat, idem antiquus hostis tollit: & *comminuit omnia*, quando litteram legis Dei (in qua sapientia diuina ac mysteria cælestia latent, & vbi corona perpetuæ mercedis, & bene laborantibus, & præcepta Dei seruantibus, in regno cælesti, ac claritate perpetua percipienda promittitur) contrariis sententiis, ac sensu deprauato in alienum intellectum conuertit, animasque sibi obedientes, hoc modo decipit. Nam *aurum argentumq; & thesauros occultos* nihil aliud intelligo quam eloquij venustatem ac sensuum puritatem, cum thesauro virtutum, quæ in occultis cordis apud fideles collocantur. Hæc omnia diabolus de regno Christi auferre molitur, cum possessores eorum his bonis spoliatos in barathrum suæ perditionis secū trahere conatur. Hinc quotidie planctus & gemitus in ecclesia nascitur, cum de casu proximorum per compassionem cœtus fidelium non mediocriter contristatur.

Mat. 24. b. 1. Ioan. 2. c. Antichristi membra homines impij. Apoc. 20. Machinæ eorum cōtra homines religiosos & prædicatores Catholicos. Sacræ litteræ per eosdē sacrilege tractatæ.

vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, coronas, & ornamentū aureū, quod in facie templi erat, & comminuit omnia, [24] & accepit argētū & aurū & vasa cōcupiscibilia, & accepit thesauros occultos quos inuenit, & sublatis omnib[9] abiit in terrā suā. [25] Et a fecit cædē hominū, & locut[9] est in superbia magna. [26] Et factus

† Evseb. Cæsariens. in chronico ad annum mundi 5030. Antiochus Epiphanes, cùm de regione Ptolomæorum quam subito inuaserat, Romani senatus præcepto recessisset, in Iudæam venit, ibique Iasoni pontificatum tradidit: quo deinde expulso Menelaum successorem ei dedit. Deinde legem impugnat Iudæorum, primum quidem omnem eorum prouinciam ad idololatriam compellens: qui parere noluerant, enecat. Postea Ierosolymam ascendens, templum & vasa Dei, quæ ministerio fuerant conseruata, vastat; in templo Iouis Olympij simulachrum ponit, &c.

De summo sacerdotio disponit Antiochus.

†† Rvp. lib. 9. vict. ver. c. 17. 18. 19. Principiū sanguinis, quo caput istud Draconis, caput quintum, Antiochus, maduit, & rursum cœpit fieri, cædes Oniæ Pontificis fuit, pij, & mala odio habentis, propter cuius pietatē cum leges adhuc optimè custodirētur, & sancta ciuitas in omni pace habitaretur, fiebat vt ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent, ita vt Seleucus Asiæ rex de reditibus suis præstaret, omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Hic ergo Onias occisus est propter iustitiam primus in acie sanctorum martyrum Machabæorum: Primus in hunc persecutionem egit frater ipsius Iason, qui patrio nomine dictus fuit Iesus: sed & Menelaus Oniæ nomen mutauit, ita hic Græcas patriæ legi præferēs glorias Gręcum nomen Iasonis assumpsit. Iste ambiens summum sacerdotium pecuniis oblatis impius facile obtinuit apud regem impium, & post hoc vitam amisit Onias (vt diximus) propter iustitiam. Malum ergo Iudæorum ab ipsis processit, ita vt iustitia exigeret fieri, quod faciendum dixerat in Dauid Deus, *visitabo in virga iniquitates eorum & in verberibus peccata eorum.* Hoc initium statim secutus est profectus, & successit incrementum. Etenim sub ipsa arce Sion gymnasium constituerunt: deinde optimos quosque epheborum in lupanaribus posuerunt. Propter impij Iasonis nefarium scelus, Sacerdotes iam non circa altaris officia dediti erant, sed contempto templo, & sacrificiis neglectis, festinabant participes fieri palestræ & præbitionis eius iniustæ, & in exercitiis disci, & patrios honores nihil habentes Græcas glorias optimas arbitrabantur. Vbi tales erant Sacerdotes, qualis putas erat populus? Qualis iuuentus, talis pseudopontificis alumna? Iam vtique locus & tempus erat, vt veniret super eos sententia maledictionum quæ in Deuteronomio recitantur: quatenus fierent in exemplum subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, &c. Hæc idcirco dicta sunt, vt appareat æquitas iusti iudicij Dei, quia nisi sola gratia reseruare voluisset gentem illam propter adimplendam promissionis de Christo veritatem, non tantum scelestis manibus impij Antiochi, verum etiam tali pœnæ iustum fuisset illos subiici, quali Sodoma vel Gomorrha succubuit. Nam grauius erat peccatum istorum scriptam legem habentium, quàm Sodomorum non habentium.

Oniæ pontificis cædes. Iason & Menelaus cum nominibus renunciant pietati. Sacerdotes vanis & impiis exercitiis intendunt. Deut. 28. Gen. 19.

a *Et fecit cædem.* Rabanvs. Omnis dignitas, & omnis ætas, atque omnis sexus dolet tumultuante persecutore, quia nulla persona immunis est à persecutione. Gemit quisque tam pro suæ tranquillitatis detrimento, quam etiam de fide cadentium damno. Quia sicut Paulus ait: *Sollicita sunt in Christi corpore pro se inuicē membra, & si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.* Vnde & idem apostolus contra eos scribens, qui vanam gloriam amabant enumeratis laboribus suis quos ipse corporaliter sufferebat, subiunxit dicens: *Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.* Et alibi. *Gaudete ait cum gaudentibus, flete cum flentibus, idipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.*

Communes calamitates vt proprias plangunt sancti. 1. Cor. 12. d. 2. Cor. 11. f. Rom. 12. c.

Ru-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et mensam propositionis. *Super quam ponebantur duodecim panes calidi in die sabbati pro duodecim tribubus Israel, & in hoc signabatur quod sacerdotibus debebatur à populo victus.*

2 Et libatoria. *Id est, vasa, in quibus probabantur liquida, de quibus fiebant Libamina, quæ sunt oblationes de liquidis.*

3 Et phialas. *Id est, vasa in quibus reponebantur vnguenta & thimiamata.*

4 Et mortariola. *In quibus terebantur illa: ex quibus componebantur.*

5 Et velum, *Diuidens inter sanctum & sanctum sanctorum.*

6 Coronas, *Existentes ibi ad ornamentum templi.*

7 Et ornamentum aureum, *id est, cortinam aurifrigiatam.*

8 Et comminuit omnia, & accepit. *Id est, in puluerem redegit, vt dicūt aliqui expositores, sed non est verisimile, quod tam pretiosa vellet sic contere re: ideo dicitur quod comminuit, id est, à propria forma transmutauit, materiam retinens ad alios vsus ad suam vtilitatem.*

An verisimile sit Antiochum spolia templi incendio absumpsisse.

4 Et ... Et

MORALITER.

† 1 *Et mensam propositionis.* In qua ponebantur panes, ideo significat celebrationem Missæ, in qua consecratur panis vitæ. Hæc autem est ablata pro magna parte, quia sacerdotes religiosi solebant celebrare quasi quotidie: nunc autem multi celebrant valdè raro, & sine debita præparatione.

Celebratio Missæ.

2 *Et libatoria & phialas & mortariola aurea & velum & coronas & ornamentum aureum.* Per ista significantur illa, quæ valent ad tria prædicta, scilicet, orationem, sacræ scripturæ lectionem, & Missæ celebrationem.

8 *Et accepit argentum*, Locutionis mundæ: Psal. 11. b. *Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum.*

Verba casta.

† *Et aurum.* Charitatis fraternæ, quæ tamquam aurum, est pretiosior inter virtutes ad proximum.

Charitas fraterna.

† *Occultos thesauros.* Scilicet, pœnitentiæ occultę & orationes priuatæ. Ista namque nititur diabolus à religiosis auferre, & abstulit pro magna parte.

His religiosum statum spoliare nititur diabolus.

† Et

☞ RVPER. lib. 9. de vict. verbi ca. 4. Quis dubitet totum hoc additum esse super iram domini & patris, seruos aut filios suos nō perdere, sed corripere volentis? *Ego enim*, inquit, *iratus sum parum*, Scilicet, visitando in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. *Ipsi verò addiderunt malum*, ad hoc tendente diabolo agitatore eorum, vt misericordiam meam auferrem ab eis, & irritum facerem verbum promissionis, tollendo legem, auferendo testamentum, & libros testamenti, & ipsam quoque gentem, vt dum non superesset gens vnde salus futura sperabatur, cōsequenter nec ipsa salus mundi Christus nasceretur.

Zac. 1. Psal. 88.

Quam studuerit in ipsa radice diabolus verbi Incarnationem euertere.

a *Et post duos annos dierum misit rex principem.* RABAN. Diximus superius, quod Antiochus teneret Typum Antichristi: similiter idem perditionis filius hoc in loco, princeps tributorum accipi potest, quem princeps huius mundi & rector tenebrarum harum diabolus ad hoc incitat, vt in ciuitatibus Iudæ (hoc est in ecclesiis Christi) tributum peccatorum sibi soluere exigat. Tamen hoc non vbique vim agendo persecutionum expostulat, sed aliquando tormentis, aliquando blandimentis, aliquando minis & aperta sæuitia, aliquando autem fraude & dolo. Vnde scriptum est: *Locutus est ad eos ver. pa. in do.* Sed qui crediderit ei sibimetipsi perditionem præparat. Agit enim hoc idem hostis nefandissimus suasu maligno, & signis atque prodigiis mendacibus, vt eum homines Deum esse credant, & diuinum cultum illi exhibeāt. Qui ergo sibi credunt, hos in anima spiritualiter occidit. Qui autem resistunt, corporali cruciatu eos affligit. Vnde euenit, quod cum magno dolore mentis legendum est, vt *perdat populum multum ex Israel*, cum plurimos de Christiana religione in apostasiam conuertit. Accipit *spolia ciuitatis*, cum ornamenta ecclesiæ tollit. Succenditque eam igne, cum persecutione deuastat. *Destruit domos eius & muros in* circumitu, cum plebes credentium dissipat ac defensores eorum, hoc est doctores enecat: *captiuasque ducit mulieres &*

Quantam stragem quibus artibus facturus sit Antichristus in Ecclesia?

est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum.[17] Et ingemuerunt principes: & seniores, & iuuenes & virgines infirmati sunt, & speciositas mulierum immutata est.[18] Omnis maritus sumpsit lamentum, & quæ sedebant in thoro maritali, lugebant.[19] Et commota est terra super habitātes in ea, & vniuersa domus Iacob induit confusionem.[30] Et post duos annos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & venit Ierusalem cum turba magna.[31] Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei.[32] Et irruit super ciuitatem repentè, & percussit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Israel.[33] Et accepit spolia ciuitatis, & succendit eam igni, & destruxit domos eius, & muros eius in circumitu,[34] & captiuas duxerunt mulieres & natos, & pecora possederunt.[35] Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno & firmo & turribus firmis, & facta est illis in arcem.[36] Et posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, & conualuerunt in ea. Et posuerunt arma & escas, & congregauerunt spolia Ierusalem,[37] & reposuerunt illic: & facti sunt in laqueum magnum.[38] Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Israel.[39] Et effuderunt sanguinem innocentem per circumitum sanctificationis. Et contaminauerunt sanctificationem,[40] & fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta est habitatio exterorum, & facta est extera

& natos & pecora: quia illi qui molliciem animi habent, & pueri sunt sensibus, ac carnalibus desideriis seruientes more brutorum animalium viuunt, captiuitati ac laqueo antiqui hostis maximè patet. Deuastatis ecclesiis Christi & dispersis propter persecutionem ministris ipsius hostis malignus in loco eorum arcem impietatis erigere, & blasphemos cultores substituere molitur: quatenus, si possibile sit, per prauos homines nomen Christianū (quod solū in orbe præualuit) funditus deleatur, & diaboli voluntas in pollutione idolorum, & multiplicitate peccatorum expleatur.

Quid tanta rabie efficere velit Antichristus.

b *Et effuderunt.* RAB. Igitur habitatores Ierusalē fugiunt, quando persecutione feruente, alij corporaliter fugiunt, vt non scandalizentur, alij mēte fugiunt & scandalum graue in animabus suis patiuntur, alij vsque ad mortem in confessione Christi perseuerant, & liberi à persecutorum manibus in cælos effugiunt vt remunerentur. Fitque terra sancta habitatio exterorum, quando membris Christi per martyrium coronandis, in toto mundo multiplicatur numerus persecutorum, dies festi eius conuertuntur in luctum, quādo ritus celeberrimus religionis Christianæ non permittitur habere sui fulgoris ornatum: & Sabbata eius in opprobrium, cum spes quam habet in futura animarum requie aboletur, vel ab hoste eliditur fidelium. *Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius.* Fœdatur enim gloria ecclesiæ infidelium ignominia, quando inimico dominante gloria cælestium sacramentorum & honestas diuinorum officiorum impiis blasphemantibus maximum sustinet opprobrium.

Quanta futura sit illo tempore solitudo cultus diuini in Ecclesia.

†† RVP. vbi sup. ca. 25. Hæc omnia quæ impius gessit Antiochus contra Iudæos pertinēt ad *iram paruā*, iuxta quod ait ipse dominus, *quia ego iratus sum parum*. Parua namque hæc fuerunt, quia circa corpus omnia versata sunt, & bona temporalia bona caduca, & quandoque defutura citius sustulerunt. Sequitur ea quæ rectè dicas *additamentum eorum*, quemadmodum ait, *Ipsi vero addiderunt in malum.*

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ingemue. prin. & se. *Tantis malis occurrere non valentes.*
2 Et commota est terra super habitantes in ea. *i. à suo decore transmutata propter miseriam habitantium in ea.*
3 Et post du. an. *Hic consequenter ponitur persecutio quam fecit Antiochus per suum ducem fallacem, ideo subditur,*
4 Et locu. *Significans ei quod venisset pro bono statu ciuitatis reformādo.*
5 Et cre. ei. *Eum intra recipiendo.*
6 Et irruit super ciuitatem repentè. *Ciuibus non cogitantibus de defensione.*
7 Et destruxit. *Notabiles & fortes ne post eius recessum Iudæi possent ibi tueri.*
8 Et muros eius in circumitu. *Faciendo ibi multas aperturas, per quas equites & pedites multi possent ingredi liberè si Iudæi vellent in aliquo rebellare.*
9 Et ædifi. ci. Da. *id est, arcem Sion.*
10 Et facta est illis in arcem. *id est, in fortalicium contra ciuitatis populum, ideo subditur postea.*
11 Et fa. sunt in la. ma. *Ad capiendum ciues & spoliandum.*
12 Et factum est hoc ad insidias sanctificationi. *i. loco templi, ne cultus diuinus ibi posset exerceri. Nam de arce poterant super Deum colentes iacula proiicere eo quod erat prope templum.*
13 Et in diabolum malum, alias magnum. *Homines enim pessimi dicuntur diaboli, per quamdam similitudinem, & accipitur hic singulare pro plurali, diabolum, id est, diabolos.*
14 Et fa. est ha. exte. *id est, extraneorum.*

San-

MORALITER.

† 1 *Et ingemuerunt principes & seniores.* Nam valentes viri qui viderunt in religione sua feruorem deuotionis, & modo vident teporem relaxationis, molestè ferunt in cordibus suis.
3 *Et post duos annos dierum misit rex principem tributo.* Per istum principem tributorum significatur princeps vel prælatus, qui studet vi vel fraude rapere bona subditorum. Et iste mittitur à diabolo, qui dicitur rex super omnes filios superbiæ: quia promouetur vel instituitur ipso procurante. Et ad hoc subditur destructio cultus diuini & pacis populi, sicut describitur hic diffusè.

Princeps quilibet vel prælatus rapax.

† Et

☞ a *Et scripsit.* †† IDEM IBID. c. 25. Perpende nunc quàm rectè & A quanta pro re Draco iste magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Satanas, vocetur etiam Leuiathan, quod interpretatur *additamentum eorum*. Quorum *eorum*, nisi septem capitum (*draconis*) sæpe dictorum? Ex quo enim dominus generi humano *parum iratus* dixit ad Adam, *maledicta terra in opere tuo, &c.* Semper diabolus instirit, vt magna quoque ira addetur illis, id est, vt morte animæ permanerent mortui. Hoc est additamentum eorum, propter quod ipse qui addidit, siue qui addere voluit, dictus est Leuiathan, ipso Deo nomen hoc B imponente in Iob, cum dicit ad eum, *Numquid extrahere poteris Leuiathan hamo?* Et in Isaia cum vocat, *Leuiathan serpentem vectem, & Leuiathan serpentem tortuosum.*

Non sufficit diabolo quod Deus hominem supposuerit morti corporis: vult eidem mortem animæ adducere.

RABAN. Scriptura & epistola spiritualis Antiochi, Philosophi sunt Gentilium, & hæretici atque schismatici Christianorum, qui veritatem legis Christi, atque statum Catholicæ fidei subuertere cupiunt, quibus dolor est cultus diuinus & religio Christiana: sed quo magis errorem student sibi homines adunare, eo magis faciunt illos ab inuicem discordare, quia nec ipsi inter se inuicem concordant, sed variis sectis dissentientes discrepant: & ideò minus se obsequentes, & in vnitate consociare præualent. *Inter superbos enim* (scriptura testante) *semper iurgia sunt*, Et iuxta veritatis sententiam, *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus super domum cadet.* Mandant libri & epistolæ Antiochi, in Ierusalem & in ciuitatibus Iudæ, vt sequantur leges Gentium terræ, & desinant holocausta, & sacrificia, & placationes facere in templo Dei: quia maxima cura maximumque studium est hæreticis atque paganis, vt in Ecclesia Christi cultum diuinum seu confundant seu penitus extinguant, ne synceritas rectæ fidei, quæ per dilectionem operatur, in ara cordis credentis gratum holocaustum Deo offeratur, nec sacrificia mystica corporis & sanguinis domini sacra fidelium oratione atque placatione bonorum actuum in vero templo Dei omnium creatori & bonorum largitori dignè exhibeatur. Prohibent celebrare Sabbatum, quia negant in cælesti regno sanctorum requiem futuram esse animarum. Iubent ædificari *aras & templa & idola*, quia mentes fidelium malignorum spirituum cupiunt efficere vasa. *Immolari carnes suillas* & *pecora communia*: hoc est immundam ducere vitam, & brutorum animalium more in luxuria atque concupiscentiis carnis conuersari. Relinquere *filios suos incircumcisos*: hoc est nulla custodia, nulla continentia, nullaque discretione cogitationes, sermones atque opera temperare, ita vt obliuiscantur legem diuinam & immutent iustificationes Dei in diuersorum scelerum facturam. Et hæc omnia non solum sermonum, sed etiam diuersarum pœnarum fieri cogunt tormento, vnde sequitur,

Hæretici & philosophi gentium licet inuicem lacerent in eo tamen conueniunt vt vnitis viribus Ecclesiam oppugnent.

Pro. 13. b.

Mat. 12. b.

Tob. 2. b.

Qualem religionem haberemus, si ad istorum nebulonum placitum confitieri deberet pietas.

seminı suo, & nati eius reliquerunt eam.[41] Sanctificatio eius [1] desolata est, sicut solitudo:* dies festi eius côuersi sunt in luctum. Sabbata eius in opprobriû, honores eius in nihilum. [2] [42] Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius, & [3] a sublimitas eius conuersa est in luctum.[43] Et scripsit rex Antio- [4] chus omni regno suo; [5] vt esset omnis populus [6] vnus. Et reli- [7] querunt vnusquisque legem suam, [44] & consenserunt omnes gentes secundum verbum regis Antiochi.[45] Et [8] multi ex Israel côsenserunt ei, & sacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt Sabbatum.[46] Et [9] misit rex Antiochus libros per manus nuntiorum in Ierusalem, & in omnes ciuitates Iudæ, [10] vt sequerentur leges gentium terræ, [47] & [11] prohiberent holocausta & [12] sacrificia, & [13] placationes fieri in templo Dei, [48] & [14] prohiberent celebrari Sabbatum & [15] dies solênes.[49] Et [16] iussit coinquinari sancta, & [17] sanctû populum Israel.[50] Et iussit ædificari aras & templa & idola, & immolari carnes suillas & [18] pecora communia, [51] & relinquere filios suos incircûcisos, & [19] coinquinari animas eorum in omnibus immunditiis & [20] abominationibus, [21] ita vt obliuiscerentur legem & [22] immutarent omnes iustificationes b Dei.[52] Et quicumque non fecissent secundum verbum regis Antiochi morerentur.[53] Secundum omnia verba hæc scripsit omni regno suo, & præposuit principes populo qui hæc fieri cogerent.[54] Et iusserunt ciuitatibus Iudæ sacrificare.[55] Et congregati sunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem dñi, & fecerût mala super terram, [56] & [23] effugauerunt populum Israel in abditis & in abscôditis fugitiuorû locis.[57] [24] Die quinta-

b *Et quicumque.* IDEM. Incandescit crudelitas, quando feruet impietas; sequitur immanitas, quando æstuat cupiditas. Omni regno suo Antiochus per scripturas indicit torméta & mortem ingerere cultoribus Dei. Sic & Antichristus per ministros suos scelestissimos varia exquiret pœnarum genera, quatenus Christicolas à statu religionis sanctissimæ euellat, conterat, atque disperdat.

Tormenta adhibita à tyrannis quibus fidelibus in impietate consensum extorquerent.

c *Die quintadecima mensis Casleu.* IDEM. Idem est apud Græcos, qui apud Latinos dicitur December. In huius mensis die quinta- ☞ decima

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sanctificatio. *In loco enim templi creuerût arbusta, & dicitur infr. 4. c.*
2 Secundum gloriam, *Tempore Salomonis.*
3 Multiplicata. *Antiochi illustris.*
4 Et scri. rex. *Hic consequenter describitur persecutio regis Antiochi per nuntios & scripturam: In qua primo præcepit legem Mosaicam aboleri, ideo dicitur,* Et scripsit rex, *per decretum firmum.*
5 Vt esset omnis populus. *Regni sui,*
6 Vnus. *id est, vnius legis & ritus.*
7 Et reli. vnus. *Gentilium, alium ritum habentium quam Antiochus.*
8 Et multi ex Israel con. ei, *Aliqui timore, aliqui fauore.*
9 Et misit rex Antiochus libros. *i. epistolas decretum suum continêtes.*
10 Vt sequerentur le. gen. *Idololatrarum.*
11 Et prohi. holocau. *Quæ totaliter incendebâtur ad honorem diuinum.*
12 Et sacrificia. *Pro peccatis oblata.*
13 Et placa. *id est, sacrificia pacifica, de quibus habetur in Leuit.*
14 Et prohi. celeb. Sabbat. *Pro beneficio creationis omnium.*
15 Et dies so. *Vt Pascha, Pentecostes & huiusmodi.*
16 Et iussit coinquinari sancta. *id est, templi loca.*
17 Et sanctum popul. Israel. *Qui dicitur sanctus, quia ceteris populis erat ad diuinum cultum deputatus: vnde & res inanimatæ quæ diuino cultui deputantur, dicuntur sanctæ, vt vestes & vasa & similia.*
18 Et pecora communia. *id est, immunda secundum legem Moysi.*
19 Et coinquina. ani. eo. in omni. immun. *i. cibis lege prohibitis.*
20 Et abominationibus. *id est, idololatriis, quæ abominationes dicuntur in ve. testa.*
21 Ita vt obliuisceren. *Per consuetudinem legi contrariam.*
22 Et immutarent. *i. oblationes & sacrificia quæ offerebantur Deo cælo. Cetera patent vsque ibi.*
23 Et effugauerunt populû. *Quia nolentes idololatrare fugiebant occultè ad speluncas montium, vt habetur inf. s. c. Secundò, præcepit idololatriam profiteri: ideo dicitur,*
24 Die quinta. mensis. *Id est, Decembris, vt dicunt aliqui: sed melius videtur quod correspondet Nouembri: nam apud Heb. est tertius à septimo mense computato vtroque, qui septimus correspondet Septembri nostro, aliquando tamen pro parte concurrit cum Octobri nostro, & per consequens Casleu, similiter cum Decembri. Et ratio huius est, quia Iudæi faciunt menses per lunationes, sicut plenius declaraui Gen. 7. & Exo. 12.*

Vide Iosephum lib. antiq. 12. ca. 6. 7. 8. 9.

Mensis Casleu.

17 Et ☞ Quin-

MORALITER.

† 4 *Et scripsit.* Ista diaboli scriptura, est infidelium & hæreticorum peruersa doctrina: qua si quis imbuitur, de populo diaboli efficitur, & ad hoc diuinæ legis destructio sequitur, & eius obseruatores miserabiliter affliguntur. † Aedi-

Peruersa doctrina infidelium & hæreticorum.

decima, anno centesimo quadragesimoquinto regni Græcorum, A quod à primo anno Seleuci computare incipiunt, Antiochus Epiphanes abominandum idolum desolationis, in templo statuit Dei, hoc est simulachrum Iouis Olympij.

RVPERT. in ca. 1. Ioelis. Cornu paruum, magnificatum vsque ad fortitudinẽ cæli, &c. à Daniele prædictum, fuit, Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui ædificauit abominandum idolum desolationis super altare Dei, & tanta fecit quanta legentes horremus, tam in primo quàm in secũdo Machabæorum libris.

Dan. 8.

†† D. THOMAS com. in hunc locum. Samaritani videntes Iudæorum gloriam, & fauorem, quem apud Alexandrum magnum habuerãt propter reuelationes, quas Deus Iudæorum illis ostenderat: templum super montem Garizim ædificauerunt, in quo ritum Iudæorum se obseruare dicebant. Videntes autem hæc mala inferri Iudæis, currunt ad regem, cultum Iudaicum omnino negantes, & petentes vt B templum illud prius consecratum, in honorem Iouis Olympij consecraretur; quod & obtinuerunt.

Samaritani agunt apud regem Antiochum vt templum ipsorum in Iouis Olympij ædem cõsecret.

RABAN. Principatus autem sui anno octauo, quo videlicet anno in Samaria super verticem montis Garizim, Iouis peregrini siue hospitalis delubrum ædificauit, ipsis Samaritanis, vt id faceret, per epistolã precantibus, sicut Iosephus testis est. Sed legimus in Euangelio secundum Matthæum, saluatorem discipulis interrogantibus de signo aduentus sui & consummatione sæculi, inter alia respondisse. *Cum ergo videritis desolationis abominationem quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat*, quando ad intelligentiam prouocamur, mysticum monstrat esse quod dictum est. Scriptum est autem in Daniele hoc modo. *Et in medio hebdomadis auferetur sacrificium meum & Libamina, & in templo desolationum abominatio erit vsque ad consummationem temporis, & consummatio dabitur super solitudinem*. De hoc apostolus loquitur quod homo iniquitatis aduersarius *eleuandus sit contra omne quod dicitur Deus & colitur, ita vt audeat* C *stare in templo Dei, & ostendere quod ipse dominus sit: cuius aduentus secundum operationem Sathanæ destruet eos, & ad solitudinem rediget qui susceperint*. Potest autem simpliciter, aut de Antichristo accipi, aut de imagine Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo; aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso sancto sanctorum loco vsque in præsentem diem stetit. Abominatio quoque secundum veritatem scripturarum *idolum* nuncupatur: & idcirco additur *desolatio*, quod in desolato templo atque deserto idolum positum sit. Statuto autem idolo zeli in templo Dei, per vniuersas ciuitates Iudæ ministri regis nequissimi ædificant aras in circumitu, & ante ianuas domorum & in plateis incendunt thura & sacrificant: quia regnante in mundo Antichristo, astipulatores eius & omnes iniqui reiecto vero vnius Dei cultu, & spreta Dei domo, quę est sancta ecclesia, confusa mente turbatoque ordine, in diuersis locis variorum errorum & multiplicium scelerum, dæmonis funesta deferent sacrificia. Et bene dicitur, quod in circumitu ędificauerunt aras, quia simplicitate veritatis relicta erroneas impietatis sequuntur sectas. *In circumitu enim* (vt psalmista testatur) *omnes impij ambulant*, & ante ianuas ædiculorum, atque in plateis incendunt thura, & sacrificant, qui introire ad altare Dei, ibidemque incensum puræ orationis Deo inferre non merentur, *sed in lata & spatiosa via, quæ ducit ad mortem*, actus suos ac verba secum hosti deferunt maligno. Et libros inquit legis Dei combusserunt igni scindentes eos. Libros Dei scindunt comburuntque igni, qui per cupiditatis ignem legis Dei synceritatem, hæretica prauitate à rectitudinis suæ statu discindere cupiunt, sanctosque prædicatores, quibus thesaurus testamentorum Dei commendatus est, malitiæ suæ mucrone trucidare gestiunt.

Iosephus lib. 12. antiqui. c. 7.

Hier. in 14. Matt.

De abominando idolo desolationis super altare Dei.

Quam homines tempore Antichristi dabunt habenas impietati.

Psal. 11. b.

Matt. 7. b.

D Hæreticorũ opera in eo posita est vt tollant legẽ Dei & catholicos doctores.

† RVP. in ca. 12. Apoc. De his Daniel prædixerat, reuelante angelo. *Cum creuerint iniquitates consurget rex impudens facie: intelligẽs propositiones, & roborabitur fortitudo eius, &c.* Iste rex Antiochus extitit, qui vsque ad fortitudinem cęli, i. filios Israel, qui angelorum vallabantur auxilio, erexit magnificentiã suam ita vt de sanctis plurimos idololatriæ subiiceret, & velut stellas cæli cõculcaret pedibus suis. Quod ait. *& vsque ad principem fortitudinis magnificatus est*, significat quod erectus sit cõtra Deũ, & sanctos illius persecutus, & ab eo tulerit iuge sacrificium, quod mane & vespere offerebatur, & polluerit atque deiecerit locum sanctificationis eius & hoc non suã virtute, sed propter peccata populi. Atque ita factum est, vt veritas prosterneretur in terram, & cultu idolorum florente, Dei religio conquiesceret.

Daniel. 8.

Antiochus insurgens contra Deũ & seruos eius.

E

decima mensis Casleu, quinto & quadragesimo & centesimo anno: ædificauit rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei, & per vniuersas ciuitates Iudæ in circumitu ædificauerunt aras, [58] & ante ianuas domorum, a & in plateis incendebant thura & sacrificabant. [59] Et libros legis Dei combusserunt igni scindentes eos, [60] & apud quãcumque inueniebantur libri testamenti domini, & quicumque obseruabat legem domini, secundum edictum regis trucidabant eum. [61] In virtute sua faciebant hæc populo Israel, qui b inueniebantur in omni mense in ciuitatibus. [62] Et quinta & vicesima die mensis sacrificabant super aram, quæ erat conc tra altare. Et mulieres quæ circumcidebant filios suos truci-

a *Et lib. leg. Dei com.* † OPTAT. Mileuitanus lib. cont. Parmenian. Leuior culpa est, tradentis timore ac violentia libros sacros persecutoribus, quàm negligentis, qui ante mures posuit, aut sub stillicidio reliquit, nam voluntate negligens fuit. Et qui in fluuio perdidit, de temeritate peccauit, qui autem metu mortis tradidit, homo homini dedit, integrum erat apud dantẽ, integrum apud recipientem. Si qui accipit, flammis tradidit, peccatum est accendentis, non tradentis. Hæc si à maioribus vestris Donatistis dicerentur; quando illos repellere à nostra communione possemus? Si etiam Antiochi tempora commemorare voluissent, quibus Iudæi coacti sunt vt libros in incendium darent, de Iudæis in illo tempore nemo damnatus est, nec à Deo, vel ab aliquo angelo in quemquam Iudæum vlla dicta est sententia, quia peccatum fuerat imperantis & minantis, non populi cum timore & tremore tradentis.

Contra eos qui negligẽter & irreuerenter sacros habent codices.

b *Et quin.* RAB. Quid per vicenarium numerum & quintum, nisi illi designantur, qui quinque sensibus corporis, & carnalibus desideriis impliciti, legi Dei, quæ in duobus testamentis, & in duobus F præceptis, dilectione videlicet Dei & proximi cõstat, contraria faciunt ac sapiũt? Viginti ergo & quinque, quinario numero in semetipso multiplicato cõficiuntur. Meritoq; hic numerus desertoribus legis Dei cõparatur, qui per vnũquemque sensum corporis, hoc est per visum, auditum, gustum, odoratũ, & tactum præceptis diuinis quæ in Pẽtateucho cõscripta sunt aduersantur: & ideo dicitur, quod sacrificauerunt *super arã, quæ erat cõtra altare*, quia in altari impietatis (quod superbia erexerat cõtra altare fidei Catholicę) omnes iniqui actuum ac verborum suorum diabolo infausta immolãt sacrificia.

De desertoribus legis diuinæ.

c *Et mulie.* IDEM. Patet historiæ sensus, qui exponit tormenta, quæ persecutores nefandi, & tunc in veteri testamento, & nunc similiter in nouo cultoribus Dei ingerunt. Nec facile est cuiquam enumerare omnia suppliciorum genera, quæ tortores nequissimi martyribus Christi infligebant. Sed iuxta allegoriam, quid per mulieres quæ circumcidebant filios suos nisi honestæ fidelium personæ monstrãtur? quæ actus suos, & sermones, atque cogitatus summa discretione circumspicientes, quidquid in eis superfluum reperiunt gladio spiritus amputare festinant. Has spiritualis Antiochus trucidare desiderat, quia aut corporaliter eas per tormenta ☞ feri-

Tyranni ingeniosi in adinueniẽdis tormentis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quinto & quadragesimo & centesimo anno. *s. regni Græcorum.*
2 Ædificauit. *Id est, statui fecit.*
3 Abo. *Scilicet Iouis Olympij.*
4 Desola. *Quia erat signum desolationis templi. Tertiò præcepit legem Mosaicam destrui, ideo dicitur,*
5 Et li. *Quarto præcepit omnes legis obseruatores trucidari, ideo dicitur,*
6 Et qui. *Et patet littera vsque ibi.*
7 Et quin. & vi. *die men. Casleu.*
8 Sacri. super aram, quæ erat con. alta. *Scilicet, Dei, super quod* ☞ *erat*

MORALITER.

2 *Ædificauit.* Per quod significatur prelatus abominabilis, propter defectum scientiæ & vitæ, qui diaboli procuratione ponitur super ecclesiam Dei, de quo dicitur Zac. 11. d. *O pastor & idolum derelin. gre.* ideo dicitur *idolum desolationis*, nam per eum desolatur ecclesia in spiritualibus, & temporalibus bonis; & huic idolo sacrificant sustinentes eum, & ministrantes sibi in operibus malis; qui renuunt sacrificare, occiduntur, quia bona de quibus debent viuere, vi vel fraude rapiuntur.

Prælatus abominabilis

propter defectum scientiæ & bonæ vitæ.

ferire, aut spiritualiter per abnegationem in anima necare decertat. Interpretatur autem Antiochus paupertatis silentium, Et merito hoc nomine censetur qui expers spiritalis scientiæ, inops sacrarum virtutum est; hoc quod ipse minimè in se habet per inuidentiam in aliis persequitur, vnde bene sequitur.

a *Et suspendebant* (inquit) *pueros suos, &c.* IBID. Quia illos, qui non sensu, sed malitia sunt paruuli & humiles spiritu, propter cōfessionem fidei interimere nō tardant: Similiter & illos, qui *circumciderunt eos trucidabant*, quia prædicatores sanctos; qui cultro pietatis, ac verbo Euangelicæ doctrinæ subditos suos coërcentes castigant, maximè persecutionum molestiis infestant.

b *Et multi, &c.* IBID. Nulla persecutio nullaque tribulatio sanctos Dei, (qui prædestinati sunt & vocati secundum præscientiam Dei patris) à fide Christi vnquam euellere potuit: sed in veritate persistentes, nec idolothyta manducabant, nec immunditia peccatorum coinquinari consentiebant, nec etiam legem Dei sanctam hæretica prauitate infringere atque corrumpere patiebantur; sed magis eligebant pro nomine Christi, mori, quam consentire impietati. Vnde quidam illorum hac cōfidentia fretus ad discipulos scribens ita testatus est, dicens; *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei quæ est in Christo Iesu domino nostro.* Sed quæ consolatio laborantibus seruis Dei missa sit, videamus.

a dabantur secundum iussum regis Antiochi,[64] & suspendebāt 1 pueros à ceruicibus per vniuersas domos eorum, & eos qui circumciderant illos trucidabant.[65] Et multi de populo Israel b diffinierunt apud se, vt non manducarent immunda, & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis.[66] Et noluerunt infringere legem Dei sanctam, [67] & trucidati sunt, Et facta est ira magna super populum valde.

Interpretatio nominis Antiochi. — Personæ deuotæ cū suis magistris suppliciis subiiciuntur. — 1. Cor. 8. — Nulla tormenta charitatem Dei à sanctis auferre possunt. — Rom. 8.

NICOLAVS DE LIRA.

erat idolum positum, & sic ara, in qua sacrificabant idolo, erat posita contra altare Dei.

1 Et suspendebant pue. a. cer. *Id est, per colla funibus iuxta ceruices transeuntibus, Cetera patent.*

CAP. II.

a IN diebus illis. RAB. In libro Danielis (vbi huius loci mentio sub ænigmate facta est) ita scriptum reperitur; *Et impij in testamentum simulabunt fraudulenter. Populus autem sciens Deum suum obtinebit, & faciet, & docti in populo docebunt plurimos: & ruet etiam gladio, & in flamma, & in captiuitate, & in rapina dierum; Cumque corruerint subleuabuntur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter; & de eruditis ruēt, vt conflentur, & eligantur, & dealbentur vsque ad tempus præfinitum: quia adhuc aliud tempus erit.* Quanta Iudæi ab Antiocho passi sunt pie- sens historia Machabæorum refert, & triumphi eorum testimonio sunt, qui pro custodia legis Dei flammas & gladios & seruitutem ac rapinas & pœnas vltimas sustinuerunt, quæ futura sub Antichristo nemo est qui dubitet, multis resistētibus potentiæ eius, & in diuersa fugientibus. Quæ Hebræi in vltima euersione templi, quæ sub Vespasiano & Tito accidit, interpretātur, fuisse de populo plurimos qui scirent Deum suum, & pro custodia legis Dei interfecti sunt. *Cumque cor. uerint* (inquit) *subleuabuntur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter, & de eruditis ruent vt cōflentur & eligantur & dealbētur vsque ad præfinitum tēpus, quia adhuc aliud tempus erit.* Paruum auxiliū Matathiæ historialiter significat, de vico Modim, qui aduersū duces Antiochi rebellauit, & cultū veri Dei seruare conatus est. *Paruum* autem *auxiliū* inde vocat, quia non longo tempore post inchoatam defensionem vixit, sed vno euoluto anno defunctus est. Et postea Iudas filius eius, qui vocabatur Machabæus, pugnās cecidit, & ceteri fratres eius aduersariorum fraude decepti sunt.

Dan. 11. c. — Danielis prædictio de hac persecutione ab Antiocho in Iudæos excitata. — Quo referri excidium temporis illud sub Tito... per Romanos. — Paruum auxilium misit Deus populo Hebræorum excitando ipsis Machabæos liberatores.

CAPVT II.

a IN diebus illis surrexit Matathias filius Ioannis, filij Simonis sacerdos ex filiis Ioarim ab Ierusalem, & consedit in monte Modin.[3] Et habebat filios quinque. Iohannan qui cognominabatur Gaddis,[3] & Simeonem, qui cognominabatur Thasi,[4] & Iudam, qui vocabatur Machabæus,[5] & Eleazarum qui cognominabatur Abbaron,

1 2 3 4 5 † † †

Rv-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. II.

IN diebus illis sur. Mata. *Posita deiectione populi per Antiochum Epiphanem: Hic consequenter ponitur aliqualis eius releuatio per Matathiam; vbi primo ponitur audacia zelantis, Secundo constantia tolerantis, ibi,* Et exclamauit; *Tertiò prouidentia morientis, ibi,* Et appropinquauerunt. *Circa primum: Primò ponitur planctus humiliationis; Secundo ausus confessionis, ibi,* Et venerunt illuc; *Tertio zelus æmulationis, ibi,* Et vt cessauit. *Circa primum præmittitur genus Matathiæ, cum dicitur,*

1 In diebus illis surrexit Matathias filius Ioannis; *Et eius officium cum dicitur,*

2 Sacerdos ex filiis Ioarim. *Iste fuit vnus de vigintiquatuor sacerdotibus, quos instituit Dauid ad augmentationem diuini cultus primo Paral. 14. cap. Et dicunt aliqui quod iste vocatur ibi Ioachin, qui habuit sortem vicesimam primam. Videtur tamen mihi quod melius dicitur ibi Ioarib, qui habuit sortem primam. Nomina enim Hebræa frequenter mutantur in vltima littera, sicut & Latina: & hoc patet ex hoc, quod infra 14. cap. dicitur, quod Matathias fuerit ex filiis Iarib, quod idem nomen est quod Ioarib.*

3 Ab Ierusalem. *Istud refertur ad illud, quod supra ponitur,* Surrexit, *nam inde recessit propter templi contaminationem.*

4 Et conse. in mon. Mo. *Vnde erat oriundus. Consequenter describitur proles eius, cum dicitur,*

5 Et ha. fi. quin. &c. *Interpretationes cognominum hic omitto: quia Hier. in libro suo de interpretationibus nominum Hebræorum nonnullas ponit de libris Machabæorum: Et ista quæ sunt Remigij & in fine bibliæ communiter ponuntur sunt in pluribus impropria, & frequenter ab Hieronymo reprobata.*

Hi

Diuisio. — Genus Matathiæ. — Filij eius & interpretatio nominū ipsorum.

ADDITIO.

†† EX SIXTO SENENSI. Quia hæc duo volumina ab illustri Machabæorum cognomine titulum accepere, libet hic breuiter subnectere quæ de origine huius cognominis scribit Rabbi Isaac Benscholo: id verò ita se habet. Iudas Matathiæ filius, cum aduersus Antiochum Iudæorum hostem esset prælium initurus, dedit militibus suis ceu belli tesseram, sententiam illam Moysis Exod. cap. 15. מי כמכה באלים יהוה Mi Camoca Baelim Iehoua; hoc est, *quis sicut tu in fortibus domine*: iussitque eam singulis ordinum vexillis, tamquam certæ victoriæ omen, inscribi per quatuor has litteras מכבי, hoc est M.C.B.I. quæ initiales sunt prædictarum quatuor dictionum, & eorum sensu ex integro significant. Sed cum vulgus militum quatuor has litteras breuitatis gratia pronuntiare cœpisset, non iuxta integram, quam referunt, sententiam, sed secundum vnicam dumtaxat dictionem, quæ primum earum combinatione resultat, videlicet MACCABAI: paulatim militaris cōsuetudo obtinuit, vt huius tesseræ auctor Iudas, & eorum posteri, MACCABÆI cognomine appellarentur.

De origine huius cognominis Machabæi.

MORALITER.

† 1. *In diebus illis surrexit Matathias, &c.* Matathias, qui interpretatur Deo datus, vel donum Dei, bonum prælatum significat qui datus est à Deo per sanctam voluntatem & donum Dei: quia promotus est per instinctum spiritus sancti.

5 *Et habebat filios quinque. Iohannan,* Qui interpretatur *in quo est gratia,* scilicet, Dei bonorum.

† *Et Simeo.* Qui interpretatur *audiens mœrorem,* aure cordis & corporis, afflictionē innocentum audiēs per veram compassionē.

† *Et Iudam.* Qui interpretatur *confitens* vel glorians, intentus ad diuinam laudem.

† *Et Eleazarum.* Qui interpretatur *Dei mei adiutorium,* & significat deuotum prædicatorem, vnde dicit Paulus de se & aliis prædicatoribus 1. Cor. 3. c. *Dei sumus adiutores.*

Bonus prælatus.

† Et † Et

† RVPERTVS l. 9. de vict. verb. cap. 28. Clamabat mulier in A vtero habēs & parturiens, clamabat Ecclesia temporis illius fidem & spem in verbo promissionis habens; & cruciabatur vt pareret, id est, desiderabat, & desiderando fatigabatur, vt promissiones suas de semine Abrahæ Deus adimpleret. Quis clamores tēporis illius non audiuit? *Væ mihi*, inquit, Matathias, *vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, &c.*

Sancti patres veteris Testam. quam ardēntibus votis exoptarent aduentum Christi?

RABANVS. Mysticè autē Matathias, dum saluatorem significat, qui princeps est populi Dei, & defensor electorū suorum, cuius filij pugnant pro domo Israel, defendunt sanctuarium Dei ac legem diuinam. Interpretatur autem *Matathias*, donum Dei, cuius nominis arcanum ipsius incarnationis nobis patefecit sacramentum. Vnde & ipse ait in Euangelio, *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam æternam.* Qui enim datus à Deo est, profectò Dei donum est. Sed hæc de incarnatione ipsius tantùm dicta sunt. Ceterùm de diuinitate eius, qua æqualis est patri & spiritui sancto: simul cum patre & spiritu sancto ipsam dispensationem facere credi oportet, sicut & spiritus sanctus donum Dei legitur, sed tamen cum patre & filio vnus Deus creditur atque adoratur. Vnde in Euangelio, & missus legitur, & sponte venisse, vt est illud dominicum; *Rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis.* Et item. *Cum autem venerit*, inquit, *paracletus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Et alibi ipsa veritas ad Nicodemum ait: *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat.* Hic ergo Matathias narratur filius esse Ioannis filij Simeonis, sacerdos ex filiis Ioarim. Ioannes interpretatur *gratia Dei*, Simeon *audiens*, Ioarim *dominus exaltans*. Rectè ergo hæ interpretationes huic mysterio competunt, quia mediator Dei & hominum *gratia Dei* dici potest: Vt est illud Apostoli, *Gratia Dei pro omnibus gustauit mortem*; Et *audiens*, quia ipse in Euangelio ait, *Quæ audiui à patre, hæc loquor in mundo*; Et *dominus exaltans*, de quo propheta ait; *Exaltare domine in virtute tua.* Ipse enim meritò sacerdos nominatur de quo scriptum est, *Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum, &c.* Huius Matathiæ filij sunt omnes sancti, qui & corpus eius & membra dicuntur. Sed quomodo quinario numero designari possint non inconuenienter quæritur. Tot enim leguntur filij Matathiæ historicè fuisse, hoc est Ioannam qui cognominabatur Gaddis, & Simeon qui cognominabatur Thasi, & Iudas qui cognominabatur Macchabæus, & Eleazar qui cognominabatur Abaron, & Ionathas qui cognominabatur Apphus. Videamus ergo si alicubi iste numerus in nouo testamento eamdem rem exprimere inueniatur. Legimus quoque Paulum Apostolum ad Ephesios de Christo ita dicentem; *Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia, & ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij ad ædificationem corporis Christi.* Ecce hic quinque species denotantur in illis personis, quas diuina vocatio ad magisterium ordinauit ecclesiæ. Sed cōsideremus, quomodo ipsi filij Matathiæ cum interpretationibus nominum suorum his speciebus possint aptari. Primùs ergo filiorum illius nuncupationis Ioannam, qui cognominabatur Gaddis, Ioannam quoque *dominus gratia eius*, Gaddi autem hœdus siue tentatio mea. Bene ergo hæc nomina ordini apostolorum (nisi fallor) cōueniunt, qui per domini gratiam ad culmen honoris huius electi sunt, sed tamen à peccatoribus multas perpessi sunt tentationes atque iniurias, quòd idem saluator prædicere eis videtur, cum in Euangelio ait: *Ego vos elegi de mundo vt eatis & fructum plurimum afferatis, & fru. ve. maneat.* Et iterum, *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio lupo. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ & reliqua.* Ecce qui gratia domini sunt repleti malorum omnium demonstrantur contumeliis non mediocriter afflicti. Secundus autem filiorum Matathiæ, fuit Simeon, qui cognominabatur Tharsi, qui in sequentibus plerisque locis Simon nominatur. Simō ergo siue Symeon interpretatur *audiens* siue *audiuit tristitiam*: Thasi *exploratio gaudij*. Nec inconuenienter hæc prophetarum ordini conueniunt, qui spiritus sancti gratia illuminati, & futuras pœnas malorum præuident, & ventura præmia sanctorum consolatione interna gustando prænoscunt, aliisque & futura mala præcauere & futura bona appetere persuadent. Tertius in ordine filius Iudas Machabæus fuit. Iudas enim *confitens* vel *glorificans* interpretatur, & Machabæus *bellator*. Satisque bene hæc denominatio conuenit euangelistis, qui Euangelium pacis & gloriæ Christi prædicant toto orbe terrarum, expugnantque errores nefandos paganorum atque hæreticorum. Quartus autem filius hoc est Eleazar, qui cognominabatur Abaron, & in priori nomine *Dei adiutorium*, in sequenti verò *generationem excelsam* sonat, non immeritò pastoribus per figuram assimilatur, qui adiutorio Dei satis roborati, excelsique fide ac virtutibus, præpositi in ecclesia consti-

Ioan. 3. b. — Ioan. 14. b. — Ibid. 15. d. — Ioan. 3. a. — Hebr. 2. e. — Ioan. 8. d. — Psal. 20. c. — Ibid. 109. a. — Quare quinque filij Matathiæ. — Eph. 4. b. — Quinque ordines quibus suæ Ecclesiæ administrationē commisit Christus. — Ioan. 15. c. — Matth. 10. b. — Apostoli. — Prophetæ. — Euangelistæ. — Pastores.

& Ionathan qui cognominabatur Apphus. † [1] Hi viderunt mala quæ fiebant in populo Iuda & in Ierusalem. [2] Et dixit Matathias: Væ mihi. Vt quid natus sum videre contritionem populi mei & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cùm datur in manibus inimicorum? [8] Sancta in manu extraneorum facta sunt, templum eius sicut homo ignobilis. [9] Vasa gloriæ eius captiua adducta sunt, trucidati sunt senes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. [10] Quæ gens non hereditauit regnum eius, & non obtinuit spolia eius? [11] Omnis cōpositio eius ablata est. Quæ erat libera facta est ancilla. [12] Et ecce sancta nostra & pulchritudo nostra & claritas nostra desolata est, & coinquinauerunt eam

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hi viderunt mala. *Oculo compassionis & doloris.*

2 Et dixit Matathias: Væ mihi, &c. *Quasi dicat: Minus malum esset mihi simpliciter non esse, quam tanta mala populi, & contemptum cultus diuini videre.*

3 Sancta. *Scilicet, loca & vasa.*

4 In manu extraneo. *Id est, gentilium idololatrarum.*

5 Templum eius sicut homo ign. *Ignobiles enim vilibus operibus deputantur, & sic templum idololatria & luxuria erat plenum, vt habetur infrà 2. lib. 6. cap.*

6 Vasa gloriæ eius captiua abdu. sunt. *Nam Antiochus ea asportauerat, vt dictum est capite præcedenti.*

7 Quæ gens non here. &c. *Hoc dicitur, eò quòd in exercitu Antiochi erant multi de diuersis nationibus collecti.*

8 Omnis compositio eius. *Tam spiritualis quam corporalis.*

9 Quæ erat libera. *Tempore Dauid & Salomonis & plurium regum aliorum.*

10 Facta est ancilla. *Sub Antiocho peruerso.*

11 Et ec. sancta nostra. *Quantum ad Dei cultum.*

12 Et pulchritudo no. *Quantum ad templi ornatum.*

13 Et clari. no. *Quantum ad legem, quæ illuminat intellectum.*

14 Desolata est. *Hæc enim tria dissipauerat Antiochus per suum decretum vt patet cap. præcedenti.*

Quo

MORALITER.

† *Et Ionathan.* Qui interpretatur *columba veniens.* Ideò per ipsum significantur in vera simplicitate cordis ambulans & amaritudinis felle carens: Et omnes istos habet bonus prælatus tamquam filios charissimos.

2 *Et dixit Matathias, &c.* Bonus enim prælatus cum filiis prædictis plangit mala, quæ fiunt in ecclesia per instinctum dæmonis: & per malos homines, qui sunt eius membra.

† Et

constituuntur, vt oues Dei sana fide bonisque exemplis ad viriditatem cælestis patriæ ritè pascendo perducant. Nouissimus autem horum filiorum vocatus est Ionathas, cognomen habens Apphus, optimè sanctis doctoribus iuxta interpretationem nominum suorum conueniens: Interpretatur enim Ionathas, *columba donum*, siue *domini spontaneus*. Apphus autem *fugitiuus* siue *millesimus*. Et bene his nominibus doctores Christi exprimuntur, qui spiritus sancti gratia repleti, mente spontanea domino se subiiciunt, vt eius vice legatione functi, legem Dei prædicent in mundo, & homines terrena desideria fugere, atque sempiterna gaudia quærere doceant: quatenus ibi iuxta millenarij numeri significantiam, Deo retribuente, & plenitudinem mercedis accipiant, vt veram beatitudinem cum Christo & angelis eius sine fine possideant. Sequitur, *Hi viderunt mala quæ fiebant in populo Iuda & Ierusalem*. Quia isti vtique scandala diuersa, quæ ab iniquis in ecclesia Dei perpetrantur, condolendo agnoscunt, ac mucrone spiritali vindicare gestiunt, semetipsos hostiam ponere, ac se pro suorum salute morti tradere non metuunt, vnde sequitur,

Doctores sancti.

a gentes. [13] Quo ergo nobis adhuc viuere? [14] Et scidit Matathias & filij eius vestimenta sua, & operuerunt se ciliciis, & planxerunt valde. [15] Et venerunt illuc qui missi erant à rege Antiocho, vt cogerent eos qui confugerant in ciuitatem Modin immolare & accendere thura, & à lege Dei discedere. [16] Et multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos, c sed Matathias & filij eius constanter steterunt. [17] Et respondentes qui missi erant ab Antiocho, dixerũt Matathiæ: princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filiis & fratribus. [18] Ergo accede prior & fac iussum regis, sicut fecerunt omnes gentes & viri Iuda, & qui remanserunt in Ierusalem, & eris tu & filij tui inter amicos regis, & amplifi- d catus auro & argento & muneribus multis. [19] Et respondit

a *Et scidit Mata. ve. &c.* RABB. IBID. Quid est ergo vestimenta scindere, nisi corpora suppliciis tradere? Et quid operiri cilicio, nisi iustos quasi peccatores puniri tormento? Cilicium quoque fit ex hœdis asperum setigerumque tegumentum. Nam hœdi ad delicta iure referuntur, quoniam & in iudicio domini in peccatorum partes sunt positi. Ergo dominus, quia carnem peccati assumpsit, cilicium se induisse commemorat. Nam si historicè accipimus, nusquã eum legimus vsum fuisse cilicio. Ergo dum Iudæi per contumelias & insidias essent molesti, ille diuinitatem suam carnis velamine tenebrosis mentibus occultabat, quia non merebantur agnoscere, quem tali impietate tractabant: Propter enim peccata populorum redemptor humani generis carnem suam tradidit ad mortem, & condoluit nostræ infirmitati. De quo ipse dominus per Isaiam ait, *Propter scelus populi mei percussi eum. Et iniquitates eorum ipse portabit*; ideò *dispartiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia: pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis deputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit*. Similiter & filij eius, hoc est apostoli & martyres, ipsius exemplo edocti, non dubitabant pro legitimis Dei & fratrum suorum salute temporaliter mori, quatenus regni cælestis gaudia cum sanctis angelis pro hoc possent mereri. Vnde Ioan. Apostolus ait; *In hoc cognoscimus charitatẽ Dei: quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere.*

Christus incarnatus & mortẽ passus vt humano generi subueniret. Isa. 53. c. Ibidem. d. 1. Ioan. 3. c.

b *Et ve. &c.* IBID. Mittit namque Antiochus spiritualis in ciuitatem Modin, quæ interpretatur iudicium, in ecclesiam videlicet sanctam, vbi iudicia legis Dei diligentissimè custodiuntur, vt eos qui confugerant illuc remedium animarum suarum quærentes, à lege Dei discedere cogant: peccatorumque victimam & cultum impietatis diabolo exoluant. Sed hoc quod subiungitur, non sine gemitu lugere possumus: quia multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos, cum alios videmus tormentis coactos à religione pietatis apostatare, alios cupiditate istius mundi illectos retrorsum relabi, alios hæreticorum astutia seductos decipi, alios etiam luxuria atque libidine propria pristinas vitiorũ sordes reuerti. Attamẽ illud valdè lætificat quod sequitur, quia *Matathias & filij eius constiterunt*: cum sine dubio illi in veritate atque iustitia persistunt, qui veri Matathiæ, hoc est Iesu Christi, filij esse meruerunt, cuiusque fidem atque mãdata seruantes, æternę vitæ præmia cõstanti animo per eius gratiã adipisci cõcupiscunt.

De eis qui tentationibus inimici cedunt. Vel resistendo fiunt eisdem superiores.

c *Et res. &c. & am. eris.* RABBAN. Siue per dolum, siue per vim, semper machinatur antiquus hostis quomodo euertat cultum pietatis in ecclesia Christi. Ipse enim, qui ad tentãdum redemptorem nostrum in deserto accessit, dicens, *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant*: Et postquam eum super pinnaculum templi in sanctam ciuitatem constituit, dixit, *Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapi. pe. tuum*; Indeque eum transferens in montem excelsum, ostendit ei omnia regna mundi ac gloriam eorum, & dixit ei, *Hæc omnia tibi dabo procidens, si adoraueris me*: Idem quotidie membris eius per ministros suos dolosè suggerit, quatenus pro ambitione sæculari deserant viam iustitiæ, & faciant iussum regis nequissimi, qui regnat super vniuersos filios superbiæ.

Matth. 4. a. Psal. 90. a. Qui Christũ non est veritus tentare, quem à se vinci non posse despexabit?

d *Et respondit, &c.* IBID. Constantia Matathiæ confortabat animos filiorum suorum: sic & patientia & longanimitas domini nostri Iesu Christi omnium credentiũ corroborat fidem. Vnde discipulis suis ait: *Nolite mirari, si odit vos mundus, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Neque timeatis eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. Sed potius timete eum qui potest animam & corpus perdere in gehennam. In patientia vestra possidebitis animas vestras, & erit merces vestra multa in cælo. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.*

Quid nos alacres faciat ad resistendum diabolo. 1. Ioan. 3. c. Matth. 10. c. Luc. 21. d.

† † D. THOMAS com. in hunc locum. Peccauitne Matathias pugnando in Sabbato, quod erat lege prohibitum? Ad hoc inquirunt aliqui, quod Matathias id fecit ductus familiari instinctu spiritussancti. Alij vero quod propter articulum necessitatis, in qua erant, cum esset summus sacerdos, potuit in hoc dispensare. Quod videtur etiam haberi ex facto Apostolorum, quando euellentes spicas comederunt. Dauid quoque tempore necessitatis comedit panes propositionis. Vel dicunt quod non propriè fuit ibi violatio Sabbati, nec dispensatio, sed omnimoda eius obseruatio, quia licitum & iustum est etiam in Sabbato fieri charitatis opera: & isti mouebuntur ex charitate & zelo legis.

Peccauitne Matathias pugnando in Sabbato.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quo ergo no. *Quasi dicat, melius est nobis mori quam talia videre.*
2 Et scidit Ma. & fi. e. vestimenta sua, &c. *In signum doloris.*
3 Et ope. se cili. *In signum humiliationis.*
4 Et planxerunt valde. *Pro malis prædictis.*
5 Et venerunt illuc. *Hic consequenter ponitur ausus confessionis Dei cultus & diuinæ legis: & hoc præsentibus aduersariis, ideò dicitur*, Et venerunt illuc qui missi erant à rege, *& patet.*
6 Et multi de populo Israel consentientes. *Timore mortis.*
7 Sed Matathi. & fi. eius constanter. *In confessione Dei & legis.*
8 Dixerunt. *Volentes eum primò verbis adulatoriis subuertere.*
9 Princeps. *Dignitate.*
10 Et clarissimus. *Fama celebritate.*
11 Et magnus es. *Potestate.*
12 Et ornatus filiis. *Quinque.*
13 Et fratribus. *Id est, magna cognatione.*
14 Ergo ac. *Q. d. decet te. Secundo verbis promissoriis, cum dicitur,*
15 Et eris tu & fi. tui int. amic. reg. *Quantum ad bonum honorabile.*
16 Et am. auro & ar. *Quantum ad bonum vtile.*
17 Et res. &c. *Vt magis appareret eius constantia*, Et si omnes Gentes, &c. *Sequitur.*

MORALITER.

† 2 *Et scidit Mata. &c.* Quia bonus prælatus & fideles sui crescentibus malis debent affligere corpora sua pro Dei misericordia impetranda, & stare viriliter in veritate diuina, ideò sequitur,

Officium boni prælati & filiorum eius.

7 *Matathias & filij eius, &c. Princeps clarissimus, &c.* Per hoc significatur diaboli malitia, qui non potens per apertas tentationes eos deiicere in peccata, per quamdam adulationem, quærit eos subuertere infigendo eorum memoriæ sua merita, sicut legitur in Collationibus patrum de quodam quem induxit ad proiiciendum se in puteum asserens, quod tanti erat meriti apud Deum, quod non læderetur propter casum.

Diabolus subuertit homines per adulationem.

a *Et vt cessa. &c.* RABBAN. Respondens autem vnus ex Iudæis illis iniquis & filiis Belial, qui erant cum principibus Antiochi, ait: Miror de vobis ô principes quamdiu non sumitis vltionem de Matathia! Cumque loqueretur, extraxit gladium suum & præscidit caput porci, sumensque illud, portauit ad altare quod extruxerunt in templo regis Antiochi, & posuit illud super ipsum, incenditque thimiama in honorem sculptiliũ Antiochi. Quod videns Matathias, cõmotus zelo Dei sui, & indignatione accensus, exemit gladium suum, insiliensque in Iudæũ illum, abscidit illius caput, corpus autem truncũ cecidit super altare. Trucidauit quoque principem vnũ gladio suo, effugauitque reliquos qui aderant, &c.

(Iosep. Heb. li. 5. cap. 8.) (Iudæus apostata & vnus de principibus Antiochi à Matathia occisi.)

IBID. Iudæus hic, qui sacrificauit corã oculis omnium, idolis, significat malos Catholicos, qui prauis operibus & peccatorũ nota scandalizãt proximos suos. In eo enim idolis sacrificare probantur, quo principalibus vitiis captiuati esse manifestantur. Vnde *auaritiam* Paulus Apostolus *idolorum seruitutem* appellat. Sed hos gladius Matathiæ trucidat super aram, quia vltio æquissimi iudicis iustam in talibus exercet vindictam. *Necnon & virum quem miserat Antiochus, qui cogebat immolare in ipso tempore occidit*, quia in die extremi examinis non solum peccatores homines, sed peccatorum instigatores, maligni videlicet spiritus, æternæ damnationis meritam recipient pœnam. Simul & ara impietatis destruetur, quia post peractum iudicium vlterius peccandi facultas vlla non tribuetur iniquis. Quod autem sequitur; *Zelatus est legem sicut fecit Phinees Zam. filio Salomi*: ostendit quod fortia facta sanctorum patrum præfigurabant redemptoris nostri in nouissimis temporibus nobilissimum actum,

(Eph. 5. b.) (De eis qui per scandalosum actũ inducunt, vel minis cogũt alios male facere.) (Num. 25. b.)

† AMBROSIVS octon. 18. in Psal. 118. Zelũ debet habere sacerdos, qui incorruptam studet seruare Ecclesiæ castitatẽ. Et ideò princeps sacerdotũ dicit: *Zelus domus tua deuorauit me.* Et Phinees sacerdos, erat & nepos sacerdotis, & filius sacerdotis. Bonus zelus & vtilis in sacerdote, ne negligens, ne remissus sit. Zelus Dei gratia est, qui exquirit qui superuenit, qui se iusti infundit pectori. Zelus Dei vita est. Zelum habuit Elias, & ideò raptus est ad cælum. Zelum habuit Matathias bar Ioannis, qui aduersus sacrilegia Antiochi excitauit Dei plebem. Zelum qui habent, omnes sibi inimicos suos putant, qui sunt hostes Dei, quamuis patrem, fratres, sorores. De omnibus dicit sicut Dauid, *Hostes facti sunt mihi.*

(De zelo honoris diuini. 3. Reg. 19. 4. Reg. 2.) (Psal. 138.)

Matathias, & dixit magna voce: Et si omnes gentes regi Antiocho obediunt, vt discedant vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & consentiant mandatis eius, [20] ego & filij mei & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. [21] Propitius sit nobis Deus, non est nobis vtile relinquere legem & iustitias Dei. [22] Non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes legis nostræ mandata, vt eamus altera via. [23] Et vt cessauit loqui verba hæc accessit quidã Iudæus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in ciuitate Modin secundùm iussum regis. [24] Et vidit Matathias, & doluit: & contremuerunt renes eius. Et accensus est furor eius secundùm iudicium legis, & insiliens trucidauit eum super aram. [25] Sed & virum quem rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, & aram destruxit: [26] & zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zambri filio Salomi. [27] Et exclamauit Matathias voce magna in ciuitate, dicẽs: Omnis qui zelum habet legis statuens testamẽtum exeat post me. [28] Et fugit ipse & filij eius in mõtes & reliquerũt quęcũque

b *Et accensus est furor eius.* CYPRIANVS l. de exhort. martyr. cap. 5. Quòd sic idolatriæ indignetur Deus, vt præceperit etiam eos interfici, qui sacrificare & seruire idolis suaserint, in Deuteronom. inquit, *Quod si rogauerit te frater tuus, aut filius, aut filia, aut vxor, aut amicus, dicens, Eamus & seruiamus diis alienis*, &c. *manus tua erit super eum*, &c. Cuius præcepti & vigoris memor Matathias, interfecit eum, qui ad arã, sacrificaturus accesserat. Quod si ante aduẽtum Christi circa Deum colendum hæc præcepta seruata sunt, quãto magis post aduẽtum seruanda?

(Ne propinquissimis quidem parcẽdum cum in Deum impie agũt.)

c *Et exclamauit Ma. voce magna in ciuitate.* RABBAN. Hæc verba Matathiæ præfigurabãt domini nostri Iesu Christi doctrinam, qua exhortatur nos quotidie relinquere vanitatẽ huius mundi, & quærere gaudia cælestis regni. Dicit enim ipse in Euangelio, *Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Qui amat patrem suum aut matrem suam plus quàm me, non est me dignus, Et qui non baiulat crucẽ suam quotidie & sequitur me, non est me dignus. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam, Qui autem perdiderit animã suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis, & reddet vnicuique secundum opera sua.* Fugit enim redemptor noster & filij eius in montes, & relinquunt quæcumque habent in ciuitate, quãdo per ducatum ipsius veritatis altitudinem virtutum ascendere cupimus: & ea quæ ad luxum sæculi pertinent, quasi superflua spernentes, abiicimus. Inde est quod legitur in Euãgelio idem dominus, duxisse discipulos suos in montes, & ibi sedisse, ibique docere eos; ibi orabat, ibique pascebat turbas, vt semper ad altiora & perfectiora suis exemplis nos prouocaret.

(Luc. 14. f. Matth. 10. d. Luc. 14. f. Matth. 16. d. Luc. 9. c. Matth. 16. d.) (Fuga sæculi.)

a Tunc

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego & fi. &c. & fr. *Id est, cognati.*
2 Obediemus legi patrum nostrorum. *Colentes vnum Deum verum. Cetera patent.*
3 Et vt ces. *Hic consequenter ponitur zelus æmulationis, quo interfecit Iudæum idolis immolantem. Et patet littera vsque ibi:*
4 Et contremuerunt renes. *Quia fortis motus cordis redundat ad corpus.*
5 Et accensus est fur. *Id est ira, per zelum, quia tamen excitabatur secundum rationis iudicium, ideo subditur,*
6 Secundum iud. le. *Sicut fortis, ira passione vtitur laudabiliter ad promptius exequendum actum virtutis, 4. Ethic.*
7 Et zelatus est le. si. fe. Phi. *Qui ex zelo legis interfecit Zambri cum scorto Madianitide, Num. 25.*
8 Et exclamauit Mat. voce ma. *Postquam descripta est zelantis audacia, hic consequenter describitur ipsius tolerantis constantia, quæ primò declaratur in hoc quòd Matathias cum filiis suis non fuit fractus rigore asperitatis, magis eligens herbis viuere in deserto, quam legem transgredi, ideò subditur,*
9 Et fugit ipse & filij eius in montes. *Bona sua temporalia propter zelum Dei contemnentes.*

Tunc

MORALITER.

† *Matathias, &c.* Per hoc significatur, quòd vir sapiens & bonus non acquiescit dæmonis persuasionibus, sed magis repellit, sicut legitur de beato Martino, quod diabolus apparuit ei in specie regis magnificè adornati, suadens Martino, vt adoraret eum eò quòd esset Christus. Cui respondit, Christus non purpuratum, nec diademate renitentem se venturum esse prædixit; & tunc diabolus confusus recessit.

(Vir sapiens diaboli persuasionibus non acquiescit.)

‡ *Et vt ces. loqui, &c.* Per hoc quod Matathias Iudæum idolis sacrificantem interfecit, significatur, quòd bonus prælatus debet Christianum à veritate fidei declinantem ferire gladio spirituali, & si pertinax fuerit, tradere iustitiæ sæculari, feriendum gladio materiali, & similiter infidelem Christianum seducentem populum debet iudex sæcularis ad insinuationem ecclesiæ exterminare.

(Infideles vtroque gladio exterminandi.)

8 *Et excla.* Quia pastor ecclesiæ debet fideles in fide confirmare, & cum eis diuinum auxilium & sanctorũ implorare, ideò subditur,
9 *Et fugit ipse & fi. e.* De quibus dicitur Psal. 120. a. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, &c.*

† Tunc

a *Tunc descenderunt.* RABB. Istos, qui non cum Matathia & filiis eius ascendebant in montes, sed descenderunt in desertum, vt ibi sedentes quærerent iudicium & iustitiam, quos melius per allegoriam accipere possumus, quàm Iudæos, qui post acceptam gratiam baptismatis Christi, circumcisionem & legem veterem obseruandam putabant. Et bene hi in desertum isse memorantur, qui lucescere euangelij veritate desertam legis vmbrã, quasi adhuc sibi necessariam, repetebant. Sabbatum legale obseruari debere prædicabant: Cum omnia hæc téporibus legis in figura præcesserint, & spiritualiter in nouo testamento obseruãda sint. Contra quos apostolus in epistolis suis copiosissimè disputat asserẽs *finem legis esse Christum ad iustitiam omni credenti.* Isti ergo spiritualium hostium gladio meritò feriuntur qui Christi gratiam sufficere sibi ad salutem non arbitrantur.

IBID. Possunt quoque iuxta tropologiã, in ipsis appetitoribus deserti desidiosi quique intelligi, qui post perceptam gratiam Christianæ religionis satis sibi fieri æstimant, quòd perceperunt charismata diuina & inundationem baptismatis, nec volunt post ablutionem sordium, opera exercere virtutum: Neque recordantur illius euangelicæ parabolæ, qua saluator in euangelio de immundo spiritu narrando disserebat, vbi dicit spiritum immundum exisse de homine *& ambulasse per loca inaquosa quærendo requiem & non inuenit. Iterum cum septem spiritibus nequioribus se pristinam domum vacantem ac scopis mundatam & ornatam repetisse.* Tales quippe ab hostibus spiritualibus facilè obruuntur, quia scuto fidei, galea salutis, lorica iustitiæ, & gladio spiritus, cum quibus inimicis resistere debuerant, armari non curabant. Vnde subiungitur, quòd *Matathias & amici eius luctum habuer. super horum inter.* quia grandi dolore afficitur ecclesia, quando aliquos de numero suorum per insidias atque persecutionem malignorum hostium in peccatorum præcipitium agnoscit corruisse.

Marginalia: De eis qui amplexi Euangelium Christi vmbras tamen legis deserere nolunt. — Rom. 10. a. — De eis qui perceptam in baptismo gratiam nõ fouent piis operibus. — Matth. 12. d. — Ephes. 6. c.

b *Moriamur omnes in simplicitate, &c.* † RVPERTVS l. 10. de vict. verb. cap. 2. Qui vnctionem habet ex Deo, congemiscere didicit, & congemiscit sanctis egentibus, angustiatis, afflictis, in solitudinibus errantibus in montibus, quia multa mala sunt experti. Vna die vsque ad mille animas hominum in deserto interfecti sunt in die sabbatorum, eo quod verebantur propter religionem & obseruantiam manu sibimet auxilium ferre. *Moriamur* dixerunt, *in simplicitate nostra, & testes erunt super nos cælum & terra, quòd iniustè perditis nos.* Sed quid sequitur? *Et dixit vir proximo suo: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri, &c.* Et hactenus (inquit Iosephus) manet nobis consuetudo pugnandi, etiam si tali die bella consurgant.

c *Et dixit vir.* RABB. Valde igitur detestãtur boni ociositatem, quæ inimica est animæ, & ideo potius eligunt contra inimicos spirituales quotidie virtutibus confligere, quàm desidia inerti ociosè torpere; maximè cum spem victoriæ non à se, sed per auxilium præsumant habere diuinũ. Nec sibi securitatem in præsenti, sed in futuro promittũt, quãdo destructis cunctis aduersitatibus, *Nouissimè ipsa destruetur mors, nec erit vltrà luctus, neque clamor, neque dolor, quoniam prima abierunt*; quando lætificabuntur sancti in gaudio vultus Dei, & delectatione saluberrima fruentur in dextera eius vsque ad finem.

d *Et cogitauerunt die illa, dicentes, &c.* † TERTVLLIANVS l. adu. Iudæos, c. 4. Septem dies vndecũque initium acceperint, sabbati diem secum concludant necesse est, quo die non tantum sacerdotes sint operati, sed & in ore gladij præda facta sit ciuitatis ab omni populo Israel. Nec dubium est opus seruile eos operatos, cùm prædas belli agerent ex Dei præcepto. Nam & téporibus Machabæorũ sabbatis pugnando fortiter fecerunt, & hostes Allophylos expugnauerunt, legemq; paternam ad pristinũ vitæ statum pugnãdo sabbatis reuocauerunt. Nec puto aliam eos legem defendisse, nisi in qua de die sabbatorũ meminerant esse præscriptum. Vnde manifestum est ad tempus

Marginalia: Simplices ex ignorantia errantes digni sunt, quos pijs lachrymis prosequamur. — E L. 12. antiq. cap. 7. — De ociositate & de laudabili exercitatione. — F — Act. 1. ex. 1. Cor. 15. g. Apoc. 21. — Iubemur nõ prohibemur facere opus bonum in Sabbato.

a habebant in ciuitate. [29] Tunc descenderunt multi quærentes [1] iudicium & iustitiam in desertum, [30] & sederunt ibi ipsi & filij eius & mulieres eorum & pecora eorum, quoniam inundauerunt super eos mala. [31] Et renuntiatum est viris regis & exercitui qui erant in Ierusalem ciuitate Dauid, quoniam discessissent viri quidam qui dissipauerunt mandatum regis in loca [2] occulta in deserta: & abiissent post illos multi. [32] Et statim perrexerunt ad eos, & constituerunt aduersus eos prælium in die sabbatorum, [33] & dixerunt ad eos: Resistitis & nunc adhuc? Exite & facite secundum verbum regis Antiochi, & viuetis. [34] Et dixerunt: Non exibimus, neque faciemus verbum regis vt polluamus diem sabbatorum: [35] Et concitauerunt aduersus eos prælium. [36] Et non responderunt eis, [3] nec lapidem [4] miserunt in eos: nec [5] oppilauerunt loca occulta, [37] dicen- b tes: [6] Moriamur omnes in simplicitate nostra, & testes erunt super nos cælum & terra, quòd iniustè perditis nos. [38] Et intulerunt illis bellum sabbatis, & mortui sunt ipsi & vxores eorum & filij eorum & pecora eorum vsque ad mille animas hominum. [39] Et [7] cognouit Matathias & amici eius, & [8] luctum habuerunt super eos valde. c [40] Et dixit vir [9] proximo suo: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnauerimus aduersus gentes [10] pro animabus nostris & [11] iustificationibus nostris, [12] citius disperdent nos à terra. d [41] Et [13] cogitauerunt die illa, dicentes: Omnis homo quicumque venerit ad nos in

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc descenderunt multi, &c. *Qui iam ante fugerant ad loca magis montuosa.*

2 Qui dissipauerunt mandatũ regis, &c. *Ipsum implere denegando, & virum inducentem ad regis obedientiam occidendo. Cetera patent vsque ibi.*

3 Et non responderunt eis ad votum. *Scilicet eorum, sed ad contrarium, ideo præmittit:* Et dixerunt: non exibimus, &c.

4 Nec lap. mi. in eos. *Ad sui defensionem.*

5 Neque oppila. lo. *Ne quietem sabbati violarent.*

6 Dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra. *Et sine dubio istud processit ex quadam simplici deuotione, quia licitum erat eis in die sabbati se defendere, vnde & Iosue 6. dicitur, quòd cuncti bellatores de voluntate domini circumierunt vrbem Iericho semel in die, & hoc septem diebus in quibus dies sabbati erat inclusus: propter quod Matathias qui erat in lege peritus, declarauit, quòd licitum erat Iudæis in sabbato pugnare in necessitatis casibus.*

7 Et cognouit Matathias, &c. *Hic ostenditur secundò constantia Matathiæ, & eorum qui cum eo erant, in hoc, quòd non fuerunt fracti terrore aduersitatis ex audita morte mille hominum, ideo subditur:* Et cognouit Matathias & amici eius, *Mortem prædictorum.*

8 Et luctum habuerunt, &c. *Quia mortui erant ex indiscreta deuotione: ideò subditur,*

9 Et dixit vir proxi. suo, &c.

10 Pro animabus nostris. *Id est, pro vitis nostris, vt ita liceat loqui.*

11 Et iustificationibus nostris. *Id est, legis obseruationibus.*

12 Citius disperdent nos, &c. *Et sic sequentur maiora mala.*

13 Et cogitauerunt, &c. *Istud ordinauerunt de consilio Matathiæ vt dictum est.*

Tunc

Marginalia: Licitũ erat se defendere in Sabbato.

MORALITER.

1 *Tunc descenderunt multi, &c.* Per quos significantur simplices Christiani habentes zelum Dei, sed non secundum scientiam: & ex hoc incurrunt damnum temporale, & aliquando spirituale.

† Tunc

Marginalia: Simplices Christiani — habẽtes zelum Dei sed nõ secundũ scientiam.

tempus & praesentis causae necessitatem conualuisse, vt non ad perpetui temporis obseruationem huiusmodi legem eis Deus ante dedisset.

† AMBROSIVS li. 1. offic. cap. 40. Cùm Iudaei essent parati ad repugnandum pro templo Dei, & pro legitimis suis, dolo hostium die lacessiti sabbati, maluerunt vulneribus offerre nuda corpora, quàm repugnare, ne violarent sabbatum. Itaque omnes laeti se obtulerunt morti. Sed Machabaei considerátes, quòd hoc exemplo gens omnis posset perire, sabbato etiam, cùm ipsi in bellum prouocarentur, vlti sunt innocentium necem fratrum suorum. Vnde postea stimulatus rex Antiochus, cùm bellū accenderet per duces suos Lysiam, Nicanorem, Gordiam, ita cum orientalibus suis & Assyriis attritus est copiis; vt quadraginta & octo millia in medio campi à tribus millibus prosternerentur.

Machabaei edocti fratrum calamitate bellum in Sabbatis suscipiunt & vincunt: licitè.

bello die sabbatorum pugnemus aduersus eum, & non moriemur omnes sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. [a] [41] Tunc congregata est ad eos synagoga Iudaeorum fortis viribus ex Israel, omnis voluntarius in lege, [42] & omnes qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum. [44] Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua, & ceteri fugerunt ad nationes, vt euaderent. [45] Et circumiuit Matathias & amici eius, & destruxerunt aras, [46] & circumciderunt pueros incircumcisos quotquot inuenerunt in finibus Israel in fortitudine. [47] Et persecuti sunt filios superbiae, & prosperatum est opus in manibus eorum. [b] [48] Et obtinuerunt legem de manibus gentium, de manibus regum, & non dederunt cornu peccatori. [c] [49] Et appropinquauerunt dies Matathiae moriendi, & dixit filiis suis: Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis. [50] Nunc ergo filij aemulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum, [51] & mementote operum patrum quae fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam & nomen aeternum. [d] [52] * Abraham nónne in tentatione inuentus est fidelis,

* Gen. 22. c.

daemones permissi sunt à saluatore ire in porcos, vt immundi possessores vasa immunditiae possiderent.

b *Et obtinue. &c.* IBID. Obtinebant milites Christi legem de manibus gentium, & de manibus regum, quando in veritate Euangelij persistentes nullo credebant errori: quin potius errantes praedicatione sua subiiciebant veritati. Inde factum est, quòd plurimi eorum, qui per fastum mundanū elati persecutores antè fuerant Christianae religionis, iidem postmodum conuersi, essent assertores firmissimae veritatis. *Et non dederunt cornu peccatori*: quia non consentiebant iniquitati. Iuxta illud Esther quo in oratione sua dicit: *Ne tradas domine sceptrum tuum his qui non sunt.*

Euangelij praecones dū non cedunt errori ipsos errantes ad Christum traducunt.

Esth. 14. c.

c *Et appro. &c.* IBID. Exhortatio haec Matathiae, qua exhortabatur filios suos vt aemulatores essent legis Dei, & darent animas suas pro testamento patrum, bene cōuenit Euangelicae doctrinae, quia ipsa veritas discipulos suos verbis & exemplis instruebat, quomodo resisterent vniuersis erroribus Iudaeorum, paganorum, atque haereticorum, & mundum praedicationibus suis ad fidem conuerterent. Ipsamque doctrinam suam attestatione legis & prophetarum affirmabat, ostendens, eumdem esse auctorem noui, qui & veteris testamenti.

Christus quae monita & consilia dederit suis.

a *Tunc congre. &c.* RABB. Narrante scriptura manifestū est, quòd saluatore & apostolis eius praedicantibus Euangeliū, multi de Iudaeorū populo veniebant ad fidē credentes legi & prophetis de aduentu Christi testantibus: necnon de proselytis, atque de aduenis plurimi relinquentes idola sua ac superstitionem gentilitatis, confluebant vndique ad audiendum verbum Dei: & additi sunt ad numerum credentium; *percusseruntq; peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua*, cum zelo fidei instigati malignos spiritus ab obsessis per errorem hominibus eiicientes expulerunt, & fraudis suae venena ipsis patefecerunt. Inde quoque compulsi fugerunt ad nationes, iuxta illud Euangelij, quo sanatis hominibus daemo-

Per Christū & eius Apostolos & discipulos pellitur diabolus è cordibus Iudaeorum & gentium.

Matth. 8. d.

d *Abraham nonne, &c.* † CYPRIANVS lib. 3. adu. Iudaeos c. 15. Ad hoc tentari homines à Deo, vt probentur, in Genesi scriptum est. *Tentauit Deus Abraham, &c.* Et in Deuteronomio. *Tentat vos Deus vester, &c.* De hoc ipso in Machabaeis: *Abraham nonne in tentatione inuentus est fidelis, &c.*

Tentatur homines vt probentur. Gen. 22. Deut. 13.

Daniel

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc congregata est. *Hic tertio declaratur eorum constantia, quia non fuerunt fracti labore anxietatis, quo viriliter hostibus restiterunt, ideo dicitur.* Tunc congreg. est ad eos, *Scilicet ad Matathiam & eius amicos.*
2 Synago. Iu. for. viri. *Quantum ad robur corporis & spiritus, ideo subditur,*
3 Omnis volun. in lege. *Id est, habens voluntatem seruandi legem.*
4 Et facti sunt, &c. *Eligentes Matathiam in principem suum.*
5 Et percuss. pecc. in ira sua. *Per zelum legis excitata.*
6 Et cet. fu. ad natio. *Gentilium, extra Iudaeam existentes.*
7 Et circum. &c. *Per loca Iudaea idololatria polluta.*
8 Et circum. pue. incircum. *Quos parentes eorum non fuerant ausi circumcidere mortis timore.*
9 Et perse. sunt fi. superbiae. *Id est, homines valde superbos, sicut homines digni morte dicuntur filij mortis 1. Reg. 21.*
10 Et prospe. est opus in ma. eorum. *Id est, Matathiae & filiorum suorum.*
11 Et obtinuerunt legem. *Id est, legis obseruantiam.*
12 De manibus gentium. *Id est, repressa eorum potentia.*
13 Et non dederunt, &c. *Sed magis represserunt, & sic minus dicendo plus significat.*
14 Et appropinquauerunt, &c. *Descripta Matathiae constantia, hic consequenter describitur eius prouidentia: nam videns appropinquare tempus suae mortis, ordinauit in posterum de defensione legis: & primò ad eam filios suos animat, dicens,*
15 Nunc conforta. est superb. *Scilicet Antiochi regis, vt patet ex praedictis.*
16 Et castigatio. *Nostra pro peccatis nostris.*
17 Et tempus euersionis. *Diuini cultus & legis.*
18 Et ira. *Id est, poena.*
19 Indignation. *Scilicet diuina, suo iusto iudicio, licet nobis occulto.*
20 Nunc ergo fi. aem. esto. legis. *Id est, zelatores & defensores ipsius, quia nunc est necessitatis tempus.*
21 Date animas, &c. *Periculo mortis vos exponendo.*
22 Pro testamento patrum. *Id est, patribus dato, Exo. 20. Secundò exempla patrum allegat, & primò in generali dicens,* Et mementote operum patrum, &c.
23 Et accipietis glo. magnam. *Id est, virtutis famam in praesenti, & nomen aeternum in futuro. Consequenter ponit exempla in particulari, dicens,*
24 Abraham non. in ten. *Immolationis Isaac Genes. 22. c.*
25 Inuentus est fide. *Quasi dicat, sic, quia paratus fuit ipsum immolare propter bonum obedientiae.*

Oratio Matathiae ad suos imminente morte.

14 Et

Et

MORALITER.

† 1 *Tunc congre. est ad eos syn. Iudaeorum fortis, &c.* Scilicet ad Matathiam & filios eius, per quos significatur, quòd ad bonum praelatum & socios eius debent fideles per charitatem & obedientiam suam adunari, & cum ipsis contra fidei & morum impugnatores fideliter praeliari.
14 *Et appropinq. dies, &c.* Per hoc dedit exemplum principibus & praelatis, vt faciant testamentum de obseruantia fidei & morum posteris suis & amicis.

De eis qui operā suam praestant in iuuando bono praelato.

& reputatū est ei ad iustitiam?[51] * Ioseph in tēpore angustiæ suæ custodiuit mandatum, & factus est dn̄s Aegypti.[54] Phinees pater noster zelādo zelum Dei accepit testamentū sacerdotij æterni.[55] * Iesus dum impleuit verbū factus est dux in Israel.[56] * Caleb dū testificatur, in ecclesia accepit hereditatē,[57] * Dauid in sua misericordia cōsecutus est sedē regni in sæcula.[58] * Elias dum zelat zelū legis receptus est in cælū.[59] * Ananias, Azarias, & Misael credentes liberati sunt de flāma.[60] * Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonū.[61] Et ita cogitate generationem & generationem, quia omnes qui sperant in eum, non infirmantur.[62] Et à verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus & vermis est.[63] Hodie extollitur, & cras non inuenietur, quia conuersus est in terrā suam, & cogitatio eius periit.[64] Vos ergo filij confortamini, & viriliter agite in lege, quia cum feceritis quæ vobis præcepta sunt in lege à domino Deo vestro, in ipso gloriosi eritis.[65] Et ecce Simon frater vester, scio quod vir consilij est. Ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater.[66] Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua sit vobis princeps militiæ, & ipse aget bellum populi.[67] Et adducetis ad vos omnes factores legis & vindicate vindictam populi vestri.[68] Retribuite retributionem gētibus, & intendite in præceptum legis.[69] Et benedixit eos & ap-

a *Daniel in sua simplicitate, &c.* † CYPRIAN. l.3. adu. Iudæos cap.33. A Dei arcana perspici non posse, & ideo fidem nostram simplicem esse debere, dicitur, *Videmus nunc per speculum in ænigmate, &c.* Item apud Salomonem, *In simplicitate cordis quærite illum, &c.* Item in Machabæis, *Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum, &c.*

1. Cor. 13. Sapi. 1.

b *Et à verbis viri peccatoris, &c.* † CYPRIAN. epist. 55. quæ est ad Cornel. contra hæreticos. Cōuicia impiorū non timemus; fustes & lapides, & gladios, quos verbis parricidalibus iactitant, non perhorrescimus. Quod in illis est, homicidæ sunt apud Deum tales: necare tamen non possunt, nisi dominus permiserit. Et cum nobis semel moriendum sit, illi tamen & odio, & verbis suis quotidie perimunt. Scribitur verò, *Verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in stercora erit, etc.* †† PASCHASIVS in epi. ad Eugypium. Quantū gesta sanctorum vtilitatis impertiant, quantum feruoris attribuant, quantum puritatis infundāt de hac re Apostolicæ vocis auctoritas latius innotescens, *forma*, inquit, *facti gregis*. Et B. Paulus Timotheo præcepit, formam esse fidelibus. Vnde iam Apostolus iustorum catalogum summa breuitate contexens, ab Abel incipiens, insignium virorum pergit narrare virtutes. Sic & ille fidelissimus Matathias morti gloriosissimæ iam propinquans filiis suis hereditario iure exempla distribuit.

*Iosu. 14.c. *Nu. 14.a. *3. Re. 24.d. *3. Re. 19.b. *4 Re. 2.b. *Dan. 3.c. *Dan. 6.f. — Exempla Sanctorum prioris æui.

c *Vos ergo.* RABB. Legimus in euangelio Ioannis, quòd saluator ad passionem properans, eadem nocte, qua traditus est, post cœnam mysticam, & lauationem pedum, quam discipulis suis præcinctus linteo, exhibuit; plurima exhortationis suæ præbuerit documenta, inter quæ & passionem, quæ eis in mundo erat futura, prædixit, & gloriam futuri regni, ac gaudium cælestis patriæ promisit. Sed quia mors Matathiæ passionem perfigurat redemptoris, quomodo ecclesiæ magisterium ordinauerit per omne tempus præsentis vitæ audiamus.

Ioan. 13. a. — Testamentum Christi & Matathiæ morti vicini.

d *Et ecce.* IBID. Supra diximus quod * Symeon, audiens interpretatur. Et bene dixit Simonem virum esse consilij, quia qui spiritus sancti gratia docente auditu instruuntur interno, vtiles per omnia atque habiles sunt consilio, vnde Psalmista ait, *Audiam quid loquatur dominus in me, quoniam lo. p. in p. s. &c.* Et in Apoc. *Qui audit* (*inquit*) *dicat veni.* Hortatur nos magister cælestis, quatenus illos audiamus, quos ipse interius docens salubres nobis esse fecit magistros.

* Simon. — Psal. 83.b. De eis qui sano consilio libenter acquiescit. — * Nu. 25.c. — Apo. 22. d.

e *Et Iudas* (inquit) *Machabæus fortis viri. à iuuentute sua, sit vobis princeps mi. & ipse aget bel.* RABB. Quid per Iudam Machabæum, nisi primi prædicatores designantur euangelij; qui ab ipso saluatore eruditi, idonei fuerunt ad agendum bellum Christiani populi. Sed quia Iudas *confessio* interpretatur, & plerisque in locis typum tenet ipsius saluatoris sciamus tunc ordinaliter agi bellum nostrum, quando ipse dignatur dirigere cōsilium & actum nostrum. Vnde ipsa veritas discipulis ait, *Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis, quia sine me nihil potestis facere, Et ecce ego sum vobiscum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.*

Feliciter pugnatur cum Christus nobis præstat ducatum. — Ioan. 15. a.

f *Et benedixit.* RABBAN. IBID. Scriptum inuenitur in euangelio, quomodo Saluator, postquam finiuit cœnam (quam cum discipulis suis ante passionem suam habuit) vltimam prædicationem, qua instruebat ipsa nocte discipulos, ad extremum oratione ad patrem directa finierit, suosque discipulos ipsi seruandos commendauerit, dicens, *Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos.* & paulo post, *Sanctifica* inquit *eos in veritate, sermo tuus veritas est, sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum, & pro eis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate,*

Matth. 28. 3. 40. — Christus morti vicinus discipulos patri commendat.

NICOLAVS DE LIRA.

1. Et reputatum est, &c. *Propter bonam voluntatem.*
2. Ioseph in tempore, &c. *Quia tunc erat venditus in seruum.*
3. Custodiuit man. *Renuens adulterium, Gen. xxxix. e.*
4. Et fa. est dominus. *Aegypti Gen. xlj. e.*
5. Phinees pa. no. &c. *Sicut dictum est supra.*
6. Iesus. *Id est, Iosue.*
7. Dum impleuit verbum, &c. *Per Moysen sibi dictum.*
7. Factus est dux in Is. *Iosue j.*
9. Caleb dum testificatur, in ec. *Virtutem Dei contra alios exploratores, Num. xiij.*
10. Accepit hereditatem. *Iosue xiiij. c.*
11. Dauid in sua mis. *Qua pepercit Sauli, qui bis cecidit in manu sua. j. Reg. xiiij. & xxvij.*
12. Conse. est sedem regni in sæc. *ij. Reg. vij.*
13. Elias dum zelat. ze. le. *Occidendo prophetas Baal. iij. Reg. xviij. f.*
14. Ana. Az. Mi. credentes. *Corde vnum verum Deum & confitentes ore.*
15. Libe. sunt de flamma. *Danielis iij.*
16. Daniel in sua sim. *Id est, orans Deum simplici corde.*
17. Libe. est de ore leo. *Dan. vj. Cetera patent vsque ibi.*
18. Et à verbis. *Scilicet comminatoriis.*
19. Viri pecc. *Scilicet, Antiochi regis.*
20. Ne timueritis. *Timore vestros animos deiiciente.*
21. Quia glo. eius stercus & vermis est. *Id est, in stercus & vermem conuertetur. Et videtur hic Matathias prophetice loqui, nam in languore postea posito Antiocho vermes viuentes de carne eius scaturiebant, & ex fœtore eius exercitus grauabatur, infra li. ij. ca. ix.*
22. Hodie extollitur. *Potentia regni.*
23. Et cras non inuenietur. *Id est, cito morietur.*
24. Quia con. e. in terram suam. *Id est, reuersus vt dictum est supra ca. j.*
25. Et cogitatio eius periit. *Quia non potuit perficere, quod cogitabat de Iudæorum destructione.*
26. Vos er. *Hic tertio filios suos ad defensionem legis ordinat, dicens,* Vos ergo filij conforta. *in domino & in potentia virtutis eius.*
27. Et viriliter agite in lege, quia cum feceritis. *Pugnando pro eius defensione.*
28. In ipsa. *Seruanda & implenda.*
29. Gloriosi eritis. *Primo in spe postea in re. Quod autem in aliquibus libris interponitur.* Cum feceritis. *non est de textu, nec habetur in libris correctis.*
30. Et ecce Simon frater vester, scio quod vir consilij est. *Id est, prudens in dandis consiliis.*
31. Ipsum audite sem. *Eius sequendo consilium.*
32. Et ipse vo. erit pa. *Quia prudentia in bellis est magis necessaria, quàm fortitudo.*
33. Et Iu. M. fo. vi. *Ideo ad principatum militiæ aptus.*
34. Et ipse aget bellum. *De consilio tamen Simonis.*
35. Et adducetis ad vos. *Quia virtus vnita fortior est se ipsa dispersa.*
36. Retributionem gentibus. *Ipsas puniendo pro malis illatis fidelibus. Cetera patent.*

ritate, Et reliqua. Talibus enim locutionibus Matathias noster suos alumnos instruxit ac benedixit, Sicque positus est ad patres suos, quia omnia sicut de eo scriptum erat, sanctorum patrum dicta passione sua ac resurrectione atque ascensione, implendo confirmauit.

Similiter Matathias.

a *Et defu.* RAB. Supra dictū est, quod Matathias in cxlv. anno gentibus templum Dei prophanantibus surrexerit, & filij eius zelare legem Dei & vindicare sancta. Nunc quoque scriptura refert, eumdem Matathiam cxlvj. anno defunctum esse. Vnde apparet, quod non amplius quam vno anno cum filiis suis post inceptam vltionem pariter vixerit, sicque defunctus est. Iste enim numerus annorum bene conuenit per mysterium dominicæ passioni, quia post plenitudinem temporis, qua Deus filium mittere decreuit, secundum attestationem legis & euangelij sexta ætate sæculi, hominem qui sexto die creatus est sexta die passus sanguinis sui pretio perfecte redemit ac reparauit. Quod autem sepultus dicitur à filiis in sepulchro patrum suorum in Modin, significat passionis suæ memoriam quotidie à fidelibus in sancta ecclesia, vbi iudicij & æquitatis locus est, congruè venerari, planctumque salubrem ibidem celebrari, quia æternæ vitæ desiderio sancti viri accensi pro eius adeptu in cordium suorum cubiculis student salutiferis lachrymis compungi.

Quamdiu præfuit Matathias populo sanctorum Ioseph. li. 12. antiqui. ca. cap. 7. & 8.

Tempus passionis Christi.

Meditatio passionis Christi.

a positus est ad patres suos. [76] Et defunctus est centesimo quadragesimo sexto anno, & sepultus est à filiis suis in sepulchris patrum suorum in Modin, & planxerunt eum omnis Israel planctu magno.

CAPVT III.

a [1] ET surrexit Iudas, qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo, [2] & adiuuabāt eum omnes fratres eius, & vniuersi qui se coniunxerāt patri eius, & prēliabātur prēlium Israel cū lętitia. [3] Et dilatauit gloriā populo suo, & induit se loricā sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in præliis, & protegebat castra gladio suo. [4] Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiēs in venatione. [5] Et persecutus est iniquos perscrutās eos, & qui conturbabant popu-

CAPVT III.

a *ET surrexit Iudas.* RABBAN. Matathia decedente, Iudas Machabæus filius eius successit in locum ipsius, quem adiuuabant omnes fratres eius, & vniuersi qui se iunxerant patri eius. Quid ergo in hoc facto nobis innuitur, nisi quod redemptor noster, postquā passione ac resurrectione sua completa, ascendit in cælos, successores sibi in euangelica prædicatione, misso de cælo spiritusancto, apostolos primum ordinauit, qui merito Iudæ nomine, hoc est, confitentes censentur: quia de ipsis Lucas in Euangelio ait, *Erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum.* Hos ergo omnes fratres sui, & vniuersi, qui se coniunxerant patri eius, adiuuabant; quia minoris ordinis viri, & omnes credentes, qui dogmate Christi ad fidem eius conuenerunt, in attestatione euangelij pro viribus choro apostolorum collaborabant.

De sanctis primitiuæ Ecclesiæ qui in propagāda fide Apostolis adiutricem operam præstabant.

Luc. 24. g.

b *Et præliabantur præ. Isr. cum læ. Et di. glo. po. suo.* IDEM. Quia ipse apostolicus cœtus, spiritussancti gratia repletus, instanter vbique verbum Dei prædicabant, gaudentes in tribulationibus, in necessitatibus, & in pressuris, augendo & multiplicando vbique numerum in domino credentium. *Induit se loricam sicut gigas*, quia fortitudine fidei vndique se muniebat. *Succinxit se arma bellica*, iuxta illud Pauli apostoli quo docuit dicens, *State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ, & calceati pedes in præparatione euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Sicque contra hostes pugnabat & protegebat castra ecclesiæ.

Ephe. 6. d.

Arma spiritus.

c *Similis factus est leoni in ope. su. & sicut ca. leo. rug. in venatione.*

† RVPERTVS in 16. c. Matth. In rebus bellicis regum, quorū Dauid primus extitit, de quo Sapientia dicit, quia cum leonibus lusit quasi cum agnis; & ab isto quoque vsque ad Iudam Machabæum, de quo scriptum est, *Similis factus est leoni in operibus suis*; nonne rota ista faciem habet leonis? Narrat quippe fortitudinem tantam Regum Ducumque fidelium, quanta sufficere potuit aut debuit, quanta pro tempore & re, necessaria fuit contra leones, ceterasque feras diaboli: scilicet, primo contra gentes: quæ in circumitu erant; deinde contra Assyrios, Persas, Græcos, per quos diabolus deliberauit extirpare arborem fera-cem

Ministrabatur Hebræorum ducibus sufficiēs virtus à Deo ne periret genus vnde erat Christus nasciturus.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. III.

Diuisio.

ET surrexit Iudas qui vo. *Post liberationem populi sub Matathia, consequenter describitur eiusdem liberatio sub Iuda: Circa quam primo describitur virtus ducis: secundo conflictus eius cum aduersariis, ibi,* Et persecutus est. *Circa primum dicitur,*

1 Et surre. Iudas. *Ad populi defensionem post suum patrem.*

†† ADDITIO. *Qui vocabatur Machabæus.* Vnde hoc nomen Iudæ obuenerit, superius ex Sixto Senensi vna causa relata est, nempe ex quatuor Symbolicis litteris מכבי M C B I quod essent in Hebræo initia illius sententiæ מי כאלים במה יהוה *Mi camoca baelim Iehouah, Quis similis tui in fortibus domine?* Exod. 15. 7. Tesseram militarem in vexillis faciebant hæ litteræ: vt apud nos quidam illud Constantini. *In hoc signo vinces.* Posset etiam dici quatuor istas litteras M C B I significare hoc מלחמה כוח ביהודה *Milhhamah Coahh Bihuda, belli robur in Iuda.* Ita enim Iosephus Gorionides lib. 3. c. 9. inducit Matathiam loquentem: *O fili mi Iuda, qui ob robur vocaris Machabæus, &c. Et nunc scio, fili mi, quia vir belli tu, & Deus dedit in te vim & robur, & cor sicut cor leonis quod non dissoluitur.* Hebraicè siquidem verba illa citata, iisque similia inueniuntur. Deducitur ergo hoc nomen à robore bellico; vt potest etiam esse à נבה *caba extinxit,* מכבי *Macabi* extinctor, ob hostes militari fortitudine extinctos. Merè fabulosū, & magicum olens est quod Cabalistæ dicunt ab Angelo verba hæc Iudam accepisse, ipsorumque characterum vi hostes proteruisse, quod eo symbolo septuaginta Dei nomina significentur.

2 Et adiuuabant eum omnes fratres eius. *Obedientes ei, tamquam exercitus duci.*

3 Et præliaban. præl. Israel cum lætitia. *Signum enim habitus generati est delectatio in opere. ij. Ethico. & per hoc patet, quod habebat habitum fortitudinis.*

4 Et dilatauit gloriam po. *Ad facta patris sui notabiliter addendo.*

5 Et induit se loricam sicut gigas. *Id est fortiter & audacter.*

6 Et succinxit se. *Nam agilis erat, & expeditus ad bellandum, sicut homo succinctus ad ambulandum.*

7 Et protegebat castra. *Scilicet Israel.*

8 Similis factus est leoni. *De quo scribitur Prouerb. xxx. d.* Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.

9 Et sicut catulus leonis rugiens in venatione. *Cuius rugitu terrentur bestiæ, & fiunt stupidæ, & sic gentes idololatræ audito nomine Iudæ.*

10 Et persec. est iniq. *Hic consequenter describitur conflictus Iudæ cum aduersariis, & primo in generali: secundo in speciali, ibi,* Et congregauit Apollonius, *Circa primum dicitur,* Et pers. est iniq. p. e. *In locis abditis, vbi se absconderant fugiendo.*

Et

MORALITER.

Successor Honestus

1 *Et surrexit Iudas.* Per quem significatur successor idoneus boni principis vel prælati, malos viriliter impugnando.

boni principis vel prælati.

† Et

cem fructus æterni: delere gentem de qua Christum oportebat nasci secundum promissionem Dei, firmatam iuramento ad Abraham & Dauid.

RABBAN. Illi videlicet leoni admodum similis, de quo scriptũ est. *Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid*; Et de quo Iacob patriarcha per figurã in benedictione mystica filiorum suorum inter cetera ait, *Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum?* Venatio itaque illa spiritalis fuit, quando spiritales venatores retibus euangelij homines ad fidem rapiebant. Taliter ergo Iudas mysticus persecutus est iniquos, & qui conturbabant populũ suum, succendit flammis: quia siue persecutores homines, siue etiã malignos spiritus tali studio talique actu persequendo conturbationem non minimam flammis inuidię succensis ingerebat.

a lum suum eos succēdit flammis, [6] & repulsi sunt inimici eius, præ timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati sunt, & directa est salus in manu eius. [7] Et exacerbabat reges b multos, & lætificabat Iacob in operibus suis, & in sæculum c memoria eius in benedictione. [8] Et perãbulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit irã ab Israel. [9] Et nominatus est vsque ad nouissimum terrę, & congregauit pereund tes. [10] Et congregauit Apollonius gẽtes, & à Samaria virtutem multam & magnã ad bellandum contra Israel. [11] Et cognouit e Iudas, & exiit obuiam illi, & percussit & occidit illum, & ceciderũt vulnerati multi, & reliqui fugerunt, [12] & accepit spof lia eorum. Et gladium Apollonij abstulit Iudas, & erat pugg nans in eo omnibus diebus. [13] Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ, quod congregauit Iudas congregationem & ecclesiam fideliũ secum, [14] & ait, Faciam mihi nomen & glorificabor in regno, & debellabo Iudam & eos qui cum ipso sunt quia spernebant verbum regis. [15] Et præparauit se, et ascende-

dem Christi, quasi contrariam præceptis Dei, debellare certabant. Sed obuiam Apollonio Iudas exiit, percussitque & occidit eum: quia Christus in apostolis suis Iudæorum errorem attestatione ipsius legis & prophetarum debellans contriuit, ostendendo quod vmbra legis & prophetarum præfigurabat veritatem euangelij.

e *Cecideruntque ex eis vuln. mult.* RAB. Quia per inuidiam sauciati multi ex Iudæis corruerunt; Reliqui verò fugerunt, hoc est, salutem sibi ab ecclesiastico dogmate requisierunt. Quorũ spolia accepit Iudas: cum omnes ceremonias legis, quas illi carnaliter habuerant, discipuli Christi ad spiritalem vsum conuertebant.

f *Et gla. Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus.* IDEM. Gladium Apollonij non alium intelligimus, quàm sermonem legis & prophetarum, quem prædicatores sancti tollentes omnibus diebus in eo pugnant: cum à carnali populo historiam diuinæ legis spirituali sensu apostolica traditione interpretatam auferentes, omnium gentiũ debellant errores, omnibusque diebus sæculi huius gaudij virtus sanctæ ecclesiæ gloriosissimam parit victoriam.

a *Et repulsi sunt, &c. Et exace. re. m.* IDEM. Illos, videlicet, qui resistere euangelio Christi moliebantur.

b *Et lætifica. Ia. in operi. suis.* IBID. Quando credentium populum confortauit verbo & exemplis; *& in sæculum memoria eius in benedictione*, secundum illud Sapie. *Sapientiam*, inquit, *sanctorum narrabunt omnes populi, & laudem eorum pronuntiabit omnis ecclesia sanctorum.*

c *Et perambu. ciui. & perdi. impi. ex eis.* IBID. Quia explorando ecclesiarum fidem, hæreticos, qui contraria rectæ fidei sapiebant, anathemate perculerat, & nominatus est vsque ad nouissimum terræ, *quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

d *Et congreg. Apollon.* RABBAN. Quid per Apollonium, nisi Iudæorum sæuitia exprimitur? qui ex Samaria virtutem multam contra Israel congregauerant, quia per obseruantiã litterę legalis fidem Christi, ...

g *Et audiuit Seron.* Per Seron principem exercitus Syriæ, significatur potentatus istius mundi: qui bene nomine Syriæ censetur, Syria enim interpretatur *sublimis siue humectans*, quia mundus iste superbia extollitur, luxuriaque grauatur; Disponit itaque Seron debellare Iudam, & eos qui cum ipso sunt: cum fastus mundanus doctoribus sanctis & fidelium populo insidias molitur, castraque impiorum ad hoc congregat, vt per plurimorum solatium, opprimat innocentes, confidens magis in potentia regni, quàm in virtute Dei. Sed contra opinionem suam illi euenit, *quia lapis abscissus de monte sine manibus conteret statuam superbam,* com-

Marginalia: Apoc. 5. b. — Gen. 49. b. — Venatio seu bellum spirituale. — Eccl. 44. c. — Psal. 18. — Iudæi cõtra euangelicã veritati Euangelij & à Christo debellitur. — Alij ad salutem alij ad suam confusionem. — Catholici scripturas Iudæis eripientes in eis pugnant & vincunt. — Mundanum fastum, qui de Euangelio Christi triumphare cogitat, sancti Doctores conculcant. Dan. 2. c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et directa est sa. *Scilicet Israel.*
2 In manu eius. *Id est, in potentia eius.*
3 Et exacerba. r. mul. *Eorum gentes debellando.*
4 Et lætifica. Iacob. *Id est, populum Israel ipsum liberando.*
5 Et in sæculum m. e. *Quod patet adimpletum: nam ad eius commendationem narrantur eius facta per orbem vniuersum.*
6 Et con. pereuntes. *Scilicet, factores legis quos interficiebant Gentiles.*
7 Et cong. Apol. *Hic consequenter describitur eius conflictus cum aduersariis magis in speciali. Et primo, tempore Antiochi Epiphanis; secundò, tempore filij sui Antiochi Eupatoris, cap. xj. tertio, tempore Demetrij filij alterius fratris, scilicet, Seleuci primogeniti Antiochi magni. vij. cap. Prima in tres, secundum triplex bellum, quod habuit Iudas tempore Antiochi. Primum fuit cum regni ducibus, Secundum cum regis principibus, ibi,* Vt audiuit autem rex; *Tertium cum finitimis gentibus, ca. v. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur bellum Iudæ cum Apollonio duce Samariæ, secundo, cum Seron duce Syriæ, ibi,* Et audiuit Seron. *Circa primum dicitur,* Et congreg. Apol. gentes, *Vt faceret sibi nomen, debellando Iudam.*
8 Et cogno. Iu. *Per exploratores suos.*
9 Et exiit obuiam illi. *Non permittens ei fines suos ingredi.*
10 Et gladium Apo. abstu. *In signum victoriæ, sicut Dauid gladium Goliæ. j. Reg. xvij.*
11 Et erat pu. in eo omnibus diebus. *Hoc dicitur ad denotandum gladij bonitatem.*
12 Et audiuit Seron. *Hic consequenter describitur bellum Iudæ cum Seron duce Syriæ. Circa quod primo ponitur ipsius Seron apparatus, & patet littera; Secundo Iudæorum metus, ibi,* Et exiuit Iudas obuiam illis cum paucis, *ideo timuerunt scilicet multitudinem fortem contra se venientem. Tertio ponitur per verba Iudæ populi consolatio, ibi,* Et ait Iudas. Facile est concludi multos in manu paucorum, *& hoc virtute Dei, cui non potest resisti, quam eis assistere affirmat, dicens,* Ipsi

Marginalia: Diuisio. — Diuisio.

MORALITER.

† 7 *Et con. Ap. gen.* Per Samaritanos, qui partim legem tenebant, & partim repudiabant; significantur hæretici, qui partim tenent legem Christi, & partim contemnunt, hos autem congregat Apollonius, id est, diabolus ad impugnandum bonum prælatum, & eius populum, de fide & moribus, sicut legitur esse factum temporibus Arij & aliorum hæreticorum, sed bonus prælatus eis occurrit gladio verbi Dei, & excommunicationis sententia eos discerpens. Accipit autem gladium Apollonij, & cum eo pugnat contra ceteros hæreticos: Est enim gladius iste sacra scriptura, intellectu falso deprauata, quam bonus prælatus accipit secundum sanum intellectum, & sic confutat errores hæreticorum.

12 *Audiuit Seron princeps exercitus Syriæ.* Per Syriam, quæ sublimitas interpretatur, superbia significatur: vnde de diabolo, qui rex est super filios superbiæ, dicitur Iob. xlj. d. *Omne sublime videt, &c.* ideo per Seron principem exercitus Syriæ significatur spiritus malignus, qui specialiter tentat de vitio superbiæ. Et iste insurgit contra bonum prælatum, nitens ex conuersatione morum, & fidei, & hæreticorum confutatione eum inducere in elationis fastum, sed bonus prælatus eum debellat per humilitatis virtutem, † Deo

Marginalia: Hæretici armis suis nudati per bonũ prælatum. — Spiritus superbiæ tentans prælatum præsumptione.

runt cum eo castra impiorum fortes auxiliarij, vt facerēt vindictam in filios Israel.[16] Et appropinquauerunt vsque Bethoron, & exiuit Iudas obuiam illi cum paucis.[17] Vt autem viderunt exercitum venientem sibi obuiam, dixerūt Iudæ, Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem hanc tantam, & tam fortem? Et nos fatigati sumus ieiunio hodię.[18] Et ait Iudas, Facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis, & in paucis,[19] quoniā non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est.[20] Ipsi veniūt ad nos in multitudine contumaci & superbia, vt disperdāt nos[21] & vxores nostras & filios nostros, & vt spolient nos. Nos verò pugnabimus pro animabus nostris, & legibus nostris,[22] & ipse dominus conteret eos ante faciem nostrā. Vos autem ne timueritis eos.[23] Vt cessauit autē loqui, insiluit in eos subitò. Et cōtritus est Seron & exercitus eius in cōspectu ipsius,[24] & persecutus est eum in descensu Bethoron vsque in campū. Et ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autem fugerunt in terram Philisthiim,[25] Et cecidit timor Iudæ ac fratrū eius, & formido super omnes gentes in circumitu eorum,[26] & peruenit ad regem nomen eius, & de prælijs Iudæ narrabant omnes gentes.[27] Vt audiuit autē Antiochus rex sermones istos, ira-

comminuetque aurum, argētum, æs, & ferrum & dabitur regnum populo sanctorum. Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, cui omnis potestas in cælo data & in terra.

Apoc. 5. b. Matth. 28. d.

a *Et appropin. vsque Bethoron, & exiuit Iudas obuiam illi cum pau.* RAB. Bene dicitur, quod exercitus Seron appropinquaret Bethoron, quia vniuersum suum actū profert cum tumultu. Bethorō enim interpretatur domus iræ. Cui Iudas obuiat cum paucis, quia cœtus sanctorum nō per iram, sed per patientiam atque humilitatem respōdet inimicis, cui præceptum est domino dicente, *Esto consentiens aduersario tuo cito cum ieris in via cum eo. Ego autē dico vobis non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam præbe ei & alteram. Et ei qui vult tecum contendere in iudicio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.*

Quam bellandi artem Christus suos docuit.

Matth. 5. d. Ibidem f. Ibidem.

b *Vt a. vid. &c.* IDEM. Verba timētium fragilitatem exprimunt quorūdam subditorum, qui magis imbecillitatem suam cōsiderantes pertimescūt casum, quam per robūr fidei fiduciā habeant in Deum. Sed talium formidinem doctorum solertia piis exhortationibus compescens de futuro Dei adiutorio certam illis tribuit spem, qui protector est omnium fideliter in se sperantium.

Pusillanimibus per sanctos doctores addendus animus.

c *Et nos fatigati sumus ieiunio, &c.* † HIERON. l. 2. adu. Io. Patres veteris testamenti in afflictione constituti, semper per ieiunium misericordiam & consolationem inuenerunt. In Exodo aduersus Amalec oratione Moysi & totius populi vsque ad vesperam dimicatum est. Iesus filius Naue stationem impetrauit solis & lunę; & inediam plusquam vnius diei victoris exercitus protelauit. Saul maledixit ei, qui ante victoriam sumeret cibum. Elias 40. dierum ieiunio vidit Deum in Horeb. Congregatum Samuel populum in Masphat, indicto ieiunio roborauit, & fecit hostibus fortiorem. Daniel, Machabæi, Iudith, & Esther ieiunio de hostibus triumpharunt, &c.

Ieiunium & oratio poenitentium sunt ad vincendum hostem.

d *Et contritus est.* RABB. Quia sępè patientia sanctorum furorem mitigat persequentium, & mansuetudo humilium prosternit audaciam superborum. Inde est quod Paulus docet, *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; Si sitit, potum da illi. Hæc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bonum malum.*

Rom. 12. d.

e *Et cecide.* IDEM. Bene per octonarium numerum summa concluditur salubriter cadentium: quia illi qui voluntariè cedunt veritati, & circumcisione spiritali omnes à se abscidunt spiritaliter voluptates, & octo beatitudinum student in se recolligere virtutes. Ceteri autem qui fugerunt, venerunt in terrā Philisthiim: quia cum quidam persecutorum licet resistere nullo modo veritati possint, tamen magis eligunt, confugere ad latibula errorum suorum, quàm cedere ecclesiæ atque obedire vtili consilio spiritalium magistrorum. Et bene dictum est fugisse eos in terram Philisthiim: Philisthiim enim interpretatur ruina duplex; Duplicem enim habet ruinam is, qui primum concidit peccato, & deinde per semetipsum desperans perseuerat in malo.

De errantibus qui cōmissa cum catholicis disputatione vel saniores redeunt vel magis pertinaces.

f *Et ceci. ti.* IDEM. Timor Iudæ & fratrum eius super omnes gentes cecidit, cum potētia Christi per virtutes atque miracula in membris eius micuit. Et peruenit ad regem nomen eius, quia potentatui huius mundi innotuit prædicatio euangelij eius; & de præliis Iudæ narrabant omnes gentes, cum victoriam redemptoris nostri, de morte ac mortis auctore totius orbis prædicant nationes.

Celeberrima ac notissima Christi victoria de carne, mundo, & diabolo.

g *Vt audiuit autem.* IDEM. Antiochi huius historici affectus quibus non mediocriter æstuabat, hoc est ira & superbia, bene exprimunt Antiochi spiritalis mores, quibus validissimè totum infestat mundum: sed nunc per membra sua, iuxta autem finem mundi per semetipsum, quando *tribulatio talis erit, qualis non fuit antea, nec post futura erit.* Irascitur autem, quando audit gloriam sanctorum & virtutem atque constantiam eorum. Congregat autem exercitum, dans illi stipendia in annum: cum per præsentis vitæ commoda & honores; ambitiosos quosque incitat ad persecutionem fidelium. Intentusque fastu mundano ac cupiditate optimates suos eligit, vt prouideant regni negotia: quando ministros suos atque sequaces ad hoc ordinat, vt potentium rerum illecebras suggerant, ac prouocando ad voluptates terrenas consentiens sibi

Matth. 24. b.

Quomodo curare studeat diabolus omnia quæ bello spirituali inseruiant.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ipsi veniunt ad nos in multitudine cont. *Id est malis obstinati.*

2 Et superbia. *Quam Deus à principio mundi deiecit in angelis superbientibus.*

3 Vt disperdant nos & vxores nostras. *Iniustè nocumentum nobis inferendo in personis propriis & nobis coniunctis, & rebus possessis: propter quod habent iniustum bellum, nos autem iustum, ideo subditur,*

4 Nos vero pugnabimus pro animabus nostris. *Id est, vitis nostris defendendis:*

5 Et legi. nostris. *à Deo datis: ideo concludit,* Et ipse dominus, *Quarto ponitur aduersariorum debellatio, cum dicitur,*

6 Vt cessauit au. lo. *Et patet littera vsque ibi.*

7 Et peruenit ad re. *Scilicet Antiochum Epiphanem,*

†† ADDITIO. *Celeberrimum propterea nomen Iudæ & fratrum eius apud Hebræos, qui eos non solum Machabæos, sed etiam Assamonæos appellitant. Magnos principes nomen istud significare tradit R. Kimhi, dum illud Psalmi 67. explicat, venient legati ex Ægypto, id est optimates seu principes. Sicque Gorionides lib. 3. cap. 3. ait, Antiochum reliquisse Hierosolymis* חשמנים *Hhasmonim, qui Iudæos affligerent, id est principes & præfectos. Appropriarunt autem Hebræi hanc appellationem Machabæis fratribus eorumque posteris, tum propter bellicas res in principatu gestas, tum maximè quia cum essent sacerdotes ex vice Ioarib, quæ omnium prima fuit, erant ipsi Hhasmonim, siue, Assamonæi, quasi post Pontificem maximum essent omnium sacerdotum primi. Sic Itali Iudæi sanctæ ecclesiæ Cardinales vocant Hhasmonim, quia sunt ecclesiæ Christianæ Optimates post Pontificem præcipui.*

De nomine Assamonæi.

8 Vt audi. *Hic consequenter describitur bellum Iudæ cum regis principibus ad hoc specialiter destinatis? præcedentes verò non fuerunt ad bellandum missi, sed cum essent positi ad custodiam terrarum Iudææ propinquarum, intulerunt Iudæ bellum, vt sic ostenderent se zelare pro rege. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur belli apparatus, Secundo conflictus cap. se. Primo in duas, quia primò ponitur apparatus ex parte regalium: secundo, ex parte Iudæorum, ibi,* Et vidit Iudas. *Et notandum quod apparatus ex parte regalium semper est cum ira & cupiditate, cum multitudine superba & potestate; ex parte vero Iudæorum cum oratione &*

MORALITER.

† Deo attribuens totam victoriam, dicens quod sequitur.

† *Non in multitudine ex. &c. Sequitur.*

† Vt

8 *Vt audiuit autem Antiochus rex sermones istos, iratus est animo,* quia diabolus, qui per Antiochum significatur, vt suprà dictum est, quando cognoscit victoriam iustorum, & confusionem suorum

† valdè

☞ bi pertrahant. Filiorum enim nomine illi censentur, qui imitatores sunt Antichristi. Hos enim per optimates suos nutrit, cum per scelestissimos quosque variis vitiis corrumpendo pabulum ignis æterni efficit. Hocque præcipuè suis magistratibus præcipit, vt extirpent virtutẽ Israel, & reliquias Ierusalem, & constituant alienigenas pro eis; quia nulla intentio, nullumque studium magis diaboli est, quàm vt euertat ecclesiam Christi, & robur fidei in electis mollificet, atque in loco virtutum vitia subintroducat.

Ad quid vltimo collimet diabolus.

† SEVE. SVLP. l. 2. sac. hist. Etenim tũ præcipuè grauiter pecuniæ inopia affectus erat. Nam deficientibus Iudæis ab eo, qui ei vltra trecenta argẽti talenta annua pendebat, tauerãt præterea Græcis vrbibus, multisque regionibus persecutionis malo turbatis, ne gentilibus quidem pepercerat, quos deserere inueteratas superstitiones, & ad vnum ritum deducere tentauerat; illis quidem, quibus nihil sancti erat, facilè relinquentibus, sed tamen omnibus metu ac clade affectis, vectigalia cessauerant. Quibus rebus æstuans (etiam ipse olim omnibus regibus opulentior, suomet scelere inopiam persenserat) copias cum Lysia partitur, eique Syriam, & bellum aduersus Iudæos committit, &c.

Antiochus ob male administratã rempub. laborat inopia pecuniæ.

tus est animo, & misit, & congregauit exercitum vniuersi † regni sui: castra fortia valde. [28] Et aperuit ærarium suum, & dedit stipendia exercitui in annum, & mãdauit illis vt essent parati ad omnia. [29] Et vidit quod defecit pecunia de thesau- 1 ris suis, & tributa regionis modica propter dissensionem & 2 plagam quam fecit in terra, vt tolleret legitima quæ erant à primis diebus. [30] Et timuit ne non haberet & semel & bis in 3 sumptus & donaria quæ dederat ante larga manu, & abũdauerat super reges qui ante eum fuerant. [31] Et cõsternatus erat animo valde, & cogitauit ire in Persidem, & accipere tributa 4 regionum & congregare argentũ multum. [32] Et reliquit Ly- 5 siam hominẽ nobilem de genere regali super negotia regia à flumine Euphrate vsque ad flumen Aegypti, [33] & vt nutriret Antiochũ filium suũ donec rediret. [34] Et tradidit ei medium 6 exercitum & elephãtos, & mandauit de omnibus quæ volebat, & de inhabitantibus Iudæam & Ierusalem, [35] & vt mitteret ad eos exercitum ad conterendam & extirpandam virtutem Israel, & reliquias Ierusalem, & auferendam memoriam eorum de loco, [36] et vt cõstitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, et sorte distribueret terram eorum. [37] Et rex assumpsit partẽ exercitus residui, et exiuit ab 7 8 Antiochia ciuitate regni sui, anno centesimo et quadragesi- 9 moseptimo, et transfretauit Euphraten flumen, et perambu- † labat superiores regiones. [38] a Et elegit Lysias Ptolemeũ filium † † Dorymini, et Nicanorẽ, et Gorgiam, viros potentes ex ami- 10 cis regis, [39] et misit cum eis quadraginta millia virorũ, et sep- 11

a *Et elegit Ly.* RABB. Quid per Lysiam, nisi fastus mundanus designatur? qui per tres viros, hoc est, per tres ordines persecutorũ, bellum Christi ecclesiæ ingerit, hoc est per paganos, per hæreticos, & per falsos Christianos: quibus subrogantur quadraginta millia virorũ & septẽ millia equitum, vt disperdant Iudã secundũ verbum regis. Quid per quadragenarium numerum, nisi vniuersitas tẽporis designatur, quo persecutionẽ in mundo tolerat ecclesia? Quatuor enim principales partes sũt orbis, hoc est oriens, occasus, septentrio, & meridies, in quibus dilatata consistit ecclesia, quam vt congregaret filius Dei descẽdit in mundũ, vbi ante passionem suam *quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit*, vt ostenderet tentationem nostram in carne sua (quam de nostra mortalitate assumere dignatus est) ☞ par-

Tria hominum genera quæ infestã sunt Ecclesiæ Dei.

Matth. 4. a.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *& humilitate, cum Dei fiducia & pietate. Circa primum primo ponitur regis ordinatio, secundo, ordinationis executio, ibi.* Et rex assumpsit. *Circa primum dicitur,* Vt audiuit autem rex, *duces suos à Iudæis deuictos. Cetera patent vsque ibi:*

1 Et vidit quod defecit pecunia de thesau. su. *Quia non sufficiebat ad tantum exercitum diu sustinendum.*

Aliæ regiones præter Iudæam deficiunt ab Antiocho.

2 Et tributa regionis modica propter dissensionem. *Non enim soli Iudæi rebellauerant, eo quod cogebat eos ad colendum Iouis idolum, vt supra dictum est: sed etiam multi Gentiles alium ritum habentes, quorum aliqui colebant Herculem, alij Dianam, & sic de aliis, quibus scripserat per decretum, vt dimitterent ritus suos propter Antiochi cultum, vt esset populus vnus, vt dictum est supra j. cap. quod erat eis graue, ideo negauerant Antiocho tributa consueta.*

3 Et timuit ne n. ha. & semel & bis. *Id est, vt non posset continuare sumptus militum: sicut prius.*

4 Et cogitauit ire in Persid. *In qua erant diuitiæ multæ, vt posset inde defectum suum implere: dimisit tamen in Antiochia, quæ erat metropolis regni, Lysiam ad destruendum habitatores Iudææ, & populandum eam alienigenis gentibus: hæc autem ordinauit, sed non in omnibus sic euenit, & his dictis patet littera, paucis exceptis quæ discurrentur.*

5 Et reliquit Lysiam hominem nobilem de ge. re. *In quo notatur eius aptitudo ad custodiam regni.*

6 Et tradidit ei medium exercitum & elephan. *Quia tradidit sibi medietatem exercitus, tam in hominibus, quam in animalibus, aliam verò medietatem secum duxit.*

7 Et rex assumpsit partem. *Hic consequenter ponitur ordinationis regis executio, & primo ex parte regis, cum dicitur,*

8 Et exiuit ab An. ciuita. regni sui. *Scilicet metropoli.*

9 Anno centesimo & quadragesimo septimo. *Scilicet regni Græcorum: regni vero sui anno decimo, quia cœpit regnare anno centesimo tricesimo septimo regni Græcorum, vt dictum est supra cap. j. Secundo ponitur executio ex parte Lysiæ custodis regni, cum dicitur,* Et elegit Lysias, *&c.*

10 Viros potentes ex amic. *Vt sic essent magis voluntarij ordinationem regis exequi.*

11 Et misit cum eis quadra. *Scilicet peditum. Cetera patent vsque ibi.*

☞ Et

MORALITER.

† valde turbatur, & quærit vias per quas possit iustos deiicere, & suorum debellationem vindicare; ideo subditur,

† *Et congregauit exercitum vniuersi regni sui, &c. Et reliquit Lysi.* Per istum, quem reliquit Antiochus super negotia regia; significatur tyrannus per procurationem diaboli constitutus in potestate terrena, & persequitur Iudam & eius exercitum, id est, bonum prælatum & eius populum in bonis spiritualibus & temporalibus, & etiam in corporibus, & hoc significatur per hoc, quod subditur,

Tyrannus persequens bonos.

† *Et elegit Lysias Ptolemæum.* Qui interpretatur *suspendens aquas.* ideo per ipsum significatur persecutio in spiritualibus impediendo studium vel doctrinam sacræ scripturæ: quod legitur Iulianus apostata Christianis fecisse.

† *Et Nicanorem.* Qui interpretatur *stans lucerna*, per quam significatur intelligentia tyranni ad malum intenta, secundum illud Prouer. xxj. a. *Lucerna impiorum peccatum*, per hoc significatur astutia tyranni, in temporalibus rapiendis, sicut legitur de Iuliano apostata, quod facultates & patrimonia auferebat Christianis sub colore verbi Christi, Luc. xiiij. *Nisi quis renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.*

Ecclesiæ bona distrahere cupientes quo colore attentent.

† *Et Gorg.* Qui interpretatur *diuisio*, & significat persecutionem in corporalibus, per quam passi diuiduntur à præsenti vita.

† Et

☞ participari voluisse. Vnde ab hora mortis eius vsque ad diluculum resurrectionis constant horæ quadraginta, si ipsa nona connumeretur. Post resurrectionem quoque non amplius quam dies quadraginta cum discipulis in hac terra esse voluit, huic eorum vitæ adhuc humana conuersatione commistus, & cum illis alimenta mortalium (quamuis iam non moriturus) accipiens, vt per ipsos quadraginta dies significaret se occulta præsentia, quod promisit impleturum, quãdo ait, *Ecce ego sum vobiscum omnibus diebus vsque ad consummationẽ sæculi*. Per septenarium verò numerum, quo equitum millia describuntur, non aliud, quàm plenitudo persecutionũ demõstratur, quia sicut per septenarium numerũ septiformis gratia spiritussancti ostẽditur, sic & econtrario legitur in euangelio, quod spiritus nequam in hominem secum *introduxerat septem spiritus nequiores se*. Et alibi, à muliere peccatrice legitur dominus septem dæmonia eiecisse. Omnes ergo persecutores rectè diabolo instigante ad hoc coadunantur, vt ecclesiam Christi destruant, & confessores omnipotentis Dei blasphemare compellant, & hoc non segniter, sed tota virtute perficiunt.

(Margin: Act. 1. a. — Mysterium numeri 40. — Matth. 28. — Septenarius numerus. — Matth. 12. d. Luc. 8.)

tem millia equitum, vt venirent in terrã Iuda, & disperderent eam secundum verbum regis. [40] Et processerunt, vt irent cum vniuersa virtute sua, & venerunt & applicuerunt Emmaum in terra campestri. [41] Et audierũt mercatores regionũ nomen eorum, & acceperunt argentum & aurum multum valde & pueros, & venerunt in castra vt acciperent filios Israel in seruos, & additi sunt ad eos exercitus Syriæ & terræ alienigenarũ. [42] Et vidit Iudas & fratres eius, quia multiplicata sunt mala, & exercitus applicabat ad fines eorum, & cognouerũt verba regis, quæ mandauit populo facere in interitum & cõsummationẽ. [43] Et dixerunt vnusquisque ad proximum suum. Erigamus deiectionem populi nostri, & pugnemus pro populo nostro & sanctis nostris. [44] Et cõgregatus est conuentus, vt essent parati in prælium, vt orarent, & peterent misericordiam & miserationes. [45] Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum. Non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius, et sanctum cõculcabatur. Et filij alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gentiũ. Et ablata est voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia, & cithara. [46] Et congregati sunt & venerunt in Masphat cõtra Ierusalem quia locus erat orationis in Mas-

a *Et processerunt*. RABB. Quid per Emmaum, nisi amatores mundi exprimuntur, qui per cupiditatem sæculi negligunt habere amicitiam Dei? Vnde scriptum est, *Qui vult amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur*. Et Ioannes inquit, *Qui diligit mundum, non est charitas Dei in eo*. Et merito hoc nomine tales nuncupantur. Interpretatur enim Emmaus, populus abiectus: Abiectione quippe digni sunt, qui amorem præsentis sæculi præferunt dilectioni Dei. Vnde ipsas veritas in euangelio ait, *Qui amat patrem suum aut matrem suam plus quam me, non est me dignus*. Nec incongrue Emmaus in terra campestri esse dicitur, quia lata ac spatiosa est via quæ ducit ad mortem, & multi intrant per eam.

(Margin: De eis qui amorẽ huius sæculi præferunt amori Dei. — Iacob. 4. a. — 1. Ioan. 2. c. — Matth. 10. d. — Ibidem. 7. b.)

b *Et audie. mercator*. RAB. Mercatores istos, qui ambiunt seruitium Hebræorum, non alios melius significare arbitror, quàm malignos spiritus, qui desiderant interitum fidelium, & hoc gestiunt, vt per cupiditatem terrenam cælestem nobis auferant gloriam; & libertatem quam habemus in gratia Christi, in cultum ac seruitutem conuertant diaboli. Vnde in euangelio legitur, quod ipse diabolus caput nostrum, mediatorem videlicet Dei & hominum, *ducens in montem excelsum, ostenderit ei omnia regna mundi ac gloriam eorum atque tentando dixerit: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me*. Et bene dicitur, quod additi sunt ad eos exercitus Syriæ & terræ alienigenarum, quia luxuriosi quique, & alieni à vero Dei cultu, iunguntur inimicis nostris, & moliendo interitum nostrum, cooperatores sunt immundorum spirituum.

(Margin: Dæmones homines sibi in seruos subiicere quam cupiant? — Matth. 4. b. — De eis qui cooperantur dæmonibus in subuertẽdis fidelibus.)

c *Et vidit Iudas*. RAB. Æstuantibus persecutoribus & pugnam contra fideles disponentibus, ipsi magis ad exemplum Iudæ ac fratrũ eius incitãtur ad augmẽtum fidei & profectum virtutũ iuxta illud Psalmistæ, qui ait, *Dum superbit impius, incenditur pauper*. Talis ergo intentio debet esse seruorũ Dei, vt pugnent pro populo & sanctis suis, quia pro statu fidei Christianæ religionis, atque pro fraterna salute debent contra spiritales nequitias, & cõtra prauos homines instanter dimicare, adiutoriumque Dei assidua oratione implorare: quia ipse est, de quo scriptum est, *Adiutor in opportunitatibus in tribulatione, cui soli derelictus est pauper, & pupillo tu eris adiutor*, quia paterna pietate laborem & dolorem considerat suorum, *conteret brachium peccatoris & maligni, iudicat pupillo & humili, vt non apponat vltra magnificare se homo super terram*.

(Margin: Psal. 9. — Pro sua & fratrum salute pugnãtibus fidelibus implorandum est auxilium diuinum. — Psal. 9. b.)

d *Et congregati sunt*. RABBAN. Illi qui ad dimicandum contra hostes congregati fuerant, venerunt in Masphat contra Ierusalem. Et quid per Masphat (qui iudicium interpretatur) nisi vetus testa: significatur? locus orationis erat in Masphat, quod prospicit sempea ad nouum testamentum, & testimonium præbet euangelio Christi, Illuc enim necesse est vt spiritales milites Dei cordis intentionem vertant, quatenus ex lectione diuina instruantur, qualiter contra hostes spiritales præliari debeant. Locus enim orationis erat in Masphat ante in Israel, quia oracula diuina per libros legis & prophetarum nobis innotuerunt, deinde per euangelium.

(Margin: Artem militiæ spiritualis ex sacris litteris discimus.)

† RVPERT. in 1. cap. Ioel. Post regnum Persarum atque Medorũ, talia Iudæis acciderunt, sub regno Græcorũ propter quæ inclamare debuit Spiritus propheticus, *Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaru, cubate in sacco, &c*. Tunc enim secundum pro- ☞ phe-

(Margin: Ioel. 1.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et audi. mer. no. eo. *In multitudine & fortitudine, & credentes quod statim deberent Iudæos capere, præparauerunt se ad emendum illos in seruos & ancillas, propter quod venerunt ad castra eorum.*

†† ADDITIO. *Cum deberet Antiochus Romanis duorum millium talentorum tributum, id Nicanor diuẽditis Iudæis colligere & resarcire cupiebat. Volebat verò Nicanor maxime pueros & adolescentulos Iudæos vendere, vt explicat Gorionides lib. 3. c. 11. Sed eorum nonaginta tamquam vilissima capita, vendere constituit mercatoribus: cum paulo ante Hyrcanus quidam (apud Iosephum lib. 12. c. 4.) vnum adolescentulum vno talento, vnamque dumtaxat puellam vno etiam talento emeret. Hæc igitur causa cur mercatores eò confluxerint.*

2 Et vidit Iudas. *Hic consequenter ponitur apparatus belli ex parte Iudæorum, & primo per humilem & deuotam orationem, secundo per bellatorum dispositionem, ibi,* Et post hæc. *Circa primum patet littera ex prædictis vsque ibi,*

3 Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum. *Hoc interponitur ad reddendum causam quare non iuerunt in Ierusalem ad orandum cum ibi esset locus diuini cultus.*

4 Et sanctum. *Id est, templi locus,*

5 Conculcaba. *Et subditur à quibus.*

6 Et filij alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gen. *Propinqua templo.*

7 Et congregati sunt. *Iudæi.*

8 Et venerunt in Masphat contra Ierusalem. *Id est, venerunt adorare ibi versa facie ad Ierusalem, sicut dicitur de Daniele quod orabat versus Ierusalem, Dani. vj. Et subditur causa orandi in Masphat, cum dicitur,*

9 Quia locus erat orationis in Masphat. an. *Id est, prioribus temporibus.*

☞ In

MORALITER.

† 1 *Et audierunt merca. re.* Per quos significantur illi, qui tyrannos excitant ad affligendum populum exactionibus, & aliis grauaminibus, sperantes inde reportare temporalia lucra: quod frequenter contingit, quia multa de talibus detinentur à ministris, & non veniunt ad manum tyrannicè præsidentis.

(Margin: De eis qui flabella sunt tyrannicæ rapinæ.)

2 *Et vidit Iudas & fratres eius.* Hic ponitur defensio boni prælati, & populi deuoti: ideo subditur,

† *Et congregatus est conuentus, vt essent parati in prælium, vt orarent & peterent, &c.* Orationibus deuotis implorantes auxilium diuinum.

7 *Et congregati sunt, & venerunt in Masphat.* Qui interpretatur *iudicium*, nam homines boni in tribulatione positi iudicio Dei iusto reputant se pati.

(Margin: Boni merito sibi supplicia inferri non negabunt.)

phetiam Danielis, egressum est vnum cornu modicum, & tulit iuge sacrificium. Hic fuit Antiochus illustris, &c. Tunc vtique interiit de domo Dei sacrificium & libatio, & propter hoc accinxerunt se, & planxerunt sacerdotes, & vlulauerunt ministri altaris, & cubauerunt in sacco ministri domini. Exempli gratia, *Et congregati sunt* (inquit) *& venerunt in Masphat, & ieiunauerunt, & induerunt se ciliciis, & cinere in capite suo, &c.* Hos propheta prospiciens ieiunantes, & ieiunandi necessitatem habentes, *Sanctificate* (inquit) *ieiunium, vocate cœtum, &c.*

a *Ieiunauerunt illa die.* RABBAN. Quia continentiæ operam dabant. Induerunt se ciliciis & cinere in capite suo: quia pœnitentiam pro peccatis suis, quæ per carnis fragilitatem contraxerunt, agere Deo dignè decernunt. Et sciderunt vestimenta sua: cùm corpus castigant, & carnalia in se desideria mortificāt. Quod autem sequitur, quia,

Pœnitentiæ seriæ signa.

a phat antè in Israël. [47] Et ieiunauerūt illa die, & induerunt se ciliciis, & cinerem imposuerunt capiti suo, & dissuerunt vestimenta sua. [48] Et expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulachrorum suorū, [49] & attulerunt ornamenta & sacerdotalia, & primitias & decimas, & suscitauerūt Nazaræos qui impleuerāt dies. [50] Et clamauerunt voce magna in cælum dicentes, Quid faciemus istis, & quò eos ducemus. [51] Et sancta tua conculcata sunt, & contaminata sunt, & sacerdotes tui facti sunt in luctum & in humilitatem. [52] Et ecce nationes conuenerunt aduersum nos, vt nos disperdant. Tu scis quæ cogitant in nos. [53] Quomodo poterimus subsistere ante faciem illorū, nisi tu Deus adiuues nos? [54] Et tubis exclamauerūt voce magna. [55] Et post hæc constituit Iudas duces populi, tribunos & centuriones, & pentacontarchos & decuriones. [56] Et dixit his qui ædi-

rum, quæ per dilectionem operatur, maiestatem diuinam in omni tempore placat.

c *De quibus scrutabantur gentes, &c.* † RVPERT. in 20. c. Gen. Sara à regibus expetita, significat pulchritudinem diuinæ religionis: quæ etiam captiuis Iudæis, videbatur inter gentium errores, imitabilis, & æmulabantur eam, quāuis non castè, gentes quę erant in circuitu eorum. Vnde scriptum est, *de libris legis scrutabātur gentes similitudinem simulachrorum suorū*, videlicet, vt more diuinæ legis exhiberent simulachris suis ritum vel ordinem sacrificiorum, &c.

Infideles vmbram quamdam sanctitatis sectantur.

† RVPERTVS in 6. cap. Numer. Ambitiosius in calamitate sua Deum deprecabantur, tales habentes patronos, scilicet Nazaræos, qui plurimum merebantur de clementissimo Deo, quia impleuerant dies suos, afflicti sacra continentia, votiua abstinentia.

d *Et post hæc.* RABBAN. Tribunos appellat eos, qui militibus mille præerant, quos Græci χιλιάρχας, vocant, Centuriones qui centum: πεντακοντάρχας, qui quinquaginta: & decuriones, qui decem: ordinant enim prædicatores sancti subiectos suos, quatenus nil in eis inordinatum reperiatur, sed militia Christi rationabiliter perfungantur. Vnde Paulus auditoribus suis ait, *Omnia autem honeste, & secundum ordinem fiant.* Et iterum, *nemo*, inquit, *coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.*

Ordo congruus in Ecclesia. 1. Cor. 14. 2. Tim. 2.

b *Expanderunt lib. le. de qui. scru. gent. simil.* Ostendit quòd memoriam diuinorum præceptorum bonis actibus demonstrent, qui dignè militare probantur. Lex enim domini irreprehensibilis, conuertens animas electorum, exprobat malefacta perfidorum, & detestatur idolorum culturam, & omnem contradicit impietatis facturam. Attollunt *sacerdotalia instrumenta:* qui sacerdotij ecclesiastici dignè faciunt officia; *Primitias & decimas* donant: qui initium & perfectionem boni operis Deo deputant. *Suscitant Nazaræos, qui impleuerunt dies*, qui per castitatis munditiam gratam vitam omni tempore Deo exhibere student. *Et clamant voce magna in cælum:* qui diuinitatem piis precibus ac bonis actibus per misericordiam prouocant. Sicut enim clamor impiorum, quem blasphemia & prauis operibus proferunt, Deum irritat: sic confessio & fides sanctorum,

e *Et dixit his qui ædificabant.* Scriptum est enim in Deuteronomio, *Homo formidolosus & corde pauido non egrediatur ad bellum: vadat & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut & ipse timore perterritus est.* Quibus verbis edocet, non posse quemquā professionem contemplationis, vel spiritualis militiæ arripere exercitium, qui adhuc nudari terrenis opibus pertimescit: Ne rursus infirmitate

Deu. 20. Qui inepti sint ad spiritualem militiam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In Israel. *Ibi enim congregabatur populus Israel ad orandum dominum, vt habetur. j. Reg. vij.*
2 Et ieiunauerunt illa die. *Ad se coram domino affligendum in victu:*
3 Et induerunt se cili. *Ad se affligendum in vestitu:*
4 Et cinerem imposuerunt capiti suo. *In signum humiliationis.*
5 Et dissuerunt vestimenta sua. *Id est, sciderunt, in signum afflictionis.*
6 Et expanderunt libros legis. *Ad ostendendum, quòd parati erant pro lege se exponere periculis mortis.*
7 De quibus scrutabantur gentes similitudinem simulachrorum suo. *Aliqui enim Gentiles magis subtiles & litterati volebant arguere cultum idolorum ex libris Moysi, nam Exod. xxv. præcipitur, quod intra sanctum sanctorum ponerentur imagines cherubin. Sed hoc non valet, quia non ponebantur ibi ad hoc quod colerentur, sed vt ostenderetur quod angeli per cherubin repræsentati seruiunt Deo, cuius sedes figurabatur per propitiatorium quod remanebat vacuum, ad significandum quod deitas non potest per imaginem repræsentari, vt diffusius dictum fuit ibidem.*

Quomodo gētiles paulo litteratiores arguerēt cultum idolorum ex libris Moysi.

8 Et attulerunt ornamenta sacerdotalia. *Et subditur causa quare ista adduxerunt ad illum locum, cum dicitur,*
9 Et clamauerunt voce magna. *Ad impetrandum Dei misericordiam.*
10 Quid faciemus istis. *Nam extra Ierusalem non erat locus sacrificij. Nazaræi verò tenebantur offerre sacrificia in expletione voti sui, Num. vj. Similiter sacerdotes non poterant vti vestibus sacerdotalibus, nisi in ministerio templi ad quod non poterant accedere propter Gentiles, qui erant in arce, vt prædictum est ideo subditur,*
11 Et quò eos ducemus. *Q. d. non est alius locus.*
12 Et sancta tua. *Id est, templi loca,*
13 Conculcata sunt. *à Gentilibus.*
14 Et conta. *Scilicet, ex luxuriis & idololatriis ibidem exercitis.*
15 Et sacerdotes tui facti sunt in luctum. *Non potentes tibi ministrare, sed solùm miseriam suam lugere.*
16 Et in humilitatem. *Id est deiectionem.*
17 Et ecce nationes con. &c. vt nos disperdant. *Quasi dicant, non sufficiunt eis mala nobis illata, nisi nos penitus deleant de terra.*
18 Et tubis exclamauerunt voce magna. *Vt misericordiam implorarent, non solùm vocibus humanis, sed etiam musicis instrumētis, sicut aliquando pulsantur ecclesiæ campanæ contra periculum fulguris & tempestatis.*
19 Et post hæc constituit Iudas duces populi. *Hic consequenter ponitur apparatus Iudæorum per exercitus dispositionem, cùm dicitur,* Et post hæc constituit Iudas duces populi: *nam in periculis non est omittendum scienter, quod secundum humanam prouidentiam potest fieri, aliter videretur quædam tentatio Dei.*
20 Tribunos. *Qui præessent mille bellatoribus.*
21 Et centuriones. *Qui centum.*
22 Et pentacontarchos. *Qui quinquaginta, & dicitur à penta, quod est quinque, & costes decem, & archos princeps, quia quinque decennariis præsidebant.*
23 Et decuriones. *Qui decem præessent.*
24 Et dixit his, qui ædificabant dom. &c. *Sequitur, secundum legem quæ habetur Deu. xx. Et horum ratio fuit ibi dicta.*

MORALITER.

† 2 *Et ieiunauerunt.* Se affligendo.
4 *Et cinerem posuerunt super capita sua.* Se humiliando. Hæc enim debent fieri tempore tribulationis, vt oratio de liberatione populi apud Deum sit magis exaudibilis.
† *Et suscitauerunt Nazaræos.* Per quos significantur religiosi, qui separati ab aliis in modo viuendi, tempore tribulationis debent ad orandum præ ceteris excitari: Et ideo subditur,

Orationes religiosorū ad auertendam tribulationem potentes.

9 *Clamauerunt voce magna in cælum.*
19 *Post hæc constituit Iudas duces populi.* Quia non solùm debent esse orationibus intenti, sed etiam in statibus suis bene ordinati.
24 *Et dixit his qui ædificabant domos.* Per istos significantur illi, qui sunt temporalibus nimis intenti, & in delectatione carnali nimis effusi, propter quod ad spirituale prælium non sunt apti, &c.

Inepti ad prælium spirituale qui sint.

mitate mentis ad pristinas sordes reuertatur, suoque exemplo alios ab euangelica perfectione reuocet, & fidelium vigorem infirmet. Iubentur itaque tales, vt discedentes à pugna reuertantur in domum suam, quia non possunt duplici corde bella domini præliari, *Vir enim duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.* Tales quippe oportet vt nec initium *renouationis arripiant, quibus melius est in actiua vita cōsistat, quàm tepidè contemplationem exequentes maiori discrimine seipsos inuoluant, *Melius est enim non vouere quàm vouere, & non reddere.* Similiter & ille à tali militia suspenditur, qui vxorem duxerit, qui plantauerunt vineam velut propagines filiorum. Non enim potest seruire diuinæ militiæ seruus vxoris. Nec potest assequi studium contemplationis, qui adhuc in delectatione configitur carnis, *Nemo*, inquit Apostolus, *militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, vt ei placeat cui se probauit.*

Iacob. 1. b.

*renuntiationis.

Eccle. 5. a. Actiuam vitam contēplatiua præeligere quidam cō sulendum est.

2. Tim. 2. a.

a *Et mouerunt castra, & colloca.* Rectè exercitus Iudæ ad austrum Emmaum castra collocare dicuntur: quia milites Christi cū contra hostes suos prēliari disponunt, calore fidei magis se animare, quàm frigore infidelitatis torpere eligunt.

b *Et ait Iudas, Accingimini.* † RABBAN. Talis debet esse doctrina sanctorū prædicatorū, talisque exhortatio vt incitent animos auditorum suorum roborentque corda illorum ad resistendum diabolo & exercitui eius, spem quoque victoriæ soli Deo committant.

Fides in milite Christiano requiritur.

Ad quæ prędicatores suos debeāt exhortari.

ficabant domos, & sponsabāt vxores & plantabāt vineas, & formidolosis, vt redirent vnusquisque in domū suam secundum legem,[57] a Et mouerūt castra, & collocauerunt ad austrū 1 Emmaum.[58] b Et ait Iudas, Accingimini, & estote filij potētes, & estote parati in mane, vt pugnetis aduersus nationes has quæ conuenerūt disperdere nos & sancta nostra,[59] quoniam 2 melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostrę & sanctorum.[60] Sicut autem fuerit voluntas in cælo, sic fiat. 3

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et colloc. *Iosephus dicit, Emmaus, quæ distat à Ierusalem sexaginta stadiis, vt habetur Lucæ vltimo.*

Iosephus.

2 Melius est nos mori in bello. *Iusto, quæ mors est virtuosa.*

3 Quàm videre mala gentis nostræ & sanctorum. *Quæ est vita probrosa, cui bona mors est præeligenda.*

†† ADDITIO. *Modus quo de his Iudæorum sacris libris Deorum suorum similitudines inuestigarunt gentiles, obscurus est. Videri posset eos nomen Elohim, ad suam* πωλοτέιαν *deorum multitudinem confirmandam adhibuisse, quemadmodum è Cherubinis apud D. Hierony. Ezech. 25. Et Simon Magus apud Clementem lib. 1. Recognitionum; Sicut hæretici nostræ ætatis consarcinatis ex scriptura testimoniis sua nituntur fulcire dogmata. Censent alij, voluisse ipsos sacris in bibliis idolorum suorum nomina inscribere, & simulachra pingere, sicut ipsum templum Iouis Olympij statua & nomine iam antea contaminauerāt. Videnturque id exemplaria quædam Græca significare, dum interponunt,* τῷ ἐπιγράφειν ἐπ' αὐτῶν *inscribendi causa. Verisimilius tamen videtur, eos insignes quasque historias & Dei miracula ad deos suos tamquam auctores transferre satagisse, vt de Elia quadriga in solis quadrigam versa notat Beda. q. 27. in lib. Reg. Quin & sacros illos ritus & ceremonias quibus coli se Deus voluerat, admiratione quadam & imitatione ad deorum suorum sacra traduxisse, notat hic Ruperti Glossa.*

Multi modi quibus gentiles abutentes sacris libris.

Possint ex eis erroris præsidium petere.

CAPVT IV.

a ET assum. Gor. RABBANVS. Gorgias quinque millia in exercitum suum assumit: cum diabolus carnales quinque sensibus corporis deditos illecebra voluptatum sibi adunare contendit. Mille equites secum tollit: cum omne bellum suum in superbia & contemptu mandatorum Dei agere disponit, quatenus contrariæ partis in hoc agmina superet, cum eos præuaricare præcepta Dei suadet, *Initium enim omnis peccati superbia est*, vbi auctor mortis sibi, & sequacibus suis inuenit ruinam. Et bene dicitur *quod nocte promouerit castra*: quia totam nequitiam suam per cæcitatem mentis in sibi subiectis explere concupiscit, vt nullo modo præuideant, qualis sibi ruina ex consensu peccati immineat.

Luxuria, superbia, contemptus mandatorum Dei.

Eccle. 10. b.

In tenebris opera sua facit diabolus.

b *Et filij qui erant ex arce.* IDEM. Arx hic non altitudinem virtutum, sed extollentiam vanæ gloriæ significat. Illi enim peccatoribus ducatum præbent, qui in superbiam se erigere audent. Possunt & maligni spiritus in his ducibus aduerti, quia ad eius partem pertinet, qui dixit, *In cælum ascendam, & ponam solium meum ad aquilonem, & ero similis altissimo.* Isti enim duces iniquitatis in foueam & voraginem scelerum consentientes sibi numquam trahere desistunt.

Vana gloria.

Isa. 14.

RABBAN. Nota lector, quòd pars aduersa, quæ iuncta fuit Gorgiæ, totam dispositionem sui belli in nocte facit, & Iudas atque sui sequaces in die, quia operatores scelerum & executores erro-

CAPVT IV.

ET assumpsit Gorgias quinque millia virorum & mille equites electos. 1 Et mouerunt castra nocte,[2] vt applicarent ad castra Iudæorum, & percuterent eos subitò. Et filij 2 qui erant ex arce, erāt illis duces.[3] Et audiuit Iudas, & surrexit ipse & potentes per- 3 4 5

NICOLAVS DE LIRA. CAP. IV.

1 ET assum. Gorgias q. mi. *Postquam descriptus est pugnæ apparatus, hic consequenter describitur conflictus. Circa quem primò ponitur Iudæ decertatio: secundò deuictis aduersariis templi purificatio, ibi,* Dixit autem Iudas. *Prima in duas, quia primò ponitur conflictus Iudæ cum exercitu misso à Lysia. Secundò cum ipso in persona propria, ibi,* Quicumque autem alienigenarum. *Prima adhuc in tres, quia Primò ponitur Georgiæ insidiatio; secundò insidiantis delusio, ibi,* Et audiuit Iudas; *Tertio delusi fugentis confusio, ibi,* Et adhuc loquente. *Insidiatio verò Georgiæ fuit, quia disposuit de nocte venire ad castra Iudæorum, & eos occidere ex improuiso. Et patet littera vsque ibi,*

Diuisio.

2 Et filij. *Scilicet alienigenarum.*

3 Qui erant ex arc. *Id est de numero illorum, qui erant in arce Sion, ad nocendum Iudæis, quantumcumque poterant.*

4 Erant illis duces. *Quia sciebant loca circa Ierusalem, per quæ frequenter discurrebant ad depredandum Iudæos.*

5 Et audiuit Iudas, & surrexit ipse & potentes percutere virtutem exercituum regis. *Hic consequenter ponitur insidiantis delusio, quia fraus Georgiæ fuit reuelata Iudæ, & tunc cum omnibus bellatoribus suis exiuit de tentoriis ad percutiendum partem exercitus regis, quæ remanserat in castris antequam Georgias cum alia parte rediret, qui credens fugisse Iudæos in montibus, quærebat eos, & interim Iudas aliam partem exercitus debellauit: & sic artem arte delusit, & his dictis patet littera paucis exceptis quæ discurrentur.*

Iudas artem arte delusit.

MORALITER.

† 1 *Assum. Gorg. q. m.* Qui interpretatur diuisio, & ideo significat dæmonem qui per se & per homines malos dissensionem ponere nititur inter bonos, sed cum bonus prælatus hoc audit, debet velociter occurrere ad remedium adhibendum, ne dissensionis ignis crescat, intantum quòd non possit extingui. Ideo sequitur,

Dissensiones animorum quam primum à bono prælato exstinguendæ.

5 *Et audiuit Iudas, & surrexit ipse, & potentes, percutere virtutem exercituum regis.* Ad tollendum dissensiones, quod facilius fieri potest in principio, quod significatur per hoc quod subditur,

errorum comitantur semper rectores tenebrarum, lucem odiendo A diuinorum præceptorum, & obscuritates diligendo sæcularium voluptatum. Vnde per Paulum dicitur, *Qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt: Nos autem qui diei sumus, non sumus noctis filij, neque tenebrarum.* Verum Iudas hoc est confessor Dei, omnem apparatum belli in luce fidei, atque meditatione legis Dei ordinat. Vnde cum tribus millibus virorum tantum in campo apparet, cum illis videlicet, qui non in mundana potentia, sed in fide patris & filij & spiritussancti fiducialiter agētes, cum simplicitate mētis vitam honestam in hoc B mundo ducere studet.

Filij tenebrarum. 1. Thes. 5. d.

a *Et nunc clamemus in cælum, &c.* † BERNARDVS ser. 18. in Psal. 90. Nunc filioli, clamemus in cælum, & miserebitur nostri Deus noster. Clamamus in cælum quia sub cælo omnia labor & dolor, vanitas, & afflictio spiritus. Denique prauum est cor hominis & imperscrutabile: proni sensus eius in malum.

* Exod. 14. g. Clamare in cælum. * Infra 9. b.

† RVPERTVS l. 9. de vict. verbi cap. 28. C Conuenerant exercitus multorum milliū in terram Iuda, ipsi autē Iudæi cum pauci essent, & nunc clamemus (dixerunt) in cælum, & miserebitur nostri Deus, & conteret istos ante faciem nostram hodie. Plena est historia dierum illorum, rerumque gestarum series clamoribus huiusmodi, qui vere secundum præscriptum mysterium, clamores erant mulieris in vtero habentis, & parturientis, & in pariendo magnū cruciatū habentis.

† CHRYSOSTOMVS homil. 71. ad po. Ant. Nihil fortius homine legitime orante. Nam si sæuum principem quemdam, qui neque Deum timebat, nec hominem reuerebatur, placare potuit mulier: multo magis Deum alliciet, qui ei iugiter assistit, vincit ventrem, & delitias eliminat. Si vero corpus tuum infirmum est ad ieiunium, non tamen est infirmum ad orandum, nec ad ventris despectum imbecille, &c.

Potentia orationis deuotæ.

b Et

cutere virtutem exercituum regis, quæ erat in Emmaum. [4] Adhuc enim dispersus erat exercitus à castris. [1] Et venit Gorgias in castra Iudæ noctu, & neminem inuenit. Et quærebat eos in montibus, quoniam dixit: Fugiunt hi à nobis. [6] Et cum dies factus esset, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus virorum tantum; [2] quia tegumenta [3] & gladios [4] non habebant. [7] Et viderunt castra gentiū valida: & loricatos, & equitatus in circumitu eorum: & hi docti ad prælium. [8] Et ait Iudas viris qui secum erant: Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorū ne formidetis. [9] [5] * Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro, cum sequeretur eos Pharao cum exercitu multo. [10] a Et nunc clamemus in cælum, & miserebitur nostri dominus: & memor erit testamenti patrum nostrorum, & conteret exercitum istum ante faciem nostrā hodie: [11] & scient omnes gentes, quia est Deus qui redimat & liberet Israel. [12] b * Et leuauerunt alienigenæ oculos suos & viderunt eos venientes ex aduerso. [13] Et exierunt de castris in prælium, & [6] tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda. [14] † Et congressi sunt, & contritæ sunt gentes, & fugerunt c in campum. [15] Nouissimi autem ceciderunt in gladio, & persecuti sunt eos vsque Gazeron, & vsque in campos Idumææ, d & Azoti & Iamniæ: & ceciderunt ex illis vsque ad tria millia e virorum. [16] † Et reuersus est Iudas, & exercitus eius sequens eum. [17] † Dixitque ad populum: Non concupiscatis spolia,

b *Et leuauerunt alienigenæ oculos suos, & vi*[...] RABB. Venientibus ex aduerso hostibus [...] tuba canunt, & cōteruntur gentes, quia per [...] vox prædicationis exprimitur. Milites Iudæ tuba canunt, cum prædicatores Christi euangelium in mundo annuntiant. Vnde conteruntur hostes: quia huic fidei Christi subiiciuntur gentes, necnon & spiritales inimici virtute conteruntur Christi, atque gladio spiritussancti trucidati merguntur in profundum abyssi.

Victoria verbi Dei.

c *Et persecuti sunt eos vsque Ga.* IDEM. Nomina locorum, vsque quo persecutus est Iudas hostes suos de- E monstrant virtutis suę efficaciam. Gazerōenim interpretatur *iuxta lumen meū.* Idumæa *rufa* siue *terrena.* Azotus *ignis patruelis.* Iānia, *mare* siue *dextera eius.* Et quid per Gazeron, nisi lumen fidei? & quid per Idumæam, nisi Gentilitas? Quid autē per *ignem patruelem*, nisi ardor charitatis? & quid per Iāniam, nisi profunditas scientiæ, & effectus boni operis demonstratur? Tādiu ergo prosequitur chorus sanctorum doctorum Gentilium popu- F lum, donec illum ab errore Gentilitatis ad lumen fidei perducat, & ignem charitatis in eo accendat, prouocetque eum ad meditationem diuinæ legis, atque ad studium boni operis. Hæc enim persecutio salutifera est, & interfectio salubris, Vnde subiungitur,

Gazeron. Idumæa. Azotus. Iamnia. Quæ persecutio sit salutifera & interfectio salubris.

d *Et ceciderunt ex illis vsque ad tria millia vir. &c.* IDEM. Sicut enim tria millia fuerunt sociorum Iudæ qui persequebantur: sic & ceciderunt ex hostium parte tria millia virorum. Ceciderunt enim non vt funditus interirent, sed vt post casum erecti melius starent: quia imbuti sanctæ trinitatis fide ad eorum societatem pertingere studebant, quos se pio animo persecutos esse agnoscebant.

e *Et reuersus est Iudas, & exercitus eius, &c.* IDEM. Milites quoque Christi nequaquam imminente bello cito debent esse securi de victoria,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Adhuc enim dispersus erat exercitus à castris. *Quia illa pars exercitus, quam Gorgias secum duxerat, adhuc non redierat ad castra regis.*

2 Quia tegumenta. *Id est, arma ad se protegendum,*

3 Et gladios. *Ad inuadendum.*

4 Non habebant. *Propter inopiam, vt dicunt aliqui. Sed hoc non videtur verum: quia de spoliis exercitus Apollonij & exercitus Seron acquisierant arma in bona quantitate, vt patet capite præcedenti, & ideo libri correcti sic habent:* quia tegumenta & gladios non habebant, *& in hoc redditur causa quare Iudas apparuit in campo cum tribus millibus tantum: quia licet acquisiuissent arma in præcedentibus victoriis, non tamen in tanta copia, quod possent armare vltra tria millia virorum bellatorum, & sic est sensus, quia tegumenta & gladios non habebant, scilicet ad armandum plures quam tria millia.*

An arma penitus defuerint Iudæ militibus.

5 Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro, cum sequeretur e. *Exod. decimoquarto g.*

6 Et tuba ceci. qui erant cum Iud. *Ad animandum bellatores suos ad prælium. Cetera patent.*

Et

MORALITER.

† 1 *Adhuc enim dispersus erat exercitus.* Et subditur pugnandi modus, cum dicitur,

† *Et cum dies factus esset, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus.* Per quod significatur, quod talis pugna debet esse in confidentia sanctissimæ trinitatis corde credendo, & ore confitendo, ideo subditur,

Modus pugnæ spiritualis.

6 *Et tuba.* Per quod significatur clamor fidelis confessionis, & deuotæ orationis. Et sequitur effectus debellationis, cum subditur,

† Et

† *Et contritæ sunt gen.* Verè namque conteruntur, quando de malis suis pœnitent, & consilio pacis acquiescunt.

† *Dixitque ad po.* Scilicet Iudas.

† *Non concupiscatis spo.* Per hoc significatur, quod prælatus bonus debet inducere populum suum, vt non quærat in vita præsenti præmium de debellatione aliquorum vitiorum, nam adhuc imminet bellum: sed finito bello contra vitia recipietur præmium in securitate magna quod quidem bellum in morte iusti finitur, & tunc præmium secure accipitur.

Præmium victoriæ in hac vita nō quærendum.

† Et

...[illegible], sed tamdiu debent præliari, donec certi sint de conuersione [illegible]ium spiritualium. Cum enim persequẽdo homines peccatores [illegible] infideles, eos conuerterint ad pœnitentiam peccatorum, & ad fidem Christi, quæ per dilectionem operatur bona opera: tunc oportet vt eorum colligant spolia, hoc est eorum vtantur scientia, ac pij laboris communicent industria. In auro enim possumus accipere sapientiam, In argento, eloquentiam, In hiacyntho, cęlestem conuersationem, In purpura, per martyrium sanguinis effusionem. Tunc enim fructuosè colligimus has opes, cum in fide recta inuenimus eas esse acceptabiles.

B Si autem ad spiritales hostes hanc transferimus victoriam, tunc debemus esse securi, cum post finem præsentis vitæ non est necesse hostium insidias vereri. Tunc enim salubriter colligimus spolia, quando laboris nostri à Christo condigna accipiemus prẽmia. Vnde bene dicitur Iudas suos exhortari, vt non concupiscerent spolia, cum inimicorum sæua imminebãt bella: Cum penitus inimici superati erant, tunc cum suis

C reuersus est ad spolia castrorum colligenda, quia necesse est vt prędicator quisque admoneat auditores suos, vt inimicorum præcaueant iacula, quamdiu tempus est belli: Cum autem peruenerit tempus pacis, ipsius videlicet pacis, quam saluator discipulis suis promisit dicens, *Pacem meam do vobis*, tunc prælati simul & subditi gaudium æternum habebunt de percepta remuneratione, quia nequaquam vltra pertimescent de sequenti laborum lachrymarum dolore: Tuncque Deo adiutori suo laudes canendi tempus est. Vnde scriptum est,

a *Et conuersi hymnum.* RABBAN. Salus magna est in Israel, quando numerus credentium multiplicatur in domino populorum, qui saluatorem agnoscunt fide, confitentur ore, atque in bona glorificant operatione. Siue aliter, Tunc in Israel salus erit magna, quando in ecclesia Christi aduersitas erit nulla. Et signanter additum est,

b *In die il.* IDEM. In die vtrique resurrectionis, quando sponsa nobilissima in cælesti regno superno iungetur sponso, quando omnes sancti in conspectu Dei non solum de animarum requie suarum, D sed etiam de corporum gaudebunt immortalitate.

c *Quicumque autem alie.* RABB. Denique alienigenæ euadentes, victoriam Iudæ annuntiãt Lysiæ: quia qui non per sanctorũ doctorum ministeria, Christi saluberrima capiuntur præda, præceptoribus suis, à quibus nutriũtur ad mortem (licet inuiti, quia veritate coacti) gloriam annũtiant Christi, Lysias enim, qui interpretatur *generans*, significat mũdi potentes, qui licet sint generati, non tamen baptismate Christi meruerunt regenerari. Hi ergo militum Christi audientes victoriam, cõsternuntur animo deficiuntque, E quia non qualia voluerunt, talia contigerunt in Israel, Et qualia mãdauit rex; eorum enim voluntas talis erat, vt non præualeret euangelij, per sanctos doctores prædicatio: neque in domino credentium augeretur multitudo. Et talia etiã suis rectoribus, hoc est immundis spiritibus placere sciebant: quia in prophanis idolorum simulachris diuino cultu ab hominibus venerati hoc eis persuadebant, vt fidem Christi non reciperet; F sed non præualebant, quia pater gloriam filij sui in vniuersis nationibus longe lateque manifestabat.

d *Et sequenti anno congregauit Lysias electorum virorum sexaginta millia, & equitum, &c.* IDEM. Eligit Lysias sexaginta millia virorũ, & equitum quinque millia, ad bellandum contra Israel, cum omni tempore istius mundi (quod sex ætatibus distinguitur) per quinque sensus corporeos, principes huius sæculi incitantibus tenebrarum harum rectoribus, milites Christi diuersis vitiis laniando, superare contendit: ac per malos homines bonorum meditatur necem. Sed occurrit illis Iudas cum decem millibus virorum, quia regis nostri exercitus in hoc est validior ceteris, quod per omnia studet diuinis obtemperare præceptis, assiduasque preces ad dominum mittens eius confortatur manu, in cuius maximè confidit potentatu: & tamdiu insistit prælio, donec inimici sui atque aduersaria turma spiritali ad perfectum iugulentur gladio. vnde in prece Iudæ subiungitur,

☞ Deiice

Margin notes: Co[...] fi[...] rit[...] vt habeant bonis operibus. — Plena securitas tantum est in patria. — Ioan.14.d. — Quando dici potest salus magna facta in Ecclesia. — Rumpuntur tyranni cũ suam sæuitiam sanctis præualere non posse vident. — Quibus armis pugnet diabolus & quibus resistant fideles? Ephe.6.b.

quia bellũ contra nos est: [18] & Gorgias & exercitus eius prope nos in mõtibus, sed state nũc contra inimicos nostros, & expugnate eos, & post hæc sumetis spolia securi. [19] Et adhuc 1 loquente Iuda hæc, ecce apparuit pars quædam 2 prospiciens de mõte. 3 [20] Et vidit Gorgias quod 4 in fugã conuersi sunt sui, 5 & succensa sunt castra. Fumus enim qui videbatur declarabat quod factum est. [21] 6 Quibus illi conspectis timuerũt valdè, aspicientes simul & Iudam, & exercitum in campo paratum ad prælium. [22] Et fugerũt omnes in campo alienigenarum, [23] † & Iudas reuersus est ad spolia castrorũ. Et acceperunt aurum multum & argentum, & hiacynthum, & purpuram marinam, & opes magnas. a [24] † Et conuersi hymnum canebãt, & benedicebant Deum in cælum, quoniam bonus est, quoniam in sæculũ misericordia eius. [25] Et facta est salus magna in Israel b in die illa. [26] c 7 Quicumque autẽ alienigenarũ euaserunt, venerunt & nuntiauerunt Lysiæ vniuersa quæ acciderãt. [27] † Quibus auditis ille cõsternatus animo deficiebat, quia non qualia voluit, talia contigerunt in Israel, & qualia mandauit rex. d [28] † Et sequenti anno congregauit Lysias 8 electorum virorum sexaginta millia, & equitum quinque millia, vt debellaret eos. [29] Et venerunt in Iudæam & castra posuerunt in Bethoron, & occurrit illis Iudas cum decem millibus viris. [30] Et viderunt exercitum fortem, & orauit, & dixit: 9 Benedictus es saluator Israel, qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui Dauid, & 10 tradidisti ca-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et adhuc lo. Iuda. *Hic consequenter ponitur Gorgiæ delusi confusio, quia fugit timens confligere cum exercitu Iudæ, ideo dicitur,*

2 Ecce apparuit pars quædam. *Scilicet illa pars exercitus regis, quam secum duxerat Gorgias, vt prædictum est.*

3 Prospiciens de monte, &c. *In quo Gorgias quæsierat Iudæos.*

4 Et vidit Gorgias, quod in fugam conuersi, &c. *Scilicet illi, quos reliquerat in castris,*

5 Et succensa sunt castra. *Eorum à Iudæis.*

6 Quibus illi conspectis, &c. Et fuger. *Non audentes cum Iudæis confligere. Cetera patent.*

7 Quicumque autem. *Descripto conflictu Iudæ cum exercitu misso à Lysia, hic consequenter ponitur eius conflictus cum exercitu Lysiæ in persona propria. Circa quod primo ponitur motiuum Lysiæ. Et patet eius apparatus cum subditur,*

8 Congregauit Lysias electorum virorum. *Scilicet peditum. Secundo ponitur Iudæ occursus, ibi:* Et occurrit eis Iudas, &c. *& oratio eius, cum subditur,*

9 Benedictus es saluator, &c. impetum potentis. *Id est, Goliæ. hoc habetur j. Reg. xvij.*

10 Et tradidisti castra alienigenarum. *j. Reg. xiiij. Tertio ponitur vtrorumque conflictus, cum dicitur:* Et cõmiserunt præliũ, &c. *& patet littera.*

Dixit

MORALITER.

† *Et acceperunt aurum multum.* Per quod significatur remuneratio Dei pretiosa.

† *Et conuersi hymnum canebant*: Nam in remuneratione patriæ est laus perpetua.

† *Quibus auditis ille consternatus animo deficiebat.* Sicut dictum est suprà, per Lysiam significatur tyrannus, qui de victoria bonorum turbatur: & ideo quærit vias, quomodo possit eis amplius nocere, quod significatur, cum dicitur,

† *Et sequenti anno congrega. Lysias.* Sed Iudas eum debellabat cum decem millibus virorum, per quod significatur obseruatio decem decalogi mandatorum, per quam conteritur exercitus vitiorum.

Obseruatio decalogi.

a *Deiice illos.* RABB. Quinque sunt libri legis Dei, & quinque sunt sensus (vt prædiximus) corporei: Qui enim secundum doctrinam legis restringit concupiscentiam carnis *auertendo oculos suos, ne videant vanitatem*; obturando aures suas, ne audiant linguam detrahentem, & obscena carmina, ac lusus mundanos, quibus frequenter auditis inquinatur interior homo; qui odoratum atque gustum suum continet, ne illecebra vtatur voluptatum; qui *coercet linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum, Diuertit à malo & facit bonum, inquirit pacem, & persequitur eam*: Iste inimicos suos superans victoriã capiet saluberrimam, & triumpho gaudebit largissimo. Sed Lysias spiritalis, licet semel, bis, terque contritus fugam inierit, tamen non desistit à cœpta nequitia, sed rediuiua iterum resuscitat prælia.

Psal. 18.c. — Refrænatio sensuum exteriorum. — Psal. 33. — Diabolus licet victus semper pugnam renouat.

† CHRYSOSTO. in Psal. 43. Ad bellũ euntes non tragœdias excitabãt, non Pæana canebant, sicut nonnulli faciunt; non adhibuerũt tibicines, vt fit in aliis castris: sed Dei supernè auxilium inuocabant, vt adesset, opem ferret, & manum præberet, propter quem bellum gerebant, pro cuius gloria decertabant. Videamus ergo quid hęc castra Dei loquantur, cùm sint hostes aggressura. Quia enim nonnulli imbecillitatem & paucitatem considerantes molliores erant, eorum animos spiritusque excitans, instar precationis compositam exhortationem facit ad commilitones, & Deum alloquens, eos promptiores reddit & alacriores. Neque enim tantum virium habuisset ad eos conuersa oratio, sicut ad Deum directa.

Militia fidelium religiosa.

b *Videns au. Lysias.* RABB. Bene dicitur quod Iudas contritis hostibus, atque sopitis ad tempus bellis, hortatur suos quod mundarent sancta ac renouarent: quia maximum studium habent sancti doctores, vt in quibuscumque læsa ab hostibus subiectorum sibi fuerit ecclesia, ad pristinum statum sanctæ conuersationis iterum restauretur. Iuxta tropologiam autem necesse est, vt vnusquisque fidelis mentem suam, quam bene montis Sion vocabulo designatam possumus accipere, (quia Sion speculum interpretatur. Et *beati sunt mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*) si aliquid per fraudem hostis in ea pollutum est factum, instanti nisu expurget, donec ad integrum renouetur. Ibi enim & desertam sanctificationem, & altare prophanatum, & portas exustas intelligere possumus: quia ibi laudis hostia in altare fidei Deo immolabatur, & ingressus cælestis vitæ meditabantur. In atriis verò virgulta nascuntur: cum in cordibus humanis superfluarum cogitationum multitudo generatur.

Instauratio Ecclesiarũ. — Matth. 5. — Purgatio cordis ab operibus mortuis.

stra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul & armigeri eius. [31] Cõclude exercitũ istum in manu populi tui Israel, & cõfundantur in exercitu suo & equitibus. [32] Da illis formidinem, & tabefac audaciã virtutis eorum, & cõmoueantur a cõtritione sua: [33] Deiice illos gladio diligentiũ te, & collaudent te omnes qui nouerunt nomen tuum in hymnis. [34] Et cõmiserunt prælium, & ceciderunt de exercitu Lysię quinb que millia virorũ. [35] Videns autẽ Lysias suorum fugam, & Iudæorũ audaciam, & quod parati sunt aut viuere aut mori fortiter, abiit Antiochiã & elegit milites, vt multiplicati rursus venirẽt in Iudæam. [36] Dixit autem Iudas & fratres e-[1]ius: Ecce cõtriti sunt inimici nostri, ascẽdamus nunc mun-†dare sancta & renouare. [37] Et congregatus est omnis exerci-†tus, & ascenderũt in montẽ Sion. [38] Et viderũt sanctificatio-[2]nem desertam, & altare prophanatum, & portas exustas, & [3][4] in atriis virgulta nata sicut in saltu vel in montibus, & pa-†c stophoria diruta. [39] Et sciderunt vestimenta sua, & plan-[5][6]xerunt planctu magno, & imposuerunt cinerem super ca-[7]d put suum, [40] & ceciderunt in faciem super terrã, & exclama-[8]

c *Pastophoria* (inquit) *vide. di.* RABBAN. Pastophoria Græcè dicuntur thalami vel cubicula, in quibus Leuitæ excubabant in atriis domus domini, quorum commemoratio fit in vltima visione Ezechielis prophetæ. Pastophoria ergo diruũtur, cum secreta mentis per desideria illicita dilaniantur. Sed hæc omnia maximè opus est, vt per pœnitentiam peccatorum & emundationem morum, ac pias preces ad dominum instantissimè purificentur. Vnde rectè de exercitu Iudæ scriptum est, *Quod cum viderent sanctificationem desertam, sciderunt vestimenta sua: & planxerunt planctu magno.*

Pastophoria. — Supra 1.b.

d *Et exclamauerunt, &c. Tunc ordinauit Iudas vi.* IDEM. Aptè dictum est, quod ordinauerit Iudas viros, vt pugnarent aduersus eos, qui erant in arce, donec emundarent sancta: quia hoc ordinat redemptor noster per prædicatores suos, quatenus milites ipsius aduersus eos, qui inhabitant in arce superbiæ, hoc est homines inflationis spiritu elatos vel etiam malignos spiritus superbia tumentes instanter pugnent, donec corda electorum ab omni labe iniquitatis expurgent.

Pugnãdum contra eos qui sacrificationem cordium in fideli populo impediunt.

† SEVERVS Sulpit. l. 2. sacrę hist. Iudas pulsis hostibus, Ierosolymã regressus, purgare templum & restituere, animũ intendit: quod euersum ab Antiocho, profanatumque à gentibus, fœdam sui speciem præbebat. Sed Syris arcem tenentibus, quæ continua templo, & loci natura superior atque inexpugnabilis erat, adiri ☞ subie-

NICOLAVS DE LIRA.

[1] Dixit autem Iudas & fratres eius. *Postquam descripta est Iudæ decertatio, hic consequenter repressis hostibus describitur templi purificatio; Et secundo purificata renouatio, ibi,* Et acceperunt lapides. *Tertio, altaris dedicatio, ibi,* Et fecerunt dedicationem. *Circa primum primo ponitur lamentum destructionis, cum dicitur,*

[2] Et vider. sanctificationem. *Scilicet ipsum templum,*

[3] Et altare. *Scilicet holocaustorum,*

[4] Prophanatum, & portas exustas, &c. *Nam ibi positum fuerat idolum, vt dictum est supra.* 1. *c.*

[5] Et in atriis. *Scilicet in atrio sacerdotum, & in atrio virorum mundorum, & in atrio immundorum.*

[6] Et pastophoria diruta, *Id est, domunculas circa atria sacerdotum ædificatas, in quibus offerentes hostias pacificas comedebant coram domino partem sibi contingentem. Nam de hostiis pacificis vna pars incendebatur ad honorem diuinum, alia cedebat in vsus sacerdotum. Tertia in vsus offerentium.*

[7] Et sci. vesti. sua. *In signum doloris & humiliationis.*

[8] Et exclamauerunt, &c. *De quibus habetur Numer.* x. *Et dicuntur tubæ signorum, quia per illas significabantur plura, scilicet conuocatio ad consilium, & congregatio ad festum, & motio castrorum, & exercitatio ad bellum.*

Tubæ signorum.

Tunc

MORALITER.

† [1] *Dixit autem Iudas.* Sequitur.

† *Ascendamus nunc.* Bonus enim prælatus videns ecclesiam vitiis deformatam, habito competenti tempore, debet statim eam visitare, & eius reformationi instare: ideo subditur,

Visitatio & reformatio Ecclesiarũ.

† *Et ascenderunt in montem Sion, &c.* Per quem significatur ecclesia.

[2] *Et viderunt sancti. dese.* Tunc enim sanctificatio deserta efficitur, cum ecclesia male frequentatur.

[3] *Et altare.* Per quod significatur sacerdotium, quia sicut munus super altare offertur, sic eucharistia, quæ est sacrificium nouæ legis, super caput sacerdotum eleuatur: sic ergo altare prophanatur, quando sacerdotium carnis vitio polluitur.

† *Et portas exustas.* Quod fit, quando per cupiditatem simoniacam aliqui ingrediuntur.

Clericorũ vitia.

[5] *Et in atriis, &c. sicut in sal.* In quo nascuntur arbores infructuosæ. Igitur per hæc virgulta significatur infructuosi clerici, non facientes fructum in ecclesia Dei propter defectum scientiæ & vitæ.

[6] *Et pastophoria diruta.* Loca erant in quibus offerentes comedebant de sacrificiis pacificis coram domino; & ideo per ipsa significatur fidelium communio, quæ tunc diruitur, quando Christi corpus indignè sumitur.

[7] *Et scide. vestimenta sua.* Quia boni talia videntes in ecclesia tristantur & lamentantur.

† Tunc

subiecta non poterant, crebris eruptionibus prohibentibus. Aduersus hos Iudas validissimam suorum aciem obiecit. Ita opus sacræ ædis curatum, templumque muro circumdatum, constitutique qui perpetuum præsidium armati agitarent.

a *Et elegit sacer. sine ma. volun. haben. in lege Dei, & mundaue. sancta.* RABAN. Quia eiectis his de officio ecclesiastico qui errores lepram, vel scelerum maculam in se habebant, voluntarios atque moribus probos in fidem Dei elegit administratores verbi, vt sanctæ ecclesiæ conuenticula ab omni erroris contagione efficiat aliena. Ideo subiunctum est, quod *tulerit lapides contami. in locu immund.* quia hæreticos qui noluerũt per conuersatione rectæ fidei & sanæ doctrinæ lapides preciosi fieri, anathemate percussos atque de communione ecclesiæ eiectos omnibus patefecit, quod essent reprobi.

Qualem vis habere plebem, tales constitue præpositos.

* conseruationem.

Hæreticis Ecclesiæ nõ sunt committendæ.

uerunt tubis signorum, & clamauerunt in cælum.[41] Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduersus eos qui erant in arce, donec emundarẽt sancta.[42] Et elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei,[43] & mundauerunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum.[44] Et cogitauit de altari holocaustorũ, quod prophanatum erat, quid de eo faceret.[45] Et incidit illi cõsilium bonum, vt destrueret illud, ne forte esset illis in opprobrium: quia cõtaminauerunt illud gentes, & demoliti sunt illud.[46] Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoad vsque veniret propheta, & responderet de eis.[47] Et acceperunt lapides integros secundum legem, & ędificauerunt altare nouum secundum illud quod fuit prius,[48] & ædificauerunt sancta, & quæ intra domum erant intrinsecus & ædem, & atria sanctificauerunt.[49] Et fecerunt vasa sancta noua, & intulerunt candelabrum & altare incensorum & mensam in templum.[50] Et incensum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas quæ

mystico, reponi debent lapides isti, *in monte domus, in loco apto, quoadusque ve. prophe. qui respondeat de eis.* Quia peccantes redigi debent sub pœnitentia, donec per sanctos doctores diiudicetur pro commisso crimine cõueniens satisfactio perpetrata. In loco autem eorum lapides integri secundum legem substitui debent, vt fiat altare nouum secundum illud quod fuit prius: quia homines fide Catholica sani, scientia sanctarũ scripturarum imbuti, bonis moribus religiosi, in locum regiminis vnde ceciderit præuaricatores subrogari debent, secundũ auctoritates vtiq; diuinę legis, vt sine reprehensione in nouitate vitæ & norma iustitiæ exhibeatur ministeriũ Deo in sancta ecclesia, quã sibi acquisiuit Christus precio sanguinis sui spõsam, nõ habentẽ maculam neque rugam.

Depositis malis ministris ecclesiæ boni in eorum locum sunt surrogandi.

c *Et ædifi. san.* MYSTICE. Ædificant sancti prædicatores sancta intra domum intrinsecus, & ædem, quando subiectam plebem & intrinsecus ornant scientia sanæ fidei & forinsecus honesta conuersatione. Atrium sanctificant quando nouiter venientes ad fidem sacramentis diuinis imbuendo dedicãt. Faciunt vasa sancta noua, quando corda hominum ad accipiendum verbum Dei reddunt habilia. Inferunt candelabrum, & altare incensorum, & mensam in templum, quando doctrinę spiritalis lucem, sanctę orationis puritatem, & scripturarum sanctarum meditationem in ecclesia Dei exsuscitant. In candelabro ergo in quo lucere debent lucernæ, rectè sermonem euangelicæ doctrinæ possumus aduertere, in quo sancti doctores igne sancti spiritus accensi lucere debent, *vt qui ingrediuntur lumen videant.* Vnde veritas ipsa in Euangelio ait: *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrũ, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* Per altare incensorũ nihil

Quomodo dignè quæ sui muneris sunt præpositi Ecclesiarum præstare debeant.

Luc. 11. c.

b *Et cogitauit.* Altare holocaustorum est fides pura, doctrina recta, & conuersatio munda Christi ministrorum. Sed hoc altare si prophanatum fuerit hæretica prauitate, vel scelerum immanitate iam destruendum erit: hoc est à sacerdotij dignitate deponendum, ne forte opprobrium sit sanctæ ecclesiæ, quod habeat prauos & facinorosos doctores, qui diabolica astutia seducti sunt. Vnde dominus in Euangelio discipulis suis ait: *Vos estis sal terræ: Quod si sal euanuerit, in quo salietur: ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* De quo & Paulus scribens ad Titum ait: *Hæreticum hominem post primam & secundam increpationem deuita. Sciens quia subuersus est qui huiusmodi est, & deliquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.* Hinc & ad quosdam delinquentes ait: *Per vos nomen Dei blasphematur inter gentes.* Taliter ergo deposito altari mysti-

Matt. 5. b.

Titi 3. c.

Rom. 2. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc ordinauit. *Hic secundo tollitur impedimentũ purificationis, cum dicitur:* Tunc ordinauit Iudas, &c. *Vt sic essent occupati in sua defensione, vt non possent proiicere sagittas vel spicula ad eos, qui emundabant loca sancta. Et consequenter ponitur ipsa purificatio, cum dicitur,*

2 Et elegit sacerdo. *id est, sancta vita & integra fama.*

3 Et tulerunt lapides co.tamina. *id est, lapides altaris, quod fecerant Gentiles ad immolandum idolo super altare holocaustorum posito, vt dictum est supra j. cap.*

4 In locum immundum. *Lapides autem altaris domini contaminatos posuerunt in loco mundo sicut subditur:* Et cogitauit de altari, &c.

5 Et reposuerunt lapides in monte domus. *id est, in monte Sion vbi erat domus domini.*

6 Quoadusque veniret propheta. *docens quid esset agendum de illis.*

7 Et acceperunt lapides integros secundum legem, *Hic consequenter describitur templi purificati renouatio, & primo quantum ad altare holocaustorum, cum dicitur:* Et acceperunt lapides integr. se. legem. *quæ habetur Exod. xx. & Deut. xxvij.*

8 Et ædificauerunt altare nouum secundum illud. *id est ad similitudinem illius quod fuerat dissipatum.*

9 Et ædificauerunt sancta. *reparando ruinas quæ erant in prima parte templi, quæ vocabatur sancta.*

10 Et quæ intra d. erant int. *reparando defectus existentes in secunda parte templi, quæ dicebatur sancta sanctorum.*

11 Et ædem, &c. *id est, ædificia quæ erant extra pro habitaculis sacerdotum.*

12 Et atria sanctificauerunt. *eradicando virgulta & aspergẽtes lustrationis aqua.*

13 Et intulerunt candela. & alta. incen. *Hæc enim tria erant in prima parte templi, mensa propositionis in parte Aquilonari, cãdelabrum in Australi, altare incensi in medio contra sanctum sanctorum.*

14 Et incensum posuerunt. *id est, cremauerunt super altare.*

MORALITER.

1 *Tunc ordinauit Iudas.* Bonus enim prælatus non solum debet ecclesię dissipationem lamentari, sed etiam insistere eius reformationi: in quo primò sunt impedimenta remouenda, & hoc significatur per hoc quod Iudas ordinauit bellatores contra illos qui in arce erant, per quos significantur dæmones, qui sunt in arce superbiæ: & quantum possunt impediunt reformationem ecclesiæ, contra quos pugnatur continua & feruida oratione.

Reformatio ecclesiæ.

2 *Et ele. sacerdotes sine macula.* Culpæ grauis & infamiæ.

† *Voluntatem habentes in lege Dei.* Tales enim debent esse confessores & prædicatores euangelij, vt apti sint ad emundationem populi Christiani.

3 *Et tu. la. conta.* id est, altaris ab idololatris ædificati.

4 *In locũ immundum.* Quia quicquid ad idololatriam pertinet, est abominandum, lapides autem altaris templi reposuerunt in loco mundo, vt dicitur hic consequenter.

† *Et cogitauit de alta. holo.* quousque surgeret propheta qui diceret quid agendum esset de ipsis, per quod significatur quod si aliqui Christiani contaminentur aliquo peccato publico & enormi recludendi sunt in claustro ad agendum pœnitentiam secundum determinationem sapientis prælati.

Correctio publicorum & enormiũ peccatorũ.

7 *Et acceperunt lapi. integros,* id est, integræ famæ clericos, ex talibus enim debet ecclesia reformari.

9 *Et ædificaue. sanct. quæ intra domum erant.* Sequitur.

12 *Et atria, &c.* quæ erant extra templum, per quod significatur quod in viris ecclesiasticis requiritur munditia mentis interioris & conuersationis exterioris.

13 *Et intulerunt candelabrum, & alta. incen. &c.* id est, sanctæ prædicationis verbum.

† *Et altare incensorum.* id est, celebrationem diuinorum.

† *Et mensam.* id est, eucharistiæ consecrationem.

† Et

hil melius quam perfectam sanctorum vitam accipere possumus, vnde quotidie fragrat odor virtutum, & sacræ orationis in conspectu altissimi. Mensam ergo domini non aliam quàm sacram scripturam intelligimus, in qua refectio animarum consistit. Quod autem dicitur quod,

a *Appenderunt vela, & consum. omnia opera quæ fece.* RABAN. In appensione velorum exprimitur occultatio mysteriorum. Nō enim omnibus omnia patefacienda sunt diuinæ legis mysteria: sed pro captu ingenij quorumlibet, & profectu scientiæ, atque virtutum. Vnde dominus apostolis præcepit dicens, *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos*, Et Paulus rudibus discipulis ait, *Lac vobis dedi potum nō escam. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidē potestis*. De perfectorum ergo scientia alibi ait, *Et nos reuelata facie gloriam Dei contemplamur, in eamdem imaginem transformati tamquam à domini spiritu*. Consummant ergo omnia opera, quæ facienda sunt in domo Dei, qui fide, sermone & opere student secundum ordinem implere omnia mandata domini: Nec deest quicquam in perfectione, vbi humana voluntas diuinæ per omnia obtemperat voluntati.

Sacra Scriptura. Non omnia diuinæ legis mysteria omnibus propalanda. Mat. 7. a. 1. Cor. 3. d. 2. Cor. 3. d.

b *Et ante matu.* RAB. De hac autem renouatione Iosephus ita narrat dicens: Quinta vero & vicesima mensis Casleu, quem Macedones Appelleon vocant, accenderunt lumina super candelabrum, & adoleuerunt holocausta, quæ obtulerūt in nouo altari. Hæc autem facta sunt post tres annos, eodem die, quo mutata est eorū religio ad prophanam idolorum consuetudinem. Nam templum destructum ab Antiocho sic tribus annis permansit. Quinto enim anno & quadragesimo & centesimo in templo facta sunt. Quinta & vicesima die Appellei mensis, Olympiade centesima quinquagesima tertia. Renouatum verò est eodem die quinta & vicesima Appellei mensis, octauo & quadragesimo ac centesimo anno, Olympiade centesima & quinquagesimaquarta. Desolationē vero templi contigit fieri secundum Danielis præfationē, quam ante quadringentesimo & octauo prædixerat anno, per quam significauit, quod Macedones illud destruerent. Celebrauit autem Iudas cum ciuibus suis pro renouatione templi per sacrificia per dies octo, nullum genus delitiarum relinquens, sed pretiosissimis dapibus eos pascens. Deum autem laudibus & psalmis glorificabant, seseque mutuo cantibus delectabant. Pro renouatione vero solemnium post multum tempus insperata religione, receptores legis posuerunt, vt posteri per octo dies hanc renouationem tēpli celebrarēt. Vnde & ab illo tempore hactenus hanc festiuitatem celebramus, vocantes eam, *lumina*, eo quod præter spem hoc nobis splendidum lumen colendæ religionis apparuit.

Iosephus li. antiq. 11. c. 10. Quando ab Antiocho pollutum & à Iuda renouatum est templū. Dan. 11. d. Festum luminum.

Mysticè autem renouatio templi, conuersio est hominum ad pœnitentiam peccatorum, qui aliquibus erroribus atque facinoribus contaminati erāt. Tunc enim cantandum, gaudendū, lætandum atque iubilādum, atque laudandum quibusque fidelibus est, quando viderint proximos suos per correctionem morum atque meditationem legis Dei in semetipsis instaurare, quod ante iam per negligentiam deciderat. Vnde etiam sacrum Euangelium narrat saluatorem dixisse, *in cœlis, gaudium nasci super vno peccatore pœnitentiam agente*. Si de vno, quanto magis de multis exultatio erit conuersis ad veracem cultum Dei? quia sicut scriptum est: *In multitudine plebis dignitas est principis*: illius videlicet principis, *qui vult omnes homines saluos esse, & ad agnitionem veritatis peruenire*.

Gaudium de conuersione peccatorum. Luc. 15. b. Prou. 14. d. 1. Tim. 2. a.

super candelabrum erant, & lucebant in templo.[11] Et posuerunt super mensam panes, & appēderunt vela, & consummauerunt omnia opera quæ fecerant.[12] Et ante matutinum surrexerunt quinta & vicesima die mensis noni: hic est mensis Casleu, centesimi quadragesimi octaui anni,[13] & obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum nouum quod fecerunt.[14] Secundum tempus & secundum diem in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa renouatum est in canticis & citharis & cinaris, & cymbalis.[15] Et cecidit omnis populus in faciem, & adorauerunt, & benedixerunt in cęlum eum qui prosperauit eis.[16] Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum lætitia, & salutaria laudis.[17] Et ornauerunt faciem templi coronis aureis & scutulis, & dedicauerunt portas & pastophoria, & imposuerunt eis ianuas.[18] Et facta est lætitia in populo magna valde, & auersum est opprobrium gentium.

c *Et ornauerunt faciem templi coronis.* † CHRYS. ho. 18. in Acta Apo. Non est res noua, templa habere ornata, & altaria Deo consecrare. Dic enim oro, si rex tibi præcepisset domum extruere, vt illic habitet, nonne omnia fecisses? Nunc igitur regia est Christi, ecclesiæ constructio: ne sumptum spectes, sed fructum computa.

† HIER. epi. ad Nepotianum. Multi ædificant parietes & columnas Ecclesiæ substruunt, marmore nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur, & ministrorum Christi nulla electio est.

† IDEM epi. ad Heliod. de obitu Nepotia. Nepotianus erat sollicitus si niteret altare, si parietes absque fuligine, si tersa pauimenta, si ianitor creber in porta, vela semper in ostiis, si sacrarium mundum, si vasa luculenta, & in omnes cerimonias pia sollicitudo disposita: non minus, nō maius negligebat officium, vbicumque eum quæreres, in Ecclesia inuenires. Basilicas ecclesię, & martyrum conciliabula, diuersis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis adumbrabat, vt quidquid placebat in ecclesia tam dispositione, quàm visu, presbyteri laborem & studium testaretur.

Pietas in ornatu ecclesiarum.

d *Et facta est lætitia magna, &c.* † BERNARD. serm. 13. in Cant. Iudas Machabæus multis inclytus victoriis, cum frequenter exultanti populo pacem fortiter pugnando tribuisset, numquid gloriam quandoque partitus est alicui? Denique, *& facta est*, inquit, nō gloria, sed *lætitia magna in populo*. Quid minus ab his omnibus fecit conditor omnium, quo minus & ipse debeat gloriari singulariter?

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et appenderunt vela. *vnum in introitu templi, aliud ante sanctum sanctorum.*

2 Cente. quadra. an. *regni Græcorum.*

3 Secund. tem. & sec. diem, in qua contami. il. *nam anno centesimo quadragesimoquinto, die vicesimaquinta mensis Casleu sacrificauerunt idololatræ super aram, vt habetur supra 1. ca. & anno cxlviij. di. xxv. mensis Casleu obtulerunt Iudæi sacrificium in templo purificato: & sic reuolutis tribus annis eadem die renouatum est templum qua fuerat ante contaminatum: sicut fuerat ante prophetatum, Dan. viij.*

4 Et fece. ded. al. dieb. o. *Hic consequenter describitur templi renouati dedicatio. Et primo quantum ad altare, cum dicitur:* Et fecerunt ded. al. die. oct. *Et inde tractum fuit, quod festa solemnia octauam habent in nouo testamento.*

Dedicatio templi purificati.

5 Et ornauerunt faciem templi coronis aur. & scutu. *Pro victoriis à Deo sibi datis.*

MORALITER.

† 1 *Et appenderunt vela.* cauendo ab elatione surgente ex laude humana.

† *Et ante matuti. surre.* quia non solum de die, sed etiam de nocte celebrandæ sunt laudes diuinæ.

Laudes diuinæ de nocte celebrandæ.

† *Et citharis & cinaris & cym.* per quę significantur varię deuotiones mentis, quæ sunt in ecclesia.

5 *Et ornauerunt fa. tem. cononis aureis.* Id est, aureolis martyrum, virginum, & doctorum.

† *Et dedic. por.* ingressum symoniacum auferendo.

† *Et pastophoria, & imposuerunt eis ianuas.* Ad communionem deuotam inducendo.

† *Et facta est lætitia in po. ma.* Nam ex talibus debet gaudere populus Christianus.

a *Et statuit Iudas.* RAB. Hanc quidem solemnitatem ipse saluator in euangelio prædicatione sua legitur decorasse, vbi scriptum est: *Facta sunt encænia in Ierosolymis, & hiems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis,* &c. Vnde sciendum est, quod encænia hæc quæ lectione euangelica facta cognouimus, non ad primam templi dedicationē, sed ad vltimam pertinent, quod ex eo facile colligitur, quia hyeme facta referūtur. Prima siquidem eius dedicatio à Salomone tempore autumni: Media à Zorobabel & Iesu sacerdote tempore veris; Vltima à Iuda Machabæo tēpore hyemis est facta, quando specialiter constitutum esse legitur, vt eadē dedicatio per omnes annos in memoriam solemnibus reuocaretur officiis, iuxta quod vsque ad tempus dominicæ incarnationis obseruatum fuisse supradicta sententia euangelij agnouimus. Hæc autem fuit causa secundæ & tertiæ dedicationis, quia Salomon quidem templi opus, quod domino condidit, septem annis perfecit, octauo autem anno decima die septimi mensis (qui à nobis October appellatur) in magna gloria dedicauit. Sed hoc templum post annos quadringentos triginta incenderunt Chaldæi, & Ierosolymorum vrbe destructa, populum Israel in Babyloniam abduxere captiuum: qui post annos septuaginta regnantibus Persis in patriam est remissus. Rursusque ædificatum est templum per annos quadraginta sex, & tertia die mensis duodecimi, quem nos vocamus Martium, opus ad finem vsque perductum. Cui videlicet tunc operi præfuere duces plebis strenuissimi, vt diximus, Zorobabel de regio genere, & Iesus sacerdos magnus, sed & prophetæ Aggæus & Zacharias adiuuantes eos, atque aduersus insidias impedientium opus hostium, cor populi roborantes. Inde post annos fermè trecentos & quinquaginta sex nefandissimus Græcorum Antiochus, fraude capta Ierusalem, templum idem sordibus idolorum prophanauit, auferens inde & confringens altare domini aureum, mensam propositionis, candelabrum luminis, & cetera quæ supra commemorata sunt. Sed & Iudas Machabæus, cum esset de genere sacerdotali collecto exercitu Iudæorum, aduersus Antiochi duces arma corripiens, eosque de Iudæa expellens, persecutioni sæuissimæ finem imposuit, ac templum ab idolorum imaginibus emundans, noua rursus altaria & cetera vasa vel ornamenta faciens, atque in templo reponens, dedicauit ea simul cum templo. Quod purificauit & renouauit xxv. die mensis noni, qui apud nos appellatur December, & ad hyemem pertinere nulli dubium constat. Statuitque decretum, vt prædiximus annis omnibus diem enceniorum, id est, innouationis ac dedicationis templi festa deuotione celebrari, sicut locus iste nunc testatur.

IDEM. Quæ profectò omnia sicut Apostolus docet in figura facta sunt nostri: & propter nos vtique scripta. Ideoque nobis solertius spiritali ratione discutienda. Salomon quippe rex qui interpretatur pacificus ipsum redemptorem nostrum typicè designat. De quo Isaias ait, *Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.* Templum quod ædificauit, catholica eius ecclesia est, quam de vniuersis per orbem credentibus, quasi de viuis lapidibus in vnam suæ fidei & charitatis compagem aggregat. Quod autem septem annis ædificatum est templum, significat, quia per totum huius sæculi tempus (quod septem diebus euoluitur) sanctæ structura ecclesiæ numquam crescere desinit. Quod octauo anno dedicatum est, & celeberrima illa ac maxima solemnitas à Salomone rege cunctis filiis Israel tempore completæ dedicationis exhibita; insinuat mysticè, quia profectò in fine mundi numero electorum diu desideratæ immortalitatis secura est festiuitas, & peracto vniuersalis resurrectionis miraculo, mox omnes qui ad pacifici veri regis. s. Salomonis regnum pertinent, æterna cum eo gaudia patriæ cælestis intrabunt. Nam quia dominus noster octaua die, id est, post septimam sabbati resuscitari à morte voluit: rectè numerus octonarius nostræ quoque resurrectionis festa ventura designat. Quod templum ab hostibus incensum, rursum domino miserante construitur; Quod ab idololatris coinquinatum denuò supernæ pietatis auxilio mundatur: varios sanctæ ecclesiæ insinuat euentus, quæ nunc infidelium persecutione premitur, nūc à persecutoribus reddita liberior, tranquilla domino seruitute famulatur. Nunc in quibusdam suis membris hostis antiqui periclitatur insidiis; Nunc instante solertia doctorum fidelium, quos ad horam perdere videbatur, per pœnitentiam castigatos recipit. Quod vero templum secundo quadraginta & sex annis ædificatum est; ad significationem dominici corporis, quod de virgine assumpsit, spiritualiter respicit. De quo ipse Iudæis ait: *Soluite* (inquit) *templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud,* quia videlicet solutum passione corpus suum, ipse tertia die resuscitauit ad vitam. Ferūt siquidem physici, quod corpus hominis quadragesimosexto die post conceptionis initium, in membrorum distinctione formetur; atque ideo non casu gestum, sed diuinitus procuratum est, vt eo annorum templum ędificaretur, quo dierum numero corpus dominicum, quod per templum figurabatur, in vtero virginali perfici oportebat. Quod autem encenia per omnes annos celebrare sancitum est; hoc profectò nos admonet vt memoriam dominicæ resurrectionis, quam iam factam credimus, semper animo retinentes, nostram resurrectionem futuram sperando taliter agamus, vt non ad iudicium, sed sicut dominus his, qui bona egerint promisit, resurgere mereamur ad vitam.

[Marginalia: Beda in ca. 10. Ioan. 10. c. — Quæ encænia fuerint quibus Christus Ioan. 10. interfuisse memoratur. — Prima dedicatio templi sub Salomone: — Secunda sub Zorobabel & Iesu filio Iosedech: — Tertia sub Iuda Machabæo. — Rom. 15. a. — Isai. 9. b. — Ecclesia militans à Christo erecta. — Triumphans ab eodem coronata. — Varij casus quibus Christus suam Ecclesiam militantem subiicit. — Ioan. 2. b. — Templum & corpus humanum parificatur in quibus & quare. — Matt. 25. b.]

[59] Et statuit Iudas & fratres eius & vniuersa ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum per octo dies, à quinta & vicesima die mensis Casleu cum lætitia & gaudio. [60] Et ędificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circumitum muros altos & turres firmas: ne quando venirent gentes & conculcarent eum sicut antea fecerunt. [61] Et collocauit illic exercitum, vt seruarent eum, & muniuit eum ad custodiendam Bethsuram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

b *Et ædificauerunt in tē.* IDEM. Ædificant sancti doctores montem Sion; quando sanctam ecclesiam verbo atque exemplo ad profectum prouocant. Per circumitum muros altos construunt; quando eam tutamine catholicæ fidei, ac opere precum vndique muniunt. Turres firmas erigunt: quando spem totam in Dei bonitate eam ponere præcipiunt.

c *Ne quando gentes.* IDEM. Eam more pristino conculcent, vt non malignorum. s. spirituum nequitia: vel prauorum hominum malitia eis amplius nocere præualeat. *Et collocauit* (inquit) *illic exer. vt s. eum.* exercitus in Sion ad seruandum eā locatur, cum ministrorum turba, ad seruandæ legis Dei, ac sacramentorum cælestium ritum in ecclesia subministratur. *Muniunt eam ad cu. Beth.* cum exhortationibus validis incitant ecclesiasticos, vt regulariter culturam obseruent diuinam. Bethsura enim domus robusti interpretatur.

d *Vt haberet po. mu. con fa. Idu.* hoc est vt fidei constantiam seruet aduersus hostes spiritales, & contra furentis mundi pertinaciam.

[Marginalia: Quomodo Ecclesiam ædificent & muniant doctores sancti.]

NICOLAVS DE LIRA

1 Et statuit Iudas & frat. eius & vniuersa ecclesia Isr. vt ag. di. ded. *Iste est dies de qua dicitur, Ioan. x. c. Encenia facta sunt in Ierosolymis & hiems erat. Incipiebat enim hæc solemnitas à vicesimaquinta die Casleu, cui respondet Nouember, & aliquando December in parte. Prima namque dedicatio tempore Salomonis facta fuit in Septembri iij. Reg. viij. Alia in reditu Babylonicæ captiuitatis fuit in vere. Cetera patent vsque ibi.*

2 Vt haberet po. mu. con. *Sicut enim Esau persequebatur Iacob, Gene s. xxvij. sic Idumæi ab Esau descendentes semper molesti fuerunt Iudæis descendentibus à Iacob.*

†† ADDITIO. *Quem prophetam expectarunt Machabæi, qui responderet illis de altari polluto? Posset intelligi prophetæ nomine quilibet diuinarum rerum scientior, qui subortam de altari dubitationem posset explicare. Sed videtur omnino Christus dominus & Messias expectari, de quo Deut.* 18. Propheta de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit dominus. *Ideoque infra c. 14. Simonem ducem, summumq; sacerdotem esse decernunt in æternum, donec surgat propheta fidelis. Nam & in huius familia vsque ad Herodem Christiq; aduentum Pontificia regiaq; dignitas permansit. Sed cur de hoc altari Christus nihil respondit? forte, quasi propheta non esset, eum hac quæstione dignati non sunt scribæ & Pharisæi.*

[Marginalia: Christus à Machabæis expectatus.]

MORALITER.

† *Et ædificauerunt.* Per muros altos circa montem Sion, significantur virtutes excellentes, quæ à philosophis dicuntur heroicæ, à theologis diuinæ, quæ debent esse in prælatis ecclesiæ, per turres firmas, sanæ doctrinæ, ad defensionem fidei Christianæ.

[Marginalia: Virtutes heroicæ, vel diuinæ.]

CAP. V.

A a ET factum est. RAB. Irritantur gentes, cum viderint culturæ Dei renouari facturam: quia siue hostes visibiles, seu etiam inuisibiles, qui inuidiæ æstibus contra fidei ac virtutum profectum anhelant, irascuntur, cruciantur, ac persequuntur seruos Dei, ad nihilum eos redigere volentes, quando considerant illos in altari rectæ fidei bonorum operũ restaurare velle obseruantiã. Inde dicitur quod,

Dolent inimici cum augetur cultus diuinus.

b *Cogitabant t. genus, &c.* quia clarescente in mundo euangelio

B Christi, & hominibus fidem Dei recipientibus, torquebantur persecutores, & pœnis eos tractantes inde auertere studebant. Similiter & hostes spirituales, cum viderint aliquos ex desidia negligentiæ se restaurare velle in cultu pietatis, moliũtur eos gladio impietatis occidere, ac morte peccatorum trucidare. Sed Iudas fortiter cum scuto fidei hostibus resistens

C debellat filios Esau in Idumæa: quia chorus sanctorum doctorum idololatras, qui spinetis vitiorum sunt asperrimi, & funestis sacrificiis atque luxuria mundana fœdissimi, gladio spiritus interimens, de contrariis efficit subiectos, ac de hostibus facit amicos.

c *Et eos qui e.* RAB. Hi qui in memoratis locis, hoc est in Arabathane & Bean habitabant & circumsedentes filios Israel in laqueum & scandalum fuerunt insidiantes eis; significant Iudæos atque hæreticos, qui contra ecclesiam Dei scandala & insidias semper disponunt. Sed tales à Iuda & sociis eius in turribus suis concluduntur: cum in superbiæ suæ machinationibus per doctorum industriam capiuntur, & errores eorum anathematizantur. Quorum turres incenduntur igni, cum omnibus qui in eis sunt: quando auctores scelerum, & inuentores errorum pro peccatis suis, & nunc exuruntur ardore diuini sermonis, & in futuro examine, nisi condignam pœnitentiã ante egerint, igne concremabuntur perpetuæ vltionis.

Iudæi & hæretici in hac vita gladio verbi Dei transfodiuntur, & in futura nisi pœnituerint, à Deo mittẽtur in ignẽ gehennæ.

D d *Erant in laqueum, & in scandalum, &c.* TERTVL. de vel. virgi. c. 3. Scandalum nisi fallor, non bonæ rei, sed malæ exemplum est, ædificans ad delictum. Bonæ res neminem scandalizant, nisi malam mentem.

Scandalum quid sit.

CAP. V.

a ET factum est vt audirent gentes in circumitu, [1] quia ædificatum est altare, & sanctuarium, sicut b prius, iratæ sunt valde[2] & cogitabant tollere genus Iacob, qui erant inter eos, & cœperunt[3] occidere de populo & persequi.[3] Et de c bellabat Iudas filios Esau in Idumæa, & eos qui erant in Arabathane, quia circumsedebant Israelitas: & percussit eos plaga magna.[4] Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui d erant populo in laqueum, & in scandalum, insidiantes ei in via.[5] Et conclusi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni cum om- e nibus qui in eis erant.[6] Et transiuit ad filios Ammon & inuenit manum fortem, & populum copiosum, & Timotheum ducem ipsorum.[7] Et commisit cum eis prælia multa, & contriti sunt in conspectu eorum, & percussit eos,[8] & cepit Iazer ciuitatem & filias eius, & reuersus est in Iudæam. f [9] Et congregatæ sunt gentes, quæ sunt in Galaad ad-

e *Et transiuit.* RAB. Quid per filios Ammon (qui interpretatur *filius populi mei*) nisi schismatici & hæretici exprimuntur? qui quondã filij sanctę ecclesię esse videbãtur, sed inde recedentes & in errorem se mittẽtes, facti sunt

E filij diaboli. Vnde Ioannes Apostolus ait. *Ex nobis exierunt, sed nõ erant ex nobis. Si enim essent ex nobis, permansissent vtique nobiscum.* Hi habent Timotheum ducẽ, hoc est hæresiarchas, qui iuxta nominis sui interpretationem apud eos laudantur: Sed iuxta intelligẽtiæ veritatẽ, apud nos nequam esse deprehenduntur, Timotheus

Hæretici & Schismatici. 1. Ioan. 2. c.

Hæresiarchæ à suis laudantur sed à catholicis quales vere sint deprehenduntur.

F enim, beneficus interpretatur. Sed hęc opinio de hęresiarchis apud deceptos est. Apud nos autem venefici melius, quàm benefici nuncupantur, quia maleficiis suis venenum erroris auditoribus suis miscent. Contra quos Iudas consurgens & superior existens victoriam capit, erroresque eorum destruendo, in Iudæam, hoc est in confessionem laudis Dei cum triumpho hostium regreditur.

f *Et congregatæ sunt gentes.* IDEM. Gentes quæ sunt in Galaad aduersus Israelitas congregantur, vt tollant eos, cum multitudo hæreticorum atque schismaticorum ad hoc conuenit, vt scripturarum testimoniis secundum sensum suum deprauatis, expugnent catholicam fidem quæ est in sancta ecclesia. Galaad enim interpretatur aceruus testimonij. Quod nomen bene conuenit his, qui scripturarum meditationi insistunt. Sed fugiunt Israelitæ in

Hæretici & Schismatici peruersè exponentes scripturas.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. V.

1 ET factum est. *Hic ponitur tertius conflictus Iudæ Antiochi tempore, quem habuit Iudas cum finitimis gentibus inuidentibus prosperitati Iudæorum, quæ facta est per Iudam & fratres eius, propter quod Iudæos habitantes inter eos occidebant, propinquos terminis suis inuadebant & obsidebant, propter quod Iudas & fratres eius contra gentes istas pugnabant. Circa quod sic proceditur, Quia primo ponitur afflictorum liberatio; Secundo aliquorum Israelitarum præsumptio, ibi,* Et in diebus. *Prima in duas, quia primo ponitur conflictus Iudæ contra aliquos speciales aduersarios; Secundo contra alios ex diuersis gentibus commistos, ibi:* Et congregatæ sunt gentes. *Circa primum præmittitur causa conflictus Iudæ in generali, cum dicitur,*

Diuisio.

Et factum est vt audi. gentes. *i. Gentiles in circumitu Iudæ habitantes.*

2 Iratæ s. *Prosperitati Iudæorum inuidentes. Et simile habetur j. Esd. iv. & Nehem. iij.*

3 Qui erant inter eos. *Plures enim de filiis Israel fugientes persecutionem Antiochi Epiphanis, latenter iuerant ad habitandum inter Gentiles prope Iudæam habitantes. Secundo ponitur conflictus Iudæ in speciali, Et primo contra Idumæos & Arabathaneos & filios Bean. Nam isti, prout poterant, Iudæis nocebant. Et patet littera vsque ibi,*

4 Anathema. *Sicut dicitur de Iosue, quod anathematizauit vrbẽ Iericho, Iosue vj. c. cuius habitatores omnes interfecit, metalla quæ per ignem purgari poterant, diuino cultui deputauit pro necessariis tabernaculi, vnde anathematizatio est nomen Græcum. Et dicitur ab ana, quod est sursum, & thesis positio: quia talia separantur ab vsibus humanis, & deputantur cultui diuino.*

Vrbes anathematizati subiectæ.

5 Et tran. ad fi. Am. *Isti etiam fuerunt molesti Iudæis, quamuis eis debuissent esse beneuoli, eo quod descenderant de Loth nepote Abrahæ.*

6 Et cepit Iazer ciuit. & filias. *i. villas sub dominio Iazer existentes.*

7 Congregatæ sunt gen. *Hic consequenter ponitur conflictus Iudæ contra aduersarios ex diuersis gentibus commistos. Circa quod primo ponitur causa conflictus, Secundo belli apparatus, ibi,* Vt autem audiuit; *Tertio bellantium virtus, ibi,* Et abiit Simon. *Causa vero confligendi fuit oppreßio Iudæorum à commistis gentibus in Galaad & Galilæa: propter quod Iudæi in illis partibus positi petierunt à Iuda & eius fratribus adiuuari. Et patet littera paucis exceptis.*

Diuisio.

MORALITER.

† 1 *Et factum est.* Sequitur: *Et debel. Iudas fi. Esau in Idumæa.* Qui interpretatur terrena, ideo per istos significantur principes terreni tyrannizantes, contra quos bonus prælatus debet pugnare primò per monitiones sacras, & postea per ecclesiasticas censuras: ideo sequitur,

Bonus prælatus resistens tyrannis, &

4 *Anathematiza. eos, &c. Et transiuit ad fil. Ammon.* Qui interpretatur, populus meus, ideo per filios Ammon significantur hæretici, qui fuerunt ecclesię filij, sed ab ea recesserunt per errorem circa aliquem vel plures articulorum fidei j. Ioan. ij. c. *A nobis prodierunt, sed non ex nobis erant. s. permanentes.* Contra istos bonus prælatus vel doctor pugnat errorem eorum confutando per sacrę scripturæ veritatem; &, si maneãt obstinati, per ecclesiæ censuram eos excommunicando, & iustitiæ sæculari tradendo.

hæretici.

7 *Et congregatæ sunt g.* Per quas significantur infideles in aliqua terra, vel ciuitate cum fidelibus manentes, & quãdo incipiunt eos inducere ad suam infidelitatem, debent fideles recurrere pro consilio & auxilio habendo ad superiores suos, sicut isti recurrerunt ad Iudam & eius fratres.

Fideles qui habitant cum infidelibus.

☞ in munitionem, cum fideles quique ad fidei confugiunt veritatem; auxiliumque sibi afferri poscunt à Iuda & fratribus eius; quia euangelio Christi per sanctorum prædicatorum ministeria defendi gestiunt contra Timothæum spiritualem (de quo supra diximus) & socios eius. Quod autem conqueruntur Israelitæ de interfectione suorum & captiuitate, ostendit non modicum apud fideles esse gemitũ, quando viderint aliquos suorum à veritate secedere, & in errorem prauorum corruere.

Quomodo euocantur se catholici ab insultu hæreticorum.

a *Et ecce alij.* RAB. Illi qui de variis locis alienigenæ conuenerunt ad consumendũ populum Dei, manifestè designant gentiũ plebes, quæ in infidelitate adhuc sunt bella ac persecutiones aduersus Christianos commouere. Sed auditis sermonibus, quos diuersæ legationes ad Iudã & socios eius detulerũt.

Infideles qui Christianos bello persequuntur.

b *Conuenit ecclesia magna, &c.* IBID. Quia totius sanctæ ecclesię sollicitudo ac cura est maxima, quomodo contra diuersos hostes, hoc est Iudęos, paganos, hęreticos atque schismaticos filios suos defendat. Hoc quoque prudenti consilio ac toto nisu cum his, qui eruditiores ac fortiores videntur esse in fide, ac virtutum opere, agit, qualiter hostibus resistat, & suos opportunè defendat.

Studium Ecclesiæ vt filios suos defendat.

uersus Israelitas qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos & fugerunt in Datheman munitionem,[10] & miserunt litteras [1] ad Iudam & fratres eius, dicentes: Congregatæ sunt aduersum nos gentes per circumitum, vt nos auferant,[11] & parant venire & occupare munitionem in quam confugimus: & Ti- [2] motheus est dux exercitus eorum.[12] Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis.[13] Et omnes fratres nostri qui erant in locis Tubin interfecti sunt, & captiuas duxerunt vxores eorum & natos & spolia, & peremerunt illic ferè mille viros.[14] Et adhuc epistolæ legebantur. (a) Et ecce alij nuntij venerunt de Galilæa, (†) conscissis tunicis nuntiantes secundum verba hæc,[15] dicentes conuenisse aduersum se à Ptolomaide (3) & Tyro & Sidone, & repleta est omnis Galilæa alienigenis, vt nos consumant.[16] (4) Vt audiuit autem Iudas & populus sermones istos, (b) conuenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis qui in tribulatione erant, & expugnabantur ab eis.[17] (c) Dixitque Iudas Simoni fratri suo: (†) Elige tibi viros, & vade & libera fratres tuos in Galilæa, ego autem & frater meus Ionathas ibimus in Galadithim.[18] Et reliquit Iosephum filium Zachariæ & Azariam duces populi cum residuo exercitu in Iudæa ad custodiam,[19] & præcepit illis, dicens: Præstote populo huic, & nolite bellum committere aduersus gentes, donec reuertamur.[20] Et da- (5) ti sunt Simoni viri tria millia vt iret in Galilæam, Iudæ autem octo millia in Galadithim.[21] (d) Et abiit Simon in Galilæam, (6) & commisit prelia multa cum gentibus. (e) Et contritæ sunt gentes à facie eius, (f) & persecutus est eos vsque ad portam Ptolomaidis.[22] (g) Et ceciderunt de gentibus ferè tria millia virorum, & ac-

per Simonem, qui in Galilæam, hoc est, *rotam* mittitur, nisi prædicatores in gentes directi insinuantur; Qui cum tribus millibus, hoc est, cum primis sententiis de sanctæ Trinitatis fide prolatis, contra aduersarios ire parantes, per euangelicam prædicationem hostes deiicere, & credentes liberare decertant. Iudas autem & Ionathas illos doctores exprimunt, qui in Iudæa verbi Dei prædicãtes, & siue Iudæos, siue etiam hæreticos scripturarum testimoniis abutẽtes, per veritatem sani intellectus debellare student. Et nota quod contra Gentiles solus Simon cum suis mittitur: Contra Iudæos autem, & hæreticos duo pergere cũ pluribus moliũtur; quia in Gentibus sola idololatria cum errore paganico debellanda erat: In Iudæis autem & hęreticis, partim veteranus vsus, partim noua superstitio per duorum testamentorum spiritalem scientiam corrigenda fuerunt. Vbi octo millia virorum sumuntur, quia ibi siue circumcisio legis spiritaliter obseruãda, siue resurrectio Christi veraciter credenda esse docetur.

De Doctoribus Catholicis qui vel contra infideles vel Iudæos vel hæreticos decertant.

Nota.

Difficilior opera est in expugnandis hæreticis & Iudæis quam sit in conuertendis paganis.

d *Et abiit Simon in Galilæam.* Committit Simon prælia multa cum gentibus, cum prædicatores sancti per totum mundum idololatriam, & confusos gentium debellare certant errores.

† IOSEPH. lib. de bello Iud. c. 2. Duæ sunt Gallilææ quæ superior & inferior appellantur, easque Phœnicea & Syria cingunt. Discernit verò ab Occidẽte Ptolemais territorij sui finibus, & quondam Galilæorum, nunc autem Tyriorum mons Carmelus, cui coniuncta est Gabaa equitum ciuitas, quæ sic appellatur eo quod equites ab Herode dimissi coloni eò deducebantur. A Meridie autem Samaritis & Scythopolis vsque ad flumen Iordanem, ab Oriente verò Hippene & Gadaris sed & Gaulanitis definit: qui etiam regni Agrippæ fines sunt, &c.

Galilæa superior & inferior.

c *Dixitq; Iudas.* RABAN. Sicut diuersæ sunt impugnationes ecclesiæ ab hostibus, sic distincta debent esse prælia spiritualium bellatorum. Dirigitur Simon in Galilæam cum tribus millibus viris, sicut in sequentibus ostenditur, vt liberet fratres suos; Iudas autem & Ionathas eunt in Galaadithim cum octo millibus. Et quid per

e *Contritæ sunt gentes*, Cum pertinaciã resistendi euangelio Dei deponunt.

f *Persecutus est eos vsque ad por. Ptolo.* Cum in suis adinuentionibus, quibus per studia vana machinabantur contradicere verbo Dei, ipsa veritate superati capiuntur, atque confessioni rectæ fidei subiiciuntur. Vnde aptè subiungitur,

g *Et ceciderunt de gentibus ferè tria millia virorum.* Qui de superbiæ nequissimo statu in peccatorum pœnitentiam decidentes, melius per fidem rectam resurgendo in bonorum operum statu erigi merentur. Quorum spolia accipit Simon, cum quidquid in litterarum scientia vel inuestigatione veritatis elaborauerunt, totum in seruitium Dei doctor catholicus conuertere studet. Vnde plurimi eorum, qui liberalibus artibus sub Gentili conuersatione instituti fuerunt, ad dogma catholicum conuersi gloriosissimè effulserunt. ☞ Illos

Idololatræ ad fidem conuersi.

Doctrina prophana in vsum Ecclesiæ traducta.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et fugerunt in Dath. *sic nominabatur illa munitio.*
2 Et Timotheus est dux exe. eo. *qui erat homo bellicosus & Iudæis molestus.*
3 Ptolo. *ciuitatem quæ postea dicta est Achon.*
4 Vt audi. au. *Hic consequenter ponitur belli apparatus. Habito enim consilio, Iudas cum vna parte exercitus iuit ad liberandum Iudæos qui erant in Galaad: & Simon cum alia parte ad liberandum eos, qui erant in Galilæa: & Iosephum filium Zachariæ & Azariam reliquit Iudas cum residuo exercitu in Iudæa pro custodia populi manentis in sua absentia.*
5 Et dati sunt Simoni vi. *Quia cum paucioribus aduersariis habebat confligere quàm Iudas.*
6 Et abiit Si. in Ga. *Hic consequenter ponitur bellantium virtus, & primò Simonis & sui exercitus. Et patet littera vsque ibi,* Et

MORALITER.

† *Et ecce, &c. de Gali.* Quæ interpretatur transmigratio: ideo significat religionem, in qua fit transmigratio de vita sæculari ad regularem; & quando impugnantur ab hominibus malis, vel spiritibus malignis, ita quod imminet periculum communitati, recurrendum est ad superiores pro tuitione habenda, sicut fecerunt isti manentes in Galilæa.

Religiosi impugnati ab hominibus malis.

† *Dixitq; Iud. Si. f. fu. Elige ti. v.* Per hoc ostenditur, quod ecclesiæ doctores & prælati debent succurrere velociter existentibus in periculo peccati, siue laici sint, siue religiosi.

quibus succurrere debent doctores & prælati.

6 *Et abiit Simon.* Simon autem interpretatur audiens siue obediens, Et ideo per hoc quod iuit ad succurrendum Galilæis significat

a *Illos autem, qui erant in Galilæa cum vxoribus & natis & omnibus, quæ* A *erant cum illis, adduxit in Iudæam cum lætitia magna.* RABAN. Cum catholicos quoslibet sæculi actibus implicitos per doctrinam euangelij inde eruens, ea, quæ sunt Dei tota sollicitudine, totoque nisu appetere docet.

Officium doctorum Catholicorum siue in instruendis Catholicis siue in reducendis errantibus.

b *Et Iudas Machabæus, &c.* IDEM. Contra eos qui captiuos Iudæos in Galaaditide tenuerunt, Iudas Machabęus & frater eius Ionathas cum comitibus suis directi, transierunt Iordanem. *Et abierunt viam trium dierum per deser.* Ita prędicatores sancti ad conuocandos homines ad fidē Christi, & ad expugnandos Iudaicos, B atque schismaticos errores in mundum directi; Primū transeunt Iordanem, cum per baptismi sacramentum de tenebris infidelitatis in gratiā Christi primū transeundum docent, Attestante ipsa veritate, quod, *nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non poßit introire in regnum Dei.* Deinde viam trium dierum per desertum abeunt: quia sanctæ Trinitatis fidem, quam in baptismate fideles quique profitentur, toto tempore incolatus ipsius mundi cum bonis operibus obseruandam esse affirmant. C

Ioan. 3. a.

a cepit spolia eorum.[23] Et assumpsit eos, qui erāt in Galilæa & in 1 Arbatis cum vxoribus & natis, & omnibus, quæ erant in illis, b & adduxit in Iudæam cum lætitia magna.[24] Et Iudas Macha- 2 bæus & Ionathas frater eius trāsierunt Iordanem, & abierunt viam trium dierum per desertum.[25] Et occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pacificè, & narrauerunt eis omnia, quę acciderant fratribus eorum in Galaaditide:[26] & quia multi ex eis comprehensi sunt in Barrasa & Bosor, & in Alimis, & in Casphor, & Mageth, & Carnaim. Hæ omnes ciuitates munitæ & magnæ.[27] Sed & in ceteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehensi. Et in crastinum constituerunt admoue- 3 re exercitum ciuitatibus his, & cōprehendere & tollere eos in c vna die.[28] Et conuertit Iudas & exercitus eius viā in desertum Bosor repēte, & occupauit ciuitatem, & occidit omnem masculum in ore gladij, & accepit omnia spolia eorum, & succendit eam igni.[29] Et surrexerunt inde nocte, & ibāt vsque ad mu- 4 d nitionem.[30] Et factū est diluculo, cùm eleuassent oculos suos, & ecce populus multus, cuius non erat numerus, portantes scalas & machinas, vt comprehenderent munitionem, & expugnarent eos.[31] Et vidit Iudas quia cœpit bellum, & clamor 5

IDEM. Quod autem Nabuthæi occurrerunt eis pacificè, & narrauerunt, quæ acciderant fratribus in Galaaditide, significat, quod dicta sanctorum prophetarum doctoribus sanctis opportunè solatium conferunt, cùm omnia, quæ credentes in Christum passuri sunt, tormenta, attestatione sua manifesta faciunt. Nabuthæi enim prophetantes interpretantur; erroresque, quos filij perditionis contra veritatem euangelij Christi opponere machinantur, vero vaticinio prædicunt. Vnde Osee. *Vaccas Bethauen & habitatores Samariæ insequitur.* Et Amos, Sacrificantes de fermentato laudem vituperat, nec non eos, qui conuertunt in absynthium iudicium & iustitiam, & accipiunt munus, deprimuntque pauperes in porta, detestatur.

Videt prædicta in sacris litteris quæ tis ex occasione cōtingunt.

Osee. 10. Amos 4. b.

Nemo ad fidei defensionem se offerens putet se ab hæreticis non impetendū.

IDEM. Quod autem comprehensos esse quosdam ex Iudæis in Barasa & Bosor, Nabuthæi indicant. Bene nominis eorum interpretatio effectum rei exprimit. Interpretatur enim Barasa & Bosor, tribulatio, vel angustia, quia omnes iuxta Pauli vocem, *qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patiuntur*, nec effugiet hæreticorum iniuriam, qui sanæ fidei seruare contendit doctrinam. Quos Ioannes apostolus in Apocalypsi sua cruciatum facere (sicut cruciatus est scorpionis, cum percutit hominem) D describit: quia sicut scorpiones venenum in cauda portant, ita hæretici in consummatione fraudis malitiam occultant, quò magis incautis non aperta fronte, sed latentibus insidiis noceant.

2. Tim. 3. c. Apoc. 9. b.

c *Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in desertum Bosor repente, & occupauit ciuitatem, & occidit omnem masculum in ore gladij, &c.* In superioribus narrat, ciuitates Galaaditidis, in quibus cōprehensi sunt Iudæi, munitas fuisse & magnas, quas Iudas statuit in vna die comprehendere & tollere; quia per vnitatem fidei prædicatores E sancti destruere disponunt omnes munitiones falsarū doctrinarum, quas hæretici constituunt ad decipiendas animas innocentum, & captiuandas erroribus suis. Nunc autem dicit, Iudam in deserto Bosor occupasse ciuitatem, & occidere omnem masculum in ore gladij, & auferre spolia eorum & succendere eam igni, quia hoc magnopere student sancti doctores, vt occupata munitione hæreticorum omnem vigorem iniquarum sectarum, quem per mundi philosophiā, & inanem fallaciam construunt, gladio spiritussancti (quod est F verbum Dei) destruant, quatenus id, quod per ostētationem suam illi finxerunt esse præcipuum, isti demonstrent nugas esse, & friuolum. Accipiunt autem spolia eorum, cum testimonia scripturarum sanctarum, quibus illi abusi sunt, ab eis quasi ab iniustis possessoribus auferunt, ipsamque confectionem iniquarum doctrinarum, quam illi nequiter composuerunt, per ignem iustæ vltionis anathemate perpetuo comburunt.

Catholici dum vnitati fidei innituntur hæreticos in plures sectas dissipatos facile vincunt.

Quòd autem sequitur, quia surrexerunt inde nocte, demonstrat eos fuisse in tenebris erroris sui relictos.

d *Et factum est diluculo, cum eleuassent oculos suos, & ecce populus multus, cuius non erat numerus, portantes scalas & machinas, &c.* Quid per scalas atque machinas gentium, nisi exaltatio atque contumacia superborum exprimitur, per quam ecclesiam Christi expugnare & subuertere cupiunt. Sed Iudas noster, qui totum apparatum belli in luce disponit, tribus ordinibus contra eos pugnat, hoc est sanctæ trinitatis fide siue triplici dogmate, id est, historico, allegorico, atque tropologico. Exclamat tubis in cælum, qui forti prædicatione exaltat vocem, & intimo cordis clamore Deum auxiliatorem aduocat in oratione.

Deiiciuntur hæretici putantes Catholicorum præsidia occupare.

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et assumpsit eos, qui erant in Galilæa & in Arbatis cum vxoribus & natis, & omnibus, &c. *vt essent magis remoti ab aduersariis, & per consequens magis tuti.*

2 Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius transierunt Iordanem, &c. *Hic consequenter ponitur virtus Iudæ & eorum, qui cum eo erant. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur aduersariorum debellatio; Secundo Iudæorum assecuratio, ibi,* Et congregauit Iudas. *Prima in duas, secundum duplicem Timothæi debellationem. Secunda ibi.* Post hæc autem verba. *Circa primam partem patet littera vsque ibi.*

Diuisio.

3 Constituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, &c. *id est, ipsum applicare ad inuadendum.*

4 Et surrexerunt inde nocte, & ibant vsque ad munitionem. *Vt ex improuiso irruerent super eos, qui obsederant Iudæos inclusos in munitione.*

5 Et vidit Iudas, quia cœpit bellum, & clamor ascendit ad cælum sicut tuba, &c. *Ad capiendum dictam munitionem.*

1 Et

MORALITER.

† gnificatur, quod talis reformator debet mitti, qui sciat eos inducere ad obediendum humiliter in his, quæ pertinent ad statum religionis, & sic habetur triumphus de spiritibus malignis, Prouer. 21. *Vir obediens loquetur victorias.*

2 *Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius transierunt Iordanem, &c.* De Iuda Machabæo dicitur su. 2. cap. quod erat fortis viribus, propter quod factus est princeps militiæ; Ionathas vero interpretatur donum columbæ, propter quod significat hominem sapientem, quia sapientia est primum & principale donum spiritussancti, qui per columbam designatur: vnde dicitur, Isa. 11. a. *Et requiescet su. eum spiritus sap. & in.* Per hoc igitur, quod Iudas Machabæus & Ionathas iuerunt ad reprimendum infideles, significatur, quod ad eos mittendi sunt homines litterati, qui reprimant eos ab infidelitate per donum sapientiæ. Quod si non fiat procedatur contra eos per robur militiæ, sicut dicitur hic diffusè de infidelium debellatione multiplici per robur militiæ Iudæ Machabæi.

Quo ordine procedendum sit

ad infidelium conuersionem.

belli ascendit ad cælum sicut tuba, & clamor magnus de ciuitate.[32] Et dixit exercitui suo: Pugnate hodie pro fratrib⁹ vestris.[33] Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis & clamauerunt in oratione.[34] Et cognouerunt castra Timothei, quia Machabæus est, & refugerunt à facie eius. Et percusserũt eos plaga magna, & ceciderũt ex eis in die illa ferè octo millia virorum.[35] Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit & cepit eam, & occidit omnem masculum eius, & sumpsit spolia eius, & succendit eam igni.[36] Inde perrexit & cepit Casbon, & Maged, & Bosor, & reliquas ciuitates Galaaditidis.[37] Post hęc autẽ verba congregauit Timotheus exercitum alium, & castra posuit contra Raphon trans torrẽtem.[38] Et misit Iudas speculari exercitum, & renuntiauerunt ei, dicentes, quia conuenerunt ad eum omnes gentes, & in circumitu nostro sunt. Et exercitus multus nimis.[39] Et Arabas conduxerunt in auxilium sibi, & castra posuerunt trans torrentem, parati ad te venire in prælium. Et abiit Iudas obuiam illis.[40] Et ait Timotheus principibus exercitus sui: Cum appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ: si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum: quia potens poterit aduersum nos.[41] Si verò timuerit transire, & posuerit castra extra flumẽ, transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum.[42] Vt autẽ appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ, statuit scribas populi secus torrentem, & mandauit eis dicens: Neminem hominum reliqueritis, sed veniant omnes in præliũ.[43] Et transfretauit ad illos prior & omnis populus post eum. Et contritæ sunt omnes

a *Et cognouerunt castra Timothei, quia Machabæus, &c.* RAB. Castra Timothei cognito Machabæo fugerunt à facie eius; quia hæretici agnita virtute & veritate domini nostri Iesu Christi perterriti fugiunt; & percutiuntur plaga magna, quia in eis secundum iustitiam per doctores sanctos exercetur anathematis vindicta. Caduntque ex illis ferè octo milia virorum, cũ omnis cumulus errorũ, quo contra veracem intellectum spiritalis circumcisionis, seu contra fidem resurrectionis domini nostri Iesu Christi & membrorum eius contraire moliebantur, ipsa veritate vincẽte destruitur. Hinc est, quòd saluator in euangelio soluẽs typicum sabbatũ prima sabbati, quæ & octaua dies est post septimã, resurrectionis suæ nobis patefecit sacramentũ. Hinc & Paulus apostolus docet circumcisionẽ, *non manufactã in exspoliatione corporis carnis, sed spiritu Dei viui in cordibus credentium agi debere.* vnde & lex vetus præputium cordis docuit esse circumcidendum.

Hæretici nõ valentes stare contra veritatem catholicam.

Circumcisio in spiritu.

Coloss. 2. b.

b *Post hæc autem verba congregauit Timotheus, &c.* IDEM. Postquam autem Timotheus semel atque iterum victus est, nõ cessauit augere nequitiam suam, sed multiplicauit malitiam, denuò instaurãs exercitum contra Iudam & socios eius: quia hæreticis non satis est semel atque iterum in paruo numero contentiones agere, sed noua aduersus ecclesiam semper excitant bella, ac perfidiæ suæ multiplicia effundunt venena: castra ponunt contra Raphon trans torrentem, quia summo nisu superbiæ suæ excitant furorem, mouentque bellorum tempestatem. Necnon & Arabas, qui interpretantur campestres, ducunt in auxilium, quia voluptuosos, qui luxuriam huius sæculi sequuntur, in auxilium erroris sui assumunt. Vnde & Iouinianistæ non mediocrem contra ecclesiam erroris sui extruxere nequitiam. Sed Iudas horum mittit speculari exercitum, cum Doctores sancti auditores suos admonent prauorum præcauere tumultum, ne fraudis suæ astum ad internecionem simplicium perducant animarum.

Hæretici semper noua prælia instaurant contra Ecclesiam.

Homines carnis voluptatibus dediti facilè illis adiunguntur.

IDEM. Quod autem Timotheus quasi coniecturam faciens, ait principibus exercitus sui, Cum appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ, si transierit ad nos prior non poterimus sustinere eũ, quia potens poterit aduersum nos: Si verò timuerit transire; & posuerit castra extra flumen transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum: ostẽdit, quòd omnes hæretici fiduciam atque constantiam pertimescunt rectè credentis populi, & eo infirmiores agnoscunt, quo illos in vnitate fidei considerant fortiores. Si autem aliquos de catholicis prospexerint in cogitatione legis Dei, atque in exercitio boni operis fieri tardiores, horum sibi triumphum atque captiuitatem pollicentur gratulantes.

Spem concipiunt hæretici fideles sibi accessuros si videant eos tepidos & in bonis operibus torpentes.

c *Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ.* RAB. Transiens Iudas torrentem aquæ statuit scribas populi, qui turbam post se exhortarentur ire in prælium: Cum redemptor noster audiens passionem crucis, apostolos ordinauit, qui credentes in se docerent contemnere tormentum corporeæ mortis, & confidere de potentia supernæ virtutis. Vnde est illud, quod in euangelio discipulis præcepit dicens, *Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri.* Et iterũ: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.* Et iterum: *In patientia* (inquit) *vestra possidebitis animas vestras. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Et alibi: *Beati* (ait) *qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum*: Hinc bene subiungitur: *Transfretauit ad illos prior & omnis populus post eum*; quia oportebat vt mediator Dei, & hominum primũ passionis suæ expleret mysterium, & sic eius exemplo confortati fuere cum pro ipso patiendo mortem contemnere discerent ex vniuersis gentibus fideles.

Christus docet suos mortem cõtemnere.

Luc. 21. c. Matt. 10. c.

Luc. 21. c. Mat. 10. d.

Matth. 5. a.

& primus exemplo præit.

d *Et contritæ sunt omnes gentes à facie eorum, & proiecerunt arma sua, &c.* IDEM. Cum diuersi hominum potentia virtutis Dei conteruntur errores. Proiecerũt arma sua, & fugerunt ad phanum quod est in Carnaim, cum desertis contentionum obstaculis, persecutores veritatis resistere non audentes, in delubris errorum suorum se condendo, inde quærunt tutelam, vnde habent ruinam. Carnaim autem interpretatur cornua. Cornua verò aptè pro regno atque defensione accipi possunt. Sed non adiuuit eos eorum opinio, imò fefellit, quia occupauit Iudas ipsam ciuitatem, & phanum succendit igni cum omnibus, quæ erant in ipso, quando non solum omnem machinationem errorum hæreticorum atque persecutorum destruit, imò omnes, qui in eo confidunt, saluator noster igne iustè comburit vltionis. Vnde Dominus in Deuteronomio præcepit dicens: *Si audieris in vna vrbium tuarum, quas dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos, egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis tuæ, atque dixerunt: Eamus & seruiamus diis alienis quos ignoratis, quære sollicitè, & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaq; quæ in illa sunt vsque ad pecora. Quidquid* etiam

In præsidiis hæreticorũ fiducia non est reponenda.

Deut. 13. c.

Quam irremissibiliter procedendũ sit contra errorum assertores.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione. *Dimisit enim exercitum suum in tres partes, irruens super aduersarios à tergo.*

2 Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit & cepit eam, & occidit omnem masculum eius, & sumpsit spolia eius, &c. *Aliqui libri habent Masphat, & malè quia Masphat est locus in Iudæa, in quo fuerunt congregati Iudas & populus ad dominum deprecandum supra 3 cap.*

3 Post hæc autem verba congregauit Timotheus exercitum aliũ, & castra posuit contra Raphon trans torrentem. *Hic consequenter ponitur secunda Timothei debellatio. Et patet littera vsque ibi.*

4 Et ait Timotheus principibus exercitus sui, &c. *Erat enim sortilegus, & per hoc factum sortilegizauerat de victoria sui contra Iudam vel è conuerso.*

5 Statuit scribas populi secus torrentem, & mandauit eis dicens. *Isti enim habebant in scriptis nomina bellatorum, & per hoc poterant scire si omnes transirent.*

6 Transfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum. *Vt daret aliis audaciam transeundi.*

In reditu euertit Iudas Ephron vrbem ob negatum sibi transitum.

gentes à facie eorum, & proiecerunt arma sua, & fugerunt ad phanum quod erat in Carnaim.[44] Et occupauit ipsam ciuitatem, & phanũ succendit igni cum omnibus quæ erant in ipso. Et oppressa est Carnaim, & nõ potuit sustinere contra faciem Iudæ.[45] Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas, qui erant in Galaaditide, à minimo vsque ad maximum, & vxores eorum, & natos, & exercitum magnum valde, vt venirent in terrã Iudæ.[46] Et venerunt vsque Ephron, & hæc ciuitas magna in ingressu posita munita valde. Et nõ erat declinare ab ea dextera vel sinistra, sed per mediã iter erat.[47] Et incluserunt se, qui erãt in ciuitate, & obstruxerũt portas lapidibus. Et misit ad eos Iudas verbis pacificis,[48] dicens: Transeamus per terram vestram, vt eamus in terram nostram, & nemo vobis nocebit: tantum pedibus transibimus. Et nolebant eis aperire.[49] Et præcepit Iudas prædicare in castris, vt applicarent vnusquisque in quo erat loco.[50] Et applicuerũt se viri virtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte, & tradita est ciuitas in manu eius.[51] Et peremerunt omnem masculũ in ore gladij, & eradicauit eam, et accepit spolia eius, et transiuit per totam ci-

etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus.

a *Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas, &c.* RAB. Iudas, Israelitas de Galaaditide congregat, cum redemptor noster per doctores suos verbo euangelij eos, qui ab hæreticis capti sunt, ad catholicam fidem reuocat: hoc est enim venire in terram Iuda, recta fide & bonis operibus Deum laudare.

Reductio errantium ad Ecclesiã.

b *Et venerunt vsque ad Ephron.* Diuersa gentium prælia, varia vitiorum atque errorum significãt bella. Diximus, quod gentes illæ, quæ fuerunt in terra Galaad, & Israelitas captiuare contendebant, significarent hæreticos atque Iudæos. Sed modo his oppressis, qui fuerunt in Carnaim, iterum illi, qui fuerũt in Ephron resistere Iudæ, & sociis eius moliuntur, quia contritis diuersis hæreticis, adhuc illi, qui litteram sequuntur veteris testamenti, aditum spiritalis intellectus aperire nolunt. Quid enim per Ephron (quæ puluis mœroris, siue puluis inutilis interpretatur) nisi superuacua obseruantia legis, temporibus gratiæ insinuatur? In qua Iudæi confidentes se includunt, & obstruunt portas lapidibus, qui vmbræ dediti, historicam traditionem legis (quæ in lapidibus scripta est) euangelij prædicatoribus opponunt, nec consentiunt ab ea vllo modo diuelli, nec alios rectiorem sensum concedunt sequi. Vnde ipsa veritas ad tales in euangelio ait, *Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis.* Sed mittit *ad eos Iudas ver. pacificis*, dicens.

Varia vitiorum prælia.

Iudæorum pertinacia in tuendo mordicus litteram occidentem.

Luc. 11. g.

c *Transeamus per terram v. vt eamus in terram nostram, & nemo vobis nocebit: tantum pedibus, &c.* RABAN. Quia prædicatores sancti iuxta mandatum domini primum pacem offerunt aduersæ parti: vt fiat illud quod scriptum est, *Si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. Sin autem, ad vos reuertetur. Transeamus* (inquiunt) *per terram vestram, vt eam. in ter nost.* Ac si dicant: legamus librorum vestrorum historiam, vt ibi allegorico sensu promissam in cælis reperiamus nobis patriam. Et nemo vobis nocebit, quia noster transitus innoxius vobis erit. Tantum pedibus transibimus, quando gressu bonorum operum regnũm supernum adire cupimus. *Qui nolebant aperire*, cum in tradita sibi lege nolebant cum euangelij prædicatoribus communicare.

Luc. 10. a.

Quã æquas pacis leges offerant fideles Iudæis?

d *Et præcepit Iudas.* IDEM. Quid est, quod Iudas prædicare præcepit in castris, vt applicarent ad ciuitatem vnusquisque, in quo erat loco? nisi quod doctores sancti auditoribus suis liberam in scripturis sacris tribuunt intelligentiam, & vnusquisque quod in lectione diuina siue per allegoriam, siue per tropologiam, siue per anagogen iuxta votum desiderij sui sibi aperiri quærit, superna gratiã annuente intrandi accipiat facultatem.

Spatiosa satis libertas interpretandi sacras scripturas conceditur Catholicis.

IDEM. Et nota, quod *viri virtutis*, ibi applicare dicuntur, & oppugnare ciuitatem tota nocte, quia nisi quis vir virtutis sit, vt id opere implere desideret, quod didicerit magistrorum traditione, & instanter legem Dei meditatur tota die & tota nocte, hoc est omni tẽpore, victor prædictæ ciuitatis nõ erit. Vnde in Psalmista beatum virum ait, *Qui in lege domini meditatur die ac nocte, & non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* Quod autem dicit, peremisse eos omnem masculum in ore gladij, & eradicasse ciuitatem, sicque accepisse spolia eius, cum transirent per totam ciuitatem super interfectos, & deinde transgredi Iordanem, ostendit nobis, vt si legis domini velimus esse possessores, & eius spolia, hoc est, diuersos intellectus secundum fidem rectam percipere studeamus, primum cõterere superficiem litteræ, & condemnare omnes hæreticorum errores, sicque transgrediamur Iordanem in campum magnum, hoc est per baptismi mundationem, libertatem gloriæ transeamus, vbi vobis *luceat sol iustitiæ, in cuius pennis vera est sanitas, qui & illuminat abscondita tenebrarum, & reuelat occulta mysteriorum*, his qui eum non simulationis fictione, sed fidei requirunt veritate: vnde sapientia admonet, dicens, *Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis, quærite illum, quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Peruersæ enim cogitationes separant à Deo, probata autem virtus corripit insipientes, quoniam in maleuolam animam non introibit sapiẽtia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.*

Assiduo opus est labore vt cõprehendamus sacræ scripturæ sensum.

Psal. 1. a.

Quo affectu & animi dispositione ad illius studium sit accedendum.

Sapien. 1. a. Ibidem.

Ibidem.

a Et

NICOLAVS DE LIRA

1 Et proiecerunt arma sua, &c. *Vt fugerent magis expeditè.*

2 Et congregauit. *Postquam descripta est aduersariorum debellatio, hic consequenter describitur Iudæorum assecuratio. Nam liberatos ab obsidione noluit inter aduersarios dimittere, sed adducere eos in Iudæam, vt essent ibi tuti. Et patet littera vsque ibi.*

3 Et venerunt vsque Ephron, &c. *Vbi ponitur impedimentum superueniens in via. Nam habitatores Ephron negauerunt eis transitum per suam ciuitatem, & non poterant transire per aliam viam. Ideo subditur.*

4 Sed per mediam. *scilicet ciuitatem Ephron.*

5 Iter erat. *scilicet, Iuda & populo eius.*

6 Et obstruxerunt *Id est, murauerunt eas.*

7 Et præcepit Iudas prædicare, *Id est, per præconem dicere.*

8 Vt applicarent. *id est, vt insultum facerent contra ciuitatem.*

9 Et eradicauit eam, &c. *id est subuertit.*

1 Et

MORALITER.

† 2 *Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas, qui erant, &c.* per hoc quod Iudas eduxit filios Israel de Galaad, vbi erant in periculo propter infideles circumstantes, & adduxit eos in terram Israel cum fratribus suis, ostenditur, quod quilibet bonus superior, si videat subditos suos esse periculosè quantum ad fidem vel mores in aliquo loco, debet eos ad locum securitatis transferre.

Recedendũ à locis seu societatibus periculosis.

† Au-

uitatem super interfectos.[52] Et transgressi sunt Iordanem in campo magno contra faciem Bethsan.[53] Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Iuda.[54] Et ascenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocausta, quod nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur in pace.[55] Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciem Ptolemaidis,[56] audiuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias princeps virtutis res bene gestas, & prælia, quæ facta sunt,[57] & dixit: Faciamus & ipsi nobis nomē, & eamus pugnare aduersus gentes, quæ in circuitu nostro sunt.[58] Et præcepit his, qui erāt in exercitu suo, & abierunt Iamniam,[59] & exiuit Gorgias de ciuitate & viri eius obuiam illis in pugnā.[60] Et fugati sunt Iosephus & Azarias vsque in fines Iudææ, & ceciderunt illa die de populo Israel ad duo millia viri. Et facta est * plaga magna in populo:[61] quia nō audierunt Iudam & fratres eius, existimantes se fortiter facturos.[62] Ipsi autem non erant de semine virorum illorū, per quos salus facta est in Israel.[63] Et viri Iuda magnificati sunt valde in conspectu omnis Israel & gentium omnium, vbi audiebatur nomen eorum.[64] Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes.[65] Et exiuit Iudas & fratres eius & expugnabant filios Esau in terra, quæ ad austrum est, & percussit Chebron & filias eius, &

a *Et erat Iudas, &c.* RABAN. Quod Iudas regrediens cum exercitu suo in terra Iuda congregans extremos, exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Iuda, doctores sanctæ ecclesię suo exemplo instruit, qualem sollicitudinem quantúmque studium debeant habere erga subiectos, vt in via præsentis vitæ verbum exhortationis illis impendere non negligāt, sed docendo, admonendo, increpando, atque consolando semper eis prodesse studeāt, nullumque relabi à suo comitatu atque deperire, quātum in ipsis est permittant, sed magis festinent, vt conseruato numero in suam curā susceptorum, læti in terram Iuda iuxta Pauli sententiam, *ad montem Sion ac ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem, ac multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium dominum reuertantur*, eique tunc dignis laudibus gratias agant, cuius dono ad sedem quietis ac pacis peruenire poterunt.

Qua sollicitudine curare debent populi duces ne aliquis suorū declinans à via recta aberret à patria.

Heb. 12. f.

b *Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas, &c.* IDEM. Quid per hos duos principes, Iosephum, scilicet, & Azariam, qui æmulatione virtutum Iudę prouocati, per iactantiam sibi nomen in præliis acquiri voluerunt, nisi hypocritarum persona designatur, qui non simplici intentione, sed fastu arrogantiæ virtutes sanctorum imitari appetunt? Sed sicut illis non prospere euenerunt ea, quæ non bono animo gesserunt: ita & istis de conatu suo non vera gloria, sed sempiterna sequitur ignominia, quia de suorum non merentur victoria gaudere, sed magis lugebunt de sua suorumque damnatione perpetua, vnde rectè subiungitur,

De hypocritis qui speratam gloriolam non consequuntur.

c *Et facta est plaga magna in populo: quia non audierunt Iudam & fratres eius, &c.* RAB. Meritò ergo magnæ plagæ patitur casum, qui non Iudæ spiritalis salubre audit consilium, & quia non erant de numero electorum, qui spiritu Dei instigati opera virtutum gerunt, pro sua impudenti audacia turpiter confusi in extremis cum peccatoribus gemunt.

Contra nō obedientes spiritualibus præpositis.

d *Et viri Iuda magnificati sunt valde, &c.* † AMB. in. 1. c. ad Ro. In Græco gentilem significat Paulus, in Iudæo vero eum, qui ex genere sit Abrahæ. Nam Iudæi ex tempore Iudæ Machabęi dici cœperunt, qui in causa cladis restitit sacrilegiis gentiū, & fiducia Dei collegit populū, & defendit genus suum. Fuit autem ex filiis Aaron.

Iudæi dicti Machabęi.

RAB. Bene dicitur quod viri Iuda magnificati sunt valde in conspectu omniū gentium, quia illi, qui rectè fidei veram ita tenent cōfessionem, vt id impleant opere quod prædicant ore, meritò omniū gentiū voce laudātur, & veniunt ad eos fausta acclamantes, hoc est seruos Dei pro custodia mādatorum eius beatificantes, laudes Iudæ referunt regi cælesti, iuxta illud Psalmistæ, quo consideratis bonis ecclesiæ, ait, *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus cuius est dominus Deus eorum.* Hinc & saluator noster in euangelio discipulis suis pręcepit, dicens, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.*

Deus in suis sanctis glorificatur.

Psal. 143. a.

Matt. 5. b.

e *Et exiuit Iudas & fratres eius & expugnabant filios Esau in terra, quæ ad Austrum, &c.* RABAN. Quid per Esau, qui per cupiditatem escæ ven-

Gen. 25. d. Ioan. 1. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum, &c. *Faciebat enim vltimam custodiam, ne aliquis ex debilitate, seu alia occasione remaneret post armatos, & ab aduersariis insidiantibus caperetur.*

2 Et obtulerunt holocausta, quod nemo ex eis cecidisset, &c. *id est, quod bellatores sani redierant & integro numero.*

3 Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad. *Hic consequenter describitur quorumdam Iudæorum præsumptio, scilicet, illorum, qui in absentia Iudæ & fratrum suorum remanserant ad populi custodiam, & præsumentes de sua virtute exierunt ad præliandum cum gentibus contra Iudæ prohibitionem, quæ habetur supra. Et patet littera vsque ibi.*

Præsumptio ducum quos dimiserat Iudas.

4 Et Azarias princeps virtutis res bene gestas, & prælia, &c. *id est, partis exercitus, quæ remanserat ad custodiam Iudæ tantum, & non ad bella contra extraneos concitandum.*

5 Faciamus & ipsi nobis nomē, & eamus pugnare aduersus gentes, &c. *Ex quo patet, quod mouebantur ex præsumptione & laudis cupiditate.*

6 Et abierunt Iamniam, & exiuit Gorgias de ciuitate & viri eius obuiam, &c. *vbi habitabat Gorgias cum exercitu suo.*

7 Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, &c. *Id est, Matathiæ & filiorum suorum, & consanguineorum eorum.*

8 Et viri Iuda magnificati sunt valde in conspectu omnis Israel, &c. *Propter crebras & magnas victorias.*

9 Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes. *Id est, infortunia siue*

ADDITIO.

†† Non enim ędificant animarum salutem nisi qui ad hoc à Deo per ecclesiæ ordinationem vocati sunt & missi. Magna erat apostolorum gloria: quā propterea voluit Simon Magus pretio emere Act. 8. & æmulabantur Pseudoapostoli, falsi fratres, & hæretici, de quibus sæpe Paulus, & Petrus & Iudas in epistolis. Iuerunt hoc sæculo catholici sacerdotes in remotissimas orientis occidentisque regiones euangelium Christi propagaturi, Fuerunt etiam è Caluinianis Galliæ ministris Pauli, qui tam laudatæ prædicationis gloria excitati, eamdem voluerunt aggredi. Sed ignominiosissimo exitu, vt qui præsens fuit Villagagnon (doctissimus postea Caluini oppugnator) enarrat. Nimirum ex eorum semine non sunt hæretici, quibus dedit dominus vt labore & prædicatione sua Christi salutarem fidem Gentibus per spiritum sanctum adferant, *Ecclesia* (inquit August. Epist. 50.) *Catholica sola corpus est Christi, cuius ille caput est, Saluator corporis sui. Extra hoc corpus neminem viuificat Spiritus sanctus. Non est particeps diuinæ charitatis, qui hostis est vnitatis. Non habent Spiritum sanctum, qui sunt extra ecclesiam.*

Hæreticorū est auertere à fide iam credentes non infideles ad eam trahere.

MORALITER.

†† *Audiuit Iosephus Zachariæ filius.* Per istos, qui audientes facta magnifica Iudæ & Ionathæ, ex ambitione acquirendi sibi famam, constituerunt prælia contra gentes, de quo reportauerunt confusionem, & populus Israel plagam magnam, significantur illi, qui præsumunt exercere actum legendi, vel prædicandi, quo committitur bellum cum vitiis, & spiritibus malignis, & tamen sunt ad hoc inepti propter defectum scientiæ, vel vitæ, & sic reportant confusionem, quia de facili dicunt falsa, & propter vitæ defectum populus audiens scandalizatur, quia sicut dicit Greg. hom. 37. *Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur.*

De immaturè se ingerentibus officio legendi vel prædicandi.

vendidit primogenita sua minori fratri Iacob, nisi prior populus, qui propter cupiditatem terrenam, indignum se primogeniti honore ostendit? Et ob hoc dignitas tota ad gentium populum translata est. Et benè in terra, quæ ad Austrum filij Esau manere dicuntur; Iudaicus populus propter acceptam legem & scripta prophetarum, quæ illis tradita sunt, appropinquare videbantur lumini solis æterni. Sed quia mente excæcati sunt, & iuxta lucem positi, illam videlicet lucem, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, eam coram positam recipere noluerunt. Inde aptè per Iudam & fratres eius expugnati memorantur, quia doctores sancti errorem illorum eis improperantes, pro inobedientia iustè spretis atque damnatis, ad gentium prædicationem conuersi sunt, erroremque perfidorum, tam in ipsa synagoga, quàm etiam in singulis personis mucrone verbi Dei percutientes, turres superbiæ, quas illi aduersus euangelium Christi elatamente erexerunt, igne debitæ damnationis exurebant.

Perfidia Iudæorum à Catholicis Doctoribus debellata.

a Et mouit castra, &c. RAB. Nota lector, quod omnes illas species aduersariorum, quas ante commemorauerat, nunc breuiter attingendo recapitulat, hoc est Iudæorum, Gentilium, atque hæreticorum. Nam cum paulò ante expugnatos esse filios Esau narrauit; mox castra alienigenarum simul cum aris & spoliis Deorum ipsorum succensa esse subiunxit; Deinde perambulatam nunc Samariam commemorat; quia non solum Iudaica superstitio, sed & Gentilium error, atque hæretica prauitas, prædicantibus apostolis per euangelium Christi superatur, confunditur, destruitur, atque ad nihilum redigitur, Præsertim, cum *vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, & quis resistet ei? De cælo iudicium iaculatum est, terra tremuit & quieuit, dum exurgeret in iudicio Deus, vt saluos faceret omnes quietos terræ.* Quod autem inter alia dicitur, cecidisse sacerdotes in bello, dum sine consilio exeunt in prælium; nimis formidanda sententia est, ac prouidendum, ne quis dum attendit aliorum errores expugnare, petulantia sua atque incautela mortem sibi acquirat perpetuam.

Apoc. 5. Psal. 75. Contra eos qui temere congrediuntur cum infidelibus ad disputandum.

a muros eius, & turres succendit igni in circumitu.[66] Et mouit castra, vt iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam.[67] In illa die ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium.[68] Et declinauit Iudas in Azotum, in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & spolia Deorum ipsorum succendit igni, & cepit spolia ciuitatum, & reuersus est in terram Iuda.

NICOLAVS DE LIRA.

siue laudes de infortuniis magnificantes. Et dicitur fausta, à faueo faues, quasi fortuna fauores. Plures enim de gentibus circa Iudaam habitantibus videntes & audientes Iudæ fratrumque suorum bonas, scilicet, fortunas, venerunt ad eos facere amicitias.

1 Et perambulabat Samariam. *vbi habitabant Gentiles illuc missi de Perside, qui fuerunt semper molesti Iudæis; vt patet 1. Esd. & Nehem. Et reuertitur scriptura ad loquendum de prædictis, qui processerant ad bellum ex præsumptione, cum dicitur,*

2 Ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter, &c. *scilicet; Iosephus & Azarias supradicti, qui licet essent de sacerdotali genere, nõ tamen erant de sorte Ioarim, de qua fuit Matathias, vt habetur supra in principio cap. 2.*

CAP. VI.

a Et rex Antiochus. RAB. Post impietatis opera plurima, quæ gessit Antiochus in loco sancto & in populo Dei, diuino iudicio iustè peremptus est; sicut ipse in sequentibus testatur dicens, se cognouisse, quia propterea inuenissent se mala, & inde periret tristitia in terra aliena; licet Polybius Megalopolita historicus, Iosepho teste scribat, ideo eũ perisse, quia voluit templum Dianæ in Perside deuastare, hoc est in Elimaide Persarum ciuitate. Sed hæc opinio nullo modo à fidelibus recipitur, qui sciant, *quod omnes dij gentium dæmonia, & simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominũ sunt.* Qui autem contra Deum omnipotentem superbia intumuit, condignam vltionem recepit; sic & omnes impij, necnon & ipse nouissime filius perditionis, qui *extollitur super omne quod dicitur Deus aut colitur,* cuius hic Antiochus typus fuit, propter impietatis opera, quę fecit, superno visitatus iudicio interibit, *quem dominus Iesus iuxta Pauli vocem interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.*

Ioseph. 12. li. Antiq. Iuda. c. 13. Polybij error. Antiocho & Antichristo cuius ille typus erat plaga à Deo immissa. 2. Thess. 2.

CAPVT VI.

a ET rex Antiochus perambulauit superiores regiones. Et audiuit esse ciuitatem Elimaidem in Perside nobilissimam & copiosam argento & auro,[1] templumque in ea locuplex valde. Et illic velamina aurea, & loricæ & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcia.[3] Et venit & quærebat ciuitatem capere, & deprædari eam, & non potuit: quoniam innotuit sermo his, qui erant in ciuitate.[4] Et surrexerunt in prælium & fugit inde, & abiit cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniam.[5] Et venit, qui nuntiaret ei in Perside, quia fugata sunt castra, quæ erant in terra Iuda,[6] & quia abiit Lysias cũ virtute forti in primis, & fugatus est à facie Iudæorũ: & inualuerunt armis & viribus, & spoliis multis, quæ ceperunt de castris, quæ exciderunt: & quia diruerunt abominationem quam ædificauerũt super altare, quod erat in Ierusalem: & sanctificationem sicut

NICOLAVS DE LIRA. CAP. VI.

1 ET rex Antiochus. *Descriptis victoriis Iudæ tempore Antiochi Epiphanis, hic consequenter describitur conflictus Iudæ tempore filij sui Antiochi Eupatoris. Et quia corruptio vnius est generatio alterius, Ideo primo ponitur mors Antiochi illustris; Secundò substitutio filij eius Antiochi Eupatoris, ibi,* Et cognouit Lysias. *Circa primum primo ponitur sua mortis occasio, quæ fuit duplex, Vna, quia fuit turpiter repulsus à quadam ciuitate Persidis valdè opulenta, quam quærebat subito deprædari. Et hoc est quod dicitur,*

Diuisio.

2 Et audiuit esse ciuitatem Eli. *hoc audiuit ab exploratoribus, quos miserat ad inquirendum de ciuitatibus, in quibus posset accipere diuitias & pecunias multas, nam ad hoc iuerat in Persidem, vt dictum est supra 3. cap.*

3 Et illic velamina aurea, *ad decorem templi diuitiis pleni.*

4 Et loricæ, & scuta, *ad memoriam suarum victoriarum.*

5 Et quærebat ciuitatem capere, *dolosè,*

6 Et non potuit: quoniam innotuit, &c. *quia ciuibus reuelatus fuit eius dolus.*

7 Et abiit cum tristitia, &c. *quæ fuit occasio suæ mortis prima.* nam spiritus tristis exiccat ossa, Prou. 17. d. *Secunda suæ mortis occasio fuit tristitia, super prædictam veniens de audita debellatione principum suorum in Iudæa, & prosperitate Iudæorum. Et hoc est quod dicitur,*

8 Et venit qui nuntiaret ei in Perside, quia fu. &c. *Et patet littera vsque ibi,*

9 Et quia diruerunt abominationem, *id est, idolum Iouis, quod ædificauerat Antiochus super altare domini, vt supra cap. 1.*

10 Et sanctificationem, &c. *id est, templum.*

MORALITER.

† 1 *Et rex Antiochus.* Per ipsum significatur diabolus, vt dictum est supra. Et sicut iste conatus fuit spoliare ciuitatem & templum diuitiis temporalibus & iocalibus pretiosis, sic diabolus conatur spoliare clerum & populum Christianum virtutum diuitiis, & spiritus sancti donis. Et sicut ciuibus resistentibus Antiochus fuit turpiter repulsus, sic diabolus confusibiliter repellitur, quando sibi viriliter resistitur, Iac. 4. b. *Resistite dia. & fu. à vo.*

Diaboli conatus vt spoliet clerum & populum Christiani diuitiis spiritualibus.

a *Et mortuus est ibi Antiochus.* RAB. Vnde & typum tenet persecutorum Christi & ecclesiæ, non mirum quod ex crudeli patre truculentus filius est genitus, qui opera nefanda nequissimi patris imitatus sit. De quo in Euangelio dominus ad Iudæos sæuos ac superbos ait, *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille enim ab initio homicida erat.* Et rectè homicidę filius homicidium facere meditatur, non solum corporale, sed etiã spirituale, hoc est necem animarũ, quæ in peccato & in impietate moriuntur.

Ioan. 8. f. De filiis qui heredes sũt paternæ nequitiæ.

† RVP. in 13. c. Apo. De bestia Apocalyptica quidam dicent, *quis poterit pugnare cũ ea?* Sic fatui fatua loquentes, non recordabuntur, quodquõdam Pharao cum curribus & equitibus suis, pugnante Deo pro Israele, in mare mersus sit, quod canes comederunt Iezabel, quod Nabuchodonosor ex hominib⁹ eiectus est, & per septẽ tempora fœnum comedit, vt bos, quod Aman in patibulo appẽsus est, quod Antiochus viuens intrinsecus cõputruit, & sicut Daniel prædixerat, sine manu contritus est: quod Nero minister diaboli, vt dedecorosè vixit, ita & turpius periit.

Facile est Deo percutere & tollere omnẽ tyrannidẽ. Exod. 14. 3. Reg. 19. Dan. 4. Hester 7. 1. Mach. 6. Dan. 8.

† IDEM in 17. cap. Apoc. Notandum, quia super singulos illorum talia cælitus iudicia facta sunt, vt singulorum consideres euentum & fateri non dubites propriè dictum esse, quia ceciderunt, &c.

† IDEM IBID. De Antiocho Epiphane Daniel prædixerat, *Et sine manu conteretur*, & ita factum est. Diuinitus quippe percussus inuisibili & insanabili plaga computruit, miseramque vitam miserè, vt dignus erat, finiuit. Igitur, *& agnus*, inquit, *vincet illos*: quippe qui & priusquam nasceretur, vicit primos: Vnde non dubitatur quin vincat & residuos. Victoriæ eius participes facti sunt sancti sicut electi eius: ipsis enim laborantibus, adiuuando vicit agnus.

Dan. 8. Apoc. 17. Victoria Agni de principibus sæculi.

† IDIOTA. lib. 2. de vera patientia, ca. 14. Misericors & miserator domine, dum considero iudicia tua, quæ incomprehẽsibilia sunt, & vias tuas inuestigabiles, timor & tremor cõcutiunt mẽtem meã, quæ nubilo ignorantiæ obscurata, non discernit ad quem finem tribulationes tuę tendant. Aliquos namque affligis probando sicut Iob & Tobiam, qui cum probi sanctique essent, fuerunt tamen afflicti. Alios affligis & purgas, sicut Nabuchodonosor, qui flagellis resipuit. Alios affligis & damnas, sicut Pharaonem, qui flagellis magis induratus perstitit. Alios affligis, vt glorificeris, sicut accidit cæco nato. Alios affligis & tribulas, & desperati moriuntur, vt hic incipientes infernum suum, de tormento transeant ad tormentum, sicut legitur de Antiocho, qui post acerbas afflictiones in doloribus mortuus est, & damnatus: de quo & similibus dixisti: *Dorsum, & non faciem ostendam eis, in die perditionis ipsorum.*

Deuora meditatio de mirabilibus Dei iudiciis. Hier. 8.

b *Et hi qui erant.* RABAN. Qui autem sunt illi, qui in arce concludebant Israel in circumitu sanctorum, & quærebant eis mala sem-

prius circumdederunt muris excelsis: sed & Bethsuram ciuitatem suam.[1] [8] Et factum est, vt audiuit rex sermones istos, expa-[2] uit, & commotus est valdè, & decidit in lectulum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non est factum sicut cogitabat. [9] Et erat illic per dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori.[3] [10] Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ sollicitudine. [11] Et dixi in corde meo: In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum, qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea.[4] [12] Nunc vero reminiscor[5] malorum, quæ feci in Ierusalem: vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea, quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Iudæam sine causa. [13] Cognoui ergo, quia propterea inuenerunt me mala ista, & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. [14] Et vocauit Philippũ vnum de amicis suis, & præposuit[6] eum super vniuersum regnum suum, [15] & dedit[7] ei diadema, & stolam suam, & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eũ, vt regnaret. [16] Et mortuus[8] est ibi Antiochus rex anno centesimo quadragesimonono.^a [17] Et cognouit[9] Lysias, quoniam mortuus[10] est rex, & constituit[11] regnare Antiochum filiũ eius quem nutriuit adolescentem, & vocauit nomen eius Eupatorem. [18] Et hi qui erant in[12] arce concluserant[13] Israel in circumitu sanctorum.^b Et quære-

NICOLAVS DE LIRA

1 Et Bethsuram ciuitatem suam, *vt esset eis in fortalitium contra impulsus gentium.*

2 Vt audiuit rex sermones istos, *quia debellatus fuerat in Elimaide, & principes sui in terra Iuda.*

3 Et arbitratus est se mori. *desperans de infirmitate sanari. Cetera patent vsque ibi,*

4 Et dilectus in potestate mea, *sed hoc erat à satellitibus suis; sed erat odiosus gentibus aliis propter superbiam & malitiam suam.*

5 Nunc vero reminiscor, *pœna debita docente culpam.*

6 Et præposuit eum. *videns imminere de propinquo suum interitum.*

7 Et dedit ei diadema, *id est, insignia regalia ad insigniendum filium suum.*

8 Et mortuus est. *Cœpit autem regnare anno 137. vt supra 1. cap. primus tamen annus & vltimus fuerunt imperfecti, & anno 7. regni sui cœpit filios Israel grauiter affligere, & anno 9. posuit idolum super altare, vt patet ex prædictis supra 1. cap.*

Anni quibus regnauit Antiochus.

9 Et cognouit. *Descripta morte Antiochi, hic consequenter describitur substitutio filij sui, qui primo sublimatur in regnum, Secundo prouocatur contra Dei populum, ibi,* Et hi qui erant. *Circa primum dicitur.* Et co. Lysias. *quem reliquerat Antiochus ad custodiam regni, & nutritionem filij sui, vt supra 3. cap.*

10 Quoniam mortuus est rex. *Hoc cognouit per nuntium præuenientem Philippum, quem rex moriens instituerat tutorem filij sui.*

11 Et constituit. *Vt sic priuaret Philippum officio tutoris & regni negotiis, in seipsum retorquendo.*

12 Et hi qui erant in. *Hic consequenter rex nouus contra Iudæos prouocatur. Et primo ponitur huius prouocationis occasio; Secundo ipsa prouocatio, ibi,* Et iratus est rex. *Occasio verò prouocationis fuit accusatio Iudæorum erga ipsum de obsidione Macedonum, & quibusdam aliis. Et hoc est quod dicitur,* Et hi qui erant in arce, *Ad nocendum Iudæis, vt habetur supra 1. cap.*

13 Concluserant Israel, *id est, sic eos arctauerunt, quod non poterant liberè exequi cultum diuinum.*

MORALITER.

† 2 *Et factum est, vt au.* Diabolus enim valdè tristatur de prosperitate bonorum, & de confusione satellitum suorum; & quamuis sit immortalis, tamen dici potest mori in Antiocho, cuius mors hîc describitur, sicut Christus post resurrectionem immortalis factus quantum ad naturam humanam, dixit se iterum crucifigendum in Petro. Et sic illi, qui sunt membra diaboli, vt raptores, & vsurarij quando moriuntur faciunt testamentum Antiochi, qui moriens de rapinis nihil restituit, sed de coronatione filij sui diligenter ordinauit. Et similiter isti non cogitant de restitutionibus faciendis, sed solum de filiabus & filiis promouendis.

Quale testamentum condere soleant impij. Egesippus lib. 4. Amb. epist. 33.

9 *Et cognouit Ly.* Per istum qui ex ambitione & inuidia coronauit Antiochum. s. vt post regem esset super regni negotia, & sic istis priuaret Philippum, cui dicta coronatio fuerat commissa; significatur quilibet inuidus & ambitiosus. Et sicut iste Lysias ex hoc facto fuit occisus cum Antiocho, vt habetur ca. se. sic iusto Dei iudicio similia facientibus frequenter contigit similia pati.

Inuidi & ambitiosi.

12 *Et hi qui erant in arce conclusę.* s. ab accessu ad templũ; & ideo per istos significantur mali prelati, qui licet sint in arce dignitatis ecclesiasticæ, tamen impediunt aliquando populũ catholicũ ab accessu

Censuræ iniustè prolatæ.

semper ad firmamentum gentium, nisi qui in arce superbiæ se erigentes, veram religionem in Christicolis persequuntur, quatenus verbum Dei suffocent, & errorem atque idololatriam instaurent? Contra quos Iudas præliari disponit, quia tota intentio sanctorũ doctorum hoc disponere maximè satagit, vt errores expugnentur, & errantes veritatis eminentia superentur. Sed hoc studio commoti quidam de gentibus, vt sunt Philosophi: quidam etiam ex impiis Israel, qui sunt hæretici, prouocant principatum istius mundi in odium seruorum Dei, quatenus hoc solatio adiuti impietatem suam facilius explere possint. Vnde legitur, quod isti adeuntes regem, dixerunt ei:

Sapientes huius sæculi & hæretici sollicitantes principes sæculi vt sæuiant in fideles.

Quousque non facies iudicium, & vindicas fratres nostros? Nos decreuimus seruire patri tuo, &c.

a *Et iratus est.* Congregat typicus Antiochus exercitum, nõ solum à propriis, sed etiam de extraneis: quia sæuitia persecutorum non contenta est seditione interna sed etiam forinsecus seruis Christi immania excitat bella. Instituunt pedites, ordinant equites, præparant elephantes, vt nihil desit eorũ crudelitati: sed quicquid excogitare potest impietas, totum præparat atrocitas. Sed & figuraliter, sicut pedites possunt designare lictores & carnifices, ita & elephantes enormitatem corporum ac crudelitatem animorum, [...] pugnare fastum principum. Quibus [...] conuenit, quod bestiis ad exacerbãdam iram ostẽderunt sanguinem vuæ & mori: quia in effusione sanguinis martyrum excitata est sæuitia persecutorum. Et bene dicitur, quod astiterunt singulis elephãtis mille viri in loricis concatenatis & galeæ in capitibus eorũ, & equites ordinati vnicuique bestiæ, quia plures sunt qui fauent adulationi principum. Quorum loricæ concatenatæ sunt hoc est doli prauorum consiliorum inuicem perplexi sunt. Et galeam æneam habent in capitibus suis, cum iniquitatis duritiã circumdant mentibus suis. Vbi etiam equites adsunt ordinati, quia superbiæ elatio ibi non deerit, vbi communis naturæ per misericordiã non consideratur æqualitas, sed mũdani fauoris appetitur vanitas.

Typice. *Principum fastus.* *Sycophantæ principum lateri bus inhærentes.*

b *Sed & turres ligneæ, &c.* Quæ impositæ bestiis trigintaduos in se continebant viros, exprimunt fragilitatem potentiæ, qua semper se persecutione prævalere martyribus confidunt.

Tyrannica potentia fragilis est.

bant eis mala semper ad firmamentum gentium.[19] Et cogitauit Iudas disperdere eos, & conuocauit vniuersum populũ, vt obsiderent eos.[20] Et conuenerunt simul, & obsederunt eos anno cẽtesimo quinquagesimo, & fecerũt balistas & machinas.[21] Et exierunt quidam ex eis, qui obsidebantur, & adiunxerunt se illis aliqui ex impiis Israel,[22] & abierunt ad regẽ, & dixerunt: Quousque non facies iudicium: & vindicas fratres nostros?[23] Nos decreuimus seruire patri tuo & ambulare in præceptis eius: & obsequi edictis eius,[24] & filij populi nostri propter hoc alienabant se à nobis. Et quicumque inueniebantur ex nobis interficiebantur, & hereditates nostrę diripiebantur.[25] Et non ad nos tantum extẽderunt manum, sed & in omnes fines nostros.[26] Ecce applicuerunt hodie ad arcem in Ierusalem occupare eam, & munitionẽ in Bethsura munierunt.[27] Et nisi præueneris eos velocius, maiora quã hæc facient, nec poteris obtinere eos.[28] Et iratus est rex, vt hæc audiuit, & cõuocauit omnes amicos suos, & principes exercitus sui, & eos, qui super equites erant.[29] Sed & de regnis aliis & de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitij.[30] Et erat numerus exercitus eius cẽtum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti trigintaduo docti ad prælium:[31] & venerũt per Idumæam, & applicuerunt ad Bethsuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas. Et exierũt, & succenderunt eas igni, & pugnauerunt viriliter.[32] Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad Bethzacharan contra castra regis.[33] Et surrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus impetum contra viã Bethzacharan. Et comparauerunt se exercitus in prælium & tubis cecinerunt:[34] Et elephantis ostenderunt sanguinẽ vuæ & mori, ad acuẽdos eos in præliũ.[35] Et diuiserũt bestias per legiones, & astiterunt singulis elephãtis mille viri in loricis cõcatenatis & galeæ ęreæ in capitibus eorũ. Et quingenti equites ordinati vnicuiq; bestię electi erãt.[36] Hi ante tẽpus vbicumq; erat bestia ibi erãt, & quocũque ibat ibãt, & nõ discedebãt ab ea.[37] Sed &

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cogitauit Iudas disperdere eos, &c. *Vt diuinus cultus liberè posset exerceri.*
2 Et fecerunt balistas, *Ad faciendum spicula contra arcis propugnacula.*
3 Et machinas. *Ad destruendum muros eius.*
4 Et exierunt quidam ex eis, qui obsi. *Occulte, & impiorum ex Israel fauore. Ideo subditur,* Et adiunxerunt se illis aliqui ex impiis.
5 Nos decre. ser. pa. tuo & ambulare, &c. *Isti fuerunt de illis, qui iuerunt ad Antiochum Epiphanem impetrantes ab eo, vt facerent iustitias gentium in Ierusalem, vt supra cap. 1.*
6 Et filij populi nostri, *scilicet, Matathias & filij eius & amici eius, qui præuaricatores legis obsidebant, vel occidebant.*
7 Et non ad nos tantum extenderunt manum. *Inferẽdo nobis mala.*
8 Sed & in omnes fines. *Persequendo amicos & sectatores regis.*
9 Ecce applicuerunt hodie, *Id est, isto tempore.*
10 Ad arcem in Ierusalem, *Impugnando gentem tuam.*
11 Et munitionem in Beth. muni. *contra te & regnum tuum.*
12 Et nisi præueneris eos velo. ma. quàm hæc fa. *contra te.*
13 Nec poteris obtinere eos, *Quoniam erunt nimis fortificati.*
14 Et iratus est rex. *Hic consequenter ponitur ipsius regis prouocatio, ex qua primo disponitur belli apparatus, Secundo, conflictus, ibi,* Et venerunt. *Circa primum dicitur,* Et iratus est rex, vt hæc aud. *Quia videbantur esse contra honorem suum, & bonum reipublicæ.*
15 Et conuocauit omnes amicos suos. *Vt ei assisterent.*
16 Et principes exercitus sui, & eos. *Vt se ad bellum disponerent.*
17 Et elephanti triginta duo, &c. *Dicit enim Philosophus libro de animalibus, quod elephas est animal maximè disciplinabile.*

Elephas animal maxime disciplinabile.

18 Et venerunt per. *Hic consequenter ponitur belli congressus. Et primo in munitione, Secundo in campo, ibi,* Et surrexit rex. *Circa primum dicitur,* Et venerunt per Idu. *Quæ terra erat Iudæis aduersaria, vt patet per prædicta quinque capita.*
19 Et applic. ad Bethsu. *Vbi erant Iudæi pro defensione loci.*
20 Et pugnauerunt dies multos, *Contra Bethsuram.*
21 Et fecerunt machinas, *Ad destruendum eam.*
22 Et exierunt, *Scilicet, Iudæi, qui erant in munitione obsessi.*
23 Et succende. eas. *Reuertentes ad munitionem: & defendentes eam.*
24 Et recessit Iu. ab arce. *vt succurreret Iudæis in Bethsura obsessis.*
25 Et surrexit rex ante lucem. *Hic consequenter describitur bellum in campo. Circa quod primo ponitur belli præparatio, secundo belli congressio, ibi,* Et appropinquauit. *tertio populi liberatio, ibi,* Et audiuit Lysias. *Circa primum dicitur,* Et surrexit rex ante lucem, *vt iret ad pugnandum contra Iudam.*
26 Et comparauerunt se, &c. *id est, disposuerunt se ad pugnandum.*
27 Et astiterunt singulis elephantis mille viri, *scilicet pedites.*
28 In loricis concatenatis, *nam maculæ loricarum sese complectuntur ad modum catenarum.*
29 Hi ante tempus vbic. erat bestia ibi erant. *eam velociter præcedendo.*
30 Et quocumque ibat, ibant, *subsequendo.*
31 Et non discedeb. ab ea. *ne ab aduersariis vulneraretur bestia.*

MORALITER.

ad ecclesiam per excommunicationes & interdicta irrationabiliter fulminata. Et sicut Iudas commisit prẽlium contra illos, sic summus pontifex reprimere debet istos.

† *Et adiunxerunt se illis ali. ex im. Is.* Per istos significantur apostatæ à fide, vel à religione, seu à societate ciuitatis, vel regni, & iungunt se cum aduersariis istarum communitatum, vt possint eis inferre maius malum, quia nulla pestis grauior ad nocendum quam familiaris amicus.

Apostatæ

14 *Et iratus est.* Per regem istum paterni sceleris imitatorẽ, significatur

† AMBROS. lib. 6. hexameron, c. 5. Elephanti magnum rebus bellicis vsum ministrant. Inde gens Persarum ferox bellis, valida sagittis, omniumque telorum iactu, quia de superioribus ad inferiora validiore nisu tela torquentur, acies eorum velut gradientibus turribus septa procedit. In mediis campis tamquam de muro dimicant & velut in arce quadam collocati spectant magis bella, quam subeunt. Ita alienis à periculis videntur, tuti molibus bestiarũ. Quis enim eos adire audeat, cũ desuper iaculis facilè figatur, inferius elephantorum conteratur incursu? Denique cedunt illis acies & armatorum cunei. Intollerabili namque impetu in hostes ruunt, vt nullo agmine bellatorum, nulla cõstipatione militũ, nullo clypeorum retardentur obiectu. Veluti quidam mobiles montes versantur in præliis, & vt colles alto eminent vertice, mugitus fragore omnium perturbant cõfidentiam. Quid his faciat pedes, quamuis lacertis validus, & manu promptus, cùm sibi septus armatorum populis gradienti murus occurrat? Quid faciat eques, cũ equus eius perterrefactus tantæ bestiæ immanitate diffugiat? Quid faciat sagittarius, quum desuper ferrata virorum corpora iaculi ictum sentire non possint: bestiæ quoque nec nuda facile penetrabilis ferro sit, & munita loricis obuias sine sui periculo acies secet, & conterat turmas.

Magnus vsus & præsidium est in bello Elephas.

a In-

turres ligneæ super eos firmæ protegentes, super singulas bestias, & super eas machinæ.[1] Et super singulas virtutis viri triginta duo, qui pugnabãt desuper, & intus magister bestiæ.[2] [38] Et residuum[3] equitatum hinc & inde statuit in duas partes, tubis[4] exercitum commouere, &[5] perurgere[6] cõstipatos in legionibus eius.[39] Et vt refulsit sol in clypeos aureos & æreos, resplenduerunt montes ab eis: & resplenduerũt sicut lampades ignis.[40] Et[7] distincta est pars exercitus regis per mõtes excelsos, & alia per loca humilia, & ibant cautè & ordinatè.[41] Et[8] commouebãtur[9] omnes inhabitantes terram à voce multitudinis eorum, & incessu turbæ & collisione armorum. Erat enim exercitus magnus valde & fortis.[42] Et[10] appropiauit Iudas & exercitus eius in prælium. Et ceciderunt de exercitu regis sexcẽti viri.[43] Et[11] vidit Eleazar filius Saura vnã de bestiis[12] loricatam loricis regis, & erat eminens super ceteras bestias. Et[13] visum est ei, quod in ea esset rex,[44] &[14] dedit se, vt[15] liberaret populũ suum, &[16] acquireret sibi nomen æternum.[45] Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens à dextris & à sinistris: & cade-

a *Intus magister bestiæ, & re. equi. hinc & inde sta.* RABAN. Quia crudelitas mentium, quæ totum machinabatur malum intus æstuabat in cordibus persecutorum, cui etiam actus superbi forinsecus adminiculabantur in tortura innocentium. His quoque ita dispositis Iudas statuit tubis exercitum suum commouere: quia prædicatores sancti cum insistunt bella persecutionum, non cessant verbis confortare animos auditorum. Et licèt terrena gloria resplendeat in pompa mundana, seu varia in cruciatibus tormentorum incandescãt genera: tamẽ martyres Christi imperterriti manent * vindicis sui Iudæ, vtique spiritalis, adhęrentes lateri vincunt, atque prosternunt impiorum audaciam.

Prædicatores populũ ad toleran tiam exhortari debent cum imminet persecutio.

* veri ducis sui.

b *Et vidit Eleazar filius Saura vnam de bestiis loricatam loricis regis, & erat eminens, &c.* RABAN. Notandum autem, quod hunc Eleazarum Iosephus fratrem esse Iudæ affirmat, de quo supra narratum est quod esset vnus de quinque filiis Matathiæ vocatus hoc nomine. Sed quæri potest quomodo dicatur esse filius Saura, si filius fuit Matathiæ, nisi forte Matathias ipse alio nomine Saura vocatus sit. Et quid per Eleazarum, qui elephantem interficiens occubuit, nisi persona arrogantium designatur? qui dum volunt fortiter aliquid gerere, & tamen non simplici animo, sed elato, in suis conatibus deuicti prosternuntur. Potest & non inconuenienter

Eleazarus cuius filius.

Arrogãtes.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et super eas machinæ, *ad proiiciendum iacula.*

2 Et intus magister bestiæ, *Regens gressus eius.*

ADDITIO.

†† Ingentes admodum fuisse istos Antiochi Elephantos ex eo colligimus, quod tot milites ferrent, & quod Indici essent, qui Africis sunt maiores vt tradit Plinius lib. 7. ca. 2. Hic vero post bestiæ Magistro, seu Rectore, in Græco est *Indus*, sicque (vt habent correcta exemplaria) legendum est hoc loco, non, *Intus*. Ceterum insignes fuisse Antiocho regi in bellicis vsibus Elephantos, & cognominibus suis nobilitatos, tradit Plinius historiæ lib. 8. c. 1. 3. & 5.

Elephanti quos habuit Antiochus in bello.

3 Et residuum equitatum, *scilicet, à dextris & sinistris animalium.*

4 Statuit in duas partes tubis exercitum commouere. *nam sonus tubarum excitat ad audaciam.*

5 Et perurgere, *ad bellum.*

6 Constipatos in legionibus. *id est, cõiunctos ne acies & legiones rumpantur ab aduersariis.*

7 Et distincta est pars exer. regis per mo. exce. *vt si Iudas, qui paucos habebat bellatores comparatiuè, fugeret ad montes, non euaderet.*

8 Et commouebantur. *admiratione, vel quodam tremore.*

9 Omnes inhabitantes terram. *scilicet, illam, vbi poterat talis sonitus & commotio percipi.*

10 Et appropiauit. *Hic consequenter ponitur conflictus: & primo in campo, secundo in fortalitio, ibi,* Castra autem regis. *Circa primum, primo ponitur conflictus in generali, vt patet, secundo in speciali cum dicitur,*

11 Et vidit Eleazar. *Dicit Iosephus quod ille fuit frater Iudæ, vnde & supra 2. c. quartus filius Matathiæ Eleazarus nominatur: & idem est nomen quod Eleazar. Nomina enim Hebræa ad Latinum tracta frequenter accipiũt hanc syllabam us in fine, vt Iacob Iacobus, Saul Saulus, & sic de multis aliis. Sed contra hoc videtur, quia iste dicitur filius Saura. Sequendo dictum Iosephi potest dici, quod hic ponitur nomen matris, vt supra 2. ca. nomen patris. Vel quod Matathias fuit binomius, & alio nomine Saura dictus.*

An Eleazar, de quo hic, fuerit filius Matathiæ.

12 Vnam de bestiis loricatam loricis regis, *per signa regia ibidẽ posita.*

13 Et visum est ei quod in ea esset rex, *in turre lignea super eam existente, propter signa dicta, non tamen erat ita.*

14 Et dedit se. *scilicet, vitam suam corporalem.*

15 Vt liberaret populum suum, *Bonum enim proprium corporale propter salutem boni communis est exponendum. Ideo subditur,*

16 Et acquireret sibi nomen æternum. *virtuosè moriendo. Credebat enim probabiliter, quod si rex esset mortuus, statim fugeret eius exercitus.*

ADDITIO.

†† Hunc Eleazarum ait Iosephus Iudæ fratrem fuisse: idemque Græca lectio potest significare, si pro ὁ, legatur ὁς, *Eleazarus qui Auram* dicebatur, vt in Latino pro *filius Auræ* legendum videatur, *dictus Aura*, à fortitudine nempe sic cognominatus (c. 2. huius li. Abaron dicitur) Nam Hebræis *Auar* est roborare, & fortificare. Forte Matathias ipse cognominatus est *Aura*, vt in textu nostro dicatur filius Aura, id est, Matathię. Et bene facit textus primo eum ad hoc gloriosum facinus motum fuisse dicit, quia *populi sui libertatem* quærebat, deinde vero vt *acquireret sibi nomen æternum*, quod moderatè quærere non magis vetitum est, quam cibum vt vestes. D. Greg. 19. moral. c. 13. Quos (ait) Eleazarus iste significat, quem victoria sua oppressit, nisi eos qui vilia superant, sed sub ista, quæ subiiciunt, superbiendo succumbunt.

An appetitio gloriæ quam hic Eleazar quæsiuisse dicitur fuerit vitiosa.

1 Et

MORALITER.

† catur diabolus, sicut & per patrem, qui tristatur de profectu bonorum. Ideo conuocat contra eos exercitum fortem & magnum, scilicet, peditum, & equitum, & elephantorum. Per pedites significantur homines mali, & hæretici, laici tamen, per equites vero litterati, quia possunt plus nocere, per elephantes significantur spiritus maligni, qui plus nocere possunt quam homines mali. Sequitur infra.

Militia diaboli.

7 *Et distincta est pars exe. re.* Nam aliqui ibant per montes, per quos significantur superbi inducentes ad malum per terrores, & alij ibant per loca humilia, per quos significantur subdoli, inducentes ad malum per promissa & falsas deceptiones.

11 *Et vi. Elea. fi. Sau.* Per istum, qui mori voluit, vt malos deuinceret: significantur martyres, qui moriendo tyrannos deuicerunt, vnde dixit B. Vincentius Daciano, *V beriorem mihi præstas gloriam cum acerbiora & exquisitiora tormenta tecum fuerint superata.* Et etiam Dacianus confessus fuit se victum, dicens: *Et quid huic amplius faciemus, quia in omnibus, quæcumque fecimus, victi sumus.*

Martyres suis persecutoribus superiores.

† Et

☞ ter hæc res ad hypocritarum significationem trãsferri. Dum enim A hypocritæ contra luxuriam, aut contra gulam, aut contra corporalia delicta per abstinentiam confligunt, carnemque per ieiunium, seu per vigilias, & cetera abstinentiæ opera domantes, non se à spiritalibus nequitiis bene obseruant; ita vt aut ab elatione, aut ab inuidia, aut à cupiditate non caueant; quasi vincendo vincuntur, quia dum alia vitia superant, in ipsa victoria incauti ab aliis conteruntur.

Hypocritæ vincendo vincuntur.

a *Et iuit sub pedes elephantis, &c.* † AMBR. lib. I. offic. c. 40. Virtutem ducis Iudæ B Machabæi de vno eius milite considerate. Namque Eleazarus, cum superemineutem ceteris elephantem lorica vestitum regia aduerteret, arbitrat⁹ quod in eo esset rex, cursu concito in medio legionis se proripuit, & abiecto clypeo, vtraque manu interficiebat bestiam, atque intrauit sub eam, & subiecto gladio interemit eam. Itaque C cadẽs bestia oppressit Eleazarum, atque ita mortuus est. Quanta igitur virtus animi, primò vt mortem non timeret; deinde vt circumfusus legionibus inimicorum, in confertos raperetur hostes, medium penetraret agmen, & contempta morte ferocior, abiecto clypeo, vtraque manu vulneratæ molem bestiæ subiret ac sustineret; post infra ipsam succederet, quo pleniore feriret ictu, cuius ruina inclusus, magis quàm oppressus, suo est sepultus triumpho? Nec fefellit opinio virum, quamuis regius fefellerit habitus. Tanto enim virtutis spectaculo defixit hostes; inermem, occupatum, incursare non ausi, post casum ruentis bestiæ sic trepidauerunt, vt impares se omnes vnius virtuti arbitrarentur. Denique rex Antiochus, qui cum centum viginti millibus hominum armatus venerat, & cũm triginta duobus elephantis, ita vt ad ortum solis per singulas bestias velut montes quidam armorum corusco tamquam lampadibus ardentibus refulgerent, vnius territus fortitudine, pacem rogaret. Itaque Eleazarus heredem virtutis suæ pacem reliquit.

Exponitur encomiastice virtus Eleazari.

b *Et videntes virtutem.* † CHRYSOSTOMVS in Psal. 43. Quando graue bellum ingruebat, nec quicquam possent facere quod prodesset, se abscondebant. Nam hoc quoque fecère Apostoli: Non enim semper apparẽtes in media irruebant pericula, sed nonnumquam & fugientes, & latentes secedebant. Postquam autem parum respirarunt, tamquã generosi quidam catuli ex latebris emergentes, statuerunt non se amplius solos seruare, sed alios quoscumque possent, &c. D

Prudentia militaris Machabæorum.

a bant ab eo huc & illuc. ⁴⁶ Et iuit sub pedes elephantis & supposuit se ei, & occidit eum, & cecidit in terram super ipsum & mortuus est illic. b ⁴⁷ Et videntes virtutem regis, & impetum exercitus eius, diuerterunt se ab eis. c ⁴⁸ Castra autem regis ascenderunt contra eos in Ierusalem, & applicuerunt castra regis ad Iudæam & montem Sion. ⁴⁹ Et fecit pacem cum his qui erant in Bethsura, & exierunt de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta conclusis, quia sabbatha erant terræ. ⁵⁰ Et comprehendit rex Bethsurã, & constituit illic custodiam d seruare eam: ⁵¹ & conuertit castra ad locum sanctificationis dies multos. Et statuit illic balistas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & spicula, & scorpios ad mittendas sagittas, & fundibula. ⁵² Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorum, & pugnauerunt dies multos. ⁵³ Escæ autem non erant in ciuitate, eo quod septimus annus esset, & qui remanserunt in Iudæa de gentibus consumpserant reliquias eorum quæ repositæ fuerant. e ⁵⁴ Et remanserunt in sanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames, et dispersi sunt vnusquisque in locum suum.

(1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16)

c *Et applicuerunt castra regis, &c.* RABA. Promouet castra mysticus Antiochus ad Iudæam & montem Sion: quia totũ apparatum belli vertit ad subuersionem ecclesiæ Christi: Et facit pacem cum his, qui erant in Bethsura, cum non veram E pacem, sed falsam offert his, quos vult decipere, & per simulationem fallere. Sed illi tantummodo ad eum exeunt de ciuitate, quibus non erant alimenta conclusis; quia illi solummodo de ecclesiæ munimine seducti recedunt, qui non habent pabulum scientiæ atque charitatis quo in animo pascantur; Qui & malè sabbatizant, F cum non virtutum studium, sed segniciei otium diligunt; ipsique ab hoste captiuati in eius dominium redeunt: qui præcauere eius insidias nolunt. Quod autem dicitur quod,

Qui ab ecclesia recedant & dedant se diabolo.

d *Conuertit castra*, rex, *ad locum sanctificationis dies multos.* IDEM. Significat, persecutores fidelium non facilè cessare à persecutionis crudelitate, sed omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi, bella ingerere credentibus: quibusdam ad probationem; quibusdam verò ad deceptionem. Quia dum mystica mulier (quæ per figuram Euæ expressa est) caput conterit serpentis: ipse anguis venenatus numquam cessabit insidiari calcaneo eius. Quod autem subiungitur:

Diabolus numquam cessat persequi Ecclesiã. Gen. 3. c.

e *Et remanserunt in sanctis viri pauci, quoniam.* IDEM. Significat quod persecutione infidelium feruente, plurimi eorum, qui facie tenus in ecclesia, & non fidei constantia perseuerabant in illa, disperguntur propter timorem pœnarum: Iuxta illud quod dominus in euangelio prædixit nouissimis temporibus futuris, *Erit enim*, inquit, *pressura magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem calcabitur à gentibus donec impleantur tempora nationum: & nisi* ☞ bre-

Persecutio ingruens quorum constantia sit vera & quorum ficta indicat.

NICOLAVS DE LIRA.

ℵ 1 Et occidit eum, & cecidit in terram, &c. *Percutiens in ventre, vbi non erat armatus.*

2 Et videntes, *scilicet Iudas & eius exercitus.*

3 Virtutem regis, *cui non poterant resistere.*

4 Diuerterunt se ab eis, *cautè recedentes, vt possent templum domini, quod erat in Ierusalem seruare.*

5 Castra autem regis. *Hic consequenter ponitur bellum in fortalitio: & primò ponitur de fortalitio, quod erat in Ierusalem, & patet. Et interponitur de fortalitio Bethsura, quod primo cepit rex antequam iret in Ierusalem. Ideo dicitur,*

6 Et fecit pa. *Per talem modum, quod dimitterent fortalitium saluis suis personis: Et subditur ratio talis pacis ex parte Iudæorum, cum dicitur,*

7 Quia non erant eis ibi alimenta. *i. obsessis in Bethsura: Et subditur causa, cum dicitur,*

8 Quia sabbata erant terræ. *id est, annus septimus, in quo terra non colebatur nec seminabatur, vt habetur Leui. xxv. a. Sed contra hoc videtur quod dicitur ibidem,* Dabo vobis benedictionem meam anno sexto, & faciet fructus trium annorum: *propter quod non videtur quod annus septimus faceret aliquem defectum cibi, sed magis abundantiam. Dicendum quod istud Dei beneficium fuit ante captiuitatem Babylonicam, in qua cessauerunt aliqua Dei beneficia: Non enim postea leguntur habuisse Iudæi arcam testamenti, nec propitiatorium, nec responsa in rationali summi sacerdotis, nec vnctionem regum & pontificum: & hoc etiam confitentur Iudæi moderni, & habetur in lib. Heb. nomine Sanhedrin Ierosolymitano. Et idem videtur fuisse de duplicatione fructuum anno sexto. Et consequenter reuertitur ad obsidionem fortalitij Ierosolymitani, cũm dicitur,*

In & post captiuitatẽ Babylonicam retraxit Deus aliqua beneficia quæ solebat antè populo Israel conferre.

9 Et conuertit castra ad locum sanctificationis. *id est, templi,*

10 Dies multos. *Quia locus erat fortis & munitus, propter quod non poterat cito expugnari.*

11 Et statuit illic balistas, *ad defensores sagittandum.*

12 Et machinas, *ad muros concutiendum.*

13 Et ignis iacula, &c. *id est, instrumenta ad ignem Græcum iaciendum.*

14 Et tormenta ad lapides iactandos, & spicula. *id est, petrarias & magonnellos.*

15 Et scorpios ad mittend. *id est, instrumenta ad mittendum sagittas venenatas.*

16 Escæ autem non erat in ciuit. *Hoc subditur ad ostendendum, quod non poterant diu tenere fortalitium.*

ℵ 1 Et

MORALITER.

† 2 *Et videntes virtutem regis & impetum exer. &c.* Per hoc significantur prudenter fugientes à sæculo: vbi non possunt resistere diaboli tentationibus, vt in claustro saluentur adiuti bonorum consiliis & orationibus.

De fugientibus sæculũ.

9 *Et conuertit castra ad locum sanctificationis, &c.* subiicere sibi. Quia non sufficit diabolo subiicere sibi simplices laicos, sed inuadit etiam clericos & religiosos.

11 *Et statuit illic balistas.* id est, omnium tentationum modos & genera. Sequitur,

† *Fecerunt autem & ipsi machinas.* nam clerici & religiosi debent esse magis solliciti se munire contra malitias inimici.

Bellum eorum cum malignis spiritibus.

☞ breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.

Historia huius capitis illustratur ex Iosepho antiq. lib. 12. c. 14.

a Et audiuit Lysias. RABAN. Quid Iosephus hic referat non indignum videtur huic operi inserere, nec graue debet videri lectori, si diuersarum historiarũ inuicem conferuntur narrationes: quia alterutrum se iuuare videntur ad explanandum rei certitudinem, historiæ retexere veritatem. Narrat autem Iosephus hoc modo: Lysias verò dux, & rex Antiochus, cum Philippus à Perside veniens nuntiatus est eis commendatum sibi præsumpsisse imperium, & rempublicam Antiochi sibi velle defendere: prætermittentes obsidionem, ire aduersum Philippum decreuerunt; Quod consiliũ nequaquam manifestum ceteris ducibus facere voluerunt. Sed iussit rex Lysiam ducibus dicere, diuturnam obsessionem, nihil eis posse proficere: quãdo & locum aduersariorum constaret esse munitum, & sibi victualium necessitas irrogaretur, & expediret pacem facere cum Iudæis, eosque relinquere propriis vti ceremoniis: vnde hactenus à nobis prohibiti, exstitere videntur aduersi. Hæc dicens de Philippi tyrannide tacendum esse decreuit ne exercitus sui dubia corda perciperet. Hæc Lysia dicente, exercitui & ducibus sententia placuit: Tunc mittens rex ad Iudam, pacem promisit obsessis, & patriis legibus eos viuere pollicetur. Hi verò suscipientes verba, & confirmatis sacramentis, & fide exierunt à templo. Intrans verò Antiochus, & inspiciens munitum locum, impudenter sacramenta transgressus est, iussitque omnem exercitum in circumitu stantem, deponere muros vsque ad solum. Post hæc reuersus est ad Antiochiam, ducens secum Oniam principem sacerdotum, qui & Menelaus dicebatur. Nam Lysias persuasit regi Menelaum occidere, si vellet pacatos esse Iudæos, dicens hunc fuisse initium malorum, qui flexit patrem suum cogere Iudæos religionem patriam relinquere. Mittens ergo Rex Menelaum ad Veriam Syriæ ciuitatem, interfecit cum post decimum annum principatus sacerdotij eius; & vt ipse principatum habuit, impulit Iudæos trãsgredi leges. Princeps vero ordinatus est post Menelai interitum Alchimus, qui & Ioacim vocatus est. Rex autem Antiochus inueniens Philippũ rebus imperantem debellabat eum, quem sub sua faciens potestate occidit. Filius autem principis sacerdotum Oniæ de quo prædiximus, adhuc puerulus defuncto patre relictus est, videns quod auunculum suũ Menelaum rex interfecisset, & principatum sacerdotij Alchimo dedisset, & non existenti de genere sacerdotum: sed à Lysia flexus vt transponeret honorem ab ea familia ad aliam domum; fugit ad Ptolomæum regem Ægypti, & honorem meruit ab ipso & Cleopatra vxore eius, locumque petiit in regione Eliopolitana, vbi simile Ierosolymorum ædificaret templum. Quod autem Antiochus fœdus pepigit cum Israelitis, & iurauit illis & principes eius, nec tamen iuramentum seruauit, sed rupit iusiurandum, & violauit pactum: significat quod cum hæreticis & infidelibus nullo modo firma erit pactio fœderis, quia nequaquam apud eos fixa est obseruatio iuris. Vnde nullomodo cum vitiis & vitiorum auctore feriendum est fœdus, licet pacem promittant, & prosperitatem simulent: sed omni tempore instanter contra eos dimicandum cum scuto fidei & armis iustitiæ. Tunc autem cessandum à prælio quando hostis Antiochus non sæuit in mundo, sed demersus retruditur in inferno.

Lysias non vult rescire milites quod contra se ascendat Philippus.

Menelai Pontificis interitus.

Surrogatur illi Alchimus.

Templum Schismaticum exstructum in Ægypto.

Numquam cum diabolo & vitiis paciscendũ.

a Et audiuit Lysias quod Philippus quem constituerat rex Antiochus, cùm adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium suum & regnaret, [56] reuersus est à Perside & Mœdia, & exercitus qui abierat cum ipso, & quia quærit suscipere regni negotia. [57] Et festinauit ire, & dicere ad regem & duces exercitus: Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus quem obsidemus est munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. [58] Nunc itaque demus dextras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum, [59] & constituamus illis vt ambulent in legitimis suis sicut prius. Propter enim legitima ipsorum quæ despeximus irati sunt, & fecerunt omnia hæc. [60] Et placuit sermo in conspectu regis & principum, & misit ad eos pacem facere, & receperunt illam: [61] & iurauit illis rex & principes, & exierũt de munitione. [62] Et intrauit rex montem Sion, & vidit munitionem loci, & rupit citius iuramentum quod iurauit, & mandauit destruere murum in gyro. [63] Et discessit festinanter & reuersus est Antiochiam, & inuenit Philippum dominantem ciuitati, & pugnauit aduersus eum, & occupauit ciuitatem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et audiuit. *Hic consequenter ponitur liberatio populi ex beneficio Dei, quia facit cum tentatione prouentum, & ideo misit rumores Lysiæ, per quos fuit compulsus solutionem obsidionis procurare: & hoc est quod dicitur:* Et au. Ly. *ad quod sequebatur elongatio Lysiæ à familiaritate regis, & regni negotiis, quod formidabat: ideo dissoluere obsidionem procurabat, dicens,*

2 Deficimus quotidie. *Nam aliqui interficiebantur, & aliqui infirmabantur, sicut solet accidere in obsidione.*

3 Et esca nobis. *ita quod non poterimus diu tenere obsidionem.*

4 Et locus q. obsid. est munitus. *s. hominibus, armis, & cibis; hoc dicebat ad habendum intentum: tamen erat falsum sicut præmittitur parte præcedenti, vbi dicitur,* Et remanserunt in sanctis viri pauci. *Quoniam obtinuerat eos fames.*

5 Et incumbit nobis ordinare de regno. *q. d. maiora negotia nos vrgent ad dimittendum hanc obsidionem, ideo concludit,*

6 Nunc itaque demus dext. *Modus enim hominum facientium pacem adinuicem erat, dare mutuo dextras manus. Cetera patent vsque ibi,*

7 Et vidit munitionem. *id est, fortitudinem.*

8 Et rupit citius. *destruendo locum, ne si Iudæi rebellarent haberent ibi recursum.*

CAP. VII.

a Demetrius, &c. RAB. De hoc autem Demetrio Põpeius Trogus in sua historia ita narrat dicẽs: Cum Antiochus recederet relicto paruulo admodum filio suo, cui cum tutores à populo dati essent, patruus eius Demetrius qui obses Romæ erat, ☞ co-

Iustinus lib. 34.

CAPVT VII.

a Anno centesimo quinquagesimo & primo exiit Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic. [2] Et factum est, vt ingressus est domum regni

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VII.

Anno centesimo. *Postquam descriptus est conflictus Iudæ tempore Antiochi Eupatoris. Hic consequenter describitur eius conflictus tempore Demetrij filij alterius fratris. s. Seleuci. Et diuiditur in duas partes, quia primo describitur ipsius Iudæ pugna. secundo cum Romanis amicitia contracta viij. c. Prima in tres. Nam primo circa Demetrium ostenditur adeptio regni, secundo occasio belli, ibi:* Et venerunt ad eum. *Tertio congressio prælij, ibi,* Et elegit rex. *Circa primum dicitur:* Anno centesimo quinquagesimo. *scilicet regni Græcorum.*

Diuisio.

1 Exiit Demetrius. *Videns enim se priuatum regno patris sui per patruum suum Antiochum Epiphanem, abiit Romam ad conquerendum de eo, sed ipso viuente nihil profecit, propter quod ipso mortuo rediit ad obtinendum regnum contra cognatum suum, maximè quia tunc regnum erat quodammodo diuisum per Lysiam & Philippum, eo quod quilibet volebat esse tutor Antiochi Eupatoris, & agere negotia regni, vt patet ex prædictis.*

2 Et ascendit cum. *scilicet Tyrum, vt dicit Iosephus.*

3 Et regnauit. *Quia multi venerunt ad eum recipientes ipsum tamquam regem & dominum. Tum quia regnum sibi dicebatur ex successione paterna. Tum propter diuisionem prædictam.*

4 Et factum est. *s. palatium Antiochiæ quæ erat metropolis.*

☞ cognita morte fratris A Antiochi, senatum adiit, obsidem se viuo fratre venisse: quo mortuo, cuius obses sit se ignorare. Dimitti ergo se ad regnum petendum æquum esse: quod sicuti iure gentium maiori cesserit fratri, ita nunc sibi qui pupillum B antecedebat ætate deberi: Cum se non dimitti animaduerteret à senatu tacito iudicio tutius apud pupillum quam apud eum regnum futurum arbitrante. specie venandi ab vrbe profectus hostis tacitus, cum fugæ comitibus nauem ascendit. Delatus in Syriam secundo C fauore omnium accipitur, regnumq; ei occiso pupillo, à tutoribus traditur.

Quomodo Demetrius elapsus & in Syriam veniens regnum obtinuerit.

a *Et venerunt, &c.* † Avg. li. 18. ciu. ca. 48. Non multo post Alchimus quidam per ambitionem, cum à genere sacerdotali esset alienus, quod nefas erat, pontifex est factus. † Rv-

patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lysiam, vt adducerent eos ad eum,[3] & res ei innotuit, & ait: Nolite mihi ostendere faciem eorum,[4] & occidit eos exercitus. a Et sedit Demetrius super sedem regni sui,[5] & venerunt ad eum viri iniqui & impij ex Israel, & Alchimus dux eorum, qui volebat fieri sacerdos.[6] Et accusauerunt populum apud regem dicentes: Perdidit Iudas & fratres eius amicos tuos, & nos disperdidit de terra nostra.[7] Nunc ergo mitte virum cui credis, vt eat & videat exterminium omne quod fecit nobis in regionibus regis & puniat omnes amicos eius & adiutores eorum. [8] Et elegit rex ex amicis suis Bachidem qui dominabatur trans flumen magnum, in regno, & fidelem regi, & misit eum[9] vt videret exterminium quod fecit Iudas. Sed & Alchimum impium constituit in sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Israel.[10] Et surrexerunt & venerunt cum exercitu magno in terram Iuda, & miserunt nuntios & locuti sunt ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis in dolo,[11] & non intenderunt sermonibus eorum. Viderunt enim quia venerunt cum exercitu mago,[12] & conuenerunt ad Alchimum & Bachidem congregatio scribarum requirere quę iusta sunt.[13] Et primi Assidæi qui erant in filiis Israel & exquirebant ab eis pacem.[14] Dixerunt enim: Homo sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos.[15] Et locutus est cum eis verba pacifica, & iurauit illis, dicens: Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris.[16] Et crediderunt ei, & comprehendit ex eis sexaginta viros & occidit eos vna die secundum verbum quod scriptum est.[17]* Carnes sanctorum

† Rvp. in 1. c. Abdię. D Carnalis Israel spiritualem persequens ipse est Edom. Et reuera quandocumque ceperunt alieni Ierusalem, Israel carnalis erat quasi vnus ex illis, imo peior atque infestior, quam vnus quilibet ex eis. Quando Syri præliabantur contra Israel regibus E Benadab & Hazael, multo sceleratius agebant intra ipsum ij de quibus dicitur, *Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua destruxerunt, &c.* Deinde vsque ad euangelica tempora, quotiescumque extranei ingressi sunt portas Ierusalem, vt Babylonij, & Antiochus, & F propter testamentum Domini multos occiderunt; viri iniqui ex ipso Israel extiterunt, qui amplius, quam gentiles pernitiosi fratribus fuerunt. Testis est tribulatio Ieremiæ, quem Babylonij seruauerunt; & suæ genus homines ☞ tri-

Apostatæ de gente sua plus semper Iudæis nocuere quam alienigenæ.

Psal. 78. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Comprehendit exercitus, &c. *In Demetrij fauorem.*

2 Et venerunt. *Hic consequenter ponitur occasio belli, quæ fuit accusatio Iudæ & amicorum suorum per iniquos de Israel. & patet littera.*

3 Et elegit rex. *Hic consequenter describitur congressio belli, & primo contra Alchimum sacerdotem; secundo, contra Nicanorem, ibi:* Vidit autem Alchimus. *Prima in duas quia primo describitur Bacbidis & Alchimi dolus; secundo Iudæ conflictus, ibi,* Et vidit Iudas. *Prima adhuc in duas, quia primo describitur perceptio doli; secundo, deceptio populi, ibi,* Et conuenerunt ad Alchimum. *Circa primum dicitur,* Et elegit rex ex amicis suis Bachidem, qui dominabatur trans flumen, *erat enim à rege constitutus ad illius terræ custodiam.*

Diuisio.

4 Sed & Alchimum. *id est, constituit eum summum sacerdotem: cum tamen non esset de genere sacerdotali, vt dicunt aliqui. Alij vero dicunt quod erat, sicut infra dicitur de eo,* homo sacer. de se. Aa. v. *tamen non erat de linea summorum pontificum ab Eleazar descendentium.*

Vtrum esset Alchimus de genere sacerdotali.

5 Et locuti sunt ad Iudam. *Dicentes, quod venerant propter bonum statum terræ vt possent Iudam & fratres eius occidere dolosè, sed eorum dolus non habuit effectum.*

6 Et conuenerunt ad Alchimum, *Hic consequenter subditur deceptio populi,*

7 Congregatio scribarum, *quantum ad legisperitos.*

8 Et primi Assidæi, *id est, quasi assiduè assistentes diuino cultui; & hoc per deceptionem Alchimi: Cuius ratio subditur cum dicitur,*

9 Homo sacerdos de semine Aaron. *Non tamen de familia summi sacerdotis. Secundum alios vero nec de semine Aaron erat, licet isti crederent, in hoc decepti: sed primum videtur verius, quia magis est consonum textui in hoc loco, & etiam ij. libro xiv. cap. Cetera patent vsque ibi.*

10 Sexaginta viros, *notabiles in populo, in fama & virtute. Ideo subditur,*

11 Secundum verbum quod. *Psalm. lxxviij. a.*

12 Carnes sanctorum tuorum & san. ipso.

5 Et ... ☞ 1 Non

MORALITER.

† 2 *Et venerunt ad eum.* Per istum, qui ambiebat sacerdotium, & per mendacia & regiam potestatem obtinuit ipsum, significatur quilibet ambitiosus ecclesiasticæ dignitatis, & per mendacia, & brachio sæculari intrusus. Et sicut dicitur infra, iste Alchimus plura mala fecit Israel, quoniam occidit valentes viros, & promouit iniquos, similiter intrusus per modum prædictum bonos occidit eos persequendo, & à statu honoris deiiciendo, & sic facit in ecclesia plagam magnam. † Et

De eo qui per vim, vel

malis artibus consequitur dignitatē ecclesiasticā.

...lauerunt. Testis ...habæorum afflictio, quibus viri iniqui ex Israel, maximeque impius Alchimus, amplius quàm Græcorum aliquis nocuerunt.

RABB. Quid per Demetrium regem, nisi principes gentium, qui persecutionem mouent contra ecclesiam Christi, designantur: Quod bene nominis interpretatio ita explanat. Interpretatur enim vehementer innectens siue nimium persequens. Ad hunc ergo principem veniūt viri iniqui, & impij ex Israel, & Alchimus dux eorum; cum illi, qui post fidem Christi perceptā ad apostasiam redierunt, religionem Christianam blasphemant & ecclesiastico detrahunt cultui. Quorum duces sunt hęretici, qui per ambitionem sublimitatis volunt ab omnibus magni videri. Sed proditione huiuscemodi suscepta mittit Demetrius typicè Bachidem qui dominabatur trans flumen in regno, vt Alchimum impium constituat in sacerdotium & vltionem faciat in filios Israel: cum per paganos quoslibet apud sęculum potētes (qui nedum meruerunt Chri-

Apostatæ & hæretici ad ...delium ...ia confugiunt.

tuorum & sanguinem ipsorum effuderunt in circumitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret. [18] Et incubuit timor & tremor in omnem populum, quia dixerunt: Non est in eis veritas & iudicium. Transgressi sunt enim constitutum, & iusiurandum quod iurauerunt. [19] Et mouit Bachides castra ab Ierusalem, & applicuit in Bethzecha, & misit, & comprehendit multos ex eis qui à se refugerant, & quosdam de populo mactauit, & in puteum magnum proiecit. [20] Et commisit regionem Alchimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipsi. Et abiit Bachides ad regē. [21] Et satis agebat Alchimus pro principatu sacerdotij sui. [22] Et conuenerūt ad eum omnes qui perturbabant populum suum, & obtinuerunt terram Iuda & fecerūt plagam magnam in Israel. [23] Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alchimus, & qui cum eo erant filiis Israel multo plus quā gentes. [24] Et exiit in omnes fines Iudęæ in circumitu, & fecit vindictam in viros desertores, & cessauerunt vltrà exire in regionem. [25] Vidit autem Alchimus quòd præualuit Iudas, & qui cum eo erant, & cognouit quia non potest sustinere eos, & regressus est ad regem, & accusauit eos multis criminibus. [26] Et misit rex Nicanorem vnum ex principibus suis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Israel, & mandauit ei euertere populum. [27] Et venit Nicanor in Ierusalem cum exercitu magno, & misit ad Iudam & ad fratres eius cum dolo verbis pacificis, [28] dicens: Non sit pugna inter me & vos. Veniam cum viris paucis, vt videam facies vestras cū pace. [29] Et venit ad Iudam & salutauerunt se inuicem pacificè, & hostes parati erant rapere Iudam. [30] Et innotuit sermo Iudæ, quoniam cum dolo venerat ad eum, & conterritus est ab eo, et amplius noluit videre faciem eius. [31] Et cognouit Nicanor, quoniam denudatum est consiliū eius: et exiuit obuiam Iudæ in pugnam iuxta Capharsalama. [32] Et ceciderunt de Nicanoris exercitu ferè quinq; millia viri, et fugerunt in ciuitatem Dauid. [33] Et post hæc verba ascēdit Nicanor in montē Siō, et exierūt de sacerdotibus populi salutare eū in pace, et demōstrare

Christi baptismate tingi, & in numero fidelium computari) hæreticis fastus sui præbet adminiculum, & veris confessoribus Christi tormentorum ingerit cruciatum. Sed licet tales personę Iudæ & fratribus eius verbis pacificis loquantur in dolo, non tamen intendunt sermonibus eorum, quia nullo modo consentiunt perfidiæ eorum.

a *Et vidit Iudas, &c.* RAB. Quid est quod Iudas vltionē in præuaricatoribus facit; nisi quod redemptor noster vindicat electos suos, nec quemquā suorū in vacuum perire permittit? Sed duobus modis vindictam in his, qui merentur, exercet: Alios enim de fonte magnę pietatis suæ ad pœnitentiam erroris sui prouocans, facit eos aduersus semetipsos exurgere, vt puniant lamentis, quòd prauis egerunt commissis; Alios verò iusto iudicio post perpetrata scelera incorrectos in duritia sua perseuerare dimittit: vt eis postmodū dignas repēdat pœnas, quod operibus meruerunt iniquis.

Quomodo saluator exercet vindictam.

b *Et misit rex.* RAB. Per Nicanorē istum, quē in alio loco præpositū elephātorum fuisse

2. Mach. 14. b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non est in eis veritas, &c. *In verbo.*
2 Et iudicium. *In facto. Et subditur causa,*
3 Transgressi sunt enim. *Eos occidendo, quibus iurauerant pacem.*
4 Et misit. *Homines armatos.*
5 Et comprehendit multos ex eis qui à se refugerant. *Propter infidelitatem quam in eis viderant.*
6 Et commisit regionem. *Iudæa,*
7 Alchimo. *Regendam.*
8 Et reliquit cum eo auxilium. *Id est, viros bellatores.*
9 Et satis agebat Alchimus. *Id est, quantum poterat nitebatur,*
10 Pro principatu. *Scilicet firmando & ampliando.*
11 Et conuenerunt ad eum omnes qui perturbabant populum. *Impellendo eos ad Gentilem ritum.*
12 Et fecerunt plagam magnam, &c. *Id est, in illis qui erant obseruatores legis.*
13 Et vidit Iudas. *Hic consequenter describitur Iudæ conflictus ad extirpandum Bachidis & Alchimi dolum, cum dicitur,* Et vidit Iudas, *oculo compassionis & doloris,*
14 Multo plus quam. *Nam apostatæ legis sunt Gentilibus nequiores.*
15 Exiit in omnes fines Iudææ. *Vt omnes malos extirparet.*
16 Et fecit vindictam in viros desertores. *Id est, apostatas legis.*
17 Et cessauerunt vltrà exire in regionem. *Scilicet Iudæi de fortalitio quod obtinebant in Ierusalem.*
18 Vidit autem Alchimus. *Hic consequenter describitur bellum Iudæ contra Nicanorem: Et primò ponitur Nicanoris & Alchimi dolus; secundo, conflictus, ibi,* Et cognouit Nicanor. *Circa primum præmittitur dolus Alchimi, accusando Iudam & fratres eius, cum dicitur,*
19 Et accusauit eos multis crim. *Falsò tamen & iniustè. Secundò ponitur dolus Nicanoris, nitentis capere Iudam dolosè, & patet littera vsque ibi,*
20 Et salutauerunt se. *Veraciter ex parte Iudæ, sed ex parte Nicanoris dolosè: ideò subditur,*
21 Et hostes parati er. rapere Iudam. *Dum tamen haberent tempus aptum & horam.*
22 Et conterritus est. *Cautè recedendo.*
23 Et cognouit. *Hic consequenter ponitur conflictus Nicanoris contra Iudam, Et diuiditur in duas partes secundum duplicem conflictum, secunda ponitur ibi,* Et exiit Nicanor. *In primo vero conflictu Nicanor debellatus fugit, Et patet littera vsque ibi,*
24 Et fugerunt in ciuitatem Dauid. *In qua erant Gentiles aduersarij Iudæorum.*
25 Et post hæc verba. *Id est, facta sicut ij. Reg. j. dicitur:* Quod est verbum quod factum est.
26 Ascendit Nicanor in montem Sion. *Ad locum templi, quod erat in altiori parte quàm turris Dauid.*
27 Et exierunt de sacerdotibus populi. *Quia repræsentabat personam regis.*
28 Et demonstrare. *Orandum est enim pro regibus, non solùm pro bonis, sed etiam pro malis, vt Deus conuertat eos ad se, nam ex eis dependet commune bonum.*

Orandum pro regibus.

1 Et

MORALITER.

13 *Et vidit Iudas.* Per quem significatur superior potestas ad reprimendum tanta mala, & sicut Alchimus non potens sustinere virtutem Iudæ, fugit ad regem; sic talis intrusus refugit ad brachium sæculare, vt contra ecclesiam defendatur; & sicut auxilium Alchimi gladio Iudæ fuit deiectum: sic sustentatores intrusi sunt excommunicationis gladio feriendi.

...qui ...confo...

...cui digni... tatem ecclesiasticam, brachio sæculari illam tuentur.

☞ fuisse legimus. A falsos apostolos, siue pseudoprophetas, qui ex Iudæis superbiæ suæ functioni nitentes, ad ecclesiam gentium veniebant, possumus intelligere. Hi ergo per simulationem in ecclesiam Christi errorem introducere molientes, B fingebant se esse pacificos; sed vt in fine apparebit, hostes sæuissimos. De quibus Ioannes apostolus in Apoca. sua scribens ait: *Qui dicunt se Iudæos esse, & nõ sunt: sed sunt synagoga satanæ.* Quos magister gentium in epistola sua C *pseudoapostolos* nominat, *operarios subdolos*, qui transfigurantur in apostolos Christi: & non mirũ cum ipse satanas transfiguret se in angelum lucis: vnde non magnũ est si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera

De pseudoapostolis & pseudoprophetis qui in primitiua Ecclesia vexabant fideles ex gentibus obtrudentes illis legales obseruantias.

Apoc. 2. b.

2. Cor. 11. c.

ei holocaustomata quæ offerebãtur pro rege.[34] Et irridẽs spreuit eos, & polluit & locutus est superbe,[35] & iurauit cũ ira dicẽs: Nisi traditus fuerit Iudas & exercitus eius in manus meas, continuò cùm regressus fuero in pace, succendam domum istam. Et exiit cum ira magna,[36] & intrauerunt sacerdotes & steterũt ante faciem altaris templi, & flentes dixerunt: [37] Tu elegisti domum istam domine ad inuocandũ nomen tuum in ea, vt esset domus orationis & obsecrationis populo tuo.[38] Fac vindictam in homine isto, & exercitu eius, & cadãt gladio. Memento blasphemias eorũ, et ne dederis eis vt permaneãt.[39] Et exiit Nicanor ab Ierusalem, et castra applicuit ad Bethoron: et occurrit illi exercitus Syriæ. [40] Et Iudas applicuit in Adarsa cũ tribus millibus viris. Et orauit Iudas, et dixit: [41] Qui missi erant à rege Sennacherib domine, quia blasphemauerãt te, exiit angelus et percussit ex eis cẽtum octogintaquinque millia:[42] sic contere exercitum istum in cõspectu nostro hodie, et sciẽt ceteri, quia malè locutus est super sancta tua, et iudica illum secundũ malitiam illius. [43] Et cõmiserunt exercitus prælium tertiadecima die mensis adar, et contrita sunt castra Nicanoris, et cecidit ipse primus in prælio.[44] Vt vidit autem exercitus eius, quia cecidisset Nicanor, proiecerunt arma sua et fugerunt: [45] et persecuti sunt eos viam vnius diei ab Adazer vsquequo veniatur in Gazara, et tubis cecinerũt post eos cum significationibus.[46] Et exierunt de omnibus castellis Iudææ in circumitu, et ventilabant eos cornibus, et conuertebantur iterum ad eos. Et ceciderunt omnes gladio, et non est relictus ex eis nec vnus. [47] Et acceperunt spolia eorum in prædam, et caput Nicanoris amputauerunt, et dexteram eius, quam extenderat superbè, et attulerunt et suspenderunt contra Ierusalem.[48] Et lætatus est populus valdè, et egerunt diem illam in lætitia magna.[49] Et constituit agi omnibus annis diem istam tertiadecima die mensis adar,[50] et siluit terra Iuda dies paucos.

opera ipsorum. D Hi ergo, velut Nicanor, extendentes manum cõtra templum domini, blasphemant, quia potẽtiæ Christi (qui est in ecclesia) velut minus validæ derogant, dicentes fratribus, *quia nisi circũcidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari.* E Sic enim in actibus apostolorum eos docuisse legitur. Sed victoria per Iudam nostrum & socios eius adepta, caput blasphemũ huic errori, simul cũ Nicanore, & dextera prauæ actionis abscinditur, ne vltra maiestati diuinæ iniuria talis F blasphemiæ irrogetur. Dicit enim nobis Paulus apostolus: *Gratia estis saluati per fidem: & hoc non ex vobis. Donum enim Dei est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.*

Act. 15. a.

Ephe. 2. b.

Ibidem.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et irridens spreuit. *Eorum salutationem non recipiens.*

2 Et polluit. *Id est, eorum sacrificia polluta reputauit. Cetera patent vsque ibi:*

3 Vt esset domus orationis, &c. *Quæ fit verbis simplicibus.*

4 Et obsecrationis, &c. *Quæ fit per inuocationem alicuius rei sacræ, vt cum dicitur: Per passionem tuam libera nos domine, vel aliquid simile.*

5 Et exiit Nicanor. *Hic consequenter ponitur secundus conflictus, in quo Nicanor interfectus fuit. Sic ergo dicitur,* Exiit Nicanor ab Ierusalem, & castra applicuit, *ad pugnandum contra Iudam.*

6 Et occurrit illi exerc. Syr. *Ad fortificandum Nicanoris exercitum.*

7 Qui missi erant à rege Sennacherib. *Vt habetur iiij. Regum xviij.*

8 Exiit angelus & percussit. *Quarti Regum decimonono.*

9 Et commiserunt exercitus prælium tertiadecima die mensis Adar. *Id est, Martij, vt dicunt aliqui; & hoc, quia aliquando pro vna parte concurrit cum Martio; sed communius concurrit cum Februario, nam est vltimus mensis Hebræorum; primus autem mensis magis correspondet Martio, sicut plenius declaraui, Genes. vij. & Exod. xij.*

Mẽsis Adar.

10 Et tubis cecinerunt. *Per sonum enim tubarum significabant exercitum Nicanoris deuictum, vt Iudæi in castellis existentes securi egrederentur, & persequerentur fugientes.*

11 Et ventilabant eos cornibus. *Diuidebantur enim in diuersas partes fugiendo.*

12 Et conuerte. &c. *Quamlibet partem fugientium inuadendo.*

13 Et dexteram eius, quam extenderat superbè. *Contra templum, comminando, quod in suo regressu succenderet ipsum.*

14 Et siluit terra, &c. *Aprælijs,*

15 Dies paucos. *Nam audita morte Nicanoris, Demetrius rex misit Bachidem ad impugnandum Iudæam, vt habetur in principio capituli ix.*

CAP.

ADDITIO.

†† Acceperunt nomen Asidæi, non à diuini cultus assiduitate, quasi in eo assidui essent, (vt hic allusione quadam explicat Liranus, qui tamen non ignorabat vocem esse origine Hebræam) sed ab Hebræa dictione *hhasid*, vel *hhased*, id est, misericors, sanctus, pius; vnde ciconia auis pietatis symbolum, vocatur ab Hebræis *Hhasida*. & Psalmus hic citatus 78. eos nominatim vocat *Hhasidéca, carnes sanctorum tuorum*, aut Asidæorum tuorum. Vbi Genebrardus, *sancti*, (ait) *hoc loco vocantur professione religionis & fidei; non tantum ratione fidei & morum.* Apparet ergo fuisse homines istos à cetero Iudæorum populo, institutis & nomine distinctos, inter se autem societate sancta & religiosa deuinctos. Vnde infrà lib. 2. c. 14. apud Ethnicum regem accusat eos ipsorum calumniator impius, *Ipsi qui dicuntur Asidæi Iudæorum, quibus præest Iudas Machabæus, &c.* Fuerunt præ ceteris litterarum sacrarum studiosi & periti alioque nomine Esseni vocantur; quod nomen posteà hæreticis, qui ab eis degenerarunt, factum est proprium. Istos autem Asidæos omninò distinctos esse à Pharisæis & Sadducæis scribit Gorionides, & Genebrardus, doctoresque catholici; eosque nullo vnquam verbo Christus dominus reprehendisse legitur, cum tamen Pharisæos & Sadducæos creberrimè, iustissimeque arguerit. Et hinc conijcere licet, cur inter veterum deuterosewn genera quatuor, vnum semper genus Assamonæis tribuat Epiphanius, quia nimirum ij principes erant Asidæorum. Et est insignis monachorum nostrorum adumbratio, hæc pia Asidæorum societas, tanto tempore ante Christum dominum instituta, vt Eusebius 2. Historiæ. c. 16. notauit.

Vnde Asidæi nomen acceperint.

De Asidæorum seu Essenorum moribus & institutis.

CAPVT VIII.

¹ ET audiuit Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, & acquiescunt ad omnia quæ postulantur ab eis: & quicumque accesserunt ad eos, statuerunt cum eis amicitias, & quia sunt potentes viribus. ² Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas quas fecerunt in Galacia, quia obtinuerunt eos, & duxerunt sub tributum. ³ Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, & quòd in potestatem redegerunt metalla argenti & auri quæ illic sunt: & possederunt omnem locum consilio suo, & patientia, ⁴ locaque quæ valde longè erant ab eis & reges qui superuenerant eis ab extremis terræ contriuerunt, & percusserunt eos plaga magna. Ceteri autem dant eis tributum omnibus annis. ⁵ Et Philippum Persen Cethæorum regem, & ceteros qui aduersus eos arma tulerunt, contriuerunt in bello, & obtinuerunt eos. ⁶ Et Antiochum magnum regem Asiæ, qui eis pugnam intulerat, habens centum viginti elephantes & equitatum & currus & exercitum magnum valde contritum ab eis: ⁷ & quia ceperunt eum viuum, & statuerunt ei vt daret ipse & qui regnarent post ipsum tributum magnum, & daret obsides & constitutum, ⁸ & regionem Indorum, & Lydos, & Mœdos, de optimis regionibus eorum: & acceptas eas ab eis dederunt Eumeni regi. ⁹ Et quia qui erant apud Helladam voluerunt ire & tollere eos, & innotuit sermo his, ¹⁰ & miserunt ad eos ducem vnum, et pugnauerunt

(Marginal gloss, left:) CAPVT VIII. a ET audiuit Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, & acquiescunt ad omnia quæ postulantur, &c. † RVPERTVS lib. 10. de victor. verbi. c. 26. Subobscurum quiddam fratribus victoriosis in medio suæ claritatis accidit, Iudæ, Ionathæ, atque Simoni; quod videlicet victoriis clarificati, vltro miserunt societatem & amicitiam statuere cum Romanis potentibus

(Margin:) An licitum fuerit Iudæis

(Marginal gloss, right:) bus & famosis; quamuis super hac re non culpet eos scriptura res gestas continens ipsorum. Nihilominus tamen aduertere promptum est, non fuisse tutum coram Deo, neque lege concessum Iudæis, vt expeterent amicitias gentium; verùmtamen sicut fuerunt in vita sua, ita & post mortem gloriosi sunt, quia si quid pulueris aut puluere vanitatis admiserunt, omnino deletum est cita subsequête morte singulorum.

(Margin:) amicitiam & fœdus inire cum gentibus.

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VIII.

ET audiuit Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes, &c. *Descripta Iudæ multiplici victoria, Hic consequenter describitur ipsius cum Romanis amicitia contracta. Et diuiditur in tres partes: Nam primò describitur Romanorum fama laudabilis, secundò Iudæorum legatio fidelis, ibi,* Et elegit Iudas; *tertiò, vtrorumque confœderatio amicabilis, ibi,* Et placuit. *Prima adhuc in tres. Nam primò describitur eorum fama ex crebris victoriis; secundò ex fidelibus amicitiis, ibi,* Cum amicis autem; *tertiò ex prudentibus eorum modestiis, ibi,* Et in omnibus istis. *Circa primum primò ponitur Romanorum laus in generali, cum dicitur,*

(Margin:) Diuisio.

1 Et audiuit Iudas nomen Rom. &c. *Per publicam famam.*
2 Quia sunt po. vir. &c. *Iam enim sibi subiugauerant multa regna.*
3 Et acqui. ad omnia quæ post. &c. *Dum tamen sint rationabilia.*
4 Et quicumque access. ad eos, &c. *Nullorum amicitiam respuentes.*
5 Et audierunt prælia eorum, &c. *Hic consequenter ponitur fama Romanorum magis in speciali, & primò in Græcia, cum dicitur,*
6 Et virtutes bonas quas fecerunt in Galacia, &c. *Quæ est quædam pars Græciæ, quam Senones Galli acquisierunt sub Brennio duce, & eam Gallaciam nominauerunt quasi Gallogræciam. Secundo in Hispania, cum dicitur,*
7 Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, &c. *Ad subiectionem, cuius montes Pyreneos immeabiles ante fecerunt peruios cum maximis sumptibus & labore.*
8 Et quòd in potestatem. *Scilicet, suam.*
9 Redegerunt metalla. *Id est, mineras.*
10 Argenti & auri quæ illic sunt, &c. *Quæ sunt in Hispania.*

ADDITIO.

†† Hispanicæ auri argentique fodinæ (de quibus hic; & lib. 3. Strabo) iam defecerunt: vel in nouum orbem translatæ, multis magnisque classibus iam reuehuntur. Plinius sanè in operis sui extremo, cum regionum omnium primas Italiæ suæ dedisset, subiunxit: *Metallis auri, argenti, æris, ferri, quamdiu libuit exercere nulli cessit* (Italia scilicet) Tandemque concludit: *Ab ea* (Italia) *exceptis Indiæ fabulosis* (quæ tamen nunc fabulæ esse desierunt) *proximè quidem duxerim Hispaniam, quacumque ambitur mari.*

(Margin:) Hispania olim metallifera

11 Et possederunt omnem locum consilio suo, &c. *Id est, prudentia sua bellica. vnde dicit Vegetius lib. de re militari: quod in nullo leguntur Romani orbem terræ subiecisse sibi, nisi prudentia bellica & exercitio armorum. Nam Græci erant eis astutiores, Hispani ferociores, Teutonici corpore maiores & fortiores: Gallici verò plures, vt ibidem deducit Vegetius.*

(Margin:) Quibus artibus orbem sibi subiecerint Romani?

12 Patientia, locaque quæ valde longe erant ab eis & reges qui superuenerant, &c. *Tolerando patienter laborem, qui est in exercitio armorum. Cetera patent vsque ibi,*
13 Et Philippum Persen Cethæorum regem, &c. *Iosephus dicit; Cethæorum reges, ita quod vterque erat rex in diuersis tamen partibus terræ illius, sicut aliquando in Gallia fuerunt plures reges: & ideo videtur quod hic ponatur singulare pro plurali, scilicet, regem pro reges, sicut frequenter fit in scriptura. vnde Exod. viij. f.* Venit musca grauissima. *id est, multitudo muscarum.*
14 Et Antiochum magnum regem Asiæ, &c. *Qui fuit pater Seleuci & Antiochi Epiphanis, vt dictum est suprà.*

ADDITIO.

†† Antiochum magnum fuga elapsum narrant Liuius Florus, Appianus, nec asserunt viuum captum; sed de pacis conditionibus absentem egisse. At dici potest Iudam hoc audiisse (non enim asserit sacer textus, Iudam ita asseruisse, sed ita factum audiuisse) quæ responsio potest dari, si quid in reliquis hic à Romanorum populo factis & gestis desiderauerit.) Et prætereà fieri potuit vt captus, statimque dimissus fuerit, operâ forte Scipionis, qui ob receptum ab Antiocho filium, quibusdam suspectus fuit, vt narrant Liuius & Appianus.

(Margin:) An à Romanis captus sit Antiochus magnus.

15 Et daret obsides. *Quorum vnus fuit Antiochus illustris filius eius, vt suprà j. cap.*
16 Et constitutum, &c. *Id est, illud quod ordinauerunt vltra annuum tributum.*
17 Et regionem Indorum. *Supple obtinuerunt.*
18 Et Mœdus, de opt. regionib. eorum, &c. *Supple expulerunt.*
19 Et acceptas eas ab eis. *Vi armorum.*
20 Dederunt Eumeni. *Confœderato sibi.*
21 Et quia qui erant, &c. *Scilicet Eumenem regem & populum suum de dictis regionibus, quas dederant ei Romani.*
22 Et innotuit sermo his. *Id est, Romanis.*
23 Et miserunt ad eos. *Defendendos.*
24 Ducem vnum. *Cum exercitu Romanorum.*
25 Et pugnauerunt. *Qui erant apud Helladam.*

† Et

MORALITER.

† 1 *Et audiuit Iudas nomen, &c.* Istud caput exponit glossa allegoricè de Christo, qui misit apostolos ad prædicandum gentibus, tamquam legatos pacis æternæ.

MORAL. autem potest exponi, vt per Romanos, qui sublimes interpretantur, quorum probitas & fidelitas hic describitur: significentur ciues cælestes, qui sunt honore sublimes, & quorum in ecclesia probitas & fidelitas enarratur: Ad ipsos autem bonus ecclesiæ militantis prælatus mittit pro se & populo suo duos legatos ad quærendum pacem & amicitiam sempiternam.

(Margin:) Ciues cælestes.

† Vnus

☞ a *Et elegit Iudas Eupolemium filium, &c.* † RVPERT. IBID. Iudas primus miserat Romam, constituere amicitiam & societatem. Et interea Demetrius rex post casum Nicanoris & exercitus eius, apposuit Bachidem & Alchimum rursus mittere in Iudæam: & in illo prælio cecidit ille potens, qui saluum faciebat populum Israel. Deinde Ionathas Romam miserat, renouare amicitiam, & postmodum à Tryphone dolo circumuentus, atque occisus est. Similiter Simon miserat, cum illis renouare amicitiã, nec multum post à genero suo Ptolomæo per insidias interfectus est. Tales euentus singulorum fines obscurare videntur, quòd videlicet in eo sibi cæleste diminuerint auxilium, dum quærunt ab hominibus sæculi quasi pacis & securitatis firmamentum. Porrò diligens animus causam aliam libentius arbitratur, scilicet quòd idcirco taliter in breui decesserint, quia sicut de sanctis dicit Apostolus. *Quibus dignus non erat mundus.* Ita & talibus ac tantis ducibus, vt diu permanerent, tunc temporis dignus non erat ille populus, vt potè iam quasi senex atque delirus pene totus, præter paucos iustos, nimium refrigescens à diuinæ religionis cultu.

Iudas, Ionathas, & Simon post percussum cum Romanis fœdus non diu superfuerunt.

Heb. 11.

Vel forte Deus illos abstulit quod gens Iudaica non erat digna tantis & tam bonis principibus.

RABBAN. Quia Iudas, qui mittit legatos ad Romanos constituere cum illis amicitiam & societatem, significat redemptorem nostrum per prædicatores suos euangelium pacis gentibus offerre & conuocare eas ad fidem suam. Quibus illi.

b *Rescripserunt in tabulis, &c.* IBID. Quod postulati fuerant, *& miserunt in Ier. vt esset ibi apud eos me. &c.* quia gentes ad credulitatem Christi conuersę, firmum fidei suæ statuunt pactum (quod signat æs longo tempore duraturum) & veræ cõfessionis monimentum tradunt in ecclesia catholica, vt ibi sit memoriale societatis eorum in perpetuum. Vnde per prophetam dicitur. *Ecce dominus auditum fecit, & legatos adgentes misit & angelus faciei eius saluabit eos in dilectione sua & indulgentia sua ipse redemit eos.* Et item. *Parum est,* inquit, *vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* Et iterum. *Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas.* Et quid est quòd Iudas duos legatos cõponendę pacis gratia ad Romanos misit, nisi quod redemptor noster ad conuocandas ad fidem & societatem pacis gentes, duo testamenta in mundum direxit? Siue aliter: Binos nuntios mittit propter sacramentum charitatis, quia duo sunt præcepta charitatis, hoc est dilectionis Dei, & proximi.

Vocatio gentium ad Christi fidé.

Isa. 61. d. Ibid. 63. c.

Ibid. 49. b.

Ibidem c.

Duo Testamenta.

Duo præcepta charitatis.

contra illos, & ceciderunt ex eis multi, & captiuas duxerunt vxores eorum, & filios, & diripuerunt eos, & terram eorum possederunt, & destruxerunt muros eorum, & in seruitutem illos redegerunt vsque in hunc diem.[11] Et residua regna & insulas quæ aliquando restiterant illis, exterminauerunt, & in potestatem redegerunt.[12] Cum amicis autẽ suis, & qui in ipsis requiem habebant, conseruauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna quæ erant proxima & quæ erant longè: quia quicumque audiebãt nomen eorum, timebant eos.[13] Quibus verò vellent auxilio esse, vt regnarent, regnabant. Quos autem vellent regno deturbabant, & exaltati sunt valdè.[14] Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea.[15] Et quia curiam fecerunt sibi, & quotidie consulebant trecentosuiginti consilium agentes semper de multitudine, vt quæ digna sunt gerant,[16] & cõmittunt vni homini magistratũ suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ, & omnes obediunt vni, & non est inuidia, neque zelus inter eos.[17] a Et elegit Iudas Eupolemium filium Ioannis filij Iacob, & Iasonem filium Eleazari, & misit eos Romam cõstituere cum illis amicitiam & societatem,[18] et vt auferrent ab eis iugum Grecorum, quia viderunt quòd in seruitutem premerẽt regnum Israel.[19] Et abierunt Romam viam multam valde, et introierunt curiam et dixerunt:[20] Iudas Machabæus et fratres eius, et populus Iudæorum, miserunt nos ad vos statuere vobiscum societatem et pacem, et conscribere nos socios et amicos vestros.[21] Et placuit sermo in conspectu eorum.[22] b Et hoc rescriptum quod rescripserunt in tabulis æreis, et miserunt in Ierusalem, vt esset

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et ceciderunt ex eis multi, & capti. *Et patet littera.*

2 Cum amicis. *Hic consequenter ponitur fama Romanorum ex fidelitate amicitiarum cùm dicitur:* Cum amicis autem suis. *qui fœdus inierunt cum ipsis.*

3 Et qui in ipsis requiem, &c. *Fœdus initum conseruãtes. Cetera patent.*

4 Et in omni. *Hic consequenter describitur fama Romanorum ex modesto vsu circa culmen honorum, cum dicitur,*

5 Nemo portabat dia. *Id est, nullus vtebatur insigniis regalibus. A principio enim vrbis conditæ fuerunt reges Romæ, vsque ad Tarquinium superbum. Quo deiecto propter eius superbiam & tyrannidem, populus consules præfecit regimini reipublicæ; deinde tribunos plebis, & dictatores; & rursus consules rempublicam gubernauerunt vsque ad Iulium Cæsarem, qui primus arripuit imperium singulare. Patet igitur quod tempore Machabæorum consules præerant reipublicæ.*

Administratio imperij Romani per consules.

6 Et quia curiam. *Id est, locum solemnem, vbi conueniebant consules de bono regimine reipublicæ tractantes.*

7 Et committunt vni. *Qui vocabat consules ad consilium, sicut in multis ciuitatibus singulis annis vnus constituitur maior super alios consules.*

8 Et non est inuidia, &c. *Sic à principio fuit in Romana republica: propter quod intantum creuit augmentum, sed postea fuit oppositum, propter quod ad tantum venit detrimentum, sicut patet ad sensum, vnde dicit Ioannes os aureum. Sicut concordia res paruæ crescunt ita discordia maximè collabuntur.*

Imperium Romanum concordia ciuium creuit discordia periit.

9 Et elegit. *Hic consequenter describitur Iudæorum legatio fidelis: & patet littera vsque ibi.*

10 Et vt auferrent ab eis iugum Græco. *Regnum enim Syriæ deriuatum est à Græcis, vt dictum est in principio libri: propter quod in illo regno & eius exercitu præerant multi Græci, sicut patet ex supradictis. Cetera patent.*

11 Et placuit. *Hic consequenter ponitur Romanorum & Iudæorum confœderatio amicabilis: & patet vsque ibi.*

12 In tabulis æreis. *Vt scriptura posset diutius permanere.*

☞ Gladius

MORALITER.

† Vnus legatus est humilis oratio, de quo dicitur Eccle. xxxv. c. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, donec appropinquet, non consolabitur.* Alius legatus est eleemosyna charitatiua, Tobiæ iiij. b. *Fiducia magna erit eleemosyna coram summo Deo:* quia fideliter facit legationem suam. Et isti duo legati procurant illis, à quibus mittuntur, cum cælestibus ciuibus conscribi: ideo potest eis dici illud Lucæ x. c. *Gaudete & exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in cælis.*

Oratio & eleemosyna legatione pro nobis funguntur apud Deum & curiam cælestem.

☞ Et omnis charitas minus quã A inter duos haberi non potest. Gregor. Nemo enim propriè ad seipsum habere charitatem dicitur, sed dilectione in alterum tendit, vt esse charitas possit. Luc. 10. a. Binos ad prædicandum in euangelio mittit dominus discipulos, quatenus hoc nobis tacitus innuat: Qui charitatem erga alterum nõ habet nullatenus prædicationis officium suscipere debet. quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur, Luc. 10. a. *quia misit eos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus.* Prædicatores enim suos dominus sequitur, quia prædicatio præuenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculum dominus venit. Prædicatio præparat Deo locum in cordibus nostris. Verba exhortationis præcurrunt, atque per hæc veritas in mente B suscipitur.

apud eos ibi memoriale pacis et societatis. [23] Bene sit Romanis et genti Iudæorum in mari et in terra in æternum, gladiusq; et hostis procul 1 sit ab eis. [24] Quòd si institerit bellum Romanis prius aut omnibus sociis eorum in omni dominatione eorum, [25] auxi- 2 lium feret gens Iudæorum prout tempus dictauerit, corde pleno. 3 [26] Et prælantibus non dabunt neque subministrabunt triticum, arma, pecuniam, naues, sicut placuit Romanis, & custodient mandata eorũ D nihil ab eis accipientes. [27] Similiter autem & si genti Iudæorum prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiserit, [28] & adiuuantibus nõn dabitur triticum, arma, pecunia, naues sicut placuit Romanis, & custodient mandata eorum absque dolo. [29] Secundum hæc verba cõstituerunt Ro- 4 mani populo Iudæorum. [30] Quòd si post hæc 5 verba hi aut illi addere vel demere ad hæc ali- 6 quid voluerint, faciet ex proposito suo: & quæcumque addiderint vel dempserint, rata erunt. [31] Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei dicentes. Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros, & socios Iudæos? [32] Si ergo iterum adierint nos, aduersum te faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum terra marique. E

NICOLAVS DE LIRA.

☙ 1 Gladiusque & hostis procul sit, &c. *Nocens eis.*
2 Auxilium feret gens Iudæor. *Id est, prout tempus opportunum fuerit.*
3 Corde pleno. *Id est, veraciter absque dolo. Cetera patent vsque ibi.*
4 Quod si, &c. hi aut il. *Id est, Romani vel Iudæi.*
5 Addere vel demere, &c. *Quæ scripta sunt.*
6 Aliquid voluerint. *Id est, ex communi consensu vtrorumque. Cetera patent.*

CAPVT IX.

a INterea vt audi. RABBANVS. Instaurat rursum Demetrius bellum per Bachidem & Alchimum contra Iudam, quia per paganos atque hæreticos de fide Christi relapsos, mundi princeps contra ecclesiã quotidie nouis artibus veteres insidias ad nocendũ instaurat: Quos submittat diabolus ad ecclesiam oppugnandum. Cum C quibus & *dextrum cornu* misit, cum ad tale nefas perpetrãdum validam auxiliatorum manum tradit. Contra quos Iudas cum tribus millibus vadit, quia contra hostes omnes fidei, cœtus doctorum cum fidelibus prælari disponit, vt per sanctæ trinitatis fidem hostium cateruã sternat, Quibus armis resistat Ecclesia? quæ vana præsumptione superbiendo contra auctorem suum se erigere audet. Sed videamus quid hinc scriptum sequitur.

b *Et viderunt multitud. exercit.* Quia licet multi in confessione catholicæ fidei videantur manere, tamen persecutione exardescente apparebit, qui fixi fuerint in fide, & qui facietenus in ea esse videbantur. Vnde scriptum est in euangelica parabola, quòd, exorto sole aruerunt segetes, quæ fuerant in petrosa, & terram mul- F tam non habuerunt, De eis qui tempore tentationis recedunt. quia qui firmas in corde credulitatis radices non tenent, ad tempus credentes, in tempore tentationis recedunt, de tribus ergo millibus non remanserunt cum Iuda, nisi tantummodo octingenti viri, quia reprobis ab ecclesiæ societate defluentibus, soli electi qui prædestinati sunt ad æternam beatitudinem percipiendam in stabilitate sanæ fidei permanebunt.

☞ a Et

CAPVT IX.

a [1] INterea vt audiuit Demetrius, quia ce- 1 cidit Nicanor, & exercitus eius in prælio, apposuit Bachidem & Alchimum † rursum mittere in Iudæam, et dextrum 2 cornu cum illis. [2] Et abierunt viam quæ 3 ducit in Galgala, & castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbellis, et occupauerunt eam, et peremerunt animas hominum multas. [3] In mense primo anni centesimi et quinquagesimi et secundi applicuerunt exercitum ad Ierusalem, [4] et surrexerunt et abierunt in Berea viginti millia virorum, et duo millia equitum. [5] Et Iudas posuerat castra in Laisa, et tria millia viri ele- 4 b cti cum eo. [6] Et viderunt multitudinem exercitus, quia multi sunt, et timuerunt valde, et multi subtraxerunt se de castris, 5

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT IX.

INterea vt audiuit. *Descripto ducatu Iudæ Machabæi, Hic consequenter describitur ducatus Ionathæ fratris sui. Circa quod primò describitur Mors Iudæ. Secundò substitutio Ionathæ, ibi.* Et factum est post obitum Iudæ. Diuisio. *Circa primum primò ponitur belli apparatus, secundò, conflictus, ibi.* Et mouit exercitus. *Prima in duas. Quia primò ponitur apparatus ex parte Gentium, secundò, ex parte Iudæorum, ibi.* Et Iudas. *Circa primum dicitur.*

1 Interea. *Id est, dum legati Iudæorum cum Romanis tractarent de fœdere & amicitia.*
2 Et dextrũ cornu. *Id est, aciem fortem, quæ solebat astare regi à dextris.*
3 Et abierunt viam q. d. in Galg. *Vbi Iosue filios Israel circumcidit, Iosu. v. Cetera patent.*
4 Et Iudas. *Hic consequenter ponitur apparatus belli ex parte Iudæorum, & patet vsque ibi.*
5 Et multi. *Iudæi recedentes occulte timore mortis.*

1 In- ☙ 1 Et

MORALITER.

Vi aggreditur diabolus cum si aude nihil proficit. 1 *Interea vbi audiuit.* Per Demetrium qui interpretatur nimis persequens, significatur diabolus, qui quando non potest præualere iustis per occultam tentationem excitat contra eos corporalem tribulationem vnde dixit sancto Martino. *Quocumque perrexeris diabolus aduersabitur tibi.* Et tunc excitauit contra eum latrones eum ferociter capientes. Vnde subditur.

† *Apposuit Bachid.* Per quos significantur princeps iniquus, & pontifex prophanus, & quando coniunguntur ad inuicem, faciunt in ecclesia magnam stragem, sicut contigit tempore Arrij, quo Lucius episcopus fuit familiaritate coniunctus principi Arriano, qui catholicos persequebatur. Vnde dicit Rufinus in historia ecclesiastica. Lucij Episcopi Arriani sæuitia in innocentes monachos. *Eo quoque tempore Lucius Arrianæ partis episcopus post fugas ciuium & exilia, post cædes & tormenta quibus innumeros condemnauit, ad monasteria furoris sui arma conuertit, vastat eremum & bella quiescentibus indicit: tria millia simul aut amplius viros per totam eremum solitaria habitatione dispersos aggreditur, mittens armatam peditum & equitum manum, & illi gladiis obiectabant ceruices, & nihil aliud dicebant nisi,* Amice ad quid venisti? Sicut per Bachidẽ, & Alchimum describitur hic facta strages magna Iudæ Machabæi & suorum.

a *Et exe.* RAB. Quid est quod promoto exercitu de castris equites in duas partes diuisi narrantur, nisi quod inter superbos, & arrogantes numquam vnitas & firma concordia seruari potest? Testante scriptura, quæ dicit, *Inter superbos semper iurgia sunt.*

Numquam conuenit superbis & arrogantibus. Prou. 13.b.

b *Et fundi.* (inquit) *& sa.præ.ex.* IDEM. Quid per fundibularios & sagittarios, nisi hi, qui ad alliciẽdas hominũ mẽtes ad idololatriã siue apostasiã; aut vanis prosperitatũ promissionibus blandiẽdo, velut rotatu funde fideles peruertere cupiũt; aut ministrorum tormentorum eos quasi sagittarũ ictibus terrendo decipere contendunt? Apteque hi præire exercitum describuntur, quia mos semper fuit persecutorum talibus studiis præuenire exactionem tormentorum.

Tyranni ante tormenta præmittunt persuasiones.

c *Et com. e. Commota est* (inquit) *terra à voce exercituum*, hoc est carnalium corda concussa sunt pauore persecutionum.

Bellum spirituale non nisi cũ hac vita finit.

d *Et com. e. pr. à ma.* cum ab ortu lucescẽtis fidei vsque ad finẽ mundi castra diaboli aduersus ecclesiam Dei confligere non cessãt, & aduersitates tribulationum numquam bonis mouere desistũt; quia iuxta Pauli sententiam, *Omnes, qui piè viuere volunt in Christo, persecutionem patiuntur.*

2.Tim.3.c.

& non remanserunt ex eis nisi octingenti viri. [7] Et vidit Iudas, quod defluxit exercitus suus, & bellum perurgebat eum, & confractus est corde, quia non habebat tempus congregandi eos, & dissolutus est, [8] & dixit his qui residui erant: Surgamus, & eamus ad aduersarios nostros, si poterimus pugnare aduersus eos. [9] Et auertebant eum dicentes: Non poterimus, sed liberemus animas nostras modo, & reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus aduersus eos. Nos autem pauci sumus: [10] Et ait Iudas: Absit istam rem facere, vt fugiamus ab eis. Et si appropiauit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ. [11] Et mouit exercitus de castris & steterunt illis obuiam. Et diuisi sunt equites in duas partes, & fundibularij & sagittarij præibant exercitum, & primi certaminis omnes potentes. [12] Bachides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus & clamabant tubis. [13] Exclamauerunt autem & qui erant ex parte Iudæ etiam ipsi, & commota est terra à voce exercituum, & commissum est prælium à mane vsque ad vesperum. [14] Et vidit Iudas quia firmior est pars exercitus Bachidis in dextris, & conuenerunt cum ipso omnes constantes corde, [15] & contrita est dextera pars ab eis, et persecutus est eos vsque ad montem Azoti. [16] Et qui in sinistro cornu erant, viderunt quod contritum est dextrum cornu, et secuti sunt post Iudam, et eos qui cum ipso erant à tergo. [17] Et ingrauatum est prælium, et ceciderunt vulnerati multi ex his et ex illis. [18] Et Iudas cecidit, et ceteri fugerunt.

patruelis, vel incendium. Et bene ignis patruelis amor ille, qui in patriarcharum cordibus feruebat, dici potest, quem in filiorum mentibus strenuitas doctorum formare desiderat, vt fiat illud quod de Elia scriptum est, *vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, præparetque domino plebem perfectam.*

Lucæ 1.b.

f *Et qui in. sin.* RAB. Dextro cornu, quod validus fuit, decidente, sinistrum cornu à tergo Iudam persequitur; quia sopita quodammodo Gentilium graui persecutione, hæretici sinistra intẽtione sanctam ecclesiã dolose insidiando, atque occulte quasi à tergo lædendo, nequaquam persequi desinunt; inde sequitur,

Victis paganis succedũt prælia hæreticorum.

g *Et ingrauatum est prælium.* IBID. Ingrauatum est præliũ; quando pagani aperta persecutione, & hæretici subdola seductione ecclesiam Christi impetũt. Caduntq; multi vulnerati ex his & illis, cum mali inuidentes bonis nequitiæ suæ telis sauciati discedũt: Et quidam de credentium numero tormẽtis malorum coacti blasphemare compelluntur. Quod ibi sępissimè euenit, vbi plebes auxilio magistrorum destituuntur; vnde subiungitur,

*Supra 4.b.

h *Et Iudas cecidit.* † AMBRO. l.1. of. c.41. Quia fortitudo non solũ secũdis rebus, sed etiã aduersis probatur, spectemus Iudæ Machabæi exitum. Is enim post victum Nicanorẽ regis Demetrij ducem, securior aduersus viginti millia exercitus regis cum nongentis viris bellum adorsus, volentibus hic cedere, ne multitudine opprimerentur, gloriosam magis mortem, quàm turpem fugam suasit. *Ne crimen*, inquit, *nostræ relinquamus gloriæ.* Itaque commisso prælio, cum à primo ortu diei in vesperam dimicaretur, dextrum cornu in quo validissimam manum aduertit hostium, aggressus facilè auertit. Sed dum fugientes sequitur, à tergo vulneri locum præbuit. Ita gloriosiorem mortem triumphis inuenit.

Iudæ Machabæi mors gloriosa.

e *Vidit Iudas quia firmior est pars exercitus Bachidis in dextris, &c.* RABB. Cõadunatis secum omnibus, qui fuerant constantes corde, contriuit illam, dum coniunctis opportunis fidelium solatiis, doctores sancti Gentilium impetum verbo fidei expugnare, & ad tranquillitatem fidei perducere satagunt. Firmior enim illorum pars esse videbatur, qui apertè paganico errore per tormentorum immanitatem contra ecclesiam sæuiebant, quàm illorum qui fictis amicitiis dolosè fratribus insidias disponebant. Sed Bachidis exercitum Iudas vsque ad finem Azoti persequitur; cum Gentilium furorem prædicatores euangelij ad incendium pij amoris perducere contendunt. Interpretatur enim Azotus ignis patruelis

Catholicorum disputationes cũ infidelibus.

RAB. Quia trucidatis pastoribus greges in diuersa fugere coguntur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et bellum perurgebat. *Quod non poterat conuenienter recedere, absque aliquo exterminio suorum per aduersarios insequentes eum.*

2 Et confractus est. *Videns periculum vtrobique.*

3 Quia non habebat tempus congregandi eos. *Qui recesserant de castris suis propter dictam causam.*

4 Moriamur. *Pro iustitia certando.*

5 Et non inferamus crimen gloriæ nostræ, &c. *Si moriamur fugiẽdo.*

6 Et mouit exercitus. *Hic consequenter ponitur conflictus, cum dicitur,* Et mouit exercitus. *Scilicet, Iudæ:*

7 Et diuisi sunt equites. *Exercitus Bachidis,*

8 In duas partes, & fundibularij, &c. *Vt facerent duo cornua siue duas alas equitum.*

9 Et primi certaminis. *Ad aduersarios deterrendum & penetrandum.*

10 Et proximauit legio ex duabus, &c. *Exercitus Bachidis.*

11 Et com. est ter. *Tantus enim erat strepitus clamoris ictuum, & collisionis armorum, quod terra videbatur commoueri.*

12 Et ingrauatum est prælium. *Nam Iudas & sui erant inter aduersarios inclusi, & sic pugnabant acriter sicut de vita desperati.*

†† ADDITIO. *Quæri solet, an rectè Machabæus, cum tam paucos haberet, tantum in discrimen se coniecerit: Proculdubio rectè, & iuxta sanctæ fortitudinis regulas, quia diuino auxilio numerosissimas hostium copias sæpenumero contritas fuisse nouerat, & expertus fuerat, Dei ergo fortitudini potius quam suo confidens robori, exemplo Abraham, Gedeonis, Ionathæ, Dauidis, & aliorum paruulum hunc exercitum suum contra ingentes hostium cuneos eduxit. Ideo de illo dicitur* 2. Machab. vltimo: Machabæus autem semper confidebat cum omni spe *auxilium sibi à domino affuturum. Et postea*: alloquutus est eos de lege & prophetis, admonens etiam certamina, quæ fecerunt prius. *Cum autem dicitur ipsum* confractum corde, *fuit illa naturalis perturbatio, cui tamen non succubuit, vt monstrauit euentus.* Difficile *(inquit. S. Hierony. ad Saluinum)* quin potius impossibile, perturbationis initiis carere quempiam, quas significantius Græci προπαθείας vocant: nos, vt verbum vertamus è verbo antepassiones possumus dicere. *D. Thomas* confractum corde *interpretatur* tædio affectum, & hoc *(ait)* quia vehementem zelum habebat, & ipsum prosequi non poterat. *Quod autem legitur hic fugere noluisse, ne crimen inferret gloriæ: expressè præceperat ecclesiasticus* 33. Ne dederis maculam in gloria tua. *Et ab eodem Sapiente cap. 47. obiicitur Salomoni* dedisti maculam in gloria tua. *Bona enim fama ad bonum finem vti licet: & finis quem Machabæus sibi proposuit, fuit, vt gloria Dei, vera religio, templi cultusque diuini sanctitas defenderetur. Ideo S. Thomas hoc loco ait:* Non hæc dixit confidens de seipso, *sed de diuino auxilio: & dixit, non inferamus crimen gloriæ nostræ non tam humanæ, quam diuinæ. Gloriam nostram (ait August. 5. ciuit. 18.) quæ ex Deo est, quæ in Deo, quæ propter Deum,* Ne dicant, *scilicet*, gentes vbi est Deus eorum. *Neque verò Stoicorum fato deputanda sunt illa verba,* Si appropiauit tempus nostrum, *sed animo quis se diuinæ prouidentiæ resignauerat. Sic Christus dominus, quia definite nouerat mortis suæ tempus. Appropinquauit hora (inquit) surgite, eamus. Iudas autem vt homo, præposuit conditionalem.* Si appropiauit *quomodo quotidie Christiani, si aduenit mortis hora, piè in domino moriamur.*

An rectè Machabæus cum tam paucos haberet milites se in tantum coniecerit discrimen.

Quomodo confractus corde intelligatur Machabæus.

Quomodo & quam gloriam suam licet cuique zelare.

Et

tur. Sicut in Zacharia propheta, in præsagio passionis Christi scriptum est, *Percute* (inquit) *pastorem, & dis. o. gr.* Quod euangelista in passione domini, vbi ipso comprehenso à turbis, discipuli omnes relicto eo fugerunt, ad testimonium introduxit, quia quod præcessit in capite necesse est vt sequatur in corpore.

Zach. 13. c.

a [19] Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam fratrem suum, & sepelierunt eum in sepulchro patrum suorum in ciuitate Modin. [20] Et fleuerũt eum omnis populus Israel planctu magno, † & lugebant dies multos, [21] Et dixerũt: Quomodo cecidit potens, b qui saluum faciebat populum Israel? [22] Et cetera verba bellorum Iudæ & virtutum, quas fecit, & magnitudinis eius, c nõ sunt descripta: multa enim erãt valdè. [23] Et factum est post obitum Iudæ, emerserunt iniqui in omnibus finibus Israel, & d exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatẽ. [24] In dieb⁹ illis

a *Et Ion.* RAB. Non potest transire sine discipulorũ tristitia, bonorum magistrorũ per occasum mortis temporalis ruina. Inde dicitur, quod fleuisset *Iudam o. po. Is. pla. ma.* Huic quoque simile in passione Stephani inuenitur scriptum, *quod curauerunt Stephanũ viri timorati, & fecerunt super eo planctum magnum.* Sed licet dolor abscessus suorum tangat fidelium mentes per compassionem, tamen non deerit eis consolatio, quam habent de futura animarum requie per certam spem. Tristantur enim sancti aliquo modo in corporis sui dolore, sed nimium lætantur animo de cõsignata sibi in cælesti regno mercede: vnde saluator discipulis suis passionis magnitudinem, & triumphi sui certam remunerationem in euangelio prædicens, ait, *Beati estis cum maledixerint homines; & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter nomen meum: Gaudete in illa die & exultate quoniam merces vestra multa est in cælo.*

Mors bonorum luctum habet & simul etiam spem boni. Actu. 8. a. Matth. 5.

† DION. Areo. l. de eccle. hier. 7. Defuncti viri Christiani corpus, propinqui sancta propinquitate, morumque similitudine, ipsum qui talis est prædicant, quod ad optatum peruenit, victoriæ finem, auctorique victoriæ laudes cum gratiarum actione persoluunt: seipsos quoque orantes ad similem requiem admitti. Sumentes autem ipsum ad Pontificem ducunt, quasi coronis donandum sacris. Hunc ille libenter suscipit, eaque peragit, quæ diuino instituto super sanctè quiescentibus fiunt.

Mos exequias persoluendi Christiano homini.

† AVG. l. 1. ciuit. c. 13. Non sunt contemnenda corpora defunctorum, maximeque iustorum atque fidelium, quibus tamquam organis & vasis ad omnia bona opera sanctus vsus est Spiritus. Si enim paterna vestis & annulus, ac si quid huiusmodi, tanto charius est posteris, quanto erga parentes maior extitit affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ multo familiarius atque coniunctius, quàm quælibet indumenta gestamus. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa: ipsique dum viuerent, de sepeliendis, vel etiam transferendis suis corporibus, filiis mandauerunt. Et Tobias sepeliendo mortuos, Deum promeruisse, teste angelo, cõmendatur. Ipse quoque Dominus religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat quod vnguentum pretiosum super membra eius effuderit, atque hoc ad sepeliẽdum fecerit, &c.

Religiosum opus est sepelire mortuos. Gen. 23. 25. 49. 50. To. 1. & 12. Matth. 26. Matth. 14.

† HIER. in loc. He. Modin vicus est iuxta Diospolim, vnde fuerunt Machabæi, quorum hodieque ibidem sepulchra monstrãtur. Sat itaque miror quomodo Antiochiæ eorum reliquias ostendant, aut quo hoc certo auctore credatur.

Machabæi sepulti in Modin.

b *Et cetera.* RABB. Multa sunt bella & virtutes quas faciunt sancti, imò dominus in eis: quarum omnium notitiam nemo percipere potest, sed in solius agnitione permanent auctoris. Vnde de ipsis dominus in euangelio ait, *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego dominus agnosco eas.* Et item, *Gaudete* (inquit) *& exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælo.* Et item, *Vestri* (ait) *capilli capitis omnes numerati sunt, & capillus de capite vestro non peribit.* De quo & alibi scriptum est; *Nouit dominus qui sunt eius.* Et item, *Ipse solus nouit corda omnium filiorum Adam.* Hinc & in Psalm. propheta ait, *Qui numerat multitudinem stellarum & omnibus eis nomina vocat.* Et item, *mirabilis* (inquit) *Deus in sanctis suis, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ.* Vnde necesse est, vt dicant singuli; Dicant & omnes, *Benedictus dominus qui fecit mirabilia magna solus. Et benedictum nomen Maiestatis eius in æternum & in sæculum sæculi.*

Ioan. 10. c. Lucæ 10. d. Matth. 10. d. 2. Tim. 2. c. 2. Para. 6. Actu. 1. d. Psal. 146. a. Ibid. 67. g. Ibid. 71. d.

c *Et factum est.* RAB. In prioribus, vbi de Matathiæ morte cõmemoratum est, scriptum reperitur quod ipse cẽtesimo & quadragesimo sexto anno defunctus sit, in cuius locum surrexit Iudas filius eius, & præliabatur prælium Israel. Similiter etiam in sequentibus scriptum inuenitur, quod Ionathas post Iudam fratrem suum sumpserit principatum, post quem Alchimus anno centesimo quinquagesimo tertio præcepit destrui muros domus sanctæ, & opera prophetarum qui & mortuus est tempore illo. Iosephus autem narrat, quod postquam Alchimus (qui & Ioachim, tenens principatum sacerdotij quatuor annis) interierit, sacerdotium Iudæ populus contradiderit, ipsumque dicit postquam principatum sacerdotij tribus annis ministrauerit esse defunctum. In his omnibus coniici datur, quod Iudas post mortem Matathiæ patris sui ducatum populi gereret septem annis in quibus per quadriennium Antiochi duces de Iudæa dimicando expellens, & templum ab idolorum imaginibus emundans, patrias leges post hæc suis ciuibus reddidit olympiade centesima quinquagesima quarta. Sicque accepit principatum sacerdotij, & tres annos in eo expleuit. Vnde & in chronicis inuenitur Ionathas sexto anno Demetrij Sotheris, Iudæorum ducatum accepisse quem tenuit decem & nouem annis, post mortem videlicet patris sui Matathiæ, decem annis, olympiade centesima quinquagesima quinta.

Quamdiu populi principatum & sacerdotiũ summum administrauerit Iudas.

IBID. Illa ergo prauorũ infestatio, quæ post obitũ Iudæ inquietauerat filios Israel, mysticè significat, quòd ablatis bonis doctoribus, dispendium non minimum fideles sentiant auditores, cum occasione percepta non solum pagani, sed etiam hæretici grauibus persecutionibus fatigant ecclesiam Dei. Hinc Paulus Ierosolymam profecturus conuocatis maioribus Ephesiorum inter alia dixit, *Nunc ecce ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transiui prædicans Regnum Dei. Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi quo minus annuntiarem omne consilium Dei vobis. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobisipsis exsurgent viri loquentes peruersa, vt adducant discipulos post se, propter quod vigilate memoria retinentes, quod per triennium die ac nocte non cessaui à lachrymis, monens vnumquemque vestrum, & nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ ipsius, quia potens est ædificare & dare hereditatem in sanctificatis omnibus.*

Cum destituitur Ecclesia pastore insolescũt perfidia & hæreses. Act. 20.

d *In diebus illis facta est fames m.* Fame oborta tradidit se Bachidi omnis regio, quia deficientibus prædicatoribus propter famem verbi Dei vnde animæ saginari debuerunt (quia secundum veritatis sententiam: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*) quidam tormentis coacti, quidam verò vanis suasionibus illecti de ecclesiasticorum numero tradunt se gentibus. Qui amicos veri Iudæ (quem testante scriptura laudant) om-

Matth. 4. a. Mala in quæ incurrit plebs cum verbi fame laborat.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et Iona. *Non tunc sed post prælium corpus eius ab hostibus redimendo, vt dicit Iosephus libro antiquitatis Iudaic. xij.*

2 Et factum est post obitum. *Descripta morte Iudæ, hic consequenter describitur substitutio Ionathæ. Circa quam primo ponitur instituendi necessitas, secundo institutionis solemnitas, ibi,* Et congregati sunt; *tertio,* inde consurgens aduersitas, ibi, Et cognouit Bachides. *Circa primum dicitur.* Et factum est, &c. *Percusso enim pastore, inuaserunt gregem lupi rapaces.*

3 Et exorti sunt. *Viuente enim Iuda erant quasi mortui, sed ipso mortuo erexerunt sua cornua.*

4 In diebus illis facta, &c. *Tum ex defectu culturæ propter guerram:* Et

MORALITER.

† *Et fleuerunt eum omnis populus.* Per quod significatur quod mors boni principis, vel prælati debet ab omnibus plangi.

Mors boni principis vel prælati lugenda.

4 *In diebus illis facta est fames magna valde, & tradidit se Bachidi om. reg.* † Per

omnes fratres sui perscrutantur: & cùm inuenerint, illudentes vindictam exercent in illos. Hanc ergo interpretationem cognoscit euenisse primis temporibus ecclesiæ cultoribus Christi, omnis qui ecclesiasticam historiam legit. Sed & spiritales nequitiæ, quæ antiqui hostis deseruiunt voluntati, cùm viderint animas hominum pane verbi Dei carere, student eos in errorem mittere, & ad vitia pertrahere, quatenus de amicis Iudæ efficiant prædam satanæ, & vasa Dei pabulum ignis æterni.

Cù Catholici differût sanam doctrinam populo ministrare, fugerunt hæretici perversam.

a *Et facta est.* RABBA. Postquam enim nô est visus propheta in Israel, facta est tribulatio magna: quia, cessante doctrina in populo Dei, peccatorum excreuit plaga, & inde in eos verberum processit vindicta. Vnde necesse est, vt doctores ecclesiæ sint studiosi ad docendum subiectos, & auditores sint intenti ad audiendum verbû Dei. Hinc quoque per Salomonem dicitur, *Doctrina bona dedit gratiam. Labia autem sapientium custodiunt eos. Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est, vbi plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo bouis. In omni opere bono erit abundantia, misericordia & veritas præparant bona.*

Defectu exhortationis populus torpescit ab bona opera. Prou. 13. c. Ibi. 14. a.

ctores sancti cum suis sequacibus cælestis aulæ precibus penetrant secretum: vt ibi inuocando omnipotentis Dei inueniant auxilium: quem tota intentione cordis venire sibi postulant in adiutorium. Thecue enim interpretatur *tuba* siue *clangor*. Quod autem subiungitur,

Oratio imminente persecutione.

facta est fames magna valdè, & tradidit se Bachidi omnis regio eorum cum ipsis.[25] Et elegit Bachides impios viros, & cóstituit eos dominos regionis,[26] & exquirebât & perscrutabâtur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bachidê, & vindicabat in illos, et illudebat.[27] Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis nô fuit ex die qua non est visus propheta in Israel.[28] Et côgregati sunt omnes amici Iudæ, & dixerût Ionathę:[29] Ex quo frater tuus Iudas defunctus est, vir similis ei non est qui exeat contra inimicos nostros, Bachiden & eos, qui inimici sunt gêtis nostræ.[30] Nûc itaque te elegimus hodie pro eo esse nobis in principem & ducê ad bellandû bellû nostrum.[31] Et suscepit Ionathas tempore illo principatû & surrexit loco Iudæ fratris sui.[32] Et cognouit Bachides, & quærebat eû occidere.[33] Et cognouit Ionathas & Simô frater eius, & omnes qui cum eo erant, & fugerût in desertum Thecue, & côsederunt ad aquâ lacus Asphar,[34] & cognouit Bachides, & die sabbathorum venit ipse & omnis exercitus eius trans Iordanem.[35] Et Ionathas misit fratrê suum ducem populi, & rogauit Nabutheos amicos suos, vt cômendaret illis apparatû suum, qui erat copiosus.[36] Et exierût filij Iam-

d *Et consider. ad aq. la.* RABB. Significat, vacare compunctioni lachrymis eos, quo facilius omnipotentis Dei impetrare satagant solatium, quando non alibi, sed eius pietatis solummodo expetunt refugium. Vnde Asphar interpretatur *fodit* siue *humus*, quia quando cor intus salubriter compungitur, humor lachrymarum ab oculis ad prouocandum misericordiam Dei largius foris effunditur.

Compunctio cordis elicit lachrymas corporis.

e *Et co. Ba.* Quid est quòd Bachides in die sabbatorum trans Iordanem cum exercitu venit côtra Iudæos: nisi quod persecutores Christianorum paci & quieti ecclesiæ inuidentes, cum tumultu irrumpendo baptismi sacramentum conturbare, & fidei statum subuertere student? Et ad hoc Nabutheos amicos suos in auxilium prouocant, quia hæreticos ad contritionem fidelium, æque maliuolos sibi associant. Nabuthei enim, vt quidam affirmant prophetantes interpretantur. Et apte hæretici hoc in loco prophetantes dici possunt, non vt sanæ fidei docendo commendent veritatem, sed erroris secundum cordis sui nequitiam depromant falsitatem. Vnde & in lege prophetæ qui vana somniabant, & diuinabant mendacia, secundum sententiam domini, morte diiudicabantur. Quod certissimum est hæreticis euenire, qui se per schismata & sectas inutiles separant à Deo, & per errorem atque blasphemiam coniungunt diabolo.

Hæretici qui sunt pseudoprophetæ ab infidelibus rogantur vt operâ impendant in oppugnatione Catholicorum.

b *Et congreg.* IDEM. Quid est quod post obitum Iudæ legitur Ionathas à populo ad sacerdotium eligi, vt suppleat locum fratris sui: nisi quòd obeuntibus per martyrium primis doctoribus ecclesiæ, successores eorum administrante spiritussancti gratia in locum ipsorum substituuntur? Cuius administrationis efficaciam nominis Ionathæ interpretatio demonstrat. Interpretatur enim *columba donum*, sicut superius demonstratum est, admonens prædicatores verbi, quatenus dignè ducatus sui officium in plebe Dei gerant, & defensionem congruam contra hostes subditis impendant. Sed sicut prioribus, ita sequentibus populi Dei doctoribus ab infidelibus atque hæreticis truculenta nascuntur bella, & sæua hostium aduersatur inimicitia. Vnde sequitur.

Martyribus in administratione succedunt sancti Confessores.

c *Et susce. Iona.* IBID. Fugit Ionathas imminente bello cum suis in desertum Thecue; quia exardescente hostium persecutione doctores

f *Et exierunt filij Iambri ex Madaba.* RABBANVS. Quid per filios Iambri, nisi voluptuosi istius mundi exprimuntur? qui exire ex Madaba, hoc est ex natiuitate dicuntur, cùm concupiscentiam carnalem, quam originaliter ex parte carnis contraxerunt, sine permutatione visitare contendunt. Hi ergo,

Com-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et tradidit se Bachidi omnis regio. *Ad seruiendum sub tributo regi.*
2 Et elegit Bachides impios viros. *De Israel.*
3 Et perscrutab. amicos Iudæ. *Quia cognoscebant eos, & sciebant latibula eorum.*
4 Et vindicabat. *Contemptibiliter eos iugulando.*
5 Et facta est tribulatio mag. *Et hæc fuit necessitas instituendi ducem loco Iudæ.*
6 Et cong. sunt. *Hic consequenter describitur institutionis solemnitas: nam ad hoc fuit populus congregatus, vt electio Ionathæ fieret certius, & solemnius: & patet littera.*
7 Et co. Ba. *Hic consequenter describitur insurgens aduersitas. Et diuiditur in tres partes quia primo persecutio Ionathæ, secundo mors Ioannis fratris sui interponitur, ibi,* Et misit fratrem suum, *tertiò, scriptura ad primum reuertitur, ibi,* Et audiuit Bachides, *Circa primum dicitur,* Et cog. Bachi. *institutionem Ionathæ,*
8 Et quærebat eum occid. *Diuersis viis & machinationibus, quas cognoscens Ionathas declinauit caute, ideo subditur,*
9 Et fugerunt in desertum. *Quousque possent exercitum aggregare.*
10 Et cons. ad aq. *Id est, iuxta aquam.*
11 Lacus Asphar. *Iste lacus mare mortuum, quod alibi dicitur lacus Asphalti.*
12 Et co. Bachid. *Per suos exploratores.*
13 Et die sab. *In contemptum festiuitatis Iudaicæ, & vt Iudæi non defenderent se, sicut de quibusdam dictum est su. ij. cap. vel saltem, vt minus voluntarie sumerent arma illa die.*
14 Et Io. mi. *Hic consequenter mors Iohannis fratris Ionathæ interponitur, & primo ponitur eius occisio dolosa per insidias sibi positas in via, ideo dicitur.* Et Io. *mittens aliquos de populo cum Iohanne ipsum præcedente.*
15 Et ro. Na. *Vt habetur sup. v. c.*
16 Vt com. *Per modum custodiæ vsque ad diem belli cum Bachide. Aliqui libri sic habent: Vt commodarent illis, &c. id est, vt Nabuthei accommodarent Ionathæ & fratribus eius tentoria sua & arma.*
17 Et exierunt fi. Iam. *Insidiantes Ioanni.*

Et

MORALITER.

† Per quod significatur, quod propter defectum prædicationis verbi diuini, & sumptionis eucharistiæ sacramenti, quibus homo spiritualiter viuit, populus traditur dæmonis potestati.

Fames verbi Dei.

6 *Et congregati sunt omnes.* Per hoc quod Iuda defuncto substitutus est Ionathas, qui interpretatur, columbæ donum; significatur, quod post mortem boni prælati electores debent esse multum solliciti, vt habeant successorem qui sit plenus gratia spiritussancti, qui in specie columbę apparuit in baptismo Christi. Per hoc autem quod Bachides quærebat Ionathan occidere, significatur, quod diabolus multum est sollicitus, qualiter possit bonum prælatum subuertere, sicut dictum est supra. iij. c. de Andræa episcopo Fundanæ ciuitatis.

Cura summa adhibêda in electione boni prælati.

17 *Et exierunt.* Iambri *dies amaricans* interpretatur, & ideo per

† Iambri

Compre. Io. & omnia quæ ha. R A B. Et abierunt habentes ea, cum aliquem de filiis ecclesiæ iam baptismatis vnda ablutum, & gratia Dei renatum, per illicita desideria ad se rapiunt; & studia bona, quibus militabat Deo, peruertentes, ad illecebras voluptatum peruertunt. Sed Ionathas & Simon vlcisci ea cupientes, sponsum, qui duxit filiam vnius de magnis principibus Chanaan in ambitione magna cum omni suo apparatu & amicis suis subuertit atque occidit; quando doctores sancti aliquos eorum, quos toto nisu conspiciunt voluptatibus mundi inhiare, & ad luxuriam procliues esse (quam princeps huius sæculi ad decipiendum ardentes B quosque in concupiscentia carnis proponit, ad societatem suam omnes pertrahendo) ab intentione praua eripiunt, atque in eis hoc, quod nociuum fuit, & reluctans diuinis mandatis, mucrone diuini verbi occidunt. Talis enim victoria bene his condecet, qui ex magisterio cælesti didicerunt *diligere inimicos suos, & benefacere his, qui oderunt se, orare pro persequentibus, & calumniantibus sibi, benedicentibus, & non remaledicere.* C Qui cæsorum spolia accipiunt, quando totos nisus eorum in vsum ecclesiasticum conuertunt. Vnde aptè subiungitur,

b *Et conuersæ sunt nu. in luc. & vox mu. ip. in la.* IDEM. Quia vanā lætitiā mundi in luctum pœnitentiæ; & varios iocos, ac carmina inutilia, in psalmodiam diuinam cum compunctione lachrymarum sancti prædicatores docent eos commutare, quos salutifera præda rapiunt, & à vita carnali ac veteris actibus hominis funditus occidunt. Sicque reuertuntur ad ripam Iordanis, cùm eos perducunt ad statum Christianæ religionis, atque ad perceptionem sacri baptismatis, vt ibi euangelicus expleatur ritus, pro quo labor exercebatur totus. D

c *Et audiuit Bachi.* R A B. Cum persecutores fidelium sabbato spiritali, quo vacant ipsi cultores Christi à terrenis cupiditatibus, ad audiendum verbum Dei, & laudem domini concinendum, per inuidiam concitati perturbare eos contendunt, & sacramentum baptismi per potētiam sæcularem contaminare nituntur, Ionathas mysticus suos incitat ad pugnam spirituale, hoc est, vt per constantiā mentis, & robur fidei pugnēt ex aduerso contra inimicos suos: nō quod dimicādo aut feriēdo eos lædant, sed per patientiam & mansuetudinem tolerando E ac beneficiis remunerando melius vincant, secundum illam sententiam saluatoris qua discipulis suis ait, *Audistis quia dictum est antiquis: Oculum pro oculo, & dentem pro dente: Ego autem dico vobis, non resistere malo; sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram; Et ei qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Et item: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Hinc & Paulus ait: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit,* F *potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Talibus enim hostiis promeretur Deus*, qui dat victoriam suis seruis, & prosternit inimicos eorum sub pedibus ipsorum. Vnde in posterioribus scriptum est, quod Ionathas cum Bachide composuerit pacem, & quod iurauerit Bachides nihil se ei facturum mali omnibus diebus vitæ eius, reddideritque ei captiuitatem, quam prius erat prædatus de terra Iuda.

Marginalia: De sanctis prædicatoribus qui homines à mundana & carnali vita auertunt. — Lucæ 6. d. — Matth. 5. f. — Benefaciendo & tolerando hostes suos fideles vincere debent. — Lucæ 21. d. — Rom. 12. d. — Ibidem.

a bri ex Madaba, & comprehenderunt Iohanem, & omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea. [37] Post hæc verba renuntiatum est Ionathæ & Simoni fratri eius, quia filij Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Madaba, filiam vnius de magnis principibus Chanaan cum ambitione magna. [38] Et recordati sunt sanguinis Iohannis fratris sui, & ascenderunt, & absconderunt se sub tegumēto montis, [39] et eleuauerūt oculos suos & viderūt, & ecce tumultus & apparatus multus, & sponsus processit & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis & musicis, & armis multis. [40] Et surrexerunt ad eos ex insidiis, & occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati multi: & residui fugerunt in montes, b & acceperunt omnia spolia eorū, [41] & conuersæ sunt nuptiæ in luctum & vox musicorum ipsorum in lamentum. [42] Et vindicauerūt vindictam sanguinis fratris sui, & reuersi sunt ad ripā Iordanis. c [43] Et audiuit Bachides, et venit die sabbathorū vsque ad oram Iordanis in virtute magna. [44] Et dixit ad suos Ionathas, Surgamus et pugnemus contra inimicos nostros. Non est enim hodie sicut heri et nudiustertius. [45] Et ecce enim bellū ex aduerso: aqua vero Iordanis hinc et inde, et ripæ, et paludes, et saltus: et non est locus diuertendi. [46] Nunc ergo clamate in cælū, vt liberemini de manu inimicorum vestrorum. Et cōmissum est bellum. [47] Et extendit Ionathas manum suam percutere Bachiden, et diuertit ab eo retro, [48] et dissiliit Ionathas, et qui cum eo erant in Iordanem, et transnatauerunt ad eos Iordanē. [49] Et ceciderunt de parte Bachidis die illa mille viri et reuersi sunt in Ierusalem. [50] Et ædificauerunt ciuitates munitas in Iudęa, munitionem quæ erat in Iericho, et Ammaū, et in Bethoron, et Bethel, et Thānatham, et Phara, et Thopo muris excelsis, et portis et seris, [51] et posuit custodiam in eis, vt inimicitias exerceret in Israel. [52] Et muniuit ciuitatem Bethsurā et Gazaram et arcē et posuit in eis auxilia, et apparatū escarū, [53] et accepit filios

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et com. Io. *Et etiam occiderunt eum, vt habetur in parte sequenti.*
2 Post hæc. *Hic consequenter ponitur vindicatio Iohannis, & patet littera vsque ibi.*
3 Cum ambitione magna. *Id est, cum apparatu magno & pompa.*
4 Et re. sunt. *Ex quo patet, quod Iohannem occiderant, vt dictum est.*
5 Et ecce tu. *Ex multitudine venientium.*
6 Et sponsus processit. *Obuiam illis qui adducebant sponsam. Cetera patent vsque ibi:*
7 Et reuersi sunt. *Ad mare mortuum in loco prædicto, quod dicitur hic ripa Iordanis: nam Iordanis transit per ipsum mare mortuum vt habetur Ios. 3.*
8 Et audiuit. *Hic consequenter scriptura reuertitur ad illud quod supra propositum est, scilicet, persecutio Ionathæ ab ipso Bachide, & primo ponitur eorum conflictus, secundo, Alchimi decessus, ibi. Et anno cen. tertio, Bachidis recessus ibi, Et vidit Bach. Circa primum patet littera ex prædictis vsque ibi:*
9 Non est enim hodie. *Hoc dicit Ionathas ad animandum suos ostendens, quod non patebat locus fugæ.*
10 Et ext. *Tantum enim valuit, quod eum interfecisset nisi retrocessisset.*
11 Et dissiliit Iona. *Ad persequendum Bachiden & eius gentem.*
12 Et reuersi su. *Scilicet Bachides & sui. Cetera patent vsque ibi:*
13 Accepit filios p. *Id est, principalium Iudæorum.*

M O R A L I T E R.

† Iambri voluptas carnalis significatur: qui *dies* dicitur, quia delectabilis est in principio; sed dicitur *amaricans*, eò quòd tristabilis est in termino, vnde dicit Boetius. ij de con. *Tristes verò voluptatum esse exitus, quisquis libidinum suarum reminisci volet, intelliget.* Igitur filij Iambri sunt homines voluptatibus corporis dediti, & isti capiunt Iohannem, quando malis persuasionibus gratiosum iuuenem ad luxuriam pertrahunt, & sic eum spiritualiter occidunt. Sed Ionathas & Simon vindicant istud factum, quando sacri prædicatores gladio verbi Dei luxuriosos occidunt quantum ad vitam malam pristinam, ipsos pertrahendo ad munditiæ castitatem. De tali occisione dicitur, Act. x. g. *Surge Petre. oc. & man.* de conuersione Cornelij & amicorum suorum de Gentilitate ad Christianitatis statum.

8 *Et aud. Bachid.* Per hoc significatur, quòd diabolus fortius impugnat homines sanctos in solemnibus diebus, eò quòd peccatum ex sanctitate temporis aggrauatur, & propter hoc homines deuoti tunc debent diaboli tentationibus reniti, & ad hoc alios exhortari, sicut Ionathas se & suos disposuit ad resistendum fortiter Bachidi, vt dicitur in littera sequenti.

Marginalia: Voluptas... luxuria. — In festis diebus cautius ambulandum.

a *Et anno cen.* RABAN. Diximus superius, quod Alchimus contaminator legis, & proditor patriæ, significaret hæreticos, qui testamentum Dei sectis nefandis prophanare, & ecclesiam Dei perturbare non metuunt. Hic modo *Destrui m. domus san. int. & opera prophetarum* demoliri commemoratur: quod conuenienter aptari potest ipsis hæreticis, qui nō solum oracula prophetarum variis traditionibus deprauare; sed etiā munimentum fidei, quod in cordibus credentium ad conseruationem iustitiæ legis Dei intenta mente custoditur, qualicumque modo possint, violare atque dissipare cōtendunt: sed videamus quid sequitur.

Fidem è cordibus fidelium profligare conantur hæretici.

b *In tempore,* id est, quia licet nimio fastu superbiant hæretici, licet ad tempus præualere fidelibus per subsidia potentum huius mundi videantur: tamen omnipotentis Dei iudicio in fine subuertentur, & dissoluetur vigor prauæ voluntatis eorum quando quod volunt ad effectum perducere non possunt. Nec etiam de domo sua, hoc est de subsequenti conuersatione sua imminente iam superni iudicis sententia ordinare licet, sed fiet illud quod per Psal. dicitur: *Disperdet dominus vniuersa labia dol. & lin. m. Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est?*

Pereunt tandem hæretici cum suis hæresibus.

Psal. 11. a.

c *Et mor. est.* IDEM. quia perdurantibus hæreticis in sua nequitia vsque in finem præsentis vitæ mors subsequetur secunda, & mittentur (iuxta sententiam Apoc. Ioan.) *in stagnum ignis æterni. Et cruciabuntur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & in conspectu agni, & fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum. Nec habebunt requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius. Et commanducant linguas suas præ dolore, & blasphemant Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt fructuosam pœnitentiam ex operibus suis,* quia se ante dum licuit, purgare noluerunt ab erroribus suis.

Apo. 20. d. Ibid. 14. b. Eorum damnatio in inferno. Ibid. 16. b.

d *Et vidit Ba. q. mo. est Al. & r. est ad re. si. t. a. d.* Annis duobus siluit terra, cum à persecutione infidelium & hæreticorum infestatione pacem habuit ad tempus ecclesia, secundum illud quod in actibus apostolorum legitur, *Ecclesia quidem per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore domini, & consolatione sancti spiritus replebatur.* Sed quia diuturna & permanens non erit pax & securitas in præsenti vita, manifestat sequēs sententia, vbi ita scriptum est.

Act. 9. c.

e *Et cogitauerunt omnes iniqui.* Inuident hostes vniuersi paci & quieti ecclesiæ Dei. Vnde ex torti successu felici bonorum, quærunt ad nocendum auxilia prauorum; quod designat epistola Bachidis occultè missa sociis suis, qui erant in Iudæa, vt comprehenderēt Ionatham, & eos qui cū eo erant in Iudæa; quia cum persecutores sæui extrinsecus non præualēt tormentis subuertere confessores Christi, construunt dolos intrinsecus per falsos fratres, qui videntur in ecclesia commanere, vt quos illi non potuerunt gladio, hos illi decipiāt dolo, vnde & Paulus apostolus sæpe in epistolis suis cōqueritur falsorum fratrū fraudem, qui subintroierunt, vt peruerterent veritatē euangelij, sed nō potuerūt, quia innotuit eis eorū cōsiliū. Agit enim industria boni doctoris, vt plebis sibi subiectorū præuidere & cauere sciat astutiam peruersorū.

Falsi fratres submissi vt tollant bonum prælatorum & multitudinem corrumpāt.

2. Cor. 11. d.

principum regionis obsides, & posuit eos in arce in Ierusalē in custodiam.[54] Et anno centesimo quinquagesimotertio mense secūdo præcepit Alchimus destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera prophetarum. Et cœpit destruere.[55] In tempore illo percussus est Alchimus, & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralysi: nec vltrà potuit loqui verbum, & mandare de domo sua.[56] Et mortuus est Alchimus in tempore illo cum tormento magno.[57] Et vidit Bachides quoniam mortuus est Alchimus, & reuersus est ad regem, & siluit terra annis duobus.[58] Et cogitauerunt omnes iniqui dicentes: Ecce Ionathas & qui cum eo sunt in silentio, habitant confidenter. Nunc ergo adducamus Bachiden, & comprehendet eos omnes vna nocte.[59] Et abierunt & cōsilium ei dederunt.[60] Et surrexit, vt veniret cum exercitu multo, Et misit epistolas sociis suis occultè, qui erant in Iudæa, vt comprehenderent Ionatham, & eos qui cum eo erant sed non potuerunt quia innotuit eis consilium eorum.[61] Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant militiæ quinquaginta viros, & occidit eos.[62] Et secessit Ionathas, & Simon, & qui cum eo erant in Bethbessen, quæ est in deserto, & extruxit diruta eius & firmauerunt eam.[63] Et cognouit Bachides, & congregauit vniuersam multitudinem suam, & his qui de Iudæa erant denuntiauit.[64] Et venit, & castra posuit desuper Bethbessen, & oppugnauit eam dies mul-

f *Et appr. (inquit) de vi. re. qui prin. mi. quin. vi. & occ. eos.* RABAN. Qui sūt illi quinquaginta de viris regionis, qui principes erant militiæ & occidebantur à Bachide, nisi hi, qui superficie legali contenti, Pentateuchum legis non spiritaliter sed carnaliter in circumcisione & ceremoniis superuacuis obseruare volunt? Quos redarguit doctor gentium scribens ad Galat. vbi ait: *O insensati Galatæ quis vos fascinauit? Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire vultis? Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Currebatis bene: Quis vos impediuit veritati non obedire? Persuasio hæc non est ex eo qui vocat vos. Modicum enim fermenti totam massam corrumpit. Ego confido de vobis in domino quod nihil aliud sapiatis. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium quicumque est ille.* Talibus autem per fraudē hostis antiqui in animæ morte peremptis videamus quod sequitur.

De eis qui legalia seruare volebant post admissum Euangeliū.

Gala. 3. a. Ibidem 4. b. Ibidem 5. b. Ibidem vt supra.

g *Et sec.* RAB. Quid est quod Ionathas tumultuante Bachide se recolligit cum suis in Bethbessen, quæ est in deserto, & extruit diruta eius, confirmans eam: nisi cum prædicatores sancti cùm viderint persecutorum præualere manum, ita vt non possint cum prædicationis verbo procedere in publicum, ad tempus secedunt in loca secreta? quatenus ibi ieiuniis & orationibus operam dent, & quie-

De prædicatore ad tempus secedente vt liberius vacet contemplationi.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Obsi. *ne rebellarent, se Ionathæ sociando.*

2 Et anno centesim. *Hic consequenter describitur Alchimi decessus, & primo ponitur causa, cum dicitur,*

3 Præcep. Al. destrui muros sancti. i. *sanctorum, quod erat interior pars templi.*

4 Et dest. *nam secundum templum, de quo loquitur, ædificatum fuit per exhortationem & adiutorium Aggei & Zachariæ prophetarum j. Esd. vi.*

5 In tempore illo percussus est Alch. *à Deo.*

6 Et impedita sunt opera eius, *maligna.*

7 Et occlusum est os eius, *quia factus est mutus.*

8 Et mand. de do. *id est, non potuit ordinare de rebus suis & familia.*

9 Et mor. est, &c. in tormen. magno. *Dei iudicio iusto.*

10 Et vidit Ba. *Hic consequenter describitur recessus Bachidis de terra Iuda cum dicitur:* Et vidit. *propter cuius institutionem in sacerdotem venerat in Iudæam, vt habetur in principio huius ca. & sic habuit causam reuertendi.*

11 Et cogita. *Hic consequenter primo ponitur eius reditus ad Iudæam, & secundo totalis eius recessus ab ea, ibi:* Et iratus. *Circa primum dicitur,* Et cogitauer. omnes ini. *de populo Israel.*

12 Ecce Iona. &c. habit. conf. *non præcauentes sibi de bello, propter quod de facili poterunt capi. Cetera patent vsque ibi:*

13 Vt compvehender. Ionatham, *latenter & dolosè.*

14 Et apprehendit. *scilicet Ionathas.*

15 De viris re. *Id est, Iudæis.*

16 Qui principes erant militiæ. *Id est, ductores illorum, qui volebant Ionatham & socios eius capere.*

17 Et secessit Io. in Beth. &c. *Vt haberent fortalicium pro refugio.*

MORALITER.

† 2 *Et anno cen.* per hoc quod Alchimus præcepit destrui muros domus sanctæ, significatur, quod malus prælatus destruere nititur sacras obseruationes ecclesiæ; & per opera prophetarum, significantur opera apostolorum, nam & ipsi prophetiæ spiritum habuerunt. Destruit enim eorum paupertatem, bona pauperum sibi retinendo, & eorum humilitatem vltra modum superbiendo, & eorum exemplaritatem statum apostolicum, (qui est status episcopalis) fœdis operibus maculando. Ideo subditur eius finis, cum dicitur,

Malus prælatus infringens sacras & Apostolicas obseruationes.

9 *Et mor. est Al.* Quia cum diuite epulone sepelitur in inferno;

17 *Et seces. Io. & qui, &c. in Beth.* qui domus oris florentis inter- † pre-

...quid per incuriam inter populares conuersando de rectitudine vitæ suæ relabebatur, hoc separatim per instantiam boni studij iterum ad integrum renouatur. Bethbesse enim domus oris florentis interpretatur. Florens enim os cum precibus atque psalmodiis hymnisque in laudibus Dei * consertis dignè resonat. Quod videtur etiam dominus in euangelio discipulis mandare, vbi ait: *Cum persecuti vos fuerint in vna ciui. &c.* Vnde ipsa veritas cum Iudæi cogitarent interficere eum, *iam nō in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.* Et alibi legitur ipse exisse in montem orare, *vbi erat pernoctās in oratione Dei.* Sic & Paulus & Barnabas, cum in Iconio prædicarent verbum Dei, & factus esset impetus Gentiliū & Iudæorū cum principibus suis, & contumeliis & lapidibus afficerent, & lapidarent eos, intelligentes, confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ, & Lystram & Derben & vniuersam in circumitu regionem ibi, & euangelizauerunt. Sed nequitia hostis antiqui nullum locum in mūdo tutum ab insidiis fieri permittit, hinc & Bachides super Bethbessen ducit exercitū vt oppugnet eū, & cultores Dei quietè viuere non permittat.

a *Et rel. Io.* RAB. Quid est quòd Ionathas Simonem fratrē suum in ciuitate reliquit, ipseque exiit in regionem, vt aduersarios persequeretur, nisi quòd sancti doctores intus operam dant virtutibus, & tamen foris cum fidei scuto, & gladio spiritus cōtra hostes ecclesiæ non sunt vniformes: quin potius variis persecutionum generibus multiplices, cum Iudæi, pagani, hæretici atque schismatici, nec non & falsi Christiani ad nocendum bonis construunt calamitates, sicut superius demonstratum est. Quod & ipsa nomina suis interpretationibus non inconuenienter exponunt. Odarem enim *generatio* eius, & Phaseron *concisio* interpretatur. Vnde per Odaren & fratres eius, illi denotari possunt qui per vnitatem catholicæ confessionis, eiusdem se cum bonis & simplicibus fingunt esse generationis, sed alienos se ab ipsorum societate ostedūt factis iniquis. De quibus dicit Apostolus, *Confitentur quidem se nosse Deum fa. autem negant.* Per Phaseron autem, ceteri, qui ab ecclesiæ vnitate nō solum religione, sed etiā professione fidei discrepant, designātur: Tales schismata & lites atq; calamitates veris Christianis parare numquā desistūt, sed eorum machinamēta & dolos duces spiritales in ipsos retorquēt, nec eos milites Christi fraudibus suis nocere permittunt.

b *Et conuersus abiit.* RABBA. Cessantibus turbinibus belli Ionathas in Machmas ingreditur, ibique inhabitans iudicat populum, & exterminat impios ex Israel: quia sopitis prauorum bellis prædicatores sancti hoc, quod prius de moralitate subditorum propter imminentes tempestates præliorum minuebatur, restaurare contendunt, & iustæ seruitutis pensum bonis moribus creatori suo reddere omni modo satagunt. Machmas enim historialiter vicus est grandis, qui vsque nunc in finibus Eliæ ostenditur, antiquū nomen retinens, nouemque ab ea milibus distans iuxta villam Rama. Interpretatur enim Machmas villæ tributum vel decretum, quo videlicet sancta significatur ecclesia, vbi instanter Deo quotidie deseruitur, & vbi iuxta decreta legis Dei, iusta iudicia per doctores fidelium sedulo exercentur, atque prauorum nequitia à vero Israel procul exterminatur.

(Marginalia: confessis; Matth. 10. c.; Ioan. 11. g.; Licet & expedit aliquando declinare persecutionem; Luc. 6. c.; Act. 14. a.; Sancti doctores quomodo intus & foris alterutrum debeant; Tit. 1. c.; Quidam Christianū nomen præferentes ecclesiam infestant erroribus alij mala vita; Reddita ecclesiæ pace sancti Doctores instant restaurandis ruinis; Machmas.)

a tos & fecit machinas. [65] Et reliquit Ionathas Simonem fratrem suum in ciuitate, & exiuit in regionem, & venit cum numero, [66] & percussit Odaren, & fratres eius, & filios Phaseron in tabernaculis ipsorum, & cœpit cædere, & crescere in virtutibus. [67] Simon verò & qui cum ipso erant, exierūt de ciuitate & succēderunt machinas, [68] & pugnauerunt contra Bachiden, & contritus est ab eis, & afflixerunt eum valdè quoniam consilium eius et congressus eius erat inanis. [69] Et iratus contra viros iniquos, qui ei consilium dederant, vt veniret in regionem ipsorum, multos ex eis occidit. Ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionem suam. [70] Et cognouit Ionathas et misit ad eum legatos componere pacem cum ipso, et reddere ei captiuitatem. [71] Et libenter accepit, et fecit secundum verba eius, et iurauit se nihil ei facturum mali omnibus diebus vitæ eius. [72] Et reddidit ei captiuitatem, quam prius erat prædatus de terra Iuda. b Et conuersus abiit in terram suam, et non apposuit amplius venire in fines eius. [73] Et cessauit gladius ex Israel. Et habitauit Ionathas in Machmas, et cœpit Ionathas ibi iudicare populum, et exterminauit impios ex Israel.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et reliquit Ion. *Scilicet, Bethbessen ad eius custodiam.*
2 Et exiuit in regionem, & venit cum numero. *Scilicet, sufficienti bellatorum.*
3 Et percussit Odaren. *Qui erant aduersarij Ionathæ & populi sui.*
4 Simon vero, &c. succenderunt machinas. *Quas fecerat Bachides ad impugnationem ciuitatis, & sic Simon præualuit in ciuitate, & Ionathas in regione.*
5 Et afflixerunt eum va. *Nam homini superbo magna est afflictio, superare non posse.*
6 Et ira. *Hic consequenter describitur totalis recessus Bachidis à Iudæa cum dicitur.* Et iratus contra vi. *iusto Dei iudicio, cum essent proditores patriæ, & desertores legis diuinæ.*
7 Ipse autem cogitauit cum reliquis. *Nam probrosum erat sibi in Iudæa manere.*
8 Et cognouit Ionathas. *Eius recessum, & iram contra illos qui eum adduxerant in Iudæam.*
9 Et misit ad eum legatos comp. *Id est ad componendum.*
10 Pacem cum ipso. *Sperans quòd reciperet eam sicut & fecit, Cetera patent vsque ibi:*
11 Et habitauit Ionathas in Mach. *Locus est Iudææ, vt patet j. Re. xiij.*
12 Et cœpit Iona. ibi iudicare pop. *Bonos exaltando, & impios puniendo, ex quo patet quòd habitabat satis pacificè.*

† † ADDITIO. *Ionathas Iudæ frater, dux & Pontifex è Machabæis tertius: post impij Pseudopontificis Alchimi mortem, redeunte in Syriam Bachide, pacem duos annos habuit: quam ægrè ferentes impij, reuocarunt: sed is ita malè à Ionatha & fratribus eius est receptus, vt auctores reditus sui occidi iusserit, & captus ipse ab Assamonæis istis (vt ait Gorionides) pacem iterum abeundo per quinque totos annos sequentes Ionathæ & Iudæis reliquerit. Ceterum sacer textus (qui maioris auctoritatis est quam omnes Gorionidæ) videtur innuere, non fuisse captum à Ionatha Bachidem, alioquin enim legatis ad pacem componendum missis opus non fuisset.*

(Marginal: Bachides victus non captus à Iudæis.)

MORALITER.

† pretatur. Os vero florens est os deuotè Deum orans: & ideo per Bethbessen domus orationis significatur, ad quam refugiunt deuoti, & sic ab impugnationibus dæmonis sunt tuti: ideo subditur de Bachide dæmonem significante,
† *Et cōgressus eius erat inanis, &c.* Quia præualet orationibus deuotis.

(Marginal: Non præualet; diabolus contra deuote orantem.)

CAPVT X.

A a ET *anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi.* Antiochum nobilem ipsum dicit, quem Græci appellant Epiphanem, filium Antiochi magni, de quo superius plura narrantur.

† NAZIANZEN. orat. in Maximum. Triplex est generis consideratio: aliud enim supernè originem traxit, quo omnes peræquè nobiles sumus, quippe ad imaginem Dei creati. Aliud à carne proficiscitur, quo quidem haud scio, an quisquam nobilis dici possit, cùm id totum corruptione conficiatur. Aliud, virtute vel vitio agnoscitur cuius vel vberius, vel exilius participes efficimur, prout (opinor) diuinam imaginem vel conseruauerimus, ac deprauauerimus. Atque hanc demum nobilitatem amplectitur quisquis verè sapiẽs ac philosophus fuerit. Nam quartum illud nobilitatis genus, quod in principum diplomatibus edictisque consistit, tum vllo loco ac pretio habeo, cùm pictam formæ elegantiam laudandã duxero, simiamque ob id reuereri cœpero, quod leo esse iussa sit.

Tria nobilitatis vel ignobilitatis genera.

B

Quartum quod nobilitas dici vix debet.

C

CAPVT X.

a ET anno centesimo sexagesimo ascendit [1] Alexander Antiochi filius qui cognominatus est nobilis, & occupauit Ptolomaidam, & receperunt eum, & regnauit illic. b [2] Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum valde copiosum, & exiuit obuiam illi in prælium. [3] Et misit Demetrius epistolam ad Ionatham verbis pacificis, vt magnificaret eum. [4] Dixit enim: Anticipemus pacem facere cum eo, priùs quàm faciat cũ Alexandro aduersus nos. [5] Recordabitur enim omniũ malorum quæ fecimus in eum & in fratrem eius & in gentem eius. [6] Et dedit ei potestatẽ congregandi exercitum, & fabricare arma, & esse ipsum socium eius, & obsides qui erant c in arce iussit tradi ei. [7] Et venit Ionathas in Ierusalem, & legit epistolas in auditu omnis populi, & eorum qui in arce erant. [8] Et timuerunt timore magno, quoniã audierunt, quòd dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. [9] Et traditi sunt Ionathæ obsides, & reddidit eos parentibus suis, [10] & habitauit Ionathas in Ierusalem, & cœpit ædificare, & innouare ciuitatem. [11] Et dixit facientibus opera, vt extruerẽt muros, & montẽ Sion in circumitu lapidibus quadratis ad munitionẽ, & ita fecerunt. [12] Et fugerũt alienigenæ qui erant in munitionibus, quas Bachides ædificauerat, [13] et reliquit vnusquisque locum suum, et abiit in terram suam: [14] tantum in Bethsura remanse-

b *Et audiuit De.* RABANVS. De hoc autem bello Demetrij atque Alexandri quid Pompeius Trogus eiusque breuiator Iustinus referant, non absurdum videtur considerare. Sic enim in epitomate eiusdem Pompei Trogi libr. xxxv. scriptum est. Demetrius occupato Syriæ regno, nouitatis suæ otium periculosum ratus, ampliare fines regni, & opes augere finitimorum bellis statuit. Itaque Ariarathi regi Cappadociæ propter fastiditas sororis nuptias infestus, fratrem eius * Horofernem per iniuriam regno pulsum supplicem recepit, datumque sibi honestum belli titulum, gratulatus restituere eum in regnum statuit. Sed Horofernes ingrato animo inita cum Antiochensibus pactione offensis tunc Demetrio, pellere eum regno à quo restituebatur consilium cœpit. Quo cognito Demetrius vitæ quidem, ne Ariarathes metu belli fraterni liberaretur pepercit, ipsum autem comprehensum vinctum Seleuciæ custodire iubet: Nec Antiochenses iudicio territi à defectione destiterunt. Itaque adiuuantibus & Ptolemæo rege Aegypti, & Atalo rege Asiæ, & Ariarathe rege Cappadociæ bello à Demetrio lacessiti subornãt Pompalium quemdam sortis extremæ iuuenem, qui Syriæ regnum velut paternum armis repeteret, & ne quid contumeliæ deesset, nomen ei Alexandri inducitur, genitusq; ab Antiocho rege dicitur. Tãtum odium Demetrij apud omnes erat, vt æmulo eius non vires tãtum regiæ, verumetiã generis nobilitas consensu omniũ tribueretur. Igitur Alexander admirabili rerũ varietate, pristinarũ sordium oblitus, totius fermè oriẽtis viribus succinctus, bellũ Demetrio infert, victumque vita pariter ac regno spoliat, quamquam nec Demetrio animus in propulsando bello defuit. Nã & primo prælio hostem fugauit, & regibus bellũ restituentibus, multa millia in acie cecidit. Ad postremum tamen inuicto animo inter confertissimos hostes fortissimè dimicãs cecidit. In initio belli Demetrius duos filios apud Gnidium hospitẽ suum cum magno pondere auri demãdauerat, vt à belli periculis eximerẽtur, & si ita sors tulisset, paternæ vltioni seruarentur. Ex his maior Demetrius annos egressus pubertatis audita Alexandri luxuria, quẽ insperatæ opes & alienæ felicitatis ornamenta velut captum inter scortorũ greges desidẽ in regia tenebãt, auxiliantibus Cretensibus securum ac nihil hostile metuentem aggreditur. Antiochẽses quoque veterem patris offensam nouis meritis correctis se ei tradunt. Sed & milites paterni fauore iuuenis accẽsi prioris sacramenti religionem noui regis superbiæ præferẽtes, signa ad Demetriũ transferunt, itaq; Alexander non minori impetu fortunæ desertus quam elatus primo prælio victus interficitur, deditque pœnas & Demetrio quem occiderat, & Antiocho cuius mentitus originem fuerat.

c *Et venit Io.* RAB. Demetrio pacẽ per epistolam deferenti Ionathas

Demetrij gesta ex prophanis auctoribus. * Holofernem.

D Bellum Demetrio inferunt Antiochenses & Alexander.

Ementitum Alexandri genus.

E

Cædes Demetrij. F

Demetrius Demetrij filius spoliat Alexandrũ regno & vita.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT X.

ET anno. *Hic consequenter describitur ducatus Ionathæ tempore Alexandri Antiochi Eupatoris, cum quo Ionathas habuit pacem, & ideo describitur primo confœderatio Ionathæ cum Alexandro, secundo congressus Alexandri cum Demetrio, ibi,* Et congregauit, *Tertiò congressus Ionathæ contra Apollonium pro Alexandro rege, ibi:* In anno centesimo. *Circa primum, Demetrius præuenit Iudæos suis epistolis fictè, quibus tamen Ionathas bene vtitur. Secundo Alexander scribit pacificè, cui creditur, ibi,* Et audi. Alex. *Tertiò, Demetrius scribit mendosè & non audiuitur, ibi.* Et audi. Deme. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 Et anno cen. *Scilicet, regni Græcorum,*

2 Qui cog. *Scilicet Alexander, sicut auus suus Antiochus Epiphanes.*

3 Epistolam verbis pa. *Fictè, & hoc Alexandri timore, ideo subditur,*

4 Recordabitur. *Et sic iuuabit contra nos Alexandrum, Ionathas tamen illis epistolis vsus est ad bonum suæ gentis, quia per eas incussit timorem alienigenis, & recuperauit obsides de Iudæis quos acceperat Bachides, vt dictum est capite præcedenti, & patet littera vsque ibi:*

5 Et habitauit Ionathas in Ieru. *Et subditur causa cum dicitur:*

6 Et cœpit ædificare & innouare ciuitatem, &c. *Ad Dei cultum electam.*

7 Et fugerunt alienigenæ, qui erant, &c. *Extra Ierusalem.*

8 Tantum in Bethsura remanserunt aliqui ex his. *Id est, de filiis Israel, qui erant apostatæ à lege Dei.*

MORALITER.

† 1 *Et anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander.* Per guerram inter Alexandrum & Demetrium Gentiles, ex qua Ionathas & alij fideles melius habuerunt, significatur quod dominus aliquando inter malos suscitat brigam, vt boni maiorem habeant quietem. Et sic dicit Augustinus, quod guerra dæmonum est pax hominum. Et dominus per Isaiam, xix. a. *Concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios.*

Bellum malorum est pax bonorum.

[illegible] Ierusalem inhabitans cœpit innouare ciuitatem, quia licet persecutores aliquando minis fideles terreant, aliquando vero blandimentis foueant: doctores sancti tamen assidue insistunt spirituali ædificationi, & innouant ciuitatem ecclesiæ, quatenus eam hostes sui neque fraude circumuenire possint. Inde est quod montem Sion Ionathas iussit facientibus opera lapidibus quadratis vndiq; munire: quia prædicatores euangelij præcipue student castra ecclesiæ sanctis ac fortibus viris circumdaro, quos quadrati lapides designant, ne facile hostibus pateat locus ciuitatem sanctam inuadendi. Quadratum namque, omne quocumque vertitur fixum stare consueuit, cui nimirum figuræ corda assimilantur electorũ, qui ita in fidei firmitate consistere didicerunt, vt nulla occurrẽtium rerum aduersitate, nec ipsa etiam morte à sui rectitudine status inclinari possint. Per Bethsuram, quæ domus robustorum interpretatur, aliquãdo ecclesia, aliquando vero scriptura sacra designatur, in qua robusti, hoc est doctores sancti & apostolici viri commonere videtur. Sed sicut in ecclesia præsenti boni & mali consistunt, donec sagena domini bonos, & malos pisces trahens ad littus, hoc est ad finem mundi, & ad iudicium extremæ discretionis perducat: ita scriptura sancta & lectores habet pios, qui eam catholico sensu rimantur, & prauos, qui eam ad sensum suum per vim trahendo deprauare conantur. Vnde Paulus apostolus scribens ad Timotheum ait, *Omnis scriptura diuinitus instituta, est vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum, ad audiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonũ instructus. Mali autem homines, & seductores proficiunt in peius errantes & in errorem mittentes.* Hinc & princeps apostolorum dicit, *indoctos & instabiles scripturas sacras deprauare ad suam ipsorum perditionem.* Desinentibus ergo Gentilium persecutionibus forinsecus hactenus, heretici atque schismatici moliuntur bonis catholicis bella intrinsecus, quia reliquerunt legem domini, & viam veritatis obseruare noluerunt; Idcirco dicitur Bethsura eis ad refugium fieri, quia quicquid sensu nequam excogitauerint, aut prauo eloquio protulerint, totum testimoniis scripturæ sacræ non rectè intellectis confirmare satagunt.

[Margin: Viri fortes & constantes ad Ecclesiæ custodiã ascendendi. — Mystice. — Sacra Scriptura ex se [illegible] sancta est. — 2. Tim. 3. d. — sed deprauatur incõgruis aliquorum expositionibus. — 2. Pe. 3. d.]

a *Et aud.* RAB. Quod reges Syriæ atq; Ægypti cõtendẽtes de regno auxilium & amicitiam Ionathæ singuli expetebãt: nõ aliud significare arbitror, nisi quod carnales quiq; superbi & auari atq; voluptuosi, licet inter se semper dissentiãt, & veræ pacis fœdus nequeant firmiter seruare; nonnumquã tamen videntes vnanimitatem & concordiam sacræ scripturæ, vel sanctæ ecclesiæ, ipsi

[Margin: Magna vis concordiæ & vnanimitatis.]

runt aliqui ex his qui reliquerãt legem & præcepta Dei. Erat enim hæc eis ad refugium. [15] Et audiuit Alexãder rex promissa quæ promisit Demetrius Ionathæ, & narrauerũt ei prælia & virtutes quas ipse fecit et fratres eius, et labores quos laborauerunt. [16] Et ait: Numquid inueniemus aliquem virum talem? Et nunc faciemus eum amicum & socium nostrum: [17] & scripsit epistolam & misit ei secundũ hæc verba dicẽs: [18] Rex Alexander fratri Ionathæ salutem. [19] Audiuimus de te, quod vir potẽs sis viribus, & aptus es vt sis amicus noster, [20] Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ, & vt amicus voceris regis. Et misit ei purpuram & coronam auream, vt quæ nostra sunt, sentias nobiscum, & conserues amicitias ad nos, [21] & induit se Ionathas stolã sanctam septimo mense anno centesimo sexagesimo in die solemni Scœnophegiæ. Et congregauit exercitum, & fecit arma copiosa. [22] Et audiuit Demetrius verba ista, & cõtristatus est nimis, & ait: [23] Quid hoc fecimus, quod præoccupauit nos Alexander apprehẽdere amicitiam Iudæorum ad munimen sui? [24] Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & dona vt sint mecum in adiutorio. [25] Et scripsit eis in hæc verba: Rex Demetrius genti Iudæorũ salutem. [26] Quoniam seruastis ad nos pactũ, & mansistis in amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros, audiuimus, & gauisi sumus. [27] Et nunc perseuerate adhuc cõseruare ad nos fidẽ, & retribuemus vobis bona pro his quæ fecistis nobiscũ, [28] & remittemus vobis præstationes multas, & dabimus vobis donationes, [29] & nũc absoluo vos, et omnes Iudęos à tributis, & pretia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis, [30] et dimidiã partem fructus ligni, quod est portionis meę, relinquo vobis ex hodierno die, & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda, et à tribus ciuitatibus quę additę sunt illi ex Samaria et Galilæa, ex hodierna die et in totũ tẽpus. [31] Et Ierusalẽ sit sancta et libera cũ finib9 suis, et decimæ et tributa ipsius sint. [32] Remitto etiã

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et audiuit Alexander rex promissa quæ promisit, &c. *Hic consequenter rex Alexander scribit Ionathæ veraciter. Et patet littera vsque ibi:*

2 Rex Alexander fratri Ionathæ salutem. *Fraternitatis nomine apparet veritas amicitiæ.*

3 Et misit ei purpuram. *Id est, vestem purpuream.*

4 Et coro. aur. *Quibus licitum erat vti illis & non aliis qui erant speciales regis amici. Et sic patet quod salutauit eum non solum verbis fictis sicut Demetrius, sed etiam donis honorabilibus & pretiosis.*

5 Vt quæ nostra. *In prosperis & aduersis, quod primum est veracium amicorum.*

6 Et indu. se Io. stolam sanctam: *Id est, vestem pontificalem.*

7 In die solemni Scœno. *Id est, dedicationis templi primi, quod fecit Salomon: nam illa dedicatio fuit septimo mense, qui correspondet Septembri. Dedicatio verò templi secundi fuit mense Adar. j. Esdr. vi. qui est xij. apud Hebr[æos, cor]respondet Februario, licet aliquando concurrat saltem pro magna parte cum Martio.*

8 Et fecit arma copiosa. *Tempore quo erat in pace propter contentionem Demetrij & Alexandri adinuicem.*

9 Et audiuit Demetrius. *Hic consequenter ponitur epistola secunda Demetrij ad Iudæos adulatoria & ficta, propter quod non fuit ei adhibita fides, & patet vsque ibi,*

10 Quoniam ser. ad. *Ficte loquitur: quia non legitur Ionathas cum eo fecisse aliquod pactum, sed tantũ epistola sua vsus fuisse ad bonũ, vt prædictũ est.*

11 Et remitte. vobis præstationes mul. *Id est, multa quæ consueuistis nobis reddere.*

12 Et dabimus vob. *Ita quod non solum remittemus vobis debita, sed etiam dabimus vobis ampla dona.*

13 Et pretia salis. *Id est, pecuniam quam debebatis regibus pro sale fiendo. Est enim terra Iudææ pro magna parte super mare, & in aliquibus locis faciebãt effluere aquas maris per alueos super terram quæ conuertebantur in sal ad calorem solis. Et illa loca dicebantur salinæ, de quibus fit mentio infra cap. xj.*

14 Et coronas remitto. *Quas nobis debebatis.*

15 Et tertias seminis, &c. *Id est, frugum.*

16 Et dimidiam partem fructus ligni, &c. *Id est arborum.*

17 Quod est port. meæ, relinquo vobis ex. &c. *De consuetudine mihi debita.*

18 Et Ierusalem sit sancta & libera. &c. *Ab omni tributo & exactione.*

19 Et decimæ & trib. *Quæ solent nobis reddi.*

20 Ipsius sint. *Ad bonum ciuitatis.*

21 Remitto. *Sequitur:* Qui custodiant eam. *Scilicet, pro rege, vt di-*

☞ si deferunt honorem: A quia donum quod se non habere cõspiciunt in ipsa habitum venerantur. Nonnullique pro hoc eius quærunt opitulationem, eiusque optant habere amicitiam, vt inde opportunis solatiis adiuti per imitationem virtutum & ipsi meliorentur.

Ioseph. lib. 13. antiq. c. 2. & 3.

a *Et quicumque confugerint in templũ quod est Ierosolymis, &c.* † CYRILLVS Alexandrinus li. de recta fide ad reginas. Valde sapiẽter operam B datis, vt quæ Christo probantur & sentiatis & faciatis: partim operibus, & irreprehensibili conspicuæ fide, & vestras & regum aulas, virginitatis gloria decoratis: partim sumptuosissima templa Christo erigitis: concessum enim & hoc est cum aliis, ab ipso, animabus vestris, &c.

Templa amplissima à Christianis principibus exstructa.

† CYRILLVS Hierosolymitanus Cathec. 14. Isti qui nunc sunt Reges, pietatis ergò, argento induentes & auro sanctã hanc Eccle- C siam resurrectionis, in qua nũc sumus, exstruxerunt, & argẽteis monimentis splendidam effecerunt.

† EVSEBIVS Cæsar. l. 9. Histo. c. 10. Aderat (sub Constantino) cũctis velut diuino munere infusa lætitia, maximè videntibus ea loca, quæ paulò ante impiis tyrannorum machinis fuerant destructa, rediuiua constructione clariora, & celsiora consurgere, templaque D excelsa pro humilibus conuenticulis eleuari.

† AVGVSTIN. in Psal. 113. Sed & nos pleraq; instrumẽta & vasa ex auro & argento habemus, in vsũ celebrãdorũ Sacramẽtorũ, quę ipso ministerio cõsecrata, sancta dicuntur.

† CHRYSOSTO. hom. in Acta. apost. Fora quidẽ ac balnea cõstituũt multi, Ecclesias verò non itẽ, & omnia magis E quã has. Ideo oro ac supplico, & gratiam peto, imo & legẽ pono, vt nullus qui habet villam, appareat carere Ecclesia. Ne mihi dixeris, prope est, in vicinia est, magnus est, sumptus, nõ magnũ est cõmodũ. Si quid habes insumendũ in pauperes, illuc insume, melius illuc quã ibi, educa magistrũ, educa diaconũ, & sacerdotalẽ ordinem. Venerabilis erit & presbyter postea & ad securitatem agri cõducet. F Preces illic perpetuæ propter te, laudes & synaxes propter te, oblatio per singulos dies dominicos. Quid mirandũ, quod alij extruũt clara sepulchra, vt posteri audiãt, quod ille extruxit: an quod tu Ecclesias excitas? Cogita quod vsque ad Christi aduentũ mercedẽ habiturus sis, qui altare Dei excitaturus es.

Exhortatio ad exstructionem & dotationem Ecclesiarũ.

☞ a In

potestatẽ arcis quæ est in Ierusalẽ, & do eam summo sacerdoti, vt constituat in ea viros quoscumque ipse elegerit, qui custodiant eam, [33] & omnem animam [1] Iudæorum quæ captiua est à terra Iuda in omni regno meo relinquo liberam gratis, vt omnes à tributis soluantur [2] etiam pecorum suorum. [34] Et omnes dies solemnes [3] & Sabbatha [4] & Neomeniæ [5] & dies decreti [6] & tres dies ante diem solemnem, & tres post diem solemnem, sint omnes immunitatis & remissionis [7] omnibus Iudæis qui sunt in regno meo. [8] [35] Et nemo habebit potestatem [9] agere aliquid & mouere negotia aduersus aliquem illorum in omni causa. [36] Et vt adscribantur ex Iudæis in exercitu regis [10] ad triginta millia virorum. Et dabuntur illis copiæ vt oportet, omnibus exercitibus regis, & ex ipsis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni. [37] Et ex his constituentur super negotia regni quæ aguntur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, [11] sicut præcepit rex in terra Iuda. [38] Et tres ciuitates quæ additæ sunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur, vt sint sub vno, & non obediant alienæ potestati nisi summo sacerdoti, [39] Ptolemaida, [12] & confines eius [13] quas dedi donum [14] sanctis qui sunt in Ierusalem [15] ad necessarios sumptus sanctorum. [40] Et ego dabo singulis annis quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis quæ me contingunt, [41] et omne quod reliquum fuerit quod non reddiderant qui super negotia erant annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus. [16] [42] Et super hæc quinque millia siclorum argenti quæ accipiebant de sanctorum ratione per singulos annos, & hæc ad sacerdotes pertineant qui ministerio funguntur. [43] a Et quicumque confugerint in templum quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur, [17] & vniuersa quæ sunt eis in regno meo libera habeant. [44] Et ad ædificanda [18] vel restauranda opera sanctorum sumptus dabuntur de ratione regis, [45] & ad extruendos muros Ierusalem, & communiendos in circumitu, sumptus dabuntur de ratione regis, & ad construendos muros in Iudæa. [46] Vt audiuit autem Ionathas [19] & populus sermones istos, non crediderunt eis, nec receperunt eos, quia recordati sunt malitiæ magnæ quam fecerat in Israel, & tribulauerat eos valde. [47] Et complacuit [20]

NICOLAVS DE LIRA.

☞ cit *Iosephus. vnde & cap. sequenti dicit, quòd Ionathas congregauit gentem ad expugnandum arcem illam. Ex quo patet quod non erat sibi tradita.*

1 Et omnem animam. *Id est, personam.*

2 Vt omnes à tributis soluantur. *Ita quòd non solùm sint liberi à tributo debito pro personis suis, sed etiam pro animalibus brutis.*

3 Et omnes dies solemnes. *Qui celebrantur semel in anno, vt Pascha & Pentechoste, & huiusmodi.*

4 Et Sabbatha. *Qualibet hebdomada.*

5 Et Neomeniæ. *In quolibet mense.*

6 Et dies decreti. *Ad solemnizandum, sicut dies victoriæ de interfectione Holofernis & sui exercitus, vt habetur Iudith vlt. & de interfectione Aman, Esther 9.*

7 Sint omnes immunitatis & remissionis. *Ab omni exactione & vexatione.*

8 Omnibus Iudæis qui sunt in regno meo. *Quia multi valde remanserunt in ciuitatibus Babyloniæ, Persidis, & Mœdiæ, qui cum Zorobabel in Iudæam non redierunt, detenti amore vxorum, quas acceperant ibi, & prolis quam genuerant, & bonorum temporalium quæ ibi acquisierant.*

9 Et nemo habebit potestatem. *Scilicet, in diebus prædictis.*

10 Et vt adscribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta millia virorum. *Quæ erant valde honorifica, & ad tutelam aliorum Iudæorum per regnum Syriæ dispersorum.*

11 Et ambulent in legibus suis. *Id est, ita liberè custodiant legitima sua per totum regnum meum, sicut in Iudæa.*

12 Ptolemaida. *Id est, Achon.*

13 Et confines eius. *Id est, villæ sibi adiunctæ,*

14 Quas dedi donum. *Id est, gratis,*

15 Sanctis qui sunt in Ierusalem. *Id est, sacerdotibus & Leuitis diuino cultui deputatis.*

16 Ex hoc dabunt in opera domus. *Scilicet Domini, pro eius reparatione, & sacrificiorum oblatione. Consequenter tangitur de immunitate templi, cùm dicitur,* Et quicumque confugerint in templum quod est Ierosolymis, &c.

17 Obnoxij regi in omni negotio, dimittantur. *Id est, obligati pœna propter aliquam noxam.*

18 Et ad ædificanda. &c. Sumptus dabuntur de ratione regis. *Id est, de suis redditibus propriis.*

19 Vt audiuit autem Ionathas & populus sermones istos, non crediderunt eis, *reputantes eos falsos, & merito propter malitiam suam præcedentem.*

20 Et complacuit eis in Alexandrum. *Seruare cum eo fœdus amicitiæ.*

☞ 1 Et

[...]tesi- [...]quin- [...]uid per [...]m præ- Cœlesy- [...]uem De- [...]s cum ex- [...]tu direxit in [...]æam) nisi li- [...]res & terrenæ potestatis mini- [...]tri designantur, quibus commis- [...]um est à dominis suis, vt fidem Christi expugnét, atque confessores eius blasphemare compellant? Hi in equitum suorum numero cófidentes, de adminiculo, scilicet superború se extollentes, insultant Ionathæ, quod potestatem exerceat in montibus, cum sanctis doctoribus de spe, quam habent de superno adiutorio, illudunt, prouocántque eos in campum, hoc est ad terrena desideria & delitias mundi, quo facilius eos in imis conuersantes obruere possint. Lata est enim via quæ ducit ad mortem, & multi sunt qui intrant per eam. Sed Ionathas & Simon cum decem millibus contra Apollonium & castra eius confligunt, eumque superantes

Satellites & ministri tyrannorum.

eis in Alexandrum, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. [48] Et congregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit castra contra Demetrium. [49] Et commiserunt prælíu duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & insecutus est eum Alexander, & incubuit super eos [50] & inualuit prælium nimis, donec occidit sol. Et cecidit Demetrius in illa die. [51] Et misit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos secúdum hæc verba dicens: [52] Quoniam regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorú, & obtinui principatum, & contriui Demetrium, & possedi regionem nostram, [53] & commisi cum eo pugnam, & contritus est ipse et castra eius à nobis, et sedimus in sede regni eius: [54] et nunc statuamus adinuicem amicitiam, et dá mihi filiam tuam vxorem, et ero gener tuus, et dabo doná tibi, et ipsi dignitatem. [55] Et respondit rex Ptolemæus dicens: Felix dies in qua reuersus es ad terram patrum tuorum, et sedisti in sede regni eorum. [56] Et nunc faciam tibi quod scripsisti. Sed occurre mihi Ptolemaidam, vt videamus nos inuicem, et spondeam tibi sicut dixisti. [57] Et exiuit Ptolemæus de Ægypto, ipse et Cleopatra filia eius, et venit Ptolemaidam anno centesimo sexagesimosecundo. [58] Et occurrit ei Alexander rex, et dedit ei Cleopatram filiam suam, et fecit nuptias eius Ptolemaidæ sicut reges in magna gloria. [59] Et scripsit rex Alexander Ionathæ, vt veniret obuiam sibi: [60] Et abiit cum gloria Ptolemaidam, & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argentum multum & aurum & dona, & inuenit gratiam in conspectu eorum. [61] Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israel, viri iniqui interpellantes aduersus eum, & non intendit ad eos rex. [62] Et iussit spoliari Ionathan vestimentis suis, & indui eum purpura. Et ita fecerunt. Et collocauit eum rex sedere secum, [63] dixitque principibus suis: Exite cum eo in medium ciuitatis, & prædicate, vt nemo interpellet aduersus eum de vllo negotio, nec quisquam ei molestus sit de vlla ratione. [64] Et factum est, vt viderunt qui interpellabát eius gloriam quæ prædicabatur, et opertum eum purpura, fugerunt omnes. [65] Et magnificauit eum rex et scripsit eum inter primos amicos, et posuit eum ducem et participem principatus. [66] Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum pace & lætitia, [67] In anno centesimo

tes prosternunt, cum sancti prædicatores Christi, associato sibi fidelium numero, qui mandata decalogi ritè custodiunt, contra persecutores fidei constanter dimicant, & freti diuino adiutorio omnes inimicos suos qui cogitant eis mala, vincentes superant. Ioppe enim, quæ interpretatur *pulchritudo*, aptè mundum significat, cuius species carnalibus videtur esse pulchra, quia carnis suæ in eo explere cupiunt desideria. Ibi quippe Ionathas custodiá Apollonij expugnat, cum vanam Philosophiam mundi & sectatores eius per veritatem Euágelij turba doctorum debellando conculcat. Pugnat & idem cœtus sanctorum prædicatorum contra Azotum, qui interpretatur ignis patruelis, cum cupiditaté terrenarum rerum in hominibus extinguere cupit. Sed fugiunt exercitus Apollonij in Azotum ad Dagon idolum suum, vt se liberent, cum infideles à dæmoniis, quæ superstitiosè colunt, quærunt protectionem. Dagon enim interpretatur *piscis tristitiæ*, significans diabolum, qui in pelago istius sæculi latitans, quos valet, decipere certat.

Victi à sanctis doctoribus & fideli populo.

Pulchritudo mundana.

Cupiditas rerum terrenarum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et congregauit rex Alexander exercitum magnum. *Hic consequenter describitur congressus Alexandri cum Demetrio: & patet littera vsque ibi.*

2 Et misit Alexander. *Vbi ex Alexandri victoria contrahitur amicitia; & secundò subditur Ionathæ gloria, ibi,* Et scripsit rex Alexander. *Prima pars patet, paucis exceptis, quæ discurrentur,*

†† ADDITIO. *Alexander iste apud Iosephum lib.13.* Balles, *apud Strabonem lib.16.* Balas *dicitur; qui hic vocatur Antiochi Epiphanis, seu Nobilis filius, non reuera, sed ex ipsius affirmatione, & plerorumque opinione. Infima enim fortis hominem fuisse Iustinus & Appianus Liuiusque docent, Prompanum antea vocatum, quem in odium Demetrij primum Ptolemaenses, deinde alij regem crearunt. Quemadmodum hoc eodem tempore prodiit Pseudophilippus quidam, qui contra Romanos bellum tertium Macedonicum procreauit: & postea Pseudo Alexander alius de quo Iosephus lib. 17.*

Verum vere fuerit Alexander filius Antiochi.

3 Et sedi in sede patrum meorum. *In Antiochia, quæ erat metropolis illius regni.*

4 Et dabo dona tibi. *Regia maiestati condigna:*

5 Et ipsi dignitatem. *Quia vocabitur & erit regina.*

6 Et scripsit rex Alexander Ionathæ. *Hic consequenter describitur Ionathæ gloria cùm dicitur,* Et scripsit rex Alexander Ionathæ, *sicut amicus amico.*

7 Et abiit cum gloria Ptolemaidam. *Id est, cum apparatu magno.*

8 Et occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis, &c. *Scilicet, Alexandro & Ptolemæo.*

9 Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israël. *Nam à lege apostatauerant, & alios ad apostasiam, quantum poterant, inuitabant.*

10 Et collocauit eum rex sedere secum, dixitque principibus suis, *in conuiuio.*

11 Exite cum eo in medium ciuitatis. *Ad eius honorem, & aduersariorum suorum confusionem.*

12 Et prædicate. *Id est, per præconem publicate.*

13 Vt nemo interpellet aduersus eum de vllo negotio. *Et patet littera.*

14 In anno centesimo sexagesimoquinto, &c. *Hic consequenter describitur conflictus Ionathæ pro Alexandro, Vbi primò ponitur Apollonij comminatio: Secundò Ionathæ animatio, ibi,* Vt audiuit

sexagesimo quinto venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrum suorum.[68] Et audiuit Alexander rex, & contristatus est valde, & reuersus est Antiochiam.[69] Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem qui præerat Cœlessyriæ, & congregauit exercitum magnum, & accessit ad Iamniam, & misit ad Ionatham summum sacerdotem,[70] dicens: Tu solus resistis nobis, Ego autem factus sum in derisum & in opprobrium, propterea quia tu potestatem aduersum nos exerces in montibus.[71] Nunc ergo si confidis in virtutibus tuis, descende ad nos in campum, comparemus illic inuicem, quia mecum est virtus bellorum.[72] Interroga, & disce quis sum ego, et ceteri qui auxilio sunt mihi, qui et dicunt quia non potest stare pes vester ante faciem nostrā: quia bis in fugam conuersi sunt patres tui in terrā suam,[73] et nunc quomodo poteris sustinere equitatum et exercitum tantum in campo vbi non est lapis, neque saxum, neque locus fugiendi.[74] Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonij, motus est animo, & elegit decem millia virorum, & exiit ab Ierusalem, & occurrit ei Simon frater eius in adiutoriū,[75] & applicuerunt castra in Ioppen, & exclusit eum à ciuitate, quia custodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eam.[76] Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Ioppē.[77] Et audiuit Apollonius et admouit tria millia equitum et exercitū multum,[78] et abiit Azotum tamquam iter faciens, et statim exiit in campum, eo quod haberet multitudinem equitum, et confideret in eis, et insecutus est eum Ionathas in Azotum, et prælium cōmiserunt.[79] Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occulte.[80] Et cognouit Ionathas, quoniam insidiæ sunt post se, et circumierunt castra eius, et iecerunt iacula in populum à mane vsque ad vesperam.

NICOLAVS DE LIRA.

diuit autem Ionathas. *Tertio Alexandri congratulatio, ibi,* Et factum est. *Circa primum dicitur,* In anno centesimo sexagesimoquinto, *regni Græcorum.*

1 Venit Demetrius filius Demetrij à Creta. *Vbi occiso patre suo ab Alexandro, ad parentes matris suæ iuerat pro refugio.*

2 In terram patrum suorum. *Per Cretensium, inter quos creuerat, auxilium.*

3 Et reuersus est Antiochiam. *Metropolim ciuitatem vt ibi congregaret exercitum ad pugnandum contra Alexandrum.*

4 Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem. *In vna parte regni quæ vocabatur Cœlessyria & erat regio maritima.*

5 Et accessit ad Iamniam. *Quæ similiter est prope mare in Iudæa, Et ideo videtur illuc venisse per nauigium,*

6 Et misit ad Ionatham summum sacerdotem. *Inuitando eum ad pugnam.*

7 Tu solus resistis nobis. *Q. d. Credis tu diu resistere, quasi di. Non.*

8 Ego autem factus sum in derisum. *Eo quod non habeo te statim ad nutum meum.*

9 Propterea quia tu potestatem aduersum. *Q. d. hoc non prouenit ex tua probitate, sed ex montium asperitate, ad quos tu refugis, quia sunt inaccessibiles equitibus nostris, ideo sequitur,*

10 Descende ad nos in campum. *Id est, ad terram planam.*

11 Interroga, & disce quis sum ego. *Quasi dicat, si hoc scires, te mihi subiiceres.*

12 Quia non potest stare pes vester ante faciem nostram. *In prælio, sed conuertitur ad fugam.*

13 Et nunc quomodo poteris sustinere, &c. vbi non est lapis. *Impediens iter equitum & peditum meorum.*

14 Neque locus fugiendi. *Tibi & tuis, quia statim caperemini ab equitibus meis.*

15 Vt audiuit autem Ionathas. *Hic consequenter ponitur ipsius Ionathæ prouocatio: & patet vsque ibi,*

16 Et exclusit eum à ciuitate. *Id est, populus Ioppe Ionathan exclusit ab ingressu ciuitatis Ioppensis. Et subditur causa, cum dicitur,*

17 Quia custodia Apollonij. *Id est, homines armati ex parte ipsius ibidem positi.*

18 Et oppugnauit eam. *Scilicet, Ionathas Ioppen. Cetera patent vsque ibi.*

19 Et abiit Azotum tamquam iter faciens. *Id est, plane procedendo.*

20 Et statim exiit. *De castris.*

21 In campum. *Quasi paratus ad prælium. Et subditur causa,*

22 Eo quod haberet mul. *Et prælium commiserunt, non tamen statim, sed postea, & subditur causa.*

23 Et reliquit Apollonius in castris mille equites. *Id est, post recessum suum de castris.*

24 Occulte. *Vt Ionathas & eius exercitus ignoranter includerentur inter aduersarios.*

25 Et circumierunt castra eius, & iecerunt iacula, &c. *Ad euadendum insidias.*

†† ADDITIO. *Demetrius Demetrij filius quem Iosephus Nicanora cognominat, misit contra Ionathan Apollonium istum, alium à superiore quem Iudas occidit, Vnde perperam Iosephus istum Alexandri ducem facit, quia ipse Alexander ob hunc Apollonium deuictum maiore afficit Ionathan honore. Quod autem supra videatur Ionathas quasi ex Alexandri confessione stola tanta seu Pontificali veste se induisse: non est accipiendum, quasi tum primo Pontificiam dignitatem iniuisset, cum istud iam factum fuisset, quam primum Iudæ fratri suo in Principatu successisset. Nunc ergo primo stolam sanctam induit quoad bonam regum veniam, qui antea Machabæos pro hostibus habuerunt. Solebant autem Pontifices maxime in Scenopegiorum solemnitate, in Pontificali habitu suo conspici.*

Apollonius ipse pro Demetrio non pro Alexandro militabat.

Quando primum dignitatem Pontificiam sumpserit Ionathas.

MORALITER.

4 *Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præerat Cœlessyriæ, & congregauit.* Per istum Apollonium, qui prouocauit Ionathan ad descendendum de montibus, & pugnandum cum eo in campo plano, potest intelligi diabolus, qui suggerit aliquando homini deuoto descendere de monte contemplationis ad campum actionis, æstimans eum ibi facilius superare: sed sicut Apollonius fuit deceptus, nam in campo per Ionathan fuit confusibiliter debellatus. Sic diabolus aliquando decipitur circa virum bonum, qui non solum præualet diabolo in monte contemplationis, sed etiam in campo actionis: quia quando descendit de contemplatione ad regendum vel docendum populum ex charitate, facit maiorem fructum, & sic magis confundit diabolum, & reportat maius præmium apud Deum, & hoc notatur cum subditur infra,

De contemplatiuis qui eludūt spem maligni putantis illos vinci posse si actionibus se immiscéant.

[illegible]endit Ionath[illegible], & ciuitates, quæ erant in circumitu eius, [illegible]olia eorum, & templum Dagon, &c. IDEM. quia doctores san[illegible]dio districti anathematis, diabolum simul cum cupiditate mundi in perpetuum damnant, idolatrasque gladio diuini verbi percutiunt, quia pœnam quæ eos in gehennam subsequetur, prædicant.

b *Et fuerunt*, &c. IDEM. Per octonarium numerum, & circumcisio spiritalis, & dies resurrectionis (sicut sæpe diximus) ostenditur, vbi omnes, qui hic non circumciduntur spiritu Dei viui, in pœnam traduntur ignis perpetui.

c *Et mouit inde.* IDEM. Ionathas promouit castra, & applicuit ea Ascalonã; cum prędicatores sancti apparatum pij certaminis ad debellandum gentium errores, & ipsas ad fidem Christi conuertendas disponunt, quos illæ cum deuotione suscipiunt, quando eis obedientiam in Euangelio gratanter impendunt, vnde rectè subiungitur,

d *Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum suis*, &c. RAB. quia cũ doctores noui testamenti prædicantes gentibus verbum Dei, se ditatos fide credentium conspiciunt mox ad referendas Deo gratias in ecclesiam Christi redeũt, vt ei dignas laudes referãt, cuius gratia donum hoc acceperunt, de quo grandi tripudio exultant.

e *Et factum est.* IDEM. Quid est quod Alexander audiens factũ Ionathę, addidit glorificare eum, dans ei regalem ornatum: nisi quod principes gentium agnoscentes magnanimitatem & fortitudinem ecclesiæ, regiæ dignitatis ei deferunt honorem, quia illam regis cælestis cognoscunt veraciter esse sponsam, & tribuũt ei vrbes in possessiones, quoniam finium suarum tradunt illi in habitationem.

Incircumcisi cordibus. *Conuersio gentium ad fidem, gau[dium patri] fidelibus.* *& infidelibus admirationem.*

[81] Populus autem stabat sicut præceperat Ionathas; & laborauerunt equi eorum.[82] Et eiecit Simon exercitũ suum, & commisit contra legionem. Equites enim fatigati erant, & contriti sunt ab eo & fugerunt.[83] Et qui dispersi sunt per campum, fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Bethagon idolum suum, vt ibi se liberarent.[84] Et succendit Ionathas Azotum & ciuitates quę erant in circumitu eius, & accepit spolia eorum, & templum Dagon, & eos qui fugerunt in illud succendit igni.[85] Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui succensi sunt, fere octo millia virorum.[86] Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Ascalonã, & exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria,[87] & reuersus est Ionathas in Ierusalem cum suis habentibus spolia multa.[88] Et factum est, vt audiuit Alexander sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionathã.[89] Et misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est dari cognatis regum. Et dedit ei Acharon, & omnes fines eius in possessionem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Populus autem stabat sicut præceperat Ionathas. *Dicit enim Iosephus, quod exercitus erat ordinatus in quadro facta testudine de scutis ad excipiendum sagittas aduersariorum, donec eorum pharetræ essent euacuatæ, vt sagittarij equites essent fatigati & eorum equi: quo facto fuit quod sequitur,*

2 Et eiecit Simon exercitum suum. *faciens contra aduersarios fatigatos impetum.*

3 Et intrauerunt in Bethagon, *id est, domum Dagon, siue templum, Erat autem Dagon idolum habens caput quasi piscis, vt dicunt Hebrai, ideo sic nominabatur a Dag. quod in Hebræo significat* piscem in Latino.

4 Et exierunt de ciuitate obuiam illi in magna. *resistere non audentes Ionatha.*

5 Et factum est, vt audiuit Alexander. *Hic consequenter ponitur Alexandri regis congratulatio. Nam congressus Ionatha fuerat pro eo, vt patet ex prædictis.*

6 Et misit ei fibulam auream, &c. *Erant enim quatuor insignia regalia, scilicet purpura, corona, fibula aurea, & sceptrum. Duo prima miserat ante ipsi Ionathæ, vt dictum est circa principium huius cap. & nunc misit sibi tertium: quartum vero sibi soli seruabat, quod est proprium regiæ maiestatis.*

†† ADDITIO. *Peculiaria quædam ornamenta fuisse, quæ amicis, & iis quos honore afficere vellent, tribuerent reges, constat ex historia Ioseph in Genesi, & Mardochæi in libro Estheris. Sed* auream fibulam *dicit D. Thomas hic, in* mulieribus esse pectoris ornamẽtum, in militibus cingulum. *Sane in mulieribus id genus ornamenti enumerat Plinius lib. 33. c. 7. in militaribus autem Liuius lib. 39. in vtrisque adhibebatur, vt ex ea longiora & fluxiora vestimenta subnecti possent, iuxta illud poeta: Aurea purpuream subnectit fibula vestem. Quod autem hic dicitur de fugientibus Apollonij militibus, intrauisse eos in Beth dagon idolũ suum; legi potest ex Græco,* idolium τὸ εἰδωλεῖον delubrum idoli, *& illam vocem retinuit interpres* 1. Cor. 8. Si quis viderit eum, qui scientiam habet, in idolio recumbentem.

Iosephus lib. 13. antiq. c. 6. *Dagon.* *Quatuor insignia regalia.* *Fibulæ auream quis vsus, & qui illam gestarent.*

MORALITER.

† 5 *Et factum est, vt audiuit Alexander.* Deus enim dici potest Alexander magnus, qui sicut dicit beatus Iacobus: *dat omnibus affluenter, & non improperat.* *Iacob. 1.*

CAPVT XI.

[1] Et rex Ægypti cõgregauit exercitum sicut arenam, quæ est circa oram maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnum Alexan-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XI.

1 Et rex Ægypti congregauit exercitum, &c. *Hic consequenter describitur ducatus Ionathæ tempore regis Demetrij secundi. Circa quod primo describitur Alexandri regis obitus, secundo, Demetrij successus, ibi:* Et regnauit. *tertio, Antiochi adolescentis aduentus, ibi,* Triphon autem. *Primo in tres, quia primo ponitur proditio Ptolemæi, secundo, confœderatio Demetrij, ibi,* Et misit legatos, *tertio prostratio Alexandri, ibi.* Et audiuit. *Circa primum dicitur,* Et rex Ægypti. *Hyperbole est, ad designandum sui exercitus magnam multitudinem.*

Diuisio.

2 Et naues multas, *quia regnum Alexandri quod quærebat acquirere dolose, partim erat super mare.*

MORALITER.

1 *Et rex Aegypti.* Ægyptus *tenebra* interpretatur, ideo per regem Aegypti, diabolus, qui est rex tenebrarum, significatur. Ipse vero filiam habet spiritualem, scilicet crudelitatem, sicut per oppositum misericordia cælestis regis est spiritualis filia, prout in legenda sancti Ioannis eleemosynarij declaratur. vnde Christus Iudæis crudeliter in mortem suam machinantibus, dixit Ioan. 8. f. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Ex quo patet crudelitatem filiam diaboli esse. Et sicut rex Aegypti dedit filiam suam Demetrio, vt priuaret Alexandrum regno, sic diabolus crudelitatem dedit Neroni & aliis Imperatoribus sibi similibus, vt priuaret Christum regno suo quod est ecclesia, intendebant enim instinctu diaboli totaliter destruere fidem Christi. Et sicut dicitur, infra. *Rex Ptolemæus mortuus est in die tertia mortis Alexandri;* sicut diabolus tertia die mortis Christi, in qua resurrexit, & infernum spoliauit, diabolus fuit turpiter confusus, quæ confusio potest dici mors eius, sicut vulgariter dicitur de homine notabiliter confuso, quod ipse est mortuus.

Misericordia filia Dei, crudelitas filia diaboli. *Mors Christi diabolũ vicit & spoliauit.*

a *Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum, &c.* RAB. Ptolemæus Euergetes qui post Ptolemæum Philometorem regnauit in Alexandria, vt chronicorum libri testantur, Alexandro filio Balo regi Syriæ filiam suam tradidit vxorem, quam postea inimicitia inter se & generum exorta abstulit, & tradidit Demetrio filio Demetrij in vxorem cum regno quod abstulerat ab Alexandro, quod nunc scriptura cõmemorare videtur.

b *In diebus illis congregauit Ionathas, &c.* RAB. Quid est, quod Iona-

dri dolo, & addere illud regno suo.[2] Et exiit[1] in Syriam[2] verbis pacificis,[3] & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei, quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiam, eò quod socer suus esset.[3] Cum autem introiret[4] ciuitatem Ptolemæus ponebat[5] custodias militum in singulis ciuitatibus. [4] Et vt appropiauit Azoto, ostenderunt ei templum Dagon succensum igni, & Azotum, & cetera eius demolita, & corpora proiecta, & eorum qui cæsi erant in bello tumulos[6] quos fecerant secus viam.[5] Et narrauerũt[7] regi, quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiam facerent ei.[8] Et tacuit rex.[9][6] Et occurrit Ionathas regi in Ioppe cum gloria, & inuicem se salutauerunt, & dormierunt illic.[7] Et abiit Ionathas cum rege vsque ad fluuium qui vocabatur Eleutherus, & reuersus est in Ierusalem. a Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium[10] ciuitatum vsque Seleuciam Maritimam, & cogitabat[11] in Alexandrum cõsilia mala.[12][9] Et misit legatos[13] ad Demetrium, dicens: Veni componamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam meam quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui.[10] Pœnitet enim me quod dederim ei filiam meam. Quæsiuit[14] enim me occidere.[11] Et vituperauit[15] eum propterea quod cõcupierat regnum eius.[12] Et abstulit filiam suã, & dedit eam Demetrio, & alienauit se ab Alexãdro, & manifestatæ sunt inimicitiæ eius.[13] Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, & imposuit duo diademata capiti suo, Ægypti & Asiæ. [16][14] Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus, quia rebellabãt[17] qui erant in locis illis. [18][15] Et audiuit Alexander, & venit ad eum in bellum. Et produxit Ptolemæus rex exercitum, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eum. [16] Et fugit Alexander in Arabiam, vt ibi protegeretur. Rex autem Ptolemæus exaltatus est. [17] Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit[19] Ptolemæo.[18] Et rex Ptolemæus mortuus est in die tertia, & qui erant in munitionibus,[20] perierunt[21] ab his qui erant intra castra.[22][19] Et regnauit[23] Demetrius anno centesimo septuagesimoseptimo.[20] b † In diebus illis congregauit

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et exiit, *de Aegypto,*

2 In Syriam, *pergens.*

3 Verbis pacificis. *cum habitatoribus Syria vtens, quasi quærens bonum regni pro genere suo.*

4 Cum autem introiret ciuitates, *aliquas,*

5 Ponebat custodias militum, *ad obtinendum terram contra Alexandrum. Cetera patent vsque ibi,*

6 Et eorum qui cæsi erant in bello tumulos, *in quibus erant sepulti notabiles viri.*

7 Et narrauerunt regi, *vt habetur ca. præce.*

8 Vt inuidiam facerent ei, *prouocando eum contra Ionathan.*

9 Et tacuit rex, *sub dissimulatione transeundo. Cetera patent vsque ibi.*

10 Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium, &c. *regni Syriæ per custodias militum ibi positas, vt dictum est.*

11 Et cogitabat in Alexandrum, *generum suum,*

12 Consilia mala, *quærens eum priuare regno & vita.*

13 Et misit legatos. *Hic ponitur confœderatio Ptolemai cum Demetrio Alexandri inimico. Et patet littera vsque ibi.*

14 Quæsiuit enim me occidere. *Dicunt aliqua glossa & aliqui historiographi, quod hoc verum erat, quia eum intoxicare quæsierat. Sed hoc videretur falsum per litteram præcedentem, in qua dicitur, quod Alexander mandauerat Ptolemæum honorificè recipi, similiter per litterã immediatè sequentem, cum dicitur,*

An vere struxerit Alexander insidias vitæ Ptolemæi.

15 Et vituperauit eum. *Ex quo patet, quod crimen sibi falsò imposuit cupiditate ductus, Prouerb. xviij. a.* Occasiones quærit qui vult recedere ab amico. *Sciendum etiam quod Iosephus circa historias huius libri multa dicit, quæ sunt dissona textui, propter quod illa tamquam friuola dimitto, quia liber iste maioris auctoritatis est quàm sit Iosephus.*

Iosephus ab historia huius libri dissentiens non est audiendus.

16 Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus. *q. d. propter hoc tales proditiones facilius facere poterat Ptolemaus.*

17 Quia rebellabant qui erant in locis illis. *Propter quod iuerat rex ad reprimendum illos vel sedandum.*

18 Et audiuit Alexander, & venit ad eum in bellum. *Hic consequenter ponitur prostratio Alexandri per proditiones soceri sui. Cetera patent vsque ibi.*

19 Et rex Ptolemæus, *Postquam receperat caput Alexandri, & sic videtur mortuus subito iusto Dei iudicio. Iosephus tamen dicit, quod equus Ptolemai in bello contra Alexandrum territus elephantis voce, proiecit eum, & tunc fuit lethaliter vulneratus: Sed viso capite Alexandri fuit aliquantulum consolatus, sed postea cito mortuus. Sed contra hoc videtur quod de prædicto bello præmittitur,* Rex autem Ptolemæus exaltatus est, *& quod subditur,* Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri. *Quod non fecisset in fauorem Ptolemai, si fuisset ex vulneratione ita propinquus morti.*

Iosephus lib. 13. antiq. ca. 7.

Quomodo mortuus sit Ptolemæus.

20 Et qui erant in munitionibus, *Syriæ à Ptolemao positi, vt prædictum est.*

21 Perierunt ab his qui erant intra castra, *scilicet, Alexãdri, vt dicunt aliqui. Sed hoc non videtur verum, quia debellatus erat à Ptolemao, & ideo quod dicitur hic,*

22 Intra castra, *Intelligendum est Demetrij, qui nolebat homines extraneos possidere fortalicia regni sui.*

23 Et regnauit Demetrius. *Hic consequenter ponitur successio Demetrij, & primò quantum ad obtentum dominium, cum dicitur,* Et regnauit Demetrius, &c. *secundo quantum ad prouocationem contra Ionathan per accusationem iniquorum Iudæorum, eo quod obsideret arcem: & patet littera; Tertio quantum ad Demetrij placationem, cum dicitur,*

1 Vt

† MORALITER. † *In diebus illis congregauit Ionathas, &c.* Per Ionathan, qui interpretatur columbæ donum, † &

Ionathas eos qui erant in arce Ierosolymitana expugnat per eos qui sunt in Iudæa; nisi quod doctores sancti insectantur eorum contumaciam, qui exaltatione cordis atque superbiæ innitentes, diuinis præceptis resistere parant? Contra quos facit machinas multas: quia multiplici disciplina, ac diuersa scripturarum doctrina eos oppugnare, & ad humilitatem prouocare student. Sed sicut tunc quidam de his, qui oderant gentem suam, viri iniqui, adierunt regem accusantes Ionathan; sic & nunc hi, qui disciplinam ecclesiasticam recipere nolunt, abominantur eos, qui sibi iniquitatem suam auferre conantur; accusantes eos apud sæculi potestates, quatenus eos in odium illorum conuertant, & persecutionem eis incitent, sed non præualent, quoniam Deus adiutor & protector suorum est, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

De eis qui confugiunt ad dominorum sæcularium auxilium ne cogantur disciplinam emendationem suscipere.

Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt expugnarent arcem quæ est in Ierusalem, & fecerunt contra eam machinas multas.[21] Et abierunt quidam qui oderant gẽtem suam viri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiauerunt ei, quod Ionathas obsideret arcem.[22] Et vt audiuit iratus est, & statim venit ad Ptolemaidam, & scripsit Ionathæ ne obsideret arcẽ, sed occurreret sibi ad colloquium festinato.[23] Vt 1 audiuit autẽ Ionathas iussit obsidere. Et elegit 2 de senioribus Israel & 3 de sacerdotibus, & dedit se periculo:[24] accepit aurum & argentum & vestem, & alia xenia multa, & abiit ad regem Ptolemaidam, & inuenit gratiam in cõspectu eius.[25] Et interpellabant aduersus eum quidam iniqui ex gẽte sua.[26] Et fecit ei rex sicut fecerant ei qui ante eum fuerant. Et exaltauit eum in conspectu omniũ + amicorum eius,[27] & statuit ei principatum sacerdotij, & quæcumque alia habuit prius pretiosa, & fecit eum principem amicorum. a [28] Et postulauit Ionathas + à rege vt immunem faceret Iudæam & tres toparchias, id est, Samariam & confines eius, & promisit ei talẽta trecenta:[29] & consensit rex, & scripsit Ionathæ epistolas de his omnibus hunc modũ continentes:[30] Rex Demetrius fratri Ionathæ salutem & genti 4 Iudæorum.[31] Exemplum epistolæ quam scripsimus Lastheni parenti nostro de vobis, misimus ad vos vt sciretis.[32] Rex Demetrius, Lastheni parenti salutem.[33] Genti Iudæorum amicis nostris & conseruantibus quæ iusta sunt apud nos decreuimus benefacere propter benignitatem 5 ipsorum quam erga nos habent.[34] Statuimus 6 ergo illis omnes fines Iudææ & tres ciuitates, Liddam & Ramathæ, quæ additæ sunt Iudææ 7 ex Samaria & omnes confines earum sequestrari omnibus sacrificantibus in Ierosolymis pro his quæ ab eis prius rex accipiebat per singulos annos, & pro fructibus terræ & pomorum.[35] Et alia quæ ad nos pertinebant decimarum & tributorum, ex hoc tempore re- 8 mittimus eis, & areas Salinarum & coronas quæ nobis deferebantur,[36] omnia ipsis concedimus, & nihil horum irritum erit ex hoc in omne tempus.[37] Nunc ergo curate facere ho- 9 rum exemplum, et detur Ionathæ, et ponatur 10 in mõte sãcto et in loco celebri.[38] Et vidẽs Demetrius rex, quod siluit terra in cõspectu suo,

a *Et postulauit Iona.* RABA. Toparchias, hoc est villarum vel oppidorũ principatũ ea loca nũcupat, quæ Demetrius ex regno Samariæ addidit ad Iudæam, de quibus in sequentibus narrat, hoc est Liddam & Ramatham. Lidda enim ciuitas est Palestinę in littore maris magni sita, & Ramatha vrbs est Samuelis, de qua in libro Regum narratur; iure ergo amicitiæ rex Demetrius Ionathæ concedens immunitatem Iudææ, addidit ciuitates prædictas, remittens decimarum & tributorum cẽsum, & areas salinarum in quibus salis confectio reipublicæ debebatur, necnon & alia debita quæ illi regio fastu deferebantur iuxta confessionem cum Ionatha habitam omnia condonauit.

Tri-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt audiuit autem Ionathas, *mandatum regis,*

2 Iussit obsidere, *id est, obsidionem arcis per alios continuare. Aliqui tamen libri habent: iussit non obsidere, id est, obsidionem dimittere. Et hoc magis consonat litteræ præcedenti & subsequenti,*

3 Et elegit de senioribus, &c. *vt venerabili societate, & munerum multitudine, & pretiositate placaret regem, quod & fecit, & patet littera vsque ibi.*

Quis Lasthenes iste.

4 Exemplum epistolæ, &c. *Iste Lasthenes erat Cretensis, attinens Demetrio ex parte matris, & qui Demetrio prouiderat de exercitu ad obtinendum Syriæ regnum contra Alexandrum: propter quod Demetrius reputabat eum sicut patrem, & de factis notabilibus sibi scribebat, & ideo de gratiis Ionathæ factis scripsit epistolas Ionathæ & Lastheni eamdem formam continentes, prius tamen scripsit Lastheni, & hoc est quod dicitur* Exemplum epistolæ. *& sequitur epistolæ continentia, cùm dicitur,*

5 Statuimus ergo illis om. fines Iu. *Possidendos pacificè.*

6 Et tres ciuitates. *Tertia non nominatur hic.*

7 Ex Samaria. *in qua habitabant Gentiles ibi translati de Perside 4. Reg. 17. Cetera patent vsque ibi,*

8 Et areas Salinarum. *id est loca in quibus fiebat sal modo supradicto cap.*

9 Et ponatur in monte sancto & in loco celebri. *ad memoriam in futurum. Quarto describitur status Demetrij quantum ad exercitus dimissionem, cum dicitur,*

10 Et videns Demetrius. *& patet littera vsque ibi,*

1 Et

MORALITER.

+ & per eius socios, possunt intelligi viri religiosi, qui moribus & scientia impugnant arcem superbiæ quæ est in omni peccato mortali. Sed aliquando verbis malignantium apud superiores impediuntur ab hac impugnatione, scilicet, quando potestas eorum in prædicando & confessiones audiendo restringitur, vel suspenditur, per quod virtutum profectus impeditur. Sed cum superior potestas hæc considerat, verba malignantium contemnit & dictos religiosos honorat, ideo subditur inferius,

Opera hominũ malorum in impediẽdo religiosos à prædicando & confessiones audiendo.

+ *Et exaltauit eum in conspectu omnium amicorum eius, & statuit ei principatum sacerdotij.* Sequitur,

+ *Et postulauit Ionathas à rege vt immunem faceret Iudaam,* sequitur autem post petitio regis à Ionatha, ibi.

+ *Nunc*

a *Triphon autem erat quidam partium Alexandri prius.* Rab. Qualiter A autem Demetrius in odium exercitui suo venerit, Pompeius Trogus ostendit dicens: Recuperato paterno regno Demetrius & ipse rerum successu corruptus, vitiis adolescentiæ in segnitiem labitur, tantumque contemptum apud omnes inertia, quantum odium ex superbia pater habuerat, contraxit. Itaque cum ab imperio eius passim ciuitates deficerent, ad abolendam segnitiæ maculam, bellum Parthis inferre statuit. Cuius aduentum nō inuiti orientis populi videre, & propter Arsacydæ regis Parthorum crudelitatem, & quod veteri Macedonum imperio assueti noui populi superbiam indignè ferebant. Itaque cum Persarum & Elimæorum Bactrianorumque auxiliis iuuaretur, multis præliis Parthos vastatos fudit, ad postremum tamen pacis simulatione deceptus capitur, traductusque per ora ciuitatum, populis qui * desciuerant in ludibrium fauoris ostenditur. Missus deinde in Hyrcaniam, benignè & iuxta cultum pristinę fortunæ habetur.

Pompeius Trogus lib. 36. *Demetrij bellum cū Parthis.* B C ** desciuerant.*

b *Et misit Ionathas ad Demetrium regem.* Hie. Quid est quod Ionathas à rege Demetrio petit, vt eiiceret eos qui erant in arce in Ierusalem, & in præsidiis, qui & impugnabant Israel; à quo è contrario postulat Demetrius auxilia aduersus inimicos? nisi quod doctores sancti expetunt à gentium principibus, & ab omni populo erroris & superbiæ debellationem, & ipsi similiter à sanctis doctoribus postulant suffragium doctrinæ & orationis ad superandos spiritales inimicos? Neuter enim ordo sine alterius opitulatione effectum ministerij sui rite perficere valet, quia nec doctores sancti meritum lucrificandi sine conuersione & obedientia subditorū, nec ipsi subditi salutem promereri possunt sine documento & instructione magistrorum. Vterque enim ordo, vt prædictum est, ab alio fulcitur, & ab alio adiuuatur: vnde Paulus Thessalonicensibus ait: *Tunc viuemus si vos statis in Domino: quoniam gaudemus propter vos ante Deum nostrum.* Et ait ad Corinthios, *Gloria* inquit, *vestra sumus sicut & vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi.*

D *Regnum & sacerdotiū inuicem iuuare & operas communicare debent.* E *1. Tess. 3. c.* *2. Cor. 1. c.* F

c *Et viderunt qui erāt de ciuitate, quod obtinuissent Iudæi ciuitatem, &c.* Rab. Quod Iudæi victoriā capientes de hostibus, cogebant eos pacē postulare, & dextras sibi dare, signat quod robur sanctæ ecclesiæ hostibus præeminet vniuersis, & siue eos per con-

Ecclesia omnium perfidiam superat vel conterendo vel conuertendo illā.

& nihil ei resistit, dimisit totum exercitū suum, vnumquemque in locum suum, excepto peregrino exercitu quem traxit [1] ab insulis gentium, & inimici erant ei omnes exercitus patrum eius.[39] a Triphon autem erat quidam partium Alexandri [2] prius, [3] & vidit quoniam omnis exercitus murmurauit contra Demetrium, [4] & iuit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri,[40] [5] & assidebat ei [6] vt traderet eū ipsi, [7] vt regnaret in loco patris sui. [8] Et enuntiauit ei quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituum eius aduersus illum. [9] Et mansit ibi diebus multis.[41] [10] Et misit b Ionathas ad Demetrium regem, [11] vt eiiceret [12] eos qui in arce erant in Ierusalem, [13] & qui in pręsidiis erant, quia impugnabant Israel.[42] [14] Et misit Demetrius ad Ionathan dicens: Non hæc tantum faciam tibi & genti tuę, sed gloria illustrabo te, & gentem tuam, cū fuerit opportunum.[43] [15] † Nunc ergo rectè feceris si miseris viros mihi in auxiliū, quia discessit omnis exercitus meus.[44] Et misit ei Ionathas tria millia virorum fortium Antiochiam. Et venerunt ad regem, & delectatus est rex in aduētu eorum.[45] Et conuenerunt qui erant de ciuitate, centum viginti millia virorum, & volebant interficere regem.[46] [16] Et fugit rex in aulā, [17] & occupauerunt qui erant de ciuitate itinera ciuitatis, [18] & cœperunt pugnare.[47] [19] Et vocauit rex Iudæos in auxilium, [20] & conuenerūt omnes simul ad eū. Et dispersi sunt omnes per ciuitatē,[48] [21] & occiderunt in illa die centum millia hominū. [22] Et succenderunt ciuitatē, & ceperūt spolia multa in illa die & liberauerūt regē.[49] c Et viderūt

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et inimici erant. *qui erant de regno Syriæ: nam à regnis præcedentibus consueuerant annonam accipere, non solum tempore belli, sed etiam pacis. vt sic essent parati pugnare pro rege tempore necessitatis.*

2 Triphon autem. *Postquam descriptus est Demetrij status, hic consequenter describitur Antiochi adolescentis aduentus. Et diuiditur in tres partes: quia primo ponitur aduentus Antiochi procuratio. Secundo, falsitatis Demetrij denudatio, ibi,* Et misit Ionathas. *Tertio, aduentus Antiochi executio, ibi,* Post hæc autem. *Circa primum dicitur,* Triphon autem. *quia prius fuerat cum Alexandro, postea vero ipso decapitato fuit cum Demetrio.*

Diuisio.

3 Et vidit quoniam omnis exercitus, *dicens eum honore regio indignum propter causam prædictam.*

4 Et iuit ad Emalchuel. *alias Malchum, &c. post eius mortem.*

5 Et assidebat ei, *id est assiduè stabat apud eum.*

6 Vt traderet eum ipsi, *tamquam tutori & ductori.*

7 Vt regnaret in loco patris sui. *Per hoc enim intendebat Triphon habere administrationem regni, sicut postea fuit de facto.*

8 Et enuntiauit ei quanta fecit Demetrius. *vt illum induceret ad tradendum sibi Antiochum.*

9 Et mansit ibi diebus multis, *non potens cito flectere Emalchuelem propter Antiochi pueritiam.*

10 Et misit Ionathas ad Demetrium regem. *Hic consequenter ponitur falsitatis Demetrij denudatio. Circa quam primo ponitur Ionathæ petitio, cum dicitur,* Et misit Ionathas ad Demetrium regem. *petens,*

11 Vt eiiceret, *id est, eiicere posset,*

12 Eos qui in arce erant in Ierusalem: *quorū aliqui erant alienigenæ, aliqui vero Iudæi, tamē apostatæ. Ex hoc videtur quod illa littera quæ dicit supra, Ionathan ad mandatum Demetrij remouisse obsidionem arcis, est verior.*

13 Et qui in præsidiis erant, quia impugnabant Israel. *in diuersis locis Iudææ ad impugnationem gentis Iudaicæ.*

14 Et misit Demetrius ad Ionathan dicens. *Hic secundo ponitur petitionis concessio. Et patet. & subditur concessionis ratio, cum dicitur,*

15 Nunc ergo rectè feceris si miseris viros. *Ad hoc enim concessit petitionem, vt Ionathas sibi mitteret bellatores ad sui defensionem, timens probabiliter insurgere contra se rebellionem, sicut & factum est, vnde subditur,* Et conuenerunt, &c.

16 Et fugit rex in aulam, *tamquam in locum tutiorem.*

17 Et occupauerunt, *ne aliquis ab extra posset ingredi ciuitatē in auxilium regis.*

18 Et cœperunt pugnare, *id est, ad pugnam se disponere.*

19 Et vocauit rex Iudæos, *antequam ciues essent congregati ad ipsum impugnandum, ideo subditur,*

20 Et dispersi sunt omnes per ciuitatem, *interficiendo eos, qui volebant interficere regem.*

21 Et occiderunt, *præuenientes eos, antequam essent vniti & dispositi ad pugnandum, & sic poterant multos occidere.*

22 Et succenderunt ciuitatem, *non totam sed in vna parte ponentes ignem ad ciuium terrorem; ideo subditur,*

MORALITER.

† 15 *Nunc ergo rectè feceris si miseris viros.* Per quod significatur, quod pauperes religiosi necesse habent præ potentibus huius mundi eleemosynarum subsidia, & è conuerso potētes à religiosis orationum suffragia, quæ frequenter plus eis valent quam arma bellica, sicut patet Exod. xvij. c. *Cumque eleuaret Moyses manus, superabat Israel: si autem paulum remisisset, superabat Amalech.*

Religiosi & domini sæculares inuicem iuuare debēt.

† *Et misit ei Ionathas tria millia virorum fortium Antiochiam.* Per quos significantur religiosi, ad pugnandum contra diabolum orationibus virtuosi in virtute vnius Dei & trini.

bellos orationes, & illi hos eleemosyna.

A conuersionem salubriter cedere facit, siue cõtemptores in sua pertinacia insistentes iuste punit, quia ipsa à saluatore suo Domino nostro Iesu Christo potestatem accepit *calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.* De qua alibi in Euangelio loquens ad apostolum suum Petrum ait: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.*

Luc.10.c. Matth.16.c.

a *Et nominati sunt*, inquit, *Iudæi in regno.* RAB. quia confessores Christi gloriosi apparet in toto mũdo. Sed hanc gloriam non sibi ascribunt sancti viri, sed regi suo, omnium videlicet bonorum largitori Deo, vnde & subditur,

B b *Regressi sunt in Ierusalẽ, &c.* IDEM. Huiuscemodi grates & Psalmista Deo se referre testatur dicens, *Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo.* In ecclesia ergo fideles quique habentes spolia virtutũ, regrediuntur vt laudes dicant Deo, cum non suis viribus, sed gratiæ diuinæ victoriam, quam adepti sunt, deputant, dicentes cum propheta,

Psal.39.b. Deo auctori referendæ sunt victoriæ non nobis.

C *Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriã: Super misericordia tua & veritate tua.*

Psal.113.b.

c *Et sedit Demetrius.* IDEM. Quod Demetrius Ionathæ pro beneficiis retribuit mala, significat, carnales & stultos, cum eis consulitur ad salutem, non respondere benefactoribus suis secundum debita beneficia, sed secundum obtusi cordis sui praua consilia. Quidquid enim eis agitur ad vtilitatem, illi totum reputant ad noxietatem, & inuidiæ stimulo incitati, nequissimæ suæ eligunt deseruire voluntati.

De eis qui odio habẽt bene consulentes.

d *Et exiit Ionathas.* IDEM IBID. Per Ionathæ transitum vltra flumen, praedicationem verbi ad eos qui nondum baptismate Christi abluti sunt possumus accipere; quia prædicatores sancti aliquando Gentiles ad sacrũ baptisma prouocant, aliquando fideles ad profectum virtutũ excitant. Cum ergo trans flumẽ regreditur Ionathas, D

e *Venit ad eum exer. Syr.* quia quando apostoli de Iudæis ad Gentium prædicationem migrauerant, mox plurimi de Gentibus ad fidem & baptismũ Christi cõueniebãt, qui adiutores prædicatoribus sanctis in Euangelio Dei fuerunt, quatenus paganos ad credulitatem perducerent.

Gentiles per Apostolos ad fidẽ conuersi in aliorum conuersione ipsos adiuuant.

qui erant de ciuitate, quod obtinuissent Iudæi ciuitatem sicut volebant, & infirmati sunt mente sua, & clamauerunt ad regem cum precibus dicentes: [50] Da nobis dextras, & cessent Iudæi oppugnare nos & ciuitatem. [51] & proiecerunt arma sua & fecerunt pacem. Et glorificati sunt Iudæi in conspectu regis, & in conspectu omnium qui erant in regno eius, & nominati sunt in regno. Et regressi sunt in Ierusalem habentes spolia multa. [52] Et sedit Demetrius rex in sede regni sui, & siluit terra in conspectu eius, [53] & mentitus est omnia quæcumque dixit. Et abalienauit se à Ionatha, & non retribuit ei secundum beneficia quæ sibi tribuerat, & vexabat eum valde. [54] Post hæc autem reuersus est Triphon & Antiochus cum eo puer adolescens, & regnauit, & imposuit sibi diadema. [55] Et congregati sunt ad eum omnes exercitus quos disperserat Demetrius, & pugnau[erunt] contra eum, & fugit & terga vertit. [56] Et accepit Triphon bestias, & obtinuit Antiochiam. [57] Et scripsit Antiochus adolescens Ionathæ dicens: Constituo tibi sacerdotium, & constituo te super quatuor ciuitates, vt sis de amicis regis. [58] Et misit illi vasa aurea in ministerium, & dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream. [59] Simonem fratrem eius constituit ducem à terminis Tyri vsque ad fines Ægypti. [60] Et exiit Ionathas et perambulabat trans flumen ciuitates, et cõgregatus est ad eum omnis exercitus Syriæ in auxilium. Et venit Ascalonem, et occurrerunt ei de ciuitate honorificè. [61] Et abiit inde Gazam, et concluserunt se qui erant Gazæ, et obsedit eam, et succendit quæ erant in circuitu ciuitatis, et prædatus est eã. [62] Et rogaue-

f *Perrexit Asca.* RABAN. quę interpretatur appensa, vel ignis infamis. E

g *Et occurrerũt ei de ci. hon.* IBI. cũ prædicatoribus sãctis, hi, qui ambitione sæculi deseruiebant, audientes verbũ Dei statim relicta cupiditate mũdi, ad obedientiam concurrebant Euangelij.

Et abiit inde Gazã, & obse. eã, & conclu. IBID. Per Gazam, quæ interpretatur fortitudo exprimitur obstinatio infidelium, in qua se duræ mentes prauorũ includunt: quia cedere veritati non consentiunt. Quam, F

Obstinatio infidelium.

h *Obsedit eam, & suc.* RAB. IBID. cum doctores Christi vndique testimoniis sanctarum scripturarũ perfidos coarctant, & errorum illorum machinationes debellando vastant. vnde,

i *Rogauerunt Ionatham dextram sibi dare Gazen.* IBID. Cum prauitate de[...] superborum, iam diutius veritati resistere non valentes, p[...] [fœ]dera magistros ecclesiæ dare deposcunt, suosque filios ei[...] tradunt, hoc est, fidei pignora, erroris videlicet abnegationem, & obedientiæ subiectionem in ecclesiam præmittũt, quatenus conuersionis suæ ad fidem spes certa reddatur.

De subiectis ecclesiæ.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et infirmati, &c. *& per consequens virtute corporis, nam à corde procedit sensus & motus ad alia membra: propter quod deficiente corde deficiunt exteriora membra. Cetera patent.*

2 Et sedit Demetrius. *Hic consequenter describitur falsitatis Demetrij denudatio: nam habita pace denegauit omnia promissa Ionathæ, & hoc est quod dicitur:* Et sedit Demetrius. *id est, in Antiochia metropoli repressa rebellione ciuium per auxilium Iudæorum.*

3 Et siluit. *quia non erat qui auderet sibi rebellare depressa metropoli ciuitate.*

4 Et mentitus est omnia, *de gratiis Ionathæ gentiq; Iudæorum fiendis.*

5 Et vexabat eum val. *per principes suos, inuadendo terminos Iudæ.*

6 Post hæc autem. *Hic consequenter describitur aduentus Antiochi adolescentis in regnum Alexandri patris sui. Circa quod primo ponitur regni obtentus; Secundo, cum Ionatha fœdus, ibi,* Et scripsit Antiochus. *Tertio, huius fœderis effectus, ibi,* Et exiuit Ionathas. *Circa primum dicitur,* Post hæc autem. *s. de Arabia in Syriam. Cetera patent vsque ibi.*

Diuisio.

7 Et accepit Triphon bestias. *id est, elephantos exercitus Demetrij.*

†† ADDITIO. *Hic antea vocabatur Deodotus, sed seipsum (vt ait Appianus) Triphonem nominauit. Apamœum Iosephus dicit, vel quia in Apamœorum castello natus, vel quia Apamæa, quæ à Macedonibus Pella vocatur, fuit educatus. Antiochus adolescens quem hic adducit, & postea interfecit, Alexandri regis filius fuit, pro quo, sicut & pro patre eius, Ionathas stetit.*

Triphon.

8 Et obtinuit Antiochiam, *metropolim ciuitatem, & per consequens alias multas.*

9 Et scripsit. *Hic consequenter ponitur confœderatio Antiochi cum Ionatha, erat enim rex nouus, & adhuc vnam magnam partem regni tenebat Demetrius, propter quod indigebat Ionathæ confœderatione.*

10 Et constituo te super quatuor ciuit. *extra Iudæam existentes.*

11 Et misit illi vasa aurea in ministerium, *scilicet, mensæ. ideo subditur,* Et dedit ei potestatem bibendi, &c.

12 Et Simon. fratrem eius, &c. à terminis Tyri, *inter quos includitur terra Philisthiim.*

13 Et exiit Ionathas. *Hic consequenter ponitur dicti fœderis effectus, & primò Antiochi dominium dilatando, cum dicitur,*

14 Et perambulabat, *eas inducendo, vt obedirent Antiocho.*

15 Et cõgregatus est ad eum omnis exercitus Syriæ, *qui oderat Demetrium, vt prædictum est.*

16 Et concluserunt se qui erant Gazæ. *nolentes eum recipere, nec à Demetrio recedere.*

17 Et prædatus est eam. *nam animalia & plura Gazæ bona erant extra ciuitatem in suburbiis & villulis.*

Et

MORALITER.

† 13 *Et exiit Ionathas, & perambulabat trans flumen ciuitates, &c.* Per quod significantur religiosi, qui zelo fidei accensi transeunt ad prædicandum gentibus nondum renouatis per fluuium baptismatis, vbi multum proficiunt aliquando, sicut Ionathas in exercitu suo.

Conuersio infidelium. opera prædicatorum.

† Et

a *Et au. Io.* RABA. Demetrij principes, qui præuaricati sunt in Cades Galilææ, non incongruè potestates sæculares intelligi possunt; quæ licet inter fideles propter catholicam confessionem annumerentur (hæc enim Cades, quæ interpretatur *sancta*, vel *mutata*; & Galilæa, hoc est *transmigratio facta*, per figuram exprimunt) sæpe tamen tales fraudem moliuntur negotio regni terrestri. Quibus occurrit Ionathas, quia necesse est, vt istis solertia sanctorum doctorum occurrat, ne fraudem quam disponunt animo, expleant facto.

Sæcularis potestas malè cupiens ecclesiæ.

b *Simonem tã. fra. su. reli. intra pro.* IDEM. Vt tueretur eam intrinsecus contra petulantiam insolentium. Sic etenim sancti prædicatores, licet aliquando ad sæculi actus moderandos, & indisciplinatorum infestationes temperandas se porrigant: tamen nullo modo sui iuris ministerium ordinare intra ecclesiam cessant, sed habent ibidem semper, qui regularem in omnibus conseruent disciplinam, vt sicut in exterioribus vtiles, sic in interioribus vbique inueniantur salubres.

Boni prælati ita res alienas curant vt proprias & domesticas nõ contemnant.

c *Et applicuit Simon.* IDEM. Quid per Bethsuram nisi lectio sanctarum scripturarum denotatur; quia Bethsura domus robustorum interpretatur. Et bene scriptura sacra domus robustorum dici potest, quia ibi quique robusti & fortes viri semper discendo & bene operando inhabitant, qui cum Psalmista *in lege domini meditantur die ac nocte.* In hac enim domo aliquando hæretici falso inhabitare videntur, cum scripturas legere, sed non intelligere omnino probantur. Vnde dicit quod Simon

Lectio sacrarum Scripturarum. Psal. 1. a.

d *Expugna. Bethsu. die mul. & ce. ciui. & ele. pra. ha. inde. po. ibi præs.* IBI. Quia doctores sancti hoc habent maximè in conatu, hoc toto agunt nisu, vt hæreticos expugnent falsam eorum opinionem destruendo, scripturamque legis Dei ab eorum manibus eruant potentes in ea præsidium, hoc est pios scrutatores & meditatores sapientiæ diuinæ, qui studeant rectè intelligere & rite proferre diuinum sermonem.

Hæretici exturbandi de possessione Scripturarum quas esse apud se gloriantur.

e *Et Ionathas.* IDEM. Quid est quod Ionathas ad aquam Genesar castra applicuit, nisi quod cœtus sanctorum prædicatorum spiritu Dei accensus, mundanis fluctibus & infidelium persecutionibus obuiare parat? Stagnum Genezareth idem dicunt esse, quod mare Galilææ, vel mare Tyberiadis. Sed mare Galilææ ab adiacente prouincia dictum: Mare verò Tyberiadis à proxima ciuitate, quæ olim Genereth vocata, sed ab Herode tetrarcha instaurata, in honorem Tyberij Cæsaris Tyberias est appellata. Porrò Genesar à laci ipsius natura, quæ crispantibus aquis de se sibi excitare auram perhibetur, Græco vocabulo, quasi generans sibi auram dicitur, Neque enim in stagni morem sternitur aqua, sed frequentibus auris spirantibus agitatur, haustu dulcis, & ad potandum habilis. Sed Hebrææ linguæ consuetudine omnis aquarum congregatio, siue dulcis siue salsa, mare nuncupatur. Qui lacus influente Iordane 160. stadiis in longitudine, & 60. extenditur in latitudine. Quia ergo stagnum siue mare, præsens sæculum designat, Ionathas noster cum suis sæculari tumultui resistere properat.

Stagnum Genezareth quod & mare Galilææ & mare Tyberiadis dicitur.

rũt Gazenses Ionathan, & dedit illis dextram, & accepit filios eorum obsides, & misit illos in Ierusalem, & perambulauit regionem vsque ad Damascum.[63] Et audiuit Ionathas, quia præuaricati sunt principes Demetrij in Cades quæ est in Galilæa cum exercitu multo, volentes eum remouere à negotio regni,[64] & occurrit illis, fratrem autem suum Simonẽ reliquit intra prouinciam.[65] Et applicuit Simon ad Bethsuram & expugnabat eam diebus multis et conclusit eos.[66] Et postulauerunt ab eo dextras accipere, et dedit illis, et eiecit eos inde, et cepit ciuitatem et posuit in ea præsidiũ.[67] Et Ionathas et castra eius applicuerunt ad aquam Genesar, et ante lucem vigilauerũt in campo Asor,[68] et ecce castra alienigenarum occurrebant ei in campo, et tendebant ei insidias in montibus, ipse autẽ occurrit ex aduerso.[69] Insidiæ verò exurrexerũt de locis suis, et commiserunt prælium.[70] Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ

f *Et an. vi. cer. in. cam. Asor.* † RAB. Hoc est, contra insidias diaboli vigilanti studio se obseruare curat. Asor enim interpretatur *sagitta luminis*. Et apostolus de eodem apostata angelo scribens ait, *Ipse enim Sathanas transfigurat se in ange. lu.* Vnde non mirum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ.

2. Cor. 11. c.

g *Alienigenarum oc. in campo & tend. ins. in mon.* IDEM. Quia siue maligni spiritus siue etiam peruersi homines in luxuria siue superbia præsentis vitæ vel sæcularibus desideriis quoscumque possunt, seducere contendunt. Quibus necesse est vt milites Christi currant ex aduerso, & confligant fortiter cum illis ne fortè cõsentiant persuasionibus eorum, & voluptatibus atque illecebris dissoluantur. Sed commisso prælio.

Sancti prædicatores reprimere debent eos qui seducũt & ad vitia pertrahunt populum.

h *Et fugerunt hi qui ex par. fue. Iona. omnes, & ne. re. est ex eis nisi Matathias Absa. & Iu. si Calphi prin.* RABANVS. Quia proh dolor multi de ecclesiasticis per ambitionem & voluptatem illius mundi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et accepit fi. eo. obsi. *Ne postea rebellarent.*

2 Et audiuit. *Hic secundo ponitur effectus prædicti fœderis, Demetrio repugnante, cum dicitur,* Et audiuit Ionathas quia præuaricati sunt. *Contra Antiochum ab ipso recedendo, & adhærendo Demetrio.*

3 In Ca. quæ est in Gali. *Hoc dicitur ad differentiam alterius, qua dicitur* Cadesbarne, *vbi sederunt filij Israel multo tempore. Deut. 1.*

4 Volentes eum remouere, &c. *Sicut ei constituerat Antiochus.*

5 Fratrem autem suum Simonem reliquit. *Ad Iudææ custodiam.*

6 Et applicuit Simon ad Beth. *In qua erant aduersarij Iudæorum à Demetrio positi.*

7 Et conclusit eos. *Ita quod non poterant exire, nec aliquid ab extra habere.*

8 Et postulauerunt ab eo dextras. *Vt saluis personis recederent inde.*

9 Et posuit in ea præ. *id est, armatos de genere Iudæorum.*

10 Et Iona. & cast. e. applicuerunt ad aquam Genesar. *id est, ad mare Galilææ, quod etiam dicitur mare Genesar, siue Genezareth, quasi generans auram. Nam illud mare est ventosum.*

11 Et tendebant ei insidias. *Ignorante Ionatha.*

12 Ipse autem occurrit ex aduerso, *Illorum, qui erant in campo.*

13 Et fug. qui er. ex par. Io. *Territi ex insidiarum repentina insurrectione.*

MORALITER.

† *Et appli. Si. ad Bethsu.* Quæ domus fortitudinis interpretatur, ideo per ipsam sacra scriptura, quæ Can. 4. b. dicitur *Turris Dauid ædificata cum propugnaculis, ex qua mille clypei pendent, omnis armatura fortium.* Hanc autem domum intrant hæretici, errorem suum confirmantes per sacram scripturam peruersè, sed per Simonem eiiciuntur, quando per doctorem catholicum eorum falsitas confutatur, & boni introducuntur, quando dociles discipuli per ipsum erudiuntur.

Per Doctores Catholicos eiiciuntur hæretici de possessione Scripturarum qui sibi mendaciter vindicant.

10 *Et Io. & ca. eius ap. ad aquam Ge.* id est, generantem auram, ideo per hanc aquam significatur aqua sapientiæ salutaris, quæ generat sibilum auræ lenis, vbi dominus (vt dicitur 3. Re. 19.) ad hãc aquam applicat Ionathas, & socij eius, id est, viri religiosi, qui habent pugnare contra hæreticos per scripturam sacram: & contra spiritus malignos per orationem deuotam. Sed quoniam in hac pugna multi fiunt ignaui, ideo sequitur,

13 *Et fug. qui.* Sed quando vident exempla magnæ virtutis in superioribus suis, ad pugnam viriliter reuertuntur, ideo subditur,

mundi subuertuntur. Vnde in parabola Euangelica dominus ait; *quod exortæ spinæ suffocauerunt segetem, hoc est diuitiæ & voluptates vitæ suffocant verbum, ita vt non ferat fructum.* Sed tamen Matathias, qui interpretatur *donum Dei*, & Iudas, hoc est *confitens* restant cum Ionatha; quia illi, qui dono Dei illuminati, atque confortati sunt, ritè credendo, atque bene operando veraciter sunt Dei confessores: & hi perseuerant in castris ecclesiæ, & hostem fortiter premūt, donec eum conterant; & suos, qui cedendo hostibus fugerant, castris pristinis iterum restituunt. Sed videamus quid fecerit Ionathas, quādo milites sui versi sunt in fugam,

De his qui declinant & de aliis qui strenuè obeunt pugnam spiritualem.

omnes & nemo relictus est ex eis nisi Matathias filius Absalomi, & Iudas filius Calphi, princeps militiæ exercitus, [71] & scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit. [72] Et reuersus est Ionathas ad eos in prælium, & conuertit illos in fugam, & pugnauerunt. [73] Et viderunt qui fugiebāt partes illius, et reuersi sunt ad eum, et insequebantur cum eo omnes vsque Cades ad castra sua, et peruenerunt vsque illuc. [74] Et ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorum. Et reuersus est Ionathas in Ierusalem.

infirmos, & reducat eos ad pristinam sanitatem. Sicque exhortari vnumquenque oportet, vt resipiscat à diaboli laqueis, qui captiuus fuerat ad eius voluntatem, *& reuertatur ad dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.* Isa. 55. b. Ioel. 2.

b *Et ceciderunt.* RAB. Nota quod alienigenæ ternario numero prosternuntur, quia per sanctæ trinitatis fidē vniuersi hostes ecclesiæ conteruntur, superantur, atque prosternuntur. Et turba credentium regreditur cum duce suo in Ierusalem mysticam, quæ est mater omnium nostrorum, vt ibi gratias & laudes referant Deo nostro in æternum & in sæculum sæculi.

Per fidem sanctæ Trinitatis vniuersi Ecclesiæ hostes conteruntur.

a *Et scidit Io.* RAB. Sic enim præpositi & magistri ecclesiæ agere debent, quando suos lascescere in prælio, ac terga hostibus vertere conspiciunt, scindere vestimenta sua, hoc est corpus ieiuniis ac lachrymis affligere, & ponere terram in capite suo, hoc est fragilitatem corporis reuoluere in mente sua, & orare Deum pro delictis suis, vel populi, vt ipse, qui omnipotens est, operetur salutem erga in-

Quomodo priores illos lugere debeat bonus prælatus?

†† AMBRO. lib. 1. de offic. c. 41. Quid Ionathan fratrē Iudæ attexam? qui cum parua manu aduersus exercitus regios pugnans, desertus à suis & cum duobus tantum relictus, reparauit bellū, auertit hostem fugientes, suos ad societatem reuocauit triumphi. Habes fortitudinem bellicam, in qua non mediocris honesti ac decori forma est, quod mortem seruituti præferat, ac turpitudini.

Mira virtus Ionathæ.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et scidit Io. vestimenta. *Id est, paramenta quæ ponuntur ad decorem super arma, & hoc fecit in signum doloris.*
2 Et posuit terram, *Se humiliando.*
3 Et reuersus est, *Id est, aduersarios suos.*
4 Et conuertit illos. *Iam enim recedebant tamquam victores fugientibus Iudæis; sed Ionathas inuitans eos ad prælium, fecit eos conuertere ad se.*
5 Et vi. qui fu. partes illius, *Scilicet Ionathæ,*
6 Et reuersi sunt ad eum, *Eius exemplo animati.*
7 Et inseque. cum eo, *Aduersarios.*
8 Vsque Ca. *Vnde venerant ad prælium.*

MORALITER.

5 *Et vt viderunt qui fugie. partes illius, & reuersi sunt, &c.*

CAPVT XII.

a *ET vidit Iona.* RABAN. Quòd mittit Ionathas epistolas ad Romanos, & ad Spartiatas, & ad alia loca, vt renouet pactum, & amicitiam cum eis, quam frater suus Iudas prior cum illis sponte iniit; demonstrat quod magna sollicitudo sanctis debet esse prædicatoribus, vt pacē, quam Christus in mundo obtulit, ipsi toto studio renouare atque conseruare vbique contendant, quia ipse filius Dei, qui venit in terram, vt pacificaret in carne sua cælestia, atque terrestria, statim in exortu natiuitatis suæ, voluit ab angelis decātari, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Luc. 2. b.

Pacis quam Christus natus mundo intulit, conseruationi studere debent prædicatores.

tis. Quam vtique pacem mediator Dei & hominum iam homo factus suis discipulis commendauit dicens, *Habete sal, & pacem habete inter vos. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Pace etenim & concordia vniuersum corpus Christi adunatur, regitur ac stabilitur. Qui autem cum proximis suis nō vult habere pacē, in corpore Christi nullam habet societatem, nec iam ad æternam potest venire requiem, vnde se separauit per contentionem. Mar. 9. g. Ioan. 14. d.

b *Et hoc est exemplum.* RABA. Quomodo autē Spartiatæ fuerint de genere Abraham, facilè non inuenitur: potuit tamen fieri, quia Abraham, plures filios excepto Isaac, quē peperit ei Sara, habuit: de

Quomodo Spartiatæ fuerint de genere Abrahamt?

CAPVT XII.

ET vidit Ionathas quia tempus eum iuuat, & elegit viros, & misit eos Romam statuere & renouare cum eis amicitiam. [2] Et ad Sparciatas & ad alia loca misit epistolas secundum eamdem formam. [3] Et abierunt Romam & intrauerunt curiam, & dixerunt: Ionathas summus sacerdos, & Iudæorum gens miserunt nos, vt renouemus amicitiam & societatem secundum pristinum. [4] Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt reducerent eos in terram Iuda cum pace. [5] Et hoc est exemplum epistolarum, quas scripsit Ionathas

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XII.

ET vidit Iona. *Hic consequenter describitur ducatus Ionathæ sub Antiocho filio Alexandri iam regnante, sub quo videns sibi prosperè succedere, & nolens omittere de his, quæ secundum humanam prouidentiam facere poterat, ad firmandum populum suum in pace: Primò cum extraneis se confœderauit, Secundo contradictores Alexandri regis expugnauit, ibi,* Et audiuit Ionathas. *Tertio, Triphon eum defraudauit, ibi,* Et cum cogitasset Triphon. *Prima in duas, quia primo ponitur eius confœderationis epistolarum conscriptio, Secundo sententiæ recitatio, ibi,* Et hoc est exemplum. *Circa primum dicitur,* Diuisio.

1 Et vidit Iona. *Dicitur autem tempus esse bonum & iuuare, quando contingunt in eo prospera, malum autem & nocere quando aduersa.*
2 Et ele. viros. *Ad talem legationem aptos. Sequitur.*
3 Misit epi. sec. eam for. *Id est, eamdem sententiam de amicitia statuenda & renouanda. Cetera patent.*
4 Et hoc est ex. *Hic consequenter ponitur recitatio sententiæ epistolarum. Et primò epistola Ionathæ missa Sparciatis: Secundo, epistola responsiua ab eis, ibi,* Et hoc rescriptum. *In epistola vero Ionathæ fit mentio de quinque, Primo de quadam epistola prius missa tēpore Oniæ summi sacerdotis à rege Sparciatarum Iudæis. Et hoc est quod dicitur,* Iam Diuisio.

MORALITER.

† 1 *Et vidit Ionathas quia tempus eum.* Per hoc autem quod Ionathas misit nuntios ad diuersa loca & longinqua, significata fuit missio apostolorum & aliorum discipulorum per Christum ad diuersas partes orbis ad prædicandum Gentibus Euangeliū pacis.

Apostoli missi per mundum ad prædicādum gentibus.

☞ de Agar videlicet & Cethura sicut scriptura manifestat, vt ab aliquo eorum origo processerit Sparciatarum. Sed Iosephus huius loci mentionem faciens, non videtur tamen cognationem Sparciatarum cum Iudæis, verumetiam aliquam societatem velle exprimere, quia Lacedæmoniorum epistolam scriptam taliter refert. Rex Lacedæmoniorum Arius Oniæ salutem. Legentes aliquam scripturam inuenimus ex vno genere Iudæos & Lacedæmones extitisse, & familiaritatem cum Abraham socialiter habuisse. Iustum ergo est dum fratres existatis, & transmittere ad nos & petere quæ vobis necessaria iudicatis, facimus verò & nos idem: vestra & propria simul & nostra communia reputamus. Portitor litterarum Dimocius epistolas vobis defert quadrangulo scriptas, signaculum habentes, aquilam draconem vnguibus deportantem. Epistola igitur à Lacedæmoniorum rege destinata textum huiusmodi continebat. ☞ Et

Iosephus.

Epistola à Lacedæmoniis ad Iudæos missa ex Iosepho.

Sparciatis.[6] Ionathas summus sacerdos, & seniores gentis & sacerdotes & reliquus populus Iudæorum, Sparciatis fratribus salutem.[7] Iam pridem missæ erant epistolæ ad Oniam summum sacerdotem à Dario qui regnabat apud vos, quoniā estis fratres nostri sicut scriptū continet quod subiectum est.[8] Et suscepit Onias virū qui missus fuerat cum honore, & accepit epistolas in quibus significabatur de societate & amicitia.[9] Nos enim cum nullo horum indigeremus, habētes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris,[10] maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem & amicitiam, ne fortè alieni efficiamur à vobis. Multa enim tempora transierunt, ex quo misistis ad nos.[11] Nos ergo in omni tempore sine intermissione in diebus solēnibus & ceteris, quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificiis quæ offerimus, & in obseruationibus, sicut fas est, & decet meminisse fratrum.[12] Lætamur itaque de gloria vestra.[13] Nos autē circumdederunt multæ tribulationes, & multa prælia, & impugnauerunt nos reges qui sunt in circumitu nostro.[14] Noluimus ergo vobis molesti esse, neque ceteris sociis & amicis nostris in his præliis.[15] Habuimus enim de cælo auxilium, & liberati sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri.[16] Elegimus itaque Numenium Antiochi filium & Antipatrem Iasonis filium. Et misimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam & societatem pristinam.[17] Mandauimus itaque eis, vt veniant etiam ad vos, & salutent vos & reddant vobis epistolas nostras de innouatione fraternitatis nostræ.[18] Et nunc benefacietis respondentes nobis ad hæc.[19] Et hoc rescriptum epistolarum, quod misit Onias:[20] Rex Sparciatarum Onias, Ionathæ sacerdoti magno salutem.[21] Inuentum est in scriptura de Sparciatis & Iudæis, quoniam sunt fratres, & quia sunt de genere Abraham.[22] Et nunc ex quo hæc cognouimus, benefacitis scribentes nobis de pace vestra.[23] Sed & nos rescripsimus vobis, pecora nostra, & possessiones nostrę vestrę sunt, & vestrę nostræ. Mandauimus itaque hęc nuntiari vobis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iam pri. missæ erant ep. *A Dario. Iosephus lib. 12. antiquitatis Iudaicæ nominat eum Arium, & idem est nomen sicut in Latino Nicolaus & Colinus. Vocat tamen Sparciatas Lacedæmonios recitans epistolam in hac forma. Rex Lacedæmoniorum Arius Oniæ salutem. Legentes scripturam aliquam, inuenimus ex vno genere Iudæos & Lacedæmones extitisse: & familiaritatem cum Abraham socialiter habuisse. Iustum est ergo, vt fratres existatis, & transmittere ad nos & petere quæ vobis necessaria iudicatis. Facimus verò & nos idem, & vestra propria simul vt nostra communia reputamus. Portitor litterarum Dimocius epistolas vobis defert quadrangulo scriptas, signaculum habentes aquilam draconem vnguibus deportantem.*

Iosephus Imo Dariū vocat li. 13. antiq. c. 8.

2 Et suscepit Onias virum. *A rege Sparciatarum seu Lacedæmoniorum.*

3 Cum honore. *Acceptans eius legationem.*

4 Nos enim cum nullo. *Hic secundo in epistola Ionathæ ponitur causa scribendi, cùm dicitur.* Nos enim cum nullo. *Id est, cum nos non essemus in aduersitate sed prosperitate, quasi dicat. Non scribimus vobis ex aliqua necessitate, à qua nunc velimus per vos releuari, sed ex sola amicitia & charitate inter nos & vos nutrienda.*

5 Habentes solatio sanctos libros. *Legis & prophetarum.*

6 Qui sunt in manibus nostris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem, &c. *Id est, non sumus pro nunc occupati in exercitio armorum, sicut tempore præcedenti, sed magis in lectione sanctorum librorum. Cetera patent ex dictis secundum Iosephum. Hæc littera.* Nos cum nullo horum indigeremus, &c. *Refertur ad scripturam, quam Lacedæmones dicebant se inuenisse continentem, quod erant de genere Abraham, de qua dicit Ionathas, quod non indigebant illa scriptura ad propositum probandum: quia per libros sanctos, quos habebant Iudæi apud se hoc sciebant. Sed qui sint illi libri, non dicit Iosephus in particulari, tamen infra eodem cap. dicam quid super hoc mihi videtur.*

7 Nos ergo in omni tempore. *Hic tertio in epistola dicta fit mentio de fidelitate Iudæorum erga Sparciatas, cum dicitur.* Nos ergo in omni tempore, *Ex quo misistis ad nos pro amicitia & fraternitate.*

8 Memores sumus vestri in sacrificiis. *Quæ fiebant de animalibus.*

9 Et in obseruationibus. *i. aliis oblationibus, & vigiliis & orationibus.*

10 Nos autem. *Hic quarto ponitur ratio, quare non scripserant Sparciatis tempore tribulationis & bellorum quæ acciderant Iudæis, cum dicitur,* Nos autem, &c. *Vt patet per prædicta.*

11 Noluimus ergo vo. mo. esse. *Petendo à vobis auxilium.*

12 Neque ceteris sociis & amicis nostris. *Et subditur causa, cū dicitur,*

13 Habuimus enim de cælo au. *Quasi dicerent. Non dimisimus à vobis petere auxilium ex diffidentia de vobis, sed quia non fuit nobis necesse Deo nobis auxiliante.*

14 Elegimus itaque Numenium. *Hic quinto fit mentio de nuntiis epistolæ. Per eosdem enim nuntios scripsit Ionathas Romanis & Sparciatis, sed quia Romani maiores erant, ideo prius iuerunt ad Romanos, & postea ad Sparciatas, & hoc est quod dicitur.* Elegimus itaque Numenium Antiochi fi. *Cetera patent ex dictis.*

15 Et hoc rescriptum epistolarum, quod misit Onias. *Hic cōsequenter ponitur epistola responsiua regis Sparciatarum ad Ionatham.*

16 Rex Sparciatarum Onias Iona. sacerdoti magno. *Sic enim vocabatur rex Sparciatarum tempore Ionathæ, ille vero qui prius regnauerat Oniæ tempore, Darius vocabatur, vt dictum est supra.*

17 Inuentum est in scriptura de Sparti. *Non dicitur hic nec etiam in Iosepho, quæ sit illa, sed potest dici probabiliter, quod sit scriptura Genesis, in qua fit mentio de Abraham & eius genere. Et dicunt aliqui, quod Sparciatæ descenderunt de Abraham per vnum de filiis eius ex Cethura natum, qui ponuntur Gen. 25. Sed huic dicto dissonare videtur quod supra dicitur eodem capitulo, scilicet Lacedæmones cum Abraham familiaritatem socialiter habuisse: propter quod magis videtur, quod descenderunt à Nachor fratre Abrahæ, qui cum Abraham socialiter vixit longo tempore: cuius etiam generatio scribitur Gen. 32. Cetera patent ex prædictis.* ☞ Et

Quæ cognatio genti Spartanæ cum Iudaica.

a *Et au. Io.* RABAN. Quid autem significat, quòd Ionathas aduersus Demetrij principes, qui aduersus eum egressi sunt pugnare, exiit ab Ierusalem, & occurrit eis in Amatithæ regione, nisi quod sacer ordo doctorum aduersus persecutores ecclesiæ, hoc est Iudæos, Paganos, & Hereticos, semper paratus est præliari & eorum perfidiæ resistere? Quibus egrediens ab Ierusalem occurrit in Amatithæ regione: quia licet à quiete internæ contemplationis, qua animi oculo intuentur celsitudinem creatoris, & supernorum magnitudinem præmiorum, ad tempus exeant, vt confligant cum hostibus: tamen à rectitudine veritatis nullo modo declinant. Nam Amathi, veritas mea interpretatur. Sed siue in conflictu disputationū contra errores eorū contendant, siue flagella eorum ac cædes patienter tolerent, iustitiæ tamen veritatem nullo modo relinquūt, nec eis tribuunt facultatem vt per fraudē aliquo modo in regionem ecclesiæ sic ingrediantur, sed summopere nituntur vt statim in initio doli prauitatem eorum conterant, & castra ecclesiæ illæsa conseruent.

Quomodo non deserto interim contemplationis & virtutum studio, sancti doctores errorum exstirpationi incumbant.

a [24] Et audiuit Ionathas, quoniam regressi sunt principes Demetrij cum exercitu multo supra quàm prius pugnare aduersus eum, [25] & exiit ab Ierusalem, & occurrit eis in Amathite regione. Non enim dederat eis spatium, vt ingrederentur regionem eius. [26] Et misit speculatores in castra eorum, & reuersi renuntiauerūt, quòd constituunt superuenire illic nocte. [27] Cùm occidisset autem sol, præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte. Et posuit custodes per circumitum castrorum. [28] Et audierunt aduersarij, quòd paratus est Ionathas cum suis in bello, & timuerunt, & formidauerunt in corde suo, & accenderunt focos in castris suis. [29] Ionathas autem & qui cum eo erant, non cognouerunt vsque mane. Videbant autem luminaria ardentia, [30] & secutus est eos Ionathas, & non comprehendit eos. Transierūt enim flumen Eleutherum. [31] Et diuertit Ionathas ad Arabas qui vocabantur Zebedæi, & percussit eos & accepit spolia eorum. [32] Et iunxit & venit Damascum, & perambulabat omnem regionem illam. [33] Simon autem exiit, & venit vsque ad Ascalonem, & ad proxima præsidia, & declinauit in Ioppen, & occupauit eam. [34] Audiuit enim, quòd vellent præsidium tradere partibus Demetrij, & posuit ibi custodes, vt custodirent eam. [35] Et reuersus est Ionathas, & conuocauit seniores populi, & cogitauit

b *Et misit speculatores.* IDEM. Missis speculatoribus castra hostium Ionathas explorat, cùm prædicatores sancti per viros industrios fraudem inimicorum inuestigant, quatenus eorum consiliis prauis compertis, dolum ipsorum facilius præcauere possint.

c *Qui renum. eis super. ipsos ad eos velle nocte.* RABAN. Illi enim nocte parant venire, qui cæco corde opera meditantur tenebrarum agere. At contra.

d *Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte.* Quia proprium est electorum magistrorum, vt peruigiles ac cautos doceant esse subditos suos omni tempore istius vitæ, quo in incerto degentes ad certum finem tendunt.

Ad iugem vigilantiam prædicatores populū hortari debent.

e *Et audi. aduersarij quia para. est Iona. cum suis in bel. ti. val. & accen. fo. in ca. & medi. sunt fa.* RABANVS. Quos secutus est Ionathas tamen non comprehendit quia trans fluuium positos inuenit. Formidant aduersarij, quod se præparant in spiritale prælium ecclesiastici, & accendunt focos in castris suis, hoc est, fingunt fortitudinem belli in turmis suis. sed in mane lucentis fidei persequitur spiritalis Ionathas hostes suos, quos tamen non comprehendit, id est, ad credulitatem non perduxit, quia in amore fluctuantis sęculi illos ęstuantes conspiciens, irreuocabiles esse iudicauit.

f *Et reuer.* IDEM. Quòd Ionathas reuersus disposuit ædificare muros Ierusalē, & consilio inito cum senioribus populi præsidia construxit, & altitudinem magnam inter medium arcis & ciuitatem, vt separaret eam à ciuitate, significat, sanctos doctores, postquam forensi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et audiuit Ionathas, quoniam regressi sunt. *Postquam descripta est confœderatio Ionathæ cum aliis gentibus, hic consequenter ponitur eius conflictus cum Demetrij principibus. Et primò ponitur eorum debellatio. Secundò Iudææ munitio, ibi,* Reuersus est Ionathas. *Prima in duas, quia primò ponitur Ionathæ conflictus. Secundò Simonis fratris eius, ibi,* Simon autem. *Circa primum dicitur,* Et audiuit Ionathas quoniam egressi sunt. *Ad vindicandum opprobrium, eo quod fuerant à Ionatha debellati, vt habetur capitulo præcedenti. Cetera patent vsque ibi.*

Diuisio.

2 Quod constituunt superuenire illic nocte. *i. ad castra Ionathæ, vt ea percuterent repente: propter quod Ionathas præcepit suis vigilare, & ad pugnam paratos esse.*

3 Et accenderunt. *Simulantes, quòd ibi manerent tota nocte, sed eis accensis fugerunt.*

4 Ionathas autem & qui cum eo er. non cognouer. *Scilicet fugam eorum. Et subditur causa.*

5 Videbant aut. luminaria, &c. *Ac si essent ibi homines.*

6 Et diuert. &c. *Secundum Iosephum isti sunt, qui suprà 9. cap. dicuntur filij Iambri, & occiderunt Ioannem Ionathæ fratrem.*

7 Et iunxit. *Exercitum suum vniendo.*

8 Et ve. Da. *Ad confirmandum populum cum Antiocho.*

9 Simon autem. *Hic consequenter describitur conflictus Simonis cum aduersariis, cum dicitur,* Simon autem exiit. *De Ierusalem vbi remanserat ad terræ custodiam.*

10 Et venit vsque ad Ascalonem, & ad proxi. præsid. *In quibus erant homines Demetrij tenentes ea.*

11 Et declinauit in Iop. *Et subditur causa*

12 Audiuit enim quod vel. præ. *i. ciuitatis fortalitium.*

13 Tradere par. De. *Propterea festinauit capere ipsum pro parte Antiochi.*

14 Et re. est. *Hic consequenter ponitur Iudææ munitio, cùm dicitur,* Et reuersus est Ionath. *Aduersariis partim fugatis, & partim occisis.*

15 Et conuo. senio. populi. *Pro consilio habendo.*

16 Et cogi cum eis ædifica. *Ad terræ fortificationem.*

MORALITER.

† 1 *Et audiuit Ionathas quoniam regressi sunt principes De.* Sequitur.

† *Non enim dederat eis spatium, vt ingrederentur regionem.* Per quod significatur, quòd pugnans prudenter contra dæmonem, non dat sibi ingressum tentationis, per delectationem maximè morosam, sed in principio repellit eum.

Principiis tentationū occurrendum.

† *Cum occidisset autem, sol præcepit Iona. suis vigi* Per noctem, intelligitur totum præsens tempus, propter obscuritatem ignorantiæ, in qua nocte diabolus insidiatur fidelibus, vt possit eis nocere, propter quod bonus prælatus, qui per Ionatham significatur, hortatur eos ad vigilantiam virtutum, vt valeant resistere contra dæmonis insultum, secundum illud 1. Petri 5. b. *Fratres sobrij estote, & vigilate quia aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret, Cui resistite fortes in fide.*

Vigilandum contra dæmonis insidias.

14 *Et reuersus est Ionathas & conuoca. &c.* Per hoc quod Ionathas de prælio reuersus post victoriam, fuit sollicitus ædificare præsidia: significatur, quod bonus prælatus, licet vitia debellauerit, tamen debet esse sollicitus de præsidiis virtutum † faciendis

forensibus bellis ad tempus occupati fuerint, intus de ecclesiæ munitione cum spiritalibus vitiis tractare, ne forte per hostes internos lædatur, ergo qui in arce ciuitatis erant, & insidiabantur ciuibus Ierosolymitanis, signant hæreticos, qui in arce superbiæ suæ collocati, numquam aduersus ecclesiam dolos machinari desistunt: quos intercludit Ionathas mysticus spiritali præsidio, vt sint singulariter, & non emant neque vendant, quia excommunicatione validissima ab ecclesiæ vnitate eiecti sunt, nec eorum secta recipitur, nec ecclesiastica doctrina illis, tamquam spurcissimis & omni fœditate turpissimis porcis, ad contaminandum vllo modo committitur, contradicente hoc ipsum, & prohibente domino saluatore in euangelio, vbi ait, *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas, & conuersi dirumpant vos.* Murus ergo, qui cecidit super torrentem ab ortu solis, quem & reparauit Ionathas, significat eos, qui videbantur in ecclesia aliquam custodiam gregis sibi commissi gerere, sed in rebus transitoriis innitentes, atque ambitioni sæculi deseruientes, prolapsi sunt in voluptatibus istius vitæ, & à proprio statu ceciderunt, quos necesse est, vt sanctorum solertia restaurare contendat, & ad priorem firmitatem ecclesiastico dogmate roborando reducere.

Hæretici excommunicandi sunt, nec permittendum vt commercia habeant cũ Catholicis.

Matth. 7. a.

De clericis abeuntibus post sæculũ.

a *Et cum co.* RAB. Triphon iste hypocritarum atque hæreticorum figuram tenet, qui aliter agunt, aliterque loquuntur, atque aliud intentione moliuntur. Contra quem Ionathas cum quadraginta millibus occurrit, quia contra tales Euangelica doctrina, & custodia mandatorum Dei necessaria est. Quisquis enim secundum Euangelij documenta legis præcepta seruauerit, hostium cuneos securus penetrabit. Sed quod Triphon dolo persuasit Ionathæ, vt remiserit à se exercitũ, secumque pacificè perrexit, sicque eum delusum captiuauit, atque secum commeantes occidit: significat eorum ruinam, qui legitimè se non obseruant, neq; cautelam in circumspectione cordis, & conseruatione corporis habent. Hos enim, qui illã Euangelij doctrinam non attendũt (vbi saluator discipulis suis præcepit dicens: *Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.* Et item, *Attẽdite*, inquit, *vobis à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces*) merito hostium superat atque interimit exercitus: quia magistri cælestis doctrina ab illis non condignè seruatur. Porrò loco Ionathæ Simon frater eius sacerdotio fungitur, & populi ducatũ gerit: cùm in præsenti ecclesia aliis decedẽtibus alij substituuntur, qui locũ regiminis teneant, & in castris spiritalibus milites Christi sedulò exerceant, quatenus hostibus vniuersis belligerãdo opportunè resistere valeant. Sed Triphon typicus simili modo Simonem fictionibus falsis, vt fratrẽ eius deluserat decipere conatur: quia

De eis qui quod sui sedulam curã non agant incidunt in manus inimici.

Matth. 14. d

Matth. 7. c.

Decedente vno prælato consestim alius est substituendus.

cum eis ædificare prẹsidia in Iudæa,[36] & ædificare muros in Ierusalem, & exaltare altitudinem magnam inter medium arcis & ciuitatis, vt separaret eam à ciuitate, vt esset in ipsa singulariter, & neque emant neque vendant.[37] Et conuenerũt, vt ædificarent ciuitatẽ, & ceciderũt muri qui erant super torrentem ab ortu solis, & reparauit eum qui vocatur Caphetheta.[38] Et Simon ædificauit Adiada & Sephela, & muniuit eam, & imposuit portas & seras.[39] a Et cùm cogitasset Triphon regnare Asiæ, & assumere diadema, & extẽdere manum in Antiochũ regem,[40] timens ne fortè nõ permitteret eum Ionathas, sed pugnaret aduersus eum, quærebat comprehendere eum, & occidere. Et exurgens abiit in Bethsan,[41] & exiuit Ionathas obuiam illi cum quadraginta millibus virorũ electorum in prælium, & venit Bethsan.[42] Et vidit Triphon, quia venit Ionathas cum exercitu multo, vt extẽderet in eum manus, & timuit.[43] Et excepit eum cum honore, & cõmendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera. Et præcepit exercitibus suis, vt obedirẽt ei sicut sibi.[44] Et dixit Ionathæ: Vt quid vexasti vniuersum populum, cùm bellum non sit nobis?[45] Et nunc remitte eos in domos suas. Elige autem tibi viros paucos qui tecum sint, & veni mecum Ptolomaidam, & tradam eam tibi, & reliqua præsidia, & exercitum & vniuersos præpositos negotij, & conuersus abibo. Propterea enim veni.[46] Et credidit ei, & fecit sicut dixit, & dimisit exercitum, & abierunt in terram Iuda.[47] Retinuit autem secum tria millia virorum, ex quibus remisit in Galilæam duo millia: mille autem cum eo venerunt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ædifi. mu. in Ie. *Disposuit enim facere murum magnum, & altum inter arcem & reliquam ciuitatis partem, vt illi, qui erant in arce, non possent habere victualia de ciuitate, ideo subditur,* Et neque emant.

2 Et ceci. mu. *Id est murus. Ita quod ponitur ibi plurale pro singulari, sicut frequenter clausura ciuitatis dicitur murus, & muri in plurali.*

3 Super torren. *Cedron, qui currit ex latere orientali in Ierusalem.*

4 Et reparauit eum. *Scilicet murum qui ceciderat.*

5 Et Simon ædificauit. *Nomina sunt fortalitiorum, vel potius duarum portarum vnius fortalitij: ideo subditur,* Et muniuit eam.

6 Et cum cogi. *Hic vltimo describitur Ionathæ deceptio. Circa quod sciendum quod Triphon audiens Demetrium esse captum & incarceratum ab Arsace rege Persidis & Mediæ, & etiam mortuorum, vt dicit Iosephus antiquitatis Iudaicæ lib. 13. c. 9. & 10. cogitauit interficere Antiochum regem & assumere sibi regnum, sed quia timuit, ne Ionathas, qui zelabat pro Antiocho, impediret eum, ideo primo disposuit interficere Ionathã. Et secundum hoc illa quæ dicuntur hic, & cap. sequenti ponuntur hic per anticipationem: quia contigerunt post incarcerationem Demetrij, quæ scribitur infra in principio 14. c. Sed hoc stare non potest, cum textu huius libri, quia ibi dicitur, quod hæc captio fuit anno 172. & c. 13. dicitur quod anno 170. ablatum est iugum gentiũ ab Israel & cœpit populus scribere in tabulis & gestis publicis anno primo sub Simone summo sacerdote magno duce & principe Iudæorum. Simon autem in ducatu Ionathæ successit, & ideo cum liber iste sit maioris auctoritatis quam dictum Iosephi: dicendum, quod illa quæ dicuntur hic & cap. seq. non ponuntur per anticipationem, sed secundum temporis ordinem. Sic ergo proceditur. Quia primo ponitur Triphonis fraudulenta malignitas, Secundo Ionathæ nimia credulitas, ibi,* Et credidit ei. *Circa primum patet ex dictis litteris vsque ibi.*

7 Exurgens abiit, &c. *Vt caperet & interficeret Ionathan: sed videns, quod non poterat hoc facere per bellum, conuertit se ad fraudem & dolum, ideo subditur,*

8 Et excepit eum. *Vt melius posset eum decipere: & patet littera vsque ibi.*

9 Et ve. mc. Ptolemaidam. *Id est, Achon quæ erat ciuitas magna de regno Syriæ.*

10 Et tradam eam, &c. & reli. præsidia. *Vel custodias nomine regis.* Et con. abi.

11 Et cre. ei. *Hic consequenter describitur ipsius Ionathæ nimia credulitas, cum dicitur,* Et cre. ei. *Quia principalior erat in domo regis Antiochi, cui Ionathas erat confœderatus & amicus, vt patet ex supradictis: & ignorabat machinationes Triphonis in mortem Antiochi.*

12 Ex quibus re. *Eo quod principes Demetrij aliquando faciebant insultum in parte illa, vt dictum est sup. 11. cap. versus finem.*

Clau.

Iosephus.

Triphonis consilium de perdendo Ionatha & Antiocho.

An quæ hic dicuntur sint per anticipationẽ scripta? Diuisio.

MORALITER.

faciendis contra futuros insultus tentationum, non solum pro populo, sed etiam pro seipso, ne ex præterita victoria insurgat elatio, quæ ipsum deiiciat à virtute: & sic victoriæ gaudium conuertatur in lamentationem & luctum.

6 *Et cum cogit. Trip.* Per Triphonem, qui quærebat occidere Ionathan, ne ipsum impediret ab Antiochi adolescentis occisione dolosa, significatur dæmonis dolositas, qua quærit bonum prælatum vel doctorem gladio peccati mortalis occidere, & sic infamare, ne per doctrinam suam impediat eum à simplicis populi subuersione. Quia cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur, vt dicit Greg. homil. 38.

11 *Et credidit.* Per hunc Ionathæ defectum quo credidit Triphoni doloso, ex quo fuit captus & occisus, significatur defectus illorum, qui post opera magna virtutum, delusi visionibus fictis credunt dæmonum verbis, sicut dicitur in libro de collationibus patrum abbatis Moysi collatione 2. de illo, qui se proiecit in puteum, vt dictum est suprà cap. 1. lib. 1.

Diabolus studet traducere præpositos quo licentius sæuiat in plebem.

De deceptis per visiones fictas.

quia numquam antiquus hostis per se suosque ministros cultoribus Christi insidias disponere cessat. Sed qui Simonis, hoc est obedientis & diuinis præceptis rite obtemperantis, digne gerit officium, vniuersorum hostium superno adiutus auxilio potest deuitare scandalum.

RABAN. Triphon verò, simul cum Ionatha filios ipsius, quos obsides accepit, interfecit, licet cos promiserit simul cum patre seruādos: quia antiquus hostis quoscumque seducēdo in peccati mortem impellit, horum profectò filios, hoc est opera, licet antea pacem blandiendo simulauerit, in fine æterno cruciatui digna manifestabit. Potest etiam Ionathas, simplicium, qui sunt in ecclesia, typū gerere, quos versutia callidorū ad tempus captiuare videtur, cum corporalibus damnis eos affligit, quorum animæ tamen in fidei veritate persistentes, libere post mortem carnis in lucem euadent perpetuam. Vnde & plurimi ipsorum post obitum præsentis vitæ, victricia signa iuxta sua sepulchra habere meruerunt, sicut Simon in sequentibus legitur patri & matri & fratribus memoriale in sepulchris ipsorum condidisse. Porrò sancti, quos saluator in simplicitate & innocentia sua permanentes confortat, dicens, *Nolite timere eos qui corpus occidunt, & post hæc non habent quid faciant vobis: sed potius eum timete, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam ignis*, & item: *Beati estis, ait, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos mentientes propter me. Gaudete in illa die & exul. quoniam mer. vestra multa est in cælo.* Et iterum: *Gaudete, inquit, & exul. quoniam nomina vestra scripta sunt in cælo.* De quibus & Psalmista ait: *In memoria æterna erit iu. ab au. ma. non time.* Hi scilicet post mortem magis valere, & felicius viuere creduntur, cum ipse rex & dominus eorum Iesus videlicet Christus, triumphos eorum signis ac miraculis coruscantibus in toto orbe declarare cognoscitur. Ita vt iuxta memoriam reliquiarum ipsorū cæcis tribuatur visus, surdis auditus, & claudis gressus, & mutis loquela, ac variis ægritudinib. curā salubris per eorū orationes præstetur. Et è cōtrario ibidem periuri ac malitiosi à dæmoniis inuadantur, flagitiosi & increduli puniantur, ipsique dæmones validis tormentis, iuxta id quod palam rugiendo profiteri coguntur, excrucientur.

De perfidis illis, qui cū illis non sit data potestas in animas sæuiunt tamen in corpora. — Math. 10. c. — Matth. 5. a. — Luc. 10. c. — Psal. 111. b. — Miracula ad sepulchra & memoria martyrum.

[48] Vt autem intrauit Ionathas Ptolemaidam, clauserunt portas [1] ciuitatis Ptolemenses, & comprehenderūt eum, & omnes qui [2] cum eo intrauerant, gladio interfecerunt. [49] Et misit Triphon exercitum & equites in Galilæam & in campum magnum, vt perderet omnes socios Ionathæ. [50] At illi cùm cognouissent quia comprehensus est Ionathas & periit, & omnes qui cum eo erant, hortati sunt semetipsos, & exierunt parati in prælium. [51] Et videntes hi, qui insecuti fuerant, quia pro anima res [3] est illis, reuersi sunt. [52] Illi autem omnes venerunt cum pace in [4] terram Iuda. Et planxerunt Ionathan & eos qui cum eo erant [5] valde. Et luxit Israel luctu magno, [53] & quęsierunt omnes gen- [6] tes, quæ erant in circumitu eorum conterere eos. Dixerunt enim: [54] Non habent principem & adiuuantem, nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriā eorum.

† HEGESIPPVS lib. 11. excidij Hierosol. cap. 3. Iudæ successit Ionathas non minus virtutis similitudine par, quàm naturæ germanitate. Qui post multa in bellicis rebus opera, in rebus sacris officia, quæ circa templi purificationem spectata & probata sunt, prætenta per dolum amicitiæ fide, intra vrbem hostium clausus, nec longo post interuallo necatus est. Ioannes etiam senior natu frater, & Eleazar iunior ceteris, pro religione mortem non recusarunt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Clau. &c. *Sicut mandauerat eis Triphon.*
2 Et comprehen. e. *Viuum. Cetera patent vsque ibi.*
3 Et viden. *Socios Ionathæ.*
4 Quia pro a. *Id est, vita.*
5 Res est il. *Scilicet Ionathæ sociis.*
6 Reuersi. *Scilicet non audentes cum eis confligere, propter hoc dixit Abner ipsi Ioab. 2. Reg. c. 2. An ignoras quia periculosa sit desperatio.*

CAPVT XIII.

ET audiuit Simon, quod congregauit [1] Triphon exercitum copiosum, vt veniret in terram Iuda, & attereret eam [2] videns quia in tremore populus est, & in timore ascendit Ierusalem & congregauit [2] populum [3] & adhortans dixit: Vos scitis quanta [3] ego & fratres mei & domus patris mei fecimus [4][5] pro legibus & pro sanctis prælia, & angustias [6] quales vidimus. [4] Horū gratia perierunt fratres [7][8] mei omnes propter Israel, & relictus sum ego solus. [9] [5] Et nunc nō mihi cōtingat parcere animæ [10] meę in omni tempore tribulationis. Nō enim [11] melior sum fratribus meis. [6] Vindicabo itaque [12] gentē meam & sancta, natos quoque nostros [13] & vxores, quia cōgregatæ sunt vniuersæ gētes [14] cōterere nos inimicitiæ gratia. [7] Et accensus est [15] spiritus populi simul, vt audiuit sermones istos [8] & responderūt voce magna dicētes: Tu es dux noster loco Iudæ & Ionathę fratris tui. [9] Pugna [16] pręliū nostrū, & omnia quęcūq; dixeris nobis, [17] faciemus. [10] Et cōgregās omnes viros bellatores accele-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XIII.

1 ET au. Si. *Hic incipit quarta pars principalis huius libri primi, in qua agitur de ducatu Simonis. Et diuiditur in duas partes: quia primo describitur eius ducatus sub Antiocho adolescente, & Demetrio qui simul regnauerunt certantes de regno, Secundò sub Antiocho Demetrij filio c. 5. Prima in duas: quia primo describitur Iudææ pacificatio sub regimine Simonis. Secundò fœderis renouatio cum extraneis cap. seq. Prima in tres, nam primò Simon in ducem eligitur, Secundò Triphon repellitur, ibi,* Et mouit Triphon, *Tertiò Iudæis libertas redditur, ibi,* Et elegit Simon. *Circa Simonis electionem primò ponitur eligendi causa, Secundo electionis forma, ibi,* Et accensus est. *Tertio electi industria, ibi* Et congre. &c. *Causa verò eligendi ducem fuit, quia capto Ionatha Triphon congregauit exercitum magnum ad delendum Iudææ populum, qui carens duce dissolutus erat timore. Quod audiens Simon voluit tanto malo obuiare, ideo subditur,*

Diuisio.

2 Et con. *Ad ipsum confortandum.* 3 Vos sc. *pro legibus seruandis.*
4 Et pro sanctis. *Id est, templo & cultu diuino venerandis.*
5 Prælia. *Id est, labores præliorum.* 6 Et ang. *Cordis & corporis.*
7 Qua. vi. *Id est, experti sumus & sustinuimus.*
8 Horum gr. *Vt patet per prædicta.*
9 Et nunc, n. m. cont. parcere animæ. *Id est, vita mea corporali.*
10 In o. tem. tribulationis. *Populi mei.*
11 Vind. ita. *Occisam & captiuatam.* 12 Et san. *A gentibus cōtaminata.*
13 Quia con. *Et est hyperbole, ad designandū quod Triphonis exercitus erat congregatus ex multis gētibus.* 14 Con. nos. *Id est, odio sols sine culpa nostra.*
15 Et ac. *Hic consequenter ponitur electionis forma, cùm dicitur,* Et ac. *Nam pari consensu & voluntate elegerunt eum pro duce, ideo subditur,*
16 Et om. *Obediendo tibi vsque ad mortem.*
17 Et con. *Hic consequenter ponitur electi industria, cùm dicitur,* Et congre. *Vt essent parati contra Triphonem.*

MORALITER.

† 1 *Et au.* Per hoc autem quod Simon mortuo fratre suo onus accepit pro gentis suæ defensione, significatur, quod bonus religiosus, qui per Simonem significatur, eo quod Simon obediens interpretatur, non debet fugere laborem in monasterij vel ecclesiæ regimine, quando ex boni prælati morte imminet periculum religionis, monasterij, vel ecclesiæ, ex dæmonis dolositate vel tyranni malignitate.

Boni non debent refugere prælaturam, quando periclitatur communitas defectu prælationis.

A ☞ accelerauit omnes muros in Ierusalem consummare, & muniuit eam in gyro. [11] Et misit Ionathan filium Absalomi, & cum eo exercitum nouum in Ioppen, & eiectis his qui erant in arce remansit illic ipse. [12] Et mouit Triphon à Ptolemaida cum exercitu multo, vt veniret in terram Iuda, & Ionathas cum eo in custodia. [13] Simon B autem applicuit in Addus contra faciem campi. [14] Et vt cognouit Triphon, quia surrexit Simon loco fratris sui Ionathæ, & quia commissurus esset cum eo prælium, misit ad eum legatos [15] dicens: Pro argento quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis propter negotia quæ habuit, detinuimus eum. [16] Et nunc mitte argenti talenta centũ, & duos filios eius obsides, vt non C dimissus fugiat à nobis, & remittemus eum. [17] Et cognouit Simon, quia cum dolo loqueretur secum. Iussit tamen dari argentum & pueros, ne inimicitiam magnam sumeret ad populũ Israel dicentem: [18] Quia non misit ei argentum & pueros, propterea periit. [19] Et misit pueros & cẽtum talenta. Et mentitus est, & non dimisit Ionathan. [20] Et post hæc venit Triphon intra regionẽ vt contereret eam, & gyrauerunt per viam quæ ducit Ador. Et Simon & castra eius ambulabant in omnem locum quocumque ibant. [21] Qui D autem in arce erant, miserunt ad Triphonem legatos, vt festinaret venire per desertum, & mitteret illis alimonias. [22] Et parauit Triphon omnem equitatum, vt veniret illa nocte. [23] Erat enim nix valdè multa, & non venit in Galadithim. [23] Et cùm appropinquasset, Baschamam, occidit Ionathan & filios eius illic. [24] Et cõuertit Triphon, & abiit in terram suam. [25] Et misit Simon, & accepit ossa fratris sui Ionathæ, & sepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius. [26] Et planxerunt eum omnis Israel planctu magno, & luxerunt eum dies † multos. [27] Et ædificauit a Simon super sepulchrum patris sui & fratrum suorum ædificium altum visu lapide polito re-

a *Et ædi. Si.* RAB. Simon patri & matri & fratribus ex lapide polito memoriã super sepulchra fabricat: cum sancti prædicatores facta precedẽtium patrum, ac finem gloriosum, ad E exemplum præcedentibus commemorãdo magna auctoritate ostendũt. Hoc est enim ante & retro lapidem politum ponere: vt qualiter ante finem vitæ pio dogmate & sancta conuersatione vixerint, & quale exemplum patientiæ & lõganimitatis suæ post F obitum posteris reliquerint, manifestè auditoribus suis studeant fida narratione declarare. Quod autem sancti viri, patris ac matris atque fratrũ nomine nuncupentur, ostẽdit saluator in ☞ Euan-

Populus propositis sanctorum exemplis ad parentes imitandus pietatem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Accelerauit omnes muros. *Quod inceperat Ionathas, vt habetur in cap. præcedenti.*
2 Et misit Ionathan filium Absalomi, *Qui erat fidelis amicus sibi.*
3 Et cum eo exerci. *Et dicit nouum, nam ante posuerat ibi Simon custodes vt habetur capite præcedenti: sed timebat ne traderent Ioppen Triphoni, propter quod misit alios de quibus magis confidebat.*
4 Et mouit Triphon, *Hic consequenter ponitur repulsio conatus Triphonis, & hæc fuit duplex. Secunda ibi,* Et post hæc venit. *Circa primum patet littera vsque,* Simon autem applicuit. *Cum exercitu suo.*
5 In Addus contra faciem campi, *Erat enim locus, vnde poterat planicies terræ à longe videri.*
6 Et cognouit Triphon quia sur. Si. *Institutus dux populi.*
7 Et quia commissurus esset aduersus eum prælium. *Ipsum reformidans conuertit se ad dolum.*
8 Dicens: Pro argento quod debebat frater. *id est, in computo de vectigalibus ab eo receptis, quod debeat reddere regi.*
9 Et cognouit Simon quia cum dolo loqueretur. *Nam erat homo prudens, propter quod suprà 2. cap. dicitur,* Vir consilij.
10 Iussit tamen dari argentum. *Ad euitandum maius malum, scilicet discessum populi ab eo per odium, & sic populus de facili periisset existens sine duce & dispersus, & per consequens periisset cultus diuinus, ideo subditur.*
11 Ne inimicitiam magnam sumeret. *Et sic patet, quod bene fecit, sicut bene proiiciuntur merces in mari, propter salutem corporum, quod est maius bonum, & patet littera.*
12 Et post hæc. *Hic consequenter ponitur secunda Triphonis repulsio. Secundò innocentum ab eo occisio, ibi,* Et cùm appropinquasset. *Circa primum dicitur,* Et post hæc venit Triphon intra regionem, *Scilicet Iudææ.*
13 Et Simon & castra, &c. in o. locum quocumque ibant. *Scilicet Triphon & castra eius, vt obuiarent eis in prælium ante quam vastarent terram Iudææ.*
14 Qui autem in arce erant, *Scilicet in munitione Ierosolymitana contra populum Israel.*
15 Miserunt, *Occultè.*
16 Vt festinaret venire per desertum, *Vbi non obseruabat Simon.*
17 Erat enim. *Hic ponitur ad ostendendum aduentus sui impedimentum: nam sicut dicit Iosephus, Tanta nix cecidit in deserto, quòd non potuit venire sicut disposuerat.* (Iosephus l. antiq. 13. 9.)
18 Et cùm appropinquasset, *Hic consequenter ostenditur malignitas Triphonis in occisione innocentum, & primò Ionathæ ducis: Secundò Antiochi regis, ibi,* Triphon autem. *Circa primum dicitur,*
19 Occidit Ionathan & filios. *In odium Iudæorum, & vt postea liberius occideret dominum suum vt dictum est capitulo præcedenti. Cetera patent vsque ibi.*

☞ Et

MORALITER.

† 2 *Et misit Ionathan filium Absalomi, &c.* Ioppe, quæ pulchra interpretatur, animam rationalem significat, quæ Dei imagine insignitur: sed aliquando deceptione dæmonis vitiis deturpatur. Sed ad eam mittitur Ionathas, qui columbæ donum interpretatur, propter quod Spiritum sanctum significat, qui procuratione angeli sancti, ad veram pœnitentiam animæ peccatricis ad eam mittitur, & sic eiectis inde vitiis à Spiritu sancto inhabitatur. (De anima in quam introducitur gratia Spiritus sancti.)

13 *Et Si. & castra, &c. in o. lo. quo. ibant.* Scilicet Triphon & exercitus eius, per quod significatur quod bonus prælatus debet esse sollicitus considerare, per quam partem diabolus ipsum inuadit vel populum suum, & sic occurrere per sui & populi diligentem custodiam, ne diabolus inueniat intrandi viam.

† *Et ædificauit Simon super sepulchrum patris sui.* Sepulchra patrum ædificare, est eorum merita ad aliorum informationem scribere, vel prædicare. Per septem verò pyramides significantur dona Spiritus sancti, & septem virtutes. Per arma verò, qualiter contra mundum, carnem, & diabolum, viriliter pugnauerunt. Per naues autem, qualiter per mare præsentis sæculi ad portum salutis feliciter transierunt, & hæc sunt ad informationem viuentium, ideo subditur. (De eis qui scribunt vitas sanctorum.)

† Quæ

Euangelio dicens: *Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror & mater est.* Hinc Apostolus Paulus ad Cor. scribens ait, *Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui.* Et de Timotheo ad Philippenses ait, *Experimentum autem eius cognoscite, quoniam sicut patri filius mecum seruiuit in Euangelio.*

Matth. 12. d. 1. Cor. 4. d. Phil. 2. c.

subtracti sunt, ne obliuione etiam cordibus subtrahuntur, in memoriam reuocant, & admonendo faciunt cogitari. Nam & memoriæ nomen id apertissimè ostendit, & monumentum, eo quod moneat mentem, id est, admoneat, nuncupantur.

† AMBROS. l. 1. de Abraham c. 6. Festinauit Abraham pro loco sepulchri (Saræ vxoris suæ) pretium soluere, cùm gratis daretur, vt non in alienis locis, sed nostris potius ædificemus tumulos parētum, vel proximorum. Hoc autem Abrahā ideo fecit, quia nondum erāt huiusmodi Dei templa in quibus fidelium in Domino reliquię conderetur.

Abraham Saræ sepulchrum pretio comparat.

a tro & ante, [28] & statuit septem pyramidas vnam contra vnam, b patri & matri, & quatuor fratribus. [29] Et his circumposuit columnas magnas, & super columnas arma ad memoriam æternam, c & iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare. [30] Hoc est sepulchrum quod fecit in d Modin vsque in hunc diem. [31] Triphon autem cùm iter faceret cum Antiocho rege adolescente dolo occidit eum, [32] & regnauit in loco eius. Et imposuit sibi diadema Asiæ, & fecit plagam magnam in terra. [33] Et ædificauit Simon præsidia Iudææ, muniens ea turribus excelsis, & muris magnis & portis & seris, & posuit alimenta in munitionibus. [34] Et elegit e Simon viros, & misit ad Demetrium regem, vt faceret remissionem regioni, quia actus omnes Triphonis per direptionem fuerant gesti. [35] Et Demetrius rex ad verba ista respondit ei, & scripsit epistolam talem. [36] Rex Demetrius Simoni summo sacerdoti, & amico regum, & senioribus, & genti Iudæorum salutem. [37] Coronam auream, & bainen quam misistis,

a *Statuit & Simon sep. pyra. vnam con. vnam, pa. & ma. & qua. fra.* RAB. Cùm doctor quilibet qualiter vnicuique personæ priorum patrum lux sapientiæ, quæ per septiformem spiritum fidelibus tribuitur collata sit, demonstrat.

Quid designent memoriæ quas extruxit Simon parentibus & fratribus.

b *Et his circumpos. colum. ma. & super colum. ar. ad memoriam ater.* IBID. Cùm firmitatem & rectitudinem fidei eorū, & in ipsa fide quomodo armis spiritualibus cōtra hostes pugnauerint insinuat.

c *Et iuxta ar. na. sculp. qua vide. ab homi. na. ma.* RAB. Quia qualiter præcedētes iusti præsentis vitæ pelagus nauigio crucis Christi transierint omnibus in mundi istius fluctibus laborantibus, ad spem solatij ipsorum docendo intimant, vt cognoscant, quoniam, sicut illis prædictum nauigium salubriter contulit littus quietis, ita & sibi credulitas passionis Christi, & nostræ redemptionis in ipsa, si condigna eidem credulitati opera habere velint, portum salutis æternæ conferat.

Quomodo transeundū sit per huius mundi pelagus.

† AVGVST. serm. 34. de verbis Apost. Sed pro viribus cura sepeliendi, & sepulchra construendi, quia & hæc in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt. Nec solum in corporibus patriarcharum, aliorumq; sanctorum, & humanis cadaueribus quorumcumque iacentium verum etiam in ipsius Domini corpore prædicati atque collaudati sunt, qui ista fecerunt. Impleant hæc homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta mœroris. Verùm illa quæ adiuuent spiritus defunctorum, oblationes, orationes, erogationes, multo pro eis obseruantius, instantius, abundantius impendant, qui suos carne non spiritu mortuos, non solum carnaliter, sed etiam spiritaliter amant.

Oratio pro defunctis.

† IDEM lib. de cura pro mort. agenda, cap. 4. Prouisus sepeliendis corporibus apud memoriam Sanctorum locus, bonæ affectionis humanæ est erga funera suorum: quoniam si nonnulla regio est vt sepeliantur, non potest nulla esse quando vbi sepeliantur attenditur. Sed cùm viuorum talia solatia requiruntur, quibus eorum pius in suos animus appareat, non video quæ sunt adiumenta mortuorum, nisi ad hoc vt dum recolunt vbi sunt posita eorum quos diligunt corpora, eisdem sanctis illos tamquam patronis susceptos, apud Dominum adiuuando orando commendent. Quia non ob aliud vel memoriæ, vel monumēta dicuntur ea, quæ insignita fiunt sepulchra mortuorum, nisi quia eos, qui viuentium oculis morte subtra-

Sepulchra & monumenta an fidelibus prosint.

d *Triphon autem.* RAB. De hoc Pompeius ita refert. Dum hęc aguntur interim in Syriæ partibus Triphon, qui se tutorem Antiocho Demetrij priuigno substitui à populo laborauerat, occiso pupillo, regnum Syriæ inuadit. Quo diu potitus, tandem exolescente fauore recentis imperij, ab Antiocho puero admodum, Demetrij fratre, qui in Asia educabatur, bello vincitur, rursumque regnum Syriæ ad sobolem Demetrij reuertitur.

Triphon exturbatur regno quod per vim inuaserat.

e *Et el.* IDEM. Quod Simon ad Demetrium regem viros misit, vt faceret remissionem regioni: hoc (ni fallor) significat, quod S. ecclesia prædicatores suos ad principes istius mundi dirigit, quatenus eos verbo sibi fidei cōciliet, & actus Triphonis figuralis, hoc est, hæreticorū atque schismaticorū in irritum ducat, eorumq; superbiam, propter quā noluerūt mansuetudini ecclesiasticę cedere per rigorē exterarū potestatū conterat. Quibus & coronā auream ipsi legati deferūt, & Bainē (quod tradūt esse ornamentum colli ex annulis aureis confectū secundū morē prouinciæ) cū eis pro bonō certamine æternæ vitæ coronā, & pro solatio opportuno quod ecclesiam suis edictis atque defensionibus adiuuēt præmia cælestia repromitūt.

Principes sæculares hortandi, vt immunes & liberas velint esse ecclesias.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et sta. sep. py. *Est autem pyramis ædificium latius in inferiori parte, tendens superius in acutum, & dicitur à pyr, quod est ignis, qui est talis figura. Fecit autem duas pyramides pro patre suo & matre, & quatuor pro fratribus, septimam autem pro se, & sic adhuc viuens fuit sollicitus de sua sepultura.*

2 Et his cir. colum. *Ad sustentamentum ædificij.*

3 Et su. co. ar. *Sculpta vt dicunt: aliqui verò arma vera sicut supra sepulchra militum ponunt scuta & vexilla ad memoriam æternam, quod mortui erant in defensione gentis suæ.*

4 Triphon autem. *Hic consequenter ponitur malignitas Triphonis in occisione domini sui regis: & patet littera vsque ibi.*

5 Et fe. pla. *sicut dicitur Prouerb. 29. a.* Cum impij sumpserint principatum, gemet populus.

6 Et ædi. &c. præs. Iu. *Triphonis malitiæ resistendo.*

7 Et ele. Sim. *Hic consequenter circa Iudæos describitur libertatis restitutio. Et primò ponitur eius adeptio, Secundò executio, ibi,* In dieb. illis. *Circa primum sciendum, quod licet rex Demetrius fugisset de prælio sicut victus, vt supra 11. c. tamen postea recollegit se in vna parte regni & aliqui principes & milites recedentes ab Antiocho adhæserunt sibi pugnantes pro eo contra Ionathan, vt dictum est sup. 11. c. & 12. sed postea Antiocho occiso & Triphone regnante pro eo, Iudæi magis elegerunt adhærere Demetrio (à quo prius recesserant, eo quod mentitus fuerat Ionathæ promissa, vt habetur supra c. 11.) quàm Triphoni, qui Ionathan dolosè ceperat, & ipsum cum filiis suis nequiter occiderat, & Demetrius libenter recepit eorum reconciliationem, vt contra Triphonem iuuarent eum, qui dolosè occupauerat regnum, & sic condescendit Iudæis ad eorum voluntatem, & hoc est quod dicitur,* Et ele. *Ad negotium aptos.*

Iudæi Demetrio reconciliati.

8 Et mi. *Rogando.*

9 Vt fa. re. re. *Scilicet Iudææ de tributis & exactionibus impositis à Syriæ regibus.*

10 Quia act. omnes Tr. per di. &c. *alia littera habet,* Per deceptionē erant gesti. *Hæc clausula ponitur ad ostendendū quare Simon misit legatos ad Demetriū, quia omnes actus Triphonis erant per deceptionē & dolum, vt patet ex prædictis, vel* per direptionem, *id est, dissipationem iustitiæ & veritatis, & in idem redit; propter quod Simon cum eo fœdus noluit contrahere, sed magis contra eum; scilicet Demetrium adiuuare. Cetera patent vsque ibi,*

11 Cor. *Id est, ornamentum colli ex aureis annulis contextum, hoc misit Simon Demetrio, & ipse suscepit in signum facta reconciliationis.*

Et

MORALITER.

† *Quæ viderent. &c.* Ad instructionem futurorum, ideo præmittitur ad memoriam æternam.

4 *Triphon, &c.* Per regem Antiochum adolescentem intelligi potest ipse Adam, quia à Deo formatus supra ceteras creaturas, statim fuit rex institutus vt dicitur Gen. 1. Hunc autem Triphon dolosus, id est, diabolus ipsum dolose occidit per peccatum mortale.

Primus Adam.

† *Et imposuit, &c.* Id est, potestatem super genus humanum, quod propter peccatum Adæ tenuit captiuum, quousque per Christum, qui dicitur secundus Adam 1. Cor. 15. fuit redemptum.

Secundus Adam.

suscepimus, & parati sumus facere vobiscum pacem magnam, & scribere præpositis regis remittere vobis quæ indulsimus.[38] Quęcumque enim constituimus, vobis constant. Munitiones quas ædificastis, vobis sint. [39] Remittimus quoque ignorantias & peccata vsque in hodiernum diem, & coronam quam debebatis. Et si quid aliud erat tributarium in Ierusalem iam non sit tributarium, [40] & si qui ex vobis apti sunt conscribi inter nostros, conscribantur, & sit inter nos pax. [41] Anno 170. ablatum est iugum gentium ab Israel. [42] Et cœpit populus Israel scribere in tabulis & gestis publicis, anno primo sub Simone summo sacerdote magno duce & principe Iudæorum. [43] In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & circumdedit eam castris, & fecit machinas & applicuit ad ciuitatem, & percussit turrem vnam, & comprehendit eam. [44] Et qui eruperunt erant intra machinam & ciuitatem, & factus est motus magnus in ciuitate. [45] Et ascenderunt qui erant in ciuitate cum vxoribus & filiis supra murum scissis tunicis suis & clamauerunt magna voce à Simone postulantes dextras sibi dari, [46] & dixerunt: Non nobis reddas secundum malitias nostras, sed secundum misericordias tuas, & seruiemus tibi. [47] Et flexus Simon non debellauit eos, eiecit tamen eos de ciuitate, & emundauit ædes in quibus fuerant simulachra, & tunc intrauit in eam cum hymnis dominum benedicens. [48] Et abiecta ab ea omni immunditia collocauit in ea viros qui legem facerent, & muniuit eam, & fecit sibi habitationem. [49] Qui autem erant in arce Ierusalem prohibebantur egredi & ingredi regionem, & emere ac vendere, & esurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt.

a *In diebus illis.* RABAN. Quid est quod Simon Gazam oppugnare aggreditur, nisi quod prædicatores sancti mundi errores debellare conantur? Gaza, quæ interpretatur *fortitudo eius*, significat gentium rigorem atque duritiam. Construit ergo machinas multas Simon aduersus Gazam: cum doctores sancti diuersas species dogmatum ad capiendas gentium munitiones construunt, quatenus eas præda salutifera in dominium regis sui, Iesu videlicet Christi, redigant. Qui percussit turrem vnam & comprehendit, cùm superbiam gētilium strauit, eorumq; corda in obedientiam Euangelij adduxit. Qui autē eruperant capiebantur inter machinam in ciuitate, quia insolentia barbarorum licet euadere Euangelij recte quæsierit, tamen veridicis testimoniis legis Dei circumligata atque compressa est.

Gentiles catholicorum disputationibus constricti Christo nomen dant.

b *Et factus est, &c.* IDEM. Cùm totus mundus cōcussus est Euangelica prędicatione, Motus enim magnus factus in ciuitate, quando gentium feritas excitata est ad persequēdum confessores Christi, vt veri efficerentur martyres, qui fidei ac dogmatis Christi fidei erāt assertores.

c *Et ascender.* IDEM. Qui sunt illi, qui cū vxoribus & filiis supra murum scissis tunicis ascenderunt, & à Simone dextras sibi dari postulauerunt, nisi illi, qui sollicitudinibus & cupiditatibus huius mundi diutius impliciti, postmodum conuersi non vestimenta sua, sed corda per pœnitentiam scindentes, dextras reconciliationis ac societatis ab ecclesiasticis sibi dari expetunt? Quorum petitioni miserando Simon spiritalis consentiens, non anathematis gladio cospercuit, sed de superstitione gentilitatis educens, errores eorum abscindendo amouit, quatenus habitationem condignam in eorum pectoribus domino Christo præparet.

Homines mundana relinquentes adhortantibus prædicatoribus.

d *Et tunc intrauit.* RABAN. Tunc etiam quando errores eiecti fuerint Gentilium, cum laudibus Dei, doctores sancti in conuenticula intrabūt gentium. Tunc quoque viros, qui legem faciunt, ibidem ponūt, quia viros cultores Christi piis prædicatoribus ibi esse faciunt. Et muniunt eam, faciuntque sibi ibidem habitationē, cum per Euāgelium vndique fidei munimine ecclesiam firmantes, in eius domicilio ipsi magistri commorando, pro labore pio, æterna præmia, quem pro confessione ipsorum impenderant, à iudice viuorum ac mortuorū in fine sibi retribuenda expectāt.

Ecclesiis nuper erectis vel restitutis prouidendum de bonis præpositis & magistris.

e *Qui autem erant.* IDEM. Hi qui erant in arce Ierusalem, & sæpius infestabāt Iudæos significant hæreticos & schismaticos qui in arce superbiæ suæ se collocantes lites & bella mouent contra Catholicos. Quos vetat Simon egredi & ingredi in regionem, & emere & vendere, quia talibus doctores sancti cum Catholicis contradicūt omnem societatis habere communionem. Propter quod,

f *Mul. ex eis fa. perierunt.* Quia multi ex istis cùm anathematizati extra communionem ecclesiæ sequestrati fuerint, fame verbi Dei, & inedia spiritalis scientiæ dispereunt. Sed quia necessitate extrema compulsi huiuscemodi sibi dextras communionis dari ab ecclesia postu-

Hæretici Ecclesiæ reconciliati.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et scrib. præ. re. *i. præpositis nostris.*
2 Remit. vobis quæ indul. *A tempore Ionathæ.*
3 Quæcumque enim constit. *Tunc.*
4 Constant. *id est, firmiter stant, nunc & in futurum.*
5 Remit. quoq. &c. *i. si per ignorantiam fecistis aliquid contra me pro Antiocho.*
6 Et si qui e. v. apti s. conscribi inter nostros. *Scilicet amicos.*
7 Et sit inter nos pax. *Scilicet firma & libera: ideo subditur,*
8 Abla. est. *Scilicet plenariè, antè verò fuerat ablatum partialiter & imperfectè. Et quia istud fuit factum notabile: ideo subditur,*
9 Et cœpit pop. &c. *Tales enim annotationes temporum incipiunt ab aliquo euentu notabili, sicut Iudæi primò scripserunt ab exitu de Aegypto, postea de reditu à Babylone, & consimiliter hic à pontificatu Simonis & eius ducatu, sub quo libertas fuit eis restituta.*
10 In diebus illis. *Hic consequenter ponitur executio dictæ libertatis: & primò impugnando Gazam, secundò arcem ibi,* Qui autem erant. *Circa primum dicitur,* In die. il. Si. ap. ad Ga. *Quæ multum erat nociua Iudæis.*
11 Et circum. eam ca. *i. bellatorum cuneis.*
12 Et qui erupe. *i. effugerant de turre capta.*
13 Erant intra machinam. *Id est, refugerant ad quamdam munitionem ciuitatis sic nominatam.*
14 Et factus est motus. *Scilicet timoris: ideo sequitur.*
15 Et ascend. *Et patet littera vsque ibi.*
16 Non debel. eos. *Scilicet occidendo.*
17 Et emundauit ædes. *Nam habitatores erant idololatræ.*
18 Et tunc int. in eam cum hymnis. *Attribuendo illam victoriam Deo.*
19 Et eic. ab ea om. immun. *Id est, idololatria.*
20 Coll. in ea viros qui legem fa. *Id est, Iudæos.*
21 Et mu. eam. *Contra aduersarios.*
22 Qui autem. *Hic consequenter ponitur impugnatio arcis, cùm dicitur:* Qui au. e. in ar. Ie. prohi. *Scilicet per murum inter arcem & ciuitatem edificatum, vt dicitur supra cap. præcedenti: & per custodias armatorum superadditas à Simone. Cetera patent vsque ibi.*

Et

MORALITER.

† 10 *In diebus illis app. Si. ad Gazam, &c.* Per quam intelligi potest Simoniaca promotio, quę non acquiritur per scientiam & virtutem, sed per Gazam. Per arcem verò quæ erat in Ierusalem, significatur promotio ecclesiastica, quæ similiter non fit per scientiam & virtutem, sed per generis nobilitatem. Simon autem eiecit de Gaza & arce malos habitatores, & posuit ibi bonos; per quod significatur, quod bonus prælatus dictas promotiones debet repellere, & idoneos ratione virtutis & scientiæ promouere.

Simoniaca promotio.

Promotio indigni.

† Et

postulauerunt, hoc eis ab ipsa indicitur pactum, vt relinquant errores suos, & anathematizent sectas nefarias, quibus antea adhæserunt, & mundent conscientiam suam ab omni nequitia hæreseôn, & sic communioni ecclesiæ restituantur, vnde conuenienter subiungitur,

a *Et intrauer.* RAB. Numeri isti, hoc est, centesimus septuagesimus primus, & vicesimus tertius, sacris pleni sunt mysteriis. Nam centesimus, in quo Abraham Isaac promissionis filium genuit, vitæ significat perfectionem; Septuagesimus in quo captiuitas * Israelitarum resoluta est, peccatorum significat remissionẽ. Sed quia hoc non nisi in Ecclesiæ consistit vnitate: propterea super septuagenarium numerum monas addita est. Porrò vicesimus tertius numerus sanctæ trinitatis fidem cum duobus præceptis charitatis, in quibus tota legis plenitudo consistit, designat. Secundus autem mensis (in quo pascha facere iubebantur, illi, qui super animam hominis immundi erant) tempus gratiæ & vocationis gentium ostendit. Cùm ergo secundum hanc distinctionem, atque significantiam mysticorum numerorum, victoria à fidelibus capitur, hoc est vt sanctæ trinitatis fidem cum duobus præceptis charitatis secundum Euangelicam doctrinam integram seruent, & vitæ perfectionem pro modulo suo habentes in ecclesiæ vnitate, intellectu & fide permanendo ad plenitudinem remissionis perueniant. Si tunc rite cum cantico & ramis palmarum, hoc est cum laude vera & certa victoria cælestem intrabunt Ierusalem, vbi multiplices gratias & laudes pro adepta salute & securitate creatori suo perpetualiter referent.

b *Quia contritus est inimicus magnus, &c.* IDEM ibid. Et mors cum ipso mortis auctore in perpetuum extat damnata. Nec refugit hanc expositionem sequentis sensus sententiæ, vbi scriptum est,

c *Quod consti. vt omni. an. dici. hu. læt. ageretur, & quod muni. mont. temp. qui erat secus arc. & habita. ibi ipse & qui.* Quia omni tempore istius vitæ illius diei memoria in spe retinenda est, in qua triumphantes de morte per gratiam redemptoris nostri vitæ restituemur æternæ. Ideo enim singulis annis resurrectionis dominicæ solemnia celebramus, vt indicemus nos per eius resurrectionem & victoriam de morte, sperare, & nostrorum corporum resurrectionem, in fine sæculi futuram, & vitam in cælesti regno perpetuam. Propter quod montem templi, qui est secus arcem, munire debemus, hoc est Christi incarnationem, quæ omnem altitudinem perfectionis sanctorum perfectione sua trascendit, firma fide in corde tenere: & in hoc omni tempore vitæ nostræ, tam per nos, quam etiam per nobis commissos, siue per societatem coniunctos piè laborare, quatenus eius corpori coniuncti atque coadunati simul cum ipso capite, regni cælestis efficiamur heredes. Cuius videlicet diei lætitiam atque memoriam beatus Petrus Apostolus in epistola sua nobis commendat dicens: *Vnum verò hoc nõ lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Deum sicut mille anni, & mille anni sicut vnus dies. Non tardat dominus promissionẽ suam, sed patienter agit propter vos, nolens aliquẽ perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Aduenit autẽ dies domini sicut fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur. Cùm hæc igitur dissoluenda sint omnia, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus expectantes & properantes in aduentum diei domini, per quem cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. Nouos verò cælos & nouam terram & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Propter quod charissimi hæc expectantes satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace, & domini nostri longanimitatem salutem arbitramini.*

d *Et vi. Si.* RABAN. Simon Ioanni filio suo, cùm videret, quod vir esset, ducatum virtutum vniuersarũ commisit, vt ostenderet, quod nullus magistrorum filio vel discipulo suo debet committere potestatem ac ordinẽ ecclesiastici regiminis, nisi antea eum videat esse virum, hoc est sensu probatum, & virtutũ operibus studiosum. Sed quia in superioribus diximus Simonem sanctorum gerere figuram doctorum, potest in hoc loco per significationem exprimere principem pastorũ, qui populo catholico sacri regiminis ministerium, & omnium virtutum dedit notitiam atque effectum, cui & optimè conuenit quod in sequentibus scriptum est.

[Marginalia: Gen. 21. a. — Mysteria numerorũ 100. 71. & 23. — * Ierosolymitarum. — Matth. 22. d — Tempus gratiæ & vocationis gentium. Mysticè. — Spes resurrectionis & vitæ æternæ. — Quomodo transigenda sit vita præsens vt consequamur æternam. — 1. Pet. 3. — vbi suprà. — Quibus committendum sit regimen Ecclesiasticum.]

[50] Et clamauerunt ad Simonem, vt dextras acciperent, & dedit illis. Et eiecit eos inde, & mundauit arcem à contaminationibus. [51] a Et intrauerunt in eam tertia & vicesima die secundi mensis, anno centesimo septuagesimo primo cum laude, & ramis palmarum, & citharis, & cinaris, & cymbalis, & nablis, 1 2 b & hymnis, & canticis, quia contritus est inimicus magnus ex 3 c Israel. [52] Et constituit, vt omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia. [53] Et muniuit montem templi, qui erat secus arcem, & d habitauit ibi ipse & qui cum eo erant. [54] Et vidit Simon Ioan- 4 nem filium suum, quòd fortis prælij vir esset, & posuit eum 5 ducem vniuersarum virtutum, & habitauit in Gazaris. 6

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ci. *Cinara cinara, est instrumentum musicum. Dictum à cieo cies, quod idem est quod moueo moues, quia suo sono notabiliter mouet aërem.*
2 Et nablis. *i. citharis.*
3 Quia con. est ini. ma. *Id est, populus existens in arce, qui multum grauabat populum, & impediebat cultum diuinum. Cetera patent vsque ibi.*
4 Et vi. Si. *i. fortis & iustus, & industrius ad bellandum.*
5 Et po. eum du. vniuer. vir. *i. bellatorum.*
6 Et ha. in Gazaris. *i. in Gaza & eius suburbiis, scilicet Ioannes, vt resisteret aduersariis.*

MORALITER.

† 4 *Et vi. Si. Io. fi. suum quod vir. for. præ. e. & po. eum du.* Per hoc ostenditur, quod iuuenes nõ sunt ad honores promouendi, donec fuerint virtutibus probati. Vnde refert Helynandus, quod Ælius Adrianus cùm Romæ præfecturam splendidius ageret, ex senatore Imperator est creatus, qui obsecrante senatu vt filium, quem habebat, Cæsarem Augustum appellaret. Sufficere inquit debet, quod ego inuitus regnauerim, cum non mererer. Principatus enim sanguine non meretur, sed meritis, & inutiliter regnat qui rex nascitur, & non meretur: & proculdubio parentis affectum exuit, qui paruulos suos importabili subiecta mole extinguit. Hoc equidem est suffocare liberos, non promouere, alendi prius sunt, & in virtutibus exercendi, & cum in eo profecerint (vt probetur illos virtutibus antecedere, qui debent honoribus anteire) inuiti ascendant, & se ciuium suorum votis non subtrahant.

[Marginalia: Ætas honoribus portandis immatura. — Exemplum de Adriano Cæsare.]

CAP. XIV.

a ANno centesimo, &c. congregauit rex Dem. exer. su. RABAN. Scriptum est in Isaia propheta de ipso domino saluatore. *Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, super soliũ Dauid & super regnum eius sedebit, vt confirmet*

[Marginalia: Isa. 9. b.]

CAPVT XIV.

a ANno centesimo septuagesimo secundo congregauit rex Demetrius exercitum suum, & abiit in Mediam ad

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIV.

ANno centesimo, &c. *Post adeptionem libertatis, hic consequenter agitur de renouatione amicitiæ & familiaritatis. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponuntur duo præambula; Secundo renouatio ipsa, ibi,* Et auditum est; *Tertiò dignitas pontificalis Simoni constituta, ibi,* Et hoc exemplum. *Primum præambulum est captio Demetrij regis, cuius notatur tempus cùm dicitur,* Anno cent. sept. sec. *regni Græcorum: & sic est in aliis intelligendum. Cetera patent.*

[Marginalia: Diuisio.]

☞ met illud & corroboret in iudicio, & iustitia amodo & vsque in sempiternum.

A Principatus autem illius & imperium erit super solium & super regnum Dauid quod post captiuitatem Babylonicam fuerat dissipatum, vt confirmet illud & corroboret, & doceat esse perpetuum, ne cassa Dei promissio iudicetur. Et in Psalmo propheta dicit, *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec tollatur luna.* Nemini enim alteri hęc cōuenit promissio, nisi soli mediatori Dei, & hominum Christo Iesu, qui pro nobis incarnatus per obedientiam crucis cæli terræque possessor est factus. Cui pater in Psal. per prophetam ait: *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.*

Psal.17.b. Regnum Christi. Psal.2.b.

B

a *Siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis.* RABAN. Quia terra ecclesiæ à tempore incarnationis Christi vsque in sempiternum, licet forinsecus persecutiones ab inimicis toleret, intus tamen pace fruitur vera. Cui idem saluator in Euangelio ait, *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Ipse,

Pacem internam à fidelibus auferre tyranni non possunt. Ioan.14.d.

contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Triphonem. [1] Et audiuit Arsaces rex Persidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius confines suos, & misit vnum de principibus suis, vt comprehenderet eum viuum, & adduceret eum ad se. [3] Et abiit & percussit castra Demetrij, & comprehendit eum, & adduxit eum ad Arsacen, & posuit eum in custodiam. [4] Et siluit[a] omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis, [1] & quæsiuit[b] bona genti suæ, [2] & placuit illis potestas eius, [3] & gloria eius omnibus diebus. [4] [5] Et cum omni gloria sua [5] accepit Ioppen[c] in portum, [6] & fecit introitum in insulis maris. [7] [6] Et dilatauit[d] fines gentis suæ, & obtinuit[e] regionem. [7] Et congregauit[f] captiuitatem multam, [8] & dominatus est Gazaræ [9] & Bethsuræ & arci,[g] & abstulit[h] immunditias ex ea, & non erat[i] qui resisteret ei. [8] Et vnusquisque[k] colebat terram suam cum pace, [10] & terra Iuda dabat[l] fructus suos, [11] & ligna[m] camporum fructum suum. [12] [9] Seniores[n] in plateis sedebant omnes, [12] & de bonis terræ tractabant, [13] & iuuenes induebant se gloriam [14] & stolas belli, [15] [10] & ciuitatibus[o] tribuebat alimonias, [16] [17] & constituebat[p] eas, [18] vt essent vasa munitionis, quoadusque[q] nominatum est nomen gloriæ eius vsque ad extremum terræ. [19] [11] Fecit[r] pacem super terram, & lætatus[s] est Israël lætitia magna.

C

b *Quæsiuit bona genti suæ, & placuit illis potestas eius, & gloria.* IDEM. Omnia videlicet bona ab ipso collata sunt ecclesiæ in remissionem peccatorum, & dominationem virtutum. Vnde complacet illis potestas eius & gloria eius, quia illi soli seruire omni tempore elegit. Ipse,

c *Acce. Iop. in por. & fe. introitum in insulis maris.* IBID. Cùm ex gentium populo sibi fundauit ecclesiam, vnde introitū fidei per Euangeliū panderet gentibus totius orbis. Ioppe pulchritudo interpretatur, Et quæ pulchrior est sancta ecclesia? cui sponsus in Cantico canticorum ait, *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet, vnde,*

Vocatio gentium. Cant.4.a.

d *Dila. fi. gen.* Ecclesiæ, scilicet.

e *Et obti. re.* Totius mundi.

f *Et congreg. ca. mul.* De quo in Psalmo scriptum est, *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.*

Psal.67.d.

g *Et do. est Ga. & Beth. & arci.* Quia mundi fastum per Euangelium domando, in proprium redigit dominium.

D

h *Et abstulit immunditias.* Peccatorum, atque vitiorum, mundans eam lauachro regenerationis.

i *Et non erat qui resisteret ei.* RABAN. De quo scriptum est, *In voluntate tua domine vniuersa sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ. Tu enim fecisti cælum, & terram, & vniuersa quæ cæli ambitu continentur: dominus vniuersorum tu es.*

Esther 13.c.

k *Et vnusquisque co. terr.* RABAN. Cum pace corpus suum, scilicet virtutibus exercent; vel terram ecclesiæ bonis operibus singuli quique sanctorum pro viribus colunt.

Agricultura spiritualis.

E

l *Et terra dabat fructus suos.* IBID. Caro videlicet nostra fructus bonorū operū affert. Similiter,

m *Et ligna.* IBID. Hoc est homines viriditate fidei semper florentes, germina virtutum proferunt.

n *Seniores in plateis sedebant omnes, & de bonis.* IBID. In senioribus possumus accipere prophetas & Apostolos & doctores sanctæ ecclesiæ, qui auditores suos consiliis iuuant & sermonibus roborant. Iuuenes autem cœtus fidelium, quia gloria confessionis Christi freti, induunt se armis virtutum, quo facilius possint conterere hostium exercitum.

F

o *Ciuitatibus tribuebat alimon.* IBID. Hoc est ecclesiis impendebat sermones doctrinæ: Quas,

p *Constituebat* [illegible] *vasa munitionis.* Vt scilicet thesaurum sapientiæ spiritalis seruarent in conscientia pura & fide non ficta. Quod tamdiu fecit,

q *Quoadusque nominatum est nomen gloriæ eius vsque ad extremum terræ.* Quia in omnem terram exiuit sonus prædicationis Apostolorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Vnde per Isaiam dicitur: *Auditam faciet dominus gloriam vocis suæ, & terrorem brachij ostendet.*

Psal.18.a.

r *Fecit pacem super terrã.* Quia ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.

Isa.30.g. Ephes.2.c.

s *Et læta. est Israel læ. ma.* Quia lætabitur iustus in domino & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

Psal.63.b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et siluit. *Hic ponitur secundum præambulum, quod est pacificatio Iudææ sub Simonis regimine, cum dicitur:* Et siluit, *scilicet à prœliis nociuis.*

2 Et quæ. bo. gen. suæ. *Principalius quàm sibi, quia bonum quanto communius tanto diuinius.*

3 Et pla. illis. *Scilicet Iudæis,* potestas *Simonis quantum ad ducatum.*

4 Et gloria. *Quantum ad pontificatum.*

5 Et cum om. gl. sua. *Id est, cum omnibus aliis, quæ fecerat gloriosè.*

6 Acce. Iop. in portum, *scilicet maris, ideo subditur,*

7 Et fecit introitum in insulis maris. *Ad quas Iudæi habebant liberum accessum per illum portum.*

Duplex sensus illius, congregauit captiuitatē.

8 Et congreg. cap. mul. *Hoc intelligitur dupliciter: Vno modo de gentilibus, quorum multos captiuauit; Alio modo de Iudæis, quorum multos de captiuitate redemit, & ad Iudæam reduxit.*

9 Et dominatus est Gazaræ. *Sicut patet capite præcedenti.*

10 Et vnusquis. cole. ter. suam, &c. *In quo notatur pacis securitas.*

11 Et terra Iuda dabat fructus suos. *Ecce terræ fertilitas.*

12 Seniores in plateis. *In quo apparet hominum longæuitas.*

13 Et de bonis terræ tractabant. *Ecce iustitiæ veritas.*

14 Et iuuenes induebant se gloriam. *Ecce populi iucunditas.*

15 Et stolas bel. *Id est, arma bellica, Ecce strenuitas. Nam tempore pacis vtebatur talibus, vt si bellum insurgeret, scirent se armare, & possent facilius arma portare.*

16 Ciuitatibus, *Id est, ciuitatum pauperibus.*

17 Tribuebat, *Simon,*

18 Alimonias, *Id aptè ad sui defensionem, si esset necesse. Et quia tot bona prouenerunt sub Simonis regimine, ideo subditur de seipso.*

19 Quo. nomi. est no. glo. eius vsque ad ext. terræ. *Id est,* [illegible] *longè: & est hyperbole: Cetera patent vsque ibi.*

MORALITER.

† 1 *Et siluit terra Iuda omnibus diebus Simonis, &c.* Hic describuntur bonæ conditiones Simonis satis diffusè, tamen videntur reduci ad tres in generali. Habuit enim magnum zelum de cultus Dei conseruatione, & de populi sui promotione in bonum & eius obseruatione. Habuit etiam constantiam & fortitudinem in repressione aduersariorum & eorum debellatione. Et sic fuit deuotus Deo, vtilis populo suo, & terribilis aduersario: & ad ista melius facienda fuit sollicitus quærere multas amicitias bonorum & potentum. Et quoniam fuit dux populi & sacerdos in istis dedit exemplum principibus & prælatis, vt similiter sint solliciti de prædictis. Et hoc pro moralitate huius cap. sufficiat.

Bonus princeps vel prælatus debet esse deuotus Deo, vtilis populo, & terribilis aduersario.

a [11] Et sedit vnusquisque sub vite sua, & sub ficulnea sua, & non erat qui eos terreret. [12] Defecit impugnans eos super terram, reges contriti sunt in diebus illis. [14] Et confirmauit omnes humiles populi sui, & legem exquisiuit, & abstulit omnem malum & iniquum. [15] Sancta glorificauit, & multiplicauit vasa 1 sanctorum. 2 b [16] Et auditum est Romæ, quia defunctus esset Ionathas, & vsque in Spartiatas, & contristati sunt valdè. 3 [17] Vt audierunt autem, quod Simon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius, & ipse obtineret omnem regionem & ciuitates in ea, [18] scripserunt ad eum tabulis æreis, vt renouarent amicitias & societatem quam fecerant cum Iuda & 4 cum Ionatha fratribus eius. [19] Et lectæ sunt in conspectu ecclesiæ in Ierusalem. Et hoc exemplum epistolarum quas miserunt Spartiatæ. 5 [20] Spartianorum principes & ciuitates, Simoni sacerdoti magno & senioribus & sacerdotibus, & reliquo populo Iudæorum fratribus salutem. [21] Legati qui missi sunt ad populum nostrum nuntiauerunt nobis de vestra gloria 6 & honore & lætitia, & gauisi sumus in introitu eorum. 7 [22] Et scripsimus quæ ab eis erant dicta in conciliis populi sic: Numenius Antiochi, & Antipater Iosonis filius, legati Iudæorum venerunt ad nos, renouantes nobiscum amicitiam pristinam. 8 [23] Et placuit populo excipere viros gloriosè, & ponere exemplum sermonum eorum in segregatis populi libris vt sit ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum autem horum scripsimus Simoni magno sacerdoti. c 9 [24] Post hæc autem misit Simon Numenium Romam habentem clypeum aureum magnum pondo mnarum mille, ad statuendam cum eis societatem. Cùm autem audisset populus Romanus 10 [25] sermones istos, dixerunt: Quam gratiarum actionem reddemus Simoni & filiis eius? [26] Restituit enim ipse fratres suos & expugnauit inimicos Israel ab eis. d 11 Et statuerunt 12 ei libertatem, & descripserunt in tabulis æreis, & posuerunt 13 in titulis in monte Sion. 14 [27] Et hoc est exemplum scripturæ. 15

a *Et sedit vnusquisque sub vite sua, & sub ficulnea sua, & non erat qui eos* A *terreret.* RABAN. Iuxta illud quod in Michæa dicitur, *Requiescet vnusquisque sub vinea sua, & sub ficulnea sua, & non erit qui exterreat.* Hæc est vinea quæ in Euangelio loquebatur, *Ego sum vitis, & vos palmites, & pater meus agricola. Omnis, qui non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Huius fructus bibuntur & comeduntur & lætificant cor hominis, & inebriant amicos sponsæ, & in regno Dei noui bibuntur quotidie. Sub ficu autem requiescit, & nullas insidias formidat, qui dulcedine Sancti spiritus fruitur, & illius fructibus saturatur, charitate, gaudio, pace, continentia, patientia; de huiusmodi B dicitur plantatore, *Qui plantauerit ficum comedet fructus eius.* Qui tales ædificauerit domos, & plantauerit vineas, de quibus Apostolus loquitur: *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus incrementum dedit:* Comedet labores manuũ suarum. *Et seminans in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Nec diaboli & satellitum eius fraudibus supplantabitur. *Et cong. omnes humiles populi sui, & legem exquisiuit.* Humiles populi, sũt C sancti, quos in Euangelio pauperes spiritu appellat. Opera quoque populi Dei non veterascent, sed innouabũtur & consummabuntur, vel confirmabũtur quotidie, vt non ambulent in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus. Talem legem exquisiuit Simon noster, & abstulit omnem iniquum & malum; cum modo per sanctos doctores excommunicat hæreticos, atque schismaticos, & omnes impios: & in fine mundi mittet angelos, & colligent omnia scandala de regno eius.

Mich.4. Ioan.15.a. Christus vitis vera. Fructus Spiritus sancti. Prou.17.c. 1.Cor.3.b. Psal.127.a. Galat.6.b. Pauperes spiritu. Matth.5.a.

Sancta glorificauit & multiplicauit vasa sanct. RABAN. Cùm regionem noui testamenti ordinabiliter & ritè in ecclesia sua seruare facit, & multiplicat numerum credentium ac bene operantium: quia ipsi sunt vasa sanctorum apta in ministerium Dei, ad accipiendum D diuina charismata, & dona sancti spiritus.

b *Et audi. est, &c.* RABAN. Quòd Simone sacerdotium accipiente, diuersæ gentes ad eum legatos mittunt, rogantes ea quæ pacis sunt; significat, quod Apostolis, atque doctoribus noui testamenti post passionem Christi, & resurrectionem, atque ascensionẽ ad cælos, Euangelium in mundo prædicantibus, multitudo gẽtium ad fidem confluxerit, & pacẽ magnopere cũ ecclesia habere postulauerit, mittentes epistolas, hoc est secreta cordis sui per cõfessionem illis patefacientes, quatenus verbũ veritatis accipiendo re- E gulam iustitiæ ab eis edīscerent. Tabulæ æreæ significant memoriale perpetuum. Scriptum est enim: *In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.* Æris quippe metallũ diu durabile est, atque sonorũ; sic amicitia atq; societas sanctorũ firmissimũ, atque clarissimum mansionis suę habet statum.

c *Post hæc autem, &c.* RAB. Simon mittẽs Romanis clypeum aureum, habentem pondus mnarũ mil- F le ad statuendã cum eis societatem, significat doctores sanctos in prędicatione Euangelij gentibus promittere regnum cæleste, & æternam beatitudinem, si fidem Christi recipere voluerint, Euangelicamq; doctrinã vsque in finem vitæ seruare. Clypei enim rotũditas, & auri splendor, nec nõ & millenarij numeri perfectio, per figuram æternæ quietis coronã significãt.

d *Et statuerunt ei libertatem, &c.* IDEM. Ebul mensis est sextus apud Hebræos, qui apud Græcos dicitur, γορπιαῖος, apud Latinos verò September, sed dispari ordine numerorum propter diuersas inchoationes annorum, quę apud singulas gentes existunt. Nam Hebræi, qui primum mensem habent Nisan, hoc est Aprilem, in sexto ☞ loco

Apostoli exquisiti à gentibus vt apud eos prædicarẽt verbum Euangelij. Psal.111.b. Amicitia & societas sanctorum. Quid sancti prædicatores gentibus in Christũ credentibus promittũt. Mẽsis Ebul.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sancta glo. *Id est, templum & atria.*
2 Et multip. &c. *Quibus vtebantur sacerdotes ad diuinum cultum.*
3 Et auditum est Romæ. *Hic consequenter describitur renouatio amicitiæ, & primò scribentibus extraneis, & secundò, scribentibus Iudæis, ibi,* Post hoc autem. *Circa primum dicitur,* Et audi. est Romæ. *Et patet vsque ibi,*
4 Scripserunt. *Vbi ponitur scriptura Romanorum de renouatione amicitiæ cum Iudæis, quam fecerunt cum Iuda, vt habetur suprà cap. 8. & cum Ionatha 12. cap. secundò ponitur scriptura Spartiatarum de renouatione amicitiæ cum Iudæis, cùm dicitur,*
5 Spartiano. princi. & ciuitates. *Id est, ciuitatum rectores.*
6 Nuntiauerunt nobis de vestra glo. & honore. *Ex aduersariorum vestrorum debellatione, & restitutione libertatis, & pacis consecutione.*
7 Et scripsimus quæ ab eis, &c. *Id est, in libris authenticis, in quibus erant scripta populi decreta; Et sequitur forma scribendi, cùm dicitur,* Numenius Antiochi & an. ia. fi. &c.
8 Ponere exemplum sermonum eorum, &c. *Id est, in libris ad partem diligentissimè reseruatis.*
9 Post hæc autem. *Hic consequenter ponitur renouatio amicitiæ per nuntios Iudæorum. Et patet littera vsque ibi,*
10 Quam gratiarum actionem. *Quasi dicant, non solum reddendæ sunt sibi gratiæ, & honores pro amicitia quam à nobis requisiuit, & propter xenium notabile quod misit, sed etiam propter eius probitates quibus aduersarios populi sui viriliter expugnauit.*
11 Et statuerunt ei libertat. *Ab omni tributo.*
12 Et descripserunt in tabulis æreis. *Et ad memoriam in futuro.*
13 Et posuer. *Scilicet Iudæi tabulas illas.*
14 In titulis. *Id est, cum aliis scriptis ad memoriam reseruatis.*
15 Et hoc est exem. *Hic consequenter describitur pontificalis dignitas Simoni & eius heredibus constituta ab omni populo Iudæorum per scripturã authenticam vel decretum: de quo dicitur:* Et hoc est exemplum. *Circa quam constitutionẽ primò per modum cuiusdam prologi ponitur tempus, cùm dicitur,*

loco habent suprà memoratum Ebul. Græci autem, qui suum annum inchoant à primo mense eorũ aprillos, hoc est à Calendis decembris, decimum mensem habent Gorpeium, Latini autem, qui antiquitus primordium anni sui à Calendis Martiis habuere, septembrem septimum mensem computauerunt.

Quomodo numerent menses Hebræi, Græci, & Latini.

Octauadecima die mensis Ebul, anno centesimo septuagesimo secundo, & anno tertio sub Simone sacerdote magno in Assaremel [18] in conuentu magno sacerdotum & populi & principũ gentis, & seniorum regionis nota facta sunt hæc. Quoniam frequenter facta sunt prælia in regione nostra. [19] Simon autem Matathiæ filius ex filiis Iarib, & fratres eius dederunt se periculo, & restiterunt aduersariis gentis suę, vt starent sancta ipsorum, & lex, & gloria magna glorificauerunt gentem suam. [20] Et congregauit Ionathas gentem suam, & factus est illis sacerdos magnus, & appositus est ad populum suum. [21] Et voluerunt inimici eorum calcare sancta & atterere regionem ipsorum, & extendere manus in sancta sanctorum. [22] Tunc restitit Simon, & pugnauit pro gẽte sua, & erogauit multas pecunias, & armauit viros virtutis gentis suæ, & dedit eis stipendia, [23] & muniuit ciuitates Iudæ & Bethsuram quæ erat in finibus Iudæ, vbi erant arma hostiũ antea, & posuit illic pręsidiũ viros Iudęos. [24] Et Ioppen muniuit quæ erat ad mare, & Gazaram quæ est in finibus Azoti in qua hostes antea habitabãt, & collocauit illic Iudæos, & quæcumq; apta erãt ad correptionem eorũ posuit in eis. [25] Et vidit populus actũ Simonis & gloriã quã cogitabat facere genti suæ, & posuerunt eum ducem suum & principem sacerdotum, eo quòd ipse fecerat hæc omnia, & iustitiam & fidem quam conseruauit genti suæ: & exquisiuit omni modo exaltare populũ suum. [26] Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius, vt tollerentur gentes de regione ipsorum, & qui in ciuitate Dauid in Ierusalem erant in arce: de qua procedebant & contaminabant omnia quæ in circumitu sanctorum sunt, & inferebant plagam magnam castitati. [37] Et collocauit in ea viros Iudæos ad tutamentum regionis, & ciuitatis, & exaltauit muros in Ierusalẽ. [38] Et rex Demetrius statuit illi summũ sacerdotium: [39] Secundum hæc fecit eũ amicũ suum, & glorificauit eum gloria magna. [40] Audiuit enim quod appellati sunt Iudæi à Romanis amici & socij & fratres: & quia susceperunt legatos Simonis gloriosè: [41] & quia Iudæi & sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum, & summum sacerdotem in æternum, donec surgat propheta fidelis, [42] & vt sit super eos dux, & vt cura esset illi pro sanctis vt cõstitueret præpositos supra opera eorũ; & supra regionem, & super arma & supra pręsidia, [43] & cura sit illi de sanctis, & vt audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine eius omnes conscriptiones in regione, & vt operiatur purpura & auro, [44] & ne liceat vlli ex populo & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione sine ipso, & vestiri purpura, & vti fibula aurea. [45] Qui autẽ fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horũ reus erit. [46] Et complacuit omni populo statuere Simonem: & facere secundum verba ista. [47] Et susce-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Octauadecima die mensis Ebul, an. *Id est, Augusti.*

2 Anno cente. septuagesimo secun. *Regni Græcorum.*

3 Et anno tertio sub Simo. sa. ma. *Et sic patet, quod descriptio huius institutionis, vel decreti, facta est valdè solemniter, scilicet per tempora regum & pontificum, sicut prædicatio beati Ioannis Baptistæ, Luc. 3.*

4 In conuentu magno sacerdotum & po. *In quo describitur notabilis cœtus populi.*

5 Simon autem Matathiæ. *Hic secundò consequenter describitur multiplex ratio, propter quam pontificalis dignitas concessa est Simoni & eius filiis, cùm dicitur,* Simon autem Matathiæ filius ex filiis Iarib. *Fuit enim iste Matathias sacerdos de sorte seu vice Iarib, sicut dictum est suprà cap. 2. sicut Zacharias pater Ioannis dicitur de vice Abia, Luc. 1.*

6 Dederunt se periculo, *vt patet ex prædictis.*

7 Vt starent sancta ipsorum, *Id est, templum.*

8 Et lex. *Quam volebat Antiochus abolere.*

9 Et gloria magna, *Id est, diuinus cultus, quem volebat destruere. Cetera patent ex prædictis vsque ibi,*

10 Tunc restitit Simon. *Vt patet ex prædictis cap. præcedenti.*

11 Et erogauit mul. pe. *De substantia sua, pro sua gente defendenda.*

12 Et quæcumque apta erant ad cor. eorum. *Id est, ad reprehensionem aduersariorum: vt balistas, arcus, & consimilia.*

13 Et vidit populus. *Hic tertiò consequenter ponitur dictæ cõstitutionis, siue institutionis actus, cùm dicitur,* Et vidit populus actum Simonis. *Id est, eius facta valdè notabilia.*

14 Et posuerunt. *Supra cap. præced.* posuerunt eum ducem suum. *pro persona sua, & simplici verbo; hic autem posuerunt eum ducem & pontificem, non solùm pro se, sed pro posteritate sua, & hoc firmauerunt immutabili decreto. Cetera patent vsque ibi,*

15 Et inferebant pla. ma. *Id est, munditiæ templi & cultus diuini: & quia mulieres Hebræas rapiebant aliquando, illis abutentes.*

16 Et rex Demet. &c. *Capitulo præcedenti.*

17 Audiuit enim quod appellati sunt Iudæi. *Id est, non solum honorauit eum ex amore, vt ab eo iuuaretur, vt dictum est capitulo præcedenti: sed ne à Romanis puniretur, si ostẽderet se aduersarium Simoni & Iudæorũ genti.*

18 Et quia Iudæi & sacer. &c. *Repetitio est eiusdem, quod præmissum est, ad maiorem affirmationem.*

19 In æternum. *Id est, pro se & sua posteritate.*

20 Donec surgat propheta fi. *Id est, Messias à Iudæis expectatus, & à Prophetis promissus Deut. 18. c.* Prophetam sus. eis, &c. *& tunc est adimpletum, quia filij Simonis tenuerũt principatũ, & sacerdotiũ vsque ad Herodem Ascalonitam, cuius tẽpore natus est Christus Matt. 2. qui est rex Sacerdos in æternũ.*

Machabæis stetit sacerdotiũ vsque ad Christi tempora.

21 Et vt sit super eos dux. *In regimine temporalium.*

22 Et vt cura esset illi pro sanctis. *In regimine spiritualium.*

23 Et vt constitue. præposi. *Sub se in vtroque regimine.*

24 Et super arma & su. *Vt nullus moueat bellum sine eius licentia.*

25 Et vt audiatur ab omnibus, *Id est, ei obediatur in omnibus.*

26 Et scribantur, &c. *Id est, acta publica, dicendo: Actũ anno tali Simonis.*

27 Et vt operiatur purpura & auro. *Id est, vestibus auro textis, vel aurea corona.*

28 Et ne liceat. *Hic quartò ponitur dictæ concessionis confirmatio cùm dicitur,* Et ne liceat vlli. *De populo cuiuscumque conditionis aut status.*

29 Irritum facere aliquid horum. *Et subditur consequenter pœna transgressorum, cùm dicitur,*

30 Qui autem fecerit contra hæc, &c. reus erit. *Scilicet mortis vel alterius pœnæ, secundum modum & quantitatem culpæ.*

31 Et complacuit omni populo, *Dicta ordinatio. Et quia ad hoc requirebatur consensus Simonis, subditur,* Et suscepit Simon, &c.

a Et suscepit Simon, & placuit ei vt summo sacerdot. fungeretur, &c. in A peribolo. RABAN. περίβολος Græcè dicitur murus atrij domus domini, qui totum templum per quadrum ambiebat in circumitu: sicut beatus Hieronymus in expositione Ezechielis prophetæ libro 13. ostendit. In loco ergo celebri atrij interioris domus domini ponebantur tabulæ æreæ, in quibus confirmatum fuerat per scripturam sacerdotium Simonis, & filiorum eius.

Eccl. 42. b. Peribolus.

a pit Simon, & placuit ei vt summo sacerdotio fungeretur, & esset dux & princeps gentis Iudæorum & sacerdotum: & præesset omnibus. [48]Et scripturam istam decreuit ponere in tabulis æreis: & ponere eas in peribolo sanctorum in loco celebri. [49]Exemplum autem eorum ponere in ærario: vt habeat Simon & filij eius.

B MYSTICE autem Christi sacerdotiũ, & filiorum eius, hoc est populi Christiani, in atrio domus domini, hoc est in præsenti ecclesia, scriptura testificante, cõfirmatur, & in omnibus Gentibus stabile & perpetuum esse declaratur.

Sacerdotiũ Christi.

C Vnde est illud quod in Psalm. scriptum est: *Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Et iterum, *Semel* (inquit) *iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit. Et sedes eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum & testis in cælo fidelis, &c.* Hominum consuetudo est frequenter iurare, vt eis posset aliquis credere: Deus enim semel iurauit, quia nulla veritate temporis immutatur. Iurare autem illius diximus esse ventura promittere. Nam eius se religioni constringit, qui non habet fortiorem. Dicit etiam *in sancto suo*, id est, in Christo, qui dixit, *Custodi animam meam quoniam sanctus sum.* Addit quoque, *Si Dauid mentiar:* si negatiuè positum est, quod etiam communis vsus habet. Semen Christi sunt omnes, qui ei fideli mente crediderint, quia in ipsis futurum regnum seminatum est, quod futura messis ostendit. Sicut & in 21. Psalmo ipse dicit: *Semen meum seruiet illi.* Manebunt ergo sancti in æternum, qui in excellenti ac beata conuersatione demorantur: vnde illos propriè manere non dicimus, qui à regno domini repelluntur. Thronus autem Dei hic intelligenda est anima fidelis, in qua reuera insidet, quando eam maiestatis suæ illuminatione compleuerit. Sic enim scriptum est: *Sedes sapientiæ anima iusti.* Addidit, *Sicut Sol in conspectu meo.* Lucida quippe erat anima illa iusti, quam sedem diximus Saluatoris. Dicendo autem *Sicut Sol* comparationem rerum visibilium facit. Nam si magnum est de creatura clarescere, multo melius de creatore lucere: *Luna perfecta* significat transmutationem corporum de corruptione in incorruptionem. Tunc enim perfecta erit corporum nostrorum natura, quando mortalitas, vel corruptio iam non erit vlla. Quod enim ipsa Luna, quæ crescit & decrescit, carnis humanæ mutabilitatem significet, in multis scripturarum locis demonstrari potest. Hæc quidem testimonia de Psalmis posuimus, ad ostendendum veri Simonis firmissimum & sempiternum esse sacerdotium.

Psal. 109. a. Ibidem 88. Deus quare per se & nõ per alium iuret. Psal. 85. a. Psal. 21. g. Thronus Dei est anima fidelis. Sap. 7. d. secundum aliam litteram. Corporum incorruptibilitas.

D E F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et scripturam istam decreuit ponere in tabulis æreis. *Ad perpetuam memoriam.*

2 Et ponere eas in peribolo sancto, *Id est, in muro cingente templum, à περὶ quod est circum.*

3 Exemplum autem eorum ponere in ærario, *Id est, in loco magis publico.*

4 Vt habeat Simon & filij eius, *Id est, videant cum voluerint.*

CAP. XV.

a ET misit rex Antiochus, &c. RABAN. Antiochus hic, qui Assidetes cognominatus est, filius fuit Demetrij Sotheris, frater autem Demetrij * minoris qui post Alexandrum Philobalem regem in Syria regnauit. Demetrius autem Sother post Antiochum Eupatorem filium Antiochi Epiphanis, vt Chronicon Eusebij & Hieronymi testatur, regnauit annis 12. Post quem Alexander Philopalus annos regnauit 10. Post hunc Demetrius filius Demetrij annos tres, qui captus à Parthis in Hircania ab Asacide rege retruditur. Post quem Antiochus Assidetes frater eiusdem Demetrij, tenuit regnum annis 14. Post cuius interitum iterum restituitur Demetrio quod postea tenuit annis 4.

*iunioris. De regibus Syriæ quot annis quisque eorum & quo ordine regnarint.

CAPVT XV.

a ET misit rex Antiochus filius Demetrij epistolas ab insulis maris, Simoni Sacerdoti, & principi Gentis Iudæorum, & vniuersæ genti, [2]& erant continentes hunc modum: Rex Antiochus Simoni sacerdoti magno, & Genti Iudæorum salutem. [3]Quoniam quidam pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum, volo autem vendicare regnum, & restituere illud sicut erat antea, & electam feci multitudinem exercitus, & feci naues bellicas. [4]Volo autem procedere per regionem, vt vlciscar in eos,

RAB. Qualiter autem Demetrio & Antiocho fratribus regni successus prouenirent, non graue videri debet lectori, si aliqua hinc de Historia Pompeij Trogi intromittamus, qui in lib. 36. de hoc ita refert: Igitur Antiochus memor, quod & pater propter superbiam inuisus, & frater propter segnitiem cõtemptus fuisset, ne in eadem vitia incideret, recepta in matrimonium Cleopatra vxore fratris, ciuitates quæ in initio fraterni imperij defecerant, summa industria persequitur domitasque rursus regni terminis adiecit. Iudæos quoque, qui in Macedonico imperio sub Demetrio patre armis se in libertatem vendicauerant, subegit: Quorum vires tantæ fuere, vt post hæc nullum Macedonum regem tulerint, domesticisque imperiis vsi Syriam magnis infestauerint bellis.

Pompeius Trogus. Gesta Antiochi filij Demetrij.

RAB.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XV.

ET misit rex, &c. *Hic consequenter describitur ducatus Simonis sub Antiocho vltimi Demetrij filio, & diuiditur in duas partes, quia primo describitur huiusmodi ducatus, secundo ipsius Simonis obitus: circa medium seq. cap. ibi,* Et Ptolomæus, &c. *Prima in tres, quia primo ponitur Antiochi cum Simone confœderatio: secundo fœderis ruptio, ibi,* Antiochus autem, *tertio ruptionis punitio, in principio sequentis cap. Prima adhuc in tres, nam primo ponitur dicta confœderatio: secundo Triphonis insecutio, ibi,* Anno centesimo, &c. *tertio cuiusdã superius dicti declaratio, ibi,* Venit autem. *Prima in duas: quia primo ponit scriptura confœderationis motiuum, secundo, fœderis modum, ibi,* Nunc ergo. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

1 Et misit rex, &c. *Iosephus dicit ipsum fuisse fratrem eius: sed dicto Iosephi non est credendum contra auctoritatem huius libri, vt suprà dictum est.*

2 Epistolas ab insulis. *Adhuc enim non obtinebat regnum Syriæ, ideo quærebat confœderari cum Simone.*

3 Quoniam quidam pe. *Scilicet Triphon & ei adhærentes. Cetera patent.*

Nunc

MORALITER.

† 1 *Et misit rex, &c.* Per istum Antiochum, qui antequam obtineret patris sui regnum, scripsit epistolas amicabiles Simoni vt ab ipso haberet auxilium, & postea obtento regno alienauit se ab eo, & afflixit eum, significatur quilibet fraudulentus, qui positus in necessitate humiliat se coram illis, qui possunt eum iuuare, sed cum inualuerit, eis malefacit quantum potest.

De fraudulentis.

qui corruperunt regionem nostram, & qui desolauerunt ciuitates multas in regno meo. [1] Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes quas remiserunt tibi ante me omnes reges, & quæcumque alia dona remiserunt tibi, [6] & permitto tibi facere percussuram proprij numismatis in regione tua. [7] Ierusalem autem sanctam esse & liberam, & omnia arma quæ fabricata sunt, & præsidia quæ construxisti quæ tenes, maneant tibi. [8] Et omne debitum regis & quæ futura sunt regi, ex hoc & in totum tempus remittuntur tibi. [9] Cùm autem obtinuerimus regnum nostrū, glorificabimus te, & gentem tuam, & templum gloria magna, ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra. [10] Anno centesimo septuagesimoquarto, exiit Antiochus in terram patrum suorum, & conuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti essent cum Triphone. [11] Et insecutus est eum Antiochus rex, & venit Doram fugiens per maritimā. [12] Sciebat enim, quod congregata sunt in eum mala: & reliquit eum exercitus. [13] Et applicuit Antiochus super Doram cum centum viginti millibus virorum bellatorum & octo millibus equitum. [14] Et circumiuit ciuitatem, & naues à mari accesserunt, & vexabant ciuitatem à terra & mari, & neminem sinebant ingredi vel egredi. [15] Venit autem Numenius & qui cum eo fuerant ab vrbe Roma, habentes epistolas regibus & regionibus scriptas, in quibus continebantur hæc. [16] Lucius consul Romanorū, Ptolomæo regi salutem. [17] Legati Iudæorum venerunt ad nos amici nostri renouantes pristinam amicitiam & societatem, missi à Simone principe sacerdotum & populo Iudæorum. [18] Attulerunt autem & clypeum aureū mnarum mille. [19] Placuit itaque nobis scribere regibus

RAB. Item in lib. 38. atq; 39. priori narrationi suæ ista subnectit. A Namque Demetrius, sicut supra dictum est, cum bellum Parthis intulisset, multisque congressionibus victor fuisset, repente insidiis circumuentus, amisso exercitu capitur: cui Arsacides in Hircania non cultum tantum regium præstitit, sed & filiam in matrimonium dedit, regnumq; Syriæ, quod per eius absentiam Triphon occupauerat, restituturum promittit. Post huius mortem desperato reditu, nō ferens captiuitatem Demetrius, priuatæ etsi opulentæ vitæ pertæsus, tacitus in regnum fugam meditatur. Hortator, illi & comes Gallimander amicus erat, B qui post captiuitatem eius à Syria per Arabiæ deserta ducibus pecunia comparatis Parthico habitu Babylonē peruenerat. Sed effugiētem Phrahartes qui Arsacidæ successerat equitū celeritate per cōpendiosos tramites occupatum retrahit. Vt est deductus ad regem, Gallimandro, quidē non tantum venia, verum etiam prēmium fidei datum: Demetrium autem & grauiter castigatum ad coniugem in Hircaniam remittit, arctioribusq; custodiis obseruari iubet. C Interiecto tempore cum fidem illi etiam suscepti liberi facerent, eodem amico comite repetita fuga est. Sed pari infelicitate prope fines regni sui deprehenditur, ac denuò perductus ad regem, vt inuisus à conspectu submouetur. Tunc quoque vxori & liberis donatus in Hircaniam pœnalem sibi ciuitatem remittitur, talisque aureis in exprobrationē puerilis leuitatis donatur. Sed hanc Parthorum tam mitem in Demetrium clementiam non misericordia gentis faciebat, nec respectus cognationis, sed quod Syriæ regnum affectabant: vsuri Demetrio aduersus Antiochum fratrem, prout res vel tempus vel fortuna belli exegisset. His auditis Antiochus occupandum bellum ratus, exercitum quem multis finitimorum bellis indurauerat, aduersus Parthos ducit. Sed luxuriæ non minor apparatus quam militiæ fuit. Quippe octo millia armatorum secuta sunt trecenta millia lixarum, è quibus cocorum pistorumque maior numerus fuit. Argenti certè aurique tantum, vt etiam gregarij milites auro caligas figerent, proculcarentque materiam cuius amore populi ferro dimicant. Culinarum quoque argentea D instrumenta fuere prorsus, quasi ad epulas non ad bellum pergerent. Aduenienti Antiocho multi orientales reges occurrere tradentes se regnaque sua cum execratione superbiæ Parthicæ. Nec mora cōgressioni fuit, Antiochus tribus præliis victor cùm Babyloniam occupasset, magnus haberi cœpit. Itaque ad eum omnibus populis * defluentibus nihil Parthis reliqui præter patrios fines fuit. Cū Phrahartes Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico præsidio mittit, vt eo pacto Antiochus ad sua tuenda à Parthia reuocaretur. Interim quoniam viribus non poterat, E insidiis Antiochum vbique tētabat, propter multitudinem hominum, omnem exercitum Antiochus per ciuitates in Hiberna diuiserat, quæ res exitij causa fuit. Nam cùm grauari se copiarum præbitione, & iniuriis militum ciuitates viderent, ad Parthos deficiunt, & in die statuta omnes apud se diuisum exercitum per insidias ne inuicem ferre auxilia possent aggrediuntur. F Quæ cum nuntiata Antiocho essent, auxilium proximis laturus cum ea manu quæ secum hiemabant, progreditur. In itinere obuium regem Parthorum habuit, aduersus quem fortius, quàm exercitus eius dimicauit. Sed postremum tamen cum virtute hostes vincerent, metu suorum desertus occiditur. Cui Phrahartes exequias regio more fecit, filiamque Demetrij quam secum Antiochus adduxerat, captus amore virginis vxorem duxit. Pœnitere deinde dimissi Demetrij cœpit: ad quem retrahendum cùm turmas equitum festinato misisset, Demetrium hoc ipsum metuentem iam in regno missi inuenerunt, frustraque omnia conati ad regnum suum reuersi sunt, Antiocho in Parthia cum exercitu deleto, frater eius Demetrius obsidione Parthorum liberatus, ac restitutus in regnum, cùm omnis Syria in luctu propter amissum exercitum esset, quasi Parthica ipsius ac fratris bella, quibus alter captus, alter occisus erat, prosperè gessissent: ita Ægypto bellum inferre statuit, regnum Ægypti Cleopatra socru pretium auxilij aduersus

Demetrius à Parthis captus benignè habetur. *Fugere in Syriam cogitans retrahitur.* *Ab iterata denuo fuga retrahitur.* *Quam molem & luxu perditum militem duxerit Antiochus in Parthos.* *Parthos vincit.* **deficientibus* *Dissolutum & per hiberna distributum eius exercitum perdunt Parthi.* *Commisso cum Parthorum rege prælio cadit.* *Demetrius in Syriam reuertitur regnat, & bellum Ægypto inferre parat.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunc er. *Hic consequenter ponitur confœderationis modus, cùm dicitur:* Nunc ergo, &c. *i. gratias & concessiones regum præcedentium.*

2 Et permitto tibi, &c. *Hoc addit ad concessiones regum præcedentium. Cetera patent vsque ibi.*

3 Cùm autem obtinuerimus. *Vbi fit promissio de futuro, quæ tamen non fuit impleta, vt habetur infrà: nam obtento regno alienauit se à Simone, & ideo tales promissiones videbantur simulatoriæ, quousque esset in regni possessione.*

4 Anno cent. *Posita fœderatione cum Simone, hic consequenter ponitur insecutio Triphonis à rege, & patet littera vsque ibi.*

5 Cum cen. vi. *Scilicet peditum.*

6 Et circum. *Ponens in circumitu eius obsidionem à parte terræ & naues à mari accesserunt, & sic fuit obsessa ciuitas per terram & per mare.*

7 Et vexabant ciui. *Telis & machinis.*

8 Venit autem. *Hic ponitur cuiusdam supradicti declaratio. Dictum enim fuit capitulo præcedenti, quòd statuerunt Romani Simoni libertatem, & descripserunt in tabulis æreis, & non fuit ibi dictum quis esset tenor illius scripturæ, & quis fuit nuntius: ideo hic declarantur ista, & primò quantum ad nuntium cùm dicitur,* Venit autem Numenius qui cum. *Secundò quantum ad scripturæ tenorem, cum dicitur,*

9 Lucius consul Roman. *Tunc enim Romana ciuitas per consules regebatur.*

10 Ptolomæo regi salutem, *Scilicet Aegypti. Cetera patent vsque ibi.*

6 Et Visum

uersus fratrem suum pollicente. Sed dum aliena affectat (vt assolet fieri) propria per defectionem Syriæ amisit. Siquidem Antiochenses primi duce Triphone execrantes superbiam regis, quæ conuersatione crudelitatis Parthicæ intolerabilis facta erat, mox Apenenij, ceteræque ciuitates exemplum secutę per absentiam regis à Demetrio defecère. Ptolemæus quoque rex Ægypti bello ab eodem petitus, cum cognouisset Cleopatram sororem suam opibus Ægypti nauibus impositis ad filium & Demetrium generū suum in Syriam profugisse, immittit iuuenem quemdā Ægyptium, Protachi negotiatoris filium, qui regnum Syriæ & armis peteret, & cōposita fabula quasi per adoptionē Antiochi regis receptus in familiam regiam esset, nec Syriis quēlibet regē aspernantibus, ne Demetrij superbiam paterentur: nomen iuueni Alexander imponitur, auxiliaque ab Ægypto ingētia mittuntur. Interea corpus Antiochi interfecti à rege Parthorum in loculo argenteo ad sepulturam in Syriā remissum peruenit. Quod cum ingenti studio ciuitatum, & regis Alexandri ad confirmādam fabulæ fidem excipitur: quæ res illi magnum fauorem popularium cōciliauit, omnibus non fictas in eo, sed veras effundi lachrymas existimātibus. Demetrius autem victus ab Alexandro, cum vndique circumstantibus malis premeretur, ad postremum etiam ab vxore filiisque deseritur. Relictus igitur cum paucis seruulis, cum Tyrum religione se Templi defensurus petiisset, naui egrediens præfecti iussu interficitur.

Syri ab ipso deficiunt.

Syris regem dant Ægyptij & copiis instruunt.

Alexander pro Antiochi herede se gerens Demetrium regno exuit & vita.

& regionibus: vt non inferant illis mala, neque impugnent eos & ciuitates eorum & regiones eorum, & vt non ferant auxilium pugnantibus aduersus eos.[20] Visum est autem nobis ab eis accipere clypeum.[21] Si qui ergo pestilentes fugerint de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simoni principi sacerdotum, vt vindicet in eos secundum legem suam.[22] Hæc eadem scripta sunt Demetrio regi, & Attalo, & Arabæ, & Arsaci:[23] & in omnes regiones, & Sansamæ, & Spartanis, & Delo, & Mydo, & Sydoni, & Cariæ, & Samum, & Pamphiliam, & Lyciam, & Alicarnasim. Et Rhodum, & Phaselida, & Choo, & Siden, & Arado, & Gortinam, & Cnidum, & Cyprum, & Cyrenem.[24] Exemplum autem eorum scripserunt Simoni principi sacerdotum & populo Iudæorum.[25] Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundò admouens ei semper manus & machinas faciens: & conclusit Triphonem ne procederet.[26] Et misit ad eum Simon duo millia virorum electorum in auxilium & argentum & aurum & vasa copiosa:[27] & noluit ea accipere, sed rupit omnia quæ pactus est cum eo antea, & (a) alienauit se ab eo.[28] Et misit ad eum Athenobium vnum de amicis suis, vt tractaret cum ipso dicens: Vos tenetis Ioppen & Gazaram, & arcem quæ est in Ierusalem ciuitates regni mei:[29] fines earum desolastis: & fecistis plagam magnam in terra, & dominati estis per loca multa in regno meo.[30] Nunc ergo tradite ciuitates quas occupastis: & tributa locorum quibus dominati estis extra fines Iudææ.[31] Sin autem, date pro eis quingenta talenta argenti, & exterminij quod exterminastis, & tributorum ciuitatum alia talenta quingenta.[32] Sin autem veniemus & expugnabimus vos.[32] Et venit Athenobius amicus regis in Ierusalem, & vidit gloriam Simonis & claritatem in auro & argento, & apparatum copiosum & obstupuit, & retulit ei verba regis.[33] Et respondit ei Simon, & dixit (b) ei: Neque alienam terram sumpsimus, neque alienam detine-

Idem. Prædictis autem causis existentibus, rex Antiochus, quia commotus est vndique ab aduersantibus variis, quasi blādiens per epistolas loquitur Simoni, quatenus sibi eum conciliet, ne maiori multitudine hostiū oppressus vim sufferre non posset.

a *Et misit ad eum, &c. sed ir. om. &c.* Diuersas calumnias per Athenobium missum suū falso opponens, illi, quasi inuasor esset iuris alieni, indicēs insuper ei tributum de possessa hereditate. Sed Simon inimico talia postulanti huiusmodi verba respondit.

b *Neque alien. ter. sumpsimus, &c.* Quòd Antiochus possessas per prælia ciuitates à Simone repetit, significat antiquum hostem semper sanctorum virtutibus, inuidere, & iniusto seruitio sibi eos subiugare velle: sed eas Simon spiritalis sibi vendicando sui iuris esse dixit, ac patrum suorum hereditatem nec vllā ibi hostem habere debere communionē, quiā possessio virtutum, propriè electorum est, nō reproborū. Vnde terras Chananæorū, in quas introducuntur filij Israel, filij Sē fuerant quondam in orbis diuisione sortiti: quas deinceps per vim atq; potentiā posteritas Cham peruasionis iniquitate possedit. In quo & Dei iudicium rectissimum comprobatur, qui & illos de locis alienis, qui malè occupauerant, expulit: & istis sanctis tamquam patrum possessionem quæ

Simon amice disceptat cum Antiocho de finibus.

Mysticè.

Simon optimo iure se ea tenere contendit quæ habet.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Visum est autē no. acci. ab eis clypeum. *In fœderis & amicitiæ signū.*
2 Si qui ergo pestilentes. *Iudæi.*
3 Vt vindicet in eos sec. leg. suam. *Inferendo debitam pœnam.*
4 Hæc eadem scri. sunt, &c. *Scilicet Syriæ. Ex qua patet, quod istud ponitur hic per recapitulationem, nam hoc contigit Demetrio patre Antiochi adhuc regnante, hoc etiam patet per illud quod habetur cap. præced. scilicet, quod rex Demetrius fecit Simonem amicum suum & glorificauit eum, & subditur ad hoc vna ratio, cum dicitur,* Audiuit enim quia appellati sunt Iudæi à Romanis amici, &c. *ex quo patet quod iam receperat litteras istas de renouatione amicitiæ inter Romanos & Iudæos.*
5 Attalo & Arabæ, &c. *Vbi ponuntur plures reges & terræ, quibus Romani scripserunt pro Iudæis in forma præmissa.*
6 Exemplum autem eorum scripse. Sim. *Vt sciret quia regibus esset scriptum pro populo Iudæorum.*
7 Antiochus autem. *Hic ponitur fœderis Antiochi cum Simone, ruptio. Et hoc tripliciter: primo per signum, quia refutauit Simonis donum & auxilium, & hoc est quod dicitur,* Antiochus autem rex applicuit cast. in Do. secun. *Obsidionem enim soluerat, propter hyemem vel aliam causam.*
8 Admouens ei semper manus. *id est, faciens ei insultus.*
9 Et misit ei Simon duo millia vi. &c. ar. & au. & va. copiosa, & nol. ea acci. *Vt ostenderet dissolutionem fœderis & amicitiæ.*
10 Et misit ad eum. *Hic ponitur ruptio fœderis verbo, quia misit solemnem nuntium ad repetendum ciuitates plures & tributa: & patet littera vsque ibi.*
11 Fines ear. desol. *Incendendo.*
12 Et fecistis pla. ma. *Homines interficiendo.*
13 Et ext. *id est, pro exterminio locorum & hominum. Cetera patent vsque ibi.*
14 Et obstupuit. *id est, admiratus fuit de tanto statu Simonis. Cetera patent vsque ibi.*

MORALITER.

†10 *Et misit ad eum Athenobi.* Qui interpretatur peccator latrans, ideo significat hæresiarcham, qui latrat contra Christi fidem, & repetit ciuitates, quas Simon recuperauerat: per quas significantur personæ Catholicæ, quas bonus prælatus, siue prædicator de manu dæmonis eruerat, sed hæresiarcha eas ad suam hæresim retrahere, quantum potest, festinat.

Hæresiarcha.

☞ quæ prosapiæ eorum A in diuisione orbis fuerat deputata restituit. Quæ figura in nobis quoque stare certissima ratione cognoscitur. Nam volūtas domini possessionem cordis nostri, nō vitiis, sed virtutibus B naturaliter deputauit. Quæ post præuaricatione Adæ insolescentibus vitiis, id est, populis Chananæis, à propria regione depulsæ, cum eis rursum per Dei gratiam, diligentia nostra, ac labore fuerint restitutæ; nō tam alienas occupasse terras, quam C proprias credendæ sunt recepisse.

Quod vitiū non virtus animæ rationali dominetur nō iuris id est sed tyrannidis.

mus: sed hereditatem patrum nostrorum quæ iniustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est.[34] Nos verò tempus habentes, vendicamus hereditatē patrum nostrorum.[35] Nam de Ioppe & Gazara, quæ expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnam, & in regione nostra: horum damus talenta centum. Et non respondit ei Athenobius verbum.[36] Reuer-1sus autem cum ira ad regem renuntiauit ei verba ista, & glo-2riam Simonis & vniuersa quæ vidit: & iratus est rex ira ma-a gna.[37] Triphon autem fugit naui in Orthosaido.[38] Et consti-3tuit rex Cendebeum ducem maritimum, & exercitum equitum & peditum dedit illi.[39] Et mandauit illi castra 4mouere 5contra faciem Iudææ & mandauit ei ædificare Cedronem: 6& obstruere portas ciuitatis: & debellare populum. 7Rex autem persequebatur Triphonem.[40] Et peruenit 8Cendebeus Ianniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæam, & captiuare populum: & interficere, & ædificare Cedronem. [41] Et collocauit illic equites & exercitum, vt 9egressi perambularent viam Iudææ sicut constituit ei rex.

a *Et const.* RABAN. Quid per Cendebeum ducem maritimum, quem Antiochus ad debellandum Iudæos mittit, nisi potentatus istius mundi & persecutores religionis Christianæ designātur? Quos Antiochus mysticus, D Antichristus videlicet, in exterminiū populi Christiani cū exercitu lictorum atque carnificum trāsmittit, vt conculcent veram Iudæam, hoc est ecclesiam; & captiuent per errorem, siue interficiant per blasphemiam, fideliū populum. Iubetur præterea Cendebeo, vt ædificet Cedronē, E Cedron enim torrēs, siue vallis iuxta Ierusalem est, ad orientalem plagam, cuius & Ioannes Euangelista in passione domini meminit. Ob hoc autem ædificari iussus F est Cedron vt obstruerentur portæ ciuitatis & coangustaretur populus. Interpretatur autem Cedron, *tristitia*, siue mœror, siue dolor. Et aptè ille iussus est Cedronem ædificare, cui commendatum est Christi confessoribus pœnarum dolorem infligere.

Quibus vsus sit Antichristus suæ crudelitatis ministris.

Ioan. 18. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Reuersus autem cum ira ad regem. *Eo quod Simon non responderat secundum suam voluntatem.*

2 Et iratus est rex. *Hic consequenter ponitur ruptio fœderis facto, quia rex præcepit inuadere Iudæos, ideo subditur,*

3 Et consti. rex mari. *Id est, in terra supra mare mediterraneum sita & Iudææ propinqua.*

4 Et manda. il. castra mouere. *Id est, acies armatorum ducere.*

5 Et man. ei, &c. Ce. *Id est, fortalitium sic nominatum: ex eo quod super torrentem Cedron esset situm, vt ex hoc posset melius impugnare Iudæam.*

6 Et obstrue. *Scilicet Ierusalem hominibus armatis.*

7 Rex aut. persequ. Triphonem. *Qui de Doran latenter fugerat per nauem.*

8 Et perue. *Ad inuadendum Iudæam. Ideo subditur,* Et cœpit ir.

9 Vt egres. *De Cedrone ex improuiso ad deprædandum populum & occidendum.*

MORALITER.

† 3 *Et consti. rex Cendebeum.* Qui interpretatur zelotes, id est, inuidus, ideo per ipsum significatur diabolus, tentans de inuidia, vnde dicitur Sap. 2. d. *Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Hunc autem rex inferni constituit ducem maritimum, id est, super terram mari coniunctam per quam significatur populus cupiditati terrenæ infixus, & alienæ prosperitati inuidens, amaritudini coniunctus: super talem populū habet dictus dæmon dominium; sed occurrentibus sibi Simonis filiis, id est, prædicatoribus & confessoribus deuotis, qui sunt filij boni prælati; & exclamantibus sacris tubis, quæ sunt prædicationis documenta, & in confessionibus sana consilia, in fugam conuertitur Cendebeus & eius castra, id est, Diabolus principalis, & etiam eius satellites, qui sunt maligni spiritus, & homines mali instinctum eius sequentes.

Diabolus tentans de inuidia.

Quomodo in fugam compellatur per bonos prædicatores.

CAP. XVI.

a ET *ascen. Ioan. de Ga.* RABANVS. Diximus superius, quod Simon summus sacerdos significaret principem sacerdotum, illum videlicet, qui per obedientiam crucis obtulit semetipsum patri pro nobis. Cuius duo filij, duo sunt populi credentium, ex Iudæis, scilicet, & Gentibus, his commendat virtutē belli cōtra hostes vniuersos, & inimicos veritatis, hoc est contra Iudæos, Paganos & hæreticos; necnon & cōtra malignos spiritus, quatenus defendāt fidē Christianam & protegāt veros confessores Dei.

b *Estote, inquit, loco meo fratres, &c.* IBID. qui sūt fratres isti, nisi de quib. ipsa veritas resurgens à mortuis ☞ ad

Christus summus Pontifex.

Belli spiritualis curam filiis tradit.

CAPVT XVI.

a E T ascendit Ioannes de Gazaris, & nuntiauit pa-1tri suo Simoni, quæ fecit Cendebeus in popu-2lo ipsorum. [1] Et vocauit Simon duos filios suos 3seniores Iudam & Ioannem, & ait illis: Ego & fratres mei & domus patris mei expugnauimus hostes Israel ab adolescentia vsque in hunc diem. Et prosperatum est in manibus nostris liberab re Israel aliquoties. [3] Nunc autem senui, sed estote loco meo

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XVI.

ET ascen. *Hic consequenter describitur prædictæ ruptionis fœderis punitio, circa quam primò ponitur dispositio exercitus, secundò conflictus, ibi,* Et surrexerunt. *Circa primum dicitur,*

1 Et ascendit Ioannes, &c. *In Ierusalem, quæ est in altiori situ quam Gaza.*

2 Et nuntiauit pa. &c. *Quia sine eius licentia nolebat pugnare cum Cendebeo, sicut fuerat ordinatum suprà cap. 14. per sacerdotes & populum.*

3 Et vocauit Simon duos filios, &c. *Qui poterant ad bellum procedere. Cetera patent.*

ADDITIO.

†† IOSEP. l. 13. antiq. c. 12. Antiochus auaritia vel prauitate sua, Simonis obliuionē vna cum ministratis pecuniis & alimentis concepit: viresq; militares cuidā Cendebeo amico tradens, ad deprædationem Iudææ captiuitatisq; Simonis misit. Sed cùm Simon audisset, licet senex esset, tamen quod nihil ab Antiocho iustum fieri videbat, concitatus ad audaciam super ætatē suam, iuuenilē fortitudinem accepit, & disposuit quidem filios suos cum bellicosissima parte militū, ipse verò per aliam partem cum reliquis viribus perrexit ad bellum, multosq; in vallibus montium ad insidias locabat, nullusque conatus eius euasit, sed omnem hostium vincens exercitum, in pace reliquam vitam agebat, &c. De his ita Iosephus:

Vincit Simon Antiochi duces.

1 Et

☞ ad mulieres ipsius sepulchrum visitantes in Euangelio ait: *Ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam: ibi me videbunt?* In loco ergo Christi & apostolorum eius, sunt sancti, qui facientes voluntatem cælestis patris & veritatis, victoriam & animarum quærunt salutem. Quibus auxilium de cælo est, ab ipso vtique de quo in Psalmo scriptum est, *Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.*

Matth. 28. b. Psal. 67. g. * fratris

a *Et elegit viginti mi. viro. bel.* RABANVS. Quia eos solummodo habiles ad spiritalem militiam deputāt, qui in duobus præceptis charitatis mandatorū Dei executores atque operatores fiunt.

b *Et adm.* IBID. Quod dux ipse, cum videret populū trepidantem ad transfretandum torrentem, transfretauerat primus; ostēdit, quòd illi, qui magistrorum loco & doctoris officio in ecclesia funguntur, timiditatē subiectorum suæ fidei atque constantiæ exemplo confortare debent; ac sacris tubis, hoc est dogmatibus diuinis in aciem contra hostes exacuere. Sicque Cendebeus spiritalis, & castra eius fugantur, & cadunt ex eis multi vulnerati, quia diuinæ maiestatis virtutem tandem sentiunt timore concussi.

Exemplo fidei ac constantiæ prælati præire debent populo.

c *Tunc vulneratus, &c.* IDEM. Quod Iudas vulneratus est in prælio, & Ioannes insecutus est hostes, illud (ni fallor) significat, quòd Paulus ait, *Ex parte cæcitas contigit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret, & tunc omnis Israel saluus fiet*: Quia tardante in fide Christi plebe Iudaica, gentium ecclesia fortiter hostes premit, donec eos aut salubri compunctione ad pœnitentiam conuertat, aut perseuerantes in nequitia minis futuram pœnam prædicando puniat. Cum autem tempora gentium complebuntur, & ipsarum plenitudo ad fidem subintrauerit, tunc omnis Israel, hoc est omnis ecclesia, ex vtroque videlicet populo, salubri confessione per fidem, spem & charitatem, Christi munere, salua erit.

Rom. 11. c. Gentium vocatio reprobatis Iudæis, qui tamen in fine sæculi ad Christum redibunt.

&* fratres mei & egressi pugnate pro gente nostra. Auxilium a verò de cælo vobiscum sit. [1] Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum & equites, & profecti sunt ad Cendebeum, & dormierunt in Modim. [2] [3] Et surrexerunt mane, & abierunt [4] in campum. Et ecce exercitus copiosus in obuiam illis: peditum & equitum, & fluuius torrēs erat [5] inter medium b ipsorum. [6] Et admouit castra contra faciem eorum ipse & populus eius, & vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, & transfretauit primus. [7] Et viderunt eum viri & transierunt post eum. [8] Et diuisit populum & equites [9] in medio peditum. Erat autem equitatus aduersariorum copiosus nimis. [10] Et exclamauerunt sacris tubis, & in fugam conuersus est Cendebeus & castra eius: & ceciderunt ex eis multi vulnerac ti: residui autem [11] in munitionem fugerunt. [12] Tunc vulneratus est Iudas frater Ioannis. Ioannes autem insecutus est eos, do[13]nec venit Cedronem quam [14] ædificauit: & fugerunt vsque ad turres quæ erant in agris Azoti, & [15] succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo millia virorum, & reuersus est in Iudæam d in pace. [16] Et Ptolemæus filius Abobi constitutus erat dux [17] in campo Iericho, & habebat argentum & aurum multū. Erat enim gener summi Sacerdotis. [18] Et exaltatum est cor eius, & [19] volebat obtinere regionem, & [20] cogitabat dolum aduersus Si-

d *Et Ptol.* † HEGESIP. lib. 1. excidij c. 4. Rerum Iudaicarum summam Simon recepit: ad quam non rudis, sed iam probatus fraternæ societatis triumphis appropinquauit. Vtinam & ipse tam perspicax ad fraudes cauendas, quàm manu validus, bellandique artibus satis spectatus. Etenim cum virtutis ope, Romanorumque ducibus regibusque gentium amicitiam fœderauisset, Ptolemæi dolo generi sui, rogatus ad conuiuium, inter mensas & pocula cum duobus filiis qui aderāt, circumuentus, atque exutus armis; impiæ neci traditur.

Simon magis fortis quam cautus.

RABAN. Quid per Ptolemæum, nisi hypocritæ atq; versuti homines figurantur? Hi ergo ficto disciplinatu bonis magistris adhærentes, simulantesque pietatem, cuius virtutem penitus ignorāt, plerumque ad honorē ecclesiasticæ dignitatis ipsis magistris tribuentibus perueniunt, hoc est enim summi sacerdotis generum esse: illas vtiq; personas, quas boni magistri aqua & verbo regenerāt, in potestatem regiminis sui accipere. Sed cū accepto gradu propriæ potestatis esse cœperint, sęculi cupiditatibus seruiētes, ipsos sui honoris auctores doli circumuentionibus supplantare atque subuertere student. Occiduntq; filios eorū ac pueros pariter, cum nulli personę secum cohabitanti parcunt, sed per pecunias atque adulationes, sibi sæculares potestates conciliando, ecclesiam occultis insidiis seu manifestis persecutionibus infestant. Nec mirum talem nequitiam aliquan☞ præualere in ecclesia posse, cum legimus ecclesiæ caput per dolum Iudæ proditoris Iudæis traditum atque captiuatum. Simon Magus à Philippo baptizatus est, sed non à nequitia mentis purgatus. Iulianus apostata à lectore in persecutorem ipsius ecclesiæ excitatus, vsque ad finem vitæ hostis truculentus in incepta malitia perseuerauit. Quales etiam istius temporis ætas nonnullos habet, qui licet magistros suos non occidant gladio, tamen inuidia atque odio persequi non cessant.

Mystice. Hypocritarum descriptio. Hypocritæ eos qui ipsis benefici fuerant perdere non detrectabunt. Act. 8. c. Iulianus Apostata.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et elegit de regione, &c. vi. milla, *Peditum.*
2 Et dormierunt, &c. *Accipientes requiem, vt essent magis expediti ad belli laborem.*
3 Et surrexerunt mane, *Hic consequenter ponitur belli conflictus, cùm dicitur,*
4 Et abierunt in campum, *Parati ad bellum.*
5 Et fluuius torrens erat inter medium ipsorum, *Scilicet duorum exercituum.*
6 Et admouit castra contra faciem eorum ipse & populus eius. *Scilicet ipse Ioannes.*
7 Et transfretauit primus, *Vt daret aliis audaciam transfretandi.*
8 Et diuisit populum, *Per acies.*
9 Et equites in medio peditum, *Scilicet posuit, ne equi ab aduersariis vulnerarentur.*
10 Et exclamauerunt sacris tubis, *Secundum præceptum legis Numeri 10.*
11 Residui autem in muniti. fu. *Scilicet in Cedronem.*
12 Tunc vulne. est Iu. *Hoc exprimitur, ad denotandum animositatem Ioannis, qui non dimisit aduersarios persequi propter vulnerationem sui fratris.*
13 Donec ve. Ced. *Scilicet Cendebeus, quod patet ex hoc quod sequitur.*
14 Quam ædifi. & fug. &c. *Scilicet alÿ, quia fugientes de bello vadunt per vias plures dispersi.*
15 Et succen. eas ign. *Scilicet Ioannes, & eius exercitus.*
16 Et Ptole. filius Abo. *Descripta superius vita Simonis virtuosa, hic consequenter describitur mors eius proditiosa, cuius motiuum fuit ambitio, qua ponitur, cum dicitur,* Et Ptol. fi. Abo. constitu. er. dux. *A socero suo Simone.*
17 In campo. Ier. *Id est, in vna parte Iudææ.*
18 Et exal. est, *Per superbiam.*
19 Et vole. &c. *Id est, totam Iudæam per ambitionem suam.*
20 Et cogit. *Hic secundo ponitur obtinendi medium, quod fuit nequissima proditio, ideo dicitur,* Et cogitando. *Simon autem perambulans*

MORALITER.

18 *Et exaltatum est cor eius, & volebat, &c.* Ideo per istum significatur homo malus in superbiam eleuatus. Et dicitur filius Abobi, qui interpretatur *pater incantator*, & significat diabolum qui nititur incantare illusionibus suis mentes hominum. Huius autem patris filij sunt omnes maligni, quibus dicitur Ioan. 8. f. *Vos ex patre diabolo estis.* Et sicut diabolus aliquando transfigurat se in angelum lucis, vt decipiat; sic homo malignus fingit aliquando sanctitatem, vt ascendat; & sic efficitur gener regis, quando obtinet dignitatem ecclesiasticam, per deceptionem boni præsulis, qui per Simonem significatur. Sed quando inualescit diuitiis, mortem machinatur sui promotoris, intoxicatione vel † aliis

Superbus. Filij diaboli. De promoto per malas artes.

a *Et præcurrens, &c.* RABAN. Ioannes quidem patre per dolum necato se cautius ab hoste obseruat, ac viros qui eum venerant perdere, occidit cum quilibet ex fidelium numero gratia Dei saluatus, prouidus ac sollicitus de sua salute seruanda, audita deceptione aliorum, hostium insidias præcauere, ac machinationes eorum peruersas conterere studet. Non enim solũ simplicitas cuique sufficit ad salutem seruandam, sed cum simplicitate pariter debet esse prudentia. Vnde saluator in Euangelio ait discipulis suis: *Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Et Apostolus ait: *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote.* Debet ergo simplicitas à nobis haberi, vt nemini noceamus: Debet & prudentia, ne decipiamur ab aliis. Nec multum distat inter decipere quẽlibet, & ab alio decipi posse.

Simplicitas cum prudentia. Matth. 10. b. 1. Cor. 14. d.

b *Et cetera sermonum Ioannis.* IDEM. Iste Ioannes dux Iudæorum simul & Pontifex virtutum vir fuit, ac multa opera mirifica confecit. Hic quoque aduersum Hyrcanos bellũ gerens & deuincens, Hyrcani nomen accepit: ac à Romanis ius amicitiæ postulans, decreto Senatus inter amicos relatus est. Qualiter autem Iosephus de eodem Hyrcano narret ad manifestãda ea quæ in fine libri Machabæorum breuiter dicta sunt, non incongruum videtur nobis hic ponendum. Postquam enim de Simonis victoria aliqua cõmemorauit, de fine eius taliter refert. Et hic autẽ moritur in conuiuio captus insidiis Ptolem[æi] generi sui, qui eius coniuge duobusque filiis in custodiam conclusis, certos amicos misit, vt Ioannem tertium cui & Hyrcanus fuit nomen interficerent. Cognito autem impetu qui parabatur, adolescens ad ciuitatem properabat multoque populo fretus: & propter memoriam paternæ virtutis, & quod iniquitas Ptolemæi cunctis esset inuisa. Voluit autem Ptolemæus aliam portam ciuitatis ingredi, sed à populo reiectus est, qui maturius Hyrcanum susceperat. Et is quidem statim recessit in aliquod vltra Ierichonta castellum quod Dagon vocatur. Hyrcanus autem paternum honorem pontificis assecutus est. Postquam Deo sacrificia reddidit velociter Ptolemæum petiit, & matri simul & fratribus adiumento futurus castellumque aggressus, aliis quidẽ rebus superior erat, iusto autem dolori cedebat. Ptolemæus enim quoties premeretur, matrem eius, fratresque in murum perductos palam, vt possent conspici, verberabat: eosdemque præcipitaturus, nisi quàm primum recederent minabatur. Vnde Hyrcanum quidem plus timor ac misericordia quàm iracundia commouebat. Mater verò eius nihil plagis aut intentata nece perterrita manus prætendens filium precabatur, ne vel suis tactus iniuriis parceret impio. Siquidem ipsa mortem sibi à Ptolemæo propositam immortalitate duceret meliorem, dummodo ille pœnas eorum, quæ in domum suam contra fas admisisset expenderet. Ioannes autem nunc obstinationem matris cogitans, ac preces eius audiens ad irruendum, impellebatur, modo verberari eam lacerarique conspiciens effeminabatur totusque plenus doloris erat. Ob hoc autem diu tracta obsidione feriatus annus aduenit, quem septimo quoque orbe apud Iudæos cessare moris est exemplo septimorum dierum. Et in hoc Ptolemæus obsidionis requiem nactus fratribus Ioannis vna cum matre occisis, ad Zenonem confugit, qui Cothila cognominatus est, Philadelphiæ tyrannum. Antiochus autem ob ea quæ per Simonem passus fuerat iratus, in Iudæam ducit exercitum, ibique assidens Ierosolymis Hyrcanum obsidebat. Ille autem patefacto sepulchro Dauid, qui regum ditissimus fuerat, ablatisque inde pecuniæ plus quàm tribus millibus talentorum; Antiocho persuasit trecentis ei talentis datis ab obsidione discedere: primusque Iudæorum priuatis opibus alere peregrina cœpit auxilia. Rursusque tunc quando Antiochus contra Mœdos bello suscepto tempus ei vindictæ præbuit, confestim aduersus ciuitates Syriæ perrexit vacuas propugnatoribus esse ratus, quod erat verum. Medabam quidem & Samogam cum proximis, nec non & Sicimam & Garizim ipse capit, & super his Cutheorum genus adiacentia fano, loca, incolentium exemplo eius quod est Ierosolymis ædificato. Capit autem Idumææ quoque non paucas alias ciuitates, & præterea Aboracum & Marissam. In Samariam verò vsque progressus (vbi nunc est Sebaste ciuitas ab Herode rege condita) ex omni parte eam concludit, filiosque suos Aristobolum & Antigonum obsidioni præfecit. Quibus nihil renitentibus ad hoc famis necessitate qui erant intra ciuitatem venerunt, vt etiam

Ioannis cognomento Hyrcani gesta. Raban. Iosephus l. 13. antiq. c. 13. Ioannes obsessum oppugnat Ptolemæum. Iosephus antiq. lib. 13. c. 13. & seq. Pendet animi dubius hinc vindictæ amore inde matris fratrumque flagellatorũ misericordia. Soluta obsidione euadit Ptolemæus. Spoliato Dauidis sepulchro pacem ab Antiocho redimit. Ioseph. l. 13. antiq. 15. Antiochi peregre absentis terras vastat & occupat.

monem & filios eius, vt tolleret eos. [14] Simon autem perambulans ciuitates quæ erant in regione Iudææ, & sollicitudinem gerens earum descendit in Iericho ipse & Matathias filius eius, & Iudas, anno centesimo septuagesimoseptimo mense vndecimo. Hic est mensis Sabath. [15] Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam, quæ vocatur Doch, cum dolo, quam ædificauit, & fecit eis conuiuium magnum, & abscondit illic viros. [16] Et cùm inebriatus esset Simon & filij eius, surrexit Ptolemæus cum suis, & sumpserunt arma sua, & intrauerũt in conuiuium, & occiderunt eum & duos filios eius, & quosdam pueros eius. [17] Et fecit deceptionem magnam in Israel, & reddidit mala pro bonis. [18] Et scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem & ciuitates eorum & tributa. [19] Et misit alios in Gazaram tollere Ioannem, & tribunis misit epistolas, vt venirent ad se, & daret eis argentum & aurũ & dona. [20] Et alios misit occupare Ierusalem, & montem templi. [21] Et præcurrens quidam nuntiauit Ioanni in Gazara quia periit pater eius & fratres eius, & quia misit te quoque interfici. [22] Vt audiuit autem vehementer expauit, & comprehendit viros qui venerant perdere eum, & occidit eos. Cognouit enim quia quærebant eum perdere. [23] Et cetera sermonum Ioannis

NICOLAVS DE LIRA.

lans ciuitates, *vt videret qualiter essent gubernata & contra aduersarios munita.*

1 Descendit in Ierich. *Vbi gener suus erat dux ab eo constitutus.*
2 Hic est men. Sa. *Debet scribi Sebeth, & correspondet Ianuario.*
3 Et susce. &c. *Simulans amicitiam cum socero suo & filiis eius, vt magis eos deciperet.*
4 Et f. &c. eis con. &c. *Vt facilius eos occideret, ideo subditur,*
5 Et cum inę. &c. *Conuenienter satiatus cibo & potu eo modo loquendi quo dicitur Cantic. 5. a.* Comedite & bibite & inebriamini. *Cetera patent.*
6 Et misit, &c. *Hic tertio ponitur intentionis Ptolemæi frustratio per Ioannem, qui euadens eius dolum, pugnauit fortiter postea contra eum, & defendit & tenuit Iudæam valdè magnificè post patrem suum, ideo dicit:* Et misit. *Alios satellites suos.*
7 In Ga. to. Io. *Id est, eum capere & occidere.*
8 Et tribu. *Exercitus Ioannis.*
9 Misit epist. vt ve. ad se, &c. & præcu. *Scilicet satellites Ptolemæi missos ad prædicta loca.*
10 Quidam. *De pueris Simonis, quia Ptolemæus non omnes occiderat, sed aliquos ex eis, vt dictum est suprà.*
11 Nuntiauit Io. *Vt euaderet dicta pericula.*
12 Vt audi. autem vehe. ex. *Id est, admiratus fuit de dolositate tanta.*
13 Et comprehendit vi. qui ve. perdere eum. *Et eodem modo præuidit aliis periculis solerter & prouide, & sic Ptolemæus defraudatus fuit à sua pessima intentione.*
14 Et cetera sermonum Ioannis. *Quibus docuit populum.*

MORALITER.

aliis modis malis. Per Ioannem autem filium bonum Simonis qui remanet, significari potest spiritus boni prælati qui non moritur, sed à Deo magnificè præmiatur.

& bellorum eius, & bonarum virtutum quibus fortiter gessit, [1] & ædificij murorum quos extruxit, & rerum gestarum eius, [2][3] [24] ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius, ex quo [4] factus est princeps sacerdotum post patrem suum. [5]

Finit liber primus Machabæorum habens versus duo millia trecentos.

etiam insuetam carnem cogerentur attingere. Igitur Antiochum adiutorem sibi aduocant Spondium cognominatum, qui cum prompta eis voluntate paruisset, ab Aristobolo & Antigono superatur, & ille quidem ad Scytopolim vsque persequentibus commemoratis fratribus effugit: Hi vero in Samariam reuersi, & multitudinem intra murum iterum compellunt, & expugnata ciuitate, ipsamque diruunt, & habitatores captos abducunt. Prosperè autem gestis ita cedentibus alacritatem refrigescere non sinebant, sed cum exercitu Scytopolim vsque processi, & ipsam percusserunt, & agros intra Carmelum omnes inter se partiti sunt.

Filij Ioannis Aristobolus & Antigonus victorias de hostibus insignes reportant.

Ioannes moritur & eius laus.

Secundarum rerum Ioannis & filiorum eius inuidia seditionem Gentium concitauit, multique aduersus eos collecti non quiescebant, donec aperto bello deuicti sunt. Reliquum verò tempus Ioannis cum fortunatissimè viueret, & optimè res per annos 33. administrasset, quinque relictis liberis moritur, vir planè beatissimus, & qui nullam dedisset occasionem cur eius causa de fortuna quispiam quereretur. Denique tria vel præcipua maximè solus habebat. Nam & gentis princeps & Pontifex erat, & prætcrea propheta cum quo Deus colloquebatur, vt futurorum nihil penitus ignoraret: quia etiam de duobus maioribus filiis suis quod rerum domini permansuri non essent ante vidit atque prædixit.

Prophetia eius. Iosephus l.13.antiq. c.17.

Tenuit autem ipsum pontificatum post patris obitum (secundum Chronicorum fidem) annis 26. Pater autem eius Simon ante Pontifex fuit annis 8. Ante quem Ionathas frater eius 18. Iudas quoque frater Ionathæ & Simonis tribus tantum annis pontificatum habuit, licet bella plura cum ducibus regum Syriæ ante gesserit. Post Ioannem quippe Aristobolus filius eius pontificatum apud Iudæos accepit, qui & rex pariter fieri volens diadematis sumpsit insigne post quadringentos octogintaquatuor annos Babylonicæ captiuitatis.

Aristobolus rex factus. Iosephus l.13.c.18.& 19.

Hic Antigonum fratrem suum dolo interfecit, & vno anno in regno expleto miserabili morte fratricida vitam finiuit. Cui successit frater eius Anneus qui & Alexander in regnum, quod tenuit 27. annis tam crudeliter, vt etiam irritata plebe sibi quærenti ab his, quidnam faciens animos sibi plebis reconciliaret: responsum est, si moreretur. Vix enim forte cum mortuo tam grauia perpessi in gratiam reuerteretur, vt odia aduersus defunctum deponerent. Quibus excitatus rebellandique assuetudine multis necatis reliquos coegit in vrbem, cui nomen Beselel: cui expugnatio acerbiorem solito pestem inuexit, tam sæuo crudelitatis processu, vt ex eo numero octingentos in medio ciuitatis crucifigeret. Quorum in conspectu coniuges eorum filiosque iugulari iussit. Hæc spectabat accubans in medio concubinarum lætus inter vina & pocula: sed magis sanguine quam vino inebriatus. Hoc solo facto, amplius populum quam bello terruit, ita vt proxima nocte Iudæorum 8. millia vltra Iudæam descenderent, quibus fugæ finis mors Alexandri foret.

Alexandri filij eius crudelitas.

Iosephus l.13.antiq. c.20.

Alexandra.

Eo mortuo Alexandra vxor eius quæ & Salima cognominata est regnauit Ierosolymis annis 9. Dehinc duobus fratribus filiis Alexandri Hyrcano & Aristobolo de imperio dimicantibus, occasionem habuere Romani vt Iudęam inuaderent. Itaque Pompeius Hyrcano inuitante Ierosolymam venit, capta vrbe & templo reserato vsque in sanctasanctorum, accessit. Aristobolum iuniorem fratrem suum secum ducit, pontificatum vero confirmat Hyrcano, atque Antipatrum Herodis Ascalonitæ filium procuratorem Palestinæ facit.

Pompeius Ierusalem venit. Iosephus l.14.antiq. c.8.

Herodes Ascalonita.

Sicque Hyrcanus animo deses adiuuante Antipatro pręd
icto procuratore tenuit pontificatum annis 34. Postea autem Antipatro per venenum in conuiuio necato, Herodes filius eius successit in regnũ, qui etiam Hyrcanum interfecit. Hinc etiam Herodes prædicti Antipatri Ascalonitæ & matris Cypridis Arabicæ filius à Romanis Iudæorum suscepit principatum, cuius tempore Christi natiuitate vicina regnũ & sacerdotium Iudææ, quod prius per successiones minorum tenebatur, destructum est, completa prophetia, quæ ita per Moysen loquitur, *Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de fæmoribus eius, donec veniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium.*

Tempus quo Christus prædicebatur venturus & venit. Genes.49.b.

In hoc loco etiam Christus, quem Danielis scriptura præfatur, accipit finem. Nam vsque ad Herodẽ Christi, id est, sacerdotes erant reges Iudæorum, qui imperare cœperunt à 65. olympiade: & ab instauratione templi sub Dario vsque ad Hyrcanum & centesimam & octogesimamsextam Olympiadem, annis quadringentis octoginta tribus in medio transactis, quos Daniel quoque signat dicens, *Et scies, & intelliges ab initio sermonis respondendi & ædificandi Ierusalem vsque ad Christi principatum hebdomades 7. & hebdomades 62.* Quæ 69. hebdomadæ faciunt annos quadringentos octogintatres, in quibus Christi, id est, sacerdotes per vnctionem consecrati regnauerunt vsque ad Hyrcanum, quo extremo omnium à Parthis capto Herodes Antipatri filius nihil ad se pertinentem Iudæam ab Augusto & senatu accepit: filiique eius post eum regnauerunt vsque ad nouissimam captiuitatem Ierosolymorum nequaquam ex successione sacerdotalis generis pontificibus constitutis, neque perpetuitate vitæ secundum legem Moysi seruientibus Deo.

Dan.9.g.

Regnum & sacerdotiũ Iudaicum vel gratia obtentum vel pretio emptum.

Ignobiles verò quidam, & alio tempore alij, & nonnulli vnius anni, siue modico amplius à Romanis Imperatoribus sacerdotium emebant. Quæ omnia etiam Daniel propheta vaticinatur ita dicens, *Et post hebdomadas septẽ & septuaginta duas interibit Chrisma, & iudicium non erit in eo, & templum sanctum corrumpet populus duce veniente, & cadentur in catachlysmo belli.* Et in sequentibus, *Et super templum, inquit, & abominatio desolationum vsque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem.*

Ibidem.

Herodes Ananelum quemdam de Babylone accitum pontificem constituit Iudęorum, & post exiguum temporis Aristobolum fratrem vxoris suæ, nepotem Hyrcani successorem ei dedit. Quo post annum interfecto rursum Ananelo reddidit sacerdotium. Nec iam fuit successio legalis in sacerdotium, sed fine ipsius legis & sacerdotij appropinquante confusa erant omnia.

Herodes summum sacerdotiũ dat primo Ananelo deinde Aristobolo.

Hic autem Herodes strenuus fuit in actibus belli, & gubernatione regni, atque in restauratione ædificiorum: sed infelicissimis ac crudelissimis moribus. Apud Ierosolymam multas & magnas ædes construxit: Samariam olim in cineribus sedentem à fundamentis suscitans in honorem Augusti, Augustam, id est, Sebasten appellauit, & in Panaade id templum quod Pamon vocatur, extruxit. Cæsaream autem in nomine Cæsaris cõdidit, quæ prius turris Stratonis vocabatur. Condidit præterea Antidanam & Antipatridam atque Herodianam in honorem patris Antipatri & suum extruxit. Innumerabilia quoque opera in singulis vrbibus, quas regebat, solertissimè ædificauit.

De moribus ac gestis Herodis.

Ædificia ab eo facta.

Sed inter hæc Hyrcanum, qui olim sacerdos Iudæorum fuerat, de captiuitate Parthica regressum, & filium eius, qui sacerdotio patri successerat, interfecit. Sororem quoque eius vxorem suam cum duobus filiis propriis iam adolescentibus, & matrem vxoris occisæ socrum suam crudelissimè necauit. Siquidem ipse Herodes ne ignobilis fortè & à Iudæorum semine argueretur extraneus, combussit libros omnes, quibus nobilitas gentis Iudææ in templo seruabatur ascripta, vt deficientibus probamentis, & ipse ad hanc pertinere putaretur.

Cædes ab eodem perpetratæ.

Insuper etiam vt suam sobolem regio illorum generi commisceret proiecta Doside femina Ierosolymitana, quam priuatus acceperat vxorem, & nato ex ea filio Antipatro, sociat sibi Mariannam filiam Alexandri, neptem Aristoboli, fratris Hyrcani, qui ante eum rex erat genti Iudæorum. Hæc quinque filios ei genuit: quorum duos Alexandrum & Aristobolum ipse necauit in Samaria, nec mora, post etiam matrem illorum, qua nil charius nouerat, simili scelere peremit. E quibus Aristobolus Herodem ex Beronice susceperat filium, quem in Actibus apostolorum ab angelo percussum legimus. Nec non ad ea, quæ suprà crudeliter gesserat, etiam hoc addidit, vt virum sororis suæ Salome interficeret. Et cum eam alij tradidisset vxorẽ, etiam hunc necauit. Scribas quoque & interpretes diuinæ legis simili scelere occidit.

Herodes Aristoboli filius.

Matth.2.

Cum autem Christi Domini nostri natiuitatẽ, qui in anno 32 regni eius in Bethleem natus est, Magorum iudicio cognouisset, vniuersos paruulos iussit interfici. Sed postquam regni sui 37. annum expleuerat, morbo intercutaneo & scaturientibus toto corpore vermibus, miserabiliter digne moritur. Qualiter autem de fine Herodis Iosephus narret, non incõgruum videtur huic opusculo nostro inserere: qui hoc modo refert. Nam febris quidem non mediocris erat, prurigo autem intolerabilis habebat omnem corporis superficiem, assiduis autem vexabatur colli tormentis, pedesque tamquam ex intercutis aquæ vitio tumuerant, quin etiam inflatio ventriculi putredoque testicu-

Iosephus lib. antiq. 17.c.8.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et bellorum eius. *Quibus defendit eum.*

2 Et bonarum vir. quibus, &c. *Inter quas fuit victoria notabilis quam habuit de Hyrcanis, ex qua cognominatus est Hyrcanus.*

3 Et ædifi. mu. &c. *In Ierusalem & in Iudæa ad terræ fortificationem.*

4 Et rerum ge. eius. *Quæ fuerunt mirabiles & multæ, vnde dicit Iosephus lib.13. quod ipse habuit spiritum prophetiæ.*

5 Ecce hæc scrip. sunt in li. dierum sacerdotij eius. *Hunc autem librum non habemus, sicut nec plures alios de quibus fit mentio in libris Regum & Paralipomenon.*

testiculorum vermiculos generans, ac præterea creber anhelitus & interrupta eum suspiria, membrorumque omnium contractio fatigabat, vt qui hæc ad diuinitatem referrent, pœnas eas esse dicerent læsæ pietatis. Ille autem quamuis cum tot vitiorum cruciatibus luctaretur, vitæ tamen cupidus erat, & remediis excogitatis salutem sperabat: denique Iordanem transgressus apud * Callioram aquis calidis vtebatur, quæ in lacum feracé bituminis, qui Asphalditis vocatur effluentes præter vim medicam, potus quoque dulcedine iucundæ sunt. Ibi autem corpus eius, quod medicis oleo calidiore foueri placuerat, in arcam oleo plenam demersum ita dissolutum est, vt etiam lumina quasi mortuus resoluta torqueret. Deinde perturbatis qui eum curabant, ad clamorem quidem illorum respicere visus est. Desperata verò salute & militibus quinquagenas drachmas multamque pecuniam rectoribus atque amicis diuidi iussit. Cùm autem rediens ad Ierechonta venisset atra iam bili correptus, & ipse pœne morti immutabatur, factum nefarium excogitauit: collectos enim cuiusque vici ex omni Iudæa nobiliores in locum cui nomen est Yppodromo concludi præcepit. Deinde sorore Salome: & Alexandro marito eius ad se vocatis: Scio inquit mortem meam festis gaudiis celebraturos esse Iudæos: verum per alios lugeri potero: & clarissimos honores assequi sepulturæ, si quæ ipse præcipio feceritis. Hos viros qui habentur in custodia cum animam efflauero, statim militibus circumdatos occidite, vt etiam * inuisa mihi omnis Iudæa, omnisque domus illachrymet, & simul his mandatis legatorum quos Romam miserat epistolæ sunt allatæ quibus Acmen ancillam iussu Cæsaris interemptam & Antipatrum morte damnatum esse indicabatur. Quin & si pater eum in exilium dare mallet, idque permisisse Cæsarem scriptum erat. Herodes autem paululum hoc nuntio recreatus, rursumque doloribus victus, nam inedia tussisque pariter violentia distendebatur, flatum præueniri conatus est. Sumptoque malo etiam cultellum poposcit, sectum enim comedere consueuerat. Deinde circumspecto ne quis arbiter impediret, tamquam se percussurus dextram sustulit. Cùm verò * Adabus consobrinus eius accurrisset & manum continuisset, vlulatus maximus in regia statim, quasi rex esset mortuus, excitatus est. Eoque propere audito Antipater fiduciam repetit, lætusque iam custodes promissa etiam pecunia rogabat, vt se soluerent, atque dimitterent. Quod eorum princeps non solum ne fieret obstitit, sed etiam regi velociter nuntiauit. Ille autem fortius exclamans, quam vires ægrotantis valebant, continuo satellitibus missis occidit Antipatrū, mortuumque sepelire præcepit in Hircania. Deinde rursum corrigit testamentum, & successorem quidem Archelaum natu maximum Antipatri fratrem scribit, tetrarcham verò Antipam. Post interitum autem filij 5. diebus exactis moritur, annos quidem 34. ex quo interfecit Antigonum regno potitus. 30. verò & 7. postquam rex à Romanis declaratus est. Anno itaque Imperij Augusti 47. mortuus est, pro quo substitutus ab Augusto filius eius Archelaus regnauit annis 9. id est, vsque ad ipsius Augusti finem. Tunc enim non ferentibus vltra, sed accusantibus apud Augustum ferocitatem eius Iudæis: in Viennam vrbem Galliæ relegatur, & ad minuendam Iudaici regni potentiam insolentiamque domandam quatuor fratres pro eo sunt tetrarchę creati Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus. Quorum Philippus & Herodes qui Antipas prius nuncupabatur, etiam viuente Archelao, tetrarchæ fuerant ordinati. Post Archelaum verò Herodes tetrarcha Iudææ gentis tenuit principatum, annis 24. Cui Tyberius Imperator hanc dederat potestatem. Cuius anno 12. Pilatus Iudęæ procurator ab eodem dirigitur, atque inibi per 10. annos continuos vsque ad ipsum penè finem Tyberij perdurauit. Anno autem 15. Tyberij Cæsaris similiter & regni Herodis 15. (vt historiæ produnt) Ioannes filius Zachariæ in deserto iuxta Iordanem fluuium prædicans, Christum filium Dei in medio eorum adesse testatur: quem prædictus Herodes Herodiade vxore Philippi fratris sui suadente in conuiuio ob saltatricis puellæ petitione decollari iussit, sicut sacrum Euangelium manifestè demonstrat. Ipse quoque Dominus Iesus Christus hinc in populo salutarem viam annuntiat, signis atque virtutibus vera comprobans esse quæ diceret. Similiter & octauodecimo anno vtriusque principatus Iesus Christus (secundum prophetias quæ de eo fuerant prælocutæ) ad passionem venit. Vbi huic Herodi per Pilati missos præsentatus non fide receptus, sed per fastum mundanum spretus indutus veste alba, iterū remissus est ad Pilatum, à quo per militum officium crucifixus, tertia die resurrexit à mortuis. Refert autem diuina scriptura initium Euangelicæ prędicationis anno 15. Tyberij Cæsaris inchoasse, & ipsum Iesum omne doctrinæ suæ tempus exegisse sub pontificibus, Anna & Caipha, quo scilicet Annæ pontificatus tempore incipiente docere cœperat, & vsque ad initium Caiphæ pertenderat. In quibus spatiis vix toti quatuor concluduntur anni Legalibus porrò præceptis iam per illud tempus & ambitione cessantibus, nulli quippe Pontificatus honor vitę vel generis merito reddebatur, sed Romana potestate aliis nunc, item aliis summa sacerdotij præstabatur, ita vt annuis successionibus mutarentur. Denique iam idem Iosephus refert quatuor per ordinem vsque ad Caipham Pontificatus officio post Annam esse perfunctos his verbis scribens: Valerius Gratus Anna sacerdotio deturbato Ismaelem Pontificem designauit filium Bassi, sed & hunc non multo post abiiciens Eleazarum Ananiæ Pontificis filium Pontificatui subrogauit. Post annum verò etiam hunc arcet officio, & Simoni cuidam Canisi filio Pontificatus tradidit ministerium. Quo non amplius & ipse quam vnius anni spatio perfunctus, Iosephum alias Iosippum, cui & Caiphas nomen fuit, accepit successorem; ac per hoc omne tempus, quod Dominus & saluator noster in terris docuisse describitur, intra quadriennij temporis spatia coarctatur: in quo quatuor istæ (quas Iosephus memorat) successiones Pontificum describuntur vix per annos singulos ministrare. Qualiter autem Herodes tetrarcha regnum amiserit, Iosephus prodit dicens. Accusator Herodis tetrarchæ Agrippa filius Aristoboli, quem pater Herodis interfecit ad Tyberium venit. Illo autem non suscipiente accusationem, residens Romæ, ad aliquorum quidem potentium notitias ambiebat. Maximis autem colebat officiis Germanici filium Gaium, cùm adhuc esset priuatus: & quodam die inter copiosum epularum apparatum, quibus apud eumdem edebatur, ad vltimum extensis manibus apertè cœpit Deum precari celeriter: illum mortuo Tyberio dominum cunctorum videre. Hoc cum quidam de familiaribus eius Tyberio nuntiasset, statim concludi iussit Agrippam, qui sub grandi ærumna vsque ad mortem Tyberij in carcere per menses sex tenebatur. Sed defuncto eo post regnum annorum 22. dierum trium succedens in imperium Gaius Cæsar, absoluit Agrippam à vinculis & tetrarchiā Philippi (iam enim iste decesserat) ei tradidit, regemq; appellauit. Cumque venisset in regnum Agrippa, Herodis tetrarchæ cupiditates per inuidiam suscitauit. Irritabat autem eum maximè in spem regni Herodias vxor, exprobrans ei concordiam, & dicens, quia per id quod noluerat ad Cæsarem nauigare, careret potestate maiore, nam cùm Agrippam eo priuato regem fecisset, quomodo dubitaret illum ex tetrarcha eodem honore donare? His adductus Herodes venit ad Gaium, à quo ob auaritiam vehementer increpatus ad Hispaniam fugit. Secutus quippe fuerat accusator Agrippa, cui etiam tetrarchiam illius Gaius adiicit. Atque Herode in Hispania peregrinante secum etiam vxore Herodiade, decessit. Pontius autem Pilatus præses eodem anno quo Saluator passus est, secreto noctis imagines Cæsaris in templo statuit, vt Iosephus tradit. Et hæc primæ seditionis & turbarum Iudæis causa extitit. Postea verò sacrum thesaurum, quem Corbonam Iudęi vocant, in aquæductum Ierosolymorū expendens, secundæ seditionis prębuit fomina. Sed cùm de Christianorum dogmate idem Pilatus ad Tyberium referret, & de ipsius Redemptoris gestis passione ac resurrectione aliqua memoraret, Tyberius retulit ad Senatum, vt inter sacra cetera reciperentur. Verùm cùm ex consulto patrum Christianos eliminari vrbe placuisset, Tyberius per edictū, accusatoribus Christianorum comminatus est mortem. Scribit Tertullianus in apologetico, multos senatorū & equitum Romanorum ab eodem interfectos. Igitur Iudæos pro commisso scelere vltio diuina damnabat. Sed & ipse Pilatus, qui in Saluatoré iniqui iudicis functus officio est, iisdem temporibus Gaij tantis & talibus malorum cladibus cruciatus est, vt propria se manu transuerberasse, & nefariam vitam vi abiecisse referatur. Nec enim poterat tanti piaculi minister impunitus euadere, sicut in historiis Græcorū inuenimus, eorum dumtaxat, qui olympiades scribunt, & annales rerum gestarum libros ad posteritatis memoriam condunt. Agrippa autem, & Herodes filius Aristoboli qui post interfectionem Iacobi filij Zebedæi Petrum Apost. misit in carcerem & persecutionem credentibus in Christum excitauit; sed non impunitus euasit, sicut Lucas in Actibus Apost. manifestat, & Iosephus in 18. lib. antiquitatum commemorat: qui de eodem refert hoc modo. Tertium inquit annum Imperij Iudææ totius expleuerat, cùm fortè Cæsaream, quæ prius turris Stratonis vocabatur, aduenit, vbi in honorem Cæsaris spectacula ciuibus erexit votiuo vt videbatur salutis Cæsaris die. Cumq; illuc totius prouinciæ viri honore & facultatibus præditi conuenissent, secundo spectaculorum die indutus veste fulgenti ex auro argentoque mirabiliter contexta, incipiente die procedit ad theatrum, vbi cum primo solis radios argen- teæ

Marginalia: Horribilis Herodis Ascalonitæ morbus. — * Callirœm — Eius immane cōsilium imminente iam morte. — * inuita — Seipsum interficere conatur. — * Ariabus — Antipatrū præcipit interfici. — Mors Herodis. — Archelaus pro eo regnat, & paulo post deponitur. — 4. tetrarchę. — Pontius Pilatus Procurator. — Herodes tetrarcha. — Ioan. 1. d. — Ioannes Baptista. — Matth. 14. a. — Iesus Christus Dominus noster, Luc. 23. a. — Sacerdotiū venale ad annum. — Agrippa quomodo tetrarchiā consecutus sit & regnū. — Herodes tetrarcha in Hispania cū vxore Herodiade profugus moritur. — Pilatus refert ad Cæsarem & Senatum de Christo. — Tertullian. — Pilati quis exitus. — Act. 12. a. Iosephus lib. antiq. 18. c. 17.

tex vestis gremio suscepisset, repercusso splendore duplicatam
A spectantibus lucem, fulgor metalli vibrantis effudit, vt intuentibus perstringeret aciem terror aspectus: & hoc plus aliquid de eo, quam humanæ naturæ est, artifex arrogantia mentiretur. Illico adulantis vulgi concrepant voces honorem sonantes, sed exitium conferentes, & hinc atque inde ab eis conclamantibus, Deus appellaretur: vtque fieret propitius suppliciter exoratur, dicentibus populis, quod nunc vsque vt hominem te tenuimus, sed ex hoc iam supra humanam te esse naturam fatemur. Sed rex acclamationem contra fas habitam non repressit, nec impietatem illicitæ adulationis exhorruit, donec respiciens paulo post imminentem atque insistentem capiti suo videret angelum, eumque sensit continuo exitij sui ministrum, quem prius non nouerat prouisorem honorum. Et ecce repentè cruciatus eum ex dolore incredibili ventris atque inflatione corripuit. Respiciensque ad amicos: Et inquit ille ego Deus vester, Ecce propellor confestim & deturbor ex vita, quoniam quidam diuina virtus nuper collatas in me falsas arguit
B voces, & qui modo dicebar immortalis à vobis, præceps iamiamque rapior in mortem. Sed suscipienda est sententia, quam Deus statuit. Nam & viximus haud contemnendi, & longæuitatem quæ beata putabatur, expleuimus. Et cùm hæc dixisset, vi doloris vehementius agitatus instanter ad palatium reportatur. Cumque diuulgatum esset eum propediem moriturum, ingens multitudo totius ætatis & sexus conueniens, more patrio super cilicia strati omnipotenti Deo pro regis incolumitate supplicabant. Omnis autem domus regia planctibus & gemitibus personabat. Cùm interim rex ipse in excelso solario recubans, & deorsum respiciens ac pronos prostratosque omnes cum fletibus præuidens, nec ipse quidem temperabat à lacrymis: verum continuis quinque diebus ventris doloribus cruciatus, vitam violenter abrupit, quinquagesimum ætatis & quartum agens annum, regni verò septimum. Quatuor etenim sub Caio Cæsare annis regnauerat, Philippi Tetrarchiam tribus annis obtinens, quarto autem etiam Herodis sibi adiungens, tribus autem reliquis annis sub Claudio Cæsare ex-
C actis. Post Agrippam patrem regnum Iudææ tenentem annis septem, filius eius Agrippa à Claudio substituitur in regnum quod tenuit annis 26. hoc est vsque ad secundum annum Vespasiani, quando vrbis excidium factum est. Qualiter autem Iosephus de hoc narret, hoc in loco ponendum esse censemus. Claudius, inquit, Agrippam filium Agrippæ Iudæorum regem constituit, Felicem verò totius prouinciæ Samariæ quoque & Galilææ, & regionis quæ dicitur trans Iordanem, procuratorem misit. Et post pauca addidit hæc etiam. Inflammatur autem & seditio acerbissima à pontificibus aduersum sacerdotes & primos plebis Ierosolymorum: Quorum singuli conquærentes sibimet perditorum iuuenum & nouis rebus gaudentium manus, duces semetipsos propriæ factionis instituebant. Qui confligentes ad inuicem, primò conuitiis lacessere: Tum deinde & saxis inuicem sternere; nec quisquam erat qui coerceret, sed agebantur omnia tamquam in vrbe non habente rectorem. Igitur pontifices in tantam venere penuriam, vt seruis suis ad areas missis inuaderent decimas quæ sacerdotibus debebantur, & accidebat, vt nonnulli ex minoribus sacerdotibus, quorum alimoniæ direptæ vi fuerant, inedia deperirent, ita seditionum violentia ius fasque confuderat. Item post pauca subiungit etiam hæc. Nonnumquam autem etiam in media ciuitate occurrentes sibi trucidabant, præcipuè in diebus festis sicarij plebi-

Diuinos honores ex adulatione populari sibi datos nō aduersatus ab Angelo percutitur.

Iosephus de Agrippa.

Seditiones inardescunt inter sacerdotes Iudæorum.

D bus admixti, occultatis pugionibus oberrantes, vt quisque designatus eis, si cominus incederet, eum perimebant, & arte nefaria cum corruisset is quem occulto vulnere strauerat, tumidè ipsi percussores velut indignari se simulabant, aduersus eos, qui hæc in media vrbe committerent; atque hoc modo occulta eorum facinora permanebant, & primum omnium ab his Ionathas pontifex interficitur: Post illum quam plurimi iugulantur, ita vt iam ipsis mortibus esset grauior metus mortis, dum vnusquisque quasi in procinctu semper positus, per momenta singula speraret interfici. Cum autem Claudius annis 14. in imperio expletis mensibus septem, diebus 28. defunctus est, Nero accepit imperium quod tenuit annis 14. mensibus 7. & diebus 28. Huius secundo anno Festus Iudææ procurator successit Felici, à quo Paulus Romam vinctus mittitur, & biennium in libera manens custodia, post hoc ad prædicandum dimittitur, necdum Nerone in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant Historiæ. Iacobus frater domini cum 30. annis Ierosolymorum rexisset ecclesiam, septimo Neronis anno lapidatur à Iudæis, vindicantibus in illo, quod Paulum interficere nequiuerunt. Festo magistratui Iudææ successit Albinus, Albino
E Florus, cuius luxuriam & auaritiam, ceteraque flagitia non ferentes Iudæi, contra Romanos rebellauerunt. Aduersum quos Vespasianus magister militiæ transmissus, plurimas vrbes Iudææ capit. Primus Nero super omnia scelera sua etiam Christianos persequitur. Quorum eximios Romæ Petrum cruce, Paulum occidit gladio. Hic in re militari nihil omnino ausus, Britanniam penè amisit. Nam duo sub eo nobilissima oppida illic capta atque euersa sunt. Denique Nero cum à senatu quæreretur ad pœnam, è palatio fugiens ad quartum vrbis milliarium in suburbano libertini sui inter Salariam & Numentanam viam semet interfecit anno ætatis 32. atque in eo omnis Augusti familia consumpta est. Post Neronem vero Galba in Hiberia, Vitellius in Germania, Otho Romæ imperium arripuerunt. Galba 7 mense imperij sui in medio Romanæ vrbis foro capite truncatur. Vespasianus duobus præliis superatos Iudæos ad muros compulit. Otho tertio regni sui mense apud Vitriacum, alias Venatium propria manu occubuit. Vitellius à Vespasiani ducibus occisus in Tyberim proiicitur. Romanorum septi-
F mus regnauit Vespasianus annis 8. mēsibus 11. diebus 22. Qui apud Iudæos imperator ab exercitu appellatus, & bellum Tito filio commendans Romam per Alexandriam proficiscitur. Cuius secundo anno Titus Iudæa capta & Ierosolymis subuersis sexcenta millia virorum interfecit. Iosephus verò sciens affirmat sexcenta millia virorum gladio & fame periisse, & alia centum millia captiuorum publicè venundata. Vt autem tanta multitudo Ierosolymis reperiretur, causam Azymorum fuisse refert, ob quæ ex omni gente Iudæi ad templum confluentes, vrbe quasi carcere sunt reclusi. Oportebat enim in iisdem diebus Paschæ eos interfici, in quibus Saluatorem crucifixerant. Colligitur autem omne tempus in secundum annum Vespasiani & nouissimam Ierosolymorum euersionem à quintodecimo anno Tyberij Cæsaris & ab exordio Euangelicæ prædicationis anni 42. A captiuitate autem quam ab Antiocho perpessi sunt, anni 238. Porrò à Darij secundo anno sub quo rursum templum ædificatum est, anni quingenti nonaginta. A prima autem ædificatione templi sub Salomone vsque ad nouissimam eius ruinam quæ sub Vespasiano facta est an. mil. cent. 2.

Sicariorum audacia execrabilis.

Neronis imperium. Act. 25. a. & 29. a.

Vespasianus contra Iudæos a Floro ad rebellionem excitatos mittitur.

Galba. Vespasianus. Otho. Vitellius.

Iosephus.

Iudæorum excidium per Titum.

Incipit secundus liber Machabæorum.

RAB. Secundus liber historiæ Machabæorum, licet breuior sit priori eiusdem operis libro in historica narratione, antiquiora tamen quodam modo replicat tempora: excepto quod ille Alexandri magni Macedonis in principio sui facit breuem commemorationem. Nam & Seleuci regis cognomento Nicanoris in Iudæos commemorat iste beneficia, quem historia antiquitatum Iosephi & chronicon Eusebij testantur Iudæos republica sua dignos efficere, & æquum eis honorem cum habitatoribus Macedonibus & Græcis deputasse. Similiter & Antiochus magnus (testantibus supra memoratis auctoritatibus) eos crebris epistolis laudat & multiplicibus muneribus donat. Habet quoque idem liber diuersam à priore narrationem, sed tamen historiæ non destruit veritatem, qui licet multa prioris libri contineat testimonia, tamen perpulchra interserit, quæ in illo non inueniuntur. Scriptus enim ab his videtur, qui morati sunt in terra Iuda, ad eos qui in exteris fuerunt regionibus, vnde ita idem incipit:

Seleuci Nicanoris & Antiochi magni beneficia in Iudæos.

Conseruat hic liber à priori.

CAPVT I.

a FRatribus qui sunt per Aegypt. &c. COMESTOR. Secundus liber Machabæorum non est historiæ prosecutio, sed prosecutæ recapitulatio. Est enim epistola quam scribit Iudas Machabæus, & Senatus Iudæorum Hierosolymitanorum dispersioni Iudæorum, quæ exulabat in diuersis regionibus, maximè in Ægypto, in qua insinuant eis duas solemnitates recenter institutas, vt eas obseruarent.

B † RVPERTVS lib. 10. de vict. verb. c. 5. In primis dicendum, cur Iudęi vel ex quo, tunc essent per Ægyptum, ad quos sic incipit prologus, *Fratribus qui sunt per Agyptum Iudæis, salutem dicunt fratres qui sunt Hierosolymis Iudæi, &c.* Filius Pontificis Oniæ, & ipse Onias dictus, videns quod rex Antiochus patrem suum Menelaum interfecisset, & principatum sacerdotij dedisset Alchimo, non existenti de genere sacerdotum, fugit ad Ptolomæum regem Ægypti, & locum petiit in Heliopolitana regione, vbi simile Hierosolymorum ædificaret templum. Hac occasione infinita examina Iudæorum ad Ægyptum confugerunt. Asserebat enim Onias se Isaiæ implere vaticinium, *Erit altare Domino in medio terræ Aegypti.* Rursus Ptolomæus filius Lagi multos captiuos à montanis Iudææ trahens ad Ægyptum commigrauit, &c.

C Textus autem huius litteræ demõstrat, quia fratribus, qui erant per Ægyptum, non tantum semel, sed bis scripserunt fratres Iudæi qui erant Hierosolymis: & inter vtrumque scriptum tempus interfuit fermè decem & octo annorum. Simul & hoc sciendum quia regnante Demetrio, annus centesimus & sexagesimusnonus, quo primùm scripserunt, quartus idemque vltimus fuit principatus Ionathæ fratris Iudæ. Annus autem centesimus octogesimus octauus quando secundò scripserunt, annus fuit vndecimus post mortem Simonis fratris eiusdem Ionathæ ac Iudæ. His ita se habentibus, claret quis ille Antiochus fuerit, de cuius interitu gratulantur, narrantes qualiter in Perside ceciderit, quod videlicet fuerit Antiochus filius Demetrij, qui & persecutus est Tryphonem impium, sed & Iudæos in multis afflixit, & Simone adhuc viuente, & post Simonem filio eius Hircano principatum habente.

Templum Hierosolymitano simile ab Onia in Heliopolitana regione extructum. Isai. 19.

Ibidem c. 6.

Quis ille Antiochus de cuius interitu gratulantur hic Iudæi.

D RABAN. Demetrius hic, sub quo se orasse pro Iudæis in Ægypto constitutis Ierosolymitæ commemorant, ipse est, qui post Antiochum Eupatorem Asiæ & Syriæ regnauit, qui & ipse cognominatus est Sother, hoc est Saluator, in hunc enim annorũ numerus qui computatus est, hoc est cẽtesimus sexagesimusnonus decurrit.

E Nam Antiochus Epiphanes qui post centesimum tricesimumseptimum annum regni Græcorum cœpit regnare, regnauit annis vndecim: Antiochus Eupator annis duobus: & Demetrius Sother annis duodecim: qui sunt anni à principio regni Seleuci Nicanoris regis Syriæ, à quo regni Græcorum computantur tempora, vsque ad finẽ Demetrij, centum sexaginta duo. Quibus si adiiciantur anni septem de regno Alexandri, qui ignobilis & vitiosus, indignusque regia dignitate à Pompeio Trogo describitur, sed tamen regnũ tenuisse narratur annis decem, fiunt centũ sexagintanouẽ. Dicamus & aliter. Primus post Alexandrum Asiæ regnauit Antigonus annis decẽ & octo, post quem Demetrius qui & Poliaretes regnauit 17. annis.

F Hic Demetrius 17. anno regni sui semetipsum Seleuco tradidit, & coniuncta est Asia regno Syriæ anno Seleuci Nicanoris 18. Si ergo cœperimus computare nunc seriem annorũ à primo anno regni Antigoni qui regnauit in Asia annis septẽ antequã Seleucus in Syria regnare cœpisset, præponentes eosdẽ septem annos regni Seleuci, & eo modo computum annorũ regum Syriæ vsque ad nouissimũ annum Demetrij Sotheris perduxerimus, summa prioris numeri tota ibi inuenitur. Sed mirũ quomodo in sequentibus dicatur Iudas centesimo octagesimoo ctauo cũ senatu Aristobolo magistro Ptolomæi regis dixisse salutẽ, & mandasse de purificatione tẽpli, quã facturi erant quinta & vicesima die mẽsis Casleu, cũ Iudas in priori libro supra- dicto

Chronologia regum Syriæ.

Incipit liber secundus Machabæorum qui non est de canone Hebræorum.

CAPVT I.

a FRatribus qui sunt per Ægyptum Iudæis, salu- 1 tem dicunt fratres qui sunt in Ierosolymis Iudæi, & 2 3

Postilla Nicolai de Lira super secundum librum Machabæorum incipit.

CAPVT I.

FRatribus, &c. *Liber iste secundus Machabæorum quædam est abbreuiatio cuiusdam magni voluminis à Iasone Cyrenæo conscripti habentis 5. libros partiales, in quibus facta Iudæ Machabæi & sociorum eius diffusè tractantur, sed in hoc libro ponuntur breuiter & succinctè, vt patet in fine capituli secundi, vt qui propter paupertatem prædictum volumen magnum comparare non possent, vel propter eius prolixitatem attædiati essent legere, istud compendium possent habere de facili & sine tædio percurrere legendo. Fuit autem compilatio hæc facta tempore Demetrij secundi, vt magis videbitur infrà. Et missa Iudæis habitantibus in Aegypto ab illis qui erant in Iudæa. Qui cum hoc in huius libri præfatione, rogauerunt eos aliquas solemnitates suscipere, quæ ab eis fuerant rationabiliter institutæ. Igitur iste liber in duas partes diuiditur, scilicet in prologum & tractatum, qui incipit 3. cap. In prima verò parte ponitur inuitatio ad obseruantiam duplicis festi, Secundo breuiter tangitur materia huius libri, cap. seq.* De Iuda verò Machab. *Circa primum primò scribentes captant illorum, quibus scribunt beneuolentiam, Secundò inuitant eos ad festi duplicis obseruantiam, ibi,* Regnante Dem. *Tertiò suam inferunt intentionem, ibi,* Facturi igitur. *Circa primum captant dupliciter eorum beneuolentiam, scilicet eos amicabiliter salutando, & pro eis humiliter exorando, ibi,* Benefaciat vobis. *Circa primum dicitur,*

Liber secundus Machabæorum.

Diuisio.

1 Fratribus, &c. *Quod est nomen amicabile: nam frater dicitur quasi ferè alter ipse. Et vocant eos fratres, eo quod erant de eadem gente, & sub eadem lege.*

2 Qui sunt per Ægyp. Iudæis. *Scilicet dispersis. Ptolomæus enim Lagi filius, qui post Alexandrum magnum primus regnauit in Aegypto, sicut suprà dictum est, in primi libri principio, multos Iudæos captiuauit, quorum aliquos Ptolemæus Philadelphus ei succedens relaxauit in fauorem LXX. Interpretum, qui sibi libros Moysi, & secundum aliquos totum vetus testamentum transtulerunt ab Hebræo in Græcum: multi tamen in Aegypto remanserunt, & procedente tempore acquisierunt bona temporalia, & per prolis procreationem multiplicati sunt, quibus Iudæi manentes in Iudæa scripserunt.*

Vnde contigit aliquos Hebræos peregrinari in Ægypto.

3 Salutem dicunt, &c. *Et pacem bonam, nam bona guerra eligibilior est pace mala.*

Bene-

MORALITER.

† 1 *Fratribus qui sunt, &c.* Hic ponitur quædam præfatio huius secundi libri, & durat vsque ad tertium capitulum exclusiuè. Hæc autem præfatio est quædam epistola à Iudæis habitantibus in Ierusalem & Iudæa ad eos qui habitabant in Ægypto missa.

MORALITER autem per Iudæos habitantes in Ægypto, quæ tenebra interpretatur, significantur Catholici, qui sunt simpliciter laici, carentes lumine scripturarum. Per habitantes autem in Ierusalem & Iudæa, vbi viguit cognitio prophetica, significantur clerici in sancta pagina litterati, à quibus laici salutantur cùm ad eos prædicatores mittuntur, pacem & salutem gloriæ fideliter nuntiantes.

De doctis clericis recantibus laicos ad salutem.

† 18 Nos

dicto Demetrio legitur multo ante esse defunctus. Siquidem sexto anno Demetrij idem, secundum chronicorum fidem, inuenitur occisus. Sed quia incerti sunt ipsi auctores librorum, non absurde videntur in computatione temporum discrepare. Maximè cùm in legalibus libris septuaginta interpretum editio, cum Hebraica veritate in computo annorum multum discordet.

a *Benefaciat vobis Deus, &c.*
† RVPERT. lib. 10. de vict. verb. c. 11. Nunc appendendum qualis ista salutatio sit. Quomodo debuit fraterna charitas, ita salutauit, & imprecata est fratribus suis Iudæis, quorũ vtique cor non fuerat adapertum in lege. Si enim adapertũ habuissent, nequaquam fecissent, quod erat contra legem & præceptum Domini, vt ædificarẽt templum & altare in terra Ægypti, clauso corde, & auribus malè apertis ad illam Isaiæ prophetiã, *Et erit altare Domini in medio terræ Aegypti.*

Redarguuntur adorantes in templo schismatico Heliopolitano. Isa. 19.

qui in regione Iudæa, & pacem bonam. [2] Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui quod locutus est ad Abraham & Isaac & Iacob seruorum suorum fidelium, [3] & det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno & animo volenti. [4] Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacẽ. [5] Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. [6] Et nunc hic sumus orantes pro vobis. [7] Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimo nono, nos Iudæi scripsimus vobis

Hoc namque faciendo, præuaricatores se constituerant legis & præceptorum Domini, secundum hanc prophetiam Danielis, *Filij præuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem & corruant.* Idcirco dicunt, *Et reconcilietur vobis, &c.* Subaudiendum, quia præuaricatores, vel filij præuaricatorum estis, habendo templum in terra Ægypti.

Dan. 11.

† IDEM lib. 10. de vict. verb. c. 11. Præmisso exordio, quo beneuolentia quæritur fratrum, sequitur narratio.

b *Regnante Demetrio, &c.* † IDEM. Iam dictum est, quia ille annus 169. quartus idemque vltimus erat principatus Ionathæ, quando iam renouatum erat templum, atque emundatum à contaminatione, atque defensum ab impio Nicanore, qui rursus illud contaminare voluerat. Blasphemo itaque Nicanore perempto, & Deo cæli collaudato, qui locum suum immaculatum seruauit, habitoque communi consilio ac decreto, vt nullo modo dies illa absque annua celebritate pertranseat, *Nos*, inquiunt, *scripsimus nobis*. Qui & ipsi debetis esse Iudæi, non solum gente, sed fide Abrahæ atque fidelis Dauid, ad quos repromissio facta & confirmata est in loco quem elegit Deus, hoc est, Hierosolymis. *Scripsimus* (inquam) *vobis, in tribulatione & impetu, &c.*

Quæ fuit illa tribulatio & impetus? *Ex quo recessit Iason, &c.* Hoc fuit initium dolorum, quod Iason impius, & non sacerdos, sed ab impio rege, fratri Oniæ contra fas superpositus, à sancta terra recessit, primùm mente, deinde etiam corpore inuitus & profugus. Cùm enim illi ambienti, & pecunias promittenti rex annuisset, & obtinuisset principatum, statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cœpit. Deinde cùm in malis proficiens, multas ciuium strages dedisset, finem insidiarum suarum confusionem cœpit, & profugus abiit, &c. *Ex quo*, inquiunt, *talis recessit, portas succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentem.* Ante recessum & apostasiam eius, sancta ciuitas in omni pace habitabatur, & ipsi reges locum summo honore dignum ducebant, & templum muneribus illustrabant.

Iason apostata & initiũ malorũ suæ genti.

† IDEM ibid. cap. 13. Templum autem sanctum, sacrificia sancta & legitima, ciuitatem Ierusalem, & terram sanctam esse vbique scriptura libri huius tota intentione declamat ad destruendam templorum adulterorum fiduciam, quorum alterum in monte Garizim, alterum in Ægypto fuerat ædificatum.

c *Nos.* RABANVS. Iason autem ipse est frater Oniæ pontificis, quem sequentia istius libri narrant ad Antiochum Epiphanem, hoc est nobilem, propter ambitionem summi sacerdotij conuolasse, eique persuadere vt Gentilem ritum Ierosolymis institueret.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Benefaciat. *Hic consequenter captant eorum beneuolentiam pro eis exorando, dicentes,* Benefaciat vobis Deus, *In spiritualibus & temporalibus.*
2 Et meminerit testamenti sui, *Id est, firmæ promissionis.*
3 Quod locutus est ad Abraham, *Gen. 12.*
4 Et Isaac, *26.*
5 Et Iacob, *28. Et supplendum est, qui sunt de numero seruorum suorum fidelium.*
Vel aliter litteram sic iungendo, Et meminerit testamenti sui, *Id est, promissionis firmæ*, Seruorum suorum fidelium, *Id est, pro suis seruis fidelibus factæ*, Quod ad Abraham, Isaac, & Iacob locutus est, *Primò quantum ad patres illius testamenti.*
6 Et det vobis, &c. vt cola. *Fide, spe, & charitate, quibus colitur Deus cultu interiori, vt dicit Augustinus in Enchiridio.*
7 Et faciatis eius voluntatem, &c. *Per effectum in cultu exteriori.*
8 Corde magno & animo volenti. *Quia Deo non placent sacrificia coacta, sed voluntaria.*
9 Adaperiat cor vestrum in lege sua. *Studenda & intelligenda.*
10 Et in præceptis, &c. *Opere adimplendis.*
11 Et faciat pacem. *Vt vacare talibus valeatis.*
12 Exaudiat orationes vestras, *Vobis condescendendo.*
13 Et reconcilietur vobis. *Peccata præterita remittendo.*
14 Nec vos deserat in tẽpore malo. *Vos in tribulationibus consolando.*
15 Et nunc hic, *Id est, in Ierusalem & Iudæa.*
16 Sumus orantes pro vobis. *Quasi dicat ita debetis orare pro nobis, & acquiescere petitionibus nostris, maximè de solemnitatibus deuotis.*
17 Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimo. *Hic consequenter inuitant eos ad obseruantiam duplicis festi. Secundum ponitur, ibi,* Et diem ignis. *Prima in tres, quia primò ponitur eorum inuitatio: Secundò dicti confirmatio, ibi,* Anno centesimo. *Tertiò, intenta conclusio, ibi,* Facturi igitur. *Circa primum notatur tempus, cùm dicitur,* Regnante Demetrio, &c. *Dicit hic glossa Rabani, quod iste fuit Demetrius filius Seleuci, qui regnauit tempore Iudæ Machabæi, vt patet 7. cap. primi libri. Sed huic dicto manifestè contradicit quod sequitur,* Anno centesimo sexagesimo nono. *Hic autem Demetrius ante tempus hoc fuit mortuus, nam filius eius intrauit regnum patrum suorum anno 165. vt habetur sup. primo libro 10. cap. & ante ipsum regnauerat Alexander duobus annis, qui interfecerat patrem suum, vt patet in principio eiusdem capituli 10. iste verò Demetrius filius primi Demetrij regnauit vsque ad annum 172. in quo fuit captus & incarceratus, vt habetur primo libro 14. cap. Ex quo patet, quod iste Demetrius filius primi Demetrij, adhuc regnabat anno centesimo sexagesimonono. Et ideo quod dicitur hic,* Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimonono. *Intelligitur de ipso. Ipse verò ante captionem suam, cum Simone summo sacerdote & Gente Iudæorum renouauit amicitiam, & concessit ei plures libertates, & priuilegia quam ante concesserat tempore Ionathæ, vel alij reges prædecessores sui, vt habetur decimotertio capitulo primi libri, propter hoc subditur ibi,* Ablatum est iugum gentium ab Israel. Et fuit populus in magna lætitia, & pace bona toto tempore Simonis. *Et sic est verisimile vt dicit super locum istum dominus Hugo Cardinalis, quod illo tempore scripserunt Iudæis habitantibus in Aegypto de solemnitatibus istis recipiendis. Licet enim tempore Iudæ primum festum fuerit institutum, non tamen à Iudæis in Aegypto manentibus receptum, vt patet ex eius epistola sequente, in qua nulla fit mentio de hoc festo, licet scribatur Iudæis manentibus in Aegypto.*

Diuisio.

Cuius filius fuit iste Demetrius de quo hic v. 7.

18 Nos Iudæi, *Manentes in Ierusalem & Iudæa.*
19 Scripsimus vobis. *De solemnitatibus hic contentis & de aliis in hoc libro scriptis. Sed contra hoc obiicitur, quia, sicut dictum est, hæc scripserunt adepta libertate tempore Simonis & Demetrio regnante, hoc fuit anno 170. vt habetur cap. 3. primi libri. Ad hoc potest dici, quod hoc negotium fuit inchoatum anno centesimo sexagesimonono, & consummatum anno sequenti. Hic autem ponitur data pro tempore inchoationis: ibi verò pro tempore consummationis. Dicitur autem,* Nos Iudæi, &c. *Quia idem populus fuit tempore Iudæ & Simonis, & cum hoc etiam eadem personæ numero in multis, vt patet de Iuda & Simone qui fuerunt fratres & contemporanei, vt patet 2. c. primi lib. Et idem erat de multis aliis.*

De data huius epistolæ.

MORALITER.

† 18 *Nos Iudæi, &c.* Scripserunt autem de duobus principaliter, licet aliqua alia in hac præfatione, quæ interponantur, non multum sunt ad propositum: ideo ea dimitto. Primum autem est exhortatio ad obseruationem diei Scœnophegiæ seu dedicationis templi.

† RVPERT. l. 10. de vict. verbi Dei c. 15. Commune decretũ gentis Iudæorum factum Hierosolymis scripserunt ad eos, qui erant in Ægypto, semel, & iterum. Per quod datur intelligi, quod ad primam vicem non obtemperauerint, vtpote aliud templum habentes, & templum quod erat Hierosolymis contemnentes, atque idcirco festum dedicationis illius suscipere detrectabant. Proinde notandum quod prima admonitione, sequens aliquantulũ acrior sit. Nam prima salutatio dulcis est: in secunda, fraterni nominis deest dulcedo. Diciturque, *Populus qui est Ierosolymis, &c.* adiecto quasi cum supercilio, *Senatusq. & Iudas, &c.* Nomen quippe Senatus, iudicialis intentionis est signum. Porrò, quis fuerit ille Iudas, non facilè ex historiis potest agnosci, nisi fortè ille sit Iudas Essæus genere, qui sub illis temporibus extitit: qui (vt ait Iosephus) numquam in his quæ prædixit, mentitus est.

Altero scripto atrius pungunt Ierosolymitani Iudæos schismaticos in Ægypto.

Iudas Essæus.

a *Populus qui, &c.* RABAN. Aristobolus hic fuit natione Iudæus, sed Peripateticus Philosophus esse agnoscitur, qui ad Philometorem Ptolemæum explanationum in Moysem commentarios scripsit vt Chronographi produnt: quo etiam tempore Syriæ & Asiæ regnabat Antiochus Epiphanes.

b *De magnis periculis à Deo liberati, &c.* † RVPERTVS vbi sup. c. 16. Vide quomodo secundum intentionem, quam diximus, procedant dicta venerabilia, sanctam terram, sanctam ciuitatem pronuntiantia, qui videlicet pulchri sermonis ornatus ab huiusmodi principio vsque ad finem ferè per omne libri corpus seruatur, sine dubio contra æmulationes eorum, qui alibi contra legem volebant habere templum, vel sancta sanctorum.

in tribulatione & impetu qui superuenit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta terra, & à regno. [8] Portam succenderunt & effuderunt sanguinem innocentem. Et orauimus ad dominum & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium & similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes. [9] Et nunc frequentate dies Scœnophegiæ mensis Casleu. [10] a Anno centesimo octogesimo octauo, populus qui est Ierosolymis & in Iudæa senatusque & Iudas Aristobolo magistro Ptolemæi regis qui est de genere Christorum sacerdotum, & his qui in Ægypto sunt Iudæis, salutem & sanitatem. [11] b De magnis periculis à Deo liberati

RABAN. Qualiter autem Antiochus Epiphanes, (qui mala Iudæis vltra omnes reges qui ante se fuerunt in Syria, infligebat) regnum perdiderit & vitã finierit, & liber prior historiæ istius commemorat, & Iosephus in historiarum antiquitatis Iudaicæ libro duode-

Ioseph. Ii. antiq. c. 11.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In tribulatione. *Id est, de tribulatione.*

2 Et impetu, &c. *Scribendo enim de sua libertatis adeptione & festorum receptione, habuerunt tangere de præcedenti tribulatione.*

3 Ex quo recessit Iason à sancta terra, & à regno. *Hic enim ambiens sacerdotium, iuit ad regem Antiochum, incitans eum de translatione Iudæorum ad Gentilium ritum, vt habetur infrà 4. cap. Et istud fuit principium malorum, quæ fecit Antiochus Epiphanes in Ierusalem, vt habetur supra 1. lib. & etiam infra in hoc secundo. Ideo subditur,*

4 Portam succen. *Id est, portas ciuitatis & templi, vt habetur 4. c. lib. 1.*

5 Et effuderunt. *Vt habetur 1. lib. & in hoc secundo.*

6 Et orauimus ad. *Magis pugnantes orationibus quam armis.*

7 Et exauditi. *Antiochi ducibus debellatis.*

8 Et obtulimus sacrificium & similaginem. *In templo recuperato & purificato, vt habetur 1. lib. 4. cap. Et dicitur hic sacrificium, oblatio de animalibus. Similago, farina est frumenti delicatissima, de qua fiebant panes propositionum.*

9 Et nunc frequentate. *Id est, singulis annis celebrate.*

10 Dies Scœnophegiæ, *Id est, purificationis templi, quam constituit Iudas octo diebus celebrari à quintadecima die mensis Casleu.*

11 Anno centesimo. *Hic consequenter ponitur declaratio seu confirmatio dicti, scilicet de tribulatione quæ superuenerat eis tempore Antiochi: & hoc fit per quamdam epistolam in Aegyptum tempore Iudæ missam cuius tenor hic recolitur, cùm dicitur,* Anno centesimo octogesimo octauo populus qui est Ierosolymis, &c. *Sed hoc videtur falsum, quia data epistola præcedentis, quæ fuit scripta post mortẽ Iudæ quasi viginti annis talis est, anno 169. vt dictum est. Et sic Iudas longo tempore scripsisset post mortem suam; Dicendum quod in epistola Iudæ numeratio annorum non incipit à principio regni Græcorum, sicut alia, sed antè vt hic innuit glos. sed vbi incipit, non dicit. Potest autem dici rationabiliter, quod incipit à duodecimo anno regni Assueri: in quo mirabili modo liberatus fuit populus Israel à persecutione Aman, vt habetur Esther 3. cap. Et hoc propter duo. Primò, quia liberatio ista fuit valdè mirabilis & notabilis, Iudæi verò incipiebant numerationes annorum à factis notabilibus, vt dictum est suprà; Secundò, quia liberatio illa fuit similis istis temporibus Antiochi, propter quæ epistola Iudæ loquens de hac liberatione incipit ab illa numerare. Assuerus verò secundum computationẽ, quam posui Dan. 9. regnauit annis 40. circiter, & sic à 12. anno regni eius inclusiuè in quo fuit facta liberatio populi ab Aman persecutione, remanent de regno eius 29. anni, cui secundum Hebræos, quos in hoc secutus sum, in præcedentibus successit Darius, ipsius & Esther reginæ filius, qui regnauit sex annis vsque ad consummationem templi secundi, vt patet 1. Esdræ 6. Neemiæ 15. vsque ad debellationem eius per Alexandrum magnum secundum Hebræos, sicut dixi plenius super librum Dan. A quo Alexandro incipit regnum Græcorum, vt dictum est in principio primi libri, cuius regni fluxerant 148. anni, quando purificatum fuit templum per Iudam Machabæum, vt habetur supra 1. lib. 4. cap. ducibus Antiochi debellatis. Isti verò anni simul iuncti faciunt annos 188. in epistola Iudæ numeratos.*

Quomodo colligendi sint anni 188. in epistola Iudæ positi.

12 Aristobolo magistro Ptolemæi, *Scilicet Philometoris, qui fuit nepos Antiochi Epiphanis, vt ostensum fuit Dan. 11. & adhuc ostendetur infrà 4. c. & per consequens fuit tempore Iudæ Machabæi, vt patet ex supradictis 1. lib. Huius autem Ptolemæi dicitur Aristobolus magister, quia fecit sibi commentarios super libros Moysi, & erat natione Iudæus. Ideo subditur,*

13 Qui est de genere Christorũ. *Vnctorum: Christus enim à Chrismate dicitur, descendit enim ab Aaron, tamen linea recta sacerdotalis non peruenit vsque ad eum.*

14 Salutem, *Scilicet animæ.*

15 Et sanitatem, *Corporis. Et subditur epistolæ narratio. In qua ponitur primò euasio sui periculi, Secundò, prostratio Antiochi, ibi,* Nam cùm in Perside. *Circa primum dicitur,*

16 De magnis periculis, *Tempore Antiochi Epiphanis.*

17 A Deo, *Sua gratia, non virtute nostra vel meritis.*

Magnificè.

MORALITER.

† MORAL. autem templum domini est quilibet fidelis, sicut dicitur 1. Cor. 3. f. *Templum domini sanctum est, quod estis vos.* Et hoc templum debet dedicari ad similitudinem materialis templi, in qua dedicatione Episcopus templum vel ecclesiam circumit, & aqua aspergit: Et iste circuitus significat in nobis diligentem conscientię discussionem per peccatorum propriorum recordationem, & aspersio aquæ benedictæ, effusionem lachrymarum per veram contritionem, de quibus dicitur Isaiæ 38. c. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*

Dedicationis ritus.

Item in pauimento ecclesiæ scribitur alphabetum Græcum ab angulo in angulum transuersaliter, per quod significatur descriptio mandatorum in corde iusti, Prou. 7. a. *Scribe ea in tabulis cordis tui.*

Item in parietibus pingitur crucis signum, per quod in nobis significatur mortificatio carnis, 2. Cor. 4. a. *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita eius in nobis manifestetur.*

Mortificatio carnis.

Iterum ponuntur candelæ ardentes iuxta crucem, per quod significatur quod carnis mortificatio seu quodcumque aliud bonũ, quod apparet exterius, debet fieri ad honorem Dei & ædificationem proximi, Matth. 5. b. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.* Et Gregor. in homil. *Sit autem opus bonum in publico quatenus intentio maneat in occulto, vt de bono opere proximis præbeamus exemplum, tamen intentione qua soli Deo placere quærimus semper optemus secretum.*

† Secun-

duodecimo testatur, dicens: Rex Antiochus superiorem prouinciam percurrens, audiuit ciuitatem Persarum diuitiis excellentem Elimaidam nomine, pretiosissimumque templum in ea Dianæ & omni specie ornamentorum plenum: insuper & arma & loricas reliquisse audierat filium Philippi regem Macedonũ Alexandrum. Commotus ergo egreditur contra Elimaidam, & obsidebat eam. His verò qui in ea erant minimè territis impetu eius neque obsidione, sed pertinaciter repugnantibus pene decerptus discessit. Nam exeuntes ciuitatem fugauerunt & persequebãtur eum vsque Babyloniam, vbi cùm post multã suorum militum amissionem venissent quidam de Iudæis, nuntiauit illi, & ducum perditionem, quos pugnare cõtra Iudæos reliquerat, & creuisse fortitudinem Iudæorum. Super priorem itaque curam: hoc crescente malo incurrit in ægritudinem. Quo diu tenente & crescentibus passionibus intellexit quod moreretur. Connocansque amicos morbum suum eis atrocem esse indicauit, confessus hæc ideo se pati quod Iudæorum gentem affligens templum spoliasset, Deumque contempsisset, quo dicto illico expirauit. Vnde miror Polybium Megalopolitam (qui vir bonus existẽs) dixit ideo periisse Antiochum, quia voluit templum Dianæ in Perside deuastare. Nam qui *nullatenus egit peccatum, sed tantum cogitauit, nullo reatu tenetur.* Si autem Polybio videtur, ideo Antiochum vitam finisse multò plus verisimile creditur propter templi Ierosolymitani sacrilegium regẽ periisse.

Expeditio Antiochi Epiphanis in Persidem. illius infelix successus.

Polybius.

Error Iosephi, & Iudæorum.

a *Per omnia Deus benedictus, &c.* † RVPERTVS lib. 1. de vict. verb. Dei c. 16. Ista gratulatio de impiorum interitu, ad commendationem spectat loci sancti, & eius cuius in Ægypto similitudinem fecerant templi Dei, quòd verè solum illud sanctum deberet haberi, in quo solum apparuerit manifesta quædam Dei virtus, vindictas exigens de his quicumque inhonorassent illud; & quamuis propter peccata inhabitantium interdum acciderit circa locum despectio, non tamen impunè abirent, quicumque despectui locum habuissent.

In vno & solo templo Hierosolymitano legalia sacra perfici volebat Deus.

magnificè gratias agimus ipsi, vtpote qui aduersus talem regem dimicauimus. [12] Ipse enim ebullire fecit de Perside eos qui pugnauerunt contra nos & sanctam ciuitatem. [13] Nam cum in Perside esset dux ipse, & cum ipso immensus exercitus cecidit in templo Naneæ, consilio deceptus sacerdotis Naneæ. [14] Etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, & vt acciperet pecunias multas dotis nomine. [15] Cumque proposuissent eas sacerdotes Naneæ, & ipse cum paucis esset intra ingressus ambitum phani, clauserunt templum. [16] Cùm autem intrasset Antiochus apertoque occulto aditu templi mittentes lapides percusserunt ducem & eos qui cum eo erant, & diuiserunt membratim, & capitibus amputatis foras proiecerunt. [17] a Per omnia Deus benedictus qui tradidit impios. [18] b Facturi igitur quinta & vicesima die

b *Facturi igitur, &c.* RABAN. Hæc quippe, quæ Ierosolymitani Iudæi scribentes ad eos qui per Ægyptum fuerunt Iudæos, de igne reperto in puteo in similitudinem aquæ crassæ conuerso, neque in Esdræ, neque in Neemiæ scriptis aut dictis alicubi reperire potuimus: Sicut nec illud quod in posterioribus de arcæ tabernaculi absconsione per Ieremiam asserunt, nullo modo in ipsius Ieremiæ libro scriptum inueniri potest; vnde constat hæc illos aut maiorum suorum traditione didicisse, aut in apocryphis eorum libris exarata reperisse.

Vnde hæc sumpserint Iudæi de absconsione ignis sacri & arcæ.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Magnificè. *Tamquam de beneficiis eius grati.*
2 Vtpote qui aduersus talem regem. *Scilicet Syriæ & Persidis, cuius regnum erat valdè magnæ potentiæ & virtutis.*
3 Dimicauimus, *Debellatis eius ducibus.*
4 Ipse enim ebullire, *Id est, in magna multitudine venire.*
5 Fecit de Perside eos, &c. *Et patet ex dictis primo libro.*
6 Nam cum in Pers. *Hic consequenter fit narratio de Antiochi prostratione, cùm subditur,*
7 Cecidit in templo. *Dicunt aliqui quod hoc dicitur de Antiocho Epiphane, qui fuit contemporaneus Iudæ Machabæo. Et sic videtur hæc expositio præcedentibus concordare. Sed huic obuiat quod dictum est suprà 1. lib. cap. 6. quod Antiochus Epiphanes mortuus fuit languore in lecto suo, non in templo. nec gladio, sicut dicitur hic. Simile infrà 9. cap. dicitur quod mortuus fuit in montibus miserrimè reuertendo de Perside. Ad hoc autem respondent doctores dicti, quod pro tanto dicitur hic in templo Naneæ cecidisse, eò quòd ibi mortui fuerunt amici eius, vt hic dicitur, qui erant robur sui exercitus; sicut de homine cui contigit magnum infortunium, dicitur communiter quod est mortuus, licet in persona sua sit viuus, & sic dicunt quod de illo templo euasit Antiochus. Sed huic responsioni videtur obuiare quod subditur;* Clauserunt templum, *cùm intrasset Antiochus: & sic non videtur quod euaserit, quia sacerdotes mortem eius magis quærebant quàm aliorum. Ideo subditur,* Percusserunt ducem, *primò & principaliter,* Et eos qui cum eo erant, *consequenter,* Et diuiserunt membratim. *Quod autem per ducem intelligatur rex Antiochus, patet ex principio partis huius, vbi dicitur:* Nam cùm in Perside esset dux ipse. *Id est, Antiochus Epiphanes, vt dicunt isti; igitur propter ista dicunt aliqui quod scriptura loquitur hic de morte Antiochi magni, qui fuit pater Antiochi Epiphanis. Et quia pater & filius sunt quasi vna persona, nam pater quodammodo manet in filio, secundùm illud Eccles. 30. 4.* Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: reliquit enim filium similem sibi. *Ideo non est mirandum si scriptura ante loquens immediatè transit de filio ad patrem. Frequenter enim in sacra scriptura fit talis transitus de vna persona ad aliam propter affinitatem, sicut ostendi in principio Gen. loquendo de modis exponendi scripturam sacram.* Sic igitur intelligendo dicitur: Nam cùm in Perside esset dux, *Id est, Antiochus magnus,* cecidit in templo Naneæ. *Nam fugatus de bello à Scipione Aphricano rediens ad terram suam, mortuus fuit in hoc templo, vt dixi plenius Dan. 11.*

Cuius Antiochi cædes hic describatur facta in templo Naneæ.

8 Consilio deceptus, &c. *Nam vt interficerent eum, eò quòd esset prædator templorum, induxerunt ad illud quod subditur,*
9 Etenim cum ea, *Id est Nanea.*
10 Habitaturus venit, *Id est, facturus ei reuerentiam.*
11 Et vt accipe. pe. *Hoc enim sibi promiserant sacerdotes, quod facta Dianæ debita reuerentia traderent ei pecunias quæ erant in templo.*
12 Dotis nomine, *Id est, quibus dotatum erat templum, nec erant necessaria ad sumptus templi vel sacrificiorum.*
13 Cumque propo. *Vt magis allicerent eum.*
14 Clauser. *Quasi habentes ad eum negotium secretum.*
15 Apertoque occul. *Per quem introierunt homines ad eius mortem parati.*
16 Et diuise. *Propter quod corpus eius non fuit cognitum, nec honore regio sepultum, sicut dixi Dan. 11.*
17 Per omnia Deus benedict. *Hoc dixerunt non zelo vindictæ, sed iustitiæ diuinæ, & in hoc terminatur epistola Iudæ.*
18 Facturi, &c. *Hic ponitur conclusio Iudæorum, qui scripserunt Iudæis habitantibus in Aegypto tempore Demetrij intendentes eos inducere ad celebrationem purificationis templi: vt dictum est suprà. propter quod sic concludunt:* Facturi igitur, *Id est, nos celebraturi,* vicesima quin. men. Casleu. *Id est, Nouembris.*

MORALITER.

† Secundum autem est exhortatio ad obseruationem solemnitatis de datione ignis de cælo tempore Neemiæ: de qua datione dicitur quod orationem faciebant Sacerdotes, & sol qui prius erat in nubilo refulsit, & accensus est ignis magnus. Per solem istum significatur dominus noster IESVS Christus, de quo dicitur Malach. 4. *Orietur vobis timentibus Deum sol iustitiæ.* Iste sol fuit in nubilo quamdiu fuit in corpore mortali, sed postea refulsit, & maximè quando ad patris dexteram fuit assumptus. Per Sacerdotes orantes significantur Apostoli, & qui cum illis erant fideles, quibus orantibus Christus misit Spiritum sanctum in specie ignis super omnes in die Pentecostes: quo igne fuerunt illuminati intellectu scripturarum, & eloquentes effecti per donum linguarum, & sic ardentes in amore Christi, vt non timerent, sed magis gauderent pro ipso contumeliam pati. Et sic patet, quod ignis iste fuit valdè magnus virtute.

Christus sol iustitiæ.

Datio Spiritus sancti in die Pentecostes.

mensis Casleu purificationem templi, necessarium duximus significare vobis, vt & vos quoque agatis diem Scœnophegiæ: & diem ignis qui datus est quando Neemias ædificato a Templo & altari obtulit sacrificia. [19] * Nam cùm in Persidem ducerentur patres nostri, sacerdotes qui tunc Dei erant cultores, acceptum ignem de Altari occultè absconderunt in valle vbi erat puteus altus & siccus, & in eo contutati sunt eum, ita vt omnibus ignotus esset locus. [20] Cùm autem præterissent anni multi, & placuit Deo vt mitteretur Neemias à rege Persidis, nepotes sacerdotum illorum qui absconderant misit ad requirendum ignem, & sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. [21] Et iussit eos haurire & afferre sibi & sacrificia quæ imposita erant iussit Neemias sacerdos aspergi aqua ipsa & ligna & quæ erant superposita. [22] Vtque hoc factum est, & tempus affuit quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus ita vt omnes mirarentur. [23] Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium Ionatha in- b choante, ceteris autem respondentibus. [24] Et Neemiæ erat oratio hunc habens modum: Domine Deus omnium creator terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus rex, [25] solus præstans, solus iustus & omnipotens & æternus: qui liberas Israel de omni malo: qui fecisti patres electos, & sanctificasti eos, [26] accipe sacrificium pro vniuerso populo tuo Israel, & custodi partem tuam & sancti- c fica. [27] Congrega dispersionem nostram, libera eos qui seruiunt Gentibus, & contemptos & abominatos respice, vt sciant gentes, quia tu es Deus noster. [28] Afflige opprimentes nos, & contumeliam facientes in superbia. [29] * Constitue populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Moses.

se. Nos ergo quod A incertũ est delinquẽtes, ad ea quæ certa canonicorũ librorũ attestatione esse manifestum est, calamum conuertamus.

a *Cum in Persidem ducerentur patres, &c.* † AMBROS. l.3. Offic. c.14. Consideremus aliquid, quod in captiuitate gestum, summum tenuit honestatis decorẽ. Nullis enim aduersis honestas B impeditur, quæ in his eminet, & magis præcellit quã in prosperis. Inter vincula itaque, inter arma, flammas, seruitutem (quæ liberis omni supplicio grauior est) inter pœnas morientium, excidia patriæ, viuorum formidine, sanguinem C peremptorum, non excidit cura honestatis maioribus nostris, sed inter euersæ patriæ cineres & fauillas, in affectibus piis resplenduit & refulsit. Nam cùm in Persidem ducerentur patres nostri, qui tunc Dei omnipotentis cultores erant, acceptũ ignem de altari Sacerdotes Domini occultè in valle absconderunt. Erat illic velut patens puteus, aquæ secessu infrequens, nec populari sui patens, ab arbitris remoto loco: ibi obsignauerunt iudicio sacro pariter ac silentio ignem reconditum. Non illis studio fuit aurum defodere, ar- D gentum abscondere, quod seruarent posteris suis: sed inter extrema sua honestatis curam habentes, sacrum ignem seruandum putauerunt, ne eum vel impuri contaminarent, vel defunctorum sanguis extingueret, vel deformium ruinarum aceruus aboleret, &c.

Honesti & pietatis studium magis enitescit in aduersis quàm in prosperis.

* 1.q.1. sicut eunuchus. Ignem qui per 70. annos Babylonica captiuitatis sub aqua vixerat extinctum fuisse Antiocho tradente sacerdotium Iasoni.

E b *Et Neemiæ erat oratio, &c.* † CHRYSOST. hom. de orat. Annæ. Hic attende orationis vires & conditiones. Nam illa potissima est deprecatio, quum ab intimis voces feruntur, hoc præcipuè mentis est exercitatæ non intensione vocis, sed animi feruore precationem absoluere. Sic orauit & Moyses, qui cùm nihil voce resonaret, Deus tamen, *quid inquit, clamas ad me.*

Clamor cordis non oris commendat orationem.

Exod. 14.

F c *Congrega dispersionem, &c.* † RVPERT. lib. 10. de vict. verbi Dei c.19. Vide quàm subtiliter, quàm moderatè, conueniant illos, & arguant vt legis præuaricatores. *Congrega, inquit, dispersos, &c. Constitue populum in loco sancto tuo, &c.* Nimirum locum Dei sanctum Hierosolymis esse volentes: contra cuius electorem locus in Ægypto præsumptus sanctus vtique esse non posset.

* Deut. 30. d.

Sacer-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Purificationem templi. *Sicut statuit Iudas & fratres eius 4. c. 1. lib.*
2 Necessar. *Id est, vtile.*
3 Duxi. signi. vo. *Amicis & fratribus nostris.*
4 Vt & vos quoque aga. *Sicut & nos.*
5 Diem Scœno. *Id est, purificationis dicta.*
6 Et diem ignis qui datus est quando Neemias ædificato, &c. *Hic consequenter ponitur inuitatio ad festum secundum. Circa quod primo ponitur festi ratio. Secundo eius celebratio, ibi,* Orationem autem. *Tertio eiusdem approbatio, ibi,* Vt verò manifestata. *Circa primum dicitur,* Et diem ignis, *A Deo de cælo, similiter celebretis. Et subditur dationis tẽpus,* Quando Neemias: *De hoc tamen nulla fit mentio in Esdra & Neemia. Et subditur dationis modus, cùm dicitur,*
7 Nam cùm in Persidem, &c. *Iudæi verò de regno decem tribuum fuerunt ducti captiui in regnum Assy. & Persidis, vt habetur 4. Reg. 18. a. Sed de illis non videtur hic scriptura loqui, sed de illis & de regno Iuda in quo erat templum & isti translati fuerunt in Babylonem, propter quod dicunt aliqui quod nomine Persidis hic intelligitur totum regnum Nabuchodonosor regis, sicut totum intelligitur per partem.*

Quomodo Iudæi de regno duarũ tribuum dicantur captiui ducti in Persidẽ.

Potest etiam aliter dici, quod cum Nabuchodonosor contra Ierusalem venerunt multi de regno Persidis, qui habuerunt partem suam de captiuis, & sic duxerunt illos in Persidem.
8 Acceptum, &c. *Holocaustorum.*
9 Absconderunt in valle, *scilicet Iosaphat, vt dicunt aliqui, eo quod est propinqua loco templi.*
10 Altus. *id est, profundus.*
11 Et siccus, & in eo, &c. *id est, aqua carens. Cetera patent in littera vsque ibi.*
12 Accensus est ignis magnus, &c. *Non humanitus, sed diuinitus, ideo subditur,*
13 Ita vt omnes mirarentur, *Non enim esset mirabile, si accensus fuisset ab homine.*
14 Orationem autem, &c. *Hic consequenter ponitur festi celebratio quantum ad eius initium, cùm dicitur,* Oratio *propter sacrificium & dationem ignis ad eius consumptionem, sicut datus fuerat tempore Eliæ post aspersionem aquæ 3. Reg. 18.*
15 Ionatha inch. cet. au. &c. *Quia principalis erat inter cantores.*
16 Terribil. *Peccatoribus.*
17 Iustus. *Nam iustitia & misericordia relucent in omnibus Dei operibus.*
18 Qui solus es bonus rex. *Per essentiam, alij verò per participationem tantum.*
19 Solus præstans. *Scilicet beneficia, nam alij non præstant nisi virtute diuina.*
20 Qui feci. *Scilicet Abraham, Isaac & Iacob quos elegisti per tuam misericordiam.*
21 Et sanctificasti eos, &c. *Per tuam gratiam.*
22 Et custodi partem tuam, &c. *Id est, populum Israel qui pluribus locis veteris testamenti dicitur pars & hereditas domini.*
23 Congrega. *Non enim redierant omnes de Babylone, & in aliis regnis multi erant dispersi.*
24 Afflige opprimentes nos. *Hoc dixit Neemias non zelo vindictæ, sed iustitiæ.*
25 Constitue popul. *id est, in Ierusalem & Iudæa.*
26 Sicut dixit Moyses, *Deut. 30. Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde retrahet te Dominus Deus tuus.*

12 Accen- Cùm

a Sacerdotes autẽ psallebant,&c. †HILAR. in Psal.140. Quatuor genera orationum Apostolus esse significat ad Timotheum scribens, quæ complectitur hęc oratio. Exoro primo omnium fieri precationes, orationes, gratiarum actiones, postulationes. Humilitatis nostræ est deprecari, magnificentiæ Dei est orari, fidei est postulare, confessionis & laudis est gratulari. † AMBROS. l.3. offic. c.14. Neemias secum deduxit illorum sacerdotũ nepotes, qui profecturi de patrio solo, sacrum (ne periret) ignem absconderant. Venientes autem, vt patrum sermone est proditum, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam, &c. Orabat Neemias, psallebant sacerdotes hymnum Deo,&c.

Quatuor orationum genera.

*1.q.1. sicut eunuchus. Idem quod in præcedenti pag.

a [30] Sacerdotes autem psallebant hymnos, vsquequo consumptum esset sacrificium. [31] Cùm autem consumptum esset sacrificium, ex residua aqua Neemias iussit lapides maiores perfundi. [32] Quod vt factum est, ex eis flamma accensa est, sed ex lumine quod refulsit ab altari consumpta est. [33] Vt vero manifestata est res, renuntiatum est regi Persarum, quod in loco in quo ignem absconderant hi qui translati fuerant sacerdotes: aqua apparuit, de qua Neemias & qui cum eo erant purificauerunt sacrificia. [34] Considerans autem rex & rem diligenter examinans, fecit ei templum, vt probaret quod factum erat. [35] Et cùm probasset, sacerdotibus donauit multa bona & alia atque alia munera, & accipiens manu sua, tribuebat eis. [36] * b Appellauit autem Neemias hunc locum Nepthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

b Appellauit autem Neemias, &c. † RVPERTVS l.10. de vict. c.19. Diem illum siue sacrificium illud, appellauit Neemias, Nepthar, quod interpretatur, Purificatio, quæ alia vel alterius rationis erat quàm Purificatio mẽsis Casleu, de qua suprà diximus, quam appellabant purificationẽ tẽpli. Istam verò diem ignis, qui videlicet dies, cuius mensis quotus fuerit, non oportuit illis annuntiari, quia sciebant, & olim celebrauerant.

Purificationes duæ vna templi alia quæ dicebatur Nepthar.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cùm autem consum. *Per ignem cælitus datum, erat enim oblatum in holocaustum quod incendebatur totaliter ad honorem diuinum.*
2 Et residua. *Quæ non fuerat aspersa super sacrificia & ligna.*
3 Neemias iussit lapides maio. *Scilicet lapides laterales altaris.*
4 Ex eis flam. *Similiter diuinitus.*
5 Sed ex lum. *Quia maior flamma consumit minorem.*
6 Vt vero, &c. *Hic consequenter ponitur dictæ celebrationis approbatio, cùm dicitur:* Vt vero manife. est res. *Id est, dicta consumptio sacrificiorum per ignem cælitus datum.*
7 Considerans, &c. *Hoc non erat factum humanum, sed diuinum.*
8 Et rem. *Ne fortè fuisset ibi aliquid fictitium.*
9 Fecit ei tem. *Si accipiatur hic factio propriè, iste rex fuit Darius, cuius anno 6. consummatum est templum secundum 1. Esdræ 6. & hoc consonat dictis Hebræorum, qui inter Cyrum & hunc Darium ponunt tantum duos reges, scilicet Cambysem & Assuerum, vt dictum fuit 1. Esdræ & 9. Dan. Nec obuiat quod alibi dicitur rex iste Artaxerxes: quia secundum Hebræos illo tempore omnes reges Persarum nomine regni vocabantur Artaxerxes, & cum hoc habebant nomen proprium personæ: vt Cyrus, Cambyses, & huiusmodi, sicut reges Romani dicuntur Cæsares nomine communi, & cum hoc habent nomen personale, vt Iulius, Augustus, Tyberius, &c. Secundum alios historiographos Neemias fuit missus post templi consummationem, & secundum hoc factio accipitur large, cùm dicitur,* Fecit. *Id est, factum decorauit & honorauit. Non enim potest dici, quod rex in Perside fecerit templum sacerdoti Neemiæ, nam extra Ierusalem non erat licitum Iudæis templum erigere seu sacrificare, propter quod Neemias, qui sanctus erat, hoc non sustinuisset.*

Artaxerxes nomen dignitatis non personæ.

10 Vt probaret. *Id est, vt facto approbaret tamquam verum dictum miraculum in Ierusalem factum.*
11 Et cùm prob. *Id est, approbasset.*
12 Sacerd. *Per ducem nomine ipsius Iudaam regentem.*
13 Et accip. ma. sua. *Id est, non solum per prædictum ducem dedit eis munera, sed etiam in persona propria, quod tripliciter potest intelligi. Vno modo veniendo in Ierusalem ex deuotione, Alio modo per semetipsum disponendo in Perside dona sacerdotibus in Ierusalem transmittenda, Tertio modo, quia ciuitate reædificata Neemias sacerdos rediit ad regem, & cum eo aliqui alij sacerdotes, quibus manu propria dona dedit.*
14 Appellauit autem Neemias hunc locum. *Id est, festum in hoc loco notatum.*
15 Nepthar, quod interpretatur purificatio. *Et idem significat* Nephi: *Idem enim Idioma variatur secundum diuersas partes terræ: sicut Idioma gallicum Parisiis & in Picardia aliter pronuntiatur.*

CAP. II.

a INuenitur autem in descriptionib. Iere. &c. † RVPERTVS lib.10. de vict. verbi Dei c.20. Narrationibus tam veris, locum electum, templum sanctum, atque legitimum, decertantes non potuisse illos habere in terra Ægypti, sed haberi in Hierosolymis, nõ nihil sibi deesse sentiebant: quia videlicet tabernaculum, & arcam, & altare incensi, quod fecit Moyses non habebãt. Profectò æmulus ipsorum Iudæis habentibus in Ægypto templum, videbatur quod gloria trãslata fuisset à Hierosolymis, quoniam nõ haberẽt illa insignia; super isto quasi gloriæ detrimento, consolantur seipsos sic inferendo: *Inuenitur autem in descriptionibus, &c.* Consolatio hæc opportuna tunc extitit, magnam pro Dei legitimo templo quod erat Hierosolymis, superexaltans coronam spei, ne vel propter hoc quod non habebat tabernaculum, & arcam, & altare incensi, videretur Ægyptio templo non posse præferri.

Secundum templum ignobilius videbatur.

propterea quod ibi nõ esset Arca, &c.

Ibid. c.21.

CAP. II.

a [1] INuenitur autem in descriptionibus Ieremiæ prophetæ, quod iussit eos ignem accipere qui transmigrabantur, vt significatum est, & vt mandauit transmigratis. [2] Et dedit illis legem ne obliuiscerentur præcepta domini, & vt non exerrarent mentibus videntes simulachra aurea & argentea & ornamenta eorum. [3] Et alia huiusmodi dicens, hortabatur ne legem amouerent à corde suo. [4] Erat autem in ipsa scriptura, quomodo Tabernaculum & Arcam

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. II.

INuenitur, &c. *Posita inuitatione ad obseruantiam duplicis festi, & hoc per verba, hic consequenter ponitur inuitatio ad idem per Prophetarum dicta. Et diuiditur in duas partes, scilicet in partem principalem & incidentalem, quæ incipit ibi,* Et qualiter cõstruens. *Prima in duas, quia inducit primò ad secundum festum, vt continuentur dicta dicendis, Secundo ad primum ibi:* Similiter & Salomon. *Circa primum primò ponuntur Ieremiæ dicta, cùm dicitur,*

Diuisio.

1 Inuenitur autem, &c. *Istas descriptiones non habebamus, nec etiam Hebræi.*
2 Et vt mandauit, &c. *Hoc bene habetur in epistola quæ denominatur à Baruch, eo quod fuit eius scriptor & portitor, vt tamen tenetur communiter quod Ieremias fuit eius auctor.*
3 Erat autem, &c. *Scilicet descriptionum prædictarum quas non habemus.*
4 Quomodo tabernaculum. *Quæ fecit Beseleel in deserto, Exod.36.*

iussit propheta diuino responso ad se facto comitari secum, vsquequo exiit in montem* in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hereditatem. [a] Et veniens ibi Ieremias, inuenit locum speluncæ, & tabernaculum & arcam & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit. [6] Et accesserunt quidam simul qui sequebantur, vt notarent sibi locum, & non potuerunt inuenire. [7] Vt autem cognouit Ieremias: culpans illos dixit, quòd ignotus erit locus donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat. [8] Et tunc dominus ostendet hæc & apparebit maiestas domini, & nubes erit sicut & Moysi manifestabatur: * & sicut cùm Salomon petiit, vt locus sanctificaretur magno Deo manifestabat hæc. [9] Magnificè etenim sapientiam tractabat, & vt sapientiam habens obtulit sacrificium dedicationis & consummationis templi. [10] Sicut & Moyses orabat ad dominum, & descendit ignis de cælo, & consumpsit holocaustum, sicut & Salomon orauit, & descendit ignis de cælo, & consumpsit holocaustum. [11] Et dixit Moyses eò quòd non sit comestum, quod erat pro peccato, & consumptum est. [12] *Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationem. [13] Inferebantur autem in descriptionibus & commentariis Neemiæ hæc eadem: & qualiter construens bibliothecam congregauit de regionibus libros & prophetarum, & Dauid, & epistolas regum, & de donariis. [14] Similiter autem & Iudas ea quæ didicerat per bellum quod nobis acciderat congregauit omnia, & sunt apud nos. [15] Si ergo desideratis hæc, mittite qui perferant vobis. [16] Acturi itaque purificationem scripsimus vobis, Bene ergo facietis, si egeritis hos dies. [17] Deus autem qui liberauit popu-

*Deut. 34. a.

*2. Reg. 8. g.

a Et veniens ibi Ieremias inuenit locũ, &c. † Dorotevs Cyp. Epis. in Synopsi. Hic propheta antequam caperetur templum arcam legalẽ, & quæ in ea erant abripuit, & in petram quamdam abdi fecit, dixitque adstãtibus: Profectus est dominus Sinai in cælum; Et iterum, Veniet legislator ex Sion cum potentia, & signum aduentus ipsius erit vobis, quando vniuersæ gentes lignum adorabunt. Dixit etiam, Arcam illam nemo eripiet, præter Aaronem: & tabulas in illa reconditas nemo introspiciet siue sacerdotũ, siue prophetarum, præter Moysen electũ Dei. Et in die resurrectionis arca primum resurget, & ex petra prodibit, ponetúrq; in montem Sina, & congregabuntur ad eam omnes sancti expectantes Dominum, & fugantes inimicum occidẽt eum venientem ad hanc petram, &c. *Eadem prorsus habet Epiphanius lib. de prophetarum vita & interitu. Attingit & strictum Theophylactus Com. in 9. c. epist. ad Hebræos, &c.*

† Ambros. l. 3. offic. c. 14. Vt cognouit Ieremias quod affectassent Iudæi notare locum, dixit: Ignotus erit locus, donec congreget Deus cõgregationem populi & propitius fiat. Tũc Deus ostendet hæc, & apparebit maiestas domini. Congregationem porrò populi nunc tenemus, propitiationem domini Dei nostri agnoscimus, quã propitiator operatus est passione. Arbitror quod nec ignẽ istum possimus ignorare, cùm legerimus, quia baptizat Dominus Iesus in Spiritu sancto & igni. Ille ignis typus Spiritus sancti fuit, qui descensurus erat post Domini ascensionem, & remissurus peccata omnium: qui quasi ignis inflammat animum ac mentem fidelem, &c.

Quando in lucem denuo prodibit arca?

2. Par. 7. d.

De signatis per arcæ & ignis reclusionem ac denuo eductionem.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iussit prophe. *Scilicet Ieremias.*
2 Diuino responso, &c. *Id est, ex diuino mandato.*
3 Comitari secum. *Per aliquos qui portabant ista.*
4 Vsquequo exiit in. *Scilicet Nebo in verticem Phasga, vt habetur Deuteron. vlt.*
5 Inuenit locum spelun. *Non à casu, sed ex diuina ostensione secundum istam scripturam.*
6 Et ostium. *Id est, introitum illius speluncæ incognoscibilem sua oratione reddidit. Ideo subditur,* Et accesserunt quidam.
7 Ignotus erit. *Hanc autem congregationem & propitiationem expectant Iudæi futuram in aduentu Meßiæ; & nos intelligimus esse factam in aduentu Christi, secundum quod dicitur Ioan. 11. g. quod Caiphas cùm esset pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus erat moriturus pro Gente: & non tantum pro Gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum.*

Quando facta sit congregatio & propitiatio hic à Ieremia prædicta.

ADDITIO.

†† Iosephvs Hebr. l. 1. hist. Iudaic. c. 17. In templo reparato post captiuitatem Babyl. arca non aderat, quia abstulerat eam Ieremias propheta, vnà cum omnibus cortinis, quas fecerat Moses seruus domini in deserto, & posuit eas in monte Nebo, vbi inuenit speluncam, in cuius concauitatem posuit eas. Cumque sequerentur sacerdotes qui fuerunt in diebus illis prophetam, vt aduerterent locum, respiciens Ieremias post se, & videns eos, iratus iurauit dicens: Non sciet homo, neque cognoscetur locus, donec venero ego & Elias famulus Domini, &c.

8 Et tunc dominus. *Cùm igitur ista non sint ostensa in aduentu Christi, quia secundum Hebræos à tempore captiuitatis Babylonicæ vsque nunc habita non fuit Arca domini, propter quod locus iste videtur aliquibus falsus, vel saltem dubius; posset tamen ad hoc dici, quod prædicta apparebunt in fine mundi in conuersione Iudæorum ad fidem Christi. Sed hoc videtur esse contra dictum Ierem. c. 3.* Et non dicent vltra Arca domini, neque ascendet super cor, neque fiet vltra. *Item quod hic dicitur de absconsione Arcæ & altaris incensi per Ieremiam, non habet magnam apparentiam, quia Ieremias in carcere fuit clausus vsque ad diem captionis Ierusalem per Chaldæos, vt patet Ierem. 37. & 38. & sicut ante captionem ciuitatis ista non fecit, nec post captionem vt videtur: quia capta ciuitate statim Chaldæi omnia pretiosa non solum aurea & argentea, sed etiam ærea confregerunt, & totum rapuerunt, & asportauerunt, 4. Reg. 25. & Ierem. vlt. propter quod non videtur verisimile, quod Ieremiæ dimiserint Arcam domini & altare incensi, quæ erant de auro purißimo, vt habetur in Exod. igitur propter ista & alia supra dicta de morte Antiochi à tempore Demetrij, quæ cum difficultate magna possunt cum aliis scripturæ locu concordari, vt patet ex supradictis. Liber iste secundus & maximè quantum ad præfationem reputatur à multis multum Apocryphus. Istud tamen maiorum iudicio derelinquo.*

Liranus vni atque alteri difficultati.

quam in hoc libro non assequitur succumbens non putat reponendũ inter canonicos.

9 Et sicut cum. *Hic consequenter inducuntur ad propositum dicta Salomonis & Moysi, cùm dicitur:* Et sicut, *2. Paral. 9. & 3. Reg. 8.*
10 Manifestabat hæc. *Scilicet nubes implens domum domini, 3. Reg. 8. & 2. Paral. 5.*
11 Et vt sapientiam habens obtulit sacrificium dedicationis. *Post dedicationem, 3. Reg. 8.*
12 Sicut & Moyses orabat ad dominum, & descendit ignis de, &c. *Leuitic. 9.*
13 Sicut & Salomon, *2. Paral. 7.*
14 Et dixit Moyses eo. *Hoc habetur Leuit. 10. vbi dicitur quod Moyses increpauit Eleazar & Ithamar, eò quòd hostiam pro peccato non comederant, sed inuenit eam exustam, & ideo cùm dicitur hic,* Et dixit, *Subintelligendum est increpationes contra Aaron & filios eius.*
15 Similiter. *Hic inducit ad primum festum, scilicet dedicationis per Iudam & fratres eius institutum, per factum Salomonis & dicta Neemiæ, cùm dicitur:* Similiter, &c.
16 Inferebantur, &c. *Quos non habemus, nec etiam Hebræi.*
17 Et qualiter. *Hic additur incidens de libris conscriptis & congregatis tempore Neemiæ, nam illo tempore Esdras sacerdos reparauit libros veteris testamenti, qui fuerant combusti per Chaldæos.*
18 Similiter aut. & Iudas. *Ex quo videtur, quod eius tempore & etiam auctoritate, fuerunt eius facta & fratrum suorum descripta.*
19 Acturi. *Hic vltimò ponitur intenta conclusio, scilicet inductio Iudæorum habitantium in Aegypto ad celebrationem duorum festorum prædictorum, de quibus dicitur,*
20 Bene ergo. *Eos solemnizantes, & vt hoc libentius faciant, dant eis spem de diuinis beneficiis amplioribus obtinendis, cùm dicitur,*
21 Deus autem, &c. *Dans eis plenam libertatem tempore Simonis*

filij

lum suum & reddidit hereditatem omnibus & regnū & sacerdotium & sanctificationem, [18] sicut promisit in lege, speramus quòd citò nostri miserebitur, & cōgregabit de sub cælo in locum sanctum. [19] Eripuit enim nos de magnis periculis, & locū purgauit. [20] De Iuda verò Machabæo & fratribus eius, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione: [21] sed & de præliis quæ pertinent ad Antiochū nobilem & filium eius Eupatorem, [22] & de illuminationibus quæ de cælo factæ sunt ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerūt: ita vt vniuersam regionē cùm pauci essent vindicarēt, & barbaram multitudinem fugarent, [23] & famosissimum in toto orbe templum recuperarent, & ciuitatem liberarent, vt leges quæ abolitæ erant restituerētur domino cum omni tranquillitate propitio facto illis. [24] Itemq; ab Iasone Cyrenæo quinque libris comprehensa tentauimus nos vno volumine breuiare. [25] Considerantes enim multitudinē librorum & difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinem rerum [26] curauimus volentibus quidē legere, vt esset animi oblectatio, studiosis verò, vt facilius possint memoriæ commendare, omnibus autem legentibus vtilitas conferatur. [27] Et nobis quidem ipsis qui opus hoc breuiandi causa suscepimus, non facilem laborem, imò verò negotium plenum vigiliarum & sudoris assumpsimus. [28] Sicut hi qui præparant conuiuium & quærunt aliorum voluntati parere propter multorum gratiam libenter laborem sustinemus: [29] veritatē quidem de singulis auctoribus concedentes: ipsi autem secundum datam formā breuitati studentes. [30] Sicut enim nouç domus architecto de vniuersa structura curandum est, ei vero qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatū exquirenda sunt, ita æstimandum est & in nobis. [31] Etenim intellectū colligere, & ordinare sermonem, & curiosius partes singulas quasque disquirere historiæ congruit auctori: [32] breuitatem vero dictionis sectari, & executiones rerum vitare breuianti concedendum est. [33] Hinc igitur narrationem incipiemus de præfatione tantum dixisse sufficiat. Stultum etenim est ante historiam effluere, in ipsa autem historia succingi.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

filij Matathiæ vt dictum est supra lib. 1. c. 13. quo tempore isti videntur scripsisse Iudæis commorantibus in Aegypto, vt dictum est cap. præced.

1 Et reddidit hereditatem, *Scilicet habitantibus in Iudæa, nam habita pace quilibet poterat habitare in hereditate sua.*

2 Et regnum. *Id est, locum regni, qui est Ierusalem; vel per regnum intelligitur regimen populi, quod habuerunt successiuè fratres Machabæi similiter cum sacerdotio. Non enim potest dici, quod tunc habuerunt regnum propriè, nam à captione regis Sedechiæ nullus fuit rex de Iudæis vsque ad Aristobolum nepotem Simonis prædicti, qui post captiuitatem Babylonicam primus sibi imposuit diadema regni, vt dicit Iosephus lib. 13.*

Quomodo dicatur Simon restituisse genti suæ regnū.

3 Et sanctificationem, *Id est, templum, & Dei cultum.*

4 Sicut promisit, &c. *Deut. 30. a.* Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde retrahet te dominus Deus, &c.

5 Speramus. *Ex hac promissione.*

6 Quod citò nostri miserebitur, &c. *Maiora bona tribuendo.*

7 Et congregabit de sub cælo in locum, &c. *Vos & alios Iudæos qui estis dispersi per mundum: & hoc impletum fuit per Christum, quia secundum quod dicitur Ioan. 11. g. Christus passus est,* vt filios Dei qui dispersi erant, congregaret in vnum: *id est, in vnam ecclesiam charitate vnitam. Isti verò intelligebant de congregatione corporali Iudæorum in Ierusalem & Iudæa, sicut & Iudæi moderni expectant hoc fieri in aduentu Messiæ. Intentio tamen legis & prophetarum de congregatione fidelium fienda per Christum, est de spirituali congregatione, quæ iam partim impleta est modo dicto, & perfectius implebitur circa finem mundi, quando omnes gentes conuertentur ad fidem Christi.*

Qualis congregatio fidelium expectanda erat tempore Messiæ.

8 Eripuit enim. *Vt patet ex processu primi libri.*

9 Et loc. *Vt habetur supra primo libro cap. 4.*

10 De Iuda. *Præmissa inuitatione ad obseruantiam duplicis festi, hic compendiosè ponitur processus huius libri secundi: Et diuiditur in tres partes: quia primò tangitur breuiter eius materia, secundò scribentium ratio motiua ibi,* Considerantes enim; *Tertiò scribendi modus & forma ibi,* Veritatem quidem. *Prima pars patet ex dictis in primo libro vsque ibi,*

11 Et de illumin. *Id est, diuinis reuelationibus & angelicis apparitionibus quæ in hoc secundo libro magis explicantur, vt patebit locis suis persequendo.*

12 Cùm pauci ess. vindicarent. *Malos puniendo.*

13 Et barbaram. *Iudæi enim Barbaros reputabant omnes qui non erant de lege sua.*

14 Vt leges quæ. *Per edictum regis Antiochi, vt patet 1. c. primi lib.*

15 Restituerentur. *Per Iudam Machabæum & socios eius.*

16 Domino. *Id est, hæc non fuerunt facta virtute humana, sed diuina.*

17 Itemque ab. *Quia scripsit diffusè Iuda & sociorum eius facta.*

18 Tentauimus. *Ex quo videtur quod fuerint plures in hac compilatione.*

19 Vno volu. *Scilicet in hoc secundo libro qui est satis breuis.*

20 Considerantes. *Hic consequenter describitur scribentium motiua ratio, quæ est vtilitas legentium qui gaudent breuitate, & ideo descripta breuiter legunt libentius & memoriæ commendant melius, propter quod isti si plures fuerint laborem abbreuiandi sumpserunt, & idem fuit motiuum si vnus tantum abbreuiauit, & his dictis patet littera.*

21 Veritatem. *Hic consequenter ponitur scribendi modus & forma cùm dicitur:* Veritatem quidem de singulis auctoribus concedentes. *Id est, concedimus vera esse quæ scripserunt alij diffusè.*

22 Ipsi autem. *Id est, nos.*

23 Secundum datam. *Quam breuitatis formam explicat per exemplum, dicens.*

24 Sicut enim no. do. architecto. *Id est, principali artifici.*

25 De vniuersa structura curandum. *Scilicet de dispositione fundamenti, parietum & tecti.*

26 Ei verò qui pingere curat, &c. *Nam ad eum non pertinet factio domus, sed eius ornatus.*

Officium facientis epitomen maioris operis.

27 Ita æstimandum est & in nobis, &c. *Qui non habemus historiam scribere, sed iam scriptam ab aliis abbreuiare, & ideo subdit opus historiographi, cùm dicitur,*

28 Etenim intellectum colligere, & ordi, &c. *Et similiter subdit officium abbreuiantis historiographi dicta, cùm dicitur,*

29 Breuitatem verò. *Id est, sententiam longam in breuibus verbis colligere.*

30 Et executiones rerum. *Scilicet gestarum.*

31 Vitare. *Quando faciunt magnam digressionem à principali intentione.* Breui. &c.

32 Hinc igitur. *Scilicet in principio seq. cap.* De præfat. tantum dixisse sufficiat.

33 Stultum etenim. *Videtur autem quod iste vel isti (si plures fuerint) confiteantur suam stultitiam, quia multa posita sunt hic ante narrationem respectu sequentium. Dicendum, quod præfatio propriè dicitur illud quod narrationi vel executioni præmittitur per modum prologi, in quo breuiter continetur materia libri: & hoc incipit ab illo loco. De Iuda verò Machabæo, &c. vbi satis breuiter tangitur materia libri breuiandi causa & scribendi forma, vt dictum est. Quod autem ponitur de inuitatione ad duorum festorum obseruantiam, non propriè pertinet ad huius libri præfationem, sed magis est aliquid adiunctum vt præambulum sicut dictum est supra.*

An iure sacro huic scriptori stultitiæ crimen imponatur.

CAP.

CAPVT III.

a Igitur cùm sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè custodirentur propter Oniæ pontificis pietatem & animos odio habentes mala: fiebat, vt & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent, ita vt Seleucus Asiæ rex de reditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. b Simon autem de tribu Beniamin præpositus templi constitutus contendebat obsistente sibi principe sacerdotum iniquum aliquid in ciuitate moliri. Sed cùm vincere

CAP. III.

A a Igitur cum, &c. † Chrysostomvs hom. 4. ad Coloss. Vbique pacem petimus: nihil enim illi adæquari potest. In ecclesiis pacem, in precationibus, in supplicationibus, in præfationibus & semel, atque iterum, & tertiò, & sæpè, eamdem qui Ecclesiæ præest impertit dicens: Pax vobis. Quamobrē? Quoniam ipsa mater est bonorum omnium, ipsa causa est & materia gaudij. Tantum bonum B est pax, vt filij Dei vocentur, qui ipsam efficiunt.

Pacis encomion.

† Avgvst. lib. 19. ciu. c. 11. 12. 13. Tantum est pacis bonum, vt etiam in rebus terrenis nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil melius inueniri.

C † Idem. Nemo est qui pacem habere nolit, qui bella faciunt vincere volunt vt pacem gloriosam habeant: qui pacem turbant, non eam oderunt, sed eam volunt commutari. Latrones vt tutius infesti sint paci ceterorum, pacem volunt habere sociorum. Et sæuissimæ feræ genus proprium quadam pace custodiunt coëundo, gignendo, pariendo, fœtus fouendo, &c.

b *Simon autem de tribu Beniamin, &c.* † Rabanvs. Igitur quia varij sub diuersis regibus erant pontifices, necessarium iudicauimus iuxta narrationem historiographorum, nomina recitare illorum pontificum qui pontificatum regum temporibus habuerunt, necnon & eorum qui post captiuitatem Babyloniæ in gente Iudæa fuerunt, vt eo clarior appareat historiæ veritas. Primus siquidem Sadoch pontifex fuit templi quod Salomon ædificauit. Post eum D verò Achimaas filius in eius honorem successit, post hunc autem Ioram, & post eum Auxieramus. Deinde Nideas, post Nideam verò Sudeas, post hūc Hilus, Hilo verò successit Ionathan, cui rursus Vrias, Vriæ verò Nerias, post Neriam autem Odeas fuit, post hunc verò Sellum, deinde Helchias, post hunc Zara, & post hūc fuit Iosedech, qui captiuus in Babyloniam deductus est. Isti siquidē omnes in pōtificatum filij patribus per ordinē successerunt. E Post Iosedech autē filius eius Iesus sacerdotiū accepit. Sub quo templum reædificatū est, & post hūc Ioachim filius eius. Defuncto autē & hoc Ioannes filius eius honorem suscepit, finiente verò vitam Ioanne succedit primatui sacerdotū filius eius Iaddus, sub quo Alexander rex Macedo Ierosolymam venit. Post quem Onias F filius eius clarus habetur, post hunc Simon filius eius cui cognomentū iustus fuit, propter sollicitā in Deum religionem, & in ciues suos pronam clementiam. Deinde Iudæorum pontifex Eleazarus frater Simonis suscepit templi ministeriū, filio Simonis Onia paruo admodum derelicto, qui Eleazarus Ptolemęo Philadelpho petente septuaginta interpretes ad interpretandū legem diuinā transmisit. Post Eleazarum autem auunculus eius Manasses accepit sacerdotium, post Manassem verò Iudæorū pontifex Onias Simonis iusti filius clarus habetur, qui cōsueta Ptolemæo regni tributa non reddens ad iram eum impulit. Verū Iosephus vir inter suos nobilis legatus

Catalogus pontificum qui fuerunt ante captiuitatem Babylonicam.

Catalogus eorum qui post captiuitatem Babylonicam summo sacerdotio functi sunt.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. III.

Igitur cum, &c. *Sicut patet ex prædictis in libro secundo tangitur breuiter liberatio Iudæorum ab afflictionibus per Iudam Machabæum & socios eius. In quo etiam aliqua ponuntur quæ superius in primo libro sunt omissa. Sciendum etiam quod historiographi communiter incipiunt ab aliquo præcedenti historiam quam intendūt principaliter describere, vt sic conuenientius descendant ad suum propositum: & ideo verisimile est, quod Iason Cyreneus qui historiam Iudæ & sociorū eius scripsit diffusè, incepit à tempore pontificis Oniæ: & eodem modo liber iste qui est abbreuiatio illius historiæ, vt dictum est, incipit simili modo. Propter quod in duas partes diuiditur: quia primò ponitur quædam liberatio templi tempore Oniæ, secundo subditur liberatio templi & populi facta tempore Iudæ, cap. seq. ibi,* Sed post Seleuci. *Circa primum sciendum, quod opposita iuxta se posita magis elucescunt: & ideo primò ponitur templi veneratio præcedens, secundo eius conculcatio sequens, ibi,* Simon autem. *Circa primum dicitur,*

Occasio historiæ cuiuscumque per res antea gestas demonstranda.

1 Igitur cum sancta ciui. *Scilicet Ierusalem: Quæ dicitur sancta, eo quod ibi vigebat cultus diuinus.*
2 Habitaretur in omni pace. *Sub tributo tamen regum Syriæ.*
3 Leges etiam. *Scilicet datæ Moysi.*
4 Adhuc optimè. *Nam à reditu captiuitatis Babylonicæ vsque ad tempus Antiochi Epiphanis, non leguntur Iudæi ad idololatriam seu ritum Gentilium declinasse.*
5 Propter Oniæ pontificis pietatem. *Id est, diligentiam in diuino cultu, nam secundū Tullium pietas est cultus soli Deo debitus. Quod autem in aliquibus librис præmittitur, dispositionem, non est de textu nec in libris correctis.*
6 Et animos. *Scilicet aliorum Oniæ adhærentium.*
7 Fiebat, vt & ipsi reges. *Ierusalem ad diuinum cultum electam.*
8 Summo honore dignum. *In ea ædificatum.*
9 Maximis muneribus illustrarent. *Ita quod non solum honorabant verbo, sed etiam facto. Et ponitur exemplum cùm dicitur,*
10 Ita vt Seleucus. *Iste fuit filius Antiochi magni, & ei successit in regno sicut ostensum est in principio primi libri.*
11 Simon. *Hic consequenter describitur ipsius templi conculcatio: Cuius primò ponitur occasio, & secundò subditur executio, ibi:* Cumque retulisset. *Circa primum dicitur:* Simon. *Quantum ad res exteriores, quia non fuit sacerdos, cùm esset de tribu Beniamin.*
12 Contendebat. *Scilicet Oniæ.*
13 Iniquum. *Id est, cum difficultate aliquid attentare. Et dicitur à molo is, vnde etiam infra 4. cap. dicitur, quod amici huius Simonis sub alis ipsius homicidia perpetrabant.*
14 Sed cum vin. *Per se & suos cogitauit hoc facere per regiam potestatem: ideo subditur,*

Venit

MORALITER.

† I *Igitur cùm sancta ciuitas.* Per hoc patet quod sacerdotum bona conuersatio, & deuota diuinorum celebratio principes inducit ad Dei reuerentiam & honorem ecclesiæ, & diuini cultus ampliationem.

Sacerdotū sanctitas prouocat principes ad beneficentiam.

II *Simon autem de tribu Beniamin, &c.* Per istum qui persuasit spoliare templum, significantur illi qui persuadent tyrannis ecclesias spoliare. Per regem qui ad hoc misit Heliodorum, significatur præcipiens hoc fieri. Per Heliodorum executor huius mali. Per Oniam verò pontificem significatur bonus prælatus, qui quantum potest conseruat ecclesiæ libertatem. Per equitem verò armis aureis adornatum, significatur Christus tutor ecclesiæ suæ & defensor, sicut dicitur Apoc. 6. a. *Ecce equus albus, & qui sedebat super eum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.* Per hoc autem quod Heliodori priores calces elisit & in terram deiecit, significatur quod Christus damnificantes ecclesiam & ei inferentes contumeliam punit grauiter in hoc sæculo, vel grauius in futuro. Per duos iuuenes ipsum Heliodorum flagellantes, significatur virtus angelica fortiter & prouide exequens mandata diuina. Per hoc autem, quod dominus ad preces Oniæ Heliodorum liberauit à morte, significatur quod ad prælati deuoti deprecationem peccantes liberat non solum à malo temporali, sed etiam spirituali, vnde subditur quod Heliodorus hostia Deo oblata testabatur omnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magna Dei.

De sacrilegis qui bona ecclesiæ rapiunt, vel libertates infringunt.

☞ legatis à Iudæis ad Ptolemæum missus, cum familiaritatem regis A ob plurima meruisset in eum obsequia, dux Iudææ & regionum finitimarum constituitur. Post Oniam autem Simon Oniæ filius Iudæorū pontifex clarus habetur. Sub quo Iesu filius Syrach sapientiæ librum componens, quem vocauit panareton, id est, virtutum omnium capacem, etiam Simonis in eo fecit mentionē. Post Simonem autem Onias filius eiusdem Simonis insignis habetur. Ad quem Lacedæmoniorum rex Aruis legatos mittit, qui sacerdotium habuit regnante Syriæ & Asiæ Antiocho magno, & Seleuco Philopatore filio eius vsque ad Antiochum Epiphanem; B sub quo pontifice omnia hæc quæ de Simone præposito tēpli narrantur facta sunt regnante Syriæ & Asiæ Seleuco Philopatore, cui successit in regnum Antiochus Epiphanes. Simon autem præpositus templi Ierosolymorum ad Apollonium Phœnicis ducem confugiens, multis ei muneribus repromissis sacerdotium sibi vēdicare cœpit: Quæ Seleucus audiens, Heliodorum mittit ad negotium prouidendū: qui cùm in Iudæam peruenisset, iniquè diiudicans, & multa perperam gerens diuinis aduersum se signis deterretur, & ad Seleucum reuertitur. Onias autem sacerdos curauerat, vt Simon profugus fieret, &c.

Eccli. 50. a.

Initium malorum quæ Iudæi in libris Machabæorum perpessi dicuntur.

Oniam non posset, venit ad Apollonium Tharseæ filium, qui [1] illo tempore erat dux Cœlesyriæ & Phœnicis, [6] & nuntiauit ei [2] pecuniis innumerabilibus plenum esse ærarium Ierosolymis, & communes copias immensas esse, quæ non pertinent [3] ad rationem sacrificiorum, esse autem possibile sub potestate [4] regis cadere vniuersa. [a] [7] Cumque retulisset ad regem Apollo- [5] nius de pecuniis quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorum [6] qui erat super negotia eius, misit cum mandatis, vt prædictam pecuniam transportaret. [8] Statimque Heliodorus iter est ag- [7] gressus specie quidem quasi per Cœlesyriam & Phœnicem [8] ciuitates esset peragraturus, re autem vera regis propositum [9] perfecturus. [9] Sed cùm venisset Ierosolymam & benignè à summo sacerdote in ciuitate esset exceptus: narrauit de dato

a *Cumq; retul. &c.* RAB. Denique hæc historia secundum Tropologiæ regulam insinuat: quia omnes qui superbia atque auaritia instigati sanctificationem domini contaminare pollutis manibus indignè tractare præsumpserint, cælesti iudicio sunt puniendi, quia veritate attestante: *Domus Dei domus orationis est cunctis gentibus.* Nec licet eam cuiquam facere speluncam latronum. Hinc & Psalm. ait: *Domum tuam dec. san. d. in lon. d.* Nec licet tibi aliquid gerere vel condere, sed solius Dei laudibus & orationibus vacare, vnde & ipse dominus in Euangelio eliminauit de templo vendentes & ementes in illo, *& nummulariorum effudit æs, & cathedras vendentium columbas euertit.* Hisque peractis, *erat quotidie docens in templo.*

Esaiæ 56. c. Marc. 11. c. Psal. 92. a. In sacris locis aliud fieri nō debet quam cultus diuini celebratio. Marc. 11. b. Ioan. 2. c.

IDEM. Iuxta Allegoriam autem, Onias sacerdos Dei magnus & C figuralis templi custos, significat dominum Saluatorem, qui à Deo patre pontifex factus in æternum secundum ordinem Melchisedech, veri Dei templi quod est ecclesia custos & inhabitator est, quod nomen Oniæ satis exprimere videtur. Interpretatur enim Onias, dolor domini, siue dolens dominus. Et quis dolens dominus melius dici potest quàm redemptor noster? De quo per Isaiam dicitur: *Vidimus eum & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum & virum dolorum, & scientem infirmitates. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Heliodorus autem inuasor aut spoliator ærarij domini, Paganos siue Iudæos siue etiam hæreticos significat, qui sine reuerentia Dei donis abuti & in nefarium actum ea conuertere volunt, inuadunt enim Pagani thesaurum templi Dei cùm fidem ac cultum Christi destruere conantur. Inuadunt & Iudæi, cùm religionem Christianam veteris legis ceremoniis confundere cupiunt. Inuadunt etiam hæretici, quando veritatem Euangelij & sinceritatem legis Dei falsis dogmatibus corrumpere gestiunt. Sed Onia orante D descendit eques terribilis, arma habens aurea, Ille videlicet de quo Ioan. in Apocal. sua scripsit dicens: *Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verax, & cum iustitia iudicat. Oculi eius sicut flamma ignis, in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse, & vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocatur nomen eius verbum Dei.* Orantibus quidem membris Christi succurrit ipse eis in auxilium, *qui est via, veritas, & vita,* & E ad debellandos inimicos, & terrendas prauorum præsumptiones. Cuius equus erat albus, quia natiuitas eius erat incorrupta, & vestis sanguinolenta quia mors carnis eius erat innoxia, ipseque terribilis, quia valdè mirabilis atque iudex iustissimus est. Hic erat optimis operimentis adornatus, quia omnium virtutum decore splendet clarissimus. Cui arma erant aurea, quia opera eius mirifica. Ipsius enim dono habet Ecclesia sua, *scutum fidei, loricam iustitiæ, galeam salutis, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Quibus armis ipse quotidie in membris suis pugnat contra hostes suos. Hic videlicet eques cum impetu Heliodoro priores calces elisit, quia eius incarnationis sacramentum omnes prosternit hostes, hoc est Paganos, Iudæos, & hæreticos, quatenus confusi ab immanitate scelerum aliquando desistant. Illi ergo duo iuuenes qui cum ipso equite apparuerunt, decori virtute, optimi gloria, speciosique amictu, qui circumsteterunt Oniam ex vtraque parte & flagellabant sine intermissione Heliodorum multis plagis verberantes, significant doctores vtriusque testamenti qui circumstantes Christi incarnationem virtute fidei ac bonorum operum decori, gloria miraculorum optimi, & amictu sanctæ scientiæ, & sapientiæ speciosissimi, variis temporibus existentibus, prædicationibus suis verberant prauorum insensibilitatem, & ad terram decidere compellunt. Sicque F fiet, vt iste qui ante templum aggressus est superbus, per correctionem disciplinæ appareat inualidus: *Quia non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum, quia omnia quæcumque voluit fecit in cælo & in terra, & in mari & in omnibus abyssis, & non est qui possit resistere voluntati eius. Dominus vniuersorum ipse est.* Quod autem Onias offerens hostiam salutarem pro salute viri saluauit ipsum Heliodorum multa caligine circumfusum, significat quod misericordiam redemptoris nostri sæpe ingratis & immeritis confert beneficium conuersionis, quatenus per eius gratiam (qui semetipsum obtulit hostiam salutarem pro mundi peccatis) exuantur ab erroribus suis, & liberentur à potestate Sathanæ (cui nequitia quondam captiuati erant, ad ipsius voluntatem) vt referant gratias redemptori suo, & laudem eius prædicent in vniuersa terra.

Christus suam Ecclesiam custodit. Isa. 53. a. Ibid. 53. b.

Pagani, Iudæi, & hæretici vnanimes Ecclesiam oppugnant.

Apoc. 6. a. Ioan. 14. a. Verum Christus eam verbo suo indemnem conseruat. Ephes. 6. c. Doctores sancti vtriusque Testamenti. Prou. 21. Psal. 134. De gratia conuersionis.

☞ Tunc

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Venit ad Apollonium, qui Gentilis erat. *Vt sic per ducem regem induceret ad templi spoliationem.*

2 Et nuntiauit ei pec. *Locus erat prope templum, in quo custodiebantur deposita valentium personarum & etiam bona pro sustentatione pauperum collecta.*

3 Communes copias immensas esse, quæ non pertinent ad rationem sacrificiorum. *Scilicet in illo ærario. Et dicuntur hic communes copiæ bona seruata pro communitate quæ non pertinent ad rationem sacrificiorum, hoc addidit iste proditor, quia sciebat quod rex qui pro sacrificiis sumptus dabat vt præmissum est, non libenter acciperet bona pro sacrificiis custodita: ideo subditur,*

4 Esse autem possibile. *Sine offensa Dei.*

5 Sub

5 Sub po. regis ca. vni. *Id est, fisco regio applicari pro bono regni.*

6 Cumque. *Hic consequenter ponitur dicti contemptus executio, circa quam primò ponitur mandatum regis, cùm dicitur:* Cumque retulisset ad regem, &c. *& patet. Secundò obedientia ducis, cùm dicitur,*

7 Statimque Heliod. &c. *Vbi primò ponitur eius attentatio, secundò, populi trepidatio, ibi,* Non modica verò. *tertiò attentantis percussio, ibi,* Heliodorus autem. *quartò percussi sanatio, ibi,* Tunc verò. *Circa primum dicitur,* Statimque Heliodor. *Ad exequendum regis mandatum.*

8 Specie qui. *Id est, simulatoriè.*

9 Quasi per Cœlesyriam & Phœnicem, &c. *Ad sciendum earum dispositionem tantum, ne Iudæi se munirent ad defendendum ærarium contra ipsum. Cetera patent vsque ibi.*

✠ Osten-

a *Tunc summus sacerdos ostendit, &c.* † AMBROS. lib. 2. offic. c. 29. Illud sanè diligenter tuendum est, vt deposita viduarum intemerata maneant, & sine vlla seruentur offensione: nec solum viduarum, sed etiam omnium. Fides enim exhibenda omnibus, sed maior est viduarum causa & pupillorum. Denique hoc solo viduarum nomine, sicut in libris Machabæorum legimus, commendatum templo omne seruatum est. Nam cùm indicium factũ esset pecuniarum, quas in templo Hierosolymis maximas reperiri posse, Simon nefarius Antiocho Regi prodidit: missus in Ierusalem Heliodorus, ad templum venit, & summo sacerdoti aperuit indicij inuidiam, & aduentus sui causam. Tunc Sacerdos deposita dixit esse viduarũ victualia & pupillorum, quędam autem Hircani Tobiæ viri sancti: eaque demonstrauit. Argenti talenta quadringenta erant, auri verò ducenta. Quæ cùm Heliodorus ereptum ire vellet, & regis vẽdicare commodis, Sacerdotes ante altare iactauerunt se induti sacerdotales stolas, & Deum viuum, qui de depositis legem dederat, flentes inuocabant, custodem se præceptorum præstare suorum.

Cùm omnia deposita seruanda sint summa tamen fide versandum est circa viduarum & pupillorum deposita.

indicio pecuniarum: & cuius rei gratia adesset aperuit. Interrogabat autem si verè hæc ita essent. [10] Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hæc ad victualia viduarum & pupillorum: [11] quædam verò esse Hircani Tobiæ viri valdè eminentis: in his quæ detulerat impius Simon, vniuersa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta. [12] Decipi verò eos, qui credidissent loco & templo, quod per vniuersum mundum honoratur pro sui veneratione & sanctitate, impossibile omnino esse. [13] At ille pro his quæ habebat in mandatis à rege, dicebat omni genere regi ea esse deferenda. [14] Constituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica verò per vniuersam ciuitatem erat trepidatio. [15] Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, & inuocabant de cælo eum, qui de depositis legem posuit, vt his, qui deposuerant ea salua custodiret. [16] Iam verò qui videret summi sacerdotis vultum mente vulnerabatur. Facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem. [17] Circumfusa enim erat mœstitia quædam viro, & horror corporis per quem manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. [18] b Alij etiam congregati de domibus confluebant publica supplicatione obsecrantes: pro eo quod in contemptum locus esset venturus. [19] Accinctæque mulieres ciliciis pectus, per plateas confluebant: sed & virgines quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros: quædam verò per fenestras aspiciebant: [20] vniuersæ autem protendentes manus in cælum deprecabantur. [21] Erat autem misera commixtæ multitudinis,

b *Alij etiam congregati, &c.* † AMBROS. lib. 2. offic. c. 29. Flebant omnes, quod in contemptum locus venturus foret, si nec in Dei templo tuta fidei seruaretur custodia: accinctæque mulieres pectus, & clausæ virgines pulsabãt ianuas: ad muros alij currebãt, per fenestras alij prospectabant, omnes ad cælum tendebant manus, orantes vt Deus suis adesset legibus. Heliodorus autem nec his territus, quod intenderat, vrgebat, & satellitibus suis ærarium sepserat, cum subito apparuit illi eques armis præfulgẽs aureis: equus autem eius erat insigni ornatus opertorio, &c.

Apparuit

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ostendit deposita esse, &c. *In tribus enim annis fiebat quædam decima pauperibus distribuenda, quæ aliquando vendebatur, & pretium in templum ad custodiam mittebatur. Fiebant etiam cum hoc aliquæ collectiones à diuitibus, quæ similiter ibi seruabantur.*

2 Quædam verò esse Hircani. *Id est, deposita ab eo.*

3 Viri valdè eminentis. *In virtute & fama: & hoc dicitur ad ostendendum, quod ibi non reseruabantur deposita malorum hominum vel infidelium. Vnde & Neemias fecit proiici vasa Tobiæ Gentilis de gazophilacio domus domini, Neemiæ 13. b.*

4 Decipi verò eos qui credidissent. *Id est, commendassent deposita sua ibi custodienda, & supplendum est, si portarentur regi.*

5 Impossibile omnino esse. *Hæc est constructio suspensiua, propter quod refertur ad interrogationem Heliodori, quæ præmittitur. Si verè hæc ita essent, scilicet, quæ dixerat Simon, scilicet, quod sine offensa Dei possent ad regem dicta deportari, & propter hoc Onias in sua responsione dicit impossibile esse, quia hoc non solum erat aliena rapere, sed etiam Dei templo contumeliam inferre.*

6 At ille. *Scilicet, Heliodorus.*

7 Pro his quæ habebat in mandatis à rege. *Cui volebat simpliciter obedire.*

8 Dicebat omni genere. *Id est, omnibus modis.*

9 Regi ea esse deferenda. *Ideo subditur,*

10 Constituta autem die intrabat de his, &c. *Ad exequendum regis mandatum.*

11 Non modica verò per vniuersam ciuitatem erat trepidatio. *Hic consequenter ponitur populi trepidatio, ne contemptus afferretur Dei templo, ad quod euitandum subditur communis oratio. Et primò sacerdotum, cùm dicitur,*

12 Sacerdotes autem ante altare, *Scilicet, holocaustorum*

13 Cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, *In signum humiliationis, vt preces eorum essent magis exaudibiles, secundum illud Ecclesiast. 35.* Oratio humiliantis se nubes penetrabit.

14 Et inuocabant de cælo, *Id est, vt exaudirentur de celo.*

15 Eum qui de depositis, &c. *Exodi 22.*

16 Vt his, qui deposuerant ea salua custodiret, *Ab inuasione Heliodori.*

17 Iam verò qui videret, &c. *Supple sibi compateretur. Et subditur ratio, cùm dicitur,*

18 Mente vulnerabatur, &c. *Quod consequenter declaratur per immutationem faciei, in qua magis, quam in aliis partibus corporis, relucet dispositio animi.*

19 Pro eo quod in contemptum locus esset venturus, *Nisi Deus adiuuaret: propter quod eius auxilium super hoc implorabant.*

20 Accinctæque mulieres ciliciis pectus, &c. *Se macerando pro subsidio Dei impetrando.*

21 Sed & virgines quæ conclusę erant, &c. *Id est, de domibus parentum non exibãt ratione verecundiæ & pudicitiæ virginalis: tamẽ in illa turbatione exibant, præter morem solitum currentes ad Oniam. Aliqui tamen exponunt hoc dicentes, quod aliquæ virgines nobiles prope templum custodiebantur inclusæ vsquequo nuptui traderentur.*

22 Erat enim misera commixtæ multitudinis, *Iudæorum cuiuscumque status & sexus.*

Et

a *Apparuit enim illis* A *quidam equus, &c.* † AMBROSIVS in Psal.40. Hic equus in figura & ante est demonstratus tempore Machabæorum, super quem sedebat dux ille militiæ cælestis, aureis armis refulgẽs, qui Heliodorum depeculatorem illum depositi vidualis, ceterorumque quæ sacræ commendata fuerant custodiæ, & strauit, & B perculit, & prostratum Oniæ sacerdotis precibus vitali vsui reformauit. Vnde verè in eo arma aurea refulserunt, quia solus equum hunc sedit, & vicit, in quo nullus culpæ immunis euasit.

b *Alij etiam apparuer.* †† AMBROS. de offic. l.2. c.29. Alijquoque duo iuuenes apparuerunt in virtute inclyta, decore grato, cum splendore gloriæ, speciosi amictu, qui circumstete-C runt eum, & vtraque ex parte flagellabant sacrilegum sine vlla intermissione continuato verbere. Quid multa? circumfusus caligine in terrã concidit, & euidenti diuinæ operationis iudicio exanimatus iacebat, nec vlla spes in eo residebat salutis. Oborta est lætitia metuentibus, metus superbis: deiectique ex amicis Heliodori quidam rogabant Oniam

Flagellatur Heliodorus sacrilegio intentus.

& magni sacerdotis in agone constituti expectatio. [21] Et hi quidem inuocabant Deum omnipotentem, vt credita sibi his qui crediderant cum omni integritate conseruarentur. [23] Heliodorus autem quod decreuerat perficiebat, eodem loco ipse cum satellitibus circa ærarium præsens. [24] Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidẽtiam, ita vt omnes qui ausi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute in a dissolutionem & formidinem conuerterentur. [25] Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus, isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit. Qui autem ei sedebat videbatur arma habere b aurea. [26] Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu, qui circumsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. [27] Subito autem Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. [28] Et is qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta Dei cognita virtute. [29] Et ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe & salute priuatus. [30] Hi autem dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum, & templum, quod paulo ante timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente domino gaudio & lætitia impletum est. [31] Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam, vt inuocaret altissimum, vt vitam donaret ei qui in supremo spiritu erat constitutus. [32] Considerans autem summus sacerdos, ne fortè rex suspicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. [33] Cumque summus sacerdos exoraret, iidem iuuenes eisdem vestibus amicti astantes Heliodoro dixerunt: Oniæ sacerdoti gratias age. Nam propter eum tibi dominus vitam donauit. [34] Tu autem à Deo flagellatus nuntia omnibus magnalia Dei & potestatem. Et his dictis non comparuerunt. [35] Heliodorus autem hostia Deo oblata, & votis magnis promissis ei qui viuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu

1 Oniam vt vitam po- D 2 sceret ei, quoniam supremum gerebat spiritum. Rogante 3 itaq; sacerdote summo, iidem iuuenes 4 iterum Heliodoro 5 apparuerunt iisdem amicti vestibus, & dixerunt ad eum: O- 6 niæ summo sacerdoti gratias age propter quẽ tibi vita est red- 7 dita, Tu autẽ expertus flagella Dei, vade & nuntia tuis omni- 8 bus quantã cogno- 9 ueris templi religio- E nem, & Dei potestatem. His dictis non 10 comparuerunt. He- 11 liodorus itaque re- 12 cepto spiritu, hostiã domino obtulit Oniæ sacerdoti gratias egit, & cum exercitu ad regem reuertitur, dicens: Si quẽ habes hostem, aut insidiatorem rerũ tuarum, illuc eum dirige, & flagellatum recipies eum. Seruãda est igi- 13 tur, filij, depositis fi- F des, adhibenda diligentia. Egregiè hinc vestrũ emitescet ministerium, si suscepta impressio potentis, quam vel vidua, vel orphani tolerare nõ queant, ecclesiæ subsidio cohibeatur: Si ostẽdatis, plus apud vos mandatum domini, quam diuitis valere gratiam. Meministis ipsi quoties, aduersus regales impetus pro viduarum, imò pro omnium depositis certamen subierimus.

Sanatur per Oniæ sacerdotis preces.

Seruanda est depositi fides.

Strenuè occurrendum rapacitati tyrannorũ.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et magni sacerdotis in agone constituti, *Id est, in anxietate mentis,*

2 Expectatio. Et hi quidem inuocabant, &c. *Pro contemptu templi futuro. Cetera patent.*

3 Heliodorus autem quod, &c. *Hic consequenter describitur exequentis persecutio, cùm dicitur:* Heliodorus autem q. decreu. perficiebat. *Id est, perficere intendebat.*

4 Sed spirit. omnip. Dei, *Id est, eius virtus.*

5 Magnam fecit suæ ostensionis, &c. *Conuertendo Heliodorum & suos satellites in tantam mentis formidinem, & roboris dissolutionem, quod non poterant perficere illam executionem, Et subditur causa, cùm dicitur,*

6 Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, *Id est, angelum loci defensorem, in specie hominis equitis apparentem.*

7 Heliodoro priores calces, &c. *Id est, priores partes pedum, & inde dicitur calcitrare.*

8 Alij etiam apparuerunt duo iuuenes, *Id est, Angeli in specie iuuenum apparentes.*

9 Virtute decori, &c. *Apparebant enim fortes, & pulchri, & bene ornati, ad designandum angelorum fortitudinem, & pulchritudinem gratia & ornatum gloria.*

10 Subito autem Heliodorus concidit in terram, *Ex eorum percussione.*

11 Eumque multa caligine circumfusum, *Ad designandum tenebrositatem mentis sua.*

12 Rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt, *Scilicet sacerdotes, de loco sacro eum amouentes, eo quod videbatur mortuus, vel morti propinquus, ne ex cadauere mortui contaminaretur locus. Cetera patent.*

13 Tunc verò. *Hic consequenter describitur ipsius percußi sanatio, & secundò subditur sanantis infamatio, in principio sequentis capitis. Circa primum, primò ponitur percußi sanatio, cùm dicitur,* Tunc verò ex amicis Heliodori, qui. ro. *Et patet littera. Secundò ponitur sanati gratiarum actio, cùm dicitur,* Testabatur autem. *Et primò generaliter, cùm subditur,*

repedabat ad regem.[36] Testabatur autẽ omnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magna Dei.[37] Cùm autem rex interrogasset Heliodorum, quis esset aptus adhuc semel Ierosolymam mitti, ait:[38] Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit: eo quod in loco sit verè Dei quædam virtus.[39] Nam ipse qui habet in cælis habitationẽ visitator & adiutor est loci illius: & venientes ad malefaciendum percutit ac perdit.[40] Igitur de Heliodoro & ærarij custodia ita res se habet.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Omnibus ea quæ sub oculis suis viderat. *In sua flagellatione & mirabili sanatione; Secundo, coram rege specialiter, dicens;*
2 Si quem habes hostẽ, aut regni tui, &c. *De quo cautè velis te expedire.*
3 Mitte illuc, & flagellatum eum recipies, *Hoc enim erat expertus in seipso.*
4 Si tamen euaserit. *Scilicet, mortem. Hoc autem addidit, quia firmiter tenebat se mortem non euasisse, nisi per preces Oniæ. Cetera patent.*

CAP. IV.

Sed post Seleu. &c. RABAN. De hoc Iosephus ita narrat: Per idem tempus Onia defuncto principe sacerdotum, fratri eius Antiochus sacerdotij contulit principatum. Nam filius, quem Onias reliquerat, adhuc infans erat. Demonstrabimus autem singula in loco proprio, quę ad hunc puerum pertinere videbatur. Iesu verò (nam hic erat frater Oniæ) principatum sacerdotij rex abstulit iratus, & dedit eum minori fratri eius nomine Oniæ. Simoni namque tres filij hi fuerunt, ad quos principatus sacerdotij sicut prædiximus peruenit, Et Iesus quidem Iasonem nominauit se, Onias autem Menelaus est nominatus. Seditionem itaque prius princeps sacerdotum Iesus aduersus Menelaum concitauit, & diuisa in vtrũque populi multitudine, pro parte Menelai filij Tobiæ consistebant: Populi verò pars plurima Iasonem adiuuabat, vnde laborátes Menelaus & filij Tobiæ ad Antiochum discesserunt, ad notitiam eius producentes, quod vellent patrias relinquere leges, & conuersationem & mores obseruare Grçcorum. Rogauerunt ergo eum, vt permitteret eis ædificare gymnasium Ierosolymis. Cumque concessisset, circumcisionem suam velauerunt, vt non apparerent in denudatione Græcis esse dissimiles: ceteraque omnia relinquentes, quæ illis mos patrius imponebat, aliarum facta Gentium ritusque sectabantur. Hæc Iosephus. Sed miror quomodo ipse, Onia defuncto, dicat, Antiochum fratri Iasonis sacerdotium contulisse, cum hæc historia huic narrationi non concordet; sicut in sequentibus demonstrabitur. Denique Antiochus Epiphanes, cum de regione Ptolemæorũ, (quam subito inuaserat) senatus præcepto recessisset, Iudæam venit; ibique Iesu, qui & Iason, fratri Oniæ pontificatum tradidit: quo deinde expulso Oniam cognomento Menelaum successorem ei dedit. Itaque ob sacerdotij dignitaté orta seditione inter principes ingentium miseriarum semina pullulauerunt. Hæc autem factio superborum, atque transgressorum legis Dei, non allegoriam aliquam ad ædificationem vtilem nobis ingerit; sed proh dolor isto tempore Iason imitatores facinoris sui plures inuenit, cùm hi qui in ecclesia populo Dei & sanguine filij eius vnigeniti redempto præponuntur, deserta Euangelij doctrina,

Iosephus antiq. l. 12. c. 6.
Fœda concertatio inter Iasonem & Menelaũ de sacerdotio.
Iosephi error.

CAPVT IV.

Simon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator malè loquebatur de Onia, tamquam ipse Heliodorum instigasset ad hæc, & ipse fuisset incentor malorum:[2] prouisoremque ciuitatis, ac defensorem gentis suæ, & æmulatorem legis Dei audebat insidiatorem regni dicere.[3] Sed cum inimicitiæ in tantum procederent, vt etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent:[4] considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, vtpote ducem Cœlesyriæ & Phœnicis, ad augendam malitiam Simonis, ad regem se contulit:[5] non vt ciuium accusator, sed communem vtilitatem apud semetipsum vniuersæ multitudinis considerans.[6] Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare à stultitia sua.[7] Sed post Seleuci vitæ excessum, cùm suscepisset

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. IV.

Simon autem prædictus. *Postquam descripta est Heliodori sanatio, hic consequenter ponitur sanantis infamatio, cùm dicitur,*
1 Simon autem prædictus. *De tribu Beniamin, de quo fit mentio prope principium cap. præced.*
2 Pecuniarum & patri. delator. *Id est accusator, vt habetur ibidem.*
3 Male loquebatur de Onia, *Volens eum infamare, & per hoc odiosum reddere populo.* 4 Tamquam ipse, *Scilicet, Onias.*
5 Heliodorum instigas. ad. *Scilicet, ad spoliandum ærarium, licet exterius fingeret contrarium.* 6 Prouisoremque ciuita. *Ierusalem.*
7 Ac defensorem gentis suæ, *Scilicet Iudaicæ.*
8 Et æmulatorem legis, *Id est, eius amatorem, vnde versus, Aemulor, inflatur, amat, inuidet ac imitatur.*
9 Audebat insidiat. regni. *Scilicet, Iudææ, quæ licet tunc non haberet regem, tamen erat vnum regnum.*
10 Dicere, *mendacium; Proprium crimen retorquens in Oniam.*
11 Sed cum inimicitiæ in t. pro. *Non solum verbis, sed etiam factis.*
12 Vt etiam per q. Sim. necessarios. *Id est, familiares amicos, & dicuntur à necto is, quia tales ad inuicem connectuntur.*
13 Homi. fi. *Occidebant enim aliquos de amicis Oniæ.*
14 Considerans Onias periculum contentionis. *Intrinseca quæ periculosior est illa, quæ est contra extraneos.*
15 Et Apol. insanire. *Id est, ardenter & malè conari.*
16 Ad regem, *Scilicet, Seleucum, qui adhuc viuebat, apud quem sperabat gratiam & remedium inuenire per Heliodorũ, quem suis precibus sanauerat.*
17 Sed post. *Descripta liberatione templi per Oniam, hic consequenter describitur liberatio templi, & populi per Iudam, Et primò tempore Antiochi Epiphanis; secundò, Antiochi Eupatoris, c. 10. ibi,* Nunc autem de Eupa. *tertiò, tempore Demetrij filij Seleuci, c. 14. Prima in duas, quia primo describitur populi tribulatio; secundò, tribulati liberatio c. 8. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur inchoatio tribulationis per ambitionem sacerdotij; secundò, tribulationis consummatio per inuasionem regis Antiochi, c. seq. ibi,* His itaque gestis. *Prima diuiditur in duas, quia primò ponitur trium ambitio, Secundò vnius, scilicet, Iasonis miserabilis terminatio, in princ. seq. cap. Prima diuiditur adhuc in tres, secundum ambitionem triũ in principatu sacerdotij sibi succedentium, secunda ibi,* Et post triennij tempus, *tertia ibi,* Quam ob causam, *prima adhuc in duas, in partem scilicet principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi,* Misso autem, *Prima adhuc in duas, quia primò per ambitionem Iasonis ponitur Gentilitatis introductio, secundò, eiusdem consummatio, ibi,* Cum autem quinquennalis. *Circa primum dicitur,* Sed post Seleuci vitæ excessum. *Id est, ipso mortuo.*
18 Cum susce. regnum Antiochus. *Frater eius priuans regno nepotem suum, vt declaratum fuit in principio primi libri.*

Diuisio.

MORALITER.

1 *Simon autem prædi. pecuni. & patriæ delator, &c.* Per istum, qui malè loquebatur de Onia viro sancto, significantur detractores pessimi, qui libentius denigrare nituntur famam bonorum, quam malorum: De quibus dicitur Prouerbiorum 2. cap. *Qui lætantur cùm malè fecerint & exultant in rebus pessimis, quorum viæ peruersæ, & infames gressus eorum,*
17 *Sed post.* Sequitur,

Detractores pessimi.

† Ambi-

☞ ctrina,& vera religione, à cultu vnius Dei,qui ibi commendatur, A ac insinuatur,prauis moribus ad occultam conuolãt idololatriam, cùm per ambitionem pecuniarum,& diuitias præsentis vitæ,luxuriosam vitam & Deo detestabilem ducendo, adulatorum attendentes fauorem, multos secum trahunt ad perditionem. Isti profecto secũdum apostolum: *Confitentur quidem se nosse Deum, factis autem negant.* Nam quia victu & vestitu moderato nõ sunt contenti;*Sed volentes diuites fieri, inci. in tenta.& in la.dia.& deside. multa & inuti. & noci. quæ mer. homines in inte. &c.* B *Radix enim omniũ malorum est auaritia, quam quidam appetentes,errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.*

a *Etenim ausus est sub ipsa arce, &c.* † RVPERT. in c. 3. Ioelis. Quod dicitur à Ioele: *Et posuerunt puerum in prostibulũ, &c.* Respicit regnum Græcorum, C sub quo ita corrupti sunt Iudæi quoque ex imitatione illorũ, vt puerum ponerent in prostibulum. Sic enim in libro Machabæorũ legimus: *Super hæc promittebat Iason frater Oniæ & alia talenta centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium & ephœbiam ibi constituere.* Et subinde, *Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosq; ephœborum in lupanaribus ponere.* Hoc(vt manifestius dicamus) illud est quod Apostolus horribiliter detestans in gentibus, *Masculi(inquit)eorum,relicto vsu naturali feminæ,exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, &c.* D

† IDEM in cap. 17. Apocal. Eiusmodi contumelias non saltem in occulto exercebãt,verum quod deterius est,publicè & passim gloriabundi frequentabant. Vnde de hoc homine sacrilego dictum est; quia secundum exemplum gentium ausus est, *optimos quosque ephœborum in lupanaribus ponere.*

Titum 1.d. 1.Tim.6.b.

Queritur de prælatorum auaritia & luxu nimio.

Ibidem.

Turpissimi mores Græcorum.

Rom.1.

regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur, ambiebat Iason frater Oniæ summum sacerdotium,[8] adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex reditibus aliis talenta octoginta. [9] Super hoc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium & Ephebiam sibi constituere, & eos qui in Ierosolymis erant Antiochenos scribere.[10] Quod cùm rex annuisset,& obtinuisset principatum, statim ad Gentilem ritum contribules suos transferre cœpit, [11] & amotis his, quæ humanitatis causa Iudæis à regibus fuerant constituta, per Ioannem patrem Eupolemij, qui apud Romanos de amicitia & societate functus est legatione,legitima ciuium iura destituens praua instituta sanciebat. [12] Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque Epheborum in lupanaribus ponere. [13] Erat autem hoc non initium,sed incrementum quoddam, & profectus Gentilis & alienigenæ conuersationis, propter impij & non sacerdotis Iasonis nefarium & inauditum scelus, [14] ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo & sacrificiis neglectis, festinarent participes fieri palestræ, & præbitionis eius iniustæ,& in exercitiis disci; [15] & patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur. [16] Quarum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta æmulabantur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes & peremptores habuerant. [17] In leges enim diuinas impiè agere impunè non cedit: sed hoc sequens tempus declarabit. [18] Cùm autem quinquennalis agon Tyro

b *Cum autem.* RAB. Regnante apud Iudæam Ozia (qui & Azarias) rege leproso, & apud Israel Phacea, apud Athenienses quoq; Æschylo, & apud Latinos Amulio, secũdo anno Æschyli iudicis Atheniensiũ, Prima olympiasa cta,in qua Chorebus Heliensis victor extitit. Helij agunt quinquennale certamẽquatuor annis in medio expletis,in quibus principes annui cõstituuntur quatuor: quam olympiadem Iphitus filius Praxonidis,siue Aemonis primus instituit. Ab hoc tẽpore Græca de tẽporibus historia vera creditur: nam ante hoc, vt cuique visum est, diuersas sententias protulerũt. Hũc autem quinquennalem agonem tunc Antiochus apud Tyrũ celebrasse describitur, & ea quæ deinde cõmemorãtur de Iasone & Menelao postea facta sunt. Iason quidem, qui proprium fratrem (hoc est Oniam seniorem, Simonis filium) captiuauerat, ab Menelao (hoc est minore Onia, qui Binominius fuit) accusatus apud regem atque deceptus, profugus in Ammanitem expulsus est ☞ regio-

4.Reg.15.b. 2.Par.26.c.

Quæ ratio cõputandi temporis per olympiades.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ambiebat, *Ipso adhuc viuente.* 2 Sum.sa. *Et quia non poterat hoc licitè, ideo quæsiuit per vias illicitas obtinere, scilicet, per pecuniã: ideo subditur:* 3 Adito re. *Et per translationem populi ad ritum Gentilium, ideo sequitur:* 4 Si potestati e.conced.gymnasium. *Id est, schola Gentilitatis, sicut dictum fuit lib.1.c.1.* 5 Et Ephæbiam. *Id est, prostibulum pulcherrimorum iuuenum.* 6 Et eos,&c. Antiochenos scribere. *Id est, quod profiterentur se Gentiliter viuere.* 7 Quod cum rex annuisset. *Tum propter promissa, tum propter dilatationem Gentilis ritus, qui sibi placebat, eo quod Gentilis erat.* 8 Et obti.principatum. *Scilicet, sacerdotij.* 9 Statim. *Isti enim libentius ei obediebant, eo quod de sua tribu erant, & per istos intendebat tradere alios, ideo subditur,* 10 Et amotis,&c. *A rege Syriæ.* 11 Fuerant con. *per Ioannem ista impetrantem.* 12 Patrem Eu. *qui sc. Eupolemius.* 13 Apud Ro. *Vt habetur suprà 1.lib.18.c. Prædicta enim fauorabilia Iudæis, auferebat ab illis, qui nolebant recipere vitam Gentilitatis, vt sic cogeret eos ad recipiendum.* 14 Etenim au.sub ipsa arce, *prope templum domini.* 15 Gymnasium. *Id est, scholam Gentilitatis.* 16 Et op. quosque ephæborum. *Id est, pulcherrimos iuuenes.* 17 In lupa. *Vt exerceretur in eis vitium contra naturam. Dicitur enim ephebus quasi valdè lucidus.* 18 Erat autem hoc non initium. *Tantum, scilicet.* 19 Sed, *Cum hoc.* 20 Incremen. *Gentilitatis apud Iudæos. Cætera patent vsque ibi,* 21 Festinarent parti. fieri palestræ. *Est autem palestra, locus, vbi exercetur lucta, sicut & gymnasium vtrumque trahitur ad signandum scholam, eo quod ibi disputant studentes adinuicem. Et idem signatur hic nomine palestra, quod supra nomine gymnasij.* 22 Et præbitionis, *Id est, traditionis suæ pessimæ doctrinæ. Et dicitur præbitio à præbeo, bes.* 23 Et in exer.disci. *Id est, informari in exercitio talis doctrinæ.* 24 Et patrios. *Id est, diuinum cultum, in quo gloriabantur patres eorum.* 25 Græcas glorias. *Id est, ritus & modos viuendi, in quibus gloriabantur Græci.* 26 Quarum gratia periculosa. *Aliquibus Iasoni assentientibus, aliis dissentientibus; & sic schisma erat in populo, quod est valdè periculosum.* 27 In leges enim. *Sicut enim pietas est cultus diuinus, ita impietas est contraria diuino cultui.* 28 Impunè non ce. *Quia non dimittitur dedecus culpæ, sine decore iustitiæ.* 29 Sed hoc sequens tempus. *In sequentibus enim exprimuntur multa grauia, quæ venerunt super populum propter istas transgressiones.* 30 Cùm autem. *Postquam posita est Gentilitatis introductio; hic consequenter ponitur eius consummatio, saltem quantum ad Iasonem* ☞ *sacerdo-*

MORALITER.

† 1 *Ambiebat.* Per istum, qui per dona multa & magna procurauit sacerdotium, significantur simoniacè promoti in ecclesia Dei, ex quorum vita pessima sequuntur multa mala, scilicet, diuini cultus negligentia quantũ ad clerũ;& dissolutionis multimodę & luxuriȩ exercitium,& per consequens recessus à Christiana conuersatione & vita, quantũ ad populum; sicut tangitur in littera consequenter. 30 *Cum autem.* Per Iasonem pessimum pontificem, mittentem pecunias in sacrificium Herculis: (qui sicut dicit Isid. etymol. lib. 8. dicitur Deus fortitudinis,) significantur mali pontifices & prælati, qui bona Ecclesiæ expendunt in curiis regum & principum, vt per hoc in suis maleficiis sustententur.

Mala quæ simoniacè promoti in Ecclesiam inferunt.

De malis prælatis qui patrimoniũ Ecclesiæ in curiis dilapidant.

A regionem. Menelaus autem principatum obtinuit: sed de pecuniis pro pontificatu regi promissis nihil agebat, quam ob causam similiter & ipse remotus est à sacerdotio, succedēte sibi Lysimacho: quo tenente sacerdotium, Menelaus, Antiocho absente propter sedandos Tharsenses & Malotas, ratus se accepisse tempus opportunum, aurea quędam vasa è templo furatus, donauit Andronico comiti, quem rex reliquit ad tuendam regionem. Vnde commotus Onias senior frater eius, quem Iason captiuauerat, arguebat Menelaum pro impietate perpetrata, ipse in loco tuto se cōtinens Antiochiæ secus Daphnem. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogauit vt Oniam interficeret. Qui cùm venisset ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando, quamuis esset ei suspectus, & suasisset de asilo procedere, statim eum peremit, non veritus iustitiā. Ob quā causam non solum Iudæi, sed & aliæ quoque nationes indignabantur, & molestè ferebant de nece tanti viri iniusta. Hinc Iudæi simul & Græci regressum regem de Cilicię locis adierunt prodentes quod factum fuerat. Ex hoc commotus Antiochus, vsque ad lachrymarum effusionem, recordatus defuncti sobrietatem & modestiam, accensusque animo, Andronicum exutum purpura circumduci per totam ciuitatem iubet, & in eodem loco, quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vita priuari, domino illi dignam pœnam retribuente. Multis enim sacrilegiis in templo à Lysimacho commissis Menelai consilio, diuulgata fama congregata est multitudo aduersum Lysimachum, alij lapides, alij verò fustes validos arripuere: quidam verò cinerem in Lysimachum iecere, & multi quidem vulnerati, quidam etiam prostrati: omnes verò, in fugam conuersi sunt, ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerunt. De his ergo cœpit iudicium aduersus Menelaum agitari. Et cùm venisset rex Tyrum, ad D ipsum negotium detulerunt viri tres missi à senioribus. Et cùm superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias ad suadendum regi. Itaque Ptolemæus in quodam atrio positum quasi refrigerandi gratia regem adiit, & à sententia deduxit, & Menelaum quidē vniuersæ malitiæ reum, criminis absoluit, miseros autem (qui etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur) morte damnauit. Sed cùm falsus rumor exisset, tamquam è vita excessisset Antiochus, E assumptis Iason non minus mille viris, repente aggressus est ciuitatem, & ciuibus ad murum conuolantibus, ad vltimum comprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem. Iason verò non parcebat in cæde ciuium suorum, nec cogitabat prosperitatem aduersum cognatos, malum esse maximum, arbitrans hostium, & non ciuium se trophæa capturum. F Et principatum quidem non obtinuit: finem verò insidiarum suarum confusione cepit, & profugus iterum abiit in Ammanitem. Ad vltimum in exitium sui conclusus ab Aretha Arabum tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus, vt refuga legum; & execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis, in Ægyptum extrusus est: & qui multos de patria expulerat, peregrè periit, Lacedæmonas profectus. Menelaus autem cùm apud Antiochum Eupatorem simili modo, vt antea apud Antiochum nobilem, dolos meditaretur; rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorē, & suggerente Lysia, hunc esse causam omnium malorum, iussit (vt eis est consuetudo) comprehensum eodem loco necari. Erat autē in ipso loco turris quinquaginta cubitorū, aggestum vndique habēs cineris: Hæc prospectum habebat in præceps, inde in cinerem deiici iussit sacrilegum omnibus

Digladatio pro summo sacerdotio. — *Oniæ senioris cædis indigna.* — *Andronici eius sceleris auctoris supplicium.* — *Lysimachus à furente populo oppressus.* — *Menelaus absoluitur occisis innocentibus qui in eum agebant.* — *Iason captat vrbē sēnit in ciues.* — *Eius infelix exitus.* — *Similiter etiam Menelai.*

celebraretur, & rex præsens esset, [19] misit Iason facinorosos ab [1] Ierosolymis viros peccatores [2] portantes argenti didrachmas [3] trecentas in sacrificium Herculis, quas postulauerunt hi qui asportauerant, ne in sacrificiis erogarentur, quia non oporteret, sed in alios sumptus eas deputari. [20] Sed hæc oblata sunt quidem ab eo qui miserat in sacrificium Herculis: propter [4] præsentes autem datæ [5] sunt in fabricam nauium triremium. [6] [21] Misso autem in Ægyptum Apollonio Nesthei filio propter [7] primates Ptolemæi Philometoris regis. Cùm cognouisset Antiochus alienum se à negotiis regni effectum, propriis [8] vtilitatibus consulens, profectus inde venit Ioppen, & inde Ierosolymam. [22] Et magnificè ab Iasone & ciuitate susceptus, cum facularum luminibus & laudibus ingressus est, & inde in Phœnicem exercitum conuertit. [23] Et post triennij [9] tempus misit Iason [10] Menelaum supradicti [11] Simonis fratrem [12] portantem pecunias regi, & de negotiis necessariis responsa perlaturum. [24] At ille commendatus [13] regi cùm magnificasset [14] faciem potestatis eius, in semetipsum [15] retorsit

NICOLAVS DE LIRA.

sacerdotem, qui misit magnam pecuniam in sacrificiis Herculis expendendam: tale verò sacrificium est Gentilitatis summum malum, ideo dicitur: Cùm autem quinquen. &c. Id est, lusta vel hastiludium, seu aliquid huiusmodi, quod semel fiebat in quinque annis. Et istud de quo hic agitur, fiebat in venerationem Herculis. 1 Et rex præ. *Scilicet, Antiochus nobilis.*

2 Misit Ia. faci, *Id est, facinoribus plenos: vnde versus,* Osus plena notat, bundus similat, bilis aptat.

3 Viros pec. *De sua secta, propter quod de illis confidebat: tamen erant minus mali quàm ipse, quia pecuniam, quam portabant pro sacrificiis Herculis, rogauerunt expendi in vsibus aliis; ideo sequitur postea,*

4 Propter præ. *Id est, propter præsentantes dictam pecuniam.*

5 Datæ sunt, &c. trire. *A tris quod est tres & remus mi: habebant enim illæ naues tres ordines remorum.*

6 Misso autem. *Hæc est pars incidentalis, in qua ponitur quoddam incidens illius temporis. Ptolemæus enim Philometor, cùm adhuc esset puer, successit patri in regnum Aegypti: & quia erat nepos Antiochi Epiphanis, vtpote filius suæ sororis, sicut ostendi plenius Dan. 10. ideo Antiochus accepit aliquas ciuitates de regno Aegypti, quasi curam gerens de regno nepotis sui, sed cùm postea nollet eas reddere, principes Aegypti mouerunt contra eum bellum, zelantes pro suo rege: & sic fuit alienatus à negotiis nepotis sui, & hoc est quod dicitur:* Misso autem in Æg. Apollonio. *Iste fuit missus à rege Antiocho.*

7 Propter pri. Pto. *Nolentes quod Antiochus se intromitteret de negotiis Aegypti. De hoc enim audierat Antiochus rumores & voluit scire veritatem per istum Apollonium, quod & factum fuit: ideo subditur,* Cùm cognouisset Antio. &c.

8 Propriis vtilitatibus. *Scilicet, vt ciuitates, quas prius acceperat, tenere posset in augmentum sui regni. Cetera patent.*

9 Et post triennij tempus. *Post ambitionem Iasonis, hic consequenter ponitur ambitio Menelai, cùm dicitur,*

10 Misit Iason Menelaū. *Qui de sua mala secta erat: & sic in eo cōfidebat.*

11 Supradicti Simonis. *De tribu Beniamin, (vt habetur cap. præcedenti.)*

12 Fratrem. *Id est, malitia sibi parem, vt exponunt aliqui, sequentes dictum Iosephi dicentis quod iste Menelaus & Iason fuerunt fratres Oniæ pontificis: sed quia propter dictum Iosephi (de quo certum est quod multa falsa ponit) non videtur auctoritas huius libri dimittenda, nec eius littera extortè exponenda, maximè cùm ad legendum sit receptus ab Ecclesia: propter quod saluo meliori iudicio videtur mihi, quod iste Menelaus propriè dicatur frater Simonis de tribu Beniamin. Si verò contra hoc obiiciatur, quod iste Menelaus factus fuit summus sacerdos vt dicitur in littera, quod* retorsit in semetipsum summum sacerdotium, *quod debebatur filiis Aaron tantùm: Dicendum, quod* hoc non valet, nam hoc sacerdotium obtinuit per Antiochum regem idololatram, & Gentilem, *propter quod non curabat de qua tribu Iudæorum pontifex esset, sed solum de vtilitate temporali, quam inde haberet: ideo subditur,*

Menelaus an esset de familia sacerdotali.

13 At ille commendatus regi. *Per ministros assistentes sibi, quibus munera dederat Menelaus.*

14 Cum mag. &c. *Per munera quæ apportauerat, & nomine suo, magis quàm Iasonis, obtulerat, & alia mittere de futuro promiserat, vt habetur infra.*

15 In semetip. retorsit sum. sacerdotium. *A rege sibi concessum. Cetera patent vsque ibi.* Et

MORALITER.

† 9 *Et post triennij tempus, misit Iason Menelaum supradicti Simonis fratrem, portantem pecunias regi, &c.* Per hoc autem, quod iste Menelaus à Iasone missus, eum defraudauit à sacerdotio, & pœnam pecuniariam imposuit; ostenditur, quod Deus iustè permittit aliquando malos homines defraudari & supplantari ab his, qui sunt de sua familia, vt sic de suis maleficiis grauius puniantur.

Mali male defraudantur.

† Et

summum sacerdotium, superponens Iasoni talenta argenti trecenta. [25] Acceptisque à rege mandatis venit, nihil quidem dignum habens sacerdotio: animos verò crudelis tyranni & feræ belluæ iram gerens. [26] Et Iason quidem[1] qui proprium fratrem captiuauerat,[2] ipse deceptus[3] profugus[4] in Ammanitem expulsus est regionem. [27] Menelaus autem principatum[5] quidem obtinuit: de pecuniis[6] verò regi promissis nihil agebat,[7] cùm exactionem faceret[8] Sostratus qui arci erat præpositus. [28] Nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat, quam ob causam[9] vtrique ad regem sunt euocati.[10] [29] Et Menelaus amotus[11] est à sacerdotio, succedente Lysimacho confratre suo: Sostratus autem prælatus est Cypriis.[12] [30] Et cùm hæc agerentur,[13] contigit Tharsenses & Mallotas[14] seditionem mouere,[15] eò quòd Antiochi regis concubinæ[16] dono essent dati.[17] [31] Festinanter[18] itaque rex venit sedare illos, relicto suffecto[19] vno ex[20] comitibus suis Andronico. [32] Ratus[21] autem Menelaus accepisse se tempus opportunũ,[22] aurea quædam vasa è templo furatus donauit Andronico, & alia vendiderat Tyro, & per vicinas ciuitates. [33] Quod cùm certissimè cognouisset Onias, arguebat eum,[23] ipse in loco tuto se continens[24] Antiochiæ secus Daphnen. [34] Vnde Menelaus accedens ad Andronicum rogabat, vt Oniam interficeret. Qui cum venisset ad

omnibus eum propellentibus ad interitum: & tali lege præuaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum. Et quidem satis iustè. Nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus: ipse in cineris morte damnatus est. Refert autem Iosephus (sicut in superiori libro ostendimus) quod filius principis sacerdotum Oniæ, cum adhuc puerulus defuncto patre relictus sit, vidẽs quia auunculum suum Menelaum rex interfecisset, & principatum sacerdotij Alchimo dedisset, non existenti de genere sacerdotum, sed à Lysia flexus, vt transponeret honorem ab ea familia ad aliam domum; fugit ad Ptolemæum regem Ægypti, & honorem meruit ab ipso, & vxore eius Cleopatra, locumque petiit in regione Eliopolitana, vbi ciuitatẽ nominis sui condidit, templo ad similitudinem templi patrij constructo. Alchimus verò aduersum Iudam Machabæum inimicitias gerens, post non multum temporis ira Dei percussus interiit; ac sic cum omniũ Iudæorum fauore Iudæ Machabęo sacerdotiũ decernitur. Quæ quidem omnia magis moralem, quam allegoricum ædificare videntur intellectum: cùm manifestè designẽt, iustissimum iudicem atque æquissimum retributorem singulis, prout debita eorum postulauerint, mercedem condignam restituere; hoc est, piis ac Deum timentibus præmia æterna; impiis autem & peccatoribus, & blasphemis pœnã ignis perpetui. Nec vllus debet sibi blandiri pro terrena felicitate, ac præsentis vitæ prosperitate, si in peccatis degere voluerit, quasi impunè possit euadere; Nec etiam ille, qui bene agens validis tormentis aut variis tribulationibus in præsenti vita coangustatur, desperare debet de futura salute, si in iustitiæ perseuerauerit tramite: quia scriptum est, *Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus.* Et, *Multa flagella peccatorum, sperantes autem in domino misericordia circumdabit. Lætamini in domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.*

Iosephus antiq. l. 12. cap. 6.

Oniæ filius in Ægyptũ fugiens vrbem ibi extruit & templum simile Hierosolymitano.

Iudas Machabæus omnium suffragio in summum sacerdotem eligitur.

Nec boni inhonorati nec mali impuniti euadent.

Psal. 33. d. Ibid. 31. c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et Iason quidem qui proprium fra. *Scilicet, Oniam.*
2 Captiuauerat. *Ipso existente in Antiochia officium eius malè impetrauerat.*
3 Ipse deceptus. *Per Menelaum.*
4 Profugus. *Tum quia priuatus erat sacerdotio, tum quia soluere non poterat impositam sibi summam.*
5 Menelaus autem principatum, *Scilicet, sacerdotij.*
6 De pecuniis, &c. *Vt dictum est.*
7 Nihil agebat. *Et subditur causa, cùm dicitur,*
8 Cùm exactionem faceret. *Ideo non permittebat, quòd de leuatione pecuniæ se intromitteret Menelaus.*
9 Quam ob causam. *Hic consequenter agitur de ambitione Lysimachi: cuius primò ponitur institutio; secundò, eius destitutio, ibi,* Multis autem sacrilegiis. *Prima in duas, quia primò ponitur institutio Lysimachi; secundò, mors Oniæ iusti, ibi,* Et cùm hęc agerentur. *Circa primum dicitur,* Quam ob causam vtrique. *Scilicet, Menelaus & Sostratus.*
10 Ad regem sunt euocati. *Menelaus quidem, eò quòd pecuniam promissam non mittebat: Sostratus verò quia Menelaum exactionem facere non sinebat, propter quod Menelaus ipsum accusabat.*
11 Et Menelaus amo. *Hoc procurante Sostrato, & aliis modis, quibus poterat per ambitionem, sicut dictum est suprà de Iasone: quod officium sui fratris Oniæ malè procurauerat. Dicunt tamen hic expositores aliqui, sequentes dicta Iosephi, quod iste Lysimachus non fuit frater Menelai, sed dicitur hic eius frater, eò quòd fuit sibi similis in maltitia sicut dicitur quod nihil & Chimera sunt fratres; Sed hæc expositio videtur extorta, maximè quando scribitur historia, vbi non est vtendum metaphora, sicut est in proposito. Propter quod melius videtur dici sequendo textum libri, quod isti tres, scilicet, Lysimachus, Menelaus, & Simon templi præpositus, fratres fuerunt.*
12 Sostra. au. &c. *Sicut frequenter mutantur Balliui regis, insula verò Cypri subiecta tunc erat Antiocho regi.*
13 Et cùm hæc. *Hic interponitur mors Oniæ, cuius primo describitur occisio; secundo vindicatio, ibi,* Ob quam causam. *Circa primum præmittitur temporis opportunitas, cùm dicitur,*
14 Contigit Thar. & Mal. *Id est, ciues duarum ciuitatum.*
15 Seditionem mo. *Contra regem Antiochum.*
16 Eò quòd An. re. con. *In datiuo casu.*
17 Dono. es. da. *Dolebat enim, quod sub dominio talis mulieris essent positi.*
18 Festinanter, &c. *Ne maius malum oriretur contra ipsum, sed per quem modum non dicitur hic; sed verisimile est, quod donum illud retractauit, & concubina sua aliter prouidit.*
19 Reli. suffe. *Id est, sub se facto, locum eius tenente.*
20 Vno ex, &c. *In Antiochena ciuitate.*
21 Ratus. *Id est, opinatus, & dicitur à reor, reis.*
22 Menelaus accepisse se tempus opportu. aurea, &c. *Ad mortem Oniæ procurandum in regis absentia per Andronicum cupidum. Cetera patent vsque ibi,*
23 Arguebat eum. *De furto notabili rei sacræ.*
24 In loco tuto se conti. &c. *In quo nullus sub pœna mortis audebat aliquem lædere: propter quod dicebatur asilum ab à quod est sine & silen quod est tactus, quia non est fas alicui ibi tangere & offendere alium. Cetera patent.*

Menelaus, Lysimachus & Simon templi præpositus fratres fuerũt.

Ob

MORALITER.

13 *Et cùm hæc agerentur, contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eò quod Antiochi regis, &c.* Per istos rebellantes regi superbo, eò quòd dedignabantur subiici mulieris concubinæ dominio; significantur illi, qui resistunt Diabolo regi superbiæ, eò quòd nolunt subiici sensualitati, quæ mulier dicitur ab August. super Gen. Et est lubrica ad corporis voluptatem.

21 *Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunum, aurea quædam vasa è templo furatus donauit Andronico, & alia vendiderat Tyro, & per vicinas ciuitates.* Per istum, qui machinabatur in mortem Oniæ, eò quòd eum arguebat de sacrilegiis suis; significatur quilibet criminosus, qui odit corripientem se de suis facinoribus. Vnde dicit Ioannes os aureum: *Incurrit odium qui arguit criminosos.* Per Andronicum verò, qui falsis promissionibus eum extra asilum exire fecit, & sic eum crudeliter interfecit; significatur Diabolus, qui viros iustos aliquando multis illusionibus pertrahit extra discretionis asilum, & sic eos iugulat, per peccatum, & ad hoc ponuntur exempla plurima in collatione Moysi Abbatis.

De dedignantibus subiacere carni & sanguini.

De eis qui nolunt argui de suis malis.

De diabolo impellente ad indiscretionem.

A Oniam & datis dextris cū iureiurando, quamuis esset ei suspectus, & suasisset de asilo procedere, statim eum peremit non veritus iustitiam. [35] Ob quam causam nō solum Iudæi, sed etiam aliæ quoque nationes indignabantur, & molestè ferebant de nece tanti viri iniusta. [36] Sed regressum regē de Ciliciæ locis adierunt Iudæi apud Antiochiam simul & Græci, conquerentes de iniqua nece Oniæ. [37] Contristatus itaque animo Antiochus propter Oniam, B & flexus ad misericordiam lachrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatē & modestiam. [38] Accensusq; animis Andronicum purpura exutum per totam ciuitatem iubet circumduci, & in eo loco in quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vita priuari, domino illi condignā pœnam tribuente. [39] Multis autem sacrilegiis in templo à Lysimacho commissis Menelai consilio, & diuulgata fama, C congregata est multitudo aduersum Lysimachum, multo iam auro exportato. [40] Turbis autem insurgentibus & animis ira repletis Lysimachus armatis ferè tribus millibus, iniquis manibus vti cœpit, duce quodam tyranno ætate pariter & dementia prouecto. [41] Sed vt intellexerunt conatum Lysimachi, alij lapides, alij fustes validos arripuere: quidam verò D cinerem in Lysimachū iecere. [42] Et multi quidem vulnerati, quidam autem & prostrati, omnes verò in fugam conuersi sunt. Ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerūt. [43] De his ergo cœpit iudicium aduersus Menelaum agitari. [44] Et cùm venisset rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt missi viri tres à senioribus. [45] Et cùm superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dari ad E suadendum regi. [46] Itaque Ptolemæus in quodam atrio positum quasi refrigerandi gratia regem adiit, & deduxit à sententia, [47] & Menelaum quidem vniuersæ malitiæ reum criminibus absoluit: miseros autem qui etiā si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit. [48] Citò ergo iniustam pœnam dederunt, qui pro ciuitate & populo & sacris vasis causam prosecuti sunt. F [49] Quamobrem Tyrij quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt. [50] Menelaus autem propter eorum qui in potentia erant auaritiam, permanebat in potestate crescens in malitia ad insidias ciuium.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ob quam cau. *Hic consequenter ponitur occisionis dicta vindicatio. Et patet littera vsque ibi,*
2 Defuncti sobrietatem. *In potibus & cibis.*
3 Et modestiam. *In verbis & factis.*
4 Andronicum purpura exutum. *Tamquam de statu dignitatis depositum & degradatum.*
5 Per totam ciui. iub. circumd. *Vt vindicta sceleris omnibus appareret.*
6 Et in eo loco, &c. *Vt sic culpæ responderet pœna.*
7 Multis autem. *Postquam supra posita est Lysimachi institutio; hic ponitur eius destitutio, & secundò Menelai restitutio, ibi,* De his ergo. *Circa primum dicitur,* Multis autem, &c. com. *Scilicet, in diuini cultus dissipatione, & vasorum aureorum furtiua subtractione.*
8 Menelai con. *Vt de auro partem haberet, & vt populo contra Lysimachum concitato, ipse sacerdotium recuperaret, sicut & factum fuit, vt ex sequentibus patebit.*
9 Et diuul. fa. *De dictis sacrilegiis à Lysimacho commissis.*
10 Congre. est mul. &c. Iniquis manibus vti cœpit, *multitudinem contra se commotam interficiendo per iniquos, quos armauerat. Cetera patent vsque ibi,*
11 Omnes verò in fu. con. sunt. *Scilicet, qui erant cum Lysimacho.*
12 Ipsum etiam sac. *Scilicet, Lysimachum* secus ærarium interfecerunt.
13 De his ergo. *Hic consequenter describitur Menelai restitutio, qui cum prædictis debuisset ad mortem condemnari: per pecunias tamen fuit restitutus ad principatum sacerdotij. Dicit ergo,* De his ergo. *Scilicet, de auro furtiuè sublato de templo.*
14 Cœpit iudi. &c. *Quia factum fuerat eius consilio, Et quia ad hos secuta fuerat plurium occisio.*
15 Et cum supera re. Menelaus, &c. *Id est, conuinceretur de dictis criminibus.*
16 Promisit Ptole. *Regi familiari.*
17 Ad suadendum. *Pro Menelao & contra aduersarios suos.*
18 Et dedu. à sententia. *Quam cogitauerat dare contra Menelaum, dans sententiam per contrarium.*
19 Miseros autem. *Scilicet accusantes Menelaum.*
20 Qui etiam si apud Scythas. *Qui sunt barbari, irrationales, & crudeles populi.*
21 Cito ergo: *Id est, præcipitanter & malè.*
22 Iniustam pœ. de. *Supple eis.*
23 Qui pro ciuitate. *Ierusalem.*
24 Et populo. *Fideli.*
25 Et sacris vasis. *Furto sublatis.*
26 Causam prose. *Contra Menelaum.*
27 Menelaus autem, &c. *Quia propter dona eius commendabant eum apud regem.*
28 Permanebat in potestate, *Summi sacerdotij.*

CAP.

MORALITER.

† 7 *Multis autem sa. in templo.* Per istum Lysimachum, qui duce tyranno, ætate & dementia prouecto, conciues suos impugnabat, vt templum domini spoliaret; significatur quilibet sacrilegus crudelis, qui sequitur instinctum dæmonis, qui est tyrannus crudelis, & prouectus ætate & dementia, scilicet, à principio sui casus. Per hoc autem quod Lysimachus iuxta ærarium fuit interfectus, significatur, quod homines raptores & cupidi frequenter iuxta suas diuitias iugulantur. *(De sacrilego crudeli.)*

15 *Et cùm superaretur Menelaus.* Per istum Ptolemæum, qui pro pecuniis seduxit regem ad dandam iniquam sententiam, significantur cupidi principum consiliarij, qui propter munera inducunt eos suis falsis persuasionibus ad liberandum iniquos, & ad condemnandum iustos. *(Cupidi principum consiliarij.)*

CAP. V.

A a Eodem tempore. RABAN. Portenta ergo aliquando portendunt prospera, aliquando verò præfigurant aduersa: sed semper iuxta id, quod summus arbiter singulis rebus ac temporibus conuenire diiudicat. Nec mirum, quod in Machabæorum temporibus equites auratas stolas habentes, & hastis armatæ cohortes per aërem discurrere visi, ac armorum aureorum splendor fulgens aduersitatem prænuntiare futuram, & cladem Iudæis venturã, cùm ante subuersionem Ierosolymorum sub Vespasiano & Tito, Iosepho testante, didicimus, quod stella prę fulgens, gladio per omnia similis, imminere desuper ciuitati, & cometes præterea exitialibus flãmis ardere per totũ visus est annum. Sed ante excidij tempus ac belli, cùm populi ad diem festum Azymorum cõuenirent, octaua die mensis Xandici, qui est Aprilis, noctis tempore hora nona, tantus luminis fulgor aram templumq; circumdedit, vt putarent omnes, diem clarissimum factum, & permansit spatio horæ dimidiæ. Quod imperitis quidem & ignaris prosperum videbatur: Sed legisperitos & probos quosque doctores non latuit exitiale portentum. In eadem quoque festiuitate vitula sacrificiis admota, & aris assistens, inter ipsas ministrorum manus enixa est agnam. Sed & ianua interioris ædis, quæ respiciebat orientem, cùm esset solido ære induta, ac perinde immensi ponderis, quæ vix viginti viris summo conatu impellẽtibus clauderetur, ferreis quoque vectibus & seris munita, ac pessulis in altum demissis teneretur obstricta; D repente hora noctis sexta apparuit sponte patefacta. Sed & transacto die festo, post aliquot dies, prima & vicesima die mensis Artemisij, (qui Maius apud nos vocatur) prodigiosus apparuit visus, & fidem penè excedens: quod ferè falsum putaretur, nisi oculorum fidem confirmasset, malorum eorum cõsecuta pernicies. Etenim prope solis occasum visi sunt currus & quadrigæ in omni regione per aerem ferri, & armatorum cohortes misceri nubibus, & vrbes circumdari E agminibus improuisis. In alio itidem festo die, qui Pentecostes appellatur, noctu sacerdotes ingressi templum ad ministeria ex more complenda: primò quidem, motus quosdam strepitusque senserunt, deinde voces subitas audiunt dicentes: Migremus hinc. Additur etiam his F aliud terribilius. Etenim quidam Ananiæ filius, Iesus nomine, vir plebeius & rusticus, ante quartum belli annum, cùm ciuitas in pace & abundantia perduraret, in die festo Tabernaculorum repente clamare cœpit: Vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox à quatuor ventis, vox super Ierosolymam & super templum, vox super sponsos & super sponsas, vox super populum: & indesinenter die noctuque per omnes plateas circumiens hæc clamabat, vsquequo quidam primores ex populo, viri velut infausti præsagij indignatione commoti, correptum hominem multis verberibus afficiunt. At ille nequaquam pro se aliquid

Cladem ab Antiocho Epiphane Hierosolymis illatam quæ signa præcesserint?

Multo plura & illustriora portenta exterminiũ gentis Iudaicæ à Romanis inuectam præcedunt.

CAPVT V.

EOdem tempore Antiochus secundam profectionem parauit in Ægyptum.[2] Contigit autem per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas,[3] & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus & galeatorum multitudinem gladiis districtis & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omnisque generis loricarum. [4] Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti. [5] Sed cùm falsus rumor exisset, tamquam vita excessisset Antiochus, assumptis Iason non minus mille viris repente aggressus est ciuitatem, & ciuibus ad murum conuolantibus ad vltimum apprehensa ciuitate Menelaus fugit in arcem. [6] Iason verò non parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatem aduersum cognatos malum esse maximum, arbitrans hostium & non ciuium trophæa se capturum. [7] Et principatum quidem non obtinuit, finem verò insidiarũ suarum confusionẽ accepit, & profugus iterum abiit in Ammanitem. [8] Ad vltimum in exitium sui conclusus ab Aretha Arabum tyranno fugiens de ciuitate in ciuitatem omnibus odiosus, vt refuga

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. V.

EOdem tempore. *Postquam superius est descripta Iasonis fuga, hic describitur eius miserabilis terminatio, cuius primo signum præmittitur, secundo signatum subditur, ibi,* Sed cùm falsus rumor. *Circa primum dicitur,*

1 Eodem tempore, *Scilicet, Epiphanis.*
2 Secundam profectionem. *Prius enim intrauerat Aegyptum quasi curam gerens nepotis sui: Sed alienatus à negotiis eius per primates Aegypti, (vt dictum est cap. præced.) secundo preparauit exercitum ad intrandum, ibi,*
3 Contigit autem, *Illo tempore.*
4 Per vniuersam Ierosol. ciuit. *Non est per hoc intelligendum, quod singulis diebus fieret apparitio ista: sed quod infra spatium quadraginta dierum pluries fuit visa, sicut Act. 1. c. dicitur, quod Christus* post resurrectionem suam per dies 40. apparuit discipulis suis; *& tamen non apparuit eis singulis diebus.*
5 Auratas stolas. *Id est, tunicas, quæ induuntur super arma ad decorem.*
6 Et cur. equo. per ord. dig. *Id est, dispositos secundum artem militarem.*
7 Et cong. fieri cominus, *Id est, de prope.*
8 Et scutorum motus. *Quæ in pugna aliquando leuantur sursum, aliquando ad dexteram, aliquando ad sinistram mouentur.*
9 Et galeatorum. *Id est, hominum galeas habentium.*
10 Multi. *Id est, diuersimodè motis, nunc feriendo punctim, nunc cæsim.*
11 Quapropter om. rogab. in bonum. *Id est, quod talia essent signa futuri boni; fuerunt tamen signa mali, scilicet, depopulationis ciuitatis primò per Iasonem, postea per Antiochum Epiphanem; sicut ante subuersionem Ierusalem per Romanos, apparuerunt signa multa, sicut narrat Iosephus lib. de Iudaico bello, quæ tamen hic propter prolixitatem omitto, & quia eorum aliqua ponuntur hic in gloss.*
12 Sed cum fal. *Hic consequenter ponitur signatum, quantum ad Iasonis impetum, cùm dicitur,* Sed cum fal. rumor. *Scilicet, de morte Antiochi.*
13 Assumptis non minus mille. *Imo magis pluribus.*
14 Aggressus est ciuitatem. *Ierusalem, vnde fuerat profugus per factum Menelai: vt dictum est cap. præced. Credebat enim Iason regem mortuum, & sciebat eius filium adhuc esse puerum: & sic credebat habere tempus aptum ad recuperandum sacerdotium, quo priuatus fuerat per Antiochum. Cetera patent vsque ibi,*
15 Abiit in Ammanitem, *Vnde venerat Ierusalem.*
16 Ad vltimum in exitium sui, *Ad suum exterminium.*
17 Conclusus ab Aretha. *Qui persequebatur eum. Et sic patet, quòd non solùm erat odiosus Iudæis, sed etiam Gentibus extraneis.*
18 Vt refuga. *Id est, apostata à lege diuina.*

Iason frustra pro recuperando sacerdotio laborat.

MORALITER.

† 1 *Eodem tempore.* Sequitur: *Contigit autem.* Secundum sensum litteralem, significabant cladem Iudæorum de futuro propinquam, vt ex sequentibus patet. Moraliter autem significant dæmones, qui dicuntur aereæ potestates, fidelẽ populum crudeliter impugnantes, Ephes. 6. d. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, &c.*

13 *Assumptis Iason non minus mil. vi. &c.* Per istum Iasonem, qui tot mala fecit suis ciuibus, & finaliter mortuus est illamentatus & insepultus; significatur quilibet odiosus Deo & hominibus,

Dæmones.

De quolibet odioso Deo & hominibus.

quid loquens, sed nec eos quidem qui circumsteterant deprecans A easdem voces pari obstinatione & clamore repetebat. Tunc principes intelligentes (vt res erat) quod inimicus esset motus in viro, perducunt eum ad iudicem Romanum, apud quem flagris ad ossa vsque laniatus, neque preces neque lachrymas fudit, sed eamdem vocem miserabiliter & cum quodam vlulatu emittēs per singula penè verba proferebat: Addens etiā hoc, Væ væ Ierosolymis. Hæc ergo omnia prodigia misera ciuitas perpessa ideo est, quia semper (secundum legislatoris testimonium) seditiosè egit contra dominum, & ingrata B beneficiorum eius, seruos summi patris familias, qui ad eam ab illo missi sunt, cōuitiosè tractabant, atque interimebant. Nouissimè verò ipsum interficientes heredē extra castra proiecerunt. Vnde ipse dominus in Euangelio increpans incredulam ciuitatem ait: *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis do.* C *vestra deserta.* Hoc enim præsagiebatur antiquitus, hoc posterioribus completum est temporibus, vt homicidæ truculentissimi condignam reatus sui perciperent mercedem: ita vt partim fame necarentur, partim pestilentia perirent, partimque occisi & captiui in totius orbis partes ab hostibus ducerentur. Sicque impletum est illud Ieremiæ quod de eadem gente & ciuitate prophetauit, dicens: *Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinem seruitutis. Habitauit inter Gentes, nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Viæ Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem. Omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes: Virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.* D

Illa vltima ipsorum clades non ob aliud cōtigit quam quod Christum & ab eo missos spreuerint & occiderint.

Matth. 23. d.

Tren. 1. a.

legum & execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis, in Ægyptum extrusus est: [9] & qui multos de patria sua expulerat, peregrè [1] periit Lacedæmonas [2] profectus quasi pro cognatione ibi refugium habiturus: [10] & qui insepultus multos abiecerat, ipse [3] & illamentatus & insepultus abiicitur, sepultura neque peregrina vsus, neque patrio sepulchro participans. [11] His ita- [4] a que gestis suspicatus [5] est rex, societatem deserturos [6] Iudæos, & ob hoc profectus ex Ægypto [7] efferatis [8] animis ciuitatem [9] quidem armis cepit. [10] [11] Iussit autem militibus interficere, nec parcere occursantibus, & per domos ascendentes trucidare. [12] Fiebant ergo cædes iuuenum ac seniorum, mulierum & natorum exterminia, virginumq; & paruulorum neces. [14] Erant [12] autem toto triduo, octoginta [13] millia interfecti, quadraginta [14] millia vincti, non minus [15] autem venundati, [15] sed nec ista [16] sufficiunt. Ausus est [17] etiam intrare templum vniuersa terra sanctius, Menelao ductore [18], qui legum [19] & patriæ [20] fuit proditor, [16] & sceleftis manibus sumens sancta vasa, quæ ab aliis regibus [21] & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci & gloriam, contrectabat [22] indignè & contaminabat [23]. [17] Ita alienatus mente [24] Antiochus non considerabat, quod propter peccata habitantium ciuitatem modicum dominus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum despectio. [18] Alioqui nisi contigisset eos multis peccatis esse inuolutos, sicut Heliodorus qui missus est à Seleuco rege ad expoliandū ærariū, etiam hic statim aduenienς flagellatus & repulsus vtique fuisset ab audacia.

a *His itaque gestis suspicatus.* RABAN. Postquam scriptor historiæ narrauit de Lysimachi & Iasonis impiorum & sacrilegorum interitu, commemorata insuper signorum & prodigiorum visione in aëre, ad narrationis ordinem E redit, hoc est ad Antiochi Epiphanis profectionem de Ægypto: qui irritatus inde, eo quod senatus præcepto de regione Ptolemæorum, quam subito inuaserat, iussus est recedere, efferatis animis Iudæam venit, sicut in superiori libro demonstratum est, & ciuitatem Ierusalem armis F cepit, gentemque mulctauit, templum spoliauit, & multa nefaria in ipsa terra commisit.

Antiochus rapinas & iram quam in Ægyptios conceperat in Iudæos effundit.

Quod autem Antiochus ipse Antichristi figuram præferat, sanctorum patrum traditione manifestissimum est. Quia Saluator habet Salomonem & ceteros in typum aduentus sui: sic Antichristus pessimum regem Antiochum, qui sanctos persecutus est, templumque violauit, rectè typum sui habuisse credendus est.

Antiochus typus Antichristi.

Non

NICOLAVS DE LIRA.

1 Peregrè. *Id est, in aliena terra.*

2 Lacedæmonas. *Isti erant Spartiatæ, qui erant Iudæis confœderati, vt dictum est supra 1. lib. cap. 12. propter quod credidit ibidem habere refugium: sed inuenit contrarium, quia Spartiatæ cognouerunt mala, quæ fecerat Genti Iudæorum, ideo subditur,*

3 Ipse, &c. *Et sic videtur quod ibi fuerit occisus, & corpus eius proiectum bestiis & auibus deuorandum.*

4 His itaque. *Postquam descripta est inchoatio tribulationis Iudæorum propter ambitionem sacerdotij: hic consequenter ponitur eius consummatio per oppressionem regis Antiochi. Circa quod primò ponitur vastatio plebis, secundò subuersio legis cap. 2. Prima in duas, quia primò ponitur vastatio plebis in regis præsentia, secundò in eius absentia, ibi,* Igitur Antiochus. *Circa primum, primò ponitur vastatio populi, secundò violatio templi, ibi,* Sed nec ista. *Circa primum dicitur,* His itaque gestis, *scilicet, quod ciuitas Ierusalem à Iasone capta fuisset, & quod Menelaus ab eo pontifex destitutus, in arcem confugisset, vt prædictum est.*

Diuisio.

5 Suspicatus est Rex, *Antiochus.*

6 Societatem deserturos. *Id est, tributum sibi negaturos.*

7 Et ob hoc prof. ex Ægypto. *Vnde reuertebatur de mandato Romanorum.*

8 Efferatis animis. *Tum propter repulsionem sui de Aegypto, Tum quia credebat Iudæos recessisse à suo dominio.*

9 Ciuitatem, *Ierusalem.*

10 Armis cepit. *Eo quod erat intra se diuisa, vt patet per prædicta.*

11 Iussit a. milit. interficere. *Generaliter absque sexus vel ætatis distinctione.*

12 Erant autem toto triduo. *Quo durauit illa occisio.*

13 Octoginta millia. *Quia quærebantur in locis occultis, vbi se abscondebant.*

14 Quadraginta millia vincti. *Vt ducerentur in captiuitatem.*

15 Non minus autem venundati, &c. *In seruos & ancillas, mercatoribus qui ad hoc venerant.*

16 Sed nec ista. *Hic consequenter ponitur templi violatio, cùm dicitur,*

17 Ausus est, &c. templum vni. terra sanctius. *Quia dedicatum erat cultui diuino, cetera vero cultibus idolorum.*

18 Menelao ductore. *Qui è contrario debuisset pro immunitate templi zelare, ideo sequitur,*

19 Qui legum, *Diuinarum.*

20 Et patriæ, *Scilicet, Iudææ.*

21 Fuit proditor, &c. sumens sancta vasa quæ ab aliis reg. &c. *Scilicet, Cyro & Dario, vt patet 1. Esdræ, & Seleuco supra 3. cap.*

22 Contrectabat indi. *Propriis manibus.*

23 Et contaminabat. *Applicando aliis vsibus.*

24 Ita alienatus mente. *Non quia perdidisset vsum rationis, sed quia non considerabat potentiam Dei, qui Heliodorum flagellauerat propter inuasionem templi supra 3. c. quod factum erat per regnum Assyriæ notorium, propter quod non est verisimile, quin ad notitiam Antiochi deuenisset: sed dominus propter peccata populi permittebat locum contemni, sicut dixerat dominus Salomoni 3. Reg. 9. Cetera patent.*

Cur non timuit Antiochus sibi euenturum quod Heliodoro cōtigerat.

Igitur.

MORALITER.

† de cuius morte nullus tristatur, sed magis gaudet & lætatur.

11 *Iussit autem.* Per istum regem Antiochum, qui tot & tanta mala fecit Dei cultoribus, significatur Antichristus, sicut dictum fuit Dan. 11. qui circa finem mundi multo plura mala est facturus.

Antichristus.

18 *Menelao ductore.* Similiter Antichristus per apostatas fidei & religionis multa mala faciet Christianis.

† Qui

a *Non propter locum,&c.* † RVPERTVS in c.8.Oseæ. Qui pro emerita fide dignus est, vt intret in sanctuariũ Domini, causas alias audit & reddit, quare super illam domum Domini, aquila semel & iterum venire debuerit. Semel namque venit Nabuchodonosor, & eam domum incendit. Iterum venit Romanum imperium cum victricibus aquilis, & locum, & gentem irrecuperabiliter tulit. Primò permittente Deo idcirco factum est, vt vetus illud sacerdotiũ corriperetur: Secundò, vt omnino tolleretur. Corripiẽdi namque atque instruendi erant illius temporis tam populus quàm sacerdotes, vt scirent ipsi & posteri, quia *non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegit Dominus.* Et quia auro & lapidibus, quibus præfulgebat illa domus, nõ magis quàm fumo aut fauilla delectatur, nisi cordiũ corporumque templa sibi ad habitandum præparentur.

Primum templum Chaldæis traditũ est vt corriperetur sacerdotium Leuiticum, secundum Romanis vt idem sacerdotium penitus tolleretur.

b *Cumq; appositus,&c.* RABAN. Huius loci & superior liber meminit: vbi & Iudæorũ in sabbathi quiete interfectio, & Apollonij nequitia simul, & interitus eius per Iudam narratur. Quod autem Antiochus præcepit Apollonio omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere, signat, quod antiquus hostis eorum necem maximè meditatur, quos perfectos in religione Christiana esse perspexerit. Eos autem qui molles atque instabiles sunt, de quibus scriptum est, *Stultus vt luna mutatur*: ipsos variis erroribus implicitos, per diuersa vitia ventilando de terra Ecclesiæ separans in profundum scelerum procul iactat.

Simplices corrumpere perfectos auferre cupit diabolus. Eccl.27.b.

c *Iudas.* IDEM. Quomodo autem dicat, Iudam Machabæum esse decimum, non inuenio, nisi fortè per enumerationem Põtificum, qui fuerunt in gente Iudæa temporibus regni Græcorum, fuerat autem temporibus Seleuci Nicanoris (à quo regni Græcorum historia computat annos) primus Pontifex Onias Iaddi filius, secundus Simon Oniæ filius, tertius Eleazarus frater Simonis, quartus Manasses auunculus Eleazari, quintus Onias Simonis iusti filius, sextus Simon Oniæ filius, septimus Onias Simonis filius, octauus alter Onias qui Iason est nuncupatus frater Oniæ prioris: nonus Menelaus frater Iasonis, decimus Iudas, qui Alchimo tentãte pontificatum Iudæorum inuadere, diuinoque iudicio destructo, mirabili consensu omnium primi sacerdotij accepit dignitatem. Spiritaliter autem Iudas merito dicitur esse decimus, quia Decalogi præcepta in fide & deuotione perfectè inuenitur seruasse, ipsamque legem zelando ab hostium manibus primus post patrem armis defendisse. Qui bene inter feras scribitur cum suis in montibus vitam duxisse, & fœni cibo vesci: quia sanctorum exempla secutus (ipsi enim sunt montes Dei) bestiales persecutorum mores contemnendo vitam Deo placitam elegit, virtutum semper virenti pabulo se pauisse optimum duxit, quatenus indeficienti animæ victu nutritus famem non sentiret perpetuam. Nobis autem lectio actuum Iudæ ita solummodo proficit, si constantiæ eius ac sobrietatis virtutes imitari voluerimus, nec præponamus delitias

Cur hic vocetur Iudas Machabæus Decimus.

Eius virtus & sanctitas nobis imitanda proponitur.

a [19] Verum non propter locum gentem, sed propter gentem locum Deus elegit. [20] Ideoque & ipse locus particeps factus est populi malorum, postea autem fiet socius bonorum, & qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni Dei reconciliatione cum summa gloria exaltabitur. [21] 1 Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis velociter Antiochiam regressus est, 2 existimans se præ superbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum propter mentis elationem. [22] 3 Reliquit autem præpositos ad affligendam gentem: 4 Ierosolymis quidem Philippum genere Phrygem 5 moribus crudeliorem eo ipso à quo est constitutus, [23] 6 in Garizim autem Andronicum & Menelaum 7 qui grauius quàm ceteri imminebant ciuibus. [24] b 8 Cumque appositus esset contra Iudæos, 9 misit odiosum principem Apollonium cum exercitu viginti & duobus millibus præcipiens eis omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes ac virgines vendere. [25] † Qui cùm venisset Ierosolymam 10 pacem simulans quieuit vsque ad diem sanctum sabbathi, & tunc feriatis Iudæis arma capere suis præcepit. [26] 11 Omnesq; simul, qui ad spectaculum processerant trucidauit, & ciuitatem cum armatis discurrens ingentem multitudinem peremit. [27] c 12 Iudas

NICOLAVS DE LIRA.

1 Igitur. *Hic consequenter describitur vastatio populi in regis absentia. Et diuiditur in duas partes, scilicet, in principalem, & incidentalem, quæ incipit, ibi,* Iudas autem. *Circa primum primò ponitur recessus Antiochi de Iudæa spoliato templo. Et patet littera vsque ibi,*

2 Existimans. *Hyperbolica locutio est, ad exprimendum superbiã suã magnitudinem.*

3 Reliquit,&c.ad afflig.gentem. *Iudæorum post suum recessum.*

4 Ierosolymis qui. Philippum Phrygem. *Id est, oriundum de Phrygia, in qua regione est Troia.*

5 Moribus eo ipso. *Scilicet, Antiocho.*

6 In Gari. *Quis est mons in regione Samariæ.*

7 Qui grauius quam ceteri imminebant. *Samaritani. Quia semper fuerunt molesti Iudæis, vt patet in Esdra & Neemia.*

8 Cumque appositus esset. *Id est, firmatus in proposito nocendi eis.*

9 Misit odios.princip. Apollonium. *De cuius nequitia & morte habetur 1.lib.3.cap.*

10 Pacem simulans. *Vt haberet ingressum in ciuitatem.*

11 Omnesque, &c. *Ex hoc videtur, quod armationem illam simularet fieri ad aliquem ludum exercendum, vt hastiludium, & huiusmodi, ad quod videndum conuenerunt plurimi: & illos primò iussit interfici, quantum ad viros ætatis perfectæ, secundum iussum regis.*

12 Iudas. *Hæc est pars incidentalis in qua ponitur fuga Iudæ cum pluribus aliis ad loca deserta, eo quod non poterant mala, quæ fiebant in Ierusalem, impedire. Sic ergo dicitur:* Iudas,&c. qui decimus. *non in numero fratrum suorum, sed magis quintus, vt habetur suprà 1.lib.cap.2. sed in numero summorum sacerdotum, vt dicit gloss. non tamen incipiendo ab Aaron, quia multò plures fuerunt, sed à principio regni Græcorum, quod (vt dicunt glossatores aliqui) incepit à Seleuco, qui in Syria successit Alexandro magno, & tunc summus sacerdos fuit Onias Iaddi filius, qui secundum hoc dictum, fuit primus, Simon iustus secundus, Eleazarus filius Oniæ tertius, quartus Manasses Eleazari auunculus, quintus Onias Simonis iusti filius, sextus Simon Oniæ filius, septimus Onias huius Simonis filius, quem interfecit Andronicus, vt dictum est cap. præced. octauus Iason, nonus Menelaus, decimus Iudas Machabæus. Hoc accipitur de gloss. Rabani super locum istum, quæ accipitur de dictis Iosephi: sed videtur in duobus deficere, quia, Primò Lysimachus successit Menelao, secundum textum huius lib. suprà 4.cap. qui maioris est auctoritatis quam dictum Iosephi vel Rabani: & sic eadem ratione, qua numerantur hic Iason & Menelaus, numerari debet Lysimachus in decimo loco, & non Iudas. Secundò deficit, quia ponitur regnum Græcorum incipere à Seleuco: quod tamen incepit ab Alexandro magno, vt dictum est suprà 1.c.1.l. Propter quod videtur quod hæc enumeratio incipere debeat tempore Alexandri magni: & tunc secundum omnes historiographos Iaddus erat summus pontifex Iudæorum, cui si connumerentur Onias filius eius, & alij consequenter nominati vsque ad Oniam, quem interfecit Andronicus, inuenitur quod est vltimus Onias fuit nonus, & per consequens Iudas decimus, quantum ad intrantes legitimè, Iason autem, Menelaus, & Lysimachus, sunt ab hoc numero eiiciendi: Tum quia malè intrauerunt, Tum quia cultum diuinum dissipauerunt, vt patet ex suprà dictis,*

Vnde initiũ numerationis sumi debeat vt decimus locus in serie summi sacerdotij incidat in Iudam Machabæum.

MORALITER.

† *Qui cùm venisset.* Per istum Apollonium, qui Iudæos grauiter impugnauit in die sabbathorum, significatur diabolus, qui diebus festiuis fideles deiicere nititur in peccata, eo quod tunc peccatum duplicatur, scilicet opus peccati, & transgressio festi.

Peccatum in die festo aggrauatur.

12 *Iudas.* Per quem significatur bonus sæcularis, decem præceptorum obseruator: sed quia maiorem desiderat perfectionem, recedit in desertum religionis, ibi viuens austerè, ne coinquinetur mundana pollutione.

De eo qui studio maioris perfectionis recedit à mũdo.

☞ delitias mundi ac A pompam huius sæculi iustitiæ & veritati Dei, memores semper istius sententiæ dominicæ, qua ait, *Quid enim proderit homini, si vniuersum mundum lucretur, anima* vero sua detrimentum patiatur? Et iterum: *Qui amat animam suam, perdet eam. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*

Matth. 16. d. — Ioan. 12. d.

autem Machabæus qui decimus fuerat secesserat in desertum locum ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat & fœni cibo vescentes demorabantur, ne participes essent [1] coinquinationis.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *supradictis, & sic non fuerunt summi sacerdotes secundum rem: sed tantum secundum nomen & vsurpationem.*

1 Et fœni. *Id est, terra nascentibus quæ poterant in deserto reperiri: quia solo fœno non poterant sustentari.*

CAP. VI.

B a SEd. RAB. Hæc eadem in libro priori referuntur, quod Antiochus per legatos suos contaminauerit templum, ædificando in illo idolum desolationis super altare Dei, cuius loci alle. ibi posuimus.

b *Nam & templum luxuria, &c.* † RVPERT. in cap. 3. Ioelis. Quod dicitur in C Propheta, *Et puellam vendiderunt pro vino, &c.* Hoc lenonũ est facere, qui puellas meretricari cogentes, luxuriam de luxuria mercãtur, cum de corporũ illarum turpi & infami mercimonio, fœda & canina sibi conuiuia faciunt, & inde bibentes vinum, alienæ luxuriæ pretium propriæ faciunt libidinis incẽdium. Hoc sub Græcorum regno non omnino tacetur factũ. Sic enim scriptum est: *Templum luxuria & comessationibus erat plenum, & scortantium cum meretricibus, &c.*

c *Nec simpliciter se quisquam Iudæum confitebatur, &c. & cùm Liberi sacra celebrarentur, &c.* RABANVS. Liberum patrem, Deum vini Gentiles esse dixerunt: cuius sacra Antiochus in natali suo maximè celebrari iussit, eo quod ☞ illum

Lenonum vita omniũ nequissima. — Liberi patris sacra.

CAPVT VI.

a [1] SEd non post multum temporis misit rex [2] senem quemdam Antiochenum, qui [3] compelleret Iudæos, [4] vt se transferrent à patriis & Dei legibus, [5] contaminare etiam quod [6] in Ierosolymis erat templum, & cognóminare Iouis Olympij, & in Garizim, prout [7] erant hi qui locum inhabitabant, [8] Iouis hospitalis: [9] pessima autem & vniuersis [10] grauis erat malorum incursio. b [11] Nam templum [12] luxuria & comessationibus Gentium [13] erat plenum, & scortantium cum meretricibus: sacratisq; [14] ædibus mulieres se vltro ingerebant, introferentes ea quæ non licebat. [13] Altare etiam [14] plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. [15] Neque autem sabbata custodiebãtur, [16] neque dies solemnes patrij seruabantur, c [17] nec simpliciter [18] se quisquam Iudæum confitebatur. [19] Ducebantur autem [20] cum amara necessitate [21] in die natalis regis [22] ad sacrificia, & [23] cùm Liberi sacra celebrarentur, [24] cogebantur [25] hedera coronati [26] Libero circumire.

D E F

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VI.

SEd non. *Postquam descripta est plebis vastatio, hic consequenter describitur legis abolitio, & primò in regis absentia, secundò in eius præsentia, cap. seq. Prima in duas, quia primò introducitur Gentilitatis forma, secundò rebellibus imponitur pœna, ibi,* Erat autem. *Circa primum, introducitur forma Gentilitatis: & primò quantum ad modum viuendi, cùm dicitur,*

2 Misit rex senem. *Id est, vnum sacerdotem Gentilem, idem enim signat senex in Græco, quod presbyter in Latino. Vnde primo de anima, vbi trãslatio nostra habet,* Si senex haberet oculũ iuuenis, videret vtiq; vt iuuenis, *in antiqua trãslatione habetur:* Si presbyter haberet oculũ iuuenis, &c.

3 Qui compelleret. *Primò verbis persuasiuis, postea tormentis.*

4 Vt se transf. à patriis leg. *Id est, à legibus datis in monte Sinai patribus: Secundo, quantum ad contaminationem templi, cùm dicitur,*

5 Contami. *Dedicando ipsum cultui Iouis Olympij, quod prius erat dedicatum cultui veri Dei.*

Templum Samaritanorum in monte Garizim.

6 Et in Garizim. *Ad intellectum huius sciendum, quod sicut dicit Iosephus antiquitatis Iudaicæ li. 12. Sanaballath Samaritanus dedit filiam suam vxorem Manasse fratri summi sacerdotis Iudæorum, qui volens habere honorem sacerdotalem, rogauit socerum vt ædificaret sibi in monte Garizim templum, quod nominauit templum summi Dei, & hoc fuit tempore Alexandri magni: sed postea videntes Samaritani, quod Antiochus rex haberet Iudæos exosos, scripserunt Antiocho, se nihil habere commune cum Iudæis, petentes quod templum apud eos ædificatum in monte Garizim Ioui dedicaretur: & hoc est quod dicitur:* Et in Garizim prout erat. *supple postulantes.*

7 Hi qui locum inhabita, *Scilicet Samaritani.*

8 Iouis hospitalis. *Idem erat cum Ioue Olympio: sed dupliciter nominabatur, pro duobus locis, in quibus solemniter colebatur, sicut apud nos dicitur, sanctus Michael de monte Gargano, & de monte Tumba, licet sint talia multa loca, in quibus S. Michael veneratur.*

9 Pessima autem & vniuersis. *Verè Iudæis.*

10 Grauis erat ma. &c. *Nam eis multa similia occurrebant mala.*

11 Nam tem. *Deo dedicatum.* 12 Luxuria & co. &c. introferentes ea quæ non licebat. *Scilicet oblationes idololatricas.*

13 Altare etiam. *Holocaustorum.*

14 Plenum erat il. *Id est, hostiis Gentilium immundis.*

15 Neque autem. *Hic tertio ponitur Gentilitatis introductio in violatione temporis sacri, cum dicitur,* Neque autem sab. custo. *quod tamen erat præceptum Exod. 20. in memoriam beneficij creationis.*

16 Neque dies so. pa. *Id est, à patribus obseruati: sicut dies paschæ in memoriam liberationis populi de Aegypto, & Pentecostes in memoriam dationis legis in monte Sinai, & sic de aliis, vt plenius fuit dictum in Exod. & Leuit.*

17 Nec simpliciter. *Id est, manifestè.*

18 Se quisquam Iu. &c. *Mortis timore, erant tamen aliqui, qui hoc constanter & manifestè confitebantur, vt ex sequentibus apparebit, quia tamen erant pauci comparatiuè, ideo pro nullis reputantur: sicut dicitur communiter, quod nullus est in Ecclesia, quando sunt ibi pauci respectu multitudinis, quæ deberet ibi esse, & 2. Physicorum dicitur, quod illud, quod modicum est, quasi nihil reputatur.*

Prohibentur Iudæi legitima sua obseruare & coguntur admittere ritus & superstitiones gentium.

19 Ducebantur autem. *Hic quarto ponitur Gentilitatis introductio in veneratione idoli, cum dicitur,* Ducebantur autem. *s. Iudæi.*

20 Cum amara ne. *Nam hoc faciebant mortis timore.*

21 In die na. re. *Antiochi.* 22 Ad sacrificia. *Quæ tunc fiebant solemniter ad honorem Bacchi, nam rex credebat eum fauisse suæ natiuitati.*

23 Et cum Liberi. *Id est, Bacchi: vnde versus: Liber, id est, Bacchus, vel vir sine compede natus.* 24 Cogebantur, *Iudæi.*

25 Hedera coro. *Id est, habentes serta in capitibus de hedera: eo quod habet similitudinem cum vite, & inuenitur viridis omni tempore, non sic autem vitis, & maximè tempore natalis dicti regis.*

26 Libero cir. *Id est, ad honorem eius chorizare.*

9 Pessi- ☞ Decre-

MORALITER.

Ministri Antichristi in decipiendis simplicibus.

1 *Sed.* Per istum regem significatur Antichristus, qui per senes & litteratos decipiet iuniores & simplices, eos auertendo à religione Christiana, & faciet contaminari Ecclesiam, quæ est templum Dei, & in tantum inualescet eius persecutio, quod pauci audebunt in publico se Christianos fateri.

23 *Et cum Liberi sacra, &c.* Liber idem est quod Bacchus, qui dicitur vini Deus, ideo Liberi sacra celebrant, qui vinum excessiuè potant. Et dicuntur Libero circumire, id est chorizare, quia vini potatio excessiua inducit ad lætitiam ineptam & ad luxuriam. Dicuntur etiam hedera coronari, quæ dicitur ab hæreo hæres, eo quod arboribus inhærendo ascendit sursum: similiter ex nimio potu vini fumus ascendit ad cerebrum.

Ebrietatis effectus.

23 Et † Duo

[8] Decretum autem exiit in proximas Gentilium ciuitates [1] suggerentibus Ptolemæis, [2] vt pari modo & ipsi aduersus Iudæos agerent, vt sacrificarent: [9] eos autem qui nollent transire ad instituta Gentilium interficerent. [3] Erat ergo videre miseriam. [a] [10] [4] Duæ enim mulieres delatæ sunt [5] natos suos circumcidisse, [6] quas [7] ad vbera infantibus suspensis cùm publicè per ciuitatem circumduxissent, per muros præcipitauerunt. [11] [8] Alij verò [9] ad proximas coeuntes [10] speluncas, & latenter sabbati diem celebrantes, [11] cùm indicati essent Philippo, [12] flammis succensi sunt: [13] eo quod verebantur, propter religionem & obseruantiam, manu sibimet auxilium ferre. [12] [14] Obsecro autem eos qui hunc librum lecturi sunt, [15] ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent ea quæ acciderunt non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. [13] [16] Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, [17] sed statim vltiones adhibere, [18] magni beneficij est indicium. [14] [19] Non enim sicut in aliis nationibus [20] dominus patienter expectat, vt eas cùm iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat, [15] ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet, [16] [21] propter quod quidem numquam à nobis misericordiã suam amouet, corripiens verò [22] in aduersis populũ suum non derelinquit. [17] [23] Sed hęc nobis ad cõmonitionem legentium [24] dicta sint paucis. [25] Iam autem veniendum est

☞ illum natali suo fauere credebat. A Nam Liberum à liberamento appellari voluit, quod quasi mares in coeundo per eius beneficiũ emissis seminibus liberétur. Propter quod idē Liber muliebri & delicato corpore depingitur. Dicunt enim mulieres ei attributas & vinum, propter excitandam libidinem. B Vnde & frons eius pampino cingitur. Sed ideo coronam viteam & cornu habet, quia cùm gratè & moderatè vinum bibitur, lętitiam pręstat: cùm vltra modum, excitat lites, id est, quasi cornua dat. Idem autem & Lyæus à potu Lyæi, quod multo vino membra soluantur. C Iste & Græcè Nysius à monte Indiæ Nyso, vbi dicitur esse nutritus. Ceterum est & Nysa ciuitas in qua colitur idem Liber vnde Niseus dictus est. Sacra Liberi patris primus Orpheus induxit in Græciam, primusque celebrauit in monte Boetiæ ac Thebis, vbi Liber natus est, proximo, qui cùm frequenter citharæ cantu personaret, Citheron appellatus est, ea sacra etiam nunc Orphica nominantur, in quibus ipse postea dilaceratus & captus est, & fuit per eadem ferè tempora quibus Faunus: sed quis ætate præcesserit dubitari potest. D Siquidē per eosdem annos Latinus Priamusque regnauerũt. Idem patres eorum Picus & Laomedon, quo regnante Orphæus cum Argonautis ad Iliensium littus accessit.

Vnde Bacchus Liber dicatur. — *Quomodo pingi olim solitus sit.* — *Vnde dictus Lyæus & Nysius.* — *Sacra eius à quo instituta & vbi celebrata.* — *Quando vixit Bacchus.*

a *Duæ mulieres delatæ sunt, &c.* † RVPERT. E in c. 12. Apoc. Quintum caput Draconis insidiantis mulieri prægnanti fuit regnum Macedonicũ. Qualiter autem regnante Antiocho Epiphane mulierem istam infestauerit, compellēdo Iudæos vt se transferrent à patriis & Dei legibus, de quo videlicet F Antiocho scriptum est, quod *misit contaminare templum Hierosol.* & cognominare Iouis Olympij, Machabæorum passiones & prælia testantur. Nam illud, quod maximè ad nequissimam draconis intentionem pertinet, sic incipit, *Duæ mulieres delatæ sunt natos suos circumcidisse, &c.* Quid enim intendebat per hoc, & per cetera quæ sequuntur, nisi hoc, vt conceptus mulieris, id est, SEMINIS ABRAHÆ fides, cuius testimonium illis erat signaculum circumcisionis, funditus extingueretur? *Vide Iosephum Hebr. lib. 3. histor. Iudaicarum, cap. 4.*

Supplicium duarum mulierum religiosarum.

☞ Igitur

NICOLAVS DE LIRA.

1 Decretum. *Hic quintò ponitur introductio Gentilitatis in oblatione sacrificij: nam multi Iudæi non solum in Ierusalem & Iudæa, sed etiam in ciuitatibus Gentilium habitabant dispersi & illis ciuitatibus mandatum fuit per regis decretum, vt Iudæos habitantes ibi compellerent ad dimissionem suæ legis, & susceptionem ritus Gentilis, & hoc est quod dicitur:* Decretum autem. *& patet ex dictis littera hoc excepto.*

2 Suggerentibus Ptolemæis. *Id est, sequacibus Ptolemæi, qui per falsam suggestionem deduxit regem à sententia contra Menelaum ferenda sup. 4. c.*

3 Erat ergo. *Introducta Gentilitatis forma, hic consequenter renitentibus infligitur pœna, & primo pro circumcisionis tenore, secundò pro sabbati honore, ibi,* Alij verò. *Tertiò, pro illiciti cibi horrore, ibi,* Igitur Eleazarus. *Circa primum dicitur,* Erat ergo videre miseriam. *Sic habent libri correcti: & est sensus,* Erat autem. *id est, contingebat tunc omnibus assistentibus videre miseriam, quæ subditur,*

4 Duæ enim mulieres dela. sunt. *Id est accusatæ.*

5 Natos suos circum. *Quod apparebat ex præputij præcisione.*

6 Quas. *Sic habent libri correcti.*

7 Ad vbera infantibus. *Quod erat valdè miserabile. s. quod pueri suspendio necarentur ad vbera, quibus deberent nutriri: propter quod præceptum fuit Iudæis Exod. 23. c.* Non coquas hœdum in lacte matris suæ. *videbatur enim nimis durum & crudele quod hœdus coqueretur in lacte, vnde solebat viuere, sicut ibidem plenius fuit dictum.*

Nimia & immanis crudelitas.

8 Alij verò. *Hic consequenter ponitur pœna obseruantium sabbatum, & primo ponitur hæc pœna, secundò remouetur opinio falsa, ibi,* Obsecro autem. *Circa primum dicitur,*

9 Ad proximas coeuntes. *Id est, conuenientes.*

10 Speluncas, & la. *Ibidē meditationibus diuinis, & orationibus vacando.*

11 Cùm indicati essent. *Qui positus erat in Ierusalem ad affligendum Iudæorum gentem, vt habetur cap. præcedenti.*

12 Flammis succensi sunt. *Scilicet, fumiferis, vt dicit Iosephus, quibus necati sunt in speluncis.*

13 Eo quod ve. &c. *Propter quod per Mathathiam & alios sapientes fuit declaratum suprà 1. lib. 2. cap. quod licitum erat eis se defendere in diebus sabbatorum.*

Iosephus antiq. Iud. lib. 12. c. 7.

14 Obsecro autem eos. *Hic consequenter remouetur opinio falsa, quia posset aliquis credere, quod Deus permitteret Iudæis talia contigisse, ex eius odio contra eos: ad quod remouendum dicitur hic, quod talia non sunt signum odij Dei, sed dilectionis: sicut pius pater proprium filium quem diligit, pro defectis suis per flagella corripit, non autem alienum, quem negligit. Et ex his patet littera, paucis exceptis, quæ discurrentur.*

Flagellatio aliquando non est signum iræ, sed dilectionis.

15 Ne abhorre. *Genus nostrum, scilicet, Iudaicum.*

16 Etenim multo. *Id est, prout sentiunt secundum partem irrationabilem peccata continuare.*

17 Sed statim. *Per flagella cohibentia.*

18 Magni beneficij. *Scilicet, quod non seruantur ad pœnam futuram: sed purgantur ad vitam beatam.*

19 Non enim sicut in aliis nationibus, &c. *Idola colentibus.*

20 Dominus patienter expectat, *Earum punitionem differendo, vt sic appareat Dei misericordia maior expectando eorum præsentiam, & per consequens eius punitio iustior post talem expectationem, ideo concluditur,*

21 Propter quod quidem numquam. *Nam ex amore corripit, vt dictum est.*

22 In aduersis, &c. *Ei patientiam tribuendo.*

23 Sed hæc. *Idem à nobis ad commonitionem legentium, ne credant pœnas nobis inflictas ex odio processisse.*

24 Dicta sint. *Scilicet, verbis, quia multo plura possent induci ad propositum ostendendum.*

25 Iam autem veniendum est ad narrationem. *Scilicet, pœnarum quas electi pro legis obseruantia pertulerant.*

Igitur.

MORALITER.

† 4 *Duæ enim mulieres.* Per istas duas mulieres quæ cum paruulis suis fuerunt crudeliter interfectæ, significantur martyres in sexu muliebri & ætate puerili titulo fidei Christianæ.

Martyres in sexu muliebri & ætate puerili.

8 *Alij verò ad proximas, &c.* Hoc fuit moralizatum suprà 1. libro 2. cap.

14 *Obsecro autem eos qui hunc librum lecturi sunt, ne ab. &c.* Hoc est de se morale, ideo pertranseo.

† Igitur

a *Igitur Eleazarus.* RABAN. Eleazarus hic, quem Antiochi crudelissimi regis impietas porcinam carnem in senectute sua edere cogebat, significat populum Christianum, quem Antichristi sæuitia iuxta finem mundi ad idololatriam atque spurcitiam vitæ conuertere satager. Interpretatur autem Eleazarus, *Deus meus adiutor*, quod nomē aptissimè conuenit fidelium populo. Qui cum Psalmista domino dicere nouit: *Adiutor meus es tu, Deus ne derelinquas me.* Et rursum: *Liberator meus Deus meus sperabo in eum.* Sed sicut nequissimi regis immanitas Eleazarum ad esum porcinæ carnis compellere nequiuit, ita nec electorum cœtum Antichristi crudelitas contaminare aliqua immunditia vllo modo poterit.

(Antichristi sæuitia per tormenta ad impietatem electos pertrahere conabitur. Psal. 26. c. Ibid. 17. a.)

† AMBROSIVS l. 2. de Iacob. & vita beata c. 10. Nec te Eleazare prætermittam, vtpote sacerdotem Sacerdos, sed tuis iuuandum, oratis; qui genere sacerdos, peritus in lege, maturus æui, cùm oblatus esses Antiocho persecutori, nec tentamentis potuisti capi, nec præmiis inflecti, nec suppliciorum acerbitatibus frangi. Denique à blandimentis cœpit, quia iudicabat tormenta sua posse superari, Erubesco, inquit, caniciem tuam, & reuereor senectutem, miror prudentiam. Cur abstinendum bonis epulis putas, quas natura largitur; Relaxa istiusmodi peruicaciam, expergiscere aliquando, dum adhuc malo tibi persuadere, quàm extorquere, ne victus suppliciis facias, quod refutas ratione inuitatus. Ad hæc respondit senex: Nos Antioche, non intentione ducimur, sed reuerentia legis tenemur, quæ à suilla carne abstinendum præcipit. Pulcherrimam iudicas creaturam, negare tamen non potes quin potior sit temperantia, quàm voluptas; potior legis obedientia, quàm præuaricatio. Quòd si hoc leue putas, vt carne vescamur suilla, qui in minimis legem contempserit, quomodo in magnis tenebit; Aut si preciosa est creatura huiusmodi, vindicaris: cum eo quod sit pulcherrimum, defraudamur. Abstinentia autem nostra disciplina est castimoniæ. Discimus etenim resecare luxuriam, cupiditates vincere, excludere concupiscentias, delectationibus corporis obuiare.

(Responsum Eleazari ad Antiochum plenum pietatis & constantiæ virilis.)

Fortitudinis quoque exercitium est, pœnis pro lege non cedere. Iustitiæ quoque insigne atque prudentiæ, vt quod sequendum elegimus, timore Dei, morte proposita reseruemus. Non sum ita senex, vt mihi non iuuenescat animi fortitudo, &c.

† RVPERTVS l. 10. de victor. verbi Dei c. 30. Noli attendere quasi paruam passionis eorum causam, dum compellerentur comedere contra ius carnes porcinas. Illæ namque non solum porcinæ, verum etiam immolaticiæ erant, id est, dæmonibus immolatæ. Duplex ergo certaminis causa, quia videlicet carnes porcinas lex vt immundas prohibuerat, & immolatum idolis manducare.

(Carnes porcinas & immolaticias obtrudebat rex Machabæis.)

a ad narrationem. [18] Igitur Eleazarus vnus de primoribus Scribarum vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare: [19] at ille gloriosissimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad supplicium. [20] Intuens autem quemadmodum oporteret accedere patienter sustinens destinauit b non admittere illicita propter vitæ amorem. [21] Hi autem qui astabant iniqua miseratione commoti propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum secreto rogabant, afferri carnes quibus vesci ei licebat, vt similaretur manducasse sicut rex imperauerat de sacrificij carnibus, [22] vt hoc facto à morte liberaretur: & propter veterem viri amicitiam hanc in eo faciebant humanitatem. [23] At ille cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis caniciem, atque à puero optimæ conuersationis actus, & secundum sanctæ & à Deo conditæ legis constituta: respondit citò dicens: præmitti se velle in infernum. [24] Non enim ætatem nostram dignum est, inquit, fingere vt multi adolescentium arbitrātes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam

b *Hi autem qui astabant, &c.* † AMBROS. lib. de Iacob & vi. b. c. 10. Et tunc quidam seu longæuam miseratus ætatem, seu tentamentis eum circumuenire desiderans: Responde, inquit, tantummodo te manducaturum, nos te escæ eius immunem præstabimus. At ille clamans, Nequaquam, inquit, continget mihi, vt fiam senex incentiuum iuuenilis erroris, qui hucusque eram forma salutaris instituti. His ego ludibriis, vt paululum viuam, luctabor, & totius vitæ labores addicam breui viatico senectutis? Senectus portus debet esse, non vitæ superioris naufragium. Non te negabo lex patria, non abiurabo vos sancta instituta maiorum, non decolorabo vos infulæ sacerdotales; non te perfidiæ puluere turpabo canities.

(Refugit Eleazarus dissimulando fidem eudere supplicium.)

Adolesc-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Igitur. *Hic consequenter describitur pœna pro horrore illiciti cibi inflicta, nam Eleazarus magis elegit mori, quàm cibo lege prohibito coinquinari, non solum ex eius comestione, sed etiam ex comestionis fictione: nam ex hoc probabiliter videbat sequi transgressionem multorum: & hoc est quod dicitur,*

2 Eleazarus vnus de primorib. *Id est excellentioribus in scientia, virtute, & fama.*

3 Aperto ore hians. *Per violentiam carnificum.*

4 Compellebatur carn. porcin. mandu. *Quod est prohibitum in lege, Leuit. 11.*

5 At ille gloriosi. mortem. *Id est, gloria meritoriam, Christi tamen tempore consequenda.*

6 Magis quam odibilem vitam, *Id est vitiosam.*

7 Voluntariè. *Propter sequens præmium.*

8 Intuens, *Oculis cordis.*

9 Quemadmodum oporteret accedere. *Ad beatitudinem.*

10 Destinauit non admittere. *Id est, perpetrare.*

11 Illicita propter vitæ, *Scilicet, præsentis.*

12 Amorem. *Nam bonum virtutis maius est quàm bonum vitæ corporalis, maius autem bonum non est exponendum pro saluatione minoris boni, sed magis è conuerso.*

13 Hi autem qui astabant. *Ad exequendum regis mandatum.*

14 Iniqua miser. *Dicitur autem* iniqua miseratio, *eo quod inducebat ad iniquitatem: licet enim comedere carnes illas, de quibus suadebant comedere Eleazaro, esset ei licitum absolutè; tamen in illo casu erat illicitum: nam in tali fictione erat falsitas & mendacium facto, & aliorum seductio, ex eo quia doctor legis erat, & ideo per illud factum alij tracti fuissent ad transgrediendum legem, ideo [illegible]itur,*

(Iniqua miseratio.)

15 At ille cogit. cœpit, &c. eminentiam. *Propter virtutis & scientiæ concomitantiam.*

16 Et ingenitæ. *Nobilitas enim generis prouenit ex generatione; nobilitas verò virtutis ex operatione, quantum ad virtutes acquisitas; & ex datione diuina, quantum ad infusas: Et istæ virtutes reddunt caniciem nobilem ingenita nobilitate.*

17 Respondit citò. *Nam in habentibus habitum non requiritur longa deliberatio.*

18 Dicens: præmitti se velle. *Potius sustinere pœnam omnem, quam facere talem fictionem; & subdit ad hoc rationem, dicens,*

19 Non enim ætatem nostram dignum est, inquit, &c. Et per hoc maculam *infamiæ quantum ad homines.*

Atque

MORALITER.

† 1 *Igitur Eleazarus vnus de primoribus scribarum vir ætate prouectus, & vultu decorus, &c.* Per istum significatur homo virtuosus & constans, qui magis eligit mori pro Christiana veritate, quàm fictionem transgressionis fingere. Per carnifices autem constantiam eius imputantes superbiæ, significantur maleuoli, qui virtutes bonorum hypocrisi attribuunt seu vanitati.

(De constantia virtute.)

a *Adolescentibus autem exemplum forte relinquam.* † CYPRIAN. lib. de singular. cler. Non iuuenibus tantum, sed & senibus congruit fratrum imbecillitati consulere, ne senectus perire prouocet iuuentutem, ex qua debent omnia salutaria documenta procedere; sicut Eleazarus profitetur, *Præmitti malo in infernum, quam patrias leges deserere. Non enim ætatem nostram dignũ est, &c.* Ille maluit vitã suam tormentis obiicere, quam cuiquam magister perditionis existere: & nos, vbi nulla tormenta sunt, fluctibus solis nolumus saluandos fratres anteponere; nec contenti sumus sine vllis cruciatibus tam nobis prodesse, quã ceteris, cũ ille noluit viuere moriturus.

Contra eos qui iuniores suis exemplis ad perniciem pertrahunt.

† IDEM. Cùm hoc etiam laicos deceat, ne aut extraneis occasionem blasphemandi, aut fraternitati opportunitatem fornicationis opponant: tum maximè clericos vehementer necessitas ista constringat, quibus aut religio blasphemata, aut fraternitas perdita pœnas duplices irrogabit. Nec inueniant in iudicio domini vllum omnino solatium, qui alienigenis, & fratribus peccandi fomitem ministrarunt.

Abominabile est vt à clericis exempla peccandi petat populus.

† IDEM lib. de exhortatione ad martyrium c. 11. Sincera prorsus fides, & virtus integra & pura, non regem Antiochum cogitasse, sed Deum iudicem; & scisse proficere sibi ad salutem non posse, si hominem falleret, quando Deus, qui conscientiæ nostræ iudex est, & solus timendus est, nec derideri possit omnino, nec falli.

† NAZIANZENVS orat. de Machabæis. Nobis occurrit Eleazarus, primitiæ eorum, qui ante Christum passi sunt, quemadmodum Stephanus eorum qui Christum secuti sunt; Sacerdos & ætate prouectus, nec minus prudentia, quàm capite canus: antea quidem pro populo sacrificia precesque offerens, nunc verò seipsum quoque Deo offerens hostiam ex omni parte perfectam, vniuersæque plebis expiatricem, faustum ac lætum certaminis præludium, loquens pariter ac tacens cohortatio: septemque insuper filios offerens, institutionis suę fructum, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, omni legali sacrificio clariorem & puriorem. Liberorũ enim rectè facta parentibus adscribere, summę est equitatis, &c.

Septem fratres Machabæi magistrum pietatis habuerũt Eleazarum.

alienigenarum, [25] & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur: & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti cõquiram. [26] Nam & si in præsenti tempore suppliciis hominum eripiar, sed manum omnipotentis nec viuus nec defunctus effugiam. [27] Quamobrem vitam fortiter excedendo senectute quidem dignus apparebo, [28] adolescentibus autem exemplum forte relinquam: si prompto animo ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis confestim ad supplicium trahebatur. [29] Hi autem qui eum ducebant, & paulo ante fuerant mitiores, in iram cõuersi sunt propter sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. [30] Sed cum plagis perimeretur, ingemuit & dixit: Domine qui habes sanctam scientiam, manifestè tu scis, quia cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: Secundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior. [31] Et iste quidem hoc modo vita decessit, non solum iuuenibus, sed & vniuersæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

b *Et iste quidem hoc modo, &c.* † AMBROSIVS lib. de Iacob. c. 10. Suspensus itaque cùm hinc atque inde grauiter verberaretur, nec iam ferrent senilia membra verberum pœnas, lassatis carnificibus, atque extensoribus, in terram deflexus inflexibilem mentem gerebat. Quid multa? In moriendo tormentis factus est ceteris magisterium perseuerantiæ, qui electus erat ad infirmitatis exemplum. Beatus igitur in quo non potuerunt tormenta rationem vincere. An non beatus, qui potuit virtute animi victor esse pœnarum, pietatisque remigio seruare integram in tantis fluctibus passionem?

Mira in sene fortitudo & animi robur.

† CYPRIANVS lib. de exhor. martyrum c. 11. Sic igitur & nos dicati Deo viuimus, si supra iustorum antiqua & sancta vestigia iter facimus, per eadem documenta pœnarum, per eadem passionum martyria pergamus, hoc ampliorem gloriam computantes temporis nostri, quòd cum vetera exempla numerentur exuberante postmodum copia virtutis ac fidei numerari non possunt martyres Christiani, testante Apocalypsi.

Apoc. 7.

Innumerabiles Christi martyres.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Atque execrationem. *Apud Deum & angelos sanctos.*
2 Meæ senectuti conquiram. *Et diuinum iudicium incurram, ideo subditur,*
3 Nam & si in præ. *Per talem fictionem*, Sed manum omnipotentis. *Ideo concluditur,*
4 Quamobrem vitam fortiter excedendo. *Id est, eam pro lege Dei exponendo.*
5 Senectute quidem dignus apparebo. *Ad gloriam Dei, & ædificationem proximi.*
6 Pro grauissimis. *Id est, honestissimis, sicut homo honestus dicitur grauis moribus. Cetera patent vsque ibi,*
7 Per arrogantiam prolatos arbitrabã. *Quod non erat verum, sed hoc dixerat per constantiam mentis ad Dei gloriam & proximorum ædificationem.*
8 Cùm à morte possem liberari. *Per dictam fictionem.*
9 Duros corporis sustineo dolores. *Secundum partem sensitiuam.*
10 Secundum animam verò, *Intellectiuam.*
11 Libenter hæc patior. *Sicut patiens pro sanitate consequenda, libenter accipit potionem sensui gustus amaram. Cetera patent.*

CAP. VII.

a *Contigit autem, &c.* † AMBROSIVS lib. 1. offic. 41. Non minorẽ de superbo rege Antiocho Machabæi pueri reuexerunt triumphũ quam parentes proprij: siquidem illi armati, isti sine armis vicerunt. Stetit inuicta septem puerorum cohors regiis cincta legionibus,

CAPVT VII.

[1] Contigit autem septem fratres vna cum matre sua apprehensos compelli à rege contra fas edere car-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VII.

1 Contigit autem septem fratres. *Postquam descripta est compulsio ad Gentilitatem in regis absentia, vt patet ex dictis, hic consequenter fit idem in eius præsentia, vt ex sequentibus apparebit, & primo fit hoc in generali, secundo in speciali, ibi,* Vnus autem. *Circa primum dicitur,*

MORALITER.

1 *Contigit autem.* Per septenarium numerum vniuersitas figuratur, eò quòd 7. diebus reuoluitur totum tempus: & ideo per istos 7. fratres, qui erant durissimè cruciati pro lege Mosaica, figurata

nibus, defecerũt supplicia, cesserunt tortores, non defecerunt martyres. Alius corio capitis exutus, speciẽ mutauerat, virtutẽ auxerat. †† Alius linguam iussus amputandam promere, respondit, non solos dominus audit loquentes, qui audiebat Mosen tacentẽ. Plus audit tacitas cogitationes suorum, quam voces omnium. Linguæ flagellum times, flagellũ sanguinis non times? Habet & sanguis vocẽ suam, qua clamat ad Deum, sicut clamauit in Abel. Quid de matre loquar, quæ spectabat lęta filiorum quot funera tot trophæa: & morientium vocibus, tamquam psallentium cantibus delectabatur, pulcherrimam ventris sui cytharam in filiis cernens, & pietatis harmoniam omni lyræ numero dulciorem?

Encomion sanctorum martyrum septem fratrum Machabæorũ.

a nes porcinas, flagris & taureis cruciatos.[1] Vnus autem ex illis qui erat primus sic ait: Quid quæris & quid vis discere à nobis? Parati sumus magis mori quàm patrias Dei leges præuaricari.[3] Iratus itaque rex iussit sartagines & ollas æneas succendi, quibus statim succensis [4] iussit ei qui prior locutus fuerat amputari linguam, & cute capitis abstracta, summas quoque manus & pedes ei præcidi, ceteris eius fratribus & matre inspicientibus.[5] Et cùm iam per omnia inutilis factus esset iussit ignem admoueri & adhuc spirantem torreri in sartagi-

RABAN. Quid per hanc matrem septem filiorum, nisi matris Ecclesiæ fœcunditas, quæ per septiformis spiritus gratiam adoptiuos Deo patri filios generat, designatur? Quos Antiochi typici, hoc est Antichristi atrocitas, licet partim per ministros suos, partim per semetipsum, similiter cum matre diuersis cruciatibus lauiet: ad blasphemiam tamen eos nequaquã pertrahere valet. Quæ autem huic mulieri & filiis eos pro labore, quem in præsenti perpessi sunt, merces maneat in futuro, Isaias ostendit, dicens: *Lauda sterilis quæ non paris, decanta laudem & hymnum quæ non pariebas, quoniam multi filij desertæ, magis quam eius quæ habet virum, dicit dominus: Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende: ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida: Ad dexteram enim & ad sinistram penetrabis, & semen tuum Gentes hereditabit. Noli timere, quia confunderis, neque erubescas. Non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius: quia dominabitur tui qui fecit te, dominus exercituum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Israel, dominus omnis terræ vocabitur: Quia vt mulierem derelictam & mœrentem spiritum vocauit te dominus, & vxorem ab adolescentia abiectam dixit Deus tuus. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscondi faciẽ meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: Dixit redemptor tuus dominus paupercula tempestate conuulsa absque vlla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Saphyris, & ponam Iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Vniuersos filios doctos à domino, & multitudinem pacis filiis tuis, & in iustitia fundaberis: recede procul à calumnia.* Quòd autem nouissimè post filios & mater consumpta est, demonstrat quod post triumphos singulorum filiorum ecclesiæ, quibus hostes vincentes liberis animabus requiem intrabunt æternam, nouissimè ipsa mater fidelium omnium in fine mundi consummabitur, & trophæum gloriæ de omnibus inimicis suis capiens, regnum possidebit perpetuum.

Isa. 54. a. *Panægiricus sanctis martyribus & eorum matri ex Isaia dicitur. Ibidem b.* *Vbi supra.*

Qualiter autem beatissimus doctor Cyprianus, de eiusdem septem fratribus scribens ad Fortunatum more rhetorum, facundo sermone dissereret: hoc loco inserendum censuimus, qui inter cetera sic ait: Quid verò in Machabæis septem fratres & natalium & virtutum sorte consimiles significent, nisi septenarium numerum sacrificio perfectæ consummationis implentes? Sicut enim septem fratres in martyrio cohærentes, vt primi fuerunt in dispositione diuina septem dies, annorum septem millia continentes, vt septem spiritus, vt angeli septem qui assistunt & conuersantur ante faciem Dei, & lucerna septiformis in tabernaculo martyrij, & in Apocalypsi septem candelabra aurea, & apud Salomonem columnæ septem, super quas ædificat domum sapientia: ita & iste septem fratrum numerus, ecclesias septem numeri sui quantitate complexus, secundum quod in primo libro regnorum legimus sterile septem peperisse; Et apud Isaiam septem mulieres vnum hominem apprehendunt, cuius inuocari super se nomen exposcunt; & apostolus Paulus qui huius numeri legitimi & certi meminit, ad septem ecclesias scribit; Et in Apocalypsi dominus mandata sua diuina, & præcepta cælestia ad septem ecclesias & ad earum angelos dirigit. Qui nunc istic, nunc inuenitur in fratribus, vt consummatio legitima compleatur. Cum septem liberis planè copulatur & mater & origo & radix, quæ ecclesias septem postmodum peperit, ipsa prima & vna supra petram domini voce fundata. Nec vacat, quod in passionibus sola cum liberis mater est. Martyres enim, qui se Dei filios in passione testantur, iam non nisi Deo patre censentur, sicut in euangelio dominus docet, dicens, *Ne vocaueritis vobis patrem super terram: Vnus est enim pater vester qui in cælis est.* Quæ verò ediderunt confessionum præconia, quam præclara, quam magna documenta fidei præbuerunt: Rex Antiochus infestus, imò in Antiocho Antichristus expressus, ora martyrum gloriosa & spiritu confessionis inuicta, contagio suillæ carnis quærebat maculare: Et cum flagellis grauiter verberasset, ac nihil promouere potuisset, sartagines iussit igniri, quibus ignitis & accensis, eum, qui primus locutus fuerat, & magis iram regis virtutis ac fidei constantia prouocauerat; admoueri præcepit & frigi, producta & extracta prius lingua, quæ confessa dominum fuerat. Quid hoc martyrio gloriosius contigit? Lingua enim confessa nomen domini prior ipsa ad dominum debuit proficisci.

Cyprianus de septem fratribus. *Apoc. 1. a.* *Apoc. 1. d.* *Prouerb. 9. a.* *Numerus septenarius ex sacratis est.* *1. Reg. 2. d.* *Isai. 4. a.* *Apoc. 1. a.* *Matth. 23. a.* *Gloriosum martyrium septem fratrum.*

a *Vnus autem ex illis qui erat primus, &c.* † AMBROSIVS lib. de Iacob. & vita beata c. 11. Insultare licet tyranno, qui dum callidè à sene incipiendum putat, magistrum elegit, quo discipulos faceret fortiores, quorum velut puerilem ætatem, præmiis prouocabat ad culpam, vrgebat terroribus ad formidinem. At illi non degeneres tanto duci, respondent: Quid nos contemnis vt pueros? Pueri sumus, sed fides cana est, sed valida disciplina. Experire certè, subiice quibus placet pœnis puerilia viscera, non inuenies corda puerilia, nec potentiores erunt tormentorum machinæ, quàm legitimæ obseruationis excubiæ. Quem vicit senectus, superabit æmula senectutis pueritia. Sequimur patrem filij, discipuli doctorem. Iussit maximum natu eligi: At ille ridens, Rectè inquit, naturæ ordinem seruas. Sed cur Dei legem temerandam putas? Et pro pietate quidem omnes maximi sumus, sed tamen à me inchoatum gaudeo. Quod quæris Tyranne, confiteor nos summo Deo seruire. Quid plura? Adhibentur variarum genera pœnarum. Sed vicit pietas immanitatis furorem, exclusa est anima, non religio.

Primi ex septem fratribus cõstantia aliis hortamentum fuit ad parem martyrij palmam.

☞ Mortuo

NICOLAVS DE LIRA.

dicitur, Contigit. *Hoc non videtur contigisse in Ierusalem vel Iudæa: quia rex Antiochus non legitur ibi rediisse, postquam inde recesserat facta strage populi & spoliatione templi, vt habetur supra 5. cap. propter quod videtur hoc contigisse in Antiochia seu aliqua alia ciuitate notabili ad quam venerat edictum regis de compulsione Iudæorum ibidem habitantium ad ritum Gentilium, vt habetur cap. præced.*

Vbi contigisse putanda est historia huius c.

1 Flagris & taureis cruciatos. *Flagrum flagri est summitas virgularum adinuicem ligatarum, quæ facit strepitum percutiendo & pruritum per calefactionis modum. Taurea tauriæ est flagellum de coreo tauri factum.*

Flagrum. taurea.

2 Vnus. *Hic consequenter ponitur compulsio in speciali: & primò ponitur afflictio fratris primogeniti, qui pro se & aliis dixit,*

3 Parati, &c. *Id est, leges à Deo datas patribus nostris in monte Sinai.*

4 Iussit sartag. *Propter veritatis confessionem.*

5 Iussit ei qui. *Id est, adhiberi seu apponi.*

Quem-

MORALITER.

† rata fuit vniuersitas martyrum pro lege Christiana, propter quod eorum martyrium in ecclesia celebratur; per matrem autem ipsorum, quæ singulos hortabatur, vt cruciatum pro lege fortiter tolerarent, significatur sancta mater ecclesia, quæ filios suos hortatur vbique pro lege Christi, & iustitia constanter grauia sustinere; per hoc autem, quòd ipsa etiam passa est, significatur, quòd ecclesia patitur in filiis suis, sicut & Christus eorum pater pati dicitur in istis.

De sanctis martyribus, & eorum matre Ecclesia.

☞ a *Mortuo illo primo,&c.* † AMBROS. vbi suprà. Secundus accessit, A nec degener fratri munia piæ confessionis impleuit. Et cùm detraheretur membrana capitis, respondit, Aufertis quidem membranam, sed habeo galeam spiritalem quam non potestis auferre. Et verè hanc galeam nemo auferre potest, sicut postea Apostolus docuit in Ecclesia domini, quia caput viri Christus est, & eius sumus mẽbra. Exuebant immanes bestię corium capitis, & pardalicis feritatibus sæuiebant. At ille deficiens: Quàm dulce est inquit, mori pro religione, quã suauis omnis acerbitas mortis pro pietate: quia manet horum B remuneratio laborum. Tua sunt, rex, grauiora tormenta, tu tuis vehementius torqueris suppliciis, quia vides te vinci in potestate.

Secundi martyrium. 1. Cor. 11. Galea spiritualis.

Antiochus magis cruciatur vidẽs se vinci quã sancti fratres scientes sibi transeundum ad palmam martyrij.

b *Post hunc tertius illuditur,&c.* † AMBROS. vbi suprà. Tertium sibi statui iussit. Et cùm eum partim tẽtaret insidiis, partim cuperet terrore percellere, respondit ad eum, Nõ faciam voluntatem tuam, non succumbam imperio tuo. Per beatam illam fratrum meorum passionem, & nobilem vitam, non negabo piam germanitatem. Quæuis adhibeto supplicia, C quibus magis vrgeas: hoc proficies asperitate pœnarum, vt maiora testimonia nostræ germanitatis accipias. Iussit itaque ei linguam amputari. At ille exclamans, Victus es, inquit, Antioche, qui organum vocis abscindi iubes. Confessus es te non posse respondere rationi, maioraque probas linguæ nostræ flagella, quam tua verbera. Euadere te putas, si vocem eripias? Et tacentes Deus audit, & magis audit. Ecce aperui os meum, laxaui linguam meam, abscinde linguam: sed non abscindes constantiam, non virtutem auferes, non rationem obliterabis, non eripies testimonium veritatis, non eripies cordis clamorem,&c.

Tertij martyrium.

Frustra sanctis martyribus lingua aufertur quibus manet clamor cordis.

c *Et hoc ita defuncto, quartum vexabant,&c.* † AMBROSIVS vbi suprà. Hoc perempto, iussit quartum vinciri ad rotam, vt eius vertigine membris omnibus solueretur. At ille cùm torqueretur immaniter: Dissoluis, inquit, corporis membra, sed adiungis gratiam passioni nec eripis solatium morti. Est enim vox tonitrui rota,&c. Teres enim vita sine vlla offensione in quauis passione versatur, & intra hanc quoque gratiæ rota currit. Nam quo magis voluitur, plus probatur,&c.

Quarti martyrium.

RABAN.

ne, in qua cùm diu cruciaretur, ceteri vna cum matre inuicem se hortabantur mori fortiter, [6] dicentes: Dominus Deus aspiciet veritatem, & consolabitur in nobis quemadmodum in protestatione cantici declarauit Moyses. * Et in seruis suis consolabitur. [7] Mortuo itaque illo primo hoc modo sequentem deducebant ad illudendum, & cute capite eius cum capillis abstracta, interrogabant si manducaret priusquam toto corpore per membra singula puniretur. [8] At ille respondens patria voce dixit: Non faciam, propter quod & iste sequenti loco primi tormenta suscepit, & in vltimo spiritu constitutus sic ait: Tu quidem scelestissime in præsenti vita nos perdis, sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione suscitabit. [10] Post hunc tertius illuditur, & linguam postulatus citò protulit, & manus constanter extendit, [11] & cum fiducia ait: Ex cælo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero; [12] ita vt rex & qui cum ipso erant mirarentur adolescentis animum, quod tamquam nihilum duceret cruciatus. [13] Et hoc ita defuncto, quartum vexabant similiter torquentes. [14] Et cùm iam esset ad mortem sic ait: Potius est ab hominibus morti datos spem expectare à Deo iterum ab ipso resuscitandos. Tibi enim resurrectio ad vitam non erit. [15] Et cùm admouissent quintum, vexabant eum. At ille respiciens in eum dixit, [16] Potestatem inter homines habens cùm sis corruptibilis, facis quod vis. Noli autem putare genus nostrum à Deo esse derelictum. [17] Tu autem patienter sustine, & videbis magnam potestatem ipsius

* Deut. 32.

RABAN. ex Cypriano. Post in secundo excogitatis acrioribus D pœnis antequam cetera membra torqueret cutem capitis cum capillis detraxit odio scilicet certo. Nam cùm viri caput Christus est, & caput Christi Deus, qui caput laniabat in martyre, Deum & Christum persequebatur in capite. At ille in martyrio suo, & resurrectionis sibi pærmium de Dei remuneratione promittens, exclamauit & dixit: Tu quidem impotẽs ex hac præsenti vita nos perdis, sed mundi rex defunctos nos pro suis legibus in æternę vitæ resurrectione resuscitabit. Tertius linguam postulatus citò protulit. Nam pœnam linguæ exe- E crandæ iam didicerat à fratre suo contẽnere: manus quoque amputãdas constanter ostẽdit. Multum beatus genere isto supplicij, cui cõtigit extensis ad pœnam manibus passionis dominicæ instar imitari. Nec non & quartus pari virtute tormenta contemnens ad retundendum regẽ cælesti voce respondens exclamauit & dixit: Potius est ab hominibus morti datos expectare spẽ à Deo iterum ab eo resuscitandos: tibi enim resurrectio ad vitam non erit.

1. Cor. 11. c.

Gaudenter veniunt ad tormenta sancti martyres.

d *Cum admouissent* F *quintũ, vexabant.* † AMBROS. vbi suprà. Quintus cùm sisteretur, cæso prius eodem, iussit ignes admoueri, subiici incendia; Manabat è vulneribus cruor, & effossis vlceribus sanguis effusus ipsos flammarũ extinguebat globos. At ille inter ignium crepitus audiebatur dicens, Gratias tibi domine, quod dedisti nobis dicere, *Transiuimus per ignem*. Et alibi: *Igne examinasti, sicut examinatur argentũ*. Astabo tibi sicut aurum purgatus incendio: & si quid fuit culpæ, ignis exussit.

Quinti martyrium.

RABAN. ex Cypriano. Quintus præter quam carnificinam rabiem & duros variosque cruciatus fidei vigore calcabat, ad præscientiam quoque & notitiam futurorum spiritu diuinitatis armatus vel animatus, prophetauit regi indignationem Dei, & vltionem velociter secuturam.

& prophetia.

e *Potestatem* (inquit) *inter homines habens cum sis corruptibilis, facis quod vis. Noli autem putare genus nostrum à Deo esse derelictum: sustine, & videbis magnam potestatem eius qualiter te & semen tuum.* IBID. Quale illud leuamentum martyrij fuit, quàm magnum, quàm grande solatium in cruciatibus suis, non tormenta propria cogitare, sed tortoris sui supplicia prædicare?

☞ Post

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quemadmodum, *Deuter. 32.*

2 Et in. *Hic consequenter ponitur afflictio secundi: & patet littera vsque ibi,* Primo. *Id est, secundum doctrinam sanctorum patrum.*

3 Tu quidem. *Id est, in supremo gradu sceleris existens.*

4 Post. *Hic ponitur tormentatio tertij.*

5 Et linguam. *Non abhorrens eius præcisionem propter diuinæ legis obseruantiam, cetera patent,*

6 Et hoc ita defuncto. *Hic ponitur vexatio quarti: & patet vsque ibi:*

7 Tibi enim resurrectio ad vitam non erit. *Licet enim omnes in fine mundi resurgant immortales, quia tunc cessabit generatio & corruptio; tamen soli boni resurgent ad vitam immortalem, quæ erit per gloriam animæ redundantem ad corpus per dotem impaßibilitatis. Corpora verò malorum erunt immortalia, vt semper crucientur igne gehennæ, vt habetur Matth. 25.* quæ est mors secunda, *Apocal. 20.*

Resurrectio malorum erit ad pœnas.

8 Et cum. *Hic ponitur tormentatio quinti, cùm dicitur,&c.* Et cum. *Id est, applicassent quintum.*

9 Vexabant. *Simili modo sicut præcedentes.*

10 Facis quod vis. *voluntate nequißima.*

11 Noli autem putare genus nostrum à Deo esse derelictum, *eò quòd permittit nos à te cruciari: quia hoc facit ad augmentum meriti nostri.*

12 Patienter. *Id est, modicum expecta, ita quod li* patienter *non est hic nota virtutis, sed breuitatis vitæ temporalis. Ideo subditur,*

13 Et videbis, *citò.*

14 Magnam potestatem, *Cui non potest resisti.*

Qualiter

a qualiter te & semen tuum torquebit. [18] Post hunc sextum du- b cebant, & is mori incipiens sic ait: Noli frustra errare. Nos enim propter nosmetipsos hoc patimur peccantes in Deum nostrũ, & digna admiratione facta sunt in nobis. [19] Tu autem ne existimes tibi impune futurum, quod cõtra Deum pugnare tentaueris. [20] Supra modum autem mater mirabilis & bonorum memoria digna, quę pereuntes septem filios sub vnius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat, propter spem quam in Deo habebat, [21] singulos illorũ hortabatur voce patria fortiter repleta sapientia, & femineæ cogitationi masculinum animum inserens, [22] dixit ad eos, Nescio qualiter in vtero meo apparuistis. Neque enim ego spiritum & animam donaui vobis & vitam, & in singulorum membra non ego ipsa compegi. [23] Sed enim mũdi creator qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem, & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius. [24] Antiochus autẽ contemni se arbitratus, simul & exprobantis voce despecta, cùm adhuc adolescẽtior superesset, non solum verbis hortabatur, sed & cum iuramento affirmabat diuitem se & beatum facturum, & translatum à patriis legibus amicum habiturum, & res necessarias ei præbiturũ. [25] Sed ad hæc cum adolescens nequa- c quam inclinaretur, vocauit rex matrem, & suadebat ei vt adolescenti fieret in salutem. [26] Cùm autem multis eam verbis esset hortatus, promisit se suasuram filio suo. [27] Itaque inclinata ad illum irridens crudelẽ tyrannum, ait patria voce, Fili mi, miserere mei, quæ te in vtero nouẽ mensibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatẽ istam perduxi. [28] Peto nate, vt aspicias ad cælum & terrã & ad omnia quæ in eis sunt: & intelligas

a *Post hunc sextum ducebant, &c.* † AMBROS. lib. 2. de Iacob. cap. 11. A Sexto quoque tormenta admota sunt. At ille, Noli inquit, frustra errare, & tuæ hoc adscribere potestati, quod ista aduersum nos exerceas: Nostrorum hoc delictorum est pretium vt peccantes puniamur. Et gratias domino, quod hic à nobis duplicia peccata exiguntur, vt ibi nobis consolatio deferatur: Gratias autem & tibi, quod tam durus & immitis es, vt talibus nostris suppliciis Dominus in quẽ peccauimus, genti nostræ propitius fiat. Nos quoque ableuamus ærumnam, dum fidei passionibus delectamur.

Quantum beneficium præstent tortores tetcij sanctis martyribus.

B † IDEM in Psal. 104. Quod verbis gloriatus est S. Laurentius, factis probauit, vt viuus exureretur, & flammis superstes diceret, Versa, & manduca. Haud degener Abrahamidarum & Machabæorum cõcertatus puerorum, quorum alij super flammas canebant, alij cùm exurerentur, non rogabãt vt parceretur, sed inuehebantur, vt amplius persecutor inflammaretur.

Charitas Christi facit vt tormenta essent sanctis martyribus materia gaudij & exultationis.

C RAB. è Cypriano. In sexto vero non virtus sola, sed & humilitas prædicanda est, nihil sibi martyrem vindicasse, seu confessionis suæ honorem superbis vocibus ventilasse, peccatis potius suis adscripsisse, quod persecutionem à rege pateretur, ideo verò dedisse, quod postmodum vindicaretur. Docuit esse martyres verecundos, de vltione fidere, & nihil in passione iactare.

Commendatur sexti martyrium & humilitas.

b *Noli (inquit) frustra errare, nos enim propter nosmetipsos hæc patimur peccantes in Deum nostrum, tu autem ne existimes tibi impune futurum.* Aggressus pugnare cum Deo. Admirabilis quoque mater, quæ nec sexus infirmitate fracta, nec multiplici orbitate cõmota, morientes liberos spectabat libenter, nec pœnas illas pignorum, sed glorias computauit, tam grande martyrium Deo præbens virtute oculorum suorum, quam præbuerunt filij eius tormentis & passione membrorum.

Matris similiter inuicta patientia.

D c *Vocauit rex matrem, & suadebat ei, &c.* † AMBROSIVS vbi suprà. Putauit Antiochus, videns matrem sollicitam, quod saluti filij nouissimi timeret, ipsi quoque suadere cœpit, vt filium ab intentione sua reuocaret. At illa voce patria dicebat filio, Tu solus superes fili, summa votorum meorum, tu postremus clausisti partus meos, tu postremus conclude gaudia mea. Miserere mei, quæ te in vtero tot mensium curriculo portaui, ne vno momento confundas senectutem meam, ne decolores tot fratrum tuorum trophæa, nec sacrum eorum comitatum relinquas, nec consortium deseras. Te adhuc isti expectant triumphi. Aspice in cælum, vnde hausisti spiritum, aspice in terram, quæ tibi ante alimoniam ministrauit: aspice ad fratres, qui collegam requirunt, aspice ad matrem, quæ tibi lac dedit, redde mercedem pij sanguinis, noli à fratribus, noli à matre diuelli.

Mater filium exhortatur ad martyrium.

E F

†† Temporales opes sunt, quas promittit Antiochus, temporales honores: perpetua corona, quæ à Deo omnipotente defertur. Vos mihi septem dierum lumina dedit Dominus, sextum iam diem clausi, & omnium opera bona valdè. Debes mihi fili, vt quæ in illis sex laboraui, in te requiescam septimo, tamquam à sæculi operibus iam feriata. Itaque proripiens se iuuenis ait, Quid sustinetis? & multa vociferans, quod nequaquam diuelli possit à fratrum consortiis, quorum multo beatiora essent funera quam regis imperia, & ipse acerbis excruciatus tormentorum generibus, vitæ huius munus absoluit.

Septimus frater ad martyrium accedit.

☞ RAB.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qualiter te & semen tuum. *Id est, imitatores tuos.*
2 Torquebit, *æternaliter in gehenna.*
3 Post. *Hic consequenter ponitur vexatio sexti, & patet vsque ibi,*
4 Nos enim, *licet enim sancti essent & innocentes, tamen confitentur se pati propter peccata: imputantes sibi aliorum delicta, eò quòd essent de eodem populo: & similiter facit Dan. ix.*
5 Tu a. ne existimes, &c. *eius cultum auferendo, & eius populum crudeliter occidendo.*
6 Supra. *Hæc est pars septima, quæ interponitur matris constantia, cùm dicitur,* Supra modũ aut. *Nam antea nõ legitur fuisse aliqua tanta cõstantia.*
7 Quæ pereuntes. *quantum ad vitam præsentem, sed saluatos quantum ad futuram, ideo subditur,* Bono animo ferebat.
8 Propter spem, *scilicet alterius vitæ.*
9 Singulos, &c. voce patria. *Id est, sanctorum patrum doctrina consona: ideo subditur,*
10 Repleta sapientia. *sanctorum patrum.*
11 Et femineæ cogitationi. *quæ est de mollicie & remissione.*
12 Masculinum animum. *Qui tendit ad ardua & difficilia.*
13 Dixit ad eos. *ex magno feruore.*
14 Nescio quali. in vtero meo apparuistis. *tunc enim apparet puer esse in vtero matris, quando incipit se mouere, motus autem & sensus sunt ab anima, quæ est in puero per infusionem: modus autem infusionis est soli Deo cognitus, ideo subditur,*
15 Neque enim ego spiritum. *Id est, animam intellectiuam quæ est spiritualis natura.*
16 Et animam. *id est, potentiam sensitiuam quæ est ipsius coniuncti.*
17 Et vitam. *id est, operationes vitæ.*
18 Singulorum membra. *quia virtus formatiua non est à matre, sed à patre, & illa etiam nihil agit nisi in virtute primæ causæ. Ideo subditur,*
19 Sed enim. *& patet ex dictis vsque ibi.*
20 Sicut nunc vos m. despicitis. *quantum ad vitam corporalem.*
21 Antiochus. *Hæc est octaua pars, in qua ponitur martyrium septimi, præmittitur tamen eius persuasio; secundò ponitur eius vexatio, ibi,* Cùm hæc illa. *Circa primum primò ponitur persuasio à rege, cùm dicitur,* Antiochus a. contemni se arbitratus. *per dictos filios, qui dicebant eum scelestum, & incendio gehennæ reseruatum.*
22 Simul, &c. *quia vocem dictorum fratrum reputabat despectam, sicut personas eorum despicabiles reputabat, & sic duplici ratione reputabat se contemptum. s. ratione verborum, & personarum despicabilium.*
23 Cum iuramento, &c. *vt saltem illum superaret.*
24 Non solum, *& patet littera vsque ibi.*
25 Cum autem. *Hic ponitur persuasio iuuenis à matre, quæ promisit suasuram se filio suo, & verum dixit, quia promissio absoluta, sicut est ista, intelligenda est de bono. Ideo subditur,*
26 Irridens, &c. *Quia persuasio sua erat ad virtutis bonum, & patet littera vsque ibi.*

☞ RAB. Cum sex occisis, & punitis, superesset vnus ex fratribus, A cui rex diuitias & potentias & multa pollicebatur, vt crudelitas eius ac feritas vel vnius subiecti solatio foueretur, & peteret vt ad filium deiiciendum secum deprecaretur & mater; deprecata est filium, sed vt decebat martyrum matrem, vt decebat legis & Dei memorem, vt decebat filios suos non delicatè, sed fortiter diligentē. Deprecata est enim, sed vt dominum cōfiteretur, deprecata est ne à fratribus suis, frater in cōsortio laudis & gloriæ separaretur: tunc se septem filiorum computans matrem, si sibi contingeret filios septem Deo peperisse, potius quàm sæculo. B Armans itaque eum, & corroborans, & feliciori partu filium generans, Fili, inquit, miserere mei, quæ in vtero te nouē mensibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & ad ætatem istam produxi. Oro fili vt aspicias in cælum, & in terrā, & omnibus, quæ in eis sunt aspectis, intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus ita fecit. Ne timeas carnificem istū, sed, dignus fratribus tuis effectus suscipias mortem, vt in illa miseratione C cum fratribus tuis te recipiam. Magna laus est matris in exhortatione virtutis, sed maior in Dei timore, & in fidei veritate, quod nihil sibi aut filio de sex martyrum honore permisit, nec fratrum precem profuturam credidit abneganti ad salutem: persuasit potius passionis participem fieri, vt in iudicij die possit cum fratribus inueniri. Post hæc autem cum liberis suis commoritur & mater: Neque enim aliud iam licebat, quam vt quæ martyres pepererat & fecerat, vt consortio illis gloriæ iungeretur: & quos ad Deum præmiserat, ipsa quoque sequeretur.

Filios quos ad Deum præmiserat sequitur mater.

quia ex nihilo fecit illa Deus & hominum genus, [29] ita fiet, vt non timeas carnificem istum, sed dignus [1] fratribus tuis effectus particeps [2] suscipe mortem, vt in illa miseratione cum [3] fratribus tuis te recipiam. [30] Cū [4] hæc illa adhuc diceret, ait adolescens, [5] Quem sustinetis? Non obedio præcepto regis, sed præcepto legis quæ data est nobis per Moysen. [31] Tu verò qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei. [32] [6] Nos enim pro peccatis nostris hæc patimur. [33] Et si nobis propter increpationem & correptionē [7] dominus Deus noster modicum iratus est, sed iterum reconciliabitur seruis suis. [34] a Tu autem ô scelestè, & omnium hominum flagitiosissime, [8] noli frustra extolli vanis spebus in seruos eius inflammatus. [35] Nondum enim omnipotentis Dei & omnia inspicientis iudicium effugisti. [36] [9] Nam fratres mei modico nunc dolore [10] sustentato sub testamento [11] æternæ vitæ effecti sunt, tu verò iudicio Dei iustas superbiæ tuæ pœnas exolues. [37] Ego autem sicut & fratres mei animam & corpus meum trado pro patriis legibus, [12] inuocans Deum maturius genti nostræ, propitium fieri, [13] teque cum tormentis & verberibus confiteri, quod ipse est solus Deus. [38] In me verò & in fratribus meis desinet omnipotentis ira, quę super omne genus nostrum iuste superducta est. [39] Tunc rex accensus ira, in hunc super omnes crudelius desæuit, indigne ferens se derisum. [40] Et hic itaque mundus obiit, b per omnia in domino confidens. [41] Nouissimè autem post filios & mater consumpta est. [42] Igitur de sacrificiis & de nimiis crudelitatibus satis dictum est.

a *Tu autem ô scelestè, & omnium hominum flagitiosissime, &c.* † HILAR. lib. contra Constant. August. Temerarium me forte quisquam putabit, quia dicam Constantium Antichristum esse. Quisquis petulantiam istud magis, quàm constantiam iudicabit, relegat Ioannem dixisse ad Herodem, *Non tibi licet facere istud.* Sciat à martyre dictum esse regi Antiocho, *Tu quidem iniquus de vita præsenti nos perdis, sed rex mundi defunctos pro suis legibus in æternam vitam suscitabit.* Et rursum, *Non effugies manum Dei, &c.* Non est istud temeritas, sed fides, neque inconsideratio, sed ratio, neque furor, sed fiducia.

Quis vetet tyranno liberè crudelitatem obiicere? Marc. 6.

b *Nouis. aut.* Quis hanc beatam neget, quæ septem vallata muralibus, inter corpora filiorum nullum sensit mortis incursum? Quis dubitet de eius beatitudine, quæ septē turribus circumdata, in paradisi D sedem caput extulit; quæ septem filiis cincta, sacratissimum Deo chorum, non solùm canorum vocibus, sed etiam passionibus, ad concinendas domini laudes, cælestibus inuexit altaribus? Aliæ matres reuocare à martyrio solent filios, non vocare: ista maternum in hoc ponebat affectum, si filiis vitam magis perpetuam, quàm temporalem suaderet. Spectabat pia mater filiorum certamina, & quamuis maternorum viscerum compassionē quateretur, tamen pietatis studio premebat dolorem.

Mater æternæ filiorum saluti prospicit, non momentaneam huius vitę procrastinationem æstimans.

†† Et offerente rege Antiocho, cùm posset salutem eligere filiorum, malebat periculum; compressisque naturæ gemitibus, pœnas filiis optabat augeri, E vt mors citius appropinquaret. Videmus conuersa vota matrisin filios, ne quem superstitem derelinqueret, sed omnes piæ coheredes mortis acquireret. Sed nec filij minores tali parente, qui se inuicem cohortabantur, qui dicebāt vno studio, & quadam animorum acie: Mortis aduersæ impetū petamus, tum enim viuemus, cùm fuerimus mortui: Nemo pietatis ordinem derelinquat, nemo se subtrahat prælio triumphali. F

†† IDEM. Quo affectu vos prosequar piæ matris sancta pignora? quo penicillo sermonis mei describam formæ vestræ & animarum similitudinem? Stetistis inter exercitus regios, quibus totus fuit orbis terrarum subactus, quos India quoque in extremi maris secreta refugiens declinauit; & soli de rege superbo sine bellico conflictu victoriam reportastis. Vicerunt in vobis sola arma pietatis dedit pœnas tyrannus, & quia vos non potuit vincere, & quia atroci morte peremptus est.

Antiochus victus à sanctis martyribus.

† NAZIANZ. orat. de Machabæis. Hos igitur & sacerdotes, & matres, & filij æmulentur. Sacerdotes quidem, in Eleazari spiritualis parentis honorem, qui non modo sermone, sed etiam opere, quod optimum erat ostendit ac docuit. Matres, in generosæ matris honorem, verum amoris erga filios argumentum edentes, ac Christo liberos suos exhibentes, vt per huiusmodi sacrificij genus matrimonio quoque sanctitas cōparetur. Filij denique, sacrosanctorum filiorum exemplo permoti, atque adolescentiam non in fœdis & obscœnis affectibus, sed in certaminibus aduersus animi vitia susceptis conterentes, strenueque cum quotidiano nostro Antiocho confligentes, qui membra omnia bello lacessit, variisque modis persequitur, &c. *Videatur Chrysostomus tom. 1. homil. 4. de verbis Isaiæ, & homilia de natiuitate septem Machabæorum.*

Passio Machabæorum exempla præbet imitationis patribus, matribus, & filiis.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

† 1 Sed dignus fratribus tuis. *Id est, eorū consortio per palmam martyrij.*
2 Vt in illa miseratione. *quæ fiet sanctis in resurrectione.*
3 Cum fratribus tuis te recipiam. *ad augmentum gloriæ vestræ & meæ.*
4 Cum hæc illa, &c. *Hic consequenter ponitur eius vexatio, cùm dicitur,* Cum illa adhuc, &c. *Ex magno feruore non expectauit finem verborum matris completa.*
5 Quem sustinetis. *id est, differtis vexare sub spe vana, quod debeam regi obedire.*
6 Nos enim pro peccatis nost. &c. *exponatur sicut supra de sexto fratre.*
7 Domin. De. no. mo. est ira. *Nam omnis pœna in præsenti modica est respectu futuræ.*
8 Noli frust. extol. &c. *Sic habent libri correcti, quasi dicat, non pertinges ad illud, quod speras, Dei iudicio impeditus.*
9 Nam fra. mei, &c. mo. *respectu doloris futuri.*
10 Sub testamen. *id est, promissione firma.*
11 Æternæ vitæ effe. sunt, *quam sine dubio consequentur.*
12 Inuocans Deum ma. *id est, cum pondere affectus.*
13 Teque cum tor. &c. *In hoc videtur prophetice loqui, quia sic fuit impletum de futuro, vt patet infra ix. cap. Cetera patent.*

☞ CAP.

CAP. VIII.

a Iudas vero Mac. RAB. Quæ de Matathia patre Machabæi, & fratrum eius, prioris libri narrat historia, scriptor præsentis libri breuitati studendo omittens, ad Iudæ actum & prælia narranda se contulit, aliqua de eis narrans, sed plurima more suo omittens. Sed quia iam allegoriam ipsius supra plurima ex parte exposuimus, quod semel dictum est, non necesse credimus iterari. Si quis autem quæsierit quid sex millia virorum, qui Iudæ in principio associati sunt, significent: Agnoscat per senarij & millenarij numeri perfectionem, militum Christi in fide & sinceritate perfectam designari deuotionem. Vnde in actibus Apostolorũ de primitiua ecclesia in Iudæis scriptum est, *Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna, Nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid esse suum dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis domini nostri Iesu Christi, & gratia magna erat in omnibus illis.*

Deuotio militum Christi. Act. 4. f.

† RVPERTVS l. 9. de victor. verbi Dei, cap. 27. Sicut in fornacem Babylonicam tres pueri missi, in animo contrito & spiritu humilitatis suscepti sunt: ita septem fratres cum matre sua passi, meruere suscipi sacrificium beneplacitum, per quod loco, & omni populo itam Domini placari dignum fuit. Vnde & statim post passiones illorum subiunctum est, *Quia Iudas Machabæus & qui cum illo erant, conuocantes cognatos, & eos qui permanserant in Iudaismo, assumentes, & inuocantes dominum vt misereretur templo & ciuitati*, & vocem sanguinis ad se clamantis audiret, memoraretur que iniquissimas mortes innocentium paruulorum, & armis vti cœperunt, Deo confortante, & effectum tribuente. *Ira enim Domini (inquit) in misericordiam conuersa est.*

Sanguis martyrum pacem apud Deum conciliat aliis fidelibus.

b *Videns autem Phi.* RAB. In priori libro scriptum est, quod Antiochus profecturus in Persidem reliquerit intra regnum Lysiam hominem nobilem de genere regali super negotia regia, & vt nutriret Antiochum filium suum, & quod ipse Lysias elegerit Ptolemæum filium Dorymeni & Nicanorem, & Gorgiam viros potentes ex amicis regis, & miserit eos cum quadraginta millibus virorum vt disperderent Iudæos, secundum verbum regis. Nunc autem hic refertur, quod Philippus scripserit ad Ptolemæum ducem, vt auxilium ferret regiis negotiis, ipseque miserit ad hoc Nicanorem, datis ei viginti millibus armatorum, adiuncto ei & Gorgia viro militari. Hunc enim Philippum memoratus rex Antiochus reuertens de Perside in Babylonem, præposuit super vniuersum regnum suum, & dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, vt educaret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret. Quem prædictus Lysias simul cum Antiocho iuniore reuertens Antiochiam, & inueniens dominantem ciuitati, expugnauit. Vnde quæritur, quomodo dicatur Philippus ordinare per Ptolemæum transitum Nicanoris & Gorgiæ ad Iudæam, cum prior historia narret, morante Antiocho seniore in Perside, eumdem Gorgiam ducem, simul & Lysiam ordinatorem suum à Iudæis esse superatos, atque fugatos, & hæc innotuisse Antiocho reuertenti.

1. Mach. 4.

Expeditio Nicanoris & Gorgiæ contra Iudæos à Philippo an à Lysia imperata sit, viuente etiam an mortuo Antiocho Epiphane.

CAP. VIII.

a IVdas verò Machabæus, & qui cum illo erant, [1] introibant latenter in castella, & conuocantes [2] cognatos & amicos, & eos qui permanserant in [3] Iudaismo assumentes, adduxerunt ad se sex millia viros, [2] Et inuocabant dominum, vt respiceret [4] in populum qui ab omnibus calcabatur, & misereretur templo quod contaminabatur ab impiis. [3] Misereretur etiam exterminio ciuitatis, quæ esset illico complananda, & vocem sanguinis ad se clamantis audiret, [4] memoraretur quoque iniquissimas mortes innocentũ paruulorum, & blasphemias nomini suo illatas, & indignaretur super his. [5] At Machabæus congregata multitudine intolerabilis gentibus efficiebatur. [5] Ira enim domini in misericordiam conuersa est. [6] Et superueniens [6] castellis & ciuitatibus improuisus succendebat eas, & [7] opportuna loca occupans non paucas hostium strages dabat, [7] maximè autẽ noctibus ad huiuscemodi excursus ferebatur, [8] b & fama virtutis eius vbique diffundebatur. [8] Videns autẽ Philippus [9] paulatim virum ad profectũ venire, ac frequentius res ei cedere prosperè, ad Ptolemæum ducẽ Cœlesyriæ & Phœnicis scripsit, vt auxilium ferret regiis negotiis. [9] At ille velociter misit Nicanorem Patrocli [10] de primoribus amicum datis ei [11] de permixtis gentibus armatis, non minus viginti millibus, vt [12] vniuersum Iudæorũ genus deleret, adiuncto ei & Gorgia viro militari.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VIII.

IVdas verò, &c. *Descripta Iudæorum tribulatione per regem Antiochum, hic consequenter describitur liberatio eorum per Iudam Machabeum: circa quam primò ponitur liberatio populi, secundò, purgatio templi, x. cap. Prima in duas, Quia primo ponitur liberatio populi à regis ducibus, secundo, à persona eius, sequenti cap. Prima adhuc in duas, Quia primo ponitur Iudæ prosperatio: secundo, principum Antiochi debellatio, ibi,* Videns autem Philippus. *Circa primum dicitur,*

Diuisio.

1 Iudas verò Machab. &c. in castella, &c. *ab aduersariis occupata. Non enim habebant tantum populum, quod possent patenter committere bellum.*

2 Et conuocantes cognatos, *de quibus magis confidebant, & qui ad hoc magis erant periti.*

3 Et eos qui permanserant in Iudaismo, &c. *nam ad pugnandum pro lege erant voluntarij.*

4 Et inuocabant dominum, &c. *sine cuius auxilio non poterant resistere tanto aduersariorum numero: Allegantes ad hoc rationes ex parte populi conculcati, & templi contaminati, & ciuitatis electæ ad cultum Dei, & sanguinis innocentis effusi, & nominis sui blasphemati, & patet littera vsque ibi,*

5 Intolerabilis gentibus efficiebatur, *quia non poterant ipsius impetum sustinere, & subditur causa, cum dicitur,*

6 Ira enim domini in, &c. *& sic habebant auxilium Dei.*

7 Et superue. ca. & ciu. improuisus. *Id est, ab aduersariis, qui non prouiderant sibi contra aduentum ipsius.*

8 Maximè autẽ noctibus. *quia tunc hostes minus poterant sibi prouidere.*

9 Videns au. *Hic consequenter describitur principum regis debellatio, & primo ponitur belli apparatus: secundò, conflictus, ibi,* Ad hoc etiam; *Prima in duas, Quia primo describitur apparatus ex parte Gentilium, secundo ex parte Iudæorum, ibi,* Iudas autem. *Circa primum dicitur,* Videns au. Philippus. *quem. s. rex Antiochus reliquerat Ierosolymis ad affligendum populum Iudæorum, vt habetur supra 5. c. Et dicunt aliqui, quod iste est Philippus ille, de quo dicitur in fine cap. seq. quod transferebat corpus Antiochi defuncti. Sed hoc non videtur verum, primo, quia iste erat in Ierusalem, alius autem in Perside cum Antiocho rege, quando fuit istud bellum. Secundo, quia iste fuit Phrygius genere. vt habetur supra 5. cap. alius verò regis collactaneus, vt habetur in fine cap. seq. Cetera patent vsque ibi,*

Diuisio. Philippus cuius hic fit mentio non est idem cũ illo qui sequ. cap. dicitur collactaneus Antiochi.

10 Misit Nicanorem Patrocli. *scilicet, filium.*

11 De prim. ami. *sic habent libri correcti, Erat enim de principalibus amicis suis.*

12 Datis ei de permixtis gentibus. *Erant enim collecti de diuersis locis & ciuitatibus.*

Con-

MORALITER.

† 1 *Iudas verò & qui cum illo erant.* Sequitur: *Adduxerunt ad se sex millia.* Senarius est numerus perfectus, nam resultat ex suis partibus, vnũ enim duo, & tria faciunt sex: similiter millenarius est numerus perfectus, quia resultat ex ductu centenarij per denarium qui est limes numerorum: ideo per istos significatur perfectio apostolorum, & aliorum doctorum Ecclesiæ primitiuæ, qui deuotissimè precibus, signis, & virtutibus pugnauerunt contra infidelitatem Gentium & Iudæorum: & ita prosperè contigit eis, quod in breui tempore per orbem publicauerunt fidem Christianam: nam viuentibus apostolis hoc fuit impletum, sicut diffusius declaraui super illud Psalm. 18. a. *In omnem terram exiuit sonus eorum, &c.*

De numeris sex & mille.

De apostolis & aliis doctoribus Ecclesiæ primitiuæ.

† Con-

uerrenti, ipsumque ob hoc incidisse in languorem præ tristitia, quia A non est factum de Iudæis sicut cogitabat. Hoc (nisi fallor) haud aliter soluitur, nisi vt Philippus commendato sibi imperio hoc idem statutum scripserit ducibus Syriæ faciendum, quod Lysias antea iam facere moliendo incipiebat, sed non perficiebat. Nec etiam ita vt dispoſuit ipse per suam missionem B Iudæis efficere valebat, vt sequens historia demonstrat.

a *Constit. autem, &c.* RAB. Hoc in superiori libro breuiter commemoratum est, tantum quòd mercatores conuenerunt cum auro & argento, vt coemerent filios Israel sibi in seruos: hic autẽ manifestius C narratur, quòd ab Nicanore, qui regi promisit de mãcipiis Iudæorum supplere tributum Romanis dandũ, inuitati sunt ipsi mercatores ad coemptionem Iudaicorum mãcipiorum.

Mercatores euocati à Nicanore ad mercatum mancipiorum ex Iudæis.

b *Iud. autem.* IDEM. De isto Nicanoris aduentu in Iudæam, qui

a ro militari & in bellicis rebus experiẽtissimo. [10] Constituit autem Nicanor regi, vt tributum, quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum, de captiuitate Iudæorum suppleret. [11] Statimq; ad maritimas ciuitates misit, cõuocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distracturum; non respiciens ad vindictam b quæ eum ab omnipotẽte esset consecutura. [12] Iudas autem vbi comperit, indicauit his, qui secum erant, Iudæis, Nicanoris aduentum. [13] Ex quibus quidam formidãtes, & non credentes Dei iustitiæ, in fugam vertebantur. [14] Alij verò si qui de his superant, veniebant, simulq; dominũ deprecabantur, vt eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos, priusquam cominus veniret, vendiderat. [15] Et si non propter eos, propter testamentum tamen, quod erat ad patres eorum, & propter inuocationem sancti & magnifici nominis eius super ipsos. [16] Conuocatis autem Machabæus septem millibus, qui cũ ipso erant, rogabat, ne hostibus reconciliarentur, neque metuerẽt iniquè venientium aduersum se multitudinem hostiũ, sed fortiter contenderent, [17] ante oculos habentes contumeliam, quę in loco sancto ab his iniustè esset illata. Itemque & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiã veterum instituta conuulsa. [18] Nam illi quidem armis confidunt, ait, simul & audacia, nos autem in omnipotente domino, qui potest & venientes aduersum nos, & vniuersum mundũ delere vno nutu, confidimus. [19] Admonuit autem eos, & de auxiliis Dei quæ facta sunt erga pa- c

qui sub Antiocho factus est, prior liber manifestè non dicit, tantum narrans per Lysiam eum electum esse simul cum Ptolemæo & Gorgia viris potentibus, adiuncta simili comitum turba, vt inuaderent & disperderent Iudæam. Sub Demetrio autẽ eum esse illuc missum asserit, & per dolum velle capere Iudam, atque inuadere Iudæam, sed non præualere. Quod autem E ipse Nicanor hypocritarum, qui omnia fictè faciunt, typum teneat, iam superius dictum est. Sed Iudas cum septem millibus contra Nicanorem & socios eius confligit, ac vincit; quia per septiformis gratiam spiritus populus ecclesiæ cum rectoribus suis vincit hostes F vniuersos, nec de eo vmquam victoriam capit Iudæus, siue Paganus, seu hæreticus, vel schismaticus, siue vllus hypocritarum, aut nequam: imò ipse cum rege suo vincente trophæum gloriæ possidebit in æternum.

Populi fidelis victoria de omni hæresi, schismate, hypocrisi, &c.

c *Admonuit autem eos,*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Constituit au. *id est, firmiter promisit.*
2 Nica. regi. *Id est, locum regis in hoc tenenti, nam rex erat in Perside, vt dictum est.*
3 Vt tribut. *Erat enim rex Antiochus tunc tributarius Romanorum.*
4 De captiuita. Iud. sup. *Id est, de pretio Iudæorum, quos in seruos & ancillas venderet. Ideo subditur,*
5 Statimque ad mari. &c. *suprà j. lib. iij. cap. non dicitur quod miserit, tamen datur intelligi per hoc, quod dicitur,* Et audierunt merc. &c.
6 Nonaginta man. talento. *scilicet, vno.*
7 Distracturum. *Dicitur autem Mancipium, quasi manu captum, quia per bellum capiebantur, & in seruos vendebantur, seu redigebantur.* (Mancipium.)
8 Iudas au. *Hic consequenter describitur apparatus belli ex parte Iudæorum, & primò ponitur aliquorum pusillanimitas, cùm dicitur,*
9 Ex quibus qui. formi. *magnitudinem & fortitudinem exercitus venientis cum Nicanore.*
10 Et non cre. De. iusti. *id est, minus debito confidentes de auxilio diuino; & sic non credebant diuinæ iustitiæ, quia non credebant quod Deus faceret iustitiam, id est, vindictam de aduersariis eorum.*
11 In fugam vertebantur, *subtrahentes se occultè de societate Iudæ.*
12 Alij verò. *Hic consequenter ponitur aliorum animositas, & primò in generali, secundò, ipsius Iudæ in speciali, ibi,* Conuocatis autem. *Circa primum dicitur,* Alij verò, &c. *accipitur hic si pro quia, quia cum Iuda remanserunt septem millia, vt habetur infrà.*
13 Veniebant, &c. *cum Iuda ad pugnandum.*
14 Simulque domi. depre. *magis innitentes diuinæ protectioni quàm suæ virtuti.*
15 Qui eos, priusquã cominus. *i. priusquam ad bellandũ appropinquaret.*
16 Vendide. *vt prædictum est.*
17 Et si non propter eos. *id est, propter eorum merita eriperet eos à Nicanore, saltem hoc faceret,*
18 Propter te. *id est, propter promissionem factam à Deo patribus sanctis de conseruatione seminis eorum.* Vel

Vel aliter, Propter testa. *id est, propter legem datam patribus, quam volebat destruere totaliter Antiochus, vt patet ex suprà dictis: & similiter volebant hæc facere duces eius.*
19 Et propter inuoc. *quia dicebantur præ gentibus ceteris Dei populus.*
20 Conuoc. au. *Hic cõsequenter ponitur animositas Iudæ in speciali, & primò suos animando, secundò, exercitum ordinando, ibi,* Constituit itaque. *Prima in duas, quia primò Iudas suos animat rationibus; secundò exemplis, ibi,* Admonuit autem. *Circa primum dicitur,* Conuocatis au. Machabæus. *vt existentes prope eum magis intelligerent eius verba.* (Diuisio.)
21 Septem mil. *j. Mach. iv. dicitur, quod fuerunt tantum tria millia. Dicendum, quod ibi loquitur de sufficienter armatis, vnde ibidem subditur, quia tegumenta & gladios non habebant. s. ad armandum plures sufficienter, sed multi ex magno desiderio moti ad pugnandum pro patria & lege Dei, fuerant ibi quasi inermes, & maximè, quia dixerat Iudas,* melius esse mori quàm videre mala gentis & sanctorum, *& sic in vniuerso fuerunt septem millia, vt hic dicitur. Et primò allegat rationem sumptam ex parte aduersariorum, cùm dicitur,* (De numero militũ quos contra Nicanorem duxit Iudas.)
22 Rogabat ne hosti. reconciliarentur. *reddendo se eis sub aliquibus conditionibus.*
23 Neque metuerent. *q. d. In suis iniquitatibus capientur. Secundò adducitur ratio ex parte Dei, cùm dicitur,*
24 Sed fortiter contende. *dimicando.*
25 An. oculos. *Mentis.*
26 Haben. *vnde suprà j. lib. iij. c. vbi tangitur ista materia, dixit Iudas,* Melius est nobis mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ & sanctorum. 27 Itemque & ludibrio habitæ ciuitatis. *scilicet Ierusalem ad Dei cultum electa.*
28 Adhuc etiam vet. *Habebant enim Iudæi aliquas ordinationes extra legem Moysi factas à senioribus, propter bonum regimen populi. Tertiò ponitur ratio ex parte auxilij, cùm dicitur,*
29 Nam illi qui. armis. *i. tantum in virtute humana, quæ est defectiua.*
30 Nos aut. in omnipo. do. *cuius virtus est firmitas infinita.*
31 Admo. au. *Hic consequenter Iudas suos animat exemplis, cùm dicitur,*

MORALITER.

† 1 *Constituit autem Nicanor regi, &c.* Iste qui Iudæos vendidit antequam eos cepisset, reputans ante bellum eos quasi captos, significat quemlibet vltra modum de sua potentia præsumentem, † qui

(De quolibet vltra modũ de sua præsumente potentia.)

rentes,& quod sub Sennacherib centũ octogintaquinque millia perierũt,[1]& de prælio,quod eis aduersus Galathas fuit in Babylonia,vt omnes vbi ad rem ventũ[2] est Macedonibus sociis hæsitantibus,[3] ipsi sex millia soli peremerũt centũ viginti[4] millia propter auxilium illis datũ de cælo,& beneficia pro his plurima consecuti[5] sunt.[6] His verbis constãtes effecti sunt,& pro legibus & patria mori parati.[7] Cõstituit itaque fratres suos duces vtrique ordini,Simonẽ,& Iosephum,& Ionathã,[8] subiectis vnicuique millenis, & quingentenis,[9] ad hoc etiam ab Esdra lecto illis[10] sancto libro, & dato signo adiutorij Dei, in prima acie ipse dux commisit cum[11] Nicanore.[12] Et facto sibi adiutore omnipotẽte,interfecerũt super nouem millia hominũ, maiorem autem partem exercitus Nicanoris vulneribus debilẽ factam[13] fugere compulerunt.[14] Pecuniis verò eorũ,qui ad emptionem ipsorum venerant,[15] sublatis, ipsos vsquequaque persecuti sunt,[16] sed reuersi sunt hora conclusi. Nam[17] erat ante sabbatũ,quã ob causam nõ perseuerauerunt insequẽtes.[18] Arma autem ipsorũ & spolia cõgregantes,sabbatũ agebant,benedicentes dominũ,qui liberauit eos in isto die,misericordię initium stillans in eos.[19] Post sabbatũ verò debilibus & orphanis & viduis diuiserunt spolia,[20] & residua ipsi cum suis habuere.[21] His itaque gestis,& cõmuniter ab omnibus facta obsecratione,misericordẽ dominũ postulabãt,vt in finẽ seruis suis reconciliaretur.[22] Et ex his qui cum Timotheo & Bachide erãt cõtra se contendẽtes,super viginti millia interfecerunt,& munitiones excelsas obtinuerunt,& plures prædas diuiserunt, æquã portionẽ debilibus, pupillis,& viduis,sed & senioribus facientes.[23] Et cum arma eorũ diligenter collegissent,omnia composuerũt in locis opportunis. Residua verò spolia Ierosolymam detulerunt,[24] & Phylarcen qui cum Timotheo erat, interfecerunt, virum scelestũ, qui in multis Iudęos afflixerat.[25] Et cum Epinichia agerẽt in Ierosolymis

[Margin, left:] ✠ eos, & de auxiliis Dei quæ facta sunt erga parentes, &c. †CHRYSOSTOMVS. Non pro vxoribus, liberis, & ancillis, patriæq; euersione & captiuitate, sed pro lege & patria republica pugnabant. Eorum autem dux erat Deus. Cùm ergo aciẽ dirigerent, & suas animas prodigerent, fundebãt ad-

[Margin:] Quam religiose res bellicas tractarent Machabæi.

[Margin, right:] 1 aduersarios, non 2 armis fi- 3 dentes, 4 sed loco 5 omnis 6 armaturæ, pu- 7 gnæ cau- 8 sam suffi- 9 cere du- 10 centes. 11 Ad bel- 12 lum 13 temeun- 14 tes non 15 tragœ- 16 dias ex- 17 citabant, 18 vt fit in 19 aliis ca- 20 stris: sed 21 Dei supernè auxilium inuocabant, vt 22 adesset, opẽ ferret, pro cuius gloria decertabant. 23

NICOLAVS DE LIRA.

✠ citur, Admonuit autem eos. *in exitu Israel de Aegypto, Exod.xiv.cap.*

1 Et quod sub Sennacherib centum octogintaquinque millia perier.&c. *Ab angelo Dei percussa,vt habetur* 4.Reg.19.

2 Et de prælio. *Istud bellum non habetur in scriptura sacra,nec alibi potui reperire: propter quod non possum dicere,nisi illud quod hic est in textu.*

ADDITIO.

†† De Galatarum in Asiam influentium multitudine circa hæc Antiochi Soteris tempora agit Iustinus lib.25. vbi hæc habentur: *Gallorum ea tempestate tanta fœcunditatis iuuentus fuit, vt Asiam omnem, velut examine aliquo, implerent: neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu vlla bella gesserint, neque pulsi regno ad alios, quàm ad Gallos confugerint.* Strabo etiam lib.12. *Post Troiam captam Græcorum coloniæ Treres,Cymmerij,Lydi,deinde Persæ atque Macedones,postremo Galatæ,omnia excursionibus perturbarunt.* Atque sic in Babyloniam vsque peruadere potuerunt.

[Margin:] Galli irrumpentes & occupantes Asiam.

3 Vbi ad rem,&c. *id est,ad pugnandum actu.*

4 Macedonibus sociis. *in eodem exercitu existentibus cum Iudæis.*

5 Hæsitantibus. *id est,formidantibus pugnare.*

6 Ipsi sex millia soli,*scilicet,Iudæi.*

7 Peremerunt cen.vigin.*non propria virtute,sed diuina.*

8 Et beneficia,&c.consecuti s. *à rege. Consequenter ponitur admonitionis effectus,cùm dicitur,*His verbis,&c.

9 Consti.itaque. *Hic consequenter ponitur exercitus ordinatio,cùm dicitur,* Constituit itaque fratres duos duces. *quia de eorum fortitudine & fidelitate magis confidebat.*

10 Vtrique or.*s.equitum & peditum, tamen in qualibet etiam acie erant aliqui equites,& pedites,& hoc secundum doctrinam Vegetij lib.de re militari,potissimè quando bellum committitur in loco aspero,vbi equites non possunt bene coniungi.*

11 Simonem & Io.&c. *suprà j.lib.ij.cap. vbi ponuntur fratres Iudæ, non nominatur ibi aliquis Iosephus. Propter quod dicunt aliqui,quod iste non fuit frater carnalis Iudæ,sed tantum legalis,vt de eadem lege,vel de eadem cognatione. Sed non est verisimile,quod inter duos fratres Iudæ carnales.s.Simonem & Ionathan, ponatur tamquam frater eius alius qui tamen sit extraneus. Propter quod videtur melius dicendum quod iste fuit frater carnalis Iudæ, qui primo lib. nominatur Eleazarus: vnde xij. lib. antiquitatis Iudaicæ dicitur, quod iste Eleazarus cognominatus est Saphus, & videtur idem nomen quod Iosephus,abbreuiatum tamen, sicut Nicolaus per abbreuiationem aliquando dicitur Colaus.*

[Margin:] Qui hic Iosephus dicitur frater Iudæ alio nomine Eleazarus dicebatur.

12 Subiect.vnicui.mil.&c. *Retinens in acie sua duo millia quingentos.*

13 Ad hoc etiam.*Postquam descriptus est belli apparatus, hic consequenter describitur conflictus: & primo ponitur conflictus cum Nicanore, secundò interponitur conflictus cum Timoth.& Bachide,ibi,* Et ex his. *Tertiò reuertitur auctor ad loquendum de Nicanoris confusione, ibi,* Facinorosissimus autem,&c. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur Nicanoris debellatio, secundò,gratiarum actio,ibi,* Arma autem. *Circa primum dicitur,* Ad hoc, *scilicet, ad bellandum viriliter.*

14 Ab Esdra lecto.&c. *Vt præcipitur Deuter.xx. Iste Esdras non fuit ille, qui legem reparauit; nam ille mortuus fuerat diu ante: sed fuit vnus de sacerdotibus,eiusdem tamen nominis tempore Iudæ.*

15 Et dato signo adiutorij Dei. *Non dicitur hic quale fuerit,sed probabiliter potest dici,quod fuit clangor sacrarum tubarum in aggressu belli.*

ADDITIO.

†† Potest etiam dici, quod signum illud fuerit tessera hæc, *Deus auxilium:* quemadmodum etiam hodie Dei Sanctorumque nomina dantur. Et apud gentiles etiam olim, à Cyro dabatur tessera, *Iupiter auxiliator & dux* apud Xenophont. lib.3. Cyrip. à Cæsare in Pharsalica pugna, *Venus*, à Pompeio, *Hercules inuictus*, apud Appianum lib.2.bell.ciuil.

[Margin:] Tessera militaris.

16 In prima acie ipse dux commisit,&c. *Iudas Machabæus.*

17 Interfecerunt super nouem millia hominum. *Sed in 1.lib.iv.cap. dicitur, quod ceciderunt vsque ad tria millia. Dicendum quod illa tria millia ceciderunt in primo congressu belli,& in persecutione fugientium tot alij ceciderunt, ita quod in vniuerso fuerunt nouem millia & amplius,vt hic dicitur. Cetera patent vsque ibi.*

[Margin:] De numero cæsorum de exercitu Nicanoris.

18 Sed reuersi sunt hora conclusi. *id est, repressi,nam imminebat hora decima,à qua incipiebat obseruatio sabbati. Sed hoc non videbatur impedire, quia suprà j.lib.ij.cap. iam erat declaratum, quod licitum erat eis in sabbato bellare. Dicendum,quod verum est se defendendo: nam hoc est necessitatis,non autem inuadendo seu persequendo.*

19 Arma autem ipsorum & spolia congregantes,&c. *Hic ob victoriam subditur gratiarum actio,cùm subditur,*

20 Sabbatum agebant. *ab operibus seruilibus quiescendo,& diuinis laudibus vacando: ideo subditur,*benedicen.domi.&c.

21 Post sabbatum verò debi.& orpha.diui.sp.&c. *Quia partem prædæ debilibus & pauperibus dederunt. Cetera patent.*

22 Et ex his qui cum Timotheo & Bachide,&c. *Hic consequenter interponitur de conflictu cum Timotheo & Bachide, qui plenius habetur 1.lib. 5.cap. Videtur tamen quod iste Bachides sit alius ab illo, quem misit Demetrius cum Alchimo contra Iudæos, vt habetur suprà j.lib.vij.cap. nam plures erant principes & milites eiusdem nominis sicut & modo.*

[Margin:] Plures duces Antiochi cognominati Bachides.

ADDITIO.

†† *Phylarchem,&c.* Videtur non proprium,sed dignitatis alicuius nomen,vt sensus sit,eorum,qui cum Timotheo erant,Phylarchem, seu principem sustulisse. Nam & hunc,Ioseph Bengorion lib.3.c.5. Philippum vocat,quem etiam combustum narrat.

[Margin:] Philarches.

23 Et cum Epinichia agerent in Ierosolymis, *id est, solemnitates de victoriis contra Timotheum & Bachidem obtentis. Et dicitur ab epi* ✠ *quod*

MORALITER.

† qui victorem se reputat ante belli congressum, cui bene dicitur illud iij.Regum xx.b. *Non glorietur accinctus,* qui scilicet armis pugnaturus est, *vt discinctus*, scilicet depositis armis post victoriam. Et † quia

eos qui sacras ianuas incenderunt, id est, Calisthenem, cùm in quoddá domicilium refugissent incenderũt; digna eis mercede pro impietatibus suis reddita. [34] Facinorosissimus autem Nicanor, qui mille negotiantes ad Iudæorum venditionem adduxerat, [35] humiliatus auxilio domini, ab his, quos nullos existimauerat, deposita veste gloriæ per mediterranea fugiens solus venit Antiochiam, summam infelicitatem de interitu sui exercitus consecutus. [36] Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captiuitate Ierosolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eo quod sequerentur leges ab ipso constitutas.

NICOLAVS DE LIRA.

quod est supra, & Nicos quod est victoria, vnde alia translatio habet, Dies victoria, vt dicitur in gloss.

1 Eos qui sacras ianuas, *scilicet templi.*
2 Incenderunt, id est, Calisthenem, *Inter istos principalem.*
3 Cùm in quoddam domicilium refugissent, *pro sui tuitione.*
4 Incenderunt. *& sic pœna correspondet culpæ.*
5 Facinorosissimus autem. *Hic reuertitur auctor ad loquendum de supradicti Nicanoris confusione, cùm dicitur,*
6 Qui mille, &c. *id est, multos, ita quod ponitur hic numerus determinatus pro numero indeterminato, sicut aliquando fit in scriptura, prout fuit ostensum in Apocalypsi.*
7 Humili.au.do.ab his, &c. *scilicet, Iudæis.*
8 Quos nullos existimauerat, *id est, nullius esse virtutis.*
9 Deposita veste gloriæ, *ne cognosceretur.*
10 Per mediterranea fugiens, *id est, per loca occulta.*
11 Solus venit Antiochiam, *id est, cum valde paucis. Hoc enim modo dicitur princeps solus, quando habet paucos secum.*
12 Prædicabat nunc, &c. *Hoc dicebat magis ad excusationem sui de sua deiectione, & exercitus sui debellatione, quam ad exaltationem diuini nominis & commendationem diuinæ legis & obseruatorum ipsius.*

CAPVT IX.

[1] EOdem tempore Antiochus inhonestè reuertebatur de Perside. [2] Intrauerat enim in eam, quæ dicitur Persepolis, & tentauit expoliare templum, & ciuitatem opprimere, sed multitudine ad arma concurrente in fugam versi sunt, & ita contigit, vt Antiochus post fugam turpiter rediret, [3] & cum circa Egbathanan venisset, recognouit quæ erga Nicanorem & Timotheum gesta sunt. [4] Elatus autem in ira arbitrabatur se iniuriam illorum qui se fugauerunt, posse in Iudæos retorquere. Ideoque iussit agitari currum suum, sine intermissione agens iter, cælesti eum iudicio perurgente, eo quod ita superbè loquutus est, se venturum Ierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum. [5] * Sed qui vniuersa conspicit, Dominus Deus Israel percussit eum insanabili & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta. [6] Et quidem satis iustè, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera,

CAP. IX.

a EOdem tem. Anti. inho. RABAN. Quæ in superiori libro de fine Antiochi breuiter annotata sunt, in hoc plenius explicantur. Mysticè autem ostendit, persecutores Christianorũ pro malefactis suis atque iniustitiæ operibus, quæ gesserant, in futuro iustam à domino pœnarum recepturos retributionem. Et qui hic conturbare fidelium corda non metuebant, in extrema vltione internis doloribus sera cruciari pœnitentia, de quo in Sapientiæ libro scriptum est, *Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores illorum. Vidẽtes turbabuntur timore horribili, & mirabũtur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus, dicẽtes intra se, pœnitentiam agentes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinẽ improperij. Nos insensati vitã illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo cõputati sunt inter filios Dei & inter sanctos sors illorum est. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumẽ non illuxit nobis, & sol intelligentiæ nõ est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam domini ignorauimus. Quid nobis superbia profuit, aut quid diuitiarũ iactãtia cõtulit nobis? Trãsie.om.il.v.vm. &c.*

Pœna æterna persequentium Ecclesiam Christi. Sap. 5. a. Ibidem. Ibidem b. 1. Par. 11. c.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. IX.

1 EOdem tem. *Descripta liberatione populi ab Antiochi ducibus, hic consequenter describitur liberatio populi à persona ipsius: & hoc per diuinam percussionem. Circa quam primo ponitur eius percussionis ratio: secundò ipsa percussio. ibi,* Sed qui vniuersa. *tertio percussi humiliatio, ibi,* Hic igitur. *quarto, humiliati exterminatio, ibi,* Igitur homicida. *Ratio verò percussionis Antiochi fuit: quia non sufficiebant sibi mala quæ Iudæis fecerat, vt patet ex supradictis, sed cum hoc anhelabat ad Gentem Iudæorum totaliter destruendam, & ciuitatem Dei Ierusalem funditus subuertendam, vt sic repulsionem sui de Perside, & debellationem ducum suorum in Iudæos vindicaret. Et his dictis patet littera paucis exceptis quæ discurrentur.*
2 Quæ di.&c. *Hæc est illa ciuitas quæ primo lib. vj. cap. dicitur Elimaida: & hoc proprio nomine, & hic Persepolis, eo quod erat metropolis Persidis.*
3 Circa Egba. *Hæc est ciuitas quæ vocabatur Egbathanis, j. Esdræ vj. & Iudith j.*
4 Cæl.iudi.perurgente. *id est impellente. Ad cuius intelligentiam sciendum, quod in hac festinatione duo erant, s. intentio Antiochi peruersa ad populi deletionem, & ciuitatis subuersionem, Et hoc non erat à Deo impellente, qui non est auctor mali culpæ, sed erat ab Antiochi malitia. Aliud erat velocitas, ad quam secutus fuit casus Antiochi, & eius quassatio grauis, & hoc fuit Deo impellente, qui est auctor mali pœnæ: de quo dicitur Amos iij. b.* Non est malum in ciuitate quod non fecerit Dominus.
5 Sed qui vniuersa. *Hic consequenter ponitur Antiochi percussio, cùm dicitur,*
6. Percussit eum insa. *nam erat intra viscera, & mortuus fuit ex ea.*
7 Qui mul.& no.cru. *vt suprà patuit in septem fratribus.*

Diuisio. Cur percussus sit à Deo Antiochus. Deus auctor mali pœnæ, non mali culpæ.

MORALITER.

1 *Eodem temp. Antio. inho.* In hoc capitulo describitur mors Antiochi, qui (vt suprà dictum est) figura fuit Antichristi. Et sicut iste mortuus fuit in montibus miserabiliter, in tantum quod de eius fœtore suus exercitus grauabatur: sic (vt dicunt nostri doctores) Antichristus in monte Oliueti ictu fulminis morietur, qui quidem ictus solet esse valdè fœtidus, & ibidem peribit magna pars sui exercitus.

Mors Antichristi per fulminationem erit. Fulmine percutietur.

licet ille nullo modo à sua malitia cessaret.[7] Super hoc autē repletus superbia, ignē spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari.[8] Isq; qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanū modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestā Dei virtutem in semetipso contestans,[9] ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius ac fœtore exercitus grauaretur.[10] Et qui paulo ante sidera cæli cōtingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare.[11] Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionē sui venire diuina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus.[a 12] Et cùm nec ipse iam fœtorem suum ferre posset, ita ait: Iustum [b] est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.[13] Orabat autem hic scelestus Dominū, à quo non esset misericordiam consecuturus,[14] & ciuitatem ad quam festinans veniebat, vt eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congestorum faceret, nunc optat liberam reddere,[15] & Iudæos quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed auibus ac feris diripiendos traditurum, ac cum paruulis exterminaturū dixerat, æquales nunc Atheniensibus facturū pollicetur,[16] templū etiam sanctū quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturū, & sancta vasa multiplicaturū, & pertinētes ad sacrificia sumptus, de redditibus suis præstaturū:[17] super hæc & Iudæum se futurū, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturū Dei potestatē.[18] Sed non cessantibus doloribus, (superuenerat enim in eum iustū iudiciū Dei) desperans scripsit ad Iudęos in hunc modū deprecationis epistolā hæc continentē:[19] Optimis ciuibus Iudęis, plurimā salutē, & bene valere, & esse felices, rex & princeps Antiochus.[20] Si bene valetis, & filij vestri, & ex sentētia vobis cuncta sunt, maximas agimus gratias.[21] Et ego in infirmitate cōstitutus vestri autē benignè memor, reuersus de Persidis locis infirmitate graui apprehensus, neces-

[a] Et cùm nec ipse iam A fœtorem, &c. † CYPRIANVS lib. 3. ad Quirinum cap. 4. In nullo gloriandū est, quando nostrum nihil sit in Euangelio κατὰ Ioannem: Nemo potest quidquā accipere, nisi datum fuerit ei de cælo. De hoc ipso in Machabæis: *Iustum est subditum Deo esse, & mortalem non paria Deo sentire*. B Item illic: *Et verba viri peccatoris ne timueritis*.

Contra vanè gloriantes. 1. Mach.

[b] *Orabat autem hic scelestus Dominum, &c.* † AVGVSTINVS serm. 66. de tempor. Omnes impij amaram habent in tormentis pœnitētiam, sed non proficit eis ad remissionem: sed conscientia torquet ad augmentum pœnarum, quas patiuntur.

Pœnitentia reproborū qualis.

† IDEM lib. de vera & falsa pœn. cap. 9. C 10. & 12. Vtilis erit pœnitentia, si sit spontanea, Dominum quærens, quem amisisse doleat, ad illum anxians, præter quem non est vita. Sunt plures quos pœnitet peccasse, sed non omnino, reseruantes sibi quædam, in quibus delectentur, &c. Quem ergo pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem

Confessio sacramentalis.

[1] rem lachrymis ostendat, repræsentet D vitam suam Deo per [2] Sacerdotem, præueniat iudiciū Dei [3] per confessionem. Laboret pœnitens in Ecclesia esse, & ad Ecclesiæ vnitatem [4] tendere. Nisi enim [5] vnitas Ecclesiæ succurrat, nisi quod de- [6] est peccatori sua [7] opitulatione compleat, de manibus E [8] inimici non eripietur anima mortui. [9] Ideoque nemo dignè pœnitere potest, quem non sustineat vnitas Eccle- [10] siæ. Iudas pœnitens iuit ad Pharisæos, reliquit Apostolos: nihil inuenit auxilij, sed augmentum desperationis.

Extra Ecclesiam quæ renti pœnitentiam nō dabitur illa.

† IDEM lib. de vita Christiana, cap. 3. Nos plurimorum [11] habemus exempla, per quæ probare sufficimus, sceleratos & impios pec- F catorum suorum fine completo, & hoc tempore iudicari, [12] & præsentem eis vi- [13] tam negari, non minus quā futuram. *Videatur idem August. lib. de prædestinatione, natura, & gratia, c. 15. Et Gratia-* [14] *nus causa 23. quæstion. quarta, can. Nabuchodonosor: can. Vasis ira: & can. Ipsa pietas, &c.*

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Licet ille nullo modo à mal. cessaret, &c. *propter dictam plagam, ideo Dominus addidit secundam, cùm subditur,*

2 Contigit illum impetu euntem de curru cadere. *per versationem currus ex tali festinatione.*

3 Isque qui sibi videbatur, &c. *Hyperbole est, ad designandum superbiæ suæ magnitudinem.*

Morbus Antiochi sæuissimus.

4 Manifestam Dei virtutem in semetipso contestans. *scilicet, facto ex duplici percussione.*

5 Ita vt de corpore impij vermes scaturirent, *ex putrefactione intestinorum.*

6 Ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent. *per saniem apostematum.*

7 Et qui paulo ante sidera cæli contingere. *Hyperbole est, ad exprimendum eius superbiam.*

8 Hinc igitur. *Hic consequenter describitur percussi humiliatio, & primo coram Deo, secundo coram hominibus, ibi,* Sed non cessantibus. *Circa primum dicitur,* Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus, *ab alto ad infimum.*

9 Ad agnitionem sui venire. *quia vexatio dat intellectum, Isaia 28. c. Cetera patent vsque ibi,*

10 Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. *Quod dupliciter potest intelligi. Vno modo quantum ad relaxationem pœnæ corporalis, quæ non semper remittitur orantibus, etiam verè pœnitentibus. Nam aliquando non expedit eis: & sic licet forsitan verè pœnituerit, tamen, quantum ad euasionem mortis corporalis non fuit misericordiam consecutus, sed tantum quantum ad veniam peccatorum. Alio modo etiam quantum ad remissionem peccatorum, quod tenetur communiter dicendo, quod eius pœnitentia non fuit vera: quia non fuit propter offensam Dei, sed tantum propter euasionem corporalis flagelli: & sic non fuit misericordiam consecutus, quantum ad remissionem culpæ nec pœnæ. Cetera patent vsque ibi,*

An à Deo recipi debebat pœnitentia Antiochi?

11 Æquales nunc Atheniensibus, *qui multas libertates habebant propter sapientiæ studium, quod vigebat ibidem.*

12 Et prædicaturum Dei potestatem. *omnia hæc ad euasionem pœnæ promittebat, secundum communem opinionem.*

13 Sed non cessantibus. *Hic consequenter describitur eius humiliatio coram hominibus, scilicet, Iudæis, quos ante supra modum contempserat, scribens eis epistolam deprecatoriam. Et patet vsque ibi,*

14 Et ex sententia vobis cuncta sunt. *id est, ad voluntatem vestram vobis eueniunt.*

ADDITIO.

†† Vrbs illa Persidis, quæ hic Persepolis appellatur, lib. 1. Mach. c. 6. Elymais dicitur, ad quam, cùm accederent Persarum reges singulis matronis aureum dare consueuerant: ideoque illic quidam reges rarius, Ochus numquam venit, vt refert Plutarchus lib. de virtutib. feminarum. Et sunt qui vrbem Elymaida dictam volunt ab Elam, aut Elymo conditore Persarum, vt Persepolis Græcè dicta sit, quasi Hebraicum nomen interpretando.

Persepolitanarum matronarum priuilegium singulare.

ADDITIO.

†† Antiochus cùm Deum tantopere precatus sit, scelerum tamen veniam non impetrauit: quia ficta & simulata fuere hæc eius precamina & promissa, si vera pœnitentiæ ratio consideretur, verum quidem & serium eius dolorem fuisse probabile est, sed ob sua solum incommoda non ob Dei offensi reuerentiam. Quemadmodum Patres de Esau docent, de quo D. Paulus Hebr. 12. *Non inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam.*

Qualis fuerit pœnitentia Antiochi.

Non

A sarium duxi pro communi vtilitate curam habere,[21] non desperans memetipsum, sed spem multam habens effugiendi infirmitatẽ.[22] Respiciens autẽ, quod & pater meus quibus temporibus in locis superioribus ducebat exercitum, ostendit qui post se susciperet principatum,[24] vt si quid contrariũ accideret aut difficile nuntiaretur, scientes hi qui in regionibus erant cui esset summa rerum derelicta, non turbarentur:[25] ad hęc considerans de proximo potentes quosque & vicinos temporibus insidiantes, & euentum expectantes, designaui Antiochum filium meum regem, quem sæpe recurrens in superiora regna multis vestrum commendabã, & scripsi ad eum quæ subiecta sunt.[26] Oro itaque vos, & peto memores beneficiorum publicè & priuatim, vt vnusquisque cõseruet fidẽ ad me, & ad filiũ meũ.[27] Confido enim modestè eum & humanè acturum, & sequentem propositũ meum, cõmunem vobis fore.[28] Igitur homicida & blasphemus, pessimè percussus, & vt ipse alios tractauerat, peregrè in montibus miserabili obitu vita functus est.[29] Trãsferebat autẽ corpus Philippus collactaneus eius, qui metuens filiũ Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in Ægyptum abiit.

NICOLAVS DE LIRA.

Mentitur Antiochus moriturus.

1 Non desperans memetipsum. *De infirmitate curari: in hoc videtur manifestè mentiri, quia suprà dicitur quod non cessantibus doloribus desperans scripsit ad Iudæos, &c. Ex hoc enim videtur verum quod suprà dictum est, scilicet, quod eius pœnitentia non fuit vera.*

2 Respiciens autem, quod & pater meus. *adhuc viuens ordinauit de suo successore, vt in casibus magnis & dubiis scirent homines regni ad quem deberent determinatè recurrere.*

3 Ad hæc considerans. *id est, iuxta hæc cogitans.*

4 De proximo. *id est, quod principes potentes iuxta regnum nostrum existentes diligenter attendant opportunitatem temporis, in quo possint nocerę regno: quod potissimè contingit quando homines regni sunt in dubio ad quem debeant recurrere pro regni defensione.*

5 Designaui Antiochum. *Qui adhuc iuuenis erat.*

6 Quem sæpe recurrens in superiora regna. *scilicet, Mediæ & Persidis.*

7 Multis vestrum. *Tali modo loquitur, ne mendacium eius percipiatur: quia si diceret se scripsisse communitati, vel aliquibus personis eas nominando, statim posset percipi falsitas dicti sui: sed quia dicit multis nullum nominando, non poterat sic percipi, quia poterat quilibet opinari talem commendationem eum fecisse in secreto, & hoc verbo vel scripto.*

8 Et scripsi ad eum. *scilicet, de substitutione ipsius in regnum, & de eius recommendatione.*

9 Memores beneficiorum. *Tamen ex superioribus non apparet aliquod beneficium ab eo Iudæis præstitum, nisi vnum, scilicet, de vindicta mortis Oniæ, supra posita cap. 4. & quantum ad hoc subditur,*

10 Publicè. *Hoc enim fuit publicum.*

11 Et priuatim. *Licet hoc videatur falsum propter magna mala, quæ fecit Iudæis, vt patet ex supradictis, tamen non poterat percipi in hoc suum mendacium, nam beneficia priuata non sic veniunt ad notitiam aliorum.*

12 Sequentem propositum meum. *id est, voluntatem meam erga vos bonam.*

13 Communem vobis. *id est, condescendentem vobis fore.*

14 Igitur homi. *Hic vltimo ponitur eius exterminatio, cùm dicitur:* Igitur homicida. *vt patet ex supradictis in multis casibus.*

15 Pessimè percussus. *Nam ex hoc non fuit per veram pœnitentiam emendatus, ideo subditur,*

Mors Antiochi.

16 Miserabili. *Si emendatus fuisset, eius obitus miserabilis non diceretur.*

17 Transferebat autem corpus. *Eius, ad locũ sepulturæ patrum suorum.*

18 Philippus collactaneus eius. *id est, de eodem lacte nutritus. Hic est Philippus, cui tradidit diadema, & stolam suam, & anulum, vt institueret regem filium suum, vt habetur primo lib. 6. cap.*

19 Qui metuens filium. *Tum quia Lysias, qui filium Antiochi nutrierat, eum contra Philippum incitauerat, ne propter eum à negotiis regni elongaretur, & quia Philippus ciuitatem regiam occupauerat, vt habetur ibidem, & infrà 13. cap. quam non potens defendere contra regem fugit ad Ptolemæum Aegypti regem.*

CAP. X.

M*Achabæus autem & qui cum, &c.*

a *Qua die autem, &c.* RAB. Hæc festiuitas, quæ vicesimaquinta die mensis Casleu, (qui apud Latinos vocatur December) legitur celebrata, simili modo & in priori libro cõmemoratur. Quod autem tabernaculorum festiuitatem eos ante in montibus & in speluncis egisse narrat, propter quod thyrsos & ramos virides & palmas præferebant ei qui prosperabat mundari locum suum, ostendit nobis in præsenti vita, (vbi tribulationis, & doloris locus est) peregrinos nosmetipsos agnoscere debere, & vt ibi certemus flores virtutum & ramos bonorum operum semper virentes Deo patri pro æternæ vitæ adeptu, & cælestis remunerationis mercede offerre. Thyrsus enim generaliter est omnium herbarum vel olerũ medius frutex, dictus eo quod

Thyrsus.

CAPVT X.

M'Achabæus autem & qui cum illo erant Domino se protegẽte templum quidem & ciuitatem recepit.[2] Aras autem quas alienigenæ per plateas extruxerant, itemque delubra demolitus est.[3] Et purgato templo aliud altare fecerunt, & de ignitis lapidibus igne concepto obtulerunt sacrificia post biennium: & incensum & lucernas & panes propositionis posuerunt.[4] Quibus gestis rogabant dominum prostrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent. Sed etsi quando peccassent, vt ab ipso mitius corriperentur, & non Barbaris ac blasphemis hominibus traderentur.[5] Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT X.

1 MAchabæus autem, &c. *Descripta liberatione populi hic consequenter describitur purgatio templi, quæ diffusius describitur suprà primo lib. 4. cap. & ibidem exposita est, propter quod in hac parte nihil restat nisi breuiter aliqua vocabula discurrere.*

2 Et de ignitis lapidibus igne concepto obtulerunt, *id est, aptis ad hoc, quod inde excutiatur ignis.*

Quomodo hic bienniũ colligi debeat.

3 Post biennium. *scilicet, in tertio anno à pollutione eius, eadem die, qua fuerat ante pollutum, vt habetur primo lib. 4. cap. & infra parte ista, & sic hoc fuit in completione triennij, sed non post triennium. Potest etiam aliter dici,* post biennium, *non incipiendo à pollutione templi, sed à principio bellorum Iudæ Machabæi, quibus post regis recessum debellauit aduersarios Iudæorum.*

Propter

MORALITER.

1 *Machabæus autem & qui cum illo erant, &c.* Per istos qui recuperauerunt templum de manibus

quòd à terra sursum conscendit. Sic & ex terrena nostri corporis materia germen vtile debet ascendere, vt cultori cordis nostri, qui per spiritus sui donum nos colit, fructum acceptabilem semper reddamus.

a *Et cum lætitia diebus octo egerunt in mo.* † RVPERTVS l. 10. de vict. verbi Dei c. 14. Manifestè dicit, quia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, causamq; reddit, cur non in modum priscæ dedicationis, quam fecit Salomon. *Recordantes*, ait, *quod ante temporis diem solemnem tabernaculorum in montibus & speluncis more bestiarum egerint.* Claret igitur quid dicant, *Frequentate dies Scenopegiæ mensis Casleu.* Idem enim est, ac si dicant, In modum Scenopegiæ, id est, festiuitatis tabernaculorum (quæ ex causa antiqua, mense septimo celebrabantur) celebrate mense nono istam quoque festiuitatem purificationis templi, quæ inde purificatio dicitur, quia contaminatum fuerat ab alienigenis.

Festum purificationis templi.

b *Et Antiochi quidem.* RABAN. Prioris libri historia narrat, quod Antiochus nobilis profecturus in Persidem constituerit Lysiam super negotia regia à flumine Euphrate vsque ad flumen Ægypti, & vt ipsum nutriret Antiochum filium suum donec rediret. Nunc autem narratur ipsum Antiochum filium Antiochi nobilis, hoc est, Eupatorem, eumdem Lysiam super negotia regia constituere. Sed quia dicit se breuiasse in narratione mala, quæ in bellis gesta sunt; ea quæ Antiochus iunior, bella per semetipsum gessit contra Iudæos (quando cum elephantis & multitudine magna tam de suis, quàm de aliis nationibus congregata ibidem venit, & quando Eleazar filius Saura maximum elephantorum interfecit, arbitratus in eo regem consistere) ostendit se in ordine historiæ prætermisisse.

Ordo historiæ non obseruatus.

eadem die purgationem fieri vicesima & quinta mensis qui fuit Casleu. [6] Et cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, recordantes quod ante modicum temporis diem solemnem tabernaculorum, in montibus & in speluncis more bestiarum egerant: [7] propter quod thyrsos & ramos virides & palmas præferebant ei, qui prosperauit mundare locum suum: [8] & decreuerunt communi præcepto & decreto vniuersæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies festos istos. [9] Et Antiochi quidem, qui appellatus est nobilis, vitæ excessus ita se habuit. [10] Nunc autem de Eupatore Antiochi filio impij quæ sunt gesta narrabimus, breuiantes mala quæ in bellis gesta sunt. [11] Hic enim suscepto regno constituit super negotia regni Lysiam quemdam Phœnicis & Syriæ principem militiæ. [12] Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iusti tenax erga Iudæos esse constituit, & præcipuè propter iniquitatem, quæ facta erat in eos, & pacificè agere cum eis. [13] Sed ob hoc accusatus ab inimicis apud Eupatorem, cùm frequenter proditor audiret, eò quòd Cyprum creditam sibi à Philometore deseruisset, & ad Antiochum no-

Gor-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propter quod thyr. *Est autem thyrsus, frutex medius quarumcumque herbarum, vnde procedunt rami hinc & inde, & est nomen compositum à terra & sursum, eò quòd à terra sursum conscendit.*

Thyrsus.

ADDITIO.

Tres templi dedicationes.

†† Tres apud Iudæos fuerunt dedicationum festi dies. *Primus* erat dedicationis templi Salomonici, mense Thisri die 23. in Septembri scilicet, vt 3. Reg. 8. dicitur. *Alter* templi secundi, mense Adar in Februario, 1. Esdræ 6. *Tertius* hic de quo hæc agit historia, & de quibus loquitur Christus Dominus Ioannis c. 20. vbi Christus Dominus ipse videtur luculentum testimonium his libris sacris exhibuisse istorum encæniorum commemoratione, quos tamen hæretici temerè repudiant. Encænia autem dicta sunt quasi *renoualia*; aut festa renouationis templi à Paganis polluti & prophanati.

2 Nunc autem de Eupatore Antiochi, &c. *Descripta liberatione populi per Iudam tempore Antiochi nobilis, hic consequenter ponitur eius liberatio tempore Antiochi Eupatoris. Et diuiditur in duas partes, quia primo præmittitur duplex præambulum; secundo acceditur ad propositum, ibi,* Gorgias autem. *primum præambulum est de modo scribendi ea, quæ sequuntur, cum dicitur,*

3 Narrabimus, breuiantes ma. quæ in bel. ge. sunt. *Per hoc (vt dicit gloss. Rabani) innuitur, quod bellum huius Antiochi contra Iudæos, quod j. lib. vj. cap. diffuse scribitur, hic ab ordine historiæ prætermittitur. Sed si Rabanus intelligat, quod in hoc secundo libro prætermittatur simpliciter, non videtur verum: nam infrà xiij. cap. plenius ponitur, vt ibidem videbitur Domino concedente. Si autem intelligat, quod prætermittatur secundum ordinem historiæ tantum: sic habet apparentiam dictum suum: nam hoc bellum videtur fuisse in principio regni sui, quod tamen ponitur hic in fine.*

Non ipsæ res gestæ Eupatoris, sed forte ordo gestarum prætermittitur in hoc libro.

4 Hic enim. *Hic ponitur secundum præambulum, quod est de regni ordinatione: nam principes à rege ordinati mouerunt contra Iudæos, vt ex sequentibus apparebit. Sic ergo dicitur,* Hic enim, *scilicet, Antiochus Eupator.*

5 Constituit super regni negotia Lysiam. *Prius enim à patre eius fuerat constitutus super negotia regni in parte, scilicet, à flumine Euphrate vsque ad flumen Aegypti, vt habetur iij. c. primi libri; sed iste constituit eum procuratorem suum super negotia regni generaliter: Et subditur causa huius institutionis, cùm dicitur,*

6 Nam Ptolemæus, &c. *Iste enim videtur fuisse in eodem officio, sed fuit depositus duplici ratione. Prima est, quia erga Iudæos se habebat modestè contra intentionem Antiochi Epiphanis; Secunda est, quia notabatur apud regem de proditione: quod cùm esset primò cum rege Aegypti, relinquẽdo Cyprum sibi traditam ad custodiam, & postea transiens ad Antiochum regem, non fideliter se habuisset; & sic dato sibi veneno periit; & loco eius Lysias institutus fuit; & hoc est quod dicitur hic,* Nam Ptolemæus, &c. *q. d. Ideo Lysias institutus fuit, quia Ptolemæus fuit destitutus, & veneno interfectus. Et quia hæc littera intricata est & in aliquo detruncata, ideo iungatur sic;* Nam Ptolemæus, *qui dicebatur Macer: sic scilicet cognominatus, ad differentiam illius Ptolemæi, qui suprà iv. cap. induxit Antiochum Epiphanem ad dandum sententiam iniquam.*

Ptolomæo veneno sublato surrogatur Lysias in regni procuratione.

7 Iusti tenax erga Iu. *Id est, firmus seruator iustitiæ ad eos. Et subditur causa cùm dicitur,*

8 Et præcipuè propter iniqui. *per Antiochum Epiphanem, vt patet per supradicta.*

9 Esse constituit, & præcipuè propter. *scilicet cum Iudæis iustè & modestè.*

10 Et pacificè agere cum eis, *in aliquam recompensationem dictæ malitiæ contra eos factæ.*

11 Sed ob hoc accusatus ab amicis apud Eupato. *scilicet ab amicis Eupatoris.*

12 Cùm frequenter proditor audiret, *id est, cùm frequenter diceretur Eupatori: hic Ptolemæus est vnus proditor.*

13 Eò quòd Cyprum creditam sibi, *id est, traditam suæ custodiæ.*

14 A Philometore, *Aegypti rege.*

15 Deseruisset, *infideliter eam custodiendo.*

16 Et ad Antiochum nobilem translatus, *de eius familia factus.*

Etiam

MORALITER.

† nibus aduersariorum, & ipsum diligenter mundauerunt; significantur verè pœnitentes Catholici, qui malignis spiritibus viriliter repugnantes, de manibus eorum liberant semetipsos, qui sunt templum Dei j. Cor. iij. d. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Et hoc templum emundant ab omni pollutione cordis & corporis per veram & puram confessionem; & sic Deo gratias agunt de victoria contra diabolum, & Deo satisfaciunt de commissis per multiplicationem bonorum operum, quod significatur per palmarum deportationem, & thyrsorum & viridium ramorum.

Verè pœnitentes.

Contritio, confessio, & satisfactio.

† Gor.

a *Gorgias autem.* RABAN. Hunc Gorgiam, vt iam suprà ostendimus, prior liber narrat Lysiam simul cum Ptolemæo & Nicanore elegisse ad impugnandam Iudæam, cuius ad impugnationem qualiter fuerit, in priore & in præsenti libro refertur: sed victoriam ad Iudæos cessisse declaratur. Nam quod ipse Gorgias (qui gentes diuersas prouocabat ad bellandum contra Iudæos) diaboli typum teneat, superius iam dictum est, qui incitat infideles contra ecclesiam Christi, & mouet bellū fidelibus eius. Sed quia ibi quinque millia virorum Gorgiam elegisse in prælium scribitur, etiam hic secūdū quinarij numeri in semetipso multiplicationē vigintiquinque millia trucidata referūtur, significat, quod omnes, qui quinque sensibus corporis per carnalia desideria diabolo militant, morte condigna mulctentur.

Mysticè.

b *Quidam autem, &c.* IDEM. Machabæo spiritali dimicante compulsi hostes in duas turres confugiunt; cum hi, qui fidem Christi expugnare nitebātur (licet nullo modo veritati euangelij resistere valētes, tamen salubriter credentes nesciendo nec iudicium domini futurū pertimescentes) magis eligūt in superbiæ atque idololatriæ turres effugere, quàm pœnitentiæ doloribus compuncti errores suos relinquere: contra quos Iudas cū Simone & Iosepho milites mittit, sed pecuniarum amore aliqui eorum detenti bellum commissum peragere neglexerunt, quia sæpe cōtingit, vt hi, quibus sacerdotalis dignitas ac spiritualis agonis militia commissa est, per cupiditatem terrenam decepti, magis auaritiæ suæ satisfacere velint, quàm contemptis terrenis commodis Christi voluntatem legitimè pugnando explere. Sed tales pœnas meritas non euadent: quin potius cum veri doctores spiritu Dei cōfortati hostes præliando ac superando extinxerint, ipsi ab eis anathematis vltione iustè punientur.

De infidelibus in angustias cōpulsis per doctores catholicos.

De præpositis qui propter terreni lucri cupiditatem abstinent ab eo persiciendo quod est ipsorum muneris.

c *Et Timo.* RABAN. Timotheus iste tenet typum hæreticorū, sicut in superiori libro demonstrauimus, qui tam per se, quàm per aliorum etiam suffragia, fidem Christi, ac veritatem Euangelij destruere semper nituntur. Sed contra istorum nequitiā doctores sancti à domino auxilium petunt, ipsique spe certa de cælesti confidentes adiutorio contra hostes fortiter pugnant.

Catholicorum cum hæreticis disputationes.

Equites autē quinque, qui in equis apparuerunt cum frenis aurei decoris, ac Iudæis ducatum præstabant; quinque libros legis signāt, quibus ad spiritualem scientiam redactis, ac de typico velamine litteræ ad sensum Euangelij spirituali scientia retractis, opportunum solatium suis præbent executoribus, ac veros confessores Christi per duo præcepta charitatis dextra leuaque tuentes, in aduersarios ignita sententiarum tela iactant, è quibus cæcitate mentis confusi, & repleti perturbatione sensus cadunt. Ex his autem viginti millia & quingenti prosternuntur, cùm omnes qui Catholicæ doctrinæ, quæ in duobus testamentis est, & Spiritus sancti gratiæ contraria sapiunt, veritate vincente superantur atque deiiciuntur. Similiter & equites sexcenti conteruntur, cum superbia mentis eorum, qui se præualere Catholicis sperabant, superno nutu perfectè destruitur.

Quinque libri Moysis.

bilem translatus, etiam ab eo recessisset, veneno vitam finiuit. [1] [2] [14] Gorgias autem cùm esset dux locorum, assumptis aduenis a frequenter Iudæos debellabat. [15] Iudæi verò qui tenebant opportunas munitiones, fugatos ab Ierosolymis suscipiebant, & bellare tentabant. [16] Hi verò qui erant cum Machabæo per orationes dominum rogantes vt esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum: [17] multaque vi insistentes loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt & omnes simul non minus à vigintiquinque millibus trucidauerunt. b [18] Quidam autem cùm confugissent in duas turres valdè munitas, omnem apparatum ad repugnandum habentes, [19] Machabæus ad eorum expugnationem relicto & Simone & Iosepho, itemque Zacchæo eisque qui cum ipsis erant satis multis, ipse ad eas, quæ amplius perurgebant, pugnas conuersus est. [20] Hi verò qui cum Simone erant cupiditate ducti, à quibusdam qui in turribus erant suasi sunt pecunia, & septuaginta millibus didrachmis acceptis, dimiserunt quosdam effugere. [21] Cùm autem Machabæo nuntiatū esset quod factum est, congregatis principibus populi, accusauit, quòd pecunia fratres vendidissent aduersariis eorum dimissis. [22] Hos igitur proditores factos interfecit, & confestim duas turres occupauit. [23] Armis autem ac manibus omnia prosperè agendo in duabus munitionibus plusquā viginti millia peremit. [24] c Et Timotheus qui prius fuerat à Iudæis superatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Asiano aduenit,

Timo.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Etiam ab eo rece. *non exequendo circa Iudæos eius intentionem.*

2 Vene.vi.fi. *scilicet iniustè, quantum ad causam de Iudæis; quidquid sit ad alia.*

3 Gorgias autem. *Hic consequenter acceditur ad propositum, scilicet ad describendum conflictus Iudæ pro liberatione populi tempore Eupatoris. Et diuiditur in duas partes, quia primo describitur hic conflictus cum regis ducibus: secundò cum persona ipsius, xiij. cap. Primo diuiditur in quinque partes: secundum numerum ducum & gentium, cum quibus Iudas & eius socij pugnauerunt. Igitur primò ponitur eius conflictus cum Gorgia, & adhærentibus sibi, cùm dicitur,* Gorgias autem cùm esset dux locorum, *propinquorum Iudææ, scilicet, Idumææ, vt videtur per sequentia, & habetur expressè xij. cap.*

Diuisio.

4 Iu.ve.qui te.op.mu. *inter Iudæam & Idumæam.*

5 Fugatos, *Gentiles.*

6 Ab Iero. *Per Iudæos ibidem existentes.*

7 Suscipiebant. *eis viriliter repugnando.*

8 Impe. *moti propter iniurias eorum. Cetera patent vsque ibi,*

9 Accu.quod, &c. *Dimittendo effugere aduersarios Iudæorum, qui postea plures de Iudæis interfecerunt, & plures captiuauerunt.*

10 Hos igi. *scilicet, Iudæos de dicta proditione conuictos.*

11 Interfecit, *sicut meruerant.*

12 Et Timo. *Hæc est secunda pars, in qua agitur de conflictu Iudæ cum Timotheo, cum dicitur,* Et Timo. *vt dictum est suprà viij. cap.*

13 Conuo.exer.peregrinæ, *id est, Gentium extranearum.*

14 Et cong.eq. Asia. *id est, equitibus de Asia.*

Macha.

MORALITER.

† 3 *Gor. autem.* Iste, qui multitudinem Gentium præparabat ad pugnam, figura fuit Arrij, qui multitudine populi stipatus disponebat se ad disputandum contra Alexandrum Alexandriæ Episcopum, qui tota nocte præcedenti orationibus deuotis, & lachrymis disponebat se ad resistendum, propter quod figuratus fuit per Iudam & populum suum; & sicut pars Gorgiæ fuit confusa, ita pars Arrij, sicut dicitur in Ecclesiastica historia. Per hoc autem quod aliqui Iudæi dimiserunt pro pecunia aliquos de sociis Gorhiæ effugere, propter quod Iudas puniuit eos morte; significatur, quod mali Christiani, qui fauent infidelibus in sua malignitate, punientur morte gehennæ, secundum illud iij. Reg. xx. g. *Quia dimisisti virum morte dignum, erit anima tua pro anima illius.*

Alexandri Episcopi Alexandrini disputatio cum Arrio.

Contra eos qui fauent malis.

12 *Et Timotheus.* In pugna huius Timothei contra Iudæos apparuerunt de cælo quinque viri in equis frenis aureis decori, quorum duo Iudam Machabæum incolumem seruabant, & in aduersarios tela iactabant. Per hoc significatur, quod angeli sancti dirigunt homines iustum bellum habentes, & eos adiuuant, & personam principis specialiter conseruant, & non solum in campo, sed etiam in refugio malorum destruendo. Et per quinque viros in adiutorio exercitus Iudæ apparentes, significantur quinque inferiores ordines angelorum, scilicet, virtutes, potestates, principatus, archangeli, angeli, qui secundum doctores nostros mittuntur ad exequendum circa creaturas Domini voluntatem.

Angeli militiam Christianam & bonos principes defendentes.

A quasi armis Iudæam capturus. [25] Machabæus autē & qui cū ipso erant appropinquante illo deprecabantur dominū caput terra aspergentes, lumbosq; ciliciis pręcincti, [26] ad altaris crepidinem prouoluti, vt sibi propitius, inimicis autem eorum esset inimicus & aduersariis aduersaretur, sicut lex dicit. [27] Et ita post orationem sumptis armis longius de ciuitate procedentes, proximi hostibus effecti resederunt. B [28] Primo autē solis ortu vtrique commiserunt, isti quidē victorię & prosperitatis sponsorem cum virtute dominū habentes, illi autem ducem belli animum habebant. [29] Sed cùm vehemens pugna esset, apparuerunt aduersariis de cælo viri quinque in equis, frenis aureis decori ducatum Iudæis præstātes, [30] ex quibus duo Machabæum medium habētes armis suis circumseptum incolumem conseruabant; in adC uersarios autem tela & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate cōfusi & repleti perturbatione cadebant. [31] Interfecti sunt autem viginti millia quingenti peditum & equites sexcenti.

a [32] Timotheus autem confugit in Gazaram præsidium munitum cui præerat Chereas. [33] Machabæus autem & qui cum eo erant lætantes, obsederūnt præsidium diebus quatuor. [34] At hi qui intus erant loci firmitate confisi, supra modum maledicebāt, & sermones nefandos iactabant. [35] Sed cùm dies quinta illucesceret, viginti iuuenes ex his, qui cum Machabæo erant, accensi animis propter blasphemiā, viriliter accesserunt ad murum, & feroci animo incendētes turres ascendebant, [36] sed & alij similiter ascendentes turres, portasq; succendere aggressi sunt, atque ipsos maledicos viuos cōcremare. [37] Per continuum autem biduum præsidio vastato Timotheum occultantem se in quodam repertum loco peremerunt, & fratrem illius Cheream & Apollophanem occiderunt. [38] Quibus gestis in hymnis & confessionibus benedicebant dominum qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis.

a *Timo. autem.* RAB. Quid est quod Timotheus à Iuda superatus, in Gazaræ præsidium munitum cum suis cōfugiens, inde maledictiones confisus loci firmitate iactabat in populū, nisi quod hæretici ab vnitate rectæ fidei diuisi ac separati, errorū D suorum latibulis se committentes, confidendo versutiæ suæ munimine, maledictionis verba iactant contra catholicos? Interpretatur enim Timotheus beneficus, siue magis veneficus, & Gaza, diuisio siue præcisio. (Hæreticorū maledicentium Ecclesiæ fidelium interitus.) E Sed Iudas cū sociis quatuor diebus præsidium obsidens, tandem per viginti iuuenes animis accensis propter blasphemiam munitionem irrupit, turres portasq; succēdit atq; ipsos maledicos viuos cōcremauit. Cùm doctores sancti quatuor euangelij libris hostes vndique occludēdo, per eos qui legis mādata per duo præcepta charitatis custodiunt, illorum machinas destruunt, atque F ipsos igne doloris ac pœnitentiæ viuos comburunt, sicq; biduo duorum testamentorū præsidium cunctorum errorum deuastantes, verum Timotheum, hoc est diabolum, caput omnis erroris, atque auctorem totius mali in sua nequitia latitare volentem, gladio verbi Dei interficiunt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Macha. autem, &c. *Videntes quod virtute propria resistere non poterāt.*
2 Appro. il. de. *vt ferret eis auxilium.*
3 Caput ter. asper. *s. in signum humiliationis & afflictionis, quia sicut dicitur Eccl. 35. c.* Oratio humiliantis se nubes penetrabit.
4 Ad altaris. *scilicet holocausti.*
5 Crepi. prouo. *vt eorum oratio esset magis exaudibilis.*
6 Sicut lex di. *Deut. 7. a. vbi dicitur:* Tradetque reges eorum in manus tuas, nullus poterit resistere tibi.
7 Longi. de ciui. *scilicet Ierusalem.*
8 Proce. *non permittentes aduersarios terram intrare.*
9 Resederunt. *ad aliquantulum quiescendum, & ad bellatores ordinandū.*
10 Isti quidem. *id est, Iudæi confidebant de virtute diuina: Gentiles verò de sui ducis animositate, & sic de potestate humana.*
11 Appa. aduer. *id est, angeli in specie virorum. Cetera patent vsque ibi,*
12 Cui præe. Che. *frater Timothai, vt patet ex littera sequenti.*
13 Sup. modum maledicebant. *Iudæ & sociis eius.*
14 Et ser. nefandos. *blasphemias contra Deum.*
15 Iactabant. *id est, superbè pronuntiabant.*
16 Accen. ani. propter blasphemias, *contra Deum, quas magis horrebant, quàm propriam mortem.*
17 Quibus ge. *fortiter.* In hymnis & confessionibus benedi. do. *attribuendo sibi totaliter victoriam.*

CAPVT XI.

CAP. XI.

a *Sed pa.* In priore huius historiæ libro scriptum est, quod Lysias commendato sibi ab Antiocho, qui cognominatus est Epiphanes, siue nobilis, negotio regni, dimicauerit contra Iudæos: vbi commisso prælio interfecta sunt in exercitu Lysię quinque millia virorum. (Duæ Lysiæ expeditiones in Iudæam.) Vidensque Lysias suorum fugam, & Iudæorum audaciam, abiit in Antiochiā, vt iterum congregaret copias exercitus, profecturus rursum in Iudæā. Nunc autem, quia refertur, quod iterum sub Antiocho Eupatore veniret in Iudæam, & ibi bello infeliciter gesto fugiens turpiter euaserit, apparet, quod idem Lysias sub vtroque rege Antiocho, hoc est patre & filio contra Iudæos pugnauerit, & in vtraque pugna

a [1] Sed paruo post tempore Lysias procurator regis & propinquus, ac negotiorum præpositus, grauiter ferens de his quæ acciderant [2] congregatis octoginta millibus & equitatu vniuerso veniebat aduersum Iudæos, existimans se ciuitatem

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XI.

1 Sed par. *Hæc est tertia pars, in qua ponitur conflictus contra Lysiam. Et diuiditur in duas partes: quia primò describitur Lysiæ debellatio; secundò, ipsius cū Iudæis fœderatio, ibi,* Et quia non insensatus. *Circa primū dicitur,*
2 Lysias procu. regis, *generaliter in regni negotiis, vt habetur cap. præc.*
3 Et propin. *Nam erat de genere regali, vt habetur j. lib. iij. cap.*
4 Graui. ferens de his quæ acci. *s. de debellatione ducum regis.*
5 Existimans se ciui. *scilicet Ierusalem.*

Gen-

MORALITER.

† 1 *Sed paruo post tem.* In egressu Iudæ & sui exercitus de Ierusalem, vt irent obuiam Lysiæ, qui cum exercitu magno veniebat ad destruendum Iudæam, apparuit præcedens eos quidam eques (Christus.) in veste candida, hastam vibrans, per quem significatur Christus, qui describitur Apocal. vj. a. *Sedens super equum album, &c.*

† Ipse

quidem captam Gentibus habitaculum facturum, [2] templum verò in pecuniæ quæstum sicut cetera delubra Gentium habiturũ, & per singulos annos venale sacerdotium: [3] nusquam recogitans Dei potestatem: sed mente effrenatus in multitudine peditum, & in millibus equitum, & in octoginta elephantis confidebat. [5] Ingressus autem Iudæam, & appropians Bethsuræ, quæ erat in angusto loco ab Ierosolyma interuallo quinque stadiorum, illud præsidium expugnabat. [6] Vt autem Machabæus, & qui cum eo erant, cognouerunt expugnari præsidia, cum fletu & lachrymis rogabant dominum, & omnis turba simul, vt bonum angelũ mitteret ad salutem Israel. [7] Et ipse primus Machabæus sumptis armis ceteros adhortatus est simul secum periculum subire, & ferre auxilium fratribus suis. [8] Cumq; pariter prompto animo procederent Ierosolymis, apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis hastam vibrans. [9] Tunc omnes simul benedixerunt misericordem dominum, & conualuerunt animis, non solum homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare. [10] Ibant igitur prompti de cælo habentes adiutorem & miserantẽ super eos dominum. [11] Leonum autem more impetu irruentes in hostes prostrauerunt ex eis vndecim millia peditum, & equitum mille sexcentos: [12] vniuersos autem in fugam verterunt: plures verò ex eis vulnerati, nudi euaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens euasit, [13] & quia non insensatus erat, secum ipse reputans factam erga se diminutionem, & intelligens inuictos esse Hebræos omnipotentis Dei auxilio innitentes, misit ad eos, [14] promisitque se consensurum omnibus quæ iusta sunt, & regem compulsurum amicũ fieri. [15] Annuit autem Machabæus precibus Lysiæ in omnibus vti-

gna à Iudæis victus fuerit, sed tandem sua confusione coactus, ac Philippi irruptione in regnũ perterritus (sicut alibi demõstratum est) persuasit regi pacem facere cum Hebræis, quam tamen nõ cõseruauit.

a *Et appro.* RABAN. Bethsura ciuitas in tribu Iuda, siue Beniamin fuit, & est vsque hodie Bethsura vicus euntibus nobis ab Elia Chebron vicesimo lapide, iuxta quem fons ad radicẽ montis ebulliens, ab eadem, in qua gignitur, sorbetur humo. Et Apostolorum actus referunt Eunuchum Candacis reginæ in hoc esse à Philippo baptizatum. (Bethsura. Act. 8.)

b *Vt autem Mach.* IDEM. Quid Lysias Iudæorum hostis sæuissimus, qui Paganorũ tenet principatum, qui ecclesiam Dei grauissimis infestant persecutionibus, significet, iam dictum est. Is cum confessores Christi grauissimis scandalis persequitur, ac fastu superbiæ suæ innitentes, inani fauore sibi subsequentium extollitur, Dei sanctuarium prophanare, & legem Dei conculcare corde molitur; sed in actibus suis secundum dispositam fraudem non prosperatur: quin potius à militibus Christi, qui humillimis precibus supernum quærunt auxilium fugatur atque prosternitur. Quibus ductor eques in veste candida, & armis aureis mittitur, quia ipsis mundissima Dei & hominum incarnatio, ad conterẽdam vniuersorum hostium cõtumaciam conceditur, cuius arma aurea, hoc est dicta & exempla clarissima atq; pretiosissima sunt: nec est potestas in cælo neque in terra neque subtus terram, quæ huic possit resistere. Sed sicut in Daniele prophetica visione præsignatum est, lapis de monte præcisus sine manibus, comminuit aurum, argentum, æs, ferrum: & factus est mons magnus, qui implet vniuersam terram, cuius regnum in æternum non dissipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur: comminuet & consumet vniuersa regna, & ipsum stabit in æternum. Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi, & obtinebunt illud vsque in sæculum, & in sæculum sæculorum. (Christus dat suis vincere omnem superstitionẽ & errorem. Dan. 2.)

Anno

NICOLAVS DE LIRA.

1 Gentibus habita. *Iudæis interfectis, vel inde eiectis.*
2 Templum verò. *nam oblationes & omnes prouentus intendebat conuertere in lucrum regis.*
3 Nusquam recog. Dei potestatem: *sed solum humanam.*
4 Sed mente effrenatus, *id est, sine freno rationis in superbiam eleuatus.* (Stadium.)
5 Interuallo quinque sta. *quæ faciunt dimidium milliare, & quartam partem vltra, nam stadia octo faciunt milliare. Cetera patent vsque ibi,*
6 Apparuit præce. eos. *id est, angelus in specie hominis equitis, per hastæ vibrationem designans eis victoriam affuturam.*

ADDITIO.

†† Quis hic Angelus fuit? Hieronymus in cap. 8. Danielis, ait, *Gabrielem præpositum esse prælijs: nam in linguam nostram vertitur fortitudo, vel robustus Dei.* Potest etiam dici Michaelem fuisse, qui vniuersæ Iudæorum genti præpositus fuit. Quamquam forte angelum nullum certum petiit eorum oratio, sed è bonis Angelis vnum quemlibet: & talis datus fuit, qui huic negotio & tempori conueniret, quocumque tandem nomine vocaretur. (Quis Angelus hic Hebræis venit auxilio.)

7 Et muros ferre. para. *Hyperbole est: ad exprimendum magnitudinem constantiæ, quam conceperunt ex dicta apparitione.*

8 Plures verò ex eis, &c. *proiicientes arma sua, vt sic velocius currerent.*
9 Et quia. *Hic consequenter describitur ipsius Lysiæ reconciliatio cum Iudæis. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur hæc reconciliatio; secundò eiusdem confirmatio, ibi,* Lysias. *Circa primum dicitur,* Et quia non. *minus dicendo plus significat, scilicet, quod iste Lysias erat valde sensatus.*

ADDITIO.

†† Eximius victoriæ huius fructus declaratur, quod ex ea Lysias intellexerit cum Iudæis digitum Dei esse, penitusque vinci eos non posse, θεῷ συμμαχοῦντος αὐτοῖς, ipso, qui omnia potest, Deo cum ipsis pugnante. E mirabilibus enim quæ angelorum & sanctorum opera facit Deus fructum capiunt magnum prudentes, & non penitus insensati. (Fructus victoriæ de Lysia reportatæ.)

10 Secum ip. re. *id est, in animo suo considerans.*
11 Factam erga se. dimi. *sui exercitus in bellatoribus, armis, tentoriis, & similibus, quæ fugientes solent perdere.*
12 Et intelli. inui. *non virtute propria, sed diuina.*
13 Misit ad eos. *pro pace reformanda, nolens pugnare contra Deum.*
14 Et regem compul. *non vi, sed precibus & consilio, nam erat eius nutritius, vt patet primo lib. iij. cap. & eius procurator generalis, vt dictum est cap. præcedenti: & ita factum fuit: ideo sequitur,*

1 Ea

MORALITER.

† Ipse enim est, qui præbet triumphum suis fidelibus, non solum de inimicis inuisibilibus, cuiusmodi sunt dæmones; sed etiam de visibilibus, cuiusmodi sunt infideles. Per hoc autem quod Lysias considerans virtutem Dei pacem fecit cum Iudæis, significatur quod quando infideles considerant in operibus miraculosis virtutem Dei, ad pacem & fidem Catholicam conuertuntur. (Infideles visis miraculis conuersi ad Christũ.)

† Anno

a Anno centesimo quadragesimo, &c. RABANUS. Mensis ille, qui apud Græcos dicitur Dioscorus, idem est qui & apud Latinos vocatur Iunius. Huic ergo mensi signa geminorum ascribuntur: Vnde poëta ait: Iunius æquatos cæli videt ire laconas. Nam gemini, id est, Castor & pollux Græcè Dioscori vocantur, cuius rei testis est vrbs Cholcorum, quæ Amphio & Circio geminorum aurigis facta, ex eorum nomine Dioscori cognominata est. Nam Dioscori plerique quæ aurigæ interpretantur. Sunt autē gemini, vt diximus, Castores. Quod autem Lysias timore Iudæorum coactus Antiocho persuasit cum Iudæis pactum inire, demonstrat hostes ecclesiæ virtute diuina sæpe superatos: & licet non voluntate, tamen necessitate, illi cedere: cum id quod volunt ad effectum perducere nō possunt.

litati consulens. Et quæcumque Machabæus scripsit Lysiæ de Iudæis, ea rex concessit. [16] Nam erant Iudæis epistolæ scriptæ à Lysia hunc si quidem modum continentes. Lysias populo Iudæorum salutem. [17] Ioannes & Abessalon qui missi sunt à vobis tradentes scripta postulabant, vt ea quæ per illos significabantur implerem. [18] Quæcumque igitur regi potuerunt perferri, exposui, & quæ res permittebat, concessi. [19] Si igitur in negotiis fidem conseruaueritis, & deinceps bonorum vobis caussa esse tentabo. [20] De ceteris autem per singula verba mandaui, & istis & his qui à me missi sunt colloqui vobiscum. [21] Bene valete. Anno centesimo quadragesimooctauo Dioscori mensis die vicesima & quarta. [22] Regis autem epistola ista continebat. Rex Antiochus Lysiæ fratri salutem. [23] Patre nostro inter Deos translato, nos volentes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligentiam, [24] audiuimus Iudæos non consensisse patri meo, vt transferrentur ad ritum Græcorum, sed tenere velle suum institutum: ac propterea postulare à nobis concedi sibi legitima sua. [25] Volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse, statuentes iudicauimus templum restitui illis vt agerent secundum suorum maiorum consuetudinem. [26] Bene ergo feceris, si miseris ad eos, & dextram dederis, vt cognita nostra voluntate bono animo sint, & vtilitatibus propriis deseruiant. [27] Ad Iudæos verò regis epistola talis erat. Rex Antiochus senatui Iudæorum & ceteris Iudæis, salutem. [28] Si valetis, sic est vt volumus: sed & ipsi bene valemus. [29] Adiit nos Menelaus dicens, velle vos descendere ad vestros qui sunt apud nos. [30] His ergo qui commeant vsque ad diem tricesimum mensis Xandici, damus dextras securitatis, [31] vt Iudæi vtantur cibis & legi-

Anno

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ea rex conces. *quæ tamen decens erat concedi pro tempore, vt patet ex littera sequenti.*

2 Lysias. *Hic consequenter ponitur reconciliationis confirmatio, & hoc per litteras. Et diuiditur in quatuor partes secundum litteras quadruplices, quæ patebunt prosequendo. Primo igitur ponitur tenor litterarum Lysiæ ad Iudæos: & patet littera vsque ibi,* (Diuisio.)

3 Quæcumque igitur regi potue. perferri. *bono modo.*

4 Exposui. *per litteras vel nuntium, quod patet ex rescripto regis ad Lysiam, quod habetur in parte sequenti: & sic respondit sibi, sicut absenti.*

5 Et quæ res permit. *id est, quod decens & iustum erat, concessit, scilicet, rex. Sic enim habetur in libris correctis.*

6 Si igitur in nego. *scilicet regni.*

7 Fidem conser. *id est, fidelitatem.*

8 Bonorum. *vobiscum: alias,* bonorum vobis causa es. *apud regem pro vobis interpellando. De ceteris verò quæ rex non concessit.*

9 Manda. & istis. *quos ad me misistis.*

10 Et his qui à me missi sunt. *ad vos.*

11 Collo. vo. *Propter commune bonum. Et subditur data epistolæ, cum dicitur,*

12 Anno cente. *regni Græcorum.*

13 Diosco. *id est, in Iunio, qui sic nominatur, eo quod sol in illo mense intrat signum Geminorum, qui Græcè Dioscori nominantur, & ab eis mensis Iunij Dioscorus appellatur. Sed contra dicta videtur esse quod dicitur primo lib. 6. c. quod Antiochus Epiphanes mortuus fuit anno centesimo quadragesimonono. Hæc autem littera data fuit post eius mortem, vnde in responsione filij sui subditur,* Patre nostro inter Deos translato, &c. *Similiter littera eius ad Iudæos data fuit anno cxlviij. vt habetur infra eodem cap. dicendum, quod idem annus fuit qui primo libro dicitur centesimus quadragesimusnonus, & centesimus quadragesimusoctauus. Nam annus aliter incipit apud diuersos, sicut patet quod renouatio datæ anni, incipit in Italia à natiuitate Domini, in Francia verò ab eius resurrectione, propter quod illud quod fit tēpore intermedio anno domini M.ccc.xxix. secundum numerationem Franciæ diceretur esse factum anno domini M.ccc.xxx. secundum numerationem Italiæ. Et si renouatio datæ retardaretur vsque ad festum omnium sanctorū, totum tēpus intermedium esset huius conditionis. Sic autem fuit in proposito; nam mortuo Antiocho Epiphane, filius eius Antiochus Eupator statim regnare cœpit: & secundum diuersas inceptiones anni ille annus centesimus quadragesimusnonus, & centesimus quadragesimusoctauus dicitur. Et eodem modo in sequentibus soluatur.* (Quomodo colligendū sit tempus datæ litterarū Lysiæ.)

14 Regis autem. *Hæc est secunda pars, in qua ponitur responsio regis Lysiæ de negotio prædicto, cum dicitur,*

15 Lysiæ fra. sa. *Erat enim de cognatione eius sicut prædictum est: propter quod vocat eum fratrem.*

16 Patre no. *Erat enim opinio Gentilium, quod patres eorum in morte transferebantur ad consortium Deorum, sicut de bonis Christianis dicimus, quod transferuntur ad consortium angelorum.*

17 Sine tumultu. *Id est, in pace viuere.*

18 Et re. *Quod non possunt nisi habeant pacem.*

19 Audi. *Sed magis volebant sustinere martyrium, vt patet per prædicta cap. vj. & vij.*

20 Iudi. *id est, cultum templi liberum, nam iam templum habebant. Cetera patent.*

21 Ad Iu. *Hæc est tertia pars, in qua ponitur tenor litteræ regis ad Iudæos, cum dicitur,*

22 Rex. An. se. *i. collegio seniorum populum regentium. Et dicitur senatus à senes & natus, quia senes ætate & moribus ad hoc eligebantur.*

23 Si vale. *id est, voluntas nostra est, vt bene sit vobis.*

24 Adiit nos. *A vobis missus, & est hic alius à Menelao, qui vsurpauit sibi sacerdotium, vt dictum est suprà cap. 4.*

25 Dicens, vel. *Sicut enim dictum est suprà 1. cap. per reges Aegypti & Syriæ multi Iudæi erant dispersi extra Iudæam inter idololatras habitantes, propter quod aliqui periti in lege habitantes in Iudæa, volebant eos visitare, ad confirmandum eos in legis obseruantia, petentes ad hoc securitatem à rege quam ipse concessit vsque ad tempus.* (Iudæi peregrinantes vel exulantes extra terram promissionis.)

De

MORALITER.

12 *Anno centesimo quadragesimo, &c.* Hic ponuntur litteræ de confirmatione dictæ pacis, vbi non apparet noua moralitas: ideo pertranseo.

bus suis sicut & prius: & nemo eorum vllo modo molestiã patiatur de his quæ per ignorantiam gesta sunt. [31] Misimus autem & Menelaum qui vos alloquatur. a Valete. [33] Anno centesimo quadragesimooctauo Xãdici mensis quintadecima die. [34] Miserunt autẽ etiam Romani epistolam ita se habentẽ: Quintus Memmius & Titus Manilius legati Romanorum, populo Iudæorũ salutem. [35] De his quæ Lysias cognatus regis concessit vobis, & nos concessimus: [36] de quibus autem ad regem iudicauit referendum, confestim aliquem mittite diligentius inter vos conferentes, vt decernamus sicut congruit vobis. Nos enim Antiochiam accedimus. [37] Ideoq; festinate rescribere, vt nos quoque sciamus cuius estis voluntatis. [38] Bene valete. Anno centesimo quadragesimooctauo quintadecima die mensis Xandici.

Xandicus mensis.

a *Anno cente.* Mensis Xandicus apud Athenienses, ipse est qui apud nos Aprilis nuncupatur, & apud Hebræos Nisan: apud quos iuxta legis præceptum idem mensis primus est in mensibus anni, in quo etiam Pascha celebrãt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 De his quæ. *Hoc dicitur propter bella contra duces suos gesta. Et subditur huius litteræ data, cùm dicitur,*

2 Anno centesimo quadragesimooctauo. *qui correspondet Aprili, decimaquinta, scilicet die.*

3 Mise. au. *Hic consequenter ponitur tenor litteræ Romanorum ad Iudæos, & patet littera, & est eiusdem datæ cum littera regis præcedente. Ex istis patet, quod Lysias istas litteras regis & Romanorum ad Iudæos procurauit, & postea scripsit Iudæis litteram suam suprà positam, quæ data fuit eodem anno xxiv. die mensis Iunij: & sic post illas.*

CAPVT XII.

[1] HIs factis pactionibus Lysias pergebat ad regem: Iudæi autem agriculturæ operam dabant. [2] Sed hi qui resederant Timotheus & Apollonius Gennei filius: sed & Hieronymus & Demophon superbus & Nicanor Cypriarches non sinebant eos in silentio agere & quiete, [3] Ioppitæ verò tale quoddam flagitium perpetrarunt. Rogauerunt Iudæos cum quibus habitabant, ascendere scaphas, quas parauerant, cum vxoribus & filiis, quasi nullis inimicitiis inter eos subiacentibus. [4] Secundum commune itaque decretum ciuitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisque causa nihil suspectum habentibus, cùm in altum processissent submerserunt non minus ducentos. [5] Quam crudelitatem Iudas in suæ gentis homines factam, vt cognouit, præcepit viris

CAP. XII.

a *His fact.* RAB. Ioppitæ verò isti de quibus narrat scriptura, habitatores fuerunt oppidi Palestinę quod dicitur Ioppe: & est maritimũ, in tribu Dan constitutum. Et vt de Gentilium fabulis aliquid perstringam, ibi vsque hodie saxa monstrãtur pręcelsa in littore maris sita in quibus Andromeda relegata Persęi quondam viri fertur liberata fuisse præsidio. Secundum autem mysticũ sensum iidem Ioppitæ, qui habitantes iuxta mare Iudæis scandalum fecerant, significant hæreticos prope fluctus turbulenti sæculi habitantes, qui Iudæis, hoc est veris cõfessoribus Christi semper insidiantur, & quoscumque possunt de eorum numero in erroris foueam pertrahere satagunt; quasi scaphas ergo Ioppitæ constituunt, in quibus Iudæos à littore abductos in profundum demergunt, cum hæretici dogmata iniqua condentes, pulchro sermone ea adornant. Quod bene significare potest Ioppitarum nomen: Interpretatur enim pulchritudo, quatenus facilius simplices quosque linguæ volubilitate decipiant, quos cum à stabilitate rectæ fidei abstrahentes sibi coadunant, in perditionis baratrum incautos præcipitant. Sed Iudas typicus hoc inultum fore non sinit, quin potius homicidas in erroris sui tenebris latitantes reperiens, iustæ vltionis excruciat vindicta: eorumque fraudes perpetuo igni debitas manifestans, cum ipsis auctoribus prauitatis anathematis gladio rectè percutit, nec eorum malitiæ virus vlterius occultatum latere permittit.

Ioppe. Fabula Andromedæ per Persæũ liberatæ. Quomodo hæretici pelliceant simplices. & deceptos in profundum inferni demergant. Pœna hæreticorum.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XII.

HIs fa. *Hæc est quarta pars, in qua describitur conflictus Iudæ cum Timotheo & sociis eius. Et diuiditur in tres partes, quia primò huius conflictus causa ponitur: secundò dilatatio interponitur, ibi,* Ioppitæ verò; *tertiò propositum resumitur, ibi,* Inde discesserunt. *Circa primum, ponitur continuatio ad cap. præced. cùm dicitur,*

1 His fa. *scriptis cap. præced.*

2 Iu. autem. *Datis treugis & pactionibus prædictis. q. d. Ante non poterant vacare propter vrgentia bella. Consequenter subditur occasio conflictus Iudæ cum Timotheo, cùm dicitur,*

3 Sed hi. *i. remanserunt in locis circa Iudæam post recessum Lysiæ.*

4 Timo. *Iste est alius ab illo, qui suprà x. cap. legitur occisus. Multi enim duces & milites erant eiusdem nominis, sicut & modo.*

5 Demo. su. *Cognomen eius est.*

6 Et Ni. Cy. *id est, princeps Cypri.*

7 Non sine. *nam insultus faciebant populo in extremitatibus Iudææ in absentia Lysiæ, propter quod Iudas decreuit debellare ipsum.*

8 Ioppitæ ve. *Hic consequenter ponitur dilatio conflictus Iudæ cum Timotheo propter quadam insurgentia, in quibus Iudas fuit occupatus: & primum fuit flagitium Gentilium in Ioppe habitantium, cum quibus habitabant multi Iudæi, quorum Ioppitæ plures submerserunt proditoriè facientes eos ascendere nauiculas sub specie pacis & amicitiæ, ad videndum ludum quem debebant in mari exercere, quod flagitium voluit Iudas ante omnia vindicare. Et patet littera paucis exceptis.*

Ioppitarum flagitium contra Iudæos secum habitantes.

9 Ascendere scaph. *Id est, paruas nauiculas.*

10 Quas parauerant, *Ioppitæ.*

11 Cum vxoribus & filiis, *Iudæorum.*

12 Secundum commune itaque decr. *Decreuerant enim Ioppitæ latenti dolo Iudæos sic submergere.*

MORALITER.

8 *Ioppitæ verò.* Per Ioppitas, qui pulchri seu decori interpretantur, quidam hæretici qui magnam sanctitatem exterius prætendunt significantur, qui per verba dulcia incautos ad se trahunt, & sic eos in errorem damnabilem demergunt. Per hoc autem, quod Iudas eos succendit, significatur, quod isti hæretici igne gehennæ sunt concremandi.

Hæretici sanctitatem prætendentes.

a *Sed cum*. RABAN. Per Iamniam quæ interpretatur mare, schismaticorum conciliabulum, qui semper in tempestate sunt, intelligi potest. Schisma ergo (vt quidam volunt) ab scissura animorum est vocatum. Eodem enim cultu, eodem ritu credit vt ceteri, solo congregationis delectatur dissidio. Fit autem schisma cùm dicunt, omnes nos sanctificamus immūdos, & cetera similia. Cognoscit Iudas Iamnitas pari modo facere, vt Ioppitæ: machinari insidias Iudæis secum habitantibus, cùm doctores sancti dolū schismaticorum, fraudi hæreticorum similem comperientes, deceptionē ab eis metuunt fidelium, contra quos bellū mouent, & in tenebris superstitionis eos inuenientes, simul cum machinis eorum per ignem excommunicationis exurunt, ita vt incēdium eorum appareat Ierosolymis, id est, vt eorum erroris manifestaretur damnatio omnibus cultoribus veræ religionis: vnde & Paulus scribit ad Timotheū, ac insipientium errores manifestando ait: *Hoc autem scitote, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, timidi, voluptatum amatores magis quàm Dei: habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis peruenientes: quemadmodum Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, ita & isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed vltra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.* Similiter & princeps apostolorum commonens dolum nefandorum hominum præcauendum, ad fideles ait: *Vos ergo fratres præscientes custodite vos, ne insipientium errore transducti, excidatis à propria firmitate. Crescite vero in gratia, & cognitione domini nostri: ipsi gloria & nunc & in die æternitatis. Amen.*

Quid schisma dicatur. — Schismatum auctores fer. iendi anathemate. — 2. Tim. 3. a. — Ibidem b. — 2. Petr. 3. d.

b *Inde cum*. IDEM. Arabes qui interpretantur humiles, siue occidentales, possunt eos significare, qui mundanam atque sæcularem sapientiam diligunt, quæ meritò humilis & occidentalis dicitur, quia veram sapientiam, quæ de cælestibus venit, imitari nescit. Huic ergo intenti contra Iudam & socios eius, cum quinque millibus virorum & equitibus quingentis confligunt, quia carnis sensibus ac studiis implicitι, omne quod eis per doctores sanctos spiritalis sensus ingeritur, quasi contrarium ac prophanum esse videtur, vnde & rebellare eis contendunt. Sed clarescente veritate deuicti, ac constantia sanctorum prædicatorum superati, sibi dextras dare petunt, ita vt errores suos relinquentes, Catholicæ fidei vnitatem appetant, seque confessoribus Christi associare desiderēt. Quibus spiritalis Iudas videns eos in multis vtiles fieri posse, promittit pacem, dat dextras, & illæsos abire permittit, quia sæpe tales qui philosophia mundi imbuti fuerant, cùm ad fidem Christi conuertuntur ad destruendum stultitiam atque errorem Gentilium aptiores atque habiliores fiunt, & cum eis verbum fidei pleniter prædicatum fuerit, vtraque armatura instructi, contra perfidiam fortius pugnant. Hinc Salomon in ædificationem templi, Hiram regis Tyri ad cædenda ligna de Libano auxilium petit: quia in hac arte ductiores erant serui Hiram seruis suis: sed non per se ipsi soli huic operi instabant, quin etiam associari seruis Salomonis, strenuè ac docenter illud perficiebant. Cuius rei figura in promptu est: quia nimirum Apostoli certius verbum Euangelij quod à domino audiere nouerunt. Sed Gentiles ab errore conuersi, atque ad veritatem Euangelij per eosdem Apostolos transformati, melius ipsos Gentium errores nouerant: & quo certius nouerunt, eo artificiosius eos expugnare atque euacuare didicerunt.

Sæcularis sapientia. — Victa Ecclesiæ manus dat. — Philosophi gentium ad fidem Christi conuersi cùm suas disciplinas Theologicis coniungunt vtilissimam ponūt operam in conuertendis ethnicis. — 3. Reg. 5. b.

c *Aggressus, &c.* IDEM. Ciuitatem hanc sub cuius munitione plurimæ turbæ diuersarum Gentium conuenientes, habitauerunt, nihil melius quàm mundi istius potentatum significare arbitror, sub cuius dominationem diuersæ adierunt Gentes, vt sub eorum defensione

Potentatus huius mundi.

qui cum ipso erant, & inuocato iusto iudice Deo, [6] venit aduersus interfectores fratrum, & portum quidem nocte succendit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerant gladio peremit. [7] Et cùm hæc ita egisset, discessit quasi iterum reuersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus. [8] Sed cùm cognouisset, & eos qui erant Iamniæ velle pari modo facere habitantibus secum Iudæis, [9] Iamnitis quoque nocte superuenit, & portum cum nauibus succendit, ita vt lumen ignis appareret Ierosolymis ab stadiis ducentis quadraginta. [10] Inde cùm iam abissent nouem stadiis, & iter facerent ad Timotheum, commiserunt cum eo Arabes quinque millia viri & equites quingenti. [11] Cumq; pugna valida fieret, & auxilio Dei prosperè cessisset, residui victi Arabes petebant à Iuda dextras sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in ceteris profuturos. [12] Iudas autem arbitratus verè in multis eos vtiles, promisit pacem, dextrisq; acceptis discessere ad tabernacula sua. [13] Aggressus est autem ciuitatem quamdam firmam, pontibus & muris circumseptam, quæ à turbis habitabatur Gentium promiscuarum, cui nomen Casphin. [14] Hi verò qui intus erant confidentes in stabilitate murorum & apparatu alimoniarum, remissius agebant, maledictis lacessentes Iudam ac blasphemantes, & loquentes quæ fas non est. [15] Machabæus autē inuocato

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sed cùm cogno. *Hic consequenter ponitur vindicta de Iamnitis, qui similem dolum volebant facere. Et patet littera vsque ibi,*

2 Ab stadiis ducentis qua. *Faciunt autem octo stadia vnum milliare, & sedecim vnam leucam.*

3 Inde cùm iam abissent. *Hic consequenter ponitur aliud impedimentum seu delatio conflictus Iudæ cum Timotho per Arabes mouentes in via bellum contra Iudam & socios eius. Et patet vsque ibi,*

4 Promittentes se pascua daturos. *Terra enim illorum erat multum pascualis, & Iudæi prope illam terram habitantes habebant plura animalia: & sic pax cum illis vtilis erat Iudæis.*

5 Discessere ad tabernacula sua. *scilicet Arabes qui non habitant in ciuitatibus, sed in tentoriis.*

6 Aggressus est autem, &c. *Hic ponitur alia dilationis causa ex obsidione cuiusdam ciuitatis nociua Iudæis, cuius nomen erat Casphin, & patet vsque ibi,*

7 Remi. age. *Quasi parum curantes de obsidione, reputantes inexpugnabilem ciuitatem.*

8 Et lo. quæ, &c. *s. blasphemias contra Deum Iudæorum.*

Tempo.

MORALITER.

† 1 *Sed cùm cogno.* Per Iamnitas, qui marini interpretantur, schismatici, qui sunt in tumultu tamquam in mari, significantur, & ipsi simulantes quod zelo iustitiæ moueantur incautos ad schisma suum trahere nituntur, & per hoc incauti aliquando decipiuntur.

Schismatici.

† *Cumq; pugna va. fieret.* Per istam pugnam inter Arabes & Iudæos, significatur disputatio inter doctos Gentiles, & Catholicos, & cum rationibus & scripturis superantur, ad fidem & pacem Catholicam conuertuntur, & vtiles Ecclesiæ efficiuntur, sicut patet de Augustino, & multis aliis.

Disputationes inter doctos gentiles & Catholicos.

6 *Aggressus est autem ciui. qua.* Per quam figurata fuit Ierusalem, quam dux Godefridus cum exercitu Christiano viriliter aggressus fuit, & eam comprehendens magnam stragem Saracenorum fecit, in tantum quod sanguis effusus ferè vsque ad equorum genua attingeret, vt dicitur in historiali speculo Vincentij, sicut in hac ciuitate scribitur hæc effusio magna sanguinis fuisse.

Ierusalem à Godefrido Bullonieuse recepta.

† Dosi-

fensione corporaliter tuerentur, carnisque suæ libitu fruerentur. A Huiusmodi ergo conuentus confisus in stabilitate murorum, maledictis lacesserunt Iudam ac blasphemantes loquebantur ea quæ fas non erat: cùm diuersæ personæ hominum fauentes adulationi principum, eorumque beneficiis gaudentes contraria facere sanctis prædicatoribus, atque idola laudantes, verba blasphemiæ contra ipsam diuinitatem iactauerunt. Iudas ergo inuocato mundi principe, per ipsius adiutorium cepit ciuitatem: quia sancti doctores partim orationibus, partim etiã dogmatibus contra aduersarios suos cõflixerũt, donec ipsos Dei verbo per domini voluntatem ceperunt principes; B sicque inenarrabiles cædes conficiebant hominum, non vt interitu æterno funditus perirent, sed vt mundo morientes, Christo felicius viuerent. Huiusmodi quoque cædes Petro in actibus Apostolorum iussum est cõficere, quando vas illud mysticum quatuor initiis summitti de cælo in terram in extasi conspexerat, in C quo erat omnia quadrupedia & serpentia terræ & volatilia cæli: & dictum est ei, *Surge Petre, occide, & manduca.* Animalia ergo illa omnes gentes significabant erroribus immundas, sed in nomine sanctæ trinitatis sacro baptismate mundandas, quæ hominis imaginem relinquentes, per imitationem bestiarum & serpentium sumpsere figuras, quas iubet vox illa cælestis Petro occidere & manducare: quia illum occidere in Gentibus id quod fuerant, & facere eos id quod ipse erat præcipiebat. Qui enim manducat cibum foris positum, in suum corpus traiicit. Præcepit ergo vt nationes per incredulitatem ante fores positæ, interfecta præterita vita societati ecclesiæ (quam significat Petrus) inserantur. Iuxta quod de seipso apostolus Paulus ait: *Ego enim per legem Dei mortuus sum, vt domino viuam Christo.* Et item: *Viuo autem iam non ego: viuit vero in me Christus.* D Nec illud etiã sine mysterio est quod adiacens stagnum propter cædes hominum confectum sanguine fluere videbatur, quia sanguinis effusio cruentæ vitæ amissionem signat. Quasi sanguine aqua infecta fluere videtur, cùm in baptismatis sacramẽto, vbi peccato fideles moriuntur, sanguinolẽta opera, & carnalis vitæ sordes ablui cognoscuntur, quando *exuitur vetus homo cum actibus suis, & induitur nouus, qui secundũ Deũ creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.*

(Margin: De dominis mundi ad fidem traductis quãuis eorum parasiti frenuẽ obsisterent. — Act.10.b. — Ibidem. — Gal.2.d. — Ibidem. — Regeneratio spiritualis. — Col.3.b.)

magno mundi principe, qui sine arietibus & machinis temporibus Iesu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris,[16] & capta ciuitate per domini voluntatem innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens stagnum stadiorum duorum latitudinis, sanguine interfectorum fluere videretur.[17] Inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta. Et venerunt in Characha ad eos, qui dicuntur Tibianæi, Iudæos,[18] & Timotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nulloque negotio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsidio.[19] Dositheus autem & Sosipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in præsidio decem millia viros.[20] At Machabæus ordinatis circum se sex millibus & constitutis per cohortes, aduersus Timotheum processit habentem secum centum viginti millia peditum, equitumq; duo millia quingentos.[21] Cognito autem Iudæ aduentu Timotheus præmisit mulieres & filios, & reliquum apparatum in præsidium quod Carmon dicitur. Erat autem inexpugnabile, & accessu difficile propter locorum angustias.[22] Cumque cohors Iudæ prima apparuisset, timor hostibus incussus est ex præsentia Dei, qui vniuersa conspicit, & in fugam versi sunt alius ab alio, ita vt magis à suis deiicerentur, & gladiorũ suorum ictibus debilitarentur.[23] Iudas autẽ vehementer instabat puniens prophanos, & prostrauit ex eis triginta millia virorũ.[24] Ipse verò Timotheus incidit in partes Dosithei & Sosipatris, & multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur, eò quòd multorũ ex Iudęis parẽtes haberet ac fratres, quos mor-

a *Et vene. in Cara.* RA. Audiui quemdã Hebræum differentem Tubianæos Iudæos illos nũcupari, qui ex alienigenis cõuocati in adiutorium Iudæ venerunt, & dictos Tubianęos quasi alienis tubis cõductos. E

(Margin: Tubianæi. — Prædicatores sancti. — Psal.23.b. — Quæstio. — An perierit Timotheus in Gazaræ præsidio.)

b *Dosithe. &c.* IDEM. Isti duo duces, hoc est Dositheus & Sosipater, sanctos prædicatores designant, qui veri Machabæi dispositione, hoc est fortissimi præliatoris, (de quo in Psalmo scriptum est: *Dominus fortis & potens in prælio:*) contra omnes errores perfidorum belligerare designãtur. F Qui aptè binario numero notantur, quia duorum testamentorum spiritali scientia satis instructi, prælij dominium ritè cõficere noscuntur. Hi ergo à Timotheo relictos in præsidio decem millia virorũ interimunt, cùm socios hæresiarcharum ad tuendã nequitiam suam, ab ipsis constitutos legi Dei contraria sentientes, per eiusdem legis auctoritatem atque seueritatem spiritali gladio iustè interficiunt.

c *Iudas autem vehe.* Quæritur quomodo Timotheus hic narretur ob precum suarum humilitatem à Iudæ ducibus viuus dimissus, eò quòd multorum ex Iudæis parentes haberet ac fratres, quos morte eius decipi contingeret, si ipse esset occisus, & paulò antè narratur, quod ipse fuisset in Gazaræ præsidio à Iu- da

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tempo. Iesu, *qui alio nomine dictus est Iesus Naue.*
2 Præci. Ieri. *Vt habetur Iosue vj. Cetera patent.*
3 Inde disce. *Hic resumitur, quod supra propositum fuit, de conflictu Iudæ cum Timotheo. Et primo ponitur conflictus contra Timotheum, Secundo debellatio cuiusdam ciuitatis aduersaria Iudæorum, ibi,* Post horum fugam. *Circa primum ponitur Timothei insecutio, cùm dicitur,* Inde disc. *s. Iudas & exercitus eius.*
4 Vene. in Ca. *credentes inuenire Timotheum in locis illis.*
5 Ad eos qui di. *Secundum gloss. erant quidam populi cum Iudæis fœderati, & inde dicebantur Iudæi Tibianæi quasi Tubianæi. i. aliena tuba vocati seu conducti.* (Margin: Tibianæi.)
6 Regres. est. *scilicet Timotheus.*
7 Reli. in quo. *in multitudine armatorum ad resistendum Iudæis. Cetera patent vsque ibi,*
8 Timothe. primi. *Quia de facili ab aduersariis capiuntur.*
9 Timor hosti. in. est. &c. *& non ex magnitudine vel fortitudine exercitus Iudæ Machabæi.*
10 Ita vt ma. *Sicut contigit in exercitu Zebee & Salmana, Iud. vij. & viij. & in statione Philisthinorum, j. Reg. xiv.*
11 Iudas au. insta. *fugientes persequendo.*
12 Ipse ve. Ti. in. in par. *id est, in illam partem exercitus quam regebant. Et ceperunt eum viuum.* Et multis precibus postulabat, &c. *allegans quod subditur,*
13 Eò quòd mul. ex Iudæis pa. ha. ac fratres. *in suis vinculis detentos.*
14 Quos morte eius. *id est, occidi in vindictam mortis eius. Cetera patent.*

MORALITER.

† *Dositheus autem, &c.* Per istos duos duces significantur ecclesiæ prædicatores, qui charitate combinati magnam stragem faciunt aduersariis Christi eos occidendo à pristina mala vita: de qua occisione dictum fuit Petro Act. x. b. *Surge Petre, occide & manduca:* de conuersione Cornelij & eorum qui cum eo erant à Gentilitate ad fidem Christianam. (Margin: Occisio spiritualis.)

12 *Ipse ve. Ti.* Per hoc autem quod iste licet esset idololatra pessimus, tamen fuit viuens dimissus, ne Iudæi, quos tenebat captiuos, occiderentur, ostenditur quod mala minora permittenda sunt, vt maiora euitentur. (Margin: Mala minora permittenda vt maiora euitentur.)

dæ militibus peremptus? Si enim ibi tunc fuisset occisus, nullo modo tunc hic viuus esset dimissus. Quod haud aliter (ni fallor) solui potest, nisi quod aut ibi per anticipationem dicatur occisus; aut alius ille Timotheus intelligatur, qui in Gazaræ præsidio est interfectus, & alius iste, qui per Dositheum, & Sosipatrem legitur dimissus. Quod autem Iudæ duces considerantes fratrum vtilitatem, ac suorum redemptionem, Timotheo pepercerunt, ostendit, quod aliquando cum errantibus mitius est agendum: Non dico, vt eorum consentiatur iniquitati, sed pietate paterna consuletur illorum infirmitati, & maximè in illis locis, vbi fructus aliquis de errantium conuersione speratur, quatenus mansuetudine ecclesiastica prouocentur à diaboli laqueis effugere, & conuenire ad Catholicam libertatem. Vnde in Aphricano Concilio de Donatistis hæreticis constitutum est, vt leuius cum eis ageretur, vbi ita scriptum est: *Pertractatis & consideratis omnibus, quæ vtilitati ecclesiæ conuenire videbantur, annuente atque admonente spiritu Dei, elegimus cum memoratis hominibus, quamuis de Dominici corporis vnitate inquieta dissensione præcisis, leniter & pacificè agere, vt quantum in nobis est, omnibus, qui eorum communione & societate irretiti sunt, per vniuersas prouincias Aphricanas penitus innotescat, quàm miserabili errore deuicti sunt, ne fortè sicut dicit Apostolus, nobis in mansuetudine corripientibus diuersa sentientes, det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant de diaboli laqueis captiuati ab ipso in ipsius voluntatem.*

Cum errantibus aliquando mitius agendũ.

Exemplum ex Concilio Africano quod summo iure nõ est vtum contra Donatistas.

Ephes.4.a.

te eius decipi eueniret. [25] Et cùm fidem dedisset restituturũ se eos secundum constitutum, illæsum eum dimiserunt propter fratrum salutem. [26] Iudas autem regressus est à Carmon interfectis vigintiquinque millibus. [27] Post horũ fugam & necem mouit exercitum ad Ephron ciuitatẽ munitam, in qua multitudo diuersarum Gentium habitabat, & robusti iuuenes pro muris consistentes fortiter repugnabant. In hac autem machinæ multæ & telorum erat apparatus. [28] Sed cùm omnipotentẽ inuocassent, qui potestate sua vires hostium confringit, ceperunt ciuitatem, & ex eis qui intus erant, vigintiquinque millia prostrauerunt. [29] Inde ad ciuitatẽ Scytharum abierunt, quæ ab Ierosolymis sexcentis stadiis aberat. [30] Contestantibus autem his, qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quòd benignè ab eis haberentur, etiam temporibus infelicitatis, quòd modestè secum egerint, [31] gratias agẽtes eis, & exhortati etiam

a *Iudas autem regressus est.* RABAN. Diximus in prioris libri expositione, vbi de Timotheo tractatum est, quod eius exercitus significaret turbam hæreticorum; similiter & de Ephron vrbis habitatoribus, quod illos figuraliter exprimerent, qui ritum Iudaismi temporibus gratię sequi existimauerunt, vt fuerunt ipsi Iudæi, & Ebionitæ hæretici, & ceteri, qui cum Euangelio legis cæremonias seruare volebãt. Sed quia isti carnaliter sentientes spiritualem scientiam discere nolebant, nec intelligere poterant, quod finis legis est Christus ad iustitiam omni credenti, Iudæo, scilicet, atque Gentili: ideo vigintiquinque millia prostrata in bello Ephronitico leguntur, sicut in illo bello quod in Carmon confectum est; quia sapientia huius mundi stultitia est apud Deum, & prudentia carnis mors est. *Littera enim occidit, spiritus autem viuificat.* Vnde ibidem per Paulum dicitur: *Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi.* Et iterum, *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest ea intelligere, quæ spiritualiter examinantur.* Hinc Iacobus Apostolus scribens ad dispersos ait: *Quod si zelum amarum habetis, & contentiones in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatẽ. Non est ista sapientia desursum descendens à patre luminum, sed terrena, animalis & diabolica.* Cuius sectatores princeps Apostolorum fontes sine aqua, & nebulas turbinibus exagitatas appellat, quibus caligo tenebrarum reseruatur: Sunt enim vanitates loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittẽtes, cùm ipsi serui sint corruptionis. Iudas enim cum suis vsquequaque hostium turbas strauit, & victoriam habuit, quia doctores sancti veritatis assertores, & vniuersi erroris expugnatores diuina ope adiuti, vbique de hostibus suis trophæum victoriæ capiunt. Vnde dicere cum Paulo possunt: *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.*

Legis ceremonias cũ Euangelio seruare volentes.

Rom.10.a.

1.Cor.3.d. 1.Cor.3.b. 1.Cor.1.c. Ibid.2.d.

Iac.3.d.

1.Pet.2.d.

b *Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, &c.* IDEM. Scythopolitæ, qui Iudæos benignè tractantes, pro beneficiis suis à Iuda gratiam & laudem promeruerunt; significant eos, qui doctores sanctos & confessores rectæ fidei recipiunt, & solatiis corporalibus pro viribus adiuuãt, quorum merces in vacuum non peribit: maximè cùm Dominus in Euangelio de talibus ad Apostolos dicat, *Qui recipit vos, me recipit, & qui recipit prophetam in nomine prophetæ mercedem prophetæ accipiet; & quicumque recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: & quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Vnde & Ioannes scribens ad Gaium in epistola sua, ait, *Charissime, fideliter facis quidquid operaris in fratres: & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu Ecclesiæ, quos benefaciens deduces dignè Deo, qui pro nomine eius profecti sunt, nihil accipientes à Gentibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, vt cooperatores simus veritatis.* Sic & Paulus huiusmodi laudauit scribens ad Corinthios, *Obsecro fratres, nostis domũ Stephanæ & Fortunati, quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorũ ordinauerunt se ipsos, vt & vos subiecti sitis huiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt, refecerunt enim spiritum nostrum & vestrum. Cognoscite ergo, qui huiusmodi sunt.*

De his qui recipiunt veræ fidei præcones eosque solatiis corporalibus adiuuant.

Matth.10.d.

3.Ioan.b.

1.Cor.16.d.

a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Post horum fugam. *Hic consequenter describitur captio cuiusdam ciuitatis, quæ multa mala fecerat Iudæis.*

2 Et robusti iuuenes, *de ciuitate.*

3 Pro muris, *defendendis.*

4 Consistentes, fortiter repugnabant, *exercitui Iudæ: Et subditur repugnandi facultas, cùm dicitur,*

5 In hac autẽ machinæ multæ, &c. *quibus poterant inuadentes repellere.*

6 Sed cùm omnipotentem inuocassent. *Ex quo patet quod ciuitas illa non fuit capta virtute humana, sed diuina.*

7 Inde ad ciuitatem Scytharum, *cuius habitatores erant beneuoli Iudæis, licet essent Gentiles; propter quod Iudas eis regratiando pertransiit, rogando, vt essent beneuoli de futuro, sicut fuerant de præterito, & sic patet littera vsque ibi,*

†† ADDITIO. *Hæc vrbs Iudic.1. vocatur Bethsan, vbi septuaginta explicationis causa apposuerunt,* quæ est Scythopolis. *D. Augustinus quæst. 8. in Iudic. dicit,* in gentium historia reperiri Scythas totam olim Asiam occupasse, *vt quemadmodum ab Alexandro Alexandria, sic ab istis Scythopolis dicatur. Herodotus etiam lib. 1. Palestinam annos plures ab illis occupatam asserit, quem citat D. Hieronymus in epitaphio Fabiolæ, sed sub Dario Medo id factum referens. Sexcenta verò stadia (quibus aberat hæc vrbs à Ierosolymis) faciunt Italica milliaria 75. Germanica verò 18. & tres quartas.*

An probabile sit Scythas penetrasse in Syriam & vrbem ibi condidisse suo nomine.

1 Dic

MORALITER.

1 *Post horum fugam & necem mouit exercitum ad Ephron,* quæ interpretatur puluis mœroris, ideo per ipsam significatur mundana vanitas, quæ, vt puluis, euanescit, & ad inferni mœrorem deducit. Hæc autem ciuitas Dei operatione capitur, quando quis à mundana vanitate ad humilitatem veræ pœnitentiæ conuertitur.

Mundana vanitas.

7 *Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ierosolymis, &c.* Istis, qui beneuoli Iudæis, Iudas & eius socij gratias egerunt: quia sicut ad bonum principem pertinet aduersarios impugnare, sic ad beneuolos agere grates, & amicitiam conseruare.

Beneuoli.

† Et

de cetero erga genus suum benignos esse, venerunt Ierosolymam die solemni septimanarum instante. [32] Et post Pentecosten abierunt contra Gorgiam præpositum Idumææ. [33] Exiuit autem cum peditibus tribus millibus & equitibus quadringentis. [34] Quibus congressis contigit paucos ruere Iudæorum. [35] Dositheus verò quidam de Bachinoris eques vir fortis Gorgiam tenebat, & cùm illũ vellet capere viuum, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumq; eius amputauit, atque ita Gorgias effugit in Maresa. [36] At illis qui cum Esdrin erant, diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas dominum adiutorem & ducem belli fieri, [37] incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incussit: [38] Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam. Et cum septima dies superueniret secundum consuetudinem purificati, in eodem loco sabbatum egerunt. [39] Et sequenti die venit cum suis Iudas, vt corpora prostratorum tolleret, & cum parentibus poneret in sepulchris paternis. [40] Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donariis idolorum quę apud Iamniam fuerũt, à quibus lex prohibét Iudæos.

a *Et post Pente.* RABAN. Gorgias præpositus Idumææ bene potest typum gerere diaboli, qui rubea atque sanguinolenta semper delectatus conuersatione, speciem tamen aliquando virtutum simulat, licet ipse per vitia sedulò contra virtutes pugnet: vnde simplices quoslibet de fidelium numero astu deludens interficit; sed tamen victoria diuturna non potitur, quin potius per ducatum veri Iudæ militibus ipsius dominum inuocantibus adiutorem, ac precibus atque hymnis insistentibus, pars aduersa timore confusa in fugam vertitur, & totius triumphi honor veris Dei cultoribus tribuitur; vnde Petrus scribens ad credentes in epistola sua ait, *Humiliamini igitur sub potenti manu Dei: vt vos exaltet in tempore visitationis, omnem sollicitudinẽ vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens circumit quærẽs quem deuoret, cui resistite fortes in fide.* Hinc & per Iacobum dicitur, *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Quòd verò Dositheus Gorgiam volebat capere viuum, sed non poterat, quia humero eius amputato hostis de manibus eius euasit: hoc per figuram ostendit, quia non humana fortitudine, sed ope diuina hostis antiquus vincitur. Nam qui propria virtute cum Pelagianistis confidens victoriam se adipisci posse sperat de diabolo, is profecto non hostem vincit, sed nec sanitatis suæ statum illæsum custodit.

Vindicatio prædæ de vnguibus dæmonis per sanctos prædicatores.

1.Pet.5.b.

Iacob.4.b.

Periculosum est de sua virtute præsumentem committere cũ diabolo.

b *Sequenti die.* IDEM. Hi, qui ab hoste propter idololatriam occultam prostrati sunt, quos melius significant, quam eos, qui se in secreto cordis per cupiditatem atque auaritiam contaminant. Quasi de idolorum donariis sub tunica gestant, qui virtutum opera causa cupiditatis terrenæ, seu ambitione humanæ laudis foris agitant: sed sub velamine pietatis, dolum nequitiæ intus celant; Tales meritò ab hostibus prosternuntur, quia virus doli, quod coram aspectu hominum latuit, interni iudicis intuitum non fefellit. Quòd autem cupiditas atque auaritia idololatria sunt, ostendit Paulus, dicens, *Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Et iterum, *Hoc autem,* inquit, *scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.* Contra hoc vitium Saluator humanis mentibus medicari volens, in Euangelio docet, dicens, *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: Alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cælis est.* Et iterum, *Videte,* inquit, *& cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita est ex his quæ possidet.*

De auaritia & cupiditate.

1.Tim.6.b.

Ephes.5.b.

Matth.7.a.

Luc.12.b.

MYSTICVS Iudas militibus suis propter simulationem casum euenire considerans, non deserit eos, sed paterna pietate consulit, tam precibus pro peccatis eorum interueniendo, quàm etiam verbo prædicationis, atque exhortationis errorem illorum corrigendo: quatenus pietatis cultui iterum restituti, cautius deinceps se obseruent, ne simili ruina iterum in deterius cadant, iuxta illud Euangelium, *Ecce sanus factus es, noli vltra peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

Ioan.5.c.

a Omni-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Die solemni. *id est, die Pentecostes, quæ enumeratis septem hebdomadibus plenis ab altero die sabbati, in quo obtulerunt manipulum primitiarum, præcipitur celebrari Leuit. xxiij.*

2 Et post Penteco. *Hæc est pars quinta, in qua describitur bellum contra Gorgiam, & primo ponitur hæc pugna; secundo de Iudæis mortuis cura, ibi,* Et sequenti die. *Circa primum patet littera vsque ibi,* Contigit paucos ruere Iudæorum. *Cuius causa ponitur infrà eodem cap.*

3 Dositheus verò. *Dicunt aliqui quod Bachinori erant Gentiles confæderati Iudæ vel ab eo conducti: sed melius videtur quod fuerunt Iudæi, à ciuitate vnde erant, sic nominati.*

Bachinori.

4 Atque ita Gorgias effu. in Maresa. *nomen est fortalicij.*

5 At illis qui cum Esdrin. *Iste Esdrin fuit de sociis Gorgiæ, & remansit in bello ipso fugiente.*

6 Et fatigatis. *scilicet, sociis Esdrin, vt dicunt aliqui. Sed melius videtur dici de sociis Iudæ, propter quod inuocauit auxilium diuinæ potentiæ.*

7 Incipiens voce patria. *Id est, secundum doctrinam sanctorum, & sic illa victoria fuit magis oratione, quàm gladio, sicut* Exodi xvij. *orationibus Moysi victus fuit Amalech.*

8 Et cùm septima dies, &c. *id est, sabbatum.*

9 Secundum consuetudinem purificati. *aqua lustrationis post contactum in prælio mortuorum, vt præcipitur* Num. xix.

10 In eodem loco. *Diuinis vacando.*

11 Et sequenti die. *Hic consequenter ponitur cura de Iudæis in bello mortuis; & primo ratione corporum; secundo ratione animarum, ibi,* Atque ita, *Prima verò cura fuit de sepeliendis corporibus in paternis sepulchris secundum morem Iudæorum.*

12 Inuenerunt autem sub, &c. de donariis, *id est, de rebus pretiosis cultui eorum dedicatis.*

13 A quibus lex, *Deuter. vij. Cetera patent.*

1 Atque

MORALITER.

2 *Et post Pentecost. ab. contr. Gorg. præ. Idumææ.* quæ terrena interpretatur: ideo per eius præpositum, diabolus significatur, qui licet gladio materiali non vincatur, tamen hymnis & orationibus effugatur. Marc. 9. d. *Hoc genus dæmoniorum non eiicitur, nisi oratione & ieiunio.*

Quibus armis expugnetur diabolus.

11 *Et sequenti die, &c.* Per hoc, quod isti, qui contra legem acceperant de donariis idolorum, fuerunt in bello prostrati: apparet, quòd Deus culpas hominum non solum punit in futuro, sed etiam aliquando in præsenti. Per hoc autem, quòd Iudas misit Ierosolymam pecunias ad faciendum sacrificia pro eorum salute, apparet quòd ipse Iudas eos credidit ante mortem pœnituisse: vnde subditur, *quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam.*

Sustinet hic aliqui pœnas vt in futuro euadat grauiores.

a Omnibus ergo manifestum factum est ob hanc causam eos corruisse. [41] Omnes itaque benedixerunt iustum iudicium domini, qui occulta fecerat manifesta. [42] Atque ita ad preces 1 conuersi, rogauerunt, vt id quod factum fuerat delictum obli- 2 uioni traderetur. b At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes, quæ

a *Omnibus ergo manifestum, &c.* RVPERTVS l.7. in Genes. c.44. A Si morte dignus est, qui idola colit, quanto magis qui pro amore idololatriæ furtum facit? Imò si iustè aliqui Hebræorum, idcirco corruerunt, qui sub tunicis suis habebant de donariis idolorum, quanto magis iustè necari debuerat, qui ipsa furatus esset idola. Sed pepercit Deus Iacob, vt lateret furtum sua prouidentia, simulque Rachelis, quæ furtum fecerat, astutia, &c.

Furto auferre idola non licet.

b *At vero fortissimus, &c.* RAB. Quod verò post exitum vitę pręsentis pro fidelium peccatis exorandum sit, & eleemosynarum opus agendum, quatenus hi pro quorum remedio res agitur à peccatis soluantur, & præsens locus ostendit, & in Euangelio Dominus vbi de Spiritus sancti blasphemia disputauit, irremissibile peccatū illud esse ostendēs ait: *Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc sæculo neque in futuro.* Cùm enim dixerit vnum illud irremissibile esse peccatum, ostendit alia tam in præsenti quàm etiam in futura vita posse remitti. Qualiter autem pro defunctorum salute agendum sit, ostendunt sancti Patres in scripturis suis. B Vnde placuit vnum capitulum de opusculis sancti Augustini huic operi inserendum, lectori viam dantes his similia in aliorum Patrum dictis requirenda. Refert enim memoratus Pater in opere quod ad Laurentium de fide, & spe & charitate conscripsit, ita dicens: Tempus autem quod inter hominis mortem & vltimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut vnaquæque digna est vel requie vel ærumna, pro eo quod sortitus est in carne cùm viueret. Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cùm pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ, quæ in Ecclesia fiunt, sed prosunt eis, qui cùm viuerent, hæc sibi, vt postea possint prodesse, meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem, nec tam malus, cui non prosint ista post mortem. Est ergo talis in bono, vt hæc non requirat: Et est rursus talis in malis, vt nec his valeat, cùm hęc vita trāsierit adiuuari: quocirca hic omne meritum comparatur quo possit post hanc vitam releuari quispiam vel grauari. Nemo autem putet se quod hic neglexerit, cùm obierit, à Domino promereri. Non igitur ista, quæ pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sunt aduersa sententiæ, qua dictum est, *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundum ea, quæ per corpus gessit, siue bonum siue malum*, quia etiam hoc meritum sibi quisque cùm in corpore viueret comparauit, vt ei possint ita prodesse. Non enim omnibus prosunt. Et quare non omnibus prosunt, nisi propter differentiam vitæ, quam quisque gessit in corpore? C Cùm ergo sacrificia siue altaris, siue quarumcumque eleemosynarum pro baptizatis defunctis offeruntur, pro valdè bonis, gratiarum actiones sunt, pro non valdè malis, propitiationes sunt, pro valdè malis, etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescumque viuorum consolationes sunt: Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, vt plena sit remissio, aut certè, vt tolerabilior sit damnatio.

Matth. 12. c.

Aug. in Enchiridion, c.110.

Latè probatur orationes & sacrificia viuentiū prodesse defunctis.

Rom. 14. b. In hac vita efficiendum est vt prosint nobis in futura orationes.

De precibus & oblationibus pro defunctis, ex Patribus Latinis.

1 † AVGVSTINVS lib. de cura pro mortuis gerenda c.5. In Machabæorum libris legimus, oblatum pro mortuis sacrificium. Sed & si nusquam in scripturis veteribus legeretur, non parua est vniuersæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, auctoritas: vbi in precibus Sacerdotis, quæ Domino Deo ad altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum.

† IDEM ibid. c.4. Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana & Catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus, quorumcumque sub generali commemoratione suscepit Ecclesia: vt quibus ad ista desunt parentes, aut filij, aut cognati, vel amici, ab vna eis exhibeantur pia matre communi.

† IDEM Ser. 34. de verbis Apost. Orationibus sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandū mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino, quàm eorū peccata meruerunt. Hoc enim à Patribus traditū vniuersa obseruat ecclesia, vt pro eis, qui in corporis & sanguinis Christi communione defuncti sunt, cùm ad ipsum D sacrificium commemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur, &c. *Vide eumdem Aug. lib. 21. de ciuitate, cap. 23. & 24. lib. 9. confeßionum, c.12. & 13. Epist. 64 lib. de hæresibus, c.53. Ser. 41. de sanctis. Comment. in Psal. 37. lib. 50. homiliarum homil. 16. lib. de vera & falsa pœnitentia, c.17. & 18. & alibi sæpe, &c.*

2 † AMBROS. orat. funebri de obitu Valentiniani. Date manibus (Valentiniani Imper.) sancta mysteria. Pio requiem eius poscamus affectu. Date sacramenta, cęlestia mysteria. Animam piam matris oblationibus prosequamur. Extollite populi, mecum manus in sancta, vt eo saltem munere vicem eius meritis rependamus.

3 † IDEM orat. funebri de obitu fratris sui Satyri. Tibi nunc omnipotens Deus, innoxiam commendo animam (Satyri fratris sui) tibi hostiam meam offero, cape propitius ac serenus fraternum munus, sacrificium Sacerdotis, &c.

† LACTANTIVS l.7. c.21. Sed & iustos cùm iudicauerit (Deus,) E etiam igni eos examinabit. Tum quorum peccata vel pondere, vel numero præualuerint, præstringentur igni, atque amburentur: quos autem plena iustitia & maturitas virtutis incoxerit, ignem illum non sentient, &c.

4 † ARNOBIVS lib. 4. adu. gentes, in fine. Cur nostra scripta ignibus meruerunt dari? Cur immaniter conuenticula dirui? In quibus summus oratur Deus, pax cunctis & venia postulatur magistratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitam degentibus, & resolutis corporum vinctione.

5 † CYPRIANVS epist. ad clerum & plebem Euritanorum. Iam pridem Episcopi antecessores nostri in Concilio censuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret, ac si quis hoc faceret, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes ac ministros suos voluerit auocare, &c.

6 † IDEM epist. ad Antonianum. Aliud est ad gloriam peruenire, aliud missum in carcere, non exire inde donec soluat nouissimum quadrantem: aliud statim fidei & virtutis accipere mercedē, aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari & purgari diu igne: aliud peccata omnia passione purgasse, &c.

† TERTVLLIANVS lib. de corona militis. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis, annua die facimus.

† IDEM lib. de exhort. ad castit. Vxor pro anima eius (viri defuncti) oret, vt refrigerium adpostulet ei, & in prima resurrectione F consortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius.

† IDEM lib. de Monogamia. Repete apud Deum, pro cuius spiritu postules, pro qua annuas oblationes reddas. Stabis ergo ad Deum cum tot vxoribus, quot illa oratione commemoras, & offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per sacerdotem de monogamia, ob pristinum de virginitate sancitum, circumdatum virginibus, & vniuiris, & ascendet sacrificium tuum libera fronte, &c.

De eisdem, ex Patribus Græcis.

† DAMASCENVS orat. de fidelibus defunctis, mox ab initio. Aduertite quid Scriptura sacra de Machabæo memoriæ prodiderit, nimirum eum in Sion regis magni ciuitate, cùm populum cui præerat, ab exteris hostibus cæsum vidisset, sinusque eorum excutiens condita in ipsis idola comperisset, statim expiandi huius sceleris causa Domino, ad misericordiam prompto atque propenso, pro vnoquoque eorum munera obtulisse: in eaque re summæ pietatis & charitatis munere perfunctum fuisse. Vnde etiam factum est, vt diuina Scriptura quemadmodum omnibus aliis nominibus, ita hoc quoque nomine summis eum laudibus euexerit ac mirificè commendarit.

† THEOPHYL. in cap. 12. Luc. Oblationes & distributiones, quæ fiunt pro defunctis, non parum conferunt eis, qui etiam in grauibus peccatis mortui sunt. Non omnino igitur posteaquam occidit Dominus, mittit in gehennam, sed potestatem habet mittendi. Ne igitur cesses per eleemosynam, & intercessiones, propitium reddere Dominum, qui potestatem habet mittendi, non semper autem potestate hac vtentem.

THEO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Atque ita. *Hic consequenter ponitur cura de animabus: & hoc dupliciter, scilicet, in orando.*

2 Vt id quod fa. *id est, vt ad punitionem non reseruaretur vltra coram Domino, in quo tamen nulla cadit obliuio: Et mittendo pecuniam in Ierusalem, vt ibi offerreretur sacrificium pro remißione peccati mortuorum, & patet littera. Sed fortè videretur alicui, quod illud factum fuisset frustra, eo quod videntur ibi mortui fuisse in peccato mortali habentes secum donaria idolorum. Dicendum, quod Iudas & socij eius debebant probabiliter iudicare quod illi pœnituissent in morte, & sic orationes & sacrificia valebant eis, eo quod mortui fuerunt in statu salutis.*

An redditas orationes & oblationes fecerit, vt his fecit dicitur.

facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt.[43] Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiosè de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ciciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare

† Theod. in Philoth. Pauperes quidem sociorum vnum quasi mortuum efferentes accedunt (ad Epiphanium,) rogantque dari sibi aliquid, quo illum possint sepelire. Ille primum obsecrantibus obsecutus, statim pro mortuo Deum rogat, vt dimissis illi peccatis, quæ dũ viueret, admisisset, in piorũ numerum ascissere dignaretur.

4 † Chrys. ho. 3. ad Philip. Defleamus istos (defunctos,) pro viribus iuuemus eos, procuremus illis aliquid auxilij, modici quidem, attamen iuuemus eos. Quomodo? qua ratione? Precantes exhortemur & alios, vt pro ipsis orent: pauperibus indesinenter pro illis eleemosynas demus, &c. Nõ temere ab Apostolis sancitum est, vt in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorum, qui hinc decesserunt. Nouerunt enim illis hinc emolumentum fieri, multumque vtilitatis, &c.

† Idem hom. 32. in Matth. Cur post mortem tuorum, pauperes conuocas? Cur presbyteros, vt pro eis velint orare, obsecras: Non ignoro te responsurum, vt defunctus requiem adipiscatur, vt propitium iudicem inueniat, &c.

5 † Nazianz. orat. funeb. in laud. Cæsarij frat. sui. Cæsarij laudabile cadauer cum multiplici hymnorum cantu deducitur, celebrique pompa ad martyrum sedes effertur, matre accensas faces gestante, lachrymis sapientię cedentibus, psalmorum cantu luctum consopiente. Atque alia quidem persoluimus, alia verò daturi sumus, anniuersarios honores & commemorationes offerentes. At tu diuinum caput, vtinã cælos penetres, atque in Abrahæ sinu conquiescas, & angelorum chorum inspectes, & vnà cum beatis viris exultes, &c. Et nostras, & eorum qui ad hospitium prius peruenerunt, animas Deo commendemus, O Domine, omnium creator, suscipe nunc quidem Cæsarium, velut primitias quasdam nostræ peregrinationis, &c.

6 † Basil. in Liturgia. Qui in ipso perfectissimo & salutari festo supplices expiationes pro his, qui inferis detinentur, suscipere dignatus es, te rogamus, &c. Memento Deus omnium dormientium in spe resurrectionis vitæ æternæ. Refrigera eos, vbi visitat lux vultus tui, &c.

7 † Cyril. Ierosol. Catech. 5. mystag. Et nos pro defunctis deprecationes adhibentes, quamuis sint peccatores, non quidẽ coronam plectimus, sed Christum pro nostris peccatis mactatum offerimus, vt & nobis, & illis eum qui est benignissimus, propitiũ reddamus.

8 † Epiphan. cont. hæres. 7. Prosunt autem & preces, quæ pro vita defunctis fiunt, etiamsi totam culpam non abscindant, &c. Ecclesia necessario hoc perficit, traditione à patribus accepta. Quis autem poterit statutum matris dissoluere, aut legem patris? &c. In his qui vita defuncti sunt, ex nomine memorias faciunt; orationes ad Deum perficientes, ac cultus diuinos, & mysteriorum dispensationes.

9 † Efrem. Syrus in testam. Post transitum meum Fratres mei, assiduo in vestris orationibus mei memoriam faciatis. Accedentes nunc claudite mihi oculos, super eos manus imponentes: reminiscamini autem mei abiecti in vestris piis & sanctis orationibus.

10 † Athanas. quæst. 34. ad Antioch. Num sentiunt aliqua beneficia, etiam peccatorum animæ, cum super illis fiunt conuentus, & peractiones bonorum operum, & oblationum? Responsio. Nisi aliqua beneficia participarent ex illo, nõ vtique in cura & exequiis fieret commemoratio. At sicut vitis florescit extra in agro; & odorem sentit in vase vinum reclusum, sicque conflorescit etiam ipsum: ita quoque peccatorum animæ piorum precibus & bonis operibus consolantur.

11 † Orig. li. 8. c. 10. epist. ad Rom. Ipsa purgatio, quæ per pœnam adhibetur, quantis temporibus, quantisue sæculis de peccatoribus exigat cruciatus, solus scire potest ille, cui pater omne iudicium tradidit, &c.

† Idem ho. 6. in Exo. Veniendum est omnibus ad conflatorium. Si quis plus plumbi illuc attulerit, plus exuritur, vt & si parum aliquid sit auri, purgatum tamen resideat.

† Idem ho. 8. in Num. Sunt peccata, quæ, si ignoranter admittimus, decernitur nobis credo, & præparatur ex præcepto Dei locus, vbi ad certum tempus habitare debeamus, & ob hoc secernuntur quædam ciuitates ad refugium.

12 † Dionys. Areop. li. eccles. hierar. c. 7. Accedens diuinus antistes, sacram deprecationem super defunctum peragit. Peracta autẽ solemni prece, cum ipse summus sacerdos, tũ ceteri quoque, qui vna adsunt, ipsum consalutant. Precantur autem diuinam clementiam, vt defuncto vniuersa peccata, quæ per humanam infirmitatẽ contraxerat, condonet, eumque in luce viuentium regione constituat.

13 † Clem. Rom. lib. 6. constit. apost. cap. 30. Sine vlla exceptione conuenite in cœmeteria, sacros libros in his legentes, & psallentes pro his qui dormierunt, proque fratribus nostris, qui in Domino obierunt; & antitypum regalis corporis Christi, acceptabilemque Eucharistiam offerte. Atque in exitu mortuorum psallentes, eos deducite, si fideles fuerint in Domino.

† Idem lib. 8. cap. 19. Sanctorum martyrum memoriam colamus, vt digni efficiamur certaminis ipsorũ. Pro iis qui in fide quieuerunt, oremus.

† Idem lib. 8. c. 47. De his qui quieuerunt in Christo, postquã Diaconus absoluit orationem, hæc addet: Pro quiescentibus in Christo, rogemus, vt Benignus Deus, qui ipsius animam suscepit, dimittat ei omne delictum voluntarium & inuoluntarium: Et propitius illi factus, collocet eum in regione piorum, in sinu Abrahæ, Isaac, & Iacob, vnde abest dolor, tristitia, & suspiriũ. Episcopus dicat. Respice nunc Domine, super hunc seruum tuum, quem recepisti in alteram vitam, & condona ei si quid volens vel inuitus deliquit: & angelos placidos constitue ei, & colloca eum in sinu patriarcharum, prophetarum, apostolorum, & omnium qui tibi à sæculo placuerunt.

† Idem lib. 8. cap. 48. & 49. Peragatur dies tertius mortuorum in psalmis, in lectionibus, atque orationibus, propter eum qui tertia die resurrexit. Item nonus in commemorationem superstitum, atque defunctorum: etiam quadragesimus, secundum veterem formam. Mosem enim hoc modo populus luxit. Nec non anniuersarium pro memoria ipsius, deturque de illius facultatibus pauperibus in commemorationem ipsius. Hæc de piis dicimus, nam de impiis, & si omnes mundi facultates dares pauperibus, tamen nihil eis prodesses.

Deut. vlt.

14 † Iacob. Frater Dom. in liturgia. Pro omni anima Christiana, afflicta, & vexata, misericordia & auxilio Dei indigente, vt infirmi conualescant, captiui liberentur, patresque ac fratres nostri qui ante obierunt, in pace requiescant, Dominum oremus, &c.

15 † D. Marcus Euang. in diuina liturgia. Animabus patrum & fratrum nostrorum, qui antea in Christi fide obdormierunt, dona requiem Domine Deus noster. Diaconus deinde legit sacras tabulas, quibus defunctorum catalogus continetur. Sacerdos autem se inclinans precatur, Et horum omnium animabus dona requiem Dominator Domine Deus noster, in sanctis tuis tabernaculis, in regno tuo, largiẽs eis promissionum tuarum bona quæ oculus non vidit, nec auris audiuit. Eorum inquam, animabus dona requiem; easque regno cælorum dignare; &c.

De eisdem, & igne Purgatorio, ex veteribus Hebræorum Rabbinis.

1 † Rabbi Simeon Ben-Iochai in 18. c. Gen. Deus sanctus & benedictus, vbi à peccatorum sordibus (hominum defunctorum spiritus) purgati sunt, ascendere eos ex eo loco facit, &c. Deus sanctus & benedictus misericordia flectitur, educitque eos, & ascendere facit in locum eis debitum & congruentem.

In his testimoniis solũ spectandus communis consensus de purgatorio neglectis eorum superstitionibus.

2 † R. Menacem Cionæus in 16. c. Leui. Defuncti peccatores Israelis expectant & eiulantur, & postquam pœnas debitas luerint ascendunt ad amœniorem locum, & delitiis abundantem.

3 † R. Isaac Alfeci. tractat. Ros Hasamah. cap. 1. Tria hominum genera sistuntur in iudicio, perfectè iusti, omnino impij, & mediam sortem tenentes. Primi ad vitam futuri sæculi scribuntur & obsignantur. Secundi perinde etiam ad Gehennam. Medij, quorum paria sunt merita & demerita, descendunt in gehennam, ibique expectantes, clamant, & ascendunt, sicut scriptum est: *Dominus deducit ad inf. &c.*

Tria hominum genera ad Dei tribunal sistuntur. 1. Reg. 2.

4 † R. Isaac Abuhab. Menurath Hamaor, concl. 1. par. 2. c. 2. His qui libidinis æstu peccauerunt, non est omnimoda perditio exitiumque decretum: sed pœna quædam tẽporaria, qua eorum peccata purgentur, quoad animus mundetur, & dealbetur, redeatque ad locum suum. Ac de his quidem dicunt Doctores, descendunt in gehennam, ibique cruciantur duodecim menses, Quasi hoc dicat magistri, Detineri eorum animos in gehenna, quod sint praua desideria sectati, vt ibi pœnas luant, debitisque suppliciis expurgentur, & post expurgationem redeant ad mansiones sublimiores.

5 † R. Isaac Haramah. Hacidath Isaac. Aliquis reperitur cuius anima magis vel minus adhærescit corpori, quàm alterius. Hæc ægrè à corpore soluitur. Nam ea puritate, qua ornatam esse oportuit, destituta, moram trahat necesse est, ac minus facile ac expedite ad suum domicilium redeat. Ideo ascendere & descendere cogitur per certa temporum interualla, quoad vltimò tandem pura ascendit, nec amplius addit vt descendat.

6 † R. Rakanati com. in 37. c. Gen. Redde Deo spiritum tuum talem, qualem eum tibi dedit. Est enim hoc simile Regi, qui pretiosas vestes domesticis diuidit. Cordati eas plicant, & in armariis col-

collocant: stolidi tum cum sordidæ sunt & inquinatæ hoc faciunt. A Post tempus aliquod rex requirit eas vestes: hi producunt eas splendidas & nitentes, hi vero sordidas. De illis lætatur rex, his vero succenset. De prudentibus dicit: Condantur vestes meæ in thesauris meis. De stolidis vero: Dentur vestes meæ fulloni, ipsi vero sint in vinculis constricti vsque ad tempus, quo inde exeant.

B † R. RABVENACHI com. in Psal. 88. Necesse est peccatorem venire in infernum, ad deradendum & expurgandum inquinamenta transgressionum quas fecerit, donec C mundetur, & ascendat in locum quietis suæ.

† R. DAVID Kimhi. co. in Psa. Domine ne in furore, &c. Quamquam intelligeret Dauid ob peccatum sibi pœnam infligi, eamque recepisset in hac vita: adhuc tamen de eo anxius erat, essetne omnino peccatum abstersum atque deletum in hac vita, an ne etiam in futuro sæculo pœnam aliquam purgatoriam deberet sustinere.

† HEBRÆI, I. Libro Scholiorum Beth Ioseph, ad Ioredehab. D Annis singulis anniuersario die mortis patris, ieiunandum est, precesque recitandæ. Quod si annus bissextilis est, primo quidem anno, primo mense Adar, ieiunabitur, & preces recitabuntur: sequentibus vero annis, secūdo Adar. Cuius ratio inde sumi videtur, quod finis primi anni pertingit finem duodecim mensium, iuxta illud vulgatū: Duodecim menses durat supplicium impiorū Israelitarū in gehenna: & postea ascēdūt. E

pro mortuis. [45] Et quia considerabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repositam gratiam, [46] Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

† HEBRÆI, lib. MAHZOR. in officio defunctorum. Indulge quæso, parce obsecro, tum patribus, tum filiis. Tua enim est ô Domine, propitiatio & misericordia. Congregamini, & præstate vniuersi opera misericordiæ. Animæ vestræ vita sempiterna perfruantur. Requiescat anima ipsius in cubili suo in pace. Iaceat in pace. Dormiat in pace, donec veniat consolator, qui pacem audire faciat, &c. *Videatur totum officium lugentium, &c.* F

† He-

CAPVT XIII.

[1] ANno centesimo quadragesimonono cognouit Iudas Antiochū Eupatorem venire cum multitudine aduersus Iudæam, [2] & cum eo Lysiam procuratorem & præpositum negotiorum, secum habentem peditum centum decem millia, & equitum quinque millia, & elephantos vigintiduos, currus cum falcibus trecentos. [3] Commiscuit autem se illis & Menelaus, & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patriæ salute, sed sperans se constitui in principatum. [4] Sed rex regū suscitauit animos Antiochi in peccatorem, & suggerente Lysia hunc esse causam omnium malorum, iussit vt eis est consuetudo, comprehensum in eodem loco necari. [5] Erat autē in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum vndique habens cineris. Hæc prospectum habebat in præceps. [6] Inde in cinerem deiici iussit sacrilegum omnibus eum propellētibus ad interitum. [7] Et tali lege præuaricatorē legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum. [8] Et quidem satis iustè: Nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sāctus, ipse in cineris morte dānatus est. [9] Sed rex mēte effrenatus veniebat nequiorē se patre suo Iudæis ostensurus. [10] Quibus Iudas cognitis, præcepit

CAP. XIII.

a *Sed rex.* RAB. Historia quæ bellum Antiochi Eupatoris & Lysiæ procuratoris eius contra Iudæos narrat, in

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XIII.

1 ANno centesimo quadr. *Descripto conflictu Iuda cum regis ducibus, hic consequenter ponitur conflictus eiusdem cum persona ipsius. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur belli apparatus: secundo, conflictus, ibi,* Et dato signo, *tertio regis recessus, ibi,* Vt autē cognouit. *Prima in duas, quia primo ponitur apparatus belli ex parte regis Antiochi: secundo, ex parte Iuda Machabæi, ibi,* Quibus Iudas cog *Prima in duas, quia primo ponitur regis apparatus, secundo Menelai interitus, ibi,* Commiscuit autem. *Circa primum autem sciendum, quod iste belli apparatus, & etiam conflictus, magis diffusè ponitur primo lib. vj. ca. tamen hic aliqua ponuntur, quæ videntur dictis ibidem dissonare. Primo quod dicitur, peditum centum & decem millia, & equitum quinque millia, & elephantos vigintiduos: nam ibi habetur:* Centum millia peditum & viginti millia equitum & elephanti triginta duo. *Potest dici, quod primo fuerunt centum millia peditum tantum, vt dicitur primo libro. & postea fuerunt additi decem millia, quæ cum primis hic numerantur. De equitibus vero dicendum, quod in vniuerso fuerunt viginti millia, sed tamen erant quinque millia electi præ ceteris existentes in acie regis, & illi soli hic numerantur & alij tacentur, &c. Et de elephantis potest dici eodem modo, quod viginti duo erant præ ceteris fortiores, qui numerantur hic, & residui x. tacentur, in talibus enim frequenter numeratio diuersimodè accipitur.*

Diuisio.

Quomodo ennumeratio copiarum Antiochi quæ hic ponitur conciliari possit cum alia quę habetur 1. lib. ca. 6.

2 Currus cum falcibus. *Talibus enim antiquitus in præliis vtebantur, vt habetur in libris Iosue & Iudicum in pluribus locis: tamen de istis curribus non fit mentio in primo libro, sicut etiam in Euangeliis, quod vnus Euangelista tacet, alius exprimit.*

3 Commiscuit autem. *Hic consequenter describitur Menelai interitus, qui retorsit in se summum sacerdotium supra iv. ca. de quo dicitur hic,* Commiscuit aut. *id est, Iudæorum aduersariis.*

4 Deprecabatur Antio. &c. *Pugnare fortiter contra Iudam Machabæum: ideo subditur,*

5 Non pro pa. sa. *Sed pro contrario: ideo subditur,*

6 Sperans se consti. in principatum. *s. summi sacerdotij per victoriam Antiochi, à quo fuerat amotus per patrem eius supra iv. cap.*

Menelai interitus.

7 Sed rex regum. *Qui iudex est cordium.*

8 Suscitauit animos Antiochi in, &c. *Menelaum.*

9 Et sug. Lysia hunc. *Nam propter eius ambitionem & sacrilegia in templo commissa per eius consilium, vt habetur supra iv. ca. secuta est rebellio Iudæorum contra regem. Cetera patent vsque ibi,*

10 Sed rex mente effrenatus. *Nam ex morte Menelai posset aliquis credere regem Iudæis pacatum esse, ideo remouetur hoc cum dicitur:* Sed rex mente effrenatus. *id est, sine freno rationis in superbiam elatus.*

11 Veniebat, *Contra Iudæam.*

12 Nequiorem se pa. *Sed per rumores contrarios ab hoc fuit impeditus, vt habetur infra eod. cap.*

13 Quibus Iudas cognitis. *Hic consequenter describitur apparatus Iuda*

MORALITER.

† 1 *Anno centesimo quadra &c.* Sequitur.

3 *Commiscuit autem.* Per istum, qui se coniunxit cum aduersariis suæ gentis, vt per hoc obtineret summum sacerdotium, significatur quilibet ambitiosus qui pro sua promotione consequenda flagitia facere non formidat: sed Deo iustè faciente non obtinuit propositum, sed magis interitum, quia de turre fuit præcipitatus in cineris aceruum, per quod significatur quod tales ambitiosi præcipitandi sunt finaliter in cineres inferni.

Ambitiosi.

7 *Sed rex.* Per illum significatur diabolus, qui Iob xlj. d. dicitur *rex super omnes filios superbiæ*, & quærit quantum potest fideles subuertere, per Iudam vero, qui malitiam eius cognoscens,

Diabolus.

† mo-

populo, vt die ac nocte dominum inuocarent, quod sicut semper & nūc adiuuaret eos, [11] quippe qui lege & patria sanctoque templo priuari vererentur, ac populum qui nuper paululum respirasset, ne fineret rursus blasphemis nationibus subdi. [12] Omnibus itaque id simul facientibus & petentibus à domino misericordiam cum fletu & ieiuniis per triduum continuum prostratis, hortatus est eos Iudas, vt se præpararent. [13] Ipse vero cum senioribus cogitauit priusquā rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire, & domini iudicio cōmittere exitum rei. [14] Dans igitur potestatem omnium Deo mundi creatori, & hortatus suos, vt fortiter dimicarent, & vsque ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus, starent, circa Modin exercitum constituit. [15] Et dato signo suis Dei victoriæ, iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiā in castris interfecit viros * quatuordecim millia, & maximum elephātorum cum his qui superpositi erant. [16] Summoq; metu ac perturbatione hostium repleuerūt castra, rebusq; prosperè gestis abierunt. [17] Hoc autem factum est die illucescente, adiuuāte eū domini protectione. [18] Sed rex accepto gustu audaciæ Iudæorum arte difficultatem locorum tentabat, [19] & Bethsuræ quæ erat Iudæorū præsidiū munitū, castra admouebat, sed fugabatur, impingebatur, minorabatur. [20] His autem qui intus erāt, Iudas necessaria mittebat. [21] Enuntiauit autē mysteria hostibus Rodochus quidā de Iudaico exercitu, qui requisitus, comprehensus est & conclusus. [22] Iterum rex sermonem habuit ad eos qui erant

in priori libro commemorata simul & iuxta allegoriam explicata est. Sed illud quod consequenter narratur, quod in castris regis, nocte, interfecta fuissent per Iudæos xiiij. millia, & maximus elephantorum, cum his qui superpositi erant, in priore narratione manifestius exprimitur, vbi refertur, quod Eleazarus filius Saura videnssvnam de bestiis loricatam loricis regis, & eminentem super ceteras bestias, cum æstimaret, quod in ea esset rex, irrumpens in legionem, subtus pedes elephantis cucurrerit, eumque interfecerit. Qui cadens super ipsum pondere suo eum oppressit, & mortuus est. Cuius significatio spiritualis ibi explanata est, cum iactantia superborum proprio nisu contrita monstratur, dicente scriptura: *Omnis arrogans abominatio est apud Deum.* Et

1.Mac.6.c.

Iactantia dum nimis magna audet conteritur.

Prou.16.a. Ibidē 18. b. Iaco.4.b.

Et item: *Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur.* Et alibi: *Superbis autem resistit Deus, & humilibus dat gratiam.* Et in euangelio dominus dicit: *Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se hu. exal.* Post hæc autem historia explicat qualiter Demetrius filius Seleuci Iudæam veniens, & regno potitus, per Alchimum incitaretur aduersus Iudam & socios eius, vbi ita scriptū est: *Alchim. autem, &c.*

a *Omnibus itaque.*

† CHRYSOST. hom. 1. de pœnitentia. Igitur ieiunium mirare, pronisque mentibus suscipe: quoniam quidem & in camino fert opem, atque in leonum custodit lacu, dæmonesque fugat, & Dei reuocat sententiam, vitiorumque furorem supprimit, & ad ipsam reducit libertatem, plurimamque in nostris cogitationibus quietem insinuat, &c.

Luc.14.c.

* quatuor millia.

Ieiunij virtus.

NICOLAVS DE LIRA.

Iudæ Machabæi. Et primò per orationes deuotas, de quibus magis quàm de armis confidebat, & patet vsque ibi,

1 Ac populum, &c. pau.re. *Id est, consolatus fuisset per ciuitatis & templi recuperationem, & aduersariorum multiplicem repressionem, vt patet ex supradictis.*

2 Per tri.con. pro. *Horis scilicet ad hoc aptis quia in illo triduo oportuit eos refectionem accipere, & somnum tempore competenti. Secundo ponitur apparatus per arma & consimilia, cum dicitur,*

Parant se Iudas & populus ad bellum.

3 Hortatus est, &c. præ. *Et per arma & victualia.*

4 Ipse ve. *Occurrere regi, antequam vastasset terram: Tertio ponitur apparatus per exhortationes optimas ad confortandum animos bellatorum ad fortiter dimicandum, & patet littera.*

5 Et dato signo. *Hic consequenter ponitur conflictus. Ad cuius intellectum sciendum, quod Iudas cum rege habuit in campo duplicem conflictum: Vnum circa finem noctis, de quo tacetur in primo libro, Alium de clara die & sole refulgente in clypeos aureos & æreos, qui diffusè scribitur primo lib. vj. cap. Hic autem de vtroque conflictu breuiter & commistim fit mentio: nam hic liber secundus, est quædam abbreuiatio, vt dictum est suprà ij. cap. Igitur de primo conflictu dicitur:* Et da. si. *id est, victoriæ à Deo consequendæ: quod autem fuerit hoc signum non dicitur hic, sed videtur fuisse quædam reuelatio facta Iudæ quæ non explicatur propter breuitatem sectandam.*

Bis confligit Iudas cum hostibus.

6 Iuuenibus. *Ex hoc videtur quod in isto primo conflictu non fuerunt omnes Iudæ socij, sed aliqui ad hoc specialiter electi: in secundo verò conflictu fuerunt omnes Iudæ bellatores, vt habetur j. lib. vj. cap.*

7 Nocte aggressus aulam, &c. *Id est, partem exercitus in qua erant regis tentoria.*

8 Et maximum. *Istud fuit factum in eo conflictu qui fuit clara die, vt scribitur primo lib. vj. cap. satis diffusè.*

9 Hoc autem. *Quia hoc fuit completum in fine noctis, scilicet quantùm ad interfectionem duorum millium de hostibus. Aliqui tamen libri habent, Duodecim millia, & quantum ad perturbationem castrorum, non autem quantum ad elephantorum interfectionem, vt dictum est.*

10 Sed rex accepto. *Nam per dictam inuasionem habuit experientiam de audacia eorum.*

11 Arte. *Id est, prudenter & caute.*

12 Difficultatem locorum. *Id est, fortalitia.*

13 Tentabat. *Supple capere: ideo subditur,*

14 Et Bethsuræ quæ erat, &c. munitum. *Iudæis armatis.*

15 Castra ad. *Id est, applicabat ad ipsum capiendum.*

16 Sed fugabatur. *Nam intus existentes aliquando exeuntes subito repellebant propè existentes, & aliquos occidebant, & redibant ad fortalitium antequam totus exercitus posset armari.*

17 Enuntiauit autem mysteria, &c. *Id est, secreta Iudæ & eorum qui erant Bethsuræ.*

18 Rodochus quidam. *Qui captus ab aduersariis per tormenta ad hoc fuit compulsus.*

19 Iterum rex. *De fortalitio reddendo saluis suis corporibus, qui consenserunt, eo quod victualia eis deficiebant, vt habetur j. lib. vj. cap.*

1 Abiit.

MORALITER.

† monuit populum suum orationibus deuotis auxilium quærere diuinum, significatur bonus prælatus, qui monet populum sibi subditum resistere spiritibus malignis per orationum suffragia, procedentium ex fide firma j. Pet. v. b. *Fratres sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide.* Per hoc autem quod Iudas occurrit regi, antequam intraret terram Iudæ, significatur, quod bonus pugnator contra diabolum non debet permittere, quod ingrediatur terram cordis per delectationem vel consensum, sed in principio tentationis ipsum repellere secundum poëticum dictum: *Principiis obsta, sero medicina paratur:* Et Iacobi iiij. b. *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.*

De prælato suos excitante ad deuote orandum.

Tentationi principiis occurrendum.

† *Vt autem.* Per hoc ostenditur quod dominus aliquando brigam suscitat inter malos, vt per hoc boni pacem habeant. Et sic dicit Aug. quod guerra dæmonum pax est hominum.

in Bethsuris, dexterã dedit, accepit, abiit,[23] cõmisit cum Iuda, superatus est. Vt autem cognouit rebellasse Philippum Antiochiæ, qui relictus erat super negotia, mente consternatus, Iudæos deprecans subditusque eis, iurat de omnibus quibus iustum visum est, & reconciliatus obtulit sacrificium, honorauit templum & munera posuit,[24] Machabæum amplexatus est, & fecit eum à Ptolemaide vsque ad Gerrenos ducem & principem.[25] Vt autem venit Ptolemaidam, grauiter ferebãt Ptolemenses amicitiæ conuentionem, qui indignantes ne fortè fœdus irrũperent.[26] Tunc ascẽdit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populũ sedauit, regressusque est Antiochiam. Et hoc modo regis profectio & reditus processit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Abiit. *Scilicet, rex de Bethsura relicta ibi suorum custodia: vt habetur j. lib. vj. cap.*

2 Commisit cum Iuda. *In hoc tangitur secundus conflictus qui fuit de die clara, & alia die vt videtur, quam primus.*

3 Superatus est. *Scilicet, Iudas & eius exercitus: nam videntes virtutem regis & impetum exercitus eius, diuerterunt se ab eis, vt habetur j. lib. vj. cap.*

Pace cum Iuda pacta recedit Antiochus.

4 Vt autem cognouit. *Hic consequenter describitur regis recessus de Iudæa, vt iret contra Philippum, qui occupauerat Antiochiam: ex quo patet, quod istud bellum Antiochi contra Iudæam est idem cum illo, quod scribitur primo lib. 6. cap. nam ibidem ponitur recessus regis propter eamdem causam. Aliqua tamen hic ponuntur quæ ibi tacentur, & è conuerso, nam hic tacetur fractio iuramenti regis, quæ ibidem exprimitur in destructione munitionis.*

5 Et reconciliatus obtulit sacrificium. *Per sacerdotes tamen. Cetera vero vsque prope finem huius capituli tacentur primo lib.*

6 Machabæum amplexatus est. *In signum reconciliationis. Cetera patent vsque ibi.*

7 Ne forte fœdus irrum. *Scilicet, Iudas, & eos grauaret: quod tamen non fecit: sed magis rex fœdus rupit, vt dictum est.*

8 Tunc ascendit Lysias tribunal. *Id est, locum eminentem ad persuadendum Gentem, & exposuit rationem, dicendo quod propter bonum commune facta est conuentio regis & Iudæ.*

9 Regressusque. *Hic autem omittitur qualiter inde fugauit Philippum, quia suprà 9. cap. per anticipationem positum fuit.*

CAP. XIV.

A 2 **A**lchimus autem, *&c.* RABB. Quod dicitur regi talos simul cum corona aurea & palma Alchimus obtulisse, ostendit quod ei regni dignitatem & victoriam hostium simul cum templi cultu per indicium munerum suorum portando promisit.

Tali.

Talos enim dicunt vasa offertoria esse, iuxta modum turrium facta, cum quibus in præcipuis festiuitatibus offerebant, quorum similitudo hactenus in quibusdam locis habetur. B

Assidæi qui hic dicantur?

Assidæi autem dicuntur illi esse Iudæi, qui semper cultui diuino insudabant, ab assiduitate vocati, dictique Assidæi, quasi assidui, quales Iudas & sui auxiliatores in cultura Dei & obseruatione legis ipsi fuere. C Alij vero Assideos ab munditia vocatos asserunt, quasi mundos Iudæos, eo quod se ab idololatria & à ritu Gentilium separabant. Demetrius autem audita relatione Alchimi, cui & ceteri, qui inimici erant Iudæ, in accusatione fauebant, statim Nicanorem præpositum elephantorum ducem misit in Iudæam, datis mandatis vt ipsum quidem Iudam caperet, & eos qui cum illo erant dispergeret, & vt constitueret Alchimum maximi templi summum sacerdotem, qui Iudæam veniẽs primum pacis se finxit fœdus cum Iudæis habere velle: postea manifestata inimicitia monstrauit se esse hostem nequissimum, E magis quam fidelem amicum. Sed diuina virtute prostratus, blasphemiæ contra Deum prolatæ, & pertinaciæ suæ pœnas luit: quæ omnia in prioris libri historia continentur, licet aliqua, quæ ibi propter F festinationem narrãtis omissa sunt in huius libri narratione inserta reperiantur. Allegoriæ autem sensus iuxta modum ingenioli mei de hac eadem re ibi expositus est, nec iterare modo necesse est. D

CAPVT XIV.

[1] **S**Ed post triennij tempus cognouit Iudas & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci cum multitudine valida & nauibus per portum Tripolis ascendisse ad loca opportuna,[2] & tenuisse regiones aduersus Antiochum & eius ducem Lysiam.[3] Alchimus autem quidam qui summus sacerdos fuerat, sed voluntariè coinquinatus est temporibus commixtionis, considerans nullo modo sibi esse salutem neque accessum ad altare,[4] venit ad Demetrium regem centesimo quinquagesimo anno, offerens ei auream coronam & palmam, super hæc & talos qui templi esse videbantur. Et ipsa

a Razias

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIV.

SEd post. *Descripto Iudæ conflictu tempore Antiochi nobilis, & Eupatoris eius filij, hic tertiò ponitur eius conflictus tempore Demetrij. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur Demetrij sublimatio, secundo Iudæ sociorumque eius accusatio, ibi,* Alchimus autem, *tertio eorum exterminij iussio, ibi,* Qui statim. *Circa primum dicitur,*

Quomodo colligẽdum sit trienniũ quod ponitur hic vers. 1.

1 Sed post. *Istud triennium accipitur à morte Antiochi Epiphanis, & inthronizatione filij sui Eupatoris. Quod secundum numerationem in hoc libro positam contigit anno centesimo quadragesimo octauo, vt dictum est, suprà 11. cap. Demetrius autem regnum obtinuit anno centesimo quinquagesimo qui est, id est, annus 151. quo dicitur Demetrius intrasse regnum secundum computationem positam primo lib. cap. 7. & sic triennium non fuit completum, sed intelligitur per Synecdochen, sicut corpus Christi dicitur fuisse per triduum in sepulchro.*

2 Ascendisse ad loca opportuna. *Id est, fortia & munita.*

3 Et tenuisse. *Quos ad mandatum Demetrij exercitus interfecit, vt habetur 1. lib. 7. cap.*

4 Alchimus autem. *Hic consequenter describitur Iudæ sociorumque eius accusatio, cùm dicitur,* Alchimus autem. *non de iure, sed de facto intrusus, primo per Antiochum Epiphanem, quia licet esset de genere Aaron, tamen non descenderat ab eo per lineam sacerdotalem, vt dictũ fuit suprà. 1. lib. cap. 7.*

5 Sed voluntariè coin. *Cibis & sacrificiis Gentilium.*

6 Temporibus. *Id est, quando Antiochus illustris cogebat Iudæos ad suscipiendum ritum Gentilium, ita quòd inter Iudæos & Gentiles nulla esset distinctio.*

7 Considerans, &c. salutem. *Corporis.*

8 Neque accessum, &c. *Quamdiu Iudas staret in potestate.*

9 Venit ad Demetrium. *Et sic in regni sui principio.*

10 Offerens ei. *In signum victoriæ & dignitatis regiæ.*

Tales.

11 Super hæc & talos. *Id est, vasa offertoria in modum turrium facta, quibus vtebantur sacerdotes in solemnitatibus magnis.*

12 Et ipsa quidem. *Vt donum suum regi magis esset gratiosum. Cetera patent vsque ibi.*

1 Ipsi

MORALITER.

† 1 *Sed post triennij tempus.* Per regem Demetrium, qui fuit aduersarius fidelium, significatur diabolus, qui per portum Tripolis, id est, per concupiscentiam tripertitam, scilicet, carnis, oculorum, †&

Concupiscentia triplex.

A quidem die siluit.[5] Tempus autem opportunum dementiæ suæ nactus, conuocatus à Demetrio ad consilium: & interrogatus quibus rebus & consiliis Iudæi niterentur,[6] respondit: Ipsi qui dicuntur * Assidæi Iudæorum, quibus 1 præest Iudas Machabæus, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec patiuntur regnum esse quietum.[7] Nam & ego defraudatus parentum gloria, dico autem summo sacerdotio, huc veni:[8] primo quidem vtilitatibus regis fidem 2 seruans, secundò autem etiam ciuibus consulens. Nam illorum prauitate vniuersum genus nostrum non minimè vexatur.[9] Sed oro his singulis ô rex cognitis, & regioni & generi B secundum humanitatem tuam promulgatam 3 omnibus prospice.[10] Nam quamdiu superest Iudas, impossibile est pacem esse negotiis.[11] Talibus autem ab hoc dictis, & ceteri amici ho-4 stiliter se habentes aduersus Iudam inflammauerunt Demetrium.[12] Qui statim Nicano-5 rem præpositum elephantorum ducem misit in Iudæam,[13] datis mandatis vt ipsum quidem Iudam caperet viuum: eos vero qui cum illo erant dispergeret, & constitueret Alchimum maximi templi summum sacerdotem.[14] Tunc 6 Gentes quæ de Iudæa fugerant Iudam, segregatim se Nicanori miscebant, miserias & clades Iudæorum prosperitates rerum suarum existimantes.[15] Audito itaque Iudæi Nicanoris aduentu, & conuentu nationum, conspersi 7 terra rogabant eum qui populum suum con-8 C stituit, in æternum custodiret, quique suam 9 portionem signis euidentibus protegit.[16] Imperante autem duce, statim inde mouerunt, conueneruntq; ad castellum Dessau.[17] Simon vero frater Iudæ commiserat cum Nicanore, sed conterritus est repentino aduentu aduersariorum:[18] Nicanor tamen audiens virtutem 10 comitum Iudæ & animi magnitudinē quam D 11 pro patriæ certaminibus habebant, sanguine iudicium facere metuebat.[19] Quamobrē præmisit Possidonium & Theodotium & Matthiā, vt darent dextras atque acciperent.[20] Et cum diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad multitudinem retulisset omnium vna fuit sententia amicitiis annuere.[21] Itaque diē constituerunt, qua secretò, inter se agerent, & singulis sellæ prolatæ sunt & positæ.[22] Præcepit autē Iudas armatos esse locis opportunis, ne forte ab hostibus repente mali aliquid oriretur, & congruum colloquium fecerunt.[23] Morabatur autem Nicanor Ierosolymis nihilque E 12 iniquè agebat, gregesq; turbarum quæ con-13 gregatæ fuerant dimisit.[24] Habebat autem Iu-14 dam semper charum ex animo & erat viro inclinatus.[25] Rogauitq; eum ducere vxorem, filiosque procreare. Nuptias fecit, quiete egit, 15 communiterq; viuebant.[26] Alchimus autē videns charitatem illorum adinuicem & con-16 uentiones, venit ad Demetrium, & dicebat 17 Nicanorem rebus alienis assentire, Iudam-18 que regni insidiatorem successorem sibi destinasse.[27] Itaque rex exasperatus & pessimis huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori dicens, grauiter quidem se ferre de amicitiæ conuentione, iussitque Machabęum citius mittere vinctum Antiochiam.[28] Quibus cognitis Nicanor consternabatur & grauiter ferebat, si ea quæ conuenerant irrita faceret: nihil læsus à viro,[29] sed quia regi resiste-F re non poterat, opportunitatem obseruabat 19 qua præceptum perficeret.[30] At Machabæus 20 videns austerius secum agere Nicanorem, & consuetum concursum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono esse austeri-21 tatem istam, paucis suorum congregatis

* Hassidæi vocabantur Iudæi illi qui constātes manserant in religione Mosaica: nec minis aut tormentis Antiochi cesserant.

NICOLAVS DE LIRA

1 Ipsi qui dicuntur Assidæi Iudæorum. *id est, assidue vacantes diuino cultui, temporibus tamen ad hoc aptis.*

2 Primo quidem vtilitatibus regis fidem seruans. *Mētitur sicut homo fallax, venerat enim ad obtinendum summum sacerdotium.*

3 Secundum humanitatem tuam promulgatam. *id est, secundum benignitatem tuam vbique famosam.*

4 Et ceteri amici. *scilicet, Alchimi.*

5 Qui statim Nicanorem præpositum elephantorum, &c. *Hic consequenter ponitur iussio regis de exterminio Iudaicæ gentis: Et diuiditur in tres partes, nam ad hoc agendum primo Nicanor mittitur, secundo cum Iudæ fœdere iungitur, ibi,* Nicanor tamen. *Tertio fœdus huiusmodi rumpitur, ibi,* Alchimus autem. *Primum patet vsque ibi.*

6 Tunc Gentes quæ de Iudæa fugerant Iudam, *Eo quod erant præuaricatores legis: Cetera patent vsque ibi,*

7 Et conuentu nationum. *Nam in precibus deuotis, magis quam in armis confidebant.*

8 Qui populum suum constituit. *scilicet, duraturum, nam lex vetus non est amota per Christum, sed magis perfecta, Mat. 5. b.* Non veni soluere legem sed adimplere: *nec per consequens populus eius est amotus, sed perfectior factus, sicut frequenter ostendi in libris noui ac veteris testamenti.*

Lex vetus non amota sed perfecta per Christū.

9 Quique suam portionem signis euidentibus protegit. *Sicut dictum est pluries in hoc libro. Cetera patent.*

10 Nicanor tamen audiens virtutem. *Hic consequenter ponitur confœderatio Nicanoris & Iudæ, & patet littera paucis exceptis.*

11 Sanguine iudicium. *id est, per effusionem sanguinis Iudæorum: propter quod elegit pacem facere cum eo. Et patet vsque ibi.*

12 Gregesque turbarum, *id est, bellatorum.*

13 Quæ congregatæ fuerant, *Ad bellandum contra Iudam & socios eius.*

14 Dimisit. *Ire ad loca sua, eo quod pax esset facta.*

15 Alchimus autem. *Hic consequenter ponitur ruptio dicti fœderis: Et primo ponitur huius ruptionis procuratio, secundo eius manifestatio, ibi* At Machabæus. *Circa primum dicitur,* Alchimus autem. *Quæsiuit eam rumpere: eo quod haberet Iudam odiosum.*

16 Et dicebat, Nicanorem rebus alienis. *scilicet, ab vtilitate regni.*

17 Assentire. *falso eum notans crimine, asserebat.*

18 Successorem sibi destinasse. *Quod similiter erat falsum. Cetera patent.*

19 At Machabæus. *hic consequenter describitur fœderis violati manifestatio. Et primo, signis, cum dicitur,*

20 Videns austerius. *Quia dispositio cordis vix potest celari quin appareat in exterioribus signis, vt in gestu, vultu, & aspectu.*

21 Paucis suorum congregatis. *Quibus dixit conceptum sui animi.*

occultauit se à Nicanore. [1] [31] Quod cum ille cognouit fortiter se à viro præuentum, venit ad maximum & sanctissimũ templum, & sacerdotibus solitas hostias offerentibus, iussit tradi [2] sibi virum. [32] Quibus cum iuramento dicẽtibus nescire se vbi esset, qui quærebatur, extẽdens manum ad templum [33] iurauit dicens: Nisi mihi Iudam vinctum tradideritis, istud Dei phanum in planiciem deducam, & altare effodiam, & templum [3] hoc Libero patri consecrabo. [34] Et his [4] dictis abiit. Sacerdotes autem protendentes manus in cælum inuocabant Deum, qui semper propugnator esset gentis ipsorum, hæc dicentes: [35] Tu domine vniuersorum qui nullius indiges, voluisti templum habitationis tuæ in nobis fieri. [36] Et nunc sanctesanctorum omnium domine conserua [5] in æternũ domum istam impollutam [6] quæ nuper mundata est. [37] a Razias [7] autem quidam de senioribus ab Ierosolymis delatus est [8] Nicanori, vir amator ciuitatis [9] & bene audiens [10] qui pro affectu pater Iudæorum appellabatur. [38] Hic multis temporibus [11] cõtinentiæ propositũ tenuit in Iudaismo, corpusque & animã contentus tradere pro perseuerantia. [39] Volens autẽ Nicanor manifestare odium quod habebat in Iudæos, misit milites

a *Razias.* AVGVSTINVS. Solent in litteris gentilium ista A laudari: in his autem Machabæorum libris, quamuis homo ipse fuerit laudatus, factum tamen eius narratum est, non laudatum, & iudicandum potius, quàm imitandum; quasi ante oculos constitutum, non sanè nostro iudicio iudicandum, quòd nos quoque vt homines habere possemus; sed iudicio doctrinæ sobriæ, quæ in ipsis quoque libris veteribus clara est. Longè quippe fuit Razias iste à verbis illis, vbi legitur: *Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe.* B Non fuit ergo iste vir eligendæ mortis sapiens, sed ferendæ humilitatis impatiens. Scriptum est quod *voluerit nobiliter & viriliter mori*: sed nũquid ideo sapienter? Nobiliter scilicet, ne libertatem sui generis captiuus ammitteret; Viriliter autem, quod tantas vires animi haberet, quibus idoneus esset, vt se ipse perimeret, quod gladius cùm implere C non posset, de muro se præcipitem dedit, & sic adhuc viuus abruptam cucurrit ad petram, atque ibi exanguis intestina sua produxit, quæ vtraque manu dissipata spargebat in populum, ac deinde postea defessus occubuit. Magna hæc sunt, nec tamen bona. Non enim bonum est omne quod magnum est, quoniam sunt magna etiam mala, &c. Videatur Iosephus Hebræus lib. 3. historiarum Iudaicarum, cap. 22.

Factum Raziæ se occidentis refertur nõ probatur à sacris Scriptoribus.

RABBAN. Hoc quidem legentes, & inuenietis ibi scriptum, quod Razias propria manu sibi inferens mortem elegisset nobiliter mori, potius quàm subditus fieri peccatoribus, & cõtra natales suos indignis iniuriis agi; ne fortè simplicioris animi credant, cùm D necessitas vrserit, potius sibimetipsis primo actu aliquo modo inferendam esse mortem, quàm incidendum viuum in manus peccatorum, vtile fore arbitratus sum ex dictis venerandi patris Augustini huic operi nostro aliqua inserere, vnde lector sobrius quid sibi de talibus rebus agendum sit intelligat. Refert autem memoratus pater primo suo libro de ciuitate Dei, vbi vtrum alicui liceat seipsum interficere, copioso tractatu disputauit, ita dicens: At enim multi se interemerunt, ne in manus E hostium peruenirent. Non modo quærimus vtrum sit factum, sed vtrum fuerit faciendum. Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est; cui quidem exempla concordant, sed illa quæ tantò digniora sunt imitatione, quantò excellentiora pietate. Non fecerunt patriarchæ, non prophetæ, non Apostoli: quia & ipse dominus Christus, quando eos, si persequutionem paterentur, fugere admonuit F de ciuitate in ciuitatem, potuit admonere, vt sibi manus inferrent, ne in manus persequentium peruenirent. Porrò si hoc ille non iussit, aut monuit, vt eo modo sui ex hac vita emigrarent, quibus emigrantibus se mansiones æternas præparaturum esse promisit: quælibet exempla opponant Gentes, quæ ignorant Deum; manifestum est hoc non licere colentibus vnum verum Deum. Restat vt de homine intelligamus, quod dictum est, *Non occides*: Ne alterum, ergo nec te. Neque enim qui se occidit, aliud quàm hominem occidit. Quasdam verò exceptiones, eadem ipsa diuina fecit

Aug. de ci. Dei c. 13.

Vtrum liceat alicui se ipsum interficere.

Mar. 10. c.

Aug. de ci. Dei c. 20. & 21.

auctο-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Occultauit se, &c. *Ne subitè caperetur ab ipso; secundò manifestatur verbis, cum dicitur,* Quod cum ille cogno. &c. *Et sequitur,*

2 Iussit tradi, &c. *Scilicet, Iudam.*

3 Et templum Libero patri. *Id est, Baccho, sicut dictum est suprà ca. vj.*

4 Et his. *Cum indignatione de templo,*

5 Conserua. *Contra Nicanoris contaminationem.*

6 Quæ nu. *A sordibus luxuriæ & idololatriæ, vt habetur suprà. x. c.*

7 Razias autem. *Hic consequenter ponitur fœderis violati manifestatio factis; & primò in inuasione Raziæ; secundo in impugnatione Iudæ. cap. vltimo. Circa primum dicitur,* Razias autem quidam de seniori. *ætate scientia & moribus.*

8 Delatus est Nicanori. *Id est, accusatus, quòd esset amicus & fautor Iudæ.*

9 Vir amator ciuitatis. *Id est, boni communis.*

10 Et bene audiens. *Pauperes sicut & diuites ad eos instruendum & dirigendum.*

11 Hic multis temporibus. *Ex quo patet quod continentia carnis tempore veteris testamenti fuit laudabilis.*

Continẽtia carnis tempore veteris Testam. fuit laudabilis.

1 Puta-

MORALITER.

& vitæ superbiam, ascendit ad regnandum super mundum, propter quod huius mundi princeps nominatur Ioan. xij. Per Alchimum verò, qui Demetrio coronam auream, & palmam obtulit, vt per hoc summum sacerdotium obtineret, significatur ambitiosus, intantum, quod facit diabolo sacrificium, vt per hoc promoueatur ad dignitatem, sicut refert Guillermus in chronica de quodam nomine Gebertus, qui per hoc ascendit ad archiepiscopatum Remensem, & postea ad Rauennensem, & post ad statum papalem. Vnde factus fuit talis versus. Scandit ad. r. Gebertus ad. r. post papa manens. r. Et per triplicem. r. significatur Remis, Rauenna, & Roma. Et de Theophilo legitur, quod homagium fecit diabolo, vt ad pristinam dignitatem restitueretur. Per hoc autem quod iste Alchimus accusauit falso Iudam & socios eius, & amicitiam inter Iudam & Nicanorem dissolui procurauit; significatur, quod promoti per diabolum in ecclesia, (cuiusmodi sunt omnes malè promoti) bonos infamant & persequuntur, & per eos pax & concordia inter principes dissipatur.

Gebertus promotus in episcopum per diabolum Historiam Theophili recitant Eutychianus

Metaphrastes, Damianus, & Honorius Antoninus, &c.

7 *Razias au.* De isto, qui commendari videtur hic, de hoc quod seipsum interfecit, dictum fuit diffusè in expositione litterali. Mysticè verò, per istum, qui continentiam longo tempore seruauit, & pro vita bona & affectu paterno ad populum suum pater Iudæorum vocatus fuit; significatur bonus prælatus, habens ad populum sibi commendatum paternæ pietatis affectum & vitam exemplarem ad opera virtutum inducentem, propter quod occidit seipsum, secundum hominem exteriorem, per pœnitentiæ asperitatem, vt viuificetur homo interior & populus ædificetur. Et sic dicit Saluator Ioan. xij. d. *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam*, per animam intelligens sensualitatem.

Mysticè.

Bonus prælatus.

auctoritas vt non liceat hominem occidi: Sed his exceptis, quos A Deus occidi iubet, siue data lege, siue ad personam pro tépore expressa iussione: Non autem ipse occidit, qui ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius est vtenti. Et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt quod dictum est, *Non occides*, qui Deo auctore bella gesserunt, aut personam gerentes publicæ potestatis secundum diuinas leges, B hoc est iustissimæ rationis imperiú, sceleratos morte punierunt. Et Abraham nó solum non est culpatus crudelitatis crimine, verumetiam laudatus est nomine pietatis, quod voluit filium, nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Et meritò quæritur C vtrum pro Dei iussu sit habendum quod Iephte filiam, quæ patri occurrit, occidit; cum id se vouisset immolaturum Deo, quod ei redeúti de prælio victori primitus occurrisset. Nec Samson aliter excusatur, qui semetipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat. His ergo exceptis, quos D vel lex generaliter iusta, vel ipse fons iustitiæ Deus specialiter occidi iubet; quisquis hominem, vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Et quicumque hoc in seipsis perpetrauerunt, animi magnitudine fortasse mirandi, non sapientiæ sanitate laudandi sunt: quamquam si rationem diligentius consulas, nec E ipsa quidem animi magnitudo rectè nominatur, vbi quisque non valendo tollerare, vel quæque aspera, vel aliena peccata, seipsum interemerit. Magis enim mens infirma deprehenditur quæ ferre non potest, vel duram sui corporis seruitutem, vel stultam vulgi opinionem. F Maiorque animus meritò dicendus est, qui vitam ærumnosam magis potest ferre, quàm fugere; & humanum iudicium, maximeque vulgare, quod plerumque caligine erroris inuoluitur, præ conscientiæ luce ac puritate contemnere.

Exo.20.c. Non omnis occisio prohibita per illud præceptum: Nó occides.

Gene.22.b. Heb.11.b.

Iud.11.f. An Iephte secundum Dei voluntatem filiá immolauerit.

Iud.16.g.

Aug.lib.1. de ciu. Dei c.21.

Non fortitudo est se interimere vt declinet dura & aspera.

quingentos vt eum comprehéderent.[40] Putabat enim si illum 1 decepisset, sese cladem maximam Iudæis illaturum.[41] Turbis 2 autem irruere in domum eius & ianuam disrumpere, atque 3 ignem admouere cupientibus, cùm iam comprehenderetur 4 gladio se petiit,[42] 5 eligens nobiliter mori potius, quàm 6 subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniuriis agi.[43] Sed cum per festinationem nó certo ictu plagam dedisset, & turbæ intra ostia irrumperent, audacter recurrens ad murum, præcipitauit semetipsum viriliter in turbas,[44] quibus locum velociter dantibus casui eius, venit per mediam ceruicem.[45] Et cum adhuc spiraret accensus animo surrexit, & cum sanguis eius magno fluxu deflueret, & grauissimis vulneribus esset saucius, cursu turbam pertransiit,[46] & stans supra petram quamdam præruptam, & iam exanguis effectus, complexus intestina sua vtrisque manibus proiecit supra turbas, inuocans dominatorem vitæ ac spiritus, vt hæc illi iterum redderet atque ita vita defunctus est.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Putabat enim si illum decepis. *alias deperisset, pertrahendo ad Gentilem ritum.*

2 Sese cladem maximam Iudæis il. *nam eius exemplo multi fuissent ad hoc pertracti.*

3 Cum iam com. *id est, esset prope ad comprehensionem.*

4 Gladio se.pe. *seipsum percutiendo.*

5 Eligens no.mo.po. *Cuius duplex erat causa: Vna, ne forte vi tormentorum inclinaretur ad Gentilem ritum, quod erat maximum malum, ideo subditur;*

6 Quam subditus, *ipsum ad idololatriam trahere quærentibus. Alia ne in contemptum Dei cæli eius vita in ludibrio haberetur sicut Samson se interfecit Iudic.xvj. & Saul j.Reg.vlt. vt dictum fuit ibidem. Et in his duobus casibus dicunt Hebræi, quod non solum licitum est, sed etiam meritorium interficere seipsum: quia talis interfectio ordinatur in Deum. Si autem hoc faciat aliquis propter semetipsum, vtpote ad euadendum longum vel grauem cruciatum, vel infamiam sui & suorum si moriatur vili morte, hoc semper est illicitum. Et, vt dicunt aliqui, hoc modo intelligendum est dictum Augustini, quod habetur hic in glossa, quæ talis est:* His exceptis quos lex iusta generaliter & ipse fons iustitiæ Deus specialiter occidi iubet, quisquis hominum vel seipsum vel quemlibet alium occiderit, homicidij crimine innectetur. *Vnde & scriptura libri huius quæ recepta est ab ecclesia ad legendum pro informatione morum, non videtur hic Raziam arguere, sed magis commendare de suiipsius interfectione. Si autem prædicta non sufficiunt ad eius excusationem, potest dici quod fecit hoc per specialem instinctum spiritussancti. Omnes enim homines sunt Deo mortis debitores: quod debitum Deus de quolibet potest repetere, quandocumque vult, & quomodocumque, vtpote per manum propriam, siue per aliam. Cetera patent in littera.*

Quomodo licitum est alicui seipsum interficere.

Aug. de ciu. Dei c.21.

Heb.9.g.

CAP. XV.

Nicanor autem vt comperit 1 Iudā esse in locis Samariæ, cogitauit die sabbati cum 2 omni impetu committere 3 bellú.[1] Iudæis vero, qui illú 4 per necessitaté sequebátur, dicentibus ne ita ferociter & barbarè feceris, sed honorem tribue diei sanctificationis, & honora eum qui vniuersa conspicit.[2] At ille infelix interrogauit, & si est potens in cælo, qui imperauit agi diem sabbatorum.[3] 5 Et respondétibus illis: est dominus viuus, ipse in cælo potens, qui iussit agi septimam diem.[4] At ille ait: Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotia regis

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XV.

1 Nica.au. *Hic consequenter ponitur manifestatio violati fœderis in impugnatione Iudæ. Circa quod ponitur primo belli apparatus, secundo conflictus, ibi:* Nicanor autem, *tertio laudabilis terminus ibi:* Cumque cessassent. *Prima in duas, quia primo ponitur apparatus ex parte Nicanoris, secundo ex parte Iudæ Machabæi, ibi:* Machabæus autem. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

2 Co. die sab. *id est, potestate sua.*

3 Com.bel. *credens quod Iudas & socij sui minus se defenderent propter quietem diei sabbati.*

4 Iudæis, *nam ad hoc sub pœna mortis cogebantur:* Dicentibus, &c. *Sequitur:*

5 Est dominus, &c. agi septimam diem. *scilicet celebrem & quietatum, vt habetur Exod.xx.*

1 Ta-

MORALITER.

1 *Nicanor autem vt com.* Per istum, qui contemnens actualiter Dei præceptum de obseruatione sabbati, præcepit arma sumi; significantur illi, qui actualiter & ex certa malitia contemnunt Dei præcepta, vt suam faciant voluntatem. Per Iudam Machabæum, qui cum Nicanore pugnaturus armauit suos optimis sermonibus, ostenditur, quod bonus dux tam in spiritualibus quàm in corporalibus debet suos subditos monere, & munire exhortationibus sanctis & bonorum operum exemplis.

De contemptore diuinorum præceptorum.

Officium boni præpositi.

impleri. Tamen non obtinuit, vt cōsilium perficeret.[1] Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus cogitauerat cōmune trophæum statuere de Iuda.[2] Machabæus autem cōfidebat semper cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturū,[3] & hortabatur suos ne formidarēt ad aduentum nationum,[4] sed in mente haberent adiutoria sibi de cęlo facta, & nunc sperarent ab omnipotente affuturā sibi victoriam.[5] Et alloquutus eos de lege & prophetis,[6] admonens etiam certamina, quæ fecerant prius,[7] promptiores constituit eos: Et ita animis eorū erectis simul ostēdebat Gentium fallaciam, & iuramentorū pręuaricationem.[8] Singulos autem eorū armauit non clypei & hastæ munitione,[9] sed sermonibus optimis & exhortationibus exposito digno fide somnio, per quod vniuersos lętificauit. Est autē huiusmodi visus.[10] Oniam, qui fuerat summus sacerdos[11] virum bonum[12] & benignū,[13] verecundum visu,[14] modestum moribus, & eloquio decorum,[15] & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentē, orare pro omni populo Iudæorū.[16] Post hoc apparuisse[17] & alium virum ætate & gloria mirabilem,[18] & magni decoris habitudinē circa illum. Respōdentem verò Oniam dixisse:[19] Hic est fratrum amator[20] & populi Israel, hic est, qui multū orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ieremias propheta Dei.[21] Extendisse autē Ieremiam dexteram & dedisse Iudæ gladium aureum dicentē:[22] Accipe sanctū gladiū munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel. Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis valdè,[23] de quibus extolli posset impetus, & animi iuuenum confortari, statuerunt dimicare[24] & confligere fortiter, vt virtus de negotiis iudicaret,[25] eò quòd ciuitas sancta & templum periclitarentur. Erat enim pro vxoribus & filiis,[26] & itemque pro fratribus & cognatis minor sollici-

a *Est autem huiusmodi visus.* † DIONYS. AREOPAGITA li. de ecc.hier.c.7. Quod autem & iustorū preces etiam in vita ista, & nedūm post mortē, iis solis prosint, qui digni sunt, scripturæ nos edocet sacrosancta traditio, &c.

† ORIGENES homi. 3. in Cāt.canti. Omnes sancti, qui de hac vita decesserunt, habētes adhuc charitatē erga eos, qui in hoc mundo sunt, si dicantur curā gerere salutis eorum, & iuuare eos precibus suis, atque interuentu suo apud Deū, non erit inconueniēs. Scriptū namq; est in Machabęorum libris ita: *Hic est Ieremias propheta Dei, qui semper orat pro populo, &c.*

† EVSEBIVS CÆSARIENSIS lib. 12. præparat. euang. cap. 1. Certè, inquit Plato, defunctorum animæ virtutem quamdam habent, quia vel post mortem rebus humanis auxiliantur. (Beati auxiliari possunt viuis.) Vera enim hæc opinio est, sed nisi prolixis rationibus probari non potest. Credere autem oportet huiusmodi sermonibus, quoniam à priscis valdè viris traditi sunt. Credendum ergo est etiam illis, qui ita hæc se habere, legibus confirmāt. Sic certè de Ieremia traditum fuisse Iudæi contendunt, Machabæorum liber retulit visum ipsum fuisse post mortem orare pro populo.

† PETRVS Comestor. Hinc habes auctoritatem, quòd animas sanctorū efflagitare debemus, (Oratio ad sanctos.) quòd pro nobis orēt & intercedant. Per quod cōfutantur Iudæi, qui negant alicuius sanctorū auxilium deposcendum.

† CYPRIANVS Sermo. de mortalitate. Patriam nostrā paradisum cōputamus. Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copiosa turba desiderat, iā de sua incolumitate secura, & adhuc de nostra incolumitate sollicita, &c.

RABB. Si quis autem quæsierit vtrum hæc visio ad mysteriū aliquod referri possit? Hoc (ni fallor) in ea sentire potest quod (Quæstio.) Onias sacerdos sacerdotalem significaret ordinem, & Ieremias propheta, qui interpretatur excelsus domini, ipsum dominum & caput

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tamen non obtinuit, vt consilium perficeret. Et Nicanor quidem cum summa, &c. *Scilicet, de captione Iudæ & sociorum suorum dispersione, secundum regis mandatum cap. præcedente.*

2 Machabæus autem. *Hic consequenter ponitur apparatus ex parte Iudæ, & primò per bonam exhortationem, secundo per deuotam orationem, ibi,* Et cum iam omnes. *Prima in duas, quia primò ponitur exhortationis actus; secundò effectus, ibi,* Exhortati itaque. *Prima in duas, quia primò ponitur exhortatio generalis, cùm dicitur,*

3 Confidebat semper cum omni spe auxilium sibi à Deo. *Scilicet, victoriæ affuturæ, non virtute humana, sed diuina: ideò sequitur,*

4 Et hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationum. *Allegans, quòd maius auxilium haberent, scilicet, diuinum.*

5 Sed in mente haberent adiutoria sibi de cælo facta, & nunc sperarent, &c. *Et sic ex beneficiis præstitis sperarent de præstandis.*

6 Et alloquutus eos de lege & prophetis. *Admonentibus pugnare pro patria & legibus diuinis.*

7 Admonens etiam certamina, quæ fecerant prius, &c. *Quorum perderent laudem & meritum, si fugerent, vt effeminati.*

8 Simul ostendebat Gentium fallaciam, & iuramentorum. *Scilicet, Nicanoris & suorum, qui fœdus fregerunt iuramento firmatum.*

9 Singulos autem eorum armauit non clypei & hastæ, &c. *Hic consequenter ponitur exhortatio specialis per expositionem cuiusdam visionis factæ Iudæ. Cuius series ponitur, cùm dicitur,*

10 Erat autem huiusmodi visus. *Id est, visio in somnis Iudæ ostensa.*

11 Oniam, qui fuerat summus sacerdos. *Vt habetur suprà 3. cap.*

12 Virum bonum. *Quantùm ad mentis virtutem.*

13 Et benignum. *Erga pauperes.*

14 Verecundum visu. *Id est, horrentem omnem turpitudinem.*

15 Modestum moribus, & eloquio. *Id est, in omni actu & gestu.*

16 Manus protendentem orare pro omni populo Iudæorum. *Supplendum est, hoc videbat Iudas in visione.*

17 Post hoc apparuisse. *Ipsi Iudæ.*

18 Et alium virum ætate & gloria mirabilem, &c. *Ipsi Iudæ. Et propter hanc admirationem subditur,*

19 Respondentem verò Oniam dixisse. *Ipsi Iudæ.*

20 Hic est fratrum amator, &c. *Id est, Iudæorum: & subditur nomen suum, cum dicitur,*

21 Ieremias propheta Dei. *Fuit enim vnus de magnis prophetis.*

22 Extendisse autem Ieremiam dexteram, &c. *Videbatur enim Iudæ, quòd Ieremias traderet sibi gladium, promittens quod aduersarios deuinceret per ipsum: & per istam visionem intellexit Iudas affuturam sibi victoriam, & sic exposuit bellatoribus suis, vt præmittitur. Exposito digno fide somnio, id est, reuelatione diuina in somnis facta: ideo istud tacetur primo lib. 7. cap. vbi describitur istud bellum.*

23 Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis valde, &c. *His consequenter ponitur exhortationis effectus, cùm dicitur,* Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis, *Sequitur,*

24 Statuerunt dimicare. *Constanter & strenuè.*

25 Vt virtus de negotiis iudicaret, &c. *Id est, vt fortitudo bellantium litem inter eos & aduersarios dirimeret.*

26 Erat enim pro vxoribus & filiis, itemque pro fratribus, &c. *Minus enim timebant de morte propria & suorum, quàm de violatione templi in contemptum Dei.*

MORALITER.

† 10 *Erat autem huiusmodi visus.* Per hoc quod Onias pontifex apparuit protendens manum in cælum orando pro populo Iudæorum, significatur quod quilibet bonus pontifex & curatus in oratione debet esse assiduus orando deuotè pro populo Christiano. (Prælati orationibus iuuare debent gregem.) Per Ieremiam prophetam significatur dominus noster Iesus Christus, qui Luc. 8. c. dicitur propheta magnus: & ipse dat Iudę gladiū aureum, id est, pręlato vel doctori sacram scripturā, quæ secundum Apostolum Ephe. 6. dicitur gladius, *Et gladium spiritus quod est verbum Dei.* Dicitur autē aureus charitate, quæ finis est totius sacræ scripturæ. 1. Tim. 1. a. *Finis præcepti est charitas.* Et Matth. 22. d. dicitur, quod *in duobus præceptis charitatis tota lex pendet & prophetæ.* (Charitas.) Charitas autem † quæ

☞ caput exprimat prophetarum. De quo Moyses dicit: *Prophetam suscitabit vobis dominus de fratribus vestris, ipsum tamquam me audietis.* Et Isai. *Quiescite,* inquit, *ab homine cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse.* Sacerdotalis ergo ordo per homines, qui in templo Dei sub veteri testamento diuino officio ritè fungebantur, nō solum pro populi delictis exorabat, sed etiam incarnationem mediatoris nostri futuram demonstrabat: cuius ope mūdus saluandus erat. De quo Ioannes Apostolus in epistola sua ait: *Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non tantum pro peccatis nostris, sed etiam pro totius mundi.* Hic ergo dedit gladium aureū Iudæ, cum diuinā scripturam sensu spiritali fulgente ad munimen totius ecclesię, defensionemque populi sui sanctis concessit doctoribus, quatenus contra hostes vniuersos armatura vterentur cælesti & hostium prosternerent multitudinem.

Deut. 18. c. — Isa. 2. d. — Ad quod mysterium referri possit visio quā hoc cap. refert Iudas. — 1. Ioan. 2. a. — * supra 8. d. 4. Reg. 19. Eccle. 48. d.

tudo: maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi,[19] sed & eos, qui in † ciuitate erant non minima solicitudo habebat pro his, qui cōgressuri erāt.[20] Et cùm iam omnes sperarēt iudiciū futurum, hostesq; adessent, atq; exercitus esset ordinatus, bestię equitesq; opportuno in loco cōpositi:[21] considerās Machabæus aduentū multitudinis, & apparatum variū armorum, ac ferocitatem bestiarum, extēdens manus in cęlū, prodigia faciētem dominum inuocauit, qui non secundum armorū potentiā, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriā.[22] Dixit autem inuocans hoc modo: * Tu dn̄e, qui misisti angelū tuū sub Ezechia rege Iuda, & interfecisti de castris Sēnacherib cētū octogintaquinq; millia,[23] & nunc dominator cęlorū mitte angelū tuum bonum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachij tui,[24] vt metuāt, qui cū blasphemia veniūt aduersus populum sanctum tuū. Et hic quidē ita perorauit.[25] Nicanor autē & qui cum eo erāt, cū tubis & cāticis admouebant.[26] Iudas verò & qui cum eo erāt inuocato Deo per orationes cōgressi sunt,[27] manu quidem pugnantes, sed & dominum cordibus orantes, prostrauerunt nō minus trigintaquinque millia, præsentia Dei magnificè delectati.[28] Cumque cessassent & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorē ruisse cum armis suis.[29] Facto itaque clamore & perturbatione excitata, patria voce omnipotentē dominum benedicebant.[30] Pręcepit autem Iudas, qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris & manum cum humero abscissam Ierosolymam perferri.[31] Quo cum peruenisset, conuocatis contribulibus & sacerdotibus ad altare, accersiit & eos, qui in arce erant.[32] Et ostenso capite Nicanoris, & manu nefaria quam extenderat cōtra domum sanctam omnipotentis Dei, magnificè gloriatus est.[33] Linguam etiam impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari, manum autem dementis contra templum suspēdi.[34] Omnes igitur cæli benedixerunt dominum dicentes: Benedictus, qui locum suum incontaminatum conseruauit.[35] Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce, vt euidens esset & manife-

☞ a Ita-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cùm iam omnes sperarent iudicium futurum, &c. *Hic consequenter ponitur apparatus per orationem deuotam, & primo ponitur orandi necessitas, cum dicitur,* Et cum iam omnes sperarent iudicium futurum, *id est, prælium, contentionem determinans Iudæ & aduersariorum.*

2 Hostesque adessent, *de propinquo.*

3 Atque exercitus, *Nicanoris.*

4 Esset ordinatus, *secundum militarem disciplinam:*

5 Considerans Machabæus aduentum multitudinis, &c. *videns se non posse resistere virtute humana.*

6 Extendens manus in cælum, *inuocans diuinum auxilium.*

7 Tu domine qui misisti angelum tuum sub Ezechia rege Iuda, &c. *Hæc historia habetur* 4. *Reg.* 19.

8 Nicanor autem. *Præmisso apparatu, hic consequenter ponitur conflictus, qui erat ex parte Nicanoris proteruus & superbus & pomposus: ideo subditur,*

9 Cum tubis & can. admouebant. *id est, applicabant ad congressum ita lætanter, ac si Iudam & socios suos iam tenerent comprehensos; ex parte verò Iudæ humilis & deuotus, ideo subditur,*

10 Manu, &c. *pugnāte in eis dextera, ideo subditur,* Præsent. Dei, &c.

11 Cumque cessassent. *Hic consequenter ponitur laudabilis terminus: primo in gratiarum actione, secundo in celebritatis institutione, ibi,* Itaque omnes. *Circa primum primo ponitur laus diuina verbo, & patet; Secundo, facto, cum dicitur,*

12 Præcepit autem Iudas, &c. *Motus enim animi fortis redundat ad membra corporis.*

13 Caput Nicanoris & manum cum humero abscissam Ierosolymam perferri. *sicut Dauid ad Dei laudem ibi portauit caput Goliath Philisthæi, vt habetur* 1. *Reg.* 18.

14 Ad altare, *ad offerendum Deo sacrificium.*

15 Accersiit & eos, qui in arce erant. Et ostenso capite Nicanoris. *ad eos deterrendum.*

16 Linguam etiam impij Nicanoris, &c. iussit particulatim auibus dari. *propter blasphemiam ab eo prolatam. Cetera patent.*

☞ 1 Ita-

MORALITER.

† quæ maior est ceteris virtutibus, per aurum significatur, quod pretiosius est aliis metallis. In hoc autem gladio per prælatos & doctores cum auxilio diuinæ gratiæ deiiciuntur aduersarij tam visibiles quàm inuisibiles fidei Christianæ.

Populi est orare pro suis prælatis.

† *Sed & eos, qui in ciuitate erant non minima, &c.* Per hoc ostenditur, quod inferiores populi debent sollicitè pro prælatis & doctoribus dominum exorare, qui pugnant fideliter pro sua & populi salute.

12 *Præcepit autem Iudas, qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, &c.* Per hoc autem, quòd lingua Nicanoris fuit præcisa & particulatim auibus data, significatur, quod anima blasphemi sit à dæmonibus grauiter punienda, qui nominantur aues Matth. 13. a. in parabola seminantis. Per hoc autem, quòd manus Nicanoris cum humero fuit præcisa & contra templum suspensa: significatur, quòd potestas superbi, qua impiè vtitur (saltem in morte si non ante deficit) & eius anima inferni patibulo condemnatur. Per hoc autem, quod hęc victoria instituta fuit solemniter celebrari, ostenditur, quod pro victoria contra diabolum habita debent à populo Christiano laudes & gratiæ Christo persolui: Cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Blasphemi. — Superbi.

a *Itaque omnes communi, &c.* RABB. Narrat liber Esther, quòd A Aman Agagite suadente, rex Assuerus iussit omnes Iudæos in regno suo interfici (& ad hanc necem conficiendam decreta fuit dies 13. mensis 12. qui vocatur Adar) bonaque eorum diriperent; sed domini nutu eadem sententia conuersa est in percussores eorum, ita vt memoratus rex mediante Mardochæo Iudæo, post veteres conscriptiones nouis epistolis missis mandaret, vt Iudæi ipso die, quo sibi ab hostibus suis occisio parabatur, illi hostes ac persecutores suos interficerent. B Quod & fecerunt in tertiadecima & quartadecima eiusdem mensis die, de quo in eadem historia scriptum est ita, *Dies tertiusdecimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, &* D *xiiij. die cædere desierunt, quem constituerunt esse solemnem, vt in eo deinceps omni tempore vacarent epulis, gaudio atque conuiuiis.* Vnde modo scriptum est, quòd interfecto Nicanore & manifestè auxilio Dei ostenso omnes Iudæi communi consilio decreuerunt tertiam decimam diem mensis Adar, qui voce Syriaca pridie Mardochæi dies dicitur, omni tempore solemnem habere, & ita hæ duæ solemnitates inuicem sibi conueniebant. Hæc est ista, quæ in Machabæorum, & illa, quæ in Esther le- E gitur, vt in tertiadecima die & in quartadecima mensis Adar habitæ pariter iungerentur.

Esther. 3. b. — De salute quam operatus est Deus in Iudæis sub Mardochæo suspenso Aman. — Esther. 9. d. — & ista sub Iuda Machab. occiso Nicanore.

a stum signum auxilij Dei. [36] Itaque omnes cõmuni consilio de- 1 creuerunt nullo modo diem istum absque celebritate præteriri:[37] habere autem celebritatem tertia decima die mensis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi die. [38] Igitur his 2 erga Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa, ego quoque in his faciam finem sermonis. [39] Et siquidem benè, & vt historiæ competit, & hoc ipse velim: si autem minus dignè, concedendum est mihi. [40] Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam contrarium est, alternis autem vti delectabile: ita legentibus si semper exactus sit 3 sermo, non erit gratus: 4 hic ergo erit consummatus. 5

NICOLAVS DE LIRA.

1 Itaque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire, &c. *Hic consequenter ponitur celebritatis institutio pro dicta victoria: Et patet littera. Notandum tamen quòd hic non fit aliqua mentio de inuitatione Iudæorum in Aegypto habitantium ad huius solemnitatis obseruantiam, similiter nec primo libro cap. 7. vbi de hac solemnitate fit mentio. Propter quod non videntur benè dicere illi,* C *qui dicunt, quòd totum quod positum est à principio tertij cap. huius secundi libri vsque huc, positum est principaliter ad incitandum Iudæos in Aegypto habitantes ad obseruationem huius solemnitatis, propter quod processus, quem tenui, videtur mihi consonus litteræ huius libri.*

Nota.

2 Igitur his erga Nicanorem. *Hic in fine ponitur breuis epilogatio circa prædicta. Et patet littera vsque ibi,*

3 Ita legentibus si semper exactus. *Id est, exquisitus vsque ad partes singulas, qualis est sermo historicus cui competit partes singulas diligenter inquirere, vt dictum est suprà cap. 2.*

4 Non erit gratus. *Propter prolixitatem scripturæ, & vnitatem materiæ, quæ solent fastidium generare, sed sermo abbreuiatus (qualis est in hoc secundo libro, qui est quadam historiarum abbreuiatio, vt ibidem dictum fuit) est magis delectabilis: propter quod ibidem dicitur, vt legentibus sit animi oblectatio, &c.* F

5 Hic ergo erit consummatus, *secundum illud Isa. 10. f.* Consummationem & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ: *quod fecit per impletionem mysterij verbi incarnati. cui cum patre & spiritusancto sit honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.*

FINIS LIBRI SECVNDI MACHABÆORVM.

Romanæ correctionis,

IN

LATINIS BIBLIIS

EDITIONIS VVLGATÆ,

LOCA INSIGNIORA.

M. F. LEANDER DE S. MARTINO,

Lectori.

CVM trium priorum voluminum Correctiones cum textu Hebræo Græcoque contulissem in priori editione, subito euocatus mandato summi Pontificis Pauli V. coactus sum ibi gradum sistere; ideoque correctiones ipsas nudas in reliquis tomis Typographus exhibuit. Nunc in hac editione iterata, à Typographo rogatus, etiam reliquos tomos pari cura contuli, & coniecturas similes plerisque correctionibus adhibui: vt Lector Catholicus videat reipsa, non nisi summo incorruptoque iudicio Patres Romanos vulgatam editionem emendasse; & pleraque omnia errata, quæ correxerunt, vel fuisse ex mendis Typographorum aut Exscriptorum orta; vel ex varietate Græcæ editionis, aut Masoritarum in contextu Hebraicæ lectionis, deriuata; in nullo vero germanum literæ sanctæ sensum scopumque euertisse.

IN ISAIAM.

CAP. I. *v.* 11. Plenus sum. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. *Per se legendum est* plenus sum: *non verò illi iungendum id quod sequitur, siue integrè, siue ex parte, mutatis accusatiuis in ablatiuos, vt quidam codices faciunt.*

✣ Complutense exemplar ita legit vt habet correctio; Græca editio, tam vaticana Sixti, quam Complutensis aliam habent distinctionem: πλήρης εἰμι ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, ϗ στέαρ ἀρνῶν, ϗ αἷμα ταύρων ϗ τράγων ου βούλομαι: *Plenus sum holocaustis arietum, adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum non volo.* Hebræus etiam textus similem distinctionem videtur habere: *Satur sum ascensionibus arietum, & adipe pinguium; & sanguinem iuuencorum, & agnorum & hircorum non volui.* Holocausta enim Hebraicè vocantur *gnoloth ascensiones*, eo quod combustæ victimæ nidor cum multo fumo ascenderet ab altari; *Meriim*, quod secundo loco posuit Isaias, alij *bubalos*, alij *pingues* exposuerunt; *parim*, vitulos aut iuuencos, aut tauros significat. Textus Latinus, qui commentario Hieronymi præmittitur habet, *plenus sum holocausto arietum, & adipe pinguium; & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui.* At in ipso commentario legitur, prout habet correctio: nam illud, *plenus sum*, exponit vt per se sumptum, *nulla re indigeo.* Est igitur hęc correctio ab ipso Hieronymo desumpta: & fauet ei textus ipse Hebræus, qui potest, imo debet cum ea distinctione legi: siquidem verbum *sabangti*, *satur sum, plenus sum*, habet accentum regium *Tebbir*, quo indicatur sententiam ibi distingui, per pausam seu comma, & non continuari cum sequenti dictione: vt reliqua omnia legantur per accusatiuum; & à verbo, *volui*, regantur, prout in correctione hac habetur.

V. 12. Cum veniretis ante conspectum meum, *Nec adnectas hæc versui præcedenti, nec præsens* veniretis *mutes in futurum* veneritis.

✣ In Hebręo enim versus inchoatur ab ijs verbis, *cum veniretis*, sicut habet correctio; quod maluerunt sequi Patres, quàm septuaginta, qui hęc verba, aut verba quę illorum loco posuerunt versui præcedenti coniungunt, οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. *neque veneritis apparere mihi*; ibique plenam distinctionem notant. Cæterum quod noster transtulit *cum veniretis*, Hebraicè est *chi Tobóou*; quod Montanus in interlineari & textus vulgatus Latinus in Complutensi, transferunt in præterito, *cum veneritis*: sed ipsa senten-

tiæ consequentia magis postulat tempus imperfectum, cui potest & solet respondere futurum Hebræorum: quomodo etiam transtulit Pagninus.

V. 13. Ne offeratis vltrà sacrificium frustrà. *Alij scribunt* afferatis, *id est vocalem primam loco quarta.*

* Complutensis habet cum quarta vocali, *offeratis*; In Hebræo est, *lo tosiphu habi* nonaddatis afferre. Et quod est hic *sacrificium frustrà*; Hebraicè est, *minhhath shaue*, *munus mendacij, siue mendax* quod eodem redit.

V. 18. Velut lana alba erunt. *Non omittas* alba, *quod Interpres explicandi causa adiecit, sequutus LXX.*

* Heb. habent solùm, *catsémer, sicut lana*. Septuaginta explicuerunt comparationem, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ, *velut lanam dealbabo*; quod noster interpres rectè sequutus est, nam de colore lanę mundæ, non de alia quauis lanæ qualitate sermo est.

V. 23. Principes tui infideles. *Quidam libri pro* infideles, *scribunt* inobedientes.

* Hebræa dictio *sorerim*, significat rebelles & contumaces; atq; ita verterũt 70. οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι, *principes tui non obediũt*. Sumitur ergo hic *infideles*, pro eo quod vulgo subditi non obedientes, aut rebellantes Principi suo, dicuntur ei fidem non seruare, quod Hispani dicunt, *desleales aleuosos*.

CAP. III. *ver. 6.* Vestimentum tibi est. *Non præponas his verbis participium* dicens.

* Habetur quidem hoc participium apud 70. interpr. Sed abest ab Hebræo.

V. 16. Ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant. *Alij collocant coniunctionem copulatiuam ante* pedibus suis.

* Hebræa habent, *& ibant plaudendo, & in pedibus suis tinniebant*; Prius horum, noster dixit *ambulabant pedibus suis*, quod est, non tam ire modesto gradu, quam pedum delicatum motum ostentare; posterius autem est *gradum componere* ad strepitum tinnulum crepidarum seu calceamentorum. Septuaginta, hanc mollitiem adhuc copiosiore paraphrasi explicarunt; *incessu pedum simul trahentes tunicas* (τῇ πορείᾳ τῶν ποδῶν ἅμα σύρουσαι τοὺς χιτῶνας, quod impudicæ ambulationis genus est, vnde fœminas ἀνασυρομένας ita trahentes tunicas vt simul suras tibiarum ostendere gestiant, impudicitiæ notant comici, ita vt carmina impudica, eodem vocabulo, ἀνασυρμένα appellent) *ac pedibus simul ludentes*; καὶ τοῖς ποσὶν ἅμα παίζουσαι, quod Hierony. dixit, *composito gradu incedere*, verecundiore phrasi explicans immodestam pedum gesticulationem.

CAP. V. *v. 6.* Et ascendent vepres & spinæ. *Non addas* super eam, *sed intelligas.*

* Sic etiam subintelligitur in Hebræo, *VVeghnalàh shamir vvashaith, & ascendet vepris & sentis*, singulari enim numero ponitur, sed quia sunt nomina collectiua, noster plurali expressit multitudinem veprium & sentium. Septuaginta etiam præpositionem, sed alia paraphrasi posuerunt: ἀναβήσονται εἰς αὐτὸν (ἀμπελῶνα) ὡς εἰς χέρσον, ἄκανθαι. *Ascendent in eam (vineam) tanquam in terram incultam, spinæ.*

CAP. VI. *v. 1.* Super solium excelsum & eleuatum. *Quod sequitur in multis libris* & plena erat domus, *siue* terra, à maiestate eius, *superfluit omnium iudicio. Lege Notationes nostras.*

* Non est enim ea clausula in Hebræo, nec est de translatione Hieronym. sed de versione 70. interpretum: qui dixerunt, καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ; *& plena domus* (.i. templum) *gloria eius*; pro eo quod est in Hebræo, *vve shulau melcìm eth hahéchal*. & reddidit Hieronymus, *ea quæ sub ipso erant* (inferiores partes, seu fimbriæ vestimenti eius) *replebant templum*. Hieronymus ergo Hebræa reddidit verbatim & actiuè: Septuaginta autem alia phrasi idem explicarunt, & passiuè; plena erat domus, seu replebatur templum gloria eius, seu glorioso vestitu, lumine, splendore eius. Merito ergo clausula ista explosa est ex textu, quia non sunt miscendę interpretationes; & hæc clausula est interpretatio septuaginta, non Hieronymi; videturque irrepsisse in textum ex responsorio Ecclesiæ, in quo simul vtraque interpretatio coniungitur, in officio primæ Dominicę Nouembris, & in solemnitate omnium Sanctorum. Chaldęus etiam sicut 70. transtulit: *Vmiziz iekaráh ithmeli hechlà*; & de splendore gloriæ eius replebatur templum.

V. 7. Ecce tetigit hoc labia tua. *Non est mutanda tertia persona* tetigit *in primam* tetigi.

* Heb. *Hinneh nagangh zeh shephathéca*; *ecce tetigit hoc labia tua*. Sic & 70. ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου. *Ecce tetigit hoc labia tua.*

CAP. VIII. *v. 19.* Numquid non populus à Deo suo requiret, pro viuis à mortuis? *Non est addenda vox* visionem, *quam plerique libri adijciunt verbo* requiret: *nec mutanda posterior præpositio* à *in coniunctionem* ac.

* Nostra editio hæc, verbatim exprimit Hebræa, nisi quod loco præpositionis ablatiui, à, Hebræa habent præpositionem accusatiui, *ad: halo ghnam el enohau ijdrosh*, (vbi est pausa mediæ distinctionis seu colon.) *Beghnad hahhaijm el hamethim? Nunquid non populus ad Deum suum requiret: pro viuis ad mortuos?* Et septuaginta eodem modo, sed vtrinque habet interrogationem; sicut & in nostra debet vtraque clausula per interrogationem efferri: οὐκ ἔθνος πρὸς θεὸν αὐτοῦ ἐκζητήσουσι; τί ἐκζητήσουσι περὶ τῶν ζώντων τοὺς νεκρούς. *Nonne gens ad Deum suum exquirent? qui exquirunt de viuis mortuos?* Q. d. Populus fidelis habet Deum suum, cuius responsa possint de futuris euentibus habere: quare ergo de rebus suis ipsi, qui viuunt adhuc, & sunt in via ad vitam meliorem, responsa expectant ab idolis, quę sunt vel dæmonum vel damnatorum mortuorum muta simulachra? Frustrà ergo Hęretici hoc loco abutuntur contra preces fidelium ad sanctos: qui non sunt mortui, sed viui regnant cum Deo, sicut Christus in Euangelio disputat de Abraham, Isaac, & Iacob; *Non est Deus mortuorum, sed viuentium.* Et qui ad sanctorum imagines precaturi confugiunt, ad Deũ per eos, quos Deo placuisse & placere certè norunt, aditum sibi parant; eo planè modo, quo eosdem, (si nunc viuerent, & tam certę sanctitatis esse dignoscerentur) etiam hæretici ipsi non negabant posse adhiberi intercessores. Locus enim Prophetæ, non arguit populum, quod per Prophetas Dei ad Deum pro responsis accurrerent: sed potius ideo eos reprehendit, quod cum haberent Deum tam propitium & propinquum, quem per Prophetarum & sacerdotum preces possent quotidie adire cum fructu consolationis: eo prætermisso consulerent idola per eorum Pseudo Prophetas & Pseudo Sacerdotes.

CAP. IX. *v. 1.* Galilææ gentium. Populus qui ambulabat. *Non connectas vocem* gentium *periodo subsequenti, hoc modo:* Gentium populus.

* Est enim in Hebręo finis versus in illis verbis *ghelil haggoïm* Galilæę gentium; vt & in Græco: Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, Duplex erat Galilæa, superior, proxima Iordanis Scaturigini, quam Salomon ex parte dederat Hyram regi Tyriorum, in qua propterea habitabant Gentiles commixti Iudæis; vnde Galilæa gentium vocabatur; & inferior, quę remotior erat à Iordanis fonte, & à Iudæis præsertim colebatur. Superior gentibus etiam Tyrijs & Sydonijs vicina & ab ijs frequentius inhabitata, habebat oppida Bethsaidæ, Corozaim, Capharnaum & quæ Christus sua habitatione, prædicatione, & miraculis illuminauerat.

V. 3. Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. *Non interponas coniunctionem* &.

* Non enim interponitur in Hebręo. Græca legunt hic sensu contrario, πλεῖστον τοῦ λαοῦ ὃ κατήγαγες ἐν εὐφροσύνῃ σου. *Plurima pars populi, quã deduxisti in lætitia tua.* Sensus nostræ lectionis est, Christum & discipulos eius, quamuis multos sint conuersuri, non tamen eam quam desiderarent, lætitam reperturos, quia maxima pars populi mansura esset in incredulitate. Lectio autem septuaginta solam loquitur lętitiam ex conuersione multorum ipsis conuersis oblatam. Ratio diuersitatis est in particula Hebræa *lo*, quę si scribatur cum *aleph*, vt est in *chetib*. ipso contextu, significat *non*: & hoc sequitur interpres vulgatus; Sin scribatur cum *vau* prout est in margine, seu in *keri*, significat *ipsi*; quod sequuti sunt 70. interpretes quasi esset, multiplicasti seu magnificasti populum, inde *ei* lętitia, Vterque sensus in eandem recidit sententiam, aut non multum diuersam.

V. 14. Incuruantem & refrænantem. *Pro* refrænantem, *multi legunt* deprauantem, *ex Commentario haud dubium D. Hieronymi in capita Isaia 9. & 19. præferente* deprauantem.

* Nimirum Sanctus Hieronymus in posteriore loco hic citato, retractat suam ipsius translationem, tanquam dum festinanter transtulerat, quod repererat scriptum; minus expresserit sensum ipsum vocabuli. Ex quo ruit argumentum eorum, quo sępe arguũt nonnulli, nostram vulgatam non esse Hieronymianam, eo quod sæpe in textu inueniatur aliter, quam ipse in commentario legendũ esse doceat. Patet enim ex hoc loco, Sanctum Hieronymum aliter aliquando transtulisse, cum ipsum textum euulgauerat sine commentario: & aliter transferendum indicasse, quando commentarium suum textui coniunxit. Cæterum locus hic (qui & cap. 19. inferius recurrit) Hebraica est *chippa*, *veagmon*; quod verbatim est, *ramum & iuncum*; *chippa* est ramus incuruans se pondere foliorum & fructuum quod si legas alijs vocalibus, *copha*, est

est incuruans. *Agmon* vero propriè est idem quod *agam*, stagnum, & per synechdochen est iuncus in stagno crescens: & per metaphoram, est hamus recuruus, instar recurui iuncj, cuius summitas in stimulum finiens plerumq; suo pondere recuruatur. Et quia ex iunco fiant restes, quibus pauperes infrænabant iumenta sua, inde iuncus etiam frenum, aut refrænantem significat. Verbatim ergo Hebraica est, *ramum & iuncum*; per metaphoram, eum qui vt senex, pondere annorum & authoritate diuitiarum aliàs in suum obsequium incuruat; & eum qui ita vilis est in populo, vt reste infrenet iumenta sua; ac si diceretur, senatorem simul, & agasonem, seu stabularium; vnde Chaldęus transtulit, *Shilton ve itron*; dominatorem & principem; septuaginta hic μέγαν καὶ μικρὸν *magnum & paruum*; & cap. 19. ἀρχὴν καὶ τέλος *principium & finem*, id est primum & nouissimum in populo.

CAP. X. *v. 21.* Reliquiæ conuertentur. *Quod præcedit* in veritate, *permaneat finis versus periodi, præcedentis, non adiungatur huic.*

✠ Hebręa enim & Græca versum 20. finiunt in illis verbis, *in veritate*, & versum 21. inchoant ab istis, *Reliquiæ conuertentur.*

CAP. XIII. *v. 4.* Vox sonitus regum, gentium congregatarum. *Non interponas coniunctionem* & *ante* gentium.

✠ Quamuis enim ita legant 70. φωνὴ βασιλέων καὶ ἐθνῶν συνηγμένων; *vox regum, & gentium congregatarum*; Hebræa tamen legunt sine coniunctione, significat enim, non reges & gentes multas, sed reges, seu *regna* (sic enim Hebraicè est, *mamlecòth goijm neesaphim*) *gentium congregatarum*, Sed eadem est vtrobique sententia.

CAP. XIV. *v. 32.* Et in ipso sperabunt pauperes populi eius. *Correctores prætulerunt masculinum* ipso, *fæminino* ipsa, *quod in alijs est libris.*

✠ Hebræa quidem habent in fæminino, referuntque ad Sionem, *vbah iehhesù*; *& in ipsa* (Sione) *sperabunt*; sed quoniam non alia de causa speraturi erunt in Sione, quam quod eam fundaturus esset Deus & corroboraturus, propterea correctores acceptarunt hic 70. commentarium, genere masculino & illum, & Hebræum textum complexi: Septuaginta enim aiunt: καὶ δι' αὐτοῦ σωθήσονται οἱ ταπεινοὶ τοῦ λαοῦ; *& per ipsum* (Dominum) *saluabuntur humiles ipsius populi.*

CAP. XV. *v. 5.* Vectes eius vsque ad Segor vitulam conternantem. *Legendum est* conternantem *quod est, agentem annum tertium, non addita,* s, *litera* consternantem, *quod est, perturbantem.*

✠ Hebraicè, *gnagelath shelishijàh*; *vitulam trienniem*; & Septuaginta, δάμαλις γάρ ἐστι τριετής; *vitula enim triennis est*; nimirum robustissima pariter & petulantissima.

V. 8. Quoniam circuit clamor terminum Moab. *Non mutes præteritum* circuiuit *in futurum.*

✠ Quamuis sit prophetia de futuro: Propheta tamen præteriti temporis vtitur, tanquam iam rem factam vidisset: Heb. *Hikipha: circuiuit*: Septuaginta συνῆψε γὰρ ἡ βοὴ τὸ ὅριον: *pertigit enim clamor terminum Moab.*

CAP. XVI. *v. 5.* Et sedebit super illud in veritate. *Ne hic mutes neutrum* illud *in masculinum* eum.

✠ Nemp. super *solium*, quod est neutrius generis.

V. 14. Et relinquetur paruus & modicus. *Non addas verbo* relinquetur, *id quod quidam libri* in eo sicut racemus: *est enim alterius loci.*

✠ Hebraicè enim tantum est *residuum eius paruum, erit pusillum & modicũ.* Sic Septuaginta: καὶ καταλειφθήσεται ὀλίγος καὶ οὐκ ἔντιμος: *& relinquetur paucus & non honoratus.*

CAP. XVII. *v. 10.* Propterea plantabis plantationem fidelem. *Pro* fidelem *non scribas contrarium* infidelem, *quod quidam.*

✠ Hebraicè: *Nitgnè nagnamanim. plantationes formosas.* Septuaginta autem reddiderunt, φύτευμα ἄπιστον *plantationem infidelem.* Sensus idem vtrobique: sed nostra Hebraico textui respondent; quasi diceret, etsi planta, quam plantaturus es, quantum in se fuerit, fideliter florebit: tamen non tibi, sed alieno, scilicet, hosti metetur: atque adeo erit fidelis, at non tibi sed alieno.

V. 11. In die plantationis tuæ labrusca. *Nominatiuus singularis præferendus est ei, quem alij legunt, accusatiuo plurali* labruscas.

✠ Sensum, non verba expressit interpres noster: ac si dixisset, cum plantaueris vineam, inuenies pro ea crescere labruscam. Quidam putant legendum esse: *In die plantationis tua labasces*, seu errabis; sic enim verbatim Hebræa: *bijoin nitgnèch tesagseghi*; Et Septuaginta eodem modo: τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἂν φυτεύσῃς πλανηθήσῃ; *in quacunq; die plantaueris, errabis*; hoc est, frustraberis spe tua. *Sagab*, *si shim* litera habeat punctũ in dextero cornu, significat errare; hoc sequuti sunt Septuaginta. At si punctum habeat in sinistro cornu, significat, *crescere*: quomodo nunc habent Hebræa vulgata: & tunc sensus est: cum diligenter quocumque die plantaueris, præcociter excrescens, fallat spem tuam.

V. 12. Væ multitudini populorum multorum. *Non mutes datiuum in nominatiuum* multitudo.

✠ Est enim comminatio miseriç impendentis multitudini; at si in nominatiuo ponatur, esset potius admiratio vel stupor ortus ex consideratione magnæ multitudinis: Hanc secundam significationem sequuntur 70. qui habent, οὐαὶ πλῆθος ἐθνῶν πολλῶν: *vę multitudo gentium multarum.* Hebræa vtramque significationem admittunt. *Hoi hamòn gnàmim; væ multitudini, seu turbæ populorum*; quomodo habet Montanus in interlineari, & Pagninus, aut *væ multitudo*; quomodo Septuaginta.

CAP. XVIII. *v. 2.* Cuius diripuerunt flumina terram eius. *Quod sequitur in quibusdam libris* ad montem nominis Domini exercituum, montem Sion, *non est huius versus, sed septimi finientis hoc caput.*

✠ Et inde huc sine causa transcriptum; cum Hebræa, & 70. solum in vltimo versu illud habeant.

V. 5. Ante messem enim totus effloruit. *Non est mutandum præteritum* effloruit *in futurum* efflorebit.

✠ Hebræa habent in præterito, *Chetam phrahh; sicut consummatum floruit.*

Sequitur: Et immatura perfectio germinabit. *Hic seruandum est futurum* germinabit, *non vertendum in præteritum.*

✠ Hebræa enim habent in futuro *ijhiè nitsàhh, erit flos.*

V. 7. A gente exspectante, exspectante & conculcata. *Repetenda est vox* exspectante.

✠ Quia indicatur longitudo & diuturnitas temporis quo expectant, & grandis necessitas gratiæ quam expectant. Hebraicè est, *goi kau kau*; quæ verba recentiores interpretantur, *gens linea linea*, seu *gens funiculi funiculi*; id est gens paulatim conculcata: metaphora ducta à cœmentarijs, qui muros extensis funiculis ordine super ordinem posito ædificant. Sed non erat opus recedere ab interpretatione Hieronymi, quam & Septuaginta retinuerunt, nam *kauah* significat *expectare* aut inniti expectando; & in imperatiuo est *kau expecta*, spera. Septuaginta habent, ἔθνος ἀνέλπιστον, *gentem desperantem*; quasi dicerent, gentem, quæ semper expectat, & non assequitur; & desperat nimia expectatione. Latina interpretatio in Complutensi editione, non repetit vocem, *expectantem.* Sed nostra (vt dixi) conformis est Hebrææ, quę repetit.

CAP. XIX. *v. 9.* Confundentur qui operabantur linum pectentes. *Legendum est* pectentes, *quod est pectinantes, non addita litera* plectentes, *quod est percutientes.*

✠ Heb. est *gnobhdè pashtim; operantes lina*; & Grçcè ἐργαζόμενοι τὸ λίνον τὸ σχιστόν; *operantes linum fissile* quod conuenit cũ nostra, pectens enim findit linum dentibus pectinis diuisum.

V. 11. Quomodo dicetis Pharaoni. *Non mutes futurum* dicetis *in præsens* dicitis.

✠ Est enim in Hebræo futurum, *èch tomerù; quomodo dicetis?* vt & 70. πῶς ἐρεῖτε τῷ βασιλεῖ, *quomodo dicetis regi?*

CAP. XX. *v. 4.* Et transmigrationem Æthiopiæ, iuuenum, & senum nudam & discalceatam. *Retinendi sunt genitiui plurales* iuuenum & senum, *non mutandi in accusatiuos singulares*, iuuenem & senem: *& consequenter neque adiectiua fœminina* nudam & discalceatam *vertenda sunt in masculina* nudum & discalceatum.

✠ Hebraicè *Galùth Cush*, *negnarim vezekenim*, *gnarùm vejahheph*; *transmigrationem Æthiopiæ*, (nimirum) *pueros & senes*, (vnumquemque eorum) *nudum & discalceatum.* Sic etiam Septuaginta, τὴν αἰχμαλωσίαν Αἰγύπτου καὶ Αἰθιόπων, νεανίσκους καὶ πρεσβύτας, γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους; *captiuitatem Ægypti & Æthiopum, iuuenes & senes, nudos & discalceatos.*

V. 6. Ecce hæc erat spes nostra. *Ita rectius legitur quam* hæccine erat.

✠ Hebraicè enim est, *hinnę-còh mabbatènu*; *ecce sic erat aspectus noster*; quo nimirum respeximus pro auxilio. Et Septuaginta ἰδοὺ ἡμεῖς ἦμεν πεποιθότες, *ecce nos eramus fidentes.*

Ibidem. Vt liberarent nos. *Quidam libri numero singulari scribunt* liberaret.

✠ Hebræa & Gręca habent, *in auxilium à Rege Assur.* i. vt rex Assyrię nos liberaret; vel, vt Assyrij nos liberarent.

CAP.

CAP. XXI. *v. 10.* Tritura mea & filij areæ meæ. *Romani Patres, pro eo quod vulgo legitur fœminino singulari filia, prudenter emẽdarunt filij, masculino plurali.*

✠ In Hebræo est in masculino & numero singulari *ben gôrenî filius*, seu proles *areæ meæ*; id est, grana seu frumentum ex area mea à triturantibus excussum. Septuaginta explicarunt metaphoram: οἱ καταλελειμμένοι καὶ οἱ ὀδυνώμενοι, *qui derelicti estis* (ex tritura, seu vexatione Babylonica) *& qui doletis.*

V. 11. Ad me clamat ex Seir. *Caue ne pro præpositione ex addita vna litera scribas nomen* rex.

✠ Est enim Heb. *elaì kore missegnir*, & Græcè similiter: πρὸς ἐμὲ καλεῖ ἐκ Σηείρ: *ad me vocat ex seir:*

CAP. XXII. *v. 2.* Nec mortui in bello. *Non est iteranda vox* mortui, *hoc modo*: Nec mortui tui mortui in bello.

✠ Neque enim repetitur in Hebræo. At in Græco 70. repetitur: οὐδὲ οἱ νεκροί σου νεκροὶ πολέμου: *neque mortui tui, mortui prælio-rum.*

V. 8. Et videbis in die illa. *Non mutes singulare* videbis *in plurale.*

✠ Hebraicè est singulari numero: *vahhabet: & inspicies*, at Septuaginta habent in plurali, καὶ ἐμβλέψονται *& inspicient.*

V. 11. Ad aquam piscinæ veteris. *Retinenda est præpositio* ad, *non substituenda coniunctio* &.

✠ Hebraicè enim est *lemè habberechâh, ad aquas piscinæ*; Septuaginta verò, ἐσώτερον τῆς κολυμβήθρας *intra piscinam.*

V. 23. Domui patris eius. *Alij scribunt reciprocum* sui.

✠ In Hebręo: *abiu*, patris eius; Græcè etiam, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ *patris eius.*

CAP. XXIII. *v. 2.* Negotiatores Sidonis. *Correctio est* negotiatores, *quod est mercatores, reiecta scriptura* negotiatio, *quod est mercatus.*

✠ Septuaginta, μεταβόλοι Φοινίκης, *negotiatores Phœniciæ.* Hebraicè in singulari *Sobhèn Tsidon, circuiens*, vel *negotiator Sidonis.*

CAP. XXVI. *v. 18.* Et peperimus spiritum: salutes non fecimus in terra. *Accusatiuus pluralis* salutes, *non est mutandus in genitiuum singularem* salutis, *& iungendus ei quod præcedit, quod quidam libri faciunt.*

✠ Nempe ita legunt & iungunt Septuaginta: πνεῦμα σωτηρίας σου ἐποιήσαμεν: *Spiritum salutis tuæ fecimus.* Fortè loco pronominis σου, negationẽ legerunt οὐκ. At in Hebræo est vt nostra habet correctio. *ialádhnu rúahh; iesúgnoth bal nágnasę peperimus spiritum, salutes non fecimus.*

CAP. XXVII. *v. 8.* Iudicabis eam. *Secunda persona* iudicabis, *non est mutanda in tertiam siue singularis numeri siue pluralis.*

✠ Sic enim Hebr. *Teribènnah, iudicabis eam.* Septuaginta, pro eo quod est in Hebræo *besaseah in mensura mensura*, seu mensurâ pro mensura; legerunt, *seon soen, rixatione rixantis*: habent enim μαχόμενος καὶ ὀνειδίζων ἐξαποστελεῖ αὐτούς, *rixans & exprobrans emittet eos.* nimirum Romanorum armis subiugabit incredulos Iudæos.

Sequitur: Meditatus est in spiritu suo duro. *Retinendum est genus masculinum, non supponendum fœmininum* meditata.

✠ Est enim in Hebræo verbum masculinum, *hagâh meditatus est*; & de Deo est sermo cogitante vindictam in hostes suos. Sed illa eadem vox significat etiam *expellere.* Septuaginta hic sermonem ad Deum conuertunt in persona secunda: οὐ σὺ ἦσθα μελετῶν τῷ πνεύματι τῷ σκληρῷ; *nonne tu eras, qui meditabaris in spiritu duro* contra eos? q. d. minabaris vindictam Domine, & ecce misericordiam impendis. Videntur pro *hagah meditatus es*, legisse *hahaghita nonne meditabaris?*

V. 11. Mulieres venientes & docentes eam. *Et hic retinendus numerus singularis* eam, *non surrogandus pluralis* eas.

✠ Est enim fœmininum in Hebræo, *Meiroth othah, illuminantes eam*; quod S. Hieronymus accepit pro luce doctrinæ, & exposuit metaphoram, *docentes eam*; alij, pro lucis ardore, & exponũt succendentes seu *inflammantes eam.* Septuaginta, γυναῖκες ἐρχόμεναι ἀπὸ θέας δεῦτε: *Mulieres à spectaculo*, vel à visione *venientes venite.* Est prophetia de mulieribus Euangelicis Magdalena & altera Maria, venientibus à sepulchro, viso Domino, & Angelis, & tali visionis nuncio Apostolos de resurrectione Domini certiores atque adeo lætiores ardentioresq; in fide reddentibus.

V. 13 Et qui eiecti erant in terra Ægypti. *Non mutes in præpositionem, positam pro* ad, *cum de siue* ex.

✠ Hebraica siquidem est, *hanniddahhim beèrets mitsraim; expulsi in terram Ægypti.* Septuaginta verò, ἀπολόμενοι ἐν Αἰγύπτῳ *qui perierant in Ægypto.* Prophetia est. q. d. Nationum seu gentium populus qui antea in idololatria peribant, nunc venient ad salutem per fidem.

CAP. XXIX. *v. 6.* Et flammæ ignis deuorantis. *Alij pro secundo casu* flammæ *scribunt sextum* flamma.

✠ Hebræa possunt legi vel in ablatiuo, vel in genitiuo; *in voce magna turbinis, & tempestatis, & flammæ*: vel, *in voce magna* (seu tonitruo) & turbine, & tempestate, & flamma ignis; Et hoc posterius habetur iuxta accentus, à masoretis appositos; nam post illud *in voce magna*, ponitur accentus regius *athnahh*, mediam distinctionem faciens, vt proinde reliqua sequentia per appositionem sumi debeant in eodem casu ablatiuo.

CAP. XXX. *v. 4.* Erant enim in Tani. *Non est mutandum* erãt *à sum, in ierant ab eo.*

✠ Hebręa sunt *Hajubetsòhan, fuerunt in Tsòhan*, hoc est in *Taphnis* vel *Tanis*, quæ erat regia Pharaonis. Septuaginta, ὅτι εἰσὶν ἐν Τάνει ἀρχηγοὶ ἄγγελοι πονηροί; *sunt enim in Tani principes, nuncij pessimi.* Vel Angeli mali. Loquitur de Iudęorum nuncijs ad Pharaonem, vt locum concederet Iudęis à Chaldæorum furore fugere volentibus in Ægyptum contra consilium Ieremiæ Prophetę. Ideo vocat eos *Nuncios pessimos*; & quasi Angelis malis seu dæmonibus contra Deum cooperantes.

V. 15. Quia hæc dicit Dominus Deus sanctus Israel. *Non omittas nomen* sanctus.

✠ Habetur enim in Hebræo & Græco. *Kados* sanctus; ὁ ἅγιος.

V. 29. Canticum erit vobis, sicut nox sanctificatæ solemnitatis. *Egregiè Correctores scripserunt* nox, *quæ est altera pars diei, pro eo quod plerique vitiosè legunt* vox, *id est, clamor.*

✠ Hebr. *Che leil hithkaddesh hhag: sicut nox sanctificatæ solemnitatis.*

CAP. XXXI. *v. 4.* Et cùm occurrerit ei multitudo pastorum. *Non omittas coniunctionem* &.

✠ Vt indicetur, clausulam hanc separatam esse à præcedenti: & sit sensus, rugiet super prædam suam, & non consternabitur quamuis multitudo pastorum conetur eam illi eripere. Sic enim Hebręa significant: non, quasi esset, rugiet cum pastores eum inuadent.

CAP. XXXII. *v. 7.* In sermone mendaci. *Alij pro adiectiuo* mendaci *scribunt substantiuum* mendacij.

✠ Heb. *beimra shèker; in sermone falsitatis*, Septuaginta ἐν λόγοις ἀδίκοις: *in sermonibus iniquis.*

CAP. XXXIII. *v. 9.* Confusus est Libanus & obsorduit. *Scribendum est* obsorduit *vocali quarta, deriuatum à sordes, non quinta* obsurduit, *à surdus.*

✠ Heb. *hehhpîr, pudore affectus est*: & Septuaginta ᾐσχύνθη *confusus est*, puduit; quia nimirum omnis eius amænitas vastata in sordes conuersa est. Quod si legatur *obsurduit* eadem erit sententia, quasi sileat omnis eius decor prorsus à vastatore destructus. Sed melius est prius: plus est enim obsordescere ruinis, quàm silere: est metaphora exprimens destructionem Ierosolymorum quorum amænissimę habitationes, similes saltui Libani, à Chaldæis conuertentur in sordida rudera & macerias ruinosas.

V. 19. Populum impudentem non videbis. *Meritò correxerunt Patres* impudentem, *quod est inuerecundum, pro eo quod complures legunt* imprudentem, *id est, insipientem.*

✠ Heb. *eth gnam nôgnaz* populum robustum, barbarum, impudentem. Septuaginta μέγαν λαόν; magnum populum. Septuaginta hic quasi paraphrastę, locum videntur aperte intellexisse contra scribas & Pharisæos Christi doctrinam impugnantes. Quod autem hic legi debeat, populum *impudentem*, non verò *imprudentem*, nõ solum patet ex Hebræa voce *nohàz* quę robur & audaciam significat; verum quia in fine versus imprudentiam populo obijcit, *in quo nulla est sapientia.* Vtrumque ergo ei impingit, impudentem audaciam, & stultitiam crassam.

V. 23. Et non præualebunt. *Alij scribunt* sed *pro* &.

✠ In Hebræo nulla particula interijcitur nec copulatiua, nec aduersatiua. Septuaginta habent causalem, ὅτι οὐκ ἴσχυσαν, *quia non præualuerunt.*

CAP. XXXIV. *v. 7.* Inebriabitur terra eorum sanguine. *Non mutes futurum in præsens* inebriatur.

✠ In Heb. est copula conuertens præteriti significationem in futurũ, mutato accentu, *veriuta, & inebriabitur.* Alias esse deberet *variuta & inebriatus est.* Septuaginta etiam reddunt per futurum: μεθυσθήσεται ἡ γῆ, *inebriabitur terra.*

V. 14. Et occurrent dæmonia onocentauris. *Patres emendarunt* onocen-

onocentauris, *scripto casu tertio numeri pluralis, pro nominatiuo singulari* onocentaurus, *quem plerique alij scribunt, & ei quod sequitur iungunt.*

✠ Sic enim est in Hebræo, *Phâgheshu tsijm eth ijim, occurrent bestiæ syluestres strigibus*, seu vlulis. Duo illa vocabula, significant aues ferales, & loca sola frequentantes, & animalia terribilia eremi; atque adeo spectra atque dæmonia, quę similium animalium figuris induta apparent, vt terrorem incutiant. Propterea Hieronymus transtulit, *dæmonia & onocentauros*, spectra nimirum horrifica; sequutus Septuaginta, qui eodem modo reddiderunt, *συναντήσουσι δαιμόνια ὀνοκενταύροις obuiabunt dæmonia onocentauris.*

Vers. 17. In generationem & generationem habitabunt in ea. *Prior accusatiuus non est mutandus in ablatiuum* generatione, *vt plerique faciunt.*

✠ Hebr. *ledor vadòr; ad generationem & generationem.* Septuaginta, *γενεὰς γενεῶν ἀναπαύσονται ἐπ' αὐτῆς, generationes generationum requiescent super eam.*

CAP. XXXV. *v. 4.* Dicite pusillanimis. *Seruandus est datiuus pluralis* pusillanimis, *quod est meticulosis, non surrogandus nominatiuus pluralis* pusillanimes.

✠ Est enim datiuus pluralis in Hebr. *imrù le nimharè leb: dicite inquietis corde*, quorum corda prę metu palpitant. Septuaginta autem habent vocatiuum: *παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι. consolamini pusillanimes.*

Ibidem. Ecce Deus vester *&c.* & saluabit vos. *Non sunt mutanda secundæ personæ pronomina in prima,* noster, nos.

✠ Est quidem illa lectio Septuaginta, *ὁ θεὸς ἡμῶν, Deus noster*, & *σώσει ἡμᾶς, saluabit nos.* At in Hebræo est *elohechèm, Deus vester*; & *iosbagnachèm, saluabit vos.*

CAP. XXXVI. *v. 21.* Mandauerat enim rex. *Non addas pronomen* eis.

✠ Non est enim in Hebræo datiuus vllus; sed habetur: *chi mitsuath bammélech hi, quia præceptum regis illud,* id est, quia sic præceperat rex. Septuaginta: *διὰ τὸ προστάξαι τὸν βασιλέα μηδένα ἀποκριθῆναι, quia mandauerat rex neminem respondere.*

CAP. XXXVIII. *v. 14.* Responde pro me. *Non facilè scribas simplex* sponde *pro composito* responde.

✠ Vox Hebræa *gnarbeni* significat *sponde pro me*; aut sponde mihi, quomodo legit Montanus in interlineari, & Complutenses, Castrius, ac alij multi. Sed nostra lectio idem significat: responde pro me, sponsorem te pro me interpone.

V. 15. Quid dicam aut quid respondebit mihi cum ipse fecerit? *Nec omittas posterius* quid, *nec vertas in masculinum* quis. *Adhęc vt primæ personæ pronomen* mihi, *non est commutandum cum secunda* tibi; *ita nec tertiæ personæ verbum* fecerit, *cum prima* fecerim. *Hæc enim menda sunt in quibusdam codicibus.*

✠ In Hebr. est: *màh adabber, veamarli, ve hù gnasàh. Quid loquar? & dixit mihi, & ipse fecit.* q.d. quid plura? dixit seu promisit se sanaturum me, sanauit. Aut alio modo: Quid dicam? ipse est qui immisit hunc morbum, & fereda est patienter manus eius. Itaque in Hebręo non est *quid* secundo loco sed videtur subaudijsse interpres, & ad maiorem claritatem repetisse; Septuaginta habent in secunda persona: *De ipsa* (anima mea) *annunciatum est tibi, & suscitasti spiritum meum.*

CAP. XL. *v. 2.* Quoniam completa est malitia eius. *Non iudicarunt Correctores, pro* malitia, *corrigendum esse* militia, *id est, pro vocali prima scribendam esse tertiam.*

✠ Et tamen in Hebr. est *tsebaàh: militia eius.* Septuaginta: *ἐπλήσθη ἡ ταπείνωσις αὐτῆς, repleta est humilitas eius,* id est, humiliatio, deiectio, afflictio eius; quod sequutus Hieronymus, vertit *malitiam*, prout ea vox miseriam & calamitatem, qua plena est militaris vita, significat. Sensus est, Christi aduentu cessasse Synagogæ militiam, vt ea non amplius esset Ecclesia militans; & repletam esse malitiam, aduenisse vastationem illius.

V. 24. Et quidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum. *Non facilè mutandi sunt nominatiui isti casus numeri singularis, in alios.*

✠ In Hebræo tamen est: *Non plantati sunt, nec etiam sati, nec radicans in terra truncus eorum.* Septuaginta *non plantabunt, nec seminabunt, nec radicabitur in terra radix eorum.* Sed eadem est sententia: correctio autem nostra, est lectio Hieronymi.

CAP. XLI. *v. 2.* Sicut stipulam vento raptam. *Non præponas coniunctionem* &.

✠ Non enim pręponitur in Hebræo, licet apud Septuaginta præponatur.

V. 12. Et veluti consumptio homines bellantes aduersum te. *Nequaquam sunt nominatiui plurales* homines bellantes, *commutandi cum genitiuis singularibus* hominis bellantis.

✠ Sensus.n.est: qui pugnãt contra te, consumẽtur; vel erũt quasi res cõsumptæ. In Hebræo & Græco, sunt casus nominatiui.

V. 18. Aperiam in supinis collibus flumina. *Non facilè scribendũ est* supremis, *quod est summis, pro* supinis, *quod opponitur pronis.*

✠ Fit enim oppositio, inter montes & cãpos. Hebr. *shephaim* sunt loca editiora, hoc est colles supini.

V. 27. Primus ad Siõ dicet: Ecce adsunt. *Mendosè plerią; omnes libri scribũt* adsũ, *prima persona singulari, pro* adsũt *tertia plurali.*

✠ Hebr. *hinnè hinnam: ecce, ecce ipsi.* Lectio illa mendosa, videtur desumpta ex Septuaginta, qui hic legunt, *Ἀρχὴν Σιὼν δώσω, principium Sioni dabo.*

CAP. XLIII. *v. 14.* Propter vos misi in Babylonem. *Non mutes verbum simplex* misi *in compositum* emisi.

✠ Hebr. *shalàhti: misi,* Septuaginta vero habent in futuro, *ἕνεκα ὑμῶν ἀποστελῶ, propter vos mittam* i. vestri redimendi causa.

CAP. XLIV. *v. 16.* Et de medio eius carnes comedit. *Quod multi codices addunt* coxit & *ante* comedit, *superfluum est.*

✠ Non est enim illud *coxit* in Hebręo, sed assumptum ex 70. qui hic habẽt *ὤπτησεν, ἐν τοῖς ἄνθραξιν, coxit in carbonibus.* sæpe enim hi breuitatem Hebræi textus latiori paraphrasi explere solent.

CAP. XLV. *v. 9.* Væ qui contradicit fictori suo. *Non scribas* factori *à facio, pro* fictori *à fingo.*

✠ Hebr. enim est, *iotserò, plasmatori suo*; quod Septuaginta per vocem *κεραμέα figulum*, exponunt; & totus locus agit de plaste seu figulo luti, qua metaphora vocatur Deus qui hominem ex limo terræ finxit & formauit.

CAP. XLVI. *v. 11.* Vocans ab oriente auem. *Quidam, interpretandi causa, pro* auem, *id est, volucrem, scripserunt* iustum; *malè.*

✠ Habet enim Hebr. *gnaijt*, Græcorum textus *πετεινὸν, volucrem*; alitem.

CAP. XLIX. *v. 21.* Ego destituta & sola: & isti vbi erant? *Minimè interijciendum est aduerbium* hìc *inter* vbi *&* erant.

✠ Hebræa solum habent, *èlleh ephòh hèm, isti vbi ipsi?* sic Septuaginta, *οὗτοι δὲ μοι ποῦ ἦσαν & isti mihi vbi erant.*

V. 23. Vultu in terram demisso adorabunt te. *Non mutes accusatiuum* terram *cum datiuo* terræ.

✠ Hebr. est, *appàim èrets, facies terræ*; i. vsque ad faciem terræ; Septuaginta vero *ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς προσκυνήσουσί σοι: super faciem terræ adorabunt te.* i. proni & prostrati super terram.

CAP. L. *v. 5.* Retrorsum non abij. *Subest hic mendũ in autographo Romano, vbi excusum est tertia persona* abijt *pro prima* abij.

✠ Est enim Hebraicè in persona prima *lo nesúgti, non sum reuersus.* Septuag. *οὐκ ἀπειθῶ οὐδὲ ἀντιλέγω, non renuo, neq; contradico.*

V. 6. Et conspuentibus in me. *Non iudicarunt Patres omittendum* & in me.

✠ Maioris emphasis gratia. Hebraicè *micchelimmoth verók: ab ignominijs & sputo*: quibus nempe faciem Christi deturpabant. Septuaginta *ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων, ab ignominia sputorum.*

CAP. LIII. *v. 11.* In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos. *Nec futurum* iustificabit *vertendum est in præteritum, nec nominatiui singulares* iustus seruus meus *in accusatiuos plurales* iustos seruos meos.

✠ Sic enim habent Hebræa, sicut hęc correctio monet esse debere in Latino: *ijtsdik tsaddik gnabdi larabbim: iustificabit iustus seruus meus multos.* Septuaginta alia paraphrasi, eandem sententiam reddunt: *δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς: iustificare iustum bene seruientem multis.* i. iustitiam iusti saluatoris manifestare, quam multis impendit; qui minister fuit salutis humanę legerunt ergo in accusatiuo, iustificabit iustum seruum multorũ.

CAP. LIV. *v. 1.* Lauda sterilis quæ non paris. *Pro* lauda *est in multis libris* lætare, *sed à 72. & Apostolo Gal. 4 v. 27. acceptum.*

✠ Hebræũ est *ronni, lauda, preconiza.* Septuaginta, *εὐφράνθητι, letare* Et certe nulla laus est absque lætitia, nec lætitia absq; laude.

V. 9. Cui iuraui, ne inducerem aquas Noë vltrà suprà terram. *Nomen proprium* Noë *retinendum est, nec in eius locum surrogandum nomen appellatiuum* diluuij.

✠ Non est enim illud nomen diluuij in Hebręo aut Græco contextu, sed solùm, *aquæ Noë.*

CAP. LVII. *v. 9.* Et ornasti te regi vnguento. *Qui vulgò legitur casus ablatiuus nominis adiectiui* regio *a Patribus mutatus est in datiuum nominis substantiui* regi.

✠ Ita enim est in Hebræo: *vetashuri lamélech beshèmen, progressa es ad regem in oleo.* Ornasti te oleo, vt ita deliciosius placeres regi. Septuaginta hæc verba omiserunt.

CAP. LIX. *v. 4.* Sed confidunt in nihilo. *Pro ablatiuo* nihilo, *alij scribunt* nihili *indeclinabile.*

✠ Hebraicè est *gnal tóhu, super vanitate.* Septuaginta *ἐπὶ ματαίοις, in vanis* Illud *tohu* significat inanitatem, & vacuitatẽ, qualis cogitatur à nobis prima congeries materiæ creatæ à Deo producta de nihilo, priusquam habuisset formam & distinctionem.

V. 9. Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia. *Pronomina primæ personæ* nobis *&* nos, *mutanda non sunt in secundæ personæ pronomina* vobis *&* vos.

✣ Hebræa habent pronomina primæ persona, *mimmennu, à nobis, tasbiꝛ énuu, apprehendet nos.* Septuaginta, vtuntur pronominibus personę tertiæ, ἀπέστη ἡ κρίσις ἀπ' αὐτῶν, καὶ μὴ καταλάβῃ αὐτοὺς δικαιοσύνη. *recessit iudicium ab eis, & non apprehendat eos iustitia.*

CAP. LX. *v.* 5. Et mirabitur & dilatabitur cor tuum. *Non est omittendum prius &.*

✣ Quia habetur in Hebræo, & Gręco.

V. 20. Et complebuntur dies luctus tui. *Caue scribas* luminis *siue lucis, pro* luctus, *quod est mœroris.*

✣ Hebr. *iemè eblèch : dies luctus* seu mæroris *tui*, & Septuaginta ἡμέραι τοῦ πένθους σου, *dies luctus tui.*

CAP. LXI. *v.* 7. Laudabunt partem suam. *Correctores dederunt pronomen reciprocum* suam, *pro eo quod alij legunt* eorum.

✣ Hebr. *Hhelkàm,* partem eorum. Sed apparet ex sensu, esse explicandum per reciprocationem. Hebræi enim carent reciproco pronomine. Iustinus martyr putat hunc locum apud Septuaginta corruptum fuisse à Iudæis, quia nimis clare videbantur Septuaginta expressisse lętitiam fidelium Christianorum post persecutiones toleratas.

CAP. LXII. *v.* 2. Quod os Domini nominabit. *Non mutes futurum* nominabit *in præteritum* nominauit.

✣ Hebręum enim est in futuro, *ijkkobènnu; declarabit.* Et Septuaginta ὀνομάσει *nominabit.*

V. 4. Sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua Inhabitata. *Caue scribas verbum* inhabitabitur *pro participio* inhabitata: *participium enim est huius loci, verbum verò eius loci, vbi sequitur hoc ipso versu:* Quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur.

✣ Priore loco est in Hebr. participium *shemamàh, desolata,* non habitata, deserta. Posteriore vero est futurum, *tibagnèl;* possidebitur, maritabitur, habebit maritum Dominum & possessorē, qui eam diligenter ornabit & colet. Sic apud 70. priore loco est participium, καταλελειμμένη, *derelicta* : in posteriori verbum futuri temporis συνοικισθήσεται, *cohabitabitur,* à multis incolis concorditer possidebitur.

V. 9. Quia qui congregant illud, comedent. *Non mutes præsens* congregant *in futurum* congregabunt.

✣ Hebr. enim est præsentis temporis *Meassphau iochelùhu: cōgregantes* (.i. qui congregant) *comedent illud.* Sic etiam Septuaginta, οἱ συναγαγόντες, *congregantes, qui congregant.*

V. 10. Eligite lapides. *Non præponas his verbis* & *coniunctionem.*

✣ Non enim prefigitur illis in Hebręo.

CAP. XLIII. *v.* 4. Annus redēptionis meæ venit. *Retinēda est vox* redēptionis *à redimo, non substituenda* retributionis *à retribuo.*

✣ Hebræa prout nunc habent puncta, *shenàth gheulaj, annus redemptorum meorum;* sed potest alijs punctis suffixis, esse *redemptionis meæ;* quamquam idem est sensus annus enim redemptionis Christi, erat annus eorū quos ipse redemit. Septuaginta absolutè habent, ἐνιαυτὸς λυτρώσεως πάρεστι, *annus redemptionis adest.*

V. 10. Et afflixerunt spiritum sancti eius. *Non mutes genitiuum* sancti *in accusatiuum* sanctum.

✣ Hebræa nunc habent *ruahh kodhshò : spiritum sanctitatis eius,* quod idem est, ac *spiritum sanctum eius;* sed Hieronymus legebat alijs punctis *ruahh kedoshò ; spiritum sancti eius.* i. Christi Domini animam. Septuaginta autem legunt, παρώξυναν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῦ, *exacerbauerant spiritum illum sanctum illius;* quod habet eundem sensum.

CAP. LXIV. *v.* 6. Et facti sumus vt immundus omnes nos. *Nec hic mutes numerum singularē* immundus *in pluralē* immundi.

✣ Hebraicè enim est in singulari. *nehi cattamè culánu* : & *simus vt contaminatus, omnes nos.* Septuaginta vero in plurali : ἐγενήθημεν ὡς ἀκάθαρτοι πάντες ἡμεῖς; *facti sumus vt impuri omnes nos.*

CAP. LXV. *v* 6. Et retribuam in sinum eorum. *Pro* sinum, *caue scribas addita* g *litera,* signum.

✣ Hebr. *Gnàl hhekàm, in sinum eorum,* eodemque modo Septuaginta, εἰς τὸν κόλπον, *in senum.*

V. 16. Et quia absconditæ sunt ab oculis meis. *Non est mutandum pronomen* meis *in* nostris.

✣ Hebr. *Nisterù megnenàj, abscondent se ab oculis meis.* Septuaginta retulerunt ad ipsos fideles: οὐκ ἀναβήσεται αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν. *non ascendet* (memoria priorum dolorū) *in cor ipsorum.*

V. 22. Electi mei non laborabunt frustra. *Alij sic distinguunt, vt* electi mei, *non inchoet hanc periodum, sed finiat præcedentem.*

✣ Sic enim distinguitur textus Hebræus quem à Masoretis habemus: nàm post *Behhirai electi mei*, ponunt accentum *soph pasuc* qui versum & periodum finit perfectè. At Septuaginta, in Gręco textu, sic distinguunt vt nostra habet lectio.

V. 25. Leo & bos comedent paleas. *Non præponas coniunctionem* & *voci* leo.

✣ Est tamen Hebr. *veariēh cabakar iochàl tèben, & leo vt bos comedet paleam;* Quomodo etiam habent Septuaginta, καὶ λέων ὡς βοῦς φάγεται ἄχυρα, *& leo quasi bos comedet paleas.* Sensus idem est, sed noster interpres vitare voluit polysyndeton, multitudinem copulatiuarum; nisi forte legendum sit, *leo vt bos,* prout est in Hebræo.

CAP. LXVI. *v.* 6. Vox populi de ciuitate. *Non substituas* fremitus *pro* populi.

✣ Hebraicè est, *kol shaòn, vox fremitus;* & Septuaginta habent φωνὴ κραυγῆς, *vox clamoris;* nimirum quem populus trepidus irrumpentibus hostibus extollet.

V. 17. Post ianuam intrinsecus. *Non facile corrigas* vnam *pro* ianuam, *quod multi faciūt: qua de re Notationes nostræ legi possunt.*

✣ Quamuis enim in Hebræo sit, *ahhàr ahhàdh, post vnam;* quia tamen subintelligitur, *ianuam,* ideo S. Hieronymus transtulit *post ianuam,* secutus. Septuaginta qui habent, ἐν τοῖς προθύροις *in ianuis,* seu vestibulis.

V. 19. In Africam & Lydiam, tendentes sagittam. *Insignis correctio, qua scriptum est* tendentes *à tendo tertiæ coniugationis, pro* tenentes *à teneo secunda.*

✣ Hebraice est, *moshechè késheth, trahentes arcum;* quod idē est, nam qui trahit arcum ipsum prius tendit, & eo tractu etiā tendit sagittam. 70. legunt *Mosoch,* pro quo Hieronymus in commentario dicit cęteros interpretes vertisse, *tendentes arcum.*

IEREMIAS.

CAP. I. *v.* 14. Ab Aquilone pandetur malum. *Voci* malum *non addas* omne.

✣ Non est enim in Hebræo; nec in Gręco, vbi tamen. 70. dicunt in plurali, ἐκκαυθήσεται τὰ κακά. *exardescent mala.*

V. 18. Et sacerdotibus & populo terrę. *Nec hic* omni *voci* populo.

✣ Nec enim additur in Hebręo aut Gręco contextu.

CAP. II. *v.* 37. Et nihil habebis prosperum in ea. *Correctores merito addiderunt* in ea, *quod alij omittunt.*

✣ Nempe in spe & confidentia, quam eoncepit. Hebr. *bahèm, in eis;* Septuaginta autem, οὐκ εὐοδωθήσῃ ἐν αὐτῇ, *non prosperaberis in ea.*

CAP. III. *v.* 1. Tamē reuertere ad me dicit Dominus, & ego suscipiam te. *Addiderunt Correctores* & ego suscipiam te, *ex pluribus libris manuscriptis, quamquam Hebraicè non legatur.*

✣ Vt nec Græcè: sed sententia videtur hęc verba requirere: inducit enim ad reuertendum, promissa reconciliatione.

CAP. IV. *v.* 1. Si reuertèris Israel. *Preferendum est* reuertèris, *ei quod in alijs libris est* conuertèris.

✣ Est enim Hebraicè *tashùb, redibis,* seu reuerteris. Septuaginta vero habent ἐὰν ἐπιστραφῇ, *si conuersa fueris.*

V. 3. Dominus viro Iuda & Ierusalem. *Non addas* habitatori *ante* Ierusalem, *hoc quidem loco.*

✣ Non est enim in Hebræo, sed desumptum in alijs exemplaribus ex Græco. Septuaginta τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλήμ; *inhabitantibus Jerusalem.*

V. 8. Quia nō est auersa ira furoris Domini à nobis. *Retinendū est pronomen primæ personæ* nobis, *non substituēdum secundæ,* vobis.

✣ Illud à vobis, est interpretamentum Septuaginta interpretum, οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς κυρίου ἀφ' ὑμῶν. Non est auersus furor Domini à vobis. At in Hebręo est, *mimènnu, ab eo,* nempe, Domino; q d. non recessit à Domino ira ipsius, nondum deposuit iram contra nos commotam.

V. 12. Et nunc ego loquar iudicia mea cum eis. *Correctores indicarunt omittendam coniunctionem* sed, *quam plerique omnes libri collocant inter* ego *&* loquar.

✣ Hebręa enim non habent aduersatiuam particulam, nec aliam ei similem: *gnattàh gam ani adabbèr, nunc etiam ego loquar.* Septuaginta vero habent νῦν δὲ ἐγὼ λαλῶ, nunc autem ego loquor.

V. 16. Dicite gentibus: Ecce auditum est. *Pro* dicite gentibus, *pleraque omnia manuscripta legunt* concitate gentes.

✣ At Hebraicè est, *Hazchiru legoijm, memorate gentibus,* quod est, dicite, notum facite ad perpetuam rei memoriam; Et Septuaginta habent ἀναμνήσατε ἔθνη, commonefacite gentes, seu recordari facite, memori mente tenete. Verior ergo est correctio.

V. 31. Vox filię Sion intermorientis expandentisque manus suas. *Retinendi sunt genitiui singulares* intermorientis expandentisque. *non supponendi accusatiui plurales, distracto priore vocabulo in duo,* inter morientes expandentesque.

✣ Genitiui enim casus magis explicant hæc omnia ad ipsam Sionem pertinere; non quasi Sion inter alias nationes aut vrbes lugeret. Hebr. verbatim est: *audiui vocem quasi primo parien-*

parientis, vocem (inquam) *filiæ Sion,* (quæ) *lamentabitur & expandet volas suas*. Septuaginta quasi alloquerentur ipsam Sion, dicunt: φωνὴν ὡς ὠδινούσης ἤκουσα τοῦ στεναγμοῦ σου, ὡς πρωτοτοκούσης. *Vocem quasi parturientis audiui gemitum tuum quasi primo parientis*. Noster ergo breuiori ambitu verborum expressit elegãter totam sententiam: vna metaphora mulieris *intermorientis*, hoc est, in angustijs mortalibus dolorifici partus positæ, explicuerũt illud totum, *vocem quasi primipara, & vocem lamentantis*.

CAP. V. *v. 8.* Equi amatores. *Quod sequitur in multis libris* in fœminas, *Patres censuerunt superfluere.*

✤ Hebræa habent, *sosim meuzanim, equi saginati,* qui videlicet maxime petulantes esse solent. Septuaginta autem expressius, ἵπποι θηλυμανεῖς, *equi furentes in fœminas*; à quibus in textum nostrum irrepsit illud *in fœminas*, merito igitur per correctores sublatum.

V. 25. Iniquitates vestræ declinauerunt hæc, & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. *Pronomina secundæ personæ non sunt mutanda in personam primam,*

✤ Sic enim verbatim habent Hebræa; quemadmodum & Septuaginta.

CAP. VI. *v. 26.* Quia repentè veniet vastator super nos. *Hic è contrario non est pronomen primæ personæ* nos, *conuertendum in secundæ* vos.

✤ Hebr. *gnalenu, super nos.* At Septuaginta mutarunt in secundam, ἐξαίφνης ἥξει ταλαιπωρία ἐφ' ὑμᾶς, *subito veniet calamitas super vos.*

V. 28. Æs & ferrum. *Non est præponendum aduerbium similitudinis* vt.

✤ Neque enim habetur in Hebręo aut Græco particula comparatiua; sed absolute enunciatur per metaphoram, vt si vocasset eos ænea & ferrea corda.

CAP. VII. *v. 5.* Quoniam si benè dixeritis vias vestras. *Non scribas vnicam vocem* benedixeritis, *pro duabus* benè dixeritis.

✤ Heb. est, *im hetib tetibu, si bonas faciendo, bonas feceritis vias vestras*. Quid si ergo pro *dixeritis*, hic scribendum fuerit *direxeritis?* Nam 70. certe sic transtulerunt: ἐὰν διορθοῦντες διορθώσητε τὰς ὁδοὺς, *si dirigentes direxeritis vias*.

V. 7. A seculo & vsque in seculum. *Non auferas coniunctionẽ* &.

✤ Adest siquidem in Hebr. *le min gnolam vegnadh gnolàm*, & in Græco, ἐξ αἰῶνος καὶ ἕως αἰῶνος, *à sæculo & vsque in sæculum*.

V. 24. Sed abierunt in voluntatibus. *Retinenda est vox* voluntatibus, *id est, desiderijs, non substituenda* voluptatibus, *mutata liquida* n *in mutam* p.

✤ Hebræa enim sunt, *bemignasboth bishriruth libbàm, in consilijs obstinationis cordis sui*. Et 70. ἐν τοῖς ἐνθυμήμασι τῆς καρδίας *in cogitationibus cordis*.

V. 34 In desolationem enim erit terra. *Accusatiuus* desolationem *non est commutandus cum ablatino.*

✤ Nam est significatio accusatiui tam in Hebræo; *lehhorbah,* quam in Gręco εἰς ἐρήμωσιν: quasi, ab amęnitate habitationis populosæ, conuertetur in eremum desolatam.

CAP. VIII. *v. 1.* Eijcient ossa regum Iuda. *Legendum est numero plurali* regum, *non singulari* regis.

✤ Sic enim Hebr. *gnatsmè malchè iuda, ossa regum Iuda*; vt & Græca: τὰ ὀστᾶ τῶν βασιλέων.

CAP. IX. *v. 2.* Quia omnes adulteri sunt, cœtus præuaricatorum. *Non interponas coniunctionem* &.

✤ Nec enim interponunt Hebræa, nec Gręca.

V. 17. Hęc dicit Dominus exercituum Deus Israel. *Alij libri omittunt* Deus Israel.

✤ Nec enim habet Hebræus contextus: nec editio. 70.

Ibidem. Et vocate lamentatrices & veniant. *Non mutes posteriui & in* vt.

✤ Sic enim Hebræa, *vteboénah*, & Græca, καὶ ἐλθέτωσαν, & veniant.

V. 19. Quoniam deiecta sunt tabernacula nostra. *Legendum est* deiecta, *quod est, diruta, potiùs quàm* deserta, *quod est, derelicta*.

✤ Hebræa vox *hishlichu, proiecerunt*, potest vtrumuis significare, vel *deiecta*, seu diruta; vel *abiecta*, seu deserta & derelicta. Et præcessit *gnazábhnu érets, dereliquimus terram*; nimirũ, quia hostes deiecerunt tabernacula nostra; quamquam legi potest, *proiecerunt* (nos) è tabernaculis nostris; nam vox *mishchenothénu* vtrumque significat: prima enim syllaba potest esse præpositio *ex*, vel syllaba hemantica.

V. 25. Ecce dies veniunt. *Præsens præferendum est futuro* venient.

✤ Præsens euidentiùs significat certitudinem prophetiæ: ideoq; Propheta eo vsus est: *iamim baim, dies venientes*; i. veniũt. Et Septuaginta pariter, ἡμέραι ἔρχονται, dies veniunt.

CAP. X. *v. 18.* Et tribulabo eos ita vt inueniantur. *Plerique libri interijciunt* non *inter* vt *&* inueniantur, *sed temere.*

✤ Hebræa enim affirmant, *lemágnan ijmtsáu, ita vt inueniant s.* eos angustiæ, seu tribulationes; vel vt inueniantur à tribulatione; vt comprehendantur ab afflictione. Septuaginta, ὅπως εὑρεθῇ ἡ πληγή σου: *vt inueniatur plaga tua*; id est, manifesta fit & patens.

CAP. XI. *v. 12.* Et clamabunt ad deos quibus libant. *Malè plerique libri, pro* deos *nomine, scribunt* eos *pronomen.*

✤ Nam in Hebræo est expresse *èl haélohim*. Et Græcè, πρὸς τοὺς θεοὺς: ad Deos.

V. 13. Et secundum numerum viarum Ierusalem. *Non addas pronomen* tuarum *nomini* viarum.

✤ Non enim additur in Hebr. aut Græco.

V. 18. Tunc ostendisti mihi studia eorum. *Caue commutes aduerbium* tunc *cum pronomine* tu.

✤ Nam Hebr. est *az hiritanj, tunc fecisti me videre*. Et Græcè, τότε εἶδον, *tunc vidi*, studia eorum.

CAP. XIV. *v 14.* Et diuinationem & fraudulentiam. *Non est mutandum substantiuum* fraudulentiam, *in adiectiuum* fraudulentam, *omissa coniunctione, hoc modo:* Et diuinationẽ fraudulentã.

✤ Siquidem in Hebræo sunt substantiua omnia; vt etiam in Græco.

V. 18. Propheta quoque & sacerdos. *Correctores emendarunt* quoque *pro* namque.

✤ Est quidem in Hebręo causalis cum copulatiua; *chi gam nabi gàm cóhen, quia etiam propheta, etiam sacerdos*; sed illa causalis non habet ibi vim inferendi, sed consequutionis & connexionis; eodemque modo Septuaginta: ὅτι ἱερεὺς καὶ προφήτης, quia sacerdos & propheta; i. etenim etiam primores in captiuitatem ducti sunt, & non soli plebeij.

CAP. XVII. *v. 9.* Prauum est cor omnium & inscrutabile. *Insignis correctio, qua vox* omnium, *posita pro super omnia, restituta est in locum vocis* hominis, *quæ vulgò legitur.*

✤ Hebr. *gnakòb halléb miccòl, supplantatiuum est cor prę omnibus*; inter omnia nihil magis fraudulentũ. Et Septuaginta, βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα: *profundum cor hominis super omnia*: quasi, nihil est profundus.

CAP. XX. *v. 17.* Qui non me interfecit à vulua. *Non commutes relatiuum* qui *cum coniunctione* quia.

✤ Hebr. *Asher lo mothtani, qui non interfecit me*; quamquam eadem vox *asher* possit exponi per *quia*, quomodo exposuerunt 70. ὅτι οὐκ ἀπέκτεινέ με: *quia non interfecit me.*

CAP. XXIII. *v. 10.* Quia adulteris repleta est terra. *Non mutes adiectiuum* adulteris *in substantiuum* adulterijs.

✤ Hebr. *menaaphim, adulteris*, in concreto; non abstractum vitij. Omissa sunt in Gręco forte malitia Iudæorum, qui Græca corruperunt ne hæc infamia illorum patribus obijceretur.

V. 13 Prophetabunt in Baal. *Non præponas* & *coniunctionem.*

✤ Sicut nec Hebr. nec Græcè præponitur.

V. 14. Vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij. *Pro genitiuo participij* adulterãtiũ, *quidam codices scribunt nominatiuũ nominis* adulterium.

✤ In Hebræo nõ est vox *similitudinis* sed infinitiui casus verborum, *náoph ve haloch bashéker.* adulterare, & ambulare in mẽdacio, 70. μοιχωμένους καὶ πορευομένους ἐν ψεύδεσι. *adulterantes & ambulantes in mendacijs*. Pro voce autem similitudinis, est in Heb. *shagnaruràh*, turpitudinem, seu fœditatem; & Græcè φρικτὰ, *horribilia*; In textu Hieronymi commentarijs adiuncto, legitur vtrumque, *similitudinem (siue horribilia) Shagnar* Hebr. etiam æstimare significat, seu existimare.

V. 19. Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur. *Non est mutandum futurum in præsens* egreditur.

✤ Licet Heb. sit *iatseah, egressa est*, tamen significatio est futuri temporis, propter sequens futurum, *iahhòl, manebit*, cui cõnectitur quapropter futurum hic posuit Pagninus: licet 70. habeant in præsenti, ἐκπορεύεται egreditur.

V. 33. Dices ad eos: vos estis onus. *Correctores clarè emendarunt* Vos estis onus *(nam & LXX. ad hunc modum verterunt) pro eo quod multi codices legunt.* Vt quid vobis onus?

✤ Prout nunc habetur in Hebræo iuxta Masoretarum, scriptionem, *eth mah massà*: exponitur, *vt quid onus?* quorsum vobis prophetiam comminandam vaticinabor, qui non curatis? At 70. (qui cum Hieronymo transferunt ὑμεῖς ἐστε τὸ λῆμμα, *vos estis assumptio*. i. vos estis contra quos assumam prophetiam) legerunt, vt & Hieronymus videtur legisse, aliter quam masoretę, nempe, *atèm hammassa. vos onus*, seu pondus estis; atque ita potest legi, si tollantur puncta masoretarum addititia, quæ non sunt de substantia textus sacri.

CAP. XXV. *v. 20.* Et Ascaloni & Gazæ. *Retinendus est datiuus* Ascaloni, *non mutandus in genitiuum.*

✤ Hebręa enim habent signa datiuorum. *eth Ascalon, ve eth gnaZza, ad Ascalonem & ad Gazam.*

CAP. XXVI. *v. 18.* Et mons domus in excelsa siluarū. *Veci* domus *non addas* Domini.

✠ Non additur in Hebr. nec apud 70.

V. 19. Itaque nos facimus malū grande contra animas nostras. *Pro* nos facimus, *alij scribunt* non faciamus; *sed minus rectè.*

✠ Sic est in Hebræo, vt habet correctio *veanâbhnu gnosim ragnàh; & nos facientes* (.i. facimus) *malum.* At 70. habent in præterito, καὶ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν, *& nos fecimus mala*, ideoque patienter feramus prophetæ comminationes. Sed prior sensus nostræ & Heb. editionis est: male facimus, qui prophetam corripientē affligimus.

CAP. XXIX. *v. 1.* Et hęc sunt verba libri quem misit Ieremias. *Patres correxerunt,* quem *scilicet librum, pro eo quod alij minus sincerè legunt* quæ *scilicet verba.*

✠ Septuaginta quidem legunt, λόγοι τῆς βίβλου οὓς ἀπέστειλεν, sermones libri illius quos misit. Et Hebræa possunt ita exponi: quia relatiuum *asher* potest referri vel ad *libri*, vel ad *verba*: sed immediatius in Hebræo refertur ad *librum*, & melius dicitur *librum* misisse, quam *verba libri.*

V. 15. Suscitauit nobis Dominus prophetas in Babylone. *Et hic correxerunt* suscitauit *præterito tempore, pro futuro* suscitabit.

✠ Hebr. *hékim lánu: suscitauit nobis*, sunt enim verba captiuorum iactantium, quod etiam in captiuitate positi haberent prophetas; non autem promittentium sibi prophetas in futuro. Sic & 70. κατέστησεν ἡμῖν, *constituit nobis.*

CAP. XXX. *v. 7.* Et ex ipso saluabitur. *Præstat legere neutro genere* ipso, *scil. tempore quod proximè præcedit, quàm fœminino genere* ipsa, *scil. die.*

✠ Tum quia ita exponunt Septuaginta χρόνος στενὸς ἀπὸ τούτου σωθήσεται, *tēpus luctuosum ab ipso saluabitur*; tū quia totū illud *tēpus angustiæ* est antecedens istius relatiuū *ipso*, & nō angustia; multo minus *dies* inter quam vocem & relatiuum, interijcitur, *tempus.*

CAP. XXXI. *v. 6.* Custodes in monte Ephraim. *Quod quidam adijciunt* in montes Samarię, *superfluum est.*

✠ Quia non habetur in Hebræo.

V. 8. Prægnans & pariens. *Non preponas* & *voci* prægnans.

✠ Nec enim præponitur in Hebræo.

V. 9. Et in misericordia reducam eos. *Quidam libri, pro* misericordia, *legunt* precibus.

✠ Hebr. *betahhanunim* in misericordijs. 70. verò, ἐν παρακλήσει, *in consolatione.*

V. 32. Quod pepigi cum patribus eorum. *Non mutes pronomen tertiæ personæ* eorum *in secunda* vestris.

✠ Est enim Hebr. *eth abothâm, cum patribus ipsorum.* Vt etiam 70. τοῖς πατράσιν αὐτῶν, *patribus ipsorum.*

V. 39. Et exibit vltra norma mensuræ. *Nominatiuus* norma *non est mutandus in accusatiuum* normam.

✠ Illud enim *vltrà* non est præpositio accusatiui casus; sed aduerbialiter significat idem quod *amplius, vlterius.*

V. 40. Et omnem vallem cadauerum & cineris. *Patres optimè emendarunt* cineris *casu genitiuo numeri singularis, pro eo quod aly scribunt numero plurali* cineres.

✠ Hebraicè enim ponitur in regimine genitiui, cum signo illius casus: *hagnémek happegarim vehaddéshen, vallem cadauerum & cineris*, & ita transtulit Pagninus.

Ibidem. Vsque ad torrentem Cedron, & vsque ad angulum portę equorum orientalis. *Nequaquam postponendus est* torrens Cedron *portæ equorum, quod faciunt quidam libri.*

✠ Correctio enim nostra retinet ordinem collocationis quæ est in Hebræo, quemadmodum & Septuaginta.

CAP. XXXII. *v. 12.* In oculis testium. *Hic non est preponenda coniunctio* &, *vt mox non est omittenda vbi dicitur.* Et in oculis omnium Iudæorum.

✠ Correctio enim hæc respondet Hebr. quę prius ibi ponūt, nec posterius omittunt. Similiter & Græca.

V. 24. Et vrbs data est in manus Chaldæorum. *Redundat quod quidem libri subijciunt* & in manus regis Babylonis.

✠ Cum nec sit in Hebræo, nec apud Septuaginta.

V. 36. De qua vos dicitis quod tradetur. *Melius est futurum indicatiui* tradetur, *præsenti coniunctiui* tradatur.

✠ In Hebr. *mittenáh*; quod indifferēs est ad præsens & futurū; at 70. habēt vt correctio monet, in futuro, παραδοθήσεται, *tradetur.*

CAP. XXXIII. *v. 14.* Ecce dies veniunt. *Hoc loco melius est præsens* veniunt, *quàm futurum* venient.

✠ Hebrȩa enim habēt in prȩsenti tempore, *iamim baim, dies venientes.* i. veniunt.

V. 16 Et Ierusalem habitabit confidenter. *Caue ne pro nomine ciuitatis* Ierusalem, *supponas nomen decem tribuum* Israel, *quod non est huius loci, sed suprà 23. v. 6.*

✠ Hoc ergo loco in Hebræo, solum ponitur Iuda & Ierusalem. Israelis nulla fit mentio.

CAP. XXXVI. *v. 13.* Quæ audiuit legente Baruch. *Pro* legente *ablatiuo absolutè posito, non est substituendus accusatiuus* legentem.

✠ In Hebræo, post *audiuit*, est *athnâth*, seu colon mediam faciens distinctionem: hoc modo, *asher shamang: bikrò Baruch bassépher: quæ audiuit; in legendo Baruch*, seu dum legeret Baruch, aut legente ipso Baruch *in libro.*

CAP. XXXVIII. *v. 6.* Et submiserunt Ieremiam funibus in lacum in quo non erat aqua. *Non preponas præpositionem* in *nomini* funibus, *nec coniunctionem* & *nomini* lacum, *accusatiuo mutato in ablatiuum, sublatoq; eo quod sequitur* in quo: Et in lacu nō erat aqua. *Prior enim lectio & certior & clarior est.*

✠ Hebr. *submiserunt Ieremiam funibus, in lacu autem non erat aqua*; vel *& in lacu, sine aqua.*

V. 11. Et antiqua quæ computruerant. *Adiectiuo* antiqua *non addas substantiuum* vestimenta.

✠ Hebr. *beloué hashhaboth, vbbloué melabhim; vetera tractionum, & vetera corruptiuum.* i. veteramenta trita & putrida. Septuaginta, παλαιὰ ῥάκη, καὶ παλαιὰ σχοινία: *veteres pannos & veteres funiculos.* Itaque quod Hebr. est, vetera tractionum, ipsi dixerunt, veteres funiculos, quibus trahi quid potest, aut extrahi; ῥάκη, sunt panni triti.

CAP. XXXIX. *v. 13.* Et Nabusezban & Rabsares. *Prius nomen non est distrahendum in duo* Nabu & Sesban, *quod quidam faciunt: nec vltima illius litera est zeta, sed* n *liquida.*

✠ Sunt enim illa nomina duo tantum in Hebræa, & nō tria: licet composita per *maccaph*, seu virgulam subunionis, *Nabusezbau, & Rabsares.*

CAP. XL. *v. 11.* Et in filijs Ammon. *Non scribas* finibus *quod est terminis, pro* filijs.

✠ In Hebr. *bibhnè gnamon*, in *filijs Amon.* Idem quidem significatur, si dixeris in terminis seu finibus Ammonitarum. Sed textus habet in filijs.

CAP. XLI. *v. 7.* Ipse & viri qui erant cum eo. *Non mutes singulare* ipse *in plurale* ipsi.

✠ Videlicet ipse Ismael, & qui cum eo venerant.

CAP. XLII. *v. 1.* Et Iezonias filius Osaiæ. *Non est scribendū* Osiæ *vel* Iosiæ *pro* Osaiæ; *sicut nec infra XLIII. v. 2. vbi legitur.* Dixit Azarias filius Osaię.

✠ Sunt enim diuersa nomina Hebr. *Hoshagniahu, Osaias:* quod hic habetur: & *vzziáhu*; quod est *Ozias.*

CAP. XLIV. *v. 1.* Verbum quod factum est per Ieremiam ad omnes Iudæos. *Plerique libri habent duplex* ad, *Correctores prius mutarunt in* per.

✠ Ita enim clarius exprimitur: Hebræa habent vtrobiq; *el, ad.* Septuaginta: λόγος γενόμενος πρὸς Ἱερεμίαν ἅπασι τοῖς Ἰουδαίοις. *Sermo factus ad Ieremiam omnibus Iudæis.* i. vt omnibus Iudæis annunciaretur.

V. 4. Abominationis huiuscemodi quam odiui. *Non omittas postrema hæc verba* quam odiui.

✠ Sunt enim in Hebr. *asher sanéti, quam odi.* Et in Gręco ἃς ἐμίσησα, *quam odio habui.*

V. 9. Et mala vxorum eius. *Non mutes singulare* eius *in plurale* eorum.

✠ Nam in Hebręo est *nasau. vxorum eius.* i. vniuscuiusq; regū Iuda. Sed in 70. editione habetur καὶ τῶν ἀρχόντων ὑμῶν, & principū vestrorum. Pro *nasau*, enim, quod significat vxores seu *mulieres eius*, legerunt *nesiau*, principum eius.

V. 13. Et visitabo super habitatores terrę Ægypti. *Non omittas præpositionem* super.

✠ Est enim in Hebræo, *gnal hajoshebim, super sedentes seu habitantes.* Septuaginta ἐπὶ τοὺς καθημένους, *super sedentes.*

CAP. XLVI. *v. 6.* Non fugiat velox. *Alij libri habent futurum indicatiui* fugiet.

✠ Hebr. est futurum: *al ianūm hakkal.* non fugiet leuis, seu celer aut velox, qui nullo pondere grauatur. Sed futurum apud Hebręos sæpius habet vim imperatiui. 70. habent in imperatiuo μὴ φευγέτω ὁ κοῦφος, *non fugiat leuis*, velox.

CAP. XLVIII. *v. 15.* Et ciuitates eius succiderunt. *Correctores emendarunt* succiderunt, *quod est, exciderunt, subuerterunt, pro eo quod quidam legunt* succenderunt, *quidam* ascenderunt.

✠ Hebr. *vegnarêjah gnaláh, & ciuitates eius ascendit.* i. vnaquęq; ciuitatum eius ascendit per incendia & fumum, ac fauillas, aut, vnamquamq; ciuitatum eius ascendit hostis, eamq; succidit; quod correctores sequuti sunt vt minus longè petitum.

V. 18. Quoniam vastator Moab ascendit ad te, dissipauit munitiones tuas. *Præterita non sunt in futura mutanda,* ascendet, dissipabit.

✠ Sunt enim Hebr. præterita, non futura.

V. 34. A Segor vsque ad Oronaim vitula conternante, *Casus sexti* vitula conternante, *haudquaquam mutandi sunt in quartos* vitulam conternantem: *sicut nec* conternante, *quod est tertium* annum

annum agente, deprauandum est, addita f litera consternante. *Simile Isa. 15. v. 5.*

✣ Est enim epithetum vrbis *Segor*, quia ponitur hic in ablatiuo, & non vrbis *oronaim*, quæ ponitur in accusatiuo. Segor vrbs Pentapolis in loco amœnissimo sita, & propterea velut vitula triennis lasciuiens præ abundantia delitiarum. Septuaginta, ἀγγελίαν σαλασίαν; nimirum retinuerunt, ipsa vocabula Hebrea *gneglath shelishiah*, tanquam essent vrbium appellationes; quum significet (vt nostra habet translatio) *vitulam triennem*.

V. 36. Propterea cor meum ad Moab quasi tibiæ resonabit. *Retinendus est numerus pluralis* tibiæ, *non substituendus singularis* tibia, *nec addendum nomen* æris.

✣ In Hebræo *cabbalilim quasi tibia*; nec additur quicquam, quod loco æris possit accipi 70. ὥσπερ αὐλοὶ βομβήσουσι, *quasi tibiæ bombos dent.*

V. 45. Et flamma de medio Seon. *Caue ne scribas* Sion *arcem Ierosolymitanam, pro* Seon *rege Amorrhæorum.*

✣ Heb. *mibben sihhon, ab inter* (è medio) *Sihon.* 70. ἀπὸ μέσου σηών, *è medio Seon.*

Sequitur: Et deuorabit partem Moab. *Non mutes futurum in præteritum* deuorauit.

✣ Hebr. in futuro. *Wattocal; & deuorabit.* At. 70. habent κατέφαγεν *deuorauit.*

CAP. XLIX. *v. 2.* Et erit in tumulum dissipata. *Patres correxerunt* tumulum, *quod est, colliculum, pro eo quod vulgo legitur, addita* t *litera,* tumultum, *id est turbam.*

✣ Heb. *letal*; in tumulum, vel cumulum, vel aceruum. Textus Latinus etiam Complutensis habet *tumulum.*

V. 6. Et post hæc reuerti faciam captiuos. *Voci* captiuos *non præponas* fugientes &.

✣ In Hebr. est simpliciter, *shebuth* captiuitatē; & in Græco αἰχμαλωσίαν, eodem sensu.

Vers. 29. Formidinem in circuitu. *Non subijcias pronomen* eius.

✣ Nec enim habetur in Hebræo.

V. 35. Et summam fortitudinem eorum. *Legendum est nomen* summam, *constans duplici* m *medio, non verbum* sumam, *futurum à sumo.*

✣ Hebr. *reshith gheburatham, principium potentiæ eorum*; quomodo habent etiam Græca, τὴν ἀρχὴν δυναστείας αὐτῶν, principium, aut principatum dominationis seu potentiæ eorum. Complutenses etiam habent *summam.*

CAP. L. *v. 12.* Deserta, inuia, & arens. *Non præponas* & *coniunctionem voci* deserta.

✣ Non enim præponitur in Heb. aut Græco.

V. 19. Et pascetur Carmelum & Basan. *Scribendum est accusatiuo casu* Carmelum, *non nominatiuo* Carmelus.

✣ Id est, erit rursus in locum pastionis armentis & animalibus. 70. νεμήσονται ἐν τῷ καρμήλῳ: *pascentur in Carmelo.* Latinus contextus Complutensium habet vt nostra correctio *pascetur Carmelus.*

V. 39. Propterea habitabunt dracones cum faunis ficarijs. *Duplex mendum hinc sublatum est fœlicissima Romanorum Patrum diligentia. Vnum, quo pro* faunis (*quod nomen est dæmonum siluestrium, apud Ethnicos, affinium Satyris*) *scribebatur* fatuis, *id est, stultis: alterum, quo legebatur* ficarijs, *à fica quod genus est gladij, pro* ficarijs, *à ficu arbore, Faunis, credo, vt aliàs Mercurio, amata.*

✣ Hoc quidem planius indicat metaphoricam periphrasim; vt per *tsijm & ijm*, quod in Hebr. habetur, & apud Esaiam transtulit Hieronymus, *dæmonia & onocentauros*; intelligantur spectra diabolica qualia sint poëtarum *Fauni.* Sed & alia lectio in idem recidit, nam & Fauni dicuntur etiam Fatui, vnde poëtis Fatua est Fauni coniux; *& sycarij* (scriptum cum y.) idem quod *ficarij*, à Græco, σῦκον quod ficum significat 70. vertunt ἰνδάλματα ἐν ταῖς νήσοις, *phantasmata in insulis seu desertis locis.*

V. 42. Crudeles sunt & immisericordes: *Caue scribas contrarium* misericordes.

✣ In Hebr. est verbum cum negatione *achzare hémah, vel o ierahhamu, crudeles sunt & non miserebuntur.* 70. ἴταμός ἐστι καὶ οὐ μὴ ἐλεήσῃ *crudelis est, & non miserebitur*; nempe hostis qui suscitabitur contrà Babylonios.

CAP. LI. *v. 6.* Quoniam tempus vltionis est à Domino, *Nomini* [illegible] *non addas pronomen* eius.

✣ Non additur in Hebræo. Est autem apud Septuaginta, καιρὸς ἐκδικήσεως αὐτῆς *tempus vltionis eius*, nempe Babylonis; atque ita etiam habet Latina Complutensis editio: id est, tempus vltionē de Babylone sumendi aduenit Domino.

V. 15. Præparauit orbem in sapientia sua. *Non præponas his verbis* & *coniunctionem.*

✣ Nec enim præponitur in Hebræo.

V. 27. Clangite buccina in gentibus. *Pro* gentibus, *quod est, nationibus, nequaquam scribendum est* montibus.

✣ Hebr. *bagoijm*, in gentibus, 70. σαλπίσατε ἐν ἔθνεσιν σάλπιγγι: *buccinate in gentibus buccina.*

V. 52. Et visitabo super sculptilia eius. *Pronomen* eius *non est commutandum cum nomine* Babylonis.

✣ Hebr. *Pesilêha: sculptilia eius.* Sic 70. ἐπὶ τὰ γλυπτὰ αὐτῆς *in sculptilia illius*; loquitur autem de Babylone, quæ postea & antea nominatur. Complutensis contextus habet, *sculptilia Babylonis*; quod hic corrigendum monetur.

V. 58. Murus Babylonis ille latissimus. *Non est* latissimus, *quod est spatiosissimus, transpositis primis duabus literis, commutandum cum* altissimus, *quod est, excelsissimus.*

✣ Hebr. *harehabah; ille latus murus*; 70. autem ἐπλατύνθη *dilatatus est*, nempe ruinis patentibus deformata, & aperta.

CAP. LII. *v. 20.* Et vitulos duodecim æreos. *Non est omittenda coniunctio* &.

✣ Quia est in Hebræo.

V. 22. Et capitella super vtramque ærea. *Non facile mutandus est accusatiuus* vtramque *in ablatiuum* vtraque.

✣ In Hebr. *gnalau super ipsum*; præcessit autem sermo de columna duplici quæ in Heb. est mascu. generis.

Ibidem. Similiter columnæ secundæ & malogranata. *Hæc verba Romani Correctores post alios addiderunt, quæ à multis libris omittuntur, de quibus legere licet Notationes nostras.*

✣ Sunt aperte in Hebræo.

THRENI.

ET factum est postquam in captiuitatem redactus est Israel, *&c. Hanc præfatiunculam, Patres indicarunt non esse omittendam, tametsi à quibusdam libris omittatur.*

✣ Merito retinuerunt, quia est quasi argumentum threnorum, & præfigitur illis à Septuaginta interpretibus.

CAP. III. *v. 17.* Et repulsa est à pace anima mea. *Non omittas illud* à pace.

✣ Est enim in Hebræo *mishalôm* à pace. 70. ἀπώσατο ἐξ εἰρήνης ψυχήν μου: *repulit à pace animam meam.*

V. 21. Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo. *Coniunctionem* ideo *malè quidam diuidunt in duas dictiunculas* in Deo.

✣ Hebraicè enim est causalis, *gnal chen ohhil: idcirco expectabo.* Et 70. διὰ τοῦτο ὑπομενῶ, *propter hoc sustinebo.*

V. 23. Noui diluculo. *Pro masculino* noui, *quidam legunt fœmininum* nouæ: *sed spurium est, quod à quibusdam legitur* nouæ es.

✣ Hebr. habent adiectiuum masculinum, *hhadasim labekarim*; quæ Montanus reddidit, *nouæ matutinæ.* Septuaginta καινὰ εἰς τὰς πρωίας. *noua* (aut noua) *in matutinis.* Sed nostra optime respondet Hebræo, *hhadashim* enim est *noui, recentes*; *labbecharim* est ad matutinum, seu mane, aut diluculo: quasi diceret omni diluculo noui effectus misericordiæ diuinæ; aut noui absque moræ vllius tarditate.

V. 28. Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit super se. *Non addas alterum* se, *quod multi*: Leuauit se super se.

✣ Hebræa sunt, *chi natal gnalau quia portabit super se.* 70. ὅτι ἦρεν ἐφ' ἑαυτῷ *quia tulit super se.* Nimirum, quia portauit, seu assumpsit super se, aut sibi impositum tolerauit patienter iugum Domini, siue crucis & tribulationis, siue mandatorum ipsius.

CAP. IV. *v. 14.* Cumque non possent, tenuerunt lacinias suas. *Non addas verbo* possunt *infinitiuum* intrare.

✣ Nec in Hebræo, nec in Græco est illud intrare.

V. 17. Quæ saluare non poterat. *Neque hic addas pronomen* nos.

✣ Non est in Hebræo pronomen nos.

BARVCH.

BARVCH.

Non habetur Hebraicè sed cum Græco tantummodo comparatur.

CAP. I. *v.* 8. Cùm acciperet vasa templi Domini. *Non mutes singulare* acciperet *in plurale* acciperent.

✠ Græcè enim est, ἐν τῷ λαβεῖν αὐτὸν τὰ σκεύη: in accipere ipsum vasa .i. cum acciperet ipse.

V. 9. Et cunctos potentes. *Correctores prætulerunt hanc lectionem, ei quæ habet* & vinctos & potentes, *quamuis Græco consentanee.*

✠ Complutenses etiam in textu vulgatæ posuerunt *cunctos*; quamuis in Græca interlineari habeant, δεσμώτας καὶ τοὺς δυνατοὺς, *vinctos & potentes.*

Ibidem. Et duxit eos vinctos in Babylonem. *Similiter hic addiderunt* vinctos, *quamuis illud alij libri Græco conformiter omittant.*

✠ Pari modo textus vulgatæ apud Complutenses, hic habet *vinctos*, quod in Græca interlineari non est. Itaque signum est Hieronymum ita posuisse, quando in hoc vetera exemplaria conueniant: & hic sensus videtur postulare; ibi non item.

V. 21. Quos misit ad nos. *Quod sequitur in quibusdam libris* & ad iudices nostros, *superfluit.*

✠ Non habentur hæc verba in Græca editione: habentur tamen in contextu Latino Complutensi; sed videntur irrepsisse ex eo quod habeantur simili occasione initio capitis sequentis.

CAP. II. *v.* 1. Qui iudicauerunt Israel. *Non præponas præpositionem* in *nomini* Israel.

✠ Græcè: τοὺς δικάσαντας τὸν Ἰσραὴλ *qui iudicauerunt Israelem.*

V. 4. In omnibus populis. *Non præponas his verbis coniunctionem* &.

✠ Græcè: εἰς ἄβατον ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς *in inuium in omnibus populis*; quorum congressum omnes populi vitarent, tanquam abominabilem.

V. 22. Quòd si non audieritis, *Non interponas* feceritis nec, *inter* non *&* audieritis.

✠ Non enim interponuntur in Græca editione, ne quidem in Complutensi interlineari: quum tamen in contextu Latino ponat hanc additionem, quod si *non feceritis, nec audieritis*, superfluum igitur est, per correctores merito omissum.

V. 33. Et dominabuntur eius. *Vitium typographicum est hic in autographo Romano, datiui pluralis* eis *pro genitiuo singulari* eius, *scilicet terræ.*

✠ Complutensis Latina habet *eius*: sic enim postulat & ipsa sententia, & Græca editio: κυριεύσουσιν αὐτῆς, dominabuntur eius, possidebunt eam vt proprietarij Domini.

CAP. III. *v.* 9. Vt scias prudentiam. *Non mutes singulare* scias *in plurale* sciatis.

✠ Complutensis Latina habet, vt monet correctio sed Græca cum sua interlineari habent in plurali, ἐνωτίσασθε γνῶναι φρόνησιν: *auribus percipite vt sciatis prudentiam.* Nimirum, quia Israel nomen est collectiuum, potestque & singulari & plurali iungi.

V. 13. Habitasses vtique in pace sempiterna. *Vnam vocem sempiterna, malè quidam distrahunt in duas* super terram.

✠ Græc. κατῴκεις ἂν ἐν εἰρήνῃ τὸν αἰῶνα. *habitasses in pace in æternum.* Complutensis Latina, (cum in interlineari Græca sit vt habet correctio) posuit tamen illud, *super terram.*

V. 23. Negotiatores Merrhæ & Theman. *Egregia correctio, qua restitutum est nomen proprium* Merrhæ *pro appellatiuo* terræ.

✠ Græc. Οἱ ἔμποροι τῆς Μέῤῥαν. *Negotiatores Merræ.* Complutenses, qui in Græca & sua interlineari habent, vt correctio: in Latino contextu posuerunt, *terræ.*

CAP. IV. *v.* 6. Sed propter quod in ira ad iracundiam prouocastis Deum. *Nomini* ira *non est addenda vox* Dei.

✠ Habent Complutenses in textu Latino, *in ira Dei.* Sed Græca, cum interlineari Complutensi habet, διὰ δὲ τὸ παροργίσαι ὑμᾶς τὸν θεόν. *Quia ad iracundiam prouocastis Deum.*

V. 9. Audite confines Sion. *Caue pro* confines *scribas* ciuitates.

✠ Græc Αἱ πάροικοι; confines, conuicinæ; sed videntur significari ciuitates subiectæ Sioni seu Ierusalem, quæ nimirum essent de eius parœcia, seu ditione.

V. 16. Et abduxerunt dilectos viduæ. *Legendum est* abduxerunt, *quod est contrarium, accedere fecerunt.*

✠ Græc. ἀπήγαγον, *abduxerunt, abstulerunt.* Sic etiam legunt Complutenses in Græca eiusque interlineari; licet in contextu Latino habeant *adduxerunt.*

V. 20. Exui me stola pacis. *Nequaquam scribendum est* te *pronomen secundæ personæ pro* me *primæ.*

✠ Græc. ἐξεδυσάμην, *exui me*, vel exuta sum.

V. 25. Sed citò videbis perditionem ipsius. *Non mutes singulare* videbis *in plurale* videbitis.

✠ Græc. ὄψει αὐτοῦ τὴν ἀπώλειαν, *videbis eius interitum.* Forte illud *videbitis* (quod est in Complutensi Latina, licet in interlineari Græca sit prout habet correctio) debuit diuidi, vt sit, *videbit is*, nempe ipse inimicus videbit suam perditionem, ac si illud Græcum ὄψει, esset ab ὄψω, obsoleto, non ab ὄψομαι, futuro vocis mediæ.

CAP. V. *v.* 1. Eius quæ à Deo tibi est sempiternæ gloriæ. *Nec hic mutes genitiuos* sempiternę glorię *in nominatiuos.*

✠ Nam in Græco est, τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δόξης εἰς τὸν αἰῶνα; *eius, quæ à Deo est gloria in æternum.* Complutensis tamen Latina habet: *quæ à Deo tibi est gloria æterna.*

V. 3. Splendorem suum in te, omni qui sub cœlo est. *Non est omittenda vox* omni.

✠ Sic est in Græc. τῇ ὑπ' οὐρανὸν πάσῃ, *vniuersæ quæ sub cælo*, nempe, creaturæ vel nationi.

V. 6. Portatos in honore. *Præferendus est ablatiuus accusatiuo* honorem.

✠ Gr. μετὰ δόξης: *cum gloria*, in gloria.

V. 8. Ex mandato Dei. *Alij libri omittunt* ex.

CAP. VI. *v.* 1. Ad abducendos captiuos in Babyloniam. *Participium futurum* abducendos, *non est mutandum in participium præteritum* abductos.

✠ Complutensis Latina habet, *abductos.* Sed Græca & interlinearis ibidem, vt correctio monet, πρὸς τοὺς ἀχθησομένους *ad abducendos*, vel deportandos, seu *abducendos* vt interpretatur vaticana Sixti.

V. 9. Et erogant illud in semetipsos. *Neque hic accusatiuus* semetipsos *mutandus est in ablatiuum* semetipsis.

✠ Gr. εἰς ἑαυτοὺς καταναλῶσιν *in semetipsos insumunt*, quod dabatur ad ornatum idolorum suorum.

V. 15. Non ergo timueritis eos. *Non scribas* veneremini *pro* timueritis.

✠ Complutensis Latina: *Non ergo reuereamini eos.* Sed melius vaticana sixti non *timeatis eos*: nam Græca est μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτούς, *non igitur metuatis*, non timeatis eos.

V. 36. Sed sicut mortuis munera eorum illis apponentur. *Caue pro* munera, *quod est dona, scribas* humeri.

✠ Complutensis Latina, legit, *sicut mortuis humeri illis apponentur.* q. d. opus habent in humeris viuorum ferri, cum ipsa idola mortua nequeant per se ambulare. Sed in Græco est, prout habet correctio, ὥσπερ νεκροῖς τὰ δῶρα αὐτοῖς παρατίθεται, *tanquam mortuis dona illis apponuntur:* nihilo amplius capiunt vtilitatis aut voluptatis ex illis donis, quam si apponerentur cadaueribus mortuorum.

V. 46. Artifices etiam ipsi. *Præferendum est* artifices, *ab arte dictum, ei quod alij legunt* aurifices, *ab auro.*

✠ Complutensis Latina, habet, *Aurifices* quæ vox quidem præcessit, & respondet Græcè voci χρυσοχόων, *fusorum auri*: at immediatè antea est vox τεχνίτης artifices, & hoc loco, οἱ κατασκευάζοντες αὐτά fabricantes ea; hoc est *artifices.*

V. 48. Cogitant sacerdotes apud se vbi se abscondant cum illis. *Nec omittas* apud se, *nec commutes cum* post se.

✠ Omittit quidem Complutensis Latina, *cogitant sacerdotes vbi se abscondant*; At in Græca, & interlineari habetur: βουλεύονται πρὸς αὐτοὺς οἱ ἱερεῖς, *consultant ad seipsos* sacerdotes; aut vt Sixtina editio Septuaginta: cogitant secum ipsi sacerdotes.

V. 56. Quibus hi qui fortiores sunt, aurum & argentum, & vestimentum, quo operti sunt, auferent illis. *Egregia correctio, qua nomen* iniqui, *quod vulgo scribitur, distractum est in dictiunculas duas.* hi qui, *& id quod sequitur adnectitur ad perficiendam sententiam præcedentem, malè enim quidam exordiuntur periodum, quam ab his verbis,* aurum & argentum *&c.*

✠ Lectio hic reprehensa, est in Latina Complutensi, *quibus iniqui fortiores sunt.* Et deinde noua periodus inchoatur: *Aurum & argentum & vestimentum, quo operti sunt, auferent illis.* At Græca longe

longe aliter distinguuntur: ὧν οἱ ἰσχύοντες ἀφελόμενοι τὸ χρυσίον, καὶ τὸ ἀργύριον, καὶ τὸν ἱματισμὸν τὸν περικείμενον αὐτοῖς, ἀπελεύσονται ἔχοντες. *Quorum* (vel à quibus) *qui robusti fuerint, auferentes aurum & argentum, & vestimentum illis circumdatum abibunt habentes*, id est, Fures robusti auferent ab istis idolis omnem ornatum, & impune sibi retinebunt, idolis nihil contrà valentibus.

V. 58. Vel ostium in domo, quod custodit quæ in ipsa sunt. *Multi libri, pro pronomine* ipsa, *scribunt nomen* pace; *pessimè*.

✠ Illa lectio reprehensa, habetur in Latina Complutensi; facitque rectam sententiam; sed non respondet Græcę editioni etiam Complutensi, in qua est, θύρα ἐν οἰκίᾳ διασώζουσα τὰ ἐν αὐτῇ ὄντα: *porta in domo, seruans quæ in ea sunt.*

Vers. 61. Perambulare vniuersum orbem. *Non addas præpositionem* in *ante* vniuersum.

✠ Sufficit enim præpositio in verbo inclusa *perambulare orbem*; non enim rectè dicitur perambulare in orbem vniuersum. Græcè est περιελθεῖν εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην, *ambulare in vniuersum orbem* habitabilem Complutensis tamen Latina habet illam præpositionem; perambulare in vniuersum orbem.

V. 71. A purpura quoque & murice, quę supra illos tineant, scietis itaque quia non sunt dij. *Pro* murice, *alij legunt* marmore. *Patres prætulerunt* murice, *quod eiusdem generis murex cum purpura sit, marmor verò longè alterius generis. Pro* tineant, *plerique habent* teneant, *quo verbo à tinea deriuato, Interpres significare voluit, tineis agentibus corrumpuntur: nam & quæ Græcè legitur vox* σήπουσα, *quę putrescere denotat, proximè ad* σὴς, *quod est, tinea, accedit. est enim tinea causa putrefactionis corruptionisq́. Videtur igitur loci sensus esse: Scietis quoque non esse Deos* (*nam itaque vt Græcè non legitur, ita videri possit superfluere*) *vel à vestibus purpura muriceq́ tinctis, quas induuntur & gestant: quibus etsi splendidissimè sint ornati, non valent tamen eas, etiam dum suo corpori sunt imposita, seruare integras, quin tineis occupantibus marcescant ac putrescant. Est ergo obseruata dignissima huius loci restitutio.*

✠ Græcè est ἀπὸ πορφύρας καὶ τῆς μαρμάρου τῆς ἐπ' αὐτοῖς σηπομένης: *à purpura & splendore* (vaticana transfert, *murice*) *super illos putrefacto*: quod noster dixit, *tineante*, seu tineas generante.

EZECHIEL.

CAP. I. *v.* 5. Et in medio eius similitudo. *Patres prætulerunt* in *ei quod in alijs libris legitur* ex.

✠ Est quidem in Hebræo *mittocàh, de medio eius* At quia non indicat Propheta aliquid inde egressum, sed potius quidpiam in medio eius manens; propterea eam præpositionem posuerunt correctores, quam & 70. vsurparunt, qui habent, ἐν μέσῳ αὐτῆς *in medio eius.*

V. 13. Et similitudo animalium, adspectus eorum. *Non interponas coniunctionem* & *ante* adspectus.

✠ Non enim interponitur in Hebræo. Sensus enim est, similitudo eorum talis est, qualis est intuentibus aspectus seu species aut apparentia prunarum.

CAP. II. *v.* 3. Ipsi & patres eorum pręuaricati sunt. *Non omittas pronomen* ipsi.

✠ Heb. *hémah veabotham*, ipsi & patres eorum. Sic & Septuaginta, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν: *ipsi, & patres ipsorum*. Complutensis editio in textu Latino, omittit, *ipsi &*.

CAP. V. *v.* 7. Et iuxta iudicia gentium, quę in circuitu vestro sunt, non estis operati. *Non est omittenda negatio* non *præposita verbo* estis.

✠ Est enim negatio in Hebræo pariter & in Græco: exprobrat enim Iudæis maiorem irreuerentiam & inconstantiam in cultu veri Dei, quàm fuerit ipsarum gentium vicinarum erga idola sua.

CAP. VI. *v.* 9. Super malis quæ fecerunt. *Patres prætulerunt perfectum plusquam perfecto* fecerant.

✠ Sic etiam editio Complutensis in textu Latino, loquitur enim de malis iamdiu per Iudęos perpetratis. Præteritum Hebræum ampliari potest ad perfectum imperfectum, & plusquam perfectum, pro ratione materiæ & circumstantiarum textus.

V. 11. Quia gladio, fame & peste ruituri sunt. *Hoc loco coniunctionem* quia *prætulerunt relatiuo* qui.

✠ In Hebręo est *asher*, quod & relatiuum, *qui*, & causalem *quia*, significare potest. Complutensis in textu Latino, & Montanus in interlineari habent vt correctio. At Septuaginta neutram legunt, sed simpliciter, & quasi assertione prophetica & comminatione: ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν θανάτῳ πεσοῦνται, *in gladio, & in fame, & in morte cadent.*

CAP. VII. *v.* 7. Venit contritio super te. *Hic similiter prætulerunt* contritio, *eis quæ leguntur in quibusdam libris* confractio *&* contractio, *vt & infrà v.* 10. Egressa est contritio.

✠ S. Hieronymus legit *contractio*; Hebræum verbum *tsephirah*, significat, complicationem, reuolutionem, aut conuolutionem; potest ergo significare vel edictum promulgatum, vel euersionem aut contritionem, aut confractionem alicuius rei: idem autem est confractio, quod contritio; S. Hieronymus legit *contractio*, quod est idem quod, complexio, conuolutio. Septuaginta in editione Complutensium, habent, ἥκει πλοκή, venit complicatio. Alij vertunt matutinam sententiam, id est, cito & subito superuenientem, à Chaldæa voce *tsephar, mane diluculo*, alij cidarim seu coronam, quia Rabbinis *tsephirah* etiam significat coronam, eo quod voluatur circa caput, circundet caput; vnde scriptum Rabbinicum de decem *sephiroth*, seu coronis, aut gloriosis nominibus Dei. Et tunc hoc loco significabit *corona* regis Chaldæi propinquum aduentum. Nostra correctio proprio vocabulo exprimit, quod hæ omnes per tropicam metalepsim indicant.

V. 18. Et accingent se cilicijs. *Error hic est typographicus in exemplari Romano, vbi singulare* accinget *excusum est pro plurali* accingent.

✠ In Hebręo enim est *bhagheru*, plurale accingent se. Sicut & 70. περιζώσονται, circumcingent se.

CAP. IX. *v.* 6. Paruulum & mulieres. *Alij legunt numero plurali* paruulos, *sed singularis est meritò præferendus.*

✠ In Hebręo enim est *vetaph venashim, & paruulum, & mulieres*; Complutensis Latina habet etiam in singulari, *paruulum*. At Septuaginta legunt in plurali, καὶ νήπια καὶ γυναῖκας, *& paruulos infantes, & mulieres.*

CAP. XI. *v.* 15. Filij hominis, fratres tui, fratres tui. *Non est omittendum alterum, sed repetendum est* fratres tui.

✠ Repetitur enim in Hebręo; quamuis Septuaginta semel tantum habeant.

V. 21. Quorum cor post offendicula. *Non addas coniunctionem* autem.

✠ Complutensis Latina, legit, *Quorum autem cor*: In Hebræo & Græco est solum coniunctio copulatiua, *& cor eorum.*

CAP. XII. *v.* 4. *&* 7. Quasi vasa transmigrantis. *Participium potius dedisse videtur Interpres, quàm nomen* transmigrationis, *vide Notationes.*

✠ Hieronymum in commentario, & textu ei ascripto, habere participium, docet. In Hebræo, prout nunc habetur, *golàh*, esse nomen, *transmigrationis*, & ita legisse 70. qui habent σκεύη αἰχμαλωσίας: vasa captiuitatis; si autem legatur *goleh* (quomodo potest legi, si puncta Masoretarum tollantur) esse participium, *transmigrantis*, sic etiam participium vtrobique habet Complutensis Latina.

V. 13. Et extendam rete meum super eum. *Non omittas coniunctionem* &.

✠ Nam in Hebræo habetur, *vpharashsi* (vau conuersionum) *eth ritshsi* eodemque modo 70. καὶ ἐκπετάσω τὸ δίκτυόν μου *& extendam rete meum.*

V. 25. Et quodcumque locutus fuero verbum, fiet, & non prolongabitur amplius. *Coniunctio copulatiua* &, *quæ postponitur verbo* fiet, *nequaquam præponenda est.*

✠ Præcessit enim initio versus, coniunctio ac si sic legeretur per parenthesim, *& (quodcunque loquutus fuero verbum) fiet*; in Hebręo enim hic ordo est, *loquar quod loquar verbum, & fiet.* noster clariùs expressit Hebraismum, *quodcunque verbum loquar, fiet*. Complutensis Latina habet sicut monet hæc correctio.

CAP. XIII. *v.* 18. Væ quæ consuunt puluillos sub omni cubito manus. *Retinendum est fœmininum* quæ, *non substituendum masculinum* qui

✠ Est enim in Hebræo participium fœmininum, *limtapherôth; consuentibus*, ijs quæ consuunt. Sic & in Græco, est participium fœminium, ταῖς συῤῥαπτούσαις, ijs quæ consuunt; quod etiam seruat Complutensis Latina. Est enim increpatio falsarum prophetissarum seu mulierum prophetidum; aut certe prophetas

phetas muliebriter blandientes peccatis populi vocat non Prophetas, sed *prophetidas*, sicut apud poëtam ille exprobrabat Troyanis, *O verè Phrygiæ, neque enim Phryges*; & Homerus Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί, *Achaides fœminæ*, non *Argiui milites*.

CAP. XVI. *v. 10.* Et calceaui te ianthino. *Pro* ianthino, *alij legunt* hiacyntho, *alij* hyacinthino. *vide Exod. 25. v 5.*

✠ Pro *ianthino*, vel hyacynthino, Hebraicè est *tassah*, taxus, animal simile vulpi violacei coloris, cuius propterea pellem ianthinam, vel hyacynthinam vocat interpres, ἴα enim Græcè violas significat, & hyacynthus flos est violacei coloris. Ex huius ergo animalis corio calceos se sponsæ Ecclesiæ fecisse dicit Deus: alludens ad tabernaculum sanctum, quod pellibus ianthinis tegebatur, in Græco est, ὑπέδησά σε ὑακίνθῳ *calceaui te hyacyntho*.

V. 13. Et polymito & multicoloribus. *Vox vna* multicoloribus, *non est diuidenda in duas* multis coloribus.

✠ *Polymitum* solum habent Hebræa *rikmàh*, quæ vox vestem versicolorem significat, ideoque addidit interpres, *& multicoloribus*.

V. 18. Et operuisti illas. *Correctores hanc lectionem prætulerunt alteri, quæ habet* & vestita es ei.

✠ Ita etiam Complutenses in Latina, & sic Hebræa vertuntur à Pagnino *tecasim, operuisti illas*; nempe imagines masculinas, quas exprobrat Synagogæ Deus; Septuaginta habent in neutro καὶ περιέβαλες αὐτά, *& cooperuisti illa*; præcesserat autem, εἰκόνας ἀρσενικὰς, *imagines masculinas*, pro quibus hic subintelligūt εἴδωλα idola, cui respondet illud pronomen αὐτά, *illa*, nempe idola, cooperuisti ornamentis, quæ solis sacris rebus erant destinata.

V. 27. Et auferam iustificationem tuam. *Quidam libri, explicationis ergo, vt arbitror, pro* iustificationem tuam, *scribunt* ius tuum.

✠ In Hebr. est *hhukkéch, statutum tuum*, quam vocem noster sæpius transfert iustificationem, nempe legalis sanctitatis cultum; ideò Septuaginta transferant, τὰ νόμιμά σου *legitima tua*, legalem cultum tuum.

CAP. XVII. *v. 8* In terra bona super aquas multas plantata est. *Non præponas his verbis relatiuum* quæ.

✠ Nec enim præponitur in Hebræo & Græco textu, vt nec in Complutensi Latina.

CAP. XVIII. *v. 2.* Et dentes filiorum obstupescunt. *Quidam libri pro præsenti scribunt præteritum* obstupuerunt.

✠ In Hebræo est futurum, *tikhénna, obstupescent*. Septuaginta habent in præterito: ἐγομφίασαν, *obstupuerunt*. Sed melius est præsens tempus quia forma prouerbialis est, de eo quod tunc de facto Iudæi se pati querebantur.

V. 19. Et dicitis, Quare non portauit filius iniquitatem patris? *Non mutes præteritum* portauit, *in futurum* portabit.

✠ Est enim in Hebræo præteriti temporis verbum, *lò nasà* sicut in Græco οὐκ ἔλαβεν *non portauit*, non suscepit. Complutensis Latina habet lectionem in futuro, *portabit*, sed quam correctio merito reijcit.

CAP. XIX. *v. 1.* Et tu assume planctum. *Non addas* fili hominis.

✠ Quia non habetur in Hebræo, nec Græco; vt nec in Complutensi Latina.

CAP. XX. *v. 20.* Et sciatis quia ego sum Dominus Deus vester. *Pro*, vt sciatur, *Correctores scripserunt* & sciatis.

✠ Hebræa sunt, *ladágnath, ad sciendum*; sed hoc est, idem quod, *vt sciatis vos*; quod etiam habet Complutensis Latina Septuaginta τοῦ γινώσκειν, ad sciendum, quod interpretes verterunt, *vt sciatis*: quia sensus est, Israelitas custodiendo legem Dei, experientia ipsa benefactorum Dei, cognituros eius erga eos diuinam dilectionem.

V. 36. Sic iudicabo vos dicit Dominus Deus. *Non omittas nomen* Deus.

✠ Quia est in Hebræo. *Adonai elohim*, seu tetragrammaton *jehouah*, loco cuius legitur, illud *elohim*; & hic Septuaginta legunt, ἀδωναΐ κύριος; *adonai Dominus*.

CAP. XXI. *v. 19.* De terra vna egredientur ambæ. *Legendum est* ambæ *genere fœminino, non* ambo *masculino*.

✠ Nempe, *ambæ viæ*, quia de duabus vijs erat sermo, per quas Chaldæus rex venturus erat, vel contrà Rabbath Ammonitarum, vel contra Ierusalem. Septuaginta hic legunt, ἐκ χώρας μιᾶς ἐξελεύσονται αἱ δύο ἀρχαί: vbi apud Complutenses, interlinearis interpres vertit, *ex regione vna egredientur duo imperia*; sed male; legendum enim est, duo *principia*; seu initia aut capita viarum; vnde viæ illæ, incipiant. In Græca vaticana est simpliciter, ἐξελεύσονται αἱ δύο, *egredientur ambæ*, scilicet, viæ; nec ponitur ἀρχαί, sicut nec in Hebræo ponitur hoc quidem in loco.

V. 22. Vt eleuet vocem in vlulatu, *Non mutes vt accusatiuum in & copulatiuum.*

✠ Est enim Hebraicè *lehharim kal, vt eleuet*, seu ad eleuandum *vocem* & Græcè, τοῦ διανοῖξαι στόμα, *vt aperiat os*.

V. 30. In loco in quo creatus es. *Nec hic mutes sextum casum* loco *in quartum* locum.

✠ Hebr. *bimkòm, & beérets, in loco*, & postea, *in terra*; casu ablatiuo sic & Septuaginta ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ *in loco hoc*. Non est enim sensus quod gladius in locum suum reuertetur, in vaginam; sed quod Deus sit iudicaturus Chaldæum in ipso loco regni sui.

CAP. XXII. *v. 27.* Et auarè ad sectanda lucra. *Alij pro verbo composito* ad sectanda *scribunt simplex* sectanda.

✠ Idem significatur vtraque voce; plus tamen per vocem compositam; & in Hebræo significatur vehemens cupiditas, *betsóangh betsangh, in concupiscendo concupiscentiam*; quod Pagninus ideo verterat, *vt auare sectentur auaritiam*. Et forte hic error est impressionis, ponentis *adsectanda*, vel *ad sectanda*, pro *adsectando*; nam Hebræa optime illo gerundio exponuntur, & ita habet Complutensis Latina, *auare sectando lucra*.

V. 28. Et diuinantes eis mendacium. *Pronomen plurale* eis, *nec omittendum est, nec vertendum in singulare* ei.

✠ Quia in Hebræo est pronomen pluralis *lahem*; *eis*. Septuaginta hoc pronomen omittunt, μαντευόμενοι ψευδῆ *diuinantes mendacia*.

V. 29. Populi terræ calumniabantur calumniam. *Nominatiuus pluralis* populi *non est mutandus in singularem, siue accusatiuum* populum, *siue datiuum* populo. *Denique accusatiuus* calumniam *non est vertendus in ablatiuum* calumnia.

✠ Complutensis Latina, habet vt hæc correctio monet; Et ita possunt sonare Hebræa, *gnàm hadrets gnaſek gnóſ. k.*; *populus terræ* (collectiuè, id est, omnes de populo) *calumniabantur calumniam*, vel opprimebant oppressionem; At Pagninus legit: *Populum terræ opprimebant oppressione, seu calumniabantur calumnia*; quæ est lectio à correctoribus rejecta: quam tamen habent Septuaginta, τὸν λαὸν ἐκπιέζοντες, populum opprimentes; omnia enim hæc scelera enumerant tanquam à principibus profecta. At nostra lectio, postquam in anterioribus principum crimina recensuit, hoc iam loco etiam populi terræ, seu populorum terræ, id est, vulgi & plebeiorum iniquitatem arguit; quod videtur magis consonare sequentibus; & Hebræa magis ferunt nostram quā alteram sententiam: cū accusatiuus in sacra lingua sæpius collocetur post verbum actiuum, rarùs illi præponatur.

CAP. XXIII. *v. 9.* Super quorum insaniuit libidine. *Retinendus est ablatiuus* libidine, *non substituendus accusatiuus.*

✠ Hebr. *Asher gnaghebáb gnalehèm, quos adamauit super illos*, id est, quos vehemente amore prosequebatur. Septuaginta ἐφ' οὓς ἐπέθετο, *ad quos est apposita*. Itaque sensus est, insaniuit libidine erga eos non autem, quod insanierit erga eorum libidinem.

V. 15. Et tiaras tinctas in capitibus eorum. *Caue pro* tinctas, *legas* vinctas, *quod ligatas, aut* cinctas, *quod circumdatas*.

✠ Hebr. *ſeruhhè tebulim, tiaras tinctas*. 70. παραβαπτά, *tincta*. Subaudi, tegumenta.

Vers. 24. Multitudo populorum. *Non præponas coniunctionem* &.

✠ Sicut nec præponit Complutensis Latina. In Hebræo & Græco præponitur, sed cum ablatiuo, *& in multitudine populorum*; At coniunctio illa familiaris Hebræis, non semper est copulatiua, sed sæpe inchoat sententiam & periodum, etiam quando nihil præcedit, quod copulam exigat.

V. 33. Calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ. *Correctores retinuerunt ablatiuum, pro eo quem alij legunt accusatiuo*, calicem.

✠ Ita postulat ipse contextus Hebræus, atq; ita transtulit Pagninus & Montanus in interlineari.

V. 34. Et vbera tua lacerabis. *Non omittas copulatiuam* &.

✠ Habetur enim in Hebræo.

V. 45 Et

V. 45. Et sanguis in manibus earum. *Quod subijciunt quadam exemplaria* & cum idolis suis fornicatæ sunt, *non est huius versus 37 superioris.*

✠ Nec Hebræa, nec Græca habent in hoc versu.

CAP. XXV. *v. 7.* Et scies quia ego Dominus. *Non mutes singulare* scies *in plurale* scietis.

✠ Est enim in Hebræo singulare cum *vau, conuersiuo, vajadangti, & scies.*

V. 10. Filijs Orientis cum filijs Ammon. *Retinendus est datiuus* filijs, *non mutandus vel in accusatiuum* filios, *vel in genitiuum* filiorum, *vel denique in nominatiuum* filij, *hæc enim sunt variorum codicum vitia.*

✠ Est enim Hebr. signum datiui casus, *libnè kèdem*, filijs, vel ad filios Orientis: sensus est; Deum daturum Moabitas in potestatem Chaldæorum, qui sunt filij Orientis, quo modo antea dederat Ammonitas.

CAP. XXVI. *v. 10.* Cùm ingressus fuerit portas tuas. *Pro* ingressus, *quod est, intrauerit, caue scribas contrarium*, egressus, *exierit.*

✠ Hebr. enim est, *beboò bishgnaraich*, in ingrediendo ipsas portas tuas. i. cum ingressus fuerit; vt & Septuaginta. εἰσπορευομένυ αὐτῦ τὰς πύλας σε; ingrediente ipso portas tuas.

CAP. XXVII. *v. 13.* Mancipia & vasa æreа aduexerunt populo tuo. *Melius est* aduexerunt, *quàm quod alij legunt* adduxerunt.

✠ In Hebræo est, *nathenù inagnarabèch : dederunt mercatũ tuum*; i. aduexerunt vt mercareris; significantiùs autem dicuntur merces aduectę, quàm adductæ. Gręca etiam exprimunt Hebręas dictiones verbatim: ἔδωκαν τὴν ἐμπορίαν σε: dederunt mercatum tuum.

V. 4. De domo Thogorma. *Alij declinantes vocem scribunt* Thogormæ.

CAP. XXIX. *v. 1.* In anno decimo, decimo mense, vndecima die mensis. *Pro* decimo mense, *non scribas, numero ampliato,* duodecimo mense; *vt nec pro* vndecima die, *numero diminuto* vna *seu* prima die. *Lege Notationes nostras, si placet.*

✠ Hebraicè habetur, *in anno decimo, in decimo* (sc. die.) *in duodecimo mense.* At Septuaginta posuerunt, *in vna mensis*; ἐν μιᾷ τῦ μηνὸς. Diserte contrà textum Hebræum, qui cum integrè scribat numeros, & non per notas authenticas, non habet suspicionem mẽdi. Cur ergo prætulerunt correctores hanc lectionem, cum in aliquibus libris inuenerint, vt in Hebręo, duodecimum diem? Collector harum correctionum in notis subindicat, Hieronymũ traduxisse vt in Hebræo habetur, & memoria lapsum in commentario posuisse vndecimum diẽ pro duodecimo; & hunc eius lapsum irrepsisse in textum. Correctores autem voluisse repræsentare id, quod apud Hieronymum, vulgatæ versionis, autorem repererissent. Posset melius dici; correctores non omnes mendas amanuensiũ, correxisse: qualis hæc est, facile irrepens ex similitudine numerorum Latinis notis scriptorum, XI. & XII.

V. 20. Pro eo quod laborauerit mihi. *Pro numero singulari* laborauerit, *alij codices scribunt pluralem* laborauerunt.

✠ In Hebr. est, *gnabad*, seruiuit mihi, laborauit mihi; nempe rex Chaldæus. Sic in Gręco est: ἀντὶ τῆς λειτεργίας αὐτῦ, ἧς ἐδούλευσεν, pro ministerio eius, quo seruiuit. Sed idem est sensus, si legatur numerus pluralis, *laborauerunt*, nimirũ Chaldæi cum rege suo.

CAP. XXX. *v. 7.* In medio ciuitatum desertarum. *Non mutes* desertarum *cum* desolatarum.

✠ Hebr. *neshamòth.* Græcè, ἠρημωμένων, *desolatarum*; sic Pagninus vertit Hebraicam dictionem, & vaticana editio Græcam. Quanquam enim idem videatur desertum & eremus, desolatio, & desertio; tamen desolatio potius significat vastitatem ex calamitate ortam; desertio potest oriri ex qualibet causa.

V. 12. Manu alienorum. *Retinendus est sextus casus numeri singularis* manu, *non substituendus quartus pluralis, addita præpositione* in manus.

✠ In Hebræo est *bejad ragnim, in manu malorum* : non *lejad, in manum*, Septuaginta ἐν χερσὶν ἀλλοτρίων, *in manibus alienorum.*

V. 17. Iuuenes Heliopoleos & Bubasti. *Codices impressi ferè scribunt* Pubasti, *prima litera existente* p *muta tenui, prout scribitur Hebraicè : sed manuscripti legunt* Bubasti. *Græci enim Latinique, mutata tenui* p *in mediam* b, *vocarunt illam Ægypti ciuitatem* Bubastus *nominatim Herodotus post LXX.*

V. 21. Et fasciaretur linteolis. *Legendum est* fasciaretur *prima coniugatione, non* falciretur *quarta, quod in vsu non est.*

Sequitur: Vt recepto robore possit tenere gladium. *Non mutes* vt *causatiuam in* & *copulatiuam.*

✠ Hebraicè enim est, *lithposh bebèreb, ad tenendum in gladio.* Et Septuaginta τῦ δοθῆναι ἰσχὺν ἐπιλαβέσθαι μαχαίρας, *vt daretur fortitudo ad capiendum gladium.* Quæ causalem hic indicant esse debere, non copulatiuam; quam tamen habet Complutensis Latina.

CAP. XXXII. *v. 8.* Cùm ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus. *Hæc verba Correctores huic versui ex manuscriptis exemplaribus addenda indicarunt, tametsi Hebraicè non legantur. De his legere licet Notationes nostras.*

✠ Nec in Græco leguntur; nec in Latina Complutensi; sed neque in textu aut commentario apud Hieronymum. Videntur retinuisse maioris emphasis causa, quia sunt in valde antiquis exemplaribus.

V. 10. Horrore nimio formidabunt super te. *Quod subijciunt multi codices* propter vniuersas iniquitates quas operatus es, *Correctores prætereundum censuerunt.*

✠ Quia non habetur in Hebræo aut Græco, miserunt etiam Complutenses in editione Latina.

Ibidem: In die ruinæ tuæ. *Seruandum est pronomen secundæ personæ* tuę, *non substituendum tertiæ* suæ.

✠ Est enim secundæ personæ affixum in Heb. *Bijom mappalthècā; in die ruina tua.* Sic Septuaginta ἀφ' ἡμέρας πτώσεώς σε; *à die ruina tuę.*

V. 23. In nouissimis laci. *Non mutes genitiuum singularem* laci, *in datiuum pluralem* lacis.

✠ Hebræus textus habet genitiuum: *bijar chethè bòr, in lateribus laci.* Septuaginta ἐν βάθει βόθρυ, *in profundo fouea.* Latera speluncarum & antrorũ remotiora sunt ab aspectu quàm intermedia.

V. 29. Et cum his qui descendunt in lacum. *Neque hic mutes præsens* descendunt *cum præterito* descenderunt.

✠ Nam Hebr. est participium prẽsentis temporis, *eth joredè bòr; cum descendentibus lacum.* id est, in lacum Græcè μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς βόθρον, *cum descendentibus in lacum,* Complutensis in Latina habent lectionem hic reprehensam.

V. 32. Quia dedit terrorem meum in terra viuentium. *Sic emendarunt hunc locum Correctores, verbum* dedi *& pronomen* meum, *vtrumque scripserunt persona prima : quamuis complures libri scribant, vel vtrumque persona tertia,* dedit, suum, *vel solummodo pronomen* eius: *qua de re nos latiùs in Notationibus.*

✠ Docet in annotationibus Collector, huic correctioni cõsentire textum adiunctum commentario Hieronymi, & editionẽ Latinam Bibliorum regiorum; & lectionem marginalem Hebręorum quam *keri* vocant: *chi nathatti eth hhittithi, quia dedi terrorem meum*; At scriptionem textualem Hebręorum, quam *chethib* nuncupant, habere *eth hhittitho, terrorem eius*; eoque modo habere Septuaginta, ὅτι δέδωκα τὸν φόβον αὐτῦ, *quia dedi terrorem eius.* Itaque correctio hæc sequitur lectionem Hebręorum, quæ est correctio textus apud illos eandem sequitur Complutensis Latina.

CAP. XXXIII. *v. 11.* Conuertimini, conuertimini à vijs vestris pessimis. *Iterandum est verbum* conuertimini.

✠ In Hebræo enim geminatur, *shubù, shubù, conuertimini, conuertimini*; & Septuaginta habent ἀποστροφῇ ἀποστρέψατε, *conuersione conuertimini.*

CAP. XXXIV. *v. 10.* Vt vltrà non pascant gregem. *Non addas pronomen* meum.

✠ Non additur in Hebræo pronomen, sed est simpliciter, *meregnòth tsòn; vt non pascant pecus*; seu gregem. Septuaginta tamen addiderunt: τῦ μὴ ποιμαίνειν τὰ πρόβατά μυ, *vt non pascant oues meas.* Complutensis etiam Latina habet, *gregem meum.*

V. 26. Pluuiæ benedictionis erunt. *Non præponas coniunctionem* &.

✠ Non præponitur in Hebręo; & quidem sic maiorem emphasim habet repetitio.

CAP. XXXVI. *v. 4.* Et desertis parietinis. *Coniunctio & præponenda est potius his verbis, quàm interponenda, prout docent vetera manuscripta.*

✠ Vt sit substantiuum cum adiectiuo suo parietinæ desertæ, rudera deserta; & non duo substantiue, deserta, & parietinę. Correctio est conformis Hebrææ, vbi non est interposita copula: *lehhoraboth hashomemòth; desertis istis desolatis.* Græca tamen interponunt coniunctionem, καὶ τοῖς ἐξηρημωμένοις καὶ ἠφανισμένοις, *& desolatis, & dissipatis.*

CAP. XXXVII. *v. 16.* Ioseph ligno Ephraim & cunctę domui Israel. *Correctores scripserunt* ligno *pro* lignum, *& datiuum* domui *pro* domus.

✠ Hebręa siquidem postulant datiuum: habent enim signum datiui, *lejoseph, Ioseph*o, & deinde per appositionem, *gnets Ephraim, ligno Ephraim,* & cunctæ domui Israel; sicut in priori hemistichio erat in datiuo, & filijs Iuda; Septuaginta vero habent: τῷ Ἰωσὴφ ῥάβδον Ἐφραίμ: *Iosepho virgam Ephraim*; & sic etiam possunt exponi Hebræa; quod etiam sequitur Complutensis Latina.

CAP. XXXVIII. *v. 2.* Contra Gog, terram Magog. *Non interijcias coniunctionem copulatiuam* & *ante* terram.

✠ Neque enim interijcitur in Hebræo, quamuis interijciatur apud Septuaginta; & in editione Latina Complutensi.

CAP. XXXIX. *v. 2.* Et educam te. *Correctores emendarunt* educam, *quod est, exire faciam, pro eo quod est in libris quibusdam* seducam, *quibusdam* reducam.

✠ Complutensis etiam Latina, habet *educam*; Hebraicè est *shobabhthica*, quod Montanus exponit, *reducam te.* Septuaginta καθοδηγήσω σε, *deducam te*: At certe melius est *educam*, significat enim propheta Gog educendum esse è loco suo, vt inuadat montes Israel; & illud Septuaginta *deducam* melius est quam Montani *reducam*, cum non innuat reuersionem Gogitarum ad sua, sed egressionem ad aliena à Deo directam.

V. 9. Et baculos manuum & contos. *Clarior est genitiuus pluralis* manuum, *quàm singularis* manus.

✠ Quia *manus* ambiguum hoc in loco esset, ad genitiuum, singularem, & accusatiuum aut nominatiuum pluralem. Hebr. *vbemakkel jadh vbhromahh*; *& in baculo manus, & in lancea.* Græca habent vt hæc nostra correctio: ἐν ῥάβδοις χειρῶν ἐν λόγχαις, *& in baculis manuum & contis*, seu lanceis.

CAP. XL. *v. 16.* Et ante frontes pictura palmarum. *Non subijcias* cælata.

✠ Hebraicè est, *el ail temorim*; & ad frontispicium palmas arte sculptas; Nam vera palma arbor, dicitur *Tamar*; at palma picta vel sculpta in lapide ad ornatum, dicitur, *temorah*, & in plurali, *temorith*. Quando igitur præcessit pictura palmarum, non erat opus adijcere *cælata*; quia priores duæ voces plenè exprimunt dictionem Hebręam. Septuaginta habent, καὶ ἐπὶ τὰ αἰλαμ φοίνικες ἔνθεν ἐν ἔνθεν: *Et super ipsa ælam palmæ hinc & hinc.* Retinuerunt ipsam vocem Hebræam *ail*, quæ significat frontispicium.

V. 42. Super quas ponant vasa. *Pro futuro indicatiui* ponent, *correctum est* ponant *præsenti subiunctiui.*

✠ In Hebræo quidem est futurum, *ianihhu*, *ponent*; sed loquutio Latina postulat modum potentialem, *ponant*; id est, ponere possint. Septuaginta habent in futuro, quia interijciunt punctum periodi: ἐπ' αὐτὰ ἐπιθήσουσι τὰ σκεύη, super ipsa imponent vasa. Complutensis etiam Latina habet futurum ponent. Sed Latinius est vt dicatur per modum potentialem.

V. 49. Et octo gradibus ascendebatur ad eam. *Non mutes pronomen fœmininum* eam *in masculinum* eum.

✠ Intellige, *portam* vestibuli. Sciendum autem quia in Hebræo habetur solum: *vbhmagnaloth, asher iagnalu gnalau*; *& per gradus ascendebatur ad ipsum.* scil. vestibulum. Vbi non est certus aliquis numerus graduum, per quos ascendebatur ad portam vestibuli. At Septuaginta ponunt certum numerum: καὶ ἐπὶ δέκα ἀναβαθμῶν ἀνέβαινον ἐπ' αὐτόν: *& in decem gradibus ascendebant ad eum.* Quare ergo nostra habet octo? Quod sic S. Hieronymus transtulerit, ipsum audiamus: *Symmachus* (inquit) *quem in hoc loco sequuti sumus, octo gradus posuit: Septuaginta decem; Theodotio, & Aquila secunda editio, vndecim; prima autem nullum numerum posuit, sed absolute ait*, & gradibus quibus ascendebatur ad eam; *vt vel iuxta consuetudinem priorum portarum, octo intelligamus gradus, sicut intellexit & Symmachus; vel certe quos habebat porta inferior, quorum numerum scriptura non dixit.* Hęc Hieronymus, vt videas correctores retinere, quod Hieronymo sciebant placuisse.

CAP. XLI. *v. 25.* Et sculpturæ palmarum. *Non mutes plurale* sculpturæ *in singulare* sculptura.

✠ Nam in Hebræo est vox pluralis numeri, *temorim*, sculptæ palmæ, vel sculpturę palmarum.

Sequitur: Sicut in parietibus quoque expressæ erant. *Seruandum est fœmininum plurale* expressæ, *non substituendum neutrum* expressa.

✠ Siquidem refertur ad sculpturas palmarum, quæ in frontispicijs & vestibulis & parietibus erant expressæ.

CAP. XLIII. *vers. 6.* Et vir qui stabat iuxta me dixit ad me. *Non omittas relatiuum* qui; *nec addas* & *coniunctionem ante* dixit.

✠ Pronomen relatiuum non est in Hebræo, sed alia forma orationis dicitur: *& fuit vir stans iuxta me & dixit ad me.* Quæ interpres more Latini sermonis nitidiùs transtulit; ideoque si omittatur *qui*, oportebit addere coniunctionem ante verbum *dixit*; & si ponatur *qui* (quod fecit interpres) debet omitti coniunctio.

CAP. XLIV. *v. 12.* Et portabunt iniquitatem suam. *Non mutes futurum* portabunt *in præteritum* portauerunt.

✠ Sic 70. λήψονται ἀτιμίαν αὐτῶν, *suscipient ignominiam suam.* Aut vt habet editio Complutensis, τὴν ἀνομίαν αὐτῶν; iniquitatem suam. In Latina Compl. est præteritum *portauerunt*, & in ipso Hebræo textu, *naseu* in præterito; sed interpres expressit per futurum, quia ita postulat sensus propheticus, & sic etiam transtulerunt Montanus & Pagninus.

V. 30. Vt reponat benedictionem domui tuæ: *Nec hic mutes pronomen* tuę *secundæ personæ, in* suæ *tertiæ.*

✠ Hebr. *el bethecha: domui tuæ.* Septuaginta habent in plurali: ἐπὶ τοὺς οἴκους ὑμῶν: super domus vestras. Hebræa loquutio ad Israelem seu populum collectiuè dirigitur: Gręca ad singulos seu omnes de populo distributiuè.

CAP. XLV. *v. 7.* Longitudinis autem iuxta vnamquamq; partem. *Pro genitiuo* longitudinis, *quidam scribunt accusatiuum, quidam ablatiuum.*

✠ Complutensis Latina cōcordat correctæ; Græca habet τὸ μῆκος, quod vel nominatiui, vel accusatiui casu potest exprimi, longitudinem, vel longitudo.

V. 20. Et expiabis pro domo. *Non facilè mutes singulare* expiabis *in plurale* expiabitis.

✠ Licet enim in Hebr. sit plurale, *chipharten*, *expiabitis*: voluit tamen interpres seruare vocem singularem, qua antea vsus fuit etiam textus Hebræus: quia Latini non ita frequenter mutant numeros inter loquendum, sicut Hebræi; Septuaginta mutarunt numerum conformiter Hebræo: καὶ ἐξιλάσεσθε τὸν οἶκον: & expiabitis domum.

V. 23. Et pro peccato hircum caprarum quotidie. *Non omittas* τὸ quotidie.

✠ Nam in Hebræo est, *lajom, per diem*; & 70. καθ' ἡμέραν, per diem, id est, singulis diebus, seu quotidie.

CAP. XLVI. *v. 11.* Agnis autem. *Nomine* agnis *ne præponas præpositionem* de: *quæ & supra v. 7. simili prorsus loco à nostris manuscriptis vnanimiter omittitur, adstipulante vetere Epanorthote manuscripto, quem habemus.*

✠ Vtrobique in Hebręo habetur signum datiui, *velacchebashim, & agnis*; vbi tamen Montanus & Pagninus posuerunt, *in agnis*; cum tamen antea immediate eandem præpositionem reddiderint Latina propositione, *per*; Complutensis Latina, habet in versu 7. de agnis; in versu isto 12. *in agnis.* Constantiùs ergo & melius, quia Hebreæ præpositioni conformius habet hæc correctio. Septuaginta etiam vtrobique habent datiuum, τοῖς ἀμνοῖς, *agnis.*

V. 16. Si dederit princeps donum alicui de filijs suis. *Caue scribas* domum, *quod est, ædes, pro* donum, *munus.*

✠ Est enim Hebr. *matanah, donum*, munus. Septuaginta, δόμα, domum: quę vox etiam donum Græcis significat.

V. 20. Vt non efferant in atrium exterius. *Legendum est,* efferant *in vocali secunda, non* offerant *quarta, & casu accusandi* atriū exterius, *potiùs quàm offerendi*, atrio exteriori.

✠ Hebraicè est *hotsi el habbatsar*: *ad educendum ad atrium.* Vox *hotsi* efferre, & offerre significat. Septuaginta habent, vt correctio, τοῦ μὴ ἐκφέρειν εἰς τὴν αὐλὴν τὴν ἐξωτέραν, *vt non efferant in atrium exterius.*

CAP. XLVII. *v. 10.* Et stabunt super illas piscatores. *Retinendum est fœmininum* illas. *scil.* aquas, *non substituendum neutrum* illa.

✠ In Hebræo refertur ad *hannahal*, *torrentem*; ac propterea est in masculino, *gnalau, super eo.* sc. torrente; sed maluit interpres ad aquas torrentis referre Septuaginta: στήσονται ἐπ' αὐτοῦ. *stabunt ibi.*

V. 12. Omne lignum pomiferum. *Alij libri habent* fructiferum.

✠ Hebr. *col gnèth maachàl*; *omne lignum cibi*; 70. πᾶν ξύλον βρώσιμον, *omne lignum esui aptum*; Idem vbique sensus.

CAP.

CAP. XLVIII. *v. 2.* Et super terminum Dan. *Non mutes* super *in* ad.

✠ Est enim Hebr. *gnâl ghebûl, super terminum.*

V. 12. Et erunt eis primitię de primitijs terræ. *Pro* primitijs *non est scribendum* primitiuis, *sed eadem vox repetenda est.*

✠ Hebr. eadem vox repetitur, *terumiah mitterumath; oblatio de oblatione;* Et Septuaginta ἀπαρχὴ ἐκ τῶν ἀπαρχῶν, *primitia de primitijs.* Complutensis Latina, habet lectionem hic rejectam.

V. 17. Et ad orientem ducenta quinquaginta. *Adulterinum est quod quidam addunt* milia.

✠ Non est enim in Hebręo, nec in Græco.

V. 22. Erit inter terminum Iuda & inter terminum Beniamin. *Præpositionem* inter *dissyllabam, nequaquam commutare oportet cũ monosyllaba* in *neutro loco.*

✠ Quia Hebraicè est præpositio *bein, inter.*

V. 28. Ad plagam Austri in meridie. *Retinendus est sextus casus* meridie, *non mutandus in quartum* meridiem.

✠ Hebr. est aduerbiale, *temánah, versus meridiem*, aut potiùs meridionaliter: quam vocem Septuaginta acceperunt vt nomen proprium regionis Theman.

V. 31. Et portæ ciuitatis ex nominibus tribuum Israel. *Malè scribunt quidam* omnibus tribubus, *pro* ex nominibus tribuum, *quod est sortita nomina à nominibus tribuum.*

✠ Hebr. *gnâl shemóth, super nomina*, vel ex nominibus 70. ἐπ' ὀνόμασι, *in nominibus.*

V. 33. Et portæ tres, porta Simeonis vna. *Nequaquã omittendum illud,* & portæ tres.

✠ Habentur enim Hebr. *shegnarim shelóshah, porta tres,* & in 70. πύλαι τρεῖς.

DANIEL.

CAP. II. *v. 23.* Tibi Deus patrum nostrorum confiteor. *Alij pro* nostrorum *scribunt* meorum.

✠ Atque ita est in ipso textu originali *ababathi, patrum meorum.* Similiter & apud 70. ὁ θεὸς πατέρων μου: *Deus patrum meorum.* Complutensis Latina, habet, *nostrorum.*

V. 27. Sapientes, magi, arioli, & aruspices. *Non preponas* & *voci* arioli.

✠ In originali, non est vlla omnino coniunctio inter hæc nomina; vt nec in Græco. Complutensis Latina habet, *& arioli, & aruspices;* sed melius nostra, vnicam habet correctionem ante, *aruspices.*

Vers. 29. In strato tuo. *Non scribas* stratu *quarta declinatione.*

Vers. 39. Et post te consurget regnum aliud minus te, argenteum. *Non facilè omittas* τὸ argenteum.

✠ Non est quidem in originali, nec in Græco: sed addidit interpres claritatis causa, quia antea habebatur, *aureum,* & post sequitur, *aneum.*

V. 41. Partem testæ figuli. *Pro substantiuo* testę *non substituas adiectiuum* testeam.

✠ In originali est substantiuũ, *bhasaph di phhar; testam figuli.* Septuaginta vero habent adiectiuè, μέρος μὲν τι ὀστράκινον, *partem quidem aliquam testeam.*

CAP. III. *v. 7.* Et symphoniæ & omnis generis musicorum. *Non omittas prius* &.

✠ Omittitur tamen in originali. Sed interpres voluit per priorem copulam coniungere species particulares instrumentorũ musicorum; & per secundam omnia alia instrumenta musica in prioribus non numerata.

V. 12. Super opera regionis Babylonis. *Alij libri habent* Babyloniæ.

✠ Sed in Hebræo & Græco est, *Babylonis,* non Babylonię.

V. 14. Et statuam auream quam constitui. *Quidam libri legunt* erexi *pro* constitui.

✠ In Chaldæo seu originali, est, *di hakkemeth, quam erigere feci;* quod est, *constitui.* Et Græcus textus: ἔστησα, *statui.*

V. 31. In vero iudicio fecisti. *Non omittas præpositionem* in.

✠ Sic enim est in Græco, (vnde hæc sunt traducta) ἐν ἀληθινῇ κρίσει.

V. 44. Confundantur in omni potentia tua. *Etiam prototypon Græcum duas habet dictiones*, omni potentia, *& quamquam non addat pronomen* tua, *visum est tamen Correctoribus addendum esse.*

V. 52. Et laudabilis & gloriosus & superexaltatus in secula. *Non putarunt Correctores omittendum esse* & gloriosus, *quamuis Græcè non addatur.*

V. 67. Benedicite frigus & æstus Domino. *Legendum est* æstus, *oppositum frigoris, non* æstas, *oppositum byemis.*

✠ Græcè ψῦχος καὶ καῦμα, *frigus & æstus*: æstas autem Græcè θέρος dicitur.

V. 92. Respondit & ait. *Non addas* rex, *sed subaudias.*

✠ Sic enim est in originali textu: licet in Græco addatur, καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς, *& dixit Rex.*

V. 100. Et regnum eius regnum sempiternum. *Non omittas* regnum *secundo loco repetitum.*

✠ Nam & repetitur in Originali, & in Gręco.

Sequitur: Et potestas eius in generationem & generationem. *Non mutes priorem accusatiuum in ablatiuum* generatione.

✠ In originali est, *gnim dar vedar, cũ generatione & generatione.* At in Gręco, sicut habet correctio εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, *in generationem & generationem*; & hoc magis postulat sermo Latinus.

CAP. IV. *v. 2.* Et cogitationes meæ in strato meo. *Non scribas* stratu *quarta declinatione, sed* strato *secunda.*

V. 6. Quoniam ego scio. *Quidam libri mutant coniunctionem* quoniam *in relatiuum* quem.

✠ Originale, vtrumque patitur, aut *quoniam,* aut *quem, di anah jidgnè; quòd, vel quem ego scio;* At Græca sunt, ὃν ἐγὼ ἔγνων, *quem ego noui.*

V. 25. Omnia hæc venerunt. *Non omittas pronomen* hęc.

✠ In originali est, *collà metà: omne venit.* In Græca, vt correctio monet ταῦτα πάντα, *omnia hæc.*

Vers. 27. Nónne hæc est Babylon magna. *Non addas* ciuitas.

✠ Nec enim habetur in originali, nec in Gręca editione.

Vers. 31. Et regnum eius in generationem & generationem. *Non mutes accusatiuos in ablatiuos* generatione & generatione.

✠ Sic enim est in Gręco, & sic postulat Latinus sermo.

CAP. V. *v. 1.* Baltassar rex. *Codices manuscripti scribunt hoc modo, sequuti Interpretes LXX. Codices impressi, mutato* t *aut* th *in* s, *ferè habent* Balsasar *sequuti textum Chaldæum.*

V. 3. Tunc allata vasa aurea & argentea. *Non facilè omittas* & argentea.

✠ Non est quidem in Hebręo seu Chaldæo Danielis; sed addidit Grecus interpres: τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ; *vasa aurea & argentea*; vt indicaret, non aurea duntaxat, sed & cætera vasa sacra à Baltasare isto fuisse in conuiuio prophanata.

V. 23. Qui habet flatum tuum in manu sua. *Caue pro* flatum, *quod est, spiritum scribas* statum.

✠ In originali, *nishemetbach,* flatus tuus, spiritus tuus, anima, mens tua, vt exponit Montan. Græcè: ἡ πνοή σου, *spiratio tua.*

V. 24. Articulus manus quæ scripsit hoc. *Alij scribunt masculinum* qui *pro fœminino* quæ.

✠ Sed melius est, *quæ,* quam, *qui*; rectius enim de *manu* dicitur, scripsisse, quam de articulo manus.

CAP. VI. *v. 4.* Quærebant occasionem vt inuenirent Danieli ex latere regis. *Triplex est hoc loco variorum codicum error. Quidam collocant vocem* occasionem *post verbum* inuenirent, *quidam pro datiuo* Danieli *scribunt accusatiuum* Danielem, *pro* inuenirent, *ferè* auferrent *vel* euellerent: *denique quidam pro* regis *legunt* regni, *exemplaria tamen manuscripta loquuntur, ab Interprete versum esse* regis.

✠ Ex originali *verbatim* verti potest, *erant* quęrentes inuenire occasionem contra Danielem ex parte regni, & Græca sunt? ἐζήτουν πρόφασιν εὑρεῖν κατὰ Δανιήλ; *quærebant occasionem inuenire contra Danielem.* Et illud *ex parte regni,* idem est, ac ex administratione negotiorum regni. Sequuti sunt correctores antiquiora manuscripta.

V. 24. Qui accusauerant Danielem. *Præteritum plusquam perfectum præferendum est perfecto.*

✠ Quia de accusatione iam plenè transacta, & per miraculum conuicta, est sermo. Græcè, τοὺς διαβαλόντας, *qui accusauerant*, vt transfert editio vaticana.

CAP. VII. *v. 22.* Et iudicium dedit sanctis Excelsi. *Manuscripti*

nuscripti libri scribunt genitiuum singularem excelsi, *qui non est mutandus in datiuum pluralem* excelsis, *quod faciunt impressi quidam codices.*

✠ In originali, *lekaddishè gnelionin*, quod montanus traduxit, *sanctis excelsis*; cum sit in regimine, & exponi debeat, *sanctis excelsorum* & subintelligatur, *elohim*; quod nostra correctio vult, *sanctis excelsi*; nimirum *Dei*. Et sic habent Græca, ἁγίοις ὑψίςυ, *sanctis excelsi.*

CAP. VIII. *v.* 2. Cùm essem in Susis. *Alij libri, præsertim typis excusi, seruata terminatione Chaldaica, scribunt* Susan.

Ibidem. Quod est in Ælam regione. *Pro* regione *non substituas* ciuitate.

✠ Est enim originali, *medinàh*, prouincia vel regione, aut ditione; & Græce, ἐν χώρᾳ, *in regione.*

V. 4. Cornibus ventilantem contra Occidentem. *Non interijcias* contra orientem &, *post* ventilantem.

✠ Fit enim mentio tantum maris, seu Occidentis, Aquilonis, & Meridiei; nulla vero Orientis.

V. 12. Robur autem datum est ei. *Non temerè omittas pronomen* ei.

✠ Non est in originali, sed aperte subintelligitur.

V. 14. Vsque ad vesperam & manè, dies duo milia trecenti. *Correctores indicarunt addendam vocem* dies, *vel claritatis causa.*

✠ Quemadmodum & interpretatio Græca addidit.

CAP. IX. *v.* 23. Tu ergo animaduerte sermonem. *Meliùs est* ergo, *quàm* autem.

✠ Est quidem solum copula, *vbin*, & intellige; sed in consecutione sermonis vim habet illatiuæ.

CAP. X. *v.* 1. Anno tertio Cyri. *Non facilè interponas vocem* regni *post* tertio.

✠ Nec enim habetur in originali, aut Græco contextu.

V. 17. Nihil enim in me remansit virium. *Non omittas coniunctionem* enim.

✠ Nam & cum dictum est, copulatiue in sermone sacro sæpe habent vim causalium.

V. 20. Cùm ego egrederer. *Legendum est pronomen* ego, *pro coniunctione* ergo, *quæ in plerisque est libris.*

✠ In originali, *veani iotsè, & ego egrediens.*

CAP. XI. *v.* 41. Et multæ corruent. *Fœmininum* multæ *non est commutandum cum masculino* multi.

✠ Est enim in Hebr. fœmininũ, *rabbòth, multa*, scil. regiones, seu terræ. Græca habent in masculino πολλοὶ ἀσθενήσυσι, *multi infirmabuntur.*

CAP. XII. *v.* 6. Et dixi viro, qui erat indutus lineis. *Pro prima persona* dixi *non temerè substituenda est tertia* dixit.

✠ Est quidem apud Danielem, in tertia persona, *vajómer, & dixit*; sed idiotismus est, & clarè apparet sermonem esse de ipso Daniele, qui narrat se dixisse.

CAP. XIII. *v.* 5. Et constituti sunt de populo duo senes iudices. *Non omittas* τὸ de populo.

✠ Græcè enim est, δύο πρεσβύτεροι ἐκ τοῦ λαοῦ, *duo senes ex populo.*

CAP. XIV. *v.* 9. 10. In templum Bel. Et dixerunt sacerdotes Bel. *Alij declinantes scribunt* Belis.

V. 12. Contemnebant autem quia fecerant. *Legendum est* contemnebant *potius quàm* confidebant.

✠ Græcè κατεφρόνυν, contemnebant.

V. 13. Rex posuit cibos ante Bel. *Correctores claritatis causa, omiserunt* &, *quod multi libri præponunt voci* Rex.

V. 24. Iste autem non est Deus viuens. *Non censuerunt Patres omittenda hæc verba, quamuis ab alijs exemplaribus Græco conformiter omittantur.*

V. 36 Daniel serue Dei, tolle prandium. *Idem iudicium est de hoc* serue Dei.

V. 37. Et non dereliquisti diligentes te. *Præferendum est* diligentes, *ei quod quidã legunt* quærentes, *aliundè, vt verisimilè est, accepto.*

✠ Græc. Τὺς ἀγαπῶντάς σε, *diligentes te.*

Vers. 39. Et ecce Daniel sedens in medio leonum. *Eadem ratio habenda est huius* in medio leonum, *quæ illius de quo suprà v.* 14.

✠ Nimirum, additum fuisse illud, in medio leonum, claritatis gratia, quamuis non sit in Græco.

V. 40. Et extraxit eum de lacu leonum. *Similiter & huius* de lacu leonum.

V. 41. Tunc rex ait: Paueant omnes habitantes in vniuersa terra Deum Danielis: quia ipse est saluator, faciens signa & mirabilia in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum. *Denique & huius 42. versus eadem est ratio, qui respondet eis quæ leguntur suprà 6. v. 26. 27.*

OSEE.

CAP. I. *v.* 9. Et ego non ero vester. *Quidam libri addunt* Deus *aut* Dominus, *sed superfluè.*

✠ Heb. *lo ehejèb lachem, non ero vobis.* Septuaginta καὶ ἐγὼ οὐκ εἰμι, ὑμῶν, *& ego non sum vester.*

CAP. II. *v.* 16. Et non vocabit me vltrà Baali. *Alij scribunt* Baalim, *quod est plurale absolutum citra pronomen, & significat* Domini. *Patres rectè, ablata postrema litera* m, *correxerunt* Baali, *quod est singulare cũ pronomine prima persona, & vertas* Dominus meus, *sed exosum Deo nomen, quod idolis vulgò attribueretur.*

✠ Itaque correctio est, in eo quod Baali ponitur, sicut est in Hebræo, non Baal, aut Baalim. Et quidem hoc nomen significat etiam maritum, quando habet respectum ad fœminam. Sed ideo, quia maritus est Dominus vxoris. At *ishi*, quod habetur pro eo quod hic est, *vir meus*, maritum significat, quatenus vxorem, tanquã comparé suam & de osse & carne sua sumptam, diligit. Prædicit ergo Deus fore vt Ecclesia non amplius Deum seruili timore, quomodo superstitiosi colebant idola, sed filiali & casto, ex vera charitate Domini sit cultura.

V. 23. Et seminabo eam mihi in terra. *Non est mutandus ablatiuus* terra *cum accusatiuo* terram.

✠ *Beèrets*: *in terra.* Et hoc enim Latinius est. Septuaginta habent ἐπὶ τῆς γῆς, *in terra*, vel super terram.

CAP. V. *v.* 1. Et rete expansum super Thabor. *Non addas* sicut *ante* rete, *sed subaudias.*

✠ In Hebræo enim non est nota comparationis seu similitudinis; quamuis sit in Græco, ὡς δίκτυον, *sicut rete.*

V. 7. Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis. *Caue legas, transpositis literis, masculinum* patribus, *quod est genitoribus, pro fœminino* partibus.

✠ Hebr. *eth hhelkehem, cum partibus eorum.* Septuaginta καὶ τὺς κλήρυς αὐτῶν, *& cleros*, seu sortes ipsorum, quod est (interprete Hieronymo) possessiones in diuisione terræ ad mensuram funiculi susceptas.

CAP. VI. *v.* 5. Occidi eos in verbo oris mei. *Non præponas* & *coniunctionem.*

✠ Nec enim est in Hebræo, nec apud Septuaginta.

CAP. VII. *v.* 5. Dies regis nostri. *Non est mutandus nominatiuus* dies *in ablatiuum* die.

✠ Hebr. *iom malchènu: dies regis nostri.* Est imitatio acclamationis popularis, qua vociferabantur læti in festo idololatrico: euge dies regis nostri, dies festiuus regi nostro.

CAP. VIII. *v.* 2. Me inuocabunt, Deus meus. *Retinendum est futurum, non substituendum præteritum imperfectum* inuocabant.

✠ Est enim futurum in Hebræo, *li ijzgnáku, mihi acclamabunt.* Et Septuaginta ἐμὲ κεκράξονται, *me clamabunt*, aut inclamabunt.

CAP. IX. *v.* 7. Propter multitudinem iniquitatis tuæ & multitudinem amentiæ. *Tam posteriore loco quàm priore, scribendus est accusandi casus* multitudinem (*quidam enim libri posteriori loco habent casum nominandi* multitudo) *sed pronomen*, tuæ, *non perinde addendum est nomini* amentiæ, *vt nomini* iniquitatis.

✠ Hebr. *gnal rob gnauónecha verábbah mashtamah*, *super multitudinem iniquitatis tuæ*, & multum odium. Septuaginta hic longe aliter. ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀδικιῶν σου, ἐπληθύνθη ἡ μανία σου, *à multitudine iniquitatum tuarum, multiplicata est amentia tua.* Quæ tamen in eandem conspirant sententiam: ideo nimirũ multiplicatos fuisse in populo falsos Prophetas, quia populus ipse multitudine iniquitatum fœdatus est.

CAP. X. *v.* 12. Seminate vobis in iustitia. *Nonnulli codices, obscuræ phrasis sensum explicare volentes, pro ablatiuo cum præpositione* in, *scribunt nudum accusatiuum* iustitiam; *alij complures, retentis accusatiuo &* in *præpositione, addunt* veritate: In veritate iustitiam: *sed prima lectio germana est.*

✠ Est

✠ Est enim Heb. *zargrù lachèm litsedakà*, *seminate vobis ad iustitiam*. Septuaginta σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, *seminate vobis in iustitia*; vt exponit vaticana.

V. 14. Qui iudicauit Baal in die prælij. *Pro* iudicauit, *quod est damnauit, non esse substituendum* vindicauit, *quod est, vltus est, docuimus in Notationibus.*

✠ Pro hoc in Hebręo est, *beth arbeel bijom milhhamàh: domus Arbel in die belli. Arbel* autem, vt docet Hieronymus, est Gedeon, dictus Ierobaal, quia cum altare Balis euertisset; populo tumultuanti dixit Pater Gedeonis, si Baal est Deus, vindicet se, aut iudicet se de Gedeone. Arbel ergo est idem, quod vindicator Dei, insidiator Dei, aut execrator Dei (qualem putabat stultus populus Baalem fuisse;) nam *rob* Hebr. est litigauit; *arab*, insidiatus est, *arar* maledixit, & *el* Deus. Sensus ergo est, Gedeonem iudicasse Baal, quia euertendo impune ipsius aram, demonstrauit Baal non esse Deum, qui seipsum vlcisci non potuerit.

CAP. XI. *v. 12.* Circum dedit me in negatione Ephraim. *Caue scribas* negotiatione, *id est mercatu, pro* negatione, *quod est abnegatione.*

✠ Hebr. est, *bechahhash, in mendacio*, nullum autem maius mendacium, quam abnegare cultum & timorem Dei.

Ibidem. Iudas autem testis descendit cum Deo, & cum sanctis fidelis. *Nominatiuus singularis* fidelis, *haudquaquam mutandus est in ablatiuum pluralem* fidelibus.

✠ Hebr. *Gnim kedoshim neeman, cum sanctis fidelis est*; vel constans est.

CAP. XII. *v. 11.* Si Galaad idolum, ergo frustra erant in Galgal bobus immolantes. *Quadruplex hoc loco variorum codicum vitium vitandum est. Primum est eorum qui inter* si *&* Galaad *interponunt præpositionem* in, *quæ subaudiri potest, addi non debet. Alterum est eorum qui pro* Galaad *repetunt* Galgal, *quod est in posteriori parte sententiæ: Galaad vltra, Galgal citra Iordanem sita erat. Tertium, quo pro* ergo *coniunctione illatiua, scribitur* tamen *aduersatiua. Quartum est, quo verbum substantiuum* erant, *mutatur cum* errant, *errore non modico.*

✠ Hebr. sunt: *Im Ghilgnàd àuen, ach share hajù be Ghilghal sheuarim zibbèbhu*: *si in Galaad* (hoc est in regno tribuum decem) *iniquitas* (idololatrica) locum habuit; propter quod ab Assyrijs destructi sunt Israelitę; *certè frustra fuerunt* (inaniter & impie operati sunt) qui, *in Galgalis*, (id est in tribu Iuda, in qua erat templum & cultus veneris) *tauros immolauerunt* idolis; ideoque eandem expectare debent vindictam à Deo. Eundem sensum facit versio Septuaginta: Εἰ μὴ γαλαὰδ ἐστιν, ἄρα, ψευδεῖς ἦσαν ἐν γαλαὰδ ἄρχοντες θυσιάζοντες. *Si non est Galaad* (pro *auen, quod est iniquitas*, legerunt *ain*, quod est non) *ergo falsi erant in Galaad* (legendum est, *Galgal*) *principes sacrificantes*. Si nocuit Israelitis in Galaad idololatria: ergo etiam perniciem adferet populo Iuda in Galgalis.

V. 12. Et seruiuit Israel in vxorem, & in vxorē seruauit. *Multi codices legunt* seruiuit, *quod est, ministrauit, in fine vt in principio huius pericopes: verum, in principio quidem* seruiuit, *in fine autem* seruauit, *quod est, custodiuit, scribendum esse, extra controuersiam esse debet.*

✠ Aperte enim in Hebræo est: *vajagnabod jishrael be ishah, vbeishàh shamàr; & seruiuit Israel in vxore, & in vxore custodiuit.* i. Pro Rachele vxore principali seruiuit Labani; & pro Lia altera vxore custodiuit greges soceri sui. Eodem prorsus modo Septuaginta? ἐδούλευσεν Ἰσραὴλ ἐν γυναικὶ, καὶ ἐν γυναικὶ ἐφυλάξατο, *seruiuit Israel in vxore, & in vxore custodiuit.*

CAP. XIII. *v. 6.* Et leuauerunt cor suum. *Duas voces,* & leuauerunt, *non contrahas in vnam,* eleuauerunt.

✠ Hebr. *vajàrom libbàm; & eleuatum est cor ipsorum.* 70. ὑψώθησαν αἱ καρδίαι αὐτῶν, *sublimata sunt corda eorum.*

V. 10. Da mihi regem & principes. *Seruandus est singularis numerus* regem, *non substituendus pluralis* reges.

✠ Sic enim in Hebr. *mélech ve sarìm; regem & principes*; Septuaginta vtrumque in singulari posuerunt: δὸς μοι βασιλέα καὶ ἄρχοντα, *da mihi regem & principem.*

V. 15. Adducet vrentem ventum Dominus. *Non præponas coniunctionem* &.

✠ Non est enim in Hebræo.

CAP. XIV. *v. 6.* Ero quasi ros Israel germinabit sicut lilium. *Non est interijcienda* & *coniunctio inter* ros *&* Israel, *eo minùs quòd* Israel *coniungi possit cum* ros.

✠ Nam in Hebręo est, *chetal lejishraèl, sicut ros Israeli.* Sic & Septuaginta ὡς δρόσος τῷ Ἰσραήλ. Itaque non est interponenda copulatiua, ne mutetur sententia.

IOEL.

CAP. II. *v. 14.* Quis scit si conuertatur & ignoscat. *Non addas* Deus.

✠ Quia non additur in Hebræo, neque apud 70.

Ibidem. Sacrificium & libamen Domino Deo vestro. *Retinendum est pronomen secundæ personæ* vestro; *non supponendum primæ,* nostro.

✠ Hebr. *elohechèm, Deo vestro.* Sic Septuaginta κυρίῳ τῷ θεῷ ὑμῶν.

CAP. III. *v. 3.* Et posuerunt puerum in prostibulo. *Præferendus est casus sextus quarto* prostibulum.

✠ Hebr. *bazzonàh. in meretrice*; vt esset meretricis loco. Prostibulū autem est propriè locus ipse meretricius; in quo quæstum corpore faciunt.

V. 17. Habitans in Sion monte sancto meo, *Non est repetenda præpositio* in *ante* monte.

✠ Quia non repetitur in Hebręo.

AMOS.

CAP. I. *v. 1.* Verba Amos qui fuit in pastoribus de Thecue. *Correctores dederunt nomen substantiuum* pastoribus, *pro eo quod alij legunt adiectiuo* pastoralibus: *denique addiderunt* de *præpositionem ante* Thecue.

✠ Est enim Hebr. nomen substantiuum; *bannokedim, in pecuarijs seu pastoribus*, vnde Aquila transtulit, ἐν ποιμνοτρόφοις, *in gregum pastoribus, & symmachus*, ἐν τοῖς ποιμέσιν, in pastoribus & Latinius dicitur, de pastoribus, quàm in pastoribus, qui est Hebraismus, *in* pro *de*. Septuaginta hic legunt ἐν ἀκκαρείμ, quæ est corrupta lectio, pro ἐν νακεδείμ, ob literarum *daleth* & *resh* similitudinem; & retenta est vox ipsa Hebræa, tanquam esset nomen proprium loci, cum significet pecualium pastorem, aut (vt habet Targum Chaldaicum) *mare ghibhin*, Dominum pecorum. Forte etiam legerunt *bamakarim* quod est *inter fossores*. Amos enim colonum rusticum se fuisse asserit.

V. 6 & 9 Et super quatuor non conuertam eum. *Masculinum pronomen* eum *non esse commutandum cum fœminino* eam, *docuimus in Notationibus.*

✠ Hebr. *lo ashibènnu*, non conuertam eum, nempe populum Gazę, & Tyri. Septuaginta habent in plurali, versu 6. οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτοὺς, *non auersabor eos*, nempe Gazenses & Tyrios; At in versu 9. habent αὐτήν, ipsam, seu eam, nempe Tyrum ciuitatem.

CAP. II. *v. 13.* Et ecce stridebo subter vos. *Non mutes* subter, *quod est* sub, *in præpositionem contrariam* super.

✠ Hebr. *Tahhtechem*, subter vos: vt & Græcè ὑποκάτω ὑμῶν.

CAP. III. *v. 12.* Et in Damasci grabato. *Hanc lectionem quæ habet genitiuum* Damasci *& ablatiuum* grabato, *Patres non sine causa prætulerunt ei quæ contrà habet ablatiuum* Damasco *& genitiuum* grabati, *hoc modo*: Et in Damasco grabati: *quam licet ex Notationibus nostris intelligere.*

✠ Hebr. *Bidemeshek gnaresh*, quod potest exponi, vel, *in Damasco grabati*. i. quæ est instar grabati ad requiem fessis tribuendam; vel, *in Damasci grabato*, quod est, in requie quam præbere posset Damascus, quasi in grabato. Sed quia in Hebræo sermone genitiuus possidentis, solet posteriori loco poni, ideo, verbatim est in *Damasco grabati*; quia verò hæc loquutio obscurior est Latinis auribus, voluerunt interpretes dicere in Damasci grabato, quomodo etiam potest transferri; & sic etiam legit hic Complutensis Latina. Recentiores hic commenti sunt aliud exponunt enim, in angulo, vel sponda, seu pede grabati, eo quod *mesek* significet crus seu tibiam; sed est aperte contra Hebraismū, cum sit in textu vox *damesek*, quæ significat Damascum; & pronomen *de* (quod fingunt isti hic intercedere, ac si esset *bi de mesek*, in eo quod est crus) non sit Hebræum, sed Chaldæorum proprium.

CAP. IV. *v. 4.* Et afferte manè victimas vestras. *Non mutes* afferte *in* offerte, *id est, vocalem primam* à *in quartam* o.

✠ Est enim Hebraicè *habiu*, afferte, adducite. Septuaginta, ἠνέγκατε, adduxistis: quod enim Propheta per ironiam permissiuam dixit in imperatiuo; Septuaginta propria loquutione explicant in præterito, improperando ipsis idololotriam.

CAP. V. *v.* 17. Et in omnibus vineis erit planctus. *Caue scribas* vijs, *quod est, itineribus, pro* vineis, *quod est, vinetis.*

✠ Nam in Hebræo est, *becol cheramim, in omnibus vineis*; Quauis Septuaginta hic transferant, ἐν πάσαις ὁδοῖς, *in omnibus vijs.*

Vers. 26. Et portastis tabernaculum Moloch vestro. *Non interponas* deo *aut* idolo *inter* Moloch *&* vestro.

✠ Hebr. *siccuth malchechèm*; tabernaculum moloch vestri; quomodo etiam Septuaginta. τὴν σκηνὴν τοῦ μολὸχ. *Recentiores exponunt:* & portabatis, seu *gestabatis Siccut regē vestrum*, vt Siccut, sit nomen Idoli, quod formam stellæ habebat, cui idololatræ tanquam regi parebant. Sed Hieronymus, & Septuaginta videntur legisse *Succeh* tabernaculum, pro *Siccut*, ob similitudinem literarum *he* & *tau*; & *Milcom* (qui est Moloch Saturnus regio schemate depictus) pro *Malchechem*, rege vestro; neglecta vna *caph*, quæ est vnica in *Milcom*, & duplex in *Malchechem*.

CAP. VI. *v.* 14. Qui lætamini in nihilo. *Alij, pro ablatiuo* nihilo, *scribunt* nihili *indeclinatum.*

✠ Hebr. *Hashmehhim lelo dabar, lætantes in non-verbo*, seu in non-re; hoc est, in nihilo. Septuaginta οἱ εὐφραινόμενοι ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ, qui lętamini super nullo sermone; quod Symmachus dixit. ἀλόγως, absque vlla ratione.

CAP. VII. *v.* 1. Et ecce serotinus post tonsionem regis. *Nomen verbale fœmininum* tonsionem, *Patres consultò prætulerunt masculino* tonsorem, *vt & nomen* gregis, *necessariò commutarunt, dempta prima litera, cum* regis. *Legat qui volet Notationes nostras.*

✠ Hebraicè est, *ahhar ghizze hammélech, post tonsiones regis*; Septuaginta hic habent, καὶ ἰδοὺ βροῦχος εἷς γὼγ ὁ βασιλεύς, & ecce bruchus vnus Gog rex. Legerunt *gog* pro *giz* ob affinitatem figurę harum literarum zain & ghimel; & pro *lekesh, serotinus*; legerunt, *lékek*, ligurio, bruchus qui omnia lambit; cui comparatur exercitus Gogitarum omnia vastantium.

V. 3. Non erit, dixit Dominus. *Non est mutandum præteritum* dixit, *in præsens* dicit. *Idem obseruandum infrà v.* 6.

✠ Est enim Hebr. *amàr*, præteritum, *dixit*; Septuaginta tamen transtulerunt λέγει κύριος, *dicit Dominus.*

V. 7. Hæc ostendit mihi Dominus. *Non addas* Deus.

✠ Hebraicè nec, *Dominus*, nec Deus additur: sed simpliciter, *còh hiráni, sic ostendit mihi*; At 70. claritatis causâ addiderunt, οὕτως ἔδειξέ μοι κύριος, *sic ostendit mihi Dominus*; quod noster interpres imitari voluit.

CAP. VIII. *v.* 5. Quando transibit mensis. *Legendum est* mensis, *cuius initium kalendæ, non* messis *opposita sementi.*

✠ Hebr. *hahhódesh*; *mensis*: vt & apud Septuaginta, ὁ μήν, *mensis.*

V. 7. Iurauit Dominus in superbiam Iacob. *Correctores prætulerunt quartum casum sexto* superbia.

✠ Est quidem Hebraicè *biggheòn, in celsitudine*, (vnde Hebræi quosdam suos Rabinos vocant *haggaonim, excelsos*, eximios magistros) quasi esset Deus per celsitudinem Iacob iurauit; est autē ipse Deus celsitudo populi sui. At interpres sequutus est Septuaginta, qui exposuerunt (prout exponi potest æquè rectè) κατὰ ὑπερηφανίας, *contrà superbiam*; ideo rectum est, in nostra editione, *in superbiam*: pro *contrà.*

V. 9. Et erit in die illa, dicit Dominus Deus. *Non omittas vocem* Deus.

✠ Nam in Hebræo est *adonaj elohim*, quod semper transfertur Dominus Deus; & Septuaginta *Dominus Dominus*. κύριος κύριος.

CAP. IX. *v.* 1. Non erit fuga eis: fugient, & non saluabitur ex eis qui fugerit. *Futurum plurale* fugient, *multi libri vertunt in singulare* fugiet: *cæterum nullo modo est omittendum, nec est præcedentibus iungendum, interposito relatiuo* qui: Non erit fuga eis qui fugient.

✠ Hebrea, prout nunc habent puncta masoretarum, sic exponuntur: *Non fugiet eis fugiens, & non euadet eis euasor*; At si alio modo punctentur, possunt ita verti: *non fugiet ex eis: fugiet, & non euadet eis euasor*; hanc interpunctionem sequutus est interpres; & clarius expressit per verba, quę Hebraismus habet per participia.

V. 11. Et reędificabo illud. *Retinendum est neutrum* illud. *s. tabernaculum, non supponendum masculinum* eum.

ABDIAS.

VErs. 11. In die cùm stares aduersus eum. *Non est omittendum pronomen* eum.

✠ Non est in Hebræo, sed subintelligitur: ideoque hic claritatis causa exprimitur.

Vers. 16. Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum. *Non est mutandum verbum plurale* bibistis, *in singulare* bibisti.

✠ Hebraicè est numerus pluralis, *shethitem, bibistis*; at Septuaginta in singulari, ἔπιες, *bibisti.*

Vers. 20. Omnia loca Chananæorum. *Patres addiderunt vocem* loca.

✠ In Hebręo, solum est *Canaan*; Septuaginta verterunt, γῆ τῶν χαναναίων, *terra Chananæorum*: Ideoque bene additum est, *loca.*

IONAS.

CAP. I. *v.* 11. Quia mare ibat & intumescebat. *Quod subijciunt quidam libri* super eos, *non est huius versiculi, sed decimitertij.*

V. 12. Tempestas hæc grandis venit super vos. *Patres addendum censuerunt verbum* venit: *pro quo quidam libri verbum substantiuū* est *legunt: nam alij neutrum habent.*

✠ Quemadmodum nec Hebręa habet, sed subintelligunt *venit*, aut *est*; quod postremum habent Septuaginta ὁ κλύδων ὁ μέγας οὗτος ἐφ' ὑμᾶς ἐστι. *fluctus hic magnus contra vos est.*

MICHÆAS.

CAP. I. *vers.* 11. Planctum domus vicina accipiet ex vobis. *Non mutes nominatiuum* vicina *in genitiuum* vicinę.

✠ Hebraicè est, *Beth haetsel*; quod exponi potest vel vt sit nomen proprium ciuitatis; vel vt sit, *domus vicina*; quod etiam voluerunt Septuaginta, qui transferunt, κόψασθε οἶκον ἐχόμενον αὐτῆς, plangite domum contiguam, ei vicinam ei; iuxta eam, nam *etsel* significat *iuxta*; Recentiores maluerunt retinere vocem ipsam Hebręam, tanquam nomen proprium vrbis vicinæ vrbi Saanan; quæ plangere deberet, tanquam ruitura proximè post vrbem Saanan. Eadem erit sententia, quantum ad vim prophetię, prędicentis captiuitatem tribus Iuda post captiuitatem decem tribuum Israel.

V. 14. Domus mendacij in deceptionem regibus Israel. *Nominatiuus pluralis* domus, *non est vertendus in accusatiuum pluralem* domos.

✠ Hebraicè est paronomasia elegans: *battè achzib, le achzab*; *domus achzib* (nomen est proprium oppidi, quod etiam significat mendacium) seu mendacij, *in mendacium*, seu ad decipiendum. Potest tamen legi per accusatiuum, appositiuè; vt sit, *dabo Marésam & Gheth, domos mendacij*; Atque ita legunt. 70. δώσω οἴκους ματαίους, εἰς κενὸν ἐγένοντο; *dabo domos vanas, in vanum facta sunt.*

CAP. II. *v.* 5. In cœtu Domini. *Non subijcias*, ô Israel.

✠ Quia non est in textu Hebręo, aut Gręco.

CAP. IV. *v.* 6. Et quam afflixeram. *Non addas* consolabor.

✠ Nec enim habetur in Hebręo, nec in Græco.

V. 8. Et tu turris gregis nebulosa filiæ Sion. *Non mutes genitiuum* filiæ *in nominatiuum* filia.

✠ Hebręa sunt, *gnóppel bath tsion*: quod pro more collocationis Hebreę, est in regimine genitiui; *ophel*, seu nebulosa turris filiæ Sion. Turris gregis, erat iuxta Bethlehem, vbi Iacob, & pastores post ipsum greges pauerunt, & postea pastoribus apparuerūt Angeli in Christi natiuitate. Ophel (quæ vox significat *caliginem* aut *nebulam*) erat nomen turris excelsæ valde in Sion, quæ cacumine suo nubes penetrabat.

CAP. V. v. 3. Et reliquię fratrum eius. *Non omittas coniunctionem &.*

✠ Nam est in Hebræo & Gręco contextu.

V. 5. Et erit iste pax: cùm venerit Assyrius. *Quidam libri, inuerso verborum ordine, legunt, pro nominatiuo* Assyrius, *datiuum* Assyrijs, *quem præcedentibus iungunt hoc modo:* Et erit pax Assyrijs cùm venerit; *sed malè.*

✠ Quia in Hebræo; ante *Assur*, est regia distinctio, indicans non connecti præcedentia cum voce Assur, atque adeo eam vocem legendum in nominatiuo, non in datiuo casu.

V. 9. Exaltabitur manus tua super hostes tuos. *Non preponas coniunctionem &.*

✠ Non prçponitur in Hebrço, nec apud Septuaginta.

CAP. VI. v. 9. Et salus erit timentibus nomen tuum. *Non est mutandum pronomen secundæ personæ* tuum, *in tertiæ* suum *vel* eius.

✠ In Hebræo, prout nunc habet lectio Masoretarum habetur: *ve tushyah yreeh shemécha: & sapientia timebit nomen tuũ.* Interpres, noster videtur legisse, *ve teshugnah iereè shemécha, & salus timentibus nomen tuum*; Quomodo etiam legisse videntur Septuaginta, qui vertunt: σώζει φοβουμένους τὸ ὄνομα αὐτοῦ, *saluabit timentes nomen eius.* Sed eadem est sententia: nam vera sapientia est salus, & vera salus est sapientia.

V. 16. Et ambulasti in voluntatibus eorum. *Legendum est* voluntatibus, *quod est desiderijs, non* voluptatibus, *quod est, delectamentis.*

✠ Nam Hebraicè est, *bemognatsothàm, in consilijs eorum.* Et Septuaginta ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, *in vijs eorum*, quod est idem, cum *voluntatibus.*

CAP. VII. v. 17. Velut reptilia perturbabuntur in ædibus suis. *Ita emendarunt Correctores sequuti LXX. tametsi altera lectio,* proturbabuntur de, *quod est, eijcientur ex* ædibus suis, *Hebræo similior sit.*

✠ Hebraicè est, *ijrghezù mimmisgherothehem: mouebunt se de clausuris suis.* Et Septuaginta συγχυθήσονται ἐν συγκλεισμῷ αὐτῶν, *confundentur in conclusione, seu clausura sua.* i. loco in quo concludebantur. Itaque Hebrça videntur velle, eijciendos de loco suo; Græca verò, confundendos in locis suis, quod nostra editio sequuta est; Quoad rem ipsam non est differentia.

Sequitur: Dominum Deum nostrum formidabunt. *Pro* formidabunt, *quod est, pauebunt, non scribas* desiderabunt, *quod est, cupient.*

✠ Hebraicè, *jiphhadù, vejireù; formidabunt & timebunt.* Septuaginta ἐκστήσονται καὶ φοβηθήσονται, *extasim patientur & timebunt.*

N A H V M.

CAP. I. v. 12. Sic quoque attondentur & pertransibit. *Non est mutandum singulare* pertransibit, *in plurale* pertransibunt.

✠ Hebr. *nagózu vegnabàr*; *excindentur (seu attondentur) & transibit* i. hostium potentia & gloria euanescet. 70. ἡ ἀκοή σου οὐκ ἐπακουσθήσεται ἔτι. *auditus tuus non audietur amplius*; per Apostrophen ad hostes populi Dei.

CAP. II. v. 4. In itineribus conturbati sunt: quadrigæ collisæ sunt in plateis. *Masculinum* conturbati, *non est vertendum in fœmininum* conturbatç, *iungendumq̃ cum* quadrigæ.

✠ Prout nunc habentur Hebrça à Masoretis punctata; sic legi debet: *bahhutsoth jithhollelù harécheb; in vijs (* extra ciuitatem id enim significat vox *hhutsoth) insanient currus*; vbi currus est singularis numeri, sed accipitur collectiuè, pro curribus innumeris Chaldçorum. At interpres noster videtur aliam interpunctionem sequutus, & post verbum *jithholelù*, quod est, insanient, vel se inuicem conturbabunt, colon, seu distinctionis notam agnouit; & deinde, *harecheb pishtak shekun ba rehhoboth, currus colliserunt se mutuo in plateis*; & hanc distictiuam sequuti sunt Septuaginta: οἱ ἱππεῖς θορυβηθήσονται ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ συγχυθήσονται τὰ ἅρματα καὶ συμπλακήσονται ἐν ταῖς πλατείαις. *Equites turbabuntur in vijs, & confundentur currus, & collidentur in plateis.*

V. 13. Et succendam vsque ad fumum quadrigas tuas. *Non facilè substituendum est pronomen tertiæ personæ* eius, *pro secundæ* tuas.

✠ In Hebræo est, *ricbàh, currum eius*: sed Hebraismus clarè agnoscitur, cum prçcedat, & subsequatur pronomen secundę personæ: quales Hebraismos agnoscimus aliquando in idiomate Hispano, cum alloquentes aliquem, mutemus Personam, & aliquando in 2. dicamus (vt hic) *tus cachorreas*, catulæ tuæ, & statim mutata persona, *sus carroceas, currus eius.*

CAP. III. v. 2. 3. Vox flagelli & vox impetus rotę, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ. *Quidam libri, magnam horum nominum partem scribunt primò casu numeri pluralis,* & quadrigæ feruentes, & equites ascendentes, & micantes gladij, & fulgurantes hastæ, & multitudines interfectę, & graues ruinę: *sed retinendus est vbique secundus casus numeri singularis.*

✠ Sunt enim omnia in Hebræo aperte in regimine (vt vocant) casus genitiui: eodemque modo reddunt Septuaginta.

V. 8. Nunquid meliores Alexandria populorum. *Non preponas præpositionem* ab *nomini* Alexandria.

✠ Hebraicè est, *minnò Amon*, prę No (ita olim vocabatur Alexandria Ægypti) *populorum*; seu populosa; vbi Amon est, pro *Hamon*; *populus*; Aut est regio Amonitis in qua est Alexandria; non Ammonitis in Syria, sed in Ægypto. Vnde intelliges cur Septuaginta verterint, ἑτοιμάσαι μερίδα Ἀμών, *parare partem Amon*; quod enim nunc legitur *Minnò*, præ No vrbe; Septuaginta legisse videntur ijsdem literis, sed alijs punctis, *Mana* partem; & Amon sumserunt pro vrbe Alexandria, capite regionis Amonitidis in Ægypto.

V. 13. Inimicis tuis adapertione pandentur portæ terræ tuæ. *Vna vox ablatiui casus* adapertione, *non est distrahenda in duas* ad apertionem: *nam* adapertione pandentur, *hoc est, aperiendo aperientur.*

✠ Hebr. *Pathoahh niphthehhu shagnarè artsèch*; *aperiendo aperientur portæ terræ tuæ.* Et Septuaginta ἀνοιγόμεναι ἀνοιχθήσονται, *patefactæ patefient, apertè aperientur.*

H A B A C V C.

CAP. I. v. 3. Videre prædam & iniustitiam contra me? & factum est iudicium & contradictio potentior. *Ea quæ hic inseruntur à multis exemplaribus*: Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se: & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem? *Patres superfluere iudicarunt: vt certè non sunt huius loci, sed infra v. 13. & 14. quòd aliàs docuimus.*

✠ Merito superfluere iudicarunt, cum neque in Hebræo sint hoc loco, neque apud Septuaginta.

V. 17. Et semper interficere gentes non parcet. *Alij libri pro* parcet, *legunt* cessat.

✠ Hebr. *lo jahhmòl*; Septuaginta οὐ φείσεται, *non parcet.*

CAP. III. v. 3. Operuit cœlos gloria eius. *Quidam libri his verbis præponunt* Semper, *positum pro Hebraico* Sela *& Græco* diapsalma: *quod non magis hic sententiam ingreditur, quàm faciat in Psalmis. vbi est frequentissimum. Idem accipit infra v.* 9. *ante ea verba* fluuios scindes terræ; *& vers.* 14. *ante illa*: Maledixisti sceptris eius.

✠ Nimirum illud *Selah* Hebræum, & διάψαλμα Græcorum; quod his locis interseritur, non est pars textus, quantum ad sententiam; sed est nota seu symbolum cuiusdam pausę, aut mutationis vocis in cantu faciendæ à musicis seu symphonistis sacris in choro.

V. 8 Qui ascendes super equos tuos. *Non mutes futurum* ascendes *in præsens* ascendis.

✠ Nam in Hebrço est futurũ *tirchab, equitabis*; super equos; Et Septuaginta, ἐπιβήσῃ, *ascendes.*

V. 12. In furore obstupefacies gentes. *Non preponas his verbis coniunctionem &.*

✠ Nec enim prçponitur, in Hebræo aut Græco.

SOPHONIAS.

CAP. III. *verſ. 17.* Silebit in dilectione ſua. *Retinendum eſt pronomen tertiæ perſonæ ſua, non ſubſtituendum ſecundę* tua.

✠ Hebr. enim eſt tertiæ perſonę dictio, *beahhabathò, in dilectione ſua*, vel propter dilectionem. Et Septuaginta ἐν τῇ ἀγαπήσει αὐτοῦ, *in charitate ſua*.

Sequitur: Exultabit ſuper te in laude. *Non præponas his verbis* & *coniunctionem*.

✠ Non enim præponitur in Hebręo, licet Septuaginta præponant.

AGGÆAS.

CAP. I. *v.* 12. Vocem Domini Dei ſui. *Non omittas* Domini.

✠ Habetur nempè in Hebræo *kol adonai elohehem*, & in Græco τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ αὐτῶν, *vocem Domini Dei ſui*.

ZACHARIAS.

CAP. I. *v.* 9. Et dixit ad me Angelus. *Non addas* Domini.

✠ Quia non additur in Hebræo; nec apud Septuaginta.

V. 12. Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt. *Non omittas aduerbium* iam.

✠ Non eſt quidem in Hebræo aut Græco, ſed emphaſis ſententiæ pro Latinorum more eam poſtulat.

CAP. II. *v.* 8. Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. *Non facilè mutandum eſt pronomen primæ perſonæ* mei, *in tertiæ* ſui *aut* eius: *qua de re lege Notationes*.

✠ Eſt quidem in Hebræo, *bebabbath hgenò*, & Græcè τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ, *pupillam oculi eius, vel ſui*. Sed referri melius eſt ad Deum qui loquitur in prima perſona: & eo modo refert Hieronymus in commentario; qui fortaſſe legit *gneni*, oculi mei, pro *gneno* oculi eius.

CAP. IV. *v.* 14. Iſti ſunt duo filij olei. *Sequitur in multis libris* ſplendoris, *ſed ſuperfluè id vnde irrepſerit, docent noſtræ Notationes*.

✠ Nempe, Hebræam vocem *jitshar*, ab Aquila verſum fuiſſe. στιλπνότητος, *ſplendoris*; à Theodotione λαμπρότητος, *claritatis*; inde ad marginem à quibuſdam poſitam hanc varietatem, vt in Haimonis commentario apparet; ac è margine irrepſiſſe in textum. In Hebræo tamen eſt ſolum vna vox, benè *jitshar*, filii olei; quam pari fere ſenſu tranſtulerunt Septuaginta υἱοὶ πιότητος, filij pinguedinis.

CAP. V. *v.* 2. Ego video volumen volans. *Non præponas aduerbium* ecce *pronomini* ego.

✠ Neque Hebræa præponunt, neque Septuaginta.

V. 4. Et conſumet eam. *Non mutes pronomen fœmininum* eam *in maſculinum* eum.

✠ Refertur enim ad domum iurantis, de qua immediate anteà loquitur Propheta.

V. 6. Hęc eſt oculus eorum. *Nec hic fœmininum* hæc, *in maſculinum* hic.

✠ In Hebr. eſt pronomen fæmininum, *zoth, hæc*: quæ referatur ad menſuram, *haephah*, quæ præceſſit.

CAP. VII. *v.* 11. Et auerterunt ſcapulam recedentem. *Retinendus eſt accuſatiuus ſingularis* recedentem, *non ſubſtituendus nominatiuus pluralis* recedentes.

✠ Sic enim poſtulant Hebræa, *jithnu chathepb ſoráreth*; *dederant ſcapulam deflectentem*. Et ſimili fere loquutione. Septuaginta ἔδωκαν νῶτον παραφρονοῦντα, *dederunt dorſum contemnens*. Inſinuat geſtum contemnentis, qui apud multos ſolet eſſe eleuatio humeri, aut auerſio corporis ab eo quem ſpernunt.

V. 12. Verba quæ miſit Dominus exercituum. *Pro* Dominus *non ſcribas* Deus.

✠ Eſt enim Hebr. tetragrammaton, *Iehouah*, quæ ſemper exponi ſolet, Dominus; eò quod pro eo legatur, *adonai*, quod Dominum ſignificat.

V. 13. Sicut locutus eſt & non audierunt. *Non repetas aduerbium* ſicut *ante* non.

✠ Quia non repetitur in Hebræo, nec Græco.

CAP. VIII. *v.* 4. Et viri baculus in manu eius. *Non omittas nomen* viri.

✠ Quia eſt in Hebræo *veish mishgnanthò*, *& viri baculus eius*. i. vnuſquiſque vir geſtabit baculum ſuum, quo ſuſtentabit longęui corporis imbecillitatem.

CAP. IX. *v.* 9. Et aſcendens ſuper aſinam. *Correctores prætulerunt fœmininum* aſinam *maſculino* aſinum.

✠ Quamuis enim in Hebr. ſit *hhamor*, quæ vox epicæno genere vtrumque ſexum ſignificat: ex Euangelio tamen conſtat, aſinam fuiſſe; & ex ſequentibus innuitur, quia pullus ſolet aſinam matrem ſequi. Septuaginta habent dubio genere ὑποζύγιον. & exponit vaticana, *ſubiugalem*; at ex ſequela pulli colligitur aſinam fuiſſe.

V. 10. Et diſperdam quadrigam ex Ephraim. *Caue legas* diſpergam *à ſpargo, pro* diſperdam, *quod eſt, deſtruam, à perdo*.

✠ Hebr. *vehichrathì recheb*, *ſuccidam currum*, Septuaginta in tertia perſona ἐξολοθρεύσει ἅρματα, *diſperdet quadrigam*, deſtruet.

CAP. X. *v.* 4. Ex ipſo angulus. *Caue pro* angulus *ſcribas* angelus, *id eſt, vocalem ſecundam pro quinta*.

✠ Hebr. *Mimennu pinnàh, ex ipſo angulus*, pinnaculum.

CAP. XII. *v.* 3. Omnes qui leuabunt eam. *Pro fœminino* eam, *quod ad Ieruſalem refertur, alij libri ſcribunt maſculinum* eum, *quod ad lapidem*.

✠ In Hebr. refertur ad lapidem, *col gnomeſeha, omnes qui ſe onerant eo*.

Verſ. 6. Et ſicut facem ignis in fœno. *Mendum eſt hic typographicum in exemplari Romano, vbi* faciem *triſſillabum nomen, legitur pro diſſillabo* facem, *quod eſt, faculam, lampadem. Porrò vt mendosè quidam habent* faciem, *ita alij* faſcem, *quod eſt faſciculum*.

✠ Hebr. *chelappidh esh*: *ſicut lampadem ignis*; Et 70. ὡς λαμπάδα πυρὸς; vt lampadem ignis.

V. 8. Sicut angelus Domini in conſpectu eorum. *Non mutes plurale* eorum *in ſingulare* eius.

✠ Hebr. *liphnehèm*; *ad facies eorum*; Et 70. ἐνώπιον αὐτῶν, *coram illis, aut in conſpectu illorum*.

CAP. XIV. *verſ.* 4. Prærupto grandi valde. *Non ſcribas quarta declinatione* præruptu, *id eſt, vocalem* u *quintam, pro* o *quarta*.

✠ Hebr. *ghe ghedolàh meòd*, *valle* (ſeu concauitate) *grandi valde*; quod 70. χάος μέγα σφόδρα, *voragine grandi valde*; Idem ſenſus eſt pręruptu, & prærupto: ſed hoc poſterius, ſignificat ipſum ſpatium ex ruptura relictum, quod magis innuunt Hebręa & Græca; illud autem ipſam ſciſſionem ſeu rupturam ſignificat.

V. 10 Et habitabit in loco ſuo. *Alij legunt paſſiuè* habitabitur, *ſed minus rectè*.

✠ Hebræa vt nunc habentur, *jasbebàh, habitabitur*; at poteſt legi actiuè, *joshebàh, habitabit*. Puncta enim Maſoretarum non ſunt de ſubſtantia textus.

MALACHIAS.

CAP. I. *verſ.* 1. In manu Malachiæ. *Non ſubijcias* prophetę.

✠ Hebraicè ſolum eſt, *bejad Malachì*; *in manu Malachiæ* Septuaginta habent: ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτοῦ, *in manu Angeli eius*. Quia *Malachias*, ſignificat, *Angelum Domini*.

V. 3. Et poſui montes eius in ſolitudinem. *Non addas* Seir *ante* montes.

✠ Non enim habetur in Hebræo aut Græco.

CAP. II. *v.* 10. Quare ergo deſpicit vnuſquiſque noſtrûm fratrem ſuum, violans pactum patrum noſtrorum. *Pronomina primæ perſonæ* noſtrum *&* noſtrorûm, *non ſunt mutanda in ſecunda* veſtrûm *&* veſtrorum.

✠ Hebr. in priore loco eſt, *ish be ahhiu*; *vnuſquiſque fratrem ſuum*; in poſteriori, *abothénu*, *patrum noſtrorum*. Itaque vtrobiq; ex ſenſu ipſo intelligitur potius debere eſſe *noſtrum* & *noſtrorum* quàm *veſtrum*, & *veſtrorum*.

V. 12. De

V.12. De tabernaculis Iacob. *Pro plurali* tabernaculis, *non supponas singulare* tabernaculo.

✦ Nempe Hebr. eſt in plurali, *meoholè Iaacob*, ex tentorijs ſeu tabernaculis Iacob. Vt & Septuaginta ἐκ σκηνωμάτων, *ex vel de tabernaculis.*

CAP. III. *v. 5.* Et qui calumniãtur mercedem mercenarij, viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum. *Quidam ante* viduas *præponunt* & humiliant, *ex Græco acceptum: ſed minus rectè: ſicut & illi non rectè, qui omittunt* & *ante* opprimunt.

✦ Hebr. *vmatte gher, & peruertentes* (è via ſeducentes) *peregrinum.* Sic in Græco: καὶ τοὺς ἐκκλίνοντας κρίσιν, & inclinantes ſeu peruertentes iudicium peregrini. Ante *viduam*, in Hebræo, non eſt verbum quod illum caſum accuſatiuum regat; ideoque Septuaginta expreſſerunt, καταδυναστεύοντας χήραν, per potentiam opprimentes viduam.

V.18. Et conuertemini & videbitis. *Retinendum eſt futurum indicatiui* conuertemini.

✦ Sic retinent Græca, ἐπιστραφήσεσθε, *conuertemini.* In Hebræo eſt prçteritum conuerſum in ſignificationem futuri.

LIBER
MACHABÆORVM
PRIOR.

CAP. I. *v. 11.* Et exijt ex eis radix peccatrix, *non eſt commutandus cum genitiuo neutro* peccati.

✦ Græcè enim (vnde hi libri ſunt traducti) eſt, ῥίζα ἁμαρτωλός, *radix peccatrix*, peccato plena.

V. 27. Virgines & iuuenes infirmati ſunt. *Non ſunt præponendi iuuenes virginibus.*

✦ Sic enim in Græco collocantur, παρθένοι καὶ νεανίσκοι ἠσθένησαν. Virgines & iuuenes infirmati ſunt.

V. 38. Et factum eſt hoc ad inſidias ſanctificationi. *Datiuus caſus* ſanctificationi, *non eſt mutandus cum genitiuo.*

✦ Græc. εἰς ἔνεδρον τῷ ἁγιάσματι: ad inſidias ſanctificationi; quia ſic nimirum cultui diuino exterminium moliebantur, & tẽplo, quod propriè hoc nomine *ſanctificationis* videtur hic intelligi.

V. 51. In omnibus immundis. *Pro adiectiuo* immundis, *non ſcribas ſubſtantiuum* immunditijs.

✦ Gr. ἐν παντὶ ἀκαθάρτῳ καὶ βεβηλώσει, in omni immũdo & abominatione; Sed Latini ſermonis vſus magis poſtulat, *in omnibus immundis;* (nempe factis & dictis, ritibus, & moribus) quàm *in omni immundo.*

V. 57. Quinto & quadrageſimo & centeſimo anno. *Non omittas* & centeſimo.

✻ Quamuis enim abſit à nonnullis Græcis & Latinis exemplaribus: habetur tamen in Vaticano & regio, & alijs ferè omnibus.

CAP. II. *v. 1.* Sacerdos ex filijs Ioarib ab Ieruſalem. *Scribendum eſt* Ioarib, *vltima litera exiſtente* b *ſecunda alphabeti, non* Ioarim, *vltima litera exiſtente* m *ſecunda liquidarum.*

✦ Grçc. ἱερεὺς τῶν υἱῶν Ἰωαρίβ. *Sacerdos filiorum* (ex filijs) *Ioarib.*

V. 30. Et ſederunt ibi ipſi & filij eorum. *Non mutes plurale* eorum *in ſingulare* eius.

✦ Gr. αὐτοί, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν; ipſi & filij eorum.

Ibidem. Quoniam inundarunt ſuper eos mala. *Alij libri ſcribunt* indurauerunt, *minùs veriſimiliter.*

✦ Græc. ἐπληθύνθη ἐπ' αὐτοὺς τὰ κακά, multiplicata ſunt ſuper eos mala; quod meliùs per *inundauerunt*, quam per indurauerunt, exprimitur.

V. 31. Qui erat in Ieruſalem. *Retinendus eſt numerus ſingularis* erat.

✦ Refertur enim ad, *exercitum*, qui erat Hieroſolymis; eſt quidem Græcè, ταῖς δυνάμεσιν, αἳ ἦσαν, potentijs, ſeu poteſtatibus, aut exercitibus qui erant; ſed maluit interpres in ſingulari dicere *exercitui*; qui proculdubio in vna vrbe vnus erat, non plures.

V. 42. Tunc congregata eſt ad eos ſynagoga Aſſidçorum. *Caue reponas nomen generale* Iudçorum, *pro particulari* Aſſidæorum, *quod aliàs dicitur* Eſſenorum.

✦ Græc. Συναγωγὴ Ἀσιδαίων, cætus ſeu Synagoga. Haſidæorum. Sic vocabantur qui habebãt zelum Dei & legis, *chaſid* enim Hebræis *ſanctum* ſignificat, ſeu pium; vnde & Græcorum ὅσιος deduci videtur.

V. 47. Quotquot inuenerunt in finibus Iſrael. *Nomen* Iſrael *non eſt mutandum in pronomen* eorum.

✦ Eſt enim Græcè, ἐν ὁρίοις Ἰσραήλ, in terminis Iſraelis.

V. 64. Quia in ipſa glorioſi eritis. *Quod quidam libri adijciunt poſt coniunctionem* quia, cùm feceritis quæ vobis præcepta ſunt in lege à Domino Deo veſtro, *meritò vt ſuperfluum omiſſum eſt.*

✦ Quia non eſt de Græco contextu.

CAP. III. *v. 8.* Et perambulauit ciuitates Iuda. *Non mutes præteritum perfectum in imperfectum* perambulabat.

✦ Grçc. καὶ διῆλθεν ἐν πόλεσιν, & tranſiuit in ciuitatibus.

CAP. IV. *v. 20.* Et vidit Gorgias quod in fugam conuerſi ſunt ſui. *Correctores putarunt non omittendas voces* Gorgias *&* ſui, *quas multi omittunt.*

✦ Quamuis enim non exprimantur in Grçco, ad clariorem tamen intelligentiam ſententiç expreſſit interpres, quia alioquin manſiſſet ambiguum, de quibuſnam loqueretur.

Sequitur: Et ſuccenderunt caſtra. *Non mutes* ſuccenderunt *cum* ſuccenſa ſunt.

✦ Græc. καὶ ἐνεπύριζον τὴν παρεμβολήν, & comburunt caſtra.

V. 31. Et confundantur in exercitu ſuo. *Seruandus eſt numerus pluralis* confundantur, *non ſurrogandus ſingularis* confundatur.

✦ Græca enim habent in plurali, αἰσχυνθήτωσαν, *confundantur*, pudefiant.

CAP. V. *v. 3.* Et eos qui erant in Acrabathane. *Plerique libri vocem* Acrabathane, *malè ſcribunt omiſſa litera* c, *quæ tertia quidem eſt alphabeti, huius autem dictionis ſecunda.*

✦ Græc. τὴν Ἀκραβαττήνην; i. munitionem Acrabbæorum, qui erant populi vicini Iudçç: de quibus Ioſue 15. 3. quod enim ibi vertitur, *aſcenſus ſcorpionum*, Hebr. eſt, *lemagnale gnakrabim*; & à recentioribus vertitur *aſcenſus Akrabaeorum*; ſeu mons quẽ habitabant populi dicti ab ipſo Acrabæi; eſt autem Acrab ſcorpio, & videtur mons ille ſic appellatus, interpres Ioſuæ autem appellatiuum dedit pro nomine proprio.

V. 30. Et expugnant eos. *Alij legunt* expugnabit.

✻ Grçcè eſt, ἐπολέμουν αὐτούς, oppugnabant, aut expugnabant eos.

V. 35. Et ſumſit ſpolia eius. *Non ſupponas verbum compoſitum* aſſumſit, *pro ſimplici* ſumſit.

✦ Grçc. καὶ ἔλαβε τὰ σκῦλα, & cœpit ſpolia.

V. 44. Cum omnibus qui erant in ipſo. *Pro maſculino* qui, *multi libri habent neutrum* quæ. *Græcum ambiguum eſt.*

✦ Græc. σὺν πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῷ, cum omnibus in eo; i. qui erant, vel quç erant in eo.

V. 56. Et Azarias princeps virtutis. *Correctores prætulerunt ſingulare* princeps *plurali* principes.

✦ Eſt tamen Græcè, ἄρχοντες, principes ſed hic videtur præcipus præ alijs.

V. 60. Et facta eſt fuga magna in populo. *Correctores rectè emendarunt* fuga, *pro eo quod vulgo legitur* plaga, *quod amplius eſt.*

✻ Grçc. τροπὴ μεγάλη, fuga magna, conuerſio in fugam.

CAP. VI. *v. 7.* Quam çdificauerat ſuper altare. *Retinendum eſt ſingulare* çdificauerat, *non mutandum in plurale* çdificauerant.

✦ Ita enim habent Grçc. τὸ βδέλυγμα ὃ ᾠκοδόμησεν, *abominationem, quam ædificauit.* Liſias nimirum, quem Machabçus fugauerat.

V. 17. Et vocauit nomen eius Eupator. *Alij, pro nominatiuo, ſcribunt accuſatiuum* Eupatorem.

✦ Sed Gr. habent in nominatiuo, ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Εὐπάτωρ, vocauit nomen eius Eupator; id eſt, Excellenti Patre prognatus.

V. 26. Ad arcem Ieruſalem. *Non interijcias præpoſitionem* in *ante* Ieruſalem.

✦ Non interijcitur in Græco. τὴν ἄκραν Ἱερουσαλήμ; arcem Ieroſolymç.

Ibidem. Et munitionem Bethſuram munierunt. *Neque hic ante* Bethſuram.

✦ Ob eandem rationem, quia non eſt in Grçco; ſed eſt duntaxat,

traxat, τὴν βαιθσοῦραν, *ipsam Bethsuram*, quæ erat munitio, seu castrum, quod præter arcam ipsam, Syri munierunt contrà Iudæos.

V. 37. Et Indus magister bestię. *Insignis correctio; qua nomen* Indus *repositum est, pro eo quod vulgo scribitur aduerbio* intus. *Significatur super singulos elephantes, præter bellatores, fuisse Indum magistrum elephantis.*

✠ Gręc. καὶ ὁ Ἰνδὸς αὐτοῦ; & Indus eius Elephantus enim, non nisi ab Indo, qui ipsum quasi nutriuisset, regi poterat.

V. 57. Festinauit ire. *Alij præponunt coniunctionem* &.

✦ Præponitur in Græco: καὶ κατέσπευδον, & festinauerunt.

CAP. VII. *v.* 6. Et nos dispersit de terra nostra. *Pro* dispersit, *quod est, eiecit, non scribas* disperdidit.

✦ Gręc. ἐσκόρπισαν, quod est dispersserunt dissipauerunt.

V. 7. Quod fecit nobis & regionibus regis. *Coniunctio* & *mutanda non est cum præpositione* in.

✦ Gręc. ἡμῖν & χώρᾳ τοῦ βασιλέως, *nobis, & regioni regis.*

V. 9. Et misit eum, vt videret exterminium quod fecit Iudas: sed & Alcimum. *Alij omittunt hæc verba,* vt videret exterminium quod fecit Iudas: sed; *quæ omnes legunt suprà vers. 7. vnde & facile hic subaudiuntur.*

✦ Omittuntur certe in Græco contextu, hoc in loco.

V. 19. Et comprehendit multos ex eis qui à se effugerant. *Ita est in quibusdam veteribus manuscriptis: in alijs legitur contrarium* qui ad se refugerant.

✦ In Græco est, τῶν μετ' αὐτοῦ αὐτομολησάντων ἀνδρῶν, eorum qui cum eo confugerant virorum.

CAP. IX. *vers.* 1. Apposuit Bacchidem. *Non interponas* &.

V. 57. Et siluit terra annis duobus. *Non facilè addas voci* terra *nomen* Iuda, *etiamsi Græcè addatur.*

✦ Videtur enim plus innui illo silentio nempe quod & terra Iudæorum, & conuicinę matrones pacem per biennium coluerint.

V. 61 Qui principes erant malitię. *Legendum est* malitiæ, *quod est insidiarum, non* militiæ, *quod est exercitus, id est, legenda est a prima vocalis, non i tertia.*

✦ Grecè enim est, τῶν ἀρχηγῶν τῆς κακίας, qui erant *principes* seu duces *malitiæ*, seu mali illius.

CAP. X. *v.* 13. Et reliquit vnusquisque locum suum. *Non omittas pronomen* suum.

✦ Est enim in Græco, τόπον αὐτοῦ, *locum suum.*

V. 20. Et vt amicus voceris regis. *Nec hic omittenda est coniunctio* &.

✦ Græc. καὶ φίλον βασιλέως καλεῖσθαι, *& amicum regis vocari.*

V. 38. Et non obediant alij potestati. *Non commutes* alij *cum* alienę.

✦ Græc. ἄλλης ἐξουσίας, *alij, seu alteri potestati.*

V. 45. Et ad extruendos muros Ierusalem. *Non præponas nomini Ierusalem præpositionem* in.

✦ Græc. τὰ τείχη Ἱερουσαλὴμ, *muros Ierusalem*, quibus nimirum ipsa vrbs cingebatur; non qui in ipsa vrbe aut aliqua eius parte essent.

V. 53. Et sedimus in sede regni eius. *Non est mutandum præteritum* sedimus *in præsens* sedemus.

✦ Græc. ἐκαθίσαμεν; *sedimus.*

V. 54 Et dabo tibi dona & ipsi digna te, *Duæ voces* digna te, *quod est decentia te, non sunt contrahendæ in vnam, quod vulgo fit,* dignitatem.

✦ Græc. ἄξιά σου, quę te sint digna.

CAP. XI. *v.* 7. Qui vocatur Eleutherus. *Non surroges imperfectum* vocabatur, *in locum præsentis.*

✦ Grec. τοῦ καλουμένου, qui vocatur: *ad fluuium vocatum* eo nomine.

V. 37. In monte sancto, in loco celebri. *Non interijcias coniunctionem* &.

✠ Græc. ἐν τῷ ὄρει ἁγίῳ, ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ καὶ ἐπισήμῳ, *in monte Sancto, in loco apto & insigni.*

V. 38 Quem contraxit ab insulis gentium. *Verbum compositum* contraxit. *non est mutandum in simplex* traxit.

✠ Græc. ἐξενολόγησεν, *in vnum collegit*; contraxit enim, significat vndique magna cum cura ad se vocasse; *traxit*, autem longe minus significat.

V. 39. Quoniam omnis exercitus murmurabat aduersus Demetrium. *Præteritum imperfectum non mutes cum perfecto* murmurauit.

✦ Græc. κατεγόγγυζεν murmurant. Indicat enim non tam murmurasse, quàm tunc adhuc in murmuratione perseuerare.

V. 61. Et prædatus est ea. *Neutrum plurale* ea *non est vertendum in fœmininum singulare* eam.

✦ Nempe τὰ περίχωρα, *suburbana*, ciuitatis Gazæ.

CAP. XII. *v.* 1. Et elegit viros. *Non est omittenda coniunctio.*

✦ Est enim in Græco: καὶ ἐπέλεξεν, *& elegit.*

V. 7. Ab Ario qui regnabat apud vos. *Patres legendum censuerūt* Ario, *prima litera alphabeti existente prima vocis, non* Dario, *præposita* D. *quarta alphabeti.*

✦ Est quidem Græce, Δαρεὶς τοῦ βασιλεύοντος ἐν ὑμῖν, Dario, qui regnat apud vos: sed mendum esse satis indicat, quia nullus apud Spartanos Darij nomine rex fuit, quod nomen est Persarū; sed Arius tunc eorum Princeps extitit.

Ibidem. Sicut rescriptum continet quod subiectum est. *Pro nomine composito* rescriptum, *non est substituendum simplex* scriptum.

✦ Græc. ὡς τὸ ἀντίγραφον ὑπόκειται, quemadmodum *exemplar subijcitur*, at potest exponi etiā *rescriptum*, quod verbatim vocem Græcam exprimit.

V. 9. Nos cùm nullo horum indigeremus. *Non est addenda coniunctio* enim.

✠ Græc. καὶ ἡμεῖς οὖν ἀπροσδεεῖς τούτων ὄντες. Et nos igitur horum non indigentes. Causalis *enim* hic locum non habet; Græcè ponitur igitur, connexiua seu illatiua; sed illa satis innuitur in nostra, per copulam *&*, quæ coniungit simul & infert sequentia.

V. 16. Numenium Antiochi filium & Antipatrem Iasonis filium. *Non omittas vocem* filium *repetitam.*

✦ Neutrobi ponitur in Græco. sed simpliciter dicitur, Numenium Antiochi, & Antipatrum Iasonis; scil. filium; illic itaque vtrobique subintelligitur, hic vtrobique exprimitur; claritatis causa, vt filios non fratres istorum aut patres sciremus eos fuisse.

V 19. Et hoc est rescriptum epistolarum quod miserat Onię. *Præteritum plusquam perfectum* miserat, *non est mutandum in perfectum* misit; *multoque minùs datiuus* Onię *in nominatiuum* Onias.

✠ Non enim Onias epistolam illam miserat, sed Oniares rex Spartiatarum eum ad Oniam Iudæorum Sacerdotem miserat. Pro illo autem *miserat*, Græcè est, ἀπέστειλαν, in plurali, *miserant*, nempe Spartiatæ. At nostra melius, *miserat*; quia Arius rex in epistola hac loquitur nomine omnium Spartiatarum.

Sequitur v. 20. Arius rex Spartiatarum Oniæ sacerdoti magno salutem. *Triplex correctio est hic obseruanda, ne in vetera vitia recidatur. Prima, nomen* Arius, *nec omittendum esse, nec augendum, sine litera vna* Darius, *siue syllaba* Oniares. *Altera, nomen* Oniæ *legendum esse casu tertio, non primo* Onias. *Tertia, nullo modo hic addendum esse nomen* Ionathæ.

✦ Græc. quidem est Ονιάρης, sed nullus eius nominis rex apud Spartiatas fuerat: merito igitur reposuerunt patres Arium, quod regis tunc Spartiatis imperantis nomen fuit; sequitur, in datiuo casu, Ονίᾳ ἱερεῖ μεγάλῳ, Onię sacerdoti magno; & non additur, Ionathæ, qui longe post Oniam vixit.

V. 31. Ad Arabas, qui vocantur Zabadæi. *Præsens* vocantur, *non est mutandum cum imperfecto* vocabantur.

✦ Græc. τοὺς καλουμένους Ζαβαδαίους, vocatos Zabadæos; quia tunc etiam sic vocabantur, non olim tantum, quod iudicaret imperfectum, *vocabantur.*

V. 36. Et exaltare altitudinem magnam. *Accusatiui* altitudinē magnam, *nullo modo vertendi sunt in ablatiuos.*

✦ Græc. ὑψῶσαι ὕψος μέγα, exaltare altitudinem magnam; extruere aggerem altum & magnum; qui separaret arcem à ciuitate; At si ablatiui ponerentur, videri posset, sermonem fieri de muris tantum exaltandis: Quum tamen, præter erectionem murorū, etiam de aggere à muris distincto sermo sit.

V. 42. Vt extenderet in eum manus timuit. *Non est addenda coniunctio & ante* timuit.

✦ Græc. καὶ ἐκτεῖναι χεῖρας ἐπ' αὐτὸν εὐλαβήθη; *& extendere manus in eum*, seu contrà eum, *timuit*, cauit.

V. 52. Et eos qui cum ipso fuerant. *Retinendum est plusquam perfectum* fuerant, *non substituendum imperfectum* erant.

✦ Græc. τοὺς μετ' αὐτοῦ: eos qui cum eo fuerant; de mortuis cum Ionatha captiuo est sermo qui iam non erant.

CAP.

CAP. XIII. *v. 6.* Natos quoque nostros. *Non scribas pronomen secundæ personæ* vestros, *pro primæ* nostros.

✠ Grec. τέκνων ὑμῶν, *natos vestros*: alloquebatur enim Simon populum, quem magis mouebat, de liberis ipsius populi defendendis loquens; tanquam illorum potius, quam suam causam agens.

V. 11. Et eiectis his qui erant in ea, remansit illic ipse. *Pronomen* ea *nequaquam commutandum est cum nomine* arce.

✠ Sermo enim est de ciuitate Ioppes, & nulla fit arcis mentio.

V. 15. Propter negotia quę habuit. *Non sunt hæc verba è textu auferenda iudicio Correctorum.*

✠ Græcè solum est, περὶ τοῦ ἀργυρίου οὗ ὤφειλεν, propter argentum quod debebat. At argentum illud, propter negotia quæ habuit, eum debuisse, iudicari his verbis correctores existimarunt.

V. 46. Sed secundum misericordias tuas. *Non subiungas* & seruiemus tibi.

✠ Quia nec in Græco subiungitur.

V. 50. Et clamauerunt ad Simonem vt dextras acciperet. *Non mutes pluralem numerum in singularem* acciperet.

✠ Vtriusque nimirum, ipsi simul, & Simoni, τὰς δεξιὰς λαβεῖν Gr. dexteras accipere; vtrosque scilicet, tum hos qui erant victi, quam Iudęos victores.

V. 51. Et cinyris & cymbalis. *Scribendum est* cinyris *vel* cinnyris, *vocali media ypsilo non alpha.*

✠ Grec κινύραις, cinyris; instrumentis musicis.

V. 54. Quòd fortis prælij vir esset. *Latinorum librorum quos vidi, quidam illud solùm legunt*, quòd vir esset, *Græco consentaneè; quidam addunt*, quòd vir fortis esset, *quidam* quòd vir prælij esset: *Correctores omnia copulanda iudicarunt.*

✠ Merito, quia omnia illa significare videtur, illud, ἀνὴρ ἐστί.

CAP. XIV. *v. 2.* Et adduceret eum ad se. *Correctores hæc verba ex veteribus manuscriptis addiderunt.*

✠ Non est quidem in Græco: sed ideo proculdubio voluit Persa Demetrium viuum comprehendi, vt ad se adduceretur.

V. 27. Et hoc est exemplum scripturæ. *Nequaquam omittenda sunt hæc verba.*

✠ Sunt enim in Gręco καὶ τοῦτο τὸ ἀντίγραφον τῆς γραφῆς.

CAP. XV. *v. 4.* Volo autem procedere per regionem. *Non mutes numerum singularem in pluralem* regiones.

✠ Gręc. κατὰ τὴν χώραν, per regionem.

V. 21. Si qui ergo pestilentes refugerunt. *Non commutes verbum compositum* refugerunt *cum simplici* fugerunt.

✠ Græc. διαπεφεύγασιν, refugerint, hinc illinc euadentes.

V. 22. Et Attalo, & Ariarathi, & Arsaci. *Media vox quinque syllaba est, aut certè quadrisyllaba.* Ariarathi, *à nominatiuo* Ariarathes: *pro qua Græcè legitur trissyllaba* Arathę; *Latinè à plerisque mendosè* Arabæ.

✠ Interlinearis Montani, habet Arathę, vaticana vero Ariarathæ.

V. 23. Et Lampsaco & Spartiatis. *Pro* Lampsaco, *alij Latini libri, Græco conformiter, habent* Sampsamæ.

✠ Et id videtur verisimilius. Nam Arabes vicini Iudæis, vrbem Solis, Heliopolim, vocabant *Samsamam*; *Sams* enim illis *Sol* est, ab Hebræo *shemesh*. Si autem legamus *Lampsaco*, quę vrbs est pręcipue Hellesponti, capitur pro populis Hellespontum incolentibus.

Sequitur: Et in Delum, & in Myndum, & in Sicyonem, & in Cariam, & in Samum, & in Pamphyliam, & in Lyciam, & in Alicarnassum, & in Coo, & in Siden, & in Aradon, & in Rhodum, & in Phaselidem, & in Gortynam & Gnidum. *Prima aliquod horum nominum propriorum, multi Latini libri legunt tertio casu, omissa præpositione:* Et Delo & Mydo *&c. Cæterum* Myndū *scribendum est &* Aradon, *non* Mydum *&* Arado, *omissa litera* n; *Rursus* Gortynam *non* Cortynam G *septima, non tertia alphabeti litera* C.

V. 24. Simoni principi sacerdotum, & populo Iudæorum. *Vetera manuscripta addunt illud* & populo Iudæorum.

V. 39. Et mandauit ei ædificare Gedorem. *Pro eo quod Latini ferè libri, Græcis conformiter, legunt* Cedronem, *Romani Patres emendarunt* Gedorem, *tum hoc tum proximo versu* 40.

✠ Proculdubio non est legendum, *Cedron*, quod nomen est torrentis prope Ierusalem: sed Gedor, quod nomen est oppidi contermini Philistęis & Idumęis, in faucibus montium, quâ ingressus patet in Iudæam.

LIBER MACHABÆORVM POSTERIOR.

CAP. I. *v. 1.* Et qui in regione Iudææ. *Non mutes numerum singularem in pluralem* regionibus, *nec genitiuum* Iudææ *in ablatiuum* Iudæa.

✠ Græc. οἱ ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Ἰουδαίας, *qui regione sunt Iudeæ.*

V. 14. Et vt acciperet pecunias multas. *Alij scribunt plurali numero* acciperent.

✠ Gręca vtrumque ferunt, χάριν τοῦ λαβεῖν, gratiâ accipiendi, causâ accipiendi; *vt acciperet*, nimirum Antiochus; vel, *vt acciperent*, nempe *Antiochus & qui cum ipso erant.*

V. 18. Vt & vos quoque agatis diem scenopegiæ. *Non addas* festum.

✠ Græc. enim subintelligitur: ἵνα ἄγητε τὴν σκηνοπηγίας; vt agatis Schenopegiæ. i. diem festum.

V. 32. Sed ex lumine, quod refulsit ab altari, consumpta est. *Non interponas* & *inter* sed *&* ex.

✠ Quia non est in Græco.

V. 35. Atque alia munera &c. *Quatuor harum vocum loco, nequaquam scribas vnam vocem* innumera.

✠ Gręc. πολλὰ διάφορα; multa varia; seu multa eximia, scilicet munera.

CAP. II. *v. 10.* Sic & Salomon orauit, & descendit ignis de cœlo, & consumsit holocaustum. *Neutiquam omittenda est pericope ista, tametsi multi libri id faciant.*

✠ Habent eam Interlinearis Montani, & editio vaticana.

V. 11. Eò quod non sit comestum, quod erat pro peccato, consumptum est. *Pro* comestum, *in libris manuscriptis ferè est* mundatum *aut* mandatum, *sed malè, loco* manducatum. *Iam, quod quidam hic addunt verba Leuitici, ad quæ locus iste respicit*, Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, *superfluum est. Denique coniunctio* &, *quam præponunt multi libri verbo* consumptum est, *est omittenda.*

✠ In editione vaticana & interlineari Montani, tantùm est: διὰ τὸ μὴ βεβρῶσθαι τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας, ἀνηλώθη: *quia non est comestum, quod erat pro peccato* (oblatum) *consumptum est*: flamma diuinitus immissa.

V. 13. Et vt construens bibliothecam congregauit de regionibus libros, & prophetarum & Dauid. *Pro* vt, *multi libri habent* qualiter, *& pro* construens constituens; *minus rectè. Pro* regionibus, *impressi libri, vt est Græcè, ferè legunt* regibus; *sed Patres prætulerunt* regionibus, *quod est in libris manuscriptis. Postremò* & *ante* prophetarum, *multi tollunt: Patres Græco conformiter retinuerunt. Legat Lector Notationes nostras, si placet ipsi.*

✠ Grєca lectio hunc habet sensum: cōgregasse nimirū ipsum libros qui de gestis regum & prophetarū sermones, cōtineret, & Dauidis, id est, hagiographicos libros, quorum caput est psalterium Dauidis. Itaque indicat ipsos canonem scripturę veteris consignasse, qui diuiditur, in legem, & prophetas, & psalmos; & forte hic intelligitur historia de regibus; & patriarchis; Moses, enim Iudices, Reges; erant βασιλεῖς principes populi Dei; Nomine prophetarum, maiores & minores prophetæ; nomine, Dauidis, libri reliqui, quos illi chetubim, seu Hagiographos vocabant. Lectio vero Latina, facit eundem sensum, libros sacros omnes cōprehendens sub nomine prophetarum in quibus est Pentateuchus legis, & octoteuchus, historiarum prioris templi, & prophetiæ maiorum & minorum; nomine vero Dauidis, libros Hagiographos. Et præterea innuitur ipsū hos sacros libros vndique ex varijs regionibus apud Iudæos deuotiores inuentos congregasse, & examine legitime pręhabito, in canonem sacrum retulisse. Ita hunc locum intelligo; quod collector harum correctio-

rectionum non tetigit quia non id agebat, vt loca explicaret, sed & lectionem probabiliorem firmaret.

V. 14. Ea quæ deciderant per bellum. *Legendum est* deciderant, *quod est, dilapsa fuerant, non* didicerant, *à disco.*

✠ Græc. τὰ διαπεπτωκότα, ea quę dilapsa fuerant.

Vers. 23. Et leges quę abolitę erant restituerentur. *Præteritum* abolitę, *alij libri mutant in futurum* abolendæ, *consentaneè Græco.*

✠ Græc. τοὺς μέλλοντας καταλύεσθαι, leges, quæ alioquin abolendę forent; Nostra autem; quæ iam per Grecorum tyrannidem quantum ad obseruantiam in populo, fuerant quodammodo abolitæ & obliteratæ.

CAP. III. *v.* . Propter Oniæ pontificis pietatem. *Non interponas* dispositionem &, *ante* pietatem.

✠ Non enim interponitur in exemplaribus Græcis, quæ sic habent, διὰ τὴν τοῦ Ονίου ἀρχιερέως εὐσέβειάν τε καὶ μισοπονηρίαν, propter Onię summi Pontificis pietatemque & odium erga omne genus malitię.

V. 7. Quæ delatę erant. *Non mutes fœmininū* delatæ *in neutrum* delata.

✠ Loquitur enim de pecunijs, quæ erāt Regi delatę, id est, indicatæ.

CAP. VI. *v.* 11. Per Ioannem patrem Eupolemi. *Non præponas his verbis coniunctionem* &.

✠ Nec enim est in Græco textu.

V. 19. Sed in alios sumtus eas deputari. *Retinendum est fœmininum* eas, *non substituendum masculinum* eos: *quemadmodum & versu proximo fœminina non sunt mutanda cum neutris, vbi sequitur:* Sed hæ ablatæ sunt quidem, *&c.* propter præsentes autem datæ sunt, *sermo est de drachmis.*

Vers. 30. Eò quòd Antiochidi regis concubinę dono essent dati. *Quod vulgò legitur* Antiochi, *secundo casu generis masculini, Patres rectè emendarunt* Antiochidi, *tertio casu generis fœminini.*

✠ Græc. Ἀντιοχίδι τῇ παλλακῇ τοῦ βασιλέως. vocabatur concubina eius, Antiochis, vel Antiochilla; vt nunc loqueremur.

Vers. 35. Sed aliæ quoque nationes, *Non addas etiam voculæ* sed.

✠ Sequitur enim posteà; ἀλλὰ καὶ; vt non opus fuerit *etiam* addere.

CAP. V. *v.* 2. Et hastis, quasi cohortes, armatos. *Multi, pro ablatiuo* hastis, *legunt accusatiuum* hastas, *& pro masculino* armatos, *fœmininum* armatas; *sed malè: retinenda est enim Patrum correctio.*

✠ Græc. καὶ λόγχας ἀπεσιδηρωμένους ἐξωπλισμένους, quod refertur ad equites, *hastis vel lanceis in modum cohortium armatos.*

CAP. VII. *v.* 1. Contigit autē & septem fratres. *Nō est omittendū* &.

✠ Habetur in Gręco: & connectit hanc historiam præcedentibus.

V. 18. Nos enim propter nosmetipsos hæc patimur. *Non est mutandum plurale* hæc *in singulare.*

✠ Grēc. ταῦτα πάσχομεν, ista patimur.

V. 28. Peto nate. *Non interponas pronomen* te, *nec quidem addita præpositione* à te.

✠ Latinius est, Peto, Nate, quàm *peto te*; & meliùs sonat, quam *peto à te*, Gręcè est: ἀξιῶ σε, τέκνον: obsecro te nate.

CAP. VIII. *v.* 1. Cognatos & amicos. *Correctores iudicarunt non esse omittendum* & amicos, *tametsi Græcè omittatur.*

✠ Neque enim solos sanguine sibi propinquos, verum & sancta amicitia sibi coniunctos vocauit in auxilium.

V. 33. Et cum epinicia agerent Ierosolymis. *Non præponas voci* Ierosolymis *præpositionem* in.

✠ Græcè est, ἐν τῇ πατρίδι, in patria, quæ erant Ierosolymę.

CAP. IX. *v.* 2. Et tentauit exspoliare templum. *Alij scribunt numero plurali* templa.

✠ Gręcè vnica vox est, ἱεροσυλεῖν, quod significat, sacrilegium facere, templum, vel templa expoliando.

V. 9. Ac viuentis in doloribus carnes eius effluxerunt. *Seruandus est genitiuus singularis* viuentis, *non mutandus in nominatiuū pluralem* viuentes.

✠ Græc. ζῶντος ἐν ὀδύναις, viuentis in doloribus; seu cruciatibus.

CAP. X. *v.* 7. Qui prosperauit mundari locum suum. *Passiuum* mundari *non est vertendum in actiuum* mundare.

✠ Græc. εὐοδώσαντι καθαρισθῆναι, prosperanti, seu prospero euentu facienti mundari.

V. 17. Et omnes simul non minus viginti milibus trucidauerunt. *Non addas* quinque *ad* viginti.

✠ Neque enim additur in Græcis exemplaribus.

V. 24. At Timotheus. *Non mutes coniunctionem aduersatiuam* at *in copulatiuam* &.

✠ Gręca enim, & sententia ipsa postulant aduersatiuam: Τιμόθεος δὲ, *Timotheus autem.*

Ibid. Et congregato equitatu Asiano. *Pro* equitatu *non scribas* exercitu.

✠ Græc. τοὺς τῆς Ἀσίας γενομένους ἵππους. Equos vel equites qui erant ex Asia.

CAP. XI. *v.* 16. A Lysia quidem. *Vocula* quidem *non est augenda vna syllaba, ita vt sit* siquidem.

✠ Antea pręcessit, *Nam*; vt non opus fuerit siquidem: & Græca etiam postulant correctionem hanc: à Lysia quidem epistolam quæ subijcitur; à Rege autem posteà aliam quæ sequitur ipsum Lysię.

V. 18 Et quę res permittebat concessit. *Quidā libri legunt pluralem numerū* permittebant: *sed prima persona* concessi, *nullo est modo admittenda.*

✠ Gręc. ἃ δὲ ἦν ἐνδεχόμενα, συνεχώρησεν; quæ poterant fieri, concessit nempe, Rex.

V. 20. Per singula verbo mandaui. *Pro ablatiuo singulari* verbo, *non est scribendus accusatiuus pluralis* verba.

✠ Græc. ἐνετειλάμην, mandaui, verbo. sc. quia reliqua iam scripto significauerat.

Vers. 31. Vt Iudæi vtantur cibis & legibus suis. *Retinendus est nominatiuus pluralis* Iudæi, *non substituendus ablatiuus* Iudaicis.

✠ Græc. χρῆσθαι τοὺς Ἰουδαίους: vt Iudęi vtantur.

V. 36. De quibus autem ad regem iudicauit referendum. *Legendum est* iudicauit, *secunda vocis litera existente vocali quinta* u, *non tertia liquidarum* n indicauit.

✠ Græc. ἔκρινε, iudicauit.

CAP. XII. *vers.* 16. Sanguine interfectorum fluere videretur. *Correctores egregiè emendarunt vocem* infectum, *id est contaminatum, quæ vulgo legitur, in* interfectorum, *quod est, occisorum.*

✠ Gręc. τὴν λίμνην, καταῤῥεῖν αἵματι πεπληρωμένην; lacum, fluere sanguine repletam.

V. 30. Quod modestè secum egerint. *Caue pro* modestè, *quod est, humaniter, legas contrarium* molestè.

✠ Gręc. ἣν ἔχον πρὸς αὐτοὺς εὔνοιαν, quā erga ipsos habuerint benignitatem; quam & vocat postea ἥμερον ἀπάντησιν, mansuetam tractationem.

V. 43. Offerri pro peccatis mortuorū sacrificiū. *Alij libri solummodo legunt* pro peccatis, *non addunt* mortuorum, *sed relinquunt subaudiendum:*

✠ Quamuis.n.non exprimatur: satis aperte tamē subintelligitur, cū agat de sacrificio offerendo pro peccatis eorum qui in bello ceciderant.

CAP. XIII. *vers.* 3. Non pro patrię salute. *Genitiuus substantiui* patriæ, *non est mutandus in ablatiuum adiectiui* patria.

✠ Gręc. οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πατρίδος, *non pro patriæ* (suæ) *salute.*

V. 15. Interfecit viros quatuor milia. *Numerus* quatuor *minimè augendus est denario, ita vt sit* quatuordecim.

✠ Greg. τετρακισχιλίους: quater mille viros.

V. 23. Mente consternatus, Iudęos deprecans. *Nominatiuus singularis* consternatus, *nequaquā cōmutandus est cū accusatiuo plurali* consternatos.

✠ Græc. συνεχύθη, confusus est.

§ CAP. XIV. *v.* 4. Super hęc & thallos. *Scribendum est* thallos, *thita in principio & duplici* l *in medio, quod est, ramos, non* talos *quæ sunt ossa.*

✠ Erant rami aurei ad similitudinem ramorum oleaginorum facti, & in ornamentum sacri templi oblati, quos hic sacrilegus inde ablatos regi dedit; vt, eius gratiam iniret.

V. 9. Secūdum humanitatem tuam peruulgatam omnibus. *Non mutes* peruulgatam *in* promulgatam, *id est* u *vocalem in* m *consonantem.*

✠ Gręcè est, καθ' ἣν ἔχεις πρὸς ἅπαντας ἀπαντωμένην φιλανθρωπίαν: secundum eam, quam erga omnes habes obuiam humanitatem: hoc est, peruulgatam, vulgo expositam.

V. 14. Gregatim se Nicanori miscebant. *Vox* gregatim *non est augenda vna syllaba* congregatim.

✠ Græcè enim est, ἀγεληδὸν, *gregatim.* ἀγέλη, grex est pecorum.

V. 15. Qui populum suum constituit, vt in æternum custodiret. *Plerique libri omittunt* vt, *sed meliùs vetera manuscripta, quæ omittunt non tantùm coniunctionem* vt, *sed etiam verbum custodiret consentaneè Græco.*

✠ Non est.n.in Græco causalis *vt*, nec verbū, *custodiret*; sed tantū: ἐλιτάνευον τὸν ἄχρι αἰῶνος συστήσαντα τὸν ἑαυτοῦ λαόν; obsecrabant eum, qui populum suum constituit in æternum: id est, qui suum populum stabiliunt perpetuò, non obstantibus hostilibus inimicorum conatibus.

V. 21. Et singulis sellæ prolatę sunt & positę. *Non addas præpositionem* à *ante* singulis.

✠ In Gręco est, παρ' ἑκάστου, *ab vnoquoque*; vel potius pro *vnoquoque.* Non enim (ait Collector) intelligendum, quasi duces ipsi sibi sellas protulerint, posuerintque; (propter quod ablatam per aliquos præpositionē autumo) sed quod ab vtraque vtriusque ducis parte, per ministros nimirū, prolatæ ac positæ sint. Gręca Regis editio, ex Complutensi, habet: καὶ προῆλθε παρ' ἑκάστου δίφρος. ἔθεσαν δίφρους. *Et accessit ab vnoquoq; sella posuerunt sellas:* quę potius fuit interpretis nostri lectio, quàm ea quæ est in Germanas Biblijs, καὶ προῆλθε, καὶ παρ' ἑκάστου διαφόρους ἔθεσαν δίφρους, id est, *& processit,* (nempe dies constitutus, vel. dux vterque) *& à singulis diuersas posuerunt sellas,* vbi *à singulis*, idem valet, quod ex parte vtriusque ducis.

Vers. 25. Quietè egit, communiterque viuebat. *Legendum est* communiter, *quod est in communi, non* comiter, *quod est, blandè.*

✠ Gr. ἐκοινώνησε βίου, cōmunicabat victum & conuersationem vitæ.

CAP. XV. *v.* 32. Quam extendens contra domum sanctam. *Seruandum est participium* extendens, *non substituendum verbum* extenderat.

✠ Gręc, ἣν ἐκτείνας, quam extendens, vel, quam cum extendisset,

V. 37. Quod dicitur voce Syriaca. *Non legas fœmininum* quæ, *pro neutro* quod: *non enim refertur ad* diem, *sed ad* Adar.

✠ Græc. est hoc per parenthesin, (Ἀδὰρ λέγεται τῇ συριακῇ φωνῇ) *Adar dicitur voce Syriaca.*

Finis Correctionum Romanarum in Biblijs Latinis, pro tomo quarto gloss. ordin.

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM MAXIMEQVE MEMORABILIVM, QVÆ IN HOC QVARTO TOMO CONTINENTVR.

Index rerum Illustriorum.

Signi- CON-

DES- Bona no-

Ecclesia

Epar su-

Fides ca-

Index rerum Illustriorum.

Signum TEM-

Index rerum Illuſtriorum.

Index rerum Illuſtriorum.

FINIS.